ACTA
SANCTORUM
APRILIS.
TOMVS III.

IMPRESSION ANASTALTIQUE
CULTURE ET CIVILISATION
115, AVENUE GABRIEL LEBON
BRUXELLES
1968



ANTVERPIÆ APVD MICHAELEM CNOBARVM ANNO MDCLXXV.

AMPLISSIMO AC REVERENDISSIMO DOMINO

MACARIO SIMEOMO

CELEBERRIMÆ ECCLESIÆ

S. MICHAELIS

CANONICORVM

ORDINIS PRÆMONSTRATENSIS

ANTVERPIÆ

ABBATI.

DVm continuus Tuus erga noſtram IESV Societatem affectus, AMPLISSIME AC REVERENDISSIME PRÆSVL, & ad hiſtoriæ ſacræ elucidationem promovendam zelus ſingularis, finem nullum faciunt bene merendi de hac noſtra Antverpienſi Domo, in propriis Societatis muneribus ſi qua uſpiam occupatiſſima; deque ſtudiis noſtris, ad Sanctorum Vitas eruderandas deſtinatis: æquum profecto eſt, ut neque nos prætermittamus ullam teſtandæ gratitudinis occaſionem; quando hoc demum ſolum

lum eſt pulchrum inter Patronum clienteſque certamen, quo pars utraque contendat vincere, vinci gaudeat. Ergo Aprilis menſis, novus laboris noſtri fructus, in publicam proditurus lucem, honorem ambit Patrocinii Tui; majori etiam quam Martius prægreſſus fiducia, quod non ſolum Præmonſtratenſium Beatorum ac Beatarum numeroſiorem complectatur chorum; ſed titulo etiam ſignatiori, quod inter eos cenſeat HERMANNVM-IOSEPH, illum AMPLITVDINI TVÆ REVERENDISSIMÆ pene domeſticum Sanctum: cujus ipſe Reliquias, Steinfeldia olim acceptas, ad tutamen ſolatiumque cariſſimi Parthenonis, liberaliter diviſiſti: ut lectiſſimarum Virginum cœtum, quem corporalibus ſubſidiis multipliciter foviſti, ſpiritualibus etiam cumulares ornamentis. Meminit adhuc Vrbs Antverpienſis univerſa, quanto cum publicæ pietatis incitamento, certantibus Præmonſtratenſium utrimque Tuorum, hinc Religioſorum, inde Virginum ſtudiis, peracta ſolennitas ſit: cujus ut memoria cum Actis ipſius Sancti perennaret in opere noſtro, brevi ſed dilucida narratione, præſtare curavimus. Belgium, orbis Annulum, vocavit nonnemo; & Annuli illius Gemmam, Antverpiam. Præmonſtratenſem Ordinem Annulum eſſe, quo Cælorum Reginam, Regis cæleſtis Matrem MARIAM, obſtrictam ſibi habet Eccleſia, ſi dixerit aliquis; dicam ego, Annuli iſtius Gemmam eſſe HERMANNVM-IOSEPH. Dicam autem eadem loquendi formula, qua uſus Ioannes Caſſianus, quando de eximio Eccleſiæ Doctore Ambroſio lib. 7 de Incarnatione cap. 25 aſſeruit, quod *à manu Domini non recedens, in Dei ſemper digito quaſi gemma rutilavit*. Rutilavit videlicet in Dominæ digito, quaſi

quaſi candoris præcipui gemma, HERMANNVS-IOSEPH; cui jus ſecundi iſtius nominis Deipara Virgo dignata eſt confirmare, quem pridem habuerat cariſſimum filium, adlegendo ſibi in caſtiſſimum ſponſum Hanc Tu Gemmam ipſi Annulari orbis Gemmæ Antverpiæ tam ſolerter aptequeconjunxiſti, ut plus fere honoris hic recipiat in parte, quam alibi in totius corporis ſanctiſſimi compage; & Virgineo Sanctimonialium Iuarum contubernio, ita proprium dediſti Patronum, ut comparaveris grande præſidium Civitati univerſæ,quæ Dei Genitricis potentiſſimo Patrocinio fulta, eidem tanto magis curæ futuram ſeſe deinceps ſperat, quanto impenſius colet MARIÆ Delicium, HERMANNVM-IOSEPH. Nunc autem ejus honori, in celeberrima tua S. Michaelis Baſilica, novum ex marmore altare moliris, quo magis domeſticum ipſum Tuis facias, alteram prædictarum Reliquiarum partem in eo veneraturis. Ipſe vero, uti Tibi acceptum refert novum cultum, ſibi Antverpiæ deferri tam magnifice cœptum, ac porro magnificentius deferendum; ita libenter videbit è cælis, ſua quæ geſſit in terris Acta novam lucem accipere ſub auſpiciis Tuis. Ipſius igitur juſtiſſimæ voluntati parere nos credimus, cum REVERENDISSIMÆ AMPLITVDINI TVÆ partem offerimus operis: quod totum poteris vocare Tuum, quatenus omne id quod difficilioris inquiſitionis aut diſputationis prolixioris fuit, prius quam manum apponeremus extremam, dignatus præguſtare legendo, ſocium quodammodo pii æque ac curioſi ſtudii Teipſum nobis commodaſti; maturo diſcernens judicio, & indicio ſincero notans, ſi quid minus clare probatum, vel obſcurius ſcriptum inveniſſes, aut alia quavis cauſa refingendum. Ea Di-

gnationis Tuæ comitas, ad noſtros conatus adjuvandos tam familiariter dimittentis ſeſe, opportuniſſima ſane huic Menſi fuit; in quo non tantum occurrebant multa perplexæ indaginis argumenta; ſed aliqua etiam tractatu aſpera, propter nimis incenſa quorumdam ſtudia, modis omnibus ſatagentium, ne cui liceat libeatve ſcribere diverſum aliquid ab opinationibus, inter ipſos affectu magis quam ratione firmatis. Indignum erat vim inferri veritati, ne comperta eloqui palam poſſet: indignius eam inferri ab hominibus, qui ipſam ex nobis ſe requirere aſſerentes, ſcriptum bene longum implerant querelis, de noſtro non tam judicio quam ſilentio; quaſi non etiam amoris ſit tacere quæ diſplicitura creduntur, cum apparet dici non poſſe placentia. Etenim hoc curavimus ſemper, ut lucubrationes noſtræ quam longiſſime recederent à falſitate, caritati vero apud alia ſentientes incommodarent quam minime. Ab hoc animi propoſito ne abduceret manifeſta indignitas fallacium rationum, ad claræ veritatis puriſſimos radios deprehenſa; neve aliis quibuſvis reſpectibus negaremus oculos, plenæ luci affixos; adhibenda moderatio fuit, quantam vix toleraſſet forma defenſionis, licet juſtæ ac neceſſariæ. Itaque conſilio uſi Tuo, elegimus inhærere argumento, ultro ſe ingerenti, nec ſine nota prætereundo; ipſumque pertractare conſueta nobis methodo, quaſi provocaſſet nemo, nemo læſiſſet; rati quæ in eo ſolo comperiſſemus vera, deprehendiſſemus falſa, ſatis fore, ad cuivis non hebeti, & litis nobis intentatæ conſcio, probandam rationem prioris in Martio ſilentii de ſimilibus argumentis. Hujus temperamenti, diligenter ſervati, uti habuimus

habuimus auctorem & laudatorem Te, ita & defenſorem ſperamus ; ſi quem forte præjudiciis occupatus animus abriperet ad querelas , prioribus ſimiles, & indignas viris litteratis , nedum religioſis , unamque veritatem ſpectare profeſſis Neque difficile Tibi erit , ut queri volentibus notum facias, quam promptos nos inveneris ſemper , ad mutandam in rebus controverſis ſententiam , quantumvis alias prudenter fundatam , ſtatim ac ſolidior aliqua auctoritas mutandam perſuaſit , undecumque ea vel quocumque animo aut modo nobis eſſet oblata ; proinde curandum iis potius ut meliora proferant ipſi ſi poſſint, quam ut ſcripturis ea ſola quæ vera probaverimus moleſtias objiciant , nihil profecturas. Hanc animi noſtri præparationem , prompti ad eam tenendam partem à qua ſteterit veri ſimilitudo major , ſi necdum in prioribus menſibus ſatis agnoſcere potuerunt, convincet eos poſita in limine tertii hujus tomi Exegeſis , Diatribam olim editam , de tribus Dagobertis Francorum Regibus eorumque Genealogia, ita innovans atque ſtabiliens, ut antea nihil ſtatuiſſe nos temere , nihil nunc ſuſtinere pertinaciter appareat. Exegeſim porro iſtam vel ideo præmitti oportuit huic tomo , TVÆ AMPLITVDINI dedicando ; quod ſit veluti continuatio quædam ejus Tractatus, quem Nomini Tuo adſcripſimus in Martio. Qui ſi approbationem à Te haud modicam retulit, quamvis opus necdum perfectum afferret ; majorem merito nunc ſperare audet, quando res eo perducta videtur, quo ſincerus veritatis amor , conjunctus diligentiæ ſummæ , eniti potuit. Suſcipe igitur tot modis debitum obligatiſſimæ affectionis obſequium , unaque noſtrum

noſtrum ac Societatis Antverpienſis commune votum, ut qui Sanctorum Acta tam efficaciter promoves, tam libenter legis, tam ſtudioſe imitaris; ſero, nec niſi annorum ac meritorum pleniſſimus, eorumdem conſortiis ſocieris. Audiant Deus & Sancti pia vota, quæ iterum iterumque & millies facimus Antverpiæ MDCLXXV die VII kal. Aprilis.

REVER.MÆ AMPLITVDINI TVÆ

Obligatiſſimi famuli
GODEFRIDUS HENSCHENIUS
DANIEL PAPEBROCHIUS
Societatis IESU.

AD TOMVM III APRILIS

EXEGESIS PRÆLIMINARIS

INNOVANS ET STABILIENS DIATRIBAM OLIM EDITAM

DE TRIBVS DAGOBERTIS

FRANCORVM REGIBVS

ET EORUM GENEALOGICO STEMMATE.

CAPVT I

Introductio ad hanc innovationem. Synopsis Chronologica Diatribæ prædictæ.

Vm post edita in lucem Acta Sanctorum mensis Ianuarii, incumberemus Actis Sanctorum Februarii prælo paranda, eorumq; pars excusa esset; ob quasdam oblatas occasiones, seorsim edidi duplicem Diatribam; priorem anno MDCLIII de Episcopatu Trajectensi, Episcoporum Regumque Franciæ iis coævorum Chronologia, & populis diœcesi illi subjectis: *posteriorem vero* de tribus Dagobertis Francorum Regibus, in qua horum Regum ac successorum genus, tempus, acta indicantur; Dagoberto II, S. Sigeberti filio, regnum Austrasiorum vindicatur; & Chronologia ex Conciliis & Episcoporum gestis stabilitur. *Hujus posterioris Diatribæ imprimendæ facultatem concessit anno* MDLIV *R. P. Thomas Dekens per Flandro-Belgicam Societatis nostræ Præpositus Provincialis: qui deinde accipiens libri excusi exemplum, sibi cum debito grati animi affectu oblatum, atq; in ejus fronte legens verba tituli jam indicata, velut solicitus de futura eruditorum approbatione, multa ibi promitti dixit, interrogavitq; num etiam securus essem de rei successu. Ego vero sub hac similitudine respondi: Iter primus confeci, per viam nullis antecessorum signatam vestigiis, asperam, inaccessam; per nivem, per lutum; atq; ad terminum perveni desideratum, multo cum labore nec absq; pulvere: si vestes alicubi inquinavi aut calceos, id nemini mirum videri debebit; neq; ipse omino speravi de me, fore ut nusquam pes impingeret. Terminum viæ statui, &, sicut confido, attigi, tres Dagobertos Reges, quos licet primus securus tamen, post mille fere annos distinguendos doceo. Hoc dum ago & perago, merebor veniam, si non omnia primo conatu illustrata explicatave habens, ad aliquam temporis alteriusve rei circumstantiam offendi. Iter ipse Deo Opt. Max. favente relegam sæpius, & alia monumenta hactenus non visa, quæ frustra ex Anglia expectavi, forsitan postea obtinebo, aut ab aliis producta discutere potero, & excutere pulverem hac vice contractum; neq; mihi tantum, sed aliis etiam, quam nunc a-*

Trium Regum Dagobertorum distinctio,

à nobis nullo prævio auctore constituta,

perio viam, facilem reddere & expeditam. Placuit similitudo: & ecce, quod præsagiebam, evenit. Tres Dagoberti Reges ubiq;, & potissimum in Galliis, apud viros eruditos cum approbatione exceptisunt; neq; his totis viginti annis inventus fuit ullus, qui regnum Austrasiorum, Dagoberto II vindicatum à me, vocare vellet in controversiam: quin etiam antiquos nummos sub eo cusos invenerunt alii, ectypa mihi submisso. Interim multa ad rem eamdem spectantia proprio eruderavi labore, nonnulla alii suggesserunt, quibus bene cœpta stabiliri ac perfici, minus recte definita corrigi & emendari possent; quod nunc facere aggredior, & reipsa comprobare quam verum sit vulgare proverbium, Δεύτεραι φρονίδες σοφώτεραι.

ab omnibus admittitur.

2 *In singulis autem trium Dagobertorũ innovo & immuto aliquid, tribus consequenter capitibus explicandum ac comprobandũ. Dagoberti primi tempora novo modo digero, ex consideratione diei quo triennio post ejus mortẽ consecrati simul sunt SS. Audœnus & Eligius,* XIV *Maji anno* DCXL. *Secundi Dagoberti ad regnũ reducti aliquod argumentũ desumpserã ex Vita S. Vilfridi Archiepiscopi Eboracensis: sed ipsam non habebam, nisi qualis citato Heddio Stephano auctore coævo, à Malmesburiensi exhibetur. Multis igitur literis instituti apud nostros Patres in missione Anglicana degentes, ut ipsa originalis Vita in Anglicanis bibliothecis mihi quæreretur & transcriberetur. Verum illis ob tyrannidem Cromwellianam vix audentibus prodire, nedum cum bibliothecarum custodibus heterodoxis tractare negotium, impetrari potuit nihil. At restituto in regnum paternum Carolo & pacatis magis rebus, inventa est dicti S. Vilfridi Vita per Eadmerum scripta, quam infra* XXIV *Aprilis damus illustratam, prout recenter edita est in Actis Sanctorũ Ordinis Benedictini, cum fragmento Vitæ metro heroico à Fridegodo tempore Odonis Cantuariensis Archiepiscopi scriptæ; cujus ordinem ac methodum ita sequitur Eadmerus, ut solum videatur in solutam vertisse orationem, ac planiore stylo elucidasse, quæ ille metri legibus illigarat. Vtinam etiã prior per Heddiũ inveniatur! Interim ex jã allegatis auctoribus, quod hactenus nesciebatur, eruitur tempus, locus & genus mortis dicti Dagoberti II. Denique Dagobertum III*

Nunc quædã circumstãtiæ innovantur in Dagoberto I.

AUCTORE G. H. & III.

& ultimum alias cenſuimus, & ad huc ſuſtinemus, parvulum & impuberem obiiſſe, ultimoſq; Reges ſtirpis Merovingicæ non ab hoc Dagoberto III, ſed à priore Dagoberto II fuiſſe progenitos, quod novis probationibus, contra recentiores quoſdam adhuc dubitantes, ſtabilietur magis.

Chronologiæ prioris fundamentum fuit

3 *Hoc autem loco operæ pretium videtur, ut quæ nobis ratio temporis hactenus in Actis Februarii & Martii uſitata fuerit, paucis exponam. Fundamẽtum totius Chronologiæ Dagobertinæ deſumptum fuit ex anno & die, quo conſecrati fuerunt Epiſcopi SS. Eligius & Audoënus; quod optime potuit ſcire ipſe Audoënus, qui in Vita S. Eligii à ſe ſcripta teſtatur, ambos ſe* Apoſtolicam benedictionem meruiſſe eo tempore, quo apud Gallias à cuncto populo Rogationes celebrabantur. *Tum, inquit,* convenientes ſimul in civitate Rotomagenſi, decimo quarto die menſis tertii, *id eſt Maii,* die Dominico ante Litanias, inter catervas populi, inter agmina Clericorum, inter choros pſallentium, conſecrati ſumus gratis ab Epiſcopis pariter Epiſcopi, ego Rotomago, ille vero Noviomo. *Hæc S. Audoënus. Edidit hanc Vitam Lucas Acherius tomo 5 Spicilegii è vetuſtis codicibus Corbeienſi & Conchenſi, quam & nos habemus ex quatuor antiquis MSS. ſuo tempore edendam. Eadem confirmantur ex Actis MSS. S. Audoëni, ad diem* XXIV *Auguſti illuſtrandis: in quorum aliis, quæ Fridegodo tribuuntur, à Cointio, iſta traduntur:* Perveniens Audoënus Rotomagum, Ordinem Pontificalem, ſecundum Eccleſiaſticum & Canonicum dogma, una cum beatiſſimo Eligio ſuſcepit. Siquidem ſub uno die apud Rotomagum ambo pariter ordinati ſunt, S. Audoënus ejuſdem urbis Archiepiſcopus, Eligius vero Noviomagenſis Epiſcopus.... Chlodovei Regis, filii Dagoberti, qui tunc regni Francorum apicem tenebat, anno tertio, pridie Iduum Majarum, die Dominico ante Letanias. *Hæc ibi. Alia ejuſdem S. Audoëni Acta habemus antiquiora, ex pervetuſtis etiam codicibus MSS. in quibus Auctor præfatur,* ſe antiquam Vitæ ejus hiſtoriam intactam reliquiſſe, & obſecutionis ſtudium in ſuæ locutionis ſerie non indevotum exhibuiſſe. *At dein de tempore ordinationis iſta habet:* Vbi tempus ſacris adfuit Ordinibus opportunum, urbe in eadem Rotomagenſi, una cum venerabili Eligio, Pontificalem ſuſcepit honorẽ... regente regnum Francorum Chlodoveo Dagoberti Regis filio anno tertio, pridie Idus Maias. *Hæc ibi: ad quæ advertat lector, ubiq; notari* diem decimum quartum Maji, *ſeu* pridie Idus Maii: *eumdemq; confirmari in eiſdem utriſq; Actis, dum iſta dicuntur:* Rexit autem beatus Pontifex Audoënus Rotomagenſem Eccleſiam annos tres & quadraginta, menſes tres & dies decem. Nonagenarius migravit ad Chriſtum, ſub die nono Kalendarum Septembrium. *Is eſt dies* viceſimus quartus Auguſti, *qui à decimo quarto Maji diſtat intervallo* trium menſium & decem dierum, *atq; hac ratione certiſſimum eſt eos fuiſſe ordinatos* die XIV Maji, *neq; hunc diem expungi poſſe, aut ſeparari à die conſecrationis: quod nuper Hadrianus Valeſius & Carolus le Cointe tentarunt, aſſerentes eos die* XXI *Maji conſecratos; quidni & S. Audoënum mortuum eſſe* XXXI *Auguſti; contra fidem etiam omnium Actorum & Martyrologiorum tam manu exaratorum, quam typis excuſorum, in quibus ad* XIV *Maji ordinatio utriuſq;, &* XXIV *Auguſti depoſitio S. Audoëni aſſignatur?*

concurſus Dominicæ ante Rogationes cum 14 Maji & an. 3 Chlodovei 2.

4 *Hoc ergo fundamento poſito, inquiſitum fuit, quonam anno dies* XIV *Maji, inciderit in Dominicã ante Rogationes; ſive ut cenſebant, ante Aſcenſionem Domini, cui poſſet aptari annus tertius regni Chlodovei II. Ac primo Auctor Chronici Fontanellenſis, qui ſub Ludovico Pio Imperatore floruit, reſpexit ad annum Chriſti* DCXXXV, *quando cyclo Lunæ* IX, *Solis* XXVI II, *littera Dominicali* A, *Paſcha celebratum fuit die* IX *Aprilis, ac feſtum Aſcenſionis die* XVIII *Maji, adeoq; Dominica præcedens requiſito die* XIV *Maji: & huic annorum calculo aptavit fundationem Fontanellenſis cœnobii, annos vitæ & mortis primorum Abbatum SS. VVandregiſili, Lantberti, Anſberti & aliorum, non abſq; variis mendis, per ſimiles annorum characteres in illorum Acta intruſos: quod & ab eiſdem Fontanellenſibus factũ eſt in jam citatis Actis S. Audoëni, in quibus annus ordinationis ejus legitur intruſus jã dictus* DCXXXV, *quod S. VVandregiſilus à S. Audoëno ſacris Ordinibus initiatus, in ejus diœceſi ſuum monaſterium conſtruxiſſet, ut tota methodus chronologica iſtarum ditionum cohæreret. Verum quia Dagobertus patri ſuo Chlothario II, anno* DCXXVIII *vita functo, ſucceſſit, & diutius quam quinquennio regnavit; non videbatur aliis obitus ejus referri poſſe in diem* XIX *Ianuarii anni* DCXXXIII. *Hinc alii conjecerunt oculũ in annũ Chriſti* DCXLVI, *quando cyclo Lunæ* I, *Solis* XI, *littera iterum Dominicali* A, *Paſcha, ut ſupra, convenit in diem* IX *Aprilis, feſtum Aſcenſionis in* XVIII *Maji, & Dominica præcedens in* XIV *Maji, & conſequenter obitus Dagoberti I in diem* XIX *Ianuarii anni* DCXLIV. *Hunc calculum annorum aſſumpſerũt præcipui & exactiores hujus ſeculi ſcriptores, Ægidius Bucherius, ad Geſta Pontificum Tungrenſium Trajectenſiũ & Leodienſium; Iacobus Sirmondus, in antiquis Galliæ Conciliis; Dionyſius Petavius, in Doctrina temporum & Rationario temporum, tertiũ ab ipſo recognito; Andreas du Cheſne, in Scriptoribus Hiſtoriæ Francorum & aliis operibus, Philippus Labbe, Authertus Miræus, Ioannes Buzelinus, Chriſtophorus Browerus. At Sigebertus ac Baronius, nulla habita ratione Actorum SS. Eligii & Audoeni, retulerunt obitum Dagoberti, ille ad annum* DCXLV, *hic ad ad annũ* DCXLVII. *Ego circa annum quo mortuus Dagobertus I plurimum dubitavi, & cum nonnullis viris eruditis conſultavi, eo quod priores auctores annos* XVI *regiminis Dagoberti aſſumerent ab obitu Chlotharii patris, ac neceſſario inducerent annos ſex in Fredegarii Chronico obliteratos & plane omiſſos. Hac tamen dubitatione, & dubitandi cauſis non obſtantibus, cum non occurreret certior progrediendi methodus, & ſucceſſorum tempora ſuffragarentur, eamdẽ quã iſti viam inivi, & diẽ* XIX *Ianuarii anni* DCXLIV *etiã aſſignavi morienti Dagoberto primo. Cui in Neuſtria & Burgũdia ſucceſſit ejus filius Chlodoveus II regnavitq; annos* XVIII, *quos ex Chronico Fredegarii ſuppleto, teſtamẽto Leobadi Abbatis S. Aniani, aliiſq; monumentis firmavi.*

ab aliquibus relatus ad an. 635

à plurimis ad an. 646.

ex illo fundamẽto mors Dagoberti I notatatur an. 644.

Conſequens

Chlodovei an. 662,

Conſequens igitur erat, ipſum vita functum eſſe anno DLXII, Chlotharium *autem*, filium natu majorem, illico ſuſcepiſſe regnum, ſub tutela S. Bathildis matris, *tradit in hujus Vita auctor antiquiſſimus. Hujus porro Chlotharii tertii in Neuſtria & Burgundia regno vindicavimus (& quantum ſcimus omnino primi) annos*

Chlotharii 3 circa annum 676.

quatuordecim, cum paſſim ſolum quatuor tribuerentur: ſtatuimuſque vixiſſe uſque ad finem anni DCLXXV *aut initium ſequentis.*

S. Sigebrti apud Auſtraſios anno 663,

5 *Hanc temporum rationem confirmabant anni Regum, qui tunc imperabant Auſtraſiis: ex quibus primus erat S. Sigebertus, Dagoberti primi filius natu major, cujus Vitam auctore Sigeberto Gemblacenſi dedimus primo die Februarii, in qua dicitur* obiiſſe Kalendis Februarii anno ob Incarnatione Domini ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo, *qui nobis annum à menſe Ianuario inchoantibus eſt annus ſequens* DCLXIII. *Erat Sigeberto filius Dagobertus II, qui in Clericum attonſus, per injuriam ab Optimatibus in Hiberniam ablegatus fuit, in ejuſque locum aſſumptus in*

& conſequēter ordinabantur regna Childerici

Regem Auſtraſiorum filius Grimoaldi Majoris-Domus, nomine Childebertus. Verum hoc Rege expulſo, creatus ſtatuebatur anno DCLXIV *Rex Auſtraſiorum Childericus, ſecundo genitus Chlodovei II, & frater Chlotharii III, tum in Neuſtria & Burgundia regnantis. Interim adjuvante S. Vvilfrido reverſus eſt Dagobertus II, & partem regni*

& Dagoberti,

Auſtraſiorum adeptus, pacifice cum patruele ſuo Childerico regnavit, & ambo cum Chlothario III in Neuſtria & Burgundia regnante. Primus horum trium Regum mortuus eſt Chlotharius, non relicto

tum Childerici in Neuſtria regnātis cædes.

legitimo herede: ad cujus ſceptrum aſſumptus eſt Theodoricus tertius & junior, Chlodovei II filius; qui, propter Ebroinum Majorem-Domus Francis odioſum, amotus eſt & monaſterio incluſus: in ejuſque locum ſubrogatus Childericus, tunc frater ſenior cum anno XII *regnaret apud Auſtraſios: atque ita, ex jam ſtatuto hujus regni initio, neceſſario inferebatur annus Chriſti* DCLXXVI, *ejuſque cædes, cum triennio monarchiam tenuiſſet, ad annum* DCLXXIX *adſcribebatur. Favebant* Theoderici, *fratris tunc aſſumpti,* anni regni quatuordecim, *aſſignati in Hiſtoria juſſu Childebrandi ſcripta & ad Chronicon Fredegarii ſubnexa capite* 101. *Illi autem* anni quatuordecim *exprimuntur in dicto Chronico ex bibliotheca Laurentii Bochelii Pariſiis anno* MDCX *excuſo, item in corpore Hiſtoriæ Francicæ typis Vvechelianis anno* MDCXIII *Hannoviæ impreſſo, ac tandem ab Andrea du Cheſne tomo primo Scriptorum hiſtoriæ Francorum, & ſic ſtatueramus Theodoricum regnaſſe ab anno* DCLXXIX *uſque ad annum* DCXCIII. *Porro cum regnum Neuſtriæ &*

Theoderici Regis anni quatuodecim.

Burgundiæ à cæde Childerici accepit Theodericus, totum Auſtraſiorum regnum delatum eſt ad Dagobertum II, ſed invito Theoderico; unde inter utrumque exortum eſt bellum civile: hinc aliquamdiu ſimul eos regnaſſe conſtabat. Diſtuli ergo obitum Dagoberti in annum DCLXXXVII, *quod dicto anno incipiant* anni viginti ſeptem, *quibus* Pippipus Herſtallius rexiſſe populum Francorum, *potiſſimum Auſtraſiorum traditur in Annalibus Fuldenſibus, Metenſibus & aliis. Ad hunc ergo annum* DCLXXXVII *retuleram obitum Dagoberti Regis, quia certiorem hujus mortis notam nuſquam tunc potui reperire.*

obitus Dagoberti II,

6 Theodericus *ergo Monarcha factus, à morte ſua habuit ſucceſſores filios ſuos, primo* Chlodoveum III; *eoque anno* DCXCVIII *mortuo,* Childebertum; *cui anno* DCCXI *ſucceſſit filius,* Dagobertus III juvenculus Rex, *quo ſine herede mortuo, ſubrogatus eſt* Chilpericus *filius Childerici: iſto vero anno* DCCXX mortuo, à Carolo *Martello* in Sedem regni conſtitutum fuiſſe Theodericum, *traditur in Annalibus Fuldenſibus. At quo patre hic natus fuerit plurimum dubitavimus, & forſan patre Childerico natum fratri Chilperico ſucceſſiſſe inſinuavimus: ſed poſtmodum in Exegeſi præliminari de Stemmate Dagobertino, ante tomum 3 Martii edita ſtatuimus dictum Theodericum, patre Dagoberto II Rege Auſtraſiorum prognatum fuiſſe, quod infra confirmabimus. Denique ab hoc Theoderico natus traditur ultimus ſtirpis Merovingicæ Rex Childericus cum filio Theoderico abdicatus: in cujus locum aſſumptus eſt Pippinus pater Caroli Magni Imperatoris.*

& ultimorum Regum Merovingicorū ſucceſſio.

7 *Hæc digerendi temporis ratio, nobis eatenus conſtituta, multos habuit ſectatores, eamque Philippus Labbe ita approbavit ut ſecundum illam direxerit annos in Conciliis Generalibus, ab eo & Gabriele Coſſartio editis, eoſque annos in Synopſin Chronologicam hiſtoriæ ſacræ & profanæ, quam quatuor partibus non diu ante obitum ſuum anno* MDCLXV *Gallico idiomate vulgavit, ad amuſim tranſtulerit. Verum hoc non obſtante aliqua occurrunt innovanda, mutanda, & ad meliorem methodum redigenda: quæ exemplo omnium ſcriptorum, imo & quorumcunque tribunalium, de quæſtione facti judicium ferentium, hic proponimus, deſideramuſque ab eruditis lectoribus legi conferrique. Quod ut facilius poſſit fieri in adjuncto ſchemate ſtemma Dagoberti genealogicum exhibemus: prout ante tomum tertium Actorum menſis Martii dedimus, annis dumtaxat quorumdam Regum paulo aliter notatis: quo facilius poſſit Lector Acta Sanctorum in tribus primis menſibus edita ad debitam Chronotaxim & hic ſtabiliendam dirigere.*

In his aliqua mutanda.

STEMMA GENEALOGICVM
POSTERIORVM REGVM STIRPIS MEROVINGICÆ,
noviſſime recognitum & emendatum.

1 DAGOBERTVS I A
REX IN AUSTRASIA CONSTITUTUS AN.DCXXII, IN NEUSTRIA AN.DCXXVIII,
FRANCICI IMPERII MONARCHA AN.DCXXX, MORTUUS AN.DCXXXVIII.

Ab hoc procreati fuerunt

Ex Nanthilde anno 633 — *Ex Ragnetrude circa an. 629*

2 CHLODOVEVS II
à morte patris Rex in Neuſtria & Burgundia: obiit anno 656. poſt hunc regnavere filii
ex S. Bathilde

S. SIGEBERTVS III B
ab anno 632 Rex in Auſtraſia conſtitutus: obiit an.658. Hujus filius fuiſſe demonſtratur
ex Imnichilde

F
DAGOBERTUS JUNIOR
II
à morte patris per Grimoaldum Majorem-domus in Hiberniam ablegatus, intruſo in ejus locum Childeberto filio ipſius Grimoaldi. His dejectis & Childerico Rege conſtituto, revertitur ex Hibernia, ope S. VVilfridi an. 661, regnatque in Provinciis Adrhenanis; dein an.675, occiſo Childerico in reliqua Auſtraſia, & occiditur ipſe an.680. Idem veroſimiliter qui ut Martyr colitur Sathanaci. Filii ex Mathilde, aut, ſiqua fuit, ſecunda uxore

3 CLOTHARIUS III
à 656 ad 670

E CHLODOVEUS
creditus Clotharii filius aſſumitur ab Auſtraſiis anno 675.

4 D CHILDERICUS II
Rex in Auſtraſia circa 659, in Neuſtria & Burgundiâ ab an. 671, occiſus an.675 hujus filius alter, Dagoberto III ſuffectus,

5 H THEODORICUS III
anno 671 monaſterio incluſus, receptus an. 975, monarcha ab an. 680, mortuus an.693. hujus filii, pueri ac parvuli,

DAGOBERT.
cum patre occiſus & ſepultus Rotomagi à S. Audoëno.

9 CHILPERIC. II
Ex Clerico Rex an.716 ad 720 ἄπαις

6 I CHLODOV. III
parvulus ab an. 693 ad 698 ἄπαις

7 | K CHILDEBERT. III
ſuccedit mortuo fratri uſque ad annum 711. Hujus filius

8 | L DAGOBERT. III
Rex juvenculus, à 711 ad 715 ἄπαις

MAJORES-DOMUS,
ex quibus Reges ſecundæ ſtirpis.

B. PIPPINUS DE LANDIS 1
mortuus circa annum 640. Huic nati
ex B. Itta ſive Iduberga

G SIGEBERT. IV
moritur cum patre vel paulo poſt.

N CLOTHAR. IV
anno 718 Rex ad breve tempus.

10 | N THEODORIC. IV
extinctis Clodovei poſteris à 720 ad 737.

11 | O CHILDERICUS ultimus
Regũ Meroving. aſſum. 743 abdic. 751 obit 754 filius Theodoricus in monaſterio Fõtanellæ attonſus anno 751

Ab. Horrecis. — S. Irmina — Adela nupta N — Albricus. — Ragentrudis. — Rotildis.

S. Gregorius *Adminiſtrator Eccl. Vltraject. à 754 ad 776.* — N — S. Albricus *Ep. Vltrajectinus obiit anno 784 5 Auguſti.*

Alii à latronibus occiſi. — Alii ex eadem matre.

2 GRIMOALDUS
ob Dagobertum II ablegatum & intruſum illius loco filium, occiſus circa an. 659.

C CHILDEBERT.
Rex Auſtraſiis obtruſus à patre, cum eoque dejectus.

S. Gertrudis
Abbatiſſa Nivellenſis, obiit anno Chriſti 659, colitur die 17 Martii.

S. Begga
nupta Anſigiſo Duci, filio S. Arnulphi Ep. Metenſis obiit 695, colitur 17 Dec.

3 PIPPINUS Herſtallius
ab an.687 ad 714. filii ejus.

GENERATIO PRÆTERIT
ET GENERATIO ADVENIT.
Eccle. 1. 4.

ex Alpaide — ex Plectrude

5 CAROLUS MARTEL
ab an.716 ſub Rege, ſine Rege ab an.737, mortuus 741.

Drogo Dux
Campanienſis dictus, obiit 708. Ex hoc nati

Grimoaldus
ante mortem patris occiſus an 714; ex quo natus

6 PIPPINUS REX
Zachariæ Papæ permiſſu an. 752.

6 CAROLOMAN.
dimiſſo ſeculo monachus Caſini.

Arnulph. Dux,
S. Hugo Ep. Rotom. & alii.

4 THEODALDUS
mortuus ἄπαις an. 715 aut ſequenti.

Advertat Lector,

Ordinem; quo regnatum eſt apud Auſtraſios, ſignari litteris A, B, C. *Regum vero Neuſtriorum ſeriem à Dagoberto primo & Majorum domus cyfris* 1, 2, 3, *denotari.*

CAPUT III.

Calculus annorum regni Dagoberti I & filiorum Sigeberti atq; Chlodovei innovatur. Dominica ante Rogationes & Canon Paſchalis pro conſecratione à SS. Eligii & Audoëni, examinantur.

Chronologia olim ſtabilita in majoribus Dagoberti I ſervatur.

8 *Initium novæ deductionis ſumpturus à regno Dagoberti primi, paucis indico Chronologiã majorum ejus Regum, rectè ſtabilitam ad Vitã filii ejus S. Sigeberti, Kalendis Februarii; ubi imprimis ſtatui & comprobavi, quod Dagoberti avus Chilpericus patri ſuo Chlothario I, anno* DLXI *defuncto, ſucceſſit, & cum tribus fratribus Chariberto, Gunthramno ac Sigeberto, & dein cum hujus filio Childeberto regnavit: ſtorumq; omnium Regum anni inter ſe & cũ annis Chriſti firmãtur* §. 9 *ex variis hebdomadæ feriis, cyclis Paſchalibus, & Solis Lunæq; eclipſibus: confirmãturq; ad Vitã S. Gunthramni Regis,* XXVIII *Martii illuſtratam. Ibidem notatur diſcrimen unius anni inter Gregorium Turonenſem & Fredegarium, quod ille annum* DLXI, *quo Chlotharium vita functum diximus, totum illi relinquat, ac filiorum Chilperici & aliorum annum regni primum auſpicetur à Ianuario anni ſequentis* DLXII; *quem regni illorum ſecundum ſtatuit Fredegarius, primum cum fine anni præcedentis abſolvens: quod & in ſequentibus Regibus obſervandum. Chilperico ſucceſſit Chlotharius ſecundus, pater Dagoberti, anno dicti Childeberti* IX *Chriſti* DLXXXIV, *quem Chlotharii primum numerat dictus Fredegarius, ejuſq; dein annos accurate obſervat, potiſſimum ab anno regni* XXX, *quo factus Monarcha ſolus regnavit.*

hic creatur Rex Auſtraſiorum anno 622,

9 *Hic Dagoberto filio ſuo dedit regnum Auſtraſiorum, cui an initium* annus octavus *an* nonus ſupra trigeſimum, *varie apud Auctores legitur.* Annus XXXIX *habetur apud Monachum S. Dionyſii de Geſtis Dagoberti cap.* 12 *& Aimoinum lib.* 4 *cap.* 8, *interim ambo verba Fredegarii deſcribunt; apud quem ubiq; in libris excuſis* annus XXXVIII Chlotharii *habetur, etiam juxta Andream du Cheſne, aſſerentem ſe uſum* duobus vetuſtiſſimis codicibus MSS. *quorum* unus ſervatur in bibliotheca Alexandri Petavii Senatoris Pariſienſis; alter, uncialibus litteris exaratus, eſt Jacobi Sirmondi Societatis Jeſu. *Verum poſtmodum codicem Petavianum, cũ eſſet Sereniſſimæ Chriſtinæ Reginæ Sueciæ, ipſi cõtulimus cũ editione Cheſniana, & reperimus* annũ XXXIX Chlotharii *ibidem exaratum. Præterea Valeſius lib.* 18 *Rerum Francicarum teſtatur, ſe in tribus codicibus MSS. reperiſſe notatum* annum Chlotharii XXXIX, *quem propter tot convenientia teſtimonia plane retinendum nunc arbitramur: quo anno, inquit Fredegarius,* Chlotharius filium ſuum Dagobertum conſortem regni fecit, eumq; ſuper Auſtraſios Regem inſtituit.

ducit Gomadrudem an. 625

Eſt hic annus Chriſti DCXXII, *& cum illo primus regni Dagoberti abſolvitur. Anno dein Chlotharii* XLII, *Chriſti* DCXXV, *Dagobertus anno regni* IV *duxit in uxorem Gomadrudem, ſororem Sichildæ novercæ ſuæ. Deniq;* anno regni ſui XLV Chlotharius moritur. *Ita Fredegarius cap.* 56.

AUCTORE G. H.

10 *Erat hic annus Chriſti* DCXXVIII, *regni Dagoberti* VII. *Tunc, inquit idem Fredegarius cap.* 58, Dagobertus, cum jam anno VII regnaret, maximam partem regni patris obtinuit, *relicta Chariberto parte provinciæ Aquitaniæ. Atq; ita conſequenter annos Dagoberti, prout illi cœperat apud Auſtraſios numerari, uſq; ad obitum ejus continuat idem Fredegarius auctor coævus; qui Chronicon ſuum cum anno Chlodovei* IV, *Chriſti* DCXLI *finit.* *regnat in Neuſtria & Burgundia ab an. 628,*

an. 629 natum Sigebertum,

Eodẽ anno VII regni ſui Dagobertus, *poſt mortem patris ſui,* Gomadrudem, eo quod eſſet ſterilis, reliquit, & Nanthildẽ in Reginam ſublimavit. Anno VIII regni ſui Ragnetrudẽ ſtratui ſuo adſcivit: de qua eo anno, *is eſt Chriſti* DCXXIX, habuit filium, nomine Sigebertum. *Anno* IX *Dagoberti Chriſti* DCXXX, Charibertus, *qui* Sigebertum de ſancto lavacro ſuſceperat, mortuus eſt; nec poſt moram Chilpericus filius defunctus eſt: & omne regnũ ditioni ſuæ ſubegit Dagobertus, *factus monarcha.* Anno XI, *Chriſti* DCXXXII, cũ Winidi regnum vaſtarẽt, Sigebertũ filiũ in Auſter regnũ ſublimavit. Anno XII, *Chriſti* DCXXXIII, ei filius Chlodoveus de Nanthilde natus eſt, & pactio cũ Auſtraſiis firmata, ut Neptricum, *id eſt Neuſtria,* & Burgundia ad regnũ Chlodovei reſpicerent, Auſter vero ad regnũ Sigeberti in integritate deberet reſpicere. *Factũ id forte* Moguntiæ, *ubi* pridie Nonas Aprilis, anno regni XII *diplomate ſuo cõfirmavit & auxit poſſeſſiones monaſterii S. Maximini, quod diploma illuſtramus in Propylæo Antiquario ante tomũ precedẽtẽ cap.* 2. *Deniq;* anno regni ſui XVI, Dagobertus profluvio vẽtris ægrotare cœpit, exindeq; ad baſilicã S. Dionyſii delatus, poſt paucos dies emiſit ſpiritũ. *Hæc Fredegarius cap.* 79. *Addunt Monachus S. Dionyſii & Aimoinus cap.* 43 humanis rebus exẽptũ eſſe XIV Kal. Februarias, *ſcilicet anni* DCXXXVIII. *statuit Regẽ Auſtraſiorũ an.* 632

& moritur an. 638.

11 Poſt Dagoberti diſceſſũ, *inquit Fredegarius,* filius ſuus Chlodoveus ſub tenera ætate regnũ patris adſcivit. Æga vero cum Regina Nãthilde, quã Dagobertus reliquerat, regebat palatiũ. *S. Audoënus in Vita S. Eligii* Chlodoveũ *appellat* juvenculũ Regẽ, *natũ anno* DCXXXIII, *qui* jã XIX *Ianuarii anno* DCXXXVIII, *necdũ quinq; annos videtur cõpleviſſe. Hujus dein* anno III regni, *Chriſti* DCXL, SS. Eligius & Audoënus pariter cõſecrati fuerũt Epiſcopi die XIV *Maji &* Dominica ante Rogationes *ſive* Litanias. *Qui characteres ſimul jũcti hactenus torſerũt ingenia virorũ eruditorũ, adeo etiã ut Hadrianus Valeſius, libro* 20 *Rerũ Francicarũ, ex dictis Actis à S. Audoëno ſcriptis expũxerit diẽ* XIV *Maji; Carolus le Cointe vero, ad hũc annũ* DCXL, *dictũ* XIV *Maji ſeparârit à die cõſecrationis. Sed verendũ eſt, ne, dũ moliuntur ædiculam conſtruere, baſilicã deſtruant. Alii, ut ſupra late deduximus, retulerũt horũ Epiſcoporũ ordinationẽ ad annũ* DCXXXV, *alii deniq; iidq; viri doctrina præſtantes, elegerũt annum* DCXLVI. *Verũ ut omnia in ſua integritate ſerventur, & componatur annus tertius Chlodovei Regis cum ordinatione dictorum Epiſcoporũ in annum Chriſti* DCXL, *prout in Chronico Fredegarii & citatis Actis exigitur; duplex occurrit methodus, quam benevolo Lectori proponimus.* *succedit Chlodoveus II,*

hujus anno 3 Chriſti 640 conſecrantur Epiſcopi SS. Eligius & Audoenus,

12 *Prior eſt quod* Dominicam Rogationũ *ſive* Litaniarum

AUCTORE G. H.

taniarum *sit distinguenda* à Dominica ante Rogationes *sive* Litanias. *Guillelmus Durantes, sive Durandus, ex Nuntio Apostolico in Vmbria & Decano Ecclesiæ Carnotensis, creatus anno* MCCLXXXVI *Episcopus Mimatensis seu Gabalitanus in Aquitania prima, ac proinde vir optime intelligens usum Ecclesiarum Gallicanarum, inter alia opera edidit Rationale Divinorum officiorum, libris octo comprehensum, quod habemus anno* MCCCCLXXVIII *impressum, ac deinde sæpius recusum: ubi cum libro* 6 *egisset de solennitate Paschali ejusq; feriis ac quatuor Dominicis proximis, dein proponit Rubricam:* De Dominica Rogationum, *ita illi dicta*, propter dies Rogationum, quæ ante Ascensionem Domini fiunt. *En* Dominica *sive* hebdomas Rogationum, *sive* Litaniarum, *quæ aliter* quinta post Pascha *appellatur: in qua Euangelium cum reliqua Missa Rogationem satis indicat. Imo quod ipsa Dominica inchoaretur solennitas Rogationum in diœcesi Rotomagensi traditur apud Rigordum, Robertum Antissiodorensem, & Martyrologos; dum* S. Guillelmus apud Pontisaram die x Maii *dicitur* subito defunctus, cum populo Litanias ante Ascensionem Domini peragens, anno MCXCII, *quo Pascha fuit celebratum die quinta Aprilis, & festum Ascensionis* XIV *Maii, & Dominica præcedens dicto* X *Maii: ad quem diem hæc latius exponimus. Præterea videtur in more fuisse, ut jam dicta Rogationum solennitas, inchoanda Dominica quinta post Pascha, annuntiaretur populo Dominica præcedenti, id est quarta; quæ propterea fuerit.* Dominica ante Rogationes *seu* Litanias *nuncupata, & à qua indictione, quia animi populorum ad eas rite celebrandas præparabantur, censebantur* Rogationes *seu* Litaniæ *inchoari: eo plane modo, quo etiamnum Dedicationes ecclesiarum, quæ potissimum in Dominicis celebrantur, à Dominica præcedenti solent indicari: quando etiam vexilla cum assutis tintinnabulis è summitate turrium exponuntur: & ab omnibus circumquaq; dicitur ibidem Dedicatio ecclesiæ celebrari, licet solennitas ipsa post octiduum inchoëtur. Simili etiam modo pro nundinis annuis, integro ante earum initium octiduo, publicatur libertas fori, cum immunitate debitoribus concessa. Sic ergo* Dominica quarta post Pascha, *ob præviam denuntiationem* Rogationum, *dicebatur* Dominica ante Rogationes, *quæ tunc velut inchoari censebantur. Et hæc* Dominica quarta post Pascha, *sive* Dominica ante hebdomadam Rogationum *sive* Litaniarum *dicto anno* DCXL *conveniebat* in decimum quartum mensis tertii, *qui aliis dicitur* pridie Idus Maii *sive* dies XIV Maii, *& erat* annus tertius Chlodovei Regis filii Dagoberti. *Atq; ita habentur omnia requisita in Chronico Fredegarii, Actis antiquis SS. Eligii & Audoëni, & vetustis Martyrologiorum tabulis Ecclesiasticis: ideoq; hæc ratio maxime placet.*

distincta à Dominica Rogationum.

fuit 14 *Maii*

13 *Altera methodus omnia conciliandi foret, si dicto anno* DCXL *apud Turonenses Rotomagenses & vicinos Neustriæ populos diceretur solennitas Paschalis fuisse celebrata octiduo citius, quam Romani & alii Galli circa Lugdunum potissimum eam observarint: eo scilicet modo, quo factum fuisse*

ant forte Pascha octiduo citius celebratum.

constat anno DLXXVII, *quando Romani cum aliis Orientalibus Pascha celebrarunt die* XXV *Aprilis:* In Galliis *vero* Turonenses cum multis civitatibus sanctum Pascha celebrasse XIV Kalendas Majas, *id est* XVIII *Aprilis & octiduo citius, testatur Gregorius tunc Episcopus Turonensis, lib.* 5 *Historiæ Francorum cap.* 17. *Eodem modo, quia anno* DCXL *Romani cum variis populis, etiam Lugdunensibus in Gallia celebrarunt sanctum Pascha* XVI *Aprilis, si Turonenses cum Rotomagensibus dicantur celebrasse octiduo citius, die* IX *Aprilis, tunc Acta SS. Eligii & Audoëni cum antiquis Martyrologiorum tabulis manerent inconvulsa, & forent dicti Episcopi consecrati anno tertio regni Chlodovei, die* XIV *Maii, & Dominica Rogationum. Notandum autem est, ab Ægidio Bucherio, sub finem capitis* X *in suis Commentariis ad Victorii Canonem Paschalem, observari, quod aliqua Galliæ pars non ante tempora Pippini Regis aut Caroli magni in Alexandrinorum placita consenserit.*

14 *Videant eruditi viri, quorum ulteriori discussioni hæc offerimus, utram rationem probent retinendæ diei* XIV, *qua anno Chlodovei II tertio, consecrati simul sint SS. Eligius & Audoënus: utravis recipiatur, subsistet quod diximus, quodq; eatenus jam certa chronologia exigit, de morte Dagoberti I, obita die* XIX *Ianuarii anno* DCXXXVIII; *& successione filii ejus Chlodovei II, cujus regni quoq; anno tertio, Christi* DCXL *inquit Fredegarius,* Æga Major-Domus in Clippiaco villa vexatus a febre, mortuus est.... Post cujus discessum Erchinoaldus, qui consanguineus fuerat de genere Dagoberti, Major-Domus palatii Chlodovei efficitur. *Eodem etiam anno videtur Dux Pippinus Major-Domus S. Sigeberti apud Austrasios obiisse* XXI *Februarii, quo die ejus Vitam dedimus, & hinc ibi signatum annum mortis corrigi cupimus. Erat is pater SS. Gertrudis & Beggæ, quarum illa in sua virginitate ex correcto jam computu sancte mortua est anno* DCLIX, XVII *Martii, ad quem diem Acta ejus illustravimus. At soror ejus S. Begga, nupta Ansigiso, filio S. Arnulphi, peperit ei Pippinum Herstallium, & tandem anno* DCXCIII *die* XVII *Decembris ad æternam gloriam migravit. Harum frater Grimoaldus Major-Domus Pippino patri successit. Anno regni Chlodovei XI, Christi* DCXLVIII *cœpit S. VVandregisilus monasterium Fontanellense, dicto Erchinoaldo locum donante, construere die Kalendarum Majarum, prout eam Chronologiam latius deducimus* XIV *Aprilis ad Vitam S. Lantberti secundi Abbatis, qui dicto S. VVandregisilo subrogatus fuit. Eodem aut sequenti anno Rex Chlodoveus in uxorem assumpsit S. Bathildem, ex qua genuit Chlotharium, Childericum & Theodericum, postmodum successive Reges. Erchinoaldo mortuo successerunt Majores-Domus Rudobertus anno regni* XVI, *Christi* DCLIII, *& dein Ebroinus. At Chlodoveus Rex cum annos octodecim regnasset, vita functus est anno* DCLVI, *nescitur quo mense aut die; nec etiam an & quot menses ultra dictos annos fuerit superstes. Solum ex Vita S. VVandregisili videmur posse colligere quod ante* XXII *Iulii, quo hic obiit, regnum auspicatus sit Chlotharius III, tunc circiter annos sex natus, sub tutela matris S. Bathildis Reginæ. Nam dictus*

Ægano succedit Erchinoaldus Major-Domus.

Pippino Grimoaldus.

Erchinoaldo Radobertus & Ebroinus.

Chlodoveo anno 656 succedit Chlotharius III.

dictus S. Wandregisilus mortuus *traditur* anno regiminis decimo nono, mense quarto, die primo & vicesimo, & Chlotarii tertii undecimo, *qui est Christi annus* DCLXVI. *Anni octodecim, quos numeravi & Chlodovæi regno attribui, exprimuntur à Monacho Sandionysiano in Gestis Dagoberti cap.*51 *&* 52, *Continuatore Fredegarii cap.*91, *Hermanno Contracto aliisq. Hos autem* annos XVIII, in regni administratione completos *fuisse, tradunt auctores Chronicorum Divionensis S. Benigni, Besuensis Abbatiæ, & aliorum. Nec dubitamus quin bi anni* XVIII *legendi sint in Vita S. Bathildis, licet ex incuria scriptorum unico numero omisso, ut sæpius advertimus legantur anni* XVII. *Porro* anno regni Chlodovei XVIII, Leodebodum, Abbatem S. Amiani & fundatorem monasterii Floriacensis, laudabilis Vitæ cursum sancto fine concludisse, *legitur in antiquis monumentis editis à Carolo Saussaio lib.*4 *Annalium Ecclesiæ Aurelianensis cap.*1 *num.*14.

CAPVT III

Dagoberti II exilium & reditus Regnum ejus Adrhenanum, dein totius Austrasiæ Cædes ejus & martyrium. Tempus regni Childerici.

S. Sigeberto anno 658 *mortuo.*

15 *Parentes Dagoberti II fuerunt S. Sigebertus Rex Austrasiorum, & Imnechildis, ab anno circiter* DCXLV *conjugati. Ex his prius è vita decessit Sigebertus; cujus obitum Sigebertus Gemblacensis in Chronico retulit ad annum* DCLVI, *in Vita autem S. Sigeberti ad annum* DCLXII. *Neuter annus modo placet, at placet annus* DCLVIII, *quo Kalendis Februarii obiisse eum infra ex successorum tempore confirmatur. Filius ejus & heres regni supererat Dagobertus II, annos circiter duodecim natus. Verum hic ex insidiis & factione Optimatum regni Austrasiorum in Clericum attonsus est, & procul in Hiberniam amandatus: ing. ejus locum Childebertus, filius Grimoaldi Majoris-Domus intrusus, & Rex Austrasiorum proclamatus; duplici per ditiones Austrasiorum sparso rumore, scilicet Dagobertum mortuum esse, & dictum Childebertum à S. Sigeberto successorem regni in simili casu adoptatum fuisse. Tum Imnechildis vidua, orbata marito, & in exilium abducto filio, videtur Parisios fugisse, opem contra regni invasores imploratura: & plurimi ex Optimatibus regni cum ea conspirarunt. Hinc anno* DCLIX *Grimoaldus captus, Parisios deductus, carceri inclusus, perq. varios cruciatus vitam finivit, & in locum Childeberti, forsan occisi, substitutus est Rex Austrasiorum Childericus, octo circiter annos natus, frater secundo genitus Chlotharii III; & quemadmodum hic regnum Neustriæ & Burgundiæ sub tutela matris suæ Bathildis administrabat, ita & Childericus sub tutela Imnechildæ Reginæ & amitæ regimen Austrasiæ suscepit: qui mox anno regni* II, *Christi* DCLX, *sub die Kalend. Augusti concesserunt S. Amando Barisiacum in agro Laudunensi, cujus donationis diploma incipit:* Childericus Rex &

Dagoberto in exilium misso, & Childeberto expulso,

Childericus fit Rex Austrasiæ an. 659

Imnechildis Regina, *& sub finem ista addit Childericus:* Ego, dum propter imbecillam ætatem minime potui subscribere, manu propria subterfignavi & Regina subterfignavit. Signum Childerici Regis. Imnechildis Regina subscripsi. AUCTORE G. H.

16 *Et hæc de perturbatione regni Austrasiorum dicta sufficiant: circa quæ tempora in regno Neustriæ & Burgundiæ Ebroinus Major-Domus tyrannidem exercebat, quando S. Annemundus, cognomento Dalfinus Archiepiscopus Lugdunensis, jussu ejusdem Ebroini occisus est: cujus interim cædes S. Bathildi, tunc pro filio regnum gubernanti, fuit perperam tributa. Huic Archiepiscopo S. Wilfridus Roma redux tribus annis fida societate adhæserat, atq. interemptum debito cum honore sepelierat. Inde ergo in Angliam rediturus, evitavit quantum licuit regnum Chlotharii & dominatum Ebroini, & per regnum Austrasiorum iter confecit, atq. cum plurimis Optimatum familiarem amicitiam contraxit. Unde aut tum coram, aut postea per litteras vel submissos nuntios rogatus ut* Dagobertum heredem regni *curaret tuto submitti, illud diligenter præstitit: eumq. ut Acta ejus* XXIV *Aprilis habent,* ex Hibernia adductum, magna benevolentia secum aliquamdiu tenuit, ab omni periculo protexit, arque nativo solo incolumem ac tutum restitui posse donavit. *Factum id arbitramur circa annum* DCLXI, *quo tempore S. Wilfridus erat carus Regi Oswio, ejusq. filio Alfrido ac reliquis regni Proceribus, ut facilius potuerit Dagoberto auxiliari. Reversus ergo Dagobertus, annorum circiter quindecim adolescens, secessit ex directione matris in Thuringiam. Tunc illa apud Childericum, quinq. fere annis Dagoberto juniorem, qui Neustriorum gratia subnixus cum ea regebat, ita egit, ut Alsatiam & provincias Transrhenanas Dagoberto patrueli suo ac legitimo regni heredi cederet. Quod & factum est, & ambo pacifice inter sese regnarunt, & cum Chlothario III, qui in Neustria & Burgundia imperabat.*

A S. Wilfrido Archiep. Eboracensi

Dagobertus remittitur anno 661,

Rex Adrhenanus creatur.

17 *Dagobertus ergo in regno stabilitus circa annum* DCLXII *in uxorem duxit Machthildem Saxonum Ducissam, ex eaq. genuit S. Irminam & alios liberos, de quibus infra agemus. At mater Dagoberti Imnechildis permansit cum Childerico, & ab hoc etiam conjugem Bilichildem duci vidit aut forte curavit. Illustre hujus rei testimonium apparet in diplomate, quo donationes monasteriis Stabulensi & Malmundariensi à S. Sigeberto factæ confirmantur. Illud diploma dedimus ad Vitam S. Sigeberti pag.*235 *ejusq. pars aliqua extat in Diatriba Dagobertina lib.*2 *cap.*3 *exordium est hujusmodi:* Childericus Rex Francorum, Emnechildis Regina & Bilihildis Regina, *& sub finem ista habentur:* Ut hæc perceptio nostra in membranis conscripta, firma & immobilis perseveret, manu nostra subter eã decrevimus adfirmare. Signũ glorioſi Domni Childerici Regis. Signũ Imnechildis Reginæ, Signum Bilihildis Reginæ, Signum Gundoini Ducis. Data quando fecit mensis September dies VI, anno VIII regni Domni Childerici Regis. Trajecto feliciter. *Annus dictus* VIII *convenit in annum Christi* DCLXVI, *quo Childericus annos sedecim circiter*

ducit uxorem anno 662.

ut Childericus an. 666

ætatis

AUCTORE G. H.

ætatis habebat. Hujus donationis meminerunt tum Childerici frater Theodericus Rex, ejuſq; filius Chlodoveus III, tum Imperatores Ludovicus Pius, Otto II, & Henricus II, ac Pontifex Romanus S. Leo IX, cujus Acta dedimus die XIX *Aprilis.*

an 670 regnat Theoderiuus,

18 *Cum deinde* Chlotharius III, *uti Acta S. VVandregiſili habent*, annis quatuordecim rexiſſet populum Occidentalium Francorum, conſortiis ſubito caruit humanis: *& quidem ex calculo jam ſubducto id factum foret labente anno* DCLXX. *Huic tunc ſubrogatus eſt junior frater* Theodericus, *permanſitq; ejus Major-Domus* Ebroinus, *ſed* Francis odioſus, quia quod per eumdem ſub Rege Chlothario ſuſtinuerant ponderis jugum, *iterum & forſan gravius* metuebant, *uti in Vita S. Leodegarii Vrſinus auctor coævus exponit. Tunc teſte Balderico in Chronico Cameracenſi & Atrebatenſi lib.* I *cap.* 20, B. Vindicianus ejuſdem Eccleſiæ Sedem regendam ſuſcepit temporibus Theoderici Regis, qui poſt Chlotharium fratrem ſummā regni ſuſcepit, renitentibus plurimis ex Frācorum Principibus, maxime propter Ebroinum, qui Major-Domus regiæ, illis permoleſtus erat. Unde utroſque monaſterio recludunt, & Childericum fratrem, qui in Auſtraſiis partibus imperabat, ſuper cunctū regnum ſuſcipiunt. *Hæc ibi. Vitam S. Vindiciani dedimus* XI *Martii, ſed chronologia ex calculo hic poſito eſt reformanda. Annum Childerici aſſumpti in regnū Neuſtriæ & Burgundiæ ſtatuimus* DCLXXI, *cum annum* XII *ageret in regno Auſtraſiæ, quo anno* XV Kalendas Aprilis *dedit S. Humbertus Maricolenſi cœnobio à ſe fundato varias poſſeſſiones: cujus diploma, cum originali ejuſdem Humberti ſigillo munito collatum, edidimus ad Vitam S. Humberti* XXV *Martii, ubi inter ſtipulationis teſtes idoneos adhibetur memoratus Epiſcopus Vindicianus. Hunc autem annum* XII *Childerici in regno Auſtraſiæ, eſſe ejuſdem primum in regno Neuſtriæ & Burgundiæ, oſtendimus ad Vitam S. Lantberti, Abbatis tunc Fontanellenſis* XIV *Aprilis. Rex ergo Childericus triplici regno potitus, poſtmodum* ſuper omnem domum S. Leodegarium Pontificem ſublimavit, & majorem Domus in omnibus fecit. *Ita Vrſinus in illius Vita, addens* tribus pene annis Regem *ſub eius directione imperaſſe, univerſim* non plene quatuor annis *in Neuſtria regnaſſe, uti legitur in Vita S. VVaningi tomo* 2 *Actorum Sanctorum Ordinis Benedictini pag.* 974. *Erant autem* ſolennes vigiliæ Paſchæ, *anno Childerici in regno Neuſtriæ quarto, Chriſti* DCLXXV, *quando S. Leodegarius, advertens Regis animum mutatum, ſeceſſit Luxovium. Qua adhuc æſtate* Childericus Rex, cum conjuge ſua Bilihilde filioq; nomine Dagoberto, vita & regno privatus *legitur in citata Vita S. Lantberti. Horum corpora à S. Audoëno fuiſſe Rotomagi ſepulta traditur in Vita poſteriore S. Audoëni, ſed loco* Dagoberti filii Childerici, *intruſum eſt nomen* Dagoberti filii Sigeberti: *uti plura alia inſerta ſunt, quæ in antiquiore Vita deſunt. Mabillon econtra ad Vitam S. Lantberti notat*, Childericum in Pariſiaca baſilica S. Germani ſepultum fuiſſe & detectum fuiſſe anno MDCLVI tumulum ipſius & Bilihildæ uxoris, cū urnula haud dubie filii Dagoberti, *forte corporibus poſtea Pariſios tranſlatis.* Childerico occiſo, *ut in Vita* S. *Leodegarii legitur*, frater ejus Theodericus ad ſceptra regni pervenit. Tunc Ebroinus Auſtraſios ſibi amicos aſcivit, immaniſſimamq; exercens tyrannidem de quodam Chlodoveo, quem, falſo quaſi Chlotharii III filium, Regem fecerat, ad Theodericum reverſus, in priſtinum ſtatum reſtituitur.

& eo pulſo Childericus anno 671,

19 *His interpoſitis ad Dagobertum II regredimur: cujus filius, à S. Arbogaſto Epiſcopo Argentoratenſi ad vitam revocatus dicitur, ſive is vere mortuus fuerit, ſive ſaltem lethali morbo laborarit. Tunc etiam varia à Dagoberto Eccleſiæ Argentoratenſi & monaſteriis Schutterano & Saraburgo fuerunt donata. Præterea etiam filiæ ejuſdem Dagoberti, ope S. Florentii, viſus ac loquela reddita traditur, ac Kirchemium aliaq; loca monaſterio Haſelacenſi attributa. At poſt cædem Childerici, & Chlodoveo fictitio Rege amoto, integrum Auſtraſiorum regnum ad Dagobertum II fuit delatum. Hinc nata occaſio belli, quod inter ipſum & Theodericum Regem geſtum refertur in Vita S. Salabergæ* XXII *Septembris. Inter loca porro Regibus Auſtraſiorum ſubjecta fuerunt Ducatus Campaniæ, & in hoc diœceſes Remenſis & Catalaunenſis: in hac vero diœceſi primus Epiſcopus fuit S. Memmius, cujus Vita MS. danda* V *Auguſti inſignem memoriam continet Dagoberti.* Poſtquam, *inquit auctor*, tantis effulſit ſignis & miraculis Deus per ſervos (*Memmium ſcilicet, Donatianum & Domitianum, de quibus actum erat*) claruit quoque noviſſimo tempore, in anno ſecundo ſub Imperio Dagoberti (ipſe eſt, qui poſt longam preſſuram reverſus eſt ad propria regna) in menſe quinto, *ſive Iulio*, in quinta die menſis, ſecunda vigilia noctis. *Narratis dein miraculis ſtaurientis ex S. Memmii ſepulcro fontis, & aliis ſubſecutis, concludit iſtis verbis*: Verum ea quæ vidimus hæc ſcripſimus & narramus. *Videtur dictus Imperii annus* II *menſe Iulio, ſpectare ad annum Chriſti* DCLXXVII.

Poſt hæc fuit Dagobertus II Rex totius Auſtraſiæ

occiſus cum filio Dagoberto anno 675.

20 *Annis ſequentibus* S. Irminam filiam Regis Dagoberti in primæ ætatis flore Hermannus Comes ſibi deſponſaverat, ſed ante immatura morte præreptus. Tunc illa Chriſtum in ſponſum elegit.... Unde Treviri, in loco qui dicitur Horreum, ædificato monaſterio aggregavit ſibi cœtum ſanctimonialium, quarum facta eſt Abbatiſſa. *Ita Theofridus Epternacenſis in ejus Vita* XXIV *Decembris. Quæ pleraq; arbitramur peracta anno* DCLXXIX *aut ſequente ante obitum Dagoberti; ſub finem anni* DCLXXX, *ut mox dicetur, occiſi; cum S. Irmina annorum circiter ætatis ſeptemdecim eſſet.* Diligebat ea, *teſte eodem Theofrido*, præcipue ſanctiſſimum Dei virum Willibrordum, *qui ejus liberalitate provocatus, Epternacenſe monaſterium conſtruxit. Donationum diplomata ſignata fuerunt* Kalendis Novembris & Kalendis Decembris anno IV Childeberti Regis, *id eſt Chriſti* DCCI, *cum S. Irmina eſſet annorum octo & triginta. Soror S. Irminæ fuit Adela, alia Dagoberti II filia, quæ poſt mariti obitum, Irminæ exemplo Palatiolum monaſterium*

ejus filia S. Irmina monaſterium Horrenſe conſtruit circa an. 679.

benefacit S Willibrordo anno 701

Adela ſoror Palatiolum dotat anno 731. *monaſterium ad Moſellam conſtruxit, ibiq; Abbatiſſa Palatiolenſem Eccleſiam heredem inſtituit; idq; (ſi credi in hoc poteſt ſuppoſititio illius Teſtamento)* Kalendis Aprilis anno XII Theoderici Regis, *Chriſti anno* DCCXXXI, *à morte Dagoberti* II *patris ſui* LI. *Et hæc quidem ante tomum* II *Aprilis plenius deducta ſunt; hic vero ſolius chronotaxis cauſa ſufficit ita breviter percurriſſe. At quæ de adventu S. VVilfridi acceſſu ad hunc Dagoberti & hujus miſera nece apud Fridegodum, & Eadmerum in Vita S. VVilfridi* XXIV *Aprilis traduntur, explicanda ſunt latius.*

S. Wilfridum Sede Eboracenſi expulſum 21 Beatus igitur Wilfridus (*verba ſunt Eadmeri*) Epiſcopalis Cathedræ Eboracenſis dignitate privatus *anno* DCLXXVIII, Romam iturus, mutato vento pulſus eſt Friſiam, ubi à barbaris ac Rege Aldgiſlo honorifice ſuſceptus, multa millia verbo veritatis inſtituit, ac fonte ſalutari à ſuorum peccatorum ſordibus liberavit, in ipſa provincia totam cum nova Dei plebe hiemem feliciter exigens. Deinde *Dagobertus benigne excipit an. 679* *anno* DCLXXIX pergendi Romam iter repetiit, & Galliam perveniens, nota ſibi Regis Dagoberti mœnia ſubit. Quem ipſe Rex mox recognovit, eumque multa cum lætitia hoſpitio ſuſcepit, & vocatis hominibus ſuis, hac voce alloquitur: Virum hunc magnopere commendo..... Hujus etenim probitate & induſtria vobis redditus, vobiſque regia ſum dignitate prælatus. *Explicata dein ſua expulſione, cujus ſupra meminimus*, Sedes, dignitates & varia dona ei offert.... Sanctus autem ſui propoſiti memor, ſociato ſibi quodam Præſule, Deodato nomine, à Curia diſceſſit. *Hæc tibi. Curia Dagoberti tunc in urbe vel Metenſi vel Trevirenſi fuit: ſub Trevirenſi autem metropoli degebat Deodatus Epiſcopus Tullenſis, qui Romæ ut mox dicetur, Conciliis hoc & ſequenti anno habitis interfuit.* Inde Wilfridus Campaniæ Ducem, vocabulo Bertherium adiit, & ab eo nobiliter ſuſceptus eſt: ſicque multiplicatis rebus ac ſociis gratioſus diſceſſit. *Hæc ibi Eadmerus.* Campaniæ Remenſis *ſæpius meminit Gregorius Turonenſis, & Drogo ſeu Drocus filius Pippini Herſtallii fuit Dux Campaniæ, ſed poſt tempora dicti Bertherii. Iter autem Romanum Treviris ac Metis, per dictam Campaniam Dagoberto Regi ſubjectam, optime deducitur.*

qui obtenta Romæ cauſa 22 Romam vero perveniens Wilfridus *dicto anno* DCLXXIX, adductus eſt ad Agathonem Papam, in cujus ac plurimorum Epiſcoporum præſentia cauſa ejus eſt ventilata. *Fuit id Concilium* menſe Octobri, *in quo fuerunt* Epiſcopi XVI, Presbyteri XXXV. *Malmesburienſis appellat* Concilium quinquaginta tam Epiſcoporũ quam Abbatum. *Huic ab initio interfuit* Deodatus Epiſcopus Tullenſis; *ac deinde admiſſus* S. Wilfridus, univerſorum judicio, Epiſcopatu dignus eſſe comprobatus eſt. *Miſſus tunc in Angliam Ioannes Abbas monaſterii S. Martini, & citatus Theodorus Archiepiſcopus Cantuarienſis, ut cum ſuis Concilio Romæ celebrando intereſſet; cujus adventum diu expectatum fuiſſe indicatur in epiſtola Agathonis Papæ &* CXXV *Epiſcoporum, inſerta actioni quartæ Concilii Oecumenici Conſtantinopolitani. Fuit autem habitum Romæ Concilium in æſtate anni* DCLXXX, *unde tarditas Miſſorum Conſtantinopolim excuſatur: quo iſti venerant die* X *Novembris; & mox die* XVIII *diſceſſum eſt Blachernas, cœptumq; Concilium Oecumenicum. At Romæ in Concilio inter centum viginti quinque Epiſcopos ſedit quadrageſimus nonus* Adeodatus Epiſcopus Leucorũ *ſupra* Deodatus Epiſcopus Tullenſis, *& quinquageſimus* Wilfridus inſulæ Britanniæ Legatus. Apoſtolico igitur, *inquit Eadmerus*, & Synodali decreto in Epiſcopatum reſtitutus Wilfridus, iter Angliam veniendi reperiit.

cum ibi an. 680 Concilio 150 Epiſcoporum interfuiſſet, 27 Ecce autem, extra quam putabatur, latronum manus ad interficiendum parata, viro Domini haud grata proceſſione occurrit, Erãt etenim, qui Regi Dagoberto inſidias tetenderant, & gladio in inguine merſo necaverant. *reperit Dagobertum occiſum:* Hi ergo viro Dei occurrunt.... quorum unus militi Chriſti cõvitiabatur. Delator, inquiens, patriæ, petulans & moribunde viator, tu Gallicam libertatem in ſervitutem redegiſti, cũ tyrannum, à nobis jam olim exiliatum, tua inſtantia in regnum conſtituiſti. At ipſius quidé crudelitas juſtiſſimâ morte punita, te quoq;, utpote maximum ſuæ mortis auctorem, te, inquam, eadem morte puniendum eſſe declamat *&c. Eadmero præivit Fridegodus, dum accedentem VVilfridum ita ſalutatum cecinit.*

Conglomerata ſuis furunt collegia ſignis
Noxia, Regali (ceu fertur) ſanguine fuſo
Civiles etiam Dagobertus Marchio *dex- * id eſt Rex*
tras
Sẽferat, & rigidũ capulo tenus inguine ferrũ.
Prælia vibratis intentant cominus haſtis,
Arduus excuſſo quorum convitia telo
Vnus Pontifici, tœdo, ſic ingerit ore:
Delator patriæ petulans, moribũde viator,
Gallica tu pridem violaſti ſceptra, relato
Qui periit cæſus, quẽ jure ſequẽre, tyrãno.

28 *En Dagobertum II ſub finem anni* DCLXXX *à ſuis, in ſuo regno, ex inſidiis, gladio in inguine merſo, occiſum: & quod olim, ſed multum dubitando non auſi fuimus aſſerere: jam multo ſecuriores & ex certiori multo conjectura audemus pronuntiare, hunc ipſum Dagobertum Regem, videri martyrem coli Satanaci, de quo MS. Martyrologium Adonis, quod auctum extat in monaſterio S. Laurentii juxta Leodium iſta habet* XXIII Decembris. Eodem die paſſio S. Dagoberti Regis Francorum, qui quadam die *forte 23 Decembris* pergens venatũ in ſaltu Vaurenſi, plenus Spiritu ſancto, in loco qui dicitur Scortias, tribus milliaribus diſtante à fiſco Sataniaco, in quo ipſe morabatur, à filiolo ſuo, nomine Joanne, x Kalendas Januarii martyrizatus eſt, & ab Angelis deportatus eſt ad ſocietatem Martyrum. *Hæc ibi. Ac primo locus cædi accommodatus aſſignatur in ejus regno* Scortias, in Saltu Vaurenſi, *prope* Sataniacum *ſive* Sathanacum *aut* Stenæum, *vulgo* Stenay, *urbem etiam tum munitã cum arce, ad Moſam fluvium, in qua, propter bella cũ Theoderico Rege, videtur etiam ſubinde moratus; ibiq; inter venandum ex inſidiis à Ioanne filiolo, ad id ab aliis conducto, cum de illo minorem perfidiæ ſuſpicionẽ haberet, gladio in inguine merſo, interemptus; cumq; deinde miraculis clareret, inter Martyres cultum Eccleſiaſticum* *& eum qui Martyr colitur Sathanãci* *binuiſſe. Dies* paſſionis *habetur* XXIII Decembris. *Imo in vita ejuſdem apud Alexandrum VVilthemium*, præceperunt Epiſcopi per

AUCTORE G. H 1 Septembris

singulos annos celebrari solenniter diem martyrii x Kalendas Ianuarii ; & celebratur alacriter à circummanentibus fidelibus Christianis. *At dictus Wilthemius advertit,* jam celebrari IV Nonas Septembris Sathanaci, Longwici & in tota diœcesi Verodunensi,&varius illi dicatas esse ecclesias. *Fortassis ob aliquam corporis reliquiarumve elevationem, cujus distinctior memoria non supersit.*

25 *Hæc sunt tempora,de quibus in Historia jussu Childebrandi scripta & Fredegario annexa, cap.* 97 *ista leguntur:* In Austria,mortuoWlfoaldoDuce, Martinus Dux & Pipinus, filius Ansigisili quondam Franci nobilis,dominabantur.Defunctis Regibus,cōmissis invicé Principibus, Ebroino,Martinoatq;Pippino,adversusTheodericū Regem excitantur ad bellum. *Hæc ibi ubi inter defunctos Reges arbitramur censeri dictum Dagobertum ejusq; filium Sigebertum. Forsan, cum integra Austrasia esset patri subjecta, in Regem coronatum,uti alibi latius diximus; scilicet* Sigebertum Dagoberti Regis ex Machthilda Saxonum Ducissa filiū S Arbogasti orationibus à mortuis suscitatū:*eumdemq;* Sigebertum *videri esse, qui in Vita S. Aldegundis antiquiore Rex appellatur, sub quo & S. Adeltrude corpus dictæ Aldegundis Malbodium fuit translatū. Consule dicta in Exegesi* II *præliminari ante tomum* 3 *Martii num.* 24 & 25.

Eodem tempore videtur Sigebert us filius obiisse.

CAPVT IV.

Tempora Theoderici Regis ejusque filiorum & nepotis Dagoberti III. Hujus successores ex Childerico & Dagoberto II Regibus.

Sub Theoderico Rege

25 *Hisce de regno, nece, & veneratione Dagoberti* II *relatis,ad Theodoricum ejus patruelem regredimur , post cædem Childerici fratris in Regem Neustriæ & Burgundiæ, ut diximus, anno* DCLXXV *assumptum. Huic Major-Domus adhæsit*

& Ebroino Majore Domus,

Ebroinus, cujus machinatione S. Leodegarius captus est, & oculis evulsis apud VVaymerum Ducem Campaniæ adservatus : sed ab eo ad Ebroinum , in Neustriam fugientem , ab ductus , in quodam monasterio per annos circiter duos latuit , usque ad annum DCLXXVIII , *quando lingua etiam execta traditus est S. VVaningo : in cujus monasterio Fiscano per biennium fere in Dei laudibus resedit, usq; ad annum*

S. Leodegarius an. 680 *occiditur.*

DCLXXX, *quo capite plexus est die secunda Octobris, uti legitur in gemina vitæ ejus historia, exacte descripta ab auctoribus coævis, quibus hanc temporum correctionem aptare memineris. At Dagoberto* II *sub finem anni* DCLXXX *occiso, non continuo potuit Theodoricus Austrasiam obtinere, sed* Pippinus *Herstallius &* Dux Martinus adversusTheodericum Regem excitantur ad bellum, *anno* DCLXXXI, *quando* perfide Martinus cum sociis ab Ebroino interfectus est : *sed non diu post* Ebroinus pœnas luit,abErmenfrido confossus, *uti pluribus in historia jussuChildebrandi scripta habetur cap.* 97 & 98, *ex quo & sequenti capite sequentia constant. In locum ergo Ebroini successit* Warado, *sive* Waratto , *in Neustria Major-Domus , inter quem & Pipinum pax aliqua datis obsidibus firmata est. Postea VVarato à Gislemaro filio supplantatur, sed eo non diu invita persistente,pater priorem dignitatem recepit. Tunc S. Audoenus, ut sinceræ & pacificæ concordiæ auctor esset Coloniam profectus , ac pace stabilita ad Regem Theodericum & VVaradonē anno* DCLXXXIII *regressus, in villa regia Clypiaco prope Parisios mortuus est. Hunc* anno DCXL *diximus* XIV Maji Episcopum ordinatum, rexisse Ecclesiam Rotomagensem annos tres & triginta, menses tres, & dies decem, ac nonagenarium migrasse ad Christum, sub die nono Kalendarum Septembrium,*sive* XXIV *Augusti, ergo jam dicto anno* DCLXXXIII.

S. Audoenus obiit an. 683

Ebroino succedit Warado an. 681.

26 *Mortuo anno sequenti VVaradone, honorem Maioris-Domus suscepit gener ejus Bertharius,homo levis & suorum contemptor. Contra quem vicissim Franci Pippinum concitarunt. Commotis ergo exercitibus, anno* DCLXXXVII *commissum est prælium Textricianum, inter Quintinopolim & Peronam; in quo victi fugatiq; fuerunt Rex Theodericus & Bertharius Maior-Domus, qui dein ab adulatoribus falsis amicis interfectus est : & Pippinus victor Maioratum Domus regiæ exercuit in universa Francia, cujusq; tribus regnis, scilicet Austrasiæ, Neustriæ & Burgundiæ, & ab hoc anno* DCLXXXVII *& mense Iunio,initium sumunt anni viginti septem ejus Principatus, finiendi cum obitu eius ad annum* DCCXIV. *Pippinus igitur victor in suam Austrasiam reversus,* bella multa cum Saxonibus, & maxime cum Ratbodo Frisionum Rege fortiter gessit; *&, uti habet Paulus Diaconus lib.* 6 *Historiæ Longobardorum cap.*37, *& teste Beda lib.*5 *cap.*11 citeriorem Fresiam, expulso inde Radbodo Rege, cepit. *Hinc* SS. Willibrordus, Suitbertus *& eorum socii, in Frisia non admissi,* divertentes ad Pippinum Ducem Francorum , gratanter ab illo suscepti sunt : *quæ latius explicamus ad Kalendas Martii in Vita S. Suiberti, ubi* § 6 *pietatem Pippini deducimus, ostendimusq; ab eo Plectrudem numquam divortio separatam fuisse. Hisce addi potest charta munificentiæ erga tumulum S. Arnulphi avi sui, signatam* x Kalendas Martii anno XII regni Domni Theoderici Regis , *cujus prima verba sunt* , Ego Pippinus & uxor mea Plectrudis, cogitantes de salute nostra *&c. Reliqua possunt legi apud Meurisium Madaurensem Episcopum in Historia Episcoporum Metensium lib.* 2 *cap.* 29. *Annus is erat Christi* DCLXXXVIII, *cum jam tum Theodericus Rex trium regnorum monarcha haberetur, sicut Pippinus in eisdem Maior-Domus erat. Plura his similia dedimus lib.* 3 *Dagobertino cap.* 2. *Hic autem Rex Theodericus pluribus regnavit annis quam* quatuordecim, *prout supra ex Historia jussu Childebrandi scripta & Fredegario annexa diximus haberi in omnibus codicibus impressis, etiam apud Andream du Chesne,testantem se usum antiquissimo codice MS. Alexandri Petavii , postea ad Sereniss. Christinam Reginam Sueciæ translato , in quo tamen nos postmodum reperimus annos Regni ejus tribui* septemdecim ; *& hoc posito calculo statuimus Theodericum obiisse sub finem anni* DCXCII *aut initium sequentis.*

Pippinus an. 687 *prælio victor*

annos Principatus inchoat :

Theodericus regnat non annos 14

sed 17. *obit an.* 692 *aut seq.*

27 *Quæ ejus uxor fuerit disputant auctores. Anonymus fabulator de gestis Francorum* Chlothildem *appellat. In epitaphio , quod in monasterio S. Vedasti Atrebati ipsi ac marito positum legitur, vocatur* Doda. *Vtrimq; sane auctoritas exigua. Nam quam falso iste se Regibus hisce synchronum fingit ; tam certo prædictum epitaphium temporis*

S. Willebrordum excipit:

est

eſt multo recentioris, & componitur octo verſibus Leoninis, ob inſignes hemiſtichiorum rythmos adeo excellentibus, ut poſt ætatem Leonii, Regularis ante annos quingentos in monaſterio S. Victoris prope Pariſios Canonici, exaratum fuiſſe merito cenſeat le Cointe. Poteſt tamen utrumq; nomen duarum ſucceſſive conjugum fuiſſe; nec refert ex utra filios natos dicamus, modo eos qui ſucceſſere fateamur in obitu patris fuiſſe parvulos.

Chlodoveus parvulus ſuccedit

27 *Nam, ut legitur in dicta Hiſtoria juſſu Childebrandi ſcripta cap.*101, mortuo Theoderico, Chlodoveum ejus filium PARVULUM elegerunt in regnum. Non poſt multos vero annos prædictus Rex Chlodoveus ægrotans mortuus eſt. Regnavit autem annos quatuor. *Obſervet lector*, Chlodoveum *ab auctore coævo non* parvum, *ſed* parvulum *appellari, & non multis annis ante obitum patris natum. Annos etiam regni quatuor paſſim hiſtorici admittunt. Additur in MS. Tiliano apud Cheſnæum*: Obiit in quinto, *adeoq; anno Chriſti* DCXCVII. *De eo in Annalibus Metenſibus iſta leguntur*: Theoderico mortuo, filius ejus PARVULUS, nomine Chlodoveus, à Pippino ordinatur in Regem, qui dum quarrum in regno compleſſet, innocentem vitam finivit. *Extant effigies Regum Francorum à Iacobo de Bie Chalcographo ex monumentis ſepulcralibus, aliiſq; cimeliis regiis collecta & æri inſculpta, in quibus dictus Chlodoveus III ex gazophylacio Regis exhibetur formoſa facie inſtar adoleſcentuli octo aut ſummum decem annorum, cum corona regia capiti impoſita. Quod argumentum aliis adjunctum aliquod ſaltem pondus addit.*

*obiit an.*697

28 *Sed eſto in morte attigerit annum ætatis duodecimum, tum frater ejus junior & regni hæres Childebertus poteſt cenſeri habuiſſe annos ætatis decem; De cujus regno & obitu in dicta Hiſtoria Childebrandina iſta leguntur*: Grimoaldus filius Pippini cum Childeberto Rege Major-Domus palatii ſuper Francos electus eſt... Mortuus eſt Childebertus Rex & ſepultus Cauciaci in baſilica S. Stephani Martyris. Regnavit autem annos tredecim. *In Chronico Medardenſi* mortuus *traditur* XVIII Kalendas Maji feria III Paſchæ, *ubi facili librariorum errore* feria II *legitur. Eſt is annus* DCCXI, *quo Childebertum è vita deceſſiſſe referunt Annales Metenſes, & varii Annales breviores, tomo 2 Hiſtoriæ Francorum ex diverſis MSS. ab eodem Cheſnæo vulgati. Annos is tum ætatis habuiſſe videtur circiter viginti tres, & ducta uxore reliquit filium regni hæredem* Dagobertum III, *quem* à Pippino ſolita pietate in Regem ordinatum *anno* DCCXI *referunt Annales Metenſes. Tum Grimoaldo mortuo*, Theudoaldus filius ejus parvulus Major-Domus effectus eſt: *& regnante Dagoberto* Princeps Pippinus, è morbo decumbens, S. Willibrordum Sueſtra prædio donat, atque ut in nepotum, Grimoaldi & Drogonis filiorum, ſit tutela cavet. Cum autem propter morbi magnitudinem ſubnotare non potuiſſet ipſe, Plectrudi conjugi dat negotium ut ipſa donationem ſubſcribendo corroboret. *En Plectrudis, uti ſemper, ita ad extremum ſpiritum cohabitans ſuo marito. Nulla etiam Carolo Martello,*

filium relinquens Dagobertum III.

*hujus frater Childebertus regnat uſque ad an.*711.

ſed filiis Grimoaldi & Drogonis tutela commiſſa.

AUCTORE G. H. *ſub hoc Pippinus anno* 714 *moritur*

In pace *dein* obiit Pippinus Princeps anno DCCXIV, XVII Kalendas Januarii. Rexit autem populum Francorum annis XXVII & menſibus ſex. *Ita Annales Metenſes, iiſq; conſentiunt Annales Fuldenſes & paſſim alii.* Poſt obitū ejus Plectrudis matrona ſuo conſilio atq; regimine omnia faciebat: *ſed* Theudoaldus, *alius* Theobaldus, adhuc puer, minime tantū regnum digne gubernare prævalebat. *Hinc Franci Neuſtraſii cum Burgundis ejus jugo excuſſo*, Raginfridum Majorem-Domus elegerunt, & Carolus *Martellus* à Plectrude ſub cuſtodia detentus, liberatus eſt.

& Dagobertus III anno 715.

29 Eodem tempore Dagobertus Rex obiit regnavitq; annos quinq;. *Ita citata Hiſtoria Childebrandina & alia Chronica, in quibus dicitur* mortuus anno DCCXV, *atq; ita in Chronico breviſſimo ex MS. Tiliano traditur* regnaſſe annos IV, obiiſſe in quinto. *In Chronico Fontanellenſi cap.*6 *ſummatim indicatur* donatio, *qua* Dagobertus Rex junior Benigno Abbati largitus eſt quartam partem de Arlauno foreſte, anno quinto regni ſui, ſuggerente Theobaldo majori domus regiæ, *cujus donationis diploma, licet minime genuinum, quoad chronologiam tamen rectiſſime procedit, dum editum dicitur* à præfato Rege Dagoberto anno Incarnationis Dominicæ DCCXV, Indictione XIII, quinto Idtuum Juniarū die Dominica; *& mox additur.* Eodē anno ipſe Dagobertus Rex mortuus eſt: *congruunt enim optime characteres, ſcilicet cyclus Solis* XXIV *& littera Dominicalis F. Dixi tamē minime genuinum fuiſſe quod chronicæ auctor præ oculis habuit, quia ex eo fundi donati fines omnes accuratim quā pro Merovingicorū Regū conſuetudine deſignavit, & tēporis notas illis nequaquā uſitatas expreſſit. Quod autē in Chronico S. Petri-vivi dicatur* Dagobertus Rex junior qui regnavit in Francia annis quinque, *obiiſſe* XV Kal. Februarii, *perperā ad hunc tranſlatū eſt à Dagoberto I, tali die defuncto. Qua ætate obierit ultimus, nemo quidē definite expreſſit; in jā dicto tamen Fontanellēſi chronico cap.*7 *pro anno regni ſui primo, appellatur* Dagobertus juvēculus Rex: *itemq; in Vita Benigni Abbatis tom.* 3 *Sanctorū Ordinis Benedictini parte* I *pag.*443. *Liquet etiā ex ſupra dictis, quod licet pater ejus, ætatis anno* XVI, *duxiſſet uxorē; filius tamen hic in illius obitu non potuerit fuiſſe niſi* juvenculus, *octo circiter annorum; adeoq; anno regni ſui quinto debuerit adhuc cœlebs imo impubes obiiſſe.*

juventulus, ultimus in linea Theoderici Regis.

exiſi proles fuiſſet, more majorum ſucceſſiſſet.

30 *Profecto ſi ei filius obveniſſet quantūcūq; parvus, hic fuiſſet à Proceribus regni in Regē ſublimatus, more ſemper apud præcedentes Reges obſervato. Ita* Sigeberto I Rege Auſtraſiorū mortuo, Childebertū ejus filiū, vix luſtro ætatis uno peracto, die Natalis Dominici regnare cœpiſſe, *teſtatur Gregorius Turonēſis lib.*5 *cap.*1, *quāvis tres Reges ejus patrui potuiſſent ſibi regimen aſſumere. Ita etiam Chilperico mortuo ſubrogatus eſt ejus filius* Chlotharius II *licet ſolum* quatuor menſibus *natum aſſerat idem Turonenſis lib.*7 *cap.*7 *& regimen potuiſſent aſſumere Gunthramnus patruus & Childebertus patruelis. Præterea Dagobertus I filio ſuo Sigeberto, ætatis anno ſecundo, tradidit regnum Auſtraſiorum, & Chlodoveo II alteri filio*

AUCTORE G. H.

ſucceſſit juvenculus Chlotharius III, *in regno Neuſtriæ & Burgundiæ, & fratri ejus* Childerico, *etiam* parvulo, *datum eſt regnum Auſtraſiæ. Deniq;* Chlodoveus III parvulus *electus eſt in Regem, uti &* juvenculus Dagobertus III, *de quo jam egimus. Huic ergo ſi filius fuiſſet, eum Regem Proceres creaſſent, etiam* parvulum & juvenculum, *imo etſi vix luſtrum ætatis unum peregiſſet, aut quatuor tantum menſes natus fuiſſet: & ipſi interim Proceres tutelam ejus & regimen Neuſtriæ atq; Burgundiæ, cum Regina matre & Raganfrido Majore-Domus, ſuſcepiſſent. Cum igitur id factum non ſit, oportet ut fateamur in Dagoberto III extinctam fuiſſe ſtirpem Theodorici: & quia ex Theodorici fratre majore Childerico, ſupererat Chilpericus, ideo hunc, tamquam ſanguine proximum, è monaſterio eductum ut regnum capeſceret.*

ſed ea deficiente aſſũptus à Neuſtriis eſt Chilpericus,

31 *Huic argumento infirmando mirum eſt objici ab le Cointe Dagobertum II & jam dictum Chilpericum, nequaquam immediate ſuffectos parentibus: Quid enim in his actum legitime ac more majorum? Dagobertum tutor Grimoaldus amandavit in Hiberniam mox atq; obiit S. Sigebertus pater, vel paulo ante; & ſparſa mortis ejus fama filium ſuum Pſeudo-Childebertum ſubſtituit, id ſe facere dictitans ex ſuprema Regis defuncti voluntate. Non tulerunt quidem rei indignitatem Francici proceres: ſed vero herede amiſſo, quid æquius facere poterant quam proximum agnatum in regnum evehere? nec mirum ſi hoc jam pacifice regnante, non ſtatim ſe commoverint ad famam Dagoberti ex Hibernia poſt annos tres regreſſi, atq; à matre ſua quæ Childericum receperat facile perſuaſi ut trantiſſet hereditatis aliqua parte contentus viveret in provinciis Adrhenanis. Quid autem Chilpericus? Hic Childerico patre, matre, ac fratre Dagoberto occiſis, ne & ipſe pariter occideretur cum illis, ab avia ſua S. Bathilde abditus in cœnobio, ibi inter monaſterii pueros tamquam unus eorum delituit & ſervatus fuit. Itaq; quamvis illi, mortuis qui ſibi fuerant ſubſtituti, tandem recepti ſunt in debitum ſibi regnum; eorum tamen memoria uſq; adeo apud poſteros obſcurata fuit, ut alterum omnino regnaſſe ſciverit nemo, donec id primus ego in Diatriba demonſtraſſem: alterum Childerico patre natum fuiſſe ignoraverint diligentiſſimi alias Francicarum rerum ſcriptores Sirmondus, du Cheſne, Petavius aliiq;, donec id recenter ex diplomatis apparuit. Tale quid Theodorico ultimo accidiſſe, ſi fuit filius Dagoberti III, quo minus patri mortuo ſtatim ſuccederet, oſtendat neceſſe eſt, qui duorum per vim aut metum latentium exemplis contra nos utitur; ut habeatur ſimilitudo. Dum autem nihil ejuſmodi probatur nec probari poteſt, audacter affirmo, quod deficiente cum Dagoberto III ſtirpe ac linea Theoderici, propinquior aliquis ad jus ſucceſſionis quam eſſet Theodericus IV quæſitus inventuſq; fuerit, ſcilicet præmemoratus Chilpericus hujus nominis II, Theodorici III ex fratre Childerico nepos; qui ne cum patre, matre ac fratre ante annos quadraginta occideretur, ab avia S. Bathilde in monaſterio Calenſi per eam conſtructo, occultatus, in Clericum attonſus, & mutato nomine Daniel appellatus, inter monachos tamquam monachus vixerat & a-*

ex ſtirpe Childerici,

doleverat. Hunc ergo Franci Neuſtraſii & Burgundi in Regem, capitis cæſarie creſcente, elegerunt, atque Chilpericum nuncuparunt. *Hujus plurima extant diplomata, in quibus agnoſcuntur* proavus Dagobertus I, avus Chlodoveus II, genitor Childericus, avunculi, *id eſt patrui*, Chlotharius III & Theodericus *etiam III*, conſobrini *ſive patrueles* Chlodoveus III, Childebertus III, & deceſſor Dagobertus III.

à Carolo Martello devictus.

32 *Hic ergo Rex Chilpericus cum Raganfrido Majore Domus continua fere bella contra Auſtraſios & Carolum Martellum geſſit, ab hoc* devictus Vinciaci in pago Cameracenſi, die Dominica in Quadrageſima, XII Kalendas Aprilis, anno DCCXVII. *Contra Hunc* Carolus in Auſtraſia anno DCCXVIII Chlotharium Regem oppoſuit, potius nomine quam poteſtate. *Quæritur, quo patre natum? Le Cointe, neſcio quæ poſteriorum ignota ſcripta ſequens, vult Theodorici filium fuiſſe: ſed contra id redit argumentum, quod ſupra militavit contra filium Dagoberto III male tributum. Sicut enim eo præterito non fuiſſet Rex conſtitutus Chilpericus, ſolum ex Theodorici fratre natus, ſic nec fuiſſet Rex conſtituendus, moriente quamvis abſq; liberis Dagoberto, ſi patruus ei fuiſſet Chlotharius præmemoratus, adeoq; regiæ ſucceſſioni propinquior. Quid igitur? Cenſemus potius Dagoberti* II *filium fuiſſe; quem eo juſtius potuerit Carolus Regem offerre Auſtraſiis, contra Neuſtrios & Chilpericum, quo æquius videbatur, ut, ſaltem poſt mortem Theodorici, & totam illius ſtirpem extinctam, Auſtraſiæ regnum, Dagoberto* II *una cum vita per nefas ablatum, alicui filiorum ejus redderetur, potius quam filio Childerici Chilperico; nam Childericus, licet ipſe quoq; rex Auſtraſiorum fuerat, id tamen ſolum factum erat propter famam ſparſam de Dagoberti exulantis morte, quem ubi vivere compertum eſt & Childericus occiſus, in paterni juris ſolidam integramq; poſſeſſionem Auſtraſii ſuſceperant: ſic enim honeſtiſſimus Carolo eſſe potuit prætextus repudiandi Chilpericum. Sed Brevis Chlothario huic vita in regno fuit, ſiquidem eodem quo evectus eſt anno obiit: nec diu poſt, anno ſcilicet* DCCXX *etiam Chilpericus exceſſit, in quo lineam Chlodovæi II funditus extinctam arbitramur.*

& contra eũ Chlotharius 4 creatus.

33 *Regem igitur, ex regia ſtirpe, & ſceptro proximum, volentibus Francis; confugiendum neceſſario fuit ad poſteros, ſi qui erant, Sigeberti Regis, eodem quo Chlodovæus II patre, ſcilicet Dagoberto I nati: ex cujus filio Dagoberto II videtur, ſuperfuiſſe filius alius, æque præmemoratus Chlotharius apud Auſtraſios enutritus, quem non Neuſtrii aut Burgundi elegerunt, ſed Carolus Martellus Regem fecit, ſicut ante Chlotharium. De eo ita Annales Fuldenſes:* Anno DCCXX mortuo Hilprico, Carlus Teotricum in Sedem regni conſtituit. *Hiſtoria Childebrandina cap.* 107. Chilperico mortuo, Theodericum Regem ſtatuerunt, qui nunc locum ſolii regalis obtinet, & annos vitæ ſimul præſtolatur, *prout ea in MS. Reginæ-Sueciæ leguntur: & mox adduntur bella Caroli, non contra Theodericum Regem (quem à ſe conſtitutum defendebat) ſed contra Ragan-*

His mortuis Theodericus Rex factus anno 720 filius Dagoberti II,

Raganfridum & Neuſtrios, Eudonem & Aquitanos; & ſi Francicis variis ſcriptoribus fides eſſet habenda, contra evocatos in Gallias Saracenos, quos anno DCCXXVI *Carolus proſtravit: anno ſequenti Burgundiam petens, Lugdunum & civitates reliquas ſuæ ditioni ſubegit: ac poſtmodum Eudone mortuo, Aquitaniæ provinciam ſuæ ditioni recepit. Quæ aliàq; ejus encomia celebrantur in ſæpius citatis Annalibus. Interim Theodericus Rex confirmavit varias monaſteriis & eccleſiis donationes factas, ac tandem anno regni* XVII, *Chriſti* DCCXXXVII *vivere deſiit De ejus genitore quæſitum à variis: & quia* Dagoberti junioris *cenſebatur filius, neq; agnoſcerentur niſi duo Reges Dagoberti, continuo abſq; ulla ætatis congruentia conſiderata, concluſum eſt eſſe Dagoberti ultimi filium: quem oſtendimus ſupra cœlibem & impuberem mortuum eſſe. Debebant illi animadverti ſſe quod inter Dagobertum III & hunc Theodericum Chilpericus ſolum quinq; annos regnavit; ac proinde, ſi aliquanto ſenior fingeretur Dagobertus, & ab eo progenitus Theodericus; plane puer & juvenculus regnum hic adeptus fuiſſet, quod tamen antiquorum nullus dixit, neq; dicere potuit, ſi vera ſunt quæ de grandi filii Childerici ætate, quando anno* DCCLIV *ipſe filium adultum habens attonſus in monachum eſt, dixerunt auctores infra nominandi. Grandiori quoq; ejuſdem Theodorici ætati confirmandæ credidimus aliquando ſuffragari ſigillum, quod ex Sandionyſiano archivio exhibet præcitatus de Bie, fronte adeo rugoſa & ſpecie tam virili, ut ipſius Dagoberti non filius ſed pater aut etiam avus cenſeri debeat qui ibi repræſentatur. Verum cum animadverti quod inter Sandionyſiana diplomata apud Doubletium nullum ultimi Theodorici ſit diploma, ſed ejus dumtaxat qui vere Dagoberti pueri avus fuit, pro anno regni ejus* VI *id eſt Chriſti* DCLXXX; *vereri cœpi, ne ejuſdem quoq; ſit ipſum ſigillum potius quam poſtremi: eumq; illud referat melius, quam Vedaſtina monumenta una cum epitaphio circa ſeculum* XII *ſculpta. Hoc igitur dimiſſo argumento, chronologicis rationibus ſolis inhærens, auctorumq; de Dagoberti pueritia conſenſu, pergo negare filium ex eo ullum eſſe natum, aut naſci potuiſſe.*

mortuus an. 737.

34 *Objiciuntur verba auctoris, qui Geſta Regum Francorum edidit, & ſub finem' ſcribit,* Theodericum, Cala monaſterio enutritum, & filium Dagoberti junioris: qui uſque nunc in regno ſubſiſtit. *Verum ea, quæ ex ſupra citata Hiſtoria Childebrandina, Theoderico vivente ſcripta, deſumuntur, indubitata ſunt: & hujus imitatione ſe etiam tunc vivere auctor iſte finxit, quem viri eruditi non immerito* anonymum fabulatorem *appellant. Hic omnem luxuriæ & incontinentiæ infamiam* à Dagoberto I in Chlodoveum filium, *maritum S. Bathildis, transfert. Hic* S. Sigebertum & Chlodoveum *facit fratres germanos & uterinos, ex eadem* Nanthilde *natos. Hic tradit* Dagobertum regnaſſe annos XXXIV *& quidem* Monarcham in totis tribus regnis. *Hic* Theodericum filium Chlodovei *aſſerit* in Auſtraſia in regnum elevatum, *quod fratri eo ſeniori Childerico contigit. Hic Chlotharium III ſolum* annos quatuor regnaſſe *ſcripſit, & habuit hactenus aſſeclas plurimos,*

Non obeſt anonymus fabulator de Geſtis Regum.

cum luce clarius conſtet annos quatuordecim imperaſſe. *Hic denique Francos, repetita inde à Troianis origine gentis, per Tanaim flumen paludeſq; Mœotidas ad confinia Pannoniarum deducit, ibiq; dicit ædificaſſe Sicambriam, indeq; à Valentiniano Auguſto pulſos in finibus Rheni fluminis habitaſſe. Quæ omnia, licet à multis deinceps tranſcripta, cum fabuloſa judicet ipſe le Cointe, & quotquot cum eo faciunt; mirum eſt ipſos non obſervaſſe quod ſimili prorſus perſonarum confuſione & fabulandi licentia, ea quæ contigerunt Danieli Clerico, in monaſterio Calenſi apud S. Bathildem aviam enutrito, per ſcriptorem iſtum afficta ſint ejus ſucceſſori.*

AUCTORE G. H.

35 *Obiit hic anno* DCCXXXVII, *& Carolus Martellus per reliquum vitæ tempus abſq; ullo Rege imperavit, uſq; ad menſem Octobrem anni* DCCXLI, *quo Pariſiis mortuus eſt, & apud S. Dionyſium ſepultus: cui monaſterio,* XVII *Septembris* anno quinto poſt defunctum Theodericum Regem, *privilegium indulſiſſe creditur, quod recitat Doubletius pag.* 690. *Unde (ſi ipſum genuinum ac ſincerum eſt, de quo merito ambigimus) conſequeretur Theodoricum ante medium Septembrem anni* DCCXXXVII *è vita deceſſiſſe. Ceterum nomen Caroli Martelli, cui turpiſſimam æternæ damnationis notam affinxerant aliqui, vindicavimus* XX *Februarii ad Vitam S. Eucherii Epiſcopi Aurelianenſis §.* 3, 4 *&* 5. *Poſt ejus autem obitum* filii ejus Carolomannus & Pippinus, ſub obtentu Majordomatus, totius Franciæ regnum ſuſcipiunt & inter ſe dividunt. *Ita Annales Fuldenſes. Ab his, dominationem ſuam regii nominis umbra palliandam ratis, ſub initium anni* DCCXLIII *aſſumptus in Regem fuit Childericus, cujus annum ſecundum die* VI *Martii conveniſſe in annum* DCCXLIV *traditur in Concilio Sueſſionenſi tunc habito.* Patrem Childerici Regis noviſſimi ex genere Merovingorum fuiſſe Theodericum Regem *affirmatur cap.* 8 *Chronici Fontanellenſis, in Vita S. Hugonis Archiepiſcopi Rotomagenſis, à nobis illuſtrata ad diem* IX *Aprilis: & idem confirmatur in Genealogia Francorum, apud Cheſnæum pag.* 793, *ubi dicitur,* Theodericus genuiſſe Hildericum, qui in Sithio monaſterio conſtitutus eſt. *Sequuntur paſſim alii & noviſſime Carolus le Cointe ſub finem tomi quarti Annalium Eccleſiaſticorum Francorum, aſſerens* Childericum à Theoderico in obitu relictum in tenerrima ætate. *Verum unde hanc* tenerrimam ætatem *habet? niſi ex ſuppoſito figmento, quod* Theodericus *fuerit* filius Dagoberti ultimi, *quo moriente anno* DCXV *ſcripſerat* eum in cunis relictum, *adeoq; mortuum anno ætatis* XXII *aut* XXIII; *neq; potuiſſe habere filium, niſi* tenerimæ ætatis *cum ipſe moreretur. Ex eodem figmento Hadrianus Valeſius, lib.* 25 *Rerum Francicarum, ſcribit* Childericum, puerum admodum & vix decennem, nomen Regium eſſe conſecutum. *Verum hiſce oppono Iperium Abbatem Sithiuenſem, qui ex monumentis ſui monaſterii Chronicon confecit Bertinianum, & Capitulo* 6 *aſſerit,* Hildericum Regem, SENEM in monachum attonſum, in monaſterium iſtud S. Bertini in Sythieu detruſum, & a Nanthario Abbate ſuſceptum in monachum; & ſub

Mortuo Caroloo Martello,

Rex ſit Childericus Theodorici filius anno 643.

tũc minimo puer,

& ſenex intruſus in monaſteriũ

AUCTORE G. H.

eo, tempore ſecundæ coronationis Pippini Regis, Hildericum monachum hujus Eccleſiæ obiiſſe. *Hæc ibi. Magna etiam ejus ætas colligitur ex Chronico Fontanellenſi, ex cujus cap.* 13 *ſeculo* 3 *Benedictino par.*2 *in Vita Auſtrulfi Abbatis, à Mabillone iſta repetuntur*: Hildericus Rex, Merovingorum ex genere ortus, depoſitus tonſuſque ac in monaſterico S. Audomari, quod dicitur Sithiu, truſus eſt. Cujus filius, nomine Theodericus, in hoc monaſterio Clericus effectus, collocatus fuit. *Hæc in dicto Chronico Auctor tempore Ludovici Pii Imperatoris ſcripſit. Iterum Mabillon ad Vitam S. Lamberti Epiſcopi Trajectenſis, aſſerit &* Childericum & Theodericum in monachos attonſos. *Quid ad hæc Cointius tomo* 5, *quem propter ſuborta bella à nobis emptum necdum potuimus obtinere, libenter videbimus. Forte cum Valeſio hunc filium Theodericum ſilentio involvet, ac dicet etiam cum illo,* Childerico, Merovingorum Regum ultimo, cœlibi adoleſcentulo, circa anni DCCLI finem initiumve inſequentis regnum abrogatum, tonſoque eum capite monaſterio incluſum. *Quo egregio figmento concludit ſuam Hiſtoriam Valeſius.*

filium habuit Theodericum Clericū effectū,

male confuſa ab aliis, ſine cauſa Chlodoveum puerum fuiſſe negantibus.

36 *Hiſce ſtatui finem huic tractatui imponere, ac proinde moneo lectorem, ſi alia in lucem prodierint monumenta, ex quibus alia judicandi ratio conſtabit, ſemper fore retractandi locum. Nec dubitamus, quin idem libenter præſtabunt Carolus le Cointe, & Hadrianus Valeſius, aliiq́ antiquarum hiſtoriarum ſcrutatores: in quorum gratiam ſynopſim temporum & ætatem filiorum Theoderici anno* DCXCII *aut ſequenti mortui repeto. Diximus Chlodoveum III, filium ejus, in morte patris fuiſſe* puerulum; *& adduximus teſtem coævum ſcriptorem Hiſtoriæ Childobrandinæ, eiq́ conſentientem Auctorem Annalium Metenſium. Opponit le Cointe anno* 715 *num.*32, *Theodericum poſt regnum Neuſtriæ & Burgundiæ (quod eum anno* DCLXXV *aſſecutum aſſerimus)* potuiſſe, uxore mox ducta, filios ſuſcipere, Chlodoveum anno proximo, Childebertum deinde. *Reſpondeo, omnino potuiſſe fieri ut mox duxerit uxorem; ſed non conſtare quod ita fecerit; aut ſi fecit, quod ex ea continuo ſuſceperit liberos; aut ſi ſuſcepit, quod hi parenti ſuperſtites fuerint, ipſi ejus ſucceſſores Chlodoveus & Childebertus; quorum iſte* XVIII *annorum adoleſcens perveniens ad regnum, nequaquam* puerulus *vocari potuiſſet. Cur autem, etiam poſito tam maturo matrimonio liberiſq́ ex eo ſuſceptis ſed præmortuis, negabimus poſt genitos puerulos ſucceſſiſſe? Numquid non hac noſtra ætate Leopoldus Imperator & Carolus II Hiſpaniarum Rex, clementiſſimus Dominus noſter, quibus diuturnam ac felicem vitam copioſamq́ poſteritatem utinam concedat Deus! poſt plures ante ſe natos & mortuos fratres ſucceſſere, ille juvenis, iſte in puerili ætate?*

Chronotaxis ultimorum Regum.

37 *Neq́ dicas diverſis uxoribus genitos hos & iſtos: fatetur enim ipſe le Cointe ad an.*692 *num.* 2. duplex ab aliquibus Theodorici conjugium ſtatui, unum cum Chlothilde, cujus mentio fit in geſtis Francorum; alterum cum Doda, cum qua in epitaphio apud Atrebatum ſepultus legitur. *Quid igitur ſi prior ſterilis fuerit, ideoq́ repudiata, vel ſaltem abſq́ liberis mortua, & poſt hanc ducta Doda parvulos filios ex marito ſervarit? Si parva eſt epitaphii auctoritas, parva eſt etiam auctoris Geſtorum; fieri tamen poteſt ut utrobiq́ verum diverſarum & ſucceſſive ductarum uxorum nomen habeatur. Sed demus fuiſſe unicam & hanc Chlothildem appellatam, ut vult le Cointe; nihil tamen ex hoc contra antiquitatis conſenſum ſequi, probabit recens in ipſo Franciæ regno exemplum. Duxit Ludovicus* XIII *Rex venerandæ memoriæ anno* MDCXV *Annam Mariam Philippi Hiſpaniarum Regis filiam, ex eaq́ ſuſcepit primogenitum Ludovicum* XIV *Regem, cui omnia felicia exoptamus: ſicut tamen inde non recte concluderetur hunc anno ſequenti à nuptiis fuiſſe genitum, cum ſolum anno Chriſti* MDCXXXVIII *& ſterilis eatenus conjugii anno* XXV *fuerit prognatus; ita etiam hic credimus immerito negari fidem auctoribus coævis, aſſerentibus à morte Theoderici Chlodoveum fuiſſe* puerulum, *quem etiam Anonymus de geſtis Regum, cui ipſi adhibent fidem,* puerum *nuncupat. Hinc porro deduximus ætatem Childeberti fratris, cui ſucceſſit* Dagobertus juvenculus, *in quo adoleſcente defecit linea Theoderici, & ſucceſſit è linea Childerici iſtius fratris Chilpericus: quo etiam ſine prole extincto, ſucceſſit Theodericus à Carolo Martello ex Auſtraſio aſſumptus, habitus Dagoberti filius, ſed ex ſtirpe S. Sigeberti plane dicendus; qui jam tum vir ſenex filium habebat Childericum, ultimum Regem creatum, cum & hic eſſet maturus ætate; utpote cui etiã filius erat ſatis adultus Clericum attonſus, anno* VII *regni ejus. De anno Pippini in Regem aſſumpti, accurate egimus in Propylæo ante tomum* II *Aprilis.*

quod ab antiquis aſſertum hodiernis confirmatur exemplis.

38 *Porro innovata in hunc modum trium Dagobertorum ac ſucceſſorum chronotaxi, innovatur conſequenter etiam ea quæ Majores domus attinet, ex quibus ſecundæ ſtirpis Reges fluxere. Ergo ſicut jam diximus B. Pippinum de Landis obiiſſe circa annum* DCXL; *ejuſq́ filium Grimoaldum anno* DCLIX: *ita quoq́ dicendum de ejus filiabus Sanctis Gertrude & Begga; ambas ſcilicet matre ſua Itta, quæ* migravit poſt obitum viri anno XII, *orbatas fuiſſe patre anno Chriſti* DCLII: *& Gertrudem quidem, quæ patre moriente attigerat annos ætatis* XIV, *& obiit* ætatis ſuæ anno XXXIII die Dominica XVI Kalendas Aprilis, *eodem quo frater Grimoaldus anno exceſſiſſe, quando* Cyclo *Lunæ* XIV, *ſolis* XXIV, *littera Dominicali F, Paſcha celebratum eſt* XIV *Aprilis, & Dominica* III *Quadrageſimæ cum* XVII *Martii concurrit. Corrigi autem debet in Vita num.*8 *librarium ſphalma, quo S. Vltanus, de die quo erat Sancta obitura conſultus, dicitur reſpondiſſe,* Hodie decimus ſextus Kalendas Aprilis eſt dies, craſtino autem die... eſt migratura: *legendum enim eſt* decimus ſeptimus Kalendas Aprilis. *Ad S. Beggam quod ſpectat, venit ea Nivellam* anno XXXIII poſt obitum B. Gertrudis, *adeoq́ anno* DCXCII: anno autem ſecundo *poſt reditum ad propria,* perfectis omnibus & bene diſpoſitis, *circa monaſterii exſtructionem & ordinationem, per Sorores Nivellã adductas, puta anno* DCXCV *exeunte* migravit ad Dominum. *Poſt non multos vero dies venit ad* idem monaſterium Adula, *& interroganti;*

Ex illa quadã corrigunt circa SS. Gertrudem & Beggam

roganti, quali die erat festivitas S. Gertrudis, *respondetur* Quinta hebdomada in Quadragesim. feria sexta, *utig. anno* DCXCVI *bissextili, quando litteris Dominicalibus B A cyclo Lunæ* XIII, *Solis* V, *Paschа celebratum est* XXVI *Martii & festum S. Gertrudis in feriam* VI *ante Dominicam Palmarum cadebat, ut nihil corrigendum sit (quemadmodum nobis antehac visum, aliter tempora ordinantibus, in Vita S. Gertrudis ad num.* 19) *sed omnia apte cohæreant & sequantur, in hac innovata chronotaxi.*

circa Drogonis filios

39 *S. Beggæ filius Pippinus Herstallius, anno,* DCLXXXVII *successit defuncto Vulfoaldo Majori-Domus: ut dictum in Diatriba lib.* 2 *cap.* 15 *& in Exeg si Dagobertina ante tomum* 3 *Martii num.* 32, *quod hic denuo volui inculcatum, si forte in aliquo Schematis genealogici exemplo non satis correctus esset typographicus error, à nobis jussus ante editionem mutari, quo legitur notatus annus* 676. *At quod in eodem Schemate Pippini jam dicti ex Plectrude conjuge filius Drogo, mortuus ἄπαις dicatur, non typographo sed lapsui memoriæ nostræ imputandum venit; quem errorem corrigendum esse, monuit S Hugonis Primicerii Metensis postea Archiepiscopi Rotomagensis testamentum, signatum anno* V *Dagoberti Regis juveniculi seu ultimi, & illustratum ad diem* IX *Aprilis, ubi is avum Pippinum, patrem Drogonem nominat, Ducem vero Arnulphum suum fratrem, nec non Pippinum & Godefridum, quos etiam Hugonis fratres censent plerig. Denig. circa Pippinum Regem, Herstallii ex Carolo Martello nepotem, non tantum confirmamus, quod in Exegesi præcitata evidentibus coævorum auctorum testimoniis probavimus, ejus primum annum numeratum fuisse eum qui erat Christi* DCCLII, *sed alteram epocham, in anno* DCCL *positam à vulgatis Chronicarum auctoribus multis, quam putavimus aliquo sensu posse teneri, inducti quarumdam monasticarum chartarum testimoniis, omnino rejicimus in Propylæo antiquario ad hujus mensis tomum* 2, *agnita fraude & suppositione manifesta earumdem chartarum. Si quid aliud post hac occurrerit emendationis indigum, sciat lector eadem qua hæc scripsimus ingenuitate declaraturos, quippe qui omni alio respectu post habito unistudemus veritati.*

AUCTORE G.H.

& Regem Pippinum.

INDEX SANCTORVM AD IX VLTIMOS DIES APRILIS.

A.

22 Abdas Persa Ep. M. sub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 c

22 Abdiesus Persa Ep, M. sub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 c

22 Abdiesus Persa Diac. M. sub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 c

22 Abrahamius Persa M. sub Sapore, an Ep. Arbelorum? 19 e *ex Sozomeno* 21 c

22 Abrunculus sive Aprunculus Ep. Trevir. Tempus Sedis, Sepultura, Reliquiæ variis locus 30

22 Acepsimas Persa Ep. M. sub Sapore 19 Acta martyrii *ex Sozomeno* 21 a, Alia Auctore Simeone Metaphraste *Cap.* 1. Virtutes, captivitas, inter tormenta constantia.... *cap.* 3 Novæ quæstiones & tormenta. Inedia triennalis. Martyrium 25. Acta Græca *ex Ms. Medicao Regis Galliæ* 11

23 Achilleus Diac. M. Valentiæ in Gallia 77. Vita auctore coævo 78

23 Adalbertus Episcopus Pragensis Martyr in Prussia §. 1 Tempus vitæ & martyrii. Corpus Gnesnam delatum ad illud peregrinatus Otto 3 Imp. 174. §. 2 Acta vitæ & martyrii duplicia edita: alia varia indicata 165. §. 3 Reliquiæ variis in templis, memoria in sacris Fastis 177 & 991 f Vita *auctore monacho Coævo. Cap.* 1 Ortus, educatio, studia Magdeburgi peracta. Reditus Pragam. 178 *cap.* 2 Episcopalis dignitas: exercitia virtutum 180 *cap.* 3 Iter Romam, Casinum & ad S. Nilum. Monastica vita Romæ. Miracula 182 *cap.* 4 Reditus ad Episcopatum. Resumpta vita monastica Romæ 183 *cap.* 5 Ultimus reditus ad Episcopatum. Instructio Ottoni 3 data. Ob sævitiam Bohemorum discessus ad Polonos 185 *cap.* 6 discessus in Prussiam: martyrium 186. Alia Vita *auctore altero monacho coævo. Cap.* 1 Natales, educatio electio in Episcopum 187 *cap.* 2 Dignitas Episcopalis, exercitia virtutum 189 *cap.* 3 Iter Romam, Casinum & ad S. Nilum. Vita monastica Romæ 190 *cap.* 4 Reditus ad Episcopatum. Hungari instructi. Resumpta vita monastica Romæ 192 *cap.* 5 Remissio ad Episcopatum: peregrinatio ad pia loca. Cædes quinque fratrum 193 *cap.* 6 Iter in Prussiam: martyrium 195 *cap.* 7 Martyrium completum. Corpus Duci Polonorum venditum 197. Miracula *ex Annalibus Bohemorum & Chronico ageti excerpta à Bohuslao Balbino* 108. Historia Translationis *ex Historia Cosmæ Pragensis* 201. De Relatione corporis Pragam *dissertatio Balbini* 202 & 992 a

22 Adelbertus Comes Austrobandiæ in Belgio 73 Vitæ compendium *ex lectionibus Ecclesiæ Dononiensis* 73

30 Adjutor Monachus Tironensis Ord. S. Benedicti in Normannia 823 Vita *ex Lectionibus Officii proprii* 82 Miracula *ex Gallico Ioannis Theroude* 825

23 Ægidius Assisias tertius socius S. Francisci Ord. Minorum Perusii in Umbria 218. Actorum Pars 1 *ex Mss. Perusinis. Cap.* 1 Vitæ Religiosæ exordia & peregrinationes. Victus manuum labore quæsitus 220 *cap.* 2 Gesta Fabriani, Reate & ad Castrum-Dirutæ 222 *cap* 3 Spirituales consolationes & raptus. Obitus pius 225. *Pars* 2 Aurea verba B. Ægidii *ex Mss. Cap.* 1 Collationes quas cum Fratribus habuit 227 *cap.* 2 *Altera pars* 229 *cap.* 3 Alia dicta 232 *cap.* 4 Dicta ex solo Ms. Antverpiensi 233 *cap.* 5 Reliqua dicta ex Ms. Silesitico 235. *Pars* 3 Facta & consilia ædificativa *ex Ms. & alio. Cap.* 1 Prudentia ejus consilia 237 *cap.* 2 Dona prophetiæ, intelligentiæ & sapientiæ 239 *cap.* 3 Extaticæ contemplationes & pius obitus 241 *Pars* 4 de signis & miraculis *ex Ms. Perusino. Cap.* 1 Variæ infirmitates curatæ: mortua suscitata, energumena liberata, puerpera adjuta 243 & 996 d *cap.* 2 Variæ sanitates atque etiam mors ex voto impetratæ 244 & 996 e. *cap.* 3 Moribundi servati in vivis.

Alia

Alia beneficia
30 Æmilianus miles M. in Numidia 745 Viſione cæleſti recreatur. *ex Actis* 748
28 Afrodiſius, Carilippus Agapius, Euſebius, Martyres Tarſi in Cilicia. *Cap.* 1 Notitia ex antiquis Martyrologiis 567 *cap.* 2 Qua ratione ſint urbi Biterrenſi in Gallia adſcripti 568 *cap.* 3 Iidem Hiſpaniæ nuper adſcripti & Officio Eccleſiaſtico honorati 569
22 Agas Perſa Ep. M. ſub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 c
30 Agapius Ep. M. in Numidia *ex Actis & Martyrologiis* 745
28 Agapus Lector M. Tarſi in Cilicia *ex Martyrologiis* 567 Galliæ & Hiſpaniæ cum Afrodiſio adſcriptus 568
5 Agathopodes, Diaconus Antiochiæ, *ex Epiſtolis S. Ignatii & Mroll. Romano* 359
22 Agdelas Perſa Ep. M. ſub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 c
22 Aithalas Perſa Presb. M. ſub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 b Acta auctore Metaphraſte... *cap.* 2 Captivitas, conſtantia inter verbera inſtitutio data 24 *cap.* 3 Novæ quæſtiones & tormenta. Inedia triennalis 25 *cap.* 4 Conſtantia inter tormenta. Abductio Arbelam & incarceratio 6 menſium 26 *cap.* 5 Inter nova tormenta conſtantia 27 *cap.* 6 Flagellatio iterata, martyrium, ſepultura, miracula 28 Acta Græca *ex Ms. Medicæo Regis Galliæ* 11
26 Alda ſive Aldobrandeſca vidua Senenſis, tertii Ordinis Humiliatorum 466 Vita *ex Italico Gregorii Lombardelli. Cap.* 1 Natales, matrimonium, viduitas, 468 *cap.* 2 Pœnitens vita in ſuburbana ſolitudine, cæleſtibus favoribus cumulata 469 *cap.* 3 Extrema vita in hoſpitali Senenſi, miracula, ſepultura 470
22 Alexander M. Lugduni 7 Acta *ex pervetuſto Ms.* 8
24 Alexander M. in Africa *ex Martyrologiis* 265
28 Alexander M. Leſinæ in Apulia. Inventionis & tranſlationis Acta 575
30 Alexander Diac. M. *ex Martyrologiis* 750
27 Alpinianus Presb. in Aquitania 480. Vita *ex Mss.* 481
30 Amator Presbyter Cordubæ Mart. *ex S. Eulogio & Martyrologiis* 806
27 Anaſtaſius I Romanus Pontifex. *Cap.* 1 Exordium Sedis. Zelus pro fide contra Origeniſtas 491 *cap.* 2 Afri adjuti contra Donatiſtas. S. Paulinus recreatus, aliæ res geſtæ. Obitus, ſepultura, Reliquiæ 492
23 Anatolius M. apud Græcos *ex Menais & Actis S. Georgii M.* 163
25 Anianus Epiſc. Alexandrinus *ex Martyroll. Euſebio & Eutychio Patriarcha* 358
27 Anthimus Ep. M. Nicomediæ 482. Acta *ex Ms. Græco* 483
24 Anſelmus Mæonenſis Polymartii in Etruria, *ex Ferrario & Brautio* 316
29 Antipater M. Cyzici *ex Menol. Baſilii Imp. & Græcis* 617
30 Antonia V. M. in Numidia *ex Martyrologiis* 745 *& ex Actis* 748 e
26 Antonius M. Romæ *ex geſtis S. Marcellini Papæ & Martyrologiis* 413
27 Antonius Presb. Eremita Lucæ in Italia 476 Acta *ex Mss.* 477
30 Antonius Ord. Eremit. S. Auguſtini Monticiani in Etruria 832. Vita & Miracula *ex Ms.* 832 Appendix de cultu & beneficiis collatis *ex Ms. Italico* 834
22 Apelles Ep. Smyrnæ ex LXX diſcipulis Chriſti, *ex Faſtis Græcis* 4
30 Aphrodiſius Presb. M. Alexandriæ *ex Mroll.* 744
26 Apollonius M. in Africa *ex Martyrologiis* 415
28 Aquila M. *ex Mroll. Caſinenſi* 571
22 Arator M. *ex Martyrologio Hieronymiano* 10
29 Artemas M. Cyzici *ex Menol. Baſilii Imp. & Græcis* 617
28 Arthemius Ep. Senonen. in Gallia *ex Greg. Turon. Sauſſaio & aliis* 578
23 Athanaſius ex mago Chriſtianus & Mart. *ex Menæis & Actis S. Georgii M.* 163
29 Atticus M. apud Græcos *ex Mss. Menæis* 617
27 Attus Diac. M. Antiochiæ *ex Martyrologiis* 488
29 Ava Virgo Dononii in Hannonia. *ex Balderico & Molano* 628
29 Auguſtus M. Perufii *ex Martyrologiis* 616
26 Aurelius M. Romæ *ex Martyrologiis* 415
22 Azades Perſa Eunuchus M. ſub Sapore *ex Mroll.* 19 *& Sozomeno* 20 f
22 Azes ſeu Azadanes Perſa Diac. M. ſub Sapore *ex Mroll.* 19 *& Sozomeno* 21 b

B

24 Barachus M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265
22 Barbaſymes Perſa Ep. M. ſub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 c
22 Baſilia M. *ex Martyrol. Hieronymiano* 10
26 Baſileus Ep. Amaſeæ in Cappadocia. M. Nicomediæ 416 Pars encomii *ex Ms Græco* 416. Acta Martyrii auctore Joanne Presb. Nicomedienſi *ex Ms. Græco* 417 Acta Græca. LVI
29 Baſilius M. Nicomediæ *ex Martyrologiis* 616
22 Bochres, aliis Bicor, Ep. M. ſub Sapore *ex Mrol.* 19 & *Sozomeno* 21
29 Bononus ſeu Benonia M. Perufii *ex Mroll.* 616
24 Bova Abbatiſſa Remis in Gallia 283. Vita *ex Ms.* 283. *Cap.* 1. Ortus nobilis, educatio, vita monaſtica: monita ab ea Abbatiſſa ſanctimonialibus data 283..... *cap.* 3 Documenta varia tradita 284 *cap.* 4 A S. Balderico fratre confortata, luget in ejus obitu 288 *cap.* 5 Pius S. Bovæ obitus 289
30 Bubatus Martyr *ex Martyrologiis* 750
29 Budentius M. Nicomediæ *ex Martyrologiis* 616

C.

22 Cajus Papa Mart. *Cap.* 1 Elogia antiqua, Geſta circa SS. Sebaſtianum, Tiburtium & alios Martyres 13 *cap.* 2 Geſta circa S. Suſannam neptem & alios Martyres 14 *cap.* 3 Cultus ſacer Reliquiæ 16 & 982 b
26 Calendinus M. in Africa *ex Martyrologiis* 415
25 Calliſta M. Syracuſis *ex Menais & Mroll.* 359
27 Captus ſeu Caſtus Diac. M. in Caſtello-Ajoviæ *ex Martyrologiis* 487
28 Carilippus Presb. M. Tarſi in Cilicia *ex Martyrologiis* 567. Galliæ & Hiſpaniæ cum Afrodiſio adſcriptus 568
27 Carpus ſeu Cyprus M. in Caſtello-Ajoviæ *ex Martyrologiis* 487
29 Carus Ep. M. Atini *ex Vghello & aliis* 615
30 Caſſius M. in Numidia *ex Martyrologiis* 745
27 Caſtor M. Tarſi in Cilicia *ex Martyrologiis* 482
30 Catharina Senenſis, Virgo de Pœnitentia S. Dominici 851. Vita auctore Raimundo Magiſtro Generali, ejus Confeſſario, *ex Ms. & antiqua editione* 1 Prologus 852 Prologus alter 857 PARS I. *Cap.* 1 Natales, pueritia pia, Chriſtus ſpectatus, ſolitudo petita, votum virginitatis emiſſum 859 *cap.* 2 Mater modeſte correcta, ornatus muliebris admiſſus, & deploratus: nuptiæ repudiatæ capillitium reſectum, moleſtiæ idcirco toleratæ 863 *cap.* 3 Habitus S Dominici promiſſus: libertas vitæ cœlibis indulta, & eum pœnitentiæ rigore inſtituta

ſtituta 866 *cap.* 4 Habitus Sororum de Pœnitentia conceſſus 870 *cap.* 5 Diſcretio ſpirituum à Chriſto tradita ; Auctor certior factus de Veritate mirabilium ejus 873 *cap.* 6 Doctrina de notitia ſui ac Dei hauſta à Chriſto. Fiducia in Deum ; judicium de amore Dei & odio ſui 876 *cap.* 7 Tentationes ſuperatæ. Commercium cum Chriſto , B. Virgine & Sanctis, deſponſatio cum Chriſto 879. PARS II. *Cap.* 1 Vocatio ad vitam activam , officia humilitatis obita , raptus mentis , ignis innoxie toleratus 882 *cap.* 2 Valetudo divinitus reddita ad eleemoſynam ferendam : Chriſto mendicum ſimulanti propriæ veſtes datæ : ova divinitus illæſa & vinum auctum 886 *cap.* 3 Lepra contracta & depulſa : ægra Deo conciliata , donum noſcendi arcana 889 *cap.* 4 obſequium cancro laboranti impenſum. Spinea corona à Chriſto oblata : caput cæleſti luce irradiatum : potus ex latere Chriſti præbitus 892 *cap.* 5 Uſus frequens Communionis. Vita ſine alio cibo traducta, calumniæ ideo toleratæ 894 *cap.* 6 Cor cum corde Chriſti commutatum : mira circa ſumptionem Euchariſtiæ facta 898 *cap.* 7 Stigmata vulnerum Chriſti impreſſa variæque extaſes 901 *cap.* 8 Vita prolongata ſenſus dolorum Chriſti communicatus: mors pro tempore ex vehementia amoris obita : aliquis à ſputo ſanguinis liberatus 904 *cap.* 9 Inſignia miſericordiæ ſpiritualis miracula proximis impenſa 907 *cap.* 10 Aliæ ſingulares peccatorum converſiones 911 *cap.* 11 Miracula juvandis corporibus impenſa 919 *cap.* 12 Alia ſanitatum impetratarum exempla 916 *cap.* 13 Poteſtas contra dæmones exercita 919 *cap.* 14 Donum prophetiæ ad proximi commodum 922 *cap.* 15 Spiritus ejus propheticus defenſus & aliis experimentis probatus 925 *cap.* 16 Panes & vinum divinitus multiplicata 927 *cap.* 17 Euchariſtia frequenter ſumpta , à Chriſto porrecta & ultro delata : favores ad Corpus S. Agnetis de Monte-Politiano accepti 931. PARS III. *Cap.* 1 Cum Catharina Romam profectus Raymundus , indeque ablegatus , enumerat quos beatæ mortis teſtes habuit 936 *cap.* 2 Efficacia precum pro Eccleſia & Pontifice orantis : ingens deſiderium æternorum 939 *cap.* 3 Suprema morientis monita : lucta cum dæmone, mors 943 *cap.* 4 Felix tranſitus ad Superos revelatus auctori & matronæ cuidam 945 *cap.* 5 Miracula ante & poſt ſepulturam 948 *cap.* 6 Patientia in tolerandis impedimentis , in via ſpirituali objectis 951 *cap.* 7 Patientia in obſequiis ægrotantium, in injuriis, in doloribus, & vexationibus dæmonis 954 *cap.* 8 Labores pro pace Eccleſiaſtica cõponenda ſuſcepti 956. Epiſtola Barducci de morte Sanctæ 959 Epiſtola Stephani Carthuſiani *Cap.* 1 Notitia cum Sancta inita, & directus ad Ordinem Carthuſianum 961 *cap.* 2 Extaſes Catharinæ. Morbi depulſi 963 *cap.* 3 Efficacia ſermonum & mirabilis abſtinentia 964 *cap.* 4 Scientia rerum ſpiritualium infuſa, probata à Theologis : liberalitas in pauperes 966 Analecta. *Cap.* 1 Apud Mombritium *ex vita per Fr. Thomam collecta* 967 *cap.* 2 Auctore Bartholomæo Senen. *ex Vita B. Stephani Macconi* 968 *cap.* 3 Reliquiæ variis in locis 972 *cap.* 4 Bulla Canonizationis à Pio 2 factæ 963 Miraculum *ex Ms. Vltrajectino* 977 Aliud à Nicolao Burgenſio cui contigit deſcriptum *ex editione Veneta.*

23 Catulinus, M. in Africa *ex Martyrologiis* 164
29 Cercyra, V. M. Corcyrenſis *ex Menol. Baſilii Imp. & Menæis* 614
22 Chryſotelus Presb. M. Cordulæ in Perſide *ex Mroll. & Actis S. Laurentii* 11
23 Chorus, M. in Africa *ex Martyrologiis* 164
25 Clarentius, Ep. Viennenſis in Gallia. Cultus *ex Mroll. & Breviariis.* Tẽpus Sedis, Reliquiæ Pragæ 303
26 Claudius, M. Romæ *ex Actis S. Marcellini Papæ & Martyrologiis* 412
30 Claudius, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
22 Clemens, Ep. Sardibus, ex LXX diſcipulis Chriſti *ex Faſtis Græcis* 42
30 Clemens, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
30 Clemens, M. Aphrodiſiæ *ex Martyrologiis* 751
30 Clemens, poëta & Confeſſor apud Græcos *ex Menæis & Leone Allatio* 787
29 Clerius Thaumaturgus, apud Græcos *ex Menæis* 618
26 Cletus Papa *Cap.* 1 SS. Cletus & Anacletus diverſi Pontifices. Prioris veneratio ſacra 409 *cap.* 2 Tempus Ordinationis in Epiſcopum. Pontificatus : alia ejus geſta : Reliquiæ 411
29 Codomanus M. Nicomediæ *ex Martyrologiis* 616
30 Coleſus, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
30 Concordius, M. in Numidia *ex Mroll.* 745
24 Corona V. M. Alexandriæ *ex Mroll.* 295 & 996 f
30 Cotidia, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
28 Cronanus, Ab. Roſcreenſis in Hibernia 579 Vita *ex Ms. Cap.* 1 In Cœnobio viram religioſam cum diſcipulis ducens claret miraculis 580 *cap.* 2 Alia alibi miracula. Roſcreenſis monaſterii fundatio 581 *cap.* 3 Reliqua vita Roſcreæ acta 582
30 Criſpinus, M. in Numidia *ex Martyrologiis* 745
30 Criſpinus alter, M. in Numidia *ex Mroll.* 745
28 Cyrillus M. *ex Mrol. Caſinenſi* 571
26 Cyrillus, M. Axiopoli in Myſia *ex Mroll.* 415

D

30 DAgarus, M. Aphrodiſiæ *ex Martyrologiis* 751
24 Daniel Anachoreta, M. Gerundæ in Hiſpania 266. Vita quadãtenus fabuloſa aut ſuſpecta 268
22 Daniel, M. Laude Pompeja in Italia *ex Vghello & Ferrario.* 17
22 Dauſas Perſa, Ep. M. ſub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 c
24 Deodatus, Ab. Bleſenſis in Gallia 273 Compendium Vitæ *ex Ms.* 273 Alia Vita *ex Ms.* 274
30 Deſideratus, Presb. Cabilone *ex Gregorio Turonenſi* 778
30 Demetrius, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
30 Demetrius, M. in Numidia *ex Martyrologiis* 745
30 Deſiderius, Ep. Cabilon. *ex Vita S. Arigii* 778, 779 cd
30 Diodrus Martyr *ex Martyrologiis* 750
27 Dioſcorus, M. Nicomediæ *ex Martyrologiis* 488
28 Didymus & Theodora, Martyres Alexandriæ 572 Paſſio *ex Actis Proconſularibus* 573
24 Doda ſanctimonialis , Remis in Gallia 283 Vita *ex Ms.* 289.... *cap.* 2 Ortus, educatio, & ſpretis nuptiis vita monaſtica 286.... *cap.* 4 A S. Balderico confortata, in ejus obitu luget 288 *cap.* 5 Pius S. Dodæ obitus 289
28 Domitiana M. *ex Mrol. Caſinenſi* 571
30 Donatus, Ep, Eurcæ in Epiro *ex Vita Ms. Menæis & Sozomeno* 764
23 Donatus, M. apud Græcos. *ex Menæis & Actis S. Georgii M.* 164
24 Donatus, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265
24 Donatus alter, M. Alexandriæ *ex Mroll.* 265
28 Donatus, M. in Numidia *ex Martyrologiis* 571
30 Donatus, M. in Numidia *ex Martyrologiis* 745
30 Dorotheus Presb. M. Alexandriæ *ex Mroll.* 744
30 Dugdus, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744

E

24 EGbertus Presbyter Anglus, poſt vitam in Hibernia actam mortuus in inſula Hyenſi 313 & 997 a Vita *ex Hiſtoria Eccleſ. Bedæ* 313

24 Eliſabetha, Virgo Thaumaturga apud Græcos *ex Menol. Baſilii Imp. & Odis* 272
27 Elpidius, M. in Lydia *ex Martyrologiis* 486
30 Emelianus, M. Aphrodiſiæ *ex Martyrologiis* 751
30 Emilianus, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
22 Epipodius, M. Lugduni 7 Acta *ex pervetuſtis Mss.* 8
27 Eppeus, Presb. M. Melitinæ *ex Martyrologiis* 487
30 Erconwaldus, Ep. Londinen. & Ab. Cherteſeyenſis in Anglia 780. Vita *ex Capgravio. Cap.* 1 Natales ejus & S. Ethelburgæ ſororis. Quædam miracula 780 *cap.* 2 Mors & ſepultura. Sepulchrum ab igne divinitus ſervatum. Translatio corporis 782 *cap.* 3 Incendium reſtinctum morbi ſublati. Profanantes ejus feſtum puniti 784 *cap.* 4 Alia quædam beneficia præſtita 786
25 Erminus, Ep. & Ab. Lobienſis in Belgio 374 Vita auctore Anſone Ab. Lobienſi *ex Mss.* 375
26 Ethemia, M. in Africa *ex Martyrologiis* 415
27 Euanthia, M. Nicomediæ *ex Martyrologiis* 488
26 Euaſia, M. in Africa *ex Martyrologiis* 415
27 Eulogius, Xenodochus Conſtantinopolitanus *ex Menæis* 493
25 Euodius, M. Syracuſis *ex Menæis & Mroll.* 359
29 Euphraſius, ex latrone Martyr in inſula Corcyra *ex Græcis* 613
24 Euſebius, M. Nicomediæ *ex Actis S. Georgii, Menologio Baſilii Imp. & aliis* 263
28 Euſebius, Ep. Cibali in Pannonia 565 Acta paſſionis *ex Ms.* 566
28 Euſebius Eunuchus, M. Tarſi in Cilicia, *ex Mroll.* 567 Galliæ & Hiſpaniæ perperam adſcribitur 568
28 Euſebius, M. Corcyræ in Jonio mari. *Ex Menologio Baſilii & Menæis* 561
26 Euthymia, M. Antiochiæ *ex Martyrologiis* 415
30 Eutropius, Ep. Santonenſis M. Fabuloſa multa rejecta. Aliqua dantur *ex Gregorio Turonenſi, & Petro de Natalibus.* Cultus Reliquiæ 733 Miracula *ex Mss. Cap.* 1 Varii à ſubmerſione & igne liberati 736 *cap.* 2 Captivi ex carceribus liberati 738 *cap.* 3 Profanatores feſti puniti: energumeni liberati 740 *cap.* 4 Alia beneficia 742
29 Eutychius, M. Cyzici *ex Menologio Baſilii Imp. & Græcis* 617
27 Eutychius, M. in Lydia *ex Martyrologiis* 486
26 Exuperantia V. Trecis in Gallia *ex Mrol. Trecenſi & aliis* 423

F.

30 Faſilus, M. in Numidia *ex Mroll.* 745
29 Fauſtianus, ex latrone Martyr in inſula Corcyra, *ex Græcis* 613
23 Fauſtinus, M. in Africa *ex Martyrologiis* 164
24 Fauſtinus, M. in Africa *ex Martyrologiis* 265
24 Fauſtus, M. in Africa *ex Martyrologiis* 265
26 Felicia, M. in Africa *ex Martyrologiis* 415
27 Felicia, M. Nicomediæ *ex Martyrologiis* 488
26 Feliciſſima, M. in Africa *ex Martyrologiis* 415
23 Felix Presb. M. Valentiæ in Gallia 77. Vita *auctore coævo* 78
23 Felix, M. Romæ *ex Martyrologiis* 165
23 Felix, M. in Africa *ex Martyrologiis* 164
23 Felix alter, M. in Africa *ex Martyrologiis* 164
24 Felix, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265
26 Felix, M. in Africa *ex Martyrologiis* 415
27 Felix, M. Nicomediæ *ex Martyrologiis* 488
30 Felix, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
30 Felix alter, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
25 Fidelis, Hiſpelli in Umbria *ex Annalibus Hiſpellenſibus* 374
29 Filocaſtus, M. Nicomediæ *ex Martyrologiis* 616
29 Filocoſius, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 617
24 Firianus, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265
28 Firmianus, M. Leſinæ in Apulia. Inventionis & tranſlationis Acta 575
30 Flavius, Ep. Cabilonen. à Joanne Papa VIII Sanctis adſcriptus 778, 779 e f
25 Florebertus Ep. Leodienſis *ex Mroll. Chronicis & aliis* 277
30 Florentinus, in Numidia *ex Martyrologiis* 745
30 Florianus, M. in Numidia *ex Martyrologiis* 745
30 Forannanus, Abbas Walcidiori in Belgio Ord. S. Benedicti 807. Vita auctore Roberto monacho Walciodorenſi. *ex Mss.* 808 *Cap.* 1 Natalis, Epiſcopatus abdicatus: mare miraculo trajectum, Abbatialis dignitas ſuſcepta, ægri ſanati, mors &c. 808 *cap.* 2 Corpus ejus juſſu decentius humatum. Energumeni & alii ægri ſanati 811 *cap.* 3 Æger ſanatus, naufragus ſervatus. Epilogus 813. Alia Acta *ex Mss. Chronico Walciodorenſi* 814. *Cap* 1 Monaſterii S. Michaelis aliorumque cœnobiorum & demum Walciodorenſis fundatio, & pia fundatoris vita 815 *cap.* 2 Adventus S. Forannani, ſub quo monaſterium Metenſi Ep. ſubjectum, & Haſterienſis cœnobii acceſſione auctum 817 *cap.* 3 Teſtamentum & pia mors Eilberti Comitis ac S. Forannani 820
24 Florianus, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265
24 Forianus, M. in Africa *ex Martyrologiis* 265
24 Fortunata, M. in Africa *ex Martyrologiis* 265
23 Fortunatus Diac. M. Valentiæ in Gallia 77 Vita *auctore coævo* 78
25 Fortunatus, M. in Africa *ex Martyrologiis* 361
24 Fortunus, M. Alexandriæ *ex Mroll.* 265
24 Fortunus alter, M. Alexandriæ *ex Mroll.* 265
30 Fortunus, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
25 Franca V. Abbatiſſa Ord. Ciſtercienſis Placentiæ 379 Epiſtola Lanfranci Prioris de ejus gloria cuidam revelata 380 Vita auctore Bertramo Reoldo *ex Mss.* 382 *Cap.* 1 Natales, vita religioſa. Prælatura S. Syri: diſpoſitio ad fundationem Ciſtercienſem 384 *cap.* 2 Ciſtercienſis parthenonis inſtitutio, & in ejus regimine reliqua vita & felix obitus 387 *cap.* 3 Tranſlatio corporis duplex & miracula 390 *cap.* 4 Alia miracula 392 *cap.* 5 Aqua ex oſſibus ſcaturiens: cæcis viſus, infirmis ſanitas reddita 394 *cap.* 6 Reliqua miracula 396 Sermo de Monaſteriis ex hoc prodeuntibus 398 *Appendix* 1 de poſtrema tranſlatione, cultu, ſacellis, & miraculis poſterioribus 398. *Appendix* 2 Gratiæ recentiores *ex Ms. Italico* 402
22 Franciſcus, Ord. Minorum, Fabriani in Piceno 88 Vita *ex Annal. Franciſc. Cap.* 1 Vocatio ad religionem & in ea profectus 89 *cap.* 2 Miracula in vita, pius obitus 90 *cap.* 3 Miracula poſt mortem & variæ corporis tranſlationes 92 Alia Vita auctore Nepote *ex Ms.* 983 *Cap.* 1 Synopſis Vitæ & virtutum 984 *cap.* 2 Miracula in Vita patrata 986 *cap.* 3 miracula poſt mortem & tranſlationem 988 Hymni 991
24 Fuſcinus, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265

G

30 Gaber, M. in Numidia *ex Martyrologiis* 745
30 Gajanus, M. in Numidia *ex Mroll.* 745
27 Gennoſa, M. Antiochiæ *ex Martyrologiis* 488
27 Geneſius, M. in Lydia *ex Martyrologiis* 486
23 Georgius Megalo-Martyr, Liddæ ſeu Dioſpoli in Palæſtina *Comment. prævius* §. 1 Acta vetuſtiora, Latina apocrypha, Græca melioris fidei 100

§ 2 Acta recentiora & minus ſincera tam apud Græcos quam apud Latinos 103. § 3 Pugna cum dracone SS. Georgio & Theodoro afficta, occaſione imaginum exprimentium victoriam de diabolo 104. § 4 An S. Georgius fuerit primus decimæ perſecutionis Martyr, ab Euſebio ſine nomine commemoratus 106. § 5 Cultus ſtatim ab initio diffuſus, ædificatione templorum & Reliquiarum diſtractione 108. § 6 Hæreticorum contra exiſtentiam ejus blaſphemiæ confutantur 112. § 7 Poſteriores tranſlationes Reliquiarum, & templa ac monaſteria iis locupletata 114. Acta *ex Mss. Græcis & Lipomano. Cap.* 1 Perſecutio à Diocletiano excitata, Georgii generoſa confeſſio, tormenta primæ diei 117. *cap.* 2 Nova tormenta & miracula: victoria de Athanaſio mago 119. *cap.* 3 Extrema de tyranno victoria 121. Acta Græca. *Ex bibliotheca Florentina Magni Ducis* ix. Alia Acta ſola Græca auctore Metaphraſte. *Ex Ms. Vaticano* xv item Encomium Auctore S. Andrea Archiep. Cretenſi *Ex Ms. Vaticano* xx. Encomium *auctore Georgio Cyprio Patriarcha CP. Ex Ms. Græco* 123. *Cap.* 1 Patria, parentes, oblatio ultronea & prima coram tyranno tormenta 123. A ſupplicio rotæ & vivæ calcis foſſa illæſus exit 125. *cap.* 3 Crepidis ignitis calceatus redarguit tyrannum 126. *cap.* 6 Veneficia ſuperata, mortui ſuſcitati 127. *cap.* 5 Extrema de idolis victoria: capitis ſupplicium 129. Epilogus 131. Eadem Græce *ex Ms. Vaticano* xxv.

Analecta. *Cap.* 1 Tranſlatio capitis & brachii Venetias 132. *cap.* 2 Tranſlatio aliarum Reliquiarum in Belgium 134. *cap.* 3 Miraculoſa liberatio pueri Paphlagonis è captivitate Bulgarica. *Ex Ms. Græco, interprete Petro Poſſino S.I.* 136. Eadem Græce. *Ex Ms. Vaticano* xxxv. *cap.* 4 Alia miracula vetuſtiora. *Ex Menæis Græcorum & Adamnano Scoto* 142. *cap.* 5 Saraceni injurioſi punitio, converſio, & martyrium 144. *cap.* 6 Violatores alii divinitus puniti 146. *cap.* 7 Georgiani auxilii devote implorati efficacia variis exemplis demonſtrata 149. *cap.* 8 S. Georgius Τροπαιοφόρος & Chriſtianorum exercituum ductor 152. *cap.* 9 De Ordine S. Georgii in Auſtria 155. *cap.* 10 Ordo Periſcelidis Anglicanæ ſub patrocinio S. Georgii & alibi alii 158. *cap.* 11 S. Georgii patrocinium & ſpecialis cultus in Anglia 160. Aliud miraculum Græcum. *Ex Ms. bibliothecæ Ambroſianæ* xxxix.

23 Georgius, Ep. Suelli in Sardinia 214. Encomium *ex Ioanne de Arca* Vita *auctore Paulo ... Ex Ms.* 215. Appendix de cultu in Sardinia. *Ex Dima Serpis* 992

24 Georgius, M. Thebæus Pinaroli in Pedemontio. *Ex Ferrario & Brautio* 266

23 Gerardus, Ep. Tullenſis ad Moſellam 206 & 992 d Vita *auctore Vindrico Abbate S. Apri. Cap.* 1 Natales, profectus in virtutibus. Ordinatio Epiſcopalis 206. *cap.* 2 Virtutes Epiſcopalis, templa erecta, tranſlatæ Reliquiæ: iter Romanum: aqua in vinum verſa 208. *cap.* 3 Farina & panes ob eleemoſynas multiplicati: alia miracula & opera pia 209. *cap.* 4 Gravis perſecutio tolerata: pius obitus duobus Sanctis revelatus 211. Appendix *ex Chronico Senonienſi* 213

27 Germana, M. Nicomediæ. *Ex Martyrologiis* 488

28 Germana V. Corpus & cultus Henniaci in Belgio 577

30 Gemini duo, MM. in Numidia. *Ex Martyrol. & Actis* 745 748 f

27 Germanus, M. in Ægypto. *Ex Martyrologiis* 487

29 Germanus Presb. M. Alexandriæ *ex Martyrol.* 615

29 Germanus, M. Nicomediæ *ex Martyrologiis* 616

27 Germelina, M. Nicomediæ. *Ex Martyrologiis* 488

26 Germianus, M. in Africa. *ex Martyrologiis* 415

23 Glycerius, M. apud Græcos. *Ex Menæis & Actis S. Georgii M.* 164

29 Gondebertus, M. Avennaci in Territorio Metenſi 620. Vita *ex antiquis Lectionibus officii proprii* 622

25 Gramatius, Ep. Metenſis. *Ex Martyrologiis & Warnefrido* 369

29 Gratus, M. in Africa *ex Martyrologiis* 616

24 Gregorius, Epiſcopus Illiberitanus in Hiſpania. *Ex Martyrologiis, S. Hieronymo, Euſebio Vercellenſi & aliis* 269 & 996 f

30 Gualfardus, ſolitarius Veronæ 827. Vita *ex Ms. Veronenſi* 828. Tranſlatio Reliquiarum Verona Auguſtam Vindelicorum *ex Mss.* 831

30 Gududus, M. in Numidia *ex Martyrologiis* 745

24 Guilielmus Firmatus, Moritonii in Normannia 334. Vita auctore Stephano Epiſcopo Redonenſi *ex Ms.* 334. *Cap.* 1 Initia, ſeceſſus in eremum, peregrinatio in Orientem 334. *cap.* 2 Reverſio in Galliam. Vita in ſolitudine acta. Miracula & prophetiæ 336. *cap.* 3 Habitatio ad Rhodanum Reditus Mantileium. Obitus 339. *cap.* 4 Hiſtoria tranſlationis & miraculorum 340. Rhythmus ſeu Sequentia 341

26 Guilielmus Pater & Peregrinus filius, Antiocheni, Foggiæ in Italia 464. Vita *ex Mss. Eccleſiæ Foggienſis. Pars* 1 Ex lectionibus ad Matutinum recitatis 465. *Pars* 2 Ex hymnis, reſponſoriis & antiphonis 466

H

13 Helena, vidua tertii Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Utini in Ducatu Foro-Julii 247. Vita auctore Fr. Simone Romano. *Ex Ms. Italico.* 249. *Cap.* 1 Marito viduata ſuſcipit habitum S. Auguſtini, & vitam inſtituit auſteriſſimam 249. *cap.* 2 Paupertas, taciturnitas, patientia in adverſis 251. *cap.* 3 Viſiones & miracula 253. *cap.* 4 Obitus & ſepultura 255. Alia Vita auctore Jacobo Philippo Bergomenſi 256

22 Helimas Presb. M. Cordulæ in Perſide. *Ex Martyrologiis & Actis S. Laurentii* 11

24 Herberactus, in Anglia. *Ex Martyrologiis.* Inquiſitum quis fuerit: num Abbas Wirenſis? an Magiſter B. Alcuini? 291

25 Heribaldus, Ep. Autiſſiodori. *Ex Martyrologiis, Monacho Autiſſiodorenſi & Lupo Ferrarienſi* 378

27 Hermes, miles, M. Melitinæ. *Ex Martyrol.* 487

25 Hermemphus, M. in Africa *ex Martyrologiis* 361

25 Hermogenes, M. Syracuſis. *Ex Menæis & Mroll.* 359

27 Hermogenes, M. Melitinæ. *Ex Martyrologiis* 487

24 Herus, M. in Africa *ex Martyrologiis* 265

30 Hildegardis Regina, uxor Caroli Magni. § 1 Vitæ ſanctitas, inventio ipſius & filii Ludovici Pii 788. § 2 Matrimonium SS. Caroli & Hildegardis; hujus maternum genus ex Suevis: paternum an ex Francis? 790. § 3 Fundatio & reſtauratio Campidonenſis cœnobii 792. Acta à monacho Campidonenſi 15 ſeculo collecta. *Ex Mss.* 793. *Cap.* 1 Matrimonium: fundatio Campidonenſis: mors pia. Ludovicus Carolo patri ſuccedit 793. *cap.* 2 Inventio Sanctorum corporum, poſt varia ad invocationem eorum miracula 795. *cap.* 3 Cæci, ſurdi, muti, paralytici ſanati 797. *cap.* 4 Energumeni liberati, hydropici & contracti ſanati, mortui ſuſcitati 799. Appendix *ex Annalibus Suevicis Martini Cruſii* 802

27 Hilpidius, M. Melitinæ *ex Martyrologiis* 487

22 Honofria V. M. Romana. Corpus Antverpiæ. *Ex Bullis tranſlationum* 17

30 Honoratus, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744

30 Honoratus alter, M. Alexandriæ. *Ex Martyrol.* 744

24 Honorius, Ep. Brixien. 276. Vita *à Bernardino Fayno*

Italice ſcripta 277 *Cap.* 1 Genus nobile, Vita eremitica. Alachis Ducis & Longobardorum converſio 277 *cap.* 2 Geſta in Epiſcopatu 278 *cap.* 3 Tranſlationes corporis & veneratio apud Brixianos 279
30 Honorus, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
22 Hormiſdas Perſa, Ep. *M.* ſub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 c
30 Hoyldis Virgo Deo devota, Trecis in Campania 773 Vita *ex Ms. cœnobii S. Hoyldis* 774
29 Hugo, Abbas Cluniacenſis. §. 1 Deceſſores ejus, ætas, diſcipuli, amici memorabiles 628 §. 2 Imperatorum & Regum, erga eum obſervantia 630 §. 3 Fundatio Marciniacenſis, cultus S. Hugonis, ſcriptores Vitæ 632 Vita auctore Hildeberto Ep. Cenomanenſi 634. *Cap.* 1 Natalis, ſuſceptio habitus monaſtici, dignitas Abbatialis: virtutes in ea 635 *cap.* 2 Gratia apud Henricum II Imp. Legatio in Hungaria. Concilium Remenſe Alphonſus R. Hiſpan. liberatus. Cœnobium Marciniacenſe 636 *cap.* 3 Arcana animorum inſpecta & futura prædicta 638 *cap.* 4 Morbi curati 640 *cap.* 5 Angelorum tutela, mala depulſa. Liberalitas compenſata 642 *cap.* 6 Multi ad vitam monaſticam adducti. Templum amplificatum 644 *cap.* 7 Mors præſcita & pie obita: receptio in cælum revelata 646. Alia Vita, Auctore Raynaldo Ab. Vezeliacenſi, dein Archiep. Lugdunenſi *ex Mss.* 648 *Cap.* 1 Adoleſcentia pie tranſacta, tirocinium vitæ monaſticæ, dignitas Abbatialis, liberalitas in pauperes, familiaritas cum Chriſto, poteſtas in dæmonia 659 *cap.* 2 defunctus à pœnis, ægri à morbis liberati: templa & cœnobia extructa aut reformata 650 *cap.* 3 Secreta animorum cognita, futura prædicta, morbi curati 651 *cap.* 4 Concilium Rhemenſe celebratum: ſchiſma compoſitum. Pius obitus 652. Synopſis Vitæ metrica. Auctore eodem Raynaldo *ex Ms.* 654 Epitome Vitæ ab Ezelone & Gilone ab obitu ſcriptæ *ex Ms.* 655. Analecta. *Cap.* 1 Ex epiſtola Hugonis monachi 658 *cap.* 2 Ex Vita per eumdem Hugonem 659 *cap.* 3 Ex collectione anonymi 660
27 Huſandus, *M.* in Caſtello Ajoviæ *ex Martyrologiis* 487

I.

27 Iacobus, Ordinis Minorum obſervantium S. Franciſci, Bitecti in Apulia 527 Proceſſus de ſanctitate & miraculis *ex Ms. Cap.* 1 Acta præliminaria anni 1628 & ſequentis 529 *cap.* 2 Syllabus teſtium citatorum & auditorum 529 *cap.* 3 Reſponſiones ad 11 articulos propoſitos 531 *cap.* 4 Miracula uſque ad annum 1619 facta 534 *cap.* 5 Miracula uſque ad annum 1623 incluſive 537 *cap.* 6 Reliqua miracula in judicio exhibita 539 *cap.* 7 Mira poſt concluſionem Proceſſus deſcripta 542. Appendix *ex Scriptoribus recentioribus impreſſis* 544
22 Iacobus Perſa, Presb. *M.* ſub Sapore 19 *ex Mroll. & Sozomeno* 21 b
22 Iacobus Perſa, Ep. *M.* ſub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 c
30 Iacobus Diac. *M.* in Numidia *ex Actis & Mroll.* 745 dire cruciatus & viſione animatus capite plectitur 747, 748
24 Ianuarius, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 265
29 Ianuarius, ex latrone Martyr, in inſula Corcyra *ex Græcis* 613
23 Ibarus, Epiſcopus Hibernus, *ex Actis S. Abbani S. Patricii & aliis* 173 & 991 f
30 Igneus Martyr *ex Martyrologiis* 745
30 Indaletius, Ep. Urcitanus in Hiſpania 723 Acta Tranſlationis auctore Hebrethmo Cluniacenſi 725 *Pars* 1 Perquiſitio & inventio Corporis ſub Abbate Sanctio 726 *Pars* 2 Tranſlatio ad monaſterium Pinnatenſe 729 Miracula *ex Hiſt. Pinnatenſi Ioannis Briz* 731
29 Iniſcholus, ex latrone Martyr, in inſula Corcyra *ex Græcis* 613
22 Ioannes Perſa, Ep. M. ſub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 c
27 Ioannes Conf. Hegumenus monaſterii Catharorum, ſub Leone Armeno plurima paſſus, *ex Monologio & Menæis* 495
27 Ioannes, *M.* Nicomediæ *ex Martyrologiis* 488
30 Ioannes, Ep. Cabilonen *ex Sidonio Apollinari* 778, 779 a b
25 Iocundus, *M.* in Africa *ex Martyrologio Corbejenſi* 361
30 Iocundus, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
22 Ioſephus Perſa, Presb. *M.* ſub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 b Acta auctore Metaphraſte. *Cap.* 2 Captivitas, conſtantia inter verbera, inſtitutio data 24 *cap.* 3 Novæ quæſtiones & tormenta. Inedia triennalis 25 *cap.* 4 Conſtantia inter tormenta. Abductio Arbelam & incarceratio 6 menſium 26 *cap.* 5 Inter nova tormenta conſtantia 27 *cap.* 6 Flagellatio iterata, martyrium, ſepultura, miracula 28, Acta Græca *ex Ms. Medicæo Regis Galliæ* 37
22 Iſaacus Perſa, Ep. *M.* ſub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 c
22 Iulianus, Ep. Viennæ in Gall. *ex Mroll. & Officio Eccleſiaſtico* 29
26 Iulius, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 415
27 Iulius, *M.* Nicomediæ *ex Martyrologiis* 488
30 Iulius, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
26 Iuſta, apud Græcos *ex Menæis* 423

L

27 Lætiſſima, *M.* Nicomediæ *ex Mroll.* 488
30 Laurentius, *M.* Presb. in Ciſalpinis *ex Novaria ſacra Caroli a Baſilica Petri, Officiis propriis, & Ferrario* 764
26 Lectiſſimus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 415
29 Leo Epiſcopus, ex inſula Samo Venetias tranſlatus, *ex Petro de Natalibus & faſtis* 615
22 Leo, Epiſc. Senonen in Gallia. Tempus Sedis. *Acta ex Lectionibus Eccleſiaſt.* 31
22 Leonides, pater Origenis, *ex Euſebio aliiſque Græcis & faſtis Latinis* 10
26 Leonides, *M.* Antiochiæ *ex Martyrologiis* 415
24 Leontius, *M.* Nicomediæ *ex Actis S. Georgii M. Menol. Baſilii Imp. & aliis* 263
24 Liberalis, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265
27 Liberalis. Altini in territorio Tarviſino 489 Vitæ ſynopſis *ex Mss.* 489 alia *ex Ferrario* 490
29 Liberius, Ep. Ravennæ, *ex Rubeo & aliis* 614
27 Lolion Junior. *M* apud Græcos *ex Menæis* 488
24 Longinus, *M.* Nicomediæ *ex Actis S. Georgii M. Menol. Baſilii Imp. & aliis* 263
22 Lucas Diac, *M.* Cordulæ in Perſide *ex Mroll. & Actis S. Laurentii* 11
28 Lucheſius ſeu Lucenſis, 3 Ord. S. Franciſci in Etruria 594 Epitome Vitæ antiquioris *ex Ms.* 596 Vita auctore Bartholomæo de Tolomeis *ex Ms.* 597. *Cap.* 1 Ratio vitæ ante & poſt converſionem: caritatis officia proximis impenſa 598 *cap.* 2 Orationes, extaſes, mortificationis & paupertatis ſtudiū 601 *cap.* 3 Humilitas & patientia, mors, miracula 604 *cap.* 4 Reliqua miracula 607

28 Lucianus, *M.* in Numidia *ex Martyrologiis* 571
28 Lucianus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 571
30 Lucianus, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
26 Lucidius, Ep. Veronenſis *ex Hiſtoricis Veronenſibus* 423
30 Lucius, *M.* Aphrodiſiæ *ex Martyrologiis* 751
22 Lucius, Ep. Laodiceæ ex LXX diſcipulis Chriſti *ex Faſtis Græcis* 4
24 Lucius, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 265
30 Ludovicus, *M.* Cordubæ *ex S. Eulogio & Mroll.* 806
30 Ludovicus puer, à Judæis occiſus in Suevia pag. 978
27 Lupicinus, M. in Lydia *ex Martyrologiis* 486

M

22 MAares Perſa, Ep. *M.* ſub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 c
25 Macalleus, Ep. in Cruadachia Hiberniæ *ex Vita S. Brigidæ & Mroll. Hibernicis* 366
25 Macedonius, Ep. CP. *Cap.* 1 Minus honeſta initia purgata inſigni confeſſione 369 *cap.* 2 Inſidiæ ſtructæ, exilium 570 *cap.* 3 Obitus, miracula, cultus 572
25 Machaldus, Ep. in inſula Hiberniæ Mannia *ex Vita S. Patricii & Colgano* 367
29 Maculus. *M.* Peruſii *ex Martyrologiis* 616
29 Magnus, *M.* Cyzici *ex Menol. Baſilii Imp. & Græcis* 617
30 Majorica, *M.* Aphrodiſiæ *ex Martyrologiis* 751
30 Majorica, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
28 Malina, *M.* Tarſi in Cilicia *ex Martyrologiis* 567
28 Manilius. *M.* in Numidia *ex Martyrologiis* 571
29 Manilus, *M.* Peruſii *ex Martyrologiis* 616
22 Manreandes Perſa, Chorep. *M.* ſub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 c
25 Manſuetus *M. ex notitia Corporis Romæ allati in Gallias* 363
29 Mammius, ex latrone Martyr, in inſula Corcyra *ex Græcis* 613
26 Marcellinus Papa *M. Cap.* 1 S. Marcellinus à S. Marcello diverſus. Tempus Sedis, alia geſta 412 *cap.* 2 Illius lapſus, pœnitentia, martyrium: cultus Reliquiæ, tempus ſucceſſionis S. Marcelli 413 *cap.* 3 Objecta contra lapſum ejus & pœnitentiam, & contra Pontificatum S. Felicis 2 Papæ rejiciuntur 999
24 Marcia, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 265
26 Marciana, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 415
26 Marcianus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 415
27 Marcianus, *M.* in Ægypto *ex Martyrologiis* 487
29 Marcianus, *M.* Alexandriæ *ex Mroll.* 617
29 Marcianus, *M.* Peruſii *ex Martyrologiis* 616
25 Marcus Euangeliſta, Ep. Alexandrinus *M.* §. 1 Veneratio apud Latinos, Græcos & Ægyptios. Acta vitæ & martyrii varia 344 §. 2 Tempus vitæ & martyrii. Euangelium ſcriptum: alia illi tributa 345 Apoſtolatus Aquileiæ *ex* 2 *Mss.* 346 & 997 Apoſtolatus Alexandrinus & martyrium *ex* 12 *Mss.* 347 Appendix *ex Vita S. Petri Ep. Alexandrini & M.* 349 Encomium Auct. Procopio Diac. & Charthophylace Interp. Jo. Franciſco Albano *ex Ms. Græco* 350 De cultu Venetiis 352 Hiſtoria Tranſlationis *ex Ms.* Apparitio & miracula *ex Ms. libri Petri de Calo* 356 Appendix *ex Breviario Carmelitano* 1495 *anni & aliis* 357 & 999
28 Marcus Epiſcopus martyr Atini in Campania § 1 Vita, paſſio ac ſepultura; Corporis inventio 548 §. 2 Tranſlatio & cultus. Quædam figmenta rejecta 549 Acta Auctore Adenulpho Archiep. Capuano *ex Mss.* Epiſtola dedicatoria 551 Prologus 552. *Cap.* 1 Genus, religio, baptiſmus, prædicatio, Epiſcopatus, 553 *cap.* 2 Miracula: oratorium & Sacerdotes conſecrati, Gentiles converſi. Martyrium, ſepultura 554 Hiſtoria inventi & tranſlati Corporis *ex Ms. Cap.* 1 Templum Sancti extructum & dirutum: jumenta iſtic ponentes puniti. Corpus & caput repertum 557 *cap.* 2 Miracula dein patrata 559. Verſus de eadem re *ex Ms.* 260 Miraculum *ex Ms. Italico* 561
22 Mareas Perſa. Ep. *M.* ſub Sapore *ex Mroll.* 19 *& Sozomeno* 21 c
30 Marianus Lector, *M.* in Numidia *ex Actis & Martyrologiis* 745 dire cruciatus, viſione animatus, capite plectitur 747, 749
27 Marinus, *M.* in Lydia *ex Martyrologiis* 486
30 Marinus, Presb. *M.* Aphrodiſiæ *ex Mroll.* 751
26 Marius, *M.* Antiochiæ *ex Martyrologiis* 415
23 Marolus Ep. Mediolani *ex Breviario, Ennodio & aliis* 173
25 Martia, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 361
29 Martialis *M.* Nicomediæ *ex Martyrologiis* 616
30 Martinus, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
28 Martyres Presbyteri duo S. Marci Epiſcopi Atini *In hujus Actis* 548 *& ſeqq.*
29 Martyres duo Alexandriæ *ex Martyrologiis* 617
24 Martyres IV Nicomediæ, ſocii SS. Euſebii Neonis & aliorum *ex Actis S. Georgii, Menol. Baſilii Imp. & aliis* 263
27 Martyres VI in Ægypto *ex Martyrologiis* 487
29 Martyres VI in Africa *ex Martyrologiis* 616
25 Martyres VIII Anachoretæ, apud Græcos *ex Menæis* 374
30 Martyres XII Aphrodiſiæ *ex Martyrologiis* 751
24 Martyres XXIV Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265
30 Martyres XXIV *ex Martyrologiis* 750
22 Martyres XXXIV Lugduni, cum SS. Epipodio & Alexandro 8
28 Martyres LXXII in Numidia *ex Mroll.* 571
28 Martyres CLXX Tarſi in Cilicia *ex Mroll.* 567
22 Martyres Clerici Perſæ CCI ſub Sapore 19 *ex Mroll. & Sozomeno* 21 c
28 Martyres CCLXX in Africa *ex Martyrologiis* 571
22 Martyres Perſæ XVI millia ſuis nominibus olim nota, & alii innumeri ſub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 e
26 Martyres, ſocii aliorum in Africa *ex Mroll.* 415
30 Martyres plurimi Clerici & Laici in Numidia *ex Martyrologiis* 745
29 Marſalius, ex latrone Martyr in inſula Corcyra *ex Græcis* 613
30 Maternianus, Ep. Remenſis in Gallia 757 Vita *ex Ms. Cap.* 1 Natalis, educatio, ordinatio Epiſcopalis 759 *cap.* 2 Miracula 760 *cap.* 3 Acceſſus ad S. Hilarium. Pius obitus 762
24 Maventus, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265
28 Maurilius, *M.* in Numidia *ex Martyrologiis* 571
24 Mauritius, *M.* Thebæus Pinaroli in Pedemontio *ex Ferrario & Brautio* 266
27 Maurus, *M.* Antiochiæ *ex Martyrologiis* 488
27 Maurus, *M.* in Caſtello-Ajoviæ *ex Mroll.* 487
30 Maxentia, vidua Tridenti, mater S. Vigilii Ep. Vita *ex duplici Ms.* 772
26 Maximus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 415
27 Maximus, *M.* in Ægypto *ex Martyrologiis* 487
30 Maximus, *M.* apud Aſiam 732 Acta Martyrii *ex* 4 *Mss.* 732
30 Maximus, *M.* apud Græcos *ex Menæis* 733
29 Meginus, *M.* Peruſii *ex Martyrologiis* 616
22 Melanius, Ep. Trecis in Gallia *ex Camuzato, Des Guerrois & aliis* 29
24 Mellitus, Ep. Londinenſis & Archiep. Cantuarienſis 280 Vita *ex Hiſtor. Eccl. Bedæ* 281 Miracula *ex Legenda Capgravii* 282
24 Memmerus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 265

28 Memnon Thaumaturgus, Hegumenus apud Græcos *ex Menol. Basilii Imp. Menæis & Ms. Synaxario* 578
30 Mercurialis, Ep. Forolivien. *Cap.* 1 Cultus, ætas. Vita scripta & examinata 751 *cap.* 2 Translationes corporis, Miracula recensita. Figmenta rejecta 753 *cap.* 3 Vita ex picturis antiquissimis adumbrata *ex Ms.* 754
30 Meritus, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
24 Metrona, V.M. Perusii *ex Martyrologiis* 616
24 Meturus, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265
30 Meturus, M. Aphrodisiæ *ex Martyrologiis* 751
30 Michael de Barga, Ord. Minorum observantium prope Lucam in Hetruria *ex Wadingho & aliis* 90
30 Michomeres, Tornodori in Campania Gallicana *ex Officio Ecclesiastico & Vita S. Germani Ep. Autissiodorensis* 775
24 Milites LXX Martyres, cum Saba Gotho Duce *ex Menol. Basilii Imp.* 261
22 Milles seu Mellisius Persa, Ep. M. sub Sapore *ex Martyrologiis* 19 *& Sozomeno* 21 c d
22 Mocius Persa, Ep. M. sub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 c
30 Momminus, M. in Numidia *ex Mroll.* 745
22 Mucius Diac. Cordulæ in Persida *ex Mroll. & Actis S. Laurentii* 11
30 Mulier cum duobus Geminis, M. in Numidia *ex Mroll.* 745 *& in Actis* 748 f
27 Multitudo universa gregis S. Anthymi, cum ipso martyrio affecta Nicomediæ. *In actis illius* 482

N.

23 Nabor, M. in Africa *ex Mroll.* 164
23 Nabor, M. Romæ *ex Mroll.* 165
24 Nabor, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265
22 Nearchus, M. in Armenia *ex Menæis & Vita S. Polyeucti* 12
24 Neon, M. Nicomediæ *ex Actis S. Georgii M. Menol. Basilii Imp. & aliis* 263
28 Neon, M. Corcyræ in Ionio mari *ex Menologio Basilii Imp. & Menæis* 561
26 Nestor monachus, apud Græcos *ex Menæis* 423
25 Nice, M. apud Græcos *ex Menæis* 361
27 Nicephorus, *M.* Nicomediæ *ex Mroll.* 488
28 Nicia, V.M. Nicomediæ *ex Martyrologiis* 571
25 Nobilis seu Nubilis, M. in Africa *ex Mroll.* 361
30 Nomensis Martyr *ex Martyrologiis* 750
13 Nonna, *M.* Romæ *ex Martyrologiis* 165

O

22 Opportuna, Abbatissa Sagiensis in Gallia 61 Vita *auctore Adalelmo Episc. Sagiensi* 62. *Cap.* 1. Ortus, educatio. Vita monastica. Abbatissæ creatæ illustres virtutes 62 *cap.* 2 S. Godegrandi fratris peregrinatio et martyrium cum dolore S. Opportunæ 64 *cap.* 3 Miracula & continuæ preces. Morbus & obitus 66 *Appendix* 1 67 Liber miraculorum *eodem* auctore 67. *Cap.* 1 Miracula à scriptore visa 68 *cap.* 2 Alia miracula potissimum à Translatione corporis facta 69. *Appendix* 2 Cultus variis locis & Reliquiæ depositæ 71
24 Orbanus M. in Africa *ex Martyrologiis* 265
30 Orimentus, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744

P

29 Pades, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 617
29 Pagata, *M.* Nicomediæ *ex Martyrologiis* 616
28 Pamphilus, Ep. Sulmonensis & Corfinienſis in Aprutio 583 Vita *ex Officio proprio & Ms. Italico* 584 alia *ex Ms. Bodecensi* 585
22 Papus Persa, Ep. M. sub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 c
27 Papius, *M.* Nicomediæ *ex Martyrologiis* 488
22 Parmenas Presb. M. Cordulæ in Persida *ex Martyrologiis & Actis S. Laurentii* 11
26 Pascha sius Ratbertus, Abbas Corbejensis in Gallia 462 Vita auctore Jacobo Sirmondo Soc. Jesu 463 Alia ab Hugone Menardo *collecta* 464
30 Pastor, Ep. M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
22 Paulus Persa Ep. M. sub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 c
26 Paulus, M. in Africa *ex Martyrologiis* 415
27 Paulus, M. in Ægypto *ex Martyrologiis* 487
29 Paulus, Ep. Brixiensis. Varia de Corporis translationibus 618
30 Peregrinus Latiozus Ordinis Servorum B. Mariæ Forolivii in Æmilia 836 Vita auctore Nicolao Burgesio Equite Senensi *ex Ms.* 837 Processus de cultu & miraculis *ex archivo Forolivensi. Cap.* 1 Processus institutio. Sacri corporis & arcæ inspectio 840 *cap.* 2 Testes auditi 842 *cap.* 3 Quædam miraculosæ curationes 844 *cap.* 4 Miracula postea publica auctoritate descripta 846 Appendix de cultu & miraculis Barcinone factis *ex Ms. Hispanico* 848 Alia miracula *ex Mss Hispanicis* 849
29 Petrus Martyr, ex Ord. Prædicat. §. 1 Patria, natales, ingressus in Ordinem. Hæretici oppugnati & eorum origo 678 §. 2 Officium Inquisitionis demandatum: mors pro fide illata 680 §. 3 Canonizatio cultus per totam Ecclesiam decretus, & quare in Ordine Servorum B. Mariæ 682 §. 4 Cultus in quibusdam urbibus singularis. Scriptores Vitæ 684 Vita scripta per Thomam de Lentino coævum postea Patriarcham Hierosolymitanum, aucta ab Ambrosio Taëgio *ex Mss.* 686. *Cap.* 1 Natales, ingressus in Religionem, virtutes in tirocinio, abstinentia, colloquia cum Sanctis & Christo. Conciones 688 *cap.* 2 Muto loquela restituta, futura prædicta, oleum multiplicatum, morbum simulanti morbus immissus 690 *cap.* 3 Dæmon fugatus, hæretici Florentia pulsi, pes restitutus, solatium à Christo è cruce datum, præstigiæ hæreticorum dissipatæ 692 *cap.* 4 Muto loquela restituta. Sanctitas cælo prodita. Sereno cælo nubes inducta. Inquisitoris officium collatum & exercitum 694 *cap.* 5 Conspiratio in necem ejus: martyrium: gloria revelata. Miracula ante Canonizationem 697 *cap.* 6 Canonizatio 700 *cap.* 7 Festum & Officium canonicum ab Innocentio 4 præscriptum, corpus elevatum 703 *cap.* 8 Festum & vota ei facta, violantes puniti 704 *cap.* 9 Febri, hydropisi, aliique mobo laborantes sanati 707 *cap.* 10 Varii ad vitam revocati 708 *cap.* 11 Puerperis facilitas partus indulta: infantes à partu oculis & manu donati, quidam in periculo mortis servati 710 *cap.* 12 Febris hydropisis, paralysis depulsa 712 *cap.* 13 Contracti, cancro, mania, epilepsia laborantes sanati 715 *cap.* 14 Morbi & difficultas partus per aquam, S. Petri Reliquiis sacratam, sublati in Hibernia: energumeni liberati 717 *cap.* 15 Candens ferrum innoxie tractatum: incendium restinctum, tempestas sedata &c 718
26 Petrus, Ep. Bracaræ in Lusitania & Martyr. *Ex Tamajo, Roderico da Cunha, Iacobo de Rosario & aliis* collecta nonnulla, rejectis fabulis. 1001

26 Petrus Teutonicus, Eremita Gamaldulenſis in Etruria. *Ex variis.* 472
28 Petrus M. *ex Martyrologio Caſinenſi* 571
30 Petrus, M. Cordubæ *ex S. Eulogio & Mroll.* 806
26 Peregrinus filius & Guilielmus pater Antiocheni, Foggiæ in Italia 464 *Vita ex Ms. Foggienſi* 465
22 Pherbuta ſeu Tarbula Virgo, cum Sorore & ancilla M. ſub Sapore 19. Acta martyrii *ex Mss. Latinis & Græcis* 21 Græca *ex Ms. Vaticano* 1
25 Philippus ſeu Philippinus, Ordinis Minorum, Montalcini in Tuſcia *ex Waddingo & aliis* 404
25 Philo, Diaconus Antiochiæ *ex Epiſtolis S. Ignatii & Martyrologio Romano* 359
23 Plenus, M. in Africa *ex Martyrologiis* 164
25 Phœbadius ſeu Fœgadius, Ep. Aginnenſis in Aquitania *ex Sulpitio Severo, Sauſſajo & aliis* 365
30 Polychronius, Ep. *ex Martyrologiis* 751
26 Pollio, M. in Africa *ex Martyrologiis* 415
28 Pollio Lector, cum Euſebio Ep. *M.* Cibali in Pannonia. 565. Acta paſſionis *ex Ms.* 566
30 Pomodianus, Diaconus *M. ex Martyrologiis* 750
30 Poſtumus, *M.* in Numidia *ex Martyrologiis* 745
27 Prianus, *M.* in Caſtello-Ajoviæ *ex Mroll.* 487
28 Primianus, *M.* Leſinæ in Apulia. Inventionis & tranſlationis Acta 575
26 Primitivus, *M.* Romæ *ex Martyrologiis* 415
30 Primoſus, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
30 Primoſus, *M.* Aphrodiſiæ *ex Martyrologiis* 751
22 Primulus, *M.* Cordulæ in Perſide *ex Mroll.* 11
28 Proba V. *M.* Corpus & cultus Henniaci in Belgio 577
29 Proſdocus, Diac. *M.* Alexandriæ *ex Mroll.* 615
23 Protoleon, *M.* apud Græcos *ex Menæis & Actis S. Georgii M.* 163
28 Prudentius, Ep. Turriaſonenſis in Arragonia. *cap.* 1 Ætas diſcuſſa, & certamen Ciſtercienſium montis Laturci & Nagerenſium de ejus corpore 587. *cap.* 2 Acta fabuloſa: ex quibus recentior ejuſdem nominis Epiſcopus producitur 589. *cap.* 3 Exeutitur fabula. Acta antiqua partim indicantur, partim requiruntur 590 cap. 4 Acta *ex Mss.* 592.
29 Prudentius *M.* Nicomediæ *ex Martyrologiis* 616
24 Publius, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 265
25 Publius miles M. Nicomediæ *ex Menol. Baſilii Imp. & Menæis* 361
29 Pudentius, M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 617
23 Puſinna, V. in Gallia, tranſlata Hervordiam in Weſtphalia 165 & 991 f Vita *ex Ms. Bodecenſi cap.* 1 Parentes, ſorores, inſtitutio, votum virginitatis 166. *cap.* 2 Vita ſolitaria: eximiæ virtutes 168, *cap.* 3 Obitus præſente ſorore S. Lutrude 269. Tranſlationis hiſtoria *ex Ms. Bodecenſi* 170

Q

29 Quintianus, *M.* apud Græcos *ex Ms. Menæis* 617
30 Quintianus, *M.* in Numidia *ex Martyrologiis* 745
22 Quiriacus M. *ex Martyrologio Hieronymiano* 10
30 Quirillus, Ep. Trajecten. ad Moſam *ex Florario & Chronico Belgico* 777
30 Quirinus Ep. M. in cœmeterio Romano Prætextati depoſitus *ex Martyrologiis* 750
26 Quirinus M. Romæ *ex Actis S. Marcellini Papæ & Martyrologiis* 422

R

30 Reductus. *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
30 Remiſurinus *M. ex Martyrologiis* 750
30 Revocatus, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
26 Richarius, Fundator & Ab. Centulenſis in Gallia 441. Vita auctore Albino Alcuino Flacco *ex 5 Mss.* 442. *cap.* 1 Ortus, converſio ad vitam piam. Sacerdotium. Proximi adjuti, etiam Britanni 443. *cap.* 2 Geſta cum S. Rictrude & Rege Dagoberto. Seceſſus in ſilvam Criſciacenſem 444. *cap.* 3 Pius obitus. Corporis tranſlatio Centulam: miracula 446. miracula auctore monacho Centulenſi *ex Mss. lib.* 1 miracula ab anno 814 patrata. *cap.* 1 miracula ſub Herico & Elizacaro Abbatibus facta 447. *cap.* 2 Alia ſub Ludovico Abbate. Corpus alio delatum & relatum. Varia miracula 450. *lib.* 2 miracula tempore ſcriptoris facta. *cap.* 1 Altera irruptio Normannica. Corpus alio delatum & relatum. Varia miracula 452 *cap.* 2 Corpus thecæ argenteæ impoſitum. Varia miracula 454 Hiſtoria relationis *ex* 4 *Mss. cap.* 1 Corpus ablatum, relatum & iterum ablatum 457. *cap.* 2 Denuo anno 981 relatum 457. *cap.* 3 miracula poſtea facta 459. Eadem hiſtoria auctore Angelranno metrice deſcripta *ex* 2 *Ms.* 459
24 Robertus, Abbas Caſæ-Dei Ord. Benedictini in Gallia 316 Vita auctore Marbodo *ex Ms.* 317. *cap.* 1 Ortus, educatio, Sacerdotium, deſiderium vitæ monaſticæ 317. *cap.* 2 Socii duo aſciti: diſceſſus in eremum 318. *cap.* 3 Eleemoſyna data & accepta. Plures monachi admiſſi. Miracula patrata 320. *cap.* 4 Monaſterium conſtructum: Miracula varia. Pius obitus 321. *lib.* 2 Miracula poſt mortem 322 liber tripartitus de Miraculis, auctore Bertrando monacho 324. Diſtinctio 1 Miracula in vita patrata 324. *Diſtinctio* 2 Miracula poſt mortem facta 326. *Diſtinctio* 3 Abbates & monachi Caſæ-Dei virtutibus & miraculis clari 331.
29 Robertus, primus Ab. Moliſmenſis & Fundator Ordinis Ciſtercienſis. *Commentarius prævius.* § 1 Reformationes Ordinis Benedictini. Roberti exordia. Fundatio Moliſmenſis 662. § 2 Initia cœnobii & Ordinis Ciſtercienſis, & tranſitus S. Roberti ad eumdem 664. § 3 Revocatio & reditus S. Roberti à Ciſtercio ad Moliſmum 1 Ejuſdem ætas, cultus ſacer & ſcriptores Vitæ 666 Vita Auctore monacho Moliſmenſi ſub Adone Ab. *ex Mss.* 668. *cap.* 1 Natales, tirocinium vitæ religioſæ & Præfectura quædam 669. *cap.* 2 Cœnobia Moliſmenſe & Ciſtercienſe fundata 670. *cap.* 3 Mors ac ſepultura. Miracula ad funus 672.
25 Robertus, Ab. Syracuſis *ex Octavio Cajetano* 378
30 Rodicianus, Diac. *M.* Aphrodiſiæ *ex Mroll.* 751
30 Rodocianus, Diac. *M.* Alexandriæ *ex Mroll.* 744
30 Rogatus *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
30 Rogatus alter, *M.* Alexandriæ *ex Mroll.* 744
22 Romas Perſa, Ep. *M.* ſub Sapore 19 *ex Sozomeno* 20
30 Ropodianus *M. ex Martyrologiis* 750
24 Rufina, *M* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 165
28 Rufus *M. ex Martyrologio Caſinenſi* 571
29 Rufus, *M.* Cyzici *ex Menol. Baſilii Imp. & Græcis* 617
30 Rumetina *M. ex Martyrologiis* 750
25 Ruſticus, Ep. Lugdunen. *ex Mroll. & Vita S. Epiphanii Ep. Ticinenſis* 368

S

24 Sabas Gothus, militum Ductor. *ex Menol. Baſilii Imp. & aliis* 261
29 Sabbatius, *M.* Nicomediæ *ex Martyrologiis* 616
22 Sabinus Perſa, Ep. *M.* ſub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 c
22 Sabor Perſa, Ep. *M.* ſub Sapore 19 *ex Sozomeno* 21 c
23 Salunus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 164
24 Salunus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 265

24 Sambacia, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 265
30 Saturnina, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
30 Saturnina, *M.* Aphrodiſiæ *ex Martyrologiis* 751
23 Saturninus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 164
24 Saturninus, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265
29 Saturninus, ex latrone *M.* in inſula Corcyra *ex Græcis* 613
30 Saturninus, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
30 Saturninus, *M.* Aphrodiſiæ *ex Martyrologiis* 751
30 Saturus *M. ex Martyrologiis* 750
30 Secundianus, *M.* in Numidia *ex Martyrologiis* 745
30 Secundianus, Ep. *M. ex Martyrologiis* 750
30 Secundinus, Ep. *M.* in Numidia *ex Martyrologiis* & Actis 745. Alios Martyres animat 747
30 Secundinus, Ep. *M.* Alexandriæ *ex Mroll.* 744
24 Secundus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 265
24 Secundus, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265
29 Senanus, Conf. in Anglia *ex Martyrol. Anglic. & Vita S. Wenefridæ* 620
22 Senorina V. Abbatiſſa Baſtenſis in Portugallia, Ordinis S. Benedicti 74 Vita *ex Legendario Conimbricenſi* 74 & 983
24 Seranus, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265
27 Serapion, *M.* Nicomediæ *ex Martyrologiis* 488
30 Severus, Ep. Neapolitanus 767. Vita *ex Ms.* 768 Miracula auctore ſynchrono *ex Ms.* 770
30 Severus, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
24 Silvanus, *M* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265
24 Silvanus alter, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265
26 Silvanus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 415
30 Silvanus alter, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
23 Silvius, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 164
23 Silvius, *M.* Romæ *ex Martyrologiis* 165
26 Simia, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 415
26 Simplicius, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 415
26 Siricus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 415
27 Sodalis, *M.* in Lydia *ex Martyrologiis* 486
27 Sodalis, *M.* Antiochiæ *ex Martyrologiis* 488
23 Solutus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 164
30 Sophia, V. M. Firmi in Piceno *ex Ferrario & Ughello* 733
22 Soter, Pontifex Romanus. Tempus Sedis. Elogia. Tranſlatio 5 & 982
30 Spinica, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
25 Stephanus, Ep. Antiochiæ & *M. ex Theophane, Nicephoro aliiſque & Martyrologio Rom.* 362
27 Stephanus, *M.* Tarſi in Cilicia *ex Mroll.* 482
30 Suibertus, Ep. Verdenſis in Saxonia inferiore *ex Krantzio & aliis* 802

T

22 Tarbula ſeu Pherbuta V. cum ſorore & ancilla, *M.* ſub Sapore 19 Acta martyrii 21. Acta Græca *ex Ms. Vaticano* 1
30 Teleforus, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
30 Teleſporus, *M.* Aphrodiſiæ *ex Martyrologiis* 751
28 Tellurius, *M.* Leſinæ in Apulia. Inventionis & tranſlationis Acta 575
30 Terentius Presb. *M.* Aphrodiſiæ *ex Mroll.* 751
30 Terentius, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
30 Tertulla V. M. in Numidia *ex Martyrologiis* 745 & Actis 748 e
27 Tertullianus, Ep. Bononienſis *ex Variis* 498
29 Thaumaſius, *M.* Cyzici *ex Menol. Baſilii Imp. & Græcis* 617
24 Theodeſtia, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 265
23 Theodora, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 164
28 Theodora V. M. Alexandriæ 572 Paſſio *ex Actis Proconſularibus* 572
29 Theodora V. M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 617
22 Theodorus Siceota, Epiſcopus Anaſtaſiopoli, & Archimandrita cœnobiorum in Galatia 32. Vita *Auctore Eleuſio, Georgio dicto, Presbytero & Hegumeno, & S. Theodori diſcipulo* 33. *cap.* 1 Patria, ortus, educatio, litterarum ſtudia, jejunia, orandi conſuetudo 33 *cap.* 2 Pia adoleſcentia, contemptus rerum caducarum, miracula 35. *cap.* 3 Energumenus liberatus. Vita arcta in ſpelunca. Sacri Ordines ſuſcepti 36 *cap.* 4 Iter Hieroſolymitanum. Habitus monaſticus: rigor pœnitentiæ. Familiæ ſalus 38 *cap.* 5 Miracula in hominibus & beſtiis præſtita. Mors matris & aviæ: pericula mortis & morbus divinitus ſubmota. 29. *cap.* 6 Varii ægri & energumeni ſanati. Illuſtres ejus diſcipuli 41. *cap.* 7 Iter Hieroſolymitanum alterum: Miracula. Epiſcopatus Anaſtaſiopolitanus 43. *cap.* 8 Varia miracula tempore Epiſcopatus patrata. Tertium iter Hieroſolymitanum 45. *cap.* 9 Colloquium cum B. Antiocho eremita. Abdicatio Epiſcopatus 47. *cap.* 10 Acceſſus ad Mauritium Imp. Varia Conſtantinopoli facta. 49 *cap.* 11 Reliquiæ S. Georgii acceptæ. Itinera ad vicinas urbes: varia miracula 52. *cap.* 12 Varii ægri ſanati. Dæmones coërciti. 54. *cap.* 13 Variæ prædictiones aliaque miracula 56. *cap.* 14 Iter CP. ad S. Thomam Patriarcham. Varia miracula 58. *cap.* 15. Variæ virtutes & miracula. Obitus. Vita ſcripta 60.
23 Theodorus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 164
30 Theodorus, Presb. *M.* in Numidia *ex Mroll.* 745
29 Theodotus, *M.* Cyzici *ex Menol. Baſilii Imp. & Græcis* 617
29 Theognides, *M.* Cyzici *ex Menol. Baſilii Imp. & Græcis* 617
24 Theon Presbyter, *M* Alexandriæ *ex Mroll.* 265
23 Theonas, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 164
24 Theonas, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 265
27 Theophilus, Ep. Brixiæ *ex variis* 498
23 Therinus, *M.* apud Græcos *ex Menæis & Actis S. Georgii M.* 164
29 Theoſtichus, *M.* Cyzici *ex Menol. Baſilii Imp. & Græcis* 617
28 Tiballus, *M.* Cibali in Pannonia. *In Actis S. Euſebii Ep.* 565.
24 Tiberius, *M.* Thebæus Pinarolii in Pedemontio *ex Ferrario & Brautio* 266
27 Timia, *M.* Antiochiæ *ex Martyrologiis* 488
24 Tonitus, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265
26 Trudpertus, *M.* Eremita in Briſgoia 424. Vitæ Epitome *ex Breviario Argentoratenſi* & alia *ex Conſtantienſi* 426. Acta auctore monacho Trudpertino *ex Ms.* 426. *lib.* 1 de vita & paſſione 27. *cap.* 1 Vita in Briſgoia. Oratorium conſtructum. 427. *cap.* 2 Cædes. Martyrii titulus 430 *cap.* 3 Sepultura. Tranſlationes corporis & miracula 432. *lib.* 2. Miracula ætate auctoris facta *cap.* 1 Injurii puniti 435. *cap.* 2 Variæ ſanitates obtentæ. Alia miracula 437.
22 Tudianus *M.* Cordulæ in Perſide *ex Mroll.* 11
29 Tychicus, diſcipulus S. Pauli. An Epiſcopus & quo loco? 613

V

29 Valentinus, *M.* Alexandriæ *ex Mroll.* 615
29 Valentinus, *M.* Peruſii *ex Martyrologiis* 616
24 Valeria, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 265
28 Valeria cum Vitale marito, *M.* Ravennæ & Mediolani 562 Paſſionis Acta *ex Ms.* 564
24 Valerianus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 265
23 Valerius, *M.* apud Græcos *ex Menæis & Galeſinio* 163
23 Valerius, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 164

24 Valerius, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 265
23 Venuſtus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 164
30 Viator, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
24 Victor, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 265
24 Victor, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265
26 Victor, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 415
27 Victor, *M.* in Ægypto *ex Martyrologiis* 487
30 Victor, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
30 Victor alter, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 744
27 Victorinus, *M.* Nicomediæ *ex Martyrologiis* 488
28 Victorinus, *M.* in Numidia *ex Martyrologiis* 571
24 Victurinus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 265
26 Victurinus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 415
28 Victurinus, *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 567
29 Victurinus, *M.* Perusii *ex Martyrologiis* 616
23 Victurus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 164
26 Vindeus, *M.* Antiochiæ *ex Martyrologiis* 415
23 Vitalis, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 164
23 Vitalis, *M.* Romæ *ex Martyrologiis* 165
28 Vitalius, *M.* Corcyræ in Jonio mari, *ex Menologio Basilii Imp. & Menæis* 561
28 Vitalis & Valeria conjuges, Martyres Ravennæ & Mediolani 562 Passionis Acta *ex Ms.* 564
29 Vitalis, *M.* Perusii *ex Martyrologiis* 616
26 Vitus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 415
24 Urbanus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 265
29 Urbanus, *M.* Nicomediæ *ex Martyrologiis* 616
23 Ursus, *M.* in Africa *ex Martyrologiis* 164

W

24 Wilfridus I Archiep. Eboracensis in Anglia 292. Vita *auctore Eadmero Cantuariensi monacho* 293 *cap.* 1 Ortus miraculis clarus. Secessus ad monasterium Lindisfarnum. Iter I Romanum. Varia acta Lugduni 294. *cap.* 2. Sacerdotium. Disputatio de Paschate cum S. Colmano. Ordinatio Episcopalis. Varia per Angliam exercitia 296. *cap.* 3 Episcopatus Eboracensis. Exercitia virtutum & miraculorum 298. *cap.* 4. Ab Episcopatu expulsio. Iter 2 Romanum. Acta apud S. Agathonem Papam: Dagoberti 2 regnum & cædes. 300 *cap.* 5 Carceris & exilii miseria tolerata. Conversio Australium Saxonum cum incolis Vectæ insulæ. 303 *cap.* 6 Restitutio in Sedem Eboracensem & iterata depulsio. Acta in Concilio Eastrefeld 306. *cap.* 7 Iter 3 Romanum. Morbus in rèditu. Restitutio in Sedem Eboracensem 309 *cap.* 8 Morbus obitus, miracula. Translatio corporis Cantuariam. 310. Epitaphium *ex Beda* 312.
29 Wilfridus secundus, Archiepiscopus Eboracensis in Anglia, *ex antiquis scriptoribus Anglicanis* 626
22 Wolphelmus, Ab. Brawillerensis prope Coloniam 76 Vita auctore Conrado monacho, teste oculari 77. *cap.* 1 Ortus, studia, vita monastica, præfectura variorum monasteriorum 77. *cap.* 2 Hæresis Berengarii oppugnata 79. *cap.* 3 Allodium recuperatum. Inimicitiæ Hermanni Archiep. patienter toleratæ 80. *cap.* 4 Ecclesiæ ornatus. Lectio Scripturæ. Eleemosynæ, hospitalitas & aliæ virtutes 82. *cap.* 5 Fratris, sororis & familiarium virtutes. B. Wolphelmi: miracula in vita 84. *cap.* 6 Præmonitio ad mortem, pius obitus, & post eum miracula 86.

Z

27 Zeno, Ep. *M.* in Lydia *ex Martyrologiis* 486
28 Zeno, *M.* Corcyræ in Jonio mari. *Ex Menol. Basilii Imp. & Menæis* 561
27 Zita Virgo, Lucæ in Italia 497 Vita Auctore coævo *ex Mss.* 499. *cap.* 1 Natalis, conditio vitæ, liberalitas in pauperes: conversio aquæ in vinum, annonæ multiplicatio 499. *cap.* 2 Cælestes favores impensi: vitæ asperitas 501. *cap.* 3 Fervens & extatica oratio, favores alii eamdem consecuti 503. *cap.* 4 Custodia virginitatis, humilitas, mansuetudo, prudentia, animarum zelus 504. *cap.* 5 Extremus morbus, obitus, miracula 507. *Appendix.* Curatus epilepticus, & quidam post suspendium liberatus. Miracula à Fatinello Notario coram testibus excepta. *Ex Ms. cap.* 1 Facta & notata post elevationem mense Aprili. 510. *cap.* 2 Facta 1 Maji 512. *cap.* 3 Notata 2 & 3 Maji 514. *cap.* 4 Excepta 4 & 5 Maji 517. *cap.* 5 Descripta reliquo mense Majo 519. *cap.* 6 Alia mensibus Junio & Julio excepta 522. *cap.* 7. Notata mense Augusto 524. *cap.* 8, Reliqua illius anni cum appendice 525
24 Zotica *M.* Alexandriæ *ex Martyrologiis* 265
27 Zoticus *M.* in Lydia *ex Martyrologiis* 486

INDEX CHRONOLOGICUS.

SECULUM I.

Anno 65 SS. Petri & Pauli Apostolorum martyrio traditur adfuisse S. Marcus Euang. 345 b
Anno 67 S. Marcus coronatus Martyr Alexandriæ 344, 345 b
Anno 76 S. Cletus, cedente S. Clemente, fit Pontifex Romanus 411 c
Seculo 1 SS. Apelles, Lucius & Clemens, ex LXX Christi discipulis; Episcopi Smyrnæ Laodiceæ & Sardibus 4
Anno 82 S. Marcus Ep. & duo Presbyteri Martyres, Atini in Campania 548
Anno 84 S. Cletus, Pontifex Romanus, obit Martyr sub Domitiano 411 c
Anno 86 S. Anianus, Ep. Alexandriæ, obit 358 c
Seculo 1 S. Tychicus discipulus S. Pauli Apostoli 613
S. Indaletius, Ep. Urcitanus in Hispania 723
S. Antonius Presb. Eremita Lucæ 476
Circa 100 SS. Saturninus, Insischolus & alii v ex latronibus Martyres 613 Cercyra V.M. in Corcyra insula. 614
Sec. 1 *aut* 2 *SS.* Vitalis & Valeria Martyres obeunt 561

SECULUM II

Anno 156 S. Mercurialis, Ep. Forolivensis, traditur obiisse, an potius 4 *seculo*? 752
Anno 162 S. Soter creatur Pontifex Rom. Rustico & Aquilino Coss. 5 b
Anno 171 Idem moritur & colitur 22 Aprilis 5 c
Anno 177 *SS.* Epipodius, Alexander & 34 socii, MM. Lugduni 7
Circa 200 S. Liberius, Ep. Ravennæ 614

SE-

III SECULUM

Circa 204 S. Leonides pater Originis, item Arator, Quiriacus, Basila MM. Alexandriæ 10
Circa 212 SS. Felix Presb. Fortunatus & Achilleus Diaconi, Martyres Valentiæ in Gallia 97,98 b
Circa 249 S. Carus Ep. Atini Martyr obit 615
Circa 250 S. Maximus, Martyr apud Asiam 732
Anno 251 SS. Parmenius, Helymas & Chrysotelus Presbyteri, Lucas & Mucius Diaconi, item Primulus & Tudianus MM. Cordulæ in Persida 11
Circa 259 SS. Agapius & Secundinus Epp. Theodorus Presb. Marianus Lector. Jacobus Diac. & alii xx item femina cum 2 geminis & alii plurimi Cirthæ & Lambæsæ in Numidia 745
Seculo 3 S. Alpinianus Presb. in Aquitania floret 480
Circa 260 S. Nearchus, M. in Armenia 12
Anno 272 SS. Sabas Gothus Dux & LXX milites, Martyres Romæ sub Aureliano 261
Anno 283 S. Cajus creatur Pontifex Rom. 13 b
Anno 296 Idem Martyr obit 13
S. Marcellinus creatur Pontif. Rom. 412 c

IV SECULUM

Sub Diocl. SS. Mauritius, Georgius & Tiberius MM. Thebæi Pinarolii in Pedemontio 266
SS. Eusebius Ep. Pollio Lect. & Tiballus Martyres Cibali in Pannonia 565
Anno 303 S. Georgius Megalo Martyr obit 100
SS. Eusebius, Neon, Leontius & IV socii, martyrio Nicomediæ cum S. Georgio coronati 263
Valerius, Anatolius, Protoleon & Athanasius: item Glycerius, Donatus, Therinus in martyrio illorum conversi, & ipsi Martyres 163 & 164
S. Anthimus Ep. M. cum universo grege Nicomediæ 482
SS. Didymus & Theodora, Martyres Alexandriæ 572
Anno 304 S. Marcellinus Papa & SS. Claudius, Quirinus, Antoninus Martyres Romæ 412 d
Anno 308 S. Marcellus, cum Sedes 4 annos vacasset, creatur Pontifex Rom. 414 d f
Anno 310 Idem obit Martyr 414 d
Circa 322 S. Basileus, Ep. Amaseæ in Cappadocia, Martyr Nicomediæ obit 416,422 f
Post Const. M. S. Daniel anachoreta M. obit Arelate 267 e
Anno 350 Martyres Persæ sub Sapore, Acepsimas & alii Episcopi XXII, Manreandes Chorepiscopis; Josephus & alii duo Presbyteri; Azadanus & Abdiesus Diaconi, & 250 Clerici; Azades Eunuchus, Tarbula seu Pherbute V. cum sorore & ancilla, 16000 & alii innumeri.
Seculo 4 S. Laurentius, Presb. Novariensis, Martyr 763
Circa 387 S. Donatus, Eurœæ in Epiro obit 764,766
Anno 398 S. Anastasius I creatur Pontifex Romanus 491 a
Sub finem seculi 4 S. Melanius Episcopus Trecensis in Gallia 29
Circa 400 S. Liberalis Altini in territorio Tarvisino floret 489
S. Maxentia vidua, mater S. Vigilii Ep. Tridenti obit 772

V SECULUM

Circa initium 5 *Seculi* S. Severus Ep. Neapolit. 767
Anno 402 S. Anastasius I Papa obit 491,492 f
Circa 427 S. Paulus I, Ep. Brixiensis obit 618
Circa 440 S. Michomeres, Tornodori in Campania Gallica, obit 775
Seculo 5 S. Pusinna V. in Gallia floret 65
S. Marolus, Ep. Mediolanensis 173
S. Phœbadius, Ep. Aginnensis floret 365
S. Tertullianus, Ep. Bononiensis 494
S. Theophilus, Ep. Brixiensis 494
S. Hoyldis, Virgo Deo devota, Trecis floret 773
Circa 456 S. Maccaleus Ep. Cruadachiæ in Hibernia 366
Circa 470 S. Joannes, Ep. Cabilonen. obit 779 c
Anno 479 S. Stephanus, Ep. Antiochiæ, M. obit 362 f
Anno 494 S. Rusticus, Ep. Lugduni, excipit S. Epiphanium Ep. Ticinensem 366 b c
Circa 448 S. Machaldus creatur Episc. in insula Hiberniæ Mannia 368 d
S. Gregorius, Episcopus Illiberitanus in Hispania, obit 269
Circa 500 S. Rusticus, Ep. Lugdunen. obit 368 c

VI SECULUM

Anno 516 S. Macedonius Ep. CP. obit 369
Circa 532 S. Julianus. Ep. Viennensis in Gallia 29
Anno 532 S. Abrunculus sive Aprunculus, Episcopus Trevirensis 30
Anno 540 S. Leo, Ep. Senonensis in Gallia 31
Circa 545 S. Gramatius, Ep. Metensis obit 369
Seculo 6 S. Desiderius, Ep. Cabilonen. 779 c
S. Ibarus, Ep. Hibernus 173
S. Deodatus, Ab. Blesis in Gallia, videtur floruisse 273 d
Circa 570 S. Desideratus Presb. Cabilonen. obit 778 c
Anno 586 S. Honorius, Ep. Brixien. in Italia, obit 24 Aprilis 276
Circa 600 S. Arthemius Ep. Senonensis obit 578
S. Flavius Epis. Cabilonen. obit 779 d e

VII SECULUM

Anno 604 S. Mellitus ordinatur Ep. Londinen. 281 b
Anno 613 S. Theodorus Siceota, Ep. Anastasiopolis in Galatia, obit 32,33 a
Anno 619 S. Mellitus creatur Archiep. Cantuariensis 282 b
Anno 624 Idem moritur 24 Aprilis 282 c
Anno 625 S. Clarentius, Episc. Viennensis in Gallia, obit 373
Anno 634 S. Wilfridus I nascitur, postea Archiep. Eboracen. 294 b
Circa 640 S. Cronanus, Ab. Roscreensis in Hibernia, obit 579
Post 642 S. Trudpertus, eremita in Brisgoja, occiditur 424 e
Seculo 7 S. Senanus Conf. in Septemtrionali Wallia 620
S. Gondebertus, M. apud Altisalios, sepultus Avennaci in territorio Remensi 620
S. Richarius, Fundator & Abbas Centulensis, floret, amicus Dagoberti R. 441
S. Pamphilus, Episc. Sulmonen. & Corfinien. in Aprutio 583
SS. Bova Abbatissa & Doda sanctimonialis florent Renis in Gallia 283
Circa 664 S. Wilfridus ordinatur Episcopus ab XI Episcopis 297 b
Anno 664 Ob pestem in Northumbria grassantem migrat S. Egbertus Presb. in Hiberniam 313 d
Anno 666 S. Erkonwaldus condit monast. Cherteseyense 780 c
Anno 675 Erconwaldus consecratur Episc. Londinensis 780 e
Anno 693 Idem obit 780 f
Circa an. 697 S. Liberalis corpus Torcellum transfertur 489

SECULUM VIII

Anno 709 *S.* Wilfridus 1, Archiepiſcopus Eboracen. obit 24 Aprilis 292 311 a
Anno 716 *S.* Egbertus migrat in inſulam Hy 315 a
Anno 729 Idem ibidem moritur die Paſchæ 315 c
Anno 737 S. Erminus Abbas Lobienſis & Ep. moritur 374.376 e
Circa 744 S. Wilfridus junior Archiep. Eboracenſis obit 626
Anno 746 S. Florebertus Epiſc. Leodienſis moritur 377 f
Seculo 8 S. Opportuna Abbatiſſa Sagienſis in Gallia floret 61
Sub finem ſec. 8 B. Adelbertus Comes Auſtrobandiæ in Belgio obit 22 Aprilis 73

SECULUM IX

Anno 803 B. Hildegardis Regina, uxor Caroli Magni obit 788 f
Circa 832 *S.* Joannes Conf. Hegumenus monaſterii Catharorum, obit 496 f
Anno 845 *S.* Alpiniani corpus transfertur ad cœnobium Roſiacenſe 480 e
Anno 851 S. Paſchaſius Ratbertus; Abbas Corbejenſis in Gallia, obit 462 463 f
Poſt an 854 B. Hildegardis corpus tranſlatum Campedonam 789 c
Anno 855 SS. Amator Presb. Petrus & Ludovicus, Cordubæ martyrio coronantur 806
Anno 859 *S.* Heribaldus, Epiſc. Autiſſiodoren. moritur 378, 379 e
Anno 860 S. Puſinnæ V. corpus transfertur Hervordiam in Weſtphalia 165 e 171 e
Anno 864 Caput S. Richarii thecæ argenteæ includitur 454 f

SECULUM X

Poſt 800 *S.* Suibertus, Epiſc. Verdæ in Saxonia inferiore, obit 802
Anno 918 Adoleſcens captivus in Bulgaria, invocato *S.* Georgio, in ictu oculi transfertur in Paphlagoniam ab 136 ad 141.
Anno 944 Walciodorenſe monaſterium cœptum conſtrui 816 d 817 d
Circa an. 956 S. Adalbertus, poſtea Epiſcopus Pragenſis, naſcitur 174 b
Anno 963 *S.* Gerardus creatur Epiſcopus Tullenſis 206 a 207 f
Anno 976 *S.* Marci Eccleſia Venetiis à Petro Urſeolo reſtaurari cœpta 997 b
Anno 981 Corpora *SS.* Richarii & Walarici referuntur, agente & humeris deferente Hugone Capeto 458
Anno 982 *S.* Forannanus, Abbas Walciodoren. obit 807 810 b
S. Senorina V. Abbatiſſa Baſtenſis in Portugallia 74
Anno 985 *S.* Adalbertus conſecratur Epiſcopus Pragenſis 29 Iunii. 174 c 180 189
Anno 994 *S.* Gerardus, Epiſcopus Tullenſis, moritur 23 Apr. 206
Anno 997 *S.* Adalbertus, Epiſcopus Pragenſis, in Pruſſia Martyr obit 174 f 187 197

SECULUM XI

Circa 1017 *S.* Robertus, Abbas Moliſmenſis, naſcitur 663 b
Anno 1024 *S.* Hugo naſcitur, poſtea Abbas Cluniacenſis 629 a
Anno 1039 S. Adalberti corpus Pragã transfertur 202
Anno 1043 *S.* Robertus conſtruit monaſterium Caſæ-Dei 316 c
Anno 1046 *S.* Marci Ep. Atinen. corpus transfertur in Eccl. Cathedralem 549 b f
Anno 1050 S. Gerardus, Ep. Tullenſis, à S. Leone IX adſcriptus Sanctis, & corpus ejus elevatum 206
Anno 1067 *S.* Robertus, Ab. Caſæ-Dei, moritur 24 Aprilis 316 f
Anno 1075 *S.* Robertus fundat Moliſmum monaſterium 663 e f
Anno 1080 *S.* Indaletii Ep. Urcitani corpus transfertur ad monaſt. Pinnatenſe 725 b
Anno 1084 *S.* Marci corpus invenitur Venetiis 352 f
Circa 1090 *S.* Guilielmus Firmatus Montelei in Normannia 24 Aprilis obit 334
Anno 1092 B. Wolphelmus, Ab. Brouwillerenſis prope Coloniam 76
Anno 1094 S. Marci Reliquiarum arca Venetiis ultro oſtenſa, ejuſque manus extrà arcam porrecta, & annulus inde abſtractus 998 a b
Anno 1098 Ciſtercium cœnobium cœptum conſtrui 665 f 666 a
Anno 1100 *S.* Georgii brachium Aquicinctum monaſt. Belgii delatum 134 135

SECULUM XII

Anno 1109 *S.* Hugo, Ab. Cluniaci obit feria 4 adveſperaſcente, & ſic refertur ad ſequentem diem 29 Aprilis 629 a 633 d e
Anno 1117 *S.* Georgius, Ep. Suelli in Sardinia 214
Anno 1120 *S.* Hugo, Ab. Cluniacen. canonizatur à Calixto 2 Papa 659 a c
Anno 1127 *S.* Gualfardus, ſolitarius Veronæ, obit 827
Anno 1130 *S.* Maxentiæ viduæ corpus Tridenti transfertur 773 d
Circa 1131 *S.* Adjutor, monachus Tironienſis Ord. S. Benedicti, obit 823
Anno 1148 *S.* Erconwaldi corpus transfertur 784 a c
Seculo 12 *SS.* Guilielmus pater & Peregrinus filius Patroni Foggienſes florent 464 465 a
Anno 1166 Cathari hæretici in diœceſi Colonienſi degunt 679 c
Anno 1176 Iidem diœceſim Mediolanenſem inficiunt 679 f
Anno 1200 S. Antonii Presb. Lucenſis corpus inventum 478 d

SECULUM XIII

Anno 1201 Ordo equitum *S.* Georgii de Alfama inſtitutus à Petro 2 Aragoniæ Rege 159 d
Circa 1206 *S.* Petrus Martyr naſcitur Veronæ 678 f
Ante an. 1212 *S.* Robertus Ab. Moliſmenſis obit 668 a
Anno 1218 S. Franca V. Abbatiſſa Ord. Ciſtercienſis, Placentiæ moritur 379
Anno 1221 *S.* Petrus Martyr Ordinem Prædicatorum amplectitur 678 f
Anno 1222 S. Robertus, Ab. Moliſmenſis, Sanctis adſcriptus ab Honorio III 668 c 678 d
Anno 1231 Corpus S. Probæ V. M. levatum Scalis in ditione Laudunenſi 177 c
Anno 1232 *S.* Mercurialis Ep. Forolivienſis corpus expoſitum 751 f 753 c
Anno 1252 *S.* Petrus Martyr Ord. Prædicatorum occiditur 678 68 d
Anno 1253 Idem ab Innocentio IV Papa Sanctis adſcribitur 682 c

Anno

Anno 1260 B. Lucheſius ſeu Lucenſis, 3 Ord. S. Franciſci in Hetruria, obit 594 c
Anno 1262 B. Ægidius ab Aſſiſio, tertius ſocius S. Franciſci, obit 22 Aprilis 218 220 b c
Anno 1266 B. Franciſcus Fabrianenſis ingreditur Ordinem Minorum 983 c d
S. Francæ corpus ad altare transfertur 580 c
Anno 1272 S. Zita Virgo Lucæ in Etruria obit 497 c
Anno 1273 B. Lucheſii cultus probatur à Gregorio x. 593 a
Anno 1278 S. Zita Sanctis traditur adſcripta 497 b
Anno 1279 S. Trudperti Eremitæ in Briſgoia vita conſcripta eſt 425 b
Anno 1296 S. Georgii brachium Venetias defertur 134 b
Circa 1300 B. Philippus ſeu Philippinus, Ord. Minorum Montalcini in Hetruria, obit 404

SECULUM XIV

Poſt an. 1300 B. Antonius, Ord. Eremitarum S. Auguſtini Monticiani in Hetruria, obit 832
Anno 1309 B. Alda ſive Aldobrandeſca, vidua Senenſis, 3 Ord. Humiliatorum, obit 466 f
Anno 1310 S. Severi Ep. Neapolitani corpus elevatur 767 d
Anno 1322 B. Franciſcus, Ordinis Minorum Fabriani in Piceno, obit 22 Aprilis 88
Anno 1326 S. Francæ Vitam ſcribit Bertramus Reoldi 779 c f
Poſt 1330 B. Peregrinus Latiozus, Ord. Servorum B. Mariæ, obit Forolivii 836
Anno 1339 B. Franciſci Fabrianenſis corpus transfertur 990 b
Anno 1340 S. Petri Martyris corpus transfertur Mediolani 683 a
S. Marcus annulum dedit piſcatori in teſtimonium urbis Venetæ ſervatæ 998 d
Anno 1344 Ordo Garterianus ſeu Periſcelidis, ſub honore S. Georgii, inſtitutus ab Edowardo 2 Rege Angliæ 159 b
Anno 1354 Partem Euangelii S. Marci, Latine ſcriptam, ex Italia Pragam mittit Carolus 4 Imp. 346 a b
Anno 1359 Transfertur corpus B. Franciſci Fabriani 93 c
Anno 1369 Ordo Equitum Monteſiæ in Hiſpania inſtituitur 159 e
Anno 1380 S. Catharina Senenſis, Virgo de Pœnitentia S. Dominici, obit 851 945 d
S. Zitæ miraculorum 150 collectio deſcribitur 497 a b
Anno 1384 S. Catharinæ Senen. corpus transfertur 972 d
Anno 1398 Dedicatur eccleſia ſub nomine B. Franciſci Fabriani 942

SECULUM XV

Anno 1458 B. Helena vidua, 3 Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, obit Utini in Foro-Julii 247
Anno 1462 S. Georgii caput ex inſula Ægina Venetias defertur 132 133
Anno 1468 Ordo equeſtris S. Georgii in Auſtria inſtituitur 155 d
Anno 1472 Petrus Teutonicus Eremita Camaldulenſis obit 472
Anno 1479 B. Michael de Barga Ord. Minorum Obſervantium prope Lucam obit 980.
Anno 1485 B. Jacobus, Ord. Minorum obſervantium Bitecti, obit 527 f
Anno 1489 B. Aldobrandeſcæ corpus elevatur Senis 471 e
Anno 1494 Confraternitas S. Georgii inſtituta & inſcripti Alexander VI Papa & Cardinales item Maximilianus Imp. 152
Anno 1498 S. Pauli I Ep. Brixienſis corpus transfertur ad S. Petri de Oliveto 618 d

SECULUM XVI

Anno 1547 S. Francæ nova eccleſia fundatur Placentiæ 400 a
Anno 1552 S. Laurentii Presb. M. Novariæ Reliquiæ transferuntur 764 b
Anno 1553 S. Catharinæ Senenſis Vita, à Raymundo Confeſſario ſcripta, excuditur Coloniæ 851 f
Anno 557 S. Francæ corpus reponitur ſub altari Placentiæ 400 a
Anno 1576 S. Mercurialis Ep. Forolivii Corpus transfertur ad novum ſacellum 753 d
Anno 1579 SS. Maroli, Venerii, Glycerii & Lazari Epp. Mediolani transferuntur à S. Carolo Borromæo 173 e
Anno 1580 S. Zitæ V. corpus Lucæ incorruptũ 499 a
Anno 1583 B. Aldobrandeſcæ corpus transfertur 471 f
Anno 1590 Reliquiæ plurium Martyrum Roma Monachium ad Ducem Bavariæ delatæ, earumque variæ aſſervantur in eccleſia Societatis Jeſu 982 983
Anno 1595 SS. Theophili & Gaudentii Epp. & Silviæ V. corpora Brixiæ tranſlata 495
S. Laurentii Presb. M. Novariæ Reliquiæ elevantur 764 c
Anno 1597 SS. Alexandri, Firmiani, Primiani, Telluſii Mart. corpora refodiuntur Leſinæ in Apulia 575

SECULUM XVII

Anno 1602 S. Gualfardi Reliquiæ Verona tranſlatæ Auguſtam Vindelicorum 831
Anno 1606 Cultum S. Georgii Ep. Suellen. approbat Paulus V Papa 995 d
Anno 1608 Proceſſus conditur de B. Peregrino Latiozo Forolivii 836 c 840 b ejus corpus oſtenditur 841
Anno 1614 Corpus B. Franciſci Fabriani ad novum ſacellum deportatur 94 b
Anno 1622 S. Caii Papæ corpus inventum in S. Callixti cœmeterio 16 e
Anno 1629 de B. Jacobo Bitectenſi Proceſſus formatur 527 b
Anno 1630 SS. Guilielmi patris & Peregrini filii Patronorum Foggiæ corpora elevantur 464 f
SS. Suiberti & aliorum ſex Epiſcoporum ſive Abbatum Reliquiæ Verdæ inveniuntur 803 c
Anno 1631 S. Caii Papæ eccleſia ab Urbano VIII reparatur. 16 f
Anno 1638 B. Peregrini Latiozi corpus transfertur Forolivii 837 c
Anno 1646 Corpus S. Honorii Ep. Brixienſis novo altari includitur 276 c 280 b
Anno 1650 S. Manſueti M. corpus Roma in Galliam defertur 364 b
Anno 1651 *S.* Petri Martyris caput ſolenniter transfertur 683 b
Anno 1670 S. Petri Martyris cultus ſub ritu duplici per totam Eccleſiam inſtituitur 683 d

ACTA SANCTORVM APRILIS.

TOMVS TERTIVS.

SI dierum æquali numero partiendorum potior nobis cura esset, quam tomorum pari fere mole componendorum; poterant tomis singulis aptissime comprehendi decem dies ter decaëmeri Aprilis. Sed Sanctorum quorumdam, postremam mensis partem occupantium, prolixiora Acta aliter faciendum esse suaserunt, ne duorum primorum mensuram nimium excederet volumen ultimum. Itaque diebus undecim in secundo collectis, reliquos novem accipe in tertio. Hanc autem partem gratam tibi imprimis faciet Megalo-Martyr Georgius, ille Christianitati toti per annos plusquam mille trecentos celeberrimus cultissimusque, & idem disputatissimus his postremis seculis, felicibusne dicam, an infelicibus? quibus uti nullam a vitæ religionis partem intentatam dimisit præsumptuosa novatorum sciolorum temeritas, quam in suspicionem erroris superstitionisve non conaretur adducere, ne reipublicæ ecclesiasticæ civilique turbandæ titulus speciosus deesset; ita studiosius laborat vere Catholicorum solida eruditio, ut quam certa fundataque sint singula, quæ de Deo illiusque Sanctis credit traditque universalis Ecclesia, fiat omnibus manifestum: quod & nos, in famosi istius Athletarchæ ac Tropæophori Martyris memoria illustranda, & antiqua veritate à novitiis fabulis secernenda, assecutos confidimus. Tu vero, Lector, & istum & ceteros, quorum honori hæc lucubramus, Sanctos precare; ut quibus dederunt tot suarum virtutum monumenta ex tenebris eruere ac producere in lucem; jisdem à suæ sanctitatis auctore Deo impetrent ipsos quamtenus imitandi facultatem, ac denique secum & tecum cælestis gloriæ beatam communionem.

DIES XXII MENSIS APRILIS.

SANCTI QVI X KALENDAS MAII COLVNTVR.

SAnctus Apelles, Episcopus Smyrnæ.

S. Lucius, Episcopus Laodiceæ.

S. Clemens, Episcopus Sardibus.

S. SOTER, Pontifex Romanus.

S. Epipodius, S. Alexander, Socii XXXIV, } Martyres, Lugduni in Gallia.

S. Leonides Pater Origenis, S. Arator, S. Quiriacus, S. Basilia, } Martyres, Alexandriæ, aut alibi.

S. Parmenius, S. Helimas, } Presb. S. Chrysotebus, S. Lucas, S. Mucius, } Diac. S. Primulus, S. Tudianus, } Martyres, Cordulæ in Persida.

S. Nearchus, Martyr apud Græcos.

S. CAIUS, Pontifex Romanus, Martyr

S. Daniel Martyr, Laude-Pompeia in Italia.

S. Honofria, Virgo, Martyr Romana, Antuerpiæ in Belgio

S. Acepsimas,

A S. Acepſimas,
S. Barbaſymes,
S. Paulus,
S. Gaddiabbes,
S. Sabinus,
S. Mareas,
S. Mocius,
S. Ioannes,
S. Hormiſdas,
S. Papas,
S. Iacobus,
S. Romas,
S. Marres,
S. Agas,
S. Bochres,
S. Abdas,
S. Abdieſus,
B S. Ioannes,
S. Abramius,
S. Agdelas,
S. Sabor,
S. Iſaacus,
S. Dauſa,
S. Milles,
} Epiſcopi,

S. Manreandes Chorepiſcopus,

S. Ioſephus,
S. Iacobus, } Presbyteri,
S. Aithalas,

S. Azes ſive Azadanes, } Diaconi,
S. Abdieſus,
Sancti CCL Clerici,
S. Azades Eunuchus,
S. Tarbula ſeu Pherbute Virgo,
S. Soror, } eiuſdem
S. Ancilla, } S. Tarbulæ,
Sancti XVI millia,
Et alii innumeri.
} ſub Sapore Rege. D

Martyres in Perſide

S. Melanius, Ep. Trecenſis, in Gallia.
S. Iulianus, Epiſcopus. Viennenſis, in Gallia.
S. Abrunculus ſive Aprunculus, Epiſcopus Trevirenſis.
S. Leo, Epiſcopus Senonenſis in Gallia.
S. Theodorus Syceota, Epiſcopus Anaſtaſiopolitanus, Archimandrita cœnobiorum in Galatia. E
S. Opportuna, Abbatiſſa, in Gallia.
B. Adelbertus, Comes Auſtrobandiæ, in Belgio.
S. Senorina Virgo, Abbatiſſa Baſtenſis, in Portugallia.
B. Wolphelmus, Abbas Brawillerenſis prope Coloniam.
B. Franciſcus, Ordinis Minorum, Fabriani in Piceno.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

Sancti Micheæ Prophetæ commemoratio, *refertur in duobus MSS. Synaxariis Pariſienſibus, altero Collegii Claramontani, altero Combefiſii: in pluribus pridie. Nos de eo egimus* xv Ianuarii.

C S. Bodinus, *alii* Bobinus, Epiſcopus Trecenſis in Gallia, *memoratur in Martyrologio Gallicano, & iterum in ejus Supplemento. De eo egimus* xxxi Ianuarii.

S. VALENTINUS, Martyr Romanus, *Officio Eccleſiaſtico colitur Gandavi apud Flandros, in Eccleſia Societatis Ieſu, ob corpus Roma eo delatum: quod magna cum ſolennitate receptum eſt anno* MDCLI *cum corpore S. Cornelii, uti dictum eſt ad hujus annuam memoriam, die* xvi Februarii.

Vubricus, Confeſſor in Anglia, *indicatur à Ferrario in Catalogo generali*, ex Kalendario aut Martyrologio Anglico, *quale nos non potuimus videre: ſed eſt noſtro judicio* B. Ulricus, *ſive* Ulfricus, Presbyter, eremita in Anglia, *cujus Acta illuſtravimus* xx Februarii.

S. Chorogandus Epiſcopus & Confeſſor, *indicatur in ſcripto Carthuſiæ Bruxellenſis auctario ad Grevenum. Eſt is Epiſc. Metenſis, cujus Acta illuſtravimus* vi Martii.

Adelbertus Abbas Taroucæ in Luſitania, *memoratur in Kalendario Ciſtercienſi anno* 1617 *excuſo & apud Chalemotum. Vide Prætermiſſos* xv Martii.

Altfridus, Epiſcopus Monaſterienſis, *cum titulo* Beati *memoratur à Gelenio in Faſtis Agrippinenſibus. De eo egimus ad Vitam S. Ludgeri, quam ſcripſit* xxvi Martii.

S. Joannes eremita *celebratur in pervetuſto MS. Caſinenſi. Videtur is Ægyptius eſſe; cujus Acta illuſtravimus* xxvii Martii.

S. Regulus, Epiſcopus & Martyr Silvanectis, *indicatur in MS. Romano Ducis Altempſii; & adjunctus eſt Bellino Pariſiis edito. Vitam dedimus* xxx Martii. F

Euſtachii, Epiſcopi Conſtantinopolitani, tranſlatio corporis Venetias, ad monaſterium S. Georgii Majoris, *celebratur à Bellino, Maurolyco, Galeſinio & aliis; item in MS. Florentino Senatoris Strozzi. Eſt hic S. Eutychius, uti pluribus ad ejus Vitam deducimus* vi Aprilis.

SS. Severinus, Tiburtius & Maximus, *referuntur in* MS. *Caſinenſi, in variis* XXI *Aprilis; ſed loco Severini eſt* Valerianus. *De iis egimus* xiv Aprilis.

Theogerus, Abbas S. Georgii in Suevia, dein Epiſcopus Metenſis, eaque Sede relicta, Cluniaci mortuus, *cum titulo* Beati *memoratur à Menardo, cum titulo* Sancti *à Sauſſaio. Eum* miraculis claruiſſe *dicitur cap.* I *Vitæ S. Herlucæ Virginis* xviii Aprilis.

Joannes, Eremita Maſſacii, in Piceno, *apud Arturum in Martyrologio Franciſcano. Obiit, quando de eo egimus* xx Aprilis.

S. Alexandra Auguſta, *memoratur in MS. Florario, & à Greveno & Caniſio. Nos cum Gratia primum de eadem Imperatrice* xxi Aprilis.

Ducenti

A Ducenti quinquaginta Martyres, Romæ cum S. Caio Papa paſſi, *memorantur infra in hujus Vita num.* 14, *de quibus nihil legimus niſi in uno ibi citato MS.*

S. SEVILIANUS, Martyr, *colitur Bruxellis in eccleſia Societatis Jeſu, ad quam corpus ejus à Polonia delatum cum corpore* S. *Honoſriæ, uti hoc die ad hujus memoriam dicimus.*

Raphaelis Archangeli, *Semidupl. in Eccleſia & diœceſi Venetiarum. Habet propriam ibi Eccleſiam, Officium ut in libello, & Miſſam ut in folio: ita Ordo divinorum Officiorum pro Venetiarum diœceſi. Varii dies ab aliis aſſignantur ejus cultui. In Martyrol. Hiſpanico Tamaii refertur 7 Maii, quo die ipſum apud Cordubenſes honorari aſſerit. Aſt 8 die Maii, cum Apparitione* S. *Michaelis, memoratur à Petro de Natalibus lib.* 4 *c.* 141. *In toto Ordine* S. *Mariæ de Mercede habet officium ſub ritu Duplicis Majoris* 18 *Sept. Apud Molanum, Caniſium, Ferrarium, & alios* 20 *Novembris: & alii apud alios dies citantur. Quod hic indicaſſe ſufficit.*

Feſtum Patris Niti *indicatur in Kalendario Coptitarum ſive Ægyptiorum apud Seldenum de Synedriis veterum Hebræorum, de quo alibi nihil legimus.*

Lucia, Vidua Lugduni, *cum titulo* Sanctæ, *legitur in Gynæceo ſacro Arturi de Monſtier. De ea infra ſub finem Vitæ* SS. *Epipodii & Alexandri.*

B Blatta, ſoror S. Theodori Siceotæ, ut Sancta *memoratur in dicto Gynæceo. De ea agitur infra in iſtius Vita num.* 26.

S. Euenici, eique conſtructæ eccleſiæ *mentio celebratur infra, in Actis* S. *Theodori Siceotæ, num.* 47. *Dies ejus cultui ſacer nos hactenus latet.*

Priſcus Epiſcopus, & Culdeus Dingwalli, *memorantur in Martyrologio Scotico Dempſteri & Catalogo generali Ferrarii, à Dempſtero inſtructi. Deſunt in Breviario Aberdornenſi, & in alio Catalogo Sanctorum Scotiæ, ad nos tranſmiſſo.*

Alexander II, Pontifex Maximus, *ob plurima beneficia, monachis Benedictinis & maxime Caſinenſibus præſtita, memoratur in Menologio Bucelini cum titulo* Beati: *ſed ex proprio affectu.*

Hermannus, Epiſcopus Coloniæ Agrippinæ, *cum titulo* Sancti *profertur à Ferrario in Catalogo generali, citato in Notis Petro Caniſio, cujus Martyrologii editionem duplicem habemus, ſed nuſquam memoratur dictus Hermannus. Ejus infra mentio fit in Vita* B. *Wolphelmi Abbatis.*

Hubertus, *ſive* Humbertus, ex monacho Claravallenſi Epiſcopus Nepeſinus in Hetruria, *cum titulo* Beati *memoratur in Menologio Ciſtercienſi Henriquez, ſecutique eum Bucelinus & Chalemotus. Fuiſſe* virum
C ſanctimonia vitæ præclarum *ſcribit Vghellus, ſed à titulo* Beati *abſtinet.*

Gulielmus, 10 Abbas Ciſtercienſis, *profertur ab Henriquez & Bucelino: ab illo citatur Kalendarium Ciſtercienſe Divione excuſum, in quo refertur* 3 *Ianuarii.*

Oſwenda Virgo *inſcripta eſt Gynæceo ſacro Arturi du Monſtier cum titulo* Sanctæ, *quod infra in Vita* B. *Wolphelmi Abbatis laudetur ut miraculis clara num.* 32.

Radulphus Ord. Præmonſtratenſis, *in cœnobio Viconienſi in Hannonia, mortem obiit* variis decoratus miraculis, *ut ſcribit Chryſoſtomus vander Sterre, inter Natales Sanctorum ſui Ordinis hoc die, titulum ei tribuens* Beati. *Nobis hactenus de eo nihil compertum, quo id probare poſſimus, neque audivimus quod ejus corpus honeſtiori quam cetera modo habeatur vel habitum aliquando fuerit.*

Stephani Hungari, Minoritæ, *inſigne martyrium, inter Tartaros anno* 1334 *obitum deſcribit Bartholomæus Piſanus, & ex eo tum alii tum Arturus in ſuo Martyrologio Franciſcano ad hunc diem, ejus arbitrio (ut opinamur) delectum, cum alius nemo diem deſignet. Non exiſtima-*

mus eum ab Eccleſia vindicatum, ut poſſit cum titulo Beati Martyris *commemorari.* D

Philippus à Carponeto, Aquilæ anno 1490, Gabriela à Nozaio, Alenconii an. 1530, } *vel circiter pie defuncti, abſque alia probatione vel auctoritate hoc die adſcribuntur* Beatis *in Martyrologio præcitato.*

Staniſlaus de Oporow, Ordinis S. Pauli primi Eremitæ, in monaſterio S. Mariæ-Claræ-montis, opinione magnæ ſanctitatis vixit & mortuus eſt, Oporoviæ in Polonia, hoc die anno 1524. Corpus illæſum permanere *teſtatur Martinus Baronius, ad Vitam B. Staniſlai Poloni Canonici Regularis, ad cujus calcem alios* XX *Staniſlaos enumerat, eoſque* Beatos *appellat, inter quos iam memoratus eſt decimus ſextus.*

Antonia de Orleans, *ſive* de Aurelia, inſtitutrix ſanctimonialium Benedictinarum primæ regulæ, ſub nomine Congregationis B. Mariæ de Calvario & S. Scholaſticæ, mortua anno 1618, *inſcripta eſt Menologiis Henriquez, Chalemoti & Bucelini ſub titulo* piæ feminæ, *aut* religioſiſſimæ Principis, *at cum titulo* Beatæ *Sacro Gynæceo Arturi à Monaſterio.*

S. Marolus, Epiſcopus Mediolanenſis, *indicatur in Martyrologio Galeſinii: In Romano & aliis* XXIII Apr.

Silvianus, in Africa, *primo omnium inſcriptus eſt apographo Martyrologii Hieronymiani Corbeienſi Pariſiis excuſo. In Lucenſi & Blumiano codice legitur:* In Africa E Hierapoli natalis S. Philippi Apoſtoli. *Verum emendate in antiquiſſimo MS. Epternacenſi;* In Frigia Hierapoli *&c. Hinc in codice Corbeienſi repetitum nomen* Silviani *ex die ſequenti, ubi* Silvianus *bis eſt in eodem codice, qui in aliis eſt* Silvanus, *ut dicitur* XXIII Apr.

B. Ægidius Aſſiſinas, Ordinis Minorum, & ſocius S. Franciſci, *memoratur à Ferrario in utroque Catalogo. Vitam illuſtramus* XXIII Aprilis.

S. Eutropius Martyr *indicatur in Latienſi MS. ſed quis ſit non liquet. Agimus de* S. Eutropio, Martyre & Epiſcopo XXX Aprilis.

S. Philippus Apoſtolus in Phrygia civitate Hierapoli, *memoratur in apographis Martyrologii Hieronymiani & aliis. Colitur* I Maii.

Triginta mille Martyres, Hieroſolymæ, qui ſub Coſroë Perſarum Rege contrucidati, coronantur, *apud Galeſinium: at ſolum* triginta monachi *indicantur à Ferrario, citato Menologio Græcorum, à quibus Galeſinius etiam ſe accepiſſe ait. Verum non reperimus in Menologio, ſive Baſilii Imperatoris, ſeu Cardinalis Sirleti. Sæpe occurrunt varii Martyres ſub Coſroa occiſi, & ex iis* XL *monachos in Laura S. Sabæ prope Hieroſolymam Martyrio coronatos dabimus* XIV Maii.

S. Ethelreda, Virgo in Coldingam, *profertur à Camerario in Menologio Scotico. Fuit hæc filia Annæ, Regis Orientalium Saxonum, & colitur* XXIII Junii. F

S. ANTONINI Mart. *Romæ in Bavariam ad Salighenthaliam, Ordinis Ciſtercienſis Parthenonem prope Landishutum, Tranſlatio, facta anno* MDCLXVIII, *hoc die recolitur: de qua pluribus forſan acturi ſumus ad Tranſlationem S. Eugenii, eodem tempore & cum iiſdem documentis traducti ad monaſterium Vrſinenſe Ordinis S. Benedicti* X Iulii.

S. Claræ Virginis *memoria inſcripta eſt MS. Martyrol. Carmelitano. Eſt ea nobis ignota, niſi ſit Aſſiſienſis, quæ colitur* XII Auguſti.

S. Agapitus, Papa Romæ, *memoratur in MSS. Vaticano S. Petri, Barberino, & aliis variis. In Martyrologio Romano* XX Septembris.

SS. Dionyſii, Eleutherii, & Ruſtici inventio *annotata eſt in præcipuo codice Vſuardi, Pariſiis ad S. Germanum aſſervato, nec non in ejuſdem Vſuardi exemplaribus variis* MSS. *& nonnullis excuſis. Dies natalis eſt* IX Octob.

Philippus Epiſcopus, & ſocii Martyres, *memorantur*

A *in Auctario Greveni ad Vſuardum. Sunt hi Hadrianopoli in Thracia ſub Iuliano paſſi, ab aliis relati* XXII Octobris.

Theodericus, Presbyter & Martyr, *memoratur in Auctario Greveni ad Vſuardum. Videtur eſſe* Theodorus, Presbyter & Martyr Antiochiæ, ſub Juliano, *à Floro & aliis* Theodericus *appellatus ad diem* XXIII *Martii, & iterum ſupra relatus* X *Aprilis; ſed utroque loco inter Prætermiſſos: & cum Romano Martyrologio & aliis referendus* XXIII Octob.

S. Nathanaël Apoſtolus, qui eſt Simon Zelotes, ſive commemoratio cognitionis, qua in notitiam Chriſti venit, *Græci in Menæis & Menologio Sirleti. Et iterum* X *Maii colitur à Græcis* Simon Zelotes, qui & Nathanaël cognominatur. *Poterunt iſta diſcuti ad Vitam* S. *Simonis Apoſtoli* XXVIII Octobris, *aut ad Vitam* S. *Bartholomæi, qui ab aliquibus Nathanaël eſt creditus,* XXIV Auguſti. D

S. Biriſtanus, Epiſcopus Wirtonienſis in Anglia, *memoratur in utraque editione Martyrologii Anglicani; ſed, ut videtur, quod alius iſto die deiſſet Sanctus. Sequuntur more ſuo Ferrarius in Catalogo generali, & Alfordus in Annalibus Eccleſiæ Anglicanæ ad annum* 934 *num.* 8. *Et nos quoque ſtatueramus ad hunc diem de ipſo agere, uti diximus die* XXIV *Februarii inter Omiſſos. Verum quia MS. Martyrologium Ducis Altempſii, olim in Anglia collectum, & Martyrologium Vltrajectinum ante annos ſexcentos ſcriptum, & MS. Bruxellenſe Eccleſiæ S. Gudile majoris ponderis ſunt; cum jis ipſum referemus* IV Novembris.

DE SS. APELLE, LVCIO, ET CLEMENTE,

Epiſcopis, Smyrnæ, Laodiceæ & Sardibus.

G. H.

SECULO I. I *Abulæ Martyrologii Romani de duobus hic propoſitis Sanctis iſta habent:* Smyrnæ SS. Apellis & Lucii, ex primis Chriſti diſcipulis. *Ad quæ Baronius iſta annotat:* Agunt de his Græci, etiam hac die, in Menologio, qui etiam optima ratione affirmant, Lucium hunc alium eſſe à Luca Evangeliſta: adduntque hunc Præfectum fuiſſe Eccleſiæ Laodicenſi, Apellem autem Smyrnenſi. *Verba Menologii citati, in quo tertius additur Clemens, ſunt iſta:* Eodem die ſanctorum Apoſtolorum ex LXX Apoſtolis, Apellis, Lucæ & Clementis. Hic Apelles non Heracleæ fuit Epiſcopus, ſed Smyrnæ. Lucas autem iſte, non fuit ille, qui ſcripſit Acta Apoſtolorum, ſed Epiſcopus Laodiceæ Syriæ. Clemens vero, qui ex Gentibus converſus, factus eſt Epiſcopus Sardorum. Hi omnes cum ad Chriſti fidem multos converſos baptizaſſent, tentationes non paucas perpeſſi, migrarunt ad Dominum. *Hæc in dicto Menologio Sirletus habet ex Græcorum Menæis quorum verba, ut primum hujus ſolennitatis principium, expedit proferri, & ſunt iſta:* Eodem die ſanctorum Apoſtolorum ex ſeptuaginta, Apellis, Lucæ & Clementis. Hic Apelles non Heracleæ fuit Epiſcopus, ſed factus eſt Epiſcopus Smyrnæ, ubi in prædicando Evangelio multum deſudavit. Et Lucas, non qui Acta Apoſtolorum conſcripſit, ſed Laodiceæ in Syria Epiſcopus. Clemens vero, qui ex Gentilibus ortus credidit, & in Sardibus Epiſcopatum geſſit. Hi ergo multis ad Dei veri cognitionem traductis, & baptiſmate ablutis, & ad Dominum traductis, & non cum paucis ærumnis conflictati, ad Dominum emigrarunt. *Additur in eiſdem Menais hoc diſtychon.*

Apelles & Lucius in Martyrol. Rom.

B

Apelles, Lucius & Clemens in Faſtis Græcis:

fuerunt Epiſcopi, Apelles Smyrnæ,

C

Lucius Laodiceæ,

Clemens Sardibus,

Τριὰς μαθητῶν, σαγήνη λόγῳ πάλαι,
Πόλεις λαοὺς εἵλκυσεν ἐκ βάθους πλάνης.

2 *Quæ verba ſic explicanda videntur.* Trias hæc diſcipulorum, jam olim facta eſt ſagena ſeu rete piſcatorium Verbi, & attraxit ex profundo errorum multos populos. *Hæc in Menæis Græcis: à quibus ſingulis ſtatuuntur Epiſcopi, uti etiam in Menologio à Baronio citato: ſed hic, forſan viſis difficultatibus, Epiſcopatus omiſit. In Commentario de Peregrinationibus SS. Petri & Pauli è Græco apud Surium* 29 *Junij edito,* Apelles, frater S. Polycarpi, à S. Petro Smyrnæ conſtitutus Epiſcopus *dicitur. Certe Pionius, antiquus ſcriptor, in Vita* S. *Polycarpi Epiſcopi Smyrnenſis, quam dedimus* XXVI *Ianuarii, tradit,* poſtquam Smyrna diſceſſit Paulus Apoſtolus, ſuſcepiſſe munus docendi Stratæam, & quoſdam alios cum ipſo. *An ante hos cenſendus fuiſſe* S. Apelles, *qui ibidem potuit tunc docuiſſe, etiam Epiſcopus creatus ad inſtructionem Gentium, quas forſan cum duo alibi docuiſſet, tandem Smyrnæ in Domino quieverit? Ceterum primus ſtabilis Smyrnenſium Epiſcopus cenſetur* S. Bucolus, *cujus Acta illuſtravimus* VI *Februarii, eiuſque ſucceſſor paſſim dicitur fuiſſe* S. *Polycarpus. Eodem modo potuit* S. Lucas *aut* Lucius *fuiſſe Epiſcopus Laodiceæ in Syria, quæ appellabatur æmula Antiochiæ, &* Clemens *Sardorum in Lydiæ regione Aſiæ, cujus urbis meminit* S. *Ioannes in ſua Apocalypſi; & Epiſcopum (qui potuit Clementis ſucceſſor fuiſſe) monet quia non invenit opera ejus plena. Cenſentur etiam in Synopſi ſeptuaginta Diſcipulorum Chriſti &* Apelles *ſtatuitur apud Dorotheum* Epiſcopus Smyrnæ, *in alio Catalogo Epiſcopus* Eradiæ, *forte* Heracleæ, *& dicitur is cujus Apoſtolus Paulus meminit in Epiſtola ad Romanos cap.* 16, *quem verſu* 11 *appellat* probum in Chriſto. *At* Lucius *appellatur* Epiſcopus Laodiceæ in Syria: *&* Clemens primus ex Gentibus credens Epiſcopus Sardicæ: *qui perperam in altero Catalogo ſtatuitur* poſtmodum Pontifex Romanus, *hac de cauſa forſitan omiſſus in Martyrologio Romano.* E

ex LXX *diſcipulis Chriſti.*

F

3 *Georgius Cardoſus, in Hagiologio Luſitano, tradit* S. Lucium *hunc,* diſcipulum Chriſti, coli officio Eccleſiaſtico ſub ritu duplici Eboræ apud Carmelitas diſcalceatos, in eccleſia ſacra Deiparæ Virgini de Remediis; *eo quod aſſervent ibidem* ſacrum caput S. Lucii, *iſti conventui donatum à* Domino Joſepho de Mello Archiepiſcopo Eborenſi; *qui illud Roma, ubi pro regno Luſitaniæ fuerat agens, detulerat. Verum potuit eſſe caput alicujus Lucii Martyris, pro cujus veneratione hic* XXII *Aprilis electus fuit, quod* S. *Lucas ſive Lucius dicto die referatur in Martyrologio Romano & ibidem citato Menologio Græco. Certe ſine documentis utcumque verosimilibus credi non debet Reliquias, quæ hiſce ſeculis Roma adferuntur, eſſe aliunde illuc allatas: maxime quando educuntur recenter è Romanis cœmeteriis, quas nemo prudenter dixerit aliorum eſſe quam Martyrum Romæ coronatorum.*

Caput alienum S. Lucii Ebora in Luſitania.

DE

DE SANCTO SOTERE,

Pontifice Romano.

G. H.

ANNO CLXXI.

1 *Celebris eſt variorum Pontificum Romanorum memoria per menſem Aprilem diſperſa: ex his ſeculo Chriſti primo floruit S. Cletus, ad cujus Acta* XXVI *Aprilis, etiam ſtabilitur tempus Sedis SS. Lini, Clementis & Anacleti. Alter eſt S. Sixtus I, qui ſeculo Chriſti ſecundo ſucceſſit S. Alexandro, ubi ſimul ex hujus Actis peranticuis confirmatur annus, quo S. Sixtus præfuit Eccleſiæ. Dies hujus natalis eſt ſextus Aprilis. Tertius Pontifex eſt S. Anicetus,* XVII *Aprilis relatus, ad quem diem late diſcuſſa ſunt tempora deceſſoris Hygini & ſucceſſoris Pii, quem obiiſſe* duobus Auguſtis Conſulibus M. Aurelio Vero & L. Ælio Vero *fratribus, anno* CLXI, *ex antiquis Catalogis Romanorum Pontificum demonſtravimus. Huic tunc ſucceſſit* S. Soter, *qui in antiquiore Catalogo dicitur ſedisſe* annis novem, menſibus tribus, diebus duobus: *reliqua, ob aliquem hiatum, ſpectant ad S. Eleutherium ſucceſſorem. Dicti* anni novem *attributi ſunt Pontificatui S. Soteris, ſeculo Chriſti tertio & quarto, quando prior Catalogus confectus eſt à S. Antero Papa, & dein ad S. Damaſi tempora continuatus. Iidem novem anni referuntur in altero Catalogo, qui ſeculo Chriſti ſexto confectus eſt; nec non in tertio, qui eſt ſeculo octavo concinnatus, atque ad Stephanum III Papam deductus: neque ulterius Vitæ Romanorum Pontificum in altero* MS. *Freberi, & MS. pervetuſto Bertiniani monaſterii continentur. Poſtea Anaſtaſius Bibliothecarius ad Nicolaum Papam ſive annum* DCCCLXVII *continuavit Vitas Pontificum, eaſdemque Guilielmus Bibliothecarius & alii auxerunt uſque ad Martinum V Papam ſive annum* MCCCCXXXI: *ab omnibus autem* anni novem *Pontifici Soteri aſſignantur, uti etiam magno conſenſu fit apud Luitprandum de Vitis Pontificum Romanorum, item in libro Pontificali, & antiquis Breviariis Romanis manuſcriptis & excuſis anno* 1479, 1490, 1522, *&* 1524, *quæ penes nos habemus: ac demum in Breviario juſſu Pii V edito, in quo omiſſa paria Conſulum, ſub quibus Soter Pontificatū incepit & abſolvit; quæ in aliis Breviariis & reliquis tractatibus, maximo iterū conſenſu, memorantur hiſce verbis:* Fuit à Conſulatu Ruſtici & Aquilini, uſque ad Cethegum & Clarum. *Diximus ſupra deceſſorem ejus S. Pium referri diſceſſiſſe ex hac vita* duobus Auguſtis Conſulibus: *quibus ſucceſſerunt anno Chriſti* CLXII, Q. Junius Ruſticus & Vettius Aquilinus. *Poſteriores Conſules*, Cethegus & Clarus, *fuerunt anno Chriſti* CLXX. *Et hæc duo paria Conſulum* memorari à Damaſo in Vita S. Soteris, *teſtatur Onuphrius in Commentario ſuo in librum 2 Faſtorum, ad annum Urbis conditæ* 915 *&* 923. *Videtur autem* S. Soter, *ultra hos Conſules, vixiſſe ad diem* XXII *Aprilis anni ſequentis* CLXXI, *quando Conſules fuerunt* Septimius Verus, *ſive* Severus, & Herennianus, *quibus Conſulibus adſcribitur initium Pontificatus S. Eleutherii ſucceſſoris. Sedit ergo in ſuo Pontificatu* S. Soter *annis novem, ab anno Chriſti* CLXII *uſque ad* XXI, *aut* XXII *Aprilis, anni* CLXXI. *De die & menſe, quo cœperit ſedere, non æque conſtat. Anaſtaſius præter dictos* novem annos, *tribuit* menſes tres, *qui etiam in memoratis Breviariis omnibus ſignantur; abſque mentione dierum, qui in Catalogo antiquiore ſolum* duo *adduntur, in codicibus MSS. Anaſtaſii ex bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi, Mazarini & Freheri, item à Platina, Ioanne Stella, aliiſque,* dies viginti & unus *junguntur, & ſic ab initio Ianuarii, aut die* XX *vel* XXII *eiuſdem cœpiſſet Pontificatum. Verum in ſecundo & tertio Catalogo, & in* MSS. *Geſtis, nec non apud Luitprandum & Abbonem Floriacenſem*, menſes ſex; *in Libro Pontificali*, menſes ſeptem *exprimuntur. Tunc autem initium* S. *Soteris eſſet ſtatuendum ab Septembri aut Octobri anni* CLXI, *quo traditur* S. Pius *obiiſſe* XI Iulii. *Neglectis menſibus & diebus*, annos novem S. *Soteri tribuunt, è Græcis*, S. Nicephorus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, *&* Georgius Syncellus *in ſua* Chronographia; *é Latinis*, Notkerus *&* alii *in ſuis Martyrologis, infra indicandis.* Euſebius *in Proœmio ad librum quintum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcribit*, Soterem, Romanæ urbis Epiſcopum, poſt octavum Epiſcopatus annum vita functum eſſe. *Quæ fere cum aliorum ſententia coincidunt. Sed quam parum fidendum ſit Euſebio, in iis quæ ſpectant ad Romanos Pontifices, mox apparebit, cum de* S. Caio Pontifice *&* ſucceſſore S. Eutychiani agemus, *&* XXVI *Aprilis in Actis* S. Marcellini, *ubi oſtendemus* S. Marcellum, *qui tamen Euſebii ævo vixit, perperam ab eo omiſſum.*

B S. Soter ſedit annos novem,

C

2 In his *ergo*, quæ ſunt Romanæ Eccleſiæ, majorem fidem eſſe ejus alumnis quam ceteris adhibendam, *cenſemus cum Cardinale Baronio: à quo propter conſenſum communem omnium ſeculorum cogimur diſcedere, in eo quod* S. Soterem *ſtatuat* ſediſſe annos quatuor minus diebus duodecim, ab anno CLXXV ad annum CLXXIX, *ad quem annum relato* S. *Soteris obitu, iſta addit:* Si quis certiorem de annis Soteris invenerit Chronographiam, qua tamen Cletus è numero Romanorum Pontificum non ejiciatur, nec litterarum Martyrum Lugdunenſium ſincerum teſtimonium contemnatur; haud inviti aſſentiemur. *Hæc* Baronius. *Retinemus nos Cletum in numero Romanorum Pontificum, & ab Anacleto alium dicimus, uti ad ejus Acta,* XXVI *Aprilis illuſtrata, apparet; idque facimus ſecuti eoſdem auctores, ex quibus tempus Sedis* S. *Soteris tam ſtabilivimus. Præterea litterarum Martyrum Lugdunenſium teſtimonium cum omni veneratione admittimus, uti mox conſtabit ex Actis* SS. *Epipodii & Alexandri Martyrum Lugdunenſium. Imo hoc teſtimonio nixi, arbitramur neceſſario* S. Eleutherium *à morte* S. *Soteris, ante motam in Galliis perſecutionem, aliquamdiu præfuiſſe Eccleſiæ, ejuſque virtutes innotuiſſe Chriſtianis Lugdunenſibus; qui deinde ob fidem in carcerem conjecti, ad eum epiſtolam miſerunt*, rogantes ut pax & concordia Eccleſiæ conſervaretur, Τῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης ἕνεκα πρεσβεύοντες, *uti legitur apud Euſebium lib.* 5 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.* 3 *ſub finem; & cap.* 4 *indicatur, litteras haſce Romam fuiſſe delatas à* S. Irenæo, *quem aſſerit Baronius anno* CLXXX *ſubſtitutum* Epiſcopum Lugdunenſem *in locum* S. Photini, *qui anno ſuperiore martyrio glorioſo ex hac vita migrarat.*

Huic chronotaxi

consentit teſtimoniis Martyrum Lugdunenſium.

D *mortuus an.* 171.

3 *Antiquiſſima* S. Soteris *eſt memoria in epiſtola S. Dionyſii Corinthiorum Epiſcopi, relata ab Euſebio lib.* 4. *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.* 23. *Fuit illa ſcripta ad Romanos, quorum inſtitutum vivendi laudatur his verbis:* Hæc vobis conſuetudo eſt, jam inde ab ipſo religionis exordio, ut fratres omnes vario beneficiorum genere afficiatis, & eccleſiis quam plurimis, quæ in ſingulis urbibus conſtitutæ ſunt, neceſſaria vitæ ſubſidia tranſmittatis. Et hac ratione tum egentium inopiam ſublevatis, tum fratribus, qui in metallis opera faciunt, neceſſaria ſuppeditatis: per hæc quæ ab initio transmittere conſueviſtis munera morem inſtitutumque Romanorum, à majoribus veſtris acceptum, Romani retinentes. Atque hunc morem beatus Epiſcopus veſter Soter non ſervavit ſolum, verum etiam adauxit, tum munera Sanctis deſtinata copioſe ſubminiſtrans, tum fratres peregre advenientes, tamquam liberos ſuos pater amantiſſimus, beatis ſermonibus conſolando. *Hæc ibi* S. *Dionyſius, qui hoc ipſo tempore floruit, uti dictum eſt* VIII *Aprilis, die ejus natali.*

A S. Dionyſio Ep. Corinth. laudatur Romanorū & S. Soteris benevolentia in pauperes & peregrinos Chriſtianos.

4 *Hiſce addimus elogium ex ſecundo Catalogo, quem*

AUCTORE G. H.

diximus ſeculo Chriſti ſexto coæpinnatum, & ita habetur: Soter natione Campanus, ex patre Concordio, de civitate Fundis, ſedit annos novem, menſes ſex, dies viginti unum. Fuit temporibus Severi, à Conſulatu Ruſtici & Aquilini uſque ad Cethegum & Clarum.

Elogium ex antiquis Catalogis Pontificum,

Hic conſtituit ut nulla monacha pallam ſacratam contingeret, nec incenſum imponeret intra ſanctam Eccleſiam. Hic fecit ordinationes per menſem Decemb. Presbyteros XVII, Diaconos VIII, Epiſcopos per diverſa loca XI. Qui ſepultus eſt juxta corpus B. Petri, X Kalend. Maij. Ceſſavit Epiſcopatus dies XI. *Hæc ibi, quæ fere eadem habent alii ſupra citati, potiſſimũ Anaſtaſius, cum parva differentia circa numerum conſecratorum Epiſcoporum, Preſbyterorum aut Diaconorum, & dies, quibus ceſſavit Epiſcopatus.*

patria Fundi,

Eſt autem patria S. *Soteris Fundi, perantiqua Italiæ civitas, via Appia inter Formias & Terracinam, in Auruncis, olim Latio adſcriptis, dein paßim urbs Epiſcopalis Campaniæ habita, hoc tempore regno Neapolitano annumerata. Sedit* S. *Soter temporibus* M. Aurelii Antonini Veri, & fratris *ejus* L. Ælii Veri. *Galenus qui eo tempore Romæ vixit, in libro contra eos, qui de typis ſcripſerunt, non* Verum *ſed* Severum *appellat, & habuerunt ambo proavum maternum* Catilium Severum *bis Conſulem; itaque cum Galeno in dictis Catalogis dicitur* Severus.

M. Aurelius Verus etiam Severus dictus;

B

5 *Denique, quia nulla ſit apud antiquos mentio martyrii* S. *Soteris, arbitratur Onuphrius, in ſuis ad Platinam annotationibus, hunc & nonnullos alios* Pontifices, & ſi violenta morte non deceſſerint, multa tamen à furente plebe & iniquis magiſtratibus, qui perpetuum in Chriſtianos odium retinebant, paſſos fuiſſe, ſed ejuſmodi à Cypriano Confeſſores appellari: & in libro vetuſtiſſimo bibliothecæ Vaticanæ, ante ſexcentos annos ſcripto aperte & clare Confeſſores appellari, reliquorum partem Martyres: eſſe etiam aliquot, qui neque Martyris neque Confeſſoris adjectionem habent. *Memoria ejus ſacra extat ad diem* XXI *&* XXII *Aprilis Priori die Ado in pluribus* MSS. *Notkerus, auctor Bedæ ſuppoſititii & Molanus in prima editione Vſuardi iſta habent:* Romæ S. Soteris Papæ, qui ſedit in Epiſcopatu annos novem, ſepultus in cœmeterio Calliſti. Hic conſtituit, ut nulla monacha pallam ſacratam contingeret in eccleſia, neque incenſum poneret. *In* MS. *Vaticano eccleſiæ* S. *Petri, & in variis aliis, ad diem hunc* XXII *refertur* natalis S. Soteris Papæ Romæ: *apud Bellinum & Molanum, in poſterioribus Vſuardi, additur,* natione Campani. *In nonnullis Martyrologiis, ante trecentos circiter annos ſcriptis & aliis excuſis, dicitur* martyrio coronatus *aut* paſſus ſub Marco Antonino *aut* Sub Aurelio Commodo *fratre ejus; quibus hodiernum Romanum aſſentitur, cum Breviario juſſu Pij* V. *Pontificis edito.*

memoria 21 & 22 Aprilis.

C

Ejus ſepultura.

6 *Sepultus eſt* S. *Soter, ſecundum Catalogum MS. Reginæ Sueciæ,* juxta corpus S. Petri: *at ſecundum Anaſtaſium & alios,* via Appia in cœmeterio Calliſti. *Ciacconius habet:* Romæ in pace quievit, & via Appia incœmeterio quod ipſe cõſtruxit, & Soteris de nomine ſuo appellatum eſt, fuit ſepultus. *Verum cœmeterium iſtud ſui nominis appellationem à* S. *Sotere Virgine & Martyre accepiſſe, diximus ad hujus Vitã X Februarii* § III, *& confirmat Anaſtaſius in Vita Stephani* III *Papæ his verbis:* Reſtauravit & tegumen cœmeterii Sanctæ Soteris, quod ceciderat. *Conſule Aringhum lib.* 3 *Romæ ſubterraneæ cap.* 19, *ſed is per memoriæ lapſum Onuphrio aſcribit, quæ ex Ciacconio produximus. Certe ille in Cõmentario de Romanis Pontificibus, & ſeorſim & cum Platinæ excuſo, ſcribit* S. *Soterem Sepultum via Appia ad Catacumbas, quod poſtea Calliſti eſt appellatum.*

cur Martyr S. Soter?

7 *Corpus hujus ſancti tranſlatum fuiſſe à Sergio* II *auctores colligunt paßim ex Anaſtaſio, qui in Sergii Vita iſta habet:* Beatiſſimus Papa, pia devotione ſolicitus pro deſiderabili dilectione SS. Silveſtri & Martini, eccleſiam, quæ ſancto eorum fuerat nomini conſecrata, quam ab exordio Sacerdotii ſui, uſquequo ad Pontificatus culmen deductus eſt, ſtrenue gubernavit; quæque per oletana tempora defecta vetuſtate marcuerat, ruiniſque confracta diu antiquitus lacerata manebat, Dei annuente clementia, in meliorem pulchrioremque ſtatum à fundamentis perfecit. Abſidam quoque aureis muſivo perfuſo coloribus ingenti amore depinxit. Et ad honorem omnipotentis dei ejuſdemque beatiſſimi Silveſtri Præſidis, corpus cum beatiſſimo Fabiano atque Stephano & Sotere Martyribus ac Pontificibus ... ſub ſacro altari dedicans collocavit. *Hæc ibi. Vidimus ipſi inſcriptionem ante pauca ſecula marmori inſertam, cujus hoc erat initium.* Temporibus Domini Sergij Junioris Papæ recondita ſunt in hoc ſacro altari corpora B. Silveſtri & Martini Pontificum, item corpora beatiſſimorum Fabiani Stephani & Soteris Martyrum ac Præſulum. *Integram inſcriptionem edidit Ioannes Antonius Filippinus, Libello de antiquitate & veneratione hujus eccleſiæ anno* MDCXXXIX *excuſo. Ante pauca ſecula ſculptam diximus, convicti forma & integritate Latinorum characterum longeque diverſiſſimorum ab iis, quorum uſus erat ævo ſergij* II; *uti etiam judicarunt alij viri Romæ eruditi, & in talibus verſatiſſimi. Quod ideo hic notamus, quia magnus alias & prudens ſcriptor elabi ſibi eſt paſſus, ipſo Translationis dicta tempore marmor illud poſitum fuiſſe. Non tamen negamus ex antiquiori ſeu marmore ſeu membrana ſumptam videri fidem Translationis præfatæ. Aſt ſergium iſtum conſtituiſſe* omni anno in feſtivitatibus eorum, *qui nominantur, Sanctorum,* Indulgentiam trium annorum & trium Quadragenarum, omnibus ad ea *corpora* devote venientibus, *quod ibi conſequenter dici videtur, nemo prudenter crediderit: quia multo poſteriorem eſſe iſtam Indulgentiarum concedendarum formam certiſſimum eſt. Fuerit igitur conceſſio iſta Pontificis alicujus, ſeculo* XI *ſedentis, & fortaßis Sergii IV, qui obiit anno* MXII. *Cujus cum diploma vel memoria haberetur in dicta eccleſia, non addito quotus ejus nominis Pontifex Indulgentiam decreviſſet; nihil pronius fuit quam ut ædituorum quiſpiam, ſeculo* XIV *vel* XV *innovandam curans antiquam inſcriptionem, iſtud adderet de Indulgentijs, tamquam ab eodem, qui primum tranſtulerat corpora, conceſſis. Ita ſcimus* S. *Gregorio Magno nonnumquam attributas eſſe Indulgentias, quæ originem habuerunt aut à* S. *Gregorio* VII *iſtius nominis, aut etiam à* X, *magnæ pariter ſanctitatis viro, & pro ſancto apud Maſſilienſes culto; aut aliquo inter utriusque medio.*

D

tranſlatio. ad eccleſiam SS. Silveſtri & Martini.

Indulgentia ei loco à quo cõceſſa?

Toleti aſſeruntur Reliquiæ aſſervari.

8 *Toleti in Hiſpania traditur eſſe* corpus S. Soteris: *ac propterea in officiis propriis, Madriti anno* MDCVII *excuſis præſcribitur ad hunc* XII *Aprilis,* officium duplex de SS. Sotere & Cajo celebrandum in eccleſia matrice. *Verum in Officiis propiis Madriti anno* MDCCXXXVIII *recuſis, præſcribitur Officium duplex de ſolo* S. *Sotere, tranſlato Feſto* S. *Caij in proximum diem. Tamajus Salazar eumdem* S. Soterem *ſuo Martyrologio Hiſpanico inſcripſit, aſſerens* ſe in catalogo Reliquiarum ſanctæ Eccleſiæ Toletanæ, in autographo viſitationis, ab Eminentiſſimo D. Bernardo de Roxas & Sandoval S. R. E. Cardinali & Toletano Præſule anno MDC confecto, hæc inveniſſe verba, *num.* 3. Adeſt theca argentea, qua corpus S. Eugenij abs Rege Galliæ miſſum, tranſlatum eſt; in ea reconditæ ſunt Reliquiæ de cineribus S. Dionyſii & Sociorum, & ex oſſibus S. Eugenij, & de omnium veſtibus: & Corpus in pulvere S. Soteris Papæ & Martyris. *Ex quibus elicit Tamajus,* Cineres S. Soteris ante annum MDLXV, quo corpus S. Eugenij tranſlatum eſt, Toletum deveniſſe. *Antonius de Quintanaduenãs libro de Sanctis Toletanis agit de* S. *Sotere Papa, ſed quando, aut qua occaſione corpus fuerit delatum ad Eccleſiam Toletanam fatetur ſe non potuiſſe aſſequi. Antuerpiæ in eccleſia Domus-profeſſæ Societatis* JESU *ſervatur*

E

G

A *ſervatur* officulum craſſum, cum particulis Soteris Papæ & Martyris, *quas una cum Reliquiis* SS. *Hygini atque Vrbani Pontificum Martyrum, aliisque nonnullis P. Ioannes Melander, hujus Flandrobelgicæ Societatis Sacerdos, anno* MDXLV *accepit à Didaco de Campo Protonotario Apoſtolico ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum Canonico, S. D. N. Pauli Papæ* III *Cubiculario intimo: ut patet ex atteſtatione, ipſius Didaci & Secretarij Angeli Corradi chirographo firmata. Servantur autem predictæ Reliquiæ in Eburobeta per quam eleganti alba, cum aliis Sanctorum Martyrum Pontificum lipſanis, ſuo loco ac tempore opportunius commemorandis.* D

DE SS. EPIPODIO ET ALEXANDRO, AC SOCIIS QVATVOR ET TRIGINTA,

Martyribus Lugduni in Gallia.

G. H.

ANNO CLXXVII.

1 EVſebius, *libr.* 5 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, hanc perſecutionem in Gallia motam deſcripturus, indicat tempus primo per Pontifices Romanos, & ſic incipit Proœmium dicti libri*: Igitur

Mota perſecutio à morte S. Soteris Papæ, Sotere, Romanæ urbis Epiſcopo, poſt octavum Epiſcopatus annum, vita functo; duodecimus (*imo* decimus tertius) ab Apoſtolis Eleutherus in ejus locum ſucceſſit. *Damus hoc ipſo die Acta S. Soteris Papæ, quem, ex antiquiſſimis Catalogis Pontificum Romanorum, oſtendimus ſediſſe* à Conſulatu Ruſtici & Aquilini, uſque ad Cethegum & Clarum. *Priores Conſules fuerunt anno Chriſti* CLXII, *poſteriores anno* CLXX. *At S. Soter hos ultimos Conſules habuit integro vitæ ſuæ anno, & ſuperfuit uſque ad hunc diem* XXII *Aprilis anni ſequentibus* CLXXI: *& tunc,* à Conſulatu Veri & Herenniani, *ſedit S. Eleutherius Papa, uſque ad* Conſulatum Paterni & Braduæ, *qui eam dignitatem adminiſtrarunt anno* CLXXXV, *ultra quem videtur vixiſſe uſque ad* XXVI *Maij anni ſequentis, quod iſte dies cenſeatur ejus Natalis. Alia ratio temporis, quo mota eſt perſecutio, magis accurata indicatur ibidem ab Euſebio his verbis*: Quo tempore agebatur annus decimus ſeptimus Imperii Antonini Veri, tunc violentior mota eſt perſecutio, *& potiſſimum ut cap.* 1 *proſequitur*, in Gallia, in qua duæ præ ceteris inſignes præſtanteſque urbium matres celebrantur, Lugdunum & Vienna. *Annus* XVII *Imperij Antonini Veri incidit in annum Chriſti* CLXXVII, *quando paſſi ſunt Lugduni ſecunda Iunii*, SS. Photinus Epiſcopus, Sanctus Diaconus, *Sancti alii quampluximi, cum illuſtri heroina Balbina, quorum mox Acta martyrii ad Eccleſias Aſiæ ac Phrygiæ fuerunt tranſmiſſa, ab Euſebio ſuæ hiſtoriæ inſerta, & latius ad dictum diem ſecundum Iunij illuſtranda. Erat tunc annus ſeptimus Pontificatus S. Eleutherii inchoatus, cujus virtutes nota erant dictis Martyribus*; *ideoque aliqui horum S. Irenæum, tunc temporis adhuc Presbyterum Eccleſiæ Lugdunenſis, commendarunt memorato Pontifici per epiſtolam, & catalogum priorum Martyrum expreſſerunt*: *de qua epiſtola agit Euſebius cap.* 4.

B *defuncti anno* 171, *ſub ejus ſucceſſore S. Eleutherio*

C *an.* 178 *paſſi SS. Epipodius & Alexander,*

2 *In hac eadem perſecutione, ſed anno ſequente* CLXXVIII, *paſſi ſunt Lugduni SS. Epipodius & Alexander, prior hoc* XXII *Aprilis, alter biduo poſt die* XXIV. *Vtriuſque Martyris antiqua Acta, plane conjuncta, ſunt ab uno eodemque auctore conſcripta, & in Lectiones ad uſum Eccleſiæ Lugdunenſis bifariam diviſa, ut poſſet pars prior recitari* XXII *Aprilis, poſterior die* XXIV. *Nos ea ſimul damus: nam pars prima & ultima ſpectat ad utrumque, ſecunda ad* S. *Epipodium, & tertia ad S. Alexandrum. Habemus autem dicta Acta in antiquo MS. noſtro & partim in codice* MS. *Trevirenſi monaſterij S. Maximini, partim ex Paſſionali Lugdunenſi, eccleſiæ S. Iuſti Epiſcopi, nobis à Petro Franciſco Chiffletio transmiſſa: eaque contulimus cum Actis à Laurentio Surio ad dictos dies editis, qui ea graviter conſcripta cenſet, & teſtatur haberi in antiquis egregiis exemplaribus* MSS.

Acta dantur ex MSS. & Surio.

3 *Adſtipulantur Actis antiqua Martyrologia, è quibus, primum locum merito obtinet Flori Eccleſiæ Lugdunenſis Subdiaconi Auctarium ad Martyrologium genuinum Bedæ, & cum eo à nobis editum ante tomum ſecundum Martij ubi ad diem* XXIV *Aprilis iſta habes ex MSS. Arrebatenſi. Tornacenſi & Iarſenſi* Gallia, Lugduno civitate, paſſio SS. Alexandri & Vpipodi cum aliis triginta quatuor: quorum Alexander in crucem extenſus ita laniatus crudelitate verberantium extitit, ut crate ſoluta coſtarum, patefactis viſceribus, ſecreta animæ panderentur, atque ſic ſpiritum exanimatus emiſit. Vpipodus vero, toto ore plumbatis confracto, equuleo eſt ſuſpenſus, & poſtmodum gladio percuſſus. *Alter nobis teſtis ſit S. Ado Archiepiſcopus Viennenſis, cui Lugdunenſia erant valde perſpicua. Is ad* XXII *Aprilis ita ſcribit*: Et Lugduno Galliæ natalis S. Epipodii Martyris, qui perſecutione Antonini Veri, poſt glorioſos quadraginta octo Martyrum agones, qui in eadem urbe paſſi ſunt, cum Alexandro cariſſimo collega tentus, ipſo interim in carcere truſo, primo os diris pugnorum ictibus cæſus, deinde equulei extenſione vexatus, martyrium capitis abſciſſione complevit. *Deinde ad* XXIV *Aprilis iſta tradit*: Lugduno Galliæ natalis S. Alexandri, qui tertio poſt paſſionem B. Epipodii die productus è carcere, primo ita laniatus eſt crudelitate verberantium, ut crate ſoluta coſtarum patefactis viſceribus, ſecreta animæ panderentur, dein crucis affixus patibulo, beatum ſpiritum exanimatus emiſit. Paſſi ſunt cum eo & alii numero triginta quatuor. Sepulti ambo ex utroque altaris latere, in crypta, quæ in colle ſuperpoſito civitati, pulchro & antiquo opere extructa eſt. *Hæc Ado quibus ſimilia habent Vſuardus, Notkerus, Auctor Bedæ ſuppoſititii, Bellinus, Maurolycus, Galeſinius, cum hodierno* Martyrologio *Romano: & ubique adduntur Socii triginta quatuor, una tunc martyrium paſſi, quorum tamen in Actis non fit mentio.*

Cultus in Martyrologiis Flori Lugdunenſis.

Adonis Viennenſis.

E

F

4 *Quæ de SS. Epipodij & Alexandri ſepultura retulimus, ea deſumpta videntur ex Gregorio Turonenſi qui libro de Gloria Martyrum c.* 50 *iſta ſcribit* Igitur Martyrio conſummatus glorioſus Photinus Epiſcopus, qui Lugdunenſi præfuit urbi Sacerdos, per certaminis nobilis meritum invectus eſt cælo: cui & merito & ſanctitate cõdignus Irenæus ſucceſſit Epiſcopus, per Martyrium & ipſe finitus. Hic in crypta baſilicæ B. Joannis ſub altari eſt ſepultus: & ab uno quidem latere Epipodius, ab altero vero Alexander Martyr eſt tumulatus. De quorum monumentis ſi pulvis cum fide colligatur, extemplo medetur infirmis: magna enim claritas in crypta illa continetur, quæ, ut credo, meritum Martyrum ſignat. *Eoſdem Martyres jam ante celebrarat S. Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis, homilia de eorum veneratione & cultu habita, quæ per eam Euſebio Emiſſeno reperitur adſcripta.* Duplicia, inquit, Epipodij & Alexandri trophæa Eccleſiæ noſtræ fides, interjecta bidui vel tridui diſtinctione, concelebrat, non adventitiis feſta Reliquiis, ſed intemeratis patrii ſinus feſta monumentis... Nos Beatorum illuſtre munus totum atque integrum poſſidemus; & quod univerſo mundo poſſit ſufficere, intra gremium

elogium ex Gregorio Turonenſi.

& S. Eucherio Lugdunenſi.

A mium civitatis hujus ſpecialiter concluſum tenemus: & geminas palmas, triumphi æmulas Apoſtolici, urbi attollimus; atque habentes & nos Petrum Paulumque noſtrum, binos ſuffragatores, cum ſublimi illa Sede certamus. Et quidem beati Martyres, quorum pretioſus pulvis per diverſas uſquequaque regiones in populorum diſſeminatur ſalutem, plenum quoque loci cultum de honore Dei impenſa ſibi religione ſuſcipiunt: & quanto celebratum fuerit fide ditiori, tanto erit eis gratia celebritatis acceptior. Sed abſque dubio multo eis gratius, multo jucundius eſt, ſi eos ibi potiſſimum fervor excolat pietatis, ubi ſuper eos furor incubuit paſſionis; ſi illic eis ſupplicationum ſacrificia deferantur, ubi in Dei ſacrificium procubuerunt: ſi illic eis vota fundat prædicanda poſteritas, ubi innocentem ſanguinem feralis profudit immanitas: ſi deniqve eos ille Chriſtiani nominis inimicus ubi credidit interemptos, illic videat conſecratos. Dulcius, inquam, eis probatur obſequium, ſi ibi eos laudum concelebret benedictio, ubi ſuper eos tribulationum deſeviit magnitudo: Si inde invocentur ad ſuffragium, unde primo reſurrectionis ſigno evocabuntur ad præmium. *Hæc aliaque plura S. Eucherius, circa annum* CCCCLIV *Lugduni ex hac vita vocatus. His addi poſſent elogia utriuſque in Indiculo Sanctorum Lugdunenſium Rainaudo Theophilo à edita; verum quia recentiora ſunt iſtic poterit ea Lector reperire.*

comparante eos cum SS. *Petro & Paulo,*

& excitãte ſuos ad veneratiõẽ,

B

ACTA

Ex pervetuſtis MSS. codicibus recognita.

PARS I. 1 SI merito virorum fortium facta, ad incitamentum poſteritatis, mandantur annalibus, qui pro terrena libertate vel pro patria inani intentione ceciderunt, relinquentes carnalium virtutum brevia monumenta, dum pereunt; quantis præconiis celebranda mors Martyrum eſt, qui admirabili glorioſoque compendio, dum manus ſuas ad cælum porrigunt, fidei & devotionis exemplа terris relinquunt, propagantes hominum vitam mortibus ſuis. Neque enim pro Imperatore terreſtri, ſed pro Rege cæleſti *a* ſpiritum profundunt ſuum: non pro patria, quæ gignit & recipit; non pro *b* patria, quæ habetur & amittitur; ſed pro illa Jeruſalem cæleſti, patria ſempiterna, quæ meritis eſt conſtructa Sanctorum, quæ culmina ſua cælo inſerit; cujus incolæ mori neſciunt, cujus libertas jugum tartareæ captivitatis ignorat, cujus libertas cum immortali gloria & beatitudine perſeverat. Et licet de præmiis Martyrum pauca perſtricta ſint; quia nequaquam condignæ ſunt paſſiones præſentis ſeculi ad magnitudinem gloriæ cæleſtis, quæ erit perpetua & ſempiterna: attamen hi ſunt perpetui Sanctorum triumphi, qui merito ſcriptis proditi mittuntur ad poſteros; ut ſi eis non contingat occupatio paſſionis, ſuccenſæ tamen mentes æmulationis ardore, immaculatam vitam, & contritione corporis & imitatione martyrii illorum, conſequantur. Itaque beatiſſimorum Epipodii & Alexandri conflictus atque victorias, Chriſto in illis triumphante, referimus: ut fides credentium præmiſſum & deſideret & ſequatur exemplum.

Martyrum triumphi ſcribendi ad poſterorum imitamentum

a b

C

2 Igitur Principis Antonini Veri *c* decimoſeptimo Imperii anno, cum per provincias Gentilium furor deſæviret, præcipue in Lugdunenſi urbe debacchatus eſt: in qua pro ſui magnitudine quanto majores degebant populi, tanto etiam Gentilium copioſior rabies æſtuabat. Judices, Officiales, Tribuni, milites, vulgus, certatim, indiſcreto etiam ſexu, Chriſtianos multiplici crudelitate laniabant: quorum plurimi, diſtinctis paſſionibus atque nominibus, ad ſuccedentium memorias pervenerunt innumeros vero, qui vel indiſcreta cæde conciſi ſunt, vel vincti in ergaſtulis defecerunt, inſcriptos cæleſtis vitæ liber tantum continet. Nam poſt vaſtiſſimam Martyrum ſtragem & *d* ſævientium paſſionum crudelitatem, de qua etiam Chriſti famuli, quos tunc illuſtriſſimæ urbes Vienna & Lugdunum tenebant, ad Eccleſias Aſiæ & Phrygiæ ſcripta miſerunt, cum pene ad integrum Chriſti nomen à Gentilibus crederetur extinctum; per proditionem domeſticam Epipodius & Alexander occulte operam dare Catholico fidei cultui, Præſidi nuntiantur: quos ille indagine ſolicita, exoſæ Religionis reliquias in illis extinguere cupiens, præcepit inquiri.

c SS. *Epipodius & Alexander delatii inquiruntur,*

d fide & caritate conjuncti:

3 Verum intermiſſo pauliſper ordine paſſionis, quanti qualesve fuerint, convenit vel leviter publicari. Et Alexander quidem natione Græcus fuit, Epipodius vero Lugdunenſis civitatis indigena. Porro eos parvulos, ſcholæ contubernium; & caritas jam virilis, in primæva ætate conjunxerat: & ita litteris eruditiſſimi, concordia creſcente, ad Deum profecti ſunt; ut cum fuerint Chriſtiani, & à clariſſimis parentibus inſtituti, ad religionis tamen incitamenta ſe mutuo provocarent. Nam ſobrietate, parcimonia, caſtitate, fide, opere miſericordiæ, ita Deo ſeſe hoſtias dignas præparabant, ut in conſummationis meritum profuerit gloria illata martyrij. Erant ambo juventutis flore conſpicui, neque adhuc conjugalibus nexibus implicati: ſæviente autem perſecutione, implentes Evangelica conſtituta, quoniam ad aliam vel etiam tertiam civitatẽ abire non poſſent, latebram ibi quæſierunt. Egreſſi vero occulte ſepta murorum, in eo vico, qui propter Inciſam petram *e* ſitus eſt, tugurio ſe cujuſdam religioſæ & fidelis viduæ, etiam ſine ullis comitibus, abdiderunt. Cumque illic aliquamdiu, tecti fide mulierculæ & loci humilitate, latuiſſent; tandem ſagax illos inquiſitor invenit; eoſque, per anguſtum cellulæ aditum fugientes, manus infeſta corripuit: qui ita trepidi inter inſilientes irruperant, ut S. Epipodius calceamento pedis unius, dum pavidus profiliret, privaretur: quod poſtea fidelis mulier, tamquam theſauro ſibi repertos occultavit.

D

E

e

in latebris reperiũtur

4 Itaque captos, etiam ante diſcuſſionem, carcer accepit: quia manifeſti putabatur criminis nomen eſſe, ipſa appellatio Chriſtiana. Deinde poſt triduum, vinctis poſt tergum manibus, ante Præſidis ſtatuuntur tribunal: quos ſæviſſimus Judex, aſtante & *f* infremente Gentilium multitudine, de nomine & profeſſione interrogavit. Illi vero & vocabula ſua prodiderunt, & Chriſtianos ſe eſſe perſpicue teſtati ſunt. Accenditur ergo Judex, & popularis conclamatio attollitur, & in innocentes ſimul omnium inſania *g* conſurgit. Poteſtas eos increpat, furorem ſuum hujuſmodi clamore teſtatur: Etiam nunc adverſus Deos immortales humana temeritas perſeverat? Etiam nunc convelluntur Principum ſanctiones; & in uno eodemque majeſtatis crimine, imperator impugnatur & numina? Ubi ſunt tormenta, quæ intulimus? ubi cruces? ubi gladij? ubi beſtiæ? ubi ignitæ laminæ? ubi diſtrictio, etiam ultra mortis terminos procurata? Extincti ſunt homines, ſepulcra non extant, & tamen Chriſti memoria perſeverat. O puniendi, quo auſu in religione vetitâ perduraſtis? Jam nunc pro veſtræ præſumptionis temeritate pœnas dabitis.

f in judicio Chriſtum confeſſi.

F

minis terrentur.

g

PARS II. 5 Ne ſe invicem exhortentur, aut muniant ſermone vel nutibus, ejecto Alexandro, qui erat ætate firmior, Epipodius applicatur: quem ſcilicet ſingulariter deſtitutum, dum pro conjectura ætatis tenerioris *h* animo judificabat, ſerpentis antiqui uſus calliditate

PARS II. S. *Epipodius blanditiis tentatus,*

h

A calliditate, venenata blandimentorum arte ſolicitat: Video enim te, ait, juvenem: & netas eſt, ut in intentione pravi propoſiti perſeveres & pereas. Nos immortales Deos colimus, quos univerſitas populorum, quos etiam nominibus propriis ſacratiſſimi Principes venerantur. Nos deos colimus, lætitia, conviviis, cantionibus, ludis, commeſſatione & laſcivia: vos vero hominem crucifixum, cui placere non poſſunt, qui his omnibus perfruuntur: qui licentiam reſpuit, qui jejuniis delectatur, qui, damnatis voluptatibus, triſtem & infœcundam diligit caſtitatem. Quid vero tribuere beneficii cuiquam valet, qui ſe tueri à viliſſimorum infeſtatione non potuit? Quæ quidem omnia idcirco tibi contexui, ut cum oblectatione & cum gaudio, quaſi juvenis, auſteritatem refugiens, mundi hujus beatitudine perfruaris.

generoſa reſpondet; 6 Ad hæc B. Epipodius: Non ita me Chriſti ac fidei Catholicæ armavit affectus, ut ſenſum meum miſericordiæ tuæ figmenta permoveant. Pietas enim iſta, crudelitas; eſt vobiſcumque vivere, mors eſt æterna: ceterum à vobis perire, glorioſum eſt. Sempiternum vero Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, quem crucifixum commemoras, reſurrexiſſe non noſti, qui ineffabili myſterio homo pariter & Deus, famulis ſuis tramitem immortalitatis inſti
B tuit, & ad cæleſtia regna perducit. Sed ut communiter tecum loquar, quia alta non recipis; numquid ita cæcata mens tua eſt, ut neſcias hominem ex animæ & corporis duplici conſtare ſubſtantia? Animæ imperio, corporis ſervitio magis utimur. Turpitudines, quibus dæmones veſtros colitis oblectant membra corporis, mentes interimunt Quæ autem illa vita eſt, ubi partis potioris detrimenta proveniuntu? Nos pro anima adverſus corpus bella ſuſcipimus: nos pro anima adverſus vitia dimicamus Vobis venter Deus eſt, & in morem pecudum, poſt ingluviem prodigam, finem vitæ præſentis, mortis judicatis occaſum. Ceterum nos, quicumque vobis
i perſequentibus interimus *i* dum, nos temporalia deſerimus vitam ingredimur æternitatis.

ore pugnis eliſo magis animatur 7 Judex vero, reſponſi hujus livore & admiratione defixus, iracundiaque ſtimulante commotus, admirabilis eloquentiæ domicilium, id eſt, os Martyris elidi pugnorum ictibus jubet. Ac deinceps S. Epipodius, illato dolore conſtantior, mixtis cruore dentibus, hæc verba profudit: Chriſtum cum Patre ac Spiritu ſancto Deum eſſe confiteor, dignumque eſt, ut illi animam meam refundam qui mihi &
C Creator eſt & Redemptor. Ita enim mihi vita non tollitur, ſed mutatur in melius Nec intereſt, infirmitas corporea quo fine ſolvatur; dummodo anima,
k cælis *k* invecta, ad ſuum revertatur auctorem. Cum hæc B. Epipodius conſtanti aſſertione loqueretur, imperio truculenti judicis eculeo ſuſpenditur, circumſtantibus hinc inde lictoribus, ut latera ejus impreſſis ungulis ſulcarentur. Tunc ſubito populi terribilis clamor factus eſt, petentis, ut ſibi detur aut obrueretur imbre ſaxorum, aut membratim diviſus, ſævientium inſania carperetur. Ita furore omnium tarda erat crudelitas judicantis. Metuens autem Præſes, ne magis vim perferret, & per ſeditionem, poteſtatis ac judicii reverentia turbaretur,
ſuſtenſus ungulis laceratur, ad ſedandum circumfuſæ multitudinis præcipitem & inſanum furorem, cauſamque commotionis extinguendam, eductum extra tribunal, gladio raptim feriri jubet. Itaque quanto infeſtior fuit inimicorum tumultus, tanto citius, diſpoſitione divina, conſummatio accelerata eſt martyrij: ut puerum ſuum, de paſſione ac perſecutoribus triumphantem, velocius Chriſtus remunerator reciperet, qui eſt benedictus in ſecula.

gladio occiditur.

8 Beatos *l* Martyres Epipodium & Alexandrum primum conjunxit infantia, deinde in timore divino inſtituit adoleſcentia, l firmavit juventus; donec animis meritisque conjuncti, ad martyrium pervenerunt, quod tribuente Dei munere pariter ſuſceperunt. Sed dum Dominus noſter Jeſus Chriſtus ita militum ſuorum victrices diſpenſat coronas, ut qui ei jungebantur confeſſione temporali, dividerentur occaſu, merito nobis præſtitum judicamus, ut duplicata in illis ſolennitate fruamur. Nam dum & alternis diebus feſta illorum veniunt, & illos inſeparabili veneramur affectu; non ſingulis diebus, ſed geminatis obſequiis utrumque bis colimus. Et ſicut nudiuſtertiana ſolennitas cælo inſertum S. Epipodium celebravit: ita hodierna feſtivitate B. Alexandrum perveniſſe ad regna cæleſtia gaudemus. Idcirco autem nunc revertamur ad hiſtoriam paſſionis.

EX MSS. D *l* PARS III. *S. Alexander triduo poſtvocatus, triumphum & feſtum duplicat.*

9 Interempto ergo Epipodio Martyre, perſecutor recenti adhuc cruore reſperſus, B. Alexandri ſanguinem ſitiebat. Quem receptum ex carcere, comperendinato examine, die interpoſito, furori ſuo præcepit offerri; ut ejus ſuppliciis non ſolum rabiem ſuam, verum etiam inſaniam commoti & ſævientis populi temperaret. Quem tamen etiam nunc hac percunctatione tentavit: Adhuc in poteſtate tua eſt ut evadas *m* prædeceſſorum exemplis, videaſque quæ teneas. Ita enim perſecuti Chriſticolas ſumus *n* ut pene te ſolum arbitrer reſediſſe. Nam præter alias cæſorum catervas, etiam ſtultitiæ tuæ collega ſuccubuit: atque ideo, ſi tibi conſulis, immortales deos thuris accenſione venerare.

oblatus Præſidi, *m* E *ad defectionem teniatur:* *n*

10 Beatus Alexander dixit: Gratias ago Domino, quod dum glorioſos Martyrum evolvis triumphos, & illata tormenta commemoras, ad devotionem me quoque confirmas exemplis. Putasne ergo extinctas animas, quas fudiſtis? Illæ quidem cælum poſſident: ſed verſa vice perſecutores in illo agone perierunt. Fallit enim te opinio tua: extingui nomen non poteſt Chriſtianum, quod ita Deo fundante firmatum eſt, ut & vita hominum cuſtodiatur, & mortibus propagetur. Deus noſter cælos, quos fecit, poſſidet, terram tenet, inferna moderatur: & animas, quas interemptas judicas, regnum cæleſte ſuſcepit: vos vero cum diis veſtris inferna retinebunt. Et quia fratrem meum cariſſimum in ſummo gaudio collocatum ſcio, ſecurior *o* viam devotionis ingredior. Ego namque Chriſtianus ſum, & fui ſemper, & futurus ſum in gloriam Dei. Tu vero exerce corpus, quod pro imbecillitate terrena *p* ſortibus mundi videtur addictum; ceterum animas noſtras cuſtodiat & recipiat ille, qui contulit.

refutat dicta Præſidis: *o* F *p* *inter diræ verbera*

11 Ad hæc præſes, mixto pudore & furore deſæviens, S. Alexandrum divaricatum ternis cædentibus præcepit verberari qui nulla humili reſponſione inter tormenta dejectus, Dei ſemper præſidium flagitavit. Cumque longiſſimo ſpatio, cædentium ſuccidua viciſſitudine, non frangeretur; Præſes interrogat, utrum etiamnum in hac confeſſione duraret. Cujus percunctationi inconcuſſa auctoritate reſpondit, deos Gentilium dæmonia eſſe, non numina: Deum vero omnipotentem, inviſibilem, ſempiternum, ſui propoſiti eſſe cuſtodem.

fidem animoſe profitetur

12 Tunc ergo Judex dixit: Chriſtiani ad iſtam inſaniam proruperunt, ut prolixitate pœnarum gloriam ſibi exiſtiment comparari, & perſecutores ſuos viciſſe ſe judicent, quos oportet celeri fine conſumi. Quia ergo eos in pertinacia ſua & audiri nefas eſt & videri, idcirco Alexander, fixus cruci, animam, ſicut meretur, effundat. Poſt quam ſententiam miniſtri ſævique carnifices acceperunt B. Alexandrum, ſalutarique ſigno eum, extenſis in diverſa brachiis ac

in cruce Martyr obit.

EX MSS. manibus, nexuerunt. Nec tamen diu beati Martyris
A tormenta porrecta ſunt: ita enim laniatum fuerat
corpus crudelitate verberantiũ, ut crate ſoluta coſta-
rum patefactisque viſceribus, ſecreta animæ pande-
q rentur. Nam dum totus in Chriſto eſt, *q* eumque
jam feſſus ſupremis vocibus invocat, beatum ſpiri-
tum exanimatus emiſit.

PARS IV 13 Hos itaque ſemper concordes & ſocios,
Sepeliuntur ambo in ſpelunca vallis: quia mors diviſerat, ſepultura conjunxit, dum
r furantibus Chriſtianis, educta occulte extra urbem
corpora, abſconſa conduntur. Erat enim in colle ſu-
perpoſito civitati *r* cõcretis denſatus ſtipitibus locus,
ibique in modum ſpeluncæ concluſa frutetis ac ſen-
tibus vallis latebat, & ut fit, ubi humor deciduus per
naturale miniſterium infunditur, inculta fœcunditas
quo in receſſu venerabilia corpora religioſa provi-
ſione demerſa ſunt; quia Gentilium furor, extremam
denegans ſepulturam, etiam in corpora exanimata
ſæviebat. Poſtea vero venerabilem locum religio-
ſorum cultus ſervavit, & prodidit reverentia dedu-
B cta per poſteros, & virtutes plurimæ, quæ Sancto-
Percalceum S. Epipodii febris curatur: rum potentiam prodiderunt.

14 Nam cum, tempore conſequenti, populus
Lugdunenſis paſſim morbo ſæviente corrueret; a-
doleſcens quidam natu nobilis, vi febrium valde
ſuccenſus, per viſionem commonitus eſt, ut reme-
s dium à muliere, *s* quæ calceamentum Martyris ha-
bebat, expeteret. Illa vero ſe medicinæ nihil noſſe
reſpondit: ſed Domino miſerante, Martyris per
exuvias hoſpitali ope allata, ſe plurimos curaſſe non
negabat: ſtatimque ei Lucia benedictionem, & hoſpi-
t talis *t* calicem ſalutis, porrexit. Qui dum pocu-
lum & remedium ſitis accepit, protinus ita extin-
cto ardore convaluit, ut non ope humana, ſed mi-
Plurima miracula patrantur. rabili divinitatis auxilio, vitæ ac ſanitati redditus
diceretur. Quæ virtus fidei atque Sanctorum per u-
niverſam diſpergitur civitatem, & innumera multitu-
do, dum ſanitatem corporum recepit, fidei incre-
menta ſuſcepit; factaque eſt membrorum atque ani-
morum præſens & æterna medicina. Sed & poſtea
in locis illis mirabilia iſta monſtrantur, ejectio dæ-
monum, debilitatum curatio, reſtauratio ſanitatum:
quæ ita pene quotidiana & iis majora proveniunt,
ut credulitas, etiamſi ſit ſpontanea, exiſtentibus mi-
raculis extinguatur. Itaque fidem dictis atque fa-
ctis convenit applicari: quia amica Dei po-
tentia, virtus, & dignitas, ut fideles & credulos
diligit, ita deſerit dubitantes. Idcirco non am-
bigamus vera eſſe, quæ & auditu manifeſta duxi-
mus & videmus, regnante Domino noſtro Jeſu Chri-
C ſto, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

ANNOTATA. D

a *MS. noſtrum*, Spiritum Sanctum profundente.

b *Surius*, morte

c MSS. *S. Max. & noſtrum* decimo octavo, *ſcilicet quo hi Martyres occubuerunt: aſt* decimo ſeptimo *incepit perſecutio.*

d *MS. noſtrum*, ſævitiam paſſionem. *MS. S. Max.* ſævientium paſſionem victoriam.

e Petra inciſa, vulgo Pierre enciſe, *ſeu magis corrupte* Berreciſe, *caſtrum parvum urbis muris inhærens in dextra Araris ripa ſupra preceſſam rupem, nominatum autem captivitate Ludovici & Aſcanii Sfortiarum & Ducis Namurcenſis. Sunt qui rupem iſtic inciſam putent ut novus Arari curſus præberetur, indeque nomen manſiſſe.*

f *Surius*, imprimente. g *Idem* incurrit

h *Idem* teneriorem animum judicabat.

i *Idem*, tempora amittimus.

k MSS. cælitus data,

l *Videntur hoc numero relata, poſtmodum fuiſſe inſerta per modum alterius prologi, ut alio die ad Matutinum legerentur.* E

m *MS. Lugdunenſe & noſtrum* Præceſſerunt exempla, quæ timeas.

n *Surius*, Ut pœniteat te ſolum arbitrum reſedi-ſſe.

o *Idem*, deludit.

p *Idem*, fuſtibus, *MS. Lugd.* ſordibus

q *Surius*, eum, quem confeſſus eſt

r *Surius*, concretis denſatus veprimus. *MS. noſtruus* ſtirpibus

s *Greg. Turonenſis de Gloria Confeſſorum caput 64 ita inſcribit*: de muliere quæ Epipodii Martyris calcea- *Sepultus Lucia.* mentum collegit, *& dein iſta refert*: Requieſcit ſub urbano urbis ipſius mulier, quæ dicitur collegiſſe calceamentũ beati Martyris Epipodii, quod de pede ejus cecidit cum ad martyrium duceretur: ad cujus tumulum ſæpius frigoritici ceterique infirmi ſanantur. Eraſum de tumulo ipſo pulverem ipſum hauriunt, incolumeſque diſcedunt. *Hanc mulierem*, S. Luciam viduam *appellat Arturus du Monſtier in Gynæceo ſacro, cui ad hunc diem inſcripſit.*

t *Videtur mulier, intincto in aquam aut vinum calceo, potum, Reliquiæ illius tactu benedictum, parrexiſſe; uti etiam nunc uſurpat Eccleſia, & uſurpaſſe ſempeu deductis per ſecula ſingula exemplis poterit probari ab eo, qui hujus operis indices conſulere voluerit.*

v *MS. noſtrum* inimicos, *ſurius*, Amicorum.

x *Surius* audita & viſa ſemper diximus & mani- F feſtamus.

DE SS. LEONIDE, PATRE ORIGENIS, ITEM ARATORE, QVIRIACO BASILIA,

Martyribus Alexandriæ aut alibi.

G. H.

CIRCA ANNUM CCIV. *Ambis in hujus diei principio laudatus nobis antiquus ſcriptor, Euſebius Pamphili, librum ſextum Hiſtoriæ Eccleaſticæ à perſecutione Severi Imperatoris auſpicatur hisa verbis*; Porro cum Severus perſecutionem adverſus Eccleſias excitaſſet, per omnes quidem ubique locorum Eccleſias ab athletis
Martyrium S. Leonidis ex euſebio, pro pietate certantibus illuſtria confecta matty-ria. Præcipue tamen Alexandriæ increbuetunt, cum ex univerſa Ægypta ac Thebaide lectiſſimi pugiles eo deducerentur, tamquam in ampliſſimum Dei ſta-dium, & cujuſquemodi tormenta morteſque invicto animo perpeſſi, immortales à Deo coronas acciperent. Inter quos Leonides, qui Origenis pater fuiſſe dicitur, capite truncatus, ſupradictum filium admodum adoleſcentem reliquit. *Hæc Euſebius, quem Nicephorus Calliſtus ſecutus eſt, & de hac Severi perſecutione lib. 5 cap 2 agens, iſta de Leonide tradit*: Quo tempore & Leonidem, Origenis patrem, obito pro Chriſti nomine martyrio, è vita exceſſiſſe tradunt; gladio videlicet cæſum, cum filium admodum puerum relinqueret. *Georgius Syncellus in Chronographia, agens de Imperio Severi, addit*: Leonides Origenis pater, orta Alexandriæ perſecutione, martyrio vitam finivit. *Demum inter*

A Suida,

inter Gracos eſt Suidas, qui in ſuis Hiſtoriis, ſub littera O ſecundo, ſive ὦμέγα, iſta habet: Origenes Leonidem habuit patrem, Epiſcopum & Martyrem: floruit ſub Severo Imperatore. *Verum de ejus Epiſcopatu alibi eſt ſilentium. Hæc Græci, quorum faſtis necdum reperimus inſertum nomen S. Leonidis.*

S. Hieronymo,

2 *Inter Latinos S. Hieronymus libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 54 *iſta tradit*: Origenes, qui & Adamantius, decimo Severi Pertinacis anno, adverſum Chriſtianos perſecutione commota, à Leonide patre, Chriſti martyrio coronato, cum ſex fratribus & matre vidua pauper relinquitur, annos natus circiter decem & ſeptem. *Annus decimus Severi, quando perſecutio incepit, incidit in annum Chriſti* CCIII. *Elogium ex præcedentibus ſumptum habent Ruffinus lib.* 6 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.* 1 *&* Petrus de Natalibus *lib.* 11 *cap.* 23.

Ruffino & Petro de Natalibus.

3 *In quatuor apographis Martyrologii Hieronymiani eodem plane tenore iſta leguntur*: Et alibi Leonidis, Aratoris, Quiriaci, Baſiliæ: *circa quæ incidit dubitatio, num forte loco hujus particulæ* & alibi, *non fuerit exaratum,* Et Alex. *quod ſit intelligendum,* Et Alexandriæ: *ut inde occaſio fuerit ſumpta à poſteris, martyrium* S. Leonidis, patris Origenis, *adſcribendi ad hunc diem. Nomen* Leonidis, *abſque loco & ſociis, inſertum eſt Martyrologiis MSS. Auguſtano S. Vdalrici, & Pariſienſi Labbæi. Grevenus in Auctario Vſuardi, anno* 1515 *&* 1521 *excuſo, iſta habet*: Leonidis Martyris, patris Origenis. *Idem ex dicto Grevenо tranſcripſerunt, Molanus, in prima editione ſui Auctarii ad Vſuardum; & Caniſius, in Martyrologio Germanico. Galeſinius in ſuo Martyrologio hæc habet*: Hoc ipſo die S. Leonidis Martyris. Hic Origenis pater, patientiſſima cruciatuum tolerantia inſignis, demum pro Chriſti gloria capite mulctatur. *In hodierno Martyrologio Romano iſta ſolum indicantur*: Alexandriæ natalis S. Leonidis Martyris, qui ſub Severo paſſus eſt. *Dein in Notis dicitur* fuiſſe pater Origenis. *Sed qui judicent alium Leonidem à patre Origenis cum tribus ſociis collocandum, per nos licebit, cum ſola ſimus probabili uſi conjectura.*

Memoria in faſtis, 4 Martyrum,

4 S. Leonides Martyr, pater Origenis *celebratur die* XI, *in Martyrologio Richardi Wiſfordi, olim Angl. ce Londini excuſo: item* 1 *Martii à Caniſio & Felicio, & in MS. Bruxellenſi S. Gudilæ, ſed confuſis rebus geſtis hujus & alterius Leonidis, Martyris in Thebaide. De hoc late egimus* XXVIII *Ianuarii.*

Auctore G. H. & ſolius Leonidis,

hujus mentio 11 Febru. & 1 Martii.

De Sanctis Martyribus

PARMENIO, HELYMA ET CHYSOTELO, PRESBYTERIS; LVCA SEV LVCIO ET MVCIO, DIACONIS; ITEM PRIMVLO ET TVDIANO,

Cordulæ in Perſide. G. H.

ANNO CCLI,

Antiquiſſimum Martyrologii Hieronymiani apographum Epternacenſe, ante mille propemodum annos exaratum, horum omnium Martyrum memoriam prodit his verbis: Romæ Gaji Epiſcopi. Et in Cordua civitate, Parmeni, Elimar & Criſoli Presbyterorum, & Diaconorum Luci & Muci: Primuli, Turdiani.

Memoria in Martyrologio S. Hieronymi,

In aliis tribus apographis eiuſdem Martyrologii Hieronymiani, omiſſa plurima parte, iſta referuntur: Romæ in cœmeterio Caleſtini, *ſive* Calliſti, via Appia, depoſitio S. Gagi Papæ, *ſeu* Gaii Epiſcopi, Primoli, Turdiani *ſeu* Tierdiani. *Hinc etiam ultimorum Martyrum, abſque mentione aliorum Presbyterorum & Diaconorum, memoria celebratur in MSS. Auguſtano S. Vdalrici & Pariſienſi Labbæi; & ſolius* Primoli, *in MS. Richenovienſi & Aquiſgranenſi. Verum quia nuſquam conjunguntur* SS. Primolus & Turdianus *cum S. Cajo Pontifice; arbitramur juxta antiquiſſimum MS. Epternacenſe relinquendos eſſe in ſocietate prænominatorum Presbyterorum ac Diaconorum cum præpoſitis, licet ipſis neque in Actis mox proferendis, neque in aliis Martyrologiis junctis inveniantur, donec certior aliunde lux affulgeat.*

C

Ven. Beda,

2 *Genuinum Martyrologium Bedæ, à nobis ante tomum ſecundum Martii editum, de quinque Sanctis iſta profert*: Eodem die in Cordula civitate Natalis Parmenii, Helymæ & Chryſoteli Presbyterorum, & Lucæ & Mucii Diaconorum, quorum primus præciſa etiam lingua loquebatur. Omnes in eculeo ſuſpenſi & nexibus arctati ſunt, deinde laminis ardentibus circum latera appoſitis uſtulati, & ungulis lacerati: ad ultimum gladio truncati ſunt præſente perſecutore Decio. Scriptum in paſſione S. Laurentii. *Hæc in dicto Martyrologio, accurattus recognito. His ſimilia traduntur*

& aliorũ.

in Martyrologiis Vſuardi, Adonis, Rabani, Notkeri, & aliorum recentiorum. Item in MSS. plurimis, & cum iis in hodierno Martyrologio Romano, ſed magis contracte. In nonnullis pro Elyma *legitur* Helima & Helimena, *& pro* Luca Lucius. *Fuiſſe hos Martyres Babylone, ſub Polychronio Epiſcopo Presbyteros & Diaconos, Acta paſſionis S. Laurentii indicant: ex quibus uti ad* XVII *Februarii, quo die colitur S. Polychronius, dedimus quæ ad ipſum Epiſcopum ſpectabant; ita modo excerpimus ea quæ indicant geſta horum Martyrum, & ſunt eiuſmodi.*

Geſta horum excerpta ex Actis S. Laurentii,

3 In diebus illis orta tempeſtate ſub decio Cæſare, multi Chriſtianorum in urbe Roma necati ſunt. Præſidente in urbe Roma Galba, pergit Decius ad Perſas, cum bellum urgeretur Perſarum. Veniens in civitate, quæ cognominabatur Ponticum, ſedit in ea: bellum tamen agebatur. Aſcendit Decius in montem Medorum, & facto conflictu pugnæ, cum militia Romana fecit victoriam, & interfecit Perſarum multitudinem, & obtinuit civitates has, Babylonam, Bactrianam, Hirciniam, * Cordulim, Aſſyriam: ubi etiam invenit multos Chriſtianos, quos ſuppliciis & afflictionibus necavit. Eodem tempore invenit in civitate Babyloniæ Epiſcopum nomine Polychronium, cum Presbyteris Parmenio, Elyma & Chryſotelo; & diaconos hos, Lucam & Mucum. Quos cum comprehendiſſet, juſſit eos duci ad ſacrificandum idolis... Tunc juſſit ſibi præſentari Polychronium Epiſcopum, cum duobus Diaconibus & Presbyteris ſuis, quem ſic interrogat dicens: Tune es Polychronius ſacrilegus, qui neque deorum neque Principum præcepta cuſtodis? Polychronius autem non reſpondit ei verbum. Dixit itaque decius ad Cleruni ejus. Obmutuit Princeps veſter, Reſpondit Parmenius Presbyter, dicens: Non obmutuit Pater noſter, ſed precepto Domini noſtri Jeſu Chriſti æterni Creatoris utitur, ut non polluatur os ſanctum, quod à Creatore noſtro purificatum eſt quia ſic præcepit Dominus noſter Apoſtolis: Ne miſeritis margaritas veſtras ante porcos, ne conculcent eas pedibus ſuis, & converſi elidant vos. Juſtum tibi videtur, ut quod ſemel purificatur, ſtercore coinquinetur. Decius dixit: Ergo nos ſtercora ſumus. Et juſſit iratus, ut lingua ejus præcideretur. Cum autem

à Decio victore de Perſis,

F

* ſupra Corduam,

Babylonia capti cum S. Polychronio Epiſc.

pro quo ſilente reſpondet S. Parmenius,

Matt. 7. 6

AUCTORE G. H.

autem præciſa fuiſſet lingua Parthenij, cœpit clamare, dicens: Beate Pater Polychroni ora pro me, quia video in te Spiritum Sanctum regnantem, & os ſanctum tuum ſignantem, & mihi favum mellis in ore diſtillantem: *& occiſus eſt Babyloniæ Polychronius.*

& abſciſſa linguaillius patrociniũ implorat.

4 Tunc Decius ambulavit in civitatem Cordulam, & juſſit Presbyteros & Diaconos vinctos ſecum adduci. Qui dum ducerentur ſic, cadebant vincula de collis & manibus eorum. Veniens autem Decius in civitatem Cordulam, cum furore juſſit ſibi Presbyteros præſentari cum Diaconibus. Qui cum præſentati fuiſſent, ſic eos aggreditur, dicens: Et vos ſtulti deſideratis perire? ecce, cõmoneo vos ſacrificate diis immortalibus. Reſpondens Presbyter Parmenius, cœpit clamare voce & dicere: O miſer! Huic manufacto nos compellis humiliari? Infelix humiliari deſiderare debes Chriſto Creatori omnium rerum, non manufactis diis. Nam peribis tu & dij tui tecum, quos injuſte colis. Tunc Decius juſſit omnes in eculeo ſuſpendi. Qui cum attraherentur nervis, cœperunt omnes gratias agere Deo & dicere ad Parmenium Presbyterum: Orationem da ſuper nos. Reſpondit Parmenius Presbyter: Det nobis Deus, pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, conſolationem Spiritus Sancti, qui regnat in ſecula ſeculorum Et reſponderunt omnes clara voce, Amen. Tunc iratus Decius dixit: Hoc argumentum, hominem ſine lingua loqui, magica ars cognoſcitur eſſe. Reſpondit Parmenius dicens: Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui mutum loquentem fecit, ipſe mihi peccatori dedit ſine lingua loqui. Nam tu dum loquéris, immuteſcis.

Abducuntur hi martyres Cordulam.

ſi pendun. tur in eculeo.

B

D

5 Eadem hora Decius juſſit eos ignibus uri. Qui cum incenderentur, audita eſt vox de cælo: Venite ad me omnes humiles corde. Decius dixit. Vere magica ars eſt iſtud. Et juſſit laminas ardentes circa latera eorum poni, & unguibus lacerari. Eadem hora Decius juſſit eos deponi de eculeo, & præcepit ut capite truncarentur. Qui cum decollati fuiſſent, jactaverunt corpora in publica via, ita ut cuſtodirentur, ne quis eos ſepeliret. Tunc audientes ſubreguli, viri religioſi, Abdon & Sennes, venerunt nocte, & collegerunt corpora Sanctorum Presbyterorum, Parmenii, Elymæ & Chryſoteli, & Diaconos Lucam & Mucium, & ſepelierunt in prædio ſuo, Juxta civitatem Cordulam, decimo Kalendas Majas.

adurunturlaminis ardentibus, & ungulis lacerantur.

decollati ſepeliuntur à SS. Abdon & Sennes.

6 Hactenus Acta paſſionis horum Martyrum: poſt quæ ſubjungebatur captivitas SS. *Abdon & Sennes, dein Olympiadis & maximi; ex quibus hi ultimi Cordulæ etiam coronati ſunt, de quibus egimus* XV *Aprilis. Verum Abdon & Sennes Romam abducti, iſtic* XXX *Iulii interfecti ſunt. Vrbs autem* Cordula *in* MS. *Codice* S. *Hieronymi*, Cordua, *aliis etiam* Corduba *ſcripta, non procul videtur diſtaſſe* Babylone, *ex qua urbe* Decius ambulavit Cordulam: *de qua & tempore martyrii actum eſt* XVI *Februarii ad Vitam S. Polychronii, &* XV *Aprilis ad Vitam* SS. *Olympiadis & Maximi.*

ſitus urbis Cordulæ.

E

DE SANCTO NEARCHO,

Martyre In Armenia.

G. H.

CIRCA ANNUM CCLX

Extiterunt ſeculo Chriſti tertio in Armenia duo milites, maximo amicitiæ vinculo conjuncti, ambo in confeſſione fidei palmam martyrii aſſecuti: horum alter gladio interemptus, eſt celeberrimus Polyeuctus, quem Græci die IX *Ianuarii, Latini* XIII *Februarii celebrant: alter eſt S. Nearchus, quem igni conſumptum Græci venerantur hoc* XXII *Aprilis. Vterque Martyr agnoſcitur in elogio martyrii, quod profertur ad dictum* IX *Ianuarii in MS. Synaxario Græco Pariſiis in collegio Claromontano Societatis Ieſu, item in Menæis excuſis & manu exaratis, & apud Maximum Cytherorum Epiſcopum ἐν βίοις ἁγίων. Illud ad diẽ* XIII *Februarii relatum, licet potiſſimum de S. Polyeucto agat, hic repetimus & eſt ejus modi.* Certamen S. Polyeucti Martyris. Hic Decio & Valeriano Imperatoribus Melitinæ in Armenia miles fuit, & primus in ea provincia pro Chriſto Martyr occubuit. Erat namque impium edictum promulgatum, quo præcipiebatur, ut aut Chriſtum ejurarent, aut non obedientes morte punirentur. Hic nihil territus, Chriſtum libere profeſſus eſt, & ingenti fiducia ſimulacra, quæ ab infidelibus colebantur, confregit. Quocirca cum neque ſoceri adhortationibus ac blandimentis flecteretur, neque uxoris lacrymis lamentisque commoveretur; ſed conſtans in fœdere cum Nearcho Martyre, amico ſuo, verente ne ipſe à fide Chriſti deſciſceret, firmato, in confeſſione perſeveraret; gladio vitam finivit: cujus celebritas in ipſius Martyris templo ſanctiſſimo peragitur. *Hæc ibi, quæ plane eadem leguntur in Novo Græcorum Anthologio, ab Antonio Arcudio Archipresbytero Soletano, ex commiſſione & mandato Iulii Antonii Sanctorii Cardinalis concinnato, & Clementi Papæ VIII dicato: & ubique in dicto elogio ita Græce continentur.* Τῷ δὲ Μάρτυρι Νεάρχῳ φίλῳ ὄντι τὰς συνθήκας βεβαίων, δεδικαίωται τὴν ἀπὸ τῆς πίστεως τῆ χριστῆ ἔκκλησιν.

CIRCA ANNUM CCLX

Nearchus S. Polyeucti intimus amicus,

in hujus elogio.

C

Martyr habetur.

2 *Dedimus die* XIII *Februarii duplicia Acta martyrii, S. Polyeucti, alia ex MS. Latino contractiora, alia ex MS. Græco bibliotheca Vaticana: in quo capite primo deſcribitur Polyeucti, adhuc Gentilis, & Nearchi Chriſtiani amicitia; & metus hujus ne ille, ob edicta in Chriſtianos, ab ea reſiliret. Tum capite ſecundo indicatur Polyeucti converſio, ejusque in fide inſtructio per Nearchum, & edictum Imperatoris & idola ab illo confracta. Tertio capite deſcribitur invictus Polyeucti animus inter lamenta ſoceri & vxoris: qui tandem* amicitiæ Nearchi non oblitus, *ſed* eum intuitus, Vale Nearche, *inquit*, & fœderis recordare. Hac voce inſtar ultimi doni amicò generoſe relicta; ad enſem procedebat, & per eum alacri animo mortem ſubibat. Cum igitur hoc modo vitam finiviſſet divus Polyeuctus, qui erant inter fratres diligentiores ſacrum ejus corpus Melitenæ urbe Armeniæ deponunt, æternamque ſibi hereditatem acquirunt. Inſerviit iſtic quoque Nearchus, accepitque Martyris amici ſanguinem, nitidoque impoſitum linteo portavit in civitatem Cananeotarum, conferens illis arma ſalutis & hereditatem vere beatam. *Hæc Acta Græca. At Latina finiunt his verbis*: Converſus tandem Polyeuctus ad Beatum Nearchum, ut ex condicto ſequeretur, monebat: & illi valefaciens, glorioſa morte conſummatus eſt.

eum in fide inſtruxit:

in Martyrio ad fuit

F

accepto Sanguine in civitatem Cananeotarũ abit.

3 *At quænam ſit dicta* Cananeotarum civitas, *in MS. Græco ἡ Καναναιωτῶν πόλις, nos hactenus latet: in Armenia ſaltem fuiſſe, probabile videtur: & forſan iſtic Nearchus Martyr obiit. Ejus martyrium in Menæis excuſis, & MSS. Chiſletianis, & apud Maximum Cytherorum Epiſcopum, attingitur his paucis verbis ad hunc* XXII *Aprilis*: Eodem die ſanctus Martyr Nearchus, in igne vitam finit. *Conſtantia vero ejus in diſticho aliquot declaratur, dum ita Chriſtum alloquens inducitur*: ob inflammatum ad te o Salvator, divinum deſiderium, exclamat Nearchus, non me ignis à te ſeparabit. *Si quod tuum*

hunc

A *hunc Nearchum, igne conſummatum, diſtinguendum eſſe putet à ſocio ſive amico S. Polyeucti, nolens definire quod iſte revera Martyr obierit; & diſtinctionem duorum probaverit ex aliis documentis, libenter aſſentiemur. Hactenus non reperimus niſi venerationem unius, & onus nobis viſus eſt hoc loco ſufficere.* D

DE SANCTO CAIO,

Romano Pontifice Martyre.

CAPUT I.

Elogia antiqua. Geſta circa SS. Sebaſtianum, Tiburtium, & alios Martyres. G. H.

ANNO CCXCVI. *Exemplum S. Caii in Pontificatu Romano explicatur aptiſſimo modo in Catalogo Pontificum Romanorum, deducto uſque ad S. Liberium Papam, deceſſorem S. Damaſi, ſive ad annum circiter* CCCLX, *quem Catalogum à S. Damaſo ad S. Hieronymum, ob hujus inſtantes preces, fuiſſe miſſum, alibi latius indicamus. In hoc ergo iſta leguntur:* Cajus annis duodecim, menſibus quatuor, diebus * ſeptem. Fuit temporibus Cari, & Carini, ex die XVI Kalendas Januarii Conſulibus Caro II & Carino, uſque in X Kalendas Maii, Diocletiano VI & Conſtantio Conſulibus. *Hæc ibi. Deceſſor S. Caii fuit Eutychianus, cujus elogium ad clariorem explicationem addimus, & ita habet:* Eutychianus annis octo, menſibus undecim, diebus tribus. Fuit temporibus Aureliani, à Conſulatu Aureliani III & Marcellini, uſque in diem VII Idus Decembris, Caro II, & Carino Conſulibus. *Sedit ergo ab an. Chriſti* CCLXXV, *uſque ad annum* CCLXXXIII, *quo mortuus eſt* VII *Decembris, aut ſequenti, nam utroque die in antiquis Martyrologiis refertur: cumque Sedes vacaſſet* VIII *aut* IX *diebus (nam variant in hoc auctores) ſubſtitutus eſt* S. *Cajus die* XVI *Decembris, & poſtquam ſediſſet annis* XII, *menſibus* IV, *diebus* VII, *mortuus eſt anno Chriſti* CCXCVI. *Hinc primo corrigendus eſt Euſebius (cui tempora Pontificum Romanorum non fuerunt ſatis perſpecta) qui lib.* 7 *Hiſt. Eccl. cap.* 32 *ita ſcribit:* Qua tempeſtate cum Felix quinque annis Romanam gubernaſſet Eccleſiam, Eutychianus in ejus locum ſucceſſit. Qui vix decem menſibus in Epiſcopatu tranſactis, Cajo, qui noſtra ætate vixit, Sedem ſuam reliquit. Hic cum annis circiter quindecim Eccleſiæ præfuiſſet, ſucceſſorem habuit Marcellinum, in cujus etiam tempora incidit perſecutio. *Hæc ibi. De S. Marcellino agimus* XXVI *Aprilis. Idem Euſebius in Chronico, cum indicaſſet* Conſules Probum Auguſtum & Victorinum, *is eſt annus Chriſti* CCLXXXII, *iſta ſubdit:* Ῥωμαίων Ἐκκλησίας τὴν Ἐπισκοπὴν παρεδέξατο κε΄ Εὐτυχιανὸς μῆνας ἡ. Μεθ' ὃν κζ΄ Γαιανὸς ἔτη ιέ. *Quæ ita Latine edidit* S. *Hieronymus:* Eutychianus XXVI Romanæ Eccleſiæ Epiſcopatum ſuſcepit, menſibus octo, poſt quem XXVII Cajus (*alias* Gajanus) annis quindecim, *Euſebium ſequuntur Georgius Syncellus in Chronographia, & Nicephorus lib.* 6 *Hiſt Eccleſ. cap.* 34. *Verum in his, quæ ſunt Romanæ Eccleſiæ, ejus alumnis æque antiquis maior fides adhibenda eſt, quam externis.*

Ex Catalogo Pontif. Caii. * *al.* ſex.

B *& Eutychiani deceſſoris:*

C *Tempus Sedis ab anno* 283,

ad 296.

2 *Alter Catalogus, ſeculo Chriſti ſexto concinnatus, & ex codice* MS. *Reginæ Suecia à nobis deſcriptus, cum Eutychianum deceſſorem dixiſſet* ad VIII Kalendas Auguſti, *deceßiſſe, iſta ſubdit:* Cajus, natione Dalmata, ex genere Diocletiani Imperatoris, ex patre Gajo, ſedit annos XI, menſes IV, dies XII. Fuit temporibus Cari & Carini, ex die XV Kalend. Ianuarii à Conſulatu Cari II.... Hic fugit perſecutionem Diocletiani. In cryptis habitans Confeſſor quievit Hic fecit ordinationes IV per menſem Decemb. Presbyteros XVI, Diaconos VII, Epiſcopos per loca quinque. Sepultus eſt in cœmeterio Calliſti via Appia X Kal. Maii: ceſſavit Epiſcopatus dies XI. *Verum in Libro Pontificali iſta ſic explicantur:* Hic fugiens perſecutionem Diocletiani, in cryptis habitans Confeſſor quievit, martyrio coronatus poſt annos octo. *Hæc ibi, quæ magis cõveniunt Catalogis poſterioribus Anaſtaſio tribui ſolitis, in quibus iſta habentur:* Cajus natione Dalmata, ex genere Diocletiani ex patre Gaio, ſedit annos XI, menſes IV, dies novem. Fuit temporibus Carini, à die XIV Kalend. Ianuarij à Conſulatu Cari ſecundo & Carini, uſque in diem X Kalendarum Majarum Diocletiano IV & Conſtantio II. Hic conſtituit ordines omnes, ut ſicin Eccleſia aſcenderentur. Si quis Epiſcopus fieri mereretur, ut eſſet Oſtiarius, Lector, Exorciſta, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, & exinde Epiſcopus ordinaretur. Hic regiones diviſit Diaconibus. Hic fugiens perſecutionem Diocletiani in cryptis habitando, martyrio coronatur poſt annos octo Hic fecit ordinationes quatuor per menſem Decembrem Presbyteros XXVII, Diaconos * VIII, Epiſcopos per diverſa loca numero quinque qui poſt annos XI cum Gabinio fratre ſuo propter filiam Gabini Presbyteri, nomine Suſannam, martyrio coronatur: qui etiam ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti via Appia IX Kalend. Maij; & ceſſavit Epiſcopatus dies XI. *Hæc ibi, quæ eadem habentur in Geſtis MSS. Pontificum & in antiquis Breviariis Romanis, etiam manu exaratis. Sequuntur Luitprandus, Abbo Floriacenſis, Platina, aliique: ſed annos duodecim, ex priore Catalogo loco undecim ſubſtituimus cum Onuphrio, Baronio, aliisque recentioribus.*

& Anaſtaſio,

E *aliud ex poſteriore Catalogo,* * *alias* XII. vem

3 *In Actis* S. *Sebaſtiani (quæ dedimus* XX *Ianuarii, arbitrati ea à S. Ambroſio ſcripta fuiſſe aut expolita) multa illuſtria de* S. *Cajo Pontifice, ejuſque ſupra indicata fuga habentur, quæ inde excerpta hic repetimus, & ſunt iſta capite* XVIII, & XIX.

Erat Papa Urbis Romæ, nomine Cajus, vir magnæ prudentiæ, magnæque virtutis, imperantibus Carino Diocletiano & Maximiano ... Igitur Carinio occiſo * in civitate Maguntiaco, * Maximiano & Aquilino Conſulibus, facta eſt perſecutio talis, ut nullus emeret vel venumdaret aliquid, niſi qui ſtatunculis poſitis in eo loco, ubi emendi gratia ventum fuiſſet, thuris exhibuiſſet incenſum. Circa inſulas, circa vicos, circa nymphæa quoque erant poſiti compulſores, qui neque emendi darent copiam, aut hauriendi aquam ipſam tribuerent facultatem, niſi qui idolis libaſſent. Tunc S. Caij Epiſcopi conſilio habito, Chromatius illuſtris vir omnes Chriſtianos in domo ſua ſuſcepit, & univerſos ita fovebat, ut nullus omnino ſacrificandi neceſſitati ſuccumberet. Verum quia tanta vis perſecutionis extiterat, ut opinio ipſa Chriſtianitatis ejus celari non poſſet, meruit ex ſacro reſcripto Chromatius, ut medendi gratia in Campano littore moraretur, in quo erat lati ceſpitis dominus, tribuitque copiam omni Chriſtiano ire volenti cum eodem ad perſecutoris rabiem declinandam. Tunc orta eſt contentio inter S. Polycarpum & Sebaſtianum, quis horum duorum in Vrbe remaneret, & quis iret cum Chromatio, qui tantum populum ſuſceperat Chriſtianum. Quibus altercantibus venerabilis Papa Cujus dixit: Dum ambo paſſionis coronam quæritis, acquiſitum Do-

S. Cajus Papa. * *al.* ad Murgum * *al.* Maximo F

in perſecutione Diocletiani

apud Chromatium cũ Chriſtianis latet,

piam contentionem SS. *Polycarpi & Sebaſtiani dirimit:*

AUCTORE G. H. mino populum desolatis. Unde mihi videtur, ut tu, frater Polycarpe, quia & Sacerdotii rectum tramitem tenes, & scientia Dei repletus es, pergas simul ad confortandas credentium mentes, & animos dubios ædificandos. At ille his auditis quievit, & blandum Papæ imperium æquanimiter tulit. Venit itaque dies Dominica, in qua Cajus Episcopus agens quæ Dei sunt, intra domum Chromatij, hac omnes alloquitur voce: Dominus noster Jesus Christus, præscius fragilitatis humanæ, duos in se credentibus constituit gradus, confessionis scilicet & martyrii, ut hi, qui martyrii pondus se posse perferre desperant, confessionis gratiam teneant; & dantes latus bellantibus, Christi militum, qui pro ejus sunt nomine pugnaturi, solicitudinem gerant. Pergant itaque qui volunt una cum filiis nostris Chromatio & Tiburtio, & mecum qui voluerint in hac urbe maneant. Non enim nos terrarum spatia dividunt, quos Christi caritas nectit; nec absentiam vestram sentient oculi nostri, quia de interioris hominis vos intuemur adspectu. Hæc & his similia dicente Papa Cajo, exclamavit Tiburtius vir clarissimus, dicens: Obsecro te, Pater & Episcoporum Episcope, ne me patiaris terga persequentibus dare. Mihi enim valde jucundum est & optabile, si possem millies pro vero Deo occidi; tantum ut illius vitæ dignitatem inveniam, quam nullus mihi successor eripiat, cui nulla tempora finem imponant. Tunc S. Cajus congaudens fidei ejus, lacrymas effundebat, orans ut omnes qui remansérant, certamine victores efficerentur, triumphum martyrii capientes.

suadet tluribus discessum ad Littus Campaniæ:

ob fidem & & zelum S. Tiburtii præ gaudio lacrymatur:

B

4 Remansérant autem cum venerabili Cajo Papa hi, Marcellinus & Marcus, simul quoque & pater eorum vir clarissimus Tranquillinus, item B. Sebastianus & pulcherrimus juvenis sed & mente pulchrior S. Tiburtius, & Nicostratus ex Primiscrinio, cum fratre suo Castorio & cum conjuge sua, Zoë nomine; item Claudius, cum Victorino fratre suo & cum filio suo Symphoriano, qui fuerat à morbo hydropis liberatus. Hi tantum, universis cum Chromatio proficiscentibus, cum Cajo Episcopo remanserunt. Marcum & Marcellinum Diaconii honore sanctificavit; Tranquillinum vero patrem eorum fecit Presbyterum; S. Sebastianum autem, qui ad multorum profectum sub specie militiæ latebat, Defensorem Ecclesiæ instituit; ceteros vero Subdiaconos fecit. Sed quia tutus nullus inveniri poterat locus ad latebram confovendam .... erant omnes hi morantes cum sancto Papa Cajo apud Castulum Zetarium in ipsis superioribus palatij, & die noctuque gemitibus ac fletibus & jejuniis atque orationibus occupati, exorabant Dominum, ut digni haberentur tolerantia confessionis ejus in numero Sanctorum Martyrum sociari. Ascendebant autem ad eos occulte religiosi viri & religiosæ feminæ, & à Sanctis diversas sibi sanitatum gratias impetrabant. Corroboratos namque veræ fidei firmitate, & solidatos fundamento virtutum, sanitatum gratia prosequebatur. Nam & cæcorum oculi illuminabantur eorum precibus, & sanabantur infirmi, & ex obsessis corporibus dæmones pellebantur. *Ita S. Tiburtius juvenem ex lapsu exanimem sanavit, eumque & parentes convertit.* Tunc apprehendens manus eorum, segregavit eos à turbis, & indicavit eis virtutem nominis Christi. Et videns animum eorum fixum fortiter in timore Domini, perduxit eos ad Papam Cajum, & dixit: Venerabilis Papa ac divinæ legis Antistes, eccequos per me hodie lucratus est Christus, in quibus fides mea, velut arbuscula novella, primum prorupit in fructum. Tunc S. Cajus Episcopus baptizavit eos, hoc est, invenem cũ parentibus suis, Deo gratias referentes.

remànet in Vrbe cum aliis XII.

C

cum iis insistitpiis operibus,

& miraculis patrandis,

juvenem exanimem à S. Tiburtio sanatum baptizat

5 *Hactenus Acta S. Sebastiani, in quibus hujus & aliorum martyrium deinde describitur absque mentione S. Caji. Annus indicatur persecutionis facta* CCLXXXVI, Consulibus Maximo & Aquilino *supra indicatis, ut videantur illo anno aut initio sequentis omnes occisi, quorum memoria extat in Martyrologio Romano. Reliqua explicantur ad Acta S. Sebastiani. Vnus ex* XII *Martyribus fuit S. Castulus, qui colitur* XXVI *Martij, è cujus Actis martyrij, ibidem ex vetusto codice editis, hæc describimus:* Fiducialiter & constanter ipse præcipuus Christi Martyr Castulus Dominum atque Salvatorem prædicans, multos quos diabolus sua fraude decipiens absorbuerat, & idolorum culturæ deditos ac mancipatos tenebat, ab ejus venenoso ore abstrahens, ad verum Christianitatis lumen perduxit. Quos occulte B. Castulus deferens in domum suam, B. Cajo Papæ, qui ibidem cum ceteris Sanctis latitabat, præsentans offerebat, dicens: Ecce, venerande Pater, suscipe quos Dominus ac Redemptor noster per me exiguum famulum tuum lucratus est. Ipse vero venerabilis Papa cum magno eos susciplens gaudio, protinus singulorum nominibus acceptis, omnes baptizans, numero Sanctorum sociabat. *Discesserat S. Polycarpus Presbyter cum aliis Christianis ad littus Campanum, qui antea quam plurimos baptizarat, uti ad ejus Vitam* XXIII *Februarii legi potest.*

D

item alios à S. Castulo conversos.

E

CAPUT II.

Gesta circa S. Susannam neptem & alios Martyres.

In cryptis latitat:

6 *Interim magna Dei providẽtia è domo S. Castuli & superiore parte palatij, dum hæc persecutio ferveret, ab aliis Christianis abductus est,* S. *Cajus & sic fugit* persecutionem Diocletiani, & in cryptis habitans Confessor quievit, *ut supra ex priore Catalogo Pontificum indicavimus. Quæ autem in illa quiete peregit, ut plurimum latent, quod ejus glorioſa facinora non repererimus ab ullo digesta, eaque debeamus ex aliorum Sanctorum Actis colligere. Ex his possunt censeri Acta antiqua S. Susannæ Virginis & Martyris, neptis S. Caji Pontificis ex fratre Gabinio itidem Martyre. Pars præcipua horum Actorum ex tribus veteribus MSS. & Mombritio à nobis edita est* XVIII *Februarii, ad natalem* SS. *Maximi Comitis rei privatæ, Claudii ejus fratris, Præpeignæ hujus uxoris, & Alexandri atque Cutiæ filiorum: ex quibus hæc ad* S. *Cajum spectantia decerpimus.*

est ex genere Diocletiani Imp.

7 Presbyter Gabinius de urbe Roma, frater uterinus Caji Episcopi urbis Romæ, frequens tractabat cum Caio germano suo: qui nobili ortus progenie famatissime cognoscebatur, eo quod esset de genere Diocletiani Augusti: nam & Cajus ita vulgabatur... Ad Gabinium à Diocletiano missus Claudius dixit: Sancte frater, numquid tu filius non es Maximini, cujus & Cajus, Episcopus vester, frater famatissimi Senatoris & Consulis, patrui nostri, & consobrini Dominorum nostrorum Augustorum? .... Diocletianus Augustus præcepit, ut filia tua, in conjunctionem filio ejus tradenda, Maximiano Augusto copuletur. Tunc veniens Gabinius ad filiam suam Susannam, dixit ei: Desidero te ad sanctum Patrem & germanum nostrum, zium tuum, Cajum Episcopum duci, ut quod in te contulit Spiritus sanctus, non evacuetur. Eodem tempore rogavit ad se venire S. Cajum Episcopum, & narravit primo ei omnia quæ gesta fuerant, & intrantes in domum dixerunt puellæ cum lacrymis: Diocletianus Augustus direxit ad nos Claudium consobrinum nostrum, qui veniens ad nos, te carissimam filiam filio suo Maximiano in conjugium petere declaravit. Respondit Susanna ad patrem suum & dixit: Ubi sapientia tua excluſa est, ut non scires me esse Christianam, sicut & vos Doctores? ... Respondit Gabinius Presbyter: Ergo, filia,

F

evocatus à S. Gabinio fratre,

filia, conſtans eſto in fide, quam tenes. Reſpondit Cajus Epiſcopus & dixit: Et nos mereamur fructum oblationis offerre Domino Jeſu Chriſto de conſtantia tua: quia ſcio pietatem ejus in omnes homines eſſe, & miſericordem Dominum Jeſum Chriſtum. Reſpondit Suſanna ad Cajum Epiſcopum, Zium ſuum; & ad patrem ſuum, Gabinium Presbyterum; & dixit eis: Domini mei ego ſcio, quia de ore tuo hoc ſum erudita, ut caſtitatem ſtuderem ſemper ſervare, & pudicitiam Domino Jeſu Chriſto exhiberem..... Cajus Epiſcopus dixit: Ergo ſi jam ſemel tradita es Deo cuſtodi præcepta ejus, quia ſic dignatus eſt nobis ſervis ſuis per Evangelicam doctrinam declarare veſtigium, ut cum ſtabitis ante Principes & Præſides, non [velitis] præmeditari qualiter reſpondeatis quia dabitur vobis in illa hora quid dicatis: quia non vos loquimini, ſed Spiritus ſanctus, qui loquitur pro vobis. Reſpondit Suſanna cum lacrymis & dixit: Sic ſpero in Dominum Jeſum Chriſtum, quia orationibus veſtris templum Dei efficiar.

A
S. Suſannam confortat in fide & caſtitate.

Mat. 10, 19

8 Poſt tres dies venit Claudius & dixit: Cognovit ſanctitas veſtra pro quo gaudio venerim ad vos. Reſpondit Cajus Epiſcopus & dixit ad eam: Si cauſæ aliæ ſunt, tamen pro genealogia communi & genere noſtræ conjunctionis, nos meremur præſentari cognationi. Claudius dixit: Ergo modo cognoſcat Sanctitas veſtra, quia Dominus noſter Diocletianus Auguſtus amicitiam veſtræ cognationis & affectum deſiderat amplecti ... Tunc vocata eſt puella Suſanna in conſpectu Claudii & Gabinii Presbyteri & Caii Epiſcopi.... Tunc Claudius videns Suſannam, cum lacrymis amplecti eam voluit & oſculari. Reſpondit Suſanna. Noli contaminare os meum, quia Dominus meus Jeſus Chriſtus novit, quia numquam os ancillæ tuæ tetigit vir:.... Non tantum ego recuſo oſculum tuum, ſed recuſabo, quia de ſacrificiis idolorum pollutum eſt os tuum... Pœnitentiam agas & baptizeris in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Claudius dixit ad Cajum Epiſcopum: Ergo purificate me, ſi melius eſt homo mundus, qui credit in Chriſto, quam in deos, quos colui & ſacrificia obtuli, quibus & Principes noſtri humiliantur. Cajus Epiſcopus reſpondens dixit ad Claudium: Frater Claudi audi me. Bonum eſt quod te commoneo: hoc autẽ eſt quod agere veniſti. Dominus te redimere vult per puellæ petitionem, ut ſalvum ſit genus noſtrum: quia ipſe Dominus dignatus eſt in Euangelio dicere: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Nullum onus peccatorum pejus eſt, quam ut idolis coinquinetur homo, quem Dominus Deus fecit: pro quo dignatus eſt ad terram deſcendere, & naſci per Virginem, & humiliari & mori propter hominem; quem reſurgendo ipſe Dominus de inferno relevare dignatus eſt, qui tenebatur vinculis peccatorum, hoc eſt, idolis ſervientium; & ut erectus ad cælorum terminum perduceretur. Claudius autem cum gaudio ſuſcipiens, dixit ad Cajum Epiſcopum: Vir reverentiſſime, omnia faciam, quæ nobis prædicatis: tantum ut petitio Diocletiani Auguſti non tardetur. Cajus Epiſcopus dixit: Tu frater, prius fac petitionem noſtram, & omnia conceduntur tibi bene precanti.... Vtere conſilio meo & eſto fidelis Deo, & age pœnitentiam de ſanguine Sanctorum, quem effudiſti; & baptiſmum percipe, & omnia miniſtrabuntur tibi: quia Dominus noſter ſic dignatus eſt nos admonere, dicens: Cum ſtabitis ante Præſides & Reges, ego dabo vobis os & ſapientiam, cui non poſſunt reſiſtere omnes adverſarii veſtri Claudius dixit: Et dum baptiſmum percepero, delebuntur omnia facinora cordis mei? Reſpondit Cajus & dixit: Omnia lavabuntur facinora, tantum tu fideliter crede. Eadem vero hora

S. *Claudiũ excipit:*

B

& à Suſanna ad oſculum nõ admiſſum,

inſtruit:

Mat. 11, 28

C
hortatur ad deteſtandã idololatriã:

& pœnitentiam agendam,

Luc. 21, 15

mittens ſe Suſanna ad pedes Caji Epiſcopi, dixit ei: Domine per Chriſtum te conjuro, ne tardes eum baptizare, ſed redime eum. Dicit ei Cajus Epiſcopus: Inquiſitionem quæramus, ſi ex toto corde credere feſtinat. Claudius dixit: In veſtra pollicitatione credo, ſi omnia mihi laxantur delicta. Cajus Epiſcopus dixit: In nomine Jeſu Chriſti & Dei omnipotentis omnia tibi relaxantur peccata. Eodem die projecit ſe in terram ante pedes Caji Epiſcopi, & iactans ſe & aſpergens pulverem terræ in caput ſuum, ſic ajebat dicens: Domine Deus, lumen æternum, ignoſce mihi omnia, quæ in Sanctis tuis geſſi, quia neſciens feci: & idola, quibus ſacrificia obtuli miſer, inanis & vacuus, reſpuo. Reple me gratia tua, ut ſciant omnes filii mei, vel uxor mea, quia tu ſalvas omnes ſperantes in te. Tunc fecit eum catechumenum, & dedit ei medicinam, & dimiſit eum.

EX MSS.
D
eum ſpe remiſſionis peccatorum paratum ad omnia,

catechumenum facit:

9 Claudius autem veniens ad domum ſuam, narravit omnia uxori ſuæ. Tunc uxor ejus Præpedigna venit ad domum Gabinii Presbyteri, & introivit ſola ad Cajum Epiſcopum. Videns eam Cajus Epiſcopus gratias egit Deo. Quæ miſit ſe ad pedes B. Caji Epiſcopi, & tenuit pedes ejus, & oſculabatur cum lacrymis, dicens: Salva famulum tuum, & me, & filios meos. Audiens hoc Suſanna, exiens de cubiculo, amplectitur Præpedignam cum gaudio. Subſecutus noctu & ipſe Claudius, cum duobus filiis venit ad domum Gabinii Presbyteri, & miſit ſe ad pedes ejus, dicens: Per Dominum Jeſum Chriſtum te conjuro, ne me tardes una cum uxore & filiis meis baptizare. Tunc fecit uxorem ejus & filios ejus Alexandrum & Cutiam catechumenos, & baptizavit Claudium.... Eadem hora B. Cajus Epiſcopus linivit eum chriſmate, & baptizavit uxorem ejus Præpedignam & filios ejus Alexandrum & Cutiam, quos tamen Gabinius Presbyter de baptiſmo ſuſcepit.. Tunc obtulit pro illis ſacrificium in eadem domo, & conſecravit Corpus & Sanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & lac, & mel, & fontem, & participavit cum omnibus myſterium Domini...

uti & uxorem & filios:

E
baptizatos confirmat,

eisq; tradit ſacram Eucharistiã;

10 Claudius & frater ejus nomine Maximus, Comes rei privatæ venerunt ad Arcus portæ Salariæ juxta palatium Saluſtii, ubi manebat Gabinius Presbyter... Et dum diu præ gaudio flerent, nuntiatum eſt S. Cajo Epiſcopo, quia habitaculum eccleſiæ ſuæ, quam ipſe fecerat, juxta palatium Saluſtii erat: eo quod ibi maneret. Et cito veniens ad Gabinium Presbyterum, ſperabat quod ad palmam martyrii ad eum ventum fuiſſet, & ideo concitus venit. Qui vero tanta ambitione ingreſſus eſt, ut in ingreſſu ejus omnes caderent in pavimento. Quibus dixit B. Cajus: Animo conſtantes eſtote in nomine Domini. Eadem hora dedit orationem dicens: Oremus Domine Deus, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui omnibus ad ſalutem & vitam æternam miſiſti Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ut nos erueres à tenebris mundi; dona his ſervis tuis conſtantiam fidei, quia Tu regnas in ſecula ſeculorum. Et reſponderunt omnes uno animo, Amen. Et ſedentes audiebant verba à Cajo Epiſcopo. Suſanna vero numquam voluit cum eis ſedere ſed ſtans orabat. Tunc Cajus Epiſcopus dixit: Gratias ago Deo meo, Frater Maxime, quia dignatus es nos viſitare... Puella hæc iam Chriſtum accepit conjugem à Deo Patre omnipotente. Reſpondit Maximus & dixit: Quidquid à Deo datur, ſempiternum eſt. Cajus Epiſcopus dixit: Ergo accipe & tu ſempiternam vitam.... Nos te commonemus, ut credas Dominum Jeſum Chriſtum, Deũ, Dei Filium ſempiternum. Quia ſublimitas hæc quam videmus, temporalis eſſe cognoſcitur: illa autem, quã nos prædicamus, ſempiterna, innoxia detinetur & amabilis:.. Noſti, frater, omnia quæ dereliquimus, quæ

F
evocatus ſpe martyrii accurrit

orat:

alloquitur S Maximum:

AUCTORE G. H. quæ vobis diximus, quanta vobis commiſimus & nihil ſperavimus, quam Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem vivimus & gloriamur ... Tunc *hortatur ad fidem ſuſcipiendã,* indixit Maximo jejunium, & præcepit ut ambularet in domum ſuam. Veniens autem ad domum ſuam Maximus, tantum cupiditate amoris Caji Epiſcopi & Gabinii Presbyteri detinebatur, ut morte præpoſita Dominum confiteretur ...

11 Poſt quintam diem veniens mundus, miſit ſe ad pedes Caji Epiſcopi, dicens: Adjuro te, Domine *petenti baptiſmum indicit jejunium:* mi, per ipſum per quem illuminaſti fratrem noſtrum Claudium, ne me tardes illuminare, quia ſenſi compunctionem in corde meo Domini noſtri Ieſu Chriſti, quem tu prædicas, à die quo mihi dignatus es ſermonem ædificationis donare. Dicit ei Cajus Epiſcopus: Ergo inclina cor tuum in invocationem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Reſpondit Maximus & dixit: Ego miſer infelix oro ſanctimoniam veſtram, ut ſalvetis animam meam, & eruatis me de profundo idolorum tenebrarum, & ad veram lucem perducere dignemini. Cajus Epiſcopus dixit, Audi me frater, ſi ex toto corde credis, & abrenuntias pompis angeli ſatanæ. Reſpondit Maximus: Ego ſemel abrenuntiavi, quia veſtro exemplo vivere volo. Tunc catechizavit eum Gabinius Presbyter, & omnia ſacra- B *& Chriſtiana ei Sacramenta confert.* menta manifeſtavit ei. Et S. Cajus Epiſcopus fecit ſecundum conſuetudinem, ut moris eſt, & baptizavit eum: & levato de pelve linivit eum chriſmatis ſacramento, & obtulit pro eo oblationem Domino, & participati ſunt omnes, & cœperunt omnes ab eodem die ſimul habitare cum gaudio & hymnis.

12 Maximus autem omni nocte venumdabat facultatem ſuam, per quemdam amicum ſuum Thra- *S. Thraſonem olim baptizarat:* ſonem Chriſtianiſſimum togatum, qui occulte aſſidebat publico, habens in corde ſuo cum reverentia religionem Chriſtianam: quem ante multos annos Cajus Epiſcopus baptizaverat: qui magis geſta ſanctorum Martyrum colligens ornabat, & omnia no- *accuſatur apud Dioclet ianum quod Maximum Chriſtianum feciſſet:* cturnis temporibus pauperibus Chriſtianis erogabat, circumiens per vicos & carceres & cuſtodias... Poſt quindecim dies Arſicius, adjutor Comitis rei privatæ, Diocletiano Auguſto quaſi ad gloriam dixit... Maximus facultates ſuas tranſigendo venumdat; nam & Chriſtianus eſſe cognoſcitur factus à Cajo & Gabinio... Tunc Diocletianus Auguſtus juſſit Julio, pagano crudeli, ut ipſe milites dirigeret & tenerent omnes, & tantũ Cajum Epiſcopum non tenerent... juſſit incendio concremari, Claudium, Præpedignam, Alexandrum & Cuthiam ac Maximum & in rheuma jactari. Gabinium vero Presbyterum & Suſannam C fecit in cuſtodiæ vinculo mancipari... Veniens autem Suſanna cum duabus mulieribus in domum ſuã introivit... Tunc juſſit Diocletianus Auguſtus, ut ibi intra domum ſuam, juxta domum Caji Epiſcopi, *poſt necem S. Suſannæ in ejus ædi. bus celebrat ſacra:* gladio puniretur: quæ percuſſa intra domum ſuam reddidit ſpiritum... Ab eodem die cœpit B. Cajus Epiſcopus in eadem domo introire, ubi gladio fuerat percuſſa, & ſacrificium Domino Deo ſuo offerre pro commemoratione B. Suſannæ populo, quia domus B. Gabinii Presbyteri jungebatur domui B. Caji Epiſcopi. Ab eodem tempore jam tale erat ſignum Chriſtianis: Statio deputata eſt in duas domos, quod eſt uſque in hodiernum diem. Factum eſt autem hoc Romæ in regione ſexta, juxta vicum Mamurii, ante forum Saluſtii.

13 *Hactenus excerpta ex Actis S. Suſannæ & aliorum Martyrum, quæ fere omnia dedimus* XVIII *Februarii cum ſua explicatione. Auctorem exceptis ultimis lineis cenſemus coævum & teſtem oculatum, ipſum forſan* Thraſonem, *qui* geſta Martyrum colligens ornabat, *& poſtmodum etiam Martyr effectus colitur* XI *Decemb. In hiſce Actis dicitur* Serena uxor Diocletiani, occulte Chriſtiana, nocte corpus S. Suſannæ Martyris collegiſſe, & ſanguinẽ cũ ſuo velamine deterſiſſe, & poſuiſſe in capſam argenteam in palatio ſuo. *An hæc à S. Cajo inſtructa & baptizata fuerit, quod tempori & nobilitati conſonum videtur, inquiri poterit ad diem ejus natalem* XVI *Auguſti.* D *an etiam baptizarit S. Serenam?*

CAPUT III.
Cultus ſacer S. Caji. Reliquiæ.

14 DE S. *Gabinio Presbytero fratre* S. *Caji, dein Martyre, egimus cum Martyrologio Romano ad diem* XIX *Februarij. Interim utriuſque martyrium ita conjungitur in genuino Martyrologio Bedæ ad hunc* XXII *Aprilis*: Romæ depoſitio S. Caji Papæ, qui cum Eccleſiam duodecim annos, menſes quatuor, dies duodecim rexiſſet, martyrio coronatur Sub Diocletiano Principe cum Gabinio fratre, *ſcilicet in eadem Diocletiani perſecutione occiſo, ſed* XI Kalendas Martii, *uti additur apud Notkerum: qui Notkerus cum Vſuardo, Adone aliisque idem fere elogium habet. Sed tam hi quam ille perperam ſolũ* undecim annos *cum Anaſtaſio Bibliothecario tribuunt Pontificatui Caij; quos* duodecim *fuiſſe ſupra probavimus. Ejusdem* S. *Caji depoſitio recolitur in antiquo Martyrologio* S. *Hieronymi, & paſſim aliis. Pridie ſeu* XXI. *Aprilis nominatur* S. *Cajus à Wandelberto & in nonnullis MSS. At cum* S. *Gabinio fratre refertur ad diem* XIX *Februarij in MS. Martyrologio Trevirenſi S. Martini.* XX *Februarij in Martyrologio* S. *Hieronymi*: Romæ *iterum iſta leguntur* via Appia, in cœmeterio S. Calliſti, depoſitio Gaji Epiſcopi: *quem etiam ad dictum diem habent Rabanus, & Notkerus cum variis* MSS. *& forte hæc eſt corporis in meliorem vel aptiorem locum repoſitio. Denique Martyrologium MS. Divionenſe, in adjunctis ad Martyrologium Bedæ ante Tomum* I *Martii, memoriam ejusdem recolit* XXIII *Maji his verbis.* S. Gaii Papæ & aliorum ducentorum quinquaginta Romæ. *Sed de his nihil potuimus invenire.* *colitur 22 Aprilis,* 21 *Aprilis,* E 19 *& 20 Februarii* 23 *Maji.*

15 S. *Caij Papæ & Martyris Acta à Cæſare Becillo Vrbinate, Presbytero Congregationis de Vrbe, notis explicata excuſa ſunt Romæ anno* MDCXXVIII, *ex typographia Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ in quibus ille auctor narrat: ſacrum* S. *Caij corpus in dicto* S. *Calliſti cœmeterio, anno Chriſti* MDCXXII *die* XXI *Aprilis, repertum fuiſſe; inſculptum autem ſepulcro erat nomen, hoc modo:* CAIO, cum duobus PP. in lateritio lapide, in faciem ſepulcri mutato, cum palma, & ſigno conſueto apud Chriſti fideles, inciſis, cum lamina plumbea, ſepulcri lapides connectente. Reperti cum corpore S. Caji, annulus illius, & inter oſſa quidam nummi ærei Diocletiani. *Paulus Aringhus lib.* 3. *Romæ ſubterraneæ cap.* 11. *addit*: Superioribus annis ab Vrbano VIII perantiqua ejusdem S. Caji eccleſia, eodem plane loco eſt reſtituta, ubi domum ejusdem olim Diocletiani temporibus extitiſſe traditur, haud longe ab eccleſia B. Suſannæ Virginis: ibidemque ſanctiſſimi Pontificis ac Martyris corpus, religioſo adſervandum cultu repoſitum eſt, cum hoc inſcripto titulo: Vrbanus VIII Pont. Max. domum in Vrbe S. Caji Papæ & Mart. in eccleſiam conſecratam ac erectam, ſacraque ſtatione celebrem, vetuſtate collapſam, à fundamentis excitavit illatiſque ejusdem S. Caji reliquiis, titulum ac ſtationem reſtituit anno Sal. MDCXXXI, Pontificatus IX. S. *Caii Corpus inventum an.* 1622 F *eccleſia reparata an.* 1631.

16 *Eadem in Breviario Romano dicti, Vrbani auctoritate recognito, paucis attinguntur, & dicitur* Eccleſia reliquiis decorata: *quia iam citatus Becillus ait, corpus* S. *Caji cum aliis reliquiis, à Gregorio* XV *donatum fuiſſe Alphonſo Gonzagæ Rhodiorum Archiepiſcopo, & chartam donationis* XXXI *Iulij anno* MDCXXII *à Ioanne Ferrino Cameræ Apoſtolicæ Notario confectam ſe vidiſſe, & corpus Novelariam in Galliam Ciſalpinam delatum fuiſſe: lateritium vero lapidem, in quo Caji Papæ nomen inſculptum eſt apud Iacobum Creſcentium,* S. *Equitij apud Nurſiam Abbatem adſervari: duos autem ex nummis ereis Diocletiani, qui* *Corpus Novelariam delatum.*

A *alibi reliquiæ,* *qui in ſepulcro una cum corpore S. Caji reperti fuere, extare apud ſuos in Congregatione Oratorii cum nonnullis particulis reliquiarum. Vtinam Novelaria nobis aliquis curet mittere hiſtoriam & documenta Tranſlationis à Becillo indicatæ, ut ſaltem Supplemento operis poſt faciendo inſerantur. Dicuntur etiam Reliquiæ aliquæ S. Caji eſſe Bononiæ, Bambergæ in monaſterio Bavariæ Andecenſi, & alibi. Sed non temere credimus eſſe S. Caji Papæ Romani; quia quamplurimi fuerunt Martyres, Caji nomine appellati, quorum quidam etiam Romæ & Bononiæ paſſi ſunt. Tamajus Salazar Sanctis Hiſpaniæ annumerat* SS. *Gabinium & Cajum, quaſi eſſent nati matre Serena, filia Philippi Imperatoris, origine Hiſpana. De qua re actum* XIX *Februarii ad Vitam S. Gabinii. Georgius Cardoſus in Hagiologio Luſitano aſſerit anniverſaria ſolennitate celebrari feſtum ejus* in monaſterio S. Claræ de Pinhel na Beira: *quod iſtic adſervetur corpus ejus, à Paulo* V *Papa donatum nobili viro Luſitano, nomine Hectori da Sella Falcao, atque ab eo in dicto conventu depoſitum. Quæ arbitramur de aliquo* Cajo Martyre *intelligenda eſſe.* D *alterius Caji Mart. corpus in Luſitania.*

DE S. DANIELE MARTYRE,

Laude-Pompeia in Italia.

G. H.

XXII APR. LAus Pompeia, *vulgo* Lodi, *urbs antiqua eſt, & Sede Epiſcopali exornata, media inter Placentiam & Mediolanum, ad cujus Ducatum attinet. Ferdinandus Vghellus tomo* 4 *Italiæ Sacræ ejus Epiſcopos recenſet, ubi in Præfatione iſta habet:* S. Baſſianum Epiſcopum pro Tutelari Divo veneratur, SS. Julianum, Titianum, Albertumque Præſules, Martyrem vero Danielem, & Gualterum Confeſſorem, cum aliis Beatorum nomine habitis, honorat. *S. Baſſiani Acta dedimus* XIX *Ianuarii, de aliis ſuo tempore acturi. Philippus Ferrarius in Topographia ad Martyrologium tradit,* S. Danielem Martyrem coli ad diem X Aprilis. *Verum idem, in Catalogo generali,* S. Danielem Martyrem Laude-Pompeia *refert ad hunc* XXII Aprilis: *addatque ſe* legiſſe ipſius Acta MSS. Laude, ſed brevia: *ex quibus, in Catalogo Sanctorum Italiæ, hoc compendium contexuit.*

Cultus ſacer,

B

10 & 22 *Aprilis,*

* *an* Conſtantino,

cædes,

2 Daniel ſub * Carolo Magno egregius miles, quo tempore Pius Imperator Paganos & infideles inſequebatur, illos è Chriſtianorum finibus expellens, apud Laudem-Pompeiam in Vico Caſſino, qui nunc Rocca-bruna appellatur, prælio cum hoſtibus fidei conſerto, cum multi ex utraque parte corruerent, & ipſe lapide percuſſus pro Chriſto Martyr occubuit. Cujus corpus cum ignotum diu iacuiſſet, à Carolo Magno miraculo quodam inventum, mirum ſuavemque odorem emittens, ibidem ſacra æde ei extructa, ſepelitur. Cum vero locus habitatoribus deſertus fuiſſet, corpuſque Martyris aliquamdiu latuiſſet, novo miraculo detectum, Laudem-novam in baſilicam S. Baſſiani tranſlatum eſt, ibique honorifice conditum. *Huc uſque Acta, ad quæ idem Ferrarius iſta annotat.* Quod de Paganis hic dicitur parum veriſimile eſt: neque enim idololatræ Carolo Magno Imperatore in Italia, in his præſertim regionibus erant; niſi nomine Paganorum hæretici (ut aliquando in Hiſtoriis Sanctorum animadvertimus) intelligantur. *Hactenus Ferrarius: ex quibus omnibus indicamus, certum nobis videri* S. Danielem *ibidem* Martyrem coli, *ciuſque* corpus in Baſilica S. Baſſiani aſſervari: *quod etiam ex ruderibus antiquæ urbis erutum cum certis ſignis potuit agnoſci: imo & ibidem oratorium eidem extructum fuiſſe, tempore Caroli Magni, cum* corpus ignotum diu latuiſſet, *ut ſupra dictum: & ſic forſan ſub Conſtantino Magno à Paganis lapidibus obrutus fuiſſe videretur poſſe dici. Sed hæc viris eruditis apud Laudenſes exercitationis ſolum cauſa proponimus: libenter ab iis clariorem lucem accepturi.*

oratorium:

E

corpus.

DE S. HONOFRIA VIRGINE,

Martyre Romana, Antuerpiæ in Belgio.

G. H.

XXII APR. NIcolaus Lancicius è Societate Ieſu, *vir eximia doctrina illuſtris, atque cum opinione ſanctitatis mortuus, familiarem, dum viveret, cum Ioanne Bollando, operis hujus de Actis Sanctorum auctore primario, coluit amicitiam, eique omnia ſua opera typis imprimenda credidit, quæ hic duobus ſimul tomis curavit excudi, uti latius explicuimus in tractatu præliminari ad tomum primum Actorum menſis Martii de Vita, operibus & virtutibus dicti Bollandi. Ibidem cap.* 5, *deinde cap.* 20 *indicavimus, eumdem P. Bollandum, dono memorati Lancicii, obtinuiſſe ſacrum corpus ſanctæ Virginis Martyriſque Honofriæ, de qua hic agimus. Extat impreſſa Vilnæ relatio de ſupplicatione inſtituta cum eo allata eſſent multa Sanctorum corpora, quæ cum hoc Roma attulerat iam memoratus Lancicius; atque inter alia ibidem ſervatum eſt caput hujus Sanctæ: cujus reliquum corpus quomodo Antuerpiam cum aliis Sanctorum corporibus delatum fuerit, patet ex Gaſparis Nemii, tunc Antuerpienſis Epiſcopi, inde poſtea ad Sedem Archiepiſcopalem Cameracenſem promoti, diplomate hic inſerendo, quo una facultas data eſt exponendi dictas Reliquias in eccleſia Domus-Profeſſæ Antuerpienſis Societatis Ieſu: de cujus eccleſiæ ſplendore & variis in eam illatis reliquiis egimus* III *Februarii, ad Acta tranſlationis S. Fortunati Martyris Romani.*

Ioannes Bollandus à Nicolao Lancicio obtinuit corpus S. Honofriæ,

C

capite Vilnæ ſervato.

Tranſlationis & venerationis Bullæ ab Epiſcopo Antuerpienſi conceſſa.

2 *Cum ergo veneration hujus S. Honofriæ aſſignata eſſet* Dominica Iubilate, *ſive tertia poſt Paſcha, quæ anno* 21 *Aprilis* MDCXLVI, *incidit in hunc* XXII *Aprilis, pridie hujus diei ſacrum hoc corpus, in capſula eleganti, è Sodalitatis inferioris oratorio deportatum eſt ad templum, per aream interpoſitam, inſtituta hoc modo ſupplicatione. Præibant cum facibus ardentibus Fratres Coadjutores chlamydati, deinde Sacerdotes omnes linteati & ſtolis inſigniti: quatuor habitu Diaconorum (è quorum numero unus fuit memoratus Bollandus) feretrum portabant: latera cingebant duodecim adoleſcentes habitu Angelico. Pone ſequebatur R. P. Conradus de Gaure Præpoſitus, & duo alii Sacerdotes pluvialibus induti. Interim per templi feneſtras ſonantibus tubis, tibiis, aliiſque muſicis inſtrumentis Sancta honorabatur. In medio templo erectum erat pegma, in quo capſa depoſita. Cantatum* Te Deum laudamus, *cum verſiculo & oratione de Sancta, & in ejus honorem habita brevis concio à P. Henrico van Olmen, tunc eccleſiæ noſtræ Oratore, qui poſtmodum Miſſionarius in urbe Bredana, ibidem inter heterodoxos, cum peſtilentiæ lues graſſaretur, publice expoſitus, in obſequio eximiæ caritatis erga Catholicos, vitam finivit, ipſis etiam Acatholicis multos poſt annos laudatiſſimam.*

Corpus è loco Sodalitatis in eccleſiam delatum,

F

3 *Poſtridie capſa cum corpore S. Honofriæ expoſita fuit in ſummo altari, cantatumque de ea eſt ſolenne Sacrum, uti & privata Sacra omnia cum Officio Eccleſiaſtico de eadem ſunt recitata. A prandio poſt duplicem concionem, iterum de eadem Sancta habitam, concentu vario & Oratione ſolita concluſa ſolennitas fuit. Acceſſit deinde corpus* S. Ruſinæ Virginis & Martyris, *cujus ſolennitas celebratur prima Dominica Septembris. Vtrumque autem depoſitum, egregia Domicellarum Hout-appellarum munificentia, argenteis duobus magni ponderis & artis ferculis incluſum, ſolennioribus feſtis exornat altare Mariani ſacelli, quod ab eiſdem memorabili ad poſteros liberalitate fundatum, & exoticis totum conveſtitum marmoribus, inter auguſtiora &*

22 *Aprilis in altari exponitur*

& argentea capæ includuntur.

A *viſu digniora Belgii ſacraria numeratur. Hic ergo ſubjungimus diploma ante citatum.*

4 GASPAR Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Antuerpienſis. Quoniam qui Sanctis deferuntur honores, in Dei Opt. Max. gloriam, atque univerſæ Eccleſiæ redundant utilitatem; propterea quæ ad eorumdem Sanctorum cultum amplificandum faciunt, ſingulari ſtudio nobis eſſe promovenda exiſtimamus. Cum igitur Reverendi Patres Societatis Ieſu, ad ſe corpora aliquot Sanctorum, Roma annis ſuperioribus in Poloniam deportata, inde huc tranſmiſſa afferentes, cuperent (ut publicæ Fidelium veneration exponi poſſent) ea noſtra auctoritate examinari ac probari; eorum piis poſtulatis benigne annuentes, ad Domum Profeſſam ejuſdem Societatis Antuerpiæ, xx die Iulii anni MDCXXXVI convenimus. Hic primum coram aliquot venerabilibus Collegij noſtri Cathedralis Canonicis, atque dictæ Societatis Patribus, legimus Patentes litteras Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi D. Abrahami Woyvæ, Epiſcopi Vilnenſis, datas Vilnæ xxi Septemb. anno MDCXXXV, quibus fidem facit, ſe varia inſtrumẽta publica & authentica, Romæ & alibi rite ac legitime facta, omniq; carentia ſuſpicione, vidiſſe; ex quibus agnoverit multas Sanctorum Martyrum, & Sanctarum Virginum ac Martyrum Reliquias à R. P. Nicolao Lancicio, provinciæ Lithuaniæ Societatis Jesu tunc Præpoſito, advectas ex Italia, eſſe veras ac legitimas Sanctorũ Reliquias, rite ac legitime acquiſitas, ideoque pro talibus per Poloniæ ampliſſimum regnum; in variis Epiſcopatibus, ab Ordinariis locorum, atque à ſe tandem, ad publicum & in Sancta Romana Eccleſia uſitatum cultum, eſſe receptas, & honorifice proceſſionaliter à ſeculari ac regulari Clero portatas, & in variis eccleſiis depoſitas: & quoniam aliæ ſimiles Reliquiæ eodem modo acquiſitæ & advectæ, ad propagandum Dei in Sanctis ſuis honorem, ad alias quoque provincias ab eodem R.P. Nicolao Lancicio miſſæ eſſent, ad quas originalia inſtrumenta ad earũ certitudinem mitti non poſſent; ideo ut illis quoque Reliquijs debita, ut par eſt, fides haberetur, & publicus cultus deferretur, id ſe teſtimonium dediſſe, ſigillo ſuo munitum ac manu ſignatum. Vidimus deinde varias eiuſdem R. P. Lancicij litteras ad R. P. Florentium de Montmorency, eiuſdem Societatis tunc Collegij Inſulenſis Rectorem, nunc Præpoſiti Generalis Aſſiſtentem nuper in Congregatione generali electum; quibus litteris & nomina exprimebat Sanctorum, & qua ratione eorum Reliquiæ in ciſtam ligneã compactæ, quibuſque dignoſci indiciis poſſent, ſignificabat. Aperiri deinde coram nobis juſſimus ciſtam ligneam oblongam, quam paulo ante Excellentiſſimus & Illuſtriſſimus Ioannes Zawaski, Capitaneus Succenſis (qui poſtmodum Palatinus creatus fuit) Potentiſſimi Regis Poloniæ ad Sereniſſimum Infantem Cardinalem, Ferdinandum Auſtriacum, Belgij pro Catholico Rege fratre ſuo Gubernatorem, & Sereniſſimum Magnæ Britanniæ Regem Carolum, tunc Legatus, à Patribus Societatis Ieſu Gedani acceperat, & huc fideliter ſecum devexerat. Erat illa eidem R.P. Montmorencio inſcripta, clavis ferreis diligenter & firmiter compacta, duobus ſigillis corio nigro tectis occluſa. Quæ omnia cum eſſent coram nobis reſignata, reperimus rotundam pyxidem, appoſito exterius atque interius numero 119, egregie clauſam, charta etiam obſeratis juncturis; qua diſciſſa ac revulſa, reperimus cranium capitis, decenter goſſypio involutum: quod ex ſignis omnibus, accuratiſſime cum epiſtola congruentibus, collegimus eſſe S. Florentij Romani, Martyris. Deinde duæ aliæ pyxides minores, oblongæ, apertæ ſunt; in quarum altera, numero 18 ſignata, S. Martinæ Virginis & Martyris Romanæ cranium, & pleraque oſſa corporis; in altera num. 113 S. Honofriæ Virginis & Martyris Romanæ oſſa præcipua inventa; quorum ex magnitudine colligere erat, utramque non fuiſſe admodum magnæ ſtaturæ, nec forte ætatis. Tum duæ aliæ paulo his majores ciſtulæ reſeratæ; una, num. 6 ſignata, S. Seviliani Martyris Romani; altera num. 8, S. Anthimi Martyris Romani, corpora continebant. Neq; his in rebus quidquam fuit, quod non eximie reſponderet dictis litteris ac teſtimonijs. Ad majorem igitur Dei Sanctorumque gloriam, ut aut hic, ſi iiſdem Reverendis Patribus videretur, exponi dictæ reliquiæ ad ſolennem venerationem poſſent; aut alibi ab Ordinariis ad eamdem publicam venerationem recipi; hæc omnia teſtati tunc ſumus, chirographo noſtro ac ſigillo appoſito, Antuerpiæ in palatio noſtro Epiſcopali xxi Iulij anni MDCXXXVI.

Cum deinde, ut nobis dictæ Societatis Patres ſignificarunt, S. Seviliani Martyris corpus ad templum Bruxellenſe S. Michaëlis ejuſdem Societatis deportatum eſſet; ibique ſolenni pompa honoratum; Sanctorum vero Florentij, Martinæ, Anthimi Reliquiæ in provinciam Gallo-belgicam à R. P. Florentio de Montmorency ſupradicto devectæ, & variis Societatis collegijs donatæ; S. Honofriæ Virginis & Martyris corpus in Domo Profeſſa Societatis in hac urbe hactenus aſſervatum eſt, majori poſtea celebritate proferendum ad publicam venerationem, cum Belgii noſtri ſtatus eſſet tranquillior. Verum quoniam cæleſtia illa pignora, non tam lætis Reipublicæ temporibus ornamenta ſunt eccleſiarum ac urbium, quam in adverſis præſidium ac munimen; nobis recens ſupplicavit R. P. Conradus de Gavre, eiuſdem Domus Profeſſæ Præpoſitus, ut ex vi antea factæ à nobis approbationis, publicæ Fidelium veneration exponere ejuſdem ſanctæ Virginis ac Martyris Reliquias ſibi liceret; atque Eccleſiaſticum Officium, Miſſæque ſacrificiũ de Virgine ac Martyre celebrare, & reliquis Sacerdotibus ejuſdem Societatis in ea Domo commorantibus celebrandum indicere: utque dictam Tranſlationem ſive Expoſitionem S. Honofriæ Virginis & Martyris, Dominica Jubilate, ſive tertia poſt Paſcha, quæ xxii Aprilis dies hujus anni MDCXLVI erit, peragendam; eademque Dominica Jubilate deinceps anniverſariam illius memoriam recolendam, ſanciremus. Nos igitur piæ ejus ſupplicationi annuentes, ſtatuimus, ut dictæ Reliquiæ S Honofriæ Virginis & Martyris eo die publice exponi poſſint Fidelium veneration, juxta ritum in ſancta Romana Eccleſia receptum; utque eo die ab omnibus Sacerdotibus, in eadem Domo commorantibus, vel pro tempore exiſtentibus, Officium & Miſſa de Virgine & Martyre recitari, atque anniverſaria memoria Tranſlationis ſive Expoſitionis ejuſmodi deinceps eadem Dominica Jubilate annis ſingulis recoli poſſit, ritu duplici, ſecundum morem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Ut autem populi noſtri animos ad dictæ ſanctæ Virginis honorandas Reliquias, opemque Divinam impenſius hiſce miſerrimis temporibus, ejus interceſſione, implorandam excitemus, omnibus Chriſti Fidelibus, qui ea Dominica eccleſiam dictæ Domus Profeſſæ Societatis Jeſu viſitaverint, & ibidem preces pro hæreſum extirpatione, pace Chriſtianorum Principum, Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, fuderint, 40 dierum Indulgentiam concedimus: iis vero, qui ceteris per annum diebus Sanctam Virginem Honofriam, pro iiſdem Eccleſiæ neceſſitatibus, in eadem eccleſia, pie oraverint, ſeptem dierum Indulgentiam impertimur. Actum Antuerpiæ, in palatio noſtro Epiſcopali, xxvi Martij MDCXLVI.

Signatum erat. Gaſpar Epiſcopus Antuerpienſis, *& ſigillatum ſigillo de cera rubra.*

Poſt advecta è Polonia corpora,

Epiſcopus Antuerpienſis,

Legit epiſtolam Epiſcopi Vilnenſis,

qua ap probavit Reliquias varias,

& fidem fecit de Originalibus ſcriptis:

legit etiam litteras P. Lancicij ad P. Montmorentiũ,

& ciſtas à Legato Polonico advectas aperuit,

reperit caput S. Florentij M. Romani,

cranium S. Martinæ Virg. Mart.

Oſſa S. Honofriæ,

corpora SS. Seviliani & Anthimi,

& Approbat.

Ablatis alio ceteris reliquiis,

permittit corpus S. Honofriæ colli in Eccleſia Antuerpienſi,

Dominica 3 poſt Paſcha,

ritu duplici.

adjungit Indulgentias.

De

De Sanctis Martyribus Perſis,

ACEPSIMA, BARBASYME, PAULO, GADDIABBE, SABINO, MAREA, MOCIO, IOANNE, HORMISDA, PAPA, IACOBO, ROMA, MAARE, AGA, BOCHRE, ABDA, ABDIESO, IOANNE, ABRAMIO, AGDELA, SABORE, ISAACO, DAUSA, MILLE, EPISCOPIS, MANREANDE, CHOREPISCOPO; IOSEPHO, IACOBO, ÆITHALA, PRESBYT. AZE SEV AZADANE, ABDIESO, DIAC. ET DVCENTIS QVINQVAGINTA CLER. AZADE, EVNVCHO; TARBVLA SEV PHERBVTE, VIRGINE; SORORE EIVS VIDUA ET EIVSDEM ANCILLA;

G. H.

XVI Millibus Nominatis & Anonymis innumeris.

ANNO CCCL.

Retulimus die præcedenti, XXI *Aprilis*, S. *Simeonem*, *Epiſcopum Seleuciæ & Cteſiphontis, cum aliis centum, Epiſcopis, Presbyteris aut aliis Clericis, in Perſide ſub Sapore Rege coronatum martyrio: iiſque adjunximus Vſthazanem Eunuchum, nutritium Regis Saporis, Abedechalam & Ananiam Presbyteros, & Puſicium Præfectum artificum Regis, & hujus filiam una cum aliis ob fidem Chriſtianam interemptos, feria ſexta hebdomadis ſanctæ; indeque intulimus id contigiſſe anno Chriſti* CCCXLIX. *Quibus poſitis plurimos ex Martyribus iam in titulo propoſitos anno ſequenti* CCCL, *eamdem martyrii coronam fuiſſe aſſecutos neceſſe eſt; poſtquam edictum Regis Saporis crudeliſſimum, per univerſam Perſidem mittendum, fuerat denuo innovatum, ipſo die quo memoria paſſionis recoli ſolet, adeoque die* VI *Aprilis; nam dicto anno* CCCL, *cyclo Lunæ* IX, *Solis* XXIII, *littera Dominicali* G, *Paſcha fuit celebratum* VIII *die Aprilis, & potuerunt plurimi è Chriſtianis undequaque adducti, hoc* XXII *Aprilis martyrium ſubiiſſe: niſi malimus dicere, quod dies martyrii varii & incerti eſſent, eos poſtridie à Martyrologiis fuiſſe ſimul relatos.*

Horum Martyrum plurimi videntur occiſi an. 350 B

& forſan 22 *Aprilis.*

Hiſtoria martyrii omnium datur ex Sozomeno,

2 *Hiſtoriam martyrii horum omnium primo damus deſcriptam ab Hermia Sozomeno, in ſua Hiſtoria Eccleſiaſtica ad Theodoſium Iuniorem Imperatorem lib.* 2 *cap.* 10 *& tribus ſequentibus. Eamdem martyrii hiſtoriam, ſed magis contractam, habet Nicephorus lib.* 8 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.* 37. *Et qui S. Acepſimæ adiungitur apud Sozomenum* Iacob Presbyter, *illi* Ioſeph *dicitur, uti* Bocchoris *&* Mareades *alteri* Bochras *&* Manriandes *appellantur;* *&* Milas, *alii* Milles, *cognominatur* mortuorum ſuſcitator. *Caſſiodorus etiam, lib.* 3 *Hiſtoriæ tripartitæ cap.* 2, *eoſdem ex Sozomeno proponit; & quæ huic* Tarbula *eſt, iſti* Tharbua *dicitur: &* Iacobus, Acepſimam ſecutus, *dicitur* Presbyter Ponti, *quaſi legerit ἐν πόντῳ, cum apud Sozomenum legatur,* Ἰάκωβος Πρεσβύτερος ἑκόντης εἵπετο τῷ Ἀκεψιμᾷ, Iacobus Presbyter ſua ſponte ſequebatur Acepſimam. *Ex Epiſcopis duobus & viginti à Caſſiodoro indicantur ſoli* Moreas *&* Bichor, *hic ſupra* Bochras *&* Bocchoris *nuncupatus.*

cum aliquâ diverſitate apud Nicephorum & Caſſiodorum.

C

Cultus ſacer in Faſtis Vſuardi,

3 *Caſſiodorum contraxerunt Latini in ſuis Martyrologiis ad hunc* XXII *Aprilis. Vſuardus iſta habet:* Apud Perſidem ſanctorum Martyrum, qui pro Chriſti nomine gladio iugulati ſunt ſub Rege Sapore, in quo fidei certamine paſſus Meliſius Epiſcopus, Acepſimas Epiſcopus cum Presbytero Iacobo, Mareas & Bicor nihilominus Epiſcopi, cum Clericis fere ducentis & quinquaginta, Monachis etiam & ſacratis Virginibus plurimis: inter quas & Simeonis Epiſcopi ſoror, nomine Tharbua, cum pediſſequa ſua, ferra ſciſſa eſt.

Adonis,

Eadem ſed aliquanto latius deducta habet Ado in ſuo Martyrologio, & tentos ac jugulatos *dicit* annuo die, quo paſſionis Dominicæ memoria celebratur. *Verum Sozomenus aſſerit eo die* exiiſſe edictum Saporis crudeliſſimum.

aliorum,

Adonem aut Vſuardum paſſim alii deſcribunt. In hodierno Martyrologio Romano iſta leguntur: Eodem die

ſanctorum plurimorum Martyrum, qui, ſequenti anno poſt obitum Simeonis, annuo item die, quo paſſionis Dominicæ memoria celebrabatur, per totam Perſidis regionem, pro Chriſti nomine, ſub Rege Sapore, gladio cædi iuſſi ſunt. In quo fidei certamine paſſus eſt Azades, Eunuchus Regi cariſſimus; Miles Epiſcopus, ſanctitate & miraculorum gloria inſignis; Acepſimas Epiſcopus, cum Presbytero ſuo Iacobo; item Aithala & Ioſepho Presbyteris, Azadane & Abdieſo Diaconis, & aliis compluribus Clericis. Mareas quoque & Bicor Epiſcopi, cum aliis viginti Epiſcopis, & Clericis fere ducentis & quinquaginta, Monachis etiam & ſacris Virginibus plurimis; inter quas & S. Simeonis Epiſcopi ſoror, nomine Tarbula, cum pediſſequa ſua, quæ ſtipitibus alligatæ, ferraque ſciſſæ, crudeliſſime necatæ ſunt. *Hæc ibi, in quibus &* Iacobus *à Sozomeno, &* Ioſephus *à Nicephoro indicati, ut diverſi referuntur.* Bicor *etiam eſt, qui alii* Bachras *aut* Bocchoris *eſt. De Iacobo, diverſo à S. Ioſepho, mox agemus.*

E

& Martyrologii Romani.

An ab his alius Abramius Epiſcopus Arbelorum & Martyr?

4 *Celebratur à Græcis die* IV *Februarij* S. Abramius *ſive* Abrahamius, Epiſcopus Arbelorum in Perſide, anno quinto motæ à Sapore Rege perſecutionis martyrium paſſus, *occaſione cujus multa ibidem de Sapore Rege ejusque perſecutione, & urbe Arbele diximus, hic non repetenda. Eſt & dicti* Abramii *elogium* IV *Februarij in Menologio Baſilij Imperatoris tom.* 6. *Italiæ ſacræ ab Vghello editæ, ſed hic quæri poſſet, num unus idemque ſit* Abramius *hic inter alios Epiſcopos & martyres collocatus: hoc autem videtur probari poſſe ex eo, quod licet Sozomenus aſſerat, ſe nomina omnium Epiſcoporum indicare, quotquot repererit martyrio coronatos; non tamen videatur omnes aſſecutus; nam ab eo omiſſus eſt* S. *Sadoth, Epiſcopus Seleuciæ & Cheſiphontis ac ſucceſſor* S. *Simeonis Martyris: cujus & ſociorum centum viginti octo Acta martyrij dedimus* XX *Februarij: ex quibus conſtat.* S. *Sadoth Epiſcopum, proximo poſt martyrium* S. *Simeonis anno, adeoque eodem quo plerique hic recenſiti cum ſuis ſociis coronatum fuiſſe. Hac ergo moti ratione* Abramium Epiſcopum, *hic recenſitum, inter alios Epiſcopos relinquimus, quia poteſt alius eſſe à* S. *Abramio Arbelorum Epiſcopo jam indicato.*

F

alibi mille Martyres cenſentur.

5 *Quæ apud Sozomenum infra num.* 1. *relata memorantur* multitudo Chriſtianorum, quæ ne numerari quidem poteſt, ſecuri percuſſa, *& inter illos* Azadas, eunuchus Regi longe cariſſimus; *in Menologio Baſilij Porphyrogeniti Imperatoris, dicitur* corona ſanctorum mille martyrum, *cum* Azath eunucho, *& poſt repetitam eadem* S. *Simeonis* (*nam ante relata erat*) *iſta adduntur:* Deprehenſi etiam ſunt hi Sancti, & cum ipſis Azath eunuchus, qui dives erat & in palatio primus, dilectus plurimum atque in honore habitus à Sapore Perſarum Rege. Hi itaque coram Rege adducti, & ab ipſo interrogati, cum confidenti animo Chriſtum confeſſi eſſent, fuerunt omnes interempti. Pœnitentia autem ductus Sapores ob mortem ſancti Azath, ju-

AUCTORE G. H.

ramento ſe obſtrinxit, ex eo tempore nullum Chriſtianũ occidendum, & ad aliquod tempus cuſtodivit. *Hæc ibi. At Sozomenus aſſerit juſſiſſe eum* ut ſoli religionis noſtræ Doctores trucidarentur. *Hi* mille Martyres *in Menæis Græcorum memorantur* Socii S. Simeonis, *uti die præcedenti diximus.*

Tarbulæ ubi Tarbuta & Pherbuta

6 *Quæ apud eumdem Sozomenum infra num. 2. memoratur* Tarbula, ſancta Virgo, ſoror S. Simeonis Epiſcopi, *traditur cum ſorore ſua vidua & ancilla interempta; à Caſſiodoro, Vſuardo, Adone & aliis* Tarbua *dicitur, quidni &* Therbuta *unde aliis* Pherbuta *nuncupatur: atque ſub tali nomine nacti ſumus Romæ in bibliotheca Vaticana in codice MS. ſignato numero* 6187, Martyrium S. Pherbuthæ Virginis, & ſororis ipſius, & ancillæ; *quod poſt Acta omnium ex Sozomeno relata, infra damus: collatum cum Ms. Græco ejuſdem Bibliotheca ſignato* 1660, *cumque ea relatione, quæ ex bibliotheca Reipublicæ Venetæ à Petro Franciſco Zino deſcripta & latine reddita eſt, &*

hujus & ſociarum Acta Latina,

alia Græca in quibus Thermæ eſt actio,

ab Aloyſio Lipomano tomo 7 Vitarum Sanctorum Patrum excuſa. In hac, quæ aliis Tarbula, *vel* Pherbutha *aut* Pherbus *dicitur,* Thermè *appellatur; & in titulo ſoror ejus* Pherbuta *nuncupatur: & in utriuſque Actis dicitur martyrium conſummatum die* V *Aprilis: ad quem diem ex Lipomano eodem edidit Laurentius Surius, apud quẽ videri poſſunt, Dicto Aprilis colũntur in Menæis Græcorum, S. Thermus igne combuſtus itẽ ſancta Domina & ancilla, gladio occiſa. An hæ dederint occaſionem nominandi S. Thermam, loco Pherbutæ aut Tarbulæ, cum Sorore & ancilla, ibidem inquirimus,* Saltem Thermus *cum ſociabus in partes ſerra ſciſſus, ibidem non legitur: ſed in MSS. Menæis Mediolanenſibus bibliothecæ Ambroſianæ, & Menæis excuſis inſcriptæ ſunt die præcedenti* IV *Aprilis* S. Pherbutha, pediſſequa, & ejus ſociæ; ſorores S. Simeonis Epiſcopi, quæ ſub Sapore Rege Perſarum, religionis Chriſtianæ & veneficii, quo tentaſſent Reginam inficere, reæ, ſerris deſſectæ fuerunt. Poſt quarum mortem Regina, ſub illis pendentibus tranſiens, à morbo relaxata fuiſſet. *Aliqua hinc tranſlata ſunt in Menologium* Sirleti, *& ex hoc in Catalogum generalem Ferrarij.*

B

Acta SS. Acepſimæ Ioſephi & Aithalæ ex Græco MS. 3. Novemb.

7 *Vltimo loco addimus longiora Acta SS. Acepſimæ Epiſcopi, Ioſephi Presbyteri & Aithalæ Diaconi, quæ Græce nacti ſumus ex MS. codice Mediceo Regis Chriſtianiſſimi, & contulimus cum eorumdem Sanctorum Actis ad diem* III *Novembris relatis, ab Aloyſio Lipomano tomo 5 Vitarum ſanctorum Patrum, quas Gentianus Hervetus Latinitate donavit. Leo Allatius, in ſua de Simeonum ſcriptis Diatriba, Acta horum Martyrum cenſet pag.* 126 *eſſe genuinum fœtum Simeonis Metaphraſtæ: ea Surius ex Lipomano retulit ad hunc diem* XXII *Aprilis. At citato* III *Novembris, horum Martyrum elogia continentur in Menologio Baſilii Imperatoris, in MS. Synaxario Pariſienſi collegij Claromontani & in aliis Græcorum Menæis; & eorum exemplo apud Molanum, Galeſinium, Ferrarium. Interim in Actis num.* 20 *dicitur* Acepſimas X Octobris finem vitæ accepiſſe, *& num.* 40 Aithalas menſe Junio conſummatus. *Molanus in Auctario celebrat Kalendis Septembris memoriam* ſancti Martyris Aithalæ, *& quidem ex Græcis.*

C

Aliqui 10 *Aprilis relati.*

8 *Colunt, die* X *Aprilis Aithalam, cum aliis ſub eodem Sapore occiſis, Baſilienſes in ſuo Martyrologio anno* MDLXXXIV *Friburgi excuſo his verbis:* In Perſia ſanctorum Martyrum Aithalæ & Jacobi, Presbyterorum, Azadani & Abdieſi, Diaconorum: qui poſt longos carceres à Magis ſæviſſime cæſi ſunt. *At Græci in ſuis Menæis & apud Maximum Epiſcopum Cytharorum recolunt eodem* die X Aprilis, ſanctos Martyres, Iacobum Presbyterum, & Aza Diaconum, ſub Rege Perſarum Sapore etiam occiſos *cum aliquo elogio: quod exactius extat in Menologio Græco Baſilij Porphyrogeniti Imperatoris ad diem* XIV *Aprilis, in quo primo loco exponitur certamen S. Simeonis Epiſcopi & ſociorum; dein S. Phaſe ſive Puſicij, Præfecti artificum Regis cum filia, de quibus egimus*

potiſſimum S. Iacobus & Azas

præcedenti die; poſtea agitur de mille Martyribus cum Azade Eunucho, uti jam monuimus: at denique additur, certamen ſanctorum Martyrum Iacobi Presbyteri & Azis Diaconi, *cum hoc elogio:*

D

iterum 14 *Aprilis.*

9 Etiam hi ſancti Martyres, Iacobus Presbyter & Azes Diaconus, in Perſide fuerunt tempore perſecutionis impii Saporis. Cum autem Chriſtum palam profiterentur & prædicarent; deprehendi eos juſſit Præfectus Magorum, & in carcerem conjecit, famequè per dies plures eos vexavit. At poſt hæc cum è carcere eos educi juſſiſſet, & coram ſe adduci, mandavit ut Chriſtum abnegarent. Cum vero non obtemperaſſent; primum quidem ſinapi & acetum in ipſorum nares injici juſſit, deinde ipſos denudans & in ligno ſuſpendens, per totam noctem frigore excruciavit: mane autem ſuſpenſos adhuc & nudos virgis cædi mandavit, & demum in carcerem detrudi. Poſtea iterum è carcere educti, capite truncati ſunt. Cum vero deinde ad proximam adjacentem paludem deſcendiſſet lictor, atque ibidem enſem abluiſſet, illico ipſius paludis aqua in ſanguinem verſa eſt, atque ita diu permanſit, & demum exaruit. *Hactenus Menologium Baſilii Imperatoris. An* Azes Diaconus & Azadanes Diaconus *ſupra relatus, ſit unus idemque Martyr, non ſatis liquet: quia de Azadane nulla Acta habemus.*

E

elogium ex Menol. Baſilii Imper.

ACTA MARTYRII

Ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Sozomeni lib. 2. cap. 10 & tribus ſequentibus.

Edicto Saporis ſexta in Paraſceve dato,

1 POſt occiſos Simeonem Epiſcopum Seleuciæ & Cteſiphontis, & alios] ſequenti anno eo ipſo die, quo memoria paſſionis Chriſti recoli ſolet, cum jam celebris dies feſtus Reſurrectionis expectaretur; exiit edictum Saporis crudeliſſimum in univerſam Perſidem, quod jubebat ut omnes, qui ſe confiterentur Chriſtianos, morti addicerentur. Quo quidem tempore multitudo Chriſtianorum, quæ ne numerari quidem poteſt, ſecuri percuſſa eſt. Siquidem Magi eos ex urbibus & vicis, in quibus latitabant, ſumma cum diligentia eruerunt. Nonnulli autem ſua inducti voluntate, nemine eos ducente, ſe ipſi ideo indicarunt, ne ſilentio Chriſtum denegare viderentur. Ac dum omnes, qui erant Chriſtiani, morte mulctarentur, plurimi etiam qui in ipſo palatio ætatem egiſſent mactati ſunt: in quorum numero erat Azades Eunuchus, Regi longe cariſſimus. Quem cum Sapores interfectum intellexiſſet, incredibilem animo dolorem hauſit; hancque communem cædem ſedavit, atque ſolos religionis noſtræ Doctores trucidari juſſit.

innumeri martyrio coronantur.

F

& Azades eunuchus.

a cap. 11 S. Tarbula Virgo, ejus ſoror viduæ, & ancillæ.

2 Per idem tempus Regina in morbum delapſa, a Tarbula ſoror Simeonis Epiſcopi ſancta Virgo, ſimul cum ancilla, idem vitæ genus colente, & ſorore quæ poſt viri mortem abſtinuit à nuptiis, & eamdem vitæ rationem tenuit, comprehenditur. Cauſa autem, cur hæ mulieres fuerint comprehenſæ, fuit falſa criminatio, à Iudæis in eas conficta: quod videlicet ob mortem Simeonis iratæ, venena Reginæ inſidioſe paraſſent. Regina vero (ſolent enim ægrotantes malis omnibus facile aures accommodare) calumniam veram eſſe, & maxime quidem, quod erat à Iudæis objecta, exiſtimavit. Nam ejuſdem erat cum Iudæis opinionis, ad eorum morem vitam inſtituebat, & veraces illos ſibique maxime benevolos putabat. Magi igitur Tarbulam & reliquas duas arreptas morte condemnant. Ac cum ſerra diſſectas patibulis ſuffixiſſent, effecerunt, ut Regina ſpatium inter patibula intermiſſum tranſiret, perinde quaſi morbus eo pacto pelleretur. Fertur hanc Tarbulam

ſerra diſſecantur.

forma

A forma valde liberali & honeſta fuiſſe : Magum quemdam eam deperiſſe, mercedemque, uti cum illa rem haberet, clam miſiſſe ; promiſiſſe denique, ſi vellet ipſius parere libidini, tum eam tum ſocias ſalvas fore. At illam hanc turpitudinem, ne audire quidem voluiſſe : ſed nuntios verbis contumelioſis excepiſſe, intemperantiæ crimen cum probro illis objectaſſe, ſe multo libentius velle mori, quam virginitatem prodere reſpondiſſe.

3 Porro cum edicto Saporis ratum eſſet, uti ſupra demonſtratum eſt, ut ſoli Sacerdotes & Doctores fidei Chriſtianæ comprehenderentur, Magi & eorum Principes totam Perſidem obeuntes, Epiſcopos & Sacerdotes gravibus afficiunt incommodis, cum in aliis locis, tum maxime omnium in *b* Adiabenorum regione, quæ eſt pars Perſidis, tota fidei Chriſtianæ dicata.

Epiſcopi & Sacerdotes inquirunturb

CAP. 12

4 Sub idem tempus Magi *c* Acepſimam quoque Epiſcopum & complures ex ejus Clericis una quidem comprehendunt : ſed cum Antiſtitem, velut prædam, per inſidias cepiſſent ; eo contenti, ceteros, direptis eorum bonis, dimiſerunt. At vero *d* Iacobus quidam Presbyter Acepſimam ſua ſponte ſequitur : & poteſtate à Magis poſtulata, in eumdem B carcerem cum eo concluditur, eique, utpote ætate valde provecto, lubens inſervit : ſublevat quantum poteſt ejus calamitates, & plagarum vibices ſanat. Nam paulo poſtquam erat comprehenſus, Magi loris crudis, quo ſolem adorare cogerent, eum acerbe verberarant : ſed ubi non ceſſiſſet, rurſum conjiciebant in vincula. Per idem tempus Æithalas etiam & Iacobus Presbyteri, Azadanes & Abdicius Diaconi, ob Chriſtianam religionem in carcere jacuerunt, crudeliſſime à Magis cæſi. Multo autem iam dilapſo tempore, Princeps Magorum, cum Rege de illis communicat : atque nactus poteſtatem eos pro arbitrio ſuo torquendi, niſi ſolem adorarent, mandatum Saporis illis qui in carcere erant ſignificavit. Atque ſimul ut reſpondiſſent, ſe numquam prodituros Chriſtum, neque ſolem adoraturos, adeo crudelibus tormentis illos cruciavit, ut Acepſimas in fidei confeſſione fortiter perſtans mortem obierit. Cujus Reliquias quidam ex Armenia, qui obſides erant apud Perſas, tumulo condidere. Alii autem, licet non minus acerbe quam ille verberati, præter omnium opinionem in vita manſerunt ; qui cum in eadem perſeverarent ſententia, in carcerem denuo compinguntur. Quorum de numero fuit Æithalas, cujus brachia inter vapulandum ſic uſque ab humeris violenta extenſione divulſa & enervata fuere, ut manus tamquam mortuæ inde penderent.

c coronantur Acepſimas Epiſcopus, d

Æithalas & Iacobus Presbyteri, Azadanes & Abdicius Diaconi,

C

5 Iſto Sapore regnante, infinita multitudo Preſbyterorum, Diaconorum, Monachorum, ſanctarum Virginum & aliorum, qui in eccleſiarum miniſterio verſabantur, & erga religionem præclare animo affecti erant, egregia piæ vitæ teſtimonia dederunt. Epiſcopi autem, quos accepi mortem in hac perſecutione oppetiviſſe, ſunt Barbaſymes, Paulus, Gaddiabes, Sabinus, Mareas, Mocius, Ioannes, Hormiſdas, Papas, Iacobus, Romas, Maares, Agas, *e* Bochres, *f* Abdas, Abdieſus, Ioannes, *f* Abramius, Agdelas, Sabores, Iſaac & Dauſas : qui à loco quodam, qui Zaudæus dicitur, à Perſis captivus abductus fuerat, & illo tempore pro fide Chriſtiana morte multatus una cum Maureande Chorepiſcopo & Clericis, qui in ejus diœceſi erant, numero plus minus ducentis quinquaginta, qui comprehenſi à Perſis & captivi abducti fuerunt.

Epiſcopi nominibus expreſſi 22, e f 250 Clerici,

CAP. 13

6 Per id temporis etiam Milles martyrio occubuit ; qui primum apud Perſas militaverat, poſtea autem, relicta militia, vitæ genus plane Apoſtolicum excolere cœpit. Fertur illum, cum eſſet Epiſcopus urbis cujuſdam in Perſide creatus, multos ſæpenumero cruciatus perpeſſum eſſe, verbera etiam & diſtractiones membrorum pertuliſſe. At cum neminem in ea civitate poſſet ad fidem Chriſtianam perducere, ægre & iniquo animo ferentem, civitatem execratum eſſe, indeque diſceſſiſſe. Non longo poſt tempore, cum primarii viri illius urbis in Regem peccaſſent, exercitum cum trecentis elephantis eo profectum, urbem evertiſſe, & velut agrum colentes in ea ſementem feciſſe. Millem vero peram ſolum, in qua ſacratum Euangeliorum librum habebat, ſecum geſtantem, Hieroſolymam precatum ſe contuliſſe, indeque in Ægyptum ad viſendos monachos, qui ibi ætatem degebant, conceſſiſſe. Quæ autem, quamque admirabilia & quam divina facinora ab iſto Mille edita fuerint, teſtes ſunt Syri, qui ejus res geſtas & vitam *g* litteris prodiderunt.

AUCTORE Sozom.

D

& Milles ex milite piſcopus.

g

7 Mihi certe ſatis viſum eſt hæc de eo & de his, qui in Perſide, regnante Sapore, martyrio obierunt, hactenus diſſeruiſſe. Nam tormenta illis inflicta aut quinam fuerint ex quove loco, aut quo genere cruciamentorum martyrio defuncti ſint, aut quibus ſuppliciis affecti, vix à quoquam percenſeri poteſt : quippe cum tam varii cruciandi modi à Perſis, tanto cum ſtudio, ad crudelitatem inventi fuerint. Verum ut ſummatim dicam, fertur viros ac mulieres, quorum nomina recenſebantur, martyrium id temporis pertuliſſe ad numerum ſedecim millium ; at multitudinem eorum, qui præter hos trucidati ſunt, ne numero quidem comprehendi poſſe : & propterea perdifficile viſum eſſe Perſis, Syris & incolis Edeſſæ, qui multum de hac re laborabant, illorum nomina percenſere.

E

XVI millia, quorum nomina nota, & alii plurimi.

ANNOTATA.

a *Tarbula, aliis Pherbutha dicta : cujus Acta alia ſequuntur.*

b *An hi Martyres colantur 6 Aprilis, ibidem inquirimus, ubi & de Adiabenorum regione agimus.*

c *Acepſima & Sociorum Acta ex Metaphraſte ſubjunguntur.*

d *Hic in Actis & apud Nicephorum* Ioſeph *dicitur.*

e *Hic Caſſiodoro & aliis* Bicor *nuncupatur.*

f *An hic fuerit Epiſcopus Arbelorum & 4 Februarii occiſus, ſupra inquiſivimus.*

F

g *Vtinam ea adhuc uſpiam extet, nobisque communicata augere poſſit ſaltem Supplementum operis.*

ACTA MARTYRII

SS. Pherbuthæ ſeu Tarbulæ Virginis, & ejus Sororis viduæ, atque ancillæ.

Ex MS. Latino bibliothecæ Vaticanæ, collato cum MSS. Græcis eiuſdem & Venetæ bibliothecæ.

Pherbutæ cum Sorore & ancilla comprehenditur.

1 TEmpore perſecutionis noſtræ, ſubito Regina ipſa ægrotare cœpit. Quoniam vero ejus animus in Iudæos, crucis Chriſti inimicos, admodum erat propenſus, ac libenter quæcumque illi dixiſſent audiebat ; Reginam cum Iudæi audiſſent, illi ſuggeſſerunt, quoniam Epiſcopus Simeon, cognomento *a* Gnapheus, interfectus fuerat, propterea illius ſorores venena Reginæ commiſcuiſſe, quo ipſa mortem obiret. Ut vero ſermo hic ad aures Imperatoris pervenit ; ſtatim *b* S. Pherbuthe cum ſorore & ancilla ſua, comprehenſa fuit. Erat autem Pherbuthe illa virtutis exercitatione præſtantiſſima : quin *c* imo non minus ejus ſoror, quam ipſa, vitæ inſtitutionem in Chriſto Jeſu pulcherrimam adepta fuerat. Ductæ

a

b

c ſanctæ Virgo.

EX MSS. VATICAN. A

igitur illæ ſunt ad palatium, ut de re illa interrogarentur. Exiit igitur Imperatoris juſſu Mauptes, cujus nominis interpretatio eſt, Pontifex Magorum, & duo una cum illo magiſtratus, ut eas mulieres audirent. Ut vero coram illis ſtetit S. Pherbuthe una cum duabus feminis, quæ cum ipſa erant, viderunt ejus pulchritudinem (erat enim revera ſancta illa Virgo ſpecie admodum egregia) ſtatimque ſuo quiſque pravam animo concepit libidinem, inter ſe tamen talem libidinoſam cogitationem occultabant. Illis igitur dixerunt: Quare vos machinatæ eſtis veneficia Reginæ & Dominæ totius orbis terrarum: ob id nunc morti eſtis obnoxiæ. Quibus ſancta Pherbuthe reſpondit: Quare eam cogitationem ſathanas vobis in mentem conjecit, quæ à veritate multum abhorret? & quare injuſte vultis nos calumniari? ſi noſtrum ſanguinem ſititis, quisnam eſt qui prohibeat vos eum bibere? ſi noſtram cædem cupitis ecce ſingulis diebus veſtras manus coinquinatis? nos vero propter Deum noſtrum, ut Chriſtianos decet *e* morimur, non eum negantes quoniam ipſe eſt vita noſtra, quemadmodum ſcriptum eſt, ut unum Deum adoremus, & illi ſoli ſerviamus, ita enim & facimus. Quin & alibi ſcriptum eſt, Veneficus per manum populi ſui moriatur. Quomodo igitur nos veneficia machinatæ ſumus, cum non minus malum hoc ſit, quam ſi Deum noſtrum negaremus? Etenim pro utriusque peccati pœna, illis qui hujusmodi criminibus obnoxii ſunt, mors propoſita eſt.

calumniã de veneno Reginæ parato refutat,

e & fidem Chriſti profitetur: Deut. 6. & 10 Exodi 22

B

2 Cum hæc Pherbuthe Virgo diceret, libenter eam uterque audiebat. Cumque ejus pulchritudinem & ſapientiam illi obſtupeſcerent, 10qui non poterant: ſed quisque ſecum ita cogitabat: Ego Regem precabor, ut liceat à morte illas eripere; itáque hanc uxorem ducam. Tandem Mauptes illi hoc dixit: Quamvis ut ipſa dicis, non liceat vobis veneficia commiſcere, ne legem veſtram violetis; tamen fratris veſtri mortem dolentes, hoc feciſtis. Et quodnam malum, inquit Pherbuthe, frater paſſus eſt, ut ejus cauſa vitam illam, *f* quæ à Deo vivente proficiſcitur, nos perdere vellemus? Nam etſi vos propter veſtram pravitatem atque invidiam eum interfeciſtis, ille tamen vivit, & in cæleſti regno exultat: quodregnum veſtro imperio ac poteſtati ſic præſtat, ut præ illo veſtrum iſtud inane quiddam ſit. Hæc cum illa dixiſſet, juſſit illas in carcerem duci & cuſtodiri.

addit ſe ob S. Simeonis fratris necem non dolere,

f

g

C

3 Cum autem dies illuxiſſet, Mauptes ille clam ad Pherbutem miſit, qui dicerent ſe paratum eſſe Regem precari, & à morte illam, & quæ cum ipſa erant liberare; modo ejus uxor eſſe vellet. Virgo autem illa ἀθλοφόρος fortis & victrix, cum hæc audiſſet, obſtupuit. Ad eum autem *g* [qui hæc nuntiaverat converſa] Comprime, inquit, os iſtud, canis impuriſſime, Dei & omnis veritatis inimice, neque amplius perge impura iſta verba ad aures meas loqui, neque enim animus meus illa patitur. Deus avertat ne hoc unquam fiat: quoniam ſemel copulata ſum cum Domino meo Chriſto, & virginitatem meam ipſi cuſtodio, fidemque & veritatem ei præſtare ſtudeo. Ille enim, qui ſolus à peccato liber eſt, me poteſt eripere ex impuriſſimis veſtris manibus & ſordidis cogitationibus, quas contra me cogitaſtis. Equidem mori non timeo, neque cædem formido. Hæc enim via, in quam me vultis immittere, ducet me ad fratrem meum & Epiſcopum dilectum Simeonem, ut illic gemitus & ærumnarum mearum conſolationem inveniam: quibus ærumnis anima mea poſt ejus obitum affecta eſt. Similiter autem & duo magiſtratus ad eam miſerunt illud idē ſignificantes, quibus irato animo, & aſperis verbis reſpondens eos à ſe repulit.

ut liberetur, ad nuptias ſolicitata

ait ſe Chriſto deſponſatam,

& paratã mori:

4 Cum igitur uterque ſe victum ſenſiſſet ac ſuam libidinem non id aſſecutam, quod fruſtra tentaverat, animadvertiſſet; tres illi conſilio inito adverſus eas feminas locuti ſunt, & injuſtum teſtimonium dixerunt, quod mulieres illæ eſſent veneficæ. Cum Imperator hæc audiviſſet, præcepit ut ſi ſolem adorarent mortem evaderent. Ut autem nuntiatum illis fuit quod Imperator juſſerat ut ſolem adorarent; ſanctæ illæ feminæ hoc reſponderunt: Nos effectorem cæli & terræ adoramus, ejusque honorem ſoli offerre nolumus; quippe qui ejus Dei opus eſt, quem nos columus: quin etiam minæ veſtræ numquam facient, ut à caritate Salvatoris & Domini noſtri Jeſu Chriſti unquam ſeparari poſſimus. Ut igitur hæc illæ eodemque animo dixerunt; Magi voce magna clamantes, Diſpereant, inquiunt, iſtæ de terra, quæ Reginæ venena pararunt, ut in morbum illa incideret & ineriret. Statimque talis ſententia contra illas lata eſt, ut qua morte vellent Magi, feminæ illæ morerentur. Dicebant enim nefarii atque impuri homines, quod niſi earum corpora in duas partes ſecta fuerint, & Regina ipſa per medias illas partes tranſierit, curari non poterit. Ut igitur eas ejecerunt interficiendas, denuò Mauptes, dum mulieres abducerentur, mittens ad ſanctam Virginem Pherbuthem; ſi vis, inquit, me audire, neque, tu morieris neque puellæ quæ tecum ſunt. Sancta vero Pherbuthe magna & aſpera voce: Quare, inquit, impure canis, ea loqueris, quæ ego audire non poſſum? Ego enim perfecte mori cupio, ut æternam vitam habeam: nũquam hujus brevis vitæ cauſa remiſſior fiam, ne moriar morte ſempiterna.

D

ipſa & ſociæ recuſantes ſolem adorare,

morti adiudicantur;

E

5 Cum igitur ante urbis portas mulieres illas duxiſſent, ſingulis duos palos fixerunt: in quorum uno collum ligantes, in altero vero pedes, & earum unamquamque illis protendentes, fabrilem ferram inferentes, in duas partes eas ſecuerunt. Cumque ligna tria magna hinc & alia tria illinc in terram fixiſſent, ſancta illa corpora in eis ſuſpenderunt. O terribile & horrendum ſpectaculum! o factum lacrymis, compunctione, ſtupore, & gemitibus plenum! ſiquis lacrymas deſiderat, veniat, ejulet, & præ compunctione corpus lacrymis madefaciat. En ut corpora jucunda & ſancta, velut triumphus quidam, in via propoſita ſunt. Corpora, inquam, illa, in quibus ſanctæ feminæ per totum vitæ ſuæ tempus honeſtatem & *h* virginitatem ſervaverunt. Libertas data eſt in opprobrium earum, quæ manſuetudinem & juſtitiam in proprio thalamo exercuerunt. En ut gloria in ignominiam propoſita eſt! O quantum Dei juſtum illud judicium patiens eſt! ſed cum exurrexerit ut rationes inquirat non amplius condonabit, neque miſerebitur. O quantum audet ſuperbia! ſed cum ceciderit non habet medicinam, neque conſiſtit. Vere ligna hæc, quibus ſancta corpora fuere ſuſpenſa, fructus juſtitiæ ſunt: iſti autem vere lupi illi Arabiæ, immiſericordes, duri, & ſanguinis voratores: illi, inquam, qui ea ſecuerunt & ſuſpenderunt. Talem ſævitiam beatus ille Propheta conſiderans dicebat: forte vivos deglutiſſent nos. Et cum iratus eſſet, furor ipſius in nos viventes in infernum deduxit nos. Numquid aliquis re illa terribili lætatus eſt, aut æquo animo tulit ſpectaculum illud horribile? an aliquis ea ſine lacrymis aſpexit, aut videre potuit? Opinor certe nemo. Quod ſi quis ea videre potuit, illum humanæ naturæ *i* non opinor eſſe participem.

h

F

pſal 123

i

per quas tranſit Regina.

Tulerunt igitur miſeram illam Reginam in eam viam, feceruntque ut per caſta & ſancta illa corpora tranſiret, omnisque turma eam ſequebatur. Illo enim die Imperator cenſum recipiebat. Conſummata eſt S. Pherbuthe cum ſorore & ancilla quinto die menſis Aprilis,

ſecantur in duas partes,

A Aprilis, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria & imperium & honor & adoratio in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Lipomanus ex Græco*, cognomento Jombaphæus, *MSS. Vaticanum Græcum* τὸν ἐπίκλην Ιογναφαῖον

b *Idem Lipomanus* Sancta Therme, *quod ſupra & 5 Aprilis in* Sancto Thermo, *Martyre igni combuſto, rejecimus. Vatic. gr.* τ῀ ἁγίας Φερβ&Θῆ *habet in titulo: in contextu vero nominatur* ἡ ἁγία Φερβῆς.

c *Idem* Imo vero omnes erant in Jeſu Chriſti fide optime inſtitutæ, *quod ſupra Sozomenus etiam de ancilla dixit. Vatic. gr.* ἀμφότεραι *amba, ſcilicet ſorores.*

d *Vatic. gr.* ὁ βασιλέως μάντης ὅ ἐϛιν (*fortaſſe* ὅς ἐϛιν) ἀρχιερεὺς τῶν μάγων. Exiit Regis augur, quod (*vel potius* qui) eſt Pontifex Magorum: *infra autem nominatur* ὁ Μαύπλας.

e *Ibidem ſimpliciter*, Χριϛιανὴ ἀποθανέμεθα, Chriſtianæ morimur.

f *Græce* ἵνα δὶ αὐτὸν ὑπὸ Θεῦ ζῶντ@ τὴν ζωὴν ἡμῶν ἀπολέσωμεν, *ac ſi diceret*, ut propter ipſum velimus à Deo vivo privari noſtra vita.

g *Deſunt in Græco contextu, forte ſupplendi ſenſus cauſſa addita ab interprete.*

B h *Pro ſuo ſcilicet ſingulæ ſtatu: cum earum una vidua fuerit, uti aliunde conſtat.*

i *Græce*, Naturæ noſtræ non eſt; neque genus ipſius ex Adam.

ACTA MARTYRII

SS. Acepſimæ Epiſcopi, Ioſephi Presbyteri, Æthalæ Diaconi.

Auctore Simeone Metaphraſte, ex interpretatione Gentiani Herveti apud Lipomanum & Surium, Collata cum MS. Græco Medicæo Regis Chriſtianiſſimi.

CAPUT I.

S. Acepſimæ Epiſcopi virtutes, captivitas, inter tormenta conſtantia.

Sub ſapore Rege Perſarum

1 FUrebat in Chriſtianos Saporius rex Perſarum, & Magis qui erant pars Perſarum juſſit, ut eos perſequerentur. Qui etiam acrius invadentes, eos quos perſequebantur, cogebant colere ignem & ſolem. Qua de cauſa Beatus quoque Acepſimas ab eis comprehenditur: qui ortus quidem erat ex patria Naëſſon, ſita in finibus Perſarum: erat autem Epiſcopali ornatus dignitate, ætate ſenex, *a* ut qui eſſet octoginta annos natus: ſenex prudentia, mitis & moderatus, ab ira alienus, abſtinenter vitam agens, egenos impertiens ſuis facultatibus, intentus orationibus, forma elegans, anima elegantior: & externis motibus, ijs qui illos cernebant, ſignificans internam conſtitutionem, & factis & verbis pietatem enuntians, & vitæ & rectorum dogmatum magiſter effectus Chriſtianis. Quo factum eſt, ut totam adverſariorum aciem, tamquam adverſus fortiſſimum antagoniſtam, in ſe concitaverit. Circa quem quidem, etiam antequam comprehenderetur, fit tale quid prophetice.

c
C

S. Acepſimas Epiſcopus,

Martyr futurus à puero prædictus,

2 Puer quidam demulcebat ejus caput, purgans à pediculis, qui ei afferebant moleſtiam. Id ergo amplexus, Beatum eſt, inquit, hoc calvum caput (erat enim glabrum) quod quidem propter Chriſtum ſuſcipiet martyrium. Ille autem hoc dicto fuit lætatus: & puerum ſtatim viciſſim complexus: Fiat mihi, o fili, inquit, ſecundum verbum tuum. Cum autem quidam familiaris & amicus Acepſimæ adeſſet, cum hæc dicerentur (erat vero is quoque vicinæ civitatis Epiſcopus) ſubridens rogavit puerum, dicens: Dic mihi, o fili, ſcisne de nobis aliquid? Puer autem à Deo inſpiratus: Tibi quoque, inquit, ad tuam redeunti civitatem, non licebit eam videre: ſed è vita excedes in pago, qui dicitur Æthradaran. Quæ quidem ambobus evenerunt, ſicut puer prædixerat. Sed hæc quidem, antequam Martyr eſſet comprehenſus. AUCTORE METAPHR. EX MS. GR.

coram Principe Magorum profitetur fidem:

3 Cum autem eſſet captus, & duceretur per domum ſuam, prope accedens quidam ex familiaribus: Diſpone aliquid de domo tua, ei dixit in aurem. Ille vero: Hæc, inquit (illam manu oſtendens) non eſt amplius domus mea: ego enim mox migro in domũ ſupernam. Cum autem fuiſſet in civitate *b* Arbel, & productus eſſet ante Principem Magorum (erat vero ei nomen Adrachus) rogavit eum, an eſſet Chriſtianus. Poſtquam autem magna voce hoc fuiſſet confeſſus: Suntne ergo, inquit, vera quæ fama celebrantur, quod contemnas juſſa regia: & quod unum prædicas Deum contra edictum regium? Beata autem illa ſenectus nullo timore affecta, Quæcumque, inquit, talia de nobis audiviſti, ſunt vera. Unum enim Deum prædico, convenienter iis, quæ ſunt apud nos, Scripturis: & eis, qui ad me ventitant, conſulo ut hoc dogma teneant & tueantur. Magus autem, Audivimus, inquit, te aliis præſtare prudentia, quæ longo tempore & experientia comprobatur: nunc vero non, ſicut audivimus, licet nobis intueri: nihilo enim melius es affectus, quam puer inſipiens. Cujus eſt enim ſapientiæ aut ſanæ mentis, decreta regia deſpicere, & ſolem ſplendidiſſimum & ignem nolle adorare, quæ quidem ipſe quoque Rex adorat? Reſpondit Chriſti Pontifex: Valde mihi videtur deſipere imperium Perſarum, quod dimiſſo Creatore, ſtatuerit colere res creatas. Quis enim ſanæ mentis in animum induxerit, Dei honorem tribuere ijs, quæ facta ſunt à Deo, ſicut vos facitis, vos impie gerentes, & hic ipſe Rex veſter?

b

irridet cultum ſolis & ignis:

4 Ille autem: Nos impia, inquit, facere audes dicere, qui tale elementum adoramus & ſolem vivificum colimus, O tu vere impie & nugator, & vanæ defenſor religionis? Sed niſi tu ceſſeris juſſui Imperatoris, & adoraveris eos, quos ipſe adorat; ne ſenectus quidem te liberabit, quo minus patiaris graviſſima, neque quem colis, Deus crucifixus. Deinde divinus ſenex: Tibi obſtruatur os ſceleſtum, o execrande, ſi putes te tuis minis mihi poſſe perſuadere, ut deficiam à patrio dogmate, quod didici ab ineunte ætate, & ad hanc conſervavi canitiem. Si autem neq; me, ut dicis, eripiet ſenectus, neque Deus, quẽ colo, à veſtris manibus: non ideo id, quod eſt præſtantius, mutabo deteriori. Quid enim mea intereſt vivere hos paucos dies? Nam paulo poſt etiam abſque vobis à me exigetur commune hoc naturæ debitum. Non adorabo ſolem: non colam ignem. Nemo meam irridebit ſenectutem: nemo mihi dabit vitio, quod ſim vitæ cupidus, ut qui brevi vita vendiderim tantorum bonorum beatitudinem. Propter hæc ira repletur ſceleratus, & ſacroſancta ſenectus ſtatim flagris cæditur adeo graviter, ut ſanguine quidem totum ſolum reſtagnaret, nullus autem relictus eſſet locus corporis illæſus.

conſtans in fide, non terretur:

E

F

dire flagellatur:

5 Cum vero parum relaxatus eſſet à plagis, jubet eum rurſus vinctum catenis ſiſti ante tribunal. Dicebat autem: Ubi eſt Deus tuus quem colis, o Acepſima! Veniat & te è meis manibus eripiat. Deus meus, inquit ille, o ſceleratiſſime, qui cælum implet & terram, poteſt me è tuis manibus eripere. Tu autem, cum ſis terra & cinis, in quem audes ſuperbire? ſub quo ſternetur putrefactio, cui vita eſt morte gravior,

inſtruit Indicem:

AUCTORE METAPHR. EX MS GR.

gravior, qui viventem Deum non cognoveris? propterea tamquam flos agri exſiccaberis, & vita miſerabiliter everſa traderis igni, qui non poteſt extingui: ut quem nunc adoras, illic re ipſa punitus ſentias, non eſſe ignem Deum; ſed ipſum quoque alium noſſe opificem, qui eſt etiam Deus omnium, quæ cadunt ſub aſpectum. His majore ira incenſo Mago, graviores catenæ Sanctum circumligarunt: & eum tunc interior accepit carcer.

A *carceri includitur.*

ANNOTATA.

a *Hæc de ætate octoginta annorum deſunt in MS. Græco Medicæo.*

b Arbela *in Aſſyria, prælio Alexandri Magni & Darij, atque hujus clade nobilis, teſte Q. Curtio lib. 4 de Dario. Plura diximus 4 Februarij, in Actis martyrii S. Abramij Epiſcopi Arbelorum ſub Sapore etiam paſſi, num. 4.*

CAPUT II.

SS. Ioſephi, & Æithalæ captivitas, conſtantia inter verbera: inſtitutio data.

Comprehenduntur S. Ioſeph Presbyter,

6 De autem ſequenti comprehenſus etiam fuit maxime venerandus Presbyter Ioſeph, ortus ex pago, qui vocatur Bethlabuba, quod exponitur, Recte ſcribentis: ipſe quoque ſenex & iam intra terminos Dauidicos, ut qui eſſet ſeptuaginta annos natus. Senectuti autem decori erat quædam gratia, & ſpecies venerandos canos reddebat lætiores: cujus anima quidem zelum ſpirabat & dogma Chriſtianorum mirandum in modum defendebat. Summe vero is deditus erat temperantiæ, & continebatur cor ejus metu divino. Præterea autem comprehenditur etiam inprimis colendus Diaconus Æithalas. Eum pagus aluit Bethnoadara, vir & ſpiritu fervens, & qui Chriſti caritate valde accendebatur. Erant autem ei mores propenſi ad arguendum, & pleni dicendi libertate inſtar magni Eliæ, ut qui vitæ, ut opinor, ſequerentur libertatem & animæ puritatem. Florebat vero in eo quædam quoque gravitas, quæ ei conciliabat ab omnibus venerationem. Cum autem ambo producti fuiſſent ante judicem, is torvo oculo eos intuens: O genus, inquit, perditiſſimum! cur in ſimpliciores homines irrepentes, & veſtris doctrinis eorum oculos præſtringentes, deducitis ad falſam Chriſtianorum religionem? Beatus autem Ioſeph dixit: Nos nec uti præſtigijs, nec fallere didicimus: verum autem & ſtabile dogma defendentes, eos, qui errant circa religionem, deducimus ad veritatem, docentes adorare unum Deum, qui eſt cum aliis rebus Dominus ſolis & ignis.

B

C

S. Ioſeph docet inanes divitias & vanam gloriã mundi,

7 Dixit vero Magus: Quodnam autem dogma eſt veritati conſentaneum? Idne, quod Rex totius terræ ipſe & ejus Proceres defendunt, an quod viles & abjecti homines, ſicut vos, qui decepti eſtis, prædicant? Viles quidem & abjecti homines ſumus nos, reſpondit Chriſti Sacerdos, hoc jubente Chriſti præcepto, quoniam non in divitiis & ſuperbia viſum eſt Deo noſtro viam hominis dirigere. Et ideo nos ſæpe noſtra ſponte nos humiles reddimus, facultates noſtras prodigentes pauperibus, pro iis nos accepturos æternas expectantes divitias, a & gloriam quæ numquam deficiet. Tu vero qui ob fluxas opes & vanam gloriam intumeſcis, ut fumus tranſibis, & ut pulvis à vento diffiaberis. At Magus, Vos, inquit, deſidiæ ſervientes, domos obitis mendici, miſeri & in manus alienas intenti: & cujus rei debebat vos maxime pudere, ea re maxime gloriamini. Divitiæ enim à cunctis hominibus amore & ſtudio dignæ cenſentur: quarum amore carere quis vos docuit? Ad hæc vir beatus. Inertiam nobis exprobraſti, mendicoſque indigitaſti: à ſciente & perito quod ſciſcitatus es diſcito, quod ſi in congregandis divitiis ſtudium poneremus, tantum ex noſtris manibus commodi percepiſſemus, & tantas opes collegiſſemus, quantas nec tibi quidem licet, qui eas colligis ex pauperibus, & metis alienos labores. Nos enim propriis manibus laborantes, juſte quæſitis pauperes impertimus: vos autem ſoli avaritiæ dediti & plura habendi cupiditati, non ſolum nihil ipſi operamini, ſed præterea etiam aufertis aliena. Quoniam vero nos quoque dicis b amare divitias: quodnam in eis bonum ineſſe animadvertentes, nos ad eas parandas defigeremus? Non ſunt eæ fugitivæ & valde infideles? non hodie quidem huic adſunt, cras vero migrant ad alium, priori domino quodammodo abnegato? non magnam in eum, qui poſſidet, concitant invidiam? non labores & bella aperte architectantur? non latronum & furum attrahunt oculos? Quod ſi dicis ex iis aliquam oriri voluptatem aut gloriam, magnum quid eſſe reputas? quidnam ea differt à ſomniis & umbris? Parva affecit voluptate: deinde cum adventarit veſpera, extincta eſt & redacta in nihilum. Quod ſi etiam in præſenti vita parum manſerit, mors tamen iam adveniens, eam quoque habet ſimul abeuntem: acerba autem ſupplicia eum, qui ſe hic dedidit voluptatibus, tenebunt perpetuo.

D

b

8 Hæc cum ſic dicerentur, interpellans ſplendidiſſime Magus: Has, inquit, prolixas mittens nugas, maximo Deo ſoli & igni cultum, ut par eſt, exhibe. Ad hæc dixit Chriſti adorator: Ne erres, neque putes te hoc unquam tuis eſſe contemplaturum oculis: me, inquam, relicto effectore ſolis & ignis, illius opera adorare, & adeo repugnare meis verbis & doctrinæ. Crudeliſſimus autem Magus, poſtquam audivit hæc verba, ira accenſus, jubet ſtatim eum extenſum verberari virgis mali Punicæ, cujus rami erant ſpinoſi. Cum vero ſacras illas carnes laniarent filij interitus, Ago tibi gratias, dicebat athleta, in cælum extendens oculos, quòd dignatus ſis me meo ſanguine tinctum, peccati ſordes pure abluere. Lictores autem, propter ea quæ dixerat, in ipſum magis ira repleti, eum plagis ita conſciderunt. ut vox quoque ei interrumperetur c. Deinde duabus catenis circumdatum, includunt in carcere, ei pulchrum vel inviti ſolatium dantes Acepſimam: illic enim fuerat prius incluſus.

negat cultum ſoli & igni,

E

crudeliſſime cæſus,

c includitur carceri.

9 Ad venerandum autem adſpiciens Æithalam Judex, qui erat animo implacabilis: Tu vero dicis, inquit? Implebisne juſſum Regis, & adorabis maximum ſolem, & guſtabis ſanguinem, & cum muliere habebis conſuetudinem, & liberaberis ab iis, quæ tibi impendent, malis? an eris etiam, ſicut alii, contumax & inobediens? Chriſti autem Martyr Æithalas, vere ſemper florens & cæleſtis planta pietatis: Tuæ, inquit, immũdæ & caninæ appetitionis eſt hoc munus, ſanguinẽ guſtare, & pro Deo & quæ Dei ſunt colere. Abſit autem, ut ego adeo cæcutiã corporis & animæ oculis, ut hunc videns ſolem, in ipſoque conſiſtens, & Deum omnino putem id quod apparet, & & non ulterius progrediar ſinceriore oculo cogitationis: & Deum quidem, id quod movet; rem vero creatam reputem, id quod movetur. Si autem mihi ſic judicanti & plagas & mortem minitaris, non ideo mihi perſuadebis, ut diſcam tuum dogma, & negem veram religionem.

F

S. *Æithalas conſtans in abnegando cultu ſolis,*

10 Propter hæc iratus impius: Sed nullus, inquit, ſanæ mentis mortem vitæ prætulerit, idque propter ſtultam & minime conſideratã conſtantiam. Quamobrem nec tibi credendum eſt, dicenti te paratum eſſe mori pro tuo dogmate & religione. Reſpondit Sanctus: Veſtri, qui à vana ſpe pendent, & nullam

æternæ

A æternæ vitæ habent expectationem, poſtquam hinc exceſſerint, jure exiſtimari potuerint eſſe & vitæ cupidi, & amantes corporis: quorum autem ſpe vera & firma alitur anima, quod & ea ſit immortalis, & ſit rurſus cum ſuo corpore coitura poſt mortis diſſolutionem, & æternæ vitæ futura particeps, iis præſens vita res eſt parva & contemnenda, & mors minime terribilis. Verax eſt enim Deus noſter & magiſter, qui dicit: Nolite timere ab iis, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Luc. 12, 14

ſupplicium immane ſubit

11 Tunc jubet vir ille ferus ejus quidem manus alligari poplitibus, & longum lignum in medio utrimque tranſadigi: ſex autem viros robuſtos utrique ſtipitis extremo inſiſtentes, fortiter premere ſacroſanctum illud corpus, de induſtria factis ſaltibus, & oſſa ejus confringere & diſſolvere. Deinde etiam mali quoque *d* Puniceæ virgis eum verberari. Indomitus autem ille athleta, & cujus nulla re frangebatur ſpiritus, perinde ac ſi nullum dolorem ſentiret à tam inſigni cruciatu, magno & excelſo animo diſpiciens ad judicem: Ut videtur, inquit, corpora hominum, quæ diſcerpuntur, tibi aliquam afferunt voluptatem, inſtar canum aut corvorum eis impleri cupienti. Scias ergo, me nullam ducere rationem horum tormentorum, quæ à te inferuntur. Aut ergo nova excogita ſupplicia, aut ſcito me ea nihili facere. d

B 12 Magus autem ſtatim converſus ad lictores: Cur, inquit, miſericorditer flagris cæditis impium? Videte enim, quomodo dum ei parcitis, ad nos inceſſendos contumeliis maxima invehitur libertate. Illi vero, veluti quodam ſtimulo ejus ſermone excitati, tam fortiter invaſerunt, ut ex gravitate eorum, qui ligno inſiſtebant, & ex vehementia eorum, qui tendebant, & ex crudelitate eorum qui flagellabant, compages quidem corporis ei fuerint diſſolutæ oſſa autem ſint confracta, & carnes ſint diſcerptæ. Eum ergo portantes, quoniam pedibus minime uti poterat, tamquam onus aliquod projiciunt vi in cuſtodiam, in qua etiam incluſum erat illud par Sanctorum.

projicitur in carcerē

ANNOTATA.

a *Hic multa ſupplentur ex MS. Græco, quæ deerant apud Lipomanum.*

b *Videtur excidiſſe negatio* non: *quæſierat enim magus, quis docuiſſet eos carere amore divitiarum.*

c *Sozomenus ſupra addit*, manus tamquam mortuas pependiſſe.

C d *MS. Gr. Venetum & hic & infra num.* 34 Malum Perſicam *nominat.*

CAPUT III.

Novæ quæſtiones & tormenta trium Martyrum. Inedia triennalis inter crudeles cruciatus, & martyrium S. Acepſimæ.

Educti in templum Ignis

13 CUm quinque dies præteriiſſent, eos e carcere eduxerunt, & duxerunt in locum, qui vocabatur Paradiſus, prope quod erat templum ignis, qui ab eis colebatur. In quo cum præſediſſet ille ſceleratus, Ocyus mihi dicite, inquit Sanctis, an adhuc permaneatis in eadem ſtulta cogitatione: an conſilium mutaveritis in aliquid melius & ſalutare. Sancti tamquam uno ore protinus reſponderunt: Notum tibi ſit Judex, quod quam ab initio habuimus cogitationem, in ea adhuc perſiſtimus, & perpetuo perſiſtemus, non minis, non tormentis, non donis, nullo denique alio omnino mutati: ſed unum Deum adoramus, & eundem ſolum eſſe Dominum omnium eorum, quæ ſunt, cognovimus. Hæc cum audiiſſet Magus, aliud rurſus novum excogitat tormentum, & jubet eos cingi funibus per axillas & lumbos & tibias, in uno quoque autem cingulo lignum injici & circumagi, & fune vehementer torqueri. Quod cum factum eſſet, erat acerbum ſpectaculum, & mitibus oculis lacrymabile. Nam ligna quidem circumagebantur: funes autem convertebantur: & carnes inde premebantur, & oſſa conterebantur. Erat vero valde gravis contritio: etenim iis quoque, qui procul erant remoti, audiebatur fragor oſſium. Erat autem id, quod eis dicebatur inter tormenta: Voluntati Regis nolite repugnare. Deinde id, quod è contrario dicebatur à Sanctis: Qui Regis veſtri voluntati cedunt, Dei voluntati reſiſtunt. Atque erat quidem hora tertia, quando cœpit tormentum, uſque ad ſextam autem ſic patientibus athletis eſt productum. AUCTORE METAPHR. EX MS GR. *novis cruciatibus torquentur.*

14 Deſpondens itaque animum Judex, juſſit eos rurſus abduci in carcerem. Quamobrem fuerunt abducti, non ſuis pedibus, ſed, quod ii eſſent omnino mortui, portati ab aliis. Imperatum autem fuerat cuſtodibus, ut ſi deprehenſus fuiſſet aliquis, eos vel cibo vel potu vel indumento impertiens, is ultimo ſubjiceretur ſupplicio. In hunc ergo carcerem conjecti Chriſti milites, omnem afflictionē, omnem vexationem propter ipſum ſuſtinentes, tres annos incluſi permanſerunt: nullam aut famis recreationē, aut malorum quæ erant in cuſtodia invenientes conſolationem, niſi aliqui ex iis, qui erant ſimul vincti, eorum miſerti, parum quid nutrimenti eis latenter præbuiſſent. Qui enim in carcere aſſidebant cuſtodes, eorum quidem calamitatum miſerebantur & ſenectutis: ſed cum nihil poſſent facere, quod ad eorum pertineret curationem propter metum Iudicis, ſolum ex eorum malis dolorem accipiebant, & afferebant lacrymas commiſerationis. *triennali inedia afflicti*

15 Deinde poſt illam acerbam & diuturnam afflictionem, cum eſſet in eo loco Sapores, (is autem dicebatur Bithmada) eos educit è cuſtodia is, cui fuerat commiſſum, ut eos caſtigaret. Dixiſſes, ſi vidiſſes, illos eſſe umbræ ſimiles: longa afflictione adeo extabuerant. Deinde eos ſiſtit ad tribunal Ardaſabor: erat autem is princeps omnium Magorum, qui erant in Perſide. Ille vero ſtatim eis dixit: Quid autem, eſtis Chriſtiani? Sancti vero, Certe, dixerunt, Chriſtiani, & ſolum Deum vivum adorantes & ipſi ſoli ſervientes. Tyrannus autem: Videtis, dixit, quemadmodum quæ vobis illata ſunt tormenta, attulerunt vobis magnam afflictionem? multo autem magis diuturna vexatio & incluſio: ea enim & formam vobis mutavit, & effecit ut ita extabeſceretis. Quamobrem vobis ſuaſerim, ut mihi pareretis, afferenti ea quæ ſunt vobis conducibilia, & vobis parcatis, & ſolem lucidum adoretis. Sin minus, reſtat ut graviſſimæ morti ſubjiciamini. *ſiſtuntur ad tribunal.*

16 Reſpondit S. Acepſimas: Non me latet ſummo eſſe tibi ſtudio dogma patrium: & hoc tibi eſſe propoſitum, ſi modo fieri poſſet, vel vi vel perſuaſione efficere, ut omnes attrahas ad eamdem religionem. Hoc autem de nobis numquam tibi veniat in mentem, ut putes vel blanditiis vel minis vel aliis intentatis malis poſſe nobis perſuadere, ut deficiamus à dogmate nobis ſemel confirmato & à confeſſione: parati enim ſumus omnia pati potius, quam à fide in Chriſtum deficere. Non ignoro, inquit tyrannus, quod cum vobis Chriſtianis mors putetur eſſe quies, omne ſtudium à vobis ad hoc ponatur, ut iis fruamini, quorum ſpem concepiſtis: ſed non licebit vobis cito conſequi id quod deſideratis. Nam cum prius veſtras carnes paulatim conſumpſero, acerbum vitæ finem vobis imponam. Cui Sanctus: Et jam prius, inquit, à nobis audiſti, & nunc id quoque certo ſcias *S. Acepſimas contemnit quæcumque tormenta & minas.*

AUCTORE METAPHR. EX MS. GR.

A

ſcias, quod neque tuorum tormentorum, neque minarum nos ullam ducimus rationem. Nam qui in præcedentibus malis nobis manum præbuit adjutricem, ipſe nunc quoque nobis feret opem, & efficiet, ut non difficiliter feramus ea, quæ nobis intentabuntur: & ſi velis facere periculum noſtræ in profundo ſenio fortitudinis, nihil obſtat: ſcies enim te fruſtra laborare, & aggredi ea quæ ſunt inutilia.

17 Propter hæc ira repletus judex, jubet afferri flagella ex corio crudo confecta, & ſubjici eorum oculis. Deinde dicit Sanctis: Juro, inquit, per ipſum magnum Deum & inclytam fortunam Saporis, niſi imperio ejus obedieritis, his veſtras carnes conſumã, veſtri nulla motus miſericordia. Quod ſi etiam contigerit, ut vos citius moriamini, dum flagris cædimini, at ego ſic quoque puniam vel mortuos: & membratim diſſectos, projiciam avibus & canibus. Sanctus autem dixit Acepſimas: Cum per rem creatam, & non per Deum juraveris, & etiam per fortunam hominis, vereor ne non ſit tibi curæ juſiurandum, & non ſerves ea, quæ ſunt à te jurata. Si autem ea ſervare omnino conſtituiſti, ecce tibi noſtra corpora: iis utere ut lubet, nulla, ut dicis, noſtri motus miſericordia, neque nobis quidquam parcens.

& crudeliſſime cæſus

B

18 Cum ſic dixiſſet, juſſit ſceleratus judex eum, extenſis manibus, valde verberari in dorſo & in pectore. Eo vero crudelitatis proceſſerunt, qui flagellabant, ut nihil omnino intermiſerint, donec carnes avulſæ ab oſſibus, ſimul cum ſanguine in terram defluerent. Præco autem clamabat: Pare Regis voluntati, & vive. Dei vero Pontifex, donec erant ei vires, contra clamabat: Ego potius Dei mei voluntatem, viribus ab eo acceptis, exequar: veſtri autem Regis voluntatem ne extremis quidẽ auribus accipio. Cum autem & vox ei interrumperetur, & vires jam paulatim diſſolverentur, & mors jamjam adeſſet, oculis in cælum ſublatis, cum in Deum confeſſionem conſervare firmam & immobilem annuendo aſſeveraſſet, in ipſa rerum gravium & difficilium tolerantia, invictam illam animam tradidit Deo agonothetæ.

ſanctè moritur.

Corpus ſubripitur à Chriſtianis.

19 Adhuc autem iram ſpirantes acerbi illi tortores, in corpus iam mortuum ſæviebant inſtar corvorum. Deinde cum præcipitem impuliſſent, & in plateam tamquam profanum aliquid ſcelerati projeciſſent, adhibent cuſtodes, ut ne ſepulturam quidem conſequeretur ab ullo ex Chriſti amantibus, maximum metum dæmonum incutere contendentes, qui re vera erant illorum cultores promptiſſimi. Tribus

C

autem diebus poſtea occupatis cuſtodibus, propter adventum filiæ Regis Armeniorum, quæ ut eſſet obſes pacis, tunc data fuit Regi Perſarum, ſurripitur à Chriſtianis revera theſaurus, qui numquam conſumitur.

CAPUT IV.

SS. Ioſephi & Æithalæ inter tormenta conſtantia. Abductio Arbelam & incarceratio ſex menſium.

S. Ioſeph

20 CUm ſic ergo B. Acepſimas decimo Octobris, eo modo, quo dictum eſt, finem vitæ accepiſſet; ſanctiſſimus Joſeph poſt eum fuit introductus. Ad quem ſe propius admovens judex profanus: Vidiſti, inquit, quam acerba morte amicus tuus fuit vita privatus: & tu nunc quoque, niſi meis monitis pareas, ſimilibus ſubjectus ſuppliciis, eamdem quam ille, mortem ſubibis. Divinus autem Dei Sacerdos: Quod, inquit prius dixi ei, cui judicandi munus ante te obtigerat, hoc nunc quoque tibi dicam, quod numquam Creatori præferam rem creatam: neque id, quod eſt conditum, adorabo, ſed Conditorem, quamdiu fuero compos mentis.

21 His dictis, Præſes correptus magno furore, juſſit eum ſimiliter extenſum atque priorem, flagellari boum nervis: & acclamare præconem, eum fore ſalvum, ſi Regis pareat voluntati. Ille autem, Unus eſt Deus, exclamabat, & præter ipſum nullus alius, in quo & vivimus & movemur & ſumus, cui etiam cultum offerimus rationalem, regia juſſa parum curantes. Cum vero multas horas verberatus, fere iam eſſet morte affectus; arbitrati eum eſſe mortuum, ſuſtulerunt, & in forum projecerunt. Deinde cum reſciviſſent aliquas ſpiritus reliquias adhuc in eo manere, includunt in carcere.

D

dire flagellatus.

carceri includitur.

22 Poſt eum autem tertius fuit introductus ſapiens Æithalas. Cui Judex: Vita, inquit, & morte propoſitis ante tuos oculos, gloriaque & ignominia, ne eligas deterius, relicto meliori: nec eamdem ineas viam, quam ij, qui præceſſerunt, qui ſua ſtultitia dignum vitæ exitum acceperunt. Tu autem meum ſequens conſilium, & maximos honores conſequeris, & munera à Rege accipies. Sin minus, cum tibi cauſa fueris ſuppliciorum innumerabilium, omnibus quoque jucundiſſima luce per vim privaberis. Divinus autem Æithalas: Me, inquit, puderet cæli & terræ, ſi cum mei amici, qui & premebantur ſenectute, & ætate præcedebant, fortiſſime decertaverint, ipſe & vitæ cupidus, & tormenta extimeſcens conſpicerer, qui ſum ætate vegetiore. Non, per Chriſti mei mortem, ero vitæ hic agendæ cupidus. Non pro ijs, quæ videntur, bonis, non pro aſperis rebus prodam pietatem. Propter hæc magna extitit ira Præſidis: & in Sanctum illata ſunt flagella. Ille autem ipſum ſordidum canem vocavit & ignavum, &, Quomodo, inquit, mens tua eſt infirma & imbecilla, ita etiam tormenta; quæ ſunt infelicium & abjectarum animarum terricula, non vero fortium virorum, quorum animi deſiderio Chriſti ſunt inflammati.

S. Æithalas

E

flagellis caditur.

23 His Iudex obſtupefactus, qui erat mente captus, Quid hoc, dixit aſſeſſoribus, ſibi vult, quod iſti, qui dicuntur Chriſtiani, vitam præſentem deſpicientes, mortem tantopere fitiunt? Illi autem, Quoniam, ajunt, à Patribus traditas attendentes doctrinas, credunt alium eſſe mundum, præſenti longe meliorem & admirabiliorem, propter quem vitam quoque præſentem deſpiciunt. Interim autem dum hæc dicerentur, & temporis prolixitate, & ab iis, qui ipſum torquebant, vehementiſſima plagarum illatione, corporis quidem, quod multum decertaverat, diſſolvebantur compages; carnes vero, quæ lacerabantur, cum ipſo ſanguine in terram defluebant. Cum eum autem juſſiſſet parum relaxari Judex, tamquam ejus motus miſericordia: Si volueris, inquit, parere juſſui Regis, ſunt apud nos medici, qui plagis tuis cito medebuntur. Cui ſtatim Sanctus: Si ſolo verbo, inquit, poſſes meis medere plagis, o tu, qui es mente & anima ſaucius; ne ſic quidem tibi animum adhiberem, cum ea ſuadeas, quæ ſunt plane ſtulta & remota ab intelligentia. Tentans dixi, inquit Judex. Nam etiamſi tu velles parere juſſui Regis, hoc tibi nihil prodeſſet, cũ plagæ jam tibi mortem accerſant. Quamobrem ego quidem efficiam, ut ſis exemplo omnibus Chriſtianis, ne tam ſecure magiſtratus afficiant contumeliis. Sed ſi in aliis, inquit ſanctiſſimus Martyr, dixiſti ſæpe aliena & falſa, nunc, etiamſi nolles, dixiſti vera, & quod eſt omnino propediem eventurũ: me enim revera bonum poſteris exemplum ſtatues fortitudinis & animi magnitudinis, qui tamquam ad exemplar aliquod ad noſtram intuentes tolerantiam, facile ferent tua & tui ſimilium tormenta.

& miſere dilaceratur.

F

Abductio ambo in urbem Arbel.

24 His, quæ dicta ſunt, fuit obſtupefactus Judex: & accerſito quodam ex iis, qui apud eum multum poterant, qui dicebatur quidem Adeſche, ortus autem erat ex civitate, quæ vocabatur Arbel: Hos, inquit,

quit, accipe, & duc ad tuam civitatem, Chriſtianorum manibus obruendos lapidibus: volo enim tuam ſolertiam hoc mihi efficere: propter quam cauſam nec eis quidem gladio volui mortem afferre. Cum eos ergo onerariis, jumentis, tamquam inanimum aliquid, impoſuiſſet & alligaſſet, ille profectus eſt in patriam. Quoniã vero non poterant inſidere jumentis, cum eſſent eorum membra omnino diſſoluta; idcirco humi jaciebantur in iis locis, in quibus eos oportebat diverſari, tamquam mortua corpora: & cum adducti eſſent in civitatem Arbel, eos accipit carcer obſcurus & tenebricoſus. In hoc cum putrefactio carnium eis ex plagis orta eſſet, effluebat multa ſanies: & Sanctos graviſſimi dolores invadebant, & maxime, quod non permitteretur ulli ex Chriſtianis ad eos accedere, & eorum ullam curam gerere.

carceri includuntur

25 Quædam autem mulier pia & timens Dominum, quæ habitabat in finibus hujus civitatis, intempeſta nocte venit ad carcerem: & multis pecuniis delinitis cuſtodibus, effecit ut Sanctos latenter acciperet, & domum ſuam, quæ non longe aberat, ſervorum ſuorum manibus portatos duceret. Deinde iis productis, qui nec loqui quidem poterant, eis abſtergit ſaniem: lenibus autem quibuſdam medicamentis ſedat eorum dolores, mundis alligat linteis, unguentis ungit pretioſis, & in omnibus oſtendit quam eſſet pia & Chriſti amans, oſculans quidem membra Martyrum, & eis illacrymans; ſanie autem, quæ ex eis diſtillabat, ſeipſam inungens.

nocte in domo pia mulieris foventur:

26 Cum vix tandem autem ad ſe rediiſſet Ioſeph: Tua quidem, inquit, in nos miſericordia & munificentia, ô ſacroſancta mulier, Deo erit accepta & nobis, qui pro eo decertamus: nos autem tam immodice deflere, eſt multum remotum à vera & certa ſpe Chriſtianorum & noſtra fide. Cui honeſtiſſima mulier: Mihi quidem animus eſt gaudio repletus, conſideranti, quod Chriſtus vobis tantam dederit fortitudinem, ut magno animo ferretis tantam dolorum acerbitatem: magis autem lætata eſſem, ſi vos vidiſſem martyrio conſummatos: lacrymari vero eſt proprium humanæ naturæ, quæ movetur miſericordia ejus, quod eſt ſibi genere conjunctum. Sed non oportet te dolore affici, neque lacrymari propter nos, reſpondit divinus Joſeph cum omnino ſcias, quod quæ propter Chriſtum ſuſcipiuntur afflictiones, æternam concilient lætitiam & regnum cælorum. Die autem illuceſcente, rurſus latenter reſtituuntur in carcerem.

& mutuo alloquio recreati

reducuntur ad carcerem.

CAPUT V.

Inter nova tormenta Arbelæ illata utriuſque conſtantia.

Poſt 6 menſes,

27 CUm ſex autem menſes præteriiſſent, deponitur quidem à magiſtratu is, qui Sanctos acceperat, ut lapidibus obruerentur: alius autem eo ſævior, ei ſuccedit, nomine Nazeroth: cui etiam Rex imperaverat, ut comprehenſi Chriſtiani, Chriſtianorum manibus obruti, interimerentur. Cum ergo veniſſet ad civitatem, & Ignis templum eſſet ingreſſus ut ignem adoraret, dixerunt ei ignis adoratores: Sunt quidam hic iam longo tempore Chriſtiani in tuta incluſi cuſtodia, qui prius, ut nobis fuit ſignificatum, graviſſimis ſubjecti ſuppliciis ac tormentis, non potuerunt induci, ut ſuam abnegarent religionem. Hæc cum ipſe audiviſſet, eos ſtatim jubet ſiſti pro tribunali, & eis dicit: Cum Rex Sapores munitas quidem & validas everterit civitates, & multas gentes oppugnatu difficiles redegerit in ſervitutem; quomodo vos, qui eſtis quidem in ejus poteſtate, ejus autem terræ habetis uſum fructum, perinde ac qui ab eo defeceritis, ejus juſſa tantopere deſpicitis?

ſiſtuntur Iudici:

28 Ad hæc Joſeph ille admirabilis: Si tyrannidem, inquit, & defectionem aliquam moviſſemus adverſus Regem veſtrum, oporteret omnino ipſum illatis armis & coacto exercitu nos invadere; aut alium certe adverſus nos mittere, qui eſſet & manu fortis, & rerum experientia præditus, & ad ducendũ exercitum idoneus: ſed tantum abeſt, ut nos talia aggrediamur, ut non alium, ſed te adverſus nos emiſerit, qui cum feminis potius, quæ degunt in thalamis, quam cum viris pugnare ſtuduerit. Nos enim noſipſos tamquam oves tradidimus ad occiſionem, ut qui didicerimus eſſe ſubjecti omnibus poteſtatibus.

AUCTORE METAPHR. EX MS. GR.

S. Ioſeph amœne reſpondet

29 Dixit Præſes: Me adiram, ut videtur, provocans, ut vitam tibi citius adimam, nos his inſectaris contumeliis. Sed non aſſequeris id quod deſideras: longo enim tempore & mora te protraham, & multis tormentis te paulatim conſumam. Iubet ergo eum extremis pedibus fune vinctis, ſuſpendi capite, exiccatis autem boum nervis ei plagas infligi. Sic ergo venæ apertæ tormentorum violentia, tamquam ex fonte præbebant fluxum ſanguinis. Qui vero circumſiſtebat populus, Judicem accuſans immanitatis, ad miſericordiam movebatur & ad lacrymas, ſtupens ſacroſancti ſenis tolerantiam.

ſuſpenſus nervis boũ caditur:

30 Quidam autem ex Magis, qui circumſiſtebant, ſecreto accedentes ad Martyrem, dicebant: Clam nobiſcum ingredere in noſtri Dei templum, ſi à multis aſpici erubeſcis, & cum ſacrificaris, liberare à ſuppliciis. Ille autem: Diſcedite à me, clara voce dixit: Diſcedite, qui operamini iniquitatem: quoniam Dominus exaudivit deprecationem meam. Deinde cum tres horæ iam præteriiſſent, jubet eum relaxatum à verberibus coram ſe ſiſti; Ecquid, inquiens, pares juſſui Regis, & vitam morti præfers, an non? Reſpondit Sanctus: Abſit, ut ego unquam eam vitam cupiam, in qua me ſol viderit ſibi potius, quam ejus effectori, tribuere adorationem. Quid autem, Eſtne tibi, inquit, mors vitæ præponenda? Sanctus dixit. Certe: hæc enim mors mihi vitam æternam conciliat, & eſt nobis cauſa multorum bonorum, quæ nec poſſunt cerni oculis, nec audiri auribus, nec mente comprehendi. Ad hæc deriſor & cavillator ille, velut nuntiaturus mortem Martyri, Magnas ergo, inquit, nobis debes agere gratias, ſi tam multa bona tibi conciliavimus. Omnino autem efficies, ut eorum quoque ſimus tecum participes, ut qui tibi fuerimus adjutores ad acquirendam talem beatitudinem. Sanctus autem: Ne ironice, inquit, nobiſcum agas, ô Judex: nam nos quidem & inimicos diligere, & iis, qui nos odio habent, benefacere, à divino præcepto didicimus: ceterum quamdiu ſumus vivi in vita præſenti, Deum precamur, ut ab errore diſcedentes, diſcatis pietatem & veram religionem, ut vobis quoque ſit pars & ſors in futuro in Dei bonis, quæ dici nequeunt. Non eſt autem nobis datum vel à ſupplicio eripere, vel bona dare: hoc eſt enim in ſolius Dei poſitum poteſtate, qui habet etiam poteſtatem judicandi vivos & mortuos.

Magorum fallaciam ſpernit;

& pro eorum converſione orat:

31 Dixit Præſes: Ejuſmodi contentionibus miſſis in præſentia, & iis bonis, quæ à te ſomniantur, pare Regis imperio. Te enim talibus & tantis ſubjiciam ſuppliciis, ut per te alii quoque perſuadeantur Chriſtiani, ea quæ tenent manibus nequaquam commutare, cum iis quæ ſpe apprehenderunt. Sanctus autem: Hoc, ut ipſe quoque noſti, maxime cupio, quam citiſſime tranſmitti ad æternas manſiones. Quod ſi mihi alios innumerabiles intuleris cruciatus, aut etiam poſt te alius, conſummatus inveniar in Chriſti gratia: habeo enim Deum me confirmantem, propter quem hæc pati conſtitui. Non ero autem, ut tu dicis, Chriſtianis adhortatio ad negandam pietatem propter tua tormenta, ſed incitamentum potius ad verum Dei cultum:

non terretur minis:

cultum : ipſi enim me videntes in tali ſenectute tuos vilipendere cruciatus, habebunt pulchrum exemplar fortitudinis, nec deerit illis, quem imitentur. His auditis, Præſes beati ſenis interrita conſtantia obſtupefactus, jubet portatum ab aliquibus, quoniam ingredi non poterat, rurſus includi in carcere.

AUCTORE METAPHR. EX MS. GR.

A

S. Æithalas ſuſpenſus flagellatur:

32 Deinde aſpiciens ad B. Æithalam: Tene quoque, inquit, invaſit idem ſtupor, & maximi luminaris recuſas adorationem? Reſpondet præco veritatis: Vivit Dominus Jeſus Chriſtus, vivi Dei filius, in quem ſperavi à juventute, quod immutabilem habeo cogitationem; nec mihi ullus perſuaſerit, ut Dei honorem tribuam rebus ab ipſo creatis. Poſtquam hæc audivit ille ſuperbus & barbarus, jubet Sanctum alligari talis, & ligno appendi, boumque nervis cedi. Ille autem magna voce prædicabat ſe eſſe Chriſtianum. Magis erat defeſſus flagris cædendo impius, quam Sanctus aliquid loqueretur remiſſum & indignum ea, quæ pro Chriſto eſt oſtendenda, fortitudine.

Manichæo deficiente videt:

33 Iubet ergo eum de ligno deponi, & in medium adduci Manichæum, qui rerum quarumdam turpium damnatus fuerat, & Vide, ait, Martyr hunc aperte ſuam abjurare religionē: jubens ergo torquere Manichæum, cogebat ad negandum. Ille autem primum quidem reſiſtebat, & adverſus plagas videbatur decertare: cum autem violentius verbera intentarent, qui flagellabant, & eum plagæ vehementer urgerent, victus à doloribus, ſtatim abnegabat, &, Anathema Maneti & ejus dogmatibus, exclamabat. Afferunt itaque ad eum formicam, jubentes interficere. Ille autem eam ſtatim accepit & interfecit. Propter quod Sanctus lætitia diffuſus, & ob id, quod factum fuerat, ridens propemodum: Gravia paſſus, inquit, defecit adorator Manetis, & cædem feciſſe eſt convictus, ut qui Deum ſuum interemit: ego autem meipſum beatum exiſtimo, ut Paulus; quod Chriſti virtute aperte corroboratus, qui dixit, Ego vici mundum, conſervo ſpiritum & animum invictum.

B

Ioan. 16, 33

iterum flagellatus, ut mortuus projicitur:

34 Propter hæc ira repletus inſanus judex, ſpinoſis mali Puniceæ virgis jubet Sanctum verberati. Plagæ autem ſic eum confecerunt, ut prope eſſet mutus, & nec ſentiret quidem verbera, quæ infligebantur. Quamobrē cum eum traxiſſent, tamquam jam mortuum, foras ejiciunt. Quidam autem ex Magis, cum forte illud corpus vidiſſet nudatum, & naturæ contemplatione motus eſſet miſericordia, panno eum operit. Qui vero erant ejuſdem, cujus ipſe, religionis, cum adſpexiſſent, quod ab eo factum fuerat criminantur eum apud Præſidem: qui acerbis ſtatim cæditur flagellis, & ab immiſericordibus eam accipit mercedem miſericordiæ. Beatum autem Æithalam adhuc ſpirantem tradunt in cuſtodiam.

C

dein carceri includitur.

CAPUT VI.

Sub novo Præſide flagellatio iterata. Martyrium utriuſque lapidibus obruti. Sepultura: miracula.

A novo Præſide ambo examinati generoſe reſpondent:

35 CUm vero accepiſſet judex, maximum quemdam Præſidem, nomine Saborium, in ſuum vicum adveniſſe, qui appellabatur Macellaria, ei Martyrum mandat examinationem. Ille autem non minus impius & ſævus, quam præcedentes, aſpiciens Sanctos: Veſtram, inquit, reveritus canitiem, & veſtræ miſertus afflictionis, ſuadeo, ut ſolem adoretis, & guſtetis ſanguinem ſacrificiorum, ut à morte acerba liberati, omnibus jucundam vitam lucrifaciatis. Sancti autem tamquam uno ore dixerunt: Carnivoris canibus mos eſt ſanguinem guſtare, non hominibus: tibi vero potius convenit iis exatiari qui es inſtar canis rabioſus, & latras, & efferaris in eum, qui te fecit.

36 Poſtquam autem juſſit Sanctos flagris cædi, eorum miſericordia moti, qui circumſtabant: De coctione, dicebant ſecreto, guſtata loco ſanguinis, ſervamini, & liberamini ab iis, quæ vobis imminent, ſuppliciis. Illi vero reſponderunt: Abſit, ut vel ſimulatione & in ſpeciem, vel ullo alio modo inquinemus puritatem noſtræ fidei. & hanc longævam ſenectutem dedecore afficiamus. Verſutus autem ille Præſes & admodum malus: At ſi ad vos, inquit, pura caro fuerit allata, ne eam quidem guſtabitis? Sancti dixerunt: Ex immundo quidnam mundum, & ex pollutis tuis manibus quidnam fuerit impollutum? Omnibus ergo miſſis his tuis machinationibus, in nos feſtina cito proferre ſententiam: fruſtra enim laboras aërem verberans, & per inſcitiam eum pulſans, qui non poteſt domari.

D

flagellis cæduntur:

S. Ioſeph in quæſtionem vocatus, exſpuit in vultum Præſidis:

37 Cum ergo communiter cum iis, qui conſidebant, conſultaſſent, & tuliſſent ſententiam, ut Sancti Chriſtianorum manibus obruerentur lapidibus, congregant Chriſtianorum multitudinem, cum quibus comprehenderunt etiam admirabilem illam Iſdandul: & cum beatum Ioſeph rurſus exportaſſent, ſiſtunt eum in Prætorio. Sanctus autem annuit Præſidi, ut ad ſe accedat propius, ut qui arcanum aliquid eſſet ab eo auditurus. Cum is vero ſtatim acceſſiſſet propius, Martyr os implens ſaliva, execrandum illum vultum conſpuit: &, Non te pudet, inquit, ô impudentiſſime, tam immaniter & tam hoſtiliter in hanc communem inſultare naturam, & corpus jam morte affectum rurſus producere ad examinationem? Ille autem ab iis quoque, qui conſidebant, propter hanc nimiam crudelitatem probris affectus, & mirandum in modū irriſus, ad ſuam cathedram redit pudore affectus.

E

cujus juſſis renuit parere S. Iſdandul.

38 Cum autem Sanctum paulo longius dimoviſſent, & manus poſt terga vinxiſſent, foſſam ei fodiunt, & eum ad lumbos uſque demiſſum, infodiunt. Deinde comprehenſos circumſiſtunt Chriſtianos: & pulſantes, jubent eos virum inclytum appetere lapidibus. Cum quibus ſacroſanctam quoque Iſdandul, ut ſimilia faceret urgentibus, dixit illa: Nihil unquā à ſeculo tale fuit auditum, ut cogatur femina extendere manum adverſus viros ſanctos, quomodo vos nunc facitis: qui adverſus inimicos quidem non decertatis. in nos autem arma tollitis, & patriam, quæ degit in pace, ſanguine & cæde impletis. Illi vero obeliſco longæ arundini alligato, eo Sanctum pungere imperabant. Illa autem: Abſit, inquit, ut ego id faciam: nam ego id prius libenter cordi meo affixero, quam per ipſum ſanctum corpus vel minimum attingam. Sic illa quidem virilem oſtendens conſtantiam conſpecta eſt potentior, quam cogitarant paricidæ. Sanctum autem tam denſa lapidum grandine obruerunt, ut cerneretur ſolum caput, reliquo corpore obruto lapidum congerie. Quod quidem caput cum quidam ex impiis principibus vidiſſet adhuc moveri, jubet uni ex lictoribus, ut accepto lapide, quantum poterat manus capere, in id deſuper immitteret. Quod quidem cum factum eſſet, & pondere lapidis caput eſſet contritum, beatus Chriſto tradidit pretioſam animam.

F

S. Ioſeph lapidibus obruitur:

ultio cuſtodas corporis ſubſequitur.

39 Atque venerandum quidem illud corpus, adhibitis cuſtodibus, conſervabatur tamquam theſaurus aliquis: cum autem tres dies præteriiſſent, & jam adveniſſet quartus, extitit magnus & terribilis terræmotus. Deinde cum ſic apparerent fulgura, & maxima tonitrua cum eis erumperent, ignis è cælo demiſſus, cuſtodes quidem redegit in cinerem: lapidum vero congeriem eduxit tamquam pulverem, Deo omnibus reddente manifeſtum honorem in Martyrem: corpus autem non apparuit, ſeu quod Deus providiſſet, ut id transferretur iis, quos ipſe novit, modis; ſeu quod hominum manus id ſuſtuliſſent.

40 Vene-

A 40 Venerandum autem Æithalam cum in vicum, qui dicitur Patrias, abduxiſſent; efficiunt ut Chriſtianorum manibus ipſe quoque obruatur lapidibus. Cujus corpus monachi quidam, ex iis, qui illic habitabant, noctu advenientes, inſcientibus cuſtodibus id auferunt, re vera furtum laudabile facientes, & rem luce dignam, non tenebris. Deinde cum ei juſta feciſſent, deponunt in quodam loco inſigni. Quo autem in loco Sanctum contigit interimi facit Deus admirabiliter quiddam, dignum & ſua potentia, & gloria Martyris: Planta ſiquidem myrti illic enata, efficitur omne genus morborum liberatio. Cum quinque ergo annis per hanc plantam ſic fierent miracula, qui gentium falſam tenebant religionem, invidia moti, & non ferentes intueri hæc miracula, ad confutandam falſam eorum religionem, plantam exſcindunt radicitus, ignique tradunt. Multi vero ex iis, qui erant animo purgati, longo tempore videbant lucem in eo loco, & divinas virtutes aſcendentes, & gloriam emittentes ei, qui Sanctos ſuos glorificat. Conſummatus autem fuit Chriſti martyr Æithalas menſe Junio, eamdem conſtantiam & fortitudinem, quam ij, qui ante ipſum fuerunt conſummati, ad mortem uſque oſtendens, auxilio & gratia Chriſti veri Dei noſtri. Quem decet gloria & honor, cum principio carente ejus Patre & ſanctiſſimo & vivifico Spiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen. D

S. Æithalas lapidatus

claret miraculis.

DE SANCTO MELANIO,

Epiſcopo Trecenſi in Gallia. G. H.

SUB FIN. SEC. IV. *Nicolaus Camuzatus, in Promptuario ſacrarum antiquitatum Tricaſſina diœceſis, proponit Catalogum Epiſcoporum Trecenſium: inter quos cenſetur* quintus S. Melanius, qui tamquam inter Cælites receptus, & in Sanctorum Ordinem cooptatus, in monaſterio Cellenſi, communibus votis & precibus appellatur: in quo corporeæ ejus reliquiæ in ligneam thecam reconditæ aſſervantur. De quarum tranſlatione ſolennis memoria ibidem agitur die XXII menſis Aprilis. Sed ipſius Sancti natalis dies, nec in ipſo loco, nec alibi, quod ſciam, celebratur. *Hac Camuzatus, quem ſecuti alii: ac Ioannes Chenu etiam* Sanctum *appellat. Claudius Robertus iſta habet*: Quintus S. Melanius. Ejus reliquiæ in monaſterio Cellenſi aſſervantur & coluntur XXII Aprilis. *Eadem repetunt Sammarthani. De memorato Cellenſi monaſterio apud Trecenſes late egimus* VIII *Ianuarij, ad Vitam S. Frodoberti primi Abbatis. Nicolaus Deſ-Guerrois ſtatuit eum floruiſſe circa annum* CCCXC.

B *Cultus 22 Aprilis,*

atus,

asſeritque ſe legiſſe in valde antiquo Kalendario monaſterij Cellenſis, S. Melanium relatum inter Sanctos, quorum celebritas agitur in dictæ Abbatiæ eccleſia, ac die XXII Aprilis feſtum ejus devote peragi, cum Officio Eccleſiaſtico de Tranſlatione reliquiarum dicti Sancti. Aſſervari autem ejus reliquias in theca valde antiqua & depicta, depoſita retro poſt magnum altare, in ſecundo nido verſus clauſtrum ad Septemtrionem; at ſacrum ejus caput, incluſum ligneo capiti picto & deaurato, ſeorſim cultui exponi. *reliquiæ,* E

2 *Idem Deſ-Guerrois ſcribit* Tranſlationem SS. Melanij & Bobini *referri in MS. Calendario ejuſdem Cellenſis monaſterij, & MS. Martyrologio S. Lupi Trecenſis; & in vetere membrana Prioratus Gannayenſis S. Georgij iſta legi:* Tria brachia, una coſta, duæ coxæ S. Bobini ſive Melanij. Simul enim inveni eorum corpus, ego Petrus Abbas. *Sauſſaius etiam in Supplemento Martyrologij Gallicani utrumque celebrat, uti latius expoſuimus die* XXXI *Ianuarij ad Vitam S. Bobini.* *ejus & S. Bobini.*

DE SANCTO IVLIANO,

Epiſcopo Viennenſi in Gallia. G. H.

CIRCA AN. DXXXII *Inter plurimos Epiſcopos urbis Viennenſis in Gallia, Sacris faſtis adſcriptos, eſt* S. Julianus XX Epiſcopus, *qui ſeculo Chriſti ſexto floruit, ac Concilio Aurelianenſi,* IX Kalendas Julias, anno XXII Domni Childeberti Regis, *ſubſcripſit; adeoque anno* DXXXI, *uti alibi à nobis probatum eſt. Succeſſit S. Avito, quem vita functum eſſe circiter annum* DXXV *probavimus ad ejus Acta, die* V *Februarij illuſtrata Comment. prævij num.* 6. *Imperabat tunc Iuſtinus ſenior, anno* DXXVII *mortuus; ſub cujus Imperio* Julianus Viennenſis Eccleſiæ Epiſcopus floruit, *teſte Adone Epiſcopo Viennenſi in Chronico. Succeßit Iuſtino in Imperio Iuſtinianus, ſub quo apud eumdem Adonem* Viennenſis Epiſcopus Dominus floruit, *cui ſucceſſit* S. Pantagathus, *etiam* Viennenſis Eccleſiæ Epiſcopus, *qui Concilio Aurelianenſi* III, *anno* XXVII *Domni Childeberti Regis, ſubſcripſit. Is eſt annus Chriſti* DXXVI. *Vitam S. Pantagathi elucidavimus ad diem* XVII *Aprilis. E quibus colligimus non diu poſt annum* DXXXI *ſuperfuiſſe S. Iulianum, forſan mortuum anno* DXXXII *hoc* XXII *Aprilis.*

C *Tempus Sedis,*

2 *Hoc certe die Ado, Viennenſis eccleſiæ Epiſcopus etiam ipſe, eum ſuo Martyrologio inſcripſit his verbis*: Viennæ S. Juliani Epiſcopi & Confeſſoris: *quæ verba ad alia plurima Martyrologia MSS. & excuſa tranſlata ſunt, & repetuntur in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* MCCCCXC *impreſſa; in Auctario etiam Greveni ad Vſuardum & in MS. Florario; in quibus duobus vltimis eadem verba etiam pridie, ſive* XXI *Aprilis repetuntur, ſed apud Grevenum eſt nomen* Luciani, *pro* Juliano, *vitio amanuenſium poſitum; cum nullus fuerit inter Epiſcopos Viennenſes* Lucianus *appellatus.* *nomen Faſtis inſcriptum.*

F

3 *In Breviario Eccleſiæ Archiepiſcopalis S. Mauritii Viennæ, excuſo ibidem anno* MDXXII, *præſcribitur Officium Eccleſiaſticum de S. Iuliano Epiſcopo & Confeſſore, & recitantur omnia de communi, cum oratione*, Da quæſumus omnipotens Deus *&c., & in Kalendario indicatur dies* XXII *Aprilis. In Catalogo MS. Sanctorum Epiſcoporum Viennenſis Eccleſiæ, à nobis Viennæ anno* MDCLXII *deſcripto, indicatur* S. Iulianus ſub Iuſtiniano Imperatore. *Habemus duplex Martyrologium Viennenſe manuſcriptum, in quo iſta continentur:* XXII Aprilis, Viennæ natalis S. Iuliani Confeſſoris vigeſimi Archiepiſcopi, qui tempore Theodorici Francorum Regis, ſedente Ioanne Papa primo, rexit Eccleſiam Viennenſem; ac plenus virtutibus quievit in pace, cum majoribus tumulatus. *In altero MS. dicitur* plenus miraculis quieviſſe. *Creatus eſt S. Iulianus tempore S. Ioannis* I *Papæ, Ravennæ in carcere defuncti anno* DXXVI, *die* XXVII *Maji: verum Theodoricus, qui tunc vivebat, non erat aliquis Rex Francorum, ſed Oſtrogothorum, qui tunc in Italia & Provincia regnabat, mortuus eodem anno, quo Ioannes Papa, ſed aliquanto ſerius, ipſis ſcilicet Kalendis Septembris.* *Officium Eccleſiaſticum.*

DE S. ABRVNCVLO, SIVE APRVNCVLO,

Confeſſore & Epiſcopo Trevirenſi.

G. H.

ANNO DXXXII,

Creatur Epiſcopus circa annum 532,

moritur circa an. 532,

CHriſtophorus Broverus, *libro quinto Antiquitatum & Annalium Trevirenſium ſub finem, iſta habet num.* 137, *ad annum* 528, Vibicius Trevirorum Pontifex, terra relicta, Cæleſtium numerum auxit, quinto Novembris. Ejus loco ſuggerunt Antiſtitem veteres Epiſcoporum indices Aprunculum: cujus nominis plures in Gallia floruerunt Epiſcopi. *Deinde num.* 140 *ad annum* 532, Aprunculus, *inquit*, cum ad vigeſimum ſecundum Aprilis, quem ille ſibi diem in faſtis aſſignatum habet, in lucem ſempiternam emigraſſet, de novo ſubſtituendo Pontifice concilium habitum eſt. *Quod S. Gregorius Turonenſis in Vitis Patrum, in elogio S. Galli, poſt relatum obitum S. Quintiani Epiſcopi Arvernorum, cujus dies natalis incidit in* XIII *Novembris, ita exponit:* Tunc etiam & Aprunculus Trevirorum Epiſcopus tranſiit: congregatique Clerici civitatis illius ad Theodericum Regem, S. Gallum petebant Epiſcopum: quibus ille ait: Abſcedite & alium requirite: B Gallum enim Diaconum alibi habeo deſtinatum. Tunc eligentes S. Nicetium, Epiſcopum acceperunt. *Hac ibi. Coluntur* S. Gallus, *dein* Arvernorum Epiſcopus *Kalendis Iulii; &* S. Nicetius, v *Decembris.*

2 *Doctor Ioannes Enen, in Medulla Geſtorum Trevirenſium, libro* 3 *titulo* 2 *de Eccleſia Collegiata S. Paulini Epiſcopi Trevirenſis & Martyris iſta ſcribit.* Ibidem, ferme ſubtus altare S. Clementis Papæ & Martyris, in fronte chori (quòd ſpecialibus prærogativis & indulgentiis inſignivit Leo Papa IX) requieſcunt tres ſanctiſſimi viri, Archiepiſcopi Trevirenſes, Bonoſius, Leguntius, Abrunculus. *Hæc in dicto libello anno* MDXVII *excuſo. Alium antiquum libellum habemus de Reliquiis & Indulgentiis Eccleſiæ Collegiatæ S. Paulini, in quo iſta traduntur:* Abrunculus almus Trevirorum XLVI Præſul, ſucceſſor S. Vibicii Archiepiſcopi, quondam cœnobii Divi Maximini Abbatis, ſub altari ſanctiſſimi Martyris Chriſti Clementis Papæ, à læva B. Leguntii, ſepultus quieſcit; ſed ex parte. Nempe principaliora corporis membra hinc ad monaſterium, quod vulgo Sprengerſzebach vocatur, ſunt tranſlata: quæ Abrunculum cælo triumphare, ſignis & virtutibus variis declarare non ceſſant. Abrunculus ſacer, C vitam adhuc agens mortalem, abrenuntiavit ſeculo & pompis ejus: non ut aſſolet humana fragilitas, per abrupta vitiorum incedebat; ſed ab iſto ſeculo nequam mente & actu abruptus, velut carbunculus nocte lucens, & inſtar ſolis mane rutilantis, ſic ejus vita ſanctiſſima. Carne exuitur decimo Kalendas Maii. *Hæc ibi. Epitaphium ejus in ara S. Clementis poſitum eſt hujusmodi.* Hic jacet ſanctæ recordationis Abrunculus, hujus ſanctæ ſedis Archiepiſcopus, cujus depoſitionis dies x Kalendas Maii obſervatur. *At contra in MS. Florario Sanctorum ad hunc diem dicitur,* Tranſlatio S. Abrunculi Trevirenſis Archiepiſcopi & Confeſſoris. *In Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſo iſta leguntur:* Treviris S. Abrunculi Epiſcopi Confeſſoris, qui nunc in monaſterio, quod vocatur Sprenckghersbach, requieſcit. *Quæ fere eadem leguntur apud Molanum in additionibus adVſuardum; apud Caniſium, in Martyrol. German. & apud Ferrarium in Catalogo generali. Sauſſajus in ſupplemento Martyrologii Gallicani ad diem* XXII *Februarii iſta habet:* Treviris reſeratio S. Aprunculi Epiſcopi; qui cum poſt mortem miraculis renideret, ex eccleſia S. Paulini, ubi ſepultus fuerat, ad Springeburienſe monaſterium tranſlatus, gloriæ ſuæ ampliavit indicia. Colitur præcipuo honore die XXII Aprilis: *quo tamen die ejus id non meminit idem Sauſſajus. Ad dictum autem* XXII *Februarii celebratur in Catalogo Ferrarii.*

ejus epitaphium

memoria in Faſtis.

etiam 22 *Febru.*

3 *In Additionibus per Carthuſianos Bruxellenſes ad Grevenum appoſitis, ad diem* XVI *Februarii, refertur* S. Apponoculus, Epiſcopus Trevirenſis Confeſſor, *quem ibidem diximus nobis ignotum, niſi ſit* S. Aprunculus *vel* Abrunculus. *Broverus citato lib.* 5 *num.* 139 *de hac controverſia iſta habet:* Ecce concurrunt Aprunculus & Aponoculus: quos equidem per ſæpe diverſos non eſſe tum ita gemina litterarum ſimilitudine, tum obvia paſſim ejuſmodi depravandi copia permotus imbiberam: ſed quia tabularum nonnullæ tamen Aponoculi nomen retinebant, ſuſtinere me, nec litem perorare volui, donec clarior aliunde teſtificatio vel fides alluceret. *Deſcripſimus & nos, ex veteri codice MS. Sereniſſimæ Chriſtinæ Reginæ Sueciæ,* nomina Pontificum Trevericæ urbis, *ubi illi, quod huc ſpectat, hoc ordine recenſentur:* Vibicius, Abrunculus, Ruſticus, Aponoculus, Nicetius. *Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana loco* Aponoculi *poſuit* Aprunculum II, *quem omiſerunt Sanmarthani; &* S. Nicetium *ſucceſſorem faciunt* Ruſtici; *quod ex Gregorio Turonenſi improbamus. Broverus poſt* S. Nicetium *reponit* Ruſticum, *quod Acta S. Goaris per Wandelbertum Abbatem Prumienſem, illuſtranda ad* VI Iulii, *plane exigunt. Ipſe* Ruſticus *cultum Eccleſiaſticum habet* XIV *Octobris, &* Vibicius V *Novembris. At de ſupra memoratis* Bonoſio & Leguntio *egimus* XVII *&* XIX *Februarii.*

sepultus in eccleſia S. *Paulini,*

Reliquiæ tranſlatæ Sprengerſbachum.

mortuus 22 *Aprilis.*

4 *Habemus ſimiliter MS. Hiſtoriam Tranſlationis S. Modoaldi Trevirorum Archiepiſcopi, dandam* XII *Maii: in qua etiam agitur de ſanctis Reliquiis B. Auctoris & SS. Abrunculi & Bonoſii Archiepiſcoporum, tranſlatis anno* MCVII *ſub Brunone Archiepiſcopo ad monaſterium Helmwardeſhuiſen, in diœceſi Paderbornenſi ſitum. Fuerunt autem ex reliquiis* S. Abrunculi mandibulæ cum dentibus, B. Auctoris caput, & S. Bonoſii brachium; *quæ ſunt, una cum* Reliquiis S. Modoaldi, incluſa arcæ, & cum decenti reverentia depoſita ſupra altare Dei Genitricis Mariæ, & à venerabili Tietmaro, ſexto Helmwarduſenſi Abbate. *Sunt præterea memorati* SS. Abrunculus & Bonoſius Patroni Eccleſiæ collegiatæ Bruchſalæ, olim monaſterii Benedictini in Odenheim, *uti nos ſuis litteris docuit Ioannes Gamanſius noſter, vir in ſimilibus rebus obſervandis admodum diligens. Philippus etiam Scouville, Societatis noſtræ vir apoſtolicus, & per Luxemburgenſem agrum circumjectasque diœceſes zeloſiſſimus divini verbi predicator ac Chriſtianæ doctrinæ propagator; in ſuis adverſariis adnotatũ habebat,* in Itzich quoque Patronum coli ſolenni feſto S. Abrunculum.

Reliquiæ aliquot in Helmwvarz deſhuiſen.

Patronatus in Bruchſal & Itzich.

D E

DE SANCTO LEONE,

Epiſcopo Senonenſi in Gallia,

G. H.

CIRCA AN. D X L.

ANtiquam *S. Leonis* veneration*em Eccleſiaſtic*am *demonſtrant veruſtiora Martyrologia, etiam quæ ante mille circiter annos & deinceps exarata habemus: ea enim, poſt Martyres à S. Hieronymo collectos, hac in re ſub finem aucta, ipſum proponunt. Secuti deinde Vſuardus, Bellinus, Maurolycus, Galeſinius, Ghinius cum Martyrologio Romano. Sauſſajus in Martyrologio Gallicano præcipuas res ab eo geſtas hoc complectitur elogio*: Eodem die, XXII *Aprilis*, Senonis S. Leonis Epiſcopi & Confeſſoris: qui vir miſericordiæ S. Paulo ſuffectus, ſerie decimus ſeptimus ea in Cathedra ſedit: ſermoneque & opere potens, poſtquam diverſis Galliæ Conciliis interfuiſſet; Childeberto Regi, ſibi in ſacris rebus poteſtatem aliquam mire licite uſurpanti, & prudenter & fortiter obſtitiſſet; S. Aſpaſium Melodunenſibus, qui Epiſcopum proprium modis omnibus appetebant, Chorepiſcopum præfeciſſet (per cujus ſubſidiariam operam, reliqua quæ erant ibi impietatis ſemina penitus evulſit, & totum oppidum Chriſti placitis & obſequiis ſubdidit) demum ætate in omni ſanctitate confecta, Eccleſia fideliter adminiſtrata, tranſiit ad præmium. Mortuum miraculorum gloria, qua in vita emicuerat, comitata eſt. Sepulturæ etenim traditus eſt in eccleſia SS. Gervaſii & Protaſii, ubi ad ejus invocationem multæ morborum curationes cælitus ſunt peractæ: ob quarum gratiam ea eccleſia ipſius nomine demum fuit appellata: quæ quondam monachorum habitationi ceſſit, nunc vero in parœcialem titulum evaſit, ipſius Sancti Confeſſoris & tutelam retinens & nuncupationem. *Hæc Sauſſajus.*

Sacra memoria in Martyrol.

Elogium ex Sauſſajo.

B

2 *Deceſſor S. Leonis aſſignatur S. Paulus, qui Officio Eccleſiaſtico, ſed de Communi Confeſſoris Pontificis ſumpto, ſub ritu duplici in Eccleſia Senonenſi die quinta Iulii colitur, ac poſt fratrem S. Eraclium (qui adſtitiſſe traditur baptiſmo Chlodovæi primi Francorum Regis) ſub ejuſdem Regis ultimis annis rexiſſe Eccleſiam Senonenſem dicitur. Egimus* VI *Februarii ad Vitam S. Vedaſti* § 3 *de anno obitus SS. Remigii & Vedaſti, ibique retulimus à S. Remigio poſt obitum Chlodovæi, circa annum Chriſti* DX, *ſcriptam epiſtolam ad tres Epiſcopos, Leonem (quantum colligimus) hunc Senonenſem, Heraclium Pariſienſem, & Theodoſium Autiſſiodorenſem, de Claudio Presbytero, in cujus cauſa ſpretum ſe ab illis conqueritur. Extat ea epiſtola apud Sirmondum tomo* I *Conciliorum Galliæ pag.* 204. *Interfuit S. Leo Concilio Aurelianenſi* II, *ſed per ſubſtitutum Optatum Presbyterum, anno Regis Childeberti* XXII, *id eſt Chriſti* DXXXI, *At Concilio Aurelianenſi* III *adfuit per ſe & tertio loco Subſcripſit, anno dicti Childeberti* XXVII, *Chriſti* DXXXVI. *Eo tempore, quo Childebertus præerat Rex Pariſiis, ſucceſſit frater ejus Theodericus in regno Metenſi, dein Auſtraſiorum dicto; & huic anno* DXXXIII *ſucceſſit filius ejus Theodebertus, vita functus anno* DXLVIII.

de aliqua controverſia admonitus à S. Remigio,

C

interfuit Conciliis, anno 531, *&* 536.

3 *Erat urbs Senonenſis ſubdita huic Regi Theodeberto, ſed non illius diœceſis univerſa: nam Melodunum, vrbs ad Sequanam inter Pariſios & Senones, ſuberat in juriſdictione Eccleſiaſtica Epiſcopo Senonenſi, & in regimine politico Childeberto Regi, qui ea de cauſa Epiſcopatum Meloduni erigere volebat: ad quem S. Leo Epiſcopus Senonenſis epiſtolam miſit, deprecans ne Meloduni in diœceſis ſuæ parochia, ubi numquam fuit, novus fiat Epiſcopus. Eam epiſtolam ex Ms. codice Corbejenſi eruit Sirmondus, ediditque tomo* I *Conciliorum Galliæ pag.* 258, *quam hic ſubjungimus, & eſt hujuſmodi.*

agit apud Childebertum Regem ne Meloduni Epiſcopatus erigeretur:

4 Domno inluſtri, glorioſiſſimo Domno & in Chriſto filio, Childeberto Regi, Leo Epiſcopus. Litteras Celſitudinis veſtræ honore, quo dignum eſt, me indico ſuſcepiſſe: ubi ſperare dignamini, ut, ad ordinan um Mecledonenſem Epiſcopum, aut præſentia noſtra, adeſſe debeat aut conſenſus. Quam rem valde admiratos nos gloria veſtra cognoſcat: quod primum ſine juſſu glorioſiſſimi Domni Principis noſtri, filii veſtri Theudoberti Regis, cujus ſumus regni ordinatione ſubjecti, injungitis, ut ea quæ anteacto tempore facta non ſunt, nunc præſentia noſtra aut conſenſu debeant inchoari. Præcipue numquam nec ſuſpicari nec credere potuimus, quod hanc aut ordini noſtro aut etiam temporibus veſtris velletis injuriam generari: ut diœceſim noſtram, à Deo nobis commiſſam, & uſque Pontificali ordine Deo propitio cuſtoditam, tamquam negligentes ac deſides, ad alterius permittamus poteſtatem tranſire, aut ſolicitudinem irrationabili deliberatione transferri. Unde ſalutantes, digno ac debito in Deo caritatis affectu, rogamus & conteſtamur, ne ullus Pontificum contra ſtatuta Patrum audeat facere, unde poſſet Synodali examinatione convictus, de illicita præſumptione culpari. Illa tamen veſtris debeat fieri Deo inſpirante temporibus unde & pax inter Sacerdotes eſſe poſſit, & plebs non permittatur à Paſtoris proprii cuſtodia, per novam & illicitam ordinationem, divelli. Cuſtodite, quæſo, ſtatuta Patrum; & canonum ſeveritate conſtricti, non patiamini, ſicut ſcribitis, ad petitionem ejus plebis, ſuperſtite proprio Sacerdote, alterum Epiſcopum ordinari. Quia ſi hoc petunt, quod nefas eſt credi, deſertores potius judicandi ſunt quam fideles: et non facile eorum preces audiri debent à Principe, quorum petitionibus potius generentur ſcandala, quam pax Deo amata ſervetur. Quia ſicut beati ſunt pedes pacem portantes, ita Væ his dictum eſt, per quos venit ſcandalum. Qui ſi fortaſſe ob hoc alterum Epiſcopum ſibi fieri rogant, quia nos intercluſis itineribus ad eos nec Viſitatorem mittere poſſumus, nec venire; iſta culpa nos non, reſpicit: quia ſi iter à veſtra parte, ſicut optime noſtis, intercluſum tanto tempore non fuiſſet, quamvis ſenes aut infirmi, populum nobis eccleſiaſtica diſciplina commiſſum requirere potueramus, aut certe Viſitatorem, ſicut canones ſtatuunt deſtinare. Nam gloria veſtra optime debet & credere & ſcire, quia ſi contra ſtatuta canonum quicumq, Epiſcoporum ſine conſenſu noſtro Mecledone Epiſcopum voluerit ordinare, uſque ad Papæ notitiam vel Synodalem audientiam, tam hi qui ordinaverunt, quam qui ordinatus fuerit, à noſtra erunt communione diſjuncti. *Hactenus dicta S. Leonis epiſtola, quæ quo anno fuerit ſcripta non liquet: quia autem in ea S. Leo ſenem ſe dicit atque infirmum, non videtur diu poſtea vixiſſe. Qui ejus ſtatuitur ſucceſſor, nomine Conſtitutus, ſubſcripſit Concilio Aurelianenſi* V, *anno Childeberti Regis* XXXVIII, *Chriſti* DXLVII *habito. Habemus Breviarium Senonenſe anno* MDCXXV *excuſum: in quo hæc panegyris, in tres Lectiones ad Matutinum recitandas diſtincta, præſcribitur.*

hac ad eum miſſa epiſtola

E

F

Lectiones in ejus feſto recitari ſolitæ.

5 Hodie pretioſus Domini Leo, quondam Senonenſis Eccleſiæ Antiſtes præcipuus, nunc totius patriæ apud Deum protector eximius, glorioſo tranſitu terram derelinquens cælos penetrans, præſentiæ Dei redditus eſt. Quam beati Patris noſtri diem non dicamus funebrem ſed celebrem; non lugubrem

AUCTORE G. H. lugubrem ſed ſalubrem; in qua longo finem imponens certamini, calcato mundo, proſtrato diabolo, glorioſus victor emicuit. Et tamquam alter Helias, curru provectus Angelico, cæleſte Capitolium athleta triumphalis, totus ſingularis, aſcendit, Non immerito Mater Eccleſia hujus exultat triumphis: cujus ſingularibus ornatur exemplis. Et univerſaliter quidem in omni commemoratione Sanctorum exultandum nobis ratio perſuadet: Sed in hujus Patris excellentia copioſius merito gloriandum, qui noſtra Paſtor in urbe, toto Doctor in orbe, in corpore illo, cui Chriſtus caput eſt, tantum dignitatis obtinuit, ut inter ejus membra præcipua & nomine & merito conſecretur. Quamobrem licet ejus eximia ſanctitas toto terrarum orbe promeruerit claritatẽ; apud nos tamen, & à nobis eſt propenſius venerandus: quos ſacri ejus corporis præſentia magnificat, beneficiis gratificat, interceſſione conſervat. Iſte enim eſt vir, per quem tibi lumen Evangelicum, o Gallia, coruſcavit, & per quem ſanctitatis & miraculorum tibi jubar effulſit: de cujus gloria, quia nil dignum dicere poſſumus, jam ad eum voces & vota vertamus, ſanctitatem ejus ſubmiſſis animis ambiamus, fœcundis precibus interpellemus. Memento Pater ſplendidiſſime Leo, memento tuorum per ſecula filiorum, nec obliviſcatur gregis pervigil cura Paſtoris. Poſce correptionem moribus, veniam peccatorum & æternorum præmia gaudiorum. D

B

6 *Hæc ex dicto Senonenſi Breviario, quod deinde recuſum eſt, & lectiones de S. Leone aut auctæ aut immutatæ; ex quibus Carolus le Cointe in Annalibus Eccleſiaſticis Francorum ad an.* 538 *num.* 71 *hæc citat*: Melodunenſes, nondum plenæ converſos, per S. Aſpaſium, Eloſanum Epiſcopum, Chriſto acquiſivit. *De Aſpaſio Patrono Melẽdunenſi egimus* 11 *Iannarii, & obſervavimus eum ſolum Confeſſorem dici, non Epiſcopum; adeoque alium eſſe ab Aſpaſio Epiſcopo Eloſano; quod dictus le Comte, Pariſiis haud procul Meleduno degens, potuit melius examinaſſe. Secundo ad annum* 541 *num.* 71 *iſta ex Breviario Senonenſi allegat*: Epiſcopali officio digne functus & præmia æterna conſecutus, ſepultus eſt in eccleſia SS. Gervaſii & Protaſii in ſuburbio Senonenſi: ad cujus invocationem multas ægrorum curationes & miracula Deus operatus eſt. Unde factum eſt, ut ea eccleſia in parœcialem titulum evadens, ipſius S. Leonis nomine fuerit deinceps appellata: *quo confirmantur ſupra relata ex Sauſſayo, neque aliunde audemus ſperare plura circa hunc Sanctum.* E

eccleſiâ S. Leonis parochialis Senonibus

DE S. THEODORO SICEOTA EPISCOPO ANASTASIOPOLITANO,

G.H.

Archimandrita cœnobiorum in Galatia,

ANNO DCXIII. *Galatiæ metropolis Ancyra*

Anaſtaſiopolis urbs Epiſcopalis,

Siceon oppidum,

& variæ in eo monaſteria, C

prope fluvium Siberim

S. Theodori Vita Latina ex Græco deſideratur ipſa Græca,

Galatia, *regio Aſiæ olim fertiliſſima, & vicis, oppidis urbibuque refertiſſima fuit: ex illis plurimæ Epiſcopali dignitate eminuerunt, quarum Metropoles erant* Ancyræ *Galatiæ primæ, &* Peſſinus *Galatiæ ſecundæ. Hujus mentio fit infrà num.* 112 *& ſequenti, diciturque* Peſinuntium metropolis, *eiusque erat* Georgius Metropolita. *Aſt num.* 71 Ancyræ metropolis Archiepiſcopus Paulus ordinavit S. Theodorum Epiſcopum Anaſtaſiopolitanum, *& iterum num.* 91 *poſt annis fere undecim adminiſtratum Epiſcopatum, ab eo permiſit liberari. Ad Anaſtaſiopolitanum Epiſcopatum ſpectavit oppidum* Siceon, *ab ipſa civitate duodecim millibus diſtans; in quo* plures *erant* eccleſiæ, *quas S. Theodorus adoleſcens* omnes *frequentaſſe dicitur num.* 5. *videlicet num.* 9 templum S. Joannis Baptiſtæ, *num.* 12 S. Gemelli Martyris, *& potiſſimum* S. Georgii Martyris in monte vicino, *ubi poſtea celeberrimum monaſterium conſtruxit; addito altero S. Michaëlis templo, quod ibidem centum degerent monachi. Prope hunc montem aliud inferius monaſterium conditum eſt, ad honorem ſanctæ Dei genitricis Mariæ; & tertium fuit monaſterium S. Chriſtophori, in quo degebant Deo ſacratæ feminæ ac Virgines. Præcipuum S. Georgii monaſterium preter fluebat amnis Siberis, qui videtur, non adeo procul inde, in Segarim ſive Sangarium fluvium illapſus, cum eo per Bithyniam in Pontum Euxinum effluxiſſe: per eum autem* ex longinquis regionibus naves Cypriæ, *ut dicitur num.* 116, farina onuſtæ, appulerunt.

2 *Et hæc de oppido, & monaſteriis Siceorum, unde Siceota fuit appellatus Sanctus, de quo agere inſtituimus, Theodorus; & unde per reliquos vicos, caſtella urbes peregrinatus, virtutes ac miracula patravit: quæ plurima narrantur in Vita ipſius, quam in bibliotheca Reipublicæ Venetæ repertam Latine tranſtulit Petrus Franciſcus Zinus, & Aloyſius Lipomanus edidit par.* 1 *tomi* 7 *Vitarum Sanctorum Patrum, & ex eo Laurentius Surius ad hunc* XXII *Aprilis. Originalem textum Græcum ut Venetiis impetrarcmus quanto non molimine actum eſt à nobis, nunc hunc, nunc illum ſolicitantibus per litteras, quem juvare & poſſe & velle credebamus! Quanto illa apparebat eſſe præſtantior, eo & habendi cupiditas & poſtulandi aßiduitas fuit major: ſed hactenus profectum eſt nihil, nonnullis opponentibus ſeſe, qui intelligere aut nolunt, nequeunt, non eſſe ex Sereniſſimæ Reipublicæ honore, quod monumenta, quorum etiam in aliena lingua utilitas tanta eſt, blattis tineisque derelicta apud ſe pereant, dum tranſcribendi negatur facultas, quam ſummus Pontifex, Reges & Principes ceteri, de hujus operis dignitate edocti, promptiſſime præſtiterunt. Speramus, etjam ibi, æquiores rerum noſtrarum æſtimatores aliquando reperiendos, neque ſemper fruſtra poſtulanda pauca Sanctorum Acta, quæ Romæ non reperta Græca, Venetiis adhuc expetuntur & expectantur. Interim, quod ſolum poſſumus in fide aliena damus Latine redditam.*

Scripta ab Eleuſio, Georgio dicto

3 *Auctor ejus fuit* Eleuſius, *à S. Theodoro* Georgius *appellatus, qui num.* 160 *aſſerit ſe à parentibus antea ſterilibus, poſt eorum vonas à S. Theodoro benedictas, natum fuiſſe, & huic oblatum, in ejusque monaſterio enutritum litteras didiciſſe, ac poſtmodum monachum factum duodecim annos apud eum vixiſſe, quorumdam miraculorum patratorum inſpectorem. Ita num.* 139, *ait ſe adfuiſſe ſacrificio ejus, & vidiſſe cum admiratione & timore ſacram hoſtiam ultro moveri, aſcendendo & deſcendendo. Et num.* 154 *adfuit cum S. Theodorus Bonoſum Proconſulem apprehenſis capillis deorſum traheret, & officij ſui moneret. Alia vero, quæ à S. Theodoro ante ſua tempora fuerant geſta, profitetur ſe à miniſtris, qui ſpectatores fuerat, vel ab eisdem qui curati ſunt, accepiſſe. Et num.* 27, *quæ in adoleſcentia S. Theodori, contigerant, ait ſe accepiſſe ab eis, qui æquales ipſius ac condiſcipuli cum eo vixerant, & oculis ſuis perſpexerant. Plurima autem ab ipſo Sancto audivit, cum ea de ſe modeſte narraret, ut ad æmulationem ſuos incenderet. Poſt obitum autem Sancti ſcripſit, Presbyter & Hegumenus ſeu Præfectus monaſterii, ab eo fundati.*

F

ejus diſcipulo: teſte oculato, aut edocto ab oculatis vel ab ipſo S. Theodoro.

Natus hic eſt ſub Imperio Iuſtiniani,

4 Natus eſt *S. Theodorus imperante Iuſtiniano; qui regnavit ab anno* DXXVII *uſque ad annum* DLXVI. *Iuſtiniano ſucceſſerũt Iuſtinus Iunior, Tiberius, Mauritius, Phocas, atq; Heraclius, qui imperare cœpit á die* V *Octobris anni* DCX, *cujus anno tertio cœpit,* die XXV Decembris, prima Indi-

A ctione Heraclius Heraclii filius, novus Conſtantinus, Imperii collega coronatus eſt, *uti apud Theophanem legimus, nec non ſub finem hujus Vitæ, ubi additur tum* XXII Aprilis S. Theodorum è vita deceſſiſſe, *id eſt, anno* DCXIII. *Inſcriptus eſt dicto* XXII *Aprilis Menologio Baſilii Prophyrogeniti Imperatoris, & appellatur* Thaumaturgus, *ob* innumera ab eo edita miracula. *Eadem habentur in Græcorum Menæis, cum longiſſimo encomio, & in aliorum Græcorum faſtis. Secuti Molanus, Caniſius, aliique Latini cum hodierno Martyrologio Romano. Conſtantinopoli celebrabatur olim ejus feſtiva ſolennitas in æde Magni Martyris Georgii, quã ædificarat (forte ex ejus conſilio) Sergius Patriarcha, de quo infra agitur n.* 148. *Eumdẽ in habitu Archimandritæ exhibent tabulæ Kalendarii Moſcovitici, unde intelligas etiam apud Ruſſos celebrem ejus cultum eſſe: & cum titulo* ſancti Patris *inſcribitur Kalendario Ruthenico apud Poſſevinum in apparatu, & Martyrologio Arabo-Ægyptiaco, à Gratia Simonio tranſlato.*

myſteria fidei Catholicæ in ea ſtabiliuntur:

4 *Nos hanc Vitam more noſtro diſtinximus & illuſtravimus, & quidem cum magno voluptatis ſenſu, quod perciperemus præcipua fidei Catholicæ myſteria in ea attingi: ut ſunt, Hierarchia Eccleſiaſtica, cum debita ſubordinatione ad Epiſcopos, Archiepiſcopos & Patriarcham; & cum ſacra ordinatione Subdiaconorum, Diaconorum, Presbyterorum & Epiſcoporum: Sacrificium Miſſæ, cum præſentia Corporis & Sanguinis Chriſti, & elevatione ſacræ hoſtiæ: cultus & veneratio Crucis Chriſti, hujus erectio contra dæmones & tempeſtates: ſigno Crucis & nomine Ieſu dæmones pulſi & miracula patrata: cultus, veneratio & invocatio Sanctorum: ex imagine Deiparæ Virginis oleum Sozopoli manans, quo morbi pelluntur: templa, altaria & monaſteria ad illorum honorem erecta, conſecrari ſolita ab Epiſcopis. Supplicationes publicæ, etiam ſingulis annis habitæ, ad eccleſiam Deiparæ Virginis: Cruces in iis prælatæ: apparitiones Sanctorum: pſalmodia in eccleſia: jejunium Quadrageſimale; carnis abſtinentia in monaſterio: oratio pro matre defuncta. Cultus Reliquiarum: peregrinationes in Terram Sanctam, & ad alia loca ſacra: multiplicia monaſteria ſub ſuis Hegumenis & Archimandritis: demum benedictione ejus, aut aqua ſeu oleo benedicto, patrata miracula: & his ſimilia, quæ benevolus lector reperiet.*

An antiquus cultus in Galatia?

5 *Tamajus Salazar, in Martyrologio Hiſpanico,* S. Theodorum Siceotam *refert die ſecundo Aprilis, quod in Adverſariis ſub nomine Luitprandi editis iſta legantur:* Muris oppido in Gallæcia S. Theodorus cultus eſt, vita & miraculis clarus, ſecundo Aprilis: *ubi Arbitratur Tamajus* XII Aprilis *legendum eſſe. Videntur hæc excogitata, ut pro* Galatia *ſubſtitueretur* Gallæcia. *Maſinus in Bononia perluſtrata* S. Theodorum Confeſſorem *celebrat hoc* XXII *Aprilis, eo quod in* eccleſia S. Martini apud Patres Carmelitanos adſerventur aliquæ Reliquæ hujus Sancti. *Lezana etiam tomo 3 Annalium Ordinis Carmelitici pag. 276 hunc Theodorum ſuo ordini adſcribit, quæ non merentur refutari.*

C *an fuerit Carmelita?*

V I T A

Auctore Eleuſio, Georgio dicto, Presbytero & Hegumeno & S. Theodori diſcipulo.

Ex MSS. Græcis à Petro Franciſco Zino Latine reddita.

P R O L O G V S.

Sicuti Sanctos utriusque Teſtamenti

BEnedictus Deus & pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui ab antiquis temporibus ſervos ſuos, tamquam ſtellas, accendit in terra, ut populum ſuum regerent, & quæ ad virtutem pietatemque pertinent, edocerent: quos nunc etiam, tamquam lucidos Solis juſtitiæ radios, ex dulciſſima ſanctarum Scripturarum lectione veneramur: ut primum innocentiæ

typum Abel, Enoch virtute præſtantem juſtum Abraham, Iſaac fideliſſimum & Chriſti figuram exprimentem, Jacob ſimplicem, caſtum Joſeph, Job patientiſſimum, Moſen legiſlatorem, ſupplicem Samuelem, David manſuetiſſimum, zelantem Eliam, Eliſæum rerum mirabilium effectorem, Eſaiam eloquentiſſimum, venerabilem Hieremiam, Ezechielem Cherubim deſcriptorem, Danielem ora leonum obſtruentem, tres pueros ignem extinguentes; Zachariam ſacerdotem, in omnibus Dei mandatis juſtificationibus que ſine reprehenſione incedentem; Simeonem ſenem, & mundi Lumen in ulnis ſuis geſtantem; Joannem Baptiſtam, ſolitudinis incolam & Prophetis antecellentem; duodecim chorum Apoſtolorum, in omni regione ac civitate fidem à Chriſto traditam diſſeminantium; Martyrum cœtus, qui eam ſanguine ſuo ædificarunt; ſanctorum Patrum Concilia, à quibus Apoſtolicæ doctrinæ dogmata ſunt confirmata; & alios complures, qui in veteri & novo teſtamento extiterunt, quorum in ſacris libris fit mentio, quosque ego propter multitudinem ſilentio præterivi, magis inſignes tantum vobis in medium proferens. Omnes igitur Sanctos, qui certamina ſubierunt & ediderunt miracula, Deus mundo largitus eſt, ut in ſingulis hominum ætatibus diſſeminati, tamquam ſtellæ quædam, virtutum & certaminum & miraculorum ſplendore fulgerent; ut eorum doctrina omnes eruditi, & certaminibus roborati, miraculisque confirmati, impiorum inſtitutorum perniciem effugerent, & in Chriſti regnum & gloriam ingrederentur: ubi promiſſa ab ipſo recondita ſunt illa bona, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus ſe.

Auctore Georgio Diſcip.

ad exemplum hominum dedit Deus:

E

ita & hunc S. Theodorum.

2 Sic & in hac ætate benignus ipſe Deus noſter, quaſi ſplendidam quamdam ſtellam, radios ſuos emittentem, Beatum nobis Theodorum oſtendit: qui fugavit dæmones, ægrotantibus reddidit ſanitatem, pater extitit pupillorum, nutritor pauperum, nudorum indumentum, tutus periclitantium portus, perfugium miſerorum, peccatorum dux ad pœnitentiã, baculus inopum, conſolator afflictorum, ſocius Apoſtolorum, Sanctorum particeps, incola regni cælorum, templum Spiritus ſancti: qui multos in cælum duxit, omnibus virtutibus excelluit, uberem habuit fontem, ex quo ſanitates emanabant: qui ab ætatis initio ad Deum acceſſit, eique ad finem uſque vitæ gratus fuit, vereque Theodorus nomine & factis extitit. Quamobrem oro vos, Patres & Fratres, ut dum vitam ejus expono, benignas mihi aures veſtras præbeatis. Præclara profecto ſunt, & admodum utilia, quæ pro viribus accurate ſum explicaturus: incipiam enim ab iis, quæ puer geſſit; nam illa quoque ſunt optimæ frugis plena. Vos igitur, qui ad audiendum acceſſiſtis, etiam atque etiam obſecro, ut meam imbecillitatem aſpicientes, me ſtudiis & precibus veſtris adjuvetis: ut munificus & pater luminum Deus, peccatorum meorum oblitus, mihi indigno tantum gratiæ & benignitatis & ſapientiæ ſuæ tribuat, ut divina & admirabilia hujus ſancti viri facta valeam enarrare.

F

C A P U T I.

Patria, ortus, educatio, litterarum ſtudia, jejunia, orandi conſuetudo.

In Galatia natus

IN Galatarum regione eſt oppidum, quod Siceon appellatur, ſubjectum Anaſtaſiopoli primi Ancyrenſium principatus: diſtat autem Anaſtaſiopoli duodecim paſſuum millibus. In hujus oppidi medio eſt publica regii curſus via, in qua diverſorium

AUCTORE GEORGIO DISCIP.

erat, ubi puella formoſiſſima, nomine Maria, commorabatur cum matre Elpidia, & ſorore Deſpenia: quæ quidem ibi commorantes, quæſtum, corpore faciebant. Eo tempore, imperante piæ memoriæ Juſtiniano, contigit, ut inter magiſtratus vir quidam, nomine Coſmas, in equeſtribus certaminibus clarus, ad partes illas judex mitteretur: qui cum in diverſorium illud veniſſet, perſpecta Maria, amore illius captus eſt, & cum ea concubuit. Concepit mulier ex eo, & in quiete ſtellam vidit ingentem & claram, è cælo in uterum ſuum deſcendere: experrectaque ac timoris plena, ipſi Coſmæ viſum narravit. Qui, Serva te, inquit, mulier, ſi forte te Deus aſpiciat, & tibi det fructum, Epiſcopatus ſorte dignum. Et egreſſus mane, lætus diſceſſit. At mulier cum ad ſanctum quemdam ſenem, in loco, ſex millibus paſſuum diſtante, habitantem veniſſet, narravit ſomnium quod viderat. Qui, Magnus profecto vir, inquit, evadet puer, qui ex te naſcetur, & plurimum valebit non apud homines, ſed apud Deum: lucida enim ſtella regiam ſignificat gloriam, ut judicant ſapientes viri, qui ſomnia interpretantur. Verum hoc de te dicendum non eſt: ſed ſplendida virtutum & gratiarum gloria tibi per ſtellam abs te perſpectam ſignificatur, quam Deus in tuum fœtum infudit: ſolet enim ſervos ſuos, antequam edantur in lucem, in utero adhuc exiſtentes ſanctificare. Hoc cum audiſſet & Theodoſius, Anaſtaſiopolis Epiſcopus, idem judicavit.

ex matre de futura filii ſanctitate per viſum edocta:

B

4 Expleto igitur partus tempore, Dei ſervum peperit, & paucis poſt diebus, ut Chriſtianorum mos eſt, tulerunt eum ad ſanctam Orthodoxorum eccleſiam; & à Sacerdotibus baptizatus eſt, in nomine ſanctæ Trinitatis, & Theodorus appellatus eſt; ut ex nomine perſpicuum fieret, eum Dei donum futurum. Cum autem ſextum ageret ætatis annum, cupiebat mater ejus, ut in regia civitate ad militiam educaretur. Itaque cum zonam illi auream, & veſtes pretioſas, & res alias neceſſarias paraſſet, de itinere cogitabat. Verum qua nocte profectura erat, ſanctus ei Dei Martyr Georgius apparuit: & Quodnam, inquit, mulier de puero conſilium cepiſti? Ne fruſtra laborem ſuſcipias, Rex enim, qui in cælis eſt, ipſum ſibi requirit puerum. E ſomno mulier mane excitata, ſomnium ſuum cum lacrymis enarravit: Appropinquat, inquiens, mors filii mei: atque ita labore itineris ſuſperſedit. Et cum octo eſſet annorum puer, eum magiſtro litteris imbuendum tradidit. Is cum Dei gratia maxime omnium eſſet ad diſcendum aptus, multum profecit in literarum ſapientia: & ab omnibus diligebatur: in iis autem quæ agebat, probabatur. Nam & cum pueris ludens, eos vincebat: jurare tamen, aut maledicere, aut aliud quidquam abſurdum facere, nec ſibi ipſe, nec alii cuipiam permittebat: quod ſi ex rebus ludicris lis aut pugna aliqua oriebatur, eam ſtatim dirimebat.

& à S. Georgio prohibitus ad militiã educari,

C

6 Erat autem domi ejus vir quidam pius, nomine Stephanus, qui cibos artificioſe conficiebat: nam mulieres illæ poſtea, relicta vita meretricia, ad bonam frugem redierant, & pie caſteque vivebant, multosque Principes & in dignitate conſtitutos hoſpitio ſuſcipiebant, & honorem hunc Stephano, qui in arte illa peritus erat, acceptum referebant. At ille quidquid præmii vel à feminis ipſis vel ab hoſpitibus accipiebat, in eccleſiis impendebat: & mane ac veſperi precationibus vacabat, & in ſanctis Quadrageſimæ diebus, cum omne cibariorum genus mulieribus miniſtraret, ipſe præter pauca panis fruſtula & aquam, eaque ad veſperam, nihil guſtabat. Amabant hunc virum mulieres, & propter ipſius modeſtiam & humanitatem colebant ut patrem. Puer autem videns eum ita continentem, divino amore inflammatus, vitam ejus cœpit imitari. Sic enim jubet Apoſtolus: Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei: quorum intuentes exitum converſationis, imitamini fidem: optimum eſt enim gratia ſtabilire cor, non eſcis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis: eſca enim non commendat nos Deo. Hebr. 1, 37

abſtinentiam & pietate mo octennis ſectatur

D

6 Hunc animi ejus zelum ignorantes mater & aliæ mulieres, cum è ludo litterario domum hora prandii rediret, cogebant eum ut ſecum ederet. At ille amplius hora prandii non revertebatur, ſed ad veſperam uſque jejunus in ludo litterario manebat: & veſperi, cum eſſet domi ſuæ, ad eccleſias cum viro pio Stephano ſe conferebat: & precationibus incumbens, Chriſti Corpus & Sanguinem percipiebat: atque ita domum revertens, nihil aliud, niſi jam dicta panis fruſtula & aquam, ſumebat. Cumque multum & à feminis & à Stephano moneretur, ut ederet, monitis eorum noluit acquieſcere. Oravit autem mater magiſtrum ipſius, ut hora prandii puerum dimitteret: volebat enim illi perſuadere, ut exiguum ſaltem leguminum cibum ſumeret, quoniam propter inediam, & quia tardius veſcebatur, nimium gracilis evadebat. Magiſter igitur, intellecta matris voluntate, dimiſit eum cum reliquis pueris. Ipſe vero, quaſi canticum illud Davidis exaudiret: In Domino confido, quare dicitis animæ meæ, Tranſmigra in montem ſicut paſſer: cum è ſcholis diſcederet, in aſperum montem vicinum ſe conferebat, ubi ſancti Martyris Georgii templum erat. *ad veſperam uſque jejunus in ſcholis* Pſ. 10, 2

E

7 Perſpicue vero ab ipſo Sancto, tamquam ab aliquo adoleſcente, eo ducebatur: & in oratorium ingreſſus, divinarum Scripturarum lectioni vacabat. Poſt meridiem autem ad ſcholas revertebatur. Et adveniente veſpera, domum petebat: matrique interroganti, cur hora prandii ad ſe non veniſſet, ipſe ſe excuſans reſpondebat, coactum eſſe in ſcholis manere, quoniam quæ oportebat, non didiciſſet, & quia languenti ſtomacho ita fuiſſet, ut nulla edendi cupiditate teneretur. Itaque mater rurſus magiſtrum monuit, ut filium cum ceteris pueris dimitteret: ille vero reſpondit, ſe id ſemper feciſſe, ex quo primum ab ea fuiſſet monitus. Cum autem accepiſſet eum ad ſancti Martyris Georgij eccleſiam ſeſe conferre, miſit quosdam è ſervis ſuis, qui eum inde abſtraherent. Illi puerum ad matrem adduxerunt: quæ comminata eſt illi atque præcepit, ut recta ad ſe è ſcholis rediret. At ipſe priſtinam conſuetudinem ſervavit, à qua mater eum nec admonitionibus, nec minis, nec verberibus potuit avocare, nec initam ab eo abſtinentiæ rationem interrumpere. Cum autem decimum ætatis annum impleret, quodam morbi genere, quod regionem illam invaſerat, ipſe quoque correptus eſt, adeo ut in vitæ diſcrimine verſaretur. Tulerunt igitur eum in templum S. Joannis Baptiſtæ, quod non longe aberat, & ad altaris introitum collocarunt. Supra autem, in ipſo Crucis receptaculo, erat imago Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex qua duæ ſuper ipſum morbo laborantem roris ſtillæ deciderunt: ſtatimque Dei gratia ſublevatus convaluit, & rediit domum. *aut oratorio S. Georgii* *fruſtra ob id increpitus à matre,*

F

8 Cum autem inter matrem & reliquas mulieres dormiret, accedens Chriſti Martyr Georgius, puerum, illis profundiſſimo interim ſomno oppreſſis, excitavit, primum quidem ſub Stephani ſpecie, deinde ſub propria perſona; Surge, inquiens, puer Theodore, illuxit aurora: ad precandum in S. Georgii oratorium ingrediamur. Surgentem autem cum lætitia & alacritate, cum eſſent adhuc tenebræ, domo deduxit ad ſanctum oratorium. Ac multis quidem *utpote ducem ad eum habens S. Georgium,*

dem in via dæmonum dolis terrebatur (improbi enim illi ac veritatis inimici, ſub luporum aliarumque ferarum forma, puerum territantes, & undique eum invadentes, ut devoraturi, à bono propoſito abducere conabantur) verum Chriſti Martyr illum educto gladio defendebat, ut ab ipſis feris lædi non poſſet, alacriuſque deinceps reverteretur. Hoc autem cum puer quotidie frequentaret, mater & reliquæ feminæ, quæ cum illa erant, cum eum in lecto mane non cernerent, ſuſpicatæ ſunt illum in templo pernoctare. Et mirabantur, quomodo in medio ipſarum dormiens, repente poſſet, nemine ſentiente, ſurgere. Metuentes igitur, ne à feris devoraretur (lupus enim tunc illac vagabatur, qui pueros devorabat) ipſum territabant, ne ad oratorium iret, præſertim ante ſolis exortum, propterea quod locus ille deſertus & periculoſus eſſet. Quarum ipſe conſiliis non acquieſcens, præfinita hora à Martyre excitatus, ad oraculum ſe contulit.

ab eoque defenſus.

9 Mulieres vero diluculo puerum non invenientes, ira commotæ, capillis eum inde abſtraxerunt. Mater autem verberatum filium ad lectuli ſpondam alligavit, nec cibum illi dedit. Verum nocte illa ſanctus Dei Martyr Georgius gladio accinctus feminis apparuit, ſtrictoque gladio irruit adverſum illas minabundus, &, Abſcindam, inquit, vobis capita, quia puerum cæditis, & ad me ire prohibetis. Iurantibus autem illis, ſe id amplius non effecturas, remiſit minas, atque diſceſſit. E ſomno igitur excitatæ ſolverunt puerum, blandis eum verbis orantes, ne ſibi ſuccenſeret, quod vapulaſſet: & ex ipſo quæſierunt, cujus fretus auxilio, ſic ante lucem prodiret. Quibus ille: Primum, inquit, cum Stephano egrediebar: nunc autem formoſiſſimo ac venuſtiſſimo juvene comite egredior. Et ipſæ agnoverunt eum eſſe Martyrem Georgium, quem in quiete conſpexerant, cujus præſidio munitum puerum amplius non prohibuerunt, dicentes: Dei voluntas fiat. Habebat & ſororem parvulam, nomine Blattam, quæ magno ipſum amore complectebatur, & adjuvabat ad opus Dei, & cum ipſo ad oratorium ſæpe interdiu ventitabat, ſtudebatque laborem ipſius ſublevare.

CAPUT II.

Pia adoleſcentia: contemptus rerum caducarum: miracula.

a Viſione cæleſti recreatur,

10 QUodam die, cum jam multum in litteris profeciſſet, in ſancti Martyris *a* Gemelli templum, domui ſuæ propinquum, ingreſſus, in eo noctem tranſegit, viditque ſe quodammodo apud Regem adſtare, cum magna intereſſet militum copia, & mulier adeſſet purpura ornata: audivit autem ipſum Regem ita ſe alloquentem: Strenue pugna, Theodore, ut perfectam in cæleſti militia mercedem accipias: ego inſuper in terra quoque te coram hominibus glorioſum & illuſtrem reddam. His auditis, ſomno ſolutus eſt, & cum duodecim eſſet annorum, propter Chriſti Regis, quem viderat, adhortationem incitatus, cœpit ad præſtantiora ſalutique conjunctiora contendere, ſeque in una domus ſuæ cellula continere ab Epiphania uſque ad Ramos olivarum. Et duabus Quadrageſimæ hebdomadibus, prima nimirum & media, neminem prorſus alloquebatur, ſed ſoli Deo vacabat: abſtinentia autem priſtina utebatur.

à diabolo provocatur ad præcipitium.

11 Ceterum cum veritatis hoſtis diabolus cerneret eum ſpiritalia & præclara contra ſe arma poſſidere, ut eum perderet, cogitabat. Quodam igitur die Gerontji condiſcipuli ipſius perſonam induit, & ſuper aſperam quamdam rupem, quæ Tzidrama vocatur, eum adducit: & cum in locum excelſum conſcendiſſet, Salvatoris illi tentationem objiciens: Si vis, inquit, optime Theodore, virtutis tuæ ſpecimen dare, deorſum deſili. At ille loci altitudinem intuitus, reſpondit: Loci me terret altitudo. Atqui, diabolus inquit, tu ſolus inter omnes pueros me fortior jam eras, vincebaſque me: nunc autem hoc ego non metuo, ſed me deorſum projiciam. Cave, reſpondit Theodorus, ne id facias, ne præceps labaris, & pereas. Illo autem confirmante, ſe id ſine periculo facturum: Si tu, inquit Theodorus, id feceris, ego item faciam. Stans igitur diabolus ſuper petram, deſiliit: & rectus ad Theodorum clamavit: Ecce, inquiens, ego ſaltavi: ſi vales, & tu idem effice, ut videam, utrum hac item in re, quemadmodum in ceteris, ſis generoſus. Puer autem ſaltus magnitudine territus, conſiderabat Gerontium numquam antea tam audacem fuiſſe. Præſto interim fuit Chriſti Martyr Georgius, apprehenſaque pueri manu, illinc eum abduxit: Veni, inquiens, ſequere me, & ne audias tentatorem illum, qui animam tuam quærit: neque enim Gerontius eſt, ſed noſtri generis inimicus. Atque ſanctus Martyr in oratorio ſuo puerum conſtituit.

Auctore GEORGIO DISCIP.

12 In quo ille dum moraretur, mater ejus & avia quodam die multis eum blanditiis cohortabantur, ut domum ſuam reverteretur, dicentes, ſe multos præclaros amicos expectare. Sed puer ea Scripturæ verba non ignorans, Amicitia hujus mundi inimica eſt apud Deum, &, Qui vult hujus mundi amicus eſſe, inimicus Dei conſtituitur; non enim poteſt quiſquam Deo amicus eſſe, & Mammonæ; noluit illis obſequi, ut inde diſcederet: ſed mundi divitias ſpernens, eaſque abjicere cupiens, zonam ſibi & torquem atque armillas adimens, ea projecit in conſpectu ipſarum: Scio, inquiens, vos vereri, ne hæc amittam, & idcirco me obſervatis: accipite igitur, ac diſcedite: ego enim hinc non recedam. Quibus illæ ſumptis, cum eum flectere non poſſent, abjerunt: totus enim animo defixus erat in Domino, cujus imitator & ejus veſtigia ſequens, parentes fugiebat; & ad Deum accurrens, divitias & domos relinquebat, ut centuplum acciperet, & vitam æternam poſſideret: quemadmodum, qui hæc promiſit, Dominus ait, Qui vult, inquiens, venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Recte enim puer juſtiſſimus corpus ſuum abnegavit, & animæ tamquam adverſarium affligens ac ſubigens, crucem in fronte geſtabat: atque ut Petrus, & Jacobus, & Joannes, & reliqui Apoſtoli, relictis omnibus rebus, ſecuti ſunt Jeſum: ſic & puer hic, Scripturarum teſtimoniis fidem habens, eas implere ſtudebat.

Iac. 4, 4. Luc. 16, 14.

contemnit ornatum corporis, & divitias:

Luc. 9, 23.

13 Volens igitur Davidem in canticis imitari, cœpit Pſalterium edifcere. Magno autem cum labore uſque ad ſextumdecimum pſalmum edidicit: ſed decimumſeptimum nullo modo percipere poterat. Quamobrem cum in oratorio propinquo S. Chriſtophori meditando commoraretur, & non poſſet edifcere, humi proſtratus, Dominum obſecrabat, ut ſe ad pſalmos facile memoriæ commendandos idoneum redderet. Clemens autem Deus, qui dixit, Petite & dabitur vobis, id illi conceſſit quod flagitabat. Cum enim ſurrexiſſet, & Salvatoris imagini ſupplicaret, dulcedinem melle ſuaviorem ſenſit in ore ſuo: & Dei munus agnoſcens, dulcedinemque deguſtans, & Chriſto gratias agens, deinceps facile & commode paucis diebus totum Pſalterium memoriæ commendavit. Atque ita omnes eccleſias frequentabat, pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus canens & laudans Dominum. Et ubicumque Sanctorum memoria celebrabatur, eo ſe prompte conferebat. Unde in pervigilio ſancti Martyris *b* Eureti Jopolim, quod oppidum quindecim paſſuum millibus diſtabat, hora

Matt. 7, 7.

Pſalterium memoriæ tradit:

b

AUCTORE GEORGIO DISCIP.

cœnæ profectus jejunus, cum & precationibus incubuiſſet, & divina Chriſti myſteria percepiſſet, curſu circa mediam noctem redijt, neceſſariaque comedit. A Sic enim erat in curſu velox, ut, facta ſponſione, tribus paſſuum millibus cum equis currendo certaret, & vinceret.

14 Iam cum ex Proverbiis didiciſſet, Ubi audieris Pſal.17,27 eſſe virum prudentem, vigila ad eum: Cum ſancto enim ſanctus eris, & cum electo electus eris: maximo Dei ſervorum deſiderio tenebatur. Et ubi audiebat eſſe virum juſtum, eum inviſebat, ut inſtitutam ipſius vitæ rationem diſceret. Et apiculæ inſtar, virtutum ejus flores legens, tamquam viaticum quoddam domum reportabat. Erat igitur ſanctus quidam *à Glycerio monacho excipitur:* Pater, nomine Glycerius, in loco, qui Trapezas appellatur, decem paſſuum millibus diſtante: ad quem Theodorus acceſſit, ut ab eo benediceretur, atque ut, quemadmodum Eliſæus ab Elia benedictus, duplicem ſpiritus gratiam accepit, ſic & ipſe per ejus benedictionem majoribus virtutibus & gratiis dignus efficeretur: nam Patris benedictio domum & filiorum labores confirmat. Hunc vir ſanctus cum aſpexiſſet, & florentem in ipſo virtutem divinitus agnoſceret, hilari eum vultu ſuſcepit, & ſubridens: Amas, inquit, fili, monachorum habitum? Et vehementer eum amo, mihi crede, pater, reſpondit, cupioque dignus illo fieri. Et cum ibi magna eſſet ficcitas, egreſſi ambo ſub dio, conſtiterunt ante concham illic B ſitam prope templum S. Ioannis Baptiſtæ. Et beatus ad puerum: Flectamus, inquit, genua, fili, & *cum eo orans pluviam impetrat.* oremus Dominum, ut pro clementia ſua pluviam in terram demittat: ex quo intelligemus, utrum ſimus in numero juſtorum. Precantibus illis, contractum eſt nubibus cælum: & cum à precatione ſurrexiſſent, magnam pluviæ copiam Deus emiſit in terram. Qua Domini benignitate lætatus eſt ſenex: & puero ſubridens: Poſthac, inquit, quidquid popoſceris Dominum, largietur tibi. Imple igitur id, quod cupis, & Dominus Deus erit tecum, ut corporis ætate ſimul & virtutibus creſcas. Cum igitur puer à ſene benedictionem accepiſſet, & eum ſalutaſſet, domum ſuam reverſus eſt.

15 Sed quartumdecimum jam agens ætatis annũ, *In oratorio tenui cibo victitat:* decrevit omnino domui ſuæ renuntiare, & in oratorio vivere. Qua quidem re cum mulieribus conſtituta, ſe contulit in oratorium, & in eo commorabatur. Verum mater ejus ceteræque mulieres, cum beatam inſtitutæ ab eo vitæ rationem ignorarent, à qua ille, quamvis puer adhuc eſſet, nullo modo recedebat, ei panes puros, & varias volucrum carnes, tum elixas, tum aſſas, afferebant. Quæ ipſe quidem omnia ſuſcipiebat, ne pium ipſarum animum videretur C aſpernari, & quia jejunium ejus erat in abſcondito; eis tamen non veſcebatur; ſed illis diſcedentibus exibat ex oratorio, & omnia ſuper petram collocabat, & rurſum ingrediebatur. Veniebant autem aves & feræ, atque etiam homines iter facientes, & comedebant. Cibus vero pueri ex iis, quæ in oratorio offerebantur, conſtabat: quod ſi nihil offerretur, panis illi ſolus erat ſatis.

16 Cum autem audiſſet locum quemdam, inde octo paſſuum millibus diſtantem, qui dicitur Area, *in loco à dæmonibus infeſto illaſus,* ſic à Diana & multis dæmonibus, qui illic habitabant, occupari, ut nemo illuc, præſertim in meridie, ſine certo mortis periculo poſſet accedere; ipſe Julij Auguſtique diebus, poſteaquam Horæ tertiæ preces abſolverat, ad eum locum celeriter contendebat, & toto meridie illic morabatur, ubi Dianæ domicilium eſſe dicebant. Sed cum auxilio Dei nihil adverſi reperiret, ad oratorium redibat, ubi ſub altaris gradu ſpecum ſibi defodit. Ea vero nocte, qua Chriſti ortus celebratur, cum ad eum Clerici quidam & laici conveniſſent, cum illis ab oratorio ad flumen tranſeundum deſcendit: ipſe autem ſolus in aquam ingreſſus, tamdiu in ea ſtetit, quoad omnis Prophetica, & D Apoſtolica, & Euangelica lectio cum toto ſacrificio *in aqua gelida diu conſiſtit:* fuit abſoluta. Poſt autem vix poterat pedes extrahere, ſic erant cum luto glacieque compacti: atque ita pſalmos concinens, ad oratorium redijt: & cum dies adveniſſet, celebritatem peregit, & in ſpecum deſcendit, ibique ad Ramos uſque Palmarum conquievit. Quamobrem omnes, qui hæc conſpiciebant & videbant, ſublatis in cælum manibus, dicebant: Confitemur tibi pater, Domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & revelaſti ea huic parvulo: quoniam ſic fuit placitum ante te.

17 Iam avia ejus Elpidia vehementer eum com- *arcte jejunat;* miſerabatur: magis enim illum, quam ambas filias ſuas diligebat. Itaque veniens ad oratorium, ei, dum quietem ſilentiumque ſervaret, cibum miniſtrabat, fructus nimirum, aut olera, idque Sabbato, & die Dominica: nam reliquis diebus nihil omnino guſtabat. Hæc autem Anaſtaſiopolis Epiſcopus Theodoſius cum audiviſſet, valde gaudebat, eumque apud omnes laudabat, dicens illum Dei inſtinctu commotum ea facere. Quodam autem die honeſtatis inimicus diabolus fecit, ut ex frigore in morbum incideret, & moveri non poſſet: verum ei dormienti ſanctus Chriſti Martyr Georgius adſtitit, & dixit ei: E Quis cauſa fuit, fili, ut in morbum incideres? At ille, *ager ſanatur à S. Georgio.* conſiderans immundum coram ſe ſtantem dæmonem: Iſte, inquit, impurus ac deteſtandus me in morbum conjecit. Martyr vero vehementer dæmonem torquens, in fugam convertit: & apprehenſa Theodori manu, Surge, inquit, & convaleſce: neque enim amplius execrandus iſte dæmon apparebit in conſpectu tuo. Statim igitur puer excitatus ſurrexit ſanus.

ANNOTATA.

a S. Gemellus Ancyræ ſub Juliano in crucem actus, *colitur* 10 *Decemb.*

b S. Euretus Martyr *hactenus nobis incognitus.* Eſt Euretus Martyr Pamphyliæ *in apographo Corbeienſi Martyrologij Hieronymiani ad diem* 28 *Maji.*

CAPUT III.

Energumenus liberatus. Vita arcta in ſpelunca. Sacri Ordines ſuſcepti.

18 SEd Deus clemens, qui ſanctis ſuis Apoſtolis poteſtatem dedit, ut dæmones ejicerent & *Puerum à diabolo obſeſſum flagellat:* morbos curarent, dedit & illi gratiam adverſus dæmones, ut eos ab hominibus expelleret & ægrotantibus mederetur. Nam poſt ſanctam Paſchæ celebritatem quidam homo tulit ad eum quodam die filium unicum, à ſpiritu immundo vexatum; & fide ductus, orabat ſanctum puerum Theodorum, ut filiolum ſuum curaret. Verum ipſe neſciebat, quid ei faceret: F ſed excuſabat ſe, quod eſſet juvenis. Pater autem illius vexati lacrymans, dedit illi flagellum, & dixit: Hoc accipe, Domine mi ſerve Dei, & minans filio meo, percute illum, dicens: Exi, exi, ſpiritus immunde, ab hoc puero, in nomine Domini mei. Fecit, ut erat edoctus, S. Theodorus: & turbatus dæmon cœpit eum irridere, & tamquam inſanum prædicare; & ſi quid ab illo audiebat, idem ille reſonabat: & bidui ſpatio nihil ille reſpondit. Tertio autem die idem puero fecit Chriſti puer Theodorus: tunc dæmon rurſus commotus, cœpit vociferari: Exeo, puer, exeo, nec amplius reſiſto; da mihi horam. Illo autem ad altare aſcendente, dæmon clamavit ad hunc modum: O magna vis Nazaræi, hæc adverſum nos excitantis!

A ex quo enim in terram deſcendit, homines in nos armavit: & nunc ſcorti filio conceſſit ejiciendi nos poteſtatem. Heu mihi miſero, à quo puero expellor? neque enim gratiam illi e cælo demiſſam ferre poſſum. Magna naturæ noſtræ ab hoc meretricis filio calamitas imminet: multos enim è noſtro grege ex hominibus extrudet. Doleo autem, quod hic in me exercet imperium: nec audeo redire ad patrem meum diabolum, cum à tali puerulo ſim expulſus: nam ſi id mihi à ſene aliquo contigiſſet, haud ita magnum dedecus arbitrarer. Execranda dies, in qua genitus es. Hæc illo dicente, ſumens puer Dei Theodorus ex lucernæ oleo, vexati caput unxit, & ſigno Crucis adhibito, increpuit eum, dicens: Exi jam, ſpiritus impuriſſime, & noli amplius nugari. Et vociferans dæmon projecit puerum ante pedes ejus, & exivit ab eo: jacebat autem tamquam mortuus. Ex quo turbatus puer, defunctum illum exiſtimabat: ſed dixit ei pater illius: Manum illi porrige, atque jacentem excita. Quo facto, ſtatim in ſe rediens puer ille, ſurrexit: itaque Dei gratia ſanum reddidit patri. Res autem vulgata fuit per totam illam regionem: quamobrem omnes Deum collaudabant, qui intellectum dat parvulis & gratiam.

& liberat.

19 Chriſti igitur præcurſorem & Baptiſtam Ioannem in hoc item imitatus eſt, manens in ſolitudine, quoad populo demonſtraretur; & illa Apoſtoli Pauli verba in ſe expreſſit, Sancti omnes per fidem vicerunt regna, operati ſunt juſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones; abjecti, vexati, in ſolitudinibus & in cavernis terræ. His ſalutaribus Scripturis incumbens, non auditor earum tantum, ſed effector extitit, adjuvante Chriſto, qui bonum eligentibus ſemper favet. Superiorem igitur montis partem aſcendit; & petram intuitus ad ſe tegendum idoneam, ſuffodiens ſibi ſpeluncam amplam fecit: obſtructoque aditu, in ea latitabat. Tunc autem accidit, ut milites illac iter facerent. Quare cum à propinquis puer, tum in oratorio, tum alibi perquiſitus, non inveniretur; ſuſpicabantur, eum à militibus ablatum eſſe, commoveruntque principem, ut milites comprehendendos curaret, quo puerum reſtituerent. Verum cum nec ſic quidem inventus eſſet, à feris devoratum fuiſſe judicarunt: & luxit eum diu mater cum reliquis feminis & propinquis, uti jam mortuum. Duos in ea ſpelunca Chriſti puer Theodorus annos tranſegit: & clericus quidam religioſus Diaconus ſolus rem noverat, qui & proprium illi veſtimentum aſperum dedit, (nam antea lineis veſtibus induebatur) & paululum cibi ex oleribus, & aquæ puſillum (ſic enim inter ipſos convenerat) ſubminiſtrabat. Promiſerat autem eum ſe nemini indicaturum.

B Hebr. 11. 33

latitat biennio in ſpelunca.

C

Matt. 5. 15

20 Ceterum videns bonus Deus, qui ſervorum ſuorum curam gerit, labores ipſius; ut verum eſſe oſtenderet, quod dixerat, non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita: neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo ſunt; omnibus eum patefecit. Cum enim propinquæ ipſius mulieres animadverteſſent, pium Diaconum ſuper montem frequentius aſcendere; ſuſpicatæ id quod erat, eum domi ſuæ jurejurando obteſtatæ ſunt, ut quidquid de puero ſciret, ſibi ſignificaret. Ille vero tum jurejurando coactus, tum aſpero pueri vitæ inſtituto commotus, & metuens ne moreretur, rem aperit; & locum, ubi morabatur, indicat. Tunc lætitia plenæ accedentes, reperiunt illum prope mortuum, & ad ſancti Georgii oratorium deducunt. Qui aëre conſpecto, ſine voce diu manſit. Caput autem ejus ſordibus fœtebat, & pediculis abundabat, & oſſa illius erant nuda, & coma vincta, nec ad eum quiſquam præ fœtore vermibusque ſcatentibus poterat appropinquare: & aſpectus ejus erat tamquam mortui: quamobrem novus quidam Iob eſſe, propter ejuſmodi calamitatem, putabatur. Plorabat mater ejus, & avia, & reliquæ mulieres: & cum eſſet pauliſper recreatus, volebant ut domum ſuam deſcenderet, & corpus curaret: quibus ipſe noluit aſſentiri.

Indeque educitur pene mortuus:

AUCTORE GEORGIO DISCIP.

21 Cum autem hæc religioſiſſimus Anaſtaſiopolis Epiſcopus Theodoſius accepiſſet, ſtatim ad eum in oratorium acceſſit, & conſpecto capitis ejus ulcere, contremuit: & cum illum ſalutaſſet, Lectorem declaravit. Magno autem labore ſordes ejus abluerunt; & panniis lineis ulcera ejus abſtergentes, capitis comam totonderunt. Poſtridie vero Subdiaconum, Diaconum, & Presbyterum inſtituit: Ecce, inquiens, Dei munere omnes Cleri ordines conſecutus es, ut divina poſſis myſteria peragere, ad eorum qui accedunt ædificationem. Dominus Deus, benignus munerum ſuorum elargitor, dignum te faciat, qui & gregem ipſius recte gubernes & regas: hæc enim quatuor gratiarum munera adeptus, & habitum etiam monaſticum accepturus, hujus tantum unius expers videris eſſe, quod tibi Dominus poſt virtutum tuarum argumentum elargietur. Creſce igitur fide atque virtutibus & ora pro me. Et cum & benediciſſet & eum ſalutaſſet, rediit in civitatem ſuam. Tunc Chriſti ſervus Theodorus duodeviginti annos impleverat: quapropter multi Epiſcopum incuſabant, quod eum ante legitimam ætatem ad Presbyterii dignitatem provexiſſet. Sed religioſiſſimus Epiſcopus Theodoſius reſpondebat, ſe non ignorare, Canones non permittere, ut quiſquam ante legitimum ætatis tempus, & ſine teſtimonio Presbyter inſtituatur, cum Apoſtolus ſic ad Timotheum ſcribat: Non neophytum, ne ſuperbia elatus, in judicium incidat & laqueos diaboli. Sed quemadmodum ipſe Paulus Timotheum ætate juvenem, Epiſcopum conſtituit; & ego (ajebat) in nomine Domini hunc, propter ejus probitatem, Presbyterum inſtitui: ſignificavit enim mihi Deus, eum eſſe dignum hoc munere. Et profecto hic juvenis eſt à Deo. Quare ne teneram ejus ætatem, ſed animi nobilitatem attendite: Quemadmodum & de Davide Samueli dictum eſt: non enim ſapientes ſunt, ætate provecti, nec ſenes judicium norunt, ut Eliud in Job declarat; ſed Dei ſpiritus eſt in mortalibus, & Omnipotentis ſpiritus adoleſcentes erudit atque adjuvat, & piam ac rectam vivendi rationem præcipit. His verbis Epiſcopi omnes aſſenſerunt. Novus autem Chriſti miles Theodorus proficiebat ſapientia & prudentia ſpirituali, & gratia Dei erat & cum illo.

initiatur ſacris Ordinibus:

anno 18 Presbyter creatus ab Episcopo divinitus ad id excitat.

1 Tim. 3. 6

Iob 32. 9

D E F

22. Hæc pueritiæ Theodori inſtituta ego, indignus illius ſervus & diſcipulus Georgius, ab eis accepi, qui æquales ipſius ac condiſcipuli cum eo vixerant, & oculis ſuis ea perſpexerant. Plurima etiam ab ipſo pio & ſancto viro audivi, cum ea ipſe de ſe modeſte narraret, ut nos ad æmulationem incenderet. Poſt obitum autem illius ea conſcripſi, ut pueri & adoleſcentes Angelicam ejus vitam & ab omni crimine remotam imitarentur, & digni evaderent regno cælorum, per gratiam Chriſti Dei noſtri, cum quo Patri gloria ſimul cum ſancto Spiritu in ſecula ſeculorum, Amen. Dominus Ieſus Chriſtus verus Deus noſter, qui eſt juſtitiæ ſol, lumen ineffabile, perennis fons immortalitatis, vita ſempiterna, ſalus animarum noſtrarum, & ſapientiæ largitor, det etiam mihi peccatori Georgio ſervo veſtro tantum virium, & ad dicendum facultatis, ut onus ſuſceptum perferre valeam: & vobis eum amantibus ſic animos ad audiendum inflammet, ut præclaram & admirabi-

unde hactenus ſcripta auctor acceperit.

AUCTORE GEORGIO DISCIP.

lem ſancti, magnique patris noſtri Theodori vitam, ad finem uſque libenter audiatis: jam enim aggrediar ea, quæ pertinent ad ejus adoleſcentiam, precationibus veſtris confiſus apud Dominum Deum, qui dux ejus adjutorque fuit.

CAPUT IV.

Iter Hieroſolymitanum: habitus monaſticus: rigor pœnitentiæ. Familiæ ſtatus.

ſtatuit patriam relinquere,

23 SAnctiſſimus igitur Dei ſervus Theodorus, duodeviginti annorum cum eſſet, ita Salvatore noſtro Deo volente, ad Presbyterii gradum provectus, divinæ philoſophiæ vacabat: ut ſe viro prudenti ſimilem declararet, & ex laudabili conſilio Domini, relicta patria domo, ſuper arena exædificata, & quæ in illa erant terrenis rebus, decrevit in eam nullo amplius modo reverti; ſeque totum Domino in cordis veritate & fidei plenitudine conſecravit; fundavitque ſibi domum ſuper firmam petram, ſive animo, ſive etiam ſenſu velis intelligere. Erat enim locus arduus & venerandus, in quo ſancti & glorioſi Martyris Georgii oratorium cõſtruxit, ut facile alienorum ventorum & futurarum procellarum, inſtar aquarum inſurgentium, impetus, tum fide in Chriſtum confirmata, tum ipſius ſancti Martyris auxilio fultus, evitaret atque propelleret. In omnibus divinis Scripturis, vitam nobis æternam propinantibus, verſabatur: & ſanctum Euangelium ſemper animo volvens, valde movebatur, præſertim dum conſiderabat, quomodo Dominus & Salvator noſter Jeſus Chriſtus è cælis deſcendiſſet, quomodo induiſſet hominem, quomodo cum hominibus verſatus eſſet, ſibique Hieruſalem elegiſſet, in qua cruciatuum ferret acerbitatem, ageretur in crucem, ſepeliretur & reſurgeret. Hæc ille admirans, & terra ſublimiora ſuſpiciens, incenſus eſt cupiditate viſendi & adorandi loca illa ſanctiſſima, ubi Chriſti pedes ſtetiſſent: cum & Zacharias Propheta gentem & tribum omnem exe-

& Chriſti veſtigia imitari:

B

Zach. 14. 17

cretur, quæ non adeat & adoret ea.

24 Cum igitur ad eum veniſſet mater ejus, cum ſorore & ambarum parente, communicato cum illis conſilio, & invento ex providentia Dei itineris duce, iter ſuſcepit: & præ animi deſiderio laborem itineris non ſentiebat. Pervenit tandem ad optatam ſanctorum locorum civitatem Hieruſalem, & Crucem ſalutiferam, ſanctamque Reſurrectionem, & almum Præſepe, atque glorioſam Aſcenſionem, & reliqua omnia ſaluturis mortis & converſationis magni Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti monumenta adoravit; inviſitque cuncta monaſteria, & omnes paſſim in cellis incluſos Patres, eos quoque, qui interiorem ſolitudinem incolebant: & ab illis benedictionem accipiens, præſtantiorem vitæ rationem & inſtituta perdiſcebat. Sed cum ad Iordanem, in quo Salvator & Deus noſter baptizatus eſt, deſcendiſſet; ingreſſus eſt in propinquum Dominæ noſtræ Dei genitricis templum, quod *a* Chuzoba vocatur: cumque ibi precatus eſſet, & Archimandritam, & qui cum illo erant Patres conſalutaſſet, habitum ab eis monaſticum atque Euangelicum flagitavit. Archimandrita vero, cum ſciret divinitus quis eſſet, nulla interjecta mora, habitum illi conceſſit, & ſimul cum reliquis Patribus Deum obſecravit, ut coram ipſo & coram hominibus probaretur.

C

a

habitu monaſtico induitur:

redux in patriam:

25 Expleta celebritatis ejus lætitia, omnibuſque conſalutatis, & accepta ab illis benedictione, è monaſterio in Galatiam ad patriam ſuam reverſus eſt, repetiitque S. Georgii Martyris oratorium: ubi magna cum lætitia habitabat, Moſaicæ gloriæ gratia ſplendens; & jejunando, & humi cubando vigilan-

doque & pſallendo ſe magis in dies ædificabat; majoraque à Deo munera, tum in dæmonibus ejiciendis, tum in morbis curandis, accipiebat. Mater autem ejus cum ea quæ carnis, non autem Domini ſunt, ſaperet; nec amoris ardorem, quo matres accendi ſolent, erga filium ſuum ſanctiſſimum retineret; eo relicto, & ea bonorum parte, quæ ſibi conveniebat, aſſumpta; viro cuidam, nomine Davidi, in Ancyranorum metropoli claro nupſit. At ſoror ejus Deſpenia, & mater ipſius Elpidia, & ſancti ſoror Blatta ab eo ſejungi ſe non ſunt paſſæ: ſed ſanctam ejus vitam contemplantes, omnique ſe modeſtia & caſtitate, eleemoſyniſque & precationibus expurgantes, eum pro viribus ſtudebant imitari. Ac Deſpenia quidem moriens, eum hæredem inſtituit, & ab ipſo ſepulta eſt in templo ſancti Martyris Gemelli. Blattam autem ſororem ſuam Virginem, cum duodecimum ageret ætatis annum, duxit ipſe ſanctiſſimus in Ancyranorum Metropolim, & in gravium Virginum monaſterio, quod Petrin appellatur, collocavit: ubi monaſticum habitum ſumens, Deo conſecrata eſt, vixitque ſanctiſſime. Theodorus autem ad proprium locum reverſus, cum triennio poſt beatam hanc ſororem in cæleſtem thalamum ad ſponſum ſuum Chriſtum, cui ipſe eam dicarat, bonis operibus plenam migraſſe accepiſſet, Deo gratias egit.

D

matre denuo nupta.

ſororem in monaſterio collocat

E

26 Beata vero avia ejus Elpidia vehementer eum diligebat, & compatiebatur ei, & ſæpe ad eum proficiſcens, & vitæ ipſius inſtituta certaminaque conſiderans, collaudabat Deum, qui ex meretriciis ſpinis ramum, roſas & fructus ejuſmodi proferentem, eduxiſſet, & ex inutilibus lapidibus Abrahæ filium ſuſcitaſſet: ſublatiſque in cælum manibus, Deum obſecrabat, ut mentem ejus ab omnibus perturbationibus & cupiditatibus remotiſſimam, in ſtudio pietatis & fide ad finem uſq; firmam & ſtabilem, conſervaret. Relictoque hoſpitio, in quo vivebat, & collectis bonis ſuis omnibus, ut majore lætitia frueretur, ſemper cum ipſo verſari volebat, eique miniſtrare. Quod ipſe non permiſit, ſed monuit, ut in ſancti martyris Chriſtophori monaſterio maneret: ad eamque puellas ab immundis ſpiritibus vexatas mittebat, ut earum curam haberet & inſtitueret, & ſi poſt curationem manere vellent, eas in ſanctis inſtitutis exerceret. Ipſe vero hominem quemdam mercenarium, ex oppido propinquo, nomine Marinum, qui ſibi miniſtraret, accepit. Providentia autem Dei, qui dixit; Ne timeas, poſthac eris homines capiens, faciam enim te piſcatorem hominum; factum eſt, ut quidam pio Dei incenſus ſtudio, ex oppido Paninorum ad eum accederet, ſupplicans ut ſe in contubernium ſuum reciperet. Quamobrem gaudio plenus, quod ſe Deus ſolum non relinqueret, eum recepit & monaſtico illum habitu induit, atque ita ſtudioſum reddidit, ut quemdam à dæmone vexatum is liberaverit. Mulier item ex oppidulo Conchate ad eum ſe contulit, quæ uteri morbo laborabat: & precibus ejus liberata, cum in vicum Eniſtratum ad filium ſuum Philumenum adoleſcentem, qui tunc litterarum ſtudiis incumbebat, veniſſet, illinc eum abduxit, & ſancto obtulit Theodoro, ut eum ſecum in eiſdem vitæ inſtitutis erudiret.

Elpidiam aviam

Sibi minime ſtrare non ſinit.

accipit ſocios duos:

F

Deſunt hic nonnulla in Græco exemplari.

27 Erat autem in loco illo probatiſſimus quidam faber ærarius, cui S. Theodorus commiſit, ut ſibi cellulam *b* anguſtiſſimam faceret, ut in eam ingreſſus & ſtans jejunii dies tranſigeret: incolæ autem illius loci, fide impulſi, arma ruſtica ad opus illud conficiendum contulerunt: atque cellula illa perfecta, eſt ſanctitati ejus accommodata. Verum cum eam vellet ſtatim ad locum ſuum transferri, rogarunt homines illius loci, ut eam illic tantiſper eſſe permitteret, donec

curat ſibi caveam ferream fieri,

b

nec alteram ligneam illi ſimilem faciendam curarent,
A in qua hieme inſequente quieſceret, ut illius formæ
exemplum haberent, & poſtea ipſam ferream cellu-
lam ipſi traderent. Annuit illis S. Theodorus. De-
mum aſſumentes eam, cum ſupplicationibus perdu-
xerunt in locum ſanctum ipſius; & in magna ſaluti-
feræ Paſſionis hebdomada, cum in ea ipſum collocaſ-
ſent, in loca ſua reverſi ſunt. Cum igitur alteram li-
gneam cellulam confeciſſent, inſequenti hieme ad
eum cum ſupplicationibus accedentes, ipſam illuc
tulerunt. Ingreſſus igitur in cellulam ligneam, in
templo S. Ioannis Baptiſtæ abſtinentiam ſuam obſer-
vavit à Natali die Chriſti uſque ad Ramos palmarum.
Unde egreſſum eum, ac ferrea cellula incluſum ante
illam celebritatem, in locum ejus reduxerunt: &
accepta ab ipſo benedictione, ad loca propria re-
verſi ſunt.

induit ſe ferreis calceis, manicis, zona, loricâ:

28 Stabat autem eiuſmodi cellula ſine tecto, ſu-
pra ſpeluncam ipſius, ſub dio: & juſſit, ut bini ex
ferro ſibi fierent ad pedum menſuram calcei, binæ-
que manicæ pro manuum menſura, & crux decem &
octo palmarum, & zona circa lumbos ſuos. Præter-
ea cum graviſſimam tunicam habere cuperet, provi-
dentia Dei quidam triplicem loricam attulit, decem
& octo librarum: hanc ipſe ſanctiſſimus accipiens,
B gratias egit Deo, qui tam celeriter cum fide peten-
tium deſiderio ſatisfacit. Verum cum ſeipſum metue-
ret, propterea quod corpus ejus nimis creſceret; ut
cupiditatibus reſiſteret, vinculum quoddam perpe-
tuum ſibi memoriæ cauſa reperit, & bina vincula pe-
dibus ſuis circumpoſuit; decrevitque illa numquam
abjicere, ſed ad tumulum uſque retinere. Cum autem
adveniſſet dies, in qua Dominus noſter Jeſus Chri-
ſtus ex ſanctiſſima Dei genitrice Maria naſci digna-
tus eſt, veſtimento ſolito loricam impoſuit, & zona
ferrea ſe cinxit, & ſuper collum ſuum crucem acce-
pit, & manicas induit, deinde in ligneam cellulam
ingreſſus, abſtinentiam uſque ad tempus Palmarum
celebritatis ſervabat. Egreſſus deinde, ſe in ferrea in-
cludebat, affligens corpus ſuum, & in ſervitutem re-
digens, tum anguſtia loci, tum etiam jejunio & fer-
reis oneribus, atque ita confundens diabolum, & va-
rios illius impetus frangens. A Chriſti autem ortu
uſque ad Ramos palmarum, nec pane, nec leguminibus
omnino veſcebatur; ſed pomis tantum & oleribus,
idque Sabbato ſolum & die Dominica. Hanc in
pſalmis canendis regulam obſervabat, ut pauliſper
ceſſaret, deinde eoſdem repeteret.

perfert acerrimum frigus,

29 Porro labor ejus per hiemem erat incredibilis.
C Cum enim nives terram operirent & venti regnarent,
ventorum impetu nive contegebatur, & aqua per col-
lum ejus intra tunicam penetrans, ad pedes uſque
deſcendebat, & calcei replebantur ac veſtimenta:
cumque glacie rigerent, non parum illi doloris affe-
rebant: pedes enim ejus congelabant. Nam eam ſibi
legem præſcripſerat, ut à galli cantu ad veſperam uſ-
que, pedes non moveret è gradu in quo ſtabat, ne-
que ullo modo ſe ad aliquam cellulæ partem inclina-
ret. Quamobrem cum duobus annis prioribus ma-
gna vis frigoris fuiſſet, arboreſque & dolia congla-
ciarent, ita pedes ejus rigebant, ut eos extrahere non
poſſet. Quare miniſter ejus aqua tepida pedes ejus
perfundebat, atque ita paulatim è glacie extractos, è
gradu præfinito dimovebat. Cum autem anno quo-
c dam, Paſchæ celebritas in Aprilis *c* menſis finem inci-
& ardorem ſolis. deret, & Quadrageſimæ diebus ſol eſſet vehemen-
tior, accidit, ut tum abſtinentia tum ſolis ardore, tam-
quam exanimis in cellula concideret: quo animad-
verſo, pius Philumenus ſacco cellulam contexit, ut
umbram pararet. Verum cum Dei miles ſe collegiſſet,
videretque umbram, rem ægre tulit, prohibuitque,
ne quid amplius eiuſmodi fieret.

ANNOTATA.

a *Alibi* Choziba: *de qua Laura* (*Laura enim fuit non cœnobium*) *plenius agi poterit 3 Oct. quando colitur illius inſtitutor S. Ioannes Epiſcopus Cæſareenſis, itemque in Supplemento Ianuarij, quando danda erit ampliſſima Vita S. Georgij Chozibitæ, cuius vix tenuem notitiam hactenus dedimus ex Menæis.* AUCTORE GEORGIO DISCIP.

b *In Græco forſan eſt* κλῶβος, *cavea, de qua voce plenius egimus die 13 Martij, loquentes de S. Vrpaſiano Martyre Nicomediæ in Bithynia, caveæ ferreæ incluſo: quæ tamen iſtic* κλωβὸς *ſcribitur, alibi* κλοβός, *unde* κλοβομαχεῖν in cavea decertare, *&* περικλοβίζειν *lineis cancellatim ductis caſſare ſcripturam aliquam.*

c *Toto ſexto ſeculo uſque ad Imperium Mauritij anno* 583 (*ante quod tempus res debuit contigiſſe*) *numquã Paſcha fuit celebratum 25 Aprilis, niſi anno* 577. *Annus quoque* 550, *quando juniori Theodoro accidiſſe hoc potuit, habuit Paſcha die 24 Aprilis.*

CAPUT V.

Miracula in hominibus & beſtiis præſtita. Mors matris & aviæ: pericula mortis & morbus divinitus ſubmota.

30 DEus autem, qui eos à quibus honoratur ho-
norat, hæc ab ipſo non ambitione geri, ſed
animo ſimpliciſſimo Deique ſtudioſiſſimo, multis ra-
tionibus omnibus indicavit: nam & animalia fera
manſuete cum ipſo verſabantur, & multa ab eo in
homines fiebant miracula. Ex quo enim in ferrea
cellula ſe incluſerat, terribilis vrſa per triennium ad
eum accedebat continue, acceptaque de manu ejus
benedictione, neminem lædens diſcedebat. Lupus
item ad oſtium cavernæ, in qua Sanctus erat inclu-
ſus, cum acceſſiſſet, illic expectabat. Quamobrem
egreſſus miniſter ejus Marinus, viſa repente fera, per-
timuit; & intro rediens, rem Sancto ſignificavit. At
ille cum gravitate ſubridens: Ne vereris, inquit, ho-
mo timide: neque enim venit, ut injuriam faceret,
ſed ut ipſi cibus ſubminiſtraretur. Da igitur ei aliquid,
frater, ut non ſolum in homines, verum etiam in fe-
ras Dei mandatum illud, Omni poſcenti te tribue,
expleatur. Accepit igitur miniſter panis fruſtum &
poma, ex quibus ſolebat Sanctus cum benedictione
aliquid accedentibus impertiri, exiitque, & poma
tantum objecit feræ, eam propellens. Quæ cum ob-
jecta comediſſet, rurſum ſtabat & non diſcedebat,
tamquam aliquid aliud expectaret. Tunc ei panis
etiam fruſtum objecit; quo arrepto, lupus ſtatim
F diſceſſit: ingreſſus autem miniſter, Sancto rem nar-
ravit.

E *Manſuete accedunt urſa & lupus:*

mundat leproſos duos:

31 Rurſus cum in cellula ferrea eſſet incluſus, ac-
ceſſit ad eum quidam lepram habens in toto corpore,
ac obſecrans, ut pro ſe precaretur: ipſe autem preci-
bus adhibitis, juſſit ut exueretur; & accepta aqua,
precatus eſt ad hunc modum: Domine Jeſu Chriſte
Deus noſter, qui per Eliſæum Prophetam mundaſti
Naaman Syrum à lepra, quique, cum ad nos benigni-
tate tua deſcendiſſes, factus homo, antequam mor-
tem ſubires, verbo leproſum curaſti; adſpice aquam
hanc, & benedicens ei concede, ut valeat ad emunda-
tionem præſentis ſervi tui, ut ſanus recedat ad glo-
riam & laudem ſancti nominis tui. Peractis preci-
bus & extenſa manu, & ſignans eum figura Crucis,
aquam illam in caput ejus effudit: & ſtatim ab eo
lepra diſceſſit, & totum ipſius corpus mundatum eſt:
& abiit laudans Deum. Eodem morbo cum eſſet
oppreſſus Presbyter quidam præclarus, nomine
Colluras, acceſſit ad eum, cum adhuc teneretur in-
cluſus; & cum Sancti tunicam induiſſet, munda-
tus eſt.

AUCTORE GEORGIO DISCIP.

32 Beata autem ejus avia Elpidia cum omni lætitia & tranquillitate optimis ipſius vitæ inſtitutis & miraculis gaudebat, & puellas diligenter gubernabat, quæ vel liberatæ erant, vel vexabantur: iamque pulcherrimum monaſterium ædificarat, cum ad optatum vitæ finem pervenit; quem ipſa præviderat ex viſo quodam, quod S. Theodoro narravit: Videbam, inquiens, fili mi dulciſſime & lumen oculorum meorum, adoleſcentem valde formoſum, ſplendidis veſtimentis ornatum, aurea fulgentem coma, & illi ſimilem, quem pro S. Georgio in ejus hiſtoria pictum cernimus. Hic cum ad me appropinquaſſet, vitæ tuæ rationem & pſallendi regulam cupiebat intelligere: quam ego illi cum expoſuiſſem, dixit mihi: Cum pſallitis, hæc dicite: Benedicite Dominum montes & colles. Deinde ſubjecit: Magnam profecto gratiam, mulier, conſecuta es, quæ nepotem tuum tali in ordine conſpexiſti. Poſthac vives ſine ſolicitudine, cum recta ejus vivendi ratione ſatiata ſis. Mihi autem, ut ejus adjutori, multum debes: imo vero gratia omnis debetur communi Domino & procreatori Deo, qui dignum eum fecit, ut eſſet in numero Sanctorum ſervorum ipſius. Iam igitur quieſce: nam adhuc laboraſti. Hæc illa cum narraſſet, in morbum incidit, & in pace requievit honorificeque ab ipſo ſepulta eſt. Iam de matris ſuæ Mariæ obitu, cum ad eum quidam, ex Ancyranorum civitate, nuntium attuliſſet, ac diceret, ut ad dotem repetendam mitteret, quoniam ſine filiis defuncta eſſet; ipſe nullo modo aſſentiens: illi reſpondit: Falleris: nam mater mea defuncta non eſt. Cumque is propriis ſe iliam oculis mortuam affirmaret conſpexiſſe, rurſum reſpondit: Falleris, ut dixi: nam mater mea nec mortua eſt, nec morietur, ſed mihi ſupereſt, ac vivit, & manet in ſecula. Preces tamen pro illa effudit ad Dominum, unius hebdomadæ ſpatio jejunans, ut veniam ei Dominus concederet peccatorum.

A aviam poſt monaſterii conſtructum, & S. Georgii viſitationem mortuam, ſepelit:

B orat pro matre defuncta:

33 Acceſſit ad eum in ſpeluncam involutum & quieſcentem quodam die ſanctiſſimæ Eccleſiæ *a* Heliopolis procurator Theodorus, cognomento Tzutheus, & per miniſtrum nuntiavit ei cum lacrymis: Miſerere, inquiens, mei, ſerve Dei, qui in magna verſor calamitate: miſi enim miniſtrum meum ad eccleſiæ proventus exigendos, ille vero, proventibus exactis, fugam arripuit: at ego huc illuc curſitans, & ubique conquirens, eum reperire non potui. Supplico igitur ſanctitati tuæ, ut Deum obſecres pro me, quo poſſim illum invenire. Omnes enim facultates meæ non ſunt ſatis ad id, quod ille abſtulit, eccleſiæ perſolvendum. Sanctiſſimus Theodorus huic reſpondit ad hunc modum: Si promittis, te illum ſine verberibus dimiſſurum, & nihil ei amplius, quam quod eripuit, ablaturum; te Deus conſolabitur, & tradet eum tibi: ſin id recuſas, non invenies eum. Ille jure-jurando ſe id facturum promiſit, & ex bonis ſuis aliquid etiam largiturum, modo proventus eccleſiæ reſtitueret: alioquin ſibi vel filios eſſe nudos relinquendos, ut eccleſiæ ſatisfaceret. Tunc oravit Dominum ſanctiſſimus Theodorus, ut miniſter ille fugitivus, quocumque in loco eſſet, ita retineretur, ut inde non poſſet diſcedere: deinde ſupplici reſpondit: Vade domum tuam, ibique mane ſine ulla ſolicitudine: confido enim Deum, ſi id quod promiſiſti perfeceris, celeriter eum tibi redditurum. Lætus ille diſceſſit, tamquam ex Sancti verbis magnum pignus accepiſſet: fugitivus autem precibus ejus prope oppidum Nicaënſium coërcebatur, nec inde ſe poterat extricare: cumque putaret ſe magnum itineris ſpatium confeciſſe, nihil omnino promoverat. Itaque cum ibi eſſent homines quidam qui & illum noverant & procuratorem, & quid eſſet ab eo factum acceperant, viderentque eum fruſtra ſe labore itineris defatigare; & cum ex eo quæreretur, quare, aut quo proficiſceretur, inepte reſpondere; comprehenderunt eum, & rem procuratori detulerunt. Qui cum cito ſublatum aurum recepiſſet, rediit ad S. Theodorum, Deo gratias agens.

fugitivum cum furto ſervum

C

precibus ſiſtit:

D

34 Vir autem quidam ad eum duxit uxorem in diebus Pentecoſtes, à dæmone vexatam; qui cum à Sancto increparetur, clamavit: O magna vis! Ne mihi iraſcaris, ferrivore ſerve Dei altiſſimi, neve me in ignem ultionis mittas: neque enim ego ſum cauſa, ſed invitus in hanc ingreſſus ſum: miſit enim me Theodorus, cognomento Carappus, ex oppido Mazameæ. Ecce, inquit Chriſti ſervus, præcipio tibi in nomine Jeſu Chriſti filij Dei, ne illam impedias, quo minus negotia gerat ſua, donec rurſum huc revertatur. Dæmone igitur quieſcente, marito dixit, ut cum uxore diſcederet, fructuſque agrorum colligeret, ac deinde reverteretur. Ita fecerunt: diſcedentes enim, fructus ſuos collegerunt, & ad monaſterium reverſi ſunt. Verum cum in templum ingrederentur, ut Sanctiſſimi vultum adſpicerent; cœpit mulier acerbe à dæmone vexari: quamobrem maritus ejus jurabat, ipſam, uſque ad horam à Sancto præfinitam, non fuiſſe vexatam. Verum cum illic una eſſent hebdomada commorati, non ferens dæmon ſervi Dei increpationem, mulierem, ad pedes ejus projiciens, diſceſſit: & mulier liberata eſt, domumque læta cum marito rediit.

dæmonem ad tempus cohibet

dehinc expellit:

E

35 In loco Mazaniæ, qui eſt ad Siberim ſuperiorem, ſub climate Mnozeniæ, ingruebat menſe Junij tanta locuſtarum multitudo, ut nebulæ inſtar totam regionem operiret, frugeſque & fructus omnes devoraret. Quam quidem calamitatem incolæ conſpicientes, audienteſque miracula, quæ S. Theodorus effecerat; ſupplices ad eum acceſſerunt, & ad pedes ejus proſtrati, rogarunt ut veniret, & precibus ſuis tantam à ſe calamitatem expelleret. Profectus cum illis, pervenit ad Catholicam ipſorum eccleſiam S. Euenici, in eaque de more manſit: poſtridie vero ſupplicem populum in agros dimiſit, præcepitque, ut quodam in loco confiſteret, & Dei miſericordiam imploraret. Ipſe vero tres accipiens locuſtas in manu ſua, pro populo Dominum obſecrabat: atque interim tres illæ locuſtæ in ejus manu mortuæ ſunt: & gratias agens Deo, dixit ad populum: Revertamur in eccleſiam, filij: Deus enim celeriter miſericordiam ſuam nobis oſtendet. Reverſi igitur in S. Euenici templum, divinum ſacrificium peregerunt. Poſtero autem die in agros egredientes, locuſtas omnes mortuas invenerunt, & Deum collaudaverunt.

impetrat mortem locuſtarum:

F

36 Improbus autem ille, qui bonis operibus & viris bonis ac Dei ſervis ſemper invidet, ad huius miraculi invidiam, proprium miniſtrum movit, & ad ſancti viri, qui illud effecerat, mortem inquirendam incitavit. Hic erat maleficus quidam, nomine Theodorus, de quo ſupra meminimus, malarum artium peritiſſimus, qui eodem in loco habitabat: ſed artes illi ſuæ nihil adverſus ſanctum Dei ſervum erant profuturæ. Cum igitur homo ſceleſtiſſimus miraculum à viro ſanctiſſimo factum aſpexiſſet, recordaretur-que improbum dæmonem ſuum, quem ipſe immiſerat, paulo ante ejectum, re infecta diſceſſiſſe; inflatus à ſuperbo inimico, ſubjectique ſibi dæmonis nequitia inflammatus, miſit qui ſanctum Dei ſervum tentarent, & ad mortem uſque affligerent. Verum qui miſſi fuerant, non audentes eum vigilantem adoriri, ſomni tempus tamquam latrones expectarunt. Ceterum cum divina virtute, quæ illum protegebat, fugarentur; audaciores ex ipſis ad nequitiam, viro ſancto rurſus appropinquaverunt: ſed eadem gratia Dei, tamquam ignis ab eo progrediens, ipſos adurebat & perſequebatur. Quare cum idem ſæpius fruſtra, imo

Theodorum veneficum

A imo vero cum detrimento ſuo tentaſſent; ad eum, à quo miſſi fuerunt, confuſi reverterunt. Cumque illos interrogaret, cur re infecta rediiſſent, acriterque objurgaret: Nulla, inquiens, eſt veſtra vis: cum enim ad ipſum dormientem accedere, & injuriam inferre nequeatis, quomodo vigilantem ſuperabitis? Et nos reſpondebant illi, multo magis quam tu, probati invictique cupimus, in iis ad quæ nos mittis exequendis, reperiri: verum cum ad eum accedimus, magna ex ore ejus egreditur flamma ignis; non hujus qui ſenſu percipitur, quem nos contemnimus; ſed divini, in eo habitantis, à quo comburimur & idcirco, re infecta, diſcedimus. In cibo item & potu ejus vim noſtram miſcuimus: ſed eã ipſe, utens benedictione, inutilem reddit.

frustra ſibi & per dæmones

37 Cum igitur ſe Theodorus toties victum doleret, & invidia magis indies accenderetur, letale venenum, magno paratum artificio, in piſcem conjecit, & per alios quoſdam ad Sanctum miſit. Ex quo cum Dei gratia, adhibita benedictione, nihil accepiſſet detrimenti; Theodorus ille confuſus, quod tam mortifero veneno nihil egiſſet, conſideransq; quam imbecilla eſſet potentia diaboli, & quã magna Dei virtus atq; admirabilis, quæ & dæmonum & veneni vim infregiſſet, & locuſtas interemiſſet: ex diabolica reſipuit ebrietate, & ad virum ſanctum ſupplex acceſſit, & ad pedes ejus proſtratus lacrymans obteſtabatur, ut ſibi Dei miſericordiam impetraret. Vir autem ſanctiſſimus tanti luctus & ſupplicationis cauſam requirebat. Cui cum Theodorus ſuas in eum inſidias, & dæmonum reſponſa, artificiumque diabolicum quod in multarum animarum perniciem exercuerat, expoſuiſſet, oraretque ut ſe à tali nequitia liberaret & ſanctiſſimum ſibi baptiſmum impertiret; reſpondit S. Theodorus: Si vis à Deo veniam impetrare, primum omnia peccata tua confitere, & ſi quos habes libros maleficos in medium profer: & quoſcumq; homines, aut domos, aut animalia maleficiis tuis obſtrinxiſti, diſſolve, nec amplius ea in quemquã exerce; ſed pœnitentiam age: & ego Deum, qui vult omnes homines ſalvos fieri & ad cognitionem veritatis venire, precabor, ut ea tibi, quæ hactenus admiſiſti, condonet. Hæc ille omnia cum ſe perfecturum jurejurando promiſiſſet, omnes libros maleficos protulit, & coram illo combuſſit. Sanctus autem Theodorus eum prius in religione inſtituit, & jejuniis atq; eleemoſynis purgavit; poſtea ad ſalutare lavacrum admiſit, & ad nonagintanovem numerum adiunxit, ſeque doctrinæ Jacobi fratris Domini miniſtrum declaravit, peccatorem ab errore viæ ipſius convertens, & liberans animam ejus à morte, & operiens multitudinem peccatorum.

& per venena inſidiatum,

inſtruit & baptizat.

Iac. 5, 20

B C

38 Accidit autem, ut, poſteaquam ad manſionem ſuam reverſus eſt, in morbum graviſſimum incideret, & ſancti Angeli ad eum miſerandum accederent: ipſe vero cœpit flere ac triſtis eſſe. Erat autem ſuper ipſũ imago Sanctorum Coſmæ & Damiani, miraculis illuſtrium: qui tales ſe illi ſecundum quietem conſpicuos obtulerunt, quales ea pictura exprimebantur; & accedentes ad eum, quemadmodum ſolent medici, venarum pulſum explorabant; atque inter ſe ita colloquebantur, ut de ſalute ejus, propterea quod vires ipſius concidiſſent, deſperare viderentur; & ad eum converſi, dicebant: Quid fles, frater? cur triſtis es? Ipſe vero reſpondebat: Quia non egi pœnitentiam, Domini mei, & quia relinquo puſillum hunc gregem, qui nondum eſt perfecte inſtitutus, & magna indiget diligentia. Tunc illi: Vis ut pro te ſupplicemus, ut tibi paululum adhuc ad vivendum ſpatii concedatur? Si hoc, inquit, feceritis, & tempus mihi ad reſipiſcendum impetrabitis, & pœnitentiæ meæ, & omniũ quæ recte poſt hac egero, mercedem lucrabimini. Sancti autem ad Angelos converſi, rogabant eos, ut illius tantiſper curam gererent, dum ipſi ſupplicatum pro illo ad Regem irent. Et cum Angeli ſe id facturos dixiſſent, Sancti Coſmas & Damianus profecti ſunt, & pro Theodori ſalute omnipotenti Regi Chriſto Deo noſtro, qui in cælis eſt, quique Ezechiæ quindecim vitæ annos adjunxerat, ſupplicabant. Itaq; voti compotes reverterunt, in medio ipſorum habentes adoleſcentem, Angelis, qui aderant, adſpectu quidem ſimilem, ſed gloria præſtantiorem: qui præſentes Angelos ſic allocutus eſt: Ab eo recedite, placatus enim eſt communis omnium Dominus & gloriæ Rex, & permittit, ut adhuc in carne maneat. Qui ſtatim una cum ipſo in cælum redierunt. Sancti vero Coſmas & Damianus: Surge, inquiunt, frater, & attende tibi ac gregi tuo: benignus enim & clemens Dominus noſter preces noſtras pro te ſuſcepit, & largitus eſt tibi ut vivas; paresque cibum, qui non perit, ſed manet in vitam æternam, & multarum animarum ſalutem cures. Hæc locuti, etiam ipſi diſceſſerunt.

ad mortem ægr

ideoque pœnitentiam,

AUCTORE GEORGIO DISCIP.

per SS Coſmam & Damianũ ſanatur.

ANNOTATA.

a Heliopolis, *infra num. 92* regio *ſeu diœceſis* Heliopolis, *urbs Epiſcopalis Galatiæ primæ in utraque Notitia Græca apud Carolum de S. Paulo in Geographia ſacra.*

CAPUT VI.

Varii ægri & energumeni ſanati. Illuſtres ejus diſcipuli.

E

39 SAnctus vero Theodorus, confeſtim viribus recuperatis, ſurrexit ſanus, & laudabat Deum, majoreq; ſtudio abſtinentiæ & pſalmis decantandis incumbebat; pro gratia ſibi à Deo conceſſa, multa miracula faciebat, tum in curandis omnibus morbis & languoribus, tum in expellendis ſpiritibus immundis: ſola enim ipſius increpatione aut juſſu ab hominibus diſcedebant. Quibus miraculis multi commoti, domos ſuas relinquebant; & ad eum accedentes, habitum monaſticum & vitam quietam complectebantur. Quidam etiam ex iis, qui curabantur, nolebat ab eo diſcedere, ſed manebant apud illum, & neceſſaria miniſteria exequebantur. Quamobrem cum S. Georgii Martyris oratorium eſſet anguſtius, quam ut eos qui ſacrificium peragebant, & qui ibi commorabantur, quique ad precandum conveniebant, capere poſſet; ad dexteram ipſe partem ædem pulcherrimam ſancti Angelorum principis Michælis, tam æſtati quam hiemi commodam, exædificavit. Hæc ad lævam habebat parvum S. Joannis Baptiſtæ oratorium, ad dexteram autem oratorium ſanctiſſimæ Dei genitricis ſemperque Virginis Mariæ: in quo & fratrum regulam conſtituere decrevit, propterea quod ægroti & à malis ſpiritibus vexati; qui ut curarentur adducebantur, & qui ad precandum accedebant, in Archangeli Michaelis oratorio, quod die ac nocte apertum erat, manebant. In his autem ſanctiſſimus Dei ſervus Theodorus, tamquam fructifera olea in domo Dei, & veluti palma inter ſpinas verſabatur: & monachorum circumdatus choro, in Dei laudibus excellebat. Miſit autem ſocium ſuum Philumenum ad Anaſtaſiopolis Epiſcopum, ut eum Presbyterum faceret, fratrumque Præfectum: quoniam inter alios conſtantia & manſuetudine præſtabat.

Multis ad eum accedentibus,

monaſterium extruit:

F

40 Jam cum ſanctus ac venerandus ille manſionis locus Dei gratia auctus eſſet, ſed argentea ſupellectili careret, & vaſa tantum marmorea in myſteriis adhiberentur; miſit ſanctiſſimus Theodorus Archidiaconum ſuum ad regiam civitatem Conſtantinopolim, ut argenteum vas ad ſacrorum myſteriorum uſum emeret. Ille autem eo profectus vas emit à quodam opifice, tum materia tum artificio ſingulare, & ad monaſterium tulit. Cum igitur poſtridie peragenda eſſent

calicem argenteum ſibi empti.

AUCTORE GEORGIO DISCIP.

sent mysteria, ostendit Archidiaconus vas illud sanctissimo Theodoro, ut in eo fieret sacrificium. Quod ille mentis oculo contemplatus, ut sordidum atque inutile contempsit. Cumque Archidiaconus fabrefacti vasis integritatem pulchritudinemque commendaret, quippe qui nihil amplius quam speciem extrinsecus poterat intueri: Novi ego quoque, fili, inquit vir sanctissimus, vas esse pulcherrimum, quantū ad materiam atque artificium pertinet: sed aliam ob causam, quæ oculis non cernitur, coinquinatum est: usus nimirum, ut arbitror, illud infecit: quod si dubitas, dic psalmi versiculum, ut precemur, atque illud intelliges.

à meritricio vase confectum

Quod ille dum faceret, & vir sanctissimus inclinato capite, precaretur, sic evasit ipsum vas, quale soletargentum, cum ex camino ignis nigrum educitur. Quo perspecto, fratres Deum collaudarunt, qui per servum suum id, quod occultum erat, patefecisset: verum cum Archidiaconus illud rursum in manus accepisset, argentum & splendidum apparuit. Quamobrem Constantinopolim revertens, reddidit illud opifici, & causam narravit: opifex autem secum ipse considerans, meminit vas ipsum ex argentea meretricis situla fuisse conflatum rem Archidiacono indicavit, veniam petens, & rogans ut pro se Deum obsecraret. Alia autem illi vasa pura dedit atque pulcherrima, quæ Archidiaconus ad sanctissimum Christi servum attulit, priorisque vasis causam ipsi & Fratribus patefecit: qui Deo gratias egerunt.

agnoscit & remittit

B

41 Iam in *a* Buzæorum loco, sub Gratianopolim sito, cum torrens sic imbribus excresceret, ut trajici non posset, cupiebant incolæ pontem ædificare. Cūque adhibitis artificibus opus prope confecissent, deerant tabulæ quædam lapideæ, ad quas excidendas (licet multi dicerent, ad thesaurum auferendum) in collem quemdam propinquum se contulerunt. Verum magna inde spirituū immundorum exiit multitudo, quorum pars invasit viros & feminas illius loci, eosque acerbe cruciabat; pars ceteros in varios morbos conjecit: complures autem vias & loca finitima occuparunt, & homines ac bestias, illac iter facientes, injuriis afficiebant: quamobrem regio illa magnis tum internis tum externis calamitatibus laborabat. Cumque illis in mentem venisset servi Dei Theodori, decreverunt illius precibus immundos spiritus adjurare: ex quo cœperunt ipti spiritus non mediocriter formidare, &, nomine ejus audito, mitius ac lenius agere.

a

Buzaïs in fistos dæmones

Ad monasterium igitur profecti tantopere supplicarunt, ut cum illis tandē abjerit: appropinquante autem illo ad regionem ipsorū, sentientes spiritus præsentiā ipsius, & homines obsessos corripientes, occurrerūt ei, & cum ululatu vociferabantur ad hunc modum: Proh vis! Cur veniſti huc, o ferrivore? Cur Galatiam reliquisti, ut *b* Gordianam peteres regionem? Non erat opus, ut terminos transires: causam enim, quamobrem te huc contulisti, non ignoramus. Verū nos non parebimus tibi, quemadmodum parent Galatiæ spiritus: nos enim asperiores sumus & astutiores. Sed cum eos vir sanctus increparet, obmutuerunt. Postridie autem, cum essent omnes congregati, & illi qui vexabantur circa virum sanctissimum essent; supplicationem emisit, & totam regionem lustravit, pervenitque ad collem vnde dæmonia exiisse dicebantur: atque illa torquens divina Christi gratia venerandæque Crucis signo, tunsionibus in pectus adhibitis, diu precationibus incubuit: jussitque ut ex hominibus egrederentur & in locum suum redirent. Quæ valde clamantia, scissis vestimentis, obsessos ante pedes ejus prostraverunt, & egressa sunt.

C

b

expellit,

42 Pessimus tamen spiritus, qui mulierem vexabat, resistebat, & nolebat egredi. At vir sanctissimus, coma ejus apprehensa, vehementerque premens, adhibito Crucis signo, & fusis ad Christum precibus, increpabat eum: Hinc inquiens, non discedam prius, quam ab illa fueris egressus. Tunc clamare spiritus cœpit, ac dicere Magna est, o ferrivore, vis tua etiam in me: jam egredior, & non repugnabo: da nobis tantum aliquid ex iis, quæ fers. Solvit ille calceamentum, conjecitq; in foveam collis, unde exierant. Projecta igitur muliere ante pedes ejus, exivit ab ea. At vir sanctissimus stans, rursum Dominum precabatur, ut spiritus item illos omnes, qui loca finitima & vias obsidebant, atque iter facientes vexabant, compelleret in locum, unde egressi fuerant, regredi. Deique gratia omnes sub muscarum, & leporum, ac murium specie, ut quibusdam videbantur, coacti in foveam illam redierunt. Tunc eam vir sanctissimus, precibus fusis, signo Crucis obsignavit, jussitque ut foramen illud obstrueretur, & in pristinam formā redigeretur: & supplicationem ad locum suum reduxit. Nec unquā postea locus ille sensit eam calamitatem; nec loci finitimi, nec viæ, nec homines ulli injuria ejusmodi affecti sunt, ad gloriam Christi Dei nostri, curationum largitoris. Vir autem sanctissimus ad monasterium suum reversus est.

& recludit

43 Ex Ponti autem oppido *c* Heraclea Theodorus, cognomento Latzeas, dives & claro loco natus, ad pium virum accessit; & ad pedes ejus prostratus, lacrymans supplicabat, ut ad urbem suam veniret, ac in sacra æde sanctissimæ Dei Genitricis pro domesticorum suorum salute precaretur. Cum enim domi suæ foderetur, ex ea fossione contigit, ut magna spirituum immundorum multitudo tum familiares suos tum alios cives invaderet, & acerbe vexaret. Beatus igitur vir, cum in æde illa sanctissimæ Dei Genitricis precari cuperet, abiit cum illo, & desiderio suo satisfecit: familiamque præclari viri Theodori, & reliquos ab immundis spiritibus vexatos, precibus & supplicationibus liberavit: multaque alia curationum miracula, tam in ipsa urbe, quam in tota illa regione, revertendo fecit, ad gloriam Salvatoris nostri Dei.

c

idem facit Heracleæ.

E

44 Cum in Ancyranorum metropoli magna lues in homines armentaque desæviret, ejus metropolis curatores ad Dei servum accedentes, secum abduxerunt. Cumque filias haberent monachas in sanctissimo Dei Genitricis monasterio, quod Becia vocatur, rogarunt eum, ut ibi commoraretur, & pro illis Deū obsecraret. Constituto autem supplicationis die, omnes cives & agricolæ convenerunt ad supplicandum: & ipse cum illis Deum obsecrans, ab ea peste ipsos liberavit. Aquam præterea benedixit, qua conspergebantur armenta, & libera erant. Quamobrem gratias agentes Deo metropolitæ, virum sanctum ad ejus mansionem reduxerunt.

Ancyræ pestem tollit:

F

45 Porro cum Siberis amnis, qui prope monasterium fluit, Sicæorum fata atque adeo agros ipsos auferret, vir sanctissimus accessit, amnique præcepit in Christi nomine, ut in alveum suum rediret, nec agris amplius appropinquaret: ligneaque cruce defixa, & precibus fusis, impetum ejus medium accessit. Cumque eodem in flumine trajiciendo multi periclitarentur, vir iste memorandus ad ejus medium accessit; fusaque bene longa ad Deum precatione, reddidit ipsum mansuetum, ut nullum amplius in illius trajectu periculum foret.

Siberim fluvium compescit

46 Ductus est ad eum puer à quodam monasterio, nomine Arsinus, qui à spiritu immundo vexabatur. Hunc vir sanctissimus cum accepisset, non festinavit curare eum, quod illi talem disciplinam haud inutilem esse diceret: verum cum perfectæ jam esset ætatis, & vir sanctissimus pro omnibus accedentibus precaretur, oravit & ille, ut pro se quoque idem faceret. Cui si promittis, inquit, te rectam & exquisitam

Arsinum energumenum

vit

A vitæ rationem amplexurum, celeriter id quod flagitas, impetrabis. Promisit ille. Itaque cum vellet Christi servus sancti Martyris Christophori mulierum monasterium invisere, secum Arsinum duxit: *liberat* & cum essent in valle Xeroniaca, & tempus foret opportunum; stans vir sanctissimus, Deum pro illo precabatur. Commoto igitur dæmone, cœpit affligi, & in sublime toli: dæmon autem suspensus, dicebat: Egredior, ferrivore: tantum solve me, & statim discedam. Et hæc dicens, vidit sanctum Christi Martyrem Christophorum Dei servo obviam venientem: & vehementius ululans dæmon, prostravit illum ad pedes ipsius, atque discessit. Cumque se collegisset, duxit eum vir sanctus in ipsius Martyris monasterium: ubi admonitionibus & gravibus præceptis & obsecrationibus Virgines in eo degentes ad modestiam, & timorem Dei, & humanum pudorem instituit: valde enim eum Virgines venerabantur.

& in disci-pulũ acci-pit, 47 Posteaquam autem ad virorum monasterium Sanctus ipse rediit, parvam cellulam ab eo accepit Arsinus, in qua inclusus, quietem colens se exercebat: & tribus hebdomadę diebus pane cum oleribus aut pomis vescebatur; tempore autem Quadragesimæ idem illi quidem erat cibus, sed sabbato tantum & die Dominica. Erant & alii duo, qui asperum ejusmodi vitæ B genus colebant, Euagrius & Andreas, qui prope Arsinum in cellulis degentes, animarum suarum saluti vacabant. Horum studio magnus Dei servus lætabatur, & Deum laudabat. Aliquanto autem post magno effecti sunt desiderio sanctam civitatem invisendi, & sancta illius loca adorandi. Quod cum inter se contulissent, supplices virum sanctum obsecrarunt ne desiderium suum impediret, sed precibus illud adjuvaret. Cum igitur ab eo dimissi iter suum confeciſſent, & voti jam compotes essent, Euagrio placuit illic commorari. Ingressus igitur in *d* Lauram Abbatis Sabæ, sancte vitam instituebat, factis ipsis declarans, se divini & sancti patris Theodori esse discipulum. Arsinus autem & Andreas in Galatiam ad virum, sanctissimum redierunt, eumque rogarunt, ut pro se Deum obsecraret, sibique permitteret ut alia in loca sese conferrent, ubi separatim in quiete vitam traducerent. Cum igitur pro illis Deum obsecrasset, & quod petebant concessisset, abierunt quo utrique libuit. Andreas procul à monasterio passuum millibus octo in Brianeæ collem ivit; ubi in lignea cellula incluſus, sancte vivebat, & à Christi die natali usque ad Ramos olivarum eamdem, quam in monasterio coluerat, abstinentiam exercebat. Arsinus vero, cum in partem superioris Potamiæ se contulisset, Galenirum, locum ab hominum celebritate remotum, in C quo dæmones confidebant, sibi elegit, & stans Deum orabat, dicens: Domine Deus patris mei Theodori, precibus ejus placatus, serva me peccatorem, & adjuva me atque defende, ut tibi serviam & placeam in hoc loco. Statimque se in lignea cellula inclusit, ibiq; hiemem illam transegit. Postea vero altiorem sibi columnam fecit, in eamque conscendit: & solitam abstinentiam, & reliquarum virtutum studium coluit. Cumque quadraginta jam annos ita transegisset, patientiæ corona redimitus, & discipulus Theodoro præceptore dignus, in pace requievit.

Reparatum, 48 Multi præterea à sancto & præclaro Patre nostro Theodoro instituti, vel apud ipsum vitam traduxerunt, vel aliis in locis excelluerunt. Inter quos & Reparatus, claris ortus parentibus, cohortationibus ejus & miraculis commotus, monasticum ordinem susceperit: & ab eo institutus, in parvam se cellulam inclusit in Colonossi regione Lycaoniæ, rectèque vixit ad exemplum præceptoris. Et Elpidius, qui cum annos aliquot in monasterio recte vixisset, deinde ad Orientem profectus, prope montem Sina con-

Elpidium,

stitit, ibique se exercuit. Hunc propter quietem & religionem, patres illis in locis commorantes, Elpidium quietum appellabant. Et Leontius, qui diu sub disciplina servi Christi institutus, prope locum Pesmataiæ separatim vixit, tam honeste ac pie, ut cum alia multa vaticinatus sit, tum iniquorum Persarum impetum prædixerit, seque ab illis interfectum iri. Quod & factum est, cum è cellula ipsa sua egredi, & quietem suam nollet intermittere. Et Theodorus, *Theodorum,* qui in monte Draconis piam vitæ rationem coluit, ab ipso institutus est, & habitum accepit, & postea mansionis ipsius sancti Præfectus fuit. Et Stephanus, *Stephanum.* qui prope Psilim fluvium S. Theodori mansionem rexit, ab eo pariter fuit institutus, & habitum accepit. Et alii plurimi, quos propter multitudinem prætereo; ne, dum in eorum historia moror, quæ ad magnum ipsorum & nostrum Pastorem pertinent, imperfecta relinquam & prætermittam. Vita quidē ipsorum satis eos commendat, sed talis magistri disciplina multo magis: non potest enim ut ait Dominus, arbor bona fructus malos facere. Hujus igitur arboris, omissis interim ramis, altitudinem pro viribus consideremus. Matt. 7. 17

AUCTORE GEORGIO DISIPE.

ANNOTATA.

a *Sunt hæc loca in Phrygia magna, in regione ut mox dicitur Gordiana.* E

b Gordium *urbs Phrygiæ magnæ prope Sagarim aut Sangarium fluvium, ubi Alexander Magnus Gordium nodum, cum dissolvere non posset, discidit, oraculo deluso.*

c Heraclea *urbs Episcopalis ad Pontum Euxinum: de qua actum ad Vitam S. Theodori Ducis & Martyris 7 Februarii.*

d De Laura S. Sabæ *consule dicta 20 Martii ad Acta monachorum Ioannis, Sergii & aliorum ibi occisorum. Colitur S. Sabas 5 Decemb.*

CAPUT VII.

Iter secundum Hierosolymitanum: miracula quædam, Episcopatus Anastasiopolitanus.

49 EUm rursus desiderium incessit revisendi sanctam civitatem Hierusalem: quare cum duobus comitibus iter suscepit. Tunc autem Hierusalem magna siccitate laborabat: cumque & lacus & cisternæ exaruissent, magnis omnes in angustiis versabātur: cives enim & monasteria aquas pluvias in lacus cisternasque colligunt, cum fontes non habeant. Homines igitur & jumenta aquæ penuria affligebantur; nec supplicationibus quidquam proficiebant, quoniam eam gratiam Deus servo suo reservabat. Erant porro illic quidam ex Galatiæ regione, qui magnum Dei servum & ejus miracula cognoscebant, & de ipso in sancta civitate & in monasteriis, quoties occasio id ferebat, loquebantur. Novimus, inquiebant, sanctum Patrem in nostra regione, qui unica precatione queat aquis universum orbem explere, quemadmodum Eliam Prophetam tempore Achab regis Israel fecisse legimus. Cum igitur in sanctam civitatem Hierusalem ingressus esset, & salutiferam Crucem & sanctum Christi sepulcrum adorasset; & omnia loca sacra atque monasteria inviseret; videntes eum monachi, qui de illo locuti fuerant, præsentiam ejus tam in civitate quam in monasteriis divulgarunt. Quamobrem Patriarchæ Hierosolymitani nomine, Clerici & monachi ad eum accesserunt, rogaruntque ut precibus suis Deum sibi propitium redderet, & pluviam impetraret. Tunc ille se excusare, quod indignus esset. Sed cum illi respondērent, se confidere, F

Hierosolymam adit siccitate afflictam.

F

loca sacra invisit.

AUCTORE GEORGIO DISCIP

si suas ipse preces cum aliorum Patrum precibus conjunxisset, fore ut Deus pluviam largiretur; Quando, inquit, dicitis, vos fidem habete; sicut creditis, ita fiet vobis. Constituta igitur supplicatione, dixit militibus: Deponite, filij, stolas vestras, ne madefiant, & vos defatigemini: celeriter enim, mihi credite, pro fide vestra Deus misericordiam suam vobiscum faciet. Cum igitur supplicando procederent, & quodam in loco ex mandato ejus precandi gratia constitissent; sublatis in cælum manibus, vir sanctissimus satis diu Deum obsecravit, & obsecrante illo, parva nubes apparuit ab Occidente: facto autem obsecrandi fine, præcepit, ut supplicantes progrederentur. Tunc nubibus totum obtectum est cælum, & ingens cœpit pluvia descendere, adeo ut madefacti cursim reverterentur, & Deum collaudando, supplicationi finem imponerent. Omnes autem cisternæ & lacus, pluvia, fluminis instar defluente, completi sunt, ob servi Dei precationem: qui ne propter miraculi amplitudinem turbaretur, statim ad monasterium rediit.

supplicatione instituta

pluviam copiosam à Deo impetrat:

50 Multis item aliis in locis monasterio propinquis ejusmodi miracula, siccitate premente, per ipsum effecta sunt. In loco autem, qui Reace nuncupatur, sæva quædam nubes statutis temporibus regionem occupabat, & maturos vitium fructus grandine dejiciebat. Quamobrem incolæ, cum ea calamitate, multis jam annis assidue afficerentur, ad monasterium accesserunt, & multis precibus virum beatum secum abduxerunt. Qui, constituta supplicatione, regionem lustravit, & Cruces quatuor ad regionis fines constituit, & ad monasterium reversus est: ex quo factum est, ut sæva illa nubes numquam amplius regionem invaserit. Cujus beneficii memores loci illius incolæ, quotannis monasterio aliquot vini mensuras & varias uvas offerunt.

tempestatē grandinis avertit:

B

51 In *b* Caria fluvius, qui dicitur Copas, exundans domos dejiciebat, & omnia paulatim everterebat. Quare Christi servus, incolarum precibus adductus, illuc se contulit: & adhibita precatione, ad fluvii ripam, intra quam eum parvus esset solebat contineri, Crucem statuit. Et Dei gratia sanctique viri precationibus factum est, ut quamvis solito etiam magis excresceret, numquam tamen terminum Cruce præfinitum transilierit, neque incolarum loca suffoderit.

b fluvium cohibet.

52 Eo tempore piæ memoriæ *c* Tiberius imperio potiebatur: qui cum Mauritium sibi à secretis Comitem fecisset, *d* misit eum adversus Persas: cumque vicisset illos, in urbem ad Impetatore revocatus est. Hic igitur cum per Galatiam iter faceret, auditis quæ de Christi servo dicebantur; ad eum qui tunc in spelunca quiescebat, cum fratre Petro & sociis accessit: & ad pedes ejus prostratus orabat, ut pro se Deum precaretur, ut iter suum ad Imperatorem fortunaret. Beatus autem vir, cum ut surgeret, præcepisset, & pro illo Deum obsecravit, &, Deo sibi patefaciente, dixit ei: Fili, si sancti Martyris Georgii memor extiteris, haud ita multo post cognosces qua in gloria Imperii collocaberis: quod cum evenerit, memento, ut pauperes alas atque sustentes. Et cum Mauritius hæsitaret, qua in Imperii gloria se collocatum iri *e* diceret, seduxit eum; & remotis sociis, aperte significavit, ipsum futurum Imperatorem. Mauritius igitur cum sociis, accepta benedictione, lætus discessit, & Constantinopolim pervenit: defuncto que Tiberio, ut vir sanctus prædixerat, Imperium obtinuit: & ejus verborum memor, epistolam ad illum misit, rogans, ut Deum pro se precaretur, ut Imperium in pace tueri posset & ab hostibus defendere: addiditque, ut peteret, si quid à se vellet. Sanctus autem Theodorus beatum Philumenum misit, & rescripsit Imperatori, ut in usus pauperum aliquid frumenti monasterio tribueret. Addixit igitur Imperator monasterio singulis annis tritici modios sexcentos, & poculum illi pro munere misit.

c

d

C

Mauritio prædixit Imperatorē fore:

e

D

53 Cum autem majoribus in dies virtutibus atque miraculis floreret, & fama ejus ubique magna cum laude celebraretur; impletum est monasterium viris bonis: inter quos ipse, ut David cecinit, erat tamquam Oliva fructifera in domo Dei: ut de ipso id, quod in Psalmo prædictum est, impleretur, Justus sicut palma florebit, & cut cedrus Libani multiplicabitur. Iam cum cerneret vir beatus multas turbas congregari, & S. Georgii oratorium angustius esse, quam ut omnes capere posset; templum sancti Martyris amplum faciendum curavit, ut dextrum ejus templi latus, sancti Martyris oratorium teneret; siniſtrum autem, sanctorum Martyrum Sergii & Bacchi. Ubi cum pro jaciendis fundamentis effoderent, & varias petras igne acetoque perfringerent atque devolverent (erat enim agrestis petrosusque locus ille) contigit ut saxum miræ magnitudinis invenirent: quod cum demolirentur, quemdam in locum impulerunt, unde nullo modo poterat dimoveri. Multis igitur operariis frustra laborantibus, accessit vir sanctus, & saxum attingens; Benedictus Deus, inquit, hinc deorsum movearis, ut hoc loco uti possimus; & dicto citius emotum est saxum, & facillime volvebatur. E regione vero cum esset arbor mali, quæ à saxo evertenda videbatur, dolens vir beatus, exclamavit: Ita pertranſi, ut nulla malum injuria afficias: & statim tamquam esset homo prudens & intelligens, sic extra arborem transiliit, ut eam nihil omnino læderet.

Ps. 51, 10
Ps. 91, 13

templum amplum struit,

Saxum ingens oratione movet,

E

54 Cum ex loco, qui dicitur Euarzia, millibus passuum octo à monasterio distante, quidam pro tēpli ædificatione calcem in curribus veherent, præsente viro sancto; contigit, ut magna nubes super ipsos incumberet, & ingentem imbrium vim incipere demittere. Quamobrem cum homines illi perturbati, metuerent, ne currus atque jumenta, propter calcis incendium imbribus excitatum, comburerentur, magnis vocibus virum sanctum advenientem compellabant, dicentes: Curre, Domine, curre: perimus una cum jumentis nostris. Et cœperunt celeriter jumenta dissolvere, & à plaustris removere. Sed vir sanctus prohibuit, ne id facerent: qui stans, atque manus suas extollens, Deum precabatur, & ad præcedentem currum accedens, insedit & psallens eum dirigebat: statimque nubes duas in partes discissa est, & imbribus magnis utrimque defluentibus, ne gutta quidem super plaustra decidit. Sic igitur ad monasterium incolumes pervenerunt, Deum collaudantes, qui res admirabiles per servum suum efficiebat. Alia item miracula, dum templum ædificaretur, ab ipso facta sunt.

& pluviā dissipat.

F

55 Post ædificationem autem templi quæsivit ex eo discipulus ejus Deo carissimus Ioannes, quis esset illud consecraturus. Cui respondit: Ecce dico tibi, templum hoc ab Episcopo hujusce loci consecratum iri. Et vaticinatus est. Nam Deus, servos suos claros & illustres reddens, qui cum quinque talenta servo suo dedisset, & ea ipse duplicasset, aliud ei munus largitus est; beatissimo item atque sanctissimo huic viro priores gratias & munera cumulavit, quoniam ea ipse recte factis duplicaverat: pastoris enim eum honore decoravit. Namque defuncto Timotheo, Anastasiopolis Episcopo, cives & Clerici ad beatissimum Ancyræ metropolis Archiepiscopum convenerunt, & magnum Dei servum Theodorum, Siceorum mansionis Archimandritam, in sanctissimæ Ecclesiæ suæ Episcopum efflagitarunt. Quorum ille lætatus studio & voluntate, præcepit, ut

prædicit se Episcopum fore:

electus ab Anastasiopolitis

A ut eum ad ſe adducerent. Erat autem tempus, quo S. Theodorus in ſpelunca incluſus, precationi vacabat & quieti. Acceſſerunt igitur Anaſtaſiopolis Clerici & cives ad monaſterium atque ſpeluncam, & ſup-
pertrahitur Ancyram: plicarunt, ut ſe Paſtorem ipſis concederet. Quod ille cum ne audire quidem vellet, nedum concedere, ipſi, vi quadam pia illata, eum è monaſterio extulerunt, & in lecticam conjectum abduxerunt. Cujus diſceſſu cum & monachi, & ceteri qui illic commorabantur, mœſti eſſent, vir ſanctiſſimus eos per Fratrem conſolatus eſt: Omittite, inquiens, mœrorem filij: nam ſi mihi credideritis, non dimittam vos. Nihil enim eſt in terra, quod me à conſuetudine veſtra poſſit ſeparare.

56 Ancyram igitur Metropolim ingreſſus, à beatiſſimo Archiepiſcopo Paulo cum lætitia ſuſceptus
& non ſine prodigio ordinatus, eſt, & Epiſcopus conſtitutus. Viderat autem quidam in quiete, ſtellam ingentem è cælo delapſam, ſuper eccleſiam illius civitatis conſtitiſſe, quæ radiis ſuis tum civitatem ipſam, tum regiones finitimas illuſtrabat. Egreſſus igitur è metropoli Ancyra S. Theodorus, Anaſtaſiopolim venit cum religioſiſſimo Cinaræ civitatis Antiſtite: à quo in Sede conſtitutus, inſtar ſtellæ, quæ viſa fuerat, divinis curationum gratiis præfulgebat: aſſiduiſque jejuniis, & precibus, & eleemoſynis, & omnibus denique virtutibus & officiis
B civitatem ſibi creditam exornabat, & reliquas ad ejus æmulationem inflammabat. Sic namque ad virtutem & pietatem excitata ſurrexerat, ut nomini ſuo plane reſponderet: neque enim tam civium multitudine & divitiis, & Imperatorum muneribus propugnaculiſque munita præſtabat, quam divini Epiſcopi ſui virtutibus & recte factis; nec ab hominibus ſolum, ſed ab Angelis habitabatur, à cæleſtique Imperatore Chriſto ſemper inviſebatur, & cuſtodiebatur, & mu-
templum S. Georgij conſecrat. neribus omnibus abundabat. Excurrens autem ad monaſterium ſuum, templum S. Georgii Martyris, à ſe ædificatum, cum lætitia & gaudio conſecravit. Quamobrem omnes collaudabant Deum, cujus providentia factum eſſet, ut ſancti viri laboribus non alius, ſed idem ipſe in Epiſcopali Sede conſtitutus,
pſal. 127. 2 frueretur, quemadmodum ſcriptum eſt, Labores manuum tuarum manducabis.

ANNOTATA.

a *Hic erat* Joannes *ejus nominis quartus, qui annis viginti ſedit.*

b Caria, *ſatis diſtans regio, inter Ioniam & Lyciam, verſus Rhodum inſulam.*

C c Tiberius *imperavit à 26 Septemb. anni* 578, *mortuus anno* 582.

d *Tunc, teſte Theophane, illæ urbes & provincia Perſis fuere ablatæ, quas ſub Iuſtiniano & Iuſtino ceperant.*

e *Imperare cœpit à die* 13 *Auguſti anno* 582.

CAPUT VIII.

Varia miracula tempore Epiſcopatus patrata. Tertium iter Hieroſolymitanum.

57 POſt templi conſecrationem vir beatus Anaſta-
Sanat agros & energumenos, ſiopolim reverſus eſt, Deique gratia multa fecit miracula curationum, adeo ut in lectulis & grabatis infirmi ad eum geſtarentur, ut eos tangeret: quos cum illis, qui ab immundis ſpiritibus vexabantur, precibus ſuis liberos dimittebat. Talem enim à Domino noſtro Jeſu Chriſto gratiam habuerat adverſus immundos ſpiritus, ut non ſolum, ſi eos ipſe increpuiſſet, verum etiam ſi id per alios feciſſet, ſtatim ab obſeſſis corporibus fugerent. Sic enim accidit quodam die, cum in oratorio eſſet incluſus, ut quædam mulier vexaretur, & cereos qui illic erant con-
fringeret, nec vir ejus poterat eam cohibere. Quidam igitur è miniſtris ejus in oratorium a S. Platonis ingrediens, vbi erat ſanctus Epiſcopus, rem illi ſignificavit: verum cum ipſe nollet quietis terminum interrumpere (decreverat enim in præſepi ſtare & conſidere, nec mulierem volebat illuc ingredi) oleum benedixit, & dedit illud nuntio, dicens: Hoc oleo mulieris frontem unge, & manus, & aures: & dic dæmoni, ut ab illa exeat. Quod cum à miniſtro factum eſſet, conquievit ſpiritus immundus atque diſceſſit: & mulier liberata eſt, nec amplius à dæmone vexata fuit. *AUCTORE GEORGIO DISCIP. &*

58 Cum autem multa quotidie miracula ejuſmodi fierent à ſancto Epiſcopo, per gratiam Dei in *& puerum mutum:* ipſo inhabitantem, erat quidam magnæ eccleſiæ Diaconus, nomine Domitianus, incredulus qui animo erat alienus & ſcandalizabatur. Quadam igitur die Dominica vir quidam acceſſit ex metropoli Ancyra cum filio muto. Qua quidem hora cum divinorum myſteriorum communio in eccleſia Catholica S. Sophiæ diſtribueretur, & ipſe puer os aperiret, dixit vir ſanctus: Dic, Amen: & puer ſtatim clara voce pronuntiavit, Amen: Quare pater ejus cœpit Deum laudare, & miraculum pateracere. Omnibus igitur admirantibus, & Deum collaudantibus, Domitianus humi ſtatim concidit. Quamobrem Cle- E
rici quidam accurrentes, eum tremehtem excitarunt. Quærentibus autem, quid ei contigiſſet, reſpondit: Cum puer ille pronuntiaret, Amen, & pater exclamaret, quod ſoluta eſſet lingua ejus; ego non credebam id eſſe verum, ſed fictum gloriæ cauſa exiſtimabam: & vidi quaſi flammam ignis ex ore pueri egredientem. His dictis ad ſanctum virum acceſſit, *Diaconum incredulitate corrigit:* & procidens ad pedes ejus, rogavit, ut pro ſe Deum obſecraret, ne vis diabolica à puero egreſſa, & divina indignatio in ſe recideret. Vir ſanctus audiens id quod acciderat: Hoc, inquit, fili, contigit tibi propter incredulitatem animi tui, qua depulſa fidelis eſto: hæc enim miracula non facimus nos: ſed Deus hoc etiam tempore, ne poſſimus dicere, Deum temporibus noſtris nullum miraculum effeciſſe: ſed quæ ante nos per ſanctos viros effecta ſunt, credamus eſſe vera; atque ita ſemper in fide creſcentes, Deum adoremus. Hæc beato viro loquente, Diaconus incredulitatem ſuam confeſſus, accepta benedictione, ab horrore & metu liberatus eſt, ſanatusque diſceſſit, & fide deinceps animum ſuum cumulavit.

59 Porro cupiditate reviſendi ſanctam civitatem accenſus beatus vir, ibique tertiam obſecrationem *adit tertio Hieroſolymam:* abſolvendi, fratribus duobus aſſumptis, Joanne Archidiacono monaſterii ſui, & Martino, ex loco qui dicitur Dugaria, à quo dæmonum legionem ejecerat, ad ſancta loca profectus eſt, & Crucem ſalutarem Chriſtique ſepulcrum, & omnia quæ illic ſancta ſunt adoravit. Inviſit & monaſteria, & in patriam non redire decrevit amplius, ſed illic in aliquo monaſterio quiete vivere: putabat enim ſe, ſuſcepto onere Epiſcopali, à moderatione monaſtica defeciſſe, & curis atque ſolicitudinibus obrui. Profectus igitur in Lauram Sabæ Abbatis, vivebat ibi in cellula pii cujuſdam monachi, nomine Andreæ. Et cum quietis & ſilentii ſui tempus adveniſſet, fecit illi ſellam frater, apud quem morabatur: in qua vir beatus ſedens, abſtinentiam ſuam à die Chriſti natali ad Ramos uſque palmarum tranſegit, ne pedem quidem inde movens, adeo ut patientiam ejus omnes illi Patres ad- *in Lauræ S. Sabæ manet:*
mirarentur. Poſt Paſchæ autem celebrationem, duo illi fratres, quos ſecum adduxerat, illum aſſidue cohortabantur, ut in patriam rediret: ſed eos ipſe noluit audire, dicens, ſe illic quietam & pauperem vitam agere. Verum nocte quadam illi ſanctus Dei Martyr Georgius in ſomnis apparuit, tradens illi ba-

AUCTORE GEORGIO DISCIP.

culum, atque dicens: Exi celeriter, ut in patriam revertamur: neque enim licet te, illa relicta, hic commorari. Cumque vir ſanctus reſponderet, ſe id facere non poſſe, quoniam Epiſcopatum recuſaſſet; pollicitus eſt ei Martyr, & affirmavit, ſe eum etiam ab illa afflictione paulo poſt liberaturum, modo ne patriam deſereret; Surge igitur, inquit, & vade: multi enim, longis ſuſceptis itineribus, illuc profecti, propter abſentiam tuam afflicti triſteſque diſcedunt: quamobrem ego quoque tibi ſuccenſeo. Hæc locutus Chriſti Martyr, è manu ejus pignus accepit, quod id, nulla interpoſita mora, eſſet effecturus. Expergefactus igitur vir beatus, ſomnium duobus Fratribus narravit, & ex Patrum illius manſionis conſilio cum duobus diſcipulis ſuis diſceſſit.

jussus redire ad Episcopatum:

60 Cum autem ad Galatiæ partes perveniſſent, apud Druinorum monaſterium Fratribus ſuis præcepit, ne cui ſe patefacerent: incolis enim erat ignotus. Ingreſſus igitur eſt in monaſterium, ut ab itineris labore conquieſceret. Monachi vero illi famam ejus audiverant, & magno ipſius deſiderio tenebantur, cupiebantque ab eo ſibi benedici. Suſcepit igitur eum hoſpitum cuſtos Anicetus, vir religioſus; & Præfectus S. Theodori comites interrogavit, quis eſſet ille Pater. At illi è longinqua regione eſſe reſpondentes, veram ejus notitiam celaverunt. Cum autem ad menſam accumberent, dixit vir ſanctus: Profecto, filij, comedimus ut Galatæ. Cumque paulo poſt idem repeteret, cuſtos Anicetus cœpit vehementer dubitare, quiſnam eſſet, & ſuſpicabatur, Fratres haud vere de ipſo reſpondiſſe. Cum igitur à menſa conſurrexiſſent, & beatus Theodorus humi, ut erat ſolitus, requieſceret; Fratres, ſeparatum in locum abducens eos obteſtabatur, ut ſibi dicerent, quis & unde Pater ille eſſet. Tunc illi reſponderunt, eum eſſe clarum miraculis Theodorum, manſionis Siceorum Archimandritã, Anaſtaſiopolis Præſulẽ. Anicetus vero, quæ audiverat, Præfecto & Fratribus cũ gaudio nuntiavit. Quare cum ad officium nocturnũ ſurrexiſſent, ſurrexit & vir ſanctus: ſed cum in oratorium S. Pauli Apoſtoli ingrederetur, obviam cum cereis exeuntes monachi atque Præfectus, ad pedes ejus prociderunt; & eum conſalutantes, in proprium cœnaculum adduxerunt; & magna cum lætitia rogarunt, ut apud ſe diebus pluribus maneret, ut & ipſe de via feſſus quieſceret, & majorem ſibi benedictionem impertiret. Petiit autem econtra ille ab eis, ut ſibi miniſterium, quamdiu ibi maneret, aſſignarent. Et illis recuſantibus, illud ſibi ipſe onus impoſuit, ut Fratrum cubilia mane veſperique curaret.

in Druinorum monasterio innotescens,

cum servis salutatur:

61 Ceterum cum ejus fama divulgaretur, multi, ut ab eo benedictionem acciperent, ad monaſterium ventitabant, & ægrotos ſuos afferebant. Inter hos mulier acceſſit, & filium mutum adduxit, ut pro eo vir ſanctus precaretur: qui os ſuum aperiens in eum inſufflavit, & puer confeſtim locutus eſt. Mater igitur aſſumpto filio, læta diſceſſit & laudans Deum. Alius puer, qui nullo modo poterat ambulare, à matre oblatus eſt S. Theodoro: qui pro illo Deum obſecrans, parumper ab illa diſceſſit, & advocavit eum, dicens, Veni puer ad me in nomine Domini. Puer autem relicta matre, ſtatim ad virum ſanctum acceſſit: & reddidit eum matri ſanum, laudanti Deum. Propinqui autem monaſterij S. Stephani Præfectus venit, rogavitque Præfectum monaſterij Druinorum, ut per eum ſibi liceret B. Theodorũ abducere, ut monaſterio ſuo benediceret. Hoc audito, ſanctiſſimus [Antiſtes] *b* Cinnæ civitatis Amiantus venit ad S. Stephani monaſterium, ubi Dei ſervus erat, & duxit eum in civitatem ſuam, ut illi benediceret. Proceſſerunt ei obviam cives cum ſupplicatione, læti propter ejus præſentiam. Atque ita ingreſſus beatus Dei ſervus, cum eis benedixiſſet, & Epiſcopum ſalutaſſet, ad Druinorum monaſterium rediit. Atque inde rurſus, Præfecto & Fratribus comitantibus, diſceſſit, ut Anaſtaſiopolim reverteretur. Et omnes famam ejus audientes, concurrebant, ut benedictionem acciperent.

experitur à variis.

62 Unius autem oppidi, haud procul à via diſtantis, cives, illi ſupplices occurrerunt, obſecrantes, ut in oppidum ſuum ingrederetur. Erat illic adoleſcens oris titubantia prope mutus & elinguis. Ingreſſus autem vir beatus in oppidum, juſſit, ut ſe in eccleſiam ſequeretur: & cum divina myſteria diſtribuiſſet, præcepit, ut adoleſcens accederet: & pro illo precatus Deum, os illi aperuit, & ter inſufflavit: cumque illum ſigno Crucis obſignaſſet, ſanctum Chriſti corpus impertivit: In nomine, inquiens, Domini Jeſu Chriſti loquere: & Dei gratia ſtatim locutus eſt, dicens: Amen. Quod homines conſpicati, Deum collaudarunt. Illinc igitur ingreſſus Anaſtaſiopolim venit, eiuſque reditu omnes lætati ſunt. Quidam ad eum mulierem paralyticam jumento impoſitam adduxerunt: qui juſſit ut illam in monaſterio deponerent: biduoque poſt ad monaſterium profectus, & in Archangeli templum ingreſſus, juſſit, ut ad ſe mulier adduceretur, manuſque ſuas ad gradus cancellum extenderet. Et diu pro ipſa precatus, accepit oleum lucernæ ſemper ardentis, & paralyticæ frontem unxit, & manus ac pedes; In nomine, inquiens, Domini noſtri Jeſu Chriſti, morbos omnes expellentis, convaleſce, & domum tuam læta revertere. Et ſtatim ſponte ſua deambulavit, laudans Deum. Suſcipientes igitur illam viri, à quibus ducta fuerat, & gratias agentes Deo, diſceſſerunt.

Anastasiopolim reversus paralyticam

63 Fabris quibuſdam mandavit beatus vir, ut ad uſum monaſterij, pro frumento & fructibus conſervandis, domum ex tabulis ædificarent; vetuitque, ne carne veſcerentur, antequam opus abſolverent; aut ſi veſci vellent, in oppidum irent: neque enim edebatur caro in monaſterio, niſi in tribus Sanctorum celebritatibus, ut turbæ ſatisfieret. Verum cum abeſſet vir ſanctus, fabrorum præfectus paucis poſt diebus carnem comedit, & ſtatim in febrem incidit, jacebatque ſemimortuus, & de vita illius nulla jam erat ſpes. Quod cum ex fratre, qui ex monaſterio advenerat, vir ſanctus accepiſſet: Verus profecto, inquit, eſt ſermo Scripturæ, dicentis: Ab obedientia vitam, ab inobedientia mortem proficiſci. Ille enim à mandato meo recedens, carne veſci voluit in meo monaſterio: & idcirco in morbum incidit. Et eo profectus, ubi ægrotus jacebat, dixit ei: Quod verum eſt, frater, ne me celaveris. Ille autem aperuit id quod erat. Ecce igitur, inquit beatus vir, Deus, ut experiris, indignationem ſuam non affert nobis, ſed ipſimet nobis eam comparamus. Crede ergo, frater, me non ex avaritia carnem tibi non ſubminiſtraſſe, ſed ut mundum & purum atque caſtum locum hunc conſervarem. Surge igitur in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & opus perfice, & deinceps mandatis obtempera. Precante igitur ſancto viro, & manus ſuas ſuper ægrotum imponente, ſtatim convaluit: & eadem die ſurgens, cœpit reliquum opus abſolvere.

prohibet à fabris carnem comedi in monasterio:

sanat mutum & elaudicum:

64 Cum autem ſanctus Epiſcopus Anaſtaſiopolim rediiſſet, venit homo quidam ad monaſterium, & à Præfecto impetravit, ut maneret in templo ſancti Martyris Georgij: neque enim omnes in eo, ſed & in templo Archangeli commorabantur: hic autem homo habebat carnes ſuillas in pera. Nocte igitur illa Chriſti ſervo Martyr Georgius apparuit, atque illi rem indicavit: quamobrem dolore affectus vir beatus diluculo nuntium miſit ad Philumenum Præfectum qui eum coargueret. Cum igitur quæſiſſent in templo ſancti Martyris Georgij carnem apud hominem illic manentem repererunt: & omnes gratias egerunt

novit carnem illius illatam:

A egerunt Deo, qui res occultas ſervo ſuo patefeciſſet.

c 65 Cum vero ſanctiſſimus civitatis c Germiorum Epiſcopus Æmilianus cuperet B. Theodorum videre, atque ab eo impetrare, ut pro ſe Deum precaretur; multis precibus eum in ſuam civitatem adduxit, honorificeque in venerabili templo Archangeli ſuſcepit. Eo tempore inſtabat celebritas Dominæ noſtræ Dei genitricis Mariæ, quæ in Muſgi oppido colitur, ad quam ſingulis annis cum ſupplicatione conveniebant duarum civitatum, Germiorum & d Eudoxiadis, Epiſcopi. Æmilianus igitur Epiſcopus, aſſumpto Chriſti ſervo Theodoro, venit ad celebritatem. Cum autem in oppidum ingreſſi cum ſupplicatione in templum Dei genitricis introirent; mulier quædam eiuſdem oppidi, nomine Irene, ab occultis ſpiritibus diu vexata, & idcirco multis morbis & calamitatibus obnoxia, nec cauſam agnoſcens, tunc extra templum ſtetit juxta portam: &, perſpecta ſupplicatione & beatis Epiſcopis, cœpit à ſpiritibus vexari, rejectoque velo, & aperto capite, & turba diſjecta, magnis ululatibus adverſus S. Theodorum latrabat, cum ei dæmones maledicerent, quoniam ipſius præſentia turbarentur. Quod cum populus adſpiceret, cœpit clamare, Domine miſerere: Suſpenſa autem mulier à terra, manibus vinctis, per aëra ad

B cancellos uſque ferebatur, vociferantibus dæmonibus, quod B. Theodorus contra ſe Deum precaretur. Poſt Euangelij autem lectionem in terram delapſa, jacebat ad altaris introitum, & lingua ſua pulverem lambebat. At Chriſti ſervus Theodorus ad eam converſus, & coma ejus apprehenſa, increpuit ſpiritus qui in illa erant, dicens: In nomine Domini Jeſu Chriſti præcipio vobis, ut ab illa exeatis. Quo dicto, dæmones ſtatim ululantes ab ea diſceſſerunt: & manſit incolumis. Paulo poſt autem, marito & filiis defunctis, à ſancto viro inſtituta eſt: & in cellula ædi Dei genitricis propinqua, incluſa ſancte vixit. Epiſcopi vero & populi miraculum aſpicientes, dederunt gloriam Deo, & ad loca ſua cum gaudio reverſi ſunt. Beatus autem vir, Epiſcopo & civibus comitantibus, diſceſſit, & Anaſtaſiopolim profectus eſt.

d liberat energumenam:

e puerum moribundum prædicit victurum:

66 Venit ad eum oppidi e Araunię Archipresbyter Andreas: qui cum apud eum dies aliquot maneret, contigit, ut filius ejus Comitas in morbum graviſſimum incideret. Cum igitur, deſperata ſalute, vocem amiſiſſet, & neminem agnoſceret, parato jam ſepulcro, miſit mater ejus Joannem Presbyterum Anaſtaſiopolim, qui marito nuntiaret, ut ad filij funus celeriter accederet. Tunc autem B. Theodorus,

C cum ſacrificium peregiſſet, cibum capiebat, & pueri patrem ſecum habebat. Nuntius igitur Andreæ cauſam, quamobrem venerat, indicavit. Qua cognita B. Theodorus non permiſit ut diſcederet: Et ego, inquiens, tecum veniam: volo enim monaſterium & fratres meos viſitare; ſed prius muneribus nobis à Deo datis fruamur: ſpero autem, Deo favente, nos puerum vivum inventuros; nunc enim non moritur, ſed adhuc vivet, & gratulabitur tibi. Et hæc locutus, præcepit etiam nuntio, ut cum ipſis cibum caperet. Cum autem ſurrexiſſent, profectus eſt vir beatus in oppidum, & omnes cum facibus & thure obviam illi proceſſerunt. Et cum eſſet veſpera, in eccleſiam ingreſſus eſt, & populo benedicens, veſpertinas preces pronuntiavit: atque ita domum Andreæ Archipreſbyteri ſe contulit. Videns autem puerum morientem, Chriſtum Deum noſtrum, vitæ mortiſque Dominum, obſecravit, ut animam in ipſo retineret, eumque parentibus vivum & incolumem largiretur. Et cum obſecrandi finem feciſſet, aſpexit puerum, & alloćutus eſt. At ille oculos aperuit, & intendit eos; ſed reſpondere non potuit, quoniam lingua ejus erat impedita. Rurſum igitur caput inclinans Dei ſervus Dominum precabatur, ut integram puero ſanitatem daret: & facto precandi fine, allocutus eſt puerum; Comita, inquiens, adſpice, & die, quomodo te habes, & patri tuo reſponde, ne propter te dolore afficiatur. Aperiens igitur oculos iterum puer, & eos intendens, reſpondit ad interrogata. Tunc ſignans illi frontem, & manus, & pedes, dextera illum apprehendit; In nomine, inquiens, Domini Jeſu Chriſti, qui Centurionis morientem puerum ſuſcitavit, ſurge & ſta ſanus: idem enim tibi quoque vitam nunc elargitur. Iuſſit autem, ut illi daretur cibus, & comedit. Vocatus autem vir ſanctus à pueri parentibus ad cœnam, præcepit Ioanni Presbytero ut puerum item ad cœnam adduceret: quem Ioannes cum adduxiſſet, eique miniſtraret ex iis quæ erant appoſita, plus quam alii comedit. Quod omnes aſpicientes magna lætitia, cum parentibus gloriam dederunt Deo, qui mortuis etiam, per ſervos ſuos exoratus, largitur vitam. Poſtridie autem puer ſanus ambulabat: & vir beatus ab oppido profectus eſt ad monaſterium.

eumque ſanat.

AUCTORE GEORGIO DISCIP.

ANNOTATA.

a S. Plato *eſt celebris Martyr Ancyræ paſſus: cui etiam Conſtantinopoli erexit templum Iuſtinianus Imperator, collapſum reſtaurávit Baſilius Imp. Acta ejus erunt illuſtranda ad diem 22 Iulij.*

b Cina, *urbs Epiſcopalis Galatiæ primæ, collocatur ſub Metropolita Ancyrano in Notitia Patriarchatus Conſtantinopolitani, ex codice MS. Vaticano edita in Geographia ſacra Caroli à S. Paulo Epiſcopo Abrincenſi, pag.* 10.

c Germotum civitas Epiſcopalis, *Galatiæ ſecundæ, ſub Metropoli Piſinuntiorum; in prædicta Notitia ſcribitur* Germocloma, *in altera ſequenti* Germia *pag.* 32, *aliis* Germa, *& ad fluvium Sangarium collocatur.*

d *Vrbs hæc* Eudoxiadis *in utraque jam citata Notitia collocatur in Galatia ſecunda; & ut hinc apparet, haud procul ab urbe Germiorum.*

e Araunia *quinque millibus paſſibus à Sicæone diſtare dicitur infra num.* 135.

E

F

CAPUT IX.

Colloquium cum B. Antiocho eremita. Abdicatio Epiſcopatus.

Inviſitat à Sancto, eremita Antiocho,

67 EO tempore ſuſcepit hoſpitio divinum & ſanctum virum eremitam Antiochum, qui Conſtantinopoli in Orientem revertebatur: venerat autem Legatus ad Mauritium Imperatorem, ut illi Synophrim oppidum, à Barbaris direptum, commendaret. Erant huic ſupercilia denſa atque conjuncta, cana barba, & capitis coma lanæ inſtar candida, & ad ilia uſque protenſa; ſimiliter & barba & ungues prælongi: ad centeſimum annum pervenerat: ſexaginta annorum ſpatio, nec vinum, nec oleum, nec aliud eiuſmodi guſtarat: triginta jam annis panem non comederat: oleribus crudis cum ſale & aceto veſcebatur, & aquam bibebat. Hujus fama ad Theodorum, & Theodori pariter fama ad ipſum, Deo patefaciente, pervenerat. Et juſtus ille quidem dicebat diſcipulis ſuis de ſancto Epiſcopo Theodoro, ſe talem virum ſanctum ad eum uſque diem non inveniſſe: ſibi enim vitæ ipſius inſtituta eſſe à Deo patefacta. Beatus Theodorus viciſſim ita de ipſo cum Fratribus loquebatur, ut in tota Orientis eremo tam dignum Dei ſervum vidiſſe aut audiviſſe ſe diceret neminem. Qui autem hæc audiebant, ex fimbria veſtimentorum ejus aliquid religionis gratia capiebant. Cumque manſionis Fratres ad eum venerandum accederent, eos reprehendebat, & per interpretem recuſabat: Cur, inquiens, cum talem ſtellam, & ſanctum Chriſti Apoſtolum habeatis, ad me agreſtem & vilem atque nullius

ab hoc ſanctus habetur:

AUCTORE GEORGIO DISCIP.

A lius pretij hominem venerandum acceditis? ad ipſum vere laudabilem & admirandum ſanctumque virum colendum vos convertite, qui divinam in mundo vitam agit, & cupiditates in ſe proterit, & doctrina ſua multos ad Deum convertit. Cum autem veſpera adveniſſet, facto divino Sacrificio, accubuerunt, ut parvo & ſolito cibo veſcerentur. Poſtea voluit S. Theodorus, ut erat ſolitus, hoſpiti pedes lavare: ſed ille non permiſit. Mutuo igitur manus lavarunt. Poſtridie vero mane feſtinabat Dei ſervus exire, & iter ſuum perficere. Quod cum B. Theodorus animadverteret, & obitum ejus propinquum eſſe divinitus ſciret, idque apud ſe fieri cuperet, rogabat eum, ut itineris labore feſſus conquieſceret. Ille contra obſecrabat, ut ſe dimitteret: Inſtat, inquiens, mihi è corpore migratio, & idcirco feſtino, ut in cellula mea naturæ concedam. Egreſſus igitur B. Theodorus, comitatus eſt eum Anaſtaſiopolim uſque: & afflictiones ac ſolicitudines, quas in Epiſcopatu ſuſtineret, patefecit, quibus inſtituta vitæ ratio, & monaſteriorum ſuorum cura interrumperetur; rogans eum, ut quod ſibi agendum eſſet, conſuleret, & utrum relicta Epiſcopatus dignitate, monaſtico tantum ordini deberet incumbere. Ille vero id quam celerrime faciendum cenſuit, ne apud Deum damnandus eſſe videretur. Sanctus autem Theodorus ſuum illi jumentum, Fratremque dedit, qui illum quouſque vellet comitaretur. Mutuo ſe igitur ſalutantes & complectentes, diſceſſerunt. Et ſanctus Theodorus in Epiſcopium reverſus, dixit eum celerius è vita migraturum, quam ut ad locum ſuum poſſe pervenire: quod & factum eſt: paucis enim poſt diebus nuntiatum eſt, eum in via mortuum eſſe *a*.

præſcit ejus mortem;

ejus conſilio Epiſcopatu cogitat relinquere,

B

a

68 Quoniam igitur plurima B. Theodori miracula, poſteaquam Epiſcopatum recuſavit, viſa fuerunt, hæc ego commemorans, omittam ea quæ in ipſa civitate geſſit Epiſcopali, quia ſunt omnibus nota; illa dumtaxat attingens, quæ aliqua ex parte cauſas & afflictiones indicant, quamobrem recuſavit Epiſcopatum. Cum enim neceſſario cogeretur involvi variis Epiſcopatus negotiis & ſolicitudinibus, magnis moleſtiis & anguſtiis afficiebatur: nolebat enim terrenis curis à rerum cæleſtium diſtrahi contemplatione. Nam, ut inquit Dominus, nemo poteſt duobus dominis ſervire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Cum igitur neceſſe eſſet prædia ad Eccleſiam pertinentia per procuratores adminiſtrare, & ipſi procuratores injuriis agricolas afficerent, non poterat vir pius non vehementer angi & cruciari. Nam cum id munus civi cuidam, nomine Theodoſio, dediſſet, & ab eo agricolæ injuria eſſent affecti, ad Chriſti ſervum lugentes confugerunt: qui eos commiſeratus (neque enim ſanctus & pius ipſius animus poterat ſine dolore quemquam afflictum & calamitoſum aſpicere) Theodoſium accerſendum curavit, monuitque ut ab agricolarum injuria deſiſteret. Ille vero, inventa occaſione, ab injuria non deſtitit. Quare cum eos quodam in loco, qui Euchraës dicitur, pergeret lædere; uno omnes animo congregati, & gladiis ac fundis inſtructi, contra ipſum conſtiterunt, cædem illi comminantes, niſi recederet. Qui eos ad pugnam paratos intuitus, & veritus ne ab ipſis ſuperaretur, diſceſſit, & Anaſtaſiopolim ſe contulit, ut majore munitus auxilio adverſus illos rediret. Id cum audiſſet vir ſanctus, totum illum diem cum lacrymis gemitibuſque traduxit, conſiderans, ſi impetus ille ad exitum perveniret, & cædes aliqua fieret, id ſibi tamquam auctori, crimini datum iri, ſeque animarum periclitantium reum fore. Humi igitur proſtratus & Deum adorans, enixe rogabat, ut illius furoris motum compeſceret, antequam ad finem per-

ob moleſtias & ſolicitudines

Mat. 6, 24

C

ob rixas inter procuratorem & agricolas;

duceretur. Et accerſito Theodoſio præcepit, ne ad ea loca ſe amplius conferret, ne mali quippiam accideret. Tunc ille, dicens ſancti viri hortatu impetum illum agricolarum adverſum ſe fuiſſe factum, multa in eum convitia conjecit, & nefariæ contumeliæ vim addens, ſedem, in qua ſedebat, pede commovit: ex quo beatus vir coram omnibus ſupinus concidit. Cum autem ſurrexiſſet, mitiori voce juravit, ſe apud eos Epiſcopum non moriturum, ſed ad monaſterium ſuum rediturum. Quibus verbis Theodoſius minime placatus, binas ſe illi auri libras expenſas laturum dixit, propterea quod à prædiorum procuratione ante diem conſtitutam repelleretur. Uxor autem marito adverſabatur: Nihil, inquiens, ſit tibi controverſiæ cum ſancto Epiſcopo, ne pro benedictione, quam ab illo accepimus, in maledictionem incidamus. Sed ille uxorem non audiens, rurſum in Epiſcopium acceſſit, ut cum ſancto viro altercaretur, in judicioque contenderet. Verum dum oſtiarius adventum ejus ſancto Epiſcopo nuntiaret, repente magnus eum timor invaſit, & apparuit ei juvenis aſpectu terribilis & ſplendide indutus, qui cum indignatione minatus eſt illi: Vir, inquiens, peſſime, ſic magno Epiſcopo adverſaris, nec deſinis ei moleſtiam & dolorem afferre? Ecce, prædico tibi, niſi deſiſtis, magna ſuper te ira deveniet, & miſere vitam finies. Et hæc locutus, diſceſſit: Theodoſius vero, cum diu fuiſſet exanimis, ſe tandem colligens, & à viro ſancto vocatus, introivit; ac procidit ad pedes ejus, cum lacrymis ſupplicans, ut injurias, quibus à ſe eſſet affectus, ſibi condonaret, non amplius auri libras pœnæ nomine repetituro.

& ob injurias ab illo ſibi illatas.

D

E

69 Veneno iterum, neſcio quomodo, tentatus eſt, & in cella illa ſua in Epiſcopio mutus atque immobilis jacuit tribus diebus, adeo ut rumor de morte ejus jam increbreſceret. Poſt tertium autem diem apparuit ei Domina, ſanctiſſima Dei genitrix Maria: quæ ſceleratis hominibus exitium comminata, & morbi cauſam aperiens, & inſidiatores patefaciens, è manu ſua tria illi colococca *b* dedit: Hæc, inquiens, comede, & nihil tibi erit mali. Somno ſolutus vir ſanctus, Salvatori Chriſto gratias egit, & immaculatæ matri ejus Virgini Mariæ: & cauſam quidem morbi ſignificavit, auctores autem reticuit, & pro illis Deum precatus eſt. Præterea in diſtribuendis eleemoſynis, & in monaſteriorum frequentatione & cura, quam de Fratribus quos lucratus fuerat, habebat, incuſabatur quaſi eccleſiam negligeret; cum tamen ex trecentis ſexaginta quinque aureis nummis, menſæ ſuæ adſcriptis, quadraginta tantum ſingulis annis conſumeret, reliquos omnes eccleſiæ largiretur. Ad hæc à pſalmorum cantu & precatione negotiis diſtrahebatur. Quibus rebus afflictus, & videns cives quidem nihil inde proficere, ſed in vitæ flagitioſæ miſeria permanere, eos autem, qui in monaſteriis degebant, abſentia ſua negligentiæ deſidiæque vacare, & de migratione è monaſteriis cogitare, de quibus ſibi in die judicij ratio reddenda eſſet; glorioſi Chriſti Martyris Georgij opem imploravit, ut ſe proprium in locum reſtitueret: & multis precibus Deum oravit, ne ſibi crimini verteret, quod Epiſcopatum recuſaret. Cum igitur eam veniam ſe à Deo impetraſſe certo ſciret, Clero & civibus convocatis, hanc habuit orationem: Vos me, Fratres, invitum, ut ſcitis, & abſtractum, hoc jugum ſubire coëgiſtis. Et quamvis me, ut ad illud ferendum minime aptum, excuſarem, vos tamen audire me noluiſtis, ſed veſtræ cupiditati maluiſtis indulgere. Undecimus igitur jam annus eſt, ex quo ego vos affligo, & affligor à vobis. Quamobrem obſecro vos, ut Paſtorem vobis paretis, qui & vobis placere, & res veſtras curare poſſit. Ego enim poſthac Epiſcopus veſter non ero ſed, ut abiectus monachus, ad manſionē revertar meam, ubi in omni

veneno petitus à Deipara ſanatur,

b

coram Clero & populo renuntiat Epiſcopatui

mea

mea vita Deo ſervire conſtitui. Hæc locutus, & aſ-
A ſumpto monaſterij ſui Archidiacono Joanne, ad Ancyranorum metropolim ſe contulit. Nocte vero illa civis quidam in quiete vidit ſplendidam ſtellam è ſumma eccleſia radiis ſuis totam civitatem illuſtrantem, tam longe illinc diſceſſiſſe, ut vix perſpici poſſet. Quo quidem viſo beati viri diſceſſum ſignificatum eſſe, non eſt dubium.

& abſolvitur a 70 Cum igitur ad Metropolitanum Ancyranorum Archiepiſcopum Paulum perveniſſet, rogabat ut ſibi ſucceſſor daretur: at ille tam bono viro dari non poſſe reſpondebat. Cumque magna inter eos contentio eſſet exorta, convenit inter illos, ut ea res ad
c beatiſſimum Conſtantinopolis Patriarcham Cyriacum rejiceretur, & quod ille conſtituiſſet, ratum foret. Beatus igitur Theodorus piæ memoriæ Imperatori Mauritio, & beatiſſimo Patriarchæ Cyriaco ſupplicavit, ut decernerent, ſibi dandum eſſe ſucceſſorem: Metropolita vero recuſationi ejus rationes ſuas opponebat. Sed beatiſſimus Cyriacus Patriarcha, ita etiam jubente Imperatore, Metropolitano reſpondit, ut Beati Theodori preces admitteret, & inſignia ei propter vitæ ſanctitatem & innocentiam relinqueret Epiſcopatus. Mandato igitur parens Metropolitanus ab Epiſcopatus onere B. Theodorum liberavit, &
B Epiſcopatus reliquit inſignia. Conſuluit autem illi, ne longius diſcederet, priuſquam in ejus locum alterum conſtituiſſet. Egreſſus igitur ex Ancyranorum metropoli, in Heliopolis regionem ſe contulit, prope oppidum Pidri, in oratorium Archangeli, quod eſt in Ambrena, & ſeipſum abſcondebat. Quodam die, cum in hoc Archangeli oratorio ſacra myſteria celebraret, facta eſt facies ejus hilaris & læta, & magna gloria gratiaque ſplendens: & unus è Fratribus, nomine Julianus Presbyter, vir admodum pius, cum faciem ejus tam hilarem & lætam aſpexiſſet, proſtratus ante eum; Unum, inquit, oro, Pater, ut reſpondeas mihi. Cumque S. Theodorus ei benedixiſſet, & præcepiſſet ut ſurgeret & exponeret id quod vellet; tunc ille: Dum ſacrificas, inquit, Pater, aliquando nulla fit in vultu tuo commutatio; ſæpius autem vultum videmus tuum magno ſplendore gratiaque fulgentem: quamobrem nos item hilaritate perfundimur & gaudemus, quemadmodum & hodie contigit. Obſecro te per Dominum, ut mihi hujus rei cauſam exponas. Tum Chriſti ſervus ſe excuſare & narrationem ſubterfugere: ille contra ſupplex & obteſtans inſtare. Tandem beatus vir: Promitte, inquit,
C mihi, te nemini, quod dicam, patefacturum, & cauſam explicabo. Cum igitur jurejurando ſe obſtrinxiſſet, quod dum ipſe viveret, nemini rem patefaceret: Quando, inquit beatus vir, me ſacrificantem lætiorē cernis, ſcito me viſionem videre. Video enim tamquā verum & ſplendidiſſimū velum, ſuper ſancta munera deſcendens inter ſacrificandum: & quoties hoc cerno, lætor & exulto: neque enim ſemper id video, & idcirco haud ſemper vultus eſt hilaris. Cum autem ad horam non aſpicio, rem protraho, expectans dum videam id, quod & hodie mihi demonſtratum eſt. Hæc cum audiſſet Presbyter Julianus, non prius patefecit, quam vir ſanctus è vita deceſſit.

celebrans Miſſam apparet facie illuſtrata: 71 Porro cum beatus vir accepiſſet, Epiſcopum eſſe Anaſtaſiopoli, gaudens & laudans Deum, ad monaſterium rediit, & Dei gratia multa fecit miracula in ægrotos, qui accedebant. Presbyter quidam, nomine Paulus, jumento ad eum vectus eſt è Lycaoniæ monaſterio: erat enim ſiniſtrum ejus latus in dexteram viſcerum partem contractum; dextera autem ipſius coxa jamdiu luxata, & caput ejus in partem lævam ad pedem appropinquabat: quamobrem nec ſtare, nec in lectulo extendi poterat: ſic enim erat diſtortus, ut miſerabile ſpectaculum exhiberet. Hic multis lavacris & medicinis adhibitis, nihil profecerat. Cum igitur B. Theodori mandato tribus diebus in monaſterio manſiſſet, & miſeriam ſuam expoſuiſſet, hæc ab eo audivit: Si vis convaleſcere, in patriam redi, & adverſario tuo reconciliare, & ante hiemem ad me revertere, & dabit tibi Deus ſanitatem. Neganti autem ſibi cum ullo eſſe inimicitias: Vide, inquit vir ſanctus, ne mentiaris: inimicitias enim exerces cum Præfecto tuo. Quo ille audito, cœpit B. Theodorum lacrymans obſecrare, ut pro ſe Deum precaretur, ut dolore mitigato, poſſet expeditius incedere. Juſſit igitur illum exui: & corpori ejus manus imponens, infirma ipſius membra palpavit; & pro illo precibus fuſis, totum ejus corpus medicamento perunxit: ſtatimque dolore liberatus eſt, ſed *precibus ſanat.* adhuc diſtortus manſit. Jumento igitur impoſitum in patriam reduxerunt, & cum Præfecto ſuo in gratiam rediit: poſt autem ad monaſterium reverſus eſt, quo quidem tempore B. Theodorus in anguſtiſſima templi ſanctæ Dei genitricis cellula quieti ſilentioque vacabat; & fuſis pro eo precibus, à morbi vinculo diſſolvit, atque præcepit, ut prope ſe deambularet, & precationem quotidie perciperet: dedit etjam baculum, quo ſe ſuſtentaret: & illo accepto, melius ſe habebat. Ad correctionem autem ipſius longius baculum tradidit; & poſt Paſchæ celebritatem aliud illi baculum dedit; Hoc, inquiens, manu tua apprehende, & eo unde veniſti, revertere: brevi enim perfectam ſanitatem aſſequeris: cum autem baculum iſtud ceciderit è manu tua, ne ſuſtuleris illud amplius. Accepta igitur viri ſancti benedictione, Presbyter Paulus domum reverſus eſt: & cum die quodam iter faceret, baculum è manu ejus elapſum eſt. Qui S. Theodori ſermonem recordatus, illud non ſuſtulit, & plane convaluit, atque miraculum omnibus patefecit. Hic autem Paulus, ſancti viri ſtudio, Conſtantinopoli Presbyter eſt conſtitutus: & deinde unius civitatis Iſauriæ factus Epiſcopus.

reverſus in monaſterium, Presbyterum diſſortum

ANNOTATA.

a *Forſan hic* eremita Antiochus *colitur* 24 *Decembris in Menæis, ubi dicitur contempſiſſe mundum, & ſuaviter tempore vitæ peracto in pace quieviſſe.*

b Κόλ☉ *magnus*, Κόκκ☉ *granum eſt; & forte his intelliguntur grana mali Punici.*

c Cyriacus *creatus eſt Patriarcha CP. ſecundum Chronicon Alexandrinum anno Imperij Mauricij* 12, *Indict.* 12 *ergo anno Chriſti* 593 *aut ſequente, mortuus anno* 606 *Sabbato* 29 *Octobris, ſepultus die Dominica* 30 *Octob. quo die inſcriptus eſt nonnullis Faſtis Græcorum. In Menæa excuſis refertur* 27 *Octobris.*

CAPUT X.

Acceſſus ad Mauritium Imperatorem. Varia Conſtantinopoli facta.

72 EO tempore pius Imperator Mauritius, & B. Patriarcha Cyriacus, & Principes, litteris ſuis ſanctum Chriſti ſervum Conſtantinopolim accerſierunt, ut eis benediceret. Quamobrem cum eo ſe contuliſſet, & beatiſſimum Patriarcham Cyriacum, & Imperatorem atque Senatum conſalutaſſet eiſque benedixiſſet, apud eos commoratus eſt. Magno autem eum ſtudio & honore Imperator & Auguſta & omnes familiares complexi ſunt; & monaſteriis ejus immunitates tributæ, illudque conceſſum ut nulli alii Epiſcopatui ſubjecta eſſent: ſed ſanctiſſimæ tantum & magnæ eccleſiæ Apoſtolicæ regiæ ipſius civitatis, ita providente Deo, & ſancto Martyre Georgio opitulante, propter benevolentiam in eos, qui in illis degebant & ſacrificabant. Parvo autem illo tempore, quo manſit in civitate, magna per illum Deus fecit miracula.

Inviſit Mauricium Imperat. & Cyriacum Patriarcham CP.

73 Mu-

AUCTORE GEORGIO DISCIP. D E F

AUCTORE GEORGIO DISCIP.

73 Mulier enim, quæ apud illum habitabat, cum filium quadriennem cæcum haberet, in ulnis eum ſuis ad virum ſanctum geſtavit, & multis lachrymis ante illum proſtrata, puerum ad pedes ejus depoſuit, ſupplicans, ut lumen oculorum illi largiretur. Vir beatus, cum pueri oculos obſignaſſet, eique benedixiſſet, aquam benedictam matri dedit, præcipiens ut aqua illa quotidie mane filii oculos lavaret. Quod cum ter egiſſet mater, quarto die filium ſanum ad ſanctum virum adduxit, laudans Deum. Eadem femina, cum ſeptem menſes paralytica jacuiſſet, qua hora viri ſancti benedictionem accepit, ſtatim convaluit.

illuminat cæcum, ſanat paralyticam:

patefacit puellam eſſe obſeſſã:

74 Puella quædam, Principis cujuſdam ancilla, annis jam octo & viginti dæmonium occultum habebat: quamobrem aſſidue jacebat ægrota, & morbi cauſam ignorabat. Audita igitur beati viri fama, dominus ejus duxit ad eum puellam, rogans ut pro ipſa Deum obſecraret, ut ei vel mortem vel ſanitatem elargiretur. Tum Chriſti ſervus extenſa manu caput ejus apprehendit, & precatus eſt Deum, ut ſibi morbum ejus patefaceret, & eam liberaret. Statimque dæmonium eam perturbare cœpit & vexare. Atque ita clamabat: Etiam in me, o ferrivore, vim tibi à Deo datam exerces? Abſti ne à me, quæſo, dæmonum inſectator. Beatus autem Theodorus præcepit ei, ut taceret. Et cum eſſet dies hebdomadis quarta, dimiſit eam: & mandavit ejus domino, ut quarta item proxime ſequentis hebdomadis die eam ad ſe reduceret. Quæ cum ad diem conſtitutam revertiſſet & virum ſanctum aſpiceret, rurſus dæmonium in ea turbatum clamare cœpit, & virum ſanctum deteſtari: O vis! inquiens, quæ nunc adverſum nos à ſpurio & è ſcorto genito proficiſcitur. Vigeſimus octavus jam annus eſt, ex quo mulierem iſtam obſideo, & Sanctorum nemo patefecit mihic autem meretricis filius advenit, ut me patefaceret, ac cruciatui ſupplicioque traderet. Execrabilis dies, in qua genitus es, & in qua te huc contuliſti. At Dei ſervus Theodorus ipſum ſigno Crucis increpuit, & dixit: Quamvis meretricis filius ſim, ut ais; tamen ad gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti filii Dei, præcipio tibi in nomine ejus, ut recedas ab hac muliere, nec amplius in illam ingrediaris. Dæmon autem magna voce dixit: Juſſa tua equidem faciam, & egrediar: attamen hæc tertio ab hinc die morietur. Tu, inquit beatus vir, exi, & Domini voluntas fiat: neque enim licet homini Chriſtiano vobis credere, cum verba veſtra ſint improba & falſa. Laceratam igitur mulierem dæmon ante ſancti viri pedes projecit, & magna voce edita, diſceſſit: illa vero cum ſe collegiſſet, Ego, inquit, ſanctis precibus tuis, Pater, aſſecuta ſum ſanitatem: vidi enim improbum ex ore meo, tanquam ſerpentem, egredi. Dimiſit igitur illam vir ſanctus cum benedictione, juſſitque ut diebus ſeptem apud eccleſiam maneret. Quod autem dæmon de morte illius prædixerat, falſum fuit: nam mulieris dominus ſimul cum illa paucis poſt diebus ad virum ſanctum rediens, magna cum lætitia gratias egit Deo, qui talem ſervis ſuis in ſpiritus immundos dediſſet poteſtatem.

eamque liberat:

B

C

ſanat iterũ paralyticã

75 Alia mulier nobilis paralytica, ab ancillis ſuis ad virum ſanctum geſtata, multis cum lacrymis clamare cœpit: Miſerere, inquiens, mei, ſerve Dei altiſſimi: Deum, qui tibi ſanitatum gratiam largitus eſt, deprecare pro me, ut incolumis diſcedam. Juſſit vir ſanctus eam humi deponi, & manu ſiniſtra caput ejus apprehendens, dexteram ad Orientem extendit, & obſecravit ad hunc modum: Deus ſanitatum elargitor, & ægrotantium medice, qui paralyticum curaſti, medere & huic ancillæ tuæ, & ab ea paralyſim expelle, ut ſana diſcedat ad gloriam & laudem ſancti nominis tui. Et ſignans illam excitavit, oleoque inunxit: ſtatimque cœpit deambulare, Deum laudans; & divinorum Chriſti myſteriorum particeps effecta, diſceſſit incolumis, atque omnibus miraculum nuntiavit.

D

dæmonem latentem patefacit & pellit:

76 Quidam cauponis filius, nomine Petrus, à dæmone invaſus, corde conficiebatur, nec ſe à dæmone vexari cognoſcebat. Pater ejus duxit eum ad virum ſanctum, ut pro illo Deum precaretur, quo cordis ipſius dolor deſineret, & à morbo continuo liberaretur. Sed vir ſanctus, cognita morbi cauſa, duxit eum in cellulam ſuam, & lateri ejus inhærens, Crucis ſigno faciem ipſius obſignavit, percuſſitque illum juxta cor: Ne celes te, inquiens, immunde ſpiritus: manifeſta enim ſunt opera tua. Dominus Jeſus Chriſtus ſcrutator cordium imperat tibi, ut ab eo exeas. Confeſtim commotus dæmon, clamare cœpit: Exeo, ferrivore; nec adverſor tibi: neque enim minas tuas perferre poſſum: nequeo ignem ex ore tuo egredientem meque exurentem pati. Hæc & & his plura locutus, ad viri ſancti pedes Petro projecto, magna voce ululans, diſceſſit. Puer autem in ſe rediens, & ante illum proſtratus; Piis, inquit, precibus tuis, Pater, à dæmone liberatus ſum: vidi enim illum, feminæ nigræ ſpeciem gerentem, à me ſejungi, & per feneſtram abs te ululantem excludi. Beatus autem Theodorus juſſit, ut diem apud ſe maneret: & poſtridie ſanum patri reddidit.

E

liberat à dæmonio nautam,

77 Nauta quidam à dæmone vexatus, doloribus & membrorum tremoribus, & multis calamitatibus cruciabatur, & in egeſtatem inciderat. Acceſſit ad virum ſanctum, & lacrymans ſupplicavit, ut à tot miſeriis per ejus preces liberaretur. Cum igitur pro illo Deum obſecraſſet, oleo benedixit, & dedit illi, ut eo ſe ungeret, & dimiſit eum. Qui paucis poſt diebus ad virum ſanctum rediit, ſeque convaluiſſe, & proſpere agere nuntiavit; atque animi grati ac memoris cauſa, navigii velum obtulit; & multis tandem precibus vix impetravit, ut illud acciperet.

aliumſanãt ope S. Georgii,

78 Luctator quidam, ab immundo ſpiritu vexatus, & capite & membris omnibus dolebat. Hic ad virum ſanctum acceſſit, ſupplicans, ut pro ſe Deum precaretur. Quod ille cum feciſſet, vinoque & oleo benedixiſſet, dedit ei: Abi, inquiens, fili, domum tuam: & cum te veſperi cubitum conferes, unge te his: & quod in quiete videris, mihi nuntia. Abiit, & fecit id quod vir ſanctus præceperat. Poſtridie autem ad eum rediit, dicens: Vidi, Domine mi ſanctiſſime, ſecundum quietem, juvenem quemdam abs te profectum ad me, qui capitis mei comam apprehendit, & ad ſe traxit: & ſtatim dolor omnis ab articulis & oſſibus & membris meis diceſſit, & tamquam ventus quidam violentus per capillos capitis mei egreſſus eſt. His auditis, Dei ſervus benedixit ei: Ecce, inquiens, nunc Dei gratia ſanus effectus es. Juvenis autem, quem in ſomnis adſpexiſti, glorioſus eſt Chriſti Martyr Georgius. Et dimiſit eum, gratias agentem Deo.

F

morbum internum cognoſcit.

79 Clarus quidam vir, nomine Mennas, occulto & gravi quodam morbo ex diabolica vexatione laborabat. Hic ad virum ſanctum acceſſit: ſed ei morbum ſuum erubuit aperire. Quodam igitur die vir ſanctus, cum ad ſe Mennas de more veniſſet, eum remotis arbitris in cellulam ſuam vocavit, & humaniter ſic eſt allocutus: Sæpe te huc fili, contuliſti, ut mihi arcanum aliquid nuntiares, & pudore deterritus es. Cur id tibi contigit, fili? cur non aperte ſignificas id quod celas? Tũc ille procidens ad pedes ejus, omnia patefecit, orans ut pro ſe Deum precaretur, & morbum à ſe depelleret, dignareturque domum ſuam venire, eiq; benedicere atq omnibus habitantibus in ea. Se id facturum promiſit vir ſanctus: & biduo poſt

A post domum ejus se contulit, & à viro pio benigne susceptus est. Nocte autem illa idem ei contigerat quod solebat, & afflictus vehementer fuerat. Tum *& sanat:* vir beatus precibus incubuit, & Deum obsecravit, ut hominem ab illa miseria liberaret. Eadem igitur nocte, absolutis psalmorum precibus, unus ex discipulis ejus, nomine Julianus, in somnis vidit virum beatum stantem ad maris littus; Mennamque ad ipsum accedentem, & in ulnis gestantem suis monstrum quoddam triceps, immane vociferans: quod cum vir sanctus apprehendisset, projecit illud in mare. Postridie igitur, cum post sacrificium accubuissent, ut pranderent Christi servus Theodorus ad Mennam dixit: Confide, fili, & Deum lauda: Dei enim bonitate confisus spero calamitatem tuam abs te discessisse, nec ea te amplius afflictum iri. Et cum hæc dixisset, somnii sui discipulus recordatus, illud explicavit. Cum igitur vir sanctus Mennæ, & fidelissimæ ejus uxori, & omnibus ipsius domesticis benedixisset, discessit: Mennas autem numquam amplius ab eo morbo vexatus est. Jam uxor ejus, femina gravissima Christique amantissima Theodora, oravit sanctum virum, ut sciret, utrum ipsa, an maritus ejus ex hac vita prior esset discessurus. Vix igitur tandem exoratus, Deum precatus est, ut id sibi patefaceret: respondit que, maritum ejus prius è vita discessurum. At illa multis cum lacrymis eum quotidie rogabat, ut Deum precaretur, quo se ex hac vita celerius evocaret. Ejus flagitationibus victus beatus vir, Deum obsecravit, ut id ei, quod optabat, concederet. Et divinitus monitus, dixit illi: Dedit tibi Deus, quod flagitasti: res igitur tuas constitue, nam paucis post diebus morieris. Hoc responso mulier læta discessit, & rebus suis constitutis, quadragesimo post die mortua est.

mulieri impetrat ut ante virum moriatur.

B

80 Eutychius, beati Theodori ostiarius, cum in via dormiret, sic à dæmone vulneratus est, ut manus ipsius cum toto brachio obstupuerit: quamobrem eam tumidam & obligatam, atque collo suspensam gestabat. Hic de more venit ad S. Theodorum, ut benedictionem acciperet: & interrogatus ab eo, cur ei doleret manus; Dormiebam, inquit, Domine, quodam in loco, & cum somno solutus essem, mihi manus obstupuit, tumoremque contraxit. Cum igitur beatus vir manum ejus nudatam, precibus adhibitis, contrectaret: dæmonium cœpit per ipsius manum decurrere. Tunc vir sanctus humerum signavit, ne sursum curreret & interimeret eum. Cœpit igitur manus ejus à dæmone huc illuc volvi ac distorqueri, adeo ut eam non posset ostiarius regere & sustinere: verum sancto viro tangente, & spiritum immundum increpante, statim cessavit. Et accepto ostiarius oleo, cui vir sanctus benedixerat, manum unxit, triduoque convaluit.

dæmonem manui insidentem pellit:

C

81 Servus quidam male à dæmonio vexabatur. Hunc ejus domina ad virum beatum duxit: & statim spiritus commotus eum lacerabat, nec volebat exire. Quem cum vir sanctus increpuisset, vetuit ei, ne è graduum termino discederet, ut eo modo torqueretur: Benedictus, inquiens, Deus, non discedet hic homo, ab ipso procreatus, è domo hac prius, quam tu ab illo exieris. Hæc cum dixisset vir sanctus, in cellulam ingressus est suam, & præfinitum à regula Psalmorum numerum pronuntiavit. Verum cum cum multis jam horis servus ille vexatus maneret illic, & spiritus ibi religatus cruciaretur, miserabili voce clamare cœpit ad hunc modum: Exeo serve Dei: neque enim supplicium hoc ferre possum. Veni, solve me, & egrediar: noli me diutius torquere. Egressus autem vir sanctus è cellula sua, dixit ei: Nolo, immunde, ut nunc exeas. Dæmon vero clamabat: Heu me miserum, oro te, ut me solvas: satis supplicii pertuli. Quando permittis, ut egrediar? Volo, inquit vir sanctus, ut media noctis hora discedas. Nunc vero solutus es à præscripto termino: quamobrem huic homini per te jam liceat mentis esse compoti. Projecit igitur eum ad pedes ejus: media vero nocte, cum vir sanctus ad preces nocturnas exolvendas surrexisset, resiliens homo, qui vexabatur, cœpit pati; & dæmonium, quod in illo erat, clamabat; Venit hora. Exi, ferrivore, permitte mihi, ut recedam. Egressus igitur una post hora Dei servus, increpuit ipsum in nomine Domini Jesu Christi, atque imperavit ut discederet. Et statim, projecto ad pedes ejus homine, quem vexarat, exivit, & servus ille relictus est sanus: quem domina ejus cum susce pisset, magno cum gaudio domũ suam se contulit, laudans Deum. AUCTORE GEORGIO DISCIP. *& præscribit discessum.*

82 Mulier quædam serva, quæ dæmonium occultum habebat, beatum adiit Theodorum, ut ab eo benedictionem acciperet. Qui cum acerbe adversus eam, ut adversus dæmone vexatam, aspiciens, Deum pro illa rogasset, dæmon commotus statim exiit, & mulier effecta est sana. Quodam die tres ad eum accesserunt, qui in ejus cellula gravissime vexabantur, cum à Patriarcha Cyriaco eadem hora accersitus est. Quamobrem beatus vir ire festinans, duobus præcepit, ut liberi essent, & statim humi ad ejus pedes, ut mortui, prostrati sunt. Tertium permisit pati: dæmon enim in illo existens, durus erat, & facile expelli non poterat. Quare vir sanctus fremens: Quoniam, inquit, sanctissimus Patriarcha noster accersivit me, & in præsentia non possum id agere, quod ad te pertinet, sta hoc in loco, & torquere; neque hinc discede, donec rediero. Et hoc dicto, ad sanctissimum Patriarcham se contulit. *; energumenos liberat,* E *quartum sistit immobilem;*

83 Sergius autem, pius sanctissimæ ecclesiæ magnæ Diaconus & sanctissimi Patriarchæ familiaris, sororem habebat, quæ cum triennium cum marito vixisset, numquam concipere poterat. Utrumque conjugem Sergius in vestibulo collocavit; & cum sanctus Christi servus Theodorus à Patriarcha discederet, Joannem Hypodiaconum ejus comitem rogavit, ut illac sanctum virum perduceret. Quod cum esset factum, Sergius Diaconus eos ad virũ sanctum adduxit, & simul cum illis ad viri pedes procidit, supplicans, ut eis liberos concederet. Quibus Sanctus: Non ad me, inquit, filii, sed ad Deum accedite. Verum, cum illi non desisterent obsecrare, utriusque zonas accepit, atque inter illas utrimque collocatas, genibus flexis, Deum precatus est: post autem zonas illis restituit, ut se cingerent. Et Dei gratia factum est, ut post novem menses mulier filium pepererit. Cum autem discessisset, Joannem præmisit, ut videret an vexatus ille extra præscriptos terminos esset egressus. Invenit igitur eum in loco præfinito, & à terra suspensum. Sic autem clamabat dæmon: Opportune adversum me, serve Dei, venisti, majorem contra me gratiam assecutus: ferre te amplius non possum, quoniam exuris me. Exeo, per Altissimum, tantum parce mihi. At Dei servus, pectus ejus percutiens: Sæpe, inquit, mihi promisisti, & mentitus es: non parcam tibi. Tunc dæmon jurejurando promisit, se nocte illa, cum in sanctissima magna ecclesia precandi signum daretur, discessurum. Cum igitur illi supplicium esset remissum, ad horam præfinitam discessit. *interim conjugio sterili prolem impetrat,* F *& postea dæmonem pellit:*

84 Et post aliquot dies, Theodori, Diaconi sanctissimæ Dei genitricis, serva quædam, nomine Theodora, repente à spiritu muto capta est. Cum autem dominus ejus per Joannem Dei servo rem *curat obsessam,*

AUCTORE GEORGIO DISCIP.

indicaſſet, juſſit ut eam ad ſe adducerent. Quæ cum vexaretur atque concideret, ſublatam conſervi ejus ad viri ſancti pedes geſtarunt: & ſex dierum ſpatio liberata eſt, atque diſceſſit incolumis. Alia puella annorum octo, Deo dicata in magnæ eccleſiæ monaſterio, triennio muta permanſit. Magiſtra igitur ipſius duxit illam ad ſervum Dei, acerbe clamans, & cum lacrymis ſupplicans ut ei ſanitatem impetraret. Cum igitur pro illa Deum obſecraſſet, præcepit, ut quotidie mane & veſpere ad ſe veniret. Quod illa cum faceret, & ipſe pro ea precaretur, quo die curanda erat, juſſit, ut os aperiret: & apprehenſa lingua ejus, ſigno Crucis obſignavit, & ter inſufflavit, præcipiens ei, ut deglutiret. Deique gratia ſtatim locuta eſt, magna inquiens voce: Deglutivi, Domine. Quare turba, quæ adſtabat, & rem videbat, diu clamavit, Domine miſerere. Atque ita puella cum ejus magiſtra dimiſſa eſt incolumis.

mutam,

laborantem profluvio ſanguinis,

85 Alia porro mulier, quæ decem annos ſanguinis fluxu laboraverat, magno cum deſiderio acceſſit, ut ab ipſo benedictionem acciperet: allatoque unguenti alabaſtro, cum multam turbam vidiſſet circa ipſum, clam acceſſit, ut unguento pedes ejus inungeret. Quo animadverſo, Dei ſervus pedes ad ſe contraxit, & clamans, dixit ad eam: Deſine mulier: quid facere conaris? Moleſta mihi res eſt, quam moliris. B Territa mulier unguentum illi tradidit, rogans ut pro ſe Deum precaretur. Tunc vir ſanctus ita precatus eſt: Dominus Jeſus Chriſtus, qui rerum occultarum cognitor eſt, precibus S. Georgii Martyris exoratus, ſecundum fidem tuam id tibi, quod petis, elargiatur. Statimque gratia Dei, ſanguinis ejus fluxus ſtetit: quo miraculo animadverſo mulier, Deum laudans, cœpit rem omnibus indicare. Contigit, ut unus ex filiis Mauritij Imperatoris lepræ morbo laboraret: cui cum medici nullam poſſent opem afferre, Imperator virum ſanctum accerſendum curavit. Qui in palatium ubi puer jacebat ingreſſus, & pro illo preces ad Deum fundens, aquam benedixit: cumque illum aſperſiſſet, reliquum aquæ dedit, ut rurſum conſpergeretur: & ſancti viri precibus puer ſanus effectus eſt. Imperatoris autem & Auguſtæ precibus adductus, inter ipſos conſiſtens, Deum pro illis obſecravit: & cum benedixiſſet eis, diſceſſit in patriam, ad monaſteriumque pervenit.

leproſum filium Imperatoris.

86 Quidam paterfamilias ex oppido Alectoria, ferum bovem habuit, qui jugum detrectabat. Duxit igitur illum ad monaſterium, & rogavit beatum virum, ut ſigno Crucis bovem obſignaret, quo feritatem deponeret. Et cum vir ſanctus ad eum veniſſet, C bos huc illuc caput movens anhelabat: cujus ille cornua comprehendens, precatus eſt Deum, ut bos feritate depoſita manſueſceret: & ſignans eum, dixit: Præcipio tibi in Chriſti nomine, ut ab ira deſiſtas tua, & ſubeas jugum in manſuetudine, quam tibi Deus tribuit, & domino tuo pareas. Cum hæc dixiſſet vir ſanctus, bos ſtatim iram feritatemque depoſuit: & cum inde eſſet abductus, collum jugo facile ſubjecit. Mulier item quædam mulam habebat, quæ nec frænum nec ſellam admittebat, ſed ſe pedibus ſublatis erigens, manſuefieri nullo modo poterat. Hanc mulier duxit ad monaſterium: cui vir ſanctus, ſigno Crucis adhibito, dixit: Benedictus Deus, ne poſthac amplius fera perverſaque ſis: ſed fræno ſuſcepto, heram tuam inſidentem admitte cum omni manſuetudine: ad hoc enim miniſterium te Deus creavit. Et ſtatim illi mulier inſedit: neque enim parere amplius recuſavit. Idem & in equis, & in aliis animalibus effectum eſt.

bovem ferum mansuetum reddit:

eam mulam & alia animalia.

CAPUT XI.

Reliquiæ S. Georgij acceptæ. Itinera ad vicinas urbes: varia miracula.

87 CUpiebat vir beatus aliquid ex glorioſi Martyris Georgii reliquiis habere, & rogabat eum, ut ſe voti compotem faceret. Pius autem Æmilianus, Germiorum Epiſcopus, ſancti capitis ejus particulam, manuſque digitum, & dentem unum, aliamque particulam ejus corporis habebat. Huic Martyr apparuit, juſſitque, ut eas ſervo ſuo Theodoro in templum, quod ſibi exædificarat, transferendas traderet. Miſit igitur Epiſcopus nuntium ad beatum virum, qui eum nomine ſuo hortaretur, ut ſe ad precandum in templum ſancti Archangeli conferret: cupere enim ſe illum ſalutare, optataſque illi ſancti Martyris reliquias dare. Hac lætus pollicitatione, ex monaſterio exiit, & in Germiorum civitatem ingreſſus, in Archangeli templo precabatur. Amanter ſuſcepit eum ſanctus Epiſcopus Æmilianus, & in monaſteriū ſanctæ Dei genitricis, quod vocatur Aligetes, perduxit.

Cupiens reliquias S. Georgii evocatur Germiam:

88 Eo tempore magna erat in *a* Peſinuntium metropoli ſiccitas, & fruges ac fructus omnes exaruerant. Quamobrem cum incolæ intellexiſſent, Chriſti ſervum Theodorum apud Æmilianum Epiſcopum divertiſſe, celeriter ad eum omnes cum Clericis in ſanctæ Dei genitricis templum convenerunt: permittenteque Epiſcopo Æmiliano, in civitatem ſuam eum adduxerunt, ut facta ſupplicatione, per ejus preces è cælo pluviam impetrarent. Procul ab hac civitate ſex paſſuum millibus erat hortus, quem magna locuſtarum occuparat multitudo, & totum prope devaſtarat. Hujus horti dominus cum B. Theodorum adeſſe intellexiſſet, proceſſit illi obviam, & ad pedes ejus proſtratus, calamitatem in hortum ſuum à locuſtis illatam indicavit. Cui vir ſanctus: Abi, inquit, fili, & affer aquam in vaſe. Cucurrit ille, & è propinquo flumine aquam attulit. Quam Dei ſervus, cum benedixiſſet, dedit ei, dicens: Hac aqua quatuor horti tui angulos conſperge, & dabit tibi Dominus id quod exoptas. Ad hortum reverſus homo, ſtudioſe fecit quæ vir ſanctus præceperat: cumque ad locum, quem primum adſperſerat, revertiſſet, ne unam quidem locuſtam reperit. Paulo poſt item inviſens, omnes plane locuſtas deletas invenit: quamobrem cum manus ſuas oleribus impleſſet, currens ad B. Theodorum miraculi effectorem contendit. Tunc autem obviam illi trium millium paſſuum à civitate proceſſerat ſupplicatio. Cum illa igitur ingredientem F ſanctum virum olitor aſſecutus, procidit ad pedes ejus, eique olera, quæ in manibus ferebat, obtulit, nuntians miraculum, quod factum fuerat.

a *Iturus Peſinuntem,*

hortum à locuſtis liberat:

89 Beatiſſimus vero Georgius Metropolita, cum lætitia S. Theodorum ſuſcepit, qui in diem ſequentem ſupplicationem indicendam mandavit. Poſtridie igitur mane, cum univerſa civitas in Catholica eccleſia ſanctæ Sophiæ eſſet congregata, B. Theodorus & Metropolita Georgius cum univerſo populo ſupplicantes, ad venerabile ſanctorum Angelorum templum extra muros convenerunt: atque inde ad ſanctam Sophiam reverſi ſunt. Ubi cum ſanctus Chriſti ſervus Metropolitæ rogatu ſacrificaſſet, omneſque ſacra myſteria percepiſſent, nubibus contractum eſt cælum, & tanta pluviæ copia in totam illam regionem deſcendit, ut aquarum fontes & flumina in tertium uſque diem exundarint. Omnes igitur lætitia pleni, Deum collaudabant, qui ſervi ſui precibus motus, miſericordiam ſuam oſtendiſſet. Metropolita autem & populo comitante, S. Theodorus illinc diſceſſit: & cum ad Epiſcopum Æmilianum veniſſet, ab eoque optatiſſimas ſancti Martyris Georgii reliquias accepiſſet,

pluviam impetrat:

accipit reliquias S. Georgii.

accepiſſet, ad ſanctum monaſterium ſuum cum gaudio reverſus eſt.

A

b morbum articularem Epiſcopi Cadoſiæ curat:

90 Illis diebus *b* Cadoſiæ Epiſcopus ad eum in lectica vectus eſt, qui manus dolore, & articulorum omnium ſolutione laborabat, nec manibus ſuis ori poterat cibum admovere. Hic in Archangeli templo ad B. Theodori pedes proſtratus, magna voce, Miſerere, inquit, mei, ſerve Die altiſſimi: & me quoque tuorum fac miraculorum participem: ſcio enim Deum tibi, quæcumque popoſceris, largiturum. Cum autem Chriſti ſervus illum eſſe Epiſcopum intellexiſſet, ægre tulit eam adorationem, & eum fecit excitari; precationique incumbens, orabat Deum, ut morbum ejus expelleret. Abſoluta autem precatione, juſſit, ut in dextera parte templi S. Georgii Martyris collocaretur, ad ſancti Martyris Platonis oratorium, ubi & cellula ejus ſita eſt: ſic autem Epiſcopum eſt allocutus: Bono ſis animo, magne Domine: Dei enim benignitate confiſus, te brevi à morbo liberatum iri ſpero. Et cum oleum benedixiſſet, dedit ei, ut eo ſe ungeret. Duarum igitur hebdomadarum ſpatio convaluit Epiſcopus, monaſterioque diſceſſit, ambulans, & ſaliens, & laudans Deum.

B

tres à ſpiritu immundo liberat:

91 Clericus quidam, nomine Salomon, ab immundo ſpiritu vexatus, ad ſanctiſſimum virum acceſſit cum uxore ſua, quæ ipſa quoque pariter vexabatur. Hi quotidie benedictionem ejus accipientes, à ſpiritibus immundis brevi temporis ſpatio liberati ſunt: ut ex depicta tabella, quam in veſtibulo templi Archangeli, ubi dormiebant, teſtem miraculi reliquerunt, intelligi poteſt. Quidam è Salmania vico graviter ab immundo ſpiritu vexatus, ad monaſterium ſe contulit: quem vir ſanctus, propter dæmonis importunitatem, in anguſtam cellulam conjici mandavit: & illuc ſe quotidie ad precandum conferebat: quamobrem duarum hebdomadum ſpatio liberatus, diſceſſit.

92 Accidit ut eodem tempore regio illa univerſa fame laboraret. Monachi igitur & pauperes ægroti, conſumptis omnibus cibariis, magnis in anguſtiis verſabantur. Erat autem Quadrageſimæ tempus: quo quidem tempore beatus vir in Dei genitricis monaſterio quietem & ſilentium obſervabat. Biduo igitur ante Ramos palmarum, Dionyſius horrei cuſtos ad eum venit, eique ſe ne pro monaſteriis quidem, ne dum pro multitudine alenda, cibos habere nuntiavit: Palmarum enim die è cellula ſua ſolitus erat exire, & biduo illo ingens multitudo conveniebat.

deficiente annona copioſe advehendam ſpondet.

C

Abi, inquit B. Theodorus, in horreum, & farinæ reliquias ex arcis in vaſculum collige, & affer ad me: quod cum ab illo factum eſſet, vir ſanctus Deum precatus eſt, ut victui neceſſaria monaſteriis ſuis ſuppeditaret. Abſolutaque precatione; Accipe, inquit, Frater, farinæ vaſculum, & illud ſuper altare ſanctiſſimæ Dei genitricis impone: & Deus nobis cibaria ſubminiſtrabit. Fecit ille quod vir ſanctus præceperat: poſtridie vero quidam viri pii ex longinquis regionibus triginta naves Cyprias farina onuſtas advexerunt. His & aliis innumerabilibus rebus admirandis, quibus, tamquam floribus & margaritis, quotidie Sanctus coronabatur, magnæ ab omnibus gratiæ agebantur Deo; multique, relicto mundo, jugum monaſticum, non ſolum in ejus monaſteriis, ſed etjam aliis in locis ſuſcipiebant. Itaque verba illa Euangelica implebantur: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.

Matt. 5, 16

Morbis obnoxius etjam ipſe

93 Quoniam igitur & hic vir, quemadmodum & Apoſtolus Paulus, corporis afflictionibus erat obnoxius, non alienum erit, ut ad utilitatem noſtram eas perſequamur; ne, quoties in eiuſmodi morbos & calamitates incidimus, animis concidamus: præſertim cum Deus nobis ea ratione præmium paret: & idcirco viris juſtis, orantibus ut à miſeriis liberentur, nonnumquam adverſetur, & dicat: Sufficit vobis gratia mea: nam virtus mea in infirmitate perficitur. Ut igitur in hoc ſancto Chriſti imitatore, Dei virtus per infirmitatem perficeretur, corpus ejus vulnere affectum erat: quod ſi quando per ſe cicatricem obduxerat, indumenti aſperitate rurſum exulcerabatur. Hoc ille vulnere ad obitum uſque laboravit, ſibique illud à Deo datum fuiſſe dicebat, ut ei aſſidue gratias ageret. Oculorum item morbo ſingulis annis æſtatis tempore per ſeſquimenſem laborabat, & majorem in modum gratias agebat Deo. Impediebatur tamen, quo minus turbas poſſet ſuſcipere. Quamobrem divinitus incitatus, ad templum Dominæ noſtræ Dei genitricis, quod eſt *c* Sozopoli, conſtituit proficiſci: divinum enim munus, quod illic eſt, iampridem videre concupierat.

AUCTORE GEORGIO DISCIP. 2 Cor. 12

94 Cum igitur ad pontem, qui Tantaëndia dicitur, perveniſſet, Phentinus quidam caupo obviam illi miſit, qui eum rogarent, ut in hoſpitium ſuum ingredi vellet, ſibique benedictionem ſuam relinqueret: jacebat enim ſemimortuus multo jam tempore, & facies ejus poſt tergum erat diſtorta. Ad eum igitur S. Theodorus ingreſſus, cauſam quæſivit, quamobrem id ei contigiſſet. Cui ille reſpondens: Cum eliem, inquit, extra diverſorium, venit canis quidam niger, & coram me hiavit: quamobrem ego quoque invitus idem feci. Cumque ipſe ſtatim evaniiſſet, ego in febrem incidi, faciemque diſtorſi. Verum ſi tu, ſerve Dei, aliquid potes, adjuua me: nam cum & greges armentaque mea interirent, poſteaquam tu pro me preces fudiſti, ne unum quidem animal periit. Hæc ille cum dixiſſet, pro ipſo precatus Deum beatus vir, ter in ejus faciem inſufflavit: & aquam benedicens, dedit ei: Accipe, inquiens, & hac te aqua conſperge: quod enim vidiſti, dæmonium erat. Sed in Chriſti nomine, cum revertemur à precatione, te ſanum & incolumem inveniemus.

diſtortam faciem,

E

95 Egreſſus igitur è diverſorio, itinere ſuo progrediebatur: cumque ad *d* Amorium civitatem appropinquaſſet, ſalutaris ejus adventus omnibus innotuit: & cives univerſi ſupplicantes obviam illi extra muros proceſſerunt. Et oblatus eſt illi puer à patre, pedibus adeo diſtortis, ut nullo modo poſſet incedere: qui, ſancto viro Deum obſecrante, curatus eſt. Et ecce vir quidam illuſtris ex eadem civitate, nomine Joannes, filium ſuum duodeviginti annos natum, qui triennio paralyticus jacuerat, ad virum ſanctum geſtandum curavit, & multis cum lacrymis rogavit eum; Miſerere, inquiens, iſtius infelicis & calamitoſi, ſerve Dei, & Deum pro illo deprecare, ut à morbo eum curet, & incolumem mihi largiatur: aut certe celerem illi ex hac vita exitum tribuat, ne videam ipſum tam miſere à morbo conſumi. Quomodo, inquit S. Theodorus, in morbum hunc incidit? Cui ille reſpondit: Cum ad venandum profecti eſſemus, in leporem hic miſer incurrit: quem cum jaculo tranſfixiſſet, in paralyſim incidit, eaque triennio jam laborat. His auditis, Chriſti ſervus juſſit eum Anaſtaſii viri pii domum portari, & in oratorio ſanctiſſimæ Dei genitricis, ubi erat ipſe manſurus, conſtitui: mox in urbem ingreſſus, totam ſupplicando luſtravit. Cum autem ad catholicam & primam civitatis eccleſiam eſſet perventum, obviam illi factus eſt Epiſcopus: longius enim cum populo obviam procedere propter valetudinem non potuerat. Quamobrem & ipſius Epiſcopi rogatu, ſacrificium obtulit S. Theodorus, & populo benedixit: diſcedenſque, ad Anaſtaſij domum extra muros ſe contulit: & in oratorium Dei genitricis ingreſſus, adoleſcentem illum paralyticum jacentem invenit. Cumque bene-

& pedes reſtituit: d

F

Paralyticum unum Amorii,

AUCTORE GEORGIO DISCIP.

dixiſſet oleum, faciem ejus, & manus, & pedes, & reliqua omnia corporis ejus membra diſſoluta inunxit, & ſic eum allocutus eſt: Tibi dico, adoleſcens, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ſurge, & ſta ſanus, ne propter te pater tuus doleat. Cumque ille caput ſuſtuliſſet, manum ei vir ſanctiſſimus porrexit, & excitavit: precibusque ſuper ipſum adhibitis, ſanum patri reddidit.

alterum Sozopoli,

96 Cum in Dei genitricis templum eſſet ingreſſus, ecce quidam alius, paralyſi laborans propter dæmonem, qui ipſum occulte multis jam annis vexabat, eadem hora ſurrexit, cœpitque ab immundo ſpiritu vexari, & Dei genitricis ſervo, cui ab ea miraculum hoc ſervatum fuerat, occurrens atque vociferans: O vis! inquit. Cur veniſti huc, ferrivore, cum Georgio Cappadoce, ut me torqueres atque configeres? Tot annis latui, & per te tunc indicor. Tunc omnes ſpectatores obſtupuerunt. Beatus autem vir ſpiritum immundum increpans, ſigno Crucis & precibus adhibitis, paralyticum curavit. Et in ſanctiſſimæ Deigenitricis Mariæ venerabile templum ingreſſus, ubi divino munere oleum manat, manibus in Crucis ſpeciem extenſis precans, oculos in admirabili imagine defigebat; cum oleum divino nutu efferveſcens, in oculos ejus inſiliit, eosque conſperſit. Quamobrem omnes, qui divinum illud teſtimonium aſpiciebant, dixerunt: Vere magnus eſt hic Dei ſervus. Cum autem de ejus adventu beatiſſimus Epiſcopus Zoilus intellexiſſet, ſtatim honorifice duxit eum in Epiſcopium ſuum, amiceque tractavit. Poſtea vero quam diebus quadraginta precibus incubuit, relicta Sozopoli, ad urbem Amorium appropinquabat: ubi ſaliens obviam illi proceſſit puer, qui diſtortis jam pedibus exiſtens, ab eo benedictionem acceperat, & Dei gloriam, quæ in ſe extiterat, nuntiavit. Die vero ad veſperam inclinante, urbem ingreſſus, apud virum illuſtrem Ioannem, cujus filium paralyticum precibus curaverat, divertit. Et poſtridie mane diſcedens, in Germiorum civitatem ad Epiſcopum Æmilianum pervenit: à quo dimiſſus, ad monaſterium ſuum proficiſcebatur. Cumque ad prædictum pontem veniſſet, audito Phentinus ejus adventu, proceſſit illi obviam ſanus & laudans Deum, qui ſe ſervi ſui precibus à tali periculo liberaſſet: animique grati munus obtulit, equum ex armento ſuo.

ubi & ipſe à D. V. ſanatur,

ANNOTATA.

a Peſſinus *metropolis Galatiæ ſecundæ prope Sangarium fluvium.*

b Cadoſiæ *ſeu* Cadorum urbs Epiſcopalis *in Phrygia Pacatiana, ſub metropoli Laodicea, in altera Notitia Græca* Caloſiæ *ſcribitur, forſan errore typographico.*

c *Sunt plures urbes* Sozopoles *dictæ, ex his Epiſcopales fuerunt in Thracia & Piſidia: ſed ſitus hujus, templo & miraculis Deiparæ Virginis claræ, ex vicinitate Amorii & Germiæ cognoſcitur.*

d Amorium, *urbs Phrygiæ Epiſcopalis, Galatiæ vicina, de qua egimus 6 Martii ad Acta Sanctorum* XLII *Martyrum, ibi captorum & in Syria occiſorum.*

CAPUT XII.

Varii ægri ſanati. Dæmones coërciti

ſanat paralyticam,

97 CUm igitur vir pius & ſanctus ad monaſterium perveniſſet, duæ claræ mulieres è metropoli Epheſo, cum lecticis & magna ſupellectili, ad eum ſe contulerunt. Erat uni ex illis filius annorum viginti, Andreas nomine, mutus: alteri autem filiola annorum octo paralytica. Hæ feminæ, cum filiis & domeſticis ſuis, ad ſancti viri pedes procidentes, magna voce multiſque lacrymis ſupplicabant, ut filiis ſuis ſanitatem largiretur. Quibus Chriſti ſervus Theodorus præcepit, ut ſurgerent: & cum precatus eſſet Deum, juſſit, ut dies aliquot ibi manerent. Quadam autem die à pſalmis canendis circiter horam nonam de more egreſſus, ut populo benediceret eumque dimitteret, puellulam jacentem invenit: & accedens, ſignavit eam, & Deum obſecravit: ab eaque recedens, ad altaris introitum aſcendit, & populo benedixit, & puellæ paralyticæ præcepit, ut ad ſe veniret. Quæ repente, ſolutis diaboli vinculis, ſurrexit & ad eum venit. Turbæ vero adſtantes, cum matre puellæ, pro tali miraculo cum lacrymis gratias agebant Deo. Atque ita mater accedens, filiolam ſuam è manu ejus ſanam accepit. Quin etiam adoleſcentem mutum beatus Theodorus cum ſignaſſet, dixit matri ejus, ut cum aliis diſcederet: fore enim, ut in ipſo itinere loqueretur. Suſcepta igitur viri ſancti benedictione, in civitatem ſuam omnes redierunt. Et paulo poſt quidam ab illa veniens civitate, adoleſcentem locutum eſſe nuntiavit. Oppidi Sandi Presbyter, nomine Florentius, habebat fratris filium, cui cancer os exedebat. Eo igitur ſuper jumentum ſuum impoſito, magno ſtudio ad monaſterium contendit: & ad beati viri pedes procidens ac lacrymans, ſupplicabat, ut pueri morbum, cui nulla medicorum remedia proderant, curaret. At ille, fuſis precibus locum morbo exeſum contrectans, ter in os ejus inſufflavit, & aquam, cui benedixerat, dedit, ut ex ea acciperet, & ſtatim cœpit morbus eſſe levior. Et cum egreſſi eſſent è monaſterio, priuſquam domum pervenirent, prorſus evanuit.

mutum,

cancroſum,

atque ad ſua revertitur.

98 Cum totius populi ſupplicatio, poſt Domini noſtri Ieſu Chriſti reſurrectionem die ſabbati, ut quotannis fieri ſolet, ad monaſterium conveniſſet, erat in loco demiſſo lebes ebulliens juxta viam. Peracto autem ſacrificio, cum univerſus populus ad epulas properans, è monaſterio egredi feſtinaret, puer è templo ſancti Martyris Georgii exiens, diabolo impellente, in lebetem ferventem incidit. Accurrentes autem parentes, pedibus eum inde extractum, in templum ſancti Martyris, ubi vir ſanctus populo benedicebat, intulerunt, & ſemimortuum ad ejus pedes cum lacrymis depoſuerunt. Tum Dei ſervus puerum juxta ſanctum altare collocavit, & inclinato capite, pro ipſo precatus eſt Deum: & cum illum oleo ſemper ardentis lucernæ inunxiſſet, Dei gratia excitavit, & ſine ullo detrimento parentibus incolumem reddidit. Forte cum ſupplicatione monaſterii S. Theodori ex Briania Præfectus Anicetus venerat. Hic cum id, quod puero contigerat, audiviſſet, eumque ſanum & nulla in parte combuſtum aſpiceret, lebetis aquam eſſe frigidam exiſtimavit. Itaque cum eadem hora ſupplicando illac iter faceret, manum in lebetem injecit, ut cognoſceret, utrum aqua calida eſſet an frigida: & ſtatim manus ejus exarſit. Cum igitur beatus vir, peracta ſupplicatione, populo benediceret, eumque dimitteret, acceſſit ad illum Anicetus, & manum oſtendit; obſecrans, ut eam ſigno Crucis obſignaret. Cui ſubridens S. Theodorus; Crede, inquit, Frater: & manum, quam in lebetem ultro conjeciſti, Dominus curabit. Signo autem Crucis adhibito, Anicetus dolore levatus eſt, & ſanus diſceſſit, laudans Deum ob ea quæ audierat & viderat.

in aquam ferventem lapſum,

& manum eadem aduſtam.

99 In oppido Sandi quidam paterfamilias, nomine Eutolmius, aream ſuam cupiebat ampliorem efficere: anguſtior enim erat, quam ut frugum poſſet copiam capere. Porro collis quidam adjacebat, in quo multa inerant dæmonia. Cum igitur undique aream

dæmones ex ſpolatorio progreſſos,

A aream amplificans foderet, etiam collis ipſius lapidem amovit: unde immundi ſpiritus exeuntes, greges & armenta, atque etiam homines invadebant & excruciabant. Ex iis autem clamabant nonnulli, ſe ideo vexari, quoniam collis ille fuiſſet effoſſus. Incolæ igitur, calamitate ſua perſpecta, & exiſtimantes id propterea contigiſſe, quod Eutolmius inde pecuniam ſuſtuliſſet; ex eoque fore, ut loci Præfectus Euphrantas adverſum ſe, tanquam ejus criminis reos, veniret; contra Eutolmium impetum fecerunt, comminantes ei, ſe illum, uti totius perturbationis auctorem, cum univerſa ejus familia combuſturos. *eodem redire compellit:* Quo tamen tumultu per viros ſenes & graves ſedato, ad ſanctum Chriſti ſervum nuntios miſerunt, qui ſupplicarent, ut ad oppidum proficiſceretur, & tot moleſtiis & calamitatibus incolas liberaret. Profectus eſt cum illis beatus vir, & cum ad locum effoſſum perveniſſet, dixit eis: Confidite filii: neque enim hoc in loco id, quod ſuſpicamini, factum eſt: quod ut facilius intelligatis, altius effodite. Paruerunt illi, & nihil prorſus invenerunt. Poſtridie vero ſupplicationem indixit: & cum locum univerſum, illis etiam qui vexabantur comitantibus, luſtraſſet, ad collem effoſſum pervenit: ubi cum preces inclinato capite, fudiſſet, omnes ſpiritus immundi, qui inanimantia & diverſa loca introierant, illuc redierunt.

B Obſecrans autem Deum & pro hominibus illis qui vexabantur, ſpiritus immundos increpuit, & Domini Ieſu Chriſti invocatione depulſos, adjuvante Spiritu ſancto, ibi eos incluſit. Et cum lapidem emotum repoſuiſſet, foſſamque compleſſet, almæ Crucis ſignum impoſuit, totamque noctem pſallens & laudans Deum illic tranſegit.

idem Permetania facit, 100 Poſtridie autem, peracto Sacrificio, cum ad monaſterium redire vellet, acceſſerunt ad eum principes oppidi Permetaniæ, & ad pedes ejus proſtrati, cum lacrymis rogarunt, ut etiam in oppidum ſuum ingrederetur: quoniam illic quoque, cum ex quodam loco tabula eſſet ſublata, multi dæmones egreſſi, ſex viros & ſeptem feminas invaſiſſent. Diſcedens igitur Chriſti ſervus Theodorus, cum illis profectus eſt. Verum cum ad Æantium oppidum appropinquaret, dæmonum, ad quos eiiciendos proficiſcebatur, opera factum eſt, ut jumentum quo vehebatur concideret, & ipſe è tergore ipſius delaberetur, & duo acuta ligna in ventrem ejus defixa ſint, triplicique veſtimento conciſo, carni ſic inhæſerint, ut ſanguinis multum effluxerit. Panno igitur lineo in plagam injecto, jumentum rurſus conſcendit, & ad comites ſubridens: Vere, inquit, filii, Dei nos auxilium protegit adverſus dæmones, qui

C nos injuria conantur afficere. Cum autem in oppidum perveniſſent, putabant comites ejus, eum propter grave vulnus, quod acceperat, ægrotaturum. At ille Spiritus ſancti gratia confirmatus, tamquam ferrea ſtatua, noctem illam Deum laudando inſomnis tranſegit. Poſtridie igitur oppidum ſupplicando luſtravit, juſſitque tabulam in locum ſuum reponi: & illuc ipſe quoque cum ſupplicatione acceſſit: invocatoque ſanctæ atque coëſſentialis Trinitatis nomine, ſpiritus, à quibus homines vexabantur, ejecit; & omnes, qui inde abiebant coegit: atque ita religavit in eo loco, ut nemini amplius injuriam facerent. Habebat enim & magnum Chriſti Martyrem Georgium ſibi opitulantem, cujus auxilio jam inde ab ipſa pueritia fultus fuerat. Cum igitur ſanctæ Crucis ſigno locum obſignaſſet, inde cum comitibus diſceſſit, & ad monaſterium reverſus eſt. Miſit etiam Epiſtolam ad Euphrantem principem, cohibuitque impetum ejus, docens, non inveniendæ pecuniæ gratia, ſed aſtutia Satanæ locum illum fuiſſe effoſſum: domumque dimiſit eos, qui ſe ex oppido Sandi fuerant comitati.

101 Alias item cum in ejuſdem oppidi Sandi regione vites à locuſtis devaſtarentur, & in oppidi Permetaniæ regione vites item à vermibus exederentur, vir ſanctus eas præſentia ſua precibusque delevit; ad gloriam Chriſti Dei noſtri, eam ipſi gratiam elargientis. In Eueraënſium oppido cum agricola quidam, nomine Timotheus, collem quemdam, ſeu pecuniæ reperiendæ gratia ſeu aliam ob cauſam, ſuffoderet; magna ſpirituum immundorum multitudo ſic incolas invaſit, ut complures ex illis tum viros, tum feminas, tum pueros vexarent. Quamobrem Euphrantas, qui tunc Ancyranorum metropoli Præfectus erat, agricolam illum comprehendi juſſit, & quoſdam etiam ex illis qui vexabantur, virgisque cædi. Verum ii magno clamore precabantur, ne ſe pluribus verberibus afficerent: dimiſſi vero majores tumultus excitabant. Congregati enim, primum Timothei, qui mali auctor extiterat, villam ſuccenderunt: deinde conquirebant eum, ut occiderent; & aliorum item villas exurebant: quidquid autem in ſuis inveniebant, devorabant ac diſſipabant, & ſuppellectilem confringebant: quod ſi quis eos vellet cohibere, male ab illis mulctabatur. *ubi ſimiliter homines & animalia vexabantur,* Neque vero homines ſolum ab ipſis dæmonibus vexabantur, ſed etiam animalia rationis expertia partim interficiebantur, partim reddebantur fera & intractabilia. Quin etiam regionis fines obſidentes, iter facientibus magnum detrimentum afferebant. Cum igitur tota illa regio in his calamitatibus verſaretur, pauci patres familias, qui ſani permanſerant, cum Clero ad monaſterium confugerunt, ſupplicesque ſe ad viri ſancti pedes abjicientes, obteſtabantur, ut infelix oppidum ſuum ex tot miſeriis eriperet. Horum precibus exoratus vir ſanctus, cum ipſis profectus eſt: obviam autem illi prodierunt omnes oppidani, tum animo valentes, tum à dæmonibus vexati, à quibus beatus vir contumeliis afficiebatur. Cum autem in ſancti Archangeli eccleſiam eſſet ingreſſus, totam noctem hymnis precibusque tranſegit, Deum clementem obſecrans, ut ab hominibus & jumentis totiusque regionis finibus dæmonum multitudinem, in locum unde exierant, compelleret. Mane vero populus univerſus ad eum concurrit: & eorum, qui vexabantur, ſpiritus clamabant, ſibi ab eo vim afferri, ut qui contra ipſos veniſſet, & Deum precaretur. At vir divinus eos increpans, & divina confiſus gratia, tamquam pueros caſtigans, & in ſervitutem redigens; imperabat eis, ut in locum, unde *miſſo pro ſe diſcipulo* exierant, reverterentur, ibique ſine cujuſquam injuria permanerent. Et quoniam illuc ipſe tum propter infirmam valetudinem, tum propter nimiam vigiliam proficiſci non poterat, uni ex Fratribus Presbytero, nomine Iuliano, qui cum ipſo erat, mandavit, ut nomine ſuo iret, & ad collem illum Clerum duceret ſupplicantem, Euangeliumque ſuper homines vexatos legeret. Cumque Iulianus, ſibi ut ignoſceret, precaretur: nihil enim profuturum aiebat, niſi ipſe accederet: indignatus vir ſanctus, eumque, ut contumacem & incredulum reprehendens; Celeriter, inquit, ſupplicationem educito, & eſto obediens ac fidelis, & non incredulus. Deus enim illis omnino miſericordiam ſuam & ſanitatem, etiam me abſente, largietur. Cum igitur omnes ad collem cum ſupplicatione profecti eſſent, & Euangelium recitarent, ipſe manſit in eccleſia, Deum obſecrans pro omnium curatione: quamobrem ſpiritus, qui circa collem erant, vociferabantur ſe precationibus viri ſancti convinci & ſuperari: item illi, qui vel ho- *ſemel* mines vel jumenta vexabant vel loca finitima obſidebant; illuc, tamquam ab Angelicis virtutibus, coacti atque compulſi ſunt. Et dum Euangelium pronuntiaretur, omnes cum ululatu, projectis hominibus,

AUCTORE GEORGIO DISCIP. *& prope Eueraam,* E F

AUCTORE GEORGIO DISCIP.

nibus, in tumulum illum reverſi ſunt, Salvatoris noſtri Dei virtute per ſervi ſui preces ita rem moderante. Obſtruſa igitur tumuli foſſa, omnes cum ſupplicatione ad eccleſiam redierunt: peractoque ſacrificio, cum vir ſanctus in eo loco, precibus fuſis, Crucem collocaſſet, ab incolis ad monaſterium reductus eſt; Deique gratia factum eſt, ut illi dæmones, neque in homines, neque in animalia rationis expertia, quidquam amplius egerint.

iterumque,

102 Rurſum contigit, ut, cum in eiuſdem oppidi regione eſſet arca quædam, & vas cum tabernaculis veterum Græcorum virorum, quæ à dæmonibus obſervabantur; quidam ipſius loci domini arcam aperuerint, & faſtigium ſive operculum ejus in oppidum ad excipiendam aquam importarint. Quapropter dæmones, & homines, & animalia & loca quædam finitima rurſus occuparunt. Cives igitur interim Dei ſervum adduxerunt, qui precibus ſuis & homines, & animalia & loca finitima ab immundis ſpiritibus liberavit, & ſpiritus ipſos eodem ubi erant, compulit: nec permiſit, ut arcæ faſtigium ipſis, ut flagitabant, redderetur; ſed voluit, ut aquæ uſui deſerviret quemadmodum nunc item eſt pro monumento miraculorum ipſius. Cum Bunam, & Peton, & Hyniam, loca quædam finitima, cantharorum multitudo ſic opprimeret, ut omnes agrorum fruges interciperet; incolarum precibus exoratus ad ea loca ſe contulit, & cum pro illis Deum obſecraſſet, ſtatim omnis illa cantharorum multitudo deleta eſt. Atque eiuſmodi quidem miracula diverſis in locis ab ipſo ſæpe facta ſunt ad gloriam Salvatoris Chriſti Dei noſtri, qui gratiam hanc viro ſancto largiebatur.

cantharos extinguit.

A

B

CAPUT XIII.

Variæ prædictiones aliaque miracula.

103 ANtequam Mauritius Imperator occideretur, cum in Dei Genitricis monaſterio vir ſanctus præfinitum pſalmorum numerum legeret, in ſanctuario recens exædificato, lucerna, quæ ſemper ardet, extincta eſt: quapropter uni ex Fratribus annuit, ut eam iterum accenderet. Sed cum ſtatim rurſus extincta eſſet, Frater rediit, & cum precibus eam iterum accendit. Repenteque ea rurſus extincta, vir ſanctus illum reprehendens, tamquam inepte id feciſſet, acceſſit ipſe, & manu ſua illam accendit. Sed cum illic adhuc ſtaret, ſimiliter rurſum extincta eſt. Tunc Fratribus omnibus congregatis, ſevere locutus eſt ad hunc modum: Signum hoc, Fratres, non ſimpliciter, mihi credite, nec temere contigit. Vos ergo diligenter explorate, quid egeritis, & in conſpectu Dei peccatum veſtrum confitemini. Licet enim vos illud celare conemini, Deus ipſe patefaciet. Cum autem Fratres ſibi nullius eſſe culpæ conſcios reſpondiſſent, ad obſecrandum Deum acceſſit, ut ſibi rem indicaret. Cumque, re divinitus patefacta, triſtis eſſet, & cum gemitu diceret: Vere tu, Eſaia, naturam hominum expendiſti, cum diceres: Omnis homo fœnum, & omnis gloria hominis tamquam flos fœni: aruit fœnum, & flos ejus decidit. Et cum hæc ipſe loqueretur, Fratres rogabant eum, ut rem omnibus patefaceret. Quibus cum præcepiſſet, ut nemini rem indicarent, prædixit eis, quo mortis genere Mauritius Imperator eſſet interiturus. Fratribuſque merito id illi eventurum reſpondentibus, ob ea quæ improbe geſſiſſet; ſic ipſe quidem, filij, inquit S. Theodorus, morietur: ſed poſt eum multo deteriora contingent, quæ hæc ætas non expectat.

Poſt lucernam quarto extinctam,

Eſai. 40, 6

prædicit Mauritii Imp. cædem,

C

104 Paucis igitur poſt diebus *a* interfectus eſt Mauritius Imperator, & imperio potitus eſt Phocas. *b* Qui cum in Orientem miſiſſet *b* Domitium conſobrinum, ut exercitum duceret adverſus Perſas, qui regiones noſtras vaſtabant & prædabantur; ipſe Domitius, de hoſtium impetu qui Cappadociam uſque pervenerant, deque Sergij Patricij Imperatoris propinqui interitu intelligens, magno in mœrore & metu verſabatur, nec iter ſuſceptum audebat perficere. Audita igitur ſervi Dei fama, ad eum ſe in monaſterium contulit, ſeque ad ejus pedes abjiciens, ſupplex rogabat, ut pro ſe Deum precaretur, ut ſcire poſſet, quid ſibi agendum eſſet: in dubio enim ſe propter hoſtium incurſum verſari. Reſpondens illi Dei ſervus: Abi, inquit, fili, in nomine Dei, & ſuſceptum iter perfice: incolumis enim ad exercitum pervenies. Verum cum in acie ſtabis adverſus Perſas, & prælium inibis, in magno diſcrimine verſaberis: ſed commendo te Deo & ſancto ejus Martyri Georgio, ut te à periculo integrum conſervet. Cum igitur te periculum premet, memor eris huiuſce precationis, & Deus te à periculo eripiet. Hæc & alia multa tempori congruentia locutus, benedixit ei, atque abire permiſit. Pervenit igitur incolumis ad exercitum, ut vir ſanctus prædixerat: cumque, inito cum Perſis certamine, inſidiis peteretur, magnoque eſſet in diſcrimine cum univerſo exercitu; meminit verborum ſancti viri, cujus precibus Deo fuerat commendatus: & pedes in cannetum ingreſſus delituit, atque ita periculo ſeſe ſubduxit: collectoque exercitu, in Romanorum loca ſe contulit, & ad Imperatorem pervenit. Quo quidem in itinere virum ſanctum inviſit, & magna cum fide ad pedes ejus proſtratus, gratias egit Deo qui ſe precibus ipſius è tanto periculo eripuiſſet: & confeſſus eſt, omnia, quæ beatus vir prædixerat contigiſſe. Solenni igitur Dominico die celebrato, & ſuſcepta viri ſancti benedictione, ad regiam urbem profectus eſt: & ex eo tempore magna in veneratione habuit beatum Theodorum, & ſanctam ejus manſionem: & ſemper cum ab Oriente ad regiam urbem iterfaceret, ad ſanctum virum divertebat, multaque munera ejus manſioni & S. Georgii templo & oratoriis relinquebat.

futura alia Domitio Duci:

D

E

105 Venit quidam vir ab urbe regia, nomine Phocas, qui inteſtino quodam morbo graviter laborabat, aſſidueque multum ſanguinis ex ore & ventre emittebat, neque ſtare, neque jacere valens. Hic virum ſanctum nactus in monaſterio ſanctiſſimæ Dei Genitricis, procidit ad pedes ejus, obſecrans ut pro ſe Deum precaretur, ut à tanta ſe miſeria liberaret. Multa enim ſe medicorum remedia fruſtra expertum eſſe. Præcepit autem vir ſanctus, ut in ſanctiſſimo Dei Genitricis oratorio maneret. Et mane dixit illi: Nunc, fili, abi in pace. Ipſe vero cum clamore cœpit dicere: Itane, pater, me, qui tam longinquis è locis ad te veni, dimittis incuratum? Ægroti omnes, qui ad te confugiunt, recedunt ſani, & ego ſolus miſer negligor? Non diſcedam profecto ex hoc loco, niſi à morbo liberer. Obtempera, inquit beatus vir, fili, & cum fide proficiſcere: preces enim tuæ acceptæ ſunt. Nec longe hinc abieris, cum integram morbi curationem ſenties: quod ſi totum vitæ tuæ tempus hic conſumpſeris, nullam propterea, mihi crede, levationem accipies. His ille auditis, multis cum lacrymis clamans; Novi, inquit, ſerve Dei, quod me perſequeris, ut indignum qui hic maneam & curer. Ecce diſcedo, uti jubes. Tu ſaltem Deum, quem pure colis, pro me roga, ut ſanus revertar domum. Abi, inquit vir ſanctus, fili: ſpero enim, Deum brevi miſericordiam tibi ſuam oſtenſurum. Cum igitur inde egreſſus, ad Siberis fluvii pontem appropinquaſſet, naturali neceſſitate coactus è lectica deſcendit; &, quemadmodum illi qui hauſtis medicamentis purgantur, fœtidum corporis onus cum morbo depoſuit; nuntiumque miſit ad ſervum Dei, qui curationis munus

inteſtino morbo laboranti curationem,

F

nus ſibi divinitus datum indicaret, peteretque ut ſibi
A per eum liceret reverti, quo Deo gratias ageret. Reſpondit B. Theodorus, ut Deum animo laudaret: quamobrem ad regiam urbem Deum laudans reverſus eſt.

c 106 Alius quidam c Sebaſtæ civitatis gubernator, oculis captus, ad virum ſanctum in monaſterium venit. Et cum intellexiſſet, eum eſſe in inferiori monaſterio ſanctiſſimæ Dei Genitricis, ab uno è comitibus ductus, humi proſtravit ſe, & lacrymans Deum precabatur. Quem cum vir ſanctus, qui tunc præfinitum pſalmorum numerum in Dei Genitricis oratorio perſolvebat, ita precantem aſpexiſſet, Fratribus qui ſecum erant; Vir, inquit, ille obtinuit id, cujus gratia profectus eſt: fidem enim ſecum attulit: fides autem valet plurimum. Cum autem ingreſſus, ſe ad ſancti viri pedes ſupplicem abjeciſſet, petens videndi facultatem: Deus, inquit B. Theodorus, tibi profecto tribuet, quod flagitas. Biduum hic mane cum tuis comitibus, teque itineris labore feſſum recrea: poſtea vero diſcedes. Tertio igitur die cum illi benedixiſſet, præcepit ut abiret. At ipſe ſupplex & lacrymans; Obteſtor te, inquit, vir ſanctiſſime, per Deum, qui tibi largitus eſt munus curationum, ne me ita cæcum dimittas, ne civibus meis labor & ſupplicatio mea inanis fuiſſe videatur. Hæc & alia multa magna voce cum diceret; Crede mihi, inquit vir beatus, non
B erit inanis labor tuus: preces enim tuæ ſuſceptæ ſunt à Deo; & celeriter, ſi diſceſſeris, recipies videndi facultatem; quod ſi recuſaveris obtemperare, cæcus permanebis. Hoc ille audito, diſceſſit, & in oppido Araunia, quod quinque millium ſpatio aberat, divertit. Mane vero, cum ſibi manus & faciem abluere-ret, adſpexit, & cœpit Deum collaudare. Cumque ad virum ſanctum reverti vellet, nec ſine ejus permiſſu auderet id facere, miſit unum è comitibus ſuis, qui rem illi nuntiaret, peteretque, ut ſibi per eum reverti liceret. At vir ſanctus illi juſſit ſignificari, ut in pace iter ſuum conficeret, & Deo gratias ageret. Sanus igitur in patriam reverſus, per quoſdam, qui ad S. Theodorum ſe conferebant, ſalutem ei nuntiavit, & Deo gratias egit.

& illuminationem caco.

dæmonem pellit

107 Naviculator quidam, nomine Theodorus, cum è Callenſium Ponti mercatu navigaret, à dæmone vulneratus eſt, & ad virum ſanctum ſe contulit: quem cum in inferiori ſanctiſſimæ Dei Genetricis monaſterio reperiſſet, ad pedes ejus procidens, plagam illi ſuam oſtendit. Spiritus erat nobis conſpicuus ſub corporis cute, tamquam mus. Cui vir ſanctus cum manum impoſuiſſet, aufugiens per ejus membra curſitabat. Sed vir ſanctus cum illum in
C brachio, ne curſitaret, concluſiſſet, homini juſſit, ut in ipſo diverteret monaſterio, ſeque itineris labore feſſum recrearet. Mox autem, precibus adhibitis, brachio Crucis ſignum impoſuit, expulſoque dæmone liberum dimiſit.

cibo venenato paſtos

108 Antipater, ex Æantium oppido Procurator; & Demetrius Presbyter pietatis ſtudioſiſſimus, ex oppido Silindiconenſi; & Ætius, ex oppido Alectoria procurator, viri præclari, ad S. Theodorum, cum eſſet in mulierum monaſterio S. Chriſtophori, ſeſe contulerunt. Tunc autem ille cœnabat: quamobrem ipſos quoque vocavit ad cœnam. Porro cum ſine operculo lebes eſſet, dæmonis opera factum eſt, ut chloroſaura, in olera quæ coquebantur, incideret. Cumque miniſter olera appoſuiſſet, eaque omnes, adhibita viri ſancti benedictione, comediſſent, præcepit miniſtro vir beatus, ſi quid adhuc olerum reliquum eſſet, ut illud apponeret. Quod cum ille feciſſet, & ipſi comederent, chloroſauram offenderunt, eaque cognita, cœperunt clamare: Perimus, pater ſancte, perimus. Quidnam egimus? Chloroſaura enim

eſt ſerpens venenatus. Cum igitur conquererentur & dolerent, quod uxores & liberos non eſſent amplius viſuri, dixit eis Chriſti ſervus: Ne timeatis, filii: ſi enim Deo creditis, & mihi credite humili ſervo ejus; nihil omnino detrimenti accipietis. Qui enim ab Eliſæo Propheta invocatus eſt Deus, cum mors eſſet in ol-
Auctore Georgio Discip.

Marc 16, 18 præſtat indemnes.

la, idem vera pollicetur; Et ſi mortiferum, inquiens, quid biberitis, non vobis nocebit. Et cum populo benedixiſſet, dedit eis bibere: nec eorum quiſquam ulla affectus eſt injuria. Poſtridie igitur dimiſit eos collaudantes Deum.

Georgium ad ſupplicium ducitur

109 Georgius Cappadox, cum magna militum manu, catenis collo manibusque ac pedibus injectis, vinctus traheretur ad Phocam Imperatorem, tamquam imminutæ majeſtatis crimini obnoxius, cupiebat S. Theodorum inviſere, & ejus ſe precibus commendare. Eodem & cuſtodes deſiderio tenebantur: quamobrem ad eum ſe contulerunt, & accepta ejus benedictione, illum rogarunt, ut Georgium vinctum admoneret, ut animo ſincero ſe duci ſineret, nec ſibi aut ipſis inſidias faceret, ne in capitis periculum apud Imperatorem incurrerent. Id fecit ſanctus pater: Divinarum enim Scripturarum utens teſtimoniis, monebat eum; Hæc inquiens, fili, quæ ſunt in hac vita, brevia caducaque ſunt: quæ vero in altera vita nos manent, ſtabilia & ſempiterna. Cave igitur, ne tibi ipſe mortem conſciſcens, in æter-
E num ſupplicium incidas: illudque conſidera, fili, & tibi ipſe propone, ut ſive hoc, ſive alio crimine jure damnatus, capite plectaris, libenti animo ſupplicium ſubeas, ut in vita futura liber ſis & abſolvaris. Quod ſi nullius es tibi criminis conſcius, multo libentius, ſi condemneris, ſupplicium adi; ut coronam eamdem accipias, quam Sancti omnes, qui injuria interfecti ſunt perceperunt. Expedit enim, vim injuſte patientem mori: quemadmodum & Sancto Abel, & innocenti contigit Zachariæ, & Sancto Joanni Baptiſtæ, & ſanctis Apoſtolis, & Chriſti Martyribus. His & aliis multis divinarum Scripturarum teſtimoniis Georgius animo confirmatus, petiit, ut divinorum myſteriorum particeps fieret. Tunc B. Theodorus ad cuſtodes: Veneramini, inquit, filii myſterium Domini, & ſolvite hunc, dum illud accipit: neque enim æquum eſt, ut quiſquã vinculis obſtrictus Chriſtum ſuſcipiat, qui pro nobis paſſus eſt, ut nos ab inferni vinculis liberaret. Cum autem illi excuſarent ſe, dicerentque, id ſibi non licere: Georgium enim eſſe vi-
animat ut illud patiatur ferat

& ſacrã communionem imperiit.

rum nobilem ac ſtrenuum, qui ſolutus ſi vellet ingratus eſſe & aufugere, nullo modo cõprehendi poſſet: B. Theodorus, ſumpto divinæ Communionis poculo, ut id illi impertiret, ſuſpirans ad Deum ſuſpexit, & illico vincula humi cum ſtrepitu conciderunt. Quamobrem cum milites tumultuarentur, & ad fo-
F res claudendas currerent, ne Georgius fugeret: Nihil, inquit S. Theodorus, timeatis: ego enim gratum & ſincerum hujus viri animum plane novi. Cum igitur illi divina myſteria tribuiſſet, voluit etiam, ut ſimul cum cuſtodibus apud ſe cibum caperet. Poſt autem, vinculis rurſum injectis, diſceſſerunt.

quid ſacrificanti accideret.

110 Cum XVI Kalendas Auguſti ſolennis ſancti Martyris Antiochi dies in ejus templo celebraretur, & B. Theodorus ſacrificaret, dum, ut regionis eſt mos, diſcum in ſublime tolleret, ut ſanctum panem oſtenderet; ſanctus ipſe accepti ſacrificii panis ſuper diſco per ſe cœpit ſublimis extolli, & tamquam exſultans & ſaliens ſurſum deorſumque, cunctis ſpectãtibus, ita moveri, ut omnes qui aderamus, illius aſcendentis deſcendentiſque motum & ſonitum videntes audientesque, admiratione & timore propter miraculum repleremur. Ipſe vero Sanctus, compunctionis lacrymis & incredibili gaudio plenus, immenſam Dei noſtri bonitatem nobiſcum collaudabat.

ANNOTATA.

AUCTORE GEORGIO DISCIP.

a *Anno* 602 *die* 27 *Novemb. feria* 3. *cum quinq; filiis.*

b *Theophanes* Domenꝛziolum *vocat*, & proprium nepotem, τὸν ἴδιον ἀνεψιὸν, quem Curopalatem creavit, & Ducem exercitus instituit, *anno* 603.

c Sebaste, Phocas *alias* Sebastia, *urbs Episcopalis, aliis Armeniæ, aliis Cappadociæ tributa. De qua egimus* 3 *Febr. ad Vitam S. Blasii Episcopi, &* 10 *Martii ad Acta* 40 *Martyrum, & alibi.*

d Antiochus Martyr *fuit frater S. Platonis Martyris, de quo cap.* 8 *actum: refertur hic in variis Menæis MSS. ad* 16 *Iulii seu* 17 *Kalendas. Augusti.*

CAPUT XIV.

Iter Constantinopolitanum ad S. Thomam Patriarcham. Varia miracula.

111 CUm in oppidis finitimis supplicationes fierẽt, & Cruces, quæ gestari solẽt, horribili miserandoq; spectaculo per se concuterentur & commoverentur, interrogatus vir divinus, quid sibi id vellet, respondit: Deum, ô filii, precibus placate, quoniam magnæ mũdo imminent calamitates. Domitius autem Patricius, vir clarissimus, promiserat se auream Crucem ad supplicationis adorationisque usum effecturum. Itaque misit vir sanctus Epiphanium Diaconum ad illum. Qui cum aurifici aurum dedisset, Diaconum rogavit, ut tantisper moraretur, dum aurifex opus conficeret. Et sanctissimus Patriarcha *a* Thomas, qui post beatæ memoriæ Cyriacum in Pontificia regiæ civitatis Sede successerat, laudata viri glorioſi pietate, dedit etiã ipse particulam venerandi ligni sanctæ Crucis, & particulam sancti sepulchri Salvatoris nostri Dei, & veli particulam sanctissimæ Dei Genitricis, conjiciendas in umbilicum illius Crucis, quæ ex auro conflabatur. Quæsivit autem ex ipso Diacono, utrum verus fuisset ille Crucium motus, qui in regione Galatarum factus fuisse dicebatur. Cumque Diaconus id affirmasset, valde timuit beatissimus Patriarcha & solicitudine plenus, epistolam scripsit ad servum Dei, rogans eum, ut quam celerrime ad se in civitatem regiam proficisceretur. Tunc venit ad eum ex portis superioribus Theodorus Dux regius, qui olim dæmonis dolo mente captus, viri sancti precibus mentis compos factus fuerat, & rogabat eum, ut si ad regiam urbem iret, per superiores portas iter faceret, & domum suam ab immundis spiritibus liberaret: id se facturum respondit beatus vir, & dimisit eum.

Crucibus prodigiose motis

B

a

evocatus Constantinopolim,

112 Contigit, ut Deo carissimus Philumenus Præfectus, laudabilis vitæ suæ cursu confecto, in senectute bona diem obiret extremum. Hunc Dei servus cũ honorifice sepeliendum curasset, Joannem Presbyterum, eidem probitate & moribus similem, hortatus est, ut monasteriorum ipsius curam susciperet. Quod ille munus cum recusaret, ad Orientisque secessum spectaret; Si, inquit, in hoc non obediveris, ut Fratrũ tuorum curam suscipias, non habebis partem mecum. Quibus verbis commotus, onus suscepit. Cum autẽ ad regiam urbem proficisci decrevisset, à Dorylei oppidi incolis, & à monachis & discipulis suis Photio & Cyrico mansionis sancti Georgii, quæ Fontiũ dicitur, exoratus, illac iter habuit: & turbis undique è locis vicinis cum supplicatione obviam procedentibus, in oppidum ingressus est: ubi peracto Sacrificio, benedixit eis. Invisit etiam Fontium monasterium: & cum monachorum animos divinis documentis in religione confirmasset, discessit. Appropinquanti autem ad sanctissimæ Dei Genitricis monasterium, obviam venit illi Theodorus ille Dux regius, de quo paulo ante mentionem fecimus, & domum suam, ad portas superiores sitam, duxit virum sanctum, ut eam à magna dæmonum vexatione liberaret. Et homines enim & animalia rationis expertia ab immundis spiritibus vexabantur: & cum domestici pranderent aut cœnarent, lapides super mensas jaciebantur, ex quo magnus omnes terror invadebat; & mulierum telæ rumpebantur; & tanta murium & serpentium multitudo domum occupabat, ut præ formidine in eam ingredi nemo auderet. Domum igitur Dei servus ingressus, totam noctem psallendo & Deum obsecrando traduxit; & aqua, cui benedixerat, totam domum aspergens, eam à spiritibus immundis liberavit.

C

Philumeno mortuo substituit Ioannem.

D

ædes à dæmonibus infestas liberat:

113 Inde autem discedens, in navim ascendit, ut ad regiam urbem navigaret. Ei vector quidam in navi proxime assidebat, multis jam annis ab immundo vexatus spiritu: qui cum in medio mari sanctitatis ejus gratiam ferre non posset; concuti cœpit, & contumeliis virum sanctum afficere. Quamobrem qui in navi erant, cum nescirent, cujus ille impulsu malediceret; eum reprehendebant, ne in Dei servum debaccharetur. At vir sanctus præcepit eis, ut homini ignoscerent: & apprehendens illum, & pectus ejus percutiens, ac signum Crucis adhibens, dæmoni occulta convitia jactanti jussit ut exiret. Qui tamquam mus, illis qui in navi erant, ex ore ejus visus est egredi. Homo vero qui vexabatur, tamquam mortuus humi jacuit: sed paulo post à viro sancto excitatus est, & sanus extitit, omnibus admirantibus & collaudantibus Deum.

& nautam energumenum:

E

à S. Thoma Patriarcha excipitur

114 Ingressus igitur in urbem regiam, à beatissimo Thoma Patriarcha honorifice & magno cum gaudio susceptus est. Et cum inter se consalutassent, obtulit ei discipulum suum Joannem, & vitæ sanctitatem ac mores ejus commendans, petiit ut eum monasteriorum Præfectum constitueret. Quod statim fecit sanctissimus Patriarcha, palliumque tribuit, & præmisit ad sancta monasteria. Phocas etiam Imperator eum accersendum curavit: manuum enim ac pedum doloribus excruciatus jacebat. Sancto igitur viro ingresso, & manus suas illi imponente atque precante, sublevatus Imperator, rogavit eum ut pro se proque Imperio precaretur. Quamobrem admonuit eum vir sanctus, ut ab hominum afflictione & sanguinis effusione temperaret, si preces suas à Deo vellet exaudiri. Cum autem ab Imperatore discessisset, rogavit eum beatissimus Thomas Patriarcha, ut pro sua in illum benevolentia apud se diverteret, & Deum obsecraret, ut in cælesti vita simul invenirentur. Et quæsivit ex eo, an verus fuisset admirabilis ille Crucium in supplicationibus motus: quod cum verum fuisse intellexisset, cœpit orare virum sanctum, ut indicaret, quid signum illud portenderet. Tum Sanctus recusare, seque abjectum atque humilem dicere, nec scire quid responderet ad interrogata. Prostratus ille ad pedes ejus, se surrecturum negavit, nisi in ea re sibi morem gereret: Scio enim, inquit, tibi non signum hoc solũ, sed alia multa esse nota: neque enim illud ad hunc usq; diem neglexisti: quod si neglexisses, tamen patefiet tibi, si petieris à Deo. Cum igitur se desiderio ejus satisfacturum promisisset Christi servus, eum surgere coëgit & lacrymans, Nolebam, inquit, te affligi: neq; enim expedit, te hæc scire. Verum, quando ita vis, scito ea Crucium concussione multa nobis gravia molestaque prænuntiari. Significat enim plurimos à religione nostra defecturos; & barbararum gentium incursiones, & magnam sanguinis effusionem, & ingens exitium, & in universo orbe seditiones fore, & sanctas ecclesias desertum iri, & divini cultus atque imperii interitum, & adversarii adventũ appropinquare. Reliquum est, ut tamquã gubernator Ecclesiæ & populi pastor, Deo totis viribus assidue supplices, ut ignoscat populo, & pro misericordia sua hæc omnia moderetur.

Phocam Imp. sanat;

prædicit clades futuras,

F

His

115 His auditis, beatiſſimus Patriarcha, magno timore mœſtitiaque correptus, cum lacrymis cœpit rogare ſanctum virum, ut Deum obſecraret, quo animam ſuam tolleret, antequam ab illis calamitatibus opprimeretur. Cumque vellet ſanctus Theodorus in patriam redire, quoniam quietis & ſilentii ſui tempus adventabat, id illi non permiſit beatiſſimus Patriarcha: increbuerat enim rumor, civitatem haud ita multo poſt abſorptum iri: quamobrem voluit ut apud ſe hiemem traduceret. Namque dicebat ſe precibus ejus apud Deum pro populo indigere, ut ſaltem mala differat, quæ comminatur. Cum autem vir ſanctus locum proprium ad habitandum poſtularet, juſſit ut in ſancti Stephani *c* monaſterio, quod Romanorum dicitur, habitaret. Natali igitur die Salvatoris noſtri Dei illic ſeſe incluſit, ut quietem & abſtinentiam ſolitam obſervaret. Quo tempore contigit, ut ſanctiſſimus Patriarcha in morbum incideret: itaque nuntium miſit ad beatum Theodorum, rogans eum, ut Deum precaretur, ut ſibi daret vitæ finem. At Chriſti ſervus reſpondit; quamvis ipſe, ut ſanctus olim Apoſtolus Paulus, diſſolvi & eſſe cum Chriſto cuperet; tamen cum magis eſſet neceſſarium, ut pro populi ſalute in corpore maneret, oraturum potius, ut illi vitam & ſanitatem elargiretur. Sed nuntium rurſus ad Dei ſervum miſit ſanctiſſimus Patriarcha; Per Dominum, inquiens, obteſtor te, Pater, ſi diligis me, ut pro mutua & fraterna inter nos benevolentia, Deum obſecres, ut depoſitum pignus ſuum recipiat è corpore meo, meque ab imminentibus periculis liberet: neque enim ſpectare poſſum, quæ tu prænuntiaſti. Tunc Dei ſervus, flexis genibus, & fuſis pro ipſo precibus, nuntiavit ei per Epiphanium miniſtrum, ſe quidem vitam ejus pro ſalute omnium exoptaſſe; verum quoniam tantopere flagitaſſet pro ſe preces fundi, ut diſſolveretur & eſſet cum Chriſto, juſſis ipſius obtemperaſſe, & Deum illi quæ cuperet conceſſurum, & petitionem ejus eodem die impletum iri. Quamobrem ſi jubes, inquit, ut veniam ad te, ſtatim id faciam: ſin minus, nos tamen viciſſim apud Chriſtum Dominum conſpiciemus. Hoc audito, beatiſſimus Patriarcha gaviſus eſt gaudio magno, & Deum laudans, monuit ſervum ejus ne exiret, neve à quietis & abſtinentiæ ſuæ diſcederet inſtituto: contentum enim ſe eſſe promiſſo ejus, quod ſe viciſſim apud Chriſtum eſſent conſpecturi. Hoc & Imperator cum intellexiſſet, ſanctiſſimum Patriarcham inviſit. Qui cum omnibus benedixiſſet, ante Horam veſpertinam, cum prudentia atque conſtantia mirabili, ad Dominum *d* migravit.

c manet incluſus in S. Stephani:

impetrat S. Thomæ mortem:

d

116 Hujus obitu cum ſervi Dei familiares angerentur, quod tam amicum atque benevolum Patriarcham amiſiſſent: Nolite, inquit vir ſanctus, modicæ fidei homines & puſilli animi, dolere & conqueri: qui enim futurus eſt Patriarcha, non minus nos diliget. Quod & factum eſt. *e* Sergius enim, qui creatus eſt Patriarcha, venit ipſe ad Dei ſervum, nec permiſit, ut prius à quoquam certior fieret: ſed de improviſo eum pſalmos canentem offendit, & ad pedes ejus proſtratus, rogavit illum, ut pro ſe Dominum precaretur, quo divina ipſius gratia dignus effectus Epiſcopatu & Apoſtolica Sede, ex voluntate ejus populum in pace regeret & gubernaret: ſe enim juniorem eſſe & imperitiorem, quam ut ſine præcipuo & ſingulari Dei præſidio id præſtare poſſet. At Dei ſervus, precibus fuſis, ipſumque complexus: Idcirco, inquit, tibi juveni tantum Deus onus impoſuit, ut majore virtute viribuſque ſuſtineas calamitates & moleſtias impendentes: id quod præceſſor tuus ſibi præſtare non poſſe videbatur. Confirma igitur te & robuſtus ſis, atque viriliter age: Deo enim confiſus, ſpero adminiſtrationem tuam & diuturnam & præclaram fore. Ex eo tempore majores vires ſuſcipiens Patriarcha, in ſuo munere adminiſtrando ſe recte geſſit, & majore, quam præceſſor ipſius, benevolentia virum ſanctum eſt proſecutus.

e à Sergio creato Patriarcha inviſitur:

AUCTORE GEORGIO DISCIP.

117 Reprehendebat vir ſanctus illum morem, quo multi, præſertim in dignitate conſtituti, poſt myſteriorum perceptionem ad lavacra ſe conferebant. Quamobrem Clericorum cœtus ſanctiſſimæ magnæ eccleſiæ ad eum ſe contulit, & ſic eum eſt allocutus: Quoniam audivimus, Pater ſanctiſſime, te eos reprehendere, qui poſt myſteriorum perceptionem ſe lavant; ad te confugimus, ut intelligamus, utrum id ex ſacræ Scripturæ lectione, an aliunde didiceris. Vir divinus ita reſpondit: Legimus in Scripturis ſanctis, Omne mendacium à malo eſt; &, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Scitote igitur, filii, Deum mihi indicaſſe, eos valde peccare, qui poſt ſanctam communionem ad balnea ſe conferunt, ut corpus lavent & curent. Quis enim unguento delibutus & aromatibus, eorum abſtergit ſuavitatem? Quis ſimul ac cum Imperatore pranſus eſt, ad balneum currit? Cum autem adhuc in eodem monaſterio moraretur, multæ turbæ eo concurrebant, ut benedictionem ſuſciperent. Et cum ad eum quidam vexatus acceſſiſſet, & multa vociferaretur, increpans eum, & pectus ejus manu percutiens, ſpiritui immundo, qui in illo erat, imperavit, ut exiret: & ſtatim egreſſus eſt, cum aliis Fratribus ſpectantibus, tum Zoilo Dei ſtudioſiſſimo, qui eorum Præfectus poſtea factus eſt. Alia item complura miracula fecit, dum illic eſſet, per gratiam Chriſti Dei noſtri. Quare pietatis colentiſſimus Chriſtophorus monaſterii Præfectus & Fratres omnes, cupientes imaginem ipſius apud ſe manere, pictorem accerſiverunt, qui, perſpecta ejus facie, effigiem illius exprimeret. Cum igitur eorum deſiderio pictor ſatisfeciſſet, antequam virum ſanctum dimitterent, duxerunt eum, ubi imago illa erat, ut ei benediceret. Qui cum gravitate ſubridens: Vos, inquit, fures eſtis. Cur enim hoc feciſtis, niſi ut aliquid aliquando furemini? Et cum ei benedixiſſet, diſceſſit.

reprehenditur a percepta Euchariſtia currentes ad balnea:

1 Ioan. 2, 21 pſal. 1, 7

118 Domitius vero patricius, vir clariſſimus, domum ſuam, quæ in Arcadianis eſt, virum ſanctum adduxit, ut familiæ ſuæ benediceret. Cumque Irenen conjugem ſuam, feminam pietatis amantiſſimam, adduxiſſet: Benedic, inquit, Domine huic conſervæ meæ, ex qua ego, cum ſimul diu vixerimus, nullos adhuc liberos ſuſcepi: quamobrem in mœrore verſamur. At vir ſanctus, cum ei precibus fuſis benedixiſſet; Dei gratia, inquit, hæc tibi filios mares pariet. Adduxit denique familiam univerſam, & famulos & ancillas, ut omnibus benediceret: inter quos ancilla quædam poſt omnes ſequens, occultum dæmonium habebat, & magno cum dolore tunc è lectulo ſurrexerat. Hanc vir vere divinus procul conſpicatus, juſſit ut ad ſe adduceretur. Et cum illam ſiniſtra manu comprehendiſſet, cœpit dextera manu pectus ejus percutere, & vexantem dæmonem increpare, ne occultus maneret, ſed patefieret. Statim igitur dæmon moveri cœpit, & tamquam vim patiens vociferari. At vir ſanctus, ea humi projecta, & pede ſuper collo ejus impoſito, ad Orientem converſus, tacite precabatur, ut labia tantum moveret, nec vox ejus exaudiretur. Cumque ad precationis finem perveniſſet, clara voce, ut omnes poſſent intelligere, laudem & gloriam ſubjecit ſanctiſſimæ Trinitatis. Manſit igitur puella diu muta: ſed cum interim reliquis omnibus benedixiſſet, ab eo excitata, ſurrexit incolumis, & in omni vita ſua ſana permanſit. Porro Domitii conjux Irene, ut vir divinus prædixerat, tres filios peperit, cum ſtatim poſt ejus benedictionem primum filium concepiſſet. Dimiſſus ergo Chriſti ſervus ab Imperatore & à Patriarcha, ad monaſterium ſuum reverſus eſt.

data benedictione ſocrilibus, prædicit filios.

E

dæmonem ex obſeſſo pellit.

F

energumenam liberat.

ANNOTATA.

AUCTORE GEORGIO DISCIP.

a S. Thomæ *Patriarchæ CP. Acta dedimus* 20 *Martii, & diximus*, 23 *Ianuarii anni* 607, *creatum fuiſſe.*

b Doryleum *urbs Epiſcopalis Phrygiæ in confiniis Bithyniæ.*

c *Non dubitamus quin Græce ſit* μονὴ, *quod proprie ſignificat* Manſionem, *uti vertit Interpres; medio tamen ævo & in Sanctorum Vitis ſemper ſignificat* monaſterium : *quare hic & deinceps hanc vocem mutavimus.*

d *Mortuus eſt* S. Thomas 20 *Martii anno* 610.

e Sergius *item Patriarcha CP. ſedit annos* 29, *mortuus anno* 639, *cujus priora uti fuerant laudabilia, ita poſteriora peßima, quando eſt in hæreſin Monothelitarum delapſus.*

CAPUT XV.

Variæ virtutes & miracula. Obitus. Vita ſcripta.

119 IN oppido Scudris, juxta ſancti Archangeli monaſterium, ſtatis temporibus nubes ingruebat, & in ſubjectos agros ingentem grandinis copiam demittebat, & magnis imbribus torrens ſic excreſcebat, ut in oppidum ingrediens, domos everteret, & villas atque agros abſportaret. Certe cum ſæva illa nubes quodam tempore, ſolito etiam vehementius irruiſſet; violento atque intolerabili impetu torrens intumuit, & oppidi domos, & animalia rationis expertia, & viros & feminas cum filiis, & parvos infantes in cunis vagientes, & volucres, miſerabili ſpectaculo in Sagarim vicinum fluvium exportavit, cum afferri nullum poſſet auxilium. Incolæ igitur, qui ſuperfuerant, cum lacrymis ad virum ſanctum ſupplices accedentes, eum ad oppidum adduxerunt. Qui in ea parte, in quam ſolebat nubes deſævire, conſtitutus; fuſis ad eum precibus, Crucem ibi collocavit : & Dei gratia factum eſt, ut numquam amplius ſæva illa nubes ingruerit. Et ſi quando aut nivium aut aquarum copia torrens auctus eſt, numquam tamen alvei ſui fines tranſiliit, nec damnum ullum incolis importavit.

Cruce collocata impedit tempeſtates :

120 *a* Bonoſus homo immitis, cum in Orientis partes Proconſul iret, & ad monaſterium appropinquaret, audita viri divini fama, nuntium ad eum miſit, rogans, ut ad oratorium S. Gemelli veniret, quoniam illic ipſe Deum adoraturus, cuperet viri ſancti benedictionem accipere; cum non poſſet ad monaſterium accedere, quia feſtinaret proficiſci. Ad eum igitur venit S. Theodorus, cumque pro illo precaretur, & ipſe ſtaret nec cervicem inclinaret, vir ſanctus, apprehenſis frontis ejus capillis, eum deorſum traxit. Ita virtus fiduciam ſumere conſuevit, nec humanam metuere poteſtatem : Juſtus enim, ut ſcriptū eſt, confidit ut leo. Nos autem, qui cum viro ſancto eramus, valde timebamus, ne Proconſul, ut erat vir ferus & crudelis, contumelia ſe affectum exiſtimans, indignaretur. At ipſe humaniter & precationem & reprehenſionem ſuſcipiens, virum ſanctum veneratus eſt : & manum ejus deoſculans, pectori ſuo admovit; obſecrans eum, ut pro ſe Deum oraret, ut à dolore quodam, quo pectus ejus laborabat, liberaretur. Quare vir ſanctus digitis pectus ejus leviter percutiens : Tibi prius, inquit, orandum eſt, ut interior homo corrigatur, & convaleſcat : illo enim curato, facile exterior liberabitur. Hoc ego quoque pro me Deum rogo. Quamobrem da te lenitati, & Deum time, ut preces meæ exaudiantur : nam ſi ego quidem pro te orem, tu autem pietatem & virtutem negligas, inanis erit mea precatio. Eſto igitur clemens & miſericors in homines Chriſtianos. In magiſtratu tuo ne te crudelem, inhumanumque præbeas : ſed peccata tua conſiderans, in aliorum peccatis vindicandis ſis mitis ac benignus. Cave, ne unquam effundas ſanguinem innocentem : ſi enim is, qui fatuum aliquem tantum appellarit, reus futurus eſt : quanto magis punietur à Deo, qui injuſte ſanguinem effuderit? Hæc pietatis ſemina in ejus animo, tamquam in terra fœcunda, cum vir ſanctus conjeciſſet; ille nummos aliquot protulit, quos viro ſancto religionis gratia daret : recuſantemque coëgit accipere, rogans, ut ſingulos ſingulis Fratribus diſtribueret. Cui vir ſanctus, antequam eos conſpexiſſet : Quomodo, inquit, cum ſint quinquaginta nummi, ita diſtribui poterunt, ut ſinguli Fratres, qui ſunt centum, ſingulos accipiant? Tunc ille viri divini verba admiratus, reſpondit : Quinquaginta profecto ſunt, ut ore tuo ſancto, venerande Pater, pronuntiaſti : mox igitur totidem alios mittam, ut omnibus ſatis eſſe queant : quod & fecit. Sic juſtorum virtus ſolet homines, etjam ſuperbos, mites ac manſuetos reddere.

a Bonoſum Proconſulem adit :

121 Apocomenſis vici incolæ bovem occiderunt, ut carnibus ejus veſcerentur. Contigit autem, ut omnes, qui ex illis carnibus comederant, in morbum inciderent, & jacerent ut mortui : & quidquid carnis reliquum fuit, nigrum evaſit ac fœtidum. Qui igitur ex carne illa non guſtarunt, id, quod acciderat, viro ſancto nuntiaverūt. Qui reſpondit, exitium illud à phalange dæmonum, qui per lebetes pertranſierant proveniſſe. Et cum eo tempore non poſſet cum illis diſcedere, benedixit aquæ, quam per unum è Fratribus miſit, ut periclitantes conſpergeret, eiſque bibendam propinaret. Quo facto, cuncti tamquam è ſomno ſurrexerunt; præter unum, qui mortuus eſt. Joannes enim procurator, cujus Fratri ea calamitas contigerat, non expectans viri ſancti benedictionem, accurrit ad mulierem veneficam : & dum ejus incantationes adhiberet fratri, ille animam egit. Eodem in loco nubes immanis vindemię tempore tantam grandinis copiam demittebat, ut vites etiam multos in annos devaſtaret. Sed cum vir ſanctus eo profectus, precibus fuſis, Crucem defixiſſet; nubes eodem quidem tempore deinceps venit, verum ita pertranſiit, ut damni nihil intulerit. Quamobrem incolæ, Deo gratias agentes pro tali beneficio, vinetum monaſterio ejus addixerunt.

plurimos agros ſanat :

122 Et aliis in locis talia miracula à S. Theodoro facta ſunt adverſus cantharos, & locuſtas, & vermes, & mures, à quibus ſegetes & vites devorabantur. Ubi enim tale quippiam accidebat, ſtatim ad virum ſanctum confugientes, vel ipſum ſecum adducebant, vel aquam, cui manu ſua benedixerat, ferebant; ut devaſtata loca conſpergerent : & ſtatim quod optabant, aſſequebantur. Si nubes immanes, & ſævæ grandines regionem aliquam obruebant, aut ſi torrentes & flumina cum populorum detrimento nimium excreſcebant, incolæ ſtatim ad eum concurrebant; & vel ipſum adducebant, vel Crucem de manu ejus ſumebant, defigebantque in locis quæ obruebantur; & nullam amplius ejuſmodi calamitatem accipiebant. Si lues invadebat boves aut oves, aut alia genera quadrupedum aut volucrum, aut etiam homines; ſimiliter aſſumebant ipſum, aut ejus benedictionem, & aquam cui benedixiſſet; vel etiam capiſtra aut titinnabula ad eum afferebant, ut illis benediceret : & optatam curationem conſequebantur. Qui erant ab immundis ſpiritibus vexati, precibus ejus curabantur. Si inter conjuges odium inciderat, viri ſancti precatione pellebatur. Qui filios ſuſcipere non poterant, ad B. Theodorum confugiebant; vel zonas, quibus ipſe benedixerat, aſſumebant : & precibus ipſius fiebant voti compotes. Quoties aliquis ægrotabat, propinqui aut amici oleum aut aquam, cui vir ſanctus benedixerat, adhibebant ægroto, & curabatur. Qui medicorum remediis aut opera & manu aut balneis indigebant, eis vir ſanctus conſulebat, quibus & medicis & medicamentis & balneis

quæcumque adverſa benedictione repellit :

admonet officii ſui :

Prou. 28, 1

A balneis uti deberent ; & omnes consilio ejus obtemperantes, curabantur. Qui vero, neglecto illius consilio, ad alios medicos vel ad alia remedia aut balnea confugiebant, gravius & periculosius ægrotabant. Qui occultas animi ægritudines viro sancto patefaciebant, opportuna remedia accipiebant: tempus enim pœnitentiæ præfiniebat, quo se vel jejuniis, vel precationibus, vel eleëmosynis expurgarēt. Eos vero, qui animi ulcera obtegebant, & occultabant admonebat, ut resipiscerent & pœnitentiam agerent. Eos autē, qui sese perjuriis & blasphemiis obstringebant, gravi obtutu reprehendebat, ut ab impia consuetudine desisterent, multisque lacrymis & obsecrationibus & bonis operibus divinā iram placarent. Si enim eos, aiebat, qui tantummodo loquuntur mendacium, ut David ait, Dominus perdet : quanto magis illos æternis afficiet suppliciis, qui mendacia perjuriis cumulant ? Reddes, divina inquit Scriptura, Domino juramenta tua ; & de omni verbo otioso, quod homines dixerint, reddent rationem in die judicii. Quod si verbi otiosi rationem sumus reddituri, quomodo Dei minas adversus perjuros, & maledicos, & flagitiosos sustinebimus ?

curat animi morbos:

Ps 5. 7

Matt. 12, 36

123 Eos porro, qui inter se gerebant inimicitias, reconciliabat : qui in judicio contendebant, eos, ut lites & controversias transigerent & componerent, hortabatur ; monens illos, ne se mutuis afficerent injuriis, sed ut res istas caducas negligerent & aspernarentur, & divitiis omnibus anteponerent præceptum illud, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio enim, ut inquit Apostolus, malū non operatur ; &, Qui diligit fratrē diligit Deum. Omnes autē cohortabatur, ut hospitales esset, & benigni erga pauperes, atque ita peccata sua redimerent, & sibi cibum in futurum reponerent. Erat autem B. Theodorus valde clemens & misericors erga omnes. Et si quis apud Principem aut Magistratum opprimebatur, accedebat ad eos vir beatus, & divinæ parebat Scripturæ, ita præcipienti : Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate : In quo virtutem etiam Job imitabatur, qui pauperem de manu potentis liberabat. Aliis autem in rebus cum sanctis versabatur, ad gloriam summæ ejusdemque essentiæ & almæ Trinitatis, quæ veros & sanctos sui adoratores ad finem usque tuetur & exornat.

inimicitias tollit:

B

Rom 13, 10

Ps. 81, 4
Iob 29, 12

AUCTORE GEORGIO DISCIP.

124 Hæc ego Eleusius, qui & Georgius à S. Theodoro vocatus sum, omnia, Deo adiuvante, conscripsi. Neque vero miraculorum ipsius expers fui : sed ea maxime omnium expertus sum. Cum enim parentes mei, ex oppido Adigermaro oriundi, diu simul vixissent, nec ullos possent liberos suscipere ; ad sanctum virum accesserunt : cumque zonas, quibus ille benedixerat, accepissent ; ego conceptus sum, & in lucem editus, & infans ipsi oblatus, qui & in ejus sancto monasterio enutritus, à religiosissimo Præfecto litteras didici. Cumque parentes mei filium alterum S. Theodori precibus suscepissent, ejus illi nomen imposuerunt. Duodecim igitur annorum spatio, quo apud illum vixi, multorum miraculorum quæ ab ipso facta sunt, inspector fui : quæ autem ab illo superioribus temporibus gesta fuerant, ea vel à ministris ejus, qui spectatores extiterant, vel ab eisdem, qui curati sunt, accepi. Quamquam & multa me oblitum esse confiteor, & nonnulla propter imbecillitatem meam prætermisisse. Pauca igitur è plurimis attigi : nam si omnia persequi voluissem, me tempus & vires plane defecissent.

Auctor vita è sterilibus parentibus natus,

12 annis cum illo vixit ;

125 Decessit è vita sanctissimus & beatissimus ac fidelissimus Christi servus Theodorus, tertio Imperii anno pietatis & Christi studiosissimi Imperatoris Heraclii, quo quidem anno filius ejus Deo charissimus Constantinus creatus fuit Cæsar, indictione prima die XXII mensis Aprilis. Cujus precibus utinam ad Christi Dei nostri tribunal misericordiam consequamur, & simul cum ipso cælesti regno potiamur, & cum illis omnibus, qui memoriam ejus colunt ad gloriam salvatoris nostri Iesu Christi : cum quo Patri gloria cum sancto Spiritu, nunc & semper, in secula seculorum. Amen.

E

S. Theodorus anno 613 22 Aprilis obiit

ANNOTATA.

a Bonosus, Orientis, Comes, *Imperio Phocæ, post atrocia scelera Antiochiæ patrata, reversus Constantinopolim, ictus vulnere gladii in mari periit 4 Octobris anno 610. Postridie, Phoca occiso fuit coronatus Heraclius.*

DE SANCTA OPPORTUNA,

ABBATISSA SAGIENSI IN GALLIA.

G. H. F

SEC. VIII

S. Opportunæ seculo 8 mortua

Vita scripta ab Adelhelmo Episc. Sagiensi,

non plane coævo,

Agium, *seu* civitas Saiorum, *cœpit Episcopalis esse, Oximo vicino deleto ; uti præclare observat Iacobus Sirmondus, tomo* I *Conciliorum, in Notis ad Aurelianense* I *Concilium. Sita hæc loca sunt in hodierna Normannia inferiore. Inter Sagienses Episcopos floruit seculo Christi* VIII S. Godegrandus, *martyrio coronatus die* III *Septembris. Hujus Soror fuit* S. Opportuna Virgo, Abbatissa *Sanctimonialium, in loco Sagiensi civitati vicino, ac* Monosteriolo *appellato, quod postmodum à Normannis excisum creditur. Ibi S. Opportuna infra annum post obitum fratris sui* S. Godegrandi, *mortua est hoc* XXII *Aprilis ; & miraculis clara, publicam ibidem promeruit venerationem. Vitam ejus & miracula, in dicto Monasteriolo patrata, Scripsit* Adelhelmus, *sive* Adahelinus, *aut* Adelinus, *ex monacho Anisolensi sive monasterii S. Carilephi in agro Cenomanico, factus Episcopus Sagiensis, & passim Sanctus habitus ; Cujus meminit Saussaius post Appendicem Martyrologii Gallicani in Catalogo Sanctorum, qui proprias historias vel natales non habent, & ista scribit* : S. Adelinus, Sagiorum Episcopus, qui S. Opportunam ægrotantem visitavit, divinoque Corporis Christi refocillavit Sacramento. Is ipse gesta Sanctæ illius Virginis insigni monumento posteris consignavit. *Hæc ibi quæ ad hunc* XXII *Aprilis ab eodem repetuntur. Verum ea non satis consonant Actis ab ipso Adelhelmo scriptis : in quibus num.* 22 S. Opportuna, *ultimo die vitæ suæ,* præcepit Sacerdotibus pro animæ suæ commendatione Missarum solemnia celebrari, & Dominicum corpus afferri, & sibi dari : *& in Prologo ostendit auctor se scribere,* pro utilitate diem festum B. Opportunæ celebrantium : *utque ea in ipsa festivitate prælegerentur. Sanmarthani in Episcopis Sagiensibus postponunt eum Hildebrando* II, *cujus tempore corpus sacrum est Monciacum translatum, ibique miraculis claruit, quæ postmodum alius scripsit. Nam Adelhelmus in Prologo ad Miracula, asserit se narrare* ea, quæ in eodem loco, ubi nunc Sanctum corpus quiescit & veneratur, qui vulgo dicitur Monasteriolum, operata est. *Arbitramur Episcopum consecratum circa annum* DCCCXI, *& tunc à Normannis captum & venditum, uti scribit cap.* I *historiæ miraculorum. Acta hæc accurate edidit Parisiis anno* MDCLIX *Nicolaus Gosselus Doctor Theologus. & Ecclesiæ S. Opportunæ Parisiis Parochus, & dein Lucas Acherius*

sed seculo 9 cum corpus adhuc esset Monasteriolo,

AUCTORE G. H. *rius inter Acta Sanctorum Ordinis S. Benedicti, ſeculo tertio. Edidit etiam Surius Vitam S. Opportunæ; ſed in miraculis fatetur* ſe ſtylum mutaſſe, & cauſa prolixitatis vitandæ quædam omiſiſſe; *addo, ſub eodem titulo, etiam quæ poſt tranſlationem contigerunt, uni eidemque Scriptori perperam tribuiſſe.*

Veneratio facta: 2 *In Breviario Sagienſi (quod habemus anno* MDLXXXII *excuſum) præſcribitur ſolenne officium S. Opportunæ Virginis novem Lectionum. Aſt trium Lectionum officium præſcribitur in Breviario Bellovacenſi anni 1554. Commemoratio, cum unica ſed prolixiſſima Lectione de Vita, invenitur in Pariſienſi Breviario anni 1584 & 1636, nec non in Meldenſi anni 1640. In veteri Leonenſi ſimplex ſit Commemoratio de S. Opportuna. Fuiſſe venerationem ejus olim cum Normannis in Angliam tranſlatam colligimus ex antiquo Martyrologio, olim in Anglia conſcripto, ſed nunc Romæ in celebri bibliotheca Ducis Altempſii aſſervato: in quo ad hunc* XXII *diem Aprilis memoratur* S. Opportuna Virgo. *Eadem leguntur in Martyrologio Pariſius anno* MDXXXVI *excuſo, item apud Grevenum & Molanum in Auctario Vſuardi, & cum longiſſimo elogio apud Sauſſayum in Martyrologio Gallicano. Eamdem celebrant Wion, Dorganius, Menardus & Bucelinus in Martyrologiis monaſticis, Caniſius, Ferrarius & alii. In Abrincenſi apud Normannos diœceſi, in Officio hodierno SS. Soteris & Caji, præſcribitur* commemoratio S. Opportunæ Virginis. *De eccleſia Monciaci ad ejus honorem erecta, & de Prioratu S. Opportunæ in*

B *Monciaco novo, infra agitur. Servatur etiam* capſa deaurata B. Opportunæ in cœnobio S. Lupi de Eſſerento, oppidulo ad Yſaram, ordinis S. Benedicti, in

Reliquæ. diœceſi Bellovacenſi, eaque in proceſſione publica ad hunc diem XXII Aprilis circumfertur, *uti Goſſetus teſtatur: qui late agit de Collegiata ac parœciali eccleſia Pariſienſi S. Opportunæ, in qua tradit eſſe* novem altaria, novem campanas, & novem Canonicos, *& varias* reliquias S. Opportunatæ, ciſtulæ inauratæ incluſas; & aliquam ejus coſtam, reliquiario argenteo inaurato inſertam, *quam anno* MDCLXII *Pariſiis venerati ſumus, cum illam dictus Goſſetus ad ægrum detuliſſet. Eæ reliquiæ, una cum brachio dextero ejus, exponuntur hoc* XXII *Aprilis & per totam Octavam. At feſtum ſuſceptionis brachii & aliarum reliquiarum celebratur Dominica infra Octavam Epiphaniæ Domini, uti latius ex Lectionibus Officii infra traditur.*

VITA

Auctore Adalelmo Epiſcopo Sagienſi.

PROLOGUS.

C

Invocat Auctor Sanctam 1 GLorioſæ ac Deo dilectæ Virginis Opportunæ hodie feſtivitatem celebrantes, redemptorem noſtrum Jeſum Chriſtum collaudemus, qui in Sanctis ſuis ſemper mirabilis eſſe dignoſcitur: & non ſolum per viros, viam juſtitiæ nobis patefecit; verum etiam per feminas & juvenilis ætatis puellas, exempla religionis & bonæ imitationis cunctis ſe amantibus oſtendit. Deo enim noſtro ſemper cura eſt de omnibus: & neminem horum vult perire, quos redemit proprio ſanguine. Nam Sanctos in ſanctitate hortatur permanere, & peccatores à malis operibus diſcedere & bonis actibus inhærere, ut poſſint ad cæleſtem patriam pervenire. Quod Virgo ſacratiſſi-

& Deum; ma Opportuna intelligens, divina gratia inſpirante ab ipſa infantia Domino ſervire conſtituit: ut mereretur cum electis & prudentibus Virginibus in cælo regnare, quæ poſita in hujus terræ peregrinatione, ſemper plus cæleſtia quam terrena ſtuduit diligere. Ejuſdem igitur Dominæ noſtræ Opportunæ interceſſionem unanimiter deprecari debemus, antequam de vita & converſatione morum ejus aliquid tractemus, ſive antequam quidquam de miraculis, quæ per merita ejus Dominus operatus eſt, diſputemus: ut D Chriſti adjutorio & ejus aſſiduis precibus, ab omnibus malis eruamur, videlicet ab inſidiis diaboli, & à laqueis ac variis hujus ſeculi impedimentis: & vita noſtra, intercedente B. Opportuna, maneat ſecura inter proſpera hujus vitæ & adverſa, quæ affligitur gravium peccatorum conſcientia. Concedat etiam nobis Domini noſtri pietas, actus jam dictæ Dominæ noſtræ Opportunæ, & virtutum ejus magnificentiam ſcribendi facultatem, ad præſentium & futurorum utilitatem: qui aperit os mutorum, & facit diſertas infantium linguas: quique temporibus Balaam ad loquendum, Angelicis terroribus os aperuit tremefactæ aſinæ, repleat parvitatem noſtram eloquio miſerationis ſuæ, & donet mihi indigno ſuo famulo aliquid digne narrare in laudem dilectæ ſuæ, Dominæ noſtræ Opportunæ: & ſi non pro meis meritis, tamen pro utilitate diem feſtum B. Opportunæ celebrantium, diſtillet in nobis vel parviſſimam ſui roris guttam, qui temporibus Moyſi de petra juſſit exire largiſſimam aquam; ut ſicut tunc populus ſitiens ſatiabatur aquis illius petræ, ita & hæc plebs, quæ modo huc advenit, pro amore Dominæ noſtræ Opportunæ, gaudens recedat cum ſua jucunditate, audita virtutum ejus revelatione. Nunc vobis dilectiſſimi filii, prout Dominus miniſtraverit, narraturi ſu- E mus, quanta divina gratia in famula ſua, Virgine Opportuna, operari dignata eſt mirabilia. Sed vos non pigeat audire, quod in ea Dominus perficere voluit: quia dum ancillam ſuam glorificat, nos ad ejus invitat exempla: ut operum illius imitatores effecti, ei mereamur in cæleſtibus ſociari, & veſtigia Virginis imitando, atque præcepta Dominica obſervando, poſſimus cum illa cæleſtis regni perfrui gaudio. In paucis, quæ dicuntur, majora intelligite: quia quibus pauca non ſufficiunt, plura prodeſſe non poſſunt: majora enim de Domina noſtra Opportuna oportet credere, quam poſſit noſtra locutio demonſtrare.

ejuſque Acta ad imitandum proponit.

CAPUT I.

Ortus educatio, Vita monaſtica; Abbatiſſæ creatæ illuſtres virtutes.

Illuſtri ſtirpe progenata. 2 SAncta igitur Opportuna, meritis & nomine digna, vitam diligens ſervare Angelicam, Domino Deo vovit virginitatem ſuam. Atque ut liberius Domino deſerviret, & ab omnibus ſeculi curis vacare poſſet, pompas & divitias mundi abjiciens, quarumdam ſanctimonialium feminarum collegio, eo quo infra dicturi ſumus, juvante Domino ſociata eſt modo. Nam parentes ejus nobilitatis genere pollentes, F & regalis proſapiæ apice florentes, inclyti *a* Oximenſis pagi, ſuper omnes qui ibidem morabantur homines, duo luminaria mundo genuerunt, Beatum videlicet Godegrandum, Sagienſis Eccleſiæ (cui ego, Domino diſponente, deſervio) Epiſcopum, & Dominam noſtram Opportunam, cujus hodie patrocinia veneramur, ſororem ejus almifluam. Beata autem Opportuna in annis puellaribus conſtituta, nobilis erat genere, ſed nobilior fide: decora & pulchra facie, ſed pulchrior mente & operatione: caſtiſſimum ſemper retinens vultum, habitu manebat pudica ſupra omnes coævas quæ tunc morabantur in terra. Cumque eſſet mentis & corporis elegantia adornata & omnibus gratiſſima; multi præpotentes viri, divitiis & variis opibus referti, in matrimonium eam ſibi conjungere ſatagebant. Promittebant ei auri & argenti immenſa pondera, demonſtrabant delectabilia mulierum ornamenta, gemmis & margaritis radiantia; offerebant ſervos & ancillas, & diverſæ facultatis

a

A tis prædia, quæ illicere potuiſſent animum puellæ, niſi illuſtrata fuiſſet cæleſti gratia. Has omnes promiſſiones ipſa, ceu quiſquilias quaſdam & purgamenta mundi, contempſit, ut munda & caſta poſſet pervenire ad thalamum cæleſtis Sponſi. Nam quanto majora illi promittebant dona, tanto magis animus puellæ ab amore illorum recedebat: conſiderans in Deo pretioſiora eſſe munera, quæ ſummo ſtudio quandoque obtinere deſiderabat.

3 Enimvero intantum fixa in obſequio divini amoris manebat, & paulatim adeo in bonorum operum creſcebat exercitiis; ut ſi adfuiſſet gladius perſecutoris, ſponte pro Domino bibitura fuerit calicem paſſionis. Quia vero duo ſunt martyrij genera, unum in occulto & alterum in publico; non deerat illi corona martyrij, quæ quotidie in corpore crucem perferens Chriſti, ſapienter devicit oblectamenta carnis, mundi & diaboli. Fortis enim bellatrix Chriſti, armis Dominicis munita incedens, videlicet ſcuto fidei, & lorica juſtitiæ, & gladio Spiritus ſancti, noluit aliquando ea deponere, donec virtute divini adjutorij omnes hoſtis antiqui inſidias devinceret, & cum triumpho victoriæ, laureata ferto juſtitiæ, Deum deorum in cæleſti Sion videret. Noluit B apparere inermis, ne ſauciaretur diabolicis ſagittis. Numquam in ea diabolus quod voluit, invenit: quia Rex fortis & potens in prælio Dominus, cui toto corde ſervivit, & quem totis viſceribus dilexit, ab omnibus inimici inſidiis eam illæſam cuſtodivit: quia à mandatis ejus numquam receſſit, frequenter cum Pſalmiſta decantans: Judica Domine nocentes me, expugna impugnantes me. Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adjutorium mihi.

Crucem Chriſti amplexa, cenſetur Martyr voluntate:

Pſal. 34, 1

4 Quadam autem die, ipſa dilecta Dei Opportuna, cum multa fidelium turba, patre quoque & matre ſecum pergentibus, eccleſiam intrans, audivit Dominum in Euangelio dicentem: Vade, vende omnia quæ poſſides, & da pauperibus: & veni, ſequere me: & habebis theſaurum in cælo. Quæ omnia diligenter auſcultans, & ſecum velut mundum animal ruminando pertractans, ad genua patris & matris provoluta, in hæc verba prorupit: Eia, mi dulcis pater & amabilis mater, per tremendum & amandum ejus nomen, cujus verba modo ſonuerunt in auribus noſtris, atteſtor, ne mihi amplius quæratis ſponſum in terris, quia jam ſponſum habere cupio Dominum meum Jeſum Chriſtum in cælis. Sequar jam veſtigia Dominæ meæ, B. Mariæ Dei genitricis, C nec ullius filii admittam copulam, niſi illius quem Virgo concepit, Virgo peperit, & Virgo permanſit. Hujus ego matris deprecabor gratiam, ut me ancillam ſuam nuptiis filii ſui faciat dignam: ut cum filio ſuo conjuncta fuero, matri & filio, ſponſo & Domino meo, ſine alicujus perturbationis obſtaculo, ſerviam in æternum. Multum pater & mater B. Opportunæ ſuper his mirabantur, & tandem pro conſtantia filiæ ſuæ læti exiſtentes, Deo gratias egerunt immenſas, qui in filia ipſorum radicem hujus bonæ voluntatis plantare dignatus eſſet: deprecantes unanimiter, ut quod plantavit, ei etiam incrementum donaret. Cumque fideles, qui aderant, dixiſſent, Amen; B. Opportuna ab oratione erecta, læta patrem reſpiciens, dixit: Jam filia Chriſti facta, audiam vocem ejus, & inclinabo aurem meam ad eum, & obliviſcar populum meum & domum patris mei: quia concupivit Rex ſpeciem meam, & ipſe eſt Dominus Deus meus, & adorabo eum.

Dicat parentibus, Chriſtum à ſe in ſponſum electum:

& impetrat conſenſum:

5 Interea appropinquat dies, quo B. Opportuna Epiſcopali benedictione velamen conſecratum capiti ſuo imponat; & abjectis jucunditatis & ſecularibus ornamentis, induatur veſtibus ſacræ religionis. Itaque depoſita regia purpura, multum lætatur, vili circumamicta tunica. Tunc ſtipata multitudine parentum, & frequentia ſequentium hominum, pervenit ad quoddam cœnobium, Sagienſi urbi vicinum, quod eſt in ſaltu Algiæ ſitum, & vulgo uſitato nomine nuncupatum Monaſteriolum. In eo itaque loco digna Deo puella Opportuna, omnibus ſeculi rebus valefaciens, & ſoli Deo vacare cupiens, accepto ſanctæ converſationis habitu, cœtui ſanctarum conjuncta eſt feminarum, Domino ibidem famulantium. Videbatur autem quibuſdam ſanctimonialibus, quod dum B. Opportuna idem cœnobium ingrederetur, Angelus Domini eam cuſtodiens præcederet. Dignum quippe erat, ut quorum vitam imitari diſpoſuerat, ab eis cuſtodiretur. Habitans autem inter ſacratas Virgines, non ſicut rudis, ſed ut perfecta converſabatur: & omnibus diebus vitæ ſuæ talis fuit converſatio illius, ut à nemine poſſet reprehendi. Brevi autem tempore repleta eſt Scripturæ ſacræ doctrina: quia die ac nocte meditabatur in lege Domini. Humilitatis & obedientiæ gratia ſuper omnes eminebat: quia majoribus ſerviebat, ut matribus: minores diligebat, ut ſorores. Erga omnes erat obediens & mitis, ſecum revolvens divinum præceptum: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Quanto enim clarior erat nobilitate generis, tanto magis ſe cunctis ſubdebat humilitate, ſciens ſcriptum: Quanto major es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam.

AUCTORE ADALHELMO EP. SAG.

D

ingreditur Monaſteriolum, Angelo viſo præcedere:

humilis & obediens.

Matt. 11, 29

Eccli. 3, 20

E

6 Cumque his & aliis abundaret virtutibus, accidit ut Mater, quæ cæteris præerat ſororibus, migraret ad Chriſtum. Tunc ſanctimoniales omnes, uno conſenſu & pari voluntate, elegerunt Dominam noſtram Opportunam, ut inter eas culmen prælationis obtineret. At illa, cum multum contradicere vellet, ſed pro veneratione obedientiæ non valeret, petiit trium dierum inducias, ut pro hac re Dominum deprecaretur. Quod cum factum fuiſſet, revelatum eſt illis, quod B. Opportuna digna eſſet honore prælationis. Deinde Mater & Abbatiſſa ſuper omnes conſtituta, majori corpus ſuum cœpit domare abſtinentia. Nam frequenter tota nocte in Dei laudibus vigilabat, & ſæpe in die à cibis omnino abſtinebat. Feria quarta & ſexta nihil manducabat: aliis diebus ad veſperum, panem hordeaceum cum aqua & aliquo cibo viliſſimo ſumebat. Die Dominico parviſſimis piſciculis veſcebatur, non propter ventris ingluviem, ſed propter diei Dominici venerationem: nec tamen ipſos ſumebat uſque ad ſatietatem, ſed tantum ad corporis ſuſtentationem. Si quando quæpiam ex ſororibus eam interrogaret, dicens: O dulcis Mater, quare tam frequenter abſtinendo corpus maceras, ſic reſpondebat: Adam de paradiſo ejectus eſt, quia pomum vetitum manducavit: & nos illuc redire debemus jejunando. De potu vini & eſu carnium non oportet nos quidquam dicere, quæ ipſa nolebat attingere. Et tamen cum ab his ipſa abſtineret, ſanctimonialibus omnia ſufficienter miniſtrabat: ipſas enim & ſpiritualibus & corporalibus cibis decenter alebat.

Creata Abbatiſſa, vivit in ſumma abſtinentia.

F

7 Super omnia infirmos & pauperes diligebat, & eis tamquam Chriſto miniſtrabat, reminiſcens verbi Euangelici: Infirmus fui, & viſitaſtis me: &, Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Balneis non utebatur, cilicium ſemper occulte ferebat. Ita erat veſtita hieme, ſicut æſtate: nec pro frigore adjiciebat, nec pro calore detrahebat. In lecto quando jacebat, unum ſagum tantum habebat, & illud cilicinum: ſed in die, propter frequentiam hoſpitum ſupervenientium, pretioſo tegebatur opertorio lectulus ejus. Fluxu madebat lacrymarum, dicens cum Pſalmiſta: Lavabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo. Nullus eam

Matt. 25, 40

& auſteritate.

Pſ. 6. 7

ANCTORE ADALHELMO EP. SAG.

eam vidit iratam, ſed ſemper tranquillam & blandam. Delinquentes ſorores, verborum caſtigatione & exempli ſui proponenda imitatione, emendabat: quod ſi aliqua in duritia mentis permaneret, tamdiu pro ipſa Dominum deprecabatur, donec ad emendationem adduceretur. Neminem cædebat, ſed dulciter omnes regebat, & clementiam ſui pectoris declarabat ſuavitate ſermonis: ipſa enim quæ proferebat verba, ſale ſapientiæ videres eſſe condita. Non eſt æquum audientibus longa narratione adferre faſtidium: nam ſi bona omnia & virtutes, quas B. Opportunæ divina pietas conferre dignata eſt, dicere voluerimus, ante dies iſte, quam oratio noſtra, finem habebit. Inter cetera vero talem illa habebat conſuetudinem, ut ſi quid impetrare voluiſſet, orando apud Dominum obtineret: & ſi ab aliquo lædebatur, aut aliquis ei moleſtiam feciſſet, orando cuncta mitigaret. Quod ſi latro de ditione vel rebus ejus aliquid furtim abſtuliſſet, tamdiu eum oratione ſua ligabat, donec ablata reſtitueret: ſi autem lupus aut vulpecula ſive aquila aliquam beſtiarum raperet, ſola juſſione reſtitui faciebat. Et quod tunc manens in corpore operabatur, hoc nunc vivens cum Chriſto, eodem favente, operatur: quod multis modis experiens, modo cognoſcit & narrat Gallicana & *b* Neuſtria terra: quæ gaudent, mirantes virtutũ ejus inſignia, quæ per famulam ſuam operatur Divina clementia.

Blande corrigit delinquentes.

Miraculis claret.

B

ANNOTATA.

a Oximum *oppidum, & Leucis Sagio diſtans, vulgo* Hieſmes; *hinc regiuncula, hic* pagus Oximenſis, *vulgo* le pays d'Hieſmes, *in Vice-comitatu Argenanienſi.*

b *Gallia Francica olim dividebatur in* Auſtraſiam, Burgundiam *&* Neuſtriam: *atque tunc* Neuſtriæ *caput erat Lutetia Pariſiorum; poſtea cœpta ſumi* Neuſtria *pro* Normannia *hodierna.*

CAPVT II.

S. Godegrandi peregrinatio & martyrium, cum dolore S. Opportunæ.

S. Godegrandus, peregrinatum abiturus.

8. PORro cum eſſet in jam dicto moſtaſterio, & præeſſet ibi ſanctimonialibus; factum eſt, ut venerabilis frater ejus Godegrandus, Sagienſis Eccleſiæ Epiſcopus, ob amorem cæleſtis patriæ, Romam, ad limina beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli & diverſa loca Sanctorum, cauſa orationis vellet peragrando circumire. Cumque ſecum iſthuc deliberaret, velletque tali in opere ſeptem annorum curricula tranſigere, ut laborando, peregrinando & orando, poſſet delictorum veniam & gaudia æterna obtinere; diſpoſita Eccleſiæ ſuæ adminiſtratione, cœpit miſericordiam Dei invocare, ut cuſtos ejus eſſe dignaretur in concepto itinere. Accerſito itaque quodam viro, diaboli amico, pleno totius nequitiæ dolo (qui priſtinus amicus eſſe putabatur, & erat ei affinitate conjunctus, Præſeſque erat Oximenſis pagi, & vocabatur Grodobertus) videntibus cunctis qui aderant, commendavit ei defendendum omnem locum & Epiſcopium ſuum, ita cum eo loquens: O dulcis amice Grodoberte, committo fidei & amicitiæ tuæ omne officium Eccleſiæ meæ, & omnem facultatem & ſupellectilem ſubſtantiæ meæ, donec Domino volente redire potero: ut Domini miſeratione & mea oratione ſimulque tua defenſione, grex mihi commiſſus ab inimicorum hominum ſervetur incurſione. Benedicens deinde Dominus Godegrandus omni plebi, & exhortans ut in mandatis divinis perſiſteret, valedicens etiam ſimulatori Grodoberto, perfuſus lacrymis, cœpit iter agere longæ peregrinationis.

C

Epiſcopatum commendat Grodoberto,

Job.36,13 Prov.11,9

9 Sed quia ſcriptum eſt, Simulatores & callidi provocant iram Dei: &, Simulator ore decipit amicum ſuum: poſt receſſum Domini Godegrandi, noluit prædictus Grodobertus eſſe defenſor loci, ſed magis invaſor & deprædator populi. More namque luporum cœpit commendatas ſibi oves, non defendere, ſed dilaniare: cœpit ſubſtantiam earum auferre, & neminem ſinebat quiete vivere. Poſtponens itaque omnem amicitiam, & pro nihilo ducens affinitatem; poſtquam res Eccleſiæ cunctas crudeliter diripuit, contra decreta antiquorum Patrum & inſtituta omnium canonum, dum adhuc Dominus noſter Godegrandus viveret & Domino in peregrinatione deſerviret, eidem Eccleſiæ Sagienſi fecit ſe Epiſcopum ordinari. Tum vero, non accepta juſta benedictione, ſed repletus divina maledictione, non ſicut paſtor agebat, ſed ut mercenarius iniquus, ſola lucra terrena quærens, animarũ ſalute parvipendens: ardentius enim Mammonæ, quam Domino, ſerviebat.

D

rapaci ac violento:

10 Cum hæc agerentur, ſoror beati Antiſtis, miſeriis & calamitatibus afflictæ Eccleſiæ condolens, aſſidue Dominum deprecabatur, ut ab hac oppreſſione Sagienſem familiam liberaret, & fratrem ſuum ei ſanum videre concederet. Superna itaque pietas, quæ clamantes ad ſe exaudit, cito, quod S. Opportuna precabatur, ad effectum perduxit. Nam veniente anno ſeptimo peregrinationis Domini Godegrandi, & incolumen ſorori ſuæ eum oſtendit, & ab omni peccatorum contagio mundatum, per martyrij palmam ad cæleſtia regna evexit, & de manu tyranni Grodoberti plebem ſuam liberavit. Nempe cum rediret B. Godegrandus, multorum relatione didicit tyrannidem ſcelerati Grodoberti. Cognita igitur illius nimia cupiditate & crudelitate, memor Dominici præcepti, dicentis: Diligite inimicos veſtros, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos; obnixe Dominum precatus eſt, ut peccatis Grodoberti parcendo veniam daret: poſtea vero eumdem per nuntios blande admonuit, ut à nequiſſima invaſione & inaudito ſcelere animum revocaret. Noluit enim primum ad Sagienſem Eccleſiam pergere: ſed, ne locum daret diabolo, divertit ad jam dictum Monaſteriolum, ubi ſoror ejus ſolerter Domino ſerviebat. Cum veniſſet autem nuntius digni Deo Præſulis ad jam dictum tyrannum, ille ſimulans ſe gaudere de reverſione amici, fraudulenter talia remiſit ei mandata: Noveris, dulciſſime Pater, quoniam viri de longinquis patriis advenientes, te ab hac luce migraſſe dixerunt: ſed quia ſoſpes reverſus es, omni tuæ Sedis & Pontificatus poteſtate recepta, utere ea longo tempore feliciter: non enim in uno Epiſcopio decet duos Epiſcopos reſidere. Precamur itaque, ut ſimul loquentes priſtinis utamur amicitiis, ſicut expetit ordo caritatis & mutuæ dilectionis. Feſtinabat nuntius dicta impij Grodoberti nuntiare auribus Domini Godegrandi: ſed ubi Epiſcopus cum ſorore ſua verba audivit fraudulenta, talem B. Opportuna, ſpiritu prophetiæ repleta, reſponſionem dedit: Scias frater, quia molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum, & ipſi ſunt jacula. Cognoſcentibus autem illis quia appropinquabat tempus vocationis B. Godegrandi, & quia Deus vellet eum numero ſanctorum Martyrum & Epiſcoporum per effuſionem ſanguinis conjungi; cœpit tamquam pius paſtor iter arripere, ut animam ſuam pro ovibus ſibi à Domino commendatis poſſet ponere.

orante Opportuna reverſus,

E

mittit nuntios ad Grodobertum:

F

à quo fallaciter invitatus,

11 Sed lupus rapax Grodobertus, ſecum pertractans, quia ſi Paſtorem interficeret, ſecure poſtea oviculas dilaniaret; cœpit more Phariſæorum & Judæorum, qui Dominum crucifixerunt, intra ſe quærere, quomodo ſanctum Epiſcopum poſſet ſic interficere, ut immunis populo videretur ab ejus ſanguine. Nec defuit ei conſilium traditoris Judæ: quia, ut Judas, plenus erat diabolicæ perſuaſionis ſuggeſtione. Habebat ſiquidem ſecum virum malignum, qui fuerat

B. Gode-

A B. Godegrandi filius ſpiritualis, quem de unda baptiſmatis ſacri levaverat: loculos ipſius, ſicut Judas Domini, deferebat: & eumdem ſceleſtum virum divitiis & honoribus alliciebat, ut ſi B. Godegrandum interficeret, majorem gratiam præ ceteris ſibi adſtantibus obtineret. Acceptis itaque auri & argenti, terrarum equorumque muneribus, jurando promiſit, ſe B. Godegrandum interfecturum. Hoc ergo Grodoberto magnum peperit gaudium. Quadam igitur die, cum B. Godegrandus vellet *a* Alemannicas cœnobium pergere, ut cum venerabili Lanthilde, ſibi affinitate conjuncta, de divinis ſermonibus colloqueretur; dum tranſiret per Novantium prædium, vidit eum filius diaboli Grodobertus per feneſtram cœnaculi. Tunc advocato S. Godegrandi filiolo, præcepit ut ad necem ſancti Pontificis properaret, ſi dicta munera obtinere vellet.

a

12 Qui ſponte properans, ad S. Godegrandum acceſſit, & repletus diri draconis aſtutia, torvis & crudelibus oculis ſanctum virum aſpiciens, mortiferum venenum ſub lingua aſpidea & antro cordis retinebat. Quod videns B. Godegrandus & calliditatem animadvertens, ſereno vultu dixit: Quid eſt hoc, fili? Ut quid peſtiferæ cogitationes virulentum animum tuum conturbant? An ignoras, quia ego ſum ſpiritualis pater tuus Godegrandus? Quid moraris? Fiat, quod permittit Domini voluntas. Ipſe autem truculentus & audax, oſculari ſe ab Epiſcopo petiit. Tunc glorioſus Godegrandus elevans oculos in cælum, & ſciens jam imminere horam mortis, oravit ad Dominum, & dixit: Domine Jeſu, piiſſime Redemptor, ſuſcipe ſpiritum meum, quem dediſtis; & cuſtodi gregem, quem commendaſti mihi peccatori. Utinam merear cum eis regnare in cælis, pro quibus non dubito ſuſtinere paſſionem in terris. Cumque de cælis exauditam eſſe deprecationem ſuam audiret, mox percuſſori ſuo in ſimplicitate cordis oſculum dabat libentiſſime. Ille autem evaginato gladio, ſanctum Dei Pontificem bis in ſincipite percuſſit: cujus venerandi capitis percuſſionum cicatrices, quaſi à medicis ſanatæ, modo nobiſcum, Domino donante, manent & apparent. Sic dilectus Deo Pontifex & paſtor bonus, noſter Godegrandus, vitam in terris finivit, & Angelicis cœtibus ſpiritus ejus in cælis conjũctus eſt *b* tertio Nonas Septembris: qui quia in modico fidelis fuit, nunc in gaudium Domini ingreſſus, ſupra multa eſt conſtitutus. Qui autem eum interfecit, in eodem loco à dæmone arreptus, nec data munera obtinuit, & ad inferna, heu proh dolor! celeriter deſcendit. Grodobertus quoque, auctor miſeræ calamitatis, divinæ percuſſionis ultione turpiter & quidem brevi vitam finivit: quia non poteſt bene mori, qui male vixerit.

b

C 13 Quidam autem hæc videntes religioſi viri & vicini, cum pſalmis & cereis conati ſunt corpus S. Godegrandi proprii Epiſcopi de terra erigere, ut juxta conſuetudinem Eccleſiaſticam illud mandarent ſepulturæ. Sed tanto pondere hæſit in terra, ut à nemine illorum poſſet moveri. Quo comperto, S. Lanthildis, cum ſanctimonialium agmine, acriter lugendo & flendo, cœpit illuc pergere. Cui ſimiliter contigit: nam nulla ratione corpus ſanctum potuerunt de terra levare. Relatio igitur tanti doloris ad B. Opportunam pervenit, quod ſcilicet frater ejus injuſta factione Grodoberti jugulatus jaceret in terra, & à nullo poſſet inde levari. Quæ in eccleſia exiſtens, cum omnibus ſanctimonialibus ſibi ſubditis, Domino commendabat animam fratris: & à Sacerdotibus Miſſarum officiis celebratis, Deo obtulit ſacrificia ſinceriſſimæ orationis. Didicerat enim Spiritu ſancto ſibi revelante, jam fratrem ſuum ad cælum migraſſe cum palma martyrii. In ipſa quoque divina revelatione Dominum deprecata fuerat, ut corpus fratris ſui tam diu immobile in terra jaceret, donec pro ejus anima congruas Domino preces funderet, & de hinc propriis ulnis in eccleſiam ad locum ſepulcri deportaret. Orabat amita S. Lanthildis, ut corpus S. Godegrandi Epiſcopi & Martyris à terra elevaretur: precabatur neptis B. Opportuna, ne corpus fratris moveretur. In ambabus erat ſanctitas, ſed in Domina noſtra Opportuna fervebat caritas fraterna. Vicit itaque S. Opportunæ orationis aſſiduitas, ut ſciamus, quoniam omnia præcellit caritas. Dignum namque erat, ut B. Opportuna, quæ fraternæ mortis dolore torquebatur, gratia exauditæ deprecationis à Domino conſolaretur.

nemoveri corpus poſſit

verſi de occiditur.

AUCTORE A DALHELMO EP.

S. Opportuna precibus impetrat:

14 Suſcepto itaque nuntio tanti doloris, mortem fratris referentis, amariſſimis B. Opportuna perfuſa lacrymis, dixit: Domine mi Jeſu Chriſte, amator & diſpenſator fraternitatis, permitte me ſimul gaudere cum fratre meo in cæleſtibus regnis: bonum eſt enim & jucundum, habitare fratres in unum. Precor Domine, ut quos conjunxit in terris fraterna nativitas, tua nos in cælis conjungat benigniſſima pietas. Deinde oratione completa, ad fraterna perrexit funera. Et reſpiciens exanimem fratrem, ſemiviva cecidit in terram: & ſanctis manibus crebro percutiens pectus, infelicem ſe clamabat & miſeram, dilectione fraterna deſtitutam: dirumpensque capitis crines, ſcindebat veſtimenta corporis, oſtendens cunctis acerbitatem ſui doloris. Cumque lingua taceret præ dolore nimio, volutabatur in humo: de hinc ejulando, has voces dabat in cælum: Væ mihi miſeræ! circumdant me ex omni parte anguſtiæ, quia deſtituta ſum fraterno ſolamine. Heu me! quid modo faciam? Heu me peccatricem! quo me vertam, aut quid dicam? Subveni, Chriſte. Ubi erit deinceps conſolatio mea? Nimirum ipſe mihi frater, ipſe pater, & mater, & dominus meus exiſtebat, & in omnibus adiutor meus erat. Inter acerbos dolores & luctus varios, venerabilis Lanthildis & omnes qui aderant, S. Opportunam mœrentem dulcibus verbis conſolari ſtudebant, dicentes: Ceſſa, dilecta Deo Opportuna: deſine jam Martyrem Chriſti fratrem tuum flere, quem citiſſime, ſicut deſideras, videbis cum Chriſto feliciter regnare. Intermitte modó pro illo lacrymas fundere, cujus ſacra interceſſio nobis poterit apud Deum prodeſſe. Nulli enim dubium, quia qui pro inimicis & interfectoribus ſuis oravit, noſtri quoque memoriam habebit. Quanto enim Chriſto plus adhæſit, tanto majora nobis beneficia præſtabit: quia licet ſit nobis abſens corpore, tamen ſuis amatoribus non deeſt ſancta interceſſione.

cupit cum fratre mori

E

F

conſolante eam S. Lanthilde,

ſola corpus elevat & ſepelit.

15 Hæc B. Opportuna audiens, corpus fratris inter ulnas ſuſcepit: & quem multi & fortiſſimi viri nequiverunt à terra levare, ipſa cœpit ſola ſine labore portare. Igitur B. Godegrandi corpus cum multitudine populi, diverſi ordinis Clericis, & lamentantibus Virginibus, cum cereis & reſonantibus pſalmis, perducitur ad jam dictum Monaſteriolum; ibique debito honore, agente B. Opportuna, conditum ſepelitur. Ubi etiam per multa annorum curricula, per ejus merita, multa virtutum inſignia operata eſt divina elementia: cui eſt laus & honor, per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

ANNOTATA.

a Alemanica *vulgo* Almeneſches, *inter Sagium & Argentanum, haud longe à Nonento oppidulo extat, & deſcribitur in Neuſtria pia Arturi de Monſtier pag.* 364 *& ſeqq.*

b *Eſt eo die* S. Godegrandus *inſcriptus Breviario Sagienſi anni* 1581. *Sed omnia recitantur de Communi præter*

AUCTORE ADALELMO EP.

ter orationem, in qua Martyr & Pontifex *nominatur. Ejus* caput *aſſervatur* Pariſiis in eccleſia S. Martini de Campo, & reliquum corpus in Prioratu inſulæ Adamæ, *vulgo*, Ille Adam, *ad Æſiam flavium ſupra Pontiſaram.*

CAPUT III.

S. Opportunæ miracula & continuæ preces. Morbus & obitus.

16 POſt obitum igitur ſancti Martyris & Pontificis Godegrandi, Dominus noſter Jeſus Chriſtus cœpit famulam ſuam Opportunam inſignibus virtutum miraculis glorificare. Quis enim digne valeat explicare, qualis & quam fervens demum in Dei ſervitio permanſerit? Nam in lege Domini ſine fatigatione quieſcebat, & nulla turpi converſatione inquinabat corpus ſuum. Et quia à conſuetudine peccandi omnimodis ſe retrahebat, maximam, à Domino in curandis infirmis eſt gratiam adepta. Nam multi ad eam variis modis oppreſſi venientes, per orationes ejus à Domino ſanitatem recipiebant: claudis per invocationem greſſus reſtituebat, cæcis viſum reformabat, & ab obſeſſis corporibus dæmonia ejiciebat. Cum flentibus flebat, & omnibus quibuſ-
B cumque poterat conſolationem adhibebat: omnes quippe, qui ad eam aliqua oppreſſi calamitate, aut gravati adverſâ valetudine, vel furis aut raptoris damno afflicti veniebant, gaudentes, deſideriorum ſuorum vota conſecuti, revertebantur. In ipſa ſemper erat jugis oratio, & aſſiduus gemitus. Corpore integra perſiſtens, mente & operatione ſemper in cælum tendens, B. Pauli Doctoris gentium imitatrix effecta, dicentis, Noſtra autem converſatio in cælis eſt, tota mentis virtute ſpernebat gaudia hujus vitæ, & cuncta delectamenta ſecularium voluptatum, modis omnibus deſiderans conjungi agminibus cæleſtium virtutum: orabat namque, ut poſſet diſſolvi & eſſe cum Chriſto.

Orat aſſiduè

Phil. 3. 20

17 Antequam autem anniverſarius dies obitus fratris ſui appropinquaret, nimiis vigiliis & jejuniis corpus affligens, ſuppliciter Dominum deprecabatur, dicens: Redemptor mundi, cui ab infantia deſervivi, quique me hucuſque cuſtodiſti, fac me ancillam tuam cum Martyre tuo, fratre meo Godegrando, velociter in cælum ſuſcipi, ut tecum gaudeamus in æternum, cui ſervivimus in hac mortali peregrinatione. Intelligens autem ſe à Domino exauditam, & ſciens imminere diem optatæ vocationis
C ſuæ, convocavit Sorores (quibus non tantum præerat, quantum proderat) & talibus eas allocuta eſt verbis: Dulciſſimæ Sorores & amantiſſimæ filiæ, ſatis dignum & congruum videtur, ut pro conceſſis nobis à Domino beneficiis gratias illi pro virium noſtrarum facultate agamus, & pro negligentiis & multimodis peccatis noſtris veniam ab eo implorare ſatagamus. Quidquid enim boni in nobis eſt, ab illo accepimus: quia ſine illo nil boni facere aut cogitare poſſumus: in illo namq; vivimus, movemur & ſumus. Quid autem nos ſumus, niſi corruptibiles creaturæ? & quid poſtmortem erimus, niſi pulvis & cinis? Certe caro noſtra (quam modo nimis diligimus, & cui quantũ poſſumus, divitias & delicias præbemus) cum in terra ſepulta fuerit, à vermibus conſumetur. Jam floremus & ſuperbimus in mundo: poſt mortem erimus putredo & vermis: & quod cũ dolore nimio profiteor, impiis erit in inferno perpetua damnatio.

cœpit diſſolvi:

adhortatur Sanctimoniales:

inculcat memoriam novi ſſimorum.

Eccl 7 40

Hæc, dilectiſſimæ filiæ, convenit omnibus Chriſti ſanguine redemptis in memoria habere, quia exhortatur nos Scriptura, dicens: In omnibus operibus tuis memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis.

18 Deinde ante pedes filiarum proſternens ſe, D ream ſe & peccatricem confeſſa eſt, dicens: Noveritis, Sorores, quia appropinquat hora temporalis mortis meæ: & ideo cum omni humilitate benignitatem veſtram deprecor, ut mihi pro amore Dei dimittatis, ſi aliquam ex vobis læſi, aut ſi vobis moleſta fui, & ſi aliquid indecenter contra regulam de rebus veſtris, quas mihi commendaſtis, egi. In his enim & aliis multis me peccaſſe agnoſco: & idcirco pro illius amore parcite mihi, qui dixit: Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater cæleſtis peccata veſtra. Talia B. Opportunæ verba audientes Sorores adſtantes, diutiſſime præ repentino dolore conticuerunt: & deinde eam à terra levantes, & ſermoni ſingultus varios & lacrymas intermiſcentes, Mater, inquiunt, dulcis Opportuna, nobis multa bona præſtitiſti, & nos numquam læſiſti: ſi autem in aliquo deliquiſti, parcat tibi & indulgeat pietas Chriſti, quem ſemper amaſti.

petit veniã delictorũ:

Mat. 6. 14

19 Poſtquam autem illa cunctis Sororibus ſecundum petitionem earum indulſit, taliter reſidens inter illas cœpit loqui: O Sorores cariſſimæ, diligenter attendite verba exhortationis meæ noviſſimæ. Sicut duplicia ſunt opera, bonorum ſcilicet & malorum; ita duo ſunt retributionum loca, juſtorum & impiorum. Attendite ergo, ut bona operantes, & à malis E caventes, in retributione juſtorum inveniamini. Cujus bonæ operationis radices tres ſunt præclaræ & magis inſignes, fides, ſpes & caritas: & ipſa tantum caritas fidẽ præcellit & ſpem, ut ipſe Deus caritas ſit, dicente B. Joanne: Deus caritas eſt: & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. Si ergo vultis ut caritas, id eſt, Deus maneat in vobis, omni tempore diſcordiam, id eſt, diabolum expellite à vobis. Obſervate, quod promiſiſtis in baptiſmate: ſcilicet, renuntiate hoſti antiquo & omnibus pompis ejus: Deum ex toto corde diligite, & mandata ejus obſervate. Unum quemque Chriſtianum, tamquam voſmetipſas, diligite: quia qui odit, fratrem vel ſororem ſuam, homicida eſt. Facite aliis, quod vobis fieri vultis. Si ſpiritus Dei habitat in vobis, templum Dei eſtis: & templum Dei ſanctum eſt, quod vos eſtis. Nolite ergo polluere templum Dei: quia ad imaginem Dei creatæ eſtis: qui autem templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus. Sit in vobis vera & perfecta humilitas. Prælatis veſtris obedite, omnes diligite, per caritatem invicem ſervite. Nolite eſſe verboſæ: quia in multiloquio peccatum non deerit. Omnia cum diſcretione agite. Ne ſitis bilingues, neque edaces, neque vinolentæ, neque ſomnolentæ. Sanctæ lectionis & boni operis ſtudium habete: quia inimica eſt animæ otioſitas. Peccata nolite perpetrare, ſed perpetrata per pœnitentiam delete. Laus Dei ab ore veſtro non recedat. Mementote, quia diabolus fideles Chriſti ſemper ſupplantare nititur. Infirmis neceſſaria miniſtrate, pauperibus eleemoſynam date: quia eleemoſyna à morte liberat: & ſicut aqua extinguit ignem, ita ipſa peccatum. Omnibus, quibus poteſtis, adiutorium impendite. Ab omnibus malis declinate, & in bonis omnibus vos exercete, ut heredes efficiamini patriæ cæleſtis. Precor, ut cum ab hac luce poſt diem duodecimum migravero, ſepeliatis me juxta ſepulcrum Martyris Chriſti, Domini Godegrandi Epiſcopi.

commendat fidem, ſpẽ caritatem.

1 Joan. 4 8.

humilitatẽ & alias virtutes.

F

20 His & aliis ſanctis alloquiis confortans Sorores, cœpit B. Opportuna gravi corporis infirmitate detineri, & febris moleſtia prægravari. Cumque membra corporis lectulo dediſſet, & omnes artus ejus vis morbi infeſtaret, tamen ab ore ejus laus Dei nullatenus recedebat. Exacta autem quadam nocte, dum jam aurora diei ſequentis inciperet, in domo,

A domo, ubi quiescebat, maximi luminis splendor apparuit, & suavissimi odoris mira fragrantia efferbuit.

invisitur à SS. Cæcilia & Lucia: Tunc dilecta Deo Virgo, vidit B. Cæciliam & S. Luciam causa visitationis ad se venire. Quas cum vidisset, blando sermone ita salutavit: Avete sorores Cæcilia & Lucia: quid præcepit ancillæ suæ glorioſa Virgo Maria, cælestis Regina, & omnium Virginum Domina? Respondentes sacræ virgines Cæcilia & Lucia, dixerunt: O splendidissima sponsa Christi Opportuna, expectat adventum tuum intacta Virgo Maria, ut filio ejus conjungaris in cælo, quem totis visceribus dilexisti in mundo. Ornata corona gloriæ tuæ, & accensa lampade, debes ire obviam sponso & sponsæ.

21 Post lætitiam autem tam præclaræ visionis & visitationis, ecce in siniſtro angulo domus adstitit terribilis dæmon & nimis ferox, in specie nigerrimi Æthiopis, cujus capilli & barba distillabant quasi picem calidam & liquidam: oculi ejus erant quasi ferrum ignitum, quod de fornace multis scintillis emicans producitur: de ore & naribus ejus flamma exibat & vapor sulphureus. Quem videns B. Opportuna, imperterrita dixit: Præcipio tibi, diabole, auctor totius malignitatis, ne ab hoc loco movearis. Tunc omnes sanctimoniales advocans, & denuntians eis, quam terribilis ibi adesset inimicus, dixit eis: Ecce spiritus immundus & totius malitiæ repertor, qui omnibus diebus nos impugnabat, Domino adjuvante, ab ancilla Christi victus confunditur. Precor itaque, amantissimæ Sorores, ne ejus suggestionibus & incentivis cogitationibus acquiescatis. Tunc conversa ad eum, dixit: In nomine Domini recede à me, ferox & truculente inimice Christi: quia non me ancillam Christi superabis, sicut Evam primam feminam superasti. Ex hac ergo visione & S. Opportunæ admonitione de cetero sanctimoniales ferventiores in Dei servitio extiterunt.

dæmonem apparentem imperterrita fistit & abigit.

B

22 Cumque jam prægravante corporis infirmitate, duodecimo die, sicut ipsa Domina nostra Opportuna prædixerat, sciret adesse horam vocationis suæ; præcepit Sacerdotibus pro animæ suæ commendatione Missarum solennia celebrare: jussit etiam, ut omnes sanctimoniales, à majore usque ad minorem, Domino offerrent libamina. Quod cum factum esset, jussit Dominicum Corpus afferri & sibi dari: quo accepto, dixit: Corpus tuum, Domine, proficiat mihi ad salvationem animæ meæ. Et dum Clerus, in exitu sanctæ illius animæ, & adstantes sanctimoniales psalmos decantarent, & ipsa cum eis decantaret, respiciens ad ostium domus, dixit his, qui psalmos decantabant: Ecce advenit Domina mea beata Virgo Maria, cui vos commendo, quos in hoc seculo amplius non videbo. Extendente autem ea brachia, quasi matrem Dei vellet amplexari, sancta ejus anima carne est soluta, & vivit cum Christo per æterna secula. Cumque omnes unanimiter quasi propriam deflerent matrem, sepelierunt eam juxta sepulcrum fratris sui, sicut ipsa vivens deprecata fuerat. Ibique Dominus noster Jesus Christus per merita amborum multa miracula operatus est longo tempore, quamdiu corpora eorum ibidem quievere. Posteaquam vero corpus beatæ & admirandæ Opportunæ ab eo loco à fidelibus viris translatum est, quocumque accessit, & quocumque in loco, prædio, castello aut villa depositum fuit, permultæ virtutes per ejus intercessionem effectæ sunt, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est laus, honor, virtus & potestas cum Patre & Spiritu sancto per infinita secula seculorum, Amen.

Sacro viatico munitur:

apparente S. Maria expirat:

C

claret miraculis.

Ego humilis Adalhelmus, Sagiensem supra plebem Episcopus, adjuvante Domino, descripsi Vitam B. Opportunæ.

APPENDIX.

Ex M. S. D

Ex MS. codice Ecclesiæ collegiatæ S. Opportunæ.

1 EO tempore, quo Domina nostra Opportuna sanctimonialibus præerat Abbatissa, contigit quadam die famulum cum asino, qui ejusdem loci negotiis deserviebat, silvam, quæ ipsi Abbatiæ & circumjacentium & vicinorum oppidorum incolis ad ligna dumtaxat igni deputanda, quotquot quique volebant, communis erat, aggredi: hic cum solito more, asino onusto, regredi vellet, quia (ut vulgo dicitur) mali nituntur semper nocere bonis; ecce ipsius silvæ custos, quem lucarium vocant, advenit; qui invidiæ & præsumptionis spiritu, aut certe turpis lucri cupiditate agitatus, eumdem asinum inique comprehensum incarcerat, & per aliquot dies custodiri mandat. Quo comperto beata Virgo Opportuna ad eum festinavit, quem in quodam prato ad eumdem pertinente, ipsiusque Abbatiæ proximo, repertum humillime (ut ei consuetudinis semper erat) his verbis affata est. Cum nihili obnoxius, in lignis usui nostro deferendis, noster asellus censeatur, non est æquum eum carcerali custodiæ mancipatum teneri: quamobrem obsecro, ut liberum illum digneris nobis reddere. Ad quam ipse stolidus ridiculose respondit: cum pratum istud sale in superficie undique fuerit respersum, reddetur vobis. Quod audiens beata Virgo, aliquantisper propter injustitiam commota, rediit; non tamen solitum in talibus auxilium, divinum scilicet, oblita est invocare: in quo fiduciam habuit & non in homine, sed aures Dei cœpit illico pulsare. Et quia scriptum est, si quis fecerit voluntatem Dei, hunc exaudit Deus; quod prius ut impossibile illusio negaverat, veritas ipsa ad exitum perduxit: etenim idem pratum divinitus sale aspersum est. Itaque ut in crastino, qui hoc spectaculum viderant ipsi lucario retulerunt, non acquievit dictis eorum: sed rem ipsam visurus, pratum usque perrexit; ibique quod audierat oculis conspexit: stupore quoque territus cogitabat qualis esset ista visio. Tandem vero animadvertit, quod dixerat beatæ Virgini Opportunæ, se pro asino roganti, & illico se reum iniquæ detentionis ipsius asini cognovit, atque satisfacere quamprimum studuit: asinum enim mox ad cœnobium remisit, & pratum quod sale coopertum viderat, Sororibus ipsius cœnobij in jure hereditario perpetuo legavit, veniamque pro præsumptione sua humiliter postulavit. In hujus autem rei memoriam, ipsum pratum ab incolis usque hodie apud nos pratum salsum vocatum est.

Asinum monasterij incarcerat.

repetit S. Opportuna.

E

Joan. 9, 31

nec sine miraculo recipit:

F

Sequebatur miraculum, de ave resuscitata, & alijs avibus claudis effectis: cui similes historiæ sæpius in Actis Sanctorum leguntur. In Vita S. Wereburgæ Virginis, filiæ Regis Merciorum in Anglia III *Februarij, etiam ejusmodi miraculum narratur, ubi in Notis citatus Malmesburiensis asserit, etiam avem illam comestam, & simili modo resuscitatam fuisse, quod ibi minus probavimus. Appellantur ibidem aucæ sive anseres silvestres.*

LIBER MIRACULORUM,

Auctore eodem Adalhelmo Episcopo Sagiensi.

PROLOGUS.

1 DOmino miserante Adalhelmus, Sagiensium plebium humilis Episcopus, necnon B. Karilesi Monachus & servus, omnibus Christi sanguine redemptis gaudium vitæ præsentis & gloriam æternæ beatitudinis. Adjuvante Domino descripsi Vitam Dominæ nostræ Opportunæ & conversationem & obitum ejus: nunc vero per auxilium Sanctæ Trinitatis narrare cupimus miracula, quæ in diversis locis

AUCTORE ADALELMO EP. SAG.

per eam operata eſt pietas ſuperna. Partim ergo de iis ſcribemus ſicut vidimus, & partim quæ ab aliis audivimus. Vivunt enim adhuc multi, qui cæci & claudi, muti & dæmoniaci, per interceſſionem & merita ejus à Domino curati ſunt: quorum narrationi ſatis fidem credulitatis adhibere poſſumus: quia cicatrices infirmitatis oſtendunt ſigna ſanitatis. Sciat autem omnis Lector, quia non ſequemur ordinem narrationum in expoſitione virtutum: ſed prius ea quæ vidimus, & quæ in eodem loco ubi nunc ſanctum corpus ejus veneratur, qui vulgo dicitur Monciacus, operata eſt, narrare diſponimus. Quare itaque ego hebes & inſipiens, auſus ſum incipere: ſi placet, audite.

Auctor viſa & audita narrat,

CAPUT I.

Miracula à ſcriptore viſa.

2 ANtequam Epiſcopatum hujus Eccleſiæ obtinerem, narrabantur miracula ejus, & à nullo ſcribebantur. Vocatus autem Epiſcopus & nondum effectus, cum quidam offerrent munera, ut decus oſtenſæ benedictionis à me auferrent, & locum honoris ſibi vindicarent; humiliter votum vovi eidem Dominæ S. Opportunæ, quod ſtuderem miraculorum & vitæ ejus piſticus ſcriptor exiſtere, ſi mihi dignaretur auxilium impendere, quo poſſem inſurgentes æmulos devincere. Dominæ itaque Opportunæ interceſſionis auxilio, potitus ſum optatæ benedictionis privilegio: ſed gemens fateor, & pœnitens confiteor peccatum negligentiæ meæ. Accepta namque benedictione, pro nihilo duxi votum promiſſionis meæ. Quia vero omnipotens Deus peccata noſtra aut in præſenti punit, aut in futuro reſervat punienda; propter peccatū commemoratæ negligentiæ meæ, in ipſo anno ordinationis meæ traditus ſum manibus crudeliſſimæ gentis Normannicæ: qui me captivum ligantes, quaſi vile mancipium, vendiderunt trans marinas regiones. Hoc igitur factum eſt exigentibus peccatis meis, ut ſcirem quia non debet ſuperbire terra & cinis; & quia melius eſt non vovere, quam vota non reddere. Poſt multa itaque Normannorum ludibria, & quæ mihi intulerunt creberrima verbera, poſt diverſa maris fluctuantis & procelloſi pericula, poſt nimii frigoris & nuditatis & diræ famis, necnon longioris itineris impedimenta, cum placuiſſet pietati & miſericordiæ Domini & Redemtoris noſtri, quæ peccatores ſolita eſt confortare, ut mihi concederet redire in terram nativitatis meæ; ſcire convenit fraternitati veſtræ, quantum mihi profuit interceſſio B. Opportunæ. Super fluvium Somonæ, ad oppidum quod dicitur Valeria, cum voluiſſemus devenire, violentia marinæ acceſſionis anticipati & oppreſſi qui mecum erant, in jam dictum fluvium Somonæ de equis ceciderunt, inter quos & ego miſerulus cecidi. Cumque mihi jam nulla ſpes eſſet vivendi, taliter clamare cœpi: S. Opportuna & B. Karileſi, liberate pereuntem ſervum veſtrum. Quorum adjutorio, cum non haberem peritiam natandi, ad ripam fluminis, adjutrice ipſa B. Opportuna, ut mihi viſum eſt, deveni. Hujus itaque S. Opportunæ inſigne miraculum dignum judico ſcribere primum.

Scribit ex voto obligatus,

quod negligens efficere,

Normannis venditus exulat:

à ſubmerſione per Sanctam eripitur.

B

C

3 Deinde aliud quod mecum multi viderunt, ſcribere non tardo. Quidam vir nomine Adalbodus, uxorem ſuam debilem ad eccleſiam B. Opportunæ deportabat: cujus miſeræ feminæ genuum poplites greſſus ambulandi denegabant, quia nervis ſiccatis crura coxis adhæſerant, & extendere tibias ad uſum eundi nullatenus poterat. Quodam die cum inundatio pluviarum fecit magnum lutum platearum, & miniſtri eccleſiæ depulſarent ſigna ad officium veſpertinale; illa miſerabilis femina, quaſi reptando & genua vix trahendo, per medium lutum, ad eccleſiam, ut poterat, feſtinabat: quam qui aderant videntes taliter incedere, lacrymas cœperunt pro illa fundere. Cumque eam vellent inter brachia ad eccleſiam deferre, dixit eis: Sinite me ita incedere, ut Domina mea videat Opportuna afflictionem ancillæ ſuæ. Quæ ingreſſa eccleſiam, in ipſa nocte per virtutem S. Opportunæ à Domino recepit ſanitatem: tamen diutiſſime decucurrit à capite ejus immenſitas ſudoris, oſtendens eam habuiſſe acerbitatem graviſſimam doloris. Statimque concurſus factus eſt populorum, Dei laudantium miſericordiam, qui ſic magnificare dignatus eſt Virginem ſuam Opportunam. Vocatur autem eadem femina Aldecudis, quæ nunc recte ambulat & glorificat Deum.

Contracta erigitur.

D

4 In villa quæ dicitur Vituriacus, erat vir quidam, nomine Otolgrinus, qui ita erat omnium membrorum officio deſtitutus, ut neque manus poſſet ad os ducere, neque etiam ſalivam de ore ſine adjutorio alterius projicere. Qui cum rogaret ſe perduci à parentibus & amicis ad B. Opportunæ oratorium, videntibus cunctis qui ad celebrationem Miſſæ Dominica die convenerant, quaſi ſemivivus in eccleſia eſt poſitus. Præcepimus autem ut pro recuperanda ejus ſanitate Domini miſericordiam deprecari ſtuderent. Poſt paucos autem dies ſanus effectus, orationibus S. Opportunæ adjutus, gratias egit, deferens vota ſua devotus.

paralyticus ſanatur;

E

5 Illud quoque ſignum non debemus tacere, quod per eamdem dominam noſtram Opportunam Jeſus Chriſtus nobis præſentibus dignatus eſt perpetrare. Hoſtis generis humani diabolus quamdam feminam invaſit, cujus membra per ſingula diei & noctis momenta diverſis modis, heu, pro dolor! torquendo dilaniabat. Vir autem ipſius feminæ eam valde diligens ſolerter cuſtodiebat, & per multa Sanctorum loca eam deducebat, ut per deprecationem Electorum Dei ab oppreſſione inimici mereretur liberari. Cum diutius inimicus jamjamque quaſi hereditarium vas poſſideret, & variis cruciatibus miſerrimam feminam turpiter (quod dici dolendum eſt) affligeret; vir ejus audita opinione glorioſæ Virginis Opportunæ, ſcilicet quod illius interceſſio vim ſoleret effugare dæmoniorum; devotus cum prædicta uxore auxilium virtutis ejus expetiit. Quo perducta cum eſſet, ſentiens diabolus quod per merita B. Opportunæ Dominus vellet nequitias ejus conterere; per os illius feminæ taliter cœpit clamare: Væ, væ, Opportuna, væ mihi, inveterata Opportuna, quæ mihi in Gallia & in Neuſtria ſemper fuiſti contraria: ſæpe oratio tua deſtruxit machinamenta mea: inſidiabaris enim mihi, & prius vivens, & nunc mortua. Mihi quoque qui inter ceteros dolens & orans adſtabam, per os ipſius mulieris multa convitia dicebat. Noli ſperare, rudis & neophyte Epiſcope, quod tua virtute ab hac mea egrediar poteſtate. Nihil enim te timeo: ſed virtutem adverſatricis meæ Opportunæ formido, & te inutilem ſervum eſſe ejus cognoſco. Adſtantes autem Sacerdotes & Clerici & vulgaris populus, qui ad hoc lugendum ſpectaculum convenerant, nullatenus ab oratione ceſſabant: ſed ſine intermiſſione cum lacrymis Dominum deprecabantur, ut precibus placatus famulæ ſuæ Opportunæ, cum virtute ſuæ potentiæ elideret apertas inimicitias fraudis diabolicæ. Infuſa autem ipſa femina benedictæ aquæ aſperſione, & ſignata ſigno Crucis Dominicæ, cum legerentur ſuper eam orationes huic operi congruentes, & perventū fuiſſet ad locum ubi dicitur, Adjuro te, draco, in nomine Agni qui ambulat ſuper aſpidē & baſiliſcum, qui conculcat leonem & draconē; mox ſpiritus immundus crudeliter eam vexans, ita ut ungulis & dentibus propria dilaniaret membra, terribili voce clamat: Scias, vetula Opportuna, quia nunc

energumena ad varia Sanctorum loca deducta,

in oratorio S. Opportunæ,

præſente ſcriptore,

F

præmiſſis exorciſmis,

A nunc egrediar, ſed cito revertar. Quod cum dictum fuiſſet, ipſa femina pacifice reſedit, & oculos cum manibus ad cælum erexit, & ad cornua altaris accedens ſe in ſervitium B. Opportunæ permanere promiſit, ſumptoque benedictionis pane ad hoſpitium perrexit. Evolutis autem aliquibus diebus vir ejus eam optans perfrui ſanitate, gaudio repletus voluit ad propria redire. Cumque jam à villa exiret, & cœptum iter carperet; ecce diabolus cum multitudine ſatellitum, in ſpecie luporum atque canum, ſuper prædictam feminam irruit. Ipſa autem clamans: Domina Opportuna, libera ancillam tuam; & uſque ſubtus altare fugit, & dicebat, quia uſque ad oſtium eccleſiæ lupi & canes eam ſequebantur: ibique diutius nobiſcum orans, ſine læſione reverſa eſt. In tali itaque proſperitate quindecim dies permanſit, & ſine aliqua turbatione ubicumque voluit, abſque vexatione perrexit. Cumque hoc vir ejus videret, obtulit pecunias Clericis eccleſiæ, ut licentiam haberet ſociandi ſe uxori ſuæ. Quod ego audiens nec permiſi, nec prohibui: ne ſi permitterem, viderer voluntati Sanctæ Opportunæ contraire: ſi autem contradicerem, arguerer à neſcientibus, quod cauſa cupiditatis humanæ vellem disjungere amorem nuptialis copulæ. Ipſe autem vir more ſolito volens ad eam ingredi, cognovit eam nequius quam prius à dæmonio vexari. Nam urgente diabolo, manus & brachia turpiter agitabat: tuncque lingua à faucibus exſiliens, ita ut terminum oris & labiorum clauſtra nimis excederet, & nuda tota ab hominibus videretur, inauditam contra Omnipotentem loquebatur blaſphemiam. Cum vero vir ejus non poſſet eam ſolus adducere ad conſuetum Oratorium B. Opportunæ Virginis, cives condolentes afflictionibus mulieris & ejus mariti doloribus, inter ulnas proprias quaſi pene mortuam projecerunt ante Dominæ noſtræ Opportunæ eccleſiam: ibique terræ diutius inhærens, neque vox in ea audiebatur, neque halitus ſentiebatur, ſed defunctam eſſe proteſtabantur. Lectis ergo orationibus quæ energuminis conveniunt, & poſtea inchoatis pſalmis à quibuſdam, qui pſalluntur in agenda oratione mortuorum; poſt longa horarum ſpatia illa femina quæ putabatur mortua, quia illa morietur quæ peccaverit anima; tunc magnas dare cœpit voces in eccleſia clamans: Domina Opportuna, adjuva me ancillam tuam, quia ero de cetero tua devotiſſima famula, reſuſcita me à morte corporis & animæ. Cum vir ejus blandis ſermonibus eam deliniret, & interrogaret quid ei viſum fuiſſet, reſpondit dicens: Domine mi Helberte, (ſic enim vocabatur vir ille) modo à maximo & truculento lupo devorata fui: & cum me vellent integram homines per pannos cum ignitis tridentibus in foveam ſulphuream projicere, per Dei gratiam liberata ſum, adjutorio Dominæ meæ S. Opportunæ. Qualem vis uxorem, quia amplius me non poteris habere? Hæc autem femina Olbiregis vocatur: quæ quamdiu vixit, Domino cum omni devotione corporis & mentis puritate famulabatur, & longo tempore poſt ſuperfuere multi, qui ea quæ narrare volumus ſe vidiſſe teſtabantur.

& voto cõtinentiæ facto, liberatur:

à dæmone rurſus impetita, ſed non læſa,

B

C

voto iterum facto.

CAPUT II.

Alia miracula potiſſimum à Tranſlatione corporis facta.

Sagienſes à Normannis vexati,

6 Plebs Sagienſis Eccleſiæ, exigentibus peccatis, à crudeliſſima gente Normannorum miſerabiliter affligebatur. Ipſa enim ferocitas Paganorum aſſiduis deprædationibus & flammarum incendiis, virorum ac mulierum, pupillorum ac viduarum, infantium & ſenum jugulationibus cunctam regionem devaſtabat. Jam itaque inclytus Rex *a* Ludovicus, frater glorioſi & magni Domini Caroli noſtri Imperatoris, Regis ſereniſſimi (cujus beneficiis ſumus quidquid ſumus, cujus vita ſemper à Domino gubernetur) auditis inſignibus B. Opportunæ virtutibus, cauſa refugii ſupradictum prædium *b* Monciacum condonaverat eidem Dominæ Opportunæ & illuſtriſſimo viro *c* Hildebrando, Sagienſis Eccleſiæ Epiſcopo ſanctiſſimo. Idem ergo Hildebrandus timore prædictæ perſecutionis Normannicæ partem Clericorum in Monciacum villam venire juſſit cum ſanctiſſimo corpore Dominæ Opportunæ. Cumque Clerici victui neceſſaria non haberent, panem enim & vinum parumper habebant; timore famis & nuditatis triſtabantur. Juſſis itaque Pontificis obedientes, cum corpuſculo ſanctæ Opportunæ cœperunt pergere. Quod audientes diverſorum habitatores locorum, virorum ac mulierum, occurrerunt Clericis, deprecantes ut ſanctum corpus mererentur ferre propriis ulnis. Nondum ergo in prædicto Monciaco eccleſia erat conſtructa, ſed in cujuſdam hominis domo Gozlini quondam beatiſſimum corpus poſuerunt. In ipſo ergo die quidam homo cæcus adveniens, per orationem B. Opportunæ viſum recepit. Quo etiam die ex diverſis partibus infirmi advenientes, omnes ſanitatem corporum receperunt. Nam quiſquis ejus feretrum eo die potuit tangere, per merita B. Opportunæ ſanus effectus eſt à quacumque teneretur infirmitate. Tradunt etiam multi qui tunc vivebant, quia à ſexta hora illius diei uſque dum ſol occumberet, inter claudos & dæmoniacos, mutos & ſurdos pluſquam ſexdecim homines ſanitatem recepiſſent. Quod videntes habitatores vicinorum locorum, prædictum locum venerari cœperunt. Et quanto magis virtutes per interceſſionem B. Opportunæ exercebantur, tanto majora dona à fidelibus viris in eodem loco offerebantur. Quorum ſumtibus in honorem ſacræ Virginis eccleſiam conſtruxerunt, ubi nunc B. Opportunæ merita multi venerantur: quia præſtante Domino quidquid ibi cum recta fide quæritur, invenitur. Ægri ſanitatem recipiunt, & peccatores veniam conſequuntur.

AUCTORE ADALELMO EP. SAG.

Monciacum deferunt corpus S. Opportunæ.

cæcus lumen recipit:

E

plures alij ſanitati:

eccleſia iſtic conſtructa.

7 Prætereundum quoque non eſt, qualiter B. Opportuna quamdam feminam, ſuperbiæ & levitatis ſpiritu repletam, ad humilitatis viam & divini timoris convertit notitiam: ſiquidem ad laudem Dei pertinet quidquid in Sanctis ſuis operatur; ſcriptum eſt enim: Mirabilis Deus in Sanctis ſuis. Erat quædã matrona nomine Altrudis, cujus ancillæ cum audiſſent à multis virtutes quas Dominus per B. Opportunam operabatur; quodam die ſabbato hora diei nona tranſacta ad oratorium ejus pervenerunt. Cum eas domina illarum perquirens didiciſſet quo abiſſent, ſtimulis iracundiæ percita taliter fertur dixiſſe: Quia vacant otio ancillæ meæ, ideo vadunt perquirere oſſa mortuæ neſcio cujuſdam feminæ. Cum eas redire in domum ſuam feciſſet, & verberare voluiſſet; ut oſtenderet Dominus, quantum B. Opportunæ meritum apud eum valeret, cito ancillis ſupradictæ Altrudis adjutorium præbere dignatus eſt. Nam immenſus dolor viſcerum Altrudem ita invaſit, ut flagellum de manu ejus ceciderit, & tamdiu torqueretur, donec ad eccleſiam B. Opportunæ ſe portare fecit, ubi ſe culpabilem reddidit, & ſanitate recepta multum poſtea Clericis eccleſiæ illius profuit, quia quæ neceſſaria illis fuerunt adminiſtravit. Hæc videntes circamanentes feminæ, promptiores fuerunt in ſervitio B. Opportunæ. Cum enim ea quæ dicimus vera ſint omnia, credimus, quia nequè noſtra inſipiens, neque alterius docilis lingua enarrare valet omnia, quæ per B. Opportunam Dominus operatus eſt miracula.

Pſ. 67, 36.

mulier in Sanctam blaſphema,

F

affligitur dolore viſcerum:

ea invocata ſanatur:

AUCTORE ADALELMO EPISC.

8 Audite, ſi placet, qualis B. Opportuna contra odientem locum ſuum exſtiterit. Quia enim in hoc ſeculo mali permixti ſunt bonis, ipſique mali ſemper invident bonis; cum quidam vir, nomine Anaſtaſius, videret eccleſiam in honore S. Opportunæ eſſe conſtructam, dolens poteſtatem ejus creſcere, diabolica invidia permotus, cœpit familiam affligere. Cumque religioſi una ei dicerent, ut pro amore S. Opportunæ ceſſaret ab hac levitatis præſumptione, cum juramento teſtatus eſt dicens: Sciatis omnes qui in hac habitatis villa, quia antequam moriar, illic ubi nunc eſt eccleſia S. Opportunæ conſtructa, ibi faciam fabarum ſata, & erit ibi leguminum copia. Hujus blaſphemiæ celeriter adfuit vindex interceſſio S. Opportunæ. Statim enim ut à domo exiit, cum quodam juvene nomine Helboldo rixari cœpit: qui Helboldus inermis erat, ſed tantum baculum, quem vulgus furcam vocat, in manu portabat. Cumque Anaſtaſius in armis confideret, & his eum interficere voluiſſet; ab eodem juvene percuſſus cum ipſo die moreretur, omnibus qui aderant dixit, quod ultione Beatæ Opportunæ interierit, & ipſa eum vulneraverat. Moriens itaque conteſſus eſt quod non bene fecerit, quod vivens electam Dei virginem, familiam ejus affligens, deſpexerit.

minatus deſtructionem eccleſiæ,

eodem die vulneratus,

fatetur ſe ultione S. Opportunæ mori.

B

9 Sæpius placet Beatæ Opportunæ miracula referre, ut oſtendamus, qualiter fideles ſuos & devotos & ſervientes ſibi eadem Domina noſtra ſtudet defendere in præſenti vita, ut unanimes ejus laudanda beneficia deprecemur, ut hæc quæ manens & regnans cum Chriſto fidelium ſuorum non obliviſcitur, in hac terra adjutorium nobis præſtare dignetur, ut cum illa eſſe mereamur in æternæ beatitudinis gloria: & omnes qui ejus miracula diligenter audierint & firmiter crediderint, ſive ſcribere juſſerint, & ejus vitam ſecum ſcriptam habuerint, defendat eos omnipotens Deus ab incurſione cunctorum periculorum, & ab inſidiis viſibilium & inviſibilium inimicorum. Eo tempore *d* quo exercitus fortiſſimi Regis Boſonis circumquaque deprædationes faceret, contigit ut quidam miles ejus Monciacum villam ad prædandum invaderet, dum vixit ille S. Opportunæ ſervulus, ad cujus domum primum devenit prædator rapaciſſimus: & ipſe famulus vocabatur Erchenteus. Cumque prædator qui ceteris præerat, ad januam ejus veniſſet; interrogavit cujus conditionis homo erat. Erchenteus reſpondit: Servus ſum Dominæ meæ Opportunæ Virginis. Tunc juſſit prædator omnem domum ejus perquirere, & ſubſtantiam ejus

d

Alius hoſpes Sanctæ injurius lumen amittit,

C

auferre. Cumque diceret Erchenteus: Noli, domine mi, familiam S. Opportunæ deprædari; percuſſit eum prædator telo, quod in manu portabat. Cumque ſanguis à capite ejus flueret, & Erchenteus auxilium Dominæ noſtræ Opportunæ invocaſſet, dicens: Sancta Opportuna, ſi non me adjuveris, de cetero ſervus tuus non ero; ſtatim prædator cæcus effectus cecidit de caballo in terram. Poſtea manibus fidelium ſuorum ad eccleſiam deportatus eſt, & ſe peccaſſe humiliter confeſſus eſt. Donavit quoque equum ſuum Clericis eccleſiæ & duas libras denariorum, & Erchenteo, ſicut ipſe dixit, ſolidos decem. Et poſt paullulum cum Miſſa celebraretur, ſubtus altare jacens viſum recepit, adhuc tamen virtutem corporis non recepit. Tamen poſtquam promiſit, quia ab omnibus ſociis defenderet familiam S. Opportunæ, & de circumpoſitis villis omnes prædatores juſſit exire; tota corporis virtute recepta, ſanus & lætus reverſus eſt ad propria. Factus eſt itaque fortiſſimus defenſor eccleſiæ S. Opportunæ, qui prius exſtiterat prædator & afflictor ipſius familiæ.

pœnitens poſtea recipit.

10 De parvis etiam rebus dicenda ſunt miracula, ut de minimis laudetur divina potentia. Quodam tempore furatus eſt latro boves hominis cujuſdam ruſtici. Cumque ruſticus boves ſuos quæreret, & minime reperiſſet, cum loris detulit boum juga in B. Opportunæ eccleſiam. Poſtquam vero vovit, quod ſi aliquando ipſos boves haberet, medietatem B. Opportunæ daret, & medietatem retineret; egreſſus de eccleſia vidit boves ſuos accurrere cum ruptis vinculis ligneis, unde fuerant ligati: & donans quæ promiſerat, reverſus eſt lætus ſicut deſiderabat.

alii homini boves reſtituuntur:

D

11 Dicunt etiam, quod ſi aliquis aliquod pecus ibi voviſſet, illud pecus ſponte veniat frequenter ſine ductore ad eccleſiam B. Opportunæ. Quibus diebus & iſto tempore multi quod perdiderant, promiſſis votis & equos & boves & veſtimenta ſua invenerunt. Hujus rei gratia multa à fidelibus viris ad prædictum locum deferebantur munera. *e*

e

12 Nec illud oporteret ſilere, quæ Pariſius civitate per eam Dominus dignatus eſt perpetrare. Erat quidam homo nomine Adalardus, jam per triginta annos claudus effectus. Hic cum fuiſſet nobilis genere, longa occupatus membrorum debilitate, pauper efficitur pecuniæ. Cumque Pariſiaca plebs in nativitate B. Opportunæ ad eccleſiam ejus de nocte conveniret, inter alios prædictus Adalardus adfuit. Quem cum multitudo populi non ſineret eccleſiam ingredi, virtute qua potuit ante altare pervenit. Qui poſtquam aliquamdiu oravit, ſanus effectus divinam in B. Opportuna virtutem collaudavit. Quo viſo *f* Ludovicus Rex cum ſupra ſcriptis donis prata juxta Montem-Martyrum & campellos inſuper prope portam ejuſdem civitatis, eccleſiæ attribuit. Quæ ſuſcipiens bonæ memoriæ Hildebrandus Sagienſis Epiſcopus Eccleſiæ, qui *g* eo tempore eccleſiæ B. Opportunæ Pariſienſis regimen habebat, præfati Regis nutu in ſuſtentamentum Canonicorum præfatæ eccleſiæ ſervientium ſtabilivit.

Pariſiis claudus erigitur.

E

f

g

13 Revoluto anno cum rurſus nativitas beatæ Opportunæ Pariſius devotiſſime à fidelibus viris coleretur, omnipotens Deus evidens & clarum eſt dignatus perficere miraculum. Namque cum craſtina die Miſſa ſolenniter celebraretur, inter plurimos infirmorum cuneos qui per merita Beatæ Opportunæ auxilium divinum exſpectabant in recuperanda ſanitate, adſtabat ibi quædam femina quæ jam longo tempore oculorum lumen amiſerat. Cumque adſtantes homines ſecundum conſuetudinem Chriſtianitatis inter ſe pacis oſcula darent, prædicta femina cæca quemdam hominem, quem palpando propius contingere potuit, oſculata eſt. Poſt oſculum autem ſtatim viſum recepit, & eidem homini cui oſculum dederat, dixit: Rurſum mihi præbe, frater, quia nunc quando me oſculatus es eram cæca, & modo video per B. Opportunæ merita. Quo etiam die multi variis infirmitatibus oppreſſi, adjuvante Domino, ſanitatem receperunt.

Mulier cæca reſtituitur viſus.

F

14 Quodam igitur die multi congregati deferentes vota ſua, veniebant ad oratorium S. Opportunæ: inter quos pauperrima femina ambulans, cum nihil haberet quod ſecum ad eccleſiam deferret, vidit aviculam nomine Acredulam, quam vulgus vocavit Alaudam: quam videns plena fide dixit: Domina Opportuna, ſi tibi placet, veniat hæc avis ad me, ut habeam quod tibi poſſim deferre. Statim avicula ſuper eam reſedit, & ipſa femina eam ſuper altare poſuit.

Alia offert aviculam mirè captã.

ANNOTATA.

a *Ludovicus Rex Germaniæ, Ludovici Pii filius, mortuus anno* 876, *fratrem habuit Carolum Calvum Regem Franciæ, qui Romæ coronatus eſt Imperator anno* 875 *exeunte. Hinc evidenter cognoſci putaretur tempus hujus tam Tranſlationis quam ſcriptionis, niſi mox num.* 5 *ſequeretur mentio irruptionis factæ per Bozonem & utriuqſue tam Ludovici*

A *dovici quam Caroli Calvi mortem secutæ Itaque omnino judicamus, non* frater, *sed* pater *legi debere, ut intelligatur Carolus Crassus, filius Ludovici prædicti Imperator coronatus anno* 880, *& anno* 884 *factus Rex Franciæ, qui obiit* 888.

b Monciacum *arbitramur extitisse in illa parte ditionis Lotharii Regis, quam à morte ejus, in divisione anno* 870 *inter Ludovicum & Carolum illius patruos facta, accepit Ludovicus Rex, qui locum donavit, uti infra dicetur.*

c Hildebrandus *interfuit variis Conciliis ab anno* 853 *ad annum* 878 *habitis. Consule Sanmarthanos.*

d *Hæc sunt illa tempora, quando,* Boso Rex Provinciæ *occupavit Burgundiam, & ejus Regem se coronari curavit Lugduni anno* 879, *die* 15 *Iunii: sed anno* 881 *expulsus fuit, & anno* 882 *coactus se Carolo Crasso Imperatori subjicere.*

e *Addit Gosletus ex traditione,* caput S. Opportunæ ornatum auro, argento, & gemmis pretiosis, fuisse à militibus aut hæreticis spoliatum, & supra campanile ecclesiæ Montiacensis projectum, sed campanis ultro sonantibus repertum.

f *Ludovicus Balbus, qui patri suo Carolo Calvo successit anno* 877, *mortuus anno* 879, *aut certe hujus filius, qui cum fratre suo Carolomanno regnavit, vita functus anno* 882.

g *Hildebrandus è Sede sua à Normannis pulsus, accepit,* B *teste Grosseto, regimen hujus Ecclesiæ allatis eo aliquibus S. Opportunæ reliquiis.*

APPENDIX II.

Cultus S. Opportunæ in Mouciaco-novo & castro Silvanectensi. Reliquiæ ibidem depositæ.

An Mouciacum-novum sit distinctum à Monciaco,

1 IN *agro Parisiensi versus Septemtrionẽ est duplex* Mousiacum, *sive* Mouciacum, vetus *&* novum *vulgo* Mouſſy le vieil & Mouſſy le neuf. *In hoc, quod magis versus Silvanectum est situm, fuit celebris cultus* S. Opportunæ Virginis: *unde Gosletus & alii opinantur, illud esse* Monciacum, *in quo ob Normannicam persecutionem fuisset è Monasteriolo delatum. Sed non videtur locus satis tutus fuisse ab irruptione Normannorum, & quod maxime obest, dictum Mousiacum in agro Parisiensi non Spectavit ad Ludovicum Regem Germaniæ, sed ad Carolum Calvum. Vnde* Monciacum *arbitramur fuisse locum tutum, inter montes versus Germaniam, ubi defuerat hactenus ecclesia; sed quia irruptioni Bosonis Regis subjecta fuit, potuit postea corpus delatum fuisse* Mouſſiacum-novum, *& inde refugii causa ad* castrum Silvanectense.

2 *Martinus Marrier, in Historia monasterii Regalis S. Martini de Campis Parisiensis, Ordinis Cluniacensis, lib.* 4 *à pag.* 359 *describit Prioratum* S. Opportunæ de Mouciaco novo, *è dono cujusdam Alberti militis erectum circa annum* MXC, *sub S. Hugone Abbate Cluniacensi, ex cujus charta donationis, ibi relata, decerpimus ista:* Notum fieri volumus Christi fidelibus futuris & præsentibus, quod Albertus miles dedit ecclesiæ Cluniacensi (quæ fundata est in honore Apostolorum Petri & Pauli, sub qua est ecclesia B. Martini qui dicitur de Campis) ecclesiam de Mouciaco, quæ dicitur B. Opportunæ, cum atrio & appendiciis suis, sicut Clerici habuerant, qui in ea deservierant. Hoc autem fecit Albertus in communi Capitulo cum filio suo Hugone, coram Domino Vrsione Priore & congregatione, statimque coram cunctis qui aderant, donum posuit super sanctum altare. Hoc etiam fecit Albertus ille consilio Domini Hugonis Abbatis: nã litteras ejus libenter suscipiens, ejusque mandatis obediens, epistolam sibi ab eo missam, in supradicta ecclesia S. Martini reliquit... *Colitur S. Hugo Abbas* XXIX *Aprilis. Idem* concessit Burchardus de Montemorentiaco de cujus erat beneficio, *& parochia Mouciaci-novi est etiamnum in Decanatu Montemorentiaco.*

C

an eo corpus S. *Opportunæ delatum.*

ibi Prioratus S. Opportunæ erectus

Postmodum Guarinus Episcopus Silvanectensis, anno MCCXX concessit, intuitu pietatis, dilectis in Christo monachis S. Martini de Campis, apud Mouciacum Deo servientibus, ut ipsi de quarreria, quæ est inter Capellam de Sorval & Capellam de Oriaco, capiant quandocumque voluerint, quantum habuerint necesse ad ædificandum suam ecclesiam, quam de novo construunt in nomine B. Opportunæ. *Est autem* quareria (*ut hoc obiter indicem*) *latumia seu lapicidina, sic dicta Gallis quod inde eruantur lapides quadri, vulgo* pierres quarrez, *Belgice* karreel. *Denique* in eadem ecclesia Prioratus S. Opportunæ de Mouciaco-novo, diœcesis Parisiensis, fundavit Philippus Alnoius, anno MCCCLXXXVI, sacellum Deiparæ Virginis. *Hæc de Mouciaco-novo ex quo reliquias S. Opportunæ delatas fuisse ad castrum Silvanectense sequens miraculum, priori relationi Translationis olim annexum, innuit.* AUCTORE G. H.

cum novæ ecclesia

Silvanectis Corpus S. claret miraculo:

3 Cum jam finem narrandi facere voluimus in sacræ Virginis Opportunæ mirabilibus, à multis narrari audivimus, qualiter se vindicaverit de quodam Presbytero, nomine Alimaro, spiritu blasphemiæ repleto, in Silvanectensi castro. Nam cum per merita B. Opportunæ innumerabiles infirmi in castro Silvanectico, tempore Vboldi glorioſi Comitis, reciperent sanitatem, omnes Silvanectenses habitatores locum, ubi requiescebat corpus ejus, cœperunt venerari. Quod ægre ferens sacerdos Alimarus, zelo invidiæ stimulatus, dixit hominibus ad eumdem locum venientibus: Sciatis, quia in hoc loco nullum sanctitatis corpus Virginis habetur, sed illusio & phantasma est hoc quod colitur. Quod audiens Deo religioſus & carus, nunc factus Episcopus, *a* Robertus, dixit: Eja infelix, quia temeritate talia dicere præsumpsisti, scias proculdubio, quod in proximo tibi à Domino monstrabitur, scilicet quod hoc loco vere corpus Deo amabilis Opportunæ colitur. Ipso die secundum verba Domini Episcopi Roberti divina ultio subsecuta est. Nam cum isdem blasphemator quoddam cœnaculum vellet ascendere, fractis cervicibus ipso die est mortuus. Nam spiritum ultimum trahens, deportatus ante altare, professus est se propter verba blasphemiæ animam reddere, ut ostenderetur à Domino meritum S. Opportunæ. *b*

E

ubi in eamdem blasphemus

a

fractis cervicibus moritur.

b

4 Nec oblivioni tradendum est qualiter anno gratiæ millesimo centesimo quinquagesimo quarto, Ludovicus Rex Francorum Christianissimus, & *c* Dux Aquitaniæ, ecclesiæ sanctissimæ Virginis Opportunæ, in urbe Parisiorum sitæ, census, viariam, & decimas pratorum juxta Montem-Martyrum & campellorum juxta portam ipsius civitatis (quos vulgus *d* maresca vocat) ad eumdem dominum pertinentes *e* contulit; ipsi enim campelli ob aliud insigne, ut visum est, ipsi ecclesiæ fuerant donati. Quod ita contigisse narratur. Quidam siquidem illis diebus peregrinationis causa ad præsentem ecclesiam simul venerant: dum autem redire ad propria concito gressu optarent, & breviori via uti quærerent, per loca in ipsis campellis seu marescis hominibus invia descenderunt. Sed prout scriptum est, *Prov. 16. 9* cor hominis disponit viam, domini autem est dirigere gressus; cum brevius iter quærerent, in longum incommodum inciderunt: in ipsius namque montis declivo obviaverunt *f* basiliſco, qui alterum eorũ solo visu, ut suæ naturæ congruit, occidit. Quem ad jam dictæ Virginis subsidium deferentes, atque pro eo vota cum precibus fundentes, vitam eidem reddi obtinuerunt. Cujus rei relatione Rex præfatus inductus, eosdem campellos ipsi ecclesiæ libere possidendos dereliquit.

c

Donatio facta

d e

F

ob mortuũ resuscitatum

f

5 *Imo libere possessos permisit alienari, uti ex infra scriptis diplomatis apparet quæ Gosletus in Annotationibus producit*

AUCTORE G.H.

confirmata diplomate uno

producit, & mirum eſt non melius ab eo intellecta fuiſſ. Primũ an. MCLIV *datum incipit:* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Ludovicus Dei gratia Francorum Rex & Dux Aquitanorum. Regni ſedes principalis civitas Pariſienſis, anteceſſoribus noſtris Francorum Regibus ſemper grata, quanto nobis eſt acceptior, tanto amplius ſolicitudinem regiam ea, quæ ad honorem & ſuffragia civium pertinent, decet providere. Secus eamdem civitatem aquoſa quædam terra eſt, quam mariſcos vocant, in uſum communis paſcuæ conſtituta & S. Opportunæ propria. Notum ſit igitur tam natis quam naſcituris, quod

g noſtro & venerandi Patris Epiſcopi *g* Theobaudi noſtrorumque fidelium concilio, Canonici S. Opportunæ, propter eccleſiæ paupertatem & communem multorum utilitatem, mariſcorum medietatem culturæ & curticulis faciendis dederunt, habituri ceſum in feſto S. Remigii, de ſingulis videlicet agrippennis denarios duodecim, ex noſtro aſſenſu, decimis terræ illius & viaria retentis & conſignatis in jure ejuſdem eccleſiæ &c.

alteroque, 6 *Idem confirmavit & clarius expreſſit Rex prædictus, expartibus tranſmarinis regreſſus, tempore Mauricii Epiſcopi, qui circa annum* MCIX *inſtitutus, obiit anno* MCXCVI, *Regi Ludovico per annos ſedecim ſuperſtes: quod hic notamus, quia annus diplomatis non exprimitur apud Groſſetum, quod eſt ejuſmodi:* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Ludovicus Dei gratia

B Francorum Rex. Notum facimus univerſis, præſentibus pariter ac futuris, quod Canonici S. Opportunæ, propter eccleſiæ ſuæ paupertatem, & communem totius civitatis utilitatem, mariſcum, qui jacet inter Pariſios & Montem-Martyrum, & portenditur à ponte Petrino, uſque ſubtus villam, quæ vocatur Challoël, qui proprius eccleſiæ S. Opportunæ eſſe dignoſcitur, ad excolendum dederunt, in feſto B. Opportunæ de ſingulis *h* arpentis duodecim denarios annuatim recepturi, decimis mariſci illius & viaria retentis & aſſignatis in jure ejuſdem eccleſiæ. Nos autem prædictæ inſtitutioni, mandato Domini Papæ, & tam Senonenſis Archiepiſcopi *k* Guillelmi quam Pariſienſis Epiſcopi Mauricii, aliorumque prudentum conſilio inducti &c.

h i

k

Pariſiis brachium dextrum ſuſceptum

7 Carolo quinto Francorum Rege, coruſcantibus in dies ſacræ Virginis Opportunæ virtutibus, omnes illius opem in infirmitatibus implorabant, ſacraq; pignora poſſidere magis ac magis deſiderabant. Qua pietate ductus vir venerabilis Hugo de Caſtro-Girardi, ejuſdem S. Opportunæ Eccleſiæ Pariſiis Capicerius, brachium illius dextrum à *l* Joanne de Puteo Abbate Cluniacenſi impetravit: quod *m* Armericus de Magniaco Pariſienſis Epiſcopus è Regis baſilica ſeu turriculis, ut vocant, ubi modo

l

m

C Regalis platea viſitur, Rege comitante, ſolenni ſupplicatione in præfatam eccleſiam, die Dominica infra Octavam Epiphaniæ Domini anno MCCCLXXIV,

an. 1374. devote apportavit: in cujus memoriam ſtatuit, ut quotannis dies feſtus duplex de S. Opportuna Virgine cum ſolenni brachii ſupplicatione in perpetuũ fieret. Sacrum illius caput in Prioratu de Monciaco quieſcit, dempta cranii aliquantula portione, quam Sanctimoniales Almaniſcæ cum brachio ſiniſtro poſſident. Altera maxilla colitur Apud Inſulam Adami in Prioratu S. Godograndi fratris ſui. Lutetia Pariſiorum coſtam ejus miraculoſam cum brachio dextro & alia portione capſa incluſa veneratur: reliquum vero corpus apud caſtrum Vindocinenſe in S. Georgii ſacra æde quieſcit, illuc refugii cauſa, *n* Anglis Neuſtriam devaſtantibus, exportatum.

D

Alia Reliquiæ variis in locis.

n

ANNOTATA.

a *Primus hujus nominis Silvanectenſis Epiſcopus interfuit Calenſi Synodo, ſive anno 997 ſive anno* 1008 *habita. Vnde hæc ab aliquo juniore amanuenſi adjecta videntur. Si quis loco* Roberti *ſubſtituere deſiderat* Autbertum, *qui Synodis Pentigonenſi & Trecenſi interfuit anno* 876 *&* 877, *uti inſinuat Mabillon, per nos licebit. Eodem modo aliquis diceret alium fuiſſe* Robertum, *ſed hactenus in Catalogo Epiſcoporum omiſſum.*

b *Addebatur conſueta formula lectionum,* Tu autem Domine, miſerere nobis. *Quæ ſequuntur ſunt longe poſterioris, quidni & auctorum diverſorum.*

c *Eſt hic* Ludovicus VII, *vulgo* Junior *cognominatus, quod ſimul cum Ludovico Groſſo patre ſuo regnarit. Hic ducta in uxorem Alienore, filia Guillielmi ultimi Ducis Aquitaniæ, eum Ducatum anno* 1137 *acceperat. Conſule quæ in Commentario prævio ante Vitam S. Guillelmi eremitæ diximus* 10 *Februarii* §. 3, 4 *&* 5.

d *Goſſetus* Mareſia *legit, & in diplomatis duobus ſequentibus* Mariſios: *non dubitamus tamen, quod vulgo* Mareſce *dicebatur, etiam* Mareſcum *Latine ſcriptum fuiſſe. Significantur autem eo nomine prata paluſtria, à radice* mar, mer, mour *palus locus, pro varia variorum dialecto: poſtrema Flandrorum eſt, quibus propterea ejuſmodi prata uliginoſa vocantur,* mouraſche.

E

e *Imo pridem ad jus eccleſiæ iſtius pertinentes, permiſis alienari.*

f *Diabolico ſpectro exanimatum hominem prorſus credo: nam quod de baſiliſco vulgo creditur, inter fabulas à naturæ peritioribus numeratur.*

g *Fuit* Theobaldus *Epiſcopus Pariſienſis ab anno* 1140, *quo* Stephanus *deceſſor obiit, uſque ad annum* 1158. *Succeſſit ei* Petrus Lombardus, *vulgo dictus Magiſter ſententiarum; ſed ad breve tempus, ut notat Claudius Roberti in ſua Gallia Chriſtiana.*

h Arpennum *ſupra* Agripennum, *vulgo* Erpan: *quod licet hic ad originem Latinam detortum, vere totum Francicum, & Teutonicum eſt, compoſitum ab* ard *ſeu* erd *terra, &* pand, pend, *quadrum.*

i Neque *hanc vocem à Latina origine eſſe puto: ſed eſſe à Tentonico* Weyen, *quod ſignificat* paſcere, *&* venari, *credo autem jus venandi intelligi: nam paſcendi jus qui potuiſſet reſervari, cum terræ hujus alia nulla eſſet utilitas? ſit ergo* Viaria, *quaſi Belgice dicas,* Weyerye.

F

k *Creatus Guilielmus anno* 1168 *obiit ante Regem.*

l *Alius* Joannes de Pina *dictus, mortuus* 27 *Decembris anni* 1374.

m *Fuit hic Cardinalis titulo S. Euſebii, & executor teſtamenti Caroli* V *Regis, mortuus an.* 1384. *At Rex Carolus mortuus eſt an.* 1380.

n *Id bellum cœptum eſt ſub Carolo* VI, *& fere per* 100 *annos duravit.*

DE BEATO ADELBERTO,

COMITE AVSTROBANDIÆ IN BELGIO.

GH.

SUBFINEN SEC. VIII.

B Aldebertus maritus S. Reginæ,

A*Vſtrobandiæ, ſive Auſtrovandiæ, aut Oſtrovandiæ, illuſtris ditio, fluviis Sauveto, Scarpo & Scaldi, quæ illi in hunc ad Buchainum & Mortaignam illabuntur, incluſa, nomen videtur ſortita, quod limes fuerit Auſtraſiæ, cujus regno Cameracum cum vicina Hannonia ſubjiciebantur. Hujus Auſtrobandiæ Comes habetur B. Aldebertus, cum uxore ſua S. Regina, fundator monaſterii Dononienſis ad Scaldim, in ditione Auſtrobandiæ, inter Valencenas & Buchainum: in quo monaſterio S. Ragemfredis, earum filia, Sanctimonialibus præfuit Abbatiſſa. Arnoldus Rayßius in Hierogazophylacio Belgico pag. 200 de hiſce tribus iſta ſcribit.* Dononii, in celeberrima & nobiliſſima Benedictinarũ Abbatia, prope Valentianas, quieſcunt corpora B. Aldeberti Comitis Oſtrovandiæ, qui obiit x Kalẽdas Majas B. Reginæ Aldeberti conjugis, hujus cœnobii fundatricis, quæ obiit ipſis Kalendis Sextileis (*corrige* Quintileis): B. Ragenfredis Abbatiſſæ, Beatorũ Aldeberti & Reginæ filiæ, quæ obiit VIII Idus Octobris. Horũ tria corpora in ſummo altari in argenteis feretris quieſcunt: S. Ragemfredis in medio, B. Aldeberti in dextero latere, in ſiniſtro vero B. Reginæ: ſitque apud velatas Virgines de his tribus Officium ſub ritu duplici. *Hæc Rayßius, Henricus Doutremannus par. 3 Hiſtoriæ Valencenianæ cap. 5, refert originem ſolennis proceßionis, quæ apud Valencianas inſtituta eſt anno* MVIII, *& quotannis habetur adductis undequaque ſacris Reliquiis, quas prout circumlatæ fuerunt anno* MDLXIII *late deſcribit, ac narrat* Dononio tunc apportatas fuiſſe quatuor inſignes hierothecas: quarum prima erat S. Aldeberti Comitis Auſtrebandiæ; ſecunda S. Reginæ ejus conjugis, fundatorum eccleſiæ & monaſterii Dononienſis, ac parentum decem filiarum Virginum ſanctarum, Tertia hierotheca continebat corpus S. Regemfredis, primogenitæ dictarum decem Virginum, & primæ Abbatiſſæ Dononienſis. Quarta erat inſtructa variis reliquiis Vrſulinarum Virginum. *Molanus in Auctario Vſuardi poſterioris editionis, iſta ſcribit*: In Hannonia, Dononio monaſterio, obitus S. Aldeberti Comitis Auſtrovandiæ & Confeſſoris, non tamen canonizati: cujus corpus quieſcit in ſummo altari in tumba argentea, *Gulielmus Gazet in Hiſtoria Eccleſiaſtica Belgica pag. 154 ſimili encomio celebrat* S. Aldebertum, Comitem Auſtrobandiæ, maritum S. Reginæ, qui in favorem decem filiarum, quas genuerant, conſtruxerunt monaſterium Dononienſe, in diœceſi Atrebatenſi, prope Valentianas, ubi corpora eorum ſunt elevata. *Secuti ſunt paßim recentiores Martyrologi, Sauſſaius Willotius & alii.*

pater S. Ragenfredis:

horum ſacra corpora Dononii

B

in ſummo altari,

Valencenis in proceſſione circumlata.

memoria in faſtis.

C

2 *Vitam aliquam, ex MS. Paßionali cœnobii Bodecenſis Canonicorum Regularium Paderbornenſis diœceſis deſcriptam, ſubmiſit nobis Ioannes Gamanſius noſter. Verum multa in ea controverſa ſunt, inter quæ eſt illud, quod dicatur* fuiſſe electus in Epiſcopum Cameracenſem, in qua dignitate conſtitutus, uno ſolo anno cum triduo ſupervixiſſet. *Quæ ad hunc* S. Aldebertum *videntur tranſlata* à S. Ableberto, Epiſcopo Cameracenſi, *cujus Acta dedimus* XV *Ianuarii, ac diximus eum etiã appellari* Adelbertum, Albertum, Emebertum. *Alia controverſia eſt quod dicatur* S. Aldebertus Tornaci longo temporis curriculo ſerviviſſe cuidam piſtori, qui ipſum multum dilexit propter humile ſuum obſequium: *dein* in monte S. Trinitatis in magna auſteritate vitæ degiſſe. *At Molanus de S. Ableberto iſta ſcribit.* Apud Tornacum & Antonium eſt pagus S. Aldeberti, qui Mons-Sanctæ-Trinitatis vulgo appellatur. Pagum autem Paſtor ſic vocari aſſerit, quod S. Aldebertus Epiſcopus Cameracenſis ibi habitaſſe creditur. Aſſeruit & feſtum ſua in Eccleſia celebrari. *Hæc Molanus ad* XV *Ianuarii. Hæc autem controverſa quia occupant præcipuam partem dictæ Vitæ S. Aldeberti Comitis Auſtrobandiæ, eam omittimus noſtro operi inſerere, dum major lux aliunde affulgeat. Propoſuimus noſtram dubitationem ad diem* VI *Februarii ad hiſtoriam tranſlationis S. Vedaſti, ex Vita S. Autberti auctore Fulberto, num ſcilicet S. Emebertus Epiſcopus Cameracenſis ſit alius à S.* Ableberto *ſive* Adelberto, *quod dicantur* à die depoſitionis S. Vedaſti, uſque ad tempus B. Autberti ſex fuiſſe Epiſcopi, quibus ipſe ſeptimus ad Pontificii culmen acceſſit: *qui ſex interpoſiti haberi nequeant niſi* Ablebertus *ſive* Adelbertus *alius ſtatuatur à* S. Ameberto, *aut certe aliquis alius interponatur. Verum iſte* Ablebertus *ita diſtinctus quia ſeptimo ſeculo vixit, ad hunc* Adelbertum Comitem Auſtrobandiæ, *qui ſeculo octavo floruit, nihil conferre poteſt. Eo tempore præfuit* XV *Epiſcopus* Albericus: *an ex eo nomine ſit formandus* Albertus *&* Adalbertus, *& quæ hic dicuntur de* S. Adelberto Comite, *poßint illi tribui, viris eruditis in diœceſibus Cameracenſi, Atrebatenſi & Tornacenſi diſcutiendum relinquimus. Aliqui etiam interponunt* S. Theofridum, ex Abbate Corbeyenſi Epiſcopum Cameracenſem, *quem alii* Ambianenſem, *alii* Albigenſem *dicunt.*

& ante Tornaci & in Monte S. Trinitatis vixiſſe.

E

In Vita MS. hic omiſſa

dicitur Epiſcopus Cameracenſis,

3 *Excuſa ſunt an.* MDCXXV *officia propria peculiarium Sanctorum Abbatialis Eccleſiæ Dononienſis, ante ex commiſſione Epiſcopi Atrebatenſis à Mathia Navæo ſacræ Theologiæ Doctore Duacenſi approbata: inter quæ ad hunc* XXII *Aprilis proponuntur tres Lectiones* de S. Aldeberto *ad Matutinum in ſecundo Nocturno recitandæ: quas hic damus, ſed collatas cum iis, quæ paulo uberius continentur in Annalibus Hannoniæ, extractis ex libris Iacobi Guiſe, & tribus voluminibus Gallice anno* MDXXXI *excuſis: ubi volumine 2 à folio 47 de monaſterio Dononienſi agitur: & aliqua hic in notis adjunguntur.*

Vitæ epitome ex officio proprio.

VITÆ COMPENDIUM
Ex lectionibus Eccleſiæ Dononienſis.

1 CLaruit tempore Pipini Regis Francorum, qui pater fuit Caroli Magni, inter Poceres aulæ Aldebertus Comes Auſtrovandiæ, ex genere Francorum non infimus, opibus & prædiorum copia locupletiſſimus: nec ſolum nobilitate ſanguinis illuſtriſſimus, verum etiam omnimoda morum probitate & actuum clariſſimorum ſplendore omnibus amabilis. Hic non luxuriæ fervens ardore, ſed ſobolis procreandæ provocatus amore, neptem dicti Pipini Regis, nomine proprio Reginam, in uxorem ſibi expetiit, & Deo donante impetravit. In caritatis itaque copula ſociati, erat eis juxta Apoſtoli præceptum honorabile connubium: in quo invicem ad bene vivendum cohortantes, caſtimonia conjugali, eleemoſynarum affluentia & aſſidua erogatione, divino conſpectui placere ſtudentes, de die in diem devotionis ſanctæ ſtudium ampliabant: pauperes recreabant, nudos veſtiebant, infirmos viſitabant; & univerſos, quos indigentia anguſtiabat, & violentorum præjudicia opprimebant, pro poſſe ſibi conceſſo, erogatione ſubſtantiæ & conſiliis ſalutaribus, ab inſtanti miſeria ſublevabant. Quoniam autem univerſa, quæ prompta devotione indigentibus conferebant, Domino Jeſu ſubminiſtrabant; benedictionem ſupernæ felicitatis ſibi acquirebant, ut regnum Sanctis omnibus à mundi origine præparatum percipere

Adelbertus & Regina conjuges Sancti,

E

Hebr. 13, 4

dediti eleemoſynis,

EX.LECT. cipere mererentur, & in perpetuum hereditate immarcescibili remunerarentur. His itaque secundum timorem Dei in copula conjugii caste copulatis, & per exercitia dictarum virtutum, mandatis cælestibus fideliter & assidue servientibus, ut liquido constaret, quantus & qualis fructus ex hac connexione resultaret, ex benedictione supernæ virtutis nata est eis propago & soboles veneranda, a decem videlicet virgines sanctæ, quas parentes secundum legem Domini erudierunt, disciplinis quoque b liberalibus & litterarum divinarum lectionibus institui curaverũt. Earum nomina hæc sunt: S. Ragemfredis, Cælestina, Rosa, Ambrosia, Ava, Euphrosyna, Helena, Neptalina, Paulina & Carola. Ædificaverunt etiam ad Scaldim fluvium in loco diœcesis Atrebatensis, qui Dononium dicitur, cœnobium ad honorem Dei Genitricis itemque ecclesiam in venerationem S. Martini. c In eo loco numerosum sanctimonialium numerum, cui B. Ragemfredis filia præfuit, & Clericorum Dei gregem instituerunt, reditibus & prædiis decenter ad servitutem Dei legatis. Visuntur eorum sepulcra in parochiali ecclesia, sed corpora elevata sunt, & in monasterii summo altari in argenteis feretris quiescunt; S. Ragemfredis in medio, B. Aldeberti in dextro latere, in sinistro vero S. Reginæ.

dicuntur procreasse decem filias

a

b

c adificarun monasterii Dononiense, ibidem quiescunt.

D

ANNOTATA.

a In lectionibus S. *Reginæ* 1 *Iulii etiam* decem filiæ procreatæ *dicuntur, sed nomina non exprimuntur.*

b *Nomina in historia monastica aliquot tomis conscripta à La Barre Aquicinctino, sed hactenus inedita, tomo* 6 *par.* 2 *ita efferuntur*, Ragemfredis, Cælestina, Rosa, Ambrosia, Anna sive Ava, Euphrasia, Efaina, seu Faina, Neptalina, Paulina & Carola: *& citabantur sub initium supra indicati Annales Hannoniæ in quibus, desunt nomina. Sed dicuntur* hæ decem Virgines peregrinatæ Romam, ac dein ex illis quinque profectæ Hierosolymam, ubi inter Sancta pietatis exercitia è vita excessissent; uti quatuor aliæ Romæ, quando S. Ragemfredis superstes, & in patriam reversa reperit Adelbertum patrem vita functum. *Hæc ibi, quæ optaremus antiquioribus monumentis confirmari. Valde etiam veremur ne sola S. Ragemfredis eorum filia fuerit: aliæ autem novem, primæ sociæ ejusdem sanctæ Virginis, atque adeo dictorum Comitum filiæ dumtaxat adoptivæ, ut sic loquar, quatenus tota BB. Adelberti & Reginæ hereditas in jus monasterii, pro ipsis fundati, transierat.*

Nomina 10 filiarum & obitus.

E

B

DE S. SENORINA, VIRGINE,

ABBATISSA BASTENSI IN PORTVGALIA ORDINIS S. BENEDICTI.

G.H.

VITA

Edita a Tamaio Salazar

Ex MS. Legendario Conimbricensi.

AN DCCCC LXXXII Floruit hæc nobilissima & sanctissima Virgo *seculo Christi decimo, nata circa annum* DCCCCXXIV, *mortua anno* DCCCLXXXII, *hoc* XXII *Aprilis: quo die in Martyrologio Lusitanico, Conimbricæ anno* MDXCII *excuso, memoratur his verbis:* Inter fluvios Durium & Minium, in ecclesia Parochiali S. Senorinæ de Basto, ubi antiquitus monasterium fuit, celebratur festum S. Senorinæ Virginis; quæ fuit genere nobilis, ac professione Benedictina, in quo ordine vixit annos quinquaginta, exemplar magnæ sanctitatis, clara virtute miraculorum in vita & post mortem. Sacrum ejus corpus servatur in dicta ecclesia ad latus dextrum majoris altaris.

S. Senorina ecclesia,

festum,

reliquiæ:

Vitam ejus ut possumus, damus ex antiquo MS. Legendario Conimbricensi monasterij S. Crucis, jam ante à Tamajo-Salazar in Martyrologio Hispanico excusam; quam Hispanice edidit Antonius Yepez tomo 5. *Chronici Benedictini ad annum* DCCCCLXXVII, *Lusitanice Ludovicus ab Angelis in Viridario Portugalliæ cap.* 55, *& Georgius Cardoso in Hagiologio Lusitano ad hunc diem, sed contractam, uti latine extat in quatuor Lectiones divisa in Breviario monastico ordinis S. Benedicti regnorum Portugalliæ Conimbricæ excuso anno* MDCVII, *& apud Menardum in Notis ad suum Martyrologium ad diem sequentem, & passim apud alios scriptores Lusitanos, citatos tum ab alijs tum à Tamajo-Salazar quem nihil de suo addidisse vel immutasse in contextu, sed ipsa antiqui Legendarij verba invariata proposuisse libenter crederemus; nisi cognitam haberemus experimentis quotidianis exiguam hominis hoc in genere fidem; non quidem malam, sed tamen infirmam, & nostræ scriptionis instituto parum accommodam; dum quæ vel ab alijs vel à seipso persuasus vera esse credidit, conjecturis novitijs inædificata, inseruit vitis, non tantum quas compilavit ex varijs; sed ijs quoque, quas ex antiquis MS. accepisse se profitetur: & antiquam phrasim plerumque mutavit, uti eum nunc quoque fecisse judicabit, qui ipsum ex suis scriptis nosse didicerit. Istud autem hic dictum, in ijs omnibus valere volumus, quæ ex ipsius opere inseruimus hactenus aut inseremus nostro: rogamusque eos penes quos ipsa antiqua monumenta sunt, ut ea transcribere nobis verbotenus ac transmittere curent, fide meliori danda in lucem.*

Vita scripta

C

Parentibus illustribus prognata, a

1 SEnorina ex nobilissimis Sousarum orta natalibus, *a* Husum Hufes, Belfajal seu Belfajer Comitem, & Dominum territorij da Vieira & do Basto, inter Minij & Durij flumina Bracarensis diœcesis, patrem habuit, & Soërium Belfajal avum; matrem vero Tharasiam, sororem Comitis Gonsalui Soarij strenui militis, qui Regibus Legionis opem detulit sæpe sæpius. E vita vero Tharasia discessit, relinquens filiam Senorinam puerulam fere lactentem: hinc Husi patris dolorem & conjugis obitus & filiæ orbitas gravissime perangebant. At ut tantis Husus occurreret infortunijs, Godinam Abbatissam in cœnobio S. Joannis de Vieira, ordinis Benedicti, puerulæ materteram, feminam & prudentiæ dono illustrem, generisque nobilitate conspicuam, & quod fortius est, vitæ sanctitate sublimem, elegit, ut de Senorinæ educatione tractaret, concurrentibus utriusque sanguinis conjunctionis vinculis, & sanctissimæ Abbatissæ ad hujusmodi educationis pensum suffragantibus officijs, etiam in externis virginibus. Nec electio Comitis animum decepit, quia B. Godina, accepta puerula cum ejus nutrice, sic assistentiæ necessaria ministravit utrique, ut post tempus infantiæ sacra Virguncula sanctissimæ Abbatissæ solertiam omnibus intuentibus propalaret. Cum ergo jam ad ætatem discretionis pervenit, ita virginem Godina validis virtutum fulcris, verbo & opere informare constituit, ut sancti Spiritus templum mereretur haberi, ideoque ad summum, timore & amore Dei prævijs, perfectionis apicem devenire curavit. Hinc fere totam hebdomadis partem jejunijs explebat, cilicio induta teneræ carnis fomitem, nec non disciplinis macerabat, & reliquum temporis aut in oratione aut in verborum cælestium auscultatione excursum feliciter transigebat.

datur Godina Abbatissa nutriendas

educatur religiosè.

F

2 His sic Senorinæ virtutum odoribus per illius regionis terminos diffusis, in aures ingenui & nobilis adolescentis ejus fama pervenit; qua procaciter

inescatus

à nobili viro ad matrimonium eligitur.

ineſcatus juvenis, omnem ponere operam curavit, ut ad ſpecioſiſſimæ virginis auditum, ejus flagrantis amoris ſcintilla perveniret, ita ut illam ſibi in matrimonium conjungeret. Quod ut beata Virgo cognovit, conſtanti animo, ut à propoſito reſiliret, juveni notificari mandavit. Sed cum ſit immedicabilis amor, eo ipſo quod Virginis contemptus ſignificationem audivit, vi furoris multiplicata prolixius, in pervicacem deſperationis affectum, blandum voluntatis deſiderium tenaci apprehenſione convertit. Sed quia fruſtra æſtuantis adoleſcentuli ſolicitudo continuum temporis lapſum perdebat, ſibi conſulens, Comitem

à patre ſollicitato,

Huſum, Virginis parentem, adire compellitur: cui obortis lacrymis, ardentibus affectibus, meteoricis precibus & amantis ſuſpirijs, omnia ſui amoris accidentia patefecit; ab eo flagitans ut filiam ſumme dilectam ſibi in conjugium permittere dignaretur. Comes nobiliſſimi juvenis anguſtiam demirans, & illius dotes ab origine illuſtres & à natura præclaras contuens, illum, ut tempori pauſam daret, benigne dimiſit; promittens ſe filiam, ut ad conjugij vinculum properaret, bono auſpice allocuturum. Abſterſit ſtrenuus Comes ſolamine prudenti lacrymas juvenis perturbati, qui ejus ſalutem Comiti commendans,

B *b* de ejus præſentia valde ſolatus diſceſſit. Tum Comes *b* in cœnobium conſcendens, Senorinam accerſiri

rogatur:

jubens, humanis & ſuavibus verbis, Proceris conjugium prudenti brevitate propoſuit; addens quanta amoris æſtuatione, quanta ſanguinis illuſtratione, eorum proſequeretur affectum. Audivit ſacra Virgo patris propoſitum, cui tali ſupra ætatem conſtantia reſpondit: Ego D. N. Jeſum Chriſtum Sponſum accepi, quem deſpicere fœdum, cujus amplexus perturbare nefandum: ideo, in animæ ſponſi diſturbium,

vincit ipſa,

alium admittere, iniquum; ita ut nec patris inſtantia, nec juvenis appetitus, nec mundi opes, nec vana nobilitas poterit me à Chriſti Sponſi, amantis, nobilis, & divitis ſeparare conjugio. Tacuit pater, auditis beatæ Virginis verbis, vehementi fervoris ſpiritu prolatis: & ut ſanctum propoſitum ad perfectionem perduceret invitavit; Virgini promittens, ulterius de illo aut alio matrimonio exquirendo, ſe nuſquam tractaturum.

3 Hanc Huſi Comitis obſequelam, qua ſe cum filiæ placito conformavit, ſic Virginis Sponſus gratam accepit, quod nocte ſequenti reſignationem Comitis plaudere ſatageret: ideoque illi in ſomnis

C Angelum dimiſit, qui Numinis aſſenſum referret, & quod protinus Senorina monaſticam religionem acciperet, imperaret. Tantæ inſpirationis decreto parens, adveniente die Comes monaſterium adivit: & Godinæ Abbatiſſæ necnon filiæ Senorinæ Dei placitum recenſens, & oraculum Angelica voce prolatum propalans, illico ſacram virginem Benedictini

& habitum Ordinis ſuſcipit:

Ordinis habitum induere deſtinavit. Quo facto nimia omnium lætitia, ad aratrum Senorina manum imponens, ſic in perfectione concrevit, ut non ſolum exemplo ſed & admirationi omnibus aliis extiterit ſanctimonialibus. Exacte Martyrum acta legebat, in quorum ſtudio & in æternorum penſitatione cruciatuum diu noctuque percurrebat, tanto lacrymarum imbre, quod & in martyrij deſiderio exardeſceret, & in pœnarum æternarum diffugio totis viribus laboraret. Hæc ergo voluntatis ad martyrium

anhelat ad martyrium:

anxietas ſic corporis attenuavit compaginem, eo maxime quia clauſuræ ſtatus propoſitum prohibebat, ut in melancholicam incideret ægritudinem. Cujus cauſam, ut agnovit B. Godina illa qua erat prædita ſanctitudine prudentiali & ſolertia monachali, infirmam Virginem viſitavit, & hæc inter alia ſolaminis vice verba profatur: Soror cariſſima, noſtra hæc vita monaſtica, ſi in ſua accipiatur ſeverita-

te, quid aliud niſi verum martyrium eſt? Nam ſi Martyrum res geſtas perpendis, in nobis prolixius, quam in illis martyrium inſpectabis. Illi temporalem, nos continuum agonem ſuſcipimus: illorum affectus attracti, noſtrorum proculdubio voluntaria reſignatione oblati feliciter. Ergo ſi martyrium, filia cariſſima, explere deſideras; in palæſtra es, in pulvere præſens agoniſta ſubjaces, age dum & ad ſatellitum, trium animæ inimicorum conflictum, ſtrenua pugil arma defenſionis exerce. Hic cruces & ſtipites invenies, quos ſuperes: hic rotas, trochleas & torcularia, quæ vincas; hic equuleos, fidiculas, cataſtas, quas deprimas; hic denique alia inſtrumentorum genera cruciatuum, quæ comprimas, dubio procul reperies. Ergo ut quid aliud martyrium ambire præſumis? Dei voluntatem adimple, & omni benedictione fruêris. His ſacra Virgo ſuffulta conſilijs, læta ſolamine & vallata præſidio, illud novum agonis piaculum variis pœnitentiæ exercitiis ſedula quæritabat; in quorum continuatione ſic vitæ terminum explevit, ut aliquando Martyr reputaretur ubique.

EX TAMAIO. D

Ordinis exercitia proſequitur;

E

4 His temporibus ſanctiſſima Godina, cœnobii Abbatiſſa, Senorinæ matertera, & ejus bonæ indolis magiſtra, temporalem exuit vitam, & æternam virtutum ſarcina onuſta feliciter adinvenit. In ejus locum & merito Senorina, convenientibus ſanctimonialium ſuffragiis, ſucceſſit. In hujus officii onere, ſic ſacra Mater ſe geſſit, ut nec in minimo apice ab antiquæ ſeveritatis pondere deviaret. Fuit in illa mirabilis gratia miraculorum: nam ſæpius aquam in vinum vertebat, tempeſtates ex areis depellebat, & alia prodigia ſuis orationibus perficiebat. Cœnobium ex loco Vieira, ad Baſtum tranſtulit, ubi cum panis Virgines laborarent inopia, interveniente ſanctæ Abbatiſſæ oratione, brevi Deus ſaturavit famelicas. Quid magis? Cum aliquando iter perageret Abbatiſſa juxta Carrazedum, ſociis aliquibus ſacræ Congregationis Virginibus, & in loco divinum recitare officium ſtatuiſſet amœno, ſic à rauco ranarum ſtrepitu ejus fuit impedita devotio, quod in oratione nec minimum perſiſtere potuerit. Tunc Senorina garrulas animalium moleſtorum voces conſopire diſponens, ne in ceterum perſtreperent imperavit: quod evenit, nam ulterius nullum hujus generis in termino illo conſpectatur *c* entoma.

eligitur Abbatiſſa,

claret miraculis,

ranas oratione pellit:

c

5 Erat ergo ſacræ Virgini cariſſimus *d* B. Rodeſindus, & propter cognationis vinculum, & ob ſanctitudinis piaculum, quæ in cauſa fuere, ut aliquando beatus vir Senorinæ frueretur alloquiis. Evenit autem, ut ſtatuto tempore Rodeſindus monaſterium adiret, quatenus ſacram Abbatiſſam viſitando conſuleret, & ab ea aliquid conſulendo ediſceret: ad quorum colloquium cum ambo accederent lætabundi, & de rebus ſpiritualibus loquerentur ad invicem; duo opifices, qui cœnobii tegumenta verrebant; Sanctorum colloquia in peſſimam partem traduxere fallaces. Vix in eorum corde fuit exorta temeritas, quando in ipſorum corpore dæmonum eſt ingreſſa caterua, quæ miſeros opifices pertorquens, è tecto in periſtylium præcipites propulſavit, ita ut in partes homines contuſi, miſerabiliter protinus animas eructarent. Quod infortunium Rodeſindus & Abbatiſſa intuentes, utriuſque orationibus, & ſancti Abbatis manuum impoſitione, alter & alter opifex, cum ſpectantium admiratione, vitam Deo miſerante recepit.

d

F

à S. Rodeſindo invi-ſitur,

mortuos ſuſcitat:

6 Demum tranſactis aliquot annis, cum Senorina quadam die cum ſuis ſacris Virginibus in choro Completorii officium integra devotione perſolveret, concentus dulciſſimi in aëris regione ab omnibus auditi magna cum animorum fuere lætitia: quos cum non caperet Virginum cœtus, ad Matrem poſt abſo-

EX TAMAYO.

lutum Officium convenit, ut de pſallentium melodia cauſam exquireret ab Abbatiſſa. Quæ illis de obitu *e* Rodeſindi, in cælum ab Angelorum agminibus tranſlati, rationem feliciſſimam aperuit. Tunc ſacræ Virgines horam & diem ſignantes, poſtmodum veritatis apicem invenerunt. His & aliis Sanctorum operum illuſtrationibus ad ultimum vitæ limitem ſanctiſſima Virgo pervenit. Nam quadam die dum in oratione perſiſteret, dulciſſimam hanc vocem audivit: Veni electa mea, quia concupivit Rex ſpeciem tuam. Qua audita protinus ſe ad viam munivit, & acceptis devote Sacramentis, filiabuſque in Dei amore & timore eruditis ille purus ſpiritus ad gaudia æterna placida dormitione tranſcendit, XXII Aprilis, anno Chriſti DCCCCLXXXII, cum LVIII eſſet annorum. Corpus juxta SS. Gervaſij & Godinæ exuvias in cœnobii eccleſia ſepultum, innumera quotidie patrare miracula novimus: ita ut ægri ſalutem, obſeſſi libertatem, debiles manus, claudi pedes, ſurdi aures, & cæci oculos reportarent. Quæ cum *f* Pelagius Braccarenſis Eccleſiæ Pontifex auſcultaſſet, curioſitate permotus, ad tumulum accedere, ejuſque ſacra pignora intueri proponens, cœnobium adivit: in cujus præſentia cum jamjam ſarcophagum aperire deſtinaſſet, cæcus à nativitate viſivæ lucis radios Virginis interceſſione recepit. Tunc Præſul à propoſito deſiſtens, & miracula credens, ſanctam Virginem in ſublimiorem loculum elevavit, hoc illi *g* gravans in marmore Epitaphium:

obitum S. Rodeſindi cognoſcit.

Mortua,

illuſtratur miraculis:

f

corpus elevatur,

B

g

appoſito epitaphio:

Hic Senorina jacet Chriſti ſponſa & fide plena,
Quæ innumeros vivens tunc reſpiravit odores:
Et moriens plurimos quoque nūc per ſecula ſpirat.
Hæc fuit illuſtri (ut memorant) de ſanguine creta:
Sed magis illuſtris dicta eſt pro ſtamine vitæ.
Illius agnoſcens Pelagius agmina Præſul
Virtutum, poſuit vovens in Tabulis Almam:
Qui inſcripſit quoq; lapidis hoc in tegmine metrū.

Sanctii adſcribitur ipſa:

ERA MC LXVIII.

Inter cetera memorabilium miraculorum à beata Virgine patratorum, illud ab omnibus celebre reputatur, quod *h* Sanctius, primus hujus nominis Luſitanię Rex, pro ſalute Alfonſi Primogeniti filii obtinuit. Nam cum is in ultimo vitæ termino computaretur ægrotus, Sanctius pater ad cœnobium convenit pro ſalute Principis conſequenda. Qui cum novendiale devotus exequeretur votum, ſalutem Alfonſo feliciter impetravit: cujus opis gratificatione innodatus plurima cœnobio munera obtulit; præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat, per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

h

filius Regis ſanatur.

C

ANNOTATA.

a *Tepez & Ludovicus ab Angelis* Comitem Adulfum *appellant: Lectiones Breviarii Benedictini* Avulſum. *Souſarum familia an nominetur in MS. Legendario vehementer ambigimus.*

b *Hinc liqueret non fuiſſe in domo paterna à Godina inſtructam, uti apud Menardum legitur, ſi de fide Tamaji hæc ita velut ex antiquo MS. tradentis, non dubitaremus.*

c ἔντομα, inſectum *Phyſicus Latinus diceret.*

d *Hic eſt* S. Rudeſindus Epiſcopus Dumienſis, *cujus Vitam illuſtravimus ad diem* 1 *Martii, in qua num.* 8. S. Senorina *dicitur* ipſius conſanguinea, *ac dein eadem viſitatio cum ſubſecuto miraculo narratur.*

e *Mortuus eſt* S. Rudeſindus *anno* 977, *& num.* 11 *dicitur Angelos hymnum,* Te Deum laudamus, *cantaſſe.*

f Pelagius *à Roderico à Cunha, in tractatu de Primatu Bracharenſis Eccleſiæ, laudatur* ut acerrimus libertatis Eccleſiæ defenſor, *& dicitur* ſediſſe in Pontificatu annos 20. vel circa, obiiſſe anno 1130 die 4 Octobris.

g *Sanctius* I *regnavit ab anno* 1185 *uſque ad* 1212, *quando hic memoratus Alfonſus ſucceßit.*

h *Francice* graver *eſt ſculpere, Luſitanis multa ex Gothica retinentibus aut ex Francica lingua mutuatis, ſimilis vox in uſu eſt. A Græco* γράφειν ſcribere *acceptam vocem plerique exiſtimant: puto propiorem originem eſſe in lingua Teutonica, qua primi Franci & ante occupatam Galliam & diu poſt uſi, quaque cum veteri Gothica nonnullam habet affinitatem. In ea* Graven *eſt* fodere, *idque ad metallorum aut lapidum ſculpturam metaphoricè tranſlatum, videtur; quomodo Latini pro* ſcribere *uſurpant* exarare, *quatenus olim ſtylus faciebat in tabellâ cerea, quod aratrum in terra, lineas velut ſulcos ducendo.*

D

E

F

DIPLOMA DONATIONIS *SANCTII REGIS.*

Regis Sanctii I privilegium.

IN nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus ſancti. Ego Rex D. Sanctius, memor humanæ conditionis & mortalium caſus; peragratis quibuſdam partibus regni mei cauſa orationis, veni ad locum ubi corpus beatiſſimæ Virginis Senorinæ requieſcit: in quo preces noſtras prout decet Domino Deo fundens, ipſam Virginem gemitibus & ſuſpiriis pulſavi, quatenus ipſa à Domino Deo ſuo precibus ſuis, ſalutem filio meo D. Alfonſo Regi impetraret. Qua dicta promiſi me erecturum munitionis lapides, quos Cautum vocant, in circuitu loci Sanctiſſimæ Virginis, ſi petita ſalus orationem ſecuta foret: imminebat enim periculum mortis; ſed orationibus gloriоſæ Virginis expulſum eſt. Igitur conſiderato termino loci per gyrum, pedibus meis ipſa loca perambulavi & ut competere: vidi petras erigere, juſſi per manus D. Gonſalui Menendi, qui tum temporis Princeps erat. Primus lapis erectus eſt, ubi intrat in Baſto rivulus ille de Moſes.

DE BEATO VVOLPHELMO,

ABBATE BRAVVILLERENSI PROPE COLONIAM.

G. H.

ANNO MXCXXII

Monaſterii Brauwillerenſis Abbas I Euo,

BRaunwiller, *ſeu* Brunovillare, *inſigne Ordinis Benedictini monaſterium, à Colonia Agrippina octo circiter millibus paſſuum abeſt ad occaſum, in clivo ſilvæ ac montium, qui vulgo* Filha *appellantur; fundatum in honorem S.* Nicolai *anno* MXXIV, *ab* Ezzone *ſive* Erenfrido Comite Palatino, *eccleſiæ Colonienſis Vexilliſero ſeu Primipilo, ejuſque conjuge* Mathilde, Ottonis II Imperatoris *filia. Huic primum Abbatem Euonem præfecit S.* Poppo *Abbas, uti in ejus Vita tradit* Everhelmus XXV Ianuarii capite IX. *Fundatorum filia* Richeza, *Poloniæ Regina, Coloniæ exul degens, dictum monaſterium plurimis opibus auxit, & deſtructo veteri ædificio, novum validioribus fundamentis conſtruxit: cujus eccleſiam S. Anno Colonienſis Archiepiſcopus conſecravit, anno* MLXI *ſub Tegenone Abbate ſecundo. Tegenoni ſucceßit B. Wolphelmus, Abbas tertius; cujus ad hunc diem Acta edidit Laurentius Surius, à Conrado monacho Brawillerenſi, ejus ſubdito & oculato ut plurimum teſte, conſcripta, cum titulo Sancti, quem etiam uſurpat Gelenius in Faſtis Agrippinenſibus his verbis:* Item S. Wolphelmi Abbatis Brawillerenſis juxta Coloniam, & ejuſdem Metropolitanæ olim Canonici. *Ejuſdem meminerunt Caniſius in Martyrologio Germanico, Molanus in Auctario Vſuardi, Wion, Dorganius, Menardus & Bucelinus in monaſticis*

II *Tegeno,*

III *B. Wolphelmus.*

Vita hic datur.

A *naſticis Martyrologiis. Et quia Gladbaci, agri Iuliacenſis monaſterio, Abbatem egit, priuſquam ad Brunovillare transferretur, amplum eidem ex Vita elogium texuit Theodorus Rhay inter Animas Illuſtres Iuliæ, Cliviæ &c, vulgatas anno 1663. His non contenti de cultu ejus inquiſivimus, litteris Coloniam miſsis ad Hermannum Crumbach Societatis noſtræ virum eruditum, & rerum Eccleſiaſticarum Colonienſium peritum: qui reſpondit* XXIX *Maii anni* MDCLXXI *ſe bis conveniſſe Abbatem dicti monaſterii, & intellexiſſe* eum cenſeri Beatum, non tamen honorari officio aut collectis propriis, neque Reliquias altari impoſitas, quod Sanctorum Catalogo nondum ſit adſcriptus. *Hinc ſolum titulum* Beati *præfigimus.*

V I T A

Auctore Conrado Monacho Brawillerenſi & teſte ut plurimum oculato

Ex Laurentio Surio.

P R O L O G U S.

a *b* *c* B *Auctor rogatu Abbatum ſcribit.*

1 DOminici gregis Paſtoribus, Rectoribuſque vigilantiſſimis, *a* Euerhardo videlicet cœnobij Brauwilerenſis, & *b* Herimanno in Colonia B. *c* Pantaleonis, Conradus infimus omnium ſub regulari propoſito, coronam vigilantibus repoſitam à Domino. Hortamini, Patres excellentiſſimi, nos vitam B. Wolphelmi Abbatis ſcriptis depromere, ſecundum à Deo vobis collatam præſcientiam, non modicam hinc fidelibus providentes ædificationis gratiam. Satagitis enim, ut virtutum ejus exempla ad notitiam legentium literis deducta, bene vivendi piis mentibus pariant inſtituta. Sed quid, patres illuſtriſſimi, id placuit injungere nobis, dum nec ſcientia ſuppetit, nec facundia ſermonis ſuppeditat? Porro in jubendo veſtra tanta eſt auctoritas, ut licet quod exigitis paveamus; omnino tamen negare vobis nefas eſſe ducamus. Liceat autem ſub exemplo rei viſibilis, plenius vobis declarare qua ſumus hactenus ſuſpenſi dilatione. Noſtis, quod abſque dubio acies oculorum, ſolis ſuccumbat reverberata ſplendore: quanto magis ſcintilla noſtræ ſcientiæ, ſi altiora ſe præſumpſerit attentare? Verum ne ſanctitatis illius teſtimonium diutius differendo videamur ſubtrahere, quamuis mole videamur victi ſuccumbere, veſtris tamen votis pro virium noſtrarum facultate ſtatuimus obedire. Dat auſum etiam vel fiduciam iſtud præſumendi, quod quiſque pro ſuo modulo in Domini legitur obtuliſſe tabernaculo; alius aurum & argentum, alius purpuram vel coccum bis tinctum, alius pelles rubricatas arietum. Bene autem agitur nobiſcum, ſi pilos obtulerimus caprarum. Hæc autem omnia cum allegorica ſint, ut Catholici Doctores tradunt, in diverſis donariis gratiarum genera diſtinguentes, in pilis caprarum, quibuſdam locis verba exprimi voluere laudationum. Unde, quoniam per ſcientiæ donum vel affluentiam meritorum, perfectionem illam attingere nequimus, auro figuratam & argento, purpura vel cocco bis tincto, ceteriſque donariis; cupimus ſaltem pilos offerre caprarum, quod eſt, vitulos labiorum noſtrorum: quatenus in tabernaculo Domini utcumque nos contingat utiles inveniri, ne vacui prorſus appareamus in conſpectu Domini. Itaque virorum illuſtrium actibus vel triumphis traditis litterarum monimentis, triplex ineſſe commodum reperitur utilitatis, dum ſtudio æmulandæ pietatis tot plerique modis illorum informantur exemplis. Sunt quippe inſtrumenta bonorum operum, errantium via, pœnitentium venia, perſeverantium ſpes & corona. His tribus generibus differentiarum vim profecto patitur regnum cælo-

Vtilitas Vitarum Sanctorum.

C

rum, dum errans corrigi, pœnitens juſtificari, perſeverans contendit ſalvari. Laudes etiam divinæ attolluntur, dum ad exemplum fidelium, Sanctorum merita ad memoriam revocantur. Ne vero plura replicando faſtidium legenti faciam, per hæc omnia ad illud tendit oratio, ut doceam Sanctorum merita, rediviva fidelium votis ſemper accipere incrementa: dum ſuperna gratia illorum fœcunditatem mentibus præſtat, & fructificandi gratiam ſubminiſtrat. Igitur ſancti ac beatiſſimi Wolphelmi Abbatis vitæ ſeriem explicaturi, nil aliud prorſus intendimus proſequi, quam quod ab idoneis teſtibus contigit audiri, ſeu quod aliquot annis miniſtrantibus vel adſtantibus ſibi, divina nobis gratia contulit intueri. De quibus ſi ullius hæſitaverit fides, tot nobiſcum extant idonei teſtes, quot ex illius temporis collegio Fratres nunc uſque manent ſuperſtites.

Auctore Conrado coævo.

A N N O T A T A.

a Euerhardus 4 *Abbas & ſucceſſor B. Wolphelmi.*

b Herimannus *aut* Hermannus, *ex Comitibus Zutphaniæ oriundus, traditur præfuiſſe annis* 39, *mortuus anno* 1121, 29 *Decembris: de eo infra ſæpius agitur.*

c *Illuſtre & antiquum monaſterium, in cujus eccleſia nobis corpus* S. Pantaleonis *oſtenſum eſt anno* 1660. *Colitur S. Pantaleon* 28 *Iulij.*

E

C A P U T I.

Ortus, ſtudia, vita monaſtica, & præfectura monaſteriorum.

a *Illuſtri proſapia natus,* *b*

2 IGitur glorioſus Domini Confeſſor Wolphelmus, in *a* Ribuarenſi pago ex illuſtri proſapia ortus, Dei omnem juſtum gratuito illuminantis præveniente gratia, lineam generoſæ propaginis ornavit titulo ſanctitatis. Qui merito juxta etymologiam vel idioma linguæ regionis illius, *b* Wolphelm dignoſcitur appellatus: quoniam pro caſtris Domini contra immaniſſimum lupum, id eſt, diabolum, galea ſalutis munitus, erat congreſſurus. Quod quam efficaciter, quam ſtrenue pro re, pro tempore, nomini contendens geſtis congruere, ſtuduerit exercere, loco ſuo lector plenius poterit invenire. Pater vero ipſius, *c* Frumoldus nomine, ut ex nominis ejus liquet expreſſione, probus modis omnibus floruit actione. Hic genere moribuſque ſibi competentem, Euezam nomine, ſortitur uxorem: quibus, juxta Apoſtolum, Hebr. 13, 4 honorabile connubium & torus extitit immaculatus: quoniam matrimonium non contraxere cauſa explendæ libidinis, ſed gratia procreandæ ſobolis. Qui genere clari, & inter ſuos quodam innocentiæ privilegio inſigniti, erant Chriſtianæ religionis devotiſſimi cultores, fidei dote pollentes, caritate ferventes, pietatis amatores, juxta Apoſtolum, bonum Gal. 6, 10 operantes ad omnes. Verum Domina Eueza, ut illuſtrem exponam familiam & alti ſanguinis decus, ex cujuſdam illuſtriſſimi Comitis, Sicconis nomine, ſtirpe deſcenderat, quem & ampla prædiorum ſpatia, & utriuſque ſexus numeroſa familia, ſed & militaris animi commendabat audacia.

a

c

F

Vitæ ſanctitate illuſtrior,

3 Hic, quod opibus & nobilitate ſit celſius, juſtitiam æquitatemque ſectatus, qua Deo nil invenitur acceptius, totis elaborabat niſibus, ut ſicut propaginem magnificentia generis, ita & illuſtraret operibus pietatis. Unde procul dubio innuitur, hunc juſtum tamque præclari meriti virum, ex modeſtis & piis parentibus ortum: quamquam pleroſque legamus juſtorum ex parentibus editos impiis, veluti roſæ gignuntur ex ſpinis. Genitricem vero ejus, quam exemplo Rachaelis, pro filio doloris ac dexteræ, in benedictione ſeminis Abrahæ hunc conſtat peperiſſe, dubium non eſt, cum Anna Samuelis matre, vi-

AUCTORE CONRADO COÆVO.

cem à Deo commodati fœnoris meruiſſe: pari quippe voto hæc filium invenitur obtuliſſe Domino. De qua etiam plane ſentiendum, quod non minus placuerit in tabernaculo Domini propter commercium conjugii, quam ſi toro minime fuiſſet ſociata virili. Hinc etenim potius laudis ejus videtur propagari titulus, quod tam bene redolentis floris fructum ad totius Eccleſiæ edidit ſtatum, quam quod clariſſimum ſtemmatis ramum, ab anteritate dignoſcitur traxiſſe priorum. Magis denique Omnipotens uniuſcujuſque approbat mentem quam conditionem: dum liber ac ſervus unum profecto in Domino ſumus. Ea vero ſolum, præter omnem mundi gloriam, Deo probatur grata libertas, eamque nobilitatem non eximet ulla vetuſtas, ſi quid boni, ſi quid recti aut noſipſi fecerimus, aut talium ſtudioſos ſucceſſores habere meruerimus.

4 Primam itaque humani incrementi B. Wolphelmus aſcendens lineam, auſpice Deo, de infantia ad bonæ indolis tranſiit pueritiam: in qua ætate & liberalium artium diſciplinam eſt profeſſus, & ſuorum inſtantia, Coloniæ apud *d* ædem B. Petri Apoſtolorum Principis, corpori congregationis ſociatus. Quo temporis articulo, poſt juniorem Ottonem, ſceptrum Imperii *e* Henrico ſecundo feliciter adminiſtrante, rebus quidem bellicis viro potentiſſimo, circa Eccleſiaſticas vero diſciplinas ſolertiſſimo; *f* S. Heribertus, toto jam orbi fama ſanctitatis notiſſimus, ſanctæ Colonienſi Eccleſiæ præſidebat Epiſcopus. Qui beatiſſimus Pontifex, jam ultimæ ætatis ſenio feſſus, famulum Dei Wolphelmum, tam corpore adhuc quam & malitia parvulum, more ſibi Chriſtianæ religionis oblatum, ut Euangelicum Dominus parvulum in medio ſtatutum, benedixerat, & per ſacri chriſmatis unctionem ſanctique Spiritus invocationem, in filiorum Dei tranſtulerat ſortem. Porro ne inanis, aut vacua, vel certe fortuita in illo poſſet æſtimari tanti benedictio viri, ſancti Spiritus attactus calore, ad contemplativam vitam toto jam mentis deſiderio cœperat anhelare: ſatiſque feciſſet votis, ſi immaturitas id non impediſſet ætatis. Verum quanto naturali proceſſu augmentum capiebat virium, tanto indies ſancti fervoris illius creſcebat deſiderium. Fuit autem ut corpore caſtus, ita mente ſobrius: tantam poſſidens gratiam vultus, ut quodammodo angelicus ejus putaretur aſpectus. Præter hæc divinæ pietatis indicia, in eruditione Scripturarum tantam promeruit efficaciam, ut quod ſemel legendo adverteret perpetuo retineret: quod plerumque, ut credimus, occulto Dei agebatur judicio, ne beatiſſimo viro in aliquo ſcientiæ deeſſet plenitudo. Igitur exceptis divinorum voluminum paginis, quidquid poëta cecinit, orator facundus diſſeruit, philoſophus excogitavit, quadam penna altioris ſenſus penetravit.

d in pueritia fit Canonicus eccleſiæ Cathedralis,

e

f

B

Confirmatur à S. Heriberto:

C

5 Quamquam vero tanta juvenis ſcientia præditus claruerit, numquam tamen hinc jactantiæ vitio elatus ſuccubuit, memor dicentis Apoſtoli: Nolite ſeduci per inanem ſapientiam hujus mundi. Tanta autem gravitas, tanta morum illi inerat maturitas, ut palam cunctis daretur intelligi, vas illum electionis exiſtere. Nullam vero pro carnali ingenuitate ſibi patiebatur reverentiam exhiberi; utilius cenſens amore Chriſti ſe humilem exhibere perſonam, quam animum habere degenerem. Ineptas etiam fabulas juvenumque laſciviam declinabat; venenatas adulantium linguas abhorrebat: vaniloquium, levitatem oculorum, totiuſque motus corporis, anchora cohibebat gravitatis. Conſiderans itaque & perpendens magiſter ſcholarum hunc illius in omnium virtutum diſciplinis profectum, gaudebat doctrinæ illi impendiſſe ſtudium, quem perfectionis cernebat attigiſſe faſtigium. Arctius itaque ſibi eum eligens annectendum, honorificentiuſque ſervandum, aſſumpſit illum conſortem participemque laboris, onus cum illo partiens regendæ diſciplinæ ſcholaris. Fervebat itaque in eo magnifice ſtudium jugi exercitatione Scripturarum: & quoniam ſcientiæ illius theſaurus non occultabatur abſconditus, fiebat ubique, fama vulgante, celeberrimus. Hinc non minor de longinquo, quam ex proximo ſtudioſorum illum Clericorum expetebat frequentia, præſenti auditu cupientium experiri, quanta in illo veri Salomonis vigeret ſapientia. Verum ſicuti nulla eum argumentatione concludere, ſic nulla tam argutæ propoſitionis valebant documenta proponere, quæ concite non ſolverentur convenienti hiſtorica vel allegorica expoſitione.

in virtute & ſcientia egregie proficit,

D

6 Itaque novorum iſte ac veterum de bono theſauro ſui cordis prolator, animadvertens quantæ impoſſibilitatis ſit duobus dominis ſervire; ut uni Deo, cui ſervire regnare eſt, liberiori animo poſſet inhærere, ſeculo penitus deliberat renuntiare. Juxta illud ergo Gregorianum, pedem, quem quaſi in ingreſſu mundi poſuerat, retrahens; ruptis terrenarum voluptatum catenis, morarum impatiens, fugam iniit, latenter diſceſſit, Sanctumque Maximinum in Trevirica urbe expetiit, ubi ſub venerabilis Patris *g* Bernhardi regimine amplius & perfectius tunc temporis monachicam vitam fervere cognovit. Ibi præoptati diu voti compos effectus, ſe monachum eſt profeſſus; ſeniſque cum Seraphim alis amictus, Deum excelſo gloriæ ſolio ſubnixum, tranquilla mentis acie contemplari lætatur. Quod ne abuſive videatur prolatum, noverit lector Romana auctoritate decretum illius ordinis habitu ſignificantiam exprimi ſex alarum. Duas alas illo, quo totius corporis velatur altitudo, duas quo brachiorum tegitur latitudo, duas vero ſuperiores invicem ſibi junctas capitis operimento. Quod quia priorum ſancta definivit auctoritas, nulla argumentatione refellere habet poſteritas, cum videatur & crucis per omnia ſpeciem genere ejuſdem habitus inſpecta qualitas. Quam crucem B. Wolphelmus, ut alter Paulus vel Antonius, non tantum exterius aſſumens, ſed & interiori homini indiſſolubiliter adſtringens, onere ſeculi expeditus, ſequebatur Chriſti veſtigia, expanſis in ſuæ exaltationis ligno manibus ad ſe trahentis omnia.

Lib 2 Dial.

fit monachus ad S. Maximini,

g

E

7 Colonienſes interea, quibus non leviter ferendum videbatur tantæ ſanctitatis viro carere, ubi ubi requiſitum, tandem audientes Treveris Angelicæ converſationi ſtudere, invicem contulerunt, qualiter eum poſſent repetere. Hinc *h* Herimannum, illis diebus Coloniæ currum Dei aurigantem, adeunt; quid habeant voti, palam faciunt illi; & cur alio tranſlatum inſigne urbis ſuæ non repetat, pie ſevera indignatione in eum conclamant. Erat tunc videre togatæ urbis primores, iterum Gregorii ſui diſceſſum conquerentes: quia non major illo diſcedente Romanorum confuſio, quam hoc abſente Colonienſium agitabatur quæſtio. Nec id injuria. Sicut enim ille, ſuo nomini bonis operibus congruendo, ſuæ & proximorum ſaluti invigilabat; ita & iſte fidei opera exequendo, cunctorum dilectione & veneratione digniſſimus erat. Archiepiſcopus autem juxta illud Sapientis, Qui à multis timetur, neceſſe eſt ut multos timeat; ſubjectorum importunitatibus obtemperare feſtinat: ſed ſuſpicatus Trevirenſes difficile reddituros virum tam laudabilis vitæ, æſtimavit eum repetendum facta in totius Eccleſiæ auditu vocatione. Eminebat tunc temporis inter præſentis regni cælorum majores, *k* Henricus Abbas

F

repetitur à Colonienſibus

h

i

k

A monaſterii S. Pantaleonis, qui memorati & ſæpius memorandi viri avunculus erat. Iſte cariſſimi ſui revocationem gratanter quidem ſuſcipiens, ſed illam æquanimiter ferre nequiens, Epiſcopi præſentiam expetiit; quid facto opus ſentiret, expoſuit. Pontifex ſani conſilii neglector fugiens apparere, litteras ſigilli ſui impreſſione bullatas, Treviros maturat dirigere, ad Patrem videlicet Bernardum, ſub cujus converſabatur regimine. Ille perpendens nihil intereſſe, utrum ovem alienam de manu paſtoris ſui rapuiſſet, vel eo invito retinere contenderet; humilem tantæ legationi præbuit aſſenſum, quamvis non ſine gravi mœrore tantum gregis amitteret ornamentum.

revocatur ab Herimanno Archiepiſcopo:

8 Talem adoleſcens, monaſticæ vitæ deſiderantiſſimus, Colonienſium paſſus violentiam, in ſui Pontificis deducitur præſentiam: à quo, ut filius, debito paternæ dilectionis affectu recipitur, & propter aſſumptum Angelicæ dignitatis habitum, Henrici avunculi ſui providentiæ commendatur. Qui videns eum aſſuetæ ſolitudinis inhærentem ſtudio, frequentiam audiendi & videndi cauſa undique concurrentium habere faſtidio, urbe eductum, præpoſuit cuidam ſui regiminis Abbatiæ, nomine *l* Gladebaco. Cujus utilitatibus quam ſtrenuam ſuæ ſagacitatis curam impenderit, nemo eorum, qui præceſſerunt, credulus dubitare poterit.

B *l*

præficitur monaſterio Gladbacenſi,

9 Interea iſdem vir Dei, cujus animus terrenorum appetitu peregre erat, & ſine corpore velox ad ſupernorum civium ſocietatem tendebat, dudum præconceptam aggreſſus eſt peregrinationem; Romamque petiit, cauſa ſolvendi vota precum apud Apoſtolorum confeſſionem. Quia vero in ſuis poſitus, unicam ſalutis noſtræ hoſtiam ſingulis diebus aſſueverat immolare, ab hoc etiam inter eundum noluit deſueſcere. Neque enim gravis videbatur itineris dilatio, quæ fiebat ſolo amore patriæ cæleſtis. Factum eſt autem, ut nonnulli peregrinationis illius comites, humano more ad dulcia ſoli natalis arua ſuſpirantes, eo paucis cum neceſſariis relicto, abirent, quaſi ex hoc expeditiorem & viam & reditum habituri eſſent. Sed fruſtra reniſi ſunt ſententiæ Apoſtoli, qui omnem [profectum] non volentis neque currentis, ſed miſerentis ait eſſe Dei: ita enim occulta Dei voluntate profecit ſancti viri dilatio, & ita illorum dilata eſt acceleratio, ut unius horæ una omnium fuerit perventio. Nondum enim illi expediti viatores Apoſtolorum ſubintrarant limina, cum vir Dei ſubſequenti gradu preſſit eorum veſtigia: non tam verbis oſtendens quam rebus, non eſſe in quoquam hominum viam ejus. Qui expertam in hoc rerum eventu Dei omnipotentiam admirati, tranſacto peregrinationis negotio, in ſua ſunt reverſi; ex illo tempore Dei hominem digno reverentiæ loco habituri.

peregrinatur Romam,

Rom. 9, 16

C

10 Herimanno autem, Pelegrini ſucceſſore, cum vita Pontificatus infulis exuto, pari Colonienſium aſſenſu ſubſtitutus eſt divæ memoriæ Archiepiſcopus *m* Anno: qui cum, ut Sacerdos magnus in diebus ſuis, volens Deo placere, miro religionis ferveret amore; non minimum expendebat in conſtructione cœnobiorum, unde unde legis Dei æmulatores aggregans inhabitationi eorum. Cetera igitur piæ ſolicitudinis monimenta *n* Sigebergenſis cœnobii conſtructione decoravit; virumque ſæpedictum, accepta ſanctitatis ejus notitia, loco præponere curavit. Sed ſtudioſum divinæ contemplationis hominem, activæ vitæ, talibus initiis perneceſſariæ, videns omnino expertem; eduxit eum ad locum ſolitudini ejus competentiorem: in proximo enim Abbatia Brunwilerenſis erat, quæ quoniam viduata erat Paſtore, curam ejus, ſancti viri commendavit providentiæ, quam ſine propoſiti detrimento facile poſſet explere.

m

præficitur monaſterio Sigeberg.

n

Lein Brunwilerenſi.

AUCTORE CONRADO COÆVO.

ANNOTATA.

a Ripuarii Franci, *olim ad utramque ripam Rheni late diſtenti, eorumque metropolis & ſedes regia erat Colonia, ut dictum ad Vitam S. Sigeberti Regis Auſtraſiorum* 1 *Februarii* §. 1. *At tunc Repuarii ſeu Ribuari erant populi eis Rhenum, in agro potiſſimũ Colonienſi & Iuliacenſi.* B. Wolphemus *ex* illuſtribus Ripuariis Comitibus de Nieb prognatus *dicitur à Gelenio, de Magnitudine Coloniæ pag.* 365.

b Wolfhelmus *quaſi galea lupi dicitur,* Wolf, *lupus &* helm *galea Belgis & Colonienſibus eſt.*

c Frumoldus, probus, *ſcilicet, quod* From *Germanis,* olde *vero* antiquus.

d *Hæc eſt eccleſia Cathedralis Electoris & Archiepiſcopi.*

e *Ottone* 3 *Imperatore ſine prole mortuo in Italia, ſucceſſit* S. Henricus *mortuus anno* 1024, 13 *Iulii. Hic dicitur* ſecundus, *ſcilicet Rex Germaniæ; at primus iſtius nominis fuit Imperator.*

f *Vitam* S. Heriberti *illuſtravimus ad diem* 16 *Martii: in ea continentur multa de dicti Ottonis* 3 *peregrinatione in Italiam & ejuſdem ibidem obitu, & ſucceſſione S. Henrici. Mortuus eſt S. Heribertus anno* 1022.

E

g Bernardus *numeratur* 39 *Abbas S. Maximini, dicturque ſolum biennio præfuiſſe, & poſt obitum iterum habuiſſe ſucceſſorem S. Popponem, qui ante præfuerat, & mortuus eſt anno* 1048, *die* 25 *Ianuarii.*

h Herimannus, *ſive* Hermannus, *ſedit ab anno* 1036 *ad annum* 1055, *mortuus* 10 *Februarii.*

i S. Gregorii Magni *fuga explicatur* 12 *Martii in Vita priore ex Mſs. edita num.* 12 *& in altera Vita auctore Ioanne Diacono lib.* 1 *cap.* 6: *ad cujus nomen, ἀπὸ τῆ γρηγορεῖν* vigilando *ductum, mox alludit auctor.*

k Henricus *dicitur* frater Siccoſſis Comitis *ſupra memorati; &* cum præfuiſſet annis 14, mortuus anno 1066. *Ita Gelenius citata pag.* 365.

l Gladebacum, *ſeu* Gladbacum, *monaſterium in agro Iuliacenſi cum oppido adjuncto, cujus monumenta Mſs. ſubinde citamus: quæ anno* 1648 *ibidem adhuc examinavimus, benevole excepti à Sibeno Abbate.*

m *Anno Chriſti* 1056.

n Sigeburgum *præclariſſimum monaſterium cum oppido adiuncto in Tranſrenana ditione & Montano Ducatu* x *millibus paſſuum Colonia diſſitum.*

CAPUT II.

F

Hæreſis Berengarii oppugnata.

11 ISdis diebus Francia turbabatur per Berengarium Turonenſem, qui aſſerebat Euchariſtiam, quam ſumimus in altari, non eſſe revera Corpus & Sanguinem Chriſti. Unde contra eum, & pro eo, multum à multis & verbis & ſcriptis diſputatum eſt. Adverſus quem etiam extat hujus beatiſſimi viri epiſtola, ad quemdam Meginhardum Abbatem Gladebacenſem edita, firmiter undique veritatis aſſertione ſubnixa: qui quaſi filius patrem ſcriptis conſuluit ſuper hujus quæſtionis definitione. Quam licet attexere ſit longum, utilitati tamen proſpicientes legentium; non incongruum duximus præſenti inſerere opuſculo: ut ad notitiam tranſlata poſterorum, hinc ejus cognita ſinceritate fidei, caveant fideles aliquando hujuſmodi erroribus implicari. Eſt autem hic modus vel textus epiſtolæ.

Contra hæreſin Berengarii ſcribit,

12 Dei gratia Wolphelmus Abbas, Coabbati Meginhardo ſalutem. Lac doctrinæ ſpiritualis, quod à me rogaſti, de cælo tibi fide & humilitate largius accumulaſti fide, quoniam quod in me non eſt, credis in me poſſe Deum omnipotentem operari; humilitate vero, quia deficientibus meritis & ſapientia, canitiem

AUCTORE CONRADO COÆVO

canitiem & ordinis dignitatem non abhorres in me venerari. O quam conſequens eſt, ut dum nocet quod inebriat, pro remedio deſideres quod debriat. Nocet autem quædam ebrietas hæreſis Berengarii, cujus ebrietatis periculum declinemus, & ad ubera vino meliora appropiemus. Et mox, ut eam aſſertionem juvante Chriſto poſſimus deſtruere, quæ clauſis januis eum ad diſcipulos poſt reſurrectionem non intraſſe, nititur adſtruere; ex matris Eccleſiæ manans mammis, lactet nos Evangelium Joannis. Cum eſſet, inquiens, ſero die illo una ſabbatorum, & fores eſſent clauſæ, ubi erant diſcipuli congregati, ſtetit Jeſus in medio. Et paulo inferius: Poſt dies octo iterum erant diſcipuli ejus intus, & Thomas cum eis: & venit Jeſus januis clauſis, & ſtetit in medio. Ecce inter Berengarium, quod non intraverit Dominus januis clauſis; & inter Joannem, quod intraverit, cum ſit controverſia; ſuperat ille, cui, Scimus, inquienti, quia verum eſt teſtimonium ejus, omnis applaudit Eccleſia. Nam ſi gentilitas, dum libros claudit, his quos recipi judicat applaudit; multo verius huic Evangelio perhibet Eccleſia teſtimonium, pro quo, priuſquam ſcriberetur, præmiſit orationes & jejunium. Norit igitur Berengarius hæc ſibi ſufficere; quibus, cum à Deo ſint, non poſſit homo contradicere.

Joan. 20, 19, & 26.

Id. 21, 24.

B

13 Itaque deinceps ad id quoque, Domino juvante, veniam, quod in Euchariſtiæ ſacramenta loquitur blaſphemiam. Sed quia Scriptura docet, ſtulto juxta ſtultitiam ſuam eſſe reſpondendum; repreſſis interim ipſis blaſphemiæ verbis, ad fontem ejus præcurrendum, ut ſi Dominus dederit nos eum obſtruere, deſinat inde ſanies hujus blaſphemiæ ad nos defluere. Eſt autem vena hujus ſcaturiginis, quod non recte ſentit de ſacramento Dominici Corporis & Sanguinis: & dum ad aſpiciendum in eis panem & vinum oculos corporis habet; ad perſpiciendum in eiſdem Carnem & Sanguinem, oculos mentis non adhibet. Nos autem ut viſum acuamus, & acuendo proficiamus, quo hæc intuemur, ad obtinendam ſemel acceptam hujus veritatis traditionem noſmet hoc modo cohortemur: Si qui dixit & facta ſunt & mandavit & creata ſunt omnia; ſi is, inquam, dixit de hoc pane, Hoc eſt corpus meum; & de vino, Hic eſt ſanguis meus; neceſſe eſt omnino ſic eſſe. Nã hæc ſola myſteria non ab aliis ſunt ſeparata; quę dicẽte Deo facta ſunt vel mandante creata. Eſt autem unus atq; idẽ Deus, primo mundum formans, deinde hoc, ſacramento ſuam imaginem reformans. Sic enim alius faceret hominem, & alius redimeret; redimens plus honoris ſibi aſſumeret: atque ita & Deus per ſe redempturus erat, & homo non niſi per ſe redimi poterat: quia videlicet nil homini jure redimendo proficeret, quidquid aliud quam hominem induendo Deus perficeret; ut ex hoc liquido conſtet, quod unus atque idem, Deus & homo, Redemptor hominis extet. Igitur omnino ſic eſſe neceſſe eſt, quod, dicente Deo vel mandante, non eſſe non poteſt.

Prov. 26, 45

Corpus & Sanguinem Chriſti eſſe in Euchariſtia.

C

14 Ecce novi & veteris teſtamenti nos hæc auctoritate probamus: quibus Berengarius tertium addit, quod non minus, quam tertium de cælo cecidiſſe Catonem, reprobamus. Eja ergo poſt duo Teſtamenta, tertium hoc; & ideo tertium, quia ab eis alienatur, verbis ipſius auctoris ita loquitur: Si mures conſecratum Corpus Chriſti comederint, non ideo Chriſtus in eis, & ipſi in Chriſto manebunt, nec vitam æternam habebunt. O ſi nunc apud inferos tortor Horatii deſideat, dum hoſtem Eccleſiæ hunc verbis his derideat:

de Arte Poët.

Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.

Putavimus hunc inter montes exaltatum, magnum quid parturire, dum ecce mures in adjutorium ejus conſpicimus eum de cavernis accire. Jam autem mediam hanc ironiam abrumpentes, contra Berengarium & pro nobis noſmet cohortemur, ita dicentes: Si corpus hoc, unde agitur, ab Apoſtolis & ab omnibus electis comeſtum, qui ſoli ſic illud comedunt, ut Chriſtus in eis maneat & ipſi in Chriſto; & non Judas & omnes reprobi, ad quos poſt buccellam panis ſatanas intrat, & fit longe alia conglutinatio intrantis ſatanæ & reproborum, quam ea quæ eſt Chriſti & electorum (Nuſquam enim Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit) Si, inquam, hoc Corpus ita ab electis comeſtum & eis conglutinatum, illis quoque conglutinatis eidem, ſe ſanum & incolume, vivum & integrum recipit ad Patrem; multo magis à Juda & reprobis omnibus plus etiam à muribus & ab aliis mundi ſpurcitiis, recolligitur in regnum ſuum ſine ſui dimunitione vel contaminatione. Nam & ſol hic inviſibilis, creatus & non omnipotens radios ſuos in cloacas & alias mundi ſordes emiſſos, rurſus retrahit ad ſe ſine aliqua pollutione. Hoc autem Corpus, poſt expletam more Catholico communionem, ſanum & incolume, vivum & integrum ſe recipit ad Patrem. Sic enim teſtatur eccleſia Achaiæ B. Andream Apoſtolum dicere: Poſtquam omnis populus credentium Agni Carnes comederit & ſanguinem biberit, Agnus, qui ſacrificatus eſt, integer perſeverat & vivus: & cum verè ſacrificatus ſit, & vere Carnes ejus comeſtæ ſint à populo, & vere Sanguis ejus ſit bibitus; tamen, ut dixi, & integer permanet, & immaculatus, & vivus. Igitur Corpus hoc ab his, quibus ille participibus particeps eſt, ſe vivum & integrum & incolume recipiens multo; magis ab his [qui ejus gratiæ non participant] colligit in regnum ſuum. Hoc interim caritati tuæ puto ſufficere, dum videamus, ſi ſit opus his ali quid adjicere. Verum tamen & quod dixi, & ſi quid dicturus ſum, tuis orationibus & omnium pie de me ſentientium commendo: quoniam etſi mortui ſunt obtrectatores Hieronymi, auctorem obtrectationis hujuſmodi vivere perpendo. Taliter hic miles emeritus, armis juſtitiæ, fide ſcilicet, ſpe & caritate munitus, perfidiam Berengarii, in acie Domini conſtitutus, ſuo loco expugnavit invictiſſimus. Quod quantæ fecerit devotione, teſtantur, quas fundebat, orationes & lacrymæ: quatenus ſeducti reſipiſcerent, Catholica fides intemerata conſiſteret, & à recto tramite nulla pravitate infecta deviaret.

D

nec à probis aut improbis comeſtũ deficere;

Sed hos ejus gratia non participare.

E

CAPUT III.

Allodium Cliteno recuperatum. Inimicitiæ Herimanni Archiepiſcopi patienter toleratæ.

F

15 His ita prælibatis, vertatur ſtylus ad deſcribendum, quales pro bono Eccleſiæ ſuæ, Cloteno videlicet nomine, pertulit labores, immo, ſi dici fas eſt, perſecutiones: quod qualiter eccleſiæ collatum fuerit & ablatum, paucis videtur intimandum: quoniam non pleniter advertitur ratio, cujus ignoratur origo. Domina Richeza, cujus genitores Bruwilerenſe à fundamentis extruxerunt cœnobium, fidei ac devotionis illorum æmulatrix exiſtens, terrenarum poſſeſſionum ſuarum eccleſias Dei fecit heredes, ut regni cæleſtis ipſa compos effici mereretur & heres. Tradidit itaque B. Petro in Colonia Comburg & Saleuelt, cum univerſis appendiciis ſuis: Sancto vero Nicolao in Bruwilere villam, quæ dicitur Cloteno, cum omnibus redditibus ſuis. Quam traditionem, ſub multarum probabilium perſonarum teſtimonio factam, præſens Domnus Epiſcopus Anno ſua auctoritate corroboravit, auctorizauit, & ut per ſecula inconvulſa conſiſteret, violatores, raptores, perpetuo anathemate damnavit. Solvente vero

Allodium Cliteno

A vero Domna Richeza Regina mortis *a* debitum dum deferretur tumulanda in Bruwilerenſi cœnobio, uti ipſa vivens conſtituerat, (nam & locum ſibi ſepulturæ ibidem deſignaverat) juſſu prædicti Archiepiſcopi Annonis ; corpus ejus vi retinetur, & in *b* eccleſia, quam ipſe in honorem beatæ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ à fundamento erexerat, ſepelitur. Quo facto, memoratum allodium Cloteno eidem contulit eccleſiæ, contradicentibus illis, quibus ardore juſtitiæ hæc erat ad videndum violentia gravis. Adeo tunc vir prudens & ſolertiſſimus pravorum fuerat conſiliis circumventus : nec repente poterat animus ab incepto revocari ; quippe cujus nutu etiam tunc diſponebantur negotia regni.

a

b *ad eccleſiã B Mariæ tranſlatã.*

16 His ita patratis, imminente jam ejus mortis articulo, gravi cœpit anxiari infirmitatis incommodo. Tunc vir B. Wolphelmus viſendi eum gratia adiens ; inter conſolationis verba hujus rei mentionem ingerens, monuit eum pia ſolicitudine hoc piaculum expiare, hanc injuſtitiam eliminare ; addens, niſi emendatione mutaſſet commiſſum, pernicioſum ejus animæ imminere periculum. Cujus ille, ut erat vir mentis ingenuæ benigne ſuſcepta admonitione ; ſciens eum virum juſtum & ſanctum, humiliter ejus ſe commendat orationi, ſpondens in proximo aut idem bonum redditurum, aut aliud reciproca viciſſitudine pro eodem reſtituturum. His exhilaratus promiſſionibus, gaudens remeat ad propria Domini ſervus. Sed, proh dolor, ſecus quam promiſerat, accidit : nam immatura *c* morte præventus obiit, & cum vita in medio, quod promiſerat, imperfectum dereliquit. Igitur quæ à majoribus noſtris, coævis videlicet vel diſcipulis beatiſſimi viri, comperimus, fideliter ſtylo percurrente digeſſimus : nunc quæ noſtris ſunt acta temporibus & ipſi vidimus, in geſtorum illius ordinem referamus.

repetit à S. Annone ægro,

B

c

17 Poſt exceſſum itaque venerabilis Archiepiſcopi Annonis, Domnus Hildolphus, non abſque Colonienſium injuria, Præſulatus obtinuit inſignia : qui ſuper hac eadem re ſæpius eſt conventus à venerabili Patre. Qui præmonitus à prædicti loci congregatione, reſpondit ſe nulla ratione id ſanctæ Dei Genitrici adimere, quod tanti meriti vir pro ſua contulerit devotione. Tunc vir Domini apud Archiepiſcopum minime ſe cernens proficere, per ſuos legatos Regiam magnificentiam ſtuduit adire, omnemque geſtæ rei ordinem proclamare. Tunc quartus *d* Henricus Rex, poſtmodum Romanorum Auguſtus, qui illo tempore regni monarchiam ſtrenue gubernabat, hujus rei comperta proclamatione, ſpõdet ſe omnimodis affuturum juvamine : factum quidem graviter ferre, numquam vero, quoad viveret, permiſſurum ſtabile. Animadvertens etiam famam bonitatis Domni Archiepiſcopi Annonis hac prævaricatione legum vel juſtitiæ non mediocriter poſſe obfuſcari, memor veteris amicitiæ viri (ab illo quippe educatus vel nutritus fuerat) mandat Domno Hildolpho, ejus ſucceſſori Cloteno celerius reſtitui cœnobio Bruwilerenſi. At illo nil certi ad hæc reſpondente, ſed potius de die in diem differendo tempus redimente, non ex voto conſulti, ſed ſpe fruſtrati, rediere legati. Tunc vir Domini, omni humano deſtitutus conſilio, quid ageret, quo ſe verteret, dubius fluctuabat : ſed ab eo ſibi opem vel conſilium flagitat, qui ſolus novit in periculis & neceſſitatibus ſubvenire.

ejuſque ſucceſſore Hildolpho,

d

C

etiam interpoſita auctoritate Henrici Imperatoris

18 Tunc ejus incidit animo, nil præſtantius, nil conſultius fore, quam Pontificem Sedis Apoſtolicæ ſuper hac re interpellare. Qua inſpiratione animæquior factus, deſtinat velociter legatos ad Apoſtolicum, tunc forte conſiſtentem in confinibus Alpium. Qui ubi coram Senatus Primoribus & Romanæ Eccleſiæ Judicibus ad liquidum verbis Papæ expoſuere ſingula quæ ab Archiepiſcopo Annone de Cloteno ſæpius memorato geſta fuere ; omnium mentes & corda ſtupor apprehendit cum admiratione non modica. Tunc Domnus Papa Hildebrandus, qui & *e* Gregorius ; ex auctoritate B. Petri Apoſtoli per epiſtolas ſuas denuntiat Domno Hildolpho, ejus ſucceſſori, ne ſub ſpecie pietatis, defenſor exiſtens impietatis, Cloteno, Bruwilerenſi eccleſiæ violenter ablatum, diutius patiatur irrevocatum. Non eget, inquiens, ô fili, Deus offerri quidquam ex injuſtitia ſibi : quia, ut legimus, ſic ei fiunt victimæ ex rapina, quomodo ſi mactet quis filium in patris præſentia. Patratorem quidem multorum bonorum agnovimus fratrem noſtrum Annonem Archiepiſcopum : ſed tamen in hac parte minime defendendus eſt non erraſſe, dum quod B. Nicolao præripuit, ſanctæ Genitrici Dei gratum holocauſtum æſtimavit, dicente Domino per Prophetam : Quia ego Dominus diligens judicium, & odio habens rapinam in holocauſto. Nec fas eſt à fidelibus credi, matrem diſcrepare à voluntate filij : dum id prorſus conſtet utriſque proprium atque commune, eadem velle & eadem nolle. At tu, ne defendendo injuſtitiam videaris offendere Deum, tolle de medio ; quod, alias licet bonus, hic male conſultus commiſit Epiſcopus Anno : ne & illius detrimentum ſit coronæ, & tibi occaſio culpæ.

Auctore CONRADO COMVO.

e

miſſis ad Hildolphũ litteris :

Eccl. 34, 24

Eſai. 61, 8

E

incurrit majorem indignationem :

19 Hujusmodi paternis admonitionibus à Sedis Apoſtolicæ auctoritate ſuſceptis, prædicti Pontificis Hildolphi magis in furorem verſus eſt animus, quam ad juſtitiam vel miſericordiam provocatus. Denique convocat eccleſiæ Colonienſis Primores, ſe diffamatum & accuſatum per virum Dei conquerens apud Apoſtolicum. Tunc vir mitiſſimus, his humiliter renitens objectionibus ; Proferatur, inquit, ô Domine in medium, ſi placet, accuſationis teſtimonium : ſi nequeo me excuſare, de quibus criminor à te tunc demum digne convincar offenſam meruiſſe. Epiſcopus itaque Domni Apoſtolici epiſtolam tenens præ manibus, legendam tradit in publico, æſtimans per ejus relationem cunctos in ſervi Dei armari contradictionem. Qua recitata, plures aſſenſere nil actum dignũ offenſione. Quidam vero Bezelinus, domus B. Petri Apoſtoli cuſtos, cum aliis, quibus erat animus rẽ potius perturbare, quam ex æquo determinare ; cum aliud non invenirent quod obtenderent, non abſque ſuo conſultu Papam ſuper hac re aſſerunt licuiſſe expetere. Dum facili reſponſione hanc Domini famulus objectionem quiviſſet refellere, Epiſcopi magis furentis odio, quam juſto judicio, injuriatur, calumniatur ; convitiis quoque & contumeliis, ſecus quam pati dignum fuerat tantæ reverentiæ virum, attrectato, poſtremo etiam terribilibus ſacramentis paſtoralis curæ baculum adempturum minatur. Tũc vir beatus, in injuriis patientiſſimus, virtute conſtantiæ roboratus, timore nudus, adverſariorum conatibus reſpondit intrepidus (Neſciebat quippe mens juſti pavere, quæ nulla torquebatur conſcientia culpæ) Divina nos comitante clementia, non hic hodie præjudicium veremur incurrere, puram gerentes conſcientiam, totius prorſus criminationis innoxiam. Hic ſermo videtur completus, ubi dicitur, ut leo, confidere juſtus.

F

injurias ferpatienter :

Prov. 28, 1

20 Dum hæc & his ſimilia vir Deo plenus efficaciſſime loqueretur, oris gratiam mentiſque conſtantiam omnes æmuli mirabantur, & veluti nox quædam & tenebræ mentibus eorum ſunt infuſæ. Quid agerent, quo ſe verterent, dubii nutabant ; dolentes ſe caſſo conſumptos labore, non invenientes, qua parte eum caperent in opere & ſermone. In his perturbationum anguſtiarumque preſſuris ex primoribus

& S. Gregorii VII Papæ,

AUCTORE CONRADO COÆVO.

moribus præcipue favebant beato viro, Bertulphus, vir probus, eccleſiæ B. Andreæ Apoſtoli Præpoſitus; & quidam Wigmannus de Heversbach, vir militaris & nobilis, ſed & eloquentia inſignis. Hi duo medium habentes eum, ut olim cælitus directi Machabæum, pro defenſione juſtitiæ non ſunt reveriti injuſtitiam oppugnare; adeo ut nec minis, nec terroribus concuti, nec à propoſito poſſent aliquo munere frangi. Inſtabant igitur viriliter ex Apoſtolica auctoritate, precantes judicium eccleſiæ Bruwilerenſi fieri, juxta mandatum & legationem Apoſtolici. Quorum vocibus & inſtantia non mediocriter exacerbatus Epiſcopus, cum gravi indignatione inquit: Habetote vobis Cloteno: meum erit, tam & injuriam meam vindicare, quam & utiliora pro Cloteno data recipere. Itaque raptum ex ore ejus verbum, & cum velocitate diriguntur legati, idem bonum vendicaturi.

recipit Cloeno:

21 His ita patratis, jubet Epiſcopus virum Domini apud *f* Nuſſiam caſtrum ſibi occurrere, ea omnimodis intentione, ut nullo ejus obſiſtente adjutore vel defenſore, facilius eum valeret pro voto deponere. Sed non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum. Quamdiu vero iſta incubuit adverſitas, tamdiu Fratrum non deſtitit votiva caritas, ſeptem pſalmorum & litaniæ ſupplicatione Dominum inceſſanter exorare, ut de mœrore gaudium, de tribulatione lætitiam concederet invenire. Vir itaque Domini ſciens tutam defenſionem conſtare non poſſe per hominem, Pſalmiſta dicente, Bonum eſt ſperare in Domino, quam ſperare in principibus; de adjutorio Domini confiſus, hilaris & gaudens iter aggreditur, quo fuerat imperatus. Perveniens igitur ad locum, non modica inopum collecta multitudine, per opera pietatis & miſericordiæ ſe Deo cœpit attentius commendare. Cũque in ſolario cujusdam domus reſediſſent, & vir Domini, cum ſuis neceſſaria miniſtrans, ſolicitus circuiret, ex improviſo ſolarium corruit, totaque illa multitudo cum viro Dei in cellarium ſubterraneum cadendo devenit. Quos è veſtigio pars non minima domus ſubſequens oppreſſit: ſed ex Dei providentia, ſervi ſui meritis, nulli læſionem intulit. Itaque exciti cives tanti ſonitus fragore, ocius advolant undique, & non ſine grandi admiratione ſoſpites extrahunt, quos jamiamque periiſſe crediderant. Quidam vero præ ceteris lapſus oppreſſusque periculoſius, dum jam acſi mortuus defleretur ab omnibus, eductus nulla reperitur parte corporis læſus. Sed & pincerna hominis Dei, Godecho nomine, ipſa hora bina vaſa teſtea vino repleta præ manibus tenens, cum ruentibus pariter ruit: ſed, mirum dictu, nec ſui vel vaſorum vel vini pertulit effuſionem. Quod factum mirabile idcirco divinæ clementiæ placuit demonſtrare, ut panderetur mortalibus, quanti apud ſe meriti vir ſanctus iſte fuerit.

f evocatur ad Noveſium,

in ruinâ domus illæſus cum aliis invenitur

22 At vero Epiſcopus, qui eo illum advenire compulerat, divinitus, ut creditur, refrænatus, in nullo tunc ei valuit eſſe contrarius. Egit quippe hoc miro modo circa famulum ſuum divina proviſio, ne mortalis hominis premeretur judicio, quem tanto magnificare diſpoſuit prodigio. Hinc non ſopitum ſed acrius accenſum eſt prædicti Epiſcopi furoris incendium. Nam quamvis tunc eum ſiverit abire, rurſus tamen Coloniam ſtatuto die ad ſe jubet redire. Interea Fratribus, ut ſupra meminimus, pro eo ſolicitis in vigiliis & orationibus, adeſt vir Domini improviſus. Quis, quæſo, fluctus eloquentiæ, quæ lingua poteſt evolvere gaudium tunc factum in commune? Gloriabatur quippe non immerito humilitas gregis ex præſentia ſui Paſtoris, quem Dominus glorificaverat admirandæ proteſtatione virtutis.

& redire permittitur:

23 Ea tempeſtate quidam *g* Hartmannus, Abbas *h* Tuitienſis, dum nocte quadam ſomno indulſiſſet, tale vidit ſomnium, prælagium utique futurorum. Vidit igitur per viſum, virum quemdam forma egregium, vultu reverendum, Epiſcopalibus infulis decenter ornatum, à Bruwilerenſi eccleſia prodeuntem, & iter Coloniam dirigentem. Quem præcedentem, B. Wolphelmum Abbatem cum Fratrum caterva cernit è veſtigio ſubſequentem, ſeptem pſalmos cum litaniis ſæpius modulatis vocibus iterantes. At ubi ad fores perventum eſt cubiculi Epiſcopi quieſcentis, fores obſeratæ, virga præcedentis impulſæ, dictu velocius ſunt apertæ. Quibus taliter intromiſſis, dux prævius ſtratum adiens recubantis, cum gravi requirit animadverſione, cur tanta contra ſe temerarius præſumpſiſſet exercere. Expleto ſermone, virga, quam manu geſtabat, ad ultionem injuriæ graviter illum percuſſit in vertice. Itaque ſomno excitus Abbas præ pavore, virum Domini certum reddit ex divina protectione, & B. Nicolai conſolatione. Nec falſum prorſus ſomnium extitit vel inane. dum, quod Fratres in pſalmis & litaniis conſtitit egiſſe, hoc illi Dominus per viſum dignatus ſit revelare. Adhibet etiam certam fidem viſioni exhibitio operis: nam uno eodemque momento, ut hic illum vidit percuti, ſe ſenſit Epiſcopus morbo gravari. Tali ergo modo divinitus retuſa, niſu fruſtrata illius adverſatrix intentio eſt: morbo quippe invaleſcente, poſt dies paucos *i* obiit, & cathedram Præſulatus *k* Segninus vir pius obtinuit. De his ita meminiſſe ſufficiat: nunc ſe ad geſtorum ejus ſequentia deſcribenda articulus vertat.

D

g

h

ab Altmanno Ab. per viſum monito

E

intelligit cito moriturum Hildulphum.

ANNOTATA.

a Richeza *Regina mortua traditur anno* 1057. *Multis de ea egimus inter Prætermiſſos ad* 19 *&* 20 *Martii.*

b *Hæc eſt Eccleſia B. Mariæ ad Gradus, quæ dicitur conſtrui cœpta ab Herimanno deceſſore, perfecta à S. Annone. Conſule Gelenium pag* 305.

c *Mortuus eſt* S. Anno *an.* 1075 *die* 4 *Decembris & Sigebergæ ſepultus.*

d *Hic eſt* Henricus, IV *Rex Germaniæ, ab obitu patris Henrici, anno* 1056 *mortui; & Imperator* III, *ab anno* 1084.

e *Sedit S.* Gregorius VII *ab anno* 1073 *uſque ad an.* 1086, *mortuus* 25 *Maii.*

f Nuſſia, *alias* Noveſium, *urbs ditionis Archiepiſcopalis, in inferioris diœceſis parte: de ea egimus* 30 *Martii ad Vitam S. Quintini Martyris.*

g Hartmannus, *quintus Abbas, floruit circa an.* 1077 *& ſequentes.*

h Tuitium *è regione Coloniæ ultra Rhenum, de quo late egimus* 16 *Martii ad Vitam S. Heriberti fundatoris.*

i *Anno* 1079 k *Aliis* Segewinus.

F

CAPUT IV.

Eccleſia ornata. Lectio Scripturæ. Eleemoſynæ, hoſpitalitas & aliæ virtutes.

25 HIc itaque Domini famulus, quæ retro ſunt oblitus, in anteriora ſe extendens totis viribus, exemplo David Prophetæ, dicentis, Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ domum Dei aggreſſus eſt adornare omni decoris varietate: quod quia devotiſſima mente concepit, mirifico effectu conſummavit. Denique, ut breviter cũcta perſtringam, ejus inſtantia vel tempore, in varios ornatus picturæ vel fabricę ſeu etiã muſivi operis decore, intus & extra ſe ſtatus extulit Bruwilerenſis eccleſiæ. Textum præterea cujuſque operis verſibus expreſſit egregiis, ut liquido pateret inquirenti totius plenitudo materiei. Operæ pretium eſt, illud

Pſal. 25, 8

Eccleſiam exornat:

illud etiam non reticere, quod ſingulis annis vir Domini novi ac veteris Teſtamenti paginas ex integro faciebat legendo revolvi: quatuor vero Evangeliorum libros, quoniam non eo loco vel ordine, quo reliquos, competebat expleri, ſtatuit quatuor temporibus recurrentibus anni, in quatuor plagis clauſtri, ſingulos à ſingulis Diaconibus recitari. Quod cujus fecerit utilitatis intuitu vel devotionis affectu, ex ſubjectis ejus, ſuper utrumque Teſtamentum compoſitis, liquet verſibus. In quibus ſingulis annis utriſque explendis non parùipendendam annectit cauſam utilitatis, plurima etiam neceſſaria tangens, nunc perſonas ſubito decenter immutans, nunc electorum per verba ſalutem denuntians, nunc Scripturarum ſuavem guſtum commendans, poſtremo geminam in Chriſto naturam generis humani medicinam declarans. Hæc idcirco prælibavimus, ut cum ad talia ventum fuerit loca, intrepidus lector percurrere poſſit, quod ſe jam didiciſſe meminerit.

Biblia quotannis curat legi, Evangelia quater.

25 LAte diffuſus ſic Eccleſiaſticus uſus
Se Teſtamentis exercet in Omnipotentis,
Ut legat hæc ambo, ſed & omni compleat anno,
Sicut in hebdomada Pſalmorum clauditur oda.
Aſt hinc pſallendi cum ſtet ſtatus, inde legendi,
Lectio quo proſit, numquam præfatio deſit,
Qua claui limen patet ad quodcumque volumen:
Pandat ut admiſſo quod clamet abyſſus abyſſo.
Admitti vero dedit ejus gratia Clero,
Qui populis ipſo parat hinc documenta miniſtro:
Sed cunctis æque non detegit intima quæque.
Quis tamen interea non abnuit interiora.
Angelus hinc enſem ſuſpendit percutientem,
Altius inflictus non lædit fulminis ictus,
Non ignis torrens, non vultus dæmonis horrens,
Captivis diræ diſcedunt ſenſibus iræ.
Vaſta lues morbi, quæ ſæpe ſupervenit orbi,
Aut non accedit, citiuſque precando recedit.
Exceptos natos quod vult pater eſſe paratos,
Verberibus tangi, pœnisque fugacibus angi,
Queis abſterrendi nocuo ſunt fœdere mundi;
Sed non donorum Deus uſum ſubtrahit horum,
Quin patrem ſeſe per verba comprobat eſſe.
Si ſit eis ritus legaliter hic ſtabilitus,
Ut ſic pſallatur, ceu diximus, atque legatur,
Utilitas extra patet hæc, latet altior intra.
Huc introductus guſtabit munera fructus.
Cui donat mentem Dominus, guſtare ſcientem
Fructus majoris, quam pandat lingua, ſaporis.
Sed nec erit, guſtum qui ſcriptis exprimat iſtum:
Guſtans ipſe magis ſcit, quam ſit gratia ſuavis,
Quam Scripturarum conſervat cella ſacrarum,
Et quæ diffundi ſe vult per climata mundi:
Quo genus humanum ſit in hoc medicamine ſanum.
Quod naturarum peragit compago duarum:
Dum Deus inde pater parit, hinc parit innuba mater:
Nil cælis illinc, nil terris clarius eſt hinc;
Qua ſpecie bina componitur hæc medicina.
Chriſtus patre ſatus Deus: aſt homo Virgine natus.
Qui cum Patre Deus, ſed & almo Pneumate, verus,
Ad nos indultis pandat pia viſcera culpis,
Secla per examen dum juſte diſcutit. Amen.

de utilitate talis lectionis poëma componit.

26 Hos verſiculos beati viri ideo huic operi inſerendos utile duxi, ut quomodo ſimpliciores, plane currentis proſæ delectantur paſtu; ita per ſectiores, enucleatius ſpiritualiter dicta indagantes, eorũ ſpirituali guſtu pariter reficiantur & fructu. Sæpius autem in conventu Fratrum de ſalute diſputans & ſuadens animarum, inter multimodas virtutum propoſitiones hoc modo plerumque eleemoſynarum vel hoſpitalitatis commendabat gratiam. Oportet, inquit, ut ſcriptum eſt, & teſtimonium habere bonum ab

Commẽdat eleemoſynas, hoſpitalitatem,

1 Tim 3, 7

his, qui foris ſunt: & hoſpitalitatem non obliviſci, dum & quoſdam placuiſſe legamus, Angelis etiam hoſpitio receptis. Unde magnopere vos, Fratres, pauperũ vel hoſpitum ſuſceptioni curam impendere admoneo: quia profecto quidquid illis fideli devotione confertur, Chriſto nimirum, qui ſe in paupere ſuſcipi, in hoſpite colligi vult, impenditur. Ideoque maxime neceſſariam hoſpitalitatis vel eleemoſynarum intuli gratiam; quia nec locum propagari perpendo vel inhabitantes, niſi per eleemoſynas & aſſiduas preces.

AUCTORE CONRADO COÆVO.

Hebr. 13, 2

27 Verum, cariſſimi, dum alicujus in vobis boni ſcintillam videritis igneſcere, ne veſtris, quæſo, meritis velitis adſcribere: quoniam, ut ſcriptum eſt, Neque volentis, neque currentis, ſed Dei eſt miſerentis. Omnipotens quippe Deus adſpirando nos prævenit, ut bona velimus: & adiuvando ſubſequitur, ut poſſimus. Inanis enim aliter eſſet conatus noſter, niſi divina cooperaretur & virtus. Taliter autem gratia præcurrente, & bona voluntate ſubſequente, quod Conditoris eſt doni, noſtri fit meriti. His & hujuſmodi exhortationibus corda Fratrum irrigans frequentius, ad ſectandam provocabat pietatem. Lucrandis autem ſedulus invigilans animabus, ſatagebat nil promere verbis, quod non roboraret exemplis, ne vitæ munditia prorſus diſcreparet à lingua. Hoc ordine nimirum hypocritarum declinabat conſortium, qui verba quidem Sanctorum habent, ſed vitam non habent: & quos ſermonibus generant, non fovent exemplis: & quos verbis ædificant, moribus & vita deſtruunt. Namque vir beatus non ſolum lingua ſua ſuaſit, ſed & exemplis, moribus & vita ſubjectis oſtendit, quæcumque fidelibus ſuis omnipotens Deus obſervanda mandavit.

& humilitatem.

Rom. 9, 16.

28 Pauperum vero illi ſemper fuerat maxima cura. Unde diſpenſatione provida xenodochio ſuperaddidit decimas atque vineta, ut abſque pecunia victus eis præberentur neceſſaria. Jugiter illi adverſus vitia pugna: quia mens ad virtutes erecta, non erat proclivis ad vitia. Radicem omnium malorum cupiditatem vel avaritiam adeo perhorrebat, ut præter communem ſimplicemque victum, nil ſibi prorſus quod ſpeciale foret, aſſumeret. Pietatis effectu potius amari, quam timeri ſatagebat: unde jactantiam & elationem proculdubio reſpuebat. Nulli vero detrahere, nullum volens odire, extinctis facibus iræ vel invidiæ, elegit omnes fraterna dilectione diligere; ſemper hilaris, ſemper lætus, præferens hilaritate vultus, quam ſincerus & purus & erga Deum & homines ejus eſſet affectus. Quamquam vero jugi eſſet contemplatione ſuſpenſus, erat tamen ſingulis compaſſione proximus, mente minime deflectens à contemplatione, dum pietas ferveret in opere. Sic nimirum in ſimilitudine cæleſtium animalium, ante & retro oculatus, utrarumque virtutum fuerat caritate devinctus: ut dum culibet earum videretur intentus, proprietate tamen non careret alterius.

ipſe aliis prælucens exemplo

variavsim virtutum.

29 Taliter ſe agebat, qui Deo nil carius poſſidens præferebat, ex omni cordis & animi affectu diligens Deum, omnem vero Chriſtianum tamquam ſe ipſum: ſervans in ſimplicitate innocentiam, in caritate concordiam, in humilitate modeſtiam, in diſciplinæ ſeveritate cenſuram. Erga bene agentes apparere Prælatus noluit, ſed ut coæqualis & ſocius: adverſus vero vitia delinquentium, promotionis ſuæ exercebat privilegium. Quis autem verbis valeat exprimere, quanta diſcretione omnia judicia ſua ſtuduerit temperare, quantave Juſtitia moderari? Cũ etenim pro quovis delicto alicui foret inferenda correctio, primitus in ſe deſcẽdens, juxta illud Apoſtoli, Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, inſtruite hujuſmodi in ſpiritu enitatis,

excellit caritate Dei & proximi:

leniũ in correctione,

Gal. 6. 11.

AUCTORE CONRADO COÆVO.

tatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris; tamquam proprii reatus delictum deflebat alterius. Ita nimirum mens Deo devoti pectoris, omni ſe excoluit genere pietatis, ſatagens gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, vir plane mitis & juſtus, ſic omnibus omnia factus. Quo enim dolente non condoluit? quis ad illius adſpectum mœrorem non mutavit in gaudium? quis ira inflammatus, illius ſermone non eſt mitigatus? quis iniqua cogitatione pulſatus, non illo eſt medente curatus? quis conſolari petiit, & conſolationem non invenit? quis vim verborum, quis efficaciam exprimat ſermonum? quis pietatem evolvere, quis caritatem valeat enarrare? in qua adeo radicatus fuerat & fundatus, ut licet nullius expers eſſet virtutis, hujus tamen cultor exiſteret ſpecialis. Non ſegniter etiam animo retinens, quod quanto ſubjectis prælatus, tanto curis majoribus eſſet occupatus; ſtudebat omnimodis Deo per contemplationem placere, exteriorum curas per idoneas quaſque [perſonas] ſolenniter adminiſtrare.

omnibus ſuccurrit:

30 Taliter ex voto liberius vacans Domino, utrobique providus, gregi proſpexit, intus propria vigilantia, exterius congrua providentia. At quoniam tuerat miræ manſuetudinis & diſcretionis, ſciens quod diſtrictio, ſi modum excedit, ſævitiam gignit; & nimia pietas diſſolutionem diſciplinæ parturit: tanta inter utrumque uſus eſt diſcretione, ut nec indiſcreta diſtrictio ſubditis, recuſandi laboris fieret occaſio; nec nimia pietatis exhibitio, diſciplinæ foret immoderata remiſſio. Ita nempe exemplo ſanctorum Patrum greſſus ſuarum inſtituit actionum, ut nullatenus extra limitem juſtitiæ propriam fineret effluere actionem. Hinc profecto felicem ac jure beatum talem dixerim virum, qui & eccleſiaſticæ diſciplinæ vigorem fortiter tenuit, & tamen matrem virtutum diſcretionem numquam deſeruit.

B

magna uſus diſcretione,

in omni genere virtutum.

31 Cujus ut mores vel actus ſummatim perſtringam, fuit vita laudabilis, verbo diſcretus & utilis, conſilio providus, moribus ornatus, affabilitate mellifluus, miſericors & benignus; pronus ad veniam, tardus ad iram: per pietatis affectum, omnium condeſcendens neceſſitatibus miſerorum, juxta Beatum Job, pater erat pauperum, mœrentium conſolator, pupillorum adjutor; non deſpexit inopem, nec dimiſit abſque operimento pauperem; alios refovens verbo conſolationis, alios ope relevans pietatis. Ab infantia Deum timere didicit: ex utero enim ſecum egreſſa miſeratio, crevit. Arca cordis jugiter referta bona voluntate, numquam vacua manus extitit mupere. Pauperum ſibi apud Deum hic conciliabat patrocinia, faciens ſibi amicos de iniquo Mammona, qui eum quandoque reciperent in æterna tabernacula. Ne autem mundum plus juſto videretur diligere, mundo ſolummodo uſus eſt ad neceſſitatem, non ad ſuperfluam delectationem. Noxias quippe ab animo excludens delectationes, Apoſtolicas æmulabatur traditiones, corpus videlicet caſtigare & in ſervitutem redigere, ut extenuatum cæleſtibus diſciplinis, vas aptum fieret ſanctificationis: noverat enim in animum non poſſe legitimo imperio perfrui, niſi carnis motus penitus eſſent ſubjugati. Hoc denique ritu ſacrificii in ſui cordis penetralibus hoſtiam vivam, ſanctam, Deoque placentem ſe exhibuit; dum ſingulis diebus, cum ſacroſanctis Corporis & Sanguinis Chriſti myſteriis, per compunctionis gratiam ſeſe in holocauſtum mactavit.

Job 29, 25 & 31, 19

C

1 Cor. 9, 27

CAPUT V.

D

Fratris & ſororum ejus & cujuſdam Burchardi familiaris virtutes. B. Wolphelmi miracula in vita.

32 EXtiterat huic beatiſſimo viro frater germanus, *a* Frumoldus nomine, ſorores ſanctimoniales duæ, quarum una Oſwenda nomine, miræ ſimplicitatis & innocentiæ fuit femina: altera vero Berta nuncupata, literarum plurimum emicuit ſcientia. Hæc *b* Vitam B. Adelheidis, primæ Vilecenſis Abbatiſſæ, eleganti ſatis admodum ſtylo conſcripſit, & plurimum religionis vel ſcientiæ ſuæ fructum in eodem loco dereliquit. De cujus prædicta ſorore, Domna videlicet Oſwenda, noſtris temporibus factum libet referre miraculum, omni ſane laude, memoria, & veneratione digniſſimum. Quidam Frater ex cœnobio Bruwilerenſi, Udo nomine, adeo peſſima laborabat infirmitate, ut omnes cogerentur de ejus deſperare ſalute: denique toto miſerabiliter intumeſcente corpore, omnium membrorum amiſſa ſanitate, trunco potius, quam humano corpori, videbatur ſimilis. Quodque maxime mortis indicium ſolet exiſtere, nullum remedium illi adhibitum valuit proficere; volente, ut credimus, Domino demonſtrare, quod quanto gravior morbus, tanto potentior Omnipotens credendus eſt medicus. Cumque de ſolis ejus ageretur exequiis, lento ſopore corripitur, videtque per ſomnium Domnam Oſwendam, jam immortalitatis luce potitam, ſibi aſſiſtere, compatientiſque affectu manu totũ corpus permulcendo, vim doloris lenire: inde oratorium, jacentis lecto contiguum ingreſſa, tertio flexis genibus adoravit, ſicque ſuper ægrotum ſignum ſanctæ Crucis exprimens, diſparuit. Illico virtus divina eſt ſubſecuta: nam poſt paucos dies convaluit, integra ſoſpitate recepta. Unde nec dubium extitit, illo viſa pandente, ipſius ſuffragantibus meritis, erutum illum de confinio mortis. Fuerat autem tam immaniſſimus languor, ut à planta pedum uſque ad verticem in eo non eſſet ſanitas: ſed tota corporis cute ſubtracta, ac ſi vetere homine exutus, recenti corio cum ſalute eſt ſuperindutus.

a

Berta ſoror ſcribit Vitam B. Adelheidis,

b

Oſwenda ſoror altera ægrum deſperatum ſanat:

E

33 At vero prædictus B. Wolphelmi germanus, Domnus videlicet Frumoldus, armis terrenæ militiæ exutus, ſe illis implicari recuſavit ulterius, ut Deo ſervire poſſet expeditius. Studium itaque peregrinationis arripiens, ne exul cæleſtis fieret patriæ, omni reliquo vitæ ſuæ tempore longe lateque, ad promerenda Sanctorum patrocinia, ſe ſtuduit exiliare, uno tantum contentus ſervulo comite: cui tamen verſa vice, ut alter Martinus, hic ſæpius conſuevit miniſtrare. Quod genus divinæ propitiationis illo pedibus jugiter exequente nudis, adeo ſæpius vidimus eum liventes plantas habere, ut nulla ratione calceamenta valeret admittere. Erat etiam ei ſolennis conſuetudo, quamdiu ad divinum in eccleſia aſſiſtebat officium, omnimodis alicujus vitare colloquium: ſed ſtans, vel humi proſtratus orans, tanta lacrymarum potiebatur ubertate, ut velut imbre perfuſum, madidum reliquerit pavimentum. Hanc compunctionis gratiam per divinam poſſidens clementiam, cuſtodem in ſe reliquarum deputavit eſſe virtutum: quia nullum penitus ei dominari novit delictum, cujus mens ſedulo compungitur ad lamentum. Quis hunc fideliſſimum Domini dubitaverit ſervum, cujus executio mandatorum, tam evidens meritis illius præbet teſtimonium? Quamvis etenim in pace præſentis vitæ conſummaverit curſum, explevit tamen martyrium, ſatagens crucifixum habere mundum, dum carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis crucifixit,

Frumoldus frater peregrinatur,

F

in magna vitæ ſanctitate.

A cifixit, & Dominum fideliter ſequens, mundo peregrinus extitit. Hic cœtibus juſtorum, ut confidimus, conjunctus, in eccleſia propriæ poſſeſſionis quieſcit ſepultus. Hæc pauca prolata ſufficiant ad ſanctitatis teſtimonium beatiſſimi Patris Wolphelmi & Frumoldi germanorum.

34 Erat tunc temporis vir quidam genere nobilis, ſed moribus nobilior, Burchardus nomine, præfectoriæ dignitatis, ſed & præpotens armis, qui germanus extitit illuſtriſſimi viri *c* Emehardi Wirceburgenſis Epiſcopi. Hic Euangelii non ſurdus auditor, Si vis perfectus eſſe, vade; vende omnia quæ habes, & da pauperibus; & veni, ſequere me; relictis omnibus, quæ temporaliter videbatur poſſidere, Kanerberch, caſtellum ſuæ munitionis, Domino conſecrari fecit locum orationis. Taliter cum dives eſſe poſſet in mundo, pauper elegit eſſe cum Chriſto: plebeio habitu amictus, Sanctorum perluſtrabat loca, ſervorum Dei ſolerter requirens alloquia. Unde & ad notitiam famuli Dei Wolphelmi deductus, maximæ ab eo loco venerationis eſt habitus: & ut quondam animæ David colligata eſt anima Jonathæ, ſic amor Dei confœderavit utroſque. Ex hac itaque mutuæ caritatis affectione, frequenter eum ſolitus inviſere, dulciſſimos gaudebat verbi divini favos ex ore ejus percipere. Mirabatur autem ſupra modum tantam illi cælitus conceſſam divini affluentiam verbi, ut quomodo ex ſupercreſcente fluvio rivus, ita ex illius mellito gutture manaret ſermo divinus. Sed quid mirum, quod ſemper animus fixus in cæleſtibus, de divinis tractare valebat ſubtilius? Ut ergo rei ordinem proſequamur, volens Dominus pio revelare diſcipulo, quanta perfectio lateret in magiſtro, talis ei nocturno ſilentio divinitus declaratur viſio. Vidit igitur illum, quem tremit tartarus, colit abyſſus, cælorum adorat exercitus, in quem deſiderant proſpicere ordines dignitatis Angelicæ: hunc, inquam, vidit balneo impoſitum, manibus & officio beatiſſimi Wolphelmi reverenter foveri, ablui & detergi: ubi etiam circumſtantes duodecim Apoſtoli, adminiculum ferre videbantur miniſtranti. Ille igitur vir præclariſſimus cælitus ſibi oſtenſam viſionem per quemdam, Meginhardum nomine, monachum, fratrem ſibi ſatis familiarem, ad viri Dei properavit transferre notitiam. Qui ſagaci animo vim ſomnii diſcutiens, cœpit diligenter inveſtigare, quid viſio hæc videretur portendere. Intellexit itaque patenter, ſe commoneri, vigilanter boni ſervare tenorem propoſiti; Chriſto in ſuis omnimodis membris miniſtrari, juxta ipſius dicentis vocem: Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Gaudebat autem vir Deo amabilis, ſummo electorum capiti ſe operibus placuiſſe pietatis: ſed ſeriem actibus exequi cupiens viſionis, vice Domini balneum præparatur egenti, in cujus ſingula peraguntur obſequio, quæ viſionis popoſcerat ordo. Quibus rite completis, toto corpore mundus & ſanus egreſſus, ex integro novis eſt veſtibus ornatus. A quo tempore tantam gratiam meruit obtinere, ut mirabilium quoque patrator operum mereretur exiſtere.

c Burchardus vir nobilior, Matt. 19, 21

inſtruitur à S. Wolphelmo,

B

C

Matt. 25, 45

ab eodem illuminatur cæca.

35 Ipſo namque tempore fuit quædam mulier in territorio Bruwilerenſi, Golda nomine, quæ utrorumque luminum cæcitatem ſe doluit incurriſſe. Cumque omnium illuminatori placuiſſet per famuli ſui merita illi ſubvenire, ſub nocturno ſilentio tali perfruitur viſione. Videbatur illi leviter dormienti, viro Dei Wolphelmo, Miſſarum ſolennia celebranti, aſſiſtere; & poſt expletionem manuum ejus ablutione oculos ſuos diluere, exterſoſque fimbriis veſtimentorum ejus diu optatum lumen recepiſſe. Quam viſionem ad nos perlatam, famulo Dei, ad divina myſteria properanti, humiliter ſuggeſſimus; & ut pauperculæ mulieri compateretur, exoravimus. Qui non aſſenſit, hoc ſui non eſſe referens meriti, & ſomniis ſæpe fallentibus fidem non leviter adhibendam: ſed ſi eſt, inquit, hæc viſio ex ſe, ſecundo ac tertio Dominus eam dignetur revelare. Itaque corde contrito & humiliato, in jejuniis & orationibus eo conſtituto, eadem viſio, quæ mulieri primo, apparuit ſecundo ac tertio. Quid plura? Tandem vir Domini noſtra victus eſt inſtantia, & ſecreto admittitur illa, ante fores eccleſiolæ juſſa conſiſtere: quia non ei uſus fuerat facile, niſi certa ex cauſa, frequentiam mulierum admittere. Itaque rite peractis Miſſarum ſolenniis, ut docuit viſio, abluit, exterſit, mox clare videns remeavit. Tunc vir ſanctus, nolens virtute facti hujus humanis favoribus attolli, memor Dominicæ præceptionis, jubentis diſcipulis, ne quoadusque tempus compleretur reſurrectionis, ordinem cuilibet panderent viſionis; interdixit ſummopere nobis, id illo in vita ſuperſtite nulla ratione prodere, nulla neceſſitate detegere.

AUCTORE CONRADO COÆVO.

D

36 Vir itaque Domini, de die in diem virtutum exuberans copia, indeſinenter ad vitæ cæleſtis ſuſpirabat gaudia, quæ jam promeruiſſe gaudet felix ejus ſpiritus in Domini ſui præſentia. Nam quamdiu in corpore vixit, mundum corpore non mente inhabitavit: ibi magis habere fixum appetens animum, ubi gaudium noverat ſine fine manſurum. Unde & merito dicere valebat cum Apoſtolo: Noſtra converſatio in cælis eſt. Et illud: Non habemus hic manentem civitatem, ſed futuram inquirimus. Cæleſtis ergo patriæ inceſſabili flagranti amore, inter alia atque alia virtutum exercitia, tanta ei erat orationis inſtantia, ut quamquam omnibus floreret virtutibus, hanc tamen poſſidere videretur principalius. Ex cujus aſſiduitate hæc etiam ei inolevit devotio, ut ſingulis annis, dum more ſanctæ & univerſalis Eccleſiæ jejunium obſervaretur Quadrageſimale, non ſolum circumjacentia, ſed & Agrippinæ Coloniæ ubique Sanctorum orando inviſeret loca.

Ipſe aſpirat ad cælum:

E

Phil. 3, 20
Hebr. 13, 14

37 At quoniam hujus rei nunc incidit mentio, libet referre grande periculum, immo miraculum, quod nobis contigit redeuntibus Coloniam è Tuitio. Beati & glorioſi confeſſoris Heriberti ſepulcrum oratum petiveramus: redituri, puppim aſcendimus: ſoluti à littore, admodum proſpere navigabamus. Introrſum nos unda jam longius rapuerat, dum ecce repente intolerabili exorta tempeſtate, rupta quies Rheni ab imis ſedibus perturbatur: undæque in ſe redundantes, ad inſtar prominentium rupium, capitibus imminere videbantur in navi reſidentium. Sicque navis huc illucque vagis dilabitur undis, & nunc ſummo in fluctu pendens, nunc unda dehiſcens terram inter fluctus aperit, turbatiſque nautis præ pavore mortis, ſonus hæſit in gutture vocis. Tanto nobis vallatis periculo, virum Domini, in poſteriori navis parte reſidentem, & ſuo more neſcio quid ſecreti meditantem, & eorum quæ nobis evenerant prorſus ignarum, adii, & mortem omnimodis imminere nuntiavi. Qui protinus ad orationum convolans nota præſidia, Sanctorum devotiſſime implorat ſuffragia, litaniæ ſupplicatione impoſita. De hinc cum crebra ſanctæ Crucis objectione, Salvator mundi ſalva nos, cœpit canere: qui per crucem, inquiens, & ſanguinem redemiſti nos, auxiliare. Hortatur dehinc, reſumptis viribus conſtanter remigare viros, nullo metu mortis concuti, nullum ex eis aſſerens periturum providentia Dei. Hac exhortatione animati, & quoniam res pro anima fuerat illis, dum fortiter ad litus tendunt, viriliter æquora ſcindunt. Interea miſerabilis clamor utriuſque ſexus ſuper littus conſiſtentium attollitur in cælum, periculum noſtrum eminus intuentium. Quid multis morer? Inter

F

è periculo ſubmerſionis,

AUCTORE CONRADO COÆVO.

confinia poſiti mortis & vitæ, tandem perlabimur ad locum, ubi multitudo navium latius Rheni occuparat ſinum. Quas attingentes, & ex altera in alteram tranſmigrantes, juxta viri Dei vocem, præter ſpem evaſimus omnes. Verumtamen ne dubitaretur ullo modo, illius nos ſalvatos merito, concite id rabies Rheni fluminis divino declaravit indicio. Denique ut ille beatus pedem extra puppim extulit, paulo ante divinitus ſuſpenſis fluctibus prædæ fuit: & quæ prius onuſta mergi non potuit, ſubſiſtere tanto viduata Patrono nequivit; ſed protinus, nobis cernentibus, ſubmerſa diſparuit. Taliter per immenſi mœroris præcipitium, meritis ſervi ſui, maximi nobis gaudii Dominus contulit beneficium, dum & virtutum ejus gratiam extulit, & quod verebamur avertit.

liberatur cum ſuis,

38 Per idem tempus quadam die, cum ſecretorum ſuorum conſciis, oratorium, ut tunc falſo credebatur, Bruwilerenſis parochiæ, in villa, Kyrchedoro nomine, oraturus intravit: & ecce ſolo proſtratus, carere locum Sanctorum patrocinio, Spiritu ſancto revelante, didicit. Qui ſurgens ab oratione, cum ſecum conſiſtentibus acceſſit ad altare; & velamine ſubducto, eum omnia diligenti intuitu perluſtraſſet, nihil omnino vel ſub ſigillo, vel rimarum fiſſuris, præter nidificationes veſpertilionum & telas reperit araneārum. Vnde nimirum, ut par erat, mente conſternatus, abſque morarum dilatione Colonienſis Eccleſiæ Præſulem adiit; illi, quæ geſta fuerant, ordine expoſuit. Cujus mentis dolori ille condolens, datis etiam Sanctorum reliquiis, evocatum ad ſe direxit cum eo quemdam Hezelinum, *d* Scarnenſis ſedis Antiſtitem, ut ſua vice prædictum locum, qui epiſcopii ſui diœceſis erat, Deo conſecraret; & ejus ſervitiis manciparet. Qui libenti animo ejus obtemperans imperio, congregata multitudine fidelium, divinæ religioni dedicaverunt idem oratorium: ſtatuentes ibi duo altaria, ſuperius quidem in honore Archangeli Michaëlis, inferius vero in veneratione habenda B. Martini Chriſti confeſſoris. Hoc in facto illi nimirum cum B. Martino ſimilis extitit proportio virtutis, qui pari modo ſimiliter illuſtratus divina revelatione, populum abſolvit à diabolicæ fraudis ſeductione, ara deſtructa latronis, qui in vice venerabatur Martyris. His ita rite celebratis, redierunt uterque ad propria, Deum collaudantes in jubilo.

novit in ſpiritu deeſſe Reliquias in altari:

B

d

illudque curat dedicandum.

39 Illud etiam non reticendum arbitror rei geſtæ miraculum, quod vidimus fieri ſub teſtimonio omnium Fratrum, & eſt, fama vulgante, circumquaque notiſſimum. Mulier quædam, Adelheidis nomine, variis omnium membrorum languoribus oppreſſa, ad B. Nicolai in Bruwilerenſi cœnobio limina, recuperandæ ſalutis gratia, eſt perlata. Quæ cum detrimento omnium membrorum, occultis etiam viſcerum doloribus ac non ferendis cruciatibus quatiebatur, ita ut omnis generis annonæ panem adeo faſtidiret, ut non ſolum guſtare, ſed & vitaret attingere. Hæc quidem B. Nicolai meritis celerem ſoſpitatem recepit in membris: verum tamen occulto Dei judicio, omnimodis, ut prius, panis abſtinuit edulio. Dum vero poſt aliquot annos divinæ clementiæ ab hac illam placuiſſet infirmitate abſolvere, intempeſtæ noctis ſilentio tali perfruitur viſu. Videbatur illi, beatiſſimum virum Wolphelmum panem benedixiſſe, & illum ſuſceptum ab ejus venerabili manu ſe avide comedere. Quæ fidem adhibens viſioni, ſciens per eum his majora poſſe fieri, flebilibus vocibus panem ſibi ab eo obſecrat benedici. Qui renitens totis viribus, indignum ſe proclamat miniſtrum operis hujus. Tunc videres animum viri Dei anxie perturbari: velle quidem miſereri, ſed palam id, propter jactantiam favoremque, nolle fieri. Attamen ne diutius videretur protrahere, quod divinitas per eum diſpoſuerat adimplere, allatum panem benedixit, mulieri porrexit, præſentibus nobis illa comedit. Quæ viri Dei meritis ex integro ſanitati reſtituta, omni quoad vixit tempore ibidem eccleſiæ uſibus tanto commodius ac devotius ſtuduit deſervire, quãto præ aliis multiplicius ac differentius gratias ſanitatum meruit obtinere. Vir autem Domini, quamquam tam præclaris & eximiis polleret virtutibus, numquam tamen illius elationi ſuccubuit animus; non gloriandum recolēs ex virtute ſignorum, ſed ex conſortio collegii electorum. Quis vero ſingulatim queat referre ſanitatum genera, in diverſis per illum languentibus exhibita, miſeratione divina? Sæpius enim, illo viſitante, eſt indulta ægrotantibus ſalus; quod tamen ab aliquo ſibi imputari prorſus non patiebatur. Sufficiant è pluribus iſta fidelibus, ex illius memorata virtutibus. Nunc ad referendum, qualis ei fuerit de hac vita tranſitus, dirigatur articulus.

D

ſanatur.

mulier partim implorato S. Nicolao,

C

partim pane à S. Wolphelmo benedicto

ANNOTATA.

a *Frumoldus & Oſwenda referuntur hoc die ut Beati in Faſtis Colonienſibus Gelenii.*

b *Hanc* B. Adelheidis *Vitam illuſtravimus ad diem* 5 *Februarii.*

c Emehardus, *aliis* Aynhardus, *è Comitibus Rotenburgenſibus ad Tubaram, traditur ſediſſe ab anno* 1088 *ad an.* 1104.

d *Imo* Seardenſis *vel* Scardonenſis: *nam* Scarna *in notitiis antiquorum Epiſcopatuum nulla eſt*: Scardo, *autem vel* Scardona *fuit olim civitas Epiſcopalis in Dalmatia ſub Archiepiſcopo Spalatenſi, à qua huic Colonienſi Chorepiſcopo titulus fuit.*

E

CAPUT VI.

Præmonitio & præparatio ad mortem, pius obitus & poſt eum miracula.

40 POſt innumera divinæ per illum operationis patrata beneficia, volens pius Dominus ſervi ſui conſolari gemitus & ſuſpiria, crebro dicentis cum Propheta: Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei mei? ſatiabor, dum manifeſtabitur gloria ejus; placuit ei hoc ordine diſſolutionis ſuæ tempus revelare. Quodam die tempore meridiano, pro conſuetudine, illo, non jacendo, ſed ſedendo dormiente, ſpecioſiſſimus per viſum juvenis ei adſtitit, & ut ſe quantocius ſequi feſtinaret, admonuit. Qui comitatus euntem, Angelico ductu ad loca perducitur amœniſſima, omni decoris varietate vernantia, incomparabili lucis ſplendore emicantia, totius etiam ſuavitatis odore redolentia. Ibi oſtenſis illi diverſarum habitaculis manſionum, fidelibus nimirum à Domino promiſſarum, tandem in quoddam illum Angelus magnæ venuſtatis & proceritatis introduxit ædificium, cujus intus & extra contemplari jubetur diligenter ornatum: hunc ſibi manſionis locum divinitus eſſe prænuntians deſtinatum: quem, in quiens, quanto ſtudioſius ac venuſtius exornaveris, tanto jucundius ac felicius in perceptione illo frueris. Taliter Angelico affatu de perennis gloriæ felicitate commonitus, evigilans, ſeorſum quibuſdam viſum indicat Fratribus, annectens procul dubio ſe quantocius diſſolvendum. Vnde miro modo animo conſternati, utpote cujus ſemper fuerant beneficia pietatis experti, de illius merito amiſſione intolerabili torquebantur afflictione. Verum certius hinc colligere cupientes, diem ſignant, eum cum viſione tantes: quem anni revoluto circulo, ipſa die carnis ſolvi contigit ergaſtulo, quo cælitus ei fuerat viſio oblata. Vnde patuit, non phantaſticam illuſionem, ſed veram fuiſſe viſionem, quæ tam evidenter & viri

Pſalm. 41. 3

viſione cæleſtis habitationis

F

mortem præſagit, ipſo die ſequenti obitum.

Dei

A Dei diſſolutionem, & cæleſtem ei deſignavit manſionem.

ad eam ſe præparat colloquio de Deo,

41 Per continuum itaque illius anni ſpatium, non ſegniter dormiendo, ſed ſolerter bonis operibus invigilando, Domini ſui adventum expectabat, atque conſervis ſuis talentum ſibi creditum erogabat. Tanta autem vis divini amoris cor ejus penetraverat, ut etiam ſi nollet de Deo loqui, ſilere non poſſet. Cumque id ſolito inſtantius atque ferventius ageret, proinde nonnulli cœperunt faſtidire, minuſque libenter audire. Quod ille perpendens, non ſe à bona ſubtraxit intentione: ſed volens eos reſipiſcere, illud Apoſtoli crebra inculcabat repetitione: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Gall. 4. 19 Chriſtus in vobis. Hæc quippe dicebat, quia quos jam prædicando pepererat reformando gemens iterum parturiebat, illud ſubjungens Mihi quidem non Phil. 3, 1 pigrum, vobis autem neceſſarium. Dum vero quadam die paterna ſe minus cerneret admonitione proficere, Spiritum ſanctum tota concipiens mente, in hæc verba prorupit Amos Prophetæ; imo, ut potius poſtmodum rerum probavit eventus, ipſe ſpiritu tactus prophetiæ: Venient, inquit, dies, dicit Amos 8. 11 Dominus, & mittam famem in vos: non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei. Noverat procul dubio, quod ſicuti fames eſt carnis, ſubtractum ſubſidium corporis; ita fames eſt mentis, ſilentium vel amiſſio divinæ collocutionis. Vnde

B futura eis quaſi jam præterita narrans, Noveritis, aſſerebat, quod abſque dubio in quibus nunc vobis oneroſus exiſto vel faſtidium genero, ſummo ea vobis quandoque, non tamen effectum habituris, futura deſiderio. Ego enim jam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat. Hæc id circo non prætereunda putavi, ne incaſſum prolata hæc verba credantur hominis Dei: dum omne, quod locutus eſt, verbum, aut impletum, aut in futuro non ambigamus implendum.

ad hortatur nauſeabundos.

42 Licet autem jam ultimam duceret ætatem, nullatenus tamen propoſiti ſui paſſus eſt infirmari rigorem, indulgentius vivendo, labore remiſſo. Exiguum quippe reputabat præſentis temporis laborē, ad ſuperventuræ gloriæ recompenſationem. Quapropter nec longævitatem temporis, nec difficultatem cauſſabatur laboris: ſed potius omnimodis apponens labori laborem, Angelicam exequi ſtudebat exhortationem. At vero imminente jam ejus migratione, ubi ſe ſentit repenteviribus diſtitui, infirmitate gravari; evocatum reverendiſſimum Abbatem cœnobii B. Pantaleonis Martyris, nomine Herimannum, totius honeſtatis & religionis

C virum, olei ſacrati ſe fecit liquore perungi. Paucis de hinc evolutis diebus, primo lucis crepuſculo, decimo Calendas Maii, viam univerſæ carnis ingreſſus obiit, & gaudium Domini ſui felix feliciter introivit. Floruit autem temporibus ſecundi Henrici Imperatoris, qui monarchiam regni obtinuit poſt deceſſum tertii Ottonis, tempore beati Heriberti, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopi: & vixit uſque ad triceſimum tertium annum quarti Henrici Imperatoris, cujus pater extitit tertius Henricus, avus Imperator Conradus. Tranſiit autem, plenus dierum, omniumque profectibus operum bonorum, anno milleſimo nonageſimoprimo Dominicæ Incarnationis.

æger inungitur ab Abbate S. Pantaleonis.

moritur 22 aprilis

anno 1091,

43 Cujus obitu comperto *a* Herimannus, tunc temporis Archiepiſcopus Colonienſis, exequiis ejus ſummopere ſatagens devotionis obſequium impendere, ad ſepeliendum eum devotus occurrit. Cujus exemplo religioſorum virorum etiam turba confluxit, inter quos præcipui & illuſtriores habebantur

a

ſepelitur ab Archiepiſcopo & Abbatibus,

b *b* Abbates, Herimannus videlicet, ſupra memorati cœnobii S. Pantaleonis, & Reginhardus bonæ memoriæ Sigebergenſis: qui utrique famulum Domini ſummo ſemper coluere ſtudio pietatis. Expletis itaque ab Archiepiſcopo pro ejus veneranda memoria Miſſarum ſolennis; ubi ſacroſanctum corpuſculum deponi debuit in ſepulcrum, accedens per ſe, amictum amovit quo facer ejus velabatur aſpectus: & ecce, mirum dictu! cum eſſet jam triduanus mortuus, apparuit non defuncti more pallidus, ſed roſeo colore perfuſus, gratia plenus, & veluti roſcidulis guttis ſudore reſperſus. Quo præclaro viſo miraculo, plerique flevere præ gaudio. Ad circumſtantes vero converſus Epiſcopus, En, inquit, Patres dilectiſſimi, quam devotus hic fuerit Domini ſervus, quē tanta ac talis commendat gratia vultus. His à Præſule peroratis, cum debita veneratione ſecus B. Petri Apoſtoli altare decenter traditur ſepulturæ. Ibi ſuffragantibus meritis ejus, fidelium exaudiuntur vota, infirmis impenduntur beneficia, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui una cum Patre & Spiritu ſancto eſt honor, poteſtas & gloria, per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

AUCTORE CONRADO COÆVO.

facie roſeo colore perfuſa,

claret miraculo.

44 Itaque veluti magno mari, emenſo præſentis hiſtorię pelago, jam quaſi littus cernentes reſpiramus, dum quædam ſolum de miraculis ejus referenda ſupereſſe videmus. Satagendum eſt ergo, ut portum teneamus, curſum conſummemus: quoniam ſicuti ſolent ſolem obducere nubes, ſic pigri deſideſque ſcriptores utilium rerum ſæpe ſubtrahunt cognitiones. Aggrediamur itaque referre miracula, quæ poſt obitum ejus divina per eum ſunt celebrata virtute. In territorio Bruwilerenſi mulier quædam, Wazela nomine, dum quadā die ad opus conſediſſet textile, tam crudeli ex improviſo utrarumque manuum torqueri cœpit vexatione, ut clamore diræ vocis cives cogeretur excire. Ex cujus immanitate doloris, paralyſis obnoxia credebatur paſſioni: ſubito namque adeo inutilis eſt reddita manibus, ut ad nullos eas valuerit uſus applicare. Quo magis magisque ingraveſcente morbo, præ nimia doloris contritione inter manus tenentium obdormivit, & hujuſmodi lenis vocis ſonum dulciter audit: Quid ſopore deprimeris? Si præſenti paſſione carere volueris, ſurge velocius, & cum oblatione cerei Domini Wolphelmi adito ſepulcrum: illius enim meritis es gaudio potitura ſalutis. Quæ alacri fide promptaque devotione jubenti ſatagens obedire, ardente ſepulcrum inviſit cereo, nec beati Patris diffidens meritis, nec dictis credere cunctata monentis. Quæ ubi ad orationem procubuit, poſt puſillum ſana ſurrexit, & gratias agens Deo, ſoſpes ac læta receſſit.

Paralytica curatur:

F

E

45 Frater quidam ex cœnobio Bruwilerenſi, Heribertus nomine, poſt obitum B. Wolphelmi in *c* Daciam provinciam fuerat tranſmiſſus, cum aliis quibuſdam Fratribus religionis monaſticæ gratia. Vbi cum aliquantiſper commoratus eſſet, & jam reditum ei perſuaderet animus, comitantibus ſecum viris honeſtis ac religioſis, iter eſt aggreſſus. Cumque ad mare perveniſſent, piratis inſidiantibus, & die noctuque maris ſinum occupantibus, ferme per dies novem negabatur tranſitus. Vnde nimia cordis contritione omnes pariter afflicti, ut propitius adeſſe dignaretur Dominus ſe invocantibus, intimis precabantur viſceribus. Nec diſtulit pius Dominus ſuorum vota fidelium, concite largiendo ſubſidium. Adeſt namque prædicto Fratri ſub noctis ſilentio B. Wolphelmus per viſum, in craſtinum jubens accelerare tranſitum; mare pacatum, hoſtium denuntians impetum refrænatum: in memoriam vero ſuæ liberationis ter terni pſalmis cultor ille ſanctæ Trinitatis, Domino vota perſolvi juſſit jubilationis. Taliter hoſtium ſublata formidine, non modicum gaudium ſumpſere

apparente S. Wolphelmo

evitatur piratarum & tempeſtatis periculum.

c

AUCTORE CONRADO COÆVO.

sumpsere ex divina revelatione: & marinis se læti ingerunt fluctibus, piratis minime nocere valentibus. Hoc ordine per servi sui merita ab imminentibus malorum procellis eruti, divinæ gratias agunt liberationi. Quod ut ab ipso Fratre, qui pertulit, agnovimus. fideli narratione retulimus.

misere contractus,

46 Eodem tempore claudus quidam, Willemannus nomine, ex villa, loco Bruwilerensi contigua, Polheim videlicet nuncupata, obtentu B. Wolphelmi, diu negata membrorum recepit officia. Tempore quippe Quadragesimali ad locum accedens sepulcri, quo salutis arderet desiderio, cordis promebat gemitu; quo salutis ducebatur gemitu, cordis illius declarabat afflictio. Denique ad Deum tota intentione conversus, lacrymosis precabatur suspiriis, ut servi sui meritis sospitatem mereretur in membris. Nec spes fefellit, cui fides incitamentum præbuit: citius enim dictu claruit, cujus sanctitatis vel meriti

sanitati restituitur,

vir beatus extiterit. Repente enim diu contracti se cœperunt extendere nervi, & venarum meatus vitalis sanguinis infusione repleri, & membra prius præmortua, in pristinum vigorem restitui. Quid longius morer? Sentiens homo divinam in se operari virtutem, lento conamine assurgere nitens, quamquam adhuc nutante gressu, in pedes constitit, & quæ circa se acta fuerant, præsentibus fideliter disseruit. Quorum manibus sustentatus, & huc illucque deductus,

B

ut res innotuit Fratribus, magnifice laudatur & glorificatur Deus, qui in Sanctis suis mirabilis est & glorioſus, faciens mirabilia solus. Ad indicium vero tanti miraculi, sustentatorii illius baculi, super sepulcrum beatissimi viri, multo tempore mansere suspensi.

47 Alio ferme tempore huic miraculo accidit consimile, quod quando qualiterve sit factum, libet referre. De villa Geroldeshoven mulier omnimodis contracta[a], ad sæpe memoratum locum ab amicis est deducta. Hæc sedulo ibidem incubans precibus, templi limina frequentabat attentius. Existente autem sacratissima B. Petri Apostolorum Principis solennitate, & hanc cum reliquo vulgo tantis contigit interesse solenniis. Quæ largiter flens, & longa suspiria trahens, ante sepulcrum beati viri prosternitur, miseram se ac infelicem nimium conqueritur, cujus nec preces mererentur admitti, nec corporis incommoda solvi. Sed qui quondam mulieris Chananææ, & hujus voluit preces differre; ut importunum illius desiderium, fidei esset experimentum. At vero quoniam beati viri meritis salvari posse non hæsitavit, sed in fide postulans perseveravit, effectum meruit: erecta quippe divinitus, exclamavit, omniumque silentium clamoribus rupit. Ubi enim ossibus ossa se conjunxere disjuncta, & nervorum contractio juncturarum fiebat connexio, non est mirandum, quod fragilior muliebris sexus expavit animus. Exurgens itaque à pavimento, recepto vigore, incolumis prævaluit ad propria remeare. Talibus miraculorum effectibus veraciter cum Christo se vivere mundo testatur vir iste beatus. Amen.

D

alteri contracta redditur salus.

E

ANNOTATA.

a *Iste est* Herimannus III, *qui Segewino anno* 1089 *successit, mortuus anno* 1099.

b *Reginhardus deest apud Bucelinum in Catalogo Abbatum Sigebergensium.*

c *Daniam intelligit ejusque insulas mari circumsitas.*

DE BEATO FRANCISCO,

D. P.

ORDINIS MINORVM, FABRIANI IN PICENO.

ANNO MCCCXXII.

Antiqua Legenda ex MSS.

S*Anctissimi, Patriarchæ Romualdi corpus, ad Fabrianenses translatum anno* MCCCCLXXXI, *occasionem nobis dedit* VII *Februarii, ad agendum pluribus de ipso Fabriano. Hujus nunc aliud aetus insigne, hoc* XXII *Aprilis commemorandum occurrit, Beatus, inquam, Franciscus Fabrianensis, intra ecclesiam suo nomini specialiter consecratam requiescens, idemque & nunc & olim miraculis celeberrimus: qua propter jure, si quis alius, meritissimo inscriptus est Martyrologio Franciscano. De eodē in suis Annalibus exorsus scribere Lucas Waddingus ad annum quo natus est* MCCLI, *scriptores enumerat, qui de eo aliquid litteris mandarunt: & eorum* primus

C

fuit, *inquit ille*, Fr. Dominicus, Bonaventuræ, Fessi & & Joannæ, ipsius B. Francisci Fabrianensis sororis, filius: secundus Fr Dominicus Mariani Crissi, in Theologia Baccalaureus (*quorum esse existimo duas Legendas Mss. identidem in margine citatas à Waddingo*) tertius Andreas Gillius Canonicus S. Venantii I. V. D. & Dominicus Scevolinus, Ordinis Prædicatorum Theologus, plura de rebus Fabrianensibus congessit, in quibus præcipuas res gestas hujus Sancti viri complexus est. Sed & ipse B. Franciscus plura de rebus patriis chronologice adnotavit, inter quas obiter res proprias admiscuit.

hactenus frustra expectata.

2 *Tot tamque illustribus monumentis cum testatæ fuerint præclaræ hujus virtutes atque insignia miracula; intolerabili prorsus Fabrianensium Franciscanorum socordiæ imputandum est, quod Philippo Ferrario, post editum, Sanctorum Italiæ Catalogum & præteritum in eo B. Franciscum, texenti catalogum Generalem eorum qui in Romano Martyrologio non sunt, aut alia quædam opera vulgaturo, nemo curaverit indicare nomen & sanctitatem B. Francisci. Sint illi tamen quadamtenus excusabiles; si neque Ferrarius nec alius pro eo quisquam ipsos requisivit: nostri operis Lectoribus, monumenta prædicta requisituris, quomodo se poterunt excusare? quandoquidem per nostros Lauretanos Pœnitentiarios, Hectorem ab Albada Belgam, & Christophorum Grinum Anglum, strenuam in partibus Piceni atque Vmbria operam navare nobis solitos, diu multumque solicitati, hactenus negligunt justissimus nostris pro ipsorum met honore & gloria votis facere aliqua saltem ex parte satis: interim dum antiqua illa Mss. in angulo quopiam abdita jacent, præda blattarum & tineatum quia, ut ipsimet fatentur & hanc negatæ descriptionis causam adferunt, neminem habent qui possit legere characterem, nec tamen volunt permittere ea scripta aliorum qui legere possent manibus. Erit fortasse ex posteris zelosior aliquis, qui justissima* F *hac querela perlecta, eluet maculam ab alus contractam, & quidquid supra ex Waddingo est indicatum, pro futuro operis supplemento, transmittat: nunc, dum aliud non licet, vitam ex Waddingho collectam damus.*

pro iis datur epitome ex vvaddingo.

3 *Ceterum non est quod nos pœniteat operæ, apud Fabrianenses Franciscanos frustra impensæ: hac enim occasione excitatus Reverendissimus D. Silvester Ienantius, Abbas Generalis Silvestrinorum, misit nobis Vitam B. Ioannis à Baculo, ex originalibus membranis descriptam, una cum aliis ad elevationem & cultum spectantibus documentis. Quæ quoniam ad* XXIV *Martii jam editi spectant, servarique debēt ad Supplementum, non nisi post multos annos absolvendi operis, congruum fuit hoc loco, ubi de aliorum lentitudine querimur, illius promptitudini debitas referre gratias; eique qui suam pro nobis auctoritatem apud Prelatum sibi amicissimum interposuit, Illustrissimo & Reverendissimo D. Antiocho Honophrio, Patritio Auximano, Civi Romano, I. V. D. Protonotario Apostolico, sanctæ Auximatis Ecclesiæ Canonico*

Vitæ B. Ioannis de Baculo servandæ pro supplemento Martii.

A *Canonico Decano, ac ſacroſancte Papalis Lateranenſis Baſilicæ in Piceni Provincia Vicario, amantiſſimo quondam hoſpiti noſtro. Gratiæ autem iisdem etiam ſunt habendæ, quod pro ipſis antiquis B. Franciſci actis adhuc pergant pulſare. Cum enim præmiſſa hactenus eſſent ſub prælo, opportune advenerunt Laureto litteræ, quibus ſignificatur, iteratis præfati Generalis conatibus, & expreſſis ab ipſomet Franciſcanorum Provinciali mandatis, videri frangendam Guardiani pertinaciam; adeoque fieri poſſe, ut quæ deſideramus monumenta perferantur ad nos, in fine tomi ſubiungenda; interim Guardianum, ne omnia negare videretur, transmittere relationem Italicam de Vita & miraculis Beati: cujus tota fere ſubſtantia, cum in Annalibus Waddingi contineatur, imo ex ipſis recens excerpta ſit; apparet bonum Patrem magis ignorare operis noſtri rationem, quam negare auxilium.*

VITA

Ex Tomo II & III Annalium Franciſc.

CAPUT I.

B *Divinitus vocatus ad Religionem, in ea egregie proficit Franciſcus.*

Piiſſimis parentibus procreatus.

1 ANno MCCLI die II Septembris natus eſt B. Franciſcus Fabrianenſis, cognomento della Libra, honeſtis & piis parentibus, Compagno de Veninbene medico, & Margarita, Fabrianenſibus. Horum vitam valde laudant, qui de B. Franciſco ſcripſerunt, à caritate erga proximos, à pietate erga pauperes, à ſacrorum frequentatione myſteriorum, à vigiliis & pœnitentiis, à ſanctimonia. Vere arbor bona fructum bonum fecit: cujus futura mox ſanctitas exordium habuit à teneris unguiculis; atque manifeſte, ſed miraculoſe, indicata eſt intra ipſa clauſtra naturæ. Etenim neque pia genitrix ſui uteri pondus ſentiebat; neque tacitis incrementis coaleſcens fœtus, dolores aut moleſtias, prægnantibus familiares, advexit: per quod deſignabatur, nulli oneroſum, nulli fore moleſtum. Quando oratura mater pergebat ad templum, videbatur ſibi geſtientem ſenſiſſe infantulum, in ipſo templo hærenti placidum & ſuavem ſe præbuiſſe, ſed recedenti aliquanto graviorem; quaſi in ipſo vitæ exordio monſtraret, quam aſſiduas acturus erat in templo vigilias.

ex utero dat præſagia ſanctitatis:

2 Ex utero diffuſus in lucem, non lacrymas, ſed

C riſum emiſit: non flevit aliorum more natorum, ſed ſingulari modo geſtivit; ut qui mox, ſordidati generis ſervitute & peccati vinculis excuſſis, ad gratiæ dignitatem & Chriſtianam libertatem erat renaſciturus. Vel an non ob id fortaſſis, in mundum adveniens, ridebat; quia quidquid in mundo erat irriſit, & ſtultitiam eſſe præſenſit? Non diſſimilis mirabili ortui atque infantiæ puericia & adoleſcentia: quam placide, modeſte & pie tranſegit, humaniores ante decimum annum plene addiſcens litteras, rebus ſacris ſolerter intentus. Ægrotante puero ad mortem, mater vovit ſe eum delaturam ad viſitandum S. Franciſci ſepulcrum: quod dum *a* faceret, occurrit ei B. *b* Angelus Tancredus, olim S. Franciſci ſocius familiaris; qui narratis Margaritæ plurimis ejuſdem ſancti Inſtitutoris mirandis operibus, ingenuum pueruli attente contemplatus aſpectum, aſſeveranter prædixit, ſuum futurum conſodalem: quo nihil jucundius genetrici poterat narrari, quæ cum viro ſuo nihil tam curabat, quam ut ſecundum Dei leges enutritus adoleſcentulus, Dei manciparetur obſequio: huc omnes conatus, huc frequentes & repetitæ matris orationes tendebant; donec opere vidit completum, quod Angelus prædixerat.

videns naſcitur:

prædicitur matri futurus Minorita:

a b

3 Factum id anno MCCLXVII, quando cæleſti monitus oraculo B. Franciſcus, Minorum ſubiit vitam. Nam cum ſolitarius in cubiculo lectiones philoſophiæ naturalis, à magiſtro acceptas, ſerius ſtuderet; facta ad eum hæc vox III kal. Septembris, Franciſce, ſurge, quære Fr. Gratiam *c* Ordinis Minorum: & quidquid tibi præſcripſerit protinus exequere. Circumſpiciens, an adeſſet qui hæc verba proferret, neminem vidit: ſed dum iterum ſtudiis intendit, ſecundo & tertio ipſa eadem vox cæleſtis intonuit. Prudenter judicavit contra ſtimulum non eſſe calcitrandum, ſed divinis monitis obtemperandum: quare continuo prædictum adiit Gratiam, Minorum tunc Guardianum, cui rem omnem ſincere expandit, & vitæ ſuæ univerſam ſeriem narravit. Præmonitus ille cælitus de ſuperventuro adoleſcente, amice excepit: ut ſub Minoritarum inſtituto ſedulo Deo inſerviret, hortatus eſt; & ut in Dei obſequiis viam mandatorum ipſius curreret alacriter, pie conſuluit. Ad amuſſim inſtructoris ſui, ſibi cælitus præſcripti, conſilia amplexus, valedixit parentibus, initiatus à Miniſtro Provinciali Fr. Monaldo de S. Elpidio: ita ipſe ſub his verbis in ſuis chronicis Fabrianenſibus ſcriptum reliquit. Anno Domini MCCLXVII Ego Fr. Franciſcus veni ad Ordinem, receptus à Fr. Monaldo à S. Elpidio, virtute & efficacia orationis matris meæ, meritis matris meæ, & inſtantia precum earumdem.

AUCTORE WADINGO

c

ad quod divinitus vocatus,

admiſſuſque.

E

4 Magiſtros habuit in tirocinio ipſum Fr. Gratiam & Raynerium, ſenem *d* Plebanum, S. Franciſci diſcipulum. Multa etiam didicit virtutis incrementa, ſub ipſo ingreſſu, à S. Silveſtro *e* Auximenſi, Silveſtrinæ, à ſuo nomine ita dictæ, congregationis primicerio, apud Fabrianenſes tunc ſanctitate celebri, qui hoc ipſo anno terram cælo commutavit. Sub tirocinii anno miſſus eſt Aſſiſium ad lucrandam Indulgentiam celebrem Portiunculæ: ubi familiare habuit colloquium cum B. Leone, *f* S. Franciſci ſocio, confeſſario & ſecretario, circa ejuſdem ſancti viri ſtigmata & modum obtentæ hujus Indulgentiæ: quorum ipſe teſtimonium perhibet in libello à ſe conſcripto, *g* de veritate & excellentia hujus ſacræ Indulgentiæ. Poſtea vitam hanc & inſtitutum profeſſus, addictus eſt per Superiores ſacræ Theologiæ ſtudiis: in quibus adeo mirifice profecit, ut celebris evaſerit prædicator, animabus valde proficuus, propterea à noſtris ſcriptoribus commendatus. Piſanus ita eum laudat: Cuſtodia Æſina habet locum de Fabriano, in quo jacet prædicator devotus Franciſcus, miraculis clarus. Marco vero Vliſipponenſi dicitur, homo doctiſſimus & magnus prædicator.

egregie proficit,

d

e

f

g

etiam in litteris.

F

5 Ultra pietatem & orationem, adhibuit etiam litterarum humaniorum & divinarum ſtudium, ad myſteria enodanda, ad res docte & profunde explicandas. Neque exiguus ei librorum cumulus; quippe inter monumenta, quæ morienti ſupererant, *h* & apud Minores Fabrianenſes ſervantur, habetur etiam indiculus librorum, quos emi fecit pecunia, à patre ſuo ultimis tabulis in hunc finem legata. Graviores quoſque habuit ex ſanctis Patribus, primos & notiores omnes Theologiæ Magiſtros, expoſitores utriuſque Teſtamenti, philoſophos plures & mathematicos, & ſui ſeculi optimos concionatores. *i* ... Ultra conciones, docendo & legendo, ſuo inſtituto & urbi nativæ fuit ſplendori. Virtutes omnes continuo conatu aſſecutus eſt, & in Altaris miniſterio obeundo devotionem multam & curam impendit. Cum aliquando Miſſam pro defunctis celebraret affectuoſius, vehementerque compateretur animabus dura tormenta patientibus, & in fine ſacrum myſterium clauderet illa deprecatiuncula, Requieſcant in pace; multorum exaudita eſt vox alacriter reſpondentium, Amen: quos vel Angelos miniſtrantes

librorum copiam colligit:

h

i

pro defunctis impenſius orat:

AUCTORE WADINGO

ſtrantes ſacrificanti, vel animas, ad preces ſancti viri à purgatorii ergaſtulo liberatas, judicare licebit.

tres nepotes ad ordinem adducit:

6 Inſigni virtutum exemplo ad ſodalitium allexit duos nepotes, Antonium & Dominicum, Bonaventuræ de Feſto & Joannæ ſororis filios: tertium Petruccium, Frederici fratris filium. Patrui imitati ſunt veſtigia, ſancte & humiliter in Ordine viventes: Dominicus ceteris celebrior, quippe qui inter Ordinis ſcriptores communiter annumeratur. Porro creſcente quotidie B. Franciſci opinione & reverentia, oppidani, inito conſilio & rem promovente D. Mazzocchio nobili Piſano, tunc oppidi Poteſtate, ſtatuerunt jam *k* ſecundo transferre ædem Minorum in capaciorem & commodiorem locum, juxta forum & palatium publicum, & ex publico ærario ſolverunt anno MCCLXXXII die XX Maii, Turſello, filio quondam Bonacurſi de Rembaldo, mille liras vetuſtæ monetæ Ravennatis, pro quadam domo, turre, & horto contiguis; remittente eodem Turſello, pro S. Franciſci, inquit, & Fratrum ejus amore, alias mille liras, ad quas pretium aſcendiſſe æſtimabatur. Dominica proxime ſequenti, numeroſa inſtituta proceſſione, ad illas ædes deducti ſunt Fratres, ſolennibuſque ſacris in contiguo ſacello decantatis, prædicavit circumſtanti populo B. Franciſcus, gratiaſque reddidit pro tanto beneficio.

k novũ Conventum recipit:

B

bibliothecam inſtruit:

7 Mortuo genitore, facultates ſuo arbitrio relictas, pie in pauperes diſtribuit: quibus cibos emi quotidie curabat: ipſe vero præparabat in culina, & propriis manibus ingenti diſtribuebat multitudini. Bibliothecam libris inſtruxit, dicens eam totius domicilii optimam officinam; in qua otioſitas, animi inimica, honeſto & utili propellebatur exercitio; & arma erant in promptu adverſus hæreticorum inſultus, & promptuarium aderat, ex quo hauriri poterant populis inſtruendis documenta ſalutaria. Cibi & potus non ſolum guſtum, ſed & uſum ſibi penitus interdixit, ſemel dumtaxat in die panem frigida dilutum admittens; aliquando ad pauperum, quibus inſerviebat, conſolationem cum illis manducans. Unica eaque rudi & hiſpida tunica, cilicio haud abſimili, carnem operiebat. Duro lecto paucis cubabat horis, reliquis in divina laude & contemplatione conſumptis. Creberrimis flagris in ſe animadvertebat: preter ternas in qualibet hebdomada pro ſui inſtituti conſuetudine, alias ſecretas uſque ad ſanguinis effuſionem ſumebat diſciplinas. Adeo ſevere ſecum agebat, & tot verberibus corpus flagellabat,

auſtere vivit.

C

ut communem hominum fidem ſuperaret, & dubitaret quidam ejus ſocius, Fr. Nicolaus de Roccacontradæ, ad ea quæ de his narrabantur. Sed dum periculum fecit, ſecreto ſe abſcondens in angulo, longius immoratus eſt Franciſcus in ſumendis verberibus, quam ille potuerit in recenſendis vel audiendis.

ANNOTATA.

a *Hæc de re ita ipſemet notavit in Chronicis Fabrianenſibus.* In puerili mea ætate, mater ipſa vadens ad Aſſiſium, propter votum quod de me fecerat, ſecum me portari fecit: poſtea virtute & efficacia orationis dictæ matris meæ, à Deo inſpiratus & vocatus, receſſi à mundo, & veni ad Ordinem B. Franciſci.

b *Arturus in Martyrologio diem* XIII *Februarii* Fr. Angelo Tancredo *pro ſuo arbitrio conſignavit: & fuit vir eximiæ ſanctitatis, unus ex tribus qui S. Franciſci vitam ſcripſere.*

c *Quod ea hic legerentur de* Fr. Gratia, *id Arturo ſuffecit, ut eum* Beati Confeſſoris *titulo ornaret ad diem* 2 *Auguſti, à ſe delectum: ita more ſuo Pontificem agit, cum viſum fuerit: ut merito ſubeat mirari, cur non etiam Provincialem, à quo mox dicitur admiſſus Franciſcus, Beatis adſcripſerit.* D

d *De hoc ita in ſuis Chronicis ipſe B. Franciſcus,* Anno 1268, quando eram novitius, obiit Fr. Raynerius, qui fuit Plebanus plebis Civitæ (*eſt oppidum Vmbriæ & ad aliorum ſynonymorum diſtinctionem dicitur Civita di Caſcia*) cui S. Franciſcus fuit pluries confeſſus quando erat Plebanus, & dixit ſibi in ſpiritu Dei, Fili, tu eris de noſtris. Iſte fuit ſanctus homo & verus Frater Minor: *propterea adſcribitur Beatis Ordinis; &, ne quid deſit, Arturus aſſignat ei diem* 5 *Septembris.*

e *Colitur B. Silveſter de Auximo* 26 *Novembris.*

f *Inſcriptus eſt hic* Fr. Leo *Martyrologio Franciſcano* 15 *Novembris.*

g *Hujus libelli initium & concluſionem habes in Waddingho, an.* 1267. § 5.

h *In his eſt* Nania, *in obitu S. Bonaventuræ, quam idem Waddinghus habet an.* 1279 § 14.

i *Excurrit hic Waddinghus, oſtendendo quam ſit prædicatoribus neceſſaria & paupertatem minime dedecens, librorum copia.*

k *Narrat Waddinghus ad an.* 1215 *num.* 19 *habitaſſe Fratres Fabriani uſque ad an.* 1207 *extra portam eo in loco, ubi modo eſt eccleſia S. Angeli, inde tranſlatos ad locum, cui quia nomen erat Vallis paupercula, ibidem pauperculos ſuos aliquando ædificaturos prædixerat ante annos* 90 *S. Franciſcus.* E

CAPUT II.

Miracula quæ vivens Franciſcus patravit: Ejus pius obitus.

Virtusque miſericordiæ operibus intendens,

8 PRoximis juvandis ſe totum addixit, maxime in rebus quæ ad animæ profectum ſpectabant, omnes exemplo alliciendo, verbo exhortando, variis modis inſtruendo: in ſuggeſtu indefeſſus, in ſacris confeſſionibus audiendis aſſiduus; indicibili ardore errantes oves ad verum paſtorem reducendo: neque quidquam arduum aut laborioſum præteribat, quod ſaluti animarum conducere poſſet. Opera etiam miſericordiæ corporalia ſumma exercebat caritate: præſertim infirmos inviſebat libenter, ut ad veram commoveret pœnitentiam; & morientibus aſſiſtebat amice, ut præmitteret ad gloriam. Hanc ejus caritatem ſanctumque ſubſidium Deus multis miraculis commendavit. Etenim honeſtam feminam, Nutam nomine, quæ male habebat & per dies octo obmutuit, dum ſua dignaretur præſentia, & manum ori apponeret, ſubito ſolutum eſt vinculum linguæ, & ex integro convaluit. Altera, Divitia nuncupata, ex villa Maſcani *a* ditionis Fabrianenſis, multis malis, maxime periculoſi cujuſdam tumoris morbo aggravata, rogavit ut ſe viſum veniret B. Franciſcus. Acceſſit: ſed in ipſo ingreſſu ſenſit infirma adeo mirificum & ſuavem odorem, ut ultra modum reficeretur. Suos reatus confitentem abſolvit, & impoſitione manuum ab omni liberavit infirmitate.

ſanat mutam.

F

a

periculoſum tumorem.

fœdum apoſtema,

9 Caſſidonii Fabrianenſis uxor, fœdo & periculoſo laborans apoſtemate, ex vicinis civitatibus Perufii & Eugubii vocari juſſit medicos; qui ſimul cum Fabrianenſibus dixerunt malum jam eſſe inſanabile, & redeuntes ad propria admonuerunt ut diſponeret domui ſuæ, quia brevi moreretur. At illa videns remedia defeciſſe humana, ſe convertit ad divina, miſitque qui B. Franciſcum accerſeret. Nuntium, antequam loqueretur, ille prævenit, dicens, ſe optime ſcire in quo ſtatu laboraret hera, & propterea miſſum ut ipſum vocaret: & ſubjunxit: Redi domum, & dic dominæ tuæ ut bono ſit animo, quia ex hoc morbo non morietur. I præ: ſequar ſtatim. Nihil immoratus abiit: & ad bonum nuntium gaudentem, poſitis

A positis in Crucis modum manibus, signavit in capite: & confestim ulcus erupit, & illa lætabunda è lecto exilivit.

paralysim, 10 Juvenem uno latere dolentem, membrorum motu & sensu carentem, signo Crucis repente sanavit. Ut recessit, parentes, multo comitante populo & Deum glorificante, ad templum S. Francisci duxerunt, gratias acturum Deo & Fr. Francisco sanitatis auctori. Ille vero longius fugit, nec voluit per dies multos in publicum prodire, auram fugiens popularem, & Deo bonorum omnium auctori miraculum adscribens. Mita, filia Gillioli Benevenisti Fabrianensis, duxit ad eumdem puerulum suum filium, gutture male habentem, collo scrofis & glandibus tumente: cui dum ille benediceret & partem læsam digitis attrectaret, tumor recessit, & ante triduum integræ restitutus est sanitati. Conradutius Conradi Fabrianensis, filium suum triennem, nomine Georgium, hernioſum, eidem in ulnis maternis præsentavit. Vir Dei, oculis in cælum elevatis, oravit, ingemuit, Cruce signavit, sanum dimisit. Similiter puerum alterum, eodem malo affectum, Thomaluccium nomine, signo Crucifixi, ex altari

scrofulas,

herniam,

B assumpti & puero impositi, benedictum, genitrici incolumem restituit.

& tremorem capitis, 11 Prædicti Conradutii uxor Salvitia, filiam enixa Oradiam, continuo capitis tremore laborantem, valde dolebat. Accersivit undique quos potuit medicæ artis peritos, nec quidquam profecit. Tandem recurrit ad benigni Patris pietatem, tribus antequam ex hac vita discederet mensibus, oravitque ut misere trementem consolidaret cervicem. Oravit paulisper,

b & signo Crucis capiti obducto, sanam effecit. *b* Marcutius Marcatutii uxorem duxit Nutam, quam post aliquot menses odio cœpit habere, cogitabatque repudiare. Illa ad sanctum virum abiit, dolorem expressit, miserum in quo remaneret statum à viro rejecta declaravit, & summis precibus oravit ut suas

prædixit restituendum mariti amorem. ille apud Deum interponeret, ne viri privaretur consortio. Ille parumper hæsit, oculis in cælum elevatis; quibus modeste dimissis, blande consolatus est lugentem, jussitque ut bono animo esset, prædicens ei ante duos menses oriundum ex se pulchrum puerulum, cujus aspectu & amore adeo patris oculi caperentur, ut sponsam deinceps impense diligeret. Ita evenit; peperit bellum infantulum, mutui pignus amoris: per quod patris animus ita immutatus est,

C ut ex illo tempore uxorem debito sit prosecutus amore.

humilitatibus sanctum indicit: 12 In oratione assiduus intensissimo in Deum ferebatur affectu, & Christi Passionem mira contemplabatur dulcedine; aliquando gratias agens immensas, propter ingentia quæ ex illa populo Christiano evenerunt beneficia; aliquando summa teneritudine collacrymans, propter Christi dolores, & indignas tot pœnarum causas, ingratorum hominum peccata. At dum semel ista meditaretur in ecclesia, hirundines multo garritu mentis turbabant quietem: jussit ille ut evolarent, neque amplius in templum aut domum illam ingrederentur: præcepto obedientes, tamquam rationales creaturæ, statim abierunt, neque per integrum illum annum sunt regressæ.

scorpionem ex sacro calice haustum, 13 Dum aliquando in ecclesia S. Francisci Fabriani rem faceret divinam, & Sanguinem sumere intentaret; ecce videt in calice aliunde dilapsum scorpionem. Hæret paulisper, quid agat, considerans. Potuit juxta regulas, in his periculis præscriptas, malum avertere: sed dum recordaretur Christi doctri-

Mar. 16, 18 næ & datæ discipulis fidei illis verbis, Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit; absque timore & horrore deglutivit animalculum. Expleto sacrificio

jussit ad se vocari qui venam secaret, misso nuntio Andrea Andreutii Vanni. Venit ille, Angelus nomine, & invenit in choro orantem atque illa proferentem verba, Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram. In cellam recedenti venam dexteri aperuit brachii, ex qua mirabiliter scorpio prodiit vivus, absque ullo sancti viri dolore. Ita qui honorem curant divinum, à cunctis eruuntur periculis: & qui quod Dei in seipsis est honorant, etiam illi à Deo facti honorabuntur à Deo.

AUCTORE WADINGO

aperta vena vivum educit:

energumenam liberat:

14 Non minorem habuit potestatem super aëreos spiritus & rectores tenebrarum harum, qui corpora cruciant humana, quam super infirmos & languidos. Etenim energumenam, decem annis oppressam. Fabrianum à Saxo ferrato *c* deductam ut Cruce persignaret, post aliquot dies quibus id facere detrectavit, judicans se indignum cui spiritus obedirent, signo Crucis sacravit & sanavit, recedente confestim ad ejus imperium spiritu maligno. Ab omni fastu, superbia & ambitione alienus, dignitates quasque intra & extra suum Ordinem abhorruit, nec induci potuit ut propter has verbi divini prædicandi ministerium dimitteret. Oportuit tamen Superioribus

c

Guardianus constitutus, obedire, in suscipienda cura monasterii suæ patriæ, & Custodem seu Guardianum agere Fabriani per integrum quadriennium. Quo tempore, ultra materiale domicilii incrementum, multa erga Religiosos præstitit boni Superioris officia; pietatis, mansuetudinis, humilitatis & patientiæ in omnibus præbens exempla, & disciplinæ regularis renovans instituta.

E

15 Sub ultimo anno suæ Præfecturæ, qui millesimus tercentesimus decimus nonus Christianæ censebatur salutis, comitia provincialia voluit in sua celebrari domo: quibus abunde in omnibus providit, & summo caritatis affectu fatigatos ex itinere, senes, languidos vel male habentes, excepit hospitio. Pietati & caritati ejus non defuerunt potestas & consilium: & populus Fabrianensis aliarumque Religionum Superiores quam plurima ei præstiterunt subsidia, & largissimas erogarunt eleemosynas. Patres etiam Capitulares, ejus laboribus & industriæ præmium adhibituri, Visitatorem totius instituerunt Provinciæ: quam curam renuit accipere, humiliter rogans Superiores, ut alteri conferrent digniori, dicens se nescire quomodo alios visitare audeat, qui visitationis munus erga semetipsum non prius exercuit.

recipit Fabriani Capitulum Provinciæ:

& Visitatorem eligitur:

F

extremo decumbens morbo,

16 Accedente suæ peregrinationis termino, quo ad patriam celestem placuit Altissimo suum famulum evocare, lenta correptus febri, jacuit per dies aliquot infirmitate gravatus. Optimi quique proceres, ecclesiastici & secularis status, lectulum quotidie circumdabant, audientes ab eo monita salutis, dolentes sibi eripi optimum magistrum. Accessit etiam pridie antequam moreretur adolescentulus, Thomasuccius nuncupatus, qui in genua procumbens & manum exosculatus, profusis lacrymis rogavit, ut eum ab occulto morbo, quem per annos aliquot patiebatur, suis precibus liberaret. Juvenculo compassus, oculis in cælum elevatis, oravit paulisper, mox eum signo Crucis benedixit, & repente ab omni malo liberavit. O beatam animam, quæ dum ad certamen properat, aliis benefacit; & sub mortis agone, alienos morbos repellit! Pacatissima illa anima non tam res suas quam alienas curabat, præscia futuri transitus & gloriæ superventuræ: etenim inventa est in cubiculo viri sancti Chartula, in qua descripsit revelationem sibi ante aliquot annos factam, quo die & hora debuisset ex hoc mundo transire ad Patrem.

juvenem ab occulto morbo sanat:

17 Adveniente itaque die XXII Aprilis, anno MCCCXXII, placide obdormivit in Domino, ætatis

mortui corpus triduo expositum,

AUCTORE WADINGO

suæ LXXI, menſe VII, die XX, vitæ in Religione tranſitæ LV, Fratribus & populo collacrymantibus. Oportuit per triduum corpus fidelium exponere contactui & veneration i, *d* quo tempore multa patravit miracula, publici Notarii teſtimonio ſignata. Triduo tranſacto ſanctum corpus, aromatibus conditum, ſepultum eſt in concavo chori muro, ex illa parte quæ vergit ad plateam: unde poſt annos ſeptemdecim integrum & illæſum, tranſlatum eſt ad honorificum ſepulcrum, in eccleſiæ medio conſtructum. Feſtive colunt Fabrianenſes ejus diem natalem, & ſumma in veneratione habent ejus ſepulcrum: ad quod ex multis urbibus concurrunt populi, in ſuis neceſſitatibus ſanctum virum deprecaturi. Epiſcopi Camertes, in quorum diœceſi ſitum eſt Fabrianum, *e* plures Indulgentias conceſſerunt, ejus corpus, quod adhuc integrum & illæſum eſt, viſitantibus. Ejus imagines, tamquam viri ſancti, ubique circumferuntur & in reverentia habentur. Univerſitas Fabrianenſis in ejus natalitiis varia offert ex inſtituto munera, ob plurima per ejus merita à Deo recepta beneficia. *f*

natalia feſtive colitur.

e

f

ANNOTATA.

a *Abeſt Fabriano* Maſcanum *ad 4 circiter m. p.*

B b *Dominicus Scevolinus in Hiſtoria Fabrianenſi ad an. 1251 num. 31 hæc viventis miracula emmerat apud Waddingum ad an. 1322 num. 12.* Tribus cæcis viſum reſtituit, paralyticum unum conſolidavit, claudorum quatuor greſſus firmavit, duobus ſurdis auditum aperuit, matrem & filiam à lepra mundavit, & alia pene innumerabilia miracula in vita perpetravit.

c Saxum-ferratum *Piceni oppidulum diſtat 8. p. m. trans Sentinum fluvium.*

d *Plenius Dominicus præfatus.* Poſt mortem ad eccleſiam S. Franciſci innumerus concurrebat populus, corpus ejus veneraturus, & neque diebus neque noctibus ab ejus conſpectu voluit recedere; & beatum felicemq; ſe judicabat, qui manum vel pedem poſſet attingere: ſed feliciorem ſe exiſtimabat, qui veſtis exiguum licet ſegmentum aut minimam poſſet abſcindere particulam. Vnuſquiſque prout potuit pie aliquid decerpſit, ita ut neceſſe fuerit alias veſtes corpori contegendo adhibere.

concurſus ad ejus corpus.

e *diſtans à Camacino circiter 15 p. m.*

f *Hic attexitur à Waddingo elogium B. Franciſci, ex Dominici præcitati hiſtoria, cujus jam partes præcipuas dedimus: potius hic adiungatur ex Ms. Epitome Italica, quod* Communitas Fabrianenſis, pro æſtimatione expertæ ac notæ ſanctitatis, decrevit corpus defuncti balſamo condiendum: in eumque finem numerandas Fratribus libras quadringentas probatæ monetæ, quibus balſamum aliaque ad rem opportuna emerentur: ad ipſum vero actum deputatus eſt expertiſſimus medicus Mag. Mercatus Cancelloni cum ſuis filiis Mag. Franciſco & Mag. Vrbano: item Mag. Thomas de S. Michaele Comitatus Fabrianenſis: qui ne indignis manibus contrectarent ſacrum corpus, multa ſpirituali præparatione atque oratione apparati, Sacramenta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſuſceperunt.

C

CAPVT III.

Miracula poſt mortem & variæ corporis tranſlationes.

Mortuus ſtringit applicitum ſibi roſarium,

18 DIximus huc uſque quæ ad vitam B. Franciſci ſpectabant, vel quæ ille vivus effecit: nunc adiungam quæ poſt mortem, propter illius merita, Dominus operatus eſt mirabilia. Dum jaceret illo triduo in feretro, acceſſit pia femina, ſanctum corpus veneratura, & roſario, ut ſolet, tactura, hærentis cingulo roſarii partem extremam elevavit, & ſuper ſancti viri manum collocavit. Cepit ille & manus ſtrinxit, dum mulier, in vultum ejus intendens, orabat: ut recedere voluit, ſenſit ſe detineri, roſario à ſancto viro apprehenſo; & repente clamavit, muliebri timore expaueſcens ad motū aut ſenſum viri defuncti. Accurrit frequens populi multitudo, viditque palmā contractam & fortiter adſtrictum roſarium: quod dum illa poſt aliquot preces devote petiit dimitti, aperta manu reſtituit, obſtupeſcentibus omnibus ad mortui cadaveris motum mirandum: quo ſignificatum voluit, Deo gratum eſſe cultum ſuorum ſervorum. Eodem tempore ad feretrum acceſſit Auguſtinus Ægidius è regione S. Venantii, longo tempore contracto dolens brachio: & oſculatus manum viri ſancti, eam læſæ admovit parti. Ad contactum ſtatim convaluit, exilivit, gaudens domum rediit, narravit uxori, Netæ nomine, quæ decem annis in lecto decumbebat ex gravi infirmitate: ſpe ſalutis obtinendæ fecit ſe in templum vehi, ubi poſt multas preces tandem impetravit ad feretrum admitti, multo populo comprimente. Oſculata viri ſancti manum, domum rediit: ubi paulo poſt, repentino motu, recto ſurrexit corpore, ſanitate reſtituta.

D

ſanat contractum,

& uxorem ejus,

19 Ipſo eodem die quo mortuus eſt, Joanna de Chiozzano comitatus *a* Nucerini, à malignis ſpiritibus obſeſſa per integrum ſeptennium, cum ceteris ad eccleſiam S. Franciſci concurrens & corpus attingens, perfecte & repente liberata eſt. Alia, nocte ſequenti, dum Fratres pulſarent ad Matutinum, miraculoſe, poſt multos dolores & tormenta à malignis ſpiritibus illata, incolumis evaſit: acclamante ex dæmonibus uno, ſe à Fr. Franciſco depelli, neque amplius ſibi licere in illud regredi hoſpitium. Ad tantum beneficium ſe gratam oſtendit mulier, per annos octodecim continuo inviſens ſancti viri ſepulcrum, & oleo fovens lampadem appenſam. Clarella Circuli, Aſſiſias, quæ tunc morabatur Fabriani, dum pannos lavaret & prope jaceret infantulus, immiſit ille in caccabum aquæ bullientis brachiolum. Decocta tenella carne, mater videns vitæ vel brachii abſcindendi imminere periculum, votum emiſit ſe viſuram ſancti viri ſepulcrum, & cereum brachium oblaturam. Repoſuit in lectulo flentem, & ad dolores ſtridentem; ſed ſomno correptum ſereno, dum paulo poſt brachiis excipit, ſanum conſpicit & incolumem, nullo relicto cocturæ veſtigio.

a

liberat energume-nam,

E

reſtituit brachium aquæ bullienti immiſſum.

20 Dica, uxor Palamidetis de Conerzato, Biſonoſam filiam, apoſtemate in vultu deformem, ad ſancti viri feretrum duxit: corpus venerata, preces effudit, ut deformi illo malo filia liberaretur promittens ceream effigiem ſe daturam, & per biennium aliquot modios frumenti Fratribus illius cœnobii elargituram. Domum rediit, certo ſperans ſe obtenturam quod petebat: atque ita factum eſt, ut dum filia die ſequenti è lecto ſurgit, appareret tota pulcra & formoſa. Cæcilia Frontonis, comitatus Callii, per menſes aliquot brachio dolens ſiniſtro, ita ut moveri non poſſet; ad ſancti viri ſepulcrum orans, repente ſalva facta eſt. Lætitia Petri de Ceneto, magnos per annum paſſa dolores ob immiſſum caſuauriculæ paxillum, quod nullo modo potuit extrahi; commendavit ſe ſancti viri meritis ad ejus ſepulcrum: & die ſequenti expergefacta invenit ſuper cervical lignum putreſcens & ſanguinolentem, ablato & procul facto omni dolore.

ſanat fœdū apoſtema,

F

brachium male affectum,

21 Marcutius, Guilielmi Æſini filius, obducta oculis nubecula nihil videns, oblatus eſt à parentibus ſancti viri pietati, emiſſo voto de vitando ſepulcro & offerenda cerea imagine: paulo poſt ceciderunt ſquamę de oculis ejus, & vidit perfecte; venitq; Fabrianum cum genitoribus, votum redditurus. Similiter curatus Ioannes, Florutiæ comitatus Fabriani filius, reſtituto unius oculi, quem dolebat aſpectu. Joannæ, Corradutii de Ronaldo, filium, ſtricto gutture & apoſtemate laborantem, ſanavit: quem deinceps, ad

oculos ſquammis obductos,

guttur ſtrumoſum,

ſui

A

pedes debiles :

sui benefactoris memoriam, vocarunt Franciscum. Phillippucciam, Bonaventuræ Pomi filiam, cruribus & pedibus infirmam, ita ut gressus figere nullatenus posset, ad feretrum, in quo corpus jacebat, simul cum parente Padovesa vigilantem, ita consolidavit, ut nullo juvante domum læta redierit.

liberat occidendum ab inimicis :

22 Milutius Guillelmutii, ex Rupe-Fabri comitatus Assisii, incidit in manus inimicorum tractus Nucerini; quibus viriliter restitit, donec socii omnes, solo relicto, fugerunt. Non potuit unus omnium impetus sustinere, quin vulneribus tredecim acceptis oportuerit succumbere. Sed ne omnino periret, aut in hostium veniret potestatem, commendavit se obnixe meritis B. Francisci, promisitq; ejus invisurum sepulcrum, iterq; confecturum nudis pedibus, & ceream oblaturum effigiem. Mira res! Illico, ut vovit, arma deposuerunt inimici, vulnera ligarunt, & multo emisso sanguine languentem domum suis humeris portarunt; neque recesserunt, donec medici adhibita ope melius cœpit habere. Convaluit tandem, & votum implevit.

miraculis suis detrahentem punit,

B

23 Eodem anno quo mortuus est vir Dei, Joannes Gutius Bonagara Fabrianensis, dum infirmus jaceret in lecto, rogavit uxorem ut obtineret à Fratribus particulam aliquam tunicæ B. Francisci : obtinuit & languenti imposuit marito, nec tamen ille convaluit, sed maligna febre decessit. Recurrente die festo sancti viri, abiit cum reliquo populo ad templum Minorum, ubi venerantibus ceteris ejus sepulcrum, illa stetit à longe dixitque, nihil se esse expertam propter quod Sanctum fuisse putaret. Domum regressa operari cœpit servilia, absque ulla diei solennis observantia : sed repente tulit supplicium. Cecidit in terram tamquam mortua, absque ullo motu aut sensu, colore mutato & facie deturpata : intellexit tamen & sensit angustias, easque datas in pœnam suæ incredulitatis judicavit. Oravit itaque virum Dei ut ignosceret, vovitque se in perpetuum festive ejus natalitia celebraturam, & alia in ejus honorem obsequia præstituram, si inflictam pœnam remitteret. Fecit, & illa quod promisit implevit. Sub eodem tempore adolescentem Fabrianensem, multis annis hernioſum, in conspectu omnium ad sepulcrum orantem, & turpem molem ostentantem, sanavit. Et Luciam, filiam Philippi Bartholi de Cerqueto, duodennem, septem annis fœde claudicantem, curavit; dum illa ad ejus sepulcrum juravit, se diem natalem celebraturam, & in vigilia solum panem & aquam manducaturam.

pœnitentem sanat :

item hernioſum,

& claudi,

C

diuſque infames motitundos.

24 Anno MCCCXXXV, die 1 Junii, solenniter examinatum, approbatum & scriptum à Notario publico fuit subsequens miraculum. Franciscus, filius Agnesucciæ Nicolai, infirmabatur ad mortem, non manducans neque bibens per triduum. Joanna Bartolina, genitricis amica & vicina, abiit ad sancti viri sepulcrum : oravit pro infirmo, promisitque matrem oblaturam simulacrum cereum ad pueruli mensuram. Domum regressa, dixit quæ fecit : mater factum probavit, votum firmavit. Accesserunt ad lectum, infantulum ex suscitarunt, in somno mortis languentem; qui statim cibum sumpsit, & paulo post integre convaluit. Simili ferme eventu curatus est infantulus, filius Mitæ & Ragutii de Apiro, qui nullum admittebat cibum aut potum.

An. 1359 transfertur corpus :

25 Anno MCCCXXXIX, die XII Aprilis, quo natalis ejus recurrit dies, ex ductis Assisio egregie dolatis lapidibus marmoreis & pulcris columnis, ære communi Fabrianensis populi emptis, anno decimoseptimo ab ejus obitu, magnifico præparato mausolæo in medio ecclesiæ muro, transtulerunt è primo sepulcro, in choro (uti diximus) constructo, corpus sanctissimi viri, & arca condiderunt marmorea, columnis & crate ferrea circumdata, vario & nobili opere exornata. Translationi interfuerunt multi Prælati, viri proceres, & ingens hominum multitudo : quibus expositum est sacrum pignus, omnino integrum & illæsum. Tunc etiam ad commendandam optimi viri sanctitatem operatus est Dominus miracula, quorum periit memoria : per quæ amplius ejus fama est divulgata.

AUCTORE WADINGO

D

sanatur pestilens apostema,

26 Post hanc Translationem, Bartolina Bononiensis, uxor Aldobrandi Fabrianensis, gravi febre & pestilenti gutturis apostemate ad ultimum vitæ terminum deducta, perdidit loquelam. In vigilia diei festi B. Francisci, dum pro Vesperis solenniter decantandis pulsarentur campanæ in ecclesia Minorum, feminæ lectum circumdantes alta voce, Bartolinam evocarunt, dixeruntque professum esse B. Francisci, miraculis glorioſi : jam pulsari campanas pro Vesperis, & opportunum esse tempus ut vitam & angustias suas eidem commendaret. Sensit illa monentes, & ex corde rogavit virum Dei, ut suam causam ageret in cælis. In prima noctis vigilia apparuit ei totus glorioſus, jussitque ut os aperiret : immissaque Cruce, quam manu gestabat, erupit apostema. Expuit illa pus & marcidum sanguinem, magnoque clamore vocavit domesticos, dicens sibi apparuisse B. Franciscum & perfecte sanasse. Judicarunt illi phreniticam effectam, & insanæ fuisse clamores : sed reipsa compererunt, è periculoso morbo & mortis faucibus sancti viri meritis liberam evasisse.

E

morbus regius,

27 Ludovicus, Cissi Salutii Fabrianensis & Lionoræ filius, regio laborabat morbo, anno uno, mensibus octo : neque ulla medicorum ope meruit curari : sed matre & filio ad sepulcrum viri sancti deprecantibus, integræ restitutus est sanitati. Quidam inopinato ictu in oculo læsus, multo profluente sanguine, se commendavit sancti viri meritis : & statim sensit se manu blande pertractari, atque malum omne repelli. Paupercula femina filiolum, in dorso fractum & incurvatum, ad sepulcrum adduxit : erectumque & sanum mox domum reduxit. Divitia Marci, ex villa Mascani, oravit pro amico ad mortem ægrotante, & emisso voto ad sancti viri sepulcrum, domum regressa sanum invenit. Bartolus Ferri Fabrianensis, tribus ulceribus gutture putrefacto, in vanum adhibita plurima opera medicorum, tandem ad viri sancti sepulcrum convaluit. Nutia, Marcutii uxor, lapsa ex alta moro, toto confracta corpore, medicorum judicio valde periclitabatur. Oravit B. Franciscum ut opem ferret, promittens plura in sancti viri cultum & honorem. Obdormivit paulo post, & vidit coram stantem, ampullam olei manu tenentem, fascias quibus involuebatur dissolventem, & læsas partes ungentem : audivit deinde dicentem, ut ex lecto surgeret, & arrepto baculo, quem ipse porrexit, per cubiculum deambularet. Ita sibi visa est feciſſe : & vere fecit. Nam expergefacta comperit non in lecto infirmam se jacuisse; sed in cubiculo stantem & baculum habentem, perfecte convaluisse.

vulnus in oculo,

curvitas dorsi,

vir moribundus,

guttur exulceratus,

gravi lapsu attrita :

F

28 Franciscus Anselmi, adolescens vitæ effrænis, propter varia crimina sæpius conjectus in vincula, tandem rigoroso carcere & ferreis compedibus obstrictus, à parentibus & amicis destitutus, vovit Deo & B. Francisco se vitam in melius commutaturum, & sancti viri sepulcrum veneraturum, donis cohonestaturum, & vincula quibus detinebatur appensurum, si ab illo liberaretur ergastulo. Mira res! ut dixit, reserato ostio patefacta est via ad aream exteriorem. Hic vidit aliam supereſſe portam : sed solutis vinculis B. Francisco iterum se commendavit : deinde minimo negotio per muros evasit, sepulcrum mox invisit, & mores fecit meliores.

liberatur captivus emendationem pollicens :

AUCTORE WADINGO

29 Ad majorem hujus ſancti viri commendationem & honorem, curavit populus Fabrianenſis conſecrari eccleſiam Fratrum Minorum, in qua ſacræ ejus reconduntur exuviæ. Anno itaque MCCCXCVIII, die Dominica ante Nativitatem B. Joannis Baptiſtæ, ſolenniter conſecratum eſt templum, innumera concurrente hominum multitudine, & convenientibus totius Marchiæ Fratribus ad Comitia provincialia; per Epiſcopos tres, Joannem Offedanum, Antiſtitem Nicopolitanum ex Ordine Minorum aſſumptum; Benedictum, ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini, *b* Aſculanum; & .... Epiſcopum *c* S. Natariæ. Amplas dedit pro hac ſolennitate Indulgentias Nutius *d* Epiſcopus Camerinas loci diœceſanus, ſtatutis diebus quibus eas lucrari deberent fideles, adjunctis in fine his verbis: Has Indulgentias, nuper noſtra auctoritate conceſſas, volumus [appendi] in ſepulcro B. Franciſci de Fabriano, ſpecialiter à ſeptuageſima uſque ad Octavam Paſchæ annis ſingulis valituras.

eccleſia ſub B. Franciſci nomine dedicatur,

b

c d

Indulgentiæ concedũtur:

30 Multa celebrata ſunt in hac æde Comitia provincialia, propter majorem reverentiam ſancti corporis ibi jacentis. Univerſitas & populus Fabrianenſis, ſolenni indicta ſupplicatione, ad ejus ſepulcrum recurrit, in ſumma quadam totius Italiæ egeſtate & annonæ caritate; ſeque obſtrinxit ſolenni voto per annos duodecim, in die natalis ejuſdem, eo proceſſionem totius populi ducere & donaria offerre. Illud peculiare eſt, quod in feſtivitate hujus ſancti viri, genitrices ſuos portent infantulos in conſpectu ſepulcri, ut meritis ejuſdem & magna quam ſuper dæmonia vivens oſtendit poteſtate, liberentur illo anno ab incurſibus & inſidiis ſatanæ, quas ſolet in illa ætatula præſtruere. In magna habetur veneratione viri ſancti caputium, quod ad infirmos, partu laborantes, & variis calamitatibus oppreſſos ferunt, non abſque lucro celeſtis beneficii. Quotidianis favoribus amplius obſtricti Fabrianenſes, decreverunt ei inſigne ſacellum extruere, & fecerunt: ad quod corpus transferri voluit, Reverendiſſimus Pater Jacobus Bagna-caballenſis, Magiſter Generalis Ordinis Minorum Conventualium, ad quos hic ſpectat conventus, dum anno MDCXIV ibidem viſitationis exerceret officium: & arcæ, qua ſanctum deponeretur pignus, tres eſſe voluit claves, quarum primam Guardianus, ſecundam Syndicus conventus, tertiam Fabriani teneret Magiſtratus. Scripſit B. Franciſcus inter alia opuſcula, tractatulum de officio & dignitate Prælati & Sacerdotis Euangelici, qui manuſcriptus extat in S. Iſidori bibliotheca. *e*

B *invocatur in caritate,*

infantes ad ejus tumulũ adducũtur.

corpus trãſfertur an. 1614.

C

D

E

F

ANNOTATA.

a *Vmbriæ civitas* Nuceria *eſt, unde tranſito Appennino diſtat Fabrianum 16. p. m. circiter.*

b Benedictus *primum Acernenſis, mox Caſtellenatenſis, inquit Vghellus, an. 1397 Aſculanus Epiſcopus factus eſt, anno 1399 rurſus ad eccleſiam Caſtellenatenſem reverſus.*

c *Nomen Epiſcopi Waddinghus legere non potuit, Epiſcopatus autem nomen æque vitioſe ſcriptum apparet, cum nulla ejus nominis Sancta, aut civitas ſit, nedum Epiſcopalis. Suſpicor in Legenda MS. nominative dici quod interfuerint* Joannes de Offida Nicopolis, Benedictus Aſculi, & Joannes Noceriæ Epiſcopi: *crajo autem* Joannis *nomine ſuperfuiſſet ſolum, S. quod viſum Waddingho ſit titulus eſſe* Sanctæ, *ſequenti nomini haud ſatis commode ſcripto applicandus. Addit autem idem Waddinghus, miſſos fuiſſe hos tres Epiſcopos Fabrianum,* ad videndum ſepulcrum & corpus B. Joannis de Baptiſta. Abbatis Auximani, conditum in eccleſia S. Benedicti. *voluit* B. Joannem de Baſtone *Waddingus deſignare: ſed Lugduni imprimentibus tomum 3 Annalium non potuit ita intendere abſens, & non multa præter ejus mentem peccarent typothetæ eorumque præfecti.*

d *Vghellus in hoc Epiſcopo Waddinghum citat, quaſi ex eo haberetur* Nucium de Salimbenis *interfuiſſe conſecrationi præfatæ: ſed apparet hoc loco nil tale dici. Fuit autem Nuccius tunc temporis ætate decrepitus & forte etiam cæcus, ut pote qui eo titulo juſſus fuerit coadiutorem acceptare à Bonifacio IX, ut ſcribit ipſe Vghellus; qui Coadiutorem deſignatum cum ſpe futuræ ſucceſſionis nominat Gentilem Camerinenſem: ſed nihil amplius de eo reperiſſe ait, ſucceſſiſſe autem Nuccio Ioannem tunc Rectorem eccleſiæ S. Stephani. Quid ſi vel mortuo Gentile vel non admiſſo, receperit idem Nuccius Coadiutorem* Joannem *cum titulo Epiſcopi Nicopolitani? certe Nicopolitanus à Waddingho hic nominatus, quisquis fuit, non alio jure potuit primas in conſecratione aut viſitatione prænotatis tenere, quam quod vices generet ipſius diœceſani Epiſcopi, non valentis intereſſe.*

e *Scripſit item* Sermones multos, & Artem prædicantium, *de quibus Waddinghus in Scriptoribus Ordinis.*



XXIII APRILIS

SANCTI QVI IX CALENDAS MAII COLVNTVR.

SAnctus Felix Presbyter, S. Fortunatus, S. Achilleus, Diaconi, Martyres, Valentiæ in Gallia.

S. GEORGIVS Megalo-Martyr Nicomedienſis, Lyddæ ſeu Dioſpoli in Palæſtina.

S. Valerius, S. Anatolius, S. Protoleon, S. Athanaſius, Martyres apud Græcos.

S. Glycerius, S. Donatus, S. Therinus, Martyres, apud Græcos.

S. Catulinus, S. Saturninus, S. Chorus, S. Felix, S. Theonas, S. Theodorus, S. Victorinus, S. Venuſtus, S. Victurus, S. Nabor, S. Solutus, S. Plenus, S. Silvius, Martyres,

S. Felix, alter, S. Vitalis, S. Theodora, S. Fauſtinus, S. Salunus, S. Valerius, in Africa.

S. Vrſus, S. Nabor, S. Silvius, S. Vitalis, S. Nonna, Martyres, Romæ.

S. Puſinna, Virgo, Deo devota, Hervordiæ in Saxonia inferiore.

S. Marolus, Epiſc. Mediol. in Italia.

S. Ibarus Epiſcopus Hibernus

S. Adalbertus, Epiſcopus Pragenſis, Martyr in Pruſſia.

S. Gerardus, Epiſcopus Tullenſis, ad Moſellam.

S. Georgius, Epiſcopus Suellenſis, in Sardinia.

B. Ægidius Aſſiſias, tertius ſocius S. Franciſci, Ordinis Minorum, Perusii in umbria.

B. Helena, tertii Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Vtini in Ducatu Foro-julii.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

SAncti Bernardi, Epiſcopi Viennenſis, hac die Tranſlatio *facta eſt, uti diximus ad ejus Vitam* XXIII Januarii.

S. P. Gregorii Magni *nomen hunc diem occupat in Kalendario Ruthenico apud Poſſevinum. Non eſt credibile* S. Georgium Megalomartyrem, *omnibus aliis Kalendariis communem, huic ſoli fuiſſe præteritum: itaque errorem aliquem ſcriptoris aut interpretis eſſe opinamur. Colitur alioqui Sanctus ille Pontifex* XII Martii.

Vulfrannus, Epiſcopus Senonenſis, Fontanellæ mortuus, *refertur hoc die ab Adone, Notkero, Maurolico, Greveno, & in pluribus Mss. Vitam ejus & varia miracula illuſtravimus.* XX Martii.

S. Regulus Epiſcopus, Silvanectis caſtro, *memoratur hoc die in Vſuardi primario Ms. & pluribus aliis. Vitam dedimus.* XXX Martii.

S. Alexandra Auguſta, uxor Diocletiani *memoratur in Gynaceo ſacro Arturi de Munſtier. Vitam ejus dedimus.* XXI Aprilis.

S. Leo, Epiſcopus Senonenſis, *indicatur à Bellino, Molano primæ editionis, & Caniſio. De eo egimus.* XXII Aprilis.

S. Senorina, Virgo & Abbatiſſa in Luſitania, *indicatur à Menardo & Bucelino. De ea egimus* XXII Apr.

Nigunda Virgo, *inſcripta eſt Ms. Florario & Auctario Greveni ad Vſuardum. Nobis hactenus incognita. Forſan eſt ex Vrſulanis.*

Ludgeri Epiſcopi depoſitio, apud Trajectum inferius, *cum titulo* Sancti *inſcripta eſt Ms. Florario & Auctario Greveni ad Vſuardum, qui titulo* Confeſſoris *quoque eum honorat. Verum de aliquo cultu Eccleſiaſtico nullum veſtigium in antiquis aut recentioribus officiis propriis, Miſſalibus, Breviariis, aut apud Molanum, Miræum, Hedam, Bekam, aliosque reperimus.*

Ethelredus, Rex occidentalium Saxonum, *ut* Sanctus & Martyr *inſcriptus eſt Martyrologio Anglicano Wilſoni & Ferrarii Catalogo, approbante Alfordo in Annalibus Eccleſiæ Anglicanæ ad annum* 871 *num.* 24. *Allegantur verba Cambdeni in deſcriptione Comitatus Dorceſtriæ, aſſerentis* ad ejus tumulum, qui non ita pridem reſtauratus, *hanc* legi inſcriptionem. In hoc loco quieſcit corpus S. Etheldredi Regis Weſtſaxonū Martyris, qui anno Domini DCCCLXXII per manus Danorum Paganorum occubuit. *Quæ ultima videntur plane conficta. Nam abſque ulla mentione vulneris, traditur, non dicto anno* DCCCLXXII, *ſed præcedenti* DCCCLXXI, *ab auctore Chronologiæ Saxonicæ, circa annum milleſimum ſcriptæ,* æſtiva luce obiiſſe; *ab Aſſero Menevenſi & Florentio Wigornienſi,* viam univerſitatis adiiſſe; *à Wilhelmo Malmesburienſi,* multis

multis infractus laboribus abiiſſe; *à Simeone Dunelmenſi*, plenus ætate obſtractus ab hoc ſeculo; *ab Henrico Huntindonienſi, Rogerio Hovedeno, Ethelverdo & Ingulfo*, poſt Paſcha obiiſſe aut defunctus eſſe; *à Matthæo Weſtmonaſterienſi*, diem clauſiſſe extremum. *Interim quam plurimi narrantur utrimque in pugna Danica occiſi. Vnus Ioannes Bromton figmento Cambdeni dedit occaſionem, dum ab eo* Ethelredus *dicitur* in prælio lethaliter vulneratus, poſt multos agones IX Kalendas Maii obiiſſe. *Sed eſto ſic vulneratus obierit: non ideo dicendus mox*, martyr & Sanctus, *quia hos titulos à nemine illi datos reperimus, neque ulli antiquiori Martyrologio nomen inſitum. Quod tamen abſque præjudicio dictum volumus, optaremus autem ipſum Martyrologium Wilſoni non aliquando nimis facile ſecutos nos fuiſſe, priusquam exiguam ejus accurationem experientia cognoveramus.*

Gérardus, ex Abbate Floriaceno Ordinis Benedictini, monachus Ciſtercienſis in Signiacenſi monaſterio, *memoratur in Kalendario Ciſtercienſi. Divione excuſo, & in Menologiis Henriques Bucelini & Chalemoti eum titulo* Beati. *Sauſſajus inter* Pios *collocat.*

Adalbertus, ex Canonico Strahovienſi Ordinis Præmonſtratenſis, Archiepiſcopus Salisburgenſis, *refertur à Chryſoſtomo Vander Sterre in Natalibus Sanctorum Ordinis Præmonſtratenſis, cum titulo* Sanctæ memoriæ.

Rogerius, Abbas Trium-Fontium in Gallia, Ordinis Ciſtercienſis, *cum titulo* Beati *indicatur ab Henriquez, Bucelino & Chalemoto: inter* Pios *cenſetur à Sauſſajo.*

Richardis ſeu Richarda, Vdalrici Dynaſtæ Eberſpergenſis conjux, admonita à Deipara Virgine de ſua morte, obiit hoc XXIII Aprilis anno MXIII, *inſcripta tomo 2 Bavariæ ſanctæ Raderi, cum inſigni elogio & titulo* beatæ memoriæ: *quam etiam inſcripſit Gynæceo ſacro Arturus du Monſtier, ac* Beatam *compellat.*

Maria, *ante* Mlada *dicta*, Boleſlai Pii Regis Bohemiæ filia, *memoratur ab Arturo de Monſtier in Gynæceo ſacro, cum titulo* Beatæ, *à quo abſtinet Dubravius, lib. 6 Bohemicæ hiſtoriæ, ubi eam laudat.*

Arnulphus, Patriarcha Hieroſolymitanus, *indicatur in Ms. Bruxellenſi S. Gudilæ. Eſt is, nec ſatis laudatus, de quo agitur in uno ex Tractatibus ad hunc menſem præliminaribus, in ſerie Patriarcharum iſtius Sedis.*

Dionyſius à Ponte, Ludovicus Grippius, Franciſcus de Linari, } *Horum duo priores, Ebroicis in Gallia, ab Hugonottis crudeliſſime interfecti anno* 1565, *ſed necdum ab Eccleſia vindicati ut Martyres, hodie inſcribuntur Martyrologio Franciſcanos: Tertius Senis vixit pie ſub annum* 1460.

S. Corona, Martyr Alexandriæ, *indicatur in quatuor apographis Martyrologii Hieronymiani, & apud Notkerum: de ea agimus, ubi iterum cum aliis Martyribus Alexandrinis refertur,* XXIV Aprilis.

S. Floreberti Epiſcopi Tranſlatio apud Leodium, *indicatur in Ms. Florario. Dies depoſitionis celebratur* XXV Aprilis.

Robertus Abbas *memoratur in Ms. Florario, videtur eſſe* Abbas Caſæ-Dei, *qui colitur* XXIV Aprilis.

S. Artemii, Epiſcopi Senonenſis, Ordinatio *celebratur in Martyrologio Gallicano Sauſſaji: & ejus depoſitio* XXVIII Aprilis.

Germanius, Abbas, Martyr, *profertur in Auctario Greveni ad Vſuardum. Forſan eſt Germanus Preſbyter, Martyr Alexandriæ, infra referendus* XXIX Aprilis.

S. Renobertus, Epiſcopus Bajocenſis in Gallia, *indicatur hoc die in Ms. Florario, item à Greveno & Caniſio. Verum ab aliis* XVI Maii.

S. Guibertus, Abbas & Fundator Gemblacenſis, *indicatur in Ms. Florario. Vitam daturi ſumus* XXIII Maii.

S. Victor & Corona, Martyres ſub Antonino Principe, in Ægypto, *memorantur in Martyrologio Flori. De his nonnulla attingimus ſequenti die, & remittimus ad diem* XXIV Maii.

S. Richardi, primi Andriæ Epiſcopi, Tranſlatio *inſcripta eſt Ferrarii Catalogo generali. At natalis celebratur in Martyrologio Romano* IX Iunii.

Adelinus Martyr, *ut* ſocius S. Kiliani *indicatur in Menologio Scotico Camerarii. De* S. Kiliano & ſociis *agendum erit* VIII Iulii.

Iolenta, Vidua Boleſlai Pii Ducis Caliſienſis, *inſcribitur hoc die Martyrologio Franciſcano & Gynæceo ſacro Arturi, ut* Beata: *ſi quid de ejus cultu nobis conſtiterit, poterimus de ea agere ad diem quo obiit ejus ſoror B. Kinga, quicum in monaſterio S. Claræ Sandeciæ vixit,* XXIV Iulii.

S. Pantaleemon, *ſeu* Pantalimon, *memoratur in apographis tribus Martyrologii Hieronymiani, & 21 Aprilis in Ms. Reginæ Sueciæ dicitur*, Pantaleon Nicomediæ monachus, *dicendus* medicus, *& colitur* XXVII Iulii.

S. Lupi, Epiſcopi Senonenſis, Tranſlatio *inſcripta eſt martyrologio Gallicano Sauſſaji, ejus dies natalis celebratur* I Septembr.

S. Agapitus Papa *refertur in Ms. Vſuardi Reginæ Sueciæ & apud Maurolycum. In Rom. Martyrol.* XX Septemb.

S. Luttridis Virginis Eſſendiæ, nobili Canonicisſarum cœnobio in Marchia, cultæ, *nomen & elogium hoc die ponit Theodorus Ruay inter Animas illuſtres Iuliæ, Cliviæ Marchiæ ex citatis loci ipſius tabulis: ceteri referunt ad diem, quo Vitam dabimus,* XXII Septembr.

S. Liberius Papa, *in Catalogo Pontificum apud Vghellum tomo I Italiæ ſacræ, dicitur* in bona ſenectute defunctus ſepultusque *in cœmeterio Priſillæ 23 Aprilis, alii ſequenti die referunt, uti diximus in antiquo Catalogo Reginæ Sueciæ tradi ſepultum* V *Idus Setembris, ſed in vetuſtis Martyrologiis referri ad diem* XXIII Septemb.

S. Symperti Epiſcopi Auguſtani Tranſlatio *indicatur à Caniſio & Ferrario. Dies natalis incidit in* XIII Octobr.

S. Maximi Diaconi *fit hoc die commemoratio Aquileæ: & feſtivitas primaria celebratur* XIX Octobris.

S. Reſponſæ & ſociæ, ex Vrſulanis, reliquiæ honorantur in Conventu Minoritarum S. Antonii de Alcacer do Sal: *ita Cordoſus in Hagiologio Luſitano. Colitur* S. Vrſula *cum ſuis* XXI Octobris.

S. Benedictus, S. Joannes, S. Mathael, S. Iſaacus, S. Chriſtinus, } Monachi Martyres *indicantur à Dorganio in Kalendario Benedictino. Horum dies natalis cenſetur* XII Novembris.

DE S. FELICE PRESBYTERO, FORTVNATO ET ACHILLEO DIACONIS, MARTYRIBVS VALENTIÆ IN GALLIA.

CIRCA AN. CCXII

Valentia, antiqua Galliarum urbs, Rhodano flumini poſt Iſaræ amnis confluvium impoſita, fidei Chriſtianæ præcones, eoſque aut primos aut inter primos, agnoſcit SS. Felicem Presbyterum, Fortunatum & Achilleum Diaconos, *à S. Irenæo Epiſcopo Lugdunenſi eo miſſos. Acta miſſionis & martyrii erudite conſcripta ſunt ab eo, qui à ſe potius* contemplata evidenti fide præferre, quam audita & ambigua agnitione recipere, *ſub initium atteſtatur. Edidit ea Laurentius Surius ad hunc diem, quæ nos inſuper damus ex antiquo codice Trevirenſi Imperialis monaſterii S. Maximini.*

Acta martyrii ab auctore Coævo,

2 *Prologus, quem præfixum fuiſſe indicat initium Actorum à voce,* Igitur *incipientium, ut aliàs ſæpe, omiſſus à librariis, Legendaria ſeu Paſſionalia compilantibus, hactenus deſideratur. Actis, quoad locum Paſſionis, conſentiunt antiquiſſima quæque Martyrologia. Quod S. Hieronymo tribuitur, in quatuor apographis iſta habet:* Valentia civitate in Gallia, Felicis Presbyteri, Fortunati Diaconi, Achillei Diaconi. *Eadem, ſed* Achilleo *omiſſo, leguntur in MSS. Richenovienſi, & altero Sereniſſimæ Chriſtiæ Reginæ Sueciæ. In MS. Romano Cardinalis Barberini iſta traduntur:* In Gallia SS. Felicis Presbyteri, Fortunati & Achillei Diaconorum. *Cum elogio ex Actis deſumpto ita ſcribit Vſuardus:* In Galliis civitate Valentia, natalis SS. Felicis Presbyteri, Fortunati & Achillei Diaconorum; qui cum maximam partem ſupradictæ urbis ad fidem Chriſti convertiſſent, à Duce Cornelio in carcerem truſi ſunt: deinde diutiſſime verberati, cruribuſque confractis circa vertiginem rotarum aſtricti, fumum quoque in eculei ſuſpenſione perpeſſi, ad extremum gladio conſummati ſunt. *Ado etiam aliquanto latius eadem deſcribit: quæ lubet addere.* In Galliis, *inquit*, civitate Valentia, natalis SS. Felicis Presbyteri, Fortunati & Achillei Diaconorum, qui à B. Irenæo, Lugdunenſi Epiſcopo & Martyre, ad prædicandum verbum Dei miſſi, cum maximam partem ſupradictæ urbis ad fidem Chriſti convertiſſent, à Duce Cornelio in carcerem truſi: dein duriſſima nervorum flagellatione diutiſſime verberati, poſt etiam revinctis poſt terga manibus, cruribuſque confractis, circa rotarum vertiginem adſtricti, fumi quoque amaritudine ſuppoſita, die ac nocte continuata eculei extenſione ſuſpenſi, ad extremum gladio conſummati ſunt. *Hæc ibi: quibus ſimilia habent, &* Valentiæ in Galliis paſſos *tradunt paſſim omnia Martyrologia MSS. cum iiſque Notkerus, auctor Martyrologii ſub nomine Bedæ editi. Bellinus, Maurolycus, Galeſinius, Caniſius, Molanus, Grevenus, & alii cum hodierno Martyrologio* Romano.

Martyrologia antiqua adſcribunt, Valentiæ in Gallia.

Item Vſuardus,

Ado,

& alii.

3 *Vnam miramur oſcitantiam Petri de Natalibus, qui lib. 4. Catalogi cap. 83. elogium horum Martyrum ex Adone (ut alias ſæpiſſime) accepit, ſuiſque verbis hinc inde dilatavit, &* Valentiam civitatem Hiſpaniæ *ſcripſit; forſan inſcius extare in Galliis aliam urbem, etiam* Valentiam *dictam. Hac occaſione uſus, qui nuper confinxit Chronicon ſub nomine Flavii Dextri, ad annum 255 num. 5 iſta excogitavit:* In Luſitania, urbe Vectonum Valentia, paſſi ſunt ſancti Chriſti Martyres, Felix Fortunatus & Achillæus, à S. Irenæo miſſi ad prædicandum contra hæreticos Gnoſticos XXIII Aprilis. *Ea mox ut certiſsima, arripuerunt Tamajus Salazar, Rudericus Carus, Franciſcus Bivarius, & alii. Verum aliqui, figmento Dextri antiquiores, ob verba Petri de Natalibus, attribuerunt Valentiæ, in Hiſpania Tarraconenſi regni Valentini metropoli: ſed an in iſtis partibus conſtituerint etiam Veſuntionenſem urbem, unde SS. Ferreolus & Ferrutio ad S. Felicem & ſocios miſerunt nuntium, necdum legimus. Theophilus Rainaudus in indiculo Sanctorum Lugdunenſium primo loco de S. Achilleo ejuſque ſociis agens, agre fert* convelli aut etiam in dubium verti, quæ apud Valentinos in Gallia rata ſunt & luce clariora.

Hiſpaniæ affinguntur à Petro de Natalibus,

& in Chronico Dextri.

4 *Ioannes Columbus, lib. 1 de Rebus geſtis Valentinorum Epiſcoporum, aſſerit,* eo loco hos Martyres gladio cæſos, ubi deinde fuit Prioratus S. Felicis; dicique, Remegarium corpora tranſtuliſſe in templum, ſanctis Martyribus Cornelio & Cypriano dicatum, quod nunc eſt Princeps urbis eccleſia, ab S. Apollinari olim Antiſtite appellata. *Sauſſajus in Martyrologio Gallicano, poſt longum ex Actis encomium, addit iſta:* Quorum corporum portio non modica, Valentia demum Arelatum tranſlata, atque omni reverentiæ teſtificatione à Joanne Archiepiſcopo ſuſcepta, in æde ſanctiſſimæ Trinitatis, ordinis Redemptionis captivorum, eximio cultu collocata eſt: unde contigit ut Martyres iſti inter Arelatenſis etiam diœceſis Tutelares connumerentur: iiſque debitus hodie, celebris Liturgiæ in matrice ipſa eccleſia peractione, & glorioſi natalitii ſacro per totam diœceſim anniverſario, venerationis cultus rependatur. *Hæc ibi. Quia vero Arelatenſes ſub ritu duplici ad diem* XXIII *Aprilis celebrant feſtum S. Georgii Martyris, in ſecundis Veſperis fit officium à Capitulo de* SS. Felice, Fortunato & Achilleo Martyribus, *quorum feſtum ſub ritu etiam duplici celebrant* XXIV *Aprilis, & ad Lectiones ſecundi Nocturni, ex Actis deſumptas, iſta ex Chartulario Arelatenſi adduntur:* Quæ ſunt Arelate horum ſanctorum Martyrum reliquiæ, illuſtris Comes Walfridus Mengrius, Mareſcallus Franciæ, à Clero Valentino in Gallia acceptas, Joanni Archiepiſcopo Arelatenſi in æde ſanctiſſimæ Trinitatis, Ordinis Redemptionis captivorum, obtulit collocandas. Ut enim dotalium bonorum Xenodochio (quod ipſi contiguum inſtituit) ſic ſacri hujus muneris acceſſionem, eccleſiæ fieri voluit.

Corpora tranſlata ad ædem majorem,

aliqua portio lata Arelatum,

ubi celebrantur 24 Aprilis.

An aliquæ reliquiæ ſint Valentiæ in Hiſpania?

5 *Sanctus Davila, Epiſcopus Giennenſis lib. 3 de Veneratione ſacrarum reliquiarum cap. 8, tradit* in eccleſia majore Valentina aſſervari corpus S. Ludovici Epiſcopi Toloſani in Francia, & S. Felicis Presbyteri, ejuſque Diaconorum S. Fortunati & S. Arquilogi, aliis Achillei Martyrum. *Corpus S. Ludovici, expugnata & direpta Maſſilia, Alphonſus Rex Aragoniæ & Neapolitanus ſurripuit & Valentiam detulit. De aliis videtur Davila credidiſſe, quod ibidem paſſos opinaretur. Verum quia Alphonſus Solorianus in Sacrario eccleſiæ Valentinæ, & Gaſpar Eſcolanus in ſuis decadibus, non meminerunt S. Felicis & ſociorum, id quod de eorum Reliquiis, ut ibi exiſtentibus dicitur, merito rejicit Tamajus Salazar. Antonius de Yepez, Centuria 6 Chronici Benedictini ad an.* 1052 *cap.* 10 *aſſerit, apud Navarram in cœnobio S. Georgii Azuelenſi* aſſervari caput S. Georgii, & quatuor corpora ſanctorum Martyrum Eulogii, Felicis, Fortunati & Achillei: duabus arcis artificioſe elaboratis incluſa, una cum inſtrumentis martyrii, & linteis quibus fuerunt involuta. *Vbi antiqua monumenta & teſtimonia, cjuſmodi tranſlationem confirmantia, ſi extant aliqua, producta fuerint, hiſtoriæ huic forſan lux clarior affulgebit.*

an in cœnobio S. Georgii in Navarra?

AUCTORE G. H.

6 *Tempus quo Sancti hi martyrium paſsi ſunt, hac ratione videtur poſſe inveſtigari. Primo miſit eos Valentiam* S. Irenæus, Epiſcopus Lugdunenſis, conſequenti tempore Martyr. *Hic S. Photino, martyrio coronato anno* CLXXVII, *ſubrogatus, præfuit dicta Eccleſiæ uſque ad annum* CCII, *tunc* XXVIII *Iunii in perſecutione Severi martyrii lauream adeptus. Secundo fuerunt tres Martyres aliquamdiu Valentiæ, utpote* qui tertiam fere partem populi ad cultum Chriſti traxerunt. *Tertio miratur Dux Cornelius*, poſt Severi Principis ſeveram Lugdunenſium trucidationem in his locis, *adeo ſcilicet vicinis*, Chriſtianitatis aliqua indicia remanſiſſe. *Ex his indiciis colligimus*, Severum *Imperatorem tunc mortuum fuiſſe, quod contigit anno* CCXI, *die* IV *Februarii, relictis duobus filiis*, L. *Septimio Geta Cæſare & Antonino à poſteris Caracalla cognominato, pari jure ad Imperium evectis; ſed Geta, anno proxime ſequente, in ſinu matris occiſus eſt à fratre Antonino, viro truculento & nimio furore præcipiti. Cæſa poſtea ad plura millia ingens multitudo fautorum Getæ, & in his celebris Iuriſconſultus Papinianus. Ergo ſolum regnabat Antoninus, quem teſte Ælio Spartiano, parens* Severus in ſomnis viderat ſibi ſucceſſurum. Quare ſtatim ad milites proceſſit, & Baſſianum filium natu majorem M. Aurelium Antoninum appellavit: *deinde ut idem explicat*, cum iret Severus contra Albinum in itinere apud Viminatium, filium ſuum majorem Baſſianum, appoſito Aurelii Antonini nomine Cæſarem appellavit. *Hinc non dubitamus, quin in Actis* Aurelii Principis perſecutio *intelligatur à Severo patre mota, ſub filio M. Aurelio Antonino Caracalla continuata, & ſic hi Martyres paſsi viderentur circa annum* CCXII.

Miſſi à S. Irenæo Epiſcopo,

diu laborarunt,

poſt obitum Severi,

B

ſub Antonino Caracalla, dicto Aurelio,

occiſi circa an. 212.

ACTA VITÆ ET MARTYRII
AUCTORE COÆVO.

Ex MS. Trevirenſi S. Maximini collato cum editione Surii.

A S. Irenæo Valentiam miſſi,

1 IGitur beatiſſimus Irenæus, Lugdunenſis urbis Epiſcopus, conſequenti tempore Martyr, in quo, diſpoſitione divina, inſtituendæ fidei fundamenta mirabili locata firmitate conſtabant; Felicem Presbyterum, tam converſatione quam nomine dictum, Fortunatum, in quo conſummationis divitias adfuturas rei jam vocabulum promittebat; & Achilleum Diaconum, Valentinæ urbi, pro imbuendæ prædicationis ſeminario, deſtinavit. Quos illic gentilium poſita multitudo ſpiritalis gratiæ ſuſcepit ſtudio, mirabili excoluit honore, venerationis dilexit affectu. Ubi dum impoſiti tam oneris quam honoris munia terreno labore, cæleſti militia exercere jugiter deſiderarent; tanta in eis brevi tempore miraculorum emicuit fortitudo, ut quoſque ſpiritalis nequitiæ infeſtatione vexatos, à membrorum enormitate compreſſos, variarum ægritudinum debilitate præmortuos ſupernæ opitulationis armati potentia, priſtino vigori mentis & corporis viribus reſtaurarent. Quæ cuncta ſignorum virtutibus, tam gratiarum quam præconiorum ſuffragiis, dilata nequeunt ſufficienter narrationis tramite referari: cum potius dignum ſit, contemplata, evidenti fide præferre, quam audita & ambigua, agnitione recipere.

C

clarent miraculis.

tugurium excitant,

2 Ergo memorati viri, jam ex magnis ad meliora tendentes, haud procul à Valentina civitate ad Orientem, ſcilicet eam partem, qua divinitus evocati venerant, elegerunt exiguum tugurium, per quod eſſent cæleſte habitaculum conſecuturi; & humili ſedulitate, ſed devotione ſublimiſſima ſe locaverunt. Ibique jugiter continuata pſalmorum modulatione inſtructi, vigiliarum laboribus muniti, jejuniorum parſimonia paſti, maxime à Domino roborati, Gentilium multitudinem ad baptiſmatis gratiam, exhortationis ac fidei pia laudabilique violentia rapiebant. D

multos convertunt,

3 Succedente itaque tempore, cum S. Felix artus, excubiarum aſſiduitate defeſſos, aliquantulum in ſopore quieſcere permiſiſſet, viſionem, cæleſtis indicii aſſignatione monſtratam, fratribus enarravit, dicens: Vidi locum, fiderei ſplendoris coruſcatione micantem, ineffabilium florum diverſitate vernantem, fragrantibus quoque aromatibus redolentem; tabernacula etiam ſtellantibus gemmis inſignia, fulgentis auri decore radiantia: in quibus quinque agni, niveo candore nitentes, *b* albentium foliorum flores depictos croco, paſtu delectati invitante, inſigni amœnitate carpebant. Quæ dum magnitudinis immenſitate perterritus, & virtutis admiratione gaviſus, intenderem; audivi hæc dicere, divinæ vocis referatione prolata: Euge ſervi, fidei devotione probati, Irenæi famuli mei diſcipuli, qui talenta exigua, multiplici locupletatione ampliata, paraſtis; introite in gaudium Domini veſtri, quo vos faciet perpetuæ lætitiæ exultatione gaudere, fratrum veſtrorum ſocietati conjunctos. Dum ergo hujus delectabili narratione fruuntur, Fortunatus & Achilleus, ſpiritalis gratiæ ardore ſuccenſi, aiunt: Gloria tibi cæli fabricator, mundi conditor, ineffabilium munerum tuorum oſtenſa largitate promiſſor, quia per famulum tuum Felicem, nobis indignis immerentibuſque cæleſtium theſaurorum arcana demonſtras, ac nos *c* propriæ vocis adhortatione ſolicitas, tantæque remunerationis invitatione corroboras: annue, ut contra imminentem adverſarii infeſtationem protectionis tuæ auxiliatione muniti, ejus ſævientis furoris jacula contemnere, & ad conſummatæ paſſionis coronam, te in nobis vincente, pervenire ſuffragii tui munime mereamur: quia cum tuum ſit, quod pro pietate mens humana ſuperare aggreditur, ipſius tamen facis eſſe pro retributione, in concertatione quod geſſerit.

viſione S. Felicis,

b

invitantur ad cæleſte gaudium:

laudant Deum.

E

c

4 Hujuſmodi itaque oratione completa, quidam frater cum litteris adfuit, à SS. Ferreolo & Ferrutione directus, quos memoratus beatiſſimus Antiſtes deſtinaverat ad Veſuntionenſis civitatis eccleſiam *d* inſtruendam. Quæ litteræ hujuſmodi ſcripti ſeriem continebant: Dominis piiſſimis, in Chriſto fratribus, Felici, Fortunato & Achilleo, Ferreolus & Ferrutio in Domino ſalutem. Seculorum moderator, animarumque redemptor, Confeſſorumque ſuorum uberrima largitate remunerator, quædam mihi famulo ſuo arcanorum ſuorum occulta dignatus eſt F reſerantis viſionis declaratione monſtrare, quæ etiam feſtino deſiderio ſtudui ad ſanctæ fraternitatis veſtræ notitiam pervenire. Cum ego, tranſactis vigiliarum excubiis quieturi corpuſculi membra, ſopore paululum reparanda laxarem; vidi patefacta cæli compagine, Angelicis manibus, prætento Crucis vexillo, quinque coronas prolatas, auri ſplendore fulgentes, ac gemmarum coruſcatione micantes. Audivi etiam vocem, tam mirabili ſtupore terribilem, quam ambiendæ invitationis pollicitatione jucundam, ita dicentem: Irenæi diſcipuli, qui ejus ſuſcepiſtis prompta devotione præceptum, percipite cæleſtis gloriæ regnum, mea remuneratione promiſſum. Credo itaque, ſanctiſſimi fratres, quod hujus viſionis miraculum vos ad martyrii ſolicitet triumphum. Et quia fortior debet ſemper præparari animus, ubi altioris decertationis *e* ſperatur eventus, divinæ opitulationis ſuffragio, nos mutuæ exhortationis munimine roboremus: quatenus cum ingruentis perſecutionis tentamenta advenerint, paratam valeamus habere ad ſuppliciorum cruciatus fidem, ſi volumus adeptæ exultationis obtinere victoriam. Hic rurſum B. Felix, quæ ei fuerant revelata, quæque fratribus ſuis

d corroborantur literis SS. Ferreoli & Ferrutionis,

& alia viſione ad martyrium provocantur:

e

A

ſuis Fortunato & Achilleo fideli relatione patefecerat, Ferreolo & Ferrutioni ſcriptorum pagina declaravit.

pſalmis & hymnis ſe præparant :

5 Tum vero viri, quos manifeſta præmia accenderant, ad tanti triumphi inſignia capeſſenda, jugiter pſalmis hymniſque, continuata modulatione replicatis, animos præparabant. Igitur eo tempore *f* Aurelii Principis, perſecutionis furore ſæviente, Dux Cornelius Valentinam ingreditur civitatem. Unde cum jactandi gratia, potentiæ dilatatione ſublimis, arrogantiæ tumore terribilis, populi copia circumſeptus procederet; audivit SS. Felicem, Fortunatum & Achilleum aſſuetæ deprecationis invocatione pſallentes. Quorum voces audientes quoſque tantæ dulcedinis oblectatione mulcebant, ut quaſi Angelicis choris concinentibus, intonare modulatione canora clariſſima organa crederentur. Locus vero Pſalmi

auditi à Duce Cornelio,

Pſal. 65, 4

hic erat : Omnis terra adoret te Deus, & pſallat tibi, pſalmum dicat nomini tuo Altiſſime, alleluia. Cornelius hæc auditu denuntiante cognoſcens, tam ſtupore attonitus, quam diræ mentis furore ſuccenſus, ait : Quiſnam ſonus aurium mearum ſecreta percuſſit ? Numquid poſt Severi Principis ſeveram laudabilemque Lugdunenſium trucidationem, in his locis Chriſtianitatis aliqua indicia remanſerunt, quæ & ſacrilege numina deſpiciant, & audacter Principum decreta contemnant ? Cui præeuntes milites dixerunt : Sunt hic tres viri, ſublimiſſimi ſeductores, qui

B

g tertiam fere partem populi ad cultum Chriſti ſua indeſinentis allocutionis perſuaſione traxerunt, deorum quoque noſtrorum fana, antiqua operoſitate ſublimia, & ceremoniarum noſtrarum religione ſanctiſſima, profanæ auctoritatis viribus ſubverterunt.

mittuntur in cuſtodiam, objurgantur à judice,

6 Tunc Cornelius, diabolicæ veſaniæ æſtuatione inflammatus, præcepit eos ardui clauſtris carceris mancipari. Qui etiam, cum redeunti fuiſſent cuſtodum officiis præſentati, dixit eis : Non reliquorum, qui ſe Chriſtianæ religionis ſuperſtitione jactabant, vos exempla deterrent, qui ut Deum colere præſumebant eum, quem conſtat Judæorum ſtirpe progenitum, atque eorum juſto urgente furore, verberibus flagellatum, patibulo affixum, mortis ultione damnatum, humana vel communi conditione ſepultum ? Et adhuc reverenda deorum numina, profana abuſione deſpicitis, ſimul & invictiſſimorum Principum decreta contumaci protervia contemnitis; ac populum, priſcis templorum ceremoniis famulantem, novi erroris ſubverſione diſperditis ?

C

conſtanter reſpondent,

7 Felix vero, auctoritate ſuſceptæ confeſſionis armatus, conſtanti fide & mente reſpondit : Nefandæ perſuaſionis ſenſus, dolenda perditione damnatos, ideo profundæ ignorantiæ error obtenebrat, quia cæleſtium myſteria non recipiunt arcanorum, nec eoſdem ullius veritatis ſplendor illuminat. Reſeranda eſt ergo potius contemplatio animarum fidei claritate, quam corporum : & intelligendum, deos iſtos, quos tanto præconio & aſſertione falſitatis extollis, omnino deos non poſſe dici, quippe qui fabricati manuum veſtrarum effigiatione noſcuntur. Dic mihi, quodnam valebunt precantibus medelæ adhibere præſidium, à quibus ſumpſiſſe probantur exordium ? Et cum auctores eorum, mortis aſſiduæ fragilitati ſuccumbant, ipſi cujus deitatis

Dei naturam exponunt :

æternitate ſubſiſtunt ? Eſt enim Deus, omnipotens, præteritorum initiator, præſentium rector, futurorumque diſpoſitor; qui humanum genus, imaginis & ſimilitudinis ſuæ procreatione plaſmatum, ſibi præcepit famulari. Idcirco indignum eſt, ut creatura, creaturæ ſerviens, proprium ignoret auctorem. Quem ſi plena fidei mente receperis, numinum tuorum irridenda veneratione neglecta, facile poteris æternæ vitæ præmia promereri, atque ad cæleſtis habitationis ineffabilium munerum beatitudinem pervenire.

AUCTORE COÆVO. EX MSS.

8 Ad hæc Cornelius in pertinacis perditionis deliberatione perſiſtens, ait : Salubrius namque deberetis habere conſilium, ut auri argentique talentis liberalitatis meæ perceptis largitate, ſalutis vos ſecuritas vendicaret; quam pro tanti ſceleris facinore perpetrato, multiplicium ſuppliciorum pœna conſumeret, & nec corpora veſtra ad ſolitam vel communem perveniant ſepulturam. Felix, Fortunatus & Achilleus dixerunt : Qui Chriſti potentiam abnegare proditione damnata perſeverant, æterni interitus mancipatione peribunt. Nos vero nec *h* credula pietatis tuæ pollicitatio oblata ſolicitat, nec pœnarum cruciatio interminata conturbat : quia Deus noſter ſemper ſervis ſuis præſtat in congreſſione fidem, in decertatione virtutem, in conſummatione victoriam. Glorioſius namque eſt, æternæ beatitudinis vitam perpetuam obtinere, quam diabolicæ perſuaſionis errori mortifera credulitate ſuccumbere : quia quiſquis recti curſus gubernaculum derelinquit, merito in ſcopulos naufragii illiſus collabitur.

h

contemnunt terrentem atque atque blandientem,

E

9 Tunc Cornelius viroſa animi indignatione ſuccenſus, nervorum duriſſima flagellatione eos præcepit lictorum inſtantia verberari. Qui inter ipſa beata ſupplicia propheticæ lectionis inſtructione pſallebant : Confundantur ſuperbi, quia injuſte iniquitatem fecerunt in nos : nos autem exercebimur in mandatis tuis. Cornelius vero ait : Ecce dii noſtri, quos adorare profana reſultatione contempſiſtis, ultricis in vos iræ ſuæ ſupplicia intendunt. Ubi jam eſt Chriſtus veſter, qui vos non aut virtutis ſuæ præſidio adjuvat laborantes, aut potentiæ ſuæ munimine eripit liberatos ? S. Felix ita reſpondit : Si mentem tuam non letiferi erroris cæcitas detineret, cerneres quod nos, quos credis flagellorum tuorum dilaceratione ſulcatos, nec impreſſæ vibicis veſtigia deſignata commaculant. Cornelius præſentis virtutis admiratione confuſus, ait. Quia *i* vos tot flagellorum cruciatibus afflicti, diis noſtris invictiſſimis non ceſſatis convitiari, peritura corpora veſtra teterrimi carceris clauſtra ſuſcipient, poſtmodum tractatus mei deliberatione librante, ſeveriori ultione intente trucidanda.

cæduntur nervis immaniter.

Pſ. 118, 78

ſed manens illæſa.

i

10 Itaque beatis viris intra ferales carceris tenebras conſtitutis, & ſolitæ modulationis exultatione roborante concinentibus; medio fere noctis tempore Angelus adfuit, exterritiſque cuſtodibus, munitiſſimæ objectionis clauſtra perfringens, & multiplicium tenebrarum tetra obſcuritate condenſa, ardentis luminis coruſcatione, dirumpens, ait eis; Ite nunc fideles confeſſores Dei, non terrenæ protectionis defenſati ſcuto aut galea, ſed divinæ virtutis armati fiducia : & muta ſimulacra, perditionis arte effigiante compoſita, ſubverſa vel comminuta, fide non ficta cito diſpergite. Qui maturantes devota mente cæleſtia complere præcepta, templorum obſtacula referantes, Jovis ſtatuam, electri pretioſitate fulgentem, in pulverem arrepto fabrili malleo redegerunt : ſimiliter Mercurii & Saturni ſtatuas confregerunt.

F

ab Angelo educti,

ſtatuas deorum confringunt :

11 Quapropter Cornelius nimis iratus, juſſit milites Chriſti iterum comprehendi, & in eis omne genus tormentorum impendi. Ad quos ad ſe adductos dixit : *k* Dicite mihi virtutem Chriſti veſtri, in quo tantam fiduciam habetis, ut deos noſtros confringere non dubitaretis. Martyres Dei, quaſi ex uno ore reſpondentes, dixerunt : Quamvis indignus ſis audire myſterium Deitatis; tamen propter populum fideliter aſtantem ad Dei prædicationem, de Chriſto, qui eſt veritas proferemus ſermonem. Chriſtus Dei

k

explicant Duci Chriſti virtutem,

EXMSS. A filius, Dei eſt virtus, & Dei ſapientia ; per quem facta ſunt omnia, & ſine quo factum eſt nihil : qui tantum condoluit ſuper una ove perdita, ut eam in deſerto quæreret, & inventam in humeris ſuis imponeret, & ad gregem reportaret, & diceret gaudens ad amicos & vicinos : Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quam perdideram. Tu vero, ſi volueris in eum credere, poteris virtutem ejus animadvertere : qui probatur tantæ potentiæ habuiſſe virtutem, ut Lazarum, quatriduanæ ſepulturæ jam fœtore torpentem, ad ſpiramen priſtinæ vitæ revocarit : maria quoque ſuper ambularit ſicco veſtigio ; quinque etiam millia mortalium ex quinque tantum panibus geminiſque piſcibus, immortalibus paſtos epulis ſaturarit ; ſævientium ventorum tempeſtates imperantis verbi tranquillitate frænarit. Hic namque merito tantorum ſignorum miraculis adoratur, qui aurium meatus, craſſitudinis damnatione obſtructos, præcepit ſua medela priſco reformari auditu ; cæcorum oculos, inflictæ obdurationis nube concluſos, reſeratæ novæ lucis fruendis uſibus reſtituit : pedum greſſus, debilitatis confractione ſublatos, divinæ auxiliationis miſericordia reformavit : lepræ etiam ſqualore perfuſos, computreſcentis ſquama tabe deterſa, juſſit redivivæ carnis reparatione niteſcere. Hic namque Deus digne & divinitatis ſuæ & majeſtatis ſolus creditur, & cunctis affectibus cordis & viribus corporis diligitur, & inſignium miraculorum teſtimoniis formidatur.

& miracula,

B 12 Tunc Cornelius, veritatis ſerie ſuperatus, atq; ob hoc magis magiſque ſuccenſus, juſſit eos revinctis poſt tergum manibus, renibus cruribuſque confractis, circa vertiginem rotarum adſtrictos, fumi quoque amaritudine vel nube ſuppoſita, die ac nocte continuata eculei extenſione ſuſpendi. Quos etiam, veſana urgente crudelitate, lictores increpabant, dicentes : Qui deos comminuere procaci temeritate præſumunt, talibus debent ſuppliciis nefandam amittere vitam. Si tamen Chriſtus ille hac deitate pollet, qua vos eum nominis ſui magnitudine jactatis, virtute ſua vos eripiat, tormenta ſubmoveat, vincula dirumpat.

crudeliſſime torquentur;

conſtanter perſeverantes

13 Sequenti vero die Cornelius juſſit eos à ligaminum nexibus, paululum impertita abſolutione, laxari : quibus ait : Sacrificate diis, quos confringendo audacter temeraſtis : forſitan eorum indulgentiam obtinebitis, ut collato medicorum ſtudio ad incolumitatem priſtinam pervenire poſſitis. At illi reſponderunt dicentes : Si in diis iſtis aliquid exiſtere noſceres, ſibimetipſis protectionis neceſſariæ juvamina præbuiſſent ; & crederentur magni cenſendi remedio alieno, ſi *l* agniti fuiſſent interitu ſeſe liberaſſe proprio. Satius itaque ducimus æternæ vitæ præmia mercaturi pro Dei noſtri confeſſione ſuccumbere, quam perditionis veſtræ ceremoniis deſervire. Tunc imminente jam glorioſioris certaminis victoriali triumpho, juſſit eos Cornelius gladii obtruncatione percelli. Qui à miniſtris juxta præcepta Ducis extra civitatem educti, & tamen circumfuſæ populorum multitudini prædicantes, in loco orationis, quem ſibi condiderant, & qui perſecutorum fuerat infeſtatione *m* temeratus, conſummati martyrii ſunt præmium aſſecuti : nocturnoque tempore, Chriſtianorum fide vel ſtudio, digna ſunt celebritate ſepulti : ubi divinæ remunerationis teſtimonio aſſidue exiſtere miracula comprobantur. Ibidem fletuum noſtrorum exoratione obtinente, dignentur, nobis ſuperno adminiculante ſuffragio, urbem propriam protegere, indigos miſericordiæ auxilio roborare, populi quoque multiplicium delictorum vincula adſtricta laxare, annuente Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor, potentia & virtus, cum Patre & Spiritu Sancto, *n* in Trinitate perfecta, in ſecula ſeculorum. Amen.

gladio obtruncatur ;

m

ſepulti clarent miraculis.

invocatum à ſcriptore.

D

l

E

n

ANNOTATA.

a *Surius*, morborum b *Idem*, albentia lilia flore depicta croceo, paſtu delectabili invitante.

c *Idem*, piæ, d *Idem*, inſtruendi fundaminis conſtructione locandam. e *Idem*, ſuperatur.

f *Hunc eſſe M. Aurelium Antoninum Caracallam ſupra probavimus.*

g *Vſuardus & Ado habent* maximam partem.

h *Surius*, crudelis.

i *MS. Trevir.* Quia vos aliquid obtinere non Dei veſtri virtute convincitis, ſed potius magicis artibus approbatis.

k *Plurima ex ſequentibus deſunt apud Surium.*

l *Surius*, uti crederentur tunc poſſe ſubvenire aliorum ſupplicio, ſi ipſi ſua potentia ſeſe de proprio liberaſſent. m *Idem*, crematus.

n *Forſan ſimiles clauſulæ à poſteris adjunctæ ſunt.*

C

DE S. GEORGIO, MEGALO-MARTYRE,

LYDDÆ SEV DIOSPOLI IN PALÆSTINA,

D. P. COMMENTARIVS PRÆVIVS.

§ 1 Acta S. Georgii vetuſtiora : Latina apocrypha, Græca fidei melioris.

ANNO CCCIII.

Georgii cultus ab Eccleſia Romana probatus,

M*Agni hujus Martyris & toto Chriſtiano orbe celeberrimi memoriam, ad hunc* XXIII *Aprilis diem referens Vſuardus in ſuo Martyrologio, prudenter admonet, quod*, etſi geſta Paſſionis ejus inter apocryphas connumerentur ſcripturas ; tamen illuſtriſſimum ejus martyrium inter coronas Martyrum Eccleſia Dei venerabiliter honorat. *Hũc Eccleſiæ, præſertim Romanæ ſenſum præclare expreſſit S. Gelaſius Papa : qui cum ſub annum* CCCCXCIV *in Romano Concilio* LXX *coram ſeptuaginta Epiſcoporum cœtu, libros ſacros & authenticos ab apocryphis diſcreturus, poſt divinas Scripturas, Concilia, Patres, atque Pontificum* decretales epiſtolas venerabiliter recipiendas, *primo loco poſuiſſet* Geſtaſanctorum Martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus & mirabilibus confeſſionum triumphis irradiant : *cumque nihilominus addidiſſet, quod eorum aliqua* ſecundum antiquam conſuetudinem ſingulari cautela in ſancta Romana Eccleſia non legantur, quia & eorum qui conſcripſere nomina penitus ignorantur ; & ab infidelibus vel idiotis ſuperflua aut minus apta, quam rei ordo fuerit, ſcripta eſſe putantur ; ſicut cujusdam Cyrici & Iulittæ, ſicut Georgii aliorumque hujus modi Paſſiones, quæ ab hæreticis perhibentur conſcriptæ ; *hæc, inquam cum monuiſſet Gelaſius, paulo poſt ſubiungit* : Nos tamen cum prædicta eccleſia omnes Martyres, & eorum glorioſos agones (qui Deo magis quam hominibus notiſunt) omni devotione veneramur.

improbata Acta Paſſionis,

2 *Quanam illa ſit* Paſſio Georgii apocrypha, *quæ quia ab hæreticis perhibeatur conſcripta*, Notitiæ librorum apocryphorum qui non recipiuntur *inſeritur à Gelaſio,*

A *Gelaſio, operoſe indagavit Baronius, tandemque inveniſſe ſeſe arbitratur in ſua Vallicellana* Bibliotheca, in antiquiſſimo ac pene vetuſtate conſumpto codice pagina 159, *multis procul dubio refertam mendaciis.* Ibi, *inquit ipſe in ſuis ad Romanum Martyrologium Annotationibus,* portentoſa quædam & ab omni miraculorum ratione aliena referuntur, quæ quidem (ut ſextæ Synodi verbis utar) non ad pietatem legentes, ſed ad infidelitatem adducant... Leguntur in iisdem alia nonnulla indigna Martyre, ut ſuſpectum contubernium viduæ, ars doloſa ejusdem ad perdendos gentilium magos atque enecandos gentiles quosque, innumera præterea tormentorum genera, quibus agitatus Georgius nec mori potuit; ut, præter equuleos, ungulas ferreas, crates ignitas, rotamque mucronibus undique præfixam, calceosque armatos clavis (quæ & in aliis leguntur Actis) etiam arca ferrea, clavorum cuſpidibus intus ad feriendum aptata, præcipitium, contuſiones malleis ferreis iteratæ, columna ingentis ponderis ſuper eum poſita, ingentiſque molis ſaxum ſuper caput revolutum, ferreũ ignitum ſtratum, liquens plumbum ſupereffuſum, merſio in puteum, quadraginta igniti clavi quibus eſt confoſſus, æneus bos candens, merſio in puteum, ponderis ingentis ſaxo ad collum alligato. Ad hæc fingitur ibi Dacianus quidam Imperator, qui Perſis dominetur, & ſeptuaginta quinque Regibus imperet, ſub quo Georgius paſſus ſit; & alia multa, quæ potius delirantium ſomnia quam ſinceram hiſtoriam Martyris præſeferant. *Hactenus ille.*

referta fabulis,

B 3 *Nos quoque in dicta bibliotheca tomo ac folio citato reperimus eadem Acta, characteribus exarata longobardicis, ut ſexcentorum & amplius annorum codex videri poſſet, quales in Bibliotheca Caßinenſi, plurimi; & cenſuræ Baronianæ memores, tranſcribenda curavimus, ad maturius certiusque de illis judicandum: eſt autem eorum hoc principium:* Regnante impiiſſimo Daciano Imperatore cive Perſarum, & ipſe præerat ſuper quatuor ſeculi partes, quia prior erat ſuper omnes Reges Græciæ &c. *Sunt ea ſane non tantum fide, ſed etiam lectione indigniſſima; verum, quantum poſſumus dijudicare ex ſtylo verbisque ætatis longe poſterioris & verſibus ſub finem inſertis, ipſius in quo deſcripta ſunt codicis ætatem haud potuit auctor exceßiſſe. Cui enim, quamtumcumque ridiculo fabulatori, ſeculo* IV *aut* V (*quo iſta debuiſſent fuiſſe ab hæreticis ut præſumitur conficta*) *potuiſſent vel per ſomnium incidere* ſeptuaginta quinque Reges Græciæ, *intelligendo per* Græciæ *nomen vel Romanum Imperium univerſum, vel illius portionem Orientalem?*

quorum epitome in MS. Vallicellano,

C 4 *Quisquis ergo illa ſcripſit verſibus & ſtylo ſeculi* XII, *pra oculis habuit aliam longe vetuſtiorem Legendam, cujus exemplar videmur nobis habere in antiquiſſimo codice Gallicano, annorum, ut minimum, nongentorum hoc principio:* In illo tempore arripuit diabolus Regem Perſarum, regem ſuper quatuor cedros ſeculi, qui prior erat ſuper omnes Reges terræ: & miſit edictum ut univerſi Reges convenirent in unum: & dum congregati fuiſſent munero ſeptuaginta duo Reges. *Sequuntur cetera eodem ordine, ſed verbis ſubinde antiquioribus quam in Ms. Vallicellano, in quo præterea multa contracta, multa etiam omiſſa deprehendimus; ipſo ſcilicet ſcriptore recentiori ad tantam rerum incredibilium farraginem nauſeabundo, ideoque non paucas tormentorum, mortium ac portentorum ſpecies tranſeunte. Finguntur autem omnia geri ſub* Daciano Imperatore, *utique Perſarum; atque in ipſa Perſide ſive Armenia minore, Perſico imperio finitima ac ſæpe ſubiecta, quæ & Cappadociæ nomine continetur; idque Melitenæ, Sancti patria, ad Euphratem ſita, in confinio Meſopotamiæ. Daciani nomen ſuggerere potuit crudelis ille Præſes, Chriſtianorum laniena infamis in Hiſpania Galliiſque, eodem ferme tempore, quo paſſus, ut infra dicemus, Nicomediæ eſt S. Georgius, initio perſecutionis ultimæ à Diocletiano & Maximiano ſuſcitatæ. Neque magnum eſt viſum ſeptuaginta duos Reges ſubjicere tanti Imperii domino, quando ſolius Chananeæ Rex Adonibezec lib.* I. *Iudicum, gloriatur habuiſſe ſeptuaginta Reges ſub menſa ſua, colligentes ciborum reliquias. Si autem fabulatori illi cordi fuiſſet alicujus Perſici Regis verum nomen ex hiſtoria diſcere, potuiſſet nominaſſe Narſetem,* Diocletiani *coævum, partaque de Romanis victoria & clade ab iisdem recepta notum.*

plenior contextus in MS. Noſtro,

AUCTORE D. P.

5 *Finit fabuloſa iſtæc Legenda in noſtro Ms. & quaſi obſignatur hac notabili clauſula.* Ego Paſſecras, ſervus Domini mei Georgii, qui in omni paſſione ſua annis ſeptem preſens fui, in quibus judicatus eſt ab Imperatore Daciano & ſeptuaginta duobus Regibus, per ſingulos annos & menſes & dies excepi quæ paſſus eſt, & ſcripſi omnia per ordinem quæ geſta ſunt cum Domino Georgio. Novit Dominus cæli & terræ, qui judicaturus eſt vivos & mortuos, neque appoſui neque ſubtraxi de paſſione ejus: ſed quomodo paſſus eſt ita ſcripſi. Complevit autem martyrium ſuum S. Georgius VIII Kalendas Maji, ſexta feria, in bona confeſſione: omnes etiam qui crediderunt per S. Georgium in Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum, & eſt numerus eorum quadraginta millia nongenti, coronati ſunt in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti; & Regina Alexandra, quæ à Deo coronata eſt; cui eſt honor, perpetuitas & laus & magnificentia & victoria in ſecula ſeculorum. Amen. *Hactenus fabula, quam tamen ne in noſtro quidem Ms. haberi integram eo perſuadeor, quod inter tam multa abſurda nihil reperiam unde eorum auctor hæreſeos debeat haberi ſuſpectus. Quod igitur de pariter rejectis à Gelaſio Cyrici & Iulittæ Actis, etiam de iſtis melius pronuntiaſſet Baronius,* intercidiſſe: *ſicut interciderunt aut potius pio Catholicorum ſtudio abolita fuerunt, omnia fere Euangelia ſuppoſititia; Actus Apoſtolorum; libri de Chriſto, de Deipara, de Patriarchis fabuloſi; opuſcula pſeudepigrapha aut hæretica, quæ in ſat longo Apocryphorum à Damaſo rejectorum catalogo continentur, quæque in rerum natura fuiſſe neſciremus, niſi ibi legerentur nominata.*

abolitis tamen iis quæ hæreſim ſapiebant.

E 6 *Verum quia veneratio S. Georgii, à primis Chriſtianæ pacis initiis, etiam Romæ ſuſcepta, indeque per Occidentem diffuſa, pro fundamento habebat certiſſimum, magni Martyris in Paleſtina cultum: ideo per Actorum iſtorum fabuloſorum in Latina Eccleſia damnationem, non modo non refrixit fidelium Chriſtianorum erga eumdem veneratio, ſed efferbuit magis; cum paſſim* Τροπαιοφόρος *ſeu* Victoriarũ largitor *audiret. Igitur Eccleſiæ pleraque Latinæ, quibus conſuetudo erat Geſta Martyrum in ſacris legere, ne nihil haberent quod de tam antiquo ac celebri Martyre populis recitaretur, prædictam paßionem expurgandam denuoque ſcribendam curavere: qua in re alii quidem ſimpliciores ſic verſati ſunt, ut ſola puncta hæreſim redolentia expungerent vel mutarent, ut factum in noſtro Ms. quale ſecutus eſt Vallicellani Ms. compilator: alii prudentiores, ex longa illa tormentorum miraculorumque Iliade ea ſola retinuere, quæ de S. Georgio credebantur legebanturque apud Græcos, quos merito judicabant certiorem habere notitiam Sancti in Oriente paßi: itaque hac fere ſola, ſed ipſis plerumque apocryphæ illius Legendæ verbis, invenimus in pluribus Mss. quorum nonnullorum habemus ecgrapha; videlicet ex Ms. S. Salvatoris Vltrajectino, ex Trevirenſi S. Martini collato cum Codice* 482 *Reginæ Sueciæ; ex vetuſtiſſimo Mss. Marci Velſeri, collato cum Mss. Duacenſi, Marchianenſi & Sanmaximianino. Eadem habemus in Muſæi noſtri Mss. membranaceis tribus, unoque chartaceo, vario nonnihil principio, ſed verbis pene per contextum ſimilibus, re autem omnino eadem cum Actis Græcis, de quibus infra, niſi, quod plerique retineant* Imperatorem Dacianum; & Melitonæ *adſcribant, non ſolum ſancti Natalem in terris, ſed etiam gloriоſiorem illum quo cælis natus Martyr eſt.*

deinde ad Græcorum exemplar decurtata Latina ſunt.

F

non tamen ſine erroribus,

7 *Ad Dacianum quod attinet, in hoc circumſpectiores quidam agnovere errorem, eumque ſolum fecere Præſidem,*

VICTORE D. P.

ad Chriſtianos perſequendos ab Imperatoribus Diocletiano & Maximiano conſtitutum; & dubii nonnulli quid agerent de Alexandra, Imperatricemne eam facerent an Daciani Præſidiis uxorem, totam ejus hiſtoriam reſecuerunt: abſtinuerunt etiam à nominando loco martyrii. Ita paſſio S. Georgii apud nos eſt in vetuſtiſſimis membranis, à Domino Gaule Cancellario Geldriæ donatis, & collatis cum cod. 81 Reginæ Suecicæ, alioque recentiori accepto à Cornelio Duynio Amſtelodamenſi, hoc principio: Tempore quo Diocletianus Romani orbis gubernandum ſuſcepit Imperium, cum undique reſpublica multis ac diverſis quateretur incommodis. *Ibi, enumeratis hoſtibus per varias regiones exortis, quorum cauſa Maximiano Herculio communicandum Imperium Diocletianus cenſuerit, & quomodo Daciano fuerit commiſſum ab iis Chriſtianitatis exterminium, tandem ſic incipit ipſa de Georgio narratio:* Contigit eodem tempore illuc adveniſſe de partibus Cappadociæ quemdam virum illuſtrem, nomine Georgium, qui in ſua civitate aliquantæ dignitatis honore potiebatur: *expoſitiſque tormentis profide toleratis, aliquanto pluribus quam Graci recitant, & martyrii per gladium conſummati triumpho, eadem MSS. finiunt cum ſupplicio ipſius Daciani, quem, una cum ſuis ad amphitheatrum abeuntem, igneus turbo involverit abſtuleritque, quod alibi nuſquam reperitur. Tale MS. habuit ſecutuſque eſt ſeculo* XIII *exeunte Iacobus de Voragine, Ianuenſis Epiſcopus in ſuis ſanctorum Legendis: ubi poſt aliunde acceptam fabulam de Libyco dracone, ſic veri Georgii exorditur hiſtoriam:* Eo tempore, Imperantibus Diocletiano & Maximiano, ſub Præſide Daciano tanta perſecutio Chriſtianorum fuit, ut infra unum menſem ſedecim millia martyrio coronarentur. *Ceterum tam hic auctor quam omnia prædicta MSS. ſic recitant ordinem paſſionis, ut videantur totum S. Georgii agonem ſpatio ſeptem aut octo dierum circumſcribere, ubi Pſeudo-Paſſecras ſive Paſicrates ſeptennium fingit.*

& ſic in variis Mss. extant.

B

S. Andreæ Cretenſi citata,

C

Puriora ſunt Acta Græca,

8 *Nos omiſsis his omnibus, quæ ex impuriſſimo hauſta fonte numquam ſatis defæcari potuere nec poterunt, ſequemur conſilium S. Andreæ Cretenſis, datum in illuſtri S. Georgii encomio:* Si quis, *inquit ille,* cupit omnia Georgii beatiſſimi viri facta cognoſcere, hiſtoriam de martyrio ſcriptam legat, & ex illa ediſcat certaminum magnitudinem, & illius optimi bellatoris altum animum. *Quamnam autem illam? Eam utique quam ſecutus ipſe in omnibus invenitur; quæque tunc paſsim nota Græcorum eccleſiis, materiam præbuit odis, contaciis, elogiis concinandis, qualia nunc in Menæis & Synaxariis aliiſque ritualibus Græcorum libris, aut typis excuſa aut manu exarata leguntur, etiamque in Menologio Baſilii Imperatoris. Floruit S. Andreas Cretenſis circa finem ſeptimi & initium octavi ſeculi: unde conficias hiſtoriam illam cenſeri poſſe compoſitam quinto ſextove ſeculo, idque vel ex ſuccinctiori commentario per quemdam ſancti Martyris famulum conſcripto, ſuiſque Dioſpolitanis civibus ad memoriam relicto (ſi verum eſt quod in nonnullis exemplaribus additur num.* 21 *tale quid à famulo eſſe factum) vel ex ſola Dioſpolitanorum civium, à famulis quaſi per manus accipientium continuata traditione: proindeque in ea non tam ſunt conſideranda verba ſingula, quam rei ſubſtantia. Certe longum illud proœmium, de perſecutionis decimæ acerbitate, non ex antiquis de S. Georgio membranis acceptum, ſed ex auctoris ingenio totum ſumptum videtur. Etſi enim non dubitemus, ſitque apud omnes teſtatiſsimum, quod perſecutio illa fuerit omnium acerbiſsima; non tamen talis fuit ſtatim à primis ſuæ indictionis diebus. Conſtat enim ex Euſeby hiſtoria Eccleſiaſtica, primum adverſus Chriſtianos decretum, quod univerſæ eorum religioni extirpandæ ſuffecturum ſperabatur, non fuiſſe de tormentis ipſaque morte inferenda conſtantibus in fide: ſed de euertendis eccleſiis omnibus, libris ſacris comburendis, & Chriſtianis qui nollent idolis immolare, aut honore mulctandis, ſi nobiles forent; aut libertate, ſi plebei. Atqui ex ipſis Actis conſtat, S. Georgium,*

licet non omnino accuratiſſima,

primo ſtatim die *quo publice affixum pependit decretum,* D *concepiſſe animo martyrii experiundi voluntatem. Igitur promiſcua illa Chriſtianorum laniena, quæ in exordio exag-* *& non parum abbreviata,* *geratur, nondum exerceri cœpta erat quando pro fide certavit Georgius; ſed ejus paſsionem eſt ſubſecuta, & quidem menſium aliquot intervallo. Importunius accidit, quod hæc qualiacumque Acta non omnino integra ad nos pervenerint, ſed mutila inſignibus plurium Martyrum, tunc pariter paſſorum, confeſsionibus, quas tamen in Georgiana hiſtoria à ſe lectas indicat S. Andreas Cretenſis, dum enumeratis nominatim præcipuis, quorum nomina & mortes in Actis adhuc leguntur, dum inquam ſic concludit:* Miſſos facio ſingulos, quos Chriſti miles ad ejuſdem certaminis rationem adduxit, cum quibus & Reginam Alexandram. *Atqui eorum plures nominatim protulimus ex Meneis ad* XX *&* XXI *hujus menſis diem: quod ſane fieri non potuiſſet, niſi Acta magis quam nos integra habuiſſent elogiorum iſtorum, quæ Menæis inſerta ſunt, compoſitores.*

9 *Non eſt igitur hiſtoria illa, ut modo extat, numeranda inter prima nota authenticas. Quia tamen errata ipſius pauca ſunt, & ibidem continetur tota Georgianæ Paſsionis ſubſtantia; judicamus ipſam eſſe talem quæ mereatur ab omnibus recipi, & propter prærogativam antiquitatis ac ſinceritatis majoris ceteris longe preferri. Eam ergo hic damus,* E *qualem Aloyſius Lipomanus in probatiſsimo Cardinalis Beſſarionis codice Venetiis reperit, & à Franciſco Zino Latinitati dandam curavit. Habuit hæc Acta, & partim Latine reddidit partim paraphraſtice amplificavit, ſeculo* XI *monachus Aquicinctinus in Belgio, occaſione delatarum ad ſuum monaſterium Reliquiarum S. Georgii, ſub Aymerico Abbate & Roberto Flandriæ Comite, ſic incipiens.* Cum Diocletianus Romani culmen imperii nullis virtutum arripuiſſet meritis, nec parum ſub immodico depreſſus onere ac pene ſuccumbens, tribus in amicorum numero præcipuis, ad ſuſtentationem oneris in honoris conſortium vocatis, conſtructam undequaque utili prædeceſſorum labore monarchiam, in polyarchiam deſtructionis matrem relaxare non timuit. *Talem verſionem non cenſemus operi huic noſtro adjungendam, ſtrictioris autem interpretationis curatori Lipomano ignoſcimus, quod ex ſuo neſcio unde accepto præjudicio, quidquid fere Græcarum Vitarum reperiebat Metaphraſti adſcribens, Georgianam etiam Paſsionem eidem tribuerit: cum illa tribus ut minimum ſeculis ante Metaphraſten ſic lecta fuerit in eccleſiis, qualem ipſi Florentiæ ex Græco Codice Medicæo deſcripſimus, & ad hujus tomi finem daturi ſumus. Non tamen nihil præſtitit in hoc argumento Metaphraſtes, ſed ut alias plures antiquas Sanctorum hiſtorias, minus ad guſtum ſeculi ſui ſcriptas, novo exornavit ſtylo, ſic exorſus:* Ἀρτι τὰ τῆς εἰδωλομανίας νέφη τῶν οἰκουμένην ὅλην διαλαβόντα, Cum idololatriæ caligo adhuc univerſo terrarum orbi incumberet. *Hanc Metaphraſtis eſſe judicavit in Diatriba de Simeonum ſcriptis pag.* 85 *Allatius, & facile perſuadebit ei qui plurium Metaphraſtis ſcriptorum pene ſimile exordium conſiderabit: ſed ubi ea deliteat aut ab Allatio viſa ſit necdum potuimus reperire. Porro ex Actis jam laudatis, non tantum ſuam compoſitionem formavit Metaphraſtes, ſed iiſdem uſi ſunt omnes ii qui ſcribendis Sanctorum encomiis ſtylum conſecrantes ſuum, magni hujus Martyris laudes attigerunt. Horum quos quidem noverim primus eſt Andreas Cretenſis, cujus quoniam apud Lipomanum ac Surium Latine edita extat oratio ſatis eſſe putamus in fine hujus tomi ipſam Græce dare ex Ms. Vaticano: hic vero ex ſimili Ms. ejuſdem Bibliothecæ, poſt Acta Martyrii jam ſæpe dicta, exhibebimus encomium multo recentius auctore* Georgio *ſive* Gregorio Cyprio, *aſſumpſit enim hoc poſterius nomen, cum anno* MCCLXXXIII, *ita volente Andronico Imperatore, factus eſt è laico monachus, è monacho poſt ſacrorum Ordinum gradariam ſuſceptionem mox conſecrandus Conſtantinopolitanus Patriarcha: quam tamen dignitatem abdicavit paulo ante mortem, obitam anno* MCCXC. *Plura de eo videri*

dantur ea ex Lipomano,

præterita vetuſtiori ſed laxiori verſione.

Alia ſcripta à Metaphraſte.

F

Variorum encomia de S. Georgio: duo hic dantur,

A deri poſſunt in Pachymeris hiſtoria nuper vulgata per Poſſinum : ſatis habemus ætatem ejus notaſſe : ut duo jam dicta encomia inter ſe atque cum Actis conferens Lector, certus ſit, à ſeculo VII uſque ad ſeculum XIV, eadem & non alia fuiſſe apud Græcos credita de S. Georgio, quam quæ ex Actis credenda proponimus.

§ 11 Acta S. Georgii recentiora & minus ſincera, tam apud Græcos quam apud Latinos.

10 *Est & alia apud Lipomanum & Surium S. Georgii Paſsio ex Ms. Græco, velut ab ipſomet ſancti famulo concinnata (nam & in principio ubi nominatur* Georgius, *ſtatim additur*, qui fuit Dominus meus ; *& tota hiſtoria ſic finitur* : Ego vero S. Georgii ſervus, nomine Paſicrates, ſecutus Dominum meum, omnia hæc vera in commentarios collegi) *ſed exordii formam atque materiam, & ſtylum minime ſtrictum ſimplicemque attendenti, nequaquam probabile videri poteſt, vere hæc ſic ſcripta eſſe à famulo. Quid enim attinebat Diocletiani edictum deſcribere iis, qui ipſum nimis quàm bene norant, & adhuc ſub illius immanitate gemebant, cum exempla per omnes urbes affixa identidem renovarentur ? Quis deinde credet hoc Diocletiani genuinum eſſe edictum, qui nihil ibi legerit de abolendis ſacris libris, nihil de Epiſcopis potiſſimum capiendis : quæ duo, teſte Euſebio, præcipua fuere capita edictorum contra Chriſtianos ſucceſsive latorum. Plane igitur opinamur, eo in ſcripto hiſtoricam quidem veritatem ſubſiſtere, quoad ſubſtantiam rei, utpote ex prælaudata Paſsione acceptam, & cum ea fere convenientem ; quod autem ad auctorem pertinet meram eſſe fictionem, ei ſimilem qua ſub nomine Chæromeni Syracuſani, qui S. Niconi ac ſociis in carcere ſerviſſe præſumitur, eorumdum Sanctorum Acta habentur XXIII Martij edita à nobis, non tamen ſine animadverſiuncula aliqua, ad num.* 11 *litt.* f *unde doceretur lector, eadem pro interpolatis & recentiori ſtylo exornatis habere. Plures alias Sanctorum vitas Græci in Sicilia monachi, licentia quadam poëtica ſic amplificavere, ſcribentes ſeculo* X *aut* XII *& auctorum Sanctis coævorum atque familiarium nomina aſſumentes, quæ non tam molli manu deinceps à nobis tractabuntur. Nunc ſatis fuerit hic indicaſſe, Paſicratem iſtum non aliunde acceptum videri quam ex Apocryphis Latinis, quibus, ut nimium fabuloſis & honorem Sancti haud leviter atterentibus, remedium crediderim paratum ab auctore Græco, ex iis quæ apud Græcos legebantur Actis, idque ſub ejuſdem ſub quo Latina conficta erant Paſicratis nomine ; ut ad verioris hiſtoriæ cognitionem etiam ii allicerentur, quibus oculati teſtis aſſumpta auctoritas forte perſuaſerat, Latina Acta eſſe præferenda Græcu.*

Acta ſub nomine Paſicratis famuli,

B

C

11 *Habemus tertiam Georgianæ Paſsionis deſcriptionem Græcam, in qua vetuſta Græca augentur variis circumſtantiis, miraculis atque tormentis, quæ in ſolis Latinis apocryphis antea legebantur, Latine redditam à Franciſco Humberto, noſtræ dum vixit ſocietatis Sacerdote Lotharingo, prælucente ſibi exgrapho, quod jam olim Roſweydus Pariſiis acceperat ex Ms. Medicæo Regis Franciæ num.* 148 Τοῦ ἀνδρὸς φιλοπόνου καὶ πνευματικοῦ, à viro ſtudioſo & ſpirituali *compoſitam, ut præfert titulus, hoc exordio :* Diocletiano tyranno Romanæ urbis ſceptra moderante, & Nicomediæ imperante Maximiano, Narſæus ille Perſarum Dux, aſſidue Nicomediæ fines incurſans, atque è Palæſtina & Armenia magna vi prædas agens, vaſtata etiam Cappadocia, in patriam, magna ſui opinione inflatus, ſe recipiebat ; ubi victor magnanimus, domitorque hoſtium invictiſſimus proclamabatur. Semel igitur iterumque congreſſus cum ipſo Maximinianus, nullo alio fructu quam quod aperto marte victus, magno ſuo cum dedecore à pugna receſſerit, in magnas redactus anguſtias ; nec ſciens quo ſe verteret, id cepit conſilii, ut Diocletianum ſibi tutorem aſciſceret, ſpe Romani exercitus robur ab ipſo in auxilium recipiendi. Actutum igitur Romam litteræ ipſius perferuntur, quibus ad ferendas Imperatori ſuppetias vocabatur Diocletianus. Ille partim Maximiano gratificaturus, partim Romani imperii faſtigio elatus, quam potuit maximo validiſſimoque collecto exercitu, Roma egreſſus, Nicomediam pervenit ; ſuam ſecum uxorem ducens, Alexandram nomine, ut ambo videlicet filiam ſuam, Maximiani conjugem, coram poſſent aſpicere. Adjunxere ſe comites Magnentius, Theognis & Dadianus, nepotes Maximiani ac provinciarum Præfecti ; primus quidem Libyæ, ſecundus Ægypti, tertius denique Syriæ. Hoc ſubſidio proprioque exercitu Maximinianus confirmatus, movet in Narſæum, validaque in Perſarum ditionem facta irruptione, eam vaſtatam ſubjugat ; Narſæoque & cunctis qui ipſum ſequebantur in poteſtatem redactis, Dioſpolim ad Diocletianum, quam maxima dici poteſt animi voluptate revertitur : eo enim loco hic cum copiarum parte conſtiterat, Maximiano, ſi forte terga verteret, iturus ſubſidio. Ipſo igitur ingenti cum lætitia excepto, dæmonum cultor ille è Paleſtina Nicomediam, una cum eo ſe recepit, falſorum numinum auxilio victoriam adſcribens &c.

AUCTORE D. P.

E

12 *Ab his ad decretum perſequendorum Chriſtianorum, confeſsionem Georgii, tolerata tormenta, prodigia patrata, mortem Nicomediæ obitam progreditur auctor, pari libertate varias circumſtantias à Latinis accipiens aut ex ſuo addens ingenio ; quod ut melius cognoſceretur, prolixum iſtud exordium proponere hic voluimus. Etenim ſi illud conferas cum Chronographia Theophanis, ad annum Diocletiani* XVII (*qui ſeculi Chriſtiani* IV *primus eſt*) *deſcribentis res geſtas in Perſide à Galerio Maximiano, non Imperatore, ſed Cæſare dumtaxat, ductaque Diocletiani filia Valeria hujus genero ; facile agnoſces iſtius Græci ſcripti auctorem, neque prorſus imperitum fuiſſe hiſtoriæ Auguſtæ, neque exacta illius cognitione præditum, certis incerta, imo fabuloſa miſcuiſſe ; non tantum quando Roma Diocletianum accerſit, deducitque Diospolim in Palæſtinam (quem conſtat, & cum vinceretur & cum vinceret gener, in Meſopotamia egiſſe) ſed maxime quando Diocletiani nepotes fingit tres perſonas, in mota contra Chriſtianos perſecutione utcumque famoſos, eisque diſtribuit Provincias, quas numquã credibile eſt geſsiſſe. Si quidem in Palæſtina tunc agebat Conſtantinus, Conſtantii Chlori Cæſaris filius, eidemque præſidebat Flavianus quidam, ex Euſebio notus. Theotecnus, qui hic videtur Theognes dici, non magis quam Datianus, quem diximus in Hiſpaniis Galliſque præſediſſe, ad familiam pertinebat Imperatoriam : ſed erat magus atque præſtigiator, falſoque oraculo Galerium Maximianum impulerat, ut Diocletiano, ſatis per ſe contra Chriſtianos animato, acriores ſtimulos ſubjiceret ad ciendam perſecutionem. Maxentius denique, Imperatoris Maximiani Herculij filius, poſtmodum Romæ tyrannus ac tertium Conſul dictus, ſi tunc fuerit in Diocletiani comitatu Nicomediæ (non enim eſt incredibile, quod eumdem, velut paternæ fidei pignus, apud ſe honoris cauſa manere voluerit Imperator) poterit is ſane nomine* Magnentii *intelligi, cui omnia S. Georgii Acta dederint locum primum in amicitia Diocletiani, & titulum Conſulis per prolepſim : ſed qui Libyæ Prefecturam eidem aſsignaverit, nemo quod equidem ſciam, fuit hactenus. Atque hæc ſatis ſunt ut auctoris illius cognoſcatur ingenium non uſquequaque ſecernentis certa ab incertis, multaque per proprias conjecturas forſitan definientis ut non prorſus inſulſe videretur Acta Græca ex Latinis apocryphis ſupplevisſe.*

Alia extant in Ms. Regis Franciæ :

quando & quomodo fabricata.

varie, nec ſatis prudenter, interpolata.

F

13 *Ejusdem cum præcitata Græca recentiori ætatis, nec fidei majoris, Legendam aliam Græcam, nobis necdum notam præ oculis habuiſſe videtur* Petrus Parthenopenſis Eccleſiæ Levita, *qui ante annum* MCCLI, *quo obiit Neapolitanus Archiepiſcopus Petrus de Surrento, poſtquam* XXXV *annos*

ſeculo Latinitatis donata, quædam iſtis ſimilia.

AUCTORE D. P.

annos in eo gradu perstitisset, ejusdem Archiepiscopi hortatu, tum aliasjaliorum Sanctorum historias puta Christophori, Quirici & Iulittæ, cultiori stylo exornavit, tum nominatim B. Georgii Martyris Passionem, à variis translatoribus vitiatam, emendare studens, plurimis incongruis amputatis, solicite componere curavit, *uti præfatur in Prologo, qui incipit*: Plerique illustrium cælestis patriæ amatores. *De utroque Petro pluribus agit Bartholomæus Chioccarellus, in libro de Episcopis & Archiepiscopis Neapolitanis; & ex eo Ferdinandus Vghellus, tomo 6 Italiæ sacræ: apud quos legere est hujusmodi versus, ad calcem ipsius Legendæ descriptos:*

à Petro Neapolitano;

Hæc tibi gesta dedit, Georgi, Martyr opime,
Petrus; amore tuo sentes pellendo malignas,
Præsulis egregii Petri præcepta secutus.

Sequuntur mox alii versus in eumdem sensum ad jam dictũ Archiepiscopum, quibus ei offertur opus, jussu ipsius susceptum. Habemus ipsum stylo luxurianti, soluta ligataque oratione, more seculi, compositum, curante Silvestro Ayossa transcriptum ex Codice Longobardico Ms. monasterii S. Ioannis de Capua; iterumque, sed absque Prologo, ex Ms. Rebdorffii, hoc principio: Postquam Dominus ac Salvator noster, sua sancta præsentia ac gloriosa Incarnatione, mundum visitare atque illuminare dignatus est. *Idem haberi in quodam Bibliothecæ Mazarinianæ Codice significavit nobis* R. P. *Franciscus Combefis, censuitque*

B *videri* Acta luce digna, in nulloque apocrypha. *Sed profecto neque apocrypha haberi debent, quæ Petrus resecuit, de Athanasii magi & Alexandræ Imperatricis aliorumque in Actis primis nominatorum conversione atque martyrio; neq; non possunt non accenseri apocryphis conversio Magnentii, Græcis omnibus antiquioribus ignota, & præsentia Diocletiani* Mellinæ, *seu rectius* Melitinæ in Cappadocia, *dum istic (ut ex apocryphis Latinis accipitur) Martyrio defungeretur Georgius. Omitto errorem Chronologicum, quo persecutionem cœptam ponit anno Christi* CCXC, *& quidem sub Pontificatu Marcelli, cum dicto anno sederit Cajus, decreta autem promulgata sint ultimo anno Marcellini, à nonnullis perperam cum successore Marcello confusi.*

deinde post an. 1472 elegantiori stylo contracta,

14 *Seculis post Petrum prænominatum duobus, floruit venetiis in monasterio S. Georgii Hilarion monachus, & conscripta historiæ Translatorum illuc anno* MCCCCLXXII *Reliquiarum sancti sui Patroni, quam infra dabimus ex duplici Ms. videtur etiam novo stylo exornavisse ipsam S. Georgii passionem, quæ utrobique ante dictæ Translationis historiam legitur, sub hac præfatione*: Historiam D. Georgii, licet inter apocryphas Patrum decreto sancta Romana ecclesia numerandam acceperit. *Secutus est autẽ Hilarion iste pene in omnibus Petrum (quem tamen nusquã nominat) & lacinioſum illius contextum elegantius constrinxit; multum tamen suo etiam ipse indulgens genio, quoad ornatum rhetoricum, ex sacra profanaque disciplina acceptum. Sed quoad martyrii locum, quem* Petrus melitinam *nominaverat, ausus non est sequi eumdem, contra concordem sed nihilo veriorem Latinorum Martyrologiorum assertionem*, In Persida civitate Diospoli Georgii Martyris *passionem prædicantium. Primus ita scripsisse videtur Vsuardus; hunc secutus Notkerus, tum alii aliique scriptores anonymi, qui vel Bedæ martyrologiũ suppleverunt, vel proprium ex Adone, Vsuardo & aliis concinnaverunt.*

C

non absque novo errore de loco martyrii,

15 *Nomen* Diospolis *in antiquis Apocryphis nusquam legitur; quia tamen fiebatur in ea colli sanctum Martyris sepulcrum, & ex dictis Apocryphis passim credebatur sub Persarum Imperatore aut Rege passus Sanctus; hinc sumpta à Martyrologis errandi causſa, idque jam pridem. Nam in eo quod Roma missum, Aquileiæ reperit & descripsit Ado Viennensis, ad* IX *Kal. Maji præ notata verba legebantur, ipsaque inde in suum quoque Martyrologium transtulit Notkerus, addito prolixo ex Apocryphis elogio: & Vsuardi exemplaria, toto postmodum Occidente vulgata, præferunt initio eadem verba. Quin etiam in nonnullis & quidem perquam vetustis Hieronymiani Martyrologii exemplaribus, post aut inter Martyres ad* VII *kalendas relatos, legebatur*, In Persida S. Georgii, *Ita in suo quo usus est exemplari invenisse se profitetur Notkerus, ad eumdem diem S. Georgii memoriam iterans. Ita nos quoque reperimus in antiquissimo Epternacensi, quo usum S. Willibrordum credimus: sed absunt ea verba ab aliis item antiquis exemplaribus, Blumiano, scilicet atque Lucensi. In Corbeiensi solum legitur* Et Passio S. Georgii. *Quare nihil dubitamus quin à S. Hieronymo, Eusebium secuto, prætermissus omnino Georgius fuerit, & illo die, quo in multis ecclesiis colitur, fuerit sic adjectus; addita etiam ab aliquibus* Persida. *Sapientior Beda in suo genuino Martyrologio solum scripsit*, Natale S. Georgii Martyris; *nec addere quidquam præsumpsit Florus. Eamdem moderationem videmus servatam in hodierno Romano, ubi ad verba Bedæ solum apponitur ex Vsuardo*, cujus illustre martyrium inter coronas Martyrum Ecclesia Dei veneratur.

D

qui ex Apocryphis Latinis acceptus.

§ III. Pugna cum Dracone SS. Georgio & Theodoro afficta, occasione imaginum, experimentium victoriam eorum de diabolo.

16 *Quæ hactenus de omnigenis S. Georgii Actis Græcis Latinisque satis operose deducta vides, Lector, eo faciunt, ut intelligas, multis seculis post martyrium Sancti fuisse neminem, qui scripto, tradiderit pugnam, quam idem Sanctus Martyr pugnasse cum dracone dicitur, atque ita regiam virginem lanienæ devotam liberasse à morte. Tot Græca Latinaque Mss. perscrutati, non nisi Græcum unicum invenimus Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana, signatum* N *num.* 158 *in folio, in quo legebantur miracula quædam in templis S. Georgii aut per ejus invocationem patrata, de quibus infra; eisque, loco prorsus non suo, inter miscebatur commentum illud plebejum quod ad meliora properantes describendum nobis non putavimus. Chartaceus erat liber, non membranaceus; adeoque nec seculis tribus antiquior, nec in Græcia scriptus, sed in aliquo Basilianorum monasterio, forte Italico Siculove, cujusmodi Europicorum monasteriorum Synaxaria deprehendimus non esse pure ex Græcis fontibus, sed multa habere Græce reddita ex Latino: & talem etiam esse arbitramur collectionem miraculorum in isto Ambrosiano Ms. inventam. Latinis certe, ex Syria in Europam post recuperationem Terræ-Sanctæ nemeantibus, & Surianorum deliras narratiunculas de SS. Georgio, Christophoro aliisque vernacula poësi, more istius ævi, adornantibus, adscribi debere, quod fabula de dracone ita, generaliter fuerit, à vulgo per totam Europam recepta, vix dubitamus.*

E

Fabula hæc abest à Græcis & Latinis Mss. antiquis.

17 *Quandonam ea primum cœperit scriptis tradi, difficile est indagando assequi. Ante annum millesimum centesimum, nihil ejus fuisse in Europa scitum, probat scriptorum omnium antiquiorum silentium. Seculo* XIV *& deinceps sic nota fuit, ut quicumque Georgii res attingebat, nihil feciſſe videretur, nisi hanc eis gemmam insereret. Prolixe id fecit Iacobus de Voragine, in suis Sanctorum Legendis hoc principio*: Georgius Tribunus genere Cappadox, pervenit quadam vice in provinciam Libyæ, in civitatem quæ dicitur Silena, juxta quam civitatem erat stagnũ ingens, in quo draco pestifer latitabat: *quod haud dubie totum accepit ex aliquo Ms. Hic liber cum subito divulgatus esset, & in omnibus monasteriis certatim transcriptus legeretur; mirum nihil est, si S. Vincentius Ferrerius aliique de S. Georgio verba facturi ad populum, istam contra Draconem pugnam attigerint, velut passim creditam. Eadem de causſa factum est, quod plerique de ipsa egerint velut gesta in* Lybia, *monstris generandis infami, idq; juxta urbem* Silenam, *quod nomen ex antiqua* Cyrene *detortum videtur. Inter hos Hilarion præmemoratus vitam* S. *Georgii sic roditur*: Georgius Melitina Cappadociæ urbe exortus, ex eo pugnatorum illustrium numero fuisse traditur quos Græci Ἀνικήτους, Latini invincibiles vocant. Hic etiam clarus genere & Tribunitia

F

& per Legendam auream late diffusa;

videturque sec. 12 allata ex Syria,

A bunitia poteſtate inſignitus, Palæſtinam devicit, draconemque immenſæ magnitudinis apud Silenam Libyæ civitatem, Rege & civibus ad Deum converſis, interfecit: claruit autem Diocletiani & Maximiniani temporibus; in Perſide, civitate Dioſpoli, IX Kalend. Majarum Martyrio coronatus.

18 *Iisdem veſtigiis inſiſtens Baptiſta Mantuanus Carmelita, haud multum Hilarione monacho junior, lib.* 4 *Faſtorum, ita de S. Georgio cecinit:*

eam novo figmento auxit Mantuanus,

In Libyam miſſus renovavit Perſea, quando
Regia ab interitu ſervata virgine, monſtrum
Suſtulit ad trepidæ ſtagnum lugubre Silenæ.

Sed quoniam verſamur in fabulis, & rurſum hic mentio incidit Paleſtinæ, velut per S. Georgium Romano imperio reſtitutæ; quod nemo hiſtoriæ Cæſareæ vel modicum peritus abſque indignatione legere poterit, vide quomodo Mantuanus, Poëta meliùs quam hiſtoricus, antiquiori fabulæ recentiorem intexuit aliam, ad commendandam ſui Ordinis vetuſtatem, poema ſuum ſic proſecutus.

Inde Palæſtinam veniens, ea regna Latinis
Regibus infrænans, gentem crudam atque rebellem
Reſtituit: juga Carmeli conſcendit, & alto
Repperit in ſaltu noſtros habitare Parentes.
Hi ſuaſere Duci penitus deponere ſumpta
Arma toga — *Quali autem toga? Non ſatis expreſſe Carmeliticam dixerat; ergo proſequitur, narrans quomodo Chriſtianorum in tormentis animandorum cauſa per urbes Aſſyrias circuierit* — Pullo, *inquit*, uſus amictu:
Quem noſtri, poſita armorum ferugine, Patres
Tradiderant.

alii in Libya, alii in Cappadocia rem geſtam finxere,

19 *Ad draconem Georgianum redeo. Hunc male ablegatum in Lybiam credentes quidam, quod de ea nihil in ullis S. Georgii Actis legeretur; Cappadociæ, natali ſolo ſancti Martyris, gloriam fidei poſt tale miraculum ibidem fundatæ maluerunt attribuere. Ita meminimus in Mediolanenſi Ms. Græco nos legiſſe: ita habet narratio, per modum ſermonis ad populum, inſerta ampliſſimo Paſſionario monaſterii S. Meynulphi in Bodecheim diœceſis Paderbornenſis, quod arbitramur ab ipſis Canonicis Regularibus, illuc ſub annum* MCCCCVIII *introductis, compilatum ex antiquioribus exemplaribus. Ita denique Iacobus Tit. S. Georgii Cardinalis Stephaneſchius, an.* MCCCXLIII *vita functus, in S. Georgii Legenda à ſe compoſita teſte Laurentio Finicchiaro. Scribitur autem ab his omnibus,* in *jam dicta* Cappadociæ provincia fuiſſe civitas quædam metropolis, decora nimis & innumeroſa populorum multitudine referta, & tam ædificiis quam ipſius loci natura munita, nomine Laſia (Lyciam *ſcribit Stephaneſcius*) in qua regnabat quidam Rex, nomine Sevius. *Regiæ Virginis nomen nemo expreſſit: ſed vulgus, more ſuo cuncta permiſcens, S. Margaritam nominat; quia ſcilicet huic Sanctæ, ob inſignes relatas de dæmone victorias, draco appingitur; eadem prorſus ratione, qua S. Georgio appingendum eumdem antiqui Chriſtiani inſtituerunt.*

alii denique circa Berythum in Syria.

20 *Atque hæc alterutro modo non tantum tradita, ſed à pleriſque etiam credita fuere; uſque dum aliud fingere in mentem venit Syro Turcis, hominibus indoctiſſimis pariter ac mendaciſſimis: qui peregrinis, undequaque in Paleſtinam adventantibus, per loca ſacra deducendis operam locant; quique de antiquitatibus Terræ-Sanctæ tam fidenter enuntiant, quam Puteolani littoris plebs ruſtica de Cumano Sibyllæ antro aliisque ſimilibus garrit, non ſine ſupercilio, ut ſi verbo interpellare præſumas, pene ſacrilegus videaris. Hîc credulus Fr. Anſelmus Ordinis Minorum de obſervantia, ſeculi* XV *ſcriptor apud Henricum Caniſium tomo* VI *in deſcriptione Terræ-Sanctæ ait:* Circa Beryth S. Georgius circa mare fertur occidiſſe draconem: alii dicunt quod circa Georgiam *vicinum Lyddæ caſtellum, ubi natum quoque S. Georgium eſſe iidem Syro-Turci volunt; qua de cauſſa putant huic loco nomen factum, ubi templum eidem Divo erectum. Ut autem hæc conciliarentur cum Legenda, viſum fuit Cappadociam novam in Phœnicia fingere. Patet hoc ex Bredenbachio, quem ſecutus Adrichomius in Theatro Terræ-ſanctæ,*

ſic loquitur: Hoc loco, qui ab incolis Cappadocia dicitur, non longe à Beryto, memorant inclytum Chriſti militem D. Georgium, Regis filiam ab immaniſſimo dracone aſſervaſſe. *Similiter Ioannes Eckius,* Inter Baruth & aliam quæ vocatur Cappadocia, ferunt S. Georgium occidiſſe Draconem. *Gonzaga autem in Originibus Franciſcanis,* Apud Barutum, quod Cappadocia dicitur. *Ita vidimus die* XV *Martii egiſſe Mantuanos: qui cum S. Longinum, communi Martyrologiorum ſententia Cæſareæ in Cappadocia cæſum, viderent difficulter poſſe ſuæ urbi vindicari, in qua corpus illius aſſervabant; ante centum circiter annos jactare cœperunt, Mantuam antiquo nomine Cappadociam fuiſſe appellatam. Neque hic ſubſtiterunt Syro-Turci, ſed peregrinorum pietati novo figmento illuſuri, extra portam Damaſcenam urbis cœperunt oſtendere lapidem, de quo in equum ſuum inſiliiſſet Georgius contra draconem iturus: quem lapidem vide deſcriptum verbis cujusdam Aquilantis Rocchettæ, apud Finicchiarum pag.* 36.

AUCTORE D. P.

cum fabulositatis augmento.

Quo modo Conſtantinus M. draconem pingi fecit ſub pedibus ſuis,

21 *Veniamus ad fabulæ totius originem, picturam ſcilicet vel ſtatuam S. Georgii; in qua aliquando pedeſter, ſæpius equeſter conſpicitur, gladio aut lancea draconem conficiens, inſpectante rem eminus perſona muliebri, regio habitu ornata. Ejusmodi imagines quin antiquiſſimæ ſint nolim equidem dubitare: cum ipſe Conſtantinus magnus, in tabula, quam ſublimem ante palatii veſtibula ſuſpenderat, prout ſcribit in ejus Vita lib.* 3 *Euſebius, ita ſeipſum omnium oculis contemplandum propoſuerit,* ut ſalutare paſſionis inſigne ſupra caput locatum, inimicam autem belluam, quæ Eccleſiam Dei impiorum tyrannide oppugnaſſet, in altum demerſam, draconis ſpecie & figura deſcribendam curarit, *& quidem ut mox additur,* ſub pedibus ſuis concultatam, & medio ventre transfixam. *Præiverat in Apocalypſi ſua S. Ioannes Euangeliſta, à quo deſcribitur Mulier, Eccleſiæ typum gerens, cui parituræ imminebat* Draco; Draco, *inquam* ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus. (*Quin & ex ipſa ſacra Geneſi, ubi prædicatur ſerpenti conculcandum à muliere caput, ſumpſere occaſionem Chriſtiani, Deiparam Virginem ſic depingendi, ut non modo lunam ſub pedibus haberet, ſed etiam contritum caput ſerpentis. Quæ tamen omnia nihil ad hiſtoriam faciunt, niſi cortinam reducas, & ſymbolicæ expreſſionis involucrum auferas: & talem eſſe S. Georgii imaginem omnino credimus, cum Eminentiſſimo Cardinali Baronio ac pleriſque prudentioribus: ut autem in ea non ſolus cum dracone Sanctus exprimeretur, factum credimus occaſione Alexandræ Imperatricis, à diabolica ſervitute idolorum, exemplo S. Georgii meritoq; ereptæ.*

ita idem pictus ſub SS. *Georgio & Theodoro,*

22 *Sane cum non ſolus S. Georgius, ſed etiam S. Theodorus, Miles etiam ipſe & Martyr celeberrimus, militari in habitu draconem interficiens, ſoleret effingi (quomodo cernere eſt in ejus veteri ſtatua in foro S. Marci Venetiis ſuper columnam erecta, poſtquam iſtuc tranſlatum fuit ſacrum corpus) neceſſe fuit diſtinctionis cauſa addi adhuc aliquid, quod ita eſſet S. Georgio proprium, ut alteri non conveniret. Sed quæ addita eſt Alexandra, ea cum Andromeda Perſei collata, labentibus paulatim ſeculis veraque hiſtoriæ memoriam, obliterantibus, argumentum præbuit haud abſimilis fictionis. Quod autem de S. Theodoro indicatum hic eſt, ne velut in tranſitu dictum videatur, memores eſſe Lectores velim, nos Februarii die* VII *de illo egiſſe, dediſſque Acta, velut ab Augaro famulo conſcripta, poſteaque à Metaphraſte interpolata; ac deinde in appendice magis ſimplicem eorumdem Actorum verſionem, veluti Metaphraſtis ſcripto priorem, edidiſſe inter addenda ad dictum diem; quæ omnia nunc mutata vellemus. Quod famulorum aliquem vel in carcere, vel inter tormenta alloqui ſubinde potuerit Theodorus, eiq; mandare quidpiam, non eſt abſimile vero: quod autem tali famulo licuerit in publica quæſtione palam excipere in codicillos cuncta quæ gerebantur, ut ibi ſupponitur, probari difficulter poterit in iſtis circumſtantiis. Idem famulus, Euchaitas reverſus cum corpore, potuit ſimplici ſtylo notaviſſe aliquid æque ac puer S. Georgii, ab eoq; breviter narrata vel ſcripta, amplificaſſe alius, & ejus vero aut ficto*

occaſionem dedit fictioni

AUCTORE D. P.

nomine evulgaſſe poſt plurium ſeculorum decurſum, prout Latine reddita nos invenimus in Ms. Reginæ Suecia: ſed quod ea verſio ſit Metaphraſte antiquior, non modo nunc non credimus; ſed ne ea quidem Græca, quæ in manibus ſunt, Metaphraſtis eſſe concedit Allatius, in genuinis auctoris iſtius ſcriptis ſecernendis oculatiſſimus.

Actis antiquis infaciendæ,

23 *Quiſquis tamen ſit auctor Paſſionis iſtius, hoc omnino pro certo audemus affirmare, narrationem de dracone illic inſertam, velut diverſæ omnino texturæ aſſamentum, ipſa commiſſuræ incongruitate ſe prodere quale ſit. Ecce quomodo ſe partes utrimque habeant. Numerus 3, juxta antiquam verſionem, ſic incipit:* Tunc nuntiatum eſt ei (*ſcilicet Licinio Imperatori, qui, ut ibi dicitur,* conſilium habuit, ut omnes honoratos ſeu milites de diverſis civitatibus ſuis, qui in Chriſtum credebant, apprehenderet & cogeret immolare) nuntiatum tunc, *inquam*, Licinio eſt de quodam ductore nomine Theodoro, qui multum pulcher viſu & velox in ſenſu factus erat judicator Imperialis vacantiæ.... *Subjunge immediate, aliis omnibus rejectis, hæc verba, quæ habentur inuto fere numeri 7,* Et miſit ad eum à Nicomedia in Heraclia, ubi tunc erat B. Theodorus.... ut cum honore magno deduceretur eum. At illi venientes Heracliam, feſtinabant ad B. Theodorum: & ut viderunt eum, dixeruntque ei: Veni, Princeps militiæ, quia Imperator cupit te videre: multa enim dicta ſunt illi de te, & pulchritudinem tuam videre deſiderat. *Nonne tam apte hæc ſe invicem conſequuntur, ut plane præter auctoris mentem intruſa videatur prolixa illa integri capitis digreſſio de dracone? Certe in Menæis ſic connexa leguntur, ut nihil videatur poſſe interjici. Cur igitur non judicabimus librarium Græculum, popularis fabellæ imagine occupatum, totam illam latiniam inſeruiſſe Actis iſtis, nihil penſi habentem, quam fœde contextus divellerentur. Quia autem hoc factum fuit ante ſeculum* XII (*nam Bonitus Diaconus, Latinam ſuam verſionem tunc adornans, Græcum textum non habuit niſi ſic interpolatum*) *& quia de S. Georgio ſimilis fabula aliquanto ſerius cœpit jactari; ideo ſuſpicari quis poſſet, à S. Theodoro ad S. Georgium tranſiſſe fictionem, propter prænotatam imaginum ſimilitudinem.*

B

uti factum in Actis S. Theodori oſtenditur.

idem in aliis quibuſdam Legendis accidit,

24 *Scimus multa de ſerpentibus narrari à ſcriptoribus ethnicis, quæ forte non omnia ſunt conficta: ſcimus etiam diabolum, ſive ad terrendum ſive ad nocendum, ſæpe uſum aut veri draconis inſeſſo à ſe corpore, aut adumbrati aëria ſpecie; & in eadem à viris ſanctis non raro victum arbitramur: ſed propterea non adducimur, ut ſubſtratum SS. Georgio aut Theodoro draconem, credamus aliter quam figurate conſiderandum, deficientibus quæ id ſuadeant Actis aut antiquis ſatis aut ſatis ſinceris. Ut autem hoc perſuaderi nequeamus facit alia quoque conſideratio, videlicet, quod omnes fere antiquarum in Italia Sedium Epiſcopi primi, aliique ad ethnicos præcones fidei, ſerpentem ſeu draconem aliquem vel Crucis ſigno extinxiſſe, vel alligaſſe vel in mare expuliſſe legantur credanturque, propter Acta conſcripta per auctores, non coætaneos ex certa ſcientia, ſed ſeculorum plurium intervallo diſjitos ex vulgi fama, ſeu ex pictarum ſculptarumve imaginum monumentis.*

C

& accidet ſæpius,

Ut enim id factum fuerit aliquando ab aliquo eorum, de tam multis tamen non videtur aliter credi cœpiſſe, quam quia eorum pedibus appingebatur ſubſtratus draco, in ſignum idololatriæ extinctæ expulſaque. Eodem prorſus modo, quo alibi diximus de antiquis in Gallia Martyribus (quorum omnia fere Acta temporis longe poſterioris ſunt) ideo pleroſque dici reſciſſum ab humeris caput tuliſſe manibus ad locum ſepulturæ, quia imagines eorum, ad exprimendum mortis ſeu martyrii genus, depingebantur aut ſculpebantur erecto corpore, caput habentes ante pectus; ſicut exprimere volentes S. Agatham, mamillam abſciſſam lanci imponimus, damuſque in manus; aut (ut in re magis ſymbolica quam hiſtorica exemplum ponatur) ſicut S. Ceciliam pingimus pulſantem organa, ad exprimendum quod in ejus Actis legitur metaphorice dictum, Venit dies in quo thalamus collocatus eſt, & cantantibus organis illa in corde ſuo ſoli Domino decantabat dicens: Fiat cor meum & corpus meum immaculatum, ut non confundar. D

25 *Neque dixeris omnibus univerſim Martyribus convenire, quod diabolum in Dracone ſignatum ſuperarint; non omnes tamen pingi cum dracone ſub pedibus, imo nullos præter SS. Georgium ac Theodorum. Hoc enim ultimum falſum eſſe docebunt Maſſilienſes, qui ſuum S. Victorem ſimiliter equitem pingunt, proſtrati draconis colla calcantem, nec tamen quidquam de eo narrant quod victoriam de corporeo dracone contineat. Quam antiqua conſuetudo apud eos ſit ita exprimendi S. Victorem necdum nobis vacavit diſcere: ita exprimi didicimus ex frontali Annalium Maſſilienſium à Gueſnæo compoſitorum, tabula, omnes ſanctos Maſſiliæ Patronos repreſentante, quæ alteri operi antea ſervierat. Deinde quod multa omnibus aut plerisque Martyribus, Confeſſoribus, Virginibus communia, facta ſint uſu & inſtitutione propria quorumdam, in unaquoque Sanctorum claſſe ſingularium, apparet in S. Margarita, quæ ſimiliter cum dracone pingitur, quod multiplicia diaboli machinamenta virtute Crucis ſuperarit. Ita S. Catharina Virginis & Martyris pedibus ſubſtrata ſemper aſpicitur tyranni Imperatoris effigies, cujus blanditias minaſque vicit; & S. Dymphnæ, ob mortem toleratam pro pudicitia contra inceſti patris libidinem retinenda, ſubjicitur ſpecies fœdiſſimi dæmonis. Hoc igitur modo Sanctorum iſtorum certamen contra eumdem dæmonem expreſſere antiqui, nec aliter intelligi voluere, quam intellexere auctores Græcorum Canonum, in eorum feſtis recitandorum; quorum unus cum S. Theodorum laudaſſet in ſticharo* 2, *ut* qui ſuæ fortitudinis ſeu patientiæ lancea draconem interfeciſſet; *in Contacio prædicat, quod* fidem pro thorace habens, & Dei verbum pro lancea, inimicum contrivit: *Anatolius vero (Patriarcha, ut arbitror, Conſtantinopolitanus) in uno verſiculorum de S. Georgio eidem gratulatur, quod* inviſibilem inimicum, ut clamat Paulus, tamquam viſibilem fortiter aggreſſus ſuperarit, & vicerit ejus deceptiones: *& alius in priori aliquo ſticharo, quod* thorace fidei, clypeo caritatis, Crucis lancea inſtructus & adverſariis inſuperabilis factus, dæmonum phalangas in fugam egerit. *Andreas autem Cretenſis in Encomio,* Dexter, *inquit,* Chriſti miles Georgius, cum ſemel omnium hoſtem devicerit, ſemper victoriam quam de illo reportavit recentem habet, omnes ſimul dæmonum turmas Crucis telo ab humano cœtu expellens. *Non tamen hic modus pingendi SS. Theodorum atque Georgium ita univerſalis eſt ut non quandoque aliter picti inveniantur: nam in tabulis Kalendarii Moſcovitici, ad Conſtantinopolitanorum Kalendariorum formam factis, iidem pinguntur in habitu militari,* Theodorus *dextra gladium, ſiniſtra lanceam tenens,* Georgius *vero dextra gladium evaginatum efferens, ſiniſtra ipſam vaginam continens.* E

ſi omnes Sanctorum imagines æque crudè accipiantur.

Non ita eas accepere antiqui.

F

§. IV An S. Georgius fuerit primus decimæ Perſecutionis Martyr, ab Euſebio ſine nomine commemoratus.

Paſſus Nicomediæ initio perſecutionis 10,

26 EXcluſis fabulis, *per quas nomen S. Georgii ita obſcuratum fuit, ut, non obſtante frequentatiſſimo illius pariter & antiquiſſimo cultu per univerſam Eccleſiam, aliqui præſumpſerint in dubium revocare, an ullus umquam S. Georgius ſub Diocletiano miles & Martyr de diabolo triumpharit; fabulis, inquam veteribus recentioribuſque ſecluſis, non difficile erit ſtatuere, quid de S. Georgio certo ſecureque credi poſſit, aut etiam debeat. Videlicet paſſum eſſe initio perſecutionis, ſub Diocletiano & Maximiano motæ; idque non Melitene in Armenia, quæ perperam in Latinis Actis adſcribitur Cappadociæ; ſed eo loco, ubi concepta & publicata primum fuere edicta, ubi Senatus aderat, ubi aulam & uxorem Diocletianus habebat, atque adeo Nicomediæ: hæc enim omnia conſtant ex Actis mox dandis, & confirmantur ex ſitu locorum. Nam defuncti*

corpus

A corpus, à Nicomedia Propontidi adſita, navi devehere per mediterraneum mare uſque in Ioppen, indeque ad locum præſcriptum portare, erat facillimum: econtra autem Meli-
unde corpus revectum per mare in Palæſtinã: tene illuc accedere cum ſacro depoſito, tum cum perſecutio ubique ſuſcitabatur, idque itinere terreſtri pluſquam quingentorum milliarium, aut omnino impoſsibile fuit, aut moleſtiæ periculique pleniſsimum opus. Vidit hoc Actorum Græcorum, quæ in Ms. Regis Franciæ haberi diximus, auctor recentior, aut in Actis quibuſdam antiquioribus perfectioribuſque, necdum ad nos perlatis (nam quæ habemus nomen loci non exprimunt) ſic forte reperit; ideoque ab initio tyrannum, de perſequendis Chriſtianis conſulturum, reducit Nicomediam, eoque adducit Georgium pro fide certaturum; omnem autem hiſtoriam ſic concludit: Venerandæ Reliquiæ Nicomedia Dioſpolim, Palæſtinæ urbem (quæ matri ejus patria fuit) poſtea exportatæ ſunt III Novembris. *Quo anno id factum videatur, dicemus infra.*

27 *Ad menſem & diem obitæ à Georgio mortis quod attinet, ipſumque illius annum, Euſebius in chronico ad annum Diocletiani* XIX, *qui eſt vulgaris Æræ* CCCIII, *his verbis notat Perſecutionem decimam:* Ἐκκλησίων καθαιρέσεις, μηνὸς Δύστρου ἐν ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα. Eccleſiarum ſubverſio contigit menſe Dyſtro, in diebus Paſchæ: *quod auctor Chronici, jam paſſim vocati Alexandrini, licet Conſtantinopolitanum revera ſit, de affixione edictorum intelligens, factam eam ait* Menſis Dyſtri κέ, *id eſt* XXV, in die feſtivitatis Paſchalis. *Audaci ſane & imperita interpolatione: cum neque iſto, neque alio vicino Diocletiani anno, tali die Paſcha fuerit; ſed nec omnino menſe Martio, præterquam anno* CCC *vulgaris Æræ, Diocletiani autem* XVI. *Erravit igitur in Chronico Euſebius: erravit etiam in Hiſtoria Eccleſiaſtica lib.* 8 *cap.* 2. *ubi inquit,* Nonus decimus agebatur annus Imperii Diocletiani, cum menſe Dyſtro (quem Romani Martium vocant) appetente die feſto Dominicæ Paſſionis, propoſita ſunt ubique Imperialia edicta. *Sed ſuum ipſe videtur agnoviſſe errorem, & propria manu in aliquibus exemplaribus correxiſſe. Nam Henricus Valeſius, qui ex quatuor Codicibus Mss Græcis ejus Hiſtoriam emendavit, Latine vertit, & notis illuſtravit, totum illum locum in uno ſuorum codicum ſic ſcriptum reperit.* Ἐλθὼν τοῦτο ἦν ἐνεακαιδέκατον τοῦ Διοκλητιανοῦ βασιλείας, Ξανθικὸς μὴν, ὃς λέγοιτ' ἂν Ἀπρίλιος κατὰ Ῥωμαίους, ἐν ᾧ, τῆς τοῦ ζωτηρίου παθους ἑορτῆς ἐπιλαμβανούσης, ἠνέῳτο μὲν Φλαβιανὸς τοῦ τῶν Παλαιστινῶν ἔθνους, ἥπλωτο δ' ἀθρόως πανταχοῦ γεγράμματα. Xanthicus *inquit* erat menſis, qui Romanis Aprilis diceretur; quando inſtante Dominicæ & ſalutiferæ Paſſionis ſolennitate, Flavianus quidem Palæſtiniorum genti præſidebat, edicta vero ubique & ſubito explicata cernebantur.

paſſus autem tempore Paſchali, B

28 *Sane illius anni Paſcha, in* XVIII; *Dominicæ Paſſionis dies, in* XVI *dicti menſis cadebat: ut ſi hebdomadæ Sanctionis Feria* II *aut* III *cum ſe Chriſtiani ad celebrandam Dominicam Paſſionem pararent, propoſitum edictum fuit, & tertio poſt die ipſa magna Paraſceve Georgius coram tyranno ſtetit, atque poſt octiduanam torturam capite plexus eſt; plane mors ejus debuerit cadere in* XXIII *Aprilis, qui dies aque fuerit ſexta feria, ut habent Acta Latina apocrypha: quæ ſecutus Græcus auctor Actorum Paſicrati adſcriptorum,* Paraſceven *dixit, juxta conſuetudinem Græcorum,* Paraſceven *vocantium quamvis* feriam ſextam. *Quid ſi igitur hic ille ſit egregius Martyr, quem lib.* 8, *cap.* 5 *laudavit Euſebius, ante omnes tuliſſe palmam imperterritæ pro religione libertatis, hiſce verbis ejus certamen deſcribens?* Simul ac edictum contra eccleſias propoſitum eſt Nicomediæ, quidam minime obſcurus, ſed ſecularium honorum prærogativa imprimis conſpicuus, zelo quodam divino commotus & ardore fidei incitatus, edictum illud, in publico & illuſtri urbis loco affixum, detraxit, & tamquam impium ac ſceleſtum manibus ſuis diſcerpſit: idque duobus Imperatoribus in eadem urbe commorantibus, quorum alter ſenior Auguſtus (*ſcilicet Diocletianus*) primum inter omnes Imperii gradum; alter vero (*Galerius Maximianus*) quartum obtinebat. Hic igitur cum primus omnium in ea civitate hujuſmodi facinore inclaruiſſet, ſtatim ea ſupplicia perpeſſus, quæ poſt tantam audaciam ei infligenda eſſe credibile erat, lætitiam ac tranquillitatem animi uſque ad ultimum ſpiritum conſervavit. *Scio hæc omnia paſſim applicari Ioanni cuidam, de quo ad* VII *Septembris ita loquitur Ado, ut, præterquam quod Martyris nomen exprimat, ipſum locum videatur voluiſſe copioſiori aliquantum phraſi Latine reddere, nihil quoad ſenſum varians: ſic enim loquitur.* Natalis B. Joannis, apud Nicomediam, ſub Diocletiano Imperatore: qui de nobilibus ortus, honore & dignitate illuſtris, ut vidit adverſus cultores Dei in foro crudelia edicta pendere, calore nimio fidei ignitus, publice populo inſpectante injecta manu librum iniquæ legis detraxit ac minutatim diſcerpſit, Auguſto Diocletiano in eadem urbe ſimul cum Maximiano Cæſare conſtituto. Ad quos cum relatum eſſet religioſi & illuſtris viri factum, continuo omni in eum crudelitatis genere deſævientes, ne hoc quidem ſolum efficere quiverunt, ut eum mœſtum aliquis videret in pœnis: ſed læto atque hilari vultu, cum jam viſcera in ſuppliciis defeciſſent, ſpiritus tamen lætabatur in vultu: ex quo tortores ſuî gravius cruciabantur, quod omnia ſuppliciorum genera conſumebant in eum, quem ne triſtem quidem ex his reddere poterant. *Eadem fere habet Vſuardus, ſed more ſuo contractius, nec ſine mendo, cum de edictis laceratis relatum ait,* Diocletiano & Maximiano Auguſtis: *Vſuardi verba ſyllabatim fere retenta ſunt in hodierno Martyrologio Romano, ad quæ Baronius notavit, certum eſſe quod de hoc Ioanne agant Euſebius & ex Euſebio Nicephorus, licet nomen non explicent.*

Auctore D. P.

non in Martio,

ſed Aprili,

C

Videtur hic la ſeraſſe edicta,

29 *Nobis econtra certum eſt Euſebium agere de edictis imminente Paſchali feſtivitate latis, & mox ſecuto ejus qui ipſa lacerarat ſupplicio: quod intelligi nequit de eo qui ſolum in Septembri martyrium fecerit. Præterea ſuſpectus valde eſt Ioannes iſte: quia nullis Græcorum faſtis, nullis antiquioribus Latinis notus, tacentibus de eo Hieronymo, Beda, Floro. Quin etiam in ſupplemento Bedæ Divionenſi perquam antiquo, ad dictam diem hæc ſolum leguntur* Et B. Joannis apud Nicomediam Diaconi Martyris. *Huic igitur, neſcio quo conſilio, aptaverit aliquis quæ apud Euſebium abſque nomine legerat, parum conſiderans quam ea minime in talem menſem conveniebant: & hoc ſecuti Ado atque Vſuardus, aliis occaſionem errandi dederunt. Interim noſtram pro Georgio conjecturam valde confirmant, tum Acta illius Græca, quatenus* primo ſtatim die *martyricum ardorem divinitus eidem inſpiratum indicant; tum etiam ipſius cultus in eccleſia Orientali, non tantum antiquiſſimus, ſed etiam præ ceterorum Martyrum feſtivitatibus celeberrimus, uti apparet ex prolixiſſimo illius diei officio, circa ſolum S. Georgium verſante: tum denique Rubricæ, tam ibi quam alibi legendæ in Menæis, ubi præſcribitur, quomodo feſtum iſtud agendum ſit, ſi incidat in ipſas Paſchales ferias vel etiam earum Octavam, quæ nobis Dominica in Albis dicitur, tamquam unum ex maximis & nullo caſu dimittendum. Præcipue autem huc faciunt ſingulares prorſus tituli, quibus hic* Μεγαλομάρτυς *condecoratur, inſignem inter cunctos alios Martyres prærogativam ſignificantes: ut cum in Sticharo* 2 *vocatur,* Τῶν ἀθλητῶν ὁμέγας Ταξιάρχης, Magnus athleticorum ordinum ductor. *Quis enim non judicet Athletarum nomine deſignari non ſecularis militiæ profeſſores, ſed Chriſto auctoratos milites, & pro ejus fide multa certamina expertos? Vin' amplius aliquid clariuſque? Primi Canonis* (*nam præter morem duos Canones habet Georgius*) *primi, inquam, Canonis Ode* δ' *appellat eum,* Πρωτοθλητάρχην Primum inter duces athletici agminis: *unde & Nicephorus Calliſtus l.* 7 *cap.* 15 *vocat* Martyrici agminis Coryphæum.

cui verba Euſebii perperam aptata,

E

F

quæ in Georgium melius quadrant.

AUCTORE D. P.

30 *At inquies, si adeo famosus ac celebris Martyr Georgius fuit, si Martyrum persecutionis decimæ Primipilus; quomodo ejus nomen potuit ignorasse Eusebius, qui magnam vitæ partem in eadem egit Palestina, in qua ipsius Eusebii ætate, statim post redditam Ecclesiæ pacem, sic inclaruit S. Georgii nomen miraculis atque prodigiis, ut in ecclesiam ejus honori extructam juxta Diospolim, illatum sit corpus ejus, solenniter ex eo ubi latebat loco sublatum? Certe ea actio minime fuit obscura, quandoquidem etiam nunc tota Ecclesia Orientalis annuam ejus memoriam solenni valde Officio agat, die* III *Novembris. Gravis objectio, nisi nobis chronologia succurrat.*

Nomen tamen ejus tunc ignoravit Eusebius.

31 *Sciendum est igitur, quod Eusebius suos illos decem Historiæ Ecclesiasticæ libros compleverit ante secundum pacis ecclesiasticæ annum, qui fuit Christi* CCCXXV, *statim post Licinium superatum extinctumque. Nam cap.* 9 *& ultimo libri* 10, *in Constantini patris & Crispi filii laudes effunditur, atque hæc inter alia gratulabundus habet:* Et hic quidem, *scilicet Licinius*, ad hunc modum victus occubuit: Constantinus vero, omnibus religiosis virtutibus ornatus & victor maximus, una cum filio Crispo, Cæsare Deo carissimo & patri undequaque simillimo, Orientem suum recepit. *Quod sane non scripsisset Eusebius post Crispi indignissimam mortem, ab ipso Constantino imperatam, prætextu fœdissimi criminis & detestandæ machinationis adversus patrem. Cavit quippe studiosissime, in iis quos postea scripsit libris, in quibus multa de Crispo dicenda erant, ne ejus nomen usurparet, parcens dolori aut ignominiæ Constantini. Quod igitur scripsit de præclaro D. Georgii facinore Nicomediæ patrato, scripsit ex relatu Nicomediensium Christianorum, quibus ignotum fuisse S. Georgii nomen, genus, ac patriam (utpote istic peregrini & tunc primum cum decretum affigeretur advecti) non magis est mirum, quam eosdem ignoraviſse quid factum esset victorioso inclyti pugilis corpore, quod famuli sui (homines utique advenæ, & Nicomediensibus æque aut magis ignoti quam dominus eorum) curaverunt furtim terra obruere, ut tempus & occasionem nacti, ipsum, absumptis interim carnibus, in ossa solutum, securius refodere atque in Palæstinam possent devehere.*

ante an. 25 scriens,

32 *Menæa ad* III *Novembris non solum celebrant* Τὰ ἐγκαίνια τῦ ἁγίυ μεγαλομάρτυρ@ Γεωργίυ ἐν Λύδδα, *ἤτοι* τὴν κατάθεσιν τῦ ἁγίυ σώματ@ αὐτῦ, *ut dicitur in titulo*, Encænia sive Depositionem sacri corporis, *scilicet in novum loculum locumque decentiorem; sed etiam* (*ut est est in contextu historiæ*) Τὴν ἀνακομιδὴν Relationem *ejus in Palæstinam. Quid autem si neque post abdicationem Diocletiani & Maximiani, anno post mortem S. Georgii sequenti, factam teste Idatio ipsis Kalendis Aprilis, neque annis aliis huic propinquis, relatum est in Palæstinam corpus S. Georgii; idque ob metum Maximini, Christianorum persecutionem ab istis duobus cœptam acerrime continuantis in Oriente? Tunc sane verosimile foret, famulos in Syriam regressos, Domini quidem sui testamentum executos esse, abstinuisse autem ab ejus corpore requirendo, usque dum Constantinus, anno Christianæ Æræ* CCCXII, divino fretus auxilio *sicut scribit Theophanes, & minus jam Maximinum metuens*, collectas sanctorum Martyrum Reliquias sacræ sepulturæ mandari jussit; *quod edictum etiam in Palestina innotuerit, & famulos Sancti admonuerit officii diutius dilati. Denique relato jam ad propria corpore, propter persecutionem Licinianam, pridem formidatam ac denique palam sentiri cœptam, debuit inter paucos aut saltem inter solos Lyddenses Christianos, factæ translationis conscios, continuisse se magni Martyris notitia & veneratio; nec ita facile potuit ad Eusebii aures penetrasse fama, necdum crebrescentibus miraculis dicta. Cœperint igitur hæc, pace reddita Christianis per Licinii dejectionem, primum in Palestina clarescere; an debuit eorum statim meminisse Eusebius, etiam prius quam essent scripta Martyrii Acta? Atqui hoc solum videtur esse factum diu post, idque ex sola Lyddensium traditione, ea commemorantium quæ vel oretenus retulerat servus, Georgianæ Passionis testis, vel in pugillaribus scripserat, breviter ad memoriam, non vero ad laudationem diffuse.*

B

cum in ipsa Palæstina pene adhuc ignota esset sepultura Sancti,

quæ Nicomediæ acceperat;

& illius Acta necdum conscripta:

33 *Sed quoniam Acta hæc tacent id quod hoc loco potissimum laudamus; quæret aliquis merito, quomodo illa edicti laceratio, non æque distincte ac martyrium ipsum, Lyddæ innotuit per famulos Nicodemia reversos? Suspicor ego egregium pugilem suo solius periculo rem agere voluisse, ideoque familiarium neminem habuisse conscium aut præsentem: ipsos vero cum Dominum suum teneri in vinculis atque cruciari intellexissent, magis solicitos de fuga aut latibulis quam requirenda tragediæ totius origine, non adeo distincte cognoscere curavisse, quid egisset antequam Imperatori sisteretur: aut si id postea intellexerint, dissimulasse tamen apud suos Lyddenses; ne non fidei causa, sed læsæ majestatis crimine cæsum Georgium calumniarentur pagani, quorum haud dubie maximus erat Diospoli numerus, præexiguæ manu Christianorum. Satis fuit, id quod Acta non reticent, indicasse; quod martyrii causa fuerit admirabilis quædam animi fortitudo, ad primum edicti conspectum simulata, tertioque ab ejus affixione die palam probata. Rem autem totam sic gestam arbitror. Ipso affixi edicti die Nicomediam venerit Georgius, eoque consternatos videns Christianorum animos, pulcherrimum mente conceperit facinus: ad cujus executionem pauculis diebus se disposuerit, testamentum condendo, & facultates quæ ad manum erant distribuendo in pauperes. Tum sacrilegum edictum*, quo ecclesiæ dirui, libri sacri comburi, Christiani honoratiores notari ignominia, plebei libertate privari jubebantur, *palam refigens discerpserit; neque expectarit dum comprehenderetur à ministris, sed ultro se stiterit Imperatori, coram Senatu tractanti de promulgatione novi edicti, quod non multo post primum supervenisse scribit Eusebius, mandante Diocletiano*, ut omnes ubicumque Ecclesiarum Antistites primum quidem conjicerentur in vincula, deinde vero diis sacrificare omnibus modis cogerentur. *Fortassis tamen prius quam hoc promulgaretur, martyrio coronatus fuit Georgius; prius certe quam promulgaretur edictum tertium, cujus idem Eusebius meminit cap.* 6, quo precipiebatur ut carceribus inclusi (*fuerat autem ex vi priorum edictorum* innumerabilis ubique hominum multitudo custodiæ mancipata) siquidem sacrificassent, liberi abire sinerentur; si vero id renuerent, tormentis gravissimis cruciarentur: *ex quo tot Martyres in singulis provinciis esse cœperunt, ut numerus iniri jam amplius non posset. Quæ igitur de persecutionis atrocitate dicuntur in Actis, intelligenda sunt ad S. Georgium non aliter pertinere, quam quatenus istius initia suo sanguine consecravit. Cur autem nusquam in iisdem Actis nominatur Maximianus Galerius, tunc pariter, ut notavit Eusebius, Nicomediæ præsens? An quia suum ipse proprium habebat in urbe palatium, aut certe tribunal, & minus ad ipsum hæc causa spectabat, quia solorum Imperatorum non etiam Cæsarum nomine promulgata erant edicta?*

D

in his cur dissimuletur laceratum edictũ

E

& quale ipsum fuerit?

F

§ IV Quam antiquus & statim à principio late diffusus fuerit S. Georgii cultus, ædificatione templorum & Reliquiarum distractione.

S. Georgius nõ in Phœnicia,

34 *Quidquid sit de conjectura, superiori Paragrapho expensa; fuit S. Georgius, si non tempore, dignitate certe & Christiani populi veneratione primus eorum, quos sub immani Diocletiani persecutione martyrio coronatos commemoramus. Si vera esset Surianorum traditio, quod oppidum* Rama *sive* Ramula, *ab Accone seu Ptolemaide solis quinque leucis versus Orientem dissitum, ideo vocetur* Casale S. Georgii *sive* Georgia, *quia Sanctus ibi, non dico natus sit, quod illi volunt, sed saltem materna hæreditatis fundos habuerit; consequens foret eam navim, quæ sacrum corpus attulit, Ptolemaidem appulisse; Sanctumque sepultum fuisse, non in Palæstina, sed in Phœnicia: hoc enim*

nomine

A nomine cenſetur totus maritimus tractus à Cæſarea uſque Tripolim. Aſt longe videtur vero ſimilius eſſe, quod tali appellationi primam dederit occaſionem inſigne S. Georgij templum, eo loci ædificatum & miraculis illuſtratum, de quo poſt Acta Paßionis dicturi ſumus: & ab hoc factum quoque eſſe, ut tota vallis S. Georgii nomine cenſeatur. Conſtantior certiorque traditio Dioſpolitanorum ſive Lyddenſium eſt, in ſua ſcilicet regione, uti ſepultum, ſic etiam natum S. Georgium fuiſſe: in quam ex Ioppe Hieroſolymam verſus progrediens Willebrandus ad Oldenborgh anno MCCXI, ſcribit tranſiviſſe terram, veriſſime lacte & melle manantem, & peragraſſe Ramam (id & regiunculæ & oppido tribus leucis Lydda diſtito nomen eſt, Ramplea apud Ioannem Phocæ, apud Epiphanium Hagiopolitam Rambla dictis) de qua tempore Græcorum, qui tũc terram manu tenebant, paganorum videlicet, B. Georgius (ſic enim legendum, non ut edita habent, Gregorius) oriundus fuit, unde & hodie à Gallicis San-jorge de Ramas (male impreſſum Samorge de ramnus) ſolet appellari: cujus corpus in quodam cœnobio Surianorum juxta illam ſito requieſcit.

ſed in Paleſtina natus & ſepultus:

35 Inter Ramulam nempe & Dioſpolim ſitum fuit illud olim ampliſſimum celeberrimumque S. Georgii templum, & apud ſcriptores nunc ab hac nunc ab illa cognomentum accepit: ſed apud recentiores ab illa frequentius, propterea quod ſub adventum Latinorum ut ait lib. 7 cap. 22 Guilielmus Tyrius, Ramula eſſet civitas nobilis, cujus incolæ Saraceni, timentes ne trabes eccleſiæ, ubi egregii MartyrisGeorgii glorioſum uſque hodie ſepulcrum oſtenditur, in quo ſecundum hominem in Domino creditur requieſcere, quæ multæ proceritatis erant, in tormenta & machinas ad expugnandam urbem vellent noſtri convertere, ipſam paulo ante eorum adventum ſolotenus dejecerant. Id eſt, uti accuratius explicat antiquior auctor Glaber Rodulphus, lib. 3 cap. 7 circa annum MIX, inſtigantibus Iudæis Aurelianenſibus. Sed cum appulſis poſt annos LXXXVI Latinis, etiam ſic locum ſe poſſe tueri diffiderent, & urbem vacuum reliquiſſent, Latini, completis ad ſepulcrum S. Georgii orationibus, accedentes ad ipſam, ibi in omni commoditate frumenti vini & olei continuum triduum exegerunt, Epiſcopum eidem eccleſiæ conſtituentes, quemdam Robertum, Normannum genere, de Epiſcopatu Rothomagenſi, cui utramque urbem, Liddam videlicet & Ramulam, cum adiacentibus ſuburbanis, jure perpetuo poſſidendam contulerunt, primitias laborum ſuorum cũ omni devotione glorioſo Martyri dedicantes. Ex hinc reſtauratum ſuper antiqua fundamenta templum ipſum eſt, exornatumque ſepulcrum, prout infra in Analectis num. 88 ex relatu Ioannis Phocæ audiemus, quod collapſis poſtea Latinorum rebus, verſum fuit in cœnobium Surianorum, adeoque amplum erat, ut teſte Ioanne Cottovico lib. 2 Itinerarii pag. 137 tectorum ac ruderum pridem labantium pars, hodie ſufficiat Turcis ad Meſquitam, & Calogeris Chriſtianis ad habitationem atque eccleſiam. Et quamquam, inquit, omnia nunc fere procumbant; ipſe tamen quæ manent Reliquiæ tam Chriſtianis quam Mahometanis maximæ venerationi ſunt. Nam quicumque ex Mahometanis Mecham peregrinantur, ſi per Palæſtinam reditus ſit, devotionis ergo huc veniunt, precibusque Deo factis largas erogando eleemoſynas Martyris ſepulcrum honorant: quod utique ne nunc quidem, poſt diſtractas in omnem regionem Reliquias omnino vacuum eſſe putatur.

B *ubi ampliſſimam ejus eccleſiam à Saracenis everſam,*

C *reſtauraverunt Latini.*

36 Guilielmus Tyrius, loco præcitato loquens de hac eccleſia, dicit, quod eam, ad honorem ejusdem Martyris, pius & orthodoxus Princeps Romanorum Auguſtus, illuſtris memoriæ D. Juſtinianus, multo ſtudio & devotione prompta ædificari præceperat. Hoc ſequens Finichiarus Iuſtinianum Lyddenſis templi, non quidem fundatorem primum, ſed reſtauratorem & præcipuum locupletatorem agnoſcit. Nobis quam eſt magna auctoritas Guilielmi Tyrii circa res ſui temporibus, tam eſt exigua circa antiquiores. Procopius Cæſarienſis integro ſex librorum tractatu, quem de Ædificiis Iuſtiniani Imperatoris auctor coævus ſcripſit, libro 2, ubi proprius erat locus commemorandæ magnificentiæ erga S. Georgium in Syria exercitæ, nihil horum tangit: ſed libro 3, ubi de factis in Armenia ſermo, Nicopoli, inquit, Sanctorum XLV monaſterium, & Bizanis Georgio Martyri templum condidit. Hic locus, ſicut nonnemini dedit occaſionem exerrandi, & templum hoc Byzantio, id eſt Conſtantinopoli tribuendi (quia in Annotationibus Baronianis ad Romanum hujus diei Martyrologium, pro libro 3, invenerat notatũ librum 1, in quo de Conſtantinopolitanis templis agit Procopius, ſed de Georgiano aliquo verbum nullum habet) ita potuit alios decepiſſe, ut quod in Armenia Iuſtinianus fecerat, feciſſe in Palæſtina putaretur; ubi liberalitatis ejus etiam varia monumenta extabant.

ea primum non ſub Iuſtiniano Imperat.

AUCTORE D. P.

37 Nihil ſane eſt cauſæ cur Iuſtiniano in Georgiani templi amplificatione partem demus aliquam: tutiusque credemus Græcorum Menæis, Dedicationem loci ad diem III Novembris commemorandam proponentibus velut ſub Conſtantino magno factam, & narrata Martyrii hiſtoria ſic porro de famulo, cui ipſe Martyr corporis ſui curam mandaverat proſequentibus; Igitur famulus iſte antea memoratus, illud maximopere venerandum corpus Sancti cum ejus teſtamento ſuſcipiens, in Palæſtinam diſceſſit, ubi Martyricum hoc tabernaculum ipſe & alii Chriſtiani religioſe atque honorifice tumulaverunt, & quæcumque alia ordinaverat Sanctus prudenter exacteque curata ſunt. Non multum temporis interceſſit, quando effloreſcente religione, & Conſtantino magno multumque venerando & Apoſtolis comparando Cæſare Imperium adepto, uſi occaſione amantes fidei Martyriſque cultores, templum ſpecioſiſſimum circa Lyddam extruxere Sancto, & corpus illius tot certaminibus perfunctum, ex obſcuro in quo jacebat loco efferentes, in alium magis conſpicuum tranſtulere ipſum, quantæ vis lucis claritate digniſſimum. Atque ex illo die, quæ fuit III Novembris agunt encænia extructi recens ab ipſis templi, ubi indeſinenter coruſcant miracula, in favorem omnium illuc cum fide accedentium: quia novit Deus honorificare eos qui ſe honorificant. Quin etiam ipſa Dei eccleſia annue eamdem diem, tranſlati corporis commemoratione, jubet haberi feſtivam, ad laudem & gloriam Chriſti veri Dei noſtri & magni ipſius Martyris Georgii Ne autem me Iuſtiniano detrahere putet quiſpiam, & erecti primum templi laudem ad Conſtantiniana tempora referre ex ſola Menæorum fide; non ſemper maximi facienda quæro utrum credibile ſit, alicubi prius quam Lyddæ extructum eſſe Sancto Martyri templum? Atqui ipſemet Conſtantinus, teſte Codino, cultum S. Georgii, uti jam in Paleſtina cœptum, promoturus etiam Conſtantinopoli, ædem eidem dedicavit in Heræo, antiquo Iunonis templo, cui inſignia palatia, Heræa dicta adjunxit poſtea Iuſtinianus. Et hæc forſitan cauſa fuerit Tyrio, memoria lapſo, Dioſpolitani templi fundatorem ipſum faciendi.

ſed Conſtantino M. ædificata fuit,

E

& dedicata 3. Novemb.

F

38 Porro ſicut credibile eſt de corpore S. Georgi, icum illud exhumaretur, ſervatam ſeorſim eſſe partem aliquam notabilem, donandam Sanctorum iſtiusmodi pignorũ ſtudioſiſſimæ Imperatrici Helenæ, ſua procul dubio liberalitate opus adjuvanti: ita etiam vero ſimile ſit utramque Romam, veterem ac novam, participaſſe de hoc theſauro, & hanc fuiſſe primam cauſam templorum utrobique ædificandorum. Caput certe Sancti, quo jam olim gloriatur Vrbs orbis caput, ab antiquiſſimis omnino temporibus allatũ fuiſſe oportet ad Lateranenſe ſanctuarium, ut potuerit penitus in oblivionem totius Cleri Romani veniſſe, prius quam Zacharias Pontifex fieret anno DCCLI. Nec enim uno alterove ſeculo perire ſolet talium rerum memoria: ſic autem ſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius: Hujus temporibus magnum theſaurum Dominus Deus noſter in hac Romana urbe oſten-

Videtur caput Romam miſſum ab Helena,

AUCTORE D. P. dere dignatus eſt (*apparet ut de re inſperata ac nemini tunc nota cum loqui*) In venerabili namque Patriarchio ſacratiſſimum B. Georgii Martyris, isdem ſanctiſſimus Papa, in capſa reconditum reperit caput: in quo & pictacium invenit pariter, litteris exaratũ Græcis, ipſum eſſe ſignificantibus. Qui ſanctiſſimus Papa, omnino hilaris & ſatisfactus, illico aggregato Romanæ urbis populo, cum hymnis & canticis ſpiritualibus, in venerabili Diaconia ejus nominis ſita in hac Romana civitate regione ſecunda, ad Velum aureum, illud deduci fecit ubi immenſa miracula & beneficia omnipotens Deus, ad laudem nominis ſui, per eumdem ſacratiſſimum Martyrem operari dignatur. *Hoc porro* Caput S. Georgii, ab Vrbe à Joanne Epiſcopo tranſlatum eſt anno MDC, conceſſum à Clemente Papa VIII, *uti ſculptum in baſi argentei capitis, cui incluſum, Ferrariæ colitur teſte M. Antonio Guarini in Compendio hiſtorico eccleſiarum Ferrarienſium. Prædicta vero Diaconia Romana auctorem agnoſcit S. Leonem Papam, hujus nominis ſecundum, de quo idem Anaſtaſius ſcribit, quod* ejus juſſu eccleſia juxta Velum aureum in honorem B. Sebaſtiani ædificata eſt, nec non in honorem Martyris Georgii. *Sunt qui exiſtiment longe antiquiorem eam eccleſiam eſſe nec ego velim ire inficias, aliquam ejus nominis Romæ fuiſſe ante Pontificatum Leonis II: nolim tamen id abſque teſte aſſerere, neque probare poſſum, quod quidam ad hoc probandum adducant S. Gregorii Papæ Epiſtolam 68 lib. 9, datam* Mariano Abbati, *qua cognoſcens* eccleſiam S. Georgii, poſitam in loco qui dicitur ad ſedem, minorem quam oporteat diligentiam habere, *eamdem ipſius & ſucceſſorum ejus curæ committit*: & quia, *inquit*, eccleſiam ipſam reparatione certum eſt indigere, volumus ut quidquid illuc accedere potuerit, ipſe accipere & ad ejus reparationem debeas erogare. *Sed bene obſervat Finicchiarus, alibi Marianum dici* Abbatem de Panormo: *& ſicuti nullus umquam locus fuit Romæ, qui ſciatur dictus fuiſſe* ad Sedẽ; *ita videtur quod de eccleſia Romæ poſita, Abbati ſimiliter Romæ degenti, non fuiſſet ſanctus Papa per epiſtolam mandaturus. Quandoquidem tamen eccleſia illa, jam tum, id eſt anno* DCI, *reparatione egebat tanta, ut ejus curam ſibi non negligendam ipſe Pontifex Romanus cenſeret; vel hinc cognoſci datur, quod ea, ubicumque ſita, fuerit perquam antiqua, ac veroſimiliter ipſo quo S. Georgius paſſus eſt ſeculo ædificata. Idem de ſua S. Georgii Majoris baſilica ſentiunt Neapolitani, dum ejus conditorem aſſerunt fuiſſe Conſtantinum Magnum: ſed non ſatis probant hanc primam illius appellationem fuiſſe. De S. Severo, ante annos nongentos huc tranſlato, agens Ioannes Diaconus in Chronico*; Prius, *inquit*, foris urbem jacuit, nunc vero quieſcit in ea ipſa eccleſia, quam alii Severianam, alii propter oratorium S. Georgii ibi factum, S. Georgium vocant: *quæ ultima appellatio cum hactenus perſeverarit, indicio nobis, eſt, poſteriorem ipſam eſſe: probat tamen ſaltem à ſeculo* VI *aut* VII, *Neapolitanis in veneratione fuiſſe Sanctum.*

an & tunc fundata eccleſia in Velabro?

B

& Neapoli.

C

38 *Verum utcumque ſe habeant iſta, extra Romam poſita; certum eſt in ipſa Romana Eccleſia vetuſtiſſimam eſſe, non venerationem tantum, ſed etiam feſtivitatem S. Georgij. Etenim D. Gregorius Magnus, in cujus Pontificatu finitur ſextum Æræ Chriſtianæ ſeculum, in libro Sacramentorum colligens omnes Orationes, per totum anni curſum ex more Romano inter Miſſarum ſolennia recitandas, eas etiam poſuit, quæ ſunt dicendæ ad* Natale S. Georgii Martyris: *quas eſſe genuinas nec aliunde poſterius ad ſcitas, judicavit Grimoldus Abbas, qui dictam Gregorianum Sacramentarium accuratiſsimo ſtudio ad veterum exemplarium fidem correxit, & quas aliunde adſcitas deprehendit* [ ] virgulis ante poſitis ſingulavit, *ac deinde ſecundum de eadem materia librum adiunxit, ipſe coævus, ſi non & ſenior Carolo Magno, cujus Magiſter Alcuinus tertium de Sacramentis librum collegiſſe creditur à Iacobo Pamelio Liturgicon Latina eccleſiæ evulgante tomis duobus, quorum poſtremus dictos tres libros de Sacramentis complectitur, una cum Lectionario D. Hieronymi, Antiphonario D. Gregorii, & antiquarum Præfationum libello: in quibus ſimiliter Antiphonæ de S. Georgio & Præfatio hujusmodi,* Omnipotens æterne Deus, pro cujus nominis veneranda confeſſione Beatus Martyr Georgius diverſa ſupplicia ſuſtinuit, & ea devincens perpetuitatis meruit coronam, per Chriſtum D. N. *Quæ licet Pamelius* [ ] *virgulis notet, velut non certo Gregoriana, antiquiſſima tamen eſſe fatetur.*

D

probatur ex Sacramentario S. Gregorii,

39 *Extat præterea collectio opuſculorum variorum, ab antiquis Patribus ſcriptorum, de divinis Catholicæ eccleſiæ Officiis; cujus collectionis auctor Melchior Hittorpius, agens in præfatione de Ordine Romano in fronte poſito, oſtendit eum antiquiſſimum eſſe, & ut minimum tempore Caroli magni ſub Pontificatu Stephani* I *conſcriptum, ſi non & multo vetuſtior ſit, prout ipſe conatur vero ſimile facere. Iſtud porro, ut ſic loquar, Ordinarium terminatur ritu, ad armandum Eccleſiæ Defenſorem aut alium Militem inſtituto, cui inter plures alias hæc miſcetur Oratio:* Domine Deus, qui conteris bella & adiutor & protector es omnium in te ſperantium, reſpice propitius invocationem noſtram, & per merita Sanctorum Martyrum tuorum & Militum Mauritii, Sebaſtiani, Georgii, præſta huic viro victoriam de hoſtibus ſuis, & ſalva eum tuo gratuito munere, qui dignatus & hominem redimere pretioſiſſimo tuo ſanguine.

& Ordinario Romano:

E

40 *Sunt qui ad probandam cultus Georgiani vetuſtatem allegent librum Præfationum S. Ambroſii, quamvis eum exiſtiment periiſſe: quorum neutrum admittimus: quaſcumque enim Præfationes S. Ambroſius compoſuit, vel ab aliis antiquioribus compoſitas in ſua Mediolanenſi eccleſia recitandas collegit, ea omnes quidem extant in Eccleſiæ iſtius Miſſalibus, non tamen omnes quæ ibidem ſunt, ad S. Ambroſii ætatem poſſunt aſſurgere; cum ſint multæ de Sanctis poſterioribus ſucceſsive adjectæ. Quamvis autem S. Georgius ſatis antiquus ſit Sanctus, ut de eo Mediolani colendo ordinaſſe aliquid credi debeat Ambroſius; ægre tamen conceſſero ab eo eſſe illam Præfationem, cujus argumentum ſumptum fuiſſe ex apocrypha Legenda ſatis apparet, tum aliis argumentis, tum eo quod* Alexandra *per S. Georgium converſa, appelletur* Regina Perſarum: *ecce ipſum contextum Præfationis, quam S. Ambroſio poſteriorem eſſe, antiquam tamen judicamus,* Per Chriſtum D.N. qui ita humano generi myſticæ ſalutis remedia contulit moriendo, ut & totius doli artificem ſua paſſione deſtrueret, & ſuo exemplo fidelibus ſuis exemplum ſuo pro nomine tribueret moriendi: unde & non ſurdus auditor, fideliſſimus miles ac teſtis Chriſti Georgius, dum pene tribus exactis menſibus Chriſtianitatis profeſſio ſilentio tegeretur prophano, ſolus inter Chriſticolas intrepidus Dei filium eſt confeſſus: cui & tantam fidei conſtantiam gratia divina conceſſit, ut & tyrannicæ poteſtatis præcepta contemneret, & innumerabilium non formidaret tormenta pœnarum. O felix & inclytus Domini præliator, quem non ſolum temporalis regni blanda non perſuaſit promiſſio, ſed perſecutore deluſo ſimulacrorum ejus in abyſſum portenta dejecit. Ob hoc & gentium Regina Perſarum, crudeli à viro dictata ſententia, nondum baptiſmi gratiam conſecuta, glorioſæ paſſionis meruit palmam: unde nec dubitare poſſumus, quod roſea perfuſa ſanguinis unda, reſeratas poli januas, præcedens beatiſſimum Chriſti Martyrem Georgium, ingredi meruit, regnumque poſſidere cælorum. Hæc tua eſt, Domine, bonæ voluntatis operatio, qui ſalvas omnes nec pateris ullum perire, & magna cum pietate mirabiliter cuncta diſponis. Et ideo. .. *Hæc eſt Præfatio Miſſalis Ambroſiani, ſed uti eam Ambroſii eſſe non libenter admittemus, ita libenter credimus, non minus Mediolani celebratum fuiſſe Georgium quam Romæ, ubi,* ſecundum

F

non aque efficaciter ex Miſſali Mediolanenſi,

ubi Præfatio eſt S. Ambroſio non adſcribenda.

alia Panormi,

S. Georgii cultus antiquiſſimus

A

secundum olitanam traditionem, à Notario sanctæ Romanæ Ecclesiæ in ecclesia B. Georgii Christi Martyris, in ejus natali, (*tamquam festo proxime præcedenti*) *in diem* XXV *Aprilis* Litania Major prædicari solebat, *ut habetur ex Vita Leonis* III, *indicendo scilicet locum, tum eum quo omnis Clerus ac populus debebat congregari, tum eum quo debebat Litania procedere. Ferdinandus Vgellus tom.* 2 *Italiæ col.* 546. *& seqq. amplum diploma recitat de institutione Ferrariensis Episcopatus in ecclesia S. Georgii, idque sub nomine Papæ Vitaliani, qui an.* DCLV *sedere cœpit. Sed hoc quam merito suppositititum haberi indicat (& patet verba singula attendenti, cum ibi in omnibus appareat modus & stylus seculi* XIII) *tam merito poterat dubitare, an ex vero sibi relatum fuerit, civitatem illam gloriari* integro S. Georgii Protectoris sui corpore. *Nos tale nihil apud Ferrarienses scriptores legimus: sed bene de aliqua parte Reliquiarum. Primi autem Episcopi Vicohabentia Ferrariolam (est ea Ferraria trans Padum objecta) translati, non ante annum* MXVI *inveniuntur seipsos intitulasse* Episcopos S. Georgii: *& civitate ad Padum crebrescente, ædificata ibi quoque, est sub annum* MCXXXV *& nova Cathedralis, sub ejusdem Sancti nomine: in eamque illatum est ipsius brachium, quod credunt à Roberto Flandriæ Comite donatum fuisse Comitissæ Mathildæ, & anno* MCCCLXXXVIII *fuit argenteo brachio inclusum per D. Thomam de Marca-piscis Ferrariensem Episcopum, uti docet epigraphe circum basim legenda, apud Marcum Antonium Guarinum pag.* 14, *qui nec ipse usquam integri corpus mentionem facit.*

aut ex institutione Episcopatus Ferrarien.

B

S. *Germanus, licet non probetur Parisios tulisse Reliquias S. Georgii,*

41 *Pro asserenda antiquitate cultus S. Georgii in Gallia, nolumus adducere testem Aimoinum, quasi is cap.* 9. *lib.* 3 *sic scripsisset:* Beatissimus quoque Germanus, Præsul Parrisiacæ urbis, ad sancta loca Hierosolymam pergens, indeque rediens, Justinianum adiit, à quo & honorifice est susceptus: cumque eum plurimis vellet honorare muneribus, vir Deo plenus, auri argentique spernens munera, ab ea Reliquias tantummodo Sanctorum expetiit. Cujus devotioni præfatus congaudens Princeps, de Domini nostri Jesu Christi Corona spinea, simulque Reliquias Innocentum, unaque brachium S. Georgii Martyris, pro magno munere contulit: quæ vir Dei gustanter susscipiens ad propria rediit, & prædicta sanctorum pignora in ecclesia sanctæ Crucis Sanctique Vincentii (*nunc S. Germani de pratis dicta*) condidit. *Etenim totus hic locus interpolatoris ignoti est, & abest à sinceioribus Aimoini exemplaribus Mss. ex quibus Franciscus du Chesne auctorem istum inseruit tomo* 3 *Scriptorum Historiæ Francia: addit Carolus le Cointe in Annalibus ad an.* 566 in antiquis monumentis nullum esse vestigium peregrinationis in Orientem à Germano susceptæ: *Fuerit tamen Hierosolymam peregrinatus (ut alii forte plurimi magni nominis Sancti, de quibus id scribere neglexerunt auctores Vitæ; sicuti multa ad historiam pertinentia neglexit is, qui Acta S. Germani conscripsit; totus coacervandis miraculis intentus) an inde fiet probabile eumdem circuitu maximo; & peregrinis ejusmodi prorsus insolito, excurrisse Constantinopolim? Hoc tamen necessarium eis est, qui in hoc loco solo fundati, putant notabilem sacri corporis partem fuisse ab Justiniano Imperatore devectam Constantinopolim. Potuit in Syria dictas Reliquias omnes accepisse Germanus, & quidem ab ipso Justiniano; si eodem tempore utrumque istic fuisse, volumus absque probationibus credere.*

C

probatur tamen ei consecrasse altare,

42 *Certius est, quod in Vita S. Droctovei Abbatis* X *Martii scribit auctor antiquior Aymoino, quod idem S. Germanus, circa annum* DLIX, *in dedicatione prædictæ ecclesiæ,* aram illam, quæ ad Occidentem *spectat,* Domino in honorem SS. Gervasii & Protasii & Celsi pueri, Sanctique Georgii consecravit: *Additur in diplomate fundationis,* quorum Reliquiæ sunt ibi consecratæ, *& specialiter* Beatissimi Sancti, *cum alii simpliciter vocentur* Sancti. *Os brachii esse atque adhuc servari tradit du Breul in annotationibus ad Aimoini lib.* 2. *cap.* 20 *cui diploma istud inseruit interpolator. Nos uti de Reliquiis tunc ibi undecumque habitis, non negamus; ita si credimus, non credimus ob fidem hujus diplomatis, quod suppositititium esse jam pridem judicamus, & alibi quantum satis est demonstramus. Duobus ut minimum seculis, antequam S. Droctovei Vita scriberetur scripta est Vita S. Bathildis ab auctore coævo, quam* XXVI, *Ianuarii secundo loco dedimus. In hac num.* 21 *laudatur S. Ianotildis Regina, quod* cœnobium in honore S. Georgii sacrarum Virginum in Cala primum construxit, *sed hoc* postea, quia ambitus ecclesiæ strictior erat ad capiendum plurimum gregem sancti monialium, à Domina Bathilde eversum & basilica constructa, cujus medium altare in honore sanctæ Crucis, atque illud in parte dextra in honore S. Georgii, quod vero ad lævam est in veneratione S. Stephani Protomartyris titulatur consecratum. *Cum autem primæ ecclesiolæ constructio necessario antecesserit mortem Chlodovei, primi inter Francos Christiani Regis, obitam anno* DIX; (*quod enim exinde vita habuit reliquum sancta Regina, Turonibus ad S. Martini sepulcrum egit*) *apparet Francos, una cum Christianæ fidei rudimentis, susscepisse cultum S. Georgii, tamquam inter Martyres celeberrimi. Idem confirmat in Cameracensi & Atrebatensi Chronico Baldricus, Episcopus Noviomensis ac Tornacensis, libri* 2 *Caput* II *sic exordiens,* In vico etiam qui Barala ab incolis nomen accepit (*est is juxta Marquion, medio fere inter Atrebatum & Cameracum itinere positus*) monasterium canonicæ Congregationis extitit, à Clodoveo quidem Rege, ut ferunt, conditum, & à B. Vedasto in honore S. Georgii consecratum: illic enim brachium ejusdem Martyris habebatur: *de quo, circa finem seculi* IX *Cameracum perlato, agetur inferius. Obiit autem S. Vedastus, ad* VI *Februarii Commentario luculento illustratus circa annum* DXL.

sub ejus nomine condita esse monasteria à Chrotilde,

43 *Eodem sexto seculo floruit Venantius Fortunatus, qui de templo, quod Moguntiæ Sidonius Episcopus construxerat, ita cecinit lib.* 2 *Carm.* 13.

Martyris egregii pollens micat aula Georgi:
Cujus in hunc mundum spargitur altus honos.
Carcere, cede, fame, vinclis, site, frigore, flammis,
Confessus Christum duxit in astra caput:
Qui virtute potens, Orientis in axe sepultus,
Ecce sub Occiduo cardine præbet opem....
Condidit Antistes Sidonius ista decenter,
Proficiant animæ quæ nova templa suæ.

Libro item 10, *Carm.* 10 *idem sacer Poëta, agens* de oratorio Artonensi (*sic enim legendum existimo non* Artanensi, *cum* Arthonam *nominet ipse oratorii fabricator Gregorius Turonensis*) *& enumerans Sanctorum pignora quibus ad Aruernorum pietatem excitandam locupletatur,*

E

F

Hic quoq; *inquit,* Relliquiis micat ille Georgius almis,
Qui probus igne redit, nec pice mersus obit.

Sidonium Moguntiæ ædificasse basilicam.

Quæ licet ad apocryphum S. Georgii Legendam, necdum ubique aut integre abolitam, videantur referenda, probant tamen quod hic intendimus, quomodo diffusus ac celebris per Gallias primis sex seculis fuerit ejusdem sancti Martyris cultus.

S. Gregorii Turronen. oratorium.

44 *Eodem reduci debent, quæ lib.* I *de Gloria Martyrum cap.* 101 *scribit æqualis Venantio prælaudatus S. Gregorius Turonensis* de insigni & glorioso Martyre Georgio, *his verbis:* Multa & de Georgio Martyre miracula gesta cognovimus, de quibus pauca locuturus sum: hujus enim Reliquiæ cum quorumdam Sanctorum à quibusdam ferebantur: sed cum portitores ad locum quemdam Lemovicini termini advenissent, ubi jam pauci Clerici, conserto ligneis tabulis oratorio, Dominum assidue precabantur, mansionem postulant; susceptique benigne, noctem cum ceteris Fratribus psallendo deducunt: mane autem facto apprehensam capsulam levare penitus non valebant. Denique cum iter agere sine pignore sancto nequirent, & eis maximus dolor animi insedisset, intelligunt

Reliquias seculo 6 claruisse miraculis,

AUCTORE D. P.

intelligunt inſpirante Deo ſibi, aliquid ex his in loco relinquere oportere. Tunc inquiſitis ligaturis diviſiſque particulis, Seniori qui cellulæ præerat largiuntur, relinquentes partem patrocinii, ſumentes facultatem quo voluerant abeundi. Habentur etiam ejus Reliquiæ in vico quodam Cenomanenſi, ubi multa plerumque miracula oſtenduntur: nam cæci, claudi, frigoritici, vel reliqui infirmi, ſæpius ibi ſanitatum gratia munerantur.

& ſeculo 7. fuiſſe eccleſias S. Georgii,

45 *Hactenus ille quæ ſpectant ad* VI *ſeculum Æræ vulgaris. Septimo ſeculo, Rex Francorum Clotharius* III, *primis regni ſui ab anno* DCLVI *cœpti initiis, tradidit S. Godobertæ (ut ad Vitam ejus* XI *Aprilis dictum eſt)* cum oratorio S. Georgii, ſuum quod Noviomi habebat palatium, *adeo ut huic illud conjunctum fuiſſe videatur. Clotharii autem frater junior Childericus* II *(qui ab anno* DCLIX *apud Francos Auſtraſios, in locum Dagoberti* II *exulantis, regnavit uſque ad* DCLXXV) monaſterium Alſatiæ in valle S. Georgii *condidit, uti invenimus in Hiſtoriæ monaſtices Ms. per D. le Bar Priorem Aquicinct. tomo* 4. *Sauſſayus in Martyrologio Gallicano ad hunc diem ſcribit:* Hujus inclyti pugilis brachium, Caroli Magni munere apud regale monaſterium S. Dionyſii repoſitum, ibidem magna cum veneratione haberi. *Sed &*

B

poſt Agobardi opera legitur epiſtola Leidradi Archiepiſcopi Lugdunenſis, ad Carolum Magnum, enumerans eccleſias ab ipſo reſtauratas, inter quas una in honorem S. Eulaliæ, ubi fuit monaſterium puellarum in honorem S. Georgii, quam, *inquit*, de novo operui, & ex parte macerias ejus à fundamentis erexi. *Unde intelligimus valde antiquum fuiſſe monaſterium, quod jam eſſe deſierat. Quemadmodum autem Franci in Gallia una cum Chriſtiana fide ſuſceperunt cultum & venerationem S. Georgii, ſic*

& monaſterium in Lombardia,

& in Italia Longobardi, & in Britannia Angloſaxones, primis ſtatim initiis prædicati apud ſe Euangelii. De Angloſaxonibus videbimus infra in Analectis, ubi de S. Georgii Patronatu. De Cuniperto Longobardorum Rege teſtatur eorum Hiſtoriographus Paulus Warnefridi, Diaconus Forojulienſis, lib. 6 cap. 17, *quod* in honorem B. Georgii Martyris monaſterium conſtruxit in campo Coronatæ, *prope Adduam flumen, inter Cremonam & Placentiam*, ubi bellum contra Alachis geſſit, *anno* DCXCI, *& victoriam glorioſiſſimam reportavit, quam eo facto videtur ſancto Martyri relatam voluiſſe.*

multa templa in Occidente,

46 *De templis, monaſteriis, oratoriis S. Georgio per univerſum Orientem erectis, dubitandum non eſt quin fuerint plurima & antiquiſſima. De variis agetur infra in Analectis, propterea quod miracula ibi patrata in eorum cognitionem nos adducant; cetera perſequi inanis labor & immanis foret, propter multitudinem & locorum præſentem obſcuritatem. Cum S. Theodorus Syceota naſceretur, cujus Vitam dedimus die præcedenti, id eſt circa initia ſeculi* VI, *notum in Galatia propre Syceonem erat ſancti Martyris templum, cui monaſterium deinde ipſe ſanctus Archimandrita addidit: alia, alibi ædificata fuere. Ad urbem Conſtantinopolitanam quod attinet (lubet enim enumerationem antiquiorum eccleſiarum S. Georgii extra Syriam ibi finire unde cœpimus)* Mauritius Imperator oratorium S. Georgii ædificavit, *teſte prælaudato Georgio Codino, in libro de originibus Conſtantinopolitanis. Factum id circa initium ſeculi* VII, *quando multis contra barbaros felicibus prælis dictus Imperator inclaruit. Deinde circa ſeculi ejuſdem annum* XXVIII, templum S. Georgii cognominatum Chalcidæ Sergius Patriarcha conſtruxit, *ut auctor eſt idem Georgius Codinus. Synaxarium vero Claromontanum Paſſionis Georgianæ epitomen ſic finit.* Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις, ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ μαρτυρείῳ, τῷ ὄντι ἐν τῷ Δευτέρῳ. Agitur vero ejus feſtum in ſancta ipſius Confeſſione, quæ eſt in Secundo, *ſic dicto loco per Iuſtinianum Rhinotmetum, quod Imperio pulſus iſtic ſecundum cœperit imperare, in urbem per aquæductum via occulta ingreſſus, ut docetur à prælaudato Codino. Vtrum*

C

alia C P. ſtructa.

num iſta Confeſſio in Secunda, una ſit ex tribus ædibus, quas diximus fuiſſe Conſtantinopoli S. Georgio ſacras, an ab illis omnibus diverſa, nolo operoſius indagare: potius addo quartum locum ex Meneis ad XXVI *Novembris, ubi notantur* Ἐγκαίνια τοῦ ἁγίου Γεωργίου ἐν τῷ Κυπαρίσσῳ. *Non ſignificari urbem hujus nominis, quales apud Ortelium variæ notantur, argumento eſt articulus τῷ, qui non ſolet ante urbium nomina in ſimili conſtructione poni, ſed ante nomina locorum particularium: & hunc quidem locum* Cypariſſi *ſeu* Cupreſſi *appellatione notum, puto Conſtantinopoli aut circa eam requirendum.*

D

§ V Hereticorum contra veram S. Georgii exiſtentiam blaſphemiæ ex dictis confutantur.

Præoſtenſa cultus Georgiani antiquitas,

47 Georgiani *cultus antiquitate & martyrii veritate in hunc modum probata, per ſucceſſionem quatuor ſeculorum, quæ mortem ſancti pugilis ſecuta ſunt, incipiendo ab ipſo Magno Conſtantino, & procedendo per Orientem & Occidentem, liquido apparet, contra hagiomachorum imperitam maledicentiam, quam fundata ſit ejuſmodi religio; minimeque verendum, ne Georgius Arianus, pſeudo-Epiſcopus Alexandrinus, S. Athanaſii adverſarius, propter avaritiæ intolerabilis ſordes ab ethnicis diſcerptus, occaſionem dederit nomen hoc Sanctorum faſtis adſcribendi. Tulit impius iſte Georgius quo dignus erat ſupplicium, anno* CCCLXII *ſub Iuliano Apoſtata; quando jam pridem eccleſias ſuo nomine dicatas habebat ſanctus Georgius, Chriſti martyr, fortaſſis etiam Alexandriæ; ubi inter tres, quas Chriſtianis reliquas fecit Saracenorum & Turcarum tyrannis*, tertia, nomine Martyris magni S. Georgii, extra urbem ad littus maris ſalſi, *numeratur ab Ioanne Sedis Alexandrinæ Diſcipulo, id eſt Vicario ſeu Chorepiſcopo, ad Clementem* VIII *ſcribente apud Baronium ad calcem tomi 6.*

E

confundit Pontanum,

48 *Confundatur igitur Iſaaci Pontani blaſphemus ſpiritus, quo in hiſtoria Rerum & urbis Amſtelodamenſium lib. 2 cap. 4, cum de Aula D. Georgii ejuſque loci apud Amſtelodamenſes œconomia, antiquitate, tranſlatione aliqua diſſeret, non dubitavit aſſerere, ab Arrianorum commentis fluxiſſe S. Georgium; & hæreticorum conſueta petulantia inſultat Bellarmino, contendenti lib. 1 cap. 20 de Eccleſia triumphante*, Sanctum Martyrem eſſe habendum Georgium, etſi draconem non occiderit, quod hoc approbet conſuetudo univerſalis Eccleſiæ, cui ſemper Georgii memoria celeberrima fuit. *Iactat ille ſe feciſſe* cuivis manifeſtum *Georgium Cappadocem haud altum fuiſſe, quam Arianum, Athanaſii & eccleſiæ hoſtem: idque confeciſſe gloriatur, eo quod de Georgio Alexandrino Sedis invaſore querantur Athanaſius & Nazianzenus, eumdemque pro Martyre à ſuis laudatum arguat Epiphanius: ac denique inſolenter ſciſcitatur, an etiam iſtorum ævo celeberrima fuerit memoria alterius Georgii, quam quem ipſi damnarunt; & in talibus ſeſe, ut qui grande Papatus arcanum retexerit, magnifice circumſpectat. Sed hæc dum ita temere effutit, dignum ſe oſtendit, cui regeratur in os iſte ſuus adverſus Bellarminum triumphalis Pæan*, En verba lapſantia & vaga! en argumenta gigantis plumbea!

F

blaſphemãtem non alium fuiſſe Georgium,

49 *Aimæru Pontane, deludi in Georgio Catholicos hoc argumento,* quod hodieque Alexandrini præter Michaëlis Archangeli & Marci Euangeliſtæ ædem, habeant etiam vetuſtam & ruinoſam eccleſiam S. Georgii extra urbem ad littus maris; eo nimirum loco poſitam ubi Georgii Cappadocis Arriani cadaver crematum cinereſque projectos in mare ex Ammiano retuliſti? *Demus ſane, eodem poſitam loco & quidem neque diu ante neque diu poſt cædem iſtius Georgii (quæ tria non aſſumenda gratis, ſed probanda fuerant, ut aliquid concluderes; nam vel una ex tribus partibus deficiente, corruit concluſio) demus, inquam, vera eſſe omnia, & quem Ammianus expreſſe dicit fuiſſe Cilicem, ſinamus etiam Cappadocem dici, quia*

quã pſeudo-Epiſcopum à gentilibus Alexandriæ diſcerptum,

Alexandriam

A *Alexandriam venit ex Cappadocia, teſte Athanaſio; numquid cum Georgii iſtius corpus crematum, cineres in mare projectos dicis, evidenter convinceris non eſſe hunc S. Georgium Catholicorum, cujus ſacrum depoſitum prope Dioſpolim ſepultum, ſub Conſtantino magno refoſſum, per mille & amplius annos ibidem fuit honoratum; ſicut & alibi notabiles quædam illius portiones? Quid quod mala fide allegetur Epiphanius, quaſi is hæreſi* LXXVI *aſſeruiſſet, ſceleratiſſimum Georgium,* à nonnullis pro martyre coli cœptum. *Ecce verba Epiphanii.* Dixerit autem fortaſſis aliquis de eo qui ſic mortuus eſt; Igitur Martyr factus eſt, qui à Græcis hæc paſſus eſt. Et ſi quidem pro veritate fuiſſet ipſi hoc certamen, & hæc accidiſſent ei à Græcis propter invidiam & confeſſionem in Chriſtum, revera inter Martyres, eoſque non parvos, locatus fuiſſet: non erat autem cauſa propter confeſſionem in Chriſtum, ſed propter multam violentiam, quam in ſuo appellato Epiſcopatu in civitatem & populum exercuerat. *Fuerint tamen ſic ſtolidi Arriani, ut eum habuerint aliquando pro Martyre; an eſt credibile Alexandrinum populum, fidei Catholicæ zelantiſſimum &* B *Athanaſii ſtudioſiſſimum, vel ipſum Sedi ſuæ reſtitutum Athanaſium, aut illius ſucceſſores orthodoxos, permiſſuros fuiſſe, ut hominis tam vulgo exoſi infamiſque memoriæ, ipſo quo in cineres redactus eſt loco, eccleſia poneretur? Vtique expectandus fuit per mille trecentos annos Iſaacius iſte, qui* Antichriſtum, id eſt inſcitiæ ac tenebrarum regnum, in aperto poneret, cuncta paulo accuratius enucleando, atque ad veri cubilia perveniret *primus, aliosque deduceret. Notandum autem non perfunctorie eſt, neque hæc tam abſona ita jactanter dici ab hæreticis potuiſſe, niſi in Baroniana vitula araſſent, & antidotum quod vir ille ſapientiſſimus paraverat quibuſdam Georgianæ Paſſionis circumſtantiis ſibi non uſquequaque probatis, converſiſſent in venenum; eodem argumento totum S. Georgium exufflatum à ſe gloriantes, quo ille motus dubitabat de Athanaſio mago, per ipſum, ut ſcribitur, ſuperato atque confuſo.*

quem Arriani pro Martyre habuerint,

50 *Quo vero ſpectat hæc poſtrema Appendicis ineptiſſima clauſula? quia monet,* Animadvertendum denique, ſummum fuiſſe inclinantis jam Eccleſiæ in Sanctis confingendis cacoethes: & in primis in hanc claſſem referendum Voraginenſem, quem profundiſſimarum tenebrarum vere voraginem dicere liceat: utpote cujus ex cerebro, ut olim Jovis, plurimi tales dii deæque Eccleſiæ Romanæ mirabili fœcunditate pullularunt. *Hactenus in toto Calviniſticarum rabularum grege* C *inventus eſt nemo, qui vel unicum Sanctum fictitium probaverit ab Eccleſia Romana coli: interim integra eorum agmina à ſe diffiata jactant:* & ne res ignoraſſe videantur, *prolis tam copioſæ parentem etiam digito ſignant, Iacobum de Voragine. Quem dum non ignorat Pontanus anno* MCCXC *claruiſſe, fateatur neceſſe eſt profundam rerum antiquarum, de quibus tanto cum ſupercilio ſcribit, vel ignorantiam vel negligentiam: cum paſſim videre & legere ſit templa iis, quos ipſe deridet & ex Iacobi cerebro prognatos fingit, Sanctis dicata, multis ante Iacobum ſeculis. De veris Sanctis falſa quedam ſucceſſu temporum credita & ſcripta, nimiumque facile à Iacobo recepta, non diffitemur, imo ipſi ſæpe primi oſtendimus: ſed dignum negamus virum, profeſſione religioſum, moribus inculpatum, gradu Epiſcopum, qui à ſciolis & novatoribus ſic proſcindatur ob librum, magno illius ſeculi commodo, licet delectu non maximo, ſtylo non latiniſſimo, ſcriptum.*

& Sanctis miſcuerit Iacobus de Voragine.

51 *Maneat ergo fixum ac firmum, S. Georgii celeberrimum cultum, non in aliquo errore ab hæreticis derivato, ſed in veriſſimo invicti Pugilis martyrio eſſe fundatum priuſque cœpiſſe eccleſias eidem extrui, quam Ariana hæreſis invaleſcere. Hujus cultus jugem atque perpetuam ſucceſſionem priuſquam pergo ſequenti Paragrapho comprobare; ne piis hominibus ingeratur ſolicitudo importuna, & impiis cavillandi augeatur materia, audituris tot loca Sancti hujus brachium, aut caput, aut aliam notabilem portionem monſtrantia; occupandi utrique ſunt, monendique, receptiſſimam eſſe conſuetudinem, ut caput, brachium, ſcapula & cetera membra pro qualibet ipſorum parte nominenter; imo corpus pro parte corporis; nimiumque ſeveri ac parum humani ingenii accuſationem mereri, qui vulgo receptos loquendi modos immutatos correctoſque volunt, ideo tantum quod brevitas obſcuritatem, obſcuritas errandi quandoque occaſionem patiat imperitis. Sapientior illis Gregorius Nazianzenus contra Iulianum ſcribens,* Venerantur, *inquit,* fideles pie ſancteque corpus integrum, ubi vel tenuis tantum pulviſculus habeatur alicujus Sancti; quod ejuſdem eſt virtutis cujus eſt integrum corpus.

objecturis multitudinem Reliquiarum S. Georgii,

respondetur ſæpe partem pro toto ſumi,

AUCTORE D. P.

52 *Sed neque diſſimulanda eſt alia, eaque inter tot humanarum rerum caſus nequaquam evitabilis cauſa multiplicandarum ſub unius Sancti nomine Reliquiarum, ſæpe plurium, quam unius corporis menſura potuerit elargiri; videlicet, quod evaneſcente paulatim diſtinctiva memoria ſynonymorum Sanctorum, neceſſario quoque fieri debuerit ſucceſſu temporis, ut quotquot ſub eodem nomine ſic habebantur Reliquiæ, crederentur ejuſdem quoque eſſe Sancti, ejus videlicet qui omnium tali nomine appellatorum vulgo* E *notiſſimus & celeberrimus eſt. In Reliquiis porro, per viros ſeculares militareſque, ab Oriente in Europam reverſos, huc allatis, ſpeciales quædam difficultates ſunt, & juſta cauſa ſuſpicandi, illis, impotenter injurioſeque in Aſia agentibus, & immodico Reliquiarum auferendarum deſiderio haud levem turbationem inferentibus, ſæpe unas pro aliis oblatas eſſe ab iis, qui ſuos ſpeciales Patronos nolebant dimittere, & tamen volebant à moleſtis exactoribus quomodocumque liberari. Accedit quod ſimiles theſauri, in locis occultis abditi, non raro à curioſis ſcrutatoribus eruebantur, abſque alio indicio cujus eſſent, quam ſolius nominis aureis argenteiſque vaſis inſcripti; de quibus ſi quæ extitere monumenta, ea vel propter Græcæ linguæ imperitiam neglecta, vel omnino nuſquam inventa fuere. Quid? quod pia iſta, ut vocabantur, rapinæ, Principum atque Antiſtitum eas prohibentium reſpectu occulta habebantur, donec eſſent in tutum locum allatæ; & ſacra oſſa plerumque ſuis ſpoliata thecis, ad poſſeſſorum egeſtatem per iter ſublevandam, privata quoque fuerint argumentis variis, per quæ in pleniorem notitiam veniri forſitan potuiſſet, atque diſcerni, quod cujus Sancti membrum eſſet.*

nec omnes ejuſdem S. Georgii eſſe:

quia tamen diſtincta ſingularum notitia periit,

53 *Inutilem omnino, ne dicam noxiam, ſolicitudinem æſtimabit, quiſquis de hiſce rebus prudenter ſentiet, ſcrupuloſius verſari circa qualitatem quantitatemve, tum aliarum, tum earum reliquiarum quæ S. Georgii nomine titulata* F *venerationem obtinent; quamvis plures hoc nomine Sancti vixerint, magnoque in honore poſt mortem fuerint apud Orientales. In illis qualibuſcumque particulis agnoſcimus magni Martyris unius gloriam, toto orbe per omnia ſecula ſucceſſive propagatam: neque dubitamus quin alii poſteriores Sancti Georgii, ſicut gloriantur nomen ab illo traxiſſe, qui primus iſtud ſuo ſanguine conſecravit; ita gaudeant eidem tranſcribi partem honoris, qui ſibi deferendus erat, ſi quam conſtanter perſeveravit ſacrarum reliquiarum religioſe venerandarum uſus, tam diſtincta quoque manſiſſet notitia ſingularum. Eſto oſſa aliqua non hujus ſed alterius S. Georgii ſint; non fruſtrabitur ſuo intento religio venerantis Sanctum, quem ſolum novit; imprudenter autem commovebitur ab eo, qui dubitationem ciere tantum, non vero & tollere poterit, probabiliter definiendo, quid cujus ſit.* Maneat pietas, *inquit auctor Florarii, à nobis in ſimili caſu ante Vitam Scholaſticæ num.* 37 *citatus,* & revelabitur veritas, quando in regeneratione mortuorum, quod ſuum eſt ſingulis abſque confuſione reddet, & quod in multas diviſum eſt partes, abſque imminutione redintegrabit, corporum reſuſcitator idem qui conditor Deus. *Idem ſuo vindicabit judicio quidquid in ſacrarum Reliquiarum tranſlationibus (quales multas infra referemus ad S. Georgium ſpectantes) volenter, irreverenter, aut etiam ſacrilege & avare eſt actum; interim*

unum notiorem in iis omnibus recte honorari,

eſto forte ſint alterius S. Georgii,

AUCTORE D. P.

terim providiſſe contentus, ut qualiſcumque injuria, locis ſacris & Sanctorum pignoribus illata, compenſaretur auctiori ac religioſori apud exteros vereque orthodoxos cultu. Quod ſi quandoque aliqui turpem quæſtum captavere, non tantum veras Reliquias indigne tractando, ſed etiam falſas pro veris venditando, an ideo promiſcue omnium honor abrogandus eſt? Non magis certe, quam negandæ pauperibus omnibus eleemoſynæ, quia egeſtatem mentiantur aliqui. Sicut autem nimiam curioſitatem circa hos refugit caritas Chriſtiana, ne dum ſcrupuloſe quæritur pauper, Chriſtus in paupere vacuus dimittatur: ita nec prudens religio ad examen revocat, quæ bona fide acceperunt à majoribus poſteri, nec ulla certa ratio cogit habere ſpecialiter ſuſpecta; maxime quando piam fidelium credulitatem ſignis & miraculis confirmari videt, aut ſummorum Principum vel virorum Sanctorum atteſtationibus niti, pluriumque ex ordine ſeculorum indubitata perſuaſione.

aut alius aliquis error lateat.

§ VI. Poſteriores tranſlationes Reliquiarum S. Georgii, & templa ac monaſteria iis locupletata.

B

54 *Paulus Muſcia, Canonicus Panormitanus, omnes ingenii ſui nervos intendens ad augendum honorem magni Martyris Georgii, nulli pepercit diligentiæ, qua poſſet venire in notitiam eorum locorum, quæ ſpeciali iſtius Sancti Patrocinio vel etiam Reliquiis gloriantur: in hoc unum intentus, ut qui ubique regionum colitur, ſic coli etiam ſciretur. Litteras ergo quaquaverſum dedit, quarum aliquæ apud nos extant, ad omnes, quoſcumque putabat poſſe & velle quidpiam conferre ad laudem communis Patroni; & quæ nanciſci potuit omnia tradidit Laurentio Finicchiaro, noſtræ Societatis Sacerdoti, librum de S. Georgio Italice ſcribenti, quem anno 1658 publicavit. Continet is prolixam enumerationem earum omnium eccleſiarum quarum notitiam habuit, tamquam Georgiano cultu aut reliquiis inſignium. Sed in hoc quantumcumque labor diligentiaque certarint, collectoris tamen & ſcriptoris facultatem adeo ſuperavit materiæ copia, ut nullo modo dubitem affirmare, incomparabiliter plures ejuſmodi eccleſias eſſe quas prætermiſit, præ iis quas nominavit. Neque tamen eſt animus defectum iſtum ſupplere, ſubſequendo præeuntem per ſingulas regiones Finicchiarum: ſed de iis ſolum propoſuimus hoc Paragrapho agere, quibus addita diſtinctior nota temporis, magis facit ad intentum noſtrum, ordiendo ab octavo ſeculo, quoniam in fine ſeptimi deſinunt exempla, ſuperius ordine regionum digeſta.*

Quid circa hæc rem præſtitum nuper in Sicilia ſit,

quomodo eadem hic tractanda.

C

55 *Fontanellenſe monaſterium, à S. Wandegriſilo ædificatum in ea Galliæ parte, quæ nunc Normannia dicitur, habet hiſtoriæ ſuæ Chronicon, ultra dimidium ſeculi* XI *deductum, & in ſecundo tomo Spicilegii Acheriani impreſſum juxta ſeriem Abbatum, quorum decimus quartus fuit S. Auſtrulphus, anno* DCCXLVII *exorſus regimen, quod tenuit uſque ad* DCCLIII, XIV *Septembris commemorandus.* Hujus tempore, *inquit Chronicæ auctor,* magnum miraculum conditor mundi omnipotens Deus ac pretioſum theſaurum populis illis, in pago Coriovallenſi reſidentibus, oſtendere dignatus eſt. Nam Comitatum ejuſdem pagi tenente Rihwino Comite, vas quoddam ad inſtar parvi fari in medio maris, juxta locum qui vocatur Portus-ballii, ſuper aquas ferri viſum eſt: ſicque paulatim appropinquando, in ipſo emporio conſtitit. Quod cernentes vicini more vulgi mirari cœperunt, quidnam hoc fore vellet: deinde ad Comitem accedunt: rem novam paudunt: ſicque una cum Comite, religioſos quoque viros ac Sacerdotii dignitate fulgentes, ad hoc inauditum ſpectaculum invitant. Qui propius accedentes, cum grandi pavore, fide tamen majori,

Circa an. 750

turricula lignea appellit ad Portum-ballii.

inſpiciunt in latere ejuſdem turriculæ oſtiolum ſera firmatum: quod reſeratum introſpicientes, reperierunt Codicem Euangeliorum pulcherrimum, quatuor Euangelia continentem, Romana littera optime ſcriptum, membranis mundiſſimis honeſtaque forma confectum. Juxta quem inveniunt & capſam: quam aperientes repererunt partem ex pretioſiſſima maxilla B. Georgii Martyris, cum aliis plurimis pignoribus diverſorum Sanctorum; inſuper & ſalutiferi ligni Crucis Dominicæ: quod in eadem capſa litteris ſigillatim declaratum erat. Deinde indicto jejunio, quid agendum ſit deliberant.

D

continens Reliquias S. Georgii;

56 Expleto namque ipſo jejunio plauſtrum præparant, cui prædictum farum imponerent, ut quo Domini decreviſſet voluntas perferretur: duabus quoque vaccis eidem plauſtro applicitis, ſummi Arbitri præſtolabantur nutum. Nec mora, eædem vaccæ concito gradu cum ipſo plauſtro, populis exſpectantibus atque proſequentibus; ſine ductore ac ullius bubulci adminiſtratione, ad eum locum, qui uſque nunc Brucius vocatur, pervenerunt. Erat autem poſſeſſio cujuſdam illuſtris viri: ibi namque ut eccleſia conſtrueretur in honore B. Georgii Martyris, omnibus placuit. Comes tamen prædictus primus in hoc negotio erat: qui una cum populis ſibi ſubditis, condidit in eodem loco baſilicam in honore B. Georgii Martyris: duæque aliæ eccleſiæ, id eſt, una in honore beatiſſimæ matris ac perpetuæ virginis Mariæ, altera in ſanctæ Crucis eſt fabricata honore. Ubi divina præſtante clementia, obtentu Sanctorum (quorum pignora ſacratiſſima cum particula pretioſi capitis S. Georgii Martyris Chriſti ſervantur) tanta fiunt uſque ad præſens miracula, ut, niſi [ſuſcipiantur] à fidelibus, qui noverunt Dominum plurimas in Sanctis ſuis operari virtutes, fidem excedant. Eſt autem idem vicus in ardui montis planitie ſitus, cui ab Auſtrali plaga fluvius adjacet qui vocatur Undua, diſtans ab eo loco plus minus duo millia. Turriculæ autem illius formam, inqua concluſæ erant, quia vidi, etiam deſcripſi. Eſt autem formæ quadratæ, ex quatuor videlicet angulis ab imo aſſurgens; & ita opus omne, paulatim minuendo in latitudine, in ſummo anguſtum redditur, ut pyramidem in altitudine reddat, uniuſque mali parvi concluſione ſolidetur. Habet quoque in medio ſui ſolariolum, in quo codex ille Euangelicus cum capſa ſervabatur, cui deſuper aptum laquear, eminet in altitudine pedum circiter octo, in latitudine trium.

quæ miraculoſe perferuntur ad locum,

E

ubi mox conſtructa illius eccleſia.

F

57 De qua vero parte aut loco, aut qualiter in ipſum pagum pervenerit, ab univerſis incolis ejuſdem loci uſque ad præſens habetur incertum. *Hactenus auctor Chronici, qui deinde ex Geſtis Pontificum referens eodem tempore factam inventionem Capitis S. Georgii Romæ ſub Zacharia Papa, ſuſpicari ſe ait,* aliquos venerabiles viros, aut de Britannia, id eſt gente Anglorum, qui maxime familiares Apoſtolicæ Sedi ſemper exiſtunt, vel de quacumque provincia, ad quam intrandum mare tranſeundum eſt, tunc temporis in Romana affuiſſe urbe; præfataſque Reliquias, ab ipſo Pontifice acceptas, dum domum redire vellent, in mari correptos naufragio aut qualicumque diſcrimine; ſicque ipſa pignora amiſiſſe, nutuque Dei in ipſum territorium advecta fore, ubi uſque nunc à fidelibus populis ſumma excoluntur veneratione. *Quid ni potius eccleſia aliqua Italica aut Gallica, mari vicina (nam Romanis litteris, uti legibus, ſubditæ Romano Imperio provinciæ utebantur) ejuſdem maris alluvione aut turgidi præter morem fluminis impetu dejecta, mediis in aquis deſtituerit turriculam ſive tabernaculum, molis longe grandioris, quam ut credi poſſit ad transferendas Reliquias comparata, etiamſi ſolum octo pedes alta fuiſſet, ſicut*

undenam ea accepta videantur.

an ex naufragio redeuntium Romæ?

A *ſicut eum locum intellexiſſe videtur Acherius ſic interpungens.* Habet quoque in medio ſui ſolariolum ... cui deſuper aptum eſt laquear. Eminet in altitudine pedum circiter octo, in latitudine trium. *Si autem noſtrã interpunctionem, qua ſenſus longe clarior fit ſequare, credes hanc, non totius turriculæ, ſed illius cavitatis eſſe menſuram, quæ capſam & codicem continebat; univerſi autem operis altitudinem duplo aut triplo majorem fuiſſe: qualis & in eccleſiis ſolebat uſur pari, & ſuper mare paulatim allabens procul ac diu conſpici poterat.*

58 *Vt ut ſit,* conſequenti quoque tempore, *inquit idem auctor,* quidam paterfamilias, nomine Bernehardus; quia poſſeſſio ejus erat, in qua ipſa baſilica prædicti Martyris ſita videtur; huic *Fontanellenſi* cœnobio eam contradidit: ſicque in ditionem hujus loci pervenit. *Quod autem ad ſitum attinet,* Comitatus Corro-vallenſis *nomine, arbitror intelligi debere eum terræ tractum, qui nunc* le Pays de Caux *nuncupatur: nomine forſitan contracto ex* Corvaux, *potius quam ab antiquis* Caletibus *Galliæ Belgicæ populis. Hujus certe regiunculæ extremum cornu, qua ampliſſimum Sequanæ æſtuarium Oceano Britannico commiſcetur, inſidet oppidum hodieque non ignobile, quodq; antomaſtice* le Havre, Portus, *aut cum addito,* le Havre de Grace, Portus-gratiæ *dicitur, quale hic indicatur fuiſſe* Portus-Balii, *tunc quoque* emporii *nomine dignum. Hinc vero Rotomagum verſus aſcendentibus, trans parvum fluvium, in tabulis Geographicis deſignatur vicus* S. Georgii, *ſex leucarum Gallicarum intervallo à* Portu, *ſingulari ſcilicet accolarum devotione erga Sanctum, veterem appellationem paulatim immutante. Sed hæc hactenus rei explicandæ cauſa deduxiſſe ſufficiat, prolixiora ſane quam hujus Paragraphi ſcopus poſtulabat, propter excellentiam miraculi, in iſta Reliquia Georgiana deportatione mari terraque patrati; tranſeo ad cetera ſimili patrocinio illuſtrata loca celerius percurrenda, ſervato tamen temporis potius quam ſitus ordine.*

Portus Balii quis & ubi?

59 *De S. Angilberto Abbate Centulenſi egimus die* XVIII *Februarii, & expoſuimus obitas ab eo ad Apoſtolicam Sedem legationes, an.* DCCXCII *&* XCIV *ſub Hadriano Papa; iterumq; ſub Leone* III, *anno ejusdem ſeculi* XCVI; *quando ei ab Alcuino magiſtro ſuo datum in mandatis vidimus, ne obliviſceretur acquirere* patrocinia Sanctorum & res eccleſiaſticæ pulchritudinis: *quod etiam credimus eidem curæ fuiſſe, cum anno* DCCC *Carolum Romam eſt comitatus, & monaſterii ſui exemptionem obtinuit. Hic in libello quem conſcripſit de ædificiis, reliquiis, vaſis & ceteris ornamentis eccleſiæ Centulenſis à ſe curatis, inter Reliquias, quas fatetur accepiſſe* de ſancta Romana eccleſia, largiente bonæ memoriæ Adriano ſummo Pontifice & poſt eum venerabili Leone Papa Romano, de Conſtantinopoli vel Hieroſolymis ... deinde de Italia, Germania, &c. *nominat Reliquias* S. Georgii, *iisque & aliis ibidem recenſitis* præparavimus inquit, capſam majorem auro & gemmis, quam ... ſubtus cryptam S. Salvatoris ponere ſtuduimus. *Fuit autem eccleſia S. Salvatoris una ex tribus Centulæ ædificatis à S. Angilberto* (*ut dicitur* § 5 *Comment. prævii, ex Ioanne Capella, Chronici Centulenſis auctore*) *& habebat inter alias capellam S. Petri dictam, in qua erant oſſa* BtB. *Petri & Pauli &c. & nunc dicitur CAPSA SANCTÆ PRIMÆ,* id eſt (*ut poſtea idem Capella explicat*) primitivæ fundationis eccleſiæ militantis: quia in eadem requieſcunt quam plura corpora (*ſeu partes corporum*) Petri, Pauli, Joannis Baptiſtæ & aliorum Confeſſorum atque Sanctarum Virginum; *quorum ſcilicet & quarum nomina ſigillatim fuerunt ab ipſo Angelberto litteris conſignata: unde apparet inter primitiva eccleſiæ Martyres ibi habitum fuiſſe S. Georgium.*

delata Reliquiæ Centulam

à S. Angilberto,

60 *Anno* DCCCXIII, *ut ſcribit Gabriel Bucelinus parte 2 Germaniæ ſacræ pag.* 38, in Hercinia ſylva apud villam Nehartikirchung, fundari cœpit egregium cœnobium S. Georgii, ab Hezilone & Heſſone viris illuſtribus, *ipſum probabiliter, quod Ludovicus Pius in decreto de monaſteriis Francorum anno* DCCCXVII, *tomo 2 Francicorum du Cheſne pag.* 323, *recenſet inter* LIV monaſteria, quæ nec dona nec militiam dare debent, ſed ſolas orationes pro ſalute Imperatoris vel filiorum ejus & ſtabilitate imperii: *quamvis errore typographi, ſed per indicem correcto,* S. Gregorii *nomen pro* Georgii *obrepſerit. Nempe tenuibus adhuc initiis ſurgebat monaſterium, nec niſi anno* XXIV *iſtius ſeculi abſoluta ædificatio fuit, eaque primitivæ novellorum monaſteriorum paupertati conveniens,* rudi, *ſcilicet* opere, donec paulatim in magnum ſplendorem excreſceret. *Quæ* in Caſtro Cabillono, *fuit* parva baſilica, conſecrata Deo in honore B. Georgii Martyris, *quo ſeculo primum ſit extructa nuſquam invenitur: de ea auctor Vitæ Ludovici Pii pene coævus ſcribit, quod, cum civitatem occupaſſet anno* DCCCXXXV *Lotharius, rebellis parenti filius, & crudelium victorum more direptam paſſus eſſet incendi; illa quidem* hinc inde cincta fuerit lambentibus & ſævientibus flammis, ſtupendo tamen miraculo non potuit aduri, *ſola reliquæ urbi combuſtæ ſuperſtes.*

eccleſiæ Cabillone incombuſta ſervatur,

61 Anno ab Incarnatione Domini DCCCXXXVII, die V menſis Aprilis, Clericus quidam Italicus, nomine Felix, *Fuldam* attulit, *cum aliis Reliquiis variis, etiam particulam ex oſſibus* S. Georgii, *uti ſcribit Trithemius in vita B. Rabani Mauri, tunc Abbatis Fuldenſis, poſtea Moguntini Archiepiſcopi, edita ad* IV *Februarii, num.* 29. *Anno* LV *iſtius ſeculi Lotharius Imperator, diviſo in filios Imperio, ad Prumienſe monaſterium ſe recepit, quod variis Sanctorum Reliquiis à ſe locupletatum teſtatur ipſe, eo diplomate quod apud Brovverum lib.* 8 *Annalium Treviren. num.* 114 *legere eſt; atque inter alia numerat* Brachium S. Georgii. *Eodem ſeculo uſq; ad annum* LXXXVIII *deducto, in diœceſi Conſtantienſi creatus eſt Abbas Augiæ-divitis Hatto ejus nominis tertius, & ibidem, teſte Bruſchio in Chronologia monaſteriorum Germaniæ,* conſtruxit cellam ſive templum S. Georgii, ad quod Arnolphus Imperator multos pagos contulit. *Anno* DCCCXCIV, *cum corpore S. Rigoberti Remenſis Archiepiſcopi, ut habetur in hiſtoria Tranſlationis num.* 14, *die* IV *Ianuarii, in villam pagi Veromandenſis Nemmicum,* delata eſt copia pretioſarum reliquiarum, poſitaque ad caput ejus in Baſilica S. Martini, *ubi inter alias Sanctorum Martyrum nominantur* Reliquiæ S. Georgii. *Circa idem tempus, Cameracenſem Sedem tenente Dodilone, qui in ea ab anno* DCCCLXXXVII *ad* DCCCC *perſeveravit, Baralenſes inter Atrebatum & Cameracum Canonici* (*de quorum eccleſia, à S. Vedaſto in honorem S. Georgii conſecrata, actum ſupra num.* 42) videntes Normannorum bachaniam circa iſtam provinciam ubique deſævire, ſacras Reliquias in noſtram eccleſiam detulerunt, *inquit Baldricus lib. 2. cap.* 11 *Chronici Cameracenſis. Hos præpropere feſtinantes regredi ad ſua, cum nullis diſſuaſionibus poſſet retinere Epiſcopus prænominatus,* Cum hæc, *inquit,* ita ſit veſtra ſententia; eſto: in manu veſtra deliberationem conſtituo: illud tamen pignus pretioſi brachii (*Georgianum erat*) apud me retinebo. *Prudenter ſane; tertio enim ab urbe milliario à barbaris deprehenſi periere, & locus redactus in ſolitudinem eſt;* illudque ſacrum brachium, *inquit idem Baldricus,* apud nos taliter hodie uſque remanſit, *id eſt, uſque ad finem Seculi* IX; *& noſtro* XVII *ſeculo inchoato ſcribens Georgius Colvenerius Notas ad Baldrici Chronicon,* Etiamnum, inquit, idem brachium ſeu reliquiæ S. Georgii, incluſæ brachio argento obducto, in dicta Metropolitana eccleſia Cameracenſi religioſe aſſervatur.

Reliquiæ allatæ Cameracum.

fundatur monaſteriũ in Hercynia,

62 *Quã antiquæ apud Venetos appellationis ſint* inſula & capella S. Georgii, *nemo eſt qui docere nos poſſit; hoc certũ, eas an.* DCCCLXXXII, *Ducis & Senatus Veneti munificentia,* Ioanni

Seculo 10 erecta monaſteria Venetiis,

AUCTORE D. P.

Ioanni Mauroceno ſociisque donatas eſſe, ad condendum ibi monaſterium, quid hodie ornatiſſimum nobiliſſimumque ſub titulo S. Georgii Majoris *viſitur, Litteras donationis hujusmodi integras habet* Ferdinandus Vghellus *Italiæ ſacra tomo 5 col. 1272, ubi dicitur quod* eccleſia *illa fuerat* pertinens ad dominium baſilicæ S. Marci: *quomodo autem illuc anno* MCCXCVI *allatum ſit, ex Florenſi Calabriæ monaſterio, os brachiale ejusdem S. Martyris; & anno* MCCCCLXII. *pars capitis ex Ægina inſula; infra in hiſtoriis Tranſlationum dictarum apparebit. Eodem tempore, quo iſtud virûs in urbe Veneta, alterum in urbe Praga virginibus ejusdem Benedictini inſtituti fundavit dotavitque Mlada, Boleſlai crudelis filia, anno ſcilicet* DCCCLXXXVI, *ut ſcribit Bucelinus Parte 2 Germaniæ ſacræ pag. 39.*

atque Praga.

63 *Poſt annum à Chriſto nato milleſimũ vix biennium fluxit, quando Suanhildis, Vxor Ekhardi I Marchionis Miſniæ & Turingiæ, teſte ubi ſupra eodem Bucelino, prope Nuenberg ſive Naumberg, fundavit illuſtre inſtituti Benedictini cœnobium, S. Georgii dictum. Seculo* XI *ultra medietatem decurſo Herribertus Veromanduorum Comes cum Hildebranta conjuge eccleſiam antiquam S. Georgii in oppido Roya, ditavit proventu opulento, ubi quæ ſunt patrata miracula infra dabuntur ex Ms. Eodem circiter tempore Gofridi Martelli Andegavenſium Comitis uxor Agnes,* apud Vendocinum caſtrum . . . in ſupercilio montis, *ubi tunc aula eorum erat,* ædificavit eccleſiam S. Georgii, Canonicoſque poſuit, & capellam Conſulis vocari præcepit; *uti in Geſtis Conſulum Andegavenſium narrat Fulco, & ipſe poſtea Conſul Andegavenſis ex Martelli ſorore Ermengarde natus: quem legere eſt in Tomo* X *Spicilegii Acheriani. Interim auctore Conſtantino Monomacho, Conſtantinopoli in Manganis, id eſt, in Armamentario per Conſtantinum Magnum extructo, ſurrexit una cum monaſterio famoſum illud* S. Georgii *templum* ad Mangana *dictum, & Boſphoro Thracio ſuo celebritate nomen dedit, quo teſte Guilielmo Tyrio lib. 2 cap. 7 ipſe Boſphorus* Brachium S. Georgii *appellatur. Inſignibus multis Reliquiis templum hoc exornatum fuiſſe ſcribit Ioannes Cantacuzenus lib. 1. cap. 59: inter quas haud dubie fuerint illæ, de quibus, capta à Latinis anno* MCCXL *Conſtantinopoli, à Walone Sartonenſi repertis, una cum capite S. Ioannis Baptiſtæ, agitur in hiſtoria hujus Ambianum tranſlati, dicitur que quod* capite B. Georgii eccleſiam Majoris-monaſterii decoravit; Brachium vero miſit ad Pinconienſem eccleſiam, cujus erat Canonicus; & digitum ad Sartonem, unde extiterat oriundus. *Vbi* Majus-monaſterium *Gallice* Mor-motier *in Turonia, perperã ab interprete ſcriptum eſſe pro* Morandi-monaſterio, *Gallice* Mares-moutier *in Picardia, argute obſervat Carolus du Freſne in ſuo de capite ſancti Precurſoris tractatu. Quid enim in mentem veniſſet Waloni, tanto labore quæſitum theſaurum tam procul à patria amandare?*

Item ſeculo XI in Turingia,

B

64 *Vrbe Conſtantinopolitana poſtmodum à Turcis capta, manſit ſua eccleſiæ ad Mangana dictæ veneratio tanta, ut eam ferre non valentes barbari, Amuratho Imperatori ſuo, remedium contra graſſantem peſtilentiam quærenti, perſuaſerint, non aliter poſſe placari offenſum Mahometi ſui numen, quam illius ædis everſione. Quod cum ille fieri imperaſſet, nocte decretam ruinam præcedente, apparuit irato ſimilis Georgius, & niſi à deſtinato deſiſteret flagitio, ipſumque locum in eadem veneratione haberet, in qua apud Principes Chriſtianos fuerat, diriſſimam ipſi mortem comminatus eſt. Ex qua viſione ita fuit conſternatus barbarus, ut ægre cohiberi à familiaribus potuerit, quo minus è feneſtra ſeſe præcipitem daret, iratum Sancti vultum non ſuſtinens mox autem ut illuxit, non modo mandatum prius revocandum curavit, ſed etiam lampadem argenteam fieri, quæ cum annua penſione, Græcis Sacerdotibus ibidem famulantibus præſtanda, loco iſti offerretur, quemadmodum narrat Laurentius Finicchianus pag. 239, auctorem in margine citare oblitus. Idem pene ante annos 55 denuo accidiſſe, hujus utique qui modo regnat Imperatoris Turcarum patri aut avo, ſcribit Theophilus Raynandus opuſc. de S. Georgio num. 19, ſcilicet apparitione mortem minitantis Georgii, conterritum tyrannum, mox ut experrectus eſt, revocato præcepto edixiſſe ut templum ſtaret, & ſuis impenſis lampas ibidem aleretur: idque haberi ex relatu P. Franciſci Camiliac, nobiliſſimi pariter ac religioſiſſimi viri, reverentis Conſtantinopoli, ubi adfuerat cum res ageretur.*

Roya & Vindocini in Gallia,

C

cf. ad Mangana.

D

65 *Chriſtiana Æra ſeculo* XII *ad finem vergente, ſuſcepta à Latinis eſt inſignis illa in Terram Sanctam expeditio, cujus proſperâ initia inſignibus S. Georgii favoribus cum referrentur accepta, plurimique tam duces quam milites publicis privatisque ſancti Martyris beneficiis ſeſe obſtrictos faterentur, difficile dictu eſt quomodo ejusdem cultum illi promoverint, ad ſuas quique regiones urbesque reverſi. Ex eo ſcilicet tempore factum eſt, ut in toto Belgio, (unde fiat de reliquis gentibus conjectura) nulla non dico civitas, ſed nec urbecula ſit, quæ non habeat vel templum vel ſacellum vel ſaltem aram cum ſodalitio, veneration i S. Georgii conſecratam. Ex eodem tempore plurimæ ſocietates, ad armorum tractationẽ & religionis aut patriæ defenſionem inſtitutæ, illius ſibi patrocinium delegere, neque illæ tantum, ſed integræ quoque nationes & regna, uti de Luſitania, Arragonia, Anglia aliisque docet Finichiarus; & paſſim omnibus notum eſt. Quam minime vana ea religio fuerit, demonſtrabunt exempla auxiliidivinitus collati per S. Georgium devotis illi cultoribus, terra marique, inter Analecta inferius proponenda. Quot novis templis monaſteriisque nobilibus eadem ex tunc teſtata fuerit, quam multis locis communicatæ Reliquiæ, quia infinitum foret explicare, finem huic Paragrapho faciam pauca quædam exempla addendo.*

Occaſione expeditionum in Terram-Sanctam,

E

66 Anno MCXX celebratum eſt concilium *Bellovacenſe, ad quod pro Daimberto Archiepiſcopo Senonenſi ægro rogatus ire Arnaldus Abbas S. Petri-vivi, & ipſe in itinere morbo correptus, ſubſtitit* ad eccleſiam S. Lupi, videlicet Naudo (*ſuſpicor locum eſſe ſuper Oeſiam, Bellomonti vicinum, qui hodie* Villers S. Leu, *id eſt,* Villare S. Lupi *dicitur*) cum autem inde exire vellet, *inquit Clarius auctor chronici, tunc pro ſuo Abbate ad Concilium profectus,* acceſſit ad eum vir venerabilis, Alexander vocatus, ipſius eccleſiæ Capellanus, omni laude dignus multisque virtutibus honeſtiſſime decoratus; & quatuor phylacteria argentea deaurata, *quorum* quartum *erat* de S. Georgio, præſentavit; referens, quia cum eſſet Capellanus Comitis Stephani, *ſcilicet Blesenſis,* ultra mare ſecum ivit *an.* MCI. *Qui Stephanus cum, optione ſibi à Balduino Rege Hieroſolymis data, ex regio ſanctuario acciperet de ſepulcro Domini & de Cruce ejus &* de corpore S. Georgii; effecit idem Alexander cum ſumma ſagacitate, ſicut ipſe referebat, per ſocietatem quam habuerat cũm Arnulpho *tunc Regis Seriniario & Eccleſiæ Hieroſolymitanæ Cancellario, atque poſt decennium à Comitis adventu tandem Patriarcha,* ut ſibi de iisdem Reliquiis clam portiunculas daret, qui non negavit, quoniam antiqua ſocietas eum hoc facere coegit. . . . . Elevans autem Dominus Abbas tanta & tam magna munera (*in quibus pius ille Sacerdos proteſtabatur* cor & animam *dare, & pro quorum cultu annuo quamdam ſuam domum legabat monaſterio*) reverſus eſt ad propria. Receptæ ſunt autem capſellæ ſanctarum Reliquiarum à Clero & populo; ac monſtrata ſolenniter & deoſculata 11 Kalendas Novembris *anni* MCXXI, *uti plenus in præcitato S. Petri-Vivi chronico legitur tomo 3 Specilegii Acheriani.*

cultus D. Georgii valde propagatur.

Reliquiæ Senonas deferuntur,

F

67 *Anno* MCXXXVIII *Reimbertus ſive Regimbertus, ex Abbate S. Petri Saliſburgenſis, Sabionenſis ſeu Brixinenſis Epiſcopus, in ſua diœceſi condidit cœnobium* Benedictinum, *cui* Mons S. Georgii *nomen fuit, à ſacello, quod ibi ante annos non multos cognatorũ ope conſiderat ſibi ſociisque, ad vitam eremiticam aſpero illo loco ducendam aggregatis,* Ratboldus, *ex Aiblingenſi Dynaſta ſanctiſſimus ſolitarius; ubi, inter alias quam plurimas Reliquias, à Bucelino recenſitas, haberi dicuntur* Tutelaris Divi partes inſignes, brachium ſcilicet

cœnobium conditur in Subalpinis,

licet tanti triumphatoris ; *& ne integrum eſſe dubites, enumerantur brachii partes ſingulæ* pechys & radius, majus & minus os brachii, quæ auro omni & gemmis omnium æſtimatione prævaleant. Hoc quoque ſeculo, cum divinæ benignitati placuiſſet ſuo occulto judicio, quo humilia ſublevat, ſublimia in ordinem diſpenſat & revocat, capellam S. Georgii de Dola, per aliquot tempora deſolatam, gloria miraculorum miſericorditer illuſtrare, per eum cujus meritis tantas Deus in eadem virtutes operatur, ut cæci videant, muti loquantur, demones à poſſeſſis corporibus ejiciantur ; *eodem inquam, ſeculo, exorta eſt controverſia ſuper oblationibus ibidem affluentibus, compoſitaque per inſtrumentum, munitum ſigillo Abbatis Balmenſis nomine Guigonis, & Ebrardi Theſaurarii eccleſiæ Bizuntinæ, & Decani in S. Mariæ Magdalenæ (apud quam in Archivio ipſum ſervatur) conditum vero ante annum* MCLXXI, *quo ſcilicet Eberardus prædictus factus eſt ibidem Archiepiſcopus.*

miracula crebreſcunt in Burgundia,

68 *Gallicani Martyrologii auctor Sauſſajus, cum ad* XXIII *Aprilis dixiſſet, Toloſæ celebrem eſſe Natalem Sancti,* ob brachium dexterum abOriente cum aliis pretioſis ſpoliis adductum à Roberto Comite Flandriæ, Sanctique Saturnini ſacrario, Cælitum pignoribus ornatiſſimo, oblatum, *addidit* : At corpus ipſum ſacratiſſimum ibi poſtea allatum, altarique S. Margaritæ impoſitum, in argenteo feretro ibidem honorifice requieſcit. *Ad brachium quod attinet, fuit illud pars iſtius oſſis, cujus partem alteram dono Mathildæ Comitiſſæ habent Ferrarienſes, alteram Abbas Aquicinctinus anno* MC *à prædicto Comite Roberto accepit, ut infra apparebit : quod autem corpus, dicitur potuerunt eſſe quædam Divi oſſa, in monaſterio prope Ramam inventa ab eo, qui primus brachium iſtud accepit, uti dicitur in Ms. illo : ſed quando aut qua occaſione allata Toloſam, vellemus ſimili documento doceri. Idem vellemus ſcire de aliis Georgianis Reliquiis, quæ multis in locis aſſervantur ; atque imprimis de Brachio, quod S. Anno Colonienſis Archiepiſcopus divino admonitu quæſivit & reperit in templo S. Pantaleonis, tranſtulitque ad extructam à ſe S. Georgii Baſilicam, ut infra ex ejus Vita dicetur.*

Reliquiæ feruntur Toloſam,

69 *Finniacharus, inter loca Reliquiis Georgianis nobilitata, Pictavos in Gallia, Nanceium in Lotharingia nominat, Clerium in Liguria, & ibidem partes cranii aſſervari dicit ; aſſerit etiam Valentiam in Hiſpania, Brixiam in Lombardia, Catanam in Sicilia ipſius Sancti brachio gloriari. In Genuenſi Metropoli, præter brachium, etiam os crurale honorari ; Varſiæ, diœceſis Dertonenſis oppido, ſimilis Reliquiæ veritatem probatam miraculo, cum qui illud furto auferre niſus eſt, hæſit in aëre ex brachio pendulus ; Bononiæ, Neapoli atque Panormi mandibulam, ſeu mandibulæ partem ; caput denique ait Syracuſis haberi. Addè Reliquias innominatas de corpore ejuſdem Sancti, quas in Hierogazophylacio Belgico Arnoldus Rayßius, Audomaropoli, Brugis, Broucburgi, Duaci, Latiis, Ogniaci, Quercucincti, Rutilæ ſive Rettelæ, Walciodori & Wmoci-bergæ aſſervari ſcribit : Antonius Tepez in chronico Benedictino Centuria 6 ad an.* 1052 *cap.* 10 *agit de Cœnobio S. Georgii Azuelenſi in Navarra, ibique ait ejuſdem ſancti Caput haberi. Rochus Pyrrhus in Notitia eccleſiæ Melitenſis, ab eadem haberi dicit Brachium Sancti, idque confirmat Vghellus tomo* 7 *Italiæ ſacræ, dicens illud in æde Metropolitana iſtius inſulæ aſſervari : idem tomo* 8 *aſſerit de Metropolitana Brunduſina. Omitto plura alia loca nominare, quæ ſimili protectione, ſumptiſque è corpore Protectoris ſui particulis gaudent ; aut tales ſeſe habere exiſtimant.*

& ſimiles in pluribus locis habentur.

ACTA,

EX MSS. GR.

Ut extant apud Lipomanum & Surium, Interprete Franciſco Zino ex MS. Græco Veneto, Collata cum MSS. Vaticano & Florentino.

CAPUT I.

Perſecutio à Diocletiano excitata, Georgii generoſa confeſſio, primæ diei tormenta.

1 DIocletianus Romanorum Imperator, ſceptris indigne potitus, & primus eorum, qui ſibi cũ illo Romanum imperium vindicabant (tres enim erant) cum Auguſtus declaratus eſſet Cæſar, omniaque ſibi tum adverſus hoſtes, tum in ſubjectis populis è ſententia cedere videret ; magno ſtudio, ut ſibi quidem videbatur, in eam curam incubuit, ut divinam benevolentiam compararet. Summam enim pietatem & bonorum omnium finem, in eorum, qui dii vocantur, cultu ſitam exiſtimabat. Quamobrem aſſidua illis & magnifica ſacrificia faciebat : inprimisque Apollinem, ut rerum futurarum peritiſſimum, venerabatur. Quem cùm aliquando de quodam negotio conſuluiſſet, ita reſpondiſſe ferunt, *a* ut eos, qui in terris juſti eſſent, ſibi impedimento eſſe diceret, quo minus vera prænuntiaret, eorumque cauſa fieri, ut tripodum vaticinia falſa deprehenderentur. Opinionis igitur errore deceptus miſer, ſcire vehementer cupiebat, quinam illi eſſent in terris homines juſti. Reſpondens autem è ſacerdotibus quidam : Chriſtiani ſunt, inquit, Imperator. Hanc ille reſponſionem, tamquam eſcam, devorans, bellum adverſus Chriſtianos, quod jam quieverat, rurſum excitavit. Statim igitur arma, quæ adverſus ſcelera comparata ſunt, in homines innocentes exerceri, & in omnes provincias edicta cædis plena mitti cœperunt. Videre licebat carceres, adulteris, & ſicariis & flagitioſis hominibus vacuos ; eorum autẽ, qui Chriſtum Deum ac Salvatorẽ faterentur, plenos. Videre licebat, veteribus & uſitatis cruciatuum generibus, tamquam levioribus, repudiatis, graviora quædam excogitari, quibus plurimi quotidie Chriſtiani paſſim afficiebantur.

Diocletianus dæmonum cultor præcipuus,

ſævit in Chriſtianos.

2 Cum autem ad Tyrannum variæ criminum delationes adverſus Chriſtianos undique, inprimisque ab Orientis Procuratoribus *b* veniſſent, quod edicta ipſius contemnerent, qui ſe Chriſtianos profitebantur, quorum numerus iniri non poſſet, adeo ut vel in propria religione vivere ipſis permittendum eſſet, aut bello repente nihil ejuſmodi opinantes opprimi deberent ; ille, his omnibus auditis, animi celans indignationem, & præ ſe ferens humanitatem. Præfectos omnes ad ſe, præcipueque totius Orientis Procuratores accerſivit. Qui cum celeriter omnes conveniſſent, Senatu convocato, ſuam adverſus Chriſtianos ſævitiam patefaciens Imperator, juſſit, ut quid quisque de re propoſita ſentiret, in medium proferret. Cumque alii aliud dicerent, ad extremum ipſe virus evomuit, deorum religione nihil eſſe præſtantius aſſerens. Cujus ſententiam cum alii comprobaſſent, rurſum, Si meam, inquit, benevolentiam magnificitis, quando ita ſentitis, ſtudioſe operam date, ut Chriſtianorum religionem ex univerſo imperio meo prorſus expellatis. Quod ut facilius perficere valeatis, ego vobis totis viribus favebo. Omnibus autem approbantibus & collaudantibus, Senatui & ipſi Diocletiano viſum eſt, ea de re iterum & tertio ad populum *c* referre.

ſenatu approbante.

3 Tunc in exercitu aderat etiã admirabilis Chriſti

EX MSS. GRÆCIS

miles Georgius, qui in Cappadocia non obſcuro loco è Chriſtianis parentibus natus, in vera pietate jam inde ab ipſa pueritia fuerat inſtitutus. Hic cum ad pubertatem nondum perveniſſet, patrem *d* in certamine pietatis egregie pugnantem amiſit, è Cappadociaq; cum matre in Palæſtinam, unde erat oriunda, ſe contulit: ubi multæ illi poſſeſſiones & ingens erat hæreditas. Ob generis igitur nobilitatem, cum jam & corporis pulchritudine & ætate ad militiam aptus eſſet, Tribunus militum eſt conſtitutus. Quo quidem in munere cum virtutem ſuam in bellicis certaminibus, ſeque ſtrenuum militem oſtendiſſet, Comes *e* à Diocletiano conſtitutus eſt, antequam Chriſtianus eſſe cognoſceretur. Cum autem eo tempore mater è vita diſceſſiſſet, majoris cupidus dignitatis, maximam è divitiis ſibi relictis partem accepit, & ad Imperatorem profectus eſt. Tunc autem vigeſimum *f* ætatis annum impleverat.

d

S. Georgius Tribunus militum & Comes,

e

f

4 Cum igitur primo ſtatim die tantam in Chriſtianos crudelitatem animadvertiſſet, & Senatuſconſultum mutari non poſſe, opportunum ad ſalutem tempus illud exiſtimans, omnem pecuniam & veſtem celeriter pauperibus diſtribuit, ſervoſque præſentes libertate donavit, deque abſentibus, quod ſibi videbatur, conſtituit: & tertio concilii die, quo Senatus decretum confirmandum erat, & Principum crudelitatis auctorum ſententiæ comprobandæ aut refellendæ; ipſe, omni formidine humana rejecta & ſolum Dei timorem in animo conſervans, hilari facie & mente tranquilla in medio conſeſſu ſtetit, & ad hunc locutus eſt modum: Quouſque tandem, ô Imperator & Patres conſcripti & Quirites, bonis uti legibus ſoliti, furorem veſtrum in Chriſtianos augebitis, legeſque adverſum illos iniquas ſancietis, & homines innocentes perſequemini? & ad eam, quæ vos, an vera ſit, ignoratis, religionem eos, qui veram didicere, compelletis? Hæc idola non ſunt dei, non ſunt, inquam, dei. Nolite per errorem falli. Chriſtus ſolus eſt Deus, idemque ſolus Dominus in gloria Dei patris. Per ipſum facta ſunt omnia, & Spiritu ſancto ejus omnia reguntur & conſervantur. Aut igitur vos item veram agnoſcite religionem; aut certe illos, qui eam colunt, nolite dementia veſtra perturbare.

omnia ſua dat pauperibus,

B

per orat pro Chriſtianis,

5 His verbis attoniti, & inopinata dicendi libertate perculſi, oculos ad Imperatorem omnes converterunt, auditurі, quidnam is ad ea reſponderet. Imperator autem, tamquam perſtrictis tonitru auribus, iracundiæ impetum in ſe cohibens, Magnentio cuidam ex conſidentibus amico, qui tunc erat *g* Conſul, annuit, ut Georgio reſponderet. Hic propius ad ſe illum accerſens: Ecquis, inquit, tibi iſtius audaciæ & magnæ in loquendo libertatis eſt auctor? Veritas, inquit Georgius. Tum Conſul ſubjecit: Quæ eſt illa veritas? Reſpondit Georgius: Chriſtus ipſe, quem vos perſequimini. Ergo tu quoque, Magnentius inquit, Chriſtianus es? Ego ſervus ſum Chriſti mei, reſpondit Georgius: eoque confiſus, in medio veſtrum *h* ultro conſtiti, ut veritati teſtimonium exhiberem. His verbis populo concitato, & aliis alia dicentibus, incertus quidam rumor exaudiebatur, ut fieri in tanta multitudine conſuevit.

fidem chriſt: confitetur,

C

g

h

6 Tunc Diocletianus, ſilentio per præcones indicto, cum defixis in ſanctum juvenem oculis, eum agnoviſſet, ſic illum eſt allocutus: Et olim nobilitatem tuam admiratus, ætatemque honore dignam exiſtimans, te ad majores provexi dignitatis gradus: & nunc, quamvis ad perniciem abutaris dicendi facultate, tamen quia prudentiam & fortitudinem tuam diligo, tibi quæ utilia ſunt, conſulo tamquam pater, hortorque te, ne rei militaris commoda deſeras, neve ætatis florem contumacia tua cruciatibus ſubjicias: ſed diis ſacrificans, majora à nobis expectes præmia, qui pietatem tuam remunerabimus. Sanctus autem Georgius reſpondit: Utinam potius tu ipſe, Imperator, per me verum Deum agnoſcens, ei ſacrificium laudis ab ipſo quæſitum offerres: præſtantiori enim atque immortali te regno donaret. Siquidem illud, quo nunc potiris, cum ſit caducum & fragile, celeriter corruit atque dilabitur. Quamobrem & ea quæ ex ipſo proveniunt, cum ſint fugacia, nihil poſſidentibus proſunt. Itaque nullum ex iis meam in Deum meum pietatem labefactare, nullum cruciatuum genus timorem illius ab animo meo excutere poterit, aut mortis formidinem injicere. Hæc vir ſanctus dum loquitur, Imperator totus ira percitus, nec permittens, ut faceret dicendi finem, ſatellitibus jubet, ut eum è Concilio haſtis *i* expulſum, in carcerem conjiciant. Celeriter illi faciunt imperata: ſed cuſpis, quæ viri ſancti corpus attigit, inſtar plumbi reflectitur, & os martyris laudibus perſonat.

Diocletiano blandienti,

D

præclare reſpondet.

i

7 In carcerem igitur deductum, humi proſternunt, compedibus vinciunt, *k* & ejus pectori lapidem ingentem imponunt: utrumque enim Tyrannus imperaverat. At vir ſanctus id patienter ferens, Deo non deſtitit uſque ad ſequentem diem gratias agere. Cum enim dies illuxiſſet, rurſus eum Imperator ad quæſtionem vocavit. Et cum videret illum lapidis pondere defatigatum: Reſipuiſtine, inquit, Georgi, an adhuc in errore permanes obſtinatus? Cui graviter vir ſanctus reſpondens: Adeone, inquit, Imperator, ignavum me putas evaſiſſe, ut tam parvo ac puerili ſupplicio à religione deficerem, & pietatem abnegarem? Prius ipſe torquendo defatigaberis, quam ego tortus. Ego te, inquit Diocletianus, ſuppliciis ita pucrilibus afficiam, ut tibi celeriter vitam eripiant. Jubet igitur rotam prægrandem afferri, mucronibus undique præfixam, ad eamque virum ſanctum alligari, paratiſque in ea gladiis dilacerari. Pendebat in aëre rota, inferius autem aderant tabulæ, in quibus denſiſſima erant ſpicula præfixa, gladiis ſimilia, partim rectas habentia cuſpides, partim aduncas ad hamorum ſimilitudinem, partim cultros coriarios imitantia. Cum igitur rota per gyrum tabulis appropinquaret, & vir ſanctus, tamquam agnus, tenuioribus loris & funiculis ita conſtrictis, ut intra carnem abſconditi inhærerent, vinctus eſſet; & per gladios, volvente rota, tranſire cogeretur, acutiſſima eorum acie corpus exceptum dilaniabatur, & ſcorpii more contortum diſſecabatur. Hoc ille ſupplicii genus ſtrenuus perferens: primum quidem magna voce precabatur, deinde ſecum ipſe tacite gratias agebat Deo, nec ſuſpirium quidem ullum edebat. Mox bonum temporis ſpatium, tamquam dormiens, conquievit.

k

In carcerem conjectus, dire affligitur:

E

per rotam lacerat us,

F

8 Diocletianus igitur eum mortuum exiſtimans, lætus deoſque collaudans: Ubi eſt, inquit, Deus tuus, Georgi? Cur te ex hoc ludicro ſupplicio non liberavit? Cum autem juſſiſſet eum ab illa machina ſolui, ipſe ad ſacrificandum Apollini profectus eſt. Ceterum magna nube ſtatim exorta, & maximo tonitru erumpente, vox deſuper emiſſa eſt, quam multi exaudierunt ita differentem: Ne timeas, Georgi: tecum enim ſum. Paulo poſt autem, qualis numquam antea, ſerenitas ſucceſſit: & vir candidis veſtimentis indutus, rotæ aſſiſtere viſus eſt, qui facie coruſcanti manum Martyri porrexit, & ipſum complexus ſalvere juſſit. Nemo autem audebat ad eum propius accedere, neque ex illis, qui illum aſſervabant, neque ex iis, qui miſſi fuerant, ut ipſum à rota ſolverent, quoad is qui apparuerat, ex eorum conſpectu diſceſſit. Tunc à machina ſolutus viſus eſt ſanctus Martyr, & præter omnium expectationem incolumis

divinitus ſanatur:

Imperatori ſiſtitur:

incolumis conſtitit, & Deo gratias agebat ac Dominum invocabat.

Duo Prætores Chriſtũ confitentur.

9 His perſpectis, milites ingenti ſtupore correpti, rem Imperatori, adhuc in templo ſacrificanti, denuntiant, ſancto etiam Georgio coram conſtituto. Quem cum adſpiceret Imperator, primum quidem ita ſe rem habere non credebat, & illum Georgium negabat eſſe; ſed alium ei ſimilem eſſe dicebat, aut ejus certe ſimulacrum, quod ſpectatores deluderet. Verum cum accuratius illum contemplantes, qui aſſiſtebant, agnoviſſent, & Martyr ipſe ſe Georgium eſſe diceret, obmutuerunt. *l* Porro ex adſtantibus duo, dignitate Prætoria decorati, quorum unus Anatolius, alter Protoleo vocabatur, cum antea in Chriſti religione eſſent initiati, re admirabili conſpecta, plenam fidem conceperunt, & ſublata voce dixerunt: Unus eſt Deus magnus & verus Chriſtianorum. Hos igitur confeſtim Imperator extra civitatem duci, atque indicta cauſa jubet obtruncari.

Imperatrix credit.

Multi præterea ad Dominum ſe converterunt, in ſeipſis fidem continentes, qui libere loqui non audebant. *m* Sed & Imperatrix Alexandra veritatem agnovit quam libere loqui incipientem Conſul abduxit, ac priuſquam de illa rem intelligeret Imperator, domum dimiſit.

ANNOTATA.

a *Græce additur*: ex antro quodam & tenebroſo receſſu Phœbum reſponſa dare, quia &c.

b Ἄρχοντες, *id eſt*, Præſides *ſive* Regentes *in Græco appellantur, & paulo poſt*, Ἐπιτροπεύοντες, *quod etiam ſignificat* Procuratores.

c Εἰς δευτέραν καὶ τρίτην ἐκκλησίαν περὶ τούτου συνιδεῖν καὶ ψηφίσασθαι, In ſecundum ac tertium conventum conſultationem ſuffragationemque circa hoc differre, *nulla facta populi mentione: non magis quam ſupra, ubi hic vertitur* Senatu convocato, *Græce legitur*, ἐκκλησίαν ἐγείρας.

d *Noviſſima Acta in Ms. Regis Francia, citata in Comment. prævio num.* 10, *addunt, Patri nomen* Gerontii, *dignitatem* ſpectatiſſimi copiarum Ducis.

e *Eadem* Primi ſcholarum agminis Comes, *ipſumque Georgium inſerunt* illuſtri ordini Aniciorum *ſeu* Invictorum.

f *Eadem* viginti duos annos natum *faciunt.*

g *Romanum Conſulatum hoc anno* 303 *gerebant Diocletianus* VIII *& Maximianus Herculius* VII. *Quod ſuos præterea urbes ſingulæ Conſules habuerint, & talis fuerit hic Magnentius, non audemus absque idonea auctoritate ſtatuere: magis propendemus, ut credamus* Conſulem *dici, pro* Conſulari *ſeu* Proconſule, *prout* 13 *aprilis ad Acta SS. Maximi, Quintiliani & Dadæ factum oſtendimus. Si quis autem opinari etiam velit,* Magnentium *pro* Maxentio; *Maximiani Herculii filio, poſitum, poterit dicere, Conſulis titulum, quem tertio ab hinc anno primum accepit, eidem hic per quamdam prolepſim datum.*

h *Græce* αὐτόκλητος, per meipſum vocatus, *id eſt* à nemine accerſitus.

i *Ibidem* κόντοις, *quod ita acceperunt encomiaſte, quaſi revera fuerit vulneratus Sanctus, ſed mox divinitus ſanatus: malim credere transfigi juſſum, cedente ferro laſum non fuiſſe: nam alias non eſſet locus huic miraculo ab omnibus relato.*

k *Græce additur*, ἐν τῷ ξύλῳ, in ligno.

l *Mss. noſtra* Στρατιλάτας, Duces, *appellant.*

m *Eadem* in quibus, *ſcilicet occultam veritatem tenentibus*, erat etiam Alexandra Imperatrix: quam deinde volentem confidenter profiteri &c.

CAPUT II.

EX MSS. GRÆCIS

Nova tormenta & miracula, victoria de Athanaſio mago.

a Incalcis foveam demerſus S. Georgius.

HÆc Diocletianus indigne *a* ferens, cum ratione nihil agere poſſet, juſſit ſanctum virum, ſtatim in foveam calcis recens extinctæ conjectum, in tertium uſque diem aſſervari, ne qua ex parte excogitari auxilium poſſet. Cum igitur vinctus ad ejuſmodi ſupplicium duceretur, magna voce ſic precabatur: O conſervator afflictorum, ô præſidium eorum, qui perſecutione vexantur, ô ſpes illorum de quibus nulla eſt ſpes, Domine Deus meus, exaudi preces ſervi tui, & aſpice me ac miſerere mei. Libera me, Domine, ab inſidiis adverſarii, & concede mihi ut ad finem uſque nominis tui confeſſionem immutabilem conſervem. Ne derelinquas me, Domine, propter iniquitates meas, nequando dicunt inimici mei, Vbi eſt Deus ejus? Oſtende potentiam tuam, & nomen tuũ illuſtra in me inutili ſervo tuo. Mitte Angelum tuum indignitatis meæ cuſtodem, qui Babylone fornacem in rorem commutaſti, & ſanctos pueros tuos incolumes conſervaſti, quoniam benedictus es in ſecula. Amen. His dictis ac toto corpore Crucis ſigno munito, in foveam, gaudens & laudans Deum, ingreſſus eſt. Miniſtri autem, qui miſſi fuerant, omnibus ut juſſum erat peractis, reverſi ſunt.

inde illæſus educitur.

11 Diocletianus vero, cum tertius adeſſet dies, acerſitis dixit: Infelicis illius Georgii, quem propter ejus perverſitatem & contumaciam in calcis foveam conjeciſtis, ne monumentum quidem volo ſectatoribus *b* ejus extare; ne dum ab illis colitur, glorioſæ inſaniæ capti cupiditate, in perniciem ruant. Ite igitur, & ſiquid ex miſeri illius oſſibus adhuc reliquũ eſt, defodite, atque in perpetuum abolete. Hæc milites mandata cum accepiſſent, quanta potuerunt celeritate profecti ſunt, ſequente magna populi multitudine, ut quid factum futurumve eſſet perſpicerent. Expurgata igitur calce, intus repertus eſt vir ſanctus, habitu ſplendido, tamquam è convivio veniret: qui manibus in cælum ſublatis, Deo pro univerſis beneficiis ejus agebat gratias. Egreſſo autem illo, & nullum læſi corporis veſtigium circumferente, tam admirabili ſpectaculo qui convenerant obſtupeſcentes, uno omnes ore Georgii Deum collaudabant, & magnum eſſe dicebant.

b

12 Interea dum morantur milites ac tempus terunt, rumor ad Diocletianum pervenit: qui cum S. Georgium ſtatim acerſiſſet, ſtupore attonitus, ſic eum eſt allocutus: Aperi nobis, Georgi, unde tibi hæc adſint, & quibus abs te artibus fiant. Arbitror enim te, ad magicæ artis oſtentationem, Crucifixi religionem ſimulare, ut præſtigiis ad ſtuporem omnes adducas, & te magnum oſtendas; ac Deum tuum, quiſquis eſt, deorum omnium præſtantiſſimum prædices. Ego quidem, reſpondit vir ſanctus, exiſtimabam, Imperator, ne os quidem poſſe vos aperire in ejus Dei contemptum, qui nulla in re non potens eſt, & ex hujuſmodi anguſtiis in ſe ſperantes liberat. Verum, quando in tam profundum erroris barathrum, urgente diabolo, decidiſtis, ut ne illa quidem, quæ veſtris oculis cernitis, miracula credatis, ſed præſtigias appelletis; veſtram equidem cæcitatẽ deploro, ac vos miſeros cenſeo; ſed indignos tamen, quibus reſpondeam, puto. Nunc, inquit Diocletianus, cognoſcam, an, nobis cernentibus, res facias admirabiles; & nos, quibus reſpondeas, indignos putes. Sed vel invitus habebis, qui medeantur tibi. Tunc jubet ferreas crepidas afferri, oblongis clavis præfixas, eaſque in conſpectu ſuo accenſas ardenteſque in utrumque ipſius pedem induci, ipſumque

Imperatori inſultat.

EX MSS. GRÆCIS

que vapulantem usque ad carcerem trahi. Irridensque dicebat, Quam velox cursor es, Georgi. At Martyr, cum tam acerbe traheretur & vapularet, secum ipse exultabat: Curre, inquiens, Georgi, ut apprehendas. Sic enim curris, ut non incassum. Deinde Deum suum invocans, dicebat: Respice de cælo, Domine, & vide laborem meum, & audi gemitum compediti servi tui: quoniam multiplicati sunt inimici mei,& odio iniquo oderunt me propter nomen tuum. Sed tu ipse sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea: & da mihi patientiam usque in finem, ne quando dicat inimicus meus, Prævalui adversus eum. Ita precabatur, dum ad custodiam, in quam conjectus fuit, perveniret, afflictus ex vulneribus, quæ ardentes crepidarum clavi pedibus ejus inusserant.

ferreas ardentes crepidas indutus,

13 Cum autem totum illum diem ac noctem, quæ subsecuta est, Deo gratias agens transegisset, postridie accitus, in conspectu adstitit Imperatoris, qui juxta publicum theatrum sedebat. Aderat & Senatus universus. Sanctum igitur virum Imperator conspicatus ita recte incedentem, ut si ex crepidarum molestia nihil acciperet impedimenti, magna cum admiratione: Quid est, inquit, Georgi? Num ad voluptatem & gratiam crepidæ tibi repertæ sunt? Sane quidem, sanctus Georgius respondit, Imperator. Tunc ait Diocletianus: Audacia depositâ, modeste obtempera; & magicis artibus rejectis, accede, ac diis propitiis sacrifica: alioquin multis aliis cruciatibus affectus, hac dulci vita tandem spoliaberis. Quam stulti, Georgius inquit, videmini! qui Dei mei potentiæ præstigiarum nomen imponatis; ejusque præsidia magicis artibus comparantes, ludicras dæmonum, qui à vobis coluntur, fallacias tam impudenter jactetis. Acri voce, trucique adspectu Diocletianus Martyris orationem interpellans, adstantibus imperavit, ut os ejus cæderent: Sic, inquiens, doceatur, Imperatores non esse contumeliis afficiendos. Deinde jussit, ut nervis bubulis tandiu vapularet, dum caro ejus cum sanguine terræ agglutinaretur.

commode incedit,

B

in os caditur, vapulat nervis bubulis.

14 Cum autem sanctus Martyr ita crudeliter excruciatus, nihil hilaritatem vultus immutaret; Imperator admiratione plenus, ad eos, qui proxime aderant, conversus: Equidem, inquit, hæc non virtutis & fortitudinis, sed magicæ artis opera dixerim. Magnentius autem ad eum ait: Est hoc in loco, Imperator, vir quidam magicæ artis peritissimus, quem si jusseris accersiri, Georgius celeriter victus, oraculis tuis succumbet. Statim igitur accersitus magus, adstitit coram Imperatore. Ad quem Diocletianus: Quæ, inquit, homo iste nefarius egerit, præsentes omnes sciunt: quomodo autem illa perfecerit, vestrum tantum est intelligere. Aut igitur præstigiis ejus dissolutis, modestum & temperantem hunc nobis redde: aut magicis medicamentis ex hac vita celeriter extrude, ut propriis tandem artibus captus, debitam mortem experiatur. Id enim cum jam statuissem, vivere tamen adhuc permisi. Athanasio autem (hoc enim illi mago nomen erat) omnia se facturum postridie promittente, Imperator virum sanctum in vinculis custodiri jubens, è tribunali descendit. Ipse vero custodiam rursus ingressus, Deum vocabat, dicens: Admirabilis sit misericordia tua, Domine, super me: & dirige gressus meos ad confessionem tui, & perfice cursum meum in fide tua, ut in omnibus laudetur nomen tuum.

Commissus cum mago Athanasio,

C

15 Postero autem die, cum Diocletianus in altiori loco pro tribunali sederet, magum adesse jussit. Ille autem præsto fuit, prudentium gravitatem præ se ferens: & medicamenta quædam in testaceis vasculis ostendens, ait Imperatori: Adducatur nunc reus, & sentiet omnino, diis coadjuvantibus, medicamentorum meorum vires. Si enim insanum hunc vis in omnibus, quæ jubes, dicto audientem efficere, hanc sorbeat potionem. Et pariter proferebat unum medicamenti vasculum. Sin apud tribunal tuum amaram hujus mortem mavis videre; hoc bibat. Et parvulum alterum vasculum demonstrabat. Evestigio S. Georgium adduci jubet Imperator, & adstanti ipsi: Jamjam, inquit, Georgi, magicæ artes tuæ aut omnino dissolventur, aut desinent: ac jubet ipsum per vim sumere paratum pharmacum. Ille autem hauriens ipsum intrepide, nihil ex illo sensit incommodi. Denique nulla rei novitate secuta, gaudens adstabat, dæmonum fraude illusa. At Imperator insaniens, alteram quoque ipsi potionem jussit dari, atque ut biberet cogi. Divus autem Georgius, vi non expectata ac sorbens, eodem modo incolumis auxilio divino & gratia servatus est. Obstupuit autem Imperator pariter cum toto Senatu, sed & ipse Athanasius spectaculo rei. Ac non multo post dixit Martyri: Quousque tandem nos factis tuis ad stuporem adducis? Quandiu nobis verum non fateris; qua scilicet ratione, quæ tibi admota sunt tormenta contempseris, & medicamentorum, quæ in manibus sunt, injuriam effugeris? Agedum pande nobis omnia, clementer audituris.

D

oblata ab eo veneficia innoxie bibit,

E

16 Tunc B. Georgius respondebat: Ne nos existimes, Imperator, humanis servari consiliis, sed Christi invocatione, ejusque potentia: quibus etiam freti, cruciatus nihili facimus, juxta arcanam illius disciplinam. Diocletianus autem: Quænam, est, inquit, ista hæc Christi tui disciplina? Divus Georgius respondit: Cum provideret vestram in pejus diligentiam, suos ille domesticos confirmans instituit, ne timerent eos qui corpus occidunt, & supervacanea ne curarent: Capillus, inquiens, de capite vestro non peribit: & quamvis mortiferum quid biberitis, vobis non nocebit. Denique ausculta, ô Imperator: hæc est vera ejus promissio, ut breviter declarem: Qui in me crediderit, opera, quæ ego facio, & ipse faciet. Diocletianus, Quæ autem, inquit, vos opera ejus esse dicitis? Divus Georgius respondit, Cæcos illuminare, leprosos curare, claudos dirigere, surdis aures aperire, spiritus ejicere, mortuos in vitam revocare, atque his similia. Conversus ad Athanasium Imperator: Tu, inquit, quid dicis ad hæc? Respondit Athanasius: Miror quomodo hic mansuetudinem tuam mendaciis refellens, fallere imperium tuum sibi posse persuadeat. Nam multa quidem beneficia à diis immortalibus quotidie consequimur, & ipsorum bonitate multis bonis fruimur: sed mortuos ad vitam revocari hoc tempore nequaquam vidimus: hic autem mortali fidens homini, & Crucifixum Deum colens, maximorum signorum impudenter ipsi testis est. Verum quando coram nobis omnibus fatetur Deum suum talia fecisse, & veram ejus promissionem experiri sperantes in eum, ac quæcunque ipse fecerit, eos quoque facturos; mortuum ipse excitet coram te, & tunc nos quoque illius Deum, ut magnipotentem, venerabimur. Ecce igitur mortuus in arca ex adverso posita, quem ego noveram, paulo ante sepultus est. Hunc si Georgius excitaverit, revera vicerit.

& Christi potentiam prædicat:

Matt. 10, 28
Luc. 21, 18
Mar. 16, 18
Ioan. 14, 12

ad mortuũ suscitandũ provocatus,

F

17 Admiratus Imperator consilium Athanasii, id ut tentaret, annuit. Erat autem arca magna, è regione stans tribunalis, cum dimidii stadii intervallo. Tunc Magnentius assistens Imperatori, petiit divum Georgium, quibus adstringebatur, vinculis relaxari: & ad ipsum: Nunc, inquit, Dei tu mirabilia opera ostende, & nos cunctos ipsi per fidem conciliabis. S. Georgius: Consul mi, inquit, Deus, qui de nihilo creavit omnia, nec impotens est per me mortuum

non detrectat, sed Deo fretus,

G

A tuum hunc ſuſcitare. Sed mentibus veſtris per errorem deceptis, quid verum ſit, intelligere non poteſtis. Tamen propter adſtantem populum id, quod tentandi gratia petitis, per me Deus efficiet, ne hoc quoque magiæ aſſcribatis. Ecce enim in veſtro omnium conſpectu magus, quem adduxiſtis, nec incantatione ulla, nec cujuſquam deorum veſtrorum potentia hoc fieri poſſe, vere confeſſus eſt. Sub oculis igitur & auribus omnium veſtrum circumſtantium, *fuſis precibus rem peragit:* Deum meum invoco. Cum hoc dixiſſet, genibus flexis, propemodum lacrymans Deum rogabat; & ſurgens, voce magna ſic precatus eſt: O æterne Deus, Deus miſericordiæ, Deus omnium virium, atque omnia potens, qui ſpes in te ſperantium non confundis; Domine Jeſu Chriſte, exaudi me miſerum ſervum tuum in hora hac, qui ſanctos Apoſtolos tuos in omni loco & in omnibus prodigiis & ſignis exaudiſti: & da huic generationi malæ ſignum ab ea petitum, & ſuſcita mortuum in urna poſitum, in confuſionem non colentium te, in gloriam tuam, & Patris, & Spiritus ſancti. Obſecro, Domine, demonſtra iis, qui circumſiſtunt, te eſſe Deum ſolum altiſſimum ſuper univerſam terram, & ipſi cognoſcant te eſſe Dominum potentem, & tuo nutui omnia ſubjacere, & tuam eſſe gloriam in æternum. B Amen. Et Amen ab eo prolato, ſonus factus eſt magnus, adeo ut contremuerint omnes. Tum retecto loculo, atque humi tegumento lapſo, reſurgens mortuus, cunctis videntibus de urna exilivit.

18 Statim igitur exorto populi tumultu, pleriſque plaudentibus & Chriſtum ſummum Deum extollentibus, Imperator ejuſque familiares obſtupeſcentes & incredulitatis pleni, primum quidem adhuc magum eſſe Georgium dicebant, & ſpiritum introducere in fraudem ſpectatorum. *quo viſo convertitur magus,* Ut vero eum, qui à mortuis reſurrexerat, hominem vere agnoverunt Chriſtum invocantem, accurrentemque ad divum Georgium, atque ipſi adhærentem, prorſus conſilii inopes obmutuere. Athanaſius autem accurrens, ad ſancti pedes procidit, Chriſtum clara voce vocans Deum omnipotentem; ac Martyrem obſecrans pro ſeipſo, ut ſibi eorum, quæ per ignorantiam commiſiſſet, veniam deprecaretur. At longo poſt temporis ſpatio Diocletianus ſilentium populo indicens, ita locutus eſt: Videtis fraudem, viri? Cernitis horum malitiam præſtigiatorum? Peſſimus hic Athanaſius, ſui ſimillimo & ejuſdem artis ſtudioſo occulte favens, pharmaca, quæ nobis pollicitus eſt, non propinavit; ſed potius incantamentorum vim habentia, ad noſipſos decipiendos. Quocirca Georgius illis offenſus minime eſt: quin potius impudentior factus, mortuum ſe ſuſcitaturum pollicitus eſt: quem ipſi fictæ *d* mortis ſpecie defunctum, ad pravi conſilii ſui exitum excitare finxerunt.

d *& capite plectiuur.* 19 His dictis, tyrannus ilico Athanaſium jubet, una cum eo qui revixerat, indicta cauſa, ſecuribus cædi, ut qui clara voce Chriſtum Deum ſolum prædicaſſent: ſanctum vero Martyrem Georgium carceri incluſum, in vinculis eſſe, donec à muneribus publicis vacans, quid de illo faciendum ſit, deliberet. Hiſque conſtitutis, in regiam ſe recepit. Sanctus autem Georgius carcerem ingreſſus, ſpiritu exultabat, & gratiarum actione Deum proſequebatur: Gloria, inquiens, tibi Domine, qui non confundis ſperantes in te. Gratias tibi ago, quod mihi adjutor ubique extitiſti, quod majoribus me quotidie beneficiis afficis, & indignitatem meam exornas. Dignum me fac, Deus, Deus meus, qui celeriter videam gloriam tuam, diabolo tandem confuſo.

ANNOTATA.

a *Græce* εἰς λάκκον ἀσβέστ, *quo nomine intelligitur viva calx, uti à fornace educitur, antequam ſuper infuſa aqua extinguatur internus fervor: dicitur tamen recens extincta, id eſt, non amplius ardens.* EX MSS. GRÆCIS

b *Ibidem* συμμύσταις, eorumdem ſacrorum conſortibus.

c *Oportet tribunal poſitum fuiſſe, vel in porta civitatis, unde conſpectus erat in pomœrium; vel extra urbem ad publicum theatrum, uti mox infra dicitur: nec enim moris erat Romanis aut Græcis intra urbes ſepelire mortuos.*

d *Græce:* Quem ipſi ad mali ſui executionem propoſiti excogitarunt morbo quodam ſenſus vinciente occupare.

CAPUT III.

Extrema S. Georgii de tyranno victoria.

Curato poſt alios ægros, 20 DVm autem ipſe eſſet in carcere, quicunque Chriſti fidem imbiberant, propter ea quæ peracta erant, ad ipſum profecti, tradita cuſtodibus pecunia, ad ejus procidebant pedes, & apud eum manebant: ex quibus multi etiam ægrotantes, per Chriſti ſignum & nomen ab eo curati ſunt. Inter quos etiam vir quidam, Glycerius nomine, privata fortuna, arans, altero ex bobus (ut ſæpe contingit) humi collapſo & abjecto, & tantum non expirante, E poſteaquam de ſancti viri fama à quibuſdam didicit, currens in carcerem, bovis jacturam deplorabat. Tandem arridens huic S. Georgius: Abi, inquit, læ- *moribundo bove Glycerii,* tus: Chriſtus enim meus bovem tuum ad vitam revocavit. Ille autem verbis credens & currens, invenit, ſicut dixerat ei vir ſanctus. Mox vero, ne paulum quidem moratus, reverſus eſt; & ad Martyrem accurrens, per civitatem voce magna clamabat: Magnus eſt certe Deus Chriſtianorum. Comprehendentes igitur ipſum milites quidam, qui ipſi forte occurrerant, per *a* ſatellites rem Imperatori nuntiavere. Is autem furore plenus, & ne ipſum quidem aſpiciens, nec dignum quem interrogaret exiſtimans, gladio obtruncari extra urbem juſſit. Hic ergo Glycerius gaudens, & tamquam ad convivium aliquod vocatus, currebat ante milites à quibus duce- *denuo acbatur, cuſatur Sanctus:* batur, & magna voce Dominum invocabat, orans, ut martyrium ſibi baptiſmatis loco poneretur: atque ita vitam finivit. Tunc quidam è Senatoribus apud Imperatorem ſanctum Georgium accuſabant, quod in carcere ſedens, fama populum commoveret; multoſque à diis abducens, oſtentis magicis Deo adjungeret crucifixo. Itaque ad quæſtionem rurſus ducendum videri, & ſi reſipiſceret, abſolvendum; ſin in eadem permaneret inſania, è vita tollendum. F

qui confirmatus à Chriſto, 21 Imperator igitur, adhibito in conſilium Magnentio, juſſit in diem poſterum juxta Apollinis templum tribunal ſibi parari, ut publice de Sancto quæſtionem haberet. Nocte autem illa orans Martyr in carcere, ac paulum obdormiſcens, vidit in ſomnis Dominum, propria manu ſe ſublevantem & amplectentem, & corona capiti ſuo impoſita dicentem: Ne time, ſed bono animo eſto. Ecce enim jam dignus factus es, qui mecum regnes. Ne igitur tardaveris, ſed propere ad me veniens, paratis fruere. Experrectus autem, & gratias Deo alacrius agens, carceris cuſtodem ad ſe vocavit, ipſumque rogabat: Hoc, inquiens, unum abs te, frater, peto: concede, ut puer meus ad me ingrediatur: habeo enim, ipſi quod dicam. Annuente autem cuſtode, ingreſſus eſt puer, qui extra carcerem expectabat, *b* & dominum b ſuum in vinculis veneratus, flens humi jacebat. Sed Sanctus illum erigens lacrymantem, ut bono animo eſſet, hortatus eſt, viſaque nuntiavit: Celeriter, inquiens, me, fili, Dominus meus vocabit. Poſtquam *rebus ſuis diſponit,* igitur ex hac vita migravero, accepto hoc meo miſero corpore, quemadmodum ante diſceſſum meum

EX MSS. GR.

ſtatui, itineris tui duce Domino, domum, quam habitare ſoliti ſumus, prope Palæſtinam, contende: omnibuſque peractis, quæ ibi præſcripta ſunt, Dei timorem habeto, à Chriſti fide non deficiens. Illo vero promittente, non ſine magna vi lacrymarum, ſe Deo adjuvante ſtudioſe omnia curaturum, vir ſanctus illum amplexatus dimiſit.

& blanditiis ſolicitatus,

22 Atque poſtero die ſedens Diocletianus in tribunali ſibi parato, in ipſo ſolis ortu Martyrem ad ſe venire juſſit; iramque compeſcens, cœpit omni cum manſuetudine eum ſic alloqui: Nonne tibi videor, Georgi, maxima humanitate & amore plenus eſſe, qui erga te tam mitis ſim? Nam mihi dii omnes teſtes ſint, ut me valde tuæ tædet adoleſcentiæ, tum propter florem pulchritudinis tuæ, tum propter prudentiæ gravitatem animique conſtantiam. Ac volebam quidem, ſi reſipuiſſes, ut mecum pariter habitares, & ſecundas à nobis obtineres. Dic igitur nobis; ad hæc tu quoque quid ſentias, S. Georgius. Oportebat, inquit Imperator, hoc tuo erga nos ſtudio declarato, non tam multa in nos per iracundiam mala facere. Hæc ille verba libenter audiens, ſubjecit: Si velles mihi, ut patri, amanter obſequi, omnes iſtos, quos pertuliſti, cruciatus maximis honoribus compenſarem. S. Georgius: Si vis, inquit, poſthac in templum ingrediamur, deos, qui à vobis coluntur, aſpecturi. Ilico igitur Imperator exurgens magna cum lætitia, Senatui & omni populo per præconem edicit, ut in templum eant. Simul vero extollebat populus Imperatorem, & diis ſuis victoriam, dum iter in templum faceret, aſſcribebat. Ubi vero omnes ingreſſi ſunt, indicto ſilentio & ſacrificio jam parato, intuebantur omnes Martyrem, ſperantes proculdubio ipſum ſacrificaturum. Ipſe autem ad Apollinis ſtatuam accedens, extenſa manu; Ecquid, inquit, à me ſacrificium vis ſuſcipere ut Deus? Atque eodem tempore ſignum Crucis expreſſit. Dæmon vero ſtatuam inhabitans, hujuſmodi

illudit Imperatori,

cum inſigni dæmonis confuſione.

vocem emiſit: Non ſum Deus, non ſum; ſed neque mei ſimilium quiſquam. Unus eſt Deus ſolus, quem prædicas: nos autem ex Angelis ipſi miniſtrantibus apoſtatæ facti, ob invidiam homines decipimus. Tum Sanctus reſpondit: Quo pacto igitur hic manere audetis, me cultore veri Dei præſente? Atque, hoc dicto, ſonus quidam ac fremitus luctui ſimilis ex ſtatuis emittebatur: omnes autem ſimul ad terram lapſæ, contritæ ſunt. Tunc converſi quidam de populo, tamquam furore concitati, ſacerdotibus incitantibus, correptum ſanctum virum vinculis conſtrinxerunt, atque inter verberandum clamabant, dicentes: Tolle magum hunc, Imperator, tolle antequam noſtra nobis ingrata ſit vita.

23 Hoc igitur tumultu concitato, & fama per urbem brevi diſcurrente, Imperatrix Alexandra, cum fidem Chriſti occulte apud ſe habere amplius non poſſet, celeriter prodiit: & cum populi tumultum, & S. Georgium procul vinctum cerneret, nec ad eum præ turba poſſet accedere, clamans dicebat: Deus Georgii, adiuva me, quoniam tu es Deus ſolus omnipotens. Sedato autem populi tumultu, Diocletianus ſiſti coram ſe virum ſanctum juſſit: & inſanienti ſimilis, ad ipſum; Tales, inquit, benignitati meæ gratias rependis, fœdiſſimum caput? Sic diis ſacrificare ſolitus es? Cui S. Georgius: Ita plane ſacrificare didici, Imperator inſane, & ſic deos tuos colere novi. Erubeſce in futurum diis talibus acceptam referre ſalutem tuam, qui ne ſibi ipſi quidem afferre opem poſſunt, neque ſervorum Chriſti præſentiam valent ſuſtinere. Dum vero hæc diceret Sanctus, ecce Imperatrix quoque in medium procedens, eumdem, quem antea, coram Imperatore ſermonem habebat: & ad pedes viri ſancti procumbens, tyran-

Alexandra Imperatrice palã ſuam fidem teſtante,

ommotior Diocletianus

ni dementiam conſpuebat, maledictis deos lacerans eorumque cultores deteſtans. Imperator autem ad eam: Quid tibi, inquit, accidit, Alexandra, quod huic mago & incantatori adhærens impudenter, à diis receſſiſti? Illa vero acriter eum repellens, ne dignum quidem cenſuit reſponſione.

ſententi am fert in ipſã & S. Georgium:

24 Impius igitur Diocletianus furore repletus, de Santo nihil amplius quæſivit, ſed ab eo irritatus, &, dum ſacrificium ſperat, ſubverſos ab eo deos ſuos videns, ab hæc Imperatricis mutationem animadvertens, atque illius cauſa iracundior factus, hujuſmodi ſententiam contra Martyrem & nobiliſſimam tulit Imperatricem: Peſſimum Georgium, Galilæumſeſe dicentem, & qui tum deos, tum meipſum conviciis multis affecit, denique qui contra illos arte ſua magica uſus eſt, cum Alexandra Imperatrice, veneficiis ejus corrupta, & pari dementia in deos ipſos quoque maledicta conjiciente, gladio obtruncari jubeo. Statim igitur ii, quibus hoc demandatum erat, Sanctum corripientes, vinctum extra civitatem ducebant. Tracta pariter cum eo nobiliſſima eſt Imperatrix; quæ dum abduceretur, alacri animo orabat, labra movens, & oculos in cælum frequentiſſime intendens. At ubi ad locum quemdam venit, c ut conſiſteret petivit. Iisque qui trahebant, concedentibus, ſuper veſtem ſedens, & caput in genua reclinans, ſpiritum Deo reddidit. Hujus rei cauſa Martyr Chriſti Georgius Deum extollens, ipſique gratias agens, multa cum alacritate incedebat, orans, ut ſuus quoque curſus recte perficeretur: & poſtquam ad præfinitum locum appropinquavit, clara ſic voce precatus eſt:

illa placide expirat:

Georgius capite plectitur.

25 Benedictus es, Domine Deus meus, quoniam dentibus quærentium me lacerandum non permiſiſti, nec inimicos meos ſuper me lætos eſſe paſſus es: & quoniam liberaſti animam meam ut paſſerem, de laqueo venantium. Nunc item exaudi me, Domine, & mihi aſſiſte ſervo tuo in hac ultima hora mea: & libera animam meam ab iniquitate aërei hoſtis maximi, & ſpirituum ejus: & ea quæ iſti in me per ignorantiam peccaverunt, ne vertas crimini; ſed veniam tuam & amorem tuum illis concede, ut & ipſis contingat pars in regno tuo cum electis tuis. Suſcipe etiam animam meam cum iis, qui à ſeculo placiti ſunt tibi, obliviſcens omnium, quæ tam ſcienter quam inſcienter commiſſi. Recordare, Domine, invocantium magnificum nomen tuum, quoniam benedictus es & glorioſus in ſecula, Amen. Hæc deprecatus, & cum gaudio collum proferens, beato capite detruncatus eſt, vigeſimotertio die Aprilis, egregiam confeſſionem perficiens, curſum conſummans, fidem ſervans impollutam. Unde etiam coronam juſtitiæ repoſitam habet.

26 Hæc ſunt maximorum certaminum ſtrenui victoris trophæa: hæc ſunt contra inimicos ejus præclara facinora & prælia glorioſa. Qui ſic certaverit, incorrupta atque æterna corona donabitur. Cujus precibus vtinam nos quoque partem juſtorum aſſequamur, collocemurque ad dexteram Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui gloria, honor & adoratio in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Græce* διὰ τῶν σωματο φυλάκων, per Cuſtodes corporis.

b *Vtrumque Ms. Græcum addit*: Qui memorialia de Sancto cum omni diligentia compoſuit: *& hæc verba videntur occaſionem dediſſe quædam S. Georgii Acta commiſcendi ſub nomine Paſicratis famuli.*

c *Addunt Mſ.* ὡς ὀλιγοθυμῆσα, velut animo deficiens

A ciens. *Colitur autem hæc* S. Alexandra *die* 21 *Aprilis, ubi pluribus de ea egimus. Pseudo-Pasicrati attributa Acta, revera capite minutam fingunt. Acta S. Georgii Græca recentiora complures Patricias aliasque illustres feminas, Alexandræ exemplo Christi fidem amplexas dicunt.*

ENCOMIVM S. GEORGII.

auctore Gregorio Cyprio, Patriarcha CP.

ex MS. Græco Vaticano.

PROLOGUS

Excusat argumenti dignitatē.

1 SOlent oratores fere singuli æquum censere, ut labores sui magni videantur, quia expeditu illustres simul & difficiles; idque ut vel in eo quod deliquerint, veniam; vel ex eo quod recte peregerint, laudem sibi demereantur. Ego autem, orationem habiturus de Georgio, magno illo Athletarum nomine; tantumque argumentum, quanta est ipsius laudatio, assumpturus, nescio utrum justius aliquis, alicui materiæ suum applicaturus studium, præfari possit, magnum esse laborem, quem aggredi timeat, & cujus suscepti postulet sibi veniam dari. Igitur animum in eum intendens sic plane angor, ut

B mihi videar, eum vel primis attingendo digitis, idem pati, quod ii qui ex imperitia cupiunt mare conscendere, conscendentes autem in adversum littus protendunt desideria, experiendo discentes sævitiem pelagi, ejusque procellas & tempestates & quæcumque alia solent cogere, ut quis optet inde abesse longius. Quod sane haud multum abest à me, nisi ab ejusmodi voto faciendo prohibens necessitas quædam violenter huc traxisset, ad orationem aliquando tandem Martyri pertexendam.

& suam tenuitatem

Sperato Sancti auxilio subnixam.

2 Quoniam vero neque solutionis spes neque effugii locus mihi est, propriis constricto vinculis; inclamo, uti solent in angustiis deprehensi, Martyris gratiam; tum quia consuevi ipsum invocare, tum quia semper ipsius promptum auxilium sum expertus; maxime autem, quia, cum hoc argumentum ipsi sit proprium, ipsum hunc sermonem muneris loco eidem afferimus. Si enim quotiescumque aspirat mihi eam, cujus ipse apud Deum dives est, gratiam, toleraret aliquid ea patiens quæ non posset sustinere natura; aut ejusdem naturæ fines deberet transgredi operando; tamen ne sic quidem dubitarē ad finem adducere quod proposui, neque fiduciam

C bonam dimitterem; quanto magis nunc, cum sufficiat, si nobis in ipsius auxilio confidentibus, loquendi tribuat facultatem?

CAPUT I.

S. Georgii patria, parentes, oblatio sui ultronea & prima coram tyranno tormenta.

Quamvis sen sit opus S. Georgiū laudare à patria,

3 SI liceret mihi pro arbitratu orationem disponere, non obligato ei quæ ut plurimum observatur legi; non utique patriæ vellem meminisse, velut magnæ atque speciosæ, neque externorum quorumcumque decorum; sed statim à principio ea apprehenderem, quæ ad laudationem præcipua sunt. Etenim minutulorum opus mihi esse videtur, in eis argumentis, quæ omnem superant commendationem, digredi ad infima, ex iisque captare encomiorum materiam, tamquam sine his subsistere non posset, aut saltem minus perfecta foret gloria Martyris apud Deum hominesque. Ex quacumque enim parte hanc velimus dicendo majorem facere, rem egerimus inconcinnam omnia requirendo, nec tamen in medium adducendo. Nam ea quæ ex Deo est gloria, cum ratiocinio nostro subjecta non sit, nullo modo potest augmentum qualecumque à nobis accipere; quæ autem ab hominibus provenit, cū jam pridem in omnium animis perfecta sit, non eget expositore aliquo, ut recipi possit. Sicut enim non expectant homines luminis solaris cognoscendi magistrum, utpote quod luminum omnium est clarissimum; ita nec de istius claritate, ut quæ sermonem omnem cogitatumque excellat, indiget quis aliunde doceri, Quod igitur erit operæ in talibus ponendæ pretium, quando congrue omitterentur illa, quæ dixi, externa; nisi aliorum quoque auribus oratio subserviret?

AUCTORE GREG. CYPRIO EX MS. GR.

illustrem tamen hē buit,

4 Si tamen tanti Sancti patriam omnino vellem in sermonem inducere, cælum utique inducerem, felicem illam & incommutabilem regionem, Angelorum inquam patriam: nec enim aliam in ipso laudare convenit, qui istuc conversationem suam immaculatam sic transtulerat, ut neque parum quid distare ab Angelis videretur. Quoniam nihilominus omnes fere eam quoque requirunt, quæ in terris nascendo obtinetur; & æstimant, sermonem ab ea ductum sua ire via: hæc etiam ei fuit haud facile cuiquam alteri cessura in claritate, & quam sine multa admiratione nec percurrere valeat aliquis. Cappadocum enim regionem, quæ Sanctum hunc tulit, merito quidem

E laudarit quispiam ex hoc capite, quod situm nacta opportunum, & à confinium regionum aliena excessibus, valeat ad omnem genituram, proferens pulcherrima quęque terræ gemina, idque minime parce, sed quam multa ad vitam humanam conducunt. Nihilo minus juste eam commendaverit aliquis, quod incolas habeat ab origine Græcos, genus hominum peculiari pollens dicendi facultate, & propter continuam ejus rei exercitationem, egregie ornans matrem naturam, ipsius met fines supergrediendo. Sed non tam hoc omnium ejus decorum præstantissimū quis dixerit, quam quod pietatis fundamentum habeat præ ceteris solidum, unde & martyrum & magistrorum veritatis consueto semper abundavit proventu. Etenim superiori ætate, cum persecutiones ferverent, nulla plures aut illustriores pugiles objecit errori; postea autem, cum turbo hæreseom incubuit, & tota pene ecclesia eidē timeretur involvenda; sola inter omnes & supra omnes excitans communis fidei propugnatores, per ipsos totius universi inundationem repressit. Quæ cum sint præclara, quomodo non possint illam idonee exornare? Laudum tamen ejus omnium præcipua & universus speciei ornatus is est, quem modo prædicandum suscepimus.

Cappadociam scili cet.

F

patrem Martyrem

5 Nunc vero cum ad gloriam conferre ducam, si qui parentes habuit, eosdem fuerit æmulatus; proponere convenit quod ejus genitores, nobiles quidem fuerint genere, sed nobiliores pietate; opibus transeuntibus divites, sed manentibus opulentiores; dum præsentia recte dispergendo, futura sibi compararunt. Ex his pater, suæ secundum Deum conversationis adeptus est præmium, quod vitam *& matrē æquepiam:* Martyr consummavit: mater vero, pares viro coronas consecuta, incruentas tamen, eamdem quidem quam vir suus habuit voluntatem, ad pugnam autem admissa non est, imbecilliori sexui parcentibus persecutoribus: uterque autem exempla reliquit filio, semina præbens religionis erga Deum, misericordiæ in pauperes, & constantiæ usque ad sanguinem contra idololatriam pugnaturæ. Quæ ille suscipiens, velut meliorem hereditatem, & omni spiritus disciplina probe excultus; non solum centum ex uno amplificans protulit, sed quamdam incrementi rationem suscepit, cui superaddi nihil posset. Omnia enim sua, tamquam optimus dispensator, è terris in cælum transtulit; nec ipsi quidem parcens corpori,

à quibus ad virtutem educatus,

AUCT. GR. CYPRIO EX MS. GR.

quominus ex hoc fructificaret Deo; idque non tantum per caſtitatem puritatemque, ſed etiam per ſanguinis effuſionem, inter multa maximaque diſcrimina.

primum miles,

6 Militabat ille primum terreno Regi & arma ferebat, juvenis aſpectu grandis atque decorus, congreſſu formidabilis, inſuperabilis hoſtibus viſibilibus; contra dæmones vero, ubi cum iis rem habere cœpit, nihil ab eis patiens, multo adhuc magis conſtans & invictus apparuit. Tandem tamen militiæ genus mutavit, ſeque à Cæſareis caſtris ad Chriſti ſigna tranſtulit: non quaſi ab initio non fuiſſet eiſdem addictus, ſed tunc perfectiori longe modo id fuit, quando nihil mundo, nihil mundano Imperatori donans, omnia detulit obtulitque Deo. Itaque Chriſtianitatis titulum non habebat occultum, aut quadam ratione diſſimulatum; ſed publice eum vulgans, fidenter profitebatur. Principium autem experiundæ conſtantiæ ipſi fuit, quod videns perſecutionem inſtar procellæ ferri vehementius, & paucis exceptis omnes pene ab ea comprehendi atque perſecutoribus ſubjici; pietatem vero per tyrannidem premi, idque agi ut non tantum corporibus vis inferretur, ſed etiam mentes, quas ſui arbitrii eſſe voluit Deus, pertraherentur in ſervitutem; indignatione juſta ac zelo impletus ſit: quapropter, velut luctam pugnamve ingreſſurus, magno animo cuncta abjecit externa, aut verius per manus pauperum tranſmiſit in paradiſum, ut ſolum ſibi corpus ſervaret, quod nudum erat expoſiturus certamini.

poſtea omnibus ſe expolians,

B

& zelo religionis æſtuans,

7 Deinde ut theatrum quoque ſe dignum haberet, & magis illuſtre ſtadium; obſervavit diem, qua oportebat publicum agi feſtum, ipſumque Diocletianum adeſſe multitudini, feſtivæ hilaritatis participem. Tunc ſcilicet leonis inſtar, fronte, oculis, inceſſu magnamitatem oſtentantis atque ignem ſpirantis & torue circumſpectantis, ingreſſus eſt mente imperterrita, & clara voce Chriſtum prædicans, dæmoneſque ſubſannans. O animam divino æſtuantem zelo! ô amorem Dei ſic urentem, ſic moventem amantes! Quis umquam ita elatus eſt videns idololatrarum amentiam? quis talem pro tempore prætulit ſapientiam? quis pro ratione egit tam generoſe? Nihil erat quod animi laxare intentionem, nihil quod aciem poſſet obtundere: non horribiles minæ contra pietatis ſectatores promulgatæ; non ſpecies variæ tormentorum, oculis objectæ; non memoria cruciatuum, adverſus Sanctos antehac excogitatorum, qui etiam ipſi erant ſubeundi; non ipſa eorumdem tolerantia; non mortes diverſimodæ, quibus fideles ab hac vita expellebantur violenter: omnibus enim iſtis altius mentem extulit, velut ſi extra corpus poſitus, adverſus culturam dæmonum initum eſſet generoſum certamen. Hanc animi fortitudinem exhorruerunt dæmones, & omnes dæmoniorum cultores; in hac ſibi complacuerunt de cælo Angeli, & deſuper ſpectatores agonis ejus facti, beatam prædicaverunt; hæc Diocletianum confudit, qui fiduciam tantam ſuum eſſe deſpectum interpretatus, furore & indignatione repletus eſt.

nihil reformidavit,

C

publice ſe tyranno obtulit,

8 Quæ porro conſecuta ſunt, majoris cujuſdam quam humanæ virtutis eguere, ut certamen ſuum poſſet Sanctus uſque ad finem exequi. Quis enim verbis ſufficienter explicaverit aut immanitatem torquentium, aut fortitudinem Martyris, qua obfirmabatur ad pericula, iiſque reſiſtebat ſupra naturæ communis menſuram. Beatus Job prædicatur tamquam hominum patientiſſimus generoſiſſimuſque: ſed tentatio contra quam depugnavit fuit involuntaria; requiſitus enim & traditus fuit: qui autem iſta ſuſtinuit, ſeipſum in manus tortorum dedit, inventus & oblatus neque quærentibus neque petentibus eum. Ad extremum vero laborum ejus, non paulatim inflicta eſt plaga, veluti ſi ad patientiam præliis levioribus exerceretur; ſed tamquam generoſiſſimus atque expertiſſimus miles, maximis ſtatim à principio diſcriminibus eſt objectus; ut inde experimentum ſumeretur, utrum homo eſſet vel communis nobiſcum naturæ particeps.

& majorem quam Iob patientiam probavit:

D

varie torquentis,

9 Diocletianus vero intra ſe habebat dæmonum incitantium legionem, à quibus, licet Martyris conſtantiam ipſimet obſtupeſcerent, furioſius commovebatur, ut ſuſpendi eum, & diriſſima quæque juberet perpeti: quidquid autem juſſit, continuo executioni mandatum eſt. Suſpendebatur in conſpectu omnium, verberabatur; laniabatur; conto denique per ventrem acto vulnerabatur: quorum iſta quidem eo faciebant ut dolores incuterentur Martyri, hoc vero etiam ut mors ſubſequeretur; non enim intendebant eum de medio tollere per necem, cui brevis eſſet cruciatus conjunctus. Sed neque iſta, quantumuis vehementia, potuerunt eum contriſtare, prohibente id Deo; neque contus quidquam omnino nocuit, tamquam à ſolidiori materia, ferrea videlicet aut adamantina, repulſus atque retuſus; fortaſſis & Martyris corpus reveritus, & inſenſibilitatem tyranni redarguens: ſiquidem ipſe, ferreus exiſtens, abſterrebatur ab inferenda noxa; ille autem, animam habens rationalem, non erat placabilis; uti nec placatus fuit, nec impeditus, quo minus eum amplius vellet torquere; ſed econtra impenſius etiam vehementiuſque in id incubuit. Itaque auctior ſemper illius malitia præbuit Martyri majoris miraculi occaſionem: incurabilium enim eſt, quod ipſa natura ex inſita malignitate in proprium convertat nocumentum, ſi quod applicetur ſalutare pharmacum: & propterea nitebatur Martyrem gravioribus ac gravioribus ſemper ſuppliciis conterere; adeo ut nec deficiente quidem lumine, verecundaretur ſupra dorſum Martyris, ut Pſalmiſta loquitur, fabricare.

ſed poſt tormenta ſemper illeſus;

E

Pſ. 128, 3

per noctem carceri incluſus,

10 Sed tandem ſuperveniens nox coegit ab incepto deſiſtere; quod Diocletianum ægerrime habuit, qui maximum ſibi reputabat ſupplicium, ſi ille vel modicis frueretur induciis. Non tamen neque per tale tempus remiſit propoſitum, neque cruciatus differre ſuſtinuit (non enim patiebatur effera ejus anima ut tempori tantiſper obſequeretur) ſed Sanctum includi juſſit carceri, eique omnium moleſtiſſimo, ut qui fœtidus eſſet & tenebroſus, atque umbræ mortis aſſimilandus. Atque hoc quidem ad iſtum modum ſe habuiſſet, niſi & ſecundum & tertium addidiſſet, velut quoſdam malorum gradus diſponens; humanitas enim quædam fuiſſet, uſque dum nox tranſiret, videri ſupplicia diviſiſſe. Ergo & ligno pedes adſtringente cruciatus eſt; & lapis magnus, quem vix machinæ, nedum manus, movere poterant ſupino jacenti ſupra pectus eſt poſitus, nimio pondere comprimens ſubjectum corpus, illudque cogens ſimul & contritionem carnium & confractionem oſſium ſuſtinere; quamvis ipſe, ſicut quoad animam nihil ſuſcipiebat impiorum mandatorum, ita & quoad corpus inſuperabilis erat, nullam omnino exinde patiens violentiam. Enimvero in certaminibus illis, quæ pro pietate excipiuntur, corporis firmitas manifeſte videtur ab animi generoſitate pendere; ut quantum hæc ſibi per promptam conſtat voluntatem, tantum huic robur ad patiendum conferat; aut potius animæ quidem robur Deus inſpirat, anima autem corpori, & utrique Deus; à quo confirmatus Sanctus, etiam iſtud periculum ſuperavit.

ligno ſaxoque gravatur.

F

CAPUT

A

CAPUT II.

A ſupplicio rotæ & vivæ calcis foſſa illæſus exit S. Georgius.

Eductus è carcere,

11 TAlia fuerunt noctis illius certamina, nihil ut arbitror leviora diurnis: quæ vero, mox ut dies illuxit, ſunt ſecuta, fuerunt tamquam in mari tempeſtas quædam, quando quem fluctus unus habuit, comprehendit alter, & imminet tertius: ſic enim illa fuerunt graviora prioribus, tam varietate quam virtute nocendi; adeo ut votum mihi ſit ea poſſe vel mediocriter dicendo explicare. Educebatur ergo è cuſtodia, quem nec vivum illi ſperabant ſe inventuros; & quoniam vivere præter ſpem deprehenſus eſt, videbatur impaſſibilis omnino eſſe. Quomodo indignabatur diſſecabaturque tyrannus, non valens eum ulla ratione vincere; quos item ſermones ad eum habuerit, nunc quidem comminans, nunc palpans & blandiens, dicere ſuperſedeo: ſed ut vidit, omni ſua induſtria effectu fruſtrata, repulſum ſe riſuique expoſitum; tunc, velut in turrim firmiſſimam & immobilem, magnam illam & præcipuam diaboli machinam erexit, rotam videlicet. Hæc vero (dicendum eſt enim ad explicandum tormenti genus, quamvis nec hoc facile explicatu ſit) hæc, inquam, ex lignis componebatur, dorſum quidem circumferentiæ habens modice latum, latitudinem vero maximam in eo quod circa centrum erat ſpatio; introrſum diſcreta quotuor radiis, à ſummo ad ſummum ſibi occurrentibus, ſeque invicem utrimque per medium directa interſecantibus: axis porro, inter radios trajectus, utrimque procurrebat, habens univerſum rotæ circulum, non circum ſe ducendum, ſed ſecum verſatilem: duo denique crura hinc & hinc aptabantur arte fabrili, quorum ſummitas axem ſuſtinens, ita ipſum ſublimem faciebat pendere, ut poſſet rota circumferri celerrime. Et in hunc quidem modum compoſita erat rota: ſubtus vero ſternebantur tabulæ, accurate compactæ ad invicem, ſic ut ſimul omnes junctæ unica tabula viderentur: quæ firmiter affigebantur pavimento, ut eſſent undequaque immobiles, uncis violenter & fabrili induſtria impactis: tum iiſdem infigebantur acutæ cuſpides, & cultri, & enſes, & quæcumque ſpecies gladiorum; quorum acies erant converſæ ad circumferentiam rotæ: quas hæc propemodum attingere debebat, ſed non prorſus contingere cum vertebatur, niſi aliquo exterius alligato.

damnatur ad rotæ ſupplicium.

B

C

12 Talis erat machina univerſa, terribilis auditu, viſu vero longe terribilior; qualis autem fuerit experienti, quid opus eſt dicere? Mihi ſane videtur multos præſentium exanimes corruiſſe, ex eo ſolum quod tantos cruciatus intueri cogebantur. Non tamen generoſus ille, atque, ut ita loquar, adamantinus, deſpondit animum; ſed totus divino amore plenus, mentemque & animam, atque ipſos etiam quodammodo ſenſus beatæ applicans pulchritudini, ſeque ſigno Crucis muniens, omnibus audientibus invincibilem Chriſti potentiam precibus invocabat, cum Davide canens, Non timebo mala quoniam tu mecum es, etſi, ambulavero in medio mortis. Itaque decore omni ornatus veniebat gradu decenti ad machinam, quaſi eam non experturus, ſed contemplaturus dumtaxat; ſicut olim Elias hilariter igneum currum conſcendit, niſi quod iſte aſcenſum haberet in cælum, hic vero ad mortem ambularet. Tunc nudatur veſtibus, ſupra rotam curvatur, tenuibus ſimul & fortibus vinculis ſuper eam ligatur. Tunc (ſed o! quis poſſit audire abſque ſenſu doloris, quis narrare ſine lacrymis?) tunc, inquam, fertur verſus gladios rota, circumacta celerius carnificum impelentium manibus & machinis adnitentium. Tunc omnes ſimul gladii ſuum opus agebant: proſcindebantur membra cuncta, rivi profluebant ſanguinis, & irrigabantur cruore, rota, aer, pavimentum; carneſque & nervi atque oſſa ipſa, eadem violentia divulſa ac laniata, in aërem quadamtenus ſpargebantur.

ad quam hilariter veniens,

Pſ. 22, 4

& in ea toto corpore proſciſſus,

AUCT. GR. CYPRIO EX MS. GR.

13 Ipſe vero inſtar victimæ ſic conſciſſus laniatuſque, nec vocem, nec gemitum emittebat, nec aliud ullum ſignum dolentis animi; neque enim cum ferrum diſſolueret compagem corporis, magis pati aliquid videbatur, quam qui profundo ſomno tenetur. Quoniam autem propterea credebatur jam obiiſſe, haud facile dictu eſt quantum de ſe præbuerit gaudium impietatis ſtudioſis, mortem ejus pro re feſtiviſſima habentibus. Itaque ſtatim atque ſatis clara necis indicia ſe habere crediderunt, feſtinarunt certatim ad Imperatorem, alius alium prævertentes, dicenteſque, Vicimus, ſuperiores evaſimus; victus eſt, extinctus eſt: dignam pro illata rebus optimis contumelia retributionem accepit. Ille autem quanto præ ceteris magis Martyris ſanguinem ſitiebat, tanto majori præ aliis replebatur gaudio, exultabatque, ipſum ſe continere nequiens; & tamquam ſuper admirabili quadam incredibilique victoria feſtum & ſacrificia populo indicens, ad fana, ad aras properabat, oblaturus dæmonibus triumphales hymnos.

cum moriturus putaretur,

E

14 Ita jucundabatur demens ille ſuper re acta, quamvis haud diu gaviſurus aut fruiturus morte inſipienter credita, quin confunderetur juxta Prophetam, & repelleretur ab altaribus ſuis. Dum enim hæc ageret, rurſum Chriſtus mirificavit Crucis ſuæ myſteria, & omnia ſubito verſa ſunt in horrorem; cum procellæ nubium, caligo aëris, nocturnæ medio die tenebræ, motus terræ, mugitus cæli, fulminum jactus, multo terribilius quam in Ægyptiacis plagis concurrerent; idque non ex ordine naturali aut caſu aliquo (quemadmodum forſitan viſum eſt impiis, excæcatum habentibus intellectum) ſed ex Dei mandato, glorificantis famulum ſuum ſignis atque prodigiis, quemadmodum in Ægypto Moyſem, & Danielem inter Aſſyrios, & alios alibi, ſecundum inſcrutabilem voluntatem ſuam. Quin etiam cuſtodes & quotquot aderant alii cultores dæmonum diſpargens, miſſo lucis Angelo conſolabatur athletam, ſimulque & vincula diſſolvit, & corporis integritatem reſtituit curatis vulneribus; jubens ut ſe tyranno ſiſteret, ad ſtuporem teſtimoniumque; & robur atque auxilium, ut nunc, ſic & in poſterum pollicens.

poſt celitus emiſſam tempeſtatem,

ſanatis vulneribus,

F

15 Fuit profecto grave Diocletiano atque intolerabile hoc nuntium, priori famæ contrarium; hoc gaudia diſſolvit, feſta cohibuit, triumphalia & gratulatoria ſacrificia evertit; quin etiam propter miraculi magnitudinem incredibile videbatur: & vere non erat ulla ex parte veriſimile, quod poſt ejuſmodi diſſolutionem adhuc in vivis Martyr ageret. Cum autem præſens adſtitit, & videri, interrogari, audiri loquens potuit, ſeque per omnia Georgium probavit ſenſibus atque reſponſis; tunc credi cœpit miraculum, multique ad Chriſtum tranſierunt: quorum aliqui latitare volentes ſatis habebant corde credere: aliqui non dubitaverunt etiam ore confiteri fidem, & è veſtigio confidentius agere: qui gladio percuſſi ad mortem, ſuæ tam publicæ confeſſionis mercedem receperunt. Sed neque Alexandra Imperatrix ſpectaculi novitati reſiſtere potuit, quin ipſam quoque miraculum tangeret, perſuaderetque idolorum ac dæmonum culturam abominari, atque ad Chriſtum tranſire.

illæſum ſe exhibet Imperatori,

ſequente plurium cõverſione;

16 Solum Diocletianus, antiquo iſti Pharaoni

AUCT. GR. CYPRIO EX MS. GRÆCO

propter animi perverſitatem ſimilis fuit obdurando cor magis etiam quam ille: quoniam, hic quidem flagellantem ſe virtutem confitebatur, & reſpiciebat, & ſurgebat mane, & rogabat Deum ut ceſſarent plagæ, donec tandem animum obſtinavit: iſte vero neque reſpiciebat neque ſentiebat majoris ſe dominatum; & virtutem quamdam rationis expertem ad torquendum accendens (quam ſcimus æqualem igni ad urendum eſſe, & glaciei ad frigefaciendum) nec ad modicum quidem cohiberi poterat, quin ſuæ obſecundaret malitiæ, ſemper ad tormenta reſpiciendo, novaque ſuppliciorum genera conquirendo, & vero etiam adinveniendo; erat enim ad malefaciendum ſapiens, bene autem facere omnino nil noverat. Itaque exhibetur tormenti genus, absque cujusquam opera aut labore, ſed ſuo ipſius motu peragendum; idque omnium graviſſimum, & quale nec multa quidem induſtria poſſet à quoquam elaborari: neque ſcio an alius quiſpiam omnibus retro ſeculis tale quid ſuſtinuerit; nihil certe umquam ſimile audivimus. Jeremias enim in lacum conjectus eſt, ſed lutoſum: Daniel in lacu fuit, ſed leonum: Georgius autem etiam in lacum eſt miſſus ſed igneum: erat enim plenus viva calce, quam deſinens tunc primum urere ignis, ignem in eo reliquerat alium, tanto efficaciorem quam eſt flamma ad animalium corpora deſtruenda, quanto plus materialis craſſitiei & ſoliditatis habebat admixtum: quæ enim ſunt talia, hæc & ratione & experientia probantur etiam eſſe ardentiora; cum non contineant ignem accenſum & in tranſitu urentem, ſed quodammodo permanentem, & iis quibus approximatur adhærentem. Imitatus eſt utique Diocletianus Babylonium Nabuchodonoſor, quoad fornacem quam accendit ſociis Azariæ, recuſantibus adorare creaturam contra mandatum Creatoris. Præcepit autem jaci Georgium tyrannus, quia ſicut illi, Deo vivo adhærens, mutis & inſenſatis ſimulacris nolebat appropinquare.

juſſus viva calci immergi,

ſub ea ſuffocandus,

B

17 Tuncille dixit verba hæc Davidis ad Deum, Ne longe facias miſerationes tuas à me quoni ã circumdederunt me mala quorũ non eſt numerus: uſurpavit etiam verba puerorum, In animo contrito & ſpiritu humilitatis pronuntiata ſimili occaſione; Ne tradas nos in perpetuum; & erue nos in mirabilibus tuis. Quod autem petiit conſecutus eſt, neque confuſus in expectatione ſua; ſalvatus cum Jona, Jeremia, Daniele; ipſum quoque cuſtodente eadem virtute, qua illi indemnes in ventre ceti, in lacu cœni & leonum ſunt cuſtodiit. Quam multa nova deſignat Deus, ineffabilibus diſpenſationis ſupernæ rationibus, aut Sanctos ſuos glorificans, aut infideles confundens, vel ad ſeſe vocans! Quam multa transvertit & transmutat, hominum ſaluti proſpiciens! Ignem extinguit, fluxum aquæ ſiſtit, aut ut verius dicam operationem ignis in operationem aquæ transfert, & rurſum aquarum virtutem in virtutem ignis commutat: armat in ultionem inimicorum creaturam; & elementa convertit, volens ſervos ſuos admirabiles reddere, quemadmodum & nunc fecit.

Pſ. 39, 13

Dan. 5. 3, & 43

virtute Crucis

C

18 Jam lacus, intus habens athletam, clauſus erat atque ſignatus; jam curſus ejus putabatur conſummatus (quid enim aliud?) ordinem naturæ metientibus, & Dei potentiam non recogitantibus. Denique tertius dies adfuit, ex quo illuc immiſſus erat Sanctus: præceptumque eſt, ut exportata calce diſſiparetur, ſi quid oſſium erat ſuper; Ne vel hoc ipſum, inquiebat, poſtea animos daret aliquibus ad rejiciendum Deorum culturam. Aderant igitur quibus id mandatum, aderat & multitudo ingens alia: egerebant calcem, expurgabant lacum, & quæ inſuper imperata erant perficere meditabantur; quando manifeſtari cœpit miraculum ingens. Stetit Georgius erectus in pedes, ſurſumque veluti orabundus oculos extulit, illæſus omnino, & tunc magis quam prius refulgens, tamquam ſi fuiſſet melioris alicujus naturæ quam humanæ ſimulacrum; & ignis illum non perdendum, ſed reformandum ſuſcepiſſet. Exinde quanta conclamatio populi, collaudantis Deum, magnum & unicum, & Chriſtum Georgii invocantis? quantæ ex hinc tyranni plagæ, non dico in futurum recipiendæ, ſed & in præſenti, propter verecundiam irriti conatus! quanta animi deſperatio & ægritudo, cum vir unus ſuperaret tantopere ſatagentem vincere, ſuaque expectatione fruſtraret!

poſt triduũ exit ſanus ac vegetus.

D

CAPUT III.

Crepidis ignitis calceatus Georgius tyrannum redarguit.

Inops conſilii Diocletianus,

19 GRave erat Diocletiano, quia inſolens, nec perſuadere poſſe Georgio, nec à propoſito dimovere: gravius tamen nec occidere quidem poſſe, cum id in manibus ſuis habere videretur, & maximis periculis quotidie illum committeret. Sed quando proprios ſuos gentiles ad Chriſtum tranſiiſſe videbat, quid dices? Numquid non ipſa morte acerbius hoc fuit homini, uſque adeo incenſum pro idololatria zelum habenti? Nuntiabatur neque hoc ſupplicio actum eſſe quidpiam: ſuperſtitem illum vivere; ſeque ipſo pulchriorem ac lucidiorem, velut aurum ex igne prodiiſſe; multitudinem autem vacillare in avita religione. Hinc tamquam tonittuo perculſus, obſtupuit obmutuitque; non tamen reſipiſcens abſtulit indignationem ſuam ab eo, ſed adhuc manum extentam habens, eamdem ad nova ſupplicia armavit. Rurſum autem eum jubens coram ſe ſtatui, eidem loqui voluit, licet nil haberet quod rationabiliter diceret, omni recti ſermonis facultate deſtitutus. Et primum quidem ad interrogationes, nihil omnino ad rem facientes, convertebatur: Unde inquiens, tot tantasque incantationes didiciſti? quibus utens tormenta effugis, quæ tibi per leges & per nos inferuntur; & imprudentiores partim in admirationem rapis, partim etiam ſeducis; Chriſtum quemdam prædicans unicum eſſe Deum, & novum hoc inſolenſque præconium habens pro velamento veneficiorum tuorum.

E

denuo Sanctum interrogat;

crepidas ignitas parari jubet:

F

20 Poſtquam autem indignum reſponſo Georgius cenſuit, quem ipſa opera ſapientiorem non faceret; minatus eſt Diocletianus per ſeipſum experimentum ſumere, utrum non eſſent illa magicæ artis portenta. Dixit: & cruciatum cruciatui conjungens, atque duo ſimul ſupplicia congerens, eo quod iis ſigillatim uti judicaret temerarium eſſe; ignem accendit, ferreas crepidas eidem injecit, ipſasque longis & acutis clavis transfixit; his, tamquam perfectiſſimis mortis laqueis, Martyrem induens. Ipſe autem, nihil ad hæc conterritus (quod nobis vel ex ſolo auditu uſu venit, quamvis ab experientia tam longe remotis) neque ab ea confidentia, quam in principio pro pietate monſtraverat, quidquam deſciſcens; ſed quæſtioni applicitus, verberatus, pulſatus, magis alacer quam advenerat in carcerem rediit; nequaquam interim in his omnibus deſiſtens ab oratione ad Deum facienda. In ſolo enim illius intuitu, qui ſolus immobilis eſt, alienationem animi à cruciatibus naturæque depravationem ſiſtebat; & intra ſeipſam inordinate commotam, periclitantemque ne deficeret, reducebat; manifeſte demonſtrans, quod licet tyrannus, imo homines univerſi, ſuperare eum contenderent, invanum laborantes refutarentur, quando eum liberare vellet virtus à Deo procedens.

iũquein-dutum & illæſum,

21 Atque ita ſe habuerunt ea quæ circa Martyrem

A rem acta ſunt: gravia ſane quoad cruciatus, & plus quam gravia: quis enim non dixerit vel auditu intolerabilia eſſe? Sed majora è contra oportet fuiſſe ea, quæ pro ipſius defenſione ſunt geſta, ut nec veſtigiũ quidem injuriæ in ejus corpore, poſt viſitationem divinam, remaneret. Quoniam, ſi non magnum mihi eſt vel ſic contendere; valuit malitia adhuc amplius in iis quæ partium ſuarum erant, ſed numquam tantum nocere potuit, quantum potuit benefacere Deus. Diocletianus vero neque hic ſubſtitit, neque in his finem fecit ſuppliciorum, quamvis omnes tormentorum ſpecies expoſuiſſet: ſed, quemadmodum qui circum globum currunt, ad idem ſemper principiũ redeunt: ſic & ipſe, cum amplius ei non ſupereſſet quod ageret, non deſpondit animum, tormenta congeminans; ſed rurſum ad flagella rediit, impietati impietatem apponens, & ſanguini ſanguinem commiſcens. Tamquam enim ſi unus hic labor præ ceteris omnibus ei maximus eſſet, & ante omnes neceſſarius; tantiſper abſtinens ab aliis negotiis, quãvis gravius incumbentibus & ad ſe trahentibus; non publicas curans adminiſtrationes, non politicas dirigens ſolicitudines, non ſeditiones coërcens aut bella apte ordinans, totum ſe contra unum collegit Georgium, omne in eo tempus, omnem induſtriam conſumens.

rurſum flagellari & torqueri.

B 22 Hoc autem manifeſtum fiet conſiderantibus aſſiduitatem & intenſionem ſtudii rebus iſtis impenſi. Illa enim die in carcerem eum miſit; noctu autem, ut aſſolet, iniquitatem meditatus in cubili ſuo, mox ut dies illuxit pro tribunali ſedens, multis circumſtantibus ad eorum qui advenirent ſuſceptionem, ſtipatuſque ſatellitio & omnium in ſe oculos conjectos habens, adeſſe Georgium jubet. Adfuit autem, & ſtationem, quando opus fuit; & inceſſum, quando conveniebat faciens; in utroque fortis, & nihil omnino impeditus crepidarum moleſtia. Quæ res præter omnem expectationem fuit. Quis enim exiſtimaſſet, ſi non omnino privaretur vita, fore ut ita libere aliquando poſſet ſeipſo uti? nunc vero ita ſe habebat, auxiliante Deo, & ipſi Diocletiano vulnus faciente majus, quam quæ putabat ſe intuliſſe. Quoniam tamen adſtabat; Forte, inquit, lætitiam & gratiam crepidæ attulerunt? aut quid ais? Cui Georgius, Quomodo, inquit, o Imperator, non afferrent lætitiam, cum quibus iter ad Deum ingreſſus ſum?

cum iisdem crepidis ad tribunal reductus Georgius,

& contumacia atq; magiæ accuſatus,

23 Hæc vero audacia, inquit Diocletianus, & hæ magicæ artes quid tandem ſibi volunt? Numquid his valedices, & iſtam depones; vel ſero edoctus, quantum bonum animi moderatio, malum autem contumacia adferat? Qualem tu, reponit Georgius, contumaciam appellas? an forte tuendæ veritatis fiduciam? Hanc vero ſic nemo appellaverit, ſed juſtitiam, & fortitudinem, & ſi qua alia virtutum pulcherrima. Maximа enim virtus eſt, nolle pati ut falſitas in medium adducatur extincta veritate: quam ſuam partem numquam videbis deſerere Georgium; aut ex animi circa eam puſillanimitate injuriam irrogare Deo, illam ſervare præcipienti. Neceſſe enim omnino eſt potius Deo quam hominibus obedire. Quoniam vero etiam magicarum artium meminiſti, vulgari quidem proverbio dicitur, pueris & piſcatoribus ex primo jactu dandum: tu vero ubi aut inter quos teipſum debes cenſere, in eadem offendicula impingens poſt millenas experientias? Etenim ſermones de veritate audiens, eorum certitudinem quæris ipſis rebus experiri: ab his autem ſumpta experientia, recurris ad verba, tamquam ſola idonea ad magiſterium. Quis demum medebitur contritioni tuæ? quæ oratio refellet tantam tuam pervicaciam? Chriſtum, ô Imperator (Quid autem Chriſtum dico?) Chriſti nomen non ſuſtinent dæmones, ſed formidant illud & contremiſcũt, eoque vel leviter audito tamquam fumus deficiunt. Veneficorum opera, dæmonum ſunt illuſiones: quæ vero nobis accidiſſe noſti, Chriſtus eſt operatus: quid igitur ipſi & dæmonibus? quid nobis Chriſtianis & magis commune eſt? Quomodo non rebelles Deo ac prorſus fatui æſtimandi ſunt, qui his impudenter adſcribunt virtutem in nobis oſtenſam?

C *conſtantiâ in fide negat eſſe contumaciã.*

aut Chriſti miracula magiæ tribuenda,

AUCT. GR. CYPRIO EXMS. GRÆCO

24 Quod ſi magna tibi illa ideoque incredibilia videntur; & in tua perſiſtens incredulitate, perſeveres etiam in voluntate torquendi cruciandique me, majora etiam videbis. Quid enim impoſſibile ei, qui quæ non ſunt, vocat ſicut ea quæ ſunt? Quid timeamus nos ei ſervientes? An vulnera? an mortem? Abunde ea ſanat, & ab inferno reducens vitam donat æternam. Quæ autem mors attinget nos, ipſo non permittente? aut quocumque eorum, quos tu ſæpe adhibes, modorum inferetur? Numquid non ſuſtinuimus ungulas, lapides, rotas, gladios; ignes? mortifera quidem omnia, ſed per Chriſtum retudimus ipſa & vicimus; itaque per omnia oſtenſa eſt ſalva religio & firma ſpes noſtra? Sed quid ego hæc tibi, auditu gravia? Admove aurum igni, & rurſus aurum videbis educi; applica nos iterum iterumque torturis, & videbis quantum Chriſtianorum opera ſuperent virtutem magorum dæmonumque.

ſed illius omnipotentia.

E

25 Hæc quidem Georgius: Diocletianus vero, quoniam, ſecundum quod ſcriptum eſt, veritas non erat in eo, & nolebat intelligere; vim autem verborum non magis ſuſtinebat, quam debilis oculus ſolarium radiorum incurſum; multo magis corde exæſtuans, aſſurgebat in iracundiam. Et primum quidem, ut non videretur tormenta innocenti inferre, petulantis linguæ peccatum eſſe dixit, quod ipſo jubente nollet veritatem adulando obumbrare. Deinde os contunditur Martyr, poſtea ſuſpenditur, ad principia toleratorum hactenus tormentorum reductus: tum flagellatur, & nervis cæditur. Fluebant per terram rivi ſanguinis, & carnes cum ipſis miſcebantur: gratioſiſſimum autem in his omnibus erat, quod patereturGeorgius, doleret autem Diocletianus, eum videns abſque dolore manere. Jucundus lætusque & ſereno vultu erat Georgius, ea quæ maximis beneficiis affecti ſolent cum gratiarum actione ad Deum loquens atque oſtendens: Diocletianus vero amaro erat mœrentique animo, veluti ſi ab illo in ipſum tranſirent verba; & furor eum recentior circumdederat, cum carnifices, velut inter ſe commiſſi, invicem ſe viderentur devorare; ipſe vero alienas carnes palam conficiens, ſeipſum ſentiret diriſſima perpeti.

os contunditur,

& dire laniatur.

F

CAPUT IV.

Veneficia ſuperata, mortui ſuſcitati.

26 ERgo conſilii inops ac deſperabundus, id quod canibus uſuvenit patiebatur, atque ad proprium redibat vomitum; rurſum veneficium nominans quod fiebat, non animi generoſitatem, non fortitudinem, non divinæ opus virtutis; iterumque maleficas magorum artes in crimen adducens. Neque quievit hæc clamans aſſeveranſque, donec accerſitus homo in arte magica verſatiſſimus, inſanum & calumnioſum eſſe talia affirmantem convicit, non ad hoc vocatus neque adductus. Sed idem quadamtenus hic accidit quod olim Balaamo, quem à Rege Moabitarum accerſitum execrari filios Iſraël, idque agere ſtudioſe volentem, contraria quædam virtus pro maledictione coëgit benedictionem inferre. Nam adveniens veneficus magus ad convincendum Georgium, ejuſque incantationes diſſolvendas,

Ad confundendum Georgium adductus magus,

AUCT. GR. CYPRIO EX MS. GR.

vendas, & in his omnem operam collocans, prorſus contrarium fecit; demonſtrans quod Georgius eſſet homo divina manu gubernatus, cui tantum aberat ut poſſet merito veneficii crimen impingi, quantum abſunt crimina tenebris gaudentia ut juſte poſſint lucem hereditare. Demonſtravit autem non verbis iſta, ex oppoſito clamans (quamvis etiam hoc poſtea fecit) ſed operibus, quorum longe major eſt quam verborum vis.

duplici veneficio fruſtra applicato,

25 Mox enim ut advenit, ſuſcepit in ſe, vel perſuadere Martyri ut gentilium Deos pro Chriſto adoraret, vel perſuaderi renuentem occidere, ne aliis quoque in exemplum eſſet, ut aiebat, infidelitatis & blaſphemiæ: quibus peractis promittebantur ei munera, gratiæ atque honores, eaque omnia quæ ab Imperatore data falſo putantur beatos facere. Et hæc quidem ſe facturum recipiens, tam facile quam quidquam aliud, ad quærenda præparandaque veneficia ſe convertit, in diem proximum pollicens dandum ſuæ artis experimentum, & abiit: diſſolutus vero eſt conventus, & Sanctum denuo carcer excepit. Venit ergo explendæ ſponſionis dies, & omnes rurſum præſentes adfuere. Comparuit veneficus, duplici potione fretus, velut qui paucis totum certamen circumſcripſerat: comparuit & Martyr, ut ipſi dicebant, morti tradendus. Diocletianus quoque magna ſpe plenus advenit, & populus multus; omnes ſuſpenſi expectatione futurorum, quem ea eſſent exitum habitura. Ex una ergo parte producitur pharmacum, quod erat tale, ut ipſum bibens extra uſum fieret rationis, ſeque præberet agendum ferendumque prout quis voluiſſet: alterum vera vas mortiferum, erat pro ſecunda potione paratum. Sed neque iſtud epotum, mentis ſtatum commovit; & quod potatum dicebatur eſſe letiferum, haud vero nomine ſe appellari probavit, nihilo plus Georgio nocens quam iis qui ipſum non biberant: aut potius utraque potio obſtupeſcere & obmuteſcere fecit, non qui guſtaverat, ſed qui propinarant. Obſtupuit enim qui pharmaca præparaverat magus, obſtupuit & Diocletianus: populus autem & qui forte ex Senatu tunc aderant, non erant admirationis conſternationiſque expertes.

B

confunditur à S. Georgio utrimque nil paſſo.

Diocletianum à tormentis ad blanditias verſum,

26 Et hæc quidem ſic acta ſunt: Diocletianus autem feſtinavit inire tormentorum rationem (omnes enim cruciatus ſuos exuperabat rabie) ut aliquod inveniret, quod non adferret citam mortem. Poſtquam autem vidit defeciſſe frameas ſuas in finem, & jacula eſſe exhauſta; & quæcumque facta erant non magis profeciſſe, quam ſi contra ſtatuam vel umbram fuiſſent adhibita; mutata pugnandi ratione; veluti priorem improbans, inivit aliam: ne tunc quidem ab immanitate ſua quidquam deflectens, ſed eam induſtrie malitioſeque diſſimulans. Cogitabat enim intra ſe, quod ſi quis generoſioribus animis ſævitiam admoverit, eo ipſo fidentiores eos reddat; ſi vero manſuetudine quadam ac lenitate temperati ſermones fuerint, emollitos illos tandem ſibi habebit obſequentes: nam etiam ferrum oleo lævigari; quamvis hoc molliſſimum, iſtud duriſſimum ſit. Quid igitur? Larvam aſſumit lenitatis; ex ſeveriſſimo in mellifluum blandumque transformatur; tum benignius ſolito eum intuitus, & vocis feritatem dimittens: Tu, inquit, ô homo, difficultates difficultatibus innectens, ad extremam nos deſperationem adduxiſti. Quouſque autem iſta? & quando quieſces? An ergo nos oportet laſſari per omnia, moleſtiam tibi ex ignorantia faceſcentes, & tibi alias conciliari volentes? Doce quæ ſit illa tibi aſſiſtens virtus, per quam tot tantaque evaſiſti diſcrimina. Doce, inquam, vel nunc; licet, ante nolueris: & nos à perplexitate exime, teipſum ab inquietudine & tumultu. An exiſtimas nos provocandos ad iracundiam audita veritate, tibique eam exponenti graves futuros? Ne tibi quæſo hoc perſuaſeris: audiemus te quam clementiſſime jucundiſſimeque, quin & gratificabimur tibi quantum fas erit, ſi nos ab inveterato errore abduxeris.

D

& ad interrogationes ſimiles prioribus,

27 Hæc ille, mentem verbis occultans, non veritatem requirens: jam enim millies & palam ei dictum erat à Martyre, Chriſti virtutem adeſſe iis qui ipſum confitentur eſſe Deum; atque ita eos fieri omni periculo fortiores, potenteſque ad facienda ſigna atque omnigena miracula in demonſtrationem veritatis. Verum ſimulatio hæc erat atque adulatio, & via quædam, ut aptius loquar, qua ipſum in ſuam pelliceret voluntatem, pertraheretque, ut ei, qui tam comiter familiariterque agebat ſecum, pari quoque familiaritate ſe conjungeret Georgius, gauderetque ab ipſo honorari: neſciebat autem quod ſeipſum deciperet, magnum veritatis propugnatorem iis verbis aggreſſus, quibus mancipia demulcentur. Quomodo enim poſſet illius ſapientia talibus ſermonibus decipi, aut tantus pro religione zelus aliud quidpiam pati, quam quæ decet in hac cauſa & cogitare & loqui? Amorem vero illius, quo anima ejus ardebat ad Chriſtum unice formoſum diligendum, quomodo alterius cujuſdam cupiditatis cauſa poſſibile erat præcipitare deorſum? Neque enim animalia umquam alia conſueverunt per ſe vivere in regione ignis; neque poſſibile erat, ut anima illa, jam facta divini ignis receptaculum, cogitatum admitteret, quacumque ratione ad terrena inducentem: idque tum operibus patuit, tum tolerandis tormentis, tum verbis ad tyrannum productis.

Georgius ad omnia invictus,

E

ſimili veſponſo confutat;

28 Quomodo inquit, ô Imperator, iis quæ à triduo, imo ante dies duos audiviſti, oblivione præteritis, eamdem ſemper de eiſdem rebus interrogationem prætendis? ſiquidem & nos omnino novimus veritatem tenere, neque eam per partes edicimus, membratim eam loquentes; neque modo ſic, modo aliter, interrogantibus reſpondemus, ut nos illis accommodemus, veritatem adulterantes. Si vero & tu eam amas, quomodo tantum diſcrepas ab illis, qui ipſam ſolam colunt omni tempore, & eamdem erga omnes eſſe ſciunt, ut ſuadeas ab ea diſcedere? Non profecto, non diſcedimus. Si tamen vere dicis quod veritatem amas, audi ex nobis verba veritatis; iterum & iterum eumdem ſermonem loquimur: Chriſtus nos confortat, Chriſtus nos liberat, Chriſtus per nos ſigna operatur. Id ſi velis operibus comprobatum, quamvis experimentum jam ſumpſeris, aliud tamen rurſum ſumere licebit. Ecce enim paratos nos pati omnia: veni rurſum ad opera, & manibus utere, nihil formidans; ut cognoſcas iterum quia Deus nobiſcum eſt, tua contra nos conſilia diſſipans.

& offerens virtutem Chriſti probare miraculis,

F

ab incredulo tyranno,

29 Hæc eo dicente, non erat ille intelligens aut requirens Deum: homo erat conſilio privatus, notitiam autem Dei nec habens nec ſuſcipiens, ſimilis factus Judæis antiquis: nam illi quidem per ſeipſos videbant audiebantque ab aliis Chriſtum facientem miracula, ſigna & virtutes; & tamquam ſi nihil vidiſſent audiviſſentque, veniebant eadem requirentes. O ſtupidi! Adhuc videtis, & heri vidiſtis, & nudiustertius & diu antea cognoviſtis eadem; & in eadem conſilii ambiguitate deſinentes, venitis? Hos igitur imitatus Diocletianus, poſt demonſtratam ſibi ſæpius Chriſti virtutem, rurſum quærit: quærit autem, non ut accepta demonſtratione rectificet cor ſuum & fidelis efficiatur; ſed tentandi dumtaxat cauſa quærit, quia, ſicut & illi, generatio erat prava & exaſperans, ſpiritus vadens & non rediens.

30 Ergo

A 30 Ergo ceteras omnes miraculorum ſpecies pretermittens, & ad id quod omnium eſt maximum mortuorum reſuſcitationem tranſiens, hoc ipſum, non aliud, operari jubet; velut regenerationem, in uno aliquo mortuorum factam, habiturus pro teſtimonio totius virtutis & divinitatis Chriſti; ignorans tamen quam parum utilis ſibi futura eſſet hæc experientia, qui ſtatim à patrato miraculo replendus eſſet indignatione. Qui enim priora miracula fuerat circa Martyrem operatus, circa hoc unum nihilo minus erat potens: quamvis non ita judicaret Diocletianus, neque ſibi id perſuaderet, certo credens impoſſibile fore quod imperaverat. Quare monumentum demonſtravit, & in eo defunctum ab annis multis, ipſumque jubet excitari: Age, inquiens, vivum hunc ſiſte, ambulantem, ſentientem, & alia quæcumque nos facimus facientem; & abi, nobis de veritate perſuaſis, nihilque de cetero habituris circa alia dubitare, poſtquam id factum fuerit, quod majus eſt omnibus. Quis enim tergiverſari & refragari vellet amplius, tam evidens argumentum habens ſibi oppoſitum? Sic ille. Quæ autem ſecuta ſunt, quomodo digne quis explicet? aut potius, quomodo ſatis miretur? nec enim vel hoc eſt facile, eo

B quod rei magnitudinem capere nequeat intellectus.

quo facto, 31 Suſtulit Georgius in cælum oculos tam mentis quam corporis, & audientibus univerſis Dei magnalia glorificans atque concelebrans, ſimulque eum commonefaciens mirabilium ſuorum, & maxime illius triumphi quem duxit de morte per ſuſcitationem vita functorum; oravit, ut quod propoſitum nunc erat miraculum, ad finem adducere dignaretur. Etenim fidenter poterat ejuſmodi petitiones & facere & ſperare: facere quidem, quia fidem habebat montes transferentem; ſperare autem, tum propter diſcrimina quæ illius cauſa ſubierat, tum propter infallibilem Chriſti promiſſionem, qua fidelibus ſuis firmiter eſt pollicitus, quæcumque petierint acceptu-

& qui ſurrexerat Chriſtum confitente, ros. Factæ in hunc modum orationi annuit Deus, & deſuper vox grandis erupit, quantam ægre ſuſtinere aures poterant, ſuaque vehementia cunctos attonuit. Tum inviſibilis quædam virtus ſepulcri operimentum abſtulit, & aridis illis oſſibus ſpiritum vitæ infudit, ſimulque & mortuus ſurrexit, & totius populi conclamatio, magnificantis, laudantis glorificantis Chriſtum, eumque verum Deum confitentis. Denique qui à mortuis reſurrexit confiteri

C cœpit ac prædicare in omnium auribus, atque Apoſtolico fungi munere; nunc ad ſequendum Chriſtum exhortans, nunc idolorum cultum diſſuadens, utque ſe ſuſciperent dignum teſtem, qui corporea exutus caligine didiciſſet, quantum in Chriſto ſit lucrum, quantaque infelicitas æterni ignis, & caliginis, & vermis, & cujuſcumque alterius mali, iis præparati qui dæmonibus ſe conjungunt.

plurimi convertuntur, 32 Scio miraculum hoc non ſuſcipi ab auribus incredulorum, nihil enim eorum quæ pulchra ſunt ipſis videtur fide dignum: ſed eam facile apud pios inveniet. Si enim verax eſt Chriſtus, promittens quod majora ſigna quam faciebat ipſe, facerent credentes in ſe; Chriſtus autem ejuſmodi ſigna millena fecit; quis Chriſtianorum umquam de illo dubitaverit, audiens primum Eliam & Eliſæum, deinde Chriſti Diſcipulos talia eſſe operatos? Ipſi autem gentiles, quantumvis de diis dæmoniiſque ſuis quanta poſſunt deliria commenti, eorum virtute majus hoc eſſe confitentur. Itaque & multitudini majorem de Chriſtianæ religionis veritate æſtimationem miraculum hoc ingeſſit, quam cetera omnia; & quamplurimos traxit ad Chriſtum, perſuadens turmatim & abſque certo numero accedere ad illum: quibus etiam continuo datæ ſunt arrhæ maximorum præmiorum, tali confeſſioni propoſitorum. Quis enim recenſuerit quanta poſt hæc ſecuta miracula ſint, quam multi quamque diuturni morbi ſanati, & quantum ſeſe exeruerit virtus naturæ ordinem ſupergrediens? Quomodo cæci videre cœperint, poſt receptum interioris oculi lumen? quomodo claudis confirmati ſint pedes? quomodo genus omne ægritudinum ſit curatum? quod autem ad dæmonum violentiam attinet, hæc quoque non poterat ulla ratione ſubſiſtere, ſi quis dumtaxat cum fide accedebat. AUCT. GR. CYPRIO EX MS. GRÆCO *ſequentibus eorum fidem miraculis;*

33 Sed quomodo præteriero, quod factum eſt Glycerio, miraculum? Agricola hic erat & circa terram ſemper occupabatur, quam junctis ad aratrum bobus tunc proſcindebat: cumque non eſſet expers miraculorum à S. Georgio patratorum, & ſuorum ſubjugalium alter deficiens mortuus eſſet, confeſtim cucurrit; & quid acciditſſet annuntians, bovem quoque ſuum ſuſcitari petiit. Obtento autem eo quod poſtulaverat, gratus admodum pro beneficio, cum nullum alium quam de Chriſto ſermonem haberet, eumque privatim ac publice, ſurſum ac deorſum prædicandi finem nullum faceret; capite plexus fuit, jubente tyranno, & Martyr ad Chriſtum acceſſit. Huic appoſitus eſt ſecundus, ille qui fuerat ſuſcitatus à mortuis, & palam loquens factus erat magiſter pietatis. Tertius denique eamdem Martyrii viam ingreſſus eſt, is qui heri & antea magus, nunc præco Chriſti, fidem confeſſus erat, & dæmonum culturam tamquam pernicioſam ejurarat. Atque hæc ea ſunt quæ circa patratum in mortuo miraculum acciderunt, quorum quidem pars memoriæ tradita eſt, altera prolixitatis vitandæ cauſa involuta ſilentio: quæ vero poſtmodum conſecuta ſunt neceſſe etiam eſt enarrare. *inter quæ Glycerius,* *una cum mago & ſuſcitato Martyr effectus.* E

CAPUT V.

Extrema Georgii de idolis victoria: capitis ſupplicium toleratum.

34 COnſpiciens Diocletianus Chriſtianiſmum inſtar ignis jam accenſum, tamquam ex ſcintilla à Martyre profecta, eumque à multis jam ſuſceptum, à multis ſuſcipiendum, niſi quis impediret; hoc autem futurum difficillimum. Hæc, inquam, videns, nihil ſibi prius faciendum judicavit, quam ut de medio tolleret Georgium: verebatur tamen ne fruſtraretur propoſito; & formidabat rem aggredi, meticuloſus effectus priorum experientia: rurſum autem, ut liber abire permitteretur, pati non poterat; cum utique Diocletianus eſſet, & ſuam ipſius fore calamitatem crederet, ſi idola ſperherentur. Media igitur via ingreſſus, carceri incluſit Georgium, exiſtimans impediendam miraculorum frequentiam, quando nemo auderet ad vinctum accedere; itaque ceſſaturam propenſionem multitudinis ad religionem. Potuit ſane executioni mandare conſilium quod cœperat; traditus enim in cuſtodiam eſt Sanctus: ſed id cujus cauſa hoc factum eſt, effectum tyrannus dare non potuit; Verbum enim Dei, ut Paulus loquitur, non eſt alligatum; quin imo jam magis libere quam antea miracula ſequebantur; & audientium fideliumque quotidie augebatur numerus. *In carcerem retruſus S. Georgius,* F 2 Tim 2,

35 Interea dicitur, & dicitur vere, quod à Chriſto acceperit Martyr ſuæ ad eum diſſolutionis ſignum. Accepit autem hoc modo. Apparuit ei per ſomnum Chriſtus, multaque ei dixit ex quibus magno gaudio fiduciaque repletus ſit: proximam autem *viſitatur ab Angelo:*

AUCT. GR. CYPRIO EX MS. GR. migrationem indicare volens coronis quibuſdã ſplendidiſſimis, incomparabilem decorem habentibus, ornavit caput Martyris, quod erat ſignum ejus quam apud ipſum accepturus erat claritatis; promiſit autem eum victurum & regnaturum ſecum quoniam ſui cauſa mortificatus fuerat tota die, factus velut agnus occiſionis. Sic iſta narrantur. Diocletianus autem audiens, contrarium prorſus quam ſibi promiſerat, exitum habuiſſe ſuum circa Martyrem conſilium, haud diu perſtitit in ſententia ipſum captivum detinendi: ſed pro tribunali ſedens aſſidente magno numero Senatorum, & multo populo circumſtante, induci eum ad ſe juſſit.

deinde blãdienti iterũ Diocletiano,

37 Rurſum igitur ſimulatio aſſumitur, perſonaq; clementiæ & manſuetudinis: rurſum doloſa ſcena & comœdia inſtruitur; neque enim aliud agere poterat, repulſus in omnibus, & omnia tormentorum genera fruſtra expertus, tamquam ſi cum immortalium aliquo rem habuiſſet. Inſtruxit autem ridicule ſcenam, quaſi crederet per eam omnia conficienda: cui enim, tamquam cum viro congreſſus cum omni ſua potentia, victoriam de ſe reliquerat, huic, tamquam cum juvenculo acturus, cum blanditiis appropinquans (vide obſecro nequitiam hominis) quali quantoque artificio uſus non eſt? Primum igitur laudes ejus, qualibus humanæ mentes maximæ capiuntur, efferre cœpit; & quis dixerit quantas? Nobilitatem extollebat, admirabatur corporis decorem & pulchritudinem cum fortitudine atque animi generoſitate conjunctam, tum ingenii acumen ac prudentiæ firmitatem. Neque enim, inquiebat, vel in extrema ſenectute talem facile inveniet aliquis, nedum in corpore tam delicato & ætate tam tenera. Deinde ſibi ipſi convitiabatur, quod non puduiſſet, nec miſertus illius eſſet, nec manſuete humaniterque illo uſus, ſed inſtar feræ beſtiæ crudeliter immaniterque. Poſt hęc ſupplicabat, & ignoſci ſibi omnia poſtulabat, tamquam filium pater. Quid enim, inquiebat, attinet me dicere quam multa alia tibi ſint ex me parata? Non tamquã familiariter notus habeberis, ſed filii loco mihi eris; & honores recipies, quibus nulli præterquam nobis inferior eris: hæc autem quanta apud homines eſſe reputetur felicitas, quis ignorat?

obſequi ſimulans

38 Hæc verba illius, imo laquei erant, non quidem ei contra quem tendebantur; ſed ipſimet qui ea excogitaverat. Captus enim in illis eſt tamquam in propriis retiis, ut habet parœmia: callidusque ad faciendum male, pari calliditate deceptus fuit; & ſicut Pſalmiſta loquitur, in operibus manuum ſuarum (quod tantum valet, ac ſi transferas in conſiliis ſuis) comprehenſus eſt peccator. Id autem quomodo? Arripuit verba tyranni Georgius, & novam quamdam adverſus dæmones pugnandi rationem meditatus, qua ſibi perfectum clariſſimumque de illis trophæum conſtitueret, ſimulavit ſe acquieſcere dictis, omni depoſita mentis conſtantia, uſque adeo ut vellet ſtatim cum ipſo ad delubra progredi, & ad honorandos Deos feſtinare. In quo quidem dolus aliquis & calliditas fuit: ſed non eſt alienum à ratione cum verſuto oblique agere, & doloſe incedenti in dolo quoque obviare: omnis enim modus, quo quis iniquitatem effugit, rectus cenſeri debet; & quamcumque quis contra dæmones inierit viam, virtutis via eſt, absque diverticulo ductura ad Deum.

Pſ. 9, 17.

ducitur cũ magno plauſu ad idola,

39 Quis poſſet explicare verbis Diocletiani & idololatrarum ſuper hiſce lætitiam, plauſusque & gratulationes ac præconia publica, quibus omnes convocabantur ad ſacrificium? Cum autem plenus eſſet conventus, & eſſet tempus ſacrificandi, atque omnes in Martyrem ſacrificaturum intenti; tunc ſubito converſa eſt alea, & omnis illa lætitia, feſtivitas omnis, diſſolutæ ſunt, & gaudio luctus ſucceſſit; ut appareret quod prior illa voluptas non niſi merum fuiſſet ſomnium. Non enim præſentiam Martyris ſuſtinebant ſimulacra, ſibique appropinquantem non tulerunt; ſed tamquam umbræ evanuerunt ſole tranſeunte. Interrogavit eos num eſſent dii: & illi geſtu ac voce reſponderunt, Non ſumus. Sacrificari eis juſſit, at non ſuſceperunt ſacrificia; ſed gementes trementeſque dæmones ſubterfugiebant ac ſubtrahebant ſe. Et hæc quidem antequam eis comminaretur: ut autem comminari eis cœpit, non erat amplius ſubſiſtendi locus, ſed tumultus quidam excitabatur, & lamentabilis ſonus deorum quiritantium; ac veluti in nocturna pugna vel ebriorum conflictu, collidebantur cumulabanturque ſibi invicem ſimulacra ſimulacris, & dii diis; aurei æneis, & utrisque lapidei; cum hisque miſcebantur argentei ac lignei, ſimul proſtrati atque contriti. Erat autem videre commiſta deorum quacumque ex materia formatorum fragmina, humero ſcilicet ligneo æneam dexteram fortuito compactam, aureumque caput cruribus ligneis incumbens. Forſitan autem (tanta erat membrorum divinorum confuſio) Martis Vulcanique partes alicui Jovis parti committebantur, adeo ut mancorum crurium baſis fieret caput aureum, quo totus Olympus juxta Poetas convertitur. Ita tunc membratim complodebantur dii, miſerabile ſpectaculum idololatris facti; & chorus ille in luctum eſt mutatus, ſimulacris ipſorum inutilibus redditis.

qua faſſa ſe non eſſe Deos,

inter ſe colliſa confringuntur.

40 Hinc porro manifeſte apparet quam difficulter ſuperabilis malitia ſit atque in excuſabilis, cum ſemel animam inhabitatam poſſidet, adeo ut ſui illa potens non ſit, amiſſo ratiocinii fræno, facta mancipium pravitatis. Quomodo enim ad Chriſtum non tranſierunt gentiles, ſtatim atque ex iſtiusmodi ſigno tum eximiam ejus potentiam tum dæmoniorum ſummam imbecillitatem didicerunt? Quomodo non crediderunt? Numquid non leviſſimum hoc eſt, quodque vel irrationalis natura agere poſſet? Quomodo igitur mortuorum idolorum impotentiam cognoverunt, & cognoſcentes non repudiarunt? An forte inſenſibiles erant aut rationis uſu privati? aut non cognoſcebant ea quæ in ſuis ipſorum oculis gerebantur? Sed, ut dixi, cum malitia in eos tantum obtineret dominatum, nulla boni cognitio prodeſſe iis potuit, uſque adeo obſtrictis pejorum ſervituti. Oportebat enim omnes tunc præſentes infirmitatem erroris cognoſcere; illi autem prorſus contrarium fecere. Incenſi zelo, propter idola proſtrata, inſurgunt in vindictam: & alii quidem verberabant Georgium, alii trahebant, alii invicem contra eum exhortabantur; nec deerant qui parati eſſent ſuis eum dentibus laniare; feciſſentque, niſi ab ipſo tyranno profectum mandatum, ipſorum repreſſiſſet impetum; Sanctum vero coram illo ſtitiſſet, non ut patienti parceretur, ſed ut majoribus tormentis & morte gravioribus afficeretur.

inſanientibus ad ſpectaculum gentilibus,

& Sancto mortem machinantibus:

41 Igitur rurſum agones, rurſum certamina exantlatis paria ſubeunda fuiſſent; niſi Deus adfuiſſet, athletam ſuum ad ſe evocans. Sed hoc paulo poſt; nunc autem primum eidem, velut ingrato, illudebat tyrannus, quod in riſum ac jocum convertit ſuam erga ipſum humanitatẽ; deinde impium audacemque vocabat, nulli in eum convitio abſtinens. Quæ cum omnia fruſtra eſſent, & Martyr idolorũ impotentiam eidem è contra exprobaret; quodque dii non eſſent, qui ſuam ſuſtinere nequiverant præſentiam, addens eorumdem planctum & caſum & contritionem; ac deni-

objurgatur ut ingratus,

denique obdurationem animi, per quam lignis lapidibusque inſenſatior eſſe perſeverabat, quamvis externis ſenſibus uteretur. His inquam reprehenſionibus vehementiſſime pulſato tyranno fel draconum accenſum eſt, & venenum aſpidum inſanabile, ſymbola cordis ſupra modum æſtuantis. Aſpectus ejus, ut cum divino Nahum loquar, quaſi lampades ignis, & quaſi fulgura diſcurrentia; vox autem erat quam ferarum truculentior; qua lictores adeſſe juſſos, tormenta, manicas & compedes adferre; ignem, gladiũ, rotam, & omnia ſuppliciorum genera jubebat exponere.

ſed fruſtra.

Nah. 2, 4

42 Sed hæc omnia cum eſſent adducta in medium, & in corpus Martyris denuo exerenda, evertit Deus & inutilia reddidit: idque non cæcitate tyrannum percutiens, non fulmen deſuper in eum jaciens, quibus ſuppliciis jam pridem dignus erat; verum ad ſui agnitionem adducens per Georgium propriam illius uxorem, omnesque ejus curas contra ipſam convertens. Non enim, quemadmodum plerumque is qui impetitur, manus convertit in impetentes, ſic & Diocletianus; ſed, ſtimulos eidem aliunde ſuggerente Deo, totus à propoſito raptus eſt, totusque in eo eſſe cœpit ut ſuam ſibi ſervaret uxorẽ. Magnum ſane ſtudiu huic rei impendit, ſed omnia facienti dicentique nihil prodeſſe potuit: quodcumque autem pharmacum adhibebat, impedimentũ erat ad perſuaſionem, aut potius incitamentum ad Chriſtum, cum adverſantia omnia piæ mulieri cooperarentur in bonum, quemadmodum Paulus loquitur de diligentibus Deum. Igitur ex hac etiam parte repulſus, nec niſi confuſionem ac riſum referens ex omnibus quæ Martyri debebat, hinc in omni certamine victus, inde illuſus, atque multis ſuis familiaribus ipſaque uxore privatus, non amplius interrogatione Martyrem dignabatur vel alloquio. Quoniam vero jam emanarat edictum de diſceſſu, ceteris omnibus prætermiſſis, extremam contra Georgium ſententiam protulit: videlicet ut capite plecteretur. Protulit autem illam, non magis ipſum fugiens quam præſentes, planeque deſperabundus præ dolore & amaritudine ſpiritus, ex eo quod ſuperare non potuiſſet Martyrem, ipſe ſe qui omnes ferme homines habebat ſibi ad nutum famulantes.

itaque cum etiam Imperatrix Chriſto acceſſiſſet,

Rom. 8, 28

capitis ſupplicio punitur Georgius.

EPILOGUS

43 HOc modo finem acceperunt agones S. Georgii: ſicque decertans & ſpectaculum Angelis atque hominibus factus, exceſſit coronandus ad agonothetam & Chriſtum; cujus ſtigmata portans ac palam oſtentans, ſocius extitit paſſionis, & coheres gloriæ nominatus eſt. Conſtantiam ejus exhorruerunt dæmones, victique & confuſi receſſerunt, adeo ut ſeipſos culparent, quod à principio eſſent cum in invicto congreſſi; culparent quoque Diocletianum, quod ipſis inſtrumentum factus contra Martyrem, per ea quibus uſus erat ad eorum intentum, factus eſſet ipſis inſtrumentum cladis & ignominiæ; idque tanto magis, quanto magis vincere contendebat. Patientiam ejus obſtupuerunt Angeli, quod, cum homo eſſet corpore materiali circumdatus, & grave hoc onus necdum depoſuiſſet; non tamen elanguit ad tormenta, non formidavit, non tradidit ſeipſum doloribus, nihil materiæ conſonum paſſus eſt, nec à propoſito alienatus abductusque; non hæſitavit in partem alterutram, non humi reſpexit formatus ex humo, non denique ſuum unde ſumptus erat requiſivit locum, ſed totus in eorum quibus fruuntur ipſi Angeli contemplatione defixus, ipſisque aſſimilari contendens, vim ſibi intulit, veluti ſũ naturam communemque maſſam ejuraſſet.

Dæmonum terror,

ſtupor Angelorum,

44 Admiratus eſt eum Sanctorum chorus, medium excipientium conſiderantiumque ſingulos ſe ab uno illo ſuperatos, ipſumque reveriti beatum prædicaverunt. Agnovit in eo Abraham fidem ſuam, per quam ſalvatus & amicus Dei factus eſt. Agnovit Job, & plagam & patientiam; uterque autem ejus erga pauperes liberalitatem laudavit. Conſideravit in eo Moyſes, amorem erga proximum, ſed longe quam habuerat ipſe ſublimiorem divinioremque: æſtuavit enim zelo Martyr pro animabus tyrannidem patientibus, non pro corporibus in luto & latere ærumnoſe occupatis; ſignis autem flagellavit, non Ægyptum, ſed corda impiorum; & inviſibilem Pharaonem, cum omni ſua virtute, non in aquis marinis, ſed in ſuo demerſit ſanguine; labores vero & prælia alia, non adverſus terræ hujus potentes pro modica ſuſtinuit hæreditate, ut in eam induceret carnalem Iſraël; ſed pro regno cæleſti, adverſus principes & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum. Elias, zeloten eum agnovit, æque ac ſeipſum, in coarguenda impietate: ſed quando propius eum aſpexit, non potuit viſum intendere in eum. Non enim fugit Martyr à facie perſequentium, non in ſolitudine abditus privatim lamentabatur impietatem Iſraëlis: ſed media in pericula ſeſe inferens, illata ſuſtinuit, ſecundum promptitudinem ſpiritus corpus ſuum illis exhibens. Socii Azariæ, & Daniel, in lacu non niſi comprehenſionem & circumſtantem ignem in ſeipſis invenientes, reliqua omnia in ipſo ſuperiora confitebantur. Quid vero attinet commemorare ceteros? Diſcipuli Chriſti, qui totum mundum Evangelio complexi ſunt, magnum hoc ſuæ confeſſionis germen intuentes, ſic ferentem Chriſti nomen coram regibus & tyrannis, coram millibus hominum, in maximo theatro; ſic fidenter prædicantem, tantoque erga eum quem prædicabat amore incenſum, ut minime cunctaretur aut ambigeret amori obſecundare per omnia; deinde propterea patientem ſolum ipſum, quantum ſimul omnes paſſi fuerant; exultabant gaudio, & veluti ſuarum coronarum atque beatæ jucunditatis incrementum accipiebant, ex tanta plenitudine; diſcipuli gloriam, ſuam eſſe exiſtimantes.

Anct. Gr. Cypro ex Ms. Gr. & Bentleio

imprimis Moyſis,

Elia zelotæ

E

& Apoſtolorum,

45 Sic ille, & cum tantis beatæ mortis monumentis apparuit, poſt Apoſtolos Prophetasque & veteris teſtamenti Juſtos, princeps in choro Martyrum, primamque pulchritudinem facie ad faciem, non jam per ſpeculum in ænigmate, contemplans, vivit coram Domino. Impletur enim in eo Iſaiæ vaticinium dicentis; Et mundabitur plaga ejus, & vivet, & miſericordiam conſequetur, & glorificabitur in ſecula. Ac poſtea, Et erit ipſi Dominus in lucem ſempiternam, & complebuntur dies luctus ipſius. Propterea etiam in cælis eſt noſter apud Deum mediator & pacificator; in terris autem ſuæ apud Deũ gratiæ atque interceſſionis præbet indicia luculenta. Cui enim ad virtutem anhelanti non ſubvenit, laborem ſublevans? cui periclitanti auxiliator non adeſt, invocatus? Ex quibus neceſſitatibus non eruit? quibus in occaſionibus cuiquam defuit? medicus in morbis, in mari gubernator, propugnator in bellis, in adverſis conſolator: verbo uno communis apud Deum omni tempore benefactor in hac vita, communem erga nos gerit ſolicitudinem. Quapropter etjam iſtud Scripturæ in eo manifeſte cernitur impleri; Reges vident ipſum vel in imagine propoſitum, & conſurgunt, conſcii ſibi maximorum auxiliorum per eum obtentorum: gentes quæ eum non noverunt, eum invocant; & populi qui non intelligunt eum, ad ipſum confugiunt; propter gloriam, qua ipſum omnium Dominus glorificavit: quia decet eum gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

nunc gloriosus in cælis,

F

Iſa. 30 & 60, 20

eſt communis omnium advocatus.

Id. 29, 7

AUCT. HILARIONE EX MS.

ANALECTA

De Reliquis, Miraculis, & Patrocinio S. Georgii Megalo-martyris.

CAPUT I.

Tranſlatio Capitis & Brachii Venetias.

Cum monaſterio S. Georgii majoris an. 1462

1 EGimus *num. 53 Comm. prævii de inſigni S. Georgii monaſterio Venetiis, ab amplitudine cognomen Majoris adepto. Abbates ejus deducit Ferdinandus Vghellus, tomo 5 Italiæ ſacræ col. 1276 & ſeqq. uſque ad Gabrielem Cardinalem Condelmerium, qui Abbatiam iſtam ex peſſimo illorum temporum uſu commendatam habuit, eamdemque jam Pontifex Eugenius IV Congregationi S. Iuſtinæ uniendam curavit anno* MCCCCXLI. *Exinde ſuos Regulares Abbates iterum habere monaſterium cœpit, ſed de more iſtius Congregationis temporaneos, inter quos Theophilus Beaqui Mediolanenſis, teſte Laurentio Finicchiaro pag. 299, regimen tenuit anno* MCCCCLXII, *quando allatum illuc ab Ægina inſula eſt ſancti Martyris caput, ſive pars capitis, ut explicat Finicchiarus, cavere volens, ne dubia reddatur capitis ſub Zacharia Papa Romæ inventi veritas, quod ipſum ſimiliter integrum non eſſe aſſerit. Aliæ ejuſdem Martyris reliquiæ, per ampliationem jam ſæpius indicatam & excuſatam pro corpore toto habitæ, ſervantur in ſacra S. Viti æde teſte Vghello, Italiæ ſacræ tom. 5 col. 1260, idque cum veneratione tanta, ut ejus ibi* aram quotannis ſtato die Princeps cum bona parte Patrum, quaſi Divo gratulaturus ob civitatem à periculoſa conjuratione ſervatam, ſtructo ad tempus ſuper rivum maximum ponte, inviſat. *Ita Vghellus, ſed tempus aut allatarum iſtic reliquiarum, aut diſſipatæ conjurationis notare omittens, nobis præſcidit plura quærendi voluntarem, in materia per ſe undique ſic affluenti. Iſtis ergo omiſſis, tranſeo ad modum atque ordinem tranſlati capitis, juſſu Theophili Abbatis deſcriptum à monacho Hilarione: qui etiam conſcripſit* Martyrium glorioſi Militis Georgii; *& utrumque commentarium habemus ex Codice Ms. Sereniſſimæ Suecorum Reginæ Chriſtinæ, qui antea Pauli Rhamnuſii & amicorum fuerat. Martyrium, de quo ſatis actum in Commentario num. 14, hic prætermittimus: Tranſlationem damus, cum ſuo quem auctor prefixit Prologo, & eſt talis.*

præſideret Abbas Theophilus,

2 Cogis me, Pater Theophile, id ipſum quod datur otii tecum impartiri, ejuſque quaſi alter Cato rationem expoſcis, dum me tranſlationem capitis S. Georgii, ab Ægina inſula Venetias, hiſtoriæ mandare jubes, ut hoc muneris ab Hilarione poſteritas fida & non ingrata recognoſcat. Hoc licet quod poſcis majoris ingenii vires deſideret, majorem orationis copiam efflagitet, majorem ornatum; tu tamen qui petis, apud me tanti es, cum ſæpiſſime de me benemeritus ſis; ut quidquid teneris humeris impoſueris, id, quamquam magnum & difficile videatur, recuſare tamen nullo modo vel audeam vel debeam, malimque à ceteris omnibus prudentiam meam, quam abs te non dicam benevolentiam, ſed obſervantiam deſiderari. Elaboravi itaque pro virili parte, ut tuæ morem gererem voluntati, atque in lucubratiuncula hac deſudare ingenium meum coëgi. Tui erit poſtea eruditiſſimi prudentiſſimique judicii, ut voles, illi vel detrahere vel adjicere.

intelligentes Venetis de capite S. Georgii in Ægina,

3 Ægina inſula, quam ita Æacus in ea regnans Matris nomine vocavit, non longe à Peloponneſo ad Orientem abeſt: quæ Divi Georgii capite, quod in ea per annos fere centum fuit, admodum eſt illuſtrata. Dum autem Venetorum claſſis Jonium & Ægeum ab incurſionibus piratarum tueretur, cujus Imperator erat & Dux ſtrenuiſſimus Victor Capellus; auditum eſt, in ea inſula venerabile Martyris caput haberi. Cujus habendi & Venetias transferendi, ſtatim cupidiſſimi facti claſſis nobiliores, ardorem tantum devotione mira excitante; communi conſilio Venetias litteras ad Abbatem monachoſque monaſterii S. Georgii dederunt, ut illorum vota cognoſcentes, ſacratiſſimum caput, vel prece, vel vi aſportarent. Reſponſum eſt eis à monachis & Abbate, negotium tam egregium, tam pium, tam ſanctum non negligenter procurarent; nil ſibi gratius, totique Reipublicæ jucundius futurum hoc munere. Ad augendam quoque hanc diligentiam & promptitudinem, Senatoriæ Ducaleſque litteræ acceſſerunt: quæ hoc negotii Imperatori claſſis diligentiſſime demandarent. Hoc ubi recognitum eſt; illico cum univerſa claſſe ad inſulam Æginam Imperator contendit, jactaque anchora nuntios præmittit, qui Prætorem inſulæ vocent. Paret ſtatim Prætor vocatus, & ad littus eveſtigio cum primoribus inſulanorum Imperatori occurrit, novo adventu & inſolita claſſis facie territus & admiratus, quidque ferant & velint non ſine timore efflagitans. Tunc omnibus in Imperatoriam triremem trajectis ac ſedere juſſis, exponit Imperator Abbatis & monachorum S. Georgii ardentia vota in ſacratiſſimum caput: quod illi nuntium gratis ſane auribus accipiunt. Poſtremo Senatus Veneti duciſque preces & imperium adjicit, quibus difficile erat reſiſtere & repugnare. Exponebat etiam digniore templo, utpote in urbe florentiſſima fundato, & monachorum cœnobio venerabili, quorum mores ſanctiſſimi & pudiciſſimi eſſent, Martyris Reliquias ut merebantur collocandas. Accedere & tutiorem locum, qui non piratarum latrocinia, non Turcarum inſidias expaveſceret. Hujuſcemodi oratione non illepida flectere civium mentes, ut Reliquias ſanctas exhiberent, nitebatur Imperator.

ipſum petunt ab inſulæ primoribus:

fruſtra jacturam talem deprecantibus,

4 Ad hæc ut reſponderent, templorum Sacerdotes, qui pariter convenerant, digniores ac magis idonei habiti ſunt: quorum quidem oratio in hanc ſententiam fuit. Urbem, viroſque, omnia denique ſua ditioni Venetæ ſubjecta eſſe, nec negare quippiam ſeſe eis poſſe. Hoc tamen tanto munere privatum iri, in quo ſpes omnis, omne ſolatium, omne auxilium eſſet, quod Turcas immaniſſimos, piratas, prædones, omnes denique barbaras nationes arceret à littore, non poſſe non dolere, non mœrere, non lacrymare: nec tanti mœroris ullam eſſe diſſimulationem; paſſuroſque facilius omnes vita ſpoliari, quam tanto hoſpite: cujus patrocinio mille hoſtium inſidias, mille dolos, mille pericula evaſiſſent: ſpretumque olim maximum auri pondus, à Genuenſibus penſitatum, ut venerabile illud munus acciperet: nunc quoque rogare, obſecrare, obteſtarique omnes, ne Patrono tanto ſpolientur. Et hæc orantes ubertim cuncti collacrymabant, item & ceteri omnes qui aſtabant, tam viri quam feminæ. Hoc videns Imperator blanda illos oratione leniebat, & triſtes animos demulcebat, aiebatque, ſperare debere eos, idem auxilii à Martyre, licet abſente, cujus Reliquias honorabiliores redidiſſent. Hortabaturque ut Ducalibus Senatoriiſque litteris, ac venerabilium monachorum votis obſequerentur, neutros in tantum beneficium futuros ingratos. Primum, ubi vident miſeri nullum ſuis precibus locum relinqui; Quoniam, inquiunt, ita Domini noſtri jubent, ad templum properate: & venerabile caput, ſi Martyr annuerit antiquam ſedem mutare, vobiſcum læti (ut optatis) auferte: nos illud vobis (quoniam ita vultis) non inviti exhibemus. Hoc autem dicebant quod ſibi certo perſuaderent, Reliquias has omnino tolli ab eis non poſſe. Superiori etenim tempore, cum à plurimis auferri tentatæ eſſent, tanto ſunt pondere affixæ, ut nullo pacto tolli quirent: quod idem hoc quoque tempore eventurum ſperabant.

tandemque annuentibus, quod ſperarent,

divinitus rem impediendam.

5 Deliguntur

A 5 Deliguntur ergo viri ex univerſa claſſe nobiliſſimi & ornatiſſimi, qui longo ordine, & celebri pompa Sacerdotes deducerent. Ita longo agmine urbem ingreſſi ad locum arcis, in quo ſacratiſſimum caput ſervabatur, perveniunt: quod Protopresbyter, ceteris pro foribus expectantibus, multa cum veneratione extulit, mirantibus cunctis & dolentibus, quod nihil, ut antea recuſaret; ſeque tam facile nunc præberet, quod olim immobile præ pondere fuerat. Cogitur plebs infelix, matres atque viri, pueri innuptæque puellæ: & jam ſpe omni deſtituti, cariſſimo ſpoliandi Patrono, clamoribus æthera complent. Excutiebat cunctis lacrymas tantus planctus mulierum pariter & virorum: feſtinabant Sacerdotes & qui eos ſequebantur claſſem conſcendere; ſed præ multitudine quæ ad deoſculandum venerabile caput confluebat, vix poterant. Ubi tandem in naves vi multa proruperunt, collocatis in loco ornatiſſimo Reliquiis: celeuma canentes à littore ſoluerunt. Interim mœnia cives conſcendentes, Patronum ſuum non ſiccis oculis, quoad potuere, proſecuti ſunt. Poſt ſecundam & vigeſimam diem, Venetum portum plenis velis tenuere carinæ: & ex iis quæ plurimæ fuerant, octo delectæ ad monaſterium Martyris improviſe pervenerunt. Clangunt continuo buccinæ, cantus lyræque reſonant. Tanto territi clangore monachi cum Antiſtite ſuo egrediuntur: & cæleſte munus, tanto gratius, quanto inſperatius; cernunt, excipiunt, & meritis proſequuntur honoribus, ſacello illud ornatiſſimo collocantes. His peractis omnes diſceſſere, Deo ſummo atque optimo gratias agentes cujus auxilio hæc omnia feliciter geſſerant, anno Domini MCCCCIXII, idibus Decembris, Pio II Pontifice Maximo, Duce vero Venetiarum Chriſtophoro Mauro, ad gloriam Dei omnipotentis, qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Effertur illud citra difficultatem,

& Venetias tranſlatū,

B *honorifice excipitur.*

6 Non erit autem abs re duo Martyris ipſius miracula, poſt ejus tranſlationem, exponere: quorum quidem alterum hoc notat, à profaniſſimis ſceleratiſſimiſque viris ſacroſanctas Reliquias nullo pacto contaminandas; alterum in iis ſummam fidem & ſpem habendam eſſe. Pervenerat ad Alphonſi Aragonum Regis aures, Georgii caput ſanctiſſimum in hac inſula deliteſcere. Accenſus igitur mira cupiditate in tam venerabile donum, ut illud habeat viam omnem pertentat, variamque artem & modum excogitat. Id tandem placuit conſilium, ut precibus potius & pretio ageret quam vi. Deligitur igitur in

C hanc legationem Bernardus Villamarinus, piratarum nobiliſſimus: eique provincia hæc non negligenter tractanda committitur. Accepto Regis imperio, ad inſulam properat. Ubi cognitus viri profaniſſimi adventus eſt; ſtatim accolas omnes loci ſummus habere timor cœpit: ad prædam enim & ſtragem (ut conſueverat) non ad legationem veniſſe credebatur: nec audebat civium quiſquam ad ipſum deſcendere, dum peſtem hanc cuncti formidarent. Tandem præſtante eo pacis ſigna, & civium colloquium regio nomine efflagitante, ornatiores ad ipſum cives deſcenderunt. Quibus cum incredibile Regis deſiderium in venerabile Georgii caput, quod apud eos eſſe ferebatur, expoſuiſſet; Regis amicitiam & gratiam pollicebatur, ſimul & maximum auri pondus offerebat, ut tam gratas optataſque Reliquias non denegarent. Hæc audientes cives, inviti regiis votis annuerunt: non enim petita negare audebant, ne iratus pirata crudeliſſimus omnia diriperet, ſpoliaret, abduceret. Acceperunt ergo profaniſſimæ manus caput Martyris ſacratiſſimum, eoque in triremē ornatiore compoſito ſolventes navigare cœperunt. Cum in altum ventum eſſet, ſubita tempeſtas exorta eſt; quæ ſtatim cælum & diem cunctorum ex oculis eripuit. Auditur clamor & gemitus virorum, omnia enim mortem minabantur. Ad Reliquias Martyris cuncti ſupplices ſalvandi confugiunt: quæſitæ ſuo loco Reliquiæ, mirantibus cunctis, nuſquam repertæ ſunt. Hoc cognito Æginam verſus vela reflectunt: periculum ſuum & miraculum rei civibus exponunt. Ad audita omnes expaveſcunt, antiquamque Martyris ſedem reviſentes, in ea ſanctiſſimum caput reperiunt. Stupent omnes tantæ rei miraculo, & lætitia ſtuporem ſuperante, piratæ oſtendunt, noluiſſe Martyrem vetuſtiſſimam ſedem mutare. Facile credidit pirata, quia ultionem temerarii auſus vix evaſerat: ſicque vacuus receſſit, Martyri antea ſupplicans, ut æquora tumida ſedaret, veniamque temeritati & inſolentiæ præſtaret, neque id ipſum quod auri dederat repetere auſus eſt. Tempeſtate alia immaniſſimi Turcæ inſulam obſidebant, hoſtilique & exitiali odio expugnando oppido inſudabant. Quid agerent miſeri cives, unde auxilia poſcerent, quo ſe verterent, undique hoſtibus obſeſſi, neſciebant. Humano iſtaque præſidio deſtituti, divinam opem implorare cœperunt, & Patroni ſui manus depoſcere. Circumferenteſque ornatiſſimum illius caput: & in mediis hoſtium oculis indignantibus, ingerentes, ſeſe ab inſtanti periculo liberari, precibus & lacrymis precabantur. Non defuit precibus ſtrenuiſſimus Miles: ſereniſſimo enim cælo (dictu mirabile) tot ſtatim nubes coguntur, tot micant flammæ, tot cadunt fulgura, tantus imber ruit, ut ſecundi diluvii aquas crederes diffundendas. His telis, his machinis hoſtes repercuſſi terga verterunt, cognoveruntque ſuo periculo, Chriſtianorum Deum, & pace & bello, cultoribus ſuis præſto eſſe. Nunc unde, & à quo hominum, quove ordine, quibus auſpiciis, prodigiiſque tranſlatum ſit brachium invictiſſimi Georgii huc Venetias, hinc accipe.

miraculoſe in Æginam relatum fuerat,

Idem antea Alphonſi Aragonii juſſu allatum,

& inſulam à Turcis liberat,

E

AUCT. HI. LARIONE EX MS.

7 In ea ora Italiæ, quæ Calabria nuncupatur, monaſterium eſt ſub titulo S. Georgii de Flore (ſic enim vulgus appellat) cui quidem inter ceteras ejus dignitates, eo maxime quod ibidem ſervaretur brachium glorioſiſſimi Martyris Georgii, accidit magis ad cumulum & gloriam. Sed quia plerumque Sanctorum Reliquiæ, occultiſſimo Dei judicio huc atque illuc transferuntur, & quaſi miraculoſe commigrant; non id factum eſt locorum vitio, ſed hominum peſſimorum injuria. Nam cum ſanctiſſimæ illæ Reliquiæ, quæ quadrageſimo & uno ante anno, à quodam venerabili Abbatæ monaſterii * Luexi nomine, ſimul & Reverendiſſimi cujuſdam Cardinalis nepote, fuerant reconditæ, innumeras pertuliſſent inſidias; tandem profanæ gentis non ſunt paſſæ ultra inſanias: ſic enim rei veritas habet. Igitur, temporibus felicis recordationis Cæleſtini Papæ, factum eſt, ut dum vir nobiliſſimus quidam, Franciſcus nomine, monaſterium prædictum incoleret (nam ſummus Pontifex Apoſtolicis eum Litteteris Abbati loci plurimum commendaverat) ibique velut in tranquillitatis portu vitam duceret; ecce non multo poſt tempore piratarum manus, cui Mugrachri cognomen eſt, viciniora quæque Littora occupat: diſcurrunt per loca profani, regionem omnem ſimul & monaſterium ſanctum diripiunt, non Deo neque hominibus parcentes. Quod ſimul ut conſpexit vir optimus ac devotiſſimus, illico divino afflatus numine, ad ſacellum in abditis templi ſe proripit; ſumptoque pretioſiſſimo pignore, quo magis velocius potuit, abſceſſit. Intrat navem, quæ forte prima oblata eſt; & Venetias verſus navigans, iterum (ut miracula miraculis adjicerentur) incidit in prædones. Spoliatur homo pecuniis & rebus ceteris: verum protegente ſe Deo ac Martyris glorioſi

brachium Sancti in Calabria,

**an Luxovii?*

F

à quodam Franciſco,

graſſantibus piratis præreptum,

AUCT. HILARIONE EX MS.

suffragiis, nusquam potuit munus pretiosissimum inveniri, ut raperetur: tandemque sic miraculose evadens, huc Venetias est appulsus. Habebat vir ille in Abbatia S. Georgii Majoris familiarem quemdam probatæ ac Sanctæ vitæ monachum, Marcum nomine. Huic itaque sanctissimum brachium in tutelam servandum tradidit. Ille vero susceptum in contra S. Zachariæ monasterio occultavit.

defertur Venetias:

8 Sed quia lucerna non potest diu latere sub modio, res ipsa non multo post cognita est & aperta. Tum subito quid de cælesti munere agendum sit in Senatu disputatum est. Omnibus in commune visum est, ut illud in S. Georgii majoris Abbatia, utpote in proprio fano, reconderetur. Unde certa die, tota pene urbs & populus ingenti apparatu ac pompa, in locum conveniunt: Clerus omnis, Serenissimus Dux, Amplissimo cum Senatu, Pontifices, Abbates, Primores, Monachi, Canonici, Religiosique ceteri, cujuscumque Ordinis ac professionis: inter quos (ut non nullos nominem) affuit inprimis, Reverendissimus D. Dominus Ægidius, miseratione divina Patriarcha Gradensis; Dominus Antonius, Reverendus Archiepiscopus Tyrachensis; deinde

& ad S. Georgii, & decreto Senatus

B

solenniter collocatur

Reverendus D. Nicolaus Caprulanus Episcopus: Abbates vero venerabiles ejusdem S. Georgii Majoris Dominus Salatinus, Dominus Morandus: item monasterii S. Cypriani Pater, similiter & Salvatoris Prior, Dominus Benedictus; & alii quoque plures religiosi ac sacri viri, qui accesserant, ut comportarent optatissimas Reliquias Martyris cum veneratione (ut dignum erat) in præsignatum & statutum locum. Itaque Antistites Reverendi omnes, omnisq; Levitarum ordo, per suas turmas concinne dispositus, cetera omni turba inspectante, lustrato prius Senatu & populo, cum hymnis & obsecrationibus detulerũt sanctissimum brachium de contra S. Zachariæ in celeberrimam S. Georgii Majoris Abbatiam. Et in sacello convenienti ac præparato, exosculata prius manu ejusdem sacratissimi brachii, ex omni parte integra apparente cum suis digitis, ornatissime composuerunt; quod quidem usq; in hunc diem, in ejusdem Martyris natali die, quotannis ab omni hominũ cœtu ac feminarum magna cum frequentia invisitur & adoratur. Quare nulli mirum videri debet, si Reli-

anno 1296

quiæ S. Georgii Martyris, deserta sanguinolentorum hominum sede, sese in tutissimam hujus almæ metropolis Venetiarum arcem collocarint; idque sub

C

anno Dominicæ Incarnationis ducentesimo supra millesimum & nonagesimo sexto, septimo kalendas Septembris: ut idem invictissimus Martyr, hæc de cælo prospectans, Rempublicam, Illustrissimum Senatum & Populum simul, indeficienti orationum brachio, apud omnium Regum imo totius orbis Dominum & opificem, tutetur & protegat: cui est honor & imperium per infinita sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT II.

Translatio aliarum Reliquiarum in Belgium.

Quomodo an. 1100 brachium allatum sit

Aquicinctinum in Belgio religiosissimum monasterium, nobili etiam parte Reliquiarum S. Georgii ditatum fuit exeunte sæculo XI, cujus rei memoria in antiquissimo Ms. Martyrologio ibidem his verbis annotatur, ad diem XII *Kal. Iulii.* Eodem die allatio Reliquiarum S. Georgii Martyris Aquicincti. *Ad calcem vero ejusdem Martyrologii habetur tabula Indictionum, Epactarum, Paschatum &c. ad multos annos expansa, atque è regione anni* MC *habentur hæc verba*: Allatio brachii S. Georgii XII kal. Julii. *Ita ad nos manu propria, vir in nostra Galliobelgica Societate eruditissimus nobisque amicissimus, Michael Senescallus, cum transcriptam à se ex vetusto Aquicinctino Ms. Translationis istius historiam mitteret, quæ ibi sub hoc titulo legebatur:* Narratio quomodo Reliquiæ Martyris Georgii ad nos Aquicinenses pervenerunt. *Factum autem id dicitur sub Haimerico Abbate, cujus electio in prædicta tabula sic notatur è regione anni* MLXXXVIII, Obiit Domnus Alelmus, secundus noster Abbas: successit Domnus Haimericus: *& paulo post ejusdem Haimerici obitus notatur è regione anni* MCII. *Seraphinus Raissius, in suo Hierogazophylacio Belgico de prædicto monasterio agens, meminit altaris S. Georgii, supra quod reconditi sint loculi continentes ossa primorum Archimandritarum Aquicinctensium, tamquam Sanctorum, pannis ac mappis altarum involuta: quod altare prædictæ Translationis occasione dedicatum Sancto Martyri fuisse credimus. Quando autem aut qua de causa sacrum brachium translatum sit in* S. Georgii Præpositurum, prope Hesdinensem veterem civitatem, à cœnobio Aquicintensi dependentem, *nos later. In hac, cum scriberet Raissius, id est anno* 1628, *ostendebatur* Brachium integrum S. Georgii Martyris eximii, argenteo brachio, magni sane pretii, condecoratum. *Sed unde illuc allatum? Suspicaretur quod ex Monasterio Rama in Syria, cujus meminit Willebrandus ab Oldenborg, citatus in Comm. prævio num.* 35. *nisi qui ea descripsit ejusdem temporis Aquicintinus monachus, expresse diceret, quod in aliquo* Romaniæ, *id est Constantinopolitani Imperii cœnobio fuerit inventum, eo tempore quo Cruce-signatorum exercitus magna rerum omnium constrictabatur inopia, quod maxime circa Nicæam Bithyniæ accidit anno* MXCVII. *Malbrancus, historia Morinorum lib.* 9 *cap.* 28, *non videtur hujus Translationis seriem legisse, cum scripsit, Brachium istud Roberto Comiti Flandriæ, qui illud Aquicinctum attulit, donatum fuisse ab Alexio Imperatore Constantinopolitano: ideo timemus ne æque parum fundatum sit, quod dicit eumdem Robertum illud dedisse Aymerico ad Hesdinense Asceterium condecorandum. Sed his omissis transeamus ad historiam dictæ Translationis ex MS. Aquicintino acceptam.*

D

quod nunc in Privata S. Georgii servatur,

describit monachum Aquicinctinus.

E

10 In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, paucis verbis, si possum, & humili Sermone, Fratres carissimi, libet perstringere, qualiter Aquicinensem ecclesiam, per Reliquias glorioſi Martyris sui Georgii, Oriens ex alto dignatus sit visitare. Si vero alicui, magis curiose quam religiose, quæ scripturus sum legere vel audire placuerit; non statim adversum me, quasi de viribus præsumentem, & tantam brevi incultoque sermone materiam perorante, indignetur: immo, si novit quantum valeat obedientiæ virtus, in omnibus quæ eum offenderint, mihi pro subsannatione veniam largiatur. Non enim ut hoc aggrederer de ingenii mei viribus præsumpsi: sed Abbatis mei auctoritate coactus, sciens & prudens, ut ajunt, manum in ignem porrexi. Commoneo iterum Lectorem meum, ne miraculis, quæ de Sancto per nos audiet, incredulus existat; sed per eum qui in Sanctis suis semper est mirabilis, vera esse quæ audierit, nobiscum credat. Et nos quippe non quibuslibet ignotis & vilibus personis de ea re credidimus; sed Roberto juniore Flandrensium Comite, qui sanctas ecclesiæ nostræ contulit Reliquias, multisque Religiosis, cum eo ab Hierosolyma redeuntibus, & non tam audita quam visa narrantibus, scribenda didicimus.

de mandato sui Abbatis

F

Gerbodo presbyter Insulensis,

11 Eo igitur tempore, quo, de universis fere mundi partibus, exercitus Christianorum Jerusalem petiit; quidam Presbyter Insulensis, Gerbodo nomine, cum ceteris qui de hac patria cum præfato Principe suo profecti sunt, iter arripuit. Cumque in Romaniam omnes undique Christiani, zelo domus Dei (ut credimus) accensi, confluxissent; & omnibus, quæ hostium fuerant, per agros & villas ferro igneque populatis, suis vero, quæ secum tulerant, pene consumptis, nimis egere cœpissent; tunc & ille

A ille Presbyter neceſſitate compulſus, relicto exercitu ad quoddam monaſterium devenit. Ubi cum quodam laico, laboris, viæ, & egeſtatis ſuæ ſocio, à Fratribus loci benigne ſuſcipitur, &, quamdiu voluit, ab eis cum omni humanitate ſuſtentatur. Cumque eſſet ad loquendum promptulus, & ad ſimulandum quæ vellet ſatis callidus (noveram enim hominem à puero) cœpit ſe inter eos familiariter habere, eorumque utilitatibus quaſi deſervire; de ſingulis quoque vel omnibus, quæ intus vel foris habebantur, ſtudioſe inquirere. Fratres vero, ſicut erant ſimplicis ingenii vel naturæ, nihil ab eo penitus abſconderunt; ſed ſicut Presbytero, ſicut peregrino, immo beneficiis ſibi comparato, quæcumque habebant, etiam in theſauris vel ſanctorum Reliquiis, nihil mali ſuſpicantes, fraudulento narraverunt. Oſtenderunt inſuper loculum marmoreum, ubi, inter multorum pignora Martyrum, Reliquiæ B. Georgii, Martyris, ſcilicet brachium cum humero & coſtis, continebantur; quem loculum nemo reſerare poterat, niſi crucem ad hoc ibi præparatam in manu teneret; quemadmodum poſtea Presbyter commemorabat.

ſuſceptus in quodam monaſterio,

B 12 Quid multa? Presbyter theſaurum in terra cæleſtem intuens, concupivit; cupiens, auferre tentavit; diſpoſitiſque omnibus & prævisis quæ incepto apta eſſe poterant, ipſe ad fores eccleſiæ excubans, ſocium ſuum laicum direxit ad furtum. Cui tentanti reſerare ſcrinium, divino nutu ſemel & iterum crux illa excutitur de manibus: quam, ſicut prædixi, niſi in manu teneret, numquam ad Martyrum corpora pervenire valeret. Novo itaque & inaudito ſtupefactus miraculo, ſe in orationem proſtravit, & multis votis precibuſque præmiſſis, tremens & ſupplex, iterum accepta cruce, ſi poſſet reſerare, tentavit; tentans, reſeravit. *Hactenus Ms. iſtud, cujus reliqua priuſquam pertexo, monendum lectorem exiſtimo, pratenſum iſtud miraculum ſuſpectum haberi debere, ne vel fictionis vel ſuperſtitionis plus quam veræ religionis contineat. Cum enim narratio de reſerationis hujuſmodi ſucceſſu ſolum habeatur per quartam quintamve, ut dicitur, manum hominum laicorum atque idiotarum; nihil pronius fuit, quam aliquid ad rei veritatem affingi, quod inventionem mirabiliorem faceret: neque per hoc quidquam derogatur veritati ipſius inventionis tranſlationiſque hic deſcriptæ, quam auctor his verbis proſequitur*: Sic tandem voti compos effectus, aperuit loculum; & inter cetera, quæ feſtinanti occurrere potuerunt, B. Georgii reliquias auferens, lætus rediit ad Presbyterum. Quid plura? Presbyter à laico ſocio acceptis Reliquiis, eum ſecum invitavit ad fugam. Sed væ miſero! ipſi, inquam, Presbytero: qui Sanctis, ut credo, debitum non reddens obſequium, cæcitate mulctatus, poſt pauca non ſponte ad eamdem rediit eccleſiam.

primum fruſtra conatur auferre Reliquias,

deinde iis potitus cæcitate mulctatur:

C 13 Tunc à ſanctis Fratribus, melius quam ſperabat, & non ſicut promeruerat, benigne ſuſceptus; ablata reſtituens & reatum confitens, veniam promeretur: eiſque Domino pro pœnitente ſupplicantibus, non ſolum lumen, quod amiſerat, recepit oculorum; ſed etiam per Dei gratiam, jam nobis in hoc providentem, ab eiſdem S. Georgii impetravit brachium. Tum gaudens & hilaris, cum tanto theſauro, ad exercitum remeavit. Sed cito obliviſcens quæ perpeſſus fuerat, nullum ſanctis Reliquiis, quarum erat bajulus, honorem deferebat. Quamobrem cum per Dei gratiam, eum ad pœnitentiam commonentem, nimis ægrotare cœpiſſet, Gunſcelino Inſulenſi Canonico ad ſe vocato, de tranſactis negligentiis culpam dicit, veniam poſtulat; & quod pro ſanctis Reliquiis talia pateretur, flendo inſinuat; &, ſi veniam mereretur, de cetero religioſius ſe victurum votis omnibus pronuntiat. Promiſſa itaque emendatione, priſtinæ ſoſpitati cito redditur: ſed citius obliviſcens, vel potius negligens quæ promiſerat, ad antiquam conſuetudinem, ſicut canis ad vomitum, ingratus revertitur. Vere, ſicut ait Propheta, univerſæ viæ Domini miſericordia & veritas: quia quem ſæpe peccantem, nec digne pœnitentem, divina miſericordia diu toleravit, ad ultimum, vero Dei percuſſus judicio, in medio ſociorum, morte ſubitanea præventus expiravit. Tunc quidam vir laicus Inſulenſis, Gerardus nomine, qui & in hac patria notus fuerat Presbytero, & in illa peregrinatione ſocius omnibuſque familiarior, acceptis ad ſe Reliquiis, cum ſimiliter ægrotare cœpiſſet; præfatum Gunſcelinum, virum ſcilicet honeſtum & Presbyterii honore ſublimatum, ad ſe mandavit; eique Sancta tradens; &, quod ea pollutis manibus contingere præſumpſiſſet, cauſam morbi proteſtans, veniam poſtulavit.

mox viſu recepto brachium à Fratribus dono accipit:

ſed illud neglectum habens,

morte punitur:

EX MS. AQUICINCT.

Pſ. 24, 10

Gerardus quoque cui ipſum dederat,

14 Quid multis moror? ſoſpes factus tradita repetiit, repetens accepit; accipiens vero, ſed ſeipſum non corrigens, eadem, qua prædictus Presbyter, morte occubuit. O cæcitas! ô præſumptio! ô temeritas generis humani! quod per omnes generationes ſuas, dum noluit intelligere ut bene ageret, exceptis paucis Deum timentibus, congregavit ſuper ſe flagella & ignoravit. Certe modo mihi occurrunt ſimilia, etiam de veteri Teſtamento, omnipotentis Dei dexteræ judicia, à cujus cerimoniis vel ritu hoſtiarum, tantum diſtat veritas, religio, & ſanctitas Sacramentorum præſentis temporis, quantum dies à caligine noctis. Quid tamen ibi legimus? Cum filii Aaron, Nadab & Abiu, offerrent ignem alienum coram Domino, in ſacrificium illius temporis, quod eis præceptum non erat; egreſſus ignis à Domino devoravit eos, & mortui ſunt. De Oza quoque in libris Regum ſcriptum eſt, quia, propterea quod extendit manum ad Arcam Domini, & tenuit eam, bobus calcitrantibus & eam declinantibus, iratus Dominus percuſſit eum ſuper temeritate, qui mortuus eſt ibi juxta Arcam Dei. Vere, Fratres, magnum peccatum eſt præſumptio, magna temeritas, dum & illos Pater eorum, ſcilicet magnus ille confabulator Dei Aaron, à tam horrenda morte non liberaverit; & iſte interitum, quem quaſi devotus propter obſequium incurrebat, omnino non evaſerit. Quid vero dicam de Rege Ozia? de quo cum ſcriptum ſit, quia exquiſivit Dominum, & fecit quod erat rectum in oculis Domini, & quia egreſſum eſt nomen ejus procul, eo quod auxiliaretur ei Dominus, & corroboraſſet illum; tamen poſt tanta bona, elato corde negligens Dominum ſuum, cum ei voluiſſet adolere incenſum, quod non erat ſui officii, ſicut dicit Scriptura, peſſimo vulnere lepræ fœdatus eſt, & manſit leproſus uſque ad diem mortis ſuæ. Non eſt itaque mirum ſi & in hoc tempore, quando mundior & ſanctior noſtræ Religionis eſt cultus, qui inconceſſa præſumendo ſimiliter peccaverunt, non eſt, inquam, mirum ſi ſimiliter perierunt; excepto quod illos, ſub legis auſteritate viventes, mox in initio peccati ultio divina proſtravit; hos vero, ſub gratia Euangelii commorantes, Dei patientia adducens ad pœnitentiam, diu toleravit.

moritur ob eamdem cauſam;

ſicut Nadab & Abiu, Leu. 10

2 Reg. 6

& ſicut Ozias Rex. 4 Reg. 15

E

F

15 Sed jam nunc ad narrationis noſtræ ordinem redeamus, ne prolixiorem quam oportet digreſſionem feciſſe videamur. Igitur Comes Robertus, audita morte & cauſa mortis viri ſui Gerardi (de Inſula quippe fuerat, ſicut prædictum eſt) omnia quæ illius erant ſibi vendicavit: ſanctas vero Reliquias honorifice, ſicut decebat, imo ſicut poterat, in tentorio ſuo præ oculis collocavit. Verum, quia longum eſt enarrare quæ & quanta per Sanctum ſuum Dominus in via oſtenderit; quomodo cuſtodes, quibus eum

Ipſum venit in poteſtatem Roberti Flandria Com.

Comes

EX MS. AQUICINCT.

Comes commendaverat, iterum infirmati cuſtodiam à ſe dimiſerint; & ad ultimum à Sannardo, Capellano ſuo, viro ſiquidem bene Catholico & religioſo, vix multis precibus, ut eum cuſtodiret, impetraverit; *qui, poſt varios caſus,* vel qualiter in redeundo ipſe Comes cum ſuis omnibus, de profundo pelagi, & ut ita dicam, de ipſius mortis faucibus per merita Sancti Martyris ereptus, & in quamdam inſulam vi ventorum expulſus, Reliquias Sanctas, cum argentea theca, ubi repoſitæ fuerant amiſerit; & quemadmodum ipſe propter hoc uſque ad animam contriſtatus, tandem per Dei gratiam à quodam barbaro, illius terræ accola, ultro ad portum redeunte & gratis reddente, eas rehabuerit: quia, inquam, hæc & alia multa, quæ per Sanctum ſuum in via Dominus oſtendere dignatus eſt, ſicut prædixi, longum eſt enarrare; ideo manu ſcribæ velociter ſcribentis ad finem rei curſim properemus. Diu eſt enim quod & incultus ſermo noſter ſilentium requirit, & auditor faſtidioſus moræ impatiens & aures avertens aufugere cupit. Unde multum timeo ne illud Horatii de me dicatur:

Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo.

16 Igitur cum in patriam ſuam de ſervitio Dei
B *ipſum donat Abbati Aquicinctino,* Comes reverteretur, & ei cauſa honoris & amoris omnes occurrent; Domno Haimerico, Venerabili Abbati hujus Aquicinenſis cœnobii, ei cum ceteris Abbatibus occurrenti, præfatas Reliquias, id eſt brachium S. Georgii Martyris tradidit. Ipſe vero poſtmodum gregem noſtrum viſitans, & ejus ſe orationibus humiliter commendans, propriis manibus ſuper altare Sancti Salvatoris Domini noſtri illud obtulit. Ergo, quia, teſte Propheta, Deum in Sanctis ejus laudare jubemur, non immerito laudis noſtræ devotionem, ad impendendum noſtræ ſervitutis obſequium, in honorem Dei & tanti Martyris & *digne honorandum.* omnium Sanctorum ejus venerationem, ſic exhibere debemus; ut & Dominum, mirabilem in Sanctis ſuis, glorificemus; & Sanctos ejus, per ipſum Dominum mirabiles factos, pro viribus noſtris honoremus. Hoc quippe fidei pietas exigit, ut non ſolum affluentiſſimum gratiæ Largitorem dignæ devotionis laudibus extollamus; ſed etiam ipſius gratiæ ſuſceptores, & quodammodo divinorum operum conſortes, diligere & honorare ſtudeamus. Vnde ipſi Salvatori noſtro, Fratres cariſſimi, nos puſilli & humiles ſervi ejus, gratias referamus: & pro tantis beneficiis, Gloria in excelſis Deo, devote frequentemus, cui eſt honor & gloria, virtus & imperium, in ſecula ſeculorum. Amen.
C

17 *Claudat hoc caput atteſtatio de alia quadam S. Georgii Reliquia, in noſtram Brabantiam atque ad Commendatoriam Teutonici Ordinis domum Trajectum delata, quæ ſimul ſit monumentum Arnoldi Comitis de Huyn, Gelein & Amſtenraide, in quo nuper nobile Huniorum extinctum eſt nomen: qui ut erat honorandorum Sanctorum, ſacrarumque Reliquiarum privatim ac publice ornandarum ſtudioſiſſimus, ita operi huic noſtro afficiebatur tenerrime, & quod ſubjungimus documentum ſubmiſit; nepos ex fratre magni illius Godefridi, cujus bellicam fortitudinem, probatam in Cæſareis contra Suecos exercitibus ducendis, laudabunt hujus ſeculi hiſtoriæ; pietatem & religionem teſtabitur ſequens ſcriptum, quod* Georgius Morbecius, Ordinis Teu-
Godefridus Comes de Huyn & Gelein, tonici Sacriſta in Juncis, *in hæc verba ſignavit*: Sciendum, quod anno MCCCCXVI pagus de Groetraet, patriæ & diœceſis Leodienſis, emptus ſit per generoſum D. Juonem à Cortenbach, Baliuiæ de Juncis Archicommendatorem. Erant in eo pago variæ Reliquiæ, à D. Comite Loſſenſi in Terram-ſanctam profecto illuc olim allatæ, quæ poſt venditionem pagi factam ibidem permanſerunt; & ſingulis ſeptenniis, magno populi concurſu & devotione, veneration expoſitæ fuerunt, uſque ad annum MDCVIII,
S. Georgii Reliquias, diu in Groetraid cultas,

quo ab Antonio Nuceo, ordinis Teutonici Presbytero & in dicto pago Paſtore, ultimo monſtratæ ſunt; prout vivi adhuc & oculati aliquot teſtes à ſe viſas fatentur. Poſtmodum, ob temporum iniquitatem, & deficiente (ut in pagis ſolet) populi devo- *Trajectum ad Moſam transfert & ornat.* tione, deſtitit ſolennis illa veneratio. Ut igitur in majore poſtmodum forent cultu, Excellentiſſimus D. Godefridus Comes de Huyn & Gelein, ejuſdem Baliuiæ de Juncis Archicommendator, eas Trajectum ad Moſam, ad eccleſiam ſuam de Juncis, transferri fecit; & confectis duabus pyramidibus pretioſis, de ebeno & laminis argenteis coopertis, ſeptem ad minus pedum altitudinis, imponi fecit: ubi adhuc aſſervantur. Principalior earum pars eſt notabile os maxillæ S. Georgii, & alia notabilis pars de S. Eliſabeth, matre S. Joannis Baptiſtæ. Hæc ſunt quæ pro veritate dictarum Reliquiarum, & ceteris ad eas ſpectantibus, ex teſtimoniis & ſcriptis poſſum producere.
D

CAPUT III.

Miraculoſa liberatio pueri Paphlagonis è captivitate Bulgarica, *a* Ex MS. Græco Vaticano, *b*

Interprete Petro Poſſino S. I.

a
b
E

18 QUi paribus donis dignari cupimus, ſanctorum Martyrum memorias & ſolennitates inconcuſſa fide & caritate celebrare ne pigritemur: quoniam à nobis laudati, glorificati, & memoria *Prologus auctoris,* honorati Sancti, protegunt, providenter curant, efficaci patrocinio amplectuntur nos, dirigentes ad meliora & viciniora ſaluti. Proponitur ergo nobis hodie, univerſo celebris mundo & venerabilis, hæc memoria glorioſiſſimi Martyris Georgii, ſacrum epulum, menſa inexhauſtas largiter præbens delicias, ſaginanſque animas & corda participantium fide ac deſiderio ſpiritalem iſtam refectionem, certaminiſque ipſius, fortitudinis, patientiæ ac generoſitatis præconium non tantum magnifice prædicans: ſed & vim miram ſtupendorum, quæ operatus eſt ipſe, prodigiorum nobis ob oculos exponens. Præſertim vero illius, ætate *c* noſtra perpetrati ab *c* ipſo miraculi, plane portentoſi & uſitatæ admirabi- *cujus ætate res accidit.* litatis modum ſupergreſſi. Attende igitur quicumque adſtas diligenter dicendis, oro te, ut & omnipotentis ac benigniſſimi Dei miſericordiam omnes ſuper-admiremini; & ſancti Martyris providentiam, F protectionem, mirificam potentiam, extollatis immenſis laudibus; ſicque utilitatis maximæ veſtris fructum animabus decerpatis.

19 Scire igitur vos volo, Chriſti amans Congre- *Templum S. Georgii juxta Amaſtrim:* gatio, ſacrum Auditorium, regionis Paphlagonum incolas maxima fide & caritate ardenti erga glorioſiſtimum Megalo-Martyrem Georgium dudum ſe præditos monſtraſſe: adeo ut ei ſacra & veneranda templa, qua ſumptuoſe extruxerint, qua religioſe frequentarint; in ea ferventi ſtudio concurrentes, illicque perſeveranti devotione immorantes, feſtaque illius & anniverſarias ſolennitates fideliter ac rite prompto ſatagentes animo exequi. In qua religione ſe conſpicuos maxime præbuerunt conterranei urbis Amaſtridos, *d* prout conſequens ſignificabit *d* oratio. Apud hos in loco quodam nomen habente à flumine; amne *e* nimirum proprio & quaſi domeſtico, templum ipſius exſtructum eſt perelegans & *e* venerandum, in quo omnes cum fide accurrentes, petitionum facile compotes fiunt. Homo vero erat *huic devoti conjuges,* quidam, nomine Leo, pius & Deum timens: idemque copia opum affluens, habuit uxorem honeſtiſſimam, vocatam Theophano, ſimilium ipſi, hoc eſt lauda-

A laudabilium morum. Hi ambo, fide inſtincti viva & amore ardenti erga ſanctum Megalo-Martyrem, in ſanctiſſimo ejus templo aſſidue morantes, & ipſius anniverſariam memoriam ſolenniter & devote celebrantes, omnium quæ poſſidebant cuſtodem, curatorem, & proviſorem ſanctum Martyrem ſcriptis tabulis declarant. Erat vir militaribus Catalogis adſcriptus, functioneſque ſuarum vicium in expeditionibus, ſine recuſatione ſerviens, obibat. Natus porro ipſis puer maſculus eſt: quem fide ſincera in veneranda ſancti Martyris æde ſacro regeneratum baptiſmate, inſtinctu ſui in Martyrem amoris, Georgium nominarunt. Ablactatum inde Georgium puerum ad ſacram in litteris inſtitutionem tradiderunt ædituo templi ejuſdem auguſtiſſimi, juxta iſtud ad cuſtodiam & quotidianum cultum habitanti, ſic erudientes filium, juxta divinum Apoſtolum in diſciplina & correptione Domini: quem ut ſurculum læte germinantem alentes, & hujus pudore prudentia, & modeſta compoſitione delectati, orabant Sanctum, ne dedignaretur inſtruere, confirmare, dirigere ipſum ad meliora & ſalutaria. Puer autem Sancti interceſſionibus roboratus, ingenii ſpecimen præclari, dextræque ad percipiendas ſcientias indolis

B edens; & non modo meditationi litterarum quam oportebat moram operamque impendens; ſed & uſu præſcriptis officiis precationum diurnarum & nocturnarum impigra devotione indefeſſe vacans, gratus omnibus & amabiliſſimus evaſit.

filium unicum Georgium nominant; Eph. 6, 4

20 His ita ſe habentibus contigit Occiduarum gentium in nos Chriſtianos tumultuoſiſſima commotio, *f* Bulgarorum videlicet & Ungarorum, Scytharum quoque Medorum ac Turcarum: qui non contenti confines ipſis incurſando vaſtare regiones, etiam urbem noſtram *g* regnatricem, Dei fretam protectione, deprædari atque exſcindere conſtituerant: perfeciſſentque, niſi omnipotentis Numinis benignitas & miſericors providentia ſucceſſu caſſas minas eorum & ſæva cogitata reddidiſſet. At moderantes *h* tum Romana ſceptra præcipiunt congregari undique adſcriptos militiæ auctoratoſque ab Imperio, ad memoratarum inſultus gentium reprimendos, Leone *i* tunc Phoca Romanis exercitibus præpoſito. Hoc irrecuſabili & gravi præcepto urgente, prædictus Miles Leo, ob ætatem jam provectam haud valens expeditionis iſtius & longinquæ profectionis laborem ſuſcipere, ſumma neceſſitate invitiſſimus eſt coactus, unigenitum ſuum Georgium,

C teneræ adhuc ætatis adoleſcentulum, quippe haud multum pubere majorem, pro ſe in iſtius militiæ functionem ſubſtituere. Quem priuſquam dimitteret ſecum ducens, uxore una comitante, proceſſit ad ſancti Martyris templum, ubi tales ſupplices & lamentabiles ambo ad Martyrem direxerunt voces: Tibi, Sancte Dei, unigenitum & cariſſimum noſtrum filium commendamus, quem tui amore Georgium nuncupavimus: tu illum cuſtodi, tu illum deduc via tuta, tu ſalvum ipſum incolumem, integrum, cum plena rurſus valetudine nobis reſtitue; ut fidei noſtræ in te veteris fructum tuis beneficiis capientes, cauſam habeamus longa te gratiarum actione venerandi, utique per omnia experientes proviſorem te ac defenſorem noſtrum.

f emittendi contra Bulgaros, *g* *h* *i* *Sancto commendant.*

21 Hæc & plura his dolenter ac flebiliter precati, filium Georgium cum reliquis euntem militibus dimiſerunt; in luctu ipſi & planctu perſeverantes, nec deſiſtentes noctu diuque à Sancto invocando orandoque inſtantiſſimis precibus, ut viam pueri dirigeret, vires roboraret, provideret ipſi ſalutaria, quo ſalvum aliquando ipſum ac ſanum ejus gratia reciperent. Interim ex omni præfectura & regione Romano Imperio ſubjecta, congregatæ innumerabiles co-

Commiſſo prælio,

piæ convenerunt, progreſſæque ad viciniam modo memoratarum exitialium gentium, acies direxerunt iniquo loco juxta *k* mare: in quas confeſtim irruentes barbari armati, conſternatas improviſo deleverunt. Sed heu me! quomodo ſine lacrymis tranſigam lamentabilem hunc caſum, remiſſæ in nos protectionis omnipotentis & miſericordis Dei, propter inenarrabilia peccata noſtra coacti juſte nos derelinquere, qui prius legem ipſius dereliqueramus, & in ejus judiciis non ambulaveramus, neque mandata ipſius obſervaveramus. Heu! quomodo ſubacti & ſubſtrati ſumus alienis & impiis hoſtibus, qui ſancto eramus obſignati baptiſmate! Nimirum quia juſtificationes illius profanavimus, & mandata non cuſtodivimus, & propter hoc viſitavit in virga iniquitates noſtras, & in verberibus ſcelera noſtra. Heu! quomodo abſorpti ſumus à ſacrilegis & perfidis gentibus, qui triumphali & invicta armatura venerandæ Crucis ſecure muniti & cataphracti videbamur! Profecto quia non cuſtodivimus teſtamentum Dei, & in lege ipſius noluimus incedere; ſed obliti ſumus mirabilium ipſius & miſericordiarum illius quas oſtendit nobis: propter hoc avertit auxilium ſuum ab armis noſtris, & non protexit nos in bello: ut in nobis impleretur Propheticum illum dictum: Po- Pſ. 78, 2

E ſuerunt mortalia ſervorum tuorum eſcas volatilibus cœli, carnes Sanctorum tuorum beſtiis terræ: effuderunt ſanguinem eorum velut aquam in circuitu Jeruſalem, & non erat qui ſepeliret, & quæ ſequuntur.

EX MS GR. VATICAN. *k* *fit ſtrages Romanorū:*

22 Sed, oro vos, inclinate aures veſtras, Fratres, ac placide dicendis attendite, & lamentum cum gratiarum actione & compunctione compatienter & amanter reſumite. Igitur propter infinitam multitudinem criminum iniquitatumque noſtrarum, inpenetrabilibus & inveſtigabilibus Dei judiciis, quorum ſolus iſte cauſas novit qui nos condidit, & prout ei collibuit gubernat, contigit miſerandam illic fieri Chriſtianorum ſtragem: *l* quorum alii quidem gladiis perempti ſunt; alii gurgitibus maris hauſti, quidam ſuffocati compreſſu turbæ, non pauci obtriti ungulis equorum, nonnullis ruina ex impulſu vehementi duro ſolo aut ſaxo illiſos confregit, alii alio multiformis genere mortis abſumpti periere. Fue- *Adoleſcens captivus abducitur,*

runt & plurimi captivati, in tenebroſas vincti detruſi cuſtodias; fameque illic ac ſiti, anguſtiis, ærumnis mori miſerrime coacti. Aliqui abacti ſervituti acerbæ mancipantur. Vix paucos è multis viam nactos ſubtrahendi ſeſe, fuga ſervavit ſalutaris. Puer inter

F hæc Georgius, Dei auxilio & providentia Martyris, parentumque precibus cuſtoditus, ſalvus & illæſus ſervatur: nec vulnere gladii excepto, nec afflictus impulſu in ruinam noxiam, nec dolorem letalem paſſus ullum: ſed captus à quodam gentis unius Principe, cum ei forma qua præcellebat puer, aſpectu primo gratiam novi Domini paraſſet, ſine vinculis & flagris, in mitem eſt ſeparatus ſervitutem. Prin- *præter ſpem ſervatus.*

ceps enim ille probum adoleſcentem intimis ſibi quotidiani victus ac cultus miniſtrare obſequiis voluit: ea illum gratia abducens ſecum ad gentem ſuam, operaque illius ibi utens. Hic juvenis Deo gratias agens & ſancto Megalo-Martyri, pro tam inſperatæ beneficio ſalutis, hero diligenter ac fideliter ſerviebat ſuo; gaudenti novi famuli prompto ac prudenti miniſterio, plenamque illi fidem ac favorem præcipuum præſtanti.

l

23 At Georgii parentes, poſtquam longa illum ſolicitudine quæſitum & expectatum diu, comparere nuſquam viderunt; hauſta inde opinione caſus exitialis quo is eſſet irreparabiliter perditus, naturalibus affectibus paternæ caritatis, in luctum incon- *Amiſſum lugent pater.*

ſolabilem exardeſcentis, indulſerunt. Et patris qui-

EX MS. GR. VATICAN. dem hæ audiebantur voces : Eheu unigenite fili, longe dulciſſime ! eheu ſolatium ſenectutis meæ ! quo, malum, imprudens conſilio te mei vicarium in iſta pericula ſubmiſi ; qui utinam, ſenex licet atque invalidus, hanc quoque ut alias per me militiam obiiſſem ; & fato ut decuit meo functus, te ſuperſtitem reliquiſſem, ſtirpem familiæ, columen afflictæ domus, matris miſeræ ſolatium & requiem, patrimonii heredem, ſurculum generis. Heu me ! quid agam ? quo me vertam ? quam conſolationem gravis ætatis inveniam? cui tranſmittam poſſeſſionē horum, quibus affluo, bonorum ? quis me jam invalidum & anniś fractum fido & jucundo curabit obſequio?quis mortuo juſta funebria perſolvet ? quis memoriam defuncti duratura monumenti mole honorabit? Heu me infelicem, cujus ſenectuti miſeræ hæc triſtis ſors obtigit ; ut deſcenſura cum dolore in ultimum ca-

ac mater, ſum ſit. Mater autem, pro ſexus infirmitate adhuc lugubrius lamentans, hæc dicebat : Heu fili dulciſſime ! heu conſolatio meæ animæ ! heu lux oculorum meorum ! quomodo te lugebo, quibus lacrymis tui jacturam exequar ? An gladiis interemptus es ? an equorum pedibus conculcatus ? an mari abſorptus ? an præcipitatus in ruinam, turba in cumulum acerva-

B ta es obrutus ? Utrum carcere arctiſque ergaſtulis concluſus, fame illic ac ſiti abſumptus exſpiraſti ? An vivis te adhuc accenſebimus ? an memoria ſolum uti jam defunctum te fas eſt proſequi ? Quis dabit mihi columbæ alas, quibus volans ad te perquirendū ferar? Me conferam in campū infauſti prælii, ſcrutabor cadavera cæſorum, reperiam vel particulam quampiam cariſſimorum artuum vel oſſium, & tollam ſepeliendam mecum, ubi fatalis mihi dies advenerit. Si enim hic eſſes mortuus, ô fili, tolerabilior me pupugiſſet dolor, componere te valentē propriis manibus, ornare funebri veſtitu, fungi præficæ officio ad ſepulturam, tum ſepulcro aſſidere, quotidianiſque illud rigare lacrymis. Nunc tuum, nate dilectiſſime, trucidati cadaver an fuerit qui colligere, qui libitinarii officio comere, produceretque funebriter ornatum ad ſepulturam curarit ? quin tua, ut veriſimilius autumandum eſt, tua iſta, inquam, deſideratiſſima mihi membra diſcerpſerunt diræ volucres, & feræ beſtiæ vorarunt. Hæc & his plura mater inſolabiliter ejulans aiebat ; qualia genitricem in irreparabili jactura unigeniti dilectiſſimi filii lamentari conſentaneum fuit.

24 Ambo autem, pater ac mater, non ſingillatim

C ſolum aut apud ſe domi, ſolis familiaribus conſciis, talia flentes vociferabantur ; ſed feſtinato procurren-

& filium repoſcunt à S. Georgio : tes ad ſancti Martyris templum, illic palam audientibus cunctis in hunc modum expoſtulabant : In talesne ſpes, Sancte Dei, noſtram tibi unicam cariſſimam credimus prolem, ut in avium & beſtiarum paſtum cederet ? hujuſmodi nobis rependis vices precum ac votorum, quotidiana iteratorum inſtantia? Quod ſi noſtræ in ſenio ſolitudini haud tanti duxiſti compati ; cœpiſſet te ſaltem aliqua teneræ illius & innocentis miſeratio ætatis : ejus utique qui ſacro baptiſmate in tuo ſanctiſſimo templo initiatus, tibi à nobis oblatus eſt, à nobis tuo venerando inſignitus nomine, ab iiſdem nobis quotidie per ardentes tibi commendatus preces. Quare noſtram miſeriam deſpexiſti, Magne Martyr Georgi ? Maxime autem mater, cernens æquales filii ſui pueros intrantes & exeuntes è ſanctiſſimo templo beati Martyris, pſallenteſque ac legentes illic, ejulabat impotentius dicens : Utrumnam ſolus inter omnes meus filius pondus erat terræ inutile : an ego matrum una omnium nequiſſima, peccatis obruta innumerabilibus, indigna fui, cui ſalvum filium ſervares ? Si haberem aliam prolem, exiguum forſitan ex ejus aſpectu domi potuiſſem ſolatium capere : nunc quo vertam oculos, unde aliquod traham levamentum doloris, non ſuppetit. Compatimini mihi amici, collacrymamini mecum cognati, vicini, affines : ne invidete infeliciſſimæ mihi modicam ſaltem conſolationem hujus tanti me aggravantis luctus. Hæc & his ſimilia parentes inter ſe mutuo & ad Sanctum lamentantes, non modo familiares, amicos, & vicinos in planctum movebant ; ſed è lapidibus prope dixerim ipſis conſenſum aliquem doloris & fletum extundebant. D

25 Nec tranquillius puer Georgius captivitatis *ipſe quoque* ſuæ ac ſervitutis mala ferebat : quin paria & ipſe *ſe ei commodo* auditis, quoties arbitrorum abſentia ægri *mendat.* cordis planctu libero levandi facultatem dederat, clara voce lacrymans expoſtulabat, Sanctum his verbis alloquendo Martyrem. Nonne tibi, Sancte Dei, parentes mei depoſiti fide me commiſerunt ? non in tuo ſancto templo baptiſmi gratiam percepi ? non ex tuo nomine appellor ? non apud te tuis auſpiciis ſacrarum elementis literarum imbutus ſum ? Cur ergo meorum genitorum preces & ſupplicationes ſpreviſti ? Cur paſſus es in ſervitutem abduci me ? Cur detineri ſinis in hac terra lon- E ginqua & barbara, inter gentem feram, infidam, immanem ? Cur meorum lacrymas parentum, cur meæ tantam calamitatem adoleſcentiæ deſpicis, nullo compaſſionis ſenſu, ſecurus officii Patronalis erga tam addictos clientes ? Verum hæc hactenus fuerint : verte deinceps rationem, meque jam hinc curare incipe. Ne, inquam, ne me nunc neglige, ne derelinque ; ſed juva & vires ſuffice, ad gratiam ſaltem promerendam dominorum meorum, inflectens ac deliniens mentem illorum feram, in quemdam favorem mei : tum miſerrimos parentes meos, quorum quantus ſit de me perdito dolor facile abſens ſuſpicor, conſolatione aliqua dignare. His ita ſe ha- *Illis ver-* bentibus, redibat anniverſaria ſolennitas Martyris : *tente anno* quam ſentientes adventare, atque ad eam cum fide ac *votivas e-* ſtudio ſolitis celebrandam ſe comparantes, pueri *pulas præ-* Georgii parents, quo plus in talem incumbebant *bentibus,* curam, eo minus refrænare luctum poterant, excitata videlicet luculentius per talem cogitationē amiſſi memoria & deſiderio filii. Vim tamen naturæ facientes, magno conatu ſtuduerunt Sancti feſtum cōſueto ritu quam poſſent religioſiſſime agere. Jam ad veſperam ſacræ diei pridianam, qua memoria ſancti Mar- F tyris incipit coli, perventum erat ; quando poſt Lucernarii *m* Pſalmodiam, prout mos eſt ejus regionis *m* incolis menſam inſtruere, qua propinquos & neceſſarios excipiant, idipſum & illi copioſe facere ; larga ciborum optimorum abundantia, amicis, cognatis, prætereaque pauperibus, & quibuſcumque forte illic repertis epulo dato. Convivis porro ad menſam ſedentibus, non aliud fuit ſermonum argumentum quam Georgius puer. Pater quidem ejus & mater mœſti ac flentes hæc memorabant : nempe in proxime *n* tranſacta S. Martyris memoria cariſſimus no- *n* ſter filius Georgius hic erat, miniſtrans epulas amicis, ipſe particeps convivii. Quibus conſanguinei auditis, pariter lacrymabantur, amici mœrebant, triſtitia omnes & luctu tabeſcebant, jacturam pueri reputantes & compatientes genitoribus.

26 Ipſius quoque pueri Georgii peregre captivi, obverſabatur præſens animo, quæ qualiſque veſperâ eâdem celebraretur in patria ſolennitas. Forte autem *earum re-* tunc illum ad culinæ focum ſervilis detinuit uſus *cordatus* quotidiani occupatio, intemperando ac condiendo *captivus,* juſculo, quod ipſe, de more manu erat miniſtraturus propria cœnanti mox hero. Stabat igitur triſtis & plenus lacrymis ; hæc utique tacitis cogitationibus reputans :

A putans: En dum hic fuliginoſo miſer deteror officio, eadem hac nimirũ hora pervigilii Sancti mei Patroni Martyris, in paternis meis ædibus menſæ ſtant poſitæ, circum accumbente corona nobili amicorum & vicinorum, cujus & me participem pari die ſuperioris anni fuiſſe memini; & piget meminiſſe, tali recordatione miſeriæ mihi meæ ſenſum admovente acriorem. Idem Ego nempe nunc in iſtis ſquallens ſordibus, nocte hac ipſa feſta, quam vertens refert annus, celebrabam gaudens anniverſarium epulum in natali magni Martyris; riteque libatis ſacris dapibus in templo ſanctiſſimo ejusdem, turbæ immiſtus denſæ concurrentium undique ad eum venerandum, Pſalmos ſimul canebam, ſimul aliis certatim religioſis miniſteriis vacabam. At modo in regione longinqua & barbara captivus ſervio. An me unum omnium, Sancte Dei, ducens indignum aditu ſacri tui templi, huc me exterminatum ablegaſti! Miſeror vos, infelices genitores, facile ſuſpicans quantus vos, hujus nunc ceremoniis ſolennitatis annuam navantes operam, ex mei deſiderio mœror opprimat. Circumfertis videlicet oculos, meque requiritis: ac invento nusquam, ex conſcia memoria locorum quæ me ante annum habuerunt, luctu recrudeſcente tabeſcitis. Vrit me præſertim, iſtinc uſque ad cor meum conſenſu pertingens, dolor afflictiſſimæ materculæ. Ut æſtuare illam ringique intime conſentaneum eſt, ſpectantem cognatos, notos, amicos, undique congregatos ad panegyrim Martyris: at meam, illic nusquam viſi, ſpeciem deſiderantem, nusquam auditu vocem requirentem? Profecto non moderatius ejulat, quam juvenca mugiat cum ſuus tuerit ablatus vitulus: non remiſſius gemit, acutos huc atque illuc obtutus evibrans, aures omnem in partem arrigens, irrito conatu, ad me nempe videndum & audiendum, qui tam procul miſerrimus detineor. Quid autem ei putem eſſe animi, meos in templo æquales & condiſcipulos cernenti, pſallentes, dictata magiſtrorũ concertando reddentes, & quæ generis ejus me ſæpe gaudens actitare cum iis vidit, nunc agentes ſine me? Diſſilit utique illi ac diſcerpitur cor, configuntur viſcera penitus diris, aculeis letali haud dubie pectus ipſi plaga confoditur. Quis jam mei quoque patris ſuſpiria referat? quis matris fluentes lacrymis oculos abſtergat? Ego vero quos Hymnos Patrono Martyri luce ſua offeram! quos Pſalmos modulabor? Pro hymnis fletus inutiles, pro pſalmis æſtuantia intus & metu ne ſe prodant præfocata intra ægri cordis anguſtias ſuſpiria parturientis animi. Vale pater, vale mater, valete amici, noti, cognati; recordamini mei captivi, & ſive adhuc vivam, orate pro me; ſeu jam creditum mortuum, luctu pio proſequimini. Salve & tu mihi veneratiſſime Sacerdos, Æditue templi ſanctiſſimi qui erudiviſti me, à quo ſacras percepi litteras, meiq; memento in tuis ad Deum precibus. Salvete vos quoque pueri æquales mei ac condiſcipuli, cum quibus una canere, diſputando concertare, ſimul orare conſueveram: & ne quæſo in hoc Sancti feſto veſtri quandam ſodalis obliviſcamini, procul exulantis in terra barbara, peregrini, captivi, & ſervi.

B

ſuam deplorat calamitatem:

C

27 Talia eo tempore puer Georgius cum inenarrabilibus cordis anguſtiis mente revolvens, inter crebra ſuſpiria & lacrymas amnium ritu erumpentes ex oculis, has tamen & illa niſu magno compeſcens, queſtusque ſubſultim exitum molientes è pectore opprimens, ne indicia extarent doloris intimi, quietus, ut poterat, circa ſuum ſatagebat officium, in proxima expectatione horæ inſtantis, qua illum oportebat conſueto fungi miniſterio. Vos vero aures arrigite, qui adeſtis, quibus excipiatis majus omni admiratione prodigium. Admonitus à conſervis Georgius puer, adeſſe tempus deportandi è camino coquinæ vas ferventi plenum jure ad accumbentem jam Dominum; ſurgens abſtergit è genis lacrymas, arreptoque juris calidi vaſculo, quale in illis Papalagoniæ partibus *o* cucumium vulgo appellant, expedit ad menſam greſſum. Quod agentem puerum ecce in ictu oculi ſublimem per aëra ſtitit Sanctus in ipſa domus paternæ aula, ubi conviviũ celebrabatur. & menſæ amici aſſidebant, cucumium jure plenũ, quale fervens è camino extulerat, in manu habentem. Id inexpectatiſſime cernentes cum parentes Georgii, tum quotquot aderant alii, notiſſimum nempe adoleſcentis vultum, veſtitu ornati barbarico, dextraque cucumium fervens portantis; obſtupuere viſu primo, exclamaruntque vocibus maximis. At pater quidem mateſque ex ſubita vehementia inopinati gaudii in terram muti prociderunt: reliqui vero circumfuſi amplexabantur & exoſculabantur puerum, cœperuntque percunctari, quo modo rediiſſet? At puer agnita domo propria, videns parentes & notiſſimas facies familiarium, incredibiliter ipſe mirabatur, rese vera id eſſet an ſomnium, quaſi dubitans. Tandem continuata experientia fidẽ veri faciente, confirmato animo, referre quid ſibi accidiſſet his verbis cœpit.

& ſorbitiunculam heroprandenti latus.

28 Quod ex me quæritis, ne ipſe quidem ſatis habeo compertum. Vnum ſcio: me hoc ipſo momento, hac eadem hora, hoc puncto temporis, modo in Bulgaria fuiſſe captivum & ſervituti mancipatum: & hoc quod videtis cucumium modo ex herilis culinæ foco bulliens ſublatum inferre voluiſſe menſæ, accumbentis ad cœnam mei Domini. Superatis eo ſtudio aliquot jam gradibus, quibus in triclinium aſcendebatur, in ipſo conatu ſcandendi ulterius, obvium repente invenio quemdam cataphractum in armis equitem, paludamento velut Imperatorio tectũ, niſi quod veſtis ſplendor ſolis fulgorem vincens, longe omnes triumphales Cæſarum ſuperabat ornatus. Is manu me arreptũ extulit: mox mecum ritu fulguris avolavit: nec laborẽ nec motum ullum ſentiente me, niſi quod, quando ſuper mare trãſibamus, videbar mihi audire ſonitũ quaſi calcati equinis pedibus æquoris, ac pulſu illo ſubſultantium aquarum. Statim poſt hoc nictu oculi terram attigimus, qua volare pergentes inter lucis amœnæ ſereniſſimos ſplendores, citra niſum, ærumnam, aut contentionem ullam, ignarum ubi eſſe, aut quo irem, me huc per ſublime, ut videtis, intulit; veſtrumque in medio depoſuit, cucumium hoc manu geſtantem. His illi pueri verbis auditis, eo quo par eſt credere ſtupore, raptim erumpunt domo, mirificum ſoſpitatorem, ſi poſſent, invenire ac meritis venerari honoribus ſtudentes. Sed nemine reperto, ad puerum ſe intro recipiunt, rapti plane extra ſeſe tam inuſitati viſu præſenti miraculi. Tenebat oculos cucumium in manu pueri, cujus liquor cõceptum igne Bulgarico fervorem, adhuc bulliens (quod ſonus prodebat æſtuantis) in Paphlagonia ſervabat, manifeſto indicio pernicitatis, qua erat ex tanto intervallo *p* momenti nictu properata tranſlatio. Interim è deliquio animi reſtituti ad uſũ ſenſuũ Georgii parentes, collũ filii amplexibus ſtringebãt, ſuaviabantur dulcem vultum, attente inſpectantes, & quaſi dubitando an is eſſet, antiquam inſculptam menti ſpeciem lineamentorum ejus in nova facie quærebant. Tum exacte conſtare ſimilitudinem cernentes, in hæc prorumpebant verba: An hic vere noſter eſt filius? num mendacio ludimur? Non ſomnium, ſed res eſt. Te profecto, te nate dulciſſime videmus & tenemus, ipſum quem genuimus, aluimus, amiſeramus. Quæ his adiunxerint, quid præterea egerint, dignas, quoad poterãt Deo ac ſancto Martyri, pro tam admirabili favore, pro tam inſolitæ protectionis beneficio, tam prodigioſæ liberationis miraculo gratias reddentes quia exprimi dicendo nequeunt, æſtimanda prudenti relinquimus.

EX MS. GR. VATICANO.

o

ſubito trãsfertur & redditur ſuis,

E

S *Georgii beneficio,*

cum eodem quod manũ ferebat cucumio:

F

p

EX MS. GR. VATICANO.

29 Exuberante poſt hæc in cunctis gaudio, quale ſolet è magni confinio mœroris vehementius exſurgere: poſt lætam Dei mirabilium prædicationem, encomiis magni Martyris admiſtis, ſalivam convivis movit exhalans è cucumio fumante pellacis odoris vapor: quin & partem religionis arbitrati, quaſi miſſū peregre à Sancto indigete ad ſibi ſacras epulas guſtare ferculum: Enimvero, ajunt, paſcimus & nobis propinari è Bulgarica captivitate divinitus ad nos perlatum juſculum. Æqua cupere viſis miniſtratur è cucumio. Cumulatum miraculo miraculum audite. Erat id cucumium vas plane paruulum; quippe modicæ unius ſorbitionis capax: convivarum porro cum ingens aſſideret menſæ numerus, inde omnes aſſatim hauſerunt. Superabat tamen in vaſe liquor: quare vocantur qui ſacras in templo vigilias obibant, denſa utique hominum turba. Et his expletis, abundavit unde famulis, miniſtris, infimis domeſticorum, advenis forte repertis, & quotquot undecumque ad Sancti memoriam confluxerant, propinaretur. Nec tanta mora tot invicem ſuccedentium jus repuit: fervore utique ignis Bulgarici adhuc flagrante ad extremum & irremiſſe ſervato. Nam ut apud hoſpitam Eliæ pauperem viduam pugillus farinæ & lecythus olei non minuebantur, crebro hauſto quotidiani per longum uſus; ſic hujus quoque anguſtiſſimi cucumii liquor exiguus, large licet ſingulis affuſus, tantæ ramen multitudini inexhauſtus ſuffecit. Et ſicut ejusdem juſſu Eliæ copioſe ſuperfuſa lignis aræ impoſitis aqua, non extinxit præter naturam accenſum à Propheta eodem ignem, ſed ejus vim potius adauxit; ſic & nunc per ſancti Martyris potentiam calor in dicto vaſe perſtitit, nec locorum nec temporis ſpatiis remiſſus. O Novum & inopinatum miraculum! ô prodigioſum portentum! quis audiens talia non obſtupeſcat & glorificet glorioſum in Sanctis ſuis Deum?

ex quo mirabiliter multiplicato

cum pluriſmi guſtaſſent,

B

30 Cum igitur bibiſſent, in Sancti Thaumaturgi honorem, ad ſatietatem omnes, ex vaſculo mirabiliter inexhauſto; longum ſpatium in gaudii ſignificationibus inſolitis una ſimul perſtiterunt, laudes Chriſto Deo & gratias reddentes. Tum abducunt ſecumpuerum in ſanctiſſimum Martyris templum, lętantes ſimul & flentes, & lætitiæ indicibus lacrymis pavimentum irrigantes. Nam ut dolor vehemens, ita & ingens gaudium ex inſperati adeptione boni, communem habere ſolent lacrymas effectum. Parentes præſertim pueri ſenſus ſuæ mentis erga Sanctum his vocibus alte prolatis teſtabantur. Gratias Tibi agimus, Sancte Dei, ob tam efficaciter nobis impenſam interceſſionem omnipotentem tuam: ſic apparuit quam non deſpexeris orationes noſtras ac lacrymas; quaque fide commiſſum tibi à nobis depoſitum curaveris; filio nobis noſtro ſano atque incolumi reddito. Ceterum ignoſce noſtris illis prioribus de te querelis, & inconſultis quas dolor tunc urgens miſeris expreſſit expoſtulationibus: qua filium noſtram in ſua calamitate miſeratus es clementia, eadem te par eſt noſtris quoque nimiis affectibus compati, atque in partem interpretari meliorem, vel potius indulgenti proſequi venia, quæ nos in flagranti paterni doloris ſenſu, dum noſter unigenitus tam deſperato urgeretur malo, effutivimus irreverenter adverſum te, accuſantes quaſi ceſſantem in ſuſcepto erga puerum Patroni officio nosque tuos ſupplices in tam acerbo caſu negligentem. Ita illi purgabant prius expoſitas murmurationes, easque repenſantes iteratis Sancti laudibus & gratiarum actionibus ſine modo cumulatis. In his hilares gratulantensque noctem illam conſumpſerunt: indeque cum re ſacra peracta diſcederent, allatum à puero cucumium templi curatoribus donarunt, in uſum excipiendæ mixtionis immaculati Corporis Chriſti Dei noſtri cum pretioſo ejus Sanguine, quoties illa juxta ſacros Eccleſiæ ritus invicem admoveri opus eſſet. Hoc illi vas in Sacrario tamquam ſacrum anathema repoſitum voluerunt, ut monumentum eſſet æternum excedentis fidem omnem miraculi: in oculis tot tunc præſentium perpetrati, ut eo qui non adfuerant, minus laborarent in credendo, quod ab oculatis teſtibus audirent affirmari.

ipſum vaſculum Sancto conſecratur,

C

ad perpetuā rei memoriam:

D

31 Puer porro Georgius, tunc ita mirabiliter liberatus, eo quidem tempore teneræ adhuc erat ætatis; hodie ſenex jam factus narrat ipſe fuſe ac diſtincte quam expertus olim eſt miram ſibi exhibitam ſancti ſui Patroni protectionem, prodigioſe ſervatus, liberatus, tranſlatus, & ſuis redditus à magno Martyre Georgio. Nec ullus eſſe poteſt locupletior fideque dignior talis auctor rei; qui utique quod ſenſit, refert. Ex hujus acceptum ore ſtupendum hoc portentum, per univerſum iſtius vicinię tractum, quam latiſſime patet, fama celebri percrebuit: concurrentibus quotidie undique ad ſuperſtitem adhuc Georgium, iſtum ipſum tot ac tantis miraculis ſervatum, cunctis illorum finium accolis; & ex ejus, quæ ſibi contigerunt referentis, ore pendentibus: pignusque inſuper cernentibus ac contrectantibus prodigii narrati cucumium, ab ipſo dum transferretur ex herili ubi ſerviebat domo portatum, nunc inter vaſa miniſterii ſacri repoſitum in templo Magni-Martyris. Quod audientes & videntes glorificat Deum, facientem voluntatem ipſum timentium; & cum ſtupore ac veneratione ingenti gratias omnipotenti & benigniſſimo agentes Numini, vere mirabili in Sanctis ſuis, ut Propheta David cecinit. Veriſſime, inquam, Sanctos qui ſunt in terra ejus mirificavit Dominus. Liceat & huc adaptare illud quoque Apoſtoli oraculum ajentis: Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Euge miraculum maximum! Macti eſtote Georgii pueri genitores fide tanta! Proh ineffabilem & nullis umquam ſatis encomiis laudatam Martyris protectionem, miſericordiam, beneficentiam! Quid pro magis inuſitato quondam eſt habitum quam miraculum de Abacuc narratum? Is quippe raptus ab Angelo ex regione Iudæorum, *q* prandium in Babylonem Danieli ſubito portavit in lacu leonum, & rurſus momento in patria reſtitutus eſt. At noſter trophæis inclytus, coronatus, cœleſti fulgens armatura victor, præmiis certaminum opimis dives, Chriſti Martyr Georgius, puerum ſuum clientulum, procul peregre captivum, ſervituti mancipatum barbaricæ, ex herili domo, ex ipſa functione ſervitii ſordidi ereptum, liberatione gratuita gentis immanis ſubtractum feritati, ſublimem per aëra præter ſpem, in nictu oculi, propriæ domui, propriis parentibus lugentibus & flentibus incolumem, ſalvum, illæſum, prodigioſe ſervatum, ſanum ac valentem reſtituit; vas plenum jure ferventi portantem manu, obſtupefacientem; inſuetiſſimi ſpectaculi portento audientes & videntes. Nimirum ut olim Salvatoris Confeſſores *r* Gurias, Samonas, & Abibus abductam detentamque in terra Gotthia puellam, & ibi vivam ſepultam, è ſepulcro arripientes, in ſuum ipſorum templum ſanctiſſimum portarunt, & eam ipſius matri ſalvam reddiderunt: ſic interceſſor efficaciſſimus, protector & patronus optimus Georgius, fide parentum & ſupplicatione flexus, captivatum puerum & ex belli caſu illæſum incolumemque cuſtodivit, & è barbarica ſervitute liberatum inopinatiſſime ſervavit.

cujus ætiā teſtis adoleſcens vivebat.

q

F

r

cum hæc ſcriberentur ab eo qui ipſe coram vidit,

Pſal. 67, 36

Pſal. 15, 3

Rom. 8, 28

32 At ô Martyr toti Mundo beneficus & venerabilis, cunctis deſiderate, amabiliſſima ſimul & auguſtiſſima re & nomine Dei agricultura ac vivificum germen, florens & fructuoſa planta palmarum plurimarum

& S. Georgii patrocinium

A rimarum, nutriens vota & corda invocantium te. O Martyrum decus, victorum coronatorum gloria, fidelium periclitantium ſalus. O qui ubique tuis ades, è malis eripiens, cuſtodiens, protegens, fovens fide firma te appellantes & vera caritate implorantes; efficacem interceſſionem & protectionem tuam nobis quoque feſtinus adverte, cum fide ac caritate invocantibus te, lætamque ac ſanctam memoriam tuam celebrantibus, liberans nos à viſibilium & inviſibilium hoſtiũ inſidiis, oppugnationibus, inſultibus. Nam te omnis fidelis invocat, omne os glorificat, omnis lingua prædicat: auguſtum, divinum, deſideratum nomen tuum in orbe univerſo canitur, adoratur, beatificatur. Te omnes Chriſtiani, poſt Deum & Sanctiſſimam ipſius Matrem Dominam noſtram, indeſinenter invocant, & adjutorem, defenſorem, protectorẽ paratiſſimum experiuntur, interceſſoremq; efficaciſſimum eventu votorum ſentiunt. Tu ergo inclyte, illuſtriſſime, corona inſignis ſplendidiſſima Georgi, pro ea quam præcipuam obtines apud præmiorum diſpenſatorem, coronarum datorem, bonorum auctorem omnium Dominum noſtrum gratia, nos adiuva per te aliosque, ſocietatem orandi
B pro nobis iniens cum Collegis & Commartyribus tuis, & ipſis Protectoribus Chriſtianorum; movens, inquam, ac tecum trahens ad noſtram coram Deo cauſam agendam Protomartyrem injuriarum condonatorem Stephanum, glorioſiſſimum & ter maximum Theodorum, patientiſſimum & illuſtriſſimum Euſtachium, generoſiſſimum atque inclytum Procopium, ubique laudatum & paſſim celebrem Demetrium, ſapientiſſimum & ſplendidiſſimum Euſtratium, multorum certaminum victorem fortiſſimum Pantaleemonem, conſtantiſſimum & ſoſpitatorem Mercurium, famoſiſſimum & fulgentiſſimum Artemium, ſpecioſiſſimum & pulcherrimum Thalelæum, quadragenarium Coronatorum quater decem Martyrum chorum, compatientiſſimos Chriſti Confeſſores & Martyres Guriam, Samonam, & Abibum; s omnesque conſequenter alios triumphantes Chriſti Milites & Martyres; ut juncta teum opera ſimul incumbentes in auxilium noſtrum, à coronatore, muneratore, victoriarum præbitore Chriſto Deo noſtro, nobis cunctis exorent quæ ſunt cuique ad ſalutem utilia; ægris medicinam, captivis liberationem, tribulatis conſolationem, neceſſitate preſſis auxilium,
C vinctis ſolutionem, calumnioſe accuſatis abſolutionem, periclitantibus opem, gravatis multitudine iniquitatum & pondere ſcelerum depreſſis remiſſionem; defendentes, cuſtodientes, dirigentes omnes ad ſalutem & obſervationem mandatorum & juſtificationum Chriſti Dei Noſtri. Hæc igitur nos peccatores & indigni conſcripſimus quæ noſtris ſpectavimus t oculis, & propriis auribus audivimus, in gloriam & laudem Dei, ne temporum decurſu in oblivionis & ignorantiæ profundum abeat adeo prodigioſus eventus miraculi à glorioſiſſimo Magno-Martyre Georgio noſtra ætate perpetrati; ſed in poſterorum quoque notitiam transmittatur: omnesque qui legerint & audierint, laudent, benedicant, glorificent Chriſtum verum Deum noſtrum, facientem voluntatem timentium ipſum & glorificantem eos à quibus glorificatur: quoniam ipſum decet gloria, gratiarum actio, adoratio, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

aliorumque ſanctorum Martyrum imploratio.

ANNOTATA.

a *Titulus Ms. Græci hic erat*: Narratio ſtupendi miraculi Sancti & Glorioſiſſimi Megalo-Martyris Georgii, exerciti ab ipſo in puerum captivum, ultra omnem ſpem ſervatum.

b *Hujus miraculi epitomen aliquam etiam in Ms. Amброſiana bibliotheca invenimus Mediolani atque tranſcripſimus: deſiderabatur in eo nomen loci unde puer abductus erat.* EX MS. GR. VATICANO.

c *Scripta eſt igitur hæc narratio ſeculo* 10 *circa annum* 960 *aut* 970, *cum adhuc viveret ſenex, cui adoleſcenti anno* 918 *contigerant quæ narrantur, ut patet ex num.* 17

d *Ms. Græcum* Ἀμαυεὶδ, *quod merito corrigendum cenſuit eruditiſſimus Interpres; cum nullam Geographi in Paphlagonia* Amaurim, Amaſtrim *vero omnes celebrent. Fuit autem urbs magna, in ora Ponti Euxini, ab Heraclea Pontica p. m.* 68 *diſtans.*

e *Idem Interpres arbitratur* Parthenium *flumen intelligi, qui, ut libr.* 12 *ſcribit Strabo,* Ἐν αὐτῇ τῇ Παφλαγονίᾳ πηγὰς ἔχων, fontes ſuos in ipſa Paphlagonia habens, *certe Amaſtrinæ urbi proximus ſecundum ejus latus Occidentale in Pontum influit. Idem Interpres ſuſpicatur ipſum hoc templum dictum fuiſſe* Parthenium: *infra num.* 36 *mentio fit Georgiani templi in Paphlagonia, cui nomen fuerit* Pharenum.

f *Curopalates & Leo Grammaticus bellum hoc Bulgaricum deſcribunt.*

g *Hinc videtur intelligi, Conſtantinopoli hæc fuiſſe pro concione expoſita.*

h *Scilicet* Conſtantinus *Leonis Philoſophi filius, ejuſque Tutores, ac mater Zoe.*

i Leonis Phocæ, *Magni Domeſtici, & eo bello Ducis, uterque laudatorum auctorum meminit.*

k *Idem paulo aliter cladem hanc Bulgaricam narrantes, Romanos primo victores, caſu quodam à Bulgaris victos aiunt. Locum pugnæ Curopalates ponit ad* Archeloum oppidum, *Leo ad* Acheloum amnem; *noſter autem mari vicinum ſtatuit: unde conjectare licebit, inter flavium & ſinus Ambracii littus eſſe pugnatum. Accepta autem hæc clades eſt anno Conſtantini prædicti* 6, *Chriſti* 917 *Indict.* V *die* 6 *Auguſti, ut Curopalates; vel, ut Leo, die* 20.

l *Curopalates*, Fuitque ea fuga terroris plena atque horribilis, dum partim ſeſe mutuo conculcant, partim ab hoſtibus cæduntur. *Leo*, Facta eſt fuga & ululatus horrore plenus, aliis alios conculcantibus, pluribus etiam ab hoſte interfectis; eaque ſtrages hominum edita, qualis à ſeculo nuſquam audita eſt.

m *Pars eſt* Lucernarium *officii Veſpertini, pridie feſtorum ſolita perſolvi, lucernis accenſis, unde & nomen habet* Λυχνικὸν. *Vide indiculum declaratorium ad calcem Codicis Regularum ab Holſtenio editarum, eoque mortuo publicatarum Romæ an.* 1661.

n *Hinc intelligitur miraculum hoc contigiſſe die* 22 *Aprilis, nocte præcedente feſtum S. Georgii, anno Chriſti* 918, *quod & infra confirmatur.*

o Cucumium *fuiſſe vocem etiam Romæ uſitatam, probari poteſt ex Arriano lib.* 3 *Diſſert. Epicteti cap.* 22. *Quin & Teutonice* Comme *dicitur vaſculum ſeu lanx profundior, quo fervens juſculum miniſtratur accumbentibus.*

p *Ponamus in media Bulgaria captivum puerum ſerviſſe: inde Amaſtrim itinere recto emetienda fuere* 500 *p. m. ex quibus* 200 *p. m. ſupra Euxinum tranſeunda, quantum ſcilicet inter Meſembriam Thraciæ urbem & Heracleam Ponti interjacet ſpatii.*

q *Ita conſtat ex cap.* 14 *Danielis verſu* 32: *per oſcitantiam autem librarii* Medorum *irrepſerat, quod correximus.*

r *Coluntur* 15 *Novembris, quando eorum Acta & Miracula dabimus.*

s *Hi quoque omnes celeberrimum habent cultum*, S. Stephanus 26 *Dec.* S. Theodorus 7 *Febr.* S. Procopius 8 *Iulii*, S. Demetrius 8 *Oct.* S. Euſtratius 13 *Dec.* S. Pantaleemon 27 *Iulii*, S. Mercurius 25 *Nov.* S. Artemius 20 *Oct.* S. Thalelæus 20 *Maii*, ſancti Quadraginta Martyres Sebaſteni *olim* 9, *nunc* 10 *Martii.*

t *Non quidem ſic ut auctor intelligatur fuiſſe præſens convivio, cui ſuper venit puer: ſed ipſum poſtea coram allocutus, & ex ejus ore habens quæ ſcribit.*

CA-

EX VARIIS D. P.

CAPUT IV.

Alia miracula vetuſtiora, ex magnis Menæis Græcorum & Adamnano ſcoto.

33 *QVorum Sanctorum Officia habes in excuſis Græcorum Menæis, eorumdem etiam Vitam ſeu Paſſionem compendio relatam ibidem invenies; ejuſmodi autem ſynopſes Actorum prolixiorum ſeorſim collectæ, conficiunt libros quos Menologia vel Synaxaria ſolemus nominare, aliorum exemplum ſecuti. Miracula, ad ipſorum Sanctorum invocationem patrata, in talibus libris reperias rariſſime. Cum igitur poſt relatum breviter Megalo-Martyris agonem, in eo non ſiſtant, ſed prater morem ad miraculorum partem enarrandam tranſeant Menæa; poſſumus ex rei inſolitæ novitate intelligere, quam ſupra ceteros Martyres ſolennis & eximia fuerit S. Georgii feſtivitas.* Oportet, *inquiunt in Rubrica*, ex multis ſancti miraculis partem aliquam enarrare. *Nobis necdum ea felicitas obtigit, ut aliquem Græcum codicem inveniremus, in quo plenior eorumdem collectio contineretur; non tamen poſſumus dubitare, quin ejuſmodi collectiones plures olim conſcriptæ ſint, æque ac de aliis plurimis, nominatimque de S. Demetrio Theſſalonicenſi Martyre, de quo* XXVI *Decembris agetur. Quod autem hujus quam illius plura miracula reperiantur in bibliothecis Europæis, ideo fieri credimus, quia librorum, ex Græcia allatorum, magna eſt in dictis Bibliothecis copia; eorum vero, qui ex Syria allati ſint, ingens raritas. Quibus enim temporibus Terram-ſanctam noſtri recuperavere, litterarum Græcarum in militaribus illis animis æſtimatio nulla erat: aſt ubi poſterioribus ſeculis cœptum eſt agi de Græca Latinæque Eccleſiæ unione, eademque demum in Florentina Synodo concluſa fuit; viri inter Græcos eruditi quidam, Latinis ſeſe adjungentes, interque alios nominatiſſimus Beſſarion, effecere, ut quibus colligendorum antiquorum codicum cura erat aliqua, etiam Græca Mss. habenda ſibi ac requirenda putarent: ea autem tunc vix aliunde haberi potuere, quam ex Conſtantinopolitano Patriarchatu. Nos certe in tot illuſtribus Bibliothecis, unum tantum codicem hactenus vidimus, qui Paleſtiniorum fere Sanctorum geſta continens, ex Antiocheno Patriarchatu allatus videbatur; ſcilicet apud Franciæ Cancellarium Paulum Siguierium, unde ad diem* XX *Martii dedimus Acta Sanctorum Martyrum Sabaitarum. Porro hæc monere placuit, partim ne miretur Lector, ex infinitis propemodum, quibus in Syria clarificatus eſt S. Georgius miraculis, exhiberi tam pauca; partim ut eruditi viri maximo in pretio habeant codices è Paleſtiniorum monaſteriorum ruinis ſervatos, ſi qui forte ad eorum manus deveniant.*

S. Georgii miracula in Menæis panca:

B *alia cur minus inveniantur.*

C

34 Eſt in Syriæ partibus caſtrum, Ramel dictum, in quo templum ſancto Megalo-Martyri Georgio ædificabatur, quo in loco nullæ erant, ad columnarum apparatum, lapidum fodinæ; ita ut eſſent ab longo intervallo itineris petendi, & columnæ ad templum deportandæ. Cum ergo multi conveniſſent ſuper hac re, & concurſus non modicus eſſet factus ad lapides conquirendos ac devehendos; venit & mulier valde religioſa ac pia, quæ plena certæ & inconcuſſæ fidei erat erga S. Georgium. Hæc unam quoque columnam, aliis jam expolitis & elaboratis ſimilem, coëmerat, & ad littus maris deferri curarat: & præfectum curatoremque reliquarum rogarat, ut à ſe quoque coëmptam columnam cum reliquis per mare deveheret ad templum. Sed præfectus, rejectis feminæ precibus & columna, ſuas unius & ſolas in navi compoſitas per mare deportavit. Tum vero mulier deſperabunda in terram ſe abjecit, & lamentabunda rogabat Sanctum, ut ſibi ferret auxilium ad columnam deportandam. Hæc dum femina precatur, correpta ſomno, videt quemdam per ſomnium venire ad ſe, in habitu Ducis militaris; qui levatam è terra interrogans, Ecqua tua, inquit, eſt afflictio, mulier? dic mihi. Et hanc reſpondiſſe, cauſamque doloris aperuiſſe, ſanctumque ex equo deſcendiſſe, & rurſum compellaſſe feminam: Et, ubi, inquit, vis columnam collocari? & hanc reſpondiſſe; ad dextrum templi latus.

Ædificando templo Ramelenſi,

per piam viduam empta columna,

neque cum ceteris in navem recepta,

Sancti, viduam per ſomnum ſolatio,

D *digito inſcribitur.*

35 Tum ſtatim Sanctum digito in ſaxo ſcripſiſſe: columna hæc viduæ in dextro latere templi ſecundum locum occupet, ſimulque levaſſe partem columnæ, verſumque ad mulierem dixiſſe, adjuva, ſodes, & tu: ita levatam ab utroque columnam projectam in mare, ſanctique Georgii ope ante omnes alias tranſlatam, & poſtridie mane jacentem in ora portus eſſe repertam. Secutus ſane curator Palatinus ubi eam ſic vidit, illico obſtupuit, ac multo magis poſtquam legit ſcripturam, quæ docebat quo loco illa columna in templo eſſet collocanda. Gratiis ergo Deo actis, petivit à Sancto ut ſibi peccatum inclementiæ erga viduam remitteretur, impetravitque miſericordiam, & columnam viduæ in æde S. Georgii eo loco collocavit, quo inſcriptio jubebat: quæ columna hodieque, ad ſempiternam feminæ memoriam & Sancti gloriam, cum admiratione tanti prodigii ibi collocata viſitur. *Hoc eſt illud templum, cujus in Phœnicia poſiti meminimus in Comment. prævio num.* 34, *diximuſque illius occaſione factum, ut Ramulenſes ſucceſſu temporis cœperint gloriari, apud ſe vel natum fuiſſe S. Georgium, vel ſaltem adoleviſſe. Fortaſſe ex ſimili omnino cauſa irrepſit in Acta Latina apocrypha, inque omnia alia ex his accepta, ut Melitine natus & paſſus diceretur Sanctus; quæ tamen non eſt Cappadociæ ſed Armeniæ civitas: conſentiunt autem omnes Cappadocem fuiſſe S. Georgium. Vt ut eſt, diſtinguenda eſt* Melitina *à* Mitilene *civitate in Lesbo primaria, ubi hic conſequenter in Menæis narratur fuiſſe famoſum S. Georgii templum, in quod ipſo Sancti pervigilio irrumpentes piratæ Saraceni ex Creta (adeoque poſt annum* DCCCXXIII, *quo primum occupata ea ab ipſis eſt) cum cetera civium captivorum turba abduxerunt juvenem: qui Saracenorum Amiræ in jam dicta Creta donatus, eique pincerna obſequium exhibens, recurrente anno ad preces matris relicto convivii loco ad Martyrem pro filio orandum in templum profecta, fuerit eodem prorſus modo reſtitutus, quo is de quo ſupra egimus puer Paphlagonius, allato ſecum ſcypho quem Amiræ porrigendum miſcuerat. Nihil quidem prohibet, intra centum annos & locis diverſis, ejuſdem generis miraculum bis fieri, cum modica circumſtantiarum differentia: contextum tamen Menæorum interrumpere hic maluimus quam in hoc tam prolixo argumento gratis fatigare Lectorem, rerum ſi non earumdem certe ſimilium narratione.*

& miraculoſe transfertur.

E *Saraceni, in Lesbum feſto S. Georgii ingreſſi.*

F

36 In Paphlagoniæ provincia, magnifica & illuſtris ædes eſt ſancti Megalo-Martyris Georgii, quam incolæ Pharenum nominant. Hæc primum nimis anguſta & parva erat, & jam ruinam minabatur, nec ſumptus erant in promptu, quibus vitium emendaretur, aut potius tota ſacra domus à fundamento inſtauraretur. Itaque ejuſmodi prodigium accidit. Pueris illius loci concurrentibus & ludicræ rei cuipiam operam dantibus, unus ex illis victus & ab aliis exploſus atque convitiis oneratus, verſis ad templum oculis, Sancte Georgi, inquit, ſi feceris ut vincam, offeram tibi pulcherrimum ſphongatum. Repetito ludo, mox vicit: nec ſemel, ſed iterum, ac tertium, & ſæpius. Regreſſus inde domum puer, matri expoſuit, quod Sancto munus promiſiſſet; petiitque à matre, ut S. Georgio votum ſolveret. Femina, & filii amans & ſingularis S. Georgii cultrix, ſtatim dedit quod filius promiſerat. Filius acceptum munus intra templum ante altare collocavit, indeque receſſit. Eodem tempore per templum tranſiere quatuor mercatores, qui viſo ſphongato, gratiſſimum odorem ſpirante, Comedamus, inquiunt, hanc tortam; Sanctus illa non indiget, & pro illa reponamus thymiama.

Oblatam ex puerili voto placentam,

abſumentes aliqui, nequeunt recedere,

A miama. Accepto ſphongato & thymiamate in vice repoſito, volebant exire: ſed occulta & cæleſti vi detenti, pedem efferre non potuerunt. Oblato deinde Miligriſio ſeu denario abire conati, nec dum egredi potuerunt. Rurſum appoſito numiſmate integro, rogarunt Sanctum, uti poteſtatem abeundi faceret: ſed nec tum efferre pedem templo, occulta vi prohibiti, potuerunt. Tum omnes quatuor, ſinguli ſinguloſ nummos Sancto obtulere, ſuppliciterque rogarunt ut abitum ipſis indulgeret. Tunc demum impetrata miſſione libere omnes exierunt, abeunteſque dixerunt, Sancte Georgi, nimis caro vendis placentas tuas, deinceps abs te nullas amplius ememus: ſed & hunc jocum nobis ignoſce. In hoc ergo templo innumera miracula patrata ſunt, hodieque patrantur: nec in hoc tantum, ſed & in illo quod Equi-caput appellatur, & in aliis S. Georgii eccleſiis & oratoriis. *Videtur ſignificari quod à ſeptem iſtis nummis cœpta ſit collectio pecuniarum, quæ deinceps, miraculis ibidem crebreſcentibus, ubertim collatæ ſuffecerunt ad collapſam ædem ſatis ſplendide reparandam.*

37 *Ad hujus capitis concluſionem accedat quadamtenus ſimile poſtremo ex Menæis relato, quo caput 4 libri tertii de locis ſacris concludit Adamnanus Scotus, notus Venerabili Bedæ tantique æſtimatus auctor, ut ipſe tres ejus de dicta materia libros dignatus fuerit in epitomen contrahere, quæ inter opera ejus extat; integer autem Adamnani contextus, una cum dicta epitome, vulgatus eſt à Gretzero noſtro præmiſſis eruditis Prolegomenis, quorum cap. 3 teſtatur, ipſum ad ſe ex intima Hollandia perveniſſe, Heriberti Roſvveidi beneficio. Eſt autem miraculum, quod promittimus, tale.*

B

Equum ſuum vovens ſi ſalvus è bello redeat,

Aliam quoque de Georgio martyre certam relationem nobis S. Arculfus intimavit, quam expertis quibusdam ſatis idoneis narratoribus in Conſtantinopoli urbe indubitanter didicit, qui hoc modo de illo ſancto Martyre pronuntiare ſoliti ſunt, dicentes. Quidam homulus ſecularis, Dioſpolim civitatem in equo ſedens ingreſſus, eo in tempore quo ad expeditionem faciendam multa hominum millia conveniebant collecta, illam accedens intravit domum, in qua marmorea extat columna, in ſe Martyris Georgii habens depictam imaginem: ad quam, quaſi ad præſentem Georgium, loqui cœpit, dicens: Me tibi, Georgi Martyr, & meum commendo equum, ut orationum virtute tuarum, ab univerſis bellorum atque morborum aquarumque periculis liberati, ambo uſque ad hanc urbem, poſt expeditionis tempus, incolumes reverſi perveniamus: & ſi tibi ita Deus miſericors noſtram reverſionem donaverit proſperam, ſecundum optionem noſtræ parvitatis, ego hunc meum, quem valde diligo, equum, tibi pro munere donandum, offeram, ipſum in conſpectu tuæ aſſignaturus formulæ.

C

pro eoque ſolidos 40 offerens,

38 Quibus ſermunculis ocius terminatis domum egreſſus, inter exercitus multitudinem cum ceteris contubernalibus commeans idem homuncio, in expeditionis comitatu emigrat. Qui poſt multa & diverſa bellica pericula, interq; miſella plurimorum millia homunculorũ quæ conſtrata perierant, ipſe in eodem ſuo ſedens dilecto equo & ab omnibus infeſtis caſibus juxta memoratam exemptus commendationem, Chriſticolæ Georgio Deo condonante, ad Dioſpolim propere revertitur; illamque domum, in qua illius ſancti Martyris habebatur imago, ſecum deferens aurum in equi ſui pretium, gaudenter intrat; Sanctumque Georgium ac ſi præſentem alloquitur, dicens: Sancte Martyr, Deo æterno grates refero, qui me, per tuæ celſitudinem firmitudinis & orationis, ſoſpitem reduxit: propterea hos tibi viginti ſolidos auri affero, equi mei pretium, quem tibi primule commendatum, mihi uſque in hodiernum conſervaſti diem. Hæc dicens ſupra deſcriptum auri pondus ante pedes ſanctæ formulæ Martyris deponit, plus equum amans quam aurum.

no permittitur eum abducere.

Auctore D. P.

39 Et egreſſus foras, ingeniculatione expleta, jumentum ſupra ſedens, ad emigrandum inſtigat quidem; ſed nullo modo movere potuit. Quod ille homunculus videns, deſcendit de equo, reverſuſque, domum intrat; aliosque decem affert ſolidos, inquiens: Sancte Martyr, manſuetus quidem mihi equiti in expeditione inter pericula fuiſti; ſed, ut video, durus & avarus es in commercio equi. Hæc dicens, decem ſuper viginti ſolidos adjiciens, ad ſanctum dicit Martyrem: Et hos tibi addo ſolidos, ut mihi, placabilis fias, & meum ad ambulandum reſolvas equum. Hoc dicto egreſſus, iterum aſcendens equum, ad meiandum incitat: qui quaſi infixus, in eodem ſtabat loco, nec etiam unum poterat movere pedem. Quid plura? Poſt equi aſcenſum deſcenſumque, per quatuor ſingulas vices intrans domum, decem ſecum ſolidos afferens, & ad immobilem reverſus equum, huc atque illuc currebat: & tamdiu illum nulla inſtigatione removere poterat, uſque quo numerus ſolidorum ſexaginta congregatorum adimpleretur: tum deinde commemoratum ſupra repetit ſermonem, de ſancti Martyris manſueta humanitate, & tuta in expeditione cuſtodia, & de ejus duritia vel etiam in commerciis avaritia commemorans.

addit 10 alios,

iterumque & iterum alios uſque ad 60,

E

nec dimittimur, donec ipſum equum offerat.

40 Qui talia verba, ut fertur, per quaternales ſingulas vices in domum reverſus, repetebat: ad ultimum autem hoc modo ſanctum alloquitur Georgium, dicens: Sancte Martyr, nunc tuam pro certo cognoſco voluntatem: hoc itaque, juxta id quod deſideras, totum auri pondus, videlicet ſexaginta ſolidos, tibi munus offero: ipſum quoque meum equum, quem tibi promiſeram prius propter expeditionem condonandum, nunc tibi, licet inviſibilibus alligamentis vinculatum, condono; ſed mox ut credo reſoluendum per tuam honorificentiam. Hoc terminato ſermone egreſſus domum, eodem momẽto horæ abſolutum reperit ipſum; quem ſecum deducens in domum, Sancto donatum aſſignavit Martyri in conſpectu imaginis ipſius: indeque lætabundus, Chriſtum magnificans, diſceſſit. Hinc manifeſte colligitur, quodcumque Domino conſecratur, ſive homo erit ſive animal (juxta id quod in Levitico ſcriptum eſt) nullo modo poſſe redimi aut mutari: nam ſi quis mutaverit, & quod mutatum eſt & pro quo mutatum eſt, ſanctificabitur Domino & non redimetur.

Leu. 27

F

Aliud miraculum in Ms. hic omittitur.

41 *Potuiſſet ex præcitato Ms. Bibliothecæ Ambroſianæ Mediolani, cujus facta eſt ſuperius mentio, miraculum addi de Theopiſto & Euſebia agricolis, tempore Theodoſii magni; quorum boves cum die* XX *Maji periiſſent, eorum alterum (ſi perditos reperiſſet) Georgiano convivio, convicaneis ſuis præbendo, devovens Theopiſtus, & votum exolvere tenuitatis ſuæ pretextu detrectans, multiplici apparatione & graviorum malorum comminatione coactus fidem præſtare, habuerit ipſum Sanctum convivam; ab eodemque, poſt reſtaurata mirabiliter omnia quæ uſque ad oſſa abſumpta fuerant, ſupra modum creſcente ſubſtantia locupletatus, anno à patratione miraculi vigeſimo ſecundo, cum uxore obierit, jam attonſus in Clericum, & deſerviens templo, quod in honorem Sancti extruendum curarat, in quo etiam fuerit tumulatus. Hæc, inquam fuſius addi ex dicto Ms. potuiſſent, niſi quæ ibidẽ habentur, de fabuloſitate nobis ſuſpecta redderentur, tum propter codicis illius exiguam antiquitatem, tum propter adiunctam de Draconé narrationem, quæ facit ut collectionis iſtius auctorem non tantum novum eſſe judicemus; ſed etjam incurioſum veritatis à falſitate ſecernendæ.*

CA-

EX VARIIS D. P.

CAPUT V.

Saraceni injurioſi in S. Georgium, punitio, converſio & martyrium.

In Thebaide poſt an. 800,

42 *QVam modo daturi ſumus hiſtoriam, ut rem ſuo tempore geſtam, inſigni ſermone deſcripſit S. Gregorius Decapolita; quem ſermonem Græco-Latinum Romæ vulgavit Fr. Iſidorus à S. Ioſeph Carmelita, anno 1642, ex cujus eruditis ad eumdem ſermonem annotationibus, ad calcem breviter delibandis, habemus; in Thebaide, paulo antequam Gregorius Decapolita floreret à Saracenis occupata, exiſtere etiam nunc oppidum*, el Carme *dictum*, (*quod* Ἀμπελὼν *Græcè*, *Latine* Vinea *redderetur*) *& oſtentare ingentes ruinas templi monaſteriique, quod filio, monaſticum habitum ſuſcipienti, quondam aliquis toparcha conſtruxit, & quod ſub Saracenis inviolatum ſuperiori ſeculo Turcæ deſtruxere. Hoc templum S. Georgii fuit, qui ipſum quemadmodum jam lecturi ſumus, ſic violari prohibuit; ut ſacrilegii ultio, ſalutem animæ attulerit Saraceno, illam in ſuis jumentis experto. Ipſum S. Gregorium, qui ſeculo nono floruit, audiamus, rem, ut ſibi narrata eſt explicantem.*

43 Dux exercitus Nicolaus, cognomento Julas,
B narravit mihi, quod in ſuam civitatem, quam Sarraceni proprio idiomate vocant Ampelon, deſtinavit
a a Amerumnes Syriæ ſuum ipſius nepotem, ad quædam peragenda ac diſponenda in jam dicto caſtello. Viſitur eo loci templum amplum, vetuſtum atque admirandum, ſancti & glorioſiſſimi Martyris Georgii. Quod ut Sarracenus eminus eſt conſpicatus, ſer-
S. Georgii templum, vis edixit, ſarcinas inferre templo, deinde & camelos inducere numero duodecim, ut eos pabulantes aſpiceret.

44 At vero venerandi illius templi Sacerdotes, ſupplicabant Sarraceno, dicebantque: Cave ne feceris, Domine, quia templum Dei eſt, quod noli vilipendere; nec camelos ad ſacrum altare permittas accedere. Sed Sarracenus, utpote temerarius ac cru-
inductis jumentis violans Saracenus, delis, precibus Presbyterorum aures præbere renuit, & Arabica lingua miniſtris inquit: Non adimpletis ea quæ vobis ſunt injuncta? Confeſtimque perfecerunt ſervi, quæ Dominus imperaverat. Et ecce cameli, templum ingreſſi, divino nutu corruentes, ſubito, ad unum omnes interfecti ſunt. Quod inopinum miraculum cum Sarracenus intuitus eſſet, conſternatus animo, juſſit interemptos camelos procul ejici templo: quod imperium velocius ſervi compleverunt. Quoniam vero dies ille feſtivus erat, &
C appropinquabat hora ſacri miniſterii; Sacerdos divi-
ipſumque iis mortuis ingreſſus, nam oblationem incepturus, vehementer formidabat in conſpectu Sarraceni contingere incruentum ſacrificium: ſed alius Sacerdos, celebraturi collega, ſic eum allocutus eſt: Ne timeas. Nonne vidiſti ſtupendum miraculum? Quid metuis? Sacerdos igitur, excuſſa formidine, ſacram oblationem eſt aggreſſus.

45 Interim operiebatur Sarracenus, ut videret
dum ſacrificium peragitur, quid deinceps facturus eſſet. Cum ergo Sacerdos inchoaſſet ſacram oblationem, & panem accepiſſet ad peragendum incruentum Sacrificium, vidit Sarracenus Sacerdotem, manibus accipientem puerulum, & mactantem, ac ſanguinem ipſius fundentem in calice, & corpus ejus frangentem ac ponentem in diſco. Quæ cum intueretur Sarracenus, furore multo percitus, iraque in Sacerdotem exæſtuans, eum interficere meditabatur. Cumque adveniſſet
b hora ſancti *b* Introitus, rurſus manifeſtiuſque vidit
videt infantili ſpecie Chriſtum fidelibus dividi, Sarracenus puerulum, in diſco membratim conciſum in partes *c* quatuor, ejuſque ſanguinem in calice; & denuo vehementer obſtupuit. Cumque jam finis inſtaret divinæ Liturgiæ, & nonnulli Chriſtianorum communicare cuperent divinis myſteriis, & Sacerdos dixiſſet, cum timore Dei ac fide accedite;
c

omnes etiam Chriſtiani capita ſua reverenter admodum inclinaſſent; acceſſerunt quidam ex ipſis ad communionem divinorum myſteriorum. Jamque tertio vidit Sarracenus, Sacerdotem, ex corpore & ſanguine pueruli, *d* fuſcinula partem impertiri communicantibus. Poſtquam vero Chriſtiani inclinato *e* capite participarunt divinis myſteriis, viditque Sarracenus eos de corpore & ſanguine pueruli ſumpſiſſe; ira ac furore repletus eſt adverſus omnes. D *d* *e*

46 Peracto denique divinæ Miſſæ ſacrificio, diſtribuit *f* Antidorum Sacerdos cunctis Chriſtianis, & exutus eſt ſacerdotalibus *g* veſtibus. Ipſi etiam Sarraceno elargitus eſt partem panis pulcherrimæ formæ. Ille vero lingua Arabica vociferans, Quidnam eſt hoc? inquit. Cui Sacerdos, ex pane quem ſacrificavimus. Tum Sarracenus vehementer excandeſcens. Ex his ſacrificaſti, canis ſceleſte, contaminate, homicida? Nonne ego vidi quemadmodum puerulum accepiſti & mactaſti, ac ſanguinem ejus in poculo miſcuiſti, & cum corpus ejus conciditſes membratim, poſuiſti in diſco? Numquid ego hæc omnia contuitus ſum, ſceleſte, impure, & homicida? Nonne ego te vidi comedentem & bibentem ex infantis corpore & ſanguine? Inſuper præſentibus im-
E pertitus es, & adhuc cruentas carnes verſant in ore ſuo. His auditis Sacerdos obſtupuit, dicens, Domine, Peccator ego ſum, & non mereor videre tantum myſterium. Quia vero dominatio tua tale myſterium conſpexit, credo Deo meo te magnum virum eſſe. Sarracenus inquit: Non eſt hoc tale, quale oculis *deinde myſterii veritatem edoctus,* meis ſpectavi? Et Sacerdos, Certe ſic ſeſe habet, Domine mi: ſed ego, quia peccator ſum, myſterium hoc videre nequeo; ſed ſolummodo panem & vinum. Et hunc quidem panem & vinum credimus, ſervamus, & ſacrificamus, in typum corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti. Etenim magni & admirandi Patres, Eccleſiæ luminaria & Doctores, qualis erat divinus magnus Baſilius, & celebris Chryſoſtomus, & Gregorius Theologus, metuendum hoc ac tremendum myſterium non viderunt: & ego qualiter id ipſum cernere merear?

47 Auditis his Sarracenus obſtupuit, juſſitque ſervos ſuos, & quotquot aderant, excedere templo: & apprehenſa Sacerdotis manu, Ut video, inquit, ac *in fide Chriſtiana inſtruitur,* certiſſime comperio, magna eſt fides Chriſtianorum: & ſiquidem tibi placuerit, baptiza me, ô Pater. Reſpondit Sacerdos: Domine, Nos credimus ac confitemur Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium Dei, qui propter noſtram ſalutem venit in
F mundum. Credimus ſanctam, conſubſtantialem & individuam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, unam deitatem. Credimus quoque Mariam ſemper Virginem, lucis matrem, quæ peperit nobis fructum vitæ, jam antedictum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, virginem ante partum, virginem in partu, & poſt partum virginem. Credimus etiam omnes ſanctos Apoſtolos, Prophetas, Martyres, & Juſtos tamquam Dei miniſtros. Denique, Domine mi, non agnoſcis fidem orthodoxorum Chriſtianorum reliquas omnes antecellere? Sarracenus denuo inſtabat, Supplico tibi Pater, *& baptizandus in Sina mittitur.* baptiza me. At Sacerdos reſtitit, dicens: Nequaquam hoc fiat: non enim poſſum ego tale facinus perpetrare: & ſi ego id auderem, ac tuus patruelis Amerumnes factum reſcierit, interficiet ille me, & templum hoc deſtruet. Sed ſiquidem baptizari deſideras, proficiſcere ad illum locum in monte *b* Sina; nam *b* illic Epiſcopus degit, ille te baptizabit. Facta ergo Sacerdoti reverentia egreſſus eſt templo Sarracenus. Poſt primam deinde noctis horam venit ad Sacerdotem, & exutus aurea regni veſtimenta, indutuſque vili ſacco cilicino, fugit incognitus eadem nocte; profectuſque

& Sacerdotem ſceleris arguit:

A profectuſque eſt in montem Sina, & ibidem ab Epiſcopo ſacrum baptiſma ſuſcepit. Didicit quoque pſalterium, & illud quotidie recitabat verſiculatim.

Inde remiſſus ad Sacerdotē, à quo erat inſtructus,

48 Elapſis autem tribus annis, in una dierum ait Epiſcopo: Permitte mihi, Domine, ut videre valeam Chriſtum. Epiſcopus reſpondit: Ora cum recta fide, & in una dierum viſurus es Chriſtum, quemadmodum deſideras. Et rurſus qui fuerat Sarracenus dixit: Permitte mihi ut proficiſcar ad Sacerdotem, qui me fidem edocuit, quando viſionem admirabilem vidi in templo glorioſiſſimi Martyris Georgii. Reſpondit Epiſcopus, Vade in pace. Sicque ad Sacerdotem profectus, proſtravit ſe adoravitque, & inquiebat Sacerdoti: Noſti, Pater, quis ego ſim? Reſpondit Sacerdos: Hominem, quem numquam

cum ſpe iterum videndi Chriſtū,

viderim, quomodo cognoſcam? Qui quondam fuerat Sarracenus aiebat: Nonne ego ſum patruelis Amerumnis, cujus cameli, cum in templum adacti fuiſſent, omnes interfecti ſunt; & in divina Miſſa tremendam ſpectavi viſionem? His auditis Sacerdos obſtupuit, & glorificavit Deum, videns eum, qui quondam lupus Arabicus fuerat, factum ovem Chriſti manſuetiſſimam, & affectuoſe amplexatus eſt, invitavitque in cellam ſuam ad manducandum panem. Tum qui quondam Sarracenus fuerat dixit:

B

jubetur prædicare Sarracenis.

Permitte mihi, Domine Pater; nam inceſſit voluntas, & ſummopere cupio videre Chriſtum; quid faciam? Sacerdos ait: Siquidem Chriſtum Dominum videre deſideras, ad tuum pergens patruelem ei prædica Chriſtum, & maledic atque anathematiza ſuperſtitionem Sarracenorum, & Mahomet pſeudoprophetam ipſorum, & conſtanter annuntia rectam veramque Chriſtianorum fidem, & ibidem viſurus es Chriſtum.

49 Qui quondam Sarracenus fuerat, avide profectus, nocturno tempore Sarraceni fores vehementer pulſavit. Cuſtodes vero portarum ac domus Amerumnis, Quis eſt inquiebant, iſte qui vociferatur & verberat fores? Ille reſpondit: Ego ſum patruelis Amerumnis, qui quondam fugi & incognitus latui:

Ad Amerumnē introductus,

nunc meum patruelem inviſere volo, & ei quidpiam indicare. Mox forium excubitores Sarraceno renuntiarunt, dicentes: Domine, patruelis tuus, qui fugit olim, & incognitus latuit. Amerumnes ſuſpirans dixit: Ubi eſt? Ad portam, inquiunt, palatii. Et confeſtim juſſit famulos, cum facibus & lampadibus, obviam ei procedere, Qui omnes juſſa Regis Amerumnis peregerunt, & monachum, qui prius fuerat

C

ſeque Chriſtianum & monachum profitens,

Sarracenus, manu apprehenſum deduxerunt ad Amerumnem ejus patruelem. Quem cum vidiſſet Amerumnes, ſupra modum gaviſus eſt, & cum lacrymis amplexatus ait: Quid hoc rei eſt? Ubinam uſque modo commoratus es? Nonne tu meus es patruelis? Ait monachus, Annon agnoſcis me tuum conſobrinum? Nunc enim Chriſtianus effectus ſum & monachus, ut vides, gratia Dei altiſſimi; & deſerta incolui loca, ut heres fierem regni cælorum, quemadmodum ſpero, per ineffabilem miſericordiam omnipotentis Dei, me regnum illius hereditate conſecuturum. Quod indicium das mentis tuæ? Suſcipe ſanctum Baptiſma orthodoxorum Chriſtianorum,

ab eo irridetur.

ut vitam conſequaris æternam, ut & ego ſpero. Ad hæc Amerumnes in riſum verſus, & moto capite, Quid nugaris, ô infelix inquit, quid nugaris? Quod malum tibi accidit? Væ tibi miſer, væ tibi. Quomodo priſtinum vivendi morem deſeruiſti, ſceptrumque regni? & tamquam unus de mendicis circumvagaris, amictus fœtenti cilicio? Cui reſponſum reddens monachus, infit: Dei gratia. Quæcumque, dum Sarra-

i

cenus eſſem, poſſidebam, lex *i* erant & hereditas diaboli; ſed quibus me cernis indutum, honor ſunt, & gloria, & pignus futuræ vitæ æternæ. Ego enim anathematizo Sarracenorum ſuperſtitionem & pſeudoprophetam ipſorum. Amerumnes ait: Ejicite eum foras, neſcit enim quid garriat. EX VARIIS D. P.

50 Mox ejectum conſtituerunt in aliqua parte palatii, dederuntque ei cibum & potum. At ille dies tres exegit, neque manducans neque bibens; ſed recte ac fideliter orabat ad Dominum, & flexis genibus dicebat: In te Domine ſperavi, non confundar in æternum, neque irrideant me inimici mei. Et rurſus, Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam, & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam. Et iterum, Illumina oculos meos, Domine Deus, ne quando dormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, Prævalui adverſus eum. Confirma cor meum, Domine, ut expugnem ſenſibilem ſeductorem hunc Sarracenum, ut non conculcet me nequam ille Diabolus, neque timeam mortem propter nomen ſanctum tuum. Cumque ſe ſignaſſet ſigno Crucis, dixit: Dominus illuminatio mea, & ſalvator meus, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Et rurſus adverſum Amerumnem vociferabatur: Accipe ſanctum Baptiſma, ut lucreris immenſum Dei regnum. Et iterum Amerumnes imperavit eum adduci coram ſe, & præparatis pulcherrimis veſtibus in hunc modum affatus eſt: Lætare, miſer, lætare, & ob regnum quod te manet, exulta; vitamque ac juventutem tuam ſpecioſiſſimam noli contemnere; nec deinceps, tamquam mendicus ac pauper, inſipienter incedas. Væ tibi infelix, quidnam animo volvis? Monachus ſubridens, Amerumni reſpondit: Ne ſuper hac mente mea triſteris: nam eâ ego perpendo, quomodo impleam facinus mihi demandatum à Deo & à Sacerdote, patre ac magiſtro meo, qui me miſit. Veſtes autem, quas præparaſti, vende, & da pauperibus, & tu quoque temporalia regni ſceptra dimitte, ut æternæ vitæ ſceptra conſequaris: nec in iis quæ præſentia ſunt fiduciam colloces, ſed futura ſperes: neque in pſeudoprophetam Mahomet credas, ſceleſtum illum & abominabilem ac filium perditionis; ſed crede in Jeſum Chriſtum Nazarenum crucifixum. Crede conſubſtantialem Trinitatem, unam divinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, Trinitatem conſubſtantialem, & inſeparabilem. Amerumnes riſu dicta excipiens, Magnatibus in palatio congregatis inquit: Hic mentis impos eſt, quid ei faciamus? Ejicite eum foras, & quanto citius expellite.

petit à Deo perſeverantiam,

Fruſtra tentatur blandimentis,

E

ipſique Amerumni fidem Chriſti ſuadet;

51 At vero, qui aſſidebant, dixerunt Regi: Voluit hic polluere ac deſtruere Sarracenorum religiònem. Non audis quemadmodum blaſphemet & anathematizet magnum prophetam noſtrum? Monachus, qui Sarracenus fuerat, intenta voce clamabat: Plurimum ſuper te doleo, ô Amerumnes, quia ſalvari non vis, infelix. Crede in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum crucifixum, & anathematiza ſuperſtitionem Sarracenorum & eorum pſeudoprophetam Mahomet, ſicut & ego facio. Sarracenus Amerumnes dixit: Ejicite eum foras, ut ego jubeo; quia mente captus eſt, nec quod loquitur intelligit. Qui vero confidebant ipſi dixerunt: Ergo Sarracenorum religioni maledicentem, & in noſtrum prophetam blaſphemias jacientem, audis, & dicis, Ignorat quod effutit. At ſi eum morti non tradideris; eamus & nos, & efficiamur Chriſtiani. Quibus Amerumnes, Ego ipſum interficere non valeo, ipſique condoleo, quia meus patruelis eſt: ſed accipite eum vos, & quidquid libitum fuerit facite. Igitur acceptum Monachum furore multo traxerunt extra palatium, & multis affecerunt tormentis, ut ad priſtinam Sarracenorum fidem reverteretur. Sed ille, non conſentiens, inſtruebat omnes in no-

F

& contemnitur;

atque à Saracenis ad necem petitus,

EX VARIIS D. P. mine Jeſu Chriſti Nazareni, ut crederent & ſalvarentur. Sarraceni vero traxerunt eum extra civitatem, & ibidem ſanctiſſimum hunc Monachum, cui nomen erat Pachumius, lapidibus *k* obruerunt. Atque eadem nocte, ſtella, cælo deſcendens, ſuper ſanctiſſimo Martyre quievit; eamque per dies quadraginta cuncti conſpicati ſunt, ex quibus multi crediderunt, *l* deprecationibus beatiſſimi Martyris & puriſſimæ Dei genitricis Mariæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum in remiſſionem peccatorum noſtrorum. Amen.

lapidibus obruitur.

k

l

ANNOTATA.

a *Leunclavius in Onomaſtico primam poſt Califatum dignitatem interpretatur: ſed oſtendit Fr. Iſidorus, pro eo ſaltem quo hæc gerebantur & ſcribebantur tempore,* Amerumnis *&* Califæ *nomen unius ejuſdemque fuiſſe: qui reſpectu ſuórum ſubditorum vocaretur* Amerumnes, *id eſt,* Princeps recte credentium; *reſpectu autem Mohemeti, ad Deum (ut credi volunt) tranſlati,* Califa, *id eſt,* Vicarius. *Dicitur autem* Amerumnes Syriæ, *quia hoc tempore diviſum bifariam erat Saracenorum imperium, & una pars Babyloniam Meſopotamiæ, altera Damaſcum Syriæ, regni ſui ſedem habebat.*

B b *Idem Fr. Iſidorus notat geminum Græcanicæ Miſſæ* Introitum *eſſe: eum vero de quo hic agitur,* Magnum *vocari.*

c *Ex ritu ſcilicet Orientalium ſacram Hoſtiam quadrifariam dividentium, fortaſſe cum reſpectu ad quatuor orbis plagas, ſignificare volentium pro totius mundi ſalute eam immolari. Occidentales eccleſiæ inſtituerunt eamdem trifariam eſſe partiendam, ut totius ſanctiſſimæ Trinitatis operatione Incarnationem Verbi factam inſinuarent.*

d *Enumerat hic Fr. Iſidorus vaſa ſeu inſtrumenta Sacrificii divini: in quibus, preter ea quæ ſunt etiam Latinis uſitata, Græcis propria ſunt,* Λαβὶς Fuſcinula, *ad communionem ſumendam porrigendamve è* Δίσκῳ *ſeu* Patena. Ῥιπίδιον Flabellum, *ad muſcas ab Oblatis abigendas, de quo alibi plenius.* Ἀσπὶς Stella, *Oblata ſupra Patenam poſita ſic operiens, ut non tangat ſacram Hoſtiam, & immediatum* Εἰλητὸν *ſeu* Corporalis *deſuper replicati contactum arceat.* Λόγχη Lancea, *ad uſum ſciſſionis ſeu diviſionis faciendæ, quam Latini Sacerdotes manibus facere conſueverunt.* Σφραγὶς ſigillum, *quo parti conſecrandæ crux imprimitur: quod in altari non faciunt Latini, ſed panem ad Miſſam paratũ habent, Chriſti effigie aut Cruce inſignitum.*

e *Græce* Μετανοοῦντες; *quod Interpres vertit,* pœnitentes: *ſed in notis obſervat, capitis inclinationem ſignificari:* C *alii dicunt* Μετάνοιαν λαβόντες; *Latini* Veniam facientes: *quæ omnia deſignant unum eumdemque corporis geſtum, pœnitentibus familiarem, & in ſacris frequentatiſſimum.*

f *Antiquitus communicabant omnes ſacrificio præſentes: hoc uſu ceſſante, inductum apud Græcos eſt, ut inter eos qui non communicaverant, diſtribuerentur fruſtra ejus panis, qui fuerat oblatus ad ſacrificium, & ex quo partem conſecrandam Sacerdos reſecuerat: quæ fruſta ex re nomen habebant* Antidori, *quia vicem cæleſtis doni, id eſt, Corporis Chriſti quadamtenus ſupplebant.*

g *Sunt illa* Στιχάριον, Tunica, Ἐπιμανίκια *Manipuli,* Ἐπιτραχήλιον Stola, Ὑπογονάτιον Subgenicular, Φελώνιον *Caſula.*

h *Habemus ex Procopio, Iuſtinianum Imperatorem in* Monte Sina *conſtituiſſe firmiſſimum præſidium & militum cuſtodiam famoſiſſimam, adverſus barbaros Saracenos: quare mirum non eſt, ſi iſtic potius quam alibi reſidere Epiſcopi elegerint, temporibus tam periculoſis.*

i *Dubitavit Fr. Iſidorus legendumne eſſet* Νόμῳ lex, *an* Νομὸς pabulum: *& maluit primum, ego ſecundum præligerem: quod volet lector accipiat.*

k *Idem obſervat juxta præceptum Alcorani, in hoc legem Iudæis datam Levit. 24 imitantis, ita ſolitos blaſphemos contra Mahometh puniri à Saracenis, eumque morem etiam nunc ſervari à Perſis, contra eos qui deſerunt legem Mahometicam. Turci ſupplicium ignis adhibere conſueverunt.* D

l *Idem addit. Apud Copthos in Ægypto extare eccleſiam Pachomii Martyris, in qua feſtum ejus ab antiquis temporibus ſolenniter celebretur. Vtinam diem quoque apoſuiſſet! Non tamen credimus hujus Pachomii illud eſſe: nec enim poſiti ſub Saracenorum jugo Chriſtiani, auſi fuiſſent eum, quem ipſi ut legis ſuæ apoſtatam occiderant, publici templi honore proſequi: fortaſſis nec nova ulla templa exinde ab illis erecta ſunt, quibus agre ſuppetebat unde vetera conſervarent. Antiquior ergo & ſub Ethnicis Imperatoribus Martyr fuerit, cujus eccleſiam Cophti retinent.*

CAPUT VI.

S. Georgii violatores alii divinitus puniti.

52 *Sæpe alias, eventu ſimili, de ſuis ac fidei Chriſtianæ inimicis S. Georgius triumphavit; ſæpe inflictam corpori pœnam ſecuta eſt mors animæ miſerabilior. Vtriuſque rei exempla hic dabimus: quorum primum ſuppeditabit Bibliotheca Laurentianæ Magni Ducis Hetruriæ codex 31 Plutei 20, quod ex Græco latine redditum à P. Hugone Bollio Carthuſiano, tale eſt:* In templo Sancti & magni Martyris Georgii, inter alia multa, hoc quoque miraculum contigit. Sacerdote ſacris operante, ingreſſus illuc quidam de illuſtrioribus Sarracenis, & Sancti imaginem conſpicatus depictam in tabula; Ecce, inquit, dialecto propria ſubſequentes alloquens, egregium illum, quomodo orat, & tabulam pictam invocat (fundebat enim tunc myſticas preces flexis genibus Sacerdos) Ite, & arcum mihi atque ſagittas afferte. Qui cum mandato paruiſſent; intendit arcum, ſagittamque in ſanctam iconem jaculatus eſt: ipſa vero ſagitta, ſancti Martyris virtute ex alto retorta, in jaculantis manum decidit, eamque vulneravit. *Saracenus in ſancti imaginem jaculatus,* E

53 Abiit igitur dolore urgente in domum ſuam; ubi cum magis magiſque intumeſceret manus, & cruciatus augeretur; ancillas quaſdam Chriſtianas, apud ſe miniſtrantes, accerſivit & dixit: Fui in æde S. Georgii, & in ejus iconem ſagittam jaculatus, ipſa in manum meam retorta, morior præ dolore intolerabili. Cui ille, Rectene, inquiunt, feciſſe te putas, quod ſancti Martyris imaginem violare tentaris? Ecquam enim, repoſuit Saracenus, virtutem habet imago illa, ut me in hunc adducat ſtatum? Nos, inquiunt famulæ, illitteratæ ſumus, nec habemus quid tibi reſpondeamus; ſciſcitari certius ſi volueris, Presbyterum venerandæ ædis accerſe, ille ediſſeret quæ percunctaris à nobis. Paruit barbarus, & accerſito ad ſe Presbytero dixit: Quid virtutis iſti quam adorabas tabulæ, vel iconi in ea depictæ inſit, velim ediſſeras. Ego, reponit Sacerdos, factorem cæli ac terræ Deum omniumque rerum opificiem invocabam, non tabulam, ut ais: icon vere, in ipſa expreſſa, S. Georgii Martyris eſt. Qualiſnam autem, inquit barbarus, Georgius eſt, qui Deus non eſt, & tamen per ſuam imaginem talia operatur. *retortaque in ipſum ſagitta laſſus,* F

54 Reſpondit Presbyter: Sanctus Martyr Georgius, Deus non eſt, ſed ſervus Dei & filii ejus adorandi Domini noſtri Jeſu Chriſti, homo ſimilis nobis paſſibilis; qui multa tormenta pertulit à Gentilibus, eum ad ejurandum Chriſti nomen cogentibus: ſed ipſe iis generoſe toleratis, in pulchra conſummatus confeſſione, à Deo univerſorum accepit gratiam patrandi ſigna atque prodigia: & nos pro ipſius amore ſanctam ejus reveremur imaginem, ac veluti ipſum in ea contuentes amplectimur atque adoramus. Eodem prorſus modo, quo tu conſanguineorum tuorum vita functorum, puta patris aut matris vel dilecti fratris, veſtimentum vel indumentorum *& qua ratione imagines colantur edoctus,*

torum ejus quidpiam exoſcularis, illacrymanſque ponis ſuper oculos, velut ipſum deſideratum tibi ante eos repræſentans. Igitur Sanctorum icones, ſeu pictas in tabulis ſive expreſſas in linteis, ſeu effictas in ſtatuis, adoramus atque amplectimur, non ut Deorum (abſit hoc) ſed ut ſervorum Dei effigies. Sancti enim per venerandas icones ſuas ſigna & prodigia patrant; uti etiam tibi contigit in aliorum exemplum experiri, qui in imaginem ſancti Martyris auſus es ſagittam mittere.

eam ad ſe inferri & lampadem accendi jubet,

55 Hæc audiens Saracenus, Quid faciam? inquit. Vides manum hanc meam, inflatam ad modum utris, & ſanie fluentem: unde intolerabili cruciatus dolore, morti appropinquo. Cui Presbyter: Jube huc inferri imaginem S. Georgii, eamque ſupra ſtratum colloca, ſic ut ante eam lampas ſuccenſa per totam ardeat noctem: mane autem facto, de oleo iſtius lampadis manum perunge, & crede quia ſanitatem conſequeris. Tum moræ omnis impatiens barbarus, jubet inferri ad ſe imaginem, & lampadem accendi: poſtero autem die manum inungens, ſubito ab omni vulnere ſanam ſenſit; & miraculo tam præſenti grandique attonitus, quæſivit ex Presbytero, numquid de Sancto ſcriptum haberet: eoque affirmante, afferri & legi ſibi juſſit. Quod cum fieret, ipſe ſanctam iconem manibus tenens, audiebat legentem Presbyterum, atque dicebat imagini: Tu juvenis cum ſis, ſapientia præſtas; ego vero, ſenex quamvis, levis ſum atque delirus: ſed præſtat ut ego quoque prudens evadam. Talia vero non ceſſabat dicere, quamdiu S. Georgii legebatur martyrium: abſoluta autem lectione, ad genua Presbyteri ſe provolvens, rogabat ſanctum baptiſma conſequi. Detrectante autem Presbytero, atque ne palam res fidei ipſeque periclitaretur metuente; adjuravit eum per eccleſiam Saracenus, & baptizatus eſt. In craſtino autem magna cum fiducia progreſſus in medium Saracenorum, cœpit prædicare Chriſtum verum Deum, & eorum impiam deteſtari religionem. Qui talia ex eo audientes, concurſu facto, tamquam ſilveſtres feræ diſcerpſerunt eum: itaque in pulchra confeſſione conſummatus etiam ipſe eſt, per ſancti Martyris Georgii interventionem.

unde ſumpto oleo ſanatur,

B

acceptoque baptiſmo martyr obit.

56 *Quo loco id factum nuſquam deſcribitur in iſto Codice, ſuſpicari tamen licet accidiſſe Dioſpoli; iſtic certe contigiſſe aliud ſimile,* à quibusdam expertis civibus *Conſtantinopolitanis, relatum eſt Arculfo Epiſcopo Gallo, ex cujus ore ipſum Adamnanus Scotus deſcripſit, lib. 3 de locis ſanctis cap. 4.* In Dioſpoli civitate, in quadam Martyris Georgii domo, in columna marmorea, ad quam perſecutionis tempore eſt flagellatus, formula depicta eſt. Quadam vero, die, cum quidam duri cordis & incredulus homuncio, in equo ſedens eamdem intraſſet domum, & vidiſſet marmoream columnam; ab his qui ibidem erant interrogat, dicens. Cujus eſt hæc imago in marmorea columna formata? Quibus reſpondentibus ac dicentibus, Georgii Martyris hæc figura eſt, qui ad hanc vinculatus & caſtigatus eſt columnam; quo audito, ille ſtolidiſſimus homunculus, valde iratus contra inſenſibilem rem, ſancti Martyris formulam lancea percuſſit. Quæ videlicet ejusdem adverſarii lancea, quaſi per globum nivis mollem, mirum in modum facile penetrans, lapideam illam perforavit columnam exteriore parte ejus, cujus ferrum interius inhærens retentum eſt, nec umquam ullo modo extrahi potuit: haſtile autem ejus, ad ſancti Martyris colliſum marmoream formulam vel columnam, confractum eſt.

C

Alterius lancea imaginem marmoream penetrat;

ipſique digitis columnæ appreſſis inhæret;

57 Illius quoque miſelli hominis equus, in quo ſedebat, eodem momento ſub eo in pavimento domus cecidit mortuus: ipſe autem ſimul miſellus in terram cadens, manus in illam marmoream miſit columnam; ejusque digiti, quaſi in mollitiem vel lutum intrantes, in eadem impreſſi inhæſerunt columna. Quod videns miſer, qui retrahere denos duarum digitos manuum ad ſe non poterat, & in marmorea ſancti Martyris inhærentes formula atque inſertos, nomen Dei æterni ejusdem Martyris invocat; agens pœnitentiam, & ut abſolveretur ab eodem vinculo, cum lacrymis precatur. Quam ejus lacrymoſam pœnitentiam miſericors Deus ſuſcipiens, qui non vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat; non ſolum ab ipſo præſenti marmoreo viſibili abſolvit vinculo, ſed etiam à peccatorum inviſibilibus alligamentis fide ſalvatum miſericorditer liberavit. Hinc itaque manifeſte oſtenditur, quantæ & qualis fuerit honorificentiæ apud Deum Georgius inter tormenta, cujus thoracidam, in re natura impenetrabili, penetrabilem divina potentia fecit; lanceamque adverſarii, æque impenetrabilem, mirabiliter fecit penetrabilem; digitosque ejusdem hominis infirmos, in eadem natura impenetrabiles, potenter penetrabiles fecit; quos in marmore vinculatos, primule & ipſe durus, retrahere non potuit; ſed eodem momento valde perterritus & exinde mitigatus, Deo miſerante retraxit.

ſed pœnitēs dimittitur,

remanentibus in columna digitorum veſtigiis.

58 Mirum dictu! uſque in hodiernum diem eadem bis quinorum veſtigia digitorum apparent, uſque ad radices in marmorea inſertorum columna: in quorum loco S. Arculphus ſuos denos proprios inſeruit digitos, ſimiliter ad radices intrantes. Ejuſdem quoque homunculi ſanguis equi, cujus coxa in pavimento mortui cadentis in duas confracta eſt partes, nullo modo ablui aut deleri potuit, ſed indelebilis in pavimento domus uſque ad noſtra permanet tempora idem equinus cruor. *Hæc ex ore Arculfi Adamnanus, utique credibiliora multo, quam quæ in ſua deſcriptione Syriæ locorumque in ea Sanctorum Epiphanius Hagio politæ refert, de hac ipſa Dioſpolitana eccleſia agens, atque de ſuo tempore ita narrans:* Juxta ſacram menſam jacet rota, *quali ſcilicet illigatum Sanctum docet hiſtoria Paſſionis;* in dextra autem templi parte eſt columna, in qua rota alligata fuit, quæque ad Sancti memoriam per tres horas fluit ſanguine. In eadem columna (*ingentem pilam videtur ſignificare, qualis ſuſtinendo templi tholo ſubſtrueretur*) marmor eſt pertuſum, edens mira ſigna; ut ſi confeſſus peccata fueris, pertranſire poſſis abſque impedimento; ſin autem, nequeas pertranſire. *Anilibus hæc fabellis & nimium facile citraque experientiam levi vulgo creditis traditiunculis annumeramus; docti ex iis, quæ ſimilia alibi jactari ſic novimus, de miraculoſa iſta emundatæ conſcientiæ probatione non facile credere ſcriptori Syro. Quare omiſſis talibus redeo ad exempla Georgiana ſanctitatis, non impune violatæ, atque antiquo iſti quod Adamnanus ſubminiſtravit, addo teſtimonium Glabri Rodulphi, circa annum* MXLV *ſcribentis. Hic cum lib. 3 cap. 7 narraſſet quomodo anno* MIX *inſtigantibus Iudæis Aurelianenſibus & Chriſtianorum de locis ſacris recuperandis conſilia indicantibus, Hieroſolymitana ſacri Sepulcri eccleſia, juſſu Principis Saracenorum (quem in tractatu de Patriarchis oſtendimus Achemum dictum) fuiſſet funditus deſtructa, hæc ſubiungit:* Tunc etiam B. Martyris Georgii eccleſiam in Ramula pariter ſubverterunt, cujus olim virtus Saracenorum gentem nimium terruerat: fertur enim crebro illuc eos ingredi cupientes, raptim cæcitatem pertuliſſe. *Locum hunc allegans Theophilus Raynaudus in tractatu quem de S. Georgio ſcripſit num. 19 memoria labitur, cum nominat* templum Hieroſolymis S. Georgio dicatum. *Majori accuratione credo ab ipſo referri exemplum ſimilis vindictæ alterum, quia noſtro fere ævo & in Gallia factum; de quo ſic ſcribit præcitati tractatus num.* 18, Anno MDLXII, Franciſcus à Ponte, cognomento Corrival, ortus Mura oppido in Vocontiis, S. Georgii ſtatuam Renini, oræ Belli- ocenſis parœcia,

AUCTORE D.P.

in hoc fide dignior quàm in aliis admirandis Syri.

E

prout vidit Arculphus,

F

Saraceni olim cæcitate puniti:

templi

templi veſtibulo ſuperpoſitam exturbare aggreſſus, ab incurrente in ſiniſtrum oculum Martyris lancea, eo oculo effoſſo pœnas dedit impietatis: & ſtipem cogens, animo erro, & corpore cocles, excellit anno MDCII, æterna cæcitate multandus.

ex variis D. P.

imaginem dejciens oculo privatur.

59 *Laurentio Finicchiaro, magnalia S. Georgii undecumque colligenti, ſcripſit P. Octavius Maſſa Societatis noſtræ, Rector Collegii Græcorum Romæ, accidiſſe Smirnæ anno* MDCXLVII, cum Turcicus quidam Præfectus, Eminellus dictus, eccleſiam S. Georgii, quæ ibidem inter parochiales cenſetur, vellet convertere in Meſchitam; apparuit ei de nocte ſanctus Martyr, minaciter eum increpans de conſilio tam ſcelerato. Cum vero nihilominus ille pergeret poſtridie, daturus initium operi; ſtatim ut ad eccleſiæ januam accellit, mortuus corruit, cum magno eorum ſtupore, quibus nocturnam viſionem ſibi oblatam indicaverat. Addidit idem Rector, conſtanti civium traditione haberi, quod cum frequenti Chriſtianorum ad templum iſtud concurſu propter ingentia ac pene quotidiana miracula fieri ſolito, irritati Mahometani, ipſam ſolo æquandam decreviſſent; nocte deſtinatam ruinam præcedente, præcipuo auctori conſilii iſtius ſimiliter apparuerit Sanctus in equo, & lancea minax, mortem illaturus niſi deſiſteret. Ergo conventu operarum ad demolitionem decretam facto, ſuperveniſſe barbarum; & quid ſibi acciderat, retuliſſe. Quare cum magno non ſolum Chriſtianorum ſed etiam Mahometanorum plauſu excepta, manſerit ædes inviolata, in qua hodieque ſpectantur duo grandes cerei albi, quos, cum bona quantitate olei, in lampadibus arſuri, obtulit barbarus iſte, ad placandum ſibi Sanctum. *Concludit denique relationem ſuam idem Rector his verbis:* Multa patrantur ubique ab eodem Sancto miracula: quæ recenſere totus integer annus non ſufficeret.

Cogitatam templi violationem

Turcus quidam mortuus:

B

alter viſu absterritus emittit.

60 *Addam his epiſtolam P. Roberti Saulger Societatis noſtræ, primam quam ex Conſtantinopolitana reſidentia noſtra, in Franciam unde illuc directus erat, anno* MDCLXIII *ſcripſit, eo digniorem fide, quod ex ore eorum, quibus res accidit, Turcorum habita narret.* In ea, *inquit*, quæ Conſtantinopolim me vehebat triremi, una vehebatur Turca, ex inſula Chio oriundus; qui licet Jeſuitam me eſſe ſciret (notiſſimi enim tota Chio Patres noſtri ſunt) voluit ut ſibi aſſiderem; & quoniam Græcæ atque Italicæ linguæ ſatis peritus erat, cœpit mecum humaniter de rebus variis confabulari: atque inter alia mihi retulit, quod exiſtenti ſibi in Schiro inſula, ubi uxorem duxerat, ſupervenerit infirmitas tam gravis, ut toto corpore languens, nullam diu noctuque quietem capere, neque aliud admittere nutrimentum poſſet, quam panis & aquæ pauxillum, idque difficillime. In eo ſtatu cum permanſiſſet totis undecim menſibus, ad domeſticorum omniumque notorum ſtuporem, & varia remedia diu fruſtra tentaſſet, adeoque eſſet emaciatus, ut ſola ſub cute oſſa relicta viderentur; tandem conſilium cœpit conferendi ſe ad templum S. Georgii, ea in inſula miraculis celebre; ibique nocte una dormiendi, juxta Chriſtianorum conſuetudinem, remedium deſperatis alias morbis quærentium. Itaque ingreſſus in templum, ibi ſe cubitum reclinavit. Poſt duas tresve autem horas vidit ad ſe venientem virum forma præſtantem, qui manu apprehenſum alloquebatur his verbis: Ego ſum Georgius, ne timeas: volo tibi bene facere: aſſurge. Evigilavit ad hæc verba Turcus, appellatoque qui prope dormiebat famulo, Domum, inquit redeamus, quia per gratiam S. Georgii ſanatum me ſentio. Nec mora, domum rediit, cibum popoſcit ac ſumpſit, omnemque rem ex ordine uxori atque domeſticis enarravit, & exinde valuit perquam bene.

Tertius deſperate ægrotans,

C

in templo S. Georgii dormiendo ſanatur,

61 Non erat ille quidem genere Turcus, ſed ab anno ætatis ſuæ decimo tertio, ejurata fide Chriſtiana Mahometiſmum profeſſus; videtur tamen eam gratiam promeruiſſe inſignis cujuſdam zeli demonſtratione, in prohibenda injuria, quam Cadis ſive judex Turcicus illius inſulæ, ante annos non multos, inferre tentabat imagini S. Georgii: cujus punitio haud minus memorabilis fuit, quam illa qua an MDCLXI Turci amiſerunt viginti ſeptem triremes in Euxino, eo quod milites qui illis vehebantur, violaſſent & ſacrilege expilaſſent eccleſiam S. Georgii, propinquam portui, quem ipſi Balo-velana appellant. Res autem cum prædicto judice ſic acta eſt. D

quia imaginem ejus ſpoliari prohibuit;

62 Die S. Georgio ſacra, proceſſionali pompa circumferebant Chriſtiani Scirenſes imaginem ejus pictam, intra limbum multo circumdatum argento, quod partim ex voto collatum erat in monumentum receptarum gratiarum, partim ornatus cauſa recenter additum. Talem conſpicatus Turcicus loci Judex, Quam bene, inquit ad circumſtantes ſuos, argentum iſtorum canum converteretur ad ornatum Turcicarum framearum & pharetrarum! Oportet enimvero, ut tam parata præda perfruar. Hæc audiens ille ex Chio Turcus, de quo primum dicere cœperam, Cave, inquit, ne feceris, haud dubiam Dei & Georgii indignationem incurſurus. Ad hæc ſubridens Judex, ait: An etiam tu es canis (ſic Chriſtianos appellant) quod talia metuas? Non ſum canis, reponit Turcus; juro tamen quod ſi tu aut alius quiſpiam me præſente imaginem iſtam tentaverit violare, ventrem ei hoc pugione diſſecturus ſim. Ita commotum hominem, qui unus ex inſulæ primoribus erat, cum videret Judex, continuit ſeſe: ſed quod ſemel conceperat animo, aliquanto poſt occulte executus, gaudebat præda ſacrilege acquiſita, interque amicos lætabatur, nihil mali formidans, & ſatis certus ſe propterea appellandum à nemine: atque ita eodem die bene paſtus ac potus cubitum conceſſit, cum pleniſſima ſanitate. E

qui autem id facere voluerat,

& poſtea fecit,

63 Verum poſt quartam aut quintam [illegible]ni horam experrectus, & neceſſitatis cujusdam cauſa inplateam egreſſus, adverſum ſe venientem vidit armatum equitem, qui lanceam pectori ejus infixit ſub mamilla ſiniſtra. Ipſe letali vulnere ſaucium ſe exiſtimans, ſuorum auxilium inclamavit. Accurrunt illi, proſtratum inveniunt, domumque reportant; ſed reductis veſtibus nullum indicium reperiunt vulneris, quo ſe mori querebatur. Adhibentur quæcumque poterant excogitari remedia, reſtituendo, non tam pectori, quam cerebro, ut videbatur, læſo: ſed fruſtra fuere omnia, non minus quam ſolatia amicorum. Itaque inter dolores, quos pati ſe dicebat intolerabiles, intra ſex horas rabidus obiit: & re per inſulam divulgata, communis fuit omnium, tam Turcorum quam Chriſtianorum, vox, hanc eſſe manifeſtam S. Georgii ultionem. Hæc autem dum mihi narraret prædictus Turcus, audientibus duobus Patribus Capucinis, qui mecum Smyrna venerant, addebat cavendam eſſe hujus Sancti offenſam; plurima enim ejusmodi punitionum exempla à ſe viſa & audita, ac paſſim etiam Turcis nota eſſe. Et tamen nihil horum efficere poteſt ut à ſua infidelitate convertantur; ac, ne ſi mortui quidem reſurrexerint, credent: ita enim perſuaſum habent, unos ſe veros eſſe Muſulmannos, id eſt fideles, ut de Sanctis noſtris, à quibus gratias aliquas recipiunt, imo de ipſomet Chriſto dicere non dubitent, eos fuiſſe ex ſuis. *Hactenus epiſtola illa, à P. Iacobo Machaut libris ad pietatis excitamentum utiliter editis noto, Pariſiis ſubminiſtrata.* F

invißibili vulnere læſus extinguitur.

CAPUT

A

CAPUT VII.

Georgiani auxilii in variis neceſſitatibus devote implorati efficacia, exemplis demonſtrata.

Patet 15 ſanctos Auxiliatores.

64 *Celebris per varias Occidentis Eccleſias, & ſeculorum aliquot uſu confirmata religio eſt, erga Sanctos quindecim Auxiliatores, ut vocant; cujus tamen, ut origo, ſic ipſa propemodum cauſa ignota eſt; nec alia videtur aſſignari commodius per conjecturam poſſe, quam quod ſinguli eorum ſpecialius ſoleant pro variis neceſſitatibus invocari & coli; quodque non immerito ſperent fideles (quod in Miſſa pro feſto Sanctorum omnium petit Eccleſia) fore* ut deſideratam nobis ſuæ propitiationis abundantiam multiplicatis interceſſoribus largiatur Deus. *Ioannes Baptiſta de Franchis, ex Ordine Prædicatorum, particulari libello, hac de re vulgato Panormi ſub annum 1657, varias ſui aliorumque Ordinum ſacras ædes enumerat, in quibus tituli hujuſmodi altaria, tituloque reſpondentes in altaribus tabulæ, quindecim iſtorum Sanctorum imagines complexæ, etiam hodie viſuntur; exiſtimatque, quindecim iſtos præ ceteris eſſe delectos, quod ii ante obitum ſuum petiiſſe & impetraſſe legantur, ut ſuam memoriam facientibus ſpeciali auxilio bonitas divina ſuccurreret; conaturque probare recte ac pie id ab ipſis fieri potuiſſe, & reapſe feciſſe haud immerito credi: ſed neque ejuſmodi credulitas ſatis fundata eſt, propter exiguam auctoritatem Legendarum, ex ſola traditione poſt plura ſecula ſcriptarum, in quibus id forte legitur; neque legitur de omnibus, qui nominantur.*

quorum ſub hoc titulo cultus frequens.

B

65 *Propter ejuſmodi tamen qualemcumque cauſam invenitur in quibuſdam antiquis Miſſalibus, ac nominatim Vltrajectino excuſo ſub annum 1514,* Miſſa de quinque ſanctis Privilegiatis *cum hac Collecta:* Deus qui Sanctorum tuorum Dionyſii, Georgii, Chriſtophori, Blaſii, & Ægidii memoriam facientibus & eorum opem poſcentibus auxilium in tribulatione promiſiſti, ipſorum nos quæſumus tuere præſidiis, ſicut in omnibus fidelis es verbis; *ubi quod primum locum S. Dionyſius teneat, datur occaſio conjectandi, ejuſmodi Miſſam è Galliis aut ex ipſa forſan urbe Pariſina fluxiſſe. Quod autem inter Sanctos quindecim auxiliatores primas teneat S. Georgius, haud aliunde veroſimilius petetur, quam à celebriori illius atque univerſaliori per omnes Occidentis eccleſias cultu, & præſentioris auxilii experientia. Eſt autem* de *iiſdem* quindecim ſanctiſſimis Auxiliatoribus, *tum in prædicto Vltrajectino Miſſali, tum in Miſſali Ordinis Prædicatorum de anno* 1550, Miſſa proficua, pro gratia aliqua vel liberatione à periculis & anguſtiis obtinenda, *cum tali Collecta:* Omnipotens & mitiſſime Deus, qui electos Sanctos tuos Georgium, Blaſium, Eraſmum, Pantaleonem, Vitum, Chriſtophorum, Dionyſium, Cyriacum, Acacium, Euſtachium, Ægidium, Magnum, Margaritam, Catharinam & Barbaram ſpecialibus decoraſti privilegiis, da ut omnes qui in ſuis neceſſitatibus eorum implorant auxilium, petitionis ſuæ ſalutarem conſequantur effectum.

C

& Miſſa eius ſpecialis.

66 *Miſſam hanc in Italia primum inſtitutam eſſe probabile faciunt Sancti Cyriacus, Euſtachius, Acacius extra illam vix noti: abrogavit autem eam Vrbanus* VIII, *non quia, (ut Baptiſta de Franchis hallucinando excuſat) evulgata eſt abſque approbatione ſacræ Congregationis Rituum, cum ipſa Miſſa multo ſit antiquior quam ejuſmodi Congregationis inſtitutio: ſed quia dicta Congregatio, Miſſali Romano ad antiquam puritatem reducendo intenta, expungi juſſit quidquid ex privato quarumdam Eccleſiarum particularium uſu undecumque irrepſerat; ipſumque talium ſingularitatum uſum partim abolendum, partim reſtringendum cenſuit. Ita nunc uſurpari deſierunt Miſſæ de pietate Dominæ noſtræ, de Compaſſione ſeu ſeptem doloribus ejus, de recollectione omnium feſtorum ejus, de ſororibus ejus Maria Iacobi & Maria Salomi, de S. Gabriele, de S. Raphaele Archangelis, de omnibus Sanctis exiſtentibus de Genealogia Salvatoris noſtri; de ſanctis Patriarchis Abraam Iſaac & Iacob, de ſancto Iob, de S. Eliſeo, de S. Daniele Prophetis, de S. Simeone juſto, de SS. Sebaſtiano, Rocho, Antonio adverſus peſtem; pro prægnantibus, pro infantibus, aliæque plures inveniendæ in Vltrajectino Miſſali aliiſque vetuſtis particularium eccleſiarum, quæ nunc Romano utuntur. Sed per quod nihil derogatur laudabili eoſdem Sanctos privatim aut publice invocandi uſui, etiam per Miſſæ ſacrificium, adhibendo Miſſas vel communes vel proprias, in Miſſali Romano antiquitus & legitime ordinatas.*

nunc cum aliis ſimilibus abrogata,

BX VARIIS D. P.

67 *Atque hæc dicta ſint occaſione ejus loci, quem inter ſanctos Auxiliatores, tamquam univerſalis Eccleſiæ adverſus infideles Protector, primum tenet S. Georgius: nunc quædam auxiliatricis potentiæ ipſius exempla proponamus, præter ea quæ in Vita S. Theodori Sycæorum Archimandritæ multa & illuſtria* XXII *Aprilis legi ſatis eſt, neque hic iteranda ſunt, ſpectant autem ad ſeculum Æræ vulgaris ſextum. Recentius eſt, & ad finem ſeculi* XI *pertinet, quod habetur in Vita S. Ermenoldi Abbatis* VI *Ianuarii; qui, cum famis tempore omnia Pruffeningenſis ſui monaſterii promptuaria, in pauperum uſus referata, nuntiarentur evacuata,* nec jam frumenta ad unicum etiam prandium Fratribus ſupereſſe.... ad B. Georgium, eccleſiæ ſuæ patronum, ſic oravit: Beatiſſime Martyr, ecce, præceptis ſalutaribus monitus, & divina inſtitutione ac juſſu formatus, diſperſi, dedi pauperibus, quæ habebant qui Deo tibique in hoc loco deſerviunt; nec habent jam quod manducent: & ſi dimiſero eos jejunos, & non fuerint ſatiati, & murmurabunt adverſum me; calices, & veſtes, & libros, & alia ornamenta diſtrahere pro victu compellar. Tu ergo ſubveni, tu ſuccurre; tibi enim revelavi cauſam meam atque neceſſitatem. Hujuſmodi autem famuli ſui clamores Deus exaudivit, B. Georgii quem mediatorem elegerat interventu, nec eum diſtulit conſolari: nam ſtatim in craſtino nobilis quidam & dives, cujus Dominus cor tetigerat, ſupervenit; & honorans Dominum de ſua ſubſtantia, Fratrum inopiam copioſe ſupplevit.

primus S. Georgius:

famis tempore opitulatur S. Ermenoldo:

E

68 *Diximus in Comm. prævio num.* 62, *ſeculo* XI *ultra medietatem decurſo, in oppido Roya & S. Georgii ade inſtitutum fuiſſe Canonicorum collegium. Quanto, ipſa ades antiquior iſta inſtitutione fuerit, nec definire licuit nec libuit indagare; ſolum promiſſa eſt ibi relatio miraculorum iſtic patratorum. Hanc habemus Latinam ex Ms. Belfortii, acceptam, ut credimus, ex veteri ipſius eccleſiæ Royenſis Legendario: quod qui ex vetuſtiori teſtis oculati autographo tranſcripſit, in notando tempore fundationis præfatæ, ex illius ævi uſitatiſſimo ſed perquam incommodo more, nomen tum adhuc viventis Veromanduorum Comitis ſcriptum inveniens per ſolam initialem litteram* H, *pro* Heriberto *Otthonis filio, qui ſub Philippo* I *Francorum Rege vixit in ea dignitate uſque ad annum ferme* MLXXVII, *ſubſtituit* Henricum, *qualis inter Veromanduenſes Comites nullus umquam extitit. Qui vero ex Latino tranſcripſit Gallicè, novum addidit errorem,* Philippi *Regis nomini addens cognomen* Auguſti, *qui fuit primi abnepos, nec poſt centum annos ab Heriberti morte cœpit regnare, Comitum Veromandenſium ſtirpe virili jam penitus extincta, & ditione ad Philippum Alſatium Flandriæ Comitem uxorio jure tranſlata: quando non jam amplius dicebatur eccleſia S. Georgii, ſed S. Florentii. Igitur corruptum locum ubi dicitur,* qua tempeſtate Philippo glorioſi Regis filio regnum Franciæ ſuberat, Henrico Ottonis filio Comite Veromandium exiſtente, *ſic correximus, ut* Henrici *nomen ad ſupplendum hiatum transferentes, poſuerimus,* Philippo glorioſi Regis Henrici filio: *&* Heriberti *nomen reſtituerimus ſuo loco. Cetera nullo apice mutato nunc habe.*

Roya in Picardia,

F

69 Ad commendationem vitæ Sanctorum, ad declarandam

EX VARIIS D. P.

clarandam gloriam æternorum quæ poſſident præmiorum, ad incitandas etiam fidelium mentes ut eorum promereantur coronam, proferamus in lucem virtutes & ſigna, quæ per eos in oculis hominum operari dignatur omnipotentia divina. Vere namque dignum & humanæ ſaluti neceſſarium eſt, ut palam fiant & ſolenni veneratione celebrentur: quia nequaquam profecto totius boni Auctor ea oſtendiſſet, niſi ipſe in talibus laudari voluiſſet. Et Pſ 118,24 ut Pſalmiſta ait, teſtimonia Dei debent eſſe meditatio noſtra: quoniam ipſe opera in conſpectu noſtro mirabiliter facit, quæ teſtificantur eum ipſum eſſe miſericordem, mirabilem, omnipotentem; quæ etiam certitudinem nobis oſtendunt ipſorum pro nobis coram Deo interceſſionis. Inter hæc ergo, quæ Sanctorum ſuffragantibus meritis ſæpiſſime contingunt, dignum eſt invictiſſimi athletæ Dei S. Georgii virtutes prædicare, quas modernis temporibus declaravit. Quæ quidem ſatis congruo tempore, termino ſatis competenti, coram nobis, qui vidimus & audivimus, in lucem proruperunt: utpote ipſa die, qua fideles Apoſtoli dona chariſmatum igneis linguis ſub ſpecie dilectionis acceperunt: ut quanto præfata dies in ſeipſa toto orbe terrarum B ſanctiſſima habebatur, tanto ex tot virtutum inſignibus, ampliori devotione, dignis laudibus attolleretur. Denique, cariſſimi, dies iſta tam ſalubris & clara, nobis ſpecialiter ſub patrocinio S. Georgii degentibus, laude multiplici eſt proſequenda: tum quia dat ſpiritum conſolationis, donis ſpiritualibus exuberantem; tum quia tantum Patronum nobis viſibiliter oſtendit, miraculis coruſcantem. Sed ne prolixiore ſtylo & verborum affluentia faſtidium ingeramus, brevitati ſtudentes, quando, ubi, & qualiter enituerint, pro modulo noſtro deſignare incipiamus.

miraculis clareſcit,

ſcriptis à teſte oſculato,

70 Ea ergo tempeſtate, qua Philippo, glorioſi Regis Henrici filio, regnum Franciæ ſuberat; Heriberto, Ottonis ſummæ prudentiæ viri filio, Comite Viromandenſium exiſtente; ſupernæ pietatis reſpectus, curam Fratrum eccleſiæ Royenſis, ſancto Martyri Georgio familantium, gerens; res ad uſus eorum pertinentes, ſatis tenues & ſtrictas, voluit ampliare; & tam corporali quam ſpiritali beneficio repleri eos, qui ibi vellent perpetualiter devoteque ſervire. Erat itaque non longe à caſtello ipſo Roya villa quædam, in ſiniſtra parte ſubtercurrentis fluminis Amæ ſita, S. Georgii vocabulo appellata; quod nimirum ibi eccleſia eſſet, ad honorem ejus conſecrata. Ad hanc vero eccleſiam, tunc temporis ſatis C modicam & brevem, ditiores quique & nobiliores Royenſes, quos contingeret mori, ex antiqua conſuetudine ſepeliendi deferebantur. Conſuetudinis etiam erat omnium circumquaque habitantium, Dominicis ac feſtis diebus ad locum ipſum convenire, & vigilias noctis in orationibus celebrare. Solebant præterea illuc venire, vel in lectulis deferri, qui variis languoribus detinebantur, & cum aliquamdiu ibi jacuiſſent, quidam eorum, prout erant conſtantioris fidei, ſani regrediebantur. Quid plura? Creſcentibus divinorum inſignibus miraculorum, fama diffunditur per longe remotas regiones, & ex diverſis partibus turbæ confluunt. Cæcis lumen redditur, mutis ſermo reparatur, claudis greſſus reſtituitur, & debilis quiſque ſanatur.

poſt fundatum ibi collegium Canonicorum.

quibus incredulis Peronenſes,

71 Hæc & ſimilia dum quotidie agerentur: Peronenſes, vicini noſtri & affines, dixerunt, numquam ſe credituros, niſi Hugonem prius viderent ſanum ambulare. Qui Hugo Peronenſibus idcirco notus erat, quia Manaſſes, Paganus cognomine, eum in domo ſua, cum eſſet Royæ, aſſidue habebat, quotidiano victu paſcebat, & dum ſingulis annis Peronam iret, ſuam ibi ſtationem facturis (utpote loci ejuſdem caſatus) ſe cum vehiculo deferri faciebat, Hujus itaque Hugonis poples popliti, pes pedi, diuturna paralyſi, quaſi quibuſdam clavis, ſibi cohærentes & confixi, ſic obriguerant, ut ſi quando ad ignem accederet, à ſervientibus domus, experimenti cauſa, carbonibus plantæ ejus ſuppoſitis, concremari ſeſe permitteret: cumque de loco ad locum per domum vellet ire, ſatis languido conamine, ad inſtar vermium repere videretur. Illis ergo diebus, Spiritus ſancti adventu, ut diximus, feriatis, quando miracula illa cœperunt pullulare; confluentibus undique ad S. Georgium turbis populorum, erat tunc temporis Hugo prædictus apud Royam in domo Manaſſis, non fortuito eventu, ſed divina providentia, ut arbitror, è feneſtra turbas proſpiciens. Cui cum ſervi objicerent, quare miſericordiam Dei, cum aliis immorando, non expectaret; reſpondit, ſe libenter iturum, ſi vehiculi, quo deferretur, præſto eſſet adjumentum. Protinus humeris illorum ſuſceptus deportatur, & in quadam eccleſiæ parte, non longe à veſtibulo altaris, collocatur. O quanti lacrymarum imbres, quanti cordium gemitus, ab iis qui eum noverant, ſunt profuſi, ut ſuperna pietas reſtituere illum dignaretur! Nolens igitur divina miſeratio Peronenſes ſeu alios diutius in hac fide vacillantes haberi, dignum duxit exaudire voces tam devotæ plebis quam Cleri. Cum enim ſe prædictus Hugo, in baſilica illa, per dies aliquantos jacens, cujuſdam noctis ſilentio quaſi ſemidormiens recubaret; viſum eſt ei ſanctum athletam Dei Georgium aſſiſtere, & ut de lecto ſurgeret, imperioſe ſatis præcipere. Ad cujus vocem expergefactus, mirabiles cœpit planctus emittere, utpote cujus nervi ad priorem ſtatum redeuntes extenderentur.

D

petunt contractum quendam ſibi notum ſanari:

qui ad eccleſiam delatus,

E

72 Cum vero fere hora una quaſi in extaſi fuiſſet poſitus, ſenſit repente membra ſua diſſolvi, & in priſtinum vigorem reſtitui. Cumque primitus de lecto ſurgere paululum addubitaſſet, tandem fide plenus ſurrexit, & per panimentum eccleſiæ gradiendo ad altare uſque perveniens, ipſum oſculatus eſt, vidente Presbytero & ceteris qui tum aderant. It fama per Royam, Hamum, ac Peronam: fit à prima Cuce in veſperam concurſus populi obſtrepentis: occurrunt chori pſallentium Clericorum cum cereis, crucibus, & vexillis: Clerum ſubſequitur plebs, ſtudio debitæ devotionis: & quicumque Hugonem videre potuerunt, Dei omnipotentiam mirabilem in Sancto ſuo Georgio devotiſſime laudaverunt. Cum per aliquantum tempus prædictus Hugo eccleſiæ F deſerviiſſet, modo lapides modo cæmentum portans, & hujuſmodi alia ad reſtitutionem ejus pertinentia faciens, cœpit his omnibus poſt habitis voluptates corporeas ſectari; domumque Manaſſis reverſus, ejus ſervis, gaudentibus prædis & rapinis, adhæſit; & cum eis agreſſor hominum & expoliator factus eſt. Cumque ab eiſdem ipſis argueretur, cur talem à Deo miſericordiam conſecutus, talia peccaret; nolebat aures aliquo modo ut audiret inclinare. Quadam vero die, dum eos more ſolito præiret, timentes ne ſi cum eis non exiret, remanere conaretur; ad villam, quæ Tola dicitur, perveniens, cœpit, ut antea, omni membrorum virtute deſtitui, cæciditque in terram, quaſi examinis factus. Cujus ſocii, propius inſequentes, ut ex improviſo viderunt eum manere media via immobilem, cognoſcentes divinitus eſſe factum, cœperunt mirabiliter timere & pavere. Poſtulat ille magnis clamoribus iterato ad S. Georgium deferri. Portatur itaque ad locum, ſtipatus caterva turbæ confluentis: reponitur ante altare Martyris: nec multo poſt ſtatum recuperat priſtinæ ſanitatis. Hoc igitur miraculo geminato, lætitia in populo duplicatur: & ut de aliis taceam, Peronenſes

in pedes erigitur:

rurſumque ob maleficia percuſſus,

denuo convaleſcit invocato S. Georgio,

A nenſes crediderunt vera eſſe quæ de S. Georgio dicebantur.

item mulier contracta,

73 Hamenſes interea, ſeu errore ſeu invidia detenti, commentitia eſſe dicebant quæ referebantur, nulloque pacto credituros, niſi prius viderent ſanam & erectam quamdam inter eos habitantem mulierem contractam, & omni membrorum officio deſtitutam, quæ in caſtello illo cunctis erat notiſſima. Quodam igitur facto vectorio inſtrumento, ad S. Georgium ipſa defertur: nec diu ibi morata, membrorum integram ſanitatem adipiſcitur: & quæ pedibus alienis fuerat advecta, propriis ad propria regreſſa eſt. Quo viſo Hamenſes appoſuerunt & ipſi credere loci ſanctitatem, per S. Georgii venerabilem interventum.

mutusque ac ſurdus curatur.

74 Dum propter hæc & alia mira quæ accidebant, concurſus populi fieret & recurſus; contigit quemdam puerum, genere Britannum, in domo Alberici de Blerengliſia apud Montem-Deſiderii biennio converſatum, cum incolis ejuſdem loci adveniſſe. Qui mutus etiam ac ſurdus, poſtquam noctis unius ſpatio, fide, ut arbitror, judicante, cum eis in eccleſia vigilaſſet; cœpit audire qui numquam audierat, & lingua, non Britannica loqui, ſed noſtra, qui numquam ullatenus locutus fuerat. Mane autem facto, B reverſus ad propria, cum paululum ſediſſet; cœpit famulos domus alloqui, cœpit panem & alia neceſſaria poſtulare. Vnde illi ſtupefacti currunt ad Dominum, quodque à puero audierant referunt. Qui acceſſit puerum, & geſtæ rei ordinem intelligens, Deum qui fecit mirabilia ſolus, debite magnificavit.

item alius toto corpore rigidus,

75 Erat & illo tempore in caſtello, quod Capy Gallice nuncupatur, miles quidam, vocabulo Paganus, diuturna paralyſi adeo percuſſus, ut totis pene membris ſtipitis in modum obrigeſcentibus, nec etjam digitum poſſet movere. Ad ſæpedictum igitur locum eſt advectus: nec multo poſt, omni remota ægritudine, ſanus & incolumis factus.

nec non Clericus ingentes dolores patiens:

76 Gerbertus quidam Clericus erat Eccleſiæ Royenſis, quem à pueritia dolores & multi modas infirmitates contraxiſſe, cunctis notum habebatur. Nam ut de aliis taceatur, ægritudo quædam ceteris major, eum corripuerat, quæ quaſi in globum corpus ejus contraxerat; eumque omni membrorum vigore amiſſo, quaſi trunco immobili ſimilem fecerat. Quin etiam ſingulis diebus quiddam mirum & inauditum ei contingebat, dum morbis ille determinatis horis C plus ſolito invaleſcens, quaſi ira permotus & furore, per artuum medullas ſe paſſim effundebat. Quod ille ſentiens, clamoribus ad cælum uſque emiſſis, funibus ſe ſuper aliquam ſedem poſitum ſtrictiſſime ligari faciebat, & ut cuneis inter carnem & vincula interpoſitis fortius ſtringeretur rogabat: quanto enim vinculis habebatur ſtrictior, tanto erat ab ægritudinis ira irruente ſecurior. Laboravit hoc modo fere per triemium, nec ſolatium potuit habere ab ullo medicorum: donec parentum & amicorum conſilio, illuc, unde infirmi quam plures ſani regrediebantur, eſt delatus: ibique per aliquot dies miſericordiam Dei expectans, à tam dira infirmitate eſt abſolutus. Hæc ſicuti ab iis qui viderunt vel audierunt mihi relata, ſtylo ſtudui annotare, docente Spiritu ſancto, qui meæ parvitati illud dignatus eſt inſpirare, utpote in cujus adventu, ut ſuperius dictum eſt, viſibiliter ſunt in ſpecta.

ob quæ Royenſibus honorandus Georgius.

77 Inter omnia ergo, dilectiſſimi, quæ nos condecet operari, nihil dignius poſſumus agere, quam ſi gratiarum actiones in Dei & S. Georgii præconiis ſtudeamus cumulare. Virtutes enim S. Georgii, Ducis ac Patroni noſtri, recolendo, largifluis donis nos videmus remuneratos, & ad præmium numquã deficiens confidimus invitatos. Digne igitur congaudeat univerſus Clerus cum plebe, & prorumpat in hujuſmodi laudes tam voce quam mente: EX VARIIS D. P.

O Georgi precioſe, miles invictiſſime,
Triumphali laureate palma decentiſſime,
Propter ſanguinem effuſum corã mundi principe,
Nos ab illo, ne ſubito moriamur, eripe.
Qui te facit coruſcantem ſignis & miraculis,
Per te nobis det juvamen, tuis ut vernaculis.
Et culparum nos placatus abluat piaculis:
Recedentes ab hac vita ſociet cælicolis.
Tui juris eſt hoc dare divina potentia,
Qui concludis terram palmo, regis & juſtitia,
Qua veſtiris admirandæ claritatis infula,
Vivis, regnas, dominaris per æterna ſecula.

78 *Ha ctenus Royenſe Ms. ante finem ſeculi* XI *conditum, prius ſcilicet quam vetus nomen mutaſſet eccleſia, &* S. *Florentii dici cœpiſſet. Nunc quid anno* MCCCXL *Venetiis acciderit, inveniatur centum inter eventus miraculoſos à Ioanne Felice Aſtolfi deſcriptos Italice, & anno* 1604 *Comi impreſſos; unde id aggredimur Latine exponere, libentius ipſis antiquæ relationis verbis rem daturi, ſi ipſam habere potuiſſemus; aut ſaltem ex Bernardi Iuſtiniani hiſtoria Veneta, qui uno poſt rem geſtam ſeculo floruit, ex quo accepiſſe ſe fatetur Aſtolfius: ſed neque hic ad manum nobis eſt. Eam igitur ſic habe, & quomodo S. Georgius viſus ſit, una cum S. Marco & S. Nicolao, extremum ab urbe Veneta exitium avertere, paucis diſce.* Agebatur *jam dicti anni* menſis Februarius, quando die ipſius menſis decimo quinto, nocte media, ingens ventorum tempeſtas incubuit, quæ tectis omnibus ruinam, toti urbi ſubmerſionem, cumulatis alte aquis, minabatur. Periculo ſubductu- rus ſeſe piſcator ſenex, cum filio in cymbam ſe receperat; ſub eoque ponte, cui à palea nomen, latitabat. Iſtuc ab eccleſia ſua procedens S. Marcus hominem adit, ſecumque trajicere jubet ad inſulam S. Georgii. Nequidquam excuſat ille præſens diſcri- *vrbem Venetam defendit ab exitiali tẽpeſtate* men, & dicto tandem parens appellit ad inſulam, in cujus ora Sanctum invenit Tutelarem; indeque ad S. Nicolai Littorei juſſus trajicere, ibi quoque eumdem in cymbam ſuſcipit: deinde geminum caſtellũ prætervectus, vidit navem ingentem plenam dæmonibus, per quos, cujusdam magi incantationibus adactos, procella iſta ſuſcitabatur. Poſtquam autem dicta navis, ad præſentiam imperiumque Sanctorum, profunda pelagi petiit; & piſcator ad ſua, unde exceperat, loca revexit SS. Georgium atque Nicolaum; etiam ad aream S. Marci ipſum, qui ultimus reſtare videbatur, applicuit; & ab eo nauli vice accepit annulum. Cum hoc poſtero die mane, ut Sanctus juſ- F ſerat, Ducem atque Senatum adiens, & que viderat exponens, exhibito eodem annulo facile perſuaſit, ſervatam ab iſtis Sanctis fuiſſe civitatem; ad quorum templa edicta mox ſolennis ſupplicatio eſt: & annulus quinque ducatis à piſcatore redemptus, ſacroque theſauro adjunctus, intra cryſtallinam magni pretii thecam hodieque monſtratur ad perpetuum tanti beneficii monumentum.

Idem cum SS. *Marco & Nicolao* E

Io: Cantacuzenum Imp. tutum ſervat ab inſidiis.

79 *Eodem circiter, quo hæc Venetiis agebantur, tempore, Ioannes Cantacuzenus Græcorum Imperator, præſentem D. Georgii opem expertus eſt, uti narrat ipſe hiſtoriæ ſuæ lib.* 3 *cap.* 91 *Cum enim Hieracem detuliſſent amici necem moliri Imperatori, ipſeque ab ea ſuſpicione ſe purgatum cupiens*, imaginem præclari Martyris Chriſti Georgii, fidei ſuæ ſinceræque erga Imperatorem voluntatis pignus, obtuliſſet; *tanti hoc fuit, ut omnem mox ſuſpicionem Imperator depoſuerit. Ille autem nihilominus cogitata proſequens, jamque ſecuro certius inferendam à ſe necem ſperans, interim tumultuario cuidam conflictui ſe miſcuit, ubi* nec de Romanis nec de Latinis quiſquam cecidit aut vulneratus eſt; ſolus Hierax duobus acceptis vulneribus equum amiſit: ad cujus tabernaculum accedens Imperator, videret admonuit, ne

forte

EX VARIIS D. P. forte Georgius Chriſti Martyr, quem fidei ſponſorem dederat, ejus in ſe temeritatem caſtigans, vulnerari eum permiſiſſet. Qui ſequenti nocte (quoniam manifeſtæ proditionis reum ſe teneri videbat) Byzantium fugiens, ibique interrogatus cur promiſſa non perfeciſſet, reſpondit, conatum quidem numquam, opportunitatem ſemper defuiſſe, Imperatore non ſecus ſibi cavente, quam ſi omnia ejus cogitata perſpiceret. *Porro ut cum recentiſſimæ memoriæ miraculo finiatur hoc caput, ex relatione Reverendiſſimi Abbatis Ioannichi Carrarii, Vicarii Generalis Patriarchæ Hieroſolymitani, narrat Laurentius Finichiarus pag.* 185, in urbe Hieruſalem eſſe cœnobium Sanctimonialium, D. Georgio ſacrum; ubi cum anno MDCXXXVII Abbatiſſæ munus gereret quædam nomine Melania, ex infirmitate cruris unius claudicans, & neſcio qua ratione in deſcenſu ſcalarum domeſticarum fallente veſtigio, devolveretur in præceps; ſanctum ſui parthenonis Protectorem invocavit; & non tantum nihil læſionis paſſa eſt per ſcalarum gradus viginti quatuor, & in pedes ſurrexit ad ſtuporem omnium; ſed ipſo quoque claudicationis inveteratæ incommodo libera apparuit.

CAPUT VIII.

B S. Georgius Τροπαιοφόρος & Chriſtianorum exercituum ductor.

Inter præcipuos Imperii CP. Patronos habitus,

80 *Glorioſum hunc Tropæophori titulum ſancto Martyri adſcribunt Menæa, tamquam inter Græcos uſitatiſſimum. Eum quin meruerit multis maximisq; beneficiis auxilii inter bellica diſcrimina lati, nihil ambigimus*; *dolemus tamen apud auctores non extare prima appellationis ejusmodi argumenta: vix enim ex Græcis ſcriptoribus quidquam habemus, quod huc faciat. Interim præcipuis Imperii Conſtantinopolitani Protectoribus accenſum fuiſſe S. Georgium, vel ex hoc colligas, quod inter ſex flammula ſeu vexilla, quæ in majoribus feſtis rei divinæ aſſiſtenti Imperatori præferuntur à Proceribus, quartum,* repræſentans S. Georgium equeſtrem, *nominetur à Codino cap.* 6 *de officiis Conſtantinopolitanis. Capite autem* 17 *idem auctor exponit, quod Imperator, poſtridie coronationis ſuæ,* in Aula ſe confert ad eum locum ubi eſt imago magni Martyris Georgii, aureamque monetam diſpergit in circumſtantes Proceres & honorarios pueros. *Ioannes autem, Cantacuzenus, Imperator Theſſalonicæ coronatus, uti narrat ipſe de ſe in hiſtoria rerum ſuarum lib.* 3. *cap.* 27, poſt applauſum equo inſidens, aliis omnibus quotquot aderant in equis proſequentibus, templum magni

C Martyris Georgii, Palæocaſtritæ dicti, petivit; eumque veneratus eſt, *utique* ut felicibus ejus auſpiciis coronam accepiſſe videretur, *quemadmodum interpretatur Codini ſcholiaſtes Gretzerus, Legitur etiam apud Nicephorum Gregoram c.* 8, *quomodo Andronicus Senior Imperator, improviſum inſolitumq; hinnitū audiens ſemel iterumq; & intelligens eum proceſſiſſe ab imagine equi Georgiani, ante Deipare Nicopœæ ſacellum palatinum picti; qualiter olim acciditſſe Balduino Imperatori recordabatur, prius quam urbe pelleretur à Græcis; ſimilem ſibi fortunam præſagiit, velut ab Imperii Protectore admonitus.*

contra infideles præſertim honoratur:

81 *Sed omiſſis Græcis tranſeamus ad Latinos, quibus in Aſia Europaque adverſus infideles pugnantibus S. Georgii patrocinium utiliſſimum fuiſſe, certum eſt. Hinc Ferrarienſis Eccleſia proprias de hoc Sancto Lectiones ita finit:* Ipſius Martyris nomen non ſolum in Oriente ubi paſſus eſt, ſed etiam in Occiduis oris ubique clariſſimum eſt: quomodo autem implorantibus ejus auxilium propitius adeſſe conſueverit, Reges præſertim & Principes ſæpius in militari conflictu experti ſunt. *Similia fere ſacer Ordo Prædicatorum in Officio dicti Sancti commemorat, & addit:* Romana quoque Eccleſia; inter Sanctos, quos præcipue adverſus fidei hoſtes invocare conſuevit, S. Georgium cum primis, ut ſingularem Patronum, veneratur. *Quanto id jure faciat, juvat ex ea viſione diſcere, quam offerri ſolitam Turcis Antiochenam arcem inſidentibus, cum urbem an.* MXCVIII *die Iunii captam tenerent Chriſtiani, faſſus eſt quidam eorum Admiraldus. Hic, ut lib.* 5 *Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ narrat Robertus monachus, induciarum tempore frequenter & familiariter colloqui ſolitus cum Principe Boamundo,* inter cetera quodam die requiſivit ab eo, ubi nam caſtra poſuerit ille candidatorum exercitus innumerabilis, quorum auxilio in omnibus bellis fulciebantur Chriſtiani. Dicebat enim, quia adventum illorum numquam poterant ſuſtinere Turci, ſed ſtatim ut videbant illos incipiebant pavere: illi vero ipſos ut ventus turbinis opprimebant, & iſti vulnerabuntur; illi obruebant, & iſti occidebantur. Cui Boamundus ait, Putaſne alium exercitum eſſe, quam hunc, quem vides, noſtrum? Cui ille: Per Machomum meum præceptorem juro, quoniam ſi hic adeſſent, tota hæc planities eos non caperet: omnes habent equos albos miræ celeritatis, & veſtimenta & ſcuta & vexilla ejusdem coloris. Sed, per fidem, quam habes in Jeſum, ubi caſtra eorum locata ſunt?

D

à quibus, cum exercitu candidatorum militum,

82 Boamundus itaque ſpiritu Dei illuſtratus, illico ſenſit, hanc quam viderat Dei viſionem eſſe; nec quod quærebat ex tentatione, ſed & bona voluntate procedere, & reſpondens inquit: Licet ſis extraneus à lege noſtra, quia te video bona erga nos voluntate bonoque ſpiritu animatum, aperiam tibi aliquod fidei noſtræ ſacramentum. Si tantum profundi intellectus haberes, gratias Creatori omnium referre deberes, qui tibi oſtendit exercitum candidatum: & ſcias, quia in terris non converſantur, ſed in ſupernis manſionibus regni cælorum. Hi ſunt qui pro fide Chriſti martyrium ſuſtinuerūt, & in omni terra contra incredulos dimicaverunt. Horum præcipui ſunt ſigniferi, Georgius, Demetrius, Mauritius: qui in hac mortali vita militaria arma geſtaverunt, & pro Chriſtiana fide capite plexi ſunt. Hi quoties nobis expedit, jubente Domino Jeſu Chriſto, nobis ſuffragantur, & per hos inimici noſtris præcipitantur. Et ut me verum cognoſcas profiteri, inquire & hodie, & cras, & in die altera, an in tota regione hac eorum caſtra poterunt inveniri: quod ſi inveniuntur, redarguti in conſpectu tuo à mendacio, erubeſcemus. Et cum in tota regione nequiveris illos invenire, ſi nobis neceſſe erit, in craſtinum videbis adeſſe. Vnde igitur tam cito veniunt, niſi à ſupernis ſedibus, in quibus morantur? Cui reſpondit Pyrrhus (ſic enim erat nomen ejus) Et ſi de cælo veniunt, ubi tot albos equos, tot ſcuta, tot vexilla inveniunt? Cui Boamundus: Tu magna & ſuper ſenſum meū requiris; propterea, ſi vis, accedat meus Capellanus, qui tibi ſuper his reſpondebit. Ad hæc Capellanus: Cum omnipotens Creator Angelos ſuos ſive Juſtorum ſpiritus mittere diſponit in terram, tunc aſſumunt ſibi aërea corpora, ut per ea nobis innoteſcant. Ideo autem nunc armati apparent, ut indicent quod in bello laboraturis auxilio veniunt. *Eodem quo hæc iſti inter ſe collocuti ſunt menſe, apparuit evidentius, ipſiſque obtutibus Chriſtianorum patuit viſionis iſtius veritas. Quamvis enim pauci à multis intra urbem Antiochenam tenerentur obſeſſi, iidemque diuturna fame propemodum enecti; receptis tamen divinitus animis, die* XXVIII *Iunii in hoſtem egreſſi, nobiliſſimam illam reportarunt victoriam, quæ illis ad Hieroſolymas ipſas totamque Terram-ſanctam recipienaperuit aditum.*

E

viſus Chriſtianis ad Antiochiā aſſiſtere

& inſignē victoriam præbere de Turcis,

83 *Rem geſtam plures auctores narrant; unus, qui præſens adfuit Petrus Tudebodus Sacerdos, circumſtantiam valde memorabilem & in rem noſtram maxime congruam addit, his verbis:* Cœperunt turmæ Turcorum ex utraque parte exire, noſtrosque undique circumcingebant,

F

A bant, jaculando & ſagittando & vulnerando. Exierunt quoq; de montaneis innumerabiles exercitus, qui ducebant equos albos, quorũ vexilla omnia alba erant, videntes itaq; noſtri hunc exercitum, ignorabãt qui eſſent; donec cognoverũt, eſſe adiutorium Chriſti, ſicut mandavit illis per Stephanum Sacerdotem; quorum ductores fuerunt S. Georgius & B. Theodorus & S. Demetrius. Hæc verba credẽda ſunt, quia plures ex noſtris viderũt hoc. *Hactenus Itinerus Hieroſolymitani hiſtoria, ſub ipſius quidem Petri Tudebodi nomine edita tom. 4 Francicorum du Cheſne, ſed quam credere malumus verbotenus fere ex illius commentariis acceptam ab altero, per aliam occaſionem vtente his verbis,* Credendus eſt qui primus ſcripſit, & oculis carnalibus vidit, Petrus Sacerdos Tudebodus Siuracenſis. *Quæ ſane non ipſe de ſe Petrus ſed alius de eo dicere cenſendus eſt. Non tamen propterea minus fidei eis damus, quam ſi ipſos Tudebodi commẽtarios in manibus haberemus.*

uti referũt varii auctores coacui.

84 *Etenim Robertus monachus, hiſtoriæ prælaudatæ lib. 7. narrat eamdem militum albatorum viſionem* : quos, *inquit, ille,* ut primum vidit Podienſis Epiſcopus, *Aimarus ſeu Ademarus, poſtea Patriarcha Antiochenus,* exclamavit voce magna dicens: O milites, ecce venit auxiliũ, quod vobis promiſit Deus. Et certe noſtri valde expaviſſent, niſi fuiſſet ſpes quam in Domino habebant.

B Tunc tremor maximus irruit in hoſtes; & verſis vultibus, ſcutis terga cooperiunt; & fugam, quo unicuiq; locus dabat, arripiunt. *Audiendus hic quoq; Baldricus, Dolenſis Archiepiſcopus cum iſta agerentur: qui iisdem ſtrictius narratis, ipſa ſic confirmat:* Hoc qui affuerũt multi teſtati ſunt, nec tamẽ omnes id videre potuerunt, ſed quibus Dominus voluit arcanũ ſuum revelare: revelavit autem aliis ad confuſionem, aliis ad inſtantis triumphi oſtenſionem. Porro mendacii nemo nos arguat: quia nihil ex corde noſtro fingimus, ſed quod audivimus id teſtamur: & teſtimonium noſtrum, ex ore eorum qui affuerunt, verum eſt. *Similiter Guibertus, Abbas monaſterii S. Mariæ Novigenti in agro Laudunenſi, temporis ejusdem ſcriptor:* Hæc, *inquit,* à noſtrorum plurimis viſa, & cum aliis retuliſſent, plena, ut par eſt, fide credita ſunt. Etenim ſi Machabæis, olim pro circumciſione pugnãtibus, evidens apparuiſſe legitur cæleſte ſuffragium; quanto amplius his debuit, qui pro repurgio eccleſiis adhibendo & ſtatu fidei propagando, fuſi ſanguinis Chriſto detulere ſervitium?

Quin ipſis quoq; Mahometanis venerabilis,

C 85 *Porro in hac cæleſtium Ducum Triade, de cujus præſẽti auxilio gloriabantur Chriſtiani, primus ſemper locus datur S. Georgio, qui & ceteris duobus celebrior atq; famoſior erat, & ſolus pene notus infidelibus Turcis; adeo ut Robertus Flandriæ Comes, rebus in hoc bello fortiſſime geſtis nominatiſſimus, cũ,* ob invincibilem animi conſtantiam, *glorioſo præ ceteris agnomine dignus videretur;* ab ipſis Turcis & Arabibus Georgii filius ſcribatur appellatus, *quemadmodum in conſobrini ejus, Caroli, inquã, Boni Vita, parte. 1 n. 6, teſtatur coævus auctor Gualterus, Morinenſis Eccleſiæ Archidiaconus, ad diem 11 Martii. Durat autem ex illo tempore uſq; in hodiernum diem inter Turcos ſingularis S. Georgii veneratio, quem, ut ſcribit Ioannes Cottovicius, in ſuo Itinerario Hieroſolyma & Syria,* Deſcletatozatil, id eſt, candidi equi militem vocant, & in ſummo honore habent; ut quem ſuæ ſectæ protectorem eximium (*ſi Deo placet*) exiſtimant: quod vel inde, *inquit idẽ Cattovicius,* facile quis colligat, quod Chriſti Divorumq; imagines ubicumq; repertas lacerant, deleant deturpent; ab unius tamen Georgii imagine abſtineãt. Cujus rei occulati teſtes ſumus: dũ enim Arnicæ (*quod Cypri eſt oppidũ*) moras per dies aliquot traheremus, omnes quidẽ imagines, in Minoritarũ ſacræ ædis parietibus depictas, vel oculis vel faciebus vel alia parte defœdatas, inutiles aut laceratas omnino offendimus: at ſolã Georgii, equo inſidentis & tulipanto ornati, imaginẽ, Turcas illæſã reliquiſſe, comperimus. *Iidem boni ominis cauſa exercitum claſſemve feſta S. Georgii luce ſolent educere, velut ſub ejus auſpiciis militaturi. Iidem à viſitato pſeudoprophẽtæ ſui ſepulcro revertentes, magnæ religioni ſibi ducerent non tranſiviſſe per templum, quod inter Bethlemum ac Hieroſolymam ad radices montis, Peſale dicti, extructum, ſervat monſtratque catenas, quibus ſanctus Martyr olim vinctus fuiſſe creditur; venerationem autem loco auget, quod furtum qualecumq; ibidem aut in pratis adjũctis feciſſe, crimẽ ſit, ſubitanea morte illico plecti ſolitũ, uti latrunculorum plurium crebra experientia innotuiſſe aſſerunt, præfato Cottevicio teſte. Similis eidem Sancto etiam apud Ramulam & apud Berythum honos defertur ab infidelibus illis. Merito igitur Ioannes Cantacuzerus, Eximperator Byzantinus, in Apologia 3 contra Mahometanos, apud Theophilum Raynaudum & in quodã noſtro Ms. citato, argumentum ducens à fortitudine Martyrum, omnes communiter laudat, nominatim autem S. Georgium;* qui *inquit,* & à nobis Chriſtianis colitur, & ab ipſis Muſulmannis honoratur, Chetir-Eliaz dictus. *Deinde pergit ſpecialia multa ex S. Georgii hiſtoria delibare, haud ſatis ab apocryphis infinitorum pene tormentorum exaggerationibus abſtinens; ac demum veriſſime concludit, Eccleſiã Chriſtianam in hoc ſancto habere ſplendidiſſimum exemplum Martyrii, ipſumq; unum in hoc argumenti genere ſufficere confutandæ Muſulmanorum infidelitati, & apologiæ pro Chriſtiana fide inſtruendæ.*

ex variis D.P.

& ſolus ad ipſos confutandos ſufficit.

Chriſtianis Hieroſolymas tendentibus,

D E 86 *Revertor ad Latinos quibus ad Hieroſolymitanã obſidionem tendẽtibus, quomodo ducẽ ſe præbuerit S. Georgius, narrabit qui interfuit* Raymundus de Agiles *ſive* Aguillers *Podienſis Canonicus, in ſua Hieroſolymitana Hiſtoria.* Cum proficiſci vellemus ab antiochia, venit Petrus Deſiderii Sacerdos ad me Raymundum, & dixit mihi: quod quidam ſibi in viſione apparuerit, qui dixit ei: Vade in eccleſiam B. Leontii, & invenies ibi de Reliquiis quatuor Sanctorum; & tolles eas tecum atq; portabis in Hieruſalẽ. Et oſtendit ei in ipſa viſione Reliquias & Reliquiarum loculos, & docuit nomina Sanctorũ. Adſtitit ei idem Sanctus in viſione poſt aliquot dies, que multum comminatus eſt, quod mandatum à Domino neglexiſſet; & niſi uſq; ad quintam feriam ſuſtuliſſet illas Reliquias, eſſet ſibi grave damnum. .... Cum hoc mihi Raymundo narraſſet Sacerdos, retuli ego ad Auraſicenſem Epiſcopum & ad Comitem S. Ægidii & ad quosdam alios: qui acceptis candelis venimus ad eccleſiam S. Leontii; & obtulimus candelas & vota Deo & Sanctis ejusdem eccleſiæ, ut Deus omnipotens, qui eos ſanctificaverat, nobis eos conſortes & coadiutores donaret; & Sancti illi peregrinorum & exulum pro Deo non ſpernerent conſortiũ, ſed magis nobis conjungerentur, & nos Deo conjungerent. Mane autem facto venimus cum Sacerdote ad ſanctarum Reliquiarum loculos, & ſicut nobis prædictum fuerat invenimus: ſunt autem nomina Sanctorum iſtorum, Cyprianus, Omeſios, Leontios & Joannes Chryſoſtomus. *Primus videtur eſſe Antiochenus ille magus, qui à virgine Iuſtina converſus, cum eaq; Nicomediam ad ſupplicium ductus, colitur* XXVI *Septembris: ex cujus Reliquiis partes aliquas Antiochiam relatas, veroſimillimũ eſt. Secundus* Omeſios, *vero & integro nomine, merito putabitur eſſe* S. Dometius, *primum Niſibi in Perſide, ac deinde in Syria monachus ad SS. Sergii & Bacchi, tandemque glorioſus ibidẽ ſub Iuliano Apoſtata Martyr, referendus die* VII *Aug.* Leontius, XVII *Iunii recolendus Dux exercitus fuit, cũ Hypatio atque Theodulo Tribunis, Tripoli in eadẽ Syria paſſus*

revelantur quorumdã Sanctorum Reliquiæ:

F 87 Inter ipſos autem loculos, *inquit, idem qui ſupra Raymundus,* capſulam quamdam reperimus cum Reliquiis, de quibus cum quæreremus à Sacerdote, cujus Sancti eſſent Reliquiæ illæ; ſe neſcire reſpondit. Cum vero ab incolis quæreremus, ſi ſcirent cujus Sancti eſſent, ſe neſcire dicebant; alii S. Mercurii, alii Sanctorũ aliorum. Sacerdos vero levare eas & colligere cũ aliis Reliquiis volebat: cui ego Raymundus, corã omnibus Sanctus Jeruſalem, nomen ſuum & voluntatẽ manifeſtes; alioquin remaneat hic. Cum ſacerdos alias Reliquias collegiſſet, & pannis eas involuiſſet, & nocte quæ oſſibus honorabimus? Itaq; illo die dimiſſæ ſunt

abiisdem ſuas quoque aſſumi jubet S. Georgius.

magis apud eos honoribus colitur,

EX VARIIS D. P.

secuta est, adstitit ei vigilanti quidam juvenis, quasi quindecim annorum, pulcherrimus valde, & dixit ei: Quare hodie non accepisti Reliquias meas cum ceteris? Et Presbyter ad hæc: Et quis es tu Domine? Et ille: An ignoras quis sit vexillifer hujus exercitus? Et respondit Presbyter: Nescio, Domine. Cumq; secundo eidem quærenti, eadē Sacerdos respondisset, terribiliter comminatus est ei dicens, Tu revera mihi dices & tunc ait Sacerdos: Domine, dicitur de S. Georgio, quod sit vexillifer hujus exercitus. Et ille Bene dixisti: ego sum. Accipe igitur Reliquias meas, atq; seorsim cum aliis pone. Cum autē Sacerdos per aliquot dies hæc facere distulisset, advenit idem S. Georgius, & præcepit Presbytero graviter, dicens: Nullatenus dimittas, quod mane Reliquias meas non tollas: atque juxta invenies in ampullula de sanguine sanctæ Virginis & martyris Theclæ, quam pariter tolles, & post hæc Missam cantabis. Hæc atque omnia quæ ei dixerat, reperit Sacerdos & fecit .... *Tali comitatu roboratus castris Christianorum, seque Hierosolymam versus, dimissis tantisper Tripoli atque Accaron, moventibus*; cum audissent Saraceni, qui habitabant in Ramulis, quia transieramus fluvium, qui prope est; deseruerunt munitionem & arma, frumentum multum in areis, & messes quas collegerant. Cum autem venissemus eo altera die, cognovimus quia Deus revera pro nobis pugnaret: itaque obtulimus vota S. Georgio: & quoniam se ducem nostrum professus est, visum est à majoribus & omni populo, ut Episcopum ibi eligeremus, quoniam illorum ecclesiam in terra Israel primam inveneramus; ac simul ut B. Georgius pro nobis Deo supplicaret, & per terram incolatus sui nos fideliter educeret. Sunt autē Ramulæ prope ab Jerusalem quasi sedecim milliaria.

professus se eorum vexilliferum esse;

quare primitias victoriæ eidē consecrant,

B

88 *Hactenus Raymundus prælaudatus, cui quoad distantiam ab Ierusalem, ferme consonat Ioannes Phocæ in descriptione Terræ-sanctæ anno* MCLXXXV *à se visitatæ; ipsius autem templi, super priores ruinas à Christianis restaurati formam sic describit:* Templum dromicum est, *sive (ut ego interpretor) in longum procurrens*, & intra sacræ tribunæ concham sub pavimento altaris videtur sepulcri ostiolum, candido marmore circumseptum. Verum necesse arbitror enarrare quam magna sint, quę ante paucos annos ibidē fuisse patrata, ex ipsius templi Clericis audivimus. Dicebant namque, quod cumis qui nunc præest superinductus Latinorum Episcopus, tentasset aperire sepulcri ostiolum, tabula marmorea quæ illud obtegebatur sublata, ingentem speluncam invenisset, & in ejus interiori parte Sancti tumbam: cumq; etiam hāc referare conarētur; unū ex iis qui id aggressi fuerant, flamma exinde prorumpente semiustulatum, alterum penitus extinctum fuisse. *Nolim spondere de hujus, narrationis veritate, quæ utique Syros auctores habuit, pessime tunc erga omne nomen Latinum affectos: verosimilem tamen eam facit multorum ad eruendas transvehendasque in Europam Reliquias sacras non satis religiosa licentia, quam cohiberi hic voluerit Deus; ne eo quod supererat prorsus ablato, tolleretur antiqua reverentia loci. Sed si his male cessit irreligiositas sua; priores illi qui templum à Saracenis eversum restaurarunt, & titulo Episcopali ornarunt, fructum suæ erga S. Georgium liberalitatis, positaque in ducatum illius fiducia talem retulerunt, qualem annue recolere soliti Patres Carmelitæ suas de Sancto Lectiones matutinales sic finiebant:* Cum autem Jerusalem obsedissent, & Saracenis eis resistentibus per scalas ascendere non auderent, B. Georgius indutus armis albis, cruce nivea insignitus apparuit, innuens ut post eum securi ascenderent, & civitatem obtinerent: qui ex hoc animati civitatem ceperunt, & Saracenos occiderunt, *anno* MXCIX, XV *Julji. Ita*

& templū ac sepulcrū restaurant,

Divumque in ascensu murorum adiutorem habent:

Patrum istorum antiquissimum Breviarium, initio typographicæ inventionis excusum Venetiis apud Lucam Antonium de Giunta Florentinum, extractum & excerptum de approbato usu Dominici sepulcri Hierosolymitanæ sanctæ ecclesiæ: *unde nihil dubitamus, quin ibidem & hæ Lectiones fuerint usurpatæ, & prænotata visio pro certo credita, etsi ab auctoribus supracitatis prætermissa; quemadmodum & aliæ multæ circumstantiæ particulares hujus pulcherrimæ victoriæ, in qua, explicanda auctores omnes, quamvis prolixi alibi, brevissimi præter morem sunt.*

D

89 *Vno ferme seculo post ista exacta, Fredericus Imperator Barbarossa, sæpe Christiani orbis vota spemque frustratus, serio tandem ad Terræ-Sanctæ auxilium profectus est, anno* MCXC. *Cujus milites multis cum incommodis & grandi fame conflictati circa Iconium, ejus urbis Soldanum variis affecerunt cladibus: de quarum una sic loquitur, qui interfuit & totam rem in epistola describit, auctor Anonymus:* Post sanctum diem Pentecostes (qui tunc in XIII Maii cadebat, invenimus Melech magni Soldani filium, & acies contra nos dispositas, & Turcorum multitudinem, circa quadringenta millia equitum; qui totam sicut locustæ oppleverant terram: contra quos victrices aquilas in nomine Christi à fronte ereximus, nec famem nec vulneratorum defectum sentientes. Et cum vix sexcenti equites essemus, sub signo vivificæ Crucis eos vicimus & convertimus in fugam. Vbi Melech filius Soldani ab equo dejectus est, & quatuor nominatissimi principes ejus occisi sunt, & alii quam plurimi. Ibi etiam quiddam accidit dignū memoria. S. Georgius eadem die, sicut & prius, quasdam acies nostras à Ludovico Heffenstein præcedere visus est, impendens auxilium exercitui nostro: ipse enim Ludovicus sub jurejurando publice confessus est, & sub religione suæ peregrinationis coram Domino Imperatore & exercitu. Sed & ipsi Turcæ postmodum nobis retulerunt, se quasdam acies vidisse candidis amictas vestibus & equis albis. *Fidem vero referentibus sequentes victoriæ, quibus Iconium* civitatem, quæ in magnitudine æquatur Coloniæ, Dux Sueviæ, cum sibi adiunctis sex (quod mirabile & incredibile dictu videtur) occupavit in ore gladii, habitatoribus ejus occisis: & Dominus Imperator, interim manens à tergo, contra alios Turcos pugnavit in campo; & cum essent circiter ducenta millia equitum, virtute Altissimi eos expugnans fugæ reddidit; *licet vix quingentos milites haberet in equis, & hos propemodum fame enectos.*

idem ad Iconium pugnātibus victoriam parit;

E

90 *Eodem tempore quo talibus tamque prodigiosis successibus per S. Georgium, Christianorum exercituum Ducem seu vexilliferum, de suis hostibus Turcis in Asia triumphabat religio Catholica; paribus detrimentis apud Hispanos decrescebat Mahometanæ perfidiæ potentia, in regnis Arragoniæ, Valenciæ, Cataloniæ atq; Majoricæ. Frequentes illi maximasque victorias, de superbissimo Mauro relatas, gentium illarum scriptores commemorant; nec pauci iisdem admiscent. S. Georgium, visibili auxilio adversarios proterentem agentemque in fugam. Idem in Calabria Siciliaq; pugnantibus contra Saracenos Normannis factū scribunt alii. Vtriq; veritatem popularis traditionis de Georgianis ipsa in pugna apparitionibus, satis verosimilem faciunt, declarata singulari dictorum regnorum erga S. Georgium devotione, & ostensis templis in ipso certaminis loco aut alibi, ad memoriam rei vel ad beneficii agnitionem, uti fertur, erectis Sancto propugnatori & bellantium Christianorum Patrono. Sed dolendum est istarum provinciarum res memorabiles non fuisse à coævis auctoribus scripto traditas, unde simili certitudine potuissent istiusmodi apparitiones in Europa factæ comprobari, atque comprobatæ sunt ille de quibus hactenus. Vnicum à Tamayo de Salazar ponitur belli Alcoracensis summarium, ad Oscam Arragoniæ urbem, idque sub nonne Aymerici tunc Abbatis S. Ioannis Pennatensis. Sed minime antiquum illud scriptum esse, nuperque ad quarumdam fabularum fulcimentū fuisse*

F

& contra Saracenos in Europæ dicitur sæpius visibiliter depugnasse.

C

A *fuiſſe excogitam non ſive mendis chronologicis prorſus inexcaſalibus oſtenſuri aliquando ſumus.*

viſus mirti in auxi ill Wilielmi R. Aquigranum b. ſidemis.

91 *Certiori teſtimonio conſtat nobis, Guilielmi Romanorum Regis auxilio cælitus adfuiſſe S. Georgium: ſiquidem in Vita S. Bonifacii Lauſanenſis Epiſcopi, ad* XIX *Februarii num.* 14. *ſic legitur: Tempore quo Rex* Allamaniæ Willelmus, *contra ſchiſmaticum & abdicatum ab Eccleſia Fridericum,* obſidebat civitatem Aquenſem, *conſuetam Coronæ capiendæ ſedem & valido præſidio Fridericiano munitam, id eſt anno* MCCXLVIII *vel ſequenti*; erat Epiſcopus Magiſter Bonifacius apud Cameram S. Mariæ in oratione, & vidit in ſpiritu militem armatum, albis armis indutum, ſedentem ſuper equum album, habentem lanceam in manu ſua; & alii milites ſequebantur eum eisdem armis induti. Tunc cogitavit Epiſcopus in corde ſuo dicens: Deus! quis eſt iſte? & quo iturus eſt? Tunc venit Angelus Domini & reſpondit cogitationibus ſuis: Iſte eſt S. Georgius, quem miſit Dominus in adiutorium Regis Willelmi; quia hodie obtinebit victoriam, & ipſe introducet Regem Willelmum in civitatem, & ita factum eſt, *ſexto obſidionis menſe, die* XXXI *Octobris. Vita illa habetur ex Ms. Monaſterii Camerenſis prope Bruxellas, ubi Sanctus iſte vixit & obiit: habetur autem compoſita à quodam monacho Ciſtercienſi, qui vel coævus Sancto fuit vel ex ſanctimonialium eidem familiarium ſchedis accepit ſingula; proinde quæ iſtic refertur viſio, vero promiſſæ victoriæ exitu comprobata, eſt omni acceptione digniſſima. Similia ſi de aliis alibi victoriis & apparitionibus proferantur, libenter iis augebimus hoc caput, quod alias prolixum ſatis jam finem ſpectat.*

B

CAPUT IX.

De Ordine S. Georgii in Auſtria.

Ordinum equeſtrium initia.

100 *Fallunt aut volentes falluntur, adulatorio ſtudio placendi abrepti, quicumque militarium Religionum principia ante* XII *ſeculum requirunt. Nam quæ Romæ inventa dicitur marmorea tabula, Magnum Conſtantinum repreſentans in ſolio, ſeptum multitudine Militum Cruce ſignatorum, ea, ſi vere refoſſa eſt umquam, haud ita pridem defoſſa fuerat, ſculptaque ante annos non admodum multos. Clarum id facient, cuicumque Romanarum inſcriptionum ſtudioſo, verba relata apud Finichiarum pag.* 18 *quæ dicuntur ſola potuiſſe legi, ceteris ſcilicet ſtudio extritis ad fidem faciendam commentitiæ antiquitati; hæc nempe.* Conſtantinus Maximus Imperator, poſtquam mundatus à lepra per medium baptismatis, Milites ſive Equites deauratos creat in tutelam Chriſtiani nominis. *Tota phraſis ac pene verba ſingula hujus aut præcedentis ſeculi novitatem ſapiunt, & pro antiquis hæc recipiat aliquis? Nihilo plus probat ſigillum quoddam appenſum chartis illius familiæ, quæ militiæ cujusdam Georgianæ, Conſtantinopoli adductæ, Præfecturam obtinuit & forſan etiam nunc Venetiis obtinet, dum in eo repræſentatur Georgius equeſtris cum hoc lemmate.* S. Georgius Militiæ Conſtantinianæ protector & tutelaris, *uti ſcribit idem Finichiarus. Denique numi Imperatoris Majoriani, quos jactat Gonſalvus Argotes de Molina, ſcribens de Nobilitate Bæticæ, purum ac putum figmentum ſunt, uti ex eorum deſcriptione apparet, dum dicitur, antica parte inſculptam fuiſſe Crucem cum his circum euntibus verbis:* Gloria Cæſarum Auguſtorum Georgianorum: *in poſtica,* A Ω *cum hoc lemmate* Salus Dominorum noſtrorũ Auguſtorum.

non debent à Conſtantino M peti,

C

ſed ad ſeculum XII *revocari.*

101 *Si vera magis libet quam placentia ſcribere, dicendum omnino eſt, ſaluberrimæ iſtius inſtitutionis laudem iis deberi, qui cum Godefrido Bullionio reſtituerunt Hieroſolymitarum regnum, initaque ad colligendos tutandoſque peregrinos ſocietate, votis quibusdam adſtricta, originem dedere Ordinibus Hiſpitalariorum Templariorumque, toto poſtea orbe celeberrimorum. Ad horum enim imitationem ſub aliis aliisque titulis, patronis, atque conſtitutionibus, erecti ſunt poſtmodum per omnes Chriſtianorum ditiones varii equeſtres Ordines, de quibus conſuli poſſunt auctores.* EX VARIIS D. P.

Nobis propoſitum eſt agere dumtaxat de illis qui ſub patrocinio S. Georgii militant, à quos inter Imperatoriæ inſtitutionis prærogativa primatum is obtinet, de quo Ioannes Bollandus noſter accuratam tractionem conſcripſerat, ad V *Februarii inſerendam erudito commentario de S. Domitiano, niſi prolixior digreſſio iſto loco importuna, viſa eſſet in hunc oportunius reiici. Cujus judicio, & ſimul ut viri eruditiſſimi labor non pereat, ipſam hic integram damus. Ita autem ſcribit:*

Miſtadium datum Magiſtro Ordinis S. Georgii,

112 *Quod* V *Februarii ad Vitam S. Domitiani deſcripſimus Miſtadienſe cœnobium, id deinde* Fridericus III Imp. in regiam Generalis Magiſtri Duci Georgii ordinis, aſſenſu habito ſummi Pontificis, commutavit, *uti Lazius lib. 6 de migrationibus gentium ſcribit. Eum Ordinem Fredericus* III, *ut Iulius* II *Pontifex Maximus teſtatur* erexit, & auctoritate ſanctæ Sedis Apoſtolicæ primus fundavit: *aut potius, ut habetur in ea ſanctione, quam Paulus* II *anno Chriſti* MCCCCLXVIII *tulit, per Sedem Apoſtolicam* erigi atque inſtitui poſtulavit. *Quid autem in illius Ordinis inſtitutione præcipue ſpectarit Fredericus, indicat filius ejus Maximilianus Imp. in diplomate dato Oeniponte,* XVII *Septembris, anno* MCCCCXCIII; ad reprimendas *nimirum* Turcorum quotidianas incurſiones *Et plenius idem Paulus* II *his verbis:* Sane cariſſimus in Chriſto filius noſter Fridericus, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, qui fervore devotionis accenſus nuper ad viſitandum ſacratiſſima BB. Petri & Pauli Apoſtolorum limina, & alia Deo dicata loca, ad almam Vrbem ex voto perſonaliter ſe contulit, nobis humiliter explicavit, quod ipſe ad laudem & gloriam omnipotentis Dei ac glorioſæ Virginis Mariæ, pro exaltatione quoque Catholicæ fidei, animæ ſuæ ſalute, ac domus Auſtriæ (à qua originem traxit) commemoratione & decore, unum militarem Ordinem, ſub invocatione S. Georgii Martyris, per nos erigi atque inſtitui tota menſe deſiderat. *Quæ totidem fere verbis repetit in bulla, de qua infra, Leo* X.

à Friderico III erecti,

E

ad exaltationem fidei,

103 *Iulius* II *in bulla ſupra citata ſic loquitur:* Spiritu ſancto inſpirante, cariſſimus in Chriſto filius noſter felicis recordationis, Fridericus III Romanorum Imperator, ad huc in vita præſenti exiſtens, & radio Divini luminis illuſtratus, altitudine ſapientiæ ſuæ, tamquam ſpecialis Eccleſiæ Chriſti Advocatus & Defenſor, videns oculis prudentiæ ſuæ ſibi à Deo collatæ, Eccleſiam ipſam & Imperium ab infidelibus in dies magis ac magis laceſſiri, terminosque ac limites Chriſtianitatis quotidie diminui, ac proinde Chriſtianitatem totam ad extremum periculum deduci; infideleſque è contra fortificari & creſcere, in maximum fidei noſtræ Catholicæ ac Eccleſiæ & Imperii periculum & exinanitionem, niſi de remedio opportuno citiſſime provideatur: quod ipſe radio divini luminis, ut præmittitur, illuſtratus providere prudenter volens, Ordinem Divi Georgii Martyris erexit, & auctoritate ſanctæ Sedis Apoſtolicæ primus fundavit, in clypeum, tutelam, & defenſionem prædictæ noſtræ fidei Catholicæ, ac Eccleſiæ & Imperii Chriſtiani augmentum & amplificationem; in perfidorum vero Crucis Chriſti inimicorum terrorem, tremorem & devaſtationem. *Atque hinc refellas quod Lazius rer. Viennenſium lib.* 2. *ſcribit,* hæc omnia videri inſtituiſſe *Fredericum,* ut Orientalis quondam regni dignitatem, à Francorum Regibus inſtituti, in Auſtriam illique circumpoſitas provincias poſtliminio referret, ſicut antea hac terrarum intercapedine comprehenſum erat. *Verum neque uſpiam legi, Noricum Ripenſe, quæ nunc Auſtria eſt, ad Auſtraſiæ regnum (quod Lazius, Teutonicam etymologiam ſecutus, Orientale appellavit) pertinuiſſe; neque tam decus provinciæ illius, quam præſidium ejus ac vicinarum, propoſitum*

F

& præſidium contra Turcas.

non ad ſplē Auſtriæ decus.

EX VARIIS D. P.

ſitum habebat Fredericus. Rectius alii forſitan, motum eum arbitrantur aliqua æmulatione ordinis Aurei velleris, cui ab Ducibus Burgundionum apud Belgas erecto, plures jam Reges ac ſupremi Principes nomina dederant.

104 *Quæ ſedes primaria Ordinis, quæ diſciplina domi atque in templo publice, qui habitus, quæ votorum obligatio, quæ concipienda in commune preces, exponit Paulus* II, *atque ex ejus diplomate Leo* X. *Voluiſſe nempe Fredericum,* quamdam domum militarem in monaſterio Milſtat, Salzburgenſis diœceſis, loco ad hoc accommodo, cum eccleſia, clauſtro, dormitorio, aulis, cameris, & aliis neceſſariis officinis, de ſuis propriis facultatibus fundare ac ædificare, pro uſu & habitatione perpetuis quorumdam Fratrum ipſius militaris Ordinis, laicorum Militum, ac etiam Sacerdotum ſive Clericorum: quorum unus, per præfatum Fridericum Imperatorem, hac prima vice, ad hoc eligendus & deputandus, Magiſter Generalis exiſtat: & deinde eo ſublato de medio, cum ipſius domus Magiſtratus vacatio occurrerit, per Milites (de conſenſu tamen ipſius Friderici Imperatoris, aut antiquioris usdem Domus Auſtriæ Ducis) ſucceſſor, ſeu Magiſter prædictus ſucceſſive eligatur. Presbyteri vero vel Sacerdotes dictæ Domus, quorum unus, per alios Sacerdotes eligendus, ſit Præpoſitus & caput Presbyterorum & Clericorum eorumdem: & tam Milites, Præpoſitus, quam Sacerdotes, prædicto Magiſtro Generali pro tempore exiſtenti ſubeſſe cenſeantur. Ac prima camera Magiſtro, ſecunda Præpoſito, tertia antiquiori Militi, quarta Seniori Sacerdoti, & ſic deinceps, aſſignari debeant: ita quod inter duos Milites unus Sacerdos, & inter Sacerdotes unus Miles ſit. In choro vero Magiſter primum habeat locum, ac demum in illo Sacerdotes Milites omnino præcedant.

Magiſtri electio,

& Præpoſiti:

B

Militum cubicula & ordo in templo:

105 Et tam Magiſter & Milites, quam Præpoſitus & Sacerdotes, caſtitatis & obedientiæ vota ſponte emittant. Ad paupertatis vero votum emittendum nullatenus adſtringantur inviti: ſed bona & proprietatem cum ſui Superioris licentia habere, & patrimonium ſeu alia bona, quæ ante religionis ingreſſum poſſidebant, licite retinere, ac fructus exinde provenientes, quoad vixerint (alienandi tamen bona poſt ingreſſum hujuſmodi poteſtate eis penitus interdicta) in ſuos uſus convertere poſſint: ipſaque bona, tam mobilia quam immobilia, ad domum ipſam, ſeu ab ea dependentem, in qua profeſſionem emiſerint, poſt eorum obitus devolvantur, & ad eam omnino pertineant. Quodque Magiſter, Milites, Præpoſitus & Sacerdotes prædicti, veſtes talares cujuſcumque coloris, præterquam rubei, viridis & crocei, continuo; in vigiliis autem & feſtivitatibus ejuſdem Virginis glorioſæ, necnon ſingulis diebus Sabbati, deſuper veſtem albam cum cruce rubea, æqua longitudine cum veſte anteriori & latitudine, uſque ad brachia protenſam, juxta formam inferioris deſignatam, deferre teneantur.

vota caſtitatis & obedientiæ,

non paupertatis:

C

habitus:

106 *Recenſito deinde penſo precationum, quotidie ab Sacerdotibus laïciſque accurando, poſſeſſiones enumerat, iis ab Imperatore aſſignatas, & confirmat Paulus, atque ex eo Leo paulo brevius his verbis:* Dictum monaſterium, & domum ſeu præceptoriam Morperg, S. Benedicti & S. Joannis Hieroſolymitani Ordinum, Salisburgenſis & Patavienſis diœceſis; ac hoſpitale & monaſterium nuncupatum S. Martini, nunc Viennenſis, tunc vero ejuſdem Patavienſis diœceſis; & capellam B. Mariæ novæ fundationis; ac parochialem eccleſiam in monte Straden Salisburgenſis diœceſis, quæ de jure patronatus ipſius Friderici Imperatoris exiſtebant; S. Benedicti & S. Joannis Jeroſolymitani ordinibus, & domo ſeu præceptoria hujuſmodi, prius ſuppreſſis, cum illa per ceſſum vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem, ſimul vel ſucceſſive vacare contingeret, eidem domui, poſtquam fundata foret, perpetuo annexuit & incorporavit; *idem ſcilicet Paulus* II *Papa. Alia iiſdem Militibus tributa bona recenſet Lazius, quæ mirum eſt ab utroque Pontifice prætermitti; quamquam plura eos, quam quæ illi enumerant, poſſediſſe certum ſit: quædam etiam ab illis relata, oſtendit idem Lazius numquam omnino ad eos devoluta:* Et ne quid ad ſplendorem deeſſet, *inquit*, dominorum à Cranichberg (recens cum familia extinctorum) caſtra, in vitæ aulæque ſubſidia liberaliter addidit *Fridericus*; quæ & noſtra memoria in fide retinuerant; Trautmansdorf, Scharfenekh, & S. Petronellæ prædiũ, in quo Carnunti ruinæ extant. Voluit & Elbingen præpoſituram apud Francos, & in Auſtria Maurberg Rhodienſium Equitum adjicere regiam, ſi morte præventus non fuiſſet. *Lib.* 12 *reip. Rom. ſect.* 6 *cap.* 3 *ait, data quoque iis* proxima *Milſtadio* caſtra ac dominia Sternburg & Landſcron.

D

alia ab iis poſſeſſa.

107 *Quid autem monachis Milſtadienſibus factum fuerit, conjicere licet ex citata Pauli* II *ſanctione, ubi ita loquitur:* Abbati venerando & monachis ejuſdem monaſterii, ad quodcumque aliud ejuſdem ordinis S. Benedicti monaſterium, in quo benevolos invenerint receptores, ſe transferendi, ſi voluerint ſponte, ita tamen quod eorum cuilibet de ipſius monaſterii fructibus, reditibus & proventibus, congrua per Magiſtrum, Milites & Sacerdotes, de qua ſe congrue ſuſtentare valeant, portio debeat aſſignari; plenam & liberam eadem auctoritate concedimus facultatem: præmiſſo, quod propter unionem, annexionem & incorporationem prædictas, ſi vigore præſentium fiant & effectum ſortiantur, monaſterium ipſum ad profanos uſus veluti hereditas non redigatur: ſed inibi & in eccleſiis prædictis divina celebrentur officia; in hoſpitali vero ſolita hoſpitalitas & eccleſiiis prædictis nullatenus negligatur; ſed illorum omnium ſupportentur onera conſueta.

Benedictini alio miſſi.

E

Suſtentatione aſſignata.

108 *Hiſce ita conſtitutis, idem Paulus* II *Papa, Ordinem hiſce verbis confirmavit:* Nos igitur attendentes maximum ex præmiſſis decorem in eccleſia Dei proventurum, ipſique fidei Catholicæ contra illius hoſtes præſidium poſſe veriſſimum ſuccedere, pium & laudabile Imperatoris propoſitum in animo privatim commendantes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Militarem Ordinem S. Georgii ſupradictum, adinſtar B. Mariæ Teutonicorum Ordinis Militarium, eum honoribus, inſigniis & qualitatibus ſupradictis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, & ex certa ſcientia, erigimus, inſtituimus, facimus, & creamus; ipſumque inter alios Militares Ordines annumeramus & pariter approbamus. *Dein Sixtus* IV, *qui Paulo* II, XXVI *Iulii anni* MCCCCLXXI *defuncto,* IX *Auguſti ſuffectus eſt, eumdem Ordinem approbavit; uti Alexander* VI, *in diplomate mox citando, auctor eſt. At Maximilianus Cæſar eum Ordinem non tam collapſum reſtituit, ut ſcribit Andreas Favinus Pariſienſis in Theatro honoris, quam ampliavit, addita confraternitate S. Georgii. Nam* cum *Milites S. Georgii, ut teſtatur idem Maximilianus in diplomate dato Oeniponte,* XVII *Septemb. an.* MCCCCXCIII, ob Turcorum, nec non Matthiæ quinti Regis Hungariæ, hoſtiles incurſiones, maximas clades paſſi eſſent, eorum villæ & civitates depopulatæ, crematæ eccleſiæ, virorum & feminarum monaſteria deſtructa, deſolataque prædia, & fere omni cultura deſtituta eſſent, paucique cultores terras illas inhabitarent; & demum ad eam egeſtatem & deſolationem redacti exiſterent ut ſuis viribus Turcorum ipſorum conatibus nullam reſiſtentiam facere valerent &c. *Quas clades enumerat quoque Alexander* VI *in Conſtitutione lata idibus Aprilis, anni* MCCCCXCIV; *magiſque exaggerat idem Maximilianus in diplomate*

Ordo à Paulo II *confirmatus,*

& Sixto IV.

F

eidem per Turcas atrato,

A

plomate dato Antuerpiæ, die SS. Simonis & Iudæ, anno MCCCCXCIV.

109 Tunc igitur erecta eſt utriuſque hominum ſexus confraternitas ſecularis, libera, & ad nullam obſervationem adſtincta: *quorum alii, minimum anno uno, adverſus Turcas militarent, vel propriis expenſis, vel certe media ſtipendii parte per Imperatorem repræſentanda contenti; alii pias largitiones & eleemoſynas erogarent, ad locum quempiam Turcis vicinum, viris armiſque muniendum, eorumque reprimendas quotidianas incurſiones. Eam Confraternitatem primus inſtituit* Joannes Sibenhirter *Ordinis S. Georgii Magiſter Generalis: approbavit Imperator, Pontifex Alexander* VI *confirmavit, ſtatuitque, ut* dictæ confraternitati duo Vicarii Generales, videlicet Magiſter dictæ Militiæ & Epiſcopus Gurcenſis, pro tempore exiſtentes, præficerentur, qui rebus ſpiritualibus ad ſpiritualitatem ſpectantibus præeſſent *&c.* & à præfato Maximiliano Rege, & eo vita functo, ab heredibus & ſucceſſoribus ſuis, Ducibus Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ & Carniolæ &c. pro tempore exiſtentibus, duo vel plures Capitanei Generales ordinarii militibus ac ſtipendiariis præfatæ confraternitatis præficerentur, qui rebus bellicis præeſſent, & ab omnibus tamquam Patricii & veterani haberentur ac venerarentur, eiſque, nomine & vice dictæ confraternitatis, fidelitatis & obedientiæ juramentum, juxta morem & ritum in talibus obſervari ſolitum, præſtarent.

addita S. Georgii cō-fraternitas libera,

cui præfecti Magiſter Ordinis, Ep. Gurcenſis,

& duo Capitanei Generales:

B

110 *Inſigne Militum hujus confraternitatis conſtituit idem Imperator*, Crucem auream cum corona, in circulo etiam aureo, *quam, ſolenni ritu, dextero novi Militis brachio circumligaret Epiſcopus; eamque* Miles ipſe pro ſuæ voluntatis libito, auro, margaritis, aut aliis lapidibus pretioſis ornare, ac in gloriam & laudem magnamini propoſiti & intentionis ſuæ, coram cunctis Regibus & Principibus ac omni populo, pileo & birreto, vel ubi magis placeret, appenſam palam & publice, gereret, & omnes alios Milites antecederet. *Plura iis Militibus decora & ornamenta impertivit in dicto diplomate Antuerpiæ lato Maximilianus, ſancivitque ut* Coronati Milites *appellarentur, utque eorum liberis ac poſteris,* ſuper galea coronam *geſtare liceret. Quibus vero ceremoniis novo Militi ab Epiſcopo tradi gladius, cereus ardens, & crux ſolerent, & calcaria ab adſtantibus nobilibus apponi, inter ſolennes precationes; in Statutis illius Militiæ, Cæſarea Pontificiaque auctoritate firmatis, deſcribitur. Profitetur Alexander* VI *in citata jam bulla, ſe* S. Georgii confraternitatem ipſam in propria perſona aſſumpſiſſe, & ad eam inſcribi voluiſſe, prout etiam, *inquit*, venerabiles fratres noſtri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ex eorum pia devotione, illam aſſumpſerunt, & ad eam inſcribi voluerunt. *Dedit idem Pontifex ad omnes Germaniæ Epiſcopos Breve Apoſtolicum, in ejuſdem Militiæ commendationem & promotionem, magnas elargitus indulgentias & pœnarum pro peccatis luendarum condonationes. Vnde illa in quodam Ioannis Sibenhirteri Generalis Magiſtri edicto præſcribitur oratio:* Confratres, oremus pro ſanctiſſimo Domino noſtro Alexandro Papa VI, confratre noſtro, ut omnipotens Deus pro glorioſo martyrio ſuo ipſum pro fidei Catholicæ conſervatione feliciter regere & conſervare, & poſt obitum ejus ad cæleſtem gloriam perducere dignetur.

ejus. inſignia:

Militum, qui Coronati *dicti, initiamentum.*

C

111 *Ipſe quoque Maximilianus in citato jam ſæpius Antverpienſi diplomate, ita de ſe ait:* In eaque *confraternitate* pariter cum ceteris confratribus inſcribi & annumerari voluimus: ac in brevi temporis ſpatio, communi Chriſtianorum auxilio, expeditionem, ad minus biennio duraturam, in ipſos Turcos, Crucis Chriſti hoſtes, movere, ac pro ea, & communi omnium fidelium ſalute ac pace, nobis à Deo largitas facultates exponere deliberavimus. *Idem in litteris ad Ioannem Navarræ Regem datis* XVI *Octobris anno* MDXI, *patrem ſuum Fridericum ait*, eumdem Ordinem & militiam, pro ſua ſingulari devotione ad eumdem glorioſum Martyrem *S. Georgium*, ſuſcipere intendiſſe: *de ſe autem ſubdit*: Nos vero qui ab ineunte ætate etiam non minori devotione eumdem glorioſiſſimum Martyrem D. Georgium ſemper proſecuti ſumus, utpote illum, cujus ope & ſuffragio frequentes glorioſas victorias ex hoſtibus noſtris conſecuti ſumus; inhærentes veſtigiis ejuſdem genitoris & prædeceſſoris noſtri, ex fervore fidei & devotionis quam habemus ad omnipotentem Deum, ejuſdem S. Georgii Ordinem conſervare, & eum redditibus augere & ampliare, ac etiam nos ipſi, in honorem omnipotentis Dei & ejus glorioſi Martyris S. Georgii, ſumere certo modo intendimus *&c. Iulius item* II *Papa, qui à die ultimo Octobris* MDIII *ad* IX *Kal. Martii anni* MDXIII *Eccleſiæ præfuit, de Maximiliano ita loquitur:* Ipſum ordinem ſæpe dictum decrevit perſonaliter aſſumere, & vitam ſuam inibi Deo devote & ſancte ſerviendo dedicare, & contra infideles hujuſmodi, vineam Domini devaſtare & demoliri cupientes, ſe murum & defenſorem fortiſſimum opponere, & una cum dicti Ordinis Fratribus uſque ad animam & ſanguinem continue & fortiter pugnare, Eccleſiæ & Imperii fines dilatare, & Deo duce Hieroſolymam & Conſtantinopolim ceteraque nobiliſſima Chriſtianitatis loca & dominia recuperare *&c.*

ac Maximilianus Imperat.

cogitans expeditionem contra Turcas.

E

112 *Idem Iulius* II *Ordinem hunc & militiam confirmavit, addita hac indulgentiarum formula:* Et in præſentiarum de fratrum noſtrorum conſilio & voluntate approbamus, laudamus & confirmamus; dantes omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus utriuſque ſexus, Ordinem ipſum intrare volentibus, omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, ita quod mox cum habitum ejuſdem induerint, profeſſionemque intra terminum ipſis à Superiore ſuo ſtatuendum fecerint, confeſſi & contriti, à pœna & à culpa & carcere Purgatorii & pœnis ejuſdem, mox & penitus abſoluti & quittati eſſe debeant, plene & libere (ſecundum profeſſionem Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Petro factam, Quæcumque ſolveris ſuper terram, ſoluta erunt & in cælis) paradiſum & regnum intraturi. *Tandem Leo* X, *qui* V *Idus Martii anni* MDXIII *Iulio* II *ſucceſſit, obiitque anno* MDXXI *menſe Decembri, eumdem Ordinem à Paulo* II *inſtitutum, & adjectam deinde confraternitatem, auctoritate Apoſtolica conſtabilivit, atque indulgentiis & privilegiis, quibus alii quivis militares Ordines gaudent ac fruuntur, atque aliis quoque immunitatibus decoravit.*

Indulgentiæ Ordini datæ à Iulio II.

Mat. 16, 19

& Leone X,

aliaque privilegia,

F

113 *Hæc omnia ex diplomatis citatis, quæ in bibliotheca* V. CL. *Ioannis Iacobi Chifletii, Regiorum archiatrorum Comitis, Bruxellæ extant, fuſius ideo deduximus, quod multa ſunt parum ſolide à variis ſcripta de hoc Ordine. Citat illa Pontificum Imperatorumque diplomata Bernardus de Lutzenburgo Ord. Prædicatorum, in libello de Ordinibus Militaribus, Coloniæ anno* MDXXVII *apud Stephanum Cervicornium excuſo, ita ſcribens cap.* 20. Noviſſimus Ordo Militaris inſtitutus per Dominum Alexandrum VI & Illuſtriſſimum Maximilianum Imperatorem, dicitur Ordo vel confraternitas S. Georgii ad debellandum contra rabiem Turcarum. Hic Ordo habet pro interſigniis Crucem auream cum corona in circulo aureo: & Milites præſtare habent juramentum, quod pro fide Catholica debent militare, ſive per terram ſive per aquam, & habent diverſas prærogativas ſpirituales & temporales: prout continetur clarius in Papalibus & Regalibus litteris, & Ordo habet Magiſtrum Generalem, & diverſa ſtatuta. *Hæc Bernardus, quæ ſuccinctius, eum citans, retulit Miræus in originibus Ordinum equeſtrium cap.* 15, *atque ipſis Miræi verbis, licet eum non citet, Franciſcus*

alia de Ordine ſcripta.

ex VARIIS D.P. *Mennenius Antverpienſis, in Militarium Ordinum originibus & ſymbolis.*

114 *Wolfgangus Lazius rerum Viennenſium lib.* 3, *de Friderico* III *agens, ita ſcribit:* Auſpicatus eſt & Divi Ordinem, cujus Magiſtro Genèrali regiam ſedemque in Milleſtadio, Carinthiæ amœniſſimo loco, deſignavit, & Principis honorem adiecit. *Metuo ut verũ ſit, quod ſubdit Favinus, cum ejus ne tenuiſſimum quidẽ argumentum è citatis Imperatorum Pontificumque diplomatis eruere ſit.* Huic, *inquit*, *Generali nimirum Magiſtro*, & Epiſcopum ſubiecit & Canonicos, ea de cauſa in caſtrum poſtea tranſlatos, eademque Divi Georgii cruce ſignatos. *Suſpicamur eos non aliter quam Alexandrum* VI *& Cardinales aliosque Antiſtites, confraternitati inſcriptos, & Cruce inſignitos; in arcem fortaßis tranſlatos, ut longius abeſſent à militari inſolentia, ſi in hoſtium poteſtatem urbs veniret. Favinum hic, ut ſæpe alias, fefellit ratio, dum Lazy ſententiam minus aſſecutus, & Milleſtadium de ſe firmum, valida munitum arce ſcribit, & collegium Canonicorum, qui ad S. Auguſtini regulam vitæ rationes inſtituerent, iſthic à Frederico conſtitutum, additumque Epiſcopum, qui ex ipſo Canonicorum cœtu lectus, juriſdictionem ſpiritualem in Ordinem totum obtineret. Tradit quidem Lazius tres conſtitutas, curante Frederico, epiſcopales diœceſes, in Auſtria Viennenſem & Nova-civitatis, ac Labacenſem in Carniola. At Nova illa civitas non Milſtadium eſt, ſed Neoſtadium, ſive Neapolis, Auſtriæ urbs. Hactenus p. m. Bollandus noſter.*

An Magiſtro ejus ſubjectus Ep. Neoſtadienſis?

Nullus Milſtadii Epiſcopus, aut Canonici regulares.

B

CAPUT X.

Ordo Periſcelidis Anglicanæ ſub patrocinio S. Georgii, & alibi alii.

115 *INter plurima de S. Georgio Mss. ad nos undique tranſmiſſa ab iis, qui de noſtro edocti inſtituto ſymbolam quoque ſuam apponere voluerunt, tractatus prolixus anno* MDCXLIX *Macloviopoli advenit ex Britannia Armorica à quodam D. Prichart: qui an ipſe interpres ſit, an ab interprete rogatus eum nobis communicarit, cum nuſquam notatum inveniã, nolo curioſius indagare; uti nec primi auctoris nomen. Prius tamen quam inde excerpam, quæ noſtro uſui ſervire poſſunt, interpretis præfationem exhibeo, quæ talis eſt.* Diſſertatio hæc de S. Georgio, una eſt ex multis, quam vir doctus & ex aliis ſcriptis bene notus lingua patria edidit. Cur nos eam præ ceteris è majori opere ſelectam Latine verterimus, ea fuit ratio, quia hanc noſſe etiam peregrini forte concupiverint; reliqua ejus domi & in patria, cui ea fere omnia auctor ipſe dedit, manere poſſunt nulla Latini Orbis injuria vel invidia. Verum enim vero cum ego iſta verterem, ita otio abundabam, ut aliquid ultra interpretis aut paraphraſtæ operam potuerim conari. Et feci ſane. Quid illud vero? Ita libere in alieno opere pervagatus ſum, ut de meo aliquid addiderim. Hæc me præmonere oportuit, ne alieno indicio deprehenſus, plagii reus traducerer. Quamvis in noſtra cauſa plagii lex fruſtra fuerit, ubi non proditur neque qui ſua vindicet, neque qui aliena rapuerit. Et certe qui hæc primus ſcripſit, ita nuper in Deum patriamque peccavit, ut queri non poſſit, etiamſi vita ipſa, quæ ſcriptis ei carior eſt, ſpoliaretur. Mihi vero, qui verti, ita nulla eſt de eo quod feci cura, ut palam edicam: Impune mea tollas, lector, & valeas: vel certe, ſi bonus & doctus es; ſublatis noſtris, ipſe reponas meliora. *Hactenus Præfatio illa, quam conſequitur tractatus de exiſtentia, actis & cultu S. Georgii: in quo pleraque ſic deducuntur, ut multa quæ ſunt à nobis in Commentario prævio plenius ſolidiusque diſputata attingantur, nullum novum & non aliunde cognitum argumentum proferatur, omnia autem cum noſtro ſenſu præclare conveniant. Tum de ſpeciali cultu S. Georgii in Anglia ea propo-*

Sequentia unde accepta ſint.

C

nuntur, quæ nos infra dabimus; ac denique tractatus univerſus concluditur diſquiſitione erudita de Ordine Garteriano ſeu Periſcelidis aureæ hoc modo.

D

116 *Militat* Ordo Garterianus *ſub auſpiciis* Magni Martyris S. Georgii: *quod ita notum eſt omnibus, ut non magis ille cognoſcatur nomine* Garterii *ſeu* Periſcelidis, *quam iſtius Divi titulo. Id paſſim deprehenditur ex ſtatutis ejus, ſub Henrico* VIII *recognitis: idem indicavit Chauxerus in Carmine parænetico Anglicano, dum Milites Ordinis alloquitur verſibus, Latine ſic reddendis:*

Ordo Garterianus ſub titulo S. Georgii,

Si Chriſti cultus, ſi gloria Virginis almæ,
Teſſera ſi Sancti quidquam vos ſacra Georgi
Tangit, agat digne tanto Duce quisque, ſciatque
Militis ignavi ſub magno Principe nullum
Eſſe locum. —

Et ſi quidem ageretur de ceremoniis, de veſtitu, & rebus aliis, quæ tunc fiunt cum novi Milites ſacris iſtius Ordinis initiantur: ſi officia item, ad quæ ex Ordinis legibus tenentur Milites, recenſere mihi propoſitum eſſet; poſſit id facile ex Cambdeno, Lelando, Polydoro, Segaro, Glovero, Favino fieri: Erhardus quoque Cellius, qui Ducis Wittumburgici ſub Iacobo Rege; Ioannes Olerius, qui Principis Palatini, itemque Principis Auriaci, ſub eodem Iacobo Rege, ad Ordinem admiſſionem deſcripſerunt; aliique item perplures; quod hic diceremus, abunde miniſtrarent. Si quis præterea omnium iſtorum quæ ſit allegorica expoſitio ſcire avet, perlegere poterit Tractatum his omnibus antiquiorem Mendocii Belvaleti monachi Cluniacenſis (qui legatus hic in Anglia aliquando egit) inſcriptum La Garretiere *ſive* Speculum Anglorum, *quem nuper edidit Philippus Boſquierus ſub Titulo* Catechiſmi Ordinis Equitum Periſcelidis Anglicanæ. *Hæc quia omnibus patent, nos declinamus: ſed alia duo quæſita proponemus, quæ à vulgi notitia reductiora ſunt, vel parum clare explicata; quo videlicet tempore Ordo iſte cœperit, & quis occaſio illius inſtituendi fuerit. Ceterum revera, an lectoris gratiam hic mereri poſſim, jam nunc dubito. Hominis diligentis eſt ſtudioſe quærere, felicis invenire.*

E

117 *Quamvis Ordinis hujus prima inſtitutio* Edwardi III *cœptum opuſque fuerit, atque ita merito ab omnibus judicetur; tamen propoſitum & deſtinatio quædam illius inſtituendi* Edwardo *prior & antiquior fuiſſe putatur. Ita tradit auctor quidam Ms. qui ſub Henrico* VIII *vixit, ſcripſitque Commentarium, cui hunc titulum indidit:* Inſtitutio clariſſimi Ordinis militaris à prænobili ſubligaculo nuncupati. *Hic auctor declarat* Richardum I *in bello propoſitum ſacro Ordinis inſtituendi concepiſſe. Nam cum in Terra-ſancta obſidio quædam illi in longum traheretur,* Tandem (*inquit auctor iſte*) illabente per Divi Georgii, ut opinatum eſt, interventum ſpiritu, venit mentem ut quorumdam electorum militum cruribus coriaceam ſubfibulam, qualem ad manus tunc ſolum habebat, indueret; quo futuræ gloriæ memores, ad rem fortiter ac ſtrenue gerendam expergefierent; imitatione Romanorum, apud quos in uſu fuit illa varietas coronarum, quibus variis de cauſis donari ſolebant & inſigniri milites: ut his velut irritamentis excuſſa væcordia, virtus animi fortitudoque pectoris fervidior exurgeret atque exiliret. *A quo veterum teſtimonio vel traditione iſta veniant, ignorare me fateor. Sed quæ de* Edwardo III, *ut Ordinis hujus primo inſtitutore, paſſim referuntur, ea omnium calculis probantur. Ipſa etiam Ordinis ſtatuta Ms. ſub Henrico* VIII *recognita, expreſſis verbis pronuntiant,* Edwardum III, ad honorem Omnipotentis Dei, & Beatæ atque Immaculatæ Virginis Mariæ, atque Beati Martyris Sancti Georgii, vere nobiliſſimi Angliæ regni Præſidis & Patroni, Sanctique Edwardi Regis & Confeſſoris, atq; ad ſanctæ Catholicæ fidei exaltationem ordinaſſe, ſtabiliviſſe, inſtituiſſe, atque fundaſſe, Ordinem &c.

forte Richardo I deſignatus.

F

ab Eduardo III inſtituitur.

118 *Ratio temporis & anni, quo iſtud aggreſſus eſt* Edwardus

A

causam varii variam afferunt:

Edwardus III; *cauſæque, quæ eam ad hoc impulerint, non ita perſpicuæ ſunt. Aliqui tradunt id factum poſt bella feliciter contra Gallos geſta, circa annum Domini* MCCCL, *qui eſt* XXIV Edwardi III; *&* Garterium *ſive* Periſcelidem *in teſſeram Ordinis receptam, quia in prælio, quod tunc Anglis gloriæ & victoriæ plenum fuit, ſignum pugnæ vox* Garterium *fuerat: eoque impenſius auctores iſti huic ſententiæ favent, quia iſto tempore, anno videlicet Domini* MCCCXLIX, *cum ad Caletum pugnatum eſt, Walſinghamio referente, legunt, Regem ipſum ſtricto gladio & elata voce S. Edwardum atque una S. Georgium ad vota vocaſſe. Alii aliam occaſionem huic Ordini initium dediſſe tradunt; Ioannæ videlicet Cantii & Saliſburiæ Comitiſſæ periſcelidem, quam ſolutam & à tibia ejus delapſam, dum choreas ducit, à terra ſuſtuliſſe Regem, & quo erat in Comitiſſam amore ſuæ ipſius tibiæ aptaviſſe dicunt; cumque ſive Regina, zelotopia tacta, paulo indignius id ferret; ſive aulicorum quidam ioco in principem luderent, in quo amor plus quam Majeſtas valuiſſet; illum palam præfatum fore brevi ut ampliſſimus foret periſcelidis honor, proverbiale illud effatum Francicum in æmulos intorſiſſe,* Hony ſoit, qui mal penſe; *quod Latine diceretur* Opprobrium ei qui ſuſpicatur male: *quæ vox poſtea Regio ſcuto & Equitum Garterianorum teſſeris perpetuo adhæſit. Eamdem alii hiſtoriam narrant ſine variatione, niſi quod quidam Reginæ, non Comitiſſæ, periſcelidem fuiſſe volunt. Cambdenus, cum breviter varias de inſtitutionis occaſione opiniones recenſuiſſet, ad amores regios potius quam ad aliud quidpiam factum referre maluit, Polydorus quoque Virgilius in eamdem propendet ſententiam.*

119 *Quantum vero ad inſtitutionis tempus ſpectat, jam diximus, viſum quibuſdam fuiſſe, ad Chriſti annum* MCCCL *inſtitutionem Ordinis hujus referri debere, cum jam Edwardus Gallicanis triumphis inclaruiſſet. Nobis magis probatur in hac quæſtione Froiſſardus, ſcriptor Gallicus, qui indubitanter Ordinis Garteriani inſtitutionem apud Caſtrum Windeſoriam Chriſti anno* MCCCXLIV, *Edwardi vero* XVIII *aſſignat. Nam quamvis Froiſſardus circa numerum Militum ad Ordinem primo allectorum erret (quadragenarium enim ille, ſeu operis ejus exemplaria, habent) non tamen propterea ambigendum putamus, quin de inſtitutionis tempore tutius ei credatur. Poterat Militum numerus, alius quam qui re vera eſſet, Froiſſardo tradi; vel Froiſſardo recte ſemel traditus, corrumpi amanuenſium ignorantia in exemplaribus, cum in numeris ponendis facillimus ſit error. Sed quod verum inſtitutionis tempus illum fugerit, qui ea ætate vixit qua geſta res eſt, & de qua non dubia fama erat (ut eſſe potuit de Militum nnmero) id parum credibile eſt. Atque eo lubentius in temporum computationem à Froiſſardo traditam concedimus, quod ſcriptores noſtri domeſtici ad eumdem annum* MCCCXLIV, *factum quoddam Edwardi Regis commemorant, quod Ordinis Garteriani inſtitutioni convenientiſſimum fuerit, imo quod ipſa Ordinis inſtitutio videri poſſit. Scribunt enim illo anno à Rege magnum & ſolennem Equitum panegyrim apud Windeſoriam caſtrum indictam, ad Rotundæ Menſæ (ut apellant) erectionem ſeu dedicationem. Tanta vero Edwardiani hujus cœpti celebritas fuit, ut veritus* Rex Franciæ *ne hac provocatione ex aliis orbis Chriſtiani partibus quamplurimi Milites, gloriæ & armorum ſtudio, ad hoſtem confluerent; condixerit etiam ipſe celebrem armatæ gentis conventum, quo ad ſe etiam ex peregrinis partibus aliquem Militiæ florem traduceret. Atque hæc, ut mihi videtur, Ordinis Garteriani primordia fuerunt. Cum enim Windeſoriæ inſtauraretur priſca & fere fabuloſa Militiæ imago, in mentem Edwardo Regi venit comminiſci aliquid, quod veræ & Chriſtianæ gloriæ plenum eſſet. Itaque eodem anno ludicræ militiæ, quæ in Arthuri nominatiſſimi Regis memoriam celebrabatur, ſucceſſit Equeſtris hujus Ordinis inſtitutio: in quo vere nobilem & religioſam Militiam profitebantur viri, ex natalium claritudine & rebus in bello fortiter geſtis inſignes; & quo perennitas quædam novo inſtituto acquireretur, dies S. Georgii (ut ex eodem Froiſſar-*

factum id ann. 1344

poſt profanum Menſæ Rotundæ conventū.

B

C

do patet) deſtinatur, quo, illo & ſequentibus annis, in perpetuum convenirent Equites Garteriani, Ordinis ſui feſtum celebraturi. Hos fuiſſe Ordinis Garteriani veros natales ego prorſus arbitror: nec tamen penitus rejicienda puto quæ alii de periſcelide ſive Reginæ ſive Comitiſſæ Saliſburienſis tradiderunt. Quid enim prohibet Garterium ſeu periſcelidem, occaſione quam iſti produnt, in denominationem & teſſeram tranſiiſſe Ordinis; ipſum vero Ordinem ex Rotunda Menſa, quaſi ex ſuo quodam Seminario ſeu exemplari, præcipue natum? Maximus certe illo ſeculo fuit Rotundæ ſive Orbicularis Menſæ uſus, ad Militum excitanda ſtudia. Nam ad illam conveniebat quicquid eſſet in Martia pube generoſum, & quicquid in feminis præclaræ formæ. Hinc Chaucerus, dum ſui Militis excellentias quaſdam prædicat, de illo hæc canit Latine redditus:

Sæpe alios pugnans certamine vicerat, atque
Sæpe etiam primo conviva reſederat Orbe.

Hactenus auctor iſte: qui etiam notat Windeſorienſis caſtri capellam Regiam, cum inſtitueretur Ordo, in honorem & nomen S. Georgii tranſiviſſe.

120 *Aſcanius Tamburinus de Marradio, Ordinis Vallumbroſani Abbas, in ſuo utiliſſimo opere de Iure Abbatum tom. 2 diſp. 14 qu. 5 dicit, quod* Ordo equitum S. Georgii de Alfama initium ſumpſit, ſub Regula S. Benedicti & Conſtitutionibus Ciſtercienſibus, anno Domini MCCI, à Petro II Aragoniæ Rege, apud Alfaniam arcem, in littore maris Balearici, in Principatu Calatravæ. Hiſtorici hunc Ordinem, utpote non approbatum nec confirmatum, non diſtinguunt ab Ordine Equitum Monteſiæ, cui anno MCCCLXIX per Benedictum XIII, quem tota Hiſpania tamquam legitimum Pontificem colebat, unitus & tamquam unus & idem cum ipſo approbatus eſt. *Idem quæſt. 9 num. 39,* S. Georgii apud Genuenſes Equitum Ordo, quo inſigniuntur honorarii illius Reipublicæ cives benemeriti; floret in prædicta Republica, illiuſque Equites teſſera, quæ eſt Crux plana rubei coloris, condecorantur. *Et num. 41* Paulus III alium Ordinem S. Georgii erexit, cujus Equites, Cruce aurea & corona in circulo aureo inſignitos, ad littora Adriatici ſinus cuſtodienda deſtinavit. *Hæc vir iſte eruditus, & peculiari ſtudio circa equeſtrium Ordinum origines hiſtoriaſque verſatus: apud quem anno* MDCLXI *invenimus prælo paratum inſigne duorum grandium voluminum opus, in quo vivis coloribus expreſſi cernebantur ſingulorum Ordinum Equites in ſuo habitu, documentis & imaginibus undique conquiſitis; ſolum reſtabat inveniendus qui neceſſarios tot laminis ſculpendis ſumptus in ſe ſuſciperet.*

Alii Ordines S. Georgii,

E

F

121 *Quod attinet ad Magnum Conſtantinum, jam ſupra diximus, hunc non niſi per meram fictionem jactari auctorem Militiæ ſacræ, qualem jam dicti Ordines profitentur; quin imo judicamus, ante occupatam à Latinis Conſtantinopolim, nullam apud Græcos extitiſſe ſimilitudinem ejuſmodi inſtitutionis. Non autem omnino negaverim poſt Latinorum ejectionem, ſuccedentes iis Imperatores Græcos aliquid tale imitatos: qui tamen, ne vel in hoc primas cedere viderentur Latinis, maluerint Georgianæ ejuſdemque Conſtantinianæ militiæ non tam inſtitutores quam reſtaurgtores videri. Talibus forte ceremoniis initiatus fuerit Hierax ille, Ioannis Cantacuzeni amicus, non una vice perfidus, quem diximus diluendæ ſuſpicionis de ſe conceptæ cauſa, tamquam rem ſacerrimam & fidei ſuæ certiſſimum pignus obtuliſſe Imperatori, quam geſtabat S. Georgii imaginem, utique eo modo quo eam geſtare è collo ſolent Equites Garteriani. In hanc etiam partem trahi poteſt quod idem Cantacuzenus ſcribit, quod poſt ſuæ coronationis ſolennia, Theſſalonicæ ivit ad Ædem S. Georgii Palæocaſtritæ, ita (ut opinamur) dicti, quia in veteri caſtro urbis ædificata erat, ibique* Τίσι, ὅτε ἡ Λαϊνικὴς ἐξέλιπε, τὴν Καβαλαρίων παρεῖχε πομπήν,

Poſt Latinos CP. pulſos,

inſtituitur eorum imitatione Ordo,

AX VARIIS D. P. τιμὴν πάντα ἐπ' αὐτοῖς εἰθισμένα περάτων, quibuſdam ex Latina militia Cavalariorum, *id eſt, Equitum*, contulit dignitatem, cuncta faciendo, quæ pro talibus conſueta ſunt. *Sed hoc, ſi facit ad argumentum præſens (non enim quotquot creantur Equites, ad aliquem particularem Equitum Ordinem ſpectant; neque de aliis hic quam Latinis eſt ſermo, cum quibus aſſuetos ipſis ritus uſurparit Imperator) ſi tamen hoc ad rem facit aliquid, profecto probat manifeſte, rem una cum nomine à Francis accepiſſe Græcos, Καβαλαρίους vocando, quos Franci* Cavaliers *dicunt.*

initiis Conſtantino M. affictis, 122 *Vt ut ſit, fuit ultimis Conſtantinopolitani Imperii temporibus aliquis in Oriente Ordo Equitum, à S. Baſilio habentium inſtituta ſeu Regulam, à S. Georgio tutelam & patrocinium, pro inſigni autem crucem rubram, in qua aureis litteris hæc verba Latine aut Græce ducuntur* EN TOTTΩ NIKA, IN HOC VINCE, *quemadmodum teſtatur Anglus auctor ſupra laudatus, additque:* Vendicat ſibi Comnenorum familia Imperatoria ſupremam hujus Ordinis prefecturam, ita ut ſola ipſa ejuſmodi Cavalieros (ſic enim apellant) eligere & electos regere poſſit; id autem facere ſe ait ex privilegio ſignato per Michaelem Palæologum Græcorum poſt amiſſam Conſtantinopolim Imperatorem, ab anno MCCLX ad
B MCCLXXXIII, & facto in favorem Michaelis-Angeli & Andreæ fratrum Comnenorum ac liberorum ab ipſis procreandorum. *A Michaele-Angelo, Iſaacii-Angeli ſub annum* MCLXXXV *Conſtantinopolitani Imperatoris herede, genus ſuum ducens hoc noſtro ævo Don Ioannes Andreas Angelus Flavius, ſuum iſtud privilegium per manum & ſignaturam Notarii Apoſtolici recapitulari & in acta referri petiit Romæ anno* MDCX, *Venetiis vivens, & Imperii Conſtantinopolitani coronam, velut natalium jure ſibi debitam, uſurpans. Litteræ autem deſuper Roma obtentæ multam & venerandam titulorum majeſtatem, tum Ordini ipſi tum ejus Præfecto tribuunt per verba, quæ ex Italico Latine reddita ſic ſonant:* Senior Don Joannes Andreas Angelus Flavius, Princeps Macedoniæ & Moldaviæ, Dux & Comes Drivaſtenſis & Dyrrachienſis, magnus ſupremus & Magiſter militiæ ſeu Religionis Aureatæ Angelicæ Conſtantinianæ, inſtitutæ per apparitionem divinam factam Conſtantino Magno ſub Regula S. Baſilii & invocatione S. Georgii Martyris, qui fuit Capitaneus ſub Conſtantio, patre Conſtantini Magni prænominati: poſtea autem ab Heraclio Conſtantinopolitano Imperatore Græco, eo tempore quo victoriam retulit de Choſroë Perſarum Rege, amplificatæ & dilatatæ. *Sequebantur privilegia, in favorem Equitum ad eam militiam receptorum recipiendorumve, conceſſa ab Hiſpaniæ Regibus & Italiæ Principibus variis, qui iſtud Comnenorum jus ab antiquiſſimis temporibus deductum maluerunt indiſcuſſum recipere, quam ad probationes exigere: atque ita excuſa ſunt Romæ omnia anno prænotato.*

ab judicata Io. Georgio Cephalonio. 123 *Inter alia quæ prædicto libello continentur, invenitur ſententia magni illius Iuriſconſulti Proſperi Farrinacei (cujus multæ Deciſiones poſtea in lucem prodierunt) tunc ſub Camillo Burgheſio Cameræ Apoſtolicæ Auditore Vicarii in criminalibus, lata in Ioannem Georgium de Cephalonia, qui ſe falſo jactaverat hujus juris heredem contra Petrum-Angelum, Ioannis-Andreæ Angeli patrem, Quæ ſententia cum à Ferrinacio pronuntiata eſſet anno Domini* MDXCI, *poſtmodum anno* MDXCIV *per Pompeium Mollelam, Franciſci Aldobrandini à Clemente* VIII *ad hanc quæſtionem ſpecialiter deputati Vicarium, confirmata eſt. Fuit autem gravis admodum ſententia, ut ſcilicet damnaretur dictus Cephalonius exilio perpetuo, nec umquam ei liceret accedere propius ad Pontificias ditiones, ſed reliquam omnem vitam in triremibus ageret. Neque lata tantum, ſed & perlata executionique data ſententia eſt; manſitque in triremibus miſer Cephalonius uſque ad annum* MDXCVII: *tunc enim grandioris ætatis reverentia exolutus ſupplicio eſt; ea tamen lege, ut capitali ſupplicio obnoxius foret, ſi umquam alias præſumeret creare Equites.* D

CAPUT XI.

S. Georgii Patrocinium & ſpecialis cultus in Anglia.

Regnorum variorum Patronus Georgius, 124 *NOn tantum templa & oppida toto occidente plurima in S. Georgii nomen & patrocinium conceſſere, quædam etiam vetuſtiori appellatione depoſita; ſed etiam provinciæ & regna integra ipſum ut Patronum ſpeciali officii Duplicis ritu cum Octava colunt, puta Melitenſis inſula, Genuenſis Reſpublica, Barcinonenſis Comitatus, Regna Valentiæ, Arragoniæ, Angliæ. Et de omnibus quidem illis longum eſſet diſſerere, fortaſſis etiam documentis deficientibus difficilius definire, quibus modis & gradibus ſingula proceſſerint, ad augendum apud ſe ſancti hujus Martyris cultum. Aſt de Anglia cum ſit ad manum magno ſtudio digeſta Diſſertatio, unde jam bis notabilem partem accepimus, nefas puto non ea quoque huc transferre, quæ ibi accuratiſſime digeſta invento; idque eo magis congruum eſſe æquitati exiſtimo, ut vel ſic S. Georgio quadamtenus reſtituatur honor, per ſchiſmata & hareſes jam pene extinctus, aut in profanam omnino cerimoniam converſus. Neque enim extingui omnino potuit, niſi pariter extingueretur Ordinis Garteriani* E *ſplendor, quo tamen ita ſe jactat Anglia, ut non ignobilis ſub regno Eliſabetæ Poëta apud Cambdenum in Atrebatiis, Tamæ & Iſidis connubia celebrans heroico verſu, natum ex his Tameſim inducat ſic immodeſte gloriantem.*

ſed ſpecialiter Anglia,

Aërias males, gradibus ſurgentia templa, ...
Et quæcumque refers, nunc, Windeſora, referre
Deſine: Cappadocis quamquam ſis clara Georgî
Militia, Procerumque cohors chlamydata, nitenti
Cincta Periſcelidi ſuras, te lumine tanto
Illuſtret, tantis radiis perſtringat & orbem,
Ut jam Phryxæum ſpernat Burgundia vellus,
Contemnat cochleis variatos Gallia torques,
Et Cruce conſpicuas pallas, Rhodus, Alcala & Elba.

Protector appellatus 125 *Porro in S. Georgii per Angliam Patronatu, ad ſuam originem qua licet adducendo, & ſaltem probanda cultus celebrioris antiquitate, auctor noſter elegit incipere à poſterioris ævi teſtimoniis, inde ad altiora & antiquiora aſcenſurus, per teſtes, ubi liceret; per veroſimiliores conjecturas, ubi aliter non poſſet: atque ita incipit. Richardus Scropus Archiepiſcopus Eboracenſis in Mss. articulis ſeu accuſationum Capitulis, quæ Henrico* IV *intentavit, S. Georgium apellat* Martyrem & Militem, Regni Angliæ ſpecialem Protectorem, Defenſorem, atque Advocatum. *Eodem modo, ſed aliquot ante iſta annis, ſub ultimis Edwardi* III *temporibus, hoc eſt anno regni ejus* XLIV *in Mss. Conſtitutionibus, quas Gilda ſeu Soldalitium quoddam, in vico ad Occidentalem partem urbis Ciceſtrenſis erectum, ſibi fecerant,* S. Georgius Anglorum Protector & Patronus dicitur. *Proloquium quod dictis Conſtitutionibus præmittitur ita habet:* In anno Domini MCCCLXVIII indictione VIII, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Urbani Divina providentia Papæ V anno XVII, menſis Auguſti die XXIV, ad honorem ſanctæ Trinitatis, ſuique glorioſi Martyris Georgii, Anglorum Protectoris & Patroni; quidam de Weſtrata Ciceſtriæ, devoti ad ipſum Sanctum, ſumma devotione excitati, imaginem ipſius in eccleſia Ciceſtriæ honorifice erexerunt, fraternitatem quamdam inter eoſdem ſtatuentes &c. *Ceterum candide profiteri debeo, non poſſe me exacte atque definite deſignare, quo primum tempore apud nos decreto gentis, Eccleſiæ, vel Principis, quaſi publico quodam patriæ ſuffragio, peculiaris veneratio & cultus S. Georgio, ut Anglorum Patrono, delatus ſit; niſi forte velim tabulas & teſtes lectori obtrudere, quos ipſe non probem. Auſim tamen conſtanter dicere, quæ Scropus & quæ Ciceſtrenſes cives hic pronuntiant, non inicia quadam cultus, ſed profeſſiones eſſe priſcæ veneration-*

idque à tempore vetuſtiori:

A *venerationis & avitæ pietatis, qua jam dudum noſtrates S. Georgium, ut gentis Patronum, proſequebantur. Nam quod Scropo, quod Ciceſtrenſibus (hominibus ſcilicet privatis) S. Georgius regni Anglicani Patronus, Protector, Defenſor, & Advocatus dicitur, id patriæ ſenſus fuit, non ipſorum nunc primum decretum. Erat ergo ante Henrici* V, *ante etiam* Edwardi III *tempora, S. Georgius Tutelaris Angliæ Præſes: atque ad hanc ſententiam fulciendam alia aliis locis ſubſidia forte adducemus.*

126 *Hic, ſi conjecturæ locus ſit (& quid ni ſit, ubi aliæ non ſuppetunt probationes?) ego putaverim S. Georgium, circa illa tempora in Patronum Anglis adſcitum, cum bellum Sacrum in Oriente Latini contra Sarracenos gererent, & Angli illuc frequentes confluerent, ſive belli ſive religioſæ peregrinationis cauſa: jam enim ferro fecerant ſibi viam Latini ad loca Sancta, in quibus & illa erant, ubi S. Georgius conditus jam olim à Martyrii ſui primis temporibus religioſe colebatur. Supra ex Cotovicio notavimus Lyddenſe S. Georgii templum à Richardo Anglia Rege inſtauratum. Ex hoc Richardi facto quid docemur? Eum Principem fuiſſe S. Georgii cultorem? Id quidem per ſe patet; ſed non patet ex Regibus noſtris hunc primum fuiſſe, qui S. Georgii honoribus & cultui faverit. An vero forte hinc docemur, S. Georgium Patronum noſtræ gentis etiam ſub Richardo* I *fuiſſe? Sane non fuerit illa niſi ſobria præſumptio: ſed tu forte mihi non concedes. Nec ego tibi aliud vicißim concedam, quod ſcilicet hoc Richardi Regis factum primum fuerit ſingularis noſtratium in S. Georgium pietatis principium; ut nec item conceſſero illud aliud, quod propius ad quæſtionem hanc ſpectat, ante* Edwardi III *tempora Angliam ſub S. Georgii auſpiciis non fuiſſe; quia ſcilicet Rex ille Magnus & multarum victoriarum, honores eximios S. Georgio vovit & decrevit, dixitque eum alicubi patriæ Præſidem.*

ſeu ſeculo 12

B

127 *Paucis accipe ſententiam noſtram.* 1. *Bonis teſtibus affirmamus, ante Angliam per Normannos triumphatam, hæc eſt ſub Anglo-Saxonibus, S. Georgium in magna veneratione & celebri cultu apud nos fuiſſe.* II *Fortiter ſuſpicamur, eumdem inter imperii Normannici principia (quæ eadem ſunt cum belli Sacri temporibus) adſcitum ſolenniter in patriæ Tutelarem Divum.* III *Clare nobis conſtat, ſub* Edwardo III *vulgatißime eum agnitum pro patriæ Patrono (neque id novum tunc erat) atque inſuper pro Nobilißimi Ordinis, qui tunc cœpit, Præſide. Tres iſtæ poſitiones paßim notæ, & (ut vel teſtimonia vel bonæ conjecturæ occurrunt) probatæ ſunt vel probabuntur. Ad primum quod attinet, eſt apud nos vetuſtißimum Martyrologium, quod Angliæ noſtræ proprium ac gentile fuit. Id lingua Saxonica ſeu veteri Anglica conceptum, necdum typis ſubjectum, ſed Manuſcriptum ſervatur in Bibliotheca Collegii* S. *Benedicti Cantabrigiæ. Idioma ipſum atque inſuper ſcriptura ſeu characterum forma, ante ſexcentos annos, hoc eſt circa Sancti Dunſtani tempora & ante nos à Normannis devictus, exaratum innuunt. Martyrologium hoc (ſi illud dempſeris quod vernacula lingua ſit conſcriptum) cetera cum aliis Martyrologiis convenit, legeſque ſervat quas communiter Martyrologiorum Auctores ſibi proponunt: uno tantum die,* XXIII *ſcilicet Aprilis, qui Divo Georgio Sacer eſt, tamquam ſingulari gaudio exultans (quod nec Græca Martyrologia, nec Latina facinnt, nec ipſum hoc alibi Anglo-Saxonicum) totum iſtum diem* S. *Georgio donat, omißis omnibus aliis qui in iſtum diem cum* S. *Georgio coincidunt. Ita etiam prolixe idem Martyrologium ſe in* S. *Georgii hiſtoriam & laudes, præter Martyrologiorum leges, effundit; ut juſtæ fere vitæ auctor videatur. Deinde ex Arculphi libro (ita enim Adamnani opus, quod ille Arculpho tradente & narrante ſcripſit, hic apellatur) teſtimonium producitur miraculorum, quæ* S. *Georgius plurima patraverat.*

ſimo etiam ante Normannicum imperium,

ut colligitur ex Martyrologio,

C

128 *Quid hoc novum in opere Martyrologico, ut aliis prætermißis Sanctis, uni totus dies detur? niſi quod ille unus genti illi, cui hoc Martyrologium parabatur, omnibus vel ſaltem pleriſque aliis Sanctis carior eſſet & venerabilior?* EX VARIIS D.P. *Ultra non pertendo, tantum addo, extare apud nos ejuſdem temporis Poëmata Anglo Saxonica, de præcipuis quibuſque & nobilioribus in hoc regno Sanctis ſcripta, & eorum Vitas rythmo vernaculo adſtringentia: in quibus prolixum unum de* S. *Georgio. Addo etiam Alfricum, ante annos circiter mille Cantuarienſem Archiepiſcopum, in feſta aliquot Sanctorum reliquiſſe homilias Anglo-Saxonicas, quæ adhuc extant in Mss. earumque una totam* S. *Georgii legendam contineri, rejectis tamen fabuloſis & ſupra fidem portentoſis ſuppliciis atque miraculis. Hactenus Auctor noſter: cujus deductionem, uſque ad prima Anglo-Saxonici dominatus principia, putamus attolli poſſe per Venerabilem Bedam, qui eodem modo quo Chriſti & Apoſtolorum feſta, feſtum quoque* S. *Georgii ſimpliciſſime indicavit in ſuo genuino Martyrologio, quod apud nos extat ante tomum* 2 *Martii, his verbis,* IX kal. Maii natale S. Georgii Martyris. *Sed & ſub nomine Bedæ antiquus actor in opuſculo, quod recentiſſime in tom.* X *ſpicilegii Acheriani inveniatur excuſum, ſingula ſingulorum menſium feſta ſolenni proprioque Officio in Clero ac populo Anglicano recolenda enumerans, poſt expleta ſex heroicis verſibus quinque feſta Martii ſcilicet Gregorii Magni, tamquam Anglorum Apoſtoli, Patricii, Cuthberti, Benedicti ut patris monachorum & Conceptionis Dominicæ; menſis Aprilis feſta ſic exorditur enumerare*

& aliis Mss. Anglo-Saxonicis.

atque imprimis ex Beda.

E

Atque Georgius hinc evectus ad aſtra volavit,
Carnifices nonis Maio vincente kalendis.

ſequuntur Egbertus, Wulfridus, Letania Major, Dedicatio templi cui miniſtrabat auctor, & Wilfridus II; *quæ omnia nationi iſti ſunt propria & ſolenniora feſta, ut nihil certius eſſe poßit, quam quod jam tunc ſolennißimum Angliæ fuerit feſtum S. Georgii. His ex occaſione interjectis ad Auctorem noſtrum redeo; qui ex prædictis colligi jubet, non fuiſſe primos Normannos, qui redacta in ſuam poteſtatem Anglia præclaram de* S. *Georgio opinionem huc ex Neuſtria ſua attulerint, & per Angliam ſparſerint; ſed partim hic inſignem religionem & celebrem erga* S. *Georgium cultum comperiſſe, partim ex Oriente (ut ſuſpicamur) cum Reliquiis forte quibuſdam ejus Sancti delatum auxiſſe: conſtat enim armorum aliquid, quod* S. *Georgii fuerat, in Capella Windeſorienſis ſacris armariis reconditum, quod ibi in publicis proceſſionibus uſque ad Henrici* VIII *tempora circumferri moris erat.*

F

129 *Ceterum ſub Anglo-Normannico Imperio, cum florentißimus Ordo aureæ Periſcelidis ſub Divi Georgii auſpiciis cœpiſſet; creſcente in ipſum Sanctum cultu, crevere etiam honores feſto ſeu diei ei ſacro, rogatis atque etiam perlatis ea de re Legibus. Nam cum antiquitus feſtum* S. *Georgii in iſtis tantum feriis fuiſſet, quæ Duplicia Minora vulgo dicebantur; in convocatione quadam Cleri (ita enim nos Eccleſiaſticam Synodum vocamus) quæ anno primo Henrici* IV *ſub Arundelio Cantuarienſi Archiepiſcopo convenit, propoſitum petitumque fuit,* quod feſtum S. Georgii Martyris, qui totius Militiæ Anglicanæ ſpecialis eſt Patronus, & penes quam in actibus armorum præ ceteris Sanctis habetur devotius & confidentius memoria, inſtituatur per totam Angliam feſtive ac ſolenniter feriandum & colendum, ſicut ceteræ nationes ſuorum Patronorum feſta colunt. *Ita Archiepiſcopi iſtius Regiſtrum Ms. parte* 1 *fol.* 53. *Sed iſta in ſimplicis propoſitionis ſive petitionis conditione tunc remanſere, neque enim effectum ulteriorem conſecuta ſunt. Nam cum* Ioannes Maidenbetbus, *nomine totius Cleri Provinciæ Cantuarienſis, Arundelio reliquiſque Epiſcopis propoſitionem prædictam de feſto* S. *Georgii permixtam multis aliis propoſitionibus (quæ difficiliores*

Vt feſtum ejus agatur ſolemnius,

EX VARIIS D. P. *liores forte & minus grata erant) in unum libellum ſupplicem conjeciſſet; factum eſt, ut repulſis illis quæ diſplicuerant, etiam illa de S. Georgii feſto non proceſſerit, quaſi pœnam malæ ſocietatis lueret. Verum paulo poſt, inſtante & negotium promovente Henrico* V, *qui expeditionem tunc in Gallias parabat, in convocatione, quam clerus Provinciæ Cantuarienſis menſe Novembri anni Domini* MCCCCXV *tenuit, conditus eſt Canon, ut dies S. Georgii eſſet* feſtum duplex, ad modum feſti duplicis Majoris.

poſtulatur an. 1415

130 *Nec moramur quod Thomas Walſinghamus hunc Canonem ſeu conſtitutionem ad annum Domini* MCCCCXIII, *qui Henrici* V *primus eſt, referat, in ejus anni geſtis iſta ponens*: Eo tempore decretum fuit per Cleri Concilium, Londoniis apud S. Paulum celebratum, ad inſtantiam maxime Regis (*Henricum* V *intelligit*) ut feſtivitas S. Georgii Martyris ut duplex feſtum de cetero celebretur. *Nos, reliqua in Walſinghamo probantes, temporum tantum ſupputationem, quam ille ponit, non admittimus; ſed magis ad Gulielmum Lindwod provocamus, qui expreſſe pronuntiat*: Hæc Conſtitutio fuit Henrici Chichele Archiepiſcopi Cantuarienſis moderni, qui hanc conſtitutionem ſpecialiter edidit, ad excitationem regis Henrici Angliæ Quinti, in partes Normanniæ tranſituri. *Chichelæus autem anno primo*

anno 1413.

B *Henrici* V *nondum ad Cathedram Cantuarienſem aſcenderat. Ipſum denique Regiſtrum Ms. Convocationis prædictæ pro nobis evidentiſſime ſtat, ubi litteræ Archiepiſcopi datæ ad Epiſcopum Londinenſem (ut in ejuſmodi rebus moris erat) de feſto ad novæ legis ſeu Canonis præſcriptum obſervando, menſe Ianuario annoque Domini* MCCCCXV, *qui Henrici* V *tertius eſt, ſcribuntur & conſignantur. Ipſa vero litteræ ita habent*:

& ab Archiepiſcopo decernitur,

131 Ineffabilis eſt inperſcrutabilis potentiæ Dominus, cujus altitudo prudentiæ nullis incluſa limitibus, nullis terminis comprehenſa, recti cenſura judicii cæleſtia pariter & terrena gubernat; etſi cunctos ejus miniſtros magnificet, altis decoret honoribus, & cæleſtis efficiat beatitudinis poſſeſſores; nonnullos tamen, apud diverſarum Chriſtianiſmi regionum incolas, laudis & præmiorum uberiori retributione proſequitur, quos ipſarum regionum habitatoribus Patronos & interceſſores ſpeciales diſpoſuit; ut ſic ipſos merito collaudet ingentior devotio populi, ſub tanti Patrocinii & interceſſionis præſidio per Dei clementiam aſſidue ſtabilita. Hujus itaque diſpoſitionis, ex clementiſſima & benigniſſima Dei Salvatoris miſericordia procedentis, conſideratione, nationis Anglicanæ plebs fidelis, etſi

C Deum in Sanctis ſuis omnibus laudare ex debito teneatur, ipſum tamen (ut orbis effatus, ipſaque gratiæ deſuper conceſſæ experientia, rerum cunctarum interpres optima, atteſtantur) in ſuo Martyre glorioſiſſimo B. Georgio, tamquam Patrono & Protectore dictæ nationis ſpeciali, humanis tenetur attollere vocibus, laudibus perſonare præcipuis, & ſpecialibus honoribus venerari. Hujus namque, ut indubitanter credimus, interventu, nedum gentis Angligenæ armata militia, contra incurſus hoſtiles bellorum tempore, tuta reperitur; ſed & Cleri pugna militaris, in ſacræ pacis otio, ſub tanti Patroni ſuffragio celebriter roboratur. Hinc eſt quod nos, qui Dei laudem in Sanctis ſuis, in quibus glorioſus exiſtit, in noſtra provincia cupimus ampliari; Regis & Regni incolarum ad hoc hortatibus excitati, Confratrumque noſtrorum & Cleri Provinciæ noſtræ ducti conſiliis, quinimo & noſtri Provincialis Concilii robore ac decreto ſuffulti; antiquorum Patrum pium erga Sanctos Dei devotionis affectum proſequentes, feſtum B. Georgii Martyris, ſub Officio duplici & ad modum Majoris duplicis feſti, tam per Clerum quam per populum dictæ provinciæ, per univerſas eccleſias ejuſdem, de expreſſo conſenſu noſtrorum Fratrum Cleri antedicti, volumus, ſtatuimus, & præcipimus annis ſingulis, perpetuis futuris temporibus, ſolenniter celebrari; & in ipſo feſto ab omni ſervili opere, per omnes civitates & loca ipſius Provinciæ, ſicut & prout in feſto Natalis Domini, præcipimus feriari; quo magis in ipſo feſto plebs fidelis ad eccleſias conveniant, Deum laudent, & ipſius Sancti & omnium Beatorum patrocinia devotius implorent, & pro Rege ac Regni ſalute inſtent frequentius & exorent. D

132 *Ante iſtos honores S. Georgii feſto decretos, exſtabat apud nos canon ſeu ſanctio eccleſiaſtica, ſub Archiepiſcopo Iſlepio anno Edwardi Tertii* XXVII *de feriis lata, in qua dies feriati, ſeu quibus ab opere ſervili ceſſaretur, admodum pauci notabantur; ita ut illorum temporum pietas cum noſtris temporibus (ubi magna feriarum diminutio facta eſt) pene certare poſſit. Nam niſi quod tunc jubebatur, ut ſuarum quique eccleſiarum dedicationes & feſta Patronorum, qui eiſdem eccleſiis ſingulares erant, celebrarent (quod nunc etiam paſſim, convivandi & bacchandi ſtudio, ſervatur) ſufficiebant noſtratibus feriæ, quas per Orbem Latinum univerſa indixerat Eccleſia. Ceterum Lindwodo, in noſtræ Angliæ Ius Eccleſiaſticum commentanti, ubi Iſlepiana hæc iſti occurriſſet Sanctio, bene ille memor poſterioris legis ſub Chichelio latæ, ad Iſlepianam iſtam annotavit*: Excipe feſtum E Sancti Georgii. *Itaque in aliis feſtis, quæ poſt Iſlepiana tempora in Kalendarium eccleſiæ Anglicanæ primum receptæ ſunt; vel, cum ibi jam eſſent, auguſtiora tamen novis Decretis facta; liberum manſit plebi, ut quotidianis ſuis rebus & operibus intenderet: uno tantum S. Georgii feſtino die id non licuit. Sed quantumvis inſtarent Reges, populus peteret, ac tandem decretum Eccleſiaſticum prodiiſſet, illud tantum obtineri potuit, quod diximus, ut in feſto S. Georgii feriæ eſſent, & ab opere ceſſatio; non autem ut in Kalendario & officio Eccleſiaſtico creſceret ad dignitatem duplicis Majoris, imo nec Minoris; ſed in inferiorum tantum duplicium (qui tertius eſt feſtorum gradus) claſſe remanſit.*

eſtque etiam feſtum in populo.

133 *In Ordine quidem ſeu Pica (ut nos vocamus) Saliburienſi, feſtum hoc S. Georgii frequenter venit duplicis minoris nomine, ſæpius nomine Duplicis inferioris. Eſt autem Pica iſta (quæ etiam alias Directorium Sacerdotem dicitur) Regulatio quædam Officii Eccleſiaſtici, ſecundum uſum eccleſiæ Saliburienſis, à qua maxima pars Cleri Anglicani exemplar Officii eccleſiaſtici ſumebat; & unde diſcebant Sacerdotes, quæ feſta & quando celebrare deberent, & totam denique ſacrorum rationem. Hanc Picam anno Domini* MDVIII, *circa initium regni Henrici* VIII, *ex concilio Academiæ Cantabrigienſis, Magiſter Clerkus ſeu Clericus, Collegii Regii in eadem Academia Cantor, accurate recognovit & edidit. Sed vulgus Clericorum, ſui moris magis tenax quam hujus Picæ, quæ S. Georgii feſtum duplex Minus aliquoties pronuntiaverat; vel legum, quæ idem feſtum in altiora evexerat; ſatis habuit feriationem obſervare, in Choro vero & Officio eccleſiaſtico feſtum S. Georgii in inferioribus Duplicibus, ut antea, habuit. Id patet ex Tabula quadam de feſtorum diviſione, addita ad calcem Pſalterii ſecundum uſum Sarum ſeu Sariburienſis eccleſiæ: ibi enim in majoribus Duplicibus hæc numerantur: Purificatio Beatæ Virginis, feſtum Corporis Chriſti, feſtum omnium Sanctorum & alia non ita multa (nam Nativitas Domini, Paſcha, & his non abſimilia in gradu ponuntur Duplicium principalium, qui gradus eſt omnium eminentiſſimus) in minoribus Duplicibus ſunt, dies S. Stephani, S. Ioannis, SS. Innocentium, Annuntiatio, ſeptimana Paſchæ & Pentecoſtes, & alia nonnulla: in inferioribus Duplicibus ſunt feſta Sanctorum Andreæ, Thomæ Apoſtoli, Matthæi, Gregorii, Ambroſii, Marci, Auguſtini Anglorum Apoſtoli, Michaelis, & alia plura, inter quæ & feſtum Sancti Georgii recenſetur. Sed vide quaſi pœnitentiam hominis, qui ſibi conſcius, præſcripſiſſe ſe iſtam feſtorum ſeriem, magis ex vulgi conſuetudine quam legum norma, addidit iſtam annotationem*: feſtum S. Georgii ſecundum Conſtitutionem Provincialem

Ritus duplicis majoris in choro non recipitur.

F

eſt

A est majus Duplex : & consulo ut ita observetur, licet hoc non habeat consuetudo. *Unde manifestum fit, honores festo S. Georgii in Synodis decretos, in Chorum tamen non inductos, Cleri vel socordia vel pervicacia.*

134 *Hoc vero nos in patribus nostris magis miraremur, nisi nostris diebus, quibus summi ecclesiæ Antistites maxime laborarunt decentem ordinem & consensum in Sacris introducere, videremus ecclesias quasdam non solum à legibus, sed secum etiam dissentire, cum festa celebrant magno Chori & fori (ut dicitur) discrimine; quasi scilicet Ecclesia Dei modo probaret in suis Clericis, quod damnavit olim in sapientibus seculi, qui de diis suis aliter in templis, aliter in scholis philosophabantur. Cum vero in Anglia duæ sint Provinciæ, in quas totius patriæ divisum est regimen Ecclesiasticum, Cantuariensis videlicet provincia & Eboracensis; de festo S. Georgii, si illud incidisset in Pascha vel in solemniores illas ferias, quæ Paschalem diem vel præcedunt vel consequuntur, quia necessario tunc cedere & suo die abire S. Georgius debebat, uno modo Cantuariensis, alio modo Eboracensis Provincia isti festorum collisioni medebatur. Nam in hoc casu Ordinale Cantuariense festum S. Georgii jubebat differri seu transferri in diem, qui proxime post ferias Paschales vacasset; Eboracense vero Ordinale mandabat præverti idem festum, hoc est celebrari die illo, qui proxime* B *ante ferias prædictas vacasset.*

135 *Henricus* VIII, *cum summam in res ecclesiasticas auctoritatem sibi vindicasset, de festis etiam statuendi potestatem ad suam voluit curam pertinere. Multitudinem itaque feriarum, quibus majores sui opera servilia inhibuerant, ille ad pauciora reduxit: nam in Henriciani Psalterii seu libri Horarii initio, retentis tantum Apostolorum, Beatæ Virginis, Quatuor Evangelistarum, S. Georgii, S. Magdalenæ & aliis Domini festis longe venerabilioribus, cetera resecuit, seu (ut tunc dicebatur) reformavit. Sic quamdiu Henricus præfuit, cum plures alii Sancti ad subsellia rediissent, manst tamen S. Georgio festum suum, & in festo feriatio seu ab opere vacatio per totam Angliam. Sed rerum summa ad Edwardum* VI, *Henrici filium, devoluta, his puerulus, vel potius sub illo Parlamentum, S. Georgii ferias sustulit & pene exstinxit: lata enim est tunc de feriis lex, qua etiam hodie per Angliam obtinet, in qua residuum lolustæ comedit bruchus, & gloriosus Christi Miles S. Georgius de equo (ut aiunt) ad asinos, per istos traductus est. Isti quasi feriatque nec feriationem ab operibus, quam ecclesia Catholica; vel alteram quam Henricus* VIII *ordinavit, ferunt; nec tamen ex alia parte, feriis omnibus rejectis, liberam & Euangelicam suis Protestantibus adiaphoriam permittunt; sed* edicunt *&* mandant. *Quid vero? In alios quidem Divos satis pro imperio, in Divum vero Georgium paulo mitius (vide enim specialem de ejus festo solicitudinem)* Proviso, *inquiunt*, quod Equitibus Garterianis & eorum singulis solenniter servare & quotannis celebrare liceat sui ordinis festum, quod vulgo S. Georgii festum dicitur, die Aprilis XXII, XXIII, vel XXIV, vel alio quocumque tempore vel temporibus, Regiæ Majestati, E ejusque heredibus & successoribus, & ipsis ejusdem honorabilis Ordinis Equitibus, qui vel nunc sunt vel posthac erunt, visum fuerit: non obstante quocumque quod in hujus edicti prioribus partibus positum sit in contrarium.

EX VARIIS D. P.

DE SS. VALLERIO, ET ANATOLIO, PROTOLEONE ET ATHANASIO, MARTYRIBVS APVD GRÆCOS.

D. P.

AN. CCCIII

Hi quatuor simul relati,

& seorsim S. Valerius,

C

SS. Anatolius & Protoleon,

QUatuor hos Martyres, *ex Græcis tabulis desumptos, conjungit Galesinius his verbis:* In Græcia beatorum Martyrum Valerii, Anatolii, Protoleonis, Athanasii & aliorum, qui variis exantlatis concertaminum laboribus, fidei testimonium nece perhibuerunt. *De aliis mox seorsim agemus. Græci in Magnis Menæis de singulis distichon habent, quod de Valerio est ejusmodi.*

Θείαν κεφαλὴν ἦρεν Οὐαλερίῳ
Κακὴ κεφαλὴ δήμιος διὰ ξίφους
Vallerii ense sustulit sacrum caput
Lictor cruentus, pessimum ipsusmet caput.

Eum gladio percussum testantur etiam Menæa Mss. Divionensia, quæ ibidem apud Chifletium nostrum servantur.

2 *Sanctos Anatolium & Protoleontα Tribunos militum conjungunt eadem excusa Menæa additis his versibus:*

Αὐσας Ἀνατόλιος ἐκτομὴ κάρης
Ἑῶον εἶδε φῶς τὸ νοητὸν Κυρίου.
Dum capite plexus occidit Anatolius,
Ipso in occasu lumen auroræ videt.

Aurora scilicet spiritualis illius ac gloriosæ in cælis, prout Græci versus proprietas innuit: in quo lusus est circa nomen Anatolii, *deductum ab* Oriente *Græce* Ἀνατολὴ, *& huic ex adverso respondens verbum* occidendi, *quod etiam ad solem transfertur usitata Metaphora. Alterum distichon correctione aliqua eget, sensumque non inconcinnum habebit, si pro ἀλκέας (quid enim ad rem hic facit herbæ aut floris nomen, ut est ἀλκέα?) substituas ἀλκηείς* robustus, generosus. *Tunc autem ipsum sic interpretaberis.*

Ὁ Χρισομάρτυς τέμνεται Πρωτολέων,
Χρισῷ πεποιθὼς ὥσπερ ἀλκηεὶς λέων.
Protoleo Martyr obtulit ferro caput,
Christum ducem secutus, ut fortis leo.

3 *De S. Athanasio Mago à S. Georgio ad fidem converso ista habentur:* *& S. Athanasius:*

Ἀθανάσιος τὴν ἐκτομὴν τῆς κάρης
Ψυχῆς νοσούσης εὗρε φάρμακον νέον.
Abscissionem capitis Athanasius ferens,
Languentis animæ pharmacum invenit novum.

Quomodo cum hoc Athanasio mago commissus S. Georgius fuerit, nec modo non victus illius veneficiis, sed etiam de eo ad Christum per ingens miraculum converso victor extiterit, non invenitur quidem in Codice Veneto, unde Acta Pasicrati imputata desumpsit Lipomanus: sed legitur in aliis omnibus Græcis Latinisque Actis, neque in his tantum; sed etiam à S. Andrea Cretensi in sæpe laudato S. Georgii encomio eadem historia attingitur his verbis, in quibus & Anatolii & Protoleontis, de quibus supra, & Glycerii, de quo infra, sic meminit: Ad hæc qui studiose ac diligenter historiam *Duo priores expressi in Actis S. Georgii,* leget, discet quemadmodum non sibi soli Martyr ille, verum & plurimis aliis suo labore salutem conciliavit. De his loquor, quibus persuasit, ut & ipsi parem cursum transigerent, proprium sanguinem Deo libantes. Anatolio enim & Protoleoni, ut hoc facerent, persuasit, duobus illis militibus: qui, cum ea, quæ in certamine illo effulsere, miracula obstupuissent, & ipsi Martyris Georgii fortitudinem æmulati sunt. Necnon & Glycerium, ex bovis illius redivivi prodigio celebrem, novimus à stulta idolorum superstitione liberatum. Quos omnes ex ipsis (ut ita dicam) draconis faucibus extractos, sacrificia perfecta & proprio Domino accepta obtulit.

4 Quid quod & miracula maxima & ingentia, partim iis qui fideliter ea petebant, abunde per illius operam Deus largitus est; partim ab adversariis non fideliter petita, re ipsa per Martyris preces ita ipse perfecit, ut & mortuum hominem è tumulo exsuscitaverit,

AUCTORE D. P. taverit, ad eorum qui illud petierant, amentiam redarguendam, & veritatis cognitionem manifestius aperiendam? Quam assecuti fuissent, qui eam rem postularant, si æquiores oculos habere voluissent: Illi enim ipsi partim miraculorum eventis fidem non adhibentes, partim spectra quædam & inania visa illa esse credentes, rursus in eumdem errorem revoluti sunt. Cum enim ipsi omnes tormentorum machinas consumpsissent, & Martyris patientia victi fuissent, ad eorum signorum, quæ fieri numquam posse illis videbantur, petitionem, Judaico more, confugerunt. Postea vero & ex eadem illa re convicti, & in ruborem conversi sunt: multis enim miracula illa salutem conciliarunt, ex illis ipsis Georgii Deum agnoscentibus. Cum autem non possent amplius immensis illis, quæ per Martyrem facta erant, miraculis repugnare, neque tamen ab ea, in qua erant, superstitione se abduci paterentur; cumque excæcati essent & obtusi corde, auribus atque oculis, (ut est ab Esaia dictum) ad patrios errores necessario revolvebantur, & machinis quibusdam veritatem ipsam se everturos putabant. Athanasium enim quemdam in medium produxerunt, qui in magicis artibus multũ existimationis habebat: cujus fama longe magis celebrabatur, quam eorum, qui olim apud Ægyptum adversus Mosem ipsum se aliquid effecturos opinabantur. Sed non diutius & hoc loco omnis illa magicæ artis fallacia vim habuit; mendacium enim ipsum à veritate superatum fuit: & illius magi præsentia utilior tunc apparuit, quam quo tempore Ægyptii magi Mosi restiterunt. Illi enim cum Dei digitum esse cognoscerent, qui eorum artem evertebat, verbis tantum id confitebantur: at hic fidem ipsam per Georgii opera sibi patefactam amplexatus, gladio percussus, pro veritate mortem sustinuit, vitæque nomini suo congruentis hereditatem percepit.

velut per ejus: miraculaconversi ad fidem;

uti & Athanasius magus

B

D

5 *Hæc S. Andreas, quæ distinctius diffusiusque leguntur in historia S. Georgii quam pra oculis ille habuit. Neque nos ab Athanasio isto inter Sanctos referendo, absterrere debet suspicio Baronii, metuentis ne forte calumnia Arianorum, S. Athanasium Alexandrinum Episcopum magiæ accusantium, suumque Pseudo-episcopum Georgium laudantium quod illum devicisset, occasionem dederit affingendi S. Georgio Martyri victoriam de Athanasio mago. Accidit enim Eminentissimo scriptori, quod densa vepreta exscindentibus, qui eadem quandoque falce imprudenter succidunt eisdem permixtam genii melioris arbusculam, dignamq; infelicium stirpium communi exterminio non involvi. Sane quæ disputavimus §. 4 Commentarii ad Acta Georgiana prævii, quæque de Græcorum Actorum meliori fide ibidem §. 1 diximus, satis declarant suspicionem istam, quam leviter ex nominum identitate susceptam, tam facile fuisse deponendam, nisi adversus fabulas in apocryphis Latinis lectas commotiorem Baronium piguisset, ex Græcorum collatione discernere, quid cum his congruens, adeoque non reprobandum, ista haberent. Pontanum, glorioſum militem, qui ex Baronii suspicione inevitabile telum, contra ipsam S. Georgij Martyris existentiam, procudisse sese inaniter jactavit, satis supra redarguimus, ipsiusmet armis in caput suum versis, neque opus est iterum hic eadem inculcari.*

minime inter fabulas habendus.

E

DE SS. GLYCERIO, DONATO, ET THERINO,

MARTYRIBVS APVD GRÆCOS.

G.H.

AN. CCCLII Menæa Græca hos etiam Martyres nobis suggerunt, ac S. Glycerium agricolam fuisse tradunt, & hoc eum distichо celebrant.

Ἀσιμὸν δὸν ὡς γῆν, ὡς σύνην σὲ τὴν σπαθην,
Γεώργε Γλυκέριε, προσφόρως κείνω.

Memoria S. Glycerii,

Agricola Glyceri, simile telluri tuum,
Recte esse guttur, vomeri gladium reor.

2 *Eadem Menæa de aliis duobus hos versus habent:*

Ξίφει Θερινὲ συνθερισθεὶς Δονάτῳ,
Ἄμφω θεῷ γένεσθε δράγματα ξένα

C

& SS. Therini & Donati,

Gladio, Therine, messus es cum Donato;
uterque Domino factus manipulus novus.

Facta fuit allusio ad nomen Therini, *quod messorem seu messorium significat. Est horum etiam memoria apud Maximum Episcopum Cytherorum.*

3 De S. Glycerio à S. Georgio ad fidem Christi converso *omnia S. Georgii Acta & Encomia meminere: nominatim autem S. Andreas Cretensis, eumdem celebrans à* stulta idolorum superstitione liberatum; *addit S. Georgium* plurimis aliis suo labore salutem conciliasse: *inter quos censemus fuisse* SS. Donatum & Therinum, *uti & die sequenti* SS. Eusebium, Neonem, Leontium, Longinum, & alios quatuor, *quos similiter à S. Georgio conversos tradunt Menologium Basilii Imperatoris & Menea, imo & Synaxarium Ms. Græcum, quod spectat ad Collegium Claromontanum Societatis Iesu Parisiis, in quo dictis Martyribus à S. Georgio conversis adiunguntur hic relati* Donatus & Therinus, *uti etiam in duplici Ms. Taurinensi Ducis Sabaudiæ. Omnium verba damus sequenti die* XXIV *Aprilis: sed ut ibidem diximus eo ex die* VI *Maii videntur translati, quia illi ab his diversi dicendi sunt, utpote cum aliis Socius* telis transfixi.

Fuerunt hi tres à S. Georgio conversi:

F

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS.

CATVLINO, SATVRNINO, CHORO, FELICE, THEONA, THEODORO, VICTORINO, VENVSTO, VICTVRO, NABORE, SOLVTO, PLENO, SILVIO, ITEM FELICE, VITALE, THEODORA, FAVSTINO, SALVNO, VALERIO, VRSO.

G.H.

XXIII AP. Quatuor *antiqua apographa martyrologii Hieronymiani auspicantur hunc* XXIII *Aprilis his verbis:* IX Kalendas Maii In Africa natalis SS. Catulini, Saturnini, Chori, Felicis, Theonæ, Theodori, Victorini, Venusti, Victuri, Naboris, Soluti, Pleni, Silvii, item Felicis, Vitalis, Theodoræ, Faustini, Saluni, Valerii, Vrsi. *Ex his solus* Solunus *deest in unico apographo, & contra in altero erat* S. Georgius *adiunctus, de quo seorsim agimus. Aliqua est in paucis circa scriptionem diversitas: nam loco* Chori, *legitur etiam*

A *etiam* Cori & Ghori; *loco* Naboris Nivoris; & *loco* Theodoræ, Theodori. *Nonnullorum ex his mentio quoque invenitur in aliis Martyrologiis, & quidem in duplici Ms. Trevirensi S. Maximini & alio Barberiniano ista leguntur*: In Africa natale SS. Catulini, Felicis, Theodori, Venusti. *Mss. Richenovienſe & Romovienſe habent*: In Africa Catulini, Saturnini, Felicis. *Mss. Auguſtanum & Labbæanum*: Africa Catulini, Victoris, Vrſi. *Palæstra omiſſa, in Ms. Aquigranenſi ſic habentur*: Catulini, Victoris, Vrſi, Naboris, Dilenni, *pro hoc forſan* Pleni, *ſuperius legitur. Tres priores memorantur etiam apud Grevenum in Auctario Vſuardi.* D

DE SANCTIS MARTYRIBVS ROMANIS.

NABORE, SILVIO, VITALE, FELICE, ET NONNA.

G. H.

XXIII AP. *Ltera eſt hæc claſsis Martyrum, in antiquis apographis Martyrologii Hieronymiani propoſita, & quia iidem ſunt in priore claſſe Martyrium Aſiorum memorati, interponitur tertio partiula* item, *qua indicatur hos à prioribus eſſe diſtinctos. Iſta vero leguntur*: Romæ Naboris, item Silvii, item Vitalis, item Felicis. *Deeſt* Silvius, *in Ms. Lucenſi, refertur in tribus aliis, & additur memoria* Nonnæ *in Ms. Corbeienſi, Pariſiis excuſo. Ms. Vaticanum Eccleſiæ S. Petri iſta habet*: Romæ Naboris, Vitalis & Felicis. *In Mss. Auguſtano S. Vdalrici & Pariſienſi Labbæi, nomine* Romæ *tranſpoſito, iſta leguntur,* Romæ Georgii Martyris, Naboris, Vitalis: *quod idem, ſed in ſolo* Nabore, *ſit in Ms. Richenovienſi. Accuratius id fit in Ms. Romano Cardinalis Barberini his verbis*: Natale S. Georgii Martyris, Romæ S. Naboris. *Quæ eadem, de* S. Nabore Martyre Romæ, *memorantur in Martyrologiis Notkeri & Galeſinii, qui eum primo loco ante S. Georgium veneratur. Aſt urbe Romæ omiſſa, ita indicantur in Mss. Caſinenſi & Altemoſiano, etiam primo loco*: Natalis SS. Naboris, Salvii, Vitalis, & Felicis, *ac dein ſequitur,* S. Georgii Martyris. *Nec plura de hiſce Martyribus Romanis occurrunt: à quibus diverſos arbitramur* SS. Felicem & Naborem, *qui Mediolani die* XII Iunii *colluntur.* B E

DE S. PVSINNA VIRGINE, HERVORDIÆ IN SAXONIA INFERIORI.

D. P.

SÆCULO V *Vſinnæ Virginis mentio communiter in Martyrologiis ad* XXIII *Aprilis fit: de ea Grevenus, Molanus, Ferrarius, Wion, Martyrologium quod anno* 1490 *Coloniæ eſt editum, Florarium Sanctorum, appendix Adonis, & Sauſſaius meminerunt. Molani verba ſunt:*

Colitur 23 Aprilis Ipſo die S. Puſinnæ Virginis, quæ tempore Caroli Magni Heruordiam eſt tranſlata: *Greveni*, in Hervordia Puſinnæ virginis. *Merito autem Hervordiæ illam tribuunt, quia ibi & corpus & præcipuus illius cultus fuit. Cujus cultus teſtimonium etiã præbet antiqua vita S. Waltheri, fundatoris Herefordenſis,* XVI *Novembris danda; ubi narratur caſus, qui à* feſto B. Puſinnæ, Herevordiæ evoluta feſtivitate *reverentibus accidit. Hervordia eſt civitas, inferioris Saxoniæ in Weſtphalia, pertinens ad Comitatum Ravensbergenſem, inter Osnabrugam, Paderbornam & Mindam.*

Hervordiæ in Weſtphalia

& in Gallia C 2 *Florarium Sanctorum ad* XXI *Septembris Galliæ illam adſcribit: quia ſcilicet ibi vixit, mortua & condita primum fuit. Idem faciunt Ferrarius, Wion, Sauſſaius, & diſtinctius quidem, nam locum exprimunt. Sauſſaius hæc refert*: Eodem die Corbejæ S. Puſinnæ Virginis Deo ſacratæ, quæ ex pago Partenſi: Catalaunenſis diœceſis, claris parentibus orta, patre Sigmaro, matre Lutrude, à tenera ætate florem ſuæ integritatis cum ſorore Lutrude Chriſto dedicavit; à qua poſt parentum obitum loco, non voto, ſejuncta; in monaſterio vici Baſionenſis, qui Corbejæ vicinus erat, velamen ſacrum aſſumpſit, &c.

an vixerit in monaſterio?

3 *Quo fundamento Sauſſaius illam monaſterii alicujus, (quod Wion S. Mauritii, Ferrarius S. Laurentii vocat) ſanctimonialem faciat, nobis non liquet; nullam hac de re mentionem invenientibus in Vitâ ejus: ex qua & Actis Sanctarum ſororum ejus* Hoyldis XXX *Aprilis, atque* Lutrudis XXII *Septembris dandis, hoc ſolum habemus, quod voto virginitatis cum ceteris ſororibus obſtricta, à S. Alpino, Catalaunenſium Epiſcopo, ſacrum velamen acceperit, atque deinde usque ad obitum patris, in domo paterna habitaverit; illo autem è vivis ſublato in vicum Banſionenſem, qui in portionem hereditariam illi obtigerat, conceſſerit; ubi ita ſolitudinem amarit, ut raro in publicum prodiret, nec niſi adeundi templi cauſa. Ibi vero non diu ſuperſtes manſit: nam in eodem loco, poſteaquam non longo annorum ſpatio in cul-*

velata à S. Alpino Ep. Catalaun.

men perfectionis ac ſanctitatis evaſerat, deſiderio cæleſtis patriæ plena, ultimum obiiſſe diem dicitur.

corpus transfertur Hervordiæ an 860.

4 *Corpus ex Gallia in Abbatiam Hervordienſem tranſlatum fuit tempore Caroli Regis Franciæ, anno, ut Acta de ea loquuntur,* Domini DCCCLX; *non vero anno* DCCCVIII, *ut habet Vita ejus ex Antonio Libero Suſatenſi, & Legenda impreſſa Lovanii, ac Molanus ſupra. Hervordienſe enim cœnobium tempore primum Ludovici Imperatoris, Carolo jam defuncto, fundatum eſt. De anno quo S. Puſinna vixerit, nihil certi habetur ex Vita ejus aut Sororum: hoc ſcimus, à S. Alpino velatam fuiſſe, quem San-Marthani in catalogo Epiſcoporum Catalaunenſium ſediſſe ajunt, cum Attila Hunnorum Rex viribus Aëtii & Viſigothorum victus occubuit, anno* CCCCLIII *vel ſequente. Iidem dicunt quod S. Alpinus proxime in Epiſcopatu Amandinum præceſſit, qui anno* CCCCLXI *primo Concilio Turonenſi interfuit, evocatus cum aliis Epiſcopis à S. Perpetuo, Epiſcopo Turonenſi; ad cujus Acta, ſupra die* VIII *Aprilis illuſtrata, oſtendimus dictum Concilium Turonenſe citato anno* CCCCLXI, *Conſulibus Severino & Dagalaiſo, celebratum eſſe; adeo ut oporteat S. Puſinnam floruiſſe ſeculo Chriſti quinto.* E F

Vita ex Ms. Bodecenſi

5 *Poſt mortem miraculis claruit, primum in Gallia, ubi humata; deinde in cœnobio Hervordienſi, quo tranſlata. In Legenda Coloniæ an.* MCCCCLXXIII, *& biennio poſt Lovanii excuſa, extat Vita S. Puſinnæ, quæ eadem eſt cum illa, quam Coloniæ ex Antonio Libero Suſatenſi P. Ioannes Grothaus Societatis Ieſu ad nos miſit; mittens etiam aliam ex Ms. cœnobii Bodecenſis Canonicorum Regularium S. Auguſtini in diœceſi Paderbonenſi. Poſtremam hic damus, quia reliquis duabus auctior eſt, & totam de ejus tranſlatione narrationem adjunctam habet; quæ à Caniſio & Greveno in Additionibus ad Vſuardum die* XXIV *Ianuarii conſignatur: quo die à Theodoro Rhay refertur inter Illuſtres animas Iuliæ, Cliviæ, Montium, Marchiæ, Ravenſpurgi annexarumque provinciarum. Iſta porro, quam damus, Tranſlationis hiſtoria, ſcripta eſſe videtur uno alterove poſtquam illa facta eſt ſeculo, aut etiam ſerius, quando miraculorum Hervordiæ patratorum nulla diſtincta memoria ſupererat. Eodem modo videtur dicendum, de Vita ſeu potius Encomio vitæ, ſcriptum illud fuiſſe aliquantis ſeculis poſt obitum Sanctæ; fortaſsis à monacho quodam Corbeienſis monaſterii,*

Tranſlatio 24 Ian.

A *ad cujus anno 662. extructi proprietatem additus fuerit vicus Banſionenſis, ſacri iſtius corporis ſepultura olim nobilitatus, ſed vitæ atque miraculorum nulla ſervans monumenta, utpote* igne conflagrata, *ut in fine quæritur auctor encomii, quod rhetorica amplificatione deduxit, ut eſſet quod loco hiſtoriæ in die feſto legeretur. Quæ autem hujus Vitæ illuſtrandæ addi poſſent circa ſorores, ea lector inveniet poſt Vitam S. Hoildis* XXX *Aprilis.*

VITA

Ex MS. Cœnobii Bodecenſis.

CAPUT I.

S. Puſinnæ parentes, ſorores, inſtitutio, votum virginitatis.

a 1 BEata igitur Virgo Puſinna, in pago *a* Pertenſi ex religioſis parentibus nata eſt. Pater ejus *Patre Sigmaro, nobili ac pio,* Sigmarus dictus eſt: mater vero Luttrudis vocata: utrique magna generoſitas, magna claritudo, magna opulentia rerum fuit. Si patrem attendas, nullum quem præferre poſſis invenias; ita ſplendor generis B in eo, ita claritudo dignitatis, ita copia rerum exuberabat. Parva ſunt iſta, quæ dixi: quia terrena, fragilia, fugitiva. Prudentia, quæ aut raro aut vix in divitibus invenitur, quandoquidem mens eorum curis terrenis prægravata torpeſcit, tanta in eo erat, ut ſtuporem ſui conſiderantibus faceret. Ad hæc, quod multo præſtantius eſt, acceſſerat religionis multa & perpetua devotio, quæ animum illius, etiam cum videretur ſecularibus curis obligatus, unica & privata quadam meditatione poſſidebat. Non eccleſiam quamlibet, ſine orationis gratia; non ſervum Dei, quem vere cognoviſſet Domino famulantem, præterire; non indigentibus aliquid pro facultate ſubtrahere, ſed quæcumque potuit [ſolebat] exhibere. [Aderat ei] jugis devotio in laudibus Dei, & honor competens erga Sacerdotes.

Luttrude matre religioſiſſima, 2 Hæc velut in ſpeculo quodam conjugi proponens, non minorem illius in [divinis] rebus effecerat voluntatem: ſiquidem & ipſa nihilo ſpectabilitate generis impar, aut prudentiæ vigore diſſimilis, aut religione ſegnior, aut eleemoſynarum largitate minor erat. Agebant ergo vere laudabilem & innocentem vitam; & quamquam ſeculi actibus impliciti, cæleſtia toto mentis ardore ſuſpirabant. Erat eis C quotidiana meditatio, voluntarie Domino ſacrificare contriti cordis & humiliati ſacrificium; quod videlicet, carnis fragilitatem formidantes, conjugalem copulam delegiſſent. Videbant enim illud Apoſtoli 1 Cor.5,35 de ſe dici: Qui ſine uxore eſt, ſolicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo: qui autem cum uxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori, & diviſus eſt. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini ſunt ut ſit caſta corpore & ſpiritu: quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt 1b. v. 29 mundi, quomodo placeat viro. Studebant ergo id imitari quod idem Paulus ſuperius dixit, Qui habent uxores, tamquam non habentes ſint. Reddebant omnibus debita, & contendebant (ut Vas electionis Rom. 13,8 loquitur) nemini quidquam debere, niſi ut invicem diligerent omnes: omnes enim ſub uno patre fratres eſſe cogitabant; & noverant, fide & operibus heredes Dei, coheredes fore Chriſti.

ab Eugenio Presb. ſancto inſtitutus, 3 Addebat his ſtudiis ſanctæ religionis non minimum emolumenti Eugenius, Sacerdos Chriſti, qui non longe ab eis eccleſiam regebat: cujus & ſapientia & juſtitia in divinis rebus ſpectata erat. Hujus & moribus & prudentia & religione maxime provocati, imo inflammati, eum ſpeciali familiaritate ſibi ſociaverant, monita ejus libentiſſimè audientes, & D conſilia ſuæ ſalutis inter mundi diſcrimina ab eo flagitantes: cujus & orationibus muniti & inſtituti dogmatibus, quotidiano meritorum cumulo augebantur. Creſcebant opera veritatis, fides roborabatur, ſpes cæleſtis gratiæ magis magiſque pollebat. Quæ ſuis ſuorumque neceſſitatibus ſubtrahere poterant, ita ut ipſis non eſſet tribulatio, egenis cum ingenti caritate & hilaritate aut ipſi largiebantur, aut per manus dicti Sacerdotis diſtribuebant. Ita enim Apoſtolus dicit, Non ut aliis ſit remiſſio, vobis au- 2 Cor.8,13 tem tribulatio: ſed ex æqualitate, in præſenti tempore, veſtra abundantia alienæ inopiæ ſit ſupplementum.

genita cum ſex ſororibus Puſinna, 4 Vere meritorum tantorum dono felices, felicem etiam ſobolem meruerunt munere divino; ſeptem videlicet filias, quæ virginitatis gratia vernarent, quam ipſi ſervare corpore, non animo, nequiverant. Harum Ymma prima fuit: huic Othildis ſucceſſit: hanc ſubſecuta eſt Luttrudis: poſt quam Puſinna eſt nata, cujus memoriam recenſemus: huic [proxima] Francula in hujus luminis auras proceſſit: inde Libera edita eſt: Magenhildis noviſſime genita, chorum ſanctæ virginitatis complevit, Spiritus ſancti gratia ſeptiformi rutilantem. Jam videre erat in hujuſmodi E numero, quod divinitus præſignaretur & myſtice, virginitatem carnis ſine integritate fidei nihil valere. Fidem dico illam, quæ per dilectionem operatur: nam fides ſine operibus mortua eſt: hac ergo conjungimur Chriſto, qui eſt Sponſus Eccleſiæ ſanctæ. Vera itaque virginitas eſt fides incorrupta cum intemerata carne, qua numquam, quoad poſſibile eſt, animus fornicatur à Deo, ſequendo concupiſcentias carnis.

ſub Eugenii diſciplina, 5 Igitur religioſus pater & devota genitrix, cernentes deſideria ſua, in ſuſcipienda prole numeroſiore quam opinabantur, eſſe completa, decreverunt eam lacticiniis *b* divinis informare: ad quam rem, *b* quia eſſet ſanctitate & ſcientia præditus, Chriſti Sacerdotem elegerunt Eugenium, quo videlicet in teneris annis religionis norma inoleſceret, & ſanctitatis veſtigia earum cordibus imprimerentur: jam enim meditabantur eas Chriſto Domino devovere, ſi eis voluntate ſua conſentirent. Cogitabant quippe, virginitatis propoſitum non cogi debere, ſed eligi ſponte; ſicut Apoſtolus dixit, De virginibus præ- 1 Cor.7,25 ceptum Domini non habeo, conſilium autem do. Dominus quoque cum de hac re loqueretur, ait; Mat.19,11 Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum F eſt. Sed exequamur quod promiſimus.

per decennium erudita, 6 Poſitæ in ſchola doctrinæ cæleſtis, non, ut illa ætas ſolet, ad diſcendum minis cogebantur, quin imo ultronee ſeſe ſtudiis mancipabant; ut jam tum daretur intelligi quod in maturiori ætate electuræ erant. Loquitur Sapiens, Ex ſtudiis ſuis intelligitur puer, ſi munda & recta ſunt opera ejus: quod manifeſto conſtat, quia unuſquiſque ad quod tenditur mente, ducitur imo trahitur; neque eligit quis quod odit, ſed trahit ſua quemque voluptas. Totas igitur in iſtis annis jam trahebat gratia ſancti Spiritus, ut eligerent bona & reprobarent mala, ſicut loquitur Propheta, ſuper Domini Salvatoris perſona. Sed Iſ. 7, 15 quid plura? Per decennium continuo ſtudio eruditæ, jam provectæ ad nubiles annos, paternis denuo continuatim foventur aſpectibus; tanta autem dili- *poſtea in paterna domo ſervata,* gentia ab eo infra domum ſunt cuſtoditæ, ut nulla perſonis minus religioſis, ne dicam ſuſpicioſis, ſociaretur: noverat enim, quia corrumpunt bonos mores colloquia mala; & qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Hac diligentia patris ita profecerunt, quod tunc temporis ab omni labe immunes forent, & poſtmodum id ſua ſponte ſibi indicerent, quod tunc alieno

ſtudio

A ſtudio tenuiſſent: bonis quippe aſſuetis pudori eſt abſueſcere.

cum iiſdem cupida virginitatis tenenda,

7 Sic ergo informatæ, & in amorem Conditoris quotidianis votis proficientes, animo ſibi proponebant, integritatis ſanctæ quanta dignitas, quantaque eſſet renumeratio: quoniam Angeli ſancti, qui omni beatitudine fruuntur, hac vel maxime à Salvatore

Mat. 22, 30 commendantur, ita dicente: In reſurrectione non nubent neque nubentur, ſed erunt tamquam Angeli Dei in cælo. Cogitabant igitur & deſiderabant propoſitum ſanctitatis, & formidabant fragilitatem carnis. Videbant, (Apoſtolo dicente, Hæc eſt voluntas

1 Theſ. 4, 3 Dei, ſanctificatio veſtra, ut abſtineatis vos à fornicatione, ut ſciat unuſquiſque veſtrum ſuum vas poſſidere in ſanctificationem & honorem) quaſi privilegio quodam, caſtitatis gratiam, ſanctificationem vocari. Et, ſi eam ſanctificationem dicit, quæ in abſtinentia eſt fornicationis (nemo enim fornicationem vocat opus conjugale) quanto germanius virginitatem, non modo ſanctificationem, ſed ſanctitatis ſanctificationem dici poſſe. Virgines quippe ſequuntur Agnum, quocumque ierit: quia Chriſtum, Virginis filium & Virginum ſponſum, virginem

B prodeuntem ex matre, virginem redeuntem ad Patrem, virginitas carne etiam immaculata glorificat:

1 Cor. 6, 20 ſicut ait Apoſtolus: Empti enim eſtis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

8 Dum igitur hac meditatione magis magiſque inflammarentur, contigit Epiſcopum memoriæ venerabilis, Alpinum *c* nomine, qui tunc Catalaunenſium regebat eccleſiam, ex more Pontificali circumeuntem parochiam, prædicatione & confirmatione ſancta populos inſtituere atque confirmare. Erat nempe voluntas Dei ut propoſitum ſanctimoniæ, quod & parentis mentem, in filiabus devovendis Deo, & ipſarum poſſederat, jam propalaretur, ad laudem Domini omnipotentis. Sic enim Domi-

Matt. 5, 16 nus dicit: Luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt. Unde vero Deus magis glorificetur quam integritate virginali, quæ reſpondet ad ſanctimoniam cæleſtis Sponſi? Tunc vero videns beatus pater aptum tempus ſuis filiarumque votis, omnes ſimul obtulit Antiſtiti conſecrandas; non ſpem in eis terrenæ poſteritatis, ſed cæleſtis gratiæ deſiderans fœcunditatem. Mirabantur omnes, nobilem clariſſimumque virum, claram domum & opulentam amore Domini deperdere, & quaſi abjurata

C poſteritate, ſpem ſplendidiſſimis natalibus propagandæ ſobolis denegare. Neque deerant fautores quibus factum probaretur, & quaſi conſultores quibus factum improbaretur: ſed ille, plus futura quam præſentia, plus cæleſtia quam terrena meditans, magis cæleſti gratia fœcundari filias, quam terrena prole cupiebat. Unde & eas obtutibus beati præſentavit Præſulis, dicens propoſiti ſui fore & ipſarum electionis, quod caſtitate perpetua ſolenne virginitatis votum implerent.

c à patre ſuo offertur S. Alpino Ep.

d & conſecratur.

9 [Admirans hæc] *d* venerabilis Præſul (ſi dicere fas eſt, quandoquidem non eſt mirari inſtitutis lege divina; cum noverimus Spiritus ſancti donum nulla lege teneri, ſed dividere ſingulis prout vult) quaſi ſtupore quodam perculſus eſt, & pro ardore fidei parentis, & pro ſtudio ac devotione Virginum beatarum. Denique ab eo interrogatæ, utrum deſiderio ſuo, an devotione parentis, cohiberentur; non modo id ſe conſentire, ſed etiam pene ineffabili voto depoſcere dixerunt. Lætatus tanta devotione Pontifex memorabilis, eas benedixit, & earum propoſitum ſuis precibus commendavit; orans Majeſtatem divinam, primo ab illecebris ſeculi eas immunes reddere, deinde virtutum ſanctarum eis dona largiri; inde virginitatis ſplendore has divinitus illuſtrari, deinde perſeverantiam eis concedi, qua & in præſenti, templum Conditoris fore; & in futuro, beatitudine ſempiterna remunerari poſſent. Benedictione peracta, patrem cum filiabus Sanctis dimiſit, monens gratiam perceptam non negligendam, ſed omni diligentia conſervandam: ne forte mittentes manum in aratrum & reſpicientes retro, non eſſent aptæ regno Dei. EX MS.

exindeque ſemper utiliter occupata cum iiſdem,

10 Igitur tam ſancti dogmatis memores, domum cum patre redeuntes, ejus animum religionis eximio fervore lætificabant, non inertiæ ſubmittentes animos, & ignaviæ dantes operam, & torpori indulgentes: ſed omni fere momento manibus operantes, & orationi pariter ſervientes, ſanctæ propoſitum virginitatis, quod devote ſuſceperant, illuſtrare conabantur. Audierant enim quomodo ſapientiſſimus Salomon fortem deſcripſit mulierem, quæ ſub perſona ſanctæ Eccleſiæ accipitur, dicens: Quæſivit la- Prov. 31, nam & linum, & operata eſt conſilio manuum ſua- 13 & 19 rum: facta eſt quaſi navis inſtitoris, de longe portans panem ſuum. Item poſt pauca, Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fuſum. Sciebant non poſſe corporis caſtitatem animique ſe poſſidere, niſi occupatione laboris & meditatione E continua. Sciebant veriſſime dictum, In deſideriis eſt omnis otioſus? Recolebant illud Eccleſiaſtis, Eccl. 9, 10 Quodcumque poteſt manus tua facere, inſtanter operare. His itaque atque aliis invitatæ exemplis ſive teſtimoniis (quæ conſulto præterimus, tædio legentium conſulentes, ſi qui tamen legere velint) conſtantiſſime orationi & labori inſtabant, orantes & optantes Sponſo cæleſti occurrere cum lampadibus bonorum operum. Et quamquam ſanctimoniæ gratia reſplenderent, utpote quæ ſua corpora exhibebant hoſtiam vivam, ſanctam, Deo placentem; & quæ glorificabant & portabant Deum in corpore ſuo: tamen tanta humilitate parenti ſubdebantur, ut pene miraculo videntibus eſſent; imitantes ſponſum & Dominum ſuum, qui parentibus ſuis ſubditus erat.

parenti moriturο miniſtrat.

11 Intera memorabilis merito pater, utpote qui tantæ virginitatis decus edidiſſet Deoque obtuliſſet, cogitans humanæ conditionis ſortem, omniaque incerta & mutabilia cernens, dividere ſtatuit hereditatem Virginibus beatis, ne quid eis deeſſet, quo minus propoſito ſanctitatis vacarent. Hoc de more facto, beatus pater non multo poſt deceſſit, meritorum ſuorum præmia recepturus. Quis narrare poſſet, F qui animus fuerit venerando parenti tempore ſuæ dormitionis, cum videret chorum virginitatis pro ſe inſiſtere venerandis precibus? Quid formidaret jura mortis, qua differri beneficia Dei, non evitari [judicia] poſſunt; & optatur à juſtis, quoniam veræ adfert primordia vitæ? Poterat lætus aſpicere mortem, qui meminerat ſe Domino tanto pollentes privilegio devoviſſe, quarum meritis & ſua & aliorum delicta ſolverentur. Itaque memorabili parenti, ut par erat, officia funeris perſoluta ſunt.

ANNOTATA.

a *Diſtat* Pertenſis pagus *ab urbe Catalaunenſi circiciter undecim leucis horariis, vulgo* le Pertois.

b *Ecgraphum noſtrum* lacrymis, *quod ex conjectura vero ſimili correximus.*

c S. Alpinus *aliis* Albinus, *in numero Epiſcopum Catalaunenſium octavus, colitur 7 Septembris.*

d *Hæc aliaque nonnulla* [ ] *incluſa, ſupplendi ſenſus cauſa, addidimus ad verba in ecgrapho noſtro inventa.*

CAPUT

EX MS.

CAPUT II.

S. Puſinnæ ſolitarie degentis virtutes eximiæ.

Latentibus ejus miraculis,

12 HActenus ſufficiat communi narratione de omnibus dixiſſe; nunc B. Puſinnæ privatim proſequamur vitæ morumque inſignia: cujus quidem multa feruntur extitiſſe ſigna in vico *a* Banſionenſi, in loco qui ſibi à patre ſortito contigerat, quibus merita ejus manifeſta forent. Sed his non ſatis diligenter à nobis compertis, ſanctitatem vitæ exequamur: ſigna vero, quæ veluti meritorum lumina micuerunt, [paucis] expediemus. Poſt obitum recolendi parentis, cujus ſolicitudine ad normam felicis propoſiti incitabatur; cum ſe cogitaret tanto contubernio deſtitutam, cui videlicet *b* etiam beatiſſimarum ſororum deerant emolumenta mutuæ provocationis; ad cetera ſtudia ſanctæ religionis addidit, ut multo majoris diſtrictionis ſibi fingeret formam, non prodire uſquam, niſi ad eccleſiam, citra neceſſitatem ſummam, quæ non tam repellenda quam admittenda foret. Siquidem caſtis moribus quies & iugis meditatio mortis ineſt; & corruptis animis curioſitatis vitium, quod evagatione intenditur, fovetur, ac roboratur, vel maxime cohæret. Quod cernens Propheta Domino dicit, Averte oculos meos ne videant vanitatem. Denique Dina, ſanctiſſimi Patriarchæ filia, quæ egreſſa eſt ut videret mulieres regionis in qua morabatur, adamata & violata eſt. Hoc exemplo erudita Virgo ſanctiſſima, niſi vel maxima ſtimulante cauſa, nusquam procedere ſibi propoſuerat, & veluti cogente imperio cuſtodiebat.

a

b

claret inea amor ſolitudinis,

B

Pſal. 118, 37

aſſiduitas orationis,

13 Sed non ſegnis aut ignava domi reſidebat, quin aut operi aut orationi aut lectioni operam daret, & ſi eſſet diſpoſitio rerum domeſticarum [curanda, tamen] inter operandum frequentius meditabatur: verebatur enim ne vel horæ momentum aliquod animæ utilitati deperiret, cujus alimenta ſtudia ſancta ſunt, cujus vita Deus eſt, qui non niſi ſanctitate obtinetur; habitat quippe, ut Apoſtolus dicit, per fidem in cordibus noſtris. Humilitatis ſanctæ, quæ virtutum cuſtos eſt apprime & virtutem & formam diligebat, & in ſe retinebat, & in aliis venerabatur; illud in mente habens, Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Proponebat ſibi præ oculis illum qui dixit: Ponam ſedem meam ad Aquilonem: ſimilis ero Altiſſimo; quem irreparabiliter de cælo corruiſſe manifeſtum eſt, qui tantæ dignitatis conditione extiterat, ut ſignaculum ſimilitudinis Dei ab Ezechiel diceretur. Si ergo tam tam perfecta ſimilitudo, quæ veluti cera annulo impreſſa redditur, præcipitari meruit; quid fragilis & lutea carnis conditio mereatur, attentiſſimo revolvebat corde. Propter quod humiliabat in jejunio animam ſuam, & omni cuſtodia ſervabat cor ſuum, quoniam ex ipſo vita procedit; cantans cum Propheta, Domine, non eſt exaltatum cor meum. Quid proficeret corpus ſanctificare Deo, animam litare diabolo? quando virginitas carnis ſine animi integritate non ſufficit: nam fatuæ virgines à Domino repelluntur.

humilitatis ſtudium,

C

Eph. 3, 17

Ez. 28, 12

Pſal. 130, 1

delectus ſodalium,

14 Non ergo ſe merito caſtitatis extollere, non aliena conſortia ſupercilioſe devitare, non inani favore patiebatur laudari: gaudebat vero ſummopere ſi lucri facere quoslibet poſſet, cum eorum colloquia juſta neceſſitate nequibat devitare. Eorum vero amicitias religioſe colebat, quorum mores cæleſtibus deditos inveniſſet; nec immerito, quippe quæ ſibi jugiter eſſet intenta: horrebat autem ſtudia eorum, qui præſentibus tantum dediti forent, & ab eis ſe ſubducere honeſte nitebatur. Speculum quippe animi eſt conformatio ſocietatis alienæ; & humilitatis veræ indicium eſt, non alta appetere, non humilia ſpernere vel devitare. Caritatis officia ſic exercebat, ut magis quam facultas eſſet facere deſideraret. Noverat eam plenitudinem legis fore; noverat dimittenda peccata ei qui dilexiſſet multum: noverat, quia Deus caritas eſt, theſaurizare in cæleſtibus: cupiebat etiam facere ſibi amicos de mammona, qui eam reciperent in æterna tabernacula: optabat omnibus exhibere omnia, ut verbo ſuppleret quod opere nnn valebat: eſt enim voluntas ſancta opus animi, ſicuti exhibitio opus corporis: & & ideo divina lex intima mentis damnanda atque ſalvanda fore prænuntiat: operatur enim quodammodo qui meditatur facienda, ſicut in artificibus magis intelligimus animum operari ductantem, quam manus efficere operantes: ſiquidem illo ceſſante manus vacant, cum non videatur animo quid agatur. Quomodo enim moveatur manus, niſi videatur interius? Id ergo magis quodammodo agit, quod movet, non quod movetur. Itaque beata Virgo omni intentione ſervabat cor ſuum, & quod non poterat opere, implere contendebat voluntate. Noverat dictum, Beati miſericordes quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Recolebat etiam illud, Benefacit animæ ſuæ vir miſericors.

D

exercitium caritatis,

E

fides in Deum,

15 Fides in Deum tanta illi erat, ut cogitaret nihil ſibi defuturum, ſi indigentibus omnia largiretur. Habebat igitur in mente, Nolite ſoliciti eſſe de craſtino, ſufficit diei malitia ſua; & illud, Primum quærite regnum Dei & juſtitiam ejus, & omnia hæc adjicientur vobis. Inquiſitio igitur regni Dei & juſtitiæ ejus adjectio eſt ſpiritualium corporaliumque bonorum: non enim fortuito dicitur, Lætetur cor quærentium Dominum; ſed intelligere datur, ſicut terrenis emolumentis lætantur animales homines, ita ſpiritualibus augmentis exultare ſpiritales. Inde eſt, Gaudete juſti in Domino. Quid ergo vereatur fidelis ſibi deeſſe, cum Propheta dicat, Oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum. item è contrario, Qui avertit aurem ſuam ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis. Ergo beatiſſima virgo omnia à Deo ſperabat, ſecum meditans, quomodo Deus, ſecuritatem volens facere fidelibus, corvos in medium produxerit, inquiens, eos non ſeminare neque metere, nec cellarium eis fore, & Deum paſcere illos: itemque lilia propoſuerit omni venuſtate creſcendo vernare, non tamen laborando, ſed vivendo: neque hic ſolum ſententiam ſtare, ſed dixiſſe, nec Salomonem, potentiſſimum quidem & opulentiſſimum Regem, in omni gloria ſua ita veſtitum eſſe, ſicut unum ex illis.

Matt. 6, 34, & 33

Pſal. 104, 3

Pſal. 33, 16

Prov. 28, 9

Luc. 12, 24

F

& ſpes

16 Creſcebat quotidianis ſucceſſibus bonorum operum ſpes in ea robuſtior: non immerito: ſiquidem converſationem ſuam in cæleſtibus collocabat, & illud irrefragabiliter revolvebat, Mihi autem tem adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam. itemque, Domine virtutum, beatus homo qui ſperat in te. Non dubitabat ſuper ſponſi ſui & Domini pollicitatione dicentis, Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. Sentiebat magnum eſſe, vocari ſervum Domini, quanto magis amicum, in quo ſumma dignitas eſt? quocirca Propheta dicit Domino, Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui, Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum.

Pſal. 72, 28

Pſal. 83, 13

Ioa. 15, 14

Pſal. 138, 17

gaudium ſpiritus

17 Erat ei gaudium, non in his quæ ſeculi ſunt, ſucceſſibus videlicet terrenis, ſed in Domino; & omne gaudium exiſtimabat juxta Jacobum, cum in tentationes varias incidiſſet. Non enim ſunt condignæ, ut ait Apoſtolus, paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis. Gaude-

Iac. 1, 2

Rom. 8, 18

bat

A bat ergo, quia de Domino præsumebat nomen suum in cælis fore conscriptum: sed lavabat per singulas noctes lectum suum, lacrymis suis stratum suum rigabat, suspirioſe ingeminans; Heu mihi! quia incolatus meus prolongatus est nimis.

patientia in adversis,

18 Quid de animi illius patientia dicam, quæ tanta erat ut nulla pene moveretur injuria. Non detractione morum sive factorum suorum lædebatur, quia sciebat se quotidie delinquere, & ideo quotidie orare, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Item illud Apostoli

1 Ioa. 1,8 Joannis, Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Malebat quoque vitam suam moresque vituperari quam laudari, quorum alterum cautelam & emendationem præstat, alterum negligentibus desidiam & inanem gloriam suggerit.

vigilantia adversus dæmonem

19 Erat vero jugibus jejuniis, orationibus, eleemosynis, vigiliis atque virtutibus roborata, ita ut cum Apostolo dicere posset, non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principes & potestates, adversus mundi rectores tene-

Eph. 6, 12 brarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cælestibus. Cum enim septem sint principalia vitia, quæ pestifera ex radice superbiæ pullulant, quinque spi-

B ritualia, duo corporalia sunt, quæ videlicet nomine carnis & sanguinis jure censentur, id est, gula & for-

1 Cor. 15,50 nicatio, de quibus dicitur, Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptionem possidebit. Illa ergo spiritalia, quæ ab immundis spiritibus orta sunt, etiamsi ea quæ sunt

Rom. 16,20 carnalia conterantur, usque in finem impugnare persistunt. Proinde dicit Apostolus, Deus autem pacis conteret sathanam sub pedibus vestris: tunc erit in pace locus ejus. Beata autem Virgo ad tantam

Ps. 83,3 pervenit puritatem, dono superni muneris, ut cum Propheta dicere posset, Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum.

orandi frequentia,

20 Eam sibi à principio sancti propositi statuerat devotionem, ut horis specialibus, divino Volumine memoratis, vespere, mane meridieque, præter generalem consuetudinem, crebriores Deo funderet preces; ut quidquid interdiu sive noctu deliquisset, largis precibus & lacrymis expiaret; neque dabat somnum oculis suis & palpebris suis dormitationem, donec oculis cordis illustraret omnia pene momenta diei, utrum recte secusve decursa forent. Proponebat jugi meditatione sibi eos, quo-

C rum meritis, veluti stellis quibusdam micantibus, divinarum Scripturarum pagina illustratur; nitens in omnibus, prout sibi Dominus largiretur, emicare, in

quibus brevi ad culmen perfectionis adscendit.

quo diligentissime laborans, adepta est devotionis suæ fructum. Denique hujusmodi diligentia sic profecit, ut in brevi explicaret, imo consummaret tempora longa, & perfectionis summæ apicem conscenderet, Domino adminiculante: quid quid enim annosa quorumdam ætas addiscit exercitatione diutina, imo perpetua, totum ista donis divinæ miserationis, non prolixo valde spatio, sed continuato studio consecuta est. Dies prius quam sermo deficiet, si voluero singula virtutum ejus insignia singulatim expedire; neque vero aut tanto sumus ingenio, aut tanta eloquentia, ut hoc agere nos posse credamus sive conemur: quo circa transitum ejus explicare conabimur, qui quamvis divina vocatione sive dispositione contingat universis, tamen virginibus beatis, quasi privilegio quodam respondente ad sanctimoniam sui Domini, felicius venire creditur.

ANNOTATA.

a *Saussaius in Martyrologio Gallicano ad 23 Aprilis Tomus III.* lib ait Bansionem *pagum Corbejæ Gallicæ vicinum esse.* EX MS.

b *Ecgraphum nostrum* Ejus videlicet atque beatissimarum sororum deerant emolumenta: *quod modica per conjecturam mutatione conati sumus ad sensum aliquem idoneum adducere.*

CAPUT III.

Pius sanctæ virginis obitus præsente S. Lutrude sorore.

Ad cælum aspirans

21 POsita igitur inter discrimina mundi, cupiebat dissolvi & esse cum Christo, & momentis pene omnibus illud revolvebat, Hei mihi! quia incolatus meus prolongatus est, & illud, Advena ego sum apud te, sicut omnes patres mei. Itaque misericordia divina devotioni ejus adesse dignata est, quæ eam necessitatis corporeæ vinculis exolueret: nam incidit in languore, quotidianis successibus ingravescentem. Quo tempore beata Virgo non deponere animum à sanctis precibus, non ab eleemosynarum exe-

Ps. 119,5 Ps. 38, 13

extremo corripitur morbo:

cutione patiebatur. Videns vocatis Domini & Sponsi gratiam sibi adesse, & fructus beatitudinis æternæ inchoari, alacriori fiducia replebatur, conscia sui voti, conscia operum suorum, conscia promissionum cælestium: sed summe consolabatur, videns se spiritualibus foveri colloquiis, & inter manus transire eorum qui possunt dicere, non suo merito, sed

E Domini gratia, Nostra autem conversatio in cælis est: &, Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus.

Phil. 3,20 Gal. 2, 20

22 Sororem autem suam venerabilem *a* Lutrudem ad se venire petivit, quo & divinis sese confoveret colloquiis, prælibando dulcedinem sequentis vitæ; & ei justa funeris expediret. At Virgo beata, diligentissime sibi conditionis humanæ sortem proponens, cœpit formidare, ne vel privaretur officio linguæ priusquam veniret; vel certe, quod erat multo magis metuendum, debitum naturæ compleret: non quidem idcirco quod illa non feliciter migraret, sed quia luctuosum sibi suisque foret, acerbumque bonis & fidelibus viris, qui ejus supremis interesse desiderabant. Habebat enim divinæ sanctitatis famam, & moribus & operibus justitiæ, pietatis ac virginitatis illustrem. Sed quid erat quod opitulari posset, quandoquidem omnis creatura Auctoris sui famulatur imperio? Quis enim audeat aliquid moliri contra voluntatem omnipotentis. Attamen ejus pietas tanta est, ut aliquando votis & precibus se timentium adesse dignetur. Quocirca fidei & spei sanctæ armis munita, cordis contriti & humiliati sacrificium Deo offerre instituit; indutaque cilicio & conspersa cinere, exegit noctem vigiliis & lacrymosis precibus, divinæ miserationis adjutoria supplicans: mane autem facto acceleravit iter, assumens venerabilem Eugenium Presbyterum, qui, ut in superioribus ostenditur, eas à primis fere annis instituerat divinis dogmatibus & moribus sanctis.

a

sororem Lutrudem accersit,

quæ confestim accurrente,

F

23 Virgo autem Domini per quinque dies sine vocis officio manebat, omni fere membrorum parte præmortua, sed vivacitate sensuum nullo modo destituta. Denique innuit quomodocumque, ut adventantem sanctam sororem observarent: quod diligentissime animadversum, & ut par erat ab eis qui excubabant custoditum est. Siquidem reverenter accepta Virgo cum Sacerdote sancto, ubi domum ingredi cœpit, elevatis oculis gratias Deo beatissima Pusinna agere cœpit, quod divina pietas eam non fraudasset visione sanctæ sororis quodque eam maxime desideratam amplexari & affari concessisset. Cum alacritate cordis Domino confitebatur; ipsius miserationi & pietati omnia collata, non suis

ipsa per quinque dies loquela expers

EX MS. meritis adſcribens ; & in laudibus Dei ineffabiliter inflammata, votorum ſuorum ſe compotem cum ingenti lætitia ſanctæ devotionis, impenetrabilibus hominis interioris evidentibus indiciis propalabat, in hujuſmodi verba prorumpens: Quis crederet exanimem denuo animari ? quis putaret mortuam reſuſcitari ? quis æſtimaret ſubſtantiam luti revocatum iri ad lucem ? quis in ſupremis conſtitutam iterum fieri redivivam? quis elinguem fieri eloquentem ? quis mutam jam quinque dies, arbitraretur rurſus linguæ impedimenta diſſolvere ? quis vocis officia recuperare poſt amiſſionem ? quis verba formare, poſtquam habitudo oris reſoluta eſt ?

ad ejus præſentiam ſuſcitatur,

24 Et converſa ad Dominum loquebatur: Nempe tuum eſt hoc, Domine, qui omnia verbo tuo feciſti ex nihilo ; qui cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt feciſti. Quid magnum tibi facere, cujus magnitudinis non eſt finis ? quid impoſſibile ei, qui omnipotens es ? quid difficile tibi reformare, cui ſubeſt ſolo nutu formare ? Quid mirum ſi reddis vitam mortuis, qui creas omnes viventes? quid incredibile, ſi reſtituis ſermonem mutis, qui creas loquentes. Ecce contemplor ſororem, vehementiſſime diuque optatam ; ejus complexibus hærens mutuis colloquiis delector. Quam ſuavis es in omnibus, Domine ! ut ſicut te petentibus ex toto affectu non negas ; ita noſtros affectus nobis non neges. Conceſſiſti reditum mihi ab extremis, ut eo quod ſumme optabam in præſenti non fruſtrarer. Quanta mihi, apud te Domine, ſpes æternorum bonorum, quorum intuitu tibi famulata ſum, quando nec perfunctoria ob ſpem miſerationis tuæ denegaſti ? Ideoque Domine, jam clementia manuum tuarum anima mea conſolata, & in ſpem ſupernæ felicitatis accenſa, deſiderat venire ante faciem bonitatis, non judicii. Nulla enim creatura rationabilis, per ſe innocens eſt apud te Domine ; & ideo miſericordiam non judicium optamus. Domine, ſperantem in te miſericordia tua circumdat, deſperantem juſtitia tua ruinoſe præcipitat. Suſpiramus ad te, Redemptor noſter, quoniam miſericordia tua in æternum ſuper timētes te. Dediſti nos ſociari germanitate & proposito, fac nos in beatitudine ſempiterna copulari. Imple in nobis dona clementiæ tuæ, quæ hic inchoare dignatus es. Indulſiſti voluntatē ſanctimoniæ, concede nobis perfectionem : liberaſti nos à corruptione carnis, libera penitus à corruptione mentis. Itaque ſecundum miſericordiam tuam memento mei tu: jam enim mortem læta contemplor, quia ſororis dilectiſſimæ refota ſum colloquio atque viſione.

& idcirco gratias agit Deo,

B

C

25 Cum repente hujuſmodi ſermonibus & affectibus intenta foret, paulatim cœpit palloribus obduci facies virginalis, & inter ſancta ſuſpiria & vota, beata anima aſſumpta ab Angelicis ſpiritibus cæleſtia petivit. Mirabile ſane ac jucundum fuit ſperantibus ac deſiderantibus ſempiterna, quod viderunt animam ejus, conſciam ſanctæ devotionis, inter amplexus & colloquia cæleſtia, ſancti corporis conſortia reliquiſſe. Hoc vere divino muneri adſcribendum eſt, à quo omnium virtutum manant inſignia. Gaviſa eſt venerabilis ſoror, cum his qui confluxerant ad obſequia ſanctæ dormitionis, quod talis fuerit curſus ac finis laudabilis religioſitatis & meritorum ejus. Non luctus obſedit mentis intima, non lacrymoſæ & flebiles voces ſtrepuerunt, non plangentium agmina concrepuerunt : quid enim erat in quo dolori indulgeretur & lacrymis, ubi quodam quaſi ſpeculo futura beatitudo ſublucebat? Conſtantia & ſecuritas migrantis, quid deſiderandum foret præferebat : nam incertis nulla conſtantia, nulla vota adhibentur. Quæ profecto tanta conſtantia mortem ſubiit, certa de præmiis ſe vocantis Domini ſui

ac pie obit.

gaudium ſorori relinquens;

ſuit : & niſi longe præſtantiora noſſet, quæ reſolutione corpuſculi ſui conferentur, numquam tanto deſiderio defungeretur. D

26 Quomodo ergo mœſtificari poterat fides ſanctæ ſororis, quando vidit eam ſibi eripi & cæleſtibus gaudiis ſociari ? quamvis enim deſtitueretur ejus ſolatio temporali, manebant precum & meritorum ejus ſolatia ſempiterna. Quod diligentiſſime conſiderans, omni devotionis ſtudio ſanctiſſimam animam Domino commendari fecit, & ſuprema ejus ſumma veneratione tractavit. Ruit multitudo copioſa religioſorum virorum & devotarum feminarum ad exequias funeris beati : pauperes, debiles, orphani, viduæ, quaſi parentem amiſiſſent, dolebant, quamvis meritorum ejus conſcientiam ferrent. Lætificabat quidem omnes, quod talis fuerat ejus vita, ut præmia mereretur : angebat vero cunctos, quod viſione ejus & conſolatione privati forent : quocirca pugnabant in eorum cordibus triſtitiæ vis & cauſa gaudiorum. Omnes enim ſentiebant jure beatam, quæ Domino, non ſeculo crederetur nata, & cæleſti mundo, non mundo tranſitivo : quæ ab ineunte ætate omni diligentia informata in famulatum Regis æterni, ipſique dicata, omne tempus vitæ ſuæ cæleſtibus egerit inſtitutis. Sed quid plura de his loqui nitimur; quæ nullo ſermone pro ſui merito explicari poſſunt: quis enim beneficia divina comprehendere poſſit ?

mœrorem pauperibus

E

27 Communibus igitur votis exequias celebrantes, & beatiſſimam animam ſanctis precibus Domino commendantes, in vico eodem Banſionenſi, quo divinæ majeſtati vitam ſuam conſecraverat, in loco ſatis celebri ejus ſanctiſſimum corpuſculum debito cum honore condiderunt. Hoc, ut oportebat, expleto, S. Lutrudis ad propria remeare feſtinavit : beatiſſima autem virgo Puſinna, cum in vita mirabilis extitiſſet, in loco eodem multis poſtea claruit ſignis, quæ partim deſcripta fuerunt, ſed igne conflagrata ſunt ; partim etiam propter deſidiam & inertiam minime litterarum monumentis ſunt indita. Nos vero meritis ejus reverentiſſime deferentes, oremus ut ipſa nobis morum correctionem obtineat, indulgentiam flagitiorum, & conſortium beatitudinis ſempiternæ. Amen.

ſepelitur Banſione,

& claret miraculis.

TRANSLATIO S. PUSINNÆ

Ex Ms. Cœnobii Bodecenſis.

1 SAlvatoris & Domini noſtri promiſſio eſt, ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi. Hoc ita eſſe, tam manifeſtum eſt, ut nulli facultas ulla dubitandi ſit. Operatur enim nunc per famulos ſuos & Eccleſiam, quam acquiſitam ſanguine ſuo, non modo regit, ſed etiam veluti propagando dilatat. Sunt exempla plurima, ſed nos ad inſtitutum intendamus. Nobilis & ſtrenua, juxtaque dotem naturæ ſagaciſſima gens Saxonum, ab antiquis etiam ſcriptoribus memorata, ſummi & glorioſiſſimi noſtra memoria Imperatoris Caroli auſpiciis varia ſorte bellorum vix per triginta annos Deo volente ſubdita, Verbi divini fœdera, & fidem in Deum, & ſpem beatitudinis ſuſcepit æternæ. Hæc primo quidem duriuſcule ad divinam fidem acceſſit, quoniam antiquis ritibus tenebatur, & nefas videbatur majorum ceremoniis errorem aſcribere : quod videlicet fiebat novorum ſacrorum ſuſceptione, & veterum rituum abdicatione. Qui enim ceremoniis à majoribus ſibi traditis renuntiare contendit, erraſſe eos ; ſe vero veritatem inveniſſe, tacite confitetur. Sed illa ſive duritia, ſive pertinacia, ſive perverſitas dicenda eſt, ſive alio quolibet nomine convenientius appellanda, prudentia naturali, & ingenio

F

Matt. 28, 20

Saxones à Carolo Imperatore converſentur,

A ingenio ad omnem ſubtilitatem nobiliſſimo & acutiſſimo, rationibus commodis & exemplis labefacta; poſt etiam argumentis & approbationibus validis, quaſi quibuſdam muralibus machinis, infracta & expugnata eſt. Neque temere dixerim nationem aliquam bono ſolertiæ & ingenita ſibi ſubtilitate magis illa callere. Itaque, ut ſolet fieri, quo magis efficacia naturali abducebatur prius à religione Chriſtiana, ita ferventiſſime demum eidem ſeſe mancipavit. Denique pullulante devotione ſancta, rebus ſuis ad monaſteria conſtituenda collatis, divino ſuos filios cultui offerentes, ex integro cæleſti ſervitio ſeſe manciparunt.

inter quos propagata latius fide,

2 Fundata igitur duo nobiliſſima cœnobia ſunt tempore auguſtæ memoriæ *b* Ludovici Imperatoris: quorum unum nominatur Corbeia, alterum *c* Herifordvocatur; unum Domino militantibus monachis, alterum ſanctis virginibus Domino conſecratis. Quorum ædificatio à Reverendiſſimis viris, & ſumma laude celebrandis, *d* Adalhardo videlicet, ejuſque fratre *e* Wala, qui & merito ei & regimine ſucceſſit, inſtituta eſt. Nec alienum noſtro propoſito videtur perſtringere, propter ignorantium inſtitutionem, quod hi duc, tam morum honeſtate & vitæ pariter ſanctitate, quam etiam generoſitate præſtantiſſimi fuerunt: fuerunt enim conſobrini, *f* ſua ætate maximi & celebrandæ memoriæ Caroli Imperatoris auguſti; quod ideo prælibavi, ut ex conditorum dignitate locorum dignitas colligatur: hoc quippe non modo non poſtremæ laudis, ſed ſummæ gloriæ apud majores fuit. Et ut ſuperiora repetamus, quod ex Corbeia Franciæ hi duo monachi & Abbates fuerunt, Corbeiam ad ejus ſimilitudinem nominari voluerunt. Quo in monaſterio primus Abbas ab iiſdem venerabilibus inſtitutus eſt Warinus, *g* nobiliſſimo genere propagatus: Fuit enim genitus Echberto *h* clariſſimo Comite & Duce; matre ſplendidiſſima, nomine Ida, tam naturæ muneribus & generoſitatis, quam elegantia morum, cujus fratres adæque clariſſimi viri, magnis dignitatibus illuſtres & apud exteros, & apud domeſticos enituerunt.

b
c *cœnobium novii Corbeienſe & Hervordienſe fundantur:*
d e
B
f
g
h

Abbatiſſa Hervordienſis,

3 Horum ergo neptis, utpote ex eorum ſorore genita, patre viro ſpectabili & valde inclyto, ad regimen Herifordenſis Monaſterii, venerabilis *i* Haduini divino nutu, promota, & divino amore & majorum ſuorum exemplis, tamquam quibuſdam ſtimulis æmulationis, incitata, cum deſideraret, tam ſanctæ religionis devotione quam patrocinio Sanctorum monaſterium, quod ſuſceperat, illuſtrare, propoſuit pia intentione, quamquam difficile impetratu videretur, excellentis Caroli *k* Regis ſuper hoc auxilia flagitare: non enim aliter quolibet in loco regni ejus Sanctorum pignora forent, ea ſe conſequi poſſe videbat. Erat autem aditus ad ipſum, ſive conſanguinitatis gratia, cum ei tertio quartoque cognationis gradu jungeretur, ſive quod majores ejus multa familiaritate ac liberalitate memorati Principis uſi eſſent; tum etiam quod frater ejus Cobbo, in palatio quotidianis ejus adhærebat obſequiis; & etiam quod pretioſiſſimis ſæpe donata ab eodem fuerat muneribus, non minimum ejus animos accendebat, & ne titubaret in aliquo jus inolitæ familiaritatis effecerat.

i
C
k

provocata exemplis Einhardi,

4 Provocabatur vero exemplis multorum, qui ſummo ſtudio, etiam ab Romano ſolo, Sanctorum ſibi patrocinia cum diſcrimine ingenti ſubripuiſſent: quorum Einhardus quondam venerabilis Abbas Sanctorum Marcellini & Petri *l* pretioſiſſima corpora, ſumma difficultate & laborioſiſſimo conamine, etiam ipſis volentibus Sanctis, & quibuſdam ſignis dantibus intelligi, opitulatione divina & ipſorum Sanctorum Martyrum conſecutus eſt. Hilduinus etiam religioſus quondam & famoſus Abbas, monaſterii S. Dionyſii Martyris & ſacri Palatii ea tempeſtate Archi-capellanus: B. Sebaſtiani *m* Martyris à memorata regione, & S. Tiburtii, ut ferunt; ſed & SS. Martyrum Cucufatis *n* & Innocentii, *o* qui fuerant B. Mauritii Socii, ab Hiſpanis Burgundiaque cum honore ſummo transferre curavit. Qui poſtea divino nutu, exigentibus quamquam non ſatis in Imperatorem Ludovicum manifeſtis culpis, in Saxonicam regionem exilio condemnatus eſt: & primo quidem ad Paderbornam aliquamdiu commoratus; poſtea deferveſcente furore Principis, ad Corbeiam novam poſitus eſt. Ubi multa ſuæ humilitatis & benignitatis documenta præbens, tam ipſi Abbati quam omnibus factus eſt carus & venerandus. Unde proceſſit familiaritas magna, ut fere fieri ſolet, cum ingenti fiducia: qua non dubitarent ab eo expetere S. Viti *p* Martyris pretioſiſſimi corpus; quod idem venerabilis Abbas, ut erat fama, ſub jure Monaſterii, quod regebat, quando vim expertus eſt Imperatoris, eſſe credebat; ſed profecto, quo in loco haberetur ignorabat: conceſſit tamen revocatus in priſtinam dignitatem, majeſtate Imperatoria annuente.

EX MS.
m
n
o
ex quibus hic relegatus in Saxoniam,
p
corpus S. Viti Corbeienſi cœnobio impetrarat,

E

5 His igitur inflammata exemplis, extraneis videlicet atque domeſticis, dum fidei lumine contemplaretur, quanti ſit apud Deum Sanctorum merita venerari, atque eorum facta clariſſima imitari, quantique ſit præſidii eorum interceſſio veneranda; omni ſtudio anniſa eſt à memorato Rege ſibi Sanctorum ſacroſanctas reliquias impetrare. Reliquias dico; non particulam cujuſlibet corporis Sancti, ſed totum quod remanet carne in pulverem reſoluta. Directo itaque Presbytero quodam è latere ſuo, jam multis antea precibus flagitatum, S. Puſinnæ Virginis meruit venerabile corpus. Ad quod accipiendum debita veneratione directi ſunt Epiſcopi cum Epiſcopo *q* loci ejuſdem; quamvis propemodum preſſi & inviti, non tamen reſultare valentes vel audentes regiæ dominationi. Cujus poteſtate coacti, licet ægre admodum, corpus Sanctum ſumma cum veneratione levantes, ad palatium detulerunt.

impetrat corpus S. Puſinnæ an. 860
q

6 Agebatur eo tempore annus Incarnationis dominicæ octingenteſimus ſexageſimus, indictione octava, quando ſacrum Virginis ſanctiſſimæ corpus conceſſum eſt. Quod vix à loco, in quo conditum fuerat ab Epiſcopis levatum eſt, obſtante populo, nunc precibus nunc etiam lacrymis, ne tanta amitterent ejuſdem Virginis patrocinia, quæ ſe hactenus in ea habuiſſe non dubitabant, propter frequentiam ſignorum, quæ in loco eodem antea crebro fiebant. Erat enim illuc concurſus populi, veluti ad fontem quemdam beneficiorum Dei feſtinantis. Denique non immerito fontem dixerim, cum Cantica canticorum nobis occurrant, ita dicentia, Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. Iſte enim fons ſignatus, pudoris ſigno, fontem beneficiorum Dei aperuit petentibus, & emanavit. Aperuit enim hæc beata Virgo cor ſuum pulſanti Sponſo & dicenti, aperi mihi ſoror mea ſponſa: & ideo meruit aperire beneficia Dei. Itaque ſub frequentia Epiſcoporum, ut inchoata proſequamur, & multorum procerum, qui tunc aulicis obſervationibus tenebantur, ſacroſancta beatiſſimæ Virginis membra præcipua veneratione tradidit præfatus Princeps, per manus venerandorum Antiſtitum, Presbytero ad hoc ipſum directo; ſed etiam virum egregium, memoratæ Abbatiſſæ fratrem, cum eo direxit: qui rei geſtæ cuncta, ut fuerant evoluta, intimaret.

annuente Carolo Rege,
F

Cant. 4, 12.

7 Et Dei quidem omnipotentis favente clemen-

& Hilduini Abbatis,

EX MS. tia, ſacrum corpus, quod ſuſceperant, extulerunt; proſequentibus aliquantulum fere cunctis, quibus abſentare vacabat. Hoc quoque omnibus in locis obſervatum eſt: ut multa plebis caterva undecumque conflueret. Sed illis ſuccedentibus, viciſſim qui prius ſacras reliquias proſecuti fuerant, oratione celebrata revertebantur: ſicque ſanctiſſimũ beatæ Virginis corpus uſque ad loca delegata divino munere perlatum eſt. Quis vero ſufficiat expedire concurſus qui fuerit plebis, ut paulo ſuperiora repetamus, omnia per loca, utriuſque ſexus, quo ſacra pignora ferebantur? Videres ita ſtipatas vias, ut crederes nullum ſubſtitiſſe, qui non prodiret; ita ruentes ad officia devotionis, quaſi moræ nulla daretur venia. Quantus ergo incaluerit fervor in pectoribus plebis, nulla mens cogitare, nullus ſermo explicare, nulla pagina poteſt continere. Putares cunctos ſpeciali devotione flagrare, cum eſſet una in omnibus concordia mentis; & quod dirimebat cauſa, affectio copulabat. Vere beata concordia, quæ diverſa ſuſcipiens, unitatis intentione connectit. Nil felicius illa, qua unum corpus in Chriſto efficimur omnes.

quod Herwordiam transfertur magno undequaque hominum concurſu,

8 Interea, ut ad id, de quo digreſſi ſumus, redeamus, quamvis ſummo deſiderio teneretur, venerabilis Abbatiſſa mereri pignora ſancta, tamen quia
B non revera credebat [affore] occaſionis commoditatem, qua ſui voti compos efficeretur, nil ſuper hoc abſolute ad notitiam venerabilis Epiſcopi ipſius diœceſis retulerat. Et profecto niſi vicinitas Principis, & frequentia Epiſcoporum ac procerum affuiſſet; neque Epiſcopus Parochiæ illius, neque populi multitudo pateretur cæleſti theſauro ſe ſpoliari. Ergo ut certiſſimo indicio declaratum eſt ſancta pignora jamjamque propinquare; venerabilis, qui tunc erat, Antiſtitis voluntatis aſſenſum, ſi res pateretur adventus, expetita fuit. Qui primo quidem vix animum induxit, ut aſſentiret, ne dicam, vellet, ſed perpenſa diligenter æquitate atque utilitate, non modo conſenſit, ſed etiam auctor & adminiſter factus eſt, condendo pignora ſacra.

ad quod poſtea miracula patrata,

9 Quibus condigno juxta temporis facultatem honore compoſitis, divina favente clementia, ſigna poſtmodum declarata ſunt, quæ minime claruerunt quando venerabile corpus portabatur: quod factum conſtat judicio Dei, nobis incognito quidem, ſed omnino juſtiſſimo. Quod movet fortaſſe minus ſtudioſos, quare beata Virgo inter ferendum nullis effulſerit miraculis; quando in loco, quo memoria
C ejus fuerat, multis claruerit ſignis. Indigna prorſus hominis conqueſtio, in diſpoſitionem ſui creatoris. Manifeſtum quippe eſt, quod omnis vita Sanctorum, & in præſenti, & in futuro ſeculo Domino famulatur. Sed & illud luculentiſſimum eſt: quod virtus Sanctorum omnis ab ipſo gratuita miſeratione
Pſ. 59, 14 concedatur: denique Propheta dicit, in Deo faciePſ. 88, 18. mus virtutem. Item alibi, Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in juſtitia tua exaltabuntur, quia gloria virtutis eorum tu es.

10 Sed ſi aliquis dicat, magis iſta ad præſens tem-
Phil. 2, 13 pus referenda, quando ſicut Apoſtolus loquitur, Deus eſt qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate; tamen ille id perpendat, quia ſi Deus eſt omnia in omnibus in beatitudine ſempiterna, ergo operatur Deus omnia in omnibus. Ita-

Deo illa operante,

que in abſoluto eſt, ſicuti omne in Domino Sanctis eſſe, ita omne virtutis ſignum ab eo concedi. Denique non aliquid à ſe poſſunt, quandoquidem non à ſe, ſed à Domino ſunt: ſi autem à Domino ſunt, à quo habent eſſe, ab eo accipiunt poſſe; igitur quod poſſunt, à Domino poſſunt. Porro ab eo à quo accipiunt poſſe: ab eo habent etiam velle. Nam omnis beatitudo Sanctorum in eo conſiſtit, ut voluntati Conditoris inhæreſcant: non ergo volunt aut velle poſſunt extra voluntatem ſui conditoris. Præterea ſapientia Deus eſt, à quo intelligentia rationabilibus infunditur cunctis: qui vero in claritate ſui creatoris ſunt, voluntatem ipſius intelligunt: intelligunt igitur, quibus ſigna exhibenda ſunt. D

11 Illud quoque ſentiri poteſt, quod ſigna magis infidelibus quam fidelibus neceſſaria ſunt. Nam eo- *& virtutem ſic ornante.*
rum mentes qui infidelitatis veluti ſomno ſopiuntur, ſigna ſuſcitant; & quaſi quadam ſolicitudinis manu, ut evigilent pulſant. Qui autem in ſoliditate fidei conſtant, illud fixum tenent, miracula ſanctitatem plerumque oſtendere, non etiam facere: vitam vero, ſanctitatis operibus vernantem; quamvis ſine ſignorum exhibitione, glorioſam fore. Plerumque Matt. 7, 22
ideo dixi, quoniam in Euangelio Salvator ſecundum Matthæum loquitur; Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in tuo nomine dæmonia ejecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia numquam novi vos, diſcedite à me qui operamini iniquitatem. Ecce liquido colligitur, quod ſigna virtute fidei etiam à non ſanctis exhibeantur. Dicit quippe Apoſtolus, etſi habuero E
prophetiam, & noverim myſteria omnia, & omnem 1 Cor. 13, 2
ſcientiam, & habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil ſum.

12 Quoſdam vero invenimus, ſummæ auctoritatis *licet teſtimonio non neceſſario.*
viros, utpote magiſtros & doctores Eccleſiarum, qui nullis memorantur ſplenduiſſe miraculis, ut omittam eos quos fama obſcura recondit, Beatum Auguſtinum dico & Hieronymum, quorum doctrina Eccleſiæ omnes illuminantur. Multi quidem etiam mortuos ſuſcitaverunt, ſed multo pluris eſt animas à perpetuæ mortis ſuſcitaſſe nexibus, quam corpus paulo poſt in pulverem redigendum. Horum dogmatibus quanti quotidie à morte ſpiritali reſurgant; ſolus ille novit, cui omnia patent. Hæc itaque perſtrinxiſſe ſufficiat, ne apud imperitos ſecus aliquid, quam dignum eſt, ſuper merita beatiſſimæ Virginis diſputetur, ſed illud ſemper conſideretur, quod prælibavi, quia majeſtas divina Sanctorum merita prout expedire judicat, declarare dignatur. Amen.

ANNOTATA.

a *De bellis Saxonicis vide Eginhartum in Vita Caroli Magni 28 Ianuarii, & Annales Francorum varios, atque antiquiora Chronica, in quibus Saxonica bella fere per annos ſingulos digeruntur.* F

b *Ludovicus Pius hic fuit, filius Caroli Magni.*

c *Martyrologium Germanicum perperam hic* Erfortum *(quod eſt civitas Thuringiæ) poſuit pro* Hervordia *Weſtphaliæ.*

d S. Adelardi, *Abbatis Corbeiæ Gallicæ noni, Vitam geminam dedimus 2 Ianuarii.*

e *Hujus quoque laudes vide in dicta Vita prima expreſſas num. 32 & ſeqq.*

f *Conſanguinitatis modum explicat Gerardus Ab. in Vita 2 S. Adelardi num. 4. fuiſſe ſcilicet Pipini Regis ex fratre Bernardo nepotes.*

g *Ioannes Letznerus in chronico Corbeienſi, edito Germanice anno 1590 primum Abbatem nominat Adelbertum,* & Warinum *ſub eo Priorem.*

h *De* Egberto *Comite in Saxoniacis Viſurgim diximus quadam, in Comm. prævio ad Acta S. Godefridi Cappenberg. 13 Ianuarii num. 18. Plura dicturi 4 Sept. ad Vitam* S. Idæ *conjugis ejus.*

i *Hilduinus Abbas S. Dionyſii prope Pariſios, ab anno 826.*

k *Fuit*

A k *Fuit hic Carolus Calvus, regnavitque ab anno* 840 *ad* 878.

l *Coluntur* SS. *Marcellinus & Petrus* 2 *Iunii, quâ die etiam dabimus corporum Tranſlationem Sueſſionem, ab Eginardo Abbate deſcriptam.*

m *Hiſtoriam hujus Tranſlationis ad monaſterium* S. *Medardi Sueſſion. dedimus* 20 *Iannarii poſt Acta* S. *Sebaſtiani: quibus inſertum vide martyrium* S. *Tiburtii; hic autem colitur* 11 *Auguſti.*

n *Celebris* S. *Cucuphatis cultus eſt in monaſterio à ſe dicto* Barcinone *in Catalaunia,* 15 *Iulii.* EX MS.

o *De hujus ac ſociorum Martyrum* Agaunenſium *Martyrio agendum erit* 22 *Septembris.*

p *De* S. *Viti martyrio & Tranſlatione ſimiliter agetur* 15 *Iunii.*

q *Helmerardus Epiſcopus* Ambianenſis, *ſub quo locus erat, anno* 859 *adhuc interfuit Concilio Tullenſi.*

DE SANCTO MAROLO,

EPISCOPO MEDIOLANENSI.

G.H.

SECULO V

Cultus ſacer in Miſſalibus & Breviariis,

Elebris eſt ad hunc XXIII *Aprilis veneratio* S. Maroli, *Epiſcopi Mediolanenſis, indicata in antiquis Miſſalibus & Breviariis ſecundum inſtitutionem & morem S. Ambroſii, auctis pro cultu Sanctorum qui poſt ejus obitum floruerunt. Ita amandato feſto* S. *Georgii in diem ſequentem, hic dies* XXIII *Aprilis tribuitur ſolennitati* S. *Maroli in Miſſalibus, quæ habemus anno* MDXXII *&* MDL *excuſa, & in Breviario anni* MDXXXIX, *ſed omnia dicitur de Communi Confeſſoris & Pontificis. Aſt in Breviario Ambroſiano, juſſu S. Caroli Borromæi edito, quod habemus recognitum & anno* MDCXXXV *excuſum; & in Lectionibus propriis ad illorum uſum qui in ea diœceſi utuntur Breviario Romano; una habetur Lectio propria, quam hic inſerimus.*

B

Compendium Vitæ.

2 Marolus, Venerio Epiſcopo Mediolanenſi ſucceſſit, inclytus virtute, quam per quindecim annos in hujus Eccleſiæ adminiſtratione exercuit. Summa fuit auſteritate vitæ, & præter alias Eccleſiaſtico homine dignas virtutes, quæ ſummæ in eo apparuerunt, tum in privata vita tum in Pontificatu ipſo, jejuniis & orationi mirifice deditus fuit. Hujus ſancti Epiſcopi mores & abſtinentiam, præcipue ſingularem, laudavit carmine Ennodius. Magna ſanctitatis fama mortuus, in baſilica S. Nazarii ſepelitur, ejuſque merita etiam ante mortem miraculis claruere. *Hæc in prædicto Breviario, ubi feſtum indicatur ſolenne, & in officiis propriis, ubi præſcribitur ſub ritu duplicis celebrandum. Similia habent paſſim alii rerum Mediolanenſium Scriptores, Franciſcus Beſutius, Ioannes de Deis, Petrus Galeſinius & Ferdinandus Vghellus de Archiepiſcopis Mediolanenſibus, Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, aliique: quibus accedit hodiernum Martyrologium Romanum, in quo ſacra ejus memoria pro tota Eccleſia conſervatur. At Galeſinius ad diem præcedentem* XXII *Aprilis, eum retulit.*

C

Anni Sedis varie ſignati.

3 *Anni Sedis paſſim* quindecim *ſignantur, iique ab anno* CCCCIX *uſque ad annum* CCCCXXIV. *At Panvinius, in ſua Chronologia Eccleſiaſtica, ſolum annos* novem *ei tribuit, eosque ab anno* CCCCVI *uſque ad annum* CCCCXV, *Aliqui* annos tredecim *aut* quatuordecim *numerant. Quod alibi poterit exactius diſcuti. Triſtanus Calchus, lib.* 4 *Hiſtoriæ Mediolanenſis* Venerium, Marolum, Martinianum & Glycerium indiſtinctis temporibus poſuit, quia ob diſcordiam ſcriptorum nihil, quod inſereret, invenit. *Rexerunt eccleſiam Mediolanenſem poſt S. Ambroſium SS. Simplicianus & Venerius, quorum prior colitur* XVI *Auguſti, alter* IV *Maii: poſt* S. *Marolum* S. Martinianus, *cujus Acta dedimus* 11 *Ianuarii*; S. Glycerius *referendus ad* XX *Septembris*; *&* S. Lazarus, *de quo egimus* XI *Februarii. Quod autem de eo cecinit poëma Ennodius Ticinenſis, eſt hujuſmodi.*

E

Poema Ennodii

Marolus extremæ potator Tigridis oræ,
Qui jubar in madidis viderat hoſpitiis,
Quem labor in proprio Syriæ ſolidaverat axe,
Orditur vatem dotibus innumeris.
Pervigil, intentus, jejunus, providus, ardens;
Quod morem tenuit, ſat fuit officio.
Os tenerum quoties guſtus contingit honeſti,
Tranſit ad affectum quod fuit imperii.
Terra potens olim, Patribus fundata beatis,
Nobilibus mundum partubus irradiat.

4 *Hactenus Ennodius, ob cujus poëma* S. *Marolum, fuiſſe natione Syrum credunt Ioſephus Ripamontius, lib.* 6 *Hiſtoriarum Eccleſiæ Mediolanenſis, & ante memoratus Vghellus.* S. *Carolus Borromæus,* X *Maii anno* MDLXXIX *fecit ſolennem tranſlationẽ eorum ſacrorum corporum, quæ in Eccleſia Nazariana requieſcunt: inter quæ, præter corpus* S. *Nazarii Martyris, fuerunt* quatuor Sanctorum Antiſtitum Mediolanenſium corpora, *ſcilicet* Venerei, Maroli, Glycerii, *&* Lazari: quæ cum altare præcipuum ex media Eccleſia tolleretur, inventa fuerunt in rudibus quibusdam lapideis labris poſita. *Hæc aliaque* S. Carolus, facto Epiſcoporum Concilio, religioſa admodum celebrique pompa extulit, & congruo viarum ambitu portans ipſe cum Epiſcopis ſancta feretra, populo frequentiſſimo ad venerationem propoſuit. Commemoratas Reliquias omnes collocavit ſub novo magno altari. *Ita Carolus à Baſilica-Petri, lib.* 5. *Vitæ* S. *Caroli cap.* 6 *& paſſim alii.*

Tranſlatio facta 10 *Maii anno* 1579.

E

DE SANCTO IBARO,

EPISCOPO HIBERNO.

G.H.

SECULO VI

Cultus ſacer 23 *Ap.*

Antiquum monaſterii Tamlactenſis Martyrologium primo loco ad hunc XXIII *Aprilis de hoc Sancto iſta habet:* Ibarus Epiſcopus, cujus Eccleſia eſt in Beg-ere, quæ inſula eſt in alto mari ex adverſo Kinn-ſelachiæ. *Quatuor Magiſtri ex vetuſtiſſimis Annalibus Cluanenſibus, Inſulenſibus & Senatenſibus iſta his verbis confirmant.* S. Ibarus in Beg-Erenſi ſua inſula IX kalendas mortem obiit. *Eadem in Vltonienſibus Annalibus indicari tradit Vſſerius, de Britannicarum Eccleſiarum Primordiis pag.* 1062. *Illuſtre teſtimonium de ipſo* S. *Ibaro habetur in* S. *Abbani ejus diſcipuli Actis, & eſt hujusmodi.* Innumerabiles ſancti monachi, Clerici & ſanctimoniales in diverſis locis per totam Hiberniam tempore illo ſub magiſterio S. Ibari erant. Sed beatus Epiſcopus Ibarus in famoſiſſimo & optimo ſuo monaſterio, quod vocatur Beg-Erein plus habitabat quam in aliis locis, quia multum locum illum diligebat. Illud vero monaſterium in Auſtrali parte Hua-Kenſalach eſt poſitum, in inſula mari vallata, & inſula & monaſterium uno nomine dicuntur, id eſt Beg-Erin, quod interpretatur Latine Parva-Hibernia. In illo autem monaſterio Reliquiæ beatiſſimi Antiſtitis Ibari jacent & honorifice coluntur: atque ipſe locus honoratur ab Hibernienſibus

monaſterii & ſepultura in inſula Beg-Erin

AUCTORE G.H. libus pro nomine S. Ibari valde, quia ipſe unus erat egregius diſpenſator divini dogmatis de prioribus prædicatoribus, quos elegit Deus, ut Hibernienſes de gentilitate ad Chriſti fidem converterent.

2 *Hæc ex dicta Vita* S. *Abbani Vſſerius pag.* 794, *qui in Addendis pag.* 1062 *ex eadem Vita iſta tradit* : Abbanus duodennis, ipſo volente & parente utroque conſentiente, traditus eſt educandus in litteris ſecularibus, & ad augmenta pietatis cæleſtiſque ſcientiæ capienda per quinquennium ſuo avunculo S. Ibaro Epiſcopo, ad quē ex omnibus Hiberniæ partibus, gratia diſcendarum litterarum ſacrarum aliarumque artium liberalium, confluebat magna multitudo Clericorum, monachorum & aliorum, in famoſiſſimo quondam & ſanctiſſimo monaſterio ſuo quod Beg-erin, id eſt Parva-Hibernia vocatur, & ſitum eſt ad Auſtralem partem regionis Hua-Kenſellach, in provincia Laginiæ in littorali modica inſula. *Hæc ibi ex dicta* S. *Abbani Vita Vſſerius, qui pag.* 794, *ex Vita* Movennæ *ſeu* Moduennæ *Virginis, inſulam Beg-erii collocat prope Wexfordiam, ubi ſcilicet mappæ geographicæ indicant* Beg-Ilant. *In Litaniis Æuguſſi dicuntur* invocari in auxilium per Jeſum Chriſtum terquinquageni ſanctiſſimi monachi, ſub diſciplina S. Ibari inſtructi.

prope Wexfordiam.

B

3 *Iocelinus in Vita* S. *Patricii ad diem* XVII *Martii à nobis illuſtrata num.* 73 *cum filius cujusdam Reguli eſſet à porcis laceratus*, injunxit Patricius duobus Epiſcopis Elbeo & Hibaro diſcipulis, quatenus defunctum puerum reſtituerent Superis, adiiciens, quod illos ad ſic faciendum adiuvaret orationibus ſuis. Paruerunt Pontifices Patri ſuo Patricio præcipienti, ejuſque adjuti precibus puerum diſcerptum & dilaniatum, non ſolum vitæ, ſed etiam integræ ſanitati reſtituerunt, & priſtinæ pulcritudini & valetudini. Credidit ergo Regulus, & cum omni domo & plebe ſibi ſubjecta eſt baptizatus. *Hæc ibi* : *& in aliis Vitis* S. *Patricii à Colgano editis etiam indicantur, &* S. *Ibaro, de quo hic agimus ab eo attribuuntur; uti etiam quæ in Vita* S. *Brigidæ dicuntur, quod hæc* S. *Ibarum adierit, & ab eo appoſitum lardum comederit in Quadrageſima, quod alius cibus deeſſet, & ejusdem horreum frumento Dei virtute repleverit. Quæ etiam ab Colgano attributa huic* S. *Ibaro ad Kalendas Februarii diximus & ſecuti ſumus. Habemus etiam aliqua Acta* S. *Ibari, ſed noſtro judicio multis fabulis conferta, ideoque quæ huic noſtro operi inſerantur, non ſatis congrua.*

An juſſu S. Patricii ſuſcitarit emortuum,

& S. Britgidam excepit.

D

4 *Vt omnia uni Ibaro tribuantur, tribus ſeculis vixiſſe traditur. Fuit* S. *Abbanus nepos ejus Romam ad Gregorium* I *Pontificem profectus, ut vel hinc poſſimus colligere ſeculo Chriſti ſexto* S. *Ibarum floruiſſe. Conſuli poſſunt quæ* XVII *Martii in Appendice ad Vitam* S. *Patricii* § 1 *dicta ſunt : unde apparebit de ſupra citatis* S. *Abbani Actis, quibus* S. *Ibarus fingitur ante* S. *Patricium prædicaſſe in Hibernia, quam exiguam fidem mereantur : quæ proinde ad hoc ſolum allegata à nobis ſunt, ut vel ex illis conſtaret notiſſima apud Hibernos* S. *Ibari ſanctitas; licet ab ipſis obſcurata multis fabulis & portentoſa nativitatis ac pueritiæ miraculis, à quibus utinam puræ eſſent Vitæ ipſorum* SS. *Patricii & Brigidæ. Sed & chronologiam omnem Sanctorum conturbaverunt iſtarum Vitarum collectores, dum nullum ex celebrioribus dimiſerunt, cujus nomen iisdem Vitis non inſeruerint, quaſi prædictis Sanctis coævorum ac familiarium, vel certe ab iisdem præcognitorum, tamquam ſi intra annorum determinate ſignatorum numerum eſſent in hanc lucem venturi.*

Tempus Vitæ.

E

DE SANCTO ADALBERTO,

G.H.

EPISCOPO PRAGENSI, MARTYRE IN PRVSSIA,

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ 1 Tempus vitæ & martyrii. Corpus Gneſnam delatum : ad illud peregrinatur Otto III Imperator.

ANNO DCCCCXCVII, *Natus circa an.* 956

SEculum Chriſti decimum, *vita ſancta & glorioſo martyrio, illuſtravit* S. *Adalbertus, Epiſcopus Pragenſis, nobiliſſimo ſanguine prognatus, circa annum quinquageſimum ſextum ſupra nongenteſimum aut certe circa annos proximos ſequentes, utpote qui anno* DCCCCLXXII, *cum Magdeburgum ſtudiorum cauſa mitteretur, jam tunc* memoriter didiciſſe Pſalterium *traditur num.* 5 *in priore Vita : unde colligimus eum tunc annum egiſſe circitur decimum ſextum. Si quis pauciores ei tunc tribuerit annos, ac ſerius natum dixerit, per nos licebit.* Annos ter ternos *cum* in arena ſtudii palæſtram exercuiſſet ingenii *Magdeburgi, mortuus eſt Adalbertus, Archiepiſcopus Magdeburgenſis anno Chriſti* DCCCCLXXXI, *&* S. *Adalbertus, ad ſuos parentes in Bohemiam reverſus aſſumpſit ſub Epiſcopo Pragenſi Chriſtianæ militiæ arma. In hujus poſtea mortui locū electus ſucceſſor, Epiſcopus Pragenſis conſecratus eſt ab Archiepiſcopo Moguntino Veronæ, die Apoſtolorum Petri & Pauli, anno* DCCCCLXXXIII, *coram Ottone* II *Imperatore, tunc ibidem præſente : unde annum ætatis eum tunc egiſſe viceſimum ſeptimum ex ſupra dictis conſtat.*

C

reverſus in Bohemiam an. 981,

conſecratus Epiſcopus Pragenſis an. 983 29 *Iunii*

2 *Epiſcopatu relicto Romam, profectus eſt anno* DCCCCLXXXIX, *cum ibidem eſſet Theophania, Imperatrix ac vidua Ottonis* II ; *ibidemque, cum ante viſitaſſet monaſterium Caſinenſe, nec procul inde cum* S. Nilo *egiſſet, vitam monaſticam auſpicatus eſt in monaſterio* SS. *Bonifacii & Alexii.* Quinquennio pleno in monaſterio erat miles Chriſti, *quando Synodo Romæ habita à Ioanne Papa* XV *remiſſus eſt ad ſuum Epiſcopatum circa annum* DCCCCXCIV, *Verum non diu ibidem potuit conſiſtere perſecutione in eum commota, Diſceſſit ergo ad Hungaros, ibique magno cum fructu laboravit, ac* S. *Stephanum dein Regem baptizavit.*

Romæ monachum agit an. 989,

remiſſus ad Epiſcopatū an 994,

Hungaros docet.

3 *Inde Romam ad ſuum monaſterium reverſus, ſaltem labente anno* DCCCCXCV, *ibidem permanſit uſque ad Pontificatum Gregorii* V, *electi* XIII *Iulii anni ſequentis* DCCCCXCVI, *& uſque ad Ottonis* III *adventum in urbem Romanam cum Willigiſo Archiepiſcopo Moguntino : quo ibidem & in reditu per litteras urgente, à dicto Gregorio* V *remiſſus eſt* Adalbertus *ad ſuum Epiſcopatum, aut certe ad exteras nationes. Adivit tunc in Gallia Turonenſes Floriacēſes, Pariſienſes, & ſacra lipſana* S. *Martini, Benedicti, Dionyſii & aliorum veneratus eſt : dataque apud Moguntinos Ottoni* III *inſtructione, conſtituerat Pragam redire : ſed audita crudeli nece fratrum ac propinquorum declinavit ad Boleſlaum Ducem Poloniæ. Ioannes Dlugloſſus ſeu Longinus,* S. *Caſimiro datus olim inſtitutor, in Hiſtoria Polonica ſcribit pag.* 112 anno Domini DCCCCXCVI Robertum Archiepiſcopum Gneſnenſem obiiſſe, eique Adalbertum Pragenſem Epiſcopum ſucceſſiſſe. *Longinum ſequuntur paſſim hiſtorici Poloni cum Stephano Damalevicio in ſerie Archiepiſcoporum Gneſnenſium anno* MDCXLIX *Varſaviæ excuſa. Silent antiquiora Acta. Potuit ſaltem munia Epiſcopalia ibidem exercuiſſe, dum iter in Pruſſiam pararet : & ſic honoris cauſa inter dictæ Sedis Epiſcopos cenſeri. Anno* DCCCCXCVII, *deſinente hiemis rigore, acceptis à Duce Boleſlao triginta militibus, Gneſna ductus eſt ad Viſtulam fluvium, indeque navi Gedanum primum, dein per Venedicum ſinum ac lacum Habum in Sambiam Pruſſiæ provinciā deſcendit ; ibique labores ſuos illuſtri martyrio*

Reverſus Romam an. 995,

F

remiſſus anno 996

abit Gneſnam.

an iſtic tūc Archiepiſcopus

an. 997 *diſcedit Gedanum & dein in Pruſſia Martyrbit.*

A

martyrio complevit, hoc XXIII *Aprilis dicti an.* DCCCCXCVII.

4 Corpus Martyris ſancti Dux Boleſlaus redemit, & omnibus Pontificibus, Eccleſiaſticis quoque & ſecularibus viris (*verba ſunt Dlugloſſi*) accerſitis in grandi & numeroſa multitudine omnium ſtatuum & ordinum, ſancto corpori obviam proceſſit: & dum illud offendiſſet, proſternitur cum Clero, populo & univerſo comitatu: deinde laudes concinendo, corde & ore excepit, & illud in cœnobium Trzemeſzno, Ordinis Canonicorum Regularium B. Auguſtini (quod pater ſuus Miecſlaus, Polonorum Princeps, in primordio aſſumptæ fidei fundaverat, & mirifica largitate dotaverat) deferens, illic collocavit. Deinde modici temporis intervallo elapſo, volens S. Adalberti corpus amplius honorare, congregata magna Pontificum Eccleſiaſticorumque & ſecularium virorum multitudine, corpus ſacrum ex Trzemeſzno in Gneſnam, civitatem ea tempeſtate florentem & populoſam, cum magna ſolennitate & pompa, XIII Kalendas Novembris, deduxit: & in eccleſia metropolitana Gneſnenſi, cujus Sanctus ipſe aliquanto tempore erat Archiepiſcopus, honore excellenti collocavit. Pluribus poſt diebus ſequentibus Gneſnæ in memoriam tanti beneficii feſtos dies

B

egit, largiſſimas eleemoſynas egenis diſtribuens, & univerſis pro neceſſitatibus ſuis illum interpellantibus munificum & gratioſum ſe demonſtrans. Corpore autem ſancti viri Dei Adalberti Gneſnam delato, frequenti & aſſidua cœpit vir Dei miraculorum operatione clareſcere, & in variis languoribus ſupplicibus ſuis magnificus adjutor exiſtere: propter quæ non ſolum ex Polonia, ſed ex remotiſſimis Germanorum Pannoniorumque finibus, ad tumbam corporis ſancti, populorum catervatim eam adeuntium, ſanitatiſque ſolatia recipientium, cœpit eſſe frequentia. *Hæc ibi.*

5 *Ex accedentibus ad dictam tumbam fuit Otto* III *Imperator, cujus adventus deinde à Dlugloſſo deſcribitur: ſed malumus eum ex Ditmari Epiſcopi Merſeburgici, auctoris fere coævi, chronico accipere, prout eum libro* 4 *proponit iſtis verbis:* Poſtea Cæſar auditis *Romæ* mirabilibus, quæ per dilectum ſibi Martyrem Adelbertum Dominus fecit, orationis gratia eo pergere feſtinavit. Sed cum Ratisbonam veniret, à Gebehardo ejuſdem eccleſiæ Antiſtite magnifico honore ſuſceptus eſt, comitantibus ſecum Ziazone tunc Patricio, & Roberto Oblationario, cum Cardinalibus. Nullus Imperator

C

majori umquam gloria à Roma egreditur neque revertitur... Cæſar ad Cicenſem perveniens urbem, à ſecundo Hugone, ejuſdem Sedis Proviſore tertio, ut decuit Imperatorem, ſuſcipitur: deindeque recto itinere Miſnenſem tendens ad civitatem, à venerabili Egedo, hujus Eccleſiæ Epiſcopo; & à Marchione Ekkihardo, qui apud eum inter præcipuos habebatur, honorabiliter accipitur. Decurſis tunc Mulcieni terminis, huic ad Diedeſi pagum primo venienti Bolizlavus, (qui major laus, non merito, ſed more antiquo interpretatur,) parato in loco, qui Ilua dicitur, ſuimet hoſpitio, multum hilaris occurrit. Qualiter autem Cæſar ab eodem tunc ſuſciperetur, & per ſua uſque ad Gneſin deduceretur, dictu incredibile ac ineffabile eſt. Videns à longe urbem deſideratam, nudis pedibus ſuppliciter advenit: & ab Epiſcopo ejuſdem Ungero venerabiliter ſuſceptus, eccleſiam introducitur: & ad Chriſti gratiam ſibi impetrandam, Martyris Chriſti interceſſio profuſis lacrymis invitatur... Perfectis tunc omnibus, Imperator à præfato Duce magnis muneribus decoratur, & quod maxime ſibi placuit trecentis militibus loricatis. Hunc abeuntem Bolizlavus uſque ad Magdeburg deducit egregio comitatu, ubi Palmarum ſolennia celebri apparatu peracta ſunt.

Corpus redemptum defertur ad monaſterium Trzemeſzno,

& inde Gneſnam:

miraculis claret:

ad illud Otto 3 *Imperator peregrinatur,*

honorifice ubique,

& à Boleſlao Duce Poloniæ exceptus,

6 *Hæc ex Dithmaro. Quæ ad annum milleſimum in antiquo Chronico Hildensheimenſi ita confirmantur:* Imperator Otto III, cauſa orationis ad S. Adalbertum Epiſcopum & Martyrem, Quadrageſimæ tempore Slaviam intravit: ibique coadunata Synodo Epiſcopia VII diſpoſuit: & Gaudentium, fratrem B. Adalberti, in principali urbe Sclavorum * Gneſna, ordinari fecit Archiepiſcopum, licentia Romani Pontificis, cauſa petitionis Boliźlavonis * Polonorum Ducis, ab amorem potius & honorem ſui venerandi fratris, digni Pontificis & Martyris. Inde revertens Palmarum ſolennitatem Parthenopoli feſtive peregit: Paſchalia vero tempora votive Quidlingaburg celebravit: Pentecoſtes autem celebritatem digna devotione Aquiſgrani feriavit. *Ioannes Noppius, in Aquiſgranenſi Chronico, tradit tunc Aquiſgrani jacta fuiſſe ab Ottone Imperatore fundamenta eccleſiæ S. Adalberti, uti infra latius dicetur.*

AUCTORE G. H.

an. 1000 *in Quadrageſima.*

* *perperam erat* Praga.

* *uti & Boemorum.*

7 *Hiſtorici Poloni pluribus enarrant adventum dicti Ottonis* III *in Poloniam, & præ ceteris Dlugloſſus, qui addit iſta:* Cæſar donavit Boleſlao unum clavum de Cruce, perforatione Dominici corporis nobilitatum; & lanceam S. Mauritii, Thebanæ legionis Principis... Boleſlaus autem, Polonorum Rex, Cæſari brachium B. Adalberti condonavit, cum magna gratitudine

E

& devotione à Cæſare ſuſceptum: *quod brachium ſecum Romam (ubi Natalem Chriſti celebravit, & annum milleſimum primum inchoavit) delatum, depoſuit in inſula Lycaonia in eccleſia S. Bartholomæi, ad quam parens ejus Otto* II *Imperator oſſa dicti Apoſtoli Benevento aſportata intulerat. Superfuit Otto* III *uſque ad diem* XXVIII *Ianuarii anni* MII, *nulla relicta prole tunc defunctus in Italia, heredem autem nactus eſt S. Henricum, cujus & hujus Ottonis* III *proavus fuit Henricus Auceps Rex Germaniæ, ſuccedentibus poſt Aucupem tribus conſequenter Ottonibus, Romani Imperii Cæſaribus Auguſtis.*

brachium S. Adalberti Romæ in ade S. Bartholomæi deponit.

moritur 18 *Ianuarii anni* 1002.

§ II. Acta vitæ & martyrii duplicia eduntur: alia varia indicantur.

8 NOn *defuerunt eodem tempore, quo* S. *Adalbertus martyrium paſſus clarebat miraculis, qui ejus res geſtas inveſtigarent & perſcriberent, ut darent materiam aliis, qui exactius eſſent Acta vitæ totius & martyrii illuſtraturi. Inter hos excelluerunt duo: quorum alter ſub Imperio Ottonis* III *id executus eſt, alter ſub hujus ſucceſſore S. Henrico Imperatore idem præſtitit. Vtraque Acta hic damus, ex codice Metropolitanæ eccleſiæ Pragenſis perantiquo, beneficio Bohuſlai Balbini, viri è Societate noſtra in antiquitate hiſtorica valde accurati, & ab Archiepiſcopo & Capitulo dictæ eccleſiæ Pragenſis delecti & nominati ſuæ Eccleſiæ Hiſtoriographi, ex cujus calamo poſt varios alios libros nuper prodiit Hiſtoria rerum Bohemicarum: qui fuit coactus propria manu cuncta deſcribere, quod ea ob antiquitatem legere amanuenſes neſcirent. Liber eſt membranaceus totus, cum imaginibus, auro & coloribus, ut mos erat veterum, pulcherrime collucens: aforis ſignatur numero* XII, *intra vero B.* XIII *cum titulo,* Chronica Bohemorum accurata. *In utriuſque Actis diſplicet dicto Balbino, quod videantur ſcripta ab hominibus rerum Bohemicarum non ſatis gnaris, qui ipſi Bohemiam numquam viderint (quod nos de ſecundo auctore non audemus dicere) deinde obſervat hæc Acta in Ms. Pragenſi ſimpliciori & rudiori ſtylo edita & magis genuina eſſe, quam quæ ab aliis poſtmodum expolita ſunt & interpolata. Auctor prioris Vitæ infra num.* 14 *indicat tempus ſuæ ſcriptionis his verbis:* Erat ipſis diebus Romæ Imperatrix Theophania, mater ejus, qui modo regnat, tertius & Deo juvante Maximus Otto. *Auctor videtur Romæ fuiſſe monachus in monaſterio SS. Bonifacii & Alexii, in quo S. Adalbertus abdicato Epiſcopatu vixerat primum* quinquennio pleno, *ac poſtea reverſus pluribus ſaltem menſibus: in quo etiam monaſterio*

Acta duplicia,

ex Ms. Pragenſi.

F

Priora ſcripta ſub Ottone 3,

forſan à monacho SS. Bonifacii & Alexii Romæ,

AUCTORE G. H.

ſterio Græci ſimul & Latini militabant, illi ſecundum regulam S. Baſilii, iſti ex præſcripto S. Benedicti: hinc ſcriptor utrumque ſuum Patrem & Patronum agnoſcit. Ita num. 15 *aſſerit*, monachos S. Nili omnes propriis manibus victum quærentes, ſecun um regulam ſancti Patris noſtri Baſilii cæleſtibus deſideriis innoteſcent: *& dein num.* 25 *ſcribit*, Floriacum beatiſſimum corpus Confeſſoris & Patris Benedicti ſuo grege collocare meruiſſe. *Imo, cum eodem S. Adalberto in dicto monaſterio vixiſſe, videtur indicari his verbis num.* 5. Quia ſecularis philoſophiæ ſcientiſſimus erat, novimus omnes. *Dein num.* 17 *cum ſcriberet attactu manus ſanatam* filiam Joannis, addit qui nunc Urbis Præfectus eſſe dignoſcitur. *Præterea iſta num.* 20 *continentur*: Dicunt Abbas & Fratres ejus de eo, quia in omni virtute ad unguem perfectus eſt. *Florebat tunc prope Romam in Crypta-Ferrata* S. Nilus Abbas, qui *num.* 23 & uſque hodie ita amore Chriſti ferventem non meminit ſe vidiſſe aliquem juvenem. *Denique tempore martyrii S. Adalberti, vivebat in Romano SS. Bonifacii & Alexii monaſterio* Joannes Canaparius Converſus, qui in viſione S. Adalbertum in Martyrum numero annotatum vidit, *uti* (*inquit auctor num.* 29) hodie memihit.

B

perperã tributa Coſmæ Pragenſi Decano,

9 *Acta eadem, ex codice Ms. monaſterii Windbergenſis in Bavaria in finibus Boëmiæ, ediderunt Henricus Caniſius, tomo* 6 *Antiquarum lectionum; & Marquardus Freherus, ad calcem Chronici Bohemorum Coſmæ, Pragenſis eccleſiæ Decani, à quo etiam Vitam hanc cum martyrio deſcriptam cenſuit. Verum fallitur: quia Coſmas multo junior eſt, & Chronicon ſuum deduxit uſque ad* obitum Henrici IV Imperatoris, III Kalendas Junii anno MCXXV defuncti. *Præterea librum primum Chronici, in quo egerat de S. Adalberti martyrio, finit ad annum* MXXXVIII, *cum hac clauſula*: Quia aliter viſa, aliter audita, aliter narrantur ficta; quæ melius ſcimus, melius & proferimus. Nunc, auxiliante Deo & S. Adalberto, ea fert animus dicere, quæ ipſimet vidimus, vel quæ ab his referentibus qui viderunt veraciter audivimus; *ſatis innuens ſe ante relata nec vidiſſe, neque ab oculatis teſtibus audiviſſe. Floruit tempore S. Adalberti Gerbertus monachus Aureliacenſis in Arvernis, dein anno* DCCCCXCII *creatus Archiepiſcopus Remenſis: unde ad eccleſiam Ravennatem promotus eſt anno* DCCCCXCVII, *ac tandem Pontifex ſummus Silveſter* II *dictus, Eccleſiæ univerſæ præfuit, à die ſecunda Aprilis anni* DCCCCXCIX, *uſque ad diem* XII *Maii anni* MIII, *ad quem annum num.* 6 *iſta in Annalibus tradit Cardinalis Baronius*: Ejus quoque Silveſtri Papæ nomine ſcriptam vidimus S. Adalberti Martyris, Pragenſis Epiſcopi, Vitam, cujus eſt exordium: Eſt locus in partibus Germaniæ &c. Habetur in bibliotheca Caſinenſi. *Hanc Vitam, litteris Longobardicis conſcriptam, ex dicta bibliotheca Caſinenſi erutam, edidit Romæ anno* MDCXXIX *Abrahamus Bzovius, Notiſque illuſtravit, &, ut præfatur, ſuo auctori vindicavit. Verum pro ſuis vindiciis adfert nihil, præter verba Baronii, teſtimoniaque Spondani & Balduini Iunii, qui Baronium ſecuti ſunt, & Antonii à Neapoli Archiviſtæ Caſinenſis, atteſtantis cum ſuo originali concordare. Aſſentimur & nos Baronio, ſcilicet eam Vitam ſub nomine Silveſtri Papæ ibidem notatam; non tamen ipſius eſſe arbitramur: ſed incitante & monente eodem Silveſtro Papa, à monacho cœnobii SS. Bonifacii & Alexii fuiſſe conſcriptam, ipſique dedicatam, & ideo forſan fuiſſe eidem ab aliis adſcriptam. Citatus ſupra Balbinus ſe variis in Mss. reperiſſe hæc Acta aſſerit, ſed nuſquam Silveſtro* II *Papæ attributa.*

an rectius tribuantur Silveſtro II *Papæ,*

C

cujus hortatu videntur ſcripta.

Alia Acta tempore S. Henrici Imper. ſcripta,

10 *Secundo loco damus Vitam ejuſdem S. Adalberti, tempore S. Henrici Imperatoris conſcriptam. Porro auctor ſub initium ait*, patrem ejus contingere Reges linea ſanguinis: quem longe lateque jura dantem hodie tremit populus, adeoque Henrico Regi acceſſit proximus nepos. *Imo ſe vixiſſe tempore S. Adalberti teſtatur ipſe ſcriptor ſæpius; ita num.* 8 *cum in Epiſcopum eligeretur, à dæmone ut Sanctum proclamatum, teſtatus eſt* Willico, cujus, *inquit*, teſtimonium nos legimus, cum ad Abbatem noſtrum hoc ſcripto filius mandaverat. *Et num.* 14 S. Adalbertus *in monaſterio Romano* acutiſſime interrogavit de Scripturis ſanctis, ſeduło percunctatus de vitiorum vel virtutum naturis. Sed ad hæc, quod ante neſcivit, quærenti illi recte Abbas reſpondit, ut ipſe non ſemel ad nos ait. *Et num.* 17 *iſta habet.* Memini dicentem, cum cauſa ædificationis aggreſſus eſſem, Joannem Abbatem, *ubi in Notis ex Surio additur*, Adalbertus ſignorum operator adhuc in vita claruit. *Dein num.* 34, *cum auctor narraſſet eadem fratrum, addit*: Hæc tunc: ſed quando digna indigni ſcribimus, eſt mortuus furente gladio frater natu maximus, *& mox*: Hoc anno maximi fratris mors eſt ſubſecuta. *Demum ſcribit num.* 28, *à Sociis ejus genus martyrii intellectum eſſe his verbis*: Aiunt qui illo agoni interfuerunt. *Auctor Romæ fuit, ſæpius cum Abbate SS. Bonifacii & Alexii locutus, forſan dum rei ſcribendæ veritatem inquireret: nam & ex illius ore accepta memorat nonnulla, & apud eum videtur invenſſe Vitam priorem: certe eam ſecutus in multis, ipſa quandoque verba deſcripſit. Non tamen appellat eum Abbatem ſuum, uti appellat eum coram quo num.* 8 *dixerat ſe legiſſe ſcripto miſſum teſtimonium Williconis, de B. Adalberti ſanctitate, dum Epiſcopus eligeretur, per energumenum teſtata. Porro num.* 22, *poſt recitatas ipſius ſancti Epiſtolas, quibus ex Hungaria remitti ſibi petit* Clericum Radlam, Pappatem ſuum (*ea voce* Nutritium *intelligi putamus*) *jam tunc monachum; daturus auctor cauſam cur hic non paruerit*, ut enim, *inquit*, ipſum audis loquentem: *deinde ſic concludit*, Memoriam vero viri (*ſcilicet Radlæ*) ſæpe pono, cujus relatione hæc ſcribo, quem Martyris ſervum agnoſci volo. *Ex ejuſdem quoque, relatione tamquam à primæ ætate Sanctum familiarius cognoſcentis, accepiſſe videtur illos pueritiæ à diſcendo alienioris, & adoleſcentiæ minus compoſitæ nevos, quos num.* 3 *& 5 attingit, & noſtri Balbini judicio ſupra veritatem exaggerat. Quare cum hanc Vitam nulla habeant Italica Mss. ſed ſolæ Bohemica vel Germanica, omnino veroſimili conjectura poſſumus ſuſpicari, in Bohemico aliquo & forte Breunovienſi per S. Adalbertum fundato, aut ſaltem in vicino quopiam Germanico monaſterio, in quo ſcilicet & ipſe Radla degebat, vixiſſe atque ſcripſiſſe auctorem. Stylum ejus Laurentius Surius, locis aliquot, uti præfatur, modice correxit: nos primigenium damus ex dicta Pragenſi bibliotheca: & quæ ibi feſtinantior librarius prætermiſit, ex Surio, qui magis integrum contextum habuit, addimus inter Annotationes: non enim putavimus ſuo loco inſerenda, dum quid in iis proprii, quid alieni ſtyli ſit, ignoramus.*

D

ab auctore ſimiliter coævo,

& monacho,

E

in Bohemia aut Germania.

11 *Extat ibidem in eodem codice pergameno Vita S. Adalberti, carmine heroico veteri edita, hoc initio.*

Quattuor immenſi jacet inter climata mundi
Terra potens, magnæ quondam Germania famæ:
In cujus parte locus eſt non infimus, arcte
Natura ſtrictus, Boiemia nomine dictus,
Armis atque viris & rebus dives opimis.

Poëma hoc deſumptum eſt ex prima Vita à nobis indicata: in qua quia longe ſignificantius & clarius omnia narrantur, non judicavimus operæ pretium eſſe illud huic operi inſerere, quod poſt triginta folia, univerſim mille & centum circiter verſus continentia, ita concluditur:

Te ſine nil dulce: tu nobis pocula mulce:
Ludrica verba, iocos, & ſenſus dirige noſtros:
In te rite Deum trinum ſapiamus & unum.

F

alia omiſſa carmine ſcripta.

12 *Alia* S. *Adalberti Acta nobis ſubmiſſa ex Bohemia ac potiſſimum Praga fuerunt, & quidem triplicia, ſed fere ex prælaudatis deſumpta, & frivolis narratiunculis exornata; quibus non ſunt abſimilia, quæ extant cum Vita* S. *Staniſlai Cracovienſis Epiſcopi, in Legenda Sanctorum Poloniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Moraviæ, Pruſſiæ & Sileſiæ Patronorum, Cracoviæ anno* MDXI *excuſa. Aliud compendium, ex*

& varia compendia Mss.

& excuſa,

A *ex primis Actis fideliter deſumptum habemus ex Mſ. Vltrajectino: quæ omnia hic nominamus, quia antiquam S. Adalberti venerationem magis magisque confirmant.*

aliæ ex annalibus Warmienſibus

13 *Alia rurſum Acta habemus, ex monumentis & annalibus Archivii Warmienſis in Pruſſia & ex majorum traditione collecta, & nobis à Matthia Sarbivio Vilna, atq; aliunde ab alio ſubmiſſa. In iis, quæ ad martyrium ſpectant, amplificantur mirabili figmento hic in pauciora verba contrahendo.* Cum in Sambiam Pruſſiæ provinciam veniſſet, Luxetum Ducem conatus eſt ad veram Chriſti fidem convertere, ab eoque permiſſus eſt ibidem conſiſtere: ſed obſtante Kyrwardo, ſupremo idolorum Antiſtite cum ſuis ſacrificulis juſſus eſt ex Pruſſia diſcedere. S. Adalbertus gemebundus promittit ſe imperata facturum. Poſtero die ſub dio Miſſam celebrat, valedicit variis, & ſarcinulas

non ſatis certa fidei,

colligit. Et ecce à ſacrificulis, quos Waydelottos vocant, furenti impetu cingitur, caput illi amputatur, & reliquum corpus fruſtatim conciditur. Gaudentius ferro in viſcera adacto contrucidatur: Benedictus fuga evadit. Sequenti die ruſtici quidam, fruſta cadaveris S. Adalberti collecta, in ſubjectam planitiem (ubi eccleſia nomini ejus ſacra eſt erecta) comportarunt, ut ſepelirent. Et ecce corpus Martyris redintegratum ſurgit, induit ſe ſacris veſtibus,

quaſi caput ante pectus detuliſſet,

B ſumit caput ante pectus, & per terras & aquas, per quindecim milliaria Germanica, portat ad capellam, uno circiter milliario à Gedano ſitam, nunc ad S. Adalbertum nuncupatam: in altare ſeipſum cum capite recondit, jacuitque ſine honore totos tres annos. Poſtea apparens vectori Maſovitæ, poſtulavit ut ſe Gneſnam veheret. Quod is in Maſoviam avecturus, in cava quercu ſepoſuit. Sed ob fornicationem nequivit inde amovere. Detentum igitur à Pruſſis, & à Boleſlao Duce Poloniæ redemptum, non auro præponderante, ſed duobus obolis inopis viduæ, delatum Gneſnam eſt, & in eccleſia Cathedrali depoſitum. *Hæc ex dicta relatione contraximus: in qua ex picturis ſeu ſtatuis aliqua deſumpta, ſcilicet quod capite plexi Martyres ſolerent pingi aut ſculpi tenentes caput ante pectus ſuum. In Vita S. Romualdi Abbatis, auctore Hieronymo Camaldulenſi num. 47, dicitur, etiam* corpus S. Adalberti virtute divina erectum; & accepto pro-

& Gaudentius una eſſet occiſus,

prio capite in manibus, eadem via qua venerat in Poloniam reverſum, ac in civitate, quæ Gneſna dicitur à fidelibus honorifice tumulatum. *Quæ ex rudi aliqua vulgi traditione accepta, ab omnibus antiquioribus monumentis abſunt. Quæ ſupra de Gaudentio occiſo adduntur, in Warmienſi Breviario anno* MDXVI *excuſo ſic leguntur*: Sanctus quoque Gaudentius Capellanus,

C

quomodo dicatur redemptum corpus.

& prædicationis ipſius ſocius; pariter eodem fato & loco Martyr Chriſti conſecratur. *Erat* Gaudentius S. Adalberti carne & ſpiritu germanus. *Verum de nece illi tunc illata nihil tradunt antiqui; ſed dicunt eum à reditu ex Pruſſia creatum Archiepiſcopum Gneſnenſem, curaſſe ut S. Adalberti corpus redimeretur, & dein illud primum Tremeſnæ ac poſtea Gneſnæ honorifice excepiſſe.* At *qua ratione dicta redemptio facta fuerit, variant plerique. Aliqui aſſerunt annulum Ducis plus dicto corpore ponderaſſe: alii parvam pecuniæ ſummam præponderaſſe: quæ ſingulorum gloſſemata ſunt, & forſan à poſtis excogitata.*

Aliqua infra ex Annalibus Bohemicis dantur.

14 *Agunt de S. Adalberto paſſim omnes ſcriptores rerum Boemicarum, Polonicarum & Pruſſicarum, etiam lingua Germanica Wenceſlaus Hagecius, & Martinus Boreghus in Chronicis Bohemicis, & Gaſpar Scutzen in hiſtoria rerum Pruſſicarum. Ad quæ omnia curioſum lectorem remittimus. Solum infra poſt Acta ſubiungimus quædam miracula S. Adalberti, quæ ex Annalibus Bohemorum pervetuſtis, & dicto Hagecii Chronico excerpſit, & Latine converſa ad nos miſit prædictus* Bohuslaus Balbinus, *ſtudiorum noſtrorum amantiſſimus.*

§ III Reliquiæ S. Adalberti, varia ei templa dicata. Memoria in ſacris faſtis. G. H.

15 *Memoratus ſupra Dæmalevicius, ante Seriem Archiepiſcoporum Gneſnenſium, ipſam urbem Gneſnam deſcribit; cujus, inquit,* baſilica Cathedralis honori beatiſſimæ Virginis Mariæ in cælum aſſumptæ, primitus dicata eſt: quam cum incendio per Bohemos illato deformem decori reſtitutam, ſive etiam (quod alii volunt) longitudine auctam, Martinus Archiepiſcopus anno Domini MXCIV conſecraſſet; majorem, ut vocant, chorum patrocinio S. Adalberti Martyris Archiepiſcopi Gneſnenſis aſſignavit... Mauſolæum S. Adalberti Martyris, & Patroni regni Poloniæ, Archiepiſcopi Gneſnenſis, eſt in medio eccleſiæ extra chorum, eleganti & artificioſo opere cæmentario ac marmoreo, ad magnificentiam elaboratum, ferreis cancellis ſeptum. Lipſana ſacra ejuſdem ſancti Præſulis & Patroni arca argentea magni ponderis, ab Angelis duobus argenteis non parvæ molis ſuſtentata, continentur. Donarium hoc Divo Martyri Adalberto pientiſſimus Rex Poloniarum Sigiſmundus tertius largitus eſt. Mauſolæum vero ipſum impenſis piæ memoriæ olim Jacobi de Sienno, Archiepiſcopi Gneſnenſis, eſt conſtructum; & ut E epigraphe, in ſiniſtra parte Mauſolæi ſculpta, legentibus exhibet, anno MCCCCLXXXVI conſummatum. In dextera vero parte hi verſus inſculpti ſunt.

S. Adalberto Gneſnæ chorus Eccleſiæ Cathedralis dicatus.

mauſolæum cum reliquiis.

Pannonios fidei, Prutenos atque Polonos
Qui dedit, & dederat regna Bohema prius,
Diſſimili tantis meritis vitæque beatæ,
Sanctus Adalbertus, clauſus erat tumulo.
Non tulit id pietas Jacobi, cognomine Senno,
Jamque ſacris ſtruxit oſſibus iſtud opus.

16 Tres lampades argenteæ pendent ante ſacrum monumentum, quæ feſtis & Dominicis diebus accendi ſolent: plurima alia donaria, utpote aureæ pretioſiſſimis gemmis graves tabellæ, ex votis diverſorum oblatæ, diebus ſolennioribus appendi ſolent. *Caput in theca aurea* Caput inclyti Martyris in theca aurea, ſaphiris pretioſis rutillante, incluſum, populo ad oſculum, in feſto ipſius ſolenni & ejuſdem reliquiarum Tranſlatione, ſolet exhiberi, & publicæ venerationi exponi, per Canonicum lineo amictu indutum. *Hæc ibi.*

Hiſtoria reliquiarum Pragam delatarum infra datur

17 *At contra Bohemi contendunt corpus S. Adalberti Pragam delatum fuiſſe: & ita ſupra indicatus* Hieronymus Camadulenſis *in Vita S. Romualdi de dicto ſacro corpore ſcribit:* Pragam, metropolim Bohemiæ, magno cum honore deducitur, factoque locello ex auro & lapide pretioſo, ſupra majus altare Martyr & hoſtia Chriſti digne collocatur. *Hiſtoriam tranſlationis late deſcribit Coſmas, Eccleſiæ Pragenſis Decanus, ſub initium libri ſecundi Chronici* Bohemiæ: *ex qua Lectiones efformatæ ſunt, quæ in die Tranſlationis ſolent legi, & infra dantur cum exactiore diſſertatione à memorato* Balbino *Pragæ ſubmiſſa. Rogamus porro tam Bohemos quam Polonos ne*

abſque præjudicio.

agre ferant, omnia uti accipimus ita à nobis ſimpliciter narrari, abſque præjudicio ullius nationis. Venerentur utrique Sanctum Patronum Adalbertum, & Deum in ſuo Sancto glorificent, ejusque ſanctas virtutes non tam pia æmulatione prædicent quam Sancta imitatione in ſeipſis exprimant. Celebrant autem S. Adalbertum tam Poloni quam Bohemi *ſolenni ritu cum Octava. Moravi in Cathedrali & diœceſi Olomucenſi ſub ritu duplici Primæ claſſis. Solennitatem addunt. Sileſii in diœceſi Vratiſlavienſi & ſacri Ordines Dominorum Teutonicorum & Crucigerorum cum Rubea Stella. Habemus varia elogia ejuſdem S. Adalberti nobis ſubmiſſa ex antiquis Breviariis, & Miſſali Cracovienſi. Item ſequentiam hoc exordio:* Hodiernæ lux diei, celebri Martyris Dei clareſcit memoria *&c. Quæ omnia ſufficit indicaſſe, ut ſolennis venerationis antiqua veſtigia non penitus abolean-*

Cultus ſacer in Polonia & Bohemia.

tur à memoria poſterorum.

G. H. 18 *Inter varia ejus honori conſtructa templa.* S. Stephanus Rex Hungariæ, audita cæde Martyris, primus in ejus honorem templum in arce Strigonienſi condidiſſe *traditur à Damalevicio in elogio S. Adalberti. At Chronicon Aquisgranenſe iſta habet*: S. Adalberti templi, quondam mœnibus excluſi, nunc iis circumſepti, in rupe adiacente Sacratiſſimus Cæſar Otto III primum fundamenta ſtravit, *ſcilicet anno milleſimo, quo iſtic Pentecoſtem celebravit.* At Henricus ſecundus, Noricorum Dux, Romanus Imperator, ædificium conſummavit, collegium Canonicæ inſtitutionis ibidem fundavit. Hæc tabulæ fundationis habent, in quibus ſic Imperator loquitur: Quoniam indubitanter ſcimus in conſpectu Dei placere, Sanctorum loca inſtituere, & ſublimare ſpe divinæ remunerationis; pro remedio animæ noſtræ, conjugiſque noſtræ dilectæ Cunigundis, videlicet Imperatricis Auguſtæ, nec non parentum noſtrorum, cum etiam pro confirmando ſub Divina protectione regni noſtri ſtatu, eccleſiam in honorem S. Adalberti Martyris & Epiſcopi, in monte contermino Sedi noſtræ Aquenſi à nobis fundatam, omni libertate donamus &c. Anno MXVIII, Indictione I regni noſtri XVII, Imperii V. Actum Aquiſgrani feliciter. Amen. *Templum ei à S. Stephano Strigonii erectum.* *Aquisgrani ab Ottone 3 & S. Henrico.*

B *Hæc ibi quæ ad* XIV *pertinere probat Martyrologium Aquisgranenſe, ubi dicto die notatur* Dedicatio S. Adalberti in Aquis. *Addit Noppius tradi,* caput S. Adalberti ab Ottone III Imperatore dictæ eccleſiæ donatum, quod cum per varios bellicos tumultus delituiſſet, primum anno MCCCCLXXV die I Septembris in præſentia Friderici III Imperatoris, Nuntii Apoſtolici & multorum aliorum Principum & Dominorum in hac eccleſia inventum, & cum magna ſolennitate fuit elevatum. *Inter ſacras reliquias, quæ in dicta eccleſia collegiata S. Adalberti publice oſtendi ſolent, ſeptimo loco nominatur* Caput dicti Epiſcopi Pragenſis & Martyris. *Ipſi fuimus ibidem anno* MDCLXVIII, *ſacrum Reliquiarum theſaurum venerabundi conſpeximus, & quæ in codicibus Mſs. ſupererant, antiqua monumenta ſcrutati, aliqua etiam ex iis curavimus deſcribi, ferentes nobiſcum dictarum Reliquiarum indiculum, Latine & Germanice excuſum.* *& traditur ibi caput eſſe.*

19 *S. Otto Epiſcopus Babebergenſis, in ſua ad Pomeranos convertendos peregrinatione, affectum & venerationem S. Adalberti ſecum tulit, & ad ejus honorē varia ibidem templa erexit. Defecerant dein Iulinenſes cum vicinis Stetinenſibus à vera Chriſti religione ad priorem ethniciſmum; ſed Andreas Abbas lib. 3 Vitæ tradit, Iulinenſes hac ratione ad Chriſtum denuo converſos:* Siquidem ludis & ſaltationibus, paganico more, omni populo occupato, ſubito ignis Dei cecidit è cælo ſuper apoſtatricem civitatem: tantaque violentia tota urbs conflagrare cœpit, ut nemo quippiam de rebus ſuis eripere valeret: ſed animas tantum ſuas ſalvare cupientes, fuga pernici ſæviens incendium vix evaderent. Tandem vero urbe ſua ignis atrocitate deleta reverſi, invenerunt eccleſiam S. Adalberti, per Apoſtolum ſuum Ottonem illic in meditullio, propter raritatem lapidum, firmo lignorum tabulato cōſtructam, ex media parte flammarum vaporibus abſumptam: ſed mirum in modum ſanctuarium, quod viliori ſchemate, id eſt arundineto, contectum fuerat, ſubter habens pannum lineum oppanſum, propter vermiculos ab altari arcendos, omnino ab ignibus intactum remanſerat. Quo ingenti viſo miraculo, tota plebs in laudem Dei ſumma clamoris exultatione perſonabat; aſſerens procul dubio verum hunc eſſe Deum, qui in tanta ignis violentia, quæ etiam lapides comminuerat, arundinetum ſuo altari oppanſum reſervare potuerit illæſum: ſicque advocatis Sacerdotibus Chriſtianis, publicam egere pœnitentiam; & abjuratis penitus idolis, urbeque ſua, prout poterant, reædificata, jugo Chriſti cervices ſuas alacri devotione ſubmiſerunt. *Hæc geſta dicuntur Iulini, ex cujus urbis ruderibus poſtea Vollina eſt erecta, in inſula inter mare* Balthicum *& Stetinum; pro cujus etiam reductione S. Otto quondam ſolicitus, inibi* eccleſiam S. Adalberti cum fidelibus, zelo zelatis pro domo Dei, viſitavit; ac præmiſſa inibi orationis ſolennitate, altare abominationis fregit, comminuit & ejecit; factaque reconciliationis emundatione, fracturas baſilicæ ſuis impenſis emendari fecit. *Hæc ibi, nec dubitamus quin plura ad honorem S. Adalberti erexerit templa: nam* magnæ apud iſtos barbaros opinionis erant SS. Adalbertus & Wenceſlaus, *ut ante idem Andreas ſcripſerat. De eccleſiis prope Gedanum & alibi in Pruſsia, ubi fuerat martyrio coronatus, eidem erectis ſupra egimus.* *S. Otto Bambergenſis dedicat ei tēpla in Pomerania,* *Iulini unū miraculo clarum,* *Stetini,* *& forſan alibi,*

20 *Sacra ejus memoria inſcripta, mox poſt obitum, eſt pluribus antiquis Martyrologiis, Caſinenſi, Romano Ducis Altempſii, Richenaugienſi prope Conſtantiam in Suevia, Trevirenſibus S. Martini & S. Maximini, Colonienſi S. Mariæ ad Gradus, Leodienſibus S. Lamberti & S. Laurentii, Bruxellenſi S. Gudilæ, & paſsim aliis cum Martyrologio Romano ceteriſque recentioribus, etiam monaſticis. Tranſlationis meminerunt Ms. Florarium, Martyrologium Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſum, Grevenus & Caniſius ad diem* XXV *Auguſti. Fratres S. Adalberti, popularium factione occiſi, tunc cum Roma in Bohemiam reverſurus Sanctus ex Italia diſceſsiſſet; à Coſma Pragenſi appellantur* Sobebor, Spitimir, Bohuſlaus, Porey, Czaslaw: *quorum corpora ab Andrea Libicio Pragenſi Præſule, cum totius regni ſupplicatione, Pragenſi in altari anno* MCCXVI *recondita ſunt, uti etiam hodie videri teſtatur nobis ſæpe memoratus* Balbinus, *qui & ab uno eorum Bohuſlaum ſe vocari ſcripſit, & tam hujus quam aliorum ut Sanctorum nomina paſsim infantibus Bohemis imponi: Feſtum quoque eorumdem notari in Bohemicis kalendariis, & de ipſis officium recitandum præſcribi in veteri Breviario Monialium ad S. Georgium, quod tamen inducto Romani Breviarii uſu fieri ceſſaverit. Reperimus præterea in Ms. bibliotheca Caſinenſi, litteris Longobardicis exaratam* homiliam venerabilis Adalberti Epiſcopi & Martyris in Natali S. Alexii Confeſſoris, *in cujus monaſterio Romæ vixerat monachus, & indicatur* Lectio ſancti Euangelii Secundum Matthæum *hujusmodi*: Dixit Simon Petrus ad Jeſum: Domine ecce reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te quid ergo erit nobis? *Eidem homiliæ ſubiunguntur varia miracula, interceſsione & meritis S. Alexii; patrata & forſitam ab eodem S. Adelberto deſcripta, de quibus ad diem natalem S. Alexii,* XVII *Iulii, agendum erit.* *memoria in antiquis faſtis.* *Tranſlatio die 25 Aug.* *S. Fratrum corpora in altari.* *Homilia S. Adalberti.*

VITA

Auctore monacho coævo.

ex Codice Ms. Pragenſi collato cum variis editionibus.

CAPUT I.

Ortus, educatio, ſtudia Magdeburgi peracta. Reditus Pragam.

ESt locus in partibus Germaniæ, dives opibus, præpotens armis, fortibusque viris, quem incolæ *a* Bohemiam cognomine dicunt. Hujus pars maxima, infidelitatis errore præventa, creaturam pro Creatore, lignum vel lapidem pro Deo colunt; plerique vero nomine tenus Chriſtiani, ritu gentilium vivunt, quibus cauſa periculi fit res ſalutis: nonnulli tamen ex eadem gente & bene credunt, & pro ſpe futuræ mercedis bona opera agunt. Igitur in illis finibus, ubi Chriſtianitatis Religio pulcherrima *a in Bohemia*

A cherrima floruit, erat vir *b* Slawnik nomine, potens in honore & divitiis, amore juſtitiæ ac operibus miſericordiæ percarus ſuis. Vir magnus inter cunctos jus terræ habitatores, auro & argento locupletiſſimus, inter delicias ſeculi fidus *c* cuſtos divinæ legis, ambulans ſolicite juxta præcepta Sacerdotum, carus populi toti, ſed præcipue amicus Pauperum. Hic accepit uxorem dignam generis ſui, ipſam honeſtis moribus plenam, quæ audiendo verba vitæ plus ſitivit, eademque operando famem non explevit, nec delectabatur Matronarum pompis, nec auro lapidibusque pretioſis; omnia pro minimo ducens, quæ ſtulti maxima putant. Sancta erat moribus, ſancta Sermonibus, fortis (ut dicunt) in jejunio, familiaris Deo in oratione, mater lugenti pupilo, peregrino & viduæ gratiſſima ſoror. Pro his ergo, & his ſimilibus, quibus ambo florebant virtutibus, honoraverunt eos debiles & divites, & coluerunt maxime pauperum turbæ. Itaque cum de tam prænobili conjugio ſancta proles merito foret naſcitura, inter magnanimos juvenes quos procreaverant, natus eſt illis puer ſpecioſior cunctis, cui poſt in ſacri baptiſmatis lavacro datum eſt nomen *d* Woythiech, quod nomen ſonat Conſolatio exercitus.

b patre Slawnik divite & juſto

c

matre honeſta & ſancta

naſcitur, in baptiſmo Woythiech nominatus.

d

B 2 Iſte quantus eſſet futurus cum ignoratum fuerit, parentes pepercerunt formæ ejus; & præ nimia pulcritudine quam habuit, deſtinaverunt eum ſeculo: quidquid autem pius error vel mala venia parentum in hoc deliquit, mox culpæ proditor cæleſtis iræ gladius correxit. Cernentes namque infantuli corpuſculum ſubita magnitudine excreviſſe, & præ nimia inflatione ventrem toto corpore majorem, ſicque in horas majore dolore addito periculum imminere; turbantur parentes, decurrunt ubertim lacrymæ patris, & curvis unguibus lacerat ora pallida nutrix; ſtant mœſti fratres, ſævit dolor intra viſcera matris; nec vox, nec animus, nec color certa ſede manent. Tandem ſub ipſa morte confugiunt ad pium & miſericordem Dominum, & quæ pro hominum neceſſitate plus omnibus Sanctis ſuccurrere ſolet, Matrem Domini appellant. Inde veniunt ad templum cum magna humilitate ac dejectione cordis, ponenteſque puerum ſupra altare S. Mariæ, votum placabile voverunt eum Domino. His ita actis averſa eſt indignatio Dei, & extenuato ventre puer priſtinæ redditur pulcritudini.

deſtinatur ſecularibus negotiis,

agrotat cū magno omnium dolore:

impoſitus altari S. Mariæ convaleſcit.

C 3 Parentes vero, qui cauſa hujus mali erant, pœnitentia ducti, glorificaverunt Dominum, qui pro meliоratione hominum iræ ſuæ flagella diſponere novit. Puer autem proficiens ætate & ſapientia, ubi tempus erat, Chriſtianis imbuitur litteris, nec egreſſus eſt domum Patris, donec memoriter didicit Pſalterium. Proinde diſcendis liberalibus ſtudiis, miſit eum Pater ad Archiepiſcopum *e* Adalbertum, qui ab eo quod verbis docuit, & moribus & vita nusquam receſſit. Præerat autem ſacræ urbi, quæ Latine Virginum-civitas, Græce Panthenopolis vocatur. Vrbs quondam nota populis, & una ex magnis urbibus, cum primus Otto ſceptra regalia rexit: nunc autem pro peccatis *f* ſemiruta domus, & malefida ſtatio nautis. Ipſo tempore erat Magiſter ſcholarum Octricus *g* quidam Philoſophus, ſub quo turba juvenum & librorum copia multa, nimis creſcente ſtudio, floruerunt. Ergo Archiepiſcopus ille puerum cum magna caritate ſuſcipiens, dat ſibi Confirmationem ſacroſancti chriſmatis; & ſuo nomine Adalbertum appellans, tradidit ſcholis. Aderat ſibi diſcenti Spiritus ſemper individuus comes, & currunt divite vena ingenium, oratio, & ſenſus.

addiſcit Pſalterium

e

mittitur ad Adalbertū Archiep Magdeburg.

f

g

in confirmatione appellatur Adalbertus

4 Toto autem tempore ſcholaris ſtudii non æmulatus fuerat facientes iniquitatem, nec ſtetit in conſilio eorum, quibus erant inutiles actus & puerilia negotia; ſed mox ubi longius aliquantulum poſitus ei magiſter locum præbuit, occultis itineribus ad ſanctorum Martyrum domicilia confugit; ibi ſecundum menſuram temporis orationum vota perſolvens, rurſum ante occurſum magiſtri ſui reſedit. Noctibus quoque ut opus ſuum bonum ab humanis laudibus occultaret, circuit pauperes debiles & cæcos, quibus ſecundum modum amica ſolamina præſtat. Verum ne à bonæ operationis ſtudio ceſſaret, pater & mater ejus optima ſibi omnia ſufficienter dederunt; quin etiam magiſtro ſuo aurum & argentum, quæcunque oculis hominum digniſſima erant, offerentes, cari filii doctrinam magno pretio emerunt. Ille vero indefeſſo curſu ad omne virtutis exercitium ſemetipſum ſemper extendens, inter ſuos collegas pulcherrimus proceſſit. Receſſu magiſtri, quando ceteri inanibus ludis & joco laborem legendi ſibi minuerunt; ille, Davidici nectaris mella deguſtans, ſpirituali riſu ſe ſolatur: quando illi prandentes in angulis ſcholarum, dulcia obſonia magiſtro furantur; ille furtivas orationes Dominæ ſuæ mittens, Angelicam dapem ſibi mercatur.

Auctore COÆVO EX MS.

ſtudet litteris & pietati

eleemoſynas diſtribuit:

E 5 Videamus nunc virtutes, quas habuerit. Inter alias Sanctæ ſimplicitatis quam ditiſſimus erat. Quadam die dum iret de ſcolis, unus qui erat ſocius itineris prætereuntem puellam humo proſtravit, & cauſa ludi eum deſuper projecit. Concurrunt ſcholares, & quidnam foret acturus cum ingenti cachinno expectant. Ille autem, quia veſtitam virginem tetigit (ô bona Stultitia!) jam ſe nupſiſſe veriſſime credidit. Inde erigens ſe de inviſa virgine, dedit ſe bene ſimplex puer in amariſſimas lamentationes, atque continuo imbre oculos humectans; Heu me miſerum, inquit (& criminis machinatorem digito demonſtrans) hic me nubere fecit. Hæc & his ſimilia, Deo plenus infantulus, jam tunc agendo, multorum oculos in ſe defixit, mirantium ejus acta ac dicentium: Benedicens benedixit hunc puerum Deus, qui intra limina pueritiæ adhuc poſitus, ad optima quæque ſic arduus ſurgit! O terque quaterque beatus, ſi hæc humanitatis ſtudia totâ devotione adimpleverit, & arrepti operis curſum congruo exitu terminaverit! Quibus vero cognitus pater ejus & mirifica mater, non eſt mirum, ajunt, ſi tantus eſt de tantis parentibus ortus: patris juſtitia floret in eo, & maternæ pietatis imago in purpureo pectore vernat. Quot annis ſtuduit, incertum eſt: ſed quia ſecularis philoſophiæ ſatis ſcientiſſimus erat, novimus omnes. Quem Dominus, credo, ad hoc humanæ philoſophiæ ſtudere voluit, ut poſt divinæ ſapientiæ montes faciliori greſſu ſcandere poſſet: aut potius ſeculi amara parvulus potare debuit, ut poſt vir factus Dei dulcia præcepta avidiori animo hauriret.

ſimplex & innocens,

præclarus philoſophus

F 6 Poſt hæc magiſter ſcholarum *h* Imperatoris ſervitio aſcriptus acceſſit in regiam curtem: at *i* Archimandrita Adalbertus, debitum naturæ perſolvens, ex hoc pelago ad littora ſupernæ beatitudinis transvolarat. Alumnus autem illius, patriam caroſque propinquos reviſens, ſub ſacræ civitatis Pragæ Epiſcopo primo nomine Tetharato, arma Chriſtianæ militiæ militaturus aſſumpſit. Nec poſt multo cœpit languor peſſimus eumdem Epiſcopum, & deteſtabili fine clauſura vitam venit ei ultima dies: nam in extremo anhelitu, cum tamen adhuc magna pars animæ ſuperſtes foret, aſtantibus, quorum ille adoleſcens unus erat, hanc fabellam ægra voce retulit: *k* Heu mihi! qualis eram, & quantum diverſus ab illo, qualem me nunc eſſe vellem! Heu me miſerum!

h

i

redit Pragam:

k

AUCTORE COÆVO EX MS.

perdidi dies meos, jam pœnitentiæ fructus nuſquam. Perii! Ubi nunc error meus: & inanes divitiæ? O caro putribilis, & eſca vermium! ubi nunc gloria & pulchritudo vanitatis tuæ! Decepiſti me, decepiſti fallax ſeculum, promittens mihi annoſam ætatem: & ecce inſperatæ mortis gladio male interemi animam meam! ſed meum ſcelus utcumque veniale erga Pium Dominum foret, niſi commendatæ Plebis ſcelera ad cumulum miſeriarum accederent: voluptates enim & deſideria eis pro lege erant, nec prohibui furentem, nec prohibere potui ſponte pereuntem populum, qui adhuc hodie nil ſciunt, extra quod digitus ſatanæ in eorum cordibus ſcripſit. Væ mihi! quia ſilui. Hoc eſt quod dolet, & dolebit in ævum. Nam ecce diræ mortis victima in infernum recta via proficiſcor, ubi vermes mei non morientur, & ignis meus ardebit in æternum & ultra. Sic ait, & citius dicto obdormivit, factuſque eſt planctus magnus ſuper eum. Timuerunt autem omnes timore magno, ſed præ omnibus adoleſcens Adalbertus, qui his diebus delicioſus miles erat, nocte eadem ſacco indutus cilicino & caput cinere reſpergens, ſingulas circuit eccleſias, pauperibus quoque quæ habuit large diſpergens, ſe & cauſam ſuam precibus Domino commendavit. Ipſi autem Epiſcopatus honorem jam tunc aliqui tacitis promiſſionibus, nonnulli publico ſermone promiſerunt.

adeſt Epiſcopo in morte plurimũ timenti,

pœnitentiam agit.

B

ANNOTATA.

a *Bzovius ex Ms. Caſinenſi* Sclavoniam, *cujus ſcilicet regionis latiſſimæ provincia ſeu ditio eſt* Bohemia.

b *Idem*, Sclavonicus. *Is erat teſte Dubravio*, Comes Libicenſium, & vicariam Principis juriſdictionem regionatim per arces vel oppida adminiſtrabat. *Erat autem* Lubic, *uti docet Coſmas Pragenſis*, metropolis, ſita loco ubi amnis Cidlina nomen perdit ſuum, intrans in fluvium liberioris aquæ Labæ. *Addit dein Coſmas Principatus limites.*

c *Hæc bene notanda, eo quod in altera Vita mores longe alii indicentur.*

d *Bzovius*, Vicentius *ex Ms. Caſinenſi*, *&* Vincentius *ex Ms. S. Caciliæ.*

e *Dubravius*, Adalbertum primum omnium Otto Cæſar Merropolitem Magdeburgenſem inſtituit, virum à commendatione virtutum celebrem.

f *Fuit* Magdeburgum, Parthenopolis, *Græco vocabulo dictum, ſæpius ab Hunnis aliiſque barbaris vaſtatum, aut incendiis deformatum: ac videtur aliquid ſimile tunc contigiſſe. Conſule Meriani topographiam Saxoniæ inferioris pag.* 167.

C

g Octricus, *aliis* Otheicus, Stericus, Aſtericus, Diethericus, *ſucceſſit Adalberto, in Archiepiſcopatu Magdeburgenſi: quem Vita 2 num. 6 indicat à ſchola ad Regis Cappellam tranſlatum fuiſſe: qui ei videtur gradus ad Epiſcopatum extitiſſe.*

h *Hic eſt* Otto II *apud Bzovium indicatus: qui Ottoni I patri ſuo, anno 973 die 7 Maii Magdeburgi mortuo, ſucceſſit; ante anno 967 Imperator à Ioanne 13 Papa coronatus.*

i *Imo* Archiepiſcopus *apud Bzovium, extremum autem diem clauſit 21 Maii anno 981. Ita Streveſdorfius in Primatu Magdeburgenſi.*

k *Alii* Dithmarum *&* Diethmarum *appellant. Balbinus auctorem arguit, quod nimia ſit hyperboles uſus: addens* nihil aliud fuiſſe, quam timorem etiam Sanctorum virorum, in morte judicia Dei perpendentium. *Certe Coſmas Pragenſis de eo iſta ſcribit:* Anno 968 Præſul Dithmarus eccleſias, à fidelibus in multis locis ad Dei laudem conſtructas, conſecrat: & populum gentilem baptizans, quam plurimum facit Chriſto fidelem; nec poſt multos dies, anno ſcilicet 969, IV Nonas Januarii, vinculis carnis ſolutus, talentum ſibi creditum Chriſto reportavit centuplicatum. *Nihil etiam in eo vituperat Dubravius. Aſt Hageccius* eum omnium virtutum exemplar obiiſſe cum magno Bohemorum luctu, *ſcribit ad annum 969. Æneas Silvius*, opinione ſanctitatis inſignem *appellat.*

D

CAPUT II.

Epiſcopalis dignitas: exercitia virtutum.

7 POſt mortem vero Epiſcopi, non longe ab urbe Praga, factus eſt conventus deſolatæ plebis, una cum *a* Principe illius terræ: & fit diligens inquiſitio, quem pro illo ponerent. Reſponderunt autem omnes uno ore: Ecquis alius niſi indigena noſter Adalbertus? cujus actus, nobilitas, divitiæ, ac vita cum honore concordant. Hic quo ipſe gradiatur, optime novit: hic etiam ducatum animarum prudenter adminiſtrabit. Eodem die Dominico, quando hæc electio facta eſt, quidam validiſſimo dæmone raptus fertur in eccleſiam, ubi ſedes Epiſcopalis eſt: & cœpit palam confiteri mala ſua, quorum ſibi conſcius erat. Tunc convenerunt Miniſtri Dominicalis Menſæ, orantes pro eo, & ſacris verbis inimicum perſequentes. Exclamavit autem per os illius impuriſſimus dæmon, dicens: Quid mihi & vobis? Veniſtis detrudere me de hoc habitaculo? ſed quid prodeſt vobis jactare inania verba? Ego illum, qui ſeſſurus eſt in iſta ſede, valde timeo: ubicumque eum video vel audio non auſus ſum ſtare. Et continuo ſpumans dæmon, murmura & horriſona verba ingeminat; & diris dentibus diu infrendens, ad ultimum exivit, homine ſano. Die poſtero ante ortum ſolis venit nuntius dicens; Quia heri Dominus Adalbertus conſenſu publico electus eſt in Epiſcopum. Concurrit populus cum Clero, glorificantes & gratias agentes Domino, quia volens nolenſque nequam ſpiritus confeſſus eſt electionem illius.

a

In Epiſcopum Pragenſem eligitur,

E

eo tempore à dæmone ut Sanctus proclamatus:

8 Rediens interea de Sarraceno *b* bello adiit Veronam Imperatorius Apex, ſcilicet Otto ſecundus: cui fuit manus in prælio fortis, in parvo corpore maxima virtus, Auguſtus melior bono Patre, & ut fama meminit, per omnia Cæſar Chriſtianiſſimus. Idem tunc victor & victus pro colligendo milite huc venerat, volens ultum ire damna victoriæ, ſed neſciens quia *c* mors eum proxima pulſat. Ad hunc ergo Bohemica manus perrexit, ferens legationem de parte Ducis, & obtulit electum Epiſcopum, rogans ejus manu popularem confirmari electionem. Non minus Imperator, eorum dignæ petitioni acquieſcens, dat ei *d* paſtoralem Virgam; &, cujus ſuffraganeus erat, *e* Maguntino Archipræſuli in Epiſcopum direxit conſecrandum. Conſecratus ille feſto Amicorum D. N. Jeſu Chriſti Petri & Pauli, multo comitatu equitat in dulcem patriam. Equus autem cujus tergo inſederat, non more frementium equorum, nec properis curſibus gradiebatur, neque auro & argento portat fulgentia fræna; ſed in ruſticum morem torta cannabe ora ſtrictus, inceſſit ad arbitrium ſedentis. Ventum eſt ad ſanctam civitatem Pragam, ubi Dux prædilectus *f* Wenceſlaus quondam Regnum tenuit, ac in Dei ſervitio vivere ſuum egregie perduxit, poſtea vero ſub impii fratris ferro nobile martyrium conſummans, manifeſtis indiciis ac ingentibus uſque hodie miraculis ſua merita probat. Ibi tum novus ille Pontifex vincla pedum ſolvens, nudo pede intrat Urbem: hinc humili ſpiritu & corde contrito orationis jura perſolvens, magno gaudio civium Epiſcopalem Cathedram inſedit.

b

Ab Ottone II paſtoralem virgam accipit:

c

F

d e

Ab Archiep. Moguntino conſecratur. 28 Iunii

f

ob reverentiam S. Wenceſlai pedes Pragã ingreditur:

9 Erat autem cunctis diebus Pontificatus Epiſcopii ſui pie ac fideliter ſerviens Domino, ſed multo

A to ac *g* inproficuo labore Chriſtianitatis normam exercens in populo. Res Eccleſiaſticas ſub æqua diviſione diſtribuit in quatuor partes: primam partem pro neceſſariis vel ornatibus eccleſiæ, ſecundam vero Canonicorum commoditatibus adſcripſit, tertiam autem in agmina pauperum proflua miſeratione expendens; ultimam partis ſummulam pro ſuis uſibus ſervat. Præterea omni die feſto plurimos pauperes ad opera miſericordiæ vocat, quæ eis neceſſaria erant affluente copia miniſtrans. Item quotidianis diebus *b* terquaternos habere ſolitus erat, quos in Apoſtolici nominis honorem dape & potu ſatiabat. Raro autem, extra feſtum aliquod, vidit eum meridianus ſol manducantem: & numquam media nox ſomno indulgentem. Stat lectulus altis plumis & oſtro rigidus, die oculos hominum paſcens; nocte vero aut habuit fratrem Gaudentium, aut cæcum natum vel alterum (extra quos, ſuo cubili amiciſſima familiaritate junctos, & ſe tertium, nemo quartus recubuit in una domo) ipſi vero nuda humus vel leve cilicium, & lapis pro capitis ſuſtentaculo, ſomnum dabant. Numquam ſaturo ventre it vel vadit dormitum; & nondum expleto ſopore, ſurgit ad ſolitæ orationis convivia. Corpus vero & corporis incentiva acerrimis attriverat jejuniis, nec umquam ulli voluptati animum dare volebat. Parva quies oculis, & nulla venia eſt defectis pedibus.

g bona Eccleſiaſtica in 4 partes diſtribuit:

b

dormit humi aut in cilicio:

arcte jejunat:

B 10 Luſtraverat etiam carcerem & in carcere poſitos, quorum longa ſeries & infinitum agmen erat. Nulli plus nota propria domus, quam ſibi erat, quis, quo nomine, & in qua parte cubaret infirmus, aut quot capita rediviva ſalus vitæ redderet, quot fatalis hora mitteret letho: quorum omnium poſt pia obſequia, ſi ſeminis tempus erat, ad campos decurrit; & ſatione peracta unde viveret, propriis manibus ſe laboraſſe gaudebat. Hinc viator intrepidus aderat ſacris ædibus ſæpius, Domino precator importunus cæleſtes fores pulſat: nunc longis genuum flexionibus orationem protrahit, nunc ſuſpiria cordis multo flumine rigat. De Completorio uſque ad Primam non exiit verbum de ore ejus, & ad inſtar monachicæ profeſſionis nocturna ſilentia ſervat. Poſt Primam Paſtoralibus cauſis ſtudia ſua impendit, audiens diligenter quid cum prædato paupere peregrinus & vidua ejularent. Quando autem exteriore cura vacabat, uſque ad Miſſæ celebrationem Davidicis utitur alloquiis, homini non locutus eſt verbum, quamdiu Dominicæ menſæ infulatus aſtitit, & ſuper Sancta Sanctorum immolans Angelicum panem. Poſt manuum autem opera laborabat, aut cum caris Capellanis ſacræ lectionis cibaria deguſtabat. His otiis longum diem, talibus negotiis totam ducere noctem ſolebat: hi ſibi mores, hoc ſtudium, hæc erat meta vivendi.

inviſit captivos & ægros:

laborat manibus:

à Completorio uſque ad Primam ſilet:

dein audit pauperes, peregrinos, viduas,

C 11 Poſt Completorium, cum ſolitis orationibus incubaret, quidam pauper, cui nil præter vitam & membra impius latro reliquit, miſeris ululatibus templi oſtia pulſat. Quo audito, cum de erogatis opibus nulla ſuperfuiſſent, cœpit curioſius excogitare quid illi dare poſſet; & cum nil aliud occurreret, ingreſſus cubile, quod ſolum habuit tulit inde ſericum pulvinar; cui abſtrahens ſericum, plumas circumquaque per domum reſperſit, deinde ad jacentis mendici clamorem recurrens, inanem purpuram in rugas complicavit; & per coëuntium januarum foramina emittens, hoc fertili dono manum pauperis accumulavit. Cujus furti auctor cum lateret, cumque domus ſuæ præpoſitus hoc inter pueros aſperius inquirere vellet; prohibuit eum, dicens: Nequaquam inimicus homo hoc fecit, ſed qui indigens erat forſan pro explenda neceſſitate aſſumpſit.

miſero pauperi pulvinar donat:

12 Inter hæc ſancta opera non deſinebat pluere prædicationis verba, nec ſibi ſolum bonus, nec niſi cum pluribus cæleſtium gaudiorum particeps eſſe voluit; ſic alta petens, ut proximorum infima non deſpiceret; ſic infimitati proximorum congruens, ut alta petere non deſiſteret. Singulis compaſſione proximus, & præ cunctis in contemplatione ſuſpenſus, ſic diſcretionis artem ſervare novit, ut eſſet in eo & juſte conſulens miſericordia, & pie læviens diſciplina. Ipſi autem contraria voluntate ad carnalem ſenſum relapſi, bonum Paſtorem ſequi noluerunt: novo quippe modo, cum eſſent cæleſtibus bonis paſti, peccatorum fæcibus explebantur. Ille ſpiritualibus adjutoriis caulas ſuas præmunire inſtat: illi deſtruere quod fecit, diabolicis impugnationibus feſtinant. Ille à captivitate dæmonum & vitiorum populum liberare parat: illi eo arctius ſe in omni peccato obligare non ceſſant. Vidit ergo Epiſcopus, quia divinis legibus adverſum ire omnibus modis feſtinant: vidit quod obdurato corde in Dominum grandia quæque & nova ſcelera adimplere meditantur: vidit optimæ gubernationis fruſtrari lacertos, plus eiam obeſſe ſibi, quam populo prodeſſe. Deflet ergo peccatum, & amariſſimo luctu proſequitur damna perditæ gentis; ad ultimum cogitat melius eſſe relinquere, quam in cæco & ſponte pereunte populo operam perdere. Quod maxime de tribus cauſis actum eſſe dicunt, qui hujus rei ordinem ipſo narrante compererunt. Prima & velut primitialis cauſa propter plures uxores unius viri, ſecunda propter deteſtanda conjugia Clericorum, tertia propter captivos & mancipia Chriſtianorum, quos mercator Judæus infelici auro emerat, emptoſque tot Epiſcopus redimere non potuit. In ſomnis quoque apparuit ei Dominus ſuſcitans eum, & de lento ſopore ſurgere jubens. Cui inquit ille: Quis es tu tam imperioſæ auctoritatis, vel cujus rei gratia quietem frangere jubes? Reſpondit: Ego ſum Jeſus Chriſtus, qui venditus ſum, & ecce iterum vendor Judæis, & tu adhuc ſtertis? Ille expergefactus ſecum tacito corde pertractat, quidnam hæc viſio vellet: admovet ſolvendæ quæſtiunculæ ſocium, elegantem virum, Villiconem. Hic honore Præpoſituræ præerat ceteris, hunc vir ſanctiſſimus omnium conſiliorum ſuorum participem fecit: cui cum ſuam viſionem exponeret, reſpondit in propria verba & cogitationes ille mitiſſimus heros: Quando venduntur Chriſtiani Judæis, hanc venditionem patitur ipſe Chriſtus, cujus nos corpus & membra, à quo movemur & ſumus.

Auctore coævo ex ms. conciones utiles habet,

& contraria carnalibus hominibus,

quorũ peccata deſlet,

E

& Chriſtianos vendi Judæis dolet.

F

ANNOTATA.

a *Is erat* Boleſlaus II, Pius *cognominatus.*

b *Id bellum contra Saracenos in Italia anno 982 geſtum eſt, quod in ſequenti Vita latius deſcribitur, ſed non tam æquo calamo.*

c *Mortuus eſt Romæ 7 Decemb. anni 983.*

d *De hac* Paſtorali virga, *ab Imperatoribus & Regibus contra voluntatem ſummi Pontificis tunc dari ſolita, late agitur in Vita S. Anſelmi 21 Aprilis.*

e *Hic eſt* venerabilis Willigiſus, *qui præfuit eccleſiæ Moguntinæ ab anno 977 uſque ad annum* 1011.

f *Colitur* S. Wenceſlaus 28 *Septembris, occiſus anno* 938.

g *Bzovius* proficuo.

h *Idem* quinquagenos eleemoſynarios, *alii* pauperes plurimos.

AUCTORE COÆVO EX MS.

CAPUT III.

Iter Romam, Caſinum, & ad S. Nilum. Monaſtica vita Romæ. Miracula.

13 HÆc ſanctus Epiſcopus æqua lance perpendens, & ab imo cordis longa ſuſpiria trahens, amplius ſtare timuit, ſicque conſilio doloris accepto venit Romam, & Apoſtolicæ ſedis *a* Pontificem, quid in tanto ſuo populique diſcrimine foret acturus, gemebundis queſtibus inquirit. Commendatus, inquit, mihi grex audire me non vult, nec capit ſermo meus [radicem] in illis, in quorum pectoribus dæmoniacæ ſervitutis imperia regnant; & ea regio eſt, ubi pro juſto corporis virtus, pro lege voluptas dominatur. Ad hæc Apoſtolicus! Fili, inquit, quia te ſequi nolunt, fuge quod nocet: operæ pretium eſt enim, ſi cum aliis fructum agere non potes, vel teipſum non perdas. Quare meo conſilio arripe tibi otia contemplationis, & ſede inter eos qui vitam quietam in ſtudiis dulcibus & ſalubribus agunt. Hac itaque velut divina reſponſione animatus, cum ad futura Sanctorum gaudia ardenti deſiderio anhelaret, ſtatuit ſecum natale ſolum notioreſque populos derelinquere: vult pro Domino peregre proficiſci, atque velut ſub alio ſole inopem ducere ſenectam. Omnia dura & aſpera pro dilecto Jeſu dulcia ſibi viſa ſunt: pro divite Chriſto anguſtam pauperiem pati, non tam labor quam ingens amor erat. Poſt hanc ſuæ mentis deliberationem, argentum pauperibus large diſtribuens, Epiſcopalem Cameram evacuavit.

a Romam petit,

ſtatuit E. *piſcopatum deſerere,* B

largas facit eleemoſynas.

14 Erat autem ipſis *b* diebus Romæ Imperatrix Auguſta Teophania, mater ejus qui modo regnat, tertius & Deo juvante maximus Otto: cui pia cura circa pauperes cum ſummatibus Viris, & bene quærentibus Chriſtum ſinceriſſima dilectio fuit. Hoc comperto, quod gratia orationis exulans ille uſque Hieroſolymam pergere vellet, clam venire illum fecit, & argenti tantum, quantum juvenis Gaudentius vix levare poſſet, pro viatico accipere fecit, quod eadem conſequenti nocte pauperibus fideliter diviſit; atque ab uno denario totum expendens, nihil ſibi retinuit: deinde pueris remiſſis in patriam, mutat habitum, & aſinum pro portandis oneribus mercatus, cum tribus numero fratribus ſanctum iter aſſumpſit. Habens itaque animum Hieroſolymis ſepulcrum Domini viſere, venit ad montem Caſinum: in cujus cacumine monaſterium ſedet, quod in hoc loco primus conſtruere cœpit beatiſſimus Pater, monachorum flos & gloria, *d* Benedictus: ibi quoque, ut Gregorii mellifluum os ſonat, ultimam partem vitæ deguit; & veræ religionis exemplar, omnibus qui in Chriſto pie vivere volunt, digito conſcripſit. Hic tum, licet agnitus non fuiſſet, attamen Domino quod futurum erat providente, honorifice hoſpitio ſuſceptus eſt. Poſt paucos autem dies, cum iter cœptum agere vellet, acceſſit ad eum illius loci *e* Abbas, & cum ipſo admodum *f* illuſtres viri, hæc conſilia velut à divina arce ferentes: Via, inquiunt, quam acquirendæ beatitudinis cauſa cepiſti, longa eſt à recta via, & ab illa quæ ducit ad vitam: perplexitatibus quippe fugacis ſeculi carere magni eſt animi, ſed quotidie loca nova mutare minus laudabile eſt; ſicut enim hiberni maris inconſtantia malum nautis, ita vagatio de loco in locum periculum ſuis ſequacibus minatur. Stare autem uno loco, & ſupernis viſibus eo liberius perfrui, non nos, ſed præcepta majorum, virorumque fortium exempla tibi dicunt. Quod conſilium providus heros, non ſecus quam divinitus datum accipiens, ibi finem laboris & errabundæ vagationis ponere cogitavit.

b

c

A Theophania Imperatrice pecuniam oblatam pauperibus diſtribuit:

ituras Hieroſolymam, deflectit Caſinum:

d C

e

f

ibique perſiſtere decernit.

15 Hæc eo cogitante fruſtratur eum Dominus, volens dilecti hominis deſideria aliquantulum dilatare, ut quanto nunc amara primum, & labore parata, tanto poſt dulciora fuiſſent. Nam cum ibi monaſtica lege vivere vellet, repente attonitas horribile verbum ejus tranſverberat aures: Et bonum eſt, inquiunt, ut ſtes nobiſcum, hic monachicum induas habitum, hic Deo placiturum vivere ducas, noſtras quoque eccleſias novo opere conſtructas, *g* cum ſis Epiſcopus, ſacrare potes. Quo audito ille heros, jam dudum intra ſe turbatus, hæc ira dictante reddidit: Utrum me hominem an aſinum putatis, ut cum amota filiorum cura Epiſcopus eſſe deſiſterem, nunc ſub nomine Epiſcopi veſtras domos conſecrarem? Nec mora: it deorſum per montis convexa, & quaſi duorum dierum itinere acto, ad magnum virum *h* Nilum perrexit, cujus nobile meritum in monaſtico ordine, velut novus Lucifer in ætherio axe, refulget: ſub quo etiam duce ac divinæ artis magiſtro diſcipulorum plurima manus Deo militarunt. Hi vero omnes propriis manibus victum quærentes, ſecundum regulam ſancti Patris noſtri Baſilii, cæleſtibus deſideriis innituntur. Hac fama ductus aggreditur ſanctum ſenem, & provolutis genibus diu profudit lacrymas, quærens ab eo reſpoſa & amica ſolamina. Quem intuitus Dominus Abbas Nilus, cujus meriti in conſpectu Domini viveret, jam in primo ſermone cognovit: qui & uſque hodie ita amore Chriſti ferventem non meminit ſe vidiſſe aliquem juvenem. Et recepiſſem te, inquit, dulcis nate, niſi hæc ſuſceptio mihi meiſque nocitura, tibi tamen minime eſſet profutura. Etenim, ut iſte habitus, barbæ, & pili teſtantur, non indigena, ſed homo Græcus ſum; terra autem quantulacumque eſt, quam ego & mei mecum incolunt, illorum quos tu bene fugis, propria eſt; ſi, quod Deo volente nimis vellem, una nobiſcum cohabitaveris; tollent illi quæ ſua ſunt, ego cum caris filiis expellar totus, tu de incerta re plus incertus eris. Quin imo accipe Patris conſilium, & unde digreſſus es repete urbem Romam: quo cum Angelo bono te ducente perveneris, Dominum Abbatem Leonem, nobis amiciſſimum, ex noſtra omniumque perſona ſalutes, atque epiſtolam noſtram feras in hæc verba: aut te apud ſe, quod plus volo, retineat; aut ſi ei difficile apparet, ad Abbatem S. Sabæ mea voce commendet.

D

g *ſed ut Epiſcopus agnitus,*

h *ad S. Nilū profectus;*

non admittitur ad monachatum.

ſed cum litteris Romam miſſus,

16 Hac ſpe confirmatus regreditur ad ſacratam arcem urbium, dominam & caput mundi, Romam; inde, cui monaſterio Abbas Leo præfuiſſet, diligenter inquirens, ad Sanctorum limina *i* Bonifacii & *k* Alexii monſtrante populo perductus eſt. Poſtquam ingreſſus eſt, & cum Abbate datur copia fandi, obtulit ſalutationem & litteras, quas miſerat Abbas Nilus. Quibus perlectis, ut ex longo uſu ſpiritum probare doctus erat priuſquam recepiſſet illum, arguta arte cuncta explorat. Primum cœpit ſimulare indignationem: quis, qua mente præditus eſſet, averſo vultu indagare; aſpera & dura illi prædicens, cunctaque arcana mentis ejus ſagaci ingenio perquirens. Juſtum vero ac tenacem propoſiti virum, nec dura hominis reſponſio frangere valuit, nec venientium tentationum minæ à ſemel arrepta voluntate revocare potuerunt. Abbas vero Leo, ubi non ſolum avertere à ſuo propoſito, ſed etiam dura prædicendo plus accendere poterat, accepturum ſe fore illum pollicetur: ſtatuit etiam Dominum Apoſtolicum cum humiliato Antiſtite prius convenire, ut quidquid agendum foret, tanti Patris ſententia ſuorumque Cardinalium conſilia deliberarent. Poſt hæc, rite peractis omnibus, qua die Dominus diſcipulorum ſuorum lavit pedes ac linteo exterſit, monachalem habitum ille Epiſcopus accepit. Sabbato Sancto, quando

F

i *k* *ab Abbate ss. Bonifacii & Alexii,*

ex ſententia Pontificis,

induitur monaſtico habitu.

A quando baptizati catechumeni criminalibus vinclis ſolvuntur, ſoluta eſt & ipſi capite pendens cuculla. Hinc ſecundum regulæ morem Fratrum numero adjunctus, quærendum anguſto calce cœpit ardentius cupere Chriſtum. Duo ex Fratribus qui cum eo erant, jamdudum videntes quia ſe monachum facere vellet, non bene projecto clypeo fugam dederunt; *cum Gaudentio germano.* ſolus vero Gaudentius, exemplo conſtantis viri remanens, cum beato viro monachatum atque probabilem converſationem conſecutus eſt: qui etiam ſibi carne & ſpiritu duplex germanus, & ab infantia ſemper fidiſſimus comes adhæſit.

17 Ipſe vero omni obedientia ac humilitate ambulans inter Fratres, contra bella tentantium vitiorum intrepidus tiro accingitur. *contra tentationes pugnat aperiendo illas:* In cogitationibus ſuis ad humilem confeſſionem ſemper confugiens, quaſſatæ mentis arcana ſpiritualibus viris pandere non ceſſavit: ceſſante vero tentationum imbre in novam meſſem floruit virtutum, ac poſt vitiorum victoriam ſubito clarior eluxit. Proceſſit ergo ut lux ſplendens, & crevit uſque ad perfectum diem. Obedientia, qua donavit eum ſuus Abbas, hujuſcemodi erat, ut coquinæ Fratrum atque ad miniſtratorios uſus aquam humero apportaret; manibus quo- B *aquã portat in cuſinam & lavacrũ:* que eorum lavandis ſimile obſequium ageret: ſic ſe cunctis Fratribus ſervire lætatur. Nec moratur interea æmulus hoſtis, nunc aperto bello, nunc latentibus inſidiis hominem Dei impugnaturus: & cum teſtea vaſa, nunc aqua, aliquando vino plena portaret; prædictus hoſtis callido aſtu lapſus parat; ac ut *confractis casu vasis veniam petit:* confracta in partes ſpargerentur efficiens, ſacri viri faciem ingenti rubore perfudit. Hæc dum multotiens fierent, & ipſe tot vicibus veniam proſtrato corpore peteret; tandem ultor ejus confuſionis reſpexit ad hæc negotia Deus: nam una dierum, cum Fratrum menſæ apportaturus foret merum, offenſo pede corruit ipſe ſuper vas, *corruit vase integro relicto:* & vas ingenti cecidit ſuper marmora lapſu. Audiit à longe Pater monaſterii cunctique Fratres per ordinem, quo modo labitur ille heros; neſcientes quia hunc caſum proſperrima adverſitas comitaretur: ita enim vas ſanum & vini pretium non minutum reperitur, ac ſi nulla facta foret ruina. Item Nobilis *l* quædam *l* femina monaſterium hoc cauſa orationis *panem signans ægrã matronam sanat:* ingreditur, & cum caritatem ibi facere juſſa foret, jam ſeptem annis panem ſe non guſtaſſe profitetur: ille vero hunc abſtinentiæ morem pro infirmitate ei adhæſiſſe recognoſcens, allato pane ſalutiferæ Cru- C cis ſignaculum impreſſit; ac deinde prandenti matronæ eumdem apponens, in nomine Domini mei Jeſu Chriſti, filia, inquit, manduca panem; non licet tibi ſanctam Chriſti caritatem violare: pro ejus enim amore hoc parum prandii accipere juſſa es. Ad hanc vocem credula mulier, panis munera deguſtans, cum gratiarum actione regreditur in domum ſuam; ex hinc ergo communi cibo uſa, rem novam ſibi contigiſſe civibus narrat, ac glorificat vox omnium *tactu febrim pellit.* Dominum Deum. Nec prætereundum eſt, qualiter cujuſdam Joannis filiam, qui nunc Præfectus urbis eſſe dignoſcitur, atrociſſimus febrium dolor vexare cœpit: quam cum homo Dei ſacratiſſima ſua manu tangeret, omnis languor corporis ejus imperio abſceſſit.

ANNO ÆTATA.

a *Is erat* Joannes XV, *qui ſedit ab anno* 985 *uſque ad annum* 996.

b *Venit* Theophania *Romam anno* 989, *ibique Natalem Domini celebravit. Ita Chronicon Hildensheimenſe.*

c Qui modo regnat *legitur apud Caniſium, Freher-*

rum & Bzovium. Aſt in Ms. Pragenſi, Qui tunc regnabat. *Sed priorem lectionem ex aliis adjunctis ſupra probavimus.* AUCTORE COÆVO EX MS.

d S. Benedicti Vitam *per S. Gregorium illuſtravimus* 21 *Martii.*

e Abbas Caſinenſis *tunc erat* Manſo, *ordine* 28, *Pandulphi Capuæ Principis conſanguineus, qui præfuit ab anno* 987 *uſque ad annum* 997.

f Seniores plures, *aut* quoſdam de Prioribus *fuiſſe ſcribit Leo Oſtenſis lib.* 2 *Chronici Caſinenſis cap.* 17, *ubi reliqua, & forſan hinc deſumpta, narrat.*

g *Addit Leo,* Et noſtros Clericos ad gradus Eccleſiaſticos promovere decentiſſime poteris: *obſervat autem Angelus de Nuce privilegium fuiſſe Abbatibus Caſinenſibus,* ut à quocumque mallent Catholico Epiſcopo ſuos Clericos promoveri facerent.

h *Addit idem Leo:* Quem, *Nilum ſcilicet,* tunc apud Vallem-Luci cum aliquot Græcis Fratribus converſari perceperat. *In Vita S. Nili dicitur* Valle-Lucion: *quod monaſterium, mandante* Pandulpho Principe Capuano, Aligernus, Abbas Caſinenſis 27 *& deceſſor Manſonis, illi conceſſerat. Inde S. Nilus poſtea Tuſculum veniens in monaſterio, Crypta-Ferrata dicto, mortuus eſt & colitur* 26 *Septemb.*

i *Hic eſt* S. Bonifacius Romanus, *qui Martyr obiit Tarſi, & à morte ad hanc eccleſiam relatus colitur* 14 *Maii.*

k S. Alexius *ibidem eſt ſepultus, unde jam eccleſia* S. *Alexii appellatur, uti latius dicendum ad hujus Vitam* 17 *Julii.*

l *In poemate* Conſtantia *appellatur.*

CAPUT IV.

Reditus ad Epiſcopatum. Reſumpta vita monaſtica Romæ.

18 ARchiepiſcopus vero Magontinus, beati Præſulis gregem ſine Paſtore ire conſpiciens, miſit legatos cum litteris, per quos Dominum Apoſtolicum de ſancti viri reditu interpellat, factaque eſt Romæ *a* Synodus pro hac cauſa, & oritur utrimq; litigium grande, ex una parte eorum qui monachum perdere timuerunt, ex alia eorum qui Paſtorem ſuum cum auctoritate quæſierunt. Cumque invicem pugnantibus ſententiis utraque pars diu decertarent, tandem dubiam nuntiorum *b* primas vix promeruit victoriam. Hic ipſe primas frater erat Ducis, cujus terræ qui exigebatur Epiſcopus præfuit. F Tum Apoſtolicus, non tam voluntate quam jure *à Pontifice remiſſus ad Epiſcopatũ,* Dei permotus, talia reſpondit: Reddimus quod juſte quæſierunt, quamvis de bono Patre jam degeneraſſent filii; & damus cum hac lege, ſi audierint eum, teneant cum benedictione Dei, faciantque ſub eo fructum centuplum: ſi autem à conſueta iniquitate ſua recedere nolunt, hic noſter abſque periculo ſui capitis malorum conſortia declinet. Hæc ubi dicta dedit, finita eſt ſynodus, & ſoluto cœtu redlerunt quisque in domum ſuam. Abſcedunt le- *recipitur magno gaudio:* gati, Monachis triſtibus, læto animo ac magna exultatione: cumque emenſo itinere Pragam veniret, eunt ei obviam omnis ætas & ſexus, & quaſi cum ingenti gaudio acceperunt eum: dant manus, ac promittunt emendare (velut qui de ſua reverſione oppido gauderent) ſecundum ejus præcepta priorem vitam pleniſſime. *a Archiepiſcopo Moguntino vigente,* *b*

19 Sed paulo poſt cœpit eos ignava mollities, & neglectis prædicationibus itur in omne nefas: veterum quippe vitiorum recordationibus præventi, in carnalem partem relabuntur, & pereunt labor paſtoralis & diligens cura boni Paſtoris. Inter hæc luctuoſum & miſerabile crimen exoritur. Mulier cujuſdam

AUCTORE COÆVO EX MS.

jusdam nobilis cum Clerico adulteraſſe publice arguitur. Quam cum more barbarico parentes dedecorati conjugis decapitare quærerent, fugit illa per celeres auras, donec voce & curſu uſque ad optatum pervenerat Epiſcopum. Volens autem de illorum manibus mulierem liberare, clauſit eam in monaſterio ſanctimonialium, quod vocabulo & veneratione S. Georgii conſecratum firmiſſimis mœnibus vallatur: clavem vero Eccleſiæ cuſtodi fideliter commendat, credens fore ut femina inter feminas ſolatia doloris, & ſub altaris defenſione vitæ ſecuritatem haberet. Crimen quoq; in ſe referre voluit, ut ſe ſceleris auctore; magnũ aliquid fieret [credito] ut ſcilicet pro pœnitentiæ fructibus aut illam vitæ ſervaret, aut ambo ſimili juſſu morerentur: qua voluntate patet quia martyrii coronam expoſcens erat. Et adimpleret utique quod voluit, niſi eum prudenter Dominus Præpoſitus Wiollitona prohiberet. Impia manus interea abſconſæ mulieri ferrum necemque parans, armato milite Epiſcopale forum irruperunt: quærunt minis & contumacibus dictis Epiſcopũ, qui contra divinum fas & legalia jura adulterã defendere vellet: quod ille, divinæ contemplationis otio vacans, ubi aure percipit, cum velut diviſæ noctis, hora eſſet, dicto verſu fregit ſilentia, & in quo cluſus erat, exivit de templo; deinde qui ſecum erant fratribus pacis oſcula libans, Valete bene, inquit, & pro me miſero ferte pia vota Chriſto. Inde totus ardore martyrii flagrans, non tardiore deſiderio & curſu quam qui fugit hoſtem, ſponte venit in hoſtem: ac medium agmen intrepido greſſu incedens, Si me quæritis, inquit, præſto ſum. Vnus autem ex illis, cui minus ſemper læva voluntas erat; omnium ore talia reſpondit: Caſſa ſpes martyrii te tenet, & nobilis gloria leti. Errat pro certo hæc ſanctitas, quæ noſtrum vult fieri peccatum: non implebitur voluntas tua; ſed agetur aliquid quod plus dolebit: quia niſi hæc meretrix nobis citius reddatur, habemus fratres tuos, in quorum uxoribus, prole & prædiis hoc malum ulciſcamur. Hæc dum furens nuntius contra Epiſcopum deblateravit, ecce corruptus aure proditor adeſt, qui excerpens eos clam ex agmine vocat, ſeque itineris ducem præbens, domum in qua clauſa erat domusque cuſtodem manifeſtat. Cuſtos vere tentus ab illis, nunc minis nunc amicis affatibus, ut illam in manus eorum redderet diu probatur: ad ultimum mortis timore perterritus: ſic ſibi creditam cruentis hoſtibus prodidit feminam. Rapitur illa infelix fruſtra prenſis altaribus, & ſub manu conjugis capitalem juſſa eſt ſubire ſententiam: quod cum ille, velut vir juſtus, facere nollet; ſub gladio vilis vernulæ truncata, pœnas male uſi corporis capite exſolvit.

Adulteram ad ſe confugientem collocat in monaſterio:

ne illam prodat,

ultro ſe offert paratus mori:

B

ſed fruſtra.

adultera prodita & occiſa,

C

20 His atque horum majorum popularis nequitiæ ſtudiis cum ſermo docentis Epiſcopi contraire nequiret, flet bonus Paſtor, quia in morbido grege ſigna ſalutis nulla ineſſe perſpexit. Hinc pro ſpectãdis ſequentibus malis oculos claudere volens, dulcis Romæ mœnia reviſit, & navi monaſterii mutat Paſtoralia fræna. Congaudent illo redeunte monaſticæ plebis ſacra collegia, ac ſanctitatis ſuæ amore pariter & utilitate perfruuntur. Dilexerunt eum omnes, ſed præ omnibus Abbas ſuus, qui & poſt ſe totis cohortibus Fratrum præfecerat illum. Ille autem omni vilitate & extremitate contentus, quanto major erat tanto ſe cunctis inferiorem præbuit: quanto ſpiritualibus divitiis dives, tanto in oculis hominum parvus, pauper & deſpectus eſſe cupiverat. Dicunt autem Abbas & Fratres ejus de eo, quia in omni virtute ad unguem perfectus eſt, & extra monaſterium vere Sanctus erat. Sic de die in diem ſemper novus & ſeipſo robuſtior ſuccreſcens, ad divinæ contemplationis faſtigia velut caſtiſſimus turtur evolaverat. Volens autem Dominus oſtendere ſervo ſuo, cujus meriti viveret in conſpectu ſuo, monſtrat ei per viſum duos ordines in cœlo: unum purpureo, alterum niveo amictu, quibus ſub diverſa ſpecie ſingulare meritum & propria merces; ambobus tamen eſca & potus erat laus perpetua Creatoris: & vox facta eſt ad eum, Inter utroſque eſt tibi locus, convivatio mẽſæ, & aptiſſimus honor. Cujus rei viſionem Abbati ſuo cum exponeret, non hoc de ſe, ſed velut Sanctiſſimus Paulus, revelationis ſuæ myſteria de alio homine narrat, Scio, inquit, hujuſmodi hominem, cui Dominus per viſum talia oſtendit, & hæc ipſa donaturum ſe promittit.

redit Romam & ad vitam monaſticã:

D

locum gloriæ cæleſtis in viſione intelligit: 2 Cor. 12. 2

21 Hoc ipſo in tempore iter agit Romam Rex Francorum Otto tertius, pulcri Cæſaris pulcerrima proles: decurſis quippe puerilibus annis, cum jam prima velut lanugine barbæ floreret, tempus & virtus major annis Imperatoriam ſibi expoſcebant dignitatem; Roma autem cum caput mundi & urbium Domina ſit & vocetur, ſola Reges imperare facit; cumque Principis Sanctorum corpus ſuo ſinu refoveat, merito Principem terrarum ipſa conſtituere debet. Summus ipſis diebus *c* Pontifex acerrima febre correptus, corpus terræ, animam cælo, utrumque in ſua dimiſit exordia. Rex autem Otto Alpium nives cum multo milite tranſmeans, juxta ſacram urbem Ravennam regalia caſtra metatus eſt. Ibi in ejus occurſum veniunt Epiſtolæ cum nuntiis, quas mittunt Romani Proceres & Senatorius ordo: primo illius adventum, velut toto tempore paternæ mortis non viſũ, totis viſceribus deſiderare ac debita fidelitate pollicitantur expectare: deinde in morte Domni Apoſtolici tam ſibi quam illis non minimam invectam eſſe partem incommodorum annuntiant; & quem pro eo ponerent, regalem exquirunt ſententiam. Erat tum in Capella Regis quidam Clericus, nomine Bruno, ſcholaribus litteris egregie eruditus, & ipſe regio ſanguine genus ferens; magnæ ſcilicet indolis, ſed quod minus bonum, multum fervidæ juventutis. Hunc, quia Regi placuit, à majoribus electum Magontinus Archipræſul Willigiſus & ſuus Collega *d* Adelbaldus Epiſcopus adduxerunt Romam; proinde à Romanis honorifice acceptum, ad hoc ordinati Epiſcopi Apoſtolico honore *e* promulgarunt. Superveniens etiam Rex Romano more egregie accipitur; deinde & magno gaudio omnium Imperatorium attigit apicem. Lætantur cum primatibus minores civitatis, cum afflicto paupere exultant agmina viduarum, quia novus Imperator dat jura populis, dat jura novus Papa. His temporibus Chriſtianiſſimus ille Cæſar, cui circa ſervos Dei maximum ſtudium ſemper & diligens cura fuit, crebro alloquitur S. Adalbertum, & habebat eum ſibi familiarem, audiens libenter quæcunque ſibi diceret.

interim Ioanne 15 mortuo,

& creato Gregorio 5 d

e loquitur Romæ cum Ottone 3

E

F

ANNOTATA.

a *Synodus hæc habita circa annum* 994, *cum annis* 5 *in monaſterio vixiſſet Adalbertus, ut in ſequenti Vita dicitur.*

b Radla *appellatus, uti ejus nomen in Poemate exprimitur: Vita* 2 *auctor vocat* ſancti viri pappatem Radlam, *forte ſignificare volens, quid fuerit à S. Adalberto ex ſacro fonte ſuſceptus. Surius pro* Radla, Radium *ſcripſit; neque Duci fecit* fratrem carnis, *ut habet eadem Vita* 2, *ſed* fratre cariorem.

c Joannes XV *Papa mortuus eſt* 7 *Maii anni* 996.

d Vdebaldus *Bzovio, ſed cujus loci Epiſcopus fuerit, non indicatur.*

e *Electus eſt* 13 *Iulii, & 26 ejuſdem menſis conſecratus, &* Georgius V *appellatus.*

CAPVT

A

CAPUT V.

Vltimus reditus ad Epiſcopatum. Inſtructio Ottoni III data. Ob ſævitiam Bohemorum diſceſſus ad Polonos.

Inſtanter urgente Willigijo

22 ARchiepiſcopus vero Willigiſus, veterem querimoniam canens, Domnum Apoſtolicum de ſancti hominis reditu interpellat: congeminat vota cum votis, & ut reportaret illum modis omnibus inſtat: in Apoſtolica quoque ſynodo canonum teſtimonia revolvens, coram omnibus ſe juſta petere clamat, peccatum eſſe ſingulis Eccleſiis maritatis, ſolam Pragam ſuo Paſtore viduari. Juſta inquiebat poſcentibus benevolam aurem indue, Eccleſiæ ſuum maritum præbe, libera mente poſtulans erat. Rurſum ex itinere quo verſus eſt ad patriam, continuis litteris hoc idem reiterare non ceſſat; nec dimiſit prius donec pollicitus eſt Domnus Apoſtolicus, facturum ſe eſſe quæ vellet. Triſtatus eſt autem homo Dei, quia relinquere cogitur monaſterium: præſcierat enim, quia populum, cui paſtoralem curam debuit, à via ſua mala nemo flectere quiſſet. Sed triſtem ejus animum hoc valde ſolatur, quia ſi in commiſſis ſibi animabus dignos fructus agere nequiſſet, extraneis & non baptizatis prædicator miſſus fuerat. Ergo multis lacrymis Fratrum dulce monaſterium linquens, cum ſummæ diſcretionis viro Notherio Epiſcopo ultra Alpes proficiſcitur.

redire juſſus,

cum magno dolore diſcedit:

B

23 Cumque velut duorum prope menſium iter agerent, venerunt Magontiam; ubi regreſſus ab Italicis oris Imperator commoratus eſt; cum quo vir Dei manſit bonum tempus, quia valde familiariſſimus ſibi erat, & nocte pariter ac die velut amiciſſimus cubicularius imperiali Curti vel Cameræ adhæſit. Hoc autem non ſic velut aliquo amore ſeculi captus, ſed quia dilexit ipſum, & dulcibus dictis ad amorem cæleſtis Patriæ accendere voluit. Nam die ſive nocte, cum turba locum dedit, ſanctis alloquiis aggreditur illum; docens, ne magnum putaret ſe Imperatorem eſſe, cogitaret ſe hominem, morituri cinerem, ex pulcherrimo putredinem & vermium eſcam eſſe futurum; viduis ſe exhiberet maritum, pauperibus & pupillis monſtraret ſe patrem, timeret Deum ut juſtum ac diſtrictum judicem, amaret ut pium veniæ largitorem ac miſericordiæ fontem, ſolicite penſaret, quam anguſta ſit via quæ ducit ad vitam, & quam perpauci qui intrant per eam: bene agentibus eſſet per humilitatem ſocius, contra delinquentium vitia per zelum juſtitiæ erectus. Ad hunc modum plura ſubnectens, monet carum filium præſentis vitæ bona deſpicere, æternitatis electionem deſiderare, manſura quærere, in rebus temporalibus & in tranſitoriis fiduciam nō habere. Cunctis qui in regia domo erant ſervitute ſerviens velut ſervus omnium; ſic eorū viliſſima quæq; manibus tractat, & omni humilitate eorum ſervitia facit; noctibus quoq; cum carpſerant ſomnum, calceamenta eorū componere cura fuit. Ab janitore uſq; ad Principem Regiæ domus omnium caligas aqua abluit, & purgatis ſordibus eas ſuo loco reſtituit. Ad hunc modum plurima ſervitia egit in camera, quanto quæque viliſſima erant, tanto libentius ea pro humilitate miniſtrans. Sed ſerviminis auctor diu incognitus latuit, donec quidam Wolpharius Imperialis miniſter, & ſibi dilectus cubicularius, ſanctum prodidit furem.

Moguntiæ Imperatorē inſtruit:

C

humillima obſequia præſtat aulicis.

24 Vidit quoque ibi ſomnium nocte una quod hujuſmodi erat: putabat ſe fratris ſui curtem adire, & in media curte ſtare domum, cujus ſtructura aſpectu erat delectabilis, parietes & tecta nivei candoris, intus duo lecti, unus ſibi, alter Fratri ſuo deputatus erat, uterque ſcilicet ut decuit, multum honoris gerens; ſed lectulus ſuus omnem gloriam alterius longe præcellens, totus purpureo ſplendore & ſericis ornatibus amictus, ad caput vero aurei ſtaminis linteo pulcherrime redimitus, ſurſum autem in capite erat aureis litteris ſcriptum: Munus hoc donat filia ſponſa tibi. Cujus viſionis ordinem cum aliquibus narrando exponeret, Vide, inquiunt illi, quia Chriſto Domino ſecundante Martyr eris futurus. Regis filia, quæ dat tibi regia dona, eſt Domina cæli, ſacratiſſima Virgo Maria. Hoc audiens ille factus eſt lætiſſimo animo, & ingreſſus cubiculum cordis, egit gratias Sancto Sanctorum, Angelorum Domino, & omnipotenti Chriſto: hinc Matrem gratiarum, quæ Regis ſolio proxima ſedet prona cervice & gaviſæ mentis jubilo adorat: Gloria tibi, inquiens, Virgo maris ſtella, quæ me, ut pia Domina, humillimum ſervum tuum reſpicere dignata es.

Auctore coævo ex ms. *viſione in ſomnis habita*

ad martyrium vocatur,

25 Hac ipſa tempeſtate adiit Turoniam, quærens auxilio Sanctum ſenem Martinum; nec præteriit Floriacum, quæ beatiſſimum Confeſſoris corpus Patris Benedicti ſuo gremio collocare meruit, ubi etiam quis ille ſit, Domino [concedente] cæcorum viſus, claudorum greſſus, ſurdorum auditus, & cæleſtium miraculorum multa *a* millia proteſtantur. Horum duorum cariſſimorum Patrum ſacris cōfabulationibus paſtus, læto animo regreditur ad imperiale domicilium: inde quid ſibi menti foret, quæ volente Deo agere vellet ſub lucem proferens, cœpit cum dilecto Cæſare familiarem extremum ſermonem habere. Finita locutione pacis oſcula libant, & amplius numquam ſociandos non abſque dolore ſeparant amplexus: Vir ergo ſanctus, caram vitam cariſſimo Jeſu multum commendans, ſecundum placitum Archipræſulis ſui, ad apoſtatricem gentem pergere cœpit. Sapuit ipſe quia conſilio ſuo non obaudirēt; ſed ne inobediens eſſet, juſſum iter adimplere maluit: hoc etiam ejus animo magnam ſpem tribuit, quia ſi non in filiis, in alienis & barbaris animarum lucra congregare poterit. Erant enim multæ nationes per circuitum, per quas aut ſibi martyrium, aut illis baptiſmi gratiam conferre poterit. Gens autem hæc ſceleratiſſima, ad quam redire compulſus eſt, in odium ſui nominis grande nefas peregerunt. Nam parentes ſuos, nobiles & præclaros viros, miſero vulnere proſternunt: *b* fratres, fratrumque filios, maſculum una cum inſonte femina omnes morte ſæviſſima damnarunt: civitates quoque eorum igne ac ferro devaſtantes, omnia eorum bona in captivitatem redegerunt. Vnus autē ex ſuis fratribus, dum hæc mala domi geruntur, cū *c* Boleſlavo Polaniorum Duce foras in expeditione Imperatoris erat. Dux vero ille, pro amore ſancti Fratris, magnis promiſſis de amiſſis opibus eum ſolatur. Ergo pro his ſceleribus reditum ſibi clauſum eſſe putans ille ſanctiſſimus heros, noluit fruſtrari aditum ſuum: ſed declinavit ad præfatum Ducem, quia ſibi amiciſſimus erat; & ſi ſe recipere vellent, per ejus *d* miſſas explorare petiit.

peregrinatur Turones & Floriacum,

a

E

& verſus Bohemiam abit:

ſed ob fratres & conſanguineos occiſos

b

F

c declinat ad Boleſlaum Polonorum Ducem:

d

26 Quo facto, è contra illi magna indignatione remittunt ei iræ & furoris plena verba, dicentes: Sumus peccatores, populus iniquitatis, gens duræ cervicis: tu ſanctus, amicus Dei, verus Iſraelita, & tibi omnia cum Domino: talem ac tantum non portant cohabitationes, & conſortia iniquorum. Et tamen, unde hoc genus, ut totiens repulſos, totiens abjectos non unius, ſed diverſarum gentium requirat Epiſcopus? Agnoſcimus, agnoſcimus, ingeminant, quid ſub colore pietatis mendoſum tinniat hæc ſanctitas. Nolumus eum: quia ſi veniet, non venit pro noſtra ſalute; ſed pro puniendis malis & injuriis, quas de fratribus ſuis fecimus, & feciſſe juvat: non eſt qui recipiat eum, non eſt uſque ad unum. Hæc & his ſimilia audiens illuſus Epiſcopus, tanto lætitiæ riſu

à Bohemis repudium paſſus.

AUCTORE COÆVO EX MS.

riſu exuberat, ut pene à ſolito rigore magnum aliquid excederet. Dirupiſti, inquit, vincula mea, tibi immolo gloriam & ſacrificium laudis: quia paſtoralis curæ funes & vincula de collo meo ipſorum refutatio liberavit. Fateor me hodie, ô bone Jeſu, totum eſſe tuum! tibi dominator virtutis æterna laus, honor, & gloria. Noluiſti eos quite nolunt, & qui à via veritatis in propria deſideria declinant.

Deo agit gratias.

ANNOTATA.

a *Nos miracula omnia, quæ haberi potuerunt à S. Benedicto Floriaci patrata, uti etiam, quæ Caſini facta ſunt, ubi Itali aſſerunt corpus aſſervari, collegimus ad honorem S. Benedicti & edidimus ad diem 21 Martii, relicta aliis longiore diſputatione de corporis exiſtentia. Quod an Franci aut etiam Itali ægre ferre poſſint judicet benevolus Lector.*

b Fratres 5 occiſos *fuiſſe dicitur in ſequenti Vita: quos ut* Martyres *haberi tradit Balbinus; non autem* parentes, *id eſt pater & mater fuerunt occiſi, ſed ut ſolet jumi vox illa, conſanguinei, & dicuntur* viri præclari.

c Boleslaus *cognomento* Chobri *vel* Acer *filius Miciſlai Ducis, quo jam tunc vivo, erat iſte in expeditione Cæſaris, dum anno 999 patri defuncto ſucceſſit.*

d Per ejus miſſas *ſcilicet* epiſtolas, *aut potius ſicut Baronius* per ſuos miſſos, id eſt, legatos.

B

CAPUT VI.

Diſceſſus in Pruſſiam: martyrium.

a 27 INde *a* adverſus barbariem diram, profanaſque idololatrias gladium prædicationis acuens & aptans, cum quibus primum poſt dimicare oporteret, animo deliberare cœpit: utrum *b* Luiticenſes, quos Chriſtianorum præda miſerorumque hominum damna paſcunt; an Pruſorum fines adiret, quorum venter Deus eſt, & avaritia juncta cum morte. Tandem alternanti potior ſententia ſucceſſit animo, ut quia hæc regio proxima & nota fuerat Duci prædicto, Pruſiæ Deos & idola iret debellaturus. Dux vero *c* cognita voluntate ejus, dat ei navim, & ipſam pro pace itineris ter deno milite armat. Ipſe vero adiit primo Urbem *d* Gidanic, quam Ducis latiſſima regna deprimentem maris confinia tangunt. Ibi divina miſericordia adventum ejus proſperante, baptizabantur hominum multæ catervæ. Ibi Miſſarum ſolennia celebrans Patri immolat Chriſtum, cui non poſt multos dies illos, ſeipſum pro hoſtia fuerat oblaturus. Quidquid vero de eo ſuperfuit, quod ipſe & novi baptizati communicaverunt; colligere jubet, & in mundiſſimo panno involutum ſervavit ſibi pro viatico deportandum.

Aditurus Pruſſos,

b

Gedani multos convertit:

c

d

C

28 Poſtera autem die, ſalutatis omnibus, imponitur carinæ & pelago, & tollitur ab eorum oculis numquam poſtea videndus; hinc nauticum iter velociſſimo curſu peragens, poſt paucos dies marinum littus *e* egreditur, & reverſa eſt navis cum armato cuſtode. Ipſe autem pro præſtitis beneficiis gratiam vectoribus & vectorum Domino agens, remanſit ibi cum geminis Fratribus, quorum alter Presbyter Benedictus, alter dilectus & à puero ſibi comes Frater Gaudentius erat. Tunc magna fiducia Chriſtum prædicantes, intrant *f* parvam inſulam, quæ curvo amne circumjecta formam circuli adeuntibus monſtrat. Venientes vero loci poſſeſſores cum fuſtibus & pugnis expulerunt eos: & quidam arrepto naviculæ remo adſtitit Epiſcopo propius, & ut forte Pſalmos in libro decantaverat, ingentem ictum inter ſcapulas dedit. Excuſſus manibus volat in diverſa codex, & ipſe extenſo capite & membris jacet humo proſtratus. Sed exterius affligto corpore, quid pia mens intus ageret, riſus cordis per vocis organum mox patefecit: Gratias tibi, inquit, Domine, quia etſi amplius non erit, ſaltem vel unum ictum pro Crucifixo meo accipere merui. Tranſiens vero in aliam partem fluminis ſtetit ibi Sabbato. Veſpere autem facto Dominus villæ divinum heroa Adalbertum tranſduxit in villam. Congregat ſe undique iners vulgus, & quid de illo foret acturus, furibunda voce & canino rictu exſpectant. Tunc Sanctus Adalbertus, quis & unde eſſet, vel ob quam cauſam illuc veniret interrogatus, talia è contra miti voce reſpondit: Sum nativitate Bohemus, nomine Adalbertus, profeſſione monachus, ordine quondam Epiſcopus, officio nunc veſter Apoſtolus. Cauſa noſtri itineris eſt veſtra ſalus, ut relinquentes ſimulacra ſurda & muta, agnoſcatis Creatorem veſtrum, qui ſolus & extra quem alter Deus non eſt; & ut credentes in nomine ejus vitam habeatis, & in atriis immarceſcibilibus cæleſtium gaudiorum præmia percipere mereamini. Hæc Sanctus Adalbertus. Illi autem jam dudum indignantes, & cum clamore blaſphema verba adverſus eum proclamantes, mortem ſibi minantur. Extemplo terram baculis percutiunt, fuſtes ejus capiti apponunt, & infrendunt dire dentibus in eum. Magnum ſit tibi, inquiunt, quod huc uſque impune veniſti; & ſicut celer reditus ſpem vitæ, ita tibi parvæ moræ necis damna creabunt. Nobis & toto huic regno, cujus nos partes ſumus, communis lex imperat, & unus ordo vivendi: vos qui eſtis alterius & ignotæ legis, niſi hac nocte diſcedatis, in craſtinum decapitabimini. Ipſa nocte in naviculam imponebantur, & reducti manſerunt, quinque dies in vico quodam.

navigat in ulteriorem Pruſſiam.

f

Chriſtum prædicat:

D

percuſſus inter ſcapulas,

tranſit ad aliam partem fluminis,

cauſam adventus indicat:

E

jubetur diſcedere.

29 Hæc dum in illa parte geruntur, ecce in monaſterio, ubi ille talis nutritus fuerat, cuidam converſo Ioanni Campanario talia Dominus per viſum oſtendit. E ſummo cælo velut volantia deorſum veniunt uſque ad terram duo linteamina, alba ſicut nix, & munda absque omni ſorde & macula: ambo ſua onera ſingulos quidem viros de terra levant, ambo feliciſſimo curſu nubes & aurea ſidera tranſnant. Unius nomen extra ipſum, qui hæc vidit, admodum pauciſſimi ſciunt, alter vero erat, ut adhuc hodie ipſe meminit, Domnus Adalbertus, cui Angelicus miniſter jam cæleſtis menſæ convivia præparavit. At Pater Nilus ignotum eſt quid de eo viderit, ſed dulcibus ſcriptis eumdem virum ita alloquitur; ſcias dulciſſime Fili, quia amicus noſter Adalbertus ambulat cum Spiritu ſancto, & beatiſſimo fine vitam preſentem erit terminaturus. Item Fratri Gaudentio quæ opere futura erant, nocturna quies textis ambagibus dixit. Expergefactus ergo, ſi vellet audire ſomnium ſuum, interrogat dilectum Patrem. Reſpondente autem ipſo; Dic ſi quid habes: Vidi, inquit, in medio altaris calicem aureum, & hunc vino ſemiplenum, cuſtos vero ejus nemo erat. Me itaque volente bibere merum, oppoſuit ſe mihi miniſter altaris, & audacibus meis cœptis velut quadam imperioſa auctoritate contradixit, quia nec mihi, nec alicui hominum licentiam dare vellet, pro eo quod tibi in craſtinũ pro myſtica refectione foret ſervatũ. Hæc eo loquente fugit ſomnus ab oculis, & occupat trementia membra torpor ingens. Deus, inquit, fili proſperet hunc viſum; fallaci ſomnio neminẽ credereoportet. Jam exurgẽte purpureo die cœptum iter agunt, & Davidico carmine viam ſibi abbreviant, & dulcis vitæ gaudium continuo appellant Chriſtum. Inde nemora & feralia luſtra linquentes, ſole aſcendente ad meridiem, campeſtria loca adierunt. Ibi Fratre Gaudentio Miſſam celebrante, ſanctus ille monachus communicavit; & poſt ſacram communionem, pro alleviando labore itineris, pauxillum obſonii;

Poſt varias revelationes martyrii

F

à Gaudentio monetur de ſomnio ſuo:

ſub illius Sacro communicat:

A obſonii accepit. Et dicto verſu & ſequenti Pſalmo, ſurgit de gramineo ceſpite; & quantum jactus eſt lapidis vel miſſus ſagittæ progreſſus, loco reſedit. Hic tum cepit eum ſomnus, & quia diutini labore itineris feſſus erat, pleno cornu perfudit eum ſoporifera quies.

30 Ad ultimum pauſantibus cunctis, afluit paganicus furor, & irruerunt ſuper eos impetu magno, & injecerunt omnes in vincula. Sanctus vero Adalbertus ſtans, contra Gaudentium & alium fratrem ligatum, Fratres, inquit, nolite contriſtari! Scitis qui, hæc patimur pro nomine Domini, cujus virtus ultra omnes virtutes, pulchritudo ſuper omnes decores, potentia inenarrabilis, pietas ſingularis: quid enim fortius, quid pulchrius, quam dulcem pro dulciſſimo Jeſu fundere vitam? Proſilit ex furibundo agmine igneus Siggo, & totis viribus ingens jaculum moveris, transfixit ejus penetralia cordis. *g* Ipſe enim Sacerdos idolorum, & dux conjuratæ cohortis, velut ex debito prima vulnera facit; deinde concurrunt omnes, & vulnera miſcentes iram exaturant. Profluit purpureus ſanguis per foramina utriuſque lateris. Ille oculis ac manibus ſtat orans in cælum: exiit rubens amnis divite vena, & extractæ haſtæ ſeptem ingentia vulnera pandunt. *h* Ille ſolutis vinculis extendit manus in modum Crucis, & ſuppliciter fuſis precibus pro ſua & perſecutorum ſalute ad Dominum clamat. Sic illa ſancta anima carcere ſuo evolat, ſic nobile corpus protenta Cruce *i* terram occupat: ſic quoque multo ſanguine vitam fundens, beatis ſedibus & ſemper cariſſimo tandem perfruitur Chriſto. O ſanctum & beatiſſimum virum, in cujus vultu Angelicus ſplendor, in corde ſemper Chriſtus erat! O pium & omni honore digniſſimum, qui Crucem, quam voluntate ſemper & animo, tunc etiam manibus & toto corpore complexus eſt. Accurrunt undique cum armis dira barbaries, & nondum expleto furore auferunt corpori nobile caput, & ſeparant exanguia membra: corpus vero loco dividentes, caput palo fixerunt, & læto clamore ſua ſcelera laudantes reverſi ſunt unuſquiſque ad proprias ſedes. Paſſus eſt autem ſanctus & glorioſiſſimus Martyr Chriſti Adalbertus IX Kalendas Maii, imperante rerum Domino Ottonum tertio, pio & clariſſimo Cæſare, *k* feria VI ſcilicet; ut qua die Dominus Jeſus Chriſtus pro homine, eadem die homo ille pro Deo ſuo pateretur, cui eſt honor & laus & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

comprehenditur cum ſociis,

pluribus haſtis vulneratus, *g*

orans pro occiſoribus obit, *h*

caput abſciſſum palo affigitur.

B

i

k

C

ANNOTATA.

a *Sequentia etiam habemus ex antiquo Breviario excuſo, nobis Praga ſubmiſſa.*

b *Bzovius* Liuticenſes: *citatum Breviarium* Linicenſes.

c *Additur in Breviario*, Polonorum, *apud Bzovium*, Pruſſiæ, *ſed perperam.*

d Gedanum, *aliis* Dantiſcum, *notiſſimum ad mare Balthicum emporium.*

e Littus Sambiæ provinciæ, *vulgo* Samland, *inter lacus* Habum *ſeu* Friſche-haff *&* Curonenſem *ſeu* Curiſch-haff.

f *Prope oppidum Fiſchauſium haud procul Regio-monte.*

g *Apud Bzovium iſta interponuntur*: Sanctus vero Adalbertus in ſe ſenem irruentem conſpiciens, miti voce dixit: Quid vis pater? aut cur manus innocenti ſanguine polluis, atque cruentatas ſponte diabolo tradis?

h *Sequentia longe aliter ita apud Bzovium deſcribuntur*: Ille oculis ac manibus in cælum erectis, ait: Domine adjuva me; & vinclis ſolutis, extendit manus in modum Crucis, & ſuppliciter preces effundens pro ſua, & pro perſecutorum ſalute ait: Domine Deus omnipotens, exaudi propitius orationem meam, & ne attendas iſtorum facinora, quæ in me indigno propter ſanctum nomen tuum commiſerunt: quia neſciunt quid faciunt. Sed aperi januam cordis eorum, ut te factorem omnium agnoſcant, & intelligant, & ad te revertantur: ut paſſio mea non ſit infructuoſa, nec iſtis, nec aliis qui mei memoriam fecerint; ſed concede omnibus in præſenti ſeculo quietem & pacem, & in futuro vitam æternam condonare digneris, Salvator mundi, qui cum Patre, & Spiritu ſancto cuncta gubernas in ſecula ſeculorum. Amen. Et dum compleſſet orationem, amputatum eſt caput ejus: ſicque nobile corpus felici lapſu occupat terram: ſic ſancta anima migravit ad Chriſtum. Diſcipuli autem rapientes Magiſtri cilicium, ſanguine aſperſum, amaro planxerunt animo, dicentes! Heu conſolatio noſtra, & ſpes gaudii noſtri! cur nos flentes non conſolaris? Sed ubi cadaver ſanctiſſimi Martyris & Pontificis Adalberti corruit, concurrit undique armis munita dira barbaries, & nondum expleto furore caput ſanctiſſimi Martyris palo fixerunt, corpus vero dilacerandum beſtiis loco ipſo dimiſerunt: & ſic læto clamore laudantes ſua ſcelera, unuſquiſque ad ſedes proprias reverſi ſunt. E Sed ut oſtenderet omnipotens Deus, cujus meriti eſſet tantus Martyr; per triginta dies juſſu Domini, ab aquila corpus ejus cuſtoditur, ubi nulla fera, nulla avis accedere potuit. Eam divino judicio aquilam cuſtodem diſcipuli aſpexerunt. Poſt vero infidelis turba, necdum humano ſanguine ſatiata, tollentes corpus ejus miſerrime dilaceratum, in mare dimiſerunt. Inde vero indicio fulgidæ columnæ, ſuper corpus ejus in cælum uſque porrectæ, manifeſtatum eſt corpus ejus diſcipulis; & venientes cum multis Chriſtianis abſtulerunt corpus ejus, & conjungentes caput corpori honorifice ſepelierunt, & dignam eccleſiam nomine ejus conſtruxerunt: ubi merita, & virtutes ejus exuberant uſque ad hodiernum diem. *In Ms. Vltrajectino traditur* corpus tribus diebus ab aquila cuſtoditum. *Quæ omnia deſunt etiam apud Fraherum, Caniſium & in ſequenti Vita.*

S. Adalberti oratio moribundi.

Auctore coævo ex Ms.

an corpus ab aquila cuſtoditum?

i *Eſt ibidem in littore ſacellum S. Adalberti erectum.*

k *Ante Dominicam 4 poſt Paſcha, quod illo anno 997 obvenerat in 28 Martii.*

ALIA VITA

Auctore altero monacho coævo, F

Ex Codice Ms. Pragenſi cum editione Suriana collato.

CAPUT I.

S. Adalberti natales, educatio, electio in Epiſcopum.

1 NAſcitur purpureus flos Bohemicis terris: major filius ex parentibus magnis, aureum pomum exivit è nobilibus ramis: progreditur pulchra facie, ſed pulchrior fide Woytiech puerulus, quod nomen interpretatum ſonat, Conſolatio exercitus. Pater ſuus nomine Slawnitz, magnus & præpotens erat; ſubſtantia ejus integra, poſſeſſio diffuſa eſt; cui mortalium felicitatum copia, ſub ſe poſitorum hominum unda, familia multa perſtrepens, argento & auro plena domus. Cum eſſet Dominus terræ, fuit tamen mediocris homo; oratio rara, ſed habitabat ſecum miſericordia bona; neglecta caſtitas, & larga pauperum cura. Mater ejus nomine Strzieziſlawa ex genere Bohemorum erat, nobiliſſima caro, digna jugalis juncta digno marito: marito videlicet

Naſcitur, Woytiech dictus.

parentibus illuſtribus:

AUCTORE COÆVO EX MS.

qui regum tangit lineam ſanguinis: quem longe lateque jura dantem hodie tremunt, a Henrico Regi acceſſit proximus nepos. Femina, ajunt, caſta moribus, plena eleemoſynis, fidem loquens operibus, nobilitati ſuæ pulchrum reſponſum dedit; ſed diſcipula virtutis pene fit rea caſtitatis: nam dum zelat zelo caſtitatis, dum fit familiaris famula orationis, dat viro b occaſionem peccandi, non cum una ſed cum feminarum turba. Bonus Pater, ſed melior mater; optimus, qui naſcitur ex ipſis.

a

b

2 Lacte plenus interea parvulus homo febricitat, mortem vicinam parentibus minatur, fletum movet oculis videntium ſuos ſidereos vultus. Pater fecit ſpiſſum greſſum ad puerum, quem amat præ filiis filium: teſtatur crebris lacrymarum ſtillis, quantum vivat amor pueri in viſceribus patris. Mors amara in foribus, ecce ſalus occurrit bene cogitantibus. Dixerunt enim territi parentes tremula prece: Non nobis, Domine, non nobis vivat puer iſte, ſed Clericus in Dei Matris honore portet jugum tuum pulchra cervice. Sic dicunt ponuntque ſuper altare Virginis. Receſſit in ictu oculi vis doloris, infantulus ad ſe redit ſoſpes omnibus membris. Bona ſemper Angelorum Imperatrix Auguſta ſic ad ſe clamantium ad Deum portat hominum vota, dum negare neſcit corde petentibus, dum cælo fert opem ægris mortalibus, ſplendida ſtella maris, ſignaſti jam ſervum Virgo Maria tuum.

æger offertur Deo in Clericum:

impoſitus ara Deipara convaleſcit:

B

3 Qui cum intra plenilunium ſenſibilis pueritiæ veniſſet, rudiſque linguæ meatus ad loquelam extenderet, primis elementis inficiendus, Presbyterorum datur in manus. Tunc [impulſus timore] quodam, qui cunabulis pueri familiarius adhæſit, arduum deſperans iter, parandis litteris ſe comitem ſubtraxit, ſemelque & ſecundo concita fuga ad dulces parentes perrexit. Quo ſcito pater infrendens, diris ictibus & vitalibus plagis fugam correxit; & cum indignatione ſequens, non ab re filium tradidit ſalutiferis ſcholis. Nam aperuit Deus puero aurem cordis, & interjecto menſis ſpatio, tanta gratia perfudit, ut exinde parendo ſeniori, uſque ad unguem Philoſophiæ ejus, papas morum & magiſter ſenſuum foret.

traditur Presbyteris, imbuendus litteris,

bene proficit,

4 Decurſis itaque rudis infantiæ balbutientibus annis Davidico nectare Woythiech potatus, parvoque melle dulce canentis Gregorii paſtus, ut partem ſuam comedat ad ſeptem panes ſapientiæ portatur: traditur, inquam, ad ingenuam Parthenopolim, Teutonum novam Metropolim, liberalibus diſciplinis imbuendus: quam urbem Rex maximus primus trium c Ottonum Imperator, in magnum Archipræſulatum erexit, &, ut hodie cernere eſt, in pulchro littore Albis fluminis S. d Mauritio pulcherrimam domum prope conſtruxit. Urbis Epiſcopus tunc erat Adalbertus ipſe & primus; qui quem ſuo nomine Adalbertum vocavit, bonæ indolis puerum Woythiech Sancto Chriſmate linivit. Hæc cum facta eſſent [parentes] non norunt; poſtea, quando finito ſcholæ duello domum rediit, recordata eſt mater pueri, quia Pruziis Epiſcopus gentium poſitus idem Adalbertus, cum ſuper regnum patris iter ageret; deductum fuiſſe filium cum ungendis pueris ut primo Chriſmate liniretur. Ecce prudens lector in e peccato cognoſce latens myſterium, ſi non gravat hoc dictum, ut in peccato David, & in aliis forte erratibus, bonum figurat vetus teſtamentum. Bis, dum Presbyter, dum fit Pontifex, unctus; homo mortuus quatuor dies, unguento Salvatoris ad vitam ſuſcitatur. Baptizatus ter, dum fonte Chriſtum induit, dum mente monachum, dum ſanguine Martyrem facit, ſummæ Trinitati, inviſibili Deo, aptus ſervus præparatur. Sumo baptiſma ter factum, quaternam unctionem ſemel errantem, & colligam in ſæcum ſeptenarium; ubi vult puer iſte per avia currat, invenio hominem Deo plenum, ſepties Spiritu ſancto infuſum.

missus Magdeburgum in Confirmatione Adalbertus dictus:

c

C

d

e

atque ita per errorē, ſed non ſine myſterio ſepties ungitur.

D

5 Igitur ad frontem Scholæ hoſpes proceſſit, januas timoris intrat, ubi plures epulas appoſitas cernebat, quas, prout cuique venæ in lævo pectore ſaliunt, amœna turba diſcipulorum avido ore carpunt. Scholis præerat tunc Ottricus quidam facundiſſimus, ætate illa quaſi Cicero unus, cujus memoriale clarum uſque nunc intra Saxoniam habetur: quem, quantus foret, diſcipulorum facies inſpecta ſine lingua ſonat, & per vicinas urbes circumquaque diffuſa ſophia digito monſtrat. Apponunt pædagogus & herus legem, ſicut conſuetudo erat domi diſcere; adeſt puero divina gratia, & currunt divite vena ingenium, ſenſus & ratio. Hoc autem aſſerunt mirabile in eo; ſi forte magiſter amoveret pedem, ut eſt proprium vagis puerorum animis, f aliquando pereunte ludo totum conſumpſerat diem; cumque perlecta lectione nec verbum ſaperet, & bene iratus magiſter flagellare inchoaſſet; Dimitte me, inquit, legam. Et dimiſſus, ut rem notam, optime legit. Dicunt etiam tribus linguis g pro una locutum, Domine mi, magiſtro clamaſſe, cum ſcopæ tergum verrunt, & ferventia flagella dolentem carnem frangunt. Auditoribus enim tunc uſus erat, Latialiter fari, nec auſus eſt quiſquam ceram magiſtro lingua barbara loqui.

ſtudiis incumbit:

f

g

E

6 Annos ter ternos in arena ſtudii, palæſtram exercet ingenii, effodienſque terra cordis obrutos ſenſus, contra ignorantiæ denſam noctem prendidit ſcientiæ diem. Poſt Capella-Regis Magiſtrum tulit: Schola dixit, ſat prata biberunt: diſcipulorum diviſa manus certas ſedes domoſque reviſant. Repatriat novo nomine jam adoleſcens Adalbertus: portat ſecum dulces ſapientiæ liquores: dat caris parentibus viſus filius gaudium magnum. b Hoc toto tunc tempore adeo laſcivus erat, ut homo incubat terrenis deliciis, vacat puerilibus jocis: quærens cibum & potum, ut pecus curvat vultum, neſcit cernere cælum.

poſt annos novem reverſus,

b

à petulantia puerili,

7 Moritur Bohemiæ Provinciæ Epiſcopus, & ſicut coram aſtantibus deſperata voce teſtatur, ab nigris ſpiritibus ad tartareum chaos incaute portatur. Præſens erat tunc Adalbertus, unus extrema videntium, & verba morientis aure audientium. Quem, ut ipſe poſt Abbati in monaſterio dixit, viſionis illius magnus horror invaſit, & ad primam ſalutem direxit. Exinde emendare mores, frena ponere animis, deſideria carnis igne divini amoris excoquere cœpit.

intuitus mortem Epiſcopi emendatur.

F

ANNOTATA.

a *Hic eſt* S. Henricus Imperator *ab an.* 1002 *uſque ad annum* 1024 *quo obiit die* 13 *Iulii.*

b *Hæc temera injecta videntur, cum contraria legantur in priore Vita, & apud Coſmam, alioſque Bohemicos ſcriptores.*

c Otto I *imperavit ab anno* 936, *& ſequente Aquiſgrani coronatus, Magdeburgi ſive Parthenopoli mortuus* 7 *Maii anni* 973.

d *Idem Otto in pugna contra Hungaros voverat, ſi victor rediret, ſe Cathedralem eccleſiam Deo & S. Mauritio ædificaturum. Colitur hic cum ſociis Martyribus* 22 *Septembris.*

e *Quodnam illud peccatum? Vtique non aliud, quam ex ignorantia Confirmationis ſacramentalis, puero olim in patria collatæ, ejuſdem iterata ſuſceptio Magdeburgi, præter morem uſumque Eccleſiæ: quo fit ut triplici baptiſmate, aquæ, flaminis & ſanguinis delibutus, tum bis in Confirmatione (licet per errorem) rurſumque dum Presbyter & Epiſcopus conſecratur ſacro inunctus Chriſmate, unctionem conſecutus fuerit Adalbertus ſeptemplicem. Quid eſt autem quod additur,* Homo mortuus quatuor dies unguento Salvatoris

A Salvatoris ad vitam revocatus? *Nemo id de extremæ Unctionis, conferri moribundis ſolita, ſacramento intelligat, quia id numquam ſcitur ſuſcepiſſe Adalbertus; ſed ad immediate præmiſſam Sacerdotalem unctionem, per quam ad vitam gratiæ revocatus dicitur, qui fuerat per amorem ſeculi Deo mortuus, & Lazaro quatriduano ſimilis, uti infra in ſua converſione deſcribitur, ſed per hyperbolen nimium exaggeratam. Surius quia nullum ſanum ſenſum dare huic loco obſcuro potuit, totum prætermiſit.*

f *Hæc puerilis ætatis delicta prudenter potuit ignoraſſe externus auctor* I *Vitæ.*

g *Puta Bohemica, Germanica & Latina lingua.*

h *Hæc obſervat Balbinus plane improbibilia eſſe, tam de S. Adalberto, quam vel maxime de moribundo Epiſcopo, ut ſupra ex aliis probatum. Poſſunt forte excuſari per auxeſim dicta, & tanto intervallo temporis obſcuriori relatu fuiſſe cognita.*

CAPUT II.

Dignitas Epiſcopalis: exercitia virtutum.

3 COnveniunt Dux terræ & major populus, & pro levando Paſtore varias ſententias dicunt; B omnes tamen ad ultimum manus levant, æra cla- *In Epiſcopū eligitur:* moribus implent, non habere meliorem nec ſimilem quem oporteret eſſe Epiſcopum, ſicut indigenam Adalbertum; cujus nobilitas, divitiæ, alta ſcientia, & a placabiles mores, cum tanto honore concordarent. Ergo in hæc verba levatur terræ Epiſcopus, mutata mente pius Adalbertus. Hac ipſa die ubi accepit Epiſcopatum, audientibus multis, locutum eſt dæmonium, cum illum Presbyteri ſacris imprecationibus urgerent, ut exiens de homine poſſeſſo daret honorem Deo vivo. Quid mihi moleſti, *à dæmone ut Sanctus proclamatur.* inquit, eſtis? Væ ſatis eſt mihi: amplius hic ſtare non poſſum, quia hodie electus eſt populo terræ Epiſcopus, quem valde timeo, Chriſticola Adalbertus. Sic ait, & citius dicto dæmon impudens Spiritui ſancto locum dedit, & ut flagello fugatus exivit homine ſano. Cui rei qui hora illa præſens erat, Willico quidam bonus & ſapiens Clericus viſibile teſtimonium afferebat: & nos legimus, cum ad noſtrum Abbatem hoc ſcriptum filius mandaverat. Ipſum Epiſcopus Adalbertus ſuæ Eccleſiæ Præpoſitum habuit; poſt ſuper cordis arida flante Spiritu ſancto, nobilem monachum mons Caſinus recepit.

9 Igitur electus Epiſcopus auricomam Italiam vadit, quem *b* Cluſæ arctas vias egreſſum, prima civitas Verona recepit, quæ in fauce Regni pulchre levat caput. Ibi eum paſtorali Virga inveſtivit Otho *b* C *accipit ab Ottone* II *virgam paſtoralem,* ſecundus, qui tum loco patris rapidis cruribus montem Imperii ſcandit; ſed non dextro omine, nec vivo maturæque ſapientiæ ſigno rem publicam rexit: & dum omne quod vult Regem oportere ſequi non bene putat, collectum orbem amiſit, & quam terror patris peperit pacem interfecit. Senſit Teutonum tellus mortuum nautam maris, ſenſit aurigam dormientem orbis, cum quo proſpera Dei cucurrerunt, multa bona Chriſtianæ Religioni accreverunt, migrans migravit Otho pius, Otho rigidus, fluxa gubernare doctus; cujus aurea tempora *& conſecratur coram infelici Cæſare,* nunc cum gemitu memorat, cum preſſa malis ſancta Eccleſia abſque ulla requie hoſtes inſurgere dolet, duorumque oblita Ottonum, antiquum nominat: Vere, inquiens, meus felix mundus erat, Otho dum ſceptrum gerebat. Ergo Archimandrita Maguntinus, gravis homo Williginſus, Adalberto, cui Deus interiori gratia benedixit, venerabile caput oleo unxit, & in præſentia Imperatoris ad Sacerdotis altitudinem provexit. Ea tempeſtate effræna gens *c* Lutici Pagani *c* jugum Chriſtianitatis deponunt, &, cum quo errore adhuc laborant, poſt Deos alienos erecto collo currunt, & qui fugientes fugere nequeunt. Chriſtiani multi gladio ceciderunt. Tunc peccato Othonis multa mala ſurrexere, maxima ubique & miſerrima emerſerunt naufragia, reſpublica turpitudines paſſa de ſolio deſcendit, Chriſtiana Religio lacera iram Dei ſenſit. *Auctore coævo ex Ms.*

10 Actum eſt bellum cum Polonianis: Dux eorum *à Polonis* Miſico arte vicit, humiliata Teutonum magna anima terrā lambit, Otho pugnax *d* Marchio laceris vexillis *d* terga convertit. Alia hora cōgregatus & optimus populus & exercitus grandis valde nimis, congrediuntur cum *e* Carolinis Francis, *f* cedunt hoſtes non ferentes virorum fortium impetum fortiſſimum: ſed dum *e f à Francis,* vino vehtrique colla flectunt, regnante Othonis infortunio, victores in turpem fugam deſinunt. Ultimum & lacrymabile bellum confecit cum nudis Sarracenis, quorum dum ultra credibilem modum numerus excrevit, cæde cadaverum laſſa dextera defecit, & bellantium heroum virtus fracta ſuccubuit. Stratus ferro occidit flos patriæ purpureus, decor flavæ Germaniæ, plurimum dilectus Auguſto Cæ- *à Saracenis cæſo,* ſari; qui cum ſtupentibus oculis nefas exhorret, tandem pudet, quia mulierem audivit; tandem ſero pœnitet, quia infantilia conſilia ſecutus, ſententias majorum projecit. Qui putas color? quæ facies cernenti talia erat? quæ tibi, magnanime juvenis, dies E illa erat? quando in poteſtatem Sarracenorum populum Dei traditum vidiſti, ſub pedibus Paganorum Chriſtianum decus laceratum aſpexiſti. Vere ut quidam Spiritu canens Domino ait: Cum ſis juſtus, juſte omnia diſponis: eum quoque, qui non debet puniri, recte condemnas. Ergo Rex puer, cernens caros ablatos, optimates occiſos, neſcius quo ſe vertat, irato Domino quo vadat, in maximam deſperationem filiam criminum impegit; illud poſt miſeriam ſequens, quod quidam jacens in marmoreis hortis cantat, *Sap.* 12, 15

Una ſalus victis, nullam ſperare ſalutem. *Virg.* 1 *Æn.*

Emiſſo equo dedit ſe in mare. Nat ſonipes; ubi laſſus eſt ceſſat: ipſe Rex nandi peritus ſuper undas diu na- *net unquæ victore.* tat, donec obvia navis Græcorū feſſum levat, & extra ſpem caræ conjugi & ſuperſtiti populo incolumem reddit. Erat in eo, ut accepimus, vivida virtus, fervida & effræna juventus, manus prompta bello: ſed raro unquam cum conſilio. Multa bona fecit; ſed ætas lubrica errare fecit, & plura præcipitatione peccavit. Prope ſemper perdidit diebus ſuis, ubi prælium cœpit: extra Teutonum conſuetudinem, pugnantibus eis ſecutum omne infortunium eſt: cujus efficiens cauſa erat Regis contra Dominum F tacita offenſa.

11 Retro ſumit iter ſanctus Epiſcopus; venit in terram ſuam, pulchre regens animam propriam, & poſt bene paſcens optimis paſcuis ſubditam plebem. *Bona Eccleſiaſtica in* 4 *partes diſtribuit;* De rebus autem Epiſcopii primam partem in agmina pauperum, ſecundam pro reſtauratione matris eccleſiæ, tertiam pro captivorum redemptione diſpoſuit, quartam ipſe cum ſuis cohærentibus ad neceſſarios ſumptus recepit. *g* Quid non facit Omnipotens mirabilis in operibus ſuis, maxime in miſericordiis ſuis? Una hora vertit impium, facit ſanctum; *g* in cujus virtute veteres pennas projecit, novos mores aſſumpſit, cælicola Adalbertus. Acerrimis jejuniis *plurimum jejunat, vigilat, orat:* longos ſoles ducere, macris vigiliis incentiva carnis domare, continuis genuflexionibus veniam peccatorum impetrare, perdia & pernox cura erat. Quomodo ſacra lectio in cordis palato ſapiat, quantum frequens oratio corde fuſa in Dei oculus valeat, experientia magiſtra didicit, quotidiano exercitio loquente cognovit. Sentiens ſentit Dominum propitium, & intime guſtat dulcem Salvatorem. Contra *paſſiones domas:* luctamen deſideriorum, & labia inſurgentium vitiorum omni ſtudio, omni arte occurrit; donec malas

AUCTORE COÆVO EX MS.

consuetudines vinceret, terrenasque dulcedines evelleret, multa passus, proficuas difficultates ingentesque labores consumpsit. Caro pugnat, anima laborat, Dominus adjuvat: homo manus movet, Angelus vires ministrat, dæmon & mundus loquatur sive taceat. Venter nocere valet: fervens & frequens oratio apertam & occultam nequitiam sævientis hostis debellat. Calcat humanas felicitates, nec curat transitorios labores; penitus voluntatem carnis fugiens, quo caro trahit; *b* omni annisu festinans sursum, quo spiritus vocat. Bene vixit, bene docuit: ab eo quod ore dixit, numquam opere recessit. Populus autem duræ cervicis, servus libidinum factus, miscebantur cum cognatis & sine lege cum uxoribus multis. Mancipia Christiana perfidis Judæis vendebant: dies festos confusa religione observabant: dies vero jejuniorum voluptatibus vacantes, omnino non curabant: ipsi Clerici palam uxores ducebant: contradicentem Episcopum iniquo odio oderant, & sub tutela quique suorum contra ipsum Majores terræ excitabant. Erat autem labor plurimus, & contradictio crescens: & cum emergentia mala emendare non posset, ubi piscatio sua nihil cepit, sanctus Episcopus locum dare necessarium duxit.

diabolum debellat:

sed subditorum libidinem & malos mores corrigere nequit.

B

ANNOTATA.

a *Si* placabiles mores, *quærit Balbinus, quomodo* lascivus *ante potuit dici, tantillo tempore interjecto? Videtur auctor externam dumtaxat morum urbanitatem, quæ virtus sane non est magna, hic intelligere; uti supra lasciviam vocavit, propriam ætati teneriori ad delicias propensionem, non valde redarguendam si mature franetur.*

b Cluso, *ad Athesim fluvium locus munitissimus Veronensium, contra incursionem Tridentinorum & Germanorum.*

c Lutici *an hodierni* Lusatici, *aut* Lutmeritici *aut alii, inquirant Bohemi.*

d Mesico, Miesico, *&* Micislaus, *qui ducta filia Boleslai Ducis Bohemiæ, factus est Christianus & baptizatus anno 965, cum anno quinto cum patre regnaret Otto* II.

e *Erat Carolus frater Lotharii & patruus Ludovici* V *ultimi Francorum Regis è linea Carolina, cui anno 987 mortuo succesit Hugo Capetus, excluso Carolo proximo herede: qui dum armis regnum repetit, captus est anno 990 & sequenti mortuus, & Trajecti ad Mosam sepultus in æde S. Servatii, uti ante paucos annos reserato sepulcro docuit plumbea lamella celatura ad caput posita, quam ibidem vidimus inter manus* DD. *Canonicorum.*

C

f *Interponitur apud Surium:* Expectare non audent, qui in viribus regni iratum Imperatorem sciunt.

g *Iterum hæc longa digressio apud Surium legitur:* Cernere erat alium hominem: ô qualem, ô quantum mutatum ab illo, qui paulo ante post pulchra temporalia equorum cursu cucurrit, aut tota mente in terrenis actibus jacebat, vel in desideriis errare sine magistro doctus erat. Rediit ad se; recognovit quamobrem Deus hominem fecerit; mutavit honorem, correxit pedem, divina concupiscens & sola cælestia suspirans. Delicias ægre fert, divitias non vult, aurum ducit pro nihilo, argentum pro luto; & quæcumque humana vanitas usque ad mortem amplectitur & amat, alta mente despexit. Horum vero quidquid est, in pauperum usus & ornamenta ecclesiæ, ut dixi, & ad sola utilia convertere cura erat. Noluit regnum dare divitiis: intelligit se illarum non servum, sed dominum esse. Seculum & ejus pompam, quam Clericus tota mente quærebat, Episcopus tota mente fugere cœpit: una cogitatio, unum studium erat nihil concupiscere, nihil quærere præter Christum. Inter hæc, ô Domine, quam bonus & suavis Spiritus tuus in omnibus! Utique non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei, cujus nunc spiritu compunctus, laborare cœpit Episcopus Voitechus, in digito Dei facere & docere Episcopalia potuit. Quid non potest omnipotens, cum vult, cum meliora cogitat Deus? qui vult neminem perire, immo suorum neminem patitur perire, pura bonitas, sana æternitas, una veritas, sola dulcedo, tota pulchritudo, secreta salus & beata præsentia, pulchra caritas & cara æternitas, & cara misericordia Deus: quem loqui, quam suave? sedulo meditari, ô quam delectabile, felix & insatiabile? cujus lucis absentes radios nos vere miseri, nos vivæ gloriæ exules, nos mortui & cæci patienter sustinemus: utique, quia quam suave & incomparabile bonum perdidimus, ad majorem cumulum miseriæ, merito ignoramus. Auribus nostris audivimus, quam mirabilis sis in operibus tuis, ô maxime Domine, ô dulcedo, vita & panis Angelorum: agnovimus te in misericordiis tuis, cujus risus & facer ludus esse solet, una hora vertere impium, & facere sanctum, sicut est: Respexit Dominus Petrum, ex publicano quoque dedit Apostolum, & ex lupo fecit optimum Paulum. Ita cuncta Dei valde bona, misericordia & redemptio salutaris Dei.

Grandis & subita morum conversio in S. Adalberto.

D

h *Hæc iterum interponuntur, aut nonnulla aliter explicantur:* Quantum ad exteriorem hominem, districtiorem & austeriorem vivendi rationem nunc in Episcopatu, quam prius in monasterio habuit. Refugit non solum quod suave est, sed ipsa etiam naturæ necessaria negavit, incurrens in illud beatæ memoriæ verbum:

E

& rigidum vitæ in Episcopatu institutum.

O nimium felix, cui parcus sufficit usus!

Contra noxias voluptates & labia insurgentium vitiorum, omni arte, omni studio virtutum occurrit, donec desideriorum spinas evelleret, terrenasque delectationes vinceret: multa passus, proficuum ingentemque consumpsit sudorem. Mirantur fervorem ejus omnes, qui eum ante noverant: & qui prope latus vadunt, amatores carnales rigidum vitæ genus odio habent: ita fame & siti non sine causa laborat: frigore nimio, vigiliis & hirsuta veste sine misericordia corpus affligit. Desiderium quippe ejus in Deo erat, & postpositis cogitationibus malarum curarum, quas amor vanitatis habet, animam semper in manibus habuit, nullum volens habere inimicum, nisi inimicum Dei. Debellat ejus apertas, & cavet ejus occultas insidias: cui utique tot colaphos dedit, quot opera bona fecit. Calcat mundum sub pedibus, subjicit libero animo terræ felicitates, habens spem in cælo, nec sensit transitorios labores: semper deorsum fugiens, quo trahit caro.

F

CAPUT III.

Iter Romam Casinum, & ad S. Nilum. Vita monastica Romæ.

Iturus Hierosolymam, venit Romam.

12 ITaque ad Sanctam civitatem, ubi memoriale sanctum, ubi Sepulcrum Domini est, pedester venire affectans; matrem Martyrum, Apostolorum domicilium, auream Romam venit. Ibi tum, pulchrum lutum, Græca Imperatrix Augusta, quæ jam longos dies mortuum flevit, sepulti conjugis memoriam reparat, dulcem Ottonem eleemosynis & orationibus cælo commendat. Non enim diu supervixit ille, postquam Reipublicæ talem errorem genuit, tot Christianorum mortibus Paganorum animos satiavit. Mira res! In tantis adversis illum circumfluentibus non resipiscit, quid contrarium ministro æterni Imperatoris egerit, quid pio *a* Laurentio peccaverit, non recognoscit: Episcopatum, quem pater in suum honorem pretiosissimo Martyri erexit, ambitione suorum in peccatum ductus filius

a

A *Ottone I tunc defuncto,*

lius deſtruxit, non faciens ordinate, ſed quaſi qui aquam in mare fundit: Epiſcopatum dejecit, ut plenum deliciis Archiepiſcopatum ditaret. Tulit optimo Laurentio, poſuit Parthenopoli Archi-præſulem S. Mauritio: factum eſt ſcandalum in Eccleſia Dei propter hoc peccatum, donec novus Rex veterem errorem correxit, & venit poſt tres Ottones ſecundus Henricus Chriſtianiſſimus. *b* Velut pater Otto pugnante Laurentio, ubivis gentium victoriam fecit; ita filius læſo Laurentio victoriam perdidit, & diebus ſuis omnem confuſionem recepit. Avertente faciem Deo, quæ ſit tua virtus, ô homo, ſpecta nunc in homine uno. Quid prodeſt bellicus ardor? quid valet virtus neſcia cedere loco? Age fac cuncta cum conſilio, quorſum venis aſpiciens irato & invito Deo, ſicut ſcriptum eſt, Non eſt conſilium nec ratio contra Dominum. Quapropter audi bonum conſilium, & omnes vires & cogitatum tuum jacta in Dominum, ipſe te enutriet: ſpera in eum, & ipſe faciet. Inſpiciamus magnæ indolis virum Imperatorem Auguſtum. Ecce dum peccat, flagellatur, & non emendatur: plenus adverſis, media vita moritur; jacet nunc ecce inglorius, ô utinam & non reprobus, magnæ virtutis alumnus! Prius vero quam moreretur, ut ad pœnitentiam hominem ſtimularet, ſicut eſt ſolus bonus ſemper clemens Deus, talem viſionem cuidam ſapienti oſtendit: quam ut auditam recolimus, infra notare non abſurdum putamus. Nocte intempeſta, quando altus ſopor ſolet occupare hominem, vidit ipſum, de quo agimus, Regem, aureo ſolio ſedentem; ſub pedibus ejus argenteum ſcabellum, Epiſcoporum, & adſtantiũ procerum circa ipſum aſpexit ſeriem longam. Intravit autem decora facie ad inſtar ignis juvenis incognitus; quem nivea veſtis veſtivit, purpurea ſtola in pectore cinxit. Nec ſtat: via vadit; argenteum ſcabellum cum indignatione ſubtraxit, & averſo vultu januam petiit. Quod ægre ferens poſt illum cucurrit, tale ſomnium qui cernere meruit. Quæſo, inquit, mi Domine, dedecus non facias, ſuppedaneum reddas, quisquis es qui tanta audes: obſecro Regem coram populo ne confundas. Hæc magna potentis Laurentii aurea perſona erat, ſicut illi Epiſcopo poſt agnoſcere Deus conceſſerat. Imo inquit, ſi meum dedecus non emendat, majora faciam: ſubtracto ſcabello, ipſum ſolio deponam. Hujus viſionis terrorem, minaſque exitiales cum cognoviſſet Rex puer, facinus non correxit, ſive ſtimulus hominis ſuaſit, ſive ira Dei ita juſſit! In medio curſu, cum dulciſſima vita & gratiſſima lux juvenibus hæc eſt, non adjuvat honor Regem, ſit victima mortis, pulvis in pulverẽ redit. Videte quantum gloriæ Cæſar reliquit. Sed peccatum quod vivens neglexit, mortuo marito emendare uxor ſuperſtes inſtabat: legatos mittit, eleemoſynas & orationes multorum, per quos propitium Redemptorem appellaret, peccatorem Regem ab incendio liberaret. Hæc tum, ubi ſanctum virum adeſſe cognovit Adalbertum, nominatiſſimum Epiſcopum, quẽ Hieroſolymam properare audivit, clam ad ſe vocat; oransque ut pro anima Senioris oraret, maſſam argenti obtulit ingentem. Accipiens vir Dei onus argenti, ſuo itineri aut neceſſitati nil providet, omnia ſecutura nocte pauperibus expendit.

b *& ob violatam S. Laurentii eccleſiam,*

Prov. 21. 30

Pſal. 54. 23

juxta quod ei ſanctus erat per viſum minatus,

B

pro cujus anima uxor Theophania dat eleemoſynam S. Adalberto:

C

13 Nec mora magnam Romam egreſſus, ad ſanctam civitatem Jeruſalem præter ſpem imperfectum iter aſſumpſit: nam ea via ductus Caſinum uſque pervenit, ubi B. Benedictus caram ſedem poſtremo poſuit, & multos filios Chriſto generans pulchram militiam pulcherrime finivit. Ibi Abbatis & Fratrum piis monitis hortabatur, ne inutili vagatione vitam expenderet, ſed loco ſtaret, ita melius virtutum fructus congregaret: Deum vero propitium, benevivens, in omni loco inveniret, ut, illud in Pſalmo: Omni loco dominationis ejus benedic anima mea Domino: Et rurſus S. Hieronymi ſententia bona, Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe, laus ſive ſalus eſt. Animadvertit divinum animal, habens oculos ante & retro, probante munda diſcretione, ita eſſe ut dicunt; montem feſtinus deſcendit; & quem in philoſophia Chriſti perfectiorem diſcipulum invenit, Patrem Nilum calida ſpe accenſus petivit: ſub quo parvulus factus jugum Chriſti ferre, & obedientiæ aureas litteras parare ſatagebat. Amplexus genua ſenis in hoc firmus herebat. Non negat Pater Nilus, Aſt, inquit, homo ego ſum Græcus; melius conveniunt tibi cum quibus hæc agas monachi Latini. Redeas Romam, nutricem ſanctorum filiorum: quære nobilem Abbatem amicum noſtrum Leonem: dic me miſiſſe te rudem diſcipulum ad talem magiſtrum. Hoc duce itineris, prælia Dei pugnaturus, fortiter incipe, ad ſervitutem Dei ſecurus accede: ſub hoc patrono, contra adverſantia cuncta animæ ad Deum progredienti, ſalvus enatabis, & majore flamma, quæ nunc in te ardet, accenſus excreſcet tibi quotidie Dei focus. Fecit, ut homo Dei dixit: ad S. Bonifacium monachalem veſtem accepit: ſub Abbate, quo dixit, regula duce militavit: pedem junxit obedientiæ imperio; tamquam ad epulas ita ad complectenda juſſa feſtinus; & ſi quis quid præcepit, eo magis lætus quo plus vile erat ſervitium omne, libens facit cuncta humilia: diligenti ſtudio ſe informat, ut ad ſimilitudinem Dei propius ſcandat.

qui monitus à Caſinenſibus,

in flore ætatis extincto:

14 Obliviſcitur Epiſcopum, factus parvulus in medio fratrum: coquinas purgat, hebdomadas intentiſſime procurat, ſcutellas lavat, & ad neceſſaria cuncta cocorum curſu volat; manibus fratrum aquarum uſus miniſtrat: mane ad clauſtra, veſpere & meridie ad menſam aquam portat; ut hoc veſpere & meridie integræ congregationi ſervitium ſerviret, talem obedientiam ab Abbate rogans accepit. Cogitationem tacitam in ſe regnare numquam permiſit: quidquid accedens ad animum diabolus dixit, ſtatim ſenioribus palam fecit. Acutiſſime autem interrogavit de Scripturis ſanctis, ſedulo percunctatus de tractatibus vitiorum naturis, ſed ad hæc, quod ante neſcivit, quærenti illi recte Abbas reſpondit, ut ipſe non ſemel ad nos ait: unde luce clarius conſtat, quia inſpiratio Dei & gratia diſcipuli hæc erat. Iactat in domo animæ ſuæ fundamenta profundæ humilitatis; facit ex quatuor virtutibus inſtar crucis: expreſſit prudentiam, juſtitiam, fortitudinem, temperantiam, angulares lapides, ex quibus durabiles parietes erexit, ferro obedientiæ exæquatos, calce patientiæ munitos; domui quam duplo calamo texuit, duplicis caritatis aurea tecta ſuprapoſuit; Templum Domini ſe fecit; regale cubile filio Regis intra ſe præparavit. Orationum lectionumque ſtudiis eo diligentius incubat, quo negotia præpedientis ſæculi nulla ad aurem venerant, nullæ curę vel pericula regendarum animarũ vexabant. Ex ore ſuo numquam contentio, numquam venit amara murmuratio. Et cum Abbas eum vehementiſſime ſæpe increparet, occurrit benigna patientia, & ſemper flexa humiliatio. Erat lætus ad omne injunctum opus; non ſolum majoribus, ſed etiam minoribus obedire paratus; quæ eſt prima via virtutis ad ſumma tendentibus cælicolis viris. Quinquennio plenus miles in monaſterio erat, dulcedine morum cunctis placens, altitudine virtutum longe antecellens. Si cui forte venit invidia ſuæ ſanctitatis, hunc humilitate cito placavit. Proficiebat de die in diem, de virtute in virtutem. Procesſit in hoſpitio ſuo hoſpes Chriſtus, tamquam

viliora miniſteria obit:

quinquennio ibi degens.

Pſal. 102. 22

amittit iter cœpti,

& à S. Nilo Romã remiſſus,

E

habitum monaſticũ accipit.

F

omne genus virtutum exercet,

AUCTORE COÆVO EX MS.

tamquam gradibus eburneis Rex coronatus : procedens processit, & usque ad perfectum diem crescere fecit.

ANNOTATA.

a *Erat* S. *Laurentio dicata* Ecclesia Merseburgensis *ad Salam fluvium in Misnia, cujus Episcopatus tunc destructus erat, Gisilero ibi Episcopo ad Archiepiscopatum Magdeburgensem & Ecclesiam S. Mauritii promoto. Consule libr.* 3 *Chronici Dithmari Episcopi Merseburgensis.*

b *Surius* propter hoc peccatum, velut patet, pugnante Laurentio victoriam perdidit.

CAPUT IV.

Reditus ad Episcopatum. Hungari instructi. Resumpta vita monastica Romæ.

a à Bohemis repetitus

15 POst *a* populus terræ Episcopum suum revocant : viri sancti pappatem Radlam, qui frater carnis suo Duci erat, & Christianum Zrahkwaz monachum, eloquentem virum, in hoc opus eligunt. Hi duo cum litteris Metropolitani Romam veniunt, de reditu Pastoris Papam appellant, populo pœnitenti patrem suum quærunt. Promittunt ex ore populi errata corrigere, quæ fecerunt solvere, desinere à malis, studium dare bonis. Absceſſus vero sancti viri contrarius erat Domino Papæ : talem margaritam à suo corpore evellere, durum erat magnæ Romæ. Sed facta synodo ratio obtinuit, quia gens suam plenam satisfactionem pollicens vocat, dimissum gregem repetat. Amborum, Papæ & Abbatis, imperio parens, fracto suo libito, flens Episcopus, ad episcopatum redit : pro cujus regimine virgam, pro cujus pignore annulum, dante Apostolico accepit. Dominica die veniens venit demum ad unam civitatem, ubi ipsa die erat mercatus magnus, quę visio non parum adduxit tristitiæ sancto viro. Ad eos vero, qui se reportarunt improperando ait: Hæc est vestra promissio bona ? pœnitentes vestri nec feriantur hac die sacra. Stetit tamen in Episcopio suo, pascens macrum populum divino pabulo ; & si vellent sumere, potans salutari poculo. Primum novo adventu Pastorem verentur ; quasi fideles, matrem Ecclesiam petunt ; & parum repressa mala consuetudine, quasi cum Christianis actibus Christum adorant. Verum nova Religio cito dorsum vertit : antiqua consuetudo superiorem manum tenuit : spreto Deo carnalem populum caro traxit: delectata iniquitas viam desideriorum currere fecit. Voluptas pro lege erat: [servire ei recusant] cui servire regnum est : unum Dominum nolunt ad ignominiam suam, ut multis Dominis servitia agant : nectunt sibi funes peccatorum, quibus trahi valeant in æternum exitium, quia discere nolunt, ubi sit sapientia, ubi vita, ubi lumen oculorum & pax.

ad Episcopatum redit:

instruit subditos,

in malo obduratos:

16 Accidit, ut solet humanis erroribus, ut quædam matrona, oblita ingenitam nobilitatem, scortum se faceret, & palam facto peccato maritus vitam mulieris quæreret. Ipsa vero ad Episcopum concita ala pedum confugit : quam in oratorio S. Georgii retro altare abscondit, ut satisfactionem suaderet, & vitam servaret. Ecce ex improviso adest armata manus, & si non redderet mœcham, ambobus & Episcopo & feminæ minantur gladium. Audivit sonitum armorum & minas verberum procaces Episcopus lætus ; & si forte semper optatum martyrium nunc miserante Deo inveniat, tacita cogitatione ruminat, dubioque gaudio exultat. Ah mala mens ! ah pejor vox ! Venit malevolus, secretum prodidit, ubi latebat mulier digito monstravit. Quid prodest refugium ad Sancta Sanctorum, quis curat regnante barbarismo fas Christianum. Frangunt templum, apprensis crinibus educunt tremulam mulierem, quam capite truncant. Crescunt culpæ : v etera scelera non cadunt, nova quotidie surgunt : quidquid boni promiserunt, mentitos esse voces operum dicunt. Unde cogitans Episcopus, quod nec sibi nec illis cassus labor profuisset, animæ vero suæ talis statio obesset, Pappati suo ait : Scias certum, aut ubi ego sum venies, aut amplius me nunquam videbis. Ipsi tamen erat labor magnus non præterire, quo minus admoneret Clerum & populum, secundum quod ætas, discretio, gradus, & qualitas criminis postularunt : nec dabat somnum oculis [donec inveniret] qua arte, qua virtute cōpescere posset nascentes errores. Non tacendum, quod juxta positis *b* Ungaris nunc nuntios suos misit, nunc seipsum obtulit : quibus etiam ab errore suo parum mutatis umbram Christianitatis impressit.

Hungaros docet: b

17 Ergo divinus heros ascendit equos ; dulcem Romam revisit ; & quasi post maris pericula quassa navis, occupat optatum portum. Hic secretos monasterii sinus, caram requiem intrat : amplexus pulcram Rachel, libenter obliviscitur laboriosam Liam ; utitur sacris deliciis, esurientis animæ pulchros pandit rictus, orationum lectionumque perfruitur felicibus ferculis. Usus vero sibi maximus erat, colloquia quærere spiritualium & seniorum, qui crebro illuc, pro caritate Abbatis, plures confluxerunt ; Græci, inquam, optimi veniunt, Latini similes militarunt ; superioribus quatuor pius Basilius, inferioribus quatuor magnus Benedictus dux sive Rex erat. Inter quos *c* medius incedens, Deum sitiens Adalbertus, verba vitæ sumit & glutit, raptusque in altum cum Fratribus, contemplatur dulcem Dominum. O quantoties obortis lacrymis memini dicentem, cum causa ædificationis aggressus essem Joannem Abbatem : Ubi sunt, inquit, margaritæ meæ ? ubi sunt cibi animi mei ? Cum convenirent sancti viri pluebant ibi sermones Dei, accensæ sententiæ mutuo cursabant : arsit ignis super terram cordis : testabatur Deum præsentem unda compunctionis. Hoc Gregorius Abba, hoc erat Pater Nilus, hoc Joannes bonus infirmus, hoc simplex Stratus & super terram Angelus unus : hoc ex donis majoribus Dei sapiens Joannes, hoc silens Theodorus, hoc Ioannes innocens, hoc simplex *d* Leo Psalmorum amicus & semper prædicare paratus. *e*

redit ad monasterium Romanum.

inter Basilianos & Benedictinos.

c

colloquiis sacris accenditur.

d e

ANNOTATA.

a *Hæc ita in aliquo compendio leguntur :* Pertæsi orbitatis suæ Pragenses & ipse Princeps ad Archiepiscopum Moguntinensem duos monachos Papatem Christianumque mittunt : Adalbertum Episcopum suum repetunt... mittit cum iisdem nuntios Romam ad Pontificem Archiepiscopus.

S. Adalbertus Geisa Hungariæ Regi in visione promissus.

b *Chartuitius Episcopus, in Vita S. Stephani Regis Hungariæ* 20 *Augusti, scribit* patrem hujus Geisam, *solicitum de propaganda inter suos Christiana religione, visione nocturna juvenis, aspectu delectabili adstantis, consolatum : qui inter alia dixit :* Verum spirituali legatione tibi transmittendum honorificabiliter suscipite : susceptum venerabiliter habete : exhortationi b us ejus non fictum cordis fidelis assensum præbete. .. Dum miratur de viro divinitus prædicto, nuntiatur ei B. Adalbertum, Bohemiensis Ecclesiæ Pontificem, ad se venturum esse, propter conversionem ipsius & fidei non fictæ profectum, Domino Deo laudis hostiam oblaturum. Oritur lætitia novis Christi militibus inenarrabilis. Dux obviam tironi Christi cum fidelibus quibusque procedit ; honorabiliter eum suscipit ; & ut per visum monitus est, modis omnibus obedientem

A obedientem ſe fore monſtravit. Igitur jubente Principe fit ubique congregatio indomitæ gentis, per ſanctum Epiſcopum; & per ſuas exhortationes continuo convertuntur & baptizantur alumni patriæ, ſtatuuntur in multis locis eccleſiæ. *Natum filium* Deo dilectus Adalbertus Epiſcopus chriſmali baptiſmate intinxit. Nomen ſibi impoſitum eſt Stephanus... Poſt hæc Gieſa plenus dierum, anno Dominicæ Incarnationis 997, nequam ærumnas cæleſti mutavit gaudio: & eodem anno beatus Epiſcopus Adalbertus, cauſa prædicandi verbum Dei, Pruſſiam ingreſſus, palma martyrii coronatus eſt. *Hactenus ex Vita S. Stephani Regis. Infra autem in hac Vita num. 22 inſinuatur, quod uxor jam pene decrepiti Ducis, omnia pro viro agens dux fuerit cœptæ Chriſtianitatis.*

& S. Stephanum baptizat.

c *Infr. tamen num. 26 dicitur* in philoſophia Benedicti Patris nutritus.

d *Ab aliquibus hic cenſetur Leo Nouantulanus Abbas, meminit ejus Petrus Damianus epiſtola ad Nicolaum Papã. Verum potius alium arbitramur, uti & Nilum prænominatum, à S. Nilo diverſum: hi enim videntur eſſe quatuor Græci & quatuor Latini qui Romanum incolebant monaſterium, inter quos S. Adalbertus vivebat nonus ac medius.*

e *Hic iterum apud Surium plurima interponuntur & ſunt iſta*: Ad hæc, quamvis ſoleant ſigna & prodigia

B oſtendere, non facere, ſanctum; animum piis moribus coluit ita, quod ut & nos ex parte cognovimus, Adalbertus ſignorum operator adhuc in vita claruit. E quibus eſt illud ſcilicet, dum fratribus ſerviret, & offenſo cruri ſupra durũ marmor ſatis valide cecidiſſet, quia vinum neſcio an aquã portavit, teſtudinem cum eo, quod intus erat, illæſam ſervavit. Audierunt ex menſa fratres clarũ ſonum: quod nemo dubitavit fractum; mirantur omnes vas ſanum. Solebat prius obedientiam facienti multoties fragile vas frangi, & cum pro peccato negligentiæ veniam peteret, angelus ſuperbiæ, humilitatem ejus ægre ferens, ut pro nimia frequentia verecundiam ingereret, mala voluntate teſtudinem frangere adjuvit: ſed quia non ceſſavit obedientia, nec generavit faſtidium major triſtitia, ſervo ſuo Deus ſolatium dedit in gravi ruina, & tunc illæſa teſtudo apparuit, & poſtea, puto, numquam aliam fregit. Dicunt etiam laborantem oculis filiam, neſcio cujus, cum manum imponeret, oratione ſanaſſe. Alteri quoque, cum monaſterium cauſa orandi pro medela infirmitatis intraret, quem tribus annis ſumere non potuit, ſanctus panem pro benedictione obtulit: & primum inſueto hoc cibo

C hæſit; ſed qui aderant, quod vir Dei benedixit, manducare cum ſuaſiſſent, ſumpta fiducia parum guſtavit: & ex illo die, quem omnes poſcunt, qui vivere volunt, ſine invidia panem manducare cœpit.

miracula S. Adalberti, in monaſterio viventis.

Hunc Epiſcopum, quo dignum non fuit ſeculum noſtrum, cum ſine baculo iter agens Ravennam veniret, cur ſine Virga Paſtorali vir tantus incederet, optime cautus Dei ſervus Durans, interrogavit. Reſpondens verbum memorabile ille homo, qui vere potuit loqui; Vivit Deus, inquit, in cujus conſpectu ſto, facile eſt geſtare pedum, ſed difficile reddere rationem, cum venerit ad judicium, qui non errat, diſtrictus judex vivorum & mortuorum, ſive in vitam ſive in ignem æternum mittendorum. Hunc aliquando ſanctimonialis femina, quæ tempore adoleſcentiæ ſat cognoverat ſanctum Epiſcopum (credo Parthenopoli vidit, cujus ſchola ad gloriam Dei talem nutrivit alumnum) & admirans cur, quæ dat licentior ætas, à joco & riſum moventibus verbis adeo Epiſcopus juvenis abſtineret, ait ſancto viro diverſæ mentis femina: Alium Adalbertum video: Cur qui quondam eras homo pulcherrime lætus, nunc ſeverus es & inſtar Catonis cujuſdam rigidus? Nonne, cum magiſter ſcholarum ſapientiam do-

ejus ſapiens reſponſum, cur abſque Pedo incederet,

& juvenilem hilaritatem exueret.

cturus venit ad noſtrum cœnobium, nobiſcum ludendo duxeras totum diem lætum? At ille graviter ſuſpirans, projecit verbum cordis: Verè ſcias, domina, quia quicquid ejuſmodi feci vobiſcum jocando, alto & acerbo vulnere nunc afficit animum meum. AUCTORE COÆVO EX MS.

Aſtericus ejus Clericus, contra ſanctum virum arguendo, increpando, cum multa inutilia furibundo animo loqueretur, ultra limitem rationis proterva contentione progreſſus, quaſi quem amplius videre nollet, magna cum amaritudine reliquit. Arrepto autem itinere, tota die, ipſe, cum ſocio homine ſuo equitans, errare cœpit; ut cum viam, haud aliter atque manum ſuam ſibi notam, invenire non poſſet, ex pœna cognoſceret, quam grave peccatum cum Epiſcopo contendendo perpetraſſet. Porro ad veſperam caſſo labore reverſus in urbem, quod ira dictante ex humana infirmitate deliquiſſet, pœnitere coram Deo toto corde cœpit. Similiter vidua quædam occurrens equitanti, cum nudæ penuriæ aliquam conſolationem quæreret: Mecum hic nihil habeo, inquit: cras veni ad civitatem, ſumens à me, tuæ neceſſitati quæ dare valeo, cum caritate. Cumque dimiſſa muliere, cœpto itineri inſiſteret; meliore tactus cogitatione, Voca mulierem, Epiſcopus dixit: quis ſcit, ſi uſque mane vivam? Hodie compleat acceptio datum, ne ego judicium, illa ſentiat damnum. Et data cappa, qua amictus erat, reliquit exemplum bonum: ut opus non tardet, neſcientibus quid futura pariat dies.

Per iram recedens ab eo Clericus, redire cogitur.

propriam veſtem egenti donat.

E

CAPUT V.

Remiſſio ad Epiſcopatum: peregrinatio ad pia loca. Cædes quinque fratrum.

18 INterea purpura natus Otto Rex tertius, cauſa ſcandendi culmen Imperii, ut mos eſt à magno Carolo Regum Francorum, multo comitatu Romam intravit, optatum diu caput Latinæ terræ oſtendit: quaſi poſt Deum ſecunda juſtitia veniat, iniqui omnes tremunt, boni magno gaudio gaudent; fecit, propter quod venit, quem ipſe capella ſua tractatum poſuit Papa Gregorius, Cæſarem benedixit: populus Kyrie eleiſon celſa voce canunt: aſcendit unctus cum corona Imperii Imperator Auguſtus, gerens ſidereos vultus, & bonæ voluntatis plena præcordia

F ferens. Poſt hæc facta eſt Synodus: zelo juris tactus Magontinus Archiepiſcopus antiquam cantilenam cantat, Epiſcopum ſanctum à quiete monaſterii ad relictos greges abſtrahere parat. Aſſentit Papa Gregorius, & ſemel ſuſceptum impune non poſſe dimittere gregem Scripturarum voce teſtatur; Sive vult, ſive non vult vir Dei, eat, ſedentes Epiſcopi inquiunt, aliter vinculis anathematicis nectimus. At ille ſecretum petens, ad Papam ait. Hoſtis meæ quieti invidet, qui vos ſuo ſtimulo inſtigat, ut eo me redire compellatis, ubi animarum fructum non faciam, detrimenta autem mea in anima ſumam: mitiga ærumnam meam, defectui meo pone remedium, triſti abſceſſui meo da vel ſolatium unum. Si audiunt oves, quam clamo, vocem, vivo & morior cum eis: ſi non; licentia tua, Apoſtolice bone, vadam ad eos qui neſciunt nomen Domini, exteras & incultas gentes. Acquievit libens voluntati hominis Dei Papa Gregorius, ut erat ſatis bonus, quantum permiſit vaga juventus. Reliquit monaſterium, non ſine magno planctu ſuo & Fratrum, moleſte ferens ruptam quietem, ſed habens de mar-

Ottone 3 Romæ coronato,

ſententia Synodi cogitur redire ad Epiſcopatum:

aut exteras gentes docere:

AUCTORE COÆVO EX MS.

tyrio ſpem vivam, quod in ſuo pectore ardebat deſiderium longum. Homo Dei, ne timeas, nullam habens cauſam: vade ſecurus. Stella maris iter tuum præibit, & dux bonorum Petrus fideliſſimus comes itineris cohærebit.

inviſit Turonibus corpus S. Martini,

19 Igitur cum puero Imperatore Alpium nubila tranans, cauſa orationis Turoniam pedeſter petit, ubi corpore jacens beneficia præſtat, qui nullo loco clamantibus ſe negat, baculus pauperum, dulciſſima mater peccatorum, benignus Martinus, & larga manu dare paratus. Pariſius quoque pedeſter venit, ubi ſanctus & pretioſiſſimus Martyr Ariopagita Dionyſius fuſo ſanguine corpore requieſcit, qui Athenis Philoſophiæ ſtuduit, ubi quem Paulus prædicabat, Ignoto Deo ara poſita erat: qui etiam Evangelizandi reſponſa ad Gallos accepit, quando Clemens Petri Sede tertius ſedit, & dum Paganis Chriſtum ingereret, pulcherrimo martyrio vitam finivit, cujus inter cetera eſt hoc glorioſum mirabile, quia poſt necem religioſus truncus, proprium caput manibus portavit, & ſequens multitudo Angelorum laudes Deo cecinerunt; Populus cæli, ut ita dicatur, de ttiumpho terræ exultans jubilat, de cariſſimo *a* Dionyſio gloria tibi Domine in excelſis reſultat; ad quem miſericordiæ largum, ſi quis peccator confugerit, nunquam ſine miſericordia vacuus recedit. Huic caput inclinans ad Floriacum, monachorum ingens cœnobium, avido curſu volat, ubi corpore jacet & miraculis fulget, magiſter mundo morientium & tota mente Deum quærentium, ſcilicet re & nomine Benedictus, parvulorum dulciſſima nutrix, ſub umbra alarum infirmorum medicus bonus. Nec dimiſit ubi corpus Diſcipuli quievit, ſubi & primus monachorum gregem rexit Abbas *b* Maurus, ſigno ſanctitatis & miraculorum dulcedine magiſtro ſimillimus. Horũ ſacra domicilia, & ſi quæ occurrunt ſimilia, quem deſiderium æternorum afflavit Adalbertus, pedes circumvolat, adiutores ad ſua prælia vocat.

Pariſiis S. Dionyſii,

a

B

Floriaci S. Benedicti,

& alibi S. Mauri.

b

familiaris Ottoni 3.

20 Hinc ad Imperatorem redit, qui hominem Dei adeo dilexit, cujus mores nobiles novimus, quia omnes bonos eo plus amare ſtuduit, quo quemque majorem habita bonitas fecit. Cum quo aliquos dies commoratus, nec nocte niſi ante conſpectum Imperatoris jacere permiſſus eſt. Intellige quantum caritate ſibi junctus erat, quamvis puer & errans moribus Cæſar, tamen benignus, ſine comparatione humanus Otto Imperator Auguſtus. Horis congruis ſemper de cæleſtibus docuit Regis pueros, & circapoſitos proceres ſuaviſſime admonuit, ne infidelibus miſerisque divitiis cor figerent, ne procul à Regno Dei projecti, pro parvo gaudio æterna tormenta ſubirent. Noctibus quoque calceos dormientium clam raptos aqua abluit, diſcipulus humilitatis: manibus ſuis lutum tulit, lotos reſtituit. Ibi ſopora nocte parum molli lecto requieſcens, vitæ ſuæ deſiderabilem terminum aſpexit, neſcius tamen ipſe, quid ſibi ſomnium vellet, donec tactus Spiritu alienigena hoc revelavit. Putabat in domo majoris Fratris duos lectos præparatos. Vnus erat ſuus: alter erat fratri vel fratribus deſtinatus. Pulcher erat & decorus, ſed qui debuit eſſe ſuus, multo pulchrior purpureus & floridus, & incomparabili ornamento pretioſe veſtitus. Erat autem in ſuperiori parte, panno capitali aureis litteris inſcriptum: Munus hoc donat tibi filia Regis. Quod ſomnium coram Rege cum quibusdam familiaribus exponeret, quidam, cui vivax ingenium natura dedit, & pulchra facundia inſignem fecit, Leo Palatii Epiſcopus, pulchre alludens ait: Homo tibi contrarius cito invenies quod quæris: dono Virginis procul dubio Martyr eris. Nec minus quod vidit de lecto fratris vel fratrum, partim anteſe, partim hoc anno eſſe completum, ſic collige mecum.

aulicos inſtruit,

C

viſione in ſomnis facta

intelligit ſe martyrem futurum.

21 Quinque fratres habuit, quorum omnium animas gladius pertranſivit. Ex quibus major frater ſervitio Imperatoris in adiutorium profectus, Paganorum expugnationes adivit: ubi & cum Boleſlavo Poloniorum Duce amicitiam junxit, querelas Imperatori fecit, quod mala, quæ nulla promeruit, Dux Bohemorum Boleſlaus ſine miſericordia ſibi, ſuisque Fratribus plura ingeſſiſſet. Hujus uſque in adventum & ſeros reditus relicti domi quatuor Fratres pacem impetrarunt, & ex parte Ducis ſecuritatem & ſacramenta acceperunt. Proh divinam humanamque fidem! Numquid non eſt Catholicus melior Pagano? Væ homini cui in cordis vena malus dolus ſalit! heu noſtra infelicia tempora! Sapientem vocamus, cui fallere ingenium calet: cui in ore mel, in corde fel latet. Ecce Judas, qui per pacem didicit facere bellum; promittit vitam, ut inferat mortem; dat *c* Boleſlaus fidem, ut inopinato occidat fratres. Nec longe quæras exemplum: in eadem linea ſanguinis frater ſuus Sanctiſſimum Wenceſlaum occidit. Inter hæc quis non deploret ſqualores miſeriæ noſtræ? quis non exhorreat cæcum natum hominem noſtrum? *d* Dum neſcit cavere currens peccatum, cadit in majorem foveam: dum non vult quærere oculorum ductorem, naſcitur de peccato peccatum maximum. Ita & nunc, ô homo, dum neſcis cavere perjurium, incurris homicidium, nec ante deſinis hoc dicto ad tuam fidem, antequam impleas illud propheticum: Appone iniquitatem ſuper iniquitatem, & mox ſequitur illud Euangelicum: Sanguis qui effuſus eſt, ſit ſuper te, & ſuper filios tuos. Igitur ſacramento fidunt, quod Chriſtiani darent; quando Fratres Chriſticolæ Adalberti pacem putarent; liber populus per campum ambulat, non enim, data fide, bellum cogitat; ſtat proxima periculo civitas ſecura. Nam & ecce hoſtes ex improviſo veniunt, diffuſa multitudine civitatem circumcingunt, *e* in Vigilia pretioſi Martyris Wenceſlai bella incipiunt; nihilominus & ipſo feſto oppugnare certatim inſiſtunt. Nec juvat, quod urbani diem Sanctum venerari petunt: contra quos forenſes verba ſuperbiæ jaculantes, Si veſter, inquiunt, Sanctus Wenceſlaus, noſter utique Boleslaus. Et quamvis poſt caperent civitatem, pœnas dedit aſperum verbum: civium namque gladio die illo ceciderunt hoſtium capita multa, & omnes qui in illo conſilio fuerunt, aut mortui quieſcunt, aut cæci & diſperſi male vivunt. Ceſſit pavida civilibus bellis civitas, miſerabili exilio familiæ diſtractæ bona in manus inimicorum cuncta ceſſerunt. Inundat planctus mulierum; ſtupet mortua facies puerorum, geminatis dextris vivorum: ſtat ſilentium ſpectantium Clericorum: ſancti viri fratres quatuor, ſtrenui bello & neſcii cedere loco, dum de quo jam diximus, Clericus Radla conſilium dedit, parum valentia arma dimiſerunt, & quam præliando pulchram mortem putarunt, confugiendo ad eccleſiam (ut eſt in humanis oculis) turpem fugam acceperunt: nam falſo data eſt ſpes vivendi, & dum exeuntes eccleſiam ſponte in manus hoſtium vadunt, fefellit dextera Senioris, & in conſpectu omnium pulchra corpora ſubierunt capitalem ſententiam. Hæc tunc: ſed quando digna indigni ſcribimus, eſt mortuus furente gladio frater maximus, completa eſt pii Adalberti viſio tota; dum ante ſe bis duũm fratrũ, poſt hoc anno maximi fratris mors eſt ſubſecuta; quorum mortibus mors ſua quã præſtantior foret, quorum lecto lectulus ſuus quam pulchrior emineret, omnis intelligit; qui ipſum cauſa Dei, illos cauſa ſeculi & defendendæ vitæ cecidiſſe cognoſcit.

habet, quinque fratres,

ſeniorem apud Boleſlaum Polonorum Ducem,

c

d

E

Illi contra datam à Duce Bohemiæ fidẽ,

Pſal. 68. 28
Matt. 27. 25

in ſua urbe obſidentur,

e

F

ad templũ fugiunt,

ſpe pacis egreſſi occiduntur;

& tandem etiam natu maximus

Vidit

A 22 vidit etiam in monaſterio & aliam viſionem, quam non de ſe, ſed quaſi de aliquo alio reverentiſſimis viris ita expoſuit: Agnoſco hominem, cui duos ordines in cælo Deus arridens digito præmonſtrat: unum ſplendoris purpurei, alterum ultra quam dici poteſt nivei candoris inter hos & illos blanda vox ait, manet te locus, & certa ſedes. Ergo quem ſuo labori adjutorem Deus præparavit, Ducem Polonorum, ſervorum Dei patrem, Boleſlaum, rerum dubius petit: cujus auxilio nuntios ſuos miſerat ad inſolentem uxorem, ſi vel ſtuprata ab amatoribus multis priorem maritum accipere vellet. Interim in hac Regione cum Duce nuntiorum adventum expectat; qui cum redeunt, qualem Epiſcopus amavit, plenam contumeliis legationem referunt; Bene venias, inquiunt, ad non ſemel refutatam mulierem. Miræ res! ad uxorem ſponte venis, quem ſemper invitum vocare, & neceſſe erat tenere, Scimus quæ cogitas, homo. Omnino nolumus, nec eſt tibi locus in populo tuo, qui vis vindicare occiſos fratres vulnere magno. Accipiens ille libellum repudii; ex ſuperborum contumeliis non minus lætus efficitur, quam homines, cum, ſicubi non ſperant, læta verba & honorum oblationes accipiunt. Dirupiſti, inquit, ille, Deus vincula mea. Hoc eſt quod expectans expectavi, deſiderio deſideravi. Ablatum eſt meum periculum. Quid? reſpondet in faciem. Qui me non vult, quomodo poſſum regere gregem? Euge non timeo revocantem amplius Papam, nec triſtia ferentem Metropolitæ immitis epiſtolam; qui ante hac paganicis operibus in fugam me excitaverunt, ecce palam verbis, Nolumus te, dicunt. *f* Miſerat his diebus ad Ungarorum Seniorem magnum imo ad uxorem ſuam, quæ totum Regnum viri manu tenuit, & quæ erant viri *g* ipſa regebat, qua Duce erat Chriſtianitas cœpta, ſed intermiſcebatur cum paganiſmo polluta Religio, & cœpit eſſe deterior barbariſmo languidus ac tepidus Chriſtianiſmus: ad quam tunc pervenientes illinc nuntios, in hæc verba epiſtolam miſit: Papatem meum ſi neceſſitas & uſus poſtulat, tene: ſi non, propter Deum ad me mitte eum. Ipſi vero clam chartam alia mente, alia ſententia miſit: Si potes, inquit, cum bona licentia, bene: ſi non vel fuga fugiens tenta venire ad eum qui te deſiderio concupiſcit Adalbertum tuum. Ipſe autem venire non potuit; vel ut homo, noluit. Ut enim hodie ipſum audis dicentem, quem nunc ſicut ſitiens anima frigidam aquam totis viſceribus flagrat & amat, ardua ſcandentem ſemper tunc fugiebat. Ipſe tamen jam erat monachus, & ut dicunt, qui tunc temporis norant, pulcher & bonus. Ex hujus ore fateor me audiſſe unam rem, quam ſatis amo: ipſum Sanctum aſſerit loquentem: Numquam aliquid feci propter vanam gloriam: nam ut non pulſet, hoc eſt ultra hominem: utrumque tantum à me miſerrimo omnium retro poſuit pedem, à me minimo gentium longe fugit in æternum exilium. Memoriam vero viri ſæpe pono, cujus relatione hæc ſcribo, quem ſervum Martyris agnoſci volo.

S. Adalbertus fugit in Poloniam,

cum Bohemis per legatos agit

& abiis repulſam paſſus,

B

f

g ex Hungaria Radlā evocat ad ſe.

qui tunc non paruit, poſtea multas laudes ſancti narravit.

C

ANNOTATA.

a Colitur S. Dionyſius *9 Octobris, quando de tempore miſſionis ejus ad Pariſienſes, valde controverſo, agi poterit.*

b Vitam S. Mauri dedimus 15 Ianuarii.

c Balbinus advertit non imperio Boleſlai, ſed odio Comitum, quibus is non potuit reſiſtere ſimul omnes occiſos eſſe.

d Sequentia ita leguntur apud Surium: Dum neſcit cavere minus, incurrit peccatum majus: dū quo cæca volūntas ducit, naſcitur peccatū de peccato, nō habet finem, donec cadat, unde non reſurgat, in delictum maximum: & fit miſero modo, quia cum poteſt, non vult, dulce peccatum non valet dimittere poſt, etiam cum vult. Ita nunc aliud cogitans, aliud loquens, pervenit ad homicidium, & Vindica Domine ſanguinem, vox clamat de terra ad cælum. Homo, compleſti propheticum, apponens iniquitatem ſuper iniquitatem: expecta nunc illud Euangelicum: Sanguis, quī effuſus eſt, ſuper te & ſuper filios tuos. Itaque ſacramento fidit liber populus, per campum ambulat.

AUCTORE COÆVO EX MS.

Apoc. 6, 10 Pſ. 68, 28 Matt. 27, 25

e Ms. Pragenſe addit Feria VI; *Surius*, Sexta die: *neutrum recte. Si enim 23 Aprilis feria 6 obiit S. Adalbertus, uti omnes conſentiunt, obiit anno 997, littera Dominicali c. Aſt Vigilia S. Wenceſlai in 27 Septembris cadit, adeoque ut Adalberti cædes fratrum mortem non anteceſſerit, debuerunt illi fuiſſe occiſi in Septembri anni 996, cum litteræ Dominicalis erant ED, & tunc 27 Septembris cadebat in diem Dominicam.*

f Reliquia hujus numeri deſunt apud Surium.

g Gieſa ſcilicet, S. Stephani patre, tam pleno dierum ut ſupra dictum.

CAPUT VI.

Iter in Pruſſiam: martyrium.

E

23 IGitur ſoluto fune Epiſcopus liber, apprehendit circumfluentibus ulnis carum deſiderium, quod ſemper in corde ſuo arſit ad martyrium pulchrum, Apoſtolica ad hoc uſus licentia. Duos Fratres, quos cogitat fortiores ſacro bello, & aptiores portando Euangelio, itineris comites aſſumpſit; prius tamen (ut mater Regula docet & viva verba Patrum lingua monent) oratione Fratrum voluntatem Dei exquiſivit, & conſilio Fratrum quaſi ferrea chlamyde munitus agonem currere cœpit, Dux itaque Boleſlaus diligebat eum, quem monet ut ſe adjuvet, videns videat, quomodo ſe in terram Pruzorum navigio maris exponat, propter quærere animas & ſcindere vomere Dei incultas gentes. Complet Dux juſſa ſpiritualis Patris: quamvis enim ut ſecum ſtaret divitem voluntatem haberet, occurrere tamen ſancto propoſito auſus non erat. Eſt in parte regni civitas magna *a* Gnezdem, ubi nunc ſacro corpori requieſcere placuit, ubi mille miraculis fulget, & ſi corde veniunt, recta petentibus ſalutes currunt. Ibi ergo, quia in via ſua erat, cujus longo tempore ſilentium exercuit, Miſſam celebrat, ſacras hoſtias oblaturus; viva hoſtia mox & ipſe Chriſto futurus. Baptizat populum grandem nimis: inde nullas moras nectit, navem aſcendit: quam ne profanus quis tangere præſumat, Dux ſolicitus, multo milite armaverat. Non poſt multos dies, carina ſecante terga maris, Deum neſcientibus illabuntur terris Pruzorum. Feſtinantes vero nautæ ſanctum onus deponunt, & nocturno auxilio remeantes ſecuram fugam capiunt. Rapit homo Deo plenus iter, jacturus retia ſua ſuper horriſonum mare, ſi forte inveniat, quod in menſa Dei comedendum reponat; aut ſi nullum piſcem capiat, ſaltem in nocte filii Dei oblatum calicem bibat. Fervet in eo ſpes ardua pro Chriſto moriendi, & in viridi corde vivus ignis vim trahit ardendi: tamquam in aureo altari accenſa aromata flagrant, & fumantia ſcandunt. Ergo Miles Dei cum duobus ſociis intraverat parvum locum, qui circumlabente unda fluminis imitatur inſulæ vultum. Ibi aliquos dies ſteterunt, & fama volans Paganorum auribus adduxit, habere ſe hoſpites ex alio orbe, ignoto habitu, & inaudito cultu. Primum ex improviſo, numero non plures, parva nave veniunt; dant ſaltum ad terras, barbarum neſcio quid frendent, magna ira fumant, & hoſpites quærunt. *b* Ros Legis,

A Boleſlao Poloniæ Duce admittus:

a Gneſnæ Miſſa facta

F

navigat in Pruſſiam:

validō ictu proſtratus in terram.

b

AUCTORE COÆVO EX MS.

ros mellis tum Epiſcopi in ore fuerat : librum Pſalmorum ante ſe ſedens tenuit, in quo omnia verba oris Dei, in quo vita hominis & ſumma ſalutis clauſa conſiſtunt. Ad quem unus ex ipſis pejorum peſſimus proprius acceſſit, dirum infremit, nodoſa brachia alte extollit, & cum conto quo navem minaverat cæleſtia ruminantem Epiſcopum inter ſcapulas fortiſſime percuſſit. Si non abitis, inquit, citius capite plectemini, vexati diris pœnis, & mortibus multis. Evolat è manibus excuſſum volumen, alia ex parte ipſe humi ſtratus dat oſcula viridi terræ, mente extentus & corpore toto. Exterior corrumpitur homo, interior ad vitam novatur: per penetralia cordis prorupit vox lætitiæ & ſalutis: Benedictus inquit, Deus! benedicta miſericordia Dei! ſi plus non accipiam pro Crucifixo meo, ſaltem unum pretioſum ictum habeo. Homo Dei, putaſne ſimplex plaga ſplendeat in dorſo tuo? aut pretium habeat ſuper terram talia libenter pati in memoriam filii Dei vivi? Vtique non ſic margaritum in ſterquilinio, non purpura Regis in populo, nec facies roſæ in gremio terræ adhuc, nec aureus Sol in cælo, ut eſt in corde pulchro una percuſſio, quam habes lætus pro Chriſto tuo.

agit gratias Deo.

B 24 Quid tum? foras projecti veniunt in mercatum, ubi confluxerat unda populorum: circumſtant ſubito cælicolam virum longo agmine capita canum, pandunt cruentos rictus, interrogant unde? quis eſſet? quid quæreret? quare veniſſet, quem nemo vocavit? Lupi ſitiunt ſanguinem, minantur mortem, quia ad eos portat vitam. Donec loquatur vix expectant: horrent & derident, melius enim non ſciunt: loqui jubent, capita movent. Accinxit vir lumbos, os aperit, & quia multa audire nequeunt brevius alloquitur. De terra Polonorum, quam Bolezt Princeps Chriſtianiſſimus Dominus procurat, ad vos pro veſtra ſalute venio, ſervus illius, qui fecit cælum & terram, mare & animantia cuncta. Venio vos tollere de manu diaboli, & faucibus immitis Averni, ut cognoſcatis Creatorem veſtrum, ut deponatis ſacrilegos ritus, abrenuntiantes mortiferas vias cum immunditiis cunctis, & ut loti balneo ſalutis efficiamini in Chriſto, & habeatis in ipſo remiſſionem peccatorum, & regnum immortalium cælorum. Hæc ſanctus: illi vero contra jam dudum indignantes, cæleſtia verba irrident, terram baculis percutiunt, aërem mugitibus implent, manus tamen

cauſam adventus ſui exponit:

C non iniiciunt, ſed furorem dictant, & diſtrictæ ſeveritatis verba ad aures hoſpitium mittunt. Propter tales, inquiunt, homines terra noſtra non dabit fructum, arbores non parturient, nova non naſcentur animalia, vetera morientur. Exeuntes exite procul de finibus noſtris. Si citius non retro ponitis pedem, crudelibus pœnis afflicti mala morte peribitis. Illis vero qui in ingreſſu regni poſiti bonos hoſpites eo loci dimiſerunt, mortem minantur, domum incendere, diviſis rebus uxores & filios vendere ſpumante ira pollicentur.

cogitat habitum more gentis aſſumere:

25 Athleta Chriſti videns nullum fructū animarum ſequi, & deſideratæ mortis ſpem auferri, dejecit animum triſtitia magna, affectus varios curarum æſtus in caſto pectore verſat, dixitque Fratribus: Preſſi magnis adverſis, quid conſilii capiemus? quo vertamur, neſcio; habitus corporum & horror veſtium ut video, Paganis animis non parum nocet; unde ſi placet veſtimenta mutemus clericalia, pendentibus capillis ſurgere ſinamus tonſæ barbæ truncas comas, & prodire non prohibeamus. Forſan non agniti melius habemus ſalutem operari, ſimiles eorum effecti familiarius cohabitaminus, alloquemur & convivemus, laborando quoque manibus propriis victum quæremus, ad inſtar Apoſtolorum abſconſa mente revolvemus cenſum Pſalmorum; interea proſperante miſericordia venientis Salvatoris, fit aliquid hac arte. Hac fraude, niſi opinio ſe fallat, Evangelizandi occaſio certa venit, quo, quia pius & fidelis Deus, inventarum animarum theſaurum magnum lucrabimur; aut dulcem vitam pro dulciſſimo Chriſto fundentes, deſiderata morte moriemur. Ergo viſo conſilio meliora ſperans, c conceptum minorem gaudii, gaudio occidit, egreſſurus regionem malam accenſis animis movet greſſus: ad ferociumque Lutizorum idola ſurda prædicationis equos flectere placuit; quorum linguam cognovit, & quos necdum viſus, mutata veſte & habitu, fallere potuit. Hoc tamen ingenio, hoc bobo dolo cogitavit, aut Imperatoris filio reperire novum populum, aut longis deſideriis ponere finem. Sed ô venerabile caput, quid te fatigas implexis cogitationibus? Prope eſt quod quæris: non neceſſe eſt initiare longam viam: dabit tibi breviore via Deus, quod tanto tempore quæſiſti jecore fideli, amore humili, recto ore, mundo corde, & animo toto. Ecce juxta te pulchritudo tua, ecce in foribus cujus neſcit homo pretium, felix & incomparabile martyrium; ut noſtro etiam ævo Angelis habeat ſimilem bonus Virginis ille filius, qui in ſperato

& ad alios abire.

E te faciet Martyrem ſuum. O quam pulchre ridet cælum quando cum corona intrantem videt Slavum.

ut Martyr innoteſcit per viſionē cuidam monachæ.

26 Romæ interea in monaſterio, quo ſanctus iſte philoſophia Benedicti Patris nutritus erat, revelatio divina hæc dicta dedit: inter plures viſiones quas rapta mente ſæpe levatus vidit, crucifixus mundo, Joannes monachus & Abba, venerunt à cælo uſque ad terram, deſcenſu delectabili, aſpectu pulchro, duo linteamina, ut nix candida, abſque ruga & macula. Unum ex eis accepit, quem quærere venit: poſſedit carum pignus, & accepit linteum dulce onus, fruens fruitur ſuo Adalberto, intrat aureum cælum tramite recto. Quem aliud linteum ſuo amplexu acciperet & ad Dominum portaret, ab ejus ore fateor, nunquam excutere potuimus; & ideo ipſum, pro ſecreto amore cæleſtis patriæ, alterum pondus eſſe, cogitatione cogitamus; ſive autem hic ſive alter ſit, certa mente neſcimus: nec hoc nos fatiget, qui noſtrum interceſſorem in manibus habemus. Adalbertum, Domine, tuum ſancta ſanctorum intraſſe cognovimus, veneramur, & amamus: qui licet numquam ſanguinem funderet (quæ eſt prima beatitudo, &

F Paſſionis Chriſti quædam ſimilitudo) tamen alta morum humilitate & puro Dei amoris intuitu, vere eſſet filius cælorum, & qui numquam peccaverunt, *& S. Nila.* frater Angelorum. Hac hora pater Nilus ad monaſterii illius ſpirituales Fratres verba miſerat dicens: Notum ſit veſtræ dilectioni, quia amicus noſter bonam viam habet, vere Adalbertus cum ſpiritu Sancto ambulavit. Hæc in Chriſtiana; at in terra pagana tres homines carpunt iter ſecus litora maris, & ſit repente colliſio undarum, quaſi ſe moveat aliqua ingens beſtia maris, & ad aures gradientium fragor ille validus venit. Comites ſecuri audiunt, medius *d* Senior atrociſſime obſtupuit, & velut pavida mulier conſternatus exhorruit. Cui Gaudentius, ex parte patris caro & frater ſuus, ſubridens ait: Pavit fortitudo tua, audaciſſime miles! ſi ſaliret ſuper nos armata & ad bellum prompta manus, quid tunc ageres, qui nunc inania times? Reſpondit: nos ſumus fragiles, tu fortis; nos imbecilles, tu potens: nos certe & minima timemus, ſed eo melius Deus noſter refugium & virtus, quo eſt major inopia mentis & virium parva ſupellex: eo felicius, eo glorioſius diligam te, Domine virtus mea, quo ſentiens meam infirmitatem, cognoſco te eſſe meam virtutem. Vidit & Gaudentius ſequenti nocte ſomnium, quo ludentibus

d

Expaneſcēs animatur à Gaudentio fratre.

A tibus verbis irriſit paveſcentem Epiſcopum: ingreſſus delectabile oratorium, cognovit paratum Pontificem celebraſſe Miſſam. Comeſto autem ſacrificio cum veſtimenta plicarentur, propius acceſſit ad cornu altaris, cujus in medio ſtat aureus calix. Acclinat collum, os ponit, haurire de aureo calice paratus. Volat curſu cuſtos ſacri altaris, & unde talia præſumat inſolentem Gaudentium ſeverioribus dictis increpat. Non licet, dedignans ait, fauces tuas de aureo calice ſumere pocula vitæ: ſolus totum bibere debet, qui Chriſto immolato Miſſam oratione levavit: tibi ſicco palato nec gutta remanebit. Mane facto Gaudentius infit auribus: Audi, Senior meus, noctis ſomnium quod vidi: expleta Miſſa, quam celebraſti in templo Dei, acceſſi potum ſumere de aureo calice, qui ſtetit in medio altari: prohibuit me miniſter altaris, dicens: Alii nequaquam licet, Pontifex totum ſumere debet. Reſpondit filius mulieris paſſioni propinquus: Mi frater, jubente Deo ſomnium tuum proſpere vadat: Peccans caro peccatis donum Dei non impediat: miſericordia Creatoris victoriam obtineat.

& audito ejus ſomnio intelligit ſe futurum Martyrem.

ANNOTATA.

B

a *Erat tunc* Gneſna *ſedes Ducum & poſtea Regum, urbs præcipua & metropolis Poloniæ. Sed an recte Gneſna facta hic dicantur, quæ juxta priorem Vitam contigere* Gedani *ſive Dantiſci, quæ Slavonice* Gdansko *nominatur? Facile utrumque locum confudiſſe auctor potuit, peregrinorum nominum minus peritus.*

b *Surius* Res Regis, *ecgraphum Pragenſe* Ros Regis: *ſuſpicati* Legis *ſcriptum fuiſſe, reſpici judicavimus ad hæc verba Moyſis, Deut.*32,2, Fluat ut nos eloquium meum.

c *Idem*, conceptum mœrorem gaudii, gladio confecit.

d *Id eſt Epiſcopus Adalbertus; dignitatis, non ætatis jure,* Senior *hic dictus.*

CAPUT VII.

Martyrium completum. Corpus Duci Polonorum venditum.

Feria ſexta poſt miſſam à Gaudentio factam,

27 IGitur ſexta feria, Gaudentius, ſancto viro duplex germanus, cum jam ſcandens ſol prope tres horas compleſſet, Miſſarum ſolennia in læto gramine celebrat. Poſt, partem obſonii recumbentes

C accipiunt, ut in fortitudine cibi poſitum vigorem feſſa membra reſumerent, & viam longam ſine labore reparati pedes citius minarent. Pulſa fame recreati ſurgunt, itinerare incipiunt: at non longe ab eo loco ubi cibum ſumpſerant, invaleſcente laſſitudine, caput ponunt, & feſſa corpora ſomno indulgent. Dormitaverunt omnes & dormierunt: adeſt ſonitus armorum, fulgurans haſta, ſonans clypeus, & gladius acutus. Cui frater à Polonis occiſus erat, zelo ductus barbarus, venit: cum quo qui exultant in rebus peſſimis conſpiravere, pœnitentia ducti, quia eos dimiſerunt; & impetu magno idololatræ appropinquaverunt. Nec mora equos dimittunt, volatili pedum fuga accurrunt, requiem hoſpitum turbant, vincula mittunt, tamquam latrones haberent, manus & brachia Chriſtianorum ſtringunt. Stupent fratres; & non ſuaviter expergefacti, inſperato animo vincula & hoſtes agnoſcunt. Nec minus, qui ſemper hoc ſpectaculum omnibus votis deſideriiſque acceniſus quæſivit, nunc magnus Adalbertus timet quaſi homo: amaræ mortis guſtum exhorret, ultra quam ſolet conſternata mens ignavia laborat, moritura caro colorem mutat, pavor in mente tremula hebet. Nec miretur quis, vel fractum quis defeciſſe Sanctum ſecum cogitet, qui tot annos in tentationum ventis inconvulſa arbor ſtetit, maxime nunc, quando propinquante termino palmam accipere debet. Nonne major Dominus, Redemptor noſter Chriſtus, propinquante Paſſione ſanguinem ſudat; & qui poteſtatem habet ponendi & ſumendi animam, ſequentibus diſcipulis triſtem ſe eſſe aſſerit uſque ad mortem? Si Dominus trepidat, turpe eſt, ſi homo non paveat, cum carnis mors prope accedit? Purgantur electi timore mortis, ſine quibus non ſunt, à levibus peccatis, & ſi qua veſtigia manſerunt, criminum raris maculis. Vir bone, quid times? cur inermi pavore tabeſcis? Deo tuo ſanguinem tuum fundis, quo fuſo ſecurum commeatum & liberum iter habes ad cælum, ſine occurſu inſultantium dæmonum, ſine objectione vel minimorum peccatorum. Martyribus certe non ſperans, non accuſans occurrit Satan, nec verbum opponit; procul fugiens, eo quod Salvatoris umbram imitantur: & ſicut Dominus ſine peccato propter nos mortuus eſt; ita & Martyres, quamvis criminum rei, quamvis pagani ſine culpis non fuerant, fuſo ſanguine propter Dominum omnino cunctis peccatis carebunt. Ceteri Sancti, quamvis candidam & odoriferam vitam ante oculos Dei habuerint, ſine ſcrupulo de vaſe peccatorum non recedunt; & circa extremam horam infinita anguſtia laborant, neſcientes utrum & munda vita ab eo judicetur digna, cujus comparatione ſunt immunda omnia. Martyrio vero ſtat ſua ratio, & ſtatuta eſt ſingularis gloria, quam accipere dono Dei promeruit felix Martyr Adalbertus infelicium temporum noſtrorum. *a* Licet tibi interrogare, Quid Domino retribuam? Licet reſpondere, Calicem ſalutaris accipiam. Non eſt quod timeas, quia dirupiſti Domine vincula mea: eſt quod deſideres, quia pretioſa in conſpectu Domini eſt mors Sanctorum ejus, cum nemo natus effugiat manum mortis. O quam beatum, ô quam glorioſum ita mori, ut non appareant peccata, quæ lavantur in baptiſmo, extinguuntur in martyrio. Jam quanta dignitas, quanta ſecuritas lætitiæ! claudere in momento oculos, quibus homines videbantur & mundus; & aperire ſtatim eoſdem, ut Deus videatur ac Chriſtus. Pulchri operis pulcherrimus ipſe ne timeas periculum, eo quod eſt mors amara, mors anxia: nam ſi nulla eſſet mortis moleſtia, canente mellifluo Gregorio, non eſſet tanta Martyrum gloria. Tam feliciter migrandi ô quanta velocitas! Terris repente ſubtraheris, ut in regnis cæleſtibus reponaris. Indica nobis ſub cælo nihil F eſſe pulchrius, nihil quidquam dulcis, quam pro dulciſſimo Chriſto dulcem dare vitam! Harum ſententiarum habemus te nunc teſtem clarum; qui in hoc mundo poſitus morum virtutibus meruiſti, & in his ſervata humilitate mirabiliter claruiſti; nunc pro Chriſto mortuus cæleſti beneficio & miraculorum dulcedine clarior, imo clariſſimus innoteſcis. Palam loqueris, monſtrans nimirum, quam bene vivas, ad cujus mortua oſſa tot ſalutes exeunt, tot pia prodigia coruſcantia currunt. *b*

Auctore coævo ex MS.

licet Martyrio deleantur omnis macula peccati.

E

28 Aiunt qui in illo agone fuerunt, quod nec unum verbum feciſſet pallens Epiſcopus, niſi quando ligatum ad montis ſupercilium ducunt, ubi ſeptem lanceis pulchra viſcera forant. Tunc ad illum, cujus lancea primum detulit ictum, & qui torvo adſpectu occidendũ Martyrem loco ſtatuit, hoc unum verbum, Quid vis? exili voce interrogans, fatur. Habes Pater, quod ſemper habebas in ore, paſſus pro deſiderato Chriſto: hac die felix victima factus, qua die Salvator pro te & pro mundo crucifixus eſt ipſe, tunc ſanans mundum languidum magnum, nunc vero faciens te Martyrem ſuum. Septem donis ditavit te Chriſtus virtute multa, confluxit tibi gra-

lanceis 7 confoditur:

AUCTORE COÆVO EX MS.

tia ſancti Spiritus ; nunc in ejus honore ſeptem lanceis confoſſus, amplectere deſiderabilem Chriſtum. Dux & magiſter nefariæ cohortis primum igneus Sicco forat penetralia cordis, poſt ſaliente malitia, & currente manu ceteri ſcelus peragunt. Ut autem oſtenderet clemens divinitas, quia ſoluta erant ſervo ſuo carcer ſeculi, compedes magnæ, & peccatorum vincula cuncta ; poſtquam ſanctum corpus ſecarunt, nemine ſolvente ligaturæ manuum ſe ſolverunt; ipſe vero amicam mortem amplexus, quam ſemper ſequens dilexit, in modum Crucis manus expandit. Cadens cadaver matrem terram occupat : anima Sancta ad vitam feliciter intrat, admirans riſum Dei & gaudia canentis cæli. Reliquiſti ſub pedibus pulchrum hoc quod apparet : expedire nunc quod intrinſecus latet, Poſt fletus hominum, tranſi in beatum numerum Angelorum, ubi te vident læti omnes Sancti, maxime Martyres Chriſti. Adhuc ultra Angelos Martyr ad Martyrum Regem aſcende cum gloria, ad omnium Salvatorem, ad ipſum cujus à conſpectu fugit terra & cælum ; loquere facie ad faciem, quaſi homo ad amicum ſuum. Effugiſti (quid amaritudinis habes ? quid non dulcedinis ?) ubi ſunt altæ contemplationes internæ refectionis, ubi eſt cibus & potus laus perpetua Creatoris. Ipſo die dicunt, cum quidam Presbyter Miſſas faceret, revelans Spiritus ad aurem dixit, ut B. Adalberti ſuffragia laboranti mundo imploraret. Libens paret ille monitis divinis, & intra memoriam ſanctorum Martyrum Adalbertum vocat, ut pro noſtris erroribus divinæ miſericordiæ mactata hoſtia intercedat.

manus in modum crucis expandit.

B

ſacrificanti Presbytero revelatur.

29 Igitur impii viri duos Fratres ejus immiſericorditer ligatos ſecum portant, & ſancti viri nobile caput à reliquo corpore dividunt, & ſub fida cuſtodia utramque partem cuſtodiunt. Ne cogites quod religionem faciant, qui profanare tantum ſapiunt : à Duce finitimo Boleſlavo grandem pecuniam accepturos ſe putant, ut res erat, quando reverentiſſimum corpus & caput deſiderabilem theſaurum venderent. *c* Martyrizatus eſt autē pretioſus Adalbertus, qua die pius Georgius eſt gladio percuſſus. Bene autem una die, quia ſe petentibus ambo boni conſulgent crebris miraculis, & præſto ſunt miſeris mortalibus. Eſte iterum ambo boni, & eſtis mihi ſæpe vocandi : loquimini certe, ſurgat Stella maris, *d* jungat ſe S. Petrus, ſequatur ad omnes Sanctos ; propter Deum loquimini de vivis miſeris bonum in conſpectu Principis, præſtante Domino Deo, propter Filium dilectum in Spiritu ſancto, cui eſt gloria, laus, honor, regnum & imperium, ſancta civitas Angelorum, cui fuere, ſunt, & veniunt pulchra facie immortalia ſecula ſeculorum. Amen.

corpus venduntur Boleſlao Duci,

c

Paſſus eſt die S. Georgii.

d

C

ANNOTATA.

a *Sequentia aliqua hujus numeri deſunt, aliqua contracta ſunt apud Surium.*

b *Sequentia interponuntur apud Surium.* Quidquid peccaſti in hoc tempore, quod voluitur ſeptem diebus, expians & expurgans ſeptem vulneribus, calca abyſſum & terram ſub pedibus : ultra omnem creaturam ſcandens, apprehende dulcem Creatorem. Beatus homo, quem poſſedit gloria paradiſi, quem accepit confeſſio & pulchritudo ante oculos Dei, ut ſapiat ex ſententia, quæ ſolet dicere, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe. Vocat nunc te cor contritum, vocat noſtrorum temporum infinitus error : clamat, tibi feliciſſime Martyr, noſtrarum miſeriarum magnus clamor. Tu cum purpureis proceribus in conſpectu Dei delectatus, tu cum ſuaviſonis Angelorum vocibus intra ſancta ſanctorum epulatus, ne obliviſcaris veros captivos, non ſentientes, in quanta tribulatione verſemur. Tu qui multa potes ad Regis cortem, fac nobis legem & juſtitiam de iniquo odio tantorum hoſtium : quia & nunc cum Chriſto regnum tenens, neceſſe eſt illud Satyricum depromas :

Invocatio Chriſti & S. Adalberti.

O curas hominum, ô quantum eſt in rebus inane ! Ad grandem miſeriam neceſſarium eſt magnum adjutorium. Veniat tecum non unus Sanctus : ſalus hominum quorum eſt ars, ſtet tecum Angelorum ſana pars. O amor, qui regis omnia cælo, reſpice miſeras terras animo benigno, in quibus hoc ævo magna graſſatur iniquitas. Fac quod feciſti, terra factus propter pietatem, fuſo ſanguine propter nimiam caritatem. Dic tu ante omnes, dic ex quibus novus Martyr enataſti, dic bone Adalberte : Deus optime, miſerare noſtræ ruinæ varios labores, compeſce æſtuantis avaritiæ in immenſum creſcentes errores : qui meretricis pulchritudine amorem Dei, maxime hoc ævo, commutare volunt in amorem ſeculi, bonum dicentes, malum in fine ferentes ; promittunt delectare, & faciunt laborare ; dicunt ſe adjuvare, & non niſi nocere noverunt : quibus convenit illud poëtæ :

D

Fiſtula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.

E

immo convenit illud Euangelicum, Quid proficit homo, ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur ? Quod flet in ſacro eloquio, qui ſecurus ſui, de noſtro periculo timidus eſt : quia ſtantes inter mille globos numquam dormientis diaboli, habentes & ingenitæ naturæ centum pericula, nutrimus adhuc avaritiæ ſævam peſtem, ut res extra nos, perdat intus nos. Eheu ! inquit, in præſentium rerum voluptatibus poſiti, quo amplius concupita acquirimus, eo amplius os patens avaritiæ in immenſum aperimus. Neſcio, miſeri, quid ſimile patiamur : poſt expletionem voluptatum amplius eſurimus, & adeptis carnalium rerum oblectamentis, numquam dicimus, Sufficit. Hoc eſt commune malum omnium, maxime hæc eſt miſeria mea, & ſi qui ſunt, mei ſimilium : qui non niſi ſpiritualia debuimus, prope ſola carnalia cogitamus. Si quid potes, immo quia potes, noſtris medere vulneribus. Sed ad rem.

c *Apud Surium iſta adduntur* : Vos quidem feciſtis pro veſtra inſania : ſed ô qualem imprudentes peperiſtis beatitudinem. Volenti illi vos convertere ad Chriſtum Salvatorem, vos nolentes conciliaſtis immortalem dignitatem.

d *Surius* : Jungat ſe Angelus bonus, & propitius Petrus ſequatur, & omnis Sanctus.

F

MIRACVLA *a*

Ex Annalibus Bohemorum pervetuſtis, & Chronico VVenceſlai Hagecii Collegiatæ Eccleſiæ Veteroboleſlavienſis Præpoſiti excerpta, & in Latinum converſa à Bohuſlao Balbino Societatis Ieſu.

1 IN illo crepuſculo Chriſtianæ Religionis apud Bohemos, cum plurimi Proceres Chriſtum agnoſcere nollent, & Epiſcopum ſuum Adalbertum peſſime odiſſent, accidit ut Slawnik Libicenſis Gomes & Strzeziſlava conjux filium ſuum Adalbertum, Libicium invitarent per litteras ; Epiſcopus, cum per infeſta ethnicis loca tranſeundum ſibi videret, diſſimulato habitu, longam togam & cucullum induit, nudiſque pedibus iter aggreſſus eſt, perque altiſſimas & invias ſilvas Libicium pervenit. Ibi eccleſiam, quam pater filii admonitu exſtruxerat, conſecravit, & triduum Libicii, in cariſſimorum parentum & fratrum ſolatium remanſit. Quarto die dicto vale, data patri, matri, & fratribus benedictione, ſilenter

Conſecrat eccleſiam à parentibus Libicii cōſtructam.

A rursus & occultis itineribus, ob ethnicorum metum, regressus est. In eo itinere aberrans paululum, apud pagum Zelenkam nomine conspectus est. Protinus quidquid erat paganorum, Episcopum circumsistunt, quærunt, quis, unde, & quo festinet? Respondet Adalbertus, se Libicio Pragam contendere, hominem esse hominibus aliis similem. Pagani cucullo tractum Episcopum, Preroviam rapiunt. Habitabat in ea villa è nobilissimo genere Tunakkiorum Brodislaus, vir potens, qui multis sanctum virum interrogationibus fatigavit: Adalbertus modeste & pauca respondit. Itaque animadvertens Brodislaus esse hominem Christianum, vocatis famulis, quid fieri vellet, ostendit. Illi cucullo detracto, sancto Præsuli verbera plurima infligunt. Dimissus Episcopus conversо ad villam Brodislai vultu: Hoc inquit, loco capitio spoliatus sum, atque innocens verberatus; Deus faciat, ut hujus villæ Domini semper debeant, & quod debuerint numquam persolvant. Vaticinii hujus veritatem sequentia tempora comprobarunt. Onerati ære alieno Domini, ditione illa cedere sæpius sunt coacti; rursusque alii depulsi, aliis succedentibus, donec avorum memoria Regiæ Cameræ Prerovia adjungeretur.

in reditu à Paganis male tractatur:

in hujus pœnam Domini loci are ali no gravantur.

B 2 Quodam tempore Episcopus Adalbertus, die SS. Cosmæ & Damiano sacro, peregrinus Boleslaviam (tribus Praga milliaribus distantem) abiit, ut in eo loco, ubi S. Wenceslaus sanguinem pro Christo fudisset, pernoctaret. Tota nocte in orando exacta, cum pietati suæ feciisset satis, gustato pauculo cibo ob Paganorum metum, viam penes Albim tenuit; & ad spatium milliaris progressus, ad pagum Neratovice pervenit. Ibi Dei amore, ut transveheretur, oravit. Transvexere nautæ, at simul naulum poposcere. Respondit sanctus Antistes: Filioli, aurum & argentum non est mihi, sed pro omni pretio erit Christi fides, quam vobis annuntiabo, & animabus vestris salutarem benedictionem impertiar. Illi talibus se nihil teneri vociferantes, sanctum virum sequuntur, humique inhumaniter dejectum, per vim calceis despoliant. Surgens vero Episcopus: Pro benedictione, inquit, erit maledictio: Deus faciet, ut hoc loco numquam panis abundet; semper ejus egentes sitis. Ex eo usque in hodiernum diem, qui ex nautarum illorum stirpe supersunt (ait Hagecius) omni anno ante messem panis defectu laborant, nullique ad alteram messem frumenta in horreis servare possunt: etiamsi copiosam inferant messem, nullo sentiente amittitur in horreis & vanescit. Itaque mox ut metunt, triturant, venduntque; cum sciant, ante novam mensem panem sibi necessario emendum. At sanctus Præsul tam indigne habitus, nudis plantis Pragam revertit. In eo autem loco in quo in terram dejectus est S. Adalbertus, posteri venerationis gratia erexere grandem columnam cum ara: ut si peregrini velint (multo enim populi affluxu in festo S. Adalberti celebratur locus) Missa haberi possit. At loci Dominus, Ferdinandus Comes Slavata, sacellum S. Adalberti honori & pietati peregrinorum alendæ anno MDCLXX excitavit.

peregrinatur ad S. Wenceslaū,

calceis spoliatur à nautis,

ideo penuria panis punitis.

C 3 Romanus Pontifex S. Adalbertum, è S. Alexii cœnobio evocatum, coram se Episcopalem Missam dicere voluit: id quod summa pietate aggressus est Adalbertus. Cum vero post ostensam populo sanctissimam Euchariſtiam, ad eum locum in Missa perveniſſet, ubi silentio commemoratio fit defunctorum (Memento vocant) tamdiu moram trahebat Adalbertus, ut qui aderant mirarentur, neque jam patienter sustinere possent. Pontifex admoneri celebrantem jussit. Veste tractus ad sese tandem rediit, & circumspicien s deesse sibi alteram chirothecam advertit, aliamque poposcit. Re divina peracta, Pontifex S. Adalbertum ad se accersitum increpat: Bone, inquit, Pater, an tu inter sacra dormitare fas putas? At Adalbertus, Sanctissime Pater, respondit, de somno nihil ego quidem scio, at aliquid me divini passum diffiteri non audeo. Quippe heri Fratres germani mei, pro Christi fide ab Ethnicis necati, adhuc insepulti jacuerunt; divino imperio jussus sum eorum interesse funeri, & Christiano ritu sacra illa corpora sepelire; in Bohemia esse me oportuit, ut fratribus meis uterinis supremum hoc præstarem officium. At quia me trahendo nimium cito interturbastis, dum propero, in ecclesia Libicensi, in ara Dei Matris, chirothecam alteram reliqui. Pontifex his auditis, ut rem exploratam haberet, in Bohemiam misit, rogatum, an & quo die ab ethnicis perempti sint Adalberti fratres, & quis eorum procurarit funus? Cognitum est illam ipsam cædis diem, quam Adalbertus nominarat, fuisse; insuper eumdem adfuisse, & universo populo Libicensi in ecclesia B. Virginis spectante, funus esse comitatum; adhæc attulere chirothecam è Bohemia, quam cum alteri Romanæ comparassent, agnovere omnes illam esse alteram, quam Romæ antea habuisset: qua ex re tam mirabili, Pontifex Adalberti sanctimoniam didicit æstimare.

coram summo Pontifice celebrās,

EX AUCTT BOHEMIS *interesse suum fratrū Libicii in Bohemia.*

D E 4 Adalbertus Roma, cum Fratribus Ordinis sui & Gaudentio germano suo, in Bohemiam rediens, de via tam longinqua fessus ad silvam, in campo quodam in Justensi regione (Justa, seu Domazlicium, Bohemiæ civitas est ad Bavariæ fines) ad pagum, Milavecz nomine consedit; in somnumque & ipse & socii delapsi sunt. Cum ecce pastor, gregem pellens in proximo, Adalbertum, qui separatim à ceteris jacebat, lente accedit; tubamque pastoritiam auribus sancti Præsulis admovens, subito quantum maxime valuit, clangorem excitavit. Territus re nova Adalbertus, abrupto sopore, divinitus instinctus dixit: Deus faciat, ut qui hæc agunt, obsurdescant. Ad verbum sancti Præsulis pastor obsurduit. Ad hunc usque diem (ait Hagecius) quisquis pastorum in eo pago tubam inflat, eadem pœna plectitur; ideoque Milavecenses cum pastorem gregibus suis pretio conducunt, vetant tubam inflari, sed flagrorum strepitu pecora pelli jubent. Quidam vero petulantia adducti, & priorum stultitiam & timorem incusantes, tuba correpta ausi sunt inflare: quos statim pœna secuta est, continuoque surdi sunt redditi, neque unquam curari potuerunt.

opilio tubæ pastoritiæ turbans S. Adalbertū fit surdus,

F 5 Ex eo tempore, quo S. Adalbertus Bohemiam deseruit, Romamque profectus est, omnibus iis annis nulla pluvia cælo decidit: anathema enim Bohemiæ dixerat Adalbertus. Nubes gravidæ per aëra ferebantur, sed nihil nisi procellæ & fulmina nascebantur. Cum igitur Roma ad suos rediret, ad cœnobium (quod Eremicola quidam inchoarat, sed nondum perfecerat) in monte altissimo situm, unde campi Bohemiæ subjecti spectari poterant, divertere voluit. Occurrit Episcopo Brimota (hoc erat viro nomen) cum Fratribus, & summa omnium lætitia venientem accepit, omnibus qui aderant Deum laudantibus. Stans vero in monte sanctus Præsul, terram Bohemiæ, quam abiens execratus erat, absolvit anathemate; & signo Crucis efformato, benedictionem impertitus est. Eadem ipsa hora cælum copiosissimam & silentem pluviam effudit; qua recreati campi, omnesque stirpes & arbores paulo post virere cœperunt. Mons iste, ab hoc miraculo (quia primus virere cœpit) Zelena-hora, Grunberga Germanis, id est Mons viridis, in præsentem usque diem appellatur: & quo in loco sanctus Præsul steterat, templum videmus erectum. Pragam postea ingressus Adalbertus, Duce Boleslao Pio,

absente è Bohemia S. Adalberto siccitas summa fuit,

ejus reditu sublata:

EX AUCTT. BOHEMIS

Pio, Clero & Populo in occurſum ſancti Antiſtitis effuſo, in Cathedrali eccleſia S. Viti populum Officii admonuit, atque in fine exhortationis, ne, inquit, in poſterum cælum vobis ſit æneum, & terra ferrea, hymnum ego adfero à Deo & ejus Vicario in terris approbatum: quem ſi conſcientia à delictis purgata cantaveritis, ſpondeo fore ut Deum propitium, & cælum, ſemper ad gratias cæleſtes & imbres tempeſtivos apertum, habeatis. Simul ex pera membranam protulit notis muſicis conſcriptam. Cantilenæ hæc ſententia eſt: Deus, qui gubernas omnia, miſerere noſtri! Jeſu Chriſte, miſerere noſtri! ſervator omnis Creaturæ, ſalva nos, audi nos voceſque noſtras, Domine. Da omnibus, Domine, fœcunditatem terris & pacem! Kyrie eleiſon, Kyrie eleiſon, Kyrie eleiſon. Canitur præſens hymnus hoc etiam noſtro tempore in multis eccleſiis, præcipue tempore ſiccitatis. *b*

preces ab eo præſcriptæ.

b

6 De pluvia cælitus impetrata, res ita contigit. Cum ſanctiſſimus Præſul Adalbertus duritia populi Bohemici, ab idolis nuper ad Chriſtum male traducti, & idola ſua reſpicientis, offenſus, Romam cogitaret; omnibus injuriis appetitus, ſæpe etiam verberibus violatus, in populum duræ cervicis anathema contorſit. Res mira! Toto eo tempore, *c* quo ſuo Præſule Bohemia caruit, non pluit, ut cælum æneum, terra ferrea videretur. Tot malis admoniti Bohemi, unde negabatur pluvia, cælum precibus fatigare cœperunt. Itum eſt ad templa & ſepulchra Martyrum S. Wenceſlai, S. Ludmillæ; S. Viti ſacras Reliquias, brachium videlicet, quod S. Wenceſlaus Bohemiæ intulerat. Nihil impetratum. Cum ecce ad Boleſlaum Ducem, cognomento Pium, intempeſta nocte, in Baſilica S. Viti ardentius orantem, vox cæleſtis defertur: Terram maledicto devinctam eſſe, proinde niſi ſancto Præſule domum revocato, & anathemate ſublato, pluviam non habendam. Decernitur confeſtim à Principe ad Pontificem Romanum legatio, cujus fuere principes Presbyteri duo Bolehoſtius, & Myſliborius: quatuor ad Legationem ornandam additi ex Nobilitate, Krzivanius, Roſiſlaus, Wnymir, & Jarek. Longum eſſet Legatorum iter Moguntiam, & Moguntini Archiepiſcopi imploratum & impetratum auxilium, tum apud Papam Romæ pro Adalberto remittendo conatus percenſere. Ibi illa geſta ſunt, quæ ſcriptores Vitæ antiqui & Baronius, ex noſtris Coſmas, Dubravius, & Hagecius, aliique commemorant.

Anathemati ſubjecta Bohemia,

B

c

ideoque pluviis deſtituta.

repetit S. Adalbertum,

C Denique in Bohemiam redire juſſus eſt Adalbertus: quem die ſequenti, divino inſtinctu, impetrata ab Abbate licentia, ſex religioſi Fratres Sancti, Benedictus, Mathæus, Iſaac, Joannes, Chriſtinus, & Barnabas (qui poſtremus ob abſentiam, Martyrii laurea non eſt coronatus) ſecuti ſunt, & in Viterbienſi eccleſia S. Mariani aſſecuti.

7 Bohemiam ſanctus Præſul per Bavariæ fines intravit, nominatim per Pagum Milavecium, qui uno milliario ab Urbe Regia Tuſta abeſt. Monſtratur hodieque Milavecii, fons Adalbertinus, Bohemis Woyteſka (Woytech enim Adalbertum ſignificat) à S. Adalberto, qui eum fontem aut conſecravit, aut elicuit, mirifica virtute adverſus omnis generis morbos ad noſtram uſque ætatem pollens; vivunt plurimi, qui D. Adalberti nomine invocato, ex eo fonte ſanitatem biberunt. Milavecio Clatoviam, hinc Nepomukum, Nepomuko Montem, quem hodie Viridem appellant, ſanctus Præſul aſcendit. In eo monte cum aliquot ſociis ſolitariam vitam excolebat ſenex Deo carus, Brzimota nomine, ad ædiculam B. Virginis Mariæ, quam anno DCCCCLXXVII excitarat. Hic D. Adalbertum, pridem ſibi ſuiſque notum, amantiſſime excipiens, Hymnum, Te Deum laudamus, Fratribus omnibus proſequentibus canere aggreſſus, ſanctum Epiſcopum in ſacellum divinæ Parentis induxit. Delectatus occurſu amici hominis Adalbertus, poſtquam Deum & Dei Matrem precibus ſalutaſſet, in vertice hujus montis altiſſimi (in quo nunc arx formoſiſſima exædificata eſt) conſiſtens, in lapide (qui hodieque in pereleganti & ampliſſima B. Mariæ eccleſia, in eo loco condita, prope altare maximum ad Euangelii cornu, veſtigiis S. Adalberti impreſſis, monſtratur) Bohemiam ſubjectam aſpiciens, ad omnes quatuor mundi plagas Cruce formata (ut loquitur Ferus Soc. Jeſu in Vita S. Adalberti) totam Bohemiam ab excommunicationis vinculo abſolvit, & ſuper univerſo populo plena manu benedictionem effudit. Vix bona verba & precationes abſolverat, cum obduci nubibus cælum, tum ſtillare cœpit: denique optatiſſima & gratiſſima pluvia conſecuta, ſitientiſſimam tellurem recreavit: ut vel ex hoc (ut loquitur Pontanus lib. 3 Bohemiæ Piæ) univerſa Bohemia Præſulem ſuum rediiſſe cognoſceret; quia vero ex hoc monte primum pluvia deſcendit, primuſque, ille ſpectantibus revireſcere viſus eſt, datum illi nomen Zelena-hora, Viridis-mons, ſervatque nomen, uti & Oppidum vicinum Nepomuk (quod Veteres Pomok appellabant) quaſi diceres locum pluviis irrigatum. Ex Monte Viridi Nepomukum deſcendentibus occurrit fons, ejuſdem cum Milavecenſi nominis (Woytieſska ſeu Adalbertinus) ex petra ipſa ſaliens, frigidus & illimis, & ipſe beneficio ſanitatum nobilis: ad quem Dominica in Albis *d* cum vexillis templorum ſupplicationes Cleri & populi ducuntur, aguntur ſolennes D. Adalberto gratiæ, ritu ab immemorabili tempore ſervato. Sub idem tempus eleemoſyna à Dominis arcis ſeu caſtri inter pauperes dividitur; ni faciant, nocturnis terriculamentis & ſpectris arx infeſtatur.

qui revertens,

fontem conſecrat,

D

veſtigia lapidi imprimit,

benedictione pluviam elicit,

E

d

8 Pragam verſus progrediens Præſul ſanctiſſimus, medio à Viridi-monte milliario conquievit, ſomnumque feſſus de via cœpit in petra duriſſima. Spectantur hodieque jacentis Divi lineamenta, & fila membrorum omnia; ſeu quod petra (ut incolæ credunt) ſancto Præſuli ceſſerit; ſeu quod antiquitas in memoriam Adalberti locum illum ſignarit. Patrum memoria Illuſtriſſimus loci Dominus Adamus de Sternberg, ſupremus regni Bohemiæ Burgravius, hunc ſancti Viri lapideum lectulum, ædificato deſuper eleganti Sacello cum teſtudine & tholo, Italico opere (quod ſacellum S. Adalberti nomine ab Archiepiſcopo Pragenſi conſecratum eſt) contexit: cujus conjux, Illuſtriſſima Maria Maximiliana Rom. Imperii Comitiſſa de Hohenzollern, opus abſolvit, & variis Sanctorum Bohemiæ Patronorum imaginibus exornavit. Habet etiamnum (olimque habuit) locus ille virum ſenem, qui ſolitariam vitam hic degit, & peregrinorum (qui magno numero affluunt) eleemoſynis ſuſtentatur. Haſce ſacras S. Adalberti memorias ego ipſe non ſemel adii, ejuſque veſtigia, ut peregrini omnes faciunt oſculo ſalutavi.

quieſcit ſupra petram.

F

9 Primum miraculum pluviæ cælitus impetratæ, perpetua majorum traditio confirmat: ipſa locorum nomina loquuntur: veſtigia ipſa ſancti Præſulis oſtendunt: circumſtantiæ & adjuncta omnia, tam enucleate conſignata, adſtruunt: auctoritas omnium Bohemiæ ſcriptorum, qui de S. Adalberto egerunt comprobant: Raczek Dobrohorsky & Dalimil Mezerziczky, uterque Collegiatæ Boleſlavienſis eccleſiæ Canonicus hoc miraculum deſcripſerunt, ante quadringentos & plures annos Hiſtoria Boleſlavienſis vetuſtiſſima ejus miraculi meminit, & quædam veteres Legendæ; Pulkava (qui Carolo IV jubente

certa hujus miraculi fides,

A jubente anté annos 300 Bohemiæ hiſtoriam condidit) hoc etiam narrat; tum Dubravius Epiſcopus Olomucenſis libro 6, tum Hagecius in Annalibus Bohemiæ: hi duo anno 1552 obiere Accedunt, Lupacius, in Kalendario hiſtorico; Georgius Ferus, in Vita S. Adalberti cap. 23; & Albertus Chanowsky S.I. Sacerdotes, in veſtigio Bohemiæ Piæ: Pontanus eccleſiæ Pragenſis Decanus, qui vixit ſub Rudolfo II lib. 3 Bohemiæ piæ; Paproczky, in vita S. Adalberti; Martinus Borek, in hiſtoria Bohemiæ in Boleſlao Pio; verbo, omnes vetuſti juxta ac novi rerum Bohemicarum ſcriptores. Neque me movet, quod qui S. Adalberti vitam ſcripſere veteres, nihil ejuſmodi habeant. Cauſa hujus ſilentii videtur, quod vetuſta S. Adalberti geſta, procul Bohemia, recente adhuc ſancti Martyris memoria, cum multa adhuc ignorarentur, conſcripta ſint: at plura poſtea dies aperuit, & filia temporis veritas patefecit. Unde in duplici illa Vita, quam ex MS. Pragenſis eccleſiæ deſcripſi, præter cædem S. Præſulis, poſt ejus mortem nihil miraculorũ narratur; nihil de S. Adalberti ſociis ſanctis, qui eum Roma ſecuti ſunt; nihil de itineribus ejus Apoſtolicis; nihil de S. Stephano Ungariæ rege infante ſacris aquis abluto; nihil de iis quæ in Bohemia geſſit (geſſit autem maxima, & plura tulit, quæ in hiſtoriis Bohemiæ narrantur) nihil de fundatione cœnobii Breunovienſis Ordinis S. Benedicti, cui patrimonium ſuum ſanctus Præſul donavit, ut conſtat ex ipſis fundationis litteris, quæ in manibus ſunt; nihil de aliis ejus in Polonia geſtis, narratur: ut argumentum non ſatis firmum videatur, derogare fidem ex eo quod veteres iſti duo ſcriptores ſiluerint.

licet à Vitæ ſcriptoribus præteriti.

B

ANNOTATA.

a *Cum nobis ſcrupulus eſſet de hiſce miraculis, & hoc potiſſimum tertio; reſpondit Balbinus*, dubitari non poſſe, multos id hiſtoricos adducere, nec deſtitui omni antiquitate: rem eſſe apud Polonos & Bohemos certam: & per manus hactenus traditam, & chirothecam tunc relictam ad tumulum ſancti Præſulis, hodieque populo monſtrari. *Sed neque ſic nobis ceſſat ſcrupulus: tum quia difficile capimus, quomodo Romæ geſtam rem, & ibidem matura diſquiſitione agitatam, ſcriptor Romanus ignoraverit; aut ſaltem ejus defectum non ſupplerit ſcriptor poſterior, qui longe minora ſupplere curavit: tum vel maxime, quod uterque auctor eadem Fratrum, quorum exequiis in ſpiritu adfuiſſe S. Adalbertus dicitur, contigiſſe dicat, poſtquam Roma diſceſſerat Adalbertus. Certe non videtur credibile, quod Pontifex eum cogere voluiſſet, ad illuc revertendum, ubi tanto odio nomen ejus erat (hanc enim necis cauſam inſontibus fratribus fuiſſe prætendit Vita prima) vel,* ſi ſeculi cauſa, (*ut habet Vita ſecunda*) *ſævitum contra familiam S. Adalberti eſt; excuſandus etiam tunc videbatur, ne ad communis odii cauſas accedens nova ſtrictioris religionis, promptiores redderet Bohemos ad manus ipſi etiam Epiſcopo inferendas. Quid ſi miraculum acciderit in exequiis patris aut matris, quorum neuter videtur uſque ad ſecundum, forte nec uſque ad primum, ſancti reditum ſupervixiſſe? Ita ſalva rei ſubſtantia, ſolum in circumſtantia perſonarum erraverit traditio popularis, memorabili rei fere nulli non ſolita addere aut detrahere aliquid, quod Chronologico examine trutinatum deprehendatur eſſe notæ ſequioris.*

An vere in exequiis Fratrũ hæc acta?

C

b *Hactenus ex Hagecio: quæ ſequuntur ex Bohemorum Annalibus excerpſit & propriis ſuis illuſtrationibus interjectis auxit Balbinus in hunc modum.*

c *Addit Balbinus precitatus*, quoſdam quinquennium, alios biennium facere, *prout ſcilicet alii primam, alii ſecundam S. Adalberti abſentiam hic intellexerunt.*

d *Idem addit*, Quo die à S. Adalberto pluviam celitus impetratam à Majoribus traditum eſt. *Dominica in Albis, anno 997, quo extremum in Bohemiam indeque in Poloniam ac Pruſſiam tranſiit, 23 Aprilis occiſus Adalbertus, cadebat in diem 4 Aprilis: ergo prænotatum miraculum non accidit in poſtrema ſed priore reverſione. Id autem non tantum de hoc ſed & de antecedentibus pleriſque miraculis veroſimillime dicendum arbitramur. Porro traditionem & fidem hujus miraculoſæ pluviæ confirmat commune inter Bohemos proverbium, ex illa natum, quo conſpectis Religioſis iter facientibus dicunt*, Pluvia haud dubie pluet poſteaquam monachi peregre ambulant.

EX HIST. COSM. E PRAG.

HISTORIA TRANSLATIONIS

Ex Hiſtoria Coſmæ Pragenſis in Breviarium relata.

1 INclytus Boëmorum *a* Dux cum ingenti exercitu venit *b* ad metropolim Gneſden, natura loci & antemurali firmam, ſed facilem capi ab hoſtibus, raris eam inhabitantibus civibus: ubi tunc temporis, in Baſilica Sanctæ Dei Genitricis Mariæ perpetuæ Virginis, pretioſiſſimus quieſcebat theſaurus, ſcilicet Beatiſſimi Adalberti corpus. Qua mox Boëmi ſine marte potiuntur urbe, & cum magna lætitia intrant Sanctæ Dei Genitricis adyta, atque omni præda poſtpoſita, ſolam ſibi poſcunt dari pro Chriſto paſſam ſacri corporis pretioſam maſſam. Quorum Præſul *c* Severus ut vidit temeritatem, & pronam in omne faſque nefaſque ſenſit voluntatem, talibus aloquiis tentat eos revocare ab illicitis auſis: Confratres mei & filii Eccleſiæ Dei, non tam ex facili conſtat, ſicut vos æſtimatis, ut ſacram corporis glebam, Dei virtutibus plenam, quis mortalium tam temere præſumat tangere? Timeo enim valde ne percellamur aut mentis oblivione, ac cæcitate, aut aliqua membrorum debilitate, ſi id temere præſumpſerimus agere. Quapropter prius triduo jejunate, de peccatis veſtris pœnitentiam agite, & ab omnibus abominationibus, quas ipſe abominatus eſt in vobis, abrenuntiate; & ex toto corde quod eas ultra non facietis promittite: ſpero enim in miſericordia Dei & noſtri patroni S. Adalberti, quia non privabimur ſpe petitionis noſtræ, ſi perſiſtemus in fidei devotione & precum aſſidua oratione.

a
b
Bohemi capta Gneſna petunt corpus S. Adalberti;
E
c
à Severo Epiſcopo Pragenſi fruſtra cohibentur,
& ad pœnitentiam invitantur.

2 At illis viſa ſunt Præſulis verba quaſi deliramenta; & continuo aures ſuas continentes, fecerunt impetum, ut raperent ſacrum corpus. Et quia poſt altare juxta parietem conditum fuerat, & aliter evelli non poterat niſi altare deſtrueretur; manus improba cum mente ferina operatur profana. Sed non defuit ultio Divina. Nam in ipſo opere ſuæ temeritatis ſteterunt ſenſibus obſtupefactis: nec erat vox, nec ſenſus, nec viſus per trium fere horarum ſpatia; donec iterum propitiante Dei gratia, rehabuere priſtina officia. Mox, licet ſero pœnitentes, cuncti faciunt juſſa Epiſcopi, & quanto erant Divino nutu evidentius caſtigati, tanto devotius perſtabant precibus infatigati, triduo jejunantes, & veniam poſtulantes.

irruentes ad rapinam,
F
puniuntur,
& pœnitentiam agunt.

3 Tertia nocte Severo Epiſcopo, poſt matutinalem ſynaxim quieſcenti, in viſione apparens ſanctus Præſul Adalbertus, Dic, ait, iſta Duci & ejus comitibus: Pater de cælis dabit quod petitis, ſi non repetitis mala quibus abrenuntiaſtis in fonte Baptiſmatis. Hoc mane cum Præſul innoteſceret Duci & ejus comitibus; mox hilarati, intrantes eccleſiam S. Mariæ, & ante ſepulcrum S. Adalberti humi proſtrati diu, fuſa communi oratione, ſurgit Dux, & ſtans in *d* ambulatione, hac rupit ſilentia voce; Vultis prævaricationes veſtras emendare & à pravis operibus reſipiſcere? At illi obortis clamanteum lacry-

poſt apparitionem S. Adalberti,
addicunt vitæ emendationem:
d

EX HIST. COSMÆ PRAGEN.

mis: Emendare parati ſumus quidquid in ſanctum Dei patres noſtri vel nos prævaricati ſumus, & à pravo opere ceſſare. *e*

e aperto ſarcophago omnes odore reficiuntur,

4 Præſul, ſanctæ Trinitatis nomine invocato, & malleo aſſumpto, centenis Clericis ſeptem Pſalmos & alias huic ſancto operi competentes orationes hymniſantibus, cœpit molliter deſtruere ſummitatem ſepulcri, deſtruens eam uſque ad ima theſauri ſacri. Et cum aperuiſſet ſarcophagum, omnes qui in eccleſia aderant tanta fragantia ſuaviſſimi odoris ſunt referti; ut per tres dies, quaſi optimis ferculis refecti, obliviſcerentur cibo refici: quin etiam & infirmi ſunt ſanati eodem die quamplurimi.

& ægri ſanantur.

corpus conſpicitur vividum:

5 Tunc Dux & Epiſcopus & pauci Comitum inſpicientes, viderunt ſanctum Dei, ita vultu & habitu clarum, & ſic corpore integrum per omnia, ac ſi eodem die ſacra Miſſarum ſolennia celebraſſet. Clerici, Te Deum laudamus; laici, Kyrie eleiſon modulantur. His ita peractis, Dux præ gaudio facie perfuſus lacrymis, ſic orat: O Chriſti Martyr Adalberte, noſtri ſemper & ubique miſerere: nos nunc ſolita reſpice pietate, & nobis peccatoribus propitiare, atque ad tuam Sedem Pragenſi eccleſiæ per nos, quamvis peccatores, referri non dedignare.

fuſis precibus,

B

elevatum in altari locatur;

6 Mira res & valde ſtupenda: cujus tumbam nudius tertius conſtringere non poterant, continuo Dux & Epiſcopus ſine impedimento corpus ejus de ſarcophago levant: & ſerico cooperientes, in ſuperiori altari locant, ut plebs ſua vota ſolvat, quæ Deo & ejus Sancto voverat; atque eadem die compoſitæ ſunt ducentæ marcæ in arca altaris. O Deus omnipotens, mundum per ſecla revolvens, qui ſemper regnas ſolus, qui cuncta gubernas; nihil eſt, nec fuit in mundo, nec erit, bene Chriſte, tuo ſine nutu. Quiſnam mortalis hoc umquam credere poſſet, ut ad gentes apoſtatrices, jam in cæleſti regno laureatus, corpus ſuum referri ſineret; quarum aſpernatus facinora, aufugit conſortia, dum adhuc viveret.

7 Sed ſi majora Dei & antiqua miracula perpendimus, quomodo populus Iſraeliticus ſicco veſtigio tranſivit mare, qualiter de ſicca rupe fluxerunt aquæ, vel qualiter factor orbis apparuit in orbe, natus ex Maria Virgine; non admirari, ſed potius Deo cæli, qui fecit & facere poteſt quæ vult, nos decet humiliari, & ejus gratiæ totum aſſignare: cujus gratia inſpirante aſcendit in cor Ducis, ut ſimiliter transferat corpus Archipræſulis ejuſdem civitatis, nomine

C

f transferuntur etiam corpora S. Gaudentii,

f Gaudentii, qui in eadem eccleſia quieſcebat. Hic, ut ſuperius retulimus, non ſolum carnali, verum etiam ſpirituali conjunctione frater S. Adalberti, & comes individuus in omni labore & ærumna fuit; etſi cum eo non corpore martyrium, mentis tamen compaſſione tulit. Nec enim fieri potuit ut gladius animam ejus non pertranſiret, cum germanum ſuum romphæis Paganorum concidere videret, & ipſe pariter occidi optaret.

g & quinque Fratrum,

8 Item viſum eſt Duci & Epiſcopo ut quinque *g* Fratrum reliquias, ſancto corpori adjunctas (quorum de vita & paſſione ſatis ſuperius retulimus, qui in eadem civitate, ſed in alia eccleſia, quieſcebant) pariter cum ſumma diligentia transferrent. Quid multa? ventum erat cum omni ſacra ſarcina in proſperitate & lætitia in Boëmiam, & in Vigilia S. Bartholomæi Apoſtoli prope metropolim Pragam caſtra metati ſunt circa rivulum Rokitrucam, ubi luceſcente die Clerus & univerſa plebs cum proceſſione occurrunt: cujus longam ſeriem latus vix explicuit campus.

inferuntur 23 Auguſti.

cum proceſſione.

9 Talis enim proceſſio fuit. Dux ipſe & Epiſcopus humeris ſubnixi, dulce pondus portant Martyris Chriſti Adalberti. Poſt ſimul Abbates ferebant reliquias quinque Fratrum. Deinde Archipresbyteri gaudent onere Gaudentii Epiſcopi. Quos ſequuntur electi duodecim Presbyteri, vix ſuſtentantes pondus aurei Crucifixi. Nam Dux Meskoter ſemetipſum hoc appenderat auro. Quinto loco ferunt tres tabulas, graves auro, quæ circa altare, ubi ſanctum corpus quievit, poſitæ fuerant.

D

ANNOTATA.

a *Breciſlaus, filius Oalrici Ducis, 9 Novemb. anno* 1037 *defuncti.*

b *anno* 1039.

c *Severus 6 Epiſcopus Pragenſis, ordinatus anno* 1031, *die 29 Iunii. Mortuus 9 Decemb. anno* 1067.

d *Excuſum in Hiſtoria,* Umbone, *legendum* Ambone.

e *Hic in Hiſtoria excuſa, multa interponuntur, à Duce & Epiſcopo dicta, quæ ibi videri poſſunt.*

f Gaudentius *dicitur à Coſma*, anno 999 ordinatus Archiepiſcopus Gneſnenſis.

g *Hi quinque Fratres id eſt monachi, anno* 1004 *Martyres occiſi fuerunt. Coluntur* 12 *Novembris.*

h *Additur apud Coſmam:* Facta eſt hæc tranſlatio beatiſſimi Chriſti Martyris Adalberti anno Domini 1039 Calendis Septembris, *ſed forte legendum* XI Kalendas Septemb.

E

DE RELATIONE CORPORIS PRAGAM, Diſſertio Bohuſlai Balbini,

lib. 3 *epitomes Rerum Bohemicarum cap.* 4.

Pragæ haberi corpus,

1 MUltum odioſam, & vetuſtis ſcriptoribus ignotam quæſtionem, de S. Adalberti corpore quidam Poloni ſcriptores, ab annis centum octoginta pauloque amplius moverunt, in gentis ſuæ favorem, aſſerentes, S. Adalberti ſacrum corpus Pragæ non eſſe, idque Cromerus Varmienſis Epiſcopus, Ferdinando I Cæſari ſe aliquando Pragæ objeciſſe, in hiſtoria ſua Polonica narrat. Qui ſententiam hanc ſequuntur, aiunt: cum Brzetiſlaus Bohemiæ Princeps Gneſnam cepiſſet, quod ipſi libenter fatentur; miniſtros templi pio mendacio, ut Cromerus loquitur, S. Gaudentii corpus pro S. Adalberto, rogantibus obtuliſſe; corpus vero S. Adalberti in adyto templi clam defodiſſe; illud à Bohemis pro S. Adalberto raptum, & in Bohemiam aſportatum. Ita Cromerus lib. 4 de rebus Polonorum, qui hanc narrationem ex Joanne Dlugloſſio

F

primus negavit Longinus,

ſeu Longino Cracovienſi Canonico deſcripſit. Obiit Longinus anno MCCCCLXXX, XIX Maii, ſuamque hiſtoriam Polonicam ad hunc uſque annum deduxit, de quo plura legi poſſunt apud Miechovium, qui anno MDVI hiſtoriam ſuam abſolvit. Antiquiorem hujus, de ſuppoſito S. Adalberti corpore, narrationis auctorem invenire nullum potui, nec ab aliis citatum inveni. Vincentium Cadlubcum Cracovienſem Epiſcopum, qui anno MCCXXIII Polonam hiſtoriam ſcripſiſſe dicitur, numquam videre licuit, ut ejus quoque ſenſum cognoſcerem. Sed quamquam iſtud ipſe traderet (quod mihi non conſtat) tamen nihil ponderis accederet; cum ejus auctoritatem ipſi quoque ſcriptores Poloni elevare ſoleant, & velut fabuloſam Miechovius, Cromerus, & Decius irrideant, nihilque in eo reponant præſidii. Ridiculum certe hujus Vincentii errorem Cromerus adducit: ſcripſit enim C. Julium Cæſarem, antequam Pompeium viciſſet, à Lecho ſeu Leſcone Poloniæ Duce tribus præliis ſuperatum, ex pacto ſororem ſuam Juliam Leſconi in matrimonium collocaſſe; M. Craſſum vero Romanum, non à Parthis, ſed ab eodem Leſcone cum exercitu eſſe deletum. Videant igitur, quanto auctore nitantur, ſi qui Cadlubcone

eum ſecuti Miechovius Cromerus,

nituntur.

A nituntur. Longinum ſequitur Miechovius, additque aliam inſuper narrationem, quam ex eo Cromerus deſcripſit: Boleslaus, inquit, Dux Poloniæ, more peregrino adiit Gneſnam ad venerandas Reliquias S. Adalberti, proxime ante hoc, in anno Domini MCXXVII Calendis Martii, per Jacobum Archiepiſcopum Gneſnenſem, ex abditis locis (ubi propter metum Bohemorum ſcrupuloſe occultatæ erant) in publicum productis, & omnibus Chriſti fidelibus ad venerandum revelatis.

Baronius, aliique. 2 Eamdem de ſuppoſito corpore, loco S. Adalberti, narrationem habet in Annalibus ſuis Cæſar Baronius, qui cum hiſtoricos Bohemiæ nunquam legiſſet (certe neque Coſmam Pragenſem Decanum, neque Dubravium Olomucenſem Epiſcopum uſquam citavit, multo minus vetuſtiſſimos illos, qui patriam hiſtoriam patria lingua ſcripſerant, quos alibi nominavimus) nimirum, nihil de veritate hiſtoriæ dubitans, verba ipſa, ut apud Longinum invenerat, deſcripſit, adeoque ex Baronio nulla major auctoritas, quam Longini unius, quem ipſe legerat, accedit At quale hujus ſcriptoris tum in Brzetislaum Ducem & Severum Epiſcopum, tum in Bohemam gentem univerſam odiū & ſiniſter affectus extiterit, quo occupatus hæc ſcripſit, verba ipſa, quæ adducemus poſtea, ſatis oſtendunt. Hanc unam Longini auctoritatem ſibi ſufficere exiſtimant, qui S. Adalbertum etiamnum Gneſnæ ſepultum contendunt quieſcere. Ante annos aliquot, cum viro doctiſſimo, gente Polono (quales innumeros habet Polonia) ea de re contuli: qui novum & potentiſſimum quidem argumentum, atque ipſam hiſtoricam demōſtrationem, qua ipſe niteretur, habere ſe jactabat. Multis egi, ut elicerem: denique hanc protulit. Imperator Ottho III, cum peregrinationem ad S. Adalberti ſacrum corpus inſtituiſſet, non Pragam, ſed Gneſnam ad ejus ſepulchrum acceſſit; qui procul, dubio ubi S. Adalbertus eſſet conditus, ſcire potuerit; igitur non Pragæ, ſed Gneſnæ, ſacræ ſervantur ejus corporis reliquiæ. Id argumentum ſtatim ſic dilui, ut fateretur vir doctiſſimus, in eo nihil eſſe præſidii, oſtendi enim totis triginta octo annis prius id factum quam Brzetislaus Poloniam invaderet.

Contra quos eſt indubitata plurium ſeculorum poſſeſſio, 3 In re tam antiqua, vix aliud præter auctoritatem & certam ac conteſtatam traditionem veterum adferri poteſt; ſed ea nobis eſt velut poſſeſſio, cum poſt aliquot ſecula, nemine prius dubitante, quæſtio primum extiterit. Nam ſi vel hodie quis exurgat, negetque aut SS. Petrum & Paulum Romæ, aut S. Jacobum Apoſtolum Compoſtellæ, aut S. Auguſtinum Ticini jacere, quid ei præter omnium ætatum & Scriptorum conſenſum objiciemus? Nihilominus ea argumenta adferam, quæ vacuum præjudicio Lectorem, facile in ſententiam meam, ut ſpero, pertrahere poſſint. Ac primum auctoritati auctoritatem, & majorem quidem, quippe antiquiorem, oppono. Coſmas Pragenſis Decanus, qui eo tempore vixit, & Hiſtoriam Bohemiæ an. MLXXXVI ſcripſit, & ſenio confectus anno MXCVIII deceſſit, hanc S. Adalberti translationem anno MXXXVIII factam, tam enucleate, cum omnibus notis & adjunctis, quæ comitari veras narrationes ſolent, miraculis, eventis, ac ceteris rebus diſcripſit; ut ſi unus hic legatur, omnes poſteriores ſcriptores, qui hac & ſuperiore vixerunt ætate, præ illo vivente & videnti fidem amittant. Idem affirmat vetuſtiſſima Boleslavienſis hiſtoria, carmine patrio ſcripta: Idem innumeri alii auctores perantiqui, quorum auctoritate ſeſe tuetur Hagecius; idem Carolus IV Imperator in Vita ſua; idem Przibik Pulkava de Tradenin, cujus exemplar ante CCCXXXVI annos ſcriptum in manibus habeo; idem Dalimilus, aliique. Mirum profecto

ſubnixa, teſtimoniis veterum,

B

C

eſt, hanc ſuppoſitionem alieni corporis, ſi facta eſt, veteribus, Meinhardo Epiſcopo Pragenſi, qui S. Adalberti Mauſolæum auro & gemmis (expēſis tribus millibus ac ſeptingentis ſexagenis groſſorum Pragenſis monetæ) pretioſiſſime anno MCXXIX contexit; deinde & ipſi Carolo Cæſari, quo imperante Ioannes IV Epiſcopus iterum S. Adalberti ſepulcrum argenteis lamellis & clypeis exornavit (ut in Vita Erneſti I narravimus) ignotam fuiſſe. Nimirum diu poſt conficta fabella eſt, cui quæ res occaſionem dederit, infra narrabo. Coſmam & traditionem vetuſtam omnes Bohemiæ hiſtorici ſequuntur: innuit Pius II Pontifex: affirmant diſerte (præter antiquos) Cuthenus, Hagek Boleslavienſis Canonicus, Dubravius Olomucenſis Epiſcopus, Pontanus Metropolitanæ Eccleſiæ Præpoſitus, Weleslavinus diligentiſſimus Scriptor, verbo, omnes Bohemiæ ſcriptores, denique univerſa Bohemiæ antiquitas.

EXHIST. BOH BO- HUSLAI BALBINI

fide codicis antiquiſſimorum, 4 Martyrologium item eccleſiæ Pragenſis vetuſtiſſimum, quod à pluribus ſeculis publicæ inter ſacra prælegebatur his verbis: IX Calendas Septembris: Eodem die allatum ad eccleſiam Pragenſem corpus S. Adalberti Pragenſis Epiſcopi, cum corporibus quinque Fratrum Martyrum, & Venerabilis Gaudentii Epiſcopi Gneſnenſis, fratris germani S. Adalberti, per Brzetislaum Ducem Bohemiæ, & S. Severum Epiſcopum Pragenſem. In vetuſtiſſimis Bohemiæ cœnobiis, poſt S. Adalberti Vitam in manuſcriptis codicibus (quæ plurium ſeculorum antiquitatem, ipſis litteris antiquiſſimis, in ſe implicatis & jam ætate fugientibus, oſtendunt, ac præ antiquitate vix legi poſſunt) videmus Legendam, ut vocabant Veteres, cui Titulus præfixus eſt: De Tranſlatione corporis S. Adalberti Gneſna Pragam, per Glorioſiſſimum Principem Brzetislaum. Ejusmodi Codices vidi, & hiſce oculis luſtravi, Trebonæ, Crumlovii, in Collegio ad S. Clementem Pragæ, alibique. Tempore Caroli IV nihil certius fuit, & de fabella contraria nec fando quidquam auditum, ut factum Joannis IV. Epiſcopi Pragenſis oſtendit. Hieronymus Pragenſis, ex ſacro Camaldulenſi Ordine Lituanorum Apoſtolus, vitam S. Romualdi ante annos ducentos & quod excurrit deſcribens commemorat, S. Adalberti corpus Gneſna Pragam eſſe tranſlatum, eique Pragæ factum eſſe loculum ex auro & lapide pretioſo. Porro narratio Coſmæ, eo prope tempore viventis, viri pii, ſacri & religioſi, plena eſt miraculis, quæ ipſe qua fronte finxiſſet, cum nihil dubitaretur? Sequitur in Coſma narratio accuſationis Romanæ apud Sedem Apoſtolicam; deſcribitur defenſio Legatorum, deinde quæ pœna injuncta ſit, ut pro S. Adalberti & aliorum Sanctorum corporibus & Eccleſiæ cimeliis raptis, Eccleſiam Collegiatam in Bohemia conſtruat Brzetislaus, quod Vetero-boleslaviæ perfectum omnes hiſtorici noſtri tradunt, & nos ipſi videmus. Hæc poſtrema ſcriptores Poloni, & qui eos ſequitur Baronius, omiſerunt. Hæ minutiæ tam diligenter annotatæ, ipſam rei veritatem ſatis oſtendunt; quippe falſitas, etſi omnia conetur, non poteſt tamen ita ſeſe comere & adornare, ut veritatem aſſimulet.

accurata Tranſlationis deſcriptione.

E

F

Longini narratio multimodis

5 Alterum argumentum petitur ex minime probabili Longini narratione, imo, ut Lector animadvertit, omnino impoſſibili, quod aliquot rationibus demonſtrari poteſt. Ait ille, antequam Bohemi Gneſnam occupaſſent, Miniſtros Eccleſiæ pauculos, qui remanſerant, effodiſſe corpus S. Adalberti, & in loco vilique ſabulo (Cromerus ait, in aditu Templi) condidiſſe. Quam improbabilis narratio! In primis enim quid illis in mentem venit, ut cum Bohemos theſauris & opibus imminere, & aurum & argentum quærere in alieno Regno ſcirent, cetera eccleſiæ illius

ex Hist. Boh. Bohuslai Balbini

lius cimelia pretioſiſſima poſita relinquerent, cum corpus S. Adalberti effodere, & tumulum componere licuerit? Non eſt hæc, ut reor, humanæ prudentiæ conſentiens ratio: corpus effodere & occultare, rurſusque infodere; at theſauros, gemmas, calices, aliaque ejuſmodi oblivisci, quæ mille modis, nullo ſui veſtigio relicto, pendentia auferri, & occultari, & infodi potuiſſent. Nimirum non erat tum agendi & occulendi tempus; cum Brzetiſlaus Bohemiæ Princeps, more ignis, ſumma celeritate depaſceretur & tranſiliret omnia. Jam vero quam inexpertos rerum humanarum & vitæ communis Bohemæ militiæ Duces iſti nobis effingunt, qui S. Adalberti tumulum (quem Coſmas ſine altari moveri non potuiſſe ſcribit) in loco templi celeberrimo, affixis aureis tabulis, laminis, atque anathematis omnis generis ſpectabilem, tum deinde lapidibus & cæmento paulò ante (ut fingitur) dejectis apertum ac denuo clauſum, notare non potuerint? Etiam dicere audeo, ſi ab anno tumulum aperiri contigiſſet, cujuslibet hominis oculus judicare poterat apertum fuiſſe. Ajunt præterea illi, pro ſepulchro S. Adalberti oſtenſum fuiſſe ſepulchrum S. Gaudentii. Id quoque quam dicitur, tam facile refellitur. An credibile ſatis eſt, tam analphabetos, ut ita loquar, & illitteratos

deviat à veriſimilitudine,

B

fuiſſe omnes in tanto exercitu, ac præcipue virum doctiſſimum Severum Epiſcopum cum Clericis omnibus, qui legere neſcierint? Nonne affixas ante S. Adalberti tumulum tabulas, aliaque honoris indicia videbant? Tertio affirmat Coſmas, corpus inventum tam incorruptum, ut ſi eo die ſacra peregiſſet; inde quoque agnitum à Bohemis: aderant enim plurimi ſenes (ut habent vetuſti Codices) qui S. Adalbertum norant de facie, quos inter ipſe Severus Epiſcopus: quippe quadrageſimus primus annus, non amplius, ab ejus ſanctiſſima morte fluebat; & tum longiſſima ætas erat hominum, ut non pauci ſeptuageſimum pluresque annos attingerent vivendo; hi omnes noſcebant, & pueri aut juvenes viderant inclytæ ſanctitatis, nobilitatis & dignitatis Præſulem Adalbertum. Adde ſepulcri titulum, tum ea quæ Coſmas narravit, de ſancti Præſulis apparitione, odore, deque aliis, quæ narrat miraculis.

& ſeipſam manifeſte deſtruit,

6 Quarto ait Longinus, corpus S. Gaudentii oblatum Bohemis pro corpore S. Adalberti: creditum illico eſt, ut loquitur (ridiculum!) Poſt præmiſſa, convertit Brzetislaus Bohemiæ Dux animum ad cetera ſacra diripienda, & quinque Fratrum &

C

Martyrum corpora refert. Hæc Longinus. Se ipſam deſtruit & deſtituit hæc narratio. Nam ſi Brzetislaus ad cetera ſacra diripienda animum convertit, & quinque Martyrum corpora abſtulit, cur non & S. Gaudentii corpus, ubi illud locorum eſſet, inquiſivit? cur non animum ad illud quoque rapiendum convertit? Certe S. Gaudentius in Bohemia natus, magis S. Adalbertum, utpote uterinus Frater, quam quinque illi Ordinis Fratres, contingebat. An ignorare poterat, Gneſnenſem Epiſcopum, dum vita manebat, fuiſſe & Gneſnæ ſepultum? Hic Longinus, ſi reſpondere velit, alium neceſſe eſt confingat, qui pro S. Gaudentio ſubjectus ſit: nam conſtat (idque novum ſit & ſane potens argumentum) conſtat, inquam præter S. Adalberti corpus, etiam S. Gaudentium à Bohemis ablatum fuiſſe. Si igitur pro S. Adalberto corpus S. Gaudentii ſuppoſitum eſt; quod corpus ſuppoſitum eſt pro S. Gaudentio? Denique prope evidenter, & demonſtratione hiſtorica & oculari agemus. Id corpus, quod Cromerus & Longinus ajunt fuiſſe S. Gaudentii, & nos affirmamus ipſiſſimum eſſe S. Adalberti, poſitum eſt in templi Cathedralis medio (ut omnes vetuſti Scriptores narrant, hodieque videmus) at S. Gaudentii corpus poſitum eſt ante altare SS. Coſmæ & Damiani, loco prorſus diverſo, ibidemque hodie requieſcit, atque ibi ſe requieſcere (ut mox dicam) ipſe S. Gaudentius apparens revelavit. Ergo, (quod ſequitur) finge aliquem alium Sanctum, quem pro S. Gaudentio Miniſtri Gneſnenſis Eccleſiæ obtulerint, qui Pragæ in tumulo S. Adalberti deliteſcat; aut fatere S. Adalbertum una cum S. Fratre ſuo Gaudentio Pragam fuiſſe allatum. Unde Pragenſis Eccleſia (ut in Rubricis, quæ multorum ſeculorum ſuſtinuerunt ætatem, annotatur) quoties commemorationes S. Adalberti & S. Gaudentii occurrunt, illum jubent in Templi medio, hunc ad Altare SS. Coſmæ & Damiani, ubi lampas ejus ardebat, honorari ac invocari.

D

dum pro S. Adalberto S. Gaudentium accepimus.

nam utrique corpus Pragæ habetur,

7 Tertium argumentum pro S. Adalberti corpore validiſſimum, ſed quod à ſuperiore aliqua parte pendet, philoſophico more placet proponere. Si pro S. Adalberti corpore S. Gaudentium accepere Bohemi (ut affirmat Longinus) igitur in S. Adalberti tumulo Pragenſi, S. Gaudentius requieſcit. At vero certum eſt, in eo tumulo S. Gaudentium non eſſe; ergo conficitur, S. Gaudentium pro S. Adalberto non eſſe ſuppoſitum; atque ita, ipſum Sancti Adalbertum in ſuo ſepulcro jacere. Propoſitio prima tota ab adverſariis omnibus admittitur, & probatione non eget, cum ab ipſis primum ſit prolata; deinde conſtat, nullo quoque repugnante, corpus S. Adalberti (ſive illud verum, ſive aliud fuerit) loco honoratiſſimo, in medio ſcilicet Cathedralis Eccleſiæ, quæ ampliſſima erat, depoſitum fuiſſe. Tota quæſtio in aſſumptione, ſeu altera argumenti noſtri parte verſatur, ut in eo tumulo, quem S. Adalberti dicimus, non eſſe S. Gaudentii corpus evincamus. Audiamus igitur oculatum teſtem Coſmam, Chronicæ lib. 2, cui hæc recens excitata controverſia nota non erat. Nec tacere, inquit, cupio, quod nobis adhuc in Scholis contigit audire & videre, anno ſcilicet MLX, viginti tantum annis poſt S. Adalberti Translationem. Quadam ergo die, dum Pſalmiculos ruminarem, ſtans in crypta SS. Martyrum Coſmæ & Damiani, venit quidam vir, portans cereum, & filum argenteum, quo ſecundum juſſum viſionis, *& quidem ſub diverſis altaribus ut ipſe S. Gaudentium revelavit.* metitus erat ſui corporis artus, & accedens ad me: Heus, inquit, bone Puer! indica mihi ubi jacet S. Radin (ita Polonis & Bohemis appellatur S. Gaudentius) S. Adalberti frater? Ad quem ego dixi: Quem tu dicis Sanctum, adhuc non eſt per Apoſtolicã Sedem incanonizatus, Miſſam ejus ut pro defunctis celebramus. Et ille: Talia ego, inquit, neſcio; ſed unum ſcio, quia cum eſſem Krakow in urbe, per tres annos poſitus in ſubterraneo carcere, in quo una feneſtra deſuper erat, qua mihi panem raro & aquam porrigebant; hac in anguſtia dum vita mea verſabatur, quadam die adſtitit vir coram me, cujus veſtes erant ſicut nix albæ, & facies ejus ſicut ſol fulgebat (tantũ memini) & ſtatim fui in extaſi: & quaſi de ſomno gravi evigilans, ante urbem ſtare me ſenſi. Et qui mihi in carcere apparuit, ſtans juxta me, dixit: Perge Pragam, ne timeas quemquam, & intrans S. Viti eccleſiam, in crypta SS. Martyrum Coſmæ & Damiani offer munus tuum ad meam tumbam. Ego ſum Radin S. Adalberti Frater. Hæc mihi dixit, & ſtatim ab oculis meis evanuit. Ecce iſti crines, & vultus mei macies teſtatur, quia vera ſunt, quæ tibi referuntur. Præterea ſæpe in eadem crypta vident viſiones cuſtodes eccleſiæ, dum viſitant candelam, quæ ibi accenditur nocte. Huc uſque Coſmas, innocentiſſime narrans, nondum controverſia de S. Adalberti corpore excitata. Eamdem narrationem refert Polonus ſcriptor Paprocius, ut

E

F

probet

A probêt S. Gaudentium pro S. Adalberto acceptum à Bohemis. Infelix! qui non viderit hoc miraculo ſentêtiam ſuam omnino jugulari. Nam ſi S. Gaudentii corpus in tumulo S. Adalberti coleretur à Bohemis, quid cauſæ erat, quod S. Gaudentius adire non juſſerit tumulum S. Adalberti, ſed altare SS. Coſmæ & Damiani. Hoc certe argumentum, cum quibusdam hominibus noſtris obtuliſſem legendum, tam potens viſum eſt, ut quid reſponderi poſſit, negarent ſe ſcire.

8 E contra Longini narratio, atque narrantis fides in hac parte undequaque vacillat: nam præter ſupra memoratas difficultates, aliæ plures ſe offerunt. Narrat ille in ingreſſu eccleſiæ, in ipſo limine, & Ducem Brzetiſlaum, & univerſum exercitum, & plebem Bohemiæ cæcitate, & per triduum morbo lethargico fuiſſe percuſſos. An credibile eſt, tale & tantum miraculum in tot millia armatorum, qui Poloniam occupare potuerint patratum, à nullo eorum temporum ſcriptore; non à Leone Oſtienſi, de S. Adalberto ſæpius ſcribente; non à ſcriptoribus Vitæ ejus, qui alia minora ejus Sancti retulere miracula; non à Glabro Monacho Cluniacenſi, aliiſque Germaniæ hiſtoricis annotatum? Martinus Polonus, qui de vaſtatione eccleſiarum Poloniæ, & de brachio S. Adalberti, ab Othone III Romam delato ſcripſit, nihil tamen uſquam de ludificatione illa Bohemorum, & permutatione corporum, nihil de tanto miraculo narrat. At Coſmas, eorum temporum vicinus, illos ſolos cæcitate percuſſos, & poſtea ſanatos tradit, qui altare tentabant diruere. Deinde ſcribit Longinus, Miniſtros Gneſnenſis eccleſiæ tortos, ut indicarent corpus S. Adalberti. Quid erat opus indicio, cum tabulis & anathematis ſatis tumulus proderetur? cum non ita pridem, glorioſe ſepulti Adalberti locus coruſcaret miraculis? cum (ut habet Ditmarus) in Altari honorifice ſit conditus ab Othone III, & tot peregrinationibus coleretur? Denique ait Longinus, S. Adalbertum non paſſum eſſe contingi à Bohemis, quos vivens odiſſet. Hæc odia non ſunt Sanctis, maxime cum Chriſto in cælo regnantibus, imputanda. Cuinam vero unquam alteri Genti S. Adalbertus propitius magis aut eſt, aut fuit, quam Bohemiæ? Cui majora auxilia & beneficia præſtitit, quam nobis? De Miraculis ad ejus ſacrum tumulum Pragæ, pleni ſunt veteres libri.

Alia æque incongrua addunsur,

quod Bohemos Sanctus oderit,

B

C Quis anno MCCLX vexillum ſuum, Libicii maceria quadam concluſum, prodidit & juſſit efferri, quo expanſo hoſtium acies ex prælio fugit, niſi aſpectabilis Adalbertus? Et hæc quidem pugna adverſus Ungaros & Polonos pugnata eſt, & adverſus utroſque ſuppetias tulit Bohemis Adalbertus. Cujus obſecro apud Deum meritis & benedictione dum viveret, effectum eſt, ut dæmone obſeſſos Bohemia non habeat? Quo impetrante cælitus datum eſt, ut nullum unquam leproſum in Bohemia natum, tot inter leproſos qui in noſocomiis apud nos aluntur, invenire poſſis? Quoties Adalbertus pugnantibus Bohemis adfuit, quoties victoriam attulit de cælo? Et hæc adverſus Longinum, cujus plura errata, etiam in hac narratione admiſſa, poſſent adferri; quale illud quod ſubjicit, ab Ottone III, cum ſepulcrum S. Adalberti Peregrinus inviſeret, Polonorum Duci coronam Regiam & Regis titulum eſſe collatum: quod evidenter falſum oſtendit Baronius ad annum milleſimum tomo 10.

9 Extrema illa de invento S. Adalberti corpore Gneſnæ ſub annum MCXXVII apud Cromerum & Miechovium narratio, quantum fidei mereatur, ex Chronologia cuique datur intelligi. Anno Chriſti MXXXVIII Brzetiſlaus Bohemiæ Dux vaſtavit Poloniam; cujus timore, eccleſiæ Gneſnenſis Miniſtri S. Adalbertum in ſabulo defoderunt, ut ait Miechovius. Cur igitur Brzetiſlao cum Bohemis abeunte, S. Adalbertum non protulerunt in publicum? cur annis nonaginta duobus in fœdiſſimo ſabulo jacere ſunt paſſi? Timore Bohemorum factum eſſe reſpondent. Quid? Anniſne tot Poloni Bohemos timuerunt? Quid autem timendum Gneſnæ à Bohemis fuit, cum, ut contendunt iſti, Sileſiam Poloni obtinerent? Nonne Caſimirus I Rex anno MXLI Gneſnæ de more coronatus eſt? ſub quo, ut ipſi tradunt, Bohemi ab Henrico Imperatore victi, ac magno gens eſt damnata triumpho? Nonne iidem Boleſlai II Poloniæ Regis partas de Bohemis victorias pleno ore deprædicant, præſertim Guagninus? Quid igitur Poloni timere poterant? Huic Wladiſlaus Hermannus ſucceſſit, qui Juditham Wratiſlai Bohemiæ Regis filiam accepit in conjugem; etiamne tum S. Adalbertum proferre Gneſna auſa non eſt? Jam Boleſlaus III, Diſtortus cognomine, qui poſt patrem in Polonia regnavit, tantum abeſt ut Bohemos timuerit, ut, velut ipſi commemorant, aliquoties Bohemiam circa annum MCXI cum exercitu ſit ingreſſus & depopulatus. E

AUCTORE BOHUSLAO BALBINO.

10 Adferam hoc loco conjecturam quamdam meam, ſed (prædico) conjecturam, non hiſtoriam. Mihi ſemper viſum eſt, fabulam hanc de S. Gaudentio, loco S. Adalberti ſuppoſito, ex actis Ottonis III Imperatoris, & nominatim ex Leone Oſtienſi, aliiſque deinde ſcriptoribus, qui de S. Bartholomæi Apoſtoli & S. Paulini ad eccleſiam S. Adalberti Romam tranſlatione egerunt, deſcriptam ab aliquo, & ipſi S. Adalberto perperam accommodatam eſſe. Nam cum Leo Oſtienſis narraſſet Ottonem III Gneſnam orationis gratia veniſſe, & ſanctas Adalberti Reliquas, (manum videlicet, alii brachium ſcribunt) ſecum è Polonia abſtuliſſe, & Romam deportaſſe, ubi eccleſiam titulo S. Adalberti ejuſque honori idem Imperator condidit, atque in ea brachium S. Adalberti, quod ſe Romæ vidiſſe ſcribit, Miechovius: cum, inquam, hæc ſcriptores vetuſti narraſſent, continuo ſubjiciunt, eumdem Ottonem ſummo ſtudio inquirere cœpiſſe corpora ſanctorum Martyrum; & præcepiſſe ſuis, ut ubi ubi inventa fuiſſent, ad eccleſiam B. Adalberti deportarentur. Pergit Leo Oſtienſis: Imperator Otto reverſus Beneventum, S. Bartholomæi corpus à Beneventanis poſtulavit, ut illud quoque ad S. Adalberti eccleſiam Romam transferret. Beneventani, cum Imperatori nihil negare auderent, callide pro corpore Apoſtoli Bartholomæi, B. Epiſcopi Paulini Nolani corpus, quod erat in majori eccleſia civitatis honorifice conditum, oſtendêre. Ille, nihil fraudis ſuſpicans, eo ſublato receſſit, & ad S. Adalbertum Romam tranſtulit. Hæc Leo. Vide, mi Lector, ipſa pene verba Leonis Oſtienſis à Longino deſcripta: ſed male S. Adalberti purpuræ hic pannus aſſuitur, & ab eccleſia Romana S. Adalberti ad ejuſdem corpus transfertur. Ego, quod Baronius ad hanc Leonis narrationem adjecit, paucis verbis mutatis adſcribo: ſed Leoni (nos dicimus Longino) à pluribus contradicitur, aſſerentibus omnino ejuſdem Apoſtoli Bartholomæi corpus, in eccleſia in honorem S. Adalberti Romæ exſtructa, certo certius aſſervari. Dico ego corpus S. Adalberti in eccleſia S. Viti Pragæ.

quodque eorum metu corpus occultum habuerint Poloni annis fere 100.

Vnde nata videatur fabella,

de corpore uno accepto pro alio.

Eccleſia S. Adalberti Romæ.

F

DE SANCTO GERARDO

D

G.H.

EPISCOPO TVLLENSI AD MOSELLAM.

ANNO DCCCCXCIV

VLlum, urbs antiqua Leucorum ad Moſellam fluvium, in Belgica prima ſub metropoli Auguſta Trevirorum, plures ſanctitate vitæ, & publica Eccleſiæ veneratione illuſtres habuit Epiſcopos: è quibus infra in Actis S. Gerardi memorantur SS. Manſuetus, Aper, & illius deceſſor S. Gauzelinus. Huic S. Gerardus ſubrogatus eſt anno DCCCCLXIII *die* IV *Kalendas Maii; & anno* DCCCCLXVIII *ſubſcripſit diplomati Gerbergæ Reginæ. Erat hæc Henrici Aucupis Regis Germaniæ filia, & Ottonis primi Imperatoris ſoror, nupta primum Giſleberto Lotharingiæ Duci, poſt Ludovico Tranſmarino Francorum Regi, Caroli Simplicii filio: quo anno* DCCCCLIV *mortuo, vidua iterum facta, donavit monaſterio S. Remigii Remenſi alodium Marſanenſe, Prope Trajectum Moſæ,* adſtantibus, *inquit*, & animo collaudantibus & confirmantibus Gerardo Tullenſi Epiſcopo, atque Comitibus Emmone & Anfrido, nonnulliſque aliis viris. *Integrum diploma exhibet Miræus in Codice donationum piarum cap.* 38.

Creatur Epiſcopus anno 963,

ſubſcribit diplomati Gerbergæ Reginæ an. 968,

B

2 *Mortuus eſt S. Gerardus anno* DCCCCXCIV, *cum rexiſſet eccleſiam Tullenſem* annos triginta & unum, hebdomadas tres & dies quinque. *Qui numeri infra in Vita num.* 28 *oſcitantia amanuenſium fuerunt corrupti, quaſi præfuiſſet* annos quadraginta & unum, hebdomadas tres & dies tres. *Vivebat eo moriente S. Maiolus Abbas Cluniacenſis, cui revelatus fuit ibidem obitus S. Gerardi;* *qui tunc* ab Hugone Capeto Rege Francorum Pariſios evocatus, ut monaſterium S. Dionyſii melius ordinare poſſet, iter ſuſcepit uſque Silviniacum, ubi ex hac vita abiit quinto Idus Maji, illuceſcente feria ſexta, poſt Aſcenſionem Chriſti: *quæ latius indicantur in Vita ejus, danda* XI *Maii, & conveniunt in eumdem annum* DCCCCXCIV.

moritur anno 994, 23 Apr.

paulo ante S. Maiolii,

eum S. Leo IX *Sanctis adſcripſit,*

3 *Inter ſucceſſores S. Gerardi fuit Brunus, ex ea Cathedra ad Pontificatum Romanum promotus, & Leo* IX *appellatus: cujus Vitam illuſtravimus ad diem* XIX *hujus menſis Aprilis. Hic* anno ML poſt Paſcha Synodum Romæ collegit, ubi Gerardum, ſuæ Sedis Leucorum olim Præſulem, in numero Sanctorum computandum ſtatuit: *ac dein autumno ſequente*, Gallias & Epiſcopatum ſuum, Leucorum civitatem, inviſit: & XXI Octobris Gerardi Epiſcopi Tullenſis ſanctos artus cum ſumma reverentia tranſtulit: *uti ex Chronicis Hermanni contracti & Mariani Scoti atque ex Vita S. Leonis* IX *per Wibertum docuimus, ante hujus Vitam* §. 3.

C

& 21 Octobris corpus tranſtulit.

Vita datur ſcripta à Vindrico Abbate S. Apri.

4 *Vita S. Gerardi, quam ex Ms. Tullenſi hactenus ineditam proferimus, ſcripta eſt ante Canonizationem & Tranſlationem corporis ab auctore coævo, Vindrico, cœnobii Tullenſis S. Apri Abbate, quem ad* IX *diem Martii retulit Sauſſaius in ſupplemento Martyrologii Gallicani, & titulo* Beati *honoravit, aſſerens eum fuiſſe* magnarum virtutum patratorem. *Concludit Vitam auctor narrata ſancti ſepultura his verbis*: ubi mirificis virtutum prodigiis multipliciter effloruit: *quæ optaremus etiam eſſe conſcripta & hic potuiſſe adjungi. Prior pars Vitæ ad diem* XXI *Octobris (quo Corporis tranſlatio ſolenniter celebratur) habetur in Breviario Tullenſi anno* MDXXXV *excuſo, in novem Lectiones, ad Matutinum recitandas, diſtributa. Adduntur Antiphonæ & Reſponſoria, verſibus hexametris contexta, & ejuſdem Vitæ ſynopſim continentia: quibus quoad ſubſtantiam conſonat Hymnus, hic ſubtus inſertus, iſtis ne faſtidium generent prætermiſſis. Memoria ejus ad hunc* XXIII *Aprilis inſerta eſt Martyrologio Ms. Luxovienſi, Auctario Greveni & Molani ad Vſuardum, Faſtis Burgundicis & Belgicis Miræi, Agrippinenſibus Gelenii, item Martyrologiis Romano, & Germanico Caniſii, & Gallicano Sauſſaji cum longo elogio: Eſt autem dictus hymnus ejuſmodi.*

memoria in faſtis.

Hymnus.

5 Cæli continuum civibus, annuum
Feſtivem celebret plebs pia gaudium:
Paſtor magnificus quod dat ovantibus
Gerardus, meritis laudibus inclytus.
In terris poſitus ſidera tranſiit,
Exemplumque fuit moribus optimis:
Sic clarus meruit celſius evehi,
Tulli ſuſcipiens munia Præſulis.
Virtutum rutilans lumine ſplendido,
Inſtruxit populum dogmate vivido:
Quod verbis docuit, prætulit actibus,
Mœſtis compatiens ſe dedit omnibus.
Victum pauperibus largius auxerat,
In forma Dominum pauperis viderat:
Vinum dat fieri lymphica pocula,
Solvit peſte fera languida corpora.
Sic multis viguit dotibus actuum,
Nunc regno fruitur perpete Cælitum:
Quo ſanctis precibus tergere crimina
Dignetur, retinent quos mala noxia.
Hoc præſtet Deitas unica Trinitas,
Cui laudes reboat cælica dignitas,
At nos hic maculis pluribus obliti,
Oramus veniam fletibus intimis. Amen.

E

Antiphona.

6 *Additur his non inelegans Antiphona ad Magnificat & Oratio propria. Antiphona talis eſt.*

Ave Paſtor egregie, Gerarde Præſul inclyte,
Cæleſti felix gloria, nobis præbe ſuffragia:
Ut tuis fulti meritis, ſolutis mortis laqueis,
Chriſti favente gratia, poli ſcandamus ſupera.

Oratio.

Oratio. Deus, mundi auctor & conditor, qui hodiernæ feſtivitatis diem Beati Gerardi Confeſſoris tui atque Pontificis tranſlatione conſecraſti, præſta populo tuo: ut cujus annua celebritate devotis reſultat obſequiis, ejus ſuffragiis tuæ pietatis conſequamur auxilium, Per Dominum. *Oratio in die natali legitur de Communi Confeſſoris Pontificis. Illuſtre Vitæ compendium habetur in Breviario Lingonenſi, auctoritate Caroli Deſcors Epiſcopi anno* MDCIV *edito, recitandum ſequenti* XXIV *Aprilis, in novem Lectiones diſtributum.*

F

VITA

Auctore Vindrico Abbate S. Apri,

Ex MS. Tullenſi.

CAPUT I.

Natales S. Gerardi, profectus in virtutibus, Ordinatio Epiſcopalis.

Coloniæ nobiliter natus,

1 VEnerandus Gerardus, Agrippinenſi ortus regione, temporibus magni Ottonis Romanorum Auguſti noſcitur extitiſſe; nobili parentum proſapia, prout ſecularis confert excellentia, procreatus; patre Nigranno, matre Imma editus: à quibus, morum honeſtate, quod conſtat, laudabilibus, educatur. Ipſi denique ejus parentes, licet eſſent multiplici divitiarum opulentia referti, ſuperbi ſanguinis linea ab atavis natalibus deducta, quæ res ſolet plurimos duris laqueis innodare ſeculo; tamen præ ceteris ſanctæ religionis & piæ devotionis præditi dignitate, eleemoſynarum atque orationum ſtudiis jugi

A jugi inſiſtebant intentione. Cum his bonis virtutibus, etiam glorioſa prolis fœcunditate donati ſunt, dum talem tantumque virum ex ſui propagine germinis adipiſci meruerunt, & ut bonæ arbores bonum ex ſe fructum Deo omnipotenti votivo munere obtulerunt. Quem etiam liberalibus imbuendum diſciplinis, in baſilica S. Petri Apoſtolorum Principis, quæ intra prælibatæ urbis mœnia eſt conſtructa, tradiderunt; eumque, Chriſto inibi ſub Clericali ſerviturum Ordine, delegaverunt. Qui jam tunc, ab ipſis infantiæ rudimentis, ſuperni factus Flaminis habitaculum, omne humanæ ſcientiæ capaci pectuſculo ebiberat ſtudium, divinis quoque ad unguem informatus legibus, nulli in utroque doctus exercitio videbatur ſecundus.

& liberaliter educatus,

2 Hujus mentem bonus Ieſus numquam laſcivis relaxari luſibus permittebat, quippe quem ſibi vas electionis ab æterno conſecraverat; & ipſe, velut alter Iacob, ſanctæ ſimplicitatis ſtrenuus cuſtos, glorioſæ etiam virginitatis perpetuo compos, à fabulis anilibus verborumque obſcœnitatibus ſenſus abſtrahebat proprios. Cum vero cœpiſſet juvenilis ætatis vernare floribus, ita ſuam indolem bonis ſtuduit ornare moribus, ut à cunctis ſibi coævorũ vitiis ſagaci perſiſteret labore integerrimus. Parentibus igitur ſuis humana præreptis ſorte, & occulto Dei judicio, non tamen injuſto, cæleſti igne fulminata ejus genitrice, divina eum miſeratio piâ non deſiit conſolatione reficere. Nam, ut patenti omnibus indicio clareſceret, quod talem ſuæ parenti exitum, non ob aliquem deteſtabilem reatum contingere ſiviſſet, imo propter hujus amplificandum meritum accidiſſet; iſte, jam factus Dei ſamulus, cauſa tam terribilis exitii diverſis afflictionibus, vigiliis & orationibus ſe indefeſſe maceravit; quaſi ſua id urgente culpa, ſuperna illam diſpoſitio tali periculo deſtinaverit. Caſti itaque timoris in ſecula permanentis ſpiritu impletus, interdiu ac noctu ſummum Creatorem Pſalmographi pulſabat quæſtibus, Confige timore tuo carnes meas, à judiciis enim tuis timui. Tali initiamento ſupernus Magiſter noſtrum tironem informabat, atque ſanctis virtutibus animum ejus inhiantem paulatim inſtruebat: qui etiam illud Iſaianum libera confeſſionis voce dicere poterat: A timore tuo, Domine, concepimus & peperimus ſpiritum, ſalutes fecimus in terra.

atque à teneris virtuti deditus,

Pſ. 118, 120.

Iſ. 26, 18.

B

ſuæ culpæ imputat quod mater à fulmine extincta ſit.

3 In his laudabilibus ſtudiis diutinam conſervans perſeverantiam, piæ profectum conſuetudinis immutabilem convertit in naturam: cumque velut ſertum, floreis variatum coloribus ita diverſis foret comptus virtutibus; ſimplicitas tamen atque caſtitas primam ſibi ſedem in ejus acquiſierant moribus. Qui etiam cum columbina manſuetudine ſerpentis callebat aſtutia; in divinæ ſtudio religionis ſumma ſatagens vigilantia, ſanctæ humilitatis pennis ad cæli convexa ſublimatus, piæ caritatis ſemper viſceribus refertus, glorioſæ obedientiæ dote præ ceteris muneratus. Ab ipſis ergo pueritiæ exordiis in jam dicto commoratus Clericorum cœnobio, per ſingulos ſacri officii gradus, more aſcendit eccleſiaſtico, atque ibidem laborioſo Cellarii devincitur miniſterio: quod cum quanto humilitatis ac patientiæ ſtudio compleverit, finis, in quo omnis laus ſecure canitur, certiſſime oſtendit.

omnigenis virtutibus excellens,

C

4 Interea Domno *a* Gauzelino, Tullenſis Sedis Pontifice, rebus humanis exempto, qui morum illuſtris ſanctimonia, Angelorum, ut credimus, in cælis eſt aſcitus conſortio; plebs Leucha graviter mœrebat, tanti orbata Paſtoris ſolatio. Erat tunc temporis venerandus Bruno *b* Agrippinæ Eccleſiæ ſummus Pontifex, qui in tota Germania ſibique finitimis partibus Imperiales agebat vices, ut pote magni Otthonis Auguſti germanus frater: ipſe autem prænominatus Princeps tunc forte aberat, quia fines *c* Italicos cauſa urgente adierat. Mœſtus ergo Leuchorum populus, & conſilio Paſtoris viduatus, ad memoratum Archipræſulem Brunonem legatos dirigit, deſolationem ſui humili ſuggeſtione intimat, utque ſibi ſuccurratur ſuppliciter expoſtulat, ne velut grex errabundus, paſtore perdito pereat. Is vero clementis compaſſione animi, eorum lamentationi condolens; ipſamq; urbem Franciæ regno confinem, Romano nuperrime adjunctam Imperio perpendens; ſumma mentis angebatur ſolicitudine, cogitans quem eidem Eccleſiæ idoneum, juxta Canonum ſcita, potuiſſet Pontificem eligere; ſecundum divinæ cultum religionis, cum bonitate morum, ſapientiæ ſale conditum, & in ſcientiæ ſecularis ſtudio exercitatum. Sed Deus, qui in bonorum diſpoſitionibus ſemper piorum aſſiſtit affectui; ſuis non permiſit eum diutius agitari curarum fluctibus; ſuoque inſpiravit conſilio, venerabilem Gerardum, huic præficiendum officio, aſciſcere, quem conſtabat utilem ſuperni dono Conditoris in cunctis exiſtere.

a mortuo Tullenſi Eo Gauzelino.

b

AUCTORE VINDRICO AB. COÆVO EX MS.

c

à S. Brunone Archiepiſcopo

5 Ea tempeſtate idem Dei famulus, Cellarii, ut prædiximus, obedientia impeditus, pro quodam non maximo exceſſu, in levioris culpæ nexu intra clauſtralia erat ſepta conſtitutus, ibique lacrymarum ac orationum holocauſto ſeſe immolabat attentius. Quippe non mortiferis murmurationibus animum diſcernebat, nec venenoſis detractionum aculeis linguam ſibi acuebat, neque otioſarum næniis fabularum aures ſuas patiebatur pollui: ſed per ſacræ ſtudium contemplationis inhianter intendebat ſupernæ contemplationi. Quem ideo cæleſtis diſpenſatio hac parva tentari permiſit afflictione, ut cunctis palam innoteſceret, hic vir eximius cujus foret meriti ante oculos divinæ majeſtatis. Religioſus ergo Pontifex Bruno ad ſe primos Cleri convocat, eis Coëpiſcopi ſui Domini Gauzelini tranſitum flebilem notificat, quemque illi ſucceſſorem ſubroget familiariter conſultat. Mox Decanus, divinæ amator religionis, ſani conſilii, ejus conſultibus hæc reddidit: Si, Domine Præſul, meo dignaris tantillo credere dicto, Fratrem Gerardum, huic gradui præ ceteris idoneum, veridico aſſero teſtimonio: quem vera humilitate ſubjectum, prompta obedientia clarum, longanimi patientia certiſſime atteſtor probatum. Inſuper ejus diutinam in pœnitentia perſeverantiam intimat, Deique nutu ad ſibi credendum mentem Præſulis non tarde inclinat.

ex Decani ſuggeſtione,

E

dum pœnitentiæ reclusus vacat,

F

6 Tunc Decanus prælibatus B. Gerardum à clauſtrali pœnitentia rapit, ad domum propriam inſperato adducit, balneatum veſtibus nitidis ex ſuo induit; mirantique quid novi portenderet, eum fore Epiſcopum prædicit. Sed vir Domini in humilitatis fundamento firmiter ſtabilitus, huic ordinationi cunctis obnitebatur viribus; magisque elegit priſtinum pœnitentiæ otium repetere, quam hujus Prælationis laboroſo prægravari pondere. Tamen plurimum reclamans, plurimum repugnans, coram jam dicto Archipræſule deducitur, & ſub juſſione obedientiæ Pontificalem apicem ſuſcipere compellitur. Dum ergo annus Incarnationis Dominicæ nongenteſimus ſexageſimus tertius *d* curreret, Leucham urbem adducitur, obviisque populorum turmis cum hymniſonis laudibus excipitur, ac ſicut mos exigebat Præſulari ſedi inthronizatur. Itaque fit mira exultatio in commixto populo, omnes tripudiant pro Paſtore adepto, cunctorum terguntur lacrymæ hujus ingreſſu novo, omnes eum ſibi divino nutu datum aſſeverant, atque in ejus electionis aſſenſu plauſibiliter inſonant.

invitus aſſumitur

d

& introniizatur.

ANNO-

AUCTORE VINDRICO AB. COÆV. EX MS

ANNOTATA.

a S. Gauzelini, Epiſcopi Tullenſis & Confeſſoris, *natalis indicatur in Breviario Tullenſi anni 1535, ad diem 7 Septembris, quo videtur obiiſſe anno 962.*

b S. Bruno *colitur* XI *Octobris, qui mortuus eſt anno 965.*

c *Perſequebatur Otto I dicto anno 962 & ſequenti Berengarium & alios tyrannos Italiæ; Conſule Reginonis Chronicon.*

d IV *Kalendas Martii, ut traditur in Appendice Ms. ad Vitam* S. *Manſueti, 3 Septembris; & infra ex tempore, quo ſedit, liquido conſtat.*

CAPUT II.

Virtutes Gerardi Epiſcopales, templa erecta, tranſlatæ Reliquiæ, iter Romanum, aqua in vinum converſa.

Exemplum eſt ſuis,

7 POntificis vero exaltatus culmine, ſummi veſtigia Paſtoris pia ſequebatur imitatione, habitu & moribus, cunctis ſe præbens exemplum in ſancta humilitate. Nulla ſibi oblectatio, familiaritas & converſatio, niſi in Clericorum & monachorum conſortio, quorum omnia quæ agenda erant conſilio explebat, ideoque eum in nullis factis ſuis pœnitebat. Mediocris & diſcretus ei habitus, ita ut nec nimio decore aut nitore crederetur ſuperfluus, nec indecenti vilitate abjectus videretur & ſordidus. Menſæ autem ſumptus ita diſcretiva ordinabat diſpoſitione, ut ſuperfluitatem fugiens, continentiam ſatageret ſervare; & ſubſidia miniſtrans corpori, agilior ad Chriſto ſerviendum redderetur virium reparato robore.

moderatus in veſtitu;

B

& victu

8 In perſolvendo communem Horarum curſum vix & raro dimittebat, quin Fratrum cœtui junctus adeſſet, niſi inevitabilis neceſſitas aut moleſta corporis debilitas obſtitiſſet. Et hoc quanta animi contritione perageret, nulli eſt facile exponere, quod ſoli occultorum cognitori Chriſto manifeſtum cognoſcitur eſſe. Sæpe etiam cauſa piæ devotionis, intra ipſam regularem ſynaxim, puerile decantabat Reſponſorium, nec ſine abundanti fonte lacrymarum, quæ ei affluebant per ſanctæ compunctionis donum. Orationis conſtantia ita continue ſuperni Conditoris adhærebat ſuſpectibus, ut exceptis ſecretarum precum votis, quæ ſibi & Chriſto in cordis arcano decantabat attentius, tredecim Horarum curſus nocturna & diurna continuatione, cum integro Pſalterio, laborator perſolveret indefeſſus, Clericis familiaribus in id explendo ſibi ſolatiantibus.

in communi officio

aſſiduus ac devotus;

C

ad ſacram lectionem attentus;

9 Sacrarum Scripturarum tam ardenter i nſiſtebat ſtudio, ut nec etiam nocturno tempore ſibi ante lectum interrumperetur lectio: in hac, ſancta contemplatione vigilando, plurimum noctis tranſigens ſpatium; defeſſus meditando, commodum corpori carpebat ſomnum. At lectores, qui ſibi viciſſim ſuccedebant, ſi quando victi tædio reticerent, ſtatim cognoſcebant beatum expergiſci Pontificem, qui eos pia commonitione ad ſolitum animabat laborem, quique pro ornamentis pretioſiſſimis Sanctorum Vitas modicis inſcribi libellis fecerat, quas omni ex parte ſui ſtratus ita apte locaverat, ut nocturno in ſopore ſeſe vertenti, ipſi cum eo libri verterentur; credens quod Sanctorum juvamine; quorum ibi actus habebantur, ab omni prava infeſtatione inimici tutaretur.

10 Illud etiam in vita habebat aſſuetiſſimum, quia antequam nocturno tempore ibat cubitum, inter reliquas preces nominatim mentionem agebat cunctorum à ſe excommunicatorum, eoſque miſericordi abſolvebat pietate, ne quem ſubito exceſſu poſſet mors obligatum ſubripere: id tamen ſecretius, ne quorumdam inoleſceret inſolentia, explebat coram familiaribus, petens Omnipotentem ut deſiderium petendæ reconciliationis eorum infunderet cordibus.

D

ſolitus à ſe excommunicatos ante noctem abſolvere;

11 Caſtitatem in eo neceſſe non eſt laudari, cum à puero ita perfectus ſanctæ virginitatis cuſtos extiterit, ut nulla fœtidiſſimi ſorde vitii corpus ſibi maculaverit. Quippe quia cor à tentationum ſpiculis tutum Chriſti auxilio liberavit, ideo membra ab inquinamenti labe munda cuſtodivit. Hanc virtutem non modo, ut ipſe poſſideret, omni anniſu inſiſtebat, imo etiam omnibus, maximeque Clericis, hanc amplectendam, hanc tenendam, hanc colendam prædicabat. Quis autem digne prædicare poterit quam in Clericorum inſtitutione inhianter inſudaverit, cum nemo Pontificum in tota Belgica tot tamq; perfectos ſanctæ prædicationis miniſtros habuerit? Non ſufficiebat ſibi quod ipſe facundo eloquentiæ torrente verbum doctrinæ populis miniſtrabat; verum etiam diebus ſolennibus per vicinas eccleſias proprios familiares, ad idem peragendum opus, dirigebat. Ita fiebat, ut non ſolum populi crebra exhortatione ad bene vivendum incitarentur, ſed & ipſi continua exercitatione ad doctrinæ ſtudium incitarentur.

caſtitatis in ſe aliisque ſervandæ cupidiſſimus,

E

12 Summum ei fuit ſtudium in ſanctarum reparatione eccleſiarum, quatenus exinde majus ſibi meritum & fidelium devotio accreſceret populorum. Baſilicam beati Protomartyris Stephani, in cujus veneratione eſt Sedes Epiſcopalis Tullenſis [erecta], à fundamentis extruxit, quam picturis variisque ornamentis non minimum decoravit. Juxta introitum quoque ejusdem urbis verſus meridiem, in honore S. Gendulphi *a* novam extruxit eccleſiam, quam, ad Omnipotentis laudandam gloriam, ſanctimonialium conſtituit Abbatiam: ſed quia ibi ultra modum ſancta caſtitas patiebatur detrimentum, coactus eſt ſuæ inſtitutionis pati *b* repudium. Nec non pleraque alia præcipua in conſtruendo peregit opera, quæ hic inſerere ob deſidum refugimus faſtidia.

ad eccleſiarum reſtaurationē munificus

a

b

in perquirendis ſanctorum Reliquiis ſedulus;

13 Sanctorum quoque Reliquias ſagaci indagabat ſolicitudine, fiſus ſuperni gratiam Conditoris ſibi ſuppeditari eorum opitulatione. Cujus vigilem curam Deus non paſſus eſt fruſtrari, eique reperire glebam conceſſit beatiſſimi Pontificis *c* Apri: in cujus glorioſa Tranſlatione miracula magnifica propalavit dignatio divina, quæ in ejusdem beati Præſulis geſtis retinentur annotata. Corpus etiam beatæ Virginis Aproniæ, ſororis ipſius beatiſſimi Apri, à Trecorum civibus meruit ſuſcipere, quod ad plebis tutamen infra ſuæ urbis *d* mœnia ſtuduit collocare. Reliquias etiam venerandi Martyris *e* Eliſii religioſa devotione tranſtulit: quarum partem non minimam, majora ſcilicet oſſa, prænominato Brunoni Archipræſuli contulit, quæ Coloniam cum ſumma devotione devexit, ibique devota populorum coluntur veneratione. Cujus etiam devotiſſimam erga glorioſiſſimum Præſulem Manſuetum intentionem hic cōpendio penderemus, niſi inter veneranda *f* ejus miracula prænotatam noſceremus.

c

F

d e

f

Romanum iter ingreſſus,

14 Quantæ autem viſceribus effluxerit miſericordiæ, eſt narratu memorabile, in quo ipſe Deus, qui eſt vere caritas, certis miraculorum indiciis comprobatur habitaſſe. Quadam vice pia ei ſuggeſſit devotio, Apoſtolorum Principis limina adire, dira famis afflictione nonnullas orbis partes devaſtante. Relinquens ergo non minimam ſubſtantiam ad ſuſtentationem pauperum, inſtruit iter, non ad ſuperfluum jactantiæ faſtum, ſed ad Omnipotentis laudandam magnificentiam, honeſtum, & pietatis ac miſericordiæ muneribus ampliſſimis factum. Duodecim ſibi

ex

A ex Clericali & monachali ordine delegit comites, qui cum eo pſalmodiæ laudes indefeſſe modulantes, totum Romanum iter unam quaſi eccleſiam videbantur effeciſſe, vivificæ Crucis ſemper vexillo illos præcedente. Qua vero eleemoſynarum largitione per omnem viam affluxerit, quis depromere digno relatu poterit? Nemo ei unquam jungebatur egenus, qui recederet ipſius dono bonitatis defraudatus. Omnibus, quaſi ſibi, affectu pietatis compatiebatur; Chriſtum, quem vere præſentem credebat, ſeſe in iis reficere gaudens.

15 Huic glorioſo inſtans operi Papiam ingreditur, ubi viros magnificos, ſanctum ſcilicet Abbatem g Majolum, nec non h Adalbertum poſt Martyrem, ſe reperiſſe eſt ineffabiliter collætatus. O quanta fuit inter eos ſpiritualis exultatio! quæ ſuperni regni exoptabilis collocutio! quam diuturna divini verbi ſermocinatio! Pendebant ſinguli invicem ab alterno ore: Chriſtum, qui certiſſime in iis manebat, unuſquiſque credebat ſe in alio audire. In hac mutua confabulatione longum diei tranſigentes ſpatium, ſimul tres ſancti convivæ reſident ad prandendum. In quo prandio quid virtutis Omnipotens ſit dignatus oſtendere, non decet obliviosa ſilentii ſera occludere. Venerandus ſcilicet Pontifex, diem jejunii, qui forte contigerat, non diſſolvere ſtatuens, lympham ſibi ad potandum deferri miniſtro in aurem ſecreto præceperat: quam pincerna obediens beato viro obtulit; ſed ille ſummis præguſtans labiis vini ſaporem reperit. Mox commotus verbis increpationis eum dure impetit: cauſatur cur ſibi inobediens vinum pro aqua præſumptuoſe obtulerit. At ipſe cum verbo ſacramenti jurans, lympham puram ſe ei miniſtraſſe teſtabatur, & cur id ſibi immerito ſanctus Dei imputaret, ſtupide mirabatur. Hæc autem alterna diſceptatio lingua agebatur barbarica, glorioſo Præſule credente ſanctos convivas kujus ſermonis ignaros eſſe. Tunc B. Majolus, cordis repletus exultatione; Deſine, inquit, ſancte Pontifex, in hoc facto aliis ſuccenſere: ſed percipe cum gratiarum actione, quod tibi rerum Creator ſua contulit benedictione. Et his dictis, vir Domini erubuit, & quod per ſe factum credere non valuit, Sanctorum virtuti ad Chriſti laudem imputare cœpit. Sed ſi forſan hoc manet cujuſquam male ſanæ menti incredibile, audiat illum, qui aquam in vini commutavit ſaporem in Cana Galilææ, veridico proteſtantem ore: Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet.

g h *S. Majolum & Adalbertum ſuvenit Papiæ,*

B *& aquam ſibi præberi jubens,*

in vinum converſam invenit.

Joa. 12, 14

C 16 Verum, ut ad poſt habita ſtyli curſum reducamus, Præſul Domini, ſanctis Patribus accepto & dato benedictionis commeatu, cœptum iter Romanum aggreditur, ſed à rumore prævio jam per omnes urbis plateas velociter prævenitur. Undique accurritur à populo, æterni Conditoris laudatur gratia cunctorum ore conſono, quæ etiam corporaliter in ejus vultu rutilabat ſplendido. Inde ducitur ad gradus, ſub quibus erat Otthonis *i* Auguſti tumba, ibique diutius immoratur, pro ejus abſolutione officiorum explendo ſolennia. Nuntiis ſuccedunt nuntii, intimantes eum à Prefecto Urbis cum Cleri multitudine præſtolari. Sed Dei famulus ventoſam gloriam floccipendens, cœptum opus ſolita honeſtate ad extremum provexit finem. Hinc à Præfecto atque Clero honorifice excipitur: quod raro cuiquam extraneorum Pontificum contigiſſe memoratur, ut obviam parata proceſſione à Romanis deducatur.

Roma excipitur perquam honorifice.

i

ANNOTATA.

a *Hic eſt* S. Gengulphus *ſeu* Gangulphus Martyr, *qui celebri cultu apud Tullenſes colitur* XI *Maii, etiam Martyrologio Romano inſcriptus.*

b *Sauſſaius Canoniam eſſe ſcribit.*

c S. Apri *varia Acta & miracula erunt illuſtranda* 15 *Septembris: quo die etiam à Sauſſajo recolitur* S. Apronia.

d *Eſt ibidem S. Apri monaſterium Ordinis Benedictini.*

e *Eſt* S. Eliſius Martyr *ſub Iuliano Apoſtata occiſus,* 16 *Octobris relatus in Breviario Tullenſi.*

f *Scripſit ea* S. Manſueti *miracula, tunc in tranſlatione facta, Adſo; in qua aſſerit Immonis militis (qui tunc cum ſcribebat adhuc viveret) manum aridam ſanatam. Ea Acta dabuntur* 3 *Septembris, in quibus plura de S. Gerardo continentur.*

g *Hic eſt* S. Majolus, *Abbas Cluniacenſis, poſt regimen* 26 *annorum mortuus anno* 994 *die* XI *Maii.*

h *Hic eſt* S. Adalbertus *Epiſcopus Pragenſis & Martyr, qui Romæ monachus fuit ab anno* 989 *uſque ad* 994. *Cujus Acta jam illuſtrata immediate præcedunt.*

i *Hic eſt* Otto II, Romæ mortuus anno 983, ſepultus ad introitum Orientalis Paradiſi domus S. Petri. *Vti Dithmarus lib.* 3 *Chronici indicat.*

AUCTORE VINDRICO AB. COLVO EX MS.

CAPUT III.

Farina & panis ob eleemoſynas multiplicati: alia miracula & opera pia.

E 17 Reflexo autem tramite ad propria dum remeat, Longobardorum fines mox penetrat; ubi quamplures creditæ ſibi plebis reperit, quos victus inedia à nativo ſolo expulit. Hos miſericordiæ ſinu confovens, ſuæ comites viæ aſcivit; & multitudinem trecentorum ferme hominum ſuo alendam ſumptu congregavit, cum qua propriam urbem mediante Quadrageſima introiit, à proprio Clero merita ſuſcipiendus veneratione. [Etenim] re patenti claruit, quam tripudiali geſtierunt exultatione, cum in ejus proceſſionis jubilatione nil dignius & honeſtius excogitare valuerunt, quam lætitiæ incitamentum, ſcilicet Miſſæ ipſius diei Introitum. In ſuſcipiendo namque illum corde & voce concinentes, Lætare Jeruſalem, officialiter peregerunt; jamdudum Sacerdote præparato ad ſolennis Miſſæ celebrationem.

Redux Tullum & lætanter exceptus,

18 Clementi itaque animo populo periclitanti condolens, ac de ſuperni Creatoris benigna pietate non diffidens, dat permiſſum, quemcumque neceſſitas coarctaret tempus Quadrageſimale ſolvere: ipſeque ſtudet cuncta ſua horrea cum cellariis ad erogandum aperire: quique ut omnium pater piiſſimus miſericordi ſemper benevolentia pro cunctis F erat ſolicitus, quicumque ad eum indiſcrete acceſſiſſet indigus, farinæ mox menſuram cum parte carnis accipiebat recreandus. Hoc indefeſſum continuæ pietatis ſtudium ſervavit uſque S. Joannis Baptiſtæ ſolennia. Interea omni ſuo horreo jam exhauſto, largiter cunctis ipſo diſpenſante, etiam ipſa farina cœpit in vaſculis deficere, nec quidquam ultra duas menſuras videbatur reſediſſe. Accedit miniſter triſtis ad ſanctum Pontificem, inſperatam indicat farinæ defectionem. Vade, ait vir beatus, in Chriſti adjutorio confiſus, eroga tantillum reſidui more ſolito pauperibus. Erat autem pene integer menſis uſque ad feſtum ſancti Baptiſtæ Domini. Mirum in modum quotidie miniſter egentibus affatim miniſtrabat, & modica farinæ menſura nullo modo deficiebat: in vaſculo nihil videbatur accreviſſe, & diſpenſatori non deerat quod ad erogandum poſſet ſufficienter invenire. Hæc divina abundantia numquam beato Præſuli defecit, donec æſtivum metendi tempus advenit. Cujus ſunt hæc prodigioſa miracula, niſi qui de paucis panibus multa millia hominum ſatiavit? Vere in hoc facto perpendi poteſt magnifica virtus Eliæ, qui prophetali ſpiritu olim prædixit

pauperibus large ſubvenit;

ex hauſta farina ad totum menſem ſufficiente.

AUCTORE VINDRICO AB. COÆVO EX MS.

viduæ hydriam farinæ non deficere, donec transmitteret Dominus pluviam ſuper faciem terræ.

19 Alio itidem tempore vir egregius è conſpectu familiarium ſe removerat, ac ſolus in ſecreto conclavi reſidebat; cum ſubito per contiguam feneſtram querulam vocem trium audivit pauperum, eleemoſynæ ſubſidium à Beato ſibi dari clamantium. Jam autem hora advenerat prandii, & menſæ erant paratæ epulis ſuperpoſitis. Tunc beatus Præſul, Patriarchæ Abrahæ non immemor, imo ejus cupiens vere fieri imitator, qui in figura ſummæ Trinitatis tres Angelos hoſpitio ſuſcepit, à loco ſeſſionis quam celerrime ſurgit, domum prandii clam nemine invento introit, treſque ſimilagines cum totidem ciborum partibus acccipit, ac ſecreto pauperibus per feneſtram projicit. Qui mox, dum reſidet ad prandendum, ejusdem qualitatis ac numeri cibum ibi invenit appoſitum. Tunc admiratus factum inopinabile, utrum quisquam appoſuiſſet dapiferorum, ſatagit clanculo requirere, & Omnipotenti grates rependit in cordis penetralibus. Rumor per vulgi ſpargitur ora, B. Gerardum virtute glorificatum divina, cujus gratuitam eleemoſynam acceptam ſibi Dominus oſtenderit, per hujus miraculi indicia. Sed vir ſanctus, veræ cuſtos humilitatis, famam de ſe propalatam omni anniſu celare contendit, nec quidquam ſuo geſtum merito obnixe aſſeruit.

Idem ex menſa parata tres panes largiens,

numerum nihil imminutum invenit.

B

20 Aſſuetus etiam mos viro fuerat magnifico, ut ſub Chriſti exemplo quotidie certum pauperum numerum congregaret, eiſque pedes manuſque, oſcula figens & capillis tergens, abluerat; atque ipſorum factus miniſter, ſufficiens edulium illis miniſtraret devote: & ſi quando forte quis pauper huic numero deerat, idipſum ſervitium unius egeni, alicui ſuorum familiarium humiliter impendebat. Erat autem huic glorioſo germanus frater, qui vir ſummæ devotionis ei inſiſtebat inceſſanter; & perſæpe tali ſe officio ingerebat, ſi forſan eſſet abſens pauper; credens, ut eſt vera fides, crimina abluere, uti multoties ſanctum audiebat Præſulem rectiſſime prædicare. Quadam autem vice dum Sanctus Domini ſolitum opus bonum pauperibus impendere voluit, ecce quidam in ſui perſona germani, loco abſentis pauperis, adfuit; devotum Præſulis officium, in abluendo manus pedeſque, ſuſcepit; ſed mox, in ſumendo eſu, repente diſparuit. Spatio igitur manente vacuo, certo pauperum numero diminuto, frater requiritur Pontificis cur locum reliquerit ſtatuti ordinis, atque ſuſcipere cogitur ſolitæ donum benedictionis. Jurat ille ſub ſacramenti teſtificatione, quod egenis minime fuerit ipſa conſociatus vice. Alter in ſui forma exquiritur pauper, omnes domus & platearum anguli Præſule inſcio perſcrutantur, nec quiſquam ejus fratri conſimilis reperitur. Cunctis audientibus naſcitur admiratio, & ad ultimum eſt creditum, apparuiſſe Chriſtum Pontifici ſanctiſſimo, qui olim ſuis eſt dicturus fidelibus in hujus ſeculi termino, Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.

ſolitus pauperum pedes lavare,

inter eos excipit Chriſtũ ipſum.

C

Mat. 25, 40

21 Illud eſt etiam memoratu digniſſimum, in quo non ſolum Patribus priſcæ legis eum novimus comparandum, imo non minus Sanctis novæ cultoribus gratiæ venerandum. Siquidem, quoniam ſanctitatis in illo decus rutilabat, & ſpiritu conſilii præ cunctis ſui temporis præpollebat; ideo in ſummis reipublicæ cauſis ad colloquium anhelanter depoſcebatur, & quidquid Spiritu ſancto dictante proferebat, ac ſi divinitus prolatum ab omnibus audiebatur. Itaque quadam ingruente neceſſitate ad Regis fuerat curiam convocatus, & per *a* Moium flumen navigio ſibi fuerat tranſitus. Clerico autem ejus extra navim ad manus abluendas inclinato, qui pendentem à collo ſacri Ligni portionem in quodam ferebat phylacterio; caſu contigit ipſa ſacra pignora in aquam decidere, navique curſu concitata nequivit ea Clericus manu reprendere. Omnes ergo ſubiit non minimus mœror pro ſanctarum Reliquiarum negligentia, & maximus pavor dum earum carent tutela, quarum ſe putabant munere ab omni adverſitatum ſecuros violentia. Dei vero gratia apud curiam rebus proſpere geſtis redeunt, ac per eumdem fluvium remigrare ſtatuunt. Dum autem ad illum pervenerunt locum ubi prædictum ſacrum munus corruit; ſanctus Præſul, in Chriſti confiſus virtute, manum flumini immerſit; ac ſine mora cunctis cernentibus, quod illapſum fuerat retraxit. Quod factum præſentes à mœrore in admirationem convertit, Chriſti magnificantes gratiam, quæ ita in beato Pontifice reſplenduit; ſanctiſſimoque illum comparantes Benedicto, ſummo monachorum Patri; qui, ſicut Propheta Helizæus, *b* rurale ferramentum, in flumen delapſum, divina virtute recepit.

a

dilapſam in Mœnum ſacra crucis particulã,

D

poſtea illac rediens recipit.

b

22 Inſtinctu piæ devotionis locum S. Manſueti *c* vir Domini ſummo honore excolebat: cujus etiam cœnobium, labili veterno deciduum, renovare ſatagebat: & tum ſuo inceſſante monitu, tum piiſſimi Patroni admodum exorabili obtentu, frequens populorum turba cœpto operi eleemoſynarum largitatem *d* non modicam ſuppeditabat. Una ergo noctium quædam Deo ſupplex mulier votivam candelam altari impoſuit, expletaque oratione lumen inibi ardens reliquit; ac cuſtos eccleſiæ, oblitus rerum, ſe cubitum collocavit. At candela, dum improviſa conſumitur, & quæque vicina ardendo lambit palliũ ſuper altare, ac pallam ſuppoſitam arripit; & ad proximos parietes, arentibus contextos frondibus, flammas vibrantes trajicit. Ea hora Chriſti Præſul feſſos artus placido ſopori, in urbe commorans, crediderat, & uſu ſolito officialis Clericus ante eum ſtudio lectionis inſiſtebat. Tunc ſanctus inopinato experrectus, aſſidenti inclamat his vocibus: Surge, ait, quantocius, locum S. Manſueti expete feſtinus; candelam, quam illa Deo devota altari ardentem impoſuit, extingue ſolicitus: quia lambens flamma pallium cum vicinis frondibus adedit; & ni præclara ſancti Præſulis ibi jacentis virtus adjuverit, noſter cœptus labor in conſtruendo cum magno diſpendio deperibit. Credo aliquid divini indicii per ſoporem ſenſerat, qui rem longe actam tam præſaga mente in ſomnis cognoverat. Mox intempeſtæ noctis [tempore] Clericus celer locum adiit: rem ſicuti audierat reperit: ignem extinguens, monachum de negligenti cuſtodia increpat, & quid à Pontifice didicerit ſtudioſe intimat. Adeſt hujus rei teſtimonium pallium reſarcitum, & à ſancto Domini decoro limbo adornatum.

c

de incendio ad S. Manſueti per viſum edoctus,

E

d

mittit qui reſtinguat:

F

23 Occulta etiam ſuorum judicia conſiliorum ei Omnipotens ſæpe declarabat, ac velut conſecretali intimo arcana ſuæ diſpenſationis certiſſime revelabat. Suo namque prædeceſſori domno Gauzelino Pontifici maliloquorum derogabat ſuſurratio (ut plurimi noſtri temporis ad detrahendum potius quam laudandum ore patent promptulo) dicentes eum à religionis tramite plurimum exorbitaſſe, ac per erroneos ſecularis vitæ curſus non minime deviaſſe. Quæ ſententia odibilis in tantum proceſſit, ut aures hujus ſancti pulſaret Præſulis. Sed ille, ne audiret nequam verbum detractionis, ſepiebat ſibi aures ſpinis divinæ lectionis. Tum hujuſmodi dictis nec minimum credulus, nec uſquequaque dubius, ſtatuit pro eo piam Creatoris clementiam exorare attentius, ut ſibi Dominus dignaretur intimare, utrumnam vita functus Epiſcopus in cæleſtis requiei lætaretur beatitudine. Secreto ergo triduanum explet ſolus jejunium, indefeſſum cum ſingultu ac gemitu

Deceſſoris ſui famæ ambigua motus,

pro eoque orans,

A gemitu fontem emanat lacrymarum, vigiliis ac precibus diuturna tranſigit ſpatia, laſſeſcentem ſtomachum jugi macerat inedia. Triduani demum temporis excurſa abſtinentia, cælitus viſitatur revelatione gratifica, & cujus ſit meriti vir pro quo petierat ſuperna ediſcit gratia. Intimat namque ſibi à Chriſto non dubie præmonſtratum, Pontificem prænominatum cæleſtis conſortii perpetua felicitate coronatum, ac venerandi Martyris *e* Apollinaris gloriæ ac meritis coæquatum. Nec vero id cuiquam ullo modo videatur incredibile, qui perpendit eum in *f* conſtruendo *f* Puxerienſi cœnobio laborioſe nec inutiliter deſudaſſe: cujus meritum & corona haud hæſitanter creditur, quidquid inibi caſte ac religioſe à Chriſto famulantibus peragitur. Quæ ratio divini eloquii teſtimonio innititur, cum tuba cæli Paulus Phil. 4, 1 ſic hortando dicit Philippenſibus, Gaudium meum & corona mea, ſic ſtate in Domino, cariſſimi.

diſcit S. Apollinari parem eſſe.

24 Tentatus eſt quoque aliquando deſperabili corporis ægritudine, per quam Dominus omnipotens glorificanter declaratus eſt in ſuæ virtutis Majeſtate. Quodam ſiquidem tempore nimio languore prægravatus, ipſo jam frigeſcente corpore ad extrema eſt deductus, nec quiſquam ei ſpem redituræ ſoſpitatis ſpondere præſumebat, nemo niſi de ſolo B ejus funebri obſequio ſatagebat. Tunc eum ſubiit cælitus inſpirata cogitatio, ut ſanctiſſimorum Pontificum Manſueti atque Apri ſe clementi commendaret præſidio, atque eorum venerandas Reliquias juſſit deferri in S. Joannis Baptiſtæ oratorium, quatenus ipſorum præſtante ſuffragio aut deſperati languoris remedium caperet corpus, aut [anima] in ſupremo exitu ante ſeverum Judicem propitiabile ſolatium. Sacratis ergo pignoribus infra urbem delatis, condigno cum honore à fidelibus noctu celebrantur vigiliæ, nec deſunt Pontifici in conclavi contiguo decubanti funereæ excubiæ. Intempeſta autem nocte, ſtrepitu vulgi frequentis ſubſidente, ecce illi qui languerat cœpit præter ſpem ſalutifer ſopor obrepere, moxque à ſanctis Pontificibus viſitatur per ſomni quietem exoptabili viſione. Videbatur namque ſibi languenti ante lectulum adſtitiſſe eoſdem viros magnificos, Præſulari decenter habitu infulatos; qui quaſi requirebant ab ipſo miſericordi compaſſione quomodo ſe haberet, & cujuſmodi languore tam graviter ægrotaret. Cumque modus ac genus ægritudinis à languido panderetur, viſum eſt ſibi quaſi juberent ei ut ſe ſequeretur, & reflexum C iter verterent verſus oratorium, quo ſacra eorum pignora ſervabantur. At ille, qui dies non paucos languerat, ſoſpes ſurrexit concitus, ac glorioſæ viſionis ſtupore attonitus. Credebat beatos Præſules corporea ſibi adſtitiſſe præſentia, iterque arripuit quaſi eorum ſecuturus veſtigia. Ad valvas autem perveniens eccleſiæ, propria potitus mente, Sanctorum recognovit virtutem, quam in ſe dignati ſunt oſtendere; moxque Antiphonam, Exiliit claudus & ambulavit, præcinuit in jubilationis laude. Hinc ante venerabiles ſternitur Reliquias, pro beneficio grates Sanctis rependit magnificas, Deumque in ſuis famulis prædicabilem intacibili ore glorificat.

Ad mortem æger,

invocatos Sanctos in ſomno videt,

ſibi opitulantes,

ſeque ſanũ invenit:

ergæ Scotos & Græcos liberalis,

25 Cœtum quoque Græcorum ac Scotorum agglomerans non modicum, propriis alebat ſtipendiis commixtum diverſæ linguæ populum: quibus etiam quotidie congregari ſtatuerat, diviſis altariis in oratorio, ubi Deo ſupplices laudes perſolverent more patrio. Quemdam igitur talium, boni teſtimonii virum, contigit ab hac ſeculi ærumna eripi: cujus exitus, nocte terras inumbrante, eſt relatus beato Pontifici. Qui mox à nocturno ſurgens ſtratu, quo jam ſeſe locaverat devotus, feſtine pergit ad funebres exequias longe in media platea civitatis, ubi ſervabatur corpus jam obeuntis Fratris. Tunc nubilus aër in pluvias immenſas ſeſe denſaverat, & tempeſtuoſa vis ventorum cælo inundante nimio cum flatu perurgebat. Servus autem Omnipotentis, exequiali peracto officio, defunctum ad eccleſiam proſequitur, prævio cereorum obſequio. Sed quamquam, ut diximus, pluvioſa tempeſtas influeret, licet magna Auſtri vehementia ipſas etiam arborum radices everteret, tamen ante beatum Præſulem lumen præcedens extingui non valuit, nec ſuæ ſplendorem claritatis ulla aëris turbela imminuit. Nimirum, quia verum lumen, Chriſtum ſcilicet, in ſe gerebat; & ipſe radians plebis lux, tenebras eorum ignorantiæ, doctrina & exemplis illuſtrabat: ideo caliginoſa noctis umbra illi obſequendo merito obtenebrari nequibat.

Auctore Vendrico Ab. coævo ex ms.

dum unius eorum exequiis intereſt,

miraculo honoratur.

ANNOTATA.

a *Chronicon Senonienſe cap.* 13 Moſellam *nominat & ait* navigaſſe eum Metas. *Quid ſi per* Mojum *intelligatur* Murtus *fluvius, qui Nanceum rigat ac dein Moſellæ miſcetur.*

b S. Benedictus *ferrum falcaſtri in lacum delapſum, manubrio etiam projecto recepit, ut S. Gregorius explicat in hujus Vita* 21 *Martii num.* 6.

c *S. Gerardus cum Epiſcopus ordinatus Tullum tenderet, in S. Manſueti oratorium ingreſſus illic requiem elegit, ei potiori devotione ſemper affectus. Ita Adſo in hujus Vita.*

d *Otto* I *Imperator id explicat in diplomate hujus cœnobii, dato anno* 965 *apud Sanmartanos his verbis*: Gerardus venerabilis, eccleſiæ Tullenſis Præſul, noſtræ Imperialis clementiæ præſentiam adiens, humiliter ſuggeſſit, quemdam locum, in ſuburbio ejuſdem ſuæ civitatis, ab antiquo quidem fuiſſe fundatum; ſed præſentium incurſu temporum rebus deſtitutum, religione depravatum, ædificiis corruentibus male eſſe collapſum. Qui videlicet locus ... corporali ſancti Confeſſoris Chriſti Manſueti inſignitus ... à bonæ memoriæ Gauzelino prædeceſſore ſuo reparari fuerat cœptus, ſed opere imperfecto relicto. Hunc igitur prædictus Antiſtes divino inſtinctu plenus, reparare cupiens, & ſacræ religioni competentibus officinis inſtruere, rebuſque ampliare; Abbatem nomine Adamum, regularibus diſciplinis eruditum, præfecit &c.

S. Manſueti monaſterium reparatum.

e *Videtur intelligi* S. Apollinaris, *qui cum S. Timotheo Remis eſt martyrio coronatus, & colitur* 23 *Auguſti.*

f *Chronicon Senonienſe cap.* 12. Gozelinus vir ſagax & prudens, monaſterium ſanctimonialium, quod Poſſeriis dicitur, à fundamentis primitus ædificavit. F

CAPUT IV.

Gravis perſecutio tolerata: pius obitus duobus Sanctis revelatus.

26 QUia autem granum erat Dominicum, ſupernis recondendum horreis; neceſſe erat eum, in hac convalle lacrymarum, area triturari paternæ afflictionis: ut inde panis mundus, ſuper nivem dealbatus, componeretur, ac divinæ conſpectui Majeſtatis, velut holocauſtum acceptabile offerretur: quem enim diligit Dominus corripit, & caſtigat omnem filium quem recipit. Lividus itaque humani generis inimicus, vitam illius cernens miris efſulgere virtutibus, ſicut cera à facie ignis liqueſcens, tabeſcebat: quia eum præcelſo humilitatis gradu cæli ardua penetrare conſpiciebat; unde ſe per ſuperbiæ noxam dejectum noverat. Hinc ejus famoſam gloriam teterrimis ſuæ invidiæ tenebris cupiens offuſcare, quoſdam ex potentioribus laicis Leuchi territorii, Odelricum dico & Richardũ, cœpit contra

Plebis ſuæ oppreſſores,

AUCTORE VINDRICO AB. COÆVO EX MS.

eum nequitiæ ſtimulis agitare, qui potius debuiſſent ei fideli animo obedire. Nam in plebe, ſancto Pontifici à Deo credita, perpetrare multa cœperunt gravia ac peſſima, & quæ pij Paſtoris miræ patientiæ forent importabilia; rapinas ſcilicet injuſtitiaſque in pauperes exercendo, & quæque cupido avaritiæ oculo de rebus eccleſiaſticis contra jus & fas uſurpando. Hoc mitiſſimus Chriſti Præſul multimode paterna redarguens in vectione, non ſolum eos ad viam æquitatis nequivit ullo modo reflectere, imo potius ſancta ejus deteriorati commonitione, columbinam cœperunt in eo ſimplicitatem deriſorie ſubſannare.

excommunicat:

& ab obſtinatis,

27 Tunc vir Domini, non proprias ultum iri cupiens injurias, ſed plebis ſibi commiſſæ ſumma mentis pietate miſeratus moleſtias, quos diutiſſime patienti ſuſtinuerat animo, tandem more legali terribilis anathematis coarctat vinculo. Sed illi nequiſſimi, quia divini præſentiam reſpectus poſthabebant, tremendiq; horrorem judicii iam animo flocci fecerant; Chriſtiani abnegationem conſortii, ut nihilum parvipendunt, dementiſque more phrenetici in Dei Præſulem inſaniunt; & ſalutare antidotum, eis datum ad animæ medicinam, recalcitrando vertunt in furoris inſaniam. Hinc contra eum inſurgentes, minas terroris abſenti congeminant, ipſumque etiam mortis exitium, ſi opportunitas contuliſſet, atrociter intentant. Intimatur Chriſti ſervo à familiaribus, quo

B

ſe cautum redderet, ne perverſiſſimis patrandi locum facinoris ullo modo concederet. Sed, ut ait exem-

Prov. 28, 1

plum Salomonici Proverbii, Iuſtus quaſi leo confidens abſque terrore erit; fortiſſimus Dei bellator, garrulas eorum minas quaſi canum latratus importunos deſpiciens, ſuæ parochiæ ſtatuit fines deambulare contiguos. Itaque apud Marronis-cortem, S. Apri villam, tempore quodam devenit, ibique juxta eccleſiam pernoctare diſpoſuit. At unus ex iam ſatis miſerrimis, Odelricus videlicet, hoc cognito, ratus ſe tempus reperiſſe opportunum, aſſumptis complicibus Præſulem inſequitur beatiſſimum: & ſicut athletam Chriſti *a* Lambertum Trajectorum Pontificem Dido peremit infeliciſſimus; ita hunc Sanctum Domini nequam Odelricus neci tradere aggreditur.

armata manu invaſus,

a

domo ac templo incenſis capitur,

28 Tunc domum, in qua ipſum noctu morari cognoverat, cum manu obſidet prævalida; & quaſi lupus ovili inhians, quærit aditum quo introeat. Sed multitudo ſancti Præſulis fidelium, armorum vaſis intus adſtans præparata, aliquantulum ejus iniquo niſui viriliter obſtat. Vir autem patientiſſimus Omnipotentis niſus auxilio, ad necis ſe parat periculum, abſque ullo timoris indicio; eccleſiæ pavimento pronus incubans, lacrymarumq; fontibus humum ubertim irrigans, atque corde & ore cælum his vocibus

C

pulſans, Dominus illuminatio mea & ſalus mea, quem timebo? & rurſum, Si conſiſtant adverſum me caſtra non timebit cor meum. At Odelricus atrociſſimus, cernens non patere aditum, vi prohibente obſtantium, tecto & parieti ignem apponit flammivomum, domum cum baſilica contigua crudeliter adurit, plurimos ſancti Pontificis familiares nequiter interimit. Chriſti verò dilectiſſimus, jam Martyr deſiderio ac amore effectus, ante altare humi ſtratus re-

eoſque abſolvere cogitur:

peritur, capitur, rapitur, trahitur, injuriatur, & niſi anathematizatos abſolvat, mors ei vicina gladio cervici impendente minitatur. Verum ille, non veritus ab hujus ſeculi ærumnis exui cujuſcumque generis morte, quippe qui jam cupiebat diſſolvi & cum Chriſto eſſe; ſed eorum compatiens inſaniæ, velut Pater dulciſſimus, ne ſuo temporali interitu ipſi æternæ mortis cruciatu damnarentur, illorum ſatisfecit voluntati importunæ, eo tenore ut quidquid deliquerant digna corrigerent pœnitudine.

29 At quia incorrigibiles in priſtina perdurarunt nequitia, ideo ipſis merito condupiicata eſt irrevocabilis ſceleris ultrix vindicta. Nam non modo à beato Præſule denuo excommunicantur, imo à cunctis Gallicanis Pontificibus, ab ipſo quoque Domno Apoſtolico de ſorte Eccleſiæ eliminantur. Ut autem omnipotens cunctorum Inſpector, ſe panderet ſui famuli injurias non pacato reſpexiſſe oculo, ſæviſſimos diræ crudelitatis miniſtros cum ſequenti progenie juſto damnavit judicio. Nam poſt egregij Pontificis exitum, ita cœperunt omnes cum propria ſtirpe annullari, ut nemo queat gloriari, ſe in priſtinum decus ſeculi atque honorem rediiſſe. Vere ſupernus Judex in omnibus vijs ſuis juſtus prædicatur, qui peccata patrum in filijs ſceleratis, uſque in tertiam & quartam generationem, reddere cognoſcitur.

D

quibus id minime impune cedit.

30 Ceterum quia admirabilia ejus geſta nequit humana mens in numerum colligere, nedum valeat omnia linguæ plectro perſonare; ſanctiſſimum ejus tranſitum ſuccincto compendio ſatagemus perſtringere. Itaque jam ſenectutis gravedine ſarcinatus, præ-

Optime ad mortem comparatus,

noſcens diem ſui imminere tranſitus, ſolertius ſe divino ſervimini præparat, quo facilius ſupernæ janua pietatis ſibi introituro pateat. Quia autem mortem furi comparari improviſo, divini didicerat Verbi atteſtatione; velut ſolicitus ſupremam horam ſatagebat ſummo cum tremore expectare, ne eum repentinus interitus inſperato ſurriperet, ac imparatum ſummo Judici præſentaret. Quæ pia ſolicitudo jam eum de Chriſti benignitate certum reddiderat, quia continua mortis meditatio cautum & paratum ſancta manſuetudine effecerat. Peractis igitur glorioſo in Pontificatu *b* triginta & uno annis, hebdomadibus tribus,

E

b Epiſcopatus anno 31,

diebus quoque tribus adjectis, plenus dierum, hoc ordine hominem exuit.

31 Die nono Kalendas Maias, quidam boni teſtimonij, ex Scotis quos alebat, primo ſurgit diluculo, urbis plateas circuit ejulando, clamans ac proteſtans, Patrem ac Dominum ſuum, ſanctum videlicet Epiſcopum, eximendum à ſeculo, idque certo viſionis ſigno præmonſtratum ſibi à Domino. Corda percellit omnium hoc flebile indicium, ſed triſtis rei exitus dat Scoto teſtimonium. Mane ſiquidem ipſius diei, ſole terras illuſtrante, vir Dei ſolitos Matutinorum curſus expleverat, atque ante B. Gelaſij Martyris altare quemdam Pſalmum aſſueto more decantabat; cum ſubito ſenſit ſuper cervicem velut dirum ictum ferientis lanceæ, moxque hoc dolore omnium elanguit virium valetudine. Hinc brachijs bajulantis eſt delatus ad lectulum, & convocans devotum ſuæ plebis Clerum ac populum, indicat eis ſuum præſentialiter imminere exitum. Quos etjam ſua ſancta commonitione confirmans in divinæ legis obſervatione, & reconciliatus ſacri Olei perunctione, nec non cunctos præſentes atque abſentes abſolvens, divini ſumpſit Sacramenti Viaticum, ſummaque cordis ac vultus lætitia, felicem efflavit ad aſtra ſpiritum.

juxta revelationem cuidam Scoto

ipſiquemet factam, pie obit:

F

32 Quis ſiccis poteſt luminibus planctus referre ac lacrymas affluentium promiſcui ſexus & ætatis turbarum, inopum maxime & peregrinorum, quibus velut filijs dilectiſſimis ſemper caritatis pandebat ſinum. Communi omnes lamentabantur voce, orphanorum tutamen, mœſtorum conſolamen, pauperum levamen, ſe tam inſperato amiſiſſe. Quid multis? Cujuſmodi fuerit ejus vita in ſeculo, evidentibus propalavit indicijs divina dignatio. Metis enim fuerat quidam devotæ mentis Clericus, Fulcuinus nomine, qui ſecundum divinæ præceptionis hortatum, perfectioris vitæ requirens ſtatum, poſthabito ſeculari habitu, jugum Chriſti expetjit ſuave, apud Sanctum moratus *c* Arnulphum in monachili Ordine. Hic in extremis agens, hora qua noſter felix Paſtor obijt, diuque in agone ſudans, in extaſi raptus, ſine vitali

Fulcuinus monachus moribundus,

c

flatu

A flatu aliquantiſper jacuit, ita ut à præſentibus crederetur jam tranſiſſe viam hujus ſeculi. Mœſta Fratrum cohors ibi frequens aderat, quæ ejus exitum, Pſalmodiæ & precum votis inſiſtendo, apud piam Omnipotentis gratiam adjuvabat. Cum ſubito ille, qui præ manibus velut mortuus tenebatur, flatu reſumpto redijt, cunctiſque perterritis & rei novitatem mirantibus infert: Meum noveritis exitum, adhuc divina miſeratione differendum: ſed de perſona magni cujuſdam viri eſt ingens in cælis gaudium, qui cum ſpe divinæ clementiæ ad ſupremi throni deducitur judicium. Nam vidi ſanctorum agmina Angelorum lætantia exeunti animæ occurrere; & cum verbis piæ conſolationis eam vultui æterni Judicis præſentare. Omnibus adſtantibus creſcit verborum iſtorum admiratio, & quæ ſit tanti perſona meriti ſubit ſtupida hæſitatio, famaque hujus dicti vulgatur in publico. Cunctis autem attonitis veridicus advenit relator, nuntians quod beatum Pontificem ab hujus mundi ærumnis pius evocaverit Redemptor. Inquiſita vero ejus tranſitus hora, inventa eſt eadem quam prælibatus dixit monachus: cognitumque extitit ipſum fuiſſe quem viderat Angelicis manibus Chriſto præſentari.

videt ejus animam deduci ab Angelis:

d S. Majolus Cluniacenſis,

d 33 Eadem quoque tempeſtate B. Majolus, *d* plurimorum Chriſti ſervorum Pater eximius, Cluniaco aderat; & in hora, qua noſter venerandus Paſtor ſeculo eximebatur, à Fratribus divino impleto Officio, tempus refectionis advenerat; ipſeque Majolus præfatus Pater, ad eſum convocando Fratres, monaſtico more cymbalum inſonabat. Tunc itaque (ſicut erat continuus uſus, etiam in agendo aliquo terreno opere, ſupernæ contemplationi intendere, & interioribus mentis oculis Chriſtum orando in Sede Majeſtatis conſpicere) repente in claram lætitiam ejus mutatur facies, & præ abundanti gaudio lacrymis diſtillat affluenter, ac Fratribus convocatis talia profert: Frater noſter Domnus Gerardus, Leuchorum Epiſcopus, ſeculi hujus angoribus abſtractus, divino præſentatur judicio, & idcirco curemus illi impendere ſolatium animo caritativo: nobis enim erat junctus familiaritatis ſocietate, atque notus omni bonorum morum qualitate. Sed quamvis ejus vita fuerit in orbe laudabilis, & ipſe dignus meritorum ſplendore à Chriſto miſericordiam conſequi: quia tamen nemo in præſentis ſeculi ſquallore eſt mundus à ſorde, ſtudeamus ei pro poſſe ſuppeditare precum ſuffragationes. Devote itaque Fratres ejus agonis ſuppliciter commendationem fecerunt, notanteſque illius exitus horam & diem, certis referentibus nuntiis repererunt, veram extitiſſe ſui Patris revelationem.

B

eadem hora jubet pro illo orari.

C

Tumulatur in choro eccleſiæ Cathedr.

34 Debitis ergo officiis à lamentante populo proſecutis, finitimis in ejus obſequio congregatis Pontificibus & regni Optimatibus, in medio choro eccleſiæ ſuæ Sedis, quam ipſe à fundamentis extruxerat, eſt honorifice tumulatus: ubi mirificis virtutum prodigiis multipliciter effloruit.

ANNOTATA.

a *Colitur* S. Lambertus 17 *Septemb. quem fuiſſe Trajectenſem Epiſcopum, uti hic dicitur, alibi late defendimus.*

b *Ita etiam* triginta *legit Sauſſaius: pro quo erat vitio amanuenſium,* quadraginta, *ſcriptum.*

c *Eſt etiamnum celeberrimum in urbe Metenſi monaſterium S. Arnulphi, de quo ad hujus Vitam* 18 *Julij, erit agendum.*

d *Sequenti menſe Maio, die* XI *vita functus.*

APPENDIX.

Ex Chronico Senonienſi cap. XIII.

Spicilegij Acheriani tomo 3.

AUCTORE VINDRICO AB COÆVO EX MS.

35 DEfuncto Gozelino Epiſcopo B. Gerardus in Epiſcopatu ſucceſſit. Qui cum ad Epiſcopatum electus fuiſſet, & ad civitatem Tullenſem ad inſtituendum duceretur; cum ad eccleſiam S. Manſueti, quam prius idem Manſuetus, in adventu ſuo ad civitatem Tullenſem, pro oratorio ibi extruxerat, perveniſſet; quia ejuſdem urbis primus Epiſcopus extiterat Manſuetus; oratorium ipſum cauſa orationis fertur introiſſe, & tamdiu ibi oraſſe, uſquequo eccleſiam ipſam conſenſu totius Cleri voviſſet in melius ædificaturum: quod & fecit, ſicut hodie videtur permanere. Eccleſiam quoque majorem Epiſcopii, ſcilicet Stephani Protomartyris à fundamentis reſtruens, picturis & alijs ornamentis decoravit. Quam dedicare volens, Reliquias Protomartyris non reperiſſe fertur: quare ad Metenſes navigio dicitur deveniſſe. Cum igitur per Moſellam navigaret, & ſuper oram navis forte incumberet, contigit cruciculam quam ad collum appenſam geſtabat, neſcio quo caſu, à collo lapſam in fluvio decidiſſe: pro qua re vir Dei valde contriſtatus eſt: curſu ſiquidem concito Metim pervenerunt. Petijt vir Domini Gerardus, ut Epiſcopus loci & alii ſuis intereſſent encæniis, & ei aliquas B. Stephani Reliquias darent, ſi haberent. Qui nullas ſe habere reſponderunt, excepto ſolo ſaxo, de quo idem Dei Martyr fuerat lapidatus. Beatus vero Gerardus hæc audiens, corde gaviſus eſt: & ut ei lapis oſtenderetur, ſupplicavit. Quem afferentes eidem Epiſcopo dederunt in manibus: qui ſaxum una manu honeſte tenens, digitum dexteræ per ſaxi cuſpidem ſatis curioſe trahens dixit: O ſi mihi tantula pars de voluntate Dei conferretur! ſatis me recepiſſe gauderem. Quo dicto ſtatim illa particula, per quam digitum traxerat, ita ab illo lapide avulſa eſt, ac ſi cultro eſſet abſciſſa. Quod cum viderent Metenſes, cognoverunt Sanctum hoc miraculo obtinuiſſe, quod prece concedere recuſabant. Particula quidem ſaxi accepta cum ingenti gaudio, valedicens illis navimque aſcendens, venit ad locum, ubi ante cruciculam diximus lapſam fuiſſe. Quem locum Beatus ille proſpiciens, ſuſpirando dixit, Domine, Domine, cruciculam meam, peccatis meis exigentibus, hic credo cecidiſſe. Quo dicto, crucicula illa deſuper aquas natando apparuit. Quod cum Sanctus videret, porrecta manu apprehendit eam: ſicque cum duplici gaudio, ſaxi videlicet & crucis, ad civitatem ſuam devenit, & eccleſiam quam reſtruxerat dedicavit. Idem vero Beatus, de die in diem meritum ſuum augmentare non ceſſans, eccleſiam in honorem B. Gengulphi Martyris de novo ædificans, Canonicos ibi inſtituit, & rebus neceſſariis ampliavit. Deinde S. Apri corpus, ſui prædeceſſoris, Tullenſis Epiſcopi, de tumulo levavit. Multa quidem & alia ſigna fecit Deus per merita Sancti ſui Confeſſoris Gerardi Epiſcopi.

Renovat eccleſias S. Modeſti

E

& S. Stephani;

huic miraculoſe impetrat de ſaxo, quo lapidatus Sanctus,

F

S. Gengulfi eccleſiam inſtaurat.

36 *Epiſcopus Metenſis hic indicatus videtur fuiſſe Theodoricus* I, *de quo ad annum* DCCCCLXVI, *quartum poſt S. Gerardi electionem, ita ſcribit Albericus in Chronico:* Adalberone Metenſium Epiſcopo mortuo, Theodoricus conſobrinus Ottonis Imperatoris Epiſcopus ſubrogatur. Hic fertur dixiſſe ſe in Epiſcopatu tanta bona eſſe facturum, ut ipſa ſui nominis littera deberet auro annotari: cujus bonæ intentionis initium oſtenditur in cœnobio ſancti Martyris & Levitæ Vincentij, fundato in ipſius urbis inſula. *Obiit autem decennio ante S. Gerardum, eique ſucceſſit Adalbero* II, *vir ſanctus etiam ipſe & trium Abbatiarum, ſcilicet S. Symphoriani, S. Petri & S. Mariæ, reſtaurator magnificus.*

Epiſcopus Metenſis Sancto coævus.

DE SANCTO GEORGIO D

D. P.

EPISCOPO SVELLI IN SARDINIA.

MCXVII

Arolus à S. Paulo Geographiæ ſacræ auctor, ad calcem hujus ſui utiliſſimi operis Parergon *attexuit antiquarum eccleſiaſticarum Notitiarum, quarum poſtremæ duæ ex Latinis Mſs. altero Regio, altero Thuano, ſubjiciunt Archiepiſcopo Calaritano in Sardiniæ Suffraganeos tres,* Sulcitanum, Suellenſem, Dolienſem: *ſed ita ut* Suellenſis *ſecundum locum tenens in Ms. Regio, in Thuano rejiciatur ad ultimum. Nunc proprio carens Epiſcopo Sedes illa, juncta eſt Archiepiſcopatui ipſi, à cujus metropoli abeſt* XXX *paſſuum millibus, ab Arborea vero ſive Oriſtagno, plagæ Orientalis oppido,* P. M. XL. *Quinam iſtic Epiſcopi & à quo tempore ſedere cœperint; quove deſierint, deficientibus ſcripturarum monumentis hactenus ignoramus. Vnicum hunc S. Georgium miraculis clariſſimum inſulæ iſtius ſcriptores celebrant: ex quibus Ioannes Arca in libello de ſanctis Sardiniæ, quem Calari impreſſum anno* MDXCVII *Vaticana bibliotheca nobis exhibuit, Vitam dabit qualem* Auctore Paulo ex antiquo Codice Ms *accepit, ut habet Prologus ab eodem præfixus, Hunc nos Prologum retinemus: ſed quas idem ſcriptor de ſuo addidit notationes, eas contextui ipſius Hiſtoriæ exemptas, ad calcem ſeorſim dabimus inter annotationes.*

Epiſcopatus Calaritano unitur.

Vita conſcripta à Paulo:

B

2 *Eamdem Vitam in Chronica ſanctorum Sardiniæ in linguam Hiſpanicam vertit Dimas Serpi, ex Ordine Obſervantium, paraphraſten potius quam interpretem agens: quam hoc fere modo concludit.* Quia S. Georgius, dum viveret, præcipue claruerat poteſtate ſibi data adverſus malignos ſpiritus, à quibus tunc mire infeſtabatur Sardinia; plures poſt ejus mortem ædificatæ illius nomini eccleſiæ ſunt, in quarum una, quæ in diſtricta Anglonenſi eſt, in oppido Perfigas dicto, eadem exercetur poteſtas, quotieſcumque illuc poſſeſſi adducuntur, quod frequentiſſime accidit. Relatum autem mihi eſt à perſonis fide dignis, quod præſentes fuerint, quando eo adductus eſt quidam adeo furioſus, ut niſi vinctis manibus pedibuſque inferri in eccleſiam non potuerint; pro quo cum omnes S. Georgii auxilium invocarent, noctemque in oratione traducerent, exiliit dæmonium, & locum omnem ſic concuſſit, ut tectum ruere putaretur. Alia eccleſia eidem exſtructa eſt in oppido Oſſier, & alia in oppido Anela de Gociano ſupra altiſſimum quemdam montem in planitie, unde & nomen habet: ubi etiam obſeſſi mundantur. In oppido olim Dure dicto ædificata quoque S. Georgii eccleſia fuit: cumque innovatis ædificiis omnibus novum inditum nomen eſſet Bittimannu, manſit parochiali ædi vetus S. Georgii appellatio, propterea quod meminiſſent incolæ ejus patrocinium ſibi ac majoribus ſuis utiliſſimum fuiſſe.

varia huic Sancto conſecrata eccleſiæ,

in quibus fugantur dæmones.

C

3 *Hactenus ille: quæ ſatis declarant fuiſſe Georgium vere ut Sanctum totæ inſulæ cultum: licet ejus nomen in nullis aliarum regionum eccleſiaſticis tabulis inveniatur, præterquam apud Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiæ, ubi legere eſt aliquod Vitæ compendium: brevior autem memoriæ ejuſdem Sancti occurrit in Catalogo Generali Sanctorum qui in Martyrologio Romano ſunt,* Suellis in Sardinia S. Georgii Epiſcopi: *& in Annotationibus, ante Arcam & Dimam, de quibus nunc egimus, allegantur tabulæ Eccleſiaſticæ Suellenſes atque Calaritanæ, & liber Franciſci Fara de rebus Sardois, necdum nobis viſus. Aliud ejuſdem Legendæ compendium vide apud Dionyſium Bonfant in Triumpho Sanctorum Sardiniæ libro* 13 *cap.* 41, *quod finitur aſſerendo Sardorum conſuetudinem eſſe ſterilitatis tempore ad S. Georgium recurrere, & abundantiam fructuum notabilem impetrare: feſtum autem ſive natalem illius celebrari* 29 *Aprilis: in quo an typographico errore factum ſit ut pro* 23 *poſitum ſit* 29, *Sardis dijudicandum relinquimus; & interim diei, antiquiori teſtimonio fulta, inhæremus. Nonnulla etiam illuſtrationis cauſa ſumpſimus ex prædicto Dima Serpi, non dubitantes quin ipſi utpote Sardo optime cognita fuerint ea quæ nominat loca, etſi alias de eorum ſitu dicere nihil poſſimus: quoniam eorum notitiam vix ullam ſuggerit chorographica Sardiniæ tabula, quæ in manibus eſt: quam omnino imperfectiſſimam eſſe vel inde apparet, quod ipſius Suellenſis civitatis, olim Epiſcopalis, nec veſtigium quidem in ea reperiatur: ut mirum non ſit ignobilia oppida plura, aut vicos jam pene deſolatos, præteriri.*

Vitæ compendia apud alios.

4 Seraphinus Squirrus *in Sanctuario Calaritano lib.* 4 *cap.* 2. *profert fragmenta inſtrumentorum quorumdam lingua Sardoa ſcriptorum, quibus* Benedicta de Lacono, *anno* MCCXV *&* MCCXXV, *ſuo & filii ſui Domicelli Guillermi nomine, donaſſet aut antea donatas confirmaſſet poſſeſſiones eccleſiæ Suellenſis: quæ quidem Benedicta fuiſſet uxor cujuſdam* Torquedori (*ſic enim nominat*) *à morbo peſtilenti per S. Georgii invocationem liberati. Hunc autem facit* Torquidori *ſive* Torquitorii Iudicis Calaritani, *ergà viventem Sanctum munifici, filium, aut ſaltem hæredem, & in Iudiciaria poteſtate ſucceſſorem, qui anno* MCCXVII *die* XIII *Martii uxoris ſuæ donationem confirmaverit. Laborat deinde ut oſtendat, utrumque* Torquedorum, *diſtinguendum ab alio ejuſdem nominis longe antiquiori, qui fuerit filius Comidæ Iudicis Logodurenſis, & anno* CCCCXVII *adæficandam curaverit eccleſiam Turritanam* S. Gavini: *quamvis alii eam dicant annis octingentis poſt obitum ſancti Martyris primum eſſe extructam, ſeculo ſcilicet* XII.

donationes eccleſiæ Suellenſi factarum Inſtrumenta,

E

5 *Nobis cura non eſt ut tam male conſutæ retexamus: & jam aliquam antiquorum inſtrumentorum dignoſcendorum peritiam nactis, difficulter perſuadebitur genuina eſſe quæ iſtic indicantur documenta, licet ex archivio Calaritano deprompta dicantur. Videntur enim Sardi hoc præſenti ſeculo eodem cum Hiſpanis quibuſdam æſtro agitati, fingendis antiquitatibus impenſius ſe dediſſe; & ipſa illa, quæ proferuntur, ut antiquorum inſtrumentorum fragmenta, nec pauca nec exigua habent ſuæ ſuppoſitionis indicia: de quibus tamen, donec integre prolata fuerint tacere malumus, quam impoſturam necdum plene ſe efferentem redarguere.* Rogatus *à nobis aliquando Ferdinandus Vghellus, an poſt nonum Italiæ ſacræ volumen editum, edidiſſet decimum de Siculorum Sardorumque eccleſiis, anno* MDCLXVII, XXI *Maii in hæc verba reſpondit,* Volumen hoc variis difficultatibus impetitum non edidi, nec in totum abſolvi: quid vero ſim facturus anceps hæreo: nam Inſulani illi adeo inter ſe de Primatu dimicant, adeoque in ſua ſententia ſunt obſtinati, maxime intuendis certis nuperrimis inſcriptionibus, ab ipſis gratis adinventis, quibus ſanctorum Epiſcoporum diptycha confunduntur & multiplicantur nomina; ut tutius judicarim meos labores manuſcriptos apud noſtrates relinquere.

non ſatis certæ fidei.

F

ENCOMIVM.

Ex Ioanne Arca de Sanctis Sardiniæ,

tamquam Præfatio ante Vitam poſitum.

1 DEſperatus filiis Zacharias nuntium accipit è cælo miſſum, filium ſuſcepturum Joannem, quo nullus adhuc venerat in numerum mortalium major.

Sterilibus parentibus promiſſus divinitus,

major. Non parum Lucifer angebatur cum Viventia conjuge, ob ſpem filiorum habendorum ſublatam; cum accipit nuntium, talem ſe filium habiturum, ſterilitate remota, qui ſummum perfectionis culmen virtutum gradibus aſcenderet brevi tempore. Magnus ille partus, qui magno nuntiatur præconio: magnus quidem Georgius ante natalem diem, qui ſanctus eſt in utero matris habitus: magnus poſt natum, qui tam illuſtris admirandis rebus effulſit: magnus tandem poſt ipſum vitæ diſceſſum, tantorum miraculorum magnitudine celebratus in cælis. *omni virtute excelluit,* Ætate puer Epiſcopus eſt creatus; ſed grandævus opere prædicatus. Tam enim eminebat nova dignitate præclara fortitudo, ut ipſam putares imaginem ſanctitatis expreſſam. Inceſſu gravis, venerandus aſpectu, metuendus ſeveritate, benignitate amandus, gravem præferens dignitatis majeſtatem, manſuetudine eam temperabat ſubmiſſa; minacem frontis auſteritatem cordis leniebat tranquillitas. Ita in hoc uno conjuncta gratiarum diverſitas, ut Paulum vultu, & Petrum ſpiritu, diceres. Illius gravitatis, pietatis hujus ſolicitus æmulator; adeo ut cum ejus vix ſuſtineres præſentiam, abſentiam ferre non poſſes longam.

B 2 Internorum autem bonorum ſicuti verus nullus ſpectator, ita nemo ſufficiens explanator. Quas *Imprimis humilitate:* ille virtutes ſicut extollere ſtuduit, ita laboravit abſcondere, ut de talibus virtutum lineamentis poſſit *Pſ. 44, 14* uſurpari jam illud; Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus. Studens in homine, tamquam in anguſta terra, omnes animi motus atque effectus extinguere, firmas introduxit ſupplantavitque virtutes: & quaſi cultris lapideis, fortiſſimis poteſtatis divinæ legibus, cunctas circumcidit voluptates, abſciſſaſque projecit, ut excitato pectore ſupremæ deſiderium hereditatis accenderet. Inter hæc ille, cum vellet augeri, recuſabat agnoſci, quæ virtutis eſt & humilitatis conditio, ut quanto quis ardentius abſcondi poſſe deſiderat, tanto claris innoteſcat præconiis. Nam paſſim per omnes populos illuſtris operum fama pervolitans, fragrantiſſimum ſanctitatis odorem longe lateque fundebat. Eminebat enim in admirationem omnium, velut civitas ad verticem expoſita: nec jam lucerna poterat ſub parvo latere modio, nec contineri exundans ſiderei luminis magnitudo. Itaque *& patriam ſuam illuſtravit.* Georgius ad nova merita novus ſemper aſſurgens contra dæmonum jacula perpetuum tenet ſcutum. Dumque miraculis admirandis effulget, radiante

C ſplendore, totam illuſtrat inſulam, & quod à ſe uno in gratiam profundit omnium, ab univerſis rurſus remittitur in ejus unius gloriam. Felix quæ talem genuit terra, quæ de alumno Patronum, de homine mortali Angelum, ad ſuum Auctorem Conditoremque remiſit. Brevem Vitæ curſum ſequens narrabit hiſtoria.

VITA

Auctore Paulo ....

a *Ex antiquo Codice Manuſcripto.* a

ſeculo Chriſti XI 3 QUo tempore tota Sardinia in quatuor partes erat diviſa in Calaritanam, Arborenſem, Gallurenſem, & Lugdoriam, ſingulæ ſingulis commendatæ judicibus; factum Dei munere, dum Torquitor Judex Calaritanæ Provinciæ teneret principatum, ut B. Georgius lucem hanc introiret. Erant parentes Lucifer & Viventia, ſervitutis mole depreſſi; ſed filii nobilitate, non libertate donati ſolum, ſed plurimum illuſtrati, honeſti vita & moribus, à divinis numquam abſtinebant officiis. Servie- *in familia matronæ cælibis,* bant Græcæ de Surapen, quæ viro filiiſque carens, ducebat cœlibem vitam, opibus affluens atque ſervorum ancillarumque copia; ſtudioſa virtutum, ſervorum adamabat virtutem. Ob id Lucifer cum Viventia non minorem virtuti dabat operam, quam Dominæ obſequio; ſed animi dolor perpetuus, progenie deſperata. Diu ſimul ſine filiis vixerant, quia Viventiæ ſterilitate prohibente, ſpes procreandi filios *ex conſervis ſterilibus,* cum ipſa ætate erepta penitus erat. Sed quia confiſi Domino, illud deprecantur aſſidue, quod ætas ſibi ſterilitaſque recuſaverat ſemper (multum enim valet aſſidua deprecatio juſti, quæ velut fidelis nuntius peragit apud Deum mandata, penetrans velox quo caro pervenire non poteſt) explet avidum deſiderium Dominus, tali conceſſo filio, qui luci ſeculo foret; & ut conſtaret quam ſibi carus eſſet futurus, per Angelum præmiſſum rem patefacit Græcæ; quod Zachariæ legimus de Joanne filio factum. Tibi narratur, inquit, famulam tuam Viventiam *naſciturus Georgius nuntiatur ab Angelo:* filium ſuſcepturam, qui nomine Georgius, miro ſanctitatis ſplendore rebuſque præclare geſtis apud Dominum exornabitur: in utero matris ſanctificabitur, & erit ſaluti patriæ. Cura ut matrem laboribus ſubleves oneroſis, & ut ſororem obſerva. His dictis receſſit, illuſtratum lumine cubiculum relinquens. Somno ſoluta Græca, admiratur cubiculum tam luminoſum factum: actiſque Deo gratiis, exequitur juſſum diligens. Liberatam Viventiam omni laboris cura, juxta ſuum cubiculum cum ſuo lectulo collocat, quo ſibi partus eſſet majori curæ. Incredibili lætitia afficit domeſticos Viventia concipiens; eoque majori, quo erat è cælo partus ille demiſſus, ætate jam deſperata. *b*

b

c 4 In lucem editus Sanctus ſtatim eſt *c* baptizatus, illud idem nomen ſortitus, quod Angelo nuntio *infans incipit jejunare:* fuerat prædicatum. Futurus aſperitatum omnium amantiſſimus, ſumit initium ab ipſis vagitus primordiis: quarta enim & ſexta feria abſtinebat à lacte, ac ſemel tantum & poſt ſolem matris reficiebatur uberibus. Quæ res tantam ingeſſit ſapientibus admirationem, ut infantem illum non humanum quidem, ſed divinum putarent. Tenera exacta ætate, litterarum ſtudiis Latinis & Græcis traditur: in quibus *initiatur Sacerdotio,* brevi tempore profecit tantum quantum ſat eſſet, quo fieret apud omnes illuſtris: libertateque donatus, *d* Sacerdotum aſcribitur ordini. Inde ſtudioſius *d* & alacrius [incubuit] in jejunia, orationes, ceteraſque res pias. Ita virtutibus excellens præſtantiſſimis, ætatis anno vigeſimo ſecundo Suellenſis conſe- F
e cratur *e* Epiſcopus. Nova dignitate ſuſcepta, nullis *conſecratur Epiſcopus.* mutatus moribus, ſed auctus divinis: illam ſibi ſalutis requiem judicavit, ut ea vigilanter exquireret primo dignitatis ingreſſu, quæ maxime ſpectarent ad veri Paſtoris munus, afflictos conſolando, pauperes ſublevando, jacentes excitando, diffidenteſque rebus humaniſſime confirmando, & id genus alia, quæ per talem Præſulem cunctis inſpectantibus acciderunt gratiſſima. Audiens complures ſuæ provinciæ egeſtatis mole laborare, non defuit quibus potuit opibus: numeratis enim pauperibus & conſcriptis in tabula, ut teneret memoria, ſuas omnes erogat copias, magis animo quam rebus ipſis ſubveniens. *f* Adamatum cum lacte jejunium & abſtinentiam uſque ad ultimum amplexatus eſt exitum, aſſiduas ſemper orationes conjungens; quæ omnia percenſere longe eſſet prolixum.

5 Sed ad miracula veniamus, quæ multa ſunt, *Miraculis* & pene incredibilia; quorum magnitudine miram *clareſcens,* Georgii ſanctitatem decorare. Dominus voluit, ut qui ſanctitate præſtabat, excelleret & miraculis, infirmos ſanando, dæmones effugando, mortuos excitando: quin ipſum Moyſen imitatus, in locis peraridis & æſtu ſolis peruſtis, fontes fecit ſcaturientes erumpere,

AUCTORE PAULO.

erumpere. Cum ſuam cum Clericis peragraret provinciam, ad ea tranſigenda quæ ſui muneris eſſent, in locum venit deſertum, ubi cum illis fatigatus eſt ſiti, quia nullum habebat rivulum neque fontem, quo ſe ſitis ſublevaret moleſtia, laborque gravior æſtivo æſtu premente *g*. Non parum ſolicitatur Georgius videns tam laſſam ſociorum ſalutem; ſed Dei piiſſima facilitate fretus, levatis in cælum manibus, poſcit Deum ſupplex remedium. Inde pro ſanctiſſima Trinitate ter cum baculo terra percuſſa, eas extrahit aquas, quibus ſatis refocillati ſocii, ſuú alacrius peragerent iter. Qui fons ut viri ſanctiſſimi prædicet laudes, in hodiernum uſque permanet diem. Nec caſus is ſolus remedium apud Sanctum invenit: ſed alia plura quidem, ut pateret, qua apud Deum valeret auctoritate & gratia.

fontem ſitientibus elicit.

g

6 Cum apud Gallim oppidum eccleſian peteret, obvium dæmoniacum habuit, qui ſe non continens, acerbiſſimis clamat vocibus: Deturbor à Georgio; deturbor à Georgio; ſuis incendor orationibus. At Sanctus commiſeratus hominem tali ſpiritu cruciatum, expellit ſubito juſſu dæmonem. Liberatum ſe videns, ad ſancti pedes projectus, quas poteſt gratias agit *h*. Tanta ſplendebat Georgii pietas, tantaque ſanctitas, ut ab illo cuncta diœceſis, veluti à patre, ſuis in neceſſitatibus poſtularet remedium. Rogatus Logorani quemdam viſitaret ægrotum, non gravatur requiſitus, qui cunctis libenter veniebat ſubſidio: illum reperit iam vita functum. Confectus dolore pater, clamoribus domum implet, ſupplicans Sancto, ſuæ non deſit miſeriæ. Tam amaris lacrymis Georgius commotus, flexis genibus Deum rogat, intentuſque orationi, commixtum mortuis juvenem revocavit ad vivos. Præſens cuncti miraculum admirati, quamnam Deo conferant gratiam non reperiunt: in primiſque pater, qui deſperatum filium ſibi videt receptum. *i* Inde trajectus in oppidum Vigullis alia non minora operatur miracula. Cæcus in hoc oppido Epiſcopum audiens advenire, obvium illi ſe facit, oculorum lumen recepturum non dubitans: Miſertus mei, dicebat, lumen oculorum retribue. Manibus impoſitis Sanctus, & oculis ſigno Crucis contactis, obtenebratum illuminat, ut in omnibus Deus laudaretur ſemper, qui tenebras creavit & lucem. *k* Sedat haud ſine miraculo inter primarios viros de dividundis agris diſcordiam. Res apud Præſidem agitata, agri ſine lite diviſi, & ipſi tandem pacifice compoſiti, magno cæleſti præfulgente miraculo. Erant agrorum fines ſignis terminandi quibuſdam: ergo immiſſi hujus rei cauſa fuſtes reddunt, quem debent, ſuo cultori fructum. Statim enim frondibus cum floribus emiſſis, in arbores ſunt converſi.

Energumenum liberat:

h

B

mortuum ſuſcitat:

i

cæcum illuminat!

k

controverſiam de limitibus miraculo dirimit:

C

7 Omnia ſibi Deus videbatur ſubmittere, dæmones, infirmitates, mortem ipſam, & quæ rationis ſunt vacua animalia bruta. Per locum pergens Briſenſem *m*, accidit ut nocte ruente juxta paludem, lectulo ſtrato, quieſceret: ſed cum palus illa innumerabilibus ſcateret *n* batrachis, garrula continuo coaxantibus voce, nullam quietis partem viro ſancto ſinebat. At cum per Diaconum imponeret præceptum illis non coaxandi amplius illa nocte, ita mox conticeſcunt, ac ſi nulla in palude exiſteret; ut diſcant homines, dicto Sanctorum obedientes eſſe, cum divina pervertunt & humana, & leges ſanctiſſimas fractas in ſuam voluntatem convertunt *o*. Non eſt minus mirandum quod montibus fecit aſperrimis. Erat via, quæ propter altitudinem interpoſiti montis atque aſperitatem magnam iter agentibus faciebat laborem; per illam pergens Georgius, labore viatorum aſcendentium motus, ſigno Crucis præcipit, ut inacceſſus mons ille facilem ſe viatori ſubmitteret: ſcinditur ſtatim, planuſque redditur. Nec iis contentus, ut aliqua fatigatis viatoribus eſſet refocillatio, fontem educit aquæ perennem, qui in hunc uſque diem copioſus emanat. *p* Hujus ſancti viri pietas atque miſericordia tanta non ad homines ſolum, ſed ad volantes ſe effundebat aves. Anhelabant paſſeres æſtuantes ſiti in loco nimis arido ſine ſpe ulla refrigerationis, quia locus ille eſt aquarum inaniſſimus; petram baculo percutit, & fons eſt egreſſus tam copioſus, qui nec pluviarum inundatione creſcit, nec ſolis ariditate decreſcit, quia plurimum Dominus diligebat hunc Sanctum.

vanas obmutescere facit;

m

n

o

montem invium ſcindit,

D

fontem elicit semel,

p

iterumq;

8 Illatas, ſi quæ eſſent, repellebat injurias. Id multis manifeſtum; quæ miſſa brevitatis cauſa facimus: ſed hoc unum ſaltem. Vir impotentiſſimus Petrus de Sinoſa, iracundia raptus amenti, invadit ſervum manu geſtans flagella; ſervus autem ut incenſum effugeret furorem, quo ſe verteret non habuit niſi ad S. Georgium. *q* At vir amentiſſimus, impatiens iræ, nulla viri ſancti habita ratione, rapit ab ejus ſinu ſervum cæditque flagellis. Factam injuriam Deus non paſſus, conſulit honori Sancti; qui miſſo ferociſſimo dæmone, audaciſſimum vexat, ut hic inde diſceret pluris Dei ſervos habere: reductus tamen ad Sanctum, impetrat relaxari tormento; atque liber effectus, ut gratum ſe beneficio redderet, ſervos nonnullos obtulit benemerito.

inclementem herum punit,

q

& liberat pœnitentem:

9 Graviſſimam, miſerrimamque calamitatem patiebatur Torquitorius Calaritanus Judex, quam putabatur in extremum vitæ diem contrahere: ad horam cœnæ vel prandii, menſa ciborum ferculis repleta, ſcarabæis immundiſſimis operiebatur, & crabronibus variis, cum iis immiſcebantur rubetæ, colubrique horrendi; quæ res fœdiſſima quidem, non oculis conſpicientibus ſolum, ſed auditu ipſo. Varia conquiſita remedia, nulla proſunt in re, quin magis ac magis creſcebat talis afflictionis plaga. Sed auctore clementiſſimo Deo, ad ſalubrem tandem medicinam venitur. Volante celebri ſanctitatis Georgii fama ob miracula crebra, injicitur ſpes magna Judici fore, ut apud illum certam ſalutis medicinam reperiat: illumque cum adiiſſet, retuliſſetque miſeriam, ſummis orat precibus Deum pro ſe roget. Si facilis ad omnia Georgius, ad hoc non durior, qui flecti miſeratione ſolebat. Invitatus ad prandium, cum ad menſam adſtaret *r* Judicis, ecce proſiliunt ex more immundæ ranæ cum colubris: nihil commotus Sanctus, benedictionem in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis præmittens, ſerpentes illos ſolis verbis occidit, occiſoſque ita dejecit, ut nec acceſſerint, nec apparuerint amplius. Gratus beneficiis Judex, Suellim oppidum, Epiſcopalem Sedem, libere ſibi ſucceſſoribuſq; concedit, additis quibuſdam ſervis atque ancillis, & omni domeſtica ſupellectili ad commodiorem uſum. Nec impar beneficio Conjux, Semiſpella vocata, Simierim largitur, pagum adjacentem Suelli, eo poſſidendum jure, quo tribuerat Judex *s*.

r

Suellenſis urbs dominio donatur:

F

s

10 Iis & aliis rebus divina potentia geſtis, ultimus vitæ terminus prænuntiatur. Quam rem Georgius convocatis Clericis manifeſtans, illos conſolatur afflictos, & ad dura pro Chriſto erigit perferenda. Confluunt multi, ſuam corporis & animi commendantes ſalutem. Iamque Dominicis Sacramentis ſumptis, vale mundo facto, ad æthereum decedit ſolium, ad vigeſimum tertium Aprilis diem *t*, & annum Chriſti Domini milleſimum centeſimum decimum ſeptimum. Fuit ſepultus in Templo Cathedrali Suellenſis Eccleſiæ; ibique ſervatus, innumerabilibus adhuc clareſcit miraculis: quibus apparet quam gratus extiterit vivus altiſſimo ſuo Domino, quæ percenſeri ut poſſent, integra poſtularent volumina.

de morte ſua prænonitus,

t

eam pie obit & miraculis honoratur.

11 Nos unum aut alterum excerpimus, quo Lector cupidiſſimus jucunditate firmetur: in primiſque illud,

A illud, quod fide dignum refertur de Sergio Mariani Judicis fratre. Tali laborabat is morbo, ut novem menſes in lecto aſſiduis clamoribus ageret. Aderant ſoliciti Medici, ſed inertes curando: morbuſque auctus, continuo torquente dolore. Id tandem conſilii captum, ut humana medicina languente, peteretur divina; ac per illum potiſſimum, qui tam admiranda vivus & mortuus aſſecutus à Domino, in piorum hominum conferebat ſalutem. Ergo ad ſepulcrum delatus beatiſſimi Sancti, clamabunda petit oratione, ſalvus apud Dominum per ejus merita fieret. Multum potuit breviſſima hæc oratio, quia procedebat ex affectu; ſed magis merita Sancti grata, quibus eſt ſtatim conſecutus ſalutem. Ita ſe ſanus tumulo erexit, ac ſi nulla fuiſſet infirmitate fractus. Deo dabat grates, dabat & ipſi Sancto, quem tantum habuerat apud Deum Patronum *u*.

Ad ſepulcrum curatur deſperatus 9 menſium morbus.

u *Paralyſis.*

12 Sacerdos in oppido Furtei, eccleſiæ S. Barbaræ miniſter, paralyſi ſolutus, tanto concutiebatur tremore, ut Calicem manibus ſuſtinere non poſſet. Humano non invento remedio, invenit tandem divinum in ſepulcro Georgii: ſanctum illum adiens locum, ſalutem lacrymis poſtulat; & aſſecutus, firmus membris receſſit *x*, quas debebat Deo gratias agens. Oculario etiam narratur noſtro tempore teſte, de phrenetica femina, quæ jacens ad ſepulcrum Georgii, inſaniâ liberata egreditur. Innumerabilia reperies alia de iſto beatiſſimo Sancto, deterritos dæmones, curatos ægros, oculiſque captos reſtitutos ad lumen, quæ Dominus in dies ſingulos per ejus merita dignatur operari. Nos iis contenti, finem hiſtoriæ dabimus. Ille nobis Patronus ſit ſemper apud Deum propitius, ut omni peſſimo liberati incurſu, perpetua poſſimus frui cælorum vita *y*.

x *& phrenetis.*

B

ANNOTATA.

a *Verba, quibus finiebatur Præfatio, ab ea ſejuncta, in titulum hic aſſumpta ſunt, nullo apice dempto vel addito, niſi quod interjecta ſit vox* VITA.

b *Addebatur digreſſio, quam omnino exiſtimamus eſſe Interpolantis, & quantum ſuſpicio ſuggerit ejuſdem qui Prologum compoſuit: quare hiſtoriæ contextui exemptam hanc ſimileſque lacinias huc retulimus. Ea talis eſt:* Numquam deſperandus eſt Deus, qui potens eſt ex ſilicibus, Abrahæ filios ſuſcitare. Noverat Tibullus confidentiæ veræ virtutem, cum deſperatos rebus, ſolabatur iis verbis:

Spes favet, & melius cras fore, ſemper ait.
Spes alit agricolas: ſpes ſulcis credit aratis
Semina, quæ magno fœnore reddat ager.

Fiducia virtus.

C

Clarius ſupremus ille Spiritus, erigens omnes ad fiduciam animos: Reſpicite, filii, nationes hominum: & ſcitote quia nullus ſperavit in Domino & confuſus eſt. Quis enim permanſit in mandatis ejus, & derelictus eſt? aut quis invocavit eum, & deſpexit illum? Ex quo dulcis Bernardus: Auctor omnium Deus tantis abundat pietatis viſceribus, ut ad ſummam fiduciæ gratiam noſtrum ſinum poſſimus extendere: quæ fiducia quanto fortior in Deum atque inſtantior, tanto ſecurius & abundantius impetrat, quod optamus. Non inanis hæc fiducia in Viventia cum Lucifero viro, quæ fervens apud Deum & inſtans oratione, copioſum aſſecuta eſt fructum, tali conceſſo filio, qui cæleſtia vivens penetraret arcana.

Eccli. 2, 11.

c *Addit Dimas*, in eccleſia S. Annæ, *à Domina ſua fuiſſe de ſacro fonte levatum. Eſt autem eccleſia S. Annæ parochialis in ſuburbio Calaritano* Eſtampaches *dicto, cujus inquilina putatur fuiſſe Matrona iam dicta.*

d *Idem Calaritano Archiepiſcopo à Græca traditum ſcribit ad ſacrum Ordinem.*

e Fama virtutum ejus, *inquit idem Dimas*, ad Romanum Pontificem perlata: *quam circumſtantiam & ſimiles alias vereor ne ex ſuo ipſe ingenio addiderit.* AUCTORE D. P.

f *Addit Dimas, imperaſſe, ut idem omnes ſui Parochi facerent.*

g *Apponit Interpolator Vitæ*, Quinam is locus fuerit reperire non potui. *Diligentior aut felicior Dimas*: De quo ego interrogans eum qui viderat in montanis Ollaſtræ, intellexi fontem eum hodieque durare, & numquam auctum minutumve videri: appellantque eum Sardi Samiſam S. Georgii.

h *Idem Interpolator*, De pago Gallim nihil mihi compertum. *Neſcio an plus ſciverit Dimas cum ſcripſit:* Qui locus hodie deſertus ſquallet: *videtur tamen indicare velle, quod locus fuerit in Ogulaſtru.*

i *Idem*: Eſt Loçorani pagus ex potioribus planitiei Ogulaſtri oppidulis, ad Orientalem plagam, duobus ſeptus fluviis, licet aliquantulum longe, ad maris littus & Navarrenſis (ut vocant) Mariæ Virginis templum.

k Oppidum id Vezullei eiuſdem eſt regionis Ogullaſtri, finitimis ſitum montibus, in Loçorani conſpectu: *ita Interpolator. Dimas videtur hoc miraculum deſcribere, tamquam Suelli factum, ipſis aditi Epiſcopatus initiis, in cæcum qui ante templum ſedebat mendicans.*

l *Addit qui ſupra:* Nec deleta memoria, quia in hoc uſque tempus conſervantur præ grandes. Quæ quoniam novo procreatæ ſunt modo, non facile manifeſtant, cujus ſunt participes generis, nec omni Sardinia tali reperies ſpecie: glandes enim (cum non ſint ilices) proferunt. *Non ſatis attente hæc legit Dimas, cum vertit, fructum eas ex ſe facere nullum.*

E

m *Locum videtur ignoraſſe Dimas, ideoque nomen ſilentio præteriit.*

n *Græci* ranas Βατραχους *nuncupant: unde famoſa illa Homeri* Βατραχομυομαχία, Ranarum & murium pugna.

o *Addit Interpolator:* Id ipſum fere legimus de S. Martino, qui cum videret in fluvio à mergis piſciculos devorari, præcepit ut quod natabant flumen deſererent: qui mox egreſſi pelago, arida petunt atque deſerta loca.

p *Idem ſubjungit:* Is inde locus ſcala S. Georgii nuncupatur.

q Cum egrederetur ad ſuam Suellenſem eccleſiam, *inquit Dimas.*

r *Econtra Dimas, ipſum Iudicem cum uxore Suellim profectum ſcribit: quos cum Sanctus menſæ ſuæ adhibuiſſet, comparuiſſe quidem ante feneſtras triclinii fœda infecta, ſed minime ingredi potuiſſe, ac demum omnino diſparuiſſe per Sancti mandatum.*

s *Addit Interpolator:* Munus patet, hoc ipſo noſtro tempore, poſſeſſione Calaritanorum Antiſtitum: & extat donationis diploma in Calaritano Archivio: *quod potius fuerat requirendum, quam fingendum aliud ſub nomine filii aut ſucceſſoris, de quo actum ſupra. Dimas porro ſubjungit.* Rogavit autem Epiſcopus Torquatum (*ſic enim ipſe ſcribit*) ut pomœrium urbi definiret, in quo greges paſcerentur: eoque obtento, ſignavit terminos baculo quem geſtabat manu: & mox duæ arbores prodierunt, quæ hodieque vivaces ſed infructuoſæ perſeverant: ab eoque tempore nemo auſus eſt Suellenſis urbis terminos attingere, niſi hoc noviſſimo bello: quo, lite inter Siſinenſes & Suellenſes mota, quidam iſtorum Capitaneus, cujus nomini parco, arripuit ſarculum; & terminos antiquos tranſferre volens, membris omnibus ſubito diſſolutis, ſecuta infra vigintiquatuor horas morte eſt punitus, exemplo cunctis notiſſimo. *Rurſus idem Dimas poſt alia quædam:* Ibat aliquando cum Domino Trexentano definiturus limites Suellenſis territorii, ejus munere auctı; eumque multa ſiti premerentur omnes, Epiſcopus equam cui inſidebat virga percuſſit, &

F

Termini notantur baculo in arbores verſæ.

nec impune violantur.

alius fons productus.

AUCTORE D. P.

mox ab ejuſdem equæ ungula fons extitit de petra, adhuc impreſſam tenente equinæ ſoleæ formam dimidiam, aqua prorumpente ex altera quæ non apparet medietate: quem fontem Sardi, à termino juxta quem ſitus eſt, vocant Samizam Gilemnienſem. Eadem virga, qua equam percuſſerat, humi depacta, crevit in duas arbores, & inquilinis Curatoriæ atque Trexentæ diſterminat limites pabulationis geminæ, de quibus antea rixabantur: videntur autem uſque hodie, & formam licet habeant ceraſorum, fructum tamen non ferunt, dicunturque Sardoa lingua ſu prunu de ſa Cruxi.

virga in arbores mutata.

t *Hic dies cum ſacer ſit magno Martyri Georgio, obſervat Dimas factum eſſe, ut ſanctus Epiſcopus cum illo paßim confunderetur, & in omnibus eccleſiis ipſi ſacris nunc inveniatur pictus, non in Epiſcopali habitu, ſed equeſter, ut ille ſolet exprimi.*

miracula ad ſepulcrum,

u *Idem Dimas hoc quoque narrat, fortaſſis ab Arca feſtinante omiſſum & alias in originali inveniendum*: Vir quidam opulentus, Conſtantinus de Ruqueda dictus, ſimili modo à ſimili ac etiam diuturniori infirmitate convaluit: cujus exemplo motus filius, & ipſe infirmus, ſe fecit portari ad idem ſepulcrum, & ſanus rediit, atque in gratiarum actionem donavit eccleſiæ quod habebat mancipium. Eorum porro qui febres, quibus vexabantur, ad ſacram tumbam dimiſere, numerus iniri non poteſt.

B

arbor S. Georgii ſalutifera.

x *Modum curationis ſic explicat Dimas.* Suellim ſe deferendum curavit, atque in cœmiterio eccleſiæ ad unam arborum ibi exiſtentium ligari, quæ iſtic ab eo tempore creditur perſiſtere: receptis autem ſic aliquantulis viribus, adeo ut per ſe potuerit eccleſiam ingredi, demum plenam impetravit ſanitatem. Ego autem, *inquit idem Dimas*, audivi à ſenioribus Suellenſibus de dicta arbore, quod jumenta infirma ad eamdem alligata ſoleant curari à quocumque malo: ipſeque vidi ſimili modo ad Stampachenſis ædis ſeram nexa ſtare animalia, quæ dicebantur ægrotare, & ſanata reduci. *Etenim, ut ſupra dixerat*, Calaritani ſuburbii incolæ Stampachini, inter quos natus Sanctus, quique eum agnoſcunt ſpecialem Patronum, domum ejus natalem converterunt in eccleſiam, ipſamque in qua ſita eſt plateam adhuc à S. Georgio nominant. Et eccleſiam quidem ibi fuiſſe ſciunt omnes coætanei mei, in qua per diem iſtius Sancti feſtum plures Miſſas quotannis dici, & etiam unam cantari ſolitam, ego vidi & memini. Quamvis autem profanatus nunc locus, in uſum ſecularis habitationis ſit converſus; quæ tamen ibidem ſupereſt turris & parietes imaginibus depicti, monſtrant ſacrum aliquando fuiſſe. Itaque ex Hiſpania revertens ego, ubi per annos viginti quatuor fueram commoratus, videnſque mutationem loci, egi cum Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Domino, D. Franciſco de Valle

Domus ejus natalis Calaris,

C

olim eccleſia fuit,

Archiepiſcopo Calaritano, ut qui S. Georgii beneficio Suellenſem poſſidebat civitatem, reſtaurari juberet eccleſiam prædictam. Qui conſilio meo acquieſcens, voluit ut in eccleſia S. Annæ ſermonem populo facerem de Sancto, ſicut ipſo aſſiſtente feci; deinde concluſit, ut diligenti inſpectione notarentur omnia, quæ fidem facerent loci olim ſacri. Ivimus ergo ego & D. Mag. Monſerratus Roſſellon, Aſſeſſor Illuſtriſſimi; Auguſtinus Zapaterus, Notarius Archiepiſcopalis; nonnullique Canonici; & invenimus campanile, parieteſque depictos, qualiter in antiquis eccleſiis videri ſolet. Porro ne locus iſte antiquo reſtitueretur cultui, prout Archiepiſcopus prædictus intendebat, mors ejus intercedens prohibuit. Poſt hanc inſtiti apud ejus ſucceſſorem D. Alfonſum Laſſum Sedenium, ut cogitatum à deceſſore opus ſuſciperet ipſe; quod ſe facturum promiſit. Sane non eſſe gratum Deo quod ædes tantis prodigiis olim ſanctificata vertatur in profanos uſus, cognovi cum adhuc paternis in ædibus, profanatæ iſti adhærentibus, viverem. Dum enim ibi quodam veſpere nuptiales choreæ agerentur, ſubſedit deficientibus trabibus contabulatio, &, gaudium omne vertit in luctum. Audivi autem ex avo meo, qui ultra centeſimum annum vixit, quod olim eccleſiæ iſtius curam Fratres Franciſcani habuerint, ii ſcilicet qui Conventuales dicuntur; & quovis anno in die S. Georgii feſto veniebant Sacra ibidem acturi. Verum cum tectum decidiſſet, venditus fuit fundus, & ab eo qui emerat in ſuam habitationem converſus. Sed ſicut ipſe mortuus eſt pauper, ſic & paternæ maledictionis potius quam bonorum heredibus multa ſupervenerunt infortunia; uſquedum domum ſuam in modum ædium profanarum jam tectam, denuo uſibus ſacris reſtituerunt, in quibus illa perſeverat uſque ad annos abhinc viginti, quando denuo & totaliter profanata eſt. Pater quoque meus, etiam nunc ſuperſtes & vix centenario minor, avi mei prædicti domum, ædi Georgianæ propinquam, ut dixi, incolens; teſtatur, quod viderit populum orationis cauſa illuc frequentem accedere, quoniam multi ibi liberantur à febribus, additque eamdem adhuc portæ ſeram eſſe quæ fuit cum eſſet eccleſia. Idem aſſerit Joannottus Murja, etiam ipſe centenario proximus, teſtis plurium infortuniorum ſupervenientium iis qui ibidem habitare præſumpſerunt, nec leviora præſagiens hodiernis inquilinis. *Hactenus Dimas: pergit deinde ad alia per Sardiniam hujus S. Georgii templa, de quibus ex ipſo ſupra egimus.*

D

nunc in uſus profanos verſa,

cum damno eam habitantium.

E

y *Hic arbitramur finiri Vitam ut eſt à Paulo ſcripta: quæ vero ſequuntur verba*: Sanctum hunc in Confeſſoribus habet Calaritana eccleſia, & ejus opem in ſuis litaniis implorat, *ea huc referimus, tamquam ab Interpolatore poſtea addita.*

Nomen in Litaniis.

DE B. ÆGIDIO ASSISINATE,

TERTIO SOCIO S. FRANCISICI ORD. MINORUM,

D. P.

PERVSII IN VMBRIA.

ANNO MCCLXII

Sancta ejus vita à S. Bonaventura laudata,

Vitam ſanctiſſimi Patriarchæ ſui Franciſci deſcribens S. Bonaventura, de hoc illius tertio ſocio ſic locutus invenitur cap. 3 dictæ Legendæ: Sanctus Pater Ægidius, vir utique fuit Deo plenus & celebri memoria dignus. Hic enim virtutum ſublimium exercitatione præclarus, ſicut famulus Dei Franciſcus de ipſo prædixerat, quamquam eſſet idiota & ſimplex, ad excelſæ contemplationis ſublimatus eſt verticem. Nam per multa curricula temporum, ſurſum actionibus ſemper intentus, adeo crebris rapiebatur exceſſibus (quemadmodum & ego oculata fide conſpexi) ut magis cenſeretur inter homines vitam Angelicam agere quam humanam. *Ejuſdem ſanctitatem non modo ſcriptores Ordinis Minoritici, ſed alii quicumque aſcetici paßim commendant: quorum nominatim recenſitorum bonum numerum vide apud Arturum à Monaſterio in ſuo Martyrologio Franciſcano, inter Annotationes ad hunc præſentem diem, quo defuncti corpus primum proſtitit in eccleſia conventus S. Franciſci de monte*: ubi hodieque, *inquit Marcus Vliſipponenſis, parte 2 l. 2 cap.* 15,

apud Perusinos celebrata,

A 15, monſtratur illius cella, & puteus, S. Ægidii dictus. *Inde tranſlatum eſt corpus ad conventum urbanum, ubi* in ſacriſtia reverenter ſervatur feretrum ſeu lecticula, qua huc tranſlatus fuit, *uti docemur ex commentariolo de ſanctis Peruſinis, ſcripto ad noſtros uſus à Ioanne Baptiſta de Ninis, & per R. P. Silveſtrum Petra-ſancta directo Antuerpiam.*

antiquitus deſcripta in membranis Latinis,

2 In eadem ſacriſtia, *inquit auctor dicti Commentarioli*, ſervatur liber Ms. in membrana, ſatis antiquus, catenulis ferreis clauſus, in quo deſcripta ſunt, vita, collationes & miracula B. Fr. Ægidii, lingua Latina ſatis rudi: ubi ſub finem iſta habentur: Anno Domini MCCIX Venerabilis Pater Fr. Ægidius aſſociatus eſt S. Franciſco & factus eſt Frater Minor: & MCCLXII tempore Domini Papæ Urbani, x kal. Maji migravit ad cœlum; unde vixit in religione Fratrum Minorum LIII annis. *Hoc excitati indicio ſupplicavimus* RP.

quarum ecgraphum Peruſio accepimus,

Guilielmo Aloyſio Leſlæo, ſuam nobis operam ad ſimilia ultro offerre dignato, ut illius Ms. libri curaret ecgraphum deſcribendum; ad quod ipſe, hominem tandem idoneum nactus (difficulter enim inventus eſt qui legere noſſet, tam antiquos totque abbreviaturis implexos characteres) noſtri nos voti compotes effecit, adeo accurate, ut & per publicum Notarium Iulium Cæſarem Rodium certos nos reddiderit de tranſcripti fidelitate; & de ipſius Notarii legalitate cautum eſſe voluerit, per Decemviros Peruſinos, quorum nomine Conſtantinus Garofanus Cancellarius, ſuæ manus ſubſcriptone & ſigilli publici appreßione, fecit, ut prænotata omnia authenticæ copiæ fidem habeant, XII *Novembris* MDCLXXI.

B

ipſumque contulimus cum Ms. Sileſitico pleniori,

3 *Aliam ejuſdem Beati Vitam in quodam Sileſitico Ms. anni* MCCCCXC *inveniens R. P. Theodorus Moretus p. m. totam ſua manu deſcripſerat nobiſque miſerat Wratiſlavia: quod conferentes cum editione Surii, qui eamdem ex veteri traductione Germanica denuo ad Latinam linguam reduxerat, invenimus, Germanum interpretem uſum fuiſſe Ms. Latino plerumque ſimili ei quale erat in Sileſia inventum; eoque levius tulimus damnum foliorum aliquod in via factum, quod alias propter mortem dicti Patris videbatur irreparabile: quamvis in his, quæ comparari ad invicem poterant, non eſſent eadem omnia; ſed hinc inde non pauca eaque notabilia, utrobique vel addita vel omiſſa. Idem unius ejuſdemque fontis indicium, cum pari exceſſus defectuſque diſſimilitudine, invenimus tum apud*

nec non ex Surio,

S. Antonino,

S. Antoninum parte 3 tit. 24 cap. 7 § 11 & 12, quibus bona pars rerum à B. Ægidio geſtarum dictarumque continetur: ſic tamen ut, cum eadem iiſdemque verbis ibi legantur quæ in Peruſino Ms. ſunt, non tamen omnia quæ iſtic, & quædam inſuper Antoninus referat ibidem non expreſſa. Ita patuit evidenti argumento, quatuor hactenus memoratas Vitas, talis eſſe conditionis, ut nulla earum dici poßit ceterarum fons; ſed ſingulæ ſeorſim ab ipſo fonte acceptæ, iis quæ cuique videbatur omiſſis, quibuſdam etiam contractius expreßis.

C

& Waddingo:

4 *Primum fontem an habuerit Annalium Minoriticorum ſcriptor Waddinghus, neſcimus divinare, neque enim in ejus ſcriniis tale quid repertum poſtea eſt: habuit tamen Legendam aliquam Ms. Sileſitico Ms. aut ſimilem aut pleniorem: hac enim citata quoſdam habet paragraphos, quos in ſolo illo invenimus, alios quos in nullo prænominatorum. Habuit inſuper idem Waddingus à D. Conſtantino Cajetano commodatam ſibi Legendam quamdam Ms. Italicam Capitum* LXXII; & hujus, *inquit* Legendæ auctor, profitetur præfaturque ſe familiariter ſancto viro uſum: & opinio plerorumque eſt fuiſſe Fr. Leonem, *eum ſcilicet qui B. Franciſci Confeſſarius fuit, & cum fama ſanctitatis atque miraculorum Aßiſii obiit anno* MCCLXXI *die* XV *Novembris. Auctor ſane (quem Latine ſcripſiſſe creditmus, ſed poſtea verbotenus traductum in Italicam linguam) à Ms. Peruſini auctore diverſus fuit: ſiquidem hic ſolum præfatur ac profitetur, ſe ſcribere* ſuper teſtimonia videntium vel ab ipſo audientium: *numero autem* 17 *allegat teſtem* qui ſtetit cum eo longo tempore, & quæ vidit & audivit ab ore ejus, dixit & ſcripta fecit.

qui etiam Legendam Italicam habuit,

forte verbotenus ſumptam ex primo omnium fonte,

Vtinam inter Cajetani demortui Mss. quæ luſtravimus Romæ, inventa fuiſſet illa Legenda Italica, ipſum fortaſſe primum fontem ceterarum, licet alterius linguæ colore tinctum, nobis exhibuiſſet: ſed eam cum multis aliis monumentis in Germaniam avexerit Gabriel Bucelinus, à quo ſcrinia magiſtri ſui pro majori parte eximanta fuiſſe dolebant ii, apud quos præclaræ aliæ collectionis reliquiæ permanſerunt. AUCTORE D. P.

quem inveniendum deſperantes

5 *Cum igitur ſpes nulla affulgeat primigenia Acta integre inveniendi: nec operæ pretium ſit quatuor aut quinque vicibus eadem dare, propter ſolam exceſſus defectuſque recti proci differentiam, ac nonnullam ſtyli vel ordinis diverſitatem: gratius lectori credidimus facturos nos, & operis prolixitatem odioſam evitaturos, ſi ex omnibus ſimul membris, quamvis heterogeneis, unum corpus conflaremus, ſalva ſingulorum naturali ſpecie: atque ita Quadripartita Acta ſunt nata. Prima pars, Vitæ hiſtoriam continens, tota eſt ex Ms. Peruſino, quod earenus ut antiquius, ſic etiam plenius ordinatiuſque invenimus. Secunda habebit* Aurea verba Ægidii *ex duplici Ms. ſcilicet Wratiſlavienſi Moreti & Antverpienſi noſtro, in quorum primo iſta habebantur, poſt hiſtoriam Vitæ; in ſecundo ſeorſim abſque ea extabant, poſt* Commentum Hugonis à S. Victore ſuper Regulam S. Auguſtini Epiſcopi; *unde etiam ſeorſim typis vulgata fuerunt Antuerpiæ an* MDXXXIV *apud Martinum Cæſarem, ſub hoc titulo* Sententiæ veræ aureæ ſancti Patris Ægidii Aſſiſinatis, omnibus ad Chriſtianam perfectionem aſpirantibus utiliſſimæ. *Etiam in Ms. Peruſino poſt Vitæ hiſtoriam ſequuntur* Collationes, quas habebat cum Fratribus; *iisdem plerumque verbis, quibus* Verba aurea *in præcitatis Mss. illa tamen ibi minus apto ordine & multo minus integra habentur.* *ex omnibus ſimul Acta quadripartita collegimus,* E

quorũ pars ultima de miraculis hactenus intacta deinceps.

6 *Tertia pars, quaſi priorum duarum ſupplementum, accipitur ex Sileſitico ſeu Wratiſlavienſi Ms. itemque ex S. Antonino, Surio & Waddingo, ſervatis ſingulorum verbis: ſic ut nihil his proponatur, nihil omittatur eorum quæ alicubi ſingulariter referebantur. Quarta denique pars, quam nec Waddingus nec alius quiſquam habuiſſe videtur, eſt tota & unice ex Ms. Peruſino,* de ſignis & miraculis quæ Dominus oſtendit per B. Fratrem Ægidium, *idque intra eumdem quo Beatus obiit annum: ex quo apparet quanta auctoritatis & antiquitatis pars hæc ultima ſit, & quod Ms. Peruſini compilator non curaverit quidquam mutare in ſtylo, quandoquidem is in hac parte alius eſt, quam in primo. Accedent Annotata ad partes ſingulas, quibus ſperamus abunde faciendum ſatis iis, qui hujus Beati geſta volent uno continuo ſtylo per ſe exornare; nihilque ignorare eorum, quæ noſtra diligentia potuit ad eum finem ſubminiſtrare.* F

Corpus ſui proprio altari nunc eſt,

7 Corpus B. Ægidii, *inquit Marcus Vliſipponenſis,* requieſcit in marmorea tumba pulcherrima, ſupra quam extructum eſt altare, cum antiqua tabula, ipſius effigiem ad vivum referente. *Sed ea tabula nunc amota eſt, ſervaturque in ſacriſtia, uti ex præcitato Commentariolo admonemur: altare autem ipſum etiam hodie* Altare B. Ægidii *vocatur*, in capella Dominorum de Criſpoltis; *ad ipſumque appenſa eſt Ms. tabella Latina, inqua poſt notatum nomen* Fr. Ægidii; *cum titulo* Beati Patris, *atque poſt diem & annum mortis ejus, ponuntur verba ejus prophetica de ſigno Ionæ Prophetæ, Peruſinis poſt ſuam mortem dando, ut infra num. 96. & nonnulla ex verbis S. Bonaventuræ ſupra relatis, ac denique ponitur hæc concluſio:* Gloriatur quidem gemmis India, thure Saba, auro Arabia, Ægyptus ſapientia, Italia potentia: nunc igitur Auguſta Peruſia exultet, gaudeat & glorietur de iſto theſauro incomparabili B. Ægidio, qui ſacri Minorum Ordinis mirifici ædificii lapis permanet in perpetuum. *Waddingus anni* 1262 *numerum* 10 *ſic concludit:* Ejus corpus viſitavi Peruſii, ubi magna habetur in veneratione: *quam dolemus hoc tempore ſic refrixiſſe, ut altare prædictum paupere omnino ac fere nullo cultu per annum ornari atque à paucis viſitari queratur Leſlæus; qui tamen nos monuit feſtum S. Georgii,* *in Peruſina civitate:*

AUCTORE D. P.

(*qui dies Beati anniversarius est*) *in hujus honorem sic agi, ut ad prædictum altare canatur solenne Sacrum, non tamen de Beato, sed de S. Georgio.*

intra eam delatum ex suburbano conventu,

8 *Eodem die visitari etiam devote consuevit Montanus ejusdem Ordinis conventus, in quo extremum diem Ægidius obiit, sabbatho vespere, ipso initio noctis, ordientis sequentem diem Dominicam eamdemq; XXIII Apr. In hujus porro Conventus ecclesia stetisse visui tactuique expositum sacrum corpus, per integrum eoque amplius mensem, liquet ex narratione miraculorum: quorum frequentia excitati Perusini, ipsum ad conventus Vrbani ecclesiam deferendam decreverunt: quod factum esse intra secundum ab obitu mensem, colligitur ex num. 115. Caussa autem suburbani conventus in Monte, etiam post sacri corporis absentiam, adeundi, esse potest,*

ubi adhuc puteus & cella Beati honorantur.

tum puteus prænemoratus atque ex ejus designatione fabricatus, cujus aqua febribus & aliis morbis sæpius mederi dicitur; *teste Lestaeo in sua de his rebus ad nos epistola, & de quo agitur in Actis num. 82; tum* Sacellum, in quod (*uti idem scribit & supra indicavimus*) cella ejus fuit conversa: *qui vero conventum istum incolunt Recollectæ sunt, cum Vrbanum habeant Conventuales.*

Nova trâslatio forte 2 Martii facta.

B

9 *In additionibus Patrum Coloniensium ad Vsuardum, excusis* 1515 *&* 1521, *ad diem* II *Martii sic legitur*: Apud Perusiam sanctæ memoriæ Ægidii, discipuli B. Francisci: *quæ verba in suum Martyrologium Germanice Canisius transtulit ad eumdem diem; quo etiam nudum Ægidii nomen invenimus Florario MS. insertum. Forte quia tali die, anno necdum integro à morte elapso, extructum est altare, ad eamque translata solennius arca; quæ medio in templo antea sic stabat exposita, ut & subiri & circumiri & à supplicantibus atque infirmis posset, sicut indicat Historia miraculorum, prius scripta quam dicta translatio fieret. Porro quia Beatus in MS. Perusino bis dicitur migrasse in cælum* X Kalendas Maji, *ideo Philippus Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ, ipsum retulit ad* XXII *Aprilis. Nempe noctis qua mortuus est initium ad illum diem referebatur antiquitus: nunc vero Itali à solis occasu suas numerant horas, & sic ad* XXIII, *nox eadem spectat. Ad hæc, non nisi in festo S. Georgii, vulgatus per ora vulgi sancti viri obitus est, & corpus spectaculo visentibus esse cœpit: ideoque ceteri fere omnes hunc diem ejus memoriæ tribuunt potius quam præcedentem, quando etiam Iacobillus tom.* I *Sanctorum Vmbriæ Vitam habet Italice: ubi dicit* altare Crucifixi *esse sub quo requievit arca, & caput Assisii in altari Reliquiarum servari: ubi nos quoque meminimus illud esse veneratos anno* MDCLX, *die* XV *Decembris.*

ipse obiit 22 april. initio noctis diem 23 inchoantis,

anno 1262.

C

10 *Mirum est annum mortis tam diversimode ab aliquibus notari, ut* Codex Germanicus Surii annum MCCLXXIII, Petrus Rodulphus MCCLXXXII, Ferrarius ex Chronicis Minorum MCCLX, ipsa Chronica alibi MCCLXI, annum notent: *a nos, inquit Waddingus*, conversionem Ægidii incidisse in annum MCCIX, plene docuimus suo loco, à quo tempore si sequentes computaveris annos cum Mariano, coæva Legenda, & Chronicis antiquis, potioribus ejus rei testibus, numerabis, usque ad hunc MCCLXII, quinquaginta duos, quot annos eum in Religione vixisse omnes consentiunt. *Quod si Perusini ætate illa, aque ac alii plures Italiæ populi, communis Æræ rationem soliti fuerint novem mensibus prævertere, annus* MCCLXIII, *ipsis erat in cursu, jam inde à* XXV *die Martii, Incarnationis Dominicæ festo annuo, cœptus numerari. Et sic forte annum invenire-mus signatum in Notarialibus circa miracula instrumentis, si qua facta fuissent, uti in miraculis B. Ambrosii Senensis contigit. At Fratres soliti annos communi totius Ordinis more à Ianuario sequenti numerare, annum* MCCLXXII, *in MSS. Perusino & Silestico, altisque apud Waddingum expressere: de eoque omnino certos nos facit character diei Dominicæ cum festo S. Georgii concurrentis, qui indicat litteram Dominicalem A, nulli ex annis præsignatis competentem, sed uni* MCCLXXII.

ACTA

Ex Variis Manuscriptis & impressis.

PARS I.

Historia Vitæ B. Ægidii

Ex Membranis Perusinis MS.

CAPUT I.

Vitæ Religiosæ exordia & peregrinationes. Victus Romæ & alibi manuum labore quæsitus.

Prologus.

a

QUia salutifera Sanctorum Virorum *a* exempla devotos audientium animos ad transitorię voluptatis contemptum, & desiderium incitant æternorum: ideo, ad Domini honorem & audientium utilitatem, sancti Fratris Ægidii vita, virtutumque & morum honestas, super testimonia videntium vel ab ipso audientium conscribuntur.

E

Vir in seculo pius,

1 Vir erat in civitate Assisii, Ægidius nomine, homo simplex & rectus & timens Dominum. Hunc adhuc in seculari habitu constitutum Dominus suo inspiravit benignissimo spiritu, sicque cogitare intus se cœpit de statu suo, & qualiter Creatori omnium posset in omnibus complacere. Illo in tempore, paulo post hoc, illuminavit B Franciscum Dominus, (per quem Dominus ipsi Ægidio rectum iter ostendit, quo ad eum pervenire posset, quia ipse per se non valebat invenire) educens illum per viam rectam, expeditam & sanctam. Non aurum, non argentum, non pecuniam, non agrum, nec aliquam rem possidere voluit: sed in humilitate & paupertate cordis sui secutus Dominum, nudis pedibus ambulabat vili habitu indutus erat, zona vilissima cingebatur. Multi deridebant eum, & injuriosa verba dicentes contra ipsum, quasi pro insano habebant eum: ipse vero nihil curabat, nec respondebat, sed omni solicitudine studebat operari, sicut ostenderat sibi Dominus; non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus ambulans.

b

c

F

S. Francisco Evangelicam vitam amplexo,

2 Deinde vir quidam *b* Bernardus nomine, cum alio nomine *c* Petro, cum hoc viderent & audirent, placuit eis: & omnia sua de jussu B. Franciscí vendentes, juxta sanctum Euangelium eidem associati sunt. Hinc post dies octo accidit, quod cum supradictus Ægidius quodam sero esset in domo sua, parentes ejus narrare cœperunt quod F. Bernardus & F. Petrus fecerant, quo audito sibi plurimum placuit. Sequenti vero mane tempestive surgens, de sua salute solicitus, perrexit ad ecclesiam S. Georgii, cujus eo die celebrabatur festivitas, & ingressus est ecclesiam adorans. Oratione autem expleta ecclesiam egressus, cogitabat qualiter posset B Franciscum & Socios invenire. Cumque pervenisset ad quoddam trivium, & ignoraret qua via posset pervenire ad eos, oravit ad Dominum dicens: Domine sancte Pater, rogo te per misericordiam tuam, ut si perseverare debeo in hac sancta vocatione, dirigere me digneris in via, per quam ad istos Sanctos tuos, quos quæro, valeam pervenire. Sicque à Domino exauditus, paulo plus ambulans, B. Franciscum quem quærebat invenit: & procidens ad pedes ejus, ut eum in sua societate reciperet suppliciter exorabat. Ipse autem alacriter, & voluntarie eum recipiens, taliter allocutus est eum. Frater, ita fecit tibi Dominus, sicut faceret Imperator si modo ad civitatem istam accederet, & vellet eligere sibi aliquem pro suo dilecto familiari: omnes

tertius socius jungi petit:

ab eoque susceptus,

A nes dicerent ſingillatim, utinam eligat me: & ita Dominus elegit te. Commonuitque eum & confortavit, ut in vocatione qua vocatus erat fideliter permaneret. Habuitque ſimul magnam lætitiam ipſorum quatuor, & gaudium in Spiritu ſancto, & nec dum erant plures. *d* Ipſa itaque die venit quædam pauper eleemoſynam ab eis petens. Cumque S. Franciſcus, qui propoſuerat in corde ſuo non renuntiare alicui petenti pro Domino, donec haberet quod daret, ut impleret Euangelium illud, Omni petenti te tribue; vocans Ægidium diceret ei, ut daret illi pauperi chlamydem ſuam (non dum enim indutus erat) ad juſſionem ejus feſtinavit & alacriter dedit ei: ſtatimque viſum eſt ei quod novo repleretur ſpiritu, & quod ejus eleemoſyna *e* cælos aſcenderit, & pervenerit in conſpectu Domini Dei. Altera die veſtivit eum B. Franciſcus *f*.

d chlamydem ſuam pauperi dat. Luc. 6, 30

e

f Eumdem in Marchia comitatur:

3 Poſt hoc duxit eum B. Franciſcus ſecum in Marchia. Beatus autem Franciſcus non dum prædicabat populo: tamen, quando per civitates, & caſtella tranſiret, confortabat homines ut pœnitentiam agerent: & Fr. Ægidius reſpondebat dicens; Optime dixit: credatis ei. Quicumque autem eos videbant, admirabantur dicentes: Numquam vidimus tales

B Religioſos, ſic indutos, omnibus aliis habitu & vita

g diſſimiles; ſalutares homines videntur *g*. Qui cum devotiſſimi eſſent, quandocumque aliquas inveniebant eccleſias vel inhabitabiles vel derelictas, ad eas devote declinabant ad orationem, putabantque & ſentiebant ſe locum Domino invenire. Poſtea reverſi

dein Aſſiſium reverſus, ſunt ad S. Mariam de Portiuncula, quæ extat prope ad civitatem Aſſiſii, ubi tunc temporis [Fr. Bernardus & Fr. Petrus] morabantur. Cum autem ſe invicem revidebant, tanta jucunditate, & gaudio replebantur, quod nihil recordabantur adhuc; & maximam paupertatem quam patiebantur, divitias reputabant. Soliciti quoque erant quotidie in oratione, & laborerio manuum, ut omnem otioſitatem, animæ inimicam, à ſe penitus effugarent. Noctibus ſimiliter ſoliciti ſurgebant media nocte, juxta illud Pro-

Pſ. 118, 62 phetæ, Media nocte ſurgebam ad Dominum, & orabant cum devotione, humilitate & lacrymis.

4 Sanctus deinde Franciſcus illos Fratres, quos

& rurſum peregrinari juſſus, iam habebat, vocans ad ſe in ſilva, quæ extat prope dictam eccleſiam, ad quam ibat ſepius adorans, dixit eis: Conſiderate, Fratres, humiliter vocationem noſtram, in qua miſericorditer vocavit nos Dominus; quia non pro nobis tantum, ſed & pro multorum utilitate nos & ſalute vocavit. Eamus ergo per mundum, hortantes & docentes homines verbo & exemplo, ut pœnitentiam agentes, mandatorum Domini, quæ oblivioni ſunt tradita, debeant recordari, juxta

C verbum illud Propheticum: Iacta cogitatum tuum

Pſ. 54, 23 in Domino *b*. Tunc Fr. Ægidius aſſociatus Fr. Bernardo, quatuor diebus iverunt ſimul. Poſtea Fr. Ber-

b viſitat S. Iacobum in Galicia, nardus, relinquens eum, ad alias partes acceſſit. Tunc *i* Fr. Ægidius perrexit ad eccleſiam S. Iacobi de Galicia: qui pium ſemper animum gerens in alios pauperes, tempore paupertatis, quouſque habebat aliquid, indigentibus tribuebat. Quodam namque die obvium habuit quemdam pauperem, eleemoſynam petentem ab eo: cum autem nihil haberet quam ſolam unam tunicam, cingulum & brachas, cœpit cogi-

caputium ſuum pauperi donat, tare intra ſe quid ei tribuere poſſet: dividenſque caputium à tunica, dedit ipſum ei, & ivit ſine caputio viginti diebus, quia aliud habere non poterat. Multi

k vero deridebant eum dicentes, *k* Mattus: non enim cognoſcebantur adhuc Fratres. In toto autem ſuo illo itinere famem non repulit à ſe, propter penuriam, quam alacriter tolerabat. Vadens ergo ſic quaſi peregrinus per mundum; homines & mulieres, quos inveniebat, monebat & hortabatur devote, ut timerent & amarent Creatorem cæli & terræ, faciendo pœnitentiam de peccatis ſuis. Quadam vero die, cum valde feſſus de labore itineris famem maximam pateretur, & cum dormiſſet juxta viam, excitatus à ſomno invenit dimidium panem ad caput ſuum: & gratias agens Domino, cum manducaſſet, confortatus eſt. Alia die vadens & panem invenire non valens, devenit ad quamdam aream, in qua fabarum grana remanſerant; nocteque illa hoſpitatus illic, comedit ex fabis illis, & fuit multum in Domino conſolatus, quaſi habuiſſet diverſa genera pulmentorum. Libentius etiam hoſpitabatur in deſertis locis, quam inter mulieres & homines, ut ſecurius vigiliis & orationibus vacare poſſet, ſicut conſuetus erat. Revertente autem eo devenit ad quodam caſtrum Lombardiæ *l* Ficarolum nomine, ibatque pro eleemoſynis oſtiatim. Qui vocatus à quodam de eodem caſtro, ſicut homo multum indigens, acceſſit ad eum, ſperans ſe ab eo aliquid accepturum. Ille vero fingens ſe aliquid ſibi porrigere, poſuit taxillos in manu ſua. Cui Fr. Ægidius dixit: Dominus parcat tibi. A multis autem deridebatur, invitatus ab eis ſi ludere vellet. Deinde reverſus eſt ad S. Mariam de Portiuncula, ubi manebant Fratres: qui viſo illo gaviſi ſunt gaudio valde magno.

EX MSS. D *famem tolerans divinitus juvatur,*

l & ſuſtinet illuſionem,

E

5 Tunc miſſus fuit *m* Romam commoraturus: qui cum eſſet devotus ex quo venit ad ordinem, ſemper propoſuit de labore manuum ſuarum vivere, propoſitumque adimplevit: & priuſquam aliis implicaretur negotiis, omni mane Miſſam audire volebat. Ibat itaque ad ſilvam, quæ per octo *n* milliaria diſtabat ab Urbe; & ligna ſuper proprios ferens humeros, vendebat & accipiebat neceſſaria ſibi. Die autem quadam cum lignis, ſicut conſueverat, ad Urbem veniens, obviam venit uni mulieri volenti emere ligna; & facta conventione, portavit ad portam illius. Quæ videns eum Religioſum, volebat ei dare ultra quod ſibi promiſerat. Quod Beatus intuens dixit, Nolo quod avaritia vincat me: & ſic dimiſit ei medietatem pretii. Multum autem illa mirata eſt, eo quod ipſe noluit recipere quod homines concupiſcunt, & ſic habuit eum tunc in magna reverentia. Nullum eſt laborerium quantumlibet vile

cum egregio ſui ipſius contemptu. quod verecundabatur facere, dummodo illud honeſte agere poſſet. Tempore quidem vindemiæ juvabat homines ad colligendum uvas, quas ad canales vel torcularia portans, pedibus calcabat. Die autem quadam cum iret per plateam Urbis, quærens opus aliquod faciendum, ut ex hoc vivere poſſet; vidit

F hominem volentem ducere alium pro die illo, ut juvaret eum ad colligendas nuces: quod cum homo ille renueret propter arborum altitudinem, & quia nimis diſtabat ab Urbe; appropinquans Fr. Ægidius dixit ei, Ego juvabo te. Facta autem conventione ut daret partem de nucibus, perrexit ad locum; & ſigno Crucis ſe muniens, aſcendit & collegit nuces. Quibus collectis accepit partem ſuam ſicut ſimul convenerant. Quæ cum tot eſſent quod gremio eas portare non poſſet, exuit ſe tunicam qua ſola indutus erat, ligatiſque manicis & caputio, nuces miſit in eam: quas ſuper humeros ſuos portans ad urbem, pauperibus largitus eſt eas.

m Roma habitans ex labore manuum vivit.

n

6 Quadam autem die eam eſſet apud monaſterium *o* Sanctorum Quatuor Coronatorum, quod eſt juxta Lateranum, ubi hoſpitabatur ipſe; contigit ut cellerarius ipſius monaſterii quæreret hominem qui ei purgaret farinam. Quo audito, Fr. Ægidius ſe obtulit huic operi faciendo: & facta conventione, ſeptem panes pro farina dabat ei: dabat etiam ſibi panes pro deferenda aqua, & pro eo quod ad faciendum panem juvabat eum. Rarocuiquam ſe pro toto die obligabat, ut poſſet tempore idoneo ad orationes

o operam monaſterio cuidam locans,

EX MSS. confugere: ſed quando pro toto ſe obligabat die, ſemper horas reſervabat ſibi, ut poſſet dicere orationes ſuas. Quadam die cum iret ad fontem S. Sixti, qui per milliarium diſtabat ab eodem monaſterio, ut aquam pro monachis ibi commorantibus deportaret; in reditu ſuo quidam homo ab eo bibere petii. Qui reſpondit ei: Dabo tibi bibere, & reſiduum monachis deferam? valde enim reverebatur monachos & omnes Clericos. Ille autem homo perturbatus multum, pro eo, quod non dedit ei aquam, multa injurioſa verba intulit in eum. Tunc Fr. Ægidius ad monaſterium rediens, & dolens plus de turbatione illius, quam de injuria ſui, accepit alium urceum, pergensque ad fontem detulit plenum ad domum injuriantis ſibi, & dixit: Bibe, frater, & da cui vis. Ille vero dolens multum & pœnitens, rogavit ut iniquam injuriam ſibi parceret propter Dominum. Qui eidem libenter parcens, multum deinceps ab illo homine amatus fuit. Quidquid ſuperabat ei ex lucro quod accipiebat de opere, pauperibus erogabat. Semper quaſi excitabatur ultra in labore manuum, vel in orationis devotione, aut ſalutiferis rebus: & otioſitatem ſemper devitans, ſine aliquo iſtorum trium vix vel numquam poterat inveniri. In his autem omnibus, pro paucitate Fratrum, ſocium non habebat.

Erogatus ex aqua eam illuc ferebat dare alteri,

novam eidem petit etiam poſt convitia acceptæ.

B

p *peregrinatur in Terram-ſanctam.*

7 Poſt hæc *p* autem ſepulcrum Domini aliaque Sanctæ-terræ loca viſitare deſiderans, ubi Dominus noſter cum Beata Virgine ſuiſque diſcipulis fuerat converſatus; quadam die quæſitus à B. Franciſco quid facere vellet, ei hoc ſuum deſiderium patefecit. Cui B. Franciſcus, dato ſocio, conceſſit quod iret per obedientiam ſalutarem. Dum ergo illuc pergens deveniſſet ad portum Brundutiæ civitatis, ibique per modicum temporis moraretur, expectans navem; emit interim quemdam urceum; in quo portans aquam, ibat per Civitatem clamando, Quis emit aquam? & de his vivebat. Poſtea pertranſiens ſepulcrum Domini, etiam alia ſancta loca quæ deſideraverat viſitavit, cum devotione magna & reverentia. Qui moram contrahens in Civitate Accon, de labore ſuo vivere conabatur: faciebat etiam quædam laboritia de juncis, quibus illi homines utebantur: *q* quando vero hoc facere non poſſet, petebat *r* eleemoſynam oſtiatim. Deinde ad Sanctam Mariam in Portiuncula reverſus eſt ad alios Fratres ſuos. *ſ*

q
r
ſ

C

ANNOTATA.

a *Titulus Ms. hic erat*: Incipit Prologus ſuper vitam & converſationem B. Ægidii. *Sileſitici autem Ms. talis*: Incipit Vita Fr. Ægidii de Aſſiſio, tertio fratre, filio & ſocio B. Franciſci.

b Fr. Bernardus de Quintavalle *obiit Aſſiſii* 10 *Iulii, anno* 1241, *ut putat Waddingus, qui & Sanctum appellat: unde & Martyrologio Franciſcano eſt adſcriptus. Erat autem, ut eſt in Ms. Sileſit.* Major homo de Aſſiſio.

c Petrus Cathani, qui, *juxta idem Ms.* erat Canonicus eccleſiæ Cathedralis, *anno* 1220 *à S. Franciſco declaratus Miniſter Generalis, anno poſt ſequenti obiit: cujus miracula, admodum frequentia poſt mortem, cum Fratrum diſciplinæ & quieti obeſſe judicarentur, ipſius ſancti Patris imperio cohibita fuere, ut narrat S. Antoninus & alii.*

d *Ibidem ſic dicitur*: Vocavit quoque B. Franciſcus Bernardum & Petrum, dicens, Unum bonum Fratrem miſit nobis Dominus: qui ſimul gaviſi in Domino comederunt. Cumque B. Franciſcus cum ipſo Ægidio Aſſiſium pergeret, ut pro habitu ejus pannum procuraret, occurrit B. Franciſco in via mulier paupercula.

e *Antoninus, Marianus & Ms. Italicum teſte Waddingo*: Viſa eſt eis ea mulier cælum conſcendere.

f *Hoc veroſimilius quam quod in Ms. Sileſitico (quaſi ante feſtum S. Georgii ad Franciſcum ſe contuliſſet Ægidius) his verbis dicitur*: ſed demum ipſum B. Franciſcus in feſto S. Georgii habitu Ordinis induendo, factus eſt Frater Minor. *Ut diſſimulem quod præcox hoc loco ſit appellatio Fratris Minoris, de qua forte necdum erat cogitatum, cum adhuc ſoli quatuor eſſent.*

D

g *Waddingus, forſan ex ſuo Ms. Italico, hunc paragraphum adjicit*: Excipiebantur à quibuſdam perquam humaniter, ſed apud pleroſque veſtis novitas & vitæ ſingularis aſperitas magnam pariebat admirationem: in quibuſdam oppidis eos deridebant, in aliis & malo verbo & duro verbere afficiebant, illis ſumma patientia cuncta ferentibus. Imo doluit Fr. Ægidius, ad eorum jam explicatam virtutem exhiberi eis honores humanos, quos pro ſummo habebat vituperio; & ſola pro Chriſto perpeſſa opprobria gloriam dicebat: quare ad ducem & Patrem Franciſcum, dolens & mœſtus, magna ait ſinceritate: Pater, jam receſſit gloria noſtra, dum hominum gloria afficimur. Quæ verba ſanctum Patrem magno affecerunt gaudio, videntem ſuos diſcipulos nec injuriis commoveri nec gloria extolli. Cùm vero Ægidius doleret, quod quam à Patre didicerat ſalutationem, à Deo revelatam, multi indignanter audirent, & tamquam novam rejicerent; eum pie conſolatus eſt Franciſcus dicens: Dimitte illos, quia neſciunt quid dicunt, dum hæc verba, Dominus det tibi pacem, condemnant. In veritate tibi promitto, quod multi nobiles & principes hujus mundi poſthac tibi & aliis Fratribus, eos ita ſalutantibus, magnam reverentiam exhibebunt. *In Ms. Sileſitico additur.* In ipſo autem itinere Franciſcus prophetizando de dilatatione Ordinis ſui dixit Fr. Ægidio: Noſtra Religio erit ſimilis homini piſcatori, qui mittit retia ſua in aquam, capiens piſcium multitudinem copioſam, & parvos in aqua relinquens, & magnos capiens in vaſa ſua.

Contemptæ honori præfert Ægidius.

E

h *Vereor ne exciderit aliquid, & hæc Scriptura dirigatur ad ipſos Fratres, quos Sanctus juſſerit, per viam non eſſe ſolicitos de diurno victu.*

i *Anno* 1212 *juxta Waddingum, citato Ms. Italico.*

k Matto *Italis eſt* Stultus, *in exemplo quod accepimus erat* Meſtus, *quod ad rem non facit; ideoque mutare placuit ex veroſimiliori conjectura.*

l Fichertuolo *oppidulum eſt ad Padum flumen, inter Mantuam atque Ferrariam, & ad hujus diſtrictum pertinet: Waddingus corrupte*, Sicarolum, *legit.*

m *Anno* 1212 *Franciſcus ſibi ac ſuis Romæ acquiſiverat Xenodochium, ubi nunc eſt conventus*, S. Franciſci ad Ripam *dictus.*

F

n *Ms. Sileſiticum* per quatuor milliaria.

o *Paſchalis* II *intio ſeculi* XII *eccleſiam reſtauravit addito palatio, ut ſcribit Pancirolus. Fortaſſe monaſterium fuit, cujus nunc nulla extet memoria: quia ſucceſſu temporis deficientibus monachis converſum ſit in Palatium.*

p *Anno, ut docet Waddingus* 1216.

q *Additur in Ms. Sileſitico* Portabat etiam defunctos ad cœmeterium & aquam per civitatem.

r *Idem* Recurrebat ad menſam Domini, eleemoſynam oſtiatim petendo.

ſ *Ibidem additur*, Viſitavit etiam S. Angelum & S. Nicolaum de Bari: *& ſubjungitur quod ſupra num.* 4 *habetur de dimidio pane.*

CAPUT II.

Geſta Fabriani, Reate & ad caſtrum Dirutæ.

S. Franciſcus ad Saracenos cõvertendos,

8 INterea S. Franciſcus gregem ſuum ampliari conſpiciens, cupiebat quod eorum aliquis nomen & legem Domini prædicaret inter Saracenos & alios infideles; & pro Chriſti nominis confeſſione, ſi foret

A foret neceſſitas, moreretur. Cumque non inveniret, Fratres ſcientia litterarum eruditos, idoneos, qui voluntarie irent, videns Fr. Ægidium idoneum ad hoc & voluntariam, ſicut qui Domini fervebat ſpiritu; ad gentes barbaras ipſum cum quibuſdam
a aliis deſtinavit. *a* Audierat ſiquidem quod gens contumeliis illa afficerent homines, tenentes & commendantes legem Domini, & ipſorum legem depravantes & fidem. Qui cum ad Civitatem Saracenorum Tunis nomine veniſſet, quidam tunc homo, inter Saracenos reputatus valde ſapiens, qui diu tacuerat, exiens prædicare cœpit, & dicere Saracenis: Venerunt ad nos infideles homines, qui volunt perturbare veritatem & legem: omnes ergo tales conſulo ut gladiis & mortibus ſupponantur. Et inter eos & Chriſtianos magnus rumor jacuit: Chriſtiani autem qui aderant, apud quos Frater Ægidius cum aliis morabatur, hoc audientes & mori nimis timentes, Fratres ipſos violenter illo ſero navem reintrare fecerunt, nec permiſerunt ire, aut loqui inter Saracenos. Mane Saraceni venientes impetuoſi ad eos in navi, repererunt ipſos, qui contra voluntatem & prohibitionem Chriſtianorum de navi prædicabant eis, & hortabantur ad fidem Domini: & ſancto Spi-
B ritu vehementer ferventes & divino igne ſuccenſi, pro paſſione Salvatoris mori nimirum affectabant. Verum videntes quod Chriſtianis impedientibus, illud pro quo venerant implere non poſſent, ad B. Franciſcum reverſi ſunt.

Ægidium mittit,

indeque irrito conatu redire compulſum,

jubet eligere ubi habitet:

9 Beatus ergo Franciſcus, intuens Fr. Ægidium virum virtutis & gratiæ, & ad omne opus bonum paratum & promptum, intime diligebat eum, & dicebat de eo aliis Fratribus: Ecce miles noſter de ta-
b bula *b* rotunda. Cumque Fr. Ægidius quæreret à Beato Franciſco, quid vellet, quod ipſe faceret; ait ei B. Franciſcus, Parata ſedes tua: vade quocumque vis ire. Ipſe vero quatuor diebus ſic incedens libere, cum de tam libera obedientia non inveniret quietem, reverſus ad S. Franciſcum, dixit ei: Pater, mitte me quo vis, quia in tam libera obedientia non poteſt pes requiem invenire. Tunc *c* miſſus ad quan-
c *d* dam eremum in comitatu Peruſino, *d* Fabrion nomine, ibat diſcalceatus ſolaque indutus tunica tempore magni frigoris vernalis: cui obviam venit quidam homo, & dixit ei homo ille: Si ſcirem quod ſtatim paradiſum ingrederer, nollem ſic ire. Ad quod verbum tantum frigus in eum inſidiator immiſit, quod fere moriebatur algore. Sic itaque anguſtia
C plenus, cogitare inter ſe cœpit, quomodo Dominus noſter pro nobis ivit diſcalceatus & pauper. Talique meditatione calefactus ſubito, laudavit Omnipotentem Dominum, qui ſine igne materiali ſuo eum calore tam velociter repleviſſet. In eo autem loco per plures annos morans, quadam vice cum recordaretur peccatorum ſuorum, exivit in ſilvam juxta locum, & expolians ſe tunica chordam ad collum ſuum miſit; vocanſque ad ſe quemdam Fratrem, uſque ad eccleſiam loci ſe nudum trahi fecit per chordam, clamans & dicens, Miſeremini mei, Fratres, miſero peccatori: Ad quod fratres loci pervenientes, plorare cœperunt; & videntes eum ſic nudum, dicebant ei: Indue te tunicam. Quibus ipſe reſpondebat: Non ſum dignus eſſe Frater: ſed ſi vos vultis eam reddere mihi pro miſericordia & eleemoſyna, recipio. Cui Fratres reddiderunt eam; &
e ſic reindutus eſt. Faciebat domunculas *e* & cophi-
f nos, & *f* cannicannas ſtrenue laborans, & ex ipſis ipſe & ſocii bene onerati deferebant ad civitatem, & vendebant, emebantque in victu & veſtitu neceſſaria ſibi. Tantum in laboritiis aliquando inſiſtebat,
g quod regebat *g* unum fratrem de labore ſuo: volebat enim quod eleemoſyna illa oraret pro eo, dum quieſceret vel dormiret. Quadam vice rediens à quo-EX MSS.
dam canneto cum faſce arundinum, tranſienſque juxta quamdam eccleſiam, incidit in quemdam Sacerdotem, qui dixit ei: Tu es quidam hypocrita. *h* Ad *h*
quod verbum Fr. Ægidius nimium contriſtatus, flebat intime, quod Fratribus non poterat occultari. *credit tamē ſe ex vero hypocritam dici:*
Quem unus Frater flentem inveniens, dixit ei, Cur ita triſtaris? Qui ait: Quia cauſam triſtitiæ habeo. Et dixit ei Frater: Quæ eſt cauſa? Qui reſpondit: Quidam Sacerdos dixit mihi, quod ſum hypocrita. Et Frater ad eum: Credis propterea hoc? Qui reſpondit: Credo: quia non credo quod Sacerdotes mentiantur. Et dixit ei Frater: ſententiæ hominum non ſunt ſimiles ſententiis Domini. Frater Ægidius audito hoc verbo, requievit in eo, & utcumque fuit de ſua magna triſtitia conſolatus. Tempore autem meſſis, more aliorum pauperum, ibat per agros col- *recuſat quidquam gratis accipere.*
ligendo ſpicas relictas: & ſi quis vellet ei dare totum manipulum ſegetis, nolebat illum accipere: & dicebat volenti dare, Non habeo horreum ut congregem, nec habere volo. Ea vero quæ ſic colligebat non ſibi ſed aliis indigentibus dabat. Faciebat Fr. Ægidius hortum in loco illo Fabrion, & Dominus multiplicabat eum in manibus ſuis: ſic, & de aliis operibus faciebat. Et homo quidam juxta ipſum hor- E
tum laborabat aliquando, quem Fr. Ægidius de his quæ in horto erant ſæpius invitabat, ſed ille noleba- *furtum ex ejus horto faciendum mirabili caſu impeditur.*
tur accipere. Semel vero Fr. Ægidio abſente, ille homo quaſi furtive hortum ingreſſus, colligebat quod volebat ex eo. Vir autem alius Rolandus nomine fecerat ibi prope ex herba ſarcinulam; & dejiciens in terram aſinum, impoſuit eam ſibi: qui nutu Domini, ut creditum eſt, licet valde leve pondus eſſet, nullo modo ſurgebat. Vir ergo ille commotus ex hoc, ivit quærens adjutorem ſibi; & dum iret, invenit hominem illum in horto, qui præ timore hortum egreſſus eſt. Quem iſte propter hoc nefas tanta increpatione corripuit, quod permulti ubique intuerentur, & ab eo adjutorium non quæſivit: ſicque ſolo eo reverſo ad aſinum, aſinus per ſe nimia velocitate & felicitate ſurrexit: quod homo ille miraculo Domini & meritis Fr. Ægidii factum nullatenus dubitabat.

ubi rarum humilitatis exemplum præbet,

ſtrenue laborans,

10 Alio tempore, cum apud civitatem Reate Fr. Ægidius moraretur, unus Cardinalium Dominus *i* *i*
Nicolaus nomine, cupiens eum familiarem habere, propter multa quæ refulgebant in eo ſanctitatis inſignia; rogabat eum affectuoſe ut moraretur ſecum, & ab ipſo reciperet neceſſaria ſibi: ipſe autem de la- F
bore manuum ſuarum vivere cupiens, ab eo neceſſaria recipere renuebat. Inſtabat ille precibus, ut ſaltem quod lucrabatur ad menſam ejus ſimul cum ipſo comederet: cujus precibus Fr. Ægidius acquieſcens lucrabatur jugiter ſufficientiam ſibi, & rediens manducabat ad menſam Domini Cardinalis ex panibus, quos in ſudore vultus ſui lucratus erat. Sic faciebat cunctis diebus. Quadam autem die cum pluviarum magna inundatio fieret, ita quod Fr. Ægidius non poſſet ire ad lucrum ſolito more; Dominus Cardinalis gaudens dixit ei: Hodie oportebit te, Frater Ægidi, noſtris eleemoſynis noſtriſque cibariis veſci. At ipſe in corde ſuo aliud gerens, cogitabat qualiter pro die illo aliquid lucraretur: & accedens ad cocinam Domini, ait cocinario. Quare habes ſic *coquinæ mundandæ operam locat,*
immundam cocinam? Qui reſpondit: Quia non habeo unum qui purget eam. Frater vero Ægidius, facta conventione cum eo pro duobus panibus, ſcopavit eam; ſicque lucratus eſt quod comeſturus erat. Ad horam comeſtionis detulit panem ſuo labore partum in menſa, & veſcebatur ex eo: quod ut vidit & cognovit Dominus Cardinalis, miratus, doluit ſpe ſua & deſiderio ſe fraudatum. Cum autem prætenderet

Reate apud Card. Tuſculanum habitans,

& nolens niſi ex proprio labore veſci,

EX MSS. *& cultris acuendis.*

deret pluvia perſeverans in craſtinum, iiſdem verbis cum Fr. Ægidio Cardinalis uſus eſt, quod ſic oporteret eum illo die ſuis eleemoſynis veſci. Ipſe vero inveniens cultellos domi, nimis *l* ruginoſos & turpes, dixit *m* fruſtitæ quod volebat acuere eos. Factaque conventione cum eo pro duobus panibus, cultellos optime acuit & aptavit: & more ſolito ipſâ die cibum labore acquiſitum manducavit. Omnia quippe laboreria, quæ oportebat, alacriter ſemper & voluntarie faciebat. *n*

l

m

n

Quadrageſimam in majori ſolitudine acturus,

11 Poſt hæc, appropinquante Quadrageſima, cupiebat ſe transferre ad aliquem remotum locum, ubi majorem requiem inveniret. Loca tunc Fratrum rariſſima inveniebantur. Cumque obtenta eundi licentia à Domino Cardinali, quamvis invite, iter arripere vellet cum ſocio; de ipſorum receſſu dolens multum Cardinalis, compaſſione qua circa ipſos erat affectus, dixit eis: Quo ibitis? Itis ſicut aves non habentes nidos. Pervenerunt *o* ergo ad quamdam eccleſiam S. Laurentii, in monte ſuper caſtrum *p* Dirutæ, remotam ſatis & ab omnibus derelictam. Homines autem illius terræ tunc temporis non reverebantur Fratres, nec diligebant, nec Fratres quoque cognoſcebantur adhuc; ſicque non providebant eis, ſicut extrema neceſſitas poſtulabat, tempore & anno illo, qui fuerat valde carus. Fr. Ægidius, vir fidelis & fiducialiter agens in Domino, totam ſpem ſuam ponebat in eo. Facientibus eis moram ibi per tres dies, nix maxima operuit faciem terræ, ita quod locum egredi non valerent. Videns autem Fr. Ægidius quod tempus aptum non eſſet, quod poſſet de labore ſuo ſibi victum acquirere, ſicut ſolebat, nec ire poterat oſtiatim; dixit ſocio ſuo: Frater, invocemus Dominum Deum noſtrum, & ipſum ſic altis interpellemus clamoribus, ut audiat nos, & in tanta neceſſitate poſitis faciat miſericorditer ſubveniri. Retulitque illi quorumdam monachorum exemplum, qui tempore ſuæ neceſſitatis altis vocibus à Domino petentes auxilium, exauditi ſunt. Sicque illorum exemplo provocati, cœperunt altas laudes & orationes Domino reddere, dieque & nocte his ferventer inſiſtere in vigiliis & jejuniis multis. Dominus autem miſericors & miſerator, ipſius fidem & fervorem attendens, inſpiravit quemdam ipſius Caſtri, virum ſpiritualem inter alios, nomine Benincaſam: qui cum plus ceteris devotionem haberet, caſu venit ad eos, ignorans quod aliqui eſſent ibi: detulitque eis panem & vinum. Dicebat autem inter ſe, Vade ad talem locum, quia forſàn ſtat ibi aliquis ſervus Dei. Veniens ergo ad eos, & intuens tanta eos paupertate & neceſſitate coactos, reverſus ad Caſtrum, habitatoribus illius multam neceſſitatem eorum annuntians, monebat & hortabatur, ut eis pro Domino ſubvenirent. Qui compaſſionis affectu circa ipſos Divina inſpiratione permoti, paulo poſt tantum panem detulerunt eis, quod per totam illam Quadrageſimam vixerint ex eo. Quod Fr. Ægidius videns, & conſiderans in hoc magnam gratiam Domini, dixit Socio: Frater hucuſque oravimus Dominum, ut ſubveniret nobis: nunc autem exauditi ab eo, oportet ut de percepta miſericordia ſibi gratias referamus, orantes & pro illis qui nobis ſuas eleemoſynas largiti ſunt. Sicque laudum cantica reſumentes, & jubilantes in Domino diebus & noctibus, per totam illam Quadrageſimam ſteterunt. Tantam quidem gratiam ipſi Fr. Ægidio contulerat Dominus, quod vita ſua, quam laudabiliter & mirabiliter deducebat, ſic provocabat omnes, qui videbant eum, & ignitum eloquium ejus penetrans intima cordis audientes taliter feriebat; quod qui ſemel eum viderent & audirent, eo plus deſiderarent videre & audire ipſum; & multum beneficati diſcedentes ab eo, de ipſius viſione & allocutione vix aut numquam poterant ſatiari. Multi quoque venientes ad ipſum, ejus exemplo & ſalutaribus monitis accenſi, ſeculum relinquebant & ſanctæ Religionis habitum aſſumebant. Aliqui autem, qui ad hoc pervenire nõ poterant, penitentiam agebant in ſeculo *q*. *q*

o

p

B

& victum quærere per nives prohibitus,

juvatur ab homine divinitus de ejus neceſſitate monito,

C

& multis ſua converſatione prodeſt.

D

E

F

ANNOTATA.

a *Waddingus hæc refert ad an.* 1219.

b Miles tabulæ rotundæ, *dicitur Miles egregius & multis experimentis probatus, qualis erant illi, qui ad publicas provocationes, ſub nomine* Tabulæ rotundæ *celebres, conveniebant.*

c Septimo ſuæ converſionis anno, *ut notat MS. Sileſiticum, adeoque* 1216.

d *Nunc ad Marchiam Anconitanam ſpectat,* nomine Fabrianum, *quod multis deſcribit Waddingus ad an.* 1215, *quo eremitorium illud S. Franciſcus acquiſivit.*

e *MS. Sileſiticum,* faciebat caſſulas pro cyathis conſervandis.

f *Idem* & caricannas. *Si caricas ferret Italia, ſuſpicaret* caricarias *eſſe legendum: nunc conjecto Longobardicam eſſe vocem, ad ſignificandum* kannas *ſeu flaſcones viminibus circumtextos.*

g Regere *videtur hic poſitum pro* ſuſtentare *ſive* alere.

h *Ita MS. præcitatum, in Peruſino autem MS. ſaltem juxta ectaphum noſtrum, ponitur* Propheta, *quod ironice pro hypocrita uſurpari, non exiſtimo.*

i *Ibidem vocatur* Cardinalis Tuſculanus: *& quidem hunc titulum duo conſequenter* Nicolai *tenuerunt, prior* Romanus *dictus, qui obiit anno* 1219, *alter vulgo appellatus* Monachus *ex familia Claromontia, qui vixit uſque ad* 1228. *Poſteriorem malumus intelligere: quia hæc facta videntur quando Reate erat Curia: hæc autem ibi cum Honorio Papa III fuit toto fere anno* 1225, *ut patet ex epiſtolis, quas in Annalibus allegat Odericus Raynaldus.*

k *In MS. Sileſitico ſic legitur hæc tota periodus.* Cum Fr. Ægidius eſſet apud Dominum Epiſcopum Tuſculanum Cardinalem, & iret ad colligendum ligna, olivas, & alia ſervitia facienda, & panem ad dicti Cardinalis hoſpitium portaret: & Cardinalis diceret ſibi, ut de pane ſuo tamquam pauper manducaret; reſpondebat hunc verſum Propheræ, Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit: quia ſic Fr. Franciſcus docuerat Fratres ſuos, quod fideliter laborarent, & pro mercede laboris, non pecuniam, ſed victui neceſſaria reciperent. Pſ. 127, 2.

l *Idiotiſmo Italico* Rugine *pro* Ærugine: *hinc* Ruginoſus.

m *MS. Sileſiticum*, Diſpenſatori. Fruſtites *autem hic dictus videtur, à colligendis fruſtis & menſarum reliquiis.*

n *S. Antoninus hæc narratis utilem admonitionem ſubjungit*: Hæc tamen magis ſunt admiranda, & in Fr. Ægidio commendanda ex mortificatione ejus; quam imitanda à modernis Religioſis, non habentibus ſpiritum illum: daretur enim magna occaſio evagationis & diſſolutionis. Confunditur tamen otioſitas eorum, qui non laborant & manducant panem doloris.

o *Quæ hic narrantur quaſi poſt digreſſum à Cardinali facta, videntur ad anteriora tempora referri in MS. Sileſitico, quod ſic caſum præſentem orditur.* Similiter cum in principio eſſet.

p Dirutenſe caſtrum *vocat Surius: in MS. Sileſitico* caſtrum Dirutii *legitur, Antoninus nomen exprimere neglexit: Waddingus ad Tiberim collocat in territorio Peruſino, & ſtatuit ibi conventum fundatum circa an.* 1263.

q *In dicto MS. ea ſic explicantur*: & ſocii multi de illa contrata converſi ſunt ad Dominum, & facti ſunt Fratres: alii vero uxorati in domibus propriis pœnitentiam exercebant.

CAPUT

CAPUT III.

Spirituales conſolationes & raptus B. Ægidii; pius ejuſdem obitus.

Incipit experiri celeſtes deliciæ,

12 ANno XVIII converſionis ſuæ infra Nativitatem Domini, morans Fr. Ægidius in Epiſcopatu Cluſino, in quadam eremo juxta caſtrum *a* Scitonæ; quadam nocte more ſolito ad orationem tempeſtive ſurrexit; & orans in cella ſua ſubito repletus eſt nimio odore, & quaſi intolerabili dulcedine cordis, ita quod atractu odoris fortiter anxiebatur. Quod audiens quidam puer, non eſt auſus ad eum accedere: ſed pergens ad cellam Socii ejus, dixit ei: Veni ad Fr. Ægidium, qui moritur. Qui continuo ſurgens acceſſit, & dixit Fr. Ægidio: Quid habes? Et ille reſpondit, Veni Fili, quia deſiderabam te modo videre (Diligebat enim eum valde, & quaſi pro filio ipſum habebat, quia nutrierat eum ab adoleſcentia ſua, in ſcientiis, moribus & rebus ſpiritualibus: ipſe vero quantum Sancto acciderat per ordinem enarravit) Socius ejus hoc audiens viſitationem divinam fuiſſe cognovit, & ad cellam ſuam reverſus eſt. Sequenti die ivit ad cellam Fr. Ægidii ſocius ipſius, & inveniens eum flentem & lacrymantem, monebat eum ne ſe tantum affligeret, quod poſſet ex hoc corpus deficere. Cui ille reſpondit: Quomodo poſſum non flere, cum inimicũ Domini me eſſe cognoſcam? & ipſe fecit mihi tantam miſericordiam, & dedit mihi tale donum, quod dubito ne ſecundum voluntatem ejus in eo non operer. Hoc autem donum dicebat ſpecialem gratiam, ſibi datam à Domino: in qua gratia mirabiliter innovatum, & mutatum ſe ſentiens, dixit Socio ſuo: Uſque modo ibam quo volebam, & quod volebam facere faciebam laborans manibus meis: nunc autem & deinceps non ita, ſicut conſuevi, facere valeo; ſed ſicut ſentio in me, oportet facere: ſuper quo valde timeo, ne aliqui quærant à me de me, quod eis dare non poſſum. Cui Socius ejus ait: Qui dat ſervo ſuo gratiam, & gratiæ non negat ſed largitur cuſtodiam: tamen bonum eſt eſſe timorem Domini apud te. Quæ reſponſio placuit ei. Nocte vero quadam ſtante illo cum *b* ſocio ſuo ante cellam, & de rebus Domini loquente cum eo ſuaviter & devote; venit ſplendor quidam *c* plane tranſiens inter ambos. Cumque Socius ejus ab illo quid hoc eſſet perquireret, reſpondit: Dimitte ire. Erat tunc ibi vir quidam religioſus & ſanctus, cui Dominus revelaverat de ſecretis ſuis. Nam paulo ante quam hoc eveniret Fr. Ægidio, viderat ille in ſomnis, quod ibi ſol oriebatur, & ibi ad occaſum pergebat, ubi cella Fr. Ægidii erat conſtructa. Qui poſtea videns Fr. Ægidium mutatione dexteræ excelſi mirabiliter immutatum novo ſpiritu gratiæ, dixit ei: Porta ſuaviter Filium Virginis. Poſtmodum autem Fr. Ægidius ſtuduit omni qua poterat ſolicitudine cuſtodire gratiam à Domino ſibi datam. *d* Erat ſemper quaſi in cella ſolitarius, vigilans, orans, jejunans, & ab omni opere & ſermone malo ſe cuſtodire curabat. Et ſiquando aliquis vellet ei referre de alio quidpiam mali, dicebat hoc verbum: Nolo ſcire peccatum alterius. Et dicebat referenti: Cave, Frater, ne videas niſi uſque ad bonum tuum *e*. Hunc ergo ſervum bonum & in modico ſibi fidelem reperiens Dominus, digne ſibi majora commiſit: cui interim datam ſibi gratiam augumentavit, quod hominibus non poterat amplius celari. Nam ſi quis cum eo tractaret de gloria Domini, ejuſque dulcedine, ſive de paradiſo; omnino rapiebatur in ſpiritu, & ſic per magnum diei ſpatium immobilis permanens, non loquebatur, nec ſe movebat *f*.

a

B

donum ſibi conceſſum humiliter agnoſcit,

b *divino lumine illuſtratur,*

c

C

d *totus ſpiritui excolendo intendit;*

e

f

13 Quodam tempore Dominus Papa Gregorius *g* Peruſium moraturus deveniens, & audiens famam Fr. Ægidii, miſit pro eo, deſiderans videre eum. Qui cum veniſſet ad introitum cameræ in qua erat Dominus Papa, procidit in faciem ſuam, & reverenter oſculatus eſt pedem ejus *h*. Quem Dominus Papa tenens, levavit manu ſua. Cui Fr. Ægidius dixit: Qualiter eſt vobis, Pater mi? Dominus Papa reſpondit: Bene mihi eſt, Frater. Cui Fr. Ægidius, Magnum laborem ſuſtinetis. Ad quem Dominus Papa reſpondit: Frater, verum eſt: ſed quæſo te ut adjuves me ad alleviandum onus hoc. Cui Fr. Ægidius, Libenter, inquit, ſubmitto collum meum jugo mandatorum Domini mei. Ad quod Dominus Papa reſpondit. Vere dicis Frater: verumtamen jugum tuum ſuave eſt, & onus leve. Ad quod verbum aſſurgens Fr. Ægidius paululum diſceſſit ab eo, & ſic raptus eſt in ſpiritu, & ita ſtetit à veſpere uſque ad tertiam partem noctis. Quod Dominus Papa videns, miratus eſt valde, & omnes qui cum eo erant, & commendabat devote vitam Fr. Ægidii cum his qui ſecum erant *i*. Et cum deſideraret iterum videre eum, quadam die perrexit devote ad cellam ejus, quæ erat juxta civitatem: & illud idem, quod contigerat ei prius, accidit Sancto tunc, coram ipſo Domino Papa & aliquibus Cardinalibus & aliis multis Clericis & Laicis. Videns ergo Dominus Papa, & conſiderans verum Domini famulum, habuit eum ex tunc in ſpeciali devotione & amore.

EX MSS. & *Acceſſitus ad Gregorium PP. IX,*

h

coram eo in extaſim rapitur,

i

E

& rurſum cum ab eodem viſitaretur.

14 Semper quidem jucundus exiſtens & alacer, ſiquando cum aliquo de aliqua re Domini loquebatur, ſalutari & miro repletus gaudio devotiſſime reſpondebat, & totus exiſtens in jubilo paleas oſculabatur & lapides ac ſimilia, dulciſſimæ ac mirandæ devotionis motu. Cum autem in tanta tamque mirabili gratia perſeveranti nimis videretur amarum, eam utcumque relinquere & redire ad humanitatem corporis; Sanctus, ad comedendum tempore oportuno, cupiebat poſſe vivere de foliis arborum, ut poſſet hominum converſationem effugere, & ex hoc non cogeretur cedere gratiæ ultra ad horam. Cum autem ad Fratres ſuos reverrebatur, alacer veniebat, tripudians & exultans, laudans & benedicens Dominum, & dicebat: Nec lingua poteſt dicere, nec littera exprimere, nec in cor hominis aſcendere, quod bonum Dominus his, qui volunt eum diligere preparavit. Nam cum plenus eſſet fide devota & devotione fideli, atque in magna reverentia haberet Eccleſiaſtica Sacramenta & Canonicas ordinationes; quandocumque referret ei aliquis id temporis de ordinamentis Eccleſiæ, audiebat referentem valde alacriter, & devote & efficaciter commendabat ea: dicebatque, O Sancta Mater Eccleſia Romana, nos inſipientes & miſeri non cognoſcimus te, neque bonitatem tuam. Tu doces nos viam ſalutis, paras & oſtendis nobis eam; per quam ſi quis pergit, pes ipſius non offenditur, ſed ſuperius aſcendit ad cæleſtem gloriam. Miſſam etiam libentiſſime audiebat, & omnibus diebus Dominicis cum ſingulari reverentia & devotione ſanctiſſimum Corpus & Sanguinem Jeſu Chriſti percipiebat, ſimiliter & in feſtis precipuis: & mane communicaturus intrans eccleſiam, tota die perſeverabat; orans ſicut in cella facere conſuevit.

Fervor & hilaritas ſpiritus in eo elucens,

F

cum maxima aſtimatione Eccleſiæ,

& Sacramentorum.

15 Erat quidam Sacerdos, qui cum graviſſima premeretur tentatione, nec quidquam illi ad eam propulſandam videretur prodeſſe; cœpit dicere intra ſe: Utinam videre poſſem Fr. Ægidium, ut narrarem ſibi hanc meam tentationem! verum quia longe poſitus ab eo, eundi ad ipſum licentiam habere non poterat. Quadam vice cum ſe ſopori dediſſet, aſtitit ei Fr. Ægidius: ad cujus preſentiam atque aſpectum vehementer exultans & maximam conſolationem recipiens,

Sacerdoti tentato ſuccurrit,

EX MSS. *eidem in ſemno apparens,* recipiens, ab ipſo quærere cepit ſuper tentatione conſilium & juvamentum, proponens ei qualiter & quam graviter tentaretur. Cui Fr. Ægidius ait: Frater quid faceres cani, venienti adverſum te, & volenti mordere te? Et ait Frater ille: Ferirem eum, & ſic à me repellerem. Dixit ergo ei Fr. Ægidius: Vade, & fac ſimiliter tentationi. Cumque, verbis confortatoriis, & conſolatoriis hortaretur eum, rogavit ipſum Frater ille ut oraret pro eo; & paulo poſt ſurgens à ſomno, de tota hac tentatione ſenſit ſe optime liberatum. Poſt hoc quadam die Sacerdos ille invenit ſocium Fr. Ægidii, cui hæc omnia ſicut ſibi acciderant per ordinem enarravit. Plures quoque tentati Religionem deſerere & redire ad ſeculum, & alii aliis tentationibus preſſi, ad ejus eloquium & hortatum, ſunt ſæpius liberati.

item tentatis aliis.

virtutibus ornatus, 16 Septem valde laudabilia & ſalutaria profunde habuit in ſe Fr. Ægidius in vita ſua, propter quæ videtur Dominus, largæ ſuæ benedictionis manu, gratiam ſuam multiplicaſſe in eo, & bonis eum potioribus ampliaſſe. Primum quia fidelis immo fideliſſimus fuit, ſecundo devotus, tertio reverens, quarto pius, quinto ſolicitus, ſexto obediens, ſeptimo quia gratiſſimus fuit Deo & hominibus de beneficiis ſibi datis.

B

k nominatim in obedientia excellit: 17 Cum moram faceret quodam tempore Fr. Ægidius in loco *k* Agelli, mandavit ſibi Generalis Magiſter ut iret ad eum apud Aſſiſium. Et cum perſuaderent ſibi Fratres ut rediret, & reintraret locum, nulla ratione acquievit, ſed dixit: Fratres, mihi mandatum eſt ut ego vadam Aſſiſium, non quod ego revertar ad locum: & ſic de loco, in quo dictum eſt ſibi de obedientia, incepit greſſus dirigere verſus Aſſiſium. Hoc autem fecit propter reverentiam maximam, quam ſemper habuit donec vixit in obedientia majorum ſuorum. Qui ſcit hoc & ſtetit cum eo longo tempore, & qui vidit & audivit ab ore ſuo, dixit & ſcripta fecit.

affligitur à dæmone, 18 Cum quadam vice Frater Ægidius eſſet ſpoleti apud quamdam eccleſiam S. Apollinaris, ubi tunc temporis hoſpitabantur Fratres, & de nocte ſurgens iniſſet intus Eccleſiam tempeſtive; dum inclinatus in oratione ſtaret, ſenſit ſupra ſe dæmonem, ipſum nimium opprimentem & moleſtantem. Ipſo tamen vehementer orante, traxit ſe ſicut potuit uſque ad vas aquæ benedictæ, quam fide aſperſus, ſtatim extitit à dæmonis moleſtia liberatus. Item cum quadam vice in loco Fabrionis faceret Quadrageſimam, in quadam cella remota à Fratribus; accidit ut poſt orationes ſuas facta jam nocte cellam intrans, ſenſerit prope ſe diabolum: cujus terrorem horribilem ſuſtinere non valens, procidit in oratione; & corde ſupplicans devote Dominum, quia loqui non poterat, liberatus extitit. Poſt dies autem paucos interogavit ipſe B. Franciſcum dicens, Quid eſt ita terribile quod nequeat ſuſtineri donec dicatur unum Pater-noſter. Reſpondit: Eſt diabolus qui ſuſtineri non poteſt donec dicatur dimidium Pater-noſter. Quo audito, ſicut expertus, credidit verum eſſe.

C

eumque horribili ſpecie intuetur:

ab ordē ad luxuriam, 19 Item in eodem loco audivit ſemel vocem cujuſdam mulieris vocantem: poſt cujus vocem tantam ſenſit tentationem carnis, quantam numquam expertus fuerat. Ipſe vero ſe in orationem dedit, & addens ſibi dura verba, ſic pro Domini gratia pene liberatus eſt. Item alio tempore in loco *l* eodem, intrans in cellam nocte, audivit quoſdam juxta ſe ſtantes, & dicentes ad invicem: Quare tantum laborat homo iſte? Jam eſt Sanctus, jam unctus eſt, jam extaticus eſt. Ipſe poſtea quæſivit à quodam ſuo ſocio, de quo maxime confidebat, quid hoc eſſet; maxime de verbo Exſtatico, quod non intelligebat. Ille reſpondit, Non cures Frater, quia diabolica tentatio fuit. Item cum ſemel apud locum Fabrionis reprehenſionem quamdam feciſſet cuidam Fratri, qui erat reprehenſione dignus; Frater ille dedignatus in verbo eſt. Cui nocte aſtitit quidam, dicens ſic: Ne indigneris, Frater, in reprehenſione Fr. Ægidii, quia beatus erit qui credet ei. Mane autem facto accedens Frater rogavit eum, ut ſecure ipſum reprehenderet. Quidam Frater cupiens magno deſiderio videre Fr. Ægidium, qualiter eſſet, in *m* ariditate poſitus; vidit eum ſemiſomnis jacentem, & quemdam librum ad caput ſuum pro capitali habentem. Quem librum cum aperiret Frater ille, legit ibi ſcriptum: Hic eſt qui multum orat pro populo & univerſa civitate ſancta Jeruſalem: & nihil aliud quam iſtud ſcriptum aſpiciebat in libro. *n*

D

l & ſuperbiam fruſtra tentatur.

Revelatur quam utilis in reprehenſione eſſet,

& in arida etiam oratione efficax.

m

n

ANNOTATA.

a Scetona *diſtat fere 7 p. m. à civitate Cluſina, trans Aſtronem fluviolum.*

b *In Ms. Germanico, quo uſus Surius, ſocius hic vocatur* Fr. Andreas: *quem putamus eſſe qui 3 Iunii dicitur coli Hiſpelli, proximo Aſſiſiatibus oppido, & miraculis claruiſſe. Meminit ejus Waddingus ad an.* 1253.

c *Id eſt* lente *ſive* paulatim; *conſueto Italiciſmo,* piano.

E

d *Additur apud Surium:* Illudque erat ei frequens verbum, ſuper omnes gratias & virtutes hæc ſumma eſt perfectio, accepta humiliter conſervare: addebatque, Apoſtolos, poſt accepta dona Spiritus ſancti, millies gravius ſubiiſſe onus quam antea ſenſerint, ut poſſent reſiſtere tentationibus & tribulationibus, atque collatam ſibi gratiam cuſtodirent.

Dei dona cum timore ſervanda.

e *Ibidem ſubjungitur.* Vaniloquia & riſus inanes ſerio fugiebat, dicens, Propter momentaneum & futile delectamentum ſæpius amitti vel retardari conſolationes divinas: illudque afferebat exemplum de illis qui taxillis ludunt, qui pro uno puncto perdunt aliquando ingentem auri vel argenti ſummam. Sic, inquit, pro levi peccato, ſi neſcierit ſe homo cuſtodire, perdet irreparabile animæ lucrum: ingerebatque illud ſacri præceptoris Franciſci ſalutare documentum: Cave, Frater, ne ridendo amittas, quod plangendo lucratus es.

ioci & riſus fugiēdi.

f *Sequitur apud eumdem,* Unde quando paſtores & pueri ab aliis edocti, videntes eum, clamabant, Paradiſus, paradiſus; audiens illud ſtatim rapiebatur. Unde Fratres volentes ſibi loqui, non audebant nominare Paradiſum, ne eum amitterent propter raptum: & propter hoc ſubtrahebat ſe Ægidius à familiaritate, non ſolum laicorum, ſed & Fratrum, & aliorum.

Paradiſi cogitatio.

F

g *Gregorius* IX *menſe Octobri* 1234 *Perufium Curiam ſuam tranſtulit, ut patet ex bullis ante & poſt datis, ſignatiſque Perufii uſque in Autumnum anni* 1236.

h *Ms. Sileſiticum hæc interſerit.* Qui cum à papa cum gaudio eſſet receptus quidam de adſtantibus ſuggeſſit Domino Papæ, ut faceret eum cantare. Quod cum Papa ei mandaſſet, Fr. Ægidius reſpondit, Quem cantum vis me, Pater, cantare? Et ſic pluries replicans & currens ad aliam partem palatii, ponendo unum pedem ſuper alium, raptus ſtetit uſque ad horam veſpertinam: & probavit Dominus Papa & qui cum eo erant, quod nec ſonus nec pulſus erat in eo. Cœnante Curia & illo ſic permanente, Papa ſibi aſſiſtentibus dixit: Perdidimus ecce iſtum hominem: ſed in eo probemus virtutem obedientiæ. Et tunc præcipiendo per obedientiam, quod ſtatim ad eum deberet ire; mirabile dictu! ſtatim Fr. Ægidius, qui inſenſibilis videbatur, cucurrit ad Papam, & pedibus ejus provolutus, dixit culpam ſuam.

Obedientiæ experimentum in extaſi ſumptū

i *Addit Ms. præcitatum:* Et tunc Dominum Papam alloquendo,

A *monitum Gregorio ex datum.* alloquendo, informavit eum de modo in regimine servando : *quod S. Antoninus plenius sic exponit.* Deinde ad se reversus, in camera Papæ cibum accipiens, confortatus est. His peractis ad se vocans eum Gregorius, ait ad eum : Quid erit de me ? Et cum ad hoc se excusando nullo modo vellet respondere, ait Gregorius : Dic mihi saltem qualis esse debeo. Post prolixam super hoc excusationem, ait : Nempe debetis habere duos oculos, dexterum & sinistrum : dexterum ad contemplandum superiora, sinistrum ad dispensandum inferiora. Et sic licentiatus est à Vicario Christi.

k *Catalogi Custodiarum locum* Agelli *constituunt tertium in custodia Perusina : plura necdum comperimus, ut dicere possimus quantum distet Assisio.*

l *Erravisse credo Surium cum pro* loco eodem, *legit* in loco Podii : *hic enim in nullis Conventuum Provinciæ Perusinæ catalogis notus est.*

m *In Ms. erat* in hac aviditate : *quod nullum sensum faciens ex conjectura correximus.*

n *In eodem Ms. Perusino sequebatur hæc periodus :* *Tempus mortis.* Anno Domini MCCIX Venerabilis Pater, Fr. Ægidius sanctus, associatus est S. Francisco. MCCLXII, tempore Domini Urbani Papæ, x kal. Maii migravit in cælum : unde vixit in Religione Fratrum Minorum LIII annis : *quæ expunximus ut præmature adjecta, infra plenius de sancti viri morte acturi.*

B

PARS II.

Aurea verba B. Ægidii.

ex MSS. Antuerpiensi & Vratislaviensi.

CAPUT I.

Incipiunt Collationes Fratris Ægidii quas habebat cum Fratribus. a

a

Prologus. 20 QUia sermo Domini est vivus, mortuos, in peccato vivificando ; & est efficax medicina, infirmos sanando ; penetrabilior omni gladio ancipiti, induratos perforando ; & pertingens usque ad divisionem animæ & carnis, vitia à virtutibus separando ; dignum est & salubre, ut salutifera servorum Domini eloquia, quæ non de humana sapientia, sed de fontibus Salvatoris inæstimabili cordis gaudio hauriuntur, ad ædificationem conscribantur.

C *Colliguntur salutaria ejus dicta,* Et ideo ad Omnipotentis Domini gloriam & honorem, & ad proximorum ædificationem, qui legerint vel audierint melliflua & salutifera Fratris Ægidii eloquia, quæ ex abundantia cordis in sanctis collationibus & aliis collocutionibus proferebat, in scripturam, animæ utilissimam, redigamus.

de gratia Dei. 21 Gratia Dei & virtutes, sunt scala & via ascendendi in cælum : vitia vero & peccata, sunt via & scala descendendi ad infernum. Vitia & peccata, sunt toxicum : virtutes vero & bona opera, sunt theriaca. Gratia attrahit gratiam, & unum vitium trahit ad aliud. Gratia non vult laudari, & vitium non vult despici. Mens in humilitate requiescit : patientia est filia ejus. Puritas cordis videt Deum, devotio manducat ipsum. Si amas, amaberis : si times, timeberis : si servis, servietur tibi : si bene te geris erga alios, alii se bene gerent erga te. Beatus ille qui amat, & non desiderat amari : beatus ille qui timet, & non desiderat timeri : beatus ille qui servit, & non desiderat sibi serviri : beatus ille bene se gerit erga alios, & non ut alii se bene gerant erga ipsum : & quia hæc magna sunt, ideo stulti ad ea non attingunt. Tria sunt magna valde & utilia, quæ quicumque haberet, in malum cadere non posset. Primum est si omnem tribulationem, quæ tibi acciderit, propter Deum in pace sustineas : secundum, si de omnibus quæ facis & recipis, magis humiliaris : tertium, si fideliter diligis bona, quæ non possunt videri oculis corporis. Omnia quæ magis vilipenduntur & relinquuntur ab hominibus mundanis, magis honorantur & recipiuntur à Deo & Sanctis : & ea quæ magis diliguntur & amplectuntur & honorantur ab hominibus mundanis, amplius odiuntur & relinquuntur & vilipenduntur à Deo & Sanctis : omnia enim diligenda odit homo miser, & diligit odienda. Interrogavit aliquando Fr. Ægidius quemdam Fratrem dicens ; Habes tu bonam animam ? Respondit Frater ille : Nescio. Dixit ei Ægidius : Sancta contritio, sancta humilitas, sancta caritas, sancta devotio, & sancta lætitia, faciunt animam sanctam & bonam.

EX MSS.

22 Omnia quæ possunt excogitari, narrari, videri, & palpari, nihil sunt, respectu eorum quæ nec excogitari nec videri nec palpari possunt. Omnes sapientes & sancti, qui fuerunt & sunt & erunt, qui locuti sunt vel loquentur de Deo, non dixerunt neque dicent unquam de Deo in comparatione ejus quod est ; nihil sicut est cuspis unius acus, in comparatione cæli & terræ & omnium creaturarum quæ in eis sunt, & plus quam millies minus : tota enim sacra Scriptura loquitur nobis tamquam balbutiendo, sicut mater balbutiens cum filio suo parvulo, qui aliter non potest intelligere verba ejus. *b* Dicebat aliquando Fr. Ægidius cuidam Judici seculari : Credis tu, quod dona Dei sunt magna ? Respondit Judex : Credo. Cui dixit Ægidius : Ostendam tibi, quod hoc non credis : & adjecit : Quantum valent facultates tuæ ? Respondit judex : Forsitan mille libras. Dixit ei Fr. Ægidius : Dares tu pro decies mille libris ? Respondit Da rem libenter. Dixit ei Fr. Ægidius : Certum est quod terrena omnia nihil sunt respectu cælestium, tur igitur hæc non das pro illis ? Respondit Judex : Credis tu, quod homo tantum operetur quantum credit ? Respondit Fr. Ægidius : Sancti & Sanctæ bona quæ potuerunt facere, F studuerunt opere exercere. & quæ non potuerunt opere complere, compleverunt sanctis desideriis : & defectum operis supplevit ipsum desiderium sanctum. Si quis haberet perfecte fidem, veniret in talem statum, in quo daretur ei plena certitudo. Homini qui certitudinaliter expectat magnum & æternum bonum, quid mali potest ei facere quodcumque malum ? Et homini qui expectat æternum malum, quid boni potest ei facere quodcumque bonum ? Numquam tamen debet aliquis desperare dum vivit de misericordia Dei : quia vix est arbor ita spinosa & nodosa, quam non possunt homines plenam & pulchram facere, & eam ornare. Multo magis non est quis ita gravis peccator in mundo, quem non potest Deus gratia & virtutibus adornare.

E *de Dei ineffabilitate,*

b

& fide æstimanda ex affectu ad cælestia :

de spe salutis non abjiciendæ.

23 Dilectio Dei & proximi major est omnibus virtutibus. Beatus ille qui non satiatur rebus, quas semper desiderare debet. Dicebat Fr. Ægidius cuidam Fratri, speciali suo amico : Credis tu quod ego diligam te ? Respondit Frater ille : Credo Frater. Dixit ei Fr. Ægidius : Non credas quod te diligam ; quia

De dilectione,

EX MSS. quia ſolus Creator eſt ille, qui vere diligit creaturam: & amor creaturæ nihil eſt reſpectu amoris Creatoris. Dixit quidam alius Fr. Ægidio: Quomodo eſt intelligendum quod Propheta dicit, Omnis amicus fraudulenter incedit? Reſpondit: Ideo ſum tibi fraudulentus, quia bonum tuum non facio meum: quanto enim amplius bonum tuum facerem meum, tanto minus eſſem tibi fraudulentus. Quanto enim amplius quis lætus fuerit de bono proximi, tanto erit magis particeps boni illius: ſicut econtrario quanto amplius quis lætatur de malo alterius, tanto erit magis particeps mali illius. Si ergo velis eſſe particeps boni omnium, gaude de bono omnium. Bonum aliorum facis tuum, ſi tibi placet: & malum aliorum facis tuam cautelam ſive cuſtodiam, ſi tibi diſplicet. Hæc eſt via ſalutis, ut ſis lætus & gaudens de bono proximi, & dolens de malo ejus: & credas de te mala, & bona de aliis: & honores alios, te autem deſpicias. Qui non vult alios honorare, non honorabitur: & qui non vult cognoſcere, non cognoſcetur: & qui non vult fatigari, non requieſcet. Labor *c* fructuoſus ſuper omnem laborem eſt, ſtudere pietati & benignitati. Quidquid fit ſine amore & devotione, non eſt placitum Deo nec ſanctis ejus. Ex ſuis efficitur homo pauper, & ex divinis efficitur dives. Ergo divina debet homo diligere, & alia contemnere. Quid eſt majus quam ſcire eſſe gratum beneficiis Dei, & ſcire reprehendere ſe de malis propriis? In hac ſchola vellem me ſtuduiſſe ab initio mundi, & ſtudere uſque ad finẽ mundi, ſi tamdiu vixiſſem vel victurus eſſem, ſcilicet in conſideratione & commendatione beneficiorum Dei, & in conſideratione & reprehenſione maleficiorum meorum. Tamen ſi defectum haberem in reprehenſione mei de maleficiis meis, nollem defectum habere in conſideratione beneficiorum Dei. Vides quod joculatores & mimi commendant miro modo eos à quibus modicum *d* munuſculum accipiunt: quid ergo debemus aut quid poſſemus reddere domino Deo noſtro? Multum debes eſſe fidelis illi, qui vult te liberare ab omni malo, & tribuere tibi omne bonum.

& quomodo gaudendum de bono proximi.

De gratitudine erga Deum.

c

d

De humilitate.

24 Nemo poteſt venire in cognitionem Dei, niſi per humilitatem. Via eundi ſurſum eſt ire deorſum; omnia enim pericula & omnes caſus magni, qui acciderunt in mundo, non niſi per elevationem capitis acciderunt; ſicut patet in Angelo, qui fuit creatus in cælo; & in Adam, & in Phariſæo Euangelico, & in multis aliis. Et magna bona quæ facta ſunt, propter flexionem capitis evenerunt: ut patet in beata Virgine, & in Publicano, & in ſancto Latrone, & in multis aliis. Utinam eſſet nobis gravis aliqua moles, quæ faceret nos ſemper capita inclinare. Dixit quidam Frater ei: Quomodo poſſumus fugere iſtam ſuperbiam? Et ille. Lava *e* tibi manus: & ubi poſueris os tuum, ibi tene pedes. Si conſideres beneficia Dei, debes inclinare caput tuum: & ſi conſideres peccata tua, debes caput tuum ſimiliter inclinare. Væ autem illi qui quærit de ſua malitia honorari. Gradus humilitatis in homine eſt, cognoſcere ſe ſemper eſſe contrarium bono ſuo. Ramum etiam humilitatis reputo, reddere aliena, & non ſibi appropriare ea; hoc eſt omnia bona Deo attribuere cujus ſunt, ſibi autem attribuere mala ſua. Beatus ille, qui ita vilem ſe reputat coram hominibus, ſicut vilem ſe eſſe invenit coram Deo. Beatus ille, qui judicat ſeipſum modo, quia non veniet ad judicium. Beatus ille, qui ambulat fideliter, ad judicium & obedientiam alterius. Hoc enim fecerunt Apoſtoli, etiam poſtquam Spiritu ſancto fuerunt repleti. Qui vult pacem & tranquillitatem habere, debet omnem hominem ſuperiorem ſe reputare. Beatus ille, qui non vult videri in verbis ſuis & moribus; niſi in illa compoſitione, in qua divina gratia compoſuit eum. Beatus, qui ſcit conſervare & abſcondere revelationes Dei: quia nihil occultum quod non revelet Deus, quando placet ſibi. Si quis eſſet ſanctiſſimus omnium hominum & reputaret ſe maximum peccatorem totius mundi, in hoc eſſet humilitas. Humilitas neſcit loqui, & patientia non audet loqui. Humilitas videtur mihi eſſe ſicut fulgur: ſicut enim fulgur facit percuſſiones terribiles, & poſtmodum nihil poteſt inveniri ex eo; ſic humilitas diſſipat omne malum, & eſt inimica omnis peccati & facit hominem nihil ſe reputare. Per humilitatem invenit homo gratiam coram Deo, & pacem cum proximo. Sicut enim, ſi Rex aliquis magnus vellet mittere filiam ſuam ad aliquem locum, non poneret eam ſuper equum indomitum, ſuperbum, & calcitroſum; ſed ſuper equum manſuetum & ſuaviter ambulantem: ſic Dominus non poſuit gratiam in ſuperbis, ſed in humilibus.

De timore Domini,

25 Timor Domini ſanctus omnem malum timorem expellit, & cuſtodit illa bona, quæ non poſſunt lingua exprimi, nec etiam excogitari: quem habere quia maximum donum eſt, non omnibus datum eſt. Qui non timet, oſtendit ſe non habere, quod perdat. Timor Dei regit & gubernat hominem, & facit eum invenire gratiam Domini: quam ſi habet homo, timor Dei conſervat eam; & ſi non habet, facit ad eam pervenire. Omnes creaturæ rationales, quæ ceciderunt, numquam ceciſſent, ſi hoc donum habuiſſent. Hoc ſanctum donum non eſt, niſi Sanctorum & Sanctarum, & quanto magis eſt aliquis gratioſus, non eſt minus humilis & timoratus & virtus, quæ minus eſt operata ab hominibus *f* non eſt comperta major aliis. Homo, qui in tantum offendit Deum quod eſt dignus morte, cum qua ſecuritate poteſt ire ante præſentiam Dei? Beatus, qui cognoſcit ſe eſſe in carcere in hoc mundo, & ſemper ſuum Dominum offendiſſe. Multum valde debet homo timere à ſuperbia, ne præcipitet eum. A te ipſo & à ſimili tuo timeas ſemper & caveas. Non eſt perfecta ſecuritas homini, dum eſt inter inimicos ſuos: inimicus noſter, eſt caro noſtra, & ipſa cum dæmonibus ſemper eſt adverſaria & contraria animæ noſtræ: majorem ergo timorem homo debet habere, ne malitia ſua propria vincat eum, quàm de alia re de mundo: impoſſibile eſt enim, quod homo poſſit ad gratiam Dei conſcendere, vel in gratia perſeverare, ſine ſancto timore & ſancto pavore: quem qui non habet, ſignum eſt pereundi. Hic timor facit humiliter obedire, & flectere caput ſuum ad terram ſub jugo obedientiæ ſanctæ: item quantum quis habet majorem timorem, tanto plus orat: cui autem datur gratia ſanctæ orationis, non eſt parvum quid. Opera hominum quantumcumq; videantur magna, nõ ſunt ſecundum æſtimationem hominis, ſed ſecundũ æſtimationem & beneplacitum Dei: & primo ſemper nobis eſt timendũ.

per quem excluditur ſuperbia.

f

De patientia in adverſis,

26 Qui patienter ſuſtineret tribulationes propter Deum, cito veniret in magnam gratiam; & eſſet dominus hujus mundi, & teneret jam pedem in alio mundo. Quidquid homo facit, ſive bonum ſive malum, ſibimetipſi facit: non ergo debes ſcandalizari, ſi aliquis tibi facit injuriam: ſed debes compati peccato ejus. Suſtine patienter injurias factas tibi à proximo, propter Deum, & propter proximum, & propter teipſum. Quantum quis paratus eſt ſuſtinere tribulationes & injurias propter Deum, tantum erit magnus apud Deum, & non plus: & quanto quis eſt debilis à tribulatione & dolore ſuſtinendo propter Deum, tanto pejor eſt apud Deum, & non cognoſcit, quid ſit Deus. Si quis tibi dicit malum, adjuva illum: & qui tibi dicit bonum, redde illud Deo. Adjuvare autem debes eum, ut ſi tibi dicit malum, tu dicas deterius

In quibus ea ſita ſit.

A terius de te. Si vis facere partem tuam bonam, facias
& contumeliis ferendis, partem tuam malam, & partem alterius bonam; hoc
eſt, factum & dictum alterius lauda, & tuum reprehende: & ſi vis facere partem tuam malam, facias
è contrario. Quando igitur aliquis contendit tecum,
ſi vis vincere, perde: nam in fine, cum credideris te
viciſſe, invenies te perdidiſſe. Via ergo ſalvationis eſt
via perditionis.

27 Non ſumus boni ſupportatores tribulationum, quia non ſumus boni ſectatores ſpiritualium conſolationum: qui enim fideliter laboraret in ſe, & ſuper ſe, & pro ſe, ſuaviter omnia ſuſtineret. Injuriam nulli facias: & ſi quis tibi facit injuriam, ſuſtine eam patienter amore Dei, & propter remiſſionem peccatorum tuorum: multo enim melius eſt unam gravem injuriam ſuſtinere ſine murmure aliquo propter amorem Dei, quam quotidie paſcere centum pauperes, & per plures dies jejunare uſque ad cælum ſtellatum *g*. Quid prodeſt homini deſpicere ſeipſum, & tribulationes ſuo corpori facere in jejuniis, orationibus, vigiliis, diſciplinis, & non poſſe unam injuriam à proximo ſuſtinere, de quo reciperet majus pretium vel præmium, quam de ſuis, quæ portat ſua propria voluntate? Suſtinere tribulationes ſine mur-
B mure magis purgat peccata hominum, quam effuſio
ad peccata expianda: lacrymarum. Beatus ille, qui ſemper habet ante oculos peccatum ſuum & beneficia Dei, & ſuſtinet patienter omnes tribulationes & anguſtias: unde non debet optare habere conſolationem ſub cælo ab aliqua creatura: Non expectet homo præmium à Deo ſi eſt humilis & devotus, dum bene ſatisfit ei in omnibus. Qui ſemper haberet præ oculis peccata ſua, in nulla tribulatione deficeret.

quam ea ſit neceſſaria,

g

28 Omne bonum, quod habes, debes recipere à Deo; & omne malum, à peccato tuo: ſi enim unus homo feciſſet & faceret omnia bona, quæ fecerunt, faciunt, & facient omnes homines de mundo; tamen, ſi bene ſe inſpicit, inveniet ſe ſemper contrarium bono ſuo. Dixit ei quidam Frater; Quid faciemus, ſi venerint in temporibus noſtris tribulationes magnæ? Reſpondit Fr. Ægidius, ſi pluëret Dominus lapides & ſaxa de cælo, non nocerent nobis, ſi eſſemus, quales eſſe debemus. Si homo eſſet, qualis eſſe deberet, malum ei converteretur in bonum: omnia enim magna bona & magna mala ſunt intus in homine, quæ videri non poſſunt. Ad infirmitatem
h magnam, & laborem magnum, & ad famem *h* magnam, & ad injurias magnas factas alicui, concurrunt peſſimi dæmones. Si vis ſalvari, non petas tibi fieri
C juſtitiam ab aliqua creatura. Viri ſancti bona faciunt, & mala patiuntur. Si cognoſcis te offendiſſe Creatorem & Deum omnium, cognoſce quia dignum eſt quod omnia te perſequantur, & vindicent injuriam quam feciſti Deo. Ab omnibus creaturis debes ſuſtinere patienter moleſtias tibi factas, quia contra aliquem non habes juſtitiam, cum ſis dignus puniri ab omnibus.

ignorã conſideratio levia efficiet mala.

h

29 Magna virtus eſt homini vincere ſeipſum. Si vincis teipſum, vinces omnes inimicos, & pervenies in omne bonum. Magna virtus eſſet, ſi quis permitteret ſe vinci ab omnibus hominibus; quia talis homo eſſet dominus hujus mundi. Si vis ſalvari, conare ut deſperes ab omni conſolatione, quam tibi poteſt dare aliqua creatura mortalis; quia majores, & frequentiores ſunt caſus ex conſolationibus, quam ex tribulationibus accidentes. Nobilis eſt natura equi, qui licet ſit in curſu velociſſimo, tamen is qui equitat poteſt eum avertere ab una via & dirigere ad aliam; ſic debet homo, in impetu iræ ſuæ, permittere ſe regi ab illo qui corrigit eum. Ad ſolam memoriam Dei debet homo deſiderare quantum in ſe eſt, & dare pretium aliis, ut darent ei alapas & colaphos, & ut homines traherent eum per capillos.

Quomodo cœrcenda iracundia:

EX MSS.

30 Murmurabat quandoque quidam Religioſus coram eo de quadam gravi obedientia ſibi data: cui dixit Fr. Ægidius, Amice mi, quanto plus murmuras, tanto plus te oneras: & quanto devotius & humilius ſubmiſeris caput obedientiæ ſanctæ, tanto levius & ſuavius erit tibi. Tu non vis vituperari in hoc mundo, & vis honorari in alio? non vis maledici, & vis benedici? non laborare, & vis quieſcere? Deceptus es, quia per vituperium pervenitur ad honorem, per maledictionem habetur benedictio, & per laborem requies. Proverbium verum eſt, qui non vult dare de eo quod debet, non poteſt habere de eo quod vult. Non mireris ſi proximus te offendit aliquando: quia Martha, quæ ſancta erat, volebat provocare Dominum contra ſororem ſuam carnalem, tamen injuſte murmurabat Martha de Maria; & quanto plura membra amiſerat, quo ad uſum, Maria quam Martha, tanto plus laborabat quam Martha; amiſerat enim loquelam, viſum, auditum, & greſſum. Studeas ergo gratioſius & virtuoſius, & pugna contra vitia, & ſuſtine libenter tribulationes & verecundias: non enim eſt aliud, niſi ut vincas teipſum, quia parum eſt homini attrahere animas ad Deum, niſi vincat ſemetipſum. E

& de injuriis querendum non ſit.

ANNOTATA.

a *Hunc titulum cum ſequenti Prologo Ms. Peruſinum habet: cetera cur aliunde accipere maluerimus, declaratum eſt in Commentario prævio.*

b *Ms. Antuerpienſe hunc ſemper obſervat titulum, uti & reliqua Mſs. in impreſſis verò pro* Fr. Ægidius, *ſemper habetur* S. Ægidius.

c *Idem Ms. Antuerpienſe* laboritium: *pro quo in Ms. Peruſino ſuperius ſæpe ponitur* laborerium: *quod eodem recidit: primam vocem aliquoties invenies 9 Martii in Actis S. Franciſcæ Romanæ.*

d *In Ms. Antuerpienſi habetur*, unum cimicum veſtimentum, *& ſuperne notatur alias legi* cinivium: *quid ſi*, convivium aut veſtimentum, *legas?*

e *Ms. addit* inde: *fortaſſis* indies *legendum.*

f *Ibidem*: Virtus, in qua homines minus ſe exercent, non eſt minor aliis.

g *Id eſt uſque ad noctem, quando ſtellæ in cælo conſpiciuntur. Ms. Antu. addit*, tempore longo.

h *Ita Ms. Antu. & Surius: Wratiſlavienſe ecgraphum*, famam.

CAPUT II. F

Altera pars aureorum dictorum B. Ægidii.

De ſancta ſolicitudine & vigilantia cordis.

31 Religioſus hunc mundum amittit & alium, non fructificando ſibi nec aliis. Impoſſibile eſt virtutes acquirere ſine ſolicitudine & labore. Si potes eſſe in ſecuro, non ponas te in dubio: ille eſt in ſecuro, qui laborat pro Deo. Juvenis, qui laborem recuſat, regnum cælorum recuſat. Si ſolicitudo non prodeſt, negligentia non obeſt nec nocet. Sicut otioſitas mala, eſt via ad infernum; ita otioſitas & quies ſancta, via eſt ad cælum. Multum deberet homo eſſe ſolicitus ad conſervandam gratiam datam ſibi à Deo, & cum ea fideliter laborare; quia ſæpe amittit homo fructus pro frondibus, & grana pro paleis. Quibuſdam autem dat Deus fructus, & frondibus facit eos carere; quibuſdam dat utrumque; & quidam carent utroque. Majus reputo bona data à Domino conſervare, quam ea recipere. Qui novit acquirere, & neſcit reponere, numquam ditabitur: ſcire vero reponere, & neſcire acquirere, non eſt magnum. Multa lucrantur multi, ſed nunquam fiunt

neceſſaria ad conſervandum acquiſita,

EX MSS. divites, quia non cuſtodiunt, quod lucrati ſunt: & aliqui paulatim lucrantur, & ſunt divites, quia id, quod lucrantur, bene cuſtodiunt. Fluvius Tiberis quantam congregationem aquarum haberet, ſi non quotidie defluereť? Homo petit à Deo donum ſine menſura & ſine fine, & vult ei ſervire cum menſura & fine. Qui vult ſine modo, & ſine fine amari & remunerari, debet ſine modo amare, & ſine fine ſervire. Propter negligentiam ſuam amittit perfectionem ſuam homo.

& ſanctificandum cum tempus eſt:

32 Loquebatur ſemel Fr. Ægidius cuidam volenti pergere Romam, dicens: Quando per viam ibis, noli attrahere tibi ea quæ videbis, ne impediant, & ſcito eligere bonam monetam à falſa: multæ ſunt enim aſtutiæ inimici, & ejus laquei occulti & varii. Beatus, qui *a* exfructat corpus ſuum amore Altiſſimi, & de bono quod eſt in cælo, non inferius aliquod præmium, requirit. Si quis eſſet pauperrimus valde, & diceret ei aliquis: Frater, accommodo tibi hanc rem meam, ut per tres dies exfructes eam, & per hoc habebis theſaurum infinitum; nonne iſte pauper, ſi conſtaret ei hoc eſſe verum, ſtuderet ſolicite rem illam exfructare? Res mutuata nobis à Deo, eſt caro noſtra: & quaſi tres dies, ſunt totum tempus vitæ noſtræ; ſi vis ergo frui, ſtude lucrari; ſi enim non laboras, quomodo requieſces? Si omnes agri & vineæ hujus mundi eſſent unius hominis, qui non coleret eas nec coli faceret, quem fructum perciperet inde? Alius autem habens parvam quantitatem agrorum & vinearum, & ipſis bene colens, percipit inde pro ſe fructus & pro aliis pluribus. Si quis vult facere malum, vix petit conſilium: & quando vult facere aliquod bonum, ſtudet à multis conſilium perquirere. Proverbium commune eſt; Ad ſepem vicini tui non ponas ollam ad igrem.

33 Non eſt homo beatus, ſi tantum bonam habeat voluntatem, niſi bonis operibus ſtudeat eam ſequi: quia ad hoc dat Deus gratiam ſuam homini, ut eam ſequatur. Dixit ſemel ſancto Fr. Ægidio homo vagabundus, ut videbatur: Fr. Ægidi, fac mihi conſolationem. Reſpondit Fr. Ægidius, Stude bene agere, & habebis conſolationem; niſi enim in ſe præpararet homo locum Deo, non inveniret locum in creaturis Dei. Quis eſt, qui non velit facere id quod eſſet melius, non ſolum animæ ſuæ, ſed etiam corpori in hoc mundo? nos autem, nec bonum animæ, nec bonum corporis volumus operari. Ego poſſem jurare veraciter, quod qui alleviat ſibi jugum Domini, aggravat ſibi illud: & qui id aggravat ſibi, ipſum ſibi alleviat. Utinam homines facerent id, quod eſſet melius corpori in hoc mundo; qui fecit alium mundum, fecit & iſtum; & de bonis, quæ tribuit in alio mundo, poteſt in iſto tribuere; & corpus ſentit de bonis animæ. Tunc dixit ei quidam Frater: Forte moriemur antequam experiemur aliquid boni. Reſpondit Fr. Ægidius, Pelliparii noverunt de pellibus, cerdones de calceamentis, & fabri de ferro, & ſic de aliis artibus: quomodo autem homo poteſt ſcire artem, in qua numquam ſtuduit? Credis tu, quod magni Domini dent dona magna ſtultis hominibus, & *b* inſanis? Non dant? Bona opera ſunt via ad omne bonum, ſicut mala opera ſunt via ad omne malum. Beatus ille quem nulla res à cælo inferius deædificabit, & quem omnia quæ videbit & audiet vel ſciet ædificabunt, & de omnibus ſtudebit eligere utilitatem ſuam.

per quæ obtineatur ſummum bonum.

De nimia rerum terrenarum cura veſcanda.

34 Væ homini, qui ponit cor ſuum, & deſiderium ſuum, & vires ſuas in rebus terrenis, propter quas relinquit & perdit cæleſtia bona & æterna. Aquila, quæ volat altiſſime, ſi haberet alligatam cuilibet alæ unam de trabibus eccleſiæ S. Petri, non volaret ita alte. Multos invenio laborantes pro corpore, & pauperes pro anima: multi enim laborant multa pro corpore, frangentes ſaxa, cavantes montes, & alia opera gravia faciendo; ſed pro anima, quis ita viriliter & ferventer laborat? Avarus ſimilis eſt talpæ, quæ non credit alium theſaurum eſſe nec aliud bonum niſi cavare terram & inhabitare eam: tamen ſunt alii theſauri, quos ignorat. Aves cæli, & beſtiæ terræ, & piſces maris, quando habent cibum competentem ſibi, contenti ſunt: cum ergo homo terrenis rebus non fit contentus, ſed ſemper ſuſpiret ad alia; patet quod ad hoc non fuit principio factus, ſed ad alia: corpus enim factum fuit propter animam, & mundus iſte propter alium mundum. Mundus iſte eſt talis campus, quod habens ex eo partem majorem habet partem deteriorem. Item dicebat, quod B. Franciſco non multum placebant formicæ, propter nimiam ſolicitudinem congregandi victualia ſua; ſed aves cæli magis placebant, quia non congregant in horrea ſua. *c*

35 Gratia magna in pace poſſideri non poteſt: quia ſemper ei oriuntur multa contraria. Quanto homo gratioſior fuerit, tanto plus à diabolo impugnatur: non debet tamen homo propter hoc ceſſare à gratia ſua; quia quanto gravior fuerit pugna, tanto ſi vicerit major erit corona. Nos ideo habemus multa impedimenta, quia non ſumus quales eſſe debemus; verumtamen ſi quis bene iret per viam Domini, nec fatigationem haberet nec tœdium: ſed in via ſeculi fatigationem homo habet & tæ ium uſque ad mortem. Reſpondit ei quidam Frater dicens: Tu videris duo contraria dicere ſibi ipſis. Reſpondit Fr. Ægidius: Nonne dæmones plus currunt ad hominem habentem bonam voluntatem, quam ad alios? ecce impedimentum. Et ſi quis venderet denariatam *d* ſuam plus millies quam valeret, quam fatigationem ibi ſentiret? Ecce ſoluta eſt contrarietas. Dico ergo, quod quanto quis magis erit repletus virtutibus, tanto magis infeſtatur à vitiis; & tanto magis ea odio deberet habere. De omni vitio, quod vinces, acquiris coronam; & de quocumque vitio magis tribularis, de eo magis præmium recipies, ſi devinces. Quacumque cauſa omittit homo ire per viam domini ſui, ipſa de cauſſa amittit præmium ſuum.

De pugna contra tentationes:

quam ea ſit utilis:

36 Dixit ei quidam Frater; Tentor frequenter tentatione peſſima, & pluries rogavi Dominum; ut auferret eam à me, & non aufert eam. Reſpondit Fr. Ægidius; Sic eſt de tentationibus ſicut aliquando accidit de agricola, qui videt ſilvam arborum & veprium in aliquo territorio ſuo, in quo vellet facere novale, & granum ſeminare; ſed multis laboribus, & ſudoribus & anguſtiis fatigatur, antequam colligat granum; & quandoque quaſi pœnitet, quod laborem illum aſſumpſit, propter labores & anguſtias, quæ ſibi in opere ipſo emergunt. Primo enim intuetur ſilvam extirpandam, & non videt granum: ſecundo cum laboribus multis incidit arbores, & non videt granum: tertio cum multo labore & gravi evellit radices arborum, & nondum videt granum: quarto proſcindit terram & aptat; & nondum videt ibi frumentum pro quo tantum laboravit: quinto arat iterum terram: ſexto ſeminat eam: ſeptimo purgat eam: octavo metit: nono triturat, & omnia hæc cum labore facit magno: decimo reponit cum gaudio, quaſi non recordans tanti laboris gravitatem, propter fructum multum, quem habet in fine; multos etiam labores plures iſtis ſuſtinet, quos omnes benedicit, propter gaudium quia fructum bonum percepit.

quomodo pugnandū cum inani gloria.

37 Dixit ei quidam iterum: Quid faciam? ſi enim facio aliquid boni, habeo inde vanam gloriam; & ſi facio malum, incido in triſtitiam & quaſi in deſperationem. Reſpondit ei Fr. Ægidius: Benefacis,

ſi

A si doles de peccato tuo : tamen conſulo tibi, ut doleas temperate & moderate : ſemper enim debes credere, quod major ſit potentia Dei in parcendo, quam tua potentia Dei in peccando. Si Deus facit miſericordiam alicui magno peccatori, credis tu quod minorem peccatorem relinquat ? Ceterum propter tentationem inanis gloriæ, non deſiſtas facere bonum : ſi enim agricultor, jacere volens ſemen in terra, diceret intra ſe : Nolo ſeminare in hoc anno, quia ſi ſeminavero forte venient volucres & comedent ex ſemine illo, & propter hoc non ſeminaret ; non haberet fructum terræ ſuæ ad comedendum : ſi autem ſeminat, licet aliquid de ſemine pereat, tamen pars major remanebit ei : ſic eſt de illo, qui tentatur de vana gloria, & pugnat contra eam. Quidam Frater dixit ei, legitur de B. Bernardo, quod ſemel dixit ſeptem Pſalmos pœnitentiales, nec quidquam aliud cogitavit, niſi ſuper his quæ dicebat. Reſpondit Fr. Ægidius : Majus reputo, ſi caſtrum aliquod expugnatur fortiter, & defendit ſe viriliter & valenter.

de pœnitentia,

38 Dicebat ſemel quidam Judex Fr. Ægidio, Quomodo nos ſeculares poſſemus aſcendere ad ſtatum gratiæ & virtutis ? Reſpondebat : Primo homo
B debet dolere de peccatis ſuis, poſtea confiteri pure, deinde pœnitentiam ſibi injunctam humiliter facere, poſtmodum cuſtodire ſe ab omni peccato & ab omni occaſione peccati, tandem ſe in bonis operibus exercere. Benedictum ſit id malum, quod convertitur homini in bonum : & maledictum ſit id bonum, quod convertitur homini in malum. Libenter debet homo ſuſtinere mala in hoc mundo, quia dedit nobis exemplum Dominus noſter Jeſus Chriſtus. Beatus, qui habebit dolorem de peccatis ſuis, & plorabit die ac nocte, nec conſolabitur in hoc mundo, donec perveniat illuc, ubi omnia deſideria
e cordis ſui implebuntur. *e*

De oratione :

39 Oratio eſt initium, & complementum omnis boni. Oratio illuſtrat animam, & per eam cognoſcitur bonum & malum. Hanc orationem debet facere omnis peccator ad Dominum, ut det ei cognoſcere miſeriam ſuam & peccata ſua & beneficia ſua. Qui neſcit orare, non cognoſcit Deum. Omnes qui debent ſalvari, ſi habent uſum rationis, oportet de neceſſitate ut in fine ſuo ſeſe ad orationem convertant. Ponamus quod aliqua mulier, verecunda multum & ſimplex, haberet unicum filium : qui propter
C aliquam offenſam captus eſſet à Rege, & ad ſuſpendium duceretur ; nonne hæc vidua, licet verecunda & ſimplex, ſolutis crinibus & nudato pectore pro liberando filio ſuo vociferando clamaret, & ad Regem rogandum curreret ? & quis doceret iſtam ſimplicem rogare pro filio ſuo ? Amor filii & neceſſitas, mulierem, verecundam & vix extra limen domus exeuntem prius, quaſi effrontem poſtea compellit ire per plateas inter homines ejulantem, & ſimplicem reddit ſapientem : ſic bene ſciret orare & vellet, qui damna & mala ſua & pericula ſua veraciter cognoſceret.

quam ea ſit facilis ſuæ cognoſcenti neceſſitatē :

non eſt omittenda ob defectū devotionis,

40 Dixit ei quidam Frater : multum deberet homo dolere, quando in oratione non poteſt gratiam devotionis invenire. Reſpondit Fr. Ægidius : Conſulo tibi, quod plane facias factum tuum ; ſi enim haberes aliquantulum boni vini in vegete, & fæx eſſet ſub vino, velles tu vegetem concutere, & vinum cum fæce miſcere ? Non eſſet hoc faciendum. Cogita, te nullatenus eſſe dignum conſolationem aliquam à Deo in oratione recipere. Nam ſi quis vixiſſet ab initio uſque nunc, & victurus eſſet uſque ad finem mundi, & in oratione deduxiſſet omni die plenam paropſidem lacrymarum, non eſſet dignus tunc in fine mundi, ut Deus conſolationem vel unicam ſibi daret.

EX MSS.

cur ſub ea crebrius tentemur quàm alias :

41 Dicebat ei aliquando quidam Frater : Quare plures tentationes patitur homo, quando orat Deum, quam aliis temporibus ? Reſpondit Fr. Ægidius : Quando aliquis habet cauſam contra adverſarium ſuum in aula principis alicujus, ſi homo ille vadit ad principem illum, & proponat & faciat contra adverſarium ſuum ; adverſarius ille hoc ſciens, opponit ſe iſti totis viribus, ne ſententia detur pro iſto : ſic facit diabolus contra nos. Primo, ſi ſteteris in colloquio cum aliis, videbis frequenter te non ſentire multa bella tentationum ; ſed ſi ad orationem perrexeris, ad recreandam animam tuam, tunc ſenties contra te ignita jacula inimici. Non debes tamen propter hoc orationem relinquere, ſed firmus ſtare : quia hæc eſt via ad patriam ſupernam : & ille, qui propter hoc orationem relinquit, eſt ſicut ille qui de prælio fugit.

quomodo devotio expectanda, faciendo quod in nobis eſt,

42 Dicebat ei quidam : Multos video, qui videntur habere ſtatim gratiam devotionis & lacrymarum quando vadunt ad orationem : ego autem vix poſſum inde aliquid ſentire. Reſpondit Fr. Ægidius : Labora fideliter & devote : quia gratiam, quam non dat tibi Deus una hora ſeu vice, poterit dare in alia vice : & quod non dat tibi in uno die, vel in una ſeptimana, vel in uno menſe, vel in uno anno ; poterit tibi dare in alio die, vel in alia ſeptimana, vel in alio anno. Pone tu laborem tuum & diligentiam, & Deus ponet gratiam ſuam ſicut ſibi placebit. Faber, qui fabricat cultellum, antequam cultellus perficitur, multas dat tunſiones ſuper ferrum, de quo facit cultellum ; ſed poſtremo in una percuſſione cultellus perficitur. Multum deberet homo eſſe ſolicitus de ſalute ſua : ſi enim totus mundus eſſet plenus hominibus, etiam uſque ad nubes ſi eſſet poſſibile, & de his non deberet ſalvari niſi unus ; tamen quilibet deberet ſequi gratiam ſuam, ut ipſe eſſet ille unus : quia non eſt amittere corrigiam calciamenti, amittere ſupernam gratiam. Sed væ nobis ! eſt qui det, & non eſt qui accipiat
E

& acceptâ gratia bene utendo,

43 Alio tempore quæſivit quidam Frater à Fr. Ægidio : Quid facis Fr. Ægidi ? Reſpondit : Facio malum. Ille vero dixit iterum Fr. Ægidio : Quod malum facis tu, qui es Frater Minor ? Et Fr. Ægidius dixit cuidam Fratri Minori aſtanti : Frater, quis eſt parator, vel Deus dare gratiam ſuam, vel nos accipere ? Reſpondit ille : Deus eſt parator nobis dare, quam nos accipere. Dixit ei Fr. Ægidius, Et facimus nos bene ? Ille Frater reſpondit ; Imo facimus male.
F Et converſus Fr. Ægidius ad illum, qui quæſierat ab eo, quid faceret, ait : Ecce patet quod dixeram tibi verbum, cum reſpondi me facere malum. Item dicebat : Multa opera commendantur in ſacra Scriptura, ut veſtire nudos, paſcere famelicos, & alia multa ; tamen de oratione loquens Dominus ait : Nam & Ioa. 4, 23
Pater tales quærit, qui adorant eum. Bona opera adornant animam : ſed oratio eſt nimis magnum quid. Sancti Religioſi ſunt quaſi lupi, qui vix exeunt in publicum niſi pro magna neceſſitate, & tunc in publico contrahunt parvam moram.

ac ſeculārium conditia fugiendo,

44 Dicebat Fr. Ægidio quidam Frater familiaris ejus : Quare non exis aliquando ad homines ſeculares, volentes tibi loqui ? Reſpondebat Fr. Ægidius dicens : Volo ſatisfacere proximo meo cum bono animæ meæ : non credis, quod ego carius darem mille libras aliquando, ſi haberem eas, quam ego me darem proximo ? Reſpondit, Credo. Fr. Ægidius dixit : & credis, quod ego darem potius quatuor millia librarum, quam darem me aliquando proximo ? Reſpondit ille, Credo. Dixit Fr. Ægidius ei : Dominus dicit in Euangelio : Qui reliquerit patrem & Mat. 19, 29
matrem &c. centuplum accipiet in hoc mundo. Fuit autem quidam Romanus, qui intravit Ordinem Fratrum

EX MSS. trum Minorum, cujus facultates dicebantur valere ſexaginta millia librarum ; ergo aliquod magnum eſt, quod dat Dominus Deus in hoc mundo, ex quo valet centies ſexaginta millia librarum. Sed nos ſumus cæci & velati: ſi videmus hominem multum gratioſum, & virtuoſum non poſſemus ferre perfectionem ejus. Si quis eſſet vere ſpiritualis, vix videre vellet aliquem vel audire vel moram facere cum aliquo, niſi pro magna neceſſitate, ſed ſemper optaret ſolitarius eſſe.

ſenſuſque frænando. 45 Dicebat iterum de ſeipſo: Ego potius vellem eſſe cæcus, quam eſſe pulchrior, vel ditior, vel ſapientior, vel nobilior homo de mundo. Dixit ei quidam: Quare potius velles eſſe cæcus, quam habere iſta? Reſpondit, Quia timeo, ne impedirent iter meum: beatus erit, qui nec cogitabit, nec dicet, nec faciet aliquid reprehenſibile. Interrogavit aliquando Fr. Ægidius aliquem Fratrem dicens: Quid dicunt iſti ſapientes de contemplatione? At ille dixit, Neſcio *f*. Et ille, Vis ut dicam tibi, quid mihi videatur? Et ille ait: Modo dic. Dixit Frater Ægidius, Gradus contemplationis mihi videntur eſſe, ignis, unctio, extaſis, contemplatio, guſtus, requies, gloria. *g* Item, Si invenis gratiam in oratione, ora: etiam ſi non invenis, ora: quia pilos caprarum accipiebat Deus in oblatione. Interdum plus diligit Rex pedem minus laborantis pro eo, quam totam perſonam alterius multo plus laborantis pro eo: pro eo quod Dominus reſpicit cor. Quando Dominus dedit prædicationem S. Petro, dixit ei quod minorem partem ſemper retineret, ſibi dicens: Et tu aliquando converſus, confirma fratres tuos.

De cautela ſpirituali. 46 Si vis bene videre, erue oculos tuos, & eſto cæcus: ſi vis bene audire, eſto ſurdus: ſi vis bene loqui, eſto mutus: ſi vis bene ambulare, abſcide tibi pedes tuos: ſi vis bene operari, mutila tibi manus: ſi vis bene amare, habeas te odio: ſi vis bene vivere, te mortifica: ſi vis bene lucrari, ſcito perdere: ſi vis eſſe dives, eſto pauper: ſi vis eſſe in deliciis, afflige te: ſi vis eſſe ſecurus, eſto ſemper in timore: ſi vis exaltari, te humilia: ſi vis honorari, deſpice te, & honora te deſpicientes: ſi vis habere bonum, ſuſtine malum: ſi vis eſſe in quiete, labora: ſi vis benedici, deſidera maledici. O quam magna ſapientia eſt hæc ſcire, & facere! ſed quia magna ſunt, non omnibus data ſunt. Si viveret mille annis homo, nec haberet aliquid facere extra os ſuum, ſatis haberet facere intus in corde ſuo, nec poſſet ad complementum perfectum venire, tantum haberet facere ſolum intus. Nullus deberet velle videre vel audire aliquid, ſive loqui de aliqua re, niſi uſque ad utilitatem ſuam, nec ultra procedere ullo modo. Qui non vult cognoſcere, non cognoſcetur: ſed væ nobis, quoniam illi, qui habent dona Domini, non cognoſcuntur; & qui non habent, non quærunt. Homo fingit Deum, qualem vult; ſed ipſe eſt talis, qualis ipſe eſt.

ANNOTATA.

Exfritare. a *Videtur Metaphora ſumpta ab agris, quos improbi coloni exhauriunt, continuo fructum petendo ex iis.*

b *MS. Antuerp.* iniquis.

c *Sequebatur titulus* de caſtitate, *quem hic omittimus quia infra magis integre eadem dabuntur.*

Denariata *denrée.* d *Surius ex Germanico vertit*, res ſuas; *ſignificantur autem hoc nomine proprie merces, quæ minutim, menſura ſcilicet aut pondere divenduntur, adeoque comparabiles ſunt etiam denariis: quas merces Franci ſimiliter, ſingulari numero aut etiam plurali*, denrée & denrées *dicunt, quaſi* denierée, denierées; *ſcilicet à* denier, *denarius*; *adhibendo terminationem participii paſſivi feminini, uti in aliis pluribus ſimilibus ſubſtantivis, v. g.* poing *pugnus*, poignée *pugillus*; *quod Latina ſeu Italica terminatione diceretur* pugnata, *quantum ſcilicet pugno comprehendi poteſt.*

e *Sequebantur in MS. Vratiſlav: duæ ſententiæ Auguſtini & Gregorii de pœnitentia: ſed has aliaſque ſimiles, inventas ad calcem aliorum quorumdam capitum in hoc MS. omittimus; quia deſunt in MS. Antuerpienſi & defuerunt in Germanico Surii, nec dubitamus quin ſint additamentum ſcriptoris poſterioris.*

f *Waddingus ad an.* 1262 §. 24, *hæc refert velut ex ore ipſius Fr. Leonis, qui reſponderit*, Neſcio, timens hominem, cum quo ſumme deſiderabat diutius loqui, raptum iri, ſi quid dixiſſet de contemplatione aut rebus divinis.

g *Sequentia addimus ex MS. Antuerp. horum prima linea etiam extabat in Germanico Surii.*

CAPUT III.

Alia dicta B. Ægidii.

De ſcientia utili & inutili, 47 Qui vult ſcire ſatis, inclinet caput ſatis, & operetur ſatis, & trahat ventrem per terram, & Dominus docebit eum ſatis. Divina ſapientia eſt bona opera facere, bene cuſtodire ſe, & judicia Dei conſiderare. Dixit ſemel cuidam volenti ire ad ſcholas cauſa diſcendi: Cur vis ire ad ſcholas? ſumma totius ſcientiæ eſt timere, & amare Deum: hæc duo ſufficiunt tibi. Tantam ſcientiam, & ſapientiam habet homo, quantum boni operatur, & non plus. Non ſis nimis ſolicitus fore utilis aliis: ſed eſto magis ſolicitus, ut ſis utilis tibi ipſi. Volumus aliquando multa ſcire pro aliis, & pauca pro nobis. Verbum Dei non eſt, audientis vel dicentis, ſed operantis illud. Multi neſcientes natare intraverunt in aquas, ut adjuvarent pereuntes in eis, & cum pereuntibus perierunt: prius erat unum damnum, poſtea fuerunt duo. Si bene procures ſalutem animæ tuæ, bene procurabis ſalutem omnium amicorum tuorum. Si bene facis factum tuum, bene facis factum omnium benevolentium tibi.

& prædicatione verbi. 48 Prædicator verbi Dei poſitus eſt à Deo, ut ſit candela, ſpeculum, & vexillifer populo Dei. Beatus eſt ille, qui ſic dirigit alios per viam rectam, quod ipſe non ceſſet ire per eam; & ſic invitat ad currendum, quod ipſe currere non deſiſtat; & ſic eſt adjutor aliis, ut fiant divites, & ipſe ex hoc non fiat pauper. Credo, quod bonus prædicator magis loquitur ſibi quam aliis. Videtur mihi, quod qui vult animas peccatorum trahere, magis debet timere, ne ipſe ab aliis male trahatur. Cui dixit quidam Frater: Quomodo? Et ille: Averte oculos tuos, ne videant vanitatem. Illi, qui dicunt, non comprehendunt, & illi, qui audiunt, non intelligunt. Dixit ei quidam: Quid eſt melius prædicare, an facere? Reſpondit: Quis magis meretur, vadens ad domum S. Jacobi, vel viam ad S. Jacobum eundi aliis oſtendens? Multa video, quæ non ſunt mea; multa audio, quæ non intelligo; & multa loquor, quæ non operor: ergo videtur mihi, quod per ſolum viſum, loquelam, & auditum non ſalvatur homo.

De verbis bonis & malis. 49 Qui loquitur bona verba, eſt quaſi os Dei: & qui loquitur mala verba, eſt quaſi os diaboli. Quando ſervi Dei congregantur in aliquo loco ad colloquendum, debent tractare de pulchritudine virtutum, ut placerent eis virtutes; quia ſi placerent eis, exercerentur in eis; & ſi exercerentur in virtutibus, ſemper virtutes ab eis amplius amarentur. Quanto magis homo eſt plenus vitiis, tanto eſt magis neceſſarium ei de virtutibus loqui: ſicut enim ex frequenti colloquio pravo de vitiis, incidit quis in vitia valde faciliter; ſic ex frequenti colloquio ſancto de virtutibus, faciliter inducitur & diſponitur ad virtutes.

A tes. Sed quid dicemus? De bono non poſſumus dicere bonum, nec de malo poſſumus dicere malum. Quid ergo dicemus? De bono enim non poſſumus dicere, quantum bonum ſit; nec etiam de malo, quantum malum ſit, cum utrumque incomprehenſibile ſit à nobis: ego enim non reputo majoris eſſe virtutis, ſcire bene tacere, quam ſcire bene loqui: & videtur mihi, quod homo deberet habere collum ad inſtar gruis, ut quaſi per multos nodos tranſiret verbum, antequam ex ore progrederetur.

De virtute perſeverantiæ.

50 Quid prodeſt homini jejunare, orare, eleemoſynas dare, ſeipſum affligere, ſentire quoque magna de cælo, & non pervenire ad portum ſalutis? Ecce aliquando apparet aliqua navis in mari formoſa, magna, nova, & multo theſauro plena; tamen ſibi aliquo periculo occurrente ad portum ſalutis non venit, ſed miſerabiliter perit; quid ei profuit illa omnis bonitas & pulchritudo ejus? Et iterum: In mari eſt aliquando navis deformis, non grandis, vetuſta, deſpecta, non multo theſauro repleta; & cum multo labore evadens maris pericula, feliciter pervenit ad portum; hæc ſola commendabilis. Simile quoque evenit in hominibus mundi hujus; merito ergo omnibus eſt timendum. Quamvis arbor ſit nata, non

B tamen ſtatim eſt magna; &, ſi magna, non florida; & ſi floret, non ſtatim producit fructus; & ſi producit fructus, non ſtatim magnos; & ſi magni, non tamen maturi; & ſi maturi, non omnes tamen ad os comedentis perveniunt, ſed multi decidunt & putreſcunt, vel à porcis vel à beſtiis aliis devorantur. Dixit ei quidam; Dominus bene faciat te finire. Reſpondit Fr. Ægidius: Quid mihi prodeſt, ſi centum annis regnum cælorum mendicaſſem, niſi bene finirem? Duo magna bona in hominibus reputo, Deum amare, & ſibi ſemper à peccato cavere: qui haberet illa duo, haberet omnia bona.

In Religione vivendum juxta eam.

51 Frater Ægidius de ſeipſo loquens: Vellem, inquit, potius habere modicū gratiæ Dei in Religione, quam multum in ſeculo, quia plura pericula & pauciora adjutoria ſunt in ſeculo, quā in Religione: ſed homo peccator plus formidat bonum ſuum, quam malum ſuum; quia timet pœnitentiam agere, & Religionem intrare, plus quam in peccato jacere, vel in ſeculo remanere. Dicebat quoque Fr. Ægidius: Multi Religionem ingrediuntur, & quæ Religioni

C conveniunt non operantur: & ſunt hujuſmodi ſicut

a agricola, qui arma *a* Rolandi indueret, & cum eis pugnare neſciret: non enim omnes homines Equumbajardum *b* ſcirent equitare, nec inſidentes ei ſibi ſcirent à caſu cavere. Non reputo magnum curiam Regis intrare, nec reputo magnum bona à Rege & dona accipere; ſed reputo magnum ſcire ſicut decet in curia Regis ſtare. Curia magni Regis eſt Religio, quam intrare non eſt magnum, & aliqua dona Dei in ea recipere; ſed ſcire ſicut decet in ipſa vivere, & uſque in finem perſeverare devote ac ſolicite. Potius autem vellem in ſeculari ſtatu exiſtere, & devote ac ſolicite ad Religionis ingreſſum ſuſpirare; quam in Religione exiſtere, & ſatur eſſe. Glorioſa Virgo Mater Dei fuit nata de peccatoribus; & peccatricibus, nec fuit in aliqua Religione: & tamen eſt id, quod eſt.

Religio Minorum quam ſit perfecta.

52 Debet religioſus credere, ſe neſcire nec poſſe vivere ſine Religione. Videtur mihi, quod Religio Minorum ſit miſſa à Deo in hunc mundum, ad magnam hominum utilitatem: ſed væ nobis; non ſumus tales homines quales eſſe debemus. Religio Fratrum Minorum videtur mihi eſſe pauperior & ditior hujus mundi: ſed mihi videtur hoc noſtrum vitium, quia nimis alte volumus ambulare. A principio mundi uſque nunc, melior Religio nec expeditior Religione Fratrum Minorum adhuc non apparuit. Ille dives eſt, qui imitatur divitem: ille eſt ſapiens, qui imitatur ſapientem: ille bonus eſt, qui imitatur bonum: ille pulcher eſt, qui imitatur pulchrum: ille nobilis eſt, qui imitatur nobilem, ſcilicet Dominum Deum. EX MSS.

De obedientia:

53 Quanto magis conſtrictus eſt Religioſus amore Dei ſub jugo obedientiæ, tanto majorem fructum reddet: & quanto magis eſt Religioſus obediens & ſubjectus Prælato propter honorem Dei, tanto magis eſt pauper, & mundus à peccato ſuo præ ceteris hominibus hujus mundi. Religioſus bene obediens, ſimilis eſt homini bene armato, vel militi ſedenti ſuper bonum equum, qui tranſit ſecurus inter hoſtes, & nemo poteſt eum offendere. Religioſus autem *ejus neceſſitas* obediens cum murmure, ſimilis eſt militi inermi, ſedenti ſuper equum malum, qui tranſiens inter hoſtes cadit, & ab inimicis capitur, aliquando vulneratur, incarceratur, & quandoque occiditur. Religioſus, qui in propria voluntate vult vivere, ad ignem inferni vult ire. Quamdiu bos tenet caput ſub jugo, implet horrea frumento: bos autem non tenens caput ſub jugo, ſed vagando diſcurrens, magnus Dominus ſibi eſſe videtur, ſed frumento horrea non implentur. Magni & ſapientes ponunt caput humiliter ſub E jugo obedientiæ, & ſtulti caput de ſub jugo extra- *& excellentia.* hunt, & obedire contemnunt. Mater quandoque nutrit filium & exaltat, qui poſtquam magnus effectus eſt matri per ſuam ſuperbiam non obedit, ſed eam deridet & ſpernit. Majus reputo homini obedire Prælato propter amorem Dei, quam obedire ipſi Creatori per ſeipſum aliquid imperanti: qui enim Vicario Domini bene obedit, bene obediret Domino ſibi aliquid imperanti.

ANNOTATA.

Rolandus.

a *Heros hic inter fabuloſos Caroli Magni milites laudatur à prodigioſa fortitudine, eſtque vernaculis Francorum fabulis decantatiſſimus. In exemplari noſtro Wratiſl. legebatur,* arma præliundi.

Equus-bajardus.

b *Hic etiam equus iiſdem vernaculis fabulis celebratur, quod nullum ſeſſorem admitteret niſi quatuor filios Haymonis Belgice* Ros-bayard. *Eſt autem* bay *ſpadicens, badius, ſeu caſtaneus, unde equo illi nomen factum, ſicut alia Teutonica ſubſtantiva in* ard, *qualitatem naturalem ſive habitualem ejus, quem ſic nominamus, adſignificantia.* F

CAPUT IV.

Dicta B. Ægidii ex ſolo MS. Antuerpienſi. a

Quomodo agendum tempore aridit atis.

54 BOna ſocietas eſt homini ſicut theriaca: & mala ſocietas ſicut venenum. Arbores quæ ſtant juxta viam interdum feriuntur ferro à tranſeuntibus, & fructum non ſinuntur maturare: ſic nocet ſtare in publico. Dixit quidam Fr. Ægidio, Quid poſſem facere, ut ſentirem aliquam ſuavitatem de Deo? Reſpondit: Inſpiravit tibi Deus aliquando bonam voluntatem? Qui ait: Multoties. Dixit ei pluries Fr. Ægidius in hæc verba vociferans, Quare non cuſtodiviſti illam bonam voluntatem, & duxiſſet te ad majus bonum. Alius dixit ei, Quid faciam? quia ſum aridus & indevotus. Reſpondit ei ironice, Noli orare Deum: ne offeratis munus ad altare. Quando diſſipat impetus aquæ inundantis alveum & canalem aquæ molendini, molendinarius ſtudet paulatim emendare quæ diſſipata ſunt: & ſimiliter quando molæ molendinarii non faciunt bonam farinam, non frangit ſtatim eas malleo magno, ſed paulatim & plane reparat eas, martello parvo tundendo, donec reparentur. Religioſi vocati ſunt à Deo ad vacandum orationi, humilitati & fraternæ caritati: ſed væ illis, qui

EX MSS. qui perdiderunt desiderium boni sui, & volunt ire nimis alte.

Postquam sibi apparuit Christus,

55 Dum semel retulisset Fr. Ægidius cum multo fervore quibusdam amicis suis, quomodo anno illo, quo S. Franciscus transivit ab hoc mundo ad patriam cælestem, apparere dignatus fuerat Christus eidem Fr. Ægidio vigilanti, visibiliter, corporali cum fulgore miræ claritatis, multis vicibus, per dies quindecim, in loco Cetonæ; quidam ex Fratribus dixit Fr. Ægidio: Vellem quod eo loco, ubi Christus sic dignative complacuit comparere, fieret una parva ecclesia de formosis lapidibus & politis. Qui respondit:

optat eo in loco ecclesiam fieri:

O quam bene tu dicis! quia plures factæ sunt ecclesiæ in locis, ubi non ita magna fecit, sicut ibi. Dixitque alius, Et quomodo intitularetur illa ecclesia? Respondit, Deberet vocari nomine Pentecostes, id est, ecclesia Spiritus sancti. Dixitque alius: Credis tu quod Spiritus sanctus venerit post tempora Apostolorum in aliquam personam, eo modo quo venit in Apostolos. Qui ait: si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Cui Frater dixit: Tu dicis, quod Deus abstulit tibi fidem: dic mihi, si placet, si tu habes spem. Respondit: Qui non habet fidem, quomodo habebit spem? Dixit ei Frater, Nonne speras te habere vitam æternam? Respondit: Non credis tu quod Deus potest dare arrham vitæ æternæ, cui placet sibi? Et ait: Non loquamur modo plus de ista materia. Credidit Frater ille, quod hoc dixit ei, ne tunc, Fratre præsente, ibidem in ecstasi raperetur.

in ea visione fatetur sibi loco fidei,

B

56 Dixit quoque Fr. Ægidius, quater se fuisse natum. Primo, ait, natus fui de genetrice mea carnaliter; secundo, in Sacramento Baptismi; tertio, quando intravi Religionem istam; quarto, quando fecit mihi Dominus misericordiam apparitionis suæ. Et ait illi prædictus Frater: Si irem ad partes remotas & quereretur à me utrum cognoscerem te, possem dicere sic: Triginta duo anni sunt quod Fr. Ægidius fuit natus: *b* & antequam fuit natus habuit fidem & postquam fuit natus amisit fidem. Respondit: Sicut dixisti, ita est verum: tamen non habebam fidem ante ita bene, sicut debebam habere, sed tantum cum Deus abstulit illam mihi: & quicumque eam haberet perfecte sicut habenda est, Deus auferret eam sibi. Tamen post hoc habui, quod merui, quod funis ligaretur mihi ad collum, & traherer vituperate per omnes vicos istius civitatis. Dixitque alius: Si tu non habes fidem, quid faceres, si esses Sacerdos & velles dicere Missam solennem, quomodo diceres, Credo in unum Deum? Respondens lætâ facie & cantans altâ voce, dixit: Cognosco unum Deum, Patrem omnipotentem.

succussisse claram cognitionem:

b

C

dolet non laborari pro canonizatione Martyrum.

57 Videbatur Fr. Ægidio quod male fecerunt Prælati Ordinis Fratrum Minorum, eo quod non procurassent pro viribus à Domino Papa (non obtentu vanæ gloriæ, sed contemplatione honoris Domini dumtaxat & ædificatione proximorum) canonizationem Fratrum Minorum Martyrum, qui pro gloriosa confessione fidei fuerunt apud Marochium interfecti. *c* Et si Dominus Papa voluisset eos canonizare, bene quidem; sin autem, Fratres hoc procurantes apud Deum essent excusati. Et addebat: Si exempla Patrum nos præcedentium non habuissemus, forsitan in statu pœnitentiæ, in quo sumus, non essemus: sed redditur unicuique aurum pro auro, scarletum *d* pro scarleto, cincinnium *e* pro cincinnio: nec aliquis unam faciat Deo, & non aliam qualitercumque. *f*

c

d e

f

docet condolendum esse peccatoribus,

58 Lamentabatur quandoque Fr. Ægidius de cujusdam civitatis *g* debellatione, graviter dolens, tam de crudelitate debellantium quam de periculo debellatorum. Et postquam dixit quod his esset multum condolendum, adjecit in hæc verba: Voluit tamen Deus, quod homines illius civitatis pœniterent & humiliarentur, quia sæpe vicinos suos, quibus erant potentiores, satis immaniter tractaverunt. Tunc dixit ei quidam Religiosus: Si Deus hoc voluit, sicut tu dicis, non debemus eis compati, sed potius de illorum pœna gaudere; quia omnis homo debet conformare voluntatem suam voluntati divinæ. Respondit, Ponamus, quod Rex aliquis posuerit edictum, quod si aliquis commiserit tale facinus, decapitetur vel suspendatur; & dato quod filius Regis illius, in crimen hujusmodi lapsus, de mandato Regis trahatur ad mortem prædictam; credis tu, quod Regi placeret, quod homines exultarent & dicerent, Gaudeamus, quia dominus Rex ducit filium suum ad mortem? Non placeret Regi tale gaudium, sed displiceret: sic est, ait, in isto negotio. Alia vice dixit ei quidam: Si quis laudat me de bono, etiam quod non habeo, inde glorior vane in corde meo. Respondit: Si quis esset pauperrimus, totus plagatus & pallidus, vilissimis & sordidis vestimentis indutus, & omnino discalceatus, & homines venirent ad eum dicentes: Salve domine, quia mirabiliter es dives, decorus, & pulcher, & valde speciosa vestimenta & calceamenta habes; Nonne stultus esset, si talis laus ei placeret, & se talem arbitraretur esse qualem illi dicerent, cum sciret certissime rem illam omnino se aliter habere?

dura juste à Deo puniuntur:

quam stulta res sit vana gloria.

D

E

59 De omnibus Religionibus & Religiosis, quidam placent Deo, & quidam displicent. Eorum autem qui placent sunt duo ordines: unus nominatur ordo amantium, alter placentium. In ordine autem amantium; sunt omnes magni servi Dei, qui se totaliter diligunt in desiderio placendi Deo, & diligunt se invicem in desiderio placendi adinvicem propter Deum. Isti amantes quatuor habent oculos; unus oculus semper respicit, quid magis placeat voluntati & beneplacito Domini Dei: alius semper respicit proximum, ad dandum ei semper pacem & bonum exemplum: aliorum duorum unus respicit ante, alius retro: ille qui est ante, respicit quid sibi evenire debeat de omni opere quod facit: qui est retro, speculatur si opus quod facit placet Domino Deo. Et sic oculus qui est ante, respicit retro: & qui est retro, respicit ante: & isti duo oculi sunt judices operum. Alius ordo dicitur placentium; & placentes dicuntur omnes illi, qui se custodiunt, ne dicant vel faciant aliquam tribulationem alteri: & si alii eis faciant tribulationes, ipsi fiunt servi eorum qui eos affligunt, de plena & bona voluntate cordis, & vadunt videlicet ad justitiam, & non transeunt terminos justitiæ, ut rationem faciant alicui. Isti duo ordines sunt in beneplacito Domini Dei.

Religiosorum alii amantes Deum,

alii placentes Deo:

F

60 Illi autem Religiosi qui sunt in discordiis & contentionibus propter res terrenas, & non propter bonum animæ, sed propter securitatem se reputant bonos, omnes sunt in displicentia Domini Dei: sed possunt de displicentia redire ad placentiam, per pœnitentiam, & confessionem, & cautelam. Sed caveant; quia tam diu possunt in malo perseverare, quod eis ostium misericordiæ clauderent, & projicerentur extra salvationem. Et Prælati, Magistri divinitatis, Prædicatores & Sacerdotes, à Deo sunt ordinati hac ratione, ut sciant animas trahere ad salvationem; & ut hoc ferventius desiderent & appetant, quam vinum vel aquam bibere cum fortissime sitiunt; & ut patiantur pœnam pro animabus: tales prædicti Magistri, Prædicatores, & Sacerdotes, omnes sunt in beneplacito Domini Dei. Omnes autem prædicti Magistri Prædicatores & Sacerdotes, qui magis sitiunt laudari & honorari, quam sitiunt animas trahere ad salvationem, omnes stant in displicentia Dei: sed de displicentia Dei possunt redire ad

displicentes qui?

A ad placitum Dei, ſi confiteantur & amodo ſe cuſtodiant. Sed tantum poſſunt in hoc morari, quod clauderetur eis oſtium miſericordiæ,& projicerentur extra ſalvationem.

b Omnium communis obligatio,

61 Omnes gentes *b* facit naſci Dominus Deus, propter ſuum honorem, & propter hanc rationem, ut debeant eum omnes diligere ſuper omnia, & proximum propter Deum ſicut ſeipſos. In tantum una gens diligit aliam, in quantum ſe amant & hortantur ad ſalvationem. Omnis gens quæ non amat & timet Deum eſt in peccato mortali, & eſt data in manus odii, & projecta extra ſalvationem. Omnis gens quæ grandeſcit in ſua reputatione, & reputat ſe altam & bonam, de hoc quod Dei eſt, nec recognoſcit à Deo eſſe quod habet; ipſe eam, velit nolit, parvificabit & humiliabit. Omnis gens, quæ non vult portare pœnitentiam & pœnam pro peccatis, data eſt in manus pœnæ, & projecta eſt extra ſalvationem in damnationem. Omnis gens, quæ non timet & pavet Deum, dabitur in manu magni pavoris, & projicietur extra ſalvationem in damnationem. Gentes quæ magis amant res terrenas, quam Dominum qui fecit eas, punientur in tribulationibus & flagellis. Gentes quæ non diligunt bonum ſuum, id

& hujus neglectæ pœna.

B eſt, ſalutem animæ ſuæ, habebunt malum ſuum, id eſt, damnationem animæ ſuæ. Omnis gens quæ rationem Domini ſui nec vult audire nec obſervare, ordinata eſt ad pœnam. Omnis gens quæ deridet verbum Dei, ordinata eſt ad pœnam iræ. Sicut ſol quando oritur, ſtellæ amittunt lumen ſuum reſpectu ſolis, ſic luna & ſol perdunt lumen ſuum reſpectu unius animæ glorificatæ. Unum ſignum eſt quod homo ſit in gratia Dei, ſi in nullo exaltetur, ſed ſemper humilietur. Excuſo autem me coram Deo & vobis, quod non ſum ego qui dico prædicta: quia per me ſuſpenderer in furcis, & projicerer in damnationem extra ſalvationem.

Octo lapi-des pretioſi ſanctorum Eremitarii.

62 Octo ſunt lapides pretioſi, quos dedit Dominus ſanctis eremitis, B. Franciſco, B. Dominico, ſanctis quoque monachis & omnibus Sanctis ſuis. Primus eſt, dolere de peccatis, & ea pure confiteri, & pœnitentiam pro eis portare; & cavere de futuris, & eſſe obedientem. Secundus eſt, quia ipſi Sancti eradicati erant ab omni ſpe mundi & hominum, ita quod corda eorum, nullam radicem temporalitatis nec carnalitatis invenientia ubi ſe tenerent, ad ſolum Deum, qui corda fecerat, neceſſario revertebantur. Tertius eſt, quod omne bonum quod

C habebant recognoſcebant à Domino Deo eſſe, & omne malum à peccatis ſuis. Quartus, quod quicumque malum eis dicebat vel faciebat, erant eis ſervientes de plena & bona voluntate cordis. Quintus, quod amabant reprehenſiones, & non honores; & diligebant unitatem in omni gente pœnitentiæ; & erant miſericordes & pii. Sextus, quod reputabant ſe omnibus aliis viliores, & omnes alios meliores ſe. Septimus, quod ipſi ſerviebant & non expectabant ſerviri: & quicumque eos reputabant viles, ipſi cum eis ſe viles reputabant. Octavus, quod omnia beneficia recognoſcebant eſſe à Deo, & ea ſibi reddebant, dicentes Domine, quid ſumus? quia ſi abſtuleris à nobis bona tua quæ feciſti nobis, erimus pejores omnibus qui ſunt in provinciis. Quia qui ſibi bona quæ Dei ſunt appropriat, Deus eum expropriat: & qui nihil ſibi appropriat, ſed totum Deo attribuit, huic

i Deus bona ſua, quæ ipſe facit, appropriat. *i*

ANNOTATA.

a *Totum hoc Caput deſuit in Ms. Germanico Surii, nec non in ecgrapho Wratiſlavienſi: accepimus illud ex Ms. Antuerpienſi: ex quo qui imprimenda curavit Aurea hac dicta, omiſit vel amiſit numerum* 48, 49 *&* 50.

b *Vnde intelligas, hæc tractata fuiſſe, cum B. Ægidius annum* 50 *ageret in ordine: numerandi enim ſunt anni à tempore factæ viſionis: hæc autem ei obtigit anno* 18 *ſuæ converſionis.* EX MSS.

c *Horum Martyrium dedimus* 16 *Ianuarii, obitum ab iis an.* 1220, *ubi vide qua de eorum, quamvis non canonizatorum, publico per Luſitaniam & intra Ordinem cultu, diximus.* *Martyres Marocci-tani.*

d *Alias* Eſcarletum *&* Scarlatum, *coccus, purpura, videtur eſſe vox prorſus peregrinæ originis, ſicut & ipſe color.*

e *An idem valet quod* pilum pro pilo?

f *Videtur aliquid ad perfectum ſenſum deſiderari.*

g *Quænam hæc Vrbs fuerit haud ita promptum eſt divinare, cum externis internisque bellis arſerit ſeculo* XIII *Italia: propendet tamen conjectura in ipſam urbem Romam, anno* 1243; *per duos menſes obſeſſam à Frederico Imperatore: verbum enim* debellare, *hic ſolum pro oppugnare videtur ſumi.*

h *Idiotiſmo Italico & etiam Francico* Gens, *&* Gentes *uſurpantur indefinite pro* hominibus.

i *Hic finiuntur Manuſcriptum & Impreſſum Antuerpienſe.*

CAPUT V.

Reliqua B. Ægidii dicta. a *Ex Ms. Sileſitico.*

E

a

Commendatur memoria mortis.

63 SI quis vixiſſet ab initio mundi uſque modo, & ſemper paſſus fuiſſet malum in omni vita ſua, & modo iret ad omne bonum, quid noceret ei omne malum quod paſſus eſt? Et ſi quis habuiſſet ſemper omne bonum ab initio ſeculi uſque modo, & nunc iret ad omne malum, quid ei prodeſſet omne bonum quod habuit? Dixit ei quidam ſecularis: Vellem in hoc mundo diu vivere, & in omnibus abundare. Cui reſpondit: ſi viveres mille annis, & eſſes Dominus totius mundi, in morte, quod præmium reciperes à corpore, cui ſerviviſti? ſed in modico tempore, qui bene ſe gerit, & bene ſe cuſtodit, præmium inenarrabile recipiet in futuro.

In quo conſiſtat vita activa.

64 Cum nullus ſit, qui ad contemplativam vitam accedere valeat, niſi per activam fideliter & devote exercitatus fuerit; oportet quod cum omni ſolicitudine vita activa utatur. Ille eſſet bonus activus, qui, ſi poſſibile eſſet, omnes hujus mundi pauperes paſceret, omnes veſtiret, omnia eis neceſſaria tribueret abundanter, & omnes eccleſias & hoſpitalia faceret hujus mundi; & ſi poſtea haberetur malus homo ab omnibus hominibus de mundo, & ipſe hoc bene F ſciret, & nollet teneri niſi malus, & propter hoc à novo bono opere non ceſſaret, ſed magis ardenter, frequenter, & ferventer in omni bono opere ſe exerceret; ſicut ille, qui non vult, nec deſiderat, nec expectat inde aliquid meritum in hoc mundo, conſiderans qualiter Martha ſolicita circa frequens miniſterium, adjuvari petens à ſorore, à Domino eſt increpata, & tamen à bono opere non ceſſavit: ſic & bonus activus nulla increpatione vel deſperatione debet à bono opere ceſſare, quia non terrenum, ſed æternum ſpectat inde habere præmium.

in quo contemplativa perfectio.

65 Ad contemplandam gloriam divinæ immenſitatis & majeſtatis, nullus poteſt accedere, niſi per fervorem ſpiritus, & frequentem orationem. Per fervorem ſpiritus accenditur homo, & ad contemplationem aſcendit, quando cor cum membris eſt ad hoc totum diſpoſitum plene, ita quod nihil velit neque cogitet præter id quod habet & ſentit. Ille eſſet bonus contemplativus, qui ſi haberet inciſos pedes & manus, & extractos oculos & inciſum naſum, aures & linguam; præ magnitudine ſuaviſſimi & ineffabiliter & inæſtimabiliter grandis odoris & dulcedinis, nulla alia membra, nullaque alia quæ circa cæ-

EX MSS. lum excogitari poſſunt, curaret vel habere deſideraret, præter id quod habet & ſentit. Sic Maria, ſedens ſecus pedes Domini, tantam recipiebat dulcedinem verbi Dei, quod nullum habebat membrum, quod poſſet aut vellet facere aliud, quam id quod faciebat. Et hoc eſt ſignũ, quod conquerenti Sorori ſuæ, quod eam non adjuvaret, non verbo vel indicio reſpondit, cujus advocatus factus eſt Chriſtus, reſpondens pro illa quæ reſpondere non poterat: quia aliud non ſentiebat & cogitabat, quam ille clamabat. Contemplari eſt ab omnibus eſſe diviſum, & ſoli Deo eſſe conjunctum.

Gratiæ quã paratæ hominibus,

66 De divinis rebus ſit homo dives, & de humanis ſit pauper: ergo multum ea debet diligere homo, & iſta odire. Sicut univerſæ viæ terræ plenæ ſunt vitiis & peccatis; ſic omnes viæ cæli ſunt plenæ gaudiis & virtutibus. Gratiæ & virtutes ſunt creaturis præparatæ, vocantes omnes & dicentes, Venite & recipite nos, & docebimus vos viam veritatis: & miſer homo non vult ire. Cujus ergo culpa eſt, ſi homo vivit in miſeria & paupertate, cum vocetur ad Dominum, & non vult laborare ire ad ipſum? Et ideo dignus eſt pœnis inferni. Sicut virtutes & gratiæ ſunt viæ & ſcala ad regnum cælorum, ita vitia & peccata

B

ſunt ſcalæ ad profundum inferni. Periculoſum eſt à Domino gratias petere & virtutes; quia ſi ſecundum gratias & virtutes à Domino tibi datas non operaris,

quam ſolicite obſervanda ſint.

efficieris magis inimicus Dei: & ita plus petere, eſt te majorem inimicum Dei facere propter magnitudinem. Quanto majora dona offert Dominus ſervo ſuo, tanto eſt magis ingratus, ſi non cuſtodit & reddit ſibi gratiam. Quanto magis eſt homo plenus virtutibus & gratiis, tanto magis impugnatur à vitiis & peccatis, & tanto magis debet ea odio habere: unde de omni vitio, quod homo vicerit, acquirit ſibi virtutem.

Orationis perfectæ fructus:

67 In oratione multæ inveniuntur & merentur gratiæ & virtutes: quarum prima hæc eſt, quia illuminatur homo in mente; ſecunda, quia roboratur in fide; tertia, quia ſuas cognoſcit miſerias; quarta, quia pervenit in timorem & humiliatur & vileſcit ſibi ipſi; quinta, quia pervenit in contritionem; ſexta, quia occurrunt lacrymæ; ſeptima, quia venit in cordis emendationem; octava, quia purificatur conſcientia; nona, quia ſtabilitur in patientia; decima, quia ſupponit ſe obedientiæ; undecima, quia pervenit in veram obedientiam; duodecima, quia pervenit in ſcientiam; tertia decima, quia pervenit in intellectum; quarta decima, quia pervenit in fortitudinem; quinta decima, quia pervenit in ſapientiam; ſexta decima, quia pervenit in notitiam Dei, quæ ſe manifeſtat his, qui adorant eum in ſpiritu & veritate; poſtea accenditur in amorem, currit in odorem, pervenit in dulcedinem ſuavitatis, & in mentis quietem ducitur, & in gloriam perducitur: poſtquam autem poſuit os in verba Altiſſimi, ubi anima ſatiatur, quis poterit eam ſeparare ab homine qui perducitur ad contemplationem?

C

ad hos quomodo perveniatur.

68 Ut autem ad prædicta quis perveniat, inter multa alia ſex ſunt neceſſaria; videlicet conſideratio ſuorũ malorum præteritorum, de quibus oportet quod doleat; cautela de pœnitentibus; timor de futuris; cõonſideratio miſericordiæ Dei, quæ [converſionem] hominum expectat, de criminibus ſe non ulciſcendo, cũ pro illis mortalis homo ſit dignus pœna æterna ſecundum juſtitiam divinam: attentio beneficiorum Dei, quæ explicari non poſſunt, videlicet beneficia incarnationis, quam pro nobis aſſumpſit; paſſionis, quam pro nobis ſuſtinuit; doctrinæ, quam nobis reliquit; & gloriæ, quam nobis promiſit. Item dicebat, ea quæ odit ſecularis debet religioſus diligere,

Varia uti. liter dicta,

videlicet, paupertatem, verecundiam, nuditatem, famem, ſitim, vilitatem, & his ſimilia. Dicebat ſanctus Fr. Ægidius de religione: Navis fracta eſt, conflictus factus eſt: fugiat qui fugere poteſt, & evadat ſi poteſt. Item dicebat in fervore ſpiritus: Pariſius, Pariſius, ipſe deſtruis ordinem S. Franciſci. *b* Item docuit quemdam prædicatorem, ut diceret, Bo bo, *c* id eſt, multum dico, & Poco fo, id eſt, parum facio. Item audiendo quemdam dicentem operariis vineæ, fate & non parlate; vocavit Fratres dicens: Audite, quid ille dicit, facite & non loquimini.

D

b

c

in variis occaſionibus,

69 Cuidam eum interroganti, quare magis pullulant in homine mala, quam bona, reſpondit, Poſt maledictionem pronior eſt terra ad producendas malas herbas, quam bonas: tamen aſſiduus cultor ita frequenter poſſet facere, quod herbæ malæ vix poſſent aſcendere. Item quærenti de prædicatore, dixit, quod ſufficiebat ſibi ripa maris ad lavandum manus, pedes, & totum corpus; & ſtultus erat, qui quærebat de illa, quæ erat in profundo maris: & cui ſufficit ſcientia ad bene vivendum, nimis alta non quærat. Item dicebat: Debes Deum rogare, ut non faciat tibi multa bona in hoc ſeculo, & ut te mittat ad dura prælia, & non te adjuvet propter majus præmium. Item dicebat, In hoc poteſt cognoſci ſi quis homo Deum perfecte diligit, qui omni ſolicitudine ſeparat ſe à vitiis, & quotidie magis operatur bonas operationes. Item dicebat, Major virtus eſt ſequi gratiam, quam tribulationes patienter ſuſtinere: plerique enim patienter tolerant tribulationes, ſed non ſequuntur gratiam. Item dicebat, Tantum eſt dicere Frater Minor, quantum videlicet ſubjacere ſub pedibus omnium: quia quanto plus eſt deſcenſus, tanto magis aſcenſus. Item dicebat, Qui plus amat, plus deſiderat. Item dicebat, Magis debemus timere de bonis, quam de malis: malum ſequitur homo, ſed bono eſt contrarius.

E

quomodo collaborandũ gratiæ,

70 Item dicebat de gratia, quam non habet homo, tenebitur inde reddere rationem; quia cum Dominus creaturam ſuam creat benevolentia & gratia ſua, etiam ex natura debet eſſe benevolus & gratioſus: unde ex negligentia & imperfectione ſua perdit homo perfectionem ſuam; ſi enim bene & ſolicite laboraret in gratia ſibi data & collata, inveniret & daret ſibi gratiam, quam non habet. Item dicebat; melius eſt eſſe in domo Dei, hoc eſt in Religione, plena ſerpentibus, ſi ibi Dominus; quam eſſe in domo pulchra, plena deliciis & divitiis, ſine divina præſentia. Item dicebat, Volo, inquit, primo eſſe obediens uſque ad mortem: ſecundo, volo ſubjacere pedibus aliorum: tertio, volo me dure reprehendere & caſtigare: quarto, volo carnes meas dentibus lacerare: quinto, ſi voluntarie nollem me ab aliis retrahere, volo per vim cum torque in collo retrahere me. *d* Interrogatus, quid ſentiret de B. Franciſco, reſpondit, totus inflammatus ex auditu B. Franciſci, dicens: Ille homo B. Franciſcus numquam deberet nominari, quin homo præ gaudio lamberet labia ſua: tantummodo unum ſibi defuit, ſcilicet corporis fortitudo. Si enim tale corpus habuiſſet, quale ego habeo, ſcilicet ita robuſtum, procul dubio totus mundus eum minime ſequi potuiſſet.

F

d

quid ſentiendum de S. Franciſco.

71 Semel Fr. Ægidius dixit S. Bonaventuræ: *e* Pater mi, multas gratias fecit nobis Deus, nos inſipientes & idiotæ, qui nullam ſufficientiam accepimus, quid poterimus facere, ut ſalvemur? Reſpondit S. Bonaventura: Si Deus nullam aliam gratiam daret homini, niſi quod poſſet eum diligere, ſufficeret. Et Fr. Ægidius ait: Poteſt idiota tantum diligere, ſicut litteratus? Reſpondit S. Bonaventura: Una vetula plus poteſt, quam Magiſter in Theologia. Tunc Fr. Ægidius in fervore ſpiritus, vadens in hortum verſus portam, quæ reſpicit civitatem, exclamavit:

e

Idiota æque ac litteratus amare Deum poteſt.

Vetula

A Vetula paupercula, ſimplex & idiota, diligas Dominum Deum tuum, & poteris eſſe major quam Fr. Bonaventura: & tum fuit raptus immobilis per tres horas. Duo Cardinales ad eum ſemel venerunt, ut ab ipſo verba vitæ audirent; & cum vellent recedere rogaverunt eum, ut Deum pro illis rogaret: Quibus ille reſpondit: Quæ neceſſitas eſt ut Deum orem pro vobis, cum vos habeatis fidem & ſpē majorem quam ego? Quomodo? inquiunt illis: qui reſpondit, Quia vos, cum tot divitiis, honoribus, & proſperis hujus mundi, ſperatis miſericordiam Dei: ego autem, cum tot calamitatibus & adverſis, timeo damnari. Quo illi corde compuncti, & in melius mutati, ab ipſo receſſerunt. Prædicta de vita & dictis Sancti Fr. Ægidii, adpræſens ſufficiant.

Reſponſum duobus Cardin. datum.

ANNOTATA.

a *Quæ ſequuntur habentur ex ſolo MS. Vratiſlavienſi, niſi quod eorum aliqua mixta ſint Vitæ apud Antoninum & Surium: & quod apud hunc in fine Dictorum aureorum inveniantur aliqua infra exhibenda.*

b *Idem legitur apud S. Antoninum & Bernardinum Piſanum: Arturus in Annotationibus ſolicite agit, ut vere ac merito dictum fuiſſe oſtendat.*

B c *Neſcimus qua phraſi aut dialecto: fortaſſis plebeia ac trivialt, & nunc exoleta.*

d *Reliquum hujus numeri & initium ſequentis etiam habebatur in Surio, ſed locis diſparatis. MS. Germanicum concludebatur verbis D. Bonaventuræ, ex Legenda S. Franciſci à nobis allatis initio Commentarii.*

e *Addit Surius cap.* 15, *S. Bonaventuram tum fuiſſe* Miniſtrum Generalem: *quod munus ſuſcepit an.* 1256, *canonizatus an.* 1282: *ut potuerit titulus* Sancti *nomini ejus hic additus fuiſſe, vel primitus vel certe antiquitus.*

PARS III.

Facta & conſilia ædificativa ad finem vitæ.

Ex MS. Vratiſlavienſi, S. Antonino, Surio & VVaddingo collecta.

CAPUT I.

Prudentia B. Ægidii conſilia.

C *Docet obedientiam eſſe optimā orationem;*

72 CUidam Fratri conquerenti ſibi, quod Guardianus eidem tempore orationis mandaſſet, quod iret pro pane; reſpondit Fr. Ægidius, Nondum quid ſit oratio cognoviſti; quia vera oratio eſt, quod ſubditus prælati ſui facit voluntatem. Et dixit Fr. Ægidius: Signum ſuperbiæ eſt ponere caput ſub jugo obedientiæ, & extrahere inde, ut via, quæ ſibi perfectior videtur, adimpleatur. Si homo eſſet tanta gratia elevatus & devotione, quod loqueretur cū Angelo, & à ſuo prælato vocaretur, ſtatim deberet colloquium Angelorū dimittere, & prælato promptius obedire. Hoc exemplo firmavit Fr. Ægidius ſemel, qui raptus coram Domino Papa Gregorio & Cardinalibus, qui jerant ad ipſum viſitandum *a* Peruſii ad locum de monte, ſibi præcipiendo Dominus Papa, quod ſtatim ad eos deberet redire, ſtatim qui inſenſibilis videbatur, cucurrit ad Papam, & ejus pedibus provolutus, dixit humiliter culpam ſuam.

per eam revocatur à raptu,

a

73 Audiens Fr. Ægidius caſum Fr. Eliæ, de inobedientia *b* & apoſtaſia ac excommunicatione, proſtravit ſe in terram, & terræ ſe fortiter conſtringebat corpore; & interrogatus quare hoc faceret, reſpondit: Volo deſcendere quantum poſſum: Fr. Elias ideo cecidit, quod aſcendit tantum propter ſaltum.

b

Semel Fr. Ægidius volens obedientiam experiri cujuſdam Fratris in ſacra Theologia Magiſtri, qui ſanctæ Claræ prædicabat & ejus Sororibus, prædicanti dixit: Tace Magiſter, quia ego volo prædicare. Qui ſtatim tacuit: & poſtquam Fr. Ægidius in fervore ſpiritus eructavit melliflua, dixit Magiſtro: Perfice nunc, Frater, ſermonem, quem incepiſti. De quo B. Clara exultans in ſpiritu, dixit; Hodie impletum eſt deſiderium B. Franciſci, mihi aliquando dicentis: Opto Fratres meos Clericos multum ad tantam humilitatem devenire, quod Magiſter in Theologia à voce Laici, prædicare volentis, à prædicatione ceſſaret. Dico vobis, Fratres, ait Sancta Clara, quia me plus ædificavit, ſua humilitate, quam ſi vidiſſem eum mortuum, ſuſcitantem.

EX MSS.

eamdem experitur in Magiſtro cōcionante.

74 Cum Fr. Ægidius ſemel viſſet Aſſiſium, Fratres eum per domum duxerunt oſtendentes ei ædificia ſumptuoſa, quæ conſtruxerant, quaſi in eis gloriantes. Quibus diligenter inſpectis, Fr. Ægidius dixit Fratribus illis; Dico, Fratres, quia nihil deficit vobis niſi uxores. Et perturbati Fratres de hoc, & fortiter ſcandalizati fuerunt; Quibus dixit Fr. Ægidius: Fratres mei, vos bene ſcitis, quod ita eſt vobis illicitum diſpenſare in paupertate, ſicut in caſtitate; poſtquam paupertatem à vobis rejeciſtis, de facili rejicere poteſtis & caſtitatem. *c*

improbat ampla ædificia,

E

c

75 Mortificationi carnis intendebat ſtrenue, in ſervitutem eam reducendo: quare candore præfulſit nitidæ puritatis: unde Fr. Ægidius ſemel comedebat in die hora ſerotina, & tunc valde parum: & dicebat Fr. Ægidius; Caro noſtra eſt ſicut porcus, qui avide currit ad lutum, & eſſe continuo in luto delectatur: & caro etiam eſt ſicut crabro, qui fimum equinum volvere cupit; caro eſt pugil inimici. Interrogatus à Fratre quodam, quomodo poſſemus carnem à vitiis ipſius præſervare: reſpondit Fr. Ægidius, qui vult tranferre magna ſaxa vel trabes magnas, ſtudet eas transferre ingenio magis quam viribus: & in hoc facto ſimiliter eſt procedendum. Omne vitium lædit caſtitatem: eſt enim ſicut ſpeculum clarum, quod per ſolum halitum obſcuratur. Impoſſibile eſt hominem venire ad gratiam Dei, dum ei in carnalibus placeat delectari. Caro vult nos tradere die ac nocte; quam qui vincit, vincit omnes inimicos, & venit ad omne bonum. Et dicebat aliquando: Inter omnes virtutes, ego diligerem caſtitatem. Et cum quidam Frater diceret; Nonne major eſt caritas? reſpondit Fr. Ægidius, Et quid eſt caſtius caritate? & frequenter canendo dicebat: O ſancta caſtitas, qualis es, qualis es? tu es talis & tanta, qualem & quantam te fatui non agnoſcunt. Et cum Frater peteret, quid vocaret caſtitatem; reſpondit: Caſtitatem voco omnes ſenſus cuſtodire gratia Dei. Et cum caſtitatem commendaret, ſecularis quidam præſens dixit: Ego abſtineo me ab omnibus, præterquam ab uxore mea: ſufficitne ſic ſtare? Reſpondit Fr. Ægidius, Videtur tibi quod homo non poſſit inebriari vino vegetis ſuæ.

docet mortificare carnem;

extollit laudem caſtitatis,

F

76 Erant quandoque ſimul Fratres Ægidius, Rufinus *d*, Juniperus & Simon; ait autem Ægidius: Quid facitis vos cum tentationes carnis vos infeſtant? Fr. Juniperus dixit: Humi proſtratus commendo me Deo & ſanctiſſimæ Matris ejus. Juniperus vero, Simul atque ſentio, inquit ejuſmodi tentationem, jubeo eam procul abſcedere, quod hoſpitium meum jam occupatum ſit. Tum Ægidius: Ego, inquit tecum ſentio: nam cum id genus tentationibus nulla expeditior pugna eſt, quam ut fugias, nec cum eis contendas.

d

ad carnis tentationes fugam conſulit.

77 Acceſſit ad eum quidam ex Fratribus, cui in aliis tribulationibus ſubvenit, exultans & jactans ſe laqueos

EX MSS. *argutit curiosum aspectum mulieris,*

laqueos sibi præparatos evasisse & tentamenta vicisse diaboli. Sequentis enim à tergo feminæ dixit sibi immissam concupiscentiam, eoque validiorem quo propius illa accedebat: stetisse vero parumper; atque prætereuntem serius aspexisse: mox omnem evanuisse tentationem. Interrogavit gloriabundum vir sanctus, an pulchra esset mulier vel deformis, adolescentula vel vetula. Respondit anum fuisse deformem. Tunc subjunxit Ægidius: Quid ergo mirum si prætertit tentatio, appolito antidoto? Scias, fili mi, potius te succubuisse quam vicisse. In eo consistebat victoria, quod prætereuntem non aspiceres: sed dimissis vel clausis oculis te tentantem omnino negligeres. Victoria tentationis carnalis, non in congressu, sed in fuga securior & firmior est. Cave iterum ne molestas tibi feminas, neque universim ullas, in faciem respexeris: nam pro vetula, adolescentula; & pro deformi, speciosa se tibi objiciet; quæ tentationem non remittet, sed augebit; non tollet, sed immittet: quo fiet ut facile pro victoria turpem lapsum, & pro gloria perpetua reportes infamiam.

Docet collaborando facere ut oratio efficax fiat. B

78 Quidam Frater, conquestus est secum quod Fratres faciebant eum nimis laborare, ita quod vix poterat stare ad orationem: & ideo petebat licentiam eundi ad aliquod eremitorium, ubi quietius Deo serviret. Cui Fr. Ægidius ait: Si accederes ad Regem Franciæ, & ab eo peteres mille marcas argenti, nonne merito diceret tibi, Quid insanis hoc petendo? quid enim fecisti pro me, ut dem tibi tantum argenti? sed si prius pro eo aliquod magnum laboriosum opus fecisses, tanto præmio dignum, audacter & juste postulares. Si ergo vis postulando orare ut exaudiaris, oportet te prius pro Deo laborare. Idem dixit: Major est virtus facere bonum pro voluntate alterius unum, quam duo pro voluntate sua. Idem ait: si cui oculis & manibus privato aliquis restitueret omnia membra deperdita, certe illi deservire deberet cum magno affectu omnibus diebus vitæ suæ, ut ingratus non convinceretur de tanto beneficio: sed ecce Dominus Deus dedit nobis manus, pedes, & oculos, & omnia alia bona, spiritualia, temporalia & corporalia; & tamen nolumus ei servire.

Inculcat gratitudinem Deo debitam:

Docetur quanta sit eorum qui ex ordine pereunt damnatio. C

79 Alteri interroganti quomodo fugere posset tentationes, respondit Fr. Ægidius, Qui fugit tentationem, fugit vitam æternam: quia non coronabitur nisi qui legitime certaverit. Accessit Frater unus ad Ægidium dicens cum magno gaudio: Pater, bona nova dico tibi. Cui ille, Fili, dic. Ego, inquit, in visione ductus fui in infernum, & nullum Fratrem Ordinis nostri ibi vidi. Et Ægidius cum multis suspiriis respondit: Bene credo, fili, quia nullum ibi vidisti: & hæc replicans in extasim raptus est. Cum autem ad se reversus fuisset, interrogavit ille, Quomodo, Pater, credis quod nullus Frater sit in inferno? vel si sint, quare non vidi eos? Respondit Ægidius, Ideo nullum Fratrem ibi vidisti, quia non tantum profunde in infernum descendisti, ubi cruciantur ii qui sine operibus & observatione Regulæ tunicas Fratrum Minorum portaverunt: nam sicut alii Fratres observantes Regulas sunt in cælo multum glorioli, ita peccatores & mali Fratres sunt inter alios magis miseri in inferno.

Facere docet mortificationem affectuum:

80 Fr. Gratianus ait ad eum: Ego, mi Pater, novi concionari, dare consilia, & alia bona opera facere: sed nescio tamen, quid potissimum sequar. Quæso te dicas, quid tibi consultissimum videatur. Ægidius respondit: Nihil potes gratius facere Deo, quam ut teipsum à collo suspendas. Perterrito illo ob hujusmodi sermonem, Ægidius ait: Qui suspensus est, non est ille quidem in cælo, at tamen terra superior est, semperque deorsum respicit. Sic & tu facias. Quandoquidem necdum datur tibi esse in cælo, mentem sursum erigas ab his rebus caducis, exerceasque te in virtutum operibus, de teipso submisse sentiens, & Dei misericordiam constanter exspectans. Adolescens quidam dixit beato viro, velle se religiosum fieri, & monasterium petere. Tum ille: Si vis, inquit, isthuc facere, abi & quamprimum jugula parentes tuos. Adolescens vero ejulans, Quonam, inquit, pacto tantum ego in me scelus possum admittere? Respondit Ægidius: Non ego te jubeo illos ferro necare, sed gladio spiritali: qui enim non odit patrem suum & matrem, non potest effici Christi discipulus. D

etiam aridо fideuter orandum esse,

81 Sciscitanti cuidam, qua ratione posset ferventer orare Deum, cor suum sentiens torpore & frigore affectum; ita ait Ægidius: Ponamus Regem quemdam habere duos fideles ministros, quorum alter armis munitus sit, alter inermis: mittere autem eum utrumque, ut cum hostibus pugnam ineant. Armatus igitur ibit imperterritus ad certamen: inermis vero dicet Regi suo: Vides, domine Rex, me nullis tectum armis: attamen amore tui proficiscar ad pugnandum adversus inimicos tuos. Cernens autem Rex tantam illius erga se fidem, dicet satellitibus suis: Ocyus paretis arma, quibus induatur fidissimus servus meus, imprimatisque ei signum armaturæ meæ. Ita etiam, qui ad certamen orandi absque devotionis gustu fidenter accedit, Deo providente, non frustrabitur rebus necessariis. E

incunctanter suscipiendam religionem.

82 Quodam illum consulente, num monasterium ingredi deberet, sic respondit: Si quis valde inops sciret alicubi in agro reconditum thesaurum, putasne quæsiturum illum ab aliquo, an eum thesaurum effodere deberet? Quanto ergo magis properare debent homines, ut reperiant vitæ æternæ thesaurum? Tum ille consiliis ejus parens, relictis omnibus, factus est monachus. Alius Frater rogavit, quidnam posset Deo gratissimum facere: Ægidius autem mane respondit illi cantans: Unam, uni: nec quicquam his addebat. Dicente Fratre, se nescire quid ea sibi velint, Unam, inquit Ægidius, animam sine intermissione & absque medio uni Deo commendabis.

Deo uni adhærendum,

Vita monastica quanto tutior sit seculari: F

83 Alio quodam ex ipso perquirente, possitne divinam sibi conciliare gratiam, qui in seculo permaneat; ita ait: Potest quidem, sed mallem ego gratiam unam in monasterio, quam decem in seculo: quæ enim in monasterio obtinetur gratia, ea & crescit facile, & bene custoditur: quod is, qui monasticum sectatur institutum, ab omni mundi strepitu & solicitudine perturbante, quæ magnum adferunt gratiæ impedimentum, sejunctus sit; aliique Fratres piis adhortationibus & sanctis exemplis à malo eum retrahant, & ad bonum incitent. Porro gratia, quæ in seculo percipitur, & cito solet amitti, & ægre conservatur: quod mundanarum tentationum solicitudo, quæ est perturbationum & inquietudinum parens, divinæ gratiæ & impediat & perdat suavitatem; tum quod alii seculo dediti homines, pestiferis suasionibus & perniciosis exemplis, eum qui divina gratia præditus est à bono revocent, fortiterque impellant ad perpetranda mala: si quis enim velit recte & inculpate se gerere, eum non modo non adjutant, sed irrident etiam; Dei autem inimicos tantum abest ut reprehendant, ut etiam efferant & extollant. Satius est igitur una potiri gratia in libertate, quam decem in ejusmodi timoribus & periculis.

non omnia alienis orationibus committenda:

84 Frater quidam rogavit Ægidium, ut pro ipso Dominum deprecaretur. Cui Ægidius, Tu vero, inquit, ora pro teipso. Quid enim alium pro te mittis, & tu interim desides, cum possis ipse iter facere? Illo dicente, se peccatorem esse, Ægidium autem Dei amicum,

A amicum, atque ea cauſa poſſe fidenter & pro ſe & pro aliis deprecari; Ægidius reſpondit: Frater mi, ſi omnes urbis hujus plateæ auro & argento plenæ eſſent, proclamatumque foret, licere cuilibet illud auferre, aliumne pro te nuntium ablegaturus eſſes, qui tuo nomine id tolleret? Puto equidem teipſum iturum, nec ſatis ſiſurum alteri. Ita nimirum Deus totum implet mundum, & poteſt inveniri ab unoquolibet: tu igitur ipſus eum adito, nec alium pro te mittas.

Religioſis amicis quomodo conſulendum.

85 Nobilis quidam converſus ad Deum, factus eſt Franciſcanus. Cum hoc magna interceſſit Fr. Ægidio conſuetudo & familaritas, cum eſſet in ſeculo: poſtquam autem religioſus factus eſt, nullam ei Ægidius voluit peculiarem exhibere familiaritatem, ut ante conſueverat, ſed ait illi: Frater cariſſime, nos unius ejuſdemque familiæ ſumus, unique Domino pariter famulamur: mihi autem incompertum eſt, an gratum ſit Deo, ut ſic illi ſervias, quemadmodum ego te hortari velim: fortaſſis enim me hoc vel illud monente, illi viſum erit aliud abs te exigere. Itaque non ſum ego deinceps ſolicitus de te, miſſamque facio omnem ſingularem erga te familiaritatem, qualis mihi ſolebat eſſe tecum, cum ſecularis eſſes.

B Quinque Provinciales Miniſtri eum viſum perrexerunt Peruſiam: quos ut vidit, myſtico & ſpirituali cantu voluit impoſiti monere officii, appoſita ſimilitudine æterni habitaculi, abſque lapide & calce conſtructi: neque diſſimilem eſſe Religionem ſubjunxit, cujus ædificandæ illi erant operarii. Sed dum cæleſtes voluit deſcribere manſiones, ſubito raptus eſt.

ANNOTATA.

a *Ms. Sileſiticum (ex quo caput hoc exorſi hactenus proſequimur) ſimile quid iterum poſuerat ſupra, agens de geſtis Peruſii in Palatio, uti notavimus ad Caput. 3 litt.* h

b Apoſtaſia F. Eliæ *accidit anno* 1244, *poſtquam is ſæpius, etiam ſub S. Franciſco functus eſſet ſupremo Ordinis Miniſteriatu: & hanc creditur divinitus meruiſſe, propter laxatam paupertatem.*

Ægidii zelus pro paupertate.

c *Huc ſpectat quod S. Antoninus refert tit.* 24 § 6. Fr. Elias poſt mortem B. Franciſci cœpit erigere baſilicam miræ magnitudinis, ... & pecuniarias collectas indixit provinciis pro opere conſummando. Concham etiam marmoream ante fabricam illam poſuit, in qua pecuniam ponerent adventantes. Quod cernentes ſocii B. Franciſci, & ſpecialiter Fr. C Leo, perrexit Peruſium ad Fr. Ægidium, pro conſilio ſuper hoc requirendo. Cumque Fratres quærerent ab eo utrum concham illam liceret ſic tenere, converſus ad Fr. Leonem dixit lacrymoſis oculis: Si mortuus es mundo, vade & frange eam: ſi autem vivus, dimitte eam, quia illius Fratris Eliæ perſecutiones dure poſſes portare.

d *Referuntur in Martyrologio Franciſcano* Ruffinus 14 *Novembris*, Juniperus 4 *Ianuarii*, Simon 11 *Auguſti. Porro Ms. Wratiſlavienſi hactenus uſi, progredimur ex Surio dare numerum* 76, *cetera hujus capitis S. Antoninus ſubminiſtrat.*

CAPUT II.

Dona prophetiæ, intelligentiæ & ſapientiæ in Ægidii geſtis & dictis obſervata.

Cognoſcit & aufert dubium de Virginitate B. M.

86 FUit autem in Ægidio etiam prophetiæ ſpiritus, uti ſequentia declarabunt. Venit aliquando ad eum quidam Ordinis Prædicatorii valde eruditus ſacræ Theologiæ Doctor, qui multis annis mire vexatus fuerat hæſitatione quadam de perpetua matris Dei virginitate. Videbatur enim ei fieri non poſſe, ut ſimul mater eſſet & virgo. Attamen dole- EX MSS.
bat ei plurimum, utpote viro bene Catholico, iſt hæc hæſitatio; cupiebatque ab homine divinitus illuſtrato de hac quæſtione doceri. Audierat vero Fr. Ægidium, egregie illuminatum, & ſæpius rapi in Deum: itaque ſtatuit ire ad eum, confidens ejus ſermonibus hac ambiguitate ſe liberatum iri. Cum autem jam eſſet in via, Ægidius ſpiritu cognovit & tentationem & adventum ejus; procedenſque ei obviam, priuſquam quidquam diceret, baculo terram percuſſit, & ait: Frater Prædicator, S. Maria virgo eſt ante partum: moxque illic ortum eſt elegans lilium. Iterum humum cædens, Frater Prædicator, inquit, S. Maria virgo eſt in partu: & confeſtim alterum erupit lilium. Tertio ſolum feriens, Fr. Prædicator, ait, S. Maria virgo eſt poſt partum: ſimulque tertium enatum eſt lilium. Mox autem Ægidius aufugit, & Doctor ille curatus eſt. Poſtquam autem didicit eum fuiſſe Ægidium, multo deinceps amore & illum & Ordinem ejus complexus eſt.

a S. Ludovicum in ſpiritu agnoſit,

87 Statuerat aliquando S. Ludovicus Francorum Rex ſuſcipere peregrinationem, & loca ſacra *a* viſere: audiens vero de eximia & admiranda Fr. Ægidii ſanctitate, decrevit illum adire. Itaque Peruſiam ſe E contulit, ubi illum eſſe cognorat: cumque ad monaſterii portam veniſſet, ſeu ignotus quidam peregrinus, cum paucis familiaribus, rogabat ubi Fr. Ægidius eſſet, nihil de ſe indicans oſtiario. Is autem dixit Ægidio, peregrinum præ foribus cupere ipſi loqui. Actutum vero ſpiritu cognovit Ægidius eum Regem Franciæ eſſe, celeriterque ad illum accurrit: dixiſſes hominem ebrium eſſe. Ubi in mutuos venere conſpectus, ſeſe inter ſe complexi ſunt perquam hilariter, acſi longa inter ipſos interceſſiſſet familiaritas: atque ita ſtabant ſimul ad portam cum multa eximii amoris ſignificatione, tametſi neuter quidquam alteri loqueretur. Tandem à ſe taciti diſceſſerunt. Ægidium autem ad cellulam ſuam redeuntem, quidam Frater rogavit, quiſnam ille fuiſſet peregrinus, qui tot erga ipſum benevolentiæ ſigna oſtendiſſet. Reſpondit ille, Ludovicum Chriſtianiſſimum Galliarum fuiſſe Regem. Valde autem contri- *& mutuo abſque verbis ſua ſenſa communicat:*
ſtati & pudefacti Fratres, quod Ægidius tanto Principi nihil eſſet locutus, dixerunt ei: En venit ad te viſendum è Galliis tam potens, & qua cauſa ei ne unum quidem verbum fundere voluiſti? Mox Ægidius, Ne miremini, inquit, Fratres mei, nihil me cum illo Rege locutum: nam ſimul atque in mutuos amplexus & oſcula ruimus, tanta divinæ ſapientiæ F luce perfuſi ſumus, ut alteri alterius pateret cor, & taciti videremus, quidquid invicem ore prompturi eramus; idque longe melius, quam vel dicere vel audire extrinſecus potuiſſemus. Quæ autem illic à Domino audivimus, ea nullo vocis ſono exprimere poſſumus, ob humanæ linguæ defectum, quæ Dei arcana explicare non poteſt, niſi per figurarum involucra: quod ſi inter nos ore locuti eſſemus, intus nobiſipſis impedimento fuiſſemus. Noveritis igitur, Fratres dilectiſſimi, Regem illum Franciæ majori intus conſolatione affectum eſſe, quam vel ego dicere, vel vos capere queatis: noſque à nobis cum ingenti animorum gaudio diſceſſiſſe.

puteum inveniri facit,

88 Cum Fratres monaſterii Peruſini in monte, vellent fodere puteum, nec convenirent de loco; Ægidius accedens, & baculo terram percutiens, Hic, inquit, fodiatis: quod dum Fratres facerent, ſtatim optimam aquam invenerunt, quæ in hunc uſque diem ſcaturire non deſinit: quare à viro ſancto Puteus S. Ægidii vocatur *b*. Illud autem memorabile de puteo *b* hoc, quod ducentos poſt annos, volentes Fratres, potius ad delicias quam ad neceſſitatem, altius puteum fodere, ut profundiorem & frigidiorem hauri-
rent

EX MSS. rent aquam, omnino exiccatus eſt puteus: donec, ex conſilio pii & prudentis cujuſdam ſenis, remiſerunt quam extraxerant terram, repleveruntque puteum ad priſtinum modum: per quod factum eſt, ut denuo aqua abundanter, ſicut prius, ſcaturiret, haberetur que in magna veneratione, & epotaretur magna fiducia potiundæ ſalutis ab infirmis, ut frequenter evenit.

Fratris diſſoluti mortem ex caritate obitam,

89 Vivebat in conventu Pariſienſi quidam Frater, Guilielmus nomine, nobili ortus proſapia, ſed non adeo diſciplinæ monaſticæ addictus, quinimo verbis & geſtibus videbatur Fratribus diſſolutus. Hic cum ad caſtrum quoddam tranſiret ſororem inviſurus, videretque quoſdam pueros natantes, unum vero à flumine rapi & rotantibus aquis involvi; ſicut erat habitu præcinctus miſit ſe in fluvium, ex proximi caritate, non præmeditatus latentis vorticis periculum: quare ex pondere madefactæ veſtis & imperitia natandi, priuſquam perveniret ad juvenculum, ipſe etjam ſuffocatus eſt, Jeſu nomen inclamans. Hac ipſa hora accedebant Peruſii Fratres ad prandium, & Ægidius manus lavabat: qui elevatis parum per oculis ſubriſit, & dixit circumſtantibus: Bene eſt Fr. Guilielmo Pariſienſi, & adhuc melius ſe habebit. Non intellexerunt hæc Fratres, donec acceptis è Lutetia litteris perceperunt mortem Guilielmi, interrogaveruntque Ægidium, quare in aquis ſubmerſo viro diſſolutæ diſciplinæ bene eſſe pronuntiarit. Reſpondit, ob fervoroſum caritatis actum (quo ſe aperto tradidit diſcrimini, ut proximo periclitanti ſubveniret) conterenti & invocanti nomen divinum remiſſa eſſe peccata, & poſt brevem in purgatorio paſſionem ad cælos evolaſſe. Ægidii hujus ſanctitatem magnopere ſcire deſiderabat quidam ex Fratribus. In ſomnis oſtenſus eſt ei dormiens, & ad caput habens librum, hæc ſola verba aureo charactere continētem: Hic eſt qui multum orat pro populo & univerſa ſancta civitate. Simul etiam immiſſa eſt ei magna viri ſancti reverentia & ſanctitatis opinio. *c*

abſens videt & cōmendat, B

ejus ſanctitas alteri revelatur.

c

90 Etſi autem Fr. Ægidius litteris inſtructus non erat (fuit enim Laicus vel Converſus, ut vocant) attamen divinæ ſapientiæ ſplendoribus adeo illuſtratus fuit, ut etiam divinis litteris eruditos excelleret. Duo Fratres Dominicani venerunt ad inviſendum Fr. Ægidium; cumque inter ſe admodum divina miſcerent colloquia, & oblata occaſione alter ex eis diceret, S. Joannem Euangeliſtam in ſui Euangelii exordio ſublimia & quæ comprehendi non poſſunt, dixiſſe de Deo, Ægidius ait: Immo vero S. Ioannes nihil dixit de Deo. Dicenti autem Dominicano: Quid tu loqueris Pater? cum teſtetur Auguſtinus, ſi ſublimius eſſet locutus S. Ioannes, totum mundum eum capere non potuiſſe: ne ſic ergo dixeris, nihil eum dixiſſe de Deo. Fr. Ægidius reſpondit: Equidem permaneo in ſententia, rurſuſque aio prope nihil eum dixiſſe de Deo. Cum autem id indigne ferret Dominicanus Pater, mentem ſuam Fr. Ægidius tali declaravit ſimilitudine: Videsaltiſſimum hunc montem? Is ſi totus ex milii ſemine conſtaret, & exigua avis quotidie inde comederet, quantam putas ejus portionem etiam centum annis abſumeret? Reſpondit Dominicanus; Etiamſi mille annis inde ederet, nihil tamen id eſſet comparatione reliqui montis. Sic ergo, inquit Fr. Ægidius, etiam ſe habet immenſa Deitas, tamque ingens & infinitus eſt divinæ perfectionis mons, ut S. Ioannes, inſtar parvæ avis, nihil dixerit de Deo, ſi reſpicias ad ſummam ejus majeſtatem. Iis verbis Dominicani illi multam ſe ſenſerunt percepiſſe conſolationem, & à Fr. Ægidio læti receſſerunt. Quidam alius quæſivit ex eo, quamobrem S. Ioannes Baptiſta adhuc puer eremum petiiſſet, tamque ſeveriter illic vixiſſet, cum intra matris viſce-

Dei ineffabilitatem congrua ſolitudine declarat:

C

Item cur Ioan. Baptiſta eremum petierit.

ra ſanctificatus eſſet. Reſpondit autem ei Ægidius, hac adhibita ſimilitudine: Quanam cauſa ſale aſpergitur caro recens mactati bovis? Illo dicente, id eo fieri, ut caro conſervetur; vir Dei ait: Ita & S. Ioannes, pœnitentiæ ſale conditus eſt, ut ejus ſanctitas diutius & melius ſervaretur. D

91 Cum eſſet Peruſiæ Fr. Ægidius, Iacoba *d*, Romanarum matronarum nobiliſſima, Franciſcaniſque Fratribus addictiſſima, venit ad inviſendum eum. Ea autem præſente, quidam valde religioſus Frater Minorita, Guardus *e* nomine, quippiam boni ex eo auditurus advenit. Fratribus autem adſtantibus, ait Ægidius: Propter id quod poteſt homo, pervenit ad id, quod non vult. Ut autem Fr. Guardus poſſet eum provocare ad loquendum, Fr. Ægidi, inquit, demiror te dicere, per id quod poſſit homo, pertingere eum ad id, quod nolit: maxime cum nihil poſſit à ſeipſo: quod ego quidem quatuor rationibus teſtatum efficiam. Primo, neceſſe eſſe ut prius ſit eſſe, quam poſſe: talis enim eſt cujuſque rei actio, qualis & eſſentia. Sic ignis, cum ſit natura calidus, calefacit. Homo autem à ſeipſo nihil eſt, dicente Apoſtolo, Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit: quod autem nihil eſt, nihil utique poteſt. Itaque nihil homo poteſt à ſeipſo. Deinde ſi quid poſſet homo, id vel corporis, vel animæ ratione poſſet, vel ſimul utriuſque. Animæ autem ratione nihil eum poſſe, certum eſt, cum anima ſine corpore nihil mereri poſſit. Solo quoque corpore nihil poteſt, utpote quod ſine anima & vitæ & formæ expers ſit. Sed neque ab utroque pariter conjuncto ulla ejus facultas eſt: ſi qua enim eſſet, ea ab anima eſſet, quæ corporis forma eſt: ſed jam dictum eſt, ſine corpore anima nihil poteſt: multo ergo minus poterit juncta corpori, quando corpus, quod corrumpitur, aggravat animam. Poteſt hujus tale proponi exemplum: Si non poteſt aſinus ingredi ſine ſarcina, multo id minus poterit onuſtus ſarcina: atque hoc exemplo videtur anima multo poſſe minus cum corpore, quam ſi eſſet illo deſtituta. Attamen ſine illo nihil poteſt. Redeo igitur ad id, quod initio dixeram, hominem à ſeipſo nihil poſſe. Multa quoque alia pertexuit ille adverſus Ægidium argumenta, ut poſſet habere occaſionem diu cum illo colloquendi. *d* *e*

Fratrem, ſubtili elencho provocantem,

92 Aliis autem Fratribus argumentorum ejus acumen admirantibus, Fr. Ægidius ait: Valde quidem male locutus es, Guarde Frater: itaque dic culpam tuam. Tum ille ſimulate id fecit. Ægidius autem animadvertens eum non ſincere id agere, dixit ei: Frater Guarde, debitorem quidem te fateris, ſed non recte: ubi autem irrita eſt debiti confeſſio, nihil poteſt ab homine repeti. Sed quæſo te es ne canendi peritus? Canas igitur mecum. Simulque è manica ſua extrahens citharam, qualem ſolent pueri effingere, primam percuſſit fidem, rhythmos pronuncians: atque ita ordine alias omnes percutiens fides, cuncta Guardi argumenta diſſolvit. Et prima quidem tacta fide, ſic ait: Non ego loquor de hominis eſſentia, priuſquam ille creatus eſſet: ita enim verum eſt nihil eum eſſe, nec poſſe quidquam: ſed de hominis jam creati eſſentia loquor: cui eſt à Deo tributa liberi arbitrii facultas, cujus aſſenſu poſſit & bonum & malum promereri. Itaque male tu dixiſti, fallaciamque mihi ſtruere, & verbis tuis me decipere voluiſti. Nec enim Apoſtolus dicit de hominis eſſētia aut facultate, quod nihil ſit, ſed quod talis hominis merita nihil ſint: ſicut etiam alibi ait, Si caritatem non habeam, nihil ſum. Porro etiam non ſum ego locutus de anima à corpore ſoluta, nec de corpore exanimi, ſed de homine vivente: qui divinæ obtemperans gratiæ, poteſt, ſi vult, bona opera efficere; itemque gratiæ renitens, poteſt male facere, quod non eſt aliud, quam à bono aberrare. E Gal. 6, 3 1 Cor. 10, 3

eruditorē ſponſo confundit Ægidius idiota.

F

A rare. Quod autem dicis corpus corruptibile aggravare animam, iis verbis non detrahit Scriptura homini liberam bene vel male agendi voluntatem: ſed id vult, voluntatem, intellectum & memoriam rebus corporalibus occupari: inde enim ſequitur, Et terrena in-
Sap. 9, 13 habitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Non enim ſinunt tales animam ſuam libere vacare cogitandis & inquirendis rebus cæleſtibus, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, quandoquidem virium animæ acumen multifariæ occupationes, tum etiam moleſtiæ terreni corporis multis retundunt & impediunt modis. Conſtat ergo, Guarde Frater, te non recte locutum. Atque hoc pacto omnes Guardi quæſtiones & rationes diſſolvit, ita ut tandem ex animo culpam ille ſuam ediceret, fatereturque poſſe aliquid creaturam.

& homines liberi arbitrii eſſe docet

93 Tum vero Fr. Ægidius, Iam, inquit, ſincera eſt culpæ tuæ enuntiatio. Visne autem etiam apertius doceri, quippiam poſſe creaturam? ſimulque ſurſum aſcendens, exclamavit voce terribili: O vos apud inferos damnati. Reſpondit autem ſibiipſi voce valde miſerabili ex perſona damnatorum, tremens & gemens, adeo ut terrore afficerentur omnes, clamavitque: Eheu! væ nobis, væ nobis. Deinde in ſua
B perſona loquens, Dicite nobis, inquit, qua cauſa ruiſtis in tartarum? Atque ipſe ſibi reſpondit: Quod non abſtinuimus à malo, quod vitare potuiſſemus; bonumque, quod facere poteramus, negleximus. Rurſus ex perſona ſua, O vos miſeri, perditi & damnationi addicti, quidnam facturi eſſetis, ſi ulla vobis poſſet obtingere agendæ pœnitentiæ facultas? Et reſpondit: Libenter totius orbis terrarum humum ſenſim fodiendo egereremus, ſi liceret pœnas evadere, nullum unquam eheu! finem habituras: ejus enim laboris tamen eſſet aliquando finis, ſupplicia noſtra ſunt ſempiterna. Tum ad Fr. Guardum verſus Ægidius, Audis, inquit, Guarde, poſſe aliquid creaturam? Subiicienſque, Dic mihi, ait, Guarde Frater, guttula aquæ incidens in mare auffertne mari nomen ſuum, vel potius mutatur in illud? Guardo reſpondente, ſubſtantiam & nomen guttulæ abſorberi à mari, eiuſque appellari nomine; Fr. Ægidius coram omnibus paſſus eſt ecſtaſim: dicebat enim de natura humana, divinæ eſſentiæ comparata, eſt inſtar guttulæ ad univerſum mare collatæ.

f Vtile motivum extatico datum.

94 Fr Jacobus de Maſſa *f*, ſanctus homo laicus, qui fuit cum S. Clara & cum multis de ſociis S. Franciſci valde devotus, cum haberet gratiam raptus, volens conſilium petere à Fr. Ægidio, rogavit quod ſibi conſuleret, qualiter in dicta gratia ſe haberet. Qui
C reſpondit; Nec addas, nec minuas, & fuge multitudinem quantum potes. Dixit Fr. Jacobus; Quid eſt hoc dicere? expone mihi, reverende Pater; Qui reſpondit; Quando mens eſt apta introduci in illa glorioſiſſima lumina divinæ bonitatis, nec debet addere per præſumptionem, nec minuere per negligentiam, & diligere ſolitudinem quantum poteſt, ut gratia cuſtodiatur, ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti.

ANNOTATA.

a *Mirum eſſet de profectione S. Ludovici R. in Italiam nihil alibi inveniri; niſi tanta fuiſſet tranſmarinarum ejus expeditionum claritas, ut hanc obſcuram & cum paucis obitam peregrinationem facillimum fuerit ab hiſtoricis reticeri.*

b *Vti duos præcedentes numeros nobis ſuggeſſit Surius ex ſuo MS. Germanico, ita hoſce duos Waddingus dedit ex Italico ad annum* 1237, § 9, *non tamen ex ipſo, ſed ex Gonzaga vel alio poſteriori ſcriptore, habuiſſe credimus quæ hic de puteo animadvertit.*

c *Rurſum Surii verba dare incipimus, deſtituti textu vetuſtiori.*

d *In libro, cui titulus,* Actus mirabiles B. Franciſci & Sociorum ejus primorum *cap.* 44 *vocatus* D. Jacoba de Septem-ſoliis. *Potuiſſemus ex illo libro tum hanc collationem tum alia hic relata dare propriis Latinis ac ſimplicibus verbis: ſed non videbatur operæ pretium librum iſtum propterea deflorare. Arturus Iacobam illam, ut Beatam Tertiariam, inſerit ſuo Gynecæo ſacro & Martyrologio Franciſcano ad* 8 *Februarii, aitque Aſſiſii defunctam & in æde S. Franciſci ſepultam anno* 1239.

EX MSS.

e *Aliud MS.* Guardianum *Officio, aliud* Gratianum *nomine facit: Lovanienſe prædicti libri exemplum ſimpliciter appellat* Guardum.

f Jacobus de Maſſa *floruit in Piceno circa an.* 1250, *inſcriptus Franciſcano Martyrologio cum titulo Beati die* 5 *Decembris. Hunc porro de illo paragraphum ſubminiſtravit nobis MS. Vltrajectinum perbreve, de B. Ægidio: in quo nihil præterea reperimus, quod non aliunde melius haberetur.*

CAPUT III.

Extaticæ contemplationes Fr. Ægidii ac pius obitus.

Anno 6 ſuæ converſionis.

95 POſtquam Dei ſervus Ægidius in laboribus vitæ activæ viriliter deſudaverat, mortificando paſſiones ſenſitivas; à copula Liæ, oculis lippis; tranſivit ad amplexus Rachelis contemplativæ, quæ pulchra erat facie & venuſto aſpectu; tranſlatus, ut vir perfectiſſimus, ad magnam requiem mentis & conſolationem. Sexto igitur anno à ſua converſione, in
E planitie Peruſii in eremitorio Fabrionis, quadam nocte facta eſt manus Domini ſuper eum. Cum enim ferventer oraret, tanta fuit divina conſolatione repletus, quod videbatur ſibi, quod Dominus vellet animam ſuam educere extra corpus, ita lucide ut de ſecretis ſuis arcana videret. Et cœpit ſentire qualiter *animæ ſuæ decorem extatice intuetur:* moriebatur corpus primo à pedibus, ſic conſequenter per alias partes corporis, donec anima exiret. Et ſtans extra corpus, ut ſibi videbatur, præ nimia pulchritudine, qua eam decoraverat Spiritus ſanctus, delectabatur ſeipſam aſpicere: erat enim ſubtiliſſima & lucidiſſima ſupra humanam exiſtimationem, ſicut ipſe retulit prope mortem. Tunc rapta eſt illa beatiſſima anima ad ſecreta cæleſtia contemplanda, quæ tamen numquam voluit expreſſe revelare, dicens: Beatus qui ſcit conſervare ſecreta Dei.

Chriſtum conſpicuum habet,

96 Triduo quoque ante Chriſti nativitatis ſolennitatem, in oratorio de Sethone, cum Quadrageſimam, quæ dicitur S. Martini, ſcilicet à feſto omnium Sanctorum uſque ad Natalem Domini, jejunaſſet; de nocte orationibus ferventiſſime inſiſtenti, apparuit ei Dominus Jeſus, quem vidit oculis carnis, & F
ultra humanitatem aliquid ineffabile oculis mentis, quod ipſe non audebat vel non poterat declarare: non autem diu poterat ſuſtinere humana fragilitas, cum tam immenſa claritas apparebat. Unde orabat inſtanter ad Dominum, ut ſibi non imponeret tantum onus; allegans quoniam ad hoc non erat aptus, cum eſſet peccator ruſticus & idiota. Et quanto plus ſe indignum clamitabat, tanto magis in eo Dominus ſuam gratiam augebat *a*. Et duravit hæc apparitio, *a*
non continue, ſed interpolatim uſque ad Vigiliam Epiphaniæ, qua viſione fuit tanta dulcedine repletus, ut crederet animam à corpore exire, & ſic exivit aliquando, ut ipſe dixit; unde cogebatur maximis vocibus exclamare, non ſine terrore aliquando Fratrum audientium.

multiplex hujus viſionis fructus.

97 Quæ viſio, ut patebit ex recitatis ab ipſo Fr. Ægidio, fuit multum mirabilis. Primo, ut dicebat tali viſione, ex certitudine Dei, & omnium divinorum, omnem amiſit fidem *b*. Secundo, quia Paulus neſciebat an in corpore, vel extra corpus raptus *b*

ex mss. fuiſſet; Fr. Ægidius ſcivit: nam extra corpus, ſicut cuidam Fratri revelavit. Tertio, quia hac viſione, ut dicebat, Deus majora fecit in eo, quam in aliquo alio hic: oſtendebat locum de Scetona, ultra omnia loca ultra marina (ſex exceptis, quibus ipſum comparabat) & ultra omnia loca citra marina ipſum commendãdo. Quarto, quia hac viſione, ut ipſe aſſerebat, fuit omnium chariſmatum & Spiritus ſancti donis repletus, unde dicebat, quod in monte Peſulo, ubi eſt dictus locus, eccleſia fieri deberet, quæ Pentecoſtes
c appellaretur. Hanc viſionem habuit eo anno, quo *c* B. Franciſcus mortuus eſt, decimo octavo anno à ſua converſione. Quinto, hac viſione factum eſt, ut ſi quem ſermonem vel verbum audiret de Deo vel gloria paradiſi, ſtatim raperetur.

98 Prædictum locũ Cetone, ex frequentibus Chriſti & Angelorum apparitionibus, valde commendabat. Quare poſt ejus mortem, Confeſſario referente ex his plurima, curatum eſt pulcram ædificari eccleſiam, illo ipſo in loco in quo Ægidius favores hos ſentiebat cæleſtes: in cujus parietibus ſuo ordine diſpoſiti ſunt lapides cubiculi ſervi Dei; & ſigna præcipua exciſa ſunt ex arbore licii, prope eamdem cellam excreſcente, ſub qua ſæpius oranti apparuit Chri-
B ſtus. Quæ tamquam pietatis monumenta, in ſancti viri memoriam, ſtatutis anni diebus excitant fideles, ſuaviſſimum ſpirantia odorem. Moram faciente eò in loco de Agello comitatus Peruſii, à poſt veſperas ab hora qua cœnaverat & varia dulciſſima dixerat, fuit raptus uſque ad galli cantum: & tunc ipſo à raptu ceſſante, cum pergeret verſus cellam, tantum lumen advenit & ſplendor, quod lumen lunæ fuit abſorptum. Quod videntes Fratres merito ſtabant ſtupefacti. Quibus ipſe dixit: Quid feciſſetis, filii, ſi majora vidiſſetis? qui magna numquam vidit, modica credit magna.

99 Paulo ante mortem præſentire incipiebat Sponſi delicias, ita ut anima ejus tanta dulcedine liquefieret, ut nihil amplius de corporis rebus curaret. Vocatus à ſocio ut manducaret: Fili, inquit, non eſt cur amplius de cibo cogitem aut potu, indicibilem inveni theſaurum & ingentes delicias. Præ caritate autem ſocius importunum ſe exhibuit oratorem, ut ad refectorium deſcenderet, quem novit præ corporis debilitate refectione indiguiſſe, ſubjunxitque parum diſcrete: Ne cures, Pater, modo de his theſauris: veni nunc & manduca. Aliquantum ille commotus:
C Non bene dixiſti, Frater, valde me in his verbis offendiſti: vellem potius gravem alapam infligeres, quam ejuſmodi verba proferres. Cibus nullus, deliciæ nullæ, conſolatio corporis nulla his theſauris præferenda. Vere credendum eſt, inquit Leo, animam illam ſanctiſſimam præſenſiſſe Dilectum præ foribus pulſantem, & de tabernaculo corporis per ſuavem contemplationis mortem provocantem, quod tranſitus genus ipſe valde concupivit. Quare cum diceretur ei aliquando, S. Franciſcum diligenter expetiiſſe martyrium, ait: Ego potius contemplatione quam martyrio vellem obire: & proinde Deo agebat gratias, qui apud Tunetum deſiderium ſuum non implevit, dum decrevit hoc aliud mortis genus inferre.

100 Et licet ſanctus Fr. Ægidius eſſet ſic virtutibus plenus, & tantis contemplationum donis ſublimis, à diabolo tamen eſt multipliciter tribulatus. Juxta finem autem vitæ ſuæ, anno quinquageſimo ſecundo ab ingreſſu Ordinis, cœpit diabolus ſolito eum fortius moleſtare; nam quadam nocte poſt orationem, dum vellet quieſcere, accepit eum diabolus, & in tam arcto loco poſuit, ut non poſſet ſe aliquo modo movere, nec etiam adjutus à ſocio potuit inde removeri, ſed divina gratia tandem exivit.

ad ejus memoriam eccleſia condita:

lumine cæleſti circumdatus Ægidius,

quanti ſpirituales animi theſauros faceret.

Apparet ei diabolus horribili ſpecie,

Alia vice eum orantem in tantum diabolus turbavit, D
quod vocibus terribilibus cœpit clamare: Succurrite Fratres, ſuccurrite. Sed Fr. Gratiano *d* accedente, *d*
fuit confortatus & dixit: Moleſte valde fert inimicus Dei dona, & ſuas artes exercet ut ea tollat: ne- *& à dæmone vexatur.*
ſcit tamen miſellus cum potentiori ſibi rem eſſe, & majorem fore cruciatum cum victus & confuſus abſcedet. Deum impugnat, non me; qui meum nihil habeo. Dei donum eſt quod ei ſervierim; ejus miſericordia eſt quod ei placeam; ejus gratiæ erit quod curſum conſummem. Illinc diaboli livor, tentationis ſtimulus, & perſecutionis occaſio, quod hominem, in peccatis natum & in reatu conceptum, videt ad lucidiſſimas illas ſedes, è quibus ipſe decidit, per Dei miſericordiam aſſumi. Adeo infenſus ei erat qualibet nocte inimicus, ut oporteret aliquando Fr. Gratianum ei tota nocte aſſiſtere vel in eadem cella dormire: unde ſæpe de ſero eundo ad cellam dicebat: Nunc expecto martyrium meum.

101 Morte appropinquante ſancti Fr. Ægidii, *Prædicit nõ publicanda miracula ſua,*
acutiſſima febre, tuſſi, & dolore capitis & pectoris fuit à Domino gravatus; ut non poſſet quieſcere, dormire, vel comedere; ſed oportebat, quod Fratres eum ſuper lectum portarent, ut aliquam requiem inveniret. Pridie *e* S. Georgii cum nocte à Fratribus *e*
eſſet in lectulo depoſitus, & Peruſini apud eum excubias agerent, ut ſacrum ejus corpus poſt obitum ſibi retinerent; cuidam iſtic adſtanti Fratri ait: Dicito Peruſinis, eos vel propter miracula mea vel propter meam canonizationem nullam pulſaturos campanam, *f* nec aliud ſignum eis datum iri, niſi *f*
ſignum Jonæ Prophetæ. Deinde in hora matutinali, quaſi ſine tactu vel corporis motu violento, clauſis oculis & ore, anima illa ſanctiſſima, carne exuta, *pie moritur,*
cæleſtia petiit, completis quinquaginta duobus annis in feſto S. Georgii, quò die B Franciſcus eum habitu induerat Ordinis. Cujus animam quædam ſancta perſona vidit cum multis animabus Fratrum & aliorum, qui deceſſerant, de Purgatorio ad cælum aſcendentem, ac Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ei obviam occurrentem, & cum ipſo, honore maximo & melodia, cælorum tabernacula virtuoſiſſime penetrantem, quem in ſolio gloriæ Dominus collocavit.

102 Dum infirmaretur Fr. Ægidius, quidam Fra- *& multas animas educit è Purgatorio.*
ter de Ordine Prædicatorum infirmatus eſt in conventu eorum; & dum Sanctus moreretur, & ipſe F
mortuus eſt. Qui apparens uni Fratri amico ſuo dixit, ſe bene valere, Quia, inquit, quando ex hoc mundo tranſivi, quidam Frater Minor, nomine Ægidius, deceſſit: & propter ejus eximiam ſanctitatem Chriſtus conceſſit, quod omnes animæ, quæ erant in Purgatorio ſecum ad paradiſum tranſirent: cum quibus ego in tormentis exiſtens ejus meritis fui liberatus, & his dictis diſparuit. Frater vero, cui hæc dicta fuerant, tum dicere nollet præfata, ſtatim fuit infirmatus. Cognoſcens autem hoc eſſe, quia ſancti Fratris gloriam & virtutem non vulgabat, miſſo pro Fratribus Minoribus & Prædicatoribus, jam dicta cum referaſſet, ſtatim fuit à febre curatus. Tranſiit autem Fr. Ægidius ex hoc mundo MCCLXII in nocte S. Georgii, à ſua converſione anno quinquageſimo ſecundo. Poſt cujus mortem Peruſini quærentes lapidem pro ejus ſepultura, ſepulcrum reperiunt marmoreum, in quo Jonæ Prophetæ ſculpta erat hiſtoria, *g* & juxta quod prædixerat, poſuerunt *g*
eum. *h* Sepultus eſt extra Peruſiam in monte, in *h*
monaſterio Franciſcanorum, & multis claruit miraculis. S. Bonaventura Doctor eximius de eo dicere ſolebat, *i* præſtitum illi à Deo, ut poſſit efficaciter *i*
opitulari eis, qui ad animæ ſuæ ſalutem invocant eum: idemque Bonaventura gratias agebat Deo, ſe

in

A in ea incidiſſe tempora, quibus ſanctiſſimum hunc Fr. Ægidium & alloqui & videre potuiſſet.

ANNOTATA.

a *Hactenus ex S. Antonino, cetera ex Sileſitico Ms. plenius ſic habe.*

b *Tenendum eſt tamen hanc Ægidii, adhuc viatoris, viſionem; prorſus diverſam eſſe ab ea, qua nunc Beatus in cælo fruitur.*

c *Mortuus eſt autem B. Franciſcus an.* 1226.

d Fr. Gratianus *inſcriptus eſt Martyrologio Franciſcano* 3 *Martii, diciturque facere Pennæ S. Marini in Piceno.*

e *Quædam hic per librarii negligentiam omiſſa (nam prophetiæ hic ſubſequentis rurſum infra fit mentio) fuerunt ſupplenda ex Surio. Ms. Sileſitici exemplum ita ſolum habebat:* In feſto S. Gregorii (*ſcribendum erat* Georgii) hora matutinali cum Fratres eum ſuper lectum poſuiſſent, quaſi ſine tactu &c.

f *Quæritur Arturus, quod Iacobus Brouſſæus in Vita B. Angeli Scoti, ſcripſerit ex Fauſtino Dieſtemienſi B. Ægidium nullis claruiſſe miraculis. Ita fortaſis hanc ejus prophetiam intellexit, ſed male, ut liquebit ex ſequentibus capitulis. Nempe intelligenda ea ſolum erat de miraculis ſuis per ſonum campanarum non publicandis, uti moris erat. Morem hunc tum alibi ſæpe tum in Actu B. Ambroſii Sanſedonii* 20 *Martii notatum videbis plus uno loco: notabiſque etiam eam pulſationem ſæpe factam ex fervore ſolius populi, propter miraculi evidentiam non expectantis examen Epiſcopale. Quamvis autem infra num.* 104 *votum fiat de ejuſmodi pulſatione curanda, credibile tamen eſt non fuiſſe permiſſam.*

g *Quam frequenter conſueverint veteres Chriſtiani, inſculpere marmoreis defunctorum monumentis ſimilitudinem Ionæ, à ceto in littus ejecti, ad ſignificandam ſpem reſurrectionis, in Chriſto cœptæ, videri poterit apud Aringum in ejus Roma ſubterranea.*

h *Hæc particula, accepta à Surio, aberat à Ms. Sileſitico, unde cetera de morte ſumpta ſunt.*

i *Verba S. Bonaventuræ integra dedimus initio commentarii ante hanc Vitam.*

k *Vltimum hunc § damus ex Waddingo qui videtur ex Legenda Italica accepiſſe.*

PARS IV.

De ſignis & miraculis, quæ Dominus oſtendit per B. Fratrem Ægidium. a

a

Ex Codice MS. Peruſino.

CAPUT I.

Variæ infirmitates curatæ.

Mortua ſuſcitata. Energumena liberata, Puerpera adjuta.

Vivens granam ſanat,

103 TAntam hominis ſanctitatem miraculis etiam voluit Deus confirmatam. Ducebatur Aſſiſium vir nobilis ex eodem comitatu, ut abſcinderetur ei crus, ne ſerpente cancro totus deperiret. Obvio Ægidio ſuam calamitatem expoſuit; corruptione & fœtore vulneris detectis, rogavitque ut ſigno Crucis afficeret. Fecit rogatus humiliter Crucem, oſculum ex compaſſione infigens; ſed non prius fecit, quam claudus exiliret ſanus, & glorificans Deum pedes reverteretur domum. Paupercula femina, aridis uberibus lactare non valens filiolum, acceſſit opem imploratura: invenit orationi inhærentem, pauperculæque lacernæ appoſuit ubera, quæ ſtatim lacte inumuerunt. Mortuus etiam plura patravit miracula: tres

& lac mutieri reddit.

oculis male habentes perfecto viſui reſtituit: quinque claudos ſanavit: ab aliis duobus crurum dolores abegit: tres à ſquinantia, unam à partus periculo, duos à febre, unum à calculo, & plures alios à variis liberavit infirmitatibus. Mirabilis enim apparuit Deus in hoc Sancto ſuo, quem raris virtutibus & magnis prodigiis fecit ubique notiſſimum.

EX MSS. *Mortuus miraculis claret.*

Sanantur, oculo debilis,

104 Franciſculus magiſtri Joannis de Burgo, portæ S. Angeli, continue adveſperaſcente die in ſiniſtro oculo obſcuritatem quamdam patiens valde gravem, ac ſi pano prædictus oculus tegeretur; & deſtitutus omni conſilio & auxilio medicorum, nullo modo poterat à prædicta ægritudine liberari, & ſic aliquando compatiens ſibi ipſi lacrymas non modicas effundebat. Sed die ſabbati, nocte b cujus Beatus Ægidius migravit ad Chriſtum, ad ſuendum ſedens, audito dicto tranſitu ſancti viri, ſurgens velociter, cum devotione maxima venit ad corpus ejus: & reverenter accedens ad manum ſancti, ſuper infirmum oculum eam duxit: & ex meritis Beati Ægidii cognovit ſe perfectiſſime liberatum.

b

pede infirmus.

105 Die nona c exeunte menſe Aprilis, cum Benvenutus Bonaventuræ Notarius, de parochia ſanctæ Luciæ de porta Solis, veniret ad locum Fratrum Minorum, occaſione venerationis & devotionis Beati Ægidii: & Dominus Benvenutus pateretur, & diu eſſet paſſus in pede; & nulla medicina quaſi valeret nec conſilium medicorum: inclinavit ſe ante corpus B. Ægidii, & ſuos pedes ac manus cum maxima devotione fuit oſculatus, ad hoc ut ipſum gratia Domini ab ipſo dolore & languore liberaret. Et ſic cœpit pedem B. Ægidii & poſuit ſuper ipſum languorem: & incontinenti fuit Domini gratia ab ipſa ægritudine liberatus. Item dictus Benvenutus affirmavit & dixit, quod in vita ipſius B. Ægidii patiebatur in ore: & benedictus Fr. Ægidius tetigit os ſuum cum manu benedicta: & gratia, Dei fuit veraciter liberatus.

c

E

& ore:

alius pede:

106 Item die quinta exeunte menſe Aprilis, Baro Leonardi de Marſciano, dolorem in ſiniſtro pede non modicum habens, vovit d. B. Ægidio quod ſi Dominus & B. Ægidius eum ab ipſa ægritudine liberaret, omni anno in kalendis Maii pedem cereum portaret, ubicumque corpus prædicti ſancti Patris requieſceret d tumulatum: venit ergo ad corpus ejus, & meritis ipſius Sancti, ſe ſenſit illico liberatum.

d

F

e f mulier contracta:

107 Vianenſis e mulier, quæ morabatur in f hoſpitali portæ eburneæ, per annum contracta, dum audiret migraſſe d. Fr. Ægidium, devote ſupplicans eidem, ut ſuum poſſet viſitare ſepulcrum; ad ipſius invocationem ſanitatem recepit, & per ſemetipſam ſine violentia eumdem tumulum viſitavit die decimo exeunte menſe Aprilis.

e f

puella mortua,

108 Dominus Bonaguida, Frater Domini Bonafidace, habitans in burgo S. Savini in parochia ejuſdem S. Savini: filia hujus nomine Clariccia, totum diem Dominicum poſt obitum ſancti Patris Fratris Ægidii luſibus & joco ducens; ſero fuit graviter infirmata, febrem & aliam infirmitatem patiens valde gravem. Et requiſito conſilio & auxilio medicorum, omnes concordaverunt & dixerunt, de eadem infirmitate eam in proximo morituram, & nullam medicinam valere eam à prædicta ægritudine liberare. Die vero martis, matri à conſanguineis & convicinis omnibus mortua dicebatur. Mater autem, quia unica ſibi erat, eam tenerrime diligebat. Audito igitur de morte unicæ, cœpit fortiter lacrymari, & capillos depilare, & pectus pugnis tundere, & palmas in facie percutere ſibi ipſi. Aderat autem ibi matertera puellæ, mulier religioſa, nomine

EX MSS. nomine Benvenuta, quæ prædictam puellam non modicum diligebat: quæ devotionem habens in B. Fr. Ægidio ſatis magnam, vovit Domino & B. Fr. Ægidio, quod ſi ei Dominus meritis B. Ægidii redderet ſuam *g* nepotem, ipſa veniret ad locum, ubi ſanctum Corpus requieſceret, & puellam duceret cum candela cingere *h* pilum ejus, & ordinaret quod campana Fratrum pro prædicto miraculo pulſaretur. Hoc voto facto, die Jovis proximo veniente, cœpit puella oculos aperire, & de ſua matertera quærere & eam voce magna clamare, ut ſibi potum porrigeret ſitienti. Et ſic facto, divina gratia adjuvante & B. Ægidio intercedente, extitit liberata. Et de hoc pater & mater puellæ, & prædicta Benvenuta, & nutrix puellæ, & aliæ perſonæ plures paratæ ſunt teſtimonium reddere, ſi oportet.

g

h *reſuſcitatur ad votum materteræ.*

109 Puella quedam erat in civitate Peruſina, habitans in parochia S. Severi, filia Dominæ Claræ, uxoris Carſidonii, cui ſemel contigit ire ad fluvium *i* Tiberinum, & juxta fluvium ſedere, & ſuper ripam ejuſdem fluvii ambulare: & dum ibi per horam taliter moraretur, ſubito eam arripuit infirmitas quædam, horrenda multum & *k* timida non modicum omnibus aſſiſtentibus puellæ eidem; in tantum quod non ſolum noti, ſed & ignoti, videndo & audiendo puellam, compaſſione maxima movebantur. Nam in terram cadebat, & os retrorſum tenebat, & diabolum ſe videre dicebat, & in aquam & in ignem ſe projicere cupiebat, & ſignum Crucis abhorrebat, & ſibi Crucem fieri nullatenus permittebat; & ſic ſepties in die & decies aliquando eam prædicta infirmitas affligebat. Et tali morbo per annum unum & menſem continuum permanſit infirma, deſtituta omni conſilio & auxilio medicorum. Audito de tranſitu B. Ægidii, recordata mater de infirmitate filiæ, vovit Domino & B. Ægidio, quod ſi ejus Dominus ſanaverit filiam, portabit candelam, veniet ad pilum, & illud cinget cum eadem. Hoc voto facto, & Chriſti nomine & B. Ægidii invocato, extitit puella pleniſſime ab ipſa ægritudine liberata. Teſtantur hoc vicini; dixit hoc Mater: & teſtimonium perhibet Romolus, Gener Scopoli; & Domina Blancalanda, uxor Boni Martini; & Riccola, neptis Carſidonii.

i

k

B *Puella energumena:*

ex voto matris liberatur,

mulier ſepe abortiens,

110 Mulier quedam de Peruſio, ejuſdem civitatis incola, habitans in parochia S. Mariæ de viridario, Inula nomine, uxor Nicaſii, erat gravida in domo viri. Et cum tempus appropinquaret parturiendi febre continua & apoſtemate maximo, intra locum unde pattus exire debebat, cœpit graviter infirmari: ita quod mulieres aſtantes, propter nimiam tumefactionem apoſtematis, dicebant eam geminos in ventre habere filios, unum mortuum & alium vivum. Et quia liberationis ab apoſtemate nullum apparebat veſtigium, dicebant illuc filium mortuum deſcendiſſe, & nullam medicinam prædictam mulierem poſſe à morte proxima liberare. Inter hoc vocatus Sacerdos, ut ſibi offerret eccleſiaſtica Sacramenta: ſumit pœnitentiam, recipit Corpus Chriſti, & inungit Oleo ſancto; quia creditur quod moriatur. Sed cunctarum creaturarum miſericors, omniumque ſecretorum inveſtigator, nolens mulierem illam tali termino finire vitam, perdere ventrem, & innocentem ducere ad obſcura; anno incarnationis ejuſdem MCCLXII, v Kal. Maii, recordatur mulieris illius; & volens ſervum ſuum B. Ægidium honorare, reduxit ad memoriam mulieris ſemivivæ de tranſitu ſancti Fratris; & incontinenti, corde vovit, & ore expreſſit ut potuit, quod ſi Dominus & B. Ægidius eam liberaret, imaginem ceream faceret; & incontinenti quod poſſet, abſque ulla mora, ad pilum ejus portaret eamdem. Mane autem facto diei ſequentis, adveniunt vicinæ, & cognoſcunt eam maſculum filium peperiſſe: & ne verecundia miraculum taceatur, aſſerunt quæ viderunt, bene duobus digitis in partu ipſam infirmitatem eſſe ſanam. Et ſic liberatur mater & filius: qui à patre, ob reverentiam ſancti Patris, Ægidius nominatur: & fit mater vivi filii, quæ tres pepererat abortivos: & habet unicum vivum, qui tot mortuos ſepelivit. Horum teſtes ſunt, Droda, uxor Bucarelli; & Gilia, uxor Angeli; & Bellula, filia Bevegnatis.

C

& iterum cum fœtu evidenter periclitans,

D *voto facto ſalvatur.*

111 Mulier quædam fuit de *l* Bittonio, Benvenuta nomine, filia Joannis Uguicionis, uxor Gilioli Paltonis. Tertia feria poſt Dominicam Reſurrectionis, dolor quidam in dextro brachio eam arripuit valde gravis, ita quod nervis aridis factis nullo modo brachium illud extendere valebat, ad ſe induendam nec exuendam, nec ad aliquod opus vel ſervitium libere faciendum: & exiſtimabat omnino brachium habere contractum: & ſic tribus ſeptimanis habuit id infirmum. Sed quodam ſero, cum vellet intrare lectum & ſe exuere non poſſet velociter, ut volebat, propter dolorem brachii intenſum, cœpit fortiſſime lacrymari: & recordata de tranſitu beati Patris Fr. Ægidii, votum vovit Domino & beato Patri Fr. Ægidio dicens: Si mihi Dominus meritis B. Ægidii miſericordiam fecerit, & brachium ſanum, ut in primo ſtatu, reſtituerit; brachium cereum faciam, & ibo, & portabo, & ſuum devote viſitabo ſepulcrum. Mirabile dictu! Finito ſermone, & voto emiſſo, & Chriſti nomine & beati Patris Fr. Ægidii invocato, ſubito ſe plene ſenſit ab ipſa ægritudine liberatam. Teſtes hujus ſunt, vir ejus Giliolus, & Domina Blanca, filia Gentilis Joannis, & Savina, quæ morabatur in domo cum ea.

l *Curatur brachio contracto,*

E

112 Ranalducius de Dirutæ, filius Dominæ Bertæ, de parochia S. Petri, ſex menſibus continuis quartanam febrem fortiſſime habens, vovit Domino & beato Fratri Ægidio, quod ſi eum Dominus liberaret à dicta febre, ipſe in cilicio & diſcalceatus ad ejus veniret pilum; & ex tunc fuit ab ipſa febre peroptime liberatus.

& quartana laborans.

ANNOTATA.

a *Tribus primis horum Actorũ capitibus abſolutis ſubjungebãtur in Ms Peruſino immediate* Collationes F. Ægidii *& has ſequebatur tractatus* de inceptione & actibus illorum Fratrum Minorum, qui fuerunt primi in religione & ſocii B. Franciſci. *Utraque parte pretermiſſa, & ſubſtitutis aliunde aliis magis ad noſtrum inſtitutum idoneis, revertimur ad MS. Peruſinum, quod, ſub hoc eodem quem propoſuimus titulo, miracula poſt mortem B. Ægidii facta exhibet. His autem præmittimus articulum unum, acceptum ex Waddingo, velut introductionem ad ſequentia.*

F

b *Anno ſiquidem* 1262, *littera Dominicali A, feſtum S. Georgii & 23 Aprilis cadebant in Dominicam, quam à ſolis occaſu exordientes obitum B. Ægidii huic 23 adſcripſerunt.*

c *Cum infra num.* 103, *narretur contracta, quæ mortuum audiens invocarat, veniſſe ad tumulum ex voto viſitandum* die decima exeunte menſe Aprilis; *apparet non poſſe intelligi decimam diem ante finem menſis: tunc enim necdum obierat Beatus, nedum tumulatus erat: intelligendus eſt ergo dies nonus aut decimus poſt finem Aprilis. Atque hinc ad Acta B. Ambroſii Senenſis* 20 *Martii, corrige hallucinationem quamdam noſtram, in quam forte etiam alibi impegimus, circa formulas,* Intrante menſe *&* Exeunte menſe: *nunc enim agnoſcimus non tantum* intrante *dici pro* currente (*quod agnoſcere faciebat dies aliquando* XXIII, *aut ſimiles ex poſtremis* intranti menſi *attributus*) *ſed etiam* exeunte *poni pro* finito *ſeu* præterito, *adeoque numerari & intelligi eum menſem qui ſucceſſit, cum reſpectu ad præcedentem.*

intrante, *&* exeunte menſe *quid ſit.*

d *Hinc*

A d *Hinc colligas, non tantum ad quintum, imo ad nonum diem Maii, ſtetiſſe corpus inhumatum in templo: ſed etiam dubium adhuc fuiſſe, utrum ibi an intra urbem tumulandum eſſet.*

e Vianum *Placentini territorii oppidum eſt.*

f Hoſpitale *pro publico diverſorio hîc accipi crederem, niſi aliter & prout paſſim ſumitur, viderem poni num.* 115.

g *In lingua Italica vox* Nepote *communis generis eſt.*

h Cingere pilum, *id eſt cereo funali, poſtea ad honorem Beati arſuro, tumbam menſurare, ut alii loquuntur. Tumba autem hic* pilum *ſeu* pila *dicitur quia lapidea erat, ſimilis videlicet grandibus illis vaſis, quæ ad continendam aquam excavuntur è petra, & etiam nunc* pilæ *nominantur apud Etruſcos. Imo veteres Latini, quorum lingua multas radices habuit cum prima Gallica adeoque & cum Teutonica communes, videntur ex* Sand, *arena, ſabulum, &* pila, *formaſſe vocem* Sandapila: *quaſi pila ſabulo infodienda.*

i *Peruſinæ urbi ad Orientem fluit Tiberis intervallo duorum circiter milliarium.*

k Timida *active ſeu* horribilis: *cujuſmodi latinarum vocum abuſus in vulgari Italica infiniti occurrunt: ut mox infra* venter *pro* fructu ventris: *&* partus *pro* vulva.

B l Vettonium *antiquis, nunc* Bettona, *inter Peruſiam & Mevaniam in Vmbria.*

CAPUT II.

Variæ ſanitates atque etiam mors ex voto impetratæ.

Moleſtiſſimo malo vexatus,

113 VGuicionellus Scatonis, de comitatu Peruſino, de Columnella, dum diu ante tranſitum beati Patris Fr. Ægidii, infirmitate horribili valde affligeretur (ita quod præ horribilitate nomen predictæ infirmitatis ignoraretur, ſed diverſi diverſa ſentirent; & quidam dicerent eum dæmonio vexari, alii: Non, ſed eſt alia infirmitas valde gravis) quæ eum in viſceribus & cerebro fortiter affligebat, & ſenſum perdebat: & de loco ubi ſtabat nullatenus ſe movere valebat, ita quod conſanguinei & vicini non poterant ſe continere à lacrymis hoc videntes. Audiens vero prædictus Vguicionellus de tranſitu tanti Patris, & de rumore pili ejus, quod cum maxima reverentia à civibus Peruſinis & comitatenſibus Peruſium portabatur; venit ad tumulum ejus, & vovit Domino & B. Ægidio, quod ſi eum Dominus liberaret de illa infirmitate, ipſe imaginem ceream faceret, & ad ſepulcrum ejus portaret eamdem: & cum veniret Peruſium, ipſe veniret ad pilum ejus, & de bonis ſuis in loco eodem daret: & ſic reverſus eſt Columnellam ad domum ſuam. Et ibi, nocte proxima veniente, & lucerna in domo ardente, & ipſo in lecto more ſolito quieſcente, nec dormiens nec vigilans aperte, audivit vocem cujuſdam vocantis eum; Chriſtiane; Chriſtiane, ſurge. Qui ſtatim reſpondit: Domine, Domine. Et ſurrexit, & ſedit in lecto, & reſpexit hinc & inde per domum, lucerna ardente, & neminem vidit. Et reinclinato capite cœpit aliquantulum dormitare, & iterum fuit vocatus. Reſpondit, Frater, Frater, quid tibi placet. Et dixit ei, ſurge, & fac tibi ſignum ſanctæ Crucis. Et fecit ut ſibi fuerat impoſitum. Ex tunc, divina virtute, & meritis Beati Patris Fr. Ægidii, fuit ab ipſa ægritudine liberatus. Hoc ab eo audiverunt Fr. Joannes, Guardianus Peruſinus; & Fr. Odriſius, & Fr. Martinus *a* Murator.

Liberatur invocato B. Ægidio.

C

a

114 Orlandinellus Philippi de Peruſio, habitans in Burgo S. Savini, in Parochia ejuſdem Sancti, anno Domini MCCLXII, Kal. Maii fuit Tortonæ *b* ex dolore ventris & vertigine capitis fortiter infirmatus; ita quod, dum illa infirmitas eum tenebat, ſtare non poterat; ſed jacebat, memoria, & ſenſu, & lumine oculorum, & greſſu privatus. Et quia beatum Patrem Fr. Ægidium noverat, in vita viderat, & audiverat mira de eo, dum ſanctam ejus animam ſuo corpuſculo tegeret; venit ad pilum ejus VII Julii, & ſub ſuo devote deſiderabat ſtare ſepulcro. Et cum ſe inclinaret, ut ſub eo intraret; ſtatim cœpit eum arripere illa ſua infirmitas conſueta. Et deductus à quodam in domum Fratrum, ibi jacuit, ſicut conſueverat antea, uſque poſt Nonam. Qui poſtea ſuum elevavit caput, & quaſi venenum evomuit. *c* Et ex tunc ſe ſenſit peroptime liberatum. Teſtes horum ſunt Vxor, & aliæ plures convicinæ.

b

Sanantur vir epilepticus,

EX MSS.

c

115 Jacobus Matthei, civis Peruſinus, habitans in parochia S. Severi-Montis, Filium habebat nomine Philippuccium, cui per annum unum & menſem continuum ſquama quædam ita ſuos texit oculos, ut nullo modo pupilla ab alio oculo diſcerneretur: & manum ſiniſtram duobus menſibus continuis habuit graviſſime infirmatam, ita quod medicus medicando de ea principalia extraxerat oſſa, & credebat mater filium omnino perdere indicem manus ejuſdem: & cum manu illa parum aut nihil poterat operari. Et necdum liberatum de infirmitate manus illius, ſimiliter infirmitas arripuit in alia manu; & ſic ſtabat officio oculorum & manuum deſtitutus. Et dum ſemel contingeret matrem extra domum exire, & filium in domo dimittere; in reverſione ſiniſtro crure eum invenit contractum, & calcaneum pedis abſque extenſione aliqua natibus filii adhærentem. Quæ videns natum ſuum ita afflictum, & lumine, & tactu, & greſſu privatum, venit ad pilum beati Patris Fr. Ægidii cum eodem: & aliquantulum ſub pilo ſtetit cum eo, habens fidem in Beato Fr. Ægidio, quod Dominus meritis ejus ſuum ſanaret filium. Et parva morula ibi facta, reſpexit puer, & vidit urceum cum aqua, qui poſitus erat ibi à cuſtode pili, ut potum porrigeret venientibus à remotis: & incontinenti potum petiit matri ſuæ Quæ deſiderans pueri ſanitatem, volens etiam videre ſi Dominus adhuc reſpexiſſet devotionem ancillæ ſuæ, reſpondit puero dicens: Vade, & tolle tibi. Et incontinenti puer ſurrexit, & ſtetit ſuper pedes ſuos: & ambulavit, & plene vidit, & optime uſus ambarum manuum ſibi eſt ſubito reſtitutus; & ſic fuit Domini gratia ab ipſis ægritudinibus & ab aliis liberatus. Horum teſtes ſunt parentes ejus, Jacobus & Blanca; & matertera ejus, Complita; & familiaris eorum, Brunetta.

& puer oculo manibus ac pedibus mancus:

E

F

116 Idem Dominus Jacobus filiam habebat nomine ..... quæ annis quatuor graviter fuit infirma, ita quod quidquid comedebat & bibebat ita inferius emittebat; & digeſtio cibi nulla in ea fiebat, & non valebat medicorum conſilio aut auxilio liberari. Et quoniam mater in eam cuſtodiendo fortiter laborabat, accidit quod ſemel, cum de ejus cuſtodia eſſet fortiter fatigata, dixit in corde ſuo: Vadam ad pilum B. Ægidii, & filiam meam vovebo iſti ſanctiſſimo Fratri; ut Dominus meritis ejus ſanet eam, aut moriatur in brevi. Et ſicut cogitavit, ita, quantum in ſe fuit, cum affectu operari ſtuduit & effectu. Venit ad pilum, & votum emiſit ut dixit, & facto voto eſt reverſa domum. Infirma filia dicit ei: O mater mea, Frater ille B. Ægidius, cui votum feciſti, viſibiliter ad me vigilantem venit, & dixit mihi: Surge, filia, veni mecum. Unde mater ſcito tuam orationem exauditam. Quapropter rogo, ut mihi facias *d* excolatam, ut ex ea vobiſcum manducem hoc ſero: quia ſcio, quod cras me tecum non habebis. Implevit exhortationem filiæ mater: & fecit, & deeſt ei, & comedit. Mane autem facto diei ſequentis, reddidit puella animam Creatori.

puella nil cibi aut potus digerēs,

ex voto matris moritur:

d

EX MSS. *e f curatur omnium membrorum ejus captus,* g

117 Joannes Dominæ Riclæ de villa *e* Preggii, Pulliani nomine; xv Kal. Junii, cum ſero die *f* Jovis, lectum intraſſet & ibi aliquantulum more ſolito dormiviſſet; ſubito eum arripuit quædam infirmitas valde gravis, ita quod ſibi caput omnino videbatur habere diviſum, & omnia membra *g* contaſtata, & legitimo acta privata, ita quod nullum locum quietis penitus poterat invenire: & ſic jacuit tribus diebus infirmus, deſtitutus omni auxilio medicorum: & dicebat medicus ei eveniſſe per diabolicam umbram. Die Dominico vero adveſperaſcente, vovit Domino & B. Ægidio, quod ſi eum liberaret Altiſſimus de infirmitate illa horribili, ipſe veniret Peruſium, & candela cingeret pilum ejus: & ſic pro ea fuit Dei gratia liberatus. Teſtis horum ſunt, Ricla, mater ejus, & Divitia & Lætitia, Cognatæ; & Solafolia uxor ejus.

h & mulier manibus impedita: *i*

B *k*

118 Mulier quædam de comitatu Peruſino, de villa *h* Anteriæ, nomine Nigra, uxor Bonaquiſti viventis, quatuor annis continuis (etſi interpolanter frebat aliquando, ſed raro, priva *i* fiebat duorum aut trium dierum ad plus) manuum & brachiorum uſque ad humeros graviter fuit infirma, & dolorem & tumefactionem in manibus ſuſtinebat immenſam, & parum aut nihil cum eis poterat operari, & dum ſemel menſe *k* Junii, anno & tempore migrationis beati Patris Fr. Ægidii, quodam ſero ita infirma eam contigerat intrare lectum, commendavit ſe Domino & beato Patri Fratri Ægidio, ut interceſſione prædicti ſancti Patris eam Dominus à prædicta ægritudine liberaret: quia ipſa, cum eſſet liberata, candelam faceret, & perſonaliter veniret, & de eadem cingeret pilum ejus. Et cum nocte illa dormiret in lecto, adfuit ei ſanctus Pater Fr. Ægidius, dicens; Chriſtiana, qualiter te habes? Quæ reſpondit: Frater, male: quia graviter ſum infirma. Cui reſpondit prædictus Pater: Noli timere quia eris jam in proximo liberata. Quæ reſpondit: Scio quod ligone & ventilabro *l* liberabor. Et hac viſione viſa, à ſomno ſe mulier ſuſcitavit: & ſenſit ſe deinceps, Domini gratia & meritis beati Patris Fr. Ægidii, ab ipſa ægritudine liberatam: & die facto poſt feſtum Nativitatis beati Joannis Baptiſtæ venit ad pilum, portans candelam circa collum ligatam ob reverentiam ſancti Patris, & de ea ſicut dixerat pilum cinxit. Hæc autem viderunt Joannes nepos, & Bucirellus; & Viventius vir ejus, & D. Buta cognata.

poſt apparitionem Beati, *l*

ANNOTATA.

C

a *Diximus in Commentario Prævio ſervari Peruſii in ſacriſtia feretrum, ſeu lecticam, in qua tranſlatum erat corpus. Poſt quam tranſlationem primum videtur quæſita marmorea arca, de cujus deportatione hic agitur.*

b *Eger. pium noſtrum addit*, ſicut die: *unde colligimus, vel omiſſum vel corruptum, aut non ſatis bene lectum à tranſcribente quidpiam eſſe: interim inutilem nunc vocem, omiſimus.*

c *Urbs quidem Liguriæ nota & Epiſcopalis eſt* Tortona, *Latinis* Dertona: *vereor tamen ne erratum hic ſit, &* Cortona *legi debeat, inter Aretium & Peruſium: utique vicinior multo, & vix 16 p. m. diſtans Peruſio, unde prior diſtat fere* 300.

d *Italis* Scolata, *carnis decoctum ſeu apoſema, ſic dictum ab* excolando.

e *Nicolaus Samſon in tabula Alphabetica Italiæ aſſcribit* Preggium *territorio Peruſino.*

f *Ergo adhuc eodem, quo B. Ægidius obiit anno, imo intra primum ab obitu menſem, cum eſſet littera Dominicalis A.*

g Contaſtare *Italis valet* impedire.

h *Alii* Antria, *inter Peruſium & Paßinianum P. M. in ſiter ſex utrimque diſtans.*

i Priva *hic ponitur pro* libera, *ſcilicet ab infirmitate, de qua mox.*

k *Ecgraphum noſtrum habebat* Martii, *evidenti mendo: proximum erat, ut pro* Martii *legeretur*, Maii: *ſed Nativitas S. Ioannis Bapt. mox indicata lunium exigit, cujus 24 die illa recolitur.*

l *Videtur indicare, ſe, propter morbum, habendam immunem ab opere ruſtico.*

D

CAPUT III.

Moribundi aliquot ſervati in vivis: alia beneficia.

Puer moribundus,

119 VGolinus de Cortonio, ægeſtate compulſus ſtans Peruſii in hoſpitali Portæ ſanctæ Suſannæ, filium habuit, nomine Philipputium, qui VII Kal. Iunii, febre & apoſtemate maximo in pectore fuit fortiter infirmatus; ita quod in lecto jacens, raro præ nimia infirmitate oculos aperiebat, & mamillam matris nulla ratione petebat, nec aliud comedebat; & ab omnibus moriturus in proximo dicebatur. V Kal. Iulii, dictum fuit matri à patre pueri & ab aſſiſtentibus ei, ut puero faceret animam commendari, quæ in extremis laborabat, & quia mortuus ab omnibus videbatur. Et quoniam mater paupercula erat, nec habebat candelam, quam in egreſſu animæ accenderet coram eo, venit ad Fratres, à quibus plures eleemoſynas receperat, propter Dominum candelæ paululum pro tranſitu filii petitura. Et dum veniret & peteret, & Frater iret ut portaret, contigit eam intrare locum ubi corpus beati Patris Fr. Ægidii jacebat humatum, quæ Deo & beato Patri Fr. Ægidio ſuum novum natum [commendavit], credens quod meritis & interceſſione ſancti Patris ſibi liberaret eumdem; & accepta candela domum celeriter eſt reverſa. Et incontinenti, fracto apoſtemate, ſanguinem multum evomuit filius in manibus matris, & infra tertiam & ſextam horam diei illius portavit filium mater ad pilum ſanctiſſimi Patris, à febre & apoſtemate pleniſſime liberatum. Viderunt hoc Ugolinus, pater pueri; & Pax, mater; & Berta, quæ moratur in hoſpitali eodem; & Domina Lætitia, Hoſpitalaria; & Montagnola, uxor Spinelli.

E

Beato commendatus,

ſubito convaleſcit:

item puella,

120 Puella quædam de Peruſio, de parochia S. Valentini, filia Odonis Gilii, nomine Frondola, in ſequenti Madio poſt obitum ſancti Patris Fr. Ægidii, fuit in gutture fortiter infirmata; ita quod nec cibum aliquem, nec vinum poterat deglutire: aqua vero ſiquando in ejus os ponebatur, præ nimia gutturis ſtrictura, in ventrem non ibat; ſed per os, ſicut ponebatur, exibat: & linguam hac occaſione ita impeditam habebat, quod nullo modo loqui poterat aperte, nec dicere quod volebat: & ſic tribus diebus jacuit, quod non manducavit, nec bibit, nec loqui libere potuit ſicut dicitur. Tertia autem die, Domina Benamata, prædicti Odonis uxor, ejuſdem puellæ nutrix, videns ita puellam graviſſime afflictam, compaſſione ſuper eam mota, vovit Domino & beato Patri Fr. Ægidio, quod ſi Dominus de infirmitate illa liberaret eamdem, ipſa imaginem ceream faceret, & offerret eam Fratribus, ut eam ponerent ſuper pilium ſancti Patris, in memoriam ſanitatis puellæ ejuſdem. Et hoc voto facto miſit puellam, ut ſtaret ſub pilo, ubi ſanctum corpus jacebat humatum. Quæ venit, & meritis ſancti Patris extitit liberata. Teſtes ſunt Oddo; & uxor ejus, Domina Benamata; & Domina Palmeria, mater Diotaleve; & Marſilia, & Sacerdos parochialis eccleſiæ ſuæ.

F

cui guttur triduo præclusum fecerat;

121 Infantulus quidam, Lambertinellus nomine, filius Benvenuti ſervitoris, habitans in porta S. Suſannæ; in parochia S. Ioannis; cum XVIII menſium eſſet, cœpit graviter infirmari, ita quod lac patum

& infantulus

A rum bibebat, & de cibo alio minus comedebat: & quia ita parvulus erat, medici medicinam sibi dare timebant: sed dicebant, motione sanguinis facta in eo crescendo, forte liberabitur volente Deo. Et quia parentibus carus non modicum erat, solicitus erat pater, quomodo liberare posset eumdem. Et v Kal. Augusti, Medicum duxit ad eum consulendum, si in aliquo posset juvare eum. Qui inter alia tetigit femur ejus, & dixit, illum lapidis vitio infirmatum. Mater vero hoc audito, dolens multum eum beato Patri Fr. Ægidio commendavit, dicens sibi imaginem ceream facere, si suum liberaverit natum. IV vero Kal. Augusti, prædictus infantulus, aquam facere volens & non valens, angustia & dolore maximo non modicum videbatur affligi. Mater vero suo compatiendo nato, eum hinc inde ducebat, in corde cogitando & ore profitendo, Sancte Ægidi, pater mi. Frater Ægidi, adjuva me. Et infantulus hoc audiendo, non plene propter infirmitatem & ætatem verba formando, dicebat, Ægidi, adjuva me. Nocte autem proxima veniente, fecit pariter infantulus aquam, & lapidem mingendo per virgam emisit: & sic Dei gratia & meritis beati Patris Fr. Ægidij extitit liberatus. Et de hoc testimonium perhibent quæ viderunt, mater ejus, Domina Bona; & cognata ejus, D. Iacoba; & B nutrix infantuli Ligera.

calculo laborans,

ac Beatum cum matre sua invocans.

122 Puella quædam, Adactula nomine, stans in hospitali leprosarum Coli, filia Dominæ Lætitiæ, uxoris Recabene, stantis in burgo S. Angeli, juxta portam S. Angeli in parochia S. Fortunati, ita duobus annis continuis cruribus jacuit fortiter contracta, quod nullo modo præ nimia contractione de loco, in quo ab aliquo ponebatur, poterat se movere; sed ibi comedebat, & bibebat, & egesta sua ibi faciebat. Et cum mulieres, cum quibus morabatur, tantum non possent tolerare fœtorem; ejecerunt eã de domo, & in porticu domus suum cubiculum posuerunt, eam desuper collocantes, non ponentes propter ventum vel frigus aliud aliquod reparaculum circa eam: & sic erat ibi in hieme frigus maximum, & in æstate calorem sustinens immensum. Ipsa vero ita se derelictam cernens, & ab aliis propter infirmitatem segregatam cognoscens, ad Dominum consolatorem desolatorum omnium se convertit; & audito de transitu sancti Patris Fr. Ægidii totam orationi se dedit, supplicans eidem, ut suis interpellationibus sanitatem sui corporis à Domino impetraret: vovens C Domino & sibi quod si Dominus istam misericordiam præstiterit indignæ ancillæ suæ, imaginem ceream de sua faciet paupertate, & eam ad sancti Patris pilum mitet vel portabit. Et facto voto, in sequenti nocte sensit se ad sanitatem solicite properare: & sic, Dei gratia & meritis ipsius sancti Fratris, est ab ipsa ægritudine liberata. Viderunt Ser-Amadeo, & Bruna, & Domina Valdegrana, & plures alii & aliæ de hospitali, de hoc testimonium perhibentes.

Puella contracta,

& misere derelicta,

EX MSS. *voto facto sanatur.*

223 Quædam mulier de civitate Perusina, nomine Margarita, cum de viro suo plurimum in filiis multiplicaretur, & non haberet lac quo posset eos nutrire; flere cœpit de hujusmodi compassione. Intelligens vero vitam & conversationem sancti viri Fr. Ægidii, cum fiducia magna venit ad eum in loco ubi manebat. Sanctus autem de collocutione sanctorum verborum more solito raptus erat, & sic nullatenus potuit ei loqui. Consuetudo ejusdem viri erat, quod quando ad se revertebatur, cum genuflexione osculabatur terram, ubi pedes tenebat, & statim revertebat ad cellam suam, vel aliquem secretum locum. Videns vero dicta mulier quod non potuit sibi loqui, cum magna reverentia accessit, & posuit pectus suum ubi vir tenuerat pedes suos: & rogavit Deum, ut meritis sancti viri ei lac præberet, ut nutrire posset filios suos. Et reversa ad domum suam prospexit mamillas suas, & vidit lac stillantes super oppressione. Gavisa est autem mulier in Domino, gratias agens de beneficio tanto sibi collato; & exinde majorem devotionem habuit in sancto viro: & sic veniens ad socium viri Domini, narravit ei diligenter omnia quæ acciderant.

mulier lacte carens,

& pectus terra iniquo fleterat applicans,

fit voti compos.

E

224 Mulier quædam, Benevenuta nomine, de Assisio oriunda, sed Perusiæ morans, uxor Amatoris, cum gravi infirmitate intus detineretur in secessu, ita quod nec sedere posset, nec jacere ad plenum; pro sanitate recuperanda diligenter requisivit consilium medicorum, qui eam non valuerunt consilio nec adjutorio liberare. Unde cum quadam die staret, & videret se omni humano auxilio destitutam, suum allocuta est virum dicens: Dic, Amator, cui possem me Sancto vovere, qui me à tanta ægritudine liberaret. Qui sic respondit: Vove te beato sancto Fr. Ægidio, & in proximo firmiter te credas sanandam. Quæ statim ipsa die, ad tumulum veniens dicti Sancti, vovit se ei; & intus in ejus tumulum se projecit: & ibi aliquantulam moram fecit. Tandem ad domum suam reversa, sedere aliquantulum liberius solito cœpit: & dum sederet, crepuit infirmitas vicibus tribus: & multo emisso sanguine, extitit mulier, meritis B. Fr. F Ægidii, perfectissime ab eadem ægritudine liberata.

Sanatur gravis infirmitate.

DE B. HELENA VIDVA,

TERTII ORDINIS EREMITARUM S. AUGUSTINI,

VTINI IN DVCATV FORO-IVLII.

D.P.

ANNO MCCCC-LVIII, *POstquam Bertholdus, Aquileiensis Patriarcha, Sedem sibi ac successoribus suis Vtini constituit, circa medium seculi* XIII; *& Raymundus, post Gregorium Bertholdo succedens, nobilitatem Italicam, ex præcipuis urbibus per factiones populares fugatam, ibidem recollegit; crevit locus, non tantum opibus, frequentia, & gloria, sed etiam religiosorum institutorum sanctitate: ex quibus Franciscanus Ordo, seculo* XIV, *habuit B. Odoricum de Portu-Naonis,* XIV *Ianuarii commemoratum; Augustinianus vero, seculo post secuto, B. Helenam viduam, cujus Vita nobis explicanda nunc venit. Scripsit illam, pio ac simplici stylo, ipso quo Beata mortua est anno* MCCCCLVIII, *Fr. Simon Romanus, ex Ordine Eremitarum S. Augustini, S. Theol. Lector, ad ejus laudes pro concione explicandas Patavio evocatus. Scripsisse autem Latine indicat Ioannes Baptista Sartorius Canonicus Vtinensis, dum præfatur antiquam versionem Italicam rudiorem esse, quam ut cultiori huic seculo probaretur; seq; ideo aliam adornavisse stricliori aliquantum stylo, anno* 1632, *quam dedicavit Eleonoræ Lauredanæ, nuptæ Cæsareo Locum-tenenti. Finitur hæc nova versio, promissione amplioris libelli, ad majus piarum animarum solatium vulgandi, de miraculis ante & post mortem Beatæ patratis, & exhortatorio ad Vtinenses epilogo, ut frequenter devoteque venerentur sepulcrum, in quo ejus corpus jacet, itemque ad gratitudinem pro tali cive & patrona Deo reddendam.*

Vita I scripta eodem anno quo obiit,

2 *Dedimus operam, ut textum originalem Latinum hic ex annanciscceremur per nostros in Collegio Gorttiensi Patres, quo Italiquorum Rector Franciscus Baselli anno* 1669 *renuntiavit, co datur, non modo Latinam nullam Vitam inveniri, sed nec sciri quidem*

D. P. *quidem ullam umquam exſtitiſſe, niſi quod antiqua Italica Vita Ms. pertinens ad* Reverendas Pinzocheras Mantellatas Religionis & Regulæ S. Auguſtini (*ut præfert titulus*) *in eodem titulo dicatur* tranſumpta ex altera Legenda, exiſtente apud hæredes quondam D. Joannis Bapt. Cortana Utinenſis: *quæ an fuerit Latina, à nobis quæſita, ſcire non poſſumus; nam Italica, quam accepimus nullum refert veſtigium tranſlationis ex alia lingua factæ, & admixtas habet citationes Latinas ſacri Texius, qualem ipſe Fr. Simon à principio ſcripſiſſet, ſi ſcripſiſſet Italice; ut proinde vehementer dubitemus, an Latinam habuerit Sartorius, imo an talis ulla fuerit. Vt ut eſt, ſatius duximus (cum ex Italico in Latinum ſermonem Vita eſſet à nobis neceſſario transferenda) antiquiſſimam illam ſeu compoſitionem ſeu verſionem quam ſtrictiſſime ſequi: & poſtea dare aliam ejuſdem Beatæ breviorem Vitam, concinnatam à Iacobo Philippo Bergomenſi, ejuſdem Auguſtiniani Ordinis ſcriptore inſigni, & eadem qua Beata obiit ætate famoſo, qui eam inſeruit libro ſuo de Claris mulieribus, cap. 159, dedicato Beatrici, anno* MCCCCLXXVII *Hungarico Regi nuptæ.*

Item alia latina 20 circiter annis poſterior:

Ita qua perperam dicitur mortua 2 Aprilis.

3 *Sed hoc in illa poſteriori Vita mirum, quod cum in priori dicatur obiiſſe Beata,* nocte inter Sabbatum & quartam Dominicam Aprilis media, anno Domini MCCCCLVIII, die XXIII Aprilis; *ipſe tamen Bergomenſis mortuam dicat* IV Nonas Aprilis: *qui dies anno prædicto fuit Dominica prima Aprilis, eademque Dominica Paſchalis. Talem ſane temporis ſacratiſſimi circumſtantiam, haud dubie notaſſent & magnopere appendiſſent ii, quibus dictantibus Fr. Simon ſcripſit, ſi revera tunc mortua fuiſſet Helena, quando Chriſtus à mortuis reſurrexiſſe commemoratur. Quare videtur mihi Bergomenſis, ſuo vel alieno errore, pro* 23 *legiſſe* 2, *unius cyfræ omiſſione. Interim ſecuti eum ſunt, qui priorem vitam non viderant, Herrera in ſuo Alphabeto Auguſtiniano pag.* 334 *& Arturus à Monaſterio in Gynaceo ſacro. Allegat Herrera præter eam Vitam quam ſcripſit Iacobus Philippus, aliam ſcriptam à* Paulo Lulmio Bergomenſi, in peculiari libello, quem Paulo II ſacrum fecit, quique in bibliotheca Vaticana perpulchre ſcriptus aſſervatur. *Invenimus nos in Vaticana Bibliotheca librum in candidiſſimis membranis elegantiſſime exaratum de hac materia, ſignatumque num.* 1223: *ſed alium illa auctorem præfert in titulo, qui eſt talis*: Ad Paulum II Pontificem Maximum, Vita B. Helenæ Utinenſis feliciter incipit per Jacobum Utinenſem. *Nullus porro de hoc argumento eſt in tota bibliotheca liber, qui nomen Pauli Lulmi præferat: & ideo liber quem Paulus iſte ſcripſit* de Vita & miraculis B. Helenæ de Utino, *ut habet Pamphilus in Chronico pag.* 91 *omnino diverſus credi debet. Vixit autem eodem quo Helena tempore & ſeptuagenario major obiit, Prior conventus Cremonenſis anno* MCCCCXCIV, *patria Bergomenſis.*

3 Vita Paulo 2 dicata,

C

deſcripta ex Vaticano,

4 *Quia autem Iulius* II, *ab anno* MDIII *ad* MDXIII, *Pontificatum tenuit, adeoque liber iſte ſcriptus erat intra proximos quinquaginta annos ab obitu Beatæ; titulo tam ſpecioſo decepti totum tranſcribi juſſimus, impendio non levi propter enormem prolixitatem: ſed fere oleum & operam perdidiſſe doluimus, quando deſcripta relegentes cum otio, vidimus nos nihil habere minus quam Vitam Beatæ, pro eaque ineptiſſimam farraginem ſive rhapſodiam de vitiis & virtutibus, diſtributam in varias orationes, quas auctor, poëtico, ut præfatur figmento, diſtribuit in Oratores & Philoſophos, non tantum Chriſtianos, ſed etiam ethnicos, coram divina majeſtate ad Helenam laudandam inductos, videlicet* Ariſtidem, Platonem, Demoſthenem, Lyſiam, Æſchinem, Hyperidem, Neſtorem, Ciceronem, Varronem, Titum Livium, Catonem, Saluſtium *ex una, ex altera parte* Baſilium, Chryſoſtomum, Nazianzenum, Originem, Cyprianum, Ephrem, Lactantium, Hermogenem, Caſſianum, Leonem Papam, Juſtinianum, Aretinum, Barbarum Utinenſem, & Spilimbergenſem. *Qui omnes mira confuſione, nullo ætatum diſcrimine, ſacras profanaſque ſententias miſcent, inſtructi potiſſimum floſculis & ſententiis Italicis, ex Dante Poëta lecto, Vitam autem Beatæ & actiones ejus vel ſtrictiſſime attingunt vel ne attingunt quidem. Concludit autem ſcriptor cum gratulatoria ipſius Dei ad Helenam oratione, & ſoluto conventu facit Ciceronem agere cum Hieronymo atque Lactantio, ut pro ſuis ſuorumque ſociorum pœnis aut finiendis aut mitigandis intercedant apud Deum. Quis homini tam ſtolido fiduciam dedit, ita male conſutum librum bene ſpiſſum offerendi Pontifici? Habet tamen idem ille hinc inde nonnulla, quæ non pigebit in Annotationibus deſcribere.*

hic omittitur.

D

5 *Quod ad publicum B. Helenæ cultum attinet; cum eſſet ejus corpus ſepultum in ipſo ſuo oratorio, prout ſe velle declaraverat, Fratribus ad funus vigilantibus per viſum apparens,* ſtatim, *inquit Iacobus Utinenſis,* fecerunt ſibi capellam ſatis ornatam, & aram quæ nunc plena eſt cereis, plena imaginibus. Deinde addit: Compages ferramentorum adhuc mortificationem carnis oſtendunt plenæ cruore: cilicia, ſanctitatis ſignum & pœnitentiæ, adſunt: petunt omnes Utinenſes cum lacrymis, petunt ſinguli Helenæ aram. Imitenter eam viduæ, plant virgines & maritatæ: lætentur Helenam regnare cum Chriſto, fratres, ſorores, filii ac filiæ ſuæ, quibus Prætor juſſit minime mutare veſtes, & eos majori lætitia ſalutabant omnes quam ſalutabant prius; nec mœreant quod talem amiſerunt, ſed gratiam agant quod talem habuerunt: quam corpore non poſſunt, recordatione teneant: cum qua loqui non poſſunt, de ea loqui non deſinant.

Cultus ejus antiquus,

E

6 *Mox autem cœpit in Ordine Eremitano agi de feſto illius, non tantum Utini, ſed etiam alibi paſſim celebrando: nam in* Miſſali ſecundum uſum Romanæ Eccleſiæ *excuſo Venetiis anno* MCCCCLXXXVII, *annis utique non totis viginti poſt obitum Beatæ, ſic habet kalendarium,* XXVII *Aprilis,* B. Helenæ de Utino, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Feſtum. *Difficulter autem nobis perſuademus id prorſus inconſulta Apoſtolica Sede fuiſſe inceptum. Cur autem dilatum ſit feſtum prædictum à die quo obiit, haud eſt difficile cauſam reddere; cum notum ſit eum pleriſque eccleſiis cultu S. Georgii occupatiſſimum eſſe: aſt non ita facile dixerit aliquis, cur electus ſit dies* XXVII, *niſi velimus præſumere tali die fuiſſe ſepulturæ mandatam. Sane non carebit fundamento talis præſumptio. Mortua enim die* XXIII *Aprilis, ut dictum eſt, poſt ſolenniſſimas exequias ipſi factas (quæ ut apparerentur inſumi debuit totus unus dies) duabus diebus ac noctibus integris proſtitit in eccleſia S. Luciæ conſpicua: itaque vix ante* XXVII *concipi poteſt ſepulta fuiſſe: & hic deinceps dies ſub ejus nomine fuiſſe honoratus. Quomodo autem hic cultus deſierit & obliteratus ſit, non apparet: talis certe, qualem deſcripſimus, fuit primo dimidio à Beatæ obitu ſeculo.*

& feſtum 27 Aprilis.

F

7 *Nunc licet de illa nec Miſſa fiat amplius nec Officium, auctior quam antea cultus videtur; ſiquidem (uti nobis ſignificavit Ioannes Baptiſta Micoli Utinenſis Societatis noſtræ, qui vidit ſæpe)* corpus ejus integerrimum ſervatur in arca marmorea, ad ſiniſtrum parietem templi ſuſpenſa, in qua ipſum die S. Luciæ ſacro ſpectandum exhibetur maximæ hominum multitudini, ad hoc confluenti, ex omni ætate & ſexu; ubi ex Patribus Auguſtinianis unus primo bombacem admovet ſancto corpori, deinde eamdem bombacem admovet oculis oſculoque ſignari cupientium. *Quando quave ſolennitate facta ſit ſacri corporis de terra in iſtam arcam elevatio atque tranſlatio nemo recordatur. Indulſerit hoc forſan Paulus* II *ad inſtantiam Iacobi Utinenſis: certe vix alia quam Pontificia auctoritate credimus tunc hæc fuiſſe tentanda, aut aliter permiſſuram Beatam fuiſſe, ut extra oratorium ſuum transferretur corpus, ibi ejus juſſu humatum:* nam oratorium illud eſt inter majorem ſeu mediam templi portam (habet enim illud tres portas in frontiſpicio) & portam lateralem ſiniſtram;

Veneratio hodierna.

ex

A ex altera vero illius portæ lateralis parte, arca eſt quam diximus. In oratorio ſeu cubicello prædicto adhuc reverenter ſervantur ſedes, ſcutella lignea, ceteraque illius inſtrumenta ac velut ſupellex domeſtica, una cum cilicio & diſciplina.

8 *Addit Herrera*, quod Helenam inter illuſtres feminas, titulo Beatarum & diademate in ſignum ſanctitatis coronatas, Orozcus & alii auctores retulere, *imagines,* uti communis fidelium devotio eamdem conſuevit effigiare. *Similis imago, ari eleganter inciſa ab Adriano Collartio, Antuerpiæ pridem prodiit; cujus apud nos ſervatur exemplum. Ejus titulus ſimpliciter ipſum facit* Ordinis S. Auguſtini, *& velum nigrum monachum indicat: ſed revera dumtaxat Tertiaria fuit, & in ſuæ ſororis domo ad extremum vixit; prima omnium Vtini Deo ſub Regula S. Auguſtini devota, quam aliæ plures ſecutæ ultra octoginta excreverant, cum Helenæ exequiæ celebrarentur, & ſuam habebant Prioriſſam, forte etiam nonnullæ earum una in domo communiter habitabant: ſicut & de Sororibus Tertiariis Ordinis Minorum Correctrices ſuas habentibus in vita S. Franciſci de Paula, 11 Aprilis vidimus, & de aliis Ordinis Prædicatorum videbimus ad Vitam S. Catharinæ Senenſis ad diem* xxx: *quæ cum* Religioſæ *aut* Sanctimoniales *hic & alibi vocantur, non ſunt illæ voces ſtrictiſſime ſumendæ,* B *quaſi ſupponant ſolennia Religionis vota, cum tantum ſimplicium votorum vim habuerint quæ emittebantur, & emittuntur etiam hodie in Italia ab iis, quas* Pinzocheras Mantellatas *vocant. Dicuntur & in maſculino* Pinzocheri, *origine & etymologia vocis ignota hactenus, nec per idoneas conjecturas facile explicabili.*

VITA

Auctore Fr. Simone Romano

ex MS. Italico Vtinenſi.

PROLOGUS

Auctor Vitam hanc ſcripturus, O Creaturæ à Deo factæ, audite mirabilia, recens à Deo patrata per famulam ſuam B. Helenam, ſignis & prodigiis toti mundo hodie coruſcantem; & exponenda per me Fr. Simonem Romanum, indignum Lectorem Theologiæ in Studio Patavino, & poſt dictæ Beatæ mortem, propter miracula ejus infinita, evocatum à Priore S. Luciæ Utini; qui origine Venetus, Fr. Franciſcus de Roſſis nuncupatus, accerſivit me ad prædicandam vitam & virtutes per eam patratas. Equidem aggredi volens narrationem C de hac Beata inſtituendam; ejuſque Legendam componere pro mei ingenii tenuitate, inſufficientem me cognoſco; ideoque ad intemeratam Virgi- *Dei & Deipara opem implorat,* nem Mariam, Patronam meam ſingularem recurro, ut ante Deum pro me ſit deprecatrix; quatenus ille mihi Spiritus ſui infundat gratiam; & hanc Legendam poſſim congrue pertexere, ad honorem Dei, Beatæ gloriam, & fidei exaltationem: ſi autem in aliquo me errare contigerit; humiliter poſtulo veniam & miſericordiam. Etenim ut Apoſtolus Pau- 2 Cor. 3, 5 lus ſcribens ad Corinthios ait, Non ſumus ſufficientes, non dico dicere & obſervare, ſed nec cogitare quidem aliquid ex nobis quaſi ex nobis; ſed ſuffi- *& ſuam tenuitatem excuſat.* cientia noſtra ex Deo eſt. Atque hoc confirmat S. Jacobus Apoſtolus in ſua Canonica dicens, Omne datum optimum & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum: omnis inquam gratia, omnis ſcientia, omnis ſapientia à ſupremo rerum omnium conditore & gubernatore procedit. Quia vero ordinis idonei defectus confuſionem generat, Legendam hanc partiemur in capi- *a* tula quindecim: *a* itáque ſucceſſive progrediendo ſub finem exponemus miracula poſt mortem ejus Deo operante patrata. Amen.

Jac. 1, 17

a Hanc diviſionem ſervamus, vitam in totidem numeros partiendo, ut liberum nobis eſſet plures in unum caput contrahere. AUCTORE SIMONE EX MS.

CAPUT I.

Marito viduata ſuſcipit habitum S. Auguſtini, & vitam inſtituit auſteriſſimam.

1 BEata Helena, Dei filia & famula, ex patria & provincia Forojulienſi & nobili civitate Utinenſi oriunda, procreata eſt à nobili viro Domino Valentino, ex inſigni proſapia Valentinorum *a* ex Foro-veteri: mater autem ejus, pari nobilitate venerabilis, dicebatur D. Eliſabetha de Caſtro *b* Maniaco. *c* Cum autem annum decimum quintum ætatis Helena attigiſſet, data in uxorem eſt generoſo *& marito viduata,* viro Antonio de Cavalcantibus: *d* cum quo caſto in matrimonio vivens per annos viginti ſeptem, multos filios filiaſque procreavit Deo, atque in ſancto ejus timore enutrivit. Mortuo autem marito, ipſa ſibi præſcidit formoſos ſuos capillos, unaque cum reliquo omni capitis ornatu ſupra ſarcophagum defuncti projecit, dicens: Ecce quos tui ſolius amo- *Chriſtum ſponſum eligit:* re geſtavi crines atque ornatus: tu eos tecum ſub terra aufer. Tu me moriendo deſeris, & ego uxorio erga te affectui renuntio; maritum deinceps nullum habitura, niſi Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cui ſervire, regnare eſt.

a *b* *c* *d* *Nobiliter nata,* E

2 Ita à Deo vocata B. Helena, poſt ſui mariti *auditâ pro* mortem perſeveravit in ſancta viduitate. Placuit au- *concione privilegiis,* tem Deo, ut venerabilis quidam Religioſus, magnæ ſanctitatis & ſcientiæ Theologus, Mag. Angelus de S. Severino dictus, Ordinis FF. Eremitarum S. Auguſtini, Utinum vocatus ad conciones in conventu S. Luciæ Ordinis ſui, habendas, cum vellet toti civitati notam facere excellentiam inſtituti & Regulæ Auguſtinianæ, & dignitatem habitus, quem in honorem continentiæ, à Deipara Virgine & S. Monica D. Auguſtini matre obſervatæ, geſtandum idem Ordo communicat; exponere cœperit quantas gratias & Indulgentias conſequantur dictum habitum devote ſuſcipientes, prout ex Bullis Bonifacii, Martini, Eugenii, Innocentii aliorumque Romanorum Pontificum *e* liquet: & quod morientes ſub Eremi- *e* tica S. Auguſtini Religione, fiant participes omnium *ſuſcipientiæ habitum S.* orationum, eleemoſynarum, diſciplinarum, abſti- *Auguſtini,* nentiarum, indulgentiarum atque bonorum operum totius Religionis, abſolvanturque ab omnibus F ſuis peccatis: quod poſt eorum mortem unuſquiſque ex noſtris Religioſis obligetur ad tres Miſſas pro eis celebrandas: multaque alia privilegia, in dictis Bullis contenta expoſuit. Hæc audiens Helena oculos in cælum ſuſtulit, Deo actura gratias; cælumque velut apertum coram ſe & ſpirituales theſauros ſibi oblatos intuens, ſubito cum lacrymis ſingultibuſque projecit ſe ante pedes Prædicatoris ſacri, eumque oravit ut iſtum glorioſum habitum ſibi vellet concedere. Cui ſacer orator reſpondit: Omnis *eum petit,* qui venit ad me non ejiciam foras. Tum, præhabito Religioſorum conſilio, admiſſa fuit. Cum autem adveniſſet dies, quo habitum ſuſceptura erat B. Helena, vocatis ad ſe venerabilibus matronis, D. Daniela & D. Perfecta, ſororibus ſuis carnalibus, eas oravit ſecum ire ad eccleſiam S. Luciæ, non addens quid ibi eſſet factura. Ubi collectis ante altare Religioſis, & *& impetrat,* Spiritus ſancti gratiam cantando invocantibus, per manum Mag. Angeli, Philoſophi atque Theologi eximii, habitum ipſum ſacrum ſuſcepit: *f* Deoque *f* vovens paupertatem, caſtitatem & obedientiam perpetuam, prima iſtius civitatis adjuncta eſt noſtræ Religioni, ſub eaque Deo ſerviens perſeveravit, non

ANCTORE SIMONE EX MS.

alio fine quam ut in gloria ſempiterna aliquando facie ad faciem conſpiceret Deum.

3 Tunc Dei amore inflammata, pietàteque & miſericordia repleta B. Helena, quidquid poſſederat in ſeculo, diſtribuere Chriſti pauperibus voluit. Veſtimenta autem ſua ex pannis ſericeis confecta donavit eccleſiæ S. Luciæ Eremitarum S. Auguſtini: ex quibus confecta ſunt pluvialia aliaque paramenta, ad Dei cultum ordinata. Cetera mobilia atque immobilia vendidit, diſperſit, dedit pauperibus, conſiderans pro Dei amore Euangelicum illud: Si vis perfectus eſſe vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me. Viſitabat infirmos *g*, conſolabatur afflictos, ſubveniebat egenis *h*, orabat pro mortuis, omnia miſericordiæ opera exercebat, attendens à Chriſto dictum in Euangelio, Quodcumque minimis meis feciſtis mihi feciſtis; & aliud iſtud, Beati miſericordes, quia miſericordiam conſequentur. Quotidie mane panes duos & candelam ad eccleſiam deferens, offerebat ſupra altare: & ſi errantem conſpexiſſet aliquem, corrigebat magna cum manſuetudine; diſcordes autem ſatagebat ad pacem concordiamque reducere, dicendo cum Salvatore: Ubi caritas, ibi Deus: & Dimitte & dimittetur tibi.

ſeculares veſtes eccleſiæ donat,

Mat. 19, 21

g eleemoſynis & piis operibus ſe dedit:

h Mat. 25, 40 & 5, 7.

B

4 Erat B. Helena pœnitentiæ ſpeculum: quis autem poſſit explicare verbis quanta ea fuerit, quandoquidem in tota ſacra Scriptura non legatur aliquis tam admirabilis hoc in genere fuiſſe: Superaſti, o Helena, per tuæ pœnitentiæ rigorem omnes alias mulieres: quia bene intellexiſti illud Patris tui ac noſtri, magni Aurelii Auguſtini, Doctoris excellentiſſimi dictum: *i* Ad magna præmia perveniri non poteſt niſi per magnos labores. Contemplabatur Helena glorioſa paſſionem atque tormenta dulcis ſui & amantiſſimi Ieſu, pro miſeris peccatoribus tolerata: & quoniam conſiderabat eum per omnia membra fuiſſe cruciatum, ſe vero in juventute & matrimonio ſeculi pompis ac vanitatibus deditam, velut per omnia membra offendiſſe Deum; per eadem omnia voluit duram & aſperam pœnitentiam facere. Itaque ſupra caput ſuum diu noctuque portabat ſertum ſive coronam cuſpidibus ferreis obarmatam, ut Paſſionis Dominicæ recordaretur ſemper. Audi vero rem mirabilem & ſtupendam, feriis ſextis frequenter ſibi alligabat ad collum funem craſſum, & manus poſt tergum conſtringi faciens, Sororis ſuæ ancillæ imperabat, ut ſic ligatam circumduceret; Quia, inquiebat, amor meus, Ieſus meus, ſic ligatus ducebatur ad mortem in montem Calvariæ; fiat hoc mihi pro armillis, quibus brachia mea ornavi; & pro funibus, quibus dulcis mei Jeſu manus conſtrictæ fuerunt, & clavis, quibus in cruce ſunt perforatæ. In cruribus circulos geſto ferreos, ad expiandam vanitatem inter choreas, quas frequentaram, commiſſam; & quia meus Jeſus pedes habuit clavis perfoſſos. Circulo ad lumbos ſimili adſtringor, propter zonas auro atque argento laboratas, quibus tempore vitæ ſecularis cingebar; & propter amorem illarum cordarum, quibuſcum ad columnam flagellatus fuit dilectus meus. Camiſiam cilicinam induor, propter induſia ſubtilia, pannoſque pretioſos, quibus induta veſtiebar; & quia amor meus ab Herode contemptus, veſte alba indutus fuit. Triginta tres calculos intra calceos defero, infra pedum plantas, quia multipliciter Deum offendi ſaltando ac tripudiando; & totidem annis pro mei amore mundum hunc inambulavit Jeſus. Diſciplina corpus meum flagello, propter impias & carnales voluptates, quas corpori meo conjugata indulſi; & intuitu Domini mei, pro me ad columnam flagellati. Supra petras & ſaxa dormio, quia mollibus antehac in ſtratis dormivi; & ſponſus meus ſæpe humi ſtratus ſomnum capere voluit, triduoque intra lapideum monumentum jacere. Hæc reſpondebat B. Helena Confeſſario ſuo ipſam interroganti. O glorioſa Beata, expendiſti optime illud S. Hieronymi dictum in Epiſtola ad Heliodorum, Delicatus es, frater, ſi & hic vis gaudere cum ſeculo, & poſtea regnare cum Chriſto. Sed & illud ejuſdem Hieronymi ex alia ad Julianum ſcripta conſideraſti: Difficile, imo impoſſibile eſt, ut & præſentibus quis & futuris fruatur bonis; ut & hic ventrem, & ibi mentem impleat; ut à deliciis tranſeat ad delicias, ut in utroque ſeculo primus ſit, ut & in cælo & in terra appareat glorioſus. Voluiſti igitur, o Beata, corpus tuum flagellare tam dire, & carnem tanto rigore domare, ut in paradiſo poſſes cum Jeſu, dilecto tuo patre & ſponſo, regnare.

pœnitentiæ rigore modum pene excedens,

i

ſingula corporis membra,

C

pro expiandis peccatis vitæ ſecularis,

& aſſimilando Jeſu ſuo ingenioſe cruciat:

D

Hier. ep. 1

Ep. 24

5 Abſtinentia hujus Beatæ tanta fuit, ut cujvis audienti videri debeat admirabilis. Totis octodecim annis neque carnes guſtavit unquam, nec ova, nec lac, nec caſeum oleumve: ſed jejunabat quotidie in pane & aqua, quibus aliquando addebat herbarum radices: quod ſi cocti pulmenti pararet aliquid, ut faciebat rariſſime, non ſalem, non oleum adhibebat ad condimentum *k*. Audi inſuper rem ſtupendam: ut guſtui delectationem ſubtraheret, immiſcebat frigidæ aquæ loco aromatum terram atque cinerem; & quamdiu ſana potuit ſuis niti pedibus, non niſi ex nuda humo cibum ſumebat. Quis autem audivit unquam quod ſubjungam? omni veſpere pro cœnula pomum unicum aut raphanum habens, crudumque comedens, bibebat caliculum unum felle & aceto mixtum: diebus autem Veneris etiam ad prandium aliud non, adhibebat quam panem & ſolum fellis atque aceti potum. Interrogata autem cur vitam adeo aſperam duceret, reſpondebat: Pro cibis delicatis quibus veſcebar in ſeculo: & quia dulcis Jeſus meus, amor meus, felle & aceto potatus fuit, cum penderet in cruce famelicus, ſitibundus, & letali anguſtia preſſus. O felix! ô beata! quis umquam ſimile quid fecit, ut loco potus fel & acetum haberet? Prorſus nemo. Optime igitur, o Beata, ſervaſti ſancti Patris Auguſtini præceptum in Regula dicentis: Carnem veſtram domate jejuniis & abſtinentia eſcæ, quantum valetudo permittit: & audiviſti Hieronymum in epiſtola de viduitate ſervanda ſic loquentem ad Salvinã: Multo melius eſt ſtomachũ te dolere quam mentem, imperare corpori quam ſervire, greſſu vacillare quam pudicitia.

à carnibus & lacticiniis abſtinens

k panem cineribus,

E

Hier. ep. 9

6 Hæc fuit illa mulier ſimilis Annæ Phanuelis prophetiſſæ, quæ non diſcedebat de templo jejuniis & obſecrationibus ſerviens die ac nocte. Etenim contendebat ſemper prima venire ad eccleſiam, ubi ſuo incluſa oratorio perſeverabat uſque ad finem divini Officii, precationi intenta: poſtea vero unius horæ intervallo elapſo redibat eodem, ſeque iterum ad orandum componebat, raram corpori quietem indulgens, juxta illud Euangelium, Vigilate & orate ut non intretis in tentationem: & illud, Sine intermiſſione orate. Atque hìc conſideret anima ſpiritualis, quæ fuerint ejus lacrymæ, quæ ſuſpiria novem illis horis, quas habebat orationi deputatas; ſeptem quidem pro ſeptem Horis Canonicis, alteram vero pro confeſſione atque communione facienda; nonam denique pro impetranda peccatoribus omnibus culparum remiſſione: in quo tempore explendo, ne forte erraret, metiebatur illud arenario *l* horologio, quod prope ſe habebat. Septem Pſalmos Pœnitentiales, cum Deiparæ virginis Officio tenebat memoriter: & pios quoſdam libellos vulgari lingua conſcriptos lectitans tenebat diu noctuque, videlicet, Speculum Crucis, alterumque Decem gradus humilitatis explicantem, & ſimilis generis plures; obſervans iſtud Hieronymi præcitati ad Salvinam: Semper in manibus

in templo frequentiſſima,

F

Mat. 26, 41

totas 9 horas impendit orationi

l

& lectioni pia:

A nibus tuis ſit divina lectio, & tam crebræ orationes, ut omes cogitationum ſagittæ, quibus adoleſcentia percuti ſolet, hujuſmodi clypeo repelliantur. O glorioſa atque beata Helena tantus erat fervor orationis tuæ, ut divino quodam inflammata æſtu ſæpe erumperes in laudes & cantica amoris: diebus autem Veneris cantabas laudes Paſſionis Chriſti, adeo dulciter & ſuaviter, ut ſocia tua aliæque vicinæ audientes, Angelicam harmoniam viderentur audire, ea autem feria ſexta, quæ tibi in vivis ultima fuit, in lectulo decumbens, concinebas de ejuſdem Paſſionis myſterio in fine ſubjiciens, Veni Jeſu, ſponſe dilectiſſime animæ meæ: veni de paradiſo, mihique demonſtra viam qua poſſim ad tuam ſanctam & glorioſam ſocietatem pertingere.

6 feria cantat laudes Paſſionis:

confitetur & communicat quotidie:

7 Hæc mulier vere fuit templum divinitatis: quippe quæ omni die ſacramento Pœnitentiæ ſeipſam expians, Euchariſtico pane reficiebatur; tanta cum copia lacrymarum, ſuſpiriorum atque gemituum, ut toto in templo ipſaque in platea deforis audirentur: durabat autem planctus iſte media hora ante Communionem ſacram, & pari temporis ſpatio poſt eamdem. Cum vero dicebat, Domine non ſum digna ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo & ſanabitur anima mea, percutiebat pectus grandi ſaxo, quantum poterat manu complecti, tam fortiter duriterque, ut totum pectus humectaret expreſſo ſanguine: eodemque ſaxo adverſum ſe utebatur die & nocte coram Crucifixo conſiſtens, pectuſq; percutiens, & Domini ſui paſſionem multo cum planctu recolens. Porro ex divinæ Euchariſtiæ perceptione tanto ejus animus replebatur gaudio, ut ſatietate illa in corpus redundante, ſæpe per biduum triduumve cibum alium nullum guſtaret: intra ſe enim eum habebat, qui dixit: Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem in me manet & ego in eo.

B

petius ſaxo percutiens cruciat.

Ioa. 55,57

ANNOTATA.

a *Addit Herrera*, qui Principibus Aquilegiæ progenitoribus gloriantur.

b Manicacum *caſtrum ad Colveram fluviolum, circa confinia territorii Bellunenſis, in Foro-julienſi Ducatu.*

c *Iacobus Vtinenſis:* Vix annum ſeptimum ætatis exceſſerat Helena, cum fons pietatis Maria, filium complexa, eidem apparuit & dixit: O Helena, fac ut ſis bona, & Deum timeas; veniet enim tempus, quando eris magna Dei famula. *Deinde exaggeratis, quæ in illam ætatem poſſunt cadere, virtutibus Beatæ, concludit:* Hæc viſio in ſecreto pectoris ſui ſemper hæſit; Tunc cœpit agere pœnitentiam, modo ſupra ſcamna, modo ſupra nudam humum dormitando.

C

d *Addit Herrera*, Equiti Florentino. *Et vero Florentia antiqua eſt* Cavalcantiorum *familia, ex qua Andreas Cavaleantius vir eruditiſſimus, nobiſque conjunctiſſimus, ab eo tempore, quo ſuis nos ſibi beneficiis obſtrinxit ibidem hoſpites an. 1661. Ferdinandus Vgellus tom. 5. Italiæ ſacræ laudat Raymundum Turrianum Patriarcham Aquileienſem, quod circa annum 1280, ex præcipuis Italiæ urbibus pulſas familias nobiles Vtinæ collegerit, quas inter nominatur familia Cavalcantia.*

e *Videri poteſt Bullarium Auguſtinianum impreſſum Romæ anno 1628.*

f *Facta hæc eſſe an. 1440, an. 2 poſt mortem mariti, patebit ex ætate infra definienda.*

g *Addit Iacobus Vtin.* Notum fuiſſe vulgo quod neminem viſitaret, cui non perſuaderet confeſſionem faciendam.

h Tempore calorum, *inquit idem*, cyathos mundos in penu ſervabat paratos, ut mox ac ſitibundi pauperes adveniſſent iis potum præbere poſſet.

i *Non S. Auguſtino, ſed S. Gregorio Papæ tribuitur homilia 37 in Euangelia, cui hæc verba inſeruntur, quæque legitur in 3 Nocturno de communi Vnius Martyris.*

AUCTORE SIMONE EX MS.

k *Iacobus Vtinenſis*, Sæpe tribus diebus, aliquando ſeptem nil aliud, nec quidem granum milii, comedebat; ſed ſolo pane Angelorum ſaturabatur.

l *Duo talia horologia eam habuiſſe, inquit idem Iacobus*, alterum domi, alterum in eccleſia.

CAPUT II.

Helenæ paupertas, taciturnitas, patientia in adverſis.

8 FUit Helena ſpeculum & norma paupertatis, quæ grandibus opibus ſponte abdicatis, videbatur iſtud Hieronymi ad Ruſticum monachum ſuo cordi altius impreſſiſſe, ſi habes ſubſtantiam, vende & da pauperibus: ſi non habes, grandi onere liberatus es. Nudum Chriſtum, nudus ſequere. Durum, grande, difficile: ſed magna ſunt præmia. Hæc meditans ut num. 3 dictum eſt, vendidit omnia quæ habuit, & pauperibus dedit, uſque adeo ſe expolians, ut opus habuerit ex puris meriſque eleemoſynis vivere. Quem autem ipſa ſibi aut ſocia ejus mendicando acquiſierat panem, ex eo nihil reſervabat in craſtinum: ſed quidquid tenui ſupererat prandio dimittebat pauperibus, nihil ſolicita undenam poſtridie veſceretur. Dicebat enim: Tu Domine mi ac dulcis Jeſu, curator es corporis atque animæ meæ. O glorioſa Helena, vere tu una fuiſti ex iis, de quibus prædicavit Salvator: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Unicam tunicam & pallium unum pro ſuo habebat uſu; omnem aliam ſeculi pompam ac vanitatem deſpiciens amore Chriſti, quem, inquiebat illa, vidi, quem amavi, in quem credidi, in quo ſpem omnem repoſitam habeo.

Hier. ep. 4 *Omnibus exuta mendicato victitat,*

E

Mat. 5, 3

9 Cum Ordinis noſtri Capitulum Utinæ celebraretur, cupiens Helena glorioſa quam perfectiſſime Deo ſervire, cum aliis noſtræ Regulæ mulieribus ad *a* Provincialem acceſſit. Hic autem quia optimam ejus vitam habebat cognitam, eamque devote diligebat, ita ipſam affatus eſt: Cariſſima filia, poſtula ab Ordine, quam volueris gratiam, certa nihil tibi eſſe negandum. Reſpondit Beata: Pater, non aliam poſco gratiam, quam ut mihi præceptum imponatur ſilentii perpetuo obſervandi, ſic ut cum nemine loqui mihi liceat niſi de mandato Confeſſarii mei. Hoc autem impetrato præſcriptam ſibi ſilentii legem ita tenuit, ut non modo non loqueretur cum extraneis, ſed neque cum amicis & conſanguineis ſuis; imo nec cum filiis aut filiabus propriis, niſi in nocte Natalis Dominici, quando ex voluntate *b* Confeſſarii illis, ad breve atque ſpirituale alloquium admiſſis, ſuam impertiebatur benedictionem; illud Iacobi ſemper in mente verſans: Qui in verbo non delinquit, hic perfectus eſt vir: & iſtud Pſalmi, Poſui ori meo cuſtodiam, ut non delinquam in lingua mea. Ducebat autem vitam adeo ſolitariam, ut ex cellula ſua egrederetur numquam, niſi ad eccleſiam S. Luciæ: ubi recluſa intra oratorium ſuum, omnino nemini loquebatur, juxta præceptum Regulæ, qua dicitur: In oratorio nemo aliud agat niſi hoc ad quod factum eſt, & unde nomen accepit, dicente Salvatore, Domus mea, domus orationis vocabitur. Per viam mira ejus elucebat honeſtas cum humilitate conjuncta, quippe quæ oculis ſemper in terram dejectis ambulans, numquam eas videbatur attollere, quaſi Prophetæ exemplo diceret: Averte oculos meos ne videant vanitatē:

F

a filentium perpetuum ſibi injungi petit,

& ſanctiſſime ſervat,

b

Iac. 3, 2

Pſ. 38, 2

ſemper fere ſolitaria,

Mat. 21, 13

AUCTORE SIMONE EX MS.

quod ſi ab aliquo ſalutaretur, aliud non reſpondebat, quam, Laudetur meus dulcis Jeſus. Ab omni hypocriſis vitio humanæque laudis deſiderio remotiſſima, nulli manifeſtabat pœnitentias, abſtinentias & bona opera ſua; ſed omnibus conabatur habere abſcondita: ideoque veſtibus non nimium vilibus, ſed mediocris conditionis utebatur, obſervans in eo Regulam, quæ dicit: Non ſit notabilis habitus veſter: nec affectetis veſtibus placere ſed moribus. O B. Helena quam bene obſervaſti quod Euſtochio præcipit Hieronymus ſcribens, Cum jejunas læta ſit facies: veſtis nec ſatis munda, nec ſordida ſit, & nulla diverſitate notabilis; ne ad te obviam prætereuntium turba conſiſtat, & digito monſtreris. Nec talis religioſa velis videri, nec plus humilis; ne vanam gloriam fugiendo, quæras c.

& humanæ laudis fugientiſſima.

Hier. ep. 22

c

10 Quandoquidem Deus corrigit quemcumque amat, & caſtigat omnem filium quem recipit; voluit etiam experiri, quam eſſet in ſuo ſervitio fortis & conſtans Helena; ideoque dedit diabolo poteſtatem in carnem ejus, quemadmodum de Iobo patientiſſimo legitur. Et vero recte obſervat Hieronymus ad Euſtochium ſcribens, quod non quærit diabolus homines infideles, non eos qui foris ſunt, & quorum carnes Rex Aſſyrius in olla ſuccendit: de eccleſia Chriſti rapere feſtinat: eſcæ ejus ſecundum Abacuc electæ ſunt; Iob ſubvertere cupit, & devorato Juda ad cribrandos Apoſtolos expetit poteſtatem; quatenus eos faciat fidem in Chriſtum amittere tempore paſſionis ejus, quemadmodum ipſemet Chriſtus iiſdem prædixerat, Ecce ſatanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum. Quanto autem magis Chriſti ſervus eſt aliquis, tanto ad tentandum eum violentior inſurgit diabolus. Igitur & B. Helenam videns adeo in Dei amore ferventem, hanc quoque ſibi tentandam expetiit; & permiſſus divinitus eſt viſibilibus atque inviſibilibus modis variis eamdem probare, ex quibus ejus tentationibus octo dumtaxat brevitatis cauſa hic exponam.

Diabolus poteſtatem nactus ad eam affligendam,

Abac. 1 B

Lu. 22, 31

1 Cum eſſet aliquando Helena circa tertiam noctis horam in oratione conſtituta, audivit diabolos ſupra domus ſuæ tectum, itemq; intra cellulam ſuam tantum utrobique fragorem excitare, ut ruere in terram omnia viderentur. Vocavit ergo Helena ſororem ſuam D. Perfectam, cum eaque totam ſcrutata domum eſt: ſed neque tunc quidquam potuit invenire à quo ſtrepitus ille proficiſceretur: neque mane tectum domus conſiderantes in eo loco aliquid motum agnovere *d*. Hoc autem non tantum ſemel, ſed & ſæpius accidit, ſic ut à prædicta D. Perfecta pluribuſque domeſticis ſtrepitus iſte audiretur: quo nempe intendebat diabolus orationum ejus curſum interrumpere, atque eam à cœpto ſtudio virtutis abducere: ſed ipſa conſtans nihil formidabat atque dicebat: Dominus mihi adjutor, non timebo quid mihi faciat humanæ naturæ inimicus ſatanas.

vrantis cellam fragore ingenti complet,

d

C

11 Optime Lactantius libro de opificio Dei cap. xx notat, quod, ut victoria conſtare ſine certamine non poteſt, ſic nec virtus quidem ipſa ſine hoſte. Itaque quoniam virtutem dedit homini Deus, ſtatuit illi ex contrario inimicum, ne virtus otio torpens naturam ſuam perderet: cujus omnis ratio in eo eſt, ut concuſſa & labefactata firmetur; nec aliter ad ſummum faſtigium poſſit venire, niſi prudenti manu ſemper agitata, ſe ad ſalutem ſuam dimicandi tenore ſemper agitaverit: noluit enim Deus hominem ad immortalem illam beatitudinem delicato itinere pervenire: & Arcta eſt via quæ ducit ad vitam, inquit ſanctus Pater noſter Auguſtinus. Voluit igitur Deus etiam viſibili dæmonis agitatione exerceri B. Helenam, ut victrix æternam mereretur obtinere gloriam. Et ille quidem, cum Beata orationi vacaret cellam ejus viſibilis ingrediens, modo magno eam implebat terrore, modo crudeliter verberabat; ipſa autem per eamdem ſuam cellulam circumcurſans, ac dæmonem inſequentem fugiens, quandoque ſic fatigabatur, ut viribus defecta in terram corrueret ante Crucifixum, diceretque, O dulcis Ieſu, amor mi, ſuccurre quæſo & adjuva me: quia ultrà nequeo facere quidpiam. Tum vero aderat illico divinum auxilium, & fugatus ſathanas diſcedebat: quemadmodum ipſa cum eſſet infirma ſecreto revelavit D. Antoniæ Prioriſſæ Sororum religioſarum S. Monicæ, ſuæque ſociæ Sorori Dominicæ Spilimbergiæ.

ipſam crudeliter verberat,

ſpectris terret & fatigat,

D

11 Eamdem Beatam aliquando ægrotantem ac vehementer anguſtiatam tentavit humani generis inimicus, fortiter eam impellendo, ut ſeipſam ex xyſto quodam præcipitaret, quem illa formato ſanctæ Crucis ſigno repulit. Alias hortantem ut ipſa ſe ſtrangularet, præbitoque laqueo docentem quomodo id facere deberet, ſimili telo repreſſit ac pepulit, ut Sorori ſuæ D. Perfectæ eſt confeſſa.

impellit ad mortem ſibi conſciſcendam,

iv Antiquus ille ſerpens, qui per vanæ gloriæ ſuggeſtionem primos parentes noſtros Adamum & Evam ſupplantavit, ſimili tentatione aggreſſurus Beatam, transformavit ſe in Angelum lucis, eique apparens dixit, O Helena mea, quare non vadis per mundum manifeſtans cunctis opera tua bona, ut audientes homines grandem tuam pœnitentiam, vitamque inculpatam, convertantur ad Dominum. Neſcin quid Salvator præceperit, dicens: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona? Cui Beata reſpondit: Tu vero, omni confuſione digniſſime, ignoras ab eodem Salvatore dictum, Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextra tua. Apage hinc ſatana. Itáque diſparuit.

ad ſui oſtentationem ſolicitat,

E

Mat. 5, 15

& 6, 3

v Videns autem quod verbis miniſque non poſſet B. Helenam ſuperare, tranſiit ad opera: cumque hiberno tempore ſub auroram pro more ſuo domo egrederetur ad eccleſiam S. Luciæ, tranſiretque pontem riuulo cuidam, qui Roia dicitur inſtratum, ſuſtulit eam, dejecitque in aquam. Sed ipſa Dei nomine invocato madefacta quidem tota, ſed tamen illæſa exivit, dicens: Non prævalebis, inimice, impedire hodie quo minus vadam audire Miſſam & ſacrum Domini mei corpus recipere. Itaque non rediit domum mutatur aveſtem, ſed ut erat madida ad templum abiit, ibique pro more ſuo uſque ad finem divini Officii manſit. O eximiam fortitudinem! vere obſervaſti, Beata, id quod Salvatoris nomine commendat filiis ſuis Eccleſia, *e* Eſtote fortes in bello, & pugnate cum antiquo ſerpente, & accipietis regnum æternum.

de ponte in aquam præcipitat,

e

F

vi Quis autem, o glorioſa explicare poterit quanta verba, quantaque flagella pertuleris à diabolis, diu noctuque te percutientibus? quod cum facerent invocabat ipſa divinum auxilium, & Sororem Dominicam ſociam ſuam adeſſe rogabat: nam ad hujus præſentiam quandoq; diffugiebant dæmones; quandoque vero nihil de ſua rabie remittebant, ſed audiebat Dominica ſonum verberum inflictorum, non abſque magno pavore ſuo, quemadmodum poſt mortem Beatæ ipſa retulit.

crudeliter verberat,

vii Alia vice ſublatam in altum permiſere dæmones in terram cadere, adeo ut tibiæ pedeſque ei diſtorquerentur: itáque jacentem calcibus feriebant & pugnis, uſque dum accurrens Soror Dominica B. Helenam, ſemimortuam repertam totamque contuſam, ſupra lectum repoſuit: ipſa vero aliud ei non dixit, quam, Sit nomen Domini benedictum.

& contundit,

viii Denique mediam tibiam eidem fregere dæmones, ad quam conſolidandam advocatus fuit Prior S. Antonii, chirurgiæ peritus: qui cum oſſis diffracti partes commiſiſſet ad invicem, iterumque ſequenti

eique bis tibiam frangit,

nocte

A nocte eamdem tibiam dæmones confregiſſent, noluit illa ſibi iterum adhiberi curationem, dicens: Siquidem ſic placitum Deo fuerit, acquieſco divinæ circa me voluntati. Atque hoc fuit ultimum flagellum, quod inter confitendum manifeſtavit Priori S Luciæ, Fr. Antonio. Talia & alia plura à dæmonibus pertulit, conſtans & patiens uſque ad mortem: quia non qui inceperit, ſed qui perſeveraverit uſque in finem hic ſalvus erit.

qua exemplo patientis Chriſti,

11 O glorioſa Helena, patientiæ ſpeculum; quanta laude noſtra digna es, quæ triennio integro ab hoſtibus infernalibus flagellata vexataque, numquam animo turbata es: ſed Deo ſemper laudem & gloriam dabas ex omnibus quæ tibi adveniebant. Si quis illam hortaretur ad pœnitentiam, reſpondebat Beata: Quomodo mihi aliquid durum aut grave videatur, conſideranti quanto plura eaque duriora & graviora amor meus Jeſus mei cauſa pertulerit pendens in cruce. Qua propter Dominum meum rogo,

etiam ad graviora ſe offert,

ut mihi majorem infirmitatem afflictionemque immittat; quia ejus amore libenter quidlibet ſuſtinebo. Et hæc dulciſſima verba, pene continuo ei erant in ore. Notanda eſt autem conſcientiæ illius inter hæc ſumma teneritudo, qua fiebat, ut ſi forte dolo-

B rum vehementia gemitum expreſſiſſet vel unicum, O me! magni ſe criminis ream credens amariſſime fleret, nec ullam capere poſſet quietem, priuſquam de illo impatientiæ, ut interpretabatur, indicio ſe coram Confeſſario accuſaſſet. O Felicem & conſtantem mulierem, ineffabilis eſt patientiæ tuæ virtus triennali infirmitate probata, cum lecto affixa, & neque pedes neque crura aut brachia movere valens, die ac nocte clamabas, Domine miſerere mei: Do-

& inter dolores maximos ſuaviſſime cantat,

mine fiat voluntas tua. Vere in patientia tua poſſedisti paradiſum, id eſt, animam tuam. Vide autem quantum fuerit divino inflammata amore: vix modicam requiem ei indulgebat Dominus, quin prorumperet in cantica ſuaviſſima: & vitæ ſuæ die penultimo, id eſt, feria ſexta, Sabbatum quo expiravit præcedente, tota die nocteque cecinit, hæc & alia his ſimilia modulans: O Jeſu, Jeſu, veni dilecte mi, quem ego Helena, peccatrix maxima, magno cum cruciatu expecto. O Jeſu, dulcis amor mi, deſidero te quam poſſum ardentiſſime. Veni Jeſu & noli tardare; viſita animam meam: cui quanto hic erit

etiam pridie ante mortem.

diutius, tanto quoque erit peius. O Domine, noli me derelinquere in hac mea infirmitate graviſſima. Miſerere mei Domine, non propter merita mea ſed

C propter paſſionem tuam; & merita ſanguinis pro me effuſi in cruce & pro peccatoribus omnibus. O paſſio Chriſti conforta me: O bone Ieſu jube me venire ad te. O bone Ieſu, miſerere mei. O bone Ieſu, exaudi me. Veni Ieſu, dilecte ſponſe animæ meæ, veni de paradiſo, mihique viam oſtende qua veniam ad te ego Helena ſponſa ac famula tua. Amen. Hæc erant cantica, quibus cantandis occupatam fuiſſe Helenam priuſquam moreretur, aſſeverat ſocia ejus ſoror Dominica, aliæque perſonæ in ejus felici tranſitu preſentes.

ANNOTATA.

a Generalem Eremitanum *vocat Iacobus Vtinenſis: ex quo errore (quem ipſius Ordinis Frater nullus commiſiſſet) inducor ut credam auctorem alterius profeſſionis, ac forte juvenem ſecularem fuiſſe.*

b *Poſtquam toto triennio ne hos quidem allocuta fuiſſet, ut habet Iacobus Vtinenſis.*

Helenæ peregrinatio Romana.

c *Idem hic ponit rem minime tacendam, quæ infra capite ultimo etiam attingitur*: Anno Jubilæi (*fuit hic Chriſtianæ æræ* MCCCCL, *à Nicolao* V *indictus*) ab Utino Romam petiit, atque reverſa eſt cum triginta tribus in unoquoque ſotulari lapillis, ſimilibus parvæ nucis, quibus tuberoſi & lividi facti ſunt omnes pedes, & tamen omnes eccleſias viſitavit. Quatuor diebus totidemque noctibus in mari neque vinum bibit neque aquam. Quando ſorores ceterique, velut nobiles divites, comedebant, ipſa in augulo quodam ſedebat humi, cui aliqua ancillarum, velut cani panem porrigebat & aquam. Papa Nicolaus eam videre voluit, & acceſſitam hortatus eſt gratiam aliquam peteret: at ipſa peccatorum ſuorum veniam poſtulavit, & tota peregrinatione illa hoc unicum dumtaxat protulit verbum. AUCTORE SIMONE EX MS.

d *Aſt Iacobus ait, quod* ſæpe diabolus tegulas domus omnes ſubvolvit & fregit, cujus rei, *inquit* teſtes ſunt plurimi, qui tecta domus ipſius refecerunt. *Vtroque modo potuit diverſis vicibus Sathan ſæviſſe.*

e *In Officio de Communi Apoſtolorum Antiphona in 2 Veſp. ad Magnificat.*

CAPUT III.

B. Helenæ viſiones & miracula.

12 INter tribulationes iſtiuſmodi, quales jam deſcripſimus, conſolationes viſioneſque divinæ, quibus confortaretur, non defuere: quarum decem dumtaxat hic exponemus. E

Apparens ei Chriſtus jubet ut in eccleſia oratorium ſtruat;

1 Cum ſcire à Domino Helena cuperet, quomodo ipſi poſſet gratiores facere orationes ſuas; ſæpe ſic oranti Chriſtus apparuit, dixitque, Cura tibi in angulo eccleſiæ S. Luciæ, ad introitum ejus, oratorium conſtrui, in quo matutino tempore clauſa maneas, & perſeveres orando uſque dum abſoluta ſint Sacrificia omnia ac totum Officium. Hæc viſio identidem recurrebat: itaque Salvatori tandem reſpondit Helena. Quomodo autem ſic incluſa Miſſam audire, tuumque ſanctum corpus videre potero? Fac, inquit, Dominus ut quovis die confeſſa communices: ſic enim omni mane ad te veniam, & tu me videbis oculis non tantum mentis ſed etiam corporis. Quibus auditis curavit Helena, Chriſti ſponſa, ſingula quam exactiſſime & conſtantiſſime obſervare: hanc autem viſionem ſorori ſuæ, nomine Perfectæ, indicavit.

idem cum Deipara & SS. Auguſtino, Nicolao, Monica eam viſitat:

11 Quodam veſpere cum prædicta D. Perfecta, Helenæ in oratione poſitæ, ſub horam noctis ſecundam, portaret pomum unum cum calice fellis atque aceti, uti ſolebat quotidie in cœnulam; invenit illam vultu ſupra modum læto, dixitque Helena. O ſoror cariſſima, aperiam tibi ſecretum cordis mei, tantum ne dum vivo cuiquam illud manifeſtes, poſt mortem autem meam facias prout tibi Dominus inſpiraverit. Scito quod hoc veſpere multiſque aliis vicibus, mihi indigniſſimæ peccatrici loqui & apparere dignatus ſit dulcis Dominus meus Jeſus Chriſtus, una cum ſua ſanctiſſima matre Domina mea, in cujus comitatu erant dilectus pater meus S. Auguſtinus, & S. Nicolaus, & S. Monica, cujus habitum indigna geſto: quando autem eos video, tanta repleor dulcedine, quantam humana lingua nequeat explicare: ſic ut cibum alium numquam vellem guſtare. F

magnam lucem ei exhibet,

111 Alias cum ſimili modo cœnulam ei tuliſſet prædicta ſoror, ipſa vehementer exhilarata dixit, O ſoror, videſne idem quod ego video. Ecquid illud? inquit Perfecta. Splendorem, reſpondit Helena, ante me magnum video. Fuit ſane, ô glorioſa, ſplendor iſte Salvator noſter, qui tibi aſſiſtens te conſolabatur, ut poſſes in ejus ſervitio perſeverare: quem oculi ſororis tuæ videre non potuerunt.

ipſam ineffabili lætitia perfundit.

IV Altera vice raphanum cum felle oranti portabat Perfecta, dixitque Helena: Scias, ſoror cariſſima, quod tantam dulcedinem tantamque ſuavitatem

AUCTORE SIMONE EX MS.

modo ſentio in corde meo, tantumque gaudium ſpirituale, propter grandem qua nunc fruor viſionem, ut verbis nequeam explicare & deſiderem animam meam ſeparari à corpore & eſſe cum Chriſto. Repoſuit ſoror, Dic obſecro, cara, quid modo videas. Abi, inquit illa neque ultra require, aut præſentem animi lætitiam impedi. O Beata, vere dicere potes cum Apoſtolo, Rapta ſum in cælum vidique arcana Dei, quæ non eſt poſſibile hominem eloqui.

2 Cor. 12, 4

pectus ejus viſibiliter intrat,

v Erat aliquando, Beata in eccleſia S. Petri Martyris Ordinis Prædicatorum, in medio populi, conſpexitque accedentem ad ſe viſibiliter Chriſtum ab altari, in quo tunc celebrabat Sacerdos, videbaturque per os ejus in ſuum pectus introire: quemadmodum ipſa revelavit ſorori ſuæ.

mittit ad eam Spiritum S. in forma columbæ.

vi Cum eſſet Helena in ſuo oratorio in eccleſia S. Luciæ, & Officium divinum fieret, viſa fuit columba alba devolare ex dextro brachio Crucifixi, qui in media eccleſia eſt, ſtatim poſtquam Beata Dominicum Corpus ſuſceperat, atque in oratorium ejus ingredi, neque amplius egredi. O glorioſa Helena, à Spiritu ſancto inflammata, vere ad ſignificandam ſummam puritatem tuam hoc factum eſt, ita ut dici de te iſtud Euangelicum poſſit, Deſcendit Spiritus ſanctus ſicut columba in ipſam. Hanc autem columbam plurimi præſentes viderunt.

Luc. 3, 22

B

Helenam S. Nicolaus attollit in aëra,

vii Alias ibidem in oratione conſiſtens, quaſi extra ſenſus rapta fuit, donec S. Nicolaus in habitu nigro Eremitæ Auguſtiniani, pulſans ad oſtium oratorii dixit: Aperi mihi ſoror Helena. Prius autem quam ipſa aperiret, apertum ei divinitus oſtium eſt, & intravit Sanctus dicens Helenæ; Pax Dei tecum ſit. Denique illam amplectens ſupra oratorium ſuſtulit, rurſumque depoſuit dicens: Sic age, de bono in melius proficiens, ſoror; ſic enim in paradiſum infereris ab Angelis. Et his dictis diſparuit Sanctus: Beata autem mox de eo ſacrum cantari ſolenniter juſſit, & hanc viſionem prænominatæ ſuæ ſorori declaravit.

agram duæ Sanctæ apparentes ſanant,

viii Ex catarrho ſuffocanti graviter aliquando infirma Helena, & in præſenti conſtituta periculo, conſpexit ad ſe viſibiliter venire matronas duas, admodum glorioſas & venerabiles, quæ ſuis ipſam ſtrinxerunt & ſublevarunt brachiis, ſeque à moleſto illo catarrho liberam ſenſit. Hæ autem quæ nam fuerunt, ô Beata? Profecto non aliæ, quam glorioſa Virgo Maria & S. Monica: quibus devotiſſime affliciebaris præ ceteris Sanctis. Hanc quoque viſionem retulit D. Perfecta, ab ipſa ſibi manifeſtatam.

C

conceditur ei diu ex petita gratia,

ix Rediens ab eccleſia S. Luciæ in domum ſuam B. Helena, dixit præfatæ ſorori ſuæ. Scito, ſoror, quod hoc mane magnam conſolationem acceperim, exauditam me & certificatam ſentiens à ſanctiſſima Trinitate de quadam gratia, quam longo tempore in orationibus meis à Deo petii. Subintulit Perfecta: Hæc autem gratia ecqua fuit? Reſpondit Helena: Nihil ultra requiras cariſſima. Ego autem omnino exiſtimo, hanc fuiſſe quod de æterna ſalute tua certior facta ſis, ô Beata.

exhibetur ei Chriſtus ſub elevationem conſpicuus.

x Multis ſuis Patribus ſpiritualibus revelavit in confeſſione Beata, quod quoties Dominicum corpus ſumebat aut ipſum in Miſſa elevabat Sacerdos, videret ipſum Dominum in forma humanæ carnis ſanguiniſque conſpicuum, qualis in monte Calvariæ crucifixus fuit, non abſque magno myſterio. Et tunc illa pectus ſuum percutiebat ſicut ſupra num. 7 dictum eſt.

Helena precibus mulierem epilepticam ſanat,

xi Venio ad miracula, quæ per famulæ ſuæ adhuc viventis merita operari Dominus dignatus eſt.

i Mulier quædam Utinenſis, Dominica nomine, habitans in vico S. Luciæ, uxor quondam Hilarii ſutoris, cum morbum caducum pateretur adeo vehementer, ut octies aliquando una die in terram collideretur; ſagam quamdam adiit, cujus incantationibus ſperabat ſe poſſe juvari. Sed contrarium prorſus accidit: quæ enim eatenus habuerat male, exinde cœpit habere pejus; peſſime vero poſtquam aliorum ſecuta conſilium, bibit aquam, quam velut præſens pro ejuſmodi infirmitatibus remedium petierat à quodam dicto magiſtro Nicolao de Ser-Freſco. Tandem inſpiravit ei Deus, ut B. Helenæ, de cujus vita ſanctiſſima paſſim conſtabat, commendaret ſeſe, miſitque ad eam ſocrum ſuam Catharinam, quatenus precum ejus implorato auxilio, poſſet à tam gravi infirmitate liberari. Rogata hæc benigne reſpondit, facturam ſe quod petebatur, & pro Dominica oraturam: quod ſuum oratorium ingreſſa tam efficaciter præſtitit, ut exinde nullam ejuſmodi paſſionem Dominica tolerarit.

D

juvenem falſo ſuſpectum de furto,

ii Civis quidam Utinenſis Orlandus nomine, filium habebat diſſolutiſſimis moribus, qui cum intereſſet quibuſdam nuptiis, ſublata furto eſt cinctura argentea; & furti accuſatus juvenis atque in carcerem datus. Metuebat pater ne quæſtioni applicitus filius fateretur crimen, ob quod eſſet fama & vita privandus: ſed uxor ejus ſequenti mane ad templum S. Luciæ ſe conferens, in magna tribulatione atque auguſtia animi, egit cum ſorore B. Helenæ, ut hujus per illam preces obtineret pro filio. Nec fruſtra: egrediens ab oratorio ſuo Beata afflictæ matris cauſam cognovit; rurſumque ingrediens in oratorium, illam cum ſua ſorore juſſit expectare in templo. Interim per horæ unius ſpatium oravit ferventiſſime, deinde egreſſa dixit matri: Bono eſto animo & noli plangere: quia non vult ſancta Trinitas, filium tuum, furti iſtius minime reum, perire: certa igitur eſto, quod ante horam veſpertinam, ſalvus in domum tuam remeabit. Factum eſt ut dixerat; examinavit cauſam Locum-tenens Forojulienſis, juvenemque reperiens innoxium, reſtituit libertati: qui ſub horam Nonæ domum rediens, patrem ac matrem hilaris ſalutavit. O quanta tua erat perfectio, Helena beata, quæ in tuis orationibus cum ſanctiſſima Trinitate loquebaris tam familiariter, & prophetiæ donum ab ea recipiebas.

E

prædicit eo abſolvendum.

ſorori infirmæ ſubvenit,

iii Domina quoque Perfecta, ſoror Helenæ, adeo infirmata quandoque eſt, ut non niſi cum labore maximo poſſet ambulare, idque claudicando: rogavit ergo germanam ſuam ut pro medela, ſiquidem ſaluti animæ ſuæ conduceret, rogaret Dominum. Fecit illa ut rogata fuerat, & ſubito ſoror reddita eſt ſanitati, tam plenæ quaſi numquam ægrotaſſet.

F

obſterilitatem male habita à marito,

iv Mulier quædam Utinenſis, Benvenuta nomine, ſuo marito inviſa, propterea quod nullam ei prolem gigneret, crebriſque ejus injuriis atque verberibus irritata, ab illo receſſerat ad ſuos parentes, neque induci à quoquam poterat ut vellet cum ipſo redire in gratiam. Rogata igitur à matronis quibuſdam venerandis eſt Helena, ut concordiæ reſtituendæ interponere ſe vellet. Adiit ergo afflictam mulierem, reditumque ei ad maritum ſuaſit, & mellitis ſuis exhortationibus perſuaſit: ſed hac conditione, inquit Benvenuta, ut opprobrium ſterilitatis meæ auferat Deus, tuis precibus exoratus. Reſpondit Helena, vade ſecura: ego orabo pro te. Oravit: & antequam novem menſes elaberentur, peperit filiam mulier, & prolem B. Helenæ precibus acceptam retulit.

prolem promittit,

moribundo impetrat,

v Ad extremum vitæ, morbi violentia, deductus erat nobilis civis Utinenſis, D. Chriſtophorus de Suſava, ſenſibuſque omnibus deficientibus à medicis depoſitus: hujus miſerta quædam matrona ex Ordine S. Auguſtini, dicta D. Antonia Donnæ-honeſtæ, nepotem ſuum ablegavit ad Beatam, quatenus dicto

A dicto D. Chriſtophoro longiorem impetraret vitam, ſiquidem ſaluti ejus conduceret. Recepit ſe pro eo oraturam Helena, factaque oratione juſſit nuntiari Antoniæ, ne angeretur, certo enim ſibi eſſe ſignificatum à ſanctiſſima Trinitate, quod ex illo morbo non moreretur Chriſtophorus: qui proinde ſtatim ſuis reſtitutus ſenſibus, paulo poſt integræ redditus eſt ſanitati.

vitam longiorem.

CAPUT IV.

Beatæ Helenæ obitus & ſepultura.

Triennali attrita morbo, *a*

14 CUm decreviſſet omnipotens Deus, fidelem ſuam famulam evocare ad ſe ex hac ærumnoſa vita, cujus poſtremos tres annos jacuerat in ſuo ſtrato, *a* quod erant dura ſaxa, modicis obtecta paleis; & quidem his contra ſuam voluntatem allatis ex mandato Prioriſſæ, poſtquam ipſa ſe amplius movere non poterat; tandem ad extremum agonem devenit. Ventitabant ad eam viſitandam religioſæ honeſtæque matronæ: quibus conſolantibus hortantibuſque ut fiduciam in Deo collocatam haberet, ſemper reſpondebat illa, Voluntas Domini Jeſu, dilecti ſponſi mei, fiat: huic ſemper acquievi, & acquieſcam dum vivam. Ultimo autem vitæ die qui ſabbatinus erat, Confeſſarius ejus, poſtquam de peccatis confitentem audiſſet, in ejus cellula Miſſam celebrans, cum ei daturus eſſet Dominici corporis viaticum, cœpit ipſa multis cum lacrymis & ſuſpiriis dicere: Benedictum ſit Corpus ſanctiſſimum, ad me veniens in nomine Domini mei. Ego vero peccatrix paupercula, quomodo digna ſum tanti Domini adventu, aſpectuque ejus corporali in humanæ carnis & ſanguinis forma, inque comitatu matris & advocatæ meæ Mariæ virginis, omniumque Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum & Virginum Sanctarum atque ſpirituum cunctorum cæleſtium. Equidem certa fui ſemper, quod numquam me eſſes deſerturus, Domine: nunc vero dignam me facito adventu tuo. His dictis & ſacra Communione recepta, extremæ Unctionis Sacramentum petiit: qua proceſſionaliter per omnes Ordinis noſtri Fratres, ut moris eſt, allata, & ſpalmis pœnitentialibus per eoſdem, una cum Beata alternos verſus de memoria recitante, abſolutis, inuncta ad extremam luctam eſt, præſenteſque Fratres noſtros atque Sorores religioſas oravit, ne in hora exitus ſui permitterent acceſſum carnalibus ullis conſanguineis ſuis, fratribus aut ſororibus, filiis aut filiabus: quippe quæ nollet in iſto articulo à quoquam interturbari. Factum eſt autem ut voluit; nemo enim morienti adfuit præter duos religioſos noſtros, ſcilicet Fr. Alexium & Fr. Paraclitum, & duas matronas Venerabiles, ſcilicet D. Antoniam Donnæ-honeſtæ, Prioriſſam Mantellatarum B. V. Mariæ & S. Monicæ, & Sor. Dominicam, ſociam Beatæ individuam, Ordinis Auguſtiniani omnes. Patuit autem etiam tunc ſpiritus ejus propheticus in eo, quod ſabbati illius extremi veſpere venientes ad ſe prædictos Religioſos rogavit, ne iſta nocte à ſe deſcederent, certam enim ſe eſſe mortis tunc obeundæ. Remanſerunt igitur illi: quos & monuit, in aulam anteriorem recedere ad quietem, vocandos cum ultima adeſſet hora. Vocari autem eos per dictam Prioriſſam juſſit circa noctem mediam, petiitque ut abſolutionem à culpa & pœna, cujus privilegium acceperat à Nicolao Papa, cum Romam peregrinata eſt, ſibi impertirentur, juxta tenorem Bullæ quam proferebat. Hoc facto dixit: Videtis Fratres atque Sorores, quod me vocare dignetur Dominus meus: exituram igitur ab hoc corpuſculo animam commendate Deo. Poſtea cœpta eſt à Fratribus legi Paſſio; cumque ad illa perveniſſent verba, Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum; ipſa eadem verba tenſis in crucem brachiis repetiit: dicenteque Sacerdote, Et inclinato capite tradidit ſpiritum, ipſa verſus crucem elevavit caput eamque amplexa eſt brachiis: eoque in ſtatu plus quam ſpithamam unam ſupra cervical elatum caput in aëre retinens, ſuaviſſime expiravit, citra ullum motum ſtrepitumve. Itaque beata illa anima ſeparata à corpore, per Angelos deportata ac tradita fuit dilecti ſui Jeſu Chriſti manibus: omnibuſque grande viſum eſt eſſe miraculum, quod elevatum verſus Crucem ut diximus caput abſque ullo fulcro remaneret. *b* Ora igitur pro nobis, Beata, eſtoque advocata noſtra apud ſanctiſſimam Trinitatem; ut ei tecum ſervire perpetuo, & æternũ regnum poſſimus poſſidere. Amen. Mortua eſt nocte inter Sabbatum & quartam Dominicam Aprilis media, anno Domini MCCCCLVIII, die XXIII Aprilis, vitæ ſuæ anno LXII, Religionis XVIII.

Auctore Simone ex ms.

caput retinet elevatum verſus Crucem:

b

inter Sanctos ſibi apparentes, B

Viaticum ſuſcipit,

& extremam Unctionem:

dum Paſſio legeretur expirans,

& excluſis à ſe conſanguineis, C

prædicit ſuæ mortis horam:

15 Mortuæ corpus cum lavare vellent prædictæ matronæ, ſuiſque veſtibus exuiſſent, humeros lumboſque viderunt lividos ex diuturno ſupra ſaxa decubitu: *c* lotum autem veſtitutumque cum ſupra feretrum collocaſſent, denuo Beata inaudito miraculo caput verſus crucem ſuſtulit, quantum antea: multæque mulieres ad ſpectaculum admiſſæ fruſtra conatæ ſunt illud ſupra cervical reclinare, uſque dum ſepeliretur. O glorioſa mulier: quæ viva non niſi ſupra ſaxum reclinaveras caput, nec mortua quidem paſſa es illud ſuper plumeum cervical requieſcere: idque manifeſtum fuit omnibus in ejus ſepultura præſentibus. Poſtea impetraverunt Fratres *d* noſtri ut omnes urbis campanæ pulſarentur: ſed, ô iterum grande miraculum! cum eam quoque pulſare vellent quæ ſignum eſt ſumendi de reis ſupplicii, cecidit ultro ſolutus malleus; quaſi minime conveniens eſſet, pro ea quæ nullis ſuis peccatis meruerat à Deo judicari, audiri eumdem ſonum, qui ſolet audiri pro malefactoribus. Ceteris autem campanis ſonantibus, omnis utriuſque ſexus populus Utinenſis ad B. Helenæ domum confluxit, & Sacerdotibus, religioſis, & ſanctimonialibus octoginta ſex congregatis, delatum à Fratribus fuit ſacrum corpus ad conventum S. Luciæ, ubi, poſt honoratas exequias ſecundum Ordinis uſum celebratas, poſitum eſt intra ſacriſtiam, ibique manſit duobus diebus ac totidem noctibus. Quo tempore quidam dictus Mag. Joannes Pelizarius, dextero brachio paralyticus, illuc accedens, deque brachio cereo, ſi ſanaretur offerendo votum humiliter atque de genibus faciens, ſanctamque Beatæ manum devote exoſculans; ſubito reſtitutum ſibi integerrime brachium ſenſit & prædicavit. Porro ſecunda nocte, cum duo Fratres vigilias agerent, ad ſacrum corpus, quod poſtero die, ex mandato Patrum ipſiuſque Provincialis, ſepeliendum erat juxta altare majus: ipſa eos allocuta eſt dicens; Ne me juxta altare ſepeliatis; neque enim ſi feceritis, ibi manebo: ſed ſepelite me in oratorio meo, quod eſt in angulo eccleſiæ: neque corpus meum diutius ſupra terram ſervate, ſed quod terrenum eſt terræ reddite. *e* Itaque non audentibus Fratribus factum ad ſe mandatum tranſgredi, ſepulta eſt Beata, iſtic ubi juſſerat *f* ad laudem Dei omnipotentis, Patris & Filii & Spiritus ſancti, in perſonis trini, unius in eſſentia: cujus cooperante gratia hæc Legenda, per me ſupranominatum Fr. Simonem Romanum, compilata eſt.

in feretro locata rurſum caput ad Crucem erigit: *c* E

d

pulſatis campanis omnibus præter unam recorũ,

defertur ad eccleſiam S. Luciæ, F

paralyticũ ſanat,

jubet ſe in ſuo oratorio ſepelvi.

e

f

Hæc ſunt Vita & miracula B. Helenæ, quæ anno MCCCCLVIII oblata fuerunt Reverendo Magiſtro Andreæ de Ferraria Provinciali, & approbata fuerunt coram teſtibus, ſcriptaque per manum Notarii dicti D. Candidi Utinenſis.

ANNO-

A

ANNOTATA.

Quomode in morbo se habuerit Helena:

a *Addit Iacobus Vtinenſis.* Eo tempore ſæpe filios filiaſque & viſitantes omnes ſolebat affari, maxime Carolum, qui nunc ipſa bonitas eſt & habetur. Medici omnes & plures Religioſi ad comedendum carnes continuo ſuadebant illi: at ipſa magiſtrum Leonardum Utinenſem arceſſere juſſit, qui Theologiæ monarcha eſt, qui diu extitit Confeſſor ejus, qui eam tendentem ad vaſtam aliquam ſolitudinem avocavit. Ab eo autem de perſuaſionibus medicorum cõſilium poſtulavit: ipſe vero ſapienter & conſilio bono reſpondit, eam in ſua vita & pœnitentia perdurare debere.

mortua decor,

b *Subjungit idem.* Corpus ſuum candidiſſimo ore, mixto rubore, fragrabat; facies ſine macula, luce clarior renitebat; color verus & dignitas quædam ac gravitas ita ora compleverat, ut eam omnes non mortuam eſſe putarent, ſed dotmientem.

pœnitentia inſtrumenta.

c *Amplius Iacobus.* Aſpiciebant collum, ventrem, pedes, manus circumdatas ferramentis horrendis, caput ſuum corona ferrea circumdatum; aſpiciebant horrenda cilicia, lectum ſuum quinque lapides magnos: aſpiciebant corpus totum lividum & cutem undique vulneratam.

B

d *Idem ait, quod* quidam Fr. Franciſcus ornavit funus ejus, & omnem Utinenſem Clerum adeſſe fecit, atque campanas totius civitatis perſonare.

e *Rem paulo aliter narrat Iacobus*: Conſilium pene omnium erat terræ minime infodiendam: & tamen ob inopiam ante altare magnum corpus illud pretioſiſſimum ſepelierunt. Nocte ſequenti, miro quodam in ſplendore, apparuit illa Fratribus, rogavitque, ubi ſolita eſt orare, corpus ſuum ſepelire deberent: ſtatimque exhumarunt corpus, & capellam ſatis ornatam ſibi fecere & aram, quæ nunc plena eſt cereis, plena imaginibus.

f *Herrera* (*neſcio quam vere*) ſacrum ejus funus, *inquit*, primo ante majus altare humatum, deinde ad eccleſiæ chorum tranſlatum eſt, ubi uſque in hodiernum diem integritate & miraculis coruſcans futuram immutationem expectat.

ALIA VITA.

Auctore Iacobo Philippo Bergomenſi

in libro de claris Mulieribus cap. CLIX.

Vtini nobiliter nata,

1 HElena Utinenſis, noſtri Ordinis Eremitarum D. Auguſtini de Pœnitentia religioſiſſima Soror, anno à natali Chriſtiano octavo quinquageſimo ſupra milleſimum quadringenteſimum, apud idem ſui ortus oppidum, pluribus illuſtrata virtutibus atque miraculis, non ambigua fide abiit in cælum, cæleſtium ſpirituum adſcripta agminibus. Eſt autem id oppidum Utini, ex quo ſancta hæc mulier Helena originem duxit, admodum præſtans, ditiſſimum ac frequentatiſſimum in Italia, inque regione Iapedia ſeu Foro-Iuliano; quod, ut vulgo fertur, ab Auſtriæ Ducibus conditum fuit. In hoc itaque oppido inſigni Helena hæc religioſiſſima Matrona, ex nobiliſſimis parentibus & ortum & totius vitæ fomentum, ac demum, ut ita loquar, vitæ beatiſſimæ præmium percepit.

pieque educata,

2 Cujus generoſi optimique parentes, Valentinus ſcilicet & Eliſabeth, cum puellam ad annum uſque quintumdecimum omni cum diligentia domi enutriſſent; atque ipſa, ut erat animo ingenua, optimam eorum formam & rationem vivendi, ut puta religionem, fidem, pietatem, honeſtatem, & omnimodam integritatem atque modeſtiam percepiſſet; eſſetque ſpectatæ formoſitatis puella; eam iam maturam viro nupſerunt Antonio Cavalcanti, Utinenſi civi, viro certe nulla virtute aut fortuna indigno. Quem quidem conſortem Antonium mox hæc ſponſa Helena, cum bonitate & prudentia ſingulari, tum optimis moribus ingenitaque modeſtia & comitate præcipua, quoad vixit, ad ſe amandum mirum in modum allexit; Deoque ac cunctis parentibus & amicis peramabilis & cariſſima ſemper extitit: nec ulla inter eos umquam fuiſſe jurgia aut diſcordias ullas conſtat; ſed ſumma pax & perpetuus conjugalis amor. Cumque illum Dominus de medio per mortem ſuſtuliſſet, ita ipſum & lacrymis & ejulatibus indoluit, ut parum abfuerit quin & ipſa moreretur. Reputabat quippe ipſam ejus amiſſionem omnium fore acerbiſſimam, & ideo illi acerbiſſimo fuit ſupplicio: difficile namque eſt mulieribus gratos amittere viros ſine magno dolore, atque ipſum dolorem perferre, ſi non conſolationem egregiam adhibeant aliquam.

D

viro jungitur,

quo mortuo,

totam ſe Deo conſecrat,

3 Ipſo itaque defuncto, Helena digniſſima conſors, propoſuit atque ſpopondit Deo, ſibi gratiam conferenti, deinceps ſuam vitam caſte, pie, ſanctequeque agere, atque ſuos liberos omni cum diligentia educare & informare. Demum poſt aliquot annos audiens ſolicite ſancta concionatorum documenta, & maxime ea, quæ ad Religionis incitamentum ſolent uſurpari, ad eamdem tamquam ab aculeis compuncta & ferveſacta, femina ardentis fidei & devotionis, contra omnem vanitatem mox ſe erexit, veſtigioque firmavit; virtutibus imprimis divinis ſepta, & Chriſti ac Religionis dulcedine aliquantulum deguſtata, maritum ſe per mortem præmiſiſſe exultabat atque geſtiebat. Quamobrem matura deliberatione confirmata, Religionis noſtræ habitum in æde S. Luciæ, ſuo in oppido Ordini Eremitarum D. Aurelii Auguſtini dicata, humiliter ac religioſiſſime ſuſcepit.

& ſuſcepto habitu Auguſtiniano,

piisoperibus intendit,

4 Eo ſuſcepto, quoniam virtutibus nullis quam caritate & humilitate præſtabat, quantum proximior Deo habitu ſancto & bonis operibus accedebat, eo longius ſe abeſſe à virtutibus, à meritis, à venia & gratia divina exiſtimabat. Hinc ſacro Dei concionatori Angelo, ex S. Severini oppido in Piceno oriundo, patri ſuo ſpirituali potiſſimum ac ceteris utriuſque ſexus Religioſis ſe ſubſternebat; eorumque preces humilis ſupplexque efflagitabat; & quantum poterat de ſuis facultatibus per eleemoſynas Dei miſericordiam in ſe expoſtulabat. Unde imprimis ſua omnia jocalia, in auro & argento, veſtibus tum ſericis tum auratis, quarum ſibi libera erat facultas, diſtrahens, ſui Ordinis ædem mirifice exornavit. Infirmorum deinde & pauperum atque aliorum egeſtate oppreſſorum præcipuam curam ſuſcepit, eoſque pro magnitudine facultatis ſuæ jugiter ſuſtentabat, atque eiſdem cum opus eſſet ſerviebat, pulmenta & cibos conficiendo: quibus omnibus ſemper blanda & affabilis, facillima ac liberalis erat: nec in ullo quidem quaſi domina unquam, ſed quaſi miniſtra ſe exponebat.

E

F

miſericors,

5 In tota vita ſua tantam ſemper & oris & orationis modeſtiam tenuit, ut numquam verbum improvida fecerit vel emiſerit. Et quamquam ſemper parvo vilique cibo contenta fuerit, poſt ſuſceptum habitum & emiſſam profeſſionis regulam, adeo incredibili abſtinentia ſe caſtigavit, ut annos ſex continue carnibus, ovis, caſeo, vino, oleo abſtinuerit. Pleroſque dies jejunium agebat, pane & aqua contenta; nonnumquam herbarum radicibus ſuſtentabatur.

modeſta,

abſtinens,

Etiam

A *& severa in se.*

Etiam sæpe numero suis cibis aut terram, aut cinerem, aut certe aquam frigidam immiscebat. Cumque in vesperum ut plurimum jejunaret, adventante nocte pomum crudum pro lautitio cibo comedebat; acetum autem felle mixtum, ex consideratione potus Jesu Christi, potabat. Cumque ex ea, cur tam aspero, ne dicam crudeli vitæ genere uteretur, à nonnullis quæreretur, respondisse fertur, se sub ea conditione Religionem adiisse, ut quæ perpetraverat peccata, pœnitentia, jejuniis, atque eleemosynarum erogatione, atque jugi oratione aboleret. Jugis namque memoria Passionis Christi apud eam perseverabat: unde & pro monilibus & fasciis pecteralibus reliquoque muliebri mundo, Domini caritatem qua dilexit nos, ejusque lassitudinem, jejunium, calumniam, flagella, spinas & asperam crucem contemplari non desinebat: quorum memoria impellebatur, ut corpus suum singulis diebus disciplinis ferreis crudeliter cæderet, nocteque interdum coronam ex acubus confectam in capite gestaret: & ne quid ex Passione sibi deesset, mandabat ancillæ suæ ut ipsam manibus post terga ligatis, colloque fune inserto, per universam domum adinstar Judæorum traheret. *Christi passionem jugiter meditans,*

B *orationi multæ vacans,*

6 Sciens præterea, ad vitæ sanctitatem ceteraque omnia recte obeunda, vim maximam habere orationem; eidem hæc S. Helena quotidie peculiariter intenta & assidua cum lacrymis erat: per illam seipsam inspiciebat, ac velut in speculo contemplabatur: cum ea hostem diabolum persequebatur, & carnem subjiciebat spiritui. Quid autem virium habuerint ejus ardentissimæ orationes, & quid laudis ejus ingentia facinora atque celeberrima, miracula declararunt: nam sæpissime invictus ac præpotens Deus, ab ipsa se vinci passus fuit. Ipsam nempe excellentem orationis virtutem potissimum suo semper in sinu B. Helena habebat: quæ ab humanis quasi abstrahens illam, vehebat in cælum, ferebatque per * speciosum omne sublime: pro quo persæpe maximis fruebatur gaudiis, & ipsis tam amplissimis, ut quandoque in ea nulli sensus inesse viderentur. Ejus vero cubile plerumque erat nuda humus. Nullus unquam intercessit dies quin Viaticum salutis sumeret, & id semper cum lacrymis: quo sumpto unam horam ex more in luctu & lacrymis consumebat. Sciens quoque B. Hieronymum præcepisse, orationi lectio, lectioni succedat oratio; ea quidem veluti quotidiano animæ pabulo utebatur; verum nec ipsa omnifaria ei erat, sed ea dumtaxat quæ animum ejus spirituali dulcedine pasceret, illustraret, & incenderet. Libri autem quos legebat duo potissimum erant, alter quem Crucis speculum vocant, alter vero de humilitate inscriptus est. Euangelium autem Christi, tamquam Cæcilia Virgo, gestabat jugiter suo in pectore: pro quo singulis diebus divinis colloquiis vacabat. * *an spatiosum?* *lectioni sacræ,*

C

7 Erant ei lacrymæ, maxime ex consideratione beneficiorum Dei ac passionis Christi, tamquam nectar die ac nocte, dum diceretur ipsi, Ubi est Deus tuus? ex quibus certe illabebantur ei * facies Spiritus sancti, per quem, veluti adoptionis filia dilectissima, jugiter clamabat, Abba, pater. Denique rebus in omnibus solitudinem & secretum magnopere amabat, & quocumque vertebatur sola, ibidem hostiam cordis sui vivam offerendo, semper clamabat atque dicebat, quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Psallebat mente, psallebat & spiritu, & passim suo in ore resonabat canticum novum, quod cantari fas non est, nisi iis qui empti sunt de terris primitiæ Deo & Agno. * *an favores?* *& devotæ solitudini;*

8 De ejus frugalitate & incredibili victus abstinentia, deque tolerantia vigiliarum atque laborum, de ceteris quoque pluribus divinis suis virtutibus, pro modulo meæ ignorantiæ, satis jam dictum est: nunc autem operæ pretium est exponere ejus obedientiam, quæ talium Religiosarum professionis votum protendit. In ea quippe beata hæc femina suarum omnium virtutum fundamenta jecit: noverat enim divino spiritu inflammata, eam vivam & vere dignam esse hostiam atque sacrificium omni thesauro pretiosius, in quo ipsa hominis voluntas litatur: noveratque Dominum Jesum Christum, cum in forma Dei esset, se vere exinaniisse, ut suo exemplo Christiani omnes, imitatores & ipsi, intrepide id facitarent, animas scilicet suas sub obedientiæ jugo cum gaudio castigarent. Hanc igitur, quam dicimus, obedientiæ virtutem, optima Christi ancilla, à principio usque in finem vitæ suæ, semper tamquam neophyta Christi pure & simpliciter observavit, in patris sui spiritualis aliorumque majorum vocem audiendo; & nullum unquam discrimen inter præcepta eorum faciendo. Nihil de injunctis grave unquam duxit; sciens si præposito sibi Patri pareret, & Salvatori suo se paruisse, qui dixit: Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Existimabat certe sine illa inanem esse Religiosorum vitam inanemque Religionem ipsam: & ideo in omnibus semper obedientiam anteponebat, quod ut & ceteri facerent omnes admonebat, semperque rogabat. Affirmabat quoque hoc quod quicumque majorum suorum præcepta accurate ad unguemque servasset, intelligeret se non modo non posse interire, sed nec ullos sibi diaboli laqueos aut ulla tela nocitura. AUCT. IP. BERGOM. *imprimis colit obedientiam.* Luc. 10, 16 E

9 Diabolicas tentationes & persecutiones innumeras hæc sancta matrona Helena in finem usque pertulit; cum quibus etiam sæpissime luctabatur, & à quibus multis etiam verberibus affecta fuit. Nam ut Helenam veterator hostis in perniciem deduceret, cum aliquando in oratorio suo noctu oraret, tectum domus illius magno strepitu conscendit, & horrendam adeo vocem emisit, ut tectum diruere videretur: sed illa ob hoc nullo terrore perculsa fuit. Sed cum instantius in orationibus persisteret, ex quo pavorem eidem incutere nequivit, eam flagellis durissime verberavit: eoque factum est ut se B. Helena in fugam verterit, & ipse eam vestigiis insequebatur. Aliquando etiam ipse antiquus hostis ipsam infestare cœpit, ut se aut ex fenestra præcipitem daret, aut laqueo sibi mortem consciret: sed salutaris signi impressione mox in fugam ipsum vertit. Sæpius etiam callidus hostis eam in Angeli specie conatus est in suam sententiam traducere. Erat huic sanctæ mulieri optimus mos, ut antelucano tempore ad S. Luciæ templum semper proficisceretur, amnisque quidam, qui oppidum præterfluit, eidem ponte tranleundus erat: ad quem cum aliquando perveniisset, ab hoste maligno in aquam præcipitata est, & haud multum abfuit quin ab aquis hausta absorberetur: verum Christi beneficio ad ripam tota madefacta delata est; in huncque modum ad templum ipsum, quo Missarum solemniis adesset, concessit. Quoties virgis ab eo cæsa, quoties saxo elisa, quoties ejus ossa confracta, ut membro prorsus ullo aliquando se adjuvare nequiret! sed Deus omnipotens & pius, pro quo hæc invicto animo tolerabat, nullum eam juvandi prætermittebat locum. *infestatur à diabolo,* F

10 Denique cum Paulus dicat, Virtus in infirmitate perficitur, ut illam Deus beatiorem per infirmitates corporales efficeret, atque in ipsis perseveranti opem tamquam filiæ carissimæ ferret, quemadmodum in Psalmo pollicetur, Cum ipso sum in tribulatione, eripiam & glorificabo eum; per tres annos gravissimo morbo vexari voluit: quem nihilominus S. Helena æquissimo semper pertulit animo, Deum 2 Cor. 12, 9 *triennali morbo exercita,* Ps. 90, 15

AUCT. I. P. BERGOM. ob hoc ſummis proſequens laudibus: & cum multi pietate permoti eam conſolari adniterentur, id conſolationis genus ſupervacaneum fore reſpondebat: Statutum quippe ſibi erat, ea quæ Chriſtus vellet, conſtantiſſime quidem perpeti. Jam Helena glorioſam de adverſario deque cunctis malis victoriam reportaverat, ut ei ampliſſimus poſſet decerni triumphus, & à Domino ampliſſimo munere fuerit donata: quod ſcilicet ei in oratione perſiſtenti ſeſe Chriſtus cum ſanctiſſima Matre Virgine, & B. Patre Auguſtino atque Nicolao Tolentinate feſtivus totus obtulerit, eidemque maximam atque incredibilem voluptatem contulerit.

extremis Sacramentis munitur,

11 Igitur cum Dominus eam per triennium maximo infirmitatis igne atque incude probaſſet, ut ſcilicet veluti aurum mundiſſimum flaveſceret & rutilaret, in cæleſte vas utique formanda, omni prorſus rubigine expulſa; ipſaque Beata femina omne vitæ ſuæ tempus in omni opere bono elaboraſſet, & tamquam bonus Chriſti miles conſtanter ſupradicta facinora, quæ omnibus ante oculos hic poſui, tenuiſſet, ſtrenueque geſſiſſet; decurſo jam ſtadio, ut ad ſuum, quem ſemper optabat, perveniret triumphum; accerſito Priore monaſterii S. Luciæ Ordinis ſui, tamquam gremio ſanctæ matris Eccleſiæ ſemper innutrita atque fota, ut in fide Chriſti ſe emigraturam conteſtaretur, Confeſſionem & Viaticum & reliquam rem ſacram, ex more rite & religioſiſſime adſtantibus Fratribus, ab ipſo ſuſcepit, quibus accincta præſidiis tutius emigrare poſſet. Demum cum ſecundum & ſexageſimum vitæ ſuæ exceſsiſſet annum, ſuper nudam humum jacens, IV Nonas Aprilis anni ſalutis noſtræ MCCCCLVIII, ex præſenti ac moribunda vita maliſque omnibus profecta, ſuam innocentiſsimam, decoram atque gratam animam è corpore elapſam, tamquam ex mortali caligine ad eum miſit, quem ſemper fide & caritate coluit & dilexit, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ubi nunc vere vivit, vivetque in ſeculum, ea vita quæ mortem neſcit ullam. Ipſum itaque Dominum Jeſum Chriſtum deprecor, qui hanc beatam matronam Helenam tantis virtutum gradibus ſublimavit, ut & mihi indigno ſervo ſuo peccatori dignetur, ejus intercedentibus meritis, concedere ut liceat ejus extrema ſubire veſtigia.

& pie mortua,

caput verſus crucem erigitur,

12 Egreſſa autem ex ejus corpore anima, cum mulieres de lavando eo conſilium accepiſſent, confeſtim ipſum maxime ulceratum inſpiciunt; & ea quidem de cauſa accidiſſe, quia tot annis humi jacuerat. Cumque illud in feretrum ex more collocaſſent, & Crucifixum ſupra pectus poſuiſſent; ſubito Helena caput illi extulit, adeo ut deinceps unquam dimitti non potuerit. Itaque ſi ejus ingentes virtutes, utpote prudentiam, ingenium, divinam eruditionem, promptiſsimam linguam, comitatem, amabilitatem, humilitatem, devotionem, & divinorum guſtum, integritatem pudicitiæ, abſtinentiam præcipuam & abjectionem repetere voluerimus, negotium inextricabile profecto aſſumeremus. Invitata igitur beata hæc noſtra Helena, imo & excepta ad Religionis ſanctæ nuptias, ubi novæ ſponſæ Agni epithalamia quotidie celebrantur, veſte ſcilicet nuptiali inſignita, confeſtim in humiliore loco ſedere voluit, juxta Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti documentum, qui dixit, Cum invitatus fueris ad nuptias, noviſsimo diſcumbe loco; ut veniens qui te invitavit, Amice, dicat, aſcende ſuperius: & propterea in fine à magiſtro triclinii Domino noſtro Jeſu Chriſti juſſa eſt aſcendere ſuperius, ubi facta eſt ex eorum numero, quibus dicitur per Prophetam, Surgite poſtquam ſederitis qui manducatis panem doloris. Ad nos igitur ex hujus viraginis ſanctæ exemplum, manaſſe putandum eſt, illud divini oris oraculum, Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Quod ut ipſe, qui hanc hujus Beatæ edidi Vitam, deſiderio quærere opereque attingere Dei miſeratione poſsim, ipſi ejus regni maximo conditori genua flecto, atque huic, quæ cum eo jamjam triumphum agit & regnat regnabitque in ſecula ſeculorum. Amen.

anima transfertur ad nuptias Agni.

Luc. 14, 8

Pſ. 126, 2

Matt. 11, 12

Duo viventis miracula.

13 Multa ſunt ſigna atque miracula, & ante & poſt mortem quæ me in hanc ſententiam impellunt, ut ipſam eſſe cum ſponſo ejus Chriſto Domino noſtro & Sanctorum conſcriptam agminibus minime dubitem: ex quibus duo complectar. Ea enim civem quemdam Utinenſem, cui Heleno Calceretto nomen erat, cum à comitiali morbo graviſsime teneretur oppreſſus, priſtinæ ſanitati ſuis interceſsionibus reſtituit. Benevenuta quædam Utinenſis, cum per annos tres nullos ſui conjugii dediſſet fructus, à viro deſpectui habebatur vapulabatque: quod ægre ferens ad ſuos confugit, & eis quid cauſæ ſubeſſet expoſuit, dicens ſe à viro aufugiſſe, quia de ipſa male mereretur; poſteaquam illi nupſerit nullam umquam ſibi felicem diem adfuiſſe, ſeque majori dolore affici quia ſine culpa affligeretur & cæderetur, affirmabatque ſe numquam ad illum reverſuram: quamobrem quamplurimæ matronæ honeſtiſsimæ ad Benevenutam convenerunt, commonentes & obſecrantes ut ſibi caveret, nec ſe deſpiciendam & infamandam exponeret. Quarum conſilia cum Benevenuta non admitteret, B. Helena eam ad ſe accerſiri juſſit: Nulla, inquit, filia mea, te dubitatio teneat, ex te vir tuus liberos indubitato ſuſcipiet: redi cum eo in gratiam; in Deum ſpem fidemque indubitatam collocato: optatis equidem veſtris ille reſpondebit. Vix autem annus interceſſit cum puellam edidit, quod orationibus Helenæ factum fuit.

XXIV APRILIS,

SANCTI QVI VIII KALENDAS MAII COLVNTVR.

SAnctus Sabas Gothus, militum Ductor, & Septuaginta milites ab eo conversi, Martyres Romæ.

S. Eutebius, S. Neon, S. Leontius, S. Longinus, Socii IV. } Martyres Nicomediæ.

S. Corona Virgo, S. Victor, S. Zotica, S. Fortunus, S. Donatus, S. Felix, S. Secundus, S. Saturninus, S. Silvanus, S. Silvanus alter, S. Rufina, S. Liberalis, S. Meturus, S. Tonitus, S. Firianus, S. Barachus, S. Nabor, S. Fuscinus, S. Maventus, S. Seranus, S. Fortunus, S. Donatus alter, S. Florianus, S. Theon Presb. & alii XXIV. } Martyres Alexandriæ.

S. Faustinus, S. Victurinus, S. Salunus, S. Valerius, S. Alexander, S. Orbanus, S. Theonas, S. Valeria, } Martyres

S. Fortunata, S. Publius, S. Forianus, S. Memmerus, S. Faustus, S. Ianuarius, S. Secundus, S. Marcia, S. Sambacia, S. Theodestia, S. Valerianus, S. Vrbanus, S. Herus, S. Lucius, S. Victor, } Martyres in Africa.

S. Mauritius, S. Georgius, S. Tiberius, } Martyres Thebæi, Pinaroli in Pedemontio.

S. Daniel anachoreta & Martyr, Gerundæ in Hispania.

S. Gregorius, Episcopus Illiberitanus, in Hispania.

S. Elisabetha Virgo, Thaumaturga, apud Græcos.

S. Deodatus, Abbas, Blæsis in Gallia.

S. Honorius, Episcopus Brixiensis, in Italia.

S. Mellitus, Episcopus Londinensis & Archiep. Cantuariensis, in Anglia.

S. Bova Abbatissa, S. Doda sanctimonialis, } Virgines, Remis in Gallia.

S. Hechberactus in Anglia.

S. Wilfridus primus Archiepiscopus Eboracensis in Anglia.

S. Egbertus Presbyter, in insula Scotorum Hyensi.

S. Anselmus Mæonensis, Polymartii in Italia.

S. Robertus, Abbas Casæ Dei, Ordinis Benedictini, in Gallia.

S. Guilielmus Firmatus, Moritonii in Normannia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

SBovinus, seu Bobinus, Episcopus Trecensis, in Gallia, *proponitur in Catalogo generali Ferrarii. De eo egimus* XXXI Ianuar.

S. Polycarpus, Presbyter in Perside, *memoratur in Kalendario ante opera Ms. S. Isidori, in Aprilis Tomus III.*

bibliotheca Vallicellana Romæ. Nobis hactenus ignotus.

De S. Polycarpo, Presbytero Romano, *egimus* XXIII Februarii.

Longini Martyris *natalis cum tribus lectionibus indicatur in* 3 *Kalendario apud Michaelem monachum*

A

chum. Conſule hoc die Acta SS. Euſebii & Longini. At de S. Longino Centurione Martyre, & S. Longino milite Martyre, de quibus Lectiones ſunt, pridem egimus die XV Martii.

Adam, primus homo, *inſcriptus Ms. Florario, de eo cum memoria Chriſti crucifixi egimus* XXV Martii.

S. Latronis Confeſſoris *feſtum & Officium ritu Duplicis apud Fratres B. Mariæ de Mercede hoc die agi, indicatur in Ordine recitandi officii divini, ſæpius recuſi in Hiſpania. Videtur is eſſe qui crucifixus cum Chriſto ponitur à nobis* XXV Martii.

Robertus, puer Martyr, *indicatur in Ms. Florario, & à Greveno, Caniſio, Ferrario. Aliquis à Iudæis occiſus eſſe videtur: quales plures ab iis interfectos eſſe diximus ad Vitam S. Richardi pueri Martyris* XXV Martii.

S. Ludgeri, Epiſcopi Monaſterienſis, ſepultura apud Werdenam, *memoratur à Greveno, Caniſio, in Ms. Florario, & aliis. Acta illuſtravimus* XXVI Martii.

Auguſta Virgo *indicatur in ſcripto Auctario Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Forſan eſt* Auguſta, Virgo & Martyr, *de qua egimus* XXVII Martii.

Mellitus, Epiſcopus Sardicenſis in Aſia, *memoratur à Ghinio in Natalibus ſanctorum Canonicorum, & in ſcripto Auctario Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum.*

B *De eo egimus* I Aprilis.

S. Joannes Martyr, Vilnæ in Polonia hoc die ... ſuſpenſus: *Ejus & duorum aliorum Martyrum. Acta dedimus* XIV Aprilis.

S. Alexander, Martyr Lugdunenſis, *hoc die coronatus refertur à Floro, Adone, Vſuardo & aliis paſſim. Fuit ſocius S. Epipodii, biduo ante occiſi. Sunt Acta martyrii utrique communia, quæ accurate illuſtravimus ad diem* XXII Aprilis.

S. Melanius, Epiſcopus Trecenſis, *memoratur in Catalogo generali Ferrarii. De eo egimus* XXII Aprilis.

S. Felix, S. Fortunatus, S. Achilleus, Martyres Valentini, *coluntur in diœceſi Arelatenſi ritu duplici, ob aliquas eo delatas reliquias. Vti dictum ad eorum Vitam* XXIII Aprilis.

Naboris, Felicis & Achillei Martyrum natalis *indicatur in Ms. Caſinenſi, ſed ab aliis referuntur die præcedenti,* & Nabor *bis, inter Martyres ſcilicet Afros & Romanos.* Felix *bis inter Afros, & iterum cum* Achillæo *inter Sanctos Valentinæ civitatis in Gallia. Remittendi ergo ad* XXIII Aprilis.

S. Georgii Megalo-Martyris Dedicatio Eccleſiæ Cypariſſi *indicatur in Ms. Græco Synaxario. Ejuſdem* Commemoratio *inſcripta eſt Lucenſi apographo Martyrologii Hieronymiani, pro quo in apographo S. Willibrordi eſt ſcriptum nomen* Georgiæ, *ſed* Georgius *Martyr etiam memoratur in Mss. Auguſtano & Labbæano, & in ordine Teutonico celebratur Officio duplici, ut & in variis eccleſiis aliis, ut dictum eſt* XXIII Aprilis.

S. Adalbertus, Epiſcopus Pragenſis & Martyr, *memoratur à Maurolyco & aliis. Vitam ejus dedimus præcedenti die* XXIII Aprilis.

S. Gerardus, Epiſcopus Tullenſis, *cum Officio* IX *Lectionum ex Vita, colitur in eccleſia Lingonenſi, ſecundum Breviarium anni* 1604; *aliis* XXIII Aprilis.

Maximus Epiſcopus Atinenſis, *ſub Conſtantino Magno elevavit corpus S. Marci primi iſtius Sedis Epiſcopi: & hoc die dicitur obiiſſe in Chronico Atinenſi apud Vghellum tomo* I *Italiæ ſacræ, nullo addito ſanctitatis titulo, ſicuti nec aliis ibidem additur, quos tamen Sanctos haberi conſtat: quia autem ſervata eſt memoria diei quo obiit, idque in tam antiquis non niſi propter annuum cultum fit, ideo eum hic proponimus, ut occaſio detur plura quærendi.*

Sara, Virgo & Martyr in Syria, *inſcripta eſt Auctario Greveni ad Vſuardum, & ejus exemplo à Caniſio relata in Martyrologio Germanico. Libenter auctores antiquiores videremus.*

D

Lugadius Sacerdos,
Copia filia Carnavi,
Sechtanus Septimeſter,
Einechus fil. Concathraci,
Failenus de Dromata,
Fincella Virgo,
Diermitius Epiſcopus,
Filii Baethani,
Filii Caelbadii,
Coenneta,
Ecbrictus,
Hulbritus,
nominati in Martyrologio Tamlachtenſi, qui ſint & an cultum habeant ſperamus aliquando diſcere ex Actis Sanctorum Hiberniæ menſis Aprilis: uti etiam ibidem invenire, quæ Colganus in Append. Patriciava 7 parte; promittit ad hunc diem de S. Flannio ſeu Florentio Fella Abbate Ardmachano, *alibi* Epiſcopo *dicto, qui obiit anno* DCCIV.

Waldifredus, Epiſcopus Uticæ, in Hiſpania Bætica, *inſcriptus eſt Martyrologio Hiſpanico Tamaji Salazar, ex auctoritate Iuliani Petri, ſæpius rejecta, cui ſtabiliendæ fruſtra adducuntur verba Petri de Natalibus, qui non* Waldifredum *ſed* Vildifrium *habet: hic autem eſt* Wilfridus, Epiſcopus Eboracenſis, *de quo hac die agimus.*

Joannes Pechamus, Archiepiſcopus Cantuarienſis, *Vir ſane rebus geſtis, doctrina & ſanctitate inſignis, obiit anno* 1292, *incertum quo die, nec titulo Beati honoratus niſi ab Arturo in Martyrologio Franciſcano: cui eadem auctoritate etiam adſcribitur hoc die, ad arbitrium auctoris lecto.*

E

Bruno, Archiepiſcopus Colonienſis, habitu Ciſtercienſium in Vetere-monte aſſumpto mortuus, *proponitur in Menologiis Henriquez & Bucelini, cum titulo* Beati; *à quo Gelenius abſtinet, in Faſtis Agrippinenſibus eumdem referens. Chalemoto dicitur* vir vitæ venerabilis.

Honoratus, Converſus Ordinis Ciſtercienſis in Clara-valle, *cum titulo* Beati *indicatur ab Henriquez, Bucelino & Chalemoto. Sauſſajus inter* Pios *recenſet.*

Clericus quidam, in ſeditione Coloniæ martyrio affectus, retro poſt altare capellæ aulicæ, *indicatur in Faſtis Agrippinenſibus Gelenii.*

Gemma, Vidua Sulmonenſis, *Fulginii cum ſuis recepta in monaſterium S. Luciæ, ibidem ſancte vixit, & obiit hac die, anno* MCCCCXXVI, *referturque ut* Beata *ab Arturo in Martyrologio Franciſcano, Iacobillo in libris de Sanctis Fulginatibus & Sanctis Vmbriæ, atque Herrera in Alphabeto Auguſtiniano: laudant eamdem multi hiſtorici Franciſcani: ſed nemo quidquam profert, quod cultum aliquem publicum probet.*

Magdalena Angelica à Lorca, Tertiaria Ordinis S. Dominici Valentiæ, anno MDLXXX defuncta, *cum titulo* Beatæ *refertur ab Arturo in Gynæceo ſacro,* F *qui alios allegat: late Vitam deducit Labierius in Menologio Virginum.*

Elizabeth, Virgo ſanctimonialis, Ciſtercienſis Ordinis juxta Coloniam, *memoratur in Kalendario Divinionenſi, item in Menologiis Henriquez, Bucelini & Chalemoti cum titulo* Beatæ. *At Gelenius in Faſtis Agrippinenſibus pridie eam refert,* Venerabilem *appellans.*

Elizabeth Criſpa, Ordinis S. Franciſci de Paula, Panormi *hoc die anno* MDC *obiiſſe traditur; cum titulo* Beatæ *relata in eodem Gynæceo ſacro Arturi.*

Patricius Minorita, ab hæreticis anno 1559 occiſus, *cũ titulo* Beati *indicatur in Menologio Scotico Camerarii.*

Franciſcus Colmenarius, Guatemalæ in India Occidentali *circa annum* 1560 *defunctus; & ab indigenis, in quorum converſionem ſtrenue laboraverat, habitus in opinione ſanctitatis.*

Fidelis Capucinus, *an.* 1622 *inter prædicandum à ruſticis hæreticis occiſus in Bretgovia, ipſa Dominica Lætare, cum titulo Beati refertur à Murero in Heluetia ſacra. Arturus à Monaſterio in ſuo Martyrologio diem* XI *Iulii ei pro ſuo arbitratu delegit: neutro die eum ab eccleſia coli certum habemus.*

Chriſto-

A Chriſtophorus, Demetrius, Danabus *ſeu* Danamus Donatus, Therinus, Neſtabus, Nice, *memorantur infra, ut ſocii* SS. Euſebii, Neontis *& aliorum in MS. Claromontano.* S. Chriſtophorus *variis diebus colitur: quo omiſſo alii referuntur in MS. duplici Taurinenſi, itemque in Mazariniano & Combefiſiano. Ex his celebrantur* SS. Therinus & Donatus XXIII Aprilis. *At* S. Nice, *quæ &* Victoria *dici poteſt*, XXV Aprilis. *Et plerumque iterum* VI Maii.

SS. Euodius & Calixtus, in civitate Syracuſana, *memorantur in MS. Vſuardo Reginæ Succiæ. Sunt hi* Euodius & Hermogenes fratres, *eorumque* ſoror Calliſta, *de quibus agimus* XXV Aprilis.

S. Marcellinus Pontifex, *inſcriptus antiquo MS. Caſinenſi. De eo cum aliis agimus* XXVI Aprilis.

S. Pulionis *memoria inſcripta eſt Lucenſi apographo Martyrologii Hieronymiani: qui in apographo Epternacenſi, ſcribitur* S. Paulianus. *Videtur eſſe* S. Pollio, *multis* Pullio: *cujus Acta damus* XXVIII Aprilis.

Liberii Papæ & Benedicti Papæ, *memoria notatur in* veteri Kalendario, in Aventino monte in pariete depicto, *apud Holſtenium in Animadverſis ad Martyrologium Romanum. In pervetuſto Martyrologio bibliothecæ Cardinalis Barberini iſta leguntur:* Romæ S. Liberii Papæ, qui eſt XXXI, & Benedicti Papæ qui eſt LXXXI. *In Catalogo MS. Reginæ dicitur* S. Liberius *mortuus* V Idus Septembris. *At refertur in quatuor apographis Martyrologii Hieronymiani & pluribus aliis* XXIII Septemb. *Alter eſt* Benedictus Papa (*non primus relatus à Greveno & Caniſio, & in Ms. Florario*) *ſed* ſecundus, *qui colitur* VII Maii.

SS. Paſicrates & Valention Martyres, Rhodoſtoli *ſeu* Doroſtuli, *memorantur hoc die à Græcis in Menæis, & Menologiis Baſilii Imperatoris atque Sirleti, ac variis Mss. Synaxariis: à Latinis vero plurimis, cum Martyrologio Romano,* XXV Maii.

S. Ceratius Epiſcopus & Confeſſor, *memoratur in antiquo Martyrologio monaſterii S. Sabini in agro Tarbienſi apud Sauſſaium pag.* 1248, *& in Supplemento ipſius Sauſſaji. Verum in Apographis S. Hieronymi & aliis Faſtis, ejus depoſitio celebratur, quo die in Actis dicitur mortuus,* VI Iunii.

S. Ivonis, Epiſcopi Perſa, & Slepæ in Huntindonienſi agro Angliæ mortui, corpus inventum hoc die eſt, & locum ſuo nomine honoravit, ut oppidum S. Jves dicatur, *referturque in priore editione Martyrologii Anglicani à Wilſono collecti. Verum præcipuam ſolennitatem perpetuo celebrandam ſancitum fuiſſe die tranſlationis corporis ad cœnobium Rameſeium, tradunt Iocelinus & Capgravius in ejus Actis, cum Martyrologio antiquo Witfordi, & Ms. Altempſiano. Dabimus proinde illa Acta* X Iunii. D

B. Bona Piſana, *hodie elogium habet in catalogo Sanctorum Italiæ Ferrarii: eum ſequuntur Brautius & Arturus, hic in Franciſcano, iſte in Poëtico Martyrologio. Neſcimus unde hauſerit Ferrarius* VIII Kal. Maii *obiiſſe; cum Codex antiquus, quem citat, habeat obiiſſe, quando vitam dabimus die* tertio exeuntis Maii, *id eſt, ut iam alibi explicavimus,* III Iunii.

S. Leodegarius, à S. Memmio primo Epiſcopo, Catalaunenſi ad fidem Chriſti converſus, *hoc die traditur in Actu ſeu Lectionibus in Eccleſia Catalaunenſi recitari ſolitis; at multo ſolennius colitur, ob reliquias tranſlatas, die* XXIII Iunii.

S. Innocentius Martyr, *colitur hodie in eccleſia Andegavenſi, ob caput eo tranſlatum; fitque de eo Officium ſub ritu Semiduplicis, cum propriis Lectionibus 2. Nocturni. De eo ceteriſque Martyribus Agaunenſibus, ex quorum numero fuit, ipſorumque duce S. Mauritio, agemus quando de omnibus fit ſolenne Officium,* XXII Septembr.

Martyres Chalcedone occiſi, *memorantur in Menæis MSS. duplicibus Taurinenſibus Ducis Sabaudiæ: forſan ſunt* Quadraginta novem, *memorati in Martyrologio Romano* XXIV Septemb.

S. Wandelinus, Abbas in Trevirenſi Territorio, *profertur in Ferrarii Catalogo & Sauſſaji ſupplemento. Citat ille Martyrologia Caniſii & Molani: à quibus non refertur ad hunc diem, ſed cum aliis* XXI Octobr. E

S. Vincentii, S. Sabinæ, S. Chriſtetæ, } Martyrum Abulenſiũ revelatio corporum, *celebratur in Hagiologio Luſitano Georgii Cardoſi. Dies eorum natalis eſt* XXVII Octobris.

SS. Cantii, Chryſogoni & Sociorum inventio Aquileiæ. *Ita Ferrarius ex tabulis Eccleſiæ Aquileienſis. Ex his* Cantius, Cantianus & Cantianilla, *coluntur* XXXI Maii, *& S. Chryſogonus* XXIV Novemb.

S. Egbertus, Epiſcopus Trevirenſis, *inſcriptus eſt Florario MS. & forſan occaſione S. Egberti Angli, qui hoc die colitur. A Greveno & Caniſio refertur* XVIII Septembris. *Verum Acta mortuũ tradunt* IX Decemb.

Sidrach, Miſach & Abdenago, *ſive* Ananias, Azarias & Miſaël, in Babylone ab igne liberati, *referuntur in quatuor apographis Martyrologii Hieronymiani, à Rabano etiam, Vſuardo, Notkero, & in quamplurimis antiquis MSS. At Martyrologium Romanum cum Adone & aliis* XVI Decembris.

DE SANCTIS MARTYRIBVS ROMANIS,

SABA GOTHO MILITVM DVCTORE ET SEPTVAGINTA MILITIBVS.

D. P.

ANNO CCLXXII.

Memoria in Faſtis Romanis.

Abulæ Martyrologii Romani auſpicantur hunc XXIV *Aprilis his verbis:* Romæ S. Sabæ, Ductoris militum, qui accuſatus, quod Chriſtianos in carcere detentos viſitaret, coram Judice Chriſtum libere confeſſus eſt: à quo facibus aduſtus, & in lebetem picis ferventis injectus, cum evaſiſſet illæſus; eo miraculo ſeptuaginta viros ad Chriſtum convertit: qui omnes in confeſſione fidei conſtanter permanentes, gladio cæſi ſunt: poſtremo ipſe demerſus in flumen, martyrium conſummavit. *Hæc ibi: quibus addit Baronius in Notis*, agere de eodem hac die Græcos in Menologio, Romæque paſſum tradere ſub Aureliano Imperatore. *Eſt illud Menologium à Sirleto fere ex Menæis collectum. Antiquiſſima autem S. Sabæ & aliorum ſeptuaginta memoria habetur in Menologio Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris ſeculo Chriſti decimo conſcripto: in quo ad ſequentem diem iſta continentur:*

Elogium ex Menologio Baſilii Imperat.

2 Certamen ſancti Martyris Sabæ, militum Ducis. Sabas Chriſti Martyr, erat ſub Imperio Aureliani, exercebatque militaris agminis regimen, ipſe Dux in urbe Romana conſtitutus: erat quidem natione Gothus, ſed religione Chriſtianus, Sanctos carceri inclúſos inviſere eiſque famulari ſolitus. Illibatæ inſuper tenore vitæ, & rerum divinarum exercitio malos dæmones ex obſeſſis hominum corporibus ejiciebat. Delatus autem eſt comprehenſus, & ad Imperatorem deductus: coram quo projecit balteum militare, quo accingebatur, ac libere Chriſtum profeſſus eſt. Suſpenſus propterea eſt, ac facibus in lateribus deuſtus. Ex quo tormento cum non abſque miraculo ſoſpes atque incolumis evaſiſſet; viros ſeptua-

Auctore D. P.

ginta ad fidem Christi evocavit, qui omnes illico capite plexi sunt. In carcerem deinde conjectus est Sabas: ubi cum Christus Dominus ei apparuisset, plurimum robur clementer indulsit. Eductus iterum è carcere, & jussus Christum abnegare, & idola adorare, cum nollet id facere, gladio sacrum ejus caput est abscissum.

3 *Hæc ex Menologio Basilii desumpta sunt. Quæ ad hunc* XXIV *Aprilis, in antiquo MS. Græco Synaxario Parisiensi Collegii Claromontani Societatis Iesu, eadem plane referuntur, usque ad septuaginta martyrio consummatos: reliqui cum Menæis excusis consentiunt, omissis tamen, quæ ibidem de præcipitatione in fluvium inferuntur. Addimus ergo ex dictis Menæis elogium & est hujusmodi.* Sanctus Martyr Sabbas, natione Gothus, temporibus Aureliani Imperatoris Romæ Tribunũ militarẽ egit. Hic quod Christi fidem esset amplexus, curam singularem assumpsit Sanctorum, pro fide in vinculis detentorum. Propter vitæ etiam innocentiam & virtutum exercitationem, malos spiritus depellere ab hominibus potuit. Delatus vero ut Christianus, & ad Imperatorem est ductus: qui projecta zona militari, libere Christum est professus. Ideo suspensus ardentibusque tædis ustus, in lebetem pice liquata plenum immissus est; in quo quod stupendo miraculo sanus servatus esset, septuaginta viros ad fidem Christi evocavit, qui mox propter Christum gladio cæsi coronam gloriæ meruerunt. Sabbas autem ad secundam quæstionem productus, cum à Christo illi apparente in carcere, esset novo robore auctus & confirmatus; in flumen abjectus martyrii lauream reportavit. Ornabat illum miris modis, in flore ætatis existentem, candor corporis, genarumque purpura, barba ac cæsarie velut auro radiantibus. Oculorum autem conjectus, acer & imperterritus, generosum & plane militarem animum ostendebat.

MS. Synaxario, & Magnis Menæis:

B

4 *Hæc in Menæis: quæ cum Basilii Imperatoris Menologio sic videntur posse conciliari, ut primum capite plexus Sabas fuerit, deinde in flumen dejectum sit corpus. Nam & hoc indicat tum hexametrum ephemericum, suo loco cum tota mensis hujus Ephemeride proponendum, & hoc de eodem distychon.*

an post abscissionem capitis submersus?

Ὑπελθε Σάββα φθάρτον ἡδέως ὕδωρ,
Ὡς ἂν πίνῃς ἄφθαρτον ἡδονῆς ὕδωρ.
Ingredere flumina corruptionis, Saba,
Bibas incorruptæ ut flumina voluptatis.

Sed quoniam ad diem XII *Aprilis apud nos, apud Græcos ad diem* XVIII, *hujus ejusdem mensis, recolitur, alius Sabas Gothus, in Gothia passus, qui martyrium suum complevit, submersus in Musæum fluvium, & hic tum Constantinopoli tum in ecclesiis Cappadociæ, celebrioris nominis atque cultus fuit, propter Martyrii extantia Acta, nec defuerunt, qui ipsi quoque adderent titulum* τῦ Στρατηλάτε, *uti factum in Menæis notavimus; vehemens ob has, inquam, causas nobis suspicio nascitur, ne simili ostitantia (sunt enim Menæa satis ostitanter collecta) mors per aquam isti Sabæ illata, aptata fuerit huic antiquiori; de cujus in flumen abjectione nihil habent melioris notæ Synaxaria, ex quibus præcitatum Collegii Claromontani Ms. verbotenus ferme cum impressis convenit, sed tacet genus toleratæ mortis; Menologium autem Basilii, ut vidimus, aperte dicit capite plexum. Vt ut sit, relationem Menæorum secuti sunt auctores tum distichorum elogiis præfixorum, tum Ephemeridis metricæ, nec non Sirletus & Galesinius, tum Baronius & Martyrologii Germanici amplificator; ac denique Maximus Cytherorum Episcopus* ἐν βίοις Ἁγίων.

C

an vero cum altero Saba Gothò confusus?

Vide Romæ passus & tamdiu ignotus,

5 *Adhuc obscurius est, qui factum sit, ut Romæ passus, & omnibus, quibus Romana ecclesia antiquitus usa est, martyrologiis ignotus, innotescere nobis debuerit potueritque per Græcos: apud quos etiam aliqua passionis Acta extitisse nemo dubitabit, qui intelligit quomodo brevia istæc Synaxariorum elogia, successerint in locum prolixiorum historiarum; quarum ista compendia sunt; sicut Lectiones Breviarii apud nos, epitomæ sunt longiorum Legendarum, olim usurpari solitarum. S. Andream Apostolum prædicasse Scythis Europæis Euangelium, constans est Ecclesiæ sensus; hos* vernacula ipsorum lingua Gothos nuncupatos, *auctor est apud Theophanem Trajanus Patricius. Licet autem eorum Reges Principesve, fere ad Valentis tempora, gentilitiis sacris hæserint implicati; nihil tamen prohibet credere, multos ex populo, æque ac in imperio Romano sub Imperatoribus idololatris, constanter retinuisse acceptam ab Apostolo fidem; adeoque multiplicatos ibi fuisse fideles, ut eorum Ecclesiæ per plures Episcopos regerentur, quorum denique Metropolita, anno sexto post inita inter Constantinum Magnum & populos Gothorum fœdera, ad Concilium* I *Nicenum venit, eidemque subscripsit, uti alibi dictum.* Hoc posito perquam facile credi poterit, *egregium Sabam, Christi fide in patria sua imbutum, ad Romanam accessisse militiam; non vero eam inter Romanos militando hausisse: cumque Romæ ad istum honoris gradum adscendisset, habuisse in Legione sua suæ gentis ac fidei homines, quibus uteretur familiarius; & quorum aliquis sui Ducis passionem descripserit, atque ad suos contribules legendam transmiserit.* Hoc posito, *ex Gothia in confinem Thraciam, cujus caput erat Constantinopolis, eamdem Legendam translatam esse, post renovata sub Valente fœdera, tam nihil habet à magna verisimilitudine alienum, quam nihil admirabilitatis in eo occurrit, quod inter tot Græcos atque Romanos, illustri certamine toti Vrbi notos, obscura manserit peregrini ejusdemque barbari militis fortitudo.*

D

demum per scripta Græcorum innotuerit?

E

6 *Ast si defuit Romanis Notariis, quos ante Sabæ passionem annis circiter triginta Papa Anterus instituerat, otium vel diligentia ad illius agonem describendum; vel si posteritati, tot domestica exempla habenti, excidit memoria externi hominis; non defuit pius fidelibus cura cadaverum propere sepeliendorum, per quam factum est, ut hodieque innumera Sanctorum Martyrum corpora ex Romanis cryptis & cœmeteriis educantur, cum sola nominis martyriique pro Christo tolerati expressione. Hanc curam etiam ad S. Sabam eiusque socios pertinuisse, eo facilius persuademur, quod alicujus S. Sabæ & socii corpora, circa annum* MDCXII *reperta, & in Picenum translata fuerint, ad vetustum S. Venantii templum, nostræ Societatis collegio Asculi attributum, ab adm. R. P. N. Claudio Aquaviva. Vivebat ibi adhuc anno* MDCLXX *P. Hyacinthus Canthus, annorum* LXXIV *venerabilis senex, meminerat que, ante omnia curatum fuisse, ut ex ligno perquam eleganter inaurato ornatissimæ duæ thecæ conficerentur; quarum una speciem haberet militaris statuæ, ad imum usque pectus ducta, ad recipiendum sacrum S. Sabæ caput; alia in tumbæ formam elaborata, reciperet ceteras utriusque commilitonis sancti Reliquias; deinde aiebat, publicis supplicationibus, quibus magna Cleri tam secularis quam regularis multitudo & civium maxima pars accesserit, circumductam fuisse per omnes civitatis vias utrumque ferculum, & ad ecclesiam nostram relatum; in qua populo venerabundo utrumque exponitur, tum festivitatibus quibusque majoribus (uti nobis scripsit Ioannes Marchinus, Collegii Rector) tum maxime die* XII *Aprilis, quando festum sub ritu duplicis officii agitur.*

Alicuius S. Sabæ corpus Roma allati,

F

colitur Asculi 12 Aprilis,

7 *Nempe, cum in Romano Martyrologio hodierno die duo occurrerent Sabæ, primum sibi persuasere Patres isti, alterutrius corpus perlatum ad se. Atqui hæc persuasio quam sit ambigua, & quam multis obnoxia erroribus, non est opus multis explicare; cum appareat considerare volenti, quam multi ac propemodum infiniti Martyres passi sint Romæ, quorum nomina Martyrologio inscripta non sunt; quam item multi ejusdem nominis Martyres sæpe fuerint, quorum quis sit relatus in martyrologio frustra quis velet divinare. Tali tamen persuasione nixi Patres prædicti, cum duos solum Sabas invenirent in Martyrologio, haud multum laborarunt, ut discernerent, utrius corpus posset verosimilius credi Roma allatum (quod attento martyrii loco debuisset non esse difficile) sed eum elegerunt, qui, vel sibi magis commodus erat,*

quasi fuerit alius, de quo tunc;

A erat, vel ex Actis diffusius scriptis commendatior: cum potiori jure accipiendus esset is de quo modo agimus.

similis error alibi in quodam S. Iacobo M.

8 *Sic cum anno* MDCLXI, *egressi Ticino ad vicinum sancti Spiritus cœnobium divertissemus, salutaturi D. Angelum de Nuce, post Casinensis Archimonasterii præfecturam, ibi cum titulo Abbatis agentem; illeque nobis jussisset omnes sacrarii Reliquias exhiberi; ostensa est inter alias capsa, cum corpore S. Iacobi Martyris Roma allato, quod S. Iacobi Intercisi credebatur, ideoque dies* XXVII *Novembris, quo is Martyrologio Romano est inscriptus, festivus habebatur. Verum dum Sacrista fatetur, illud non ex aliqua Basilicarum Romanarum (quas variis exoticis Reliquiis studiose advectis locupletatas nemo ignorat) sed ex cœmeteriorum latebris eductum fuisse; inde confecimus nos, non posse prudenter credi, quod illud esset corpus* Jacobi Intercisi, *tam procul Roma in Persida excarnificati. Quare quæsitæ sunt donationum tabulæ, nec aliud in iis inventum est, quam esse* corpus Iacobi Martyris. *Tum apparuit, quid secuti essent istius diei designatores, nempe Romanum Martyrologium: in quo quia nullus istius nominis Martyr, Roma coronatus apparebat, & alii omnes ejusdem nominis etiam Presbyterii vel Diaconatus titulo notabantur, solus iste visus est potuisse simplici Martyris encomio indicari. Ergo cum non ignoraremus alias alibi ecclesias esse, quæ S. Iacobi Intercisi corpus habere se dicant, jure vel meliori, vel saltem antiquiori; Abbati monachisque suggessimus consilium utile, quod etiam secuturos se promisere, ut, ad præscindendam posteris causam inutilium concertationem de istius corporis, haud dubie sancti, veritate, dimitterent diem istum; & alium quemvis, nulli*

habito pro S. Iacobo Interciso.

B *confusioni gignendæ obnoxium, de consensu Ordinarii sumerent; vel potius diem Translationis, quem celebravrant semel, annua recolerent festivitate. Idem alibi faciendum suasimus, suadebimusque in omni simili occasione; ne si ad plurium homonymiam ejusdem quoque diei accedat cultus, nec nisi unus idemque agnoscatur Sanctus, augeatur incertitudo Reliquiarum, & fidelium devotio minuatur; dum audiunt dubitari, vere ne sint ejus cujus esse dicuntur.*

Tempus Martyrii.

9 *Porro ut ad eum Sabam, à quo cœpit, revertatur oratio; passus sub Aureliano Imperatore scribitur: hic autem imperavit ab anno* CCLXX, *usque ad* CCLXXV, *& anno* CCLXXII, *renovavit edicta contra Christianos, quos ex eorum præscripto conjectos in vincula consolabatur Sabas. Septuaginta vero illi, quos ante se præmisit ad palmam, tali distichо in Menæis commemorantur.*

Κάρηϛ ἀριθμῶν τῷ ξίφει πεπημένας
Εὕροις πεσόντας ἀνδρας ἑπτάκις δέκα.

Capita recensens, secta quæ ferro jacent,
Cecidisse dices septies dicem viros.

Colitur hic S. Sabbas non solum à Græcis, sed horum imitatione, etiam à Moschis, ut patet ex tabulis Kalendarii sæpe laudati; nec non ex Kalendario Ruthenico apud Possevinum. Inscriptum est etiam Martyrologio Arabo Ægyptiaco, à Gratia Simonio Latine reddito, certamen S. Sabæ Pastoris, *quod cognomen illi datum videtur, ob septuaginta ad martyrium excitatos. In Kalendario Coptitarum apud Seldenum notatur* festum sociorum, *scilicet* S. Sabæ, *quod nomen forte defuit in antographo Arabico.*

E

AUCTORE D. P.

DE SANCTIS MARTYRIBVS NICOMEDENSIBVS,

EVSEBIO, NEONE, LEONTIO, LONGINO ET IV SOCIIS.

G.H.

AN. CCCIII

Relati absque loco martyrii in Fastis Romanis,

DE *hisce Sanctis ardua controversia, ne dixerimus bellum, movetur ab hodiernis aliquibus Hispanis, proinde clare est nobis procedendum. Ac primo, tamquam magis obvium, profertur hodiernum Martyrologium Romanum: in quo, non assignato ullo loco, ista leguntur ad hunc* XXIV *Aprilis:* Eodem die sanctorum Martyrum Eusebii, Neonis, Leontii, Longini & aliorum quatuor, qui in persecutione Diocletiani post diros cruciatus gladio percussi sunt. *Addit Baronius in Notis,* agi de his à Græcis in Menologio, passosque sub Diocletiano referri. *Est illud Menologium à Cardinale Sirleto collectum, ut iam diximus, in quo ista habentur:* Eodem die sanctorum Martyrum Eusebii, Neonis, Leontii, Longini, & aliorum quatuor. Diocletiani Imperatoris jussu à quatuor carnificibus cæsi & suspensi, atque eo usque aniati, quoad carnes eorum in terram defluerent, & viscera ipsa nudata sint; postremo securi percussi sunt. *Hac ibi: & hactenus nullus indicatur locus: quis igitur non miretur in Pseudo-Chronico Dextri, cujus figuli pleroque sic absque loco inventos in suam coegerunt Hispaniam, nomina eorum non esse apposita. Sed quod ibi omissum videbatur, supplevit alterius Pseudo-Chronici fabricator insulsus, sub nomine Iuliani Petri, in quo num.* 130, *ad annum* 290, *ista sunt excogitata:* XXIV Aprilis Civitate Larissa, quæ nunc Dotana vel Totana dicitur, à tempore Gallorum, prope Carthaginem Spartariam & Eliocrotam; memoria sanctorum Martyrum Eusebii, Neonis, Leontii & Longini, & aliorum quadraginta, qui in dicta Diocletiani & Maximiani persecutione, post diros cruciatus fortiter toleratos, gladio tandem consummati sunt. *Hac ibi: fidenter, quasi de loco tacentibus Romano Martyrologio & Sirleti menologio, quivis locus fingi iam tuto posset.*

C

& Menologio Sirleti,

in Pseudo-Chronico affinguntur Hispaniæ:

2 *At saltem considerassent alterum, quod toties in suam partem trahunt, sed nimium istis adversatur, Martyrologium Galesinii, in quo ista traduntur:* Hoc ipso die sanctorum Martyrum Eusebii, Neonis, Leontii, Longini & aliorum quatuor. Ii coronato beatissimo Georgio Martyre, cum ex funesto Diocletiani edicto omnes ubique terrarum Christianos, illosque præsertim, qui illius Martyris cura Christo adhæsissent, in carcerem conjici jussum esset; eo nomine comprehensi, à fide ut desciscerent, per vim adacti, id constanti animo negarunt. Quam ob causam primo verberibus usque adeo graviter cæsi, ut dissipatis visceratim membris intestina diffluerent, demum præcisis cervicibus martyrii cursum præclare confecerunt. *Hæc Galesinius, citato in Notationibus* libro Græco de Martyrio S. Georgii. *At contra insurgit Tamajus Salazar in Martyrologio Hispanico & multa objicit contra S. Georgium, quem pridie laudarat tamquam* totius Aragoniæ post B. Iacobum specialem Tutelarem. *Ad quem diem quid de martyrio, veneratione & Actis S. Georgii Megalo-Martyris Nicomediæ passi sentiendum sit, pluribus deduximus.*

à Galesinio dicuntur à S. Georgio conversi,

F

3 *Hoc autem loco pergimus alia monumenta producere de his Sanctis Martyribus: ac primo damus, quæ seculo Christi decimo in Menologio Græco Basilii Porphyrogeniti Imperatoris leguntur & sunt ista:* Eodem die certamen sancti Martyris Eusebii & sociorum ejus. Post mortem sancti Megalo-Martyris Georgii jussit Diocletianus omnes, qui ubique terrarum Christiani invenirentur, & maxime eos, qui propter ipsum fuerant in carceres detrusi, ut aut falsorum nominum diis sacrificantes è vinculis liberarentur, & liberi in vivis dimitterentur; aut si id præstare recusarent, acriter excruciarentur, & demum mortis pœna damnarentur. Idcirco

id confirmatur ex Menologio Basilii Imperatoris,

AUCTORE G. H. Idcirco hi ſancti viri, cum edita à Megalo-Martyre Georgio miracula vidiſſent, & Chriſto adhæſiſſent, in carcerem conjecti & concluſi ſunt. Inde vero egreſſi & coram tyranno adducti, Chriſtum abnegare, & idolis ſacrificare juſſi ſunt. Quod cum ſe facturos negarent, primum quidem denudati, impie cæſi ſunt, quo uſque eorum carnes humo dilaberentur. Deinde ſuſpenſi crudeliter verberati fuerunt, quouſque ipſorum viſcera foris apparerent, ac demum ſacratis capitibus obtruncati.

4 *Hactenus Menologium Baſilii ante ſeptingentos annos exaratum. Cui ſimile encomium extat in Magnis Menæis, quod ſubjungimus* : Eodem die ſanctorum Martyrum Euſebii, Neonis, Leontii & quatuor aliorum. Poſt martyrium ſancti Megalo-Martyris Georgii imperavit Diocletianus, ut omnes Chriſtiani, & maxime qui propter S. Georgium in vinculis detinebantur, aut diis ſacrificarent & libertati reſtituti vita donarentur, aut ſi recuſarent, omnibus tormentis excarnificati neci dederentur. Proinde & hi Sancti, ab S. Georgio fidem Chriſtianam edocti & in ea conſtantes, in carcerem erant detruſi. Qui ad Tyrannum adducti, cum Chriſtum abjurare & idolis ſacrificare penitus recuſarent, veſtibus ſpoliati, à quatuor lictoribus verberati fuerunt: deinde ſuſpenſi tam fœde lacerati ſunt, ut carnes ab oſſibus deciderent, & inteſtina apparerent; poſtremo gladio percuſſi martyrium compleverunt. *Hactenus Menæa: è quibus ſuum elogium ſumpſerunt Sirletus & conſequenter Baronius pro Martyrologio Romano, & ipſe etiam conſarcinator Pſeudo-Chronici Iuliani Petri, adjuncto oppido Hiſpanico: ut eos Hiſpanis tribueret. Vt tamen aliquid ab aliis diverſum haberetur, ſocii dicuntur* quadraginta, *verum* quatuor reponendos *monet Tamajus.*

Menæis Græcorum,

B

5 *Aliud nobis eſt antiquum monumentum in MS. Græco Synaxario Pariſienſi collegii Claromontani Societatis Ieſu, in quo elogium pene idem eſt, quod ex Menologio Baſilii Imperatoris dedimus, in fine autem additur*, animas eorum in manibus Dei viventis fuiſſe depoſitas; *ſed cum in titulo Menologii Baſiliani ſolum referretur* certamen S. Euſebii & Sociorum ejus, *in hoc Synaxario plurimorum nomina indicantur hoc modo*: Eodem die certamen ſanctorum Martyrum Euſebii, Neonis, Leontii, Longini, Chriſtophori, Demetrii, Danabi, Donati, Therini, Neſtabi, Nices & Sociorum. *In duplici Ms. Græco Taurinenſi Ducis Sabaudiæ iſta leguntur ad diem hunc* XXIV *Aprilis*. Certamen ſanctorum Martyrum Chalcedone paſſorum. Et ſanctorum Martyrum Euſebii, Neonis, Leontii, Longini, Chriſtophori, Demetrii, Danami, Donati, Therini, Neſtami, Nices cum Sociis ſuis. *In altero exemplari deerat nomen* Donati. *In citato Ms. Synaxario ad diem* VI *Maii, iſta leguntur*. Eodem die certamen ſanctorum Martyrum Demetrii, Danactis, Donati, Therini, Meſereera (Græce Μεσερεη&) cum ſociis ſuis. Peragitur autem eorum ſolennitas in templo ſeu martyrio eorum, in Deutero ſeu Secundo. *Eodem* VI *Maii, in Mss. Menais Mediolanenſibus bibliothecæ Ambroſianæ littera* O, *&* num. 148 *ſignatis habetur*, certamen SS. Demetrii, Danactis, Donati, Thereni, Meſeeræ & Sociorum Martyrum. *In Mss. Menais Chiſletianis ſunt eodem* VI *Maii, notati* Demetrius, Danax, Therianus, Meſirus, Donatus, *& dicuntur telis confixi. Ob hoc autem potiſſime eos noluimus jungere in titulo iſtis octo gladio cæſis: ſed differre maluimus, ſi forſan major lux accederet, quando ad* VI *Maii, de iis agetur. Et licet Chriſtophorus iis ad* VI *Maii non adjungatur, eumdem tamen etiam ſeponimus; forſan cum interarios hujus nominis Sanctos alibi reperturi. Latent etiam nos* Sancti martyrio Chalcedone perfuncti, *niſi ſint* Quadraginta novem *in Martyrologio Romano ad* XXIV, *Septembris relati. Quæ inter adjunctos ultimo loco eſt* Sancta Nice, *colitur ſequenti die* XXV *Aprilis. At* SS. Donatus & Therinus *ſunt etiam relati præcedenti die* XXIII *Aprilis.*

& MS. Synaxario:

C

D

6 *Michaël Monachus, Canonicus Capuanus, parte* 4 *Sanctuarii Capuani, edidit quatuor Kalendaria Sanctorum, qui Capuæ fuerunt in veneratione; & in horum Kalendariorum tertio, Theſauri dicto, atque in quarto ejus Codicis, qui eſt Ordinarium totius anni, proponitur memoria* S. Longini Martyris: *in tertio etiam dicitur celebrari feſtum* cum tribus lectionibus. *An occaſione S. Longini Socii SS. Euſebii, Neonis & Leontii Martyrum ſit introducta dicta memoria, neſcimus. At lectiones eſſe de Lõgino, qui latus Chriſti aperuit, & exclamavit*, Vere filius Dei eſt iſte, *annotat Michaël, Iſta vero ſunt duorum, quorum alter Longinus miles, alter Longinus Centurio fuit. De utroque egimus* XV *Martii.*

S. Longini memoria Capuæ.

7 *Ab his omnibus diverſum eſſe non dubitamus eum, cujus cauſa Oſnabrugenſis Eccleſia hodiernum diem feſtivum habet, ſub ritu Officii ſemiduplicis, in quo omnia de communi unius Martyris præter Lectionem* IV, *quæ eſt hujuſmodi*: Cum furor gentilium poteſtatum in ſelectiſſima quæque membra Chriſti deſæviret, præſertim ſub Diocletiano & Maximiano Conſulibus, ſeptimo perſecutionis anno; in Sanctos Euſebium, Neonem, Leontium, Longinum, & alios quatuor, impius Maxentius efferbuit, ipſoſque poſt multa ac varia tormenta, cum nihil obtineret, nihil proficeret ſæva crudelitas, ob fidem Chriſti tandem capite plecti juſſit; anno Chriſti trecenteſimo octavo, octavo Idus Aprilis. Sancti hujus Leontii corpus totum Urbanus Papa VIII, Franciſco Guilielmo Epiſcopo Oſnabrugenſi, cum ſecundo limina Apoſtolorum anno Chriſti MDCXLI viſitaret, & ſanctam Sedem Apoſtolicam præſens veneraretur, dono conceſſit. De quibus Reliquiis ipſe poſtmodum magnam partem huic ſuæ Cathedrali Eccleſiæ, ad majorem devotionem populi, donavit.

Roma Oſnabrugæ delata an. 1641, reliquiæ S. Leontii,

E

8 *Hactenus Officia propria Eccleſiæ Oſnabrugenſis, ut ea anno* 1652: *quorum collector non alia cauſa videtur Martyrii auctorem feciſſe Maxentium, quam ut Romæ paſſi crederentur, quorum unius corpus inde putabat ad ſuos allatum. Sed imperite ſatis Diocletiani & Maximiani Conſulatum, qui poſt abdicatum ab illis anno* CCCIV, *Imperium nullus concipi nec debet nec poteſt, conjunxit cum tyrannide Maxentii, qui eam primum occupavit anno* CCCVI. *Qui autem hic dicitur annus perſecutionis ſeptimus, illam ab anno* CCCIII *ordiendo, & uſque ad Conſtantini de Maxentio victoriam anno* CCCXI, *partam continuando, vel etiam uſque ad mortem Licinii anno* CCCXXVI *interfecti, eſſet annus vulgaris Æræ* CCCIX. *Quæ omnia ſatis male coharentia vitari potuiſſent, niſi accepto ex Romanis cryptis cujuſdam S. Longini corpore, ad Romani Martyrologii tabulas, velut certos omnium Martyrum teſtes, reſpexiſſent Oſnabrugenſes; & non invento ibidem Martyrii à Longino & ſociis tolerati loco, credidiſſent, per hoc de loco ſilentium, Romanæ urbi illud adſcribi. Quibus aliiſque, ſimiles ex Romanis Cryptis Reliquias habentibus, ſuaderemus, ut omiſſa fruſtranea ſolicitudine plus aliquid quam nomen de iis ſciendi, pro die cultus accipiant eum, quo tranſlata ſunt; ne ſi eligant eum quo ſimilis nominis Martyr inſcriptus eſt Martyrologio, ſe ſuoſq; poſteros inducant in errores & abuſus haud facile emendabiles.*

ex quo plures jungun-tur Socii.

cujus rei memoria cum multis erroribus inſeritur Breviario.

F

DE SANCTIS MARTYRIBVS ALEXANDRINIS, CORONA VIRGINE, VICTORE, ZOTICA, FORTUNO, DONATO, FELICE, SECUNDO, SATURNINO, SILVANO, ITEM SILVANO, RUFINA, LIBERALE, METURO, TONITO, FIRIANO, BARACHO, NABORE, FUSCINO, MAVENTO, SERANO, FORTUNO, DONATO, FLORIANO, THEONE PRESBYTERO, ET ALIIS XXIV. G. H.

XXIV APR. QVatuor apographa Martyrologii Hieronymiani ab his Sanctis auſpicantur diem XXIV, his verbis: VIII Kalendas Maii. In Alexandria natalis SS. Coronæ Virginis, Victoris, Zoticæ, Fortuni, Donati, Felicis, Secundi, Saturnini, Silvani, item Silvani, Rufinæ, Liberalis, Meturi, Toniti, Firiani, Barachi, Naboris, Fuſcini, Maventi, Serani, Fortuni, item Donati, Floriani, Theonis Presbyteri, & aliorum XXIV. *MSS. Richenovienſe & Rhinovienſe iſta ſolum habent*: In Alexandria Theonis & aliorum XXIV. *Sine ſociis autem in codice Ms. Reginæ Sueciæ, etiam quo Holſtenius in Animadverſis ad Martyrologium Romanum eſt uſus, dicitur*: In Alexandria Theonis Presbyteri, *quaſi à reliquis Martyribus turmam particularem faceret, licet in eadem urbe Alexandrina ſint omnes coronati. Ex reliquis* Corona Virgo, *ſola celebratur in Mss. Vaticano eccleſiæ S. Petri, Altempſiano & aliis.* Corona & Victor *in Ms. Aquiſgranenſi. At* Corona Virgo Victor & Zoticus, *in Ms. Barberiniano & Trevirenſi S. Maximini. A Notkero proferuntur* Victor, Zoticus cum aliis plurimis. *In Mss. Auguſtano S. Vdalrici & Pariſienſi Labbæi indicantur* Victor, Corona, Donatus, Theon, Fauſtinus. *In Ms. Pragenſi*, Corona Virgo, Victor, Zoticus, Fauſtinus. *Qui in hiſce* Zoticus *quarto ſcribitur, in quatuor apographis Martyrologii Hieronymiani appellatur* Zotica: *in quibus pro* Silvano, Tonito, Firiano, Mavento, Serano, *leguntur etiam nomina* Silviani, Comiti & Tumnini, Tibiriani, Naventi & Muenti, Sarani & Serari.

Memoria in Martyrol. S. Hieronymi,

aliquorum in aliis.

B

2 *Pridie hujus diei ſeu* XXIII *Aprilis, in dictis quatuor apographis Martyrologii Hieronymiani iſta leguntur*: In Alexandria Coronæ; *& additur* Martyris *apud Notkerum, qui eam hoc die omiſit, quaſi cenſuerit eamdem iterum repeti. Illo interim die in Martyrologio Flori, memorantur* SS. Victor & Corona, ſub Antonino Principe in Ægypto paſſi: quorum Victor poſt alia tormenta decoriatus eſt & decollatus, Corona vero alligata duabus arboribus diviſa eſt. *Iidem duo inſcripti ſunt Martyrologio Rabani, Vſuardi, Adonis & aliis, ad diem* XIV *Maii, imo & Martyrologio S. Hieronymi, ſed* Syriæ *adſcripti. Sunt iterum memorati* SS. Victor, Corona & alii XX Martyres *ad diem* XX *Februarii, ubi de iis egimus. Iterum* XXVI *Aprilis, proponuntur in Miſſali Ambroſiani Kalendario* SS. Victor & Corona: *quos huc tamquam ad proximos relegamus, uti &* Coronam Virginem, *quam ad diem* XXV *Aprilis, ſuo Martyrologio inſeruit Maurolycus.*

Corona 23 Aprilis,

ut & Victor & Corona,

ad 14 Maii celebrandi,

C

item 26 & 25 Apr.

3 *Iidem ſub finem repetuntur in apographo Epternacenſi Martyrologii Hieronymiani, ſed melius in aliis tribus apographis deſunt. Parva ſed vix ullius momenti in ſcriptione eſt differentia. Finit Eternacenſi cum* Floro, *qui alias eſt* Florianus; *& deſunt* Theonas Presbyter & alii XXIV, *quos monuimus propriam forte turmam poſſe conſtituere.*

Iidem repetiti.

4 Eodem die natale S. Coronæ Virginis, *abſque titulo & loco martyrii, refertur in poſteriore editione Beilini, Pariſiis anno* MDXXI *aliunde aucta. Secuti ſunt Molanus, Caniſius, Ferrarius, Galeſinius, & hic citat* Martyrologium monachorum Ordinis Benedictini. *Hinc Arnoldus Wion eam* Sanctimonialem *appellat, & Martyrologio ſuo monaſtico inſcribit. Secuti mox ſunt Dorganius & Menardus. Habemus & nos* Martyrologium Ordinis S. Benedicti, *una cum Regula hujus in folio excuſum, abſque anno & loco impreſſionis, uti ſub exordium typographiæ ſolebat fieri. In hoc Martyrologio continentur ad hunc* XXIV *Aprilis,* S. Alexander Martyr Lugduni ſub Antonino Vero, & XXXIV cum eo paſſi. Item Mellitus Epiſcopus & Confeſſor. *Quidni in ſimili Martyrologio potuit inſcripta fuiſſe* S. Corona Virgo, *licet ea paſſa fuerit ſub Imperatoribus Ethnicis. Fatetur Wion non liquere quo vixerit tempore, imo & loco. Hunc vult indicare Tamajus Salazar, dum ad hunc diem iſta ſcribit*: Illici in Hiſpania citeriore B. Coronæ Virginis, ex ordine S. Benedicti alumnæ, quæ cum omnibus bonis vacaret operibus, & in vita & poſt mortem innumeris clareret miraculis, honorifico inpoſterum viſitata concurſu, ultimam meruit in Hiſpaniæ tabulis & cultus venerationem & populorum reverentiam. *Hæc Tamajus, appoſita littera D, quaſi in Notis redditurus rationem dictorum, ſed omnia ſub ſilentio tegit, quod non reperimus alibi ab eo factum. Has ergo Notas expectamus, ut ſecure progrediamur. Tamajum interim deſcribunt Bucelinus in Menologio Benedictino & Arturus du Monſtier in Gynæceo ſacro.*

S. Corona Virgo abſque mentione martyrii relata,

E

& Benedictinis adſcripta,

uti & Hiſpaniæ,

F

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS, FAUSTINO, VICTURINO, SALUNO, VALERIO, ALEXANDRO, ORBANO, THEONA, VALERIA, FORTUNATA, PUBLIO, FORIANO, MEMMERO, FAUSTO, JANUARIO, SECUNDO, MARCIA, SAMBACIA, THEODESTIA, VALERIANO, URBANO, HERO, LUCIO, VICTORE. G. H.

XXIV APR. ALtera hæc claſſis Martyrum, *& fere æque numeroſa ac prima fuit, memoratur in quatuor eiſdem apographis Martyrologii Hieronymiani his verbis*: In Africa natalis SS. Fauſtini, Victurini, Saluni, Valerii, Alexandri, Orbani, Theonæ, Valeriæ, Fortunatæ, Publii, Foriani, Memmeri, Fauſti, Ianuarii, Secundi, Marciæ, Sambaciæ, Theodeſtiæ, Valeriani, Urbani, Heri, Lucii, Victoris. *Ex his* Alexander *in duobus apographis continetur, in duobus deeſt; forſan ob S. Alexandrum, Lugduni in Gallia paſſum, expunctus. Deſunt etiam in unico ex quatuor apographis* Valerius, Orbanus, Januarius, Secundus. *Aliqua etiam in ſcriptione eſt diverſitas, & loco* Orbani, Fortunatæ, Publii, Foriani, Memmeri, Sambaciæ, Theodeſtiæ, & Urbani *legitur etiam* Orbanæ & Urbani, Fortuni, Publiani, Mammeri, Saubaciæ & Sambuciæ, Theudeſtiæ & Orfani. *Demum* Herus & Heris, *quaſi ita eſſet in genitivo caſu, adſcribitur.*

2 *Aliqui horum ſunt etiam aliis Martyrologiis inſcripti; ex quibus in Mss. Rhinovienſi & Richenovienſi iſta leguntur*: In Africa Fauſtini, Victorini. *In Mss. Romano Cardinalis Barberini & Trevirenſi S. Maximini, nec non apud Grevenum in Auctario ad Vſuardum, tertius hoc modo additur*: In Africa natale SS. Fauſtini, Victorini, Valerii. *Notkerus iſta tradit*: In Africa Fauſtini & Victorini, & aliorum plurimorum Martyrum.

DE SANCTIS MARTYRIBVS THEBÆIS,

MAVRITIO, GEORGIO ET TIBERIO,

G.H. PINAROLII IN PEDEMONTIO.

SUB DIOCL. XXIV APR.

Pinarolii

PInarolium, *civitas Pedemontii in Italia, ad radices Alpium & prope Chiſonem amnem, duas habet Eccleſias Collegiatas, & plura monaſteria tam virorum quam mulierum. Inter hæc, non procul à mœnibus, in loco qui olim S. Veroni dicebatur, piiſſima Adelaſia, filia & hæres Oldrici Manfredi Marchionis Secuſiæ, celeberrimum monaſterium, Abbatiali dignitate illuſtre, monachiſque Ben. dictinis inde conceſſum, fundavit anno* MLXIV, *in honorem beatiſſimæ Virginis Mariæ, ampliſſimiſque poſſeſſionibus dotavit. Hujus loci cum Abbas Commendatarius eſſet Vincentius Laureus, Epiſcopus Montiſ-Regalis, creatus in locum Pii V Pontificis anno* MDLXVI, *qui etiam fuit S. R. E. Cardinalis; ipſum monaſterium ad reformatos Ciſtercienſes, vulgo Folienſes dictos, tranſtulit: ac ſimul, obtenta Sedis Apoſtolicæ licentia, curavit fieri ſolennem tranſlationem ſacrorum corporum* SS. Mauritii, Georgii & Tiberii, *è legione Thebæa Martyrum; quæ ibi hoc* XXIV *Aprilis, ſummo cultu, ac frequentiſſimo populi concurſu honorantur, eidemque monaſterio non parum decoris, majeſtatis ac devotionis conferunt, uti atteſtantur Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia in Pedemontanæ regionis & Eccleſiarum Chronologica hiſtoria cap. 7 & 24, & Guilielmus Baldeſanus in ſacra hiſtoria Thebæa lib. 2 pag. 260. Eorum memoriam ad hunc* XXIV *Aprilis celebrat Ferrarius in Catalogo generali, & magis prolixe in Catalogo Sanctorum Italiæ his verbis:* Mauritius, Georgius, & Tiberius, milites Thebæi, ex eorum numero qui ex caſtris, Maximiani Imperatoris immanitatem devitantes, ſe ſubtraxerunt; à perſecutoribus, in finibus Taurinorum, apud Pinarolum oppidum præclarum, deprehenſi ſunt: ac in fidei confeſſione perſiſtentes, ab illis trucidati, martyrii palmam adepti, in cælum evolarunt. Quorum corpora, in Abbatia S. Mariæ apud Pinarolenſem urbem, condita aſſervantur: & hac die apud incolas venerationem habent. *Hæc Ferrarius. Deplorat Baldeſanus omnem notitiam horum Martyrum, quæ in antiquis monumentis habebatur, fuiſſe ab impiis hæreticis Calviniſtis diſſipatam; neque potuiſſe aliud quam ſacra horum Martyrum oſſa, ne cum reliqua eccleſiaſtica ſupellectile comburerentur, alio deportari. Poſtquam autem rabies illa tranſiit, & pax regioni conceſſa eſt, fuerunt ipſa ſub Carolo Emmanuele ſuo loco honorifice reſtituta, & digno cum honore hactenus coluntur, cui antiqua traditio ſuffragatur. Nicolaus Brautius, Epiſcopus Sarſinæ, in Martyrologio Poëtico, his eos verſibus honoravit.*

compendium martyrii.

Acta ab hæreticis diſſipata.

Tres Deus ex cæſa rapuit legione Thebæa,
Cædendos alibi pro Deitate viros.
Ne ſe polluerent egreſſi caſtra Thebæa,
Ex media ſubeunt ſidera clara via.

in Abbatia S. Mariæ,

aſſervantur corpora horum Martyrum,

B

E

DE S. DANIELE ANACHORETA ET MART.

D.P. GERVNDÆ IN HISPANIA.

XXIV APR.

Gerundæ

ANtiqua & illuſtris in Catalania, Hiſpaniarum regione, eademque Epiſcopalis urbs Gerunda eſt, hodiernis Hiſpanis Girona *dicta, de qua egimus* XVIII *Martii, ad Vitam SS. Narciſſi Epiſcopi Gerundenſis, & Felicis ejus Diaconi, qui in perſecutione Diocletiani martyrio coronati fuerunt. Prope hanc urbem extat* Abbatia ſanctimonialium Ordinis S. Benedicti, *circa annum Chriſti nongeſimum ſeptimum ſupra milleſimum fundata à Comitiſſa Mahalta, Principis Roberti Guiſcardi filia, & Raymundi Berengarii ſecundi Comitis Barcinonenſis conjuge. Nomen illi indítum* monaſterii S. Danielis, *cujus ibidem corpus magna cum veneratione adſervatur, in aliquo proprio ſacello infra capellam majorem, incluſum ſepulcro ſeu mauſoleo marmoreo: uti olim huc inde ſcripſit Michaël Torbarus teſtis oculatus. Ioannes Euſebius Nierembergius edidit Hiſpanico idiomate anno* MDCXLVIII, *Vitas exemplares & venerabiles memorias aliquot illuſtrium virorum Societatis Ieſu, & inter illas refert à pagina* 321 *Vitam Patris Didaci Salazarii, cujus Vitæ* § 2 *indicat,* ſingularem Didaci devotionem erga ſacras Reliquias, & nominatim S. Danielis anachoretæ, quæ extant in cœnobio ſanctimonialium Benedictinarum, in valle quadam extra urbem Gerundam, quas dictus Pater inviſerat, & aliquot pulveres ſepulcri ejus ſecum detulerat. *Duplex S. Danielis feſtum celebrant ſanctimoniales: primarium incidit in hunc* XXIV *Aprilis, quo die paſſus traditur, alterum in ipſas Kalendas Septembris, quo die ſacrum ejus corpus tranſlatum eſt. Ejus ad hunc* XXIV *Aprilis, meminerunt Antonius Vincentius Domeneccus, in Hiſtoria generali Sanctorum Cataloniæ; Tamajus Salazar, in Martyrologio Hiſpanico; & Ferrarius, in Catalogo generali.*

in vicino monaſterio S. Danielis,

C

adſervatur corpus:

& eſt in veneratione.

Colitur 24 Aprilis & 1 Septemb.

1 *Septemb.*

2 *Acta dicuntur conſcripta fuiſſe ab Andrea Danielis diſcipulo, & avecta in Orientem. Proinde an ea extent uſpiam merito dubitamus. Interim Tamajus Salazar illi attribuit, quæ ipſemet Latine edidit ex Hiſpanica Dominecci hiſtoria, omiſſis illis, quæ fuſe præfatur Domeneccus, ingenue confitens, quod multa immutaverit, quæ omnino credidit in Hiſpanico alium ſenſum eſſe torquenda. Nos eadem quæ hic præ oculis habuit, quæque perquirere neglexit Tamajus, obtinuimus ex prædicti monaſterii MS. beneficio iam laudati Michaelis Torbari, prout iſtic inveniuntur in duodecim Lectiones diſtributa, juxta antiquum Benedictinorum ritum. Verum parum prodeſt ea accepiſſe. Non enim illa dumtaxat, quæ Domenecci ſtomachus digerere non potuit, nobis quoque moverunt naſeam: ſed vidimus inſuper id, quod Domeneccus divinare non potuit, duas tertias partes horum Actorum, quibus genus & patria & quidquid per annos circiter triginta actum in Oriente narrabatur, verbotenus fere, ſed cum amplificatione quadam, traductum eſſe ex Græca vita* S. Joannis ἐν Φρέατι, *quam nos ex nova Sirleti verſione Latinam dedimus* XXX *Martii; iſtius autem Legendæ compilatorem, qui ipſam forſan ex aliquanto pleniori MS. interpretatam antiquitus invenerat, ſic eamdem aptaviſſe Danieli, ut nomina, partim eadem partim leviter corrupta, tranſcripſerit, forte non tam ſuo quam prioris librarii vitio.*

Vita aliqua edita Latine & Hiſpanice,

F

à qua reſecanda pars prior;

3 *Vtrique igitur Armenia patria; utrique mater Chriſtiana vidua, ſororque puella; utrique cum iiſdem latendi cauſa dicitur fuiſſe metus ab Imperatoris ethnici delegato, ad Chriſtianos vi cogendos in idololatriam: ſed mater quæ ibi* Iulia, *hic* Uliana; *ſoror, quæ ibi* Themiſtia, *hic* Theomita; *Imperatorius miniſter, qui ibi* Pompeianus, *hic* Ponipianus *ſcribitur; Imperator vero, qui ibi nullus nominatur; hic palmari mendacio appellatur* Philippus: *civitas, ad quam à facie perſequentis confugerunt, religionis liberius exercendæ cauſa, ibi* Cyliſtrum *dicitur ſive* Cyliſtra, *urbs Minoris Armeniæ, nota Ptolomæo, Straboni & Nicæno Concilio* I; *hic prima eorum habitatio* Quiliquia

quæ eſt Vita S. Ioannis in puteo data 30 Martii:

aut

A aut Ciliquia; *refugii ſedes* Momeſtia *ſcribitur, portentoſis nec facile agnoſcendis nominibus. Rurſum uterque orandi cauſa ſecretum dicitur adiviſſe locum, venerandum Angelici vultus ſenem habuiſſe auctorem petendi eremum, impetrata benedictione materna illuc iviſſe, exorato rite Deo commorandi ſtationem inveniſſe, ibi diebus quadraginta jejunaſſe, & procurante Angelo refectum eſſe pane per pium eremitam allato: ſed ibi pius iſte eremita vocatur* Pharmutius Ægyptius, *anachoreſéos locum* in Armenia *habens; hic nominatur* Ioſeph, *exercens ſe* ad extremum Iordanis fluvium, per duas diætas à Ieruſalem. *Denique utrobique juvenem tentat diabolus, primo per ipſum ſenem Anachoretam, quem apparens ſub ſchemate Angelico fefellerat; deinde per ſemetipſum, matris, ſororis, familiarium vocem & lamenta exprimentem, ac denique ſe ei in ſpecie draconis circumvolvit; nec tamen evincere potuit ut interrupto orationis cœpta tenore, aſcenderet* de ſuo puteo, *ut ibi dicitur; ut hic*, tugurium in monte *conſtructum dimitteret. Conſtat igitur unius Sancti vitam pro vita alterius fuiſſe ſuppoſitam, fortaſſe ob aliquam ſimilitudinem vocationis exercitationiſque eremiticæ, ſicut in aliis quandoque Sanctis factum notamus, & reprehendimus: adeoque tota prima pars Vitæ, tamquam nihil ad Danielem ſpectans, & aliunde ſuppoſita ac proprio Sancto pridem data, omitti hic debet.*

B *altera pars, quare & quomodo hic detur.*

4 *Quid autem de ultima parte dicemus, qua narratur profectio ex Paleſtina in Galliam, Martyrium Arelati toleratum, & tranſlatio corporis Gerundam? Parum ſane abeſt, ne Vitæ quoad primam partem tam notorie ſuppoſitæ, etiam in ſecunda quidem credere velimus nihil: maxime cum in hac potiſſimum ea invenerit Domineccus, quæ nullius ſtomachus poſſet digerere, ideoque in alium prorſus ſenſum ipſe detorſit, cogente ad hoc manifeſta alias falſitate. Quia tamen hæc pars (quamvis nonnullis temporum, minus congruentium, circumſtantiis veſtita per vulgi traditionem, & ſic litteris commendata) potuit ſolidius aliquod rei propius cognitæ habere fundamentum; abſque veritatis injuria fieri poſſe credidimus, ut ea hic proponeretur lectori, ſic prænonito; qui ut cavere etiam poſſit tenebras hiſtoriæ, per ſe obſcuriſſimæ, offuſas à Domenecco, dum illas ſatagit eliminare; ſciendum quod in Actis prænominatis, dicatur S. Daniel,* anno octingenteſimo octogeſimo octavo, Arelati ad Rhodanum, martyrio coronatus ſub Præſide Teupanio, qui perſequebatur Chriſtianos. *Dictum annum, tamquam certiſſimum characterem arripuit Domeneccus, & reliqua eidem conatus eſt accommodare, ſed niſu plane infelici. Florebat ſiquidem toto ſeculo nono, fides Chriſtiana apud Arelatenſes, atque in tota Provincia, & vicinis Provinciæ regionibus: adeoque fruſtra à Dominecco introducuntur Saraceni quorum in Actis non fit mentio.*

ut fierit S. Daniel occiſus ſec. 9.

C *non ſunt fingendi in Provincia Saraceni.*

5 *Elapſi quoque tunc erant anni centum & quinquaginta ab eo tempore, quo Saraceni Provinciam diripuerant, uti conſtat ex Sigeberti Chronico ad annum* DCCXXXVIII. Arelato, *inquit*, urbe Galliarum capta à Saracenis, & omnibus circumquaque demolitis, Carolus Martellus, adſcito ſibi ad auxilium Luithprando Rege Langobardorum, eis occurrit, eoſque terrore nominis ſui in fugam vertit. *Omnia deinceps pacifice ibidem circa Religionem acta fuerunt ſub Pipino, Carolo Magno & aliis Regibus & Imperatoribus Francorum, uſque ad annum* DCCCLXXIX, *quo Bozon creatus eſt Rex Arelatenſis, Provinciæ & ſuperioris Burgundiæ Ciſ-juranæ, & mortuus anno* DCCCLXXXIX, *habuit ſucceſſorem filium ſuum Ludovicum Bozonem: quorum Acta accurate deſcripta ſunt ab Audrea du Cheſne lib. 2 Hiſtoriæ Burgundionum cap. 11 & 12, & ab Honorato Bucheo lib. 6 Hiſtoriæ Provinciæ ſect. 1. abſque ullo Saracenicæ incurſionis indicio aut veſtigio. Inſpiciantur etiam Catalogi Archiepiſcoporum Arelatenſium, à Claudio Roberto & Sanmarthanis editi, omniaque reperientur pacata toto hoc ſeculo & maxime (quod huc ſpectabat) ſub Roſtagno, qui præfuit huic Eccleſiæ ſaltem ab anno* DCCCLXXI, *uſque ad annum* DCCCCXIII, *& interfuit quinque Conciliis aliiſque contractibus ac donationibus variis ſubſcripſit. Porro Domineccus, eo quod Daniel anno* DCCCLXXXVIII *legatur Arelati martyrio coronatus, in locum Philippi Imperatoris, quem ſupra exploſimus, ſubſtituit Theophilum hæreticum iconomachum & Michaëlem* III *ejus filium, ſub quo addit S. Ignatium Patriarcham Conſtantinopolitanum in exilium actum, eique Photium ſubſtitutum, & ab hoc per concilibulum coacto Nicolaum Summum Pontificem alioſque Catholicos condemnatos: quorum omnium neque mentio neque umbra in dictis Actis apparet. Interim Tamajus, tamquam rem maximi ponderis tractans, notas ſubjungit de tempore Michaëlis, de invidia Photii in S. Ignatium, & impia damnatione Nicolai Papæ; atque concludit, S. Danielem anachoretam natum fuiſſe anno* DCCCLV, *ut qui anno ætatis* XXXII *cum dimidio peracto, martyrium compleverit Arelati, anno* DCCCLXXXVIII.

AUCTORE D. P.

neque metuendi Theophilus & Michaël imperatores iconomachi.

6 *Fateor lubens in annorum numeros & facile & ſæpe obrepere errores, quos benigna conjectura fas ſit emendare, quando iis ſublatis cetera utcumque ſubſiſtunt; ita ut non tam auctor convincatur erraſſe in hiſtoria ſcribenda, quam in ea tranſcribenda vel etiam interpolanda præſumi poſſit oſcitanter vel temere egiſſe librarius. Aſt hic, ubi undique vacillat hiſtoria, niſi ea quoque pars reſcindatur quæ eſt de martyrio, tamquam ſub gentilibus tolerato; quid ni audeamus opinari, auctorem Legendæ, qui alterius eremitæ, inter Græcos noti, vitam totam ita impudenter auſus fuit affingere Danieli, eidem pari fingendi libertate affinxiſſe certamen cum tyranno pro fide Chriſti, & mortes per miracula ſuperatas? Hoc autem poſito, nihil obeſſet, quo minus aut anno prænotato, aut alio præcedentium ſeculorum, octavi ſcilicet ſeptimi, ſexti, aut etiam quinti vel quarti, obierit Daniel, in diœceſi Arelatenſi oppreſſus violentia alicujus impii Toparchæ, qui hic* Teupanius & Teuſanius *dicitur, rectius* Theophanius *ſcriberetur?*

Sed nec gentilium imperatorum capienda ſunt tempora:

E

7 *Sane varios ſanctos eremitas aut peregrinos, ab impiis aut latronibus occiſos, ſcimus pro Martyribus ab Eccleſia coli; & tales ſunt S. Gerlacus, S. Meinradus aliique in hoc opere partim commemorati partim commemorandi, ſicut jam nunc* V *Ianuarii egimus de Gerlaco, de Meinrado* XXI *ejuſdem. Quod idem ſi Danieli factum volumus ſuſpicari, (nam pro Martyre habitum antiquus & perpetuus cultus comprobat) reliqua hiſtoriæ capita ſalvari haud difficulter poterunt, & quamdam veroſimilis narrationis, in populari traditione aut perbrevi aliquo ſcripto fundatæ, ſpeciem obtinere. Tempus certe minus ab ætate noſtra remotum, quam ſint Imperatorum ethnicorum tempora, exigere videntur pii conjuges,* Creſcentius & Parabaſte (*fortaſſis* Paraſceve *vel* Panſebaſte) *qui Hieroſolymas peregrinati, inde in Arelatenſem diœceſim adduxerunt Danielem. Nec enim, ante Conſtantini Magni inventæque Crucis tempora, adeo familiare occidentalibus fuit in Terram-ſanctam peregrinari etiam cum uxoribus, ut antea illuc iviſſe ipſi poſſint prudenter credi.*

cum cædes credi poſſit violentia præfati toparchæ patrata,

poſt ætatem Conſtantini M.

F

8 *Et hæc confuſa notitia, ſcilicet quod Daniel ex Armenia oriundus, poſt actam annis aliquot vitam in Syria eremiticam, ab iis quos diximus traductus in Galliam, ſub Theophanio toparcha impio cruentã obiens mortem, propter ſubſecuta miracula titulum cultumque martyris habere cœperit; corpus autem ob ejuſdem Theophanii metum avectum in Gerundenſe territorium, ſtabilem ibidem requiem ac venerationem obtinuerit: hæc inquam hiſtoriæ antiquæ confuſa notitia, cum definitiori memoria temporis, potuit fuiſſe totum fundamentum Legendæ, jam ſatis refutatæ. Quam non valde antiquam eſſe vel hinc colligas, quod ubi in Vita Ioannis ἐν Φρέαϛι, ſive* in Puteo *dicitur Pharmutes Ægyptius,* cibum *ab Angelo acceptum detuliſſe ad Ioannem; hic dicatur Ioſeph accepiſſe* Hoſtiam *deferendam ad Danielem, qualem ſcilicet ipſemet ſolebat quot Dominicis accipere, omni alio cibo abſtinens; quæque poſtea appellatur* ſalutaris Hoſtia & Panis Angelorum; *haud obſcure Euchariſtiam intelligendo, non ita paſſim ſolitam ab antiquis ſcriptoribus appellari. Sed conjecturarum ſatis eſt, quibus quid addi demive debeat, ut per ſe Lector ipſe diſcernat, tota Vita Ioannis*

& Vita diu poſt ex traditione ſcripta.

EX MS. *in Puteo omiſſa, ſolam eam partem habe, quæ eſt de Daniele.*

VITA

Quadamtenus fabuloſa aut ſuſpecta.

Ex MS. Monaſterii S. Danielis.

a 1 IN illo tempore, *a* erat quidam homo Chriſtianus, nomine Creſcentius, in terra Provinciæ, in civitate Arelatenſi, habens uxorem, nomine Parabaſten, ambo timentes & amantes Deum, non habentes filium vel filiam. Cumque vendidiſſent omnia quæ habebant, fecerunt peregrinationem in Jeruſalem, & manſit dictus Creſcentius cum uxore ſua in Jeroſolymis per tres annos; & univerſa quæ habebat diſpergebat pauperibus, faciens orationem quotidie in ſepulcro Domini, dicens: Domine Jeſu Chriſte, Redemptor ac Salvator humani generis, qui omnia noſti, vidiſtique; omnia mea dedi pauperibus, ut poſsim acquirere regnum tuum, & cum uxore mea pauperem vitam duco: dona mihi aliquod ſignum vel Reliquias, cum quibus redeam in terram meam. Quadam nocte Angelus Domini apparuit in ſomnis, dicens ei: Surge & vade in deſertum trans fluvium Iordanis, invenieſque ibi Confeſſorem Dei Danielem: ipſe ibit tecum in terram tuam, & docebit te multa bona verba per miſericordiam Dei: eademque hora receſsit idem Angelus, & ivit ad Danielem in deſertum. Qui ait illi: O Daniel, ſerve Dei, dicit enim Dominus Ieſus per me tibi: Surge & vade in Ieruſalem, & invenies ibi quemdam hominem nomine Creſcentium, qui firmus eſt in fide Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui manſit in Ieruſalem tres annos in pœnitentia & jejuniis, & diſperſit pauperibus omnia quæ habebat, cupiens ad terram ſuam redire: vade cum eo in terram ſuam, per miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Steterat autem Daniel tunc temporis in deſerto decem & ſeptem annis, & ſurgens abiit in Ieruſalem per verbum Angelicum.

abit verſus Hieroſolymam, jungit ſe Creſcentio Arelatenſi, C

2 Et cum faceret iter ſuum, invenit in via illum hominem Creſcentium, qui pergebat in deſertum ad ipſum Danielem; ſicut Angelus in ſomnis dixerat ei. Cumque ſibi obviaſſent, & ſe ad invicem ſalutaſſent, dixit ei Daniel: Quis es tu? quo vadis? Qui reſpondit: Ego ſum Creſcentius, petens deſertum, ut inveniam ibi Danielem ſervum Dei, ſecundum verbum Angelicum. Ait Daniel: Ego ſum. Redeamus ambo per iter in Ieruſalem. Et redeuntes in Ieruſalem ſteterunt ibi paucos dies: & poſt paucos dies iverunt in terram Armeniæ in civitate, quæ appellatur *b* Ciliquia, & invenerunt ibi quemdam hominem, nomine Andream, qui fuerat de familia patris & matris Danielis: & cum ſe aſſociaſſent, dixit ei Daniel: Veni nobiſcum, frater Andrea, & ambulabimus in ſervitio Dei noſtri Ieſu Chriſti omni tempore vitæ noſtræ. Cumque parata eſſet quædam navis ad navigandum verſus *c* Africam, intraverunt in navem: nutu vero divino in Africam navigare non potuerunt, ſed navigantes appulerunt in quamdam civitatem, quæ dicitur *d* Turonia; de qua venerunt ad civitatem Romanam, ubi Petrus & Paulus martyrium paſsi ſunt; fueruntque ibi quadraginta diebus, & poſtea iverunt in terram Provinciæ ad civitatem quæ dicitur Arelas; venientes in domum dicti Creſcentii, habitantes cum oratione & pœnitentia.

b aſſumpto Andrea ſocio,

c navigat Romam & Arelatem,

d

multos convertit,

3 Paulo poſt Creſcentius mortuus eſt. Beatus autem Daniel cum Andrea diſcipulo ſuo, convertebat prædicando per terram multos ad fidem Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti. Erat autem in diebus illis in civitate Arelatenſi quidam homo, nomine Teupanius, qui perſequebatur Chriſtianos, & eos interficiebat. Qui cum ſciviſſet vitam Danielis virtutibus almam, invidit ei, quia convertebat gentes ad fidem, nomen Dei altiſsimi prædicando. Quadam die fecit Danielem venire ad ſe, dicens ei: Unde es tu? quæ eſt natio tua? quid convertis ad tuam malam fidem? nonne omnes timent, & tu non times? neſcis tu quod poteſtatem habeo occidere te & cremare te? Cui Daniel reſpondit: Ego ſum natione Armenus, de quadam civitate quæ eſt in Armenia, quæ vocatur Quiliquia, Filius cujuſdam Comitis qui vocabatur *e* Patricius, adeo magnus homo ſicut tu, inimicus & paganus, qui in ſua mala fide deceſſit. Cumque poſt mortem patris remanſiſſem infans, bona domina mater mea convertit ſe ad fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & monſtravit mihi & ſorori *f* meæ fidem ſalutis. Ego autem ſecundum voluntatem Domini noſtri Ieſu Chriſti fui aliquot annis in deſerto, & per verbum Angeli Dei mei veni ad terram iſtam, & ubicumque invenero aliquem hominem, quem diabolus poſuerit in errore, convertam ipſum ad fidem Domini noſtri, qui eſt Deus Creator cæli & terræ, Rex Regum & Dominus Dominantium. Reſpondit Teupanius dicens: Quis eſt diabolus? Cui Daniel ait: Pater tuus diabolus eſt, & tu es filius ejus, quia ſuam ſequeris voluntatem. Teupanius dixit: Tu loqueris tamquam Dominus & nullum habens timorem; neſcis quia ego habeo poteſtatem mittere te in ignem, & cremaberis cum illis quos convertiſti? Cui Daniel: Nihil timeo quod tu facies mihi; illum timeo qui timendus eſt, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt. Ipſe eſt Dominus meus, auxiliator meus de omnibus quæ tu facturus es mihi. Tu autem cum patre tuo diabolo devictus eris in malitia tua. Teupanius dixit furciferis ſuis: Mittite Danielem fatuum in carcerem. Qui cum eſſet in domo carceris, oravit ad Dominum ſicut erat conſuetus.

D

Præſidi explicat genus ſuum,

e

f

& fidem intrepide profitetur,

4 Interea Teupanius congregari fecit ligna furnumque *g* calefieri, fecitque ligari manus & pedes S. Danielis, & in furnum ardentem mitti, dicens: Videbimus quomodo Salvator tuus poterit te liberare [à flammis] iſtius ignis. Angelus autem Domini non receſsit à latere Danielis, dum eſſet in medio furni ardentis, & ſic ignis in furno poſitus nocere non potuit ſancto viro. Cumque Teupanius vidiſſet Angelum Domini in ſpecie humana cum Daniele, miratus fuit & ait: Unum miſimus & duos videmus. Stetit autem Daniel in furno ignis ardentis à mane uſque ad veſperam. Poſt hoc inimicus Teupanius fecit eum abſtrahi de igne, & ad curiam adduci, ſedenſque pro tribunali dixit: Tu es homo qui arti magicæ ſtudiſti & ariolos noviſti: cum magicus ſis, facis apparere quæ non ſunt, & ſic non potes in igne cremari. Cui ſanctus Daniel: Nonne dixeram tibi quod Dominus Deus in tormentis tuis eſſet auxiliator meus, & quod tu ſemper ad partem diaboli declinares? Cui Teupanius: Tu vere magicus es; nam ego vidi alium hominem in furno, cum non miſiſſemus niſi te ſolum. Reſpondit Daniel: Non fuit homo, ſed Angelus Domini, qui me ſalvabat & liberabat à tuorum nequitia tormentorum.

g

in ignem projectus, manet illæſus:

F

5 Præcepit itaque Præſes, quod iterum mitteretur in carcerem uſque mane, quia tunc aliud tormentum ipſi faceret, videns quomodo Salvator ſuus illum erueret. Mane autem facto, fecit ligari manus & pedes ſancti viri, & ligatis manibus & pedibus, projecit eum in fluvium Rhodani. Aqua vero fluvii dedit viam viro juſto, diviſaque per partes necare non potuit. Sanctus autem Daniel cœpit orare, dicens:

in Rhodanum dejectus evadit:

A cens: Domine Jeſu Chriſte, Seminator caſti conſilii, juſtorum omnium coadjutor, tranſivi per ignem & aquam, & eduxiſti me in refrigerium. Cum vidiſſet Teupanius, quod pœnæ prædictæ ſancto viro nocere non poterant, fecit ipſum uſque ad aliam diem in cuſtodia recludi carceris. Cogitans inter ſe, qualiter tormentis poſſet affligere ſanctum Dei, dicens: Non poſſumus ſibi alias pœnas inferre, niſi quod demus ipſum beſtiis ferocibus devorandum: quia Deus ſuus evidenter magnas virtutes per ipſius merita operatur. Altera vero die fecit venire Danielem ante conſpectum ſuum, deditque ipſum beſtiis devorandum. Animalia namque ferocia dabant oſcula pedibus Danielis, nec ipſum offendebant, imo pedes ejus lingebant. Et in illa hora fecit duci Præſes Teupanius ipſum extra civitatem, ubi juſſit caput ipſius Martyris amputari. Qui Sanctus Dei capite amputato Deo ſpiritum reddidit VIII Kalend. Maii, ætate XXXII annorum & VI menſium. Cumque martyrium conſummaſſet, cum Sanctis omnibus in gloria requievit.

à feris non læditur,

capite plectitur 24 Aprilis,

6 Felix vero Andreas diſcipulus ſuus, & Parabaſte, quæ fuerat uxor Creſcentii, acceperunt corpus beati Danielis, & ſervaverunt in domo ſua per tres menſes, & ibi multi infirmi, ob fidem ſuam, & merita ſancti Viri, recuperabant ſanitatem; ſentientes bonos odores, qui vaporabant de corpore Sancti Dei. Quidam autem inimicus, ſentiens multa miracula fieri per ſanctitatem corporis Danielis, acceſſit ad Teupanium & dixit: Domine illud corpus Danielis, quem feciſti decapitari, fecit multas virtutes, & per miracula quæ fiunt multæ gentes ad fidem Chriſtianorum convertuntur. Cui Teupanius reſpondit: Ego faciam portare corpus, & in mare projici, & poſtea facere non poterit virtutes. Hoc audito, Andreas & bona mulier Parabaſte, propter verba quæ dicta erant à Præſide Teupanio, receperunt occulte corpus & portaverunt ipſum ad partes Hiſpaniæ, in terram Cataloniæ; in qua intraverunt quemdam locum, ubi erat quædam planicies infra montes ad ſimilitudinem deſerti, in quo fuerat eremita: quæ planicies cum haberet montes utrimque, in ſe tamen fontem frigidum habebat aquæ vivæ, qui locus planiciei eſt vallis tenebroſa. Dictus autem locus, qui eſt in valle tenebroſa ſic vocata, eſt prope quamdam civitatem quæ Gerunda nuncupatur, & in illa planicie dictæ vallis tenebroſæ Andreas diſcipulus S. Danielis & Parabaſte corpus ſanctiſſimum ſepelierunt,

corpus defertur in Catalaniã.

b Kalendis Septembris *h* anno ab incarnatione Domini CCCLXXXVIII. In quo dicto loco Andreas &

C Parabaſte mulier fecerunt magnum honorem corpori ſancto, & poſt undecim annos Parabaſte mortua fuit, & Andreas ſepelivit eam in eodem loco, juxta corpus glorioſum S. Danielis.

7 Poſtea dictus Andreas ſtetit ibi pauperem vitam ducens novem annis, qui B. Andreas ſcripſit vitam & martyrium S. Danielis in libro, quem dictus vir Daniel habebat in vita ſua, & ſecum portavit in terram *i* Armeniæ. Corpus vero ſanctum remanſit in loco vallis tenebroſæ ubi ſepultum fuerat; & cum tranſiſſet Andreas in terram Armeniæ, non invenit ibi fratrem nec ſororem Danielis, aſcendenſque in Jeruſalem, ivit ultra fluvium Iordanis in deſertum, ubi Daniel fuerat eremita: narrans & legens vitam B. Danielis & martyrium omnibus eremitis, qui tunc erant ibi, qui omnes legentes & videntem vitam & martyrium S. Danielis, dixerunt: Benedictus ſit Dominus Deus, Pater & Filius, & Spiritus ſanctus, in ſecula ſeculorum, Amen.

EX MS.

i Vita ſcripta eſt a diſcipulo Andreæ.

ANNOTATA.

a *Quo ſcilicet in aliqua Paleſtinæ eremo vivebat Daniel, prout fuerat à magiſtro ſuo ſpirituali Joſepho inſtitutus.*

b *Forſan* Cilca, *Armeniæ minoris oppidum, prope urbem Comanam, ad fontes Pyranii fluminis, haud longe à finibus Syriæ, in ea Aſiæ minoris deſcriptione quam ære incidendam an.* 1625, *Pariſiis concinnavit Philippus de la Rue, neſcio à quo auctore acceptam.*

c *Non placet iter directum in Africam, niſi hæc geſta ſupponantur imperantibus filiis Conſtantini Magni vel ſub Theodoſio, priuſquam Africam Saraceni occupaſſent.*

d *Vix poteſt concipi tam rerum ignarus ſcriptor, qui* Turoniam *in Gallia intellexerit: ergo* Tyrrheniam *ſive* Hetruriam *intellige, non civitatem; ſed regionem Italiæ, ad cujus portum aliquem, puta Liburnum applicuerit navis.*

e *In exemplari noſtro* Patriaciæ, *pro quo viſum ſupponere* Patricius.

f *Hæc conſequenter dici videntur ad figmentum illud, quo Danieli applicata fuit vita Joannis.*

g *Hæc de furno videntur fabricata ad imitationem eorum, quæ Scriptura narrat de ſociis Danielis Prophetæ in fornace Babylonica: & univerſim quæcumque deinceps dicuntur adhibita tormenta ſuſpecta nobis ſunt, tamquam à Martyribus accepta, qui ſub gentilibus Imperatoribus auctoritate publica puniebantur: hic vero magis credimus eadem Danielis privata ſævitia velut à latrone peractam.*

h *Facile fieri poteſt, ut in horum trium numerorum uno alterove abundet aliquid: fortaſſis etiam aliqua ſolennis elevatio corporis* 1 *Septembris facta, occaſionem dederit huic ſecundo feſto, cum haud paucis annis ante iſto in loco fuiſſet corpus honoratum die* 24 *Aprilis.*

i *Primum quidem vereor ne hic dicatur Andreas ſcripſiſſe Vitam, ſicut Vitam Joannis in Puteo dictaviſſe legitur Chryſius eremita, qui eum ſepelivit, juxta quod ex ore narrantis audiverat: hanc enim ſuſpicionem firmat ejuſdem Vitæ apud Paleſtinos celebrata lectio, quod facile credetur de Vita Joannis. Deinde dato quod Andreas ſcripſerit, & ſcripti exemplum apud Catalanos reliquerit cum ab iis diſceſſit, oportebit dicere, eam periiſſe; ideoque datam occaſionem poſteris hanc qualitercumque compilandi.*

DE SANCTO GREGORIO,

EPISCOPO ILLIBERITANO IN HISPANIA.

SUB FINEM SECULI IV.

ILliberis *ſive* Eliberi, *urbs olim Epiſcopalis in Hiſpania Batica, prope urbem Granatam, ſita fuiſſe putatur à pleriſque in colle vicino, nunc* Eluire *dicto, à quo nunc porta aliqua urbis Granatenſis* Elueria *appellatur. Sunt etiam qui autumant eam urbem non eſſe exciſam, ſed Granatam nova appellatione dictam: de qua re fuſiſſime diſputat Franciſcus Bermudez de Pedraza, libro* 2, *de Antiquitatibus & Excellentiis Granatenſibus anno* MDCXIV, *Madriti excuſo, cap.* 5 *& ſequentibus. Colit autem hoc* XXIV *Aprilis, Eccleſia & Diœceſis Granatenſis* S. Gregorium Epiſcopum, *ſub ritu officii duplicis, quem etiam inter Sanctos Diœceſis Hiſpalenſis, numerat Antonius de Quintanadueñas, arbitratus eum* Utreræ *quæ olim* Bætis *fuerit dicta, natum & educatum, & inde* Gregorium Bæticum *appellari. Verum potuit ita cognominari, quod alia eſſet urbs in ora litterali Catalauniæ* Eliberi *&* Illiberis *vulgo* Colibre *dicta. Inſcriptum olim ejus nomen fuit Martyrologio Vſuardi his verbis:* In civitate Eliberi, S. Gregorii Epiſcopi & Confeſſoris. *Quæ eadem paſſim apud Bellinum, Maurolycum, Galeſinium, Caniſium*

Cultus ſacer Granatæ,

& Vireræ;

memoria in Faſtis 24 Aprilis,

AUCTORE G. H.

Caniſium & in plurimis MSS. leguntur, in aliquibus loco Eliberi *ſcribitur* Heliberi *&* Aiberi. *In hodierno Romano iſta habentur*: Illiberi in Hiſpania S. Gregorii Epiſcopi & Confeſſoris. *De eo Petrus de Natalibus lib.* 10 *Catalogi, cum cap.* 72, *egiſſet de S. Gregorio Epiſcopo Turonenſi, die* XVII *Novembris mortuo, iſta ſequenti capite* 73 *tradit*: Gregorius Epiſcopus apud Hiſpanias claruit. Hic Liberienſis Epiſcopus fuit, qui ad extremam uſque ſenectutem tractatus diverſos mediocri ſermone texuit: & de fide Catholica volumen ingens compilavit: & apud Liberienſem civitatem vita & ſermone conſpicuus, in pace quievit, ibidemque ſepultus in virtutibus vivit. *Hæc Petrus de Natalibus, cujus exemplo eumdem S. Gregorium Martyrologio Anglice excuſo inſcripſit Richardus Wiſfordus.*

& 17 Novembris.

Liber ab eo ſcriptus de Fide,

2 *De ſcriptis S. Gregorii agit S. Hieronymus, libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 105. Gregorius Bæticus, *inquit*, Eliberi Epiſcopus, uſque ad extremam ſenectutem diverſos mediocri ſermone tractatus compoſuit, & de Fide elegantem librum: qui hodieque ſupereſſe dicitur, *id eſt Theodoſii Magni anno* XIV, *Chriſti* CCCXCII, *ut in fine libri ipſemet teſtatur. Multa inquiſitio fuit hujus libri de Fide, cujus Honorius Auguſtodunenſis in ſuo de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 106, *mentionem etiam facit. Hunc ſe reperiſſe credidit Germanus Genus, monachus*

B

à quo alius ſub ejus nomine editus,

Benedictinus Abbatiæ in agro Ferrarienſi Pompoſæ, & tradidit Achilli Statio, qui illum Romæ anno MDLXXV *edidit, & Mariæ Auguſtæ Regis Emmanuelis filiæ Infanti Portugalliæ dicavit. Baronius in Notis ad Martyrologium*: Hujus Gregorii, *inquit*, commentarios carie obſitos, oblivione obrutos, mendiſque labefactatos, purgavit ediditque noſter Achilles Statius laudabilis memoriæ. *Et in Annalibus ad annum* 371, *num.* 124, *ex hujus tractatus fine adfert nonnulla, quibus* gloriari *dicitur* S. Gregorius incorruptam ſe fidem ſervaſſe, neque unquam fuiſſe communione hæreticorum pollutum. *Extat hic tractatus bis tomo* 4 *Bibliothecæ Patrum, Pariſiis per Margarinum de la Bigne anno* MDLXXXIX *edita; ac primo à pagina* 841, *ſub nomine Fauſtini Diaconi, ſive ut Gennadio cap.* 16 *viſum, Sacerdotis, ad Auguſtam Flaccillam Theodoſii Magni uxorem: dein à pagina* 1271, *ſub nomine Gregorii Batici, ad Gallam Placidiam Auguſtam, quæ fuit Theodoſii Magni ex Galla ſecunda uxore filia, & Honorii atque Arcadii ex patre Soror: quam inſcriptionem bene advertit Baronius ad annum* 388, *num.* 100, *eſſe perperam intruſam. Verum quia dictus tractatus ad Fauſtinum Presbyterum Luciferianum pertinet, non repetitur in Bibliotheca Patrum poſtea Coloniæ excuſa ſub nomine Gregorii Batici, cujus elegans liber de Fide etiamnum latet. Philippus Labbe in ſua Diſſertatione hiſtorica de Scriptoribus Eccleſiaſticis pag.* 313, *ait*: Fauſtino, quem ſub Damaſo ejuſque ſucceſſore Siricio vixiſſe conſtat, opuſculum illud eſſe offerendum omnes eruditi exiſtimant poſt Trithemium, qui anno CCCXC claruiſſe aſſerit.

eſt Fauſtini Diaconi aut Presbyteri Luciferiani,

C

3 *Fuiſſe etiam S. Gregorio communicationem litterarum cum S. Euſebio Epiſcopo Vercellenſi conſtat ex hujus reſponſo, quod ex Petri Pithœi bibliotheca erutum cum fragmentis S. Hilarii Epiſcopi Pictavenſis edidit Pariſiis anno* MDXCVIII, *Nicolaus Faber: quod hic neceſſario arbitramur dandam. Eſt ejus ibidem titulus*: Euſebius ad Gregorium Epiſcopum Spanienſem, *nempe* Eliberitanum, *ut cum Baronio alii explicant: & iſta traduntur*: Domino ſanctiſſimo Fratri Gregorio Epiſcopo Euſebius in Domino ſalutem. Litteras ſinceritatis tuæ accepi, quibus, ut decet Epiſcopum & Dei Sacerdotem, tranſgreſſori te Oſio didici reſtitiſſe, & pluribus cadentibus Arimino in communicatione Valentis & Urſacii & ceterorum, quos ipſi agnito blaſphemiæ crimine ante damnaverunt, aſſenſum tuum denegaſſe, fidem ſcilicet ſervans, quam Patres Nicæni ſcripſerunt. Gratulamur tibi in hoc, gratulamur & nobis, quia hoc propoſito & hoc fide pollens noſtri dignatus es memi-

ad S. Gregorium epiſtola S. Euſebii Vercellenſis,

niſſe. Permanenti autem tibi in eadem confeſſione, & nullam cum hypocritis retinenti ſocietatem, noſtram tibi communicationem promitte: quibus potes, tractabis, quanto labore prævales, tranſgreſſores: objurga infideles, increpa, nihil metuens de regno ſeculari ut feciſti; quia potior eſt qui in nobis eſt, quam qui in hoc mundo. Nos vero tui Conſacerdotes, tertio laborantes exilio, hoc dicimus, quod manifeſtum eſſe putavimus: quoniam omnis ſpes Arioманitarum non in ſua [unitate aut legitimo] conſenſu ſed in protectione pendet regni ſecularis; ignorantes ſcriptum, quia maledicti ſunt, qui ſpem habent in homine: noſtrum autem adjutorium in nomine Domini, qui fecit cælum & terram. In paſſionibus perdurare cupimus, ut, ſecundum quod dictum eſt, in regno glorificari poſſimus. Dignare nobis ſcribere, quid malos corrigendo profeceris, vel quantos fratres aut ſtantes agnoveris aut ipſe monendo correxeris. Salutant te omnes, qui mecum ſunt, maxime Diaconus; ſimulque petunt, ut cunctos lateri tuo fideliter adhærentes, noſtro digneris obſequio ſalutare. *Hucuſque Euſebius ad Gregorium, ut apparet poſt Concilium Ariminenſe, adhuc vivente Conſtantio, anno* CCCLXI, *tertio Nonas Octobris, ſive ut alii tradunt, Novembris, in Cilicia defuncto: poſt cujus obitum ſub Iuliano S. Euſebius & paſſim alii Epiſcopi permiſſi ſunt ab exilio redire ad ſuas Eccleſias.*

D

in qua laudatur ejus conſtantia in fide:

Ier. 17, 5

E

4 *Garſias Loaiſa in Collectione Conciliorum Hiſpaniæ addit ſub finem tractatum Iſidori & Ildefonſi Epiſcoporum de Viris Illuſtribus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cui ſubjungit duodecim Vitas incerto auctore, quæ in Codice Ms. præponebantur dicto tractatui: harum ultima Vita eſt Marcellini Italiæ Presbyteri, qui inter alia ſcripta, de Oſio Cordubenſi Epiſcopo & S. Gregorio Eliberitano Epiſcopo varia narrat, quæ licet ab aliis, ut deinde dicemus, improbentur, hic tamen apponimus.* Nam poſt impiam, *inquit*, Oſii prævaricationem, dum S. Gregorius Eliberitanus Epiſcopus in Cordubenſi urbe, juxta Imperiale decretum fuiſſet adductus, ac minime vellet illi communicare, commotus Oſius dicit Clementino, Conſtantii Præfecti Vicario, ut mitteret eum in exilium. At ille, Non audeo, inquit, Epiſcopum in exilium mittere, niſi prius eum ab Epiſcopatu dejeceris. Ut autem vidit S. Gregorius, quod Oſius vellet ferre ſententiam, appellat Chriſtum totis fidei ſuæ viſceribus, exclamans ita: Chriſte Deus, qui venturus es judicare vivos & mortuos, ne patiaris hodie humanam proferri ſententiam, adverſus me minimum ſervum tuum, qui pro fide nominis tui, ut reus aſſiſtens, ſpectaculum factus ſum: ſed tu ipſe, quæſo in cauſa tua hodie judica, ipſe ſententiam proferre dignare per ultionem. Non ego quaſi metuens exilium fugere cupio, cum mihi pro tuo nomine nullum ſupplicium grave ſit: ſed ut multi prævaricationis errore liberentur, cum præſentem viderint ultionem. His dictis ecce repente Oſius, reſidens faſtu quaſi regalis imperii, cum ſententiam conaretur exprimere, os vertit, diſtorquens pariter & cervicem & de ſeſſu in terram eliditur, atque illico expiravit. Tunc admirantibus cunctis, etiam Clementinus ille Gentilis expavit: & licet eſſet judex, tamen timens ne in ſe ſimile judicium vindicaretur; proſtravit ſe ad pedes ſancti viri, obſecrans ut ſibi parceret, qui in eum divinæ legis ignoratione peccaſſet, & non tam proprio arbitrio, quam mandantis imperio. Inde eſt quod ſolus Gregorius vindicantium integram fidem neque in fugam verſus eſt, neque paſſus eſt exilium. Unuſquiſque enim timuit de illo ulterius iudicare. *Hæc ibi.*

traditur Oſius illi adverſarius,

F

ad ejus preces expiraſſe.

5 *Ipſe Iſidorus etiam ſuum librum de viris illuſtribus ab Oſio memorato auſpicatur, & eamdem hiſtoriam (addens,* ut ait quidam) *totam interſerit; ubi ad marginem iſta annotat*

A

annotat Garſias Loiaſa : Verum Athanaſius in epiſtola ad ſolitarios oppoſitum ſentit, & Auguſtinus contra epiſtolam Parmeniani cap. 4. quorum ſententiam amplectendam exiſtimo, eo quod Iſidorus ſecutus ſit Marcellinum, qui hæreſis labe infectus, hujus opinionis fuit primus auctor. *Ita Garſias, Verba Athanaſii ſunt iſta :* Tantam vim Conſtantius intulit ſeni Oſio, & ita eum arcte tenuit, ut afflictus aſtrictuſque malis, tandem ægreque cum Urſacio & Valente communicaret, ſed tamen ut contra Athanaſium non ſubſcriberet. Verum ne ita quidem eam rem pro levi habuit : moriturus enim, quaſi in teſtamento ſuo eorum vim proteſtatus eſt, & Arianam hæreſim condemnavit, vetuitque eam à quoquam probari aut recipi. *At S. Auguſtinus inter alia iſta habet* : Quod de Oſio dicunt, Cordubenſi quondam Catholico Epiſcopo, flagitandum eſt ut probent... Hoc enim magis credibile eſt (ſi tamen Oſius ab Hiſpanis damnatus, à Gallis eſt abſolutus) ſic fieri potuiſſe, ut falſis criminationibus Hiſpani circumventi, & callida inſidiarum fraude decepti, contra innocentem ferrent ſententiam ; & poſtea pacifice in humilitate Chriſtiana cederent ſententiæ, quibus illius innocentia comprobata eſt ; ne pervicaci & animoſa perverſitate, priores ſuas ſententias defendendo, in ſacrilegium ſchiſmatis, quod omnia ſcelera ſupergraditur, cæcitate impietatis irruerent. *Hæ ibi, quæ latius explicat Baronius ad annum 357 num. 31 & ſequentibus. Quomodo autem fuerint ſupra memoratus Fauſtinus & Marcellinus hæreſis labe infecti & Luciferianæ factionis ſigniferi, facilius probatur ex eorum libello, circa annum* CCCLXXXIV *oblato Imperatoribus Valentiniano, Theodoſio & Arcadio, adverſus Damaſum Papam pro Vrſicino Antipapa : quem libellum Iacobus Sirmondus vulgavit anno* MDCL.

ſed ex Athanaſio,

& Auguſtino improbatur,

B

6 *Tamajus Salazar in Martyrologio Hiſpanico celebrat diem natalem S. Gregorii, ediditque Vitam deſcriptam à R. P. F. Petro à S. Cæcilio, Ordinis B. Mariæ de Mercede Excalceato, qui novo modo conatur conciliare ſententias SS. Athanaſii, Auguſtini & aliorum, cum encomio in Vita Marcellini & Oſii ante indicato, quaſi viſus ſit* Oſius illico expiraſſe : ſed adhuc vitalis fomitis ſpem halitus, licet brevis, in corpore protrahebat ; & ut creditur poſt animi paralipſim evocatus ad ſenſus, inſtante Præſule Illiberitano, ad pœnitentiæ ſecundam tabulam poſt defectionis naufragium accedens, ad æternæ vitæ portum emendatus, ſuccurrente Chriſti ſanguine, pervenit. *Hæc ibi : quæ optaremus ex antiquo ſcripto confirmari. Alias dictus Petrus à S. Cæcilio eamdem hic obtinet fidem, quam in reliquis Actis hic productis, dum ſtatuit duos Illiberitanos fuiſſe Epiſcopos, Gregorii nomine appellatos : & inter utrumque interponit S. Auguſtalem ex Chronico Pſeudo-dextri : cum is fuerit Epiſcopus Galliæ, qui Concilio Arauſicano I interfuit anno* CCCCXLI ; *& ad quem alioſque Galliarum Epiſcopos ſcripſit S. Leo Papa de controverſia inter Viennenſis & Arelatenſis Eccleſiæ Antiſtites, de provinciæ diviſione, & de electione & conſecratione Ravennii Epiſcopi Arelatenſis : qui licet in antiquiſſimis Martyrologiis S. Hieronymi, Rabani & aliorum adſcribatur Arelati urbi, non tamen ut Epiſcopus dictæ urbis, ſed qui ibidem potuit mortuus eſſe & miraculis claruiſſe. Floruit S. Gregorius Epiſcopus Illiberitanus de quo agimus, ſeculo Chriſti quarto, & anno* CCCLIX *interfuit Concilio Ariminenſi. anno autem* CCCXCII, *teſte S. Hieronymo, adhuc ſupererat, mortuus ſaltem ante finem dicti ſeculi, ſi Serenas (qui interfuit Concilio primo Toletano anno* CCCC) *fuerit Epiſcopus Illiberitanus ; quod Petrus à S. Cæcilio, Tamajus & alii tradunt.*

an Oſius quaſi revixerit ad pœnitentiam,

& ob S. Auguſtalem ſit duplex Gregorius ſtatuendus ?

C

7 Prodiit anno MDCLXVIII in Hiſpania duobus tomis novum quoddam monſtrum (*his enim verbis utitur, tunc ad nos ſcribens, antiquitatis veræ experientiſſimus, Gaſpar Ibañez de Segovia Peralta, Agripolitanus Marchio*) ſub nomine Auberti Hiſpalenſis, cum Notis Fr. Gregorii de Argaiz ; qui infinitas novi figmenti ineptias tam ſecuro tranſilit pede, quaſi non repugnarent toti Hiſtoriæ eccleſiaſticæ : & principio operis proponit quoddam Martyrologium ſub nomine Gregorii Bætici conſarcinatum. *In eo ſuis nominibus exprimuntur circiter centum octoginta paſſi, ut præfert titulus, in Hiſpania, præter alios anonymos alias certo alias nullo numero definitos, qui ſub cruenta Diocletiani & Maximiani perſecutione ſuo ſanguine illuſtraverint plura quam centum triginta loca diverſa, ſuis itidem nominibus expreſſa : in quorum locorum nominibus illuſtrandis totam fere operam ponens commentator, ipſoſmet de quibus præcipua quæſtio eſt agnoſcit omnes, paucis exceptis, ignotos prorſus eſſe civibus ſuis, & ad omnium veritatem comprobandam ſatis eſſe putat, quod bona eorum pars in Dexteri vel Auberti prætenſis Chronicis nominentur. Sed factum bene quod novi iſtius Martyrologii figulus, non curaverit niſi pauciſſimis diem addere, quo credi voluit Martyrio coronatos : per hoc enim exemit nobis ſolicitudinem de ſuis fabulis convincendis, quæ nullo certo loco operis noſtri deberent attingi. Neque tamen alia convictione opus eſt, quam quod ea pro majori parte nullum habeant fulcimentum niſi paris aut etiam evidentioris impoſturæ ſcriptæ : de quibus tanto minor nobis cura eſt, quanto acriores vindices, etiam in ipſa Hiſpania, veritas reperit.*

D

8 *Etenim eccleſiaſticæ hiſtoriæ confuſio ingens, & Sanctorum Hiſpanicorum cultus, per Dextrinorum figmentorum aſſertores mendaciis intolerandis deturpatus, non potuit non movere ipſos etiam Hiſpanos, ut ad patriæ ſuæ, fabuloſis laudibus nequaquam egentis, defenſionem calamos ſtringerent ; & noſtrum de Pſeudo-dextro ſequacibuſque judicium, ſingulas falſitates enucleatius perſequendo, comprobarent. Quare nihil movemur cenſura Argaizii ſic de nobis ſcribentis :* Quia non dant ullam efficacem rationem, quæ illos cogat Dexterum rejicere, declarant non hiſtoricos, non chronologos ſeſe eſſe ; ſed meros collectores Vitarum, quales invenerunt ſcriptas, ipſiſque ſubmiſerunt ex Hiſpania Hiſpani, ex Italia Itali : ideoque eos non admittimus in eorum numero, de quibus refutandis debeamus eſſe ſoliciti. Quippe aliud ſtudium non habentes, propter puſillanimitatem ſuam, quam laborare in expurgandis accidentalibus mendis, quibus dictas Vitas inquinavit exigua diligentia librariorum, ipſas ex Gothica littera tranſcribentium ; hoc ſolum prætendunt contra Dexterum, quod fideliter copiatus non ſit. *Ita ille, cujus Hiſpanicam dictionem,* copiado, *lubuit aptare linguæ Latinæ, quo appareret nec hanc quidem linguam ſatis notam ei fuiſſe, ut noſtros libros intelligeret : nam qua alias fronte auſus fuiſſet verba noſtra Latina ſuis Hiſpanicis admiſcere,* Nec ea fide eſſe ſcriptum ut ejus auctoritate ſtare cogamur ? *Videat ipſe, utrum qui jam quinque grandia volumina, lingua Hiſpana vulgavit, indignam ſe judicet* ſcriptoris *gradu ; malitque detrudi ad ſubſellia* copiſtarum. *Dico ſolœciſmo Hiſpano* copiſtarum ; *ne ſi Latine iterum loquar, & cum Cicerone dicam* librariorum, *ipſe Hiſpaniçæ linguæ pene ſoli aſſuetus, in qua* librero *notat* Bibliopolam, *rurſum male intelligat. Nos, quibus non vacabat in Præfatione ad Februarium aliter quam ſummatim proponere cur Chronica, recens producta, arbitraremur falſo adſcripta Dextro aliiſque magnis auctoribus ; de priori diximus, Dexterum, filium Paciani, viri* eloquentiæ caſtigatæ & ſermone clari (*ut Hieronymi de eo verbis utar*) *Ciceronianæ autem lectioni uſque adeo deditum, ut ad eum dicat Hieronymus,* Cicero tuus ; *diximus, inquam, hunc talem Dextrum tam barbare ſcripturum numquam fuiſſe. Deinde diximus virum gravem qualemcumque non fuiſſe Hiſpaniæ adſcripturum quotquot vel leviſſimo indicio arripere poſſet, inque Sanctorum claſſem redacturum, de quibus ambigi poſſet an fuerint Chriſtiani (hoc autem in prætenſo Dextri chronico fieri ſuis ubique demonſtratur locis) neque pro Conſulibus Romanis aut Æra Hiſpanica*

AUCTORE G. H. *An ſcripſerit Martyrologium nuper cum Pſeudo-Auberto Hiſpalenſi vulgatum,*

ab homine temerario, eaque damnante

quæ nec intelligere potuit ;

E

F

AUCTORE G. H.

nica numeraturum fuiſſe annos ab ortu Chriſti & quidem inſcite. His porro dictis permiſimus, haberent *Hiſpani* chronicon iſtud quo vellent loco, nobis neque Dextri omnimodam Hiſtoriam videri (*cujus ſolius meminit Hieronymus & pro qua inſulſa iſta farrago obtruditur*) neque ſcriptum ea fide, *id eſt, ea judicii maturitate, auctorum delectu, examinandæ veritatis diligentia, fabularum & rumuſculorum cautela (hæc enim omnia fidem ſcripori conciliant, longe aliam quam quæ à librario ſeu copiſta exigitur)* ut ejus auctoritati ſtare cogeremur. *Sed dimittamus hominem pugnantem cum larvis, quales ſibi ipſe finxit, cum titulum operis noſtri & nomina primum legit apud adverſarium ſuum, ſola illa quæ dixi verba noſtra allegantem; quia ſcilicet non hoc agebat, ut iis quæ alios movebant argumentis tranſcribendis impleret diſcurſum, quem cupiebat eſſe brevem; ſed ut oſtenderet plures eſſe qui ſecum ſentiunt prætenſum Dextri chronicon neque Dextri eſſe, neque omnino ullius fide digni ſcriptoris; aliis vero relinquens curam legendi auctores vulgo notos, & per ſe diſcendi quæ unumquemque eorum moverint rationes. Legatur noſter, non dico Martius aut hic Aprilis, in quibus liberiori manu integra mendaciorum plauſtra ſubvertimus ad ſingulos fere dies, ſed vel ille ipſe Februarius, in quo remiſſius egiſſe videmur: & inveniet cenſuram noſtram non uno loco, evidenti figmentorum objectorum convictione, probatam. Vtrum autem inter Hiſtoricos aut Chronologos nomen aliquod mereamur, & an ſimus meri collectores Vitarum, certius poterit dijudicare, cum dignabitur opera noſtra per ſeipſum cognoſcere & explorare propius. Nos certe cavimus ne prius ejus cenſura reſponderemus aliquid, quam opera ex Hiſpania acceſſemus.* D

nec ſaltem legere curavit.

DE SANCTA ELISABETHA

G.H.

VIRGINE THAVMATVRGA APVD GRÆCOS.

XXIV APRILIS. B

Olennis admodum eſt memoria ſanctiſſimæ hujus Thaumaturgæ Virginis apud Græcos, in omnibus plane libris ritualibus, Menologiis, Anthologiis & Menæis. Ex his antiquiſſimum cenſetur Menologium, juſſu Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris ſeculo Chriſti decimo propoſitum, in quo hæc continentur, proculdubio deſumpta ex Actis olim conſcriptis, quæ necdum licuit videre: Eadem die XXIV *Aprilis* memoria S. Eliſabethæ Thaumaturgæ. Sancta & Thaumaturgo, id eſt, miraculorum operatrix, Eliſabeth, ab ipſa infantia Sanctorum Patrum doctrinæ obſecuta, ſeipſam rerum divinarum meditationi addixit: ex quo ſcilicet tempore accepta virtute medendi, morbos cujuſcumque generis curabat. Pauperibus etiam patrocinata eſt, viduas adjuvit, pupillis alimenta erogavit, eos qui injurias patiebantur, ab iis qui contumeliis ipſos afficiebant, liberavit. Omni etiam anni tempore una dumtaxat veſte induta, plures præ frigore ærumnas ſuſtinuit, ac divino interim ſpiritu fervebat. Toto vitæ ſpatio corpus ſuum aqua numquam abluit; ac ut magnus olim Moſes quadraginta diebus, nihil prorſus guſtans, jejunavit. Trium annorum ſpatio mentis quidem acie Deum in cælo intuita eſt, corporeis vero oculis cælum non aſpexit. Pane non veſcebatur, aliquando etiam ne quidem oleum ſumebat: atque ita cum vixiſſet & innumera miracula patraſſet, in Domino obdormivit. *Hæc ibi.*

Elogium ex Menologio Baſilii imperat.

C

2 *Alia his non abſimilia continentur in Menæis manu exaratis & excuſis, in Ms. Synaxario Pariſienſi collegii Claromontani, in Anthologio cum approbatione Clementis Papæ* VIII *per Antonium Arcudium vulgato, & in Vitis Sanctorũ Græce à Maximo Epiſcopo Cytherorum conſcriptis: & hæc in dictis libris traduntur.* Die XXIV Aprilis. Sanctæ Matris noſtræ Eliſabethæ Thaumaturgæ. Hæc in tenero corpuſculo religioſæ diſciplinæ & laboribus ſe ſubjecit, & à Chriſto ſanandi alios gratiam accepit: unde & omnis generis morbos curavit. Natalis hujus per divinam revelationem oſtenſus eſt: illamque fore vas electionis ante denuntiatum fuit. Vixit unica veſte induta, frigoris & glaciei rigore tremiſcens: corpus ſuum per omne vitæ tempus aqua numquam abluit. Quadraginta omnino dies jejuna tranſegit: tribus annis mente in Deum de-

& ex aliis Græcis,

fixa, oculis corporeis cælum numquam nec ejus pulchritudinem nec magnitudinem contemplata. Serpentem maximum ac terribilem oratione interemit. Panem pluribus annis non ſuſcepit, & olei ne minimum quidem guſtavit, ac calceis pedes non munivit. His virtutibus Deo gratiſſima effulſit, ac tandem in Domino requievit. In hodiernum uſque diem multis miraculis claret, quando cum fide ad ejus reliquias accedentibus gratiam exhibet curationum. Nam pulvis ex ejus tumulo acceptus, omnes morbos depellit. *Hactenus illud elogium. In Menæis officium divinum in hymnis & odis peragitur de ſanctis ejus virtutibus & miraculis, ex quibus iſta pauca excerpimus.* E

Virtutes in Odis & hymnis expreſſæ.

3 Revelatio divina ante ejus conceptionem matri ejus facta eſt, quod filiam eſſet paritura, divino ſpiritui virtutum exercitatione caram. Ipſa virgineis ſplendens gratiarum chariſmatis, puriſſimo Verbo æterno deſponſata, cæleſtes thalamos quæſivit, ſponſa electa Omnipotentis & per ſuam virginitatem facta Dei templum. Habuit rectam in anima conſcientiam, humilitatem & divinam manſuetudinem, fidem abſque fictione ſinceram, & cum ſpe divinam caritatem; ſolita nocturnis precibus ad Deum accedere, ideoque ſplendore illuminata vehementiſſimo, religioſas habuit mulieres, ipſa Mater veneranda, virtutum imitatrices. Curavit animarum & corporum morbos, exſiccavit peccatorum flumina, lacrymarum ſuarum effuſione; & ſanguinis fluxum diuturnum gratia ſingulari ceſſare fecit: dæmones expulit ejuſque machinas omnes divina virtute contrivit. Serpentem terribilem precibus occidit, tradiditque beſtiis & avibus feris devorandum. Mirabilis in jejunio & abſtinentia omni. Mirabilis etiam poſt ſepulturam, cum etiam pulvis reliquiarum cæcis viſum reſtituerit, & plurimis claruerit miraculis. *Hæc ibi. Dolemus nuſquam exprimi tempus vitæ & palæſtram virtutum; quæ videtur Conſtantinopolitanum aliquod monaſterium fuiſſe.* F

Cultus apud Latinos & Ægyptios.

4 *E Latinis S. Eliſabetham hanc Thaumaturgam celebrant Molanus in Auctario Vſuardi, Ferrarius in Catalogo generali, Arturus du Monſtier in ſacro Gynæceo, & ad ſequentem diem Laherius in Menologio Virginum. Celebratur etiam in Martyrologio Arabo-Ægyptiaco à Gratia Simonio tranſlato* memoria Matris Eliſabeth Thaumaturgæ.

DE

DE SANCTO DEODATO,

ABBATE BLESIS IN GALLIA.

G.H.

SECUL. VI.

In agro Bleſenſi,

S. Deodati eccleſia,

Leſo ſeu Bleſium, *urbs Galliæ ad Ligerim fluvium, inter Aurelianenſem & Turonenſem civitates, ſed in diœceſi Carnotenſi, inter Sanctos ſui territorii habet* Deodatum Abbatem; *qui vixit & mortuus eſt in monaſterio à ſe conſtructo ad Ligerim, Bleſas inter & Baugencium, in loco ab illo etiamnum denominato* parœchia S. Deodati, *vulgo* Curé de Sainct Dieu-donné, *& per abbreviationem* Sainct Dié: *cujus eccleſiæ beneficia confert Abbas monaſterii Pontilevienſis, in eodem agro Bleſenſi anno* MXXXV *conſtructi: Huic enim ſubditus eſt Prioratus S. Deodati ex monaſterio factus. Vixiſſe traditur S. Deodatus temporibus Chlodovei primi Francorum Regis ac filiorum ejus: & poſt obitum miraculis clarus honoratus eſt eccleſia ſuo nomini dicata; quæ cum à Normannis temporibus Caroli Calvi ſeculo nono eſſet deſtructa, iterum pulchrà cum diſpoſitione à fundamentis eſt ædificata.*

ſub Carolo Calvo reſtaurata.

Acta duplicia dantur ex MSS.

B

2 *Quæ primo conſcripta fuerunt Acta rerum geſtarum, videntur etiam periiſſe; poſtmodum de novo conſcripta ſunt alia, & quidem triplicia. Ex his damus primo loco, quæ nobis olim Rotomago fuerunt ſubmiſſa à Ioanne Wallon, è Societate noſtra: & videntur ea aliorum compendium eſſe, ſed ſatis dilucidum. Alia Acta majora ſubjungimus, quæ ipſi deſcripſimus ex Sereniſſimæ Chriſtinæ Reginæ Sueciæ Codice Membranaceo, ſub numero* 1286: *& hæc abunde ſufficiunt. Alia Pariſiis ſubmiſit Iacobus de Saulcon, etiam Societatis noſtra Sacerdos: ſed ea ſatis tetrico ſtylo exarata ſunt, &*

Alia omittuntur.

tranſcripta ex antiquo codice Eccleſiæ S. Deodati diligenter collata cum autographo, uti ſubſcribit Patricius à S. Deodato Presbyter Capucinus: *quæ ab hoc ſubmiſſa habuit Philippus Labbe, & ratus non eſſe integra danda, excerpſit* Elogium, *à ſe editum in Collectione rerum Aquitanicarum tomo ſecundo Novæ bibliothecæ Manuſcriptorum librorum pag.* 365. *Monet Patricius in iiſdem archivis haberi,* Ludovicum XI Franciæ Regem, perlecta S. Deodati Vita, capſam argenteam auro illuſam, ſacris ejus lipſanis contegendis, dono obtuliſſe: quam Calvinianæ harpyiæ, ſub finem ſuperioris ſeculi, magno incolarum dolore diripuerunt.

Reliquiæ capſæ argenteæ incluſæ.

Memoria in faſtis,

3 *Sacra memoria* S. Deodati Abbatis Bleſis *inſcripta eſt Martyrologio Bellini, aucto & Pariſiis ſub annum* MDXXI *excuſo. Eadem accuratius leguntur in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* MCCCCXC *impreſſo, & in Auctario Greveni ad Vſuardum his verbis:* In territorio Bleſenſi natale S. Deodati Abbatis & Levitæ. *Secuti ſunt Molanus, Canisius, Sauſſajus, Ferrarius; & in Martyrologiis monaſticis Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus. At Ioannes Mabillon ſeculo* I, *Benedictino rejecit eum in Indicem Sanctorum Prætermiſſorum.*

C

& Aliis S. Phaletri.

4 *Edidit memoratus Philippus Labbe Vitam S. Phaletri Confeſſoris, in qua pag.* 437, *iſta leguntur:* Phaletrus in loco, qui dicitur Corobryas, circa fines Bituricos, conſtruxit tuguriolum cum ſacello, aſſociatiſque ſibi Deodato & aliis probis viris, in omni tempore vitæ ſuæ in orationibus, in jejuniis & vigiliis Deo & B. Mariæ fideliter deſervivit, *& paulo poſt:* Cognoſcens vir beatus finem migrationis ſuæ imminere, Deodato Præpoſito ſuo & ceteris fratribus ſuis vocatis, præcepit ut corpus ſuum in tuguriolo ſuo ſepulturæ traderent. *Hæc in dictis Actis, ſed parum probabilibus, ob plurima menda, quibus ſcatent. Ibi enim dicitur Phaletrus egiſſe Romæ cum Stephano Papa, Diaconus creatus à Cuthberto Epiſcopo Lemovicenſi, exceptus ab Oſio Agennenſi Epiſcopo, & Dionyſio Claromontano, quorum nomina inter dictos Epiſcopos nuſquam extant, neque ullus Stephanus Papa ſeculo quarto, quinto, ſexto, aut ſeptimo vixit. Nihilo magis quam* S. Phaletrus, *ad chronologiam S. Deodati illuſtrandam, iuvare nos poteſt* S. Baudomirus Sacerdos Carnotenſis, *qui S. Deodato Dux fuit ad eremum: de hoc enim omnino nihil compertum habemus: nam qui* XXVII *Februarii colitur* S. Baldomerus *Eccleſiæ Lugdunenſis Subdiaconus fuit, atque adeo diverſus plane eſt. Solus ergo nobis relinquitur Chlodovæus* I, *in hac vita memoratus, non ſine errore infra indicando: qui ſicut auctori, hiſtoriæ veteris inexperto, obrepſit; ita eidem obrepere potuit, ut famoſiori adhærens nomini Chlodovæum primum acciperet pro ſecundo: atque adeo nec ipſe quidem ſatis certum nobis præbet fundamentum, ad S. Deodatum ſeculo* VI *adſcribendum: quod tamen facimus quamdiu melior auctoritas deficit.*

Aliæ Pariſiis ſubmiſit Iacobus de Saulcon, etiam Societatis noſtra Sacerdos: ſed ea ſatis tetrico ſtylo exarata ſunt, &

VITÆ COMPENDIVM,

Ex codice MS. Rotomago ſubmiſſum.

1 BEatus Deodatus Biturigiæ natus & educatus eſt: à teneris annis virtutem coluit mira quadam animi propenſione. Ut exceſſit ex ephebis monaſticam vitam, cujus æſtuabat deſiderio, amplexus eſt. B. Phaletrus tunc temporis Iccium, maximi nominis monaſterium, regebat. Hunc optimæ indolis adoleſcens adit: ejuſque ſe curæ ac fidei committit. Vix dicas quantos progreſſus in virtute paucorum menſium intervallo fecerit. Mirabatur Abbas generoſos ardentis juvenis animos, nec poterat ſe ab illius laudibus abſtinere. Hinc pudenda perverſorum Fratrum enata invidia, hinc immanis odii ſuccrevit ſeminarium: unde ſic vexatus eſt, ut juxta præceptum Euangelicum è civitate & loco, ubi eum ſui perſequebantur, fugere coactus ſit.

Biturix,

E

in Iccio monaſterio ſub S. Phaletro degit:

Matt. 10, 23

2 Obtenta igitur ab Abbate licentia, duce Baudomiro Sacerdote diœceſis Carnotenſis, qui paucis ante diebus ad hoc monaſterium venerat, fugam noctu arripuit. Tanta celeritate iter ſuum confecerunt, ut Biturigis ad eam ſolitudinem, quæ nunc S. Deodati nomine nuncupatur, unica nocte pervenerint. Videns ergo S. Deodatus hanc eremum ſuis aptiſſimam uſibus fore, fuſis ad Deum precibus grandem draconem, qui frequenter illic videbatur, fugavit; ac poſtea cellulam ſibi ædificavit, ubi religioſiſſime vivens, totam regionem virtutum ſuarum odore conſperſit, miraculorumque radiis illuſtravit.

cum Baudomiro fugit in agrum Bleſenſem:

F

3 Tam multis ſignorum prodigiis refulſerat, ut illorum fama longe lateque diffuſa ad aures Clodovæi Regis, qui forte tunc erat Vindocini, pervenerit. Is maxima videndi ſanctiſſimi hominis cupiditate ſuccenſus, ad eum ſe contulit: & profectionem, quam contra Gothos ſuſcipiebat, enixe commendavit. Quæ profectio adverſus hoſtes cum feliciter ſucceſſiſſet, ratus optimus Rex proſpero exitu cumulatam fuiſſe meritis ſanctiſſimi viri illius, qui victoriam ei fuerat pollicitus; ad eum, poſtquam illam reportavit, ſe contulit; gratias egit, ac etiam retulit. Ager erat ampliſſimus, habitationis ſancti eremicolæ conterminus, qui ad illius ſuſtentationem videbatur percommodus: quem illi regia liberalitate attribuit, ſigillo ſuo largitione communita. Adjecit præterea libras auri viginti ſex, argentique totidem; ut haberet unde pauperes, & eos qui ſe ei tradidiſſent erudiendos, aleret. Quibus rite perfectis, ad B. Remigium adiit, & ſacrum baptiſma ſuſcepit.

inviſitur à Chlodovæo Rege:

ampliſſimis mœnaribus dotatur:

4 Beatus vero Deodatus in ſua remanſit ſolitu-

EX MS. dine, ubi aſſiduis vacans orationibus, jejuniis & vigiliis inſiſtens, omni virtutum ſtudio incumbens, tantam de ſe ſanctitatis opinionem concitavit, ut ad ſe quam plurimos pellexerit, qui ſe ſuæ diſcipinæ commiſiſſent. Brevi quadraginta diſcipulos habuit, quos monaſticis inſtitutionibus erudivit. Æger omnis qui de cibo, quem benedicebat, comedebat; morbo, quo detinebatur, liberabatur. Cæcis viſum præbuit, ſurdis auditum, leproſis ſanitatem, debilibus greſſum, dæmones ejecit de corporibus, mortuum ſuſcitavit, humilitatem ſumme coluit: unde effectum eſt, ut Diaconus adduci numquam potuerit, ut Sacerdotium ſuſciperet, quod Abbatis muneri maxime conveniſſet.

præſt 40 monachis:

claret miraculis:

Moribundus ſuos adhortatur,

5 Jam vero multos annos eum vitæ curſum tenuerat, quem omnium virtutum gloria, copiaque commendabat, cum placuit omnipotenti Deo eum ad ſe evocare. Quod ille præſentiens, divino lumine illuſtratus, ſuos ſic filios ad virtutem eſt adhortatus: Cariſſimi, tempus reſolutionis meæ inſtat: mementote eorum, quæ vos olim docui: frequenter cogitate, quid à vobis exigat vitæ quam injviſtis ratio Chriſti arma ſumpſiſtis, in ejus verba juraſtis: ſtate ergo, Fratres, & pugnate pro eo contra antiquum ſerpentem. Eſtote ſuccincti lumbos in caſtitate: pacem inter vos & dilectionem habete; orationibus & jejuniis incumbite: poſtquam anima deceſſerit corpore ſuo, illud terræ mandate. Ingraveſcente indies morbo, viatico muniri poſtulavit: quod hora una ante exitum uſurpavit, atque inter preces animam Deo reddidit.

B

viatico munitus obit:

6 Poſt mortem ejus facies vividum colorem retinuit, mira ſuavitas ex ejus membris emanavit. Corpus ejus terræ mandatum eſt maxima pompa, confluente eo ex vicinis pagis maxima hominum multitudine. Poſt exequias cuculla, tunica, palliolum, & cetera veſtimenta diviſa ſunt, & in multitudine diſtributa. Quæ cum morbis adhiberentur, & recta valetudo ſequeretur; magna veneratione cœptus eſt honorari, ejuſque ſepulchrum frequentari. Cumque ibi multa fierent miracula, ab accolis ſuper tumulo eccleſia extructa eſt: quæ multos poſt annos in cineres redacta eſt, propter bellorum turbines, quibus vaſtata eſt regio. Hinc dies obitus Deodati latuit diu; ſed tandem Blodeſindo monacho revelatum fuit, contigiſſe octavo Kalend. Maii. Sub Carolo autem, Ludovici Auguſti filio, Aurelianus Abbas, Magnatum adjutus eleemoſynis, baſilicam à fundamentis reſtauravit.

ibi miracula

eccleſia conſtructa,

C

ſub Carolo Calvo reſtauratur.

ALIA VITA.

Ex MS. Codice Sereniſſimæ Chriſtinæ Reginæ Sueciæ.

In urbe Bituricenſi illuſtri,

1 TItulo nobiliori oppidum Bituricum præ ceteris Aquitanicis urbibus olim nitere, loci ſitus digniſſimus, Conſulum honeſtas præcellâ, locatoque milite pervalida, novit altiſſime prætendere: ubi ſcilicet & valitudo reſiſtendi contra adverſa, atque ſcientia magnanimos ad felicia quæque erigens, conſuevit conſtantiſſime pollere. Cujus roboris magnitudo, licet bacchatione dæmonica, nondum veritate mundo rutilante, miſerabiliter illuderetur; tamen divina diſpenſatio generi humano, ut ſubventum prætulit, non ſegnius inibi eſt agnita. Floride namque granum fidei excipiens, grata ſubito excreſcere ſtuduit ſeges, omniſque regio rore madens divino aſſurgit, ubertim cellulis Sanctorum mellifluis ſtipat a.

2 Enituit denique, propter mœnia urbis, quoddam Dei ſervorum cœnobium, *a* Iccium vocatum, quod ſanctitate *b* B. Phaletri lucidabatur; ex cujus ſacro nutrimine puer inſignis pullulat Deodatus, qui normam ſanctæ converſationis paulatim, aureo fulgens nitore, ut fragrantiſſima cypreſſus ſui nominis laudabiliter cunctis miſcuit rimationem. Qui ſanctus Deodatus à B. Faletro Abbate feliciter educatus, miro modo in brevi virtutum culmine claruit ſublimatus. Veri videlicet Agni vellere obſitus renitebat, manſuetudine fulgidus, animæ puritate præclarus, obedientia devotus, fide cautus perfecta, ſanctæ ſpei ardore fervidus, caritate mirificus, operi divino aſſiduus, vigiliis promptus, jejuniis frequens, amore ſemper cæleſti ſuccenſus. Enimvero monti pinguiſſimo omni niſu collum mentis extendens, flores vivificos ore decerpens, datus eſt nobis à Deo omnibus imitabilibus virtutibus redolens.

D

a b & Iccio monaſterio ſub S. Phaletro,

S. Deodatus effulſit:

3 Invidus vero zabulus, fervidum Dei ſervum bonis placere perſpiciens, & triticum vertere peroptans in lolium, unde multi ſanctiora gaudebant appetere, triſtiora propagare ſatagebat. Conabatur nempe verſutiſſimus anguis, quatenus aliquibus Fratribus ejus diſpliceret religioſitas, ſicuti quondam Phariſæis Domini edulium atque Joannis jejunium. Verum ſeditionis molitione oriente, vir Deo plenus, cujus animi interna ſancti Spiritus ſerenitas inradiabat, illorum magis paſſioni quam ſuæ moleſtiæ condoluit; & mali pertinacia diſcrimen ne pareret dolendum, coruſcans in eo benignitas, conſortium illorum malignum, pie cogitabat omittendum. Ecce autem cum inde modeſta cogitatio ageretur, divinum intervenit auxilium. Accidit igitur ad iam dictum cœnobium venerabilis Dei Sacerdotis Baudomiri adventus, qui cunctorum allocutionibus applaudens, memorabilis viri Dei Deodati, ultra quam oſtendi fas ſit, familiaritati inhæſit. Placide ergo B. Deodatus illum adorſus alloqui, ſermocinationibus miſcuit interrogationem, quanam ex parte generoſitas eum dediſſet. At S. Baudomirus, piæ ſciſcitationi moderatum reddens oraculum, retulit ſe in pago Bleſenſi fuiſſe natum, nutritum, atque divino cultui ſub ditione Carnotenſis Pontificis mancipatum. Et cum, ſancto flagrante deſiderio, arctioris vitæ meditationem impreſſiſſet; didicit homo Dei Deodatus ab eo, in præfato eſſe pago ſolitudinis locum quietum, ſed dracone immaniſſimo, ibi hominibus pecudibuſque ſtragem audaciter ingerente, acceſſu cujuſcumque animantis delituiſſe. Claritate exinde mentis perfuſa facie, perpendens ſe Dei fultum præſidio levius poſſe diabolum cum ſuo præſtigio devincere, quam pravorum edita tortis buccis ſoporare; Vellem, ait, talem procedere ad congreſſionem, ſi non carcere hujus detinerer monaſterii.

invidia aliorum ſubiectus,

E

4 Itaque conamine ſagaci, Patris obtentis permiſſionem, ſub noctis quiete, tunica cilicina contectus, cuculla pallioloque ſuperindutus, roboratus miti onere codicis regulæ, exeſa jejuniis membra rectione bacilli impellens, nullo ſuſtentante vehiculo, hymnis tantum cum ſocietate benigni Baudomeri intentiſſime fruens, incitatiſſimo, ut ita dicam non greſſu ſed pennæ volatu, ut fertur, ſexaginta millia [emenſi] pedibus, ſuum iter mirificaverunt, nimirum impleto in eis vaticinio Prophetæ dicentis: Qui ſperant in Domino, aſſument fortitudinem, current & non deficient, ambulabunt & non laborabunt. Tali ergo niſi labore, ante lucis exordium, devenerunt ad locum. Beato autem Baudomiro cum pacis munere ad propria ſecedente, Chriſti tiruncu-lus Deodatus, quaſi gladio crucis ſcutoque fidei tectus, locum ingreſſus optimum, ubi gemitus altos reddidit in cælum, lue expurgat horrenda. Quo facto Dominum Deum collaudans, innocens & pius Deoda-

obtenta facultate,

eo abit:

Iſ. 40, 31

diſceſſum meditatur:

à Baudomiro ſibi familiari edocetur

in pago Bleſenſi aptam ſolitudinem eſſe,

F

cellulam conſtruit.

A Deodatus, memorans illud Apoſtoli, Cum venerit
1. Cor. 13, 10 quod perfectum eſt, evacuabitur quod ex parte eſt, continuo deſuper antrum evacuatum malo, cellula frondibus in quadrum extructa, in laudibus divinis
& pie ſolitarius degit. ſolitarius habebatur in ea; & de ſpelunca dæmonum, facta eſt domus orationum, ſicque favente Domino, operante ſervo Dei Deodato, ubi abundavit nequitia, ſuperabundavit gratia.

c 5 Hac tempeſtate c Gothi adverſus Germaniam rebellionis bella promovebant: quo tempore Clodoveus, regimine ſacer Francorum, ſtrenuuſque bellorum tropheis, & victoria obtinenda nulli mortalium ſecundus, jubet vaſis bellorum inſtrui gentem
à Chlodoveo Rege inviſitur, Francorum; &, ut decebat, dux prævius, ut ſingulos cohortaretur ad defenſionem patriæ procedere, donis libertatibuſque dulciſono roborabat elogio: eaque actione Bleſum dum devenirent ad caſtrum, ſtipante Domini gratia, multorum laudibus virtutes B. Deodati aures Regis excipiunt. Examinans itaque prudens Rex ſolertius rem compertam, diſcenſque talem virum ſub divo ſolitarium manere, atque edulio exigui panis carnea vegetare membra; licet nondum fuiſſet ſacro regeneratus baptiſmate, ſed
d tantum à d S. Solenni Epiſcopo Catechizatus exiB ſteret, religioſum aſpectum perſpicere deſiderans S. Deodati, pergit ad eum inviſendum. Ex viſu ergo cognoſcens meritum, de vultu ejus Angelico vere intelligit Dei ſervum. Videres interea quomodo regiis indumentis comptus glorioſiſſimus Princeps,
rogatus pro eo preces fundere, ante pauperculum & peregrinum pronus benedictionum ſeu orationum illius implorabat auxilium; ut contra indomitam nationem per interceſſionem ejus celebrem Altichroni protegeretur clypeo. Meretur tandem mitiſſimus Rex audire Chriſti militem dicentem; non poſſe manus, horrido & idolatrico cruore ſqualentes, purificatas baptiſmate ſuperare. Tunc avidiſſime pollicitus eſt Rex, ut ſi ſuperno jutus ſolamine victor remearet, feſtinanter & indubitanter à S. Remigio, Remenſis urbis Archiepiſcopo, baptiſmi perciperet ſacramentum. Ad hæc ſe-
addicit victoriam, reno aſpectu beatus intulit Heros: Ego ſpondeo tibi in nomine Domini, victoriam te tripudianter adepturum; tu tanto potitus triumpho, vide ne immemor eſſe videaris promiſſorum. Tunc digniſſimus Princeps, benedictione ſimulque hortamine Sancti roboratus, fide multiplici vallatus, cogens exercitum ac prima juga ipſe ſignifer agminum appetens, non
mox ſecutam: parvam ſtragem hoſtium dedit. Reaccenſi deinde
C Gothi animoſitate acerrima contra Francos, inſtantius prætulere bellum: indeque ſenſerunt ferocitatem ſuam nimiam, qua in diverſas multimode induerant nationes, Francorum gladio ad internecionem dejici. Regreſſus autem glorioſus Chlodoveus Rex, obtento prædicabili triumpho, ut viciſſitudinem
ab eo donatur agro & pecunia, victoriæ collatæ ſe reddere oſtenderet, regio præcepto agellum, cellulæ viri Dei contiguum, per terminum ampliſſimum ei confirmavit, ac magnificentia amplioris muneris donavit viginti ſex pondera auri argentique, unde ſuppleret ad exemplum ſanctæ vitæ venientes. Sic demum felix Princeps, gratanter adimplens promiſſa, regeneratus eſt cum primis Francorum vivo fonte, agente inclyto confeſſore Remenſi Archiepiſcopo.

6 Munere vero collato vir ſanctus Deodatus, non elato ſupercilio in aliquo motus eſt; ſed potius deſpecto mundo, ejus quaſi proſpera deridens, ad imitationem permanentis vitæ currentes pio amore amplectens, imitabilique greſſu præiens, ope fideli
annù 40 ibi dure vixit, abundantiſſime fulciebatur. Mirabili quoque cruciatu bonis ſe exercens operibus ſummopere extollendus Deodatus, duro labore ferme annis quadraginta dimicavit contra milleformem diabolum invictus,

agonem martyrii carnaliter inferens, ſed gladium nuſquam inveniens, dum ſe aſperrimi examinis cilicio atque cineris mortificatione ſeculo crucifixit, alleviatorem ab omni gravedine malorum meruit invenire Chriſtum. Contulit etiam Dominus ſervo manſuetiſſimo ſuo Deodato tam gratiſſimum munus, ut
miraculis clarus, quilibet homo, ſeu quælibet femina, quolibet incommoditatis morbo fuiſſet moleſtatus, ſtatim ut de cibo viri Dei aliquid guſtaret, mereretur ſoſpitate gaudere ſubitanea. EX MS.

7 Numero denique ſacro quadraginta monachos beatus Deodatus regulariter inſtituens, monitis ſa-
40 monachos ſub ſe habet: luraribus, eorum Deo ſubditiſſimas mentes, inſtruere non ceſſabat, quod actu oſtendebat, ne dumtaxat ſeculi deſideria ſemel poſtpoſita, rurſus repetere vellent; aut quod perniciоſiſſimum & omnino puris mentibus venenoſiſſimum eſt, amore fœtidæ pecuniæ, amorem præclarum fuſcarent cæleſtium: memoriæque illorum ſæpius inculcabat vir S. Deodatus, replicans Ananiæ & Saphyræ vel exemplum vel mortis diſpendium, quod fraude inutili mercati ſunt
Diaconus non admittit Sacerdotium: mortem. Prædítus Diaconatus honore Pater optimus, licet à multis ad Sacerdotii dignitatem trahi tentaretur, conſtantiſſime repugnavit, ultra ſui meritum ſe attigiſſe obteſtans. Pluribus autem & E infatigabilibus adhortationibus docebat, ut manibus aratre ſervitutis Dei porrectis, nullis ſeculi cupiditatibus, nullis vanis honoribus offenſionem
ſuos inſtruit: prætenderent, & ne aliqua vel levi ſubreptione malignus corda eorum à recto tramite deviare poſſet. Quæ ſuſtentationi vitæ competebant, providiſſima cogitatione Pater laudabilis aggregabat; neceſſaria tantum monens ut ſumerent, ex reliquo vero ut egenis meminerint ſupplere; talique tabulatu undas procelloſæ vitæ fidenter ſulcandas monebat, quatenus, ob conſtantiam fidei, portum tranquillitatis attingere mererentur. Reconditum ſiquidem intrepido cogitatu & veraci habebant animo illud Apoſtolicum: Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi, ſupereſt mihi corona juſtitiæ. 2 Tim. 4, 7

8 Et cum alacres illos ad omnia monita cerneret, etiam alia ejuſdem Apoſtoli addidit verba, Cupio, in-
mori deſiderans, quit, Fratres dulciſſimi, diſſolvi & eſſe cum Chriſto. Phil. 1, 23 Quibus verbis omnes eos in luctum verſos conſpiciens, hortabatur, ne vocationem ejus, quam illi omnipotens Deus in proximo fore oſtenderat, lugerent, ſed orationibus placabilibus, juvarent; adjungens inſuper, Creatori ſuperno reddens ſpiritum, à quo me ſcio conditum atque redemptum, vobis F commendo corpuſculum meum, ut terræ, quod ſuum eſt, reddatis. Poſt hoc ſubſequentibus horis, cœpit detineri incommodo; pauciſque exactis die-
Lætus moritur, bus, in laudem Domini ſemper robuſtior, vale faciens Fratribus ac ſacræ Communioni participans, lætus in manibus eorum exhalavit ſpiritum. Quod cum per ambitum regionis ſparſim crebuiſſet, ſolatium S. Deodati ſe amiſiſſe, ejulando acclamantes, innumeram multitudinem beato funeri adjunxerunt. Monachis itaque de abſentia Patris plangentibus, ſanior tandem mens gaudendum inferebat, quod prævium fidiſſimum ad regna præmiſiſſent cæleſtia.

9 Interea jam exanimem & quaſi ſopore depreſſum vultum roſeum mitiſſimi Deodati aſpicientes,
ſepultus claret miraculis: odorem ſuaviſſimum naribus trahentes, cum ſalutaribus commendationibus ſacro velamine operuerunt; celebrique cultu ſepultura executa, uti munera gratioſa, cucullæ & tunicæ ſeu pallioli certatim ſibi vindicabant partes. Poſtremum, quanti detenti variis infirmitatibus, ad ſepulcrum ejus orantes, va-
eccleſia ſupra ſepulcrum conſtruitur: litudines optatas recuperaverint, ſolus novit operator omnium bonorum: quorum dilatatione gaudii actum eſt, ut ingens baſilicæ fabrica in parvo cerne-

EX MS. retur tempore, ſuper ejus venerabile ſepulcrum aſſurgere: quod utique non tantum ab advenientibus, ſed etiam à per Ligerim meantibus honorabatur; ut de ſingulis trieribus, ſalem à marinis partibus geſtantibus, per tempora longa, copia mitteretur immenſa. Emergentibus deinde plurimis annis, negligentia agente, cunctis de memoria ablatum eſt, quo tempore pater memorabilis, beatum exitum ab hac ærumna habuerit; ſed Domino annuente cuidam monacho ac Sacerdoti, nomine Blideſindo, cubanti *dies obitus indicatur 24 Aprilis.* in ſtratu, Angelica apparente perſona, monſtrata multa ſunt cæleſtia myſteria; inter quæ hoc diſcere meruit, quod octavo kalendas Maii caduca luce amiſſa, gloriam adeptus ſit ſempiternam.

10 Deinde poſt multa ſpatia temporum religione tepeſcente, locus deſidioſis relictus, ſervitute divina non adeo fervebat; & maxime paganorum depopu- *loco à Normannis vaſtato,* latione, tempore Caroli filii Ludovici Auguſti, habitatoribus nudatus igneque concrematus, extitit quibuſdam annis abſque decenti cultura. Chriſto vero largiente, ſub tempore Regis præfati, eidem loco Prælatus eſt quidam excellens Abbas & Sacerdos, Aurelianus nomine, fervens Dei amore, qui non diu eſt paſſus ſepulcrum hominis Dei abſque reverentia conſiſtere. Cum Primatibus igitur locutus, B egit tam illorum nutu, quam ſuo fideli conamine, ut ſervitio Domini plures ibi ſubderet; atque ut venerabilior & mirabilior locus haberetur, eccleſiam pulchræ diſpoſitionis à fundamentis inchoat, quæ poſtea ab illius nepote, nomine ſimiliter Aureliano & moribus ſanctis concordiſſimo miro inaltata & perfecta eſt faſtigio; locavitque eam aſſidue Domino famulantibus, atque ornamentis attollens pretioſis, munere prædiorum, quibus inibi Domino ſubditi alerentur, perpetim reddidit ditiſſimam; ubi Chriſtus diu noctuque laudatur à veris fidelibus, qui cum Patre & Spiritu ſancto veneratur & colitur Deus, per æterna ſecula. Amen. D *nova eccleſia conſtruitur.*

ANNOTATA.

a *Patricius Capucinus ſupra nominatus*, Iccium cœnobium *tradit eſſe* Iſſoudun, *quaſi* Iccii caſtrum. *Eſt id præcipuum oppidum inferioris agri Bituricenſis, Latine* Exelodunum *vel* Exoldunum: *in quo præter collegium Canonicorum eſt illuſtris Abbatia Ordinis Benedictini.*

b S. Faletrus *ſeu* Phaletrus *colitur 23 Novembris, in cujus Vita dicitur habitaſſe in loco* Corobryas, *circa fines Bituricos ſcilicet & Turonicos.*

c *Videntur hi auctores bellum Gothicum, quod ultra Ligerim fluvium geſtum eſt, & hic neceſſario intelligitur; non diſtinxiſſe à bello Alamannico, poſt quod baptizatus fuerat Chlodoveus, diu ante Gothicum bellum.* E

d S. Solennis, *Epiſcopus Carnutenſis, colitur 25 Septembris: quem ſub annum* 490 *claruiſſe ſcribit in Chronico Sigebertus.*

DE SANCTO HONORIO
EPISCOPO BRIXIENSI IN ITALIA.
D. P.

ANNO DLXXXVI. *Sanctum Cyprianum, die* XXI *Aprilis commemoratum, ſecutus eſt in Brixianæ Eccleſiæ adminiſtratione Herculanus, pridie Idus Auguſti colendus. Locum Herculani anno circiter* DLXXVII *ſuſcepit Honorius, cujus hoc die feſtum agunt Brixienſes. Poſt S. Philaſtrium duodecimus,* *Inſcriptus eſt hodierno Martyrologio Romano his verbis:* Brixiæ S. Honorii Epiſcopi: *in Annotationibus citantur Brixianæ Eccleſiæ tabulæ, & ſermo Ramperti in tranſlatione S. Philaſtrii, poſt quem duodecimus numeratur Honorius. Martyrologium Brixianum Ms. longam habet de tranſitu illius narrationem, quam credimus è Lectionibus aut Legendis acceptam; ſed eis parum fidendum ratus Bernardinus Faynus, maluit illius memoriam novo ſuo Martyrologio his verbis intexere.* Brixiæ S. Honorii Epiſcopi, in *ſacris faſtis inſcriptus;* eccleſia S. Fauſtini Majoris: qui à prima ætate C Chriſtiana religione imbutus, in omni deinde virtutum genere tantum profecit, ut cæleſtem in terris vitam agere videretur: ſanctitate demum & miraculis illuſtris, ad cæleſtes delicias migravit. *Poſſent hæc fere cuivis ſancto Epiſcopo adaptari.*

2 *Propius ad rem noſtram facit, quod idem Bernardinus in Annotationibus ſcribit de ſacri corporis depoſito.* Oſſa *corpus ad S. Fauſtini tranſlatum,* ejus in eccleſia S. Fauſtini ad ſanguinem, nunc S. Afræ, condita fuere; deinde ad S. Fauſtinum majorem in proprium altare tranſlata. Sacræ ejus imagini, ibidem inter SS. Fauſtinum & Jovitam in marmore olim ſculptæ, hæc erat ſubjecta inſcriptio:

Præſulis Honorii claudunt hæc marmora corpus. *novo altari incluſum an. 1646.* Anno demum MDCXLVI, piis Rutilii Calini expenſis, altare hujus Sancti opere marmoreo & pictura honorifice extructum eſt: & labente Annuntiationis die, fuerunt oſſa incluſa capſæ plumbeæ una cum publicis documentis, & hæc recondita in arcula lapidea alba, in medio altaris vacuo locata, in cujus proſpectu legitur, S. HONORII EPISCOPI BRIX. SACRA OSSA. exceptis ſcilicet capite & duobus brachii oſſibus, quæ in ſuis oſtenſoriis, ad publicam Chriſti fidelium venerationem, relicta fuere; & particulis nonnullis, quæ ab Horatio Barbiſono, illic Abbate Caſinenſi, pro devotionis augmento donatæ fuerunt aliquibus civibus & locis variis.

3 *Hæc Faynus: jubet autem animadvertere,* quod Hiſtoriæ Brixienſes Jacobi Maluetii, Heliæ Capreoli, Camilli Maggii, & Jo. Baptiſtæ Nazarii, ubi de Honorio agunt, nec non & ejus Legenda, illa ſcilicet Gregorii Corthefii Abbatis S. Fauſtini, poſtea Cardinalis Lucenſis anno MDXLII creati, impreſſa Brixiæ, & aliæ quæ leguntur manuſcriptæ in libris monaſteriorum S. Joannis & S. Catharinæ, una latino, altera materno ſermone, ac etiam quædam Lectiones in utroque loco extantes, legendæ ſunt omnes cum magna cautela. Nam multa, *inquit*, mendoſa & fabuloſa habentur in iiſdem, quarum præcipua ſunt; Honorium habuiſſe Arnulphum fratrem, & ambos fuiſſe filios Conſtantis Imperatoris, tertiogeniti Conſtantini Magni: hos autem profugos poſt necem patris (*contigit hæc circa annum* CCCL, *annis fere triginta citius quam Aquileienſi concilio S. Philaſtrius, tanto intervallo prior, intereſſet*) peragraſſe varias mundi plagas, rebus omnibus expoliatos ſolo paterno annulo retento interque ſe diviſo: deinde Ducem Venetiarum, Marchionem Montis-ferrati, Comiteſque tum Italiæ tum Sabaudiæ, in prædictis hiſtoriis & Legendis pluries nominatos, conceſſiſſe S. Honorio Epiſcopo pro ſuæ Sedis honore ſeculares illos titulos Ducis, Marchionis, Comitis: quæ uti minus vera & fabuloſa refelluntur ab Abbate Aſcanio Martinengo, agente de Epiſcopis Brixiæ; ab Abbate Patritio Spino, in hiſtoria Ms. civitatis; nec non & ab Octavio Roſſio, in ſua hiſtoria Ms; Franciſco Florentino, in Catalogo Epiſcoporum Ms; & Philippo Ferrario, ad elogium hujus ſancti, in Catalogo Sanctorum Italiæ. *varia ejus Acta ab ipſiſmet Brixienſibus ut fabuloſa rejiciuntur.* F

4 *Ita cum de tota S. Honorii Hiſtoria, multis poſt ejus obitum ſeculis, ut apparet ſcripta, ſentiret Bernardinus,* ſuperfluum *credidit*, illis qualibuſcumque Legendis aut

A aut Lectionibus tranſcribendis chartam implere, & ſatius putavit nobis mittere vitam ejus excerptam ex Fr. Obicio Capucino & Octavio Roſſio, tamquam magis veridicas & repurgatas. *Nos in Præfatione Generali ante primum tomum Ianuarii cap.* 3 §. 4, *rationes attulimus, ob quas non penitus debeant ejuſmodi Vitæ, ex ſola vulgari fama multis poſt ſeculis deſcriptæ, à noſtro opere reſcindi; ſed poſſint quandoque non inutiliter referri, additis ad errorum correctionem notis convenientibus. Tales autem fortaſſis ſunt Legendæ S. Honorii ſaltem antiquiores, & tales exiſtimavit Octavius Reſſius, qui identidem citat,* Membranas æſtimatiſſimas Latine ſcriptas, *easque* (ſublatis tamen, *ut ait*, fabulis quibus inſperſæ ſunt) *redegit in compendium. Verum non ſolemus iudicare de non viſis, neque minus expertorum judicio ſtare circa veri falſique diſcrimen. Quid enim ſi illæ Legendæ, non tantum inſperſæ fabulis ſint, ſed totæ ab initio ad finem confictæ, quemadmodum legendæ SS. Fauſtini & Iovitæ ſecundorum, aliaque una cum hiſtoria Martyrii Brixienſis ante tomum ſecundum refutata?*

ex quibus tamen alii excerpſere quæ putabant veroſimilia eſſe,

fieri ſane poteſt ut veri multiũ admixtum habeant:

5 *Quod filiam cujuſdam gentilis, tum Brixiæ præſidentis & Chriſtianos haud modice afflictantis, inventus in montibus profugus Honorius, per ſacri baptiſmatis undam à morbo ſanarit; quodque ejuſdem barbari jam converſi peregreque profecti credita Sancto monilia, ipſo pro iiſdem furto ſublatis anxio, ad Dominum ſuum relata fuerint à duobus venerandæ ſpeciei Clericis, quos SS. Fauſtinum & Iovitam fuiſſe non dubitaverit Honorius; hæc inquam potuerunt populari fama fuiſſe tradita, & ita ſimpliciter narrata non eſſent omnino repudianda, cum Longobardi gentiles Brixiam anno* DLXVIII *occupaverint, & uſque ad annum* DLXXXV, *putetur vixiſſe Honorius. Sed adduntur circumſtantiæ, quæ totam rem faciunt de fictione ſuſpectam: nam Fr. Obicius* Comitem Italicum *nuncupat; quod argumento eſt ex Actis SS. Fauſtini & Iovitæ, ab Italico Comite Brixiæ Præſide apud Adrianum Imperatorem accuſatorum, nomen eſſe deſumptum: cujus etiam filiæ congruum fingitur* Marcellæ, *nomen. Aſt Octavius Roſſius,* Ducem Brixianum, Alachim nomine *inducit*, cui ex uxore Marcella, Veronenſi matrona, filia fuerit Orielda, *& hanc à lepra curatam ſcribit. Si ex iiſdem, quibus Obicius uſus, membranis, unde illa diverſitas? Calamum igitur ab hujuſmodi abſtinemus, donec ipſos fontes, quantumvis lutulentos, contingat nobis exhiberi; quos tamen operoſe non putavimus indagandos, donec ipſiſmet Brixienſibus aliter videatur.*

B

ſed nos de non viſis ſtatuere nihil poſſumus.

Cur Vita recentiſſima detur.

6 *His ſcriptis ac prælo paratis, miſit nobis* Bernardinus Faynus *ejuſdem Epiſcopi vitam, amicis hortantibus & rogantibus à ſe Italico ſermone conſcriptã: in qua quia magno cum judicio, eliminatis erroribus manifeſtis, ſola ea deducuntur, quæ veriſimilitudinẽ majorem habent; non poſſumus viro, de nobis deque Brixienſi hiſtoria bene merito ſubtrahere laudem gratiamque ex hac lucubratione ipſi proventuram, ideoque eam Latine reddidimus, interim dum Brixiæ ſub prælo erat originale Italicum: quod in lucem veniſſe arbitramur prius quam auctor ipſe ab hac luce migraret. Migravit autem anno* MDCLXXII *exeunte: ideoque reſponſo caruerunt epiſtolæ, quibus petii licentiam corrigendi errorem, qui circa diem mortis obrepſerat, ipſum, quem dicebat fuiſſe diem octavum Paſchæ anni* DLXXXVI, *conjungenti cum die* XXVI *Aprilis. Paſcha enim jam dicti anni in diem* XIV *Aprilis, Octava in* XXI *cadebat. Cur igitur* XXIV *dies anniverſario deputatur? Quia ſcilicet tunc primum celebrata depoſitio fuit, poſtquam biduo expoſitum corpus ſtetiſſet. Frequentiſſime autem invenimus pro die mortis celebratum diem depoſitionis; maxime in ſanctis Epiſcopis, idque ratione anniverſarii Officii, à die depoſitionis ſoliti in eccleſiis regulari. Non dubito, quin correctionem à nobis adhibitam probaſſet ipſe auctor ſi viviſſet: nunc moneri de ea Lector debuit, ne aliud in Italico legens, ſuſpectam habeat interpretantis fidelitatem.*

C

VITA

à Bernardino Fayno Italice conſcripta.

PROLOGUS.

RES geſtæ majorum quanto antiquiores ſunt, tanto fere ſpiſſioribus obſcurantur tenebris, quoque obſcuræ magis eo etiam confuſione difficiliori occultant veritatem. Huic malo remedium quærentes ſcriptores Brixienſes varii, hiſtoriarum patriarum ſtudioſi, ſtylum impenderunt deſcribendæ vitæ S. Honorii, Epiſcopi Brixienſis XXII: ſed evitare non potuerunt quominus ſcribentium multitudo in diverſa eos diſtraheret judicia, & ex hac judiciorum diverſitate nonnulla probarentur à nonnullis quæ aliis parum credibilia videbantur. Quare impurandum bonæ fortunæ exiſtimo quod quæ libro 3 Hiſtoriæ ſuæ de hoc ſancto Epiſcopo ſcripſit Elias Cauriolus, nec dum hactenus lucem viderint prælo edita; non enim poſſent reprehenſionem effugere in publicum producta. Quod tempus attinet, quo cathedram Brixianam conſcendit Honorius, eſt illud à variis notatum præpoſtere valde: ſed illius meliorem cognitionem ſuggerit explicita ſeries Brixienſium Antiſtitum, quam etiam tomo 4, Italiæ ſacræ producit Ferdinandus Ughellus. Itaque conferendo inter ſe tempora, & prædictorum omnium auctorum ſcripta; veroſimillima viſa eſt narratio Octavii Roſſii, qualis in MSS. extat in illius hiſtoria Brixiana, necdum typis edita propter mortem auctoris: quidquid enim de S. Honorio ille ſelegit ex antiquis membranis, id invenitur optime convenire cum ſerie temporum aliunde probata. Quapropter ejus veſtigiis inhærendo, & addendo quæ noſtra peculiaris ſuper eodem argumento diligentia inveniſſe potuit, hunc tractatulum conſcripſimus.

Varietas ſcriptorum de hoc argumento,

Chronologia unde petita.

E

CAPUT I.

S. Honorii genus nobile, Vita eremitica, Alahis Ducis & Longobardorum converſio miraculis impetrata.

2 DUXISSE Honorium ſuæ nativitatis originem ex Magni Conſtantini ſanguine, omnes conſentiunt: ſed probari non poſſunt, qui ex Conſtante tertio-genito creatum ſomniarunt, veram Epiſcoporum noſtrorum ſucceſſionem invertentes. Etenim nuſquam apud auctores legitur Conſtans uxorem duxiſſe aut filios reliquiſſe: ſed bene quod à patris morte, quæ anno CCCXXXVII accidit, cum fratribus ſuis Conſtantino juniore atque Conſtantio Imperium geſſerit; quodque in flore ætatis, anno ſcilicet trigeſimo, in finibus Franciæ & loco Elena dicto, ex hac vita ad alteram tranſierit, morte violenta proditorie ſublatus. Porro fortuna, quæ imperia, regna atque dominia circumagit, ſuæ commutabilitatis rotæ affixa, Imperialis ſceptri prærogativas à Conſtantiniana familia tranſtulit in alios, ſub quibus nobilis iſtius ſtirpis ſurculi, ſi qui uſpiam fuere ſuper, in diverſa ſparſi ſunt: ſuperfuiſſe autem aliquos licet nulla auctoritas doceat, eo quod tres filii Conſtantini nullam legitimis nuptiis prolem ſciantur ſuſcepiſſe, vix tamen credibile eſt tam caſte vixiſſe omnes, ut nulla femina ex ipſis mater facta ſit. Quid quod Conſtantius Chlorus Conſtantini pater, poſt ſuſceptum ex Helena Conſtantinum, eidem, ut ſibi jam Cæſari minus congruæ, ſuperinduxerit Theodoram, Imperatoris Maximiliani Herculei filiam, ex

Falſo dictus Imp. Conſtantis filius.

poteſt ex familia Conſtantini genus duxiſſe.

F

EX ITAL. FAYNI. qua genitos Flavium Dalmatium Hannibalianum, Conſtantinum alium, ac nominis paterni hæredem Conſtantium docet Onuphrius Panvinius libr. 1 de Romanis Principibus ? Taceo filias à Conſtantio & Conſtantino procreatas, de quibus fere ſilent auctores. Unum dico nihil abſonum ſuſtineri, cum ſuſtinetur ex aliquo Conſtantinianæ familiæ ramo deduci potuiſſe Honorium noſtrum.

Roma ordinatus Sacerdos,

3 Qui quidem Honorius ab Orientalibus partibus Romam delatus, cum ſerio cogitaret qua ratione poſſet in Dei familiam adoptari, dum in ſua periiſſe videbat dignitatem ſupremam; poſtquam in locis illis ſacris ſpiritum illius copioſe hauſerat, qui cum ſalvandis hominibus formare idoneum inſtrumentum propoſuerat; divino ſe obſequio mancipavit, per ſacrorum Ordinum ſuſceptionem. Deinde ſeipſum volens ab omni ſeculi faſtu elongare, & populares illos plauſus, qui poſſent ſpiritui bellum movere, procul fugere; dimiſſa Roma diſceſſit in Galliam Ciſalpinam; Deoque ſic diſponente, propoſuit in Brixienſibus finibus ſubſiſtere, & vitam ſolitariam ducere in montibus, decimo lapide remotis à civitate; & Conchæ nomine appellatis, qui etiam nonnullis noſtrorum Epiſcoporum receptum olim præbuere, & pluribus civium à facie gentilis poteſtatis fugientium.

circa Brixiam vivit eremita.

B

Secta Longobardorum regno,

4 Hic ille, dum vitam angelicam magis quam humanam ducit, Deo cæloque teſtibus ſociiſque contentus, anno DLXXV Clephis, Longobardorum Rex ſecundus, Papiæ occiſus eſt manu famuli, crudelitatem illius in ſubditos ferre amplius non valentis: & Principibus ad ordinandam ſucceſſionem collectis, adeo gravis fuit ipſius memoria; ut averſati monarchicum regimen, velut tyrannidi proximum, ariſtocratiam elegerint, rerum ſumma triginta Ducibus demandata, & civitatibus in eos diviſis: quorum abſque certo Rege dominatus decem annis duravit. Ita

Alahis Dux Brixianus,

Brixianis Dux obtigit Alahis: cui ex conjuge Marcella fuit unica filia, nomine Orielda (quidam, ſed abſque fundamento, matri cognominem fuiſſe dicunt) quam omnis parentum cura & amor ſpectabat, utpote donatam pari morum ac formæ gratia.

jubet inſirma filia medicinam quari,

5 Sed qui facit de tenebris lumen ſplendeſcere, afflictam Brixianorum Eccleſiam ſolari volens Deus, converſo ad fidem Chriſtianam Alahi, eumdem aggreſſus eſt ea parte, qua erat altius penetraturus dolor, æterni gaudii futurus occaſio. Scilicet dilectam Orieldam miſerabili infirmitate corripiens, fecit ut

C

omnis ab ea defluereet ſpecies, ebulliente puſtulas ac fiſtulas carne, quæ totam deformabant. Medicis nihil auxilii invenientibus, itum ad magos eſt: qui ſanitatem promiſere, ſi modo potandum ei daretur lac capræ; ſilveſtri quadam, quam ipſi collegiſſent herba, antea per dies aliquot paſtæ, ac poſtea ſerpentino morſu necandæ. Notum eſt autem quanta in veneratione capras ſemper habuerit gens Longobardorum: ideoque minus mirari debemus, quod ab hoc potiſſimum animali, cui divinitatem quamdam ineſſe ſtulto illi populo perſuaſum erat, lac petendum juſſerint magi. Miſſi ergo quaquaverſum ſunt, notam ſibi, ut aiebant, herbam collecturi per montes; & ut fidelius res ageretur, additi iis ex intima Ducis amicitia fuere Arnulfus, tribunus militum; & Fauſtus, omnes montium Brixianorum receſſus notos habens.

ex magorũ arbitrio:

hac occaſione inventus Honorius,

6 Ab his duobus, ad Concham forte montem digreſſis, inventum eſt tugurium Honorii, iam ætate grandævi, barbæque hirſutie & capillorum incompta prolixitate ſilveſtre quidpiam præferentis: qui illos armatos conſpicatus, & ab aliquo Chriſtianorum inimico ſubmiſſos ratus (audiverat enim crudelitates nonnullas adverſum cives Chriſto fideles exercitas ab Alahi) in genua ſe poſuit mortem excepturus. Sed illi inopinata ſpecie hominis tali loco inventi perculſi, juſſerunt aſſurgere; & quid quave ex cauſa quæſituri adeſſent, comiter expoſuerunt. Tunc Honorius, Longobardorum cæcitati compatiens, ſignificavit, Principis ſui filiam certius longe convalituram, ſi præſcribendo à ſe ſalutari balneo, quã ſi præſtigioſæ capræ lacte uteretur. Ergo Arnulfus conſultiſſimum duxit, magos, in requirenda ſua herba occupatos, dimittere cum Fauſto; dum ipſe interim ad urbem rediens, ſecum adduceret eremitam, ſui balnei virtutem experimento velociori probaturum. Averſum quidem à Chriſtianis animum gerebat Alahis, deſiderium tamen recuperandi ſanitatem filiæ, fecit, ut pacatior audiret eremitam Honorium, promiſſis ſuis fidere ſuadentem oblato capitis ſui periculo, ſi expectationem Principis fefelliſſet.

D

& ad Alahim adductus,

baptiſmum perſuadet puellæ,

7 Itaque ad infirmam deductus, cum ipſam Crucis efformatione ſignaſſet, baptiſmum Chriſtianorum eidem propoſuit, quem ſi cum eorum fide ſuſciperet certam ſpondebat ſanitatem. Neque difficile fuit aut languenti perſuadere conſenſum, aut cohibere Principem ne impediret baptizari volentem. Quod ubi factum eſt die XV Auguſti, in feſto Virgineæ Aſſumptionis anno DLXXVI, primum nubes candida baptizatam baptizantemque contexit, deinde Orielda, cui maculas animi ſacri fontis unda eluerat, toto etiam corpore ſana nitidaque apparuit, ad idolatrarum confuſionem & ſtuporem omnium: qui continuo magnum & unice potentem Chriſtianorum Deum collaudantes, una cum ſuo Principe baptiſmi gratiam petierunt, & debita catecheſi præmiſſa etiam impetrarunt. Tam inſperatos ſucceſſus mirabatur Honorius, & benignum adeo Dei numen collaudabat: nihilominus ad dilectam ſolitudinem revertiſſet, niſi detinuiſſent eum Brixianorum preces, haud vane exiſtimantium conſtituendo Eccleſiæ ſuæ ſtatui utiliſſimam futuram præſentiam ejus, qui ſolo ſuo adventu eam ex tanta quaſſatione liberarat.

E

eoque ſanitatem ipſi,

patri veram fidem donat,

& reddita fidelibus quiete,

8 Pars autem felicitatis hujus credebatur eſſe ipſe Alahis, ſuſcepta religione Chriſtiano mutatus in aliũ prorſus hominem; ſic ut in ejus regimine, clementia cum incorrupto juſtitiæ tenore laudaretur; & nihil illo comius, nihil affabilius eſſet: quo factum, ut Ducis ſui exemplum ſequentibus aliis Longobardis, Brixianorum animi iiſdem arctiſſime ſint conglutinati, mutuiſque matrimoniis devincti in unum populum citiſſime coaluerint. Tunc etiam reſtaurari cœperunt eccleſiæ partim diſutæ, partim deſolatæ, non urbanæ tantum, ſed etiam ſuburbanæ: quas

F

reſtauratur eccleſia.

inter etiam ædes fuit S. Floriano ſacra, ubi, cum ea anno MDXVI, capta per Venetos urbe, æquanda ſolo eſſet, inventum eſt hoc rude & ſeculi ſui barbariem ſapiens Epitaphium:

Hac eſt in tumba Alahis, alta * columba.
Fuit vir prudens & Princeps optime ſtudens,
Ut Brixia floreret & paci pulchræ adhæreret:
Chriſtiana qui morte gaudet maxima ſorte.

* *melius* columna.

CAPUT II.

S. Honorii geſta in Epiſcopatu.

Herculano Ep. defuncto,

9 ACcidit ut eodem circiter, quo hæc agebantur anno & Auguſto menſe, è vivis diſcederet S. Herculanus Epiſcopus Brixianus; qui pertæſus Longobardicæ immanitatis palam dominantis, & hæreticæ pravitatis clam in urbe gliſcentis, ſeceſſerat in partem Orientalem diœceſis ſuæ, ad vicum Campionis dictum, ſuam ibi reſolutionem præſtolans, quam propinquam præſagiebat. Cum igitur de ſucceſſore deliberaretur, vota omnium cõfluxere in Honorium, quem

A quem tali articulo divinitus ſibi obtigiſſe rebantur. Hic vero qua potuit & licuit reluctatus, ne honorem admittere cogeretur; tandem Epiſcopali oneri ſuppoſuit humeros, conſecrationis beneficium à *ſuffectus Honorius,* Mediolanenſi Præſule, ex uſu antiquo, conſecutus. Enituerunt mox eæ omnes virtutes in Honorio, quæ Paſtorem ſuo gregi utilem & amabilem faciunt, & quarum facilius eſt catalogum texere quam explicare perfectionem. Eas igitur liberis hominum cogitationibus expendendas relinquens, ſolum hic addo, quod curam rerum ſacrarum ordinate peragendarum declaravit, deſignando ſtationes per Quadrageſimæ tempora, renovando Chriſtiano fervori opportuniora, ut ſcilicet Dominica die fideles convenirent ad ædem Cathedralem; feria II ad S. Mariæ *ſtationes ordinat,* in ſilva, quæ nunc S. Fauſtini majoris dicitur; feria III in S. Joannis, quæ cognominabatur in Pomœrio, quod in ſuburbio eſſet conſtructa; IV in S. Fauſtini ad ſanguinem, nunc S. Afræ; V in S. Alexandri Martyris, tunc Brixianis Patronis adnumerati, VI in SS. Petri & Marcellini; Sabbato in S. Apollonii Epiſcopi noſtri, quæ in ſuburbio Turris-longæ ſtetit, ab annis circiter centum ſexaginta deſtructa.

B 10 Inter hæc zeli Epiſcopalis ſtudia, ad aures ſancti Pontificis delatus eſt rumor, qui dilectam ejus *filiam Ala his à falſo crimine,* in Chriſto filiam Orieldam, quam injuſta tam gravi notabat infamia; à Philemone & Porphyrio excitatus. His enim cum litteris cultioribus imbuendam filiam commiſiſſet Dux pater; ipſi familiari conſuetudine ad intolerabilem abuſi licentiam, cum pudicitiam non potuiſſent extorquere, vitam adduxerunt in diſcrimen; calumniantes eam de eo crimine, quod ipſimet animo deſignarant. Quia autem non audita, ſed ſuis conſpecta oculis contra alumnam ſuam ſuggerebant; vila eſt Principi fide digna accuſatio, nec leve ſupplicium deſtinabat filiæ, niſi ſe innocentem probaſſet. Pupugit bonum Paſtorem, ut debuit, Orieldæ, quam innocentem non dubitabat, periculum: ejuſque agendam cauſam ſuſcipiens, poſtquam calumniatores ejus arguiſſet, quod inſtar pravorum iſtorum ſenum qui caſtam Suſannam accuſaverunt, ipſi quoque in Orielda niterentur exſaturare ſanguinariam ſitim, quia libidinem explere non potuerant; effecit ut coram adduceretur Orielda. Qua ultra ſimplicem facti negationem non habente quod opponeret teſtibus conjuratis; credidit ſanctus *miraculo defendit.* Epiſcopus divini teſtimonii adhibendum ſuffragium: defixitque in terram ſcipionem ſuum, & eum ad integritatem Orieldæ declarandam juſſit in arborem frondoſam aſſurgere: quod non prius dictum quam factum; Orielda purgata & abſoluta, C accuſatores convicti merita fuerunt pœna mulctati.

Depoſitum ſibi creditum & furto ſublatum, 11 Poſt hæc contigit ut ex primoribus Brixianis unus quiſpiam, peregre abiturus, rogaret Honorium, pro ſingulari quam in eum locarat fiducia, ut in ſuam cuſtodiam dignaretur ſuſcipere, quod in auro gemmiſque habebat carius ac pretioſius. Annuit ille, ut erat ad quidquid peteretur præſtandum pronus, & theſaurum ſibi concreditum eo repoſuit loco, ubi ſecretiſſime ſervandum opinabatur. Sed brevi deprehendit vanam hanc ſuam fuiſſe confidentiam, nuſquam inveniens quod reverſuro amico redderet. Ergo conſilii inops, ad ſanctos Fauſtinum & Jovitam invocandos ſe convertit, ſtatim quidem à principio agnitæ jacturæ, multo tamen ferventius inſtantiuſque cum intellexit in urbem rediiſſe amicum. Interim mittit unum è domeſticis ſuis, qui homini *facit per SS. Fauſtinum & Iovitam redds.* excuſent moram reddendi depoſiti, infortunium exponant, diligentiam in perquirendo adhibitam probent, & porro adhibendam promittant. Quæ ille miratus, At, inquit, non niſi pauci dies ſunt, quod duo ex Domini mei familia Clerici (quorum alter Presbyteri, alter Diaconi Ordinem ipſo habitu præferebant) hic fuere; mihique depoſitum meum ſalvum reddidere ipſiuſmet nomine. Agnovit illico ſanctus Pater, duos iſtos Clericos Fauſtinum & Iovitam fuiſſe, quos adjutores invocarat, & ut civium omnium religionem erga glorioſos Martyres ardentiorem redderet, totam rei geſtæ ſeriem eiſdem propalavit. EX ITAL. FAYNI.

12 Gregem porro ſuum veracis verbi & efficacis exempli pabulo inceſſanter reficiens, cum inter la- *Poſt Paſcha annò* bores continuos graviſſimoſque Brixianam Eccle- *586.* ſiam novem annis rexiſſet; cœpit ad melioris vitæ quietem aſpirare vehementius. Anno igitur redemptionis humanæ DLXXXVI, Petri ſedem tenente Paſchaſio II, & Autari Longobardis imperitante, poſtquam Paſchalia feſta celebraſſet cum ſuo dilecto populo, eique proximam ſuam migrationem prænuntiaſſet, cœpit lecto decumbere, & extremis Sacramentis exitum ſuum præmunire curavit. Tum convocato *ipſa ejus Octava* ad ſe Clero commendavit, ut Catholicam fidem & *ſancte moritur,* diſciplinam eccleſiaſticam ſervarent ſartam tectamque in omnibus, ac ſuo quiſque ordini congruam E duceret vitam. Denique cum fideli ſuo miniſtro ac diſcipulo Ruſticiano, quem ſibi in Epiſcopatum ſucceſſurum prædixerat, commendaſſet Eccleſiam, Pſalmum hunc concinere cœpit, Cum invocarem exaudivit me Deus juſtitiæ meæ. Quo inter concinentium lacrymas decurſo uſque ad hunc verſiculum, In pace in idipſum dormiam & requieſcam; ipſe elevatis in cælum manibus oculiſque ſpiritum reddidit Creatori, die Octava Paſchæ. Corpus in *& 24 Apr.* eccleſia biduo proſtitit: exequias deinde celebravit *ſepelitur.* Ruſticianus cum Clero populoque. Unde XXIV dies Aprilis (nam Paſcha in XIV, Octava Paſchæ in XXI inciderat) tamquam Depoſitionis ſacræ anniverſarius deinceps habitus, in hunc uſque diem religioſe obſervabatur à Brixianis. Sepultus eſt autem in eccleſia S. Fauſtini, ad ſanguinem dicta, ubi tunc adhuc ſervabantur Sanctorum duorum Protectorum noſtrorum corpora, quibus vivens fuerat devotiſſimus.

CAPUT III.

Tranſlationes corporis & veneratio apud Brixianos.

13 CUm deinde placuiſſet Clero ac populo Brixiano à veteri ad ſanguinem eccleſia, ad F novam auguſtioremque Baſilicam, quæ S. Fauſtini *Corpus* Majoris nunc dicitur, transferre Sanctorum Pro- *transfertur* tectorum corpora (quod die IX Maii factum annuo *à B. Ram-* feſto recolitur) & prior locus conſueta deſtitueretur *perto ſec. 9.* veneratione atque frequentia; viſum eſt B. Ramperto (qui ab anno DCCCXIV uſque ad DCCCLII Eccleſiæ noſtræ præfuit & ſupradictam eccleſiam dotavit) eodem etiam transferre corpus S. Honorii, illudque cum aliis pluribus Reliquiis ponere in choro quaſi ſubterraneo, intra altare ſub ipſius nomine conſecratum: ſupra quod ſpectabatur ipſius effigies, tabulæ inſculpta mormoreæ, inter duos noſtros Protectores Sanctos, Tunicella & Dalmatica dignoſcibiles, additis tamen etiam cujuſque nominibus, ſed limbum inferiorem percurrente hoc verſu: *ſub altare,*

Præſulis Honorii claudunt hæc marmora corpus.

14 Poſtea anno MDCIV, ut eccleſiæ pavimentum *iterumque* æquaretur, cryptam prædictam, cujus fornix ſupra *an. 1604* humum extabat, placuit deſtruere: ac novo altari cum ipſius invocatione dedicato, ad manum dextram in choro, veneranda oſſa, rite recognita ſubtus illud fuere depoſita, præter caput: quod præteritis ſeculis ſemper ſervatum fuerat in ſacrario, ſtatuæ ex argento pectorali

Ex ital. Fayni. pectorali incluſum; & præter duo oſſa brachialia, quorum alterum argenteæ remonſtrantiæ eſt inſertum, alterum continetur intra brachium ſimiliter argenteum, ad publicam feſtivioribus diebus venerationem. Annis exinde præteritis non multis renovata à fundamentis eſt eccleſia, in formam ampliorem auguſtioremque, per Benedictinos monachos Congregationis Caſſinenſis: & facta ſanctorum Protectorum tranſlatione nova, ad diem quoque XVI anno 1622 Martii anni MDCXXII, oſſa ſancti hujus Præſulis tranſlata ſunt ad novum altare, ſibi erectum in fronte dextræ navis (tres enim ſunt) ad latus ſacelli majoris, cum variis aliis Reliquiis, cupreſſina in capſa compoſitis; inter quas nominatim cenſetur maxilla inferior, etiam nunc dentata, S. Antigii, noſtri quondam Epiſcopi, hic etiam quieſcentis, & particulæ de SS. Petro, Paulo, Sinerio, Theopompo ac ceteris, quorum nomina propter nimiam vetuſtatem legi ultra nequeunt.

& altari ſacelloque ſtructis ex marmore, 15 Ex tunc decurſis aliquot luſtris, impetravit à monachis religioſa pietas Rutilii Calini nobilis Brixiani, ut ſibi liceret impendiis propriis ornare ſacellum & altare S. Honorii: quod pium opus ne auctoris morte interruptum maneret fecit Rutilii
B filius Vincentius, qui cœpta paterna abſolvit, ac ſupra altare collocavit tabulam, manu Bernardini Gaudini, nobilis etiam Brixiani, eleganter depictam; qua exprimitur Sanctus, in aere conſiſtens, benedicere infirmis variis ſalutem poſcentibus: ipſum vero altare vacuum eſt relictum, ut intra ſe poſſet capere novam arcam, ſacro corpori Reliquiiſque adjunctis fabricandam. Quæ dum fiunt delata anno 1646 ſunt in ſacrarium ſacra pignora anno MDCXLV die XXV Septembris, ibique ſervata non ſine continuo lumine ardentis ſemper ante ipſa lampadis, & multorum accurſu ad ea veneranda: Tandem ſequenti anno & menſis Martii die XXV, in quam etiam Dominica palmarum cadebat, cum feſto Annuntiationis concurrens, toto marmoreo opere abſoluto, Horatius Barbiſoni, tunc Abbas, intra plumbeam capſam veſtitam rubeo ſerico repoſuit ſancti Præſulis lipſana, candido involuta linteo, cum hac inſcriptione: ſacra Honorii Epiſcopi oſſa. D

16 Hac occaſione ſeparatum eſt à reliquis os unius tibiæ, donatumque Georgio Contareno, No- *Reliquiæ ejus aliquæ diſtribuuntur,* bili Veneto, urbi noſtræ cum titulo Poteſtatis præfecto: item unius pedis talus, quem daret eccleſiæ Offlagenſi, ubi Contarena familia fundos ſuos habet. Pars etiam coſtæ data Vicario Epiſcopatus Brixienſis Generali, & hujus monaſterii Conſervatori, Georgio Serinæ, Canonico Pœnitentiario: ejuſdem vero coſtæ pars altera obtigit nobili viro Antonio Saccoldo Presbytero, ut eam pro conſolatione ſua ſuorumque fratrum Joſephi & Laurentii, qui ejuſmodi gratiam poſtularant, transferret Roncadellam, ad ſui iſtic prædii oratorium locupletandum. Denique Thomas Homius, Brixianus chirurgus, ad recognitionem ſacrorum oſſium adhibitus arbiter, permiſſus eſt articulum digiti habere.

17 Alia capſella plumbea, ſimiliter parata ornataque, excepit Reliquias ceteras ſupra nominatas cum *cetera intra arcam marmoream claudunturi* hac epigraphe: Reliquiæ Sanctorum: atque ita vacua remanſit vetus capſa cupreſſina. Plumbeæ vero capſellæ, cum publicis inſtrumentis huc ſpectantibus, diligenter clauſæ ſunt intra aliam plumbeam beneque ferruminatam: quæ ſub noctem prædictæ diei, E privatim eſt repoſita intra ſpecioſam ex albo liguſtico marmore arculam, cui ejuſdem materiæ commiſſum eſt operculum: & fronti arculæ inſcripta hæc verba, omni legere volenti conſpicua futura, S. Honorii Epiſcopi Brixienſis ſacra oſſa. Denique intra ipſum altare hæc quoque arcula eſt collocata, ſub firma quidem cuſtodia, tali tamen ut conſpici poſſit *auxilium pro capitis dolore petitur.* per craticulam, ex ferro inaurato fabricatam. Quia vero ad capitis dolores leniendos S. Honorii patrocinium invocare ſolent Brixiani, maxime die XXIV Aprilis, quando agitur ejus feſtivitas ſub ritu Officii duplicis; in utroque altaris latere relictæ ſunt feneſtellæ, quæ iſto die aperiuntur, ut per ipſas capita poſſit tranſmittere multitudo accurrentium, & hunc Sancto honori exhibentium, quo teſtentur ei ſe ſuorum capitum ſalutem credere.

DE SANCTO MELLITO,

PRIMO EPISCOPO LONDINENSI,

G. H. ET TERTIO *ARCHIEPISCOPO CANTVARIENSI IN ANGLIA.* F

ANNO DCXXIV *Sanctum Epiſcopum Mellitum, hoc* XXIV *Aprilis anno* DCXXIV, *vitâ fuiſſe functum, conſtat infra ex Vita, quam ex hiſtoria Anglicana Venerabilis Bedæ collectam damus, & aliquot Notationibus illuſtramus. Prædicto die paſſim omnibus Faſtis Eccleſiaſticis adſcriptus eſt, atque inprimis Beda in ſuo genuino Martyrologio iſta habet*: VIII Kalendas Maii, depoſitio Melliti, Epiſcopi in Britannia. *Eadem habent Rabanus & Vſuardus: ſed hic* Archiepiſcopum *ſcribit: Ado iſta addit*: Qui tertius poſt Auguſtinum Dorovernenſem Eccleſiam ſuſcepit, *quam rexit annos quinque, ſepultus in monaſterio in eccleſia S. Petri, octavo Kalendas Maii, anno ab Incarnatione Domini* DCXXIV. *Similia habent Notkerus & paſſim recentiores. In hodierno Martyrologio Romano iſtud elogium habetur*: In Anglia depoſitio S. Melliti Epiſcopi, qui à S. Gregorio in Angliam miſſus, Orientales Saxones & Regem ipſorum ad fidem convertit.

Memoria in ſacris faſtis.

Reliquiæ, *S. Melliti Reliquiæ quædam in eccleſia S. Pauli Londinenſi in brachiis argenteis olim adſervabantur, uti ex Inventariis anno* MCCXCVIII *factis, & à Willia Dugdalio in Hiſtoria Eccleſiæ S. Pauli relatis, tradit Mabillon tomo 2 Actorum Ordinis Benedictini in elogio S. Melliti: quem ipſe, poſt Trithemium & alios Martyrologos Benedictinos, ſuæ religioni adſcribit. S. Gregorius etiam* Abbatem *appellat: ſed dubitat Mabillon, qua de cauſa*: an *ſcilicet* fuerit Abbas monaſterii S. Andreæ, an Patriarchii Lateranenſis, monachis Caſinatibus attributi, an tantum Abbas ſeu Prælatus eorum, quos Gregorius Auguſtino ſubſidiarios delegabat. *dignitas Abbatis,*

Miracula. *Subjungimus Actis ex Beda collectis pauca miracula, à Capgravio in Legenda Angliæ olim excuſa: quibus videtur addi poſſe, quod apud Bedam non habetur, & paſſim ab aliis narratur; ſcilicet Londinenſem Eccleſiam fuiſſe à S. Petro dedicatam, nocte ultima prævia, quam eſſet S. Mellitus eam conſecraturus. Eam hiſtoriam late deducit Ealredus in Vita S. Eduardi Regis & Confeſſoris capite quinto, ſecundum noſtram diviſionem Vitæ, ad diem* V *Ianuarii illuſtratæ. Eamdem proferunt Willelmus Malmesburienſis, lib.* 2 *de Pontificibus Anglis, & alii octo auctores tomo* 1 *Monaſtici Anglicani à pagina* 55. *producti, quos ibi benevolus Lector poterit reperire.*

VITA

EX BEDA.

VITA

Ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Venerabilis Bedæ.

b a Lib. 1 c. 29 *c*

1 PApa *a* Gregorius *b* Auguſtino Epiſcopo (quia ſuggeſſerat ei, multam quidem ſibi eſſe meſſem, ſed operarios paucos) miſit cum *c* Legatariis ſuis plures cooperatores ac verbi miniſtros: in quibus primi & præcipui erant Mellitus, *d* Juſtus, Paulinus, Ruffinianus: & per eos generaliter univerſa, quæ ad cultum erant ac miniſterium eccleſiæ neceſſaria, vaſa videlicet ſacra & veſtimenta altarium, ornamenta quoque eccleſiarum, & ſacerdotalia vel clericalia indumenta: ſanctorum etiam Apoſtolorum ac Martyrum reliquias, necnon & codices plurimos. Miſit etiam litteras, in quibus ſignificat, ſe ei pallium direxiſſe.

d Miſſus à S. Gregorio in Angliã,

cap. 30.

2 Abeuntibus autem præfatis Legatariis, miſit poſt eos beatus Pater Gregorius litteras memoratu dignas, in quibus aperte, quam ſtudioſe erga ſalvationem noſtræ gentis invigilaverit, oſtendit, ita ſcribens: Dilectiſſimo filio Mellito Abbati Gregorius Servus Servorum Dei. Poſt diſceſſum congregationis noſtræ, quæ tecum eſt, valde ſumus ſuſpenſi redditi, quia nihil de proſperitate veſtri itineris audiſſe nos contigit. Cum ergo Deus omnipotens vos ad Reverendiſſimum virum fratrem noſtrum Auguſtinum Epiſcopum perduxerit, dicite ei, quid diu mecum de cauſa Anglorum cogitans tractavi; videlicet quia fana idolorum deſtrui in eadem gente minime debeant, ſed ipſa, quæ in eis ſunt idola deſtruantur, aqua benedicta in eiſdem fanis aſpergatur, altaria conſtruantur, Reliquiæ componantur... Deus te incolumem cuſtodiat, dilectiſſime fili. Data die quintodecimo Kalendarum Auguſtarum, imperante Domino noſtro Mauritio Tiberio piiſſimo Auguſto, anno nono decimo, poſt Conſulatum ejuſdem Domini anno octavo decimo, Indictione quarta. *e*

B *ſubmiſſis ab eo litteris ſalutatus,*

e Lib. 2 c. 3.

3 Anno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo quarto, Auguſtinus Britanniarum Archiepiſcopus ordinavit duos Epiſcopos, Mellitum videlicet & Juſtum: Mellitum quidem, ad prædicandum provinciæ Orientalium Saxonum, qui Thameſi fluvio dirimuntur à Cantio, & ipſi Orientali mari contigui, quorum metropolis Londonia *f* civitas eſt, ſuper ripam præfati fluminis poſita, & ipſa multorum emporium populorum, terra marique venientium: in qua videlicet gente tunc temporis *g* Saberethus, nepos *h* Edelberthi ex ſorore Ricula, regnavit, quamvis ſub poteſtate poſitus ejuſdem Edelberthi, qui omnibus uſque ad terminum Humbri fluminis, Anglorum gentibus imperabat. Ubi vero & hæc provincia verbum veritatis, prædicante Mellito, accepit; fecit Rex Edelberthus in civitate Londonia eccleſiam S. Pauli Apoſtoli, in qua locum Sedis Epiſcopalis & ipſe & ſucceſſores ejus haberent. Juſtum vero in ipſo Cantio Auguſtinus ordinavit Epiſcopum in civitate Doroverni (quam gens Anglorum, à primario quodam illius, qui dicebatur Rof, Roffeceſter, cognominat; diſtat autem à Doroverni millibus paſſuum ferme viginti quatuor ad Occidentem) in qua rex Edelberthus eccleſiam B. Andreæ Apoſtoli fecit: qui etiam Epiſcopis utriuſque hujus Eccleſiæ dona multa, ſicut & Dorovernienſis, obtulit: ſed & territoria ac poſſeſſiones in uſum eorum, qui erant cum Epiſcopis, adjecit.

à S. Auguſtino ordinatur Epiſcopus,

f C

g h

erecta Londini Cathedra,

4 [Deinde, cum jam obiiſſet Auguſtinus,] Mellitus Londoniæ Epiſcopus venit Romam, de neceſſariis eccleſiæ Anglorum cauſis cum Apoſtolico Papa *i* Bonifacio *k* tractaturus. Et cum idem Papa reverendiſſimus cogeret Synodum Epiſcoporum Italiæ, de vita monachorum & quiete ordinaturus, & ipſe Mellitus inter eos aſſedit anno octavo Imperii Phocatis Principis *l* Indictione XIII, tertia die Kalendarum Majarum: ut quæque regulariter erant decreta, ſua quoque auctoritate ſubſcribens confirmaret, ac in Britanniam rediens, ſecum Anglorum Eccleſiæ mandata atque obſervanda deferret; una cum epiſtolis, quas idem Pontifex Deo dilecto Archiepiſcopo Laurentio & Clero univerſo, ſimiliter Edelbertho Regi atque genti Anglorum direxit.

D

i k reverſus Romam, intereſt Synodo:

l

5 At vero poſt mortem *m* Edelberthi, cum filius ejus Eadbaldus regni gubernacula ſuſcepiſſet, magno tenellis adhuc ibi Eccleſiæ crementis detrimento fuit. Siquidem non ſolum Chriſti fidem recipere noluerat, ſed & fornicatione pollutus eſt tali, qualem nec inter gentes auditam Apoſtolus teſtatur, ita ut uxorem patris haberet: quo utroque ſcelere occaſionem dedit ad priorem vomitum revertendi iis, qui ſub imperio ſui parentis, vel favore vel timore regio, fidei & caſtimoniæ jura ſuſceperant. Nec ſupernæ flagella diſtrictionis perfido Regi caſtigando vel corrigendo defuere: nam crebra mentis veſania, & ſpiritus immundi invaſione premebatur. Auxit autem procellam hujuſmodi perturbationis etiam mors Saberethi Regis Orientalium Saxonum: qui ubi regna perennia petens, tres filios ſuos, qui pagani perduraverant, regni temporalis heredes reliquit, cœperunt illi mox idololatriæ, quam, vivente eo, aliquantulum intermiſiſſe videbantur, palam ſervire, ſubjectiſque populis idola colendi liberam dare licentiam. Cumque viderent Pontificem celebratis in Eccleſia Miſſarum ſolenniis, Euchariſtiam populo dare, dicebant, ut vulgo fertur, ad eum, barbara inflati ſtultitia: Quare non & nobis porrigis panem nitidum, quem & patri noſtro Saba (ſic namque eum appellare conſueverant) dabas, & populo adhuc dare in eccleſia non deſiſtis? Quibus ille reſpondebat: Si vultus ablui fonte illo ſalutari, quo pater veſter ablutus eſt, poteſtis etiam panis ſancti, cui ille participabat, eſſe participes: ſin autem lavacrum vitæ contemnitis, nullatenus valetis panem vitæ percipere. At illi: Nolumus, inquiunt, fontem illum intrare: quia nec illo opus nos habere novimus: ſed tamen pane illo refici volumus. Cumque diligenter ac ſæpe ab illo eſſent admoniti, nequaquam fieri poſſe, ut abſque purgatione ſacroſancta quis oblationi ſacroſanctæ communicet, ad ultimum furore commoti, aiebant: Si non vis aſſentire nobis in tam facili cauſa, quam petimus, non poteris jam in noſtra provincia demorari: & expulerunt eum, ac de ſuo regno cum ſuis abire juſſerunt. Qui expulſus inde, venit Cantium, tractaturus cum Laurentio & Juſto Coëpiſcopis, quid in his eſſet agendum: decretumque eſt communi conſilio, quia ſatius eſſet, ut omnes in patriam redeuntes, libera ibi mente Domino deſervirent, quam inter rebelles fidei barbaros ſine fructu reſiderent. Diſceſſere itaque primo Mellitus ac Juſtus atque ad partes Galliæ ſeceſſere, ibi rerum finem expectare diſponentes. Sed non multo poſt tempore Reges, qui præconem à ſe veritatis expulerant, & dæmoniacis cultibus impune ſerviebant, egreſſi contra gentem *n* Geniſſorum in prælium, omnes pariter cum ſua militia corruerunt: nec ſic, licet auctoribus perditis, excitatum ad ſcelera vulgus potuit corrigi,

m

à ſuccedentibus Regibus idololatriæ vexatur:

E

negat iis ſacram Euchariſtiam.

F

expulſus à Sede abit in Galliæ:

n

ex Beda. atque ad ſimplicitatem fidei & caritatis, quæ eſt in Chriſto, revocari.

6 [Poſtea autem Eadbaldus Rex] anathematizato omni idololatriæ cultu, abdicato connubio non legitimo, ſuſcepit fidem Chriſti, & baptizatus, Eccleſiæ rebus, quantum valuit, in omnibus conſulere ac favere curavit. Miſit etiam in Galliam, & revocavit Mellitum & Juſtum, eoſque ad ſuas Eccleſias libere inſtituendas redire præcepit. Qui poſt annum, ex quo abierant, reverſi ſunt: & Juſtus quidem ad civitatem Roffi, cui præfuerat, rediit: Mellitum vero Londinenſes Epiſcopum recipere noluerunt, idololatris Pontificibus magis ſervire gaudentes: non enim tanta erat ei, quanta patri ipſius regni poteſtas, ut etiam nolentibus ac contradicentibus Paganis Antiſtitem ſuæ poſſet Eccleſiæ reddere. Verumtamen ipſe cum ſua gente, ex quo ad Dominum converſus eſt, divinis ſe ſtuduit mancipare præceptis. Denique & in monaſterio beatiſſimi Apoſtolorum principis, eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis fecit, quam conſecravit Archiepiſcopus Mellitus.

revocatus Londini nõ recipitur,

eccleſiam in Weſtmonaſterio dedicat,

7 Hoc etiam regnante Rege, beatus Archiepiſcopus Laurentius regnum cæleſte conſcendit, atque in eccleſia & monaſterio S. Apoſtoli Petri, juxta prædeceſſorem ſuum Auguſtinum, ſepultus eſt die quarto Nonarum Februariarum. *o* Poſt quem Mellitus, qui erat Londoniæ Epiſcopus, Sedem Doroverneníis Eccleſiæ ab Auguſtino ſuſcepit: Juſtus autem adhuc ſuperſtes, Roffenſem regebat Eccleſiam. Qui cum magna Eccleſiam Anglorum cura ac labore gubernarent, ſuſceperunt ſcripta exhortatoria à Pontifice Romanæ & Apoſtolicæ Sedis *p* Bonifacio, qui poſt Deusdedit Eccleſiæ præfuit anno incarnationis Dominicæ DCXVIII. Erat autem Mellitus quidem corporis infirmitate, id eſt, podagra gravatus: ſed mentis greſſibus ſanus, alacriter terrena quæque tranſiliens, atque ad cæleſtia regna ſemper amanda, petenda & quærenda pervolans. Erat carnis origine nobilis, ſed culmine mentis nobilior. Deniqne (ut unum virtutis ejus, unde cetera intelligi poſſint, teſtimonium referam) tempore quodam civitas Dorovernenſis, per culpam incuriæ igne correpta, crebreſcentibus cœpit flammis conſumi: quibus cum nullo aquarum injectu poſſet aliquis obſiſtere, jamque civitatis eſſet pars vaſtata non minima, atque ad *q* Epiſcopium furens ſe flamma dilataret; confidens Epiſcopus in divinum, ubi humanum deerat, auxilium, juſſit ſe obviam ſævientibus & huc illucque volantibus ignium globis efferri. Erat autem eo loci, ubi flammarum impetus maxime incumbebat, martyrium beatorum quatuor Coronatorum. Ibi ergo perlatus obſequentum manibus Epiſcopus, cœpit orando periculum infirmus abigere, quod firma fortium manus multum laborando nequiverat. Nec mora, ventus, qui à meridie flans, urbi incendia ſparſerat; contra meridiem reflexus, primo vim furoris ſui à læſione locorum, quæ contra erant, abſtraxit; ac mox funditus quieſcendo, flammis pariter ſopitis atque extructis, compeſcuit. Et quia vir Dei igne divinæ caritatis fortiter ardebat, qui tempeſtates poteſtatum aërearum à ſua ſuorumque læſione crebris orationibus vel exhortationibus repellere conſueverat, merito ventis flammiſque mundialibus prævalere, & ne ſibi ſuiſque nocerent, obtinere poterat. Et hic ergo, poſtquam annis quinque rexit eccleſiam, Eadbaldo regnante migravit ad cælos, ſepultuſque eſt cum Patribus ſuis in ſæpedicto monaſterio & eccleſia beatiſſimi principis Apoſtolorum, anno ab incarnatione Domini ſexcenteſimo vigeſimoquarto, die octavo Kalendarum Maiarum.

B

o Creatur Archiepiſcopus Cantuarienſis:

p

q

C

precibus incendium extinguit:

moritur 24 Aprilis anno 624.

ANNOTATA.

D

a *Gregorii Magni Acta illuſtravimus* 12 *Martii. Agitur autem de S. Mellito aliiſque in Angliam Miſſis in priori Vita num.* 18, *& in altera per Ioannem Diaconum lib.* 2 *num.* 37

b *S. Auguſtinus colitur* 26 *Maii, in cujus Actis per Gotſelinum res geſtæ S. Melliti ut plurimum continentur.*

c *Hi erant, S. Laurentius* 2 *Archiepiſcopus Cantuarienſis, cujus Acta dedimus* 2 *Februarii, & Petrus monachus, à S. Auguſtino Romam miſſi.*

d *Coluntur, S. Iuſtus* 10 *Novembris: at Paulinus, primus Eboracenſis Archiepiſcopus,* 10 *Octobris.*

e *Annum hi characteres indicant* 601.

f Londonia, *ſeu* Londinum *eſt in provincia Middelſexia, ſed Regibus Orientalium Saxonum ſive Eſtſexiæ ſubjecta.*

g Saberethus *aliis* Sebertus *regnavit ab anno* 596 *uſque ad annum* 615.

h *Acta S. Ethelberti illuſtravimus* 24 *Februarii, quæ conſulat Lector.*

i *Anno* 608.

k *Hic eſt Bonifacius* 4, *qui præfuit Eccleſiæ à* 16 *Septembris anni* 607, *uſque ad* 8 *Maii anni* 614.

l *Ergo anno* 610. E

m *Anno* 616, *uti ad ejus Vitam demonſtratur.*

n Geviſſi *ſunt populi in Weſtſexia, ſive apud Occidentales Saxones.*

o *Anno* 619.

p *Mortuo S. Deusdedit* 8 *Novembris anno* 617 *ſucceſſit* 29 *Decembris Bonifacius quintus:*

q Epiſcopum *paſſim legitur in Mss. & impreſſis: ſed apparet de loco, non perſona, agi.*

MIRACVLA

Ex Legenda Anglicana Ioannis Capgravii.

Lumen ad ſepulcrum negligenter cuſtodiens,

1 ANus quædam honeſtæ vitæ erga S. Auguſtinum ſocioſque ejus devotiſſima, frequenter adeſſe, orare, luminaria accendere, opertoria ſanctorum corporum pura & nitida ſervare ſolebat. Quadam autem die cum feſſa ab oratione dormire inciperet, cereus ardens coram S. Auguſtino negligenter extinctus, nidorem dabat, & exhauſta luce fumabat. Et ecce videt in viſu B. Mellitum, de monumento ſurgentem, & cum magna indignatione increpantem illam, & dicentem, Unde tibi hæc audacia, ut hic dormias, & Patronum noſtrum Auguſtinum, noſque ejus collegas ſine lucis honore relinquas? Et extenta manu ingentem dormienti alapam incuſſit. Ad ictum vero inflictum evigilans, vidit apertis oculis Sanctum à ſe redeuntem & tumbam ſuam ingredientem. Adeo autem rubebant ſigna digitorum & palmæ ferientis, ac ſi recenti ſanguine diſtincta eſſent.

A S. Mellito apparente monetur: F

Sanantur podagrica & chiragrica:

2 Mulier quædam, podagrica & chiragrica infirmitate aſtricta, pedibus prodire, de lectulo ſurgere, manus ad os levare non valens, fuſa ad B. Mellitum prece, moribunda ad vitam ſubito rediit, omnem dolorem exuit, ſalutem induit, & ad ſua gratias agens lætanter rediit.

gravi morbo detentus,

3 Miles quidam gravi morbo detentus, vidit Mellitum Pontificalibus indutum ſibi adſtare ac dicere: Te, inquit jam ſoſpitem ab hoc lecto ægritudinis jubet ſurgere, cui data eſt poteſtas curationis tuæ. Ad hanc vocem miles ſanus effectus, quis ſibi ſuccurrere dignatus ſit, inquiſivit. Et ille, Ego, inquit ſum Mellitus, qui Auguſtino in Pontificatu ſucceſſi tertius.

4 Iuvenis quidam Cantuariæ, ſimplex & neminem lædens, & de poſſeſſione ſua pauperibus diſtribuens,

B. Mel-

A *ejus apparentis juſſu virginitas ſervatur,*

B. Mellitum in magna veneratione habebat. Coactus demum ab amicis uxorem ducere, per totam noctem curis & queſtubus animum affecit, cur hæc vincula induerit, qui liber erat, & ſine Domini ſui & Patroni Melliti conſilio hoc fecerit. Intactam autem Virginem dimittens, mane ante S. Mellitum multis precibus & ſuſpiriis ſalutare exigit reſponſum. Soporato tandem Sanctus adſtitit Mellitus, hortatur, imperat, ut ſponſam ſuam, debita dote reddita, parentibus intactam reſtituat, & ipſe caſtitatis viam uſque in finem tenere ſtudeat. Evigilans autem juvenis, quod juſſum fuerat, quantocius implere feſtinavit.

5 Poſt centum autem luſtra tranſlato corpore S. Auguſtini & Sociorum ejus, quidam miles, cujus oculum carbunculus poſſederat, inter denſos cuneos brachium protendit; extremam partem vectis, quo B. Melliti feretrum portabatur, ſummis digitis contigit; ipſumque tactum, quaſi collyrium & optimum unguentum morbido oculo infricuit: & ſtatim ſanies peſtifera defluxit, & omnem dolorem ſubita ſalus, ut lux tenebras, effugavit. Poſt Miſſarum vero celebrationem adjunguntur Auguſtino digni Sacerdotes, prior Laurentius à dextris, ſecundus Mellitus à ſiniſtris. D *curatur carbunculus oculi.*

DE SANCTIS VIRGINIBVS,

BOVA ABBATISSA ET DODA SANCTIMONIALI,

REMIS IN GALLIA.

G.H.

SECUL. VII

Mpliſſima Remorum civitas, antiquis Durocortorum dicta, ac Belgicæ ſecundæ metropolis, inter alios & quamplurimos Sanctos hoc XXIV *Aprilis, veneratur SS. Bovam & Dodam Virgines: quarum notitia eſt inſcripta in pervetuſto & optimæ fidei Martyrologio, Vſuardi nomen præferente, his verbis:* Remis civitate natalis ſanctarum Virginum Bovæ atque Dodæ. *Quæ plane eadem leguntur in MS. Adone monaſterii S. Laurentii apud Leodienſes, & in Additionibus Molani ad Vſuardum, iiſque citatis in hodierno Martyrologio Romano. Earumdem etiam meminerunt MS. Florarium Sanctorum, Grevenus, Maurolycus, Felicius, Galeſinius, Caniſius, & cum longo encomio Sauſſajus in Martyrologio Gallicano. Duplicia habemus Eccleſiæ Metropolitanæ Remenſis Breviaria, priora, auctoritate Caroli à Lotharingia Archiepiſcopi anno* MDLVII *edita, in quibus Officium SS. Bovæ & Dodæ permittitur ex devotione recitandum: poſteriora, auctoritate Ludovici à Lotharingia Archiepiſcopi anno* MDCXIV *permiſſa vulgari, in quibus præſcribitur Officium ex præcepto recitandum ſub ritu ſemiduplicis, cum tribus Lectionibus propriis ad Matutinum in ſecundo Nocturno.*

B *Nomen in ſacris faſtis:*

cultus in Breviariis Remenſibus:

Vita ex MSS. editur.

2 *Vita ejus olim ſcripta flammis exuſta traditur, ac tum ex rogatu ſanctimonialium, ſuggerentium quæ noverant, & ab aliis etiam vita functis acceperant, alia Acta fuerunt compoſita, quæ nos, Romæ in antiquo Codice MS. Sereniſſimæ Chriſtinæ Reginæ Sueciæ, numero* 141 *ſignato reperta, hic integra damus; ac nihilominus gratanter agnoſcimus, quod eorum partem ex MS. Breviario monaſterii ſanctimonialium antea ſubmiſerit Henricus Marcellius Societatis Ieſu.*

C

Elogium ex Flodoardo,

3 *Flodoardus, Eccleſiæ Remenſis Presbyter ac Canonicus, in Hiſtoria Eccleſiæ Remenſis ſeculo Chriſti decimo ſcripta, lib.* 4 *cap.* 38, *de Sanctis hiſce Virginibus earumque monaſterio iſta tradit:* Plures apud nos quondam Sanctorum fuere baſilicæ, ſed & monaſteria infra vel circa Remenſem hanc urbem, quæ modo non haberi probantur. Duo tamen adhuc ſuperſunt infra urbem puellarum monaſteria: quorum unum, quod Superius à ſitu ſcilicet loci nuncupatur, S. Baldericus Presbyter cum ſorore ſua Bova, ejuſdem cœnobii poſtmodum Abbatiſſa, in honore S. Mariæ vel S. Petri conſtruxiſſe traditur. Qui regali progenie exorti fuiſſe referuntur, patre ſcilicet Sigeberto Rege, habentes neptem nomine Dodam, caſtiſſimam puellam: quæ deſponſata fuiſſe fertur cuidam Magnati ejuſdem Regis Sigeberti: quamque præfata ipſius amita Bova inſtituens, ad ſerviendum Deo ſervandamque perpetuo virginitatem, ab amore terreni avertit ſponſi. Qui cum ſibi adverſaretur, Sponſam innitens eamdem corripere, aſcenſo equo; dum id conatur quoquo modo adimplere; furente lapſus ab equo, fractis cervicibus traditur interiiſſe. Beata denique Doda in caſtitatis propoſito permanens, amitæ ſuæ in ejuſdem monaſterii ſucceſſit regimine: quæ E præceptum immunitatis à Principe Pipino eidem poſtmodum obtinuit fieri cœnobio. Quarum corpora in eccleſia extra muros urbis, ubi primum fuerat puellarum monaſterium, tumulata diu quieverunt, donec poſtmodum revelationibus elevata, & ad hanc novam ſunt eccleſiam perlata, ibidemque venerabiliter collocata, continua honorificantur inibi Deo famulantium reverentia puellarum.

4 *Dein cap.* 44 *idem Flodoardus iſta habet:* In præmemorato puellarum monaſterio, in quo præfatarum SS. Bovæ ac Dodæ tranſlata præfati ſumus corpora, nonnulla poſtmodum patrata probantur miracula: ubi frigoriticis atque diverſis ægritudinibus occupati venientes, optata merentur ſoſpitate donari, maxime in die Solennitatis earumdem. In qua quædam nuper puella, auditu fruſtrata, ut invaletudinis ſenſus hujus obturatis meatibus, interventu earumdem Sanctarum Chriſti Sponſarum, perdita dudum munia recipere meruit aurium. *Hæc Flodoardus, à quo auctor Vitæ diſſentit circa regimen monaſterii, quod Dodam ait ſemper refutaſſe; ac circa hujus Sponſum, qui aſſumpta vita monaſtica dicitur Sancto fine quieviſſe. At monaſterium hoc Sanctimonialium, ubi earum Reliquiæ ſervantur, etiamnum* F *ſub nomine S. Petri permanet Ordinis Benedictini, cui hæ Virgines etiam adſcribuntur in Faſtis monaſticis Wionis, Dorganii, Menardi, Bucelini. At Mabillon in ſeculo ſecundo Benedictino, ſive Chriſti ſeptimo, maluit illas inter Sanctos prætermiſſos collocare, ſic tamen ut earum nominibus præpoſuerit* * *aſteriſcum, deſignaturum quod* videantur eſſe Germanæ Benedictinæ; *fortaſſis intendens hac ratione dubiæ cauſæ arbitrium, cum bona ſuorum Benedictinorum gratia, declinare.*

& miracula indicata,

an Ordinis Benedictini?

VITA

Ex MS. codice Sereniſſimæ Chriſtinæ Reginæ Sueciæ.

PROLOGUS TRIPLEX.

QUiſquis orthodoxæ fidei aliqua in templo Dei deſideranter ambit offerre munuſcula, totis niſibus conari debet; quatenus Deo digna, & multis proficua ejus ſint munera. Si talia conſtiterit eſſe,

EX MSS. qualia hæc, cupimus manere per tempora poſteris profutura. Et ut hoc queat peragere quiſque devotus, ille invocandus & humiliter ſupplicandus præſtat, ex quo, & per quem, & in quo ſanctificantur cuncta votiva; id eſt, Chriſtus Jeſus Dei virtus & Dei ſapientia, Verbum ſine fine atque principio, cujus nomine clauſa referuntur & ſecreta panduntur: qui cum eſſet ante tempora in ſinu Patris, id eſt natura incogitabili ſummæ Divinitatis, ut nos ſuæ claritatis faceret eſſe participes, manens per omnia quod erat, noſtræ mortalitatis naturam non dedignatus eſt ſumere, ſancto Spiritu conceptam: quo nos non permaneremus quod eramus, iræ ſcilicet atque perditionis captivata proles. Idcirco quemque fidelium oportet, quæcumque valet beneficia, Deo Patri per Filium ejus in Spiritu ſancto perferre devota, & ejus laudibus digna, orationum muniis referta. virtutum muneribus adornata, precum moliminibus ſuffulta; ut Deus natura inviſibilis, per hujuſcemodi bonorum incrementa operum viſibilis in fidelibus ſuis appareat, & ejus ſint in recompenſatione ſanctiſſima, cujus datione extiterunt votiva. Hoc tamen de Chriſtianæ fidei dulcedine paucis prælibare curavimus, quatenus lumen ſequentis operis, paulatim innoteſceret fidelibus; & diligentius eis pateſceret, ad quas partes hæc oratio fidei dirigeretur: ad ſanctarum videlicet Virginum Bovæ atque Dodæ vitam: quæ eamdem porro fidem corde tenentes, & opere hujus fidei præcepta complentes, ad ſummæ felicitatis gaudia pervenerunt. Quarum actus, & officia poſteris proponimus, Deo adminiculante & earum interceſſionibus, propalare; quatenus noverint, non minoris theſauri donaria Jeſum earum in mentibus poſuiſſe, quam aliarum, quarum geſta atque emolumenta multipliciter narrantur divina, quæ currentibus per ſingula omnino pateſcent mirifica. Ceterum quibus ad tam arduum culmen hortantibus pertingere auſi ſumus, nulla acrioris ingenii gratia ſuffulti, non differemus enudare: duabus equidem ſacris Virginibus ejuſdem monaſterii, in quo hæc beata jacent pignora; Eva ſcilicet atque Gertrude, quæ earumdem vitam Virginum nobis palam fecerunt, à pluribus quæ obierunt relatam ſibi Sororibus, quibus etiam, crebrius moniti, nihil proprii officii negare poteramus; potius negotium quod per dilectionem operatur penſantes, quam ſcientiæ confidentes noſtræ tanti operis dignitatem ſupplere. Fatebantur etenim prædictæ puellæ, noſtræ potius adſcribi potuiſſe deſidiæ quam inſcientiæ, ſi id pernegaremus, quod ſecundum opinionem earum, interceſſionibus Sororum totius cœnobii, & maxime ſanctarum Virginum de quibus eramus locuturi & Dei inſuper adjuti auxilio, valeremus explere. His igitur ita præſignatis, & quæ cupimus edicere ſummotenus prælibatis, ad opus deſiderandum perveniamus *a*.

Perfecta opera Deo offerenda,

C

a

2 Nemo miretur ſi nos per multa periclitemur, actus SS. Bovæ atque Dodæ Virginum denuo retexentes, cum priorem librum, qui de Vita earum editus ad volumen uſque magnum excreverat, neque viderimus, neque qui vel quæ eum ſe vidiſſe teſtaretur valuerimus invenire. Verumtamen auditu didicimus à pluribus Sororum, quod in eodem monaſterio, in quo ſupradictæ Virgines requieſcunt, armarium quoddam fuerit, in quo volumina librorum perplura extabant recondita, ſimulque opum divitiæ maximarum; pallia ſcilicet holoſerica utroque rigentia, vaſa quoque aurea atque argentea, miris opificum ingeniis prædita, diverſiſque exaſperata ſculpturis, & peripetaſmata ſive diverſorum aulæa generum, multaque præterea ejuſdem monaſterii ornamenta, quæ propter temporis longævitatem à memoria receſſerunt, atque uſu ipſo obſoluerunt. Inter quæ ipſa etjam liber ille, qui Beatarum actus Virginum contiſ nebat & ortus, diverſarumque ſigna virtutum, flammis odibilibus peruſtus eſt: qui potius utilitate ſua, quam ad exempla ſanctorum operum prodebat, aliis quam ſuæ taxationis pretio damnum ingeſſit. Ex eo igitur tempore viduatæ pene fuerunt ſanctarum Virginum ſolennitates Lectionibus & Reſponſoriis propriorum actuum & miraculorum retroactorum, niſi quod aliarum Virginum communia recitabantur Officia, uſque ad hoc tempus, in quo Divina propitiante clementia & Spiritu ſancto inſpirante, qui pridem illi aſpiraverat, qui præfatum libellum dictaverat, nos tentamus peruſta reintegrare. Quocirca lectorem præmonemus, ne qua violentia verba redarguat ruſticana, non rhetoricis floſculis ornata, nec libellis penſilibus trutinata, & entimematibus aut ſoritis obſcuriſſimis retorta, ſed ad utilitatem ſimplicium auditorum promulgata noſcat: quia maluimus legentem oblectari rebus Divinis, quam verbis nimium hærere fucatis. Unde veniam magnopere poſcimus, flexis cordis ſuffraginibus, quo ſi quid ineptius offenderit palatum, potius noſtræ aſſignet ineptiæ, quam rerum materiæ, quæ auctioris ingenii viris reſervanda, per caritatem nobis impacta extitit invitis. Quin etiam noverint nos nequaquam accuratioribus hæc renotare lectoribus, ſed magis ſimplicioribus: utpote puellis, quæ minime argutis ſe gaudere profitebantur ſermonibus. Inter hæc igitur ponderent res potius quam verba, quæ ſuorum acumina perturbant auditorum; preſertim dum quidquid audierint vocibus, id arbitrantur reperire in rebus, maxime ambiguis: in quibus, dum plura unumquodque ſignificat verbum, per mille meandros & innumerabiles anfractus ſuos cogit ire ſequaces. Sed hæc hactenus. Nos vero, quia per varia loquendo digreſſi ſumus, ad dulcem materiarum relationem noſtri officium ſtyli reverti faciamus.

D

redintegratur,

ſimplici ſtylo pro Sanctimonialibus,

E

Liber craſſus de vita & miraculis SS. Bovæ & Dodæ, flammis exuſtus,

harum Vita ſcribitur

ſanctimonialium materiam ſuggerentium negatu.

B *exemplo SS. Bovæ & Dodæ,*

3 *b* Summæ Divinitatis laus, & magnæ diſpoſitionis ejus aſſignatio eſt, dum Chriſti ſervorum ſeu ancillarum ingenia vel beatitudo, per eorum opera, quantum humanus cenſet intuitus, divina, & miraculorum judiciis approbata, ſcriptis memoriæ futurorum mandantur: quia quidquid fideles ſanctarum operantur virtutum, in eum redundat; qui ſuo nutu dedit ut fierent. Quapropter nos ſanctarum Virginum Bovæ, atque Dodæ vitam, mores ſeu actus deſcribentes, Spiritum ſanctum invocamus, qui in mentibus earu ab ipſa nativitate habitans, dedit eis mirabiliter vivere, & mirabilius operari: quatenus mirificis extrinſecus appareret operibus, qui habitator mentes earum regeret intrinſecus: & qui eis conceſſit mira peragere, nobis ad laudē ſui nominis tribuat enarrare.

b

invocatur Spiritus ſanctus.

F

a *Hoc loco interponebantur aliqui tituli capitum, ſed non ad finem perducti; quos omittimus, ſupponentes pro iis ſynopſim marginalem.*

b *Hinc incipiunt antiquæ Lectiones, quæ olim in monaſterio harum Sanctarum recitari ſolebant.*

CAPUT I.

S. Bovæ ortus nobilis, educatio, vita monaſtica: monita ab ea Abbatiſſa Sanctimonialibus data.

4 Igitur ſanctæ hujus Virginis Bovæ, jam ſtemma nobilitatis breviter intimetur, ut cognito ejus ingenuitatis ſanguine, clarius liqueat fama, ab ejus progreſſa origine. Extitit enim Rege *a* Sigeberto patre progenita, qui fuit nobiliſſimorum oriundus Cæſarum proſapia. Hæc Virgo à primordiis cunabulorum, ſacri baptiſmatis fonte renata, Bova ex nomine vocitata, quaſi multorum adjutrix *b* eſt appellata, eo quod multas ſui gregis Sorores ad æternum Chriſto auſpice tranſmiſit regnum. De hinc dulciter, ut Regalis ſoboles, humanis uſibus alta, litteris ab ipſa traditur adoleſcentia ſacris imbuenda: in quo gymnaſio litterarum non eſt noſtri reſignare, quanta facilitate præibat

a

S. Bova regio ſanguine nata,

ſacris litteris imbuitur,

A præibat puellas alias. Intantum etenim ſui robur ingenii paucis excreverat dieculis, ut majuſculas ſua ætate & ſcientia antecederet, & morum gravitate præiret. Cerneres etiam dulcia mirifice verba moderantibus labiis, ipſa quaſi tutrinari lance ; & mentis puritatem vocibus ipſis reſonantibus, habitatorem ipſius cordis faterere Spiritum ſanctum. Nec mirum, cum ſanctæ mentis viſcera Deo pararent habitacula, & ejus vota puriſſima Chriſti manerêt inſignia. Per hanc igitur ætatem, coævis dulcis eloquio, majoribus ſubjecta obſequio, inceſſu pedum nobilis, breviloquio affabilis, divinis erudiebatur præceptis pariterque humanis, uſque adeo, ut ſi quando accideret, quod poſt evenit; alias pernoſceret & præſentibus refovere alimentis & futuris. Jam enim parabatur vas fidele in quo Spiritus ſanctus ſuam reconderet doctrinam : quæ fidelibus diſpenſaretur temporis opportunitate famulabus. Apparebat ſiquidem in vultu jucunditas, in verbis hilaritas, in oculis humilitas, ut iam pudibunda virginitas prætenderet in ſpecie, quod poſtea modificavit in opere. Morigerabatur vero natu majoribus, æqualibus etiam ſe ſimilem ponderabat. Interea dum hæc agerentur, paulatim ancilla Chriſti ad divinum formabatur miniſterium, deſiderans perenni ſe jungere Sponſo, caſtiſque amplexibus ejus æternaliter frui, & mente integra coaptare : quod vix jam

moribus matura,

Chriſtum Sponſum elegit :

B flamma Jeſu, Redemptoris ſui tam dulcis atque magni, pudico poſſet capi pectore : illum voce, illum mente, illum totis viſceribus ſitiebat. Noctes trahebat inſomnes, lectum uberrimis irrigabat lacrymis; longa ab imo trahens ſuſpiria, graviſſimos effundebat gemitus, ut iam vivam fatereris hoſtiam ſanctiſſimis immolatam deſideriis. Quid plura ? quod prius conceperat in voto, poſtmodum patefecit exemplo.

5 Quo Sororis caſtiſſimo Baldericus cognito deſiderio, infra Remorum muros non longe à baſilicarum porta, pretioſum condidit monaſterium : de cujus mirabili ſtructura, quia ad alia properamus, vel quia noſtris temporibus jam omnino opificium illud pene cernitur deſtructum, omittimus in præſentiarum differere ; ſed ſuo iterabimus in loco, prius enarratis quæ ad præſens pertinent negotium. Quo igitur monaſterio ad unguem ædificato, & multis ornamentis dicato, gregeque ſanctarum Virginum inibi collocato, & quæ neceſſaria intrinſecus & extrinſecus videbantur diligenter explicitis, prædictus vir Balderi-

Remis in conſtructo à S. Baldrico fratre monaſterio,

cum aliis Virginibus collocatur :

C cus ſororem ſuam cum aliis locum incolere fecit puellis. Quo ſpatio temporis, quis edicere queat vel officio ſtyli apicibus denotare, quanta virtus in jejuniis, quanta aſſiduitas in orationibus, quod ſtudium in lectione divina, quæ nocturnis horis vigiliæ, quæ diurnis divinarum indagatio & admonitio litterarum, ut pene ſi dici poſſet, in femineo ſexu, Paulum in conſolationibus, Hieronymum in reprehenſionibus, Annam in jejuniis, Mariam in lacrymis, Martham proſpiceres in fide. Et quid tibi plus cumulem ? Omnibus ſe conformabat moribus ad illas, ut omnes efficeret ſalvas. Inter hæc ſiquidem ſagacioris conſilii Sorores, & quæ potentioris habebantur voluntatis, conciliabula cœperunt efficere caſtiſſima, tractantes quatenus ſanctam Virginem Bovam ſuper ſe ponerent, & matremfamilias conſtituerent, quo ejus edoctæ ſermonibus, adjutæ orationibus, Chriſtum ſponſum, cui ſe devoverant in ſanctimoniis conſequi mererentur, & æternis in cælo gaudiis ei conjunctę perfruerentur. Quod audiens beata Virgo cœpit refutare pondus honoris; & quod aliæ arbitrabantur ad laudem, hæc metuebat ad pœnam. Timebat enim, ne forte callidus hoſtis ſuo latenter irreperet animo; & quod deberet peragi ad Dei laudem, ipſe ſua calliditate transformaret ad mortem. Honores ſiquidem hujus ſeculi aliquando bonos tranſvolvunt mores, & rectiſſimas diſtorquent qualitates, & directa pervertunt judicia ; ſic-

& ob eximias virtutes

in Abbatiſſam expetitur à ſanctimonialibus,

ut de Saule legitur, qui antequam Rex in Iſraël conſtitueretur, humillimus interceſſor habebatur : ſed nimirum pondus honoris morum probitatem exinanivit ; & preſſus nimietate ſublimitatis, nequivit ſurgere ad obedientiã laudis Dei. Cum ergo Frater prefatæ Virginis Baldericus hanc Sororum unanimem perſenſit voluntatem, dulcibus verbis & ſanctiſſimis adhortationibus, perſuadere cœpit ſuæ germanæ divinis non contraire conſiliis, & potius aliarum quam ſuam penſare voluntatem : læto corde, & humili ſpiritu, quod Sorores devotis mentibus precabantur, illã ſuſcipere fatebatur debere; & in hoc imitaretur Chriſtum Jeſum, qui non ſuam, ſed Dei Patris venerit complere voluntatem. Quibus auditis à rigida obſtinatione ſummovit propoſitum, & jugo obedientiæ animum ante ad hoc cervicoſum ſubſtraxit, ambiens illud præceptum deinceps à bono Paſtore Apoſtolorum Principi impactum peragere ; Si diligis me, paſce oves meas Quod eſt profiteri, ſi amor tuæ mentis, meę ſervituti obedire concupiſcit, meam adimple non tuã voluntatem. Cura itaque Matris Sororum electione communi ſuſcepta, alteram proſpiceres in negotiis monaſterii, in præceptis utilibus ſuarum ovium; nequaquam tamen in cibis, jejuniis, orationibus, vigiliis ceteriſque bonorum operum officiis mutatam, ne forte cum aliis prædicaret ipſa reproba fieret.

EX MSS.

à S. Baldrico fratre inducta,

Ioan. 21, 17

admittit eamturam,

6 Inſtabat etenim lectioni, aſſidue divina lectitabat arcana, & quod inde carpere poterat pervigili memoriæ commendabat; ut puriſſima caritate quod diu ruminaverat, Sororibus caſtiſſimis diligenter eructaret. Hortabatur quandoquidem eas ad caritatem, quæ eſt vinculũ perfectionis, non minus tamen ad humilitatem, quod eſt ſacrarium præceptorum Dei; ad obedientia, per quam itur ad Deum; ad laborem manuum, quod eſt acquiſitio beatitudinis, ſicut David dicit Labores manuum tuarum mãducabis, beatus es : quod eſt intelligere, in operibus ſanctis conſtat vita æterna, non tantum in fide, quæ ſine operum ſupplemento otioſa eſt, ſecundum hęreticos, qui ſuis profitentur ſeductis ſequacibus tantum credere, & quæcumque vultis facite : quod eſt augmentum mortis, & abolitio vitæ perennis : cum econtra Apoſtolus, ſicut paulo ante dictum eſt, admoneat dicens, Fides ſine opere vana eſt in ſemetipſa ; & bonus Paſtor ſuis prącipiat diſcipulis imo omnibus in eis fidelibus, Beati eritis, inquiens, ſi mea feceritis præcepta, non ſolummodo credideritis meis dictis. Et his rite explicitis ſubſequenter addidit, ut ſe inutiles profiterentur ſervos, ne bonis operibus inſoleſcentes in aliquam elevarentur jactantiam ; & hoc divino inſtinctu videtur admonere, ne corda Sanctorum gravi torpeſcerent veterno, & non vacantes divinis operibus dies mortis tanquam fur eos occuparet. Et David rurſus idipſum ſentiens, profitebatur, ſemel Deum locutum reddere unicuique juxta opera ſua ; ſed ſe bis audiſſe, id eſt præceptum compleſſe, ut ſemel ſit Deum præcipere, & bis ſit operari (quæ duo juncta ſimul perfectũ reddunt fidelem) aut etiam ſecundum aliquos illud quod ſequitur exponere cernitur, Quia poteſtas Dei & tibi Domine miſericordia ; ut poteſtas ad vindictam reproborum, miſericordia ad gloriam Sanctorum pertineat; redibitio tamen operum ad utroſque ; cum & illi pro malis æterna incendia, & iſti pro bonis operibus ſempiterna recepturi ſunt præmia. De hinc beata Virgo, ſeu ſua Mater erudiebat illas honore invicem prævenire, conteſtans ut quanto humilior quæque earum aliis appareret & eſſet, tanto Deo dignior & ſibi carior permaneret; magna ſcilicet cum gravitate loqui & dulcia & rationabilia verba, quę vitã ſonarent cęleſtem, & Chriſti prącepta retinerent; novis rumoribus carentia, ſpem futurę beatitudinis redolentia, ut ſi quando aliquis, vel aliqua aforis veniens ea audiret,

E *inculcat ſuis ſtudiũ virtutum,*

Pſal. 127, 2

bonorum operum exercitium,

Iac. 20, 26

Ioan. 13, 17

fugam jactantiæ, F

Pſal. 61, 12.

retributionem expectandam;

humilitatem,

colloquia ædificativa,

ex mss. Dominum Jesum benedicceret, qui suis ancillis tantæ rorem dulcedinis ingesserit, & per sua castissima vasa oleum suæ sanctificationis diffuderit, & igne suæ caritatis illuminaverit. His etenim, & pluribus similibus conformabat Deo digna Abbatissa Bova sibi commendatas oves, ne suæ fragilitatis immemores, paulatim exciderent à gradibus humilitatis, per quam Christo copulatæ jucundissimũ ei præpararent secretarium. Ista tamen pro tempore digessimus, ut quanta diligentia summæ perfectionis sancta Mater ista gregem Virginum sibi commissum pascere cœperit, & quam diligens circa illum constiterit, præsignaretur. Cæterum suo in loco uberius de eisdem hortaminibus & subtilius eloquemur, cum de carneis punctionibus pessimæ suadelæ, quæ mentem affligere & marcidam ad divinum reddere officium consueveścunt, tractaverimus. Hæc igitur majora præstolantibus interim satis sint, & his dulcissimas reficiant mentes.

ANNOTATA.

a *Etiam à Flodoardo dicitur* filia Regis Sigeberti, *in* B *Lectionibus Breviarii Remensis*, à Sigeberto Rege Metensi in filiam adoptata: *quidni potius ejus neptis cum S. Balderico, ex aliqua filia Dagoberti* I *nata. Hujus filius fuit S. Sigebertus Rex, cujus Acta late illustravimus ad Kalendas Februarii. In Vita S. Boniti Episcopi Aruernorum, ejus olim Referendarii, ad diem* XV *Ianuarii edita, dicitur num.* 4 *ipse S. Sigebertus* filios *habuisse: sed antiqui auctores solum nomen Dagoberti* II *exprimunt: uti & nos in Diatriba de* 3 *Dagobertis diximus.*

b *Difficile est hujusmodi etymi vestigium invenire in nomine* Bovæ, *quod ut cetera tunc Francica ex Teutonicis radicibus explicandum. Existimo ita feminine dici, quomodo masculine dicitur* Bobo; *& utriusque radicem communem esse* boub, *quod Germanicis hodieque significat puerum sive pupum; Belgis quoque, sed contemptim.*

CAPUT II.

S. Dodæ ortus, educatio, & spretis nuptiis vita monastica.

7 SEd quoniam sacratarum Deo Virginum vitam fida relatione utcumque instituimus annotare fidelibus Christianæ religionis; & jam de ortu, & studio scientiæ, sive de prælatura sanctæ Matris super puellas, & divinorum admonitione præceptorum Dei, pauca prælibavimus; supereſt de ingenuitate nobilis Dodæ, neptis scilicet sanctorum Balderici & Bovæ, calentis propositi Abbatissæ, aliqua suggeramus. Hæc beata siquidem Doda nobilissima virgo; ab infantia dicitur desponsata cuidam ingenuissimo & sagacissimo viro, Regia stirpe (ut fertur) progenito, quemadmodum & ipsa regali orlunda extiterat prosapia. Sed interim ut diligenter educaretur, suæ traditur prænotatæ amitæ Bovæ Abbatissæ ab avunculo sanctissimo Balderico, ut nobiliter nobilis erudiretur, & sancta sanctis institueretur institutis. Docetur enim parvula litteris à primævo divinis, post hinc humanis; quatenus Deum Christum per divinas cognoscere, & assiduis orationibus humiliter invocare, & contra antiquissimi hostis callidissima argumenta fortiter repugnare pernoscceret; per humanas vero temporali cui pacta fuerat deserviret marito, ceteraque mundialis vitæ negotia quæ se præstolabantur disponeret, & cuncta per veræ calliditatem scientiæ ordinaret, castimoniamque juris maritalis subtiliter præcaveret; ut quamquam amore filiorum procreandorum sponso copulanda foret carneo, tamen castissimum fœdus singulari conser-

C

S. Doda neptis,

sub cura S. Bovæ educatur;

litteris instruitur,

varet viro; & suum vas ad honorem Dei, non ad passionem obscœni desiderii tueretur. Verumtamen quod alii, ad hujus mundi solatium, & temporariæ altitudinem pompæ, terreno gaudenter ponderabant fastu; divina providentia ad sui nominis disponebat laudem, ut post supernis claruit indiciis. Diversis igitur instruebatur postmodum femineis apprime officiis; quibus artificiosa operatrix sponso placeret nobilissimo, & tanto foret conjugi dilectior, quanto in opificiis sagacioribus inveniretur eruditior. Sed quis tibi valet verbis sæpenumero replicatis contexere, quibus artificiis hæc claruerit Virgo, præsertim cum ipsa ingenua Virgo ad Regios erudiretur cultus, & subtilissimorum operosa argumenta opificiorum? Quidquid porro muliebria promittunt ingenia, hanc ignorasse autumari, temerarium est.

interim dũ ad nuptias jam pactas adolescat:

8 Qua etenim ratione sacrarium Divinitatis, quidquam humanæ scientiæ valeret nescire; cum inter Virginum contubernia, contubernalis facta castitatis, perenni Sponso munus sinceræ integritatis conservare niteretur; ut dotem æternæ remunerationis caperet in curia policæ sedis. Lumine etenim invisibili atque incogitabili inflammata beatissima Virgo, carnalium ignes mirabiliter vincebat amorum, illud Apostoli reminiscens, quia quæcumque hujusmodi sunt carnis tentamina paterentur, & dolores in parturiendo, & labores in educando; quia qui seminat in carne, in carne metet corruptionem; qui in spiritu, vitam metet æternam.

accenditur amore virginitatis,

E

1 Cor. 7, 28

9 Quid plura, ut breviter tibi ejus virtutes includam, præfatæ Abbatissæ, & ejus germano similis [extitit]. Dum igitur hæc agerentur, dies natura rotatiles atque nimirum celeres, sponso tamen longissimi, sponsæ vero tantum nomine, admodum citissimi explentur. Tempus id advenerat, in quo Virgo nubilis, adulta annis, marito perquiritur nobili; ut fieret copula quæ subarrhatione per tot annos fuerat protelata. Requirit igitur Princeps sponsam, quam putat sibi amicam; & dum sperat per fœdus sibi copulandam, invenit Christo maritatam. Scriptis denique dotalitiis, & servis & ancillis, multisque prædiis patrimoniorum chartis diligenter assignatis, cum magno apparatu servorum ingreditur urbem; ac fidens de amica, pervenit ad loca, in quibus cum Abbatissa dulcia profert eloquia; humili voce postulans; quatenus sibi diu expectatam quantocius reddat sponsam. Quibus acceptis sancta Mater respondisse fertur, Nihil horum sua interesse; quorum interesset magis interpellarentur, sibi puellam à fratre commendatam, & multis sudoribus apprime eruditam, nulli sine eo reddendam. Hæc & his similia Christi ancilla prosequente, Miles infrenduit; & tota facie humanitatis eversa, nunc pallore, nunc rubore, quod animus patiebatur intrinsecus, astantibus revelabat; multis assertionibus, contestans se infracturum abdita monasterii, quousque sibi pactam ab ipsis erueret penetralibus puellam.

expetitur à sponso ad monasterium progresso,

F

qui cum vim minaretur,

10 Inter hæc igitur Abbatissa venerabilis, castissimo usa consilio, velatam religionis peplo puellam, quod ipsa virgo ab altari rapuerat sancto, & spontanea imposuerat capiti, sponso jussit præsentari furibundo; quo nuptam Christo, & vestibus sanctitatis opertam, juvenis revereretur contumax attrectare. Quod ille cernens, illusum se profitetur, & manu injecta nil cunctatus templum castitatis per vim adse traxit. Sed mox claruit exemplo, cui sacratissima Virgo se per multa desideria dicaverat, Sponso. Namque audax manus, quæ castam attigerat vestem, diriguit celerius; & digiti ad volam connexi, suis deseruntur officiis; sicque totum brachium humerotenus arefactum permansit immobile, quod Christi futurum vas attigerat. Id Miles sentiens, solotenus flexis

& velatam licet ausus esset attingere,

corripitur brachio, exarescenti,

A flexis poplitibus ſupernum poſtulat remedium ejuſdem interventu Virginis, & eorum qui ad ſpectaculum illud confluxerant mirabile. Nec diſtulit pius Redemptor vota puellæ aliorumque fidelium precamina, quin etiam ejus quem delegerat ſibi fidelem. Mox etenim priſtinæ redditur ſanitati, repentina incolumitate recepta, qui paulo ante ſuo præſumptu timendæ conceſſus fuerat ſpeciei. *eoque ſanato,*

11 Illico igitur caducum cum ſuis illecebris nihili pendens hunc mundum, quidquid chartis ante aſſignatum extiterat ſponſalibus ſui patrimonii idcirco Chriſto concedit Deo; quem heredem æternis adoptans reperire in regnis, caſtæ vitæ & ſanctæ religioni ſe totum mancipavit devotus. Contulit ſiquidem eidem monaſterio hæc ſupradicta, & plura alia donaria, quæ adhuc eadem retinet eccleſia; & ne hæc generaliter tibi aſſignata taxentur viliſſima, ſpecialiter pauca ſuggerentur, quæ ob ceterorum memoriam, huic tantum indidimus pittaciolo, ne faſtidium congeſta tibi relegendo generare videantur per plurima. *a* Noviantus ſcilicet ex eis fulget patrimoniis, villa pulcherrima; quæ quot retinet colonos, tot S. Petro & Abbatiſſæ & S. Bovæ, & nepti ejus B. Dodæ ſpecialius alit vernaculos, *b* hæc ſex millibus à Remenſi urbe diſtare videtur: Et *c* Vallis- B monaſterii, poteſtas ſcilicet magna, non obfuſcat ſua vilitate cetera patrimoniorum ſancti viri donaria, quæ ab eodem monaſterio quadraginta millibus diſtans ſua prætendit ſpecie, quæ & quanta extiterint, quæ collata ſanctæ Virgini fuerunt à beato viro: Beatum nempe dicimus virum, quod, ſicut relatu didicimus plurimorum, uſque ad finem monachicam ſervaverit religionem. De cujus mirificis operibus neque adeo nobis perſtat compertum, nec huic devovimus inſerere opuſculo etiam omnia illa, quæ de eiſdem ferebantur Virginibus, ne faſtidium ſua quantitate lectori nimia relatio ingereret: & volumen exigere viderentur dictorum pondera miraculorum. Unde quæ de ſancto viro non adeo nobis manifeſta lucent, maluimus ſilentio tegere, quam noſtris ſcriptis profuſius alligare. Sed ne tantum donativum Dei Patris per ejus Filium in Spiritu ſancto mortalibus conceſſum, per plures annos lateret fideles, de prædictis Virginibus, ſolicita curioſitate dignum duximus utcumque ſanctis fidelibus annotare; illud præcipue admonentes, ne viliſſima intueantur eloquia, ſed res materiæ cordibus inſerant arctius, ut ſupra dictum eſt; & facta ponderent, quæ, niſi C Deus ineſſet Virginum mentibus ſupradictarum, nullo modo per eas fieri valerent. *plurima monaſterio dona*

12 His itaque pro opportunitate explicitis, qualis, & quam mirabiliter religioſa poſt hinc uſque ad mortem, in monaſterio eodem, perſeveraverit beata virgo Doda, ſub jugo caſtæ religionis, per longum eſſet explicare: quam humilis ſcilicet in vultu, quam pudibunda in verbis, quam abſtinens in riſu, quam vilis in veſtium cultu, quam prompta ad officia ſibi injuncta, ut pene; ſi dici poſſet, ante inchoaret, quam verba præcipientis uſque ad explendum rotarentur finem. Meditabatur deinde ſedulo ſacrarum arcana Scripturarum; & myſteriorum profunditates divinorum mentali recondens ſacrario, animum ſanctis reficiebat cibis. Paſcebat denique caſtiſſimas Sororum mentes ſupernis deliciis in communi colloquio, adhortabatur eas in Dei ſervitio; illud ſuper omnia anteponens, quatenus uſque ad mortem ſanctum retinerent propoſitum, & lucernas Chriſto veniente bonorum portarent operum, oleo ſanctificationis perfuſas, non alienæ laudis adulatione forin ſecus male perlitas; & ſic Agno junctæ immaculato, perpetuis inſererentur nuptiis. Hæc, & ejuſcemodi beata Virgo cordibus ſociarum infundens pabula, diatim vas augmentabatur idoneum, & ad omne opus bonum paratum. Sed Abbatiæ honorem, vel potius pondus juxta ſagaciores, cunctis vitæ ſuæ diebus refutans, maluit jugo obedientiæ ſubeſſe, quam aliqua terreni faſtus ſublimitate præcellere. EX MSS. *recuſat fieri Abbatiſſa.*

a & poſſeſſiones confert, *b* *c* *S. Doda excellit in vita monaſtica;* *& colloquiis ſanctis:* *vitamque monaſticam aſſumit.*

ANNOTATA.

a Nogant *vulgo*, *notabatur in margine.*

b Sex millia *ſcilicet* paſſuum, *notantur eſſe* duæ leucæ: *uti mox* quadraginta millia, quatuordecim leucæ.

c Vallis monaſterii *vulgo* Vaulx-monſtreul.

CAPUT III.

Documenta varia à S. Bova ſanctimonialibus tradita.

13 VErum quoniam de his, quæ nobis comperta plurimorum manifeſtatione conſtiterant, ſcilicet nobilitate, quæ ei à progenitoribus ſublimis extabat, & ſtudio, & vita, & amore erga Deum, & ſponſo B. Dodæ ſola nuncupatione, & divortio eorum, per digreſſionem aliquam retulimus; ſupereſt ut ad B. Bovæ veneranda documenta, quæ ſibi commiſſas docebat puellas, ſtylum narrationis reverti faciamus. Adhortabatur igitur caſtiſſima Bova majores natu, ut ſe minuſculis & ætate imbecillioribus ſancta oſtentarent inſignia, quibus provocatæ, quæque infirma ſuperare niterentur; & hoc ſatagerent cunctis niſibus, quatenus incentiva carnis, jejuniis & pertinacibus orationibus refrænarent: quia fragilis caro, puniendorum hortatrix ſcelerum, his gemellis vincitur virtutibus, jejunio videlicet & oratione; cum in altero eorum vitiis reſiſtatur, & in altero mentis intentio animetur. Nempe ſi copulatæ extiterint virtutes, violentius reſiſtunt inimico, cum id altera iſtarum ſubmovet, per quod fomentum ſpinarum adverſarius callidus ſuppeditabat; & altera id ſuggerit, per quod illuſus creberrime diſpereat, quia facilius atteritur, ſi ei ſubtrahitur quod vires cumulabat. De hinc humilitatem ut prætenderent inſtigabat, quæ non ſolum voce vel geſtu corporis, verum etiam toto corde & ſpiritu ſectanda docetur: quia per illam Deus mente cernitur, & ipſa omnium decernitur fore cuſtos animarum, quin etiam omnium virtutum; dum ſine fundamento ceteræ videntur, & potius ſunt, ſi hæc eas non ſuis propriis nutrierit alimentis. Per hanc ſiquidem venitur gradu facili ad F alias, per eas tamen difficiliter ad hanc; ſed procul dubio ſuper limina earum tuebitur fundamentum, dum hæc, quæ eſt radix omnium bonorum, ſibi adeſt. At contra ſuperbia, omnium vitiorum nequiſſima, ſic ſe quandoque ſolet transformando palliare, ut cunctarum putetur maxima virtutum; cum ſit omnium peſſima mors, & tunc præſertim cum velamento furoris addito perſona videtur induci. Hæc denique peſtis ſublimiſſimam creaturam de conſpectu divinæ Majeſtatis projecit ad terram, primum vero Protoplaſtum de florigera ſede in hanc vallem lacrymarum propulit, in qua gemitus & querimonias ejus adhuc deflet humanum genus; quod potius ad æternam procrearetur mortem quam ad vitam, niſi benignitas Dei Patris, per Filium, ſibi reconciliaret in Spiritu ſancto mundum. Poſthinc vero caritatem, ut minorum cordibus inſererent, hortabatur; & cum ipſa primam Deum toto corde & omnibus interioribus diligerent, & piæ matri ſuæ ſcilicet Abbatiſſæ pio corde & puriſſima mente amorem caſtum cum ſancta reverentia impertiret; per quam, videlicet virtutem omnium aliarum præcipuam, legis præcepta ſupplerent, cum in hac, & Jeſum ſuper omnia, E *S. Bova à ſenioribus exigit bonum exemplum:* *ad frænandam carnem commendat jejunium & orationem:* *inculcat humilitatem,* *horrorem ſuperbiæ,* *& caritatem mutuam:*

EX MSS. omnia, & proximos quoſque ſicut ſemetipſas amplecterentur. Hæc igitur hortamenta beatiſſima Virgo, & Abbatiſſa Bova antiquioris Sororibus ætatis crebrius infundebat, ut pabulo divinæ admonitionis ad plenum refectæ, & æternum ardenter Sponſum deſiderarent, & ad ejus conſpectum libentiſſime quantocius gauderent promoveri, & à ſubtiliſſimi hoſtis verſipellibus ingeniis ſe tueri pernoſcerent.

ſanctimonialibus media ætatis commendat reverentiam erga ſeniores;

14 Mediocribus vero non minora diſpenſans, perſuadebat nequaquam ſibi ceu Prælatæ & Matri ſolummodo honoris reverentiam exhibere; verum etjam ſuis annatis in omnibus obtemperarent, & eis cum ſumma ſubjectione obedirent in cunctis, quæ ſibi præciperentur, ſive manuum laboribus, ſeu quæcumque illa fuiſſent etiam extrema, quia per hanc extremorum obedientiam perveniretur ad perfectiſſimæ beatitudinis gloriam. Adultis igitur juvenculis, in quibus ſanguis ferventior ſtimulis atrocioribus carnis incentiva potiſſimum provocare conſuevit, fatebatur conſtantiſſimis indiciis fore honorem potiſſimum & laudem gratiſſimam, à quoquam forenſi non videri, & perfectiſſimæ palmarium conſtantiæ viriles refutare affatus, etiam caſtiſſimos, & maleſuada eloquia (quæ quandoque convaleſcunt adeo, quod totum vas contremiſcere faciant etiam perfectarum, ne dum teneræ ætatis, & mentem firmam à ſtatu ſuæ rectitudinis aliquando ſummovere ſolent) ut venenum conſummatæ mortis, à ſe facere aliena. His ſiquidem & hujuſcemodi peſtibus, & inſuper obſcenis cogitationibus Phlegethontæos opponere ignes perſuadebat, dum callidus ſerpens ſuarum phantaſmata imaginationum mentibus ingereret earum, & quaſi in exceſſum ſuis illuſionibus provocaret. De hinc cruciatus inferni, qui ſemper gemitus & inextricabiles ſuis tantiſper de die in diem incolis renovant dolores, in ipſis voluptatum figuris & anguſtiis afflictionum percogitarent; & hujuſcemodi tortiones animi & affectiones ſuis ponderarent nævis originalibus, dum in ſemetipſis gererent, unde tentamina provocarentur.

Junioribus prohibet colloquia cum viris, etiam ſanctis:

B

& contra malas cogitationes proponit cruciatus inferni.

CAPVT IV.

Beneficia à S. Balderico præſtita. Hujus pius obitus. a

a

15 QUin etiam & hoc ad notitiam ejus perveniente, deprecabatur attentius, quatenus illo reditu aliquantiſper ob ejus amorem protelato, ſuæ dulcedinem præſentiæ per illum diem & in craſtinum, ei non abnegaret impertiri. Quod ille audiens totis niſibus refutare cœpit, proteſtans ſe multa ſeria ordinaturum, & monaſterii ſui quamplurima munia diſpoſiturum, id ad præſens quod poſcebat, nequaquam perficere debere. Sed beata Virgo ad ſolita recurrens præſidia, panſis palmarum velis, inter utraſque poſuit caput venerabile, & fluvio lacrymarum dulciore ſubito effuſo, virum ad pietatem inflexit benignum. Non diſtulit etenim pius Redemptor demonſtrare in factis, quod fidelibus ſpoponderat dictis, Ubi ſunt duo vel tres meo in nomine congregati, ibi ſum inter illos. Subitanea denique excitantur fulgura, nimbi ruunt, totus aër intonat, & micantibus flammis cunctus videtur ſplendeſcere polus. Et quod de Sancto legitur Benedicto, & ejus germana Chriſto devotiſſima *b* Scholeſtica, id totum in caritate trium reperitur iſtorum; niſi quod trina Majeſtas unius Divinitatis magis hic cernitur fulgere, dum ad trium perſonarum indiſcreta operatur unitas devotionem. Quod cernens caſtiſſimus Levita, de ſanctitate Sororis, & ſanctiſſima ejus ſpe in Chriſto porrecta, lætabatur animo; ſed, propoſito ſuæ diſpoſitionis à Sorore impedito, aliquantulum triſtabatur.

S. Balderico abituro,

C

Mat. 18, 20

ob tempeſtatem ad preces Sanctarum excitatam,

b

retinetur in monaſterio;

Non eſt ſiquidem fas arbitrari, minus in iſta retentione beatam laboraſſe Dodam ſpeciali oratione, dum nihil minus gaudii de præſentia ſanctiſſimi præſtolaretur viri, quam ſua beatiſſima expectabat Abbatiſſa. D

gravi morbo tentatur:

16 Sed heu! hanc breviſſimam lætitiam mox longiſſimus conſecutus eſt gemitus. In ipſa denique nocte, quæ ſuperventura erat, ſole hujus diei, quo hæc mira à pio Jeſu patrata ſunt, ad occaſum devexo, inſperatæ affuit occaſio mortis; ſi mors ea dicenda eſt, quæ cunctos auferens dolores, pro momentaneis laboribus & citiſſimis ſudoribus in Chriſti præceptis fideliter elaboratis, æternam Sanctis ingerit vitam; & perpetua felicitate in perpetuum remuneratos, indeficienti lumine perenniter donat potiri. Cœpit itaque vir beatus ſentire ſe conſuetis viribus deſeri, & à ſolita humanæ fortitudinis virilitate deſueſcere. Invaleſcebant etenim dolores; & nimium ingruente funerea laſſitudine, artus ſanctiſſimi propriis alienabantur officiis; & interiora non ſolito penetrante dolore, totis corpus afficiebatur angoribus. Interea Sanctus, ſuæ rememorationis ſeptiens adeſſe tempus, lætabatur quidem de ſpe perpetuæ beatitudinis, quam per Dei miſericordiam ſine dubio ſperabat, & ad quã per prolixa tẽporis curricula maximis anhelabat deſideriis; ſed gregibus ſuorum timebat monaſteriorum, ne ſub ovina pelle invadentes ea lupi, occulta fraude pellicerent, & clandeſtina doloſitate peſſumdarent; maxime vero caſtæ ſorori & amantiſſimæ nepti admodum metuebat, ſicut pius pater, ne deſertæ ab auxiliis tanti viri, in profundiſſimas ſibi viderentur tuere calamitates. Celerius etenim ſolet femineus ſexus, humanis c adjutoriis deſtitutus, ad profundiora labi diſcrimina, dum non reperit qui ſibi aſſueta procuret ſolatia. E

timet ne monaſteriis malum immineat,

c

17 Hæc igitur, & alia hujuſmodi ſimilia venerabilis Pater ſancto dum volueret in pectore, accerſiri præcepit ſororem atque neptem: quibus indicans jam ſe reſolvi, hortatus eſt, ne dolerent de ejus abſentia; cum potius ſcirent lætari debere, quod eum per gratiam Dei fidenter crederent ire ad gloriam deſideratam, & tot ſudoribus apud pium Jeſum impetratam. Verum ſummis niſibus ſpem ſuam in Chriſto ponerent, tota ſuavitate deguſtarent quam dulcis eſt Dominus, qui nuſquam in ſe fidentibus eſſet defuturus, ſicut ipſe pollicitus ſuis eſt fidelibus in Euangelio: Ecce ego vobiſcum ſum ad conſummationem ſeculi; Qua etenim ratione humana fragilitas contra hoſtem pugnaret inviſibilem & admodum infatigabilem, vel quo ordine valeret ei reſiſtere, niſi Divina bonitas inviſibili armatura ſuos armaret ſequaces, hoc eſt fide non ficta, ſpe certa, caritate ſanctiſſima, humilitate puriſſima, ceteriſque harum virtutum pediſſequis Chriſti? His itaque & aliis pluribus humanæ conſolationis & divinæ verbis, ſororem & totius cœnobii gregem pius Pater conſolans, multis modis animabat eum, & ad Chriſti ſervitium indeſinenter erudiebat; replicans eadem ſepenumero, & ad perſeverantiam uſque in finem confirmans; bonam pacem, & unanimitatem indiſſolubilem tenere conteſtans. Ipſe vero quantum vires ſuppetebant ad laudem Dei fatiſcentes artus cogebat; & quem ab infantia [deſiderare] cœperat, Chriſtum Dominum confitebatur; illam votis omnibus exoptans capere hereditatem, quam David venerabilis vates commendans ajebat, Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hereditas Domini; in hoc patefaciens fidelibus ad quam feſtinare debeant hereditatem, ad illam ſcilicet, quæ poſt mortem datur, Sanctorum acquiſitam operum laboribus: quæ non datur niſi Chriſti amatoribus, & ejus præcepta ſequentibus, & pro ejus amore uſq; ad mortem in Catholica fide laborantibus, & ei quidquid Sancti operis peregerint aſſignantibus; F

SS. Bovam & Dodam confortat:

ſeipſum pius votis excitat,

Pſal. 126, 2

dilatato-

A dilatatoque corde mandatorum ejus monita percurrentibus, & hoc etiam legitime, id eſt, omnibus hujus mundi poſtpoſitis, quæ poſtponi debent.

aſpiciens coronam ſibi à Chriſto oblatam,

18 Inter hæc igitur ſanctus Dei, cælo totis viribus intendens, pium Jeſum in ſede ſuæ Majeſtatis ſedentem intuebatur, coronam in manu tenentem, quam ſuo dilectiſſimo ſervo, ſeu potius jam facto amico, carnis onere depoſito, ſanctiſſimo dare deſiderabat Balderico. Cujus viſionis deſiderio amicus Dei dum totis inhiaret viribus, pia ejus anima carne *d* ſoluta

d piemoritur;

eſt: quam inæſtimabilis ſuavitatis odor ſecutus eſt, quem qui aderant ſentientes, arbitrabantur quaſi omnium aromatum ſpecies pertragraſſe. Nec mirum: ſi virtutum ejus opera hæc clara promulgarent indicia, dum iſte Sanctus ab infantia ſemper Chriſti odor maneret multis ad vitæ inſignia. Egregiæ ſiquidem virtutis fuiſſe hujus viri officia, cum multiplicibus præſagiis propalatur, dum claritudo vultus ceterorumque membrorum, ſua quadam ſpecie prætenderet futuræ immortalitatis elegantiſſimum nitorem. Quoniam quidem ipſius oris qualitas, ſpecioſiſſimam effundens claritatem, quibus affuiſſe contigit teſtatur quo fulgore illa ſanctiſſima Angelorum in curia rutilaret anima. Cetera membra tamen totius corporis gratiſſima perfundebat nitela, ut nec tenuis quidem macula ſuâ obfuſcatione caſtiſſimos inficeret artus; locus vero malus, in illo tamen non pudendus, virginitatem ab utero matris præcaviſſe angelicam, ſubtilitate genitalis artus precautis innuebat. Quid plura? Iam ipſis plane noſcebatur prę-

odor ſuaviſſimus,

& cadaveris nitor,

B

cæleſtem ejus gloriã iudicant,

figurationibus, incogitabilem futuræ reſurrectionis gloriam, certantibus pro amore Chriſti, non defuturam.

obitum ejus maxime lugent S. Bova ſoror,

19 Cernens itaque germana fraternos artus vitali flatu deſtitutos, exanguis & ipſa pene effecta ſuper exanime concidit corpus; & mœſtitudine viſcerum torquente præcordia, quis dolor interiora penetrarat, non occultis profitebatur indiciis. Poſt hinc vero viribus pauliſper reſumptis, lugubria vocum reddens acumina, cælum ipſum voce lacrymabili pulſare videbatur, ingeminans ſuæ deſolationis querimonias; & femineo dolore ſingultibus inexplicatis ſatisfaciens, tota humanitatis facie everſa, proxime mortis effigiabat diſpendia. Proſpectares equidem de carne quaſi carnem revulſam; & ejuſdem voluntatis, morte ſpiritum ſequeſtrante, præmortuam teſtareris ſuperſtitem particulam. His inextricabilibus exporrecta lamentis, dulciſſima neptis femineâ deſeritur valetudine, & gradu citiſſimo iter conans explere, medio nondum emenſo defecit inceſſu: collapſa ſubito defectu ruunt membra, vox hæſit faucibus, & attonitis alios conſpectans oculis, tam geſtibus quam voce, quis ſtupor mentem afficeret & dolor intima trajiceret referabat. Hinc igitur abducta manibus aliarum, vix greſſum officio pedum ſuppeditante valuit perexplere. Ubi autem exanime Patris intuita eſt corpus, ruit ſuper illud. Ecce quæ lamenta, ſeu dolorum verba, quibus modis, & quam mirabilibus vocibus tunc redintegraverit, quis edicere queat? Nemo aſtantium, quamlibet inferiis lugubribus ſatisfaceret humanis doloribus, fletu valuit abſtinere; dum ſæpius replicaret, quod unumquemque illorum facile poſſet inflectere ad flebiliora etiam invitum.

& S. Dodæ neptis.

C

S. Balderici corpus expoſitum claret miraculis,

20 His igitur ita explicitis, ſanctiſſimum funus ritu Chriſtianorum ad honorem compoſitum, ponitur in medio omnibus cuſtodiendum; & per totam noctem pia curioſitate fidelibus ſanctæ religionis excubantibus, mirificavit Dominus Jeſus ſanctum ſuũ, mirificis miraculorum indiciis, quæ nos inter has excubias adnotare noluimus, propter funerei prolixitatem officii. Hoc tantum interim ſcire cupientibus teſtati fuerimus, quod nemo languidorum ſanctiſſimam attigerit glebam, qui non ſpeciali bono, ab illo generali profluente, donatus fuerit ad laudem Dei, ſi fideli corde & humili ſpiritu idipſum petiverit: ex quo manifeſtatur, quod is Deo vivere certius creditur, qui temporali derelictus vita, multis viventibus vivit ad ſalutem. De hinc venerabilis Pater honorificenter ſepulturæ traditur, in eccleſia Beatæ Dei Genitricis & perpetuæ Virginis Mariæ, extra muros Remorum civitatis *e* VII Idus Octobris, ubi ad quietem repoſitus multa præſtitit beneficia Chriſti fidelibus, ad laudem ejuſdem Dei per longa temporum curricula, quibus inibidem ſancta ejus requieverant membra. Quæ eccleſia, quia à fundamentis propter vetuſtatem annorum, & maxime ingruentiam paganorum penitus cernitur deſtructa, omiſimus de ea prolixius loqui; & potius, quia ſanctarum reſignare Virginum obitus feſtinamus, quos ſine novis gemitibus, & præcipuis angoribus intimare nequimus. Quis etenim ſiccis luminibus, plaſma Dei potuiſſe mori, & templum divinitatis, ſacrarium ſummæ rationis, habitaculum ſancti Spiritus, de culmine tantæ ſedis ruere, & ad antiquæ matris hoſpitium, nobilem humanitatis formam redire in pulverem, & in cinerem denuo commutari nefaſto primæ matris elogio, tortuoſi draconis fraude pellectæ, litterarum figuris valuerit denotare? Profiteor quia mens horret his ſingultibus, & dolor crebrius replicatus vix finit accedere; niſi quia Chriſti in cauſa, qui Virginis ſapientioris & acclinioris filius, ſuæ carnis naturam, propria divinitate melioratam, & ad priſtinum honorem per obedientiam revectam, in ſede Patris collocavit; conteſtans fidelibus, in cælo, quo ipſe caput reſidet, quandoque confeſſuros.

EX MSS.

e ſepelitur 9 Octobris.

E

ANNOTATA.

a *Hic multa deſunt, quod etiam in apographo Reginæ Sueciæ eſt annotatum, tamquam id culpa deſcriptoris contigiſſet. Quænam vero illa ſint, colligimus ex Indicibus titulorum, inter quos iſta habentur*: Qualiter S. Baldericus monaſterium, in quo ſororem ſuam, Sanctam videlicet Bovam Abbatiſſam conſtituit, honorabiliter ædificaverit, & patrimonii ſui hæreditatibus ditaverit.

b *Id eſt*, Virilibus: *nam merus eſſe videtur Galliciſmus, quo* homo *ſumitur pro* viro: *ſimili vernaculæ vocis proprietate ſupra num.* 14. *Seniores Sorores appellantur* Annatæ, *Gallice* les Aynces.

c *Hæc expoſita ſunt* 10 *Februarii in Vita S. Scholaſticæ.*

d *Baldericus lib.* 4 *cap.* 39. *de Balderici obitu iſta habet*: Ad ſororem ſuam reverſus Remis, ultimum ſui curſus ibidem clauſit diem, ubi & ſepultus tempore non modico quievit.

F

e *At colitur* 16 *Octobris pluribus faſtis inſcriptus, forte ob tranſlationem corporis, poſteà ad proprium monaſterium delati.*

CAPUT V.

Pius obitus SS. Bovæ & Dodæ.

S. Bovæ mortem fratris luctus gens,

21 His ita pro tempore poſitis, funus ſanctarum Virginum aggrediamur utcumque pernotare. Beata igitur & venerabilis Abbatiſſa Bova, tanti fratris ſolatio deſtituta, graviſſimos gemitus & longiſſima ab imo trahens ſuſpiria, indies fraternæ recordabatur dulcedinis; & quotidie, querulis ſingultibus & lamentis flebilibus, ſatisfaciebat ſuis doloribus: non uti neſciret, quod beata anima ejus gaudiis perfrueretur cæleſtibus, quem pius Dominus ſuo confoveret gremio: verum quod pluribus occupata negotiis, virilibus ſe contuebatur & paternis deſertam officiis. Commentabatur ſiquidem ſedulo, quid de grege ſibi

EX MSS. commiſſo, quid de totius monaſterii neceſſariis intrinſecus & forinſecus ageret; & quod poſt ſe multa incommoda & ruinoſa diſpendia ancillis Chriſti non eſſent defutura. His igitur tædiis & intolerabilibus angoribus ſancta Mater confecta, humanæ dilatio mortis ſæpe oneroſum ei videbatur afferre faſtidium. Sed illa magna multitudo dulcedinis Domini, quam ipſe pius abſcondit ſe timentibus, & perficiet in ſe ſperantibus, plurimi ſolatia gaudii interius frequentiſſime ſuæ conformabat ancillæ: & hæc uſque ad pias lacrymas, quibus benignum Jeſum ſuſpiraret, creberrime propellebant. Gratulabatur etenim beatiſſima Virgo diſſolvi, & eſſe cum Chriſto; quatenus illam ſatietatem ſanctiſſimæ refectionis, quam beatus David deſiderabat dicens, Satiabor dum tua manifeſtabitur gloria, perenniter adipiſceretur, & lumine indeficienti ſine fine potiretur. His, & hujuſcemodi deſideriis ſanctiſſima anima quotidie ſe mactans, illam extremæ vocationis horam præſtolabatur, illam noctibus peroptabat, illam diebus provocabat. Quid dictis opus eſt? Advenit tempus non multum poſt fratris abſceſſum, quo venerabilis Virgo, jam emarcida ætate defecta, & ſudoribus laborioſæ vitæ expletis, communem ſe viam ſenſit ingreſſuram.

adſpirat ad cæleſtia audia, &

Pſal. 16, 15

B

mortem inſtantem indicat ſanctimonialibus:

Quo nuntio gratulabunda, profeſſa eſt Sororum quibuſdam, quarum mentes divinus habitabat ſpiritus, citiſſimis diebus ad Redemptoris miſericordiam ſe profecturam. Quibus auditis, primum quæ percepérant, poſt hinc totus grex in lamenta converſus, Matris ſolamine orbandus, ſupernam expectabat deliberationem; ſuæ quæritans piæ Matris conſolationes, & alterius quæ adhuc incognita eſſet metuens mores. Quocirca magnæ confuſionis clangor & graviſſimi ululatus tempeſtas loca monaſterii confuderat, [dum unaquæque ſuæ] deſolationis miſerias computabat.

S. Dodam & alias confortat:

22 Inter hæc igitur veneranda Mater, dulciſſimam neptem, caſtiſſimam ſcilicet Dodam, ad ſe acerſitam, religioſis ſermonibus & ad Deum pertinentibus ad veram hortabatur religionem; fidele propoſitum ſanctæ converſationis ſepius replicans ſervare attentius, & uſque ad mortem Domini præcepta ei perſuadens totis niſibus adimplere. Dehinc alias Sorores confortans, piis admonebat verbis, ſemper Chriſtum ſequi in omnibus anguſtiis, toto corde eum invocare, qui ſe invocantibus in hoc mundo numquam ſe defuturum teſtatus eſt. His ita rite explicatis, & grege univerſo caſtiſſimis conſolidato hortaminibus, in Deo inter manus Sororum illa pia anima carne ſoluta eſt. Quod cernentes venerabilis Doda, ceteræque Sorores, dolori dolorem accumulantes, graviſſima protulerunt lamenta; & qui ante hac viſus fuerat maximus luctus mortuo Paſtore, ad iſtius comparationem videbatur parviſſimus; cum iſta, ſicut pia Mater, & carior & familiarior extiterit; & precipue cum in defunctione iſtius obitę Matris, gemino orbatæ auxilio, ſolatium utriuſque amiſerint paternitatis. Quam pia curioſitate palpantes, & ſacratiſſima veneratione tumulantes, ad partem dextri lateris fratris, ad quietem in baſilica ſanctæ Dei Genitricis, extra muros Remorum, ſicut ſupra præfati ſumus, VIII Kalendas Maias repoſuerunt.

piemoritur,

C

apud fratrẽ S. Baldericum ſepelitur

D

S. Doda deſiderat diſſolvi:

23 Poſt hinc vero non multum temporis, caſtiſſima Doda, habitaculum ſcilicet Spiritus ſancti, utroque orba parente, cœpit tædiari; & his inextricabilibus confecta doloribus, abominabilis fiebat ei mundus cum ſuis incertis laboribus; & Jeſum, quem ſibi perennem delegerat ſponſum, aſſiduis invocans orationibus, poſtulabat ne diutius à ſua beatitudine, quam diu deſideraverat, eam permitteret abalienari: ſed pro ſua bonitate & largiſſima benignitate, quod ei promiſerat in verbo, non differret in præmio. Quod pius Dominus ſuæ cupiens complere ancillæ, immo cariſſimæ amicæ, non diſtulit vota ſe deſiderantis toto corde videre, & ad ſe cupientis humiliter pervenire. Quid plura? Adeſt ſanctæ vocationis dies, adeſt tempus per tot annos cummulatis deſideriis expectatum, & per multarum fontes lacrymarum petitum, per multa ſuſpiria deſideratum, jejuniis, vigiliis, ceteriſque virtutum inſignibus, inſuper caritate gemina acquiſitum; adeſt fidus Remunerator, qui & in prima vocatione dederat fidem, & per tot tribulationes hujus mundi patientiæ virtutem, & ad ultimum ſanctæ converſationis perſeverantiam; adeſt, inquam, ille ex quo totum, per quem totum, in quo totum conſtat opus & perfectio Sanctorum; adeſt pius Redemptor, qui ſuam non eſt paſſus diutius inter ærumnas ſeculi hujus morari famulam, ſed ad tribunal ſuæ claritatis voluit perducere & gloriam.

E

à Jeſu evocata moritur,

24 Quid immoror verbis? Leviſſima febri Virgo devota Deo confecta, ad extremum pervenit diem: in quo Sorores dulcibus verbis allocuta, ſanctis conſolationibus adhortatas, ad fidele propoſitum animabat, replicans ea, quæ de beata Matre ſuperius tacta ſunt. Dehinc viſum eſt ei benignum Jeſum ſibi aſtitiſſe; & dulciſſimo nutu eam ad ſe vocaſſe. Cui viſioni tota mente, & toto corde inhians illa ſanctiſſima anima, Sponſum ſecuta eſt, & ad thalamum caſtitatis diu deſideratum introducta eſt, & fideli marito æternaliter copulata. Quam denique Sorores lacrymoſis vocibus, utpote tribus pignoribus beatiſſimis orbatæ, frequentius inclamatam, & piiſſimis lacrymis lotam, & more Chriſtianæ religionis honorificenter digniſſimis veſtibus circumtectam, & odorum muniis diverſorum, ſicut templum Dei & habitaculum Spiritus ſancti, venerabiliter compoſitam, juxta ſancti Patris Balderici ſiniſtri lateris partem honorifice ſepelierunt VIII Kalendas Maii, in ſupradicta eccleſia beatæ Dei Genitricis & perpetuæ Virginis Mariæ: ubi merita eorum trium, per multa floruerunt tempora, quouſque deſtructa penitus extitit illa eccleſia, propter rationes ſuperius à nobis tractatas. Hæc igitur de ſanctiſſimis pignoribus, ſancto videlicet Balderico, & ejus ſorore beatiſſima Bova Abbatiſſa, & eorum dulciſſima nepte, caſtiſſima videlicet Doda, templo Dei vivi, à Sororibus ejuſdem monaſterii, in quo ipſa jacent nobis relata; dicta ſint ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & gloriatur Deus, per immortalia ſecula ſeculorum. Amen.

F

ſepulta 24 Aprilis.

DE

DE SANCTO HECHBERACTO, IN ANGLIA.

G. H.

XXIV APRILIS.

INter illuſtriora *MSS. Martyrologia Romæ reperta, aliquod ex Eminentiſſimi Franciſci Cardinalis Barberini inſtructiſſima bibliotheca accepimus, acephalum quidem uſque ad Idus Martias, ſed optimæ fidei; ex quo aliiſque ante tomum* II *Martii, edidimus genuinum Martyrologium Venerabilis Bedæ, & varia in eo fidelius prolixiuſque ſuppleta, partim ex Hieronymiano Martyrologio, partim ex propriis variarum Eccleſiarum faſtis. In hoc Martyrologio ad hunc* XXIV *Aprilis, hi tres Sancti in Anglia honorati his verbis exponuntur*: In Britannia depoſitio Milleti Epiſcopi; & natalis Sanctorum Hecheracti & Ulfredi. *Eorumdem trium Sanctorum ſacra memoria celebratur in pervetuſto MS. Codice Trevirenſi antiquiſſimi monaſterii S. Maximini, cum parva circa orthographiam mutatione, hoc modo*: In Britannia depoſitio Melliti Epiſcopi; & natale SS. Hecberacti & Uulfredi. *Tertium teſtimonium addimus ex alio MS. Colonienſi, cujus uſus fuit in Eccleſia Collegiata S. Mariæ ad Gradus: in hoc nomina ita exponuntur*: In Britannia natalis S. Melliti Epiſcopi, Herberacti, Uulfredi. *Ex his notiſſimus eſt* S. Mellitus, *primus Epiſcopus Londinenſis, & tertius Archiepiſcopus Cantuarienſis hoc* XXIV *Aprilis, anno* DCXXIV *vita functus, uti ex Actis iam datis manifeſtum eſt. Notiſſimus etiam eſt* S. Wilfridus, *ejus nominis primus Archiepiſcopus Eboracenſis, hoc etiam* XXIV *Aprilis anno* DCCIX, *ad cæleſtem gloriam evocatus, cujus itidem Acta ad hunc diem illuſtramus. Verum quis, medius inter hos duos collocatus, ſit cenſendus*, Hecheractus, Hecberactus & Herberactus *ſcriptus, non æque liquet. Advertimus quidem nomina non accurate eſſe exarata, & pro* Mellito *etiam* Milletum *ſcribi, uti pro* Wilfrido, Uulfredum & Ulfredum, *neque hujus dignitatem Epiſcopalem addi: atque ita multo magis potuiſſe evenire in nomine* Hecheracti, Hecberacti & Herberacti *minus noto: ac veroſimiliter in nullo dictorum trium MSS. recte exarato: cum nulla in eo ſic ſcripto appareat forma Angloſaxonicæ compoſitionis appellationiſve.*

Natalis 24 Aprilis, in MSS. Barberiniano,

Trevirenſi S. Maximini,

& Colonienſi S. Mariæ ad Gradus.

B

2 *Eſt* S. Herebertus eremita, diſcipulus S. Cuthberti *anno* DCLXXXVII *mortuus, ſed* XX *Martii, quo die de eo egimus. Eſt* Herbertus monachus Croylandenſis à Danis anno DCCCLXX, cum aliis monachis occiſus: *de quo Ingulfus Abbas Croylandenſis iſta habet*: Dominus Paulinus, & Dominus Herbertus, ſeniores valde & longa ætate decrepiti, in ipſo choro manibus mutilati & ad mortem torti, cum diligentiſſime ibidem fuiſſent quæſiti, tandem in Capitulo torti ſunt. *Verum videtur hic Sanctus de quo agitur, potius Confeſſor fuiſſe quam Martyr, alias cum Sociis Martyribus etiam recenſeretur, ſi de illo ageretur.*

An ſit Herebertus eremita,

aut Herbertus Croladenſis à Danis occiſus?

C

3 *Venerabilis Beda in Epitome Hiſt. Angl. ubi Indicem ſuorum operum texit, inter alia ſcribit iſta*: Hiſtoriam Abbatum monaſterii hujus, in quo ſupernæ pietati deſervire gaudeo, Benedicti, Ceolfridi (*adde* Euſterwini, Sigefridi) & Huvethberti in libellis duobus ſcripſi. *Extant hi & ſeorſim & inſerti ſeculo ſecundo Benedictino. Ex relatis Abbatibus coluntur*, Benedictus *ſcilicet Biſcopius* XII *Ianuari*, Eaſterwinus VII *Martii*, Ceolfridus XXV *Septembris*, Sigefridus *etiam à Menardo, Maiheu & Mabillono refertur ad* XXII *Auguſti. Aſt* Huvetberti *nulla hactenus à nobis reperta mentio in Faſtis ſacris, ut vel ideo inciderit cogitatio, num forte propoſitus ſupra* S. Hecberactus *poſſit cenſeri dictus* Huvetbertus, *in locum Ceolfridi Romam profecti*, electus Abbas: qui à primis pueritiæ temporibus, eodem in monaſterio *Witenſi S. Petri*, non ſolum regularis obſervantia diſciplinæ inſtitutus, ſed & ſcribendi, cantandi, legendi, ac docendi fuerat non parva exercitatus induſtria. Romam quoque temporibus beatæ memoriæ Sergii Papæ occurrens, & non parvo ibidem temporis ſpatio demoratus, quæ ſibi neceſſaria judicabat, dixit, deſcripſit, retulit. Inſuper & duodecim ante hæc annos Presbyterii eſt functus officio. Hoc igitur electo Abbate ab omnibus utriuſque præfati monaſterii Fratribus, advocatur Epiſcopus Acca, & ſolita illum in Abbatis officium benedictione confirmat. Quæ inter innumera monaſterii jura, quæ juvenili ſagax ſolertia recuperabat, hoc inprimis omnibus delectabile & gratioſum fecit: ſuſtulit oſſa Eaſterwini Abbatis, quæ in porticu ingreſſus eccleſiæ beati Apoſtoli Petri erant poſita: nec non & oſſa Sigfridi Abbatis & Magiſtri quondam ſui, quæ foris ſacrarium ad Meridiem fuerant condita: & utraque in una theca, ſed medio pariete diviſa, recludens, intus in eccleſia beati Patris Benedicti compoſuit. *Hæc ibi de dicto* Huvetberto *Abbate.*

num Huvetbertus Abbas Wirenſis?

4 *Alius in Vita B. Alcuini Abbatis refertur* beati gentis Anglorum Bedæ doctiſſimi diſcipulus Hechbertus Præſul, meritis Magiſtro ſimilis: *cujus ibidem virtutes deſcribuntur, nec nomen adeo abluit, & ſi duæ litteræ eradantur aut addantur, plane convenient* Hechberactus & Hechbertus. *Verum dicitur ibidem* XIII Kalendas Decembris, Alcuinus amiſſione Patris Hechberti orbatus, munere divino, loco amiſſi, excepiſſe Magiſtro per omnia ſimilem Elcbertum, *imo* Egbertum virum beatum ac clarum, *Archiepiſcopum Eboracenſem. Quod ſi dictus* Hechbertus *eſſet* Hechberactus, *diceremus auctorem Vitæ B. Alcuini cum aliqua perſonarum confuſione dictum diem* XIII *Kalendas Decembris, perperam attribuiſſe Hechberto, cum eo die alterum ejus Magiſtrum Egbertum Archiepiſcopum mortuum eſſe teſtentur Simeon Dunelmenſis in Hiſtoria de Geſtis Regum Anglorum, & Rogerius Hovedenus par.* I *Annalium, ambo ad annum* DCCLXVI. *Hoc poſito, videtur poſſe dici* Hucbertum, *ſi eſſet memoratus* S. Hecberactus, *è vita hac migraſſe hoc* XXIV *Aprilis. De eo in dicta Vita B. Alcuini hæc indicantur*: Erat ei grex nobilium ſcolaſticorum, quorum quidam artis Grammaticæ rudimentis, alii diſciplinis erudiebantur artium, ceteri jam liberalium, nonnulli divinarum Scripturarum *ſcientias hauriebant.* Omnes vero fide, ſpe, caritate, humilitate, jejuniis, caſtitate, obedientia, & circa Eccleſiæ officia devotiſſima æque & honeſtiſſima cura, omni cũ circumſpectione imbuebantur, verbis non tantum, quantum ſancti Patris Hechberti exemplis, digni per omnia Chriſtiana Præſulis: in quo ea, quæ ſuis in præceptoribus fulſerat, doctrina non mediocriter enituit. *Vbi per præceptores intelliguntur* S. Gregorius Magnus, S. Auguſtinus *ab illo in Angliam miſſus*, S. Benedictus Biſcopius, S. Cuthbertus, S. Theodorus Archiepiſcopus Cantuarienſis, *& potiſſimum* Venerabilis Beda: Cujus, *inquit Auctor*, ſequens Hechbertus *veſtigia, totum theſaurum ſuum Domini deputavit eloquio*, Scripturarum rimando penetralia. Nam à luce diei ſurgente, ſi inevitabilis non obſtitit præpeditio, vel ulla ſolennitas præcellens aut feſtivitas magna Sanctorum, uſque ad horam quaſi ſextam, ſæpiſſime & nonam, ſuo reſidens in lecto, diſcipulis cuique convenientia Scripturæ pandebat arcana. Inde vero ſurgens, ſecretiſſimamque ad orationem confugiens, holocauſta medullata cum incenſo arietum offerens prius Domino, ac poſt juxta exemplum Beati Job, ne forte filii ejus

E

num potius Hechbertus Magiſter B. Alcuini,

doctrina & virtute eminens.

F

AUCTORE G. H. in benedictionis laberentur foveam, ſanctificabat eos, offerens Corpus Chriſti & Sanguinem pro omnibus. Et ſic tandem veſpertina propinquante hora, præter Quadrageſimam maxime, omni tempore tam ætatis quam hiemis, parcum cum ſuis, digne tamen præparatum ſumebat cibum, linguæ non parcens lectoris, utroque ut reficeretur pane. Videres ergo tunc ante Patrem pueros præparatis ſe conterebrare telis, diſcutientes in ſecreto, quid poſt ordinabiliter protelarent in publico, Nonne videtur tibi de hoc etiam poſſe dici, Sicut aquila provocat ad volandum pullos ſuos,& ſuper eos volitat, expandens alas, aſſumenſque eos & portans in humeris? Hos autem omnes, florida decoratus adoleſcentia, Alchuinus humilitatis ſub lectione præibat. Is denique pater pauperum, Chriſti multus amator atque adjutor, bis in die ſecretiſſimam orationem erat ſolitus fundere, puriſſimi cum irrigatione fontis, genu utroque in terram flexo, manibuſque diutius inſtar crucis in cælum erectis; ante ſcilicet quam cibum ſumeret,& prluſquam Completorium cum ſuis omnibus celebraret. Quo celebrato, nullus diſcipulorum ipſius,ſine ejus benedictione capiti ſuo data, ullo unquam tempore audebat ſe committere ſtratui. Qui omnes quidem diligebat, maxime tamen Albinum, fideliſſimum ſuorum actuum ſequacem, propter meritorum diſtantiam: cui virtutes inter alias hoc erat datum ſpecialius, ut nihil per ſe eligeret agere, quod Magiſtri auctoritas probans non conderet; nullaſque unquam hoſtis machinas inſidiaſque pertulit interius, quas abſque ulla verecundia Magiſtro celaret exterius. *Hæc placuit latius de* Sancto Patre Hechberto, *uti ab Auctore appellatur, proferre, ut viri in Anglia eruditi circumſpiciunt; num dictus Pater poſſit cenſeri* S. Hechberactus, *ex Martyrologiis propoſitus atque ita Sanctis hoc die colendis accenſeri.* D

DE S. VVILFRIDO PRIMO,

G. H. *ARCHIEPISCOPO EBORACENSI IN ANGLIA.*

ANNO DCCIX. *EXtat in urbe Remenſi antiquum monaſterium S. Remigio dicatum, cujus primi Abbates iidem fuerunt, qui urbis & provinciæ Archiepiſcopi. Horum tertius cenſetur Ebbo; ſub quo priuſquam à Ludovico Pio Imperatore deponeretur, vixit ibidem* Bertogarius monachus, *ejuſque manu exaratum aſſervatur apographum* Martyrologii, quod Bedam heroïco carmine compoſuiſſe *titulus præfert, quaſi id compoſuerit pro ſuo Girvenſi monaſterio*, ut præcipuas anni totius feſtivitates abſque ullo titubationis errore ſcire valeret. *Martyrologium iſtud excudendum curavit Lucas Acherius tomo* X *Spicilegii, & perſuaſus auctorem vere Bedam fuiſſe, conſequenter arbitratur* Dedicationem Eccleſiæ *ad diem* XXVII *Aprilis relatam, eſſe dicti monaſterii Girvenſis. Ut ut ſit, antiqui auctoris opus eſt: in eoque ad menſem Aprilem indicantur quatuor Sancti, ſcilicet ad diem* XXIII *Aprilis*, Georgius Martyr, *ad hunc* XXIV Egbertus Presbyter & Wilfridus primus Archiepiſcopus Eboracenſis, *& denique ad* XXIX Wilfridus ſecundus, *itidem* Archiepiſcopus Eboracenſis. *Ad quem diem oſtendimus hunc videri poſt obitum S. Bedæ adhuc vixiſſe: ac proinde dictum Martyrologium, ſi forte à Beda inceptum eſt, ab alio fuiſſe abſolutum. De SS. Egberto & Wilfrido primo iſta ibi conjunguntur:*

Egbertus digna virtutum laude coruſcus,
Aſtriferum Octavis veneranter ſcandit Olympũ.
Quoque die Præſul penetravit Wilfridus alma,
Angelico vectus cœtu, trans culmina cæli.

In Kalendario etiam præfixo ante Pſalterium MS. *valde antiquum monaſterii S. Maximini indicatur* Natalis SS. Wilfridi & Egberti Epiſcoporum. *Inter antiquiora Galliarum monaſteria, quæ nos Romam in Belgium redeuntes luſtravimus, eſt Gemmeticum in diœceſi Rotomagenſi: ibi vidimus Miſſale Anglicanum valde antiquum, uti probat tabula Paſchalis, initium ſumens ab anno milleſimo ad* MXCV. *Dono illud acceptum erat circa annum milleſimum quinquageſimum à Roberto olim ibidem Abbate, dein Epiſcopo Londinenſi, & poſtea Archiepiſcopo Cantuarienſi, qui tandem Roma rediens in dicto monaſterio Gemmeticenſi ſub anno* MLXX, *è vita diſceſſit. In hoc autem Miſſali præſcribitur hodie feſtum* S. Wulfridi, *de quo nunc agimus. Habemus præterea aliquod valde antiquum Martyrologium, ſaltem ſeculo* XII *in pergameno exaratum apud Anglos, ubi memoria* S. Wulfridi Archiepiſcopi & Confeſſoris, *etiam ad hunc* XXIV *Aprilis adſcripta legitur. Martyrologium porro Sariſburienſe, auctore Richardo Witfordo Londini anno* MDVI *idiomate Anglicano excuſum, tali eum elogio ad hunc diem exornat:* Feſtum S. Wilfridi Archiepiſcopi Eboracenſis. Natus hic eſt in Anglia è ſanguine regio, in cujus nativitate viſa fuit columna ignea, è qua tota domus videbatur ardere. Juvenis virtute coruſcus fuit:, & ita perſeveravit in ſingulari perfectione ac multis miraculis. *Excuſum eſt poſtea, anno ſcilicet* MDXXXII, Enchiridion præclaræ Eccleſiæ Sariſburienſis, devotiſſimis precationibus ac venuſtiſſimis imaginibus refertum, *in cujus Kalendario ſimiliter indicatur feſtum* S. Wilfridi Epiſcopi & Confeſſoris. *Denique in antiquis Martyrologiis MSS. Trevirenſi monaſterii S. Maximini, Romano Cardinalis Barberini, & Colonienſi S. Mariæ ad Gradus, idem Sanctus refertur cum SS. Mellito Epiſcopo, & S. Hechberacto, de quo ſeorſim agimus, & accurate verba Martyrologiorum proferimus. Quin etiam dictus Wilfridus refertur in Mss. Florentinis Mediceæ bibliotheca, & Senatoris Strozzii, atque in Martyrologio Florentino anno* MCCCCLXXXVI *excuſo, ſed appellatur* S. Uldifrius Epiſcopus & Confeſſor. *Quo etiam nomine refertur à Petro de Natalibus Epiſcopo Equilino ſub finem libri* XI, *num.* 28. *Legerat Petrum Franciſcus de Ruſcuerta, auctor, Hiſtoriæ Glennenſis,& verba illius conferens, cum verbis Pſeudo Iuliani in Chronico ad annum* CCLXXXVIII. *num.* 22, *quibus fingitur*: In civitate Hiſpaniæ Boeticæ Utica S. Waldifredus, Epiſcopus ejuſdem urbis, egregius vita doctrinaque Chriſti Confeſſor; *ſibi perſuaſit Equilinum de ſuo illo VValdifredo agere ſub nomine Vldifrii. Ita connectuntur ſomnia ſomniis; & qui nuper primum fuit protruſus, imaginariæ prorſus Uticæ Epiſcopus æque imaginarius, ſimili imaginationum fatuarum licentia viſus eſt aſſertorem habere, ſi non antiquum, ſaltem noviſſimis ſcriptoribus anteriorem. Nos præter VVilfridum Anglum nullum agnoſcimus cui poſſint verba Equilini aptari; putamuſque compoſitores Chronici iſtius ſuppoſititii, niſi omnem prorſus frontem exuiſſent, quodvis potius nomen, quale poterat in tertium Chriſti ſeculum cadere, electuros fuiſſe, quam Francicum ſeu Teutonicum* Waldifredi, *quale vix poſt Gothorum irruptionem cœpit in Hiſpanis audiri. Atque hæc de S. VVilfrido dicta ſint quatenus refertur ad* XXIV *Aprilis.*

3 *Alius dies, venerationi ejuſdem S. Wilfridi dicatus, eſt duodecimus menſis Octobris, quo die ſacrum ejus corpus (quod erat ab Odone Archiepiſcopo Cantuarienſi tranſlatum Cantuariam) à B. Lanfranco Archiepiſcopo loco decentiori eſt repoſitum: Ita Eadmerus infra in Vita num. 66.* Sepulcrum, *inquit*, in Aquilonari parte altaris factum eſt, *& in eo* ſunt quarto Idus Octobris reverenter incluſæ Reliquiæ S. Wilfridi. *Quo die ejus memoria celebratur*

B *Natalis celebratur 24 Aprilis in Martyrologio Metrico, Bedæ adſcripto,*

C *MS. Kalendario S. Maximini,*

MS Miſſali Gemmeticenſi,

MS. Martyrol. Anglicano,

Sariburienſi Martyrol.

E *& Enchiridio,*

atque in 6 MSS.

an Hiſpanus aliquis hic poſſit intelligi?

F

Tranſlatio corporis 12 Octob.

A *bratur in relato ſupra Ms. Martyrologio in Anglia ſeculo* XII *exarato, item in Ms. Martyrologio Carmelitano Coloniæ adſervato, & in citatis ante Mss. Florentinis. In Martyrologio quoque Coloniæ & Lubecæ anno* MCCCCXC *excuſo & apud Grevenum & Molanum primæ editionis cum hodierno Martyrologio Romano aliſque recentioribus, menſe Octobri ſimiliter legitur nomen S. Wilfridi, ſed abſque ulla mentione tranſlationis aut elevationis, item abſque diſtinctione diei natalis, obitus aut depoſitionis. Molanus in poſteriore editione* natalem *appellat, quod etiam legimus in quodam Ms. Kalendario ſeu Martyrologio monaſterii Gemmeticenſis, non admodum antiquo. In Ms. Vltrajectino Eccleſia S. Mariæ dicitur* depoſitio, *& ſecuti ſunt recentiores: à quibus vice verſa* tranſlatio *refertur ad hanc* XXIV *Aprilis: quod etiam fieri in Ms. Altempſiano, ex Anglia Romam delato, obſervavimus. Cauſa erroris videtur oborta, quod in Hiſtoria Anglicana Bedæ lib.* 5 *cap.* 20 *juxta vulgatas olim editiones legeretur Sanctus* defunctus IV Idus Octobris in monaſterio ſuo. *Verum ea verba,* IV Idus Octobris, *deſunt in Ms. codice Pariſienſi monaſterii S. Germani de Pratis, & Alfredi Regis verſioni Saxonicæ: ideoque ipſa, tamquam à poſteris intruſa in textum Bedæ, intra parentheſim incluſit Abrahamus Whelocus, auctor editionis Anglo-Saxonicæ. Nos igitur, antiquioribus & certioribus monumentis inhærentes, arbitramur diem natalem eſſe hunc* XXIV *Aprilis, ad eumque Acta ejus referenda eſſe; feſtivitatem vero tranſlati ad Cantuarienſes corporis recoli* IV *Idus Octobris, ut apud Eadmerum, qui Cantuariæ vixit, in titulo legitur: atque ita corrigimus quod re necdum accurate diſcuſſa, obitum ejus ſubinde retulerimus ad Octobrem præfatum.*

etiam natalis & depoſitio dicta,

ob verba in Bedam intruſa.

B

4 *Nunc Vitam S. Wilfridi damus à præfato Eadmero accurate ſcriptam. Quis autem hic ſcriptor fuerit, pluribus deduximus* XXI *Aprilis, ad Vitam S. Anſelmi itidem Archiepiſcopi Cantuarienſis: cui quia toto Sedis tempore adfuerat, ejus Vitam una cum Hiſtoria Novorum in Anglia, tamquam plurium rerum teſtis oculatus, conſcripſit. Pari auctoritate in hac S. Wilfridi Vita, libri primi parte priore, agit de B. Lanfranco S. Anſelmi deceſſore, & quæ ſub eodem circa Reliquias S. Wilfridi peracta fuerant, ſe* propriis oculis intuitum *eſſe infra in Epilogo teſtatur; reliqua dicit* auctoritate Odonis Archiepiſcopi & Bedæ Presbyteri roborari: *quod etiam in Prologo confirmat: imo ipſius Bedæ verbis paſſim utitur, uti ſæpe annotamus. Libellum Odonis necdum licuit videre. Sub eo vixit Fridegodus, cui cum ille Vitam S. Wilfridi Heroico metro texere præcepiſſet, ipſum ejus poëma præ oculis habens Eadmerus, eumdemque narrandarum rerum ordinem ſequens, nonnumquam integros verſus tranſcripſit. Poterant igitur Fredegodi carmina, tamquam ætate priora, præmitti Vitæ per Eadmerum ſcriptæ: ſed quia necdum integra reperta ſunt uſpiam; & qualiter potuere reperiri, ſine mutila, ſic ipſa ediderunt Acherius & Mabillon tertio Seculo Benedictino; denique quia ſatis obſcura ſunt, uti notat Malmeſburienſis lib.* 1 *de Geſtis Pontificum Anglorum; nolumus iiſdem, abſque alia nova luce & perfectione recudendis, inutiliter exaggerare molem operis noſtri. Dicitur etiam* Heddius Stephanus (*quem S. Wilfridus ex Cantio evocatum cantui Eccleſiæ ſuæ tradendo Magiſtrum præfecerat*) *Vitam ejus ſcripſiſſe, cujus nec meminit Eadmerus, neque ulla monumenta hactenus reperiuntur. Poſt Eadmerum ſcriptis ſuis inſeruerunt res geſtas S. Wilfridi paſſim hiſtorici rerum Anglicanarum, & potiſſimum Willielmus monachus Malmesburienſis jam dictus, Ricardus Prior Haguſtaldenſis, Rogerus de Hoveden, Radulphus de Diceto, Ioannes Bromton, Gervaſius Dorobernenſis, Thomas Stubbs, qui Actus Pontificum Eboracenſium deſcripſit, Hoc etiam ſenior Petrus Bleſenſis Archidiaconus Bathonienſis librum de Vita S. Wilfridi ſcripſit, eumque Galfrido Archiepiſcopo Eboracenſi, anno* MCCXIII *vita functo dedicavit, cujus aliquod fragmentum legitur tomo* I *Monaſtici Anglicani pag.* 172, *ubi plura referuntur ex Vita à Ioanne Lelando ſcripta,*

Vita datur Eadmero auctore,

ab aliis ſcripta indicantur.

C

& à Ioanne Capgravio edita. Tempus vitæ S. Wilfridi ab ejus nativitate uſque ad obitum indicatur ab Eadmero aut in Notis explicatur, ut ejus ratione hic tradenda nihil opus ſit lectorem morari. D

VITA

Auctore Eadmero Cantuarienſi monacho.

Ex bibliotheca Cottoniana eruta.

PROLOGUS.

1 BRitannia, quam Angli, victis à ſe proturbatiſque Britannis, Angliam vocant & incolunt, omni ex parte Oceano cincta, tam ingenitis quam & undecumque allatis divitiis mirabili copia antiquitus exuberabat: quæ ut terrenis rerum copiis, ita quoque ſanctiſſimorum virorum magna fœcunditate pollebat: quorum exigentibus meritis in tantum gratia Dei omnipotentis totam inſulam ſua munificentia decoravit, ut & cultus circa Dei obſequium circumquaque multiplicaretur, & res tam publicæ quam familiares multa pace, felicique proſperitate fruerentur.

In Britanniæ regione fertili,

E

2 Sed cum nihil ex omni parte perfectum mundanis rebus natura conceſſit, cæca damnatrix animi cupiditas, dum interdum quoſdam ad hoc perduxiſſet, ut ſuis rebus contenti eſſe neſcirent; pacis munimenta dirupit, pax dirupta rapinas, incendia, ſeditiones, bella, omniumque bonorum excidia peperit: quæ nonnumquam à ſanctis ejuſdem provinciæ viris detrita; nonnumquam ipſis in immenſum malis creſcentibus, ii qui mala deterere moliebantur, varia caſuum perturbatione attriti. Dum enim ſtuſtium ſuum in eo potiſſimum ponerent, ne perverſorum hominum pravitati, amiſſa ſui ſtatus rectitudine, cederent; dumque illi è diverſo modis omnibus inſudarent, ne iſtorum rectitudini ad ſui correctionem ſeſe vel ad modicum darent; iidem, nequitiam ſuam modo vi, modo fraudibus exercentes, quos in malitia nequiverant, hos in communi vita ſocios habere nullo modo volebant. Hinc multi propria dignitate privati, multi à patria eliminati, multi quoque crudeliſſima morte necati, & à juſto judice Deo glorioſiſſime coronati. Hæc in primordio coaleſcentis fidei partim in ſupervenientibus in ſe prædicatoribus eſt experta: hæc in proceſſu ejuſdem fidei partim in propriis & in ſe procreatis prædicatoribus eſt perpeſſa: hæc nihilo minus eadem fide quaque fundata, partim à ſuis, partim ab externis hoſtibus, in ſuis Patribus Anglorum Eccleſia eſt atrociter paſſa. Hinc, ut alia taceam, veneraudi Antiſtites Mellitus & Juſtus *a* Galliam petunt, Anglia expulſi: hinc ſanctiſſimus Pater Wilfridus toties à propriæ dignitatis ſede rejicitur: hinc quoque glorioſiſſimus Rex *b* Eadmundus & beatiſſimus Antiſtes Ælfegus iniqua morte damnati, martyrii gloria digniſſime coronantur: hinc etiam dubio procul vir præclariſſimus & excellentiſſimæ ſanctitatis, Pater Dunſtanus, in exilium pulſus fuiſſe dignoſcitur. Sed hæc me brevi attigiſſe ſuffecerit. Majores etenim noſtri de his multa memoriæ digna cognovere, & luce veritatis inſignita exinde ſua poſteris ſcripta reliquere.

ſæve excitati motus in viros ſanctos,

F

a

b

3 Et quoniam ea quæ de præfato Wilfrido ſcripta habentur, non ſimul in uno, ſed in diverſis auctoribus ſparſa eſſe probantur; rogatus à nonnullis, quibus me contradicere incongruum duxi; immo, ut verum fatear, ipſius ſanctiſſimi Patris dilectione compulſus,

Wilfridi hiſtoria unde accepta,

AUCTORE EADMERO

compulsus, ea quæ sparsim de ipso scripta sunt, nostro opere in unum componere instituí. Equidem Beda, nobilissimus gentis nostræ historiæ scriptor, in ipsa historia de eodem Patre per diversa loca nonnulla differit: & beatæ memoriæ Odo, sanctæ Dorobernensis Ecclesiæ Pontifex, de vita & conversatione ejus quemdam libellum edidit, postquam reliquias ipsius Sancti de loco, in quo primum positæ fuerant, excepit; & ad Ecclesiam totius Britanniæ matrem, quæ in urbe Cantuarberia sita est, magno devotionis honore transvexit. Horum igitur dicta per omnia sequens, pene nihil quod eorum auctoritate roborari non possit, nihil autem ex toto quod contrarium sit, dicturum me fore confido. Sane quicumque hæc vel legere, vel audire dignatus fuerit, precor ut ista me non ita scripsisse accipiat, quasi antiquis, quæcumque sunt hac de re, mea velim scripta præferre: sed potius cogitet, & amicis meis me (ut dixi) rogantibus, morem gerere; & Sancto Dei aliquod obsequium mei amoris & reverentiæ exhibere voluisse.

ANNOTATA.

a *Horum discessus in Galliam refertur supra in Vita S. Melliti num.* 5 *At* S. Justus *colitur* 10 *Novembris.*

B b *Est hic* S. Edmundus, *Rex Occentalium Anglorum, à Danis occisus* 20 *Novembris. At* S. Ælphegi *Archiepiscopi Cantuariensis & Martyris Vitam dedimus* 19 *Aprilis.*

CAPUT I.

Ortus Miraculo clarus. Secessus ad monasterium Lindisfarnum. Iter primum Romanum. Varia in itu & reditu acta Lugduni.

Wilfridus anno 634 nascitur,

4 ANno igitur Incarnationis Verbi Dei sexcentesimo tricesimo quarto, regnante in Cantia filio glorioſissimi *a* Edelberti Regis Cantuariorum Eadbaldo, & in Nordumbria successore nobilissimi Edwini Regis Nordanhumbrorum sanctissimo Rege *b* Oswaldo, de inclyta gentis Anglorum prosapia, puer Dei Wilfridus nobiliter natus, & è vestigio, cælesti est prodigio mundo nobilissime designatus. Cum enim beatus puer intempestæ noctis silentio matris prodiret ab alvo, columna ignis supra domum, in qua nascebatur, cælitus emissa, omnes circumfusæ noctis tenebras radio suæ lucis absterſit. Quique igitur vicinorum, tanti luminis magnitudine subito terrore turbati, è domibus prorumpunt; & stupore affecti singuli, quod primo capere poterant arripiunt; & in turbam coacti, turbato murmure, ad ignem concite currunt. Ad domum usque pervenientes, flammam, ut cœperat, radios emittentem inveniunt: sed domum & quæcumque vicina nil læsionis pati, mirantes adspiciunt. Nimio itaque stupore paventes, Papæ! inquiunt, quidnam signi hoc nobis innuere putas? nimirum divini est numinis omen. Et domum irruere volentibus occurrerunt mulieres de domo, dicentes: Sustinete, sustinete, precamur; quo ruitis? Ad causam ignis cognoscendam, quam præ oculis habetis, tantopere tenditis? non aliam esse, quam puerum nunc maternis visceribus editum, pro certo noveritis. Quo cognito, gressu reflexo in sua redeunt, magnalia Dei sua devotione venerantes. Quid ad hæc dicendum? Antiquum Moysi famulo Dei ostensum in rubo miraculum videmus; cum ecce in domo pueri Dei ignis æstuat, nec comburit; flamma emicat, nec aliquid consumit. Et illud quidem antiquitus factum quid signi protulerit, jam mundus agnovit: hoc autem in se ipsa experta pene totius Anglici regni nobilitas didicit. Re etenim ipsa probatum est, quod sicut olim Dominus, populum suum ex Ægyptia servitute liberaturus, ipsius liberationis ministerium Moysi per ignem rubi demandavit: sic & nunc idem Dominus, alium populum suum à tenebris vitiorum eductus, quem ejusdem eductionis magisterium habere delegerit, per emissum cælitus ignem designavit. D

a Edelberti Regis Cantuariorum Eadbaldo

b Oswaldo

Apparente columna ignea:

C

5 Primordia ergo vitæ beatissimus Pater Wilfridus tantæ nobilitatis signo accipiens, cum esset puer bonæ indolis, eidem nobilitati sua industria morum nobilitatem superaddere studuit. Unde ætatem moribus transiens, nil puerilis levitatis, nil insolentiæ in suis moribus admittere voluit: sed ita se, tempore adhuc teneræ ætatis, modeste & circumspecte in omnibus gerebat, ut merito à majoribus quasi unus ex ipsis amaretur, veneraretur, amplecteretur. Vultus enim magnæ venustatis, sed in habitu vultus erat ei multo venustior mos probitatis. Facundæ, ut id ætatis tenor admittere poterat, munia linguæ, non garrulitati vel detractioni aut contentioni, sed iis quæ Dei sunt summo studio dedicare curabat.

à puero gravis,

6 At postquam perfectioris ætatis attigit metas, defuncta matre, statuit natales relinquere fines, quo liberius posset Domini servitiis operam dare. *c* Quod ubi patri suo retulit, libenter ejus votis ac desideriis cælestibus annuit, eumque salutaribus cœptis insistere jussit. Ubi vero quartumdecimum ætatis explevit annum, comitatus munime Dei, venit ad Reginam *d* Eanfledam nomine: à qua benigne susceptus, & aliquamdiu magno cum honore detentus, innotuit sibi propositum suæ mentis in eo quampotissimum esse, ut relicto seculo Dei se manciparet obsequio. Quo Regina venerabilis agnito, multum ejus animi virtute lætata, consilium simul & auxilium tantæ rei perficiendæ, devota mentis alacritate, largita est. Et quoniam eumdem virum monasticam singulari vitam præferre cognovit, eum, ut ipsi placuit, ad insulam *e* Lindisfarnensem venire, & monasterio monachorum sociari fecit: quo constitutus, diligenter ea quæ monasticæ castitatis ac pietatis erant edisscere curabat & agere. Et quoniam acris erat ingenii, didicit quanto citius psalmos & aliquot codices, necdum quidem attonsus, verum eis quæ tonsura majores sunt virtutibus, scilicet humilitatis & obedientiæ, non mediocriter insignitus: propter quod à senioribus & coætaneis suis justo colebatur affectu. E

Eanfledæ consilio secedit Lindisfarnum.

c

d

e

F

7 In quo monasterio cum aliquot annis Christo serviret, animadvertit paullatim adolescens, minime perfectam esse virtutis viam, quæ tradebatur à Scotis: proposuitque animo Romam venire, & qui ad Sedem Apostolicam ritus ecclesiastici sive monasteriales servarentur, videre: quod cum Fratribus referret, ejus propositum laudaverunt, eumque id quod mente dispositerat perficere suadebant. At ille confestim veniens ad prædictam Reginam, indicavit ei desiderium sibi inesse Apostolorum limina visitandi: quæ delectata bono adolescentis proposito, misit illum Cantiam ad Regem *f* Erconbertum, qui erat *g* filius avunculi sui, postulans ut eum Romam honorifice transmitteret: quo tempore ibi gradum Archiepiscopatus *h* Honorius, unus ex discipulis beati Papæ Gregorii, servabat, vir in rebus ecclesiasticis sublimiter institutus. Ubi cum aliquantisper demoratus adolescens animi sagacis, diligenter iis quæ inspiciebat discendis operam daret; supervenit illo alius adolescens nomine *i* Biscop, cognomento Benedictus, de nobilibus Anglorum, cupiens & ipse Romam venire. Hujus ergo comitatu Rex B. Wilfridum sociavit, atque ut illum Romam secum perduceret, jussit.

Romam cogitans,

f

g

h

i

8 Qui

A *k post aliquam Lugduni moram apud Dalfinium Epiſcopum,*

8. Qui cum Lugdunum perveniſſent, à venerabili *k* Dalfino ejuſdem civitatis Archiepiſcopo honorifice ſuſcepti ſunt: Wilfridus à Pontifice detentus, Benedictus Romam uſque profectus eſt. Delectabatur etenim Antiſtes prudentia verborum ſtrenuiſſimi juvenis, gratia venuſti vultus, alacritate actionis, necnon conſtanti maturitate intentionis: unde quæque neceſſaria habebat, ipſi cum ſociis ejus, dum ſecum eſſe volebant, abundanter tribuebat. Quin & beato Wilfrido partem non modicam Galliarum regendam obtulit, ac filiam fratris ſui virginem, ſi conjugem ducere vellet, ei ſe daturum fore promiſit, quatenus ipſe illi in patrem, & ille ipſi eſſet tali conjunctione in filium. At ille gratias agens pietati, quam erga ſe, cum peregrinus exiſteret, dignaretur habere; reſpondit, ſibi magis propoſitum alterius converſationis ineſſe, & ob hoc relicta patria Romam ire cœpiſſe. Quibus Antiſtes auditis, dato itineris duce, ſimul & iis quæ tantæ viæ neceſſitas poſcebat, copioſe impenſis, ipſum Romam tranſmiſit, obſecrans & multa prece conteſtans, quatenus de Roma rediens ad ſe declinaret.

B *l invisit limina Apoſtolorum,*

9 Ut autem Romam venit, beatiſſimi Apoſtolorum Principis limina orandi gratia petiit: & egreſſus, *l* germani B. Petri, eadem cauſa ductus, oratorium eſt ingreſſus, humique proſtratus hac prece fertur pium Apoſtolum, quem mente præſentem videbat, palam rogaſſe: Piiſſime Apoſtolorum Dei, frater beatiſſimi Apoſtoli Petri, en ego peregrinæ provinciæ civis ad tua limina veni, veniam pro peccatis meis poſtulaturus: precor te igitur per pietatem, quam ceteris præſtare totius orbis atteſtatione probaris, ut veniam peccatorum, quam per te obtinere confido, non quæram in vanum, ne mihi tantæ progreſſio viæ procedat incaſſum. Verum ut experiar vincula meæ impietatis per merita tua ſolvi, ſolve, quæſo, impedimenta ingenii mei & linguæ meæ, quatenus verbi Dei myſteria corde percipere, & diſerto elocutionis modo eadem aliis valeam inſinuare. O fides famuli Dei! ô inſigne pietatis indicium Apoſtoli Dei! ô larga benignitas, & benigna largitas clementiæ Dei! Non citius orationis verba complevit, quam vivaciſſimum mentis ingenium & promtiſſimum elocutionis modum ſeſe percepiſſe cognovit. Redit in ſe, & gratioſus miratur, ſe ipſum qui fuerat, jam non eſſe.

a Bonifacio ibi edoctus, C *m n*

10 Romæ igitur degens, orationique ac meditationi rerum eccleſiaſticarum quotidiana, ut animo propoſuerat, inſtantia mancipatus, pervenit ad notitiam viri ſanctiſſimi atque doctiſſimi, *m* Bonifacii videlicet Archidiaconi, qui & Conſiliarius erat *n* Apoſtolici: cujus magiſterio & amicitia felix, quatuor ab eo libros Euangeliorum, rationabilem Paſchæ terminum, aliaque nonnulla, quæ in patria ſua nequiverat, didicit.

Apud Dalfinum Epiſc. triennio manet:

11 Eccleſiaſtica igitur diſciplina magnifice imbutus, & Apoſtolica benedictione perfuſus, in iter rediit; Dalfinum Epiſcopum de ſuo reditu valde ſuſpectum lætus adiit, eique tribus annis fida ſocietate adhæſit. A quo attonſus, in tanto eſt amore habitus, ut illum ſibi heredem facere cogitaret. Sed ne hoc fieri poſſet, Antiſtes eſt crudeli morte peremptus, & Wilfridus ad ſuæ potius, hoc eſt Anglorum gentis Epiſcopatum reſervatus. Siquidem *o* Regina Francorum ea tempeſtate ſævam Eccleſiæ Chriſti tempeſtatem intulerat: nam dæmoniaci furoris igne ſuccenſa, fortunis omnium bonorum inhiare, inhians rapinis & deprædationibus æſtuare, æſtuans atroci multos examinatione damnare, & damnatos immani mortis feritate necare. Unde ut alia taceam, quæ in innumeros quaſi minores crudelia exercuit, octo eccleſiarum Patres enſe peremit;

o

eumque occiſum ſepelit.

cum quibus & prædictum venerandum Antiſtitem pari huic vitæ pœna mortis exemit. Quem uſque ad locum ſuæ neci diſpoſitum Wilfridus ſecutus eſt, cupiens pro eo, ſi concederetur, aut certe cum eo, ſi permitteretur, ſimul gladio mori. Verum ne id fieret, Epiſcopus modis omnibus interdixit, & ne tantum flagitium flagitiis ſuis gladiatores adjicerent, Chriſti miſeratio ſanctique viri peregrinatio, quodque tunc temporis magno terrori quamplurimis erat, ſua ſcilicet Anglorum natio interdixit. Corpus tamen occiſi debito honore tumulavit, ſicque Angliam proſpero curſu repedavit. AUCTORE EADMERO

ANNOTATA.

a S. Ethelberti *Vitam dedimus 24 Februarii. Mortuus eſt anno 616, cui ſucceſſit filius* Eadbaldus, *& regnavit uſque ad an. 640.*

b *Rex* Edwinus *occiſus eſt anno 633, cui tunc* Oſwaldus *ſucceſſit, & ipſe anno 642 occiſus, ambo à Penda Rege, hic 5 Auguſti, ille 12 Octobris: ambo ab aliquibus Martyres habentur, quod de Oſwaldo potiſſimum aſſumitur.*

c *Interſerit Fridegodus:* Immitis furias malens vitare novercæ. E

d Eanfleda *dicti Edwini filia, nupta Oſwio Regi Northumbriæ, fratri naturali dicti S. Oſwaldi cui ſucceſſit. De utroque egimus 8 Februarii ad Vitam S. Elfledæ filiæ, Abbatiſſæ Streneshalæ.*

e *De* Lindisfarnenſi inſula *& monaſterio ſæpius egimus, potiſſimum 20 Martii ad Vitam S. Cuthberti.*

f Erconbertus *dicto Eadbaldo patri ſuo ſucceſſit anno* 640, *mortuus anno* 664. *Hujus filia fuit S. Ermenilda, Regina Merciæ, nupta Wulfhero, cujus Vitam dedimus 13 Februarii.*

g *Eanfledæ mater erat* Ethelburga, *filia S. Ethelberti ſoror Eadbaldi, qui proinde avunculus erat Eanfledæ.*

h S. Honorius *rexit Eccleſiam Cantuarienſem ab anno 628 uſque ad an. 653, die 30 Septembris quo mortuus eſt & colitur.*

i *Colitur* S. Benedictus Biſcopius *12 Ianuarii, de quo præter iſtic edita habemus Vitam à Beda prolixe ſcriptam in libello de Abbatibus & apud Acherium. A Fridegodo appellatur* Biſcop Baducing.

k Dalfinum *à Francis dici* Annemundum *oſtendit Ioannes Bollandus, & forſan primus, ad Vitam S. Bathildis Reginæ 26 Ianuarii, quem ſecuti ſunt Hadrianus Valeſius, Carolus le Cointe, Ioannes Mabillon.*

l *Videtur erga S. Andream affectum hauſiſſe, quod in* F *ejus monaſterio à ſe conſtructo monachus fuerat S. Gregorius Magnus, qui primos monachos in Angliam miſit.*

m *Hic forſan eſt* Bonifacius, Conſiliarius *poſtmodum Agathonis anno* 680, *&* Bonifacii II Papæ *anno* 684 *creati, relatus in Concilio Niceno 2 Actione 1. dein* Conſiliarius Sedis Apoſtolicæ, à Sergio Papa Conſtantinopolim miſſus *anno* 692, *& tandem anno* 704 *Ioannis VI, ut infra num. 52 habetur. Et ſic hoc tempore adhuc juvenis, forte nomen* Conſiliarii Apoſtolici, *à poſterioribus geſtis traxit.*

n *Sedi Apoſtolicæ præerat* S. Eugenius, *mortuus anno 656, 2 Iunii, quo colitur, cui tunc ſucceſſit S. Vitalianus, cujus Acta illuſtravimus ad diem 27 Ianuarii.*

o *Erat hæc Regina* S. Bathildis, *qua circumventa aut potius ignara, ab Ebroino eadem hujus & aliorum Pontificum fuiſſe procuratam, dictum eſt ad illius Vitam § 5.*

CAPUT

AUCTORE EADMERO

CAPUT II.

Sacerdotium. Diſputatio de Paſchate cum S. Colmano. Epiſcopatus ſuſceptus in Gallia. Periculum in reditu. Varia per Angliam exercitia.

12 PRæfuit eo tempore genti Nordanhumbrorum Chriſtianiſſimus Rex Oſwius, *a* ſucceſſor beatiſſimi Regis & Martyris Oſwaldi; qui Oſwius filium ſuum Alfridum regni *b* ſocium ſibi conſtituit. Fuere autem utrique Reges in Chriſtiana religione ferventes, Eccleſiarum diligentiſſimi cultores, & Catholicarum doctrinarum ſtudioſiſſimi auditores, amatores, ſectatores. Cum ergo beatus vir Dei Wilfridus in patriam eſſet reverſus, fama ſanctitatis & prudentiæ ejus, fama eloquentiæ & apoſtolicæ doctrinæ ejus, circumquaque mira celeritate innotuit, necnon ad aures prædictorum Principum ingenti cum laude proceſſit: ſanctitas quoque & inſignis amor Chriſtianitatis, qui Regum corda repleverat, notitiam Sancti nequaquam fugere poterat. Ex hoc curiæ Regis Alfridi præſentatus, humane ſuſcipitur; brevi, quod antea ſolo auditu in eo ſciebatur, re ipſa cognoſcitur, & eo regali amicitiæ familiariter adſociatur. Probitas etiam integerrimæ vitæ, quam fama primo vulgaverat; & prudens ſimplicitas ſimplexque prudentia, quæ in illo [cum pari] ad omnes humilitate vigebant; non modo Regi, verum & omnibus eum carum exhibebant. Tribus ex hoc annis regalem curiam fovit; & virtute animi, gratiam, gloriam, honorem ſibi comparavit: unde & regio munere auctus tam mobilibus, quam immobilibus rerum bonis, etiam inter animales homines clarus erat. Super hæc quoque *c* Ripenſi Eccleſia, cum iis quæ ſui juris exſtiterant, regali munificentia donatus eſt. Ex eo autem ſumma cura procurabat, quatenus opes ſuæ magis tranſirent in victum indigentium, quam ſervaret eas more avarorum, opes ſuas recondentium.

a

b *Ab Oſwio & Alfrido filio Regibus in aulam evocatus,*

B

c *eccleſia Ripenſi donatur:*

13 Interea venit ad Regem Epiſcopus occidentalium Saxonum, nomine *d* Ailbertus, vir ſanctus & eccleſiaſticis diſciplinis apprime inſtitutus; qui & eidem Regi magno fuerat familiaritatis amore conjunctus. Hic, rogatus à Rege, Wilfridum ad Preſbyteratus officium promovit, utpote quem Sacerdotio fungi digniſſimum eſſe cognovit. Mota eſt autem ea tempeſtate quæſtio de obſervatione Paſchæ, quæ magna & frequens eatenus extiterat, probantibus ſimul & confirmantibus eis qui de Cantia & Galliis advenerant, quod Scoti diem dominicum Paſchæ celebrarent contra morem univerſalis Eccleſiæ. Nam Scoti uſque ad id temporis, Scripturarum ſerie hac de re diſputante non plene edocti, ſæpe dominicum Paſchæ diem celebrabant cum eſſet Dominica dies in Palmis, ea re quod ipſa die decima quarta luna eſſet, quæ terminus eſt diei Paſchalis. Iſtiuſmodi ſectæ vir ſanctiſſimæ vitæ *e* Aidanus, ſuo tempore grande firmamentum fuerat, in tantum, ut à cunctis quaſi æquo animo toleraretur, dum eximia in opere Dei morum ipſius converſatio conſideraretur. Sed illo defuncto, Finanus veſtigia ſectæ illius per omnia ſequens, in Epiſcopatum ejus ſubrogatus eſt. Quo nihilominus huic vitæ modum faciente, Colmannus in ſectam amborum Sedemque ſucceſſit; cujus temporibus gravior de Paſchali obſervatione atque aliis eccleſiaſticæ vitæ diſciplinis controverſia verſata eſt. Quapropter merito movit hæc quæſtio ſenſus & corda multorum, timentium ne forte accepto Chriſtianitatis vocabulo in vacuum currerent aut cucurriſſent. Pervenit & ad ipſas Principum aures, Oſwii videlicet Regis filiique ejus Alfridi; quorum primus à Scotis edoctus atque baptiſmi ſacramentis imbutus, nihil melioris propoſiti exiſtere poſſe credebat, quam quod à ſuis doctoribus acceperat: porro ſequens, potioris fidei privilegio primum præcedens, Romanæ & univerſalis Eccleſiæ ritum omnibus anteſtare ratum habebat. Siquidem Chriſtianiſſimus & doctiſſimus vir Wilfridus, qui & Romæ (ut prædiximus) eccleſiaſticæ diſciplinæ multa documenta acceperat, & penes Dalfinum Galliarum Pontificem Lugduni nonnullis imbutus extiterat; eum ſuo magiſterio rationabili atque Catholica eruditione informaverat, ac informatum omni ſcrupuloſitate ſublata in veræ fidei ſtabilitate firmaverat. Mota ergo (ut præfati ſumus) quæſtione de Paſchali obſervatione, diſpoſitum eſt, ut Synodus cogi, & hæc quæſtio deberet ventilari terminarique. Veneruntque illo Reges ambo, pater ſcilicet & filius, magnopere deprecantes, ut eis adeſſe dignaretur Spiritus ſanctus. Venit itaque jam dictus Ailbertus Antiſtes, Alfridi Regis amicus, cum beato Wilfrido & ſuo *f* Agathone Presbyteris: contra quos Colmannus cum ſuis Clericis venit, & *g* Hildem Abbatiſſam, ſectæ ſuæ fautricem, cum aliis pluribus ſecum in Synodum duxit.

d *Presbyter ordinatur,*

C

circa quæſtionem de Paſcha,

e

D

ſub dictis Regibus ferventius reſuſcitatam,

in Synodo ad id convocata,

f

g

14 Silentio itaque facto, primo Rex Oſwius, præfatione præmiſſa, tali fertur modo locutus: Hactenus, Patres venerandi, ſchiſma in Eccleſiis Chriſti exortum, eo quoſdam minus veritatis ſtudentes perduxit, ut bis in anno (quod dictu quoque nefas eſſe probatur) ſanctum Paſcha ſit celebratum. Cujus tamen rei cauſam bene conſiderantibus non adeo mirum videtur: dum enim ipſi arietes iter diverſum arripiunt, greges etiam poſt ſe diviſo tramite rapiunt. Ubi plane miſeriam eſt videre, cum ad regnum [cælorum] via ſibimet contraria tendunt, quo communi propoſito fidei properare contendunt: & qui viam individuam perveniendi ad vitam ſolummodo Chriſtum noſcuntur habere, abſonum valde abſurdumque fore dignoſcitur, ipſum Chriſtum in ſuis myſteriis velle diſſona obſervatione dividere. Ea re in hanc me ſententiam ipſa rationis neceſſitas potiſſimum duxit, quatenus utriuſque partis defenſores una venire juſſio noſtra conſtringeret; quo utrimque ratione audita, quid ſequendum, quid fugiendum ſit, diſcuſſo errore queamus inſpicere. Quapropter tu, Colmanne, qui præcipue contra morem univerſalis Eccleſiæ Paſcha celebrare à nonnullis calumniaris, cauſæ tuæ, in qua & ego tecum ſimilis obſervationis coarguor, primo propugnator adſiſte: quatenus auctoritate qua nititur agnita, ſi tanta eſt, fiat amodo noſtra ſub eadem auctoritate à tantis calumniis obſervatio libera: quod ſi ea qua niteris minus firma auctoritate victus extiteris, profecto nec me, nec quemlibet meorum tuæ ſectæ ulterius ſectatorem habebis.

E

exponente cauſam R. Oſwio,

F

15 Tum Colmannus: Paſcha, inquit, à quartadecima luna uſque ad viceſimam celebramus, & celebrandum confirmamus, & ita fieri oportere validæ auctoritatis firmamento comprobamus. Beatiſsimus etenim Joannes Apoſtolus & Evangeliſta, Domini Jeſu tam familiaris conviva, ut ſupra pectus ipſius in cœna recubuerit; eodem quo nos ordine illud celebravit, & in omnibus quibus præfuit Eccleſiis celebrandum fore ſua auctoritate præfixit. Hoc per ſucceſsionem prudentum & æque ſanctiſsimorum virorum ad nos uſque perlatum, hoc noſtrorum doctrina majorum in nobis ſtabili firmitate fundatum, hoc à nobis antehac inviolabili obſervatione ſervatum, & firmamus nulla ratione non eſſe ſervandum.

Colmanno pro Scottis dicente,

16 Quo hæc & hujuſmodi nonnulla dicente, juſſit Rex & Ailbertum ſuæ morem obſervationis in medium proferre, ut ſciretur, quo principio, cujuſve

ipſe agit pro Romanis,

niteretur

A niteretur auctoritatis inſtitutione. Reſpondit Ailbertus: Loquatur, obſecro, vice mea Wilfridus Presbyter, quia unum ambo ſapimus cum ceteris qui hic adſident Eccleſiaſticæ traditionis cultoribus; & ille melius ac manifeſtius ipſa lingua Anglorum, quam ego per interpretem, poteſt explanare quæ ſentimus. Tunc Wilfridus ad juſſum Regis exorſus, Colmannum non modo auctoritate B. Joannis falſo niti aperta ratione monſtravit, verum & contra Joannem & contra legem & Euangelium, necnon doctrinam Apoſtolorum, immo & contra univerſalis Eccleſiæ morem eum ſentire in Paſchali obſervatione probavit. Quam probationem idcirco ſcribere ſupersedimus, ne in re huic opuſculo non neceſſaria aliquod faſtidium legentibus inferremus: ſi quis autem eam velit, in noſtræ, hoc eſt Anglorum gentis *b* hiſtoria, requiſitam inveniet. Hac ergo omiſſa, vitam beati viri, ut cœpimus, ordine perſequamur, prout ipſe, de quo loquimur, nos adjuvare dignatur. Finito conflictu contentioneque ſoluta, Ailbertus domum rediit: Colmannus vero, ſuæ Sedis Epiſcopatu dimiſſo, *i* Scotiam petiit, quoniam eccleſiaſticis traditionibus ſuas traditiones poſtponere noluit.

cum magna approbatione,

b

i

B 17 Vir autem Domini Wilfridus ex hoc magnæ apud omnes eſt venerationi habitus: quippe qui & divinis eruditionibus præclare imbutus, & Dominicis comprobatus erat operibus magnifice fultus. Quapropter à Rege Alfrido, totius plebis acclamatione, ad Pontificatum eligitur: ſed ipſe gravi reclamationis adniſu, ne id fiat, obſiſtere nititur. Tandem importunitate omnium victus, id à Rege petivit, ne ſe inordinate ordinari in Britannia permitteret: verum, ut tanta res ſecundum inſtituta canonum expleri valeret, ordinandum ſe in Galliam mitteret. Venerabilis *k* nempe *k* Deuſdedit, ſanctæ Cantuarienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, jam huic vitæ ſubtractus fuerat; nec in tota Britannia Epiſcopus aliquis canonice ordinatus ſupererat, excepto *l* Wine Occidentalium Saxonum Epiſcopo: Ailbertus ſiquidem, cujus paullo ante meminimus, relicta Britannia Pariſiacæ civitatis Epiſcopatum ſortitus erat. Cum igitur ita ſe res haberet, quod petebatur Rex promptiſſime annuit, & conſilio patris ſui Oſwii beatum Patrem ad *m* Regem Galliarum direxit, rogans & obſecrans, quatenus virum honorifice ſuſciperet, atque in gradum Pontificatus ſua auctoritate ſublimari præciperet. Igitur, prout dignum fuit, à Rege honorifice ſuſcipitur, ad Ailbertum Epiſcopum cum mandatis dirigitur, quibus ut ſumma honorificentia ſervum Domini ad ordinem Epiſcopatus promoveat jubetur: qui mandatis gratioſus obtemperans, eum, cooperantibus undecim Epiſcopis, honorifice conſecravit. *n*

Epiſcopus ordinatus in Gallia,

k

l

m

n

18 Quo poſt ordinationem ſuam in tranſmarinis partibus demorante, ii quorum ſectæ pravitas per eum pridem detecta fuerat atque dejecta, reprehendarum injuriarum ſeſe jam tempus opportunum accepiſſe putantes, Regem Oſwium fraudulenta calliditate convenientes circumveniunt, circumveniendo in eam ſententiam ducunt, quatenus *o* Ceaddam Eboracæ civitatis Epiſcopum fieri jubeat, ne Eccleſia diutius carente Paſtore, fides Chriſti quamlibet jacturam incurrat: præſertim cum penitus, inquiunt, ignoretur, quo Wilfridus devenerit, quem ad ipſius Eccleſiæ regimen ordinandum in Galliam Alfridus direxit. Hac ipſorum verſutia Rex Oſwius incaute præreptus, dato præfato Ceaddæ ipſius Eccleſiæ Pontificatu, miſit eum Cantiam in gradum Sacerdotii conſecrandum. Quo cum ſuis veniens, & eamdem Sedem Paſtore viduatam inveniens, inde divertit, prædictum Wine Epiſcopum adiit, ut Epiſcopus ab eo conſecraretur obtinuit. Aſſumptis ergo duobus de gente Britonum Epiſcopis, qui contra ſcripta canonum erant ordinati, eumdem Ceaddam pari modo inordinate ordinavit.

S. Ceadda interim Eboracenſibus prælato,

o

AUCTORE EADMERO

19 Ordinatus autem Eboracenſi Eccleſiæ prælatus eſt, cum non poſt multos dies B. Wilfridus, patriam redire inſtituens, navem ingreditur, & aliquamdiu felici curſu navis æquoreos fluctus tranſvehitur. Jam autem medio mari tranſito, & beato viro cum ſuis Clericis in ea quæ Dei ſunt corde & ore intento, ventis mutatis validiſſima tempeſtas exoritur: qui magna vexatione quaſſati, tandem in *p* regionem Auſtralium Saxonum, quam non noverant, projecti ſunt. Fluctibus vero in ſinus ſuos ita illuc retractis, indigenæ adhuc gentili errore devincti advolant, navem & omnia quæ in ea erant in jus ſuum vindicare volentes; & id propoſiti obſtinato corde tenentes, ut aut captivarent, aut morte ſibi reſiſtentes involverent. Quo vir venerabilis agnito, copioſam eis pecuniam obtulit; & quatenus ab intentione ſua recederent, humili poſtulatione admonuit. At illi ferociores ex illius verbis effecti, nil ſe ab eo pro ipſorum dimiſſione ſumpturos fore proclamant: quin etiam non modo omnia ſua, verum & eumdem ipſum in jus proprium ſe accepturos, nulla cauſa vetante, confirmant. Quid igitur negotii tenor intenderet ſocii E Pontificis intelligentes, præmiſſa ſupplicatione ad Dominum, arma arripiunt, magis volentes more virorum fortiter bello occumbere, quam ignava captivitate longioris vitæ ſpatia ſervanda producere. Quod ubi à Paganis cognitum, aciem ſtruere, ac in populum Domini tela dirigere feſtinabant. Stans quoque princeps ſacerdotum idololatriæ coram Paganis in tumulo excelſo, ſuis magicis incantationibus ſuos quaſi benedicendo confortare, ac ſocios famuli Dei maledicendo ſatagebat enervare. Cui operi cum quantum ſua intererat, ſummo ſtudio, mente, voce, manuque vacaſſet; juvenculus quidam miniſter hominis Dei, funda lapidem jecit, & eumdem magum trajecta fronte dejecit, extinxit. Rediit mox ad memoriam viri Dei antiquum per David factum in Goliam miraculum Dei, cum ſubito mire Paganorum tumultus exoritur, & in diſcerptionem Chriſtianæ partis vires omnium exeruntur. Quid plura? inſurgunt acies, miles Chriſti ſeſe proſternit in preces: Domino autem pro ſuis pugnante, inimica manus confuſa & victa diſcedit, ſed poſt paullulum multiplicior in idipſum & immanior redit, aciem ſtruit, tela in vacuum dirigit, tela non vacua recipit, pars maxima ruit, & pars reſidua fugit. Et quid morer? jam tertio victi, cum ſe ad quartum prælium F cum Rege ſuo præpararent, meritis B. Wilfridi multo ante horam mare effluxit, navem extulit, & Sanctum Dei cum omnibus ſuis, quinque ſolummodo ex ſociis perditis, proſpere in *q* Sandicum portum evexit. Quod inimici videntes, maxima confuſione in ſua remeant, & ſervum Domini, læta ſerenitate victorem, abire gemebundi deplorant.

redit & gravi tempeſtate agitatus,

p

appulſus in Suſſexiam,

q

Sandwicum venit:

20 Patrio itaque portu patriaque potitus, confeſtim ſibi rumor innotuit, qualiter ſuæ Sedi Ceadda ſubſtitutus Antiſtes ſit. Qua pro re nihil omnino perturbatus, placido vultu & hilari pectore Ripum perrexit: ibique ſervitiis Dei intentus, magna mentis ſtabilitate per aliquod tempus in ſecretiori habitaculo degit. Sed quia civitas ſupra montem poſita nequit abſcondi; à multis & præcipue nobilibus frequentabatur, eximiæ ſanctitatis ejus fama permotis. Rex quoque Merciorum, nomine *r* Wlfarius, vir Deo valde devotus, famulum Chriſti adiit, eumque ut loco cederet ſecumque maneret importuna vix prece deflexit: & compos ſuæ voluntatis effectus, ingenti beatum Patrem dilectionis affectu coluit, terris & honoribus auxit.

Ripum ſe recipit.

r

à Wulfhero Rege Merciorum evocatur.

contra quos pugnantibus ſuis victoriam exorat,

invaditur à paganis,

AUCTORE EADMERO *Eccleſiam Cantuarienſem adminiſtrat, petente Egberto Rege:*

21 Metropolitana vero Sedes totius Angliæ, dum hæc ita fierent, Paſtore carebat, defuncto (ut prædiximus) Archiepiſcopo Deuſdedit. Et quoniam tanta Sedes abſque Epiſcopali providentia eſſe nequibat, Rex Cantuariorum f Egbertus, B. Wilfridi prudentia ſanctitateque audita, ad ipſum miſit, quam humillima eum ſupplicatione conteſtans, ut Eccleſiam viduatam ſua dignaretur præſentia viſitare, ope conſolationis erigere, contra ſpirituales nequitias clypeo ſuæ admonitionis protegere, & quæque tenor eccleſiaſticæ traditionis expeteret, in ea Pontificali auctoritate ſtatuere. At ille tali in cauſa reniti fas eſſe nequaquam exiſtimans, regiæ voluntati aſſenſum præbuit. Ad Eccleſiam igitur venit, & quæ per Spiritum ſanctum agenda cognovit, ſedulus inibi adminiſtravit. Is primus erat, qui, inter Epiſcopos de Anglorum gente creatos, Catholicum vivendi morem Anglorum Eccleſiis tradere didicerat: unde & perplura Catholicæ obſervationis moderamina, quaque per eaſdem Eccleſias ſua doctrina diffundebat. Quare factum eſt, ut creſcente per dies inſtitutione Catholica, Scoti omnes, qui tunc morabantur inter Anglos, aut his manus darent, aut ad ſuam patriam repedarent.

B 22 Beatus autem Wilfridus, prout ei facultas inerat, hac illac propter verbum Dei diſſeminandum, magna populi frequentia comitatus, pergere conſueverat. Quod cum tempore quodam faceret, devenit in locum ubi natus fuerat atque nutritus: cujus loci indigenas verbo vitæ cæleſtis enutriens, multos ab amore terreno avertit, & ad amorem omnipotentis Dei convertit. Unde factum eſt, ut plures ibidem cellas Domino ſervire volentibus inſtitueret; & quonam pacto eorum vita componi deberet, unumquemque prudenter inſtrueret. Sicque per tres continuos annos, modo Cantuarienſis Eccleſiæ diſpoſitioni, modo horum exhortationi & illorum correctioni, ſuæ providentiæ curam impendit. Et licet Epiſcopalis Cathedræ proprium locum nuſquam haberet, tamen Epiſcopali officio ſtudioſe intentus ſatagebat, qualiter diabolo ſua vaſa eriperet, & ea Domino Chriſto conciliaret, atque in ſanctæ converſationis propoſito corroboraret.

monaſteria conſtruit.

ANNOTATA.

a *Succeßit* Oſwius *anno* 642, *mortuus an.* 670.

b *Circa annum* 651, *quando in uxorem ducturus erat* C *Cyniburgam, filiam Pendæ Regis Merciorum. Conſule dicta ad 6 Martii in Vita SS. Kineburgæ, Kineſwithæ & Tibbæ.*

c Rippon *monaſterium poſtea à S. Wilfrido conſtructum, & adjunctum oppidum ſupra Eboracum inter Vrum & Sckeel fluviolos.*

d Ailbertus *ſive* Agilbertus, natione Gallus, *de Hibernia veniens ad Kenwalchum Regem Occidentalium Saxonum, hujus precibus ordinatus Epiſcopus circa annum* 650.

e *Coluntur hi Epiſcopi Lindisfarnenſes*, Aidanus 31 *Auguſti*, Finanus 17 *Februarii*, & Colmanus *ſequenti* 18. *ad cujus Vitam late de hac controverſia Paſchali egimus. Mortuus eſt* S. Aidanus 651, *at* S. Finnanus *an.* 661, *cum teſte Beda lib.* 3 *cap.* 26 Epiſcopatum annis 10 geſſiſſet: *cui ſuccedens* S. Colmanus, *hanc diſputationem anno* 664 *habuit.*

f *Beda etiam meminit hujus* Agathonis Presbyteri, quem ſecum habebat Agilbertus.

g S. Hilda Abbatiſſa *Streneshalæ ſive Pharenſis monaſterii, à S. Aidano inſtructa, colitur* 15 *Decembris, mortua anno* 680.

h *Scilicet apud Bedam lib.* 3 *cap.* 25.

i *Diſceßit S. Colmanus primo in inſulam Hu, unde venerat; & anno* 667 *in inſulam Vaccæ-albæ, ſitam in Occidentali tractu Connaciæ, ubi monaſterium conſtruxit; dein* D *ad aliud Mageo dictum in Connacia, mortuus anno* 676. *Late hæc in Vita ejus explicamus.*

k S. Deuſdedit *mortuus anno* 664, 30 *Iunii quo colitur. At* S. Theodorus *Romæ electus anno* 667, *à Vitaliano Papa* 26 *Martii Dominica conſecratus eſt, teſte Beda lib.* 4 *cap.* 1. *Erat autem tunc littera Dominicalis A poſt intercalationem, & in Angliam venit anno ſequenti cum Sedes fere annis quinque vacaſſet.*

l Wini, in Gallia ordinatus, *factus erat primus Wintonienſis Epiſcopus*: Unde offenſus Agilbertus, quod hoc Rex ipſo inconſulto ageret, rediit Galliam; & accepto Epiſcopatu Pariſiacæ civitatis, ibidem ſenex & plenus dierum obiit. *Ita Beda lib.* 3 *cap.* 7.

m *Clotarium* III, *uti alibi probamus, ſcilicet qui ſedit ab anno* 662 *ad* 676.

n In Compendio vico regio *ita Beda. lib.* 3 *cap.* 28, *annus erat* 664, *aut initium ſequentis.*

o *Vitam* S. Ceaddæ *illuſtravimus ad diem* 2 *Martii. Fuerat diſcipulus S. Aidani, ejuſque moribus & actibus inſtitutus.*

p *Etiamnum* Suſſexia *dicitur, ad Oceanum Britannicum, inter Hamptoniam & Cantium.*

q Sandicus portus *in Cantio celebris, vulgo* Sandwich *cum oppido ſatis inhabitato.* E

r Wlfarius, *aliis* Wulfherus Rex Merciorum *creatus anno* 657, *mortuus anno* 675. *Hujus uxor S. Ermenilda colitur* 13 *Februarii, ad quam Vitam late ipſum defendimus ut vere Chriſtianum, eique falſo affictam oſtendimus cædem filiorum in odium fidei Chriſtianæ.*

ſ Egbertus *Ercomberto patri ſuo anno* 664 *mortuo ſucceßit, & regnavit uſque ad annum* 675 *quo obiit.*

CAPUT III.

Epiſcopatus Eboracenſis obtentus. Illuſtria exercitia virtutum & miraculorum.

Ceaddæ diſcedentis.

23 EMenſo autem ſpatio trium annorum, Theodorus, à Vitaliano Papa Archiepiſcopus conſecratus & miſſus, Cantiam a venit: ſuſceptaque Sede Pontificatus in metropoli civitate, mox, ſecundum quod vigorem Eccleſiaſticum decebat, ea quæ circumquaque emendanda erant, ſumma prudentia & Pontificali auctoritate in melius mutare ſtudebat. Ut vero comperit, Ceaddam contra canonum ſtatuta in Epiſcopatus gradum fuiſſe conſecratum, publica illum increpatione redarguit, & quod degradari jure deberet paullo diſtrictius minatus eſt. At F ille, ut erat magnæ humiliratis & manſuetudinis vir, Si me, inquit, aſſeris contra ſcita canonum ordinatum, libenti animo exordinari concedo; cum profecto numquam tanti apud memetipſum extiterim, qui loco hujuſce regiminis vel ad horam præeſſe debuerim: ſed obedientiæ cauſa juſſus ſubire, hoc licet indignus conſenſi. Qua reſponſionis ejus humilitate Theodorus accepta, dixit eum nequaquam gradu Sacerdotii ſe velle privare: verum quia (ut diximus) inordinate ad tantum miniſterium fuerat ordinatus, ipſe ordinationem ejus canonica ratione conſummavit. Sed ille conſiderans ſe non juſte Epiſcopatum alterius Epiſcopi obtinuiſſe, pœnitentia ductus, elegit potius tali honore carere, quam alterius Cathedræ ulterius injuſte præſidere. Diſceſſit igitur Epiſcopatu, & ad monaſterium ſuum, quod erat in Leſtingeſei, privatus ſeceſſit.

Sedem Eboracenſem obtinet:

24 Porro Theodorus B. Wilfridum in Epiſcopatu Eboracenſis Eccleſiæ reſtituit, necnon & omnium Nordanhumbrorum, ſed & Pictorum, quouſque Rex Oſwius imperium protendere potuerat. Sicque vir ſanctiſſimus & animam ſuam in patientia poſſedit, & multiplicatus honore, quod ſuum fuerat, totius

A totius populi exultatione recepit. Eo tempore Regno Merciorum Wifarius præſidebat, cujus paullo ante meminimus: qui cum, mortuo Jaramanno Epiſcopo, ſibi ſuiſque alium à Theodoro dari peteret; non eis ille novum voluit Epiſcopum ordinare,
b ſed præfatum venerabilem *b* Ceaddam eis dedit. Beatus vero Wilfridus, ſuis redditus, egregia mentis inſtantia operam dabat, quatenus & ea quæ longa vetuſtas aut incuria diſſolverat, in eccleſiis reſtauraret;
reſtaurat vetuſtate collapſa: & quæ in ſubditorum ſuorum moribus oculos magni Dei offendere poterant, eliminaret. Quibus operibus quanto magis intendebat, tanto ſe in majori virtutum exercitio conſtringebat: ut ſubjectis in ejus vita eſſet videre, qua diligentia deberent verborum ipſius documenta ſuſcipere.

25 Iis autem quæ deſtructa repererat in integrum reſtitutis, eccleſiam, *c* in honorem beati Petri Apoc
Eccleſiam Ripenſem perficit & conſecrat; ſtolorum principis, à fundamentis conſummavit, & eam multo decore, ſub immenſa Principum ac populorum frequentia, conſecravit. Ut autem ventum eſt ad ſui ſermonis officium, luce clarius viſa ſunt
Matth. 10. 20. Domſnica in eo verba compleri: Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris mei qui loquitur in vobis. Quod ea re plane licet conſiderare, cum &
B populus in Dominum magna ſit dilectione ex illo affectus, & corda Principum tanto timore & amore Dei ſint accenſa, ut non ſolum ea quæ prius ad jura ipſius eccleſiæ pertinebant, ad vocem illius teſtamentis confirmarent, ſed & quædam de ſuis ipſi eccleſiæ condonarent. Triduo poſt hæc, omni turba ſecum detenta, pane vitæ tam cæleſtis quam terreſtris eam copioſe refecit: eccleſiam præterea magnis muneribus & ornamentis, decori domus Dei competentibus, ditavit. Et cum hæc opera laude digniſſima faceret, uti mortiferam peſtem laudem fugiebat humanam: ac ſic poſitus in medio populorum, omnibus erat ſpeculum & informatio operum bonorum.

Puerum in confirmandorum turba ſuffocatum ſuſcitat. 26 His ita ſeſe habentibus, omnipotens Deus ut merita famuli ſui, quanti penderet mundo demonſtraret; quem internarum luce virtutum primo profudit, etiam exteriorem exhibitione miraculorum decorare voluit. Hinc eſt, quod die quadam, cum venerabilis Paſtor oves Dei verbis & fidei ſacramentis imbueret, & antiquo humani generis hoſti in eis jus dominandi auferret, atque per ſacri Chriſmatis unctionem ſeptiformis gratiæ Spiritum jam baptizatis traderet; ecce per effuſas turmas mulier, nimio dolore afflicta, miniſtro Dei occurrit, defunctæ funC nera prolis miſerabili deportatione in ulnis oſtentans. Quo viſo Pater obſtupuit, hæſitque loco; paullumque ab incœpti operis miniſterio ſe cohibenti, orbata mulier, acri doloris nimietate turbata, pronior incubuit; gemituque præpedita, vix in hæc verba erupit: En, inquiens, bone Domine, quem ad impoſitionem manus tuæ confirmandum in Chriſto portare decreveram, jam non ſolum ad confirmandum, verum primo ad reſuſcitandum à mortuis tuæ ſanctæ pietati piæque ſanctitati apporto. Chriſtum tuum prædicas omnipotentem, quod precor operibus proba, & meum à morte filium unigenitum ſuſcita. Et quanti hoc eſt omnipotentiæ ſuæ parvulum ſuſcitare, & mei doloris ſtimulos effugare? re vera nihil. Quapropter in hoc peto quæ prædicas rata eſſe potenter oſtende, ut ad meam conſolationem unicum filium meum reſtituas vitæ. Ingeminat querulas voces; cujus vehementi gemitu coacti ſub uno convolant omnes. En plangor grandis. Tandem compaſſus venerabilis Domini ſervus, agit tacitas ſancto ſub pectore grates, quod turba nondum perfectæ fidei novit rogare clementiam Domini Chriſti: moxque ſolo fuſus & faciem lacrymis perfuſus; O Domine Pater, ait, non ad merita mea, ſed ad tuæ pie-

cum magna ædificatione neophytorum,

tatis opera, precor, placatus attende, & ærumnis hu- AUCTORE EADMERO
jus mulieris opem tuæ conſolationis impende, reſtituendo incolumem filium ſuum, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, unigenitum filium tuum. Quo dicto ſurrexit, & caput defuncti dexteræ manus extenſione tetigit: cui, ad ejus tactum caput exagitanti, vir Dei manum porrexit, & erectum, vivum incolumemque cunctis exhibuit. Vulgus in nimios admirationis ac laudis clamores excitatur, & fide pleniſſima in Chriſtianæ legis obſervantia conſolidatur. Puer redivivus in Chriſto per manus impoſitionem confirmatur, matri cum gaudio redonatur eo pacto, ut ſeptem annis materna cura nutritus viro Dei reſtituatur. Quod, poſt præfinitum tempus, ne fieret, patre ſuo interdicente exul ad externos fugit cum prole Britannos, ſciens videlicet puerum nequaquam contra viri Dei præceptum in proprio ſecum poſſe manere: quod tamen ſua fuga ei contulit. Poſt parvi temporis dies Præfectus quidam, invitis parentibus, puerum in manus Patris reduxit: quem protinus ſervitio Dei mancipavit, & bene inſtructum, pluribus imitabilem, in ſancta converſatione poſtmodum fecit. Hinc quique perpendite, quid ſigni prætulerit ſuper ejus cunabula cœlitus emiſſum lumen radiantis flammæ. E

27 Ea tempeſtate Regnum gentis Angelorum gemino decore nitebat, cum & Reges Chriſtianitatis amore fervebant, & Pontifices divini operationem myſterii ſummo ſtudio exercebant. Hinc Regalis providentia hoc potiſſimum per ſe gerebat, quoſque ſubditorum magis à pravitate morum abſtrahere, quam cupiditate animi res eorum diripiendo diſtrahere: nec ulla eis cura fuerat quam ſubditis, ſed quam bonis ipſi regnarent. Hinc nihilo minus Sacerdotalis apex ſui officii pleniſſime compos extiterat, eis ſolummodo ſua diligentia operam præbens, ad quæ ipſius ordinis inſtitutor & auctor Deus ipſum inſtituit. Hæc propter ſumma quies erat plebi, legalia jura tenenti; terra, frugibus & tranquillitate opima, ſuis cultoribus non modo egeſtatem tollebat, ſed & operi Dei abſque ſolicitudine ſecularium rerum curam impendere permittebat. *d* Claſſica dira *Anglicana Eccleſia tunc maxime florentis pacem.* D
ſilent, nec latronum incurſio formidatur. Quid plura? ut cuncta brevi edicam, promicat Eccleſia pacato fœdere nexa. Quæ ut diabolus vidit, propria ſibi malignitate invidit, & tractans ſecum pacis interruptioni cauſas invenit. Spiritu namque ſuperbiæ ſuæ invadit gentem Pictorum in tantum, ut ea gens, quod *turbantibus Pictis* F
ſemper ferre conſueverat, bello à ſe tentaret excutere jugum Anglorum. Præfuit eo tempore Regno Nordanhumbrorum Egfridus, filius Oſwii Regis, qui patri ſuo in regnum *e* ſucceſſerat, vir in armis ſtrenuus, *e*
& B. Wilfridi amicitiis vehementer adſtrictus. Hic *victoriam de iis obtinet Regi Ecfrido:* ergo Pontifici negotium Pictorum, quod incumbebat, expoſuit; atque ut rebus opem ſuæ interceſſionis ferret, ſupplici prece admonuit. Cujus dehinc benedictione vallatus atque ſanctiſſima oratione comitatus, cum parva militum manu Pictis occurrit, Pictoſque occurſantes catervatim proſtravit, & Pictorum tumorem gladii ultione repreſſit. Et quid moror? Dant ſtragem late, redeunt in colla catenæ: ſicque victoria læta potitus rediit, & eximias propugnatori ſuo gratias egit. Hoc modo genti Anglorum pax reſtituta per annos aliquot manſit. At Regno Merciorum *& aliam de Merciis,*
poſt hæc in diſſenſionem elato, Rex præfatus armis pacem revocare deſiderans, obvius eorumdem Regi in bellum proceſſit, pugnam commiſit; quam quærebat pacem, duce fugato exercituque proſtrato, victor obtinuit. Ea nimirum res huic Regi ſic proceſſit, quo Deus oſtenderet preces B. Wilfridi ante ſe penitus caſſari non poſſe. Nec mirum: qui enim in Euange- Marc. 9, 22
lio dixit omnia fore poſſibilia credenti, merito illi

AUCTORE EADMERO

quem & fide Catholicum, & in operibus eidem fidei præcipuum ipſa Domini ſapientia vidit, quæ juſte petebat, poſſibilia eſſe concetere debuit: nam de illius fidei integritate quis dubitare, aut quis de perfectione operum ejus digne valeat diſputare? Verumtamen paucis opera ejus quædam deſcribantur, quo & integritati ſuæ fidei teſtimonium præbeant, & illius cordis devotionem imitari volentes quod imitentur præ oculis habeant.

Virtutibus ſtudet:

28 Ac primo dicendum, quod optimis à puero moribus inſtitutus, nulla quoad vixit eiſdem potuit ratione abduci, incommutabilis juſtitiæ cultor, nec favore remitti, nec detractione diduci, nec laudibus decipi, nec vituperationibus in zelum poterat commoveri. Per noctem divinis inſiſtens obſequiis, corpus ſuum, quod ab omni contagione ex utero matris ſuæ mundum cuſtodierat, tam vigiliis quam frigoribus mire afficiebat, ſingulis illud noctibus aqua frigida tingens, nec prius ab hac conſuetudine

f

ceſſans, quam *f* Joannes Apoſtolicæ Sedis Antiſtes eum, pro ætatis ſuæ gravitate, huic propoſito finem juberet imponere. Non hunc ardor æſtatis, non frigus hiemis ab inſtantia cœpti operis Dei detorquere valebant. Præterea quaquaverſum gratia prædicandi gratiam Dei pergens, paratus erat pro ipſa quam prædicabat veritate vitam dare, ſi occaſio competens offerretur, quæ id fieri poſtularet. Si quando aliquid deliciarum quovis eventu, & hoc ſumma cum parcitate, in eſcam ſumebat; idipſum in ſe poſtmodum gravi inedia vindicabat. Hæc inſtitutio vitæ minimum elationis, & maximum humilitatis ſtudium in ejus pectore comparavit: hæc ſubditis ſibi exemplum ſanctæ converſationis indixit: hæc eoſdem in arctam continentiæ viam induxit: hæc quoque multos à ſuo errore converſos ad Chriſti gratiam duxit. Unde quamplurimi nobilium incitati, filios ſuos, Dei ſervitio mancipandos, viro tradebant mirantes, admirando ejus merita dignis laudibus approbantes, atque ſuos ipſius probitatis imitatores fieri modis omnibus exoptantes. Sed ſicut ſæpe quod aliquibus provenit ad virtutis profectum, aliquibus procedit ad iniquitatis effectum: ſic unde nonnulli in amorem & venerationem famuli Dei profecerunt, inde quidam in odium & contumeliam ejus erumpunt. At athleta Dei cum iis qui oderant pacem erat pacificus, & odio ipſorum ſuæ rependebat obſequium manſuetudinis.

g b

C

Andreæ Apoſtolo templum condit Haguſtaldi,

29 Præterea in *g* Auguſtaldenſi oppido *b* templum mirabili opere fecit: quod ipſe in honorem B. Andreæ Apoſtoli Domino dicavit, ad vicem videlicet beneficii rependendam, quod idem Apoſtolus jam ei dudum impenderat. In cujus templi conſtructione non defuit invidia mortiferi ſerpentis. Nam dum cæmentarii linunt ſuperiora parietis, præcipitante illum adverſario humani generis, unus eorum in præceps corruit, ſic ut contritis omnibus membris jam defungi putaretur. Qui cum velut in exhalatione ſui ſpiritus laboraret, excurrunt omnes, utpote ad exequias funeris ejus. Vir autem Domini Wilfridus,

cæmentario vitam reſtituit:

cum corpore abſens præſentia ſpiritus cuncta dignoſceret, mox ſeſe in lacrymas dedit; & quoſque aſſidentium, quid evenerit ex ordine docens, pro ſalute fratris eos intercedere poſtulavit. Ubi vero ad ægrum ventum eſt, mox ad Patris tactum priſtinam receperunt membra ſalutem: &, ſi dicendum, letum erubuit, cum per hominem vitæ ſe depelli, & homini vitam reſtitui vidit. Cujus mortis auctor diabolus, videns virum tam internis animi virtutibus, quam exteriorum exhibitione miraculorum ſuam confuſionem augere; in nimiam ſui furoris malignitatem accenditur, quibus modis poterat inquirens, qualiter confuſionem ſuam verſa vice in eum retorqueret.

30 Acceperat autem Rex Egfridus conjugem nomine *i* Adeldridam, quæ in voto virginitatis potius hanc vitam tranſigere propoſuerat, quam aliena libidine violari; juncta eſt tamen Regi præfato lege conjugali, non conjunctione carnali. Cujus rei gratia B. Wilfridum tam per ſe quam & per amicos ſuos Rex convenit, orans & obſecrans, & maximarum rerum pollicitatione in hoc ipſum allicere tentans, quod negotium Reginæ perſuaderet, ut, omiſſo virginitatis propoſito, regiæ voluntati aſſenſum præberet. At Wilfridus, ſciens ſcriptum eſſe, Vovete & reddite Domino Deo veſtro, maluit Ecfrido hac in re non parere, quam ſuum Domino ſacrificium auferre; ne per hoc non modo virginis, verum & ſuæ animæ mortis æternæ diſpendia pararet. Ergo virginei voti fautor exiſtens, vigilantis animi ſagacitate procurabat, ne qua femineæ mentis inconſtantia propoſitum virgo poſtponeret, & terrenis illecebris animum devicta ſupponeret. Egit igitur ſua induſtria, ut virgo potius divortium conjugii à conjuge quæreret, quatenus libertate potita ſeculum linquere, & thalamis æterni Regis valeret feliciter inhærere: quod quidem factum eſt. Nam ubi Rex comperit eam nullo pacto à propoſito poſſe mutari, licet invitus, conceſſit tamen ut relicto ſeculo, prout volebat, acciperet velamen inſigne virginitatis. Qua licentia felix, accepto velamine à B. Wilfrido, quæ mundi ſunt cum mundo deſeruit, ſprevit, atque à ſui deſiderio cordis procul abjecit.

D

i Etheldritæ in virginitatis propoſito confirmat.

Pſ. 75. 12.

E

F

ANNOTATA.

a *Anno 669, 27 Maii, Dominica, littera Dominicali G.*

b *Tunc factus eſt Epiſcopus Merciorum & Lindisfarorum, acepta Sede in urbe Lichfeldenſi.*

c Ripenſem *addit Fridegodus.*

d *Sunt hæc deſumpta ex Fridegodo, ut alia alibi ſæpius, qui ita cecinit:*

Claſſica dira ſilent, nec formidatur egeſtas:
Promicat Eccleſia pacato fœdere nexa &c.

e *Anno* 670, *mortuus* 685. Oſwius *vero teſte Beda lib. 2 cap. 5.* Pictorum & Scotorum gentes, maxima ex parte domuerat ac tributarias fecerat, *quod jugum poſt ejus obitum abjecerunt. Conſule Vitam S. Trumwini, ſub Egfrido Epiſcopi Pictorum facti, quam dedimus* 10 *Febr.*

f *Fuerunt ejus dein tempore tres hujus nominis Pontifices*, Joannes V *anno* 685, Joannes VI *anno* 701, *& hujus ſucceſſor* Joannes VII *an.* 705 *creatus. Hic videtur* Joannes VI *intelligi, cujus tempore fuit Romæ.*

g Auguſtaldum, *aliis* Haguſtaldum, *à rivulo* Heſtild *nunc ſupra, Eboraco* 50 *milliaribus diſtat.* Hunc locum cum adjacente regione circa annum 674 S. Wilfrido donavit in perpetuam eleemoſynam S. Etheldreda Regina. *Ita Ricardus Prior Haguſtaldenſis.*

h *Templum hoc accurate à dicto Ricardo deſcribitur, aſſerente* citra Alpes nullum tale tunc temporis reperiri potuiſſe.

i S. Adeldrida *ſive* Ethelreda *annis* XII *cum Egfrido vixit ſervata virginitate, dein facta ſanctimonialis in cœnobio Ebbæ, ipſius Regis amita, colitur* 23 *Iunii.*

CAPVT IV.

Ab Epiſcopatu Eboracenſi expulſio. Iter Romanum. Acta apud S. Agathonem Papam. Dagoberti II *regnum, & cædes.*

Per Ermenburgam inſimulatus apud Regem.

31 ERmemburgis vero regali eſt copulata conjugio. Per hanc igitur diabolus odium quod contra virum Dei habebat, exerere opportunum exiſtimans; animum illius injectis quibuſdam ſimultatibus adverſus eum inflammat, quoque ipſi ſuarum inſidias

A insidias fraudum tendat, vehementer instigat. Cui suggestioni eo facilius cessit, quo muliebris inconstantia mentis, intemperantia lubricæ ostentationis, oppressio ac rapina violentæ damnationis, quæ in ea magno cum tumore vigebant, servum Domini in redargutionem sui multoties acerba invectione armabant. Quamobrem non parũ intus offensa, & insuper dæmoniaco igne succensa, gloriæ dignitatique ipsius magnopere cœpit invidere; & quonam modo eum dignitate sua spoliare ac spoliatum abjicere posset, occasiones quærere. Considerata ergo gloria viri, qualiter eum omni ex parte affluentia dignitatis circumfulsisset; Regem muliebri facundia convenit, quasi de quibusdam suis utilitatibus actura: re autem vera primo, an animum ejus, ad quæ vellet acclinare, posset habere, ex obliquo perquisitura. Quem ubi ad suum votum esse persensit, ut hominem Dei in invidiam adduceret, fraudulentis sermonibus ejus gloriam Regi cœpit admirando enarrare. Nam exposita divitiarum abundantia, cœnobiorum multitudine, ædificiorum magnitudine, subditorum principum turba, obsequentium militum copia, regalibus vestibus & armis instructa, intulit; Et quid amplius ipse tibi, quam tu sibi? totum Regnum tuum Episcopatus ipsius est: quin &, si tua potestas ejus potestati comparetur, minor est. Terminus enim Imperii tui suis finibus coarctatur; terminus autem Episcopatus ejus tuos fines auctoritate progreditur. Et, fateor, fidelibus & amicis tuis est timendum, ne si aliquando inimici tui contra te arma susceperint, ipse quam prædicat pacem sequendo suos ab armis immunes retineat, tuque tuorum paucitate inimicis inferior victus occumbas. Quapropter de negotio ante negotium tracta; & ne in ipsa gestione negotii tua virtus decidat, quæ obsunt gnarus præordina. Sunt quidem & alia nonnulla quæ tibi honeste possunt persuadere, tui honoris nullatenus esse, non dico superiorem, sed parem quemquam in Regno tuo habere: quæ nec dici quidem opus esse recognosco, quia non modo tuæ prudentiæ, sed & cuivis imprudenti clara esse non nescio.

denimia & regno periculosa potentia,

B

pellendus Episcopatu,

a

32 Talibus verbis Rex permotus, & quasi suæ utilitati consuleretur, ad ea totus arrectus, melius suis rebus consuli non posse putavit, quam si *a* vir Dei suis omnibus privaretur, & Episcopatus ipsius in plures Episcopos divideretur. Verum quia id agi præter consensum Cantuariensis Archiepiscopi minime poterat, verba malignæ accusationis contra Episcopum ipsius Sedis Antistiti Theodoro mandant, & ad suæ voluntatis effectum deceptum inclinant. Venit igitur ad regalem curiam Theodorus, sua auctoritate regiam voluntatem super Wilfrido impleturus: quod factum est: nam protinus in locum ejus

C

b tres Episcopos eo absente ordinavit. Res viro celari non potuit: & admiratione quam maxima ductus, hilari corde, alacri vultu, modesto gressu Regis palatium subiit, causam negotii perquisiturus. Cui hoc modo, ut fertur, ad inquisita responsum est: Nec te in præsentiarum alicujus criminis admissione notamus, nec tamen statutum de te judicium hac vice mutabimus. Ille vero talibus verbis non sibi satisfactum esse consentiens, Apostolicam Sedem appellavit: & pro eorum injustitia indignatus, reflexo gressu aulam egredi voluit. Intuens autem quosdam satis fœdo suis casibus insultare cachinno, Et ô, inquit, filii, felici prosperitate ducatis tempora longa: sed noveritis, quantocius sors infesta resolvet hæc gaudia vestra: nec prius hunc annum transisse videbitis, quam istas quas super me derisiones habetis, acerbo mœrore luatis. Quæ prophetia veritas facta est: nam post non multum temporis, conserto gravi prælio inter Egfridum & *c* Ailredum regem Merciorum juxta flu-

provocat ad Sedem Apostolicam:

c

vium Treanta, occisus est *d* Elfuinus frater Regis Egfridi, juvenis circiter decem & octo annos habens, utrique provinciæ multum amabilis: ex cujus morte magnus & intolerabilis mœror Egfridum ac suos perculit; omnisque lætitia, quam de expulsione B. Wilfridi habuerant, justo Dei judicio in tristitiam versa est. Sic ex eo quo à se fortissimum militem Domini repellere non timuerunt, numquam læta victoria potiti sunt: sed qui prius parva manu militum, ejus intercessione muniti, ingentes copias straverant, postmodum cum ingenti copia à raro milite victi cadebant. Nec injuria: repulso etenim eo per quem victores extiterant, nil etat residui, quare passim vinci non debuerunt. Verum ad ordinem instituti operis styli officio redeamus.

AUCTORE EADMERO

d irrisoribus suis prædicit cœlestem ultionem.

33 B. Wilfridus, Episcopalis Cathedræ dignitate privatus, ad sua rediit; filiis & fratribus suis, de ejus infortunio valde contristatis, non pauca disseruit verba consolationis, patientiæ, & veræ caritatis; dicens inter alia, nihili esse pendendum, quod constaret nonnumquam fore perdendum. Ipse vero post hæc Romam iturus, &, ne quod scandalum Ecclesiæ Christi propter eum immineret, causam suam ante Sedem Apostolicam expositurus, ad mare, venerabili monachorum collegio dextra lævaque stipatus, perducitur; navi imponitur, pia illorum imprecatione perfungitur, prospero cursu ventis vela panduntur. At ubi paullulum navis processit, mutato vento pulsus est Fresiam: ubi à barbaris ac Rege illorum *e* Aldgisio honorifice susceptus, ibidemque honorifice conversatus, ab omnibus summo cum honore, quoad ibi manere cordi fuit, habitus est, licet adhuc tota provincia idolorum cultui dedita deserviret. Vicem itaque benignitati eorum rependere volens, prædicabat eis verbum Dei, & multa millia verbo veritatis instituit, ac fonte salutari à suorum peccatorum sordibus lavit: sicque susceptores suos & à Domino susceipi, & Dominum in se susceipere fecit. Erat autem ante adventum beati viri terra ipsa magnæ salsitatis magnæque sterilitatis, & velut in modum rupis nimiæ asperitatis, ac per hoc quibusque animalibus ad incolendum magnæ incommoditatis: verum ad prædicationem viri Dei eadem gente fidem Domini susceipiente, sicut corda eorum supernæ dulcedinis rore ad fertilitatem operum bonorum mollita, & inhabitatione Spiritus sancti sunt accommoda facta; ita & terræ ipsorum salsitas in dulcedinem, sterilitas in fertilitatem, asperitas in mollitiem atque pinguedinem versa, omnibus inhabitantibus eam diversæ commoditatis copias lautissime intulit.

Vale suis dicto Romam discedit:

E

e in Frisiâ honorifice exceptus,

multos convertit ad fidem:

F

34 Interea ii, qui sua nequitia victi amicum Christi propria dignitate, possessione, terra proturbaverant, legatos suos, tam fraudibus iniquissimæ delationis ligatos, quam & diversis exeniis oneratos, in Franciam dirigunt, quo viro Domini, partim fraude, partim munere, laqueos deceptionis & captionis, laqueos deprædationis, perditionis & mortis instituant. Sed ut laqueus eorum, qui muneribus seducti laqueum instituerunt servo Dei, ipsos involveret; quemdam Sacerdotem Domini, nomine *f* Winfridum, nuper à suo Episcopatu depositum, & tunc in peregrinationem pro Dei amore euntem, occulto judicio Dei suis omnibus spoliaverunt, vicinitate nominis propriaque malignitate decepti. Verum ubi hoc ab illis est intellectum, & quonam vir Domini ea tempestate degeret recognitum; Ebroinus, regalis curiæ & istius nequitiæ princeps, scripta cum magno munere Aldgisio Regi direxit, petens ut Wilfridum, omnibus bonis expoliatum, crudeli morte necaret. Rex autem nec precibus, nec donis sub se cadere tantæ nequitiæ acquiescens, missam chartulam, magna cum indignatione diruptam, ignibus injecit: ne-

evadit insidias sibi in Neustria structas;

f

AUCTORE EADMERO

quitiæque, ut dignum fuit, exprobrans, legatos, abſque honore dimiſſos, ſtatim remeare præcepit.

in Auſtraſia à Dagoberto Rege benigne tractatur,

35 Securus igitur inſidiarum Præſul, in ipſa provincia totam cum nova Dei plebe hiemem feliciter exigens, deinde pergendi Romam iter repetiit, & Galliam perveniens nota ſibi Regis *g* Dagoberti mœnia ſubiit. Quem ipſe Rex viſum mox recognovit, eumque multa cum lætitia hoſpitio ſuſcepit, & vocatis hominibus ſuis, hac eos voce alloquitur: Virum hunc, quem ecce coram habetis, magnopere dilectioni veſtræ commendo, rogans ut illi, in quocumque negotio veſtri opus habuerit aſſiſtatis; ſiquidem me, credere fas eſt, ſincera mente amatis. Hujus etenim probitate & induſtria vobis redditus, vobiſque, ut inpræſentiarum videtis, regia ſum dignitate prælatus. Nam dudum, velut ipſi recordamini, cum popularibus infidiis fere perditus eſſem, exul quaque liberationis meæ gratia oberraſſem, pelago quoque jactatus ad ignavos Hibernos perlatus fuiſſem; hic me inde adductum magna benevolentia ſecum aliquamdiu tenuit, ab omni periculo prorexit, atque nativo ſolo incolumem ac tutum reſtitui poſſe donavit. Quapropter per meam & veſtram vos obteſtor ſalutem, ut ſi qua in vobis eſt fides, tantum ſervemus amicum, & vicem exhibitæ mihi dilectionis ac benevolentiæ communiter gratioſi procuremus ei rependere. Ad hæc dicta quique lætantur, ſuamque lætitiam vehementi acclamatione teſtantur: neque enim leve judicabatur inter illos, quemquam ſubjectorum vel mutire contra præceptum aut voluntatem Principis ſui. Hinc *h* Sedes & prædia, dignitates & varia dona Sancto à Rege offeruntur, atque ut ſui Regni dignaretur terras incolere, ac incolendo juri proprio vindicare, multis precibus exoratur.

propter beneficia olim exulanti impenſa,

g

B

h

& à Berthero Duce,

i

36 Sanctus autem ſui propoſiti memor, Regiæ voluntati non ceſſit: ſed quibuſdam neceſſariis rebus aſſumptis, quin etiam ſociato ſibi quodam Præſule *i* Deodato nomine, à curia receſſit. Inde Campaniæ Ducem vocabulo *k* Bertherum adiit, & ab eo nobiliter ſuſceptus eſt. Qui poſt exhibita veræ caritatis atque humanitatis officia, cum homine Dei reſidens cœpit ei enarrare, qualiter inimici ejuſdem voluerint eum perdere, & ſe ad intentionem ejus oblatis muneribus inflectere. At ego, inquit, non immemor quid fidelitatis & amicitiæ quondam in Pagano quodam Rege repererim, cum de patria mea pulſus apud eum exularem; nolui minus fidelis inveniri Chriſtianus tibi Chriſtiano, quam homo paganus mihi exſtitit homini Chriſtiano. Siquidem Rex Hunnorum Gentilis, cum cauſa ruendæ meæ ſalutis me ſecum degentem retineret, iniit mecum fœdus in nomine deorum ſuorum; quod me numquam inimicis meis quavis occaſione proderet. Poſt aliquot vero dies nuntiis ad ſe ex parte inimicorum meorum venientibus, & ingentem pecuniam pro interitu meo ſibi pollicentibus, Tum, inquit, vitam meam ſuccidant, ſi ego pro quovis lucro terreno vobis cedens, initum fœdus quoquo modo diſſolvero. Si ergo homo infidelis, ut falſo deo ſuo fidus exiſteret, fœdus rumpere noluit; ego gratia Chriſti fidelis, fidem quam vero Deo promiſi, violabo ullius terreni commodi cauſa? Abſit, abſit: immo in mea fide te ſuſcipio, & quoad velle tibi fuerit, ut mecum maneas obſecro: id quoque magnopere deſidero à te petere, quatenus ſi quid in meis affectuoſius amas, accipias, utaris, poſſideas. Hac viri bonitate, ſimul & benignitate, vir Dei magnifice delectatus, quid potius animo propoſuerit, viro aperuit: ſicque multiplicatus rebus ac ſociis, gratioſus ab eo diſceſſit.

k

C

Fruſtra ad necem ejus ſolicitato.

Roma in Synodo reſtituitur,

37 Romam vero uſque perveniens, illico fama jam cognita ſanctitatis ejus quaque percrebuit, & ei quamplurimos civium venienti in obviam egit. Aderat: & magno vulgi favore ſuſceptus, in aulam B. Petri veneranter adductus eſt. Pontificatum Apoſtolicæ Sedis beatæ memoriæ *l* Agatho tunc regebat, vir juſtus & ſimplex, ac in rebus eccleſiaſticis non mediocriter ſolers: in cujus ac *m* plurimorum Epiſcoporum præſentia, cum Beati Wilfridi cauſa eſſet præſentibus accuſatoribus ventilata, ſuniverſorum judicio abſque crimine accuſatus fuiſſe, & Epiſcopatu dignus eſſe comprobatus eſt. Quo in tempore cum idem Papa Romæ Synodum *n* congregaret centum viginti quinque Epiſcoporum, adverſus eos, qui unam in Domino Salvatore voluntatem atque operationem dogmatizabant; vocari juſſit B. Wilfridum, atque inter Epiſcopos conſidentem dicere fidem ſuam, ſimul & provinciæ de qua venerat. Cumque Catholicus fide cum ſuis eſſet inventus, & ab re Sacerdotali dignitate privatus; placuit ut Romanæ Sedis decreto in Epiſcopatum reſtitueretur, & in monumentum ſuæ catholicæ fidei ejuſdem Synodi geſtis *o* hoc ſcriptum inſereretur. Wilfridus, Deo amabilis Epiſcopus Eboracæ civitatis, Apoſtolicam Sedem de ſua cauſa appellans, & ab hac poteſtate de certis incertiſque rebus abſolutus, & cum aliis centum viginti quinque Coepiſcopis in Synodi judiciaria ſede conſtitutus, pro omni aquilonali parte Britanniæ & Hiberniæ, quæ ab Anglorum ac Britonum necnon Scottorum & Pictorum gentibus incoluntur, veram & catholicam fidem confeſſus eſt, & cum ſubſcriptione ſua corroboravit.

D

l

m

n

innocens declaratus:

E

Patriam repetens, impetitur à ceſoribus Dagoberti Regis.

Prov.20,9.

38 Apoſtolico igitur & Synodali decreto in Epiſcopatum reſtitutus, acceptiſque ab Apoſtolica Sede litteris, Regi Egfrido & Archiepiſcopo Theodoro de ſui ſtatus redintegratione directis; ſervus Dei magno ſervorum Dei Reliquiarum munere ditatus, iter Angliam veniendi repetit: & quia noverat ſcriptum, Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter, regia via gradiebatur. Ecce autem, extra quam putabatur, latronum manus ad interficiendum parata, viro Domini haud grata proceſſione occurrit: erant etenim qui Regi *p* Dagoberto inſidias tetenderant, eumque gladio in inguine merſo necaverant. Hi ergo viro Dei occurrentes, animique furorem vultus ſui ferocitate pandentes, prœlia vibratis intentant cominus haſtis: quorum unus, qui quaſi loco Principis inter eos habebatur, excuſſo quod manu tenuerat telo, militi Chriſti fœdo ore convitiabatur; Delator, inquiens, patriæ, petulans & moribunde viator, tu quidem jampridem Gallica ſceptra violaſti, tu Gallica rura peſſumdediſti, tu Gallicam libertatem in ſervitutem redegiſti, cum tyrannum, à nobis jam olim exiliatum, tua inſtantia in Regnum conſtituiſti. At ipſius quidem crudelitas juſtiſſima morte punita, te quoque, utpote maximum ſuæ mortis auctorem, te, inquam, eadem morte puniendum eſſe declamat. Procumbe igitur, peſtifer, procumbe, & digna ultione multatus, eidem, quam contra nos foviſti, morti ſuccumbe. Et Parer contra: Si non jure, inquit, feci, cum Regem regno injuſte depulſum, quantum in me fuit, hereditariæ dignitati præfeci, & hoc ita penes ſe eſſe juſtiſſimi Judicis æquitas habet; fateor, pœnas juſtæ ultionis promptiſſime pendam. Quod ſi nequaquam hoc in facto contrarius, ſed cum jure feci, velut ipſa mox innocentia mentis mihi teſtatur; eo libentius, ſi vultis occidere, mori deſidero, quo me pro juſtitia occiſum martyrii gloria coronandum fore conſidero. Quibus dictis, ubi viderunt virum tanta mentis conſtantia niti, nimio terrore perculſi, arma projiciunt, terræ procumbunt, viri veſtigia oſculis petunt, veniam quærunt: qua ad ſuum votum inventa ejus benedictione ditati, viæ proſperitati Pontificem cum ſuis omnibus reddunt: ipſi certo itinere pergunt.

F

p

ibidem interimpii.

ANNO-

ANNOTATA.

a *Beda lib.* 4 *cap.* 12 *deſcribit cometam menſe Auguſto anni* 678 *apparentem, eique ſubjungit diſſenſionem inter Regem Egfridum & S. Wilfridum, & hujus à Sede expulſionem. Bedam ſequuntur Thomas in Actibus Pontificum Eboracenſium, aliique.*

b *Potius* tres diœceſes Epiſcopales *ordinavit, ac Boſa factus eſt Epiſcopus Eboracenſis, Eata Hagustaldenſis & Lindisfarnenſis, cui poſt triennium ſucceſſit in Sede Hagustaldenſi Tumbertus, ac tunc fuerunt tres Epiſcopi. De S. Boſa egimus* 9 *Martii. S. Eata colitur* 26 *Octobris.*

c Ailredus, *aliis* Ethelredus *ſucceſſit fratri Wulfhero anno* 671, *colitur* 4 *Maii.*

d Elfuinus *anno* 679, *occiſus traditur in Chronologia Anglo-Saxonicâ.*

e Aldgiſlus, *Friſiis ſcriptoribus* Adgillus, *ſtatuiturque pater Radbodi, de quo egimus* 20 *Martii, in Vita S. Vulfranni. Sedes regia erat Vltrajectum.*

f Winfridus *S. Ceaddæ in Sede Licefeldenſi apud Mercios ſucceſſerat, ſed ab Ethelredo Rege pulſus erat, quod Egfrido Regi Northumbriæ faviſſet.*

g *Hic eſt* Dagobertus II *filius S. Sigeberti, qui tunc Treviris degebat.*

B h *Sedem Epiſcopalem Strateburgenſem ſive Argentoratenſem oblatam ſcribit Malmesburienſis lib.* 3 *de Geſtis Pontificum Anglorum.*

i Deodatus Epiſcopus Tullenſis, *interfuit Concilio Romano ſub Agathone, de quo non agetur: quidni is potius datus in comitem, quam Deodatus Epiſcopus Nivernenſis, uti aliquando ſcripſimus.*

k *Campaniæ Remenſis ſæpius meminit Gregorius Turonenſis, & Drogo ſeu Drocus filius Pippini Herſtallii fuit Dux Campaniæ; ſed poſt tempora hujus Bertheri. Hinc iter, ex urbe & palatio Trevirenſi, per Campaniam Remenſem præclare deducitur.*

l *Acta S. Agathonis Papæ illuſtravimus ad diem* 10 *Ianuarii.*

m *Fuerunt Epiſcopi* 16, *Presbyteri* 35. *Malmesburienſis appellat* Concilium quinquaginta tam Epiſcoporum quam Abbatum: *habitum id dicitur* menſe Octobri, *ſcilicet anno* 679, *cum S. Wilfridus Romam veniſſet cum Deodato Epiſcopo Tullenſi, qui ab initio interfuit; & dein admiſſus S. Wilfridus, cauſa ſua peracta, declaratus eſt innocens. Miſſus in Angliam fuerat Ioannes Abbas monaſterii S. Martini, qui Theodorum Archiepiſcopum Cantuarienſem invitaret, ut Concilio Romæ celebrando cum ſuis intereſſet. Verum diu expectatus non venit, & legationem tradidit S.* C *Wilfrido, ut nomine totius Eccleſiæ Britannicæ futuro Concilio intereſſet.*

n *Eſt illud Concilium habitum anno* 680. *Quæ ibi geſta ſunt continentur in epiſtola Agathonis Papæ &* 125 *Epiſcoporum, inter quos quadrageſimus nonus ſubſcribit* Adeodatus Epiſcopus Leucorum, *ſupra* Deodatus Epiſcopus Tullenſis, *dein quinquageſimus S. Wilfridus hac formula:* Wilfridus humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Eboracenæ, inſulæ Britanniæ, legatus venerabilis Synodi per Britanniam conſtitutæ, in hanc ſuggeſtionem, quam pro Apoſtolica noſtra fide unanimiter conſtruximus, ſimiliter ſubſcripſi. *Eſt hæc epiſtola inſerta Actioni quartæ Concilii Oecumenici Conſtantinopolitani, in qua tarditas Miſſorum è Synodo Romana ad dictum Concilium excuſatur. Venerunt Miſſi* 10 *Novembris, ac dein* 18 *Dominica diſceſſum eſt in Blachernas, & cœptum Concilium.*

o *Idem ſcriptum eſt apud Bedam & Malmesburienſem.*

p *Eadem habet de Dagoberti violenta morte Fridegodus, unde quæ hactenus ignoravimus, tempus, locum & genus diſcimus, & ſatis probabile eſſe arbitramur, hunc eſſe S. Dagobertum Martyrem, qui Sataniaci colitur, tribus milliaribus inde, à filiolo ſuo Ioanne* 23 *Decembris occiſus, ergo dicto anno* 680.

CAPUT V.

Carceris & exilii miſeria tolerata: Converſio Auſtralium Saxonum, & Vectam inſulam incolentium.

39 PErveniens vir Dei Britanniam, Regi litteras, quas ab Apoſtolica Sede acceperat, detulit; & earumdem litterarum auctoritate ſubnixus, in conventu nobilium ſuam cauſam viva voce defendit; ſeque falſo accuſatum ac injuria degradatum, libera proteſtatione oſtendit. Rex autem, quanto illum majori veritatis ratione vallatum agnovit, tanto ſe minori veritatis ratione ſuffultum indoluit; moremque nequiſſimorum imitatus, maluit in ſua pertinacia contra æquitatem perdurare, quam æquitatis ratione ſuam pertinaciam mitigare. Hanc vero ſui cordis ſocordiam magnopere confirmabat antiquorum delatorum inveterata diſcordia, dum ipſi quos ipſa jam repletos poſſidebat, venena ſuæ malignitatis Regiis auribus infundebant. Propria itaque Rex ira cæcatus, & ſeducentium ſe adulatione à vero diſtractus, litteras Apoſtolici Papæ tumido faſtu deſpexit, deſpiciendo irriſit, irridendo à ſe procul abjecit, ac in famulum Dei nequiſſimi delatoris crimen injecit. Tanta Regis indignatione nonnulli clientes, immo & quique nobiles oppido permoti, unanima omnes contra Beatum conſpiratione inſurgunt, ac multis eum contumeliis afficiunt; & quo regiæ majeſtati ſe ad plenum fideles exiſtere monſtrent, indignationi ejus plene ſatisfacere cupiunt, & Dei hominem à Regis conſpectu avulſum carceris imo detrudendum arripiunt. Ermemburgis autem, bonorum omnium perſecutrix, & hujus ſchiſmatis indomabilis auctrix, ſeſe in direptionem illius mediam immerſit, capſulam Reliquiarum de ipſius collo procaciter abſtulit, eumque fœda garrulitate & feminea loquacitate deriſum abjecit. Ergo inclytus heros, ſociis & opibus omni ex parte privatus, ad ſuos, prout potuit, inter iniquorum manus ſeſe convertit, atque in his verbis brevi ad eos orationem fecit: Non vos, inquit, domini fratres & filii mei, non vos hæc quæ nobis ingeritur injuria turbet, nec à veritatis tramite quoquo modo proturbet. Præ oculis ſemper habete, omnes qui volunt in Chriſto pie vivere, neceſſario tribulationem pati oportere. Verum licet impii ad tempus piis prævalere videantur, tamen non ſic ſemper erit: erit enim tempus, cum & piorum tribulatio perenni lætitia remunerabitur, & impiorum ſuperba elatio perenni triſtitia punietur. Sed ne tribulatio vos in impatientiam agat, animadvertite, quonam modo cana Patrum ſeries, multas perpeſſa tribulationes, per patientiam meruit Deo juvante vincere multiplices hoſtes. Nec id veſtræ menti ullatenus volo abeſſe, neminem ſecundum Apoſtoli dictum poſſe coronari, niſi qui contra diabolum ſtuduerit legitime decertare. Et certe hujus temporis certamina, parvi pendenda, nec multum diutina: per illa tamen æterna felicitas & felix æternitas regni Dei comparatur, quam felicitatem, quæſo, fratres, amate, eam deſiderate, ad eam tendite, atque ad eam pervenire tota mentis intentione ſatagite. Quod ſi feceritis, profecto nihil erit quare iſtius vitæ adverſa formidetis. Vix verba compleverat, cum ecce in quorum manibus ſtringebatur, acriori furore ex ipſis verbis accenſi, eum in tenebroſo carcere vinctum detruſerunt.

In Angliam regreſſus litteras Pontificias Regi exhibet:

E

& cum contumeliis rejectas,

cum ſocios ad tolerantiam animaſſet,

F

2 Tim. 2, 5

in carcerem detruditur:

40 O conſtantia viri! ſic enim tui cordis, ſanctiſſime Pater, hilaritatem in tanta tua adverſitate contueor, ſic conſidero hilarem te eſſe ſolere, cum omnia proſpera tibi videbantur arridere: tamen ne pietatis

AUCTORE EADMERO

tatis viſcera in tuis filiis aliquatenus perdidiſſe videreris, eorum potius quam tuis ærumnis pias lacrymas impendebas; & cum te carcer tenebroſus involveret, magis dolebas ab eorum auribus vitæ verba ſeparari, quam te præſentia corporeæ lucis ſpoliari. Interni etenim luminis fulgore nitebas, quo carcerales tenebras pro nihilo contemnebas. Quare cum divinæ lucis ſplendorem Deus in te vigere conſpexerat, humanis tenebris te nequaquam diu premi permiſit: ſed eiſdem fugatis, radium ſuæ lucis domui quam inhabitabas immiſit. Ac quidem merito. Nam quia pervigil æternæ luci, tam in noctis quam in carceris horrore, adſiſtebas; dignum duxit ſui luminis effuſione ſignare, operibus tuis & caligini tenebrarum nihil eſſe commune. Hanc luminis effuſionem cuſtodum vigilia proteſtatur, quæ circa mediæ noctis horam carcerem mire fulgentem, non abſque gravi timore, ſeſe vidiſſe teſtatur. Sed hoc teſtimonio te non eguiſſe perpendit, qui ſanctitatis tuæ merita oculo fideli attendit. B. Petri Apoſtoli carcerem cum tuo potius conſidero, teque ſibi, accepta liberatione Euangelica, in luminis oſtenſione comparari, vehementer exulto. Quamquam poſt hæc & Archangelica Michaëlis viſitatione ſis à mortis periculo liberatus, ut cunctis clareſcat, quod gloria regni Dei ſimul cum ipſo Apoſtolo ſis coronatus. *a*

illuſtratur luce cæleſti:

B

41 Inter hæc *b* uxor Præfecti Offridi, qui B. Wilfridum in cuſtodia habebat, acerrimo languore corripitur, jam jamque ad vitæ extrema perducitur. Jacet ſiquidem toto corpore debilitata, ſolutiſque compagibus omni membrorum officio deſtituta: perdito inſuper ſenſu, contractis emortua nervis viſcera fluitabant: quæ res viro ſuo magni doloris & anxietatis ſtimulos, magnæ defectionis & horroris cauſas, ingerebat. Quo infortunio motus, virum Dei lacrymoſis queſtibus adiit, vincula quibus gravabatur abſolvit, ad pietatis affectum inclinavit, & eductum ergaſtulo ſuæ conjugi medicum ſalutis adduxit. Adfuit vir Dei, & mox turbas quæ ad funus mulieris venerant, juſſit amoveri. Hinc precibus ad Dominum præmiſſis aquam benedixit, & benedictam ſuper jacentis corpus aſperſit. Mirabile dictu! non prius aqua infirmantis membra tetigit, quam omni languore depulſo mulieri perfecta ſanitas rediit. Quo facto ab omnibus qui aderant grates Deo conſona voce redduntur, ac merita beati Patris, non carcere, ſed omni honore dignifſima prædicantur. Ne autem gratia evadendi carceris magis quam pietatis amore ductus hoc virtutis ſignum ab aliquo feciſſe putaretur, extra remanere noluit, ſed divinitatis lumine fruiturus, quantocius carceralis cuſtodiæ ſepta reviſit. Conjux vero Præfecti, quæ fuerat ſanitate donata, poſt paucos dies ſpreto ſeculo in ſervitium Chriſti ſacro eſt velamine deſignata.

a

b *& poſtquâ cuſtodis ſui uxorem benedicta aqua ſanaſſet,*

C

42 Præfectus autem ex eo tempore ſervum Domini in magna veneratione habens, Regi per nuntios adito dixit: Per ſalutem & regnum tuum te adjuro, quatenus Sacerdotem Domini Wilfridum à me diutius detineri non facias: quia fateor melius mihi eſſe mori, quam in eo aliquid injuriarum ulterius exercere. Quod ſi, hac adjuratione deſpecta, in tua ſententia perſiſtere mavis, me ſimul cum eo tormenta & mortem magis ſubire velle cognoſce, quam eum in tormentis habere. Ad hæc Rex vehementer iratus, juſſit Sanctum *c* duci in urbem ſuam Thymber, ad Præfectum nomine Tydlin, utpote ferociorem, præcipiens illi ut compedibus & vinculis fortiter adſtrictum arctiori cuſtodiæ manciparet. Qui juſſioni contraire non audens, virum ſuſcipit, cuſtodiæ tradit, vincula facit. Verum cum in hoc ut ligaretur miniſtrorum manus elaborarent, aut rupta ab ipſius corpore eadem vincula diſſiliebant, aut certe colligare non valentia diffuſa cadebant: & miro moderamine Chriſti, eo minor in eum ligandi poteſtas extiterat, quo ad ligandum hoſtilis feritas immanius ſæviebat. Unde illi nimium admirati, ſed regio terrore ſuaque vecordia in barbaricos motus exagitati, alia & alia vincula parant, conatu ſuo, caſſo labore funditus conſumendi. Eia tibi ligandi poteſtate ſublata quid furis, manus inſana? quid tantopere niteris oppugnare, quem numquam poteris expugnare? quid toties & toties ad vinciendum vincula mutas, & à te vincula quibus ex merito tuæ pravitatis es vincta, non potius mutas? Collo Juſti lora tua imponi verentur, quod ipſum jugo Chriſti ſubjectum eſſe digna veneratione contuentur. Manicæ tuæ manibus ejus inſeri metuunt, quia in fovendis pauperibus eas fuiſſe exertas attendunt. Trementes catenæ pedes nexare devitant, propterea quod illos ad pacem prædicandum veloces extitiſſe conſiderant. Omnes ergo vires tuas fruſtra diſpendis, cum illum, quem nequaquam permitteris, torquere contendis. Beatus autem Wilfridus, licet carceralibus tenebris involutus, quoſque tamen adventantium lumine verbi Dei, prout ei licuit, illuminavit, edocuit, ac baptiſmate ab omni criminum labe mundavit.

D

ſed vinculis ultro ſolutis conſtringi numquam potuit:

E

43 Hæc inter, dum Rex ſuis comitatus, ad expletionem ſuæ voluptatis, ſe quaque deduceret, atque in magna hilaritate fræna lætitiæ laxaret, ecce repentino turbantur gaudia caſu. Dum etenim regia conjux, tumens nimio faſtu impietatis, raptis audet abuti Reliquiis, illico vindex ira ſubit. Siquidem eaſdem Reliquias ferens, cum ſicut perdix alacri mente laſciva garriret, contigit ut mox repleta dæmonio, ſicuti vulpecula, perdita mente inſana ganniret: quemque ſua prius petulantia volens coluit, hunc poſtmodum in ſui corporis habitaculo nolens fovit. Hæc propter quibuſque in ſtuporem arrectis, acceſſit *d* mater Regis, furentem increpabat hujuſmodi verbis: Anne patent, inquit, ſoror, anne patent veteris commiſſa piacli? Wilfridum tuis falſis criminationibus à Sede ſui Epiſcopatus pepuliſti; & nunc vice mutata in ſedem tui pectoris dæmonem recepiſti: ut per hoc intelligas, quid peccati illo in facto commiſiſti. Wilfrido Sanctorum Reliquias de collo non ſancte tuliſti; & ecce ut collum tuum ſuo dominio dæmon ſubderet meruiſti: Wilfridi ſanctiſſima verba, & beati Petri auctoritate ſuffulta, deſpexiſti; & ob hoc, dæmone cor tuum poſſidente, verborum tuorum jus perdidiſti. Wilfridus, divinitatis lumine plenus, carcerales tenebras, per te in eis poſitus, non veretur: & tuus animus, dæmoniaco furore repletus, per hoc jam nunc digniſſima ultione torquetur. Rex aderat oppido conturbatus, & ingenti furoris igne ſuccenſus, ventum naribus quaſi fumum emittebat: quem etiam mater ſua tali voce eſt allocuta: Jam tandem, fili, jam tandem memor eſto tui. Ultio divina tuam, quam nimis diligis, conjugem, ut cernis, affligit: & fateor, crede mihi, quia bene promeruit tali ſupplicio fatigari, eo quod diabolica indignatione ſuccenſa, ſervum Domini Wilfridum non timuit miris afflictionibus infectari. Quapropter hanc vindictam ſibi irrogatam ne dubites, obſecro, [ſed credas] propter te eſſe collatam: quod ſi hac corrigi ſponte contemſeris, cave ne tua propria corrigaris invitus. Ergo ſolve virum à carcere, quem nullius ſui criminis cauſa novimus detineri: & ſi eum in regno tuo manere nolueris, jube illum regno decedere; ne ſi diutius fuerit tentus, tunc eum primo dimittere velis, cum fueris majori pœna multatus. Iſtis Rex ipſe admonitus, annuit ut carcerem vir ſanctus exiret. Factum eſt, & è tenebris lux mundo proceſſit. Malens autem ſervus Dei bonum pro malo, quam pro malo malum reddere, oravit Dominum, & Reginam confeſtim, dæmone fugato, ſanitati reſtituit.

d

quam citiùs Regis mater meritò idpati dèciſſet,

F

ipſique Regi ſuaſiſſet Wilfridum eximere carceri,

liberatus hic Reginæ ſanat,

44. Hinc

c *inhumanius tractandus:*

A *A Birtwaldo Regis ſororio primũ bene,*

44 Hinc patriam cognataque rura deſerit, & velut advena terras Auſtrales petiturus, eo veniendi iter invadit. Et cum Veritatis præconia nulla queant fallacia violari; famulo Dei primo quærenti regnum Dei, nihil eorum quæ vitæ neceſſitas exigebat, deeſſe valebat. Unde contigit, ut hunc euntem quidam *e* Byrtwaldus, regia ſtirpe progenitus, magno cum honore obvius exciperet, & aliquantiſper ſecum detento quæque opus habebat benigne impenderet. At invidia diabolica, diu impendi, ferre non potuit: prædictum etenim virum veneno ſuæ perverſitatis infecit, quoque militem Chriſti, ſua munificentia exutum, à ſe ſuiſque omnibus eliminaret, effecit. Erat namque frater Ædelredi Regis Merciorum, qui *f* ſororem Regis Egfridi habebat in conjugium. Timens igitur ne fratris animum offenderet, ſi eum qui fratrem conjugis ſuæ infenſum habebat, ſecum teneret; non veritus injuſtitiam, Wilfridum abjecit, non tamen abſque contumelia, ut per hoc ſciamus eum non immunem fuiſſe in hoc facto à mente maligna. Nam prius tam à ſe quam ab Ædelredo Rege ſuiſque uxoribus, necnon voluntatis eorum fautoribus multipliciter afflictus, injuriatus, multis quoque terroribus ad violationem fidei ſuæ atque ad exprobrationem Catholicæ & Apoſtolicæ traditionis, pro qua maxime impetebatur incitatus, impulſus, nec proſtratus; ad ultimum cum dedecore pulſus eſt.

e

f *deinde propter conſtantiam in fide Pontificu male acceptum,*

B

45 Omni ergo humano fruſtratus auxilio, quo tenderet, quo ſe verteret ad hoſpitandum, ignorabat: hoc ſolum fiduciæ præ ſe gerens, quod à Deo nequaquam deſeri poſſet. Qua fiducia magnifice fretus, quidquid ei incommoditatis accidebat, ſumma cordis alacritate perferebat; quoque magis adverſitatibus feriebatur, eo amplius in opera Dei toto ſtudio ferebatur. Venit tandem ad curiam Regis cujuſdam, qui *g* Kentwinus vocabatur: ubi ſatis humane ſuſceptus, & bene, verum brevi, habitus eſt: nam quemadmodum alias, ſic & ibi dæmonis inſtinctu femineas paſſus eſt iras: ſiquidem regia uxor ſoror erat Ermemburgis, malorum fere omnium, quæ contra virum Dei fiebant, auctricis. Hæc igitur à *h* ſua ſorore in mentis malignitate non minor, beatum Præſulem, multis contrarietatibus afflictum, à ſuis omnibus expulit. Quid diaboli furor immanis, quid tantopere adverſus famulum Domini ſæviendo vagaris? quid ei laqueos tuæ fraudis innectere tentas, & tentando illum variarum calumniarum tempeſtate fatigas? quid eum ab humani cordis ædificatione flectere niteris, & ob hoc Chriſtianorum ſocietati conjunctum eſſe non pateris? Ecce cum illum à Chriſtianis depellis, ad paganos liberaliter ibit, velis, nolis: & qui times, ne

ad Kentwinum refugit,

g *à quo etiam pulſus,*

h

C quorumdam Chriſtianorum mentes tuis deceptionibus, per ipſius converſationem, quoquo modo evacuentur; longe [aliter] quam putas per iſta efficis, ut integra provincia penitus tua dominatione privetur.

46 Namque divertit poſt hæc ad provinciam Auſtralium Saxonum, quæ illo tempore Paganis adhuc cultibus inſudabat: ibique verbum fidei prædicabat, & credentibus lavacrum ſalutis miniſtrabat. Erat autem Rex gentis illius, *i* Edilwalh nomine, non multo ante baptizatus in provincia Merciorum, & Regina nomine Eabe baptizata in ſua, hoc eſt provincia *k* Huicciorum. Itaque B. Wilfridus, concedente, imo multum gaudente Rege, primos provinciæ Duces ac Milites ſacro fonte abluebat, Presbyteri vero ſui ceteram plebem. Antehac enim tota illa provincia divini nominis & fidei erat ignara, præter Regem atque Reginam. Erat tamen ibi monachus quidam de natione Scottorum, nomine Diculus, habens monaſterium permodicum, in loco qui vocatur *l* Boſanham, ſilvis marique circumdatum; & in eo Fratres quinque vel ſex, in humili ac paupere vita Domino famulantes: ſed nullus provincialium vel eorum vitam æmulari, vel prædicationem curabat attendere. Euangelizans autem genti Epiſcopus, non ſolum eam ab ærumna perpetuæ damnationis, verum & à clade infanda temporalis interitus eripuit. Siquidem tribus annis ante adventum ejus in provinciam, nulla illis in locis pluvia ceciderat: quamobrem fames acerbiſſima plebem invaſerat, ac impia nece proſtraverat. Denique ferunt, quia ſæpe quadraginta ſimul aut quinquaginta homines inedia macerati, ad præcipitium aliquod ſive mare procedebant, & junctis miſere manibus pariter omnes aut ruina perituri, aut fluctibus abſorbendi decidebant. Verum ipſo die quo baptiſmum fidei gens ſuſcepit, ad preces eximii Patris pluvia ſerena, ſed copioſa deſcendit: refloruit terra, rediit viridantibus arvis annus lætus ac frugifer: ſicque abjecta ſuperſtitione, antiqua exſefflata idololatria, cor omnium & caro exultaverunt in Deum vivum, intelligentes eum qui verus eſt Deus, & interioribus & exterioribus ſe bonis gratiæ cæleſtis ditaſſe.

Auctore Eadmero

iiſque plurimis annis *viam impetrat:*

47 Antiſtes quoque cum in provinciam veniſſet, tantamque famis pœnam ibi vidiſſet; docuit eos piſcando victum quærere. Nam mare & flumina eorum piſcibus abundabant, ſed piſcandi peritia genti nulla, niſi ad anguillas tantum inerat. Retibus igitur anguillaribus undequaque collectis & ab hominibus Antiſtitis in mare miſſis, meritis ſui Patris divina ſunt largitate adjuti, ceperuntque diverſi generis piſces trecentos: quibus trifariam diviſis, centum in opus pauperum diſpenderunt, centum eis à quibus retia acceperant contulerunt, centum in ſuos uſus retinuerunt. Quo beneficio multum Antiſtes cor omniũ in ſui convertit amorem: & eo prædicante fiducialius cæleſtia ſperare cœperunt, cujus miniſterio terreſtria bona ceperunt.

& ipſos piſcandi artem docet:

E

48 Eo tempore Rex Edilwalh donavit ſervo Domini terram octoginta ſeptem familiarum, vocabulo *m* Seleſei, quod Latine dicitur Inſula vituli marini, ubi ſuos homines qui exules vagabantur, recipere poſſet. Hunc ergo locum cum accepiſſet Epiſcopus Wilfridus, fundavit ibi monaſterium, ac regulari vita inſtituit, maxime tamen ex iis quos ſecum adduxerat Fratribus: quod monaſterium uſque hodie ſucceſſores ejus tenere noſcuntur, attamen ſedes Cathedræ Epiſcopalis in *n* Ciceſtram poſtea mutata eſt. Inclytus autem Pater Wilfridus illis in partibus annos *o* quinque, hoc eſt uſque ad mortem Egfridi, mira ſanctitate & prudentia præditus, officium Epiſcopatus, omnibus valde carus & honorabilis, adminiſtrabat: ad quem illi Rex, cum præfata poſſeſſione, omnes quæ ibidem repertæ ſunt facultates, cum agris & hominibus, donavit. Omnes Fide Chriſti imbutos unda baptiſmali lavit: inter quos ſervos utriuſque ſexus numero decentos quinquaginta baptizavit, quos ut baptizando à ſervitute diabolica liberavit, ſic etiam liberrati donando humanæ jugo ſervitutis abſolvit.

m *Seleſcienſe monaſterium ædificat.*

n

o

F

49 Poſt hęc, cum *p* Cedwalla (qui ab exilio meritis & intervẽtionibus B. Wilfridi fuerat revocatus) regno potitus eſſet Geviſſorum, Vectam inſulam bello capere, ac expulſis indigenis homines ſuæ provinciæ cogitabat eidem inſulæ ſubſtituere. Fuerat autem eadem eadem inſula eatenus tota idololatriæ dedita. Ubi vero ad certamen ventum eſt, voto ſe memoratus Princeps, quamvis nondum in Chriſto regeneratus, adſtrinxit, quoniam ſi victor inſulam cepiſſet, quartam ejus partem ſimul & prędę Chriſto Domino daret: quod ipſe victoria uſus taliter ſolvit, ut hanc B. Wilfrido utendam pro Domino offerret. Et quoniam menſura ejuſdem inſulæ, juxta æſtimationem Anglorum, familiarum eſt mille ducentarum; data eſt Antiſtiti poſſeſſio terræ familiarum trecentarum. At ipſe partem quam accepit, commendavit

p *Vectæ inſulæ populum Chriſto lucratur.*

AUCTORE EADMERO

cuidam de Clericis ſuis, cui nomen Bernuinus, qui erat filius ſororis ejus, dans illi Presbyterum nomine Hildilam, utriſque præcipiens, quatenus in ipſa inſula, quibuſcumque valerent, verbum ac lavacrum vitæ miniſtrarent: qui miniſterio prædicationis aſſumpto, meritis & interceſſionibus beati Patris ſuaque inſtantia, Chriſtianæ fidei jugo præfatam inſulam ſubjecerunt.

ANNOTATA.

a *Fridegodus interponit S. Wilfridum non paſſum litteras Pontificias violari, his verſibus:*

Interea multis vexatus fraudibus, almos
Execrare apices actuſque probare feroces;
Vertex ſi capulo, dixit, cædatur acerbo,
Aut terebrent coſtas inſtantia pila tenellas,
Unum jota meo numquam fruſtrabitur aſtu,
Quæ ſanxêre Patres, Petri documenta ſequentes.
Sic legit fuſcos Primatum offendere vultus,
Non & Apoſtolicos conſenſit fallere ritus.

b Ebba *appellatur à Fridegodo.*

c *Malmesburienſis:* Jubet crudelioris audientiæ ſatelliti, Tumber nomine, tradi.

d *Fridegodus eadem* matri Egfridi Regis *tribuit: at*
B *Malmesburienſis hujus* amitæ Ebbæ Abbatiſſæ, apud quam, *inquit*, nocte quadam hoſpitata, totis medullis diabolo infuſo, cœpit aliena ſapere, inſana dicere.

e Byrthwaldus, Berthwaldus, Berethwaldus, frater Ethelredi Regis, *etiam à Fridegodo habetur; à Malmesburienſi* fratris ejus filius. S. Wilfridus exul in regionibus Merciorum ordinavit S. Suibertum Epiſcopum. *Ita Beda lib. 5 cap. 12. Conſule dicta ad Vitam S. Suiberti 1 Martii, num.* 8.

f *Hæc erat* Oſdrida, *quæ in ſolatium Edwini fratris occiſi nupſerat* Ethelredo, *ut ita pacem inter 2 Reges, fratrem & maritum, componeret. Ita Malmesburienſis.*

g Kentwinus, *mortuo anno 676 Eſcuino, ſucceſſit apud Saxones Occidentales, filius Cinegilſi, qui ibidem Rex obierat circa an. 643. ipſe autem Kentwinus mortuus eſt anno 685.*

h *Ita correximus, pro eo quod impreſſum erat* à ſua uxore *ſimili etiam licentia antea uſi, num.* 2 deterere *pro* deterrere *ſcripſimus; num.* 4 nobiliter *pro* nobilitate, *&* è domibus *pro* in domibus, *num.* 8 nec non conſtanti maturitate *pro* conſtantia necne maturitate *num.* 27 egeſtatem tollebat *pro* colebat *&* eorumdem Regi *pro* eidem Regi, *num.* 35 in nomine Deorum *pro* Dominorum *&* mea fide *pro* ſua fide *num.* 36 in Synodi judiciaria ſede, *pro* in Synodo judicari à ſede, *num.* 42 Hæc interdum Rex *pro* Hæc interim Rex dum, *aliaque patentioris mendoſitatis, ſed momenti minoris nonnulla*
C *correximus, ac porro corrigemus, nec tamen ſingula ſuis locis notavimus notabimuſque eo liberius, quod cum in manibus ſit Pariſienſis editio, ipſa quoque ſui MS. menda fideliſſime exhibens, emendatio noſtra ad illam conferri & dijudicari poſſit ab eo, quem non pigebit faſtidioſi laboris. Senſui quoque ſupplendo pauca verba adjecta, more noſtro diſtinguunt* [ ] *uncinuli, ut poſſint ab eo qui redundare putabit, omitti.*

i Edilwalh, *alias* Edilwachius *&* Adelwold *à Wulfhero Rege victus, ad baptiſmum incitatus, & de ſacro fonte ſuſceptus. Traditur ultimus Rex Suſſexiæ ſeu Auſtralium Saxonum fuiſſe, quo an. 686 mortuo Occidentalibus Saxonibus ipſa ſubjecta fuit.*

k Huicciorum *ſeu* Wicciorum *provincia eſt in Comitatu Wigornienſi, ex qua videtur hæc Regina oriunda, in regno Merciorum.*

l Boſanham *ſeu* Boſeham *inter Chiceſtriam & Thornejam inſulam ad lacum verſus Hantoniam.*

m Seleſei *&* Selſei *in peninſula ad mare Britannicum.*

n *Tranſlata Sedes in Ciceſtriam eſt à Stigando Epiſcopo ſeculo* XI, *in qua mortuus eſt anno* 1087: *ibidemque ſepultus fuit S. Richardus ejuſdem Sedis Antiſtes, cujus Vitam illuſtravimus 3 Aprilis.*

o *Ab anno 682, uſque ad annum 687, ut infra dicetur.*

p *Auctor Chronologiæ Anglo-Saxonicæ ad annum* 685, D
Hic Ceadwalla, *inquit*, cœpit denuo regnum occupare, *ſcilicet* ab exilio revocatus, *& ut Beda ait*, amotis Subregulis ſuſcepit imperium Occidentalium Saxonum, quos antiquitus Geviſſe vocatos *addit. De Ceadwalla egimus* XX *Aprilis inter Prætermiſſos. Reliqua eiſdem verbis narrat Beda lib. 4 cap.* 28.

CAPUT VI.

Reſtitutio in Sedem Eboracenſem, & iterata depulſio. Acta in Concilio Eaſtrefeld.

50 ANno incarnati Verbi Dei ſexcenteſimo octogeſimo quinto, cum Egfridus Rex Nordanhumbrorum temere exercitum, ad vaſtandam Pictorum provinciam, duxiſſet; hoſtibus fugam ſimulantibus, in anguſtias inacceſſorum montium eſt perductus, atque cum maxima ſui exercitus copia, quam ſecum abduxerat, *a* extinctus. Et quidem juſte, qui cum virum vitæ nullo pacto in amicitiam ſuam vel in jura poteſtatis ſuæ dignatus eſt admittere; merito debuit, eo deſpecto, ab eiſdem hoſtibus mori, quos prius, eodem ſibi familiariter accepto, meruit feliciter ſuæ ditioni ſubjicere. Ipſa autem hora, qua ipſe E
Rex gravi bello in Pictorum provincia premebatur, ſervus omnipotentis Dei Wilfridus in Suth-Saxonia ſacris Miſſarum celebrationibus intendebat. Cumque dicto, Surſum corda, reſponderetur, Habemus ad Dominum; raptus in mentis exceſſum, vidit eodem momento, per ſpiritum Dei, Egfridum capite cæſum morti procumbere. Qua viſione perterritus, *& Presbytero aſſiſtenti indicat,* majori eſt per modicum terrore perculſus. Nam cum ſequentia Miſſæ proſequeretur, & in præfatione, Per Chriſtum Dominum noſtrum, diceretur ab ipſo; adſpexit, & ecce duo maligni ſpiritus animam Regis ante ipſius oculos miſerabiliter attulerunt, ſicque horrendo gemitu ſuſpirantem ſecum ad inferni clauſtra tulerunt. Illico *b* Accam Presbyterum ſuum vocavit, & ei cuncta quæ viderat enarravit. Ad quæ *b*
Presbyter vehementi ſtupore attonitus, vix illius verbis auditum patienter credere potuit. Juſſus autem diem & horam Regiæ interfectionis notavit, & eam ipſam fuiſſe, poſt aliquot dies, rei geſtæ atteſtatio comprobavit.

Egfridi interitum videt abſens, ſub ſacrificio Miſſæ: *a*

51 Fama igitur circumquaque Regis obitum denuntiante, veloci relatu ad aures Theodori metropolitanæ Sedis Antiſtitis pervenit: qui delictum, quod jam olim in famulum Dei commiſerat, conſentiendo videlicet eum tantis perturbationibus, ut præfati ſumus, injuſte affligi; hoc, inquam, delictum humili ſatisfactione corrigere volens, miſit propter eum, & ad ſe honorifice perductum taliter eſt allocutus: Fili; immo virtutum meritis ſanctiſſime Pater, ego qui ad hoc præ ceteris conſtitutus eram, ut omni injuſtitiæ, quæ in hoc Regno emergere poſſet, obviarem; propria fragilitate ſubactus, plurimis tibi contra jus adverſantibus, fateor, multum peccando conſenſi: ſed mihi culpam fatenti & intimo corde pœnitentiam agenti pius, quæſo, veniæ largitor aſſiſte. Ultima ergo meæ, ſicut tu cernis, nunc inſtant tempora vitæ: ac per hoc quod deprecor annue, & ſuppliciter à me poſtulatus intercede pro me. Territus his verbis Jeſu Chriſti Domini ſervus, reſpondit: Et quidem multis me tribulationibus te conſentiente afflictum, Paſtor venerande, non neſcio; abſit tamen, abſit, ut hoc te quavis malitia inductum feciſſe crediderim: verum ut autumo ea potius intentione id feciſti, quia volebas me per ipſas tribulationes in patientia exerceri; quatenus anxietatibus actus, per iter patientiæ poſſem perfectionis culmen attingere.

S. Theodoro Archiepiſ. veniam petenti quod eum affligi permiſiſſet, F

potius gratias à ſe deberi profiteatur;

Quapropter

A Quapropter multo magis tibi pro tua bona intentione grates agere debeo, quam tu apud me inde veniam quærere: præſertim cum numquam venia rite petatur, niſi unde aliqua offenſio contracta eſſe putatur. Sed quoniam te circumquaque oculatum inſtar cæleſtis animalis eſſe non neſcio, perſpicaciter atque ſubtiliter quæ ſunt videnda te conſiderare perpendo: ea propter, ſi putas, te, Pater dilectiſſime, aliquid peccati contraxiſſe in iis, quæ contra me fieri conſenſiſti; quantum mea mente, libens indulgeo, & indulgens etiam ſuper te miſericordiam Judicis venire ſupplici devotione depoſco. Ex hoc firmiſſima ſanctiſſimaque inter ipſos venerabiles viros pace fundata, paſtorali auctoritate mutuo ſeſe Chriſto conciliavere: & lætitia ſpirituali jucundantes, quæ Dei ſunt unanima aſſertione tractavere.

c ejuſque opera in Sedem reſtitutus

52 Præterea Theodorus miſit litteras *c* Alfrido, qui in gente Nordanhumbrorum defuncto Egfrido fungebatur: in quibus ſibi rhetorica facundia ſuaſit & perſuaſit, quatenus B. Wilfrido ex corde amicus fieret, eumque in Sede Eccleſiæ ſuæ, de qua injuſte depoſitus fuerat, honorifice reciperet. *d* Ailredo etjam regi Merciorum, necnon quibuſdam aliis ſuper eodem negotio mandavit, quibus ea de re mandare

B non incongruum judicavit. Qui omnes, una cum Regibus, mandatis pari conſenſione faventes, multa cordis alacritate nobiliſſimam Domini famulum ſeſe in propria recepturos, remandavere. Quin etiam Rex Alfridus nuntiis à latere ſuo directis, debito venerationis obſequio virum revocare præcepit. Regali ergo invitatione, necnon Pontificali præceptio-

e ne conventus, *e* ad ſuam Eccleſiam rediit. O quam felix illſe dies omnibus per id locorum commanentibus extitit, quantamque mentis lætitiam cunctis in circuitum populis habitantibus attulit, qui B. Wilfridum ab exilio revocatum primus videre promeruit! Quis hujus lætitiæ formam plene capiat? quis eam cordibus aliorum per ſui oris officium infundat?

cum magna omnium lætitia, Crebra monachorum examina obviam Patri procedunt, Clericorum agmina cum totius frequentia plebis ſuo Paſtori certatim occurſare contendunt, & omnes elata voce Dominum benedicentes eum ſuſcipiunt, ac in eccleſiam ducunt. In qua ille roboratus, & à qua poſt modicum, eliminatis quæ cenſura æquitatis auferri debere monſtravit, quidquid terrarum aut reddituum juri Eccleſiæ competebat, brevi recuperavit. Nihilominus quoque divinitatis verba ſubditorum cordibus quotidie per illum infunduntur, & in eis fons aquæ ſalientis in vitam æternam exoritur; Chriſti fides cum bonorum operum redhibitione recaleſcit, opus autem perfidiæ & malignitatis ubique frigeſcit. Quamobrem pax ſincera cor-

C dium, tranquilla opulentia rerum, alacritas magna in Dei ſervitium, jucunda delectatio, delectabilis jucunditas proceſſit in Dominum: quæ omnia magnam contra ipſum invidiam diaboli concitavere. Verum miles Chriſti, jam bene inſtructus armatura verbi Dei, jamque plurima expertus tentamenta diaboli, quo in bello excitatior, eo ad dejiciendum difficilior erat: moremque fortiſſimi bellatoris imitatus, non modo ſe, ſed & ſuos commilitones, hoſtem cædendo dextra lævaque, protegebat: ſicque diabolo

f impenetrabilis, per *f* quinquennium in ſui ſtatus dignitate permanſit.

Regi res ſacras auferenti reſiſtit & rurſus expellitur, 53 Sed ô inexterminabilis invidia diaboli! ô violenta damnatio ejus! & quam difficile ad ſubterfugiendum, ex conſuetudine admiſſum, jus poſſeſſionis ejus! Dum enim viro virtutis, quid novi in pacis ſubverſionem objiceret, non inveniret; antiquarum diſſenſionum perſuaſores in priſtinos motus excitat, & celeriter per eos Regem, pace diſcuſſa, in iram contra Pontificem armat. Nam verbis delatorum ac-

cenſus, in varias & multiplices poſſeſſiones ejus cœpit ſubita cupiditate æſtuare, & eas juri Eccleſiarum, quibus datæ fuerant, non jure auferre: cui quoniam Wilfridus epiſcopali auctoritate contraire non timuit, gravi contra ſe Regem iracundia inflammavit. Unde factum eſt, ut Rex illum omnibus ſuis ſpoliatum à regno ſuo pellere proponeret. Ad quod peragendum ut Archiepiſcopum Cantuarienſem propoſiti ſui executorem haberet, oppoſuit illi quod ſtatuta Pontificum ipſius Sedis non ſervaret, & præcipue venerabilis Theodori, qui nuperrime vita deceſſerat. Et quoniam nefas erat illum Epiſcopum Anglici regni in auctoritate haberi, qui ſtatutis Cantuarienſis Epiſcopi vel leviter contraire auderet; Wilfridum, ſeſe hac de calumnia non omnino excuſare *g* valentem, in regno ſuo Epiſcopum eſſe nolebat. Siquidem Wilfridus ea ſtatuta Theodori ſuſcipiebat, eiſque debitam obedientiam exhibebat, quæ à canonibus inſtituta & primis atque poſtremis Archiepiſcopatus temporibus ſui in pace conſtituit: verum ea quæ temporibus interruptæ pacis, ut fertur, pro libitu, non pro ratione ſtatuerat, nullo pacto ſuſcipere nec eis aſſenſum præbere volebat. Quapropter quaſi inobedientiæ & contumaciæ macula contra Sedem, totius Britanniæ matrem, in eo reperta, priſtina eſt auctoritate privatus; & apud Birtualdum Archiepiſcopum, qui Theodoro *h* ſucceſſerat, pro negotio accuſatus. Abjectus ergo, ad fidelem amicum ſuum Regem Merciorum, nomine Ailredum, ſeceſſit: à quo glorioſe ſuſceptus, ſub protectione Dei & illius aliquanto tempore *i* converſatus eſt.

Auctore Eadmero

tamquam Cantuar. Archiepiſcopi ſtatuta refractarius:

g

E

h

& ſecedit in Mercia.

i

54 Inter hæc, rogatu Regis Alfridi, Birtvaldus Archiepiſcopus præcepit generale *k* Concilium Epiſcoporum totius Britanniæ congregari in campo qui dicitur *l* Eaſtrefeld: cui Concilio ut Wilfridus ſuam præſentiam exhiberet mandatum eſt, ſimulque promiſſum, omnem ſe juſtitiam, de injuria quam ſibi querebatur illatam, recepturum, ſi tamen injuriam ſibi factam certa ratione oſtendere poſſet. Quid plura? venit ad Synodum; ſed nequaquam invenit jus ſibi promiſſum. Quidam enim Epiſcopi, regiæ voluntati faventes, mox in conſilio virum Dei falſis calumniis exagitare, & quibus poterant contrarietatibus perturbare cœperunt. Cumque ea quæ objecerant, nulla veritate ſubnixa probare valerent; tandem ſuis objectionibus id adjecere, illum decretis Cantuarienſis Archiepiſcopi Theodori minime parere. Quibus ille: Decretis, inquit, venerandi Patris Theodori, quæ in pace & canonica auctoritate promulgavit, conſcientia teſte, devota mente ſubdi, eiſque (ut juſtum eſt) per omnia obtemperare volo, & ſecundum ea judicari pro ratione nullatenus abnuo: attamen precor mihi dicatis, quidnam ſit, quod jam per plurimos annos litteris ab Apoſtolica Sede directis inobedientes exiſtitis, & tantopere me accuſatis, quod eas inſtitutiones Theodori non recipio, quas ipſe non auctoritate canonica, ſed diſcordia dictante compoſuit, ut vos ipſi optime noſtis.

k in Synodo accuſatus, l

confundit adverſarios:

F

55 Ad quæ, cum verba, penitus ratione carentia, turbato murmure jacularentur; juvenis quidam curialis, viro Domini bene familiaris, circumſtantium multitudini ſeſe immerſit, ac ad illum perveniens, ei totius tumultuantis Concilii cauſam aperuit, ut ſibi provideret ſuaſit, confeſtim per viam quam venerat clanculo in curiam rediit. Præmonitus igitur & præmunitus relatione fidelis amici, tanto conſtantius æquitatis ſibi defenſionem aſſcivit, quanto & ipſos judices ſuos ſcienter contra juſtitiam agere ſcivit. Stat igitur inter verborum jacula ſecurus, quoniam ſuæ libertas conſcientiæ fuerat ei dextra lævaque impenetrabilis murus. Quod ubi compertum habuere, quem verbis ſupe-

de cauſa turbarum à fideli amico monitus,

AUCTORE EADMERO

nonterretur minis:

rare nequibant, injectis minis ad ſuum velle detorquere quærebant. Quibus cum reſponſa dare ad illorum vota minime vellet; Scito, inquiunt, quod juſta damnationis ſententia punieris, niſi cito ea quæ tibi ſunt objecta dato reſponſo deleveris. At ille: Ad majus quod mihi à vobis objectum eſſe intelligo, ſcilicet me decretis glorioſi Cantuarienſis Eccleſiæ Præſulis nolle parere, jam reſpondi; & hoc ipſum, ſi vultis, iterum iterumque reſpondeo, quod ejus canonicis inſtitutionibus per omnia ſubjici volo. Quæ verba fraudulenta mox calliditate ex ore ejus rapuerunt, & hoc ejus dixerunt canonicum inſtitutum eſſe, ut ſuperbi & inobedientes deprimantur, humiles vero & obedientes extollantur. Tu autem & contra Dominos tuos in ſuperbiam es elatus, & nihilo minus Archiepiſcopo tuo inobediens comprobatus: quapropter æqua ratione judicatum & ſtatutum eſt, ut omnibus tuis ſpoliatus, elationis & inobedientiæ pœnas exolvas. Quo audito horror & ipſos inimicos ejus invaſit, dicentes impium eſſe, virum quaquaverſum nationibus honorabilem ſic abſque ullo certo crimine omnibus ſuis ſpoliari. Unde Rex & Archiepiſcopus à nonnullis interpellati, monaſterium quod ipſe B. Wilfridus in Hripis (ut ſuperius diximus) conſtruxerat, ei cum omnibus quæ ad illud pertinebant conceſſere, ea conditione propoſita, ut illic quietus ſederet, & abſque licentia Regis ſepta Monaſterii non exiret, nec curam Epiſcopalis officii ulterius adminiſtraret.

Ripum relegatur:

B

degradari ſe non patitur:

56 Hac igitur mutati judicii clementia coram omnibus accurato ſermone expoſita, ad hoc laboratum eſt, & Wilfrido quaſi utile conſilium datum, quatenus ipſemet pro pia ſubſcriptione ſe degradari ab officio Epiſcopali eligeret, quo liber à tumultu ſecularium contemplationi vitæ cæleſtis intendere poſſet: præſertim cum ei felicius eſſet privatim (ut dicebant) in Dei ſervitio ſolum converſari, quam inſudantem miniſterio Pontificali jurgiis hominum quotidie fatigari. Senſit prudentia viri, hujuſmodi conſilium, quali de fonte manavit: & admiratus fraudem illorum, tali omnes oratione confutavit: Virtus, ait, veri conſilii, quæ numeratur in ſeptem donis Spiritus ſancti, nihil in ſe duplicitatis admittit: ac ſic quo ſimpliciori fonte procedit, eo locum in animo famuli Dei, quo ſuſcipiatur, liberius invenit. Veſtrum autem conſilium, quod ſimplicitate Spiritus ſancti carere quivis intelligere poteſt, tanto à me longius abjicio, quanto ex iis quæ in me primo congeſſiſtis, unde procedat apertius video. Mendacia nempe quæ contra me malitioſe compoſuiſtis, non potuerunt ex ſe procreare donum Spiritus veritatis: quare ſecundum conſilium verum, proprii cenſura judicii, me gradu Sacerdotali non dejiciam; quia fateor quod licet indignus, opera tamen Pontificatu non mediocriter digna, adjutus Domini gratia, feci. Hinc eſt, quod ecce per annos quadraginta intemeratæ fidei veritatem quibus potui prædicavi, & contradicentes invicta ratione devici, devictos ab omni errore veritatem docendo correxi, correctos lumine verbi Dei perluſtravi, ac membris Eccleſiæ Chriſti copulavi. Hæc tamen non ego, ſed Deus ipſe per me. Ritum inſuper Eccleſiaſticæ obſervationis, multis per Angliam locis Scotica traditione depravatum, Apoſtolica fultus auctoritate correxi. Hæccine aliaque perplura, quorum in præſenti reminiſci piget, hoc meruerunt, ut quaſi legum proditor patriæque delator nuſquam tutus eſſe permittar? Præceptis ſaltem Apoſtolicæ Sedis, quæ me jam ſimili injuria accuſatum atque damnatum excuſavere, & abſolutum eſſe conſtituere, obtemperetis, ſi nec pro amore, nec pro timore Dei, quietum eſſe permittere vultis. Sed, ut puto, illa præcepta aut obliti eſtis, aut certe ſcita aut cognita pro nihilo ducitis. Quapropter licet *m* ſenio ſim confectus, re tamen vera noveritis, me Romæ coram Apoſtolica Sede probaturum eſſe calumnias, quas mihi pro Regis indignatione imponitis, veras non eſſe: nec minus vere me prædicaturum eſſe ſciatis, quali ſtudio Sacerdotale miniſterium geratis, qui magis vultis injuſtitiæ hominum favere, quam juſtitiam Dei tenere. Quod ſatis eſt manifeſtum, dum me contra æquum & verum tanto ſtudio impugnatis, quem veritati & juſtitiæ ſtudere aperta ratione videtis; & inſuper nihil adverſi pro iis, quibus me accuſatis, conſcientia teſte meritum, ad hoc tentatis perducere, ut contra jus in me ipſum ſententiam damnationis edicam. Sed hac in re noveritis, quod vobis nequaquam conſentiam, ſed fiduciaſiter appello Sedem Apoſtolicam. Verum autem quiſquis mecum agere vult, à me hodie invitatus mecum illuc ad judicium pergat. Talibus verbis Rex in iracundiam vehementer accenſus, violentia ſui exercitus eum opprimere, & ad ſubeundum judicium ſuum cogere cogitabat, ſi Archiepiſcopi conſenſum in hoc potuiſſet habere.

D

m

contra injurias illatas appellat ad Sedem Apoſtolicam.

E

C

labores 40 annorum exponit:

F

ANNOTATA.

a Extinctus XIII Kalendas Junii, *addit Beda lib. 4 cap. 26, ubi plura habet de bellis ejus injuſtis.*

b S. Acca *poſtmodum Epiſcopus Hagulſtadenſis, mortuus eſt 20 Octobris anno 740.*

c *Duos fuiſſe filios Oſwii* Alfridos, *contra Malmesburienſem ejuſque ſequaces, multis oſtendimus 6 Martii, ad Vitam SS. Kinesburgæ, Kineſwithæ & Tibbæ § 4. Primus ſucceſſit Oſwio, de eoque agitur ſupra cap. 2. Huic ſucceſſit Egfridus frater, eique occiſo, alter Alfridus, filius Oſwii nothus.*

d *Epiſtola ad Ailredum ſive Ethelredum extat apud Malmesburienſem, in qua teſtatur* Wilfridum longo tempore propriis orbatum ſubſtantiis, multum inter Paganos in Domino laboraſſe.

e *Anno regni ſecundo Sedem ſuam & Epiſcopatum recepiſſe, ait Beda libr. 5 cap. 20, ergo circa annum 687. At Malmesburienſis addit primo ei* indultum cœnobium Hageſtaldum, hinc definitione Epiſcopi Eboracenſem Epiſcopatum & Ripis monaſterium.

f *Ab anno 687, uſque ad annum 693.*

g *Scilicet, quod eſſet Epiſcopus Eboracenſis & ſimul Hagulſtaldenſis. Verum quod hic Epiſcopatus poſt ejus priorem expulſionem eſſet tantum conſtitutus, non admittebat Wilfridus hunc titulum, tamquam diœceſis ab Eboracenſi diverſæ.*

h *Mortuus anno 690, teſte Beda,* Theodorus *colitur 19 Septembris. At* Birtualdus, *alii* Brithwaldus *ſive* Berechtwaldus *pro eo electus anno 692, ordinatus eſt anno ſequente.*

i Geſſit Mediterraneorum Anglorum Epiſcopatum, *quod* Boſelus Epiſcopus eſſet corporis infirmitate depreſſus. *Beda.*

k *Meminerunt hujus Concilii & rerum in eo actarum Fridegodus, Malmesburienſis, & alii cum Spelmanno, qui habitum tradit anno 701, alii anno 702.*

l *Eſt parochia Cantii* Eaſtwel, *in ditione Scrayce, unde campus vicinus intelligi videtur.*

m *Malmesb.* ſeptuaginta fere annorum, *ſcilicet 68 circiter annorum.*

CAPUT

A

CAPVT VII.

Iter tertium Romanum. Morbus in reditu. Reſtitutio in Sedem Eboracenſem.

Vexatos propter ſe monachos,

57 POſt hæc, concione ſoluta, vir Domini ad Regem Ailredum rediit, & totius negotii ſummam ſibi aperuit: qui tantæ fraudis malignitate ſtupefactus, injuriam ei illatam vehementer indoluit. Alfridus, quia Wilfridum ad ſuum velle tractare non potuit; ne tamen in hac parte nihil poſſe putaretur; diſpoſuit ea quæ ipſe ſervis Chriſti ad victum paraverat, omnino convellere, diſſipare, diſtrahere, & eum ipſum locum habitationis eorum penitus deſertum efficere. At etenim diſpoſitio Judicis, qui humano furori cedere neſcit, locum famulorum ſuorum in manibus peccatorum nequaquam ire permiſit.

confirmat Wilfridus;

Denique Pater Wilfridus, priuſquam eundi Romam iter arriperet, ad locum venit, Fratres ut ſe per omnia Deo commendarent admonuit, & ne hominis iram timerent magnopere juſſit; dicens, nil penitus eis poſſe nocere, ſi Deum protectorem mererentur habere: haberent autem, ſi eum vere diligerent, eique ſemper ſincero corde ſervirent. At illi verba ſui Patris obediendo ſuſceperunt, & inde contra omnes adverſarios Deum protectorem habere meruerunt.

B

58 Cum autem beatus Wilfridus Romam veniſſet, magnifice tam ab *a* Joanne Apoſtolicæ Sedis Antiſtite, quam & à populo Romano ſuſceptus eſt. Adventus autem ſui cauſa cum coram Apoſtolico multiſque Epiſcopis ventilari deberet, præſentibus accuſatoribus ſuis locum ſeſe defendendi accepit.

a

Tum Romæ ſuam cauſam agit,

Itaque ſurrexit, cauſam ſuam coram omnibus dixit; quod dixit, ſic ſe habere firma veritatis ratione probavit. Unde communis judicii ſententia, viri Dei innocentia comprobatur, atque accuſantium falſæ calumniæ reprobantur. Super hæc quoque venerandus Papa Joannes à cunctis exoratur, quatenus Apoſtolica ſanctione, & juſtitia juſti debito honore ſublevetur, & injuſtitia ei reſiſtentium congrua damnatione prematur. Juvit autem cauſam illius lectio Synodi venerabilis Papæ Agathonis, quæ quondam in ſui præſentia (ſicut diximus) acta eſt, cum in conſilio Epiſcoporum ipſe medius reſideret. *b* Nam cum re exigente Synodus eadem juſſu Papæ legeretur, & coram nobilibus plebiſque frequentia

b

C

diebus aliquot recitaretur; ventum eſt ad eum locum, ubi ſcriptum erat: Wilfridus Deo amabilis Epiſcopus Eboracæ civitatis Apoſtolicam Sedem de ſua cauſa appellans, & cetera quæ ſupra poſuimus. Quod ubi lectum, ſtupor apprehendit audientes, & ſilente lectore cœperunt alterutrum requirere, quis

eaque alias ſub Agathone viciſſe cognitus,

ille Wilfridus Epiſcopus eſſet. Tum Bonifacius Apoſtolici Papæ Conſiliarius & alii perplures, qui eum temporibus Agathonis Papæ ibi viderant, dicebant ipſum eſſe Epiſcopum, qui accuſatus à ſuis, atque à Sede Apoſtolica judicandus nuper Romam advenit: qui jam dudum, inquiunt, æque accuſatus huc adveniens, mox audita dijudicataque cauſa & controverſia utriuſque partis, à beatæ memoriæ Papa Agathone probatus eſt, contra fas eſſe à ſuo Epiſcopatu repulſus. Unde etiam tanti apud eum habitus eſt, ut ipſum in Concilio quod congregarat Epiſcoporum, utpote virum incorruptæ fidei & animi probi, reſidere præciperet. Quibus auditis, omnes una

abſolutus remittitur,

cum ipſo Summo Pontifice dixere, virum tantæ auctoritatis, qui per quadraginta prope annos Epiſcopatu functus erat, nequaquam damnari debere: ſed abſolutum ad patriam, utpote immunem ab omni

c

culpa, cum honore redire. *c* Scriptum eſt igitur Regibus Anglorum Ailredo & Alfrido, ut ſi anathemate plecti nollent, illum ſui Epiſcopatus Sede recipi abſque retractatione facerent, eo quod ipſum injuria depoſitum eſſe omnes ratum haberent.

AUCTORE EADMERO

59 Poſt hæc famulus Domini, magnis Sanctorum reliquiis locupletatus, & multa multorum veneratione perfunctus & exhilaratus, patriam remeandi viam repetiit. Cumque in partes Galliarum deveniſſet, ſubita infirmitate corripitur: qua creſcente, tanto dolore vexatur, ut equo minime vehi valeret, ſed miniſtrorum manibus in grabato portaretur. Sicque delatus in *d* Meldum civitatem Galliæ, quatuor diebus ac noctibus ſimilis mortuo jacebat, halitu ſolummodo pertenui, vitæ ſe funditus ſubtractum non eſſe, demonſtrans. Cum vero ita ſine cibo & potu, ſine voce & auditu, quatriduo perſeveraret; quinta demum die, cum jam jamque moriturus à ſuis plangeretur, S. Michaël Archangelus à Domino mittitur, per quem ſanitati priſtinæ reſtituatur. Cui Pater intendens, ac velut optime cognito pro poſſe ſuo vultus alacritate adgaudens, tacitus jacebat, quidnam ſibi dicere vellet operiens. Stans itaque Angelorum Princeps, hujuſmodi verba viro locutus aſſeritur:

Meldis æger ad mortem,

d

à S. Michaële apparente ſanatur,

E

Wilfride, concivis digniſſime, ſurge, quid jaces? nam licet inter cives cælorum numereris, tamen propter orationes filiorum tuorum hoc tempore non morieris, præcipue per merita & interceſſiones B. Mariæ Genitricis Dei & perpetuæ Virginis. Oravit enim pro te, propterea quod quædam opera ſibi placuerint facta per te: ſcit nempe quid operis Petro feceris, quidque ipſius fratri Andreæ conſtruxeris. Quapropter nunc quidem à morte revocaberis, ac vitæ ſalutique reſtitueris: ſed paratus eſto, quia poſt quadriennium rediens viſitabo te. Patriam vero perveniens, maximam poſſeſſionum tuarum, quæ tibi ſunt ablatæ, portionem recipies, atque in pace tranquilla vitam terminabis. Quibus dictis, viſio Angeli colloquentis ab ejus conſpectu elapſa eſt. At ille protinus, acſi de gravi ſomno expergefactus, ſurrexit, ſedit, apertiſque oculis circa ſe choros pſallentium flentiumque Fratrum aſpexit; ac modicum ſuſpirans, ubinam eſſet Acca Presbyter interrogavit. Qui ſtatim vocatus intravit, & videns eum melius habentem ac loqui valentem, flexis genibus, cum omnibus qui aderant Fratribus, Deo gratias egit. Et cum parum conſediſſent, ac de ſupernis judiciis trepidi aliqua confabulari cœpiſſent; juſſit Pontifex ceteros ad horam egredi: dehinc ad Accam Presbyterum converſus, quæque viderat ordine retulit, tremenda illum adjuratione conſtringens, ne dum huic vitæ ſupereſſet, cuiquam homini viſionem ipſam ediceret.

vita ad 4 annos conceſſa:

quod indicat S. Accæ;

F

60 Convaluit igitur Epiſcopus cunctis gaudentibus, cœptoque itinere Britanniam venit. Epiſtolis autem, quas à Romanæ Sedis Antiſtite acceperat in conventu nobilium lectis, Birtvaldus Archiepiſcopus & Ailredus quondam Rex, tunc autem *e* Abbas, eis libentiſſime faverunt: qui videlicet Ailredus accitum ad ſe Coenredum, quem poſt ſe Regem fecerat, hortatus eſt, ut ſervum Domini ex animo ſemper coleret, eligeret, foveret, & contra omnes adverſarios indefeſſus ei propugnator exiſteret. Rex annuit.

in patriam reverſus, recipitur à Britwaldo & Ethelredo,

e

rejicitur ab Alfrido,

Alfridus vero Rex Nordanhumbrorum, ſicut Regni, ſic & indignationis fraternæ malens ſucceſſor eſſe, quam juſſioni Apoſtolicæ, depoſito rancore mentis, aſſenſum præbere; ambagibus quibuſdam objectis nitebatur oſtendere, ſibi penitus non eſſe poſſibile quod præcipiebatur explere. Verum omnium ſecreta cordium ſcrutans ſapientia Dei, nequitiam ejus attendit, attendens examinavit, examinans damnavit, ac corpus illius acri doloris invectione ſic debilitavit, ut protinus lecto reciperetur, & omni pene membrorum

ſed brevi defunctus,

AUCTORE BADMERO

brorum officio deſtitueretur. Qui cum ſe mori cognoſceret, adhibitis teſtibus promiſit, quod ſi Deus vitam ſibi concederet, & juſſis Apoſtolicis vellet obedire, & Wilfrido omni tempore inclinatus exiſtere. Sed ipſe quidem ſine retractatione à *f* vita receſſit, & Ædulfus quidam ei in Regnum ſucceſſit, prædeceſſorem ſuum crudelitate & cordis obſtinatione præcedens. Nam S. Wilfridus, ad ejus curiam de Ripis veniens, per nuntios, an paci acquieſceret, inquiſivit. Quibus ipſe pro antiqua & inſita ſibi nequitia dure reſpondens; Per meam, inquit, ſalutem juro, quia niſi infra ſpatia ſex dierum meo regno deceſſerit; quoſcumque de ſuis invenire potero, vita privabo. Hæc propter, facta conjuratione contra eum, regno, quod duobus menſibus tenuit, depulſus eſt. Poſt quem regnante Oſredo, filio Alfridi, cum Synodus eſſet coacta juxta fluvium *g* Nid, poſt aliquantum utriuſque partis conflictum, tandem cunctis faventibus B. Wilfridus in Sedem ſuæ Eccleſiæ receptus eſt: *h* cujus familiari amicitia Rex Oſredus magno affectu copulatus, per omnes imperii ſui terras præcepit, quatenus nemo illi in quolibet negotio contrairet; ſed ſicut famulo Dei per omnia omnes obedirent: quod factum eſt. Siquidem quatuor annis, quibus ipſe Pater ſupervixit, nemo qui ſibi contradiceret fuit; non quiſquam ſua dicta ſpernere, non ſiniſtre vel leviter audebat interpretari: omnis enim invidia quaquaverſum, tum amore, tum timore jacebat oppreſſa. Ipſe Pater, quod ſui miniſterii cura petebat, circumquaque fideliter exequens, quanto magis diem ſuæ vocationis imminere cognovit, tanto ſolicitius inſtabat, ut talentum ſibi creditum Domino ſuo, fœnore multiplicato, reportaret.

f item à ſucceſſore Ædulfo, ſed mox expulſo:

g per Oſredum in Synodo Niddenſi reſtitutus,

h

B

4 annis regit Eccleſiam ſuam:

ANNOTATA.

a *Hic eſt* Ioannes VI, *creatus* 30 *Octobris anni* 701, *mortuus* 10 *Ianuarii an.* 705. *Ad hunc venit S. Wilfridus anno* 704 *jam ſeptuagenarius, cujus libellum ſupplicem Papæ tunc oblatum habet Malmesburienſis.*

b *Eadem narrat Beda lib.* 5 *cap.* 20. *Malmesburienſis ait* per 4 menſes, 70 conciliabula habita, *quando* Wilfridus, quidquid accuſationum objeciſſent adverſarii, nullo excogitato reſponſo, ſed Dei & veritatis fultus auxilio, quaſi caſſes aranearum, primo motu labiorum diſcutiebat.

c *Epiſtolam utrique communem refert Malmesburienſis* : *qua jubet* Synodum convocari, *& niſi conveniant*, ad Sedem Apoſtolicam accurrere, ut majori concilio decidatur.

C

d Meldæ, *urbs Epiſcopalis Briæ provinciæ, ſupra Pariſios ad Matronam fluvium. Anno* 705 *ibidem agrotabat S. Wilfridus.*

e *Abbas factus ſeu monaſticam vitam ſubierat anno* 704. *Ethelredus.*

f *Adhuc anno* 705. *uti iſta indicantur in Chronologia Anglo-Saxonica.*

g Lid *ſeu* Lidalus *fluvius in Eſcam defluit, cujus Valle* Liddedalia, *provincia hodiernæ Scotiæ Meridionalis, contigua Cumbriæ appellatur, quæ tum ſuberat Nordumbrorum Regibus.*

h *Adnitente potiſſimum S. Elfleda, ſorore Alfridi, tunc Abbatiſſa Streaneshalenſi reſtitutum Wilfridum, oſtendimus ad illius Vitam* 8 *Februarii* § 8. *Elfledæ verbis pondus adjeciſſe virum primarium apud Regem Bertfridem, ibidem ex Malmesburienſi diximus.*

CAPUT VIII.

D

Morbus, obitus, miracula. Tranſlatio corporis Cantuariam, & repoſitio in loco decentiori.

61 ET jam tempus Angelica revelatione promiſſum inſtare præſenſit; cum ecce gravi corporis languore invaditur, & fatigatus lecto recipitur. Veneranda Fratrum agmina, necnon & plebis cum ſuis Primatibus pars maxima in unum confluit, lectum jacentis flebiliter ambit; fitque pavor grandis, ne forte recedat ab illis. At ille, ſe de labore ad requiem, de miſeria ad beatitudinem, de triſtitia ad perennem lætitiam migrare perpendens; triſtia corda circumſtantium quibus poterat verbis conſolabatur, dicens, eos lugere pro ſe nullo modo debere, quem non ludibria, ſed ſumme jucunda, poſt mortem adire, certiſſimum poſſent habere. Ipſam vero ſeriem verborum, quæ in eorum conſolationem, ſimul & in ſanctæ vitæ propoſitum ſervandum, exhortando locutus eſt, quis explicet? Nam quanto magis incommutabilitati veræ conſolationis & æternæ vitæ appropinquabat, tanto plenius ejus dulcedinem hauriebat, & hauſtam quorumque aſſiſtentium auribus infundebat: & ut ejus ſacræ infuſionis virtutem audientium corda conciperent, quæ verbis dicebat, mirabili ſignorum efficacia in ipſorum oculis ſic eſſe comprobabat. Quæ ſignorum efficacia eo magis virum comitabatur, quo vitæ hujus tranſitoria fragilitate decedens, ſummæ Veritati æternaliter copulabatur. Unde fateor, dicere meum non eſſe, quot infirmi per eum infirmum ſint ab omni infirmitate ſanati, quot dæmoniaci liberati, quot paralytici ſolidati, quot cæci illuminati, quot ſurdi mutique curati, quot aliis calamitatibus afflicti operante Deo per eum magnifice recreati. His aliiſque de cauſis maxima hominum multitudo de longinquo properabat, eique ſe ac ſuos proximos pio ſtudio commendabat: quos ipſe ſancto mentis affectu Deo commendans, hortabatur Dei mandata ſincera caritate amplecti, eiſque per omnia debitam obedientiam cum reverentia exhibere.

Morbo correptus,

ſuos hortatur,

E

ſanitates operatur:

62 Inſtabat igitur tempus & hora, quæ à nullo mortalium poteſt præteriri; totaque infirmitas quæ famuli Dei corpus premebat; vitalia ſubit. Agmina diverſi ordinis adſtant, & vota laudis Deo pro illius obitus expectatione perſolvunt: ac licet ob deſolationem ſui nequaquam lugere non poſſent, ſpe tamen maxima conſolantur, quia ſe ſpirituali ejus præſentia numquam deſtituendos fore confidunt. Ipſe vero Pater, circumſtantium filiorum nimia caritate teneriter reſpirans, defeſſum caput paulliſper erexit, atque in his verbis eos alloqui cœpit: Gratia divini amoris ut in vobis jugiter maneat, Fratres dulciſſimi, tota virtute operam date: quam gratiam ut feliciter mereamini perpetualiter obtinere, fraterni amoris officia ſtudioſe invicem exercere ſtudete. Nil, quod vos ab iſtiuſmodi officioſa caritate ſeducat, attendatis; ne ab ea, quæ in Chriſto eſt, ſinceritate cadatis. Maligni inſidiatoris [invidia] quos fidelibus tendit laqueos noſtis, quærentis eorum animas deceptoriis captare figmentis: quæ figmenta, ſicut à me ſæpe audiſtis, omni ſolicitudine cavete, & prout me facere vidiſtis, à vobis procul abjicite. Hæc facite, & Deus pacis erit vobiſcum. Et nunc, Fratres mei dilectiſſimi, nolite moras inferre migranti. Vos equidem, vos jam olim me ad vitam euntem revocaſtis: ſed modo parcite, quæſo: juvat enim me depoſito carnis onere Agnum Dei ſequi. Ultra vobis in hac carne non apparebo, donec Chriſtus reſuſcitet me vobiſcum in fine ſeculi hujus.

ſuos conſolatus,

F

A hujus. O viſcera mea, valete. Urgeor, ô jam defungar! & ô Fratres, vigilate, ne vos ſomnus perpetuæ mortis involvat. Hæc ait, & duræ quieti membra proſtravit. Fratribus autem pſalterium ex ordine decantantibus, & jam uſque ad verſum Pſalmi centeſimi tertii pervenientibus, Emitte ſpiritum tuum & creabuntur, ſpiritum ſuum in manus Creatoris feliciter emiſit, & ſic Agni Dei convivium perpetuo recreandus adivit. Tranſiit autem anno Incarnationis Dominicæ DCCVIIII, qui eſt annus vitæ ejus LXXV, Epiſcopatus vero XLV. *a* Sepultus ſane eſt in monaſterio ſuo, quod ipſemet in *b* Ripum à fundamentis inſtituit, ac Deo in honorem B. Petri Apoſtolorum Principis conſecravit: ubi ut ſe nequaquam vitam perdidiſſe, ſed in melius mutaſſe mortalibus probet; quæ in hac vita poſitus fecerat, huic vitæ ſubtractus miracula, cum res exigit, facere non ceſſat.

moritur anno 709,

a ſepelitur Ripi.

b

Veſtis ejus paralyticam ſanat:

63 Veſtes illius, prout ante mortem diſpoſuerat, diſtributæ ſunt. Unde interulam ejus, ſanctiſſimi corporis ſudore madentem, cuidam religioſæ Abbatiſſæ miniſter deferendam accepit: quam mulier quædam, paralyſi diſſoluta, ut tangere mereretur, obnixe rogavit. Sed hæc quidem ipſam veſtem tangere non meruit, verum aquam, ubi eadem veſtis intincta fuit, in potum accepit, illicoque ſanata eſt. Poſt hæc quidem inimici hominis Dei, propriæ iniquitatis igne ſuccenſi, *c* domum in qua ipſe huic vitæ modum fecerat, injecto igni ſuccendere conati ſunt: at virtus defuncti viventem terruit ignem, domum illæſam ſervavit, hoſtes fugavit, taliterque illum veraciter vivere demonſtravit.

B

c domus ab igne illæſa ſervatur.

64 A die vero depoſitionis ejus jam anno tranſcurſo, convenit undecumque maxima populi multitudo, utpote piæ depoſitionis illius memoriæ excubias celebratura. Cum ergo turba pernox ſua Domino vota perſolveret, & paternæ conſolationis affectum irrecuperabiliter ſeſe in illo perdidiſſe deflereret; aſpiciunt, & ecce lux, cælitus ab Oriente demiſſa, totum locum famuli Dei miro ſplendore irradiavit, omnemque noctis & tenebrarum horrorem ſua præſentia effugavit. Quod videntes magnifice ſunt exhilati, fixum animo præ ſe habentes; non multum de corporali Patris abſentia eſſe dolendum, cum de ſpirituali ejus præſentia, quam aperta lucis oſtenſione ſibi adeſſe didicerant, multo maxime ſcirent eſſe gaudendum. Ex hoc itaque vehemens omnium circa beatiſſimum Patrem Wilfridum veneratio crevit, id quoque certum omnino tenentes, quod ſicut ipſe ſanctiſſimus Pontifex, in hac tranſitoria vita temporaliter degens, omnibus erat mitis & affabilis; ſic & nunc, in illa perenni vita cum Chriſto æternaliter vivens, omnibus diligentibus ſe pius ſit & exorabilis.

Cultus ejus creſcit, luce cælitus demiſſa:

C

65 Magnitudo itaque ſignorum, quæ ad corpus ejus Dominus de die in diem operabatur, merita ipſius longe lateque declarabat, & inſigni fama permotos ad memoriam illius innumeros populos aggregabat. Quapropter locus ipſe multo tempore ſummi honoris eſt habitus, & quibuſque infirmitatibus preſſis ad recuperandam ſanitatem valde ſalubris. Dominus quoque hoſtiles incurſus omni ex parte ſedaverat; quia devotionem populi ſui, quam ad venerationem famuli ſui habebat, perturbatum iri nolebat. Ubi vero, pro aſſiduitate confluentis turbæ, quidam vicini tædio affici, ac idcirco à loci viſitatione paullatim cohiberi cœperunt; contigit ut ipſorum exemplo, alii à fervoris ſui devotione deficerent, nec locum ipſum amplius more ſolito viſitarent: ſicque factum eſt, ut qui primi ad ſtudium piæ actionis alios ſtudio ſuo accenderant, poſtmodum ſua deſidia à pietatis opere quamplurimos diſcedere cogerent.

varia patrantur miracula:

quæ ceſſant cultu flacceſcente:

66 Hæc inter accidit, ut hoſtilis incurſus ipſam provinciam occuparet, occupans inibi multa hominum millia necaret, ac omnia loca monaſterio B. Wilfridi circumjacentia ad inſtar ſolitudinis devaſtaret. *d* Monaſterium ipſum pervaſum & dirutum, quod prius extiterat hymnis & canticis glorioſum, modo erat ferarum & inimicorum ſordibus ignominioſum. Corpus interea ipſius Antiſtitis Chriſti, omni honore privatum, inter ipſas ſordes primo ſepulturæ ſuæ loco manſit immotum: ſed omnipotens Deus, qui ſua pietate & juſtitia nequit privari, quorumdam bene religioſorum mentes in conſiderationem tantæ rei excitat, atque ad demutationem illius affectum effectumque miniſtrat. Regebat ea tempeſtate Chriſtianitatem in Anglia vir bonus & ſanctus, *e* Odo, Cantuarienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, utpote totius Britanniæ Primas: qui cum ſua ſolicitudine diſpoſitionibus omnium Eccleſiarum invigilabat, ipſas Eccleſias, prout ratio poſtulabat, viſitare ſolebat. Qua ſolicitudine actus, cum quodam tempore Eboracenſem provinciam adiſſet, & ea pro quibus venerat ſtrenue peregiſſet; ad Ripum pergit, monaſterium B. Wilfridi conſideraturus. Aderat; & horrida ſolitudine viſa, lacrymis manat. Quo illis in partibus demorante, ii quorum corda (ut dixi) Deus ad demutationem cæleſtis theſauri tetigerat, rati ſe opportunitatem ad expletionem ſuæ voluntatis accepiſſe, præmiſſa ſupplicatione ad Dominum, quod diu mente tractaverant, opere implere ſatagebant: ſicque factum eſt. Nam ſtatuto die ad locum veniunt, terram ubi corpus B. Wilfridi ſepultum jacebat aperiunt, omnia oſſa reverenter cum pulvere levant, & ea venerabili Odoni Cantuarienſi Archiepiſcopo præſentant: quatenus ipſe ea Cantuariam ſecum deferret, & in Eccleſia Chriſti, cui præſidebat, pro voto reconderet. Monaſterio etenim ipſo quo condita fuerant, ſecundum quod prædictum eſt, in ſolitudinem miſerandam redacto, nullus inibi locus reſederat, in quo locari ſervarique tuto valerent. Quocirca arbitrati ſunt, nuſquam tutius aut juſtius ea ſervatum iri poſſe aut debere, quam in Eccleſia Cantuarienſi, ea videlicet cauſa, quod & illo tempore Cantia magna pace vigebat, & quia ipſe beatus vir olim fraude quorumdam ſupplantatus, cum converſari non poſſet in Eccleſia Eboracenſi, eidem Eccleſiæ Cantuarienſi per Sacerdotale officium curam impenderat. Juſtum ſiquidem illis viſum fuit, ut illic mortuus in pace quieſceret, ubi vivens in pace quievit. Præter hæc quoque, affectus ſacri amoris, quem ad venerandum Odonem habebant, maxima cauſa fuit: nam cum illum talia dona diligere noverant, in hoc ſe ejus dilectioni morem gerere veraciter intelligebant. Ne tamen locus, quem ipſe B. Wilfridus, dum in corpore degeret, præ ceteris amavit, ipſis reliquiis penitus privaretur; aliquantula earum pars eſt ab eis cum pulvere retenta, atque in loco convenienti repoſita. Porro venerabilis Odo, tanto munere locupletatus, Cantuariam rediit: ubi magna totius civitatis exultatione ſuſceptus, & in aulam Dei ſacra cum laude perductus, ſanctiſſimas B. Wilfridi reliquias, quas advexerat, in majori altari, quod in honorem Jeſu Chriſti Domini noſtri ſacratum erat, collocavit. Qua de re poſteritati, ne ulla dubietas naſceretur, ipſe Pater qui eaſdem reliquias ſuſcepit, tranſtulit, ac (ut diximus) in altari recondidit; in Prologo ipſius operis, quod de vita & converſatione ejus ſcripſit, hæc quæ diximus *f* brevi ſententia promulgavit.

Auctore Eadmero diruti dein monaſterii locum, *d*

e viſitante Odone Archiepiſcopo,

traduntur oſſa S. Wilfridi,

Cantuariæ deferenda:

E

F

præter particulas ibi ſervandas.

Odo tranſlatu ſub altari condit:

f Lanfrancus loco decentiori reponit.

67 Nos quoque, qui oſſa ipſa de præfato loco accepimus, nulla de his dubietate fluctuare permittimur: nam in ipſo loco, cum multis annis illibata ſervarentur, & jam ab illo tempore, quo illic primo

locata

AUCTORE RADMERO locata ſunt, centenarius annorum numerus nonnullis annis ſuperaretur; æquo Dei omnipotentis occultoque judicio, civitas Cantuariorum fere tota igne
g cremata, atque eccleſia Chriſti inibi conſtituta eodem eſt incendio conflagrata. Cujus conflagrationis anno tertio jucundæ ſimul & glorioſæ memoriæ
h h Lanfrancus, Cadomenſis Cœnobii Abbas, ipſam eccleſiam regendam ſuſcepit: qui poſtquam eſt in ipſo Patriarchatu primæ Metropolis Anglorum nobiliter uſquequaque roboratus, quidquid ipſius eccleſiæ vetuſti operis reſederat, nova omnia conſtructurus, evertit. Cum ergo prædictum altare ſubverteretur, reliquiæ beati Wilfridi repertæ ac levatæ
12 Octobr. ſunt, atque in ſcrinio collocatæ. Verum cum poſt aliquot annos Fratrum voluntas in eo conſentiret, ut magis fixo loco clauderentur, ſepulcrum eis in aquilonari parte altaris factum eſt, & in eo ſunt *i* quarto Idus Octobris reverenter incluſæ.

Auctoris epilogus, 68 Nos quoque his ita de ipſo Patre quoquo modo digeſtis, jam tandem ſcribendi ordinem concludamus, & Deo ac Domino noſtro Jeſu Chriſto
B gratias de omnibus ſuis perſolventes, finem huic opuſculo imponamus. Verumtamen id in fine adjiciendum putavimus, ut ſi quis hæc legens vel audiens, indignitatem & ingenii mei fatuitatem remota pietate perpenderit, & ea re iis quæ de tanto Patre dicta ſunt fidem præbere contempſerit; noverit quia omnia, quæ de eo utcumque deſcripſimus, auctori-
& fides. tate venerabilium virorum, Odonis videlicet Archiepiſcopi & Bedæ Presbyteri, roborata probamus, nil in eis ex noſtra parte ponentes, niſi quod propriis oculis intuiti ſumus. Illud tamen quod dixi de
k k damnatione Regis Egfridi, fateor nuſquam legi: ſed tot taleſque viri ita ſe habuiſſe confirmant, ut eis nolle credere magnæ impudentiæ eſſe crediderim. Sit itaque laus & gratiarum actio omnipotenti Deo Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

EPITAPHIUM EX BEDA.

C

WIlfridus hic, magnus, requieſcit corpore Præſul;
Hanc Domino qui aulam, ductus pietatis amore,
Fecit, & eximio ſacravit nomine Petri,
Cui claves cæli Chriſtus dedit arbiter orbis;
Atque auro ac Tyrio devotus veſtiit oſtro.
Quin etiam ſublime crucis radiante metallo
Hic poſuit tropheum; necnon & quartuor auro
Scribi Euangelii præcepit in ordine libros,
Ac thecam è rutilo his condignam condidit auro.
Paſchalis qui etiam ſolennia tempora curſus
Catholici ad juſtum correxit dogma canonis,
Quem ſtatuere Patres: dubioque errore remoto
Certa ſuæ genti oſtendit moderamina ritûs.
Inque locis iſtis monachorum examina crebra
Colligit; ac monitis, cavit, quæ Regula Patrum,
Sedulus inſtituit: multiſque domique foriſque
Jactatus nimium per tempora longa periclis,
Quindecies ternos poſtquam egit Epiſcopus annos,
Tranſiiit, & gaudens cæleſtia regna petivit. D
Dona, Jeſu, ut grex Paſtoris calle ſequatur.

ANNOTATA.

a *Beda teſte* defunctus eſt in monaſterio ſuo, quod habebat in provincia Undalum ſub regimine Cudbaldi, & miniſterio Fratrum perlatus in primum ſuum monaſterium, quod dicitur Inrhipum, poſitulque eſt in eccleſia S. Petri Apoſtoli, juxta altare ad Auſtrum. *Eſt provincia Vndalum in parte Septemtrionali bodierni Comitatus Northamptonienſis, ubi etiamnum oppidum ad Ninnam fluvium appellatur* Oundle, *in quo fuerat ab eo monaſterium erectum, & Cudbaldus Abbas conſtitutus. Addit Malmesburienſis eum ad* colloquium Coelredi Regis Merciorum invitatum, ſimul ut & monaſteriorum ſuorum, quæ in illa regione plurima per indulgentiam Regum conſtituerat, quietem procuraret, profectum eſſe.

b Wilfridus Tutbertum, comitem ſuum individuum, ſi ipſe forte moreretur, deſignavit Præfectum E
Ripenſi Eccleſiæ. *Ita in monaſtico Anglicano pag.* 172.

c *In eodem Monaſtico Anglicano, ex collectione Lelandi de Vita S. Wilfridi, dicuntur* nobiles quidam exules combuſſiſſe cœnobium in Undalum, ubi Wilfridus obiit excepta una domo, in qua Wilfridus obiit, quam nullis fomitibus adjectis comburere potuerunt. Monaſterium de Undalum erat magna ſepe ſpinea circumdatum, quæ etiam conflagravit, ſed Crux lignea ibi poſita, ubi Wilfridi corpus ligneo balneo collutum fuit, à trucum labibus intacta permanſit. *At* Bacula Abbas inter ceteros, corpus Wilfridi ſindone involuit. *Ita ibidem.*

d *Rogerus de Hoveden, Anno* 948, *inquit*, pro infidelitate Northimbrenſium, egregius Rex Anglorum Edredus totam Northimbriam devaſtat: in qua devaſtatione monaſterium, quod dicitur Inrhipum, à S. Wilfrido Epiſcopo quondam conſtructum, igne eſt combuſtum.

e *S. Odo poſt hanc devaſtationem ſuperfuit uſque ad* 4 *Iulii anni* 961. *Hanc autem tranſlationem factam eſſe anno* 957 *aut* 959 *varii tradunt.* F

f *Gervaſius Dorovernenſis de combuſtione & reparatione Eccleſiæ Dorobornenſis hæc ita ſcribit:* Venerabilis Odo corpus B. Wilfridi Pontificis Eboracenſium de Rhipum ſublatum Cantuariam tranſtulerat, & illud in editiore entheca, ut ipſemet ſcribit, hoc eſt in majori altari, quod in Orientali presbyterii parte parieti contiguum, de impolitis lapidibus & cæmento extructum erat, digniter collocaverat.

g Anno 1066 Eccleſiam Chriſti Cantuarienſem conflagraſſe *ſcribitur ſub finem Chronologiæ Anglo-Saxonicæ.*

h *Anno* 1070 *conſecratus quarto Kalendas Septembris in feſto Decollationis S. Ioannis Baptiſtæ, die Dominica, littera Dominicali* C

i *Cœpta dein apud Cantuarienſis feſtiva ſolennitas ad* 12 *Octobris.*

k *A Beda injuſta illius bella culpari ſupra monuimus.*

DE

DE SANCTO EGBERTO

PRESBYTERO IN INSVLA HYENSI.

G. H.

ANNO DCCXXIX

VEnerabilis Beda res præclare à S. Egberto Presbytero peractas, ſuæ hiſtoriæ Anglicanæ diligenti opera inſeruit, quas inde excerptas hic damus. *Tempus obitus:* Mortuus is eſt anno DCCXXIX hoc XXIV Aprilis, die ſolunni Paſchæ, ut rectiſſime Beda obſervavit. Concurrebant ſiquidem eo anno cyclus Lunæ VIII & Solis X, cum littera Dominicali B, qui characteres optime indicant Paſcha tunc celebratum fuiſſe hoc XXIV Aprilis: ad quem diem iſta leguntur in tabulis Martyrologii Romani: In *cultus ſacer,* Hibernia S. Egberti Presbyteri & monachi, admirandæ humilitatis & continentiæ viri: & in Notis indicantur varia loca Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Bedæ. De eodem agitur in antiquo Kalendario Trevirenſi S. Maximini, & in Ms. Florario Sanctorum, in Auctario etiam Greveni & Molani, in Martyrologio Anglicano & Kalendariis Hibernicis. Adſcribitur etiam Natalibus Sanctorum Belgii à Molano editis, & Faſtis Belgicis Mirei, eo quod in Friſiam ipſemet voluerit venire, ſed oraculo divino prohibitus alios eo deſtinarit: & hac ipſa de cauſa colitur in diœceſi Vltrajectina ſub ritu officii ſemiduplicis, lectionibus ſecundi Nocturni contractis, ubi talis præſcribitur Oratio. Deus, cujus Spiritu Beatus Egbertus, ſalutem gentium ſitiens, varios fidei præcones in opus Euangelicum deſtinavit; dirige quæſumus, ejus intercedentibus meritis, ad te tuorum corda ſervorum, ut ſpiritus tui fervore concepto, & in fide inveniantur ſtabiles & in opere efficaces.

B *Oratio.*

An Ordinis S. Benedicti? 2 *Trithemius lib. 3 de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti cap. 130 iſta ſcribit.* Egbertus monachus & Presbyter, & monaſteriorum S. Columbani in Hibernia & Britannia rector & Abbas, ſanctiſſimæ converſationis vir, in prædicatione verbi Dei ſtudium habuit & gratiam. Hujus diſcipulus fuit S. Willebrordus, Trajectenſis Epiſcopus. Claruit anno Domini DCC. *Hæc Trithemius, quem ſequuntur Wion, Menardus, Bucelinus. At qui ſupra* Columbanus *dicitur, à Beda & aliis* Columba Abbas *appellatur, traditurque ſuis propriam regulam præſcripſiſſe, quod erit ad diem ejus natalem IX Junii diſcutiendum. Ghinius eum adſcribit Natalibus Sanctorum Canonicorum. Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, qui non ſunt in Martyrologio Romano, alium aliquem Egbertum arbitratus, iſta proponit:* In

C *An idem hic à Ferrario proponatur?* inſula Huenſi S. Egberti Abbatis & Presbyteri: *& citatur Molanus in Additionibus & Natalibus Sanctorum; ſed is unus ademque eſt. Iterum Ferrarius iſta ſcribit:* Dorni in Sutherlandia S. Egberti Presbyteri. *Quæ eadem leguntur in Menologio Scotico Dempſteri, additis litteris B. & W. quibus indicantur Wionis Martyrologium & Breviarium Scoticum maxime Aberdonenſe. Ex hoc curavimus nobis elogia Sanctorum deſcribi: ſed nullam in iis mentionem S. Egberti invenimus: & Wion ſolum proponit verba Martyrologii Romani, atque in Notis nonnulla ex Trithemio deſcribit. Potuit nihilominus, ob cauſas nobis ignotas, S. Egbertus aliquam venerationem Dorni habuiſſe. In quodam Heortologio potius quam Martyrologio, carmine heroico ſub nomine Bedæ tomo X Spicilegii per Lucam Dacherium edito, referuntur ſolum aliqui Sancti, quorum cultus videtur celebrior fuiſſe in Anglia, ac primo loco habetur* S. Georgius, *cui ſubjunguntur* Egbertus *& uterque* Wilfridus, *& de Egberto iſta traduntur.*

Egbertus digna virtutum laude coruſcus,
Aſtriferum Octavis veneranter ſcandit Olympum.

VITA

Ex Hiſtoria Eccleſ. Ven. Bedæ.

1 ANno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo ſexageſimo quarto, ſubita peſtilentiæ lues, depopulatis prius Auſtralibus Britanniæ plagis, Nordhumbrorum quoque provinciam corripiens, atque acerba clade diutius longe lateque deſæviens, maguam hominum multitudinem ſtravit. Qua plaga Domini Sacerdos *a* Tuda raptus eſt de mundo, & in monaſterio quod vocatur Pegnalech, honorifice ſepultus. Hæc autem *b* plaga Hiberniam quoque inſulam pari clade premebat. Erant ibidem eo tempore multi nobiliſum ſimul & mediocrium de gente Anglorum, qui tempore *c* Finani & Colmani Epiſcoporum, relicta inſula patria, vel divinæ lectionis vel continentioris vitæ gratia, illo ſeceſſerant. Et quidam quidem mox ſe monaſticæ converſationi fideliter mancipaverunt, alii magis circumeundo per cellas Magiſtrorum lectioni operam dare gaudebant. Quos omnes Scoti libentiſſime ſuſcipientes, victum eis quotidianum ſine pretio, libros quoque ad legendum, & magiſterium gratuitum præbere curabant. Erant inter hos duo juvenes magnæ indolis de nobilibus Anglorum, *d* Edelhun & Egbert; quorum prior frater fuit *e* Æthelwini, viri æque Deo dilecti, qui & ipſe ævo ſequente Hiberniam gratia legendi adiit, & bene inſtructus patriam rediit, atque Epiſcopus in provincia Lindiſſe factus, multo Eccleſiam tempore nobiliſſime rexit. Lib. 3. c. 27

a *Saviente peſte in Northumbria & Hibernia,* *b* *c* *ex Anglia in Hiberniam,* *d* *e* *profectus S. Egbertus cum S. Edelhun,*

2 Hi ergo cum eſſent in monaſterio, quod lingua Scotorum Rathmelſigi *f* appellatur; & omnes ſocii ipſorum vel mortalitate de ſeculo rapti, vel per alia eſſent loca diſperſi; correpti ſunt ambo morbo ejuſdem mortalitatis, & graviſſime afflicti. E quibus Egbert (ſicut mihi referebat quidam veraciſſimus & venerandæ canitiei Presbyter, qui ſe hæc ab ipſo audiſſe perhibebat) cum ſe æſtimaret eſſe moriturum, egreſſus eſt tempore matutino de cubiculo, in quo infirmi quieſcebant, & reſidens ſolus in loco opportuno, cœpit ſedulus cogitare de actibus ſuis; & compunctus memoria peccatorum ſuorum, faciem lacrymis abluebat; atque intimo ex corde Deum precabatur, ne adhuc mori deberet, priuſquam vel præteritas negligentias, quas in pueritia ſive infantia commiſerat, perfectius ex tempore caſtigaret, vel in bonis ſe operibus abundantius exerceret. Vovit etiam votum quia adeo peregrinus vivere vellet, ut numquam in inſulam, in qua natus eſt, id eſt Britanniam rediret, quod præter ſolennem canonici temporis pſalmodiam (ſi non valetudo corporis obſiſteret) quotidie pſalterium totum in memoriam divinæ laudis decantaret, quod in omni ſeptimana diem cum nocte jejunus tranſiret. Cumque finitis lacrymis & votis domum rediret, invenit ſodalem dormientem; & ipſe quoque lectulum conſcendens, cœpit in quietem membra laxare: & cum paullulum quieſceret, expergefactus ſodalis reſpexit eum, & ait: O frater Egberte, ô quid feciſti? Sperabam quia pariter ad vitam æternam intraremus. Verumtamen ſcito, quia quæ poſtulaſti accipies. Didicerat enim per viſionẽ, & quid ille petiſſet, & quia petita impetraſſet. Quid multa? Ipſe Edilhun proxima nocte defunctus eſt.

f *peſte correptus,* *& ſocio defuncto,*

ex Beda. At vero Egbert, decuſſa moleſtia ægritudinis, con-
convaluit, valuit; ac multo poſt tempore vivens, acceptum-
que Sacerdotii gradum condignis ornans actibus,
poſt multa virtutum bona, ut ipſe deſiderabat, nu-
& vivit per, id eſt anno Dominicæ incarnationis ſeptingen-
uſque ad teſimo viceſimo nono, cum eſſet ipſe annorum
annũ 729. nonaginta, migravit ad regna cæleſtia.

3 Duxit autem vitam in magna humilitatis, man-
magna vir- ſuetudinis, continentiæ, ſimplicitatis & juſtitiæ per-
tute & zelo fectione: unde & genti ſuæ, & illis in quibus
animarum exulabat nationibus Scotorum ſive Pictorum, &
excellens, exemplo vivendi, & inſtantia docendi, & auctorita-
te corripiendi, & pietate largiendi de his quæ à di-
vitibus acceperat, multum profuit. Addidit autem
ſtricte jejunat. votis quæ diximus, ut in Quadrageſima ſemper
non plus quam ſemel in die reficeretur, non aliud
quam panem ac lac tenuiſſimum, & hoc cum men-
ſura, guſtaret. Quod videlicet lac pridie novum
in phiala ponere ſolebat, & poſt noctem, ablata ſu-
perficie craſſiore, ipſe reſiduum, cum modico
(ut diximus) pane, bibebat. Cujus modum con-
tinentiæ etiam quadraginta diebus ante Nativitatem
Domini, totidem quoque poſt peracta ſolennia
Pentecoſtes hoc eſt Quinquageſimæ, ſemper obſer-
B vare curabat.

Lib. 4. c. 3 4 Convenit autem revelationi & relationi fratris
g Trumberti de obitu Ceaddæ *g* Antiſtitis etiam ſer-
mo reverendiſſimi Patris Egberti, de quo ſupra
diximus, qui dudum cum eodem Ceadda adoleſcen-
Vixit diu te & ipſe adoleſcens in Hibernia monachicam in
cum S. orationibus, & continentia, & meditatione divina-
Ceadda, rum Scripturarum, vitam ſedulus agebat. Sed illo
poſtmodum patriam reverſo, ipſe peregrinus pro
Domino uſque ad finem vitæ permanſit. Cum
ergo veniret ad eum longo poſt tempore gratia
viſitationis de Britannia vir ſanctiſſimus & conti-
h nentiſſimus, vocabulo Higbald, *h* qui erat Abbas
in provincia Lindiſſi; & ut ſanctos decebat de vita
patrum priorum ſermonem facerent, atque hanc
æmulari gauderent; intervenit mentio reverendiſſi-
ejus ani- mi Antiſtitis Ceadda. Dixitque Egbert: Scio ho-
mam à S. minem in hac inſula adhuc in carne manentem, qui
Ceddi fra- cum vii ille de mundo tranſiret, vidit animam
tre aſſump- Ceddi fratris ipſius cum agmine Angelorum de-
tam ſcivit. ſcendentium de cælo, & aſſumpta ſecum anima ejus
ad cæleſtia regna redire. Quod utrum de ſe, an de
alio aliquo diceret, nobis manet incertum: dum ta-
men hoc tantus vir dixit, quia verum ſit, eſſe non
C poſſit incertum.

Lib. 5 c. 10 5 Eo tempore venerabilis, & cum omni hono-
rificentia nominandus famulus Chriſti & Sacerdos
Egbertus, quem in Hibernia inſula peregrinam du-
cere vitam, pro adipiſcenda in cælis patria retulimus;
propoſuit animo pluribus prodeſſe, id eſt, inſito
opere Apoſtolico verbum Dei, aliquibus earum,
quæ nondum audierant, gentibus euangelizando
In conver- committere. Quarum in Germania pluritas nove-
ſionem Fri- rat eſſe nationes, à quibus Angli vel Saxones, qui
ſonum & nunc Britanniam incolunt, genus & originem duxiſ-
aliorum ſe noſcuntur. Unde hactenus à vicina gente Brito-
abiturus, num corrupte *i* Germani nuncupantur. Sunt autem
i *k* Freſones, *l* Rugini, Dani, *m* Huni, antiqui *n*
k l m n Saxones, *o* Boruchtuarii. Sunt etiam alii perplures
o iiſdem in partibus populi, paganis adhuc ritibus ſer-
vientes, ad quos venire præfatus Chriſti miles cir-
cumnavigata Britannia diſpoſuit, ſi quos forte ex
illis ereptos ſatanæ ad Chriſtum transferre vale-
ret: vel ſi hoc fieri non poſſet, Romam venire ad
videnda atque adoranda beatorum Apoſtolorum ac
Martyrum Chriſti limina cogitavit. Sed ne aliquid
horum perficeret, ſuperna illi oracula ſimul & ope-
ra reſtiterunt. Siquidem electis ſociis ſtrenuiſſimis,
& ad prædicandum verbum idoneis, utpote actione D
ſimul & eruditione præclaris, præparatiſque omni-
bus quæ navigantibus eſſe neceſſaria videbantur, ve-
nit die quadam mane primus ad eum unus de Fratri-
bus, diſcipulus quondam in Britannia & miniſter
Deo dilecti Sacerdotis *p* Boiſili, cum eſſet idem Boi- *p*
ſil Præpoſitus monaſterii Mailroſenſis ſub Abbate
q Eata, referens ei viſionem, quæ ſibi eadem nocte *q*
apparuiſſet. Cum expletis, inquiens, hymnis ma- *impeditur*
tutinalibus in lecto membra depoſuiſſem, ac levis *à S. Boiſolo*
mihi ſomnus obrepſiſſet; apparuit magiſter quon- *apparente*
dam meus & nutritor amantiſſimus Boiſil, interro- *alteri,*
gavitque me an eum cognoſcere poſſem. Aio:
Etiam: tu es enim Boiſil. At ille: Ad hoc, inquit,
veni, ut reſponſum Domini Salvatoris Egberto ad-
feram, quod te tamen referente oportet ad illum ve-
nire. Dic ergo illi, quia non valet iter quod propo-
ſuit implere: Dei enim voluntas eſt, ut ad *r* Colum- *r*
bæ monaſteria magis docenda pergat. Erat autem *& jubetur*
Columba primus Doctor fidei Chriſtianæ tranſmon- *ire ad mo-*
tanis Pictis ad Aquilonem, primuſque fundator *naſterium*
monaſterii quod in Hy inſula multis diu Scoto- *S. Columbæ:*
rum Pictorumque populis venerabile manſit. Qui
videlicet Columba nunc à nonnullis, compoſi-
to à cella & Columba nomine, Columkelli voca- E
tur.

6 Audiens autem verba viſionis Egbertus, præ-
cepit fratri qui retulerat, ne cuiquam hæc alteri re-
ferret, ne forte illuſoria eſſet viſio. Ipſe autem taci- *necdum*
tus rem conſiderans, veracem eſſe timebat. Nec ta- *monitioni*
men à parando itinere, quo ad gentes docendas iret, *obſecun-*
ceſſare volebat. At poſt paucos dies rurſum, Venit *dans,*
ad eum præfatus Frater dicens, quia & ea nocte ſibi
poſt expletas matutinas Boiſil per viſum apparuerit,
dicens: Quare tam negligenter ac tepide dixiſti *iterum mo-*
Egberto, quæ tibi dicenda præcepi. At nunc vade *netur,*
& dic illi: Quia velit nolit debet ad monaſteria Co-
lumbæ venire; quia aratra eorum non recte ince-
dunt; oportet autem eum ad rectum hæc tramitem
revocare. Qui hæc audiens, denuo præcepit fratri,
ne hæc cuiquam patefaceret. Ipſe vero tametſi cer-
tus eſt factus de viſione, nihilominus tentavit iter
diſpoſitum cum Fratribus memoratis incipere.
Cumque jam navi impoſuiſſent, quæ tanti itineris *& abitum*
neceſſitas poſcebat, atque opportunos aliquot die- *tentans im-*
bus ventos expectarent; facta eſt nocte quadam *peditur*
tam ſæva tempeſtas, quod perditis nonnulla ex *tempeſtate.*
parte his quæ in navi erant rebus, ipſam in la-
tus jacentem inter undas relinqueret: ſalvata
ſunt tamen omnia, quæ erant Egberti & ſociorum F
ejus.

7 Tum ille quaſi propheticum illud dicens, Quia
propter me eſt tempeſtas hæc, ſubtraxit ſe illi pro- Ion. 1, 12.
fectioni, & remanere domi paſſus eſt. At vero
unus de ſociis ejus, vocabulo Witbertus, cum eſ- *abeunte in*
ſet & ipſe contemptu mundi ac doctrinæ ſcien- *Friſiam è*
tia inſignis (nam multos annos in Hibernia per- *ſociis Wit-*
egrinus anachoreticam in magna perfectione vi- *berto.*
tam egerat) aſcendit navem; & Freſiam perve-
niens, duobus annis continuis genti illi ac Regi il-
lius Radbodo verbum ſalutis prædicabat, neque ali-
quem tanti laboris fructum apud barbaros invenit
auditores. Tunc reverſus ad dilectæ locum peregri- *& poſt*
nationis, ſolito in ſilentio Domino vacare cœpit. Et *biennium*
quoniam externis prodeſſe ad fidem non poterat, *reverſo.*
ſuis amplius ex virtutum exemplis prodeſſe cura-
bat. *ſ* *ſ*

8 Ut autem vidit vir Domini Egbertus, quia Cap. 11,
nec ipſe ad prædicandum gentibus venire permitte-
batur, retentus ob aliam ſanctæ Eccleſiæ utilitatem,
de qua oraculo fuerat præmonitus; nec Witbertus
illas deveniens in partes, quidquam proficiebat;
tentavit

A tentavit adhuc in opus verbi mittere viros ſanctos & induſtrios, in quibus eximius Wilbrordus presbyteri gradu & merito præfulgebat. Qui cum illo advenissent (erant autem numero duodecim) divertentes ad Pipinum Ducem Francorum, gratanter ab illo ſuſcepti ſunt: & quia nuper citeriorem Freſiam, expulſo inde Radbodo Rege, ceperat, illo eos ad prædicandum miſit: ipſe quoque imperiali auctoritate juvans, ne quis prædicantibus quidquam moleſtiæ inferret; multiſque eos, qui fidem ſuſcipere vellent, beneficiis attollens. Unde factum eſt, opitulante gratia divina, ut multos in brevi ab idololatria ad fidem converterent Chriſti.

at miſſo S. Willibrordo cum Sociis,

ſucceſſum optatum habuit:

t Cap. 23. 9 Nec multo *t* poſt illi quoque, qui inſulam Hy incolebant monachi Scoticæ nationis, cum his quæ ſibi erant ſubdita monaſteriis, ad ritum Paſchæ ac tonſuræ canonicum, Domino procurante perducti ſunt. Siquidem anno ab incarnatione Domini ſeptingenteſimo ſexto decimo, quo, Oſredo occiſo, Coënredus gubernacula regni Nordanhumbrorum ſuſcepit, cum veniſſet ad eos de Hibernia Deo amabilis, & cum omni honorificentia nominandus, pater ac Sacerdos Egbertus, honorifice ab eis & multo cum gaudio ſuſceptus eſt. Qui quoniam & Doctor

anno 716 in inſula Hy benigne exceptus,

B ſuaviſſimus, & eorum quæ agenda docebat erat executor devotiſſimus, libenter auditus ab univerſis, immutavit piis ac ſedulis exhortationibus inveteratam illam traditionem parentum eorum (de quibus Rom. 10, 2 Apoſtolicum illum licet proferre ſermonem: Quod æmulationem Dei habebant, ſed non ſecũdum ſcientiam) Catholicoque illos atque Apoſtolico more celebrationem (ut diximus) præcipuæ ſolennitatis, ſub figura Coronæ *u* perpetuæ agere perdocuit. Quod mira divinæ conſtat factum diſpenſatione pietatis, ut quoniam gens illa, quam noverat ſcientiam divinæ cognitionis, libenter ac ſine invidia populis Anglorum communicare curavit; ipſa quoque poſtmodum per gentem Anglorum in eis, quæ minus habuerat, ad perfectam vivendi normam perveniret. Sicut è contra Britones, qui nolebant Anglis eam quam habebant fidei Chriſtianæ notitiam pandere; credentibus jam populis Anglorum & in regula fidei Catholicæ per omnia inſtructis, ipſi adhuc inveterati & claudicantes à ſemitis ſuis, & capita fieri ſine corona prætendunt, & ſolennia Chriſti ſine Eccleſiæ Chriſti ſocietate venerantur. Suſceperunt autem Hyenſes monachi, docente Egberto, ritus vivendi Catholicos, ſub Abbate Duumchado, *y* poſt annos circiter octoginta, ex quo ad prædicationem gentis Anglorum *z* Aidanum miſerant Antiſtitem. Manſit autem vir Domini Egbertus annos tredecim in præfata inſula, quam ipſe, velut nova quadam relucente gratia eccleſiaſticæ ſocietatis & pacis, Chriſto conſecraverat: annoque Incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimo viceſimo nono, quo Paſcha Dominicum octavo kalendarum Maiarum die celebrabatur, cum Miſſarum ſolennia in memoriam ejuſdem Dominicæ Reſurrectionis celebraſſet, eodem die & ipſe migravit ad Dominum; ac gaudium ſummæ feſtivitatis, quod cum Fratribus, quos ad unitatis gratiam converterat, inchoavit; cum Domino & Apoſtolis, cet iſque cæli civibus complevit, imo idipſum ſine fine celebrare non deſinit. Mira autem divinæ diſpenſatio proviſionis erat, quod venerabilis vir non ſolum in Paſcha tranſivit de hoc mundo ad Patrem; verumetiam cum eo die Paſcha celebraretur, quo numquam prius in eis locis celebrari ſolebat. Gaudebant ergo Fratres de cognitione certa & Catholica temporis Paſchalis, lætabantur de patrocinio pergentis ad Dominum Patris, per quem fuerant correcti. Grãtulabatur ille, quod eatenus in carne ſervatus eſt, donec illum in Paſcha diem ſuos auditores, quem ſemper antea vitabant, ſuſcipere ac ſecum agere videret. Sicque certus de illorum correctione reverendiſſimus Pater, exultavit ut videret diem Domini: vidit, & gaviſus eſt. EX BEDA.

Anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo viceſimo nono, ſanctus vir Domini Egbertus, ipſo die Paſchæ migravit ad Dominum. Cap. 34

u

monachos perduxit ad legitimam celebrationẽ Paſchæ:

C

y

z

moritur anno 729 24 Aprilis die Paſchæ.

ANNOTATA.

a Tuda *Epiſcopus Lindisfarnenſis, creatus in locum S. Colmani, relicto Epiſcopatu in inſulam Hy & Hiberniam profecti, cum vix anno præfuiſſet, mortuus eſt.*

b *De hac peſte conſule dicta* 20 *Ianuarii ad Vitam & obitum S. Fechini Abbatis.*

c *Vitam* S. Finani *Epiſcopi Lindisfarnenſis dedimus* 17 *Februarii, & ſucceſſoris* S. Colmani 18 *ejuſdem menſis.*

d Edelhum *inſcriptus eſt Martyrologio Anglicano & Catalogo Sanctorum Hiberniæ ad diem* 21 *Septembris.*

e Æthelwinus *ſive* Ailwinus, *in Chronico Radulfi de Diceto, creatus dicitur Epiſcopus anno* 682, *& Sedes Epiſcopalis ei aſſignatur* in Lindeſeia: *at Gervaſius in Actis Pontificum Cantuarienſium,* in Sedena. *Succeſſor Æthelwini Sedem habuit in urbecula* Dorceſtra, *ad confluentiam Tamæ & Iſis fluviorum. Conſule dicta ad Vitam S. Ceaddæ* 2 *Martii* § 1. E

f *Colganus in Indice Topographico ad Acta Sanctorum Hiberniæ, in Conactia ſtatuit eccleſiam hujus nominis, ubi quidam S. Colmannus colatur.*

g *Mortuus eſt S. Ceadda anno* 672.

h *Quæ de Higbalbo Abbate conficta referuntur,* 1 *Martii ad Vitam S. Suiberti Epiſcopi rejecimus, num.* 32.

i *Ita etiam aliqui opinantur à Romanis* Germanos *dictos, quaſi* Gallorum fratres; *melius alii ab ipſorummet lingua arbitrantur illos ſic dictos, quod eſſent* viri bellicoſi *vel* toti viriles.

k Freſonum *metropolis & Sedes regia erat Vltrajectum, & populi ultra Rhenum erant in parte Hollandiæ uſque in Germaniam hodiernam.*

l Rugini *ſeu* Rugii, *populi Germaniæ ad oram maris Balthici, in quo adhuc* Rugia *inſula nomen detinet.*

m *Cum* Huni *habitarint verſus Mæotidem paludem, & inde in Pannoniam irruperint &* Hungariam *à ſe nominarint, eorum nomen forſan hic loco alterius gentis intruſum eſt; Quid ſi* Varini, *ibi degentes ubi nunc Ducatus Mechlemburgenſes, ſint reponendi?*

n Saxonum *antiquam Sedem Nordalbingiam, & varias eorum migrationes deduximus ad Vitam S. Anſcharii Archiepiſcopi Hamburgenſis* 3 *Februarii* § 1. F

o Boruchtuarii, *creduntur* Bructeri *minores eſſe, inter fluvios Rhenum & Viſurgim, potiſſimum ad Lippiam fluvium.*

p S. Boiſili *Vitam dedimus* 23 *Ianuarii.*

q S. Eata *ſive* Eatta *colitur* 26 *Octobris.*

r S. Columba Abbas *colitur* 9 *Iunii.*

ſ *Hic* Wictbertus *in Vita S. Suiberti traditur è* 12 *ſociis S. Willibrordi fuiſſe, & in Foſeteſlandia necatus à Ratbodo, quæ ad Vitam S. Suiberti num.* 17 *rejecimus ut minus certa, & erunt ad* 13 *Auguſti ulterius examinanda, quod ad hunc diem à recentioribus referatur.*

t *Præcedentibus capitibus narraverat Beda quomodo circa annum Ofredi Regis quintum, Chriſti* 710, *Picti ad Catholicum Paſcha adducti fuerint: deinde ſic orditur cap.* 23 *ubi quæ narrantur ſpectant ad annum* 716.

u *Contraria ſcilicet ei tonſuræ quæ ſolum de aure ad aurem tendebatur.*

y Duunchadus *ſeu* Dunchadus *mortuus traditur in Annalibus Vltonienſibus apud Vſſerium anno* 717.

z S. Aidanus *Epiſcopus Lindisfarnenſis colitur* 31 *Auguſti. De eo actum eſt* 17 *Februari in Vita S. Finani ſucceſſoris.*

DE S. ANSELMO MÆONENSI,

G.H. *POLYMARTII IN ITALIA.*

XXIV APRILIS. POlymartium *oppidum eſt Hetruriæ, in Faliſcorum finibus ac hodierno Patrimonio S. Petri; nunc* Bomarzo *ſeu* Bonmario *dicitur, ſitum in monte inter Viterbum & Hortam, in cujus diœceſi cenſetur. Polymartio verſus Tiberim eſt proximus pagus* Mugnonum, *ſeu* Mæone *dictus, à quo* S. Anſelmus, *de quo hic agimus, ut ab aliis ejuſdem nominis Sanctis diſtinguatur,* Mæonenſis *cognominatur. Meminit illius Ferrarius in Catalogo generali his verbis:* Apud Polymartium in Thuſcia, S. Anſelmi Confeſſoris. *In notis allegat* tabulas Polymartienſis & Hortanæ Eccleſiæ, *&* Landum Leoncinum tomo 2 Hiſtoriæ ſeu Fabricæ Hortanæ par. 1, *ex qua idem Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ hoc elogium profert:* Anſelmus apud Mæonem pagum Faliſcorum (quem vulgus Mugnonum appellat) ſanctitate non mediocri præfulſiſſe traditur: quamvis quo tempore in humanis fuerit, hactenus ſciri non contigerit. Corpus illius Polymartii, urbe Faliſcorum proxima, in arca marmorea ac in templo auguſto religioſiſſime aſſervatur. Cujus feſtus dies qui in VIII Kalendas Maii incidit, ſumma celebritate agitur, finitimis populis ex devotione eo confluentibus. *Idem Ferrarius mox iterum aliqua de eo profert miracula, ex traditione nuda accepta, quod* vita & miracula, quæ vivens & etiam defunctus edidit, injuria temporum exciderint. *Ista autem refert:* Anſelmus Mæone pago apud Polymartium in Hetruria vitam ſanctiſſimam duxit, ac multis miraculis coruſcavit: quorum quædam recens patrata feruntur. Nam inter alia cum carpentarius clavum, quo melius infigeretur, oleo lampadis ante aram & tumulum S. Anſelmi colluentis (quod doloribus ſalutare eſſe ſolet) unxiſſet, illico illi manus intumeſcere cœpit: nec ante tumor abſceſſit, quam is ante aram proſtratus, veniam orans ſuppliciter poſtulavit. Puer infans à matre in eccleſiam, in qua corpus ſancti Confeſſoris conditum eſt, ductus, quadrantem nummi ex pelvi, quæ oblatam pe uniam obtinebat, manu acceptum in os ſuum immiſit: qui ita linguæ ejus adhæſit, ut nulla vi inde divelli poſſet. Sed ubi mater ante tumulum genuflexa cum filio, opem Divi Anſelmi imploraſſet; ſubito quadrans ex ore pueri ſponte prodiit. Ejus dies feſtus Polymartii VIII Kalendas Maii, non abſque magno populi concurſu, celebratur. *Hactenus Ferrarius. Nicolaus Brautius Epiſcopus Sarſinæ, in Martyrologio Poëtico, eumdem hoc diſtichо celebrat.*

Rure Faliſcorum latitantem ſicut egenum,
Mors facit Anſelmum noſcere, qualis erat.

Elogium: B *dies feſtus,* *miracula:* *ara & oleum lampadis:* *corpus in altari.* E

DE SANCTO ROBERTO,

G.H. *ABBATE CASÆ-DEI ORDINIS BENEDICTINI IN GALLIA.*

CIRCA AN. MLXVII. CAſa-Dei *celeberrimum apud Arvernos in diœceſi Claromontana monaſterium, eſt, ab ipſa urbe, trans Elaverim fluvium verſus Anicium eundo, diſtans circiter ſedecim leucis: quod* S. Rotbertus, *ſive* Robertus, *& ipſe indigena Arvernus, fundavit, ante Eccleſiæ S. Iuliani Privatenſis in eadem ditione Canonicus: de quo dicuntur in antiquo Martyrologio dictæ Eccleſiæ S. Iuliani iſta legi:* Arvernenſi territorio, depoſitio S. Roberti Abbatis: Hic glorioſus Confeſſor Eccleſiæ B. Juliani Brivatenſis Canonicus fuit, ac in ea Theſaurarii officio functus eſt: ibique virtutum incrementis proficiens, meritorumque gratia celſior effectus, ad montem, qui nunc Caſa-Dei dicitur, ſe transtulit. In quo loco aggregatis diſcipulis, monaſterium conſtruxit tempore Leonis noni Romanæ Sedis Præſulis, & Henrici Regis Francorum, qui regnare cœpit anno Dominicæ Incarnationis MXXXI. Tandem vitæ exemplis & doctrina fulgens, cæleſtia petiit; terras etiam miraculis illuſtrans, ibidem ſepelitur. *Memoratur etiam in ſecunda editione Molani in auctario ad Vſuardum, & in Martyrologiis monaſticis Wionis, Dorganii, Menardi & Bucelini, item in Catalogo generali Ferrarii. Breviarium Biterrenſe antiquum Mſ. eumdem S. Robertum colendum præcipit Officio trium lectionum.*

Elogium S. Roberti ex Martyrol. S. Iuliani Brivatenſis: C

2 *Philippus Labbe in Rerum Aquitanicarum collectione, quæ extat tomo 2 Novæ bibliothecæ manuſcriptorum librorum, plurima de hoc Sancto habet, ac primo in Chronico S. Maxentii iſta profert:* Anno MXLIII B. Rotbertus cœpit ædificare monaſterium ſuum Caſæ-Dei, in honorem SS. Agricolæ & Vitalis, quod ipſe primus extruxit & rexit quindecim annis; qui quantæ vitæ quantique meriti fuerit, miracula teſtantur. Obiit autem in pace plenus ſanctitate, VIII Kalendas Maii. *In Catalogo Abbatum pag. 659 hæc notantur:* S. Robertus, ex parentibus liberis natus, natione Arvernus, fuit primus Abbas & Fundator Caſæ-Dei: qui ibi præfuit quindecim annis, obdormivitque in Domino anno Incarnationis Dominicæ MLXVIII & die XXIV Aprilis, ſepultus in eodem loco: cujus Tranſlatio celebratur XIX Octobris. Hic divus Confeſſor claruit vita & miraculis; prout fuſe declaratur in deſcriptione ipſius divinorum operum. *Hæc ibi. Verum ſi anno* MXLIII *cœptum ædificari monaſterium, & ſolum quindecim annis præfuerit; mortuus eſſet non anno* MLXVIII, *ſed anno* MLVIII, *aut certe decem annis ſerius inceptum monaſterium. Ab utroque diſcrepat liber tripartitus de Vita converſatione ac miraculis B. Roberti infra relatus, ubi diſtinctione* 1 *cap.* 18 *dicitur* in Reſurrectione poſt Octavas tertio die ſublimia aſcendens, die XV Kalendas Maii, ac ſepulturæ traditus die VIII *ſcilicet Kalendas Maii. Hæc ibi, quæ plane conveniunt in annum* MLXVII, *quo cyclo Lunæ* VIII, *Solis* XII, *& littera Dominicali G, Paſcha celebratum fuit* VIII *die Aprilis; Octava Paſcha ſeu Dominica in Albis, die* XV *Aprilis; ac feria* III *ſequens incidit in* XV *Kalendas Maii, quando obiiſſet; &* VIII *Kalendas Maii ſeu die* XXIV *Aprilis, quando colitur, fuiſſet ſepultus. At templum poſtmodum conſtructum dedicavit Urbanus* II *Papa, anno* MXCV, *die* XVIII *Auguſti.*

F *videtur mortuus 17 Aprilis, ſepultus 24 an. 1067.*

Caſa-Dei ab eo conſtructa:

3 *Diſtinctione 2 libri tripartiti cap. 6 iſta leguntur:* Geraldus de Venna, diſcipulus & Capellanus B. Rotberti, Vitam & miracula ejuſdem deſcripſit: ſicque Romam pergens, Dominum Apoſtolicum adiit, eique totam rei geſtæ ſanctitatem ſingulatim ac diligenter aperuit. Quibus auditis, Dominus Papa & omnis Cardinalium cœtus gratias Deo exolvunt, & etiam de Sede Apoſtolica ſurgens, pro ſanctitate & reverentia, Gallias, in quibus B. Rotbertus florebat, benedixit: & ut dies ejus tranſitus feſtivus & ſolennis

Vitam primo ſcripſit Geraldus;

A nis in ordine Sanctorum Confeſſorum deinceps haberetur, Apoſtolica auctoritate inſtituit. Alumnus itaque B. Rotberti Geraldus, lætus rediit Caſam-Dei; conventuque facto præceptum eſt, ut per ſingula loca Caſæ-Dei & ubique terrarum feſtivitas beati Magiſtri, digne & laudabiliter coram Deo & hominibus, celebraretur. Quod cum omnes gratiſſime accepiſſent, rediit ad locum quiſque commiſſum. *Hæc ibi.*

& procuravit ejus Canonizationem:

eamdem exornavit Marbodus ante annum 1096,

4 *At quam ſcripſit Geraldus Vitam & miracula*, difficili & prolixo ſtylo, *illam emendavit ac* ſimplici & brevi narratione explicavit Marbodus, Archidiaconus Andegavenſis, *ergo ante annum* MXCVI, *quo is creatus eſt Epiſcopus Redonenſis. Diſtinxit u ſuum tractatum in duos libros, quorum alter eſt, de vita & obitu, alter de miraculis poſt obitum; cujus ſecundi libri prologus indicat, & hunc & priorem librum ſcriptum eſſe rogatu Stephani, Abbatis Caſæ-Dei, cujus deceſſores ſucceſſoreſque habes in Catalogo apud Labbe pag.* 660, *ubi hic Stephanus numeratur in ordine Abbatum Sextus. Habemus nos Codicem membranaceum tam antiqui characteris, ut videatur aut tempore dicti Marbodi aut non diu poſt ejus obitum exaratus: in quo plures Vitæ Sanctorum à Marbodo conſcriptæ continentur: atque inter alias Vita S. Rotberti, duobus libris diſtincta;* B *cum hoc titulo:* Incipit Prologus Marbodi in Vitam S. Rotberti Abbatis: *qua Vita Marbodo etiam adſcribitur diſtinctione 2 Libri tripartiti cap.* 2. *Eamdem Vitam ipſi quoque deſcripſimus in Archimonaſterio Ciſtercienſi. Eamdem accepimus à Petro Franciſco Chifletio ſubmiſſam, ex MSS. Codicibus Montis S. Mariæ & Accincti monaſterii, contulimuſque cum inſigni codice monaſterii Boni-fontis. Aliquod ejus compendium edidit Surius. At librum ſecundum, de Virtutibus & miraculis ejuſdem S. Roberti, contulimus cum editione memorati Philippi Labbe pag.* 652.

datur liber 1 ex 5 MSS.

lib. 2 ex Ms. & editione Labbeana.

5 *Aſt anno* MCLX *conſcriptus eſt* Liber tripartitus, auctore Bertrando monacho, *in cujus diſtinctione prima continentur* miranda, quæ Deus per beatum virum, dum in corpore viveret, ſplendeſcere diſpoſuit: *In ſecunda deſcribuntur* miracula, poſt ejus obitum patrata. *In tertia indicantur* ſucceſſores & monachi illuſtres *dicti monaſterii. Quæ omnia ex apographo Iacobi Sirmondi edidit dictus Labbe, & nos aliis ſubjungimus: quia auctor ab aliis omiſſa refert, quæ, ut in Prologo tradit,* ab illis didicit, qui cum eo converſati ſunt, vel etiam quæ ipſe videndo vel audiendo veraciter comprehendere potuit.

Liber item tripartitus auctore Bertrando monacho.

VITA

Auctore Marbodo, Archidiacono Andegavenſi, poſteà Epiſcopo Redonenſi in Britannia Armorica.

LIBER I.

Acta in vita & obitu,

Ex quinque antiquis MSS.

PROLOGUS.

a *Auctor ſtudet claritati & brevitati:*

VItam B. Rotberti, quam ex diſcipulis a ejus quidam, veraci quidem, ut credimus, ſed difficili ac prolixo ſtylo narravit, ſimplici & brevi oratione, juvante Deo conabimur explicare: quatenus & brevis narratio tædium pellat, & ſimplex elocutio facilem intellectum admittat. Non quod illius ſcriptoris ingenio aliquid derogemus: ſed quia illorum, qui nobis hoc imponunt negotii, religioni & auctoritati plurimum prærogamus: quos quidem ad hoc jubendum ratio traxiſſe videtur. Nam, cum geſta Sanctorum ob hoc litteris mandentur, ut omnium legentium vel audientium ad imitandum accendatur intentio; curandum ſummopere eſt ſcriptori, ut in quantum fieri poteſt, nullius excedat capacitatem, quod ad omnium ſpectat utilitatem: alioquin totum negotium debito fine *b* curtatur, ſi quos ad audiendum gratia rerum invitat, odioſa litteræ difficultas excludat; aut quos littera utcumque admittit, ſupervacua prolongatio languidos reddat. Quapropter nec inuſitatis aut peregrinis dictionibus operam dari, nec diverſis applicationibus convenit *c* lectionem extendi. Neque enim timendum eſt, ne paupertas orationis divitias rerum exhauriat; cum potius ſit ſperandum, linguæ pauperis indigentiam rerum largitate ditandam, in tam ſcilicet honeſto genere cauſæ, ubi ii omne velamen auferatur, materiæ dignitas ſe tuetur. Lectoris igitur benevolentiam & attentionem pariter invitamus, tanto videlicet majorem adepturi mercedem, quanto pluribus, Deo cooperante, labor noſter placuerit. Proderit enim, quibus placebit: ſed & nobis valde placebit, quod proderit: ſicque labor noſter fiet alieni cauſa profectus, & alienus profectus noſtræ cauſa mercedis. Nos autem curabimus pro viribus omnino ut placeat, brevitati, ut diximus; operam dando: non qua neceſſaria defraudemus; ſed qua ſuperflua recidamus: dando etjam operam lenitati, non qua materiæ dignitas *d* minuatur, ſed qua facultas intelligentiæ conferatur. Quod ſi etiam parum accurata legentibus diſplicebit oratio, placeat ſaltem prompta ſcribentis devotio, placeat veritas relationis, placeat recens memoria ſanctitatis. Nam licet in quocumque tempore bene geſtorum fidelibus ſit grata recordatio, vehementius tamen afficit auditorem, quod velut ſub oculis poſitum, præſens probatio ſuſpicione falſitatis abſolvit. Nunc quoniam de his ſatis eſt, ad narrationem veniamus.

Auctores Marbodo ex Mſs.

b

c

d addicit veritatem relationis.

ANNOTATA.

a Geraldus de Venna *ut ſupra dictum.*
b *Ciſtercienſe*, privatur.
c *MS. Boni-fontis*, Lectorem.
d *Alia MSS.* deſtruatur.

CAPUT I.

Ortus, educatio pia: Sacerdotium, deſiderium vitæ monaſticæ.

2 ROtbertus, genere Arvernus, conditione liber, natus eſt de parentibus Chriſtianis, matre Raingarde, patre Giraldo, qui ut creditur, à *a* B. Giraldi Aureliacenſis ſtirpe priſcam duxit originem. Hunc à prima infantia Dei ſervum futurum ſignis quibuſdam oſtenſum eſt, quæ non abſurdum videtur inſerere lectioni. Mater ejus ipſo gravida, cum imminente partus tempore ad quoddam caſtrum tenderet, non ſine Dei nutu urgente neceſſitate in ſolitudine partum effudit; nimirum ſolitudinis erat futurus amator, & vitam hanc in quam naſcebatur, viam reputaturus, non patriam. Delatus eſt inde cum matre ad caſtrum, &, ſicut fieri ſolet, cuidam mulieri traditus ad lactandum. Quem cum illa mammæ admoviſſet, guſtare noluit, non tam lactis deteſtatus odorem, quam peccati latentis horrorem. Patuit hoc continuo, cum & matris ubera libens ſuxit, & priorem illam tentandi cauſa adhibitus, rurſum deſpexit. Mulier enim illa meretrix erat, & ob hoc infans, cum lac reſpueret, damnabat peccatum: neſciebat utique quid damnaret, ſed Dei virtus etiam in neſcientibus operatur.

a *Ex ſtirpe B. Giraldi,*

in ſolitudine natus,

abhorret à lacte impudicæ nutricis:

AUCTORE MARBODO EX MS.

3 Crevit igitur cum infante divina miſeratio: & cum jam puer factus eſſet, traditus eſt diſciplinæ, apud vicum *b* Brivatam, in eccleſia Martyris *c* Juliani: ubi & Clericus factus, & deputatus eſt inter Canonicos: procedente poſtea tempore per ordines Eccleſiaſticos ad Presbyteratum uſque pervenit. Pueritiæ tempora ſic peregit, ut ab his malis, quibus tenera ætas, vel proprio vitio vel alieno, plerumque imbuitur, illæſus evaderet: quin potius inter *d* initia ſtatim meditatus innocentiam, purum vas pectoris recenti ſapore virtutum infecit, ita ut à Deo præventus in benedictionibus dulcedinis, amaritudinem vitiorum nullam poſſet admittere. Jam tunc fide plenus æternorum, temporalia cuncta deſpiciens, ſpem ſuam totam in Domino locaverat, eumque licet parvus non parvo diligebat affectu. Nam in eccleſia totis ſæpe noctibus cum lacrymis excubabat, mirantibus qui eum taliter reperiebant, utpote ab ipſis cuſtodibus ignoratum. Orabat frequentius & legebat, ut in altero ſibi Deum, in altero ſe Deo commendaret. Humilitatem ſectabatur & obedientiam, quibus ſic hominibus occurrebat, ut Dei offenſam non incurreret. Pauperes & afflictos miſericordiæ proſequebatur viſceribus: quibus poterat opem, omnibus exhibens compaſſionem. Ulceribus plena corpora languidorum, abhorrentibus ceteris, ipſe non ſemel manibus contrectavit, manibus lavit, exteriorem immunditiam æquanimiter tolerans, cum interiora lucra potius cogitaret: unde & creditum eſt, manuum ejus pio attactu fugatam ſæpe veletudinem.

b c in eccleſia Brivatenſi S. Iuliani pie adoleſcit

d

deditus orationi,

humili obedientia,

operibus miſericordiæ:

B

4 Talem pueritiam ſecuta eſt adoleſcentia melior, cum & rerum & virium incrementis ad Dei ſervitium uteretur. Nam, quod multis contingere ſolet, in illius ætatis fervente confinio, ut pulſante mentem novæ ſuggeſtionis vento, blanda pudoris naufragia patiantur; hoc ille providus anticipaverat, combiberatque jam dudum caſtitatis amorem, ut pectus virtutibus incoctum, nulla ſaltem turpis poſſet vexare cogitatio. Addebat ergo virtutes virtutibus, ædificabatque indeſinenter turrim, cujus in pueritia jecerat fundamenta. Creſcebant arbores, quas in corde plantaverat, & in vitam fructificabant æternam. Manifeſtior indies divina gratia refulgebat in illo, & jam non pauci ad bene vivendum ejus incitabantur verbo pariter & exemplo. Jejunabat propenſius & orabat, & quantum poſſet larga manu diſtribuebat pauperibus. Nam & domum eleemoſynariam conſtruxit in vico, ut in ea velut ſanctitatis palæſtra, pauperibus miniſtrans exerceretur aſſidue. Certum eſt illum, cum omnia pauperibus erogaſſet in uſus eorum, ſæpe chlamydem vel pallium adjeciſſe. Chriſtum plane in pauperibus attendebat: & ſuam parvi pendens, illius feſtinabat tegere nuditatem. Sic quondam Martinus chlamydem ſuam partitus cum paupere, eadem veſte Chriſtum meruit videre contectum: & licet iſtum non audeam conferre Martino, rem tamen rei non metuam comparare.

cor caſtum ſervat:

domum eleemoſynariam conſtruit:

C

5 Interea Sacerdotio ſtrenue fungebatur, ſtatutis horis aſſiſtens in eccleſia, & offerens Deo frequenter Hoſtias pro ſalute populi Chriſtiani, quem totum velut unum hominem amplo caritatis ſinu geſtabat. Invitabat peccatores ad pœnitentiam, nunc pœnarum terrorem incutiens, nunc proponens gaudia præmiorum, docens nulli de venia deſperandum, qui digne converſus ingemuerit: promittebat inſuper orationum ſuffragia, ac per hoc non paucos aſſidue lucrabatur. Sed & cum voce taceret, vita loquebatur, quamvis, cum voce loqueretur, vitam taceret: nam cum bene vivendi formam oſtenderet in ſeipſo, ſeipſum nullatenus oſtentabat. Morum gravitatem præferebat in vultu: modeſtiam mentis inceſſu & habitu fatebatur: affabilem ſe omnibus exhibebat, cum tamen ſingulis pro conditionis vel ætatis vel etiam morum diverſitate proprium præſentaret affectum. Hac ſiquidem diſcretione vir prudens omnium providebat ſaluti, ut quaſi vicinius & familiarius omnibus perſuaderet, cum ſingulorum in ſe transformaſſet perſonas. Denique cum omnes vitæ merito præveniret, omnibus ſe credi volebat inferiorem. Inter hæc contemplationis amore flagrabat, ut qui ſemper bonis meliora, melioribus optima vellet adjungere. Guſtaverat velut in tranſitu quam ſuavis eſt Dominus, & totis medullis cordis deſiderabat vacare ſoli Deo, ut quaſi præſibatam dulcedinem plenogutture mentis hauriret.

Sacerdos factus multum prodeſt verbo,

& virtutis exemplo:

D

6 Deſtinavit igitur mutare locum, & relictis omnibus Chriſtum ſequi. Elegerat Cluniacenſe cœnobium, religionis ac diſciplinæ loci fama commotus. Adhibito itaque ſibi uno tantum itineris, non conſilii ſocio, inopinatus iter arripuit; metuens, quod & accidit, ne ſi manifeſtus fieret, detineretur à cœptis. Quis enim omnium tali vellet carere patrono, qui tam multorum perſæpe neceſſitatibus occurriſſet? Oculus erat cæco, pes claudo, veſtimentum nudis, cibus jejunis, pupillis & viduis vir & pater, apertio clauſis, tectum peregrinis, ægris medicina, mortuis ſepultura. Comperto ergo, quod latenter diſcederet (mirata enim familia proficiſcentis Domini ſolitudinem ac taciturnitatem, rem paulo poſt divulgaverat) propere omnes, velut pro ſalute publica ſolliciti, profugum inſequuntur, tenent, reducunt.

Cluniacum aditurus clam diſcedit:

invitus reducitur.

E

7 Erubuit vir ſanctus: & propoſitum ſuum non magis impeditum quam manifeſtatum dolens, ex mentis ægritudine morbum incurrit: unde cum cœpiſſet convaleſcere, intelligens ſe Dei voluntate à loco, quo intenderat, revocatum, quia forte alibi plus poſſet proficere, tentavit ſi vel inter ſuos implere poſſet optatum. Sed cum domeſticorum nemo ſalutaribus monitis præberet aſſenſum, irrevocabiliter urgens propoſitum, profectus eſt Romam, ut Apoſtolorum interceſſione à Deo ſibi quod deſiderabat conſilium impetraret: quod autem deſiderabat hoc erat, ut ab hominum frequentia remotus ædificare poſſet in ſolitudine monaſterium, ubi ſub religionis habitu canonicam vitam cum duobus vel tribus duceret, ſoli Deo profeſſus. Reverſus Roma, poſtulata, in fide nihil hæſitans, expectabat: dilatus eſt tamen aliquantum, credo ut dilatione creſceret deſiderium.

Romam peregrinatur.

ANNOTATA.

F

a S. Giraldi, *ſeu* Geraldi Comitis Aureliacenſis *Vitam ſcripſit S. Odo Abbas Cluniacenſis, illuſtrandam ad diem 3 Octobris. Eſt vero* Aureliacum, *vulgo* Orillac, *in ſuperiori Arvernia urbs ampla & pulchra.*

b Brivas *ſeu* Brivata, *olim vicus, nunc oppidum amplum & præclarum in inferiore Arvernia.*

c *Colitur* S. Julianus, Martyr *ſub Diocletiano*, 28 *Auguſti.*

d *Alia MSS.* vitia.

CAPUT II.

Socii duo adſciti: diſceſſus in eremum.

8 INterea miles quidam, Deo inſpirante compunctus, ad virum Dei conſilium petiturus acceſſit, qualiter peccatorum ſuorum magnitudinem, quorum conſcientia torquebatur, digna poſſet ſatisfactione delere: nihil eſſe dicens tam arduum, quod propter Dei recuperandam gratiam non ſubiret. Accepit à Sancto, ut relictis omnibus ad Chriſti militiam ſe transferret. Cui cum ille reſpondiſſet, id quidem ſe facturum, ſi fieri poſſet cum ipſo, libentiſſime; intelle xit

Militem pœnitentem excipit:

A intellexit vir Deo plenus hunc ſibi ſocium ac voluntatis ſuæ miniſtrum divinitus deſtinatum. Gaviſus ergo non parum, totum deſiderii ſui ſecretum aperuit, ſocium ſe pollicetur, pactum firmat, hominem lætum dimittit, dans illi negotium ut locum huic propoſito congruum quærat, & tertium ſibi ſocium ſi poſſit adſciſcat. Dictat loci congruentiam, eccleſiam ſcilicet aliquam in eremo, deſertam licet ac dirutam, tamen parochialem, ubi de labore manuum vel herbarum radicibus victus qualiſcumque poſſet acquiri: parochialem ut credo, ne ſi novum in alieno collocarent oratorium, veteribus locis inferre viderentur injuriam; neque enim quod ſupernæ tantum cauſa mercedis arripere diſponebant, alicujus terrenæ cupiditatis ſaltem umbra decebat fuſcari. Miles itaque jam fide plenus & conſtantia, ut cœptum ſuum Dei clementia proſperaret, ad memoriam beatæ Virginis Anicium ire decrevit, ſciens nihil ſibi ad impetrandum efficacius, quam ſi Matris apud Filium patrocinio uteretur. Quo dum properat, ecce in via nutu Dei paratum invenit quod petebat; eccleſiam ſcilicet veterem, vaſta cinctam ſolitudine, votis ſuis in omnibus reſpondentem. Exauditum erat ante preces pium ejus deſiderium, & per Sancti merita petitionem miniſtri præcurrebat effectus. Tendit tamen ille quo cœperat, ut loco precum grates perſolveret: addit & preces, ut Dei miſericordia, quod in ejs cœperat, conſummaret. Reverſus ad Magiſtrum, nuntiat quod ferebat, exponit loci ſolitudinem & ceteras ad arcte vivendum opportunas importunitates. Congratulatus vir Dei gratias agit, & ad cetera ſtrenue perſequenda diligentiam fratris hortatur. Deerat votis unum, ut tertium, tanti propoſiti ſocium, invenirent; nam & inter duos ſolet eſſe tertius quaſi vinculum caritatis, & ſub hoc numero unanimes trino & uni Deo videbantur convenientius ſervituri. Acceſſit brevi quod deerat, divina gratia Militis induſtriam proſequente; nam dum ille reverſus ad ſuos, de acquirendo, ſicut dictum eſt, ſocio cogitaret, nec diſſimularet vultu mutatæ mentis habitudinem; requiſitus à quodam familiari ſuo, etiam Milite, cur præter ſolitum cogitabundus appareret: Dicerem, inquit, ſi te ſcirem fideliter commiſſa ſervaturum. Dat ille continuo fidem quæ petebatur, audítque per ordinem quod petebat: concipit inter audiendum virtutis amorem, & contubernalis ſui provocatus exemplo, ad aggrediendum tantæ perfectionis propoſitum vehementer accenditur. Rogat poſtremo precibus ſubmiſſis ut viro Dei ſe peccatorem inſinuet, nec tantæ laudis conſortio judicetur indignus: offert ſe, non ſocium, ſed miniſtrum; & numquam ſe ab hujus profeſſionis tenore deſtiturum ſub fidei ſponſione promittit.

ſocium ſolitariæ vitæ adſciſcit:

locum aptũ ab hoc inventum gaudet.

B

C

9 Sic prior Miles ſequentem lucratus, lætus cum ſocio revertitur ad Magiſtrũ Gaudet ille de ſpirituali proventu, & fructum ſeminum quæ jecerat precibus Deo commendans, divinæ militiæ tirones alloquitur: Congratulor, ô filii, veſtræ promptæ devotioni, & propriæ infirmitatis conſcius in via Dei, quam ipſe arctam nimis & arduam aſſerit, ſocios vos ac ſuſtentatores habere deſidero. Sed timendum nobis valde intelligo, ne temere nos laborioſiſſimæ militiæ aſtringamus, dum ſola prima cogitamus: non enim incipere bonum, ſed conſummare laudabile eſt; propterea quòd illud quandoque per impetum, iſtud per virtutem ſemper contingit. Ad hoc, non proponere ſumma, tolerabile eſt, propter humanam fragilitatem: cadere autem à propoſito, damnabile eſt, propter diabolicam tranſgreſſionem. Videte ergo diligenter, & iterum atque iterum vobiſcum verſate, ne dum tenditis ad cumulum perfectionis, fiatis vobis cauſa, quod abſit, majoris damnationis. Proponite

eis vitæ hujus moleſtias proponit:

menti, dum licet, omnia commoda quibus carere diſponitis; & è diverſo multas & magnas injurias, quibus mundo valedicentes, traditis voſmetipſos. Famem, ſitim, algorem, nuditatem, vigilias, laborem, abjectionem, contumelias, poſtremo quidquid homines fugiunt vos ſequimini: cavete ne dum iſta ſequuntur, vos fugiatis. Dicebat talia, non quo eos à cœptis ſalubribus deterreret, ſed ut contra ventura quælibet præmuniret, ac per hoc redderet ad tolerandum robuſtos, quos nulla tentationis varietas offenderet imparatos. At illi nihil moti à propoſito, immo ſancti viri ſermonibus multo magis animati, nullis ſe frangendos adverſitatibus, nulla voluptatum recordatione vacillaturos, Chriſto juvante promittunt: ſufficere ſibi quod ſatis experti eſſent peccati vias difficiles, & ſe laſſatos intelligerent ſine cauſa: velle deinceps militare Chriſto, cui ſerviri non poteſt ſine mercede, cum hoc ipſum non ſervire peccato, magna ſit merces. Præterea Deum infirmitati & ignorantiæ ſuæ penitus providiſſe, qui talem ſibi dediſſet Magiſtrum, cujus & verbo doceri & exemplo poſſent firmari: nam & inſinuare facienda, & facere noverat inſinuata: quapropter ſe illi adhæſuros, ac devote famulaturos in omnibus promittunt. Adhæc, vir ſanctus, totum Deo arrogans, nihil ſibi, Potens eſt, inquit, Deus ſtabilire nutantes, inſtruere neſcientes: neque timendus eſt in aliquo contrariæ poteſtatis incurſus his, quos ſumma poteſtas protexerit. Proteget autem ſibi vos procul dubio ſervientes, qui non ſervientes ad hoc protegere ſolet ut ſibi ſerviant. Quapropter ſi adhærere Deo firmiter decreviſtis, habetis me vel comitem vel miniſtrum, utinam tam neceſſarium quam devotum. Cavete autem humanæ mentis inconſtantiam, & adhuc niſi moleſtum eſt, adeuntes eccleſiam, interventu Martyris Juliani, Deum, ut vobis utiliora provideat, implorate. Ingrediuntur eccleſiam, orant proſtrati, redeunt firmiores.

AUCTORE MARBODO EX MS.

& bene animatos reperiens,

D

E

10 Exploraverat ſatis eorum fidem, tempus jam venerat demigrandi. Hoc tantum reſtabat ut locus, ſibi à Deo conceſſus, etiam à terrenis Dominis traderetur. Aſſumpto ergo ſecum altero è duobus Anicium tendit. Ibi domini morabantur, duo germani nobiles, ambo Canonici, alter & Abbas; alteri Arbertus, alteri Roſtaguus nomen: Abbas Arbertus ipſius beati viri diſcipulus ac monachus poſtea fuit. Apud hos facile quod voluit impetravit, quos, pro vicinitate locorum, fama ſanctitatis ejus latere non poterat. Omnibus igitur ad votum paratis, die conſtituta eremum petit cum duobus diſcipulis, quorum prior Stephanus, ſequens Dalmatius vocabatur. Inveniunt ſpinas & vepres, horrorem ſimul ac ſolitudinem, poſtremo locum bonis omnibus indigentem, niſi quod eis bonum erat, bonis omnibus indigere; nam quanto longe fierent ab hominibus, tanto ſe Deo propinquiores credebant; & quanto pluribus indigerent temporalibus, tanto plura recepturos æterna.

locum à propriis Dominis impetratum adit.

F

11 Auxit loci, difficultates etiam vicinorum improbitas: qui morum immanitate feris conſimiles, ſervos Dei, quos ſuſtentare deberent, convitiis urgebant ac minis; inſanos etiam judicantes, qui locum ſterilem, quem, vel ſi copias attuliſſent, non eſſent paſſuri, nihil habentes cœpiſſent incolere: nimirum qui contra diabolum certamen inierant, jam nunc impugnabantur ab ejus membris. Quantas ibi moleſtias ſenſerint ac pertulerint, tacendo magis putamus exprimi quam loquendo: nam plerumque totum innuit taciturnitas, cum vix partem abſolvat loquacitas. Sed reſiſtebant adverſitatibus patiendo, & vincebant impugnantes non repugnando. Mentes duorum roborabat tertius, velut tirones in acie veteranus,

à vicinis affectos convitiis conſolatur.

AUCTORE MARBODO EX MS.

nus, docens ſi primos hoſtis impetus ſuperaſſent, ſequentes multo ſuperaturos facilius: nam quantus victo metus accreſcat, tantam victori fiduciam adaugeri. Sic eos non ſolum in præſenti reddebat victores, ſed ad futura quoque certamina promptiores. Quod ſi poſtea vehementior incubuiſſet tentatio, jam turpiſſimum aſſerebat ſi cæderent in congreſſu ſecundo, qui ſuperaſſent in primo; quos ſcilicet experta feciſſet & pugna doctiores, & victoria fortiores. Et hoc modo vir ſpiritualium peritus armorum, rudes ac defecturos commilitonum animos confirmabat: & ita velut quodam artificio propagabat in eis laboris patientiam, utens ſpe ſequentium victoriarum, ad conficiendas priores pugnas; & recordatione confectarum pugnarum, ad acquirendas ſequentes victorias. Sed & de ſacris eos auctoritatibus inſtruebat, ut magis eligerent ad modicum affligi cum populo Dei, quam temporalem peccati habere jucunditatem: cum hanc partem ſequatur æterna damnatio, illam ſempiterna felicitas. Quapropter aſpicerent in remunerationem, aſpicerent in auctorem fidei & conſummatorem Jeſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta. His & aliis talibus fatigatos quandoque ſociorum animos reparabat, cum ſe nec laboris communitas nec fraternæ ſolicitudinis proprietas fatigaret: brevique poſt tempore tam conſtantes reddidit & perfectos, ut non ſolum quaſcumque moleſtias gaudentes ſufferrent, ſed etiam pro perſequentibus exorarent.

ad quod cumque certamen ſubeundum fortes & alacres reddit;

B

12 Facta ergo juxta eccleſiam cellula, credo de ramis ac frondibus, partiuntur inter ſe domeſticam curam, ut illi manibus operarentur ad victum, ipſe lectioni & orationi incumberet. Laborabant illi manibus operando, laborabat & iſte ſæpe genu flectendo: illis exercitatio corporis eliciebat ſudorem, hunc cordis compunctio lacrymis perfundebat: illorum fatigationem pauſatio, illius laſſitudinem lectio recreabat. Proderat omnibus, quod ſinguli; plus tamen duobus, quod tertius laborabat: nam & Deum illis inſinuabat per lectionis doctrinam, & illos Deo per orationis inſtantiam: ita cum ſeminaret eis ſua ſpiritualia, non erat tam magnum ſi meteret eorum carnalia. In oratorio, quod utcumque refecerant, certis horis & nocte & interdiu communes fundebant preces: cibum parcum & aridum cum gratiarum actione una ſumebant, cujus pars maxima pauperibus & peregrinis, ſi qui forte divertiſſent ad locum, reſervabatur: mos illis erat, ſi quid haberent, omni petenti tribuere: & ſic ſocios inſtituerat vir beatus, ut incunctanter totum darent, non cogitantes de craſtino.

illis corporaliter laborantibus,

ipſe eis ſpiritualiter proficit,

C

CAPUT III.

Eleemoſyna data & accepta. Flures monachi admiſſi. Miracula patrata.

13 QUadam die profectis ad laborem Fratribus, cum ſolus in eccleſia ſubſtitiſſet, uti illi mos erat quotidianas & continuas lacrymas cum precibus immolare, audit vocem petentis eleemoſynam: ſurgit feſtinus, ingreditur cellulam, dat totum quod reperit. Totum illud pars erat panis, quæ ſuperfuerat heſternæ cœnæ; ſuffectura tamen iterum tribus ad menſam, quorum ſcilicet refectio parum diſtaret ab inedia. Reverſis ab opere cibus defuit: quod cum moleſte tuliſſet Dalmatius, cito vir ſanctus querelam compeſcuit, verbis D. Jeſu Chriſti prolatis in mediũ: Matt. 6,31 Nolite, inquit, ſoliciti eſſe animæ veſtræ, dicentes, quid manducabimus aut quid bibemus? ſcit enim Pater veſter quia his indigetis. Quam ſententiam ſequens veſtigio confirmavit eventus, non ſine miraculo dubitantis Fratris imperfectione notata. Abbas Arbertus, qui, ut ſuperius dictum eſt, locum illum illis habendum conceſſerat, non ignorans affligi ſterilitate ſolitudinis Sanctorum voluntariam paupertatem; tres eis pro benedictione mittebat clitellarios, panibus oneratos ac vino. Duos ergo miſſi beato viro præſentant, tertium in via more quodam inſolito nuntiant defeciſſe: nam neque viribus fuiſſe ceteris inferiorem, neque ulla prius defectionis deciſſe veſtigia. Ad hæc vir ſanctus gratias egit, & ut erat ſemper ſimplicis ac promptæ ad ædificationem facundiæ, vultu hilari converſus ad Fratres, Diſcat, inquit, dilectus noſter Dalmatius in fide Chriſti nihil amplius hæſitare, quando & nobis fiducia noſtra præſenti mercede reſpondit; & ſe videt pro murmure, parva quidem, ſed manifeſta & ſufficienti ad correctionem pœna multatum: nam partem illam ſuam eſſe noverit quæ remanſit: non eſt ablata, ſed dilata, ut & fidem ſibi non dubitet, quæ defecerat, reſtaurandam. O quanta eſt, virtus fidei, cujus defectum ſentiunt & jumenta!

D

ac:pit abundantia panem & vinum:

14 His & talibus frequenter utens ſermonibus, non ſolum ſocios inſtruebat; ſed & incolarum mitigabat priſtinam feritatem: paulatimque eos brutis moribus exuens, tamquam de feris homines faciebat, majori certe miraculo, quam ſi, ut apud fabulas invenitur, humana corpora tranſmutaret in feras. Erigebat eorum mentis oculos ad agnoſcendum omniũ Creatorem; & quod præter ipſum nulla ſit animarum quies, enumeratis mundanæ vitæ laboribus ac periculis, facile convincebat. Ita factum, ut nonnulli cingulum militiæ deponentes, & ſancto ejus adhærentes contubernio, Chriſti ſe ſervitio ibidem in perpetuum manciparent: ſed & de Clericali ordine quidam, ejus edocti magiſterio, vitam ſolitariam & egenam domeſticis deliciis prætulerunt. Creſcente igitur numero diſcipulorum, crevit & religionis obſervantia, quam non tantum extorquebat cenſuræ diſtrictio, quantum offerebat perfectio caritatis. Nam præter illa quæ omnibus erant inſtituta communiter, aliquid ſinguli ſupererogabant ex proprio; eratque in illo pauperculo Chriſti grege ſpectabile ſanctitatis commercium, cum ſuis adderet quiſque virtutibus quidquid in altero vidiſſet imitabile. Cumque nihil habentibus pro Chriſto paupertas ipſa ſufficeret, ſola eos vexabat inſufficientia ſanctitatis. Nam quod apud avaros efficere ſolet inhoneſtus amor pecuniæ, ut acquiſita quælibet parvipendant, dum ſolis inhiant acquirendis; hoc in illis operabatur honeſtiſſimus juſtitiæ amor, & inexplebilis quædam ſi dici liceat religionis avaritia. Hanc eorum intentionem præcedebat tam magnæ perfectionis ſignifer ac magiſter; qui retro acta obliviſcens, & in anteriora ſemetipſum extendens, more Apoſtoli ſequebatur ad deſtinatum, donec comprehenderet: & ejus exemplo diſcipulorum fulciebatur ſequacitas.

inſtruit vicinos:

E

admittit plures novitios,

& exemplo ſuo ad omnem perfectionem excitat:

F

Phil. 3,14

15 Hujus ergo tam ſanctæ converſationis opinio, in Dei laudem longe lateque finitimos excitabat. Acceſſit ad vitæ meritum tanta miraculorum potentia, ut jam illis in locis nullus ambigeret, virum ſanctum plane à Deo meruiſſe gratiam curationum: quam ſic ille pro humilitatis cuſtodia fideliter petentibus miniſtrabat, ut divina beneficia non ſuis ſed ſanctorum Martyrum, Agricolę ſcilicet & Vitalis, in quorum ſerviebat eccleſia, meritis imputaret. Sed & ejus merita dæmones non tacebant, cum ab obſeſſis corporibus ipſius imperio pellerentur.

claret miraculis:

16 Mulierem dæmoniacam, cujuſdam ruſtici uxorem, amicorum fides, ad eum, curandam adduxerat; quæ in eccleſiam ubi vir ſanctus orabat, vix introducta, renitente qui eam poſſederat inimico, ore terriſono cœpit in eum minas & convitia jaculari.

obſeſſam à diabolo inſultante,

Roberte,

A *Obſeſſam à diabolo inſultante, a*

Rotberte, inquiens, Rotberte de Caſa-Dei, quid à noſtris ſedibus advena, nos tentas extrudere? Nos te potius brevi cum tuis proturbabimus, intolerabiles quas ſic patiere moleſtias incendio cumulantes. Nec tibi proderunt Collegæ tui, *a* Agricola Bononienſis, Symphorianus Æduenſis, Marcellus Dienſis, Privatus Mimatenſis, Juliamus Brivatenſis, quos tibi paras ad nos impugnandos adjungere. Videbat diabolus hæc futura, ſcilicet locum ibi fundandum, qui Caſa-Dei novo nomine vocaretur. Sanctorum reliquias, quorum nomina recenſebat illic inferendas: & cum futura bona vaticinaretur invitus, ſaltem non profutura, quod vellet, mentiebatur. Hoc ſolum de futuris liberis prædixit, quod locus eſſet conflagraturus incendio, ſed & in hoc plus profuit prædicendo, quam poſtea nocuit inferendo: prædicendo Sanctorum patientiam præmunivit, inferendo probavit. Interea mulier, ſaltu & diſcurſibus per eccleſiam debacchata, repentino impetu convertitur ad altare, tamquam manum ſacris ſpoliis injectura. Vir ſanctus, infelicis feminæ miſeratus inſaniam, dilata interim oratione obvius prodit; & virgula quam tenebat percuſſam leviter, ſeverius increpavit; deinde converſus ad dæmonem, In nomine, inquit, Domini tibi præcipio, exi, da gloriam Deo, & ne ultra revertaris expulſus. Concidit mulier ad hanc vocem, & inimico recedente confecta, protinus obdormivit. Poſt modicum experrecta, mente jam ſana, ſed adhuc corpore fatigato, panem ſibi flagitavit afferri: quem à viro Dei benedictum cupide ſumpſit, & ſic facta incolumis repedavit ad ſua: multo quoque poſtea vixit tempore, vivæ virtutis exemplum circumferens.

& futura prædicente

B *liberat:*

17 Item Ruſticus quidam, nomine Conſtantinus, prope *b* S. Victorem habitans, cum tanto plenus eſſet Dæmonio, ut nulli parcens, ſeipſum dentibus infeſtaret; ſolam viri Dei præſentiam palam profitens, formidabat. Quem ſui toto corpore vinculis irretitum, & tamquam mortuum in feretro deportantes, eidem Sancto pavidum nimis ac reluctantem repræſentant. Ille ſuper eum facta oratione, & oculis ac mente cælum reſpiciens, adjurato per Dei nomen inimico, ut diſcederet imperavit. Nota jam erat adverſis ſpiritibus verborum ejus potentia, & quod juſſiſſet tranſgredi nefas erat. Ad primam ergo jubentis vocem territus adverſarius, & vas captivum compulſus dimittere, quod ſolum potuit laſſum reddidit & vexatum. Homo poſt paululum recreatus, ſumptis quas ibi Sanctus obtulit *c* Eulogiis, ſanus & gaudens ad propria remeavit.

b & ruſticum energumenum.

C *c*

ANNOTATA.

a *Coluntur hi Sancti variis diebus* Agricola *cum* Vitale 4 *Novembris*, Symphorianus 22 *Auguſti*, Marcellus 9 *Aprilis*, Privatus 2 *Auguſti*, & Julianus 28 *Auguſti*, *omnes Martyrologio Romano inſcripti.*

b S. Victoris *vicus à* Caſa-Dei, *vulgo* Chaize-Dieu *diſtat una ſolum leuca, orientem verſus: alius ejuſdem nominis vicus prope Maſſiacum diſtat longius ad 9 leucas verſus occaſum.*

c Eulogias, *cibos eſſe benedictos, jam ſæpe monuimus.*

CAPUT IV.

AUCTORE MARBODO EX MS.

Monaſterium conſtructum. Miracula varia. Pius obitus.

Affluentibus pluribus,

18 HOrum fama diſcurrens multos ſedibus ſuis exciverat; & viſuri novum priſcæ virtutis exemplum, juxta vulgo nobiles undique confluebant: quos ſuſcipiebat ille ſatis comiter & benigne; & cum dapes corporeas in ſolitudine, quæ tot turbis ſufficerent, non haberet; apponebat omnibus verbum Dei: quo tamquam pane vel piſcibus vel diverſis deliciarum ferculis credentium animas impinguaret. Mirabantur omnes vultûs illius modeſtiam, & oris ejus accommodatam ſingulis facundiam ſpiritualem: quibus ita quorumdam animos immutabat, ut contemptis ſubito præſentis vitæ voluptatibus, ſolo futuræ beatitudinis amore flagrarent. Sed cum plerique Chriſto ſervire non niſi ſub ipſius ducatu proponerent, & non parva eſſet competentium multitudo, multorum autem cohabitationem, tam loci vaſtitas, quam ſtudiorum diverſitas excludere videretur; ortum eſt novum ex neceſſitate conſilium, famulantibus divinæ *a* diſpenſationi rerum etiam difficultatibus: ut ibi ſcilicet conſtrueretur monaſterium, in quo velut ovili dominico, ſub regulari & monaſtica diſciplina, quos Deus colligeret, unanimiter habitarent. Ad quod conſtruendum viam pandebat fidelium non paucorum devotio, qui certatim in hos uſus prædia & pecunias ultronei conferebant. Videns Dei famulus tanti boni præparatam divinitus occaſionem, ſcienſque veraciter ad ſuæ periculum animæ pertinere, ſi tam multorum ſaluti propriæ quietis reſpectu deeſſet; habita ſuper hoc cum Fratribus ſuis deliberatione, aſſenſu etiam & conſilio Arvernenſis Epiſcopi bonæ memoriæ *b* Renconis, laborioſa procuratione ſe induit, *c* cœpitque monaſterium ædificare cum ſumma omnium gratulatione ac favore, juxta loculum, in quo prius habitaverat. Optaverat olim vitam, cum paucis ſolitariam, decreveratque nihil pecuniarum vel poſſeſſionis, à quoquam accipere: ſed cum & hæc adeptus eſſet, & ex divinæ largitatis affluentia ſecundiora ſuccederent; ne ſupernis beneficiis videretur ingratus, ex fidelium oblationibus, quas vel ſponte propria vel ipſo adhortante contuliſſent, cœptum opus proſpere conſummavit.

ut ſub ipſo Deo ſervirent;

E *a*

cum matura deliberatione,

b

c

monaſterium conſtruit:

19 Eo tempore Francis imperabat *d* Henricus, Sedem Apoſtolicam *e* Leo Nonus tenebat. Papam itaque ſuprædictus Epiſcopus adiit, vir ſanctus Regem Francorum, utrique ſuper loci novi ſtabilitate, auctoritatis robur & congrua privilegia petituri. Utriſque ſucceſſit ad votum, Rege non ſolum de collatis vel conferendis eidem monaſterio conceſſionem firmante, ſed & domum Dei virumque ſanctum Regiis honorante muneribus: Papa vero decretis Apoſtolicis roborante conſilium, inſuper etiam hominem Dei, cujus famam ſanctitatis audierat, licet invitum ac renitentem, Fratribus præficiendum mandante.

d

e

F

confirmationem ab Henrico Rege, & S. Leone Papa 9 impetrat:

20 Factum eſt ita, & dedicato cum ſumma omnium gratulatione monaſterio, Vir beatus monaſticum habitum regimenque cum benedictione ſuſcepit, tam Fratrum precibus quam Præſulis auctoritate compulſus. Alioquin tutius æſtimabat regi quam regere, & de ſua ſolum quam de multorum vita reddere rationem: qui tamen ad utrumque Dei ope ſuffecit, cum neutrum de ſuis viribus præſumpſiſſet. Quanta namque in eo poſt ſuſceptam regiminis curam circa ſubditos induſtriæ vigilantia, erga Deum ſimplicitas mentis eluxerit, iſtud ſignorum frequens oſtenſio, illud ſpiritualia laboris ejus incrementa teſtantur. Nam præter ſecularium non modicam multitudinem, quorum animas verbo prædicationis

Abbas conſtituitur:

AUCTORE MARBODO EX MS.

ſuæ vitæque exemplo, orationum etiam ſuffragiis eſt lucratus, ex quibus ad trecentos ferme monachos acquiſivit (præter eccleſias circiter quinquaginta poſt diuturnam deſolationem ad Dei ſervitium reparatas) illud conſtat eſſe præcipuum, quod unicæ ſimplicitatis ac caritatis ſuæ formam transfudit in diſcipulos; & eidem loco cujus fundator extitit, egregiæ dotis inſtar reliquiſſe cernitur hereditariam ſanctitatem. De miraculis vero pauca perſtringimus, hac ſcilicet fide, qua nobis ea, qui ſe vidiſſe aſſerunt, tradiderunt. Ceterum tota ipſius vita in terris, ingens quoddam miraculum fuit: ſi qui tamen exterioribus ſignis facilius capiuntur, non quod illa majora, ſed quod ipſi minus ſunt capaces, quales plus ducere ſolet carnalium ſenſuum admiratio; non deeſt hac etiam in parte materia, qua talium quoque utilitati ſerviatur.

habet ſub ſe monachos 300,

reparat eccleſias 50,

miraculis claret:

f 21 Militem de monte *f* Guaſconis, cui Bernardus nomen erat, annis tribus continuis renum injuria, quam nephreſim medici nominant, laborantem, cum aquæ ſanctæ aſperſione ſuper eum devotius orans, non ſolum corporis incommodo liberavit, verum etiam poſtea monachum factum Chriſti militiæ dedicavit. Item alium, per vitiati ſanguinis corruptelam aqua intercute laborantem, & naturalis caloris fomite jam demerſo, ſuperflui humoris abundantia protinus obruendum, ſacræ manus impoſitione reſtituit. Puerum quoque dæmoniacum, greſſibus ac linguæ privatum officio, ruſtici cujuſdam filium, ſub loco qui *g* Calcis-mons dicitur habitantis, eadem potentia, per manus impoſitionem cum orationis virtute curavit; triplicique miraculo in eadem perſona, muto vocem, claudo progreſſionem, captivo reddidit libertatem. Item præſentato ſibi dæmoniaco, cum panem ſanctum in ipſo eccleſiæ oſtio porrexiſſet; inimicus tantæ fidei virtutem non ſuſtinens, non ſine horriſono ſtrepitu & intolerabili fœtore, diſceſſit, hominemque dimiſit incolumem. Mulier membris omnibus diſſoluta, quæ ipſo Miſſam celebrante ſacris myſteriis aſſiſtebat, allata ſcilicet non ſuis pedibus ſed manibus aliorum; ejus vocem, qua de perpetuæ Virginis laudibus in feſto ipſius Annuntiationis ad populum diſſerebat, fideliter audiens, reſtituta eſt protinus ſanitati. Nec latuit aſſiſtentes tantæ virtutis effectus, cum de nervorum ejus concuſſione fragor emiſſus terrorem ſubitum, tamquam de tecti ruina, præſentibus incuſſiſſet.

ſanantur laborantes nephritide,

aquâ intercute,

g

dæmoniacus mutus & claudus,

alius dæmoniacus,

paralytica:

B

C 22 Hæc pauca de Sancti hujus miraculis breviter memoraſſe ſufficiat, ut nec provectiorum firmitas oneretur, & fides ſimplicium roboretur. Nam ſepoſita virtutum talium mentione (quarum ut in cauſis dicitur, communis eſt locus, quoniam bonis non ſemper, malis etiam quandoque contingunt) ſola vitæ Sanctorum conſtantia prudentibus ſufficit ad fidem pariter & exemplum, quam niſi bonus nemo potuit adipiſci. Quid enim dignius unquam miraculo eſſe poteſt, quam in tanta rerum mundanarum varietate immobilem mentis habitum cuſtodire? quem vir iſte beatus ita fixum divino munere conſervavit, ut nec ætatum, nec locorum, nec temporum, nec fortunarum diverſitate à ſancto propoſito potuerit dimoveri. Unam petierat à Domino, hanc requirebat, æternam ſcilicet in domo Domini habitationem; cujus intuitu quamlibet vitæ præſentis vel voluptatem vel moleſtiam pro nihilo reputabat. Ita factum eſt ut per brevis laboris curſum (omne etenim quod tranſit breve eſt) ad æternæ quietis bravium perveniret, felici commercio terrenis lucratus cæleſtia. Obitus quidem ſui diem creditur præſciviſſe: Fratribuſque ad ſe convocatis, poſt exhortationis verba, quibus eos divinis monitis inſtruebat, oſculatus ſingulos, vale dixit; ſicque converſus ad Deum, ſeque & illos precibus commendans, plenus dierum dormivit in Chriſto; ſepultuſque eſt VIII Kalendas Maji in Caſa-Dei nova, quam ipſe ædificaverat, regnante Domino Jeſu Chriſto. *h*

pra reliquis eminet ejus conſtantia in virtute:

præſcit diē obitus:

D

h

ANNOTATA.

a *Alia Mss.* diſpoſitioni.

b Renco, *Epiſcopus Claromontanus, ſive Arvernorum, adfuit Concilio Lemovicenſi anno* 1034: *memoratur adhuc in tabulis donationum apud Sanmarthanos anno* 1052. *Infra dicitur* avunculus S. Roberti.

c *De tempore ſupra actum.*

d *Henricus* I *regnavit ab anno* 1031 *uſque ad annum* 1060.

e S. Leonis IX *Vitam damus* 19 *Aprilis. Coronatus is in Papam eſt an.* 1049, *mortuus anno* 1052.

f *Vulgo* Mon-gagon, *ad occiduam ripam Elaveris, ſex circiter leucis à Claromonte; hic* Mons-Guaſconis, *alibi* Mons-Gauſonis *ſcribitur.*

g Calcis-mons, *vulgo* Chaumont, *nomen in Arvernia frequens; proximum eſſe videtur, quod trans Doram fluvium intra tertiam leucam adjacet.*

h *Sequebatur in codice noſtro in tres partes diviſus hymnus: quem, ne moles accreſcat, omittimus.*

E

LIBER II.

Miracula poſt mortem

Ex antiquo Ms. codice noſtro & editione Labbeana.

PROLOGUS.

1 FRequenter petis, vir egregie, immo ſub aſſumptæ petitionis figura multo acrius jubes & cogis, ut priori libello quem de vita B. Rotberti ſimplici ſermone, utinam tam efficaciter quam libenter, compoſui, ſequens opus de virtutibus ejus ſecundum titulos primi ſcriptoris annectam. Honorat parvitatem meam repetitæ dignationis injunctio, ſed onerat infirmitatem gravis laboris aſſumptio: neque enim, ſi prius tibi diſplicuiſſet, ſequens à me opus tam inſtanter exigeres; nec rurſus quod placeat abſque labore & induſtria poteſt exculpi. Sed neque tam ineptus ſum, ut ſi boni quid ago meis hoc viribus arrogem, & non illi potius à quo bona cuncta procedunt; nec tam infidelis, ut in honeſtis ac piis laboribus divinum deſperem auxilium. Gratulor igitur opuſculum illud tibi, Pater, & ſanctis Fratribus placuiſſe; & divinæ gratiæ, per quam placuit, gratias ago. Sed & quod reſtat eadem ope divina fretus aggredior, quam mihi non meritorum meorum, quæ vel mala ſunt vel nulla, preſumptio; ſed beati Patroni, de quo ſermo ſuſcipitur, & veſtræ ſanctitatis interceſſio pollicetur. Mihi ergo, quidquid errati erit, imputabitur; ſupernæ gratiæ, ſi quid recti. Nec ſcriptoris precor indignitas ſuſceptæ cauſæ præjudicet dignitati, cum vilibus è contra plerumque mancipiis dominorum intuitu deferatur; nec qualiter, ſed qualia dicantur fidelis lector attendat: quoniam ſæpe pro orationis facultate & vera tenuiter, & copioſe falſa differuntur. Nam & ſalubres eſcæ miniſtrantur fictilibus, & aureis poculis letale miſcetur aliquando venenum.

F

Sequebatur longiſſima apologia pro S. Roberto, quaſi eum arguerent aliqui pervertiſſe ordinem ſanctitatis, qui à ſumma vitæ contemplativæ perfectione exorſus, deſcenderit ad laborioſa magiſque imperfecta vita activæ miniſteria: quod

A *Quod pro dilectione fecisse maximos quosque Sanctos ostendit auctor, mediam fere libelli partem huic discursui impendens. Opinamur satis esse quod res tota posset apud Labbæum legi, eamque studio brevitatis omittimus.*

HISTORIA MIRACULORUM.

a EA ipsa die qua beati viri corpus sepulturæ tradendum jacebat, *a* unus ex antiquioribus ejus discipulis, ceteris circa pias exequias satagentibus, solus in partem secesserat; utpote qui repentinam sui destitutionem, pro diuturna consuetudine, familiarius pateretur. Hic cum nimio luctus angore fessus, & consternatus animo resedisset; ut solet, ex tristitia somnus irrepsit. Et ecce divinitus mentis sibi lumine reserato, igneum globum cælo delapsum, supra ubi sanctum corpus jacebat, conspicit astitisse: cujus splendore lucifluo vicina quæque vehementius irradiarentur. Cumque ad tantæ visionis horrorem stuperet attonitus, adest cælestibus stipata legionibus, inæstimabilis femina venustatis, proprio fulgore prævii luminis æmulans claritatem; quam ex vultus & habitus majestate Reginam esse constaret. Hæc super feretrum igneo globo insistens, manu porrecta jacentis dexteram apprehendit; blandæ vocis alloquio, ut surgeret & secum ascenderet, cohortata. Ita manibus consertis recto in cælum itinere gradientes: comitante se lumine, cum jam ætheris vicina tangere viderentur, emissa desuper ingenti dextera cæloque patente recepti sunt.

Videtur à Deipara induci in cælum:

B

3 Hanc Domini fuisse matrem nulli sit dubium, quæ devotam sibi animam post vitæ præsentis decursos rite labores, cælestibus Christo suscipiente gaudiis introduxit. Ejus quippe se vir sanctus post Christum specialiter obsequio mancipaverat; eamque vivens in carne tam impatienti spiritualiter diligebat affectu, ut ab ejus laudibus, etiam cum de alio ageretur, temperare non posset, & ad ejus memoriam etiam dor-
b miens animo vigilaret. *b* Christi & Mariæ penitus impressam gestabat imaginem: hoc velut unicum & dulce depositum lætabundo mentis gremio confovebat. Ligaverat in corde suo geminam hanc, disparis quidem, sed inestimabilis utramque pretii margaritam; ad quam singulis horis insatiabili desiderio secretæ caritatis oculos revo-
C caret: semper in ejus ore versabatur Christus & Maria, castitas & misericordia: Mariam cæli portam, maris stellam, miserorum refugium, rosam pudoris, lilium castitatis, gemmam virginitatis, variatis ad delectationem nominibus, vocitabat. Si quis vellet Christi gratiam promereri, ambiendum prius censebat ad matrem, velut alteram Dei mediatricem & hominum; quippe cui filius secundas reconciliationum partes delegaverit, ut eos ipse patri commendet, quos sibi genitrix propria commendarit. Hunc Magistri fervorem adhuc hodie discipulorum probat ac repræsentat devotio: qui per ejus traditionem quotidiani officii laudes in cœnobio Casæ-Dei gloriosæ Virgini communiter & gratanter exolvunt. Quocirca dubitari non debet, beatam animam ab illa potissimum deductam in gaudium, cui salvo Deitatis privilegio studuerat servire potissimum. Nec defuit supradictæ visioni totius divinæ Trinitatis auctoritas; quoniam & in igne Spiritus sancti flagrantia, & in dextera Filii fortitudo, & in cæli specie Patris majestas signanter enituit.

ob singularem ejus in Deiparam devotionē:

c 4 Item vir quidam, *c* Vellavensis incola territorii, febribus quartanis biennio continuo carpe-

batur. Hic cum implorandæ sanitatis desiderio multas diu Sanctorum memorias ac sepulcra circuiens pererrasset: consumpto frustra studio, periculosam ægritudinem intempestivi laboris molestia cumularat. Nec vel suæ infidelitatis culpâ vel Patronorum imporentiâ fallebatur: sed B. Rotberti meritis, ut postmodum claruit, divinitus servabatur. Nam cum ipsa tumulationis ejus die, ante sacri corporis locum (quo eum pervagatâ circumquaque venerandi obitus fama, inter promiscuas turbas, properanter adduxerat) humi prostratus, non sine certa impetrandæ fiducia sanitatis, remedium diutius imploraret; inter orandum, somno cælitus illabente, leniter obdormivit. Cum interea secreto divinæ majestatis effectu, per beati viri merita venarum calefactis meatibus, pigri diu frigoris vis noxia cœpit resolvi; & toto corpore patentibus poris febrifluis pariter emanare. Sensit exonerata dormientis natura remedium: & homo, absque medicæ curationis mora vel molestia, omni repente liberatus incommodo, alterum se mirans, resurgere sibi videtur dum evigilat. Quantas tunc Deo pro recepta sanitate grates egerit, quantis Rotbertum vocibus inclamarit, solus ex ejus gaudio poterit æstimare, qui gaudium ex præeunte molestia mensurarit. Sicut enim plus gaudet, qui majus evasit periculum; ita majores agit gratias, qui plus gaudet. Hujus erga tantæ virtutis opinio, tam eorum oribus qui viderant quam & qui crediderant referentibus, per regiones finitimas celeriter divulgata, languidorum debiliumque greges ad sacrum beati viri sepulcrum, velut dispensandarum gratis sanitatum largifluam quamdam ac propalatam nuper cunctis languentibus officinam, diversis pariter itineribus adducebat.

AUCTORE MARBODO EX MS.

curatur febris quartana:

E

5 Inter quos miserum quemdam senem (cujus infortunio, ad duplex senectutis scilicet & paupertatis incommodum, gravissimum plane pessimumque cæcitatis onus accesserat) anxia tori consors ad sepulcrum statuit Confessoris. Ubi dum per triduum cæcus ille, indefesso studio mentis oculos figens in Christum, Rotberti nomen, cujus fidebat patrocinio, sæpius iteraret; nec vel momentum sibi relaxaret à precibus; offensa mulier importunâ viri, ut videbatur, garrulitate, Desine, inquit, vel tandem præsentibus inferre molestiam, si quiescenti non times facere injuriam. Nam qui te non putas à Sancto, nisi clames improbius, exaudiri; dum lumen imploras amissum, quem sic pulsas infamas auditum: nec mereris impetrare quod oras, dum velut surdo cæcus imperas. Expecta potius cum silentio, & in cordis cubiculo funde preces. Hanc ille vocem sic indignabundus exhorruit, ut eam non tam feminæ simplex eloquium quam fraudulentem serpentis sibilum judicaret. Parce, inquit, parce, mulier, stulte loqui, & impiam blasphemiam imagine fidei palliare. Siccine delicatas aures suspicaris Sanctorum, ut eas putes nimiis clamoribus enecari? Immo divino edocti Christi magisterio, quod non dant amico plerumque roganti, tandem largiuntur improbo pulsatori. Statimque conversus ad Sanctum, pium nomen acclamare cœpit instantius; imitatus Euangelicum cæcum, quem turba magis accendebat in preces, increpans ut taceret. Mota jam dudum pietas Sacerdotis, potestatem à Deo restituendi cæco luminis impetrarat: sed probat petentis fidem, dum differt dare quod petitur; simulque beneficium plus desideratum fit gratius. Dum igitur homo persistit in precibus, occulta virtus manifestum dedit effectum: cœpitque densa caliginis nubes avelli, ut velut distante jam spatio oculis mirantibus, cum lucem nondum viderent, sua cæcitas appareret,

cæcus illuminatur.

F

AUCTORE MARBODO EX MS.

velut ſi lucem videntibus velamen obtendas. Admovit homo feſtinus palpitantibus oculis manum, & mirum in modum nihil tangens, quidquid officiebat deterſit. Illuxit diu ſepultis orbibus lux mirabilis, & totam mox reddidit corporis accenſi ſubſtantiam clariorem. Rupit ergo, ſeipſam non capiens, gaudii menſura ſilentium: & novi ipſemet miraculi congruus prædicator, per totam repente baſilicam cœpit mixtis laudibus gratias intonare. Quis tunc ibi præſentum, Dei potuit ſilere præconia? Quis B. Rotberti merita non cantavit? Manifeſtis ſiquidem probamentis virtus indubitata conſtabat, cum oblatas ſibi diverſas ſpecies, cæcus modo, diſtinctis quamque nominibus, ad viſionis indicia deſignaret, nec colorum vel formæ cujuſlibet diſtantia falleretur.

meritis S. Rotberti invocatis:

6 Inveniat hic, ſi poteſt, mordax invidia locum calumniæ; & ad depravandum, ſaltem quod negare non poteſt, tentet ex odio quodlibet comminiſci; ſed cum conatus ſuos omnes prorſus deficere caſſo labore compererit, credat vel ſibi quod nobis credere forſitan dedignatur; & exemplo veſani illius prophetæ, ab aſina ſua, id eſt, propria ſtultitia, redargutus tandem turpius, reſipiſcat. Numquid enim totum mirandæ virtutis effectum, non ſancti viri meritis, ſed petentis fidei, contendet potius adſcribendum? At enim petentis hæc erat fides, quod lumen poſſet amiſſum Rotberti precibus impetrare: inde eſt quod nomen Rotberti ſæpius inclamabat. Aut igitur quod poſtulabat ejuſdem Sancti meritis impetravit, aut ſibi ad impetrandum ipſa qua poſtulabat fides nihil profuit. Nam & antea ſæpe, fide utique Chriſtiana, ad aliorum Sanctorum ſepulcra amiſſum lumen imploraverat; & nuſquam tamen meruerat exaudiri. Poſtremo ſi tota foret beneficiorum largitio fidei poſtulantium imputanda, nullæ Chriſto gratiæ referrentur, qui ſæpe laborantibus cum diverſa beneficiorum remedia contuliſſet, fidei tamen meritum non tacebat: Fides, inquiens, tua te ſalvum fecit, hoc eſt ut ſalvus fieres impetravit; non dando potentiam, ſed à me gratiam promerendo. Fides igitur poſtulantis nec largientis potentiam nec meritum patrocinantis evacuat.

B

energumenus liberatur,

7 Ecce & aliud mirandæ ſanctitatis evidens documentum. Ex Lemovicenſi pago miſera quædam mulier, viginti fere annis maligni ſpiritus frequentibus incurſionibus devaſtata, tandem ad beati viri ſepulcrum à fidelibus perſonis adducitur. Sane non illam continua, ut ſolet, fatigatione vexare vis inimica ſueverat; ſed in morem chronicæ paſſionis gravius poſt intervalla torquere. Itaque dum ante ſacri corporis locum ſtatuta, velut ante pium judicem reus, abſolutionis ſuæ ſententiam, ſuſpenſis qui aderant omnibus, expectaret; tantis repente toto corpore convelli cœpit tremoribus, ut mortem potius expectandam horrenda ſupplicis facies intentaret. Trepidabat nimirum, inviſibilis cujuſdam majeſtatis præſentiam ferre non valens, nequitia ſpiritualis; & dum male invaſam ſubſtantiam, velut improviſo ſuperventu territa, feſtinat dimittere, occluſis exitibus undique circumcurſans carcerem ſuum concutit tremebunda. Nam retinet ad tempus, ut torqueat cenſura prædonem; ſimulque futuræ mox purgationis miraculum, oſtenſa præ oculis peſtis horrendæ magnitudine, commendatur. Dum igitur in hac tam fœda ſpecie miſerandum adſtantibus aliquamdiu propriæ calamitatis præbuiſſet ſpectaculum; ſubitam femina prorupit in vocem, & iteratis ſæpe clamoribus S. Rotberti cœpit adjutorium invocare. Interea *d* manſionarius, acceptam ſacræ conſperſionis aquam in os vociferantis roravit, & velut imbre cælitus miſſo ſævæ paſſionis totum ſubito reſtinxit incendium.

C

d

8 O miranda prorſus pii merita Confeſſoris, qui etiam per humilis miniſtri officium potentiam effugat inimici. Hoc plane eſt egregiæ cujuſdam virtutis indicium, quæ paſſim non poſſit Sanctorum cuilibet provenire. Dedit hoc Chriſtus Apoſtolis, ut in ſuo nomine malignis ſpiritibus imperarent: quod ſæpiſſime per ſeipſos fecere Apoſtoli raro autem per alios quos juberent. Præſumpſit hoc olim magnus ille & mirabilis Eliſæus, cujus ſacrorum oſſium contactu cadaver hominis reſurrexit; nec tamen puer, præmiſſus cum baculo, defunctum mulieris magnæ filium ejus imperio potuit ſuſcitare: non quod tantum prophetam fefellerit fiducia meritorum, ſed quia non ſemper etiam perfectis tam exundans gratia conferatur: quibus autem id aliquando confertur, perfectos eſſe dubitari omnino non poteſt. Collapſa igitur mulier, pavimento jacuit aliquamdiu ſine ſenſu, ut plane cunctis nihil aliud quam mortua videretur. Nec magnum negotium erat Sancto vivacibus meritis ſuſcitare vel mortuam, ſi forſitan quod videbatur hoc erat. Redeunte itaque vel anima vel ſenſu, poſt ſpatium apertis oculis cum quiete, in modum antiquæ illius Tabitæ reſedit: & de recepta mentis & corporis ſanitate, ſervo Dei Rotberto, quantas poterat, gratias referebat. Tunc præſentes, qui aderant & rei exitum jam dudum ſtupidi ſuſtinebant, viſo tanto tamque parenti miraculo, certatim Dei laudes piis clamoribus intonabant. Sed & mulier, ad patriam reverſa incolumis, miræ virtutis exemplum, quod ſenſerat, ipſa circumtulit.

D

ad imperii editui:

E

9 Item vir quidam, *e* Forenſis territorii patriota, filium ſuum, multo jam tempore contractione nervorum damnatum, ut non gradi ſed potius repere videretur, ad ſepulcrum beati viri, pro ejuſdem ſuæ ſoboliſ ſanitate pias preces fuſurus, advexit: ibique per unius hebdomadæ ſpatium lacrymis inſiſtens & votis, divinæ miſerationis opem fideliter expectabat. Interea die quadam, dum Fratres Miſſarum celebrarent officia, cœpit puer ſubitis nervorum motibus agitari; & ut torpida diu crura tentaret extendere, reviviſcentis quodammodo naturæ pulſibus admoveri. Tentavit, velut hæſitans quid moveret: & ecce quodam impetu, cum fragore cutis, extendebantur nervi; ut jam, vel ſi conaretur, non poſſet deſiſtere. Sine dubio vis cæleſtis, arcta nimis, captivæ diu naturæ vincula diſrumpebat; & quod exercebatur, non erat in hominis poteſtate. Erigitur ſtatim deſuetos claudus in pedes, & vacillanti primum ingreſſu cogitur ambulare. Accurrunt illico lacrymantes præ gaudio qui cernebant, & injectis undique manibus, cum Dei laudibus erectum ad altare perducunt. Fit tale gaudium apud omnes, quale utique ſuperna præſentiæ manifeſta probatio merebatur. Super omnium tamen præconia, patris vox gratulabunda feſtivius reſultabat, cui cauſa lætandi propenſior majorem dabat materiam declamandi. Sic cum filio ſolidatis baſibus, reverſus ad propria, grande miraculum patriis finibus introduxit.

e

ſanatur miſere contractus:

F

10 Ex oppido, quod Tereſium *f* nominatur, eques non ignobilis filiam habebat quæ fœdum in modum facie tumefacta, geminis etiam jam dudum capta luminibus, duplicis incommodi gravi ſarcina premebatur. Viſum eſt patri poſt tempus, qui puellæ miſerias mœſtis viſceribus indolebat, ut eam ad Sancti viri ſepulcrum dirigeret: ubi multos recipere ſanitatem celeberrime jam fama vulgaverat. Ducta eſt cæca ad Sanctum, luridis tumoribus faciem deformata: & poſt modicum rediit videns, in priſtinam decori vultus imaginem reparata. Nam dum precibus aſſiduis pulſat Deum, quales ſibi contriti cordis dictabat afflictio, dum B. Rotberti nomen & merita ſæpius conteſtatur; unus ex Fratribus cuſtos ædis, de

f

cæca illuminatur,

A de vultu geſtientis colligens ſupplicantis affectum, admovit etiam vocibus aurem : ſtatimque pietate permotus ingemuit ; & velox affectu, vinum, quo lotum fuerat corpus Sancti, detulit feſtinanter, eoque totam faciem pavitantis reſperſit. Verum illa ubi perſenſit auxiliares ſacrati roris guttas, idem ſibi fieri ſæpius flagitabat. Quod cum per dies aliquot factum eſſet, integram recepit femina ſanitatem. Redit ad ſuos facie colluſtrata, quam nec videri jam pudeat, nec videntibus neceſſe ſit invidere. Gaviſus Pater filiæ ſanitate, gaviſa familia cum vicinis, & totum ſimul oppidum communibus votis in Dei laudibus exultavit : nec B. Rotberti ſiluere præconia, qui cauſſam miſeræ more ſuo ſtrenuus interventor ſuſceperit.

& fœdo tumore faciei liberatur,

g 11 Notus eſt vicus, quem *g* Monaſteriolum vocant indigenæ. Habitabat hic Miles, filiam habens quam miris modis ſævus ſpiritus agitabat : hæc non tantum terriſono fremitu vel geſtu horrendo ſeu verbis ſpurciſſimis ſignificabat inſaniam ; verum quos poſſet morſibus impetebat ; neque parcebat vel ſibi, ſi quando alios invadendi copia non daretur. Nec vero patrem, qui ſe genuerat agnoſcebat : niſi quod latentis inimici ſuggeſtu majoribus illum quam ceteros contumeliis infeſtabat : ſed quanto eum gravioribus pulſaſſet injuriis, tanto magis in miſeram paternæ pietatis viſcera movebantur. Spectabat infelix in corpore filiæ pœnam ſuam, & quodammodo tormentis gravioribus angebatur : ſentiebat enim iſte mente ſana quod plangeret, cum apud illam ipſius ſenſum doloris abſorbuiſſet inſania. Illa torvos vultus & perfuſorum rabie cruentas acies oculorum ſecura verſabat : mœſti parentis pallidas genas & uberibus lacrymis lumina madefacta, genus ſpectaculi miſerandum dolor effecerat. Rictus terrificos, & ſpumas ferventes, & rotatæ cervicis tortiles gyros, & inpexi capitis horridas comas, & quidquid aliud in neſcientis corpore flebile cernebatur, totum in ſe transferebat pia compaſſio genitoris. Inter hæc cum nulla pateret via remedii, ſævum dolorem exacerbabat plus ipſa deſperatio ſanitatis. Sed cum in tantis triſtitiæ fluctibus jactaretur, flavit ſubito ab amicis ſalutaris aura ſecunda conſilii, ad ſancti viri ſepulcrum puellam dirigere, quo nullius petentis fides juſto deſiderio fraudaretur. Statimque in ſpem certam erectus, hanc eſſe ſalutis filiæ velut attingendi littoris unicam viam, parat famulos & ancillam, & quæ neceſſaria videbantur ; impoſitamque puellam vehiculo duci feſtinanter jubet ad Sanctum ; membris tamen omnibus impeditam, ne more ſuo proſiliens quoſlibet obvios lauciaret.

alia energumena rabida,

B

C

12 Iter illud medium, quo tendebant, Ligeris fluvius dirimebat ; cujus utique rapidos fluctus ſolent etiam ſana capita formidare. Hinc vincta cœpit habere jam melius, & vultu tranquillo verbis mitibus comites appellare. Nimirum virtutis hoc erat, non naturæ remedium, ubi plus poterat lymphata natura maxime terreri. Quare, inquit, me pannis velut mortuam involviſtis : ſolvite quæſo defeſſam, nec ultra velitis innoxiam coercere. Sic ſoluta confeſtim toto intervallo mente placida conquievit. At ubi ad ſacrum tumulum, velut ad locum examinis, eſt perducta, ſilere non potuit qui latebat. Dum purgandos remotarum fibrarum ſinus violenta rimatur diſcuſſio, peſtis improba fremere cœpit dentibus, & graſſari, & poſt paulo amittendam ſubſtantiam modis omnibus fatigare : nam poſt triduum fraus expulſa, omnis cauſſas moleſtiæ ſecum tulit. Redit in ſtatum priſtinæ ſanitatis paulatim recreata natura : & poſt modicum pluſquam ſoſpes, ad patris domum, ſuas vires admirans, ipſa revertitur. Quid intulerit gaudii, quid votorum, æſtimandum lectori relinquimus nam nec extraneos à divinis laudibus crediderim temperaſſe qui ſimplici erga miſeram communis naturæ movebantur affectu : quanto amplius paterna pietas geſtiebat, quam communis & propria cohortabatur affectio. Nec immerito ſanctum Domini Confeſſorem multis omnes laudibus extulerunt, cujus meritis glorioſis tanta divinitus miracula ſint conceſſa : quæ ne forte cuipiam dubia viderentur, quid in hanc partem contigerit placuit in ultimis recitare.

ad ſepulcrum advecta ſanatur :

AUCTORE MARBODO EX MS.

13 Cum talium fama virtutum apud Alpes maritimas increviſſet, & in S. Rotberti præconia corda & linguas accenderet populorum, Archipræſul *h* illius provinciæ, vir moribus æquiparans dignitatem, indignum ratus, ſi levis vulgi vanis rumoribus Pontificalis gravitas fidem protinus adhiberet ; ſtatuit non indiſcuſſum dimittere, quod ad publicum vel errorem vel meritum pertinere conſtabat. Fuerat ſane beato viro dum in carne viveret diu notus, & amore ſimilium ſtudiorum vinctiſſimus : facto igitur ut res petebat congruo itineris apparatu, profectus eſt, non voto increduli tentatoris, ſed probandæ potius ſtudio veritatis. Venit ergo cum comitatu, exemplo Reginæ Auſtri, ad locum, probaturus, ſicut illa ſapientiam, ſic iſte potentiam Salomonis. Suſceptus eſt hoſpitaliter, ut docebat ; ſicque, ubi viſum eſt opportunum, ingrediendi monaſterium fieri ſibi copiam poſtulavit. Factum eſt protinus ut petebat, obſeratiſque foribus ædis, ſolus ipſe remanſit intrinſecus. Ibi totus effuſus in preces, S. Rotberti ſepulcro advolvitur ; & igne fervidæ caritatis liquefactus in lacrymas, ex medullis cordis invocat verum lumen, ut ſibi dignetur manifeſtius revelare, ſi vere & abſque aliquo ſuſpicionis ambiguo, divina potentia tantam beato viro miraculorum gratiam contuliſſet, præſentibus ſeculis inſuetam. Dixit etiam multa converſus ad Sanctum, ſicut ei parturiens preces anima ſuggerebat. Nec ceſſavit Matrem Virginem invocare, nec ſpiritus Angelicos prætermiſit.

h *coram Archiepiſcopo Ebredunenſi,*

B

ad ſepulcrum ejus peregrinato,

ſanatur contracta :

14 Interea dum precibus addit preces, divina protinus manifeſtatur reſponſio, non formata elementariis verborum ſonis, ſed evidentibus rerum conſtans indiciis. Contractam diu toto corpore puellam quæ ad ſepulcrum Sancti, ſicut poſtulaverat, portabatur, nutu Dei confluens undique communibus votis populus ſequebatur. Pulſantibus apertæ ſunt fores, & introgreſſa proſequens multitudo. Vix bene depoſita tetigerat pavimentum, cum reſolutis nervorum nodis, diſrupta cute, poplitum, ſurgit in pedes ; & per totam baſilicam greſſum movens, rudimenta gaudet novi muneris exercere. Tollit populus voces in cælum, & læto tumultu perſonant univerſa. Stat in parte ſtupefactus Epiſcopus, & de priſtinæ dubietatis ſcrupulo, non tantum conſono multorum teſtimonio, ſed oculari etiam fide confunditur. Agnoſcit tacitus gratiam quam petebat, & tam cito ſe exaudiri miratur.

F

& illuminatur cæcus.

15 Ne tamen aliqua pravæ ſuſpicionis relinqueretur occaſio, duplicato protinus miraculo confirmatur, ut quaſi legitimus teſtimonii numerus non deeſſet. Nam vix bene de priori gaudio tumultus reſederat, cum eccè, non parva comitatus caterva, cæcus ab ortu puer adducitur, & omnium qui aderant in ſe mentes & ora convertit. Nec mora : ſtatuitur ad ſepulcrum : oratur pro illo à populo ; & expulſa ſtatim caligine, mirantes oculos penetrat lux ignota. Exoritur rurſum lætitia, rurſum gratiæ, rurſum voces. Miratur Epiſcopus repetito, cujus mentis priſtinæ cæcitati ſimul materiæ virtus alludit. Opponitur cæcitas dubitanti, & illuminatio credulitati reſpondit. Nullus jam locus relictus erat ambiguo, & ultra in tanta evidentia nullus Thomas poterat dubitare.

AUCTORE MARBODO EX MS.

Erumpit ergo corroboratæ fidei provectus in vocem, & in aures omnium ſonat & reſonat verax confeſſio: Plus, inquit, hic video quam audivi: & eſt longe inferior opinio veritate. Reverſus eſt ergo lætus Præſul ad propria, reportans pretioſæ confeſſionis divitias, & dans gloriam Deo cæli, qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

ANNOTATA.

a Rotbertus, ex mimicæ artis levitate ad Chriſti tirocinium evocatus. *Ita libri tripartiti diſtinct. 2.*

b *Hoc numero relata deſunt apud Labbæum, ut plura in ſequentibus.*

c Velſavenſis *ditio*, *vulgo* le Velay, *aliis* Velaunium, *de quo ſupra actum.*

d Manſionarios *dici ædituos, jam ſæpe in Actis Sanctorum vidimus.*

e Forenſis ager, *vulgo* le Forez *ad Ligerim fluvium, inter Arvernos & Lugdunenſes. Dividitur in ſuperiorem & inferiorem, nomen habens à* Foro *oppido ſupra Ligerim, vulgo* Feurs *dicto.*

f Tereſium *vulgo* Thiers: *Papirio Maſſono* Thiernum, *forte Labbe* Cereſium *legit & impreſſit, typographico mendo: diſtat autem à monaſterio leucis fere 12 ad Durotiam, Doræ influentem.*

g *Ex ſequentibus apparet*, Monaſterioli *vicum trans Ligerim ſignari, qui 7 leucis circiter diſtat verſus Orientem: alias, eodem fere intervallo verſus Meridiem, abeſt* Moniſtrol d'Allier, *Monaſteriolum ad Elaverim.*

h *Appellatur in libro tripartito* Archiepiſcopus Ebredunenſis: *hic autem eo tempore vocabatur* Lantelmus *& ab anno* 1080 *uſque ad finem ſeculi præfuiſſe videtur.*

LIBER TRIPARTITUS

DE MIRACVLIS S. ROBERTI,

Auctore Bertrando monacho Caſæ-Dei.

Ex autographo Sirmondi à Philippo Labbe S. I. editus.

PROLOGUS.

C

Certa & probata auctor ſpondet ſe dicere.

MAgnifica Chriſti Regis æterni miracula, quibus aſſidue in Sanctis ſuis ineffabilem propriæ majeſtatis gloriam declarare dignatur, memoriter teneri jubentur; & illi confidendo, ipſumque invocando, univerſâ terrâ annuntiari. Quocirca cum huc omnis homo niti debeat, non immerito B. Roberti Confeſſoris, Patris, & alumni mei, quæ Dei gratia non ſolum in circumjectas Gallicanas, ſed & extraneas nationes ubertim diffundi voluit, grata & admiranda miracula, ab ejus geſtorum ſcriptoribus brevitati operam dantibus prætermiſſa, cum Dei adjutorio, quæ ab illis didici, qui cum eo converſati ſunt, vel ab eis qui ſe vidiſſe teſtati ſunt, vel etiam quæ ipſe videndo vel audiendo veraciter comprehendere potui (poſtpoſitis omnibus, quæ in vita Domni *a* Stephani, & in actibus illuſtrium Patrum, qui locum *b* S. Gemmæ in pago Xanctonenſi fundavere, tuleram) trina diſtinctione annotare curavi. In primâ ſiquidem miranda, quæ Deus per beatum virum, dum in corpore viveret, ſplendeſcere diſpoſuit: in ſecundâ profecto illa, quibus vitæ præſentis curſu tranſacto, ſummus Remunerator teſtatur eum vivere in cælis: in tertiâ illorum denique merita & nomina, qui ei in regimine paſtorali Cœnobii Caſæ-Dei, uſque ad præſens tempus, annum videlicet Incarnationis Dominicæ MCLX ſucceſſerunt, & quorumdam Fratrum, qui ſub illis degentes, ſignis & miraculis claruerunt. Verum quia ſummi Regis tirocinium cum tribus ſociis in ejus trino nomine delegit, & ab ipſo trino & uno Deo remuneratus in fine glorioſe extitit, hujus opuſculi libellum tripartite libuit diſtinguere, tripartitum nominare. Hactenus de his. Nunc ad propoſitum veniamus.

a

b

a Stephanus 6 Abbas, cujus ſanctitas miraculis effulſit, ut patet in ejus Legenda, *obiit 4 Kal. Aprilis: ita Labbe pag. 660, ex MS. Catalogo Abbatum. Vtinam ea Legenda nobis communicetur, ad menſis Martii Supplementum.*

b Gemma Virgo & Martyr, *colitur 20 Junii & 16 Auguſti, apud Sauſſajum: Monaſterium illud conſtruxit Guido Dux Aquitaniæ, mortuus anno* 1086: *eſtque etiam nunc Prioratus Conventualis, ab Abbatia Caſa-Dei dependens.*

DISTINCTIO PRIMA.

Miracula in vita patrata.

D

1 VIr clariſſimus, S. Juliani Brivatenſis Theſaurarius, nomine Rotbertus, relictis cunctis mundialibus, peracta Chriſti nativitate, die ſanctorum Innocentum, cum duobus ſociis vaſtam intravit eremum. Cum autem in ſancto propoſito diuti ſſime perſiſteret, & fama ejus religionis longe lateque ad bene vivendum nonnullos invitaret, proponerentque ſub ipſius ducatu Chriſto ſervire; eorum deſideriis annuens, non parva multitudo & Clericorum & militiæ cingulum deponentium, ejus ſancto contubernio adhæſit. Crevit itaque & diſcipulorum numerus, & religionis obſervantia. Multorum vero cohabitationem tam loci vaſtitas, quam ſtudiorum diverſitas excludere videbatur: alii namque eremiticam, alii cœnobialem, alii canonicam vitam conabantur aſſumere. Cum vero die quodam tractaretur ab omnibus ut Divina clementia eis oſtendere dignaretur, cui ſupradictarum Religionum locus ille manciparetur: ecce quidam peregrinus, vultu & habitu reverendus, janitori monaſterii librum quemdam tradidit, dicens: Codicem iſtum defer Fratribus in Capitulo conſtitutis, valde ſibi neceſſarium. Qui cito perrexit, & Fratribus librum detulit. Illi autem codicem aperientes, & regulam S. Benedicti eſſe videntes, ſupra quam credi poteſt admirando, & ſuper-næ diſpenſationi gratias agendo, monaſticum ſchema gratanter omnes ſuſceperunt, tanto devotius quanto divinitus ſubrogatum intelligunt. Janitor denique cum peregrinum irremuneratum abire nollet, quæſivit & non invenit: mittenſque nuntios, qui diligenter quærerent, nec eum, nec quemlibet qui ſe vidiſſe teſtaretur, reperire valuerunt. Videtur itaque hoc divinum, non humanum.

Regula S. Benedicti divinitus offertur deliberantibus.

E

F

2 Beatus denique Rotbertus monaſtico habitu, locique regimine ſuſcepto, cum in Aſſumptione B. Mariæ quadam vice in refectorio Canonicorum Claromontanorum, juxta conſuetudinem Ranconis Epiſcopi aununculi ſui, adeſſet (decreverat enim idem Præſul & omnes Canonici, ut tam ipſe quam omnes ſucceſſores ſui Abbates Caſæ-Dei, cum ſex ſociis ſuis Monachis, & ſeptem famulis, feſtivitate Aſſumptionis venerabiliter ab ipſo Abbate celebrata, in refectorio cum Canonicis ad menſam principalem procurarentur) fruſto carnis non parvo ſubminiſtrato, cum ab omnibus Canonicis, ut caritate Dei & amore Virginis ex illo comederet obnixius rogaretur; videns ſe tanto articulo adſtrictum, quod abſque nota non poſſet declinare, ut parvum fruſticulum in ore miſit,

eo cum Canonicis prandente.

A

a leprosus ejus cilo gustato mundatur:

misit, leproso ad januam *a* tartavellanti totum frustum transmisit. Mox, Bene, inquit portitor, tibi, Petre, contingat (sic enim leprosus vocabatur, filius coqui Canonicorum ipsorum) quia Domnus Rotbertus Abbas Casæ-Dei te tanto dono visitavit. Unde gaudens & exultans infirmus, ut saturatus fuit, faciem & totum corpus ulcerosum perungens; Deus, inquit, qui per B. Rotbertum me visitare dignatus es reficiendo, per ejusdem merita lepram meam misericorditer respicias sanando. Qui mox mirum in modum totius infirmitatis levamen sentiens, corporisque sui ac cutis formam decoremque conspiciens, in octavis supradictæ festivitatis Assumptionis beatæ & gloriosæ Dominæ nostræ perfecte sanatus, in ecclesiam, cunctis Deum laudantibus, est introductus.

b

anguilla furto sublata spiritu prophetico sciuntur:

3 Apud *b* S. Germanum quoque, Quadragesimali tempore, cum Domini famulus Rotbertus vice quadam adesset, & Prior loci anguillas, quas in foro invenerat, ad refectionem præparare feciſſet; vir Dei à Vespertinali officio exiens, & coquinam adiens, coquo dixit: Anguillas illas in lutum projice, & ne quis ex illis comedat, cave: quo facto, ad Ecclesiam rediit. Divinis itaque laudibus peractis, Procurator

B

domus audito quod acciderat beato viro, dixit: Domine Pater, quid modo faciam, quia nunc anguillas, quas cum gaudio emeram, non habeo; & quid ante vos ponam ad comedendum invenire nequeo? Cui vir Domini respondit: Ob hoc, fili, noli contristari, quia Dei famulos non oportet injusto edulio contaminari. Paucis denique interjectis diebus, mercator quidam, dominus videlicet anguillarum jam dictarum, interfectus inventus est: interfector quoque ejus, anguillarumque raptor & venditor, deprehensus ac furcis est suspensus. O quanta Dei clementia, quæ sanctum virum spiritu prophetiæ illustravit; & quanti meriti esset, futuris seculis demonstravit!

peregrinus, postea non visus, ejus pelliceâ veste induitur:

4 Die autem quodam iter agendo Dei servus Rotbertus, loca campestria longa & spatiosa ingressus, comitatu ejus ab eo longiuscule progresso, peregrinoque veneranda specie obvians, quid ei petenti ex frigore vexato largiretur, nil præter simplex indumentum ad præsens habendo, pelliciam extraxit, inopique tribuit. Qui lætus suscipiendo, ad virum Dei verba hæc intulit: Rotberte, Rotberte, scias quia benedictus & superbenedictus amodo & usque in æternum eris. Sociique ejus eum expectantes, vehementerque boreali algore attritum attendentes, actum rei

C

gestæ non ignorare potuerunt: pauper tamen qui donum accepit, in loco patenti nusquam comparuit: vir vero beatus benedictionibus super benedictionibus in dies singulos à Deo multipliciter benedici perpenditur, nomenque ejus à mari usque ad mare gloriosius prædicatur.

c eleëmosynæ ejus in Deo confidentis magnifice remunerantur.

5 Quibusdam causis exigentibus virum sanctum contigit adire Viennensem *c* Archiepiscopum. Dum vero ea quæ sibi sociisque suis in itinere necessaria erant, indigentibus jam pene erogata fuissent, Fratribus non leviter ferentibus ait: Vos Domini præcepti immemores non oportet esse, dicentis, Date, & dabitur vobis. Archiepiscopus itaque hominem Dei comitatumque ejus magnifice procuravit, & peractis pro quibus venerat negotiis, munifica largitione honoravit. Sicque dum vir sanctus rediret ad sua: Nolite, inquit, Fratres, amplius diffidere de Dei bonitate largiflua.

6 Assumptionem Beatæ Virginis Mariæ vice quadam cum Formolis celebrare decrevisset, præparato juxta altare sibi loco, solus ibi vigilando & orando permanere voluit. Magna autem noctis parte jam transacta, Geraldus ejus Capellanus in angulo ecclesiæ remanserat, qui cum sensu aurium prope altare percepisset duorum voces vicissim loquentium, diu attonitus, admiratus est. Facto itaque sero, *d* idem Geraldus, utpote familiaris ejus, eum secretius interrogavit, dicens: Domine, si vestræ paternitati placeret, omni modo vellem mihi aperiri, quid vel cum quo in nocte sanctæ festivitatis loquebamini. Frater, inquit, Geralde, cur interrogas quod tibi non expedit scire? Scire tamen potes, quoniam Domina nostra, cæli & terræ Regina, mihi dignata fuit apparere: quod autem dignata est demonstrare, nec mihi expedit explanare, nec alicui mortalium ad præsens aurę percipere. Ex hoc nimirum potest colligi, quam magna multitudo dulcedinis Dei, quam timentibus se vult abscondi; habentibus vero caritatem perfectam, quæ foras mittit timorem, quorumdam secretorum suorum declarat dulcedinem.

AUCT. BERTRANDO.

d colloquium cum Deipara Virgine apparente.

7 Idem vir B. Rotbertus ad ecclesiam S. Desiderii, quæ in vicino castri *e* Bocenellæ constructa est, vice quadam declinans, notum sibi satis juvenem, surdum & mutum, Presbyteri ejusdem ecclesiæ nepotem, obvium habuit, eique dixit: Ubi est Presbyter avunculus tuus? Surdus illico juvenis & mutus respondit: Domine Pater, foris est: sed modo veniet. Sacerdos vero audito Abbatis adventu, quantocius occurrit, gaudentem & gestientem, loquentem & audientem, ut vidit nepotem, ultra quam credi potest gaudens effectus est: Dei autem famulus non sibi, sed B. Desiderio fideique juvenis voluit hoc adscribi.

e

Surdus & mutus sanatur:

E

8 *f* Luziacum proinde sanctus vir locum suum ingressus, à creditoribus Fratris ecclesiam illam regentis conventus, importunis ac clamosis vocibus diutius fatigatus, Fratrem vocavit; & ut hos clamores sedaret, præcepit. Ad hæc ille: Non habeo, inquit, Domine, quid eis reddatur, nisi parumper annonæ quod in dolio isto habetur, quod vix nobis per mensem sufficeret. Cui vir Domini dixit: Illud modicum, quod habes, solve, & non diffidas de Domini nostri bonitate. Cœpit itaque Frater debitoribus solvere, & mirum in modum omnibus solutis, vas plenum remansit, sibique ad quæcumque necessaria per annum integrum sufficiens fuit. Dei igitur famulus cuique reddere quod suum erat, voluit: sciens nimirum, quod timentibus Deum nihil deerit.

f

annona per annum non deficit:

9 Castrum vero in Arvernensi territorio quoddam habetur, quod Brosada vocatur, ad quod vir Domini cum frequenter diverteret, sedes, mensa, & lectus à quodam patrefamilias ei paratus est; qui proinde cum gravi incommodo corporeæ valetudinis vexaretur, atque filius cujusdam matronæ non mediocri molestia angeretur, uterque ad Dei hominem gressibus festinavit fidei. Ille namque ut de pulvere sedis & mensæ viri Dei ebibit, & ista filium in lecto servi Christi composuit, ambobus optatæ sospitatis munus continuo successit. Cunctis igitur liquet quantum fides valeat, quæ sic credentibus, quod volunt, suppeditat.

sanantur duo ægri:

F

10 In loco autem, qui Portus-Dei *g* appellatur, cum in die Dominicâ olera colligeret quædam muliercula, à viro Dei juxta locum prætereunte, dæmonium visum est ei assistere, & ad hoc opus instanter incitare. Unde vir sanctus ingemiscens, ait: O quam teterrimum mulier ista habet socium! Quocirca in publica prædicatione monebat, nihil fieri operis in Dominica celebritate.

g visus diabolus assistere operanti die Dominica:

11 Avenione in loco, eo sermonem ad populum faciente, cum ejus chirothecas duo clericelli in ecclesia inventas, ludendo invicem in ecclesiam projicerent; in solis radio visæ sunt remanere pendendo: qui cum ad hoc attoniti exclamassent, multi confluxerunt, & videntes Christi magnalia, eum glorificaverunt, qui per Sanctos suos tanta facit miracula.

chirothecæ in solis radio pendent;

12 Excellentis denique Regis strenuus Campiductor,

AUC BERTRANDO.

ductor, emeritæ militiæ donativa [festinans] sumere, cum in sexta feria ante Dominicam diem Ramispalmarum, nonnullis Fratribus sibi adstantibus [loqueretur] in orientali collocutorio Casæ-Dei, vox illi divina, de necessariis loci tractanti, subintulit, dicens: Quantocius ad portam monasterii vade, locum videre, in quo debes in proximo requiescere. Qui cum, illis audientibus qui aderant, Deo gratias reddidisset; & requirentibus quid dicere vellet, hoc ab eo audierunt: Eamus, inquit, Fratres, videre locum à Deo mihi paratum. Sequentes igitur eum, velut sulcum aratri, ad mensuram hominis longum, ibi invenerunt, ubi nunc corpus ejus humatum est. Quod cum vidissent: Ecce, inquit, locum meum: ecce locus sepulturæ à Deo mihi attributæ.

locus sepulturæ divinitus prænōstratus.

13 Vigiliis itaque, psalmis & hymnis devotissimè more solito sequentem sanctam Septimanam peragens, ad Sabbatum quod Sanctum dicitur, in gloria Paschalis festivitatis, pervenit. Cum vero sacræ festivitatis officia persolvisset, & infantes nobilium terræ illius virorum, ut mos eorum erat, illi ad baptizandum oblati erant; uno infantum baptizato, febre vir correptus, alius ad hoc opus agendum ei successit, ce

Æger sacra divina in Paschate peragit:

B

terisque sacris ab eo peractis, ad locum defertur. In

b

sero *b* autem sequenti, resumptis viribus, & sacris Missarum ipso celebrante expletis, à Fratribus imbecilla membra sustentantibus, ad suum stratum est deductus.

commendat suæ caritatem mutuam:

14 Ingravescente denique languore, discipulis sibi cunctis adstantibus dixit: Scitis, Fratres, quomodo caritas Christi huc vos adduxerit, quomodo caritatem per nos vos habere docuerit, & omnibus notis & ignotis, divitibus & egentibus, nolentibus & petentibus, nostra caritative largiri instituerit. Ob hoc etiam hujus sancti loci majus altare in præcipuo summi Dei nomine, quod est caritas, consecrare disposui, ut istius cœnobii membrorumque ejus, caritas obtineat principatum, nullumque tenacitatis atque avaritiæ malum in eo reperire valeat angulum. Hoc tandem plane prænuntio, quod si hæc quæ denuntiamus vobis, non observaveritis, tribulationem & rerum omnium penuriam inevitabiliter sustinebitis: si autem hæc à vobis & à successoribus vestris diligenter fuerint observata, omni secluſa ambiguitate, & bona à Deo temporalia & affluenter gaudia præparabuntur æterna. Transitus vero è terris meus,

i

i ut spero, Christo annuente, tertia fiet luce apparente post Octavam Resurrectionis Dominicæ.

C

turam pastoralem Christo & S. Mariæ commendat:

15 Inunctus denique in Oratorium portari se fecit; ibique baculum pastoralem in brachiis infantis Christi, imaginaliter in gremio matris residentis, imponens, dixit: Jesu Christe, Domine meus & Deus meus, à te baculum regiminis hujus loci suscepi; tibi tuæque Genitrici eumdem trado: quos perpetuos Rectores istius loci, in quantum ad me pertinet, volendo relinquo, & deprecando substi-

tuo:

pie moritur 17 Aprilis: sepelitur 24

16 His igitur ita peractis, transitu suo divinis Sacramentis munito, osculatis Fratribus valedicendo, in hora qua dixerat, pueris in choro psallentibus & dicentibus, Omnis spiritus laudet Dominum, ad gaudia transiit Angelorum. Hic vir beatus in Nativitate Christi cum duobus sociis, sub nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, montana conscendens, & in Resurrectione post Octavas, tertio die sublimia ascendens, die XV Kal. Maii existente, ac sepulturæ traditus octavo (ut in visione declaratur Radulfi) à matre Domini deducitur, & in cæleste palatium introducendo, à sancta & ineffabili Trinitate sublimatur: cui est honor & imperium in secula seculorum, Amen.

ANNOTATA.

a Tartavellans *dici videtur, quasi in tardam sive in seram usque vesperam vigilans vel expectans, quod ad usum hodiernæ linguæ Francicæ detortum* Tarde-veillant *diceretur: sed necdum scio tale quid in usu esse apud Arvernos.*

b *Duo hujus nominis loca notantur in tabulis Arverniæ, quorum alter respectu Casæ-Dei ita elaverim* S. Germain de Lerin, *alter trans eumdem fluvium, paulo remotior à monasterio,* S. Germain d'Ambrun *dicitur. Priorem hic intelligi existimo, quia solus censetur inter Prioratus à monasterio pendentes, etiam nunc satis opulentus. Est etiam tertius locus simpliciter dictus S. Germani, sed à monasterio remotior, & Claromonti propinquior.*

c Leodegarius Archiep. Viennen. *ab anno 1037 usque ad 1077 juxta Sammarthanos.*

d *Ita corrigo, mendum suspicatus: alias impressum est secundo.*

e *Is forsan locus, qui in catalogo Beneficiorum Casæ-Dei vocatur* Prioratus de Boiselel.

f *Est* Lusiacum *oppidum in Nivernensi agro, quod huc pertinere non ausim asseverare. In dicto jam catalogo nominatur Prioratus* S. Stephani de Lionsac, *in diœcesi Agathensi, tamquam dependens à Casa-Dei. Est etiam quoddam* Luignac *prope Clarum-montem.*

g *In confinio Lemovicensibus, ad occiduam Dordonæ fluminis ripam, notatur oppidum* Portus-Dei.

h *In excusis additur* sancto, *quod expunxi ut superfluum.*

i *Necessarium fuit huic loco adhibere remedium per conjecturam: quis enim sensus elici posset ex his verbis* Transitus vero tertius mensis ... tertii fiet luce apparata.

DISTINCTIO SECUNDA.

Miracula post obitum patrata.

Ad exequias fit maximus accursus:

1 SAncti à Deo dilecti Abbatis Rotberti transitus in tantum excivit circumjectas diœceses ac provincias, ut multitudo Casæ-Dei circumfluentium, nec in vico, nec in latitudine, nec in amplitudine caperetur platearum. Interfuit ei obsequio omnis sexus, omnis ætas, omnisque ordo, & maxima multitudo languentium, aliquid viri sancti reliquiarum expetentium.

Defuncta Virgo visa ad corpus descendere:

2 Inter hæc de discipulis quidam antiquioribus, Radulfus nomine, cognomento Passeronus, repentina magistri dissolutione, majori angore depressus, in parte secedens, obdormivit, viditque visionem admirabilem matris Domini super corpus suum descendentis. Hanc igitur Archidiaconus Andegavensis Magister Marbodus, postea Redonensis Episcopus in secundo libro retulit, quem de miraculis scripsit B. Rotberti. Hunc B. Rotbertus villulæ S. Silvani, in territorio Arvernico sitæ prope municipium *a* Muratum nomine, oriundum, mimicæ artis levitate occupatum; ad Christi tyrocinium accivit: unde siquidem magistrum suum, magis præ ceteris, ulnis veræ dilectionis amplexatus est. Concessit etiam ei Dominus, ut monasterio suo Casæ-Dei multas possessiones acquireret: ecclesiam videlicet S. Silvani, quam supra diximus, locumque Portus-Dei: in territorio vero Agennensi locum, *b* qui Caritas appellatur, cum aliis duabus ecclesiis: in Lemovicensi tandem pago Capellam Fulcherii, ubi in senectute bona degens, præsentemque vitam terminans, sepultus est.

a

b

idem eo mandante decentius componitur:

3 Cum vero B. Rotberti corpus in octavo die transitus venerandi esset, ubi divinitus sibi fuerat præostensum, traditum sepulturæ; apparuit quibusdam Religiosis suis discipulis idem Sanctus, dicens, caput suum à lapide superimposito graviter oppressum. Ablato itaque lapide, ut dixerat, naso cassato repertum est. Exinde, propter *c* instantiam expeten-

c

tium

A tium infirmorum, abluto corpore vino, & in corio cervino diligenter compoſito, retentis ejus veſtimentis ad beneficium præſentium & futurorum, venerabiliter, ut decebat, rurſum eſt in loco ſuo repoſitum.

4 Divinis ſiquidem miraculis locus intantum cœpit illuſtrari, quantum ſi quilibet, quamvis Maronis vel Tullianæ eloquentiæ flumine rigaretur, utilitati futurorum titulatione litterali tradere curaret, materiei magnitudinis depreſſus pondere ſubjaceret, reique magnitudinis exundantia ſiccaretur. Tanta nempe erat diverſarum incommoditatum magnitudo, energumenorum, ſurdorum, mutorum, claudorumque, & nonnullis aliis calamitatibus laborantium enormitas, ut ſe invicem nullatenus ſufferre valuiſſent. Quamvis vero excedere videretur quantitas languoris, qualitaſque copiæ laborantis, nullus tamen optata ſalute, larga Dei gratia, vel cura per B. Rotbertum miniſtranda caſſari videbatur.

miracula plurima patrantur:

5 Cum igitur tam frequentium miraculorum felix rumor non ſolum circumjectas, ſed etiam exteras & procul poſitas provincias replendo, longe lateque in dies ſingulos *d* exciret, contigit ut civitatis maritimarum Alpium Ebredunenſis Archiepiſcopus, hujus rei famam probaturus, & quia beati viri in vita familiaris fuerat, Caſam-Dei veniret. Eccleſiam autem ingreſſus, orandi ſpatium expetiit, & ſolus ante ſepulcrum viri ſancti remanſit. Deum itaque devotiſſime precabatur, ut rei hujus veritas ſibi panderetur. Nec diu pius Deus ejus deſiderium differre voluit: ſed duobus evidentiſſimis in ejus præſentia mox peractis miraculis, ultra quam credi poteſt, ſe tam cito exauditum admirans, laudando & magnificando Deum, nihil ambiguitatis ſecum ferens, lætus ad propria rediit.

d coram Archiepiſcopo Ebredunenſi.

B

duo miracula facta.

6 Geraldus denique cognomento de Venna, qui viculus eſt in Arvernia, non longe à Budilione caſtro ſitus, diſcipulus & Capellanus B. Rotberti, vitam & miracula ejuſdem deſcripſit: ſicque Romam pergens, Domnum Apoſtolicum adiit, eique totam rei geſtæ ſanctitatem ſingillatim & diligenter aperuit. Quibus auditis, Dominus Papa & omnis Cardinalium cœtus gratias Deo exolvunt; & etiam de Sede Apoſtolica ſurgens pro ſanctitate & reverentia, Gallias, in quibus B. Rotbertus florebat, benedixit; & ut dies ejus tranſitus feſtivus & ſolennis in ordine Sanctorum Confeſſorum deinceps haberetur, auctoritate Apoſtolica inſtituit. Alumnus itaque B. Rotberti Gerardus lætus redivit Caſam-Dei, conventuque facto præceptum eſt, ut per ſingula loca Caſæ-Dei & ubique terrarum, feſtivitas beati Magiſtri digne & laudabiliter coram Deo & hominibus celebraretur: quod cum omnes gratiſſime accepiſſent, rediit ad locum quiſque ſibi commiſſum.

Vita ſcripta Romam delata,

& feſtus uses conceſſus:

C

e

7 Prior vero de *e* Alanchia cum feſtum feſtive jam peregiſſet uſque ad Miſſam, quidam Frater ait ei: Quid hodie, Pater, nobis agendum eſt, quibus jam ſolennis adeſt dies, & parum, immo nihil reſtat ad manducandum? Ad hæc ille: Noli, inquit, Frater, verbis Domini in medio prolatis, ſolicitus eſſe dicendo, Quid manducabimus, aut quid bibemus? ſed eamus in eccleſiam, & ad honorem B. Rotberti decantemus primam Miſſam, & hæc omnia per B. Rotbertum adjicientur ſufficienter. Hujus profecto aſſertionis non dilatus eſt eventus credentibus illis: ſtatim namque ut Miſſa incipitur, piſcis immanis, Lucius vulgariter appellatus, ab aquila ſuper eccleſiam adveniente ante fores ejuſdem eccleſiæ projicitur: ad cujus ſonitum quidam de eccleſia egreſſi, videntes mirabilia Dei, intus piſcem detulerunt; & ut decebat, omnes pari voto ac gratulatione Deum, qui Sanctos ſuos ſemper glorificat, magnificantes & laudantes, feſtum devotiſſime lætiperegerunt.

Miſſa de S. Rotberto cantata piſcis ab aquila adfertur:

8 Interea vero Caſæ-Dei ſepulcrum venerandi Confeſſoris tam crebris illuſtrabatur miraculis, quod vix aut numquam quis ſingulari præditus memoria poſſet verbis referre ſingula, vel litteris ad memoriam poſterorum commendare. Unde tanta erat oblationum abundantia, quod non numerando, quando dividebatur, ſed cum pelve menſurando accipiebatur. Clamor equidem ac tumultus talis erat tantuſque in monaſterio infirmorum advenientium, & recepta ſanitate recedentium, virtutemque B. Rotberti acclamando, aureſque habitantium *f* opplendo, ut ſe nec invicem ſine labore audire, nec divina Officia, quod importabile erat, devote poſſent perſolvere. Majores denique natu, ac ferventiores ſpiritu ad beati viri ſepulcrum accedentes, hujuſcemodi ſermonibus eum conveniſſe feruntur: Hos, inquiunt, Domine Pater, hujus eremi ſqualleres veſtro ducatu optavimus, & ut delictorum veniam & Redemptoris gratiam conſequeremur, gaudentes intravimus; præſentium miraculorum abundantia tanta nobis ſuccreſcit divinorum Officiorum inopia, ut nec peccata noſtra plangere, nec divinas laudes valeamus decenter exolvere: veſtra ideo nobis impetrent merita, ut his *g* diebus, importunitatibus ſopitis, cum tranquillitate tantum ſic Chriſto Domino ſerviamus, & in futuro veniam delictorum invenire valeamus. Proinde interim cautum eſt, ne quis infirmorum ad ſepulcrum accederet; quoniam nec ei amodo valvæ aperirentur, nec obſequia præberentur: paulatim exinde conquievit inquietudo, & ſuccrevit ſanctæ quietis religio.

AUCT EJUSDEM.

impeditæ quiete ob multitudinem accurrentium,

f

petitur miraculorum ceſſatio,

g

E

& valvæ templi non aperiuntur.

9 Superna denique diſpenſatione non ſolum Alpinas Gallicanaſque provincias, ſed etiam exteras nationes & regiones, B. Rotberti gratia meritorum decrevit illuſtrare. Præſul namque *h* Mutinæ civitatis, olim S. Jacobum Galliciæ cauſa orationis adiens, eccleſiam quamdam ſub regimine Caſæ-Dei exiſtentem hoſpes ſubintravit, & ibi una nocte manſit. Sacerdos autem ejus eccleſiæ, cum nomen B. Rotberti eundo & redeundo ſæpiſſime iteraret; Quis hic S. Rotbertus, Presbyter, ait Epiſcopus? Eſtne ille cujus monaſterium eſt in vicinia Podienſis Eccleſiæ Beatæ Virginis? Ille eſt, inquit, Domine mi, Presbyter. De hoc, ait Epiſcopus, bono viro, quid in civitate noſtra nuper acciderit, tegere ſilentio minime convenit. Die quodam feſto, reſidentibus nonnullis Clericis & laicis circa nos in Conventu noſtro de Primoribus civitatis, cum de quibuſdam eorum negotiis ageretur, contigit ut Archidiaconus noſter aliquando ſomno deprimeretur. Tandem evigilans, quod vidit & audivit, diligenter nobis aperire cœpit. Ego, inquit, modo adductus fui ante fores cujuſdam inſignis & ultra ſenſus humanos refulgentis palatii. Reſidens vultu erat ſplendidus & habitu, nomine Rotbertus, ad cujus dexteram & ſiniſtram non modicus virorum illuſtrium per gyrum palatii conventus reſidebat; quorum gloriam cum ſtudioſe & libenter attenderem, ecce *i* burgenſis hujus civitatis (ille enim nominatus, & notus erat in urbe) à viris ſpecioſis adducitur, & in aſpectu ſenioris palatii ſtatuitur. Qui cum ab ipſo quid vellet interrogaretur: Domine, ait, veſtri monaſterii beneficiis volui dudum aſſociari; nunc, ſi Deo placet, veſtro conventui deſidero adunari. Et hoc, inquit, nobis gratum eſt; juſſitque eum inter alios reſidere. Hæc cum audiſſem, ſtatim evigilavi. His dictis ab Archidiacono, multitudo ſignorum per civitatem pulſari cœpit. Cum autem quæreremus, quid hoc eſſet, uxor & filii amicique ejuſdem burgenſis, cujus viſionem nobis Archidiaconus recenſuerat, ad nos intraverunt, ejuſque obitum cum lacrymis denuntiaverunt. Cujus confeſſionis modus qualis fuiſſet,

h attestante Epiſcopo Mutinenſi

Archidiaconus vidit civem in raptu apud S. Rotertum.

F

i

AUC. BERTRANDO. cum à nobis quæreretur, ab eis hujuſmodi fuiſſe refertur. Cum infirmitate, inquiunt, cœpiſſet gravari: Ego, ait, monachus volo fieri B. Rotberti Calæ-Dei: ejus namque monaſterium ultra montana, cum quadam vice eſſem in oppido Beatæ *k* Virginis, libuit adire fama loci bona illectus. Ibi à Fratribus caritative receptus, cum ſociis meis fui, meque pro monacho obtuli, & ideo monachus ejus volo fieri. Cum vero de Fratribus illius loci nullus à nobis reperiri potuiſſet, quemdam Cluniacenſem venire fecit, eumque ſibi habitum Religionis ad nomen B. Rotberti tradere rogavit. Quod ut factum eſt, ex hac luce eductus eſt. Hujus ſiquidem narrationis atque Archidiaconi viſionis concordiam diligentius intuentes, poſſumus ex hoc colligere, quam magni meriti in conſpectu ſit B. Rotbertus ſummi Dei, quamque certa ſit laus hominis, ac proinde quam devotiſſime expetenda familiaritas religioſorum virorum ſanctæ opinionis.

eadem hora mortuum in veſte ipſius, *k*

10 Suaviſſimum notitiæ ſuæ odorem cum tanti gloria Confeſſoris per populos paſſim diffunderet, Raymundum, *l* prius appellatum S. Ægidii Comitem, omni paterna hæreditate carentem, Caſam-Dei ſcilicet ad limina beati Rotberti, ſocio uno aſſociatum advexit. Intrans proinde & excubans ante ejus ſanctum ſepulcrum, cauſam ſuæ neceſſitatis ante certiſſimum adjutorem & advocatum depromens, ſummo mane Miſſa celebrata, hominium B. Rotberto fecit, enſem deſuper Altari accepit, & Comitatum Toloſanæ urbis à nullo ſe habere vel tenere, niſi à B. Rotberto confirmavit, ſi Deus per illum ſibi tradere diſpoſuerit. Cujus deſiderium non diu eſt dilatum: nam ut à loco S. Rotberti diſceſſit, fineſque paternos attigit; ſine contradictione Proceres cuncti hominium ei fecerunt, & ipſi ex corde adhærentes, urbem Toloſam, ceteraſque provincias, quæ paterno jure ei debebantur, uno impetu ſubſtituerunt. Quod ut ipſe vidit, immenſas Chriſto Domino gratias perſolvens, ac toto affectu, quamdiu in præſenti luce perſtitit, B. Confeſſorem Rotbertum devotiſſime ac venerabiliſſime excoluit.

l B *Raymundus à S. Ægidio hominium faciens S. Roberto ſit Comes Toloſanus:*

11 Diſpenſatori exinde ſuperno placuit urbem ſuam ſanctam Hieroſolymitanam, quæ dudum à nefandiſſimo Paganorum jugo premebatur, liberare: & corda nonnullorum Procerum Chriſtianorum excitavit, ut ſepulcrum Dominicum armis adirent, & priſtinæ libertati reſtituerent. Inter quos Raymundus Comes S. Ægidii, iſte de quo loquimur, cum ad hoc negotium ardentius inſiſteret, ſumpta cruce ſepulcrum B. Rotberti adivit, & Privazacenſem Priorem cujuſdam loci Caſæ-Dei, Arbertum nomine, ſecum duxit. In qua expeditione, quantum claruit, hiſtoriographi ejuſdem expeditionis celebri relatu proſequuntur. Hic Monte-peregrino ædificato, captaque urbe Tripoli, Arbertum, jam præfatum Caſæ-Dei monachum, ejuſdem loci [Priorem &] urbis Epiſcopum fecit. Ipſo igitur Comite ex hoc mundo educto, ille Tripolitanus Epiſcopus, *n* quem Comes ipſe, quoad vixit, carum [ſemper habuerat] ad ſepulcrum B. Roberti reliquias Sanctorum, quas habuit, ut juſſerat, cum aliis pluribus ornamentis, magniſque divitiis Caſam-Dei tranſmiſit. Hic itaque vir illuſtris ubi ſub alis Confeſſoris Chriſti ſubſtitit, illuſtrior ſemper effulſit, donec in regnum ſuum Chriſtus eum introduxit.

& in Terram ſanctã profectus eum monacho Caſæ-Dei, C

moriens varia bona legat: *n*

12 Eodemque modo nobis luce clarius conſtat, cunctos, pro quavis anguſtia ejus ſubſidia implorantes, optata ſpe nullatenus excluſos eſſe: quamplurimi enim ſobole deſtituti, cum ad ejus cucurriſſent auxiliũ, ſine tarditate fœcunditatẽ prolis habere meruerũt.

ſteriles obtinent prolem:

13 Juſta igitur Dei diſpenſatio ſicut ſubditos beato viro diſpoſuit ſublimare: ita tumidos ei ac ſuperbos cenſuit dejiciendo humiliare. Namque *o* Audebertus Agenneñſis Epiſcopus, cum à quodam monacho Caſæ-Dei, viro ſcientia & religione non mediocriter ornato, in ſua Synodo conveniretur, quia eccleſia *p* S. Liberatæ & ceteræ eccleſiæ B. Rotberti, quæ in Epiſcopatu ſuo habentur, injuſte à raptoribus tractarentur; ut contumelioſa verba in S. Rotbertum evomuit, mox viſibiliter retro cecidit, & pene exanimis effectus, à circumſtantibus elevatus eſt. Quo facto omnis Synodus dedit laudem Deo, & nomen B. Rotberti ad ſidera tollens, unuſquiſque ad ſua rediit, gaudens & lætus; ipſe denique Epiſcopus, quoniam vir prudens rationiſque capax erat, Caſam-Dei veniens, S. Rotbertum, quem prius deſpectui habuerat, me adſtante, geniculando ante ejus ſepulcrum, eximium Confeſſorem pronuntiabat.

D *o* *Epiſcopus ob contemptum S. Roberti punitus, emendatur:* *p*

14 Quamvis perſona & cauſa diſſimilis fuerit peractæ actionis, vindicta tamen paris contemptus beati Confeſſoris Rotberti in urbe Claromontis cælitus enituit. Sancti enim *q* Geneſii Presbyter cum vice quadam feſtivitatem S. Rotberti feminis colere præcepiſſet; ejuſdem Parochiæ quædam muliercula mandatum contempſit, colum aſſumpſit, nereque cœpit. Quæ cum à filia reprehenſa, noſſet corrigere; linteamina capitis ejus continuo ardendo fumigare puella intuens, protinus accurrit, faſciolamque ambæ ejiciunt, ac flammam ignis extinguunt. Rurſum mulier accepto colo & fuſo, nere ut prius cœpit, quod acciderat reputans fortuitum fore, non divinum. Ultrix vero pœna evigilans, totumque capitis involucrum inflammans, viſa eſt & capillos & cutem concremare. Conclamant igitur mater & filia; occurrit undique turba non modica; rei geſtæ veritas nudatur; linteamen pene abſumptum igne ad eccleſiam defertur; & virtus Chriſti in B. Rotberto ab omnibus magnificatur.

q *femina in feſto ejus mens punitur:* E

15 Alio quoque tempore cum Armandus, qui nunc ſupereſt Vice-Comes *r* Polunniacenſis, militem quemdam, cui cognomen Vulpis, haberet in carcerem *ſ* detruſum, & ſeniores parentes atque amicos de ejus liberatione audire noluiſſet, etiam Caſæ-Dei Abbas, ut ſibi pro Dei & B. Rotberti amore ſolveretur, ſubmiſſis precibus expetivit, nec impetrare potuit. In prima autem Dominica Adventus Chriſti, illuceſcente aurora, jam dictus Vice-Comes ad carcerem deſcendit, & ſeris ac repagulis atque carcerariis amplioribus appoſitis locum obfirmans, Caſam-Dei aſcendit. Beatus vero Rotbertus, virgam manu tenens, militi ſæpius ſeſe clamanti in carcere adſtitit; & ut ſurgeret, & Caſam-Dei poſt Vice-Comitem abiret, imperavit. Ad cujus præceptum vincula ceciderunt, & oſtia patuerunt; & ipſe acceptis compedibus, per medios cuſtodes tranſiens, Caſam-Dei venit, Vice-Comitemque ad gradus deſcendentem offendit. Qui cum vidiſſet primum illum diriguit, & vix interrogans, Quid hoc eſt? ab eo audivit: B. Rotbertus me liberavit; qui tunc ante ſancti Confeſſoris ſepulcrum fuſis lacrymis proſternitur. Ubique laudes, & immenſæ gratiæ ſummo Regi Chriſto & B. Rotberto, à nobis quamplurimis qui affuimus, exolvuntur. His itaque peractis, gaudens & lætus miles ad ſua rediit.

r *ſ* *miles carceri inclusus à S. Roberto apparente liberatur:* F

16 Dies feſtus illuxit; & frequentia populi permaxima ante fores monaſterii Caſæ-Dei aſſiſtebat; cum ecce miles nobilis, nomine Pontius, cognomento de Clavenaco, in equo optimo à parte Septemtrionis ſuper gradus aſcendens, à pluribus ei dicitur, quod nullus illic auſus eſſet equitare amplius. Ille quod audierat, indigne tulit, ſuperbe reſpondit, & emendare noluit. Sed ſupernus Arbiter citiſſime corrigere diſpoſuit: moxque ad proceſſionem duo majora ſigna, quæ ſuper locum illum in campanario conſiſtunt, pulſari

militis ſuperbi equus interficitur.

A pulſari cœperunt, ac *t* batillus unius illorum dilapſus, frontem equi vibrando attigit, & cerebrum cum toto corpore in terram alliſit. Cernentes qui aderant timuerunt, & mirabilem Deum in operibus ſuis magnificare cœperunt; & ille qui ad gradus aſcenderat ſuperbus equeſtris, deſcendit humilis pedeſtris. Virtus itaque Chriſti Domini contemnentes ſe corrigit, ſuperbos dejicit, & humiles tollit ad ſidera, cui ſemper ſit honor & gloria. Amen.

ANNOTATA.

a Muratum *oppidum notabile ad Alagnonis fluvii initia in Arvernia ſuperiori, plures ejuſdem nominis vici in Arvernia & vicinis provinciis notantur.*

b Caritatis locus *in Agennenſis diœceſis Pullario, ut vocant, nullus nominatur, uti nec* Capella Fulcherii *in Levovicenſi: unde extincta eſſe hæc beneficia veroſimile fit.*

c *Ità corrigo, pro eo quod erat impreſſum,* Inſtitutionem.

d *Hic quoque erat impreſſum.*, exerceret.

e *Eſt* Alancha, *vulgo* Alenches, *ſuperioris Arverniæ oppidum.*

f *Impreſſum erat* prolendo.

g *Melius forte legeretur*, dictis.

B h *Ab anno* 1054 *uſque ad* 1097 *Mutinenſi eccleſiæ præfuit* Herebertus, *qui Henrico Imperatori ſchiſmatico turpiter obſecutus, conſecrando Gibertum Antipapam, facti forſitan pœnitens ante mortem, ſacram hanc peregrinationem ſuſceperit, vel propria ſponte vel propter beneficium abſolutionis eo ire juſſus.*

i Burgenſis *à* burgo *dicitur, ſicut econtra* civitas *à* cive: *Francis* bourgeois.

k Anicium, *nunc* Podium B. Mariæ, *de cujus antiquitate & miraculis ſcripſit noſter Odo Giſſæus: multis de eadem urbe egimus* 1 *Februarii, ubi de SS. Agrippiano & Vrſicino: diſtat autem à Caſa-Dei ſolum octo leucis.*

l Raimundus *mortuo fratri Guilielmo ſucceſſit: de quo latiſſime agit Guilielmus Catellus, lib.* 2 *Hiſtoriæ Comitum Toloſanorum. Profectus in Terram ſanctam, poſt captam urbem Tripolim, mortuus eſt anno* 1105.

m Privaſaeum *in diœceſi Ruthenenſi in Aquitania, Prioratum etiamnunc opulentum habet, dependentem à monaſterio Caſa-Dei.*

n *Senſus miſere vacillans, juvandus fuit vocibus aliquot appoſitis, & quibuſdam tranſpoſitis: ſic enim impreſſum legebatur*, Epiſcopus ſepulcrum B. Rotberti, quem Comes ipſe quoad vixit carum inter Reliquias Sanctorum &c.

C o Audebertus, *Sammarthanis* Adelbertus, *præfuit circa annum* 1120. *de quo nihil prater nomen repererunt dicti Sammarthani.*

p De S. Liberata Virgine *egimus* 3 *Februarii: ſub cujus nomine adhuc ſupereſt dives Prioratus.*

q Eccleſia S. Geneſii *olim erat S. Symphoriani, Collegiata & Parochialis nunc eſt. Colitur is* 25 *Auguſti.*

r Polunniacum, *vulgo* Polignac *in Velaunis, ab occidua Elaveris ripa & ab* Anicio, *quibus interjacet, gemina fere leuca diſtans.*

s *Impreſſa*, decurſum.

t Batillus, *vulgo* Batail, *lingua ſeu clavæ campanariæ, deducitur à* Batere; *vulgo* batre, *percutere.*

DISTINCTIO TERTIA.

Abbates & monachi Caſæ Dei, virtutibus & miraculis clari.

B. Rotberto 1 *ſuccedit Durandus,*

BEatus Dei amicus & Sacerdos Rotbertus, cœnobium Caſæ-Dei fundavit, Abbatiarum, Eccleſiarum, aliarum rerum poſſeſſionibus ditavit, Deique inſuper gratia in ſe operante, ei viam ſummum ad bonum tendendi perdocuit. Eo autem ad cælos aſſumpto, & Duranto ejus diſcipulo in adminiſtratione paſtorali electo, Rotbertus Comes Arvernorum, item clauſtralis Prior Rotbertus, in hoc ipſo veſtigio, quantum deſuper eis datum extitit, obnixius elaborare cœperunt. Nam Comes Rotbertus contra hoſtes Caſæ-Dei viſibiles oppoſuit ſe ſcutum invincibile; Rotbertus vero Prior in hoſtes inviſibiles omnem fidei armaturam, ut Chriſti miles, arripuit. AUC. BERTRANDO.

2 Fertur enim quod, cum cunctas monaſterii officinas, ut mos eſt, poſt Completorium vice quadam inveſtigaſſet, ne quid inordinatum ibi remaneret; generis humani inimicum in habitu monachi, ſtatura enormem, facie tenebroſum, naſo truncatum, in clauſtro obviando inveniens, foras extraxit, & quid illic quærere præſumpſiſſet, quæſivit. Ego, inquit, Cluniaco, & Majori-Monaſterio, atque Maſſilia modo tranſiens, ad hunc locum diverti, ſi forte aliquid mei juris hic invenire poſſim. Hic autem, ait ille, Chriſto annuente, nihil unquam tui juris invenire poteris; elevataque manu, & ſigno Crucis edito, viſio illa terribilis per ſcholam Novitiorum cum ingenti fragore diffugit, quem totus Fratrum conventus tremefactus audivit: inſequenti vero die Prior cuncta quærentibus per ordinem expoſuit. *ſub quo, dæmon in clauſtro reperitus, ſigno Crucis fugatur*

3 Regimine autem Monaſterii Caſæ-Dei fere per decem annos adminiſtrato, a Durantus in Arvernenſem Præſulatum eſt inthronizatus, juxta veridicam Magiſtri ſui Rotberti prophetiam; quia cum ex privato genere hominum urbis Claromontenſis eum in ſuo ſancto propoſito educaſſet, quodam tempore cum ei prandenti aſſiſteret, fruſtum ei panis, ut comederet, vir ſanctus porrexit. Ille autem os aperuit, & comedit, & à beato viro ſtatim audivit: Quia hoc feciſti, Epiſcopatum promeruiſti. Effectus quidem hujus Prophetiæ probavit, actum priorem non fuiſſe actum levitatis. E *a ipſe, ut ſanctus prædixerat, Epiſcopus creatur.*

4 Siquidem vir Domini Rotbertus, mutato habitu Canonicorum, divinum tamen officium in vigiliis ſancti Paſchæ & Pentecoſtes mutare noluit. Illo autem ad æthereas ſedes evecto, ejus diſcipuli: Quia monachi, inquiunt, ſumus, in tam excellentibus feſtivitatibus duodecim Lectiones, monachorum more, non tres, uſu Canonicorum exequi debemus. Quod cum ab omnibus ſtatutum fuiſſet, contigit ut ſequenti die ſancto Paſchæ, non ſine nutu divino, ut creditur, nullus è tanta multitudine evigilaret, donec aurora eluceſceret. Non valentes itaque duodecim Lectiones, tres more paterno, divinitus correcti, & hinc deinceps gratanter cœperunt exolvere. F *& monachi, ut inſtituerat, officium cognitur more Canonicorum facere.*

5 In Abbatiali autem cura Caſæ-Dei, Siguinus vir illuſtris, Lugdunenſi caſtro Eſcoſtaiaco appellato oriundus, Deo & hominibus amabilis, Duranto ſucceſſit: cujus tempore locus Caſæ-Dei, & religionis fama & ampliſſimis poſſeſſionibus, excrevit; & idem ſignis clareſcentibus, mundo clarus apparuit. Carennacenſis namque Præpoſitus, cum eum per terram ſuam tranſeuntem reperiſſet, devote eum deprecatus eſt, ut Carennacum *b* veniret, ibique feſtum Pentecoſtes in ſequenti die futurum celebraret: videnſque Abbas Seguinus ipſius devotionem, ad locum divertit, & diem ſacrum peregit ibi. Cum vero multitudo nobilium & privatorum ex circumadjacentibus locis, die feſto invitante ac fama Abbatis præſentis eos attrahente, Carennacum affluëret; tyrannum quemdam contigit adeſſe, qui multa mala loco illi indeſinenter videbatur perpetrare. Abbatem ideo Præpoſitus commonuit, ut hunc deprecando conveniret, quia ob hoc fortaſſe à ſua malitia ceſſaret. Quod cum Abbas diu feciſſet, Miles ille nec amore feſtivitatis, nec reverentia viri mirabilis, aliquid boni vel pacis promiſit, ſed magis minando furibundus diſceſſit. Præpoſito ſiquidem ob hoc valde exterrito, ait Abbas Seguinus, Ne timeas, Frater, quia iſte malitiæ b *Signinus* 3 *Abbas.* *prædicit citò moriturum tyrannum,*

AUC. BERTRANDO.

malitiæ ſuæ curſum terminavit, nec tibi nec tuo loco nocere poterit. Hanc autem prophetiam ſummi Judicis *c* juſta ſententia declaravit eſſe veriſſimam: quoniam ubi tyrannus ab Abbate tumidus diſceſſit, juxta fluvium ad aves accipitrem jactavit; quem dum inſequitur, in flumen ruens, mox vita privatur. Quæ res perſecutoribus loci illius non modicum incuſſit timorem, & habitatoribus magnam præbuit tranquillitatem.

c

& Petrum fore Abbatem S. Illidii:

6 Benignus idem vir Seguinus, tempore quodam cum ab oratione ſurgeret in monaſterio S. Illidii, quod in Claromonte civitate ſitum eſt, juvenem quemdam Caſæ-Dei monachum, Petrum de Ponte Bigaudi cognominatum, obvium habuit, cui illico ſubridens dixit: Frater, adjutorem Deum implorare debes, quoniam Abbatialem hujus loci anno proximo curam ſuſcepturus es. Nimirum cum ſine Dei adjutorio nulla creatura ſubſiſtere poſſit, *d* huic tamen maxime Dei auxilium neceſſarium fuit: diu enim Abbatia ſuſcepta, & imbecillitas eum corporis attrivit, & bellicus turbo Comitis Claromontenſis & Canonicorum, monaſterium ejus oppreſſit.

d

B *fuerem ſolæ excommunicatione pellit:*

7 Famulantibus proinde Deo in Caſæ-Dei cœnobio, latronum violentia graviter inſiſtebat. Cumque diutius hanc injuriam paterentur, & nullum remedium ab hac peſte inveniretur, Domnus Abbas Seguinus, in die ſancto Cœnæ, orarium atque baculum paſtoralem afferri præcepit, ſurgenſque ait: Quia filius iniquitatis filios Dei [vexare] non deſinit, ex auctoritate Dei Patris, & Filii, & Spiritus ſancti inhibemus ei, ne amplius habeat hic locum commorandi. Mox ut hæc verba complevit, Refectorarius, videntibus cunctis de Capitulo egreſſus, nuſquam ultra comparuit. Ingens autem admiratio cum ſuper hoc haberetur; furta ejus quæ in clauſtro faciebat, à complicibus ſuis, qui foris erant, reteguntur; ſicque veridicum illud impletur; Nihil occultum, quod non reveletur.

Luc. 12, 2

Pontius 4 Abbas: *e*

8 Amabilis autem Deo & hominibus Abbas Seguinus, fere quindecim annis in cura paſtorali Caſæ-Dei peractis, *e* Pontio gubernationem ejus loci derelinquens, Avenione ſepultus fuit: de cujus tranſitu in vita viri Dei Stephani, diſcipuli B. Rotberti, nonnulla edidimus.

C

9 Interea vero Avenionis Prior, omni cura paſtorali poſtpoſita ſoli Deo vacare volens, Caſam-Dei nuntium miſit, quatenus ſibi Frater mitteretur, qui idoneus ad totius loci gubernaculum haberetur. Juvenis itaque ei bonæ indolis miſſus, & in omnibus ei ſubjectus, hæc ab eo audivit: Ad hoc, Frater, ad nos directus es, quatenus hujus domus diſpenſationem ſuſcipias, mihique ſolummodo neceſſaria præbeas. Ad hoc juvenis: Nullatenus, inquit, Pater, hoc fieri poteſt, ut ego vobis imperem, vel quoad vixeritis ſuper vos habeam Prioratum. Cum hoc igitur alter non pateretur, in hoc conveniunt, ut quod religioſus monachus Cluniacenſis, qui in vicino habitabat, eis laudaret, hoc uterque impleret: ab eo tandem acceperunt, ut omnium [interiorum] ſenior, exteriorumque juvenis procurationem provideret. Quod & factum eſt. Senem proinde juvenis rogavit, quatenus Caſam-Dei ſe ire permitteret, & Cœnam Dominicam ibidem celebraret. Peracta itaque ab eo apud Caſam-Dei, ſicut optaverat, Cœna Dominica; inſequenti die Dominicæ Paſſionis febre correptus, in domum infirmorum eſt adductus. Ingraveſcente autem morbo inunctus, Sacramentiſque munitus, ſpiritum Deo reddidit, & in Sabbato ſancto ſepultus fuit. In ſequenti vero die ſancto Paſchali, cum quidam manſionarius oſtium Eccleſiæ aperiret, ad cognoſcendum an lux diei illuceſceret, ut tunc Hymnus, Aurora lucis, ut mos eſt, inciperetur; ecce juvenis defunctus,

ſub eo Diaconus pius, à morte apparet:

more Diaconi albis veſtibus indutus, qui in heſterno Sabbato fuerat ſepultus, præſentialiter ante oculos ejus adſtitit, eique dixit: Reſurrexit Dominus. Ad hæc tremefactus, ſpiritu recuperato, interrogavit eum qualiter ſe haberet, & quomodo huc veniſſet. Reſpondit, Regina cælorum, cum ſanctis Apoſtolis ac Virtutibus Angelicis, divina Officia hic hodie eſt celebratura: ad hoc, inquam, mandatus ſum venire, & diaconatum meum implere. Audiens hæc ædituus Priorem adduxit, qui & ſupradicta ab eodem qui vivus apparebat; audivit. Quo facto ab eis diſceſſit, omnibus ſuper hoc admirantibus. Quorumdam equidem Fratrum voluntas fuit, [requirere] an corpus in ſepulchro poſſet inveniri, quod ante oculos eorum tam manifeſte viſum eſt haberi: quod Domnus Abbas Pontius, ut magnæ diſcretionis & religionis increpuit fieri, ne præſumptio aliqua notari poſſet. Propriæ poſtinde diſpoſitionem Abbatiæ, per annos ſeptem procuratam, Aymerico derelinquens, ad *f* Anicienſem Cathedram ſublimatus eſt.

D

Pontio facto Epiſcopo Anicienſi.

f

ſuccedit Aymericus.

10 Aymericus dehinc in cura Paſtorali ſepte annis decurſis, Sedem Abbatialem Stephano ſubſtituens, *g* Arvernenſis Eccleſiæ apicem regendum ſuſcepit.

g

E

Sub Stephano 6 Abbate.

11 Per idem tempus cum quidam Frater magnæ ſimplicitatis ac puritatis, cognomine Bertrandus Baptiſta, ideo ſic vocitatus, quia infantem adhuc puer ad ſuccurrendum gratiæ baptiſmatis tradidit apud *b* S. Privatum, ingentem pateretur anxietatem; quia Presbyter Corpus Domini deſuper altare perdiderat, nec quid de eo factum eſſet rationem reddere poterat; ipſe ante ſanctum altare flexis genibus fuſiſque lachrymis cum omni contritione Deum exorans, junctis palmis in ſummitate digitorum ſuorum, quod eſt mirabile dictu, Corpus Dominicum affuiſſe inſpexit. Qui cum præ gaudio voce magna exclamaſſet, & Presbyter qui perdiderat accuriſſet & agnoſceret; quanto gaudio, quanta exultatione cum omnibus qui aderant tripudiavit, magis intimatur ſilentio, quam poſſit exolvi eloquio.

b

Corpus Domini amiſſum indigitu ſimplicis Fratris invenitur.

12 Aliud quoque de hoc Fratre Bertrando ſatis ſtupendum refertur, quod dum die quodam Miſſam celebraſſet, in calicem Dominici ſanguinis vermis araneus cecidit. Quo viſo quid conſilii acciperet, quo ſe verteret, quid ageret neſciens; ſimul omnia ebibit, & nil triſte Deo operante paſſus inde ſenſit. Poſt vero non multis diebus evolutis, cum ſanguine minueretur, ſimul cum cruore, videntibus qui aderant, aranea de brachio egreditur, & quia hic Chriſtum diligendo verbis ejus credidit, ſi mortiferum bibit, non ei nocere potuit.

& aranea in calice innoxie ſumitur.

F Marc. 16, 18

13 Juvenis quidam, Petrus nomine, Arvernus genere, crus ac pedem igneo morbo ardente amiſit, os vero cruris manu ferens, *i* ſubpediendo baculis Caſæ-Dei venit: ibique eum vir religioſus Geraldus eleemoſynarius per dies multos detinuit, oſſe cruris in quodam foramine locato. Audiens proinde pauper ille crebra miracula fieri in loco, qui S. *k* Maria de mari appellatur, ab urbe Arelatenſi non longe ſito, oſſe cruris accepto, illuc devenit: & Petrus quidam miles Vivarienſis / caſtri, nomine Wlgarius, ei hoſpitium præbuit. Nonnullis tandem diebus evolutis, evenit quadam nocte, ut miles quaſdam perſonas circa lectum pauperis audiret colloquentes, & dixit: Quare, inquiens, non dormitis (clientelam ſuam eſſe arbitrans) & pauperem inquietatis? Nos inquiunt ei, Domine, neque loquimur, neque loquentes audivimus. Rurſum dormivit, & iterum evigilans, ſicut prius audivit, & advocans pauperem dixit: Qui tecum loquuntur, Petre? Domine, ait, beata Dei Genitrix, & S. *m* Hippolytus Martyr ejus & pedē mihi componunt & reſtituunt. Hoc autem miles vanum ac fabuloſum æſtimans, Dormi, inquit, Petre, dormi. Et ille, Domine ait,

i

k

Crus paterna jam pridem amiſſum.

l

m

Deipara & S. Hippolyti reſtituuntur.

A ait, vênite & videte, quia quod dico verũ eſt. Surrexit miles ille, & uxor ac familia: & crus novum cum pede, aptum & candidum, ſibi reformatum, ut dixerat, quod erat mirabile dictu, inveniunt. O vero cruris ejus, quod in foramine maceriæ locatum fuerat nuſquam repererunt. Procedentes itaque omnes qui aderant, iſtud admirandum opus & ſimile retro n actis ſeculis *n* vix aut numquam auditum, oſculari, & laudare Deum cœperunt.

monachus ſine morbo & dolore moritur:

14 In Cœnobio Caſæ-Dei, cum in die Sancto Paſchæ, omnes Fratres circa divinas laudes ſatagentes & gaudentes quidam Frater novitius videret, diligenter cœpit inquirere locum, in quo Fratres exeunt à corpore. Qui cum interrogaretur cur hoc quæreret: Cupio, inquit, diſſolvi & cum Chriſto eſſe. Oſtenſo autem ſibi loco, in eo ſe extendens, ut Fratres venirent, & juxta conſuetudinem morientium facerent ſibi, devotiſſime depreçatus eſt. Quod cum ſuper hoc mirantes Fratres expleſſent, præſentibus illis, cum gaudio ſine dolore, dormivit in Chriſto.

o 15 Frater quidam Caſæ-Dei, Joannes nomine, loci Arvernenſis *o* Deleti Prior exiſtens, in gravem infirmitatem decidit. Cumque ad extrema deductus B eſſe videretur, tres ante eum Fratres adſtabant, Andreas nepos ejus, Petrus quoque Raïnardi, & ego Bertrandus qui hoc ſcripſi. Ille vero diu amiſſo famine, bis dixit p, Bertrandus, Bertrandus. Tranſacta proinde fere dimidia hora, viribuſque receptis fari juſſi. Interrogatus itaque, cur Bertrandum jam paulo ante nominaſſet, dixit, Vidi quemdam Pontificem glorioſum, qui mihi B. Nicolaus eſſe videbatur (illum enim totis viſceribus dilexeram) & me [conſtituit] ante fores cujuſdam templi, quod tantæ pulchritudinis, tantæ claritatis & odoris erat, quod vix ullus narrare queat, & dixit mihi: En manſionem tibi hanc à Deo acquiſivi, vel ſi volueris in corpore vivere, poteris: ex his duobus optio tibi datur. Domine, dixi ei, habeo amicum Bertrandum, & quod mihi laudavit ille, hoc eligam. Et ille, Bene, inquit dixiſti, quod tibi ipſe laudaverit hoc facite. Dicito ergo, ait, mihi quid horum eligam. Quod cum audiſſem, fateor primum dirigui. Tandem invocans Dominum dixi: Quamvis in multis ex hoc mihi grave incommodum inferatur, nolo tamen ut pro me requies veſtra differatur, ſed ingredimini in locum tabernaculi Domini: qui gaudens effectus dixit, Benedictus ſit Deus, quia hoc optabam, aliud timebam. Evoluto poſthæc parvo tempore, lætus exivit à corpore.

p alius acceptâ optione vivendi ait moriendi,

lætus moritur:

C

16 Presbyter quidam, Murciacenſis eccleſiæ, in Sanctonico territorio ſitæ, Gaufridus nomine, morbo gravi correptus in lectum decidit. Qui audiens Bernardum, S. Gemmæ Priorem, veniſſe ut ad ſe intraret, per amicos ſuos humiliter deprecatus eſt: infeſtus enim ei & ceteris Fratribus Caſæ-Dei, ex quo in eccleſiam ſuam Murciacenſem eum aſſumpſerant, ultra modum extiterat. Intravit autem tamen ad eum Prior; & dixit ei Presbyter: Domine, gratias ago Deo meo & vobis, quoniam viſitare me voluiſtis: ego enim in Deum & in vos plurima mala commiſi, ſed ipſi Deo & Beatæ Virgini Mariæ, Sanctoque Rotberto & vobis, & in vita & in morte, me trado ad locum Prioratumque S. Gemmæ. Proinde habitu monachali ſuſcepto, ad exitum cœpit propinquare. Quod cernentes, Te Deum *q* ac Litaniam circa eum decantare cœpimus. Poſt paululum ipſe qui jam defunctus videbatur, manum movit, & ſignum q feeit, ut tacerent pſallentes. Quod cum minus face-

alius ope S. Roberti ſe ſalvum fore intelligit.

rent, recuperato ſpiritu ait: Silete. Tunc acceſſi ad eum & dixi, quid eſt hoc? quid vultis? Et ille, Judicium, inquit, factum eſt, & ego ſalvus ſum. Et aio ad eum, & hoc quomodo? Beatus, inquit, Rotbertus de manu veſtra me recepit, & ante Deum judicem conſtituit: ſicque omni cauſa mea, qualiter me vobis tradideram, diligenter expoſita, Judex omnium in ſorte electorum perenniter adeſſe me ſine ulla ambiguitate diſpoſuit. Quo dicto ipſe, non multo poſt tempore tranſacto, lætus vitæ præſentis terminum fecit. *r*

AUCTORE TRANDO.

ANNOTATA.

a Durantus Epiſcopus *mortuus traditur anno 1095, ab Urbano II Papa ſepultus.*

b Carennacum, *Cadurcenſis agri oppidum, trans Dordoniam fluvium, paullo infra eum locum ubi ille confluentes Seram & Bavam excipit.*

c *Impreſſum erat*, juxta ſententiam.

d *Sequentia ſic vitioſe impreſſa erant*: Hinc tamen maxime tibi auxilium neceſſarium fuit: diu enim Abbatia ſuſcepta, & imbecillitas eum corporis artuum; *quæ per conjecturam correximus.*

e Pontius Mauritius de Montooiſſier, *germanus Petri Abbatis Cluniacenſis.* E

f *Anicienſis ſeu Podienſis Epiſcopus, creatus dicitur anno 1102, in Terram-ſanctam profectus etiam eſt.*

g Aymericus *ultrà annum 1130, Epiſcopus vixit.*

h S. Privatus *Epiſcopus Mimatenſis colitur 21 Auguſti. Aſt is de quo ſupra num. 5* S. Illidius Epiſcopus Claromontanus, *cujus corpus ibidem eſt in propria eccleſia, colitur 7 Iulii.*

i Subpedire, *pro* Suſtentare ſe, *dici videtur.*

k *Ad Orientale oſtium Rhodani, in Camargiarum inſularum una vulgo* N. Dame dor Mer: *cui in altera earumdem inſularum, proxima eſt eccleſia* Trium Mariarum: *de qua multis actum 9 hujus ubi de S. Mariâ Cleophæ.*

l *Super occidua ejuſdem Rhodani ripa, media via inter Turnonium & Avenionem*, Vivarenſii *à ſe dicti caput* Vivarium, *vulgo* Viviers.

m S. Hippolytus M. *colitur 13 Auguſti, magnaque per totam Galliam in veneratione habetur, ex quo corpus ejus ad monaſterium S. Dionyſii tranſlatum eſt: unde etiam in Arvernia unus alterque vicus ab eo nominatus invenitur.*

n *At noſtra ætate hujuſmodi miraculum accidit anno 1640, 29 Martii, Cæſar Auguſtæ in Hiſpania, & impreſſu vario idiomate relationibus toti Chriſtiano orbe pervulgatum eſt: quo ſcilicet Ioannes de Pelicer adoleſcens, abſciſſo ante biennium crure atque ſepulto, ad eleemoſynam ſedere ſolitus ante eccleſiam Dominæ noſtræ de Pilari, per ſomnum viſus eſt ſibi inungi ex lampade ante ſacram Virginis imaginem ardente, & pridem reſectum crus recipere: prout illud reipſa reſtitutum experrectus ipſe, tum parentes, vicini ac cives omnes, ac denique eccleſiaſtici Iudices poſtridie ſunt admirati, miraculo ſubſcribentes atteſtatione publica & ſolenni.* F

o Deleti Prioratus *nulla nunc mentio inter beneficia, à Caſa-Dei dependentia.*

p *Impreſſum erat* Bernardus, Bernardus, *& ſic conſequentur: cum ex ſequentibus clare pateat, haud alium appellatum, quam eum qui adſtabat & hæc ſcripſit.*

q *Impreſſum erat* in Deum. *Mox etiam poſui* Et aio, *ubi erat*, & ait.

r Hic finis, *ſubjungit Labbe*: Sed in indice qui tertiam diſtinctionem præcedebat, caput aliud notabatur, de Jordano Abbate. *Si alterum inveniatur MS. facile erit & hunc defectum, & alios ſupplere, qui nunc partim diſſimulandi fuere, partim ex conjectura ſupplendi.*

DE S. GVILIELMO FIRMATO,

MORITONII IN NORMANNIA.

G. H.

CIRCA AN. MXC

MOretonium, *aliquibus* Moritolium, *antiqua Normanniæ in Epiſcopatu Abrincenſi civitas, illuſtrium Comitum ſede olim gloriabatur. Ex his fuit Robertus, Guilielmi Conqueſtoris & Regis Angliæ Frater uterinus: quo iſtic dominante, non procul inde, in loco Mantileio dicto, vixit & mortuus eſt* S. Guilielmus Firmatus, *de quo hic agimus: ejuſque corpus Mantileio Moretonium ex illius præcepto tranſlatum eſt ad eccleſiam Collegiatam* S. Ebrulfi, *vulgo* S. Evrou; *quæ, cum ipſe Guilielmus ibidem clareret miraculis, cœpta eſt appellari* eccléſia S. Guilielmi. Ibi, (*quemadmodum inde ad nos ſcriptum*) in propria capella viſitur ſepulcrum ſancti viri, quatuor columnis impoſitum, inter quas devotionis ergo tranſeunt peregrini frequentes, adverſus dolores capitis eo potiſſimum confluentes. Et in hac quidem arca pleraque ſacri corporis oſſa ſervantur: ſed caput & brachium habentur ſeorſim in pretioſis thecis argenteis. Eſt autem caput integrum, ſic ut in cute color etiam nunc vividus & pili cernantur non pauci: integrum quoque brachium eſt, niſi quod uno loco appareat viſtulatum, ex ea cauſa quam Vitæ contextus indicat. Porro Tranſlationis feſtum die

Moritonii corpus & eccleſia jam S. Guilielmi.

B

Junii XXI recolitur.

2 *Inter miracula, ibidem ad ſepulcrum S. Guilielmi Firmati facta, quod primo loco refertur, contigit in perſona Balduini, Comitis Bolonienſis, & Fratris Godefridi Bullonii, atque poſt hunc deinde creati Regis Hieroſolymitani. Hic, à dicto Roberto Comite Moretonii captus, ope S. Guilielmi liberatus eſt, compedibus bis ultro ſolutis: quod neceſſario factum eſt ante annum* MXCVI, *quo hi duo Fratres Cruce aſſumpta cum aliis Principibus obſtrinxerunt ſe ad iter in Paleſtinam, & ipſum paullo poſt ſuſceperunt. Mortuus etiam fuit ante hunc Sanctum Michaël Epiſcopus Abrincenſis, qui anno* MLXXXVII, *uti Ordericus Vitalis lib. 7 hiſtoriæ Eccleſiaſticæ tradit, interfuit exequiis Guilielmi Conqueſtoris Regis Angliæ, Rotomagi vita functi: ſed quamdiu poſtea hic Michaël vixerit non liquet. Mortuum ergo eum cenſemus circa annum* MXC *aut paulo ſerius.*

mortis tempus unde colligatur.

3 *Vitam hujus Sancti ſcriptam fuiſſe à Stephano Epiſcopo Redonenſi, teſtatur Robertus de Monte, in Appendice ad Sigeberti Chronicon, ad annum* MCLXXVIII, *his verbis:* Obiit Stephanus, vir honeſtus & litteratus, Epiſcopus Redonenſis. Huic accidit quædam viſio mirabilis quam ipſe Epiſcopus cuidam monacho familiari noſtro ante mortem ſuam manifeſtavit. Quædam enim perſona ei apparens levi ſibilo hos verſus ei dixit: Deſine ludere temere, nitere ſurgere propere, de pulvere. Ipſe enim multa rhythmico carmine & proſa jucunde & ad plauſus hominum ſcripſerat, & quia miſerator hominum eum in proximo moriturum ſciebat, monuit eum, ut à talibus abſtineret, & pœnitentiam ageret. Scripſit etiam Vitam S. Firmati Epiſcopi, & Vitam S. Vitalis primi Abbatis Savignei. Scripſit etiam mihi quinquaginta verſus de Senectute, in quorum ultimo prædictorum verſuum unam clauſulam poſuit: cui etiam Mater miſericordiæ apparuit in obitu ſuo, cui ſemper devote ſervierat. *Hac de auctore Robertus.*

Vita ſcripta ab Epiſc. Redonenſi ante an. 1178.

C

4. *Extat hæc Vita bis Gallico idiomate edita circa annum* MDCXII *& ſequentes, in illam linguam tranſlata à Præſide La-Barre: at Latine hic damus, ex archivis Moritonenſis eccleſiæ deſcriptam, & nobis ſubmiſſam, Rotomago quidem à Frederico Floueto, Pariſiis vero ab Antonio Verjus utroque Societatis Jeſu Sacerdote. Aderant alteri apographo quædam Notationes Domini Pavillon, Eleemoſynarii Regii; quibus indicat Epiſcopum Stephanum, Vitæ ſcriptorem fuiſſe ex familia de Fougery, à qua dependet Silva de Savigny; cumque iſtic habitarit, potuiſſe SS. Firmati & Vitalis diſcipulos cognoviſſe: quia tamen multo junior eſt, multa ad S. Firmatum ſpectantia omiſiſſe, nihilque dixiſſe de ejus familiaritate cum dicto Vitale, Roberto de Abriſſellis, aliiſque iſtius temporis viris ſanctis. Miratur idem à Stephano tantum* Firmatum *appellari, qui hodie Moretonii ſub nomine* Guilielmi *ſolum notus eſt. Solebat hæc Vita ad Matutinum ibidem legi, & fuit bis in Lectiones novem diſtributa.*

editur ex MS. Moritonenſi.

5 *Sub finem addimus rythmum cum Orationibus, à dicto La-Barre cum Vita Gallica editum, in quibus nuſquam Epiſcopus appellatur; quare & nos, ſed abſque præjudicio, ab ea appellatione abſtinemus, in titulo hujus Commentarii.*

Addimus rhythmos & Orationes.

VITA

Auctore Stephano Epiſcopo Redonenſi.

Ex MS. Moritonenſis Eccleſiæ.

PROLOGUS.

1 PAternæ pietatis in filios liberalis affectus, liberalibus filiis, ad pii patris mores imitandos, pium præbere debet effectum. In hoc autem divinæ paternitatis in nos diligens & efficax declaratur benignitas, quod in via vitæ præſentis, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis, quoſdam quaſi duces prævios eligit, electos erudit, eruditos nobis proponit imitandos: quos, ut mira Dei magnificentur magnalia, mirabilis Deus in Sanctis ſuis miraculis & virtutibus reddit mirabiles: quorum etiam mores & actus litteris aſſignatos memoriæ poſterorum traducere ad Chriſti laudem, & ad Chriſtianorum eruditionem, mos Chriſtianæ religionis inolevit. Inter quos memorandæ vir memoriæ, ſanctiſſimus Chriſti Confeſſor Firmatus, non minimam adeptus eſt honorificentiam ſanctitatis: cujus digna memoriæ geſta caritatis amore ſuſcipiens deſcribere, precor ut apud ſupernæ dignationis pietatem ipſius obtineat interventus, ut quæ dixerim, divinæ ſuffragationis opitulante gratia, Regi ſummo ad laudem, militi provecto ad honorem, nobis peccatoribus proveniant ad ſalutem.

Sancti nobis duces ad vitam æternam.

F

CAPVT I.

S. Guilielmi initia, ſeceſſus in eremum, peregrinatio in Orientem.

2 INclytus ergo Domini Confeſſor Firmatus, in urbe Turonica ex nobilibus natus nobilior, ſuam potius nobilitavit parentelam: qui ab ineuntis pueritiæ primordiis, puer indolis egregiæ, liberalibus diſciplinis traditus eſt edocendus. Iam vero in mente pueriliſ divini fomitis elucebat ſcintilla: quæ deinceps in eo lumen ſcientiæ geminum erat accenſura. Vigebat ſiquidem in eo clara ingenii facilitas, ſubtilis intelligentiæ capacitas, memoriæ firmæ tenacitas. Cum vero factus adoleſcens jam in virilis animi robur evaderet; quanta in eo ſuccrevit morum elegantia verbis nullatenus explicare ſufficio. In cujus affatu ſuavis jucunditas, in reſponſione jucunda ſuavitas; in cujus dictis ſolers modeſtia, in factis officioſa temperies;

Ortu Turonenſis.

ſtudiis excolitur;

moribus piis imbuitur:

A peries; cujus dictis semita rationis, cujus factis via docebatur veritatis. Erat enim satelles justitiæ rigidus, simplex prudentiæ consultus, temperantiæ mediocris librarius, fortitudinis agonista conspicuus.

a Canonicus S. Venantii creatur:

3 Istarum itaque ditatus dote virtutum, in *a* ecclesia B. Venantii, Canonicorum petitione & assensu, factus est Canonicus: quibus se in commissis fidelem, in promissis veracem, in negotiis exhibuit officiosum: minoribus condescendens, majoribus assurgens, optimis erat obediens: nulla in eo causa discordiæ, nullum litigii seminarium; nulla in eo prorsus invidiæ tinea, ubi caritatis eximiæ regnabat benevolentia. Evoluto deinceps temporis aliquanti curriculo, secularis militiæ negotiis implicitus, sic militiæ officium explebat, ut Canonici non dimitteret propositum. Præter hæc autem Dei virum, in arte medicinali provectum, tanta cælestis scientiæ perfuderat gratia, quæ sibi eum vas electionis futurum providebat, ut innumerabiles ad eum confluentes ægri, pristina salute reparata, cũ gaudio remearent ad propria. Trino itaque decoratus munere, studiis litteralibus, armis militaribus, institutis perfulgebat medicinalibus.

armis delectatur:

in medicina peritus

B 4 Cum autem innumeras congessisset opes, cœpit in ejus mente, diaboli suggerente versutia, aliquantula titillare cupiditas. Sed hostis maligni maliciam Dei benigna subvertit clementia: qui beato viro latentes insidiatoris occulti detegere dignatus est insidias. Quadam etenim nocte cum à Matutinis laudibus eum citius solito rei familiaris cura remeare compelleret, diabolum arcæ suæ, in qua plurima recondebatur pecunia, in simiæ similitudinem invenit assidentem. Percunctanti viro Dei, quis esset, qui suæ possessioni supersederet; Non tuam, inquit diabolus, sed meam possessionem custodio.

divitias colligit:

quas diabolus suas esse indicat.

5 Animadversa igitur callidi seductoris cautela, Crucis se muniens Firmatus signaculo, & suæ reminiscens fragilitatis, ad orationis confugit auxilium: pernoxque tota nocte illa, & in principio sui accusator, qui divitias pauperum in suo recondiderat horreo, se legisse meminit: Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Et alibi: Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Et iterum: Vade, & vende quæ habes, & da pauperibus: & veni sequere me. Quæ solerti meditatione ruminans, reperto salubri consilio, quod contra voluntatem Christi congesserat, ex voluntate Christi pauperibus resignare disposuit. Jam vero teris die reddita, vir eximiæ mansuetudinis matrem suam, cui filiali famulabatur obsequio (nam pater ejus jam objerat) dulci convenit alloquio. Vides, inquit, mater, quia præterit figura hujus mundi: cui si quis innititur, velut calamus fragilis perforat manum innitentis. Deus autem ad imaginem Dei fecit hominem, ut homo quæ Dei sunt faciens, particeps fieret Deitatis. Quia ergo quamdiu sumus in hoc mundo, peregrinamur à Deo & tempus breve est; reddamus quæ sunt Dei Deo, felici commercio pro terrenis cælestia, pro perituris commutantes æterna: de bonis, quæ nobis divina commisit bonitas, partem quam volueris accipias; reliqua vero, pauperibus erogata, omnium detur datori bonorum: ego enim religionis habitum, tuo suscipere meditor assensu.

Memor verborum Christi

Luc.14. 33

Luc.12,33

Mat.19,21

C

cum matre agit:

6 Cui mater, affectu materno, pio lacrymarum imbre perfusa, Quid, inquit, fili mi? quid matrem tuam deserere meditaris? Quis mihi desertæ mite levamen erit? Quis mihi solamem viduitatis? Quis erit meæ baculus senectutis? Si Regi tuo militare desideras, & me tecum militare decerne: si vitam expetis solitariam, me solam, quam nutricem habuisti devotam, & nunc humilem habeto ministram: ut quæ tibi viam vitæ corruptibilis servivit ingresso, viam vitæ cælestis serviat ingressuro. De rebus vestris, tua, fili mi, quid utile noverit, deliberet provisio. Hæc matre locuta cum filio, gaudet filius de matris proposito, gaudet mater de filii consortio. Venditis ergo omnibus quæ possidebant, & pauperibus erogatis, quem suum dixerat diabolus thesaurum, in cælestes thesauros manus pauperum deportaverunt. Quibus ita gestis, futuram inquirentes civitatem, egressi sunt Turonica civitate mater cum filio; & ad locum, qui vulgo septem *b* Fratres appellatur, nutu directi divino, in solitudinis eremo quoddam contexere tugurium: ubi mater filio corporalem cibum, matri filius spirituale ministrabat edulium.

impetrato hujus assensu,

AUCTORE STEPHANO ED. EX MS.

b cum ea se recipit in eremum:

7 Cum autem à concivibus, cognationis vel potius sanctitatis gratia, sæpissime visitatus, multorum frequentaretur confluentia populorum, matre sua jam in pace defuncta; quæ sola Turonensem incolendi pagum erat illi causa; natalem patriam sua viduavit præsentia. Vigilanti si quidem præmunitus cautela, à popularis aura favoris bonæ thesaurum cõscientiæ cupiebat vendicare. Dehinc Lavallum *c* usque perveniens, in silva, quæ Concisa vocatur, eremi solitudinem penetravit. Ibi vero in cute curanda non intentus, quia intonso crine Missam cantabat Sacerdos hispidus, à quibusdam variis affectus est contumeliis: de quibus illam, quæ discessionis ejus extitit causa, tacendam non arbitror.

illa vero mortua,

c in agrum Cenomanensem secedit:

E

8 Quidam perditæ mentis adolescentes nerarii, quamdam meretricem, suæ fautricem nequitiæ, latenter ad ejus conduxere tugurium: & muneribus datis impudentem illius persuaserunt audaciam, quatenus exprompta nequam mulieris exerceret acumina: quibus omni modo satageret, ut ad fornicationem committendam Dei Confessorem alliceret. Quæ jam ineunte noctis crepusculo, illis in silva reconditis, ostium Sancti pulsans, lacrymosis orabat gemitibus: Aperi, quæso, Sacerdos sanctissime? aperi cito mulieri miserrimæ? ne solam & imbellem feminam, feralis devoret immanitas, aut bestialis dilaniet ferocitas, aut saltem horror phantasticus exanimet. Suscepit eam vir pietatis perfectæ, & ei quam potuit & debuit piam hospitalitatis gratiam exhibuit: ignem succendit: panem ad vescendum contulit. Sed illa suæ non oblita nequitiæ, quas potuit viro Dei tetendit illecebras. Intellexit sanctus athleta subdoli tentatoris insidias, & mirum non ducens, mulier impudenter si faxit meretrix, cum diabolo consuetum inivit conflictum: & qui contra Sanctum igne pugnabat libidinis, igne superatus est materiali. Nam Sanctus torrem perustum nudo supposuit brachio: & ne carnalis concupiscentiæ noceret tentatio, durum carni suæ spontaneus intulit supplicium: cujus adustionis in futurum cicatrix, præsens præteritæ passioni, donec vixit, extitit indicium *d*. Quod videns mulier flebilem tollit ejulatum, & ad pedes Sancti provoluta, lacrymosis gemitibus suæ flagitat veniam vesaniæ: Miserere, inquit, Sacerdos sanctissime, miserere peccatricis miserrimæ: quoniam ad te pessimo directa consilio, tuæ missa sum maculare fraudulenter innocentiam sanctitatis. Illi etiam nefarii hæc inspicientes, pœnitentia ducti sunt; & irruentes per posticum, tonsis pectoribus, crine lacero, suæ misericordiam temeritati gemitibus obsecrant & suspiriis. Sed vir mansuetudinis eximiæ, pro illorum pœnitentia Deo gratias agens, illos cum illa dimisit absolutos. Redeunt illi, & quod factum est ubique prædicare non cessant. Concurrunt populi, miro tantum compellare virum amore succensi; sed Dei servus, popularis aura nominis metuens impelli, latenter inde secessit.

ob meretricem submissam,

ne tentatio ne superaretur,

F

brachium adurit:

d

eamque & qui submiserant pœnitentes dimittit:

9 Hic mundum sibi & mundo se crucifigens, quæ

&

AUCTORE STEPHANO EP. EX MS.

& quanta Dominus in cruce pro eo paſſus eſt frequenti recolens meditatione, loca ſancta Ieruſalem viſitaturus, crucem ſuam tulit, & cœpit Dominum proſequi veſtigio. Sed quia Ieruſalem, expulſis Chriſtianæ religionis hominibus, Paganis ritibus aberrantes incolæ poſſidebant, quorum poteſtas circumcirca protendebatur effræna; cum ad Ciſmarinam deveniſſet regionem, ſtratam exiens de via, quædam viarum multis comitatus ingreſſus eſt divortia. Cum igitur aridas peragraſſent deſertorum ſolitudines; cum æſtatis fervore, cum laboris ſudore, cum regionis ariditate, ſitim collegerunt immenſam. Torrebantur introrſus viſcera; & aridus arteriarum meatus vitalem intercludebat anhelitum. Diſcurrit circumquaque per convalles & condenſa ſilvarum ſitiens explorator, ſicubi quivis exiguus ſcaturiret fonticulus, aut ſaltem aliquid humoris venoſæ demiſiſſent paludes. Nullus jugis aquæ rivulus, nulla vel glareæ deſudans invenitur uligo, ſed dum malo medicari quærerent, malum augmentabat quærendi curioſitas remedii. Quibus humano deſtitutis auxilio, hæc potior ſedit ſententia, ut Dei viro mediante divinum implorarent ſubſidium. Quorum compatiens miſeriæ vir manſuetudinis immenſæ, lacrymarum imbre perfuſus, poſitis in terra genibus, mente cæleſtibus inhianti, talem ſuæ compunctionis effudit querimoniam: Deus omnium Creator elementorum, cujus clementiſſimæ voluntati mirabiliter omnis obtemperat creatura, qui populo tuo ad terram promiſſionis per deſerta gradienti aquam de petra produxiſti; per tuam miſericordiam, ſuper hunc populum, ſitis ardore confectum, admirabilem tuæ virtutis oſtende potentiam, & aperi nobis venam aquæ viventis; ut hic populus ſiti deficiens, tua refectus alimonia, tua ubique prædicet magnalia. His peroratis ſanctiſſimus Confeſſor Firmatus, tota Spiritum ſanctum mente concipiens, preces ſuas intellexit exauditas. Impreſſo itaque telluri Crucis Dominicæ ſignaculo, baculum, quem ad ſuſtentationem ſui itineris ſuſtulerat, arido montis affixit ſupercilio: ad cujus extractum fons liquoris perſpicui, ſaporis ſuaviſſimi, guſtus ſaluberrimi, affluenter ebulliens, convalles cœpit irrigare declives. Sicque admirantes populi undique concurrerunt, & ſitis ardore nova fontis dulcedine gratanter refrigerato, lacrymis ſuffuſi gaudentibus, Dei virtutem debitis excolunt præconiis: amplexantur Firmati pedes, & ſuæ vocant ſalutis auctorem: lætantur de præſenti ſalute, ſed potius de tanto ſibi collato gloriantur conſorte, qui & præſentem effugaret peſtilentiam, & de futura faceret ſalute certiores.

In Paleſtinam profectus,

& ſitiendum fuit vexatus,

fuſis precibus,

baculo fontem elicit:

B

C

10 Contigit autem in eodem itinere, Dei virum nota regione viarum cum ſociis exceſſiſſe, & quam viam teneret ignorantem longis an fractibus oberraſſe. Cumque ſolito de more, ſui conſortes ad ejus, ipſe ad Domini confugeret ſuffragium: ecce corvus quidam, quem ſibi jam non longo tempore viſum ſuo nutrierat habitaculo, gutture claro crocitans, cauda vibranti blandiens, penna volitans demiſſa, cœpit, quaſi ductor prævius, viam deviis demonſtrare. Intellexit vir Dei ſibi divinum eſſe præſens adjutorium, & qui Eliam, in torrente Carith ſedentem, miniſtrante paverat corvo; Firmatum, per deſerta gradientem, corvo dirigebat ductore. Veſcebatur autem corvus humanis dapibus; & hominum dirigens greſſus, humana ſuggerente manu, capiebat edulium manſuetus: & ubicumque via ignorabatur, viantibus prævius ſemper præcedebat corvus.

in locis deviis à corvo dirigitur:

11 Verumtamen tamquam in fornace probans electos Dominus, quatenus igne tribulationis decoqueretur, ſi qua forſitan incuriâ viro Dei quælibet tenuis adhæſiſſet macula rubiginis; eum ab inimicis Crucis Chriſti permiſit in partibus Hieroſolymitanis teneri, ligari, fuſtigari, ad ultimum carcerali cuſtodiæ mancipari: impoſitis etiam illius dorſo gravibus aliquoties oneribus, illimatis confoſſus aculeis, quadrupes incedere cogebatur. Sed Dei fortiſſimus athleta Firmatus, alacri vultu cuncta percurrens ſupplicia, patienter ſuſtinuit: & quamvis martyrium mors non ſequeretur optata, non defuit martyrii tormentum aut cauſa. Sed Dei benigna diſpoſitio, quando & quomodo voluit, eum de talibus emancipavit ergaſtulis. Unde quia tot & tantas in carcere pro Chriſto paſſus erat anguſtias, hoc ei gratiæ contulit Dominus, ut deinceps in vita ſua & poſt vitam, multi carceralibus detenti compedibus, invocato Firmati nomine, divino de ergaſtulis ſolverentur auxilio: de quibus aliqua ſingulatim in ſequentibus referentur miracula.

gravibus torquetur ſupplicijs & carceribus,

D

ideo incarceratos poſtea invocatus liberavit.

ANNOTATA.

a S. Venantii eccleſia, *etiamnum Collegium decem Canonicorum habet, eſtque parochialis.*

b *An ab iis ſeptem, quos Turonenſes colunt 4 Novembris, ſub nomine* Dormientium? *Veſtigium* ſeptem Fratrum *nullum invenio in tabula chorographica Turonenſi, niſi ſit* Locus Eremitarum, *vulgo* les Hermites, *intra quintam ab urbe leucam verſus Boream, ſilveſtri ſitu.*

E

c Lavallum, *oppidum Cenomanenſis agri, ad Meduanam fluvium: nec procul inde eſt ſilva verſus Occidentem, dicta* Conciſa *etiam nunc.*

d *Imo etiam poſt mortem, ut ſupra dictum, brachio adhuc integro*

CAPUT II.

Reverſus in Galliam Guilielmus ſanctam in ſolitudine vitam agit, potiſſimum Mantilei. Miraculis & Prophetiis claret.

viſitatis locis urbi rediens,

12 ADepto denique ſuæ peregrinationis propoſito, ſanctam ingreſſus Jeruſalem, & ſancta viſitans loca, mens non ſufficit humana diſſerere, quas ſuæ compunctionis & lætitiæ fuderit lacrymas per ſingula: ibique paucis perendinans diebus, *a* redire diſpoſuit per Apoſtolorum limina, quorum corpora miro honore ſepulta, dulci deſiderio viſitare cupiebat. Porro Dei providentia greſſus dirigente, Britanniam uſque perveniens, in pago *b* Vitreienſi aliquanto commoratus eſt tempore: ubi in parochia *c* Dordenenſi, baculo ſuo terram aperiens, aquam de Jordanis flumine ſecum delatam infudit; & invocato Chriſti nomine, fons inde perpetuus liquoris emanavit perſpicui: qui in tanti memoriam miraculi, uſque hodie ab accolis illius viculi, Fons S. Firmati nominatur. Debita igitur ſibi condigna, pro novitate miraculi, reverentia ab hominibus fugiens honorari, ad locum, qui vulgo *d* Fons-Gihardi nuncupatur, ſolus devenit, deinde *e* Savigneum: in quibus locis duobus duo prima fundavit habitacula: nec ibi longo converſatus tempore, pervenit *f* Mantileum. Ibi autem optimum & ſibi competens habitaculum reperiens, diutius immorari ſibi complacuit.

a

fontem in Armoricis elicit:

c

d

e

f

Mantilei degit:

addictus jejuniis & vigiliis,

13 Fecit ergo ſuæ voluntati complacens habitaculum, ubi mira præditus abſtinentia, jejuniis, vigiliis, orationibus, cum diabolo mirificum inivit conflictum. Tanto ſiquidem virtus ejus parcimoniæ accreverat deſiderio, ut multoties facto veſpere ſolis ſolveret jejunia radicibus. Lectulus autem ejus pauco junci ſtramine ſtratus, quatuor truncis in quadrũ connexis ambiebatur; in cujus quadraturæ medio, ſella ponebatur tripes, cui reſidens Firmatus nocturnos decantabat Hymnos: & eum aliquoties ſomno vacillaret

Modice ſomno mitur:

A vacillaret cogente ; ſella in hunc modum facta decidebat, & ſuum ſubruebat ſeſſorem. Evigilans ſomno illico Firmatus, pſalmis inſiſtebat & canticis, & quantum humana permittebat fragilitas, ingraveſcenti repugnabat ſopori. Victus denique ſomno, qua impetus ſellæ decidentis eum dirigebat, brevem capiebat ſomnum : & ſic numquam noctibus veſtimentum, numquam cingulum, numquam detraxit calceamentum.

à diabolo apparente affligitur :

14 Illi diabolus, ſanctitatis inimicus, invidens, tetra & horribili viſibiliter apparens ſpecie, noctibus multis miſerabiliter eum affligebat. Sed miles fortitudinis invictæ, mirabilis athleta patientiæ, humilitatis miniſter benignæ, vir erat caritatis vulneratæ. Tanto ſiquidem ardore cor ejus Chriſti vulneraverat caritas, ut à die qua ſuum erogaverat pauperibus, quem ſuum mentitus erat diabolus, theſaurum ; nullum omnino reciperet denarium. Cum autem, Pontifex vel eremita factus, Miſſam cantaret, ſi quis ei argentum obtuliſſet vel aurum, ſuper altare poſitum, omnis numiſmatis abhorrebat aſpectum : panem vero & mel & quædam alia ſuſcipiebat cibaria. Sed quidquid ſibi vel in Miſſa vel in cella fuiſſet oblatum : ſi præſens eſſet eleemoſynam petens, totum tribuebat petenti, & nihil ſibi vel ſuis retinens. Quid manducaret vel biberet non erat ſolicitus : multoties etiam ſe cibum non ſumpſiſſe corporalem oblitus, veſperi cubile petebat jejunus.

pecuniam non aſpicit:

cibos oblatos dat pauperibus.

B

In penuria cibi fabro ſuo apponendi,

15 Quadam vero die faber quidam, Dei amore & beati Præſulis precibus, ejus fabrefaciebat habitaculum : & quia dignus erat cibo, nullum ſibi faber providebat cibarium : credens ſe à viro tantæ caritatis ſufficienter reficiendum. Jam autem diei mediante diſcurſu, acceſſit Aubertus miniſter ejus ad ipſum. Provideat, inquit, mi Domine, caritas veſtra veſtro cibum operario, quoniam in veſtro habitaculo, nihil cibarii veſtra reliquit largitio. Providebit, fili me, reſpondit eremita ſanctus, ſervis ſuis victualia Deus.

4 panes oblatos dat pauperi,

Jam autem ſole ad verſperam vergente, ecce puer quidam quatuor panes deferens, quos quædam ſibi familiatrix matrona delegaverat, viro Dei præſentavit. Acceptis cum gratia panibus, aſtitit alimoniam petens quidam pauperculus. Cui Sacerdos ſanctus quatuor illos largitus eſt panes, & eum de ſuo lætum remiſit habitaculo. Aubertus itaque ſtomachatus, ſanctum Dei increpat verbis : Operarius vir, ad undecimam horam, diei pondus portavit & æſtus ; &

C ecce jejunus eſurit, & panibus quemdam onuſtum emiſiſtis extraneum ; nec ſaltem ſolam particulam veſtro reſervaſtis operario. Quid igitur faciemus illi, quia non habeo quid ponam ante illum ? Prædicare

Leu. 19, 13 quidam ſoletis, quia ſcriptum eſt, Non maneat merces apud te operarii tui uſque mane. Quæ ergo merces ſequetur ? ſi faber æſtu ſolutus, labore fatigatus, fame deficiens jejunus [dimittatur] ? Cui ſanctus homo, Modicæ fidei, non deſerit Deus ſperantes

Matt. 6, 31 in ſe, qui dicit ; Nolite ſoliciti eſſe dicentes quid manducabimus aut quid bibemus ? ſcit enim Pater veſter quibus indigetis. Vade ; pone menſam, voca operarium : ſi juſtus fueris ; non affliget fame Deus

ſed menſa ſtrata alios mox accipit ab Angelo,

animam juſti. Poſita itaque menſa, cum penitus quid apponerent non haberent ; ecce ſonitus pulſantis auditur ad portam habitaculi. Proceſſit Aubertus, ut ſolito de more ſuo quis eſſet renuntiaret Domino ſuo. Et ecce adoleſcens, vultus nitore ſerenus, odore fragrans æthereo, veſtium candore perfulgidus, tres panes in mantili ferebat mundiſſimo. Admiratus ejus pulchritudinem Aubertus, ad Dominum recurrit renuntiaturus. Vade, inquit Sacerdos ſanctus, & accipe quod [attulit] juvenis : ipſe enim qui detulit, jam abſceſſit. Egreditur miniſter bonus, & panes invenit tres ; adoleſcentis autem nullum penitus invenit veſtigium : & gaudens ſibi panes apponit & operario. Qui primo guſtu ſic mera refecti ſunt ſanctitate, ut omnibus Angelicos eſſe panes liqueret edentibus. Beatus autem Sacerdos Dei & Pontifex Firmatus, in conclavi ſuo ſolus, ut ejus erat moris omnibus ſemotis epulari, cum lacrymis modicam accipiens panis particulam, Deo condignas reddidit gratias. Auctore Stephano Ep. Ex Ms.

16 Arturus de Campellis, ſilvæ illius cuſtos impoſitus, dulci viro Dei familiaritate jungebatur : qui ſæpius viſitandi gratia ſolus conſuetus erat venire ad

B Firmatum. Contigit autem ut die quadam iter ad Sanctum accelerans Arturus, per ſilvæ deſerta viam caperet pedes expeditus : ſed quoniam æſtatis calore & laboris æſtuabat ſudore, extractam qua induebatur tunicam baculo ſuperpoſuit, & collo baculum impoſuit : & ecce per ſilvæ latibula latenter obrepens, tunicam arripuit quidam latrunculus : & ad ſui diſcurſus latebras curſu diffugit velociſſimo. Arturus autem ad ſanctum Dei retrocurrens compendio, ut tunicam reciperet, parvi morulam temporis maximam putavit diſpendium : hoc enim diaboli credidit obtigiſſe verſutia, eum à viri ſancti volentis retardare colloquio. Cœptum igitur perſequens iter, beatum invenit Firmatum, in ſuo legentem habitaculo. Cui Sanctus ſubridens, Modo ad nos, inquit, veniens amice, tunicam amiſiſti : ſed nihil proficiet callidi ſeductoris fallacia, quia tibi tutum reſtituet veſtimentum. Tuo, inquit Arturus, feſtinans refici colloquio, frivolum hujuſmodi damnum parvi pendo. Sedit Arturus, & eumdem multa loquendo detinuit ſermone diem. Tunc ſubito latrunculus, veſte nudatus propria, ſiniſtra tunicam & dextera tenens vertibulum, ad pedes Firmati provolvitur ; Sume, inquit, Pater, ſume condignum de peccatore ſupplicium, qui nefarium in tuum familiarem commiſit latrocinium. Satis, inquit Sanctus, durum ad præſens paſſus es tormentum : miſereatur tibi Dominus in futurum. Reſigna iſti ſuam, tu vero te tua reindue tunica. Propriis indutus veſtimentis latrunculus, qualiter alienum auferens veſtimentum longius habere nequiverit, & ad Sancti celluſam incoactus multoties redierit, & qualiter etiam rejecta, quam male cœperat tunica, nec ſic licentiam habuerit eundi, ſed ſolam ad Sanctum veniam veniendi, ſancto Confeſſori confeſſus eſt. Benedixit Firmatus Dominum & utrumque dimiſit ; lætum de venia latrunculum, Arturum de miraculo.

Tunicam furto ablatam,

reſtitui jubet Domino ſuo:

F

17 Mulier quædam paupercula, viro Dei tria dedit ova, & ea ipſo præſente altari ſuperpoſuit. Quod videns Sanctus, dulci ſuſurro tacite mulieris immurmurat auri : Tolle filia, quia male nobis obtuliſti dona, quia nec mei nec tui juris ſunt hæc ova. Credens mulier Dei virum neſcire quod ſciebat, De mea, inquit, paupertate, quod potui ſanctitati veſtræ detuli munuſculum. Depone illud, Sanctus dixit ; & telluri ſuperpone. Quod cum factum fuiſſet, euo ex illis facti ſunt ranunculi : & qui de virga, ut Pharaonis retunderetur incredulitas, ſerpentem fecerat ; de ovis, ut redargueretur mulieris infidelitas, fecit ranunculos. Expavit mulier ; & ad pedes ſancti Præſulis procidens, quod commiſerat confitetur. Vade, inquit Sanctus, & tuæ, quod ſuum eſt, redde vicinæ. Abiit mulier, & ova in priſtinam reformata naturam reddidit ex præcepto.

ova furtiva offerri cognoſcit,

& reddi jubet :

18 In diebus illis Grimoardus de *b* Landevico, multis ditatus copiis, & Laudevienſi viciniæ præpoſitus, habebat uxorem, Delicatam nomine, inhumanitatis amariſſimæ ; quæ quia conjugis erat uxor clementiſſimi, Præſuli ſancto viſa eſt digna, ut eam arguens & obſecrans increparet. Qui ut

b

AUCTORE STEPHANO EP, EX MS.

animam ejus Chriſto lucrifaceret, ad domum ſuam profectus eſt; & quo debuit honore ſuſceptus, ad eam habuit hujuſmodi ſermonem: Quare filia *i* decuras tranſitoria? quare res quæris retinere volatiles? Auri nitor æruginat: gemmarum obtenebreſcit claritas: veſtium candor obducitur. Nec mirum ſi pereant corpori debita, cum ipſius corporis depereat pulchritudo: juventus tenera præterit, ſenectus ſuccedit incurva. Tu vero, quæ pauperum miſerias relevare contemnis, & ſurda miſeros averteris aure, modo multis affluens divitiis, in vita tenuem victum *k* vendicabis. Sed lætare, quoniam ſic tibi Dominus irrogabit temporalem ſeveritatem, ne æternam juſte inferat ultionem. Terretur mulier de vaticinio, ſed compuncta gaudet de promiſſo: quæ à die illo & deinceps Dei viro tantam exhibuit caritatem, ut illi victum vellet miniſtrare quotidianum. Quæ deinceps ſancto Sacerdoti quemdam direxit puerum, piſces ejus commendans fidei, S. Firmato cum diligentia deferendos. Qui ſtimulante pellacis inimici verſutia, duos qui ſibi meliores videbantur piſces, in trunci concavo recondidit: ceteros viro Dei detulit præſentandos. Quos cum offerens protuliſſet, Neque hos, inquit Firmatus, fili, neque de diaboli reſiduis mihi partem accipiam: tolle, tolle quæſo tecum, & iſtos, & quos diaboli ſuggerente malicia recondidiſti. Videns puer, quoniam Sanctus, ſancto revelante Spiritu, & factum & intentionem facti cognoverat; procidens ad pedes ejus, rem prout geſſerat aperuit: & multis comitatus de trunci concavo piſces protulit reconditos.

i feminam divitem & avaram, arguens,

k per calamitates ſalvandam prædixit:

eleemoſyna partem à latore abditam detegit:

B

19 Sacerdos quidam, dum nocte quadam in cubili ſuo vigilans quieſceret, & de vita & de miraculis S. Firmati admirans cogitaret gratanter; ecce vox quædam ad eum facta eſt dicens: Surge & quære piſces & quæſitos ſancto defer Pontifici Firmato. Surrexit Sacerdos lætiſſimus, & nocte tota piſces quæſivit: quæſitos invenit, & inventos emit lætus: emptos detulit lætiſſimus. Quos ſuſcipiens in craſtinum Pater Sanctus, riſu ſubridens ſancto, Tibi, ait gratias non refero, ſed præmonitori tuo, qui hanc tibi faciendam intimavit eleemoſynam. Collætantur Sacerdotes, & invicem ſe ſancto oſculantes oſculo, alter alterius ſe commendaverunt orationibus.

aliam ſibi ex Dei monitu mutendam præmoſcit:

20 Quidam perditæ puer avaritiæ, audita Firmati caritate perfecta, ad Sanctum Dei profectus eſt eleemoſynam petiturus: ſed inter eundum, multum, ut ejus moris erat, collegerat panem. Qui dum appropinquaret cellulæ, metuens ne aliquid habenti [nihil] daretur, ſaccellum panibus diſtentum inter veprium denſitates recondidit: de hinc ſtans ante Sanctum Dei, eleemoſynam poſtulat caritatis. Vade, inquit Sanctus, vade fili, & de panibus quos recondidiſti comede, & reſiduum egenis erogare feſtina: & cum egueris, eleemoſynam competenter abundantes poſtulabis egenus. Qui videns quoniam non latuit virum Dei quod fecerat, currens attulit ſaccellum, & ad pedes Sancti procidens veniam poſtulavit.

C

indicat panes inter vepres reconditos.

ANNOTATA.

a *Ignoſce Lector, quod contextum, nobis ex Ms. tranſmiſſum, mutare ac mutilare præſumpſerimus; offenſionem eorum caventes, qui Vitas in hoc opere propoſitas ſubinde abſque Annotationibus legunt. Textus in Ms. hic erat, & quidem ſatis hiulcus:* Per Conſtantinopolim redire diſpoſuit. Apoſtolorum limina, quorum corpora miro tenebantur honore ſepulta, dulci deſiderio viſitare cupiebat. *Erat quidem Conſtantinopoli eccleſia Apoſtolorum, & in hac aliquorum corpora: ſed neque alias Hieroſolymam peregrinantes Conſtantinopoli divertebant, inſolenti ac longa excurſione; neque tunc credi poteſt id præter morem factum ab aliquo, cum totus Conſtantinopolitanus Patriarchatus fœdo ſchiſmate erat à Romana eccleſia divulſus. Quin potius Romam ad Apoſtolica limina ire voluerit Sanctus, quo eum ipſa viæ ratio, & primæ Sedis reverentia poterant ac debebant invitare? Sed tolerantiam omnem ſuperant, quæ ſequuntur, quæque hic ſeorſim exhibemus, ne fidem noſtram in eo requirat aliquis, in quo prudentiam tenere intendimus. Res ſic componitur:* Cum autem Conſtantinopolim nutu perveniſſet directus divino, defuncto cujuſdam eccleſiæ civitatis illius Epiſcopo, alium ſubrogare cogitantes Epiſcopum, vicini convenerant Coëpiſcopi: qui triduanum indicentes jejunium, cum precibus & lacrymis à Domino ſuæ condignum Eccleſiæ poſtulant Paſtorem. Et cum, electionis die præfixo, in eadem conſediſſent eccleſia; & Dei ſolum expectantes indicium, nullum penitus eligere præſumerent; ecce Firmatus orandi gratia prædictam ſubintrat eccleſiam. Tunc divina revelatione commoniti, ei manus immittunt Epiſcopi: & renuentem & ſe indignum clamitantem, ſine dilatione cum laudibus & canticis ordinant Epiſcopum. Factus ergo Pontifex, quam vigilanti cuſtodia ſuper gregem ſuum vigilabat Paſtor ſollicitus, non eſt facile dictu. Brevi autem divulgato ſanctitatis ejus præconio, maxima ſibi referebatur honorificentia. Sed quia popularem ſemper exhorruerat famam, & coactus tanti ſuſceperat onus honoris, & quia promptiorem ad vitæ gaudia viam, vitam judicabat ſolitariam, in Gallias remeare cogitabat, ſi qua ſibi competens obtigiſſet occaſio. Cum igitur dies quidam immineret ſolennis, ſuæ convenerunt ad eum optimates Eccleſiæ: Pater, inquiunt, Firmate: die craſtina nobis eſt ſequenda proceſſio; & cum ante palatium Principis, cujus ex eleemoſyna noſtra pendet eccleſia, tranſibimus; inibi facienda ſtatio in noſtri reverentiam Principis & honorem. Hæc ſtationis ſuperſtitio de more ſolito, hoc hujus diei redeunte ſolennio, à nobis ſemper exigitur ex debito; quod tibi monſtrare curamus, ut conſuetudini noſtræ conſentiens, Principem noſtrum non præſumas offendere. Nequaquam, inquit, Firmatus, fili, nequaquam honorem Creatori debitum impendam creaturæ: ſcio enim qui dicit, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies: dum ergo Regi placeam ſummo, parvipendendum judico Principi vel Regi diſplicere terreno. Hæc dicens eorum noluit acquieſcere ſuadelis; & craſtinam ſequens proceſſionem, dum cujuſdam inſanæ mentis Principis pertranſiit palatium, ceteris ſtationem facientibus, ſuperaſtans Princeps & videns ereptum ſibi ſuæ ſtationis honorem, Clericis exilium, eccleſiæ ſubverſionem, mortem minatur Epiſcopo. Perſuadentibus poſtea Clericis, quatenus conſentaneus conſuetudini pacem reformaret cum Principe, Providete, inquit Firmatus, providete, filii quæſo, veſtræ Præſulem eccleſiæ: ego enim onus quod ſuſcepi coactus, depono ſpontaneus: ſit Dominus vobiſcum, & bene diſponat meas vias Deus. Hæc dicens virgam in eorum præſentia depoſuit paſtoralem. Exiſtimaverunt Clerici quia ſtomachatus hoc faceret, & in craſtinum melius putaverunt ejus poſſe iracundiam mitigari: ſed intempeſtivo ſubſecutæ noctis ſilentio Firmatus, ſoli Deo vacare cupiens, ſolitarius portas civitatis clanculo ſolus egreditur: & corvo iterum greſſus regente, per quædam diverticula, ne quæſitus inveniretur, iter arripuit. Luceſcente vero diei craſtinæ diluculo, diſceſſu Præſulis animadverſo, immenſum Clerici tollunt clamorem, tumultus

D

ubi fingitur creatus Epiſcopus.

E

ſed eũ nollet Principi indebite obſequi.

F

nocturna fuga ſibi conſuluiſſe.

An credibile quod Sanctus aderit CP.

A tumultus exoritur lacrymabilis, & ad domum Epiſcopi multi concurrerunt tumultuarii. Turbatur civitas, plangit populus, Clerici lamentantur; & à Deo ſibi datum ſe ſuis exigentibus culpis amiſiſſe confitentur Epiſcopum. Ducitur Princeps pœnitentia; & miſſis circumcirca legatis, jubet quæri & inventum cum honore debito reduci Pontificem. Quidam vero Clericorum uſque in Gallias iter ejus perſecuti, ejus ubique cum precibus & lacrymis inquirebant ſibi manifeſtari præſentiam. Sed Dei Confeſſor Firmatus, obtemperante ſuo Dei gratia deſiderio; dum à multis per multa quæritur, à nullis voluit inveniri quærentibus.

unde fabula nata videatur.

Haccine ut credamus ſcripſiſſe Stephanum, necdum integro elapſo ſeculo? Difficulter ſane. Quiſquis tamen ita ſcripſit, haud dubie inſulſam fabellam deſcripſit. Necdum Latini, uti factum poſtea, Epiſcopatus Orientales tenebant, ut pro his in aliqua Græca urbe credatur Epiſcopus electus Sanctus: lingua, ritus, doctrina diſcrimen Græcis eum ineptum omnimodis faciebat. Quid igitur? Si quod fundamentum fabulæ oporteat quærere (nec enim raro fit ut fundamentum ſubſit aliquod) dicamus per conjecturam, iter Guilielmo per Italiam, Helvetiam, Burgundiam fuiſſe in Britanniam Armoricam,

B *pene rectum: tunc tranſeundum ei fuerit* Conſtantia (*facile in* Conſtantinopolim *mutanda*) *ibi electus in Epiſcopum, auditenſque ab Imperatore ejuſve miniſtris accipiendam inveſtituram (ex more improbato quidem diu, ſed tunc adhuc vigente quam maxime) per ſuſceptionem annuli & baculi, fugam inierit necdum conſecratus. Cur autem non idem ſuſpicemur de* Conſtantia *urbe Epiſcopali & maritima Normanniæ? Sane etiam Normanniæ Duces in veſtituræ jus arrogabant ſibi: hic autem non nominatur* Imperator *ſed Princeps. Eſt quidem tanto gravior error, quanto proprior locus aſſignatur; ſi cui tamen poſterior præplaceat conjectura, nihil etiam hanc moramur.*

b Vitriacum, *vulgo* Vitrei *ſeu* Vitray, *in Epiſcopatu Redonenſi verſus Cenomanicam ditionem.*

c Dourdin, *Vitriaco verſus Occidentem appellatius lecue, notatur in mappis.*

d *Non notatur in tabulis* Fons-Gihardi, *ſed ſimpliciter* Gahard, *oppidum ſilvis adſitum eodem in tractu.*

e Savigneium *vulgo* Savigny *in diœceſi Abrincenſi in confinio Britanniæ, Normanniæ & Cenomaniæ, ubi B. Vitalis dein monaſterium conſtruxit, mortuus circa annum* 1120, *uti ad hujus Acta 7 Ianuarii dictum.*

f Mantileium *alias; vulgo* Mantille; *in eodem con-*

C *finio.*

g Vertibulum *videtur hic peni pro virga aut flagello.*

h Landevicus *vulgo* Landevi, *propter Errenciam,* 10 *circiter leucis Mantileio verſus Occidentem diſtans.*

i Decurare *velut* deamare *hic dicitur intenſiori quam ipſum ſimplex ſit ſignificato, neque negationem ſed vehementiam actus notante.*

k *Melius forte* mendicabis.

CAPVT III.

Habitatio ad Rhodanum. Reditus Mantileium, & Obitus.

21 ARturus de Campellis & Willermus Eſpechellus vir illius viciniæ, bonitate & divitiis notiſſimus, quadam die ſanctum convenerunt Firmatum. Pater, inquiunt, ſancte, permitte nobis ut ad loci hujus decorem & habitantium utilitatem quoddam præparemus ſtagnulum. Futuram, inquit Sanctus, inquirentibus civitatem nullæ ſunt hic ædificationes neceſſariæ. Mihi vero ſolus ſufficit

Ob illatam miniſtro ſuo injuriam,

mei fonticuli rivulus. Exiſtimaverunt Barones prædicti aliter viro Dei placere quam diceret: & convocatis hominibus ſuis, ſtabili cœperunt aggerem erigere cumulo. Et dum die quadam operarii cœpto inſiſterent operi, Aubertus Sancti miniſter, accepto quodam inſtrumento operari cœpit. Tunc unus ex operariis, cujus illud erat, arrepto cum impetu imprudenter inſtrumento, Aubertum in terram ſuo inſpiciente Firmato dejecit. Doluit Sanctus hanc injuriam ſuo eſſe factam miniſtro; & nocte ſubſecuta clanculo diſceſſit, & per Gallias iter accelerans pervenit locum, qui dicitur Eona ſuper Rhodanum. Ibi autem in inſula quadam, quam circumcirca Rhodanus alluſtrabat, in rupe quadam ſibi complacens invenit habitaculum; & multo ibi converſatus tempore, magni nominis homo, veneranda ſenex canitie, Jeruſalem iterum, lorica indutus gravi, petens, nudis pedibus abiit: pervenit: & ad locum prædictum reverſus eſt. AUCTORE STEPHANO EP. EXIM. *diſcedit ad Rhodanum:*

22 A die autem diſceſſionis ſuæ de Mantileio, Arturus de Campellis & Willermus Eſpechellus in luctu & lacrymis vitam trahebant: & guerram & famem in partibus illis à diſceſſu Firmati continuam pro ejus diſceſſu aſſerebant obtigiſſe. Reperto igitur ſalubri conſilio, nudipedes, E laneis induti, peregre profecti ſunt: & non reverti niſi reducto Pontifice ſancto conſtituunt, tota Mantileienſi vicinia in oratione & jejunio interim perſeverante. Illi duo iter agentes, cum precibus & lacrymis ſancti Præſulis expoſcunt ſibi manifeſtari præſentiam. Acceptam habuit eorum devotionem Dominus, & eos ad locum quem Sanctus incolebat Firmatus, proſpero duxit itinere. Cum autem ſecus ripam Rhodani gradientes orationibus inſiſterent; ecce quidam piſcator, qui à Deo miſſus, parvam advertebat ripæ phaſelum; quem percunctantes peregrini de B. Firmato, ab eo de loco ejus manſionis edocti, ad locum ab eo ſunt delati. Qui cellulam ingreſſi, & deſideratum videntes virum, tanto repleti ſunt gaudio, ut in terram procidentes, & illius provoluti pedibus, in extaſi diutius tenerentur: & cum deinceps mentis intentio vocis haberet iter, talem habuerunt querimoniam: Quare, Pater optime, filios tuos, quos affectu conſolabaris paterno, tua dimiſiſti deſolatos abſentia? Quare gentem quam tuc nutriebas adjutorio, tuo diſceſſu projeciſti, guerræ, fami, morti & exilio? Vide, quæſumus Pater, tuorum afflictionem filiorum, & ut ſolitum eis impendas ſolatium redire feſtina. Vivit Dominus, quoniam aut hic mœſti moriemur, aut de tuo certi reditu læti redibimus. Non potuit lacrymas retinere vir manſuetudinis eximiæ; & eos manibus erectos elevavit ad oſcula: Deſinite, inquit, filii, deſinite vos veſtris incendere meque querelis: voluntatis fuit divinæ meus à vobis diſceſſus: ejuſdem erit voluntatis ad vos regreſſus. Revertimini, & hortulum meum plantate: & die præfixa, qua ad eos reverti deberet, læti repatriare cœperunt peregrini: qui regreſſi prædixerunt ubique S. Firmati adventum. Et ecce hora diei præfixa per ſilvam Mantilei ſolus ſe agebat Firmatus. Concurrit gaudens populus & Patrem ſanctum filiali ſuſceperunt obſequio; lætantur de recepto Paſtore & de propulſa ſterilitate gloriantur. *diu à ſuis quæſitus.* *& poſt multas preces,* F *Mantileium redit:*

23 Contigit autem, ut quædam civis Turonica, beato viro cognatione propinqua, filium haberet unicum, carceralibus vinculis mancipatum: quæ ad Dei virum nocte dieque feſtinans, iter acceleravit mater miſeranda, filium ſuum precibus Firmati ſibi poſtulans reddi, non incredula. Quæ cum ad portam pulſaret habitaculi, proceſſit *incarceratum,* *à matre rogatus;*

AUCTORE STEPHANO EP. EX MS.

proceſſit miniſter, & quamdam ſuam renuntiavit adveniſſe cognatam. Vade, inquit Sanctus, & dic ei: Hoc dicit Firmatus, Vade ſecura: quia ſolutum & quietum recipies filium: ipſa enim non videbit faciem meam. Proceſſit miniſter: & quod juſſus erat retulit. Abſceſſit mulier: quia Sanctum non viderat triſtis, ſed læta de promiſſa. Et cum Turonum propinquaret, ecce catenas & compedes deferens ei ſuus occurrit filius, & ſe precibus Sancti confitetur evaſiſſe pericula.

liberat abſens:

à Delicata jam paupere inviſitur:

24 In tempore illo Delicata de Landevico, jam in pace defuncto conjuge ſuo Grimoardo, juxta Sancti vaticinium ad magnam devenerat inopiam: quæ amici ſui cognito regreſſu, gratulabunda cucurrit ad eum feſtine, & de præſenti anxietate & de futura colloquens beatitudine, multum lacrymas fudit per ſingula. Cui Sanctus verbum exhortationis faciens, eam ad cæleſtes invitavit delicias. Quæ remeare diſponens, Eſtne, inquit, Pater aliquid, quod tibi tuam velles deferre ancillam? & quod de manu mea caperes edulium? Mel, inquit Sanctus, cum redieris affer. Abivit Delicata, & circum pagos & compita mel quæritans, non invenit. Tandem quoſdam venales favos quidam ſibi non notus produxit agricola: quæ quid aliud daret cum non haberes; vaccam, quam ad ſuæ ſuſtentamentum vitæ ſolam poſſidebat, pro melle mellis vendidit venditori: quod in vaſe ponens mundiſſimo, ad Dei virum greſſu venit citiſſimo. Suſcipiens vero Firmatus mel cum gratia, dixit: Pro melle, filia, vaccam vendidiſti: det tibi Deus pro melle iſto, melliſluam cæleſtis vitæ dulcedinem. Quantum, inquit illa, Pater jucundum habeo gaudium, ſi de manu mea capias edulium. Et ecce quidam leproſus aſtitit, alimoniam petens: cui vir perfectæ caritatis totum mel cum gaudio dedit. Hoc ægre ferens Delicata, Quare, inquit, Pater vel minimam tibi non retinuiſti particulam? Ego, inquit Sanctus, mellitam mentis tuæ quæſivi caritatem, qua refectus tuo leproſum melle volui reficere. Revertenti poſtea Delicatæ mellis occurrit venditor. Peccavi, inquit, pro melle modico vaccam ſuſcipiens: ſed fac quæſo me tuæ participem eleemoſynæ, & tuam ſuſcipe juvencam. Sic igitur factum eſt, ut quatuor illis mel illud proficeret, quod Delicata & ruſticus ſuæ caritatis indicium, Firmatus eleemoſynæ ſuavium, & leproſus habuit ſatietatis edulium.

mel ſibi offerri petit:

B

acceptum dat leproſo:

C

25 Tantæ autem vir erat manſuetudinis Firmatus, ut aves, hominum fugientes aſpectum, illius ſuggerente manu caperent cibum, & ſub veſte illius latitantes frigus temperarent hiemale. Cum autem ſtagnuli ſuperſederet ripæ, & panem aſpergeret imminutum; currebat ad eum piſcium multitudo, qui manu hominis delicati ab aquis educebantur immoti: ſed eos deinceps illæſus ſanctus remittebat gurgiti. Quadam vero die accurrens Aubertus ad S. Firmatum, Pater, inquit, ſancte, ſetiger immanis, aduncо dente fodiens hortulos, caules evellicat explantatos. Venit Sanctus ad ſetigerum: & ejus apprehenſa molliter auricula, manſuetum recluſit in cellula: & comminans ei jejunium, nocte illa tenuit incluſum, & mane facto dimiſit abire, ne amplius hortulos ſuos foderet comminatus. Similiter & capreolos & lepores ad ſe compellebat venire; & eos molli percutiens ictu, ingreſſum ſui interdicebat hortuli. Ceterorum vero perhorreſcens ingreſſus oppidorum, orandi gratia ſæpius veniebat Moretonium. Volens denique Dominus jam emeritum remunerare militem, & labore inceſſanter confectum gravi, requie perenniter reficere cæleſti; ei ſuæ diſſolutionis diem intimavit: quem ſuis confeſſus miniſtris, etiam multa prædixit ſpiritu prophetico. Et diſcedens in lectu-

habet ſibi familiares aves, piſces,

animalia:

moritur 24 Aprilis.

lum, alacri mente, vultu ſereno, voce dulci, fratribus vale dicto, octavo Kalendas Maji migravit ad Dominum, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen. D

CAPUT IV.

Hiſtoria tranſlationis & miraculorum.

26 DUo ex Canonicis S. Ebrulfi, Jocellinus & Hubertus, audito B. Firmati tranſitu, de Goronnio *a* venientes, ut ejus intereſſent exequiis iter accelerabant: & cum impetuoſo feſtinarent curſu, Jocellinus ſuam, qua ſuus ſternebatur equus, amiſit *b* ſudariam. Qui ut cœptum expleret iter, bonæ voluntatis Canonicus, frivolum reputavit hujuſce damnum. Et cum S. Firmato condignum funeris obſequium exhibuiſſet, ſuam repente ſub pedibus ſuis invenit ſudariam: & lætus de miraculo, quod factum fuerat ſignum aſtanti revelavit populo.

a

In exequiis res amiſſa invenitur.

b

27 Undecima vero die populus *c* Donifrontenſis in partibus ſuis & *d* Meduanenſis exercitus in ſuis, convenerant ut cum violentia S. Firmati corpus ad ſua raperent caſtella. Sed B. Ebrulfi Moretonienſis dignior electa eſt eccleſia, quam juxta ſancti viri vaticinium ejus devotaret ſepultura. Ex præcepto namque *e* Roberti Comitis Moretonienſis, Clerus collectus cum innumerabili populo, poſt undecimum obitus ſui diem, venerandum corpus extraxerunt de trunco; & cum laudibus & hymnis detulerunt Moretonium. Donifrontenſes vero & Meduanenſes pervenientes Mantileum, vacuum repererunt truncum, & iter eorum perſequentes incaſſum lacrymoſi redierunt. Cum autem de ſuæ condigno ſepulturæ diſceptaretur vaſculo: Eſt inquiunt *f* Meſoncellis ſarcophagus, quem nulla vis hominum movere potuit, in eo Michaelem *g* Epiſcopum Abrincenſem tumulare volentium. Deinde vero cum Gillebertus Vicecomes obiiſſet, & ejus corpus in eo vellent reponere ſarcophago; etiam tunc manſit immotus; forſan divina providentia, illum Sancto reſervarat Firmato.

c

d

E

e

Corpus Moretonium defertur:

f

g

in ſarcophago divinitus ipſi ſervato,

28 Abeuntes igitur homines quatuor, ſine labore, levaverunt in rhedam ſarcophagum, & ductu facili devexerunt Moretonium. Et cum in quo eccleſiæ loco poni deberet [inquireretur,] aſtiterunt qui dicerent S. Firmatum, cum in eccleſiam illam ingreſſurus ad Sancta Sanctorum, manus ablueret, dixiſſe, locum illum ad quem defluebat aqua de manibus Sacerdotis, condignum fore ſepulturæ Clericorum. Poſito igitur ibi ſarcophago & in eo Sancti corpore repoſito, tanta populos aſtantes ſuaviſſimi perfudit odoris fragrantia, quamvis poſt mortem ejus dies agebatur tridecima, ut jam appareret ſancti Confeſſoris gloria. Deinceps vero, ad ejus ſepulcrum ipſius patrocinio ſurdis auditus, cæcis viſus, claudis agilitas, obſeſſis à dæmonibus curatio: infirmis ſanitas, leproſis adhibita eſt mundatio. Multi etiam invocato illius nomine, Dei auxilio, de carceribus & vinculis ſolvuntur emancipati.

F

claret miraculis,

29 In diebus illis Baldoinus, vir magni nominis, moribus & armis præclarus, Boloniæ Comes, erat præſens, Jeruſalem Rex futurus: qui tentus à nobiliſſimo Comite Moretonienſi Roberto, compedibus & catenis vinctus carcerali recluſus eſt ergaſtulo *h*. Qui B. Firmati precibus aſſiduis implorans auxilium, cura confectus vigili, tenui membra dedit in ſomno. Et ecce vir quidam aſpectu roſeo decorus, canitie veneranda reverendus, voce mellica dulciſluus, ei tale viſus eſt dediſſe conſilium. Die craſtina, Frater, in eccleſia S. Ebrulſi, pro anima Firmati & pro cunctis fidelium animabus Miſſam celebrare faciens, Deum tuis precibus invoca propitium. Accepta igitur

Baldwini Comitis captivi,

h

compedes ſemel,

A igitur in craſtino eccleſiam ſubintrandi licentia, Balduinus Comes Miſſam, ut admonitus fuerat, juxta ſepulcrum B. Firmati precatus eſt: & ecce qua hora ſacra repreſentatur fractio, fracti de compedibus claviculi longe cum ſonitu reſilierunt. Lætatus eſt Clerus de miraculo, & Comiti Roberto viſionis ſomnum & fractionis retulit miraculum: Si eſt, inquit Comes Robertus, hæc divinæ fractio virtutis, quæ ſemel confregit, iterum confringere poterit: nolo enim tantam viri tanti redemptionem fallaci diſperdere præludio. Afferantur graviores & nexus ſtrictioris compedes: & redeat Baldoinus Comes ad carcerem, ut promiſit. Lacrymante igitur Cleri & plebis multitudine egreſſus eccleſiam Baldoinus, graviſſimis aſtrictus eſt compedibus. Nocte igitur inſecuta ei vir ſdem eadem inſinuans viſus eſt aſtitiſſe: & die craſtina, eodem in loco, eadem hora, rei eventum expectante Clero cum Comite & populo, omnibus videntibus, fracti ſunt cum ſonitu compedum nexus. Lætus Comes Robertus de miraculo Comitem Baldoinum ad propria remiſit lætum, cum maxima honorificentia. Compedes autem in tanti memoriam miraculi uſque hodie in eadem reſervantur eccleſia.

iterumque ſolvuntur.

ipſe liber dimittitur:

30 Quædam illis temporibus, mulier pauperculâ ad S. *i* Michaelem cum ſociis iter accelerans, audito B S. Firmati præconio, ejus viſitare ſepulcrum ardenti flagrabat deſiderio. Quæ ut ſuo ſatisfaceret affectui, comitatu prætergreſſo, greſſu tremulo, corde propenſo, pectore properabat anhelo. Quæ cum Moretonienſem introiſſet eccleſiam, claviger, qui ſanctum deputatus erat cuſtodire ſepulcrum, multum quæſitus nequaquam eſt inventus. Illa autem impatiens moræ, flexo genu, tunſo pectore, corde cum manibus ad cælum elevato, gemitibus ac ſuſpiriis oſtium tabernaculi ſibi flagitat aperiri. Et ecce, multis aſtantibus, ſera cum claviculis & peſſulo diſſolvitur; & quaſi manu projiciente contorta, maceriæ, quæ ſtabat ex adverſo, colliditur: aperitur per ſe janua, & mulier ingreſſa, de ingreſſu læta regreditur.

i

janua templi ultro aperitur:

31 Erat in *k* Barnevilla ſenex quidam prædives, ſed diu morbo vexatus calculeo, is cum effæta ſenio nulli medicorum auderet committere membra, divinam ſibi precibus flagitabat adeſſe medicinam. Nocte igitur quadam in ſomnis admonitus eſt, quatenus S. Firmati ſepulcrum adiret, ejus inibi petiturus auxilium. Qui nondum perfectæ fidei timuit credere viſioni: ſed ſecunda & tertia viſione firmatus, quo viſum expleret iter deliberans, obdormivit. Expergefactus denuo, calculum, ſuæ cauſam infirmitatis, C juxta ſe ſanus invenit. Mane igitur facto, negotiis omnibus poſthabitis, Sancti ſepulcrum adiit; & illum Canonicis calculum, Deo gratias agens, dereliquit.

k

laborans calculo liberatur:

32 Duo, de curia Moretonienſium Comitis, armigeri, orandi gratia S. Ebrulfi baſilicam ingreſſi, per ſingula preces effuderunt altaria: quorum alter alteri, Veniamus, inquit, & ad S. Firmati ſepulcrum, ejus rogaturi ſubſidium. Nequaquam, inquit alter, Firmati, pluſquam cujuſlibet mortuorum, invocabo præſidium. Cum igitur alter objurgans illum, ante Sancti ſepulcrum genu flecteret, alter ſubita paralyſis diſſolutus ægritudine, præceps in terram provolvitur. Accurrit alius clamans, clamore motus infirmi, & infirmum ante Firmati ſepulcrum deportavit. Sed Sanctus Sanctorum Deus, oſtenſa ſui Sancti ſanctitate, infirmum Firmati precibus priſtinæ reddidit ſanitati.

incredulus, paralyſi perouſſus

ſanatur:

l

33 Quidam in urbe *l* Bajocaſina Diaconus, per ſeptem annos gravi languore detentus, ſuis omnibus fruſtra medicis erogando diſtractis, tandem ſe ſepulcrum S. Firmati viſitaturum promiſit: & ut votum compleret, præcepit ſibi vehiculum præparari: & qui ſeptem annis adhæſerat lecto, brevi factus ſoſpes momento, parentum comitatus utroque multaque parentela, Sancti ſepulcrum pedes adivit.

affixus 7 annis lecto ſubito convaleſcit:

AUCTORE STEPHANO EP. EX MS.

33 Apud *m* Cadomum, quædam cujuſdam piſcis *n* ariſta cujuſdam boni patriſfamilias gutturi ſtabat affixa: quam ſibi graviſſimum inferentem ſupplicium diutius laboravit expellere: & cum pluribus hoc efficere nequiſſet diebus; tandem ad B. Firmati confugit ſuffragium, ſibi eum efflagitans adeſſe propitium. Statim ariſta evellitur: & ille ſanus ſine mora devenit Moretonium, & ante Sancti ſepulcrum ſuæ ſalutis gratias reddidit auctori. Quædam Matrona quamdam altari, ſuper quod Sanctus divinum multoties celebrarat officium, candelam ſuperpoſuit: quæ à nullo ſufflata, lucere non deſtitit, nocte illa ſuper altare combuſta: mane autem facto favillam reperientes, & inuſta videntes linteamina, Deo gratias Clerici reddidere.

m

n

ſpina piſcis gutturi inhærens evellitur.

Miraculum in candela.

ANNOTATA.

a Goronnium *oppidum in Cœnomannis diſtat Mantileio quatuor dumtaxat leucis.*

b Sudaria equina, *vulgo* la houſſe, *quod ephippio ſubſtrata equi corpus obtegat ſudoremque excipiat: alibi in hoc ſignificatu aut genere nuſquam reperi, ſed neutraliter* Sudarium *ad uſum ſepeliendorum cadaverum aut faciei tergendæ.*

c Donofrontium; *vulgo* Domfront, *oppidum & Vice-Comitatus in Normannia inferiore verſus Cenomaniã, quatuor leucis Mantileio diſtans.*

d Meduana *urbs Cenomaniæ, vulgo* Mayenne, *diſtat indidem leucis octo.*

e Robertus, *frater Guilielmi Conqueſtoris, mortuus eſt circa* 1104 *annum.*

f *Videtur eſſe vicus inter Moritonium & Abrincas, Abrincis proprior, in tabulis minus recte ſcriptus, nunc* Meſvilo-ſans, *nunc* Menoſane.

g *Interfuit hic Epiſcopus exequiis dicti Guilielmi Regis anno* 1087.

h *Id neceſſario contigit ante annum* 1096, *ut ſupra dictum.*

i *Eſt* S. Michaëlis *eccleſia* de Periculo maris *in inſulâ Vicina.*

k Barnevilla *agri Conſtantini vicus ad mare in Normannia.*

l Bajocaſſina, *urbs ibidem Epiſcopalis prope Oceanum, vulgo* Bajeux.

m Cadomum *præcipua inferioris Normanniæ urbs, vulgo* Caën *dicta.*

n Ariſta, *id eſt ſpina piſcis, vulgo* Areſte: *ob eam quam habet cum ariſtis triticearum ſpicarum ſimilitudinem.*

E

F

RHYTHMUS SEU SEQUENTIA.

O Beate Guillelme, Redemptoris miles alme,
Qui regnas in cęleſtibus, adeſto noſtris precibus.
Veris bonis jam frueris, & cum Chriſto collætaris,
Fac nos boni participes, quo frueris & conſortes.
Tu qui pure Deum vides, & ab eo mira potes:
Non eſt tibi negaturus, quod fueris petiturus.
Eia ergo preces audi, & precantes nos cuſtodi:
Ut in terris mereamur, quod in cælis coronemur.
Dum vivebas inferius, cogitabas ſuperius:
Cæleſtia ſuſpiciens, & terrena deſpiciens.
Cumq; Deum præ ceteris, ſancte ſemper amaveris:
Nihil tibi curæ fuit, quam quod illi complacuit.
Ita bona pauperibus pie dabas languentibus,
Utque Deo liberius, & ſervires ſecurius.
Pervigil incumbebas, jejuniis & orabas,
Inceſſanter Chriſtum Deum, multis propitians eum.

A Tam devotus atque clemens eras cunctos ſuſpiciens;
Ut exemplo commoneres, & ad pia dirigeres.
Terræ ſanctæ viſitaſti loca ſacra, & oraſti,
Chriſtum Deum, ubi prius tunc ſtetetunt pedes ejus.
Nec putabas ſatis eſſe in eremo Deum noſce,
Niſi ubi converſatus, hunc coleres humi ſtratus.
Feras habes obſequentes, aves quoque famulantes:
Corvus paret, lupus ceſſit, & uterque morem geſſit.
Mira refulget pietas tua, fides & charitas;
Dum quod agas vel facias, ſit ut ſemper proficias.
Ægros ſanas & languores, ignis reſtinguis ardores:
Blandus captivos liberas, cunctiſque bona procuras.
Ergo pro hac veritate, qua tu polles & virtute;
Suppliciter deprecamur, ut à malis liberemur. Amen.

ORATIONES.

1 DEus, qui Beatum Guillelmum, Confeſſorem tuum, ſacro tui amoris ardore inflammaſti, ut præ te vilia omnia duceret, & præter te nihil amaret aut cogitaret; tribue quæſumus, ut illius imitatione terrena valeamus deſpicere, & te fontem vitæ ex tota mente ſemper amare. D

2 Deus qui potenti virtute miniſteria hominum diſpenſas, & eorum aliquos voluiſti ſalutis aliorum adminiſtros; fac ut nos, qui B. Guillelmi Confeſſoris tui memoriam agimus, illius gratia pro nobis à te poſtulet & impetret, quæ tu noveris ſaluti & incolumitati noſtræ congruere.

3 Deus, qui Beatum Guillelmum Confeſſorem tuum innumeris decoraſti miraculis, ut eum tibi gratiſſimum & mundo utilem demonſtrares; præſta ut ejus qua nunc apud te gratia & virtute pollet & fruitur, nos quoque pro tua bonitate digneris eſſe particeps.

XXV APRILIS.

SANCTI QUI VII KALENDAS MAII COLUNTUR.

SANCTUS MARCUS, Euangeliſta, Epiſcopus Alexandrinus & Martyr.
S. Anianus, Ep. Alexãdrinus.
S. Philo, } Diaconi Antio-
S. Agathopodes, } chiæ.
S. Euodius, } Fratres, } Martyres
S. Hermogenes, } Syracuſis
S. Calliſta ſoror, } in Sicilia.
S. Nobilis ſeu Nubilis, }
S. Martia, }
S. Hermemphus, } Martyres in Africa.
S. Fortunatus, }
S. Iocundus, }
S. Nice, Martyr apud Græcos.
S. Publius, miles, Martyr Nicomediæ.
S. Stephanus, Epiſcopus Antiochenus, Martyr.
S. Manſuetus, Martyr, Argentanii in Normannia.
S. Phœbadius, ſeu Fœgadius, Epiſcopus Aginnenſis in Aquitania.
S. Maccalleus, Epiſcopus Cruachadiæ in Hibernia.
S. Machaldus, Epiſcopus in Inſula Mona.
S. Ruſticus, Epiſcopus Lugdunenſis in Gallia.
S. Gramatius, Epiſcopus Metenſis ad Moſellam.
S. Macedonius, Epiſcopus Conſtantinopolitanus.
Sancti octo Anachoretæ, Martyres apud Græcos.
S. Clarentius, Epiſcopus Viennenſis in Gallia.
S. Fidelis, Hiſpelli in Italia.
S. Erminus, Epiſcopus & Abbas Lobienſis in Belgio.
S. Florebertus, Epiſcopus Leodienſis ad Moſam.
S. Robertus, Abbas Syracuſis in Sicilia.
S. Heribaldus, Epiſcopus Autiſsiodorenſis in Gallia.
S. Francha, Virgo, Abbatiſſa Ord. Ciſtercienſis, Placentiæ in Italia.
B. Philippus ſeu Philippinus, Ordinis Minorum, Montalcini in Tuſcia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

S Agricius, Epiſcopus Trevirenſis, *indicatur in ſcripto Carthuſiæ Bruxellenſis non admodum antiquo. Vitam dedimus* XIII Januarii.
Adalbero I, Eccleſiæ Metenſis Epiſcopus, *hoc die mortuus eſt; ut diximus inter Prætermiſſos* XXIV Februarii.
B. Rogerius, ex Aurelianenſi Lemovicenſis Epiſcopus, ac denique Archiepiſcopus Bituricenſis, *ab aliquibus mortuus creditur feſto S. Marci, ex male intellecto Epitaphio, quod interpretandum eſſe de* prima feria menſis Martii, *anno* 1368, *in ipſas Kalendas incidentis oſtendimus, ubi Vitam dedimus, quando & anniverſarium ejus agi conſuevit,* I Martii.
S. Droctovei, Abbatis monaſterii S. Germani Pariſiis, tranſlatio *adſcripta ſub finem primario Martyrologio*

A

logio Vſuardi. Ejus Vitam dedimus x Martii.

B. Bernardus de Tironio, *dicitur ab aliquibus mortuus hoc die, ab aliis, quando Vitam dedimus,* XIV Aprilis.

S. Alexander Martyr, *indicatur in MS. Trevirenſi S. Martini, & apud Grevenum: in MS. Altempſiano additur palæſtra* Lugdunum. *De quo egimus* XXII Apr.

S. Georgii Martyris, *memoria inſcripta eſt duobus apographis Martyrologii Hieronymiani, eoque citato apud Notkerum & in aliis MSS. De eo egimus* XXIII Apr.

SS. Felix Presbyter, Fortunatus & Achilleus Diaconi, Martyres Sætabi in Hiſpania, *memorantur à Ferrario in Catalogo generali: ab aliis adſcribuntur* Valentiæ in Gallia, *& referuntur, quando de ea controverſia egimus,* XXIII Apr.

Corona Virgo, *memoratur à Maurolyco, ab aliis prima Martyrum Alexandrinorum ſtatuitur* XXIV Apr.

S. Sabas, Dux militum, & LXX milites, Martyres Romæ, *memorantur in Menologio Baſilii Imperatoris: ab aliis* XXIV Aprilis.

Apoſtolorum XII memoria Cremonæ, *celebratur apud Merulam: de ſingulis agimus ſuis diebus.*

Bonifacius, Atinenſis Epiſcopus, *circa finem* V *ſeculi in Epiſcopio à ſe reſtaurato obiit: cujus quia obitus hodierno die notatur in Chronico Atinenſi, vix diſtinguente publice*

B *Sanctos à non taliter cultis; & quia ipſa diei obitualis memoria in tam antiquis indicium præbet publici cultus olim vigentis, cujus occaſione ea, quæ periiſſet aliàs, memoria conſervata fuerit: ideo hic proponendum cenſuimus. Ipſum chronicon in tomo* I *Vghelli conſuli poteſt.*

Mares, Epiſcopus civitatis Dolichæ, in Euphrateſia provincia, interfuit Concilio Conſtantinopolitano primo; laudatur libro 9, Hiſtoriæ tripartitæ cap. 3, ut vir plurimis virtutibus decoratus. *Is inſcriptus eſt Additionibus Molani ad Vſuardum in priore editione; ſed poſtea in aliis omiſſus. Interim ſecuti Molanum ſunt Caniſius in Martyrologio Germanico, & Ferrarius in Catalogo generali.*

Cunibertus, relicto Epiſcopatu eremi incola, *indicatur in Menologio Scotico Camerarii, cum titulo* Sancti, *citato Theatro vitæ humanæ: ſed ubi fuerit Epiſcopus, ſiletur.*

Hermannus Marchio, filius Bertoldi Ducis, relictis uxore & unico filio, Cluniaci vitam Angelicam arripiens, vere monachus migravit ad Dominum, VII Kalendas Maji. *Ita Bertoldus Conſtantienſis ad annum* 1074. *Hunc cum titulo* Beati *retulerunt Wion, Dorganius, Menardus, Ferrarius, & Sauſſajus in Supplemento Martyrologii Gallicani.*

C BB. Beda & Marcus Confeſſores, *memorantur in Martyrologio, Coloniæ & Lubecæ anno* 1590 *excuſo, & adſcripti ſunt recentiori manu Florario Sanctorum. At* Beda & Deodatus, Confeſſores, *inſcripti ſunt Auctario Greveni ad Vſuardum ſecundæ editionis. In priore editione, uti & apud Maurolycum, & in MS. Carmeli Colonienſis recenſentur* Beda, Marcus & Deodatus, Confeſſores, *ac* Beati *in variis dicuntur. Nomen* Deodati *eſt in Kalendario ſcripto Carmelitarum Mechliniæ: ſed die ſequenti. Colitur* Venerabilis Beda *Anglus* XXVI *Maii; & alius* Beda junior, *monachus in territorio Rhodigino, Genuæ quieſcens,* X Aprilis. *At* Deodatis, *in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anni* 1490 *omiſſus; refertur in eo & aliis* XXIV Apr. *Quibus poteſt adjectus eſſe* S. Marcus, *quod eorum reliquiæ aliquo in loco ſint, & propter* S. Marcum Euangeliſtam *ſit hic dies electus. Certiora libenter intelligemus.*

S. Waldricus, *alias* Baldricus, urbis Laudunenſis Epiſcopus, anno Salutis 1112, gladio per cives ejuſdem urbis confoſſus, *memoratur cum titulo* Sancti *& Martyris in MS. Florario. Eadem hanc deſcribunt Guibertus lib.* 3 *cap.* 8, *Robertus de Monte in Appendice ad Sigebertum, & alii, qui ad dictum annum* 1112, *&* VII *Kalendas Maii factam tradunt. Miramur nullam ejus mentionem fieri à Sauſſaio in Martyrologio Gallicano. Nihil etiam de veneratione Eccleſiaſtica ei exhibita addunt Sanmarthani & alii in Epiſcopis Laudunenſibus.*

D Taraſia filia Veremundi II Regis Caſtellæ, Abdallæ Saracenorum Regi coacta nubere, ſed intacta relicta, Ovieti in monaſterio S. Pelagii mortua, *cum titulo* Sanctæ *memoratur à Wione, Dorganio, Menardo, Bucelino, Ferrario, Arturo. Interim ſilent de ea Tamajus in Martyrol. Hiſpanico, & Ordo recitandi divinum Officium cum adjunctis Sanctis Ovetenſis Eccleſiæ ſæpius recuſus. Proinde certiora venerationis publicæ documenta exſpectamus.*

Joannes, Converſus Villarienſis in Brabantia, *cum titulo* Beati *memoratur in Menologio Henriquez & Bucelini.*

Benedicti XII, ſanctiſſimi Patris depoſitio, Avenione, *memoratur ab Henriquez, quod fuerit* ex Ordine Ciſtercienſi ad Pontificias dignitates evocatus: *Item à Menardo & Bucelino cum titulo* Beati *ob beneficia Ordini Benedictino præſtita. A Sauſſaio & Chalemoto inter* Pios *cenſetur.*

Petrus à Calmpthout, Canonicus Præmonſtratenſis Tongerloi, & Paſtor in Harenſi Campaniæ Brabantorum pago, ab hæreticis occiſus, *cum titulo* Beati *profertur à Chryſoſtomo Vander Sterre in Natalibus Sanctorum Ordinis Præmonſtratenſis.* E

Anna, Vidua, Tertiaria Ordinis Minimorum, Toloſæ cum opinione ſanctitatis mortua, *anno* MDCX, *refertur in Chronico Ordinis apud Lanovium, & cum titulo* Beatæ *inſcripta eſt Gynæceo ſacro Arturi du Monſtier.*

Balthazar à Caſtro-novo, *videtur cultum aliquem habere, in Monte-regali Principatus Pedemontani, tabellis & votis circa corpus in ſacrario Franciſcanorum appenſis; ſed quia Arturus in Martyrologio Franciſcano diem pro ſuo arbitrio delegit, malumus ex ipſo loco certiora de ejus miraculis & cultu expectare: ſimili ex cauſa, aut quia omnino cultu non habent, licet à dicto auctore* Beati *nuncupentur, referendi huc veniunt*

Franciſcus Orapaſſanus, *in India Occidentali circa annum* 1540 *utilis operarius,*

Joannes à Coria, *Belviſii in territorio Placentino pie defunctus;*

Angelus Saonenſis, *Cappucinus, Æſii in Piceno hoc die mortuus cum opinione ſanctitatis, anno* 1556; *&*

Hieremia Clariſſa, Firmi in Piceno, *omnibus ſcriptoribus Franciſcanis ignota, niſi quod fuſe dicatur de ea agere Valerius de ſanctis Feminis Ordinis Minorum lib.* 2, *cap.* 28, *quem non vidimus.* F

S. Richarius, Presbyter in pago Pontivo, *profertur in Ms. Bruxellenſi S. Gudilæ: Vitam damus* XXVI Apr.

S. Maximus, Martyr in Aſia, ſub Decio Imperatore, *cum aliquo elogio profertur in Martyrologio Rabani. Damus Acta paſſionis* XXX Aprilis.

Marculphus, Abbas Bajocis in Gallia, *indicatur à Wione, Dorganio, Menardo, Bucelino, & Ferrario. Verum ab antiquioribus* I Maii.

S. Auguſtinus, diſcipulus S. Gregorii, Epiſcopus in Britannia, *memoratur in Ms. Martyrologio Carmelitarum, item à Maurolyco, Galeſinio, Caniſio: ab aliis cum Martyrologio Romano* XXVI Maii.

Dedicatio Eccleſiæ S. Petri, Apoſtolorum Principis, *inſcripta eſt Ms. Græco Synaxario, quod Pariſiis ſpectat ad collegium Claromontanum Societatis* JESU: *poterit ejus eccleſia deſcribi ad hujus diem natalem* XXIX Iunii.

S. Stephanus Papa I, *indicatur in Ms. Barberiniano. Colitur* II Auguſti.

S. Manſueti, Epiſcopi Tullenſis, tranſlatio, *inſcripta eſt Ms. Luxovienſi, dies ejus natalis* III Septembris.

B. Jacobi Tarviſini ex Ord. Minorum, *Magdeburgi anno* 1225 *defuncti,* Tranſlatio *hoc die facta anno* 1239, *recolitur in Martyrologio Franciſcano, an publicum cultum,*

A cultum, ut Beatus habuerit, & ut talis ab una ad alteram eccleſiam ſit tranſlatus, licebit plenius examinare die, quo obiiſſe ſcribitur xx Septembris.

Obodius ſive Autbodius, eremita Hibernus, patronus Wancurſi prope Atrebatum, inſcriptus eſt Martyrologio Anglicano Wilſoni, & Catalogo Ferrarii, ab aliis refertur die, quo mortuus dicitur xxi Novembris. D

SS. Macaria, Ammonaria & Dionyſia, memorantur in MS. Florario. In Martyrologio Romano & aliis xii Decembris.

DE S. MARCO EVANGELISTA,

G. H. *EPISCOPO ALEXANDRINO ET MARTYRE,*

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I Veneratio S. Marci apud Latinos, Græcos & Ægyptios. Acta vitæ & martyrii varia.

CIRCA AN. LXVIII. Celeberrima eſt memoria S. Marci Euangeliſtæ in omnibus Eccleſiaſticis Faſtis, Latinis, Græcis, Copticis, idque variis per annum diebus. Apographa quatuor Martyrologii Hieronymiani, ſæpius indicata, ad diem ix Kalendas Octobris, ſeu xxiii Septembris, referunt natalem S. Marci Euangeliſtæ, in Alexandria. At vox, natalis, deeſt in antiquiore codice Epternacenſi. Eodem die ejus memoria inſerta eſt MSS. Martyrologiis Richenaugienſi in Suevia, & Corbeienſi in Gallia, item Auguſtano S. Vdalrici, & Pariſienſi à Labbæo noſtro nobis communicato. At qua cauſa ad dictum diem iſtis in Faſtis recolatur, nobis non liquet.

Veneratio S. Marci 23 Septembris,

B

2 Alii paſſim ad hunc xxv Martii, ejus diem natalem collocant, cum Martyrologiis Richenaugienſi & Auguſtano jam indicatis, & Caſinenſi, & Altempſiano, paucis & ſupra relatis verbis. Beda in Genuino Martyrologio ſuo, à nobis ante Tomum ſecundum Martii excuſo, hoc eum elogio exornat. vii Kalendas Maii. Natale S. Marci Euangeliſtæ in Alexandria: qui conſtitutis & confirmatis eccleſiis per Libyam, Marmaricam, Ammoniacam, Pentapolim, Alexandriam, atque Ægyptum univerſam; ad ultimum tentus eſt à Paganis, qui remanſerant Alexandriæ. Qui videntes eum die ſancto Paſchæ Miſſas facientem, miſerunt funem in collo ejus, & trahebant eum ad loca Buculi, quæ erant juxta mare ſub rupibus, ubi erat eccleſia extructa: & defluebant carnes ejus in terram, ac ſaxa inficiebantur ſanguine. Veſpere autem facto, miſerunt eum in carcerem: ubi circa mediam noctem primo Angelica viſitatione confortatus eſt, deinde ipſo Domino ſibi apparente ad cæleſtia regna vocatus. Et mane dum traheretur ad loca Buculi, gratias agens & dicens, Domine in manus tuas commendo ſpiritum meum, octavo Neronis anno defunctus eſt: & à viris religioſis Alexandriæ ſepultus, in loco lapidis exciſi, cum gloria. Ordinaverat autem pro ſe Alexandriæ Epiſcopum Anianum: aliis quoque longe lateque Eccleſiis Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos dederat. *Hactenus Beda, & eum ſecutus Rabanus. Aſt Vſuardus, Ado, Notkerus, Bellinus aliique poſteriores inde aliqua, & nonnulla ex S. Hieronymi elogio, in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis contento, deſumpſerunt.*

& potiſſimum 25 Aprilis,

eum elogio Beda,

C

3 *Ex relatis Martyrologiis, Bedæ potiſſimum & Rabani, devenimus in ſinceram notitiam antiquiſſimorum Actorum, quæ de vitâ & martyrio S. Marci fuerunt deſcripta; quod ex his elogia ſua Beda, iiſdem etiam verbis retentis, deſumpſerit; eumque probarit Rabanus, vir ſuo tempore etiam inter eruditiores habitus. Ea Acta infra damus ex duodecim codicibus antiquis inter ſe collata: videlicet ex aliquo jam noſtro olim Hollandico, ex Romano Cardinalis Baronii & Neapolitano Nicolai Beatelli, ex Vltrajectino S. Martini, Cuſano S. Nicolai, Ardennenſi S. Huberti, Audomarenſi Eccleſiæ Cathedralis, Pariſienſi Cardinalis Mazarini: item ex Aquicinctino, Schenckiano, Duacenſi collegii Societatis, duobus Sereniſſimæ Chriſtinæ Reginæ Sueciæ ſignatis numero 81 & 482. Præterea extant eadem Acta, ſed phraſi hinc inde mutata, in Vltrajectino, alio S. Martini, alioque Reginæ Sueciæ ſignato numero 13. Ex his duobus ultimis præfigimus, qua de comitatu S. Petri in Italiam & Apoſtolatu Aquileienſi hactenus ut certiora invenimus. Reperimus etiam in tribus prioribus Prologum, & quidem diverſum, ſed à poſteris appoſitum: quem ideo omittimus.*

Hæc Acta conſentiunt in MSS. Latinis reperta:

ſed præponitur Apoſtolatus Aquileienſis.

4 *Præfata porro Acta in linguam Græcam tranſlata ſunt, non à Simeone Metaphraſte, ſed ſeculo forſan undecimo aut duodecimo ab aliquo monacho Cryptæ Ferratæ in agro Tuſculano, ab ipſa urbe Roma duodecim milliaribus diſtantis. Vnde ſimiles Vitas plures ad menſem Aprilem ſpectantes eruit Guilielmus Sirletus, quas ab hoc Latinitate donatas edidit Aloyſius Lipomanus parte 2 tomi 7, Vitarum ſanctorum Patrum, & ex eo Laurentius Surius. Eſt apud utrumque primo loco martyrium, SS. Agapes, Chronicæ & Irenes, ac quo dignetur Lector legere judicium noſtrum ad diem iii Aprilis. Ex eoque diſcere, quam exigua fuerit interpretum & compilatorii, quorum opera codex iſte Græcus coaluit, accuratio. Alia Acta, à ſua prima origine Græce compoſita, invenimus in Codice Vaticano 866, & ea, quamvis minoris antiquitatis & auctoritatis ſint quam Latina, ideoque non fuerit operæ pretium viſum ipſa Latine reddere, Græce tamen exhibemus ad calcem hujus tomi, quia ab iis parum diſcrepant Menologia & Menæa Græcorum, ex quibus ſolum hic inſerimus, quæ in Menologio Baſilii Imperatoris Porphyrogeniti traduntur, & ſunt ejuſmodi.* Eodem die xxv Aprilis Martyrium S. Marci Apoſtoli & Euangeliſtæ. Marcus, divinus Chriſti Apoſtolus, poſt aſcenſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti, in tota Ægypto & Libya & Pentapoli, imperante tunc Tiberio Cæſare, verbum Chriſti prædicavit. Conſcripſit etiam ſanctum Chriſti Euangelium, à S. Petro Apoſtolorum Principe ipſi dictatum. Ordinatus vero Epiſcopus Alexandrinus, excitabat ornabatque Chriſti Eccleſias, conſtituens per omnes Ægypti Præfecturas Epiſcopos, & fidem Chriſtianam propagans. Cum autem una dierum juxta mare verbum Dei prædicaret, ab idolorum cultoribus detentus eſt, & funibus conſtrictus trahebatur adeo, ut carnes ejus ſaxis illiſæ lacerarentur, & ſanguis ejus terram irrigaret. Conjectus dein eſt in carcerem, ubi Dominus illi apparens addixit regnum cælorum. Sequenti die è carcere eductus, cum per plateas traheretur, ſpiritum Deo reddidit. *Hæc ibi.*

elogium ex MS. Menologio Baſilii Imperat.

E

Acta ex Latinis Græcorum facta,

F

5 *Plura habentur in Ms. Synaxario Claromontano Societatis Jeſu Pariſiis, & in Menæis tam excuſis quam manu exaratis: in quibus omnibus ſub finem iſta adduntur:* Celebratur illius dies feſtus in religioſiſſimo ipſius Apoſtolio, ſeu templo ipſi dicato, quod eſt juxta Taurum. *De eo templo apud Georgium Codinum de Originibus Conſtantinopolitanus pag. 61, ſic legitur:* Eccleſiam S. Marci prope Taurum primo Theodoſius Magnus, cum trullo ligneo, extruxit: quam poſtea terræ motu collapſam, reædificavit Romanus ſenior; cognomine Lecapenus. *Fuit hic Romanus, à gentre ſuo Conſtantino*

veneratio Conſtantinopoli in propria eccleſia

à Theodoſio Magno conſtructa,

A *& Alexandria:*

Appendix ex Vita S. Petri Alexandrini.

Encomium Procopii Diaconi.

ſtantino Imperatore primum Cæſar tum Auguſtus declaratus, anno DCCCCXIX; *& cum illo imperavit uſque ad annum* DCCCCXXIV. *De eccleſia quæ eidem Euangeliſtæ erecta fuit Alexandriæ, deque ejus ibidem ſepulcro agimus in Appendice, extracta ex Vita S. Petri Epiſcopi Alexandrini & Martyris, ſeorſum Græce & Latinè à Franciſco Combeſis vulgata. Deinſubjungimus Encomion Procopii Diaconi & Chartophylacis, jam ante quidem à Lipomano vulgatum, ſed nunc denuo accuratius è Græco verſum à prænobili Adoleſcente Ioanne Franciſco Albano Vrbinate Canonico eccleſiæ S. Laurentii in Damaſo, operam ſuam ad talia promptam offerre dignato, qua etiam Menologii Baſiliani partem Latinam fecit. Aliud ejuſdem Euangeliſtæ elogium à Niceta Paphlagone conſcriptum legi poterit apud Franciſcum Combeſis tomo 6 Bibliothecæ Patrum Concionatoriæ, ad hunc* XXV *Aprilis editum. Vtriuſque memimit Leo Allatius in Diatriba de Simeonum ſcriptis pag.* 104 *&* 115. *Floruit autem Nicetas ſeculo Chriſti nono, at multo illi ſenior fuit Procopius, qui vixit cum Alexandria ſub Imperatoribus Chriſtianis ſuum adhuc ſplendorem obtineret. Aliqua* commemoratio ſancti Apoſtoli Marci juxta Taurum *inſcripta eſt Menæis Græcorum ad* XI *diem Ianuarii, quæ plane jam nobis de hoc ſancto Euangeliſta videtur accipienda.*

B *Veneratio in faſtis Copticis*

Ioannes Seldenus, poſt librum de Synedriis veterum Hebræorum, edidit Kalendarium de feſtis Coptitarum & Ægyptiorum, in quo annotatur Feſtum Marci Euangeliſtæ die XXX *menſis Barmahath, & annotatur incidere in diem* XXVI *Martii; & iterum die* XXX *menſis Barmudæ, qui eſt hic* XXV *Aprilis: ad quem diem etiam ejus feſtum celebratur in Martyrologio Arabo-Ægyptiaco, pro nobis Latine reddito à Gratia Simonio, tum Romæ collegii Maronitarum alumno.*

& Arabicis.

§ II Tempus vitæ & martyrii. Euangelium ſcriptum; alia illi tributa.

Martyr coronatus dicitur ab Alexandrinis an. 67,

6 *Abrahamus Ecchellenſis, Syrus Maronita è Libano, nobis Romæ optime notus, edidit in Chronico Orientali hiſtoriam Patriarcharum Alexandrinorum, & longum in ea S. Marci Euangeliſtæ & Eccleſiæ Alexandrinæ Fundatoris encomium: in quo etiam dicitur* coronam conſecutus martyrii, poſtrema Barmudæ Ægyptiorum, anno Incarnationis Dominicæ ſexageſimo ſeptimo, *cum non diu ante Romam profectus*, adfuiſſet martyrio duorum Apoſtolorum Petri & Pauli, anno à Domini noſtri ad cælos aſcenſione trigeſimo quinto. *Quia autem Ægypti annum incipere ſolebant à menſe Thoth, qui in ultimos dies Auguſti convenit, hæc ad ſequentem annum eſſent referenda. Huic antiquæ traditioni Eccleſiæ Alexandrinæ non multum difformis eſt antiqua pariter traditio Eccleſiæ Romanæ, ſecundum quam alibi oſtendimus dictos Apoſtolos martyrio affectos* Nerva & Veſtino Conſulibus, *anno Chriſti* LXV, *cum poſt hujus Aſcenſionem evoluti eſſent anni* XXXVII, *eique chronologiæ conſentiunt, Clemens Alexandrinus, Origenes aliique à nobis alibi indicati. Infra quoque in Actis martyrii dicitur* S. Marcus tradidiſſe ſpiritum, anno Neronis imperii quarto decimo: *ita codex noſter vetuſtus. Mortuus eſt autem Nero octavo menſe, dicti anni* XIV *Imperii ſui: eique ſucceſſit Galba Cæſar, cujus nomen in tabulis dictæ hiſtoriæ Patriarcharum Alexandrinorum apponitur, quaſi ejus tempore S. Marcus obiiſſet. Tribuitur vero illi iam dictus annus, licet proprie tantum regnarit ſeptem menſibus à Iunio uſque ad Ianuarium anni ſequentis, & ſic mortuus fuiſſet S. Marcus anno Chriſti* LXVIII. *Aliter ſenſit Euthychius Patriarcha Alexandrinus ſeculo Chriſti* X, *qui tam S. Petrum quam S. Marcum ad primum Neronis annum martyrio coronatos tradit. Euſebius in Chronico, ad annum* VIII *Imperii Neronis, Conſulibus Celſo & Gallo, ſcribit iſta:* Πρῶτος Ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας, μετὰ τὸν Ἀπόστολον καὶ Εὐαγγελιστὴν Μάρκον, Ἀνιανὸς ἔτη κβ'. Primus Epiſcopus Alexandriæ, poſt Apoſtolum & Euangeliſtam Mar-

C *mortuorum anno 65,*

occiſus ipſe an. 14 Neronis,

Euiychius an. 1 Neronis, Euſebius anno 8 ſignant:

cum, Anianus annis XXII. *Hæc Euſebius; ſed vereor ne, uti de eo diximus in Pontificibus Romanis, ita & hic fuerit hallucinatus, atque ex meris conjecturis dictos annos definiverit. Baronius in Notis ad* XXVI *Aprilis, ubi de S. Cleto Papa agit, cum magna oſcitantia ab Euſebio prætermiſſo, cenſet* in his, quæ ſunt Romanæ Eccleſiæ, majorem eſſe adhibendam fidem ejus alumnis quam cæteris. *Idem hic dicendum de traditione Eccleſiæ Alexandrinæ. De S. Aniano mox agemus, qui ab Alexandrinis præfuiſſe dicitur* annis *ſolum* octodecim; *ut videatur Euſebius huic attribuiſſe annos aliquot, ante S. Marco ereptos. Quia tamen Euſebium ſecuti ſunt SS. Hieronymus, Beda & alii, malumus hæc lectori ulterius diſcutienda proponere, quam dictæ ſententiæ mordicus adhærere.* Auctore G.H.

7 *Annos Marco in Sede Alexandrina ſolum ſeptem tribuit dicta hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum: adeoque tempus ſufficiens datur, quo & Romæ cum S. Petro vixerit, & ſuum Euangelium conſcripſerit, & Aquileiam profectus, ibidem fidem Chriſti primus plantarit. Annos duos cum dimidio eum Aquileiæ prædicaſſe tradit, ex antiquiſſimis Marcianæ apud Venetos eccleſiæ monumentis, Ioannes Stringa, in ſuis de S. Marco elucubrationibus, citatus à Palladio de Olivis libr.* 5, *Rerum Foro-Iulienſium pag.* 86. *De Euangelio, à S. Marco Romæ ſcripto, late agunt Baronius ad annum* XLV, *& paſſim interpretes. Ex his Cornelius à Lapide in ſuo Arguimento in Marcum, inquirit de autographo Euangelii Aquileia Venetias delato, & iſta addit:* Porro vir gravis Canonicus S. Marci Venetiis, qui ejus Reliquias in manu habuit, ideoque oculatus teſtis, meo rogatu hac de re curioſe inquirens, hiſce diebus reſcripſit, autographum hoc S. Marci Græca lingua eſſe conſcriptum, & ab Aquileia Venetias delatum fuiſſe anno Chriſti MCCCCLXXII. *Verum in hoc anno videtur aliquod mendum; cum Ferdinandus Vghellus tomo* 5 *Italiæ ſacræ & alii tradant*, tranſlatum anno MCCCCXX, ſub Duce Thoma Mocenico, *qui præfuit ab anno* XIII *uſque ad annum* XXIII *dicti ſeculi decimi quinti. An hinc recte colligat Cornelius à Lapide* videri Euangelium Græce primitus à S. Marco editum *dubitamus, ob teſtimonium quod ſubjungimus Caroli IV Imperatoris, cujus iter in Italiam deſcribunt Guilielmus & Albrigetus Cortuſii in ſua hiſtoria lib.* II *cap.* I, *his verbis*: Subito de Boëmia equitavit in Utinum. Fuit hoc anno MCCCLIV, Indictione VII, die XIV Octobris. Qui tranſiens per Sacile, Civie, Feltrum, die primo Novembris intravit Baſſanum. In ejus comitiva erant Aquileienſis Patriarcha ejus frater, Jacobinus de Carrarca, Feltrinus de Gonzaga. *Hæc ibi. Erat annus regnorum Caroli* IX, *qui tunc Feltri die ultima menſis Octobris dedit litteras ad Arneſtum Archiepiſcopum & Capitulum Metropolitanæ Pragenſis Eccleſiæ: quas ex autographo, in archivis Eccleſiæ Pragenſis aſſervato, deſcriptas nobis miſit Praga anno* MDCLIV *Theodorus Moretus, ex noſtra Flandro-Belgica provincia in Bohemicam miſſus, ac tunc ibidem Rector Collegii Glatzovienſis, quaſque poſtea anno* MDCLXXI *cum autographo collatas, & ſua manu correctas, remiſit Perillustris & Reverendiſſimus Dominus*, D. Thomas Ioannes Peſſina de Czechorod, *ſanctæ Metropolitanæ Pragenſis Eccleſiæ Decanus, Archidiaconeſeos Officialis, & Celſiſſimi Principis Archiepiſcopi Pragenſis Vicarius in Spiritualibus Generalis: ſunt autem hujuſmodi.*

traditur Aquileiæ fuiſſe annos 2 cum dimidio,

E *ſcripſerint Euangelium Græce,*

uti Venetiis dicitur exſtare;

an Latine.

8 Carolus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Boemorum Rex. Principes & Devoti dilecti. Noverit veſtra devotio, quod nuper ad fines Italiæ procedentes, in Eccleſia Aquilegienſi invenerimus librum Euangelii S. Marci Euangeliſtæ, Latinis litteris in ſeptem quaternis, propria ejuſdem ſancti Euangeliſtæ manu conſcriptum: cujus duos quaternos ultimos inſtantia magnarum precum obtinuimus, vobiſque pro decore ſanctæ Pragenſis Eccleſiæ Matris noſtræ per nobilem Ludovicum de Hoënlog dirigimus, prout in litteris regiis, Majeſtatis noſtræ

F *uti partem Carolus IV Imper. Aquileiæ Pragam miſit;*

A sigillo pendenti signatis, evidentius est expressum. Et nihilominus in signum affectionis, qua prædictum Librum, quin imò Ecclesiam Pragensem sincere complectimur, jam disposuimus pulcrum & pretiosum ex auro & margaritis pro eodem libro confici apparatum, pretii duorum millium florenorum; mensura quidem ejus asserum accepta. Ita quod dum apparatum ipsum vobis, Deo volente, in breve miserimus; aliud non restabit, nisi prædicto Libro hujusmodi apparatum applicare. Quocirca devotionem vestram attente requirimus & hortamur, volentes, quatenus cum universo Clero civitatum & suburbiorum nostrorum Pragensium, tam exemptorum quam non exemptorum locorum, eidem Libro obviam veniatis; & cum jucunditate spirituali & gaudio suscipiatis eumdem. Et quoniam Ecclesiastica traditio statuit Euangelium à Diaconis decantari in ecclesiis, quanto majorem potestis in dicta Euangelii susceptione Diaconorum, sacris vestibus Diaconalibus indutorum, numerum congregetis. Consequenter vero concedente Domino caput S. Victoris Martyris dictæ Pragensi Ecclesiæ transmittemus. Datum Feltri die ultimo mensis Octobris, Regnorum nostrorum anno nono. *Hæc ibi cum sigillo adjuncto. De reliquo itinere Caroli Imperatoris per Lombardiam, & coronatione facta Mediolani in festo Epiphaniæ anni sequentis* MCCCLV, *accurate agunt iidem Cortesii & passim alii. Prædictus autem Pragensis Decanus in Diario Reliquiarum Metropolitanæ ecclesiæ S. Viti, nuper à se vulgato, agens de jam dicto Euangelio testatur, quod* ex ipso *ornatissimo codice*, die festo Paschæ atque iterum Ascensionis Domini, ad Missarum solennia legitur Euangelium. *Textus initium est in his verbis Capitis* XII *versu* XXI. Et secundus accepit eam & mortuus est: *& hinc ad finem usque pertexitur Scripturâ sacra adduturque majoribus litteris*, Amen.

an etiam pars corporis à Carolo IV *Pragam delata?*

9 *In MS. Martyrologio Pragensi Ecclesiæ Cathedralis, post relatum ex Vsuardo encomium de S. Marco, ista ibidem subduntur*: Cujus corpus per piissimum Imperatorem Carolum Magnum [est depositum] in monasterio Augæ-majoris Ordinis S. Benedicti diœcesis Basileensis, quod ipse Carolus fundavit, & conditum fuit per multa tempora. Demum veniens ibi Carolus IV Imperator, Bohemiæ Rex, ejusdem sancti Euangelistæ corporis multis precibus obtinuit magnam partem: & facta sibi tumba argentea deaurata, & capite suo cum auro & argento decorato, transtulit ad ecclesiam Pragensem, cum omni honore & solennitate. *Prælaudatus Decanus in Diario, non tantum caput adesse asserit, sed insuper haberi* ipsum *dicit* cum mandibula & uno dente, *ut videatur integrum cranium significare.* Idem Carolus obtinuit multis precibus à Nicolao Patriarcha Aquilegiensi fratre suo duos ultimos sexternos Euangeliorum ejusdem S. Marci, quæ ipse litteris Latinis propria manu fertur scripsisse: & eumdem librum auro & argento decoratum & gemmis pretiosissimis ornatum, dedit ecclesiæ Pragensi, in quo legitur Euangelium in die Paschæ & in die Ascensionis in ecclesia Pragensi. Tumba etiam ipsius defertur solenniter in Letania majore. *Hæc ibi. Celebratur Pragæ Allatio prima Reliquiarum* II *Ianuarii, ad quem diem in Appendice enumeravimus dictas Reliquias, inter quas notatur* S. Marci Euangelistæ corporis pars & pars autographi ejus Euangelii. *De monasterio citato Augiæ-majoris lacui Brigantino adsito, & alio monasterio Augiæ-divitis prope Constantiam, agit Bucelinus parte* 2, *Germaniæ Sacræ, absque ulla mentione Reliquiarum S. Marci. Verum in Sacrario Benedictino una cum ejus Menologio edito ista scribit ad hanc* XXV *Aprilis*: S. Marci sacratissimum corpus asservatur religiosissime in celeberrimo monasterio Augiensi, vulgo Divite, prope Constantiam ad Rhenum. *In antiquo MS. Rhenovensi Martyrologio ad diem* IX *Aprilis, ista leguntur*: Et translatio corporum S. Marci Euangelistæ & S. Senesii Martyris in Augiam anno DCCCXXX. *Sed tum pro Carolo Magno, filius ejus Ludovicus Pius imperabat. Forsan ambo Martyres Romani sunt. Vt aliquid certius sciremus, scripsimus Constantiam ad P. Christophorum Roschman, ibidem collegæ nostri Rectorem, olim nobis notum, sed nihil certi potuit de dictis Reliquiis intelligere. De corpore S. Marci Euangelistæ Venetias translato mox agemus.*

aliqua S. Marco tributa.

10 *Extat Liturgia ejusdem S. Marci, quæ dicitur ab eo pro sua diœcesi confecta: de qua consuli potest Adamus Contzen in proœmio sui Commentarii in Euangelium S. Marci. Quod aliqui, cum Petro de Natalibus, arbitrentur,* S. Marcum sibi pollicem amputasse, ne ad sacerdotium promoveretur, *inepta fabula est, nec refutatu digna: id tamen præstitit Petrus Halloix tomo* I, *Scriptorum Ecclesiæ Orientalis ad caput* 5 *Vitæ S. Polycarpi. Quod Henoch Eremitam montis Carmeli habuerit socium itineris & laborum, apud antiquorum neminem legimus, & ideo recentiorum scriptorum figmenta, huic Enocho inadificata, quibus inducitur, velut Carmelitici Ordinis præcipuus propagator, nec refutatione quidem digna putavimus* VIII *Aprilis, ad Vitam S. Alberti Patriarchæ Hierosolymitani.*

B C D E

APOSTOLATVS AQUILEIENSIS.

Ex duplici codice MS.

a Post ascensionem Christi,

POst glorioſam Domini noſtri Jeſu Chriſti in cælum *a* aſcenſionem ad Patrem, conſummatis videlicet omnibus, quæ de illo in lege Moyſi & Prophetis, & Pſalmis ſacratius ſcripta retinentur; miſſo iam mundi principe, id eſt diabolo (ſicut ipſe Lux mundi dignatus eſt proprio ore polliceri) foras; ubi quoque Apoſtoli, altiſſima ſancti Spiritus prudentia diſpenſante, per univerſum diſperſi ſunt orbem terrarum, ſecundum quod unicuique prædicationis funiculus tendebatur, divini luminis radio perluſtrati, ad effugandas perfidiæ tenebras: quas nimirum tenebras antiquus hoſtis callida fraude, inter ipſa, ut ita dicam, naſcentis mundi rudimenta, deceptis prorſus protoplaſtis invexit. Princeps namque Apoſtolorum, cæleſtium ſcilicet clavicularius ſecretorum, B. Petrus, fundata apud Antiochiam Pontificalis apicis cathedra, ſuper illam videlicet quam ipſe ei inviolabile fundamentum Chriſtus Jeſus prædocuerat Petram, *b* ſecundo nimirum Claudii Cæſaris imperii anno, ad expugnandum Simonem Magum, Marco quoque fideli proçul dubio diſcipulo comite ac de ſacræ regenerationis lavacro dilectiſſimo filio, Romam felici ingreſſus eſt die; quatenus Urbs mundi domina, caput utique omnium perfidorum, incurvata ſuperbiæ cervice, levi ac ſuavi Domini edomita jugo, divinoque quantocius mucrone à collo deſecto antiqui ſerpentis perfido capite, membrum prætera fidele fieret bonorum omnium Creatori; & quæ magiſtra materque dudum fuerat omnium falſitatum, diſcipula filiaque nihilominus fieret modis omnibus veritatis.

Ioan. 12, 31

& fidem ab Apoſtolis cæptam prædicari,

cum S. Petro Romam venit S. Marcus: F

b

2. Cumque jam ibidem per dies aliquot demorarentur, & ſemen verbi Dei, ſincero cordis affectu, per agrum pectoris audientium, doctrinæ diſſeminaſſent manu; impletoque illo quod Veritas in Euangelio, ſemetipſum ſignificans, priuſquam cadens granum frumenti moreretur, ſolum eſſe edocuit, Si mortuum, inquit, fuerit multum fructum affert.

& cum eo magnum fructum facit:

Ioa. 12, 24

A fert. Tantus igitur ut fas eſt dicere, ſegetum fructus poſt mortem hujus, quod cecidit frumenti, id eſt Domini noſtri Jeſu Chriſti paſſionem, in univerſum mundum multiplicatus excrevit, ut nulla unquam quantitatis menſura à quolibet mortalium potuerit æſtimari, ſed nec antiqua utique ætas talium præconiorum quandoque experta inſignia fuerit. Quotquot igitur prædeſtinati erant ad vitam, prædicante intra Urbis mœnia beato Apoſtolo Petro, fruſtratis ſcilicet verſipellis Simonis, Dei virtute, magicis adinventionibus, tantæ dulcedinis ſapore corda omnium ſunt repleta fidelium; quatenus & ſemper ſatiati ſpiritualibus abirent alimentis, & ſemper ſatiandi, refici ſe avidius, felici infecti fame, à fideli extorquerent diſpenſatore: ita ut non jam invitati ad dominicam cœnam concurrerent, ſed beata importunitate devicti, ipſi ſe ultro quantocius inferre curarent; quemadmodum *c* Clemens in ſexto diſputationis libro ſecundum ſubtilis ingenii ſui ponit capacitatem. Sermo, inquit, veritatis & lucis, qui per Petrum prædicabatur, univerſorum mentes placido illuſtrabat auditu; ita ut quotidie audientium eum nulla umquam ſatietas fieret. Unde neque auditio eis ſola ſufficiebat, ſed Marcum diſcipulum ejus omnibus precibus exorant, uti ea quæ ille verbo prædicabat, ad perpetuam eorum commonitionem habendam, ſcripturæ traderet memoranda, quo domi foriſque in hujuſcemodi meditationibus permanerent.

c à converſis per illum

B *rogatus ſcribere Euangelium,*

3 His ita ſe habentibus B. Marcus Euangeliſta, Apoſtolatus officio fungens, mittitur *d* Aquileiam, ad urbem ſcilicet famoſiſſimam: ad quam *e* perveniens, dum in eadem urbe, divina ſecum comitante gratia, aliquamdiu prædicationis ſtudio occupatus permaneret; magnam fidelium multitudinem ad Chriſti Domini cultum convertit, ibique eccleſiam religioſiſſima ſagacitate, inviolabili ſoliditate fidei fundavit: *f* Euangelium quoque ibidem Domini, proprio fertur edidiſſe ſtylo: quemadmodum veterum ſcriptorum ad poſteros tranſmiſſa evidenter monumenta declarant. Adeſt etiam hujus rei teſtis, quæ uſque in hodiernum diem, ad confirmandam hujus veritatis aſſertionem in eadem eccleſia perſeverat, ex g ebore utique antiquo cathedra, politis compacta tabulis: in qua quidem ſediſſe illum, dum Euangelicas paginas exararet, priſcorum non reticuit memoria relatorum: in cujus nimirum cathedræ ſedili, nullus eſt unquam auſus Pontificum deinceps reſidere; ſed in magna veneratione hactenus à cunctis extat Pontificibus humiliter honorata.

d Aquileia illud facit, *e* *f* *in Cathedra eburnea,* *g* *poſtea in honore habita:* C

4 Corona quidem martyrii apud Alexandriam, divina præſcientia diſpenſante, alio ei ſervabatur in tempore tribuenda. Porro ſanctiſſimum virum Hermagoram, civem Aquileienſem, ad tantam excellentiæ perfectionem magiſterii ſui imbutum arte perduxit; quatenus dignum eum fore ſummi Sacerdotii culmine, idq; in virtute ſancti Spiritus, adepturũ non dubitaret: unde & ſocium eum itineris ſui, cum Romam repeteret, idoneum aſciſcere rectiſſime judicavit: ac deinde præſentiæ beati Apoſtoli Petri eum præſentandum, non eſt arbitratus indignum: à quo nimirum ſancto Apoſtolo, primo ſcilicet Paſtore Eccleſiæ, idem B. Hermagoras Pontificatus virga ſuſcepta, & ſummi Sacerdotii indepto officio, Aquileienſem Domino favente gubernandam ſuſcepit Eccleſiam: in qua nimirum urbe martyrii coronam *h* adeptus, ſummi quoque Sacerdotis Chriſti membrum effectus eſt, cum quo ſine fine æterna potitus beatitudine regnat in cælo *i*.

S. Hermagoram inſtituit, *curat à S. Petro Epiſcopum conſecrari,* *Aquileiæ martyrio conſecratũ.* *h* *i*

ANNOTATA.

a *Paſſus eſt Chriſtus anno ætatis* 34, *duobus Geminis Aprilis Tomus* III.

Conſulibus, uti alias ex antiquis Patribus & Scriptoribus probavimus, anno Æræ vulgaris 29.

b *Imo anno* 3 *Caii Caligulæ, &* 40 *Æræ vulgaris, & aliquot annis ante expugnatum Simonem Magum.*

c *Hic eſt Clemens, Alexandrinus Presbyter, & Magiſter Origenis, qui inter alia opera, teſte Hieronymo, ſcripſit* libros octo ὑπο τυπώσεων, *qui hic* diſputationis *dicuntur, aliis* inſtitutionum. *Conſentiunt his, quæ Euſebius tradit lib.* 2 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.* 15.

d *Vghellus tomo* 5 *Italiæ Sacræ, aſſerit* Sedem Aquileienſem, *ſi* Romana excipiatur, originis vetuſtate, Patriarcharum dignitate, priſcaque potentia ac claritudine, & diœceſis amplitudine, & Suffraganeorum Epiſcoporum multitudine longe aliis omnibus eſſe illuſtriorem; & ejus primordia ab Apoſtolicis uſque ducta temporibus. Primus enim Marcus Euangeliſta Petri Apoſtoli diſcipulus, Aquileiam, utpotæ primariam & celeberrimam per id tempus urbem ab ipſo Petro, quod felicitati Aquileienſi adſcribi poteſt, in opus Euangelii miſſus *&c. Similia habent Palladius de Olivis lib.* 5, *Rerum Foro-Iulienſium, & Thomas Archidiaconus Spalatenſis in Hiſtoria Salonitarum & Spalatenſium cap.* 3.

e *Andreas Dandulus Dux Venetiarum, lib.* 4 *Chronicorum cap.* 1. *aſſerit* locum, in quem S. Marcus primum ingreſſus eſt, Muretanam vocari; ubi eccleſiæ ſui nominis poſtea conſtructa eſt, & innumeros ſua prædicatione & doctrina ſubſequentibus ſignis ad Chriſti fidem convertit. Nam juvenem quemdam Arnulphum *alii* Athaulphum, filium Ulphi, lepræ morbo percuſſum in ſuburbanis Aquileiæ ſanitati reſtituit. *Hoc miraculum latius deducitur in Vita S. Hermagoræ apud Mombritium & in Mss. ſed nomina filii ac patris non patiuntur nos credere, quod hoc miraculum contigerit ante Gothorum aut Longobardorum tempora.*

f *Idem Dandulus:* Supplicantibus neophytis Euangelium ſuum tranſcripſit, & obſervandum dedit: quod uſque in hodiernum diem in eadem eccleſia devotiſſime veneratur.

g *Palladius de Olivis lib.* 6, aſſerit hujus Sedis ſtructuram ad noſtra tempora perveniſſe, quam ebore confectam ſe Gradi vidiſſe refert Candidus.

h *Die* XII *Iulii, cum Fortunato ſuo Diacono.*

i *Sequebatur Apoſtolatus Alexandrinus cum martyrii Actis, quæ ex Mss. alius ſubjungimus.*

APOSTOLATUS ALEXANDRINUS, MARTYRIUM.

Ex XII *MSS. Latinis & Græcis.*

PEr idem tempus, quo diſperſi erant Apoſtoli toto orbe terrarum, contigit beatiſſimum Marcum ad Ægypti regionem divina voluntate pertingere: ubi eum Euangeliſtã ſancti Canones Catholicę & Apoſtolicę Eccleſię decreverũt. Propter quod primus in tota Ægypti regione, in *a* Lybia, Marmarica, Ammoniaca & Pentapoli prædicavit Euangelium, & adventum Domini noſtri & Salvatoris Jeſu Chriſti. Erant enim cuncti, qui in his terris habitabant incircumciſi & idolis ſervientes, repleti immunditia, ſuffocata edentes, & diverticula & delubra, & ſimulacra domeſtica fabricabant; *b* execrationes etiam nefandiſſimæ ac maleficia omniſque contraria virtus apud eos vigebat, quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus adventu ſuo diſperdidit atque deſtruxit.

In Ægyptũ & vicinas regiones miſſus. *a* *b*

2 Cum ergo venerabilis Euangeliſta Marcus Cyrenen, quæ apud Pentapolim eſt, perveniſſet; erant illic ſecundum genus ejuſdem religionis indigenæ: his

Cyrenæ miraculis patratis.

EX MSS. his Apoſtolus faciens exordium divini ſermonis, pariter infirmos ſanabat, leproſos mundabat, ſpititus multos nequiſſimos dæmonum, per gratiam Chriſti, ſolo ſermone expellebat. Videntes hæc plurimi per eum in Dominum Jeſum crediderunt; & deſtruentes idola ſua ac lucos ſuccidentes, baptizati ſunt in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

plurimos convertit:

3 Dehinc etiam revelatum eſt ei per Spiritum ſanctum ad *c* fanum Alexandriæ pergere, & ſerere bonum ſemen divini ſermonis. Igitur beatiſſimus Euangeliſta Marcus, velut Athléta fortiſſimus, ad certamen prompta mente gradiebatur, valedicenſque Fratribus ait: Dominus meus locutus eſt mihi, ut Alexandriam proficiſcam. Qui proſecuti ſunt eum uſque ad navim, manducantes panem cum eo, & dimiſerunt eum dicentes: Dominus Jeſus Chriſtus proſperum faciat iter tuum. Venerabilis autem Marcus Alexandriam die ſecunda pervenit: & egreſſus de navicula venit ad locum quemdam *d*: & mox ut ingreſſus eſt civitatem, calciamentum ejus diſruptum eſt. Et beatus Apoſtolus intelligens ait: Vere nunc iter meum expeditum eſt: & quemdam conſpiciens, qui ſuere ſolitus eſt, ipſi calciamentum tradidit corrigendum. Quod cum faceret, ſiniſtram manum fortiter *e* vulneravit, & exclamavit dicens: Unus Deus. Beatus autem Marcus audiens quod dicit unus Deus, ait infra ſemetipſum gaudens: Proſperum fecit Deus iter meum: & expuens in terram unxit manum viri, dicens: In nomine Jeſu Chriſti Fili Dei, recipiat ſanitatem manus tua. Et confeſtim ſanata eſt manus ejus. Sutor autem vetera conſuens, conſiderans tantam viri potentiam & efficaciam verbi ejus vitæque continentiam, dixit ei: Obſecro te homo Dei, ut venias & declines in domum ſervi tui, & comedas panem, quia feciſti hodie mecum miſericordiam. Beatus autem Marcus lætus effectus ait: Dominus det tibi panem vitæ de cælo. Homo autem coëgit Apoſtolum, & introduxit eum in domum ſuam gaudens.

c divino monitu navigat Alexandriam,

d S. Aniani ſutoris manum læſam ſanat:

e

B

4 Ingreſſus S. Marcus ait: Benedictio Domini hic: oremus Fratres. Et oraverunt omnes ſimul. Cumque gratularentur, ait homo: Interrogo te unde es, vel unde ſermo iſte tam fortis vitæ? Reſpondit ei Marcus, Ego ſervus ſum Domini Jeſu Chriſti, Filii Dei. Dixit autem homo ille: Vellem videre eum. Reſpondit S. Marcus: Ego tibi demonſtrabo eum. Et cœpit initium facere Euangelii Jeſu Chriſti, & oſtendere quæ à Prophetis de eo fuerant prædicta. Dixit autem homo ille: Ego ſcripturas, quas tu dicis, numquam prorſus audivi, ſed Iliada & Odyſſea, quibus Ægyptiorum filii pro ſapientiæ ſtudio imbuuntur. Tunc cœpit B. Marcus Evangelizare Chriſtum Dominum, declarans quod ſapientia iſtiuſmodi ſtulta eſt apud Deum. Credidit autem homo ille in Deum, docente B. Marco & ſigna atque prodigia faciente: & baptizatus eſt ipſe totaque domus ejus & magna multitudo loci illius. Vocabatur autem homo ille Anianus.

inſtruit,

& baptizat cum tota domo & alia multa:

5 Cumque plurimi facti eſſent credentes in Domino, audierunt viri civitatis, quod Galilæus quidam ibi veniret, qui Deorum ſacrificia deſtrueret, & prohiberet ceremonias eorum; & quærebant interficere eum, ponentes ei plurimas inſidias. Beatus autem Marcus agnoſcens eorum conſilia, Anianum ibidem ordinavit Epiſcopum & tres Presbyteros, id eſt *f* Melium, Sabinum & *g* Cerdonem, & *h* ſeptem Diaconos, & alios undecim ad eccleſiaſticum miniſterium pertinentes; & *i* Pentapolim pergit: commoratuſque ibidem duobus annis, confortavit Fratres, qui illic antea crediderant; & ordinans Epiſcopos per regiones illas & Clericos, iterum Alexandriam venit. Et reperit Fratres multiplicatos in gratia & fide Domini, eccleſiamque conſtructam ab eis in loco qui vocatur Buculi, id eſt Bubulci, juxta mare ſub rupibus: & lætatus eſt Juſtus valde, poſitiſque genibus gloriam Deo dedit.

conſtituit ibidem eccleſiam,

f g h

i degit biennio in Pentapoli:

Alexandriam redit:

D

lætus de ſucceſſu Chriſtianitatis,

6 Cum autem impleretur tempus ejus & Chriſtiani multiplicarentur in fide, irridentes ſimulacra ſubſannantesque Gentiles; cognoverunt ibidem profani adveniſſe Sanctum, & repleti ſunt livore propter miracula quæ facere eum compererant: infirmos ſanabat, reddebat ſurdis auditum, cæcis viſum condonabat. Et quærebant eum apprehendere, & non poterant invenire. Quapropter fremebant dentibus ſuis, & in ſpectaculis idolorum ſuorum & in feſtivis conceſſationibus ſuis clamabant, Magna vis hujus viri.

claret miraculis.

7 Factum eſt autem, ut beatiſſima feſtivitas noſtra Paſchalis, id eſt, Dominicus dies ſanctus occurreret vigeſimo die menſis *k* Parmuti, quod eſt VIII Kalendas Maii: quo tempore eorum Serapiaca agebatur celebritas. Hac igitur opportunitate adunati inſidiatores, protinus dirigunt [ad eum capiendum]: qui repererunt eum orationis oblationem divinæ Majeſtati ſacratiſſimam celebrantem. Tollentes vero eum miſerunt funem in collum ejus, & trahentes dicebant: Trahamus Bubalum ad loca Buculi. Sanctus autem Marcus, cum traheretur, gratias referebat Salvatori Chriſto, dicens: Gratias tibi ago, Domine meus Ieſu Chriſte, quia dignus habitus ſum hæc pro nomine tuo pati. Erantque carnes ejus defluentes in terram, & *l* ſaxa inficiebantur ſanguine ejus. Cumque veſpera facta eſſet, miſerunt eum in carcerem, uſque dum percunctarentur, quali eum morte diſperderent.

k Miſſam in Paſchate celebrans comprehenditur:

E

dire cruciatus carceri includitur,

l

8 Circa mediam noctem clauſis oſtiis & cuſtodibus ante fores dormientibus, ecce terræmotus factus eſt magnus: Angelus enim Domini deſcendit de cælo, qui tetigit eum, dicens: Famule Dei Marce & Princeps Propagatorum ſanctiſſimorum per Ægyptum decretorum, ecce nomen tuum in libro Vitæ cæleſtis aſſumptum eſt, & memoriale tuum non derelinquetur in ſeculum: ſocius enim factus es ſupernæ virtutis: nam & in cælis ſpiritum tuum deducent, & æterna requies & indeficiens lux non peribit. Hanc viſionem beatiſſimus Marcus inſpiciens, manus ſuas ad cælum extendens, dixit: Gratias ago tibi, Domine Ieſu Chriſte, quia non me dereliquiſti, ſed connumeraſti cum Sanctis tuis. Obſecro te, Domine Ieſu Chriſte, ſuſcipe in pace animam meam, & ne patiaris à tua gratia ſeparari. Hæc cum dixiſſet, venit ad eum Dominus Ieſus Chriſtus in ea forma & in habitu, quo fuerat cum diſcipulis ſuis, antequam pateretur, & ait ei: Pax tibi, Marce, noſter Euangeliſta. Et ille reſpondit, Domine mi Ieſu Chriſte. Et abiit.

confortatus ab Angelo apparente,

& Chriſtus

F

9 Mane autem facto convenit multitudo civitatis & ejicientes eum de cuſtodia, immiſerunt iterum funem in collum ejus, & trahebant eum, dicentes: Trahite Bubalum ad loca Buculi, Sanctus autem Marcus, cum traheretur, gratias agens Deo, ſimulque ejus piiſſimam exorans miſericordiam, dicebat: In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum: & hæc dicens beatiſſimus Marcus, tradidit ſpiritum.

eductus è carcere,

tradit ſpiritum:

10 Immanis autem multitudo Gentium ignem ſuccedentes, in loco qui vocatur Adangelos *m*, voluerunt Reliquias ſanctas comburere. Tunc providentiâ Dei & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti valida tempeſtas exorta eſt, & procella venti facta eſt vehemens: ſol quoque ſubtraxit ſuos radios, & tonitrua fuerunt gravia, & imbres plurimi à mane uſque ad veſperam, ita ut habitacula multorum corruerent, & plurimi morerentur. Tunc metuentes cuſtodes dimiſerunt ſanctum corpus & fugerunt. Alii vero deridentes dixerunt, quod beatiſſimus Serapis noſter in

m

ne corpus cõburatur,

tempeſtas exorta impedivit:

A in ſua hodie feſtivitate hunc virum voluit inviſere. Tunc religioſi venientes Juſti corpus collegerunt, & *defertur in oratorium*: detulerunt ubi orationes ſolitus erat Domino ſine ceſſatione fundere.

11 Forma autem B. Marci hujuſmodi fuit. Longo naſo, ſubducto ſupercilio, pulcher oculis, recalvaſter, prolixa barba, velox, habitudinis optimæ, *qua fuerit forma corporis*: ætatis mediæ, canis aſperſus, affectione continens, plenus Dei gratia. Factis igitur orationibus ſepelierunt eum ſicut conſuetudo civitatis poſcebat: & poſuerunt in loculo lapidis exciſi, cum gloria venerantes *ſepelitur.* memoriam ejus, cum ſobrietate & precibus, gratulantes quod primus verum & pretioſiſſimum meruit Alexandriæ thronum: poſitus eſt in parte orientali.

12 Dormivit autem beatiſſimus Euangeliſta primus Domini noſtri Jeſu Chriſti Martyr apud Alexandriam Ægypti, die triceſimo, quod eſt apud Romanos VII kalendas Maii: anno Neronis imperii *n* quarto decimo, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cum Deo Patre & ſancto Spiritu ſemper & ubique, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

B

ANNOTATA.

a *Hæ regiones accurate deſcribuntur à Ptolomæo Alexandrino, lib. 4 Geographiæ cap. 4 & 5, & exhibentur in Tabula 3 Africæ. Porro infra in Vita S. Petri Epiſcopi Alexandrini, dicitur S. Marcus* fidei prædicationem per univerſam terram Ægypti ac circumvicinas conterminaſque regiones annuntiaſſe.

b *Aliqua Mss.* Exercitationibus vero nefandiſſimis & omnibus maleficiis, quæ contraria virtus eos docebat, ſerviebant, quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus diſperdet atque deſtruet.

c *Ms. Græcum*, εἰς τὴν Φαρίτην Ἀλεξανδρείων ἀπελθεῖν. *Propter* Pharum, *coloniam & oppidum adjunctum, ubi ex alta turri lumen per noctem navigantibus lucebat.*

d *Additur in Ms. Græco*, καλεμένου Βενυίδιον, *pro quo Surletus vertit* Mendion.

e *Eutychius*, Digitum ſuum perforavit, adeo ut multum efflueret ſanguinis, nec ſine dolore ingenti.

f Melius, *alii* Milius *&* Melianus, *tertius Epiſcopus Alexandrinus. Celebratur ejus memoria in Coptico Kalendario 29 Auguſti. Verum is eſt Euſebio* Abilius, *de quo cum Martyrol. Rom. egimus 22 Februarii.*

C g Cerdo quartus Epiſcopus Alexandrinus, *traditur* conſtitutus anno primo Trajani, vir continens, humilis ac manſuetus tota vita ſua.

h *Eutychius*: Conſtituit 12 Presbyteros cum Ania Patriarchâ, qui cum eo manerent: ex quibus Patriarcham in locum mortui crearent.

i *Eutychius* Barcam urbem Pentapolis.

k Parmuti, Parmothi, *& melius* Barmudæ, *eratque hic menſis octavus.*

l *Ms. noſtrum*, ſemitæ.

m *Græce*, Εἰς τὰς καλεμένας Ἀγγέλας: *appellatione ſcilicet poſtea facta: alias ſuſpicari quis poſſet in originali Græco olim ſcriptum fuiſſe*, εἰς τὸν ἰγιαλόν, ad littus maris.

n *De anno obitus ſupra actum.*

APPENDIX.

Ex Vita S. Petri Epiſcopi Alexandrini & Martyris.

S. Petrus Epiſcopus, DIvinus Petrus volentibus comprehendere, ſe ſtatim tradidit, atque ab iis quibus cædes imperata, ad locum Buculi, id eſt Bovis, nuncupatum abducitur: ubi etiam beatus Apoſtolus ac Euangeliſta Marcus, longe antea vitæ finem martyrio nactus fuerat. Poſtquam igitur vir beatus ad locum pervenerat, quem diximus, Si viſum, inquit, vobis fuerit, pergam vale dicturus mei Chriſti Euangeliſtæ, qui hic conditus eſt. Illi reverenter oculis humi affixis, Ut lubet, aiunt: verumtamen fac cito revertaris: ac priuſquam aliquis Chriſtianorum ſciat quod geritur. Accedens ergo vir ille mirabilis, ac Apoſtoli ſepulcrum complexus, velut cum vivente ac coram oculis conſpicuo colloquebatur: defluentibuſque lacrymis, Pater, clamabat, venerabilis, unigenitique filii Dei Euangeliſta, ac ipſius paſſionum martyr id eſt, teſtis. Te Chriſtus Deus hujuſce civitatis primum Antiſtitem ac Paſtorem miſit. Tu fidei prædicationem per univerſam terram Ægypti ac circumpoſitas conterminaſque regiones annuntiaſti: concreditoque hocce miniſterio pro Apoſtoli partibus completo, dignam laboribus mercedem martyrii coronam conſecutus es. Te autem ad Deum, cujus deſiderio tenebaris, profecto, B. Anianus Sedis tuæ ſuccedit: deinde Milius, Demetriuſque ac Dionyſius, poſtque illos Maximus atque Heraclas, ac qui me educavit atque inſtituit B. Theonas. Pervenit vero & ad me peccatorem, ac mihi quoque Chriſtus ſuam Eccleſiam credidit, quam primo tibi crediderat: tametſi miniſterio hoc ac munere concredito indignus eram. Afflatum vero me ſuæ paſſionis odore, totum in ſui deſiderium amoremque alacrem incitavit: meuſque adeo animus ad eum feſtinat atque urgetur: ſitioque ut per martyrium ac fuſo cruore illius ſocius efficiar: ſi tamen præſtare dignetur, vireſque conatum exequendi indulgeat. Ora igitur pro me, Pater optime, ut ipſe quoque immoto ſenſu nihilque ancipiti animo ac formidoloſo ſtadium hoc aggrediar, ac mortis Chriſti calicem bibam. Ecce enim vado, ac tuum tibi commendo gregem, quem tum mihi tum ſuperioribus Epiſcopis tradidiſti: hunc protege, defende, cuſtodi incolumem tuis ad Paſtorum Principem Chriſtum ſupplicibus precibus ... Peractis autem vir beatus precibus, oſculatuſque Euangeliſtæ Marci ſepulcrum ac illic poſitorum Antiſtitum tumulos reverſus eſt ad Tribunos ... Igitur tollentes eum, ad Euangeliſtæ Marci ſacræ ædis partem Auſtralem ducunt, in qua ſita monumenta erant ... ibique divinum illius caput viceſima quinta die Novembris amputatum eſt ... Manſit autem corpus Martyris ſtans erectum ad longum ſatis horæ ſpatium: ac teſtes ſunt, qui rem oculis perſpexerunt ... Fuit autem corpus in locum altaris illatum, & in Pontificali conſeſſu collocatum. Jam enim diu erat ex quo ſuam illam ſedem non inſederat. Id vero cauſæ erat, quod ſacri altaris gradus aſcendens, ac populo daturus pacem, non in ſede ſed in ejus ſuppedaneo ſcabello ſederet. Id autem illo ita ſæpius præſtante, tum qui è Clero tum plebs rem ignorantes, adverſus eum murmur intendebat ... Qui in cubiculum veniens, ſolis Presbyteris ac Diaconis acceſſitis, paterna ſeveritate increpans: Ut quid, inquit, vos etiam cum reliqua plebe animum meum vultis affligere, cogentes me ut in ſedem invadam. Omnino neſcitis qualis animum timor tremorque ſubeat, cum eam me propius ſedem adire contingit? Statim enim lucidam quamdam atque divinam virtutem illi inſidentem conſpicio: inter hæc gaudio commixtus timor occupat invaditque horror, nec quid faciam habeo. Ne autem cernentibus ſuſpicionem aliquam præbeam, in ſuppedaneo ſcabello, ut videtis ſedeo: atque hoc ipſum audacius, velut qui plebis offenſionem caveam. Cum autem vacantem ſedem conſpicio, in ea ſedere non detrecto.

EX MSS.

ad locum martyrii & ſepultura S. Marci abductus,

ſupplices ad eum preces fundit:

aliquot ſuccеſſores indicat:

E

commendat ei gregem:

prope ejus adem capite plectitur.

ſolitus in ſuppedaneo ſedere,

cum gloriâ S. Marci in ipſa ſede conſpiceret.

E

A

ENCOMIUM.

Auct. Procopio Diacono & Chartophylace Interpr. Jo. Franciſco Albano Vrbinate,

Ex MS. Græco Vaticano.

1 RUrſus Apoſtolica effulget panegyris, ac ego denuo Sodalibus meis congaudeo ; recurrit iterum Chriſti Diſcipuli illuſtris commemoratio, ego iterum hymnos concinere inſtituo, & ad encomium texendum linguam meam ex acuo ; humiliter quidem ac exiliter loquentem (non enim illi elegantium verborum copia ſuppetit, nec venuſti ſermonis lepores præſto ſunt, quin etiam ſi hiſce abundaret inſufficiens adhuc eſſet ad hoc genus laudationis) exultantem tamen ob ingentem Marci gloriam, & rerum ab ipſo præclare geſtarum copiam ſumme demirantem. Marci, videlicet, Petri filii, Clavigeri Cælorum ſocii, arcanorum ineffabilium Euangeliſtæ & præconis, totius Ægypti luminis, ac ad illius regionis ſolium primum evecti ; neque vero id modicum eſt pro argumento laudationis ; nam difficilius eſt ſpinis obſitam tellurem ſubigere, quam jam expurgatum agrum excolere. Hic nos hodie veluti convivio excipit, & pro ferculis ſua nobis exhibet illuſtria facta ; dulci enim vere, hilariorem anni tempeſtatem reddente, feſtivus ipſius dies illuxit, & ſicut ſplendiſſimus ſol hominum mentes illuſtravit. Omnes quippe congregavit hic dies, Marci illuſtribus geſtis ita decoratus, ſicut nunc terra circumamicta eſt floribus : unde, & fidelium cœtus beatum Apoſtolum uno ore prædicant ; gentium turbæ uti ſacrorum Magiſtrum ipſum celebrant, uti rerum à Chriſto geſtarum Scriptorem extollunt, ac uti illius adventus teſtem honore proſequuntur ; dicam amplius, mundus univerſus tot tantaque ab ipſo præclare geſta, ut divina ſuſpicit, & plauſu comprobat : totus enim terrarum orbis ex illius doctrina fructum, & utilitatem recepit.

Argumentum laudationis S. Marci,

B

effertur in ejus verno feſto :

2 Sed nec ullus ſermo, nec ulla lingua illum prout conveniret, celebrare valet : quid enim primum, quid poſtremum commendandum ? multiplices enim ſunt illius denominationes, & mirabilia plane certamina. Vidit illum, quem oculus videre non potuit, noſtræ mortalitatis indutum tegumento ; & terram quæ ipſum produxit, deſeruit : voce divina advocatus fuit, ac propinquorum amorem generoſe devicit : pro nihilo enim ipſe habuit generis honores, opumque abundantiam, veluti fugacem umbram æſtimavit. Unum ſuper omnia Deum amavit ; eam unicam felicitatem cenſuit, quam ipſe denuntiaverat ; illamque unicam diſciplinam, cui adſcriptus fuerat. Apoſtolico cœtui ſeptuaginta Diſcipulorum annumeratus fuit, veluti ſplendida lux claris ſideribus adjuncta ab illo qui eum vocaverat, cui in hac noſtræ mortalitatis ſcena nihil plane eſt quod apte comparari poſſit.

C

qui fuit unus ex 70,

3 Revera Petri filius dicendus eſt Marcus, & vere illi ſimilis : utrique enim dedit natura eamdem nationem & genus, ac communes utriuſque prærogativas effecit ; prout indicat æqualis utriuſque ſuadendi efficacia, communis Creatoris ſequela, conſimilis plane fervor, & alia plene conformia decora oſtendunt. Ut enim eſt apud Prophetam Amos ex perſona divini Spiritus prædicentem ; Ecce ego firmans *b* tonitru, & creans ventum, & annuntians in cælos Chriſtum ejus ; ab extremis terræ partibus uſque ad ultimos fines perrexit, Deum rerum omnium opificem promulgans, atque uberem plurium bonorum operum meſſem recolligens. Nam orbem terrarum illuſtravit, impietatem profligavit,

Petri filius ſpiritualis,

b Amos 4,13

fidei Prædicator,

idololatriæ macula fœdatos abſterſit, & per baptiſmum expurgatos (ne alia plura dicam) Deo admovit : habuit enim linguam veluti clypeum & haſtam, & ea quæ prædicabat certiſſima cunctis oſtendebat, genteſque ad veram vitam revocabat. D

4 Unde multiplicia emanabant prodigia, illinc turbæ ad Dei cognitionem veramque religionem traducebantur : qui pedibus antea læſus erat, integer poſtea redditus, bene currentium magiſter fiebat : qui oculis antea orbatus erat, pupillarum aciem acutiſſimam poſtea recuperans, alios ad cognitionis lucem deducebat ; ejus contactus exuperantiam caloris, in mediocritatem conſuetæ confœderationi pugnantium qualitatum neceſſariam temperabat, æſtu, quo in ſuperſtitiones efferveſcebant refrigerato ; unde ignis ſacrificiorum, quæ idolis offerebantur, in fumum & caliginem vertebatur, dæmones fraudis auctores in cinerem redigebantur, & vera religio florebat. Tua hæc fuerunt, ô Marce, illuſtria geſta & admirabilia trophæa : his enim artibus captivos duxiſti exercituum duces, tu Vir olim idiota ; his armis ethnicorum errorem expugnaſti, tu pauper & unica indutus tunica ; his viribus una cum Petro, tu Petri filius, Italorum *c* gentem ſubegiſti ; à ſolis ortu diſcedens, & ad occaſum advolans, ac ubique prædicationem ſpargens, qua ſol ipſe extremis terræ finibus ſuos radios diffundit ; non ſophiſticis argumentationibus uſus, non ornatis tractationibus, ſed ſimplici oratione & ſola veritate, qua victoria de cunctis fruſtra reluctantibus reportatur.

miraculorum effector,

c

E

Italiæ Apoſtolus,

5 Quod enim omnis oratio facile labatur, niſi ea quæ vera ſunt pro ſumma habeat & prædicet, ex hoc ipſo facile dignoſces. Pythagoras ſiquidem falſas ſententias propugnans, & multas fabulas confingens, illas Italis numquam potuit perſuadere. Democritus id ipſum peragens, neminem Abderitarum habuit auditorem. Orpheus, feras omnes ſui ſermonis ſuavitate demulcens, populatibus ſuis Thracibus fabulas, quas canebat, non perſuaſit. Namque iſti omnes, multis abundantes verbis, & inani ſapientia ſuperbientes, veluti quadam ebrietate prorſus perditi ſunt, atque alto ſilentio ſimul demerſi fuerunt ; id enim efficit falſa, & imbecilla ſapientia : Marcus vero divini Spiritus doctrinas, à jactantia alienas, exponens ac promens, etiam quos habuit adverſarios ad ſibi obediendum adduxit. Nam ſuperno auxilio muniebatur, puraque fides inferorum portis potentior erat ; uſque adeo autem celebre nomen habuit, ut veritatis præco ad hanc uſque diem appelletur.

ad perſuaſionem efficax,

F

Unde ſicut oportebat Chriſti incarnationem pro nobis ad ſalutarem finem perduci, ita ſimul hujus ſancti viri memoriam immortalem laudibus conſervari conveniens fuit ; nam per ipſum creaturis Deus prædicatus eſt, per ipſum iis qui aberraverant converſionis gratia comparata fuit, & via ad Creatorem demonſtrata.

6 Poſtquam vero miſericordem Dei adventum promulgavit, ac lingua Deo plena plures quidem nationes, præſertim vero Italos, ad veritatis cognitionem attraxit ; pro iſtis uti ſapiens architectus Euangelii vas condidit, in quo novas leges inſculpſit, quas antea prænuntiaverat Jeremiæ prædictio dicentis : Et diſponam domui Iſrael & domui Judæ teſtamentum novum, dans leges meas in cordibus ipſorum : ut ita non modo prædicatione, ſed etiam Euangelica ſcriptura, æterni Verbi Incarnationem ejuſque vitam inter homines traductam poſteris manifeſtaret ; ante oculos nimirum ponens illius divina miracula, & tormenta quæ pro nobis ſuſtulit, reſurrectionem è ſepulcro, & ad cælos unde deſcenderat aſcenſionem. Magnum utique tuum hoc opus fuit, ô Marce, & plane divinum ; opus univerſo mundo utile,

Euangelii ſcriptor,

Ier. 31, 32

A utile, & auxiliare. Tua enim vox tonitrui ſonitum ſuperavit, & Euangelii tui lumen ſupra ſolis radios effulſit. Illi ſiquidem nube non raro teguntur, & parva etiam nebula interpoſita obumbrantur; at Euangelii tui ſplendor perpetuus tuæ etiam animæ detegit pulcritudinem. An non enim ex hoc & ſemper refulget, & iis qui prope ſunt inſtar facis illucet, & eos qui longe abſunt ad ſe revocat, & non affecto decore exornata, brevique ac compendioſa ſapientia illuſtrata, admirabilia Dei facta in omnium aures infundit?

idololatria debellator,

7 Ita fides Chriſtiana effloruit: ita veritas victrix evaſit: ita Trinitas in unitate, & unitas in Trinitate adoratur, & prædicatur: ita ab omni creatura Pater ſine principio, & ſimiliter Filius ſine principio, una cum conſubſtantiali & vivificante Spiritu dicitur & colitur, in tribus nimirum Perſonis unus Deus, ſingularis & divina illa natura, una rerum omnium creatrix, & incomprehenſibilis potentia: error vero gentium depulſus eſt, plurium Deorum cultus evanuit, & qui in tres partes, *d* ut eſt in fabula, res omnes non ſuas, eheu amentiam! ſibi diviſerant, cum ſonitu perierunt; dæmones, hominum pernicies, expugnati ſunt, nam Deum hominem factum videre

d

B non potuerunt; erubuerunt ſiquidem, ſeſe devictos ab humano corpore cernentes, non enim propriam cladem & dedecus exiſtimaſſent à ſuperiore, & potentiore vinci. Et nunc Dei laus, ut Prophetæ dixerunt, diffuſa eſt in omnes fines terræ.

qui ab Occidēte miſſus Oriēti,

8 Convertit autem Apoſtolus ad Chriſti fidem etiam Occidentales plagas, explicans Dei deſcenſum ac exinanitionem ob humani generis benevolentiam, & docens Deum ſolum colendum eſſe atque adorandum. At poſt multos iſtos ſudores non adhuc quievit, nec ad Apoſtolicum aratrum trahendum invalidior evaſit; nam & Libyæ terram peragravit, ac inde ad Orientales regiones profectus, ibique Euangelii ſemina diffundens, gentes illas ad Dei, quem ipſe prædicabat, cognitionem adduxit. Poſtea & aliis etiam Ægypti urbibus, multorum hominum copia refertis, cæleſtia retia extendens, omnes illas prædicatione & miraculis in Chriſti ſagenam attraxit: Dæmonum ſculptilia quæ colebantur, exter-

& Ægypto,

minavit; atque ut ſanctus lapis (quemadmodum prophetia dixit) erroris altaria evertit; & quæ in illis erant vanitatis & inſipientiæ ſimulacra ſolo æquavit, non tubarum clangores emittens nec Jerichuntina mœnia proſternens; ſed communis hominum

C hoſtis fraudes, illis mœnibus inexpugnabiliores, ſuis verbis evellens, ac templa excitans Deo rerum omnium Dominatori; in quibus nigras, & obſcuras eorum, qui illic erant, animas dealbans atque purificans, Deo illas reconciliavit & per baptiſmum conjunxit.

magiſter veritatis,

9 Hic enim Ægypto, quæ illi in diviſione obtigit, à divino Spiritu præ aliis magiſter aſſignatus eſt: hic illi regioni primus Pontifex & Paſtor à magno Petro præfectus fuit; ærumnis illuſtrans Apoſtolicum opus, quod aſſumpſerat; variiſque laboribus publicum miniſterium exornans; non deliciis utens, non otio & inertiæ deditus; ſed tentationibus, tam à majoribus quam à minimis hominibus, undique vexatus, ac multiplicium malorum agmine circumdatus, ut ita, quemadmodum & Paulus, tumorem omnem & faſtum comprimeret. O divinum Diſcipulum, qui totum terrarum Orbem peragravit! O corpus tot tantiſque operibus non defatigatum! O ſalutaris prædicationis ſemper virentem, & immortalem potentiam! Divina enim opera, & quæ à Deo ſunt, corruptionem non patiuntur. Congruum eſt hoc loco referre Davidis dictum, quo ipſe divinorum opificiorum magnificentiam extollit, illudque B. Marco adaptare, nimirum, In omnem terram exivit ſonus ejus, & in fines orbis terræ verborum ipſius utilitas. Hæc enim vox tibi ſumme conveniens eſt, ô Marce divina ſapientia pollens: hæc ſola tibi ſupra omnes rhetoricas amplificationes accomodata; bene ſiquidem explicat tuum curſum, tua certamina, labores, cruciatus, nec non coronam immarceſcibilem, quæ non auro ex regione Ophir confecta eſt, non gemmis & margaritis Indicis diſtincta; ſed illa ipſa eſt quam immortalis judex & certaminum Præſes Deus, amore vere paterno, electis impertitur ac ſuis cultoribus retribuit. AUCTORE PROCOPIO EX MS. OR. Pſal. 18, 5 *ſoli comparatur.*

10 Tui enim pedes ſpecioſi ſunt, juxta Propheticam prædictionem, qui terræ ambitum peragrarunt: lingua tua ſpecioſa, quæ pacem illam omnium mentes excedentem feliciter annuntiavit: manus ſimiliter ſpecioſæ, quæ calamo in Euangelio miniſtrarunt. Sed quid hæc ſola ſacratiſſima membra commendo? Totus Apoſtolicis laboribus conſecratus, totus martyrii ſtigmatibus ornatus fuit, adeo ut Martyrum præmiis omnibus & braviis perfruatur. Qui enim Sacerdos erat & ſacrificium offerebat, propter Chriſtum etiam ſacrificium effectus fuit, & Paſtor ea quæ gregis propria erant una cum ipſo grege ſuſcepit. Nam & ipſe tamquam ovis una cum E alio Apoſtolico cœtu in medio luporum miſſus fuit, & hoſtia vivens Deo oblato eſt. In vincula enim conjectus fuit ab iniquis manibus ille, qui multos à diaboli faucibus eripuit. Vinctus huc atque illuc adductus fuit, contumeliis ac probris affectus, & tamen omnia manſuete, & æquo animo perferebat, Dominum ſuum imitatus: multo carnis propriæ ſanguine perfuſus eſt, qui terram illam dæmonum ſordibus expurgaverat. Hæc enim ſunt, quæ ingratorum & iniquorum hominum inſipientia illis pependit, qui beneficia in eos contulerunt. Demum omnigenis cruciatibus velut aurum probatus, ad inacceſſibilem illam lucem evolavit, variorum certaminum multiplices atque uberes fructus percepturus. Isa. 52, 7 *& velut à martyr gloriosus.* Mat. 10, 16

ad cælos ēſe evectus,

11 Talis fuit Apoſtoli curſus: tales Euangeliſtæ conatus miraculo pleni, & ſupernis plauſibus digni. Et quomodo in omnibus magnus Apoſtolus Marcus ſummas laudes non ſortiatur? Quid enim eſt Apoſtolo ſublimius? quid Chriſti ſcriba honorabilius? quid cum martyrii gloria comparandum? Cum vero, & Pontificius amictus eidem acceſſerit, athleticarum luctationum gloria decoratus, quidnam aliud ad ſummum gloriæ pondus reliquum fuit? F Non utique aliud, niſi Angelorum comitatus, & cæleſtis illa Regia, in qua una cum aliis electis Dei ſervis modo verſatur & exultat, ſui magiſtri faciem conſpiciens, & divini illius regni pulchritudine & lumine illuſtratus. Cui enim Dei gloria in hoc mundo curæ fuit, merito hunc cæleſtis & infinita gloria in cælo confectatur.

atque laudatur in terris

12 At neque celebrationibus hujus mundi deſtituitur, licet his non indigeat. Nunc enim Alexandria, imo vero tota Ægyptus, Mareum ſuum primum Præſulem ſortita, ac veluti myſticum Nilum nacta, ſpiritales animarum agros irrigantem (quemadmodum verus Nilus feraces terræ campos irrigare ſolet) illum, ut Apoſtolum, ut Euangeliſtam, ut Martyrem magnifice extollit, atque hymnos canit ejus appellationibus & meritis conſonos. Videt ejus *ubi corpus* corpus in monumento poſitum, licet anima in ſu- *ejus in honore eſt,* pernis regionibus verſetur, ac ſecum ipſa lætatur illius ſactorum cinerum theſauro ditata: circa ejus ſepulcrum feſtivis canticis ipſum compellat, & tamquam cum vivente aliquo & in ſpiritu verſante colloquitur, ac gratiis ibidem ab eo receptis perfruitur.

13 Pro illis vero honoribus, quos Apoſtolo congruentes

Ancrone procopio exms gr. gruentes offert, majora vicissim beneficia recipit. Cum enim calamitatum flatus adversi spirant, tunc Urbis incolæ Marci sepulcrum circumdant, & illico

propter miracula, à malis liberantur: cum barbarorum furor gravissima mala minatur, ipsi ad Pastorem supplices confluunt: morborum copia cum eos perturbat, tunc ad ipsum veluti ad medici officinam, è qua emanant remedia, confugiunt; imo vero universa Ægyptus,

ac celebre festum ei peragitur. Magistrum & adjutorem sibi Marcum adscribens, in adversis omnibus quæ sibi contingunt illius auxilium invocat, & annuo die ejus festo laudum debitum ipsi persolvens, exultat, plaudit, ac celebri panegyri illius merita prosequitur: divinumque ipsius Euangelium, ut tabulas à Deo insculptas amplectitur, vel, ut melius dicam, tamquam ipsum Christi os veneratur, & ab illo divina verba se audire arbitratur.

Epilogus. 14 Quem & nobis, ô sanctissime Doctor & Euangelista, propitium reddere ne graveris: tristia quæ nos perturbant tollas: aspera quæ in vita accidunt, complanes: rumpas chirographum illud, in quo nostra crimina descripta sunt, & erratorum des veniam; talem enim potestatem ab ipsius Domini

B lingua accepisti, Si ligaveris, id quod ligatur erit insolubile; si ad commiserationem & veniam inclinaveris, vinculum facile dissolvetur. Ne ergo despicias nos catenis peccatorum constrictos, sed impera vinculis ipsis, & confringentur. Ecclesias in pace & tranquillitate custodias, quas tuæ prædicationis fundamento firmasti: pro illis quippe Domini sanguis effusus est, & bonorum cælestium fac nos esse participes, gratia & benignitate Domini Nostri Jesu Christi, cui gloria & potentia, nunc & in secula seculorum, Amen.

ANNOTATA.

a *Eodem modo Nicetas Marcum inter 70 discipulos numerat, quod alii non faciunt: quin etiam duo Marci, ab hoc diversi, referuntur in Catalogis inter hos Christi discipulos: quod monere voluimus.*

b *Ita* LXX. *Vulgata legit*: Ecce formans montes, & creans ventum, & annuntians homini eloquium suum.

c *Hæc indicantur supra in Apostolatu ejus Aquileiensi. In Historia Patriarcharum Alexandriæ, dicitur etiam* adfuisse martyrio duorum Apostolorum, & iterum Alexandriam reversus.

C d *Siluit, Iupiter, Neptunus & Pluto, filii Saturni, regimen orbis inter se partiti, ut fingitur.*

DE CULTU S. MARCI VENETIIS.

Corpus Alexandriæ tempore Beda, 1 *Venerabilis Beda in libello de locis sanctis, capite* XIX *describit situm Alexandriæ, & inter alia ista habet*: A parte Ægypti urbem intrantibus ad dexteram occurrit ecclesia, in qua beatus Euangelista Marcus requievit: cujus corpus in Orientali parte ejusdem ecclesiæ ante altare humatum est, memoria superposita, de quadrato marmore facta. *Hæc B da de antiquo corporis situ;*

dein Venetias delatũ, *quod inde postmodum ablatum, & ad urbem Venetam delatum, maxima ibidem in veneratione habetur: & S. Marcus, in primum Vrbis Patronum assumptus,*

Veneratiõ 25 Aprilis; *colitur* XXV *Aprilis sub ritu duplici primæ classis cum octava: & propter hanc festum S. Athanasii ex die secunda Maii transfertur. Præterea sub ritu duplicis majoris celebratur* XXXI *Ianuarii festum translationis corporis ad urbem Venetam: quo die ista leguntur in Martyrologio Romano:*

& 31 Ianuarii. Translatio S. Marci Euangelistæ, cum sacrum ejus corpus ex Alexandria Ægypti urbe, à barbaris tunc occupata, Venetias allatum, ibique in majori Ecclesia ejus nomine consecrata honorificentissime conditum fuit. *Memoria ejusdem translationis inserta est Martyrologio Bellini secundum morem Romanæ curiæ Venetiis anno* 1498 *excuso: uti & Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *impresso: item refertur in Ms. Florario Sanctorum, & fastis recentiorum auctorum.* D

Historia translationis cum prologo, 2 *Historiam translationis reperimus in bibliotheca Vaticana in codice numero* 1196 *signato cum longa præfatione, cujus hoc est exordium*: Post passionem beatissimi Marci Euangelistæ, transactis autem multorum annorum curriculis, cum jam deleta essent nomina idolorum sub cælo, & libere sacrificia Christo Domino libarentur; occupata est regio Ægyptiaca à Paganis filiis Ismahel, qui alio nomine Saraceni vocantur, qui universam terram illam crudeliter devastantes, urbem pariter Alexandriam invaserunt. Unde factum est, ut beatissimi Marci corpus, quod usque ad illud tempus apud ecclesiam in loco Buculi quiescebat, à Venetis mercatoribus Domino largiente sublatum, ad eamdem Venetiam duceretur. *Deinde latissime de Vrbe Veneta origine ea subjunguntur, quæ passim alibi & accuratius habentur, videnturque postmodum præfixa historiæ translationis: proinde reliquam Prologi partem omittimus, uti etiam fecit Baronius in Annalibus ad annum* 820 *num.* 22. *ubi eus ex Vaticanis monumentis eamdem historiam meruit.*

festum Apparitionis 25 Iunii, 3 *Tertium festum, sub titulo* Apparitionis S. Marci E Euangelistæ, *ritu duplicis majoris celebratur Venetiis in ecclesia Ducali S. Marci, cum solenni processione die* XXV *Iunii: ad quẽ diem memoratur in supra citato Martyrologio Bellini & Vuardo Molani, & Catalogo generali Ferrarii, itẽ in Auctario Grevenii ad Vsuardum & Martyrologio Germanico Camisii: dicitur que* Inventio corporis S. Marci: *at* Revelatio mirabilis *in Martyrologio Maurolyci; a Felicio autem* Apparitio *aut* Revelatio. *Petrus Iustinianus lib.* I *Historiæ Venetæ, sub Duce Vitale Falerio, qui præfuit annis* XII *ab anno* MLXXXII, *usque ad annum* MXCIV, *rem gestam ita describit*: Henricus Imperator ex Tarvisio Venetias transisse dicitur, ut Divi Marci templum ex voto inviseret: cujus corpus paucis ante diebus miraculo repertum mœstæ civitati magnum gaudium attulit. Transactis enim pluribus annis, cum in dubio esset, an illud assueto loco sedeque potiori jaceret, credereturque vulgo furtim subtractum asportatumque alio; ad divinam opem civitas est conversa. Supplicatione itaque & jejunio indicto, Antistes Castellanus totus Clerus, Dux, Senatus, populusque mira frequentia ad Euangelistæ templum supplices venere: tum ibi, post multas preces pioque devotionis affectus, superna virtute memorant, Divum altero extra columnam templi, quæ ad Leonardi aram est, F exerto brachio se totius populi oculis miraculose ostendisse; tum omnes humi prostratos divinam clementiam adorare cœpisse, ac B. Marcum laudare; qui tam glorioso apparens suum devotum populum consolatus esset: decerniturque ut nova ædes illi dedicata sumptuosiore apparatu construatur: quæ, ut opinor, ea est, quæ hodie tam excellenti ornatu erecta fundataque visitur, ubi Divi corpus ex humiliore sacello secundo sublatum, augustiore loco repositum nunc jacet: solusque Princeps Procuratoresque locum ipsum secretissime norunt. *Hæc Iustinianus.*

quo miraculo fuerit inductum. 4 *Præerat tunc apud Venetos Episcopus Castellanus Henricus Contarenus, Dominici Ducis prædefuncti filius, ordinatus anno* MLXXVIII, *mortuus anno* MCVIII. *Ad hujus elogium refertur apud Vghellum eadem corporis S. Marci inventi historia, ex Chronico Andreæ Danduli, & dicitur contigisse anno* MLXXXIV, *atque ista adduntur*: Dies illa tanti prodigii gloria illustrata, annis decurrentibus, posteris fuit festiva: & generalis processio in memoriam devotissime renovatur. Die octava Octobris sequentis Deo dicata ecclesia, consciisque Duce, Primicerio & Procuratore reverendum corpus in secreto collocatur. Locus igitur omnibus usque in hodiernum diem,

A diem, præterquam eorum ſucceſſoribus, extat incognitus. Nec propterea neſcientium fides vacillet: cum ego, qui loquor, primo Procuratoris gerens officium, nunc Chriſti gratia Dux effectus, poſſim dicere verba Joannis, Et qui vidit teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium ejus, &, Ille ſcit quia vera dicit, ut & vos credatis. Et alibi, Ut credentes ejus meritis vitam habentis. Dies enim ſingulis annis illa celebratur. *Hæc Dandulus, Dux creatus anno* MCCCXXXVI. *Quod autem indicat feſtum Dedicationis eccleſiæ S. Marci, id celebratur ad dictum* VIII *Octobris apud Bellunum, Molanum, Maurolycum, Galeſinium, Caniſium; & etiamnum debitus cultus perſeverat.*

veritas corporis ipſic exiſtentis aſſerta: Ioa 19, 35 Ioa. 20, 31

feſtum dedicationis eccleſiæ.

Hiſtoria Apparitionis & miraculorum:

5 *Poſt hanc Apparitionem, inventionem & revelationem corporis S. Marci, plurima eaque illuſtria ope ejuſdem patrata ſunt miracula, quæ cum hiſtoria elevati corporis reperimus in bibliotheca Cardinalis Barberini, à Petro Calo ſuis hiſtoriis de Vitis Sanctorum inſerta, & continentur par.* I *fol.* 251. *Plurima ex his miraculis referuntur in Breviario Carmelitano anno* 1495 *Venetiis excuſo, & ſolebant recitari in Lectionibus ad Matutinum, ad hunc* XXV *Aprilis.*

Reliquiæ in Gallia,

B 6 *Sauſſaius in Martyrologio Gallicano ad hunc eumdem diem*, Natalis, *inquit*, S. Marci Euangeliſtæ, cujus corpus Venetiis. Brachium vero cum oſſibus aliquot in parœciali eccleſia de Limorio Pariſienſis diœceſis, inde allatum religioſo cultu aſſervatur. Cranium Sueſſionem è Conſtantinopoli pridem advectum, in ſummo templo congrua honorificentia repoſitum

& Belgio, eſt. *Arnoldus Rayſſius in Hierogazophylacio Belgico meminit variarum reliquiarum S. Marci Euangeliſtæ, cujus* brachium *aſſerit eſſe* Cameraci in eccleſia Canonicorum Regularium S. Autberti, *at* magnam partem brachii una cum manu in Lætienſi cœnobio. *Item* de brachio ejus apud Maricolenſes Benedictinos: *at* Tornaci in eccleſia Cathedrali *aſſervari* tria oſſa, & de ſaxo ejus

Colonia ſacro cruore reſperſo. *Annotat etiam Gelenius Coloniæ aliquas ejus Reliquias eſſe* in eccleſiis S. Gereonis, S. Severini, S. Cuniberti, S. Mariæ ad Gradus, & S. Pantaleonis. *Similia tradi de variis eccleſiis non dubitamus, ſed*

& Romæ: *otium deeſt omnia conquirendi. Romæ in templo S. Marci eſſe aliquam partem & capitis & brachii tradit Pancirolus regione Vrbis* 14 *eccleſia octava. Itidem* Romæ Litaniæ

Litaniæ majores. majores ad S. Petrum *ad hunc diem inſtituuntur, ob quas anno* MDCLXI *ipſi Romæ exiſtentes, coram adſpeximus ex omnibus fere eccleſiis accedentes, & Litanias modulatâ voce recitantes. Qui ritus etiam, cum jejunio uſque ad meridiem, & abſtinentia à carnibus per totam diem, cum ſolenni proceſſione ſervatur in Belgio noſtro, ac paſſim in aliis regionibus.*

C

HISTORIA TRANSLATIONIS.

Ex MS. Codice Vaticano.

a 1 CUm Saraceni univerſam *a* Ægyptum & Alexandriam invaſiſſent, *b* Leo deinde Romanum adeptus Imperium, per diverſas partes regni ſui juſſit, ut nullus omnino ad terram Ægypti negotii cauſa pertingeret. Cujus videlicet juſſio dum circumquaque pervolitans, Veneticis quoque delata fuiſſet; *c* Juſtinianus, qui eo tempore Dux Venetiæ erat, Imperatoris ſtatuta confirmans, idipſum omnimodo ſuis præcepit. Sed cum, ut ſolitum erat Veneticis loca mercationis frequenter exquirere, quidam ex eis, navibus oneratis, trans mare pergere vellent, profundaque pelagi navigantes incederent; divino factum eſt nutu, ut ſtante congruo vento, quod ſponte agere propter metum Principis non audebant, velut inviti ad Alexandriam ducerentur.

b *Interdictum Saracenis Ægyptiis commercio,*

c

Veneti invii eo deferuntur,

2 In illis autem diebus Regulus quidam nefandæ gentis Saracenorum, dum ad urbem, quæ ex nomine civitatis antiquæ Babylonia vocitatur, palatium ſibi conſtruere vellet, Deo ſibi contrario, juſſit ut ubicumque in terra Ægypti columnæ marmoreæ ſive tabulæ, tam in eccleſiis quam in vulgaribus eſſent repertæ, ob pompam fabricæ quam parabat ad eum ducerentur. Unde factum eſt, ut dato impietatis decreto, etiam de Alexandrinis eccleſiis lapides tollerentur. Cumque Venetici apud eamdem urbem negotiis inſudarent, moramque aliquamdiu facerent, conſuetudinem ſibi fecerunt, ut beatiſſimi Marci corpus quotidianis orationibus frequentarent, muneribuſque ſive oblationibus eum pro ſuis delictis interceſſore expeterent: locus enim ipſe in proximo erat.

EX MS. Alexandria *corpus S. Marci venerantur:*

3 Porro Venceticorum naves, quæ Deo trahente advenerant, decem erant, in quibus erant pariter omnes nobiles viri, inter quos erant clariſſimi, Bonus Tribunus *d* Metamaucenſis & Ruſticus *e* Torcellenſis. Iſti dum cauſa quotidianæ orationis apud cuſtodes eccleſiæ B Marci locum familiaritatis ſibi adeſſe inſpicerent; quadam die videntes eos triſtes, primum quidem compati & condolere eis cœperunt de Saraceni Reguli juſſu, qui marmoreas tabulas vel columnas auferri præceperat. Nam & cuſtodes propterea triſtes erant, quia timebant ne miniſtri illius impii Reguli illud B. Marci eccleſiæ facerent, quod locis ceteris faciebant. Deinde vero inter eadem verba compaſſionis, Domino inſpirante, Bonus & Ruſticus dixerunt: Quare in tantum triſtamini Chriſti ſervi? quare plus ſolito animus veſter affligitur? Ecce videmus quod impii Reguli perſecutio, etiam ſacratiſſimis locis infeſta eſt, quæ non ſolum vobis, ſed cunctis in Chriſto credentibus magni doloris triſtitiam generat. Sed quid contra hæc agere poſſumus; cum Dominus ipſe prædixerit ſuis fidelibus, perſecutiones innumeras eſſe futuras? Unde ſi ſecretum poſſetis cuſtodire, aut placeret vobis conſilium noſtrum, hortaremur utique illud vos facere, per quod ſecuri à perfida iſta gente eſſetis, & in honoribus maximis viveretis.

d e

conſolantur cuſtodes,

E

4 Erant ſane duo cuſtodes iſti, cum quibus loquebantur hæc, quorum unus, Stauratius nomine, monachus erat; alter vero Theodorus Sacerdotii fungebatur honore. Porro & alii ejuſdem eccleſiæ erant cuſtodes, ſed iſti plus ceteris eminebant: & quia ambo ex Græcorum genere erant, Theodorus Presbyter uxorem habebat & filios, quem etiam Bonus Tribunus compatrem fecerat, ob eam maxime cauſam, ut verba quæ ſuadebat, in ejus aures facilius intromitteret. Reſpondentes itaque ambo Stauratius & Theodorus dixerunt: Secretum erit in corde noſtro, tantum dicite quod vultis, & ſi gratiſſimum eſſe probaverimus, plane quia faciemus. Qui dixerunt: Tollite corpus B. Marci; & aſcendentes occulte navim, venite nobiſcum ad terram noſtram.

agunt de eodem tollendo:

F

5 At illi primum dure accipientes, dixerunt: Quid eſt quod dicitis? numquid ſuper anguſtiam quam habemus, mortem nobis inducere quæritis? Quis etenim ex nobis vel cogitare audeat, ut faciat rem iſtam grandem, & illud reverendiſſimum corpus, quod veneratur in terra Ægypti, alienis hominibus tradat? An forſitan vobis incognitum manet, quod idem B. Marcus Euangelium, quod Petro dictante ſcripſerat, ipſo quoque jubente in hac provincia prædicaverit; Alexandrinoſque cives, qui idolis ſerviebant, per fontem baptiſmi Jeſu Chriſti Domini noſtri adoptionis filios fecerit? unde & merito, tamquam revera ſanctiſſimus Pater, ab omnibus veneratur. Et quomodo fieri poterit, ut urbem Alexandriam, quæ propter eum toto in orbe præclara eſt, tanto quis audeat privare Patrono? Sed etſi faceremus adverſus animam noſtram audacter, nequaquam hoc plebem latere potuiſſet: & tunc apprehenſi, per multorum generum pœnas occideremur, & eſſemus in opprobrium omnium.

excuſantibus, quod fidem annuntiarit Alexandrinis,

EX MS. 6 Bonus & Ruſticus dixerunt : Si de prædicatione ejus tractandum eſt, ſcimus quia primum Aquileiam civitatem Italiæ duxit ad fidem, quæ ſita eſt in provincia illa, quæ ex antiquo Venetia nuncupatur, de qua nos orti ſumus. Ergo nos ſumus primogeniti filii ejus, qui primum ab eo per Euangelium geniti ſumus. Unde & credi poteſt fore ut filios ſuos (quos, alios acquiſiturus, reliquerat) multa poſt tempora vel mortuus vides gaudeat; & forſitan, ut ſperamus, ideo nos Dominus huc velut invitos adduxit, ut nobis eumdem noſtrum ſanctiſſimum Patrem reſtituat, nam certe ad aliam regionem ire voluimus.

reſpondent ante Aquileia prædicaſſe :

7 Stauratius & Theodorus dixerunt : Sufficiat vobis quod *f* ſedem ejus habetis. Ceterum autem rem difficilem poſtulatis. Quis enim ſciat ſi placet Domino iſtud quod dicitis ? vel quis dicere poterit, quod ſuum corpus B. Marcus vel tangere dimittat ? Unde ceſſate jam talia dicere, quæ ſcimus nullo modo fieri poſſe. Et tamen dicamus, ut fieri potuiſſet ; de nobis quid ageretur ? Si dato corpore hic remaneremus, diverſis pœnis à plebe occideremur : ſin autem vobiſcum in navim aſcenderemus, haberemur utique tamquam captivi ad terram quam ignoramus. Quapropter multo magis nobis melius eſt hic manere, & perſecutionem ſufferre, quam novis rurſum anguſtiis ſubjacere : nam & Dominus dicit : Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam : & iterum, Qui perſeveraverit uſque in finem hic ſalvus erit.

f alias difficultates objectas,

B Matth. 10 & 24, 13

8 Bonus & Ruſticus dixerunt : Iſta, quæ dicitis, vera ſunt ; ſed tamen in alio loco Dominus item dicit : Cum perſecuti fuerint vos in civitate una, fugite in aliam. Quam admonitionem multi Sanctorum ſecuti ſunt ; etiam, ſicut audivimus, hic beatiſſimus Marcus implevit ; quando perſecutione fervente ab Alexandria exiit, & ſeceſſit Pentapolim. Unde quia Deo omnipotenti & ipſi beato Euangeliſtæ hoc credimus complacere, humanus timor vos non terreat ; quia ubi Deus adjutor eſt, humana temeritas nihil poteſt. Stauratius & Theodorus dixerunt : Temeritas iſta, quamvis nobis anguſtioſa ſit, propter eccleſiæ lapides qui tolluntur, tamen portari poteſt, quia in noſtris membris Pagani iſti aliquam læſionem non inferunt.

& 10, 23

conantur tollere :

9 Hæc & his ſimilia illis per aliquot dies occulte loquentibus ; tandem divina gratia reſpirante, Stauratius & Theodorus, quod verbis audierant, animo conceperunt. Cumque ab invicem receſſiſſent, ecce Stauratio nuntiatum eſt, quod miniſtri illius Pagani Reguli, cujus memoriam fecimus, unum ex cuſtodibus ejuſdem Eccleſiæ crudeliter flagellaſſent. Siquidem fuerat in eadem eccleſia tabula marmoris nimium pretioſa, & timens cuſtos ne tolleretur à Saracenis, abiit, & confregit eam in loco ubi ſtabat. Quod cum miniſtri Reguli comperiſſent, apprehenſum cuſtodem flagellis condemnaverunt. Hæc igitur audientes Stauratius & Theodorus, timore perterriti, miſerunt & vocaverunt Bonum Tribunum & Ruſticum, dicentes : Pertractavimus inter nos de cauſa quam expetiſtis, & licet neſciamus ubi Domino placeat, tamen intravit in cor noſtrum, ut illud ſanctiſſimum corpus tollentes, egrediamur vobiſcum. Nunc ergo volumus ſcire, quid erit nobis dum ad veſtram provinciam venientes tam magnum theſaurum adduxerimus.

consensuris in oblationem

C

addicunt prima sacerdotia :

10 Bonus & Ruſticus dixerunt : Cum Deo auxiliante illuc pervenerimus, vita comitante, perducemus vos ad Dominum noſtrum Juſtinianum egregium Ducem, virum illuſtrem, Sanctorumque amatorem : cui cum fuerit nuntiatum, protinus mente gaviſus venerabile corpus ſuſcipiet, & eccleſiam conſtruens cum honore dedicabit, voſque eritis in oculis ejus ultra quam credi poteſt dilecti, & primi in ordine Sacerdotum, quemadmodum hic fuiſtis in ordine miniſtrorum. Cuſtodes dixerunt : Quomodo credere poſſumus ? Bonus & Ruſticus dixerunt : Dominus teſtis ſit. Tunc ſtatuerunt diem, in qua advenientes ſanctiſſimum corpus ſuſciperent.

D

11 Cumque ſtatuta dies veniſſet, euntes prædicti cuſtodes aperuerunt occulte ſepulcrum, quod erat ex marmore, habens veluti incaſtraturas per latera in modum capſellæ, per quas tabula deſuper erat inducta. Jacebat autem beatum corpus undique circumdatum chlamyde ſerica, & poſitum reſupinum, habens à capite uſque ad pedes ſigilla impoſita per ea loca, quibus oræ ejuſdem chlamydis deſuper jungebantur. Cumque quid agerent ignorarent, tandem præcipuum invenerunt conſilium. Vertentes igitur corpus, ſciderunt à dorſo chlamydem, ut ſalva ſigna quæ fuerant remanerent, & adducentes B. Claudiæ *g* corpus, quod erat in proximo tumulatum, in loco B. Marci repoſuerunt ſimili modo ſupinum, & chlamyde circumdantes, ſigillorum quoque impreſſiones in pectore ſtatuerunt, ut ſi fortuito diceret aliquis, quod corpus B. Marci furatum eſſet ; chlamydis ſigna quæ ibi remanſerant, verum non eſſe oſtenderent.

tollunt corpus S. Marci, ſuppoſita corpore S. Claudiæ,

g

E

12 Tanta igitur ſublato corpore odoris fragrantia emanavit, ut non ſolum eccleſia vel circuitus ejus, ſed etiam tota civitas Alexandria repleretur. Commoti cives Chriſtiani ac Pagani dicebant : Quid eſt hoc ? Alii dicebant, Neſcimus. Alii vero dicebant : Videamus ne forte à nautis illis Veneticis corpus B. Marci furetur. Concurrentes ergo ex urbe, ad eamdem eccleſiam pervenerunt ; & aperientes ſarcophagum viderunt corpus B. Claudiæ chlamyde involutum, ſignaque ſalva. Quod cum vidiſſent credituli facti quod B. Marci corpus ibi jaceret, ſedato tumultu ad propria remearunt.

ſparſo per urbem ſuavi odore,

13 Porro Venetici, quorum jam ſæpe memoriam fecimus, cum ibi laterent, tulerunt corpus, & ſubmittentes in ſportam, operuerunt illud ex foliis olerum, ac deſuper carnes porcinas impoſuerunt. Cumque ad navim pergentes incederent, accedebant Saraceni qui obviabant ut cernerent quod portabant. Sed cum viderunt carnem porcinam, quam ipſi abominantur, clamabant dicentes : Canzir, Canzir, id eſt, porcus, porcus, & expuentes elongabantur ; at vero illi pertranſeuntes venerunt ad rupem, quæ proxima mari erat, & deponentes cum funiculis ſportam miſerunt in ſcapham, ac perduxerunt ad navim ; quam cum intraſſent, extrahentes beatum corpus de ſporta, abſconderunt illud in pannis velorum ; timebant enim ne perſcrutata navi ab Alexandrinis inveniretur. Cumque veniſſet dies egreſſionis eorum, Stauratius monachus occulte abſcedit cum illis. Theodorus vero, timens plebem quæ ſtabat ad littus, remanſit ibi, habens jam ſupellectilem ſuam navi impoſitam. Erat etiam quidam monachus ibi, Dominicus nomine, Comaclenſis *h* ; qui fultus amore divino, eodem tempore fuerat Hieroſolymis, qui & ipſe aſcendit cum illis. Cum ergo ab Alexandria receſſiſſent, tulerunt Venetici ſanctum corpus de velis, in quibus illud abſconderant, & ſub ſolario navis digniſſime locaverunt, accendentes lucernas, ac thymiama aſſidue inferentes. Dominicus vero monachus cum Stauratio diuturnis officiis jugiter inſudabat. Multa inter hæc ſigna per S. Marcum Dominus, dum adducitur, operatus eſt.

deferunt tectum carnibus porcinis : dein pannis velorum :

F

h

poſt diſceſſum reverenter exponunt :

14 Quadam etenim die dum omnes pariter illorum Veneticorum naves velificantes incederent, & cauſam reliqui ignorarent, dixerunt nautæ B. Marci ad quoſdam qui erant in alia navi : Neſcitis quod eſt factum ? qui dixerunt : Quid ? Aiunt illi : Vere nos

aliqui incrediduli putantur :

corpus

corpus B. Marci portamus. At illi dixerunt : Et quomodo iſtud fieri potuit? Cumque illi exponerent ordinem rei, quidam ex illis irridens ait : Forſitan alicujus Ægyptii corpus vobis datum eſt, & dicitis, Quia S. Marcum portamus. Quod cum dixiſſet, protinus navis illa, in qua beatum corpus jacebat, tanta celeritate converſa, quanta nullus hominum vertere poteſt, inſurrexit adverſus eam, in qua vir ille erat, partemque lateris ejus confregit, nec prius ab illa receſſit, quamdiu omnes confiterentur, Beatum ibidem Marcum jacere.

S. Marcus apparens liberat à naufragio:

15 Deinde cum nocte quadam tempeſtas adeſſet, naveſque illæ curſu velociſſimo ducerentur, ac nautæ neſcirent quo pergerent, propter tenebras noctis ; venit B. Marcus in ſomnis Dominico monacho dicens : Surge, & dic hominibus iſtis, ut citius vela deponant, ne patiantur naufragium, quoniam terra non longe eſt. Quod cum monachus ſurgens dixiſſet, illico velis depoſitis, cum jam auroræ inſtaret crepuſculum, ecce apparuit inſula quædam, Stroalia *i* nomine, quam beatiſſimus Marcus adeſſe prædixerat. Tunc omnes pariter fidem dantes, reverentiſſime ejus corpus ſolertiori ſtudio venerari cœperunt, creduli facti & congaudentes, quod Marcum Euangeliſtam habere meruerunt ; erat tamen apud illos occultum, atque decreverant, ne ullus omnino cujuſlibet regionis rem iſtam cognoſceret. Timebant enim ne illis beatum corpus per vim tolleretur ab aliquo.

i

B

pluribus revelatur corpus, & honoratur :

16 Sed quia Dominus tantum ſuæ lucernæ lumen lucere voluit coram hominibus ; multis, per proxima maris loca degentibus, qui cauſam penitus neſciebant, dignatus eſt revelare, quod ſui Martyris intra navim luciflua membra quieſcerent. Qui ex diverſis locis advenientes, dum navis ad portum vel littora regionum accederet, poſtulabant dicentes : Revelatum eſt nobis à Domino, quod B. Marci Euangeliſtæ corpus habetis : unde divino amore precamur, ut nos ad eum orare ſinatis. Qui cum ingrederentur, fuſis ad eum orationibus, poſitiſque muneribus, cum timore revertebantur, dantes gloriam Deo, atque dicentes Veneticis : O quam beati eſtis, qui talem Sanctum habere meruiſtis !

incredulus à dæmone arripitur : credens liberatur.

17 Sed cum (ut plerique ſtultorum ex tali re dubitare diutius ſolent) quidam ex nautis nequaquam B. Marci, ſed cujuſlibet alius corpus portare ſe diceret ; volens omnipotens Deus ipſius duritiam coarguere, eumque illico credulum facere, digna continuo illum damnavit ſententia. Nam arreptus vir ille dæmonio, tamdiu vexatus eſt, quouſque ad ſanctum corpus deductus, ſpumans & ſtridens dentibus, Beatum ibidem Marcum jacere confiteretur, ac munus pro ſuis delictis offerret. Qui ſtatim à dæmonio liberatus, & Domino gloriam dedit, & nihil ſe jam de corpore ſacro dubiaturum profeſſus eſt. Verum quia multa ſunt, quæ de virtutibus per eum à Domino Deo factis dicuntur, qualiter ad Venetiam venerit, explicemus.

C

k Corpus in Iſtriam delatum,

18 Cum igitur nautæ ad Iſtriam perveniſſent, diverterunt ad urbem quamdam, quæ appellatur *k* Humacus : timebant enim redire ad ſua, quia Juſtinianus Dux eorum vehementiſſime contra illos erat iratus, pro eo quod juſſionem ſuam repudiantes, ad Alexandriam ire præſumpſerunt. Qui tamen miſſi ad eum legatione dixerunt : Confitemur peccatum noſtrum, & erubeſcimus, quia ſumus tamquam rebelles inventi ; ſed Dominus teſtis eſt, quomodo magis inviti, quam ſponte hoc fecimus : ecce enim habemus corpus B. Marci Euangeliſtæ. Si Dominus noſter, gratiam ſuam nobis reddens, promittat nequaquam inferre moleſtiam, nec in corporibus nec in rebus noſtris ; adducimus eum illi. Sin autem aliter, diverte-

mus in aliam regionem. Ad hæc Juſtinianus Dux, valde gaviſus, ait : Si iſtud quod aſſerunt verum eſt, revertantur in pace : quia ſi talem theſaurum adducunt, non ſolum illis malum non inferam, ſed etiam filios meos vocabo. Accepto igitur nautæ verbo, Venetiam redeunt ; cumque ad portum Olivolenſem *l* veniſſent, egreſſus Urſus *m* Epiſcopus loci illius cum Crucibus, & omnibus miniſtrorum ordinibus, indutis ſacerdotalibus tunicis, reverentiſſime corpori obviant ; ſuſcipienteſque illud, duxerunt ad palatium Ducis. Ubi dum per cœnaculi ſcalam aſcenderent, tanta agilitate pallium, quo corpus erat opertum, cum eſſet tranquillitas, movebatur ; quanta vix aura venti movere poterat. Sed & miniſtris, qui eum portabant, fiebat ſubito pondus graviſſimum & immobile, & iterum ſubito tantum leve, ut nihil ſentire ſe dicerent. Accepto igitur corpore Dux, repoſuit illud in cœnaculi loco, qui apud ejus palatium uſque ad præſens tempus monſtratur, ordinatis cantoribus ac miniſtris, qui ibidem Deo laudes referrent, inter quos cuſtos ille Stauratius primus erat. Sed & Theodorus Presbyter anno ſequenti cum ſuis advenit : porro Dominicus ille monachus ad propria remeavit.

EX MS.

l

m

inde Venetiis, ab Epiſcopo & Clero deferitur ad palatium Ducis :

19 At vero Juſtinianus Dux, cum ſupra beatum corpus eccleſiam vellet conſtruere, morte præventus eſt : cujus germanus Joannes vir Deo dilectus Ducatum ſuſcipiens, vicem ejus explevit. Conſtruxit namque juxta palatium elegantiſſimæ formæ baſilicam, ad eam ſimilitudinem quam ſupra Domini tumulum Hieroſolymis viderat : quam etiam multis ac variis juſſit depingi coloribus : ubi & aromatibus venerabile corpus conditum honore digniſſimo *n* poſuit. In eo floreſcunt orationes ipſius, & multa beneficia præſtantur Chriſto credentibus, maxime autem & plurimi à dæmoniis liberantur. Cujus glorioſa Tranſlatio celebratur pridie Kal. Februarii ; regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

E

eccleſiam S. Marci conſtruxit.

n

ANNOTATA.

a *Mortuo Mahomete impio anno Chriſti 631, ſucceſſit Abubacrus, eique poſt biennium Homarus, & annis decem regnavit. Hic cœpit Ægyptum pacifice, & Alexandriam vi expugnavit. Ita hiſtoria Imperii Moſlaminorum ſeu de Caliphis ab Abrahamo Eſchellenſi in Chronico Orientali edita.*

b *Hic eſt* Leo Armenus, *qui regnavit ab anno* 813 *uſque ad annum* 820.

F

c *Hic eſt* Juſtinianus Particiatus, *qui cum patre ſuo Angelo præfuit & ſolus biennio Rempublicam adminiſtravit uſque ad annum* 828.

d Metamaucum, *pars Orientalis Venetiarum.*

e Torcellum *urbs Epiſcopalis in inſula, quinto à Venetiis milliario verſus Septemtrionem diſſita, quæ urbis hujus partibus annumeratur.*

f *Sedes S. Marci, ſub Heraclio Imperatore ablata & donata Venetis, traditur à Baronio ad an.* 820 *num.* 21

g S. Claudia M. *in Æthiopia, colitur* 2 *Ianuarii : an hæc Alexandriam delata, an alia in Ægypto paſſa ibidem coleretur, non eſt facile aſſequi divinando.*

h Comaclum *infra Ferrariam, inter duos Padi fluminis alueos ad mare Adriaticum in ſtagnis ſitum. De eo egimus ad Vitam S. Apiani monachi* 4 *Martii.*

i *Credibile eſt non ſatis integre ſcriptum nomen. Tranſeundæ hac navigatione fuerunt* Strophades *inſulæ : quas poſterior ætas* Stivali *nuncupavit, quod nomen prope accedit ad nomen hic expreſſum.*

k Humacus, *ſive* Umacum, *vulgo* Umage, *urbs in media Iſtria, ac littore maxime extante.*

l Olivola, *Italis* Caſtello *ea pars urbis Venetæ : in qua Epiſcopus & baſilica Cathedralis eſt.*

EX MS. m Vrſus *Epiſcopus Olivolenſis, dicitur filius Ioannis Participatii, adeoque Iuſtiniani & Ioannis Ducum frater.*

n *Addit Dandulus* : Ordinati ſunt Capellani ad diurnum nocturnumque officium peragendum, & Primicerius unus, qui dictam eccleſiam, quæ Ducum capella eſſe perpetuo inſtituta eſt, regat & gubernet, ſicut ſibi per Ducem injunctum fuerit & ordinatum.

APPARITIO ET MIRACULA.

Ex libro MS. Petri Calo.

1 IN ipſa eccleſia, pulcro ſchemate auro & marmoribus pretioſiſſime redimita, poſt aliquot tempora contigit, ut in qua parte corpus illud ſacratiſſimum quieſceret neſciretur. Cumque poſt inquiſitionem ſolertem *a* nemo hujus rei conſcius inveniri valeret; toti Venetiæ triduanum eſt indictum jejunium. Poſt quod in cordis contritione ab omnibus obſervatum unanimiter, quarto die ad dictam Eccleſiam Clerus & populus convenerunt: & Litaniis dictis, proceſſione diſpoſita, multiplicibus ſuſpiriis & orationibus ad Deum fuſis, profluentibus lacrymis diutius Dei miſericordiam implorarunt: ut eis ubi corpus B. Marci jaceret oſtendere dignaretur. Quorum preces Deus benigne exaudiens, locum, in quo glorioſum corpus latuerat, glorioſiſſime declaravit: nam ſciſſis marmoribus columnæ circumpoſitis, arca quæ interius claudebatur concludens corpus erupit, & in conſpectu omnium per ſe ipſam mirifice exilivit.

a Poſt jejunium triduanum & proceſſionē,

B *Corpus S. Marci ultro exiliens reperitur:*

2 Mulier quædam habens ſeptem dæmonia, ad arcam B. Marci violenter attracta, eadem hora in conſpectu omnium liberatur. Collocato autem ſacro corpore in ipſa eccleſia reverenter, *b* vir quidam, in campanilis ejuſdem eccleſiæ ſummitate, quiddam operis exercebat; ſubito autem cadit improvide, & membris omnibus laniandus. In ipſo autem ſuo caſu B. Marci non immemor, vovens quod ſi eum liberaret perpetuo ei ſerviret, ejus patrocinium imploravit: qui cadens ex inſperato cuidam ligno prominenti adhæſit, & dato ſibi fune illæſus evaſit, & ad opus priſtinum conſummandum devotus aſſurgit, & fideliter quod voverat adimplevit.

energumena à 7 dæmonibus liberatur:

b ex alto lapſus manet illæſus:

Curantur laborantes cancro,

C 3 Cum quidam adoleſcens incurriſſet graviſſimum morbum cancri, ita ut ejus carnes à verme ipſo corroderentur, ductus ad arcam Sancti, & flagitans ejus auxilium, obdormivit. Cui ſanctus apparens mamillam tetigit, quaſi tranſiens, & curavit. Et cum ille quæreret, Quo ita velociter feſtinatis? reſpondit Sanctus, ſe properare in auxilium quorumdam famulorum ſuorum, qui vexabantur à mirabili tempeſtate. Evigilans juvenis invenit ſe ſanatum, & tempeſtate ſedata navis Venetiæ applicat intrans portum. Cum quædam mulier de *c* Murano per quadriennium graviſſima paralyſi laboraſſet, uſu membrorum omni deſtituta, & rogaſſet B. Marcum; apparuit ei dicens, ut ſe ad ſuam eccleſiam faceret apportari: ubi cum Euangelium legeretur in Miſſa, ſenſit omnibus ſtupentibus & mirantibus ſe curatam.

c & paralyſi.

4 Quædam navis, plena Saracenorem, ibat ab Alexandria cauſa orationis, ad locum ubi reſidet corpus *d* Mahometis. Sed cum maxima tempeſtas orta eſſet, aliqui Veneti qui erant cum eis euntes mercari, deſcenderunt in ſcapham, ut navim citius adjuvarent. His aliquantulum ſeparatis poſt trinam revolutionem navis ſubmergitur. Quod videns quidam Saracenus, B. Marci auxilium poſtulavit, promittens ſe fieri Chriſtianum, ſi eum contingeret de tanto periculo liberari. Cui apparens B. Marcus eum in ſcapha cum Venetis poſuit: & ſic ipſe & illi de ſcapha mirantes quamplurimum liberati, Alexandriam redierunt; & cum Saracenus differret quod promiſerat adimplere, à B. Marco frequenter in ſomnis admonitus, Venetias venit, & ibi baptizatus Marcus vocatus eſt, cum prius Stephanus vocaretur. *e* Quidam nobilis Provincialis, cum longa infirmitate laboraſſet, omnium membrorum officio deſtitutus; B. Marco cum lacrymis ſupplicavit, & ab eo reſponſum accepit, ut ad ſuam Eccleſiam faceret ſe portari: ubi cum una nocte lacrymoſis orationibus inſtitiſſet; mane reperit ſe totaliter ſanatum: & ſic gratias agens ad propria rediit.

d in tempeſtate liberati Veneti, & Saracenus,

D

in baptiſmo Marcus nominatus:

e ſanatur paralyticus;

5 In eadem *f* Provincia ſervus Caſtellani cujuſdam vovit ſe viſitaturum eccleſiam S. Marci: quod cum ſuo Domino diſpliceret, hic volens Deo magis quam hominibus obedire, quod voverat adimplevit: & commendans ſe B. Marco cum omnibus membris ſuis, rediit. Quem videns Dominus rediviſſe, dixit eum ſibi fregiſſe fidelitatem, & quod B. Marcus eum non poſſet de ſuis manibus liberare: & præcepit miniſtris ut eruerunt oculos ejus. Qui eum ligantes & ad terram trahentes cum acutiſſimis paxillis ejus oculos effodere nitebantur. Sed nullam læſionem ejus oculis intulerunt, eo quod conſtanter dicebat, ſe B. Marco membra omnia ſui corporis commendaſſe. Quod cum Dominus vidiſſet, juſſit ejus crura ſecuribus confringi, & pedes à corpore truncari: ſed ferri acies obtunditur & tamquam cera liqueſcit. Tunc Dominus, furore repletus, juſſit os ejus, cum quo B. Marci auxilium petiit, cum ferreis malleis frangi & dentes excuti; ſed nihil læſionis penitus intulerunt. Quod cernens Dominus pœnituit, & veniam à Sancto & à ſervo petiit: & corpus S. Marci cum dicto ſervo Venetias viſitavit.

f peregrinato ad S. Marcum,

nequeunt, læsi oculi,

E

crura aut dentes.

6 In eadem Provincia vir fuit, per palmæ manus medium adeo graviter vulneratus, ut non niſi ab inferiori parte tenuis quædam pellicula remaneret. Et quia manus ſic pendebat emortua, ſuaſum eſt illi ab amicis, ut id quod pendebat abjiceret, ne in ſuæ ſalutis periculum verteretur. Et cum reſpondiſſet, ſe velle potius mori quam manens eſſe; invocato B. Marco, una die ligatam tenens, reſtitutus eſt priſtinæ ſanitati, cicatrice ſola exterius remanente. Cum quædam mulier, de Epiſcopatu Paduano, comedendo lac arrepta eſſet à dæmonio; ducta ad eccleſiam S. Marci, continuo liberatur. Plures dæmoniaci, adducti ad eccleſiam S. Marci, cum clamarent ſe exuri ad præſentiam dicti Sancti, protinus curati ſunt. Quidam de Tuſcia, duos habens dæmones, ſicut publice eſt confeſſus, ductus coram altari B. Marci, poſt longam venerationem multis aſtantibus eſt curatus.

Curatur manus graviter vulnerata:

energumeni plures liberantur:

F

7 Cum quidam miles de caſtro, foſſatis magnis circumdato, ad explorandas inimicorum inſidias exiviſſet; cum feſtinantia rediens in caſtrum, de ponte decidit in foſſatum, equo, clypeo & lancea remanentibus ſuper monte. Cum igitur exiſtens in medio foſſati B. Marci auxilium poſtulaſſet; ſanctus aſtitit, & lancea ſibi porrecta per eum protinus eſt eductus. Quidam Apulus, uxorem habens & filium, falſo eſt accuſatus apud Imperatorem, quod Lombardos per pecuniam commoviſſet adverſus eum: propter quod Mantuæ incarceratus, cum quadraginta diebus in multa ærumna fuiſſet concluſus, per triduum præ triſtitia non ſumpſit cibum: ſed cum lacrymis & ſuſpiriis à B. Marco continue auxilium poſtulavit. Cui B. Marcus in forma leonis apparens, ſuaſit ut exiret. Et cum timeret propter cuſtodes, iterum ſibi apparens præcepit ut egredi non tardaret. Qui ſtatim per apertum oſtium exiens, & per medium cuſtodum tranſiens, videbat eos, ſed ab illis

lapſus in foſſam à S. Marco ſervatur:

& incarceratus educitur:

&

A & etiam ab aliis, per quos tranſibat, minime videbatur: nec etiam ſtrepitum compedum audiebant, quos tandem, ac ſi non eſſent ferrei, à pedibus mira facilitate amovit.

ſanatur claudus:

8 In Cremona puer claudus, ex utero matris contractus ac pedem habens aridum, ſic uſque ad decennium ſtetit; mater vero ejus, confidens de B. Marco, ſibi in nomine Sancti baculum obtulit, præcipiens, ut intrepidus ambularet, qui ſtatim hoc fecit: ſed cum baculus ille auferebatur & alius ei dabatur non poterat ire. Matre igitur cum puero veniente ad eccleſiam S. Marci, continuo liberatus eſt, ac ſi ſanus natus fuiſſet. Cum quidam juvenis *g* Pergamenus falſo accuſatus eſſet, quod villam quamdam incenderat, Mediolani incarceratus eſt: qui cum mortem expectaret, inimicorum calumnias pertimeſcens, rogavit B. Marcum, ut eum de carcere educere dignaretur. Qui ſtatim illi apparens per arctiſſimam feneſtram, per quam nullus poſſet egredi, eum eduxit & in terra ſuaviter collocavit: qui ſtatim viſitavit eccleſiam S. Marci, & oblatis ibi compedibus gratias Deo egit.

g

liberatur captivus:

Feſtum non celebrantes puniuntur ſterilitate,

B

9 In Apulia & Terra-laboris, quia feſtum B. Marci non ſervabant, ſed ruralibus operibus inſiſtebant, ſterilitas mirabilis ſupervenit, eo quod ibi per quinquennium non pluiſſet. Cumque homines mirarentur, quod tanta victualium penuria ibi eſſet; revelatum eſt quibuſdam religioſis, quod hoc erat quia feſtum Sancti nullatenus obſervabant, nec poſſet pluere niſi ejus diem ſolennius celebrarent. Adveniente ejus Feſto omnes ad eccleſiam ejus vadunt, ubi ſolennizantes cum reverentia maxima, precibus impetrarunt beneficia S. Marci: & ſtatim imbrium copia præter ſpem abundantius inundavit, & tota terræ ſterilitas eſt abjecta, & exinde tamquam Paſchalem diem feſtum Sancti devotius celebrarunt. Cum quidam Veneti, navi mirabili tempeſtate quaſſata, ex vicinis rupibus inevitabile periculum expectantes, offerrent B. Marco preces devotas & pretium navis ſuæ; ſubito liberati ejus eccleſiam viſitarunt & obtulerunt libentius ſortem navis. In Tuſcia ad preces devotorum ſuorum B. Marcus fulgura cohibuit, tempeſtates amovit, terræ ſterilitatem abſtulit & conceſſit rerum omnium ubertatem: & hoc eſt teſtimonio plurimorum [notum]. Audivi ab illis qui fuerunt in Alexandria, quod annuo die mortis ejus, ſi tollatur de cardeto *h* vel herba loci, in quo tractus fuit B. Marcus, emanat ſanguinem.

at celebrantes liberantur:

in tempeſtate ſervati alii:

h

i

C

10 Frater *i* Julianus Faventinus, Ordinis Prædicatorum, juvenis religioſæ & ſanctæ vitæ, infirmitate quaſi in extremis laborans Papiæ, cum Priorem domus ſuper ſtatu ſuo requiſiviſſet, & ille mortem vicinam ſibi diceret imminere; ſtatim facie exhilaratus, & manibus ac toto corpore plaudens, clamare cœpit: Date locum Fratres, quia præ nimia lætitia anima jam proſiliet extra corpus, ex eo quod tam jucundos rumores audivi; & elevatis in cælum manibus dicere cœpit: Educ de carcere Deus animam meam &c. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hujus? Inter hæc ille levi ſomno obdormiens, vidit B. Marcum ad ſe veniſſe, & ecce vox ad eum dicens: Quid agis ô Marce? Et ille. Ad morientem iſtum acceſſi, quia Deo miniſterium ejus acceptum eſt. Et iterum vox ad eum: Quare inter ceteros Sanctos ad eum maxime tu veniſti? Et ille: Quia ſpecialem devotionem in me habuit, & locum in quo corpus meum quieſcit devotione ſedula viſitavit, & ideo veni eum hora ſuæ mortis viſitare. Tunc quidam albati totam domum impleverunt, quibus ait B. Marcus, Quare huc veniſtis? & illi, ut iſtius animam in conſpectu Domini præſentemus. Evigilans autem prædictus Frater, pro Priore domus, qui iſta retulit,

devotus S. Marco

in morte ab eo viſitur

& lætus moritur.

continuo miſit: & omnia quæ viderat ſibi recitans, cum multo gaudio in Domino obdormivit. *k* EX MSS.

k

ANNOTATA.

a *Baronius relata tranſlationis hiſtoria addit* Venetos, ne à Francis corpus auferretur, illud ita collocaſſe, ut ubi locorum poſitum eſſet, penitus ab aliis fuerit ignoratum.

b *Memoratur hoc miraculum in Breviario Carmelitano Venetiis anno* 1495 *excuſo: uti etiam quæ referuntur num.* 4, *de Saraceno converſo, & pleraque alia.*

c Muranum, *Venetiarum inſularum una, & vitriariis officinis famoſa.*

d *Is* Mecha *dicitur, ad Sinum Arabicum ſeu Mare-rubrum Arabiæ felicis urbs.*

e *Additur in Breviario Carmelitano*, & in Chriſtum perfecte credidit, & in bonis operibus vitam finivit.

f *Sicut paulo ante* Provincialis *videtur ſumi, pro eo qui in* Provincia *Galliæ natus eſt: ſic eadem regio credi poteſt hic proprio nomine appellata.*

g *Breviar. Carmel.* de civitate Mantuæ: *credimus autem* Pergamenum *hic poni pro* Bergomenſi.

h Cardetum *a cardui hic dici videtur: nec mirum foret ibi creſcere aliquam herbam, cujus ſuccus rubeat, uti aliæ herbæ album aut flavum ſuccum continent: ſed quod hoc ſolo die feſto accidat miraculi habet ſpeciem, ſui ſingularitate haud facile prætereundi ab antiquioribus S. Marci laudatoribus: ideo ſuſpecta falſitatis narratio eſt.*

i *Dicitur hoc in prædicto Breviario contigiſſe circa annum Domini* 1241.

k *Miraculum de urbe Veneta ab excidio, per tempeſtatem inferenda, ope S. Marci & aliorum Sanctorum liberata circa an.* 1332, *narrat Petrus Iuſtinianus lib.* 4 *hiſtoriæ Venetæ: nos illud ex Felice Aſtolfio dedimus* 23 *hujus inter Analecta Georgiana num.* 78, *ubi legi poterit.*

E

F

APPENDIX.

Ex Breviario Carmelitano anni MCCCCXCV.

Breviarium illud Venetiis excuſum,

11 *ADmodum R. P. Daniel à Virgine Maria, Ordinis Carmelitani in Belgio bis Provincialis & nunc Definitor, pro ſuo in opus hoc affectu ſingulari, communicavit nobiſcum antiquum ſui Ordinis Breviarium, cum tali ad calcem notatione.* Explicit Breviarium ſecundum Ordinem Fratrum glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmelo; quod impenſa ſua & arte Andreas de Torreſanis de Aſula: in florentiſſima Venetorum civitate ad finem uſque perduxit, atque diligentiſſime elaboravit. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto. Die vero prima Februarii. *In hoc Breviario ad diem* VII *Kalendas Maii, per quinque prolixas lectiones recitantur Acta martyrii & tranſlationis S. Marci, qualia fere ex antiquioribus monumentis jam dedimus, magis integra magiſque ſincera:* VI *Lectio,* VIII *&* IX (*nam* VII *eſt de Euangelio* Convocatis Jeſus duodecim) *continent beneficia, quæ cultoribus ſuis S. Marcus præſtitit, ſub hoc exordio:* Quidam libri habent etiam ſubſcripta miracula: *& primum narratur apparitio Papiæ facta Religioſo Dominicano, ſuppreſſo illius nomine, tum Saraceni Alexandriam navigantis liberatio ex periculo ſubmerſionis, cui in baptiſmo Marci nomen eſt inditum; utrumque iiſdem fere verbis quibus uſus eſt Petrus Calo; tantum de Saraceno hic additur,* quod in bonis operibus vitam finivit.

refert nonnulla ex præcedentibus miraculis:

12 *Sequitur deinde de viro lapſo ex ſummitate campanilis, uti ſupra num.* 2, *& de mancipio barbari Provincialis ab injuria præſervato idem quod num.* 5, *& de milite læſo, quod dictum eſt num.* 6, *narratur* (*cum hac ſolum differentia quod loco* manus, *in Breviario* brachium *nominetur*) *& concluditur cum ſterilitate Apuliæ immiſſa, de qua actum*

EX MSS. *est num. 9: sed præmittitur de liberato captivo narratio multum diversa, sic ut omnino alius esse videatur ab illo cujus ante jam dictum numerum 9 meminit Petrus: est autem talis*: Vir quidam de civitate Mantuæ, falso ab invidis accusatus, in carcerem est reclusus. Qui cum quadraginta dies peregisset ibidem, & nimio afficeretur tædio: tandem triduano jejunio se macerans, B. Marci patrocinium invocavit: qui sibi apparens jubet, ut de carcere securus ascendat. Ille vero dormitans præ tædio neglexit parere jussionibus Sancti, existimans illusionibus se deludi. Deinde secundo & tandem tertio sibi apparuit, & eadem similiter imperavit. Qui ad se rediens, & ostium apertum conspiciens, de carcere securus exiit, & instar stuppæ compedes mox confregit. Ibat igitur die media per medium custodum ceterorumque omnium: ita ut ipse cunctos videns à nemine videretur. Qui veniens ad S. Marci tumulum, exolvit devote debitum gratiarum. D

& liberationem civis Mantuani injuste accusati.

DE SANCTO ANIANO,

EPISCOPO ALEXANDRINO.

G. H.

CIRCA AN. LXXXVI. *Djungitur S. Marco Euangelistæ ad hunc diem* S. Anianus *in hodierno Martyrologio Romano, hu verbis*: Alexandriæ S. Aniani Episcopi, qui B. Marci discipulus, ejusque in Episcopatu successor, clarus virtutibus quievit in Domino. *Majus aliquanto elogium habet in suo Martyrologio Galesinius hoc modo*: Alexandriæ in Ægypto S. Aniani Episcopi. Is civis Alexandrinus, è nobili familia natus, B. Marci discipulus, in illius locum Episcopus factus, duobus & viginti annis Ecclesiæ sibi commissæ præfuit, quo Episcopali munere divine perfunctus, sancte factorum gloria clarus, Domitiano Imperatore quievit in Domino. *Eadem fere Ghinius in Natalibus Sanctorum Canonicorum, addens* quievisse circa annum Salutis LXXXV. *Sed quomodo* familia nobilis *affingitur ei, quem Cerdonem fuisse ex Actis S. Marci omnes credunt? Eusebius libr. 2 Histor. Eccles. cap. 24, de eo ista tradit*: Nerone octavum Imperii annum agente, primus post Marcum Euangelistam Alexandrinæ Ecclesiæ administrationem suscepit Anianus, vir Deo acceptus & omni ex parte mirabilis. *Dein lib. 3 cap. 14, ista scribit*: Domitiani anno quarto, primus Alexandrinorum Ecclesiæ Episcopus Anianus, duobus & viginti annis exactis, abiit è vita: cui secundus ordine successit Abilius. *Hic Alexandrinis dicitur* Melianus, Melius, *&* Milius, *unde* Amilius *&* Abilius: *de quo cum Martyrologio Romano egimus* XXII *Februarii. Eusebius eadem in Chronico confirmat.*

& successio ex Eusebio:

traditionem anno Christi LXXXVI. *Domitiani anno* VI.

3 *Petrus de Natalibus lib. 9 Catalogi cap. 19, longum elogium de S. Aniano profert, & multa miracula congerit, quæ nobis minime probantur, & apud eum legi possunt. Galesinus ex hoc Catalogo nobilitatem, nobis minime probatam, S. Aniano adscripsit: Petrus enim eum dicit* venisse ex Africa nobilissimum & divitem, *& sub finem ista habet*: Ipse clarus virtutibus in pace quievit v Nonas Octobris, sepultusque est juxta corpus B. Marci in loco Buculi. Cujus corpus processu temporis Venetias inde translatum, in monasterio S. Clementis reconditum servatur. *Eadem de corpore Venetias translato tradit Ughellus tomo 5 Italiæ Sacræ columna 1260, ubi corpora Sanctorum & reliquias sacras urbis Venetæ enumerat. Ad citatum diem quartum Octobris referunt S. Anianum Grevenus, Maurolycus, Canisius & alii, Petrum de Natalibus secuti. In MS. Florario memoratur ad ipsas Kalendas Octobris.* Nomine S. Aniani fuisse Alexandriæ ecclesiam *tradit ex Epiphanio Baronius in Notis suis ad hunc diem.*

Corpus dicitur Venetias translatum. E

cultus 4 & 1 Octobris,

ecclesia Alexandriæ.

4 *Eutychius Ægyptius, Patriarcha Orthodoxorum Alexandrinus, seculo Christi decimo, scripsit Ecclesiæ suæ Alexandrinæ Origines, à Ioanne Seldeno Arabice & Latine Londini editas: in quibus de S. Aniano, quem Hananiam appellat, ista habet*: Marcus Euangelista in urbe versatus est Alexandria, ut inde propagaretur apud homines fides in Christo Domino nostro. Dum autem per urbem incedit, diffringitur calcei ejus corrigia: quem ut reficeret, ad sutorem se contulit, nomine Hananiam: qui subula ad perforandum calceum sumpta, digitum suum perforavit, adeo ut multum effluëret sanguinis, nec sine dolore ingenti. Submurmuranti igitur in Marcum, dixit ei ille, Si credideris in Jesum Christum Filium Dei, digitus tuus sanabitur. Prehenso igitur digito ejus dixit: In nomine Jesu Christi sanus sit digitus tuus: qui eodem momento in sanitatem restitutus est, sanguine amplius non effluente. Et credidit ab eo tempore Hananias in Christum, unde baptizavit eum Marcus, & constituit eum Patriarcham Alexandriæ. Scilicet is primus erat Alexandriæ Patriarcha constitutus. Constituit item Marcus Euangelista duodecim Presbyteros cum Hanania, qui nempe manerent cum Patriarcha; adeo ut cum vacaret Patriarchatus, eligerent unum è duodecim Presbyteri, cujus capiti reliqui omnes manus imponerent, eumq; benedicerent, & Patriarcham eum crearent: & dein virum aliquem insignem eligerent, eumq; Presbyterum secum constituerent loco ejus, qui sic factus est Patriarcha, ut ita semper extarent duodecim. *Hæc Eutychius ex versione Seldeni, qui suum adjungit Commentarium, & in eo agit de iis verbis, quod Patriarcham crearint; addiqué Arabice illud verbum* creare, *idem significare, quod Græcis* καταρτίζειν, absolutum *aut* completum reddere: *scilicet eligendum fuisse à Presbyteris virum perfectum & aptum, creandum autem sive ordinandum ab Episcopis.*

Testimonium Eutychii Patriarchæ. F

Videtur S. Marco substitutus anno 68, C

2 *De tempore vitæ & martyrii S. Marci egimus supra pluribus, & cum antiquis traditionibus Ecclesiæ Alexandrinæ, imo & Actis vetustis Latinis S. Marci, ostendimus verisimilius videri, ipsum esse coronatum anno Imperii Neronis decimo quarto & ultimo, Christi* LXVIII. *In antiqua Historia Patriarcharū Alexandriæ, una cum Chronico Orientali ab Abrahamo Ecchellensi edita, ista tradūtur*: Secundus Anianus. Hunc ordinavit S. Marcus Euangelista, & est sutor ille, qui aptavit ejus calceamenta. Obiit die Dominica vigesima Hathuri: sedem tenuit post Divum Marcum Apostolum annis octodecim, & ducentis sexdecim diebus. *Hæc ibi. Incidit dies vigesima mensis Hathuri in diem* XVI *Novembris: ad quem diem in Kalendario de festis Coptitarum & Ægyptiorum apud Seldenum notatur* festum Asasii, *an corrupte pro* Aniano? *quis dicet? Verum tunc à* XXV *Aprilis, & obitu S. Marci non essent* dies ducenti sexdecim, *sed* sex *tantum &* ducenti. *Quomodo autem aptando calceamenta S. Marci in hujus notitiam venerit, & ab eo in fide Christiana instructus, & cum tota domo baptizatus, ac tandem Episcopus factus ordinatus, late deducitur in Actis S. Marci num. 3, 4 & 5. Post hæc Acta dedimus Appendicem de vita S. Petri Alexandrini Episcopi & Martyris, in qua aliquot successores S. Marci enumerantur, & cum singulari titulo Successor ejus traditur* Beatus Anianus, *Græce* ὁ μακάριος Ανιανὸς τὸν θρόνον ἐκδέχεται. *Mortuus autem est secundum hanc*

Memoria in sacris fastis 25 Aprilis, B

sedisse annos 18,

mortuus anno 86.

DE SS. PHILONE ET AGATHOPODE,

DIACONIS, ANTIOCHIÆ.

G. H.

SECULO II.

Nomen in Faſtis Romanis,

Acta hodierni Martyrologii Romani tabulæ, ad hunc XXV *Aprilis, jam nominatos duos Martyres ſic commemorant:* Ibidem *Antiochiæ* Sanctorum Philonis & Agathopodis Diaconorum. *Ad quem locum iſta annotat Baronius:* Hi eſſe videntur, qui ex Syria comitati ſunt S. Ignatium Epiſcopum Antiochenum, ejuſque Reliquias Antiochiam retulerunt, ut conſtat ex Actis ipſius martyrii. Fuit Philo Tarſenſis Eccleſiæ, Agathopus Antiochenæ Diaconus. Meminit eorumdem frequenter S. Ignatius, ſcribens ad Tarſenſes, ad Philippenſes & ad Antiochenos. *Dedimus ad Kalendas Februarii duplicia Acta S. Ignatii, alia ex Græcis tranſlata, alia ex antiquis MSS. Latinis eruta, cum hiſtoria Tranſlationis Reliquiarum Roma Antiochiam, ſed abſque ulla horum Diaconorum mentione. Petrus Halloix tomo* I *Vitarum, quas de illuſtribus Eccleſiæ Orientalis ſcriptoribus edidit, cap.* 9 *Vitæ S. Ignatii iſta inſeruit:* Nec defuit ſua in hiſce malis conſolatio. Quippe quem nonnulli à Syria Romam uſque, viri eximii, comitati ſunt: nonnulli in ipſo itinere occurrentes, ſe ultro aſſociarunt. Nam è Syria quidem Philo & Agathopus Diaconi, viri egregia virtute præditi, & poſtea Sanctorum quoque numero adſcripti, aliunde vero alii quoque, fortes ac generoſi athletæ, vitam pro eo ponere parati, ſe comites applicuerunt.

& epiſtolis S. Ignatii ad Philadelphenſes,

2 *De Epiſtolis S. Ignatii Epiſcopi aliquam exercitationem noſtram ante ejus Vitam* §. VI *propoſuimus; & quam cenſuimus genuinam ad Philadelphenſes ſcriptam, in ea de hiſce Diaconis iſta traduntur:* De Philone autem, Diacono à Cilicia, viro teſtimonium habente, qui & nunc in verbo Dei miniſtrat mihi, cum Reo Agathopode viro electo, qui à Syria me ſequitur abrenuntians ſeculo: qui & teſtificantur vobis. Et ego Deo gratias ago pro vobis, quoniam recepiſtis ipſos, ut & vos Dominus. Qui autem inhonoraverunt ipſos, liberentur in gratia Jeſu Chriſti. *Hæc ibi, quæ in eadem epiſtola, ſed forſan interpolata, ita alibi legantur:* De Philone vero Diacono, viro religioſo à Cilicia, qui nunc mihi in verbo Dei miniſtrat, una cum Gaio, & Agathopo viro electo, qui à Syria me ſequitur, teſtificor vobis; quia renuntiaverunt ſeculo, & martyrium perpetrare aſſumpſerunt. Et ego gratias ago Deo pro vobis, rogans ut ſuſcipiatis eos in Domino, ut & vos ſuſcipiat Jeſus Chriſtus. Qui enim eos diffamaverunt, redempti ſunt in gratia Jeſu Chriſti, qui non vult mortem peccatoris, ſed pœnitentiam. *Hæc ibi, in quibus* Gajus & Agathopus, *ut duo diſtincti referuntur, cum in priori textu* Reus Agathopodes, *ſine conjunctione copulativa, quaſi unicus idemque referatur, quod etiam inſinuant ea quæ in utroque textu connectuntur. Deſunt autem in aliis epiſtolis præpoſita nomina* Rheus & Gajus. *In epiſtola ad Tarſenſes iſta leguntur:* Salutat vos *Tarſenſes,* Philon Diaconus veſter, cui & gratias ago ſtudioſe miniſtranti mihi in omnibus. Salutat vos Diaconus, *Antiochenos,* qui ex Syria ſequitur me in Chriſto. *Scilicet* Agathopodes, *cujus nomen exprimitur in epiſtola ad Antiochenos.* Salutant vos, *inquit*, Philon & Agathopus Diaconi, conſecutores mei. *Et ad Philippenſes:* Salutant vos Philon & Agatnopus Diaconi. *& Philippenſes.*

3 *Hæc ſunt quæ de his relatu digna occurrunt, ac proinde videntur potius omittenda quam addenda, quæ Hiſpani ex Pſeudo-Chronico Iuliani Petri conferunt: ob quæ Tamajus-Salazar in ſuo Martyrologio Hiſpanico iſtud elogium ex formavit:* Antiochiæ natalis S. Agatopæi Martyris, Auguſti Liberti, & apud Gallæciam Hiſpaniæ degentis, qui à B. Iacobo Zebedæi filio, & Hiſpaniarum Apoſtolo converſus, baptizatus & Diaconus factus, in Antiochiam devenit; & à S. Ignatio honorifice ſuſceptus, demum glorioſa martyrii laude in cælum coronatus aſcendit. *Addit dein* Acta S. Agathopi, Martyris Antiocheni & Diaconi, ex Juliano & aliis Scriptoribus, *& alia figmenta congerit, quæ ſatis corruunt ex iis, quæ alibi de Pſeudo-Iuliano nuper conficto protulimus. Bivarius etiam in Notis ad Pſeudo-Dextrum anno* 70 *comment.* 2 *num.* 3 *queritur, quod* ſciolus aliquis (*quis autem niſi Baronius, haud ſane dignus ita contemptim vocari?*) Romano Martyrologio eum addiderit die XXV Aprilis, cum nullibi niſi in D. Ignatii epiſtolis ejus mentio fiat. *Nicolaus Brautius, Epiſcopus Sarſinæ, in Martyrologio ſuo Poëtico, iſta habet:* De ſanctis Martyribus Philone & Agathopode Diaconis Antiochiæ:

De iis apud Hiſpanos conficta.

Officio Levita ſacro perfunctus uterque,
In fluvium merſus, Martyr uterque migrat.

Unde illorum Martyrium, & hoc genus martyrii deſumptum ſit, hactenus ignoramus.

DE SS. EVODIO ET HERMOGENE ET CALLISTA EORVM SORORE,

MARTYRIBVS SYRACVSÆ IN SICILIA.

G. H.

XXV APR.

Cultus ſacer in Martyrologiis Latinis 25 Aprilis,

VRbs Syracuſa, *olim Sicularum, imo & Græcarum urbium cenſebatur maxima ac celeberrima, quam fide Chriſtiana illuſtravit S. Martianus, à S. Petro Apoſtolo primus dicta urbi Epiſcopus datus, uti latius* XIV *Iunii, die ejus natali dicendum. A tribus Martyribus hujus urbis auſpicantur quatuor apographa Martyrologii Hieronymiani hunc diem, iſtis verbis:* VII Kalendas Maii: In Syracuſa civitate Siciliæ, natalis SS. Euodi, Hermogenis & Caliſtæ: *pro qua in unico codice, ſed antiquiſſimo, legitur* Caliſti. *Notkerus prioribus conſentit, & Calliſtæ ſcribit, quam talem etiam referunt MSS. Pragenſe & aliud Romæ aſſervatum apud Cardinalem Barberinum. Vſuardus ſolum duos priores retulit:* Civitate Syracuſa SS. Euodii, Hermogenis; *quibus,* & Caliſti Martyrum, *additur apud Molanum, ſed alio charactere: & ſic ſunt inſerti Martyrologio Romano hodierno. Franciſcus Maurolycus, Abbas Siculus, illos iſto ordine refert:* Syracuſis SS. Euodii, Caliſti & Hermogenis Martyrum. *Octavius Cajetanus, ortu Syracuſanus, in Martyrologio Siculo iſta habet:* Syracuſis ſanctorum Fratrum Martyrum, Euodii, Hermogenis & Sororis Calliſtes. *In MS. S. Cyriaci referuntur* S. Euodus & Calliſta, *ſed perperam* Cæſareæ *tribuuntur.*

in Menæis Græcis 1

2 *Græci in magnis Menæis eoſdem celebrant Kalendis Septembris hoc encomio:* Eodem die 1 Septembris, ſanctorum Martyrum & germanorum fratrum, Euodi, Calliſtæ & Hermogenis. Erant hi ſancti Martyres germani fratres, ex eodem utero prognati, & per divinum

Auctore G. H.

divinum lavacrum tempore prædicationis Euangelicæ renati : qui nomine Chriſtianæ fidei ad Præſidem delati ſunt, & cum de generoſo & invicto illorum animo conſtaret, ad gladium damnati, reciſis cervicibus curſum abſolverunt, & ad Dominum emigrarunt. *Eadem leguntur apud Maximum Epiſcopum Cytherorum ἐν βίοις ἁγίων. In MS. Synaxario Pariſienſi collegii Claromontani ſine encomio celebratur memoria quatuor Martyrum his verbis :* Μνήμη τῶν ἁγίων Μαρτύρων Ἀγαθοκλείας, Καλλίστης, Ἑρμογένους καὶ Εὐόδου. Memoria ſanctorum Martyrum Agathocleiæ, Calliſtæ, Hermogenis & Euodi. *Nulla* Agathocleia *inter Siculos Sanctos apud Cajetanum reperitur. Colitur à Græcis, & refertur in Martyrologium Romanum* S Agothoclia Martyr XVII *Septembris, forſan per errorem, aut aliqua de cauſa nobis ignota, ad hunc diem etiam relata. In Menologio Cardinalis Sirleti, ad diem* 11 *Septembris, celebratur memoria dictorum* Euodii, Calliſtæ & Hermogenis, *elogio ex Menæis deſumpto. Citato hoc Menologio iſta ad dictum ſecundum Septembris in hodierno Martyrologio Romano leguntur :* Eodem die paſſio SS. Euodii, Hermogenis & Calliſtæ germanorum.

& 2 Septembris.

B

3 *Memoratus Octavius Cajetanus Syracuſanus, tomo* 1 *de Vitis Sanctorum Siculorum, de hiſce Sanctis agit pag.* 124 *& ſequente, & in Animadverſionibus pag.* 104, *aliqua antiquæ venerationis teſtimonia adfert ; ac primo* Joannis monachi, qui *illi* Damaſcenus eſt, *& ait :* Advenit initium anni, invitans ad celebrandos illuſtres Calliſten, Euodium & Hermogenem, germanos fratres athletas. *Secundo adducitur* Philippus Tauromeniorum Antiſtes, qui idem, *inquit*, forte eſt ac Theophanes eorumdem Præſul. *Eſt homilia de Nova Indictione, quam ſub titulo* Gregorii, cognomento Figuli, *ſeu* Ceramei, Tauromenitani in Sicilia Archiepiſcopi, *edidit Græco-Latinam Dionyſius Petavius ad Nicephori Conſtantinopolitani Breviarium, & pag.* 270, *de his Sanctis iſta habet :* Calliſtæ, Euodi atque Hermogenis, non minus fide quam natura germanorum, anniverſarium agimus diem. *Et hi cum Menæis Græcorum celebrarunt feſtum horum Martyrum ad Kalendas Septembris, à quibus Græci auſpicantur* initium anni *&* novam Indictionem. *Tertium teſtimonium S. Ioſephi Hymnographi, profertur ejuſmodi :* Fideliter in ſcamma martyrii Calliſte ingreſſa es, prædicans cum duobus Fratribus Chriſtum Deum noſtrum. Quippe divino amore ſuccenſa, vere ſpiritualia Eccleſiæ Chriſti vaſa eos perfeciſti : quare cum ipſis Martyr in cæleſtem vitam coaptata es.

Philippo, ſeu Theophane aut Gregorio Tauromenitano.

& S. Ioſepho hymnographo.

C

4 *Denique ex MS. Græco Contacario monaſterii S. Philippi Fragalatis, profertur ejuſmodi precatio :* Præclare ſane Chriſto decertaviſtis, amore coaliti, quaſi unus in tribus eſſet corporibus animus, genere fratres, fide Martyres ſanctiſſimi. Tu vero qui unus es in ſanctis viris glorioſus, eorum precationibus nos tueare. Operæ pretium exiſtimo à ſacris victoribus impulſum hymnos in medium afferre : quare oro te, ô ſapientiæ Largitor, ut ſancti Spiritus tui ſplendore mentem linguamque meam emundes, ut ea concinam, quæ jus faſque jubet. Hoc abs te etiam atque etiam peto (ex te enim chariſmatum fontes emanant) ô Verbum Patris, qui fontem luminis in tenebricoſos effundis, ſapientiamque impertiris indoctis imperitiſque : quæ tua bonitas eſt, ſolus in Sanctis requieſcens. Tota pulchra es, ô Martyr Calliſta, quapropter concupivit Rex ſpeciem tuam. Tu quippe perinde ac propria veraque mater, germanis fratribus pietatis nutricem te præſtitiſti ; & urgens eos ad certamen, Hermogenem, Euodumque, tamquam dona gratiſſima, Domino obtuliſti ; quibuſcum una immortalia præmia ſortiris : quæ nobis ſe daturum recepit is, qui ſolus requieſcit in Sanctis ſuis. *Hæc ibi, quæ omnia ut hactenus dicta inter ſeſe cohærent, & eorumdem Sanctorum triumphum confirmant : atque* Calliſtam *Sororem, non* Calliſtum *dici exigunt, patiuntur autem ut* Euodius *ſive* Euodus, *ut paſſim in ſimilibus fit, pro arbitrio dicatur.*

Precatio ex carmine Græco ad eoſdem.

D

5 *De tempore, quo hi Sancti martyrium ſubierint, nihil certi conſtat. Rocchus Pirrus, tomo* 2 *Siciliæ ſacræ in Notitia Syracuſanæ Eccleſiæ pag.* 125. *tradit* anno CCCIX XXV Aprilis, Syracuſis martyrium feciſſe Calliſten, Euodium, & Hermogenem fratres, adſtipulantibus Martyrologio Romano, Maurolyco, Uſuardo (*ſed in his nihil de tempore martyrii traditur*) Cajetano & Ferrario. *Et Ferrarius quidem* in immani Diocletiani, ut eſt conjectura, perſecutione ob Chriſtianæ fidei conſtantiam martyrium perpeſſos eſſe *tradit. Cajetanus in margine ad Acta horum Martyrum apponit* annum Chriſti CCCIV : *ſed, ut bene notavit Ferrarius*, ex conjectura. *Quidni citius paſſi ſint ; quos primo loco recenſet Martyrologium S. Hieronymi ? Habuit urbs Syracuſana primitias Martyrum ſub Nerone, de quibus egimus Kalendis Ianuarii : quo etiam ſeculo Martyres occubuerunt Epiſcopi Syracuſani* Marcianus, *ejuſque ſucceſſor* Chreſtus, *cui ſocius datur* S. Peregrinus, Martyr ſub Domitiano, III *Novembris paſſus*

Quo tempore martyrium illatum.

E

6 *Hactenus bene conſtantia piget addere, quæ de S. Hermogene & ſociis circumferuntur ab hodiernis Hiſpanis ex Additionibus ad Maximi Chronicon, ſub nomine Helecæ Epiſcopi Cæſar-auguſtani adjuncta, quaſi* S. Hermogenes viderit S. Jacobum Apoſtolum Hieroſolymis morientem, & cum aliis diſcipulis comitatus ejus corpus in navi ad Hiſpaniam, & poſt ejus appulſum Iriam-Flaviam Gallæciæ civitatem, ad Italiam ſe contulerit, & in perſecutione Neronis Syracuſis prædicans, fuerit cum aliis occiſus : *prout hæc edidit Ruderitus Carus cum Chronicis Dextri & Maximi pag.* 224. *Ex hoc tamen fundamento aliam Hermogenis Vitam procudit Franciſcus Bivarius, in Additionibus ad Chronicon Maximi pag.* 24. *Eodem fundamento ipſum S. Hermogenem tandem ſuo Martyrologio Hiſpanico inſeruit Tamajus Salazar ad hunc diem, & Vitam contexuit ex Lectionibus, quæ de S. Iacobo recitantur, eruntque excutienda ad diem* XXV *Iulii. Sed eſto tunc aliquis Hermogenes vixerit, etiam diverſus ab illo, quem à fide deviaſſe innuit S. Paulus epiſtola* 2 *ad Timotheum cap.* 1, *an hoc ſatis eſt utcontinuo illuſtris hic Syracuſanus Martyr attrahatur ad dictum comitatum S. Iacobi ? Certiora nos requirimus monumenta.*

Nonnulla conficta apud hodiernos Hiſpanos.

F

DE

DE SS. NOBILE SEV NVBILE,

MARTIA, HERMEMPHO, FORTVNATO, IOCVNDO,

MARTYRIBVS AFRIS. G. H

XXV APR. DVo priores hujus claſsis Martyres inſcripti ſunt antiquis Martyrologiis Mss. monaſteriorum, Rhinovienſis in Helvetia, & Richenovienſis ſive Augiæ-divitis prope Conſtantiam in Suevia, his utrobique verbis: In Africa Nobilis, Martiæ, *quæ in altero Ms.* Matiæ *ſcribitur. At loco non addito indicatur* Fortunatus *in Mss. Aquiſgranenſi, Auguſtano & Labbæano; item apud Grevenum in Auctario Vſuardi. Iidem cum quarto ſocio ſic referuntur in Martyrologio S. Hieronymi*: In Africa Nobilis, Marcæ, Hermemphi, Fortunati. *Horum primus etiam* Nubilis *dicitur*, & Marca, Marcia & Maria: Hermemphus, Memphus: *quibus additur in apographo Corbeienſi Pariſiis excuſo* Jocundus. *Quod nomen ſæpius in dicto codice ſub finem additum invenitur: & cū tali monitione, hic in titulo collocatur. Nam die* VIII *Martii* S. Jocundus *etiam* Martyr in Africa, *ex dicto apographo Corbeienſi adjungitur aliis* XI *Martyribus iſtic nominatim expreſsis. Vti* XVIII *Martii*, S. Jocundus Martyr in Mauritania *celebratur cum* SS. Curento, Timotheo & Salda. *Iterum* XIV *Martii*, S. Jocundus Martyr Nicomediæ *ex eodem Corbeienſi Ms. refertur cum* SS. Feliciſſimo, Dativo & Frontino. *Præterea ex variis Martyrologiis celebratur* S. Jocundus Martyr V *Ianuarii, cum alii* XIII *ibidem deſignatis: &* VII *Martii cum* SS. Saturnino, Artaxio & Quinto. *Item* SS. Fortunatus & Iocundus Martyres in Africa, *memorantur* IX *Ianuarii, ſed habent adjunctos & ſuis nominibus diſtinctos alios quindecim Martyres. Eſt præterea* S. Fortunatus Martyr in Africa *relatus*, XVII, XIX & XXVII *Ianuarii*, & XXI *Martii*, *ſed ubique alii ab his junguntur Socii.* Nobilis *ſeu* Nubilis, Martia, Hermemphus *aut* Memphus in Africa, *aut etiam alibi* Martyres, *hactenus, quantum recordamur, non fuerunt relati.* B E

DE S. NICE MARTYRE,

APVD GRÆCOS. G. H.

AN. CCCIII. *Celebratur 25 Aprilis,* MEnea excuſa hujus Heroidis ita meminerunt: Eadem die XXV Aprilis ſanctæ Martyris Nices, quæ (*uti in Menais Mss. Chifletianis dicitur*) gladio eſt interempta. *Quia autem* νίκη victoriam *ſignificat, in adjuncto diſtycho ad ſignificationem hujus vocis alluditur*, & huic diſciſſæ, ut Νικεφόρῳ victoriæ latrici, *dicitur* victoriæ remunerator pulchra victoriæ præmia dare: *quæ ſic Græce exprimuntur*:

Νίκης βραβεῖα φαιδρὰ τῇ τετμημένῃ
Νίκης βραβευὴς δίδωσιν ὡς Νικηφόρῳ.

Hujus ſanctæ Nices, *quæ &* Victoria *poteſt dici, memoria celebratur in Ms. Græco Synaxario Pariſienſi collegii Claromontani Societatis Ieſu, & in duplici Ms. Græco Taurinenſi Ducis Sabaudiæ, ſed præcedenti die* XXIV *Aprilis, ubi adjuncta eſt SS. Euſebio, Neoni, Leontio & Longino Martyribus Nicomedienſibus, qui à Georgio Megalo-Martyre ad fidem Chriſti converſi ibidem coronam martyrii adepti ſunt ſub Diocletiano Imperatore; anno Chriſti* CCCIII, *quod etiam de hac S. Nice videtur dicendum. Eadem ſub nomine* Victoriæ *memoratur à Laberio in Menologio Virginum, præfato ſe illius notitiam ex magnis Menais Græcorum accepiſſe.* & 24 *Aprilis.*

DE S. PVBLIO MILITE,

MARTYRE NIGOMEDIÆ. G. H.

SUB LICINIO. C *Encomium ex Menologio Baſilii Imper. 25 Aprilis.* BAſilii Porphyrogeniti Imperatoris cura & mãdato, ſeculo Chriſti decimo, editum Menologium, nobis proponit hunc Martyrem: *quem Nicomediæ paſſum ſcimus, quod converſus ſit, audita iſtic S. Baſilei Epiſcopi Amaſeæ de Chriſto prædicatione; cujus Acta martyrii ſequenti die* XXVI *Aprilis proferemus. De hoc vero in dicto Menologio illud habetur elogium.* Certamen ſancti Martyris Publii. Sanctus hic Chriſti Martyr Publius, miles fuit, Licinii Imperatoris copiis adſcriptus, & ab ipſo ſumme dilectus, eo quod in plurimis belli occaſionibus ſe ſtrenue ac fortiter geſſiſſet. Quando autem ſacroſanctus Chriſti Martyr Amaſeæ Epiſcopus vinctus coram ipſo Licinio adductus eſt, ac generoſe ipſum redarguit; ſtultumque impurorum dæmonum ac idolorum cultum deteſtatus, quæ ſpectant ad veri Dei ſcientiam & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Incarnationem, plenius enarravit; illico militari baltheo quo cingebatur, atque armis projectis, ſe Chriſtianum eſſe profeſſus eſt; ac ſe cæleſtis Dei ſervum ac militem promulgavit. Proinde in iram grandem excitatus Licinius, facie ſubito commutatus, primum quidem ipſum toto conatu & blanditiis multis ab illa mentis ſententia amovere conatus eſt. Quod cum nequiret, crudeliter eum excruciari, atque enſe demum cervicem ei amputari juſſit. F

2 *In Menais colitur* XXVII *Aprilis*, & *qui in dicto Menologio* Πεβλίῳ *dicitur, ibidem* Πεβλίων *appellatur*, & enſe vitam finiviſſe *dicitur, addito hoc diſtycho*: *Memoria in Menais 27 Aprilis.*

Σφαγεὶς Πεβλίων αἵματι σὸν Χριστῷ χέεις,
Ὡς ἠγορασθεὶς αἵματι Χριστοῦ πάλαι.
Chriſti cruore fuſo redemptus olim,
Chriſto cruorem, Publion, fundis tuum.

In Synaxario Pariſienſi collegii Claromontani Societatis Ieſu, idem S. Publion Martyr *colitur* XXVIII *Aprilis.* *Alibi 28 Aprilis.*

DE SANCTO STEPHANO,

G. H.

EPISCOPO ANTIOCHENO, ET MARTYRE.

ANNO CCCCLXXIX

Vnius Stephani & Martyris meminerũt Euagrius,

Ecclesia Antiochena, quæ primis rei Christianæ temporibus insigni floruerat Episcoporum sanctitate, Euodii imprimis Ignatii & Babylæ Christi Martyrum; postquam pulso ab Arriani Episcopo Eustathio, seditionum fluctibus agitari semel cœpit, vix unquam solidam pacem habuit, novis subinde schismatis aut hæresibus subnascentibus. Plena de his sunt Ecclesiasticæ historiæ, maxime ubi de S. Meletio Episcopo agitur, cujus ejectio non solum Arriano Euzoio ingressum aperuit, sed ipsos quoque orthodoxos scidit in partes, propter Flavianum vivente adhuc Meletio subrogatum, ut esset qui Euzoio opponeretur; quæ de re pluribus egimus ad XII *Februarii. Gravius iterum recruduerunt turbæ sequenti seculo, adeo ut Martyrius Episcopus*, Clero immorigero, & Populo rebelli, & Ecclesiæ contaminatæ renuntiare *maluerit, quam diutius cum illis conflictari: atque ita locus datus est Petro Fulloni, homini vafro & perfido: quem licet semel iterumque à collo suo excusserit Ecclesia, hæreseos convictum damnatumque, non tamen excutere potuit omnes ejus fautores: quibus agentibus vexati orthodoxi Episcopi sunt, unus etiam crudeli morte extinctus, Stephanus scilicet, atque ipse demum Petrus per fas nefasque restitutus. De Stephano sic loquitur Romanum Martyrologium ad hunc* XXV *Aprilis*: Antiochiæ S. Stephani, Episcopi & Martyris, qui ab hæreticis, Synodum Chalcedonensem impugnantibus, multa passus, in Orontem fluvium præcipitatus est, tempore Zenonis Imperatoris.

B

Cultus sacer.

E duobus Stephanus apud Theophanem

tempus prioris,

2 *Fuerunt tunc duo consequenter Episcopi Antiocheni, Stephani nomine appellati, ideoque controversum fuit, uter illorum esset martyr appellandus. Quare primo utriusque Acta ex Theophanis Chronographia collegimus. Hic ergo cum narrasset Zenonem, ante pulsum. Constantinopolim ingressum, & ab eo Basiliscum tyrannum captum atque in exilium ablegatum, quod anno* CCCCLXXVII *contigit, ista subdit*: Ceterum Petrum Fullonem, ut qui Basiliscо faverat, *ab hoc scilicet in Episcopatum Antiochenum restitutus*, Zeno habuit exosum. Orientalis itaque Synodi decreto dignitate motus est, & in ejus locum Joannes ordinatus. Hic quoque post tres menses eiicitur, ac demum successor ejus Stephanus, vir pietate spectabilis, Antiochiæ promovetur Episcopus. *Anno vero sequenti* In dictione prima,

C

Stephanus, communi Petri Fullonis sequacium suffragio, apud Zenonem quasi Nestorianus accusatur: eum tamen, velut ab impositio crimine alienum, Orientalis Synodus, Imperatoris mandato Laodiceæ congregata, suæ Sedi restituit. *Dein ad annum* VII *Zenonis, Christi* CCCCLXXX, *saltem post mensem Augustum*, Stephano Antiochiæ Episcopo fatis functo, Stephanum alterum Zenonis Imperatoris jussu in ejus locum ordinaverunt: quem fidei perduelles, pro sua in Petrum Fullonem propensione, in amentiæ subsidium furorem armantes, in sancti Martyris Barlaam baptisterio acutis calamis perfossum & necatum, in Orontem fluvium projecerunt. Zeno porro facinus attentatum ulturus, Acacio Constantinopolitano Præsuli, ut Antiochiæ crearet Episcopum, mandavit: qui creavit Calandionem. Antiocheni ordinationis factæ nescii, Joannem nomine Codonatum sibi præfecerunt Episcopum: quem Calandion postmodum in Tyri Sedem, quæ post Antiochiam prima est, transtulit. *Hæc Theophanes, quæ eadem, sed paulo contractius inseruit Historiæ suæ Ecclesiasticæ Anastasius Bibliothecarius.*

& posterioris, quem is Martyrem statuit.

3 *Euagrius libr.* 3 *Historiæ Ecclesiasticæ cap.* 10, *omissis Ioanne & Stephano altero ista scribit*: Petro Ecclesia Antiochena exturbato, Stephanus illius Sedem capessit: quem Antiocheni calamis, ad similitudinem hastarum præacutis, uti scribit Joannes Rhetor, confecerunt. Quo extincto, Calandio illius Sedis clavum suscepit: qui omnes, qui ipsum adibant induxit, ut tum Timotheo tum litteris Basilisci generatim ad omnes scriptis anathema indicerent. *Nicephorus lib.* 15 *suæ historiæ capite* 28, *fere Euagrium secutus, ista scribit*: Petro Fulloni *sive* Cnaphæo, Stephanus substitutus est, quem Antiocheni pueri, quod scilicet Cnaphæo adhuc addicti essent, acutis calamis veluti cuspidibus jugularunt, & in amnem, qui urbem eam præterfluit, conjecerunt, sicuti Joannes Rhetor tradit. Stephano in Episcopatu Calendion, qui tum Constantinopoli propter certum negotium erat, successit. *Hæc ibi.* *Baronius anno* 479 *num.* 2 *cum verbis Euagrii martyrium Ioannis narrasset, addit*, De Joanne Rhetore mentionem fieri apud Photium, qui ait ipsum sui temporis esse prosecutum historiam: nimirum à temporibus Theodosii usque ad finem Zenonis. Utinam illam nobis Græcia conservasset, Martyrum sanguine adeo illustratam. . . . . Post hunc divinum Martyrem Stephanum, alium in locum ejus subrogatum Stephanum, sed eumdem tantummodo unum sedisse annum, habet Nicephori Chronicon: postea vero electum esse Calendionem, ibidem notatum, ostenditur.

Nicephorus Euagrium secutus,

ex Ioanne Rhetore:

E

S. Nicephorum consentit Theophani,

4 *Verba S. Nicephori Patriarchæ sunt ista*: Petrus Fullo, ejectus à Zenone, annis tribus. Joannes, qui trimestri spatio exacto ejectus est. Stephanus annis tribus. Stephanus alter anno uno. Calandion annis quatuor. *Quæ plane consentiunt iis, quæ Theophanes habet, qui seniori Stephano etiam annos tres tribuit, & asserit juniorem Stephanum primo anno Sedis suæ fuisse occisum, & huic Calandionem ab Acacio subrogatum; contra quem Antiocheni Ioannem crearunt, sed nescii ordinationis de Calendione factæ, cui postmodum intellecta acquieverunt. Coluntur præfati Scriptores mense Martii*; S. *Theophanes, die* XII, *mortuus anno* DCCCXX; S. *Nicephorus, die* XIII, *vita functus anno* DCCCXXVIII; *ergo post eadem* S. *Stephani elapsis circiter annis trecentis & quinquaginta, ut non mirum foret, si cædes & tempus Sedis unius Stephani, alteri Stephano fuissent ab iis tributa.*

sed vidimur ambo falli.

F

Est primus Stephanus occisus an. 479.

5 *Temporibus horum Episcoporum Antiochenorum præerat Ecclesiæ universæ* S. *Simplicius Papa Romanus, creatus anno* CCCCLXVII, *mortuus anno* CCCCLXXXIII, *secunda Martii, ad quem diem ejus Acta dedimus, & in iis martyrium* S. *Stephani attigimus, reliqua ad hunc diem rejecimus accuratius examinanda. Acceperat hic Pontifex litteras à Zenone Imperatore & Acacio Episcopo Constantinopolitano, de Episcopo Antiocheno occiso; & respondet*, X Kalendas Julias post Consulatum Illi V. C., *ergo anno* CCCCLXXIX, *biennio solum aut forte non integro elapso, post expulsum Basiliscum Constantinopoli, & Petrum Fullonem ex Sede Antiochena; cui tunc Ioannes subrogatus, post tres vero menses ejectus est, & in ejus locum Stephanus constitutus, sed intra primum Sedis annum occisus; & Constantinopoli Successor ordinatus, non observato Decreto Nicæni Concilii, in quo dispensat* S. *Simplicius, missa ut diximus epistola* XXII *Iunii anni* CCCCLXXIX, *quam hic damus, & est hujusmodi*: Simplicius Episcopus Zenoni Augusto.

tunc 22 Iunii S. Simplicius Papa,

6 De Ecclesia Antiochena, venerandos mihi semper vestræ pietatis apices gavisus accepi: quibus ingenito

A *reſcribit ad Zenonem de pece intellecta,*

genito vobis ſtudio Catholicæ religionis, poſt defenſionem fidei, quæ vos ſervat & cuſtodit, impietatis audaciam & facinora apud Antiochiam perpetrata, coërcita reperimus: exultantes vobis ineſſe animum fideliſſimi Sacerdotis & Principis, ut Imperialis auctoritas juncta Chriſtianæ religioni & acceptabilior Deo fieret, & appareret integrior; cum hi, qui in Epiſcoporum neces ſacrilega cæde verſati ſunt, dignis jubentur perire ſuppliciis. In quo & quieti Eccleſiæ & veſtro conſuletis Imperio; quia vindicata Dei contumelia, ulciſcentis eſt gratia; & conciliatur his divini favoris auxilium, quorum cura ſacrilegium non reliquerit impunitum. Sed, ut loquar fiducialiter Principi Chriſtiano, ſi præteritarum litterarum (quas de Petri aliorumque nomine jam dudum ad Fratrem & Coëpiſcopum meum Acacium ſcripſiſſe memini) ordo teneretur, ad hoc non potuit perveniri, quod jure nunc meruit vindicari. Mandaveram namque, ut facta ſuggeſtione pietati veſtræ, prædictus ut & ceteri, qui per occaſionem tyrannicæ dominationis invaſerant Eccleſias Dei, extra metas veſtri pellerentur Imperii: ne peſtiferis ſenſibus quibuſque ſimplicioribus ore ſacrilego virus infunderent, & verbis impiis contra fidem orthodoxam innocentiores animas ſauciarent. Quod tum apparet, cum minus iſta curantur & levia eſſe creduntur. Actum eſt, ut (quemadmodum perhibetis) inter altaria, non tam plebs perſuaſionibus eorum, ſed ipſi quoque Præſules & prædicatores fidei Sacerdotes funeſtis gladiis perirent. Unde ſi quæ & aliæ reliquiæ ſub veſtro reperiuntur Imperio, eas vel nunc in exteriores terras jubete propelli: ne qua deinceps in eo ſit neceſſitas & cauſa ſupplicii. Quia melius eſt aditum obſtruxiſſe, quam pœnam exegiſſe peccati.

B

ratam habet electionem ſucceſſoris Epiſcopi Antiocheni,

7 Et quoniam ſeditiones Antiochenas religioſiſſimo propoſito ſedandas non aliter exiſtimaſtis, niſi præter præjudicium venerandi illius Concilii Nicæni apud Conſtantinopolim iiſdem petentibus ordinaretur Antiſtes: quod in ejus tantummodo perſona ſic memoraſtis aſſumptum, ut deinceps ſecundum definitiones Patrum Orientali Synodo creatio Antiocheni Pontificis ſervaretur; nec haberi loco vultis injuriæ, quod diſſenſionis gratia factum eſt auferendæ: tenet hanc pietatis veſtræ B. Petrus Apoſtolus ſponſionem, & Chriſtianiſſimi fideliſſimique Principis mentem in hæc verba juraſſe, quod poſthac in Antiochena urbe veteri more ſervato à Comprovincialibus ſuis Epiſcopis ordinetur: ne, quod nunc Frater & Coëpiſcopus meus Acacius Vobis jubentibus eſt executus, in uſum poſteritatis veniat; & ſtatuta Patrum, quæ præcipue præſtabis illæſa, confundat. Unde quæ à Vobis amore quietis ſancte & religioſe ſunt ordinata, reprobare non poſſumus: ne ſtatus Antiochenæ Eccleſiæ ſub noſtra dubitatione videatur ambiguus, præcipue cum is, qui legitur ordinatus, teſtimonio clementiæ veſtræ, & tanta ſit prædicatione ſubnixus, ut in eo, præter horum vulnerum dolorem, poſito, poſſimus & Eccleſiæ, quæ illum meruit gratulari. Hæc repenſis ſermonibus & venerationis officio reſpondere curavi, ut tantas hæreticorum fraudes & facinora divinis & ſecularibus legibus perſequenda, quæ ſæpius probatis eſſe tam noxia, de memoria & converſatione hominum jubeatis auferri; quorum impietas nullâ, quantum videtis, poteſt auctoritate compeſci. Data x Kalendas Julias poſt Conſulatum Illi V. C.

C

AUCTORE G. H.

E

8 *Hæc S. Simplicius ad Zenonem Imperatorem: ex qua epiſtola colligit Baronius, in Notis ad Martyrologium,* non tantum Stephanum, ſed & alios orthodoxos Epiſcopos ab hæreticis tunc Antiochiæ occiſos eſſe. *Scripſit tunc aliam S. Simplicius ad Acacium Epiſcopum epiſtolam, ex qua priorem partem hic ſubjungimus. Ita ergo incipit:* Simplicius Epiſcopus Acacio Epiſcopo Conſtantinopolitano. Clementiſſimi Principis litteris tuæque dilectionis, de ſacrilega & funeſtiſſima cæde, quæ apud Antiochiam facta eſt, ſauciatus & nimium affectus mœrore, reſpondeo, aſtruens, ſi quæ dudum de Petro & aliis complicibus eorum ſcripſeram, & ut pietati ejus cum ceteris qui aderant fratribus ſuggereretur poſtularam, ut optaveram ordinatum fuiſſet; hæreticorum temeritas ad tantum facinus non veniret: nec aliquid neceſſitatis exiſteret, ut non aliter prædictæ ſubveniretur Eccleſiæ, niſi ut aliquid de jure ejus curatio ipſa minueret. Quamvis enim profecerit ad quietem, quod Chriſtianiſſimi Principis juſſione, vel ſine præjudicio Canonum, à tua caritate fuerit Antiochenus Epiſcopus ordinatus; tamen non eſt ſine invidia factum: cujus cavendum deinceps etiam ille teſtatur qui præcepit exemplum.

ſimilia ſcribit ad Acacium Epiſc. C P.

9 *Hæc S. Simplicius, à quo quis fuerit ſubſtitutus, non indicatur nomine expreſſo. Et fuit neceſſario alter Stephanus, cujus Sedi ſunt tribuendi tres anni, quos perperam Theophanes & Nicephorus tribuerant Stephano priori. Eſto ergo cades S. Stephani contigerit hoc* XXV *Aprilis anno* CCCCLXXIX, *poſt quem diem delata rei geſtæ ſeries Conſtantinopolim, & juſſu Imperatoris ordinatus eſt Stephanus ſucceſſor; ejuſque ordinatio indicata S. Simplicio Papæ, qui die* XXII *Iunii reſpondit. Qui integro triennio elapſo* Idibus Juliis, Severino V. C. Conſule, *id eſt anno* CCCCLXXXII, *alias litteras miſit Acacio, quibus indicat ſe intellexiſſe Calendionem in Epiſcopum Antiochenum conſecratum, cujus electionem confirmat.*

Stephanus 2 triennio præfit

eō Calendio ſucceſſit anno 482.

F

10 *Egimus* X *Martii de S. Melitone & ſocio Martyribus, quorum ſacra oſſa Venetiis in templo S. Lazari in Ptochotrophio ſeu pia domo mendicantium, ſub directione venerabilium Sacerdotum Somaſchenſis Sodalitatis, aſſervantur,* ex Antiochia, *ut Bulla habet, ſeu* Bithynia, Natolia nuncupata, alias tranſlata *cum aliis aliorum reliquiis, inter quas, poſt ſacra oſſa præfatorum Martyrum, primo loco memorantur* pedes S. Stephani Epiſcopi Antiocheni; *quod hic indicare voluimus. Reliqua ad dictum* X *Martii legi poſſunt.*

Reliquiæ S. Stephani Venetiis.

DE S. MANSVETO MARTYRE,

ARGENTANII IN NORMANNIA.

Occaſione aditi à nobis Montis-Martyrum,

MOns-Martyrum haud procul à Pariſina civitate diſtans, cum aliis multis rebus inſignis eſt, tum noſtræ Societatis hominibus ea præſertim nomine venerabilis, quod iſtic ſuum veluti natalem Religio hæc habuerit, convenientibus illuc feſto Aſſumptæ Virginis primis Sociis ad vota quædam ſimplicia nuncupanda, quibus divino ſeſe ſervitio in futurum mancipaverunt. Supereſt ibidem, monſtraturque ſacellum ſubterraneum cum altari, ad quod res peracta & ſupra illud inſigne ſacellum, quod ingredientibus templum occurrit ad dextram, picturis marmoribuſque inſigniter ornatum ſub titulo S. Ignatii, cura P. Iuliani Bonnefons, Scriptoris inter aſceticos hoc tempore famoſi.

AUCTORE D. P. *Ergo cum Romæ per Galliam reverteremur in Belgium, & Parisiis aliquanto tempore commoraremur, indagandis Sanctorum Actis intenti; nefas duximus non etiam devotionis causâ locum adire, & eucharisticum litare sacrificium pro beneficio vocationis nostræ ad Societatem, ibidem fundari cœptam: quo rite peracto, junxit se nobis ex iis qui aderat Sacerdotibus vir perquam humanus, D. Prouverre dictus; & de operis nostri instituto requirens, auxilium si quod posset benigne addixit: promissi deinde sui nequaquam immemor, anno* MDCLXIII, *misit Argentanio Antverpiam sequens Instrumentum, quod ex Gallico Latine reddimus, in hunc modum.*

oblata notitia S. Mansueti;

cujus corpus cuidam P. Capucino

2 Nos Renatus Mahot, Presbyter Curatus oppidi Argentanii, & Decanus dicti loci diœcesis Sagiensis, in provincia Normanniæ, Licentiatus in Iure Canonum & Notarius Apostolicus, fidem facimus omnibus, quorum interierit, quod mense Septembri ultimum præterito à R. P. Ludovico Francisco Argentanensi Cappucino, primo Definitore Ordinis in provincia Normanniæ, donata fuerit civibus & habitatoribus dicti Argentanii capsa abjegna, duos pedes longa & unum fere lata, in qua continebatur corpus glorioſi Martyris S. Mansueti: videlicet caput integrum solidumque, sex aut septem ossa cubitum unum longa; & magnus numerus aliorum ossium magnitudine & longitudine spectabilium, una cum Bulla tenoris sequentis.

B

Roma missum anno 1650,

3 Alexander Victricius, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Aletrinus, universis, præsentes nostras Litteras lecturis, fidem facimus & attestamur, qualiter, dum Vices-gerentis munere fungeremur, instante apud nos adm. R. P. Fr. Richardo Hibernensi Ordinis Capucinorum, donavimus adm, R. P. Fr. Ludovico Francisco Argentanensi ejusdem Ordinis, corpus seu ossa corporis S. Mansueti Martyris, inclusum in capsula lignea, cordula ligata & sigilli nostri impressione in cera Hispanica rubra munita, una cum Reliquiis desumptis ex corporibus sanctorum Martyrum Celsi, Magni, Cælestini, Victoris, Justini, Felicis, Pii & Pacifici: nec non in alia capsula minori, sicut supradicta etiam clausa sub nostro sigillo, brachium S. Hippolyti Martyris: quorum

cum aliis Sanctorum Reliquiis,

sanctorum Martyrum corpora tunc temporis, de mandato S. D. N. Innocentii Papæ X ex cœmeteriis Calisti & Calepodii respective extraximus: & prædictas capsulas, ut supra clausas dicto P. Fr. Richardo consignavimus, ad effectum pariter consignandi seu mittendi prædicto P. Fr. Francisco. cui facultatem dedimus prædictum sacrum corpus & Reliquias, & brachium, penes se retinendi, aliis donandi, ab urbe extrahendi, & in quavis ecclesia, oratorio vel pio loco publicæ venerationi fidelium exponendi de Ordinarii licentia. In quorum fidem præsentes, manu nostra firmatas & sigillo nostro munitas, per nostrum Secretarium jussimus expediri, in alma Urbe, die x Junii, MDCL.

C

Alexander Episcopus Alatrinus.

✠

Bernard. Gasbarra Secretarius.

anno 1658 recognitum ab Episcopo Sagiensi,

4 Prædictum vero sacrum corpus cum adjunctis ei Reliquiis, huic nostræ parochiali ecclesiæ S. Germani donatum, depositum fuit à præfato P. Francisco in æde Patrum Capucinorum hujus oppidi, usque dum D. Franciscus de Rouxel de Mondavy, Episcopus Sagiensis translationem feciſſet. Qui anno MDCLVIII, die VII Aprilis, nostro & parochianorum omnium rogatu, ad dictam S. Germani ecclesiam personaliter accedens, mandavit Mag. Roberto du Frische, magno Vicario suo & Præposito ecclesiæ cathedralis Sagiensis, aperire coram nobis medicisque & chirurgis quibusdam ad id vocatis prænemoratam capsam: consequenter autem, ego prænominatus Curatus Argentanensis, indutus superpelliceo & stola, eduxi sigillatim caput & ossa S. Mansueti; quæ omnia à medicis chirurgisque fuerunt agnita pro humani corporis membris. Ut autem solemnius perageretur Translatio tam pretiosi thesauri, Synodum Curatorum omnium suæ diœcesis convocavit Episcopus, in diem S. Marci, ad templum S. Germani: ubi coram omnibus, viri zelum & eloquentiam mirantibus, insignem habuit panegyricum de laudibus S. Mansueti, quem secuta est Processio generalis ex æde S. Germani ad ecclesiam Capucinorum.

D

convocata Synodo diœcesana

processione solenni,

5 Pompam ducebant tubicines quatuor, subsequentibus primum Patribus Capucinis numero triginta, in quibus erant adm. R. P. Provincialis & prænominatus P. Franciscus; tum Cordigeris duodecim, & Prædicatoribus conventus Argentanensis circiter sedecim. Exinde post Crucem Episcopalem procedebat Clerus secularis tam Curatorum circiter quandringentorum quam aliorum Ecclesiasticorum, qui omnes cereum manu gestabant, agmen claudentibus aliis nonaginta Curatis pluvialia indutis, inter quos Decani quindecim, ac tandem ipso D. Episcopo cum omnibus suis Officialibus. His ita prægressis, ordo populi talis fuit: primum locum tenebant confraternitates Argentanensium civium duæ à Caritate nuncupatæ, scilicet S. Germani & S. Martini, singulis quoque suum cereum gestantibus: quos sequebatur D. Marchio de Grandsay, D. Episcopi nepos, cum omnibus Magistratibus & Officialibus Argentanensibus, atque promiscui sexus multitudine tanta, tam ex oppido quam ex circumjectis locis intervallo decem leucarum collecta, ut sint qui dicant supra viginti hominum millia numerata eorum, qui vel suo procedebant ordine, vel procedentium stipabant latus: idque citra confusionem vel minimam, cura & vigilantia Officialium militarium, ad oppidi præsidium constitutorum.

E

ab ecclesia Capucinorum

6 Postquam D. Episcopus cum universo Clero ingressus ecclesiam Capucinorum erat, jussit denuo arcam aperiri, supra altare majus expositam, ex eaque educta S. Mansueti Martyris ossa, transposuit in aliam arcam ligneam rubro Cremesino serico magnifice vestitam: quam deinde duo magni Vicarii in suos sustulere humeros, & prælatum sibi insigne vexillum, in quo sancti Martyris imago erat artificiose depicta, subsequentes, præcedebant Episcopum: atque ita universa pompa, eodem quo venerat modo ab ecclesia Capucinorum ad proximam S. Martini processit, ubi Episcopus, post musicam aliquam symphoniam, orationem de uno Martyre cecinit ad majus altare dictæ ecclesiæ: quod idem in ecclesia Divæ Virginis factum; ac denique ventum est ad ecclesiam S. Germani, ubi D. Episcopus Pontificialiter indutus Missam cecinit, assistentibus sibi Vicariis suis aliisque pluribus Ecclesiasticis. Finita autem Missa facta est convocatio Curatorum, eo modo quo in cathedrali consuevit fieri diebus synodalibus: post quam secutæ sunt Vesperæ solennes, ipso Episcopo officiante: & capsa sæpe dicta à duobus Ecclesiasticis posita est eminenti atque conspicuo loco, supra majus altare, ad hoc præparatum.

F

adparochiã S. Germani,

translatum est 25 Aprilis,

7 Ceremoniam hanc augustiorem fecit D. Patricius Plunquet, Achadensis in Hibernia Episcopus, Confirmationis Sacramentum in ecclesia S. Germani conferendo duobus diebus subsequentibus magno numero hominum: quemadmodum Dominica sequenti Diaconatus Ordinem ibidem contulit Mag. Joanni Tirmois. Eadem autem Dominica P. Franciscus Ludovicus prænominatus prædicavit de Sanctorum corporibus, intra Romanas Catacumbas quiescentibus, quas à seipso aditas curioseque lustratas asserebat; de sancto autem Martyre

A Martyre Manſueto illud imprimis memorabile aiebat ſe didiciſſe Romæ, quod tumulus ejus inventus ſit litteris graudiuſculis hoc modo inſcriptus, MANSVETVS FIDELIS CHRISTI. Porro ipſo ſolennitatis die plures prætenſæ Religionis ſectatores ſexus utriuſque, in alterutrius Epiſcopi manibus ejurarunt hæreſim: alii etiam graviter infirmi perfectam recuperavere ſanitatem, teſtantibus quibuſdam ab acuta febri ſubito ſe liberatos, aut expeditam videndi, audiendi, gradiendi facultatem, qua tempore nonnullo caruerant, ſibi eſſe reſtitutam. Quæ omnia, ut jam relata ſunt eſſe veriſſima affirmo tamquam oculatus teſtis & in ſingulis præſens: in quorum fidem hunc verbalem proceſſum conſcripſi atque ſignavi, kalendis Maii anni MDCLVIII. Decrevit autem præfatus Epiſcopus, ut annua Tranſlationis hujus memoria, ageretur Dominica poſt feſtum S. Marci proxime libera.

non ſine miraculis,

& feſtum renovatum proxima Dominica,

8 *Eſt autem* Argentanium, *ſive, ut Papirius Maſſonius in deſcriptione Galliæ appellat,* Argenta, *non minoris notæ oppidum, Vicecomitatus titulo inſigne, & caſtro firmum, pendetque ex edito colle verſus Olenam, præterlabentem fluvium, qui haud procul inde ſupra Seſuviorum ſeu Sagienſium urbem, quatuor Leucis Argenta remotam, exoriens, tandemque Baiocaſinam dioceſim ingrediens, Cadomum interluit; ibique Vdonis acceſſu auctior paulo poſt Oceano Britannico ſe immergit. Quid factum ſit aliorum Martyrum Reliquiis, tunc pariter allatis aut brachio S. Hippolyti Martyris, necdum nobis innotuit: nec ſcire magnopere refert, cum hic jam fere dictum ſit, quidquid de iis cognoſci poteſt. Ceterum tam his quam aliis Roma allatis commune eſt, quod Inſtrumentum donationis ſupponat indicia Martyrii in iis eruendis, atque ab aliis qui intra eaſdem Catacumbas olim ſepulti fuere diſcernendis, tam fuiſſe evidentia ac certa, ut minime poſſet dubitari, quin vere Martyres Chriſti fuerint quorum iſta ſunt oſſa. Quod licet par ſit credere; optandum foret tamen etiam hæc indicia ad notitiam poſteritatis venire; ut ſit quod poſtea opponatur ſub naſcituro fortaſſe dubio, quale hic moveri poſſet ex verbis tituli ſepulcralis, nullam martyrii notam continentibus; præter quæ tamen bonus ille Pater Capucinus nihil diſcere ab eis curavit, qui plura interrogati docuiſſent.* AUCTORE D. P.

Argentanii apud Sequios.

DE S. PHOEBADIO, SEV FOEGADIO,

EPISCOPO AGINNENSI IN AQVITANIA. G. H.

SUB FINEM SECULI V.

AGinnum *ſive* Agennum, *ad dextram Garumnæ fluminis verſus Burdegalam, olim urbium Aquitaniæ princeps, nunc inter claras ejus regionis civitates adhuc cenſetur, Sede Epiſcopali exornata; quam ſeculo Chriſti quarto obtinuit* S. Phœbadius, *magni nominis Præſul & librorum adverſus Arianos elucubratione clarus. Interfuit anno* CCCLIX *Synodo Ariminenſi Acta exponit, cujus Sulpicius Severus lib. 2 Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & nos late deſcripſimus* XIII Ianuarii *ad Vitam S. Hilarii, hic autem pauca ſeligimus, quæ ad S. Phœbadium ſive Fœgadium potiſſimum ſpectant.*

Intereſt anno 359 Concilio Ariminēſi,

2 Apud Ariminum urbem Italiæ Conſtantius Imperator Synodum congregari jubet, idque Tauro Præfecto imperat, ut collectos in unum non ante dimitteret, quam in unam fidem conſentirent; promiſſo eidem Conſulatu ſi rem effectui tradidiſſet. Ita miſſis per Illyricum, Italiam, Africam, Hiſpanias Galliaſque Magiſtris officialibus, acciti aut coacti quadringenti & aliquanto amplius Occidentales Epiſcopi Ariminum convenere: quibus omnibus annonas & cellaria dare Imperator præceperat: ſed id noſtris, id eſt, Aquitanis, Gallis ac Britannis indecens viſum, repudiatis fiſcalibus, propriis ſumptibus vivere maluerunt... Interea Legatos Ariminenſis Concilii ex parte noſtrorum compellit Imperator uniri hæreticorum communioni, eiſdemque conſcriptam ab improbis fidem tradit, verbis fallentibus involutam, quæ Catholicam diſciplinam, perfidia latente, loqueretur. Namque Uſiæ verbum, tamquam ambiguum, & temere à Patribus uſurpatum, neque ex auctoritate Scripturarum profectum, ſub ſpecie falſæ rationis abolebat, ne unius cum Patre ſubſtantiæ Filius crederetur. Eadem fides ſimilem Patri Filium fatebatur: ſed interius aderat fraus parata, ut eſſet ſimilis, non eſſet æqualis. Ita dimiſſis Legatis, Præfecto mandatum, ut Synodum non ante laxaret, quam conſcriptæ fidei conſentire ſe omnes ſuſcriptionibus profiterentur. Ac ſi qui pertinacius obſiſterent, dummodo is numerus intra quindecim eſſet, in exilium pellerentur. Sed regreſſis Legatis, licet vim regiam deprecantibus, negata communio. Enimvero compertis quæ decreta erant, major rerum & conſiliorum perturbatio: dein paulatim plerique noſtrorum, partim imbecillitate ingenii, partim tædio peragrinationis evicti, dedere ſe adverſariis, jam poſt reditum Legatorum ſuperioribus, & eccleſiam, noſtris inde detruſis, obtinentibus. Factaque ſemel inclinatione animorum, catervatim in partem alteram conceſſum: donec ad viginti uſque noſtrorum numerus imminutus eſt. Sed hi quanto pauciores, tanto validiores erant: conſtantiſſimuſque inter eos habebatur noſter Fœgadius, & Servatio Tungrorum Epiſcopus. Hos, quia minis & terriculis non ceſſerant, Taurus precibus aggreditur, ac lacrymans obteſtatur, mitiora uti conſulerent: clauſos intra unam urbem Epiſcopos jam ſeptimum menſem agere: injuria hiemis & inopia confectis nullam ſpem reverſionis dari. Quis tandem eſſet finis? Sequerentur plurium exemplum, auctoritatem ſaltem ex numero ſumerent. Et enimvero Fœgadius paratum ſe exilio, atque ad omne ſupplicium, in quod depoſceretur profiteri, ſe ab Arianis conceptam fidem non recepturum.

cum 400 Epiſcopis: annonam Imperatoris recuſat, cum aliis Gallis: C

variis ad Arianiſmū pertractis,

constantiſſimus perſiſtit:

3 Ita in hoc certamine aliquot dies tracti. Ubi parum ad pacem proficiebant, paulatim & ipſe infractior, ad extremum propoſita conditione evincitur. Namque Valens & Urſacius affirmantes, præſentem fidem Catholica ratione conceptam, ab Orientalibus Imperatore auctore prolatam cum piaculo repudiari: & quis diſcordiarum finis foret, ſi quæ Orientalibus placuiſſet, Occidentalibus diſpliceret? Poſtremo ſi quid minus plene præſenti fide editum videretur, ipſi adderent quæ addenda putarent, præbituros ſe in his quæ eſſent adjecta conſenſum. Favorabilis profeſſio pronis omnium animis excepta: nec ultra noſtri repugnare auſi, jam quoquo modo finem rebus imponere cupientes. Dein concepræ à Fœgadio & Servatione profeſſiones edi cœpere: in queis primum damnatur Arius totaque ejus perfidia: ceterum non etiam Patri æqualis, & ſine initio, ſine tempore Dei filius pronuntiatur. Tum Valens tamquam noſtros adjuvans, ſubjecit ſententiam, cui inerat occultus dolus: Filium Dei non eſſe creaturam, ſicut ceteras creaturas: fefellitque audientes fraus profeſſionis. Etenim his verbis, quibus ſimilis eſſe ceteris creaturis Filius negabatur, creatura tamen, potior tantum ceteris pronuntiabatur. Ita neutra pars viciſſe ſe penitus, aut victam

F

tandem fraude Valentis & Vrſacii inductus, cedit:

AUCTORE G. H.

putare poterat: quia fides ipsa pro Arianis, professiones vero postea adjectæ pro nostris erant, præter illam quam Valens subjunxerat, quæ tum non intellecta, sero demum animadversa est. Hoc vero modo Concilium dimissum bono initio, fœdo exitu est consummatum ...

reversus condemnat antegesta,

4 Tum Hilarius Pictavorum Episcopus redire ad Gallias jussus, optimum factu arbitratus, revocare cunctos ad emendationem & pœnitentiam, frequentibus intra Gallias Conciliis, atque omnibus fere de errore profitentibus, apud Ariminum gesta condemnant, & in statum pristinum Ecclesiarum fidem reformant. *Hæc ibi, dicunturque duo sanis consiliis restitisse, Saturninus Arelatensium Episcopus & Paternus à Petrocoru: sed uterque ab Ecclesia dejectus est. E Conciliis habitis extat Parisiense 1, in quo Formula fidei, ab Arianis suppresso Usiæ nomine condita & Arimini suscepta, est prorsus condemnata, anno Christi* CCCLXI *aut sequente: ad quem retulit Iacobus Sirmondus, qui ad aliud Concilium incerti loci, ista habet*: Extat porro Phœbadii, Aginnensis in Aquitania Episcopi, adversus Arianos liber: in quo Sirmiensem formulam, ad Gallos missam, per singula capita discutit, firmissimisque rationibus confutat: ita ut Synodicæ Concilii loco, Phœbadii liber esse possit. *Extat dictus Phœbadii liber in Bibliotheca veterum Patrum sæpius recusus, ejusque meminit S. Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis cap.* 108 *his verbis*: Phœbadius, Agenni Galliarum Episcopus, edidit contra Arianos librum. Dicuntur & ejus alia esse opuscula, quæ necdum legi. Vivit usque hodie decrepita senectute. *Scripsit autem Hieronymus dictum librum anno* XIV *Theodosii Imperatoris, ut capite ultimo testatur, ergo anno Christi* CCCXCII. *Misit etiam S. Ambrosius epistolam* LXX *ad hunc Phœbadium, seu Fygadium, & Delphinum Episcopum Burdegalensem. Iidem duo interfuerunt etiam Concilio Cæsaraugustano, anno Christi* CCCLXXX *habito.*

& librum contra Arianos scribit:

B

Colitur 25 Aprilis,

5 *Sammarthani tomo 2 Galliæ Christianæ pag.* 70 *agunt de S. Phœbadio, cujus elogium & vitæ historiam scripsisse dicunt Ioannem Soldadie Vicarium Generalem Aginnensem, ex quo & Proprio Ecclesiæ Aginnensis asseritur dies festus coincidisse cum anniversario S. Martii; idque confirmat Saussaius, qui ad hunc* XXV *Aprilis in Supplemento Martyrologii Gallicani ista scribit*: Agenni Nitiobrigum natalis S. Phœbadii, illius Sedis Episcopi & Confessoris, qui prædicatione sua plebem sibi commissam ab Ariana pestilentia liberavit. Per ejusdem scripta ab Occidente usque ad Orientem diffusa, Catholici in fidei soliditate longe lateque roborati sunt, sicut

C

testatur S. Hieronymus, qui hunc sanctum Antistitem illustribus ecclesiæ Doctoribus suo in Catalogo annumeravit. *Verba S. Hieronymi jam dedimus.* D

6 *Bernardus Andegavensis apud Sammarthanos libro manuscripto, quem circa annum* MCXII *Fulberto Carnutensium Episcopo nuncupavit, ista tradit* Urbs Aginnum super omnes urbes Aquitaniæ multis olim Sanctorum patrociniis illustris emicuit: quibus pene omnibus temporum processu ignotis, quo nescio suo peccato viduata remansit, partim vi partim furto sublatis. Invenies Aquitaniæ viator, quod ipse experimento comperi, diversis in locis qui tibi dicant: Hoc est corpus illius Martyris ab Aginno translatum: hic illius Virginis vel Confessoris: vel tanta portio illius Sancti, quorum unus Phœbadius habetur Petragoras allatus. *Hac ibi. Fuit S. Phœbadii corpus multo tempore apud Petrocorios cum Reliquiis S. Alvertæ Virginis & Martyris Aginnensis, quæ germana fuit S. Fidis: & cum hac potest referri ad* VI *Octobris, nisi sit* S. Aluera Virgo *in Martyrologio Ms. Monasterii S. Sabini in agro Tarbiensi apud Saussaium ad* XXV *Augusti relata.* At corpus S. Phœbadii inde translatum, *ut habent Sammarthani*, ad locum de Benerkis Tolosanæ diœceseos ad fluvium Aurigeræ, ubi nunc in ecclesia servatur. E

Corpus adservatum olim apud Petrocorios,

jam Benerkis in Occitania:

7 *Fuit olim intra urbem Agennensem prope basilicam* S. *Capraisii templum* S. *Phœbadio sacrum, sed jam dirutum ac deletum. Agennensium piam erga hunc Sanctum hoc tempore devotionem ita describunt præcitati Sammarthani*: Cum anno MDCLIII late Aquitaniam lues popularetur, & Nitiobrigas in primis arripuisset illud incendium, civibus persuasum est ut confugerent in S. Phœbadii fidem atque operam: atque si pestis depulsa patrocinio ejus abscederet, accepti beneficii & grati animi monumentum foret, seu capsa condendis sancti Episcopi Reliquiis consecrata, seu quidpiam aliud in ecclesiæ Cathedralis ornamentum: institueturque anniversaria omnium Ordinum supplicatio ad diem XXVI Aprilis, agmine ad Cathedralem ædem incedente, ubi totius civitatis nomine Consules publica pietate Eucharisticæ mensæ accumberent, quod & voto sancitum est. *Hactenus Sammarthani, rei consultæ, decretæ ac gestæ laudem adscribentes prænominato Ioanni Soldadie, qui istud ad sua cetera in diœcesim Aginnensem benefacta addiderit. Vtinam vero etiam noster conatus eidem innotuisset; curavisset profecto ut S. Phœbadii historia à se conscripta ad nos perferretur. Sed & si post hæc edita aliquis eo nos beneficio dignatus fuerit, occasionem nobis dabit in hujus mensis supplemento, quidquid hic minus diximus, maxime circa cultum recentiorem, accurate compensandi.* F

templum olim Agenni, ubi contra pestem invocatur:

supplicatio 26 Aprilis.

Vita edita, optatur.

DE SANCTIS EPISCOPIS HIBERNIS

MACALLEO IN CRVACHADIA,

G. H.

ET MACHALDO IN INSVLA MONA.

SÆCULO V.

Vos sanctos Episcopos Hiberniæ simul proponimus, ambos ad hunc diem XXV *Aprilis relatos, à nonnullis in unum eumdemque virum conflatos, cujus rei veritatem hic inquirimus, & benevolo lectori eam satis liquidam relinquimus.*

S. Maccalleus Episcopus in Hi-Fialgia:

Martyrologium Ms. monasterii Tamlactensis de priore Episcopo ad hunc diem ista habet: Maccalleus Episcopus in Cruachadia Brig-ele: in Hi-Fialgia est ejus ecclesia. *Quæ autem regio sit Hi-Fialgia, indicat auctor operis tripartiti de Vita S. Patricii lib. 3 apud Colganum num. 56 ita scribens*: Post hæc prodigia valedixit vir sanctus & iterato benedixit Mumonios, & contulit se in regionem Lageniæ quæ Hi-Failge appellatur, *sita in Comitatu Mediæ, versus Vltoniam, ubi* Sedes Midensis, *in litteris Apostolicis* Cluanarardensis *appellata, forsan antiquis* Cruachadia. *Quomodo autem S. Brigida Virgo velum à S. Maccaleo acceperit, indicatur in Vita 2 ejusdem S. Brigidæ ad Kalendas Februarii à nobis edita, auctore, ut creditur, Cogitoso, ubi num.* 5 *ista leguntur.* Cum Brigidam sui parentes, more humano, viro desponsare vellent, illa cælitus inspirata, se virginem castam exhibere Deo volens, ad Episcopum sanctissimum beatæ memoriæ Mackalle perrexit. Qui cæleste intuens desiderium & pudicitiam & tantum castitatis amorem in tali virgine, pallium album & vestem candidam super ipsius venerabile caput imposuit. Quæ coram Deo & Episcopo ac altari genua humiliter

provincia Lageniæ,

velum imposuit capiti S. Brigidæ:

A liter flectens, ſuam virginalem coronam Deo omnipotenti obtulit. *Hæc ibi. Hunc autem* Mackalle, *eumdem eſſe* Maccalium, *ex Martyrologio Tamlactenſi relatum, confirmat apud Colganum ad dictum S. Brigidæ Vitam num.* 11 *Kalendarium Caſſilenſe, in quo ad huuc* XXV *Aprilis iſta leguntur :* S. Maccaleus, qui colitur in Cruachan Brigh-ele in regione de Iffalgia, ipſe dedit velum S. Brigidæ. *Item Maguir in ſuo Feſtilogio ad eumdem hunc diem :* S. Maccalleus Epiſcopus magnus, cujus eccleſia eſt in Cruachan Brig-eile in regione Iſalgiæ, & qui poſuit velum candidum ſupra caput S. Brigidæ. *Quia autem* Mac *Hibernis filium ſignificat, eadem indicat Vſſerius ex Tirenacho, Vita S. Patricii hactenus inedita ſcriptore : qui* S. *Patricium notat eccleſiam ædificaſſe,* in capite Carmeli in campo Teloch : in qua Brigida pallium cœpit ſub manibus Filii-Caille (*id eſt* Maccaille) in Hujuſniuch Midi. *Ibi ergo, ut Brogani rhytmus habet*, poſuit S. Maccalleus velum ſuper caput S. Brigidæ. *Conſule* § IV *Commentarii noſtri prævii ad Vitam* S. *Brigidæ : cujus vitæ ratio chronologica cum dependeat à tempore vitæ & mortis* S. *Patricii, & hujus obitum ſtatuerimus contigiſſe anno* CCCCLX, *conſequenter corrigimus, quæ ante diximus de obitu* S. *Brigidæ, qui eſt referendus non ad annum* DXXIII, *ſed ad annum* CCCCXC,

B *ſcilicet triginta annis poſt obitum* S. *Patricii. Arbitrati autem* S. *Brigidam annis ſeptuaginta vixiſſe, cenſemus velum ante annum* CCCCXL *accepiſſe à* S. *Maccaleo tunc Epiſcopo, cujus obitum referunt apud Colganum Annales Dungallenſes ad annum Chriſti* CCCCLXXXIX. *Verum quia obitum* S. *Patricii removerunt quatuor annos ultra Maccalei mortem, videtur potius obitus hujus referendus ad annum* CCCCLVI. *Hactenus dicta ſpectant ad* S. *Maccalei acta, obitum, eccleſiam & diem natalem.*

Martyrologiis Hibernicis inſcriptus.

videtur mortuus circa an. 456.

2 *Alter Epiſcoporum præpoſitus eſt* S. Machaldus, *qui ex latronum Principe à* S. *Patricio converſus, & poſtmodum Epiſcopus in inſula Mona, ſancte mortuus miraculis claruit : uti late deducit Iocelinus in Vita* S. *Patricii à nobis illuſtrata num.* 132 *& ſequentibus : quæ lector ibidem inveniet. Eadem fere habet auctor Vitæ* S. *Patricii tripartitæ apud Colganum lib.* 3 *num.* 60 *& ſequentibus, hujuſmodi verbis.* Fuit tempore S. Patricii in regione Ultoniæ Maginis appellata quidam ſceleratus & perditiſſimæ vitæ latro, nomine Maccaldus : qui continuis rapinis, latrociniis & cædibus, per ſe & facinoroſam latronum ſibi adhærentium catervam, fuit toti patriæ moleſtiſſimus. Cum hic quodam die S. Patricium iter agentem, eminus videret, ad ſocios ait ; Ecce advenit ille ſeductor, & falſæ doctrinæ præco famoſus, qui patrum noſtrorum dogmata & numina evertit, Deumque novum & inauditum prædicat : occurramus ei, & videamus an Deus ille valeat ipſum è manibus noſtris eripere. Sed Dei nutu, ſancitum illud in aliud commutarunt conſilium. Volentes enim viro Dei prius illudere quam eum interimerent, induxerunt unum è ſociis, Garbanum nomine, ut mortuum ſe ſimularet ; quem & feretro jacentem ad inſtar mortui collocarunt, & ſic collocatum ad Patricium adduxerunt, petentes ut eum vitæ reſtituat ; ut ſi vir ſanctus eorum petitioni annueret, ſic eum tamquam falſum prophetam irriderent, & trucidarent ; ſi vero renueret, anſam etiam haberent ipſum è medio tollendi. Sanctus autem Antiſtes, ſpiritu revelante, quod geſtum erat cognoſcens, ait Deum ſuum eſſe & vitæ & mortis auctorem, qui, juxta exigentiam & fidem credentium, unum ſtatum in alterum facile commutare poſſet. Et cum mox nonnihil ſecederet, quaſi orationi vacaturus ; illuſores ſocii frontem detexerunt, ut mox conclamandæ irriſionis & illuſionis ſancti Antiſtitis foret ſocius ; & non illuſorie, ſed veraciter mortuum, & ad inſtar trunci rigidum repererunt. Unde ex tempore perculſi & tremefacti ſuum agnoſcunt ſcelus, & Patricium Dei veri verum famulum ac nuntium prædicant, & mox in genua provoluti, erroremque ſuum confeſſi ſatisfactionem promittunt, & veniam poſtulant ; quam & piiſſimus pater prompte conceſſit, omneſque in Deum verum credentes, & pœnitentiam promittentes baptizavit : & ad eorum ſupplicationem ſocium defunctum reſuſcitavit, ac ſalutari fonte intinctum, in viam ſalutis aſſociavit.

S. Machaldi Acta ex Vita S. Patricii.

S. Patricio illuſurus,

C

ſimulatum mortuum reſuſcitandum effert :

ſed vere mortuum reperiens,

G. H.

cum ſuis convertitur & baptizatur :

3 Machaldus autem, qui fuit in nequitia & vitæ perverſitate horum latronum dux & anteſignanus ; fuit etiam eorumdem jam converſorum, in vera ad Chriſtum converſione & vitæ emendatione, facile Princeps. Unde ex prædicatione ſancti Antiſtitis intelligens nihil inquinatum poſſe intrare in regnum cælorum, neminemque poſſe frui gaudiis cæleſtibus ſine prævia peccatorum non ſolum remiſſione ſed & ſatisfactione ; ante Patricium confeſſis peccatis, poſtulavit cum lacrymis formam pœnitentialis vitæ ſibi perſcribi ; quam tenendo infinita vitæ prioris ſcelera dilueret, & vitam æternam poſſideret. Sanctus à Deo inſpiratus, injunxit illi, ut qui in ſocietatis malæ contubernio, patrioque ſolo Deum multiformiter offenderat ; ſatagat eum in vitæ ſolitariæ auſteritate, & extra natale ſolum, ſcilicet Hiberniam, placare : quia bona aliorum diripuit & dilapidavit ; omnia ſua eroget pauperibus : pro multo aliorum effuſo ſanguine, carnem ſuam dire excruciatam, velut exanimem reddat, & in perpetuum cremet Deo holocauſtum. Unde præcepit, ut lembum exiguum de uno corio factum intret, & Oceano ſe committat, moraturus in loco, quo divinæ providentiæ placuerit eum deſtinare. Verus igitur obediens, & viva veræ pœnitentiæ imago, ex brevi illa & momentanea doctrina, magnum diuturnumque ſine ſpe ulterioris terreni magiſtri aggreditur ſtudium ; eo enim ipſo die lembum ingreſſus, ſub divinæ miſericordiæ protectione pelago ſe committit, quo mare & venti Deo diſponente appellent, venturus. Venit autem in Manniam ſive Euboniam, olim Druydum, & gentilium vatum, poſtea ab adventu Sancti Patricii Chriſti myſtarum & monachorum ſeceſſu & ſede nobilem, claramque inſulam, prædictæ regioni Mag-iniſenſi ad latus dextrum in Oceano objectam : ibique reperit duos viros ſanctos Conderium & Romailum ; qui fidem & doctrinam Chriſti in illa inſula diſſeminarunt & propagarunt. Hi in viſceribus miſericordiæ peregrinum, ventis & mari jactatum, hoſpitio collegerunt ; ac poſtea agnito ejus ſtatu ac propoſito, in propoſitæ auſteritatis inſtituto ſecum retinuerunt : & ita cum tempore in litteris ac pietate educarunt, donec tandem in ſacris litteris egregie eruditus, prædictis Epiſcopis defunctis, in Pontificatu ejuſdem inſulæ ſucceſſerit, & in virum celebratiſſimæ ſanctitatis evaſerit. Hic enim Machaldus eſt Epiſcopus & Antiſtes clarus Ardeubhonienſis, cujus nos ſuffragia adjuvent ſancta. *Hactenus auctor Vitæ tripartitæ, quibus hæc addimus ex Iocelino, quæ poſt mortem circa ejus ſepulturam contigerunt.* Qui poſtmodum in magna ſanctitate excreſcens, poſt deceſſum ſanctorum Epiſcoporum prædictorum Epiſcopalem gradum promeruit, ſignis & virtutibus clarus, ibidem requievit. Habebatur enim in illa inſula civitas quondam non exigua, cujus murorum adhuc cernuntur reſidua, ex ejus nomine cognominata. Habetur etiam in cœmeterio eccleſiæ ejuſdem loci ſarcophagus cavati lapidis, in quo latex jugiter reſudat, imo ſufficienter ſcaturit ; qui hauſtu dulcis, guſtu ſalubris, multis infirmitatibus, & præcipue veneno infectis vel potatis, mederi conſueſcit : aut enim poſt aquæ potationem quilibet celerem ſanitatem ſentiet, aut cita morte vitam finiet. In hoc etiam

pœnitentia forma acceptâ,

E

appellit in Manniam inſulam,

F

litteris inſtructus fit Epiſcopus,

invocatur ab auctore.

à morte claret miraculis :

G. H. etiam S. Machaldi ossa sacra requieviſſe referuntur, in quo nihil niſi aqua limpida invenitur. Plures etiam pluries lapidem illum conati ſunt à loco amovere, & etiam Rex Noricorum, qui inſulam ſubjugavit, ut aquam dulcem haberet jugiter in mari: ſed tamen affectu ſuo omnino fruſtrati ſunt. Quo etiam altius, ut lapidem effoderent, niſi ſunt ſuffodere, eo firmius & profundius fixus inventus eſt in corde terræ.

4 *Probus libro 2 Vitæ S. Patricii num.* 11 *apud Colganum eum ſimiliter laudat & ita finit:* Hic eſt Macfail, Epiſcopus clarus & ſanctus poſtmodum effectus in Euonienſium civitate, cujus nos adjuvent ſancta ſuffragia. *Hæc ibi. Et ſicut ibidem* Macfail *appellatur, ita in Vita* 3 *apud Colganum num.* 73 *vocatur* Maguil, *& in* 4 *Vita num.* 81 Demana, *& ubique laudatur ſancto fine vitam finiviſſe. Colganus ſæpius aſſerit eum coli hoc* XXV *Aprilis, ac tum ſe plenius de ipſo acturum. Vſſerius, in Indice Chronologico ad ſua Britannicarum Eccleſiarum exordia, aſſerit* anno CCCCXCVIII Conindrio & Romulo Maninæ inſulæ Epiſcopis vita functis, Maguil ſive Machaldum ſucceſſiſſe. *An forſan citius, ex ſupra dictis dubitari poteſt.* D

traditur coli 25 Aprilis,

& Epiſcopus creatus anno 498.

5 *Ex his colligi poſſe indicamus cum Colgano, anſam erroris, quo Hector Boëthius lib.* 9 *hiſtoriæ Scotorum fol.* 158 *& alii recentiores poſt eum, ſcribunt S. Brigidam fuiſſe in Mona inſula, à S. Machaldo Epiſcopo Solodorenſi (nam Solodorenſis Eccleſia erat Sedes Epiſcoporum Monæ) ſacro velamine tectam: cum is nomine à S. Maccalleo Epiſcopo non multum differat, & eodem die dicatur coli. Ceterum loco & tempore ſatis diſtinguuntur, cum* S. Maccalleus *ſit in Lagenia diu ante mortuus, quam* S. Machaldus *fuerit creatus Epiſcopus in inſula Mona, quæ ſita eſt in mari Hibernico, & potius Angliæ attribui ſolet.*

Perperam SS. Maccaleus & Machaldus unus idemque habiti.

DE SANCTO RVSTICO,

G. H. *EPISCOPO LVGDVNENSI.*

CIRCA ANN. D. B

Maximæ ſuo tempore fuiſſe æſtimationis virum S. Ruſticum, *ſive* Ruſticium, *colligimus ex Actis S. Epiphanii, Epiſcopi Ticinenſis, ab Ennodio oculato teſte conſcriptis, quæ nos ad diem* XXI *Ianuarii illuſtravimus. Occiſo ſiquidem anno* CCCCXCIII *Turcilingorum Rege Odoacro, Theodoricus Rex Oſtrogothorum imperavit in Italia; ac videns Liguriam à Burgundionibus miſere vaſtatam, S. Epiphanium miſit ad Gundobadum Regem pro redemptione captivorum. Qui ſuſcepto ad eum itinere, benigne receptus eſt à Burgundionibus & Gallis, & potiſſimum à S. Ruſtico Epiſcopo Lugdunenſi, quod Ennodius num.* 50 *exponit his verbis:* Hoc ordine mira celeritate Lugdunum ingreſſus eſt, ubi Ruſticus tunc Epiſcopalem cathedram poſſidebat, homo, qui & in ſecularis tituli præfiguratione Sacerdotem ſemper exhibuit, & ſub prætexta fori, gubernatorem geſſit Eccleſiæ: qui trans Rhodanum fluvium adventus ipſius, ſpiritalis lætitiæ copia repletus, occurrit, cauſam commeationis inquirit, quæ eſſent aſtutiæ Regis edocuit: quem ne inopinantem objectionum aut reſponſionis calliditas inveniret, intra penetrale pectoris certaminum ſe proluſione firmabat. *Hæc Ennodius, qui num.* 55 *ſe rei peractæ teſtem eſſe aſſerit, poſtea factus Epiſcopus Ticinenſis: ex cujus verbis colligimus dignitatem S. Ruſtici, etiam quam ante ſuſceptum Epiſcopatum habuit laicus; cognoſcimus & caritatem, quam aduena S. Epiphanio exhibuit. Inter eos qui in lytrum captivorum neceſſariam pecuniam contulerunt, indicantur ab Ennodio Stagria matrona illuſtriſſima & ditiſſima, quidni S. Ruſtici ſuaſu inducta? & S. Avitus Viennenſis Epiſcopus, cujus res geſtas illuſtravimus ad diem* V *Februarii, ubi plurima de Gundobado Burgundionum Rege memorantur. Contigit dictus congreſſus* SS. *Ruſtici & Epiphanii anno* CCCCXCIV. *quamdiu autem poſtea vixerit* S. *Ruſticus, non liquet. Deciſſorem habuit* S *Lupicinum, ſucceſſorem* S. *Stephanum; quorum ſacram memoriam celebravimus* III *&* XIII *Februarii: omnibus vero perpenſis, cenſemus* S. *Ruſticum circa annum quingenteſimum obiiſſe.*

S. Epiphanium Epiſcopum Ticinenſem benevole excipit,

& inſtruit,

C

anno 494,

mortuus circa an. 500.

2 *Virum ſingularis æſtimationis fuiſſe, ob vitam in magna ſanctitate peractam, inde nobis conſtat, quod inſcriptus fuerit antiquo Martyrologio Hieronymiano, in quatuor, quæ hactenus vidimus, apographis, ſcilicet Epternacenſi à mille propemodum annis exarato, Lucenſi, & Corbeienſi Lucæ & Pariſiis excuſo, & Blumiano, his ubique verbis:* Lugduno B. Ruſtici Epiſcopi. *Eadem leguntur in Ms. Barberiniano ad ſupplementum Martyrologii genuini Bedæ, & Ms. Trevirenſi monaſterii S. Maximini, quod poteſt cenſeri auctarium Rabani, & variis aliis. Longo eum encomio proſequitur Sauſſaius in Martyrologio Galli cano hoc modo:* Lugduni S. Ruſtici Epiſcopi ejuſdem urbis & Confeſſoris. Is ut alter Ambroſius à ſeculari tribunali ad Pontificalem Cathedram conſcendens, miris virtutum fulgoribus Eccleſiam ſuam implevit. Sapientia, pietate & caritate præcellens, ſanctis coævis Epiſcopis admirationi fuit. Ipſum ſiquidem S. Epiphanius Ticinenſis Epiſcopus, miſſus à Leone Imperatore ad Gundibaldum Burgundiæ Regem Legatus, officioſe ſalutans; & ejus in redimendis captivis caritate & in negotiis obeundis conſilio atque etiam hoſpitio potitus, eximio amore coluit. Beatus autem Sidonius Apollinaris, & dum ille adhuc in magiſtratu eſſet, in caris habuit, & poſtquam infulas ſacras induit, altis præconiis extulit. Ennodius vero Ticinenſis honorifica commendatione proſecutus eſt; Sacerdotem ante initum Sacerdotium, ob vitæ integritatem, juſtitiæ zelum & pietatis cultum fuiſſe, nobili ac inſigni encomio deprædicans. Quam laudem ſi digne ante Præſulatum demeruit, longe ipſo in Epiſcopatu tranſcendit præclaris ſanctimoniæ incrementis: quibus cum ſemper novos cumulos adderet, ſalutis miniſterio ad Dei gloriam feliciter adimpleto, tandem carne ſolutus, ſpiritum ad æthera tranſmiſit. Cujus venerandum corpus ad Apoſtolorum baſilicam, quæ nunc S. Nicetii dicitur delatum conditumque, honorifica inſcriptione, quæ ſanctitatem ejus teſtatur, decoratum eſt: memoria vero Eccleſiæ cui præfuit faſtis adſcripta, in perpetua benedictione permanſit, cultuque ſanctis Pontificibus proprio in hunc uſque diem celebratur. *Hæc largiſſimo ſuo ſtylo Sauſſaius: quorum ſingula optaſſemus magis probari. Porro S. Epiphanius Epiſcopus ad Gundebadum Regem miſſus eſt à Theodorico Rege Oſtrogothorum non ante annum* CCCCXCIV, *cum eſſet Leo Imperator, jam pridem ab anno* CCCCLXXIV *Vita functus. Suas etiam patitur difficultates cara amicitia S. Sidonii Apollinaris anno* CCCCLXXXII *mortui, quo tempore S. Ruſticum necdum ad Epiſcopalem gradum aſcendiſſe arbitramur. Extat libro ſecundo Epiſtola undecima Ruſtico inſcripta, ſed hic* vaſti itineris longinquitate diſcriminabatur, *& à doctiſſimo interprete Savarone ad procul diſita mœnia Liviana amandatur. De eccleſia S. Nicetio apud Lugdunenſes dicata egimus ad hujus Vitam die ſecundo Aprilis.* E

laudatus à Sauſſaio:

F

cum aliquâ veri. difficultate.

3 *Alia apparet controverſia de S. Ruſtico, qui* XIX *Iulii colitur: de quo in Mss. Auguſtano S. Vdalrici & Pariſienſi iſta ſolum habentur:* Lugduno Ruſtici Confeſſoris.

Aſt

inſcriptus antiquis Martyrologiis:

A *num colatur 29 Iulii* *S. Rusticus Episcopus,* *an S. Rusticus Presbyter?*

Ast apographum antiquissimum Martyrologii Hieronymiani, quod ab Epternacensibus habuimus, item Ms. Barberinianum in auctario genuini Bedæ, Ms. Trevirense S. Maximini, & Ms. Florarium Sanctorum, item Martyrologium Coloniæ & Lubecæ anno MCCCCXC *excusum, & Auctarium Greveni ad Vsuardum, ista habent*: Lugduno Galliæ, S. Rustici Episcopi & Confessoris. *Eumdem* Antistitem *appellant antiquum Ms. Martyrologium Carmelitarum, & quod est à Maurolyco editum. At contra hunc* S. Rusticum Presbyterum & Confessorem *fuisse tradunt alia tria apographa Martyrologii Hieronymiani; scilicet Lucense, Blumianum, & Corbeiense Parisiis excusum: item Vaticanum ecclesiæ S. Petri in auctario genuini Bedæ, Casinense, Altempsianum, Trevirense S. Martini, Vltrajectinum S. Mariæ, aliud Reginæ Sueciæ ab Holstenio laudatum: Denique Notkerus & Ado, saltem in Appendice: ob cujus solius auctoritatem, tamquam alium à S. Rustico Episcopo, constituit Rainaudus in Indiculo Sanctorum Lugdunensium, cum nesciret ab alio quam à Maurolyco Antistitem sive Episcopum haberi, additque* alibi de eo altum silentium *esse. Plura si Lugdunenses reperiant, poterunt indicare, ut plenius judicium ad diem* XIX *Iulii de eo feratur.* AUCTORE G. H.

DE SANCTO GRAMATIO,

EPISCOPO METENSI.

G. H.

CIRCA ANNVM DXXXXV

Illustris Ecclesia Metensis plurimos è suis antiquis Episcopis veneratur, nominibus nudis insertos sacris Fastis Martyrologii sui: & ita ad hunc XXV *Aprilis ista commemorat.* VII Kalendas Maii Metis depositio S. Gramatii Episcopi. *Quæ ita exponit in Martyrologio Gallicano Saussaius*: Metis S. Gramatii Episcopi & Confessoris, qui S. Firminum ut ordine sic merito sequens, Ecclesiam illam miro cum sanctitatis splendore annis viginti tribus administravit, diebusque non tam, quam gratiæ fructibus plenus, suavi somno mortis consopitus, æternam evectus est ad requiem. *Hæc ille. Historiam Episcoporum Ecclesiæ Metensis conscripsit Meurisius Episcopus Madaurensis & dictæ Ecclesiæ suffraganeus, qui* Gramatium Episcopum vicesimum primum *statuit* præfuisse dictæ Ecclesiæ annis quinque & viginti, *scilicet* ob anno CCCCXCVI, usque ad annum DXX, *& natalem decessoris Firmini asserit esse diem* XVIII *mensis Augusti, & Agatimbri successoris diem* XI *Maii: qui tres Episcopi in Chronico Pauli Warnefridi ita memorantur*: Vicesimus Fronimus, post quem Cromatius, deinde Agathander. Tres itaque isti, quos præmisimus, sicut in eorum nominibus attenditur, de origine credendi sunt manare Græcorum: *Verum potius credendi sunt similia nomina obtinuisse in baptismo, aut postea ultra suscepisse.*

Memoria in Martyrologiis: B *tempus Sedis*: *origo.* E

DE SANCTO MACEDONIO,

EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.

CAPUT I.

Minus honesta initia purgat Sanctus insigni confessione.

G. H.

AN. DXVI

Vinto Christi seculo Imperatores præfuerunt Zeno & Anastasius, homines perfidi; quorum prior fidei formulam, ab Acacio Episcopo Constantinopolitano vaferrimo conceptam, promulgavit, Ἑνωτικὸν, *id est* Conciliatorium *seu* unitivum *dictum, sub quo Oecumenicæ Synodi Chalcedonensis tacita abrogatio latebat. Posterior Zenoni mortuo successit anno* CCCCXCI *secluso Longino Zenonis fratre, qui aliquot annis bellum grave illi movit, cum Isauris suis popularibus, quorum insidias & molitiones imputavit Euphemio tunc Episcopo Constantinopolitano. Quare post Longinum aliosque rebelles casos*, apud coactos, *inquit Theophanes*, Constantinopoli Episcopos, de Euphemio conquerebatur Imperator: qui in Imperatoris gratiam ipsius interdictum & abdicationem, tum à communione tum à munere, suis suffragiis comprobarunt: in cujus locum Macedonium, (*de quo hic agimus*) qui jam sacrorum vasorum custos erat, Constantinopoli Episcopum designavit Imperator. Macedonius autem male ab Anastasio persuasus, Zenonis Concordiæ subscripsit. *Quæ etiam habet Theodorus Lector lib.* 2 *Collectaneorum, & addit*: Hic Macedonius vir erat religiosus & sacer, utpote à Gennadio educatus, cujus etiam (ut fama habet) nepos erat ex sorore. Euphemium Imperator in exilium duci præcepit. Ille vero per Macedonium cautionem petiit, ut sine insidiis inde abduceretur. Macedonius vero aliquid laude dignum cogitans, ut cautio illi & ratio redderetur, consensit. Et cum Euphemius in baptisterio esset, Episcopalia insignia à Diacono auferri ipsi præcepit, atque ita ad Euphemium accessit; factaque mutatione, pecunias illi ad sustentandos eos, qui cum ipso erant, concessit. *Hæc Theodorus & cum ipso Theophanes: quæ contigerunt anno* CCCCXCV.

Zenonis Henotico, C *ab Anastasio Imp. persuasus subscribit S. Macedonius,* *Euphemii decessorem in exilium ducendum jussit:*

2 *At biennio post tradit, ista idem Theophanes*: Hoc anno Macedonius Imperatoris consilio monasteria Urbis, à præcipuæ Ecclesiæ communione ob Zenonis Henoticum se dirimentia, studuit reconciliare. At cum propositum non posset exequi, de convocandis in unum per urbem peregrinantibus Episcopis, deque scripto firmandis, quæ Chalcedonensis Synodus recte decreverat, Imperatori auctor fuit; quod per actum scripturæ consignatum postea factum est. Adhortabatur subinde ad pacem & concordiam monasteria, Dii maxime & Bassiani & Acœmetorum atque Matronæ, quæ ab iis, qui Concordiæ sanctionem admiserant, cœtus Ecclesiasticos separatim agere propositerant, aut potius etiam exilia quæque sponte & alacriter tolerare. Illis igitur in arrepto semel consilio constanter perseverantibus, illos potius suæ concedere voluntati decrevit Macedonius, quam duriorem in eos ciere persecutionem. *Hæc ibi. Erant prædicta monasteria ex illustrioribus, quæ tunc erant Constantinopoli. Nam teste Georgio Codino de Originibus Constantinopolitanis, pag.* 61. S. Dius locum à Theodosio Magno petiit, & monasterium in eo extruxit, quod vocatur Dii. *Quæ in Menologio Sirleti leguntur copiosius* XIX *Iulii die ejus natali. At S. Bassianus colitur* X *Octobris, cujus* discipulorum numerus ad trecentos crevit, ex quibus S. Matrona extitit: ipse autem Bassianus tantum virtutibus & miraculis claruit, ut sub ejus nomine templum fuerit extructum, *uti legitur in Menæis. De monasterio Acœmetorum egimus* XV *Ianuarii, ad Vitam S. Alexandri fundatoris & S. Ioannis Calybitæ. At S. Matrona est Menæis inscripta ad* IX *Novembris.*

conatur ecclesiæ pacē adferre, F *& monachos quietos relinquere:*

3 *Postmodum* Festus Senator Romanus, ob publica quædam negotia, Constantinopolim ad Anasta-

AUCTORE G. H.

epiſtolam Synodicam mittere Romano Pontifici prohibetur:

ſium Roma miſſus; adhortatus eſt ut memoria ſanctorum Petri & Pauli majore ſolennitate celebraretur. Per hunc Feſtum Macedonius Synodicam epiſtolam mittere, & Anaſtaſio Romano Pontifici rationem reddere voluit: verum ne hoc faceret ab Imperatore eſt prohibitus. *Vti tradunt Theodorus Lector & Theophanes. Ante reditum Feſti è vita diſceſſerat Anaſtaſius Papa, mortuus* XVI *Kalendas Decembris anni* CCCCXCVIII: *eique S. Symmachus ſubſtitutus eſt.*

4 *Quod autem S. Macedonius, ubi dolum ſubeſſe ſanctioni Henotici accuratius cognovit, omnibus viribus adhæſerit Concilio Chalcedonenſi, ſatis ex ſequentibus colligemus. Porrò Cyrillus monachus, qui ſeculo ſexto floruit, in Vita S. Sabæ Abbatis ad* V *Decembris, de Euphemio expulſo & S. Macedonio ſubſtituto iſta ſcribit:* Euphemius quidem propter rectam de fide ſententiam impie depellitur à Sedis rectione: in ejus locum evehitur Macedonius. Cum in his eſſet Eccleſia, iis quidem qui Euphemium expulerant, aſſentiri non ſuſtinuit Elias Epiſcopus Hieroſolymitanus, ut qui eum expulerant præter regulam. Macedonio vero non dubitavit communicare, & cum eo convenire, ut qui ipſe quoque rectam fidem amplecteretur: quod quidem non parum ab initio turbavit Imperatorem.

recipitur in communionem à S. Elia Epiſc. Hieroſolym.

B *Hæc ibi. Colitur* IV *Iulii* S. *Helias Patriarcha Hieroſolymitanus in Martyrologio Romano, qui ultra obitum Anaſtaſii Imperatoris ſuperfuit, & ſub eo actus eſt in exilium.*

5 *Interim, ut Theodorus Lector ſcribit,* Perſæ contra Romanos moti multas civitates invaſerunt, præſertim Amidenorum. Cum autem Imperator fœdera cum Perſis iniviſſet, Bani Pontum invaſerunt. Anaſtaſius vero bellis occupatus, ab infeſtatione Orthodoxorum deſtitit. Ut autem modicum quietis à bellicis occupationibus accepit, rurſus contra Eccleſiam & contra Macedonium armatus eſt. *Hæc Theodorus. Quæ ad annum* XVI *Imperii Anaſtaſii, Chriſti* DVII *refert his verbis Theophanes:* Hoc anno bello liberatus Anaſtaſius, pervertendo Macedonio Patriarchæ à recto fidei ſenſu ſtudium omne contulit. *Dolo ergo eum aggreſſus eſt.* Etenim, *inquit Theodorus,* inimici Macedonii Eucholium quemdam ſubornarunt, qui gladio illum impeteret. Macedonius vero, ut manſuetudinem ſuam oſtenderet, munera Eucholio dari præcepit. Tale quid etiam erga ſacrilegos quoſdam fecit. *Hæc ibi, quæ enucleatius narrantur à Theophane hoc modo:* Macedonius, neque communione neque alloquii familiaritate dignatus Imperatorem eſt: quocirca eum clam urbe ſubduxit Anaſtaſius. Acholium porro quemdam, ex infenſorum ſibi ſuggeſtione gladium in caput educentem, menſtruam annonam juſſit reportare Macedonius, tanta in hominem clementia laudatus: quam pariter liberalitatem in egenos quoſdam, qui eccleſiam compilaverant, exercuit.

ab Anaſtaſio Imp. impetitur:

benefacit hoſtibus:

C

6 *Idem ad annum* XIX *Imperii Anaſtaſii &* DX *Chriſti iſta ſcribit:* Hoc anno monachi quidam hæretici, numero ducenti, ab Oriente Byzantium cum impio Severo transfretati, inſidias Macedonio & Synodo damnationem parabant. Iſtos Anaſtaſius cum honore ſuſcepit, ceu veritatis adverſarios, qui totum conturbarant Orientem, & eadem pariter forent hic molituri. Joannes autem Alexandriæ Epiſcopus ducentas auri libras Imperatori ſe daturum pollicitus eſt, ſi modo celebratam Chalcedone Synodum funditus abrogaret. Imperator itaque Macedonium cum Joannis Legatis communionem habere cogebat, & Joanni ipſi, qui nec reciperet nec reſpueret Synodum, pacem dare. In adverſum oppoſuit ſe Macedonius, dicens, nullam ſe communionem iis impertiri, niſi matrem & magiſtram profiterentur Chalcedonenſem Synodum ... In his Imperator Macedonium reprobare habitam olim Chalcedone Synodum, quemadmodum & Hieroſolymorum Epiſcopus Elias, cogebat. Ad hæc Macedonius: Citra univerſalem Synodum, cui primus aſſideret Romanus Epiſcopus, id ſe exequi non poſſe referebat. Quibus Imperator exaſperatus, immunitatis quærendæ cauſa confugientes in eccleſiam, per vim abripi juſſit, & libertatis hujuſmodi jura hæreticorum fanis conceſſit. Quilibet autem, tam è Clero quam è populo, Byzantii degentes hæretici, Severo atque hæreticis iſtis Orientis in oppugnando Macedonio præſtabant operas. Ex quo deiferi Palæſtinæ monachi, divino moti affectu, Severum & ejus aſſeclas monachos confutaturi, Conſtantinopolim convenerunt. Dorotheus interim Alexandrinus monachus pro Chalcedonenſis Synodi defenſione volumen ingens à ſe conſcriptum, Magnæ, quæ erat fratri Anaſtaſii deſponſata, & rectum de fide ſenſum illuc uſque ſervarat, obtulit: quem ipſa dedit Anaſtaſio, claritate doctrinæ virum à perfidia dimovere ſperans. Ille libro perlecto, cum præter opinionem opus digeſtum animadverteret, Dorotheum in Oaſim ablegat, & flocci fecit librum, quod gereret inſcriptum, Tragœdia, hoc eſt, Prophetia præſentis rerum ſtatus, quemadmodum à Magno etiam Baſilio adverſus Julianum pronuntiatum narrant. Ceterum Macedonius Flavianum Antiochenſem, & quicumque contra Synodum leviter oblatrarent, anathematum fulmine percellebat, ac Flaviani Legatos, ob quædam negotia ſe convenientes, execrationibus ſuppoſitos amovit. *Hæc Theophanes. Verum Flavianus poſtea pro Synodi Chalcedonenſis defenſione actus in exilium, colitur* IV *Iulii; & in locum ejus jam relatus Severus hæreticus, eſt intruſus.*

hoſtes declarat eos qui Chalcedonenſem Synodum non admittunt:

D

oppugnatur ab hæreticis:

habet alios protectores:

E

condemnat Flavianum Epiſc. Antiochenum:

CAPUT II.

Inſidiæ ſtructæ, exilium.

7 IDem *Theophanes ad annum* XX *Anaſtaſii Imperatoris, id eſt Chriſti* DXI, *iſta habet:* Hoc anno Imperator ſtruxit Macedonio inſidias; & Schiſmaticorum monachorum Clericorumque virorum & Juliani quondam Cariæ poſtmodum vero Halicarnaſſi Epiſcopi, & impii Severi adhuc monachum agentis, opera, fœdis palam emiſſis contumeliis, Macedonium oppugnabat. Verum Urbis conferta plebs, cum mulieribus & pueris, nec non orthodoxorum monachorum Præfectis, vociferabatur: Adeſt martyrii tempus, ne Patrem noſtrum deſeramus. Et convitia in Imperatorem conjiciebat, ipſum Manichæum & imperio prorſus indignum clamitans. Quibus ille territus, palatii portas obſeravit, & ad fugam naves etiam tenuit paratas: quique prius etiam jurejurando Macedonium ad conſpectum huſquam admiſſurum ſe obſtrinxerat, timore correptus, eumdem videre exoptabat fervide: ac tum eo ad Imperatorem proficiſcente, plebs cum magnis acclamationibus ad Abbates & monachos converſa dicebat: Patrem noſtrum apud nos habemus. Sed & militares Scholæ pertranſeuntem illum fauſtis vocibus proſequebantur. Denique ad Anaſtaſium introductus, illum ceu Eccleſiæ hoſtem objurgavit: ille vero pacem & unum cum Epiſcopo ſenſum tenere in præſens ſimulavit. *Hæc Theophanes, quæ fere eadem apud Theodorum Lectorem habentur. Sed proſequamur quæ anno* XXI *Imperii Anaſtaſii, id eſt Chriſti* DXII, *facta refert idem Theophanes.* Hoc anno, *inquit,* commentario per * Cellotem Magiſtrum miſſo, Macedonium Imperator decepit: ac primam quidem & ſecundam Synodum ſe probare fatebatur; Epheſinam vero & Chalcedonenſem penitus tacebat: qua magnam ſibi invidiam conciliavit Macedonius. Per hujuſmodi quippe commentarium Concordiæ ſanctionem à Zenone editam probavit, cui dum ordinaretur ſubſcripſerat. Eapropter

Patitur inſidias Imperatoris & aliorum,

ab aliis defenditur:

F

evocatus ab Imperatore,

* *aliis* Celerem,

& ejus ſimulatione deceptus,

A

in monaſterio Dalmatii veram fidem profitetur:

propter Macedonius ad Dalmatii monaſterium profectus, ad Clericos & monachos ferventiori zelo ductos, & viſi facinoris fœditate indignatos, declamatorio ſermone defenſionem inſtituit: proteſtatus ſe Chalcedonenſem Synodum admittere, & qui eam rejiciebant, hæreticos habere. Quibus auditis una cum eo ſacra Miſſarum peregere ſolennia. *Hæc ibi. Meminit dicti monaſterii Georgius Codinus pag. 62. Conſiderat illud Dalmatius ſeu Dalmatas Patricius, Conſtantini Magni nepos.*

ut dejiciatur è Sede,

8 *Quæ deinceps ab Anaſtaſio Imperatore geſta ſunt, ita proſequitur Theophanes*: Interea Imperator Clericos atque monachos ſecum ſentientes donis impulit, ut alium Epiſcopum in ejus locum ſubrogarent: quod Ariadnam Imperatricem & Ordinis Senatorii præcipuos afflixit. Erat quippe cunctis carus Macedonius, tum ob vitæ munditiem, tum ob rectam & ſinceram de fide ſententiam, quamvis dolum poſtmodum fuerit paſſus. Ad hæc Imperator duos nequam & profligatæ vitæ comparavit viros, qui Macedonium præpoſteræ in pueros libidinis & hæreſeos criminarentur, & de iſtis Præfecto atque Magiſtro ſcriptam offerrent accuſationem: & aliam parem adverſus Catholicos Presbyteros & Diaconos inſtruxit. *Hæc Theophanes: quæ ita ab Euagrio lib. 3 Hiſt. Eccl. cap. 22 explicantur.* Anaſtaſius voluit à Macedonio chirographum ſuæ confeſſionis recipere. Quippe dedecori, inquit, eſt imperio, ſi chirographum illud reſervetur. Cui poſtulationi cum Macedonius ſtrenue reſiſteret, ſeque fidem minime proditurum conſtanter aſſeveraret; Anaſtaſius Imperator inſidias contra eum tendere cœpit, ad eum ſane finem ut Epiſcopatu exturbaret. Itaque tandem accedunt adoleſcentes calumniatores, qui cum ſe tum Macedonium flagitioſi cujuſdam facinoris falſo reos arguunt. At vero ubi Macedonius genitalibus carere deprehenſus eſt, ad alias fallacias ſe convertunt. *Hæc ibi. At Nicephorus lib. 16 cap. 26 iſta addit:* At poſtquam Macedonius, tunica ſubducta, virilibus ſe carere oſtendit, illorum confictam calumniam convicit.

calumniis impetitur:

B

9 Imperator denique (*verba ſunt Theophanis*) mandavit * Cellori Magiſtro, Macedonium ſummâ vi ex Epiſcopali æde deturbare, vociferantem ſe non in Prætorio modo, ſed etiam in theatro defenſionem ſuſcipere paratum. Hinc è Cleri grege plures in carcerem conjecti, alii fugæ beneficium nacti, per Romanam & Phœniciam provinciam ſunt diſperſi. Impius autem Imperator authenticas rerum apud Chalcedonem geſtarum tabulas, Magiſtri opĕ, à Macedonio recipere & diſcerpere contendebat. Has vero ſigillo notatas in altari Macedonius repoſuit: quas demum Calepodius eunuchus, magnæ Eccleſiæ Oeconomus, furtim ſubreptas ad Imperatorem detulit. Poſtremo Macedonium, noctu per vim abductum, Chalcedonem primum, inde Euchaitam deportari juſſit Imperator; nullam, ob plebis metum, de ipſi objectis inquiſitionem facere auſus. Sequente luce Timotheum quemdam, Presbyterum & Eccleſiæ Sceuophylacem, declarat Epiſcopum: qui primum Eccleſiam ingreſſus, Macedonii depoſuit imagines, atque ita demum ſacris operam dedit. Perpendens porro Anaſtaſius, Macedonium indicta cauſa nullave depoſitionis in eum lata ſententia, in exilium ejectum, miſſo Magiſtro diem ei dixit ultra Claudiopolim Honoriadis provinciæ. In eum vero deportatum jam ante judicium judices, teſtes & accuſatores inſtituti, & abſentem muneris obrogatione damnant, & per Epiſcopos & Presbyterum Cyzicenum depoſitionis ſententiam mittunt. Quos ubi conſpexit Macedonius, etiam ante ſermonis initium interrogat, num Chalcedonenſem Synodum admittant? Reſpondentibus illis, Tu quis es? dixit ipſe: Sabbatiani aut Macedoniani ſi mihi depoſitionis deferrent ſententiam nonne me admittere oporteret? Et ita re infecta reverſi ſunt: ipſe vero Euchaitam profectus eſt. *Hæc ibi.* De urbe Euchaitarum *pluribus egimus* VII *Februarii, ad Vitam S. Theodori Ducis & Martyris, Euchaitæ natus & celebri peregrinatione cultus. Diſtat ab Amaſea, Helenoponti metropoli, itinere unius diei; inter quam & Chalcedonem media ferme via eſt* Claudiopolis, Honoriadis provinciæ, *inter Bithyniam & Paphlagoniam ſita, metropolis. At* Sabbatiani & Macedoniani, *quibus ſententiæ adverſum ſe latæ denuntiatores comparat S. Macedonius, fuerunt temporis anterioris celebres hæretici, ſecuti Sabbathium Epiſcopum Novatianum (qui Schiſma inter Novatianos faciens volebat Paſchæ more Iudæorum celebrari) & Macedonium primum, Epiſcopum Conſtantinopolitanum, Divinitatis Spiritus ſancti hoſtem infeſtiſſimum, contra quem Concilium Oecumenicum ſecundum Conſtantinopoli ſub S. Damaſo Papa anno* CCCLXXXI *habitum fuerat.*

Auctore G. H.

& Euchaitam mittitur:

ob eam varia paſſi multi,

10 *Sed exulem S. Macedonium inviſamus, de quo Theophanes ad annum Anaſtaſii Imperatoris* XXII, *Chriſti* DXIII *iſta ſcribit:* Anaſtaſius iniquus Imperator, & Timotheus ſacrilegus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, monachis, laicis & Clericis, Macedonii Synodique Chalcedonenſis cauſa, plurima mala intulerunt, adeo ut Oaſim Thebaidos ex eis plures in exilium egerint. Synodales vero litteras & Macedonii depoſitionem cunctis paſſim per urbes Epiſcopis ad ſubſcribendum miſit Timotheus: ex quibus, qui fortitudine præcelluerunt, utrique iverunt in oppoſitum: qui animo faciliores Imperatoris metu ſubſcripſerunt utrique: qui medium tenuere, Macedonii depoſitioni nuſquam, verum ſolis Timothei Synodicis, quod tamen idem prorſus fuit, quamvis ipſi diſcrimen venditarent, nomen & ſubſcriptionem apposuerunt... Pompeium conſobrinum ſuum ejuſque conjugem ornatiſſimam feminam & bonis operibus aſſuetam, ceu Synodo bene affectos, & quæ ad vitæ neceſſitatem conducunt Macedonio in exilio ſubminiſtrantes, Imperator multis calamitatibus oppreſſit.

& Pompeius conſobrinus Imperatoris,

11 *Ad annum Imperatoris* XXIII, *Chriſti* DXIV *iſta ſuggerit Theophanes.* Hoc anno Vitalianus, occupata univerſa Thracia, Scythia & Myſia, ducens ſecum ingentem Hunnorum & Bulgarorum numerum, cœpit Anchialum & Odyſſopolim (*munita loca Thraciæ ad mare Euxinum*) ipſumque Thracicæ militiæ Magiſtrum Cyrillum, prædis quaquaverſus ad Byzantium uſque abactis, comprehendit. At cum Urbi parceret, ad Soſthenium, *prope Boſphorum*, caſtra metatus eſt. Anaſtaſius rebus in deſperatis Senatorii Ordinis nonnullos, qui de pace agenda eum rogarent, miſit: juravitque una cum univerſo Senatu Epiſcopos exules Heracleam Thraciæ ſe revocaturum. His additum voluit Vitalianus, ut uniuſcujuſque Scholæ Principes idem jurejurando aſſererent: atque ut Macedonius & Flavianus, propriis thronis injuſte expulſi, eos reciperent, ac reliqui pariter Epiſcopi ſuos; & ita demum convocaretur Synodus, ad quam Pontifex Romanus & reliqui accederent Epiſcopi. Imperatore vero & univerſo Senatu & Magiſtratuum populique reliquis juſiurandum interponentibus, & data fide res ex ordine expoſito gerendas affirmantibus, pax conciliata: & ipſe domum repetiit... At impius Imperator pacta violavit.

ut Sedi reſtituatur. agit Dux Vitalianus.

C

Acta Concilii Chalcedon. in altari deponit:

intruſo in Sedem Timotheo,

deponitur ab officio,

F

AUCTORE G. H.

CAPUT III.

Obitus, miracula, cultus ſacer.

12 ANno Imperatoris XXV, *Chriſti* DXVI *mortem S. Macedonii cum iis quæ præceſſerunt, ita deſcribit Theophanes*: Hoc anno Hunni, quibus Samen appellatio, Caſpiarum portarum limitibus emenſis, Armeniam ſuis incurſionibus infeſtarunt: Cappadociamque & Galatiam & Pontum depopulati, ad Euchaitarum uſque urbem, quam tantùm non ſubegerunt, progreſſi ſunt: unde fugiens ſacer Macedonius, & de vita ubique per viam periclitans, ſalvus tandem Gangram, *Paphlagoniæ metropolim*, ſe recepit. Viri ſalutem ægre audivit Anaſtaſius, & ſub cuſtodia teneri juſſit: miſſo etiam, ut ferunt, qui eum è medio tolleret. Ita conſummatus Gangræ, in templo S. Callinici Martyris proxime ad ejus Reliquias reconditus eſt; ubi morborum ſanationes præſtat. Macedonium mortuum ac jacentem narrant manu Crucis ſignum expreſſiſſe. *Hæc ultima ita Græce exprimuntur*: Καπετέθη ἐν τῷ ναῷ τῷ ἁγίῳ Μάρτυρος Καλλινίκου, ἔγγιστα τῶν λειψάνων αὐτοῦ, πολλὰς ἰάσεις ἐπιτελῶν. Μακεδονίου νεκροῦ κειμένου φασὶ τῇ χειρὶ κατασφραγίσασθαι τῷ σταυρῷ. *Quæ in ſua hiſtoria Latine ſic expreſſit Anaſtaſius Bibliothecarius*: Defunctus autem apud Gangras, poſitus eſt in templo ſancti Martyris Callinici juxta reliquias ejus, multas ſanitates efficiens, qui cum exanimis jaceret, manu fertur ſe ſignaculo Crucis ſignaſſe. *Georgius Cedrenus in Compendio Hiſtoriarum, ad annum etiam* XXV *Anaſtaſii, eadem fere ſic ſcribit*: Macedonius, Gangræ mortuus, in templo ſancti Martyris Callinici depoſitus eſt, multas ſanationes perficiens. Cum autem in ſepulcro poneretur, elevata manu dextra Crucis ſigno obſignavit. *Græce* ἄραι τὴν δεξιὰν χεῖρα κατεσφραγίσατο τῷ σταυρῷ, *ſed dubium eſt quid ſignarit, an more Epiſcopali populum adſtantem, an ſepulcrum, an vero ſeipſum, quod ultimum expreſſit Nicephorus lib.* 16 *Hiſt. Eccl. cap.* 26 *his verbis*: Τῷ νεῷ Καλλινίκου προσετέθη τοῦ Μάρτυρος, μυρίαις θαύμασι λάμπων. Ὃν φασι καὶ νεκρὸν κείμενον, ἑαυτὸν τῷ θείῳ τύπῳ τοῦ σταυροῦ τῇ ἰδίᾳ σφραγίσαι χειρί. Depoſitus eſt in templo Callinici Martyris, innumera miracula edens. Quem ferunt, cum jam mortuus jaceret, manu ſua ſeipſum ſacro Crucis ſignaculo conſignaſſe. *Colitur Callinicus Martyr* XXIX *Iulii, inſcriptus Martyrologio Romano.*

Ob incurſionē Hunnorum,

fugit Gangram:

obit, forſan occiſus;

claret miraculis:

ſe ſigno Crucis conſignat:

13 *Inter innumera miracula hoc cenſeri poteſt paſſim ab omnibus deſcriptum, quod ita narrat Theophanes*: Theodorus quidam ex Macedonii familiaribus, vidit eum à morte per ſomnium ſibi dicentem: Excipe iſta & abiens lege coram Anaſtaſio, & dic ei: Ego quidem ad Patres meos, quorum ſervavi fidem, vado: Dominum autem interpellare non deſinam, donec tu quoque adveneris, & ad judicium ſubeundum una ſiſtamur: *Idem dein ad ultimum annum vitæ Anaſtaſii iſta habet*: Hoc anno Anaſtaſius Imperator virum terribilem in viſione conſpexit, codicem manu geſtantem, quem cum aperuiſſet & comperiſſet Imperatoris nomen, dixit ei: Ecce ob fidei tuæ perverſitatem annos quatuordecim deleo. Totidemque delevit. Experrectus Amantium Præpoſitum vocat & narrat viſionem. Dicit ille: Ego quoque hac nocte cernebam adſtare me Majeſtati tuæ, porcumque magnum irruentem, chlamydemque meam prehendentem, in terram me proſtraviſſe ac devoraſſe penitus. Advocato ergo Proclo ſomniorum conjectori res viſas enarrant. Refert ille: Brevi ſpatio uterque veſtrum conſummatur. Hoc eodem anno Indictione undecima, menſis Aprilis nono, Anaſtaſius impius Imperator occubuit, *fulmine*, (*ut plerique alii tradunt*) *exanimatus. Annus id erat* DXVIII.

apparens provocat ad Dei judicium Anaſtaſium,

etiam ſomnio territū,

ac mortuū fulminis ictu:

14 *Cultum ſacrum à Græcis exhibitum S. Macedonio indicant Mſs. Synaxarium Pariſienſe collegii Claromontani Societatis Ieſu, & Mſs. Menæa Græca Taurinenſia Ducis Sabaudiæ, aliaque Divionenſia Petri Franciſci Chifletii, in quibus ad hunc* XXV *Aprilis iſta leguntur*: Memoria ſancti Patris noſtri Macedonii Archiepiſcopi Conſtantinopolitani. *Quæ plane eadem habentur in Menæis excuſis & apud Maximum Cytherorum Epiſcopum pro eccleſiis Græcis orthodoxis: in Menæis autem hoc diſtichon additur,*

Ἐκβὰς Μακεδόνιε τῷ φθαρτῷ θρόνῳ
Ὑμνεῖς τὸ θεῖον σὺν Σεραφὶμ καὶ Θρόνοις.

Pulſus caduco, Macedoni, de throno,
Divina cantas cum Seraphim & Thronis.

Colitur S. Macedonius apud Græcos:

Non fuit Cardinalis Sirletus, in Sanctis ſuo Menologio inſcribendis, diebus aliquot ſatis diligens, ut qui heſterno die neglexit S. Eliſabetham Thaumaturgam, paſſim omnibus antiquis Synaxariis, Menæis & Menologio Baſilii Imperatoris & Anthologio inſcriptam: imo de qua Græci officium Eccleſiaſticum habent, uti illo die deduximus. Vt autem iſtam heſterno præteriit die, ſic hodierno unius S. Marci Euangeliſtæ, & ſequenti ſolius Baſilei Martyris relatione fuit contentus. Hujus oſcitantia deceptus Baronius, ſcripſit ad an. 515 *num.* 50 *apud Græcos memoriam S. Macedonii non extare, & Menologia (quæ ſcilicet ſolius Sirleti oculis vidit) nullam veſtigium ipſius habere.*

à Sirleto omiſſus;

15 *Anaſtaſio Imperatori ſucceſſit Iuſtinus, orthodoxus & religione præſtans Princeps, ſub quo anno* DXVIII *habita eſt Synodus Conſtantinopolitana, cujus Acta inſerta ſunt Actis alterius Synodi ſub Menna ibidem habitæ: ac primo refertur epiſtola Synodalis Epiſcoporum ad Ioannem Patriarcham, in qua* prima petitio eſt, ut ſanctæ memoriæ Euphemius & Macedonius, expulſi & in exilio mortui, juſte & canonice revocentur, & tradantur catalogo prædeceſſorum Archiepiſcoporum, in Domino ibidem quieſcentium, omnibus irritis manentibus, quæ contra ipſos quandocumque facta fuerint; ponanturque in ſacris diptychis ipſorum vocabula, ſecundum quod omnis populus & monachicus ordo ſedulo & multum exclamavit... Secundum capitulum continebatur, ut qui cauſam prædictorum Patrum, Euphemii dicimus & Macedonii, banniti fuerunt & fugati, reverſi reſtituantur propriis gradibus. *Subſcripſerunt Epiſcopi* XLIV. *Subjungitur libellus monachorum ad congregatam Synodum, petentium*, ut ſanctæ memoriæ Patres noſtri, qui, neſcimus quomodo, expulſi fuerunt, videlicet Euphemius & Macedonius, in præſenti juſte & canonice revocentur, & tradantur catalogo prædeceſſorum Archiepiſcoporum ibidem in Domino quieſcentium, ceſſantibus omnibus, quæ quandocumque adverſus ipſos facta fuerunt: quodque addatur in ſacris libris ſimul cum ipſis & venerabile nomen Leonis Romanorum Archiepiſcopi. *Subſcripſerunt Presbyteri Archimandritæ* LII. *Sequitur deinde titulus*, Quomodo prædicatæ ſunt Synodi. *Quo facto inter voces à populo venerunt etiam iſtæ*; Reliquias Macedonii Eccleſiæ reſtitue. Eos qui ſunt in exilio propter fidem Eccleſiæ reſtitue. Reliquias Macedonii modo fer. Nomen Macedonii modo ordinetur. Totis vocibus Imperatori ſupplicamus. Euphemium & Macedonium Eccleſiæ reſtitue. Reliquias Macedonii Eccleſiæ reſtitue. In iis ſemper vinces. Euphemii & Macedonii nomina modo ordinentur ad perfectam feſtivitatem Eccleſiæ. Falſos teſtes Macedonii ejice foras...

ſub Iuſtino Imperatore pro Macedonio agunt Epiſcopi,

monachi,

Populus, C P.

16 Tunc ſanctiſſimus Patriarcha Joannes accipiens diptycha, juſſit ordinari ſanctas quatuor Synodos... ordinarique juſſit nomina in ſancta memoria defunctorum Archiepiſcoporum hujus regiæ urbis, Euphemii & Macedonii, ac etiam Leonis Romani Pontificis. Tunc voce magna omnes de populo, tamquam uno ore, clamaverunt: Benedictus Dominus Deus Iſraël, quia viſitavit & fecit redemptionem

nomen diptychis inſcribitur:

A nem populo ſuo. Et cum tempore diptychorum lectæ tuiſſent appellationes ſanctarum quatuor Synodorum & ſanctæ memoriæ Archiepiſcoporum Euphemii & Macedonii & Leonis, voce magna univerſi clamaverunt: Gloria tibi Domine. Et poſt hoc cum omni modeſtia completa eſt cum Deo divina Miſſa. *In epiſtola Epiphanii Tyri & eorum, qui ſub eo ſunt ad Synodum Conſtantinopolitanam, iſta leguntur*: De revocatione ſanctorum Patrum noſtrorum Euphemii & Macedonii, & inſcriptione nominum illorum in ſacris diptychis, quia jam intelligentiam Deo dilectam habetis, ſententiam tuliſtis, quæ probat ipſos eſſe revocandos, & appellationes eorum in ſacris libris inſcribendas: cum nihil omnino eorum, quæ præcedenti tempore contra ipſos injuſte facta ſunt, ipſorum divinam viram contaminaverit. Similem deprecationem ſuper his extendimus, ut ex judicio ſanctiſſimi Patriarchæ regiæ urbis ac veſtræ Sanctitatis, nec non ex ſupplicatione facta ad piiſſimum Imperatorem noſtrum, & in veneratione accipiat & corpus ſpiritualis Patris noſtri Flaviani Patriarchæ Antiocheni, & reſtitui faciat catalogo Patrum noſtrorum in ipſa Apoſtolica Sede prædormientium, ordinarique ipſius venerabilem appellationem in ſacris libris. Juſtum enim eſt eum, qui pro Chriſto Deo noſtro & ejus recta fide fatigatus eſt, ... participare his quibus ſecundum judicium ſanctitatis veſtræ participarunt, qui ipſius commyſtæ fuerunt, Euphemius ſcilicet & Macedonius ſanctæ memoriæ. *Subſcripſerunt cum Epiphanio quatuor alii Epiſcopi. Hæc Acta fuerunt anno* DXVIII.

quod ut de Flaviano Antiocheno fiat, rogant Tyrii.

B

17 *At ſequenti miſſi fuerunt ab Hormiſda Papa Legati Apoſtolici, quando in libello fidei, à Ioanne Epiſcopo C. P. ad Hormiſdam* anathematizantur Neſtorius, Eutyches, Dioſcorus, Timotheus Ælurus, & Petrus Alexandrinus, *ſimiliter &* Acacius quondam Conſtantinopolitanæ urbis Epiſcopus, complex eorum & ſequax factus, nec non & perſeverantes eorum communioni & participationi. *Hinc in ſuggeſtione Dioſcori Diaconi ad Hormiſdam Papam dicitur*: Poſt factum libellum nomen Acacii de diptychis eſt deletum, ſimiliter & Phravitæ, Euphemii, Macedonii & Timothei, & non ſolum hoc in ipſa ſola Eccleſia, in qua Epiſcopus manet, verum etiam per omnes Eccleſias, cum grandi diligentia, Deo adjutore, ſuggerimus eſſe factum. *Sederunt hi quatuor Epiſcopi poſt Acacium, uſque ad tempora, quibus Ioannes, de quo hic agitur, dictæ Eccleſiæ præfuit: cujus zelum & obedientiam erga Sedem Apoſtolicam laudamus, quod deceſſores iſtos ſuos indifferenter omnes amoverit à diptychis uſque ad illius judicium, ex quo S. Macedonii nomen reſtitutum fuiſſe ipſa antiqua Menæa & alia monumenta ſupra indicata confirmant. Maneat ergo uti illa teſtantur ἡ μνήμη τῦ ἐν Ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Μακεδονίε, Ἀρχιεπισκόπε Πατριάρχε Κωνσταντινουπόλεως. Non ſunt tam illuſtria teſtimonia venerationis S. Flaviani Antiocheni & Eliæ Hieroſolymitani apud Græcos: forſan quia, cum S. Macedonius in fide orthodoxa conſtanter perſiſteret, ipſi videntur vacillaſſe. Interim veneramur etiam illos, quia ſi non olim Græcorum faſtis ſaltem nuper Romano Martyrologio fuerunt adſcripti, in noviſſima ejus recognitione ex judicio Cardinalis Baronii.*

AUCTORE G. H.

Videtur Macedonii nomen ad tempus ablatum à diptychis,

& poſtea reſtitutum

E

DE SANCTO CLARENTIO,

EPISCOPO VIENNENSI IN GALLIA. G.H.

ANTE AN. DCXXV.

Cultus ſacer ex Martyrologiis,

Do Epiſcopus Viennenſis in ſuo Martyrologio Sanctos varios Epiſcopos deceſſores ſuos celebrat, & ad hunc diem poſt S. Marcum Euangeliſtam, & Litanias majores iſta habet: Apud Viennam S. Clarentii, Epiſcopi & Confeſſoris. *Eadem inſerta leguntur variis aliarum Eccleſiarum Martyrologiis etiam extra Galliam, utpote Pragenſi eccleſiæ Metropolitanæ, Bruxellenſi S. Gudilæ, Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* MCCCCXC *excuſo, MS. Florario, Auctario Greveni ad Vſuardum. In Martyrologio Gallicano Sauſſaji hoc elogio exornatur*: Viennæ Allobrogum S. Clarentii Epiſcopi & Confeſſoris: qui tempore Dagoberti Regis hujus Eccleſiæ ſolio præſedit, B. Ætherio & ordine & merito proximus: quem etiam, digne officio paſtorali perfunctus, ad ſuperna gaudia pio exceſſu ſecutus eſt. *In Breviario Viennenſi Eccleſiæ Archiepiſcopalis S. Mauritii, anno* MDXXII *Viennæ excuſo, præſcribitur Officium Eccleſiaſticum de S. Marco Euangeliſta cum commemoratione S. Clarentii Epiſcopi Viennenſis, etiam ad Miſſam.*

C

& Breviario Viennenſi,

2 *Deſcripſimus ipſi Viennæ anno* MDCLXII *Ms. Catalogum Sanctorum Epiſcoporum Eccleſiæ Viennenſis, item Martyrologium ſacræ Viennenſis Eccleſiæ nuper reformatum. In Catalogo iſta leguntur*: S. Clarentius ſub Conſtantino Imperatore, & Dagoberto Rege. *Quæ latius in Martyrologio ita exponuntur*: XXV Aprilis, Viennæ S. Clarentii Confeſſoris Archiepiſcopi trigeſimi primi, tempore Conſtantini Magni, qui B. Clarum Abbatem conſtituit monaſterii S. Marcelli, & cum Patribus dormiens miraculis refulſit. *Eadem enucleatius explicantur in alio Viennenſi Martyrologio, quod Divione obtinuimus, ubi iſta habentur*: Septimo Kalendas Maii, Natale S. Clarentii Confeſſoris, trigeſimi primi Archiepiſcopi Viennenſis, qui tempore Conſtantini Magni, pii Imperatoris, ſedente Romæ S. Martino Papa, Eccleſiam Viennenſem fideliter adminiſtravit. Hic beatiſſimum Clarum, è præcipuo Griniacenſium monaſterio extractum (quod S. Ioannis Vinearum antiquitus ferebatur) propter ejus ſanctimoniæ eminentiam, Abbatem monaſterii S. Marcelli Viennæ conſtituit: quievitque in pace cum Patribus, miraculis fulgens. *Hæc ibi cum perturbatione temporum, ex ipſo Adonis Chronico hauſta: in illo enim Dagoberti Regis initium componitur cum imperio Conſtantini, aliis Conſtantis, hominis Monothelitarum veneno infecti: ſub quo* S. Martinus Papa Cherſonam relegatus, ibidem vitam finivit: *anno ſcilicet* DCLV. *Deinſubjicit Ado*: Clarentius, vir ſatis eruditus, Viennenſis Epiſcopus claruit. *Ac deinde pluribus interpoſitis legitur apud eumdem Adonem*, Juſtinianus minor, filius Conſtantini, Imperator factus, *ſcilicet anno* DCLXXXV, *ac tandem ſubditur*: Dagobertus Rex valida febre ægrotans, mortuus eſt Spinogilo villa, in pago Pariſienſi .... ejus loco conſtituerunt Franci Chlodoveum filium ejus Regem. *Regnavit uſque ad dictum tempus* Dagobertus filius Sigeberti, *quem nos primi ad regni ſolium reduximus, in ſcripta Diatriba de tribus Francorum Regibus excuſa anno* MDCLV, *ac proinde relicto Imperio Conſtantini ſeu Conſtantis & Pontificatu S. Martini, alia via inquirendum tempus, quo S. Clarentius claruerit Epiſcopus Viennenſis. Hoc autem videmur poſſe invenire in ipſo Adone, qui Clarentio proximum ſucceſſorem aſſignat Sindulphum, Viennenſis Eccleſiæ Epiſcopum. Etenim Sindulphus Concilio Remenſi, ſub Sonnatio circa annum* DCXXV, *habito, interfuit, neceſſarium proinde eſt ut S. Clarentius ante illud tempus è vita deceſſerit; cum imperaret Heraclius, & Francis dominaretur Chlotarius II, conſtituto Dagoberto filio Rege Auſtraſiorum, Eccleſiæ vero*

non floruit ſub Conſtantino ſeu Conſtante Imp.

F

neque ſub Pontificatu S. Martini Papæ,

ſed ante annum 625

ſub Heraclio.

AUCTORE G. H. *præsideret Bonifacius Papa V. Vitam S. Clari Abbatis Viennensis supra memorati dedimus Ipsis Kalendis Ianuarii : sed absque ulla mentione S. Clarentii.*

relatus 26 Aprilis, 3 *Ad diem sequentem* XXVI *Aprilis, notatur idem* S. Clarentius Episcopus Viennensis, *in Ms. Adone Parisiensi S. Germani, ab Auctore Martyrologii sub nomine Bedæ excusi, item à Molano, Galesinio, Canisio & hodierno Martyrologio Romano : novissimeque in Diario Metropolitanæ Pragensis ecclesiæ, per ejusdem ecclesiæ Decanum collecto ; occasione* insignis partis ex Galliis anno MCCCLVIII allatæ: *cujus translationis documenta si ante finitam impressionem nacti fuerimus, non gravabimur, vel in Appendice, ea exhibere ; ut certius constet, corpus sancti Episcopi majoribus in honore ac reverentia fuisse ; ac fore etiam nunc, nisi ipsum cum pluribus Sanctorum pignoribus Hugonotti per Galliam grassantes dissipassent.* D *Reliquiæ Pragæ.*

DE SANCTIS OCTO ANACHORETIS,

MARTYRIBVS APVD GRÆCOS.

G. H.

XXV APR. *Concludunt Græci hunc* XXV *diem Aprilis in Menæis & apud Maximum Episcopum Cytherorum, martyrio horum Anachoretarum, de quibus ista habent :* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τῶν ὁσίων πατέρων ὀκτὼ ἀναχωρητῶν καὶ Μαρτύρων. Eadem die memoria sanctorum Patrum octo Anachoretarum & Martyrum. *Hoc autem distichon additur in Menæis, quo genus martyrii indicatur :*

Cultus apud Græcos,

B Ὀκτὼ συνεκκόπτουσιν ἀνδρῶν αὐχένας,
Τυπὸ ζυγὸν σὸν τὰς δαμασθέντας, Λόγε.
Octo virorum colla conscindunt simul,
Tuo perdomita colla sub jugo, ô Verbum.

Hactenus Menæa non indicato aut tempore aut loco martyrii, ut difficile sit conjectare qua occasione sint martyrium assecuti. Fuerunt plurimi monachi & anachoretæ pulsi in exilium, aut martyrium passi sub Iconoclastis Imperatoribus seculo Christi octavo & nono. Sub Anastasio Imperatore anno Imperii XXII *Christi* DXIII, *tradit Theophanes in sua Chronographia, orthodoxos omnes & maxime monachos, aversatos esse hæresim Severi intrusi Episcopi Antiocheni ; & plures eorum interfectos. Fuerat tunc anno præcedenti S. Macedonius Episcopus Constantinopolitanus in exilium conjectus, in eoque anno* DXVI *extinctus. Quid si occasione hujus ad hunc diem relati in Menæis, additi fuerint octo hi Anachoretæ, tunc occisi. Verum potuerunt plurimæ aliæ occasiones accidisse, quibus sint, in odium fidei Christianæ propugnatæ, interempti hi Sancti.* *occasio, martyrii latet.* E

DE SANCTO FIDELE,

HISPELLI IN VMBRIA.

G. H.

XXV APR. *Ispellum, urbs Vmbriæ, ut passim traditur, olim Episcopalis fuit, nunc oppidum amplum est in colle, quod nos anno* MDCLX, *Fulginio proficiscentes Assisium, reliquimus ad latus dexterum. Ibi hac die memoriam S. Fidelis celebrari indicat Ferrarius in sua Topographia ad Martyrologium Romanum, item in Catalogo generali, & in Catalogo Sanctorum Italiæ : in quo ultimo,* ex Annalibus Hispellensis urbis, *hoc elogium profert.*

Memoria sacra :

Vita & cultus compendium : C Fidelis Confessor apud Hispellum, quod est Umbriæ oppidum, Fulginio proximum, non parvam habet venerationem. Dies enim festus illius solenni populi Hispellensis processione celebratur. Habet extra Hispellum propriam ecclesiam sive sacellum. Tumulus ejus apud S. Marium in vico in dicta ecclesia perseverat : in quem infantes ægroti, devotionis ergo immissi, sanitates referre solent. Corpus inde sublatum fuit : quod cum auferretur, ferunt (ita habet antiqua oppidi traditio) emissam cælitus vocem, Licet hinc corpus Fidelis auferatis, non tamen virtutem. Natalis ejus VII Kalendas Maii recolitur. *Dein in Annotatione ista addit :* Etsi Acta Sancti hujus disperiere ; ex antiqua tamen Hispellensium traditione creditur illum Hispelli, ubi ecclesia & tumulus adhuc conspiciuntur, vixisse & diem suum obiisse. *Nicolaus Brautius Episcopus Sarsina in suo Martyrologio Poetico eumdem his versibus celebrat :*

Corpore sublato, tumulo vis tota remansit,
Vox uti de cælo missa locuta refert.

2 Thadæus Hispellas I. C. monuit *Ferrarium, ut hic scribit,* Fidelem esse eumdem, qui Felix Episcopus ; *quo non obstante, ut diversum ipse constituit. Multa de Felice Episcopo controversa sunt, quæ ad ejus diem natalem* XVIII *Maii erunt discutienda. Vtrumque omisit Iacobillus in sua historia de Sanctis Vmbriæ.* F *an idem cum* S. *Felice ?*

DE SANCTO ERMINO,

EPISCOPO ET ABBATE LOBIENSI IN BELGIO.

G. H.

ANNO DCCXXXVII Lubacum, Laubium, *seu* Lobium, *est antiquum ad Sabis fluvii sinistram ripam monasterium, è regione Thuinii oppidi, & cum hoc subjacet regimini Episcopi Leodiensis ; licet monasterium in Ecclesiasticis subsit Episcopo Cameracensi. Habuit priores aliquot Abbates simul Episcopos, quorum primus fuit S. Vrsmarus, de quo late egimus* XVIII *Aprilis ; secundus S. Erminus, de quo hic agimus : Fulcuinus postmodum Abbas Lobiensis de Gestis Abbatum Lobiensium cap.* 5 *ista tradit :* S. Ursmarus, antequam decederet, fractus longa molestia, se vivo S. Erminum successorem sibi substituerat : in quem familiaritate quadam speciali se totum transfuderat, utpote in dilectum heredem & gratissimum successorem. Subst itutus igitur Erminus, Magistrum cœpit æmulari, ut si secundum Pythagoricorum narrationem, migrationem animarum in alternis corporibus fas esset credere, eumdem ipsum crederetur repræsentare. Supersedendum erit si cuncta velimus dicere, quam assiduus in loci augmentatione, quam cautus fuerit in commissa sibi pastoralitate, maxime cum descriptio vitæ ejus dicat de eis satis abunde.

A S. Ursmaro dilectus, eidem successit.

2 *Est autem* Vita & S. Ursmari & S. Erminі *scripta ab Abbate ejusdem monasterii,* Ansone *nomine, mortuo anno* DCCC, viro bono & sancto, *quem* veritatem historiæ simplici eloquentia descripsisse *testatur Fulcuinus cap.* 9. *quique num.* 6 *profitetur se* quæ narrat cognovisse ; referente viro venerabilis vitæ Flaberto, ipsius S. Ermini *Vita utrius que ab Ansone Abbate scriptæ.*

A S. Ermini discipulo, teste valde idoneo. *Ipse vero Anzo creatus fuerat Abbas anno* DCCLXXVI, *vix integris* XL *annis post mortem S. Ermini elapsis. Nos Vitam ab eo scriptam, damus ex quatuor codicibus Mss. scilicet vetustissimo Audomarensi monasterii S. Bertini, Vltrajectino ecclesiæ S. Salvatoris, Hubergensi Guilielmitarum in districtu Antverpiensi, & Leodiensi monasterii S. Iacobi, cum attestatione Ægidii Lambrech Abbatis, & Ægidii Gryte monachi dicti monasterii, & Ægidii Bavacensis Prædicatoris Capucini, quod* copia Vitæ cum originali MS. antiquo conveniat. *Eadem Acta retulerunt Dacherius & Mabillon seculo 3 Benedictino.*

Cultus sacer 25 Aprilis,

3 *Mortuus est S. Erminus hoc* XXV *Aprilis, quo die inscriptus est variis Martyrologiis manu exaratis & prælo cusis cum hodierno Romano, in quo ista leguntur*: Laubiis S. Ermini Episcopi & Confessoris. *Ita etiam* Episcopus & Confessor *appellatur in pervetusto Martyrologio Leodiensi S. Lamberti, in Ms. Florario Sanctorum: item à Greveno & Molano in Additionibus Vsuardi, Canisio & aliis. In Martyrologio, quod vetus Romanum appellavit Rosweidus, celebratur absque mentione tituli Episcopalis,* Ermino Confessor: *ita etiam in Ms. Bruxellensi S. Gudilæ,* Erminus Confessor. *Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii majus elogium ex Actu habet, additque Lobiis celebrari ejus festum hoc* XXV *Aprilis, dilato B. Marco in sequentem diem, & Litania in feriam sextam sequentem. Sed apud Lobienses Canonicos Binchii, ubi corpus ejus quiescit, transfertur ejus festum in sequentem diem: at festum translationis agitur* XXVI *Octobris: & triumphi de Hungaris* 11 *Aprilis: quæ quia sunt huic & S. Vrsmaro communia, de iis egimus ad Vitam S. Vrsmari, in qua dicta victoria late describitur, cum hoc titulo in antiquis codicibus præfixo*: Quomodo Laubienses ab Hungaris liberati sunt per merita sanctorum Confessorum Ursmari & Ermini. *Aliquod ejus elogium habet Trithemius de Viris illustribus Ordinis S. Benedicti lib. 3 cap.* 160, *& lib. 4 cap.* 180, *ejusque exemplo eum Martyrologiis suis monasticis adscripserunt Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus. At Ghinius eumdem refert in Natalibus Sanctorum Canonicorum.*

B *26 Apr. 26 Octob. 2 Aprilis.*

VITA

Auctore Anſone Abbate Lobienſi.

Ex tribus codicibus MSS.

C *Exempla Sanctorum excitant ad virtutem.*

DUm Apostolorum præcepta exemplaque Patrum recitantur, & victoriæ Martyrum ac colluctationes Confessorum, adversus spiritualia nequitiæ arma in cælestibus contra Principes tenebrarum rectoresque, leguntur; corda audientium compunguntur atque ad amorem patriæ cælestis inflammantur: & aliquando, sicut scriptum est, melius per exempla, quam per prædicamenta gradiuntur. Et unusquisque audiens meliora præcedentiũ Patrum opera, & quæ sibi [desunt] indicari cognoscens; humiliatur atq; ad eorũ beatitudinem pervenire quantocyus festinat. Ego vero hæc ita esse considerans, adjuvante Domino, opto, si possum, breviter succinctus transcurrere, qualiter in hac luce B. Erminus Episcopus, bonorum memoria dignus versatus fuerit.

a In Laudunensi agro natus,

2 Igitur S. Erminus oriundus fuit in pago *a* Laudunensi, non infimis parentibus, sed mediocri genere Francorum: & quamvis nobilis esset progenie, nobilior tamen erat mente. Cum autem sacras litteras divinamque Scripturam pleniter didicisset, propter incomparabilem vitam & religionem devotissimam ad Presbyterii honorem sublimatus est: seque commendavit cuidam Pontifici, nomine *b* Madelgario. Cumque quotidie ad meliora proficeret, sub præfato Pontifice, cœpit fama illius ex bona conversatione longe lateque diffundi: ita ut Sanctus Dei Ursmarus (Episcopus atque Abbas de monasterio, quod derivative, ex nomine Fluvioli decurrentis per monasterium in amnem, qui proprie nuncupatur Sambra, vocatur Laubacus) hæc audiens vocaret ad se, faceretque eum sibi familiarissimum amicum, tactus corde spirituali affectu. Qui cernens illum in bonis versantem operibus, præcepit illi, ut frequenter ad se veniret gratia visendi: qui ita crebro agebat, & mores perfectos conversationemque sanctam, velut apis prudentissima, ab eo hauriebat. AUCT. ANZONE AE.

familiaris S. Vrsmaro,

3 Factum est autem non post multos dies, ut homo magnus in Palatio *c* Pipini filii Ansegisi, nomine *d* Hailedaldus, iter ageret per territorium Laudunense. Cum autem audisset prædictus Madelgarius Episcopus transitum tanti viri per suam diœcesim, studuit ei præparare prandium locupletissimum donaque multa valde. Cumque pervenisset vir ille *e* Procerus ad domum Episcopi, audissetque quod multa ei dona dare decrevisset; accersivit eum ad se, & ait illi: Rogo te, ne des mihi quidquam de tuis facultatibus in domo tua, nisi quod petam à te. At ille respondens dixit: Pete quodcumque volueris: & ego tibi gratanter tribuam. Tunc gaudens Hailedaldus de responsione Episcopi, dixit ei: Petitio mea nihil est aliud, quam ut permittas unum de tuis Presbyteris, nomine Erminum, ire ad monasterium, quod vocatur Laubacus, atque ibidem stabiliter permanere, ubi S. Ursmarus Pater monachorum cernitur esse: ut illuc cœptum opus ad finem felicem perducat. Audiens autem Madelgarius talem petitionem, quamvis moleste accipiens, tamen nec voluit renuere, nec potuit; sed illico concessit dicens: Pergat quocumque volueris. Qui statim misit illum ad sæpedictum monasterium S. Ursmari. Qui recipiens eum hilariter in suo cœnobio, ac secundum morem ibidem degentium fecit spondere, obtemperare regulam, & obedientiam exhibere majoribus, caritatis dilectionem minoribus: quod postea implevit devotus.

c

d procurante Hailedaldo apud Episcopũ Laudunensem,

e

D *mittitur Lobium habitaturus apud S. Vrsmarum:*

4 Receptus sane secundum ordinem in tanta se humilitate atque obedientia construxit, ut omnes pene antecederet. Qui imitatus vitam S. Ursmari moresque, ad summum apicem Christianæ religionis attigit. Dominus enim tantam illi gratiam contulit, ut nullus esset qui non illum ex affectu diligeret. Nihil siquidem arrogantia, nihil superbia de ejus moribus usurpabat: sed omnibus benevolus, in terra positus, cælestem habitum moribus ostendebat. Senescente vero *f* S. Ursmaro graviterque infirmante, permiserunt spirituales filii sui ei licentiam deponendi se de culmine regiminis. Qui depositus cœpit suadere eis, ut hoc ipsum jugum sancto imponerent Ermino *g* Episcopo. Protinus vox omnium Clericorum ac Laicorum una efficitur, ita ut nullus in his omnibus inveniretur qui non ejus electionem clamaret.

sancte ibi vivit,

F *f & in successorem S. Vrsmari eligitur: g*

5 Sublimatus quoque in fastigio regiminis, statim sic apparuit aptus & devotus officio, tamquam si, quo noviter scanderet, jugiter præfuisset. Fuit itaque in eleëmosynis largus, in vigiliis sedulus, in humilitate profusus, in doctrina præcipuus, in sermone paratus, in conversatione sanctissimus, in hospitalitate lætissimus, venerans in eis Christum verum hospitem, & sinceritatem mentis ostendebat in lenitate sermonis. Quidquid ad salutem pertinere posset æternam, non minus implebat beatissimi operis studio, quam sermonis prædicatione docebat: maximeque ex omnibus enumeratis virtutibus orationi incumbebat. Ita dumtaxat ut fere nullo tempore eum quis posset reperire, quo non oraret vel psalleret.

Abbas factus,

excellit in omni genere virtutis,

maxime orationis:

Sacerdos ordinatur: b

6 Nonnulli

AUCT. ANONE AB

6 Nonnulli ferunt eum habuiſſe ſpiritum prophetiæ, ſicut narrare ſolet vir vitæ venerabilis, Flabertus nomine, diſcipulus illius, teſtis valde idoneus. Porro quæ narro, eo referente cognovi. Nam cum Ragenfredus committeret bellum adverſus Carolum, *h* eodem die, priuſquam invicem pugnarent, vir Domini Erminus, poſt Matutinas Laudes Fratribus quieſcentibus, ipſe ſecundum conſuetudinem ſolus in oratorio remanens pſallebat. Cumque diu decantaret, ſopor irruit in eum intantum ut pene ſtare non poſſet. Repugnante autem eo ac reluctante, vox facta eſt ad eum, dicens: Caroli eſt victoria. At ille ſurgentibus Fratribus congregatiſque in unum, narravit eis, quod ſibi dictum erat. Ac ita probavit poſtea eventus: quia fugato Ragenfredo exercituque illius vulnerato, fere uſque ad internecionem, Carolus univerſum regnum Francorum redegit in ſuam poteſtatem, ſicut dictum fuerat S. Ermino.

h *Abſens indicat victoriam Caroli Martelli:*

7 Nec illud æſtimo fore ſilendum, quod dixit per indaginem ſancti Spiritus, quando interiit vir Gentilis, nomine Ratbodus, princeps Freſonum. Igitur cum completa eſſet malitia prætati viri Ratbodi, cœpit adunare turbas Gentilium exercitumque valde copioſum, cupiens irrumpere in Francorum terras, ut ſuam in eis ultionem exerceret. Hæc audientes Franci metuebant eum nimis, reminiſcentes quod olim ab eo graviter vulnerati terga vertiſſent. Tunc miſertus Dominus ſervis ſuis, non permiſit illum intrare in terram Francorum, ſed percuſſit eum & mortuus eſt. Contigit autem ut ipſa die S. Erminus equitaret de ſuo monaſterio ad villam, quæ vocatur *k* Fleon, circa horam diei fere nonam, qui paululum preſſit gradum; & ait circumſtantibus ſibi Comitibus, Vere vobis dico, Cecidit modo terrena ſublimis altitudo. At illi qui cum eo erant notantes diem, & ſolicite requirentes, invenerunt, quod percuſſus ac mortuus eſſet vir præfatus, eadem hora eodemque die, eo ipſo momento, quo S. Ermino fuerat revelatum.

i *Ratbodi Regis Friſonum obitum indicat eo momento, quo contigit:*

k

8 Non multum, ut arbitror, poſt hoc tempus, dum Carolus iter ageret ſecus monaſterium S. Ermini, fertur dixiſſe ſuis famulis: Eamus ad monaſterium Laubacum. Statimque perrexerunt coqui & piſtores cum reliquis miniſtris ad monaſterium, dicentes: Carolus inſequitur iter noſtrum. Sanctus vero Erminus cantabat Pſalmos, orabatque in oratorio: quod ſibimet ipſi dedicaverat in honore S. Mariæ ſemper Virginis, & S. Joannis Euangeliſtæ, & S. Andreæ. Cum autem pene impleretur omnis locus monaſterii de exercitu prædicti Principis; Præpoſitus monaſterii, Martinus nomine, miſit unum de monachis ad prædictum oratorium, ut ſuaderet Epiſcopo egredi ad eos, ob adventum Principis Caroli. Qui cum introiſſet, ille decantabat hunc Pſalmum: Deus judicium tuum Regi da, & juſtitiam tuam filio Regis. Tunc qui miſſus fuerat dixit ei humiliter, quod ei fuerat imperatum. At ille reſpondens præcepit illi, dicens: Egredere hinc. Quo egreſſo ipſe nihilominus pſallebat. Martinus autem iterum miſit alium, ſimile illi mandatum dans. Profecto S. Erminus, & hunc juſſit ſimiliter egredi, ab oratione tamen non ceſſans. Denique Martinus, jam felle commotus, ingreſſus ad eum, cum furore, dixit: Mirabile eſt quod agis. Cur non egrederis ad nos, & dicis quid facere debemus? quoniam ſenior noſter Carolus hic quantocius feſtinat venire. At ille, completa oratione ac repletus ſpiritu prophetiæ, dixit illi: Vade ad eos, qui advenerunt foras, & quodcumque habent neceſſe, impertire illis: ſimulque dic eis ut exeant poſt Dominum ſuum; quia vere dico tibi non eſt Carolus viſurus iſtud monaſterium in hoc anno. Qui parens imperio pii Patris, dedit eis omnia neceſſaria, ac ſit ſunt omnes à monaſterio regreſſi, & Carolus iter quod cœperat peregit: ut ſermo S. Ermini impleretur, quem Dominus oranti illi revelaverat, in auriculam cordis ejus.

licet Carolus iter Laubacum indixiſſet,

Pſal. 71

prædicit tamen non venturum:

B C D

9 Iterum fore haud arbitror tacendum, quod Dominus revelare dignatus eſt illi de Pipino filio Caroli cum *l* naſceretur. Itaque nato puero contigit veniſſe à Carolo quemdam hominem ad monaſterium plurime dictum, locutumque fuiſſe cum homine Dei Ermino. Cumque diu loquerentur, ſubjungens inquit: Natus eſt filius Caroli. At ille ſolicitus de nomine pueri ait: Quomodo vocatur nomen ejus? Et ille, Pipinus eſt, inquit, nomen ejus. Regrediente autem illo S. Erminus ait ſuis familiaribus: Iſte, inquam, puer habiturus eſt regnum Francorum ſolide, intantum ut nullus de progenie illius ante eum tam ſolide tenuiſſe dignoſcatur: & ita demum cernimus nos *m* ſublimatum eum in univerſum regnum Francorum, ſicut S. Erminus prædixit fore fiendum.

l *prædicit Pipinum Brevem natum, obtentum regnum Francorum:*

m

10 Alio igitur tempore cum eſſet vir ſanctus Erminus apud aliud monaſterium, quod vocatum eſt *n* Elnon, ubi corpus ſancti Amandi requieſcit, diſtans à ſuo cœnobio fere triginta millia; obiit quidam monachus in ſuo cœnobio Guinibertus nomine. Qui abſens, ut dixi, protinus agnovit: ſtatimque monachis ibidem conſiſtentibus ſupplicavit, quatenus exequias ſui monachi celebrarent, & ſacras Hoſtias Deo pro abſolutione illius offerrent: qui ita gratanter fecerunt.

n *Elnone exiſtens pro monacho in ſuo monaſterio tunc mortuo curat exequiis celebrari,*

E

11 Hoc quoque etiam operæ pretium promere, quod nullius unquam perſonæ potentis ſuccubuit, timendo vel adulando, ut minus annuntiaret aut ſubtraheret verbum prædicationis; ſed auctoritas Apoſtolica & prædicatio inflexibilis in eo permanſit. Ad poſtremum profecto diſcipulis ſuis perfecte inſtructis, traditaque eis cibaria tritici menſura, provectus ætate & plenus dierum, in ſenectute bona anno ſeptingenteſimo & trigeſimo ſeptimo, ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſeptimo Kalendas Majas, perrexit ad Dominum: cui eſt honor & gloria, poteſtas & imperium, per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

ſincerus in omnibus actionibus,

moritur anno 737,

25 Aprilis.

ANNOTATA.

a Laudunum, *urbs Epiſcopalis in Picardia ſuperiore verſus Campaniam.*

b Madelgarius, 12 *Epiſcopus Laudunenſis, etiam notus ex monumentis monaſterii S. Ioannis, in quo S. Salaberga vixit: ex cuius Vita nonnulla de regno Dagoberti II à nobis primo producti dedimus, integram daturi 22 Septembris.*

c *Hic eſt* Pipinus Herſtallius, *qui Vulfoaldo mortuo ſucceſſit Majori-Domus Auſtraſiorum anno 687 menſe Iunio, mortuus anno 714, 16 Decembris.*

F

d Hailedaldus *in omnibus Mss. exaratur hic & parum inferius. Hinc alius à S. Hildulpho Duce videtur debere conſtitui, quem tamen unum eumdemque facit Ægidius Wauldæus in Vita S. Ermini, una cum vitis aliorum Sanctorũ Lobienſium anno 1628 edita.*

e Procerus, *id eſt unus ex Magnatibus ſeu Proceribus.*

f *Mortuus eſt S. Vrſmarus anno 713 die 18 Aprilis. At S. Erminum in locum ejus ſubrogatum fuiſſe anno 712 aliqui tradunt.*

g *Titulum Epiſcopi credimus adhiberi per prolepſim: neque enim verosimile eſt prius Epiſcopum conſecratum quam Abbas eligeretur.*

h *Anno 717, 21 Martii, Dominica Paſſionis ea victoria obtenta eſt, Vinciaci in pago Cameracenſi, & Carolus Martellus victor Ragenfredum Majorem-Domus, cum Rege Chilperico fugientem, Pariſios uſque perſecutus eſt: uti legitur in Hiſtoria juſſu Childebrandi ſcripta, quam alibi à Chronico Fredegarii diſtinximus.*

i Ratbodus Rex Friſonum, *mortuus eſt anno 719.*

A *De eo egimus* 20 *Martii, ad Vitam S. Vulfranni Epiſcopi Senonenſis.*

k Fleon *locus nativitatis S. Vrſmari, ad cujus Vitam de eo actum.*

l *Quo anno natus fuerit* Pippinus Rex *apud antiquos non legimus: Sanmarthani annum aſſignant* 714, *quo obiit Pippinus Herſtallius avus: quod minus probamus. Potius natum poſt ſupra memoratam victoriam arbitramur, ut hic ordine temporis omnia recenſeantur. Conſule dicta de ætate Caroli Martelli lib.* 3, *de* 3 *Dagoberti cap.* 2 *&* 3.

m *Annum Chriſti* 752, *numerari Pipini Regis primum oſtendimus ex coævo Scriptori in* 2 *Exegeſi præliminari ad tomum* 3 *Martii, num.* 34 *& ſeq.: ſed quod ibidem paulo ante ſtatuerimus aliud ejus initium in anno* 750, *quaſi tunc electus fuerit, moti auctoritate diplomatis cujuſdam Epternacenſis, quod etiam ſecuti fueramus in Diatriba de Tribus Dagobertis; id, cognita diplomatis illius falſitate, retractavimus cap.* 1 *Tractatus prævii ad hujus menſis tomum* 2.

n *De monaſterio* Elnonenſi, *nunc S. Amandi, egimus* 6 *Februarii ad Vitam S. Amandi.*

D

DE SANCTO FLOREBERTO,

EPISCOPO LEODIENSI IN BELGIO.

G. H.

ANNO DCCXLVI.

Epitome Vitæ ex Anſelmo

B

Geſta Pontificum Tungrenſium, Trajectenſium & Leodienſium à variis conſcripta evulgavit Ioannes Chapeavillus: horum primus auctor fuit Harigerus Abbas Lobienſis, qui attigit geſta Pontificum ſeptem & viginti, & cum S. Remaclo Epiſcopo Trajectenſi finem ſuis elucubrationibus impoſuit. Huic ſcriptori ſucceſſit Anſelmus Canonicus Leodienſis, & hiſtoriam bene cœptam perduxit uſque ad Waſonem quinquageſimum & ſecundum Epiſcopum. Ex his triceſimus fuit S. Hubertus, qui Sedem Epiſcopalem Trajecto Leodium tranſtulit, & anno Chriſti DCCXXVII *vivere deſiit: de cujus ſucceſſore S. Floreberto hic agimus, ac primo proferimus ſequentia ab Anſelmo Canonico tradita cap.* 30, Poſt hunc, *S. Hubertum*, trigeſimus primus Epiſcopatum ſuſcepit Florebertus. Dictus quidem, ut vulgatum eſt, Sancti anteceſſoris filius, quem, ſi carnalis idem, ante ſanctæ religionis generavit habitum, quod nihil de dignitate derogare poteſt alterutri: ſin vero ſpiritualis alter alteri patri erat filius, nihil obeſt, imo vero prodeſt, ſpirituales filios ſi bonis parentibus contigerit ſuccedere. Hujus corpus cum Petro & Andoleto, qui occiſi ſunt cum B. Lamberto, uno compoſitum eſt ſepulcro. *Hæc Anſelmus: ad quem & Harigerum ſcripſit additiones Ægidius à Leodio, Aurea-vallis religioſus, & iſta de S. Floreberto tradit:* Hic Pontifex factus, patris veſtigia ſequens, erat ſemper Chriſto ſubjectus, devotione armatus, Pontificio dignus & doctrina munitus, honorem ſeculi reculans, humilitate præcipuus, ſubditus in ſuſcipiendum, in corrigendum vehemens. Qui poſtquam Leodienſem Eccleſiam decem & octo circiter annis fideliter gubernaſſet, eamque ampliaſſet multis bonis, in magna ſanctitate requievit in Chriſto ſeptimo Kalendas Maii. . . . . Poſt multos vero annos levata ſunt etiam corpora SS. Petri & Andoleti, qui cum B. Lamberto martyrizati ſunt, & cum corpore B. Floreberti in uno collocati ſunt feretro: quod feretrum in ciborio juxta corpus B. Lamberti, uſque in hodiernum diem collocatum eſt, cum aliis Sanctorum pignoribus. *Hæc Ægidius.*

& Ægidio à Leodio:

C

2 *Fuiſſe S. Florebertum carnalem S. Huberti filium, innuit familiaris ille, qui Vitam S. Huberti ad diem* III *Novembris elucidantiam ſcripſit, iſta cap.* 16 *ſecundum diviſionem Surii interſerens:* Nos thorum ipſius Huberti circumambientes, unaque nobiſcum egregius ejus filius Florebertus, præſtolabamur glorioſam ejus migrationem, *&c. Et S. Hubertum legitimo matrimonio junctum fuiſſe, ſcribit in Vita S. Lamberti Nicolaus Canonicus Leodienſis iſtis verbis:* Ex ſanctiſſimi Lamberti contubernio frequentique colloquio; cor clariſſimi Comitis Huberti adeo immutatum penituſque ſuccenſum eſt cæleſtis patriæ deſiderio, ut abjecto militiæ cingulo, calcata mundanæ potentiæ gloria; caſtris Dominicis in Clericali habitu aſcribi voluerit, tamque pium ſanctæ devotionis affectum mancipaſſet effectui, ſi non eum copula legitimi, quo alligatus erat, tenuiſſet conjugii. *Hæc ibi.*

fuit filius S. Huberti,

ex legitimo matrimonio.

3 *Bartholomæus Fiſen in Floribus Eccleſiæ Leodienſis, ad* XXV *Aprilis, in encomio S. Floreberti iſta addit:* Eximiam ejus in cælites fuiſſe religionem, primum illius in patrem dedit argumentum, quem majoribus dignum honoribus, affirmabant plerique ſibi è cælo nuntiatum fuiſſe. E ſepulcro ſacrum corpus protulit ad populi venerationem, quod ab omni putredine invenit intaminatum, innumeriſque Deus miraculis celebravit. *Latius hiſtoria tranſlationis S. Huberti in ejus Actis habetur, ſed abſque S. Floreberti mentione: qui forſan maluit rem iſtam per ſuum Clerum peragi: uti factum eſt in tranſlatione S. Odæ viduæ, quæ quieſcit Amaniæ ſuper fluvium Moſam, uno ab Hujo oppido milliari: in cujus Vita, ad* XXIII *Octobris illuſtranda, iſta habentur:* Cum igitur in circumpoſitis terrarum provinciis, crebris virtutum miraculis, fama nominis ejus fieret celebris; placuit Altiſſimo, ut, pro celebranda nomini ejus Eccleſiaſtica celebritate, ſacrum corpus ejus elevaretur à tellure, & humaretur in facie populi & Eccleſiæ cum debita dignitate. . . . . Itaque Floreberto venerabilis Eccleſiæ Pontifice ordinante, congregatis ad ejus tumbam perſonis Eccleſiaſticis totius provinciæ, populus undique confluebat, Patrum ſanctorum benedictionem ſuſcipere, & ſanctas Reliquias transferendas de tellure digna veneratione & reverentia honorare. Patres itaque dantes populo benedictionem, cum orationibus & pſalmis venientes ad ſarcophagum, deponunt lapidem ſuperiorem ſuper corpus ſanctum poſitum, ſubque mauſoleo lapideo ſolido & integro inveniunt ſacras & venerandas Reliquias dantes ſuavitatis odorem dulciſſimum. Facta eſt autem hæc Tranſlatio ſeptimo Idus menſis Julii, ad laudem & honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti. *Hæc aliaque continentur in variis Codicibus Mss.*

Curavit transferri corpora S. Huberti,

E

4 *Edidimus ad diem* XIX *Martii, S. Landoaldi & ſociorum geſta, tranſlationes & miracula, Wintershovii dein Gandavi facta, juſſu Nodgeri Leodienſis Epiſcopi ab Harigero ſcripta; in quibus, relato ſingulorum obitu, iſta num.* 7 *libri primi ſubduntur:* Pluribus elapſis annorum curriculis S. Florebertus, tertio loco poſt S. Lambertum regens Trajectenſe vel Leodienſe Epiſcopium, audita illic multitudine ſignorum, monitus pariter reſponſis viſionum, eos illinc cum magna reverentia tranſtulit, & eorum tumbas pro poſſibilitate ſua decorari mandavit. Facta eſt autem hæc tranſlatio Kalendis Decembris.

& SS. Landoaldi & ſociorum,

F

5 *Præfuit Eccleſiæ Leodienſi S. Florebertus annis completis octodecim & aliquot menſibus, ab anno* DCCXVII, *quo è vivis die* XXX *Maii exceſſerat S. Hubertus, uſque ad annum* DCCXLVI; *quo ad cæleſte regnum migravit* XXV *Aprilis, die S. Marci: ſed in pluribus Faſtis refertur ad diem ſequentem, fortaſſis propter feſtum Evangeliſtæ. Habemus Miſſale inſignis Eccleſiæ Leodienſis, anno* MDIX *excuſum; uti & varia Breviaria antiqua, in quibus die* XXV *Aprilis, in Officio S. Marci præſcribitur Commemoratio ſeu Collecta de S. Floreberto. Verum in Breviario, quod anno* MDCXXXVI *excuſum eſt, celebratur feſtum S. Floreberti die* XXVI *Aprilis, ſub ritu ſimplici cum Commemoratione S. Cleti Papæ. In Officiis tamen*

moritur die 25 Aprilis anni 746,

colitur 25,

& 26 Aprilis in Breviariis.

AUCTORE G. H. *tamen propriis, in uſum eorum qui in illa diœceſi ritu Romano utuntur, ponitur ad* XXVI *Aprilis, ſolennitas SS. Cleti & Marcellini, cum Commemoratione S. Floriberti: & eadem hac ubique præſcribitur Oratio.* Omnipotens ſempiterne Deus, cui cuncta famulantur elementa, intercedente B. Floreberto, Confeſſore tuo atque Pontifice, exaudi propitius orationem noſtram, & tribue nobis miſericordiam tuam; ut quæcumque præcipis agamus, teque adjuvante implere poſſimus. *In Martyrologiis etiam utroque die celebratur, ac* XXV *Aprilis recolitur in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* MCCCCXC *edito, in Florario Ms. & auctario Greveni ad Vſuardum, in Natalibus Belgii à Molano & Miræo editis, in Floribus Leodienſibus Fiſeni, & in Martyrologio Gallicano Sauſſaji. Verum* XXVI *Aprilis, memoria ejus collocatur in Ms. Martyrologio Leodienſi Eccleſiæ Cathedralis, S. Lamberto ſacra, his verbis:* Eodem die apud Legiam S. Floreberti, Epiſcopi ejuſdem loci, & Confeſſoris. *Secuti ſunt Molanus in additionibus ad Vſuardum & Caniſius cum Martyrologiis monaſticis Wionis, Dorganii, Menardi, Bucelini. Ex his Wion eum ſtatuit fuiſſe* Abbatem Stabulenſem: *ſed qua auctoritate dixerit, non indicat. Edidit Fiſen ad* III *Septembris accuratum catalogum Abbatum Stabulenſium; inter quos non cenſetur* S. Florebertus; *aliqui tamen aſſerunt eum* S. Remacli in cœnobio Stabulenſi diſcipulum *fuiſſe. Relicto Epiſcopatu Trajectenſi anno* DCLX, *migravit Stabulaum S. Remaclus, atque ibi ſatis diu vixit: ſed utrum ipſo moriente S. Florebertus eam ætatem nactus fuerit, ut potuerit ſe ejus diſciplinæ ſubdere, plane non liquet: melius itaque ea de re ſilent Anſelmus, Ægidius, Fiſen, Molanus, Miræus & paſſim alii. Mabillon etiam eumdem inter Prætermiſſos rejecit.*

D

cum hac oratione,

Anfuerit Abbas vel monachus Stabulenſis?

Item in Martyrologiis 25,

& 26 Apr.

DE SANCTO ROBERTO,

ABBATE SYRACVSIS IN SICILIA.

G. H.

XXIV AUT XXV APR.

OCtavius Cajetanus, *tomo* 2 *Vitarum Sanctorum Siculorum pag.* 32, *proponit titulum* de Pluribus in Sicilia Sanctis Confeſſoribus, Epiſcopis, Abbatibus, Monachis incerto ævo: *atque inter alia ibidem iſta habet:* Syracuſis ad VIII Kalendas Majas, S. Robertus Abbas: ejus quidem meminerunt ſacri Faſti Syracuſanæ Eccleſiæ, & MS. Chronicon B. Monachi S. Benedicti, quod ſcriptum eſt circiter annum MCCCCLXXXIII. Et Buggianus in ſua monaſtica hiſtoria ſæpe antiquum Chronicon commendat, *in quo dicitur:* S. Robertus, Abbas monaſterii apud civitatem Syracuſanam: cujus nativitas ad cælos VIII Kalendas Maii veneratur. *Hæc ibi. Dies* VIII *Kalendas Maii, eſt* XXIV *Aprilis. Interim idem Cajetanus, in Martyrologio Siculo, ad diem* XXV *Aprilis, celebrat memoriam* S. Roberti Abbatis Syracuſis, Ordinis S. Benedicti, *& in Indice chronico collocat eum* circiter annum DCCC. *Cajetanum ſequuntur Ferrarius in Catalogo generali, Menardus & Bucelinus. Item Rocchus Pirrus tomo* 2, *Siciliæ ſacræ in Notitia Eccleſiæ Syracuſanæ pag.* 204, *eumque cenſet inter Sanctos monaſterii antiquiſſimi, ſub titulo S. Luciæ ibidem illuſtris, temporibus S. Gregorii Magni floruiſſe.*

B

E

DE SANCTO HERIBALDO,

EPISCOPO AVTISSIODORENSI IN GALLIA.

G. H.

ANTE AN. DCCCLIX. IN *illuſtri crypta monaſterii S. Germani, quam nos anno* MDCLXII *Autiſſiodori perluſtravimus, inter alia monumenta extat hoc epitaphium, libro* 2 *Obſervationum Menardi ad diem hunc* XXV *Aprilis excuſum:* Hic jacet corpus Sancti Heribaldi, qui fuit Abbas hujus domus, deinde Epiſcopus Autiſſiodorenſis. *Sammarthani, tomo* 4 *Galliæ Chriſtianæ, inter Abbates S. Germani Autiſſiodorenſes* ſeptimum *collocant* Heribaldum, *& Sancti titulo honorant, &* Epiſcopum *etiam* Autiſſiodorenſem *fuiſſe addunt. De eo in ſuo Martyrologio Menardus ſta habuit:* Autiſſiodori S. Heribaldi, Epiſcopi & Confeſſoris. *Sauſſajus in Martyrologio Gallicano eumdem bis collocat: ſcilicet in priore contextu, & in Supplemento: ex hoc primo damus elogium & eſt ejuſmodi:* Autiſſiodori S. Heribaldi Epiſcopi, qui ex Abbate S. Germani poſt S. Angelelmum factus illius Sedis Hierarcha, miris virtutum ſplendoribus, quos in cella abſconderat, emicuit: quibus Gallias irradians, magnorum etiam virorum ſuæ ætatis, amorem non modo, ſed admirationem etiam emeruit: quorum præconiis celebratus, ac magis meritis dives quam laudibus, è palæſtra ſanctæ exercitationis ad ſupernæ gloriæ proceſſit donativum. Sepultus fuit in crypta S. Germani, cujus corpus anno DCCCXLI Kalendis Septembris ſolenniter tranſtulerat. *Idem Sauſſajus in priore Martyrologii contextu iſta habet:* Autiſſiodori S. Herbaldi, Epiſcopi itidem & Confeſſoris; qui poſt S. Angelelmum pedum Epiſcopale tenuit, moribuſque, doctrina ac pietate præſtans, cum carus eſſet Carolo Calvo Francorum Regi, Eccleſiæ ſuæ magna contulit ſubſidia & decora: ablatas enim poſſeſſiones ad jus Eccleſiaſticum revocavit, amplioraque etjam addidit beneficia. Eccleſiam S. Stephani matricem parietibus & laquearibus renovavit, vitreis ac picturis optimis decoravit. Coronas quatuor argenteas in ſacrario ejuſdem appoſuit. Sanctorum Martyrum Alexandri & Chryſanthi pignora, ab urbe Roma advecta, ibidem collocavit, cancelliſque circumſepſit ſpecioſis. Inſuper ejuſdem Regis præcepto, corpus S. Germani, ex loco ubi primum conditum fuerat, incorruptum eoque habitu, quo à Placidia Auguſta decenter fuerat compoſitum, efferens, ad digniorem tranſtulit, depoſuitque cum ſumma reverentia & decore. Denique vigilantiæ paſtoralis ſanctæque converſationis ornamentis præclarus, Chriſto, cui fideliter ſervierat, beatum ſpiritum reddidit. Corpus ejus in cœnobitica eccleſia S. Germani, cui ante Epiſcopatum Abbas præfuerat, ſepultum, titulo ſanctitatis, cujus emicuit donis, honoratum eſt. *Hæc omnia Sauſſajus, cujus verba plurima abſque mentione ejus deſcripſit Bucelinus in Menologio Benedictino, addens* præfuiſſe Eccleſiæ Autiſſiodorenſi annis tribus & triginta, *&* VII Kalendas Maii obiiſſe.

F

& Bucelinum,

2 *Et hi ſunt auctores recentiores, qui cum citato epitaphio ei Sancti titulum & honorem attribuunt: quo abſtinet Monachus Autiſſiodorenſis, qui in Chronico ſuo iſta habet:* Autiſſiodorenſi Eccleſiæ poſt Angelelmum præfuit Heribaldus. Hic eccleſiam S. Stephani & parietibus & laquearibus renovavit, vitreis quoque ac picturis optimis decoravit; coronas argenteas quatuor inſtituit. Hic ſanctorum Martyrum Alexandri & Chryſanthi pignora ab urbe Roma detulit, quæ in prædicta Eccleſia recondidit, fredamque cum cancellis benigno ſtudio exornavit. Hic etiam corpus beatiſſimi Germani, præcepto Regum Caroli & Ludovici,

Sanctitituluſ inepitaphio,

apud Sammarthanos,

C

Menardum,

Sauſſajum, cum duplici elogio,

Legium Monachi Autiſſiodorenſis,

A dovici, ex loco, in quo primum tumulatum fuerat, venerabiliter Kalendis Septembris transmutavit anno Domini DCCCXLI, quod ita & soliditate integrum & vestibus reperit incorruptum, ut quondam fuerat à venerabili Augusta Placidia decentissime compositum. Hic etiam Præsul, cum Regi Carolo & carus esset & intimus, ejus munificentia villas quasdam obtinuit, quæ olim juri Ecclesiastico fuerant abdicatæ. *Hæc Monachus Autissiodorensis.*

ei scribit Lupus Ferrariensis, 3 *Fuit Heriboldo (nam & sic scribitur) satis familiaris Lupus Abbas Ferrariensis, qui illi scripsit epistolam* XIX *his verbis*: Excellentissimo Præsuli Heriboldo Lupus. Quidam vestratum monachus, cui Joanni nomen est, nobiscum in monasterio nostro versatur, propter quamdam necessitatem à quodam Fratre nostro vocatus, à me autem postea retentus, quod & nobis prodest & in cœnobio ejus, ut audivimus, indigentia laboratur. Quo congregari undique Fratres, vos præcepisse comperiens, celsitudini vestræ hos direxi apices, postulans & quantũ [possum] ante Deum suppliciter implorans, ut & hunc mihi aliquamdiu cõcedatis, & secundum ingenitam vobis benignitatem & impositam Officii diligentiam loco illi consulatis, ne forte Fratrum penuria non solum bona vestra obscuret, verum etiam Dei nostri, ad cujus judicium properamus, provocet offensam, & irrevocabilem acceleret vindictam. Res Ecclesiasticæ & animarum cura quanta cautela tractanda sint, nec admonita, vestra videt prudentia. Proinde & vobis & illis Fratribus consulite, ut & de vestra indulgentia & illorum sublevatione glorificetur Deus, qui singulis cito retribuet quod merentur. Valeas, Domine carissime, meique præcipue in sacris orationibus meminisse digneris.

& studium sacrum, 4 *Altera est Lupi epistola* XXXVII, *in qua ita scribit*: Codicem annotationum B. Hieronymi in Prophetas, necdum à me lectum, vobis morem gerens dirigo; quem vestra diligentia cito [perlegat] aut exscribendum procuret, nobisque restitui jubeat. Unde vos monendum judicavi, ne forte vobis in multis assidu-

isque occupatis negotiis nihil vobis collatura, nobis earumdem rerum obesset dilatio. Atque utinam altissimum divinumque vestrum ingenium, quantum fieri posset, à communibus aversum negotiis, ad indaganda humanæ vel divinæ sapientiæ transferretur secreta: profecto vestra nobilitas officiique clarissimi gradus dignum sua amplitudine cepisset emolumentum. Quod nolim eo dictum à me accipiatis, ut me in hac parte perfectum jactanter existimem, aut vobis in aliquo prorsus conferendum, nedum præferendum opiner: sed sicut convenientibus cumulatos congratulor honoribus, ita etiam ingeniis, maxime quæ excellunt artibus, ornatos nosse desidero. AUCTORE G. H.

nondum Concilio anno 849. 5 *Præterea ex epistola Lupi* LXXXIV, *ad Nomendium, Britannicæ gentis Ducem, constat Heriboldum, Autissiodori Episcopum, cum aliis quatuor Provinciarum Episcopis adfuisse Concilio Turonensi: in quo Nomenoius arguitur de multis excessibus, & de rejectis Papæ litteris, & ut resipiscat monetur. Habitum id fuisse anno* DCCCXLIX, *designant veteres scheda apud Baronium. Demum Lupus epistolam* XCV, *ei scribit ex parte Irmtrudis Reginæ, petens* Cum soleat ministrare postulata externis, suo Germano indigenti, non sine spe diuinæ retributionis, idem velit præstare, & impendere debitum religioni & necessitudini affectum: *ex quo datur locus suspicandi, quod inter ipsum Lupum & S. Heriboldum intercesserit aliquod affinitatis aut consanguinitatis vinculum; idque etiamsi* Germanus *non poneretur appellative, pro fratre, & proprium ejus qui commendatur nomen foret: hoc enim indicat dicens* Germanum nostrum, *& per hoc enim* externis *opponens. Fuit Irmgardis prima uxor Caroli Calvi, mortua anno* DCCCLXIX; *eique genuit anno* DCCCXLIII *Ludovicum Balbum, à morte patris Regem Francorum.* *an Lupi consanguineus?* E

Moritur ante annum 859? 6 *Quo anno Heribaldus vita functus fuerit non liquet. Successit illi in Episcopatu Abbo ejus frater, qui anno* DCCCLIX, *interfuit Concilio Meretensi & Tullensi apud Saponarias. Habemus varia antiqua Breviaria Ecclesiæ Autissiodorensis, in quibus nulla veneratio huic Episcopo adscribitur: quæ tamen indicatur in Ms. Kalendario ecclesiæ & diœcesis Autissiodorensis nobis submisso.*

DE S. FRANCA VIRGINE,

ABBATISSA ORD. CISTERCIENSIS PLACENTIÆ.

D. P.

ANNO MCCXVIII.

C *Eodem pene tempore Placentiæ floruerunt & simili modo coluntur,*

S. Raymundus & S. Franca:

DIvas insignes sanctitate & miraculis personas, seculi XIII initio, cœlis intulit Placentina Ecclesia; Sanctos scilicet Raymundum & Francam: sub quorum appellationibus gemina superiori seculo XVI ædificata & nuncupata ecclesia, servit Officiis Cisterciensium Virginum, duplex in ea urbe cœnobium habentium. S. Raymundus festum suum & Officium Ecclesiasticum habet XXVIII Iulii: S. Franca XXVI Aprilis, aut extra ecclesiam propriam die sequenti, ne S. Marci impediatur festivitas. Utrumque Officium veteri Placentino Breviario insertum, eoque per Pium V reformato intermissum, novum deinde assumptum est sub ritu Duplicis, approbante sacra rituum Congregatione, anno MDCX. Utriusque Vitas desiderantibus ipsas ex Mss. monasterii S. Franchæ describendas curavit anno MDCLXXIII, R. P. Alexander Fiaschi Collegii nostri Placentini Rector, adjuvante P. Camillo Hectoreo Rhetorices ibidem Professore. Sed Raimundi Vita Italica est, præ qua optamus & adhuc expectamus originalem Latinum textum, qualem Ruffinus Canonicus ecclesiæ Sanctorum duodecim Apostolorum (quæ cum corpore etiam nomen Sancti postea servavit) duodecimo post ejus mortem anno conscripsit, tradiditque Pauperibus Hospitalis ab eodem Sancto erecti. Vita S. Franchæ, uti scripta est Latine, sic & transcripta hic datur: sed nostro modo illustrata.

hujus Vitæ à Fr. Bertramo scripta Latine F

an. 1326.

abbatiis ter Italice vulgata.

2 *Auctor se nominat Fr. Bertramum Reoldi, profitetur-*

Appendix de cultu ex Petro Maria Campi;

3 Non-

AUCTORE D. P.

3 Nondum in Sanctorum numerum adſcriptam, Sanctam tamen ut plurimos utriuſque ſexus alios appellandam, ex quo Officio Eccleſiaſtico de Sedis Apoſtolicæ licentia colitur, *cenſuit in Notis ad Catalogum Sanctorum Italiæ Ferrarius. Aſt Petrus-Maria, quin fuerit expreſſe adſcripta Sanctis nullus dubitat: ſed deficiente tali actionis memoria, quærit canonizationis iſtius auctorem ac tempus cap. 2 Vitæ: tandemque concludit (nam intra annum* MCCLXVI, *quo elevatum eſt corpus; &* MCCCXXVI, *quo ſcripta eſt Vitæ, ſtatuit omnino id factum eſſe) veroſimillimum eſſe quod Gregorius X, natione Placentinus, idemque Carentiæ prima poſt Sanctam Abbatiſſa conjunct ſ.mus ſanguine, anno* MCCLXXIII, *in apparatu Lugdunenſis Concilii, Placentiæ haud paucos dies menſe Octobri commoratus, viſis examinatiſque documentis de vita & ſanctitate atque miraculis S. Francæ, permiſerit ipſam erectione altarium & feſti annui celebratione honorari. Merito tamen cenſet haud magno cum ſtrepitu rem eſſe peractam, & veroſimiliter vivæ vocis oraculo. Qui enim aliter fieri potuiſſet, ut Mediolanenſis monachus, in Ciſtercienſi ordine per annos quadraginta duos converſatus, obſtupuiſſet, ut refert ipſe, ad conſpectum imaginis & auditum nominis, tam quam Sanctæ Ciſtercienſis? Quomodo etiam non totus Ordo colendam ſtatim ſuſcepiſſet, inſtituti ſui in Lombardia primam fundatricem ac propagatricem, ſolennibus ceremoniis per Apoſtolicam diploma canonizatam? Porro ea Petri-Mariæ deductio, quæ ultra veroſimilis conjecturæ auctoritatem aſſurgere non poteſt, tam clare demonſtraſſe rem viſa eſt Lucæ Caſtellano, ut nihil dubitaverit in tractatu de certitudine gloriæ Sanctorum Canonizatorum pag. 437, S. Francam, velut per Gregorium X canonizatam, annumerare publico ac ſolenni ritu Divorum Albo adſcriptis, quorum numeroſum ſatis Catalogum texit.*

Non fuit, ſaltem ſolenniter canonizata:

ſed forte oraculo vivæ vocis per Gregorium X.

B

Officium proprium apud Placentinos & Ciſtercienſes,

4 *Fr. Joannes d'Aſſignies, Religioſus Cambronenſis, in Vitis Sanctorum ac Beatorum Ordinis ſui Ciſtercienſis, Montibus Hannoniæ lingua Gallica vulgatis anno* MDCIII, *aliud non habuit quod ſequeretur quam Lectiones & Antiphonas Ciſtercienſis Breviarii; anno, ut præfatur,* MDI *impreſſi; quas una cum Gallica Fr. Joannis interpretatione ad calcem Italicæ ſuæ Vitæ recudit Petrus Maria Campi; & apparet, ex Vita per Bertramum ſcripta fuiſſe collectas; ſicuti ex eadem collectæ prius fuerunt, & nunc ſunt, ſed breviores multo, Lectiones novi antiquique Breviarii tam Placentini quam Ciſtercienſis pro die* XXVI *Aprilis. De quibus cum conſtet, nec minus quicquam à maximis Sanctis haberi & habuiſſe oſtenſa ſit Franca, quoad argumenta cultus publici apud Placentinos vicinoſque populos, & totum Ordinem Ciſtercienſem; nihil attinet enumerare Faſtos, privata monaſticorum ſcriptorum auctoritate vulgatos, quibus ejuſdem Sanctæ nomen inſcribitur ad hunc* XXV *Aprilis, & ſunt Kalendarium Ordinis Ciſtercienſis anno* MDCXVII *Divione impreſſum, Hugo Menardus in Benedictino Martyrologio, Henriquez in Ciſtercienſi, Bucelinus in Benedictino Menologio, & jam ſupra citatus Philippus Ferrarius, ut nihil de aliis Ciſtercienſium rerum ſcriptoribus dicam qui illius obiter meminerunt, & pariter cum prænotatis nominatim allegantur ab Arturo du Monſtier in Gynæceo ſacro. Quibus denique acceſſit Claudius Chalemot in Serie Sanctorum ac Beatorum Ordinis.*

C

nomen in monaſticis faſtis:

feſtum Tranſlationis 28 *Auguſti.*

5 *Ceterum iſtis omiſſis æque ac elogiis apud eoſdem legendis præcipue meretur obſervari, non ſolum ſanctæ Virginis Natalem diem, hunc in quo verſamur aut hoc impedito diem ſequentem; ſed etiam* XXVIII *Auguſti, annua religione ſolennem fuiſſe monialibus S. Francæ; idque ob memoriam elevati atque ad altare tranſlati corporis, anno* MCCLXVI; *uti conſtat ex Indulgentiis, quas ante centum annos, novo intra Placentinam urbem S. Francæ templo, Cardinales decem propoſuere, ibidem obtinendas. Ea Tranſlatio ab auctore Vitæ accurate deſcribitur, & auctoritate Ordinariorum facta, pro canonizatione temporis illius ſuffecit; dato etiam quod Romani Pontificis approbatio expreſſa nunquam fuerit requiſita.*

EPISTOLA PRÆLIMINARIS *a*

a

Fr. Lanfranci Prioris coævi.

de gloria S. Francæ cujdam monacho revelata.

CAP. I

DOminæ Carentiæ, Loci-ſancti *b* Abbatiſſæ, & omnibus virginibus ac viduis in eodem loco cum ea Chriſto famulantibus, Frater Lanfrancus, humilis Prior de Ponte, Paracliti conſolationem. Quanta dulcedinis ſuavitate in Chriſti caritate vos diligam, & quanta ſolicitudine veſtris ſatagam profectibus deſervire, petitionibus acquieſcere, juſſis obtemperare, teſtis eſt ipſe Chriſtus, cui ſive abſentes, ſive præſentes placere contendimus: nam hujus caſti amoris teſtem alium non habeo, nec alium habere contendo, quod numquam ſimilem potero repetire. Fidelis teſtis, qui ipſius conſcientiæ penetralibus tam dignanter quam dulciter ſe immergens, & præſtat ut amemus, & remunerat quod amamus. Hujus teſtimonii Sanctorum omnium unanimitas gloriam conſecuta, & non ſatis attendebant, quid increduli de ſe crederent, & improperia improperantium pro nihilo computabant. Hæc autem breviter ideo tranſcurrendo perſtrinxerim, quod huic opuſculo plurimos noverim detracturos, & miraculis divinis incredulos, Dei circa nos benignitatem ore rabido lacerare. Verum nos de Fratris religioſitate puritateque, qui hæc & auribus audivit, & aſpectibus comprobavit, fiduciam capientes, ſurda aure venenata ſibila tranſeundo, veſtræ voluntati decrevimus annuendum. Itaque ex hoc initium narrationis adoriar; & hoc ſimpliciter, ac pure, velut ex ejuſdem Fratris ore ſuſcepi, nec ſenſum mutans, nec verba; niſi hoc dumtaxat, quod ille mihi vulgariter expreſſit, ego litteris exaravi; notam malens ruſticitatis incurrere, quam crimen admittere falſitatis: nec enim dignum credidi thematis puritatem phaleris obfuſcare verborum, aut fuco ſecularis eloquentiæ ſimplicem obnubere veritatem.

b *Proteſtatur ſe ex pura caritatis affectu,*

E

quæ ex occulato teſte didicit,

ſimplici ſtylo deſcribere.

CAP. II

2 Frater quidam, honeſtæ vitæ & admirandæ ſimplicitatis, nobiſcum parvo licet tempore converſatus, in ſeculo tamen poſitus, ab ipſo pueritiæ ſuæ tempore, ſeculi actus à ſe viriliter abdicavit. Hic itaque cum ſexta die poſt Nativitatis Dominicæ ſolennitatem ceteri Fratres ad Horam tertiam ſe ſolito contuliſſent, Choro extra reſedit. Cumque completa Tertia Capitulum intraſſent, ſicut eſt noſtræ conſuetudinis, petiturus veniam exurrexit; ſed de terra levatus nihil penitus loquebatur. Porro ego, debilitatem aliquam arbitratus, abire illum & ſedere præcepi. Cumque poſtmodum ſuper hoc ipſum in auditorio convenirem, mutus nihilominus perſiſtebat: & novitatem valde admirans, in infirmitorium intromiſi. Verumtamen hec ſic deſiſtens, iterum atque iterum illum interrogabam, quatenus cauſam novæ taciturnitatis ediceret: qui tandem noſtra improbitate devictus, Abbatis de *c* Columba ſe præſtolari ſcripſit adventum. Cum autem ſero factum fuiſſet, cogitationibus, ut quidem ego æſtimo, ac viſionis magnitudine ſtupefactus, uſque ad noctis pene tertiam partem inſenſibilis perdurabat. Cumque dies tertia tandem evoluta fuiſſet, & Abbas minime jam veniret; quarta die poſt refectionem innuit mihi, ut totum Conventum facerem convocare. Quo vocato, apertum eſt illico os ejus, & reſolutum vinculum linguæ ejus, & ſedens in terra loquebatur benedicens Deum: Benedictus es Domine Deus meus, qui

F

Quidam in loco Capituli ſubitò obmutescens

c *poſt triduum coram toto Conventu,*

A *recepta loquendi facultate,*

qui exaudisti orationem Virginis tuæ Franchæ. Benedictus es Domine Deus meus, qui os meum aperuisti, & vincula linguæ meæ dissolvisti, ad magnificandam gloriam tuam, & gloriam Virginitatis tuæ Franchæ. Cumque omnes pariter stupefacti, magis ac magis silentium præstaremus; ille, velut in libro legens, luculenter omnia peroravit: & quod mirabilius est, sine verborum mutatione, hoc ipsum, me præcipiente, sæpius iterabat. Nunc igitur ad visionem jam articulum reflectamus.

narrat sibi apparuisse Angelum,

3 Sedente itaque eo, ut dictum est in terra, adjecit atque ait: Feria quarta, cum post Missam in orationem ante altare S. Michaelis incumberem, levassemque oculos meos ad altare, ecce nubes lucidissima totum operuerat illud: intra quam splendorem, nimia claritate fulgentem, pavidus contemplabar; & vox ad me de nube processit: Ego, inquit, sum Angelus Domini Jesu Christi, filii Virginis Mariæ, qui missus sum ab eo de cælis cum exercitu Virginum. Nunc igitur diligenter intellige quæ tibi annuntio: euangelizo enim Ecclesiæ sanctæ gaudium magnum, & Virginibus Christi, Soror una, Ordinis Cisterciensis, Abbatissa Franca, Virgo de Loco-sancto, cum quanta gloria & immenso honore & magna lætitia delata est in cælis à Christi militia, ac præsentata Christo Sponso suo fuit in gloriam suam. Volo autem, ut intelligere debeas, quando Virgo Franca à Christi militia deportabatur in cælum, princeps Mundi ex adverso cum sua militia fuit, & Christi sponsæ viam perturbare moliebatur: nihilque in ea de suo reperiens, cum magno rubore & immensa tristitia, confusus cum omni sua societate discessit. Nunc igitur partem tibi volo eorum differre, pro quibus Virgo Franca cum sanctis Christi Virginibus in cælum sit sociata. A pueritia sua contempsit magnitudines, altitudines, divitias, vanitates, & gloriam mundi: quandoquidem nobilitas ejus tanta erat, ut si hæc ei placuissent, habere illa, & eis uti potuisset. Ipsa vero, propter amorem Christi, omnia contempsit ac sprevit: amavit Christum, & Christus amavit eam: vere liquit mundum, & monasterium introivit, quod monasterium est in Civitate Placentia. Facta est nunc sponsa Christi, & Christus factus est ejus sponsus, factaque est illius monasterii mater. Quanta humilitas, quanta benignitas, quanta ejus patientia fuit! Quot orationes, quot lacrymas ante Christi majestatem privatim effudit, ob desiderium quod habebat, quatenus cum

B *ut exponeret quod in cælum recepta sit Franca,*

C Christo sponso suo esset in gloria sua.

4 Illa igitur in monasterio suo remorante, plantatus est grex novellus Virginis Mariæ matris Christi in territorio Civitatis Placentiæ. Porro ubi primo plantatus fuit, non placuit Christo, ut ibi persistere debuisset, perduxitque eum in deserto in

d *indeque ad aliud extra urbem regendum directa fuit:*

d Monlana. Visitata est autem Abbatissa Franca in proprio monasterio, quatenus suum de civitate gregem relinqueret, & cum grege Virginis Mariæ Matris Christi in deserto pergeret in Monlana, ad pascendum illum. Illa vero Christi voluntatem explevit. Post hæc illa in deserto in Monlana, cum grege Virginis Mariæ, in operibus pœnitentiæ consistente; placuit Christo, Virginem Francam cum suo grege de deserto reducere in eum locum, quem Christus sanctificavit specialiter propter eam, & pro inhabitantibus ibi. Unde voluntas Christi est, & Virginis Mariæ matris ejus, quatenus locus ille Locus-sanctus nominetur. Custodiente Abbatissa Franca gregem Virginis Mariæ in illo Loco-sancto

ipsam deinde vidisse in gloria,

atque pascente, Christus illam ad se vocavit. Tu autem visurus es illam; quia cum duabus suis Sororibus, cum duabus scilicet Virginibus, ad te exiet, & diligenter quæ tibi loquetur intelliges.

5 Tunc ergo tres Virgines de nube subito processerunt, vestibus albis indutæ: quarum inæstimabilem pulcritudinem sermo non sufficit ad loquendum. In capitibus earum coronæ splendidissimæ coruscabant, super quas liliorum flores indicium vel potius triumphum immaculatæ pudicitiæ præferebant. Tunc illa de medio locuta est ad me dicens: Frater, ego sum Abbatissa Franca. Dices itaque Abbati de Columba, ut Sorori meæ Carentiæ annuntiet & universis Sororibus meis, quatenus de me debeant gaudere, quia sociata sum, cum his Sororibus meis in cælo, cum Christo sponso meo in gloria sua; quem toto animo & tota mente dilexi in terra. Et his dictis, intra nubem se pariter receperunt, Quibus sublatis, vox, quæ primitus mini loquebatur, iterum dixit ad me. Nunc volo te nosse, quæ fuerunt illæ duæ Sorores ejus, quæ cum ea pariter exierunt. Una fuit Iphigenia, *e* filia Regis Agrippæ, quæ fuit velata per manus Apostoli Matthæi: altera fuit *f* Cyrilla, cujusdam Imperatoris Romani filia, cujus nomen Decius Cæsar, qui multos Sanctorum Christi fecit occidere. Omnia ergo quæ vidisti, & audisti, & auditurus es, Abbati de Columba, & Priori de Ponte, universoque Conventui nuntiabis, ut ipsi sint ejus gloriæ testes in terris. Iterum dices Abbati de Columba & Priori *g* de Ponte, ut hæc omnia faciant scribere. Porro Abbas de Columba aut per se, aut per suos nuntios Papæ *h* satagat nuntiare, quia voluntas Christi est & matris ejus Virginis Mariæ, quatenus Virgo Franca cum Virginibus Christi honoretur in terris, quæ cum eis est honorata in cælis: & voluntas Christi est, ut corpus ejus de loco, ubi est auferatur, & in eadem basilica Virginis Matris suæ honorabilius recondatur: dignum est enim ut filia matri suæ pariter societur. Quod si Abbas de Columba præcepto Christi noluerit obedire, Prior de Ponte Episcopo Placentino *i* studeat intimare.

PER EAS. FRANCUM EX MS.

cum sanctis Virginibus Iphigenia & Cyrilla;

e

f

jussumque hac indicare,

E

g

h

referenda Prælatis ut cultum B. Francæ deferant.

i

6 Hæc igitur omnia cum audissem, infra me tacitus cogitabam: Hæc mihi verba, si dixero, non credent: quia malitia & infidelitas hominum tanta est, ut miraculis Christi & Sanctorum ejus eos credere non permittat. Cumque hæc & alia pavidâ mecum cogitatione revoluerem, vox iterum ad me: Noli, inquit, corde mihi loqui, sed ore quidquid vis loquere; noli timere. Et ego timens ac tremens dixi: Hæc mihi, Domine, verba minime credentur, quia homines incredibiles sunt, & perversi, & ego vilis monachus sum & peccator: Fac, obsecro, Episcopis seu quibuslibet magnis Clericis ista potius nuntiare. Et ille: Audi, inquit, mi Frater, Christus nequaquam nativitatem suam magnis Regibus vel Principibus, seu Sacerdotibus Angelos suos fecit euangelizare; sed Pastoribus, gregem pecorum suorum custodientibus; sed & resurrectionem suam mulieri quæ peccatrix extiterat revelavit, & illa suis Discipulis nuntiavit; & vos, quia meæ visioni restitere voluistis, loqui non poteritis, donec ista annuntiaveritis. Hæc autem cum dixisset tacuit, & omnis visio repente disparuit.

Ille de hoc se excusans,

F

voce privatur.

CAP. III.

7 Hinc ergo Domina, hinc, Sancta, perpendite, perpendantque & filiæ vestræ, quanto caritatis glutino in Christi visceribus nos debeamus diligere, quia vestris gaudiis Christus nos donavit esse participes; ut videlicet ejus quam vivam Matrem in terris meruistis habere, in nostro monasterio gloriam dignatus sit revelare. Dignum est igitur, ut ejus imitari vestigia voto parili studeamus; quia si humilitatis ipsius, ac patientiæ studiosi fuerimus sectatores, ejus proculdubio beatitudinis gloriam sublimitatisque fastigia, Christo nos adjuvante, in perpetuum sortiemur. Amen.

conclusio scriptoris.

AUCTORE BERTRAMO EX MS.

ANNOTATA.

a *Titulus in Ms. hic erat.* Visio quædam mirabilis, cujusdam Cistercienſis Ordinis monachi, de quadam Virgine, ejuſdem Ordinis Abbatiſſa, non minus religioſa quam proſapia generoſa. *Dividebatur autem Epiſtola, ut notatur in margine, in tria Capitula: quorum primum dicebatur,* Prologus; *ſecundo erat titulus,* Quidam monachus, qui viſionem hanc vidit, ſilentium & ſtuporem incurrit: *deinde,* incipit viſio: *tertium capitulum vocabatur* Concluſio.

b *Auctor vitæ non aliter appellat monaſterium quam* de Tertio-paſſu *& nominis rationem reddit num. 26. Videtur primitus appellatus* Locus-ſanctus de Tertio-paſſu: *ſed brevitatis cauſa utitur Lanfrancus ſola prima appellationis iſtius parte, uti mox ſeſe appellat* Priorem de Ponte, *quod alias appellatur* monaſterium de Ponte-Trebiæ. *Eſt autem* Trebia *fluvius, ſupra Bobium exoriens, & intervallo 2 milliarium ad Occidentem Placentiæ influens in Padum. Hic Trebia ponte jungitur circa vicum & monaſterium dictum* Quartazzola: *cui cum anno 1264 unita eſſet eccleſia S. Iacobi de Ponte Treviæ, cum jure paſſagii exigendi à tranſeuntibus per dictum Pontem, ipſumnet cœpit appellari de Ponte. Ejus fundatio in antiquiſſima monaſteriorum Ordinis Chronologia, poſt bibliothecam Ciſtercienſem edita à Carolo Viſch Priore Dunenſi, refertur ad annum 1138: ſed Petrus-Maria Campi in Hiſt. Placent. p. 2 oſtendit, non Ciſtercienſis, ſed Pulſanenſis congregationis monachis fundatum fuiſſe locum, & ab his deſertum, ceſſiſſe illis anno 1217.*

c *Hoc monaſterium, proprio nomine* Claravallis *dictum, & ſic notum tam in dicta Chronologia quam in tabulis topographicis, in loco qui antea dicebatur* Carrectum *p. m. 12 ab urbe ad Orientem, prope Florentiolam, fundatum fuit anno 1135 ab ipſo S. Bernardo;* & de columba *cognominatum, quod præparatorum ad ſtructuram lignorum aſſulas roſtro arripiens columba candida, inſpectantibus omnibus, ipſum monaſterii fabricandi ſitum viſa ſit deſignaſſe.*

d *Apographum noſtrum* in Montana: *ſed ex infra dicendis num. 25 apparebit proprium loci nomen fuiſſe* Montem-lanæ: *de triplici autem S. Francæ migratione clarius ibidem res explicabitur.*

e *Ibidem* Epigenia. *Colitur autem* S. Iphigenia *in Romano Martyrologio 21 Septemb. ipſo quo ſanctus Evangeliſta die: cujus pater à Petro de Natalibus lib. 8 cap. 101 vocatur* Egippus, *alibi aliis appellatur nominibus, de quibus agemus ubi de S. Matthæo.*

f S. Cyrilla *colitur 28 Octobris, decem diebus poſt matrem ſuam* S. Tryphoniam, *uxorem Decii & Martyrem.*

g *Hinc colligi videtur, monaſterium de Ponte necdum ad gradum Abbatiæ fuiſſe evectum tempore S. Francæ, ſed aliquamdiu poſt.*

h *Fuit hic* Honorius III, *ab anno 1216 ad 1227 Romanus Pontifex.*

i *Erat tunc Epiſcopus Placentinus* Vicedominus de Nobilibus, *uno ante mortem S. Francæ anno creatus, magnus Ciſtercienſium amicus, & apud eos in monaſterio de Columba anno 1236 tumulatus. Sed neque apud hunc, neque apud Pontificem quidquam vel actum vel peractum: quæ enim ſub Carentia Abbatiſſa facta eſt tranſlatio prima, nec publica fuit nec in ordine ad cultum; ſed privata in aliam arculam, quæ profundius quam prior humo defoſſa eſt. Quod autem hic jubetur fieri, completum eſt ſolum anno 1266, ut infra apparebit.*

ACTA

Auctore Fr. Bertramo Reoldo.

Ex Ms. Codice Placentino.

PRÆFATIO.

Super actibus, moribus, miraculis, & vita Dominæ Franchæ, Virginis ſacræ: quæ Præfatio, & ſi quibuſdam in aliquibus merito videri poſſit odioſa, in futuris tamen temporibus conſiderata, eſſe poſſe præſumitur in quam pluribus fructuoſa, quemadmodum de rizio *a* caſtanea. *a*

8 FRanchæ ſacræ Virginis, & Abbatiſſæ Ciſtercienſis Ordinis, mores, vitam, ac miracula deſcripturo, adinſtar plurimorum, qui Sanctorum Acta conſcripſerunt, viſum eſt & mihi volenti conſcriptionis hujus cauſam clarius aperire, auctoritatis Divinæ primitus aſſumere teſtimonia; quæ tam illi de qua ſcripta ſunt ſubſequenda, quam & mihi præſumenti eſſe poſſe videantur coaptanda. CAP. IV

E Sicut enim Iſaias ſcripſit, Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorra ſimiles eſſemus; cumque, ſecundum David, exurgerent homines in vos, & cum iraſceretur furor eorum in nos, forſitan ut aquam abſorbuiſſent nos; ſed benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum; quoniam adjutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram. Iſ. 1, 9 Pſ. 123, 4 Ibid. 6

9 Nempe cum tempore Domini Joannis Papæ *b* vigeſimi ſecundi graviſſimus error involueret Mediolanum *c* & plurimas illi cohærentes civitates, accidit mihi Fratri Bertramo Reoldo, monachorum viliſſimo & peccatori, Sacerdoti indigno, ut intuitu fidei Chriſtianæ ſimul & eccleſiaſtici juris zelo fragranti, die ultima menſis Maji, anno gratiæ Chriſti milleſimo trecenteſimo & vigeſimo quarto ſe opponerent quidam de principalibus hæreticis & fautoribus [hæreticorum] hujuſmodi. Qui cum me protinus de monaſterio *d* Morimundi, in quo per quadraginta duos annos jam vixeram, recedere præcepiſſent, nec aſſentirem; ſtatim deputatus fui ſex *e* malandrinis, qui me graviter verberando, expoliando, & injuriando tam extra monaſterium quam extra clauſtrum vi pertraxerunt; & ne redirem uterius atrociter comminati fuerunt, ac ne redire poſſem plures in eodem monaſterio malandrinos conſtituerunt: & ſic extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ, quoniam zelus domus Domini comedit me. Reliqui igitur non ſolum locum illum, ſed & patriam dolens reliqui, quia ſecus facere non valui. Sed cum beneplacito, commendatitiiſque litteris Officialium ac Seniorum Domus meæ, ad monaſterium tranſlatus ſum de Ponte Trebbiæ; ut ad Dominum Bertrandum, *f* Tituli S. Marcelli Presbyterum Cardinalem & Legatum, qui Placentiæ tunc erat, poſſem liberius habere recurſum, & eidem dicti mei monaſterii declarare ſtatum, quod & feci, quamdiu Placentiæ ſtetit. *b* *ſcriptor Mediolano pulſus,* *c* *d* *e* F *propter zelum religionis,* *f* *& cum Card. Legato,*

10 At poſtquam Parmam Dominus ille ſe *g* tranſtulit, Prior & Cellerarius mei me duxerunt illuc, ut ab ipſo Domino ſuper cura noſtri monaſterii peteremus conſilium & auxilium. Perſiſtentibuſque nobis ibidem aliquamdiu, cum orationis cauſa conveniremus ſæpe in eccleſia *h* S. Quintini; conſideranti mihi Sanctorum figuras affixas, occurrit imago cujuſdam Sanctæ, in habitu albo, velo nigro, ferulam *g* *Parmam digreſſus,* *h*

A Iam Paſtoralem præ manibus tenentis; quod quaſi portentum novum *i* apparuit in oculis meis, quia nec unquam tale quid vidi, nec ab aliquo ſimile quid audivi. Cogitans igitur per plures dies quid hoc ſignificaret, per me perpendere nequivi, quia nec nomen aliquod figuræ conſtabat affixum illi; æſtuanſque cogitationibus, ſcire deſiderans quid ſignificaret, eccleſiæ Sacerdotes interrogavi: qui dixerunt S. Francam Abbatiſſam *k* eſſe, ſed unde fuerit, vel qualis extiterit ignorare. Super quo reſponſo dolui, & Deo quod id mihi manifeſtare dignaretur, ſatis deſiderabiliter ſupplicavi.

i conſpicit imaginem S. Francæ,

k

inde reverſus Placentiam,

11 Deſiderium igitur pauperum exaudiens Dominus, talibus modis mihi, & jam jam quidem obliito, & non inde loquenti, nec cogitanti, reſeravit. Cum enim parvo poſt tempore Placentiam reverſus fuiſſem, quidam venerabilis vir, Clericus magnus & potens, Doctor Eccleſiaſtici juris, Capellanuſque ſummi Pontificis, & Advocatus Ciſtercienſis Ordinis; qui propter Eccleſiæ fidem Mediolanum reliquerat, & Dominum Legatum ſecutus fuerat, loquens mecum de noſtri conditionibus Ordinis, inter cetera dixit, deſiderare ſe videre monaſterium de Ponte, quia ex quo Placentiæ fuit, non vidit aliquod Ordinis Monaſterium, præter illud de Plectolis, in quo S. Franca jacet, & cujus intuitu ſolo viſitaverat illud. Quo audito, continuo ignis deſiderii mei, qui jam intepuerat, recalere cœpit ac requirere, cujuſmodi Sancta eſſet illa. Cumque multa bona retuliſſet de illa, mirari ſe dixit, quod non cognoſcerem illam, quia fuit de Ordine Ciſtercienſi, & Abbatiſſa Domus in qua jacet, Ordinis ejuſdem.

B

intelligit ubi ſepulta ſit:

12 Anxiatus eſt ergo ſpiritus meus præ ſolito, itaut vix quandoque tantum conceperim deſiderium aliquod temporale commodum conſequendi, quantum hoc profundius cognoſcendi. Sed quia hoſpes eram, & timidus ad feminarum præcipue habitaculum ſubeundum, tardatus nimium, tandem pergendi licentiam illuc vix percepi. Et cum ibi ſperarem debere minus quam una die conſiſtere, eorum quæ mihi relata ſunt verbis, ac præoſtenſa ſcriptis, delectatus amplitudine; neceſſe fuit me diebus ſex, circa Beati Joannis Baptiſtæ Nativitatem, tocaliter occupare. Et ibi, ſed & alias in monaſterio S. Syri, licet humiliori quam expediret teſtimonio, quia tamen ætate jam ſenior, tempore quoque gravabar modico, femineo pro majori parte edoctus eloquio, didici quæ ſcribere propono; non tam ſoli meo, quam & ipſius Conventus ſatisfaciens voto, & deſiderantium hæc ipſa ſcripta fuiſſe à principio. Sed quoniam numquam ſic hæc ambiens illis apparuit ut ego; idcirco ſcribere illa rogatus ſum à toto Conventu illo: qui Conventus erat Monialium *l* ſexaginta quinque, de quibus plures plus annis quinquaginta perſtiterant in domo illa, & viderant de converſatis cum B. Franca.

eoque profectus,

& plurima edoctus de ipſius vita,

C

l

Ecl. 19, 4 13 Revolvens igitur in animo dictum: Qui facile credit levis eſt corde, tardabar, Scriptura dicente,
Hab. 2, 4 Qui crediderit, non feſtinet: Iſaia vero ſuggerente,
Iſ. 28, 16 Qui incredulus eſt, non eſt recta anima illius in eo: ſed & Chriſto terribiliter in mei cordis auribus inſonante,
Ioa. 3, 18 Qui non credit jam judicatus eſt; animabar ad ſcribendum. Sed non præſumebam; donec qui tertium conſcendit cælum Paulus acceſſit dicens,
1 Cor. 13, 7 Caritas omnia credit & cætera. Neminem igitur ad credendum auctoritate compellens, qua careo; ſed veritate ſuadens, qua ferveo; hortor ad legendum, non tam ad auctoritatem Eccleſiæ confirmandam, quam ad tempus in ſpiritualibus occupandum; & ſi quam inde quis potuerit, ædificationem ſpiritus conſequendam. Ego enim inde refectus gaudeo, &
Pſ. 41, 5 cum Pſalmiſta decanto; In voce exultationis & confeſſionis ſonus epulantis. Quomodo enim non gauderem, & exultarem, Deumque in Sanctis ſuis non laudarem? qui videns perire mundum, & quaſi ſecurim ad radicem fidei poſitam, errorum diluvio ſic replente totum, ut damnari digni videamur undecumque tam in ſeculo, quam & in religione; reperi arcam de novo in Ciſtercienſi Ordine fabricatam ſimul & repoſitam eſſe, propter quam contuendam & declarandam, credo quod Deus exaudierit me in abſcondito tempeſtatis.

eum ſcripto mandare decernit,

AUCTORE BERTRAMO EX MSS.

ratus ad hoc ſe illuc adductum à Deo,

14 Et licet me probaverit ad aquas contradictionis, adduxit tamen mirabiliter ad portum deſideratæ quietis; prius quidem per dictum D. Legatum, providens mihi durius expoliato de cura fontis vivi per menſes duos, in quo refocillatus ſum veſtibus ultra meum cogitatum. Ante hoc, & quando ſuſtulit me Deus, & collocavit quaſi in Paradiſo voluptatis, monaſterio de Ponte, quod de Quartizzola dicitur: ubi quam caritative tractatus ſim & tracter, novit ille ſolus, qui caritas eſt vera, Deus; pax idem vera, pax ſumma, quæ exuperat omnem ſenſum; qua continue perfrui ſupplico illud idem, quantuncumque parvum ſit ſed divinum, monaſterium. Hinc cognovi, hinc perſenſi, nobis Ciſtercienſibus præcipue ſemen eſſe fidei, ſpei, & caritatis relictum; & ne forte quarta tabula defuiſſe videatur, inde ſum adductus ad contuendam & complectendam, ſimul & exponendam novæ ſpeciem ſanctitatis; quibus repletus, & ultra quam credi poſſit mirabiliter ipſe refectus, manus extendo ad exponendas voces intimæ voluptatis; ſuggerens univerſis, ne me credant moveri ad hoc carne vel ſanguine ſtimulante, cum longe penitus ſim ab eis. Quia & illa, de qua ſcripturus ſum, Placentina fuit, in generationibus retro præteritis, mihi penitus incognitis, & ego Mediolanenſis, procul & incognitus illis. Nec pro temporali quoquo me facere ſuſpicentur commodo: quia qui ſexagenarius & monachus æſtimatus, nil ultra victum & veſtitum, præter quam meam & aliorum, ſi daretur, animas ſalvare concupiſco. Quod ipſe mihi concedere dignetur, qui ſcit me idcirco libenter in ſpiritualibus laborare, ut præterita damna poſſim ſubſequentibus aliquibus bonis, etſi minus idoneis, aliqualiter compenſare; ipſo præſtante, cujus eſt omnis virtus, honor, & gloria, in ſecula ſeculorum. Amen. *m*

& in loco quietis collocatum:

alias nullo humano affectu ad ſcribendum inductus.

m

ANNOTATA.

F

a *Placuit hunc titulum, ut erat in Ms. retinere.* Rizium *autem ſeu* Rizius, *hic intelligitur, calyx caſtaneam includens; qui undeque aculeis aſper, convoluti in globum* Ericii *formam habet; unde nomen tranſlatum eſt, primæ ſyllaba mutilum, ex uſu vulgari.*

b *Obiit* Joannes XXII *anno* 1334, *cum* 18 *annis Eccleſiam gubernaſſet.*

c *Matthæus Vicecomes, anno* 1322 *ab Aycardo Archiepiſcopo, tamquam ſchiſmaticus & hæreticus, excommunicatus, ſucceſſorem habuit Galeatium filium, mali corvi peius ovum: qui Mediolano, unde ejectus à Pontificiis fuerat, per proditionem potitus, omnia pro arbitrio cum tribus ſuis fratribus agebat: hæreſes autem tunc gliſcentes enumerat, in ſua adverſus Matthæum ſententia, Aycardus: cujus verba vide apud Baronii continuatorem Raynaldum.*

d *Monaſterium* Morimundi, *ſic dictum à Morimunda Francico, unde anno* 1133 *primi Ciſtercienſes venere, & in vicina Grancia Coronata per biennium habitavere,* (*unde &* Morimundus Coronatus *ab aliquibus appellatur*) *diſtat Medialano* p. m. 14 *circiter, cis Ticinum, cujus ripæ adjacet, inter Novariam & Papiam.*

e Malandrini *homines facinoroſi, ſic dicti à* malandare, *male incedere, id eſt, vivere.*

f Ber-

AUCTORE BERTRAMO EX MS.

f Bertrandus Card. Legatus, *anno* 1317 *in Italiam missus, in subsidium Guelforum, bellum adversus Mediolanenses, Gibellinorum receptores, precipue Vicecomites instauravit, cum Raymundo Cardonto Hispano, novo exercitus Pontificii duce anno* 1322. *Mortuo autem Matthæo, Virgilius Landus, primarius civis, tantum effecit Placentiæ, ut Vicecomitum præsidiariis urbe pulsis, & ipsa & deinde Dertona atque Alexandria, ad Pontificios rediret: quapropter Placentiæ tunc resi lebat Legatus, tamquam in arce belli contra Vicecomites gerendi; uti pluribus narrat Ciacconius, in elogio dicti Cardinalis.*

g *Abiit Parmam Legatus anno* 1325 *die* 21 *Novembris, ut notat Petrus Maria Campi Historiæ Placentinæ lib.* II.

h *Ecclesia S. Quintini erat monialium S. Benedicti, de quarum Abbatissa facta mentio in Vita B. Vrsulinæ Parmensis* 7 *Aprilis, cujus in eadem ecclesia corpus habetur.*

i *Quia scilicet Cisterciensis Ordo nullamdum habebat Sanctam canonizatam: Cistercienſem autem habitum præferebat pictura.*

k *Ioannes de Castro-arcuato, monachus de Columba, factus Parmensis Episcopus anno* 1295, *potuit fuisse auctor collocandæ ibidem imaginis; quandoquidem Benedictina primum fuerat Franca, & Cisterciensibus sanctimonialibus*
B *nullus Parmæ locus erat: nisi malis credere specialem quamdam conjunctionem fuisse inter monachas S. Syri Placentinas, quarum illa fuerat Abbatissa, & has Parmenses S. Quintini.*

l *Hujus Abbatissæ nomen exprimitur num.* 58 D. Franciſca de Rizzolo.

m *Dabimus nunc Vitam more nostro partitam: ne tamen originales capitulorum titulos expunctos à nobis quæratur zelator aliquis servandæ antiquitatis, ecce tibi syllabum eorum, quæ in margine notabimus.*

DIVISIO CAPITUM.

CAP. V. Incipit Vita Dominæ Franchæ, venerabilis monialis, Virginis & Abbatissæ Cistercienſis Ordinis, de Placentia.

VI Miraculum factum pro leguminibus de vino.

VII Ut afflictiones & persecutiones facilius tolleraret, mortui caput in mensa tenebat.

VIII Quod Carentia Vicecomes monialis effecta est, & quomodo.

IX Domina Franca qualiter fuit ad Ordinem Cisterciensem translata.

X Quando fuit ecclesia constituta? ubi, quo nomine vocata, & qua ex causa.

C XI Quale jus in S. Franca habent Dominæ de S. Syro.

XII Meritis S. Franchæ Carentiæque crevit locus.

XIII Quod non in lecto, sed in oratorio, pernoctabat post Completorium.

XIV Monachus Capellanus probavit & vidit quæ noctibus illa faciebat.

XV Cognatus Franchæ revelavit se defunctum in errore, & à diabolo portari in infernum.

XVI Calcaneum S. Franchæ diabolus vulneravit.

XVII Diabolus elisit eam in ore ac dentibus, cum sanguine.

XVIII De tribus radicibus tres guttæ sanguinis exierũt.

XIX Mortua fuit hic S. Franca prophetando, & sepulta primo.

XX Translatio Sanctæ prima, quando & quare facta.

XXI Translatio S. Franchæ secunda, quando, pro quo, quare, quomodoque sit facta.

XXII Carceribus quidam eductus est per S. Francam.

XXIII Contractus, per medicos relictus, per S. Francam liberatus fuit.

XXIV Claudus lassatis crocis per S. Franeam est liberatus.

XXV Mediolanensis semina, per duos annos cæca, per S. Franeam est illuminata.

XXVI Malandrinus [visu] orbatus, ter per S. Francam curatus. D

XXVII Femina, malis spiritibus agitata, per S. Francam liberata.

XXVIII Cæcus qui extiterat annis duobus, sed per S. Francam illuminatus.

XXIX Parvulus cæcatus per S. Francã est illuminatus.

XXX Signum de oculo lactentis puellæ sublatum meritis Sanctæ.

XXXI Brachium tumidum ac pendulum sanitati restituitur.

XXXII Rheumatis gutta per Sanctam curata.

XXXIII De naufragio fluminis Presbyter per Sanctam liberatus.

XXXIV De cæcato propter casum riziorum, uxoris fide liberato.

XXXV Scalia blavarum [quidam visu] orbatus fuit & liberatus.

XXXVI Cazam unam & situlam obtulit cæcus factus & liberatus.

XXXVII Capsam reliquiarum Sanctæ non potuit quis extra monasterium portare.

XXXVIII Femoris gutta per S. Francam est curata.

XXXIX Puella cæcata & per S. Francam liberata, monialis est effecta. E

XL Dolor auris & maxillæ curatus meritis S. Franchæ.

XLI Quod aqua medicinalis de ossibus ejus est effluere reperta, quotiescumque sunt visitata.

XLII Os carnium de ore pericli tantis monialis rejectum est, S. Franchæ meritis.

XLIII Mediolanensis per annos duos cæcus, per S. Francam illuminatur.

XLIV Mamilla monialis infirmæ per S. Francam liberata

XLV De lampade, quæ ardet continue.

XLVI Cæcitas, occasione vayrorarum exorta, per S. Francam est curata.

XLVII De contracta manibus pluribusque cæcis per S. Francam liberatis.

XLVIII Os carnium eductum est de gutture meritis S. Franchæ.

XLIX De veneno sumpto morboque secuto quis liberatur.

L Contracta paralytica curata.

LI Cæca Januensis illuminata.

LII De oculorum infirmitatibus monialis curata.

LIII Quod de molendino fuit extinctus ignis, præ Reliquiis oppositis.

LIV Fures repulsati & extinctum incendium oppo- F sitione Reliquiarum.

LV Homo senex & cæcus per S. Francam videns est effectus.

LVI Mulier, quæ perdiderat visum, recuperavit eum.

LVII Parvus, à nativitate cæcus, est illuminatus.

LVIII Squenanziam patiens monacha per S. Francam curata.

LIX Miracula multa facta, quæ non sunt scripta.

CAPUT I.

Natales Sanctæ, vita religiosa, Prælatura S. Syri, dispositio ad fundationem Cisterciensem.

15 DOmina Franca sacra, orta fuisse dicitur de CAP. V. nobili parentela Comitum *a* de Vidalta, *a* Placentinæ Civitatis, de quibus adhuc supersunt plures Nobiles & potentes, tam in seculo quam & in Religione: matri ejus apparuit, pluribus vicibus in visu, habere se catulam in ventre, quæ latratus magnos dabat. Quo territæ Confessor *b* discretus, cum quo consilium iniit, suadendo respondit: Paries filiam fidelem & sagacem, quæ linguam habens medicinalem *Matri gravida præostensa in forma catulæ,* *b*

medicinalem latratibus ſuis peccata fugabit, & fideles in Dei ſervitio conſervabit. Conceptam igitur de legitimo Domino ſuo Francam, natam, & baptizatam, quam cito ætatis aptæ fuit, fecerunt eam parentes imbui ſcripturis ac moribus divinis; adimplere geſtientes quæ ſibi fuerant ante ſignificata. Spiritus autem ſanctus ſic eam provexit mirabiliter, ut ante ſeptennium perfectum proferret parentibus ſeculo ſe renuntiare, & in Religione Deo ſervire totaliter oportere. Quam inſtanter infeſtantem nobili Monaſterio S. Syri *c* Placentino Parentes obtulerunt, ubi & recepta fuit hilariter ac devote, cum ſumma cunctorum alacritate. Quæ converſans ibidem in habitu puellari, conſueto illi Religioni, uſque ad ætatis ejus annum quartum decimum, ita gratioſe ſe gerebat, ut cunctis videntibus mirabilis appareret: nam in ſcientia, moribus, & abſtinentia, ceteriſque regularibus obſervatiis præcellebat omnes.

ſeptennio indicat ſe velle fieri religioſam,

an. 14 profeſſa in S. Syri monaſterio,

16 In quibus omnibus optime comprobata, dum eodem anno, profeſſione regulari facta, velum ſacrum ab Epiſcopo *d* ſuſcipere deberet, cuidam amitæ ſuæ de Confanoneriis apparuit Angelus quidam, qui velabat illam; ut daretur intelligi, quod ejus conſecratio divinitus fiebat, quæ non ſolum caput ornabat, ſed mentem illius, & corpus à cunctis vitiis abſcondebat, ac Dei ſervitio mancipabat. Quod inde magis apparuit, quia ex tunc, quaſi tranſmutata in virum, affectum ſumpſit & animum virilem; itaut deinceps foret in orationibus pervigilans diebus ac noctibus, vitans & abhorrens cuncta puerilia, laſciva, & vana; & ſemper erat officiis divinis, vel orationibus, aut laboribus ſui *e* conventus & ſervitiis infirmarum ſine ceſſatione occupata; ad obedientiam prompta ſemper & parata, & in operibus caritatis numquam reperta fuit eſſe feſſa. Cunctis hebdomadibus jejunans tribus diebus in pane & aqua, communibus & regularibus jejuniis non erat contenta: omni Quadrageſima ſui monachatus continue jejunabat, ita quod nullam rem coctam comedebat præter panem; cujus panis *f* bricias edebat ſæpiſſime cum herbis vel leguminibus crudis, abſque ſale cum aqua; fruſta panis reſervans pauperibus diſtribuenda, pro quibus fovendis erat pie ſolicita. Nam cum in omnes eſſet illa miſericors & blanda, dulcis & benigna, in ſe tamen crudelis & aſpera, præmiſſam abſtinentiæ formam non modo ſervavit ſubjecta, ſed multo valentius & prælata; excepto quod propter infirmitatem ſtomachi, qua gravabatur pro nimia abſtinentia, præcepto Abbatiſſæ hortatuque ſociarum, tale fiebat ei remedium, omni recuſata frequentia medicorum. Coquebatur quippe Vezzolus, qui & artemiſia *g* proprie dicitur, vel illius ſemen in vino, quod bibebat tunc omni rejecta ſubſtantia; & ſic ad modicum refocillabatur ipſa.

egregie profecit in virtute,

& abſtinentiſſime victitat:

17 Cum autem placuit Deo candelam accenſam ſuper candelabrum ſtatuere, Abbatia S. Syri vacante per obitum *h* prædeceſſoris ſuæ, moniales omnes, quæ quinquaginta fuerant vel circa, ſancti Spiritus inſpiratæ gratia, concorditer ipſam Francam, gratioſam & ſanctam, in ſuam Abbatiſſam & Rectricem elegerunt. Quarum electio per Epiſcopum *i* gratioſe ſatis acceptata, confirmata fuit & approbata ſimul, & ad officium illud promota & benedicta, ut deinceps propter honorem Chriſti, ac ob honorem illius monaſterii, baculo fungeretur Paſtorali; atque per annuli viſibilis ſubarrhationem, peramplius & perfectius cæleſti ſponſo jungeretur, per fidei merita & virtutum. Sic igitur jam ut catula Chriſti libera cœpit clamare, vitiaque ſimul & cuncta nociva ab animabus propulſare: ita quod nulli ſubjectarum aliquod licebat illicitum, nihil in eis diſtortum remanebat inultum. Tam ſolicite Chriſto conſervabat ab omnibus malis & periculis illæſum, corporaliter & ſpiritualiter, illum ſacrum gregem ſuum, in ſe non minus aſpera quam ante, blanda & dulcis in alienis neceſſitatibus & indigentiis ſufferendis & amovendis: ſui damna corporis, vel pericula non verita, dum ſui Conventus poſſet efficere commoda. Unde accidit Conventum illarum Dominarum, tam in ſpiritualibus quam in temporalibus bonis, illius tempore multiplicari, & ab omni civitate devotius amari & honorari.

In Abbatiſſam electa,

diſciplinam regularem reſtaurat:

AUCTORE BERTRAMO EX MS.

CAP. VI

18 Cum autem conſueviſſent Moniales illæ legumina, quæ coquebant, poſt primam aquam bullitam, in vinum propter ſuas delicias conventui præparanda commutare; quadam vice Abbatiſſa venerabili conſiſtente in oratione, Sorores recurrentes ad vegetem, quam quaſi plenam pridie reliquerant, pro vino recipiendo, occaſione talis commutationis faciendæ; vacuam vegetem repererunt, ita quod inde vini nil extrahere potuerunt. Cujus cauſa quæſtione mota contra Officiales & *k* cantinarias, quomodo ſic eſſet expenſum vel magis perditum tantum vinum; turbulenter nimis cucurrerunt omnes ad Abbatiſſam, duriſſime conquerentes. Super quo ipſarum prodigalitatem redarguens, dixit, hoc non propter Officialium culpam, ſed propter ſuperfluitatem deliciarum accidiſſe. Verumtamen confido, ait, in Domino Jeſu, quod ſi pœnitentiam agentes de præteritis in poſterum emendare proponitis, & à Domino gratiam devote poſtulatis, vinum neceſſarium cito reſtituet nobis. Pœnitentibus igitur illis, ac ſic emendare promittentibus, & ad orationem ſe cum eadem Abbatiſſa Venerabili devote convertentibus; illico vas vino plenum apparuit.

Vinum ad coquenda legumina adhiberi ſolitum,

k

orâte Franca deficit.

& ſororibus emendationem pollicetis reſtaurat.

19 Quod cum gaudio percipientes (prout plures aſſerunt) parvo poſt elapſo tempore, quod acciderat oblitæ Sorores, priſtinos redierunt ad mores; Matris ſanctæ, quaſi vilis ac diſſimulantis perſonæ, monita parvi pendentes. Quod quidem advertens, qui non dormit neque dormitat Dominus, iterum alia vice vas aliud ſimiliter vacuum fecit reperire Sorores. Super quo non minus quam ante turbatæ poſt duriorem increpationem per earum Abbatiſſam ſubſecutam; iterum ad orationem cum eadem converſæ, ſub promiſſione certa vitium illud relinquendi, Dominum poſtulantes, vegetem iterato plenam repererunt, & vitium illud funditus deſeruerunt. Sicut autem hoc prodigalitatis vitium, ſic & alia ſæpe vitia Chriſtus per eam admonentem, caſtigantem, & orantem de illo monaſterio potenter ac miraculoſe correxit ac propulſavit. Verumtamen proceſſu temporis, caro, quæ dominabatur in aliquibus, non valens tolerare tantum in nova muliere fervoris zelum ac ſpiritum, inſtigante maligno ſpiritu, qui felicibus ejus actibus invidebat, ad ſuggeſtionem cujuſdam conclauſtralis, ejus quæ ſecundum ſeculum ut vere ſoror *l* Epiſcopi nobilis & potens atque induſtria præfulgens erat, cujus diabolus animum ſuccenderat in officii illius ambitionem, commotæ ſunt ejus Moniales contra Francam ſacram, variis ac duris reſponſionibus & moribus laceſſentes eam.

ſitâque abbatiſſa ille coërcetur.

l

Epiſcopi ſoror Prælaturam ambiens,

CAP. VII

20 O ambitio quam cæca ſemper! quæ Sacerdotium ſuſtulit, profanavit templum Dei ſanctum, confudit ordinem, temeravit regnum, corrupit quidquid erat religionis, quod legis, quod vitæ, quod morum, quod fidei, quod diſciplinæ. Poſtquam enim vidit draco, quod de cæleſti converſatione mulieris ſanctæ, quaſi de cælo, projectus eſt in terram; [per Sorores laxitatem] amantes & quærentes perſecutus eſt mulierem, quæ pepererat maſculum, virilem ſcilicet affectum & propoſitum, ut præmiſſum eſt. Et miſit ſerpens ex ore

AUCTORE BERTRAMO EX MS. suo post mulierem aquam tamquam flumen, commovens contra illam non tantum civitatis Episcopum, sed & populum atque Clerum: quia qualis Rector civitatis, tales & inhabitantes in ea. O quantis injuriis, molestiis, ac offensionibus est appetita! quantis afflictionibus angustiata! Et quæ sedere quieta decreverat ab infantia sua; modo maturior facta, discurrere cogitur non solum extra propria, sed etiam per extraneas civitates & loca. Mira diceremus, si expedire crederemus; causas plurimas, personarumque nomina simul & cognomina non ignorantes. Sed licet mirabilem Deum in Sanctis suis laudare jubeamur; non tamen alienos servos, qui suo Domino stant vel cadunt, culpabiles indicare permittimur; & ideo hæc illis sufficere credidimus, qui de paucis sciunt pensare majora.

forerum factiosarum caput contra Francam,

21 Nempe talia diabolus procurabat, ut eam trahi faceret à flumine, quam ad peccatum ipse trahere nequibat per se. Nil tamen propterea potuit, quia illa de bono semper in melius profecit: quæ ut se ostenderet omnia contemnere, mortem ante mentis oculos suspectam semper studuit habere. Quia, ut dicunt Dominæ de S. Syro, caput defuncti coram se tenebat in disco. Et iratus draco in mulierem, quia contra illam prævalere non potuit; abiit facere prælium cum reliquis de semine ejus. Diviso quippe contra se Ruben, magnanimorum reperta contentio est; effusa est enim contentio super principes, utriusque videlicet mulieris, possidentis & ambientis, parentes *m* & affines; & errare fecit eos non in modico, sed in magno. Quæ quidem corporum, rerum, & animarum immensa pericula non ad aliud quam ad Christi refugium propellebant Francam. Nam quo plus turbabatur, non tam propter despectionem suam, quam propter caritatem socialem & fraternam quam in talibus periclitari cernebat, eo valentius psalmis & orationibus, privatim & publice, diebus ac noctibus incubabat; & continuam lacrymarum legationem dirigens, ea quæ pacis essent exorabat; quibus incredibiliter assuefacta, dolens esse se Prælatam & aliorum curis alligatam, quotidie aspirabat quomodo quietam posset agere vitam, & à curis libera vitam exercere solitariam. Cujus desiderio non defuit, qui desideria pauperum exaudire consuevit Deus: sed revelationibus eam sæpissime instruebat, ac refovebat dicens: Forti animo esto; in proximo est, ut cureris ab eo, qui voluntatem timentium se faciet Deus & deprecationem eorum exaudiet.

ipsam vehementer exagitat:

m

sed eamdem varie solatur Deus.

C

CAP. VIII *præcipue per Carentiam,*

22 Ut ergo exauditas esse orationes ejus ostenderet Deus, circa Incarnationis Christi annum millesimum *n* & ducentesimum, exsurrexit quædam puella, nomine Carentia, filia quorumdam *o* Vicecomitum de Placentia. Ista præsagium exercens futurorum, usque ad annum ætatis quartum decimum scholas intravit, & omnem philosophicam scientiam ac moralem copiosissime didicit. Unde accidit, quod sicuti verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum; ita & ista corde conciperet, secumque quotidie tractaret, quomodo melius posset seculi pompam & vitam, ad quam verbis & exemplis per parentes & affines incitabatur, contemnere suamque virginitatem Christo & ejus matri Virgini consecrare. Super quo, fama comperta Virginis & Abbatissæ Franchæ, sæpius ad illam recurrebat; & eidem suum propositum intimans, consilium ab eadem solicite requirebat. Illa vero perpendens hoc donum esse à Deo, qui per hoc videbatur satisfacere velle desiderio suo, quoniam de Cisterciensibus Monialibus, quarum Religio reboabat ubique, nulla tunc erat Placentiæ; suasit Carentiæ ut januam pergeret, & apud unum monasterium Cisterciensis Ordinis, quorum ibi copia magna est & erat, se collocaret; atque desiderium suum aliquibus Sanctis feminis manifestans, ab eisdem monasticam vitam disceret & approbaret. Reputans vero Franca beata, quod tantum illi Carentiæ sancta Religionis forma Cisterciensium complacebit, quod inde moveri non poterit, ex condicto cum illa convenit, ut si vita illa sibi placuerit, redeat ad se; sibique priusquam profiteatur, debeat intimare; Quia tecum, inquit, cogito, si perseveraveris in illo sancto proposito, conversari, & effectum percipere desiderii mei; scio enim quod si perseveraveris, Deus erit tecum, & per te parentes tui conficient monasterium Deo placitum, in quo simul conversabimur, animasque Christo Salvatori nostro multas congregabimus & lucrabimur, juxta pium sanctumque desiderium nostrum.

Cistercienſem Ordinem explo-ratura,

D

habitum Rapalli suscipit

p

q

E

23 Hujusmodi consiliis & admonitionibus assuefacta & quasi divinitus edocta Carentia, cum negotiatoribus Fratribusque duobus *p* Prædicatoribus affectata, januam perrexit & juxta præmissa consilia recursum habuit ad *q* Rapallum, Cisterciensis Ordinis monasterium feminarum: in quo quasi divinitus complexata, per annum laudabiliter nimis est conversata; & omnem regularem disciplinam cum omni dulcedine spiritus edocta; & sic per internuntios parentibus mandavit, ut de societate congrua sibi providerent, quia domi redire volebat. Super quo læti facti parentes perficere non distulerunt, honorabiliter ipsam domi reducentes *i* putantes eam religionis propositum, pro eo quod inde tam cito redibat, commutasse.

indeque reversa Placentiam.

24 Reversa vero Carentia post paucos dies videre voluit Dominam venerabilem Francam, quam affectuosissime diligebat, utpote matrem in Christo reverentissimam. Qua visa, collationeque simul diutissime atque dulcissime facta, retulit quomodo mores didicit & ordinem, quæ ut Angelica vita sibi devotissime complacebant; requirens & ab ea consilia, quomodo se deinceps habere deberet. Per illam igitur, & plus per Spiritum sanctum edocta, cum à parentibus solicitaretur, ut viro nobili jungeretur matrimonio, ad quod à quampluribus nobilibus requirebatur; non semel sed semper constantissime respondit, virginitatem suam Deo voviſſe, ac propterea nulli viro se posse matrimonio consentire. Sed si vultis, ait, vos ac me honorare & conservare, quæ mihi daretis in conjugium, date ut Cistercienſis Ordinis construam monasterium, in quo perficere dispoſui propoſitum meum. Quamvis igitur dolentes & admirantes, tamen nolentes resistere spiritui qui loquebatur, decreverunt eidem consentire. Et cum illa simul & cum S. Franca collaborantes per plures annos, unam Gariziam *r* de Tuna, aliasque plures nobiles Dominas de Placentia collegerunt; quæ cum Carentia, annorum jam decem & octo effecta, vitam illam monasticam, exemplo ipsius S. Franchæ, perficere proposuerunt.

ex sua dote monaſterium fundandum perſuadet.

F

r

ANNOTATA.

a *Petrus-Maria Campi* In illa Placentini districtus parte, quæ versus Apenninum se porrigit, sexto supra Castellum-arcuatum milliario, locus antiquissimus est, circum se habens Podium-Lanzonis, & Vallem-Christinorum oppida, Minianum & Macomeram viculos. *Nihil horum neque ipsam Vitaltam exprimunt Mappæ, solum Castellum-arcuatum notant p. m.* 15 *dissitum Placentia ad Euronotum, unde colligas quam imperfecta habeatur regionis istius tabula.*

b Vene-

A b Venerandus Attalus, *inquit idem, citato Breviario Placentino anni* 1530. *Amœnum eſt autem anagramma quod ſuggerit ex his verbis*, Francha de Vite-alta Comitiſſa, *ſic Latine eductum, cum alluſione ad maternum ſomnium*, Catula iſta contra hoſtem fidei: *& expendit ſimilitudinem ſomnii, cum iis quæ oblata fuere matribus SS. Bernardi & Dominici, quorum hic ante quinquennium natus erat, iſte ſolum* 22 *annis prius obierat quam Franca naſceretur anno* 1175.

c *De erectione votiva* monaſterii S. Syri (*ſic dicto ab antiquiſſima illius eccleſia, qui Epiſcopus Ticinenſis fuit & colitur* 9 *Decembris*) *extat in Regiſtro Privilegiorum poſt tomum* 1 *Hiſt. Placent. Petri-Mariæ diploma Dionyſii Epiſcopi Placentini, ſub anno* 1056, *Canonicis S. Antonini pro jure dictæ eccleſiæ aliam in territorio Plettulæ eccleſiam tradentis.*

d Theodaldus *hic fuit, electus anno* 1167, *& vixit ad* 1192, *aliquando etiam* Theobaldus *dictus.*

e *In Ms. Placentino ſic corrupte legebatur*, aut laboribus & ſervitiis infirmarum ſive ſui ſeu etiam conventus occupatione: *quibus levi correctione ſenſum dedimus commodiorem.*

f Briciæ, *id eſt* micæ, *vox Longobardica, ejuſdem originis unde Francis* Briſer, *Teutonibus* Bryſelen *dicitur, id*
B *eſt* comminuere.

g Artemiſia *dicitur quaſi* Diania, *à Diana ſeu Artemide parturientium præſide, Hetruſcis ab effectu* Matricalis *nominatur: laudatur etiam à calore, quo ſtomachum juvat*; *&* Vezzulus *Longobardis dici videtur, quaſi* delicatulus.

h *Petrus-Maria* Britiam *vocat, & circa annum* 1198 *obiiſſe ſcribit.*

i Ardicius, *à Petro Diano Placentino Cardinali & Legato Apoſtolico confirmatus, fato functus anno* 1199.

k Cantina *eſt cella vinaria, Francis & Italis: auctores Vocabularii della Cruſca, generice pro loco ſubterraneo accipi docent. Origo vocis videtur eſſe Teutonicum* kant *angulus.*

l *Infra num.* 27 *appellatur* Binia: *Petrus-Maria*, de familia Porta *fuiſſe ait, Sororem* Grumerii Epiſcopi, *poſt Ardicium aſſumpti, ex Ord. Ciſtercienſi & Abbate monaſterii de Columba, ut ſcribit Vghellus; qui eam Sedem venuit uſque ad an.* 1210.

m *Petrus-Maria capita factionum nominat* Ubertum de Vitalta & Ruffinum de Porta, *homines potentes & geſto pluries Conſulatu Placentino ſpectabiles. Idem notat civitatem de commiſſis contra Fraucam fuiſſe punitam, gravi illo diſſidio, quo contra Epiſcopum & Clerum, Eccleſiaſticam tuentes immunitatem, inſoleſcentes Magiſtratus, per illicitam ſacrarum facultatum invaſionem,*
C *meruerunt ut urbs ſua, interdicto ſuppoſita, etiam Epiſcopali dignitate privaretur ab Innocentio* III, *anno* 1206 *die* 9 *Octobris; & ipſius Sanctæ precibus tributi, quod putris factioſis* (*hæreticos appellat Vghellus*) *ſoluta cenſuris civitas*; *& Epiſcopus cum Clero, Cremona, quo receſſerat, Placentiam ſit reductus.*

n *Imo* decimum ſupra milleſimum & ducenteſimum: *tunc enim preciſe* 14 *annum explerat Carentia, quæ mox infra dicitur, anno* 1214, *cum novum monaſterium eſt auſpicata, annorum fuiſſe* 18.

o *Idem Petrus-Maria ſuſpicatur, quod* Carentia *fuerit filia aut neptis Vberti Vicecomitis, ejus qui ſæpius in ſua patria Conſul, etiam Mediolani & Bononiæ Prætura geſſit: nihil autem dubitat, quin cognata aut etiam ſoror fuerit Thedaldi, ejus qui poſtea in Pontificatu dictus eſt Gregorius* X: *cujus, ut Sancti, Acta ſperamus augendum & diem Ianuarii, cum fiet illius menſis ſupplementum.*

p *Rurſus veretur Petrus-Maria ne ſphalma ſit aliquod, eo quod Prædicatorum Ordo ſolum fuerit anno* 1216 *confirmatus; dubitatque utrum eligat hos vel eccleſiaſticos fuiſſe, Prædicatores officio, vel tunc necdum religioſos, ſed anticipate ſic nominari ab Ordine quem poſtea ſuſceperunt. Mihi placet magis prior conjectura, quia ſocii primi S. Dominici, quos ſedecim habuit cum Regulam S. Auguſtini elegit, ex Hiſpania fuerunt aut Narbonenſi Gallia: & exiſtimo Prædicatores iſtos Ciſtercienſes fuiſſe, à Pontifice ad Cruce ſignatorum exercitum commeantes. Fieri tamen facile potuit, ut poſtquam Prædicatorum nomen, commune omnibus Crucem contra Albigenſes prædicantibus, quorum major pars erant Ciſtercienſes, tranſiit ſpecialiter ad Ordinem à S. Dominico inſtitutum; ipſe Vitæ hujus auctor diſtinguere neſciverit, & exerrarit illud referendo ad ſignificatum, ſuo tempore notum præ alio.* AUCTORE BERTRAMO EX MS.

q Rapallum, *diſtans à Genua Orientem verſus p.m.* 18, *& nomen ſuum commodans ei cui imminet maris ſinui.*

r Galitiam *appellat Petrus-Maria.*

CAPUT II.

Ciſtercienſis parthenonis inſtitutio: & in ejuſdem regimine reliqua vita Beatæ ac felix obitus.

25 COllatione igitur facta, & de ſuis bonis temporalibus conferentes una, conſilio & auxilio Dei omnipotentis, & Chriſtianorum fidelium donatione pariter & oblatione pia, locum illum acquiſiverunt, qui dicitur *a* Mons-lana. Ad quem accedens Carentia cum ſociabus decem, cum conſilio & auxilio Domini Baiamontis Vicecomitis Abbatis; atque monachorum de Columba, quorum conſiliis ac regimini ſe ſuppoſuerant, anno Domini milleſimo ducenteſimo * quarto decimo, pro ſua Matre ſpirituali unanimiter elegerunt Dominam Francam ſupradictam; quam & Abbatiſſam, prout jam erat, vocantes, & earum Rectricem conſtituentes, conſenſu etiam Epiſcopi *b* Placentini, tranſlata fuit de monaſterio S. Syri, in quo per triginta annos jam vixerat & plus, ad prædictum Locum de Monte-Lana, anno eodem de menſe Octobris. Et hinc mulieri datæ ſunt alæ duæ magnæ, Carentia præcipue, & illa Domina de Tuna, ſuper quas requievit, ut arca Noe ſuper montes Armeniæ, ut volaret in deſertum in locum ſuum, & paſcant illam diebus mille ducentis ſexaginta. Fugit itaque mulier hoc juſto modo in ſolitudinem, ubi habet locum paratum à Deo, longe ante per Prophetam promittente; Ducam inquiens illam in ſolitudine, & ibi loquar ad cor ejus: & ibi alitur per tempus, & tempora & dimidium temporis à facie ſerpentis. CAP. IX *a* *Monaſterio conſtituto in Monte-lana.* E * *imo* quinto, *b* *Franca elige-gitur Abbatiſſa:*

26 Nam in hoc loco viventes in grandi paupertate gravique aſperitate per annos duos vel circa; quoniam adjuvit terra mulierem, placuit parentibus, ac vicinis reducere illas apud civitatem: & reduxerunt eas ad S. Gabrielem *c* de Vallera; ubi tempore modico *d* commanentes, non placuit Capitulo Ciſtercienſi quod ibidem ſtarent, quia nimis erant vicinæ monaſterio monachorum de Ponte-Trebbiæ. Quocirca fuerunt compulſæ reducere ſe ad locum de *e* Plectolis, ubi modo monaſterium ſitum eſt. Ibi ſeminaverunt agros, plantaverunt vineas, & fecerunt fructum nativitatis; & benedixit illis Dominus, & multiplicatæ ſunt nimis. Nam anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptimo decimo, *f* die veneris, decimo Kalendarum Aprilis, indictione ſexta, per Dominum Vicedominum *g* Epiſcopum Placentinum & Comitem, conſtituta *h* fuit primo eccleſia in curia quæ dicebatur Opizonis de Tuna, in honorem Dei & B. Mariæ Virginis, ad inſtantiam & petitionem perſonarum Ciſtercienſis Ordinis, nomine loco illi tunc impoſito S. Mariæ de Tertio-paſſu, videlicet ad tres paſſus, pro eo quod ante quaſi conventus ille quieſceret, ſuos ad prædicta tria loca direxerunt greſſus. & cum novello grege migrans, F *c* *d* *e* *tandem Plectolis reſidet:* CAP. X *f* *ubi anno* 1218 *eccleſia erigitur.* *g* *h*

27 O Dominæ de S.Syro, notate, notate, inquam, & perpendite, quod tranſlationi Dominæ Franchæ, Abbatiſſæ veſtræ, conſenſit Epiſcopus Placentinus; quoniam CAP. XI

AUCTORE BERTRAMO EX MS.

quoniam hoc præmiſſo die præſentialiter ipſa vivebat, quando ipſius Eccleſiam ipſa fundabat. Cum enim nunc eſſet quaſi triceſimus *i* menſis quod vos illa Franca reliquerat, *k* cui & in veſtro Monaſterio ſtatim Binia veſtra ipſi viventi ſubſtituta fuerat, nulli dubium eſt, quod ea quæ de ſibi ſubditis ovibus facta fuerant, Epiſcopus ignorare non poterat. Dum ergo illam tolerat, & huic novam fundat eccleſiam; patet quod ea, quæ facta ſunt, acceptat. Ceſſent igitur jam veſtræ *l* querelæ, quoniam quod auctoritate juris eſt conceſſum, ſic eſt proviſione divina firmatum, ut præſcriptione prætergreſſa centum & plus annorum, nullus ultra vobis pateat aditus movendi querelam contra perſonas juſte poſſidentium. Congaudete magis nobiſcum & congratulamini, quoniam tales, ut ſancti Robertus *m* & Franca, de vobis Nigris prodierunt, qui nos Albos honorabiliter ornaverunt. Si enim bonæ non fuiſſent plantæ illa veſtra Monaſteria, de ipſis ad nos non potuiſſent perveniſſe tam fructuoſa germina. Honor igitur veſter cum ſit ortus talium & datus, quia dare quam accipere magis eſt beatius; fructus vero noſter ſit finis illorum & proceſſus laudabilis; gaudeamus oportet concorditer, & exultemus in Domino, qui cara veſtra nobis communicando, cor unum & animam unam eſſe nos voluit in Chriſto, tam in Unitate, quam in Trinitate, cum Patre Spirituque ſancto, perenniter per infinita ſeculorum ſecula magnificando. Amen.

i *k* *Binia Sanctæ æmula regimen ad S. Syri tenente:* *l* *& Benedictinis queri non habentibus,* *m* *ſed potius gratulari,*

CAP. XII

28 In tribus igitur locis prænominatis Franca ſacra devote converſabatur, non minus aſpere & religioſe quam ſupradictum eſt in S. Syro, ſed multo plus & plus; ita quod vita illius Deo complacens multas perſonas ad admirationem ſui provocabat, & imitationem. Sed & vita dictæ Carentiæ, quæ Prioriſſa fuerat conſtituta, ad æmulationem ſanctitatis vicinos, ac vicinas incitabat; cujus Carentiæ, ſociarumque ſolicitudine locus iſte ultimo locatus crevit in amplitudine poſſeſſionum, ac multitudine monialium & religioſarum, B. Franchæ ſanctam vitam imi-

CAP. XIII

tantium. Et merito. Nam ipſa Beata, mirabilis in vita ſua, præter ea quæ ſcripta ſunt ſupra, licet poſt Completorium intraret cum aliis Sororibus Dormitorium, numquam tamen viſa fuit intrare lectum; ſed ſicut divulgatum eſt per totum conventum, poſtquam ſentiebat obdormire Sorores, prius de manibus Sacriſtæ clavibus acceptis eccleſiæ, intrabat oratorium, ibique pernoctabat, donec ipſamet ad Matutinalem horam ſocias tempeſtive ſatis excitaret. Cum hæc & ſimilia gravia nimis & grandia gereret, propter ſtomachi dolores quos incurrerat, ut præmiſſum eſt, Prioriſſa & aliæ Sorores curaverunt ſolicite, ne denuo claves eccleſiæ illi Sacriſta permitteret. Quod Sacriſta diligenter obſervante, nihilominus oratorium intrabat illa ſolito, portas illi aperiente Chriſto, qui eſt clavis, quæ aperit & nemo claudit.

ſub Beata Franca ſolita poſt Completorium in eccleſia pernoctare:

CAP. XIV

29 Divulgatis talibus in Conventu illo, quidam monachus de Columba, pro Capellano commanens in illo monaſterio, dicebat, nolle ſe credere, niſi contingat hoc ipſum oculis approbare. Præſumpſit igitur ille aviditate nimia quadam vice poſt completorium oculte remorari in Oratorio; ubi tempore modico tranſacto, ſenſit ac vidit Francam ſanctam advenire, atque coram altari conventuali de ſinu ſuo producere caput defuncti. Quo poſito ſuper Altari, libellum unum, quem dicunt fuiſſe Pſalterium, alligavit ad brachium ſuum ſiniſtrum pendentem; ad hoc ut ſi quando ſoporaretur, excitante illo libello ſuſcitaretur & ipſa de ſomno: & ſic tota nocte illa coram altari ſacro, grandibus ac mirabilibus fletibus, lacrymis & fervoribus, deplorabat nunc Chriſti paſ-

quod explorans incredulus Capellanus, *vidit coram altari inſomnem,*

ſionem, modo paradiſi gloriam, ad quam ſuſpirabat; nunc ſua populique peccata declarabat; nunc defunctos, modo vivos Domino commendabat; interdum Sanctorum ſuffragia requirebat; nunc pœnas peccatoribus paratas replicabat, modo præcipue iis de purgatorio refrigeria gemitibus implorabat. Quæ cum ſic continue tota nocte replicaſſet, & monachum illum talia, tantaque ſimul reſpicere & expectare tæderet; tandem illa Sorores ad vigilias excitante, januis apertis ſicut ille clam intravit, ſic & clandeſtino prodivit; poſt Miſſas referens quibus poterat, quod medietatem afflictionis & ſanctitatis illius non cognoverant nec ſibi retulerant; referens quæ viderat enucleatius ipſe per ſingula.

indulgere piis actibus.

CAP. XV

30 Converſante ipſa in hoc eodem ultimo monaſterio, & in vigiliis, ut dictum eſt, pernoctante, quadam nocte apparuit ſibi quidam ſuus cognatus, quem illa valde diligebat, cujus nomen, & cognomen licet bene ſciatur, tamen propter parentelæ reverentiam conticetur. Hic itaque clamare cœpit, & dicere: O Beata Franca, ego ſum talis cognatus tuus, qui ultra mare, quo perrexeram propter negotiationem, defunctus ſum in hæreſi & in errore, & ideo cum me plus gravent orationes tuæ, ne fatigeris ultra propter me, quia diabolus aſportat me in infernum, ubi divino judicio damnatus ſum. Elevans autem oculos iſta, cum gemitu cordis & dolore, vidit & cognovit diabolum, cognatum ſuum illum in humeris enormiter tranſvehentem. Quo diſparente, ſtatim ipſa die conventu ſuo convocato, nunciavit illis, cognatum ſuum ultra mare defunctum in errore, quo damnatus eſt, ideoque non oportere illas orare fruſtra pro eo, ne, quod abſit, repugnare reperiantur Deo. Probatum eſt, & ſic eveniſſe manifeſtatum eſt.

Cognatum in hæreſi mortuum & damnatum intelligit:

CAP. XVI

31 In eodem monaſterio multoties auditum fuit per moniales, quod illa Beata noctibus contendebat cum diabolo. Quod cum ipſa pro poſſe ſuo celaret, tandem permiſſione divina, nocte quadam in oratione ſolito more conſiſtentis, coram altare S. Michaelis, diabolus calcaneum tam graviter vulneravit, quod præ anguſtiis & dolore celare non potuit; quinimo neceſſe fuit calcaneum illud oſtendere, tribuſque punctis artificialibus conſui oportere. Propter quæ multipliciter interrogata, non potuit ulterius occultare, quod hoſtis humani generis, qui ſæpe percuſſerat eam turbareque ſtuduerat, ipſam modo ſic vulneravit. Alia quoque vice coram eo-

CAP. XVII

dem altari S. Michaelis taliter eam debilem & laſſam diabolus projecit in terram, quod ex ore illius multus ſanguis viſibiliter exivit, denteſque ipſius multis diebus moti fuerunt, ſed non ejecti; & os etiam intumuit valde; quod quamdiu commode valuit, occultavit; ſed inſtante neceſſitate, oportuit eam idipſum caute quibuſdam revelare.

à diabolo vulneratur, *& terræ affligitur:*

CAP. XVIII

32 Quadam Dominic Quadrageſimæ, propter ſtomachi dolores, quibus Franca Venerabilis torquebatur, Domina Carentia Prioriſſa cum monialibus induxerunt illam Abbatiſſam afflictam, ut ſibi concederet coqui de radicibus petroſilli, & comederet eas. Qua diutius renitente, tandem illarum precibus & inſtantia devicta, conſenſit ut fieret. Sicque moniales, Abbatiſſæ ſervientes, hortatu dictarum Prioriſſæ & aliarum, coxerunt radices tres petroſilli *n* in aqua ſatis artificiali, & eas ante illam præſentaverunt in refectorio communi. Quas illa diutius intuens, in ſilentio ſupplicavit Deo, ut oſtendere dignaretur quid ſibi plus placeret; utrum videlicet quod ſolitam abſtinentiam ſequeretur, ſeu quod condeſcenderet ad hoc refrigerium recipiendum, quod ſibi per ſuas conſorores conſulebatur, parata illius voluntati cognitæ citius atque libentius obedire.

n

abſtinentiam ſuam à delicatiori cibo, *facit miraculo comprobari.*

Quibus

A Quibus dictis, ſilenter cum dolore cordis taliavit radices. Et ecce ſtatim de ſingulis radicibus illis ſingulæ guttæ ſanguinis prodierunt: quas Sororibus oſtendens, & manifeſtans non eſſe Dei voluntatem, ut talibus deliciis conſentiat; rejectis illis rediit ad aſperitatem ciborum ſolitam jam ſupra longe ante ſupradictam, & Sorores hinc admirantes ceſſaverunt infeſtare eam.

CAP. XIX. 33 Anno vero Domini milleſimo ducenteſimo octavo decimo, de menſe Aprilis, cœpit gravius infirmari; & affirmans ſe mori, quotidie verbis & operibus moniales admonebat, ut honeſte viverent & ſancte, reddentes gloriam & honorem ſponſo cæleſti Chriſto, & ejus beatæ matri virgini, totique ſancto Ciſtercienſi Ordini, pro cujus obſervatione non dubitabat ſe reverenter amantes perenni debere coronari. His, ac ſimilibus verbis addebat perſæpe. Locus iſte ſanctus eſt ac Deo placitus, ſepelite me in eo; nec permittatis corpus meum ullatenus inde tranſportari: excepto dumtaxat, ſi vobis vel huic monaſterio daretur aliquando Prioratus o S. Victoriæ: tunc enim & in eo caſu concedo, quod meum illuc poſſit corpus transferri, & cum illa Sancta, mea ſorore, ſepeliri. Alioquin adjuro vos quo plus poſſum, ne de conſortio Sororum mearum, in hoc ſancto loco jacentium, permittatis ullatenus transferri corpus meum. Prædico nempe vobis, quod ſi in hoc ſancto loco ſubſequentes & vos honeſte vixeritis, ſic vos conſervet Dominus, quod à nullo gravari poteritis intolerabiliter. Tandem infirmitate gravescente, convocatus fuit Dominus Joannes p Vicecomes, Venerabilis Abbas de Columba. Quo præſente cum pluribus monachis ſuis, confeſſione devotiſſime cum eodem Abbate protracta, cunctiſque divinis ſuper eam Sacramentis rite celebratis, ſancta illa anima carne ſoluta fuit die S. Marci Euangeliſtæ, cum Abbatiam Ciſtercienſis Ordinis tenuiſſet laudabiliter per annos tres, & menſes ſex; & eodem die per ipſum Dominum Abbatem ſepulta fuit in capſula lignea, coram altari S. Michaelis, quod eſt in oratorio ipſius monaſterii, ut præmiſſum eſt, parum ſcilicet à ſiniſtra parte ipſius altaris.

extremum infirmata,

diſponit de ſua ſepultura;

o

B

& Sacramentis munita,

p

moritur 25 Aprilis.

ANNOTATA.

a *Petrus-Maria locum deſcribit 18 p. m. ſupra Caſtrum-arcuatum in montanis, cui ad occidentale latus proximum ſit* Groppodugarium: *cui crèdimus, licet neque hoc nomen, neque* Montis-lanæ *exhibeant tabulæ, nimis imperfectæ.*

C

b Seu potius Electi, *inquit Petrus-Maria: obierat enim Grumerius anno 1210; & S. Fulcus, eidem ſubrogatus, non ante annum 1216 confirmationem obtinuit ab Innocentio III, cavente, ne prius ordinari Epiſcopum permitteret, quam res eccleſiæ Placentinæ eſſent plene compoſitæ, & Epiſcopi dignitas atque libertas extra diſcrimen collocata.*

c *Solum tribus milliaribus Placentia diſtabat* locus Valeriæ, *inquit idem, haud procul ab eccleſia S. Michaëlis, & ut mox infra indicatur vicinus monaſterio Pontis Trebiæ, quod necdum erat Ciſtercienſium, ut ſupra notatum eſt. Ibi, ipſo quo in Monte-lana habitari cœptum erat anno, locum fundando virginum Ciſtercienſium monaſterio Abbati de Columba tradiderat pia matrona, nomine Syca, vidua qu. Alberti Gnacchi, & tamquam Fundatrix inveſtita fuerat* XVI *Kal. Iulii, per Inſtrumentum quod habet Petrus-Maria, poſt part. 2 Hiſt. Placentinæ in Regiſtro fol.* 384. *Sed malebat Carentia locum ab urbana concurſatione remotiorem.*

d *Allegat Petrus-Maria teſtamentum cujuſdam Bajamontis Uberti de Vice-comitibus, conditum anno* 1217, 30 *Iulii; quo ii, Carentiæ ipſius cognatus aut frater, ad Ciſtercienſes ſeſe adjungens, uxore Berta accedente ad Sorores in Monte-lana, iiſdem, ſive iſtic permanſerint, ſive alio tranſierint, legat omnia ſua bona mobilia & immobilia, modo inſtitutum Ciſtercienſe retineant. Item aliud Abbatis Bajamontis, eodem anno menſe Septembri ſignatum, de quadam iiſdem facta donatione. Ex quibus apparet vix in Autumno migratum eſſe in Valeriam, atque ibi moram fuiſſe menſium aut etiam hebdomadarum paucarum.* AUCTORE BERTRAMO EX MS.

e *Vulgo nunc* Pittoli, *locus pari fere duorum milliarium intervallo diſtans ab urbe & monaſterio Pontis, ſi tabulis fidimus.*

f *More ſcilicet Gallicano, quem & Longobardi tenebant: alias à Ianuario numerare incipientibus, numerandus eſt annus* 1218, *quando currebat Indictio* VI *cum littera Dominicali G, Paſcha autem celebratum eſt* XVII *Kalendas Maii: adeo ut peracta hæc fuerint feria 6 ante Dominicam quartam Quadrageſimæ.*

g *Vghello*, Vicedominus de nobilibus de Caſſadochiis, *S. Fulco ad Papienſem Epiſcopatum tranſlato, ſuffectus an.* 1217, *& per annos omnino* 19 *Placentinus Epiſcopus, in cœnobio de Columba ſepultus an.* 1236.

h *De poſitione primi lapidis hæc eſſe intelligenda colligitur ex eo, quod auctori præluxit, Inſtrumento, cujuſque verba ex archivio accepta exhibet in Hiſt. Placentina Petrus-Maria hoc tenore:* Inſtrumentum factum per Suzanum de Suzano Notarium MCCXVII, Indictione ſexta die Veneris, decimo Kalendas Aprilis, ſicut D. Vicedominus Epiſcopus Placentinus & Comes ædificarit eccleſiam in campanea Placentina inter Placentiam & locum qui dicitur Plectulæ, in curia Opizonis de Tuna, crucem præfigendo ad honorem Dei & B. Mariæ Virginis, & congregationem monacharum Montis-lanæ, quæ debent ibi habitare ſecundum Ciſtercienſem Ordinem: & debet vocari Tertius-paſſus. *Ita Petrus-Maria in libr.* 16. *Cum autem uno poſt hunc diem menſe mortua fuerit Franca; apparet ſtructuram operi necdum fuiſſe abſolutam, ſed inchoatam dumtaxat, quando in ſolo jam benedicto ſepulta eſt, coram altari, non jam tunc exiſtente, ſed poſtea facto & conſecrato.* D

i *Imo* quadrageſimus ſecundus: *ſed hallucinatus eſt auctor in numero anni* 1217, *non attendens, quod annus finiens notaretur: quod eum potuerant adjunctæ temporis notæ alia docuiſſe, ſi examine uſus fuiſſet.*

k *Aſt Petrus-Maria allegat contractum anni* 1216, 20 *Maii ſignatum per Gandulfum Muti de Canzelaſco Notarium, quo Franca in monaſterio S. Syri, tamquam Abbatiſſa, quemdam Mal-pedem de Villa-nova inveſtivit poſſeſſione quarumdam terrarum dicti monaſterii. Adeo ut Binia tunc necdum abſolute agnita fuerit Abbatiſſa, ad quoſcumque legales actus firmandos; licet quoad regimen aliarum haberetur pro tali.* F

l *Ceſſaſſe putat Petrus-Maria, quia nullum reſuſcitatæ poſtea controverſiæ indicium reperit: putat etiam allegaſſe monachas S. Syri, quod contradicentibus quibuſdam ex eis, quæ ſanctæ Abbatiſſæ fideliter adhæſerant, numquam ipſa potuerat ad ſolennem abdicationem procedere; atque adeo vere vixerit & obierit Abbatiſſa S. Syri: quod ipſum actus ſupra indicatus confirmat.*

m S. Robertus, *Abbas Moliſmenſis & Fundator Ciſtercienſis, colitur* 29 *Aprilis, quando Vitam dabimus: ſed ex hac conſtabit, ipſum ad ſuos Moliſmenſes Benedictinos, ex mandato Pontificio, revertiſſe.*

n Petroſillum, *Francis* Perſil, *integre* Petroſelinum.

o Prioratum S. Victoriæ *inter Vrbanas eccleſias numerat Petrus-Maria, poſt quemlibet ſuæ Hiſtoriæ tomum; & ſæpe illius meminit, ac nominatim an.* 1341 *tamquam tum adhuc deſolati, & ab unico Priore habitati: adeo ut, ſi hæc admonitio aliquam futuri prædictionem contineat, ea adhuc ſit expectanda. Colitur autem iſta* S. Victoria V. M. 23 Decembris.

p *Petrus-Maria ſemper nominat* Bajamontem: *ſed aliud prænomen ei fuiſſe apparet ex num.* 74 *ecgraphi noſtri, ubi ſcribendo primo nomini locus relictus eſt vacuus.*

AUCTORE BERTRAMO EX MS.

CAPUT III.

Tranſlatio corporis duplex & miracula defunctæ varia.

CAP. XX *Tumulus ejus ſubito depreſſior fit, ne conſulatur:*

34 VErtente poſt aliquanto tempore, cum Domina Carentia, prima poſt Francam ſanctam in Abbatiſſam electa, in eadem deberet eccleſia, ut moris eſt per Epiſcopum benedici; terra ſepulturæ prædictæ *a* vallata fuit circumquaque, ita quod nullus inde poterat commode tranſire; niſi quod plures *b* aſſides fuerunt ſuppoſitæ, ne pergentes inde ad majus altare præpedirentur. Accidit hoc ob defectum dictæ capſæ, quæ jam viluerat, prout dicitur; vel potius ordinatione divina, quæ non tam per *c* iſtud, quam per revelationem in diebus illis *d* Monacho de Ponte factam, oſtendit ſe velle corpus illud reverentius honorari debere. Quocirca cum conſilio Domini Abbatis de Columba fecerunt Sorores fieri capſellam de ære, & ita cum reverentia colligentes oſſa, pulveremque corporis jam conſumpti, poſuerunt ea in decentiori quantulumcumque loco, parum à priori remoto juxta murum, per quem tantus eſſe non poterat tranſitus perſonarum. Et quia timebant iſtæ, ne vi vel furto ab aliquibus comminantibus, ad inſtantiam præcipue Dominarum de S. Syro, dolentium ſe talem theſaurum perdidiſſe, tollerentur Reliquiæ ipſæ, multo profundius ac ſecretius quam antea, tumulaverunt ſub terra per brachia plura. Ubi cum per plures annos quiete jacuiſſet, cœpit ipſa S. Franca, Sororibus apparere in viſionibus & dicere, Deo placere ut inde moveretur, & adhuc venerabilius reconderetur. Quod cum invicem ſibi moniales ſæpiſſime referarent, non audebant hæc extraneis revelare, nec novitatem aliquam efficere; præſtolantes quod Deus aliter melius dignaretur providere.

a
b
c
d
oſſa in arcam æneã tranſlata,

B *altius defodiuntur:*

CAP. XXI *odore de ſepultura effuſo,*

35 Anno igitur Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto, in feſto ſancti Bernardi Abbatis, quod fit die vigeſimo Auguſti, odor tam mirabilis effloruit in eccleſia illa tempore vigiliarum nocturnarum, quod vix ſufferri poſſet à Sororibus. Et ſic animatæ tranſmiſerunt ad Dominum Gulielmum de Quadrogis, Abbatem de Columba, rogantes, ut venire dignaretur ad videnda mirabilia Dei, & quid faciendum ſit inde, providendum. Qui Dominus Abbas cum vidiſſet nuntium adhuc tacentem, Scio, inquit, quare veneris; cauſa per eundem, affirmante nuntio, illius expoſita itineris. Nam ut ipſe poſtea retulit, Franca ipſa comparuerat ſibi, monens corpus ſuum inde moveri, & decentius debere tumulari. Venit igitur Abbas ille Gulielmus, cum duobus monachis venerabilibus, ad monaſterium de Tertio-paſſu, cognitoque ubi capſella præmiſſa cum oſſibus ac reliquiis fuerat poſita, ſenſerunt odorem & ipſi. Et indutis illis tribus veſtibus ſacris, longe præſtolantibus monialibus, cœpit Abbas cum ligone terram fodere: & ſtatim terra ſonuit, aciſi capſam tutudiſſet. Mira res! Cum enim profundiſſime, ut dictum eſt ſupra, fuerit ſubterrata, quaſi penna in aëra, ſic apparuit ſubito capſa illa inopinatius elevata; ita quod Abbati competat dicere; Modicum laboravi, & inveni multam requiem, non modo mihi, ſed & toti meo Ordini.

C *accerſitur Abbas de Columba, ipſius Francæ viſu prædamonitus,*

elevata per ſe oſſa,

36 Nam die S. Auguſtini Epiſcopi, qui erat dies vigeſimus octavus menſis Auguſti anni præmiſſi, vocatis prius atque præſentibus Dominis, Valentino *e* Epiſcopo Placentiæ, ſed & Bernardo de Valle-Tarii, *f* Abbate *f* de Ponte, cum pluribus ſociis devotis; dictus Abbas Guilielmus, ejus aſſociatus monachis, cum qua potuerunt reverentia, capſellam æream ſuſtulerunt; loco toto, & inhabitantibus atque præſentibus odore mirabiliter divinitus refertis. Quam capiam cum aperuiſſent, viderunt & invenerunt eam aqua, quaſi oleo colorata, plenam; & oſſa S. Franchæ ſuperenatantia. Super quo mirabiliter obſtupeſcentes, fecerunt apportari vaſa plura vitrea & vacua, in quibus aquam ipſam collegerunt, ac in ſacrario devote repoſuerunt: & ſic altari parvo condito, capſellam, oſſa reliquiaſque continentem, cum reverentia repoſuerunt in altari illo, quod eſt in oratorio dicto prope altare S. Michaelis, cujus devota tam hic quam & in S. Syro fuit. Cumque fons iſte parvus, ut Heſter olim abſcondita & elevata, in fluvium creviſſe & in aquas plurimas redundaſſe ſit reperta, per Placentiam ejuſque diœceſim divulgata fuerunt hæc omnia & publicata; taliter quod civitas tota currere cœpit ad viſendum locum illum ſanctum, & mirabilia cognoſcenda. Adducebantur infirmi, cæci, claudi, ac debiles undecumque, qui credentes apparuerunt, & fideliter acceſſerunt, aqua præmiſſa tangebantur; & aut ſtatim, ut dicitur, aut brevi poſt tempore curabantur quacumque tenerentur ægritudine. Et ſic eſt impletum illud Pſalmiſtæ dictum, Fluminis impetus lætificat civitatem Dei, ſanctificat tabernaculum ſuum Altiſſimus.

D *& oleo innatare reperta.*

ſub altari collocat.

multis ſanitas redditur.

Pſ. 45, 5

E

37 Gabriolus Palleſtellus affinis S. Franchæ fuit, qui & in ejus monaſterio plures adhuc conſanguineas habet, & maxime Dominas Franciſcam de Rigolo, nunc Abbatiſſam, & Ermelinam de Arcellis, quæ cum Abbatiſſa monaſterii de Caſtro-Arquato fuerat per annos tres & dimidium, & in Ordine per annos quinquaginta & octo elapſos devote perſeveravit. Iſtæ duæ Dominæ una cum toto conventu ſuo proteſtantur aperte, ſigna portendentes inde, quod cum tempore guerræ de *g* Zavatarolo, in illo caſtro dictus Gabriolus teneretur in carceribus duris & obſcuris, ligatus & catenatus, nec aliam ſpem evadendi conſiceret; recurſum habuit, ut poſtea retulit, ad S. Francam, & cum devotione votique obligatione rogavit, ut eum inde liberaret. Quod cum feciſſet per dies octo vel circa, nemine ſuccurrente, mirabiliter vincula illius paulatim ſoluta fuerunt, & oſtia carceris aperta, ita quod egrediens, etiam videntibus hoſtibus carceriſque cuſtodibus, nec ſibi contradicentibus in aliquo, domi propriæ cum ſuis boiis properavit; annuntians ſuis, qualiter ſit per ſuam S. Francam conſanguineam liberatus. Cujus parentes, antequam cibum aliquem ſumeret, ipſum ad altare S. Franchæ conduxerunt; ubi cum diutius oraſſet, & de ſuis bonis obtuliſſet, boias inſuper ibidem *h* laſſavit, quæ adhuc ibi ſunt. Convocatiſque conſanguineis ſuis, & illius loci conventu toto, publicavit, qualiter meritis ſuæ S. Franchæ fuerit liberatus. Et hæc ipſa teſtificatus fuit poſtea Dominus Philippus de Lando; qui carceris cuſtos erat, ut aſſeruit & valde miratus fuit, quia ſic illæſus, ipſo & aliis videntibus, evaſit.

Captivus ſe commendans Sanctæ

ſolutis vinculis, liber abit.

F

h

CAP. XXIII *i contractus erigitur,*

38 Quidam furnarius *i* Placentinus longo tempore extiterat infirmus, contractiſque membris & oſſibus tantum granatus, quod tolerare nequibat ut eum tangeret aliquis, propter dolores nimios quibus angebatur. Hic à Medicis deſperate relictus, per unam ſuam conſanguineam, dicti Loci ſancti monialem, admonitus Franchæ ſanctæ ſe devovit: & ſuper aſſide uno poſitus, portari ſe fecit, & apponi coram altari præmiſſo: ubi per cuncta membra fuit unctus aqua S. Franchæ ſupradicta. Et cum eſſet æſtus longuſque dies, per mediam diem ſtetit ibi, plorans & ejulans, meritaque d. ſanctæ Virginis & auxilium implorans. Qui tandem viſibiliter, ipſa eadem die reſumptis viribus, per ſe ipſum exurrexit: & oblatione facta, pedibus propriis domum remeavit, quod

ut

A ut magnum, ita nec occultum, ſed publicum fuit.

CAP. XXIV *curatur claudus,* Alio tempore quidam perambulare non poterat, niſi duobus baculis, qui crocæ dicuntur, ſuſtentantibus. Ante altare S. Franchæ fuit aoductus: quo cum veniſſet & oraſſet, viſibiliter & publice liberatus fuit ibidem, cum ſumma lætitia & admiratione cunctorum. Ille vero laſſatis illic ſuis crocis, gratias agens Deo ſanctæque Virgini Franchæ, gaudens receſſit & exultans. Qui conſcribi fecerunt, oculis ſe vidiſſe narraverunt.

CAP. XXV *illuminatur cæca,* 39 Mulier una Mediolanenſis, annorum jam quadraginta vel circa, S. Franchæ virginis audito nomine, de Mediolano Placentiam veniens, adduci ſe fecit ad illius altare: quo cum pluribus viſitato, ſemel poſtea, cum una filia annorum ſeptem vel circa, ſe ducente, viſitavit locum & altare ſæpiſſime, plorans, orans, & offerens, ut ſibi viſus reſtitueretur, quem per duos annos elapſos perdidiſſe lamentabatur. Ut autem ejus fides plus probaretur, per ſex menſes & plus Placentiæ cæca ſtetit. Quæ viſitans Sanctam ſæpiſſime, ſimul & ibidem permanens, & pernoctans quandoque per plures dies, à Dominabus loci conſolabatur & reficiebatur. Perſiſtente autem illa diutius in ſua ſpe, tandem finaliter viſum recepit. Quod

B beneficium Deo ſanctæque deputans Franchæ, de cujus aqua ſæpe fuerat peruncta, gratias retulit: & adhuc per annum & plus Placentiæ perſiſtens propter devotionem, locum liberata ſæpe viſitavit, gratias referens immenſas. Sicque poſt longum tempus, liberata Mediolanum rediit, hilaris & læta. Quæ conſcribi fecerunt, vidiſſe, audiſſe, & aquam Sanctæ porrexiſſe, atque eidem neceſſaria miniſtraſſe, clariſſime ſunt poteſtate.

CAP. XXVI *item malefactor quidam,* 40 Tempore quodam, conſiſtente guerra in diœceſi Placentina, ſimul collecti circa triginta malefactores, qui & malandrini vocantur, una nocte condixerunt locum ſanctum de Tertio-paſſu intrare, & illum derobare. Quibus in quodam prato illius monaſterii congregatis, & tractantibus de ſpoliatione facienda, aſtiterunt quidam inter eos diſſuadentes hoc ibidem facere, propter reverentiam religionis loci. Sed unus magis improbus & pertinacius perſiſtens arguebat contradicentes, aſſerens quod ſecure poterant hoc facere, quia feminæ tantum intus ſunt, quæ nos non cognoſcunt, & à nobis tueri ſe non poterunt. Quo dicto, ſtatim ſic loquenti comparuerunt luminaria multa & innumerabilia, quaſi cornuzulæ *l* vel panigarolæ; pro quibus cum territus miraretur, conqueſtus eſt ad ſocios dicens, O quantæ cornuzulæ! unde potuerunt hæ tantæ convenire? negantibus ſociis ſe videre, ſubito viſum perdidit ille, & diſparuerunt cornuzulæ. Super quo turbatis omnibus & conterritis, dixit quidam eorum illi: Hoc propter peccatum, quod nos in hoc ſancto loco perficere compellebat. Nempe jacet in eo S. Franca, faciens mirabilia: quam ſi tu invocaveris, credo quod te liberabit ipſa, dum tamen non velimus infeſtare bona monaſterii, quod conſervat illa. Hoc audito devovit ille S. Franchæ, ſi ſe liberaret, quod nunquam robariam aliquam faceret, liberatus eſt illico meritis S. Franchæ; & reverſi ſunt, nullo damno illius monaſterio dato.

ſocios ad ſpoliandum monaſterium incitans, t

C

& ideo cæcitate percuſſus ac pœnitens,

ſemel,

41 Proceſſu vero temporis oblitus ille voti ſui, & delectatus malorum conſortio ſociorum; abiit cum eis ad aliquam illicitam aliunde robariam faciendam. Quo facto Deus, ultionum Dominus, cæcitate percuſſit illum: unde coactus ad conſcientiam redire, reputans hoc infidelitati ſuæ, qua votum confregerat promiſſum, pœnitentiam egit, & iterum S. Francam invocavit; promittens, quod ſi modo ſibi ſuccurreret, numquam amplius fidem jam promiſſam violaret. Ad hanc vocem liberatus convaluit, &

iterum,

locum altareque S. Franchæ devote, ſed ſilenter & nil referans, viſitavit. Sed ut manifeſtetur quantum ſit ingratitudinis malum, parvo poſt tempore, quamvis robarias deſeruiſſet, humoribus tamen ſuperexcreſcentibus, quædam infirmitas circa oculos ejus orta fuit, qua perterritus & compunctus, ad ſuam liberatricem Francam recurrens, non jam ſilenter, ut prius, ſed publice coram omnibus, proteſtari cœpit & confiteri Deo, ſanctæque Franchæ ac ſanctimonialibus ejus, quia tanta & talia beneficia conſecutus fuerat immeritus, & ſi ab hoc iterato liberetur incommodo, perpetuus erit ſervus Dei, ſanctæque Franchæ, atque totius illius loci ſancti. Narravit etiam nomen ſuum, quod pro temporis diuturnitate deletum eſt, & cognomen; aſſerens eſſe ſe de parentela illorum *m* de Eccleſia. Volo, inquit, ut hæc ſciatis, & in laudem veſtræ S. Franchæ virginis conſcribi faciatis. Iis dictis, aqua Sanctæ deliniti ſunt oculi ejus, & convaluit liberatus; hæc ipſa, qui viderunt, affirmantibus. Auctore Bertramo ex ms. *tertio ſœnatur.* *m*

CA. XXVII *n* *jana mente reſtituitur furioſa;* E

42 Quædam femina, malis ſpiritibus exagitata, de *n* Valle Tidone, per plures homines ad altare S. Franchæ vi conducta fuit. Quæ cum ibi vix teneretur, injurias referebat circumſtantibus, & pro liberanda illa laborantibus. Cumque in os illius de aqua S. Franchæ fuiſſet injecta; non retinuit eam, ſed enormiter projecit, quouſque cum uno *o* sbadagio compulſum fuit os ejus apertum ſtare. Tunc aqua prædicta in os ejus injecta, quia rejicere nequivit; mox ut guttur tetigit, & ad interiora deſcendit, ad ſanam eſt mentem reverſa; & ſana rediit, quæ venerat ægra. De Valle Tidone fuit alia vice adductus homo, qui cæcus erat, & extiterat annis duobus & plus. Iſte viſitavit altare S. Franchæ, & per duos dies orando perſtitit ibi; & qui cæcus venerat, videns inde receſſit; promittens & vovens, quod propter hanc gratiam, per ſeptimanam unam gratis laboraret ad eccleſiam illam. Gratias ergo relaturus, votumque ſuum expleturus, anno ſequenti rediit; ſed quia nullum fiebat opus in eccleſia, ſine labore receſſit.

o

CA. XXVIII *item illuminantur, caci vir,*

43 Placentina mulier tempore quodam adduxit lactentem filium ad altare S. Franchæ. Parvulus iſte, prout mater ipſa dolens referebat, oculum unum ſibi proprium de *p* fuſo uno vulneraverat; ob cujus anguſtias & dolores ambo illius oculi fuerunt concluſi, ita ut per nullam perſonam toleraret illos aut eorum aliquem aperiri. Ad preces igitur matris & inſtantiam, tanta vi fuerunt illius oculi plorantis aperti, quod oculorum lumina tetigit aqua Sanctæ prædicta. Femina vero recedente cum filio, ſub ſpe refugii conſecuti; antequam illius monaſterii territorium tranſiret, infantulus ille oculos ambos aperuit & vidit: prout poſt modicum tempus mater, ad S. Francam reverſa, cum gratiarum actione, gaudens retulit & exultans. Alia Placentina, parvo poſt tempore, portavit ac præſentavit lactentem filiam ad altare S. Franchæ. Cumque filia illa ſignum quoddam grande haberet primitus in oculo, propter quod exorando & ſupplicando adduxerat eam; aqua Sanctæ delinita, prius antequam diſcederet ab altare, ſignum illud ſublatum fuit, oculo illo claro ſanoque permanente.

CAP. XXIX *puer,* *p*

F

CAP. XXX *& puella.*

ANNOTATA.

a Vallata, *melius forte* Avallata (*hoc enim etiam nunc in uſu eſt apud Placentinos*) *id eſt, in modum vallis ſeu foveæ depreſſa.*

b Aſſis *tabula, pro genitivo format* Aſſis *&* Aſſeris; *tertius genitivus* Aſſidis *barbarus eſt.*

c *Imo & per iſtud, dum cavit ne pedibus conculcaretur tam ſanctæ Virginis tumulus: nam quod dicebatur ab aliquibus de defectu capſæ, ſpeciem veri habere poterat, ſi depreſſum*

AUCTORE EXTRANEO EX MS.

preſſum fuiſſet ſolum ipſi incumbens ; at nunc circumcirca depreſſa cum apparuit terra , ſepultura ſolo ſic manente ut erat, quid aliud quam quod diximus cavere voluit Deus?

d *Hæc facta eſt pridie Kalendas Ianuarii anni ſecundum nos* 1219. *Videtur autem dilata fuiſſe novæ Abbatiſſæ benedictio uſque poſt conſecrationem ejus, quæ moriente ſancta primum cœperat ædificari, eccleſiæ : quamvis ea ne tunc quidem fuerit plene conſummata, & ipſum forte adhuc deeſſet pavimentum.*

e Valentinus, *Epiſcopus Placentinus nullus alibi uſpiam nominatus invenitur, ideoque Petrus-Maria* Philippum Fulgoſum *ſubſtituit, qui ab anno* 1258 *ad* 1294, *Sedem iſtam tenuerit ; conjectatque vel Viceſgerentem ejus aliquem hic notari, vel ipſummet Philippum cognominatum fuiſſe à vulgo Valentinum, propter generoſe geſtum ſupremum urbis Magiſtratum anno* 1260, *& pulſum ab ea cum ſuis complicibus Albertum Fontana.*

f *Hæc prima eſt notitia Abbatum de Ponte, fortaſſis haud ita pridem inſtitutorum : quam confirmat epiſtola Philippi Archiepiſcopi Ravennatis & Legati Apoſtolici, data anno* 1267, *occaſione querelæ apud ſe factæ per Abbatem de Ponte, quem Placentini prohibebant exigere à forenſibus paſſagium Pontis-Trebiæ.*

B g Zavatarolum *oppidum circa* Tidonem *fluvium, in capite vallis à dicto fluvio nominatæ, diſtat Bobio ad* 10 *p. m. Placentia vero duplo pluribus & amplius. Quod illud à Bobienſibus anno* 1168, *recuperaverint Placentini narrat in Hiſtoria Petrus-Maria : quomodo vero aut quando illud iterum amiſerint, pro eoque recuperando fruſtra bellarint, non reperi ab eo indicatum : ex quodam tamen actu Bobienſis Epiſcopi Viberti, celebrato ſub annum* 1230, *cum Bobienſes Placentinis præſtitiſſent fidelitatis juramentum, clare colligitur ipſum jam tum fuiſſe juriſdictionis Bobienſis : ipſumque Placentinis datum fuiſſe in feudum anno* 1290, *ſcribit idem Petrus-Maria.*

h Laſſare *pro* dimittere, *idiotiſmo Longobardico, à Germanico* Laſſen, *Belgis* laten, *unde Francis* Laiſſer, *Tuſcanis* Laſciare, *in eadem ſignificatione manſerunt.*

i Furnarius, *Italice* fornaio, *id eſt*, piſtor.

k Roba, *dicitur Italis quæcumque res mobilis, hinc* derobare, *Francis* derober, *expoliare.*

l *Petrus-Maria, has voces diſſimulans, ſolum meminit maximæ lucis : exiſtimo ſignificari* Cicindelas *ſive* Lampyrides *dictas, vermes noctu lucentes.*

m *Idem nomina Placentinarum familiarum poſt ſingulos hiſtoriæ ſuæ tomos colligens, nullum habet ab* eccleſia *ductum : ut ſuſpicari quis poſſit hic ſimpliciter notari inſigniores aliquos è Clero.*

C n *Fluvius hic circa Bobium exoriens, tandemque Nareta fluviolo conjunctus, in Padum illabitur* 7 *milliaribus ſupra Placentiam : ſed Vallis nomine hic potiſſimum intelligitur anguſta planities intra montana, à Zavatorello uſque ad Zenerettam.*

o Sbadagium, *quid ſit explicare non ſatis valens Petrus-Maria, generice ſcripſit* quoddam inſtrumentum : *invenio apud Italos in uſu eſſe verbum* Sbadigliare *pro* oſcitare : *necdum tamen video quomodo ad hujus vel illius vocis originem explicandam perveniam.*

p Fuſum, *pro ferrea virgula, ſemel iterumque habuimus tomo* 3 *Martii, potiſſimum ad miracula S. Ambroſii Senenſis num.* 58.

CAPUT IV.

Alia miracula, ad invocationem S. Francæ.

CAP XXXI. *Brachium è conſilio medicorum reſcindendum.*

44 DOmina Ermelina de Arceſſis ſupraſcripta pro Teſtamento, dixit infraſcripta, per ſuum etiam Conventum approbata. In primis quod circa Dominicum Annum milleſimum ducenteſimum & octnageſimum, tempore Dominæ Sibiliæ de Mancaſtolis Abbatiſſæ, Bonadonna, filia Domini Oddonis de Mancaſtolis, fratris Abbatiſſæ ipſius, cum eſſet annorum circa novem, infirmata fuit in brachio dextero, ita quod intumuerat, & groſſum ut una domus a cavriola parebat decoloratum, pendulum & nigrum, ardoribus ac doloribus plenum. Hanc cum per multos medicos pater multo tempore ſanari procuraſſet, ad tantum devenit malum, ut chirurgici ſimul & phyſici convenerint non poſſe liberari, ſed totum corpus ejus periclitari, niſi brachium illud penitus detruncetur. Et ſic finaliter, malentes vitam illius quam mortem quoquomodo ſuſtinere, conſenſu parentum ſtatuerunt diem & horam, quibus illud brachium truncaretur. Appropinquante vero die illo, Domina Sibilia mater puellæ, præcedenti die mandavit dictę Dominæ Abbatiſſæ, dicens: Cras, inquit, medici debent abſcindere brachium neptis veſtræ ; quæ ne pereat, rogate Deum rogarique facite. Cui protinus Abbatiſſa remandavit concite, ne permitteret aliqualiter hoc fieri, ſed filiam ſuam commendaret ac voveret S. Franchæ, & liberabitur vere. Qua voce percepta cum gaudio patientis, S. Franchæ ſtatim devote recommendaverunt atque devoverunt ſeſe. Nec mora, ſequenti nocte, circa noctis medium, E clamare cœpit puella matrem, & dicere : O Domina mater, ſentio brachium meum alleviatum, & doleres ceſſare ; jamque poſſum illud bene movere. Sicque lucernis accenſis, viderunt tumorem brachii ceſſaſſe, & nigredinem receſſiſſe : redieruntque lætantes ad lectum, & dormierunt. Mane facto cum ſecaturi veniſſent medici, & vidiſſent brachium nullum debilitatis retinere ſignum, ſed ſimile carni reliquæ, ſtupuerunt, nolentes eam ſecare ulterius ; ſed audito quod fecerant nomine S. Franchæ, ſuaſerunt ut ad illam Sanctam cum gratiarum actionibus ducerent, votaque debita ſolverent. Velociter igitur illam ad monaſterium & ad altare S. Franchæ duxerunt : & cum per dies quatuor vel quinque ſtetiſſet illic cum Domina Abbatiſſa amita ſua, ex toto convaluit, tam à doloribus quam & à coloribus pravis : & ſic oblata forma puellæ unius de cera, domi rediit ſana, quæ poſtmodum Nobilis Domini Alberti Radini matrimonio fuit copulata.

D

S. Francæ commendatur,

& ſubito ſanatur.

45 Item dixit : Sunt modo anni ſeptem vel circa, quod Mabilina Brachium-forte, ſoror unius cognatæ Dominæ Sibilinæ de Arcellis, venit cum quatuor monialibus de S. Syro ad altare S. Franchæ, portans & offerens ibidem plantam, cum pede ſe tenentem, F de cera, publice referens ita. Cum quodam tempore turbatus eſſet mecum vir meus, cum quo gravem vitam tolero, ſæpiſſime ad monaſterium S. Syri proceſſi, conſolationem aliquam receptura cum Helena Molliana, moniali ſororeque mea : & ibidem ſatis longo tempore conſiſtenti, ſupervenit infirmitas arteticæ *b* guttæ vel rheumatis, ſic tenens quaſi perdita plantam & femur cum pede, ut vix poſſem me juvare. Quod cum diutius anguſtians toleraſſem, quadam nocte imago cujuſdam Dominæ, mihi penitus incognitæ, apprehendens pedem meum, cœpit extendere, quaſi me de lecto extrahere vellet. Propter quod, tam dolore gravata quam timore perterrita, exclamans fortiter auxilium imploravi. Ita quod conventus monialium audiens, quid haberem & quid vellem, protinus conclamavit, addendo ut me S. Franchæ recommendarem. Quo clamore ceſſato, mihi dictum fuit in ſilentio : Noli timere ; Dominus Jeſus miſit me ad te curandam ; ut ſcias me Francam eſſe, quæ prius Abbatiſſa fui præſentis hujus monaſterii, cujus corpus nunc jacet in Ordine Ciſtercienſi ; & hæc dicens tetigit leviter femur meum, & plantam cum pede, ſubjungens : Liberaberis cito. Vade ad altare meum, gratias referens Deo ; & in ſignum

CAP. XXXII.

arthritica morbus curatur,

b

per ipſam Beatam apparentem

A signum tuæ liberationis aliquid ibi præsentabis. Propter hoc, inquit illa, huc ego veni, gratias agens Deo Virginique S. Franchæ, quoniam à prædicta nocte, qua dolores cœperunt cessare, citra paulatim usque modo, supervenit sanitas, & cessavit infirmitas, & sanata sum penitus; & hic est, ait, dies septimus, quo hæc primo facta fuerunt. Quod & præmissæ quatuor Dominæ de S. Syro protestantes, aperte dixerunt, vere hæc ita se habere. Erat autem istas inter præcipua, prout mihi scribenti retulit ipsa, sola nunc ex illis viva, Domina *c* Omnia-bene de Rolando, per annos quinquaginta unum & plus Monaca de S. Syro. Hæc etiam refert, quod dicta Mabilina, quam principaliter ipsa perduxit ad S. Francam, postmodum defuncta apparuit sibi, dicens, propter suam patientiam per Christum in cælis esse coronatam. De S. quoque Franca dixit Omnia-bene prædicta, per suas antiquas prædecessores audivisse dici quamplurima bona de S. Franca, propterea est ipsius devota.

mulieri à viro afflictæ.

c

c. XXXIII *Capellanus monasterii S. Syri submergendus, d*

46 Addidit dicta Domina, modo quo supra, dicens: Quidam Presbyter Jacobus Placentinus, per Quadragesimam anni millesimi trecentesimi & vigesimi secundi, noster extitit Capellanus. Iste tunc post *d* Pascha, pro suis alicubi necessitatibus transeundo associavit se quibusdam peregrinis: qui cum simul pervenissent ad quoddam fluvium necessario transeundum, timentibus illud ingredi peregrinis, Presbyter ille magis audax, & securus aquam intravit transiturus. Sed prævalens aqua statim submersit illum, ita ut peregrini videre non possent eum. Quibus dolentibus & Deum exorantibus, Sacerdos, dum involveretur fluctibus, S. Franchæ recordatus, illi se recommendavit; vovens quod, si se liberaret, locum ejus & altare, quam citius posset, visitaret, ac super illud Missam unam celebraret. Voto pertracto, statim illum ad ripam unda projecit; & ipse se juvans manibus & pedibus, ripam siccam ex altera parte fluminis ascendit; & alta voce peregrinis protinus inclamavit, ut transirent, quia S. Franca, quæ se juvit, & illos similiter adjuvabit. Licet igitur inviti, necessitate tamen compulsi, quia navilium *e* habere non poterant nec pontem, Presbytero orante Sanctæque Franchæ devotius illos recommendante, flumen illud absque incommodo transierunt. Sacerdos vero domi reversus, cum ad monasterium S. Franchæ veniisset, votum suum perficere volens; oratorium intrare non potuit, quia per Abbatem de Columba sub pœnis excommunicationis & interdicti fuerat prohibitum, ne cuiquam, qui non esset de Ordine, illius aperiretur ostium. Publicato igitur beneficio sibi collato, recessit, dolens quod votum suum perficere nequivit.

B

invocata B. Franca liberatur, e

C

& alia tutiũ transitum præstat.

CA. XXXIV 47 Modo præmisso Domina Ermelina della Rocca, monialis ibi per annos circa quinquaginta, dicit infrascripta contigisse tempore *f* sacristiæ suæ: in primis quod quidam Bergamensis, qui uxorem duxerat Placentinam, stabat in villa diœcesis Placentinæ, in qua fiunt castaneæ in quantitate. Hic cum arborem quamdam conscendisset, & eam *g* deramaret, subito eo caput elevante, globus *h* riziorum super illius oculos descendit; qui tantos dolores & angustias contulit, ut mori se crederet; nec respirare, doloribus & angustiis attritus, aliqualiter posset; Nam illius oculi tam cito caligaverunt, & tantum sanguinem & aquam emiserunt, ut vix credi possit, quantum ipse dixit. Ad hæc cucurrit familia & præcipue dicta uxor sua: quæ volens remedia quæ posset adhibere, inter cetera dixit vehementer angustianti: Ego, inquit, audivi à quodam furnario Placentino, qui cum una scalia blavarum oculum unum sibi perforasset, ita quod quasi exorbitasset, ac lamentaretur; recordatus de his quæ audierat, invocavit devote S. Francam, & mirabiliter statim fuit liberatus, ac si nil mali fuisset ante perpessus. Rogo ergo, ait, ut vos similiter faciatis, sperantes, quod & vos similiter adjuvabit. At ille nil perpendit de his quæ sibi dicebantur, doloribus nimiis angustiatus. Uxor igitur eadem se devote projecit in terram, lacrymabiliter clamans & invocans S. Francam, ut viro suo succurreret ita graviter patienti. Ob cujus fidem statim sensit ille mirabiliter divinam virtutem, ita ut non surgeret prius illa ab oratione, quam ipse cœpisset clamare: O O O gratias Deo; liberatus sum ego. Hoc Sanctæ Franchæ meritis depurans uxor, induxit virum, ut illius altare visitaret; quod & fecit, portans & altari offerens candelam, ad staturæ suæ formam longam, & oculos duos de cæra; publicans Sanctæ Conventui quod contigerat sibi.

f

oculus graviter læsus,

g

h

uni alteriqve viro

Auctore Bertramo ex ms. ca. xxxv, *i*

restituitur.

48 Polzagallo *k* calderario Placentiæ, facienti *l* cazam unam pro fundenda manibus aqua, contigit ut ardore perustus artificii sui, perderet visum; ita quod per dies quindecim nihil videre potuerit, quocumque medico procurante, vel aliqua medicina succurrente. Unde recordatus tantæ novitatis eorum quæ dicebantur de S. Franca, ad ejus se fecit altare conduci; ubi cum orasset diutius, visum recuperavit integraliter, ibidem aqua Sanctæ perfusus. Et videntibus monialibus cum Abbatissa hæc viva voce referens, cazam illam æris altari contulit; & cum domi reversus fuisset, primum opus quod post hoc beneficium fecit, æris situla fuit: quam etiam situlam paucis diebus interpositis ad altare prædictum portavit & obtulit, ibique lassavit: & jussu Dominarum loci, caza situlaque longis temporibus perstiterunt.

ca. xxxvi *k l* *Ærario fabro excæcato,* E

visus redditur.

49 Guilielmus de Burro Placentinus protestatur aperte, quia tempore guerræ *m* Papiensium, cum præcepto Dominæ Isabellæ Comitum de Bardis Abbatissæ, & ordinamento monialium, quæ remanserant domi, debuisset atque voluisset capsam unam, in qua reliquiæ S. Franchæ dicebantur esse & erant, portare ad locum civitatis, quo conventus de Tertio-passu se reduxerat; susceptit illam in brachiis suis leviter, & portavit extra ecclesiam. Sed antequam posset exire curiam ipsius monasterii, tam grave pondus visum fuit illi, quod nullatenus potuit tolerare: & ideo coactus fuit illam capsam citius in ecclesiam reportare, illicque lassare. De quo miratur adhuc hodie, quia, cum esset tunc temporis annorum citra triginta, stansque cum illis Dominabus fortis ad furnum, multo majora consuevisset onera portare, vidit & audivit dictam Dominam Ermelinam della Rocca, tunc Sacristam, illam capsam inde leviter asportasse, reposuisse, & gubernasse, seque derisisse.

c. xxxvii *m* *capsa Reliquiarum efferri nequit:* F

50 Hæc eadem Domina protestatur ut supra, quod cum anno Domini millesimo trecentesimo quarto fieri deberet festum velationis monialium in ipso suo monasterio, Domina Richelda, uxor Cavazolis & consanguinea S. Franchæ, super equum ducta fuit infirma ad monasterium, occasione festi & plus ex devotione Sanctæ; quia, ut ipsa retulit postea, die Veneris præcedente, cum se præpararet ad

c. xxxviii *ad ejus festum ablata,*

AUCTORE BERTRAMO EX MS.

ad illud feſtum, dolor ac tumor graviſſimus apprehendit femur ejus, ut per ſe pergere non poſſet nec ſe ſuſtinere: quapropter affectuoſius propoſuit S. Francam viſitare, & illi ſe recommendare. Prohibente familia, quæ volebat ut prius à medicis curaretur; renuit ipſa, dicens à nullo ſe medico, niſi à Deo ſanctaque Franca velle medicari. Familia ergo conſentiente, venit, ut dictum eſt, ſuper equum; & facto feſto, poſt altare Conventus collocata fuit jacens. Ubi tactis Reliquiis, & aqua Sanctæ perfuſa, parvo poſt tempore ſurrexit, ac receſſit ſana, gratias agens Deo ſanctæque Franchæ, cujus altare, pernoctando ibi, poſtea ſæpius viſitavit.

auferitur dolor femoris.

CA. XXXIX

51 Soror Axina della Porta, monialis S. Franchæ per annos circa triginta ſex, ore proprio refert; quia cum eſſet ætatis annorum circa ſeptem, perrexit *n* Luſignanum, ubi poſſeſſiones patris erant, in æſtate. Ubi conſiſtens, aviditate puellari, cum Caracoſſa *o* maſſaria ſua perrexit ad hauriendam aquam de puteo, qui erat in *p* coſta illius Villæ. Hauſta aqua, cum Caracoſſa vellet Axinam domi reducere, reſpondit illa non poſſe venire, quia ſic ſe ſubito cæcatam ſentiebat, quod nihil videbat. Pro qua re mirata illa & turbata, reſpexit in oculis illius, & vidit eos turbatos ac plenos ſignis. Manum igitur illi dans, & ad domum adducens, volens eam liberari, ſic cæcam permanentem conſilio vicinarum duxit ad *q* Mamelianum, ac præſentavit cuidam incantatrici, quæ quo plus potuit, cum pluribus herbis illam incantavit: ſed nil ſibi profuiſſe ſenſit. Quapropter pater ejus, Dominus Roſinus della Porta, dolens mandavit eam Placentiam, per multas perſonas annulis pretioſiſque lapidibus conſignari. Et cum nec ſic proficeret, amita illius Domina Garizia Poëxia, Monialis de Tertio-

n puella ſubito excæcata,

o

p

B

q

fruſtra quæſitum ab incantationibus remedium,

obtingit ad aram Beatæ.

r

paſſu, mandavit ut ad ſe puella duceretur. Quam ductam quolibet die præſentabat altari S. Franchæ cæcam; & in oculis ejus de aqua Sanctæ poni faciebat, ſperans & deprecans ut illius meritis curaretur. Cumque per plurimos dies hoc feciſſet, antequam de monaſterio diſcederet, curata fuit dicta *r* Axina, & ei viſus eſt reſtitutus; cum per menſem, & plus cæcata perſtitiſſet *t* & propter hoc beneficium, amicorum ſuaſu & conſenſu, devota nunc uſque Deo fuit in illius monaſterio, ſub propoſito perſeverandi.

CAP. XL *eadem liberatur à dolore auris & maxillæ.*

Hæc ipſa, cum anno Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo & ſexto, de menſe Madii, per Dominum Rolandum Maſgium Abbatem de Columba, corpus S. Franchæ, ut moris eſt, de novo moveretur; dolores & anguſtias ſentiens immenſas in maxilla ſua & aure ſiniſtra, viſitavit devote reliquias illas; & ille Abbas tetigit de oſſibus Sanctæ maxillam illam & aurem, & ſtatim illa convaluit, & dolor ejus totaliter abſceſſit.

C

ANNOTATA.

a Cavriola *diminutivum, Latine* caprea, *ſumitur etiam in maſculino, & ſignificat tectorum tigna ſuperne coeuntia,* Λ *hoc modo; unde eadem vox tranſiit ad rem teſſeratam: eodemque ſenſu eadem tigna & quidquid ejuſmodi formam habet, à Belgis dicuntur* kepers. *Aſt qui ſimili voce uteretur pro camino, à cujus nigerrima fuligine deſumi ſolet comparatio, quoties aliquid valde nigrum volumus indicare, hactenus non reperi: nec Petrus-Maria aliud dicit, quam brachium enormiter ac monſtroſe nigrum apparuiſſe. Suſpicamur tamen Lombardorum propria tunc dialecto, etiam ad caminum ſignificandum, & quidem in feminino tranſlatam eſſe vocem, ob nonnullam formæ, à latiori principio in anguſtum denique ſpatium coeuntis, ſimilitudinem cum prædictis tignis: hæc vero tigna ſic dicuntur, quia ſpeciem quamdam præferunt ſubſilientium & frontes collidentium capreolorum.*

D

b Artetica gutta, *dicitur* Arthritis *ſeu morbus articularis.*

c *Petrus-Maria hoc nomen Italice reddit,* Ogni-bene, *id eſt,* Omne-bonum.

d *Anno* 1322 *celebratum eſt Paſcha* 11 *Aprilis.*

e Navilium *ab Italis dicitur contracte, quaſi* Navigiolum; *& tamen ab iiſdem accipitur, non tantum generice, etiam pro navi majori, ſed & pro integra navium claſſe, ut docent auctores Vocabularii della Cruſca.*

f *Id eſt, eo tempore quo ipſa ſacriſtiæ præfecturam gerebat.*

g Deramare arborem, *eſt caſtaneas, nuces, ſimileſque fructus ex arbore decutere.*

h *Iam indicavimus* rizios *dici caſtaneæ calicem arbori adhærentem: adhærent autem conglobatim plures ſimul, cumque caſtaneæ maturuerunt, fiſſi erycii (ſic enim vocantur à forma) ipſas effundunt: aliter quam fit in juglandibus cum putamine ſuo cadentibus.*

i Scalia *Italis, Francis* eſcaille, *proprie ſquamma piſcis aut ſerpentis eſt; tranſlate vero ſignificat aſſulas quaſcumque ex marmore, ligno aut lapide, tenues ac latas, ac nominatim ſcandulas ſive tegulas domorum. Quid* blavæ *ſint nuſquam invenio explicatum: ſuſpicor tegulas, ex fiſſili ceruleo lapide (quas ardeſias vocant Franci, ab eo unde præcipue eruuntur loco) Lombardis dictas* Blavas *à colore: nam* Blaw, *ceruleum Teutonibus eſt, Francis* Bleu.

E

k Caldaria *ſæpe occurrit in medii ævi ſcriptis, à* calefaciendo *ſumptum nomen, pro ahæno ſeu vaſe, fabricato ex ære, non fuſo, ſed ductuli: & hinc opificio toti nomen nunc eſt, apud omnes fere nationes Europæ, in ſua cujuſque lingua.*

l Caza *videtur hic ſcribi pro* caſſa, *& ſignificare pelvim.*

m *Anno* 1313, *in vigilia S. Andreæ acerrime pugnatum eſt inter Papienſes & Placentinos, uti narrat Petrus-Maria lib.* 21 *Hiſtoriæ: hic tamen agi de anno* 1326, *indicat ipſe in Vita Italica: quamvis nihil hoc anno memorabile geſtum in Hiſtoria indicet, ac ne belli quidem ullius meminerit.*

n Luſignanum, *inter Nuretam & Trebiam fluvios, fere* 12 *p. m. diſtans Placentia.*

o Maſſa *villa; hinc* Maſſarius, Maſſaria; *villicus, villica.*

p Coſta, *idiotiſmo pluribus linguis vernaculis communi, idem valet quod* latus.

q Mamilianum *notatur in tabulis ad tria milliaria ultra Luſignanum.*

F

r *Petrus-Maria* Agneſinam *ſemper ſcribit: utrumque autem eſt diminutivum ab* Agnes.

CAPUT V.

Aqua ex oſſibus ſcaturiente pluribus cæcis viſus, infirmis ſanitas redditur.

CAP. XLI *Aqua medicinalis de oſſibus fluit:*

52 NOtandum eſt, quod non ſolum in illis diebus & temporibus, in quibus reliquiæ S. Franchæ fuerant in altari, prout ſuperius eſt expreſſum, reconditæ; ſed etiam aliis vicibus, quotieſcumque viſum eſt Abbatibus de Columba præmiſſum altare aperire, illaſque ſanctas reliquias inviſere; ſemper, præterquam ſemel, de oſſibus illius aqua exire reperta eſt; & collecta, atque pro reliquiis conſervata, licet aliquando plus & aliquando minus. Et quamvis aqua prima fuerit plus ad inſtar olei colorata, tamen poſtea ſubſequens apparuit magis clara, & de tempore in tempus clarior effecta. Hoc idem

A *quoties illa revelantur,*

idem, prout dicitur, anno & menſe ſupraſcriptis contigit inveniri, & effici per venerabilem virum Dominum Rolandum Abbatem ſupradictum, ore proprio ſic atteſtantem, conteſtantibus cum eo duobus Monachis de Columba, & cernentibus monialibus domus.

53 In hoc videtur Chriſtum ad litteram perfeciſſe quod ſpiritualiter in Euangelio legitur promiſiſſe: Qui credit, ait, in me flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ; ecce enim flumen Dei repletum eſt aquis, paraſti Domine cibum illorum, fidelium ſcilicet; oſtendens per vitam iſtius & merita, quaſi per aquam, velle te ſordes peccatorum abluere, æſtus tentationum refrigerando temperare, & noſtra deſideria quemadmodum ſitim tollendo ſatiare: & hoc, quoniã ita eſt præparatio eorum, prout ut Crucifixo propoſſe corformis occurreret cruciata eſt, aqua vivens uſa, non tantum in potu, ſed etiam in lacrymis abſque menſura. Nam & lacrymarum ſimilitudinem exhibet aqua deſcripta, quod, ut dicitur, eam guſtantibus & videntibus clara eſt reperta & ſalſa, forſitan & amara.

Ioa. 7, 38

Pſ. 64, 1

eoque clara & ſalſa inſtar lacrymæ;

54 O altitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus! Quæ, ut oſtendatur privilegium, in loco ſancto B. Mariæ de Tertio-paſſu conceſſum, ſic accedentibus fidelibus aquam ſancte miniſtrari facit ſalubriter, ut tamen fontem proprium illi loco ſervet; ſic ſingulariter, ut alienus non bibat ex eo. Nam cum per Dei gratiam ibidem ſcaturiat quam jugiter, nullus tamen reperitur, ut dicitur, qui de aqua illa portare potuerit extra locum ipſum. Quod, etſi plures conati ſint viſibiliter efferre, quorum nomina judicamus utilius occultare, non tamen cum alibi fuerunt, de ſcripta aqua poſtmodum apud ſe potuerunt aliquid invenire.

B

nec efferenda è loco:

CAP. XLII. 55 Soror Elena de Furno, monialis per annos circa triginta quinque, proteſtatur aperte, quod anno primo novitiatus ſui, cum eſſet ætatis annorum novem, comedente ipſa cum Sociabus *a* mangiarinum & carnes ſalſas, circa horam diei ſextam, inter prandendum intravit gulam ſuam os carnium: quod illic ſic tranſverſatum fuit, ut nec os illud, nec aliud quid glutire poſſet, nec etiam fari. Quaſi igitur conſiſtentem emortuam duxerunt conſodales ad altare S. Franchæ. Cujus aqua cum ibidem foris perfunderetur per gulam, non convaleſcebat; donec circa nonam cogitaverunt intus in os injicere, & injecerunt. Quam cum devote deglutiſſet illa, ſtatim os carnium quod intraverat rejecit, & erat acutum, quaſique per medium digitum longum. Quo rejecto, fuit illico S. Franchæ meritis liberata, anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo.

a hac epota ejicitur os hærens in gutture.

C

CAP. XLIII. 56 Domina Caracoſſa de Viguſtino, monialis jam antiqua, dixit, quod cum anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono, Sacriſta conſiſteret, inter cetera plura quodam die ſupervenit juvenis unus, qui videbatur eſſe ætatis annorum citra triginta. Iſte cæcus & nil videns intravit cellam, ſeque duci fecit ad altare S. Franchæ, rogans ut illius remedia ſibi deberent exhiberi. Ego, inquit Sacriſta dicta, juxta noſtram conſuetudinem tuli de aqua S. Franchæ, & poſui in oculis ejus, ad ipſius perorantis altare. Quod cum effeciſſem, illico ſine mora viſum recepit ille, clamans & dicens: Gratias Deo, quia oſtia video, & jam qui me ducat non indigeo. Quo facto requiſitus fuit quiſnam eſſet, & qualiter huc adveniſſet; Et reſpondit: Quodam die cum in uno campo Mediolanenſi tempore meſſium plorans & ejulans conſiſterem, ac flebilibus vocibus inclamarem; tranſeuntes inde mercatores nobiles, requiſiverunt me, quare ſic turbarer, & cur non laborabam,

juvenis eadem aſperſus vijum recipit.

cum tempus laborandi conſiſteret & acquirendi. Ego vero, ut eram dolens & mœſtus, reſpondi: Hic eſt dolor meus, quem vos augetis, quia juvenis cum ſim & indigeam, laborare nequeo nec lucrari, cum ſim cæcus, jam ſunt anni duo, nec lumen cæli video. Prædixerunt igitur ac prædicaverunt facta S. Franchæ, ſuadentes ut Placentiam venirem & hanc Sanctam viſitarem: & ideo veni conductus, nunc vero gaudens redire valeo videns & ſanus; gratiaſq; Deo & huic ſanctæ Virgini refero, totis viribus devotus. AUCTORE BERTRAMO EX MSS.

CAP. XLIV. 57 Soror Sibillina de Arcellis, per annos triginta & tres monialis, & nunc hujuſmodi monaſterii Supprioriſſa, refert aperte, quod anno Domini milleſimo trecenteſimo de menſe Septembris, mamilla ſua dextera peſſimis humoribus aggravata intumuit vehementer & obſcurata fuit, ut extinctus carbo ignis; ita quod præ doloribus nimiis anguſtiabatur per dies octo, nec tamen publicare volebat. Hæc ad altare S. Franchæ, prout dicit, acceſſit, & cum magnis lacrymis ac gemitibus implorabat, ut in hac infirmitate ſua ſibi ſuccurreret, nec permitteret ſe ad tantam devenire miſeriam, ad quantam paucis ante diebus pervenerat altera ſocia quædam; & ne ſe ponere cogeretur in manibus medicorũ vel hominum aliquorum, quorum attactum penitus abborrebat, ſuſpirans cum omni deſiderio carnem, corpus, & animam cæleſti ſponſo Chriſto à contactu quorumlibet hominum conſervare. Hæc & ſimilia plura dicendo poſuit mamillam illam ſuper altare S. Franchæ, offerens eam ſuis ſolis meritis curandam; & ſic agendo paululum obdormivit ibidem. Exſoporata vero ſtatim dolores leniri ſenſit, & paulatim tumorem ac nigredinem evacuari: ita quod in brevi liberata, gratias agit quotidie Deo ſacræque virgini Franchæ, quorum eſt obſequiis mancipata.

Mamilla tumefacta,

ſupra aram curatur.

E

CAP. XLV. 58 Domina Franciſca de Rizolo, nunc Abbatiſſa monaſterii de Tertio-paſſu, proteſtatur publice, quod inter miranda plura, quæ contigerunt temporibus, quibus extitit Domus ejuſdem Sacriſta, præcipue fuerunt infraſcripta. In primis, cum anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexto, quadam die propter ſuam ſolicitudinem Conventu præſente lampadem extinxiſſet, quæ coram altari S. Franchæ ſolet ardere, pariter ibidem conſiſtens cum Sociabus pluribus; viderunt eamdem lampadem per ſeipſam reaccenſam. Quod quidem factum non tantum tunc & ſemel, ſed multoties acciditſe clamatur per Conventum, ita quod etiam divulgatum ſit apud ſeculares. Ex quibus cum plures viderint id ipſum, ſæpe de oleo dictæ lampadis requiſiverunt, devoteque quandoque percepe-runt, quaſi pro reliquiis perfruendo. Propter quod ſtatutum eſt, ut numquam extinguatur, & ſic ardet continue diebus noctibuſque, mirantibus plurimis; quia in ea vix vix oleum conſumatur.

coram ea extincta, lampas per ſe accenditur.

F

CAP. XLVI. 59 Præterea quadam die venerunt plures femina Placentinæ, diverſas oculorum infirmitates patientes, locum & altare S. Franchæ viſitantes, ſummaque cum reverentia & ſupplicatione ſibi ſubveniri deprecantes, & inter iſtas una junior annorum quindecim, quæ cæca fuerat jam annis ſeptem. Cum autem ſeniores aqua Sanctæ ſe perfunderent, ſtatim ſe curari dicebant ab infirmitatibus, quas patiebantur: illa vero juvenis non ſic cito convaluit, ſed cum per tres dies vel quatuor S. Francham viſitaſſet, & illius aqua perlota fuiſſet, convaluit & ipſa: ita quod quæ cæca primo venerat, tandem videns & illuminata, Deum glorificans, gaudens rediret & exultans. Hanc autem cæcitatem tam iſta quam & aliæ plures incurrerunt propter multitudinem *b* vayrorarum, quæ tunc prævalebant; præterquam quod cum in oculis haberet iſta prius multa ſigna, poſt orationem nulla ſigna penitus illorum apparuerunt in ea.

cæca poſt alias curatas illuminatur.

AUCTORE BERTRAMO EX MS.

CAP. XLVII

60 Alio quodam die ſupervenerunt plures mulieres, occaſione præmiſſæ paſſionis, oculorum infirmitates patientes, quæ, cum aqua S. Franchæ perungebantur, mox liberari ſe clamabant, & gratias referebant. Erat autem cum iſtis alia quædam, annorum viginti quinque, quæ verecundior ceteris, non requiſivit aquam, nec uſa fuit: habebat enim hæc manus ambas contractas, ut digitorum omnium ſummitas palmis jungeretur, nec divelli poterant: adeo quod non per ſe, ſed per alios in omnibus juvaretur. Diſcedentibus illis, mox ut portas monaſterii tranſierunt, clamare cœpit illa, dicens, mirabiliter ſe in digitis ac manibus præ ſolito contorqueri; ſubjungenſque dicebat, Credo quod hoc accidat mihi pro peccato meo, quia cum vos ungebamini, ego præſumpſi tangere pallas altaris, atque manus meas in eis involvere, ſperans quod ſic me melius deberet curare. Uſquequo igitur domum propriam remeavit, præ doloribus & anguſtiis contorqueri non ceſſavit: ubi vero domus propriæ limitem intravit, manus mox & digitos, quos per ſeptem habuit annos alligatos, extendit, ac pro ſuo libitu libere traxit & retraxit, ſeque liberatam ex toto perſenſit. Propter quod ſequenti die gratias relatura, cum eiſdem ſociabus reviſitavit S. Francam, & beneficium quod conſecuta fuerat publice enarravit, dicens, propter verecundiam ſuam heſterna die manus abſcondiſſe; reputans etiam, quod Sancta illa ſic ſibi poſſet per altaris attactum & pallarum ſuccurrere, quemadmodum & per aquæ unguentum, qua ſe perungi clamitabat indignam. c

Manus contracta:

pallis altaris involuta,

ſanantur,

B

c

ANNOTATA.

a Mangiarinum, *diminutivum à* Mangiare, *comedere; quod ſubſtantive etiam accipitur, & ſignificat quodvis edulium: quale autem hic ſingulariter indicetur, explicare non curavit Petrus-Maria, ſolas carnes ſalitas nominans.*

b Variolas *appellant alii (unde detortum nomen* Vayrorarum *hic) alii* morbillos, *infeſtum puerili ætati morbum, cum tota cutis per puſtulas ebullit.*

c *Petrus-Maria; in antiquo MS. Laudenſi, quod ipſius Bertrandi autographum fuiſſe ſuſpicatur, inſuper hæc tria miracula reperit poſtmodum ab alio adjuncta priori bus, quæ ex Italico Latine hic damus.* Floramonte, uxor Jacobi Summa-ripa, anno MCCCCLV, filium habens altero oculo cæcum, & de alterius jactura periclitantem, tanta cum fiducia glorioſam Francam invocavit, ut utriuſque oculi ſanitatem puero impetrarit. Anno deinde ſequenti MCCCCLVI, die XXVIII Aprilis, Franciſchina, filia Joannis Comaſini, facto voto viſitandi ſepulcri, ſimiliter alterius oculi lumen, alterius periclitantis ſanitatem accepit. Item ſorores duæ, filiæ Vincentii Bonati, eamdem ambæ patientes oculorum infirmitatem; adeo ut ab hora vigeſima ſecunda diei, uſque proximi diei auroram viderent nihil; cum variis medicorum conſiliis diu eſſent inutiliter uſæ, revocarunt ſibi in memoriam ſtupenda miracula S. Franchæ, votoque ſe obſtrinxerunt viſitandi ſepulcrum, & annuo jejunio peragendi pervigilium ejus feſti, ſi ipſa iis opitularetur. Vix triduum à votiva ſepulcri viſitatione effluxerat, quando ſimul ambæ ſanitatis gratiam conſecutas ſe affirmaverunt, quovis tempore claris deinceps utentes oculis, & Deum ejuſque Sanctam glorificantes.

Variis cæcis viſus reſtituitur.

C

CAPUT VI.

Reliqua S. Franc æ miracula.

CA. XLVIII

61 BEnigna de Quadrogis, in loco ſupraſcripto per annos circa quadraginta monialis, proteſtatur hoc aperte dicens. Anno Domini milleſimo trecenteſimo octavo, in die S. Michaelis, D. Commanda matre mea cœnante cum familia Placentiæ, carneſque comedente, ſubito & improviſe os unum de ala turturis gulam illius & guttur intravit, adeo præpediens, quod nec illud os nec aliud quid per dies quatuor glutire potuit: loquebatur tamen, ſed cum anguſtiis. Unde mori ſe credens, vocatis Sacerdotibus ac Religioſis, confeſſa fuit ceteraque Sacramenta cum inſtantia requiſivit, atque teſtamentum, conſentiente ſibi filio quem habebat, inſtituit, & ad ſe D. Benignam ejus filiam convocari fecit. Quæ cum vocata decreviſſet ad eam pergere triſtis, Soror Cavazola Converſa, pro Socia deputata, dixit: Videtur mihi bonum aliquid de reliquiis S. Franchæ portare nobiſcum. Acceptoque cendati *a* rubei modico, cum conſenſu Sacriſtæ, intinxit illud in aqua d. Sanctæ; & abjerunt, ſecum occulte portantes illud. Et cum ad infirmam, quaſi jam in extremis laborantem, perveniſſent die Mercurii quodam in mane, conſiderantes diutius ſi qua remedia medicinalia juvarent eam, nec proficerent; ſero propinquante, poſt cœnam d. Converſa, invocata S. Francha, cendatum illud gulæ gutturique patientis appoſuit. Quod cum infirma manu propria devote ſuperteneret, mox quaſi ſine mora os illud rejecit ipſa, quod erat durum, acutum, & quaſi per medium digitum longum; rejectoque eo convaluit. Ita quod libere comedere poterat, bibereque, & glutire; licet adhuc per plures dies cogeretur ipſa ſentire dolores. Retulit vero poſtea, nocte S. Michaelis præterita ſe ſomniaſſe, quod cum in aqua videretur perire, ſuggeſtum illi fuit, quod liberari non poterat, niſi per B. Mariam meritis S. Franchæ. Quod effectum gaviſa fuit ſe taliter percepiſſe; os illud ac cendatum pro Reliquiis honorifice conſervans; uſque ad diem mortis ſuæ, pro eo quod poteſt provocans ad gloriam S. Franchæ.

Os gutturi deſperate inhærens,

a appliciti panno aquæ Sanctæ tincto ejicitur.

E

62 Conventus de Tertio-paſſu totus pro infraſcriptis, quomodo plus poſſunt clarius, proteſtantur. Nam anno Domini milleſimo trecenteſimo quinto decimo, cum per malitiam cujuſdam peſſimæ mulieris, datum fuiſſet ad comedendum venenum quod *b* Reſegale nominatur cuidam Joanni Placentino, qui Cerrutus-faber dicitur, atque illius familiæ; mortui fuerunt plures de domo illa, propter peſtilentem cibum illum. Cerutus tamen, ſicut Deo placuit, mortem euaſit; ſed in capite ejus oculi ſic tranſverſi fuerunt, ut eſſet horribile in illius faciem conſpicere: & nec videre poſtea quid potuit, donec ad altare S. Franchæ venit; ubi cum illius oculi fuiſſent aqua Sanctæ perloti, videntibus multis qui aderant, mora poſtpoſita, fuerunt oculi ſtatui debito reſtituti, viſuſque redditus ei in tantum quod poterat neceſſaria videre, quolibetque per ſe pergere. Sed infirmitate præpediente; quam annis duobus incurrerat occaſione cibationis præmiſſæ; ſicut prius clare numquam potuit ad laborandum videre: hoc tamen remedio ſuſcepto, figuram & formam S. Franchæ pingi fecit ad ipſum altare: ſed & ſui ipſius figuram ad pedes Sanctæ, portans ac offerens altari illi cereum unum, quod & *c* brandonum vocatur. Qui vivens adhuc hoc donum ſe percepiſſe gratulatur, & libenter narrat cunctis audire volentibus.

CAP. XLIX

veneno paſtus viſum amittit,

F

b

& recipit, oculis aqua illa lotis.

c

63 Axina,

A
CAP. L
Contracta & paralytica,

63 Axina, Uxor Jacobini Zuchelini de Placentia, teſte dicto Conventu dicit, quod anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo ſecundo, conſiſtente ſe cum pluribus perſonis in ſua domo, ſatis ut ſibi videbatur ſana, die quadam ſubito & improviſe comprehenderunt eam dolores immenſi; quibus anguſtiata clamare cœpit, & *d* garrire tam fortiter, ut mirarentur præſentes. Qui intuentes in eam cur ſic clamaſſet; & diligentius conſiderantes, repererunt illam contractam, & paralyticam effectam totam, capite, corpore, pedibus, ac manibus contremiſcentibus; cumque quaſi amens effecta fuiſſet, perdidit etiam & loquelam, ut quid diceret ipſa neſciret, nec ab aliis intelligi poſſet: & ſic permanſit per hebdomadas plures. Tandem recordata quadam die commendavit ſe S. Franchæ, ſicque velociter fuit relaxatum ad modicum illius linguæ vinculum. Quod ipſa ſentiens, vocavit continuo D. Caſtellanam de Bellinis, amitam ſuam, dicens: Ego per virtutem Dei, S. Franchæ meritis, cui me recommendavi, ſentio me modicum relevatam, & laxatam linguam meam; ideo rogo, ut me portari faciatis ad altare ipſius, ſperans quod ibi penitus liberabor. Hoc audito d. ſua amita ſuper carrum illam adduci fecit, ac præſentari præmiſſo altari. Ubi dum fuiſſet præſentata, oranſque fuiſſet aqua Sanctæ perfuſa; ſtatim abſque mora penitus fuit ab omnibus quæ patiebatur malis liberata: quæ cum gratiarum actionibus reverſa, poſtmodum ſæpius viſitavit, & adhuc vivens ac ſana locum ſæpe viſitat ipſum devota.

d

ad aram deportata curatur.

B
CAP. LI
Septennio caca illuminatur.

64 Tempore quo D. Bertrandus, tituli S. Marcelli Presbyter Cardinalis & Legatus, Placentiæ conſiſtebat, quædam femina Januenſis, cæca per ſeptem annos, cum ſorore & ambarum nepte, propter devotionem S. Franchæ, de Janua Placentiam venit, locumque illius ſanctum & altare viſitavit. Cumque hoc faceret crebro ibidem etiam pernoctando, ungebantur quotidie Sanctæ aqua; & à dominabus loci reficiebantur perſæpe decenter cum comitiva ſua. Perſiſtenti autem aliquandiu in fide cum perſeverantia, redditus fuit illi tantus viſus, quod per ſe pergere ſibique poterat neceſſaria præparare, quæ quidem facere nequibat ante. Et ſic teſtantibus plurimis, qui viderunt, eique congrua miniſtraverunt, gaudens & gratias referens, Januam rediit videns.

CAP. LII
e
alia cacutiens,
C

65 Soror Jacoba de *e* Pegorera, ſupraſcripti loci monialis per annos viginti, infraſcripta voce propria mihi retulit conſcribenti, In primis, inquit, anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo, volente Deo, tam gravis infirmitas oculorum occurrit mihi, quod nec videre quid poteram, nec vix die noctuve quieſcere, ſic patiebar: & conſpicientibus, ut dicebant, oculi mei videbantur tumidi, turbati, & inflati. Quam infirmitatem cum tolleraſſem per duos circa menſes, multo magis graviſſimam ſuſtinui per duodecim dies. Dolens igitur nimium & conturbata, quadam die meſſis tempore poſt prandium, projeci me in oratione coram altari S. Franchæ, ubi diutius commorata, viſum fuit mihi de ipſo altari quaſi organum inſonare dulciſſime, melodias & dulces ultra quam credi poſſit ſonos reddens. Super quo vehementer admirans, ſurgebam, altare contingebam, & amplexabar dicens, Ubi ſum ego? Sum ego amens effecta? Quid eſt quod audio? Ego certe ſcio quod organum non eſt in altari, ſed nec in monaſterio iſto: unde igitur audio iſtud? nam nec ſic bene ſonans organum unquam audivi. Et hæc, inquit, me quæritante, viſum eſt mihi, quod quaſi ſanguinis undæ profluerent ab oculis meis, ardentiſſimæ nimis, ita quod amariſſime plangerem, tum præ dolore nimio, tum pro melodia tam inſolita. Et ecce circa horam nonam aliæ moniales oratorium intraverunt, & me ſicut amentem effectam invenerunt. Cumque me ſublevaſſent, meum gremium apparuit ſanguine plenum, & adhuc viſibiliter effluere ſanguinis undas ab oculis meis. Quod cum omnes mirarentur, & quærerent, unde ſanguis tantus eveniſſet; dicebam ego, non ſanguinem ſed lacrymas eſſe. Affirmantibus autem & oculis videntibus ſanguinem eſſe, dixi; Ergo dirupti ſunt oculi mei: & credo vere quod eos perdiderim nunquamque videbo. Itaque cum per dies duodecim fluxus non ceſſaret ſanguinis ab oculis meis, duodecimo tandem die ceſſavit; & oculi clari comparuerunt & plani, numquam ulterius turgentes vel inflati: clare quippe vidi & video, dans gloriam Deo, in hoc S. Franchæ Virginis ſacro Monaſterio, addens & hæc.

audita cœlesti muſica,

AUCTORE BERTRAMO EX MS.

& multo per oculos ſanguine fluente ſanatur.

CAP. LIII

66 Cum Sacriſta conſiſterem domus hujus, quadam nocte malefactores poſuerunt ignem in molendinum, illius monaſterii domibus etiam ſatis propinquum: propter quod clamantibus illud inhabitantibus, excitatus fuit etiam totus conventus Dominarum, & ſurrexerunt trementes, & quid agerent ignorantes. Ego vero Sacriſta, de beneficiis ſanctæ noſtræ Franchæ confiſa, tuli Reliquias, quas foris extra illius altare conſervabam; & cum devotione qua poteram contra ignem opponebam & oſtendebam, rogans & ſupplicans una cum ceteris Dominabus, ut meritis B. Franchæ nobis, nullum aliud auxilium habentibus, Dominus Deus dignaretur ſuccurrere. Quo facto, cum jam dicti molendini medietas eſſet combuſta, miraculo viſibili ceſſavit ignis; & malandrini receſſerunt inde confuſi.

incendium exhibitis reliquiis reſtinguitur.

E

CAP. LIV

67 Alia quoque nocte, cum latrones niterentur intrare Monaſterium loci ſupraſcripti, ut derobarent; reſiſtentibus monialibus & perſonis domus illius, plus precibus, quam armis vel viribus aliis, juxta promiſſa B. Franchæ, numquam potuerunt aditum intrandi reperire. Et licet oſtia ſcirent & invenirent, atque confringere viriliter ſatagerent; nullum effectum ſuæ malitiæ conſequentes, turbati & quaſi deſperati, turpia & enormia de Sanctis tranſlatis & de adhuc viventibus in carne, dicebant; ſæpiuſque maledicentes & blaſphemantes referebant dicentes, Ex quo intrare non poſſumus, cuncta quæ foris ſunt incendamus. Apponentes igitur ignem in exterioribus domibus, præſtolabant, ut qui intus erant aperirent & exirent, ſicque intrare poſſent & derobare. Sed ad ſolitum orationum refugium graviter gemendo intrinſecis Dominabus, Sacriſta præmiſſas Reliquias oppoſuit malefactoribus & igni: ſtatimque malandrini met commutati ignem extinxerunt, & receſſerunt.

Et prædones cogunturinanes recedere.

F

CAP. LV

68 Columba de Columbis Mangniani, Converſa Domus, teſtatur quod anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo & primo, Sacriſta conſiſtente D. Joanna de Roncarola, quidam homo ſenex, non videns, cum uxore quæ regebat illum, venit à *f* Caſtro-Unardo de Panicis ad altare S. Franchæ, ſero circa horam Ave-Maria, ibique lotis oculis aqua dictæ Sanctæ, cum ſtetiſſet immobilis & orans vigilanter illa nocte; mane facto vidit clare. Pro quo monialibus omnibus hoc factum cognoſcentibus gratias referens, Deum laudans & magnificans, receſſit gaudens.

cæcus ſenex viſum recipit,

f

CAP. LVI

69 Benigna Bregognona monialis teſtatur, quod cum eſſet ipſa Sacriſta domus, anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo tertio in quadrageſima, quædam femina de Caſtro *g* S. Joannis, nomine Viridis, venit ad altare S. Franchæ non videns, petens illius ſuffragia, ut videret. Cujus oculi cum fuiſſent aqua Sanctæ peruncti, antequam ab altari diſcederet, vidit, gratias agens: & ibidem ſequenti nocte

item mulier,

g

AUCTORE BERTRAMO EX MS.

pernoctans, retulit dicens, Dies octo sunt, quod doloribus capitis nimiis & angustiis aggravata perdidi visum; propter quod dolens, hortatu vicinarum, proposui visitare altare istud: cumque à Petro marito meo licentiam quæsivissem, non obtinui, sed prohibuit mihi. Unde dolenti & quasi nocte dormienti, apparuit S. Maria, porrigens mihi manum, & dicens; Vade quo proposuisti. Conquerente mihi de viro meo, & quia qui me duceret non habebam; respondit illa, Vade, ne timeas, quia non te deseram in aliquo. Referenti mihi hæc eadem, credere noluit vir meus, nec concedere. Sed illo quoquam abeunte, per memetipsam iter *h* à Castro prædicto arripui: nulloque ducente usque ad altare istud nil videns veni; & nunc hic stans aperte video, Deumque glorificans redeo.

per Deipa-ram ad altare dedu-cta.

h

CAP. LVII

70 Eodem anno, tempore messis, venit ad altare dictum quædam femina Januensis, ducens secum *i* abiaticum unum, octo annorum à nativitate cæcum, & nihil omnino videntem; hujus oculi cum fuissent aqua S. Franchæ peruncti, recesserunt à monasterio quasi per milliare. Sed antequam intrarent civitatem Placentiæ, clamare cœpit puer, & dicere. O Avia mea, est ædificium, quod ante me video, domus? Et admirans illa respondit; Quomodo istud, ô fili, quomodo vides tu? Et ille digito demonstravit molendinum de *k* Braida, quod est satis vicinum loci suprascripti monasterio. Avia igitur congaudente, puer cum illa similiter gaudens ac videns, civitatem ingressus est: ob cujus gratiam referendam sequenti die puero præcedente videnteque, mulier reversa est ad altare gratias agens, & hæc eadem referens atque renuntians, devotissime flens & jubilans.

i

& puer à nativitate cæcus:

B

k

CAP. LVIII

71 Cerdina Guazarona, monialis est loci suprascripti per annos triginta sex & plus, quæ viva voce retulit hæc. Anno, inquit, Domini millesimo tercentesimo vigesimo sexto, diebus Christi nativitati proximis, apprehendit me infirmitas gulæ, quæ squenanzia dicitur: quam licet aliis vicibus habuissem, modo habui valde duriorem, ita ut nimis angustiata, non putarem posse in crastinum durare quin suffocarer. Unde perterrita valde, post Completorium plorans perrexi ad altare S. Franchæ, supplicans abundantissime, ut in casu tam necessario mihi subveniret, ne sine pœnitentia decederem. Quod cum longo tempore feci sem, tandem fessa perrexi ad lectum. Et ecce, circa mediam noctem in gula mea sensi quasi *l* grandiolum unum decurrere, & ad partem gulæ declinare: atque tam nocte, quam mane gargarizans, grossum phlegma rejeci, ac me sanatam esse per Dei gratiam sensi, ita quod deinceps in meo corpore tale quid non inveni. Deo gratias. Amen.

angina periculosa

dissipatur.

l

C

CAP. LIX

72 Multa & alia miracula S. Franchæ sunt, à singulis præmissarum Dominarum visa pariter & enarrata, de quibus, ne præ nimietate fastidiant, præsentia sunt notabiliter exceptata: quæ quia per multas personas testificata sunt & publicata, ideo sunt & hic præter cetera scripta.

ANNOTATA.

a Cendatum *vulgo* Zendado, *usurpatur à Bocacio & aliis pro* Sindone *sive pretioso & subtili panno lineo.*

b Arsenicum *vulgo* Realgarum *&* Risagallum *dici, inquit kilianus in suo Etymologico Teutonico; præsentissimum venenum, Belgis* Regal, *sive* Rattenkruyd, *id est,* herba soricaria, *quod soricibus interficiendis soleat adhiberi.*

c Brandonum, *à Teutonico* Branden *ardere, Francis* Brandon, *fax, aliis Italis in tali significatione minus nota vox:*

d *Idiotismo Italo proprio*, Garrire *significat, vociferari, altercari, obiurgare.* D

e *Petro-Maria* Pecoraria, *quod magis Latinum, & eodem redit.*

f Castrum Unardi, *vulgo* Gastel Inardo, *Placentiæ distans p.m. 14 circiter ad Meridiem, trans fluvium Nuram.*

g Castrum S. Joannis, *inter Placentiam & Papiam via Æmilia, propinquius Placentiæ, trans Tidonem fluvium.*

h *Appendit Petrus-Maria, quod non solum rivulos varios & pedibus permeabiles, sed etiam fluvios Tidonem & Trebiam, navigio transeundos, formidare debuerit.*

i Abiaticus *dicitur hic nepos, respectu avi aut aviæ.*

k *Suggerit Petrus Maria ipsum esse supra viam publicam, quæ à monasterio in urbem ducit, & ab illo distare solum mille passus.*

l *Idem Petrus-Maria*, nescio quid rotundi, *vertit: existimo* grandiolum *pro* glandula *dici.*

SERMO a

a

Super monasteriis Cistercienſis Ordinis, qui de loco & monasterio S. Franchæ prodiverunt.

73 IN Exodi libro scriptum est, Sumpsit Maria Prophetissa tympanum in manu sua, egressæque sunt post eam mulieres cum tympanis & choris. Quoniam autem illis omnia contingebant in figuris, quæ nobis apparente Christi veritate cælestibus sunt denudata mysteriis; licet hæc historialiter vera fuerint de Maria, sorore Moysi & Aaron; tamen allegorico sensu congruunt sanctissimæ Matri Christi, de qua prophetice dicitur per Psalmistam, Adducentur Regi virgines post eam. Ex quibus cum una de numero prudentum extiterit S. Franca, etiam illi tropologice, non immerito coaptari possunt prædicta Franca enim, etsi non nomine, re tamen Maria fuit; videlicet amara, illuminatrix, & illuminata (Quæ quidem apertius cognosci possunt ex ipsius vita principaliter suprascripta) nam & hæc sumpsit tympanum in manu, corpus cum operibus bonis mortificando; egressæque sunt, extra civitatem simul & extra vitam secularem, post eam innumerabiles mulieres, atque subsequuntur; vitam ipsius imitantes pariter & exempla, cum tympanis pœnitentiæ & afflictionis; sed & cum choris, canentibus videlicet Religiosis. Et ne quis dubitet, consideret quisque, quod ista Beata fuit in diœcesi Placentina, &, ut creditur, in tota Lombardia, prima Cistercienſis ordinis Abbatissa, pro suo primatu merito veneranda, quam subsecutæ sunt mulieres, Monasteriorum, scilicet Castri-arcuati, Nazareth, Cælestiæ Venetiarum, Pipiæ de Cremona, & Galileæ, Dei largæ cultrices.

Ex. 15, 20

E

Vti post Mariam veterem mulieres,

Ps. 44, 15

post Deiparam Virgines,

sic multæ post Francam egressæ,

F

74 Nempe vivente *b* ..... Baiamonte Vicecomite, Abbate Monasterii de Columba, parentes illius construxerunt monasterium unum Dominarum in Castro-arcuato, supponentes illud eisdem Abbati & monasterio, quorum ministerio de conventu S. Franchæ datæ fuerunt tres moniales Rectrices & Magistræ illi monasterio, cujus Abbatissa prima fuit, Domina Euritia *d* de Tuna.

b

fundarunt monasteria Castri-arcuati.

c

d

75 Post hæc *e* per certos Nobiles Placentiæ, prope fossas illius civitatis fundato monasterio S. Mariæ de Nazareth, ac supposito curæ conventus & Abbatis monasterii de Ponte-Trebiæ Cistercienſis ordinis, voluntate Dominorum de Columba, de conventu S. Franchæ datæ sunt plures moniales illis de Nazareth, doctrices & rectrices.

e

Nazareth, juxta Placentiam,

76 Parvo post tempore *f* succedente, duo Venetiani inspiratione divina commoti, venerunt Placentiam, & inde ad Columbam; referentes illis de Columba, quod construere proposuerant Venetiis monasterium Dominarum, & illud eis supponebant.

f

Cælestiæ Venetiis,

Peten-

A Petentibuſque præ ceteris, ut de conventu S. Franchæ, de quibus audierant multa bona, ſibi darentur primæ Dominæ, quæ domum illam novam conſtruerent, docerent recipiendas & informarent; annuentes illi de Columba, venerunt cum eis ad locum ſanctum, in quo tunc erat Abbatiſſa Domina Carentia Vicecomes; & pari conſenſu duodecim elegerunt moniales illius monaſterii, quarum ſex decreverunt debere Venetiis remanere, ſexque alias monaſterio conſtructo & conventu ordinato domum debere redire. Sicque cum illis nobilibus, comitantibus eis duobus monachis de Columba, duobuſque Fratribus Prædicatoribus, quorum unus carnalis frater erat D. Carentiæ Abbatiſſæ, Moniales electæ duodecim perrexerunt, & Venetiis velociſſime monaſterium nobiliſſimum S. Mariæ de *g* Cæleſtia conſtruxerunt, atque conventum Dominarum per maximum ibidem conſtituerunt, & poſtea ſex de dictis monialibus domum propriam redierunt, ſex vero reliquæ remanentes illic vitam ſuam ibidem laudabiliter finierunt.

Cremonæ, 77 De Conventu autem Nazareth proceſſerunt quinque moniales de Cremona, quæ conſtruxerunt *h* Cremonæ Monaſterium S. Mariæ *h* de Pipia, quod B quamvis fuerit primo ſuppoſitum illis de Ponte etiam per privilegia D. Papæ, tamen nunc regitur per illos de Columba, neſcio qua cauſa.

& iterum juxta Placentiam Galilææ. *i* 78 Proceſſu temporis cum D. Joannes de Lourago Placentinus cum aliis nobilibus decreviſſet conſtituere monaſterium unum Dominarum vicinum S. Benedicti monaſterio, *i* Dominorum de Ponte conſenſu & conſilio, primas doctrices ac rectrices aſſumpſerunt de præmiſſo Caſtri-arcuati monaſterio. Quæ venientes conſtruxerunt monaſterium S. Mariæ de Galilea, ſuppoſitum illis de Ponte: cujus Abbatiſſæ primæ nomen fuit D. Agnexia Bonarda.

79 Omnia igitur hæc monaſteria de fonte S. Franchæ, illo videlicet loco ſancto de Tertio-paſſu, aut principaliter aut ſecundario, velut rivuli puriſſimi, proceſſerunt; de quarum numero ſolus dicere prævalet Deus: Dinumerabo eas, quia mortalibus ſuper arenam multiplicatæ multiplicabuntur. Superaddat ergo ſecurior ipſa Beata, dicatque læta: Domine, quinque talenta, donum ſcilicet quinque ſenſuum, tradidiſti: ecce alia quinque ſuperlucrata ſum monaſteria, in quibus cum tympanis & choris cantatur quotidie canticum Domino, glorioſe enim C honorificatus eſt, equum & aſcenſorem projecit in mare.

ANNOTATA.

a *Titulum, ut in Ms reperitur, ſic relinquimus.*

b *Hic relictum erat ſpatium vacuum, quaſi nomini priori ſcribendo.*

c Caſtrum-arcuatum, *oppidum honeſtum inter Parmam & Placentiam, à media via Æmilia per 4 aut 5 p. m. deflectendo in Auſtrum. Erectum eſt autem* monaſterium ſub titulo S. Mariæ de Monte-Oliveto, prope capellam S. Domnini ad ripam fluminis Ardæ, *inquit Petrus Maria; & ſuggerit ab eorumdem Vicecomitum majoribus Placentiæ fundatum olim eſſe templum inſigne ſub titulo S. Fidei Virg. & Mart. haud procul ab ædæ S. Silveſtri: annum vero fundationis ex authentico inſtrumento notat* 1223.

d *An eadem quæ ſupra* Garitia? *an vero ſoror aut cognata ejuſdem? Petrus Maria addit, ipſam quæ deſignata eſt Abbatiſſa, aſſumpſiſſe nomen Francæ, ex devotione erga ſanctam matrem ſuam: & cum hoc nomine ſubſcripſiſſe cuidam actui Notariali anno* 1226.

e *Anno, ut idem docet,* 1228, *ex parte urbis meridionali.*

f *Sanſovinus in Chronico Veneto hanc fundationem refert ad annum* 1238. AUCTORE BERTRAMO EX MS.

g *Reliquarum primam dictam fuiſſe nomine Cæleſtiam aſſerit Petrus-Maria: ſed hodie ait vocari à vulgo* S. Mariam Cæleſtem, *prope eum locum ubi deinde extructum eſt Armamentarium.*

h *Idem appellat* S. Joannis de Pipia, *& addit progreſſu temporis tranſlatum eſſe monaſterium intra civitatem, in locum qui Ciſtellus dicitur.*

i *Ad Occidentem, inquit idem, extra portam, quæ à Strata-levata nomen habet.*

APPENDIX I.

Ex Vita Italica per Petrum-Mariam Campi.

De poſtrema tranſlatione, cultu, ſacellis & miraculis poſterioribus.

80 HAbebant monachæ, non ſolum ex monaſterio de Tertio-paſſu, ſed ex Nazarethano quoque & Galilæano, domos quaſdam, refugiorum inſtar, intra Placentinam urbem, quo ſeſe recipiebant, nunc ſeorſim aliquæ, nunc ſimul omnes, maxime bellorum tempore aut hoſtilium incurſionum. E In hunc modum cum aliquando Nazarethanæ, à ſua quiete & clauſura exturbatæ, longiorem in urbe moram trahere cogerentur, providit eis ſuperna clementia de eccleſiola & habitatione ad S. Mariam duodecim Apoſtolorum; quæ poſtea mutato nomine dici cœpit monaſterium S. Raimundi. Anno deinde MCCCLXII, Petrus Epiſcopus Placentinus, videns Virgines Galilæanas ſimili egere perfugio, nec tamen præ paupertate ſua habere unde idoneum locum compararent; donavit eis hoſpitale S. Matthei (Maffei vulgo dicti) quod in eodem vico ad Occidentem erat ex adverſo principalis portæ, ducentis in baſilicam ſancto iſti Apoſtolo & Euangeliſtæ ſacram. Denique ſanctimoniales Plettolenſes, quæ etiam ipſæ habebant Placentiæ, in vicinia S. Domnini pone molendinum S. Syri, diverſorium ſuum; illuc identidem ſe recipiebant, prout ſignanter fecerunt anno MCCCXXVI, tempore præmemorati belli Papienſis; eo ſolicitius, quod recordarentur quam indigna perpeſſæ eſſent ſorores ſuæ Olivetani monaſterii prope Caſtrum-arcuatum, ante annos octo, ſub armis Galeatii Vicecomitis.

Cistercienſes virgines, refugia urbana acquirunt pro tempore belli;

81 Ibi illæ parvulum habebant oratorium ſive ſacellum cum altari ad divina Officia; ad actus vero F Capitulares congregabantur, modo in locutorio modo in ambulacro propinquo, quemadmodum patet ex variis inſtrumentis ibidem confectis, maxime poſt annum MCCCCXLVI, excidiumque à Franciſco Sforza impie patratum. Porro cum publicæ iſtæ calamitates bellicique tumultus identidem recrudeſcerent, & tandem anno MDXXVIII Dux Borbonius urbem obſidione cinxiſſet; ſolo æquatæ ſunt nonnullæ extra civitatem eccleſiæ ac monaſteria; & quæ ad Tertium-paſſum numquam quietas ſe futuras præſagiebant, locumpenitus dimittentes, ſe ipſas cum caro S. Francæ corpore receperunt intra urbanum ſuum refugium, ipſa die S. Fidei, ſexta ſcilicet Octobris. Similiter etiam Monachæ Galileanæ ad S. Matthei receperunt ſeſe, ac deinde ex mandato Vice-legati aut Gubernatoris Placentini, aggregarunt ſe ad eas, quæ locum S. Raimundi poſtea dictum obtinebant, ac rurſum ſecedentes, haud procul inde junxerunt ſe Virginibus ex Caſtro-arcuato reductis & à S. Eliſabetha nuncupatis: & unicum è duobus formavere conventum, conſtruentes templum S. Bernardi; ſed tam exiguum, ut poſteris neceſſarium fuerit ædificare aliud, quod nunc videmus eidem ſancto Abbati ſacrũ.

& in iſtis quandoque commorantur diutiùs;

ac tandem an. 1528 omnino loca priora dimittunt;

82 Sic

EXITAL. 82 Sic igitur reductæ in urbem Plectulenſes Sorores prope S. Syrum, coemptis nonnullis ædibus lociſque exordiendo monaſterio idoneis, paulatim dilataverunt ſeſe, uſque adeo, ut ſub Abbatiſſa D. Franca-Lucia de Tudeſcis facultatibus auctæ cœperint fabricare eccleſiam, quæ etiam nunc viſu digna ſupereſt, ad honorem Dominæ noſtræ ſanctiſſimæ & S. Francæ, XIII Februarii MDXLIX, cum pridie Crucem ibidem plantaviſſet D. Leonardus Lana, Epiſcopus Biduanenſis & tunc Suffraganeus Reverendiſſimi Catalani Trivultii, Placentini Antiſtitis. Itaque ſolenni ritu poſitus tunc eſt fundamentalis lapis, ſuper quem aſſurgeret murus, anticam templi partem à ſanctimonialium choro diviſurus: & completo ædificio, à predicto Chorepiſcopo conſecratum templum eſt, die V Maji, anni MDLV. Poſtea curæ fuit piis Virginibus ut oſſa ſanctæ Matris collocarentur ſub altari majori, ubi etiamnunc jacent: idque factum eſt pridie natalis ipſius ſanctæ Virginis anno MDLVII. Caput tamen, quod jam antea ſeorſim ſervatum fuerat in Plettolenſi monaſterio, nunc quoque ad augendam Placentini populi devotionem ſeorſim manſit in monſtrantia argentea: ſoletque bis in anno, feſtis ſcilicet depoſitionis & tranſlationis, palam exhiberi, cum integra ſerie dentium ſuperiorum. Servatur etiam ſeorſim Sanctæ annulus & dens unus: atque ambo ſerviunt infirmis aliiſque devotis, eorum attactu conſignari petentibus.

Ita fundata eſt nova S. Francæ eccleſia 1549.

& ſub altare repoſitum corpus an. 1557.

B

ejuſdem memoriæ in Plectulis reliqua.

83 Non tamen propterea exiſtimet aliquis, priorem illum in Plectulis locum, tot miraculis Sanctæ illuſtratum, ſic manſiſſe deſolatum, ut nulla remanſerint veteris religionis monumenta, quæ piorum animos ſæpe ad ſe revocant. Dicuntur adhuc S. Francæ nomine, non tantum prædia & ruſticanæ domus, ad jus Sororum pertinentia, ſed etiam vicini circum aliorum fundi. Supereſt præterea veteris dormitorii pars bene magna, diſcurrentibus per medium columnis ſic compoſiti, ut ſecundum lectos ex una parte ſeriatim locatos ductæ cortinæ, ex altera parte relinquerent paris ſpatii curritorium. Supra portam quoque monaſterii, qua per levatilem pontem ingreſſus olim erat, conſpicitur antiquiſſima S. Francæ ſtatua, ſub ſua cuculla alba Ciſtercienſes filias genuflexas colligentis. Denique teſtantur agricolæ, quod ſupra eum locum, ubi altare fuit, ſub quo ſacrum iſtud corpus tot annis quievit, nulla ratione conſiſtat aqua pluvialis, quantumcumque copioſi imbres de cælo cadant.

C

& continuus ab an. 1326 ad 1527 cultus:

84 Quod autem ad veneration̄em & cultum S. Francæ attinet, fuit ille ab anno MCCCXXVI uſque ad MDXXVII floridus ſemper atque continuus. Etenim non ceſſantibus gratiis, quibus ipſa ſuos imprimis Placentinos cumulabat, Plectulis altare & templum, votis & anathematis plenum ſemper, conſpiciebatur; & in diſtrictu Placentino locis pluribus erecta eidem ſunt ſacella, oratoria & altaria. Inprimis, inter Bacedaſcum & S. Laurentii vicum, ſub Caſtro arcuato ædificata eſt capella, ante quam rivus decurrit, & fons manat ex latere, uterque una cum ipſa ſua valle nomen à S. Franca habens, in monumentum antiquæ pietatis fundatorum, qui ex familia Vicecomitum, ſanctæ devotiſſima & multos eo tractu fundos poſſidente, fuiſſe creduntur. Conſtat autem ex inſcriptione quadam ibidem ſuperſtite, Francum Patelotti, ſimilitudine nominis & religionis affectu motum, anno MCCCCLXXII reſtaurandum locum curaviſſe. Erecta quoque Viavini eſt capella ſimilis ſub titulo S. Francæ, cujus capellanus anno MDXII legitur fuiſſe Leonardus de Molinariis Presbyter.

erecta in Placentino ſacella duo:

eliaPapiæ,

85 Atque hæc intra Placentinam diœceſim, venio ad foris poſita loca. Primum in his occurrit templum S. Francæ erectum Ticini: quod non dubitamus quin ex ejuſdem Sanctæ alumnis Ciſtercienſis regulæ doctrices acceperit; licet earum poſteritas ſe reduxerit ad monaſterium S. Chriſtophori, ejuſdem inſtituti, & locum Capucinis Matribus ceſſerit. De imagine ejuſdem, in templo S. Quintini Parmæ poſita, prius quam Vita ſcriberetur, dictum eſt ante eamdem. Bobienſes in ſua Cathedrali excitarunt ſpeciale ſacellum S. Francæ, ad quod anno MCCCCXV die XXVII Octobris Capellaniam dotavit Bartholomæus Buella, vir nobilis, ex conſenſu D. Lancilotti Fontana, Epiſcopi & Comitis dictæ civitatis; cum obligatione reſidentiæ perpetuæ, Miſſarumque pluries in hebdomade dicendarum, quarum una ſit de Deipara & S. Franca, & lampadis fovendæ ante altare.

D

& Bobii,

Officiū proprium Placentiæ & in Ordine Ciſterc.

86 In aliis quoque civitatibus & regionibus credibile eſt altaria aut imagines locatas, quandoquidem non ſolum in dioeceſi Placentina, ſed univerſaliter per Ordinem Ciſtercienſem receptum fuerit officium S. Francæ, non quidem ad diem XXV, S. Marci officio impeditum, ſed ad XXVI, cum propriis orationibus, antiphonis & lectionibus; quemadmodum probatur ex Breviariis recuſis Venetiæ anno MCCCCXCIV per Franciſcum Gherardengum, anno MD per Franciſcum Torreſanum de Aſola, & anno MDIX per Lucam Antonium Juntam; in quibus Antiphonæ ad Magnificat & Benedictus eædem aſſignantur, quæ in Breviario veteri Placentino: ſed additur Invitatorium etiam proprium, cum Antiphonis octodecim & majori numero Lectionum & Reſponſoriorum, Miſſaque particularis. Porro anno MDXI Maurus Corbetta, Ciſtercienſis monachus, rogatus à Fratribus atque Sororibus Ordinis, nominatim ab Abbatiſſis S. Francæ Papienſis & S. Eliſabethæ Placentinæ, Latine deſcriptam à Bertrando Vitam, vulgari lingua reddidit aptiorem omnibus, & Mediolanenſi prælo Leonardi Pachelli ſubjecit imprimendam.

E

Vita vulgariter reddita.

Indulgentiæ pro Natali & Tranſlatione:

87 Continuatum exinde Sanctæ noſtræ cultum egregie confirmat & probat Bulla Indulgentiarum, à decem Illuſtriſſimis S. R. E. Cardinalibus ſignata die VI Julii anno MDLXI, quibus cum expoſitum fuiſſet novum S. Franchæ templum Placentiæ ædificatum à fundamentis eſſe, ſinguli eorum cupientes iſtud frequentari & ſanctæ Virginis venerationem augeri, omnibus adjutrices manus exhibituris relaxarunt dies centum de injunctis pœnitentiis, ſiquidem illuc acceſſerint contriti, Feria IV majoris hebdomodæ, & in ipſius Sanctæ feſtivitatibus, id eſt Natalis XXV Aprilis & Tranſlationis XXVIII Auguſti; nec non in ſolennitate Sanctorum omnium & die S. Catharinæ Virginis ac Martyris. Harum Indulgentiarum uſu paulatim ceſſante, & tepeſcente Placentinorum religione, per reformationem Breviarii ſub Pio V introductam, ceſſavit penitus in eccleſia Placentina S. Francæ officium, æque ac aliorum plurium propriorum hujus diœceſis Sanctorum officia propria, ne communi quidem ſubſtituto. Itaque loci ſæpedicti Monachæ, à Gregorio Papa XV aliiſque ſucceſſoribus Pontificibus, curaverunt novas Indulgentias impetrandas: & recudendam anno MDXCVII Legendam vulgarem, ſtylo aliquantum nitidiori. Denique vigilantiſſimus ac pientiſſimus Paſtor noſter Claudius Rangonius, anno MDCX impetravit denuo Officium proprium, ſub ritu duplicis in eccleſia Placentina celebrandum: quod ritui ac uſui ſuo paulo poſt aptantes Benedictinæ monachæ S. Syri, quarum olim fuerat Abbatiſſa; præivere aliis eccleſiis Placentinis, tam regularium quam ſecularium, ut renovatum S. Francæ cultum pariter omnes ſuſciperent.

F

Officium novum an. 1610,

88 Ut vero ad templa altariaque, unde digreſſa eſt, oratio revertatur, præteriri non debet ſub ſilentio egregia pietas eorum qui Poleſinum habitant, oppidum

altaria variis locis variata.

A oppidum Pado adſitum ſub dominatu Marchionum Palavicinorum & diſtrictu Burgi S. Domnini: qui non uno jam ſeculo ſub patrocinio S. Francæ vixerunt (erigentes eidem eccleſiam, quæ flumine exundante deſtructa, nunc cernitur nova & ſingulari concurſu frequentata) ſuorumque fundorum partem ſub ejuſdem nomine appellandam inſtituerunt. Papiæ quoque ad S. Chriſtophori commorantes virgines ſacræ, quæ ad ſe receperant inquilinas monaſterii S. Francæ, ejuſdem quoque recepere cultum. Aſt Placentinæ monachæ, non contentæ altari eo quo ſacrum Beatæ corpus continetur, aliud eidem ſimul & S. Luciæ in peculiari ſacello curaverunt dedicandum. Civium quoque multi, tam intra quam extra urbem, ſuam hoc in genere monſtrarunt frequenter pietatem: per quam & in eccleſia Eremitarum Auguſtinianorum S. Laurentii conſpicitur altare S. Francæ ingrediendibus ad ſiniſtrum latus; & ſupra muros ejus templi, quod S. Nicolao extruxere Catanei, ſtatua Sanctæ eminet: & in Gropallo, prope Montemlana, à familia Cavanenſi hiſce nuperis diebus erecta eſt nova capella, ſub nomine ejuſdem S. Francæ.

B *miracula recentiora multa:*

89 Annecti hoc loco poſſunt miraculoſæ gratiæ complures, quibus etiam hoc noſtro ſeculo ſui patrocinii efficaciam indigenis alieniſque commendavit S. Franca. Anno MDCXI Sereniſſima Princeps D. Maura Lucenia Farneſia, Parmæ in cœnobio S. Alexandri Monacha, ad Abbatiſſam S. Francæ hoc tenore ſcripſit XXIV Junii: Cum diebus præteritis ſingularem aliquam gratiam obtinuerim meritis Protectricis veſtræ S. Francæ, obligationi meæ facere volens ſatis, mitto Aurelium monaſterii noſtri famulum, qui Te roget pro me, ut per Sanctimoniales tuas Miſſam cantari facias euchariſticam de Sancta, ad eumque finem tradat incluſos hiſce Zecchinos. Similia Placentiæ fatentur & teſtantur multi conteſtantibus ſibi medicis & monaſterii Sororibus. Puta de D. Clara Beatrice Vice-Domini, ipſius conventus monacha, quæ anno MDCVIII intolerabili anxiata fuit dolore per totam ſuperiorem corporis partem, & duro quodam circa genu ac ſubtus pedem tumore; quibus malis nulla potuerat ars ſuccurrere: iterumque haud diu poſt, deſperatum in pectore malum circa guttur patiens, per duos annos incanceratum; utraque vice acceptam ſanitatem retulit meritis S. Francæ. Item de D. Angela Livia Anguiſola, ſimiliter ejuſdem loci monacha, quæ menſe Februario anni MDCXVII, crudeliſſimis herniæ doloribus pene ad extremam vitæ deſperationem adducta, celerem obtinuit ſoſpitatem, per ipſius S. Francæ merita. Ac denique de multis aliis, qui, à quo malo, quibus votis factis, & quo modo fuerint liberati, nolo diſtinctius explicare, donec Vicarius Epiſcopalis, qui de omnibus legitimam quæſtionem inſtituit, ſententiam tulerit de iiſdem.

C *de quibus formatus Proceſſus.*

Anno 1617 monialis juvenculæ,

90 Specimen tamen recentiorum favorum, idque publicis actis in curia conſignatum, lubet hic attexere. Anno MDCXVII die 1 Auguſti, D. Angelam Lucretiam Scottam, filiam Marchionis Horatii, ſubtilis catarrhus à capite ad fauces ſic oppreſſit, ut amiſſa loquendi facultate, nullum ſumere cibum niſi glutiendo poſſet, non abſque frequenti ſuffocationis periculo. Accedebat lateris dolor acutiſſimus, qui nullam miſeræ relinquebat requiem, ſed cogebat erectam ſedere, atque per violentiſſimam tuſſim expellere phlegmata ſanguinolenta ac purulenta: unde ad continuatas vigilias jungebatur febris, modo intenſior modo remiſſior, ſed moleſta ſemper. Denique ſupervenit eidem profluvium urinæ tam copioſum, per dies quinque aut ſex, ut intra viginti quatuor horas obſervata fuerit à medicis viginti quinque libras urinæ, non minus quam aqua putealis claræ, excreviſſe. Huic neceſſitati dum ſatisfacit aliquando, tam intolerabilis ab inferiori ventre dolor aſcendit ad cor, ut ipſi ab immodica jactatione continendæ plures ſimul Sorores non ſufficerent: mediaque nocte advocatus medicus, cum videret ita bacchanti nulla adhiberi utiliter remedia poſſe, auctor fieret S. Francæ in auxilium rebus deſperatis advocandæ. Cruciatuum acerbitas obliviſci pene omnium miſellam fecerat: quare iteratis frequentius Sororum ſuggeſtionibus opus fuit, ut ſe meminiſſet ex numero filiarum S. Francæ eſſe. Cujus ut potuit recordari, juſſit ſibi officulum adferri, quod unum de corpore Sanctæ habebat: eoque ſupra pectus poſito, repente quieſcere cœpit, abſterſis doloribus, ſed debilitate extrema ſuccedente, quæ fecit proximam morti videri. EX ITAL. *miris ſymptomatis ad mortem adducta,* *invocata S. Francâ relevatur*

91 Sequenti mane ſic debilem invenientes medici, ut nec idonea quidem videretur cui humana applicarentur remedia; vix aliquid auſi ſunt, & hoc ipſum vanum fuit. Inde poſt biduum, ingraveſcente ſemper malo, ipſa quæ vix niſi violenter induci eatenus potuerat ut medicinas præparatas ſumeret, ultro eas requirere cœpit. Sed jam lingua intumuerat, atque inſtar plumbi ponderoſa gravabat infirmam; & inflammatæ fauces, ignem ſpirare videbantur: præterea deficiebat cerebrum, & ſtomachus aqua implebatur. Quid agerent, abſentibus medicis, eo in ſtatu infirmam ſuam circumſtantes monachæ? Recurrunt ad vota orationeſque, & ipſam ut idem faciat adhortantur qua poſſunt: quod ore non prævalens facere, fecit affectu, poſtulans ut ſaltem facultas ſibi daretur commendandi animam Creatori. Mox tantum virium ſibi reddi ſenſit, ut potuerit aquam attactu Reliquiarum conſecratam poſtulare: quam ore ſumptam necdum deglutierat, cum alleviatam ſeſe atque in ſomnum propenſam ſenſit: ſed quia eodem tempore totam faciem livor letalis obſcurabat, credebant ſociæ animam agere. Cum ecce ipſa ſeſe erigit, & quæ à die 1 Auguſti uſque ad XIII Septembris vocis uſu caruerat, oravit circumſtantes ut ſibi veſtimenta ferrent, atque in templum agendis Deo gratiis comitarentur. Iſtic dum ante venerandum caput S. Francæ Miſſa peragitur, genuflexa perſtitit in oratione; tum erecta in pedes, adeo robuſtam firmamque ſe ſenſit ac ſi nullo unquam morbo laboraſſet. Quapropter ab omnibus pariter decantatus eſt hymnus Ambroſianus; poſt quem ipſa accedens ad cratres, Domino parenti juſſit nuntiari ſubitam ſuam convaleſcentiam, eamque tam perfectam, ut etiam veſtigia cantharidum applicitarum evaniſſe cernerentur. Quin cum toto præcedenti triennio ita affectum habuiſſet latus, ut nec ipſamet propriæ manus contactum ferret; etiam hoc incommodo liberam ſe eſſe aſſeruit. Proxima igitur die, exaltatæ Crucis ſacra, in ipſo S. Francæ templo, per muſicos eccleſiæ Cathedralis, cantatum eſt ſolenne ſacrum, ſub quo de manibus celebrantis D. Alexandri Cariſſimi Vicarii Epiſcopalis communicavit puella, & liberatrici ſuæ S. Francæ debitas reddidit gratiarum actiones. *& nihilominus die ſequenti moritura,* *ſumpta illius aquæ,* *ſubito & integre convaleſcit.* F

92 *Hactenus Petrus-Maria in Vita anno* MDCXVIII *impreſſa: idem de Reliquiis recentius Bononiam tranſlatis hoc documentum exhibet parte 2 Hiſtor. Eccleſ. Placentinæ edita anno* MDCLI *pag.* 208 & 209. Alexander Schappius, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia ſanctæ Placentinæ Eccleſiæ Epiſcopus. Univerſis & ſingulis, præſentes litteras inſpecturis, fidem facimus & atteſtamur, quemadmodum Reverendæ Abbatiſſa & moniales monaſterii S. Franchæ, hujus civitatis Placen- *officula ano Bononiam tranſlata an.* 1651.

EXTRAL. tiæ, Ordinis Ciſtercienſis, quantum in Domino poſſunt reſpondere volentes pio devotionis affectui, quo reverendæ moniales monaſterii S. Urſulæ civitatis Bononiæ ejuſdem Ordinis Ciſtercienſis eamdem S. Francham Virginem Placentinam proſequuntur, ex eo maxime quia ipſam olim fuiſſe aſſerunt dicti earum monaſterii fundatricem, duas parvas ſacri ejuſdem S. Franchæ corporis, nempe ex oſſibus, reliquias, quæ una cum aliis ſeorſim aſſervabantur in quadam cruce argentea, occaſione ſolennitatum in earum eccleſia exteriori publicæ venerationi exponi conſueta (harum præſentium tenore) prædictis S. Urſulæ monialibus elargitæ fuerunt, inſimul cum globulis duobus precatoriis, altero majori & altero minori, qui vulgo un Paternoſtro & un Ave-Maria nuncupantur, Coronæ ipſiuſmet S. Franchæ, penes eaſdem S. Franchæ moniales, ad hæc uſque tempora reverenter cuſtoditæ: memorataſque particulas nos ipſos ex dicta venerabili Cruce, ad ipſarum reverendarum monialium præſentiam & de illarum expreſſo conſenſu, deſumpſiſſe; & cum eiſdem globulis, ab eiſdem monialibus nobis conſignatis, in capſula quadam lignea ſucceſſive repoſuiſſe, noſtro, quo etiam inferius, ſigillo magno munita, ad ipſas reverendas moniales S. Urſulæ Bononiæ deferenda..... Datum Placentiæ, ex noſtro Epiſcopali Palatio die xxx Decembris anni MDCXLVIII. *Sciendum eſt autem quod iſta etiam Bononienſes, traduces quædam fuerint Placentinæ vineæ, primumque anno* MCCXXXVIII *ſint plantatæ extra portam Caſtilionenſem ad eccleſiam S. Mariæ de Miſericordia; ac deinde intra urbem receptæ.*

cum duobus globulis ex precatoria corolla.

B

APPENDIX II.

Gratiæ recentiores ex MS. Italico.

Requiſito fruſtra Proceſſu præcitato,

93 *CVm apud Petrum-Mariam Campi, ſecundum dicta num.* 89, *inveniſſemus mentionem Proceſſus, coram Vicario Epiſcopali inſtituti, circa recentiores favores, B. Francæ meritis attributos; hunc quoque requirendum exiſtimavimus. Sed reſpondit Camillus Hectoreus prælaudatus, nihil illius inveniri potuiſſe quantavis adhibita diligentia: & eum qui nunc eſt Vicarium pro certo aſſeruiſſe, ejuſmodi Proceſſum aut non continuatum, aut certe non abſolutum fuiſſe. Inventus nihilominus eſt apud Monachas S. Francæ libellus Ms. hunc titulum præferens,* Liber gratiarum per S. Francam obtentarum: *in quo quidquid continebatur, tranſcripſit nobis idem Camillus, & nos Latine jam reddemus. Prius obſervo, librum hunc, cui ſucceſſive inſcriberentur notabiliores atque teſtatiores gratiæ, cœptum videri circa annum* MDCL, *in eoque nullum referri ex iſtis quorum Petrus-Maria meminit præter primum: erant igitur jam tum deperditæ aut ſaltem oblivioni datæ deliteſcebant chartæ, Proceſſum prædictum & reliqua à Petro-Maria indicata beneficia continentes: quod eſſe poſteris documento debeat, ut nulla unquam cauſarum ſacrarum monumenta in judicium adducant, quorum ſibi non reſervent exempla: ne cauſa inter manus hærente, ut contingit ſæpiſſime, etiam ipſa hæreant & tandem irrecuperabiliter pereant. Idem ne poſtremo ſcriptis fiat ipſa hic damus abſque præjudicio eccleſiaſtica poteſtatis, cujus eſt de gratiarum ſic relatarum veritate & qualitate judicare.*

C

datur ex Ms. collectio recentior.

An. 1606 Sanctimonialis incurabiliter infirma,

94 Anno MDCVI in vigilia S. Mariæ Magdalenæ, una monacharum noſtrarum, nomine D. Clara Beatrix de Vicedominis, infirmitatem incurrit, qua ſuperioris corporis pars à cingulo ſurſum gravibus anguſtiabatur doloribus, inferior autem cruciabatur inflatione quadam ſupra genu ſiniſtrum atque infra pedes. Huic cum diligenter medicinas quas poterant medici applicuiſſent, nihilque levaminis attuliſſent, eo uſque incruduit malum, ut ipſa amplius ſe movere non poſſet, niſi per cruciatum maximum & auxilium infirmariarum. Tandem ſupra modum anxiata, oblita quoque eſt conſuetudinis prioris, qua ſolebat quotidie ſeipſam commendare protectioni ſanctæ Matris ſuæ Franchæ. Jamque tertius dies Octobris illuxerat, quando ipſam ſuæ cœpit pudere negligentiæ, quod eo in caſu, in quo debuerat Sanctam invocaſſe ſolicitius, ne quidem conſuetum commendandi ſui uſum tenuiſſet; natoque ex hac cogitatione tædio victa, potius quam alio ullo reſpectu, decrevit ſolitarie jacere aliquantum, & infirmarias ſibi miniſtrantes dimiſit. D

apparente per ſomnum B. Francam recreata,

95 Sola exiſtens reſumpſit animum, & beatam matrem ferventiſſime invocavit: mox ſomno corripitur, & dormienti viſum eſt quod aliquis ipſam tangeret, quodque ſeipſa converteret, viſura quis eſſet. Vidit autem monacham, habitu Ciſtercienſi indutam, quæ rogavit, quomodo ſe haberet. Quæſivit infirma, quænam ipſa eſſet, id interrogans. Nonne ergo me agnoſcis? inquit altera: Patrona tua ſum. Subjungit illa: Tune es S. Franca? At Franca, Sum equidem: & mox infirmæ, pene ad deſperationem adductæ, grandem conſolationem attulit dicens, ſe à Deo miſſam, ad ipſam ſanandam. Tum manu per ordinem tangens partes offenſas, interrogabat, ubi doleret: dixitque: Eia, filia, jube te portari ad eccleſiam meam, ut gratias agas Deo & Beatæ Virgini, qui miſerunt me cauſa ſanitatis tibi reddendæ. Evigilans illa, die ſequenti, quæ fuit quarta Octobris & illius menſis Dominica prima, deportari ſe in eccleſiam juſſit ad audiendum Miſſæ ſacrificium: & ante altare collocata, quas juſſa erat egit gratias. Tum inchoato ſacrificio in pedes ſeſe erexit ipſa per ſe, nemine adjuvante, ſtetitque ſic uſque ad Euangelii finem. Interim advenit P. Confeſſarius ad audiendas Sorores ceteras: quo viſo ipſa, ſacræ Communionis cupida, ad eumdem, aliquanto ſpatio diſtantem ab eccleſia, decrevit accedere; acceſſitque, narrans ei quidquid acciderat: peracta vero Confeſſione & Communione, ad cellam rediit. Poſt meridiem adfuerunt medici, obſtupueruntque quod pene ex integro ſanatam invenirent & Veſpertinis aſſiſtentem precibus, quam pridie in tantis anguſtiis dimiſerant. E

inter audiendam Miſſam ſubito convaleſcit:

eidem tantorum patienti,

96 Eidem ipſi monachæ altera obvenit infirmitas in pectore circa guttur, quæ cum principio levis & nullius omnino momenti eſſe videretur, neglecta fuit, & paulatim creſcens dolores quoque vehementer augebat; adeo ut ad medicos rem coacta ſit referre. His vero remedia congrua applicantibus nihilque proficientibus, tandem poſt duos annos viſum eſt opus inciſione, ac denique patuit manifeſta & incurabilis gangræna, qua ipſum os jam pene computruerat. Derelicta igitur à medicis eſt tamquam incurabilis, niſi quod ſolatii potius quam auxilii cauſa ſubinde reverterentur, aliquid remedii ſaltem in ſpeciem adhibituri. Eo ſe redactam videns, audienſque in urbe eſſe circumforaneum quemdam, qui etiam tales morbos ſe curaturum promitteret; decrevit huic ſeſe committere, quantumvis repugnantibus medicis, ſuperioribus & amicis, rogantibuſque ne per ejuſmodi inſipientiam gratis de ſe riſum faceret, quando nemo non judicaret extra ſpem curationis eſſe malum. Perſtitit nihilominus in propoſito illa, & advocato homini plagam exhibuit: ſed etiam hic audito curationis prægreſſæ ordine, incurabilem eſſe morbum judicavit, eique ſe noluit immiſcere. F

& extra ſpem curationis poſita,

97 Ergo

A *opeque B. Franca rursum sanata,*

97 Ergo spe omni humana destituta misella, videbat dolebatque nulli amplius se usui in religione futuram. Cum autem una dierum Superiores pluribus ei suadere voluissent, ut sese intra cellam contineret, supra modum mœstificata est, stacuitque iterum ad S. Francam recurrere, à qua jam semel sanata fuerat. Itaque in ecclesiam veniens ante altare, ferventer se commendavit Deo, ut per intercessionem S. Francæ, aut mereretur corporis sanitatem recipere, siquidem ad animæ salutem expediret; aut morbum eo usque intenderet, ut necesse esset in valetudinario remanere. Oratione finita ad cellam rediit, & remedia quæ solebat applicuit plagæ: ac subito sanatam se sentiens, rogare cœpit S. Francam indicaret sibi cuinam deberet acceptam ferre gratiam tam singularem. In nocte igitur festum S. Agathæ præcedente, anno MDX, apparuit dormienti S. Franca cum maximo splendore: ad quem conversæ moniali, dixit: Ecce, filia, veni ut revelem tibi, fuisse me quæ tibi reddidi sanitatem: scias autem non parum indignatam me, quod priori vice qua sanavi te, non fuerit ea quam oportebat data Deo gloria. Dicas igitur Patri tuo spirituali, opus esse, ut omnino quantum in se est satagat ad hoc, ut hæc gratia publice prædicetur, ne in populo deficiat prorsus devotio mea, quæ jam nunc multum relanguit. Itáque disparens, quantum antea consolationis attulerat, tantum nunc relinquebat mœroris terroriſque, adeo ut parum abesse crederet trepida virgo, quin nova infirmitate correpta moreretur, nisi ad idem auxilium recurrisset.

apparet ipsa denuo, & gratiam publicari jubet.

B

Capellanus monasterii an. 1647,

98 Ego D. Carolus Sforsa, secundus Capellanus monacharum S. Francæ, cum anno MDCXLVII mane quodam sub ortum solis vestibus me induerem, sensi principium chiragræ in una mearum manuum: quod ego simplicem spasmum esse credens, abii ad ecclesiam S. Francæ, Missæ sacrificium oblaturus de more. Cumque ad hæc verba, Et incarnatus est de Spiritu sancto, genuflecterem; os meum in sinistram partem retractum est, cum maxima verecundia mea. Sed eodem mox ad statum suam reducto, absque eo quod aliquis casum observarit, prosecutus sum Missam usque ad Euangelium S. Joannis; quando pronuntianti, Verbum caro factum est, iterum sic distortum est os, ut intra dies aliquot celebrare Missam non potuerim: quin & brachio & manu mancus, etiam loquelam amisi. Ergo æstimans desperatum esse malum, cœpi ferventissimas orationes facere ad S. Francam: & die XXX Januarii, in nocte diem Mercurii præcedente & puncto horæ XII, visus mihi sum genuflexus ante imaginem ipsius Sanctæ, quam ad lectuli latus in ære depictam habeo; ab eaque solatium & benedictionem accipere, dicente quod placuisset Deo mihi reddere sanitatem. Revera autem sanatus integerrime mane sacrificavi, quod propter brachii ac linguæ fœde balbutientis impedimentum facere antea non potueram.

C *paralysi sub Missa correptus curatur.*

Abbatissa S. Syri infirma,

99 Nos S. Syri monachæ certiores facimus Reverentias vestras, quod Sabbati vespere descenderit catarrhus in crura Matris nostræ D. Annæ Mariæ Coppolati, adeo ut sequenti mane nequiverit se movere, absque auxilio duarum Sororum ipsam ducentium aut verius trahentium. Advocatus continuo Doctor Medicus remedia adhibuit, sed fructu cassa. Post meridiem multo etiam pejus habere se sensit atque omni prorsus motu destitutam. Ergo ad patrocinium S. Franchæ recurrens, jussit se oleo illius inungi: hoc autem facto tantum convaluit, ut una sola manum prebente potuerit surgere, ad ecclesiam veterem ire, & coram imagine Sanctæ ibi posita gratias agere: atque in hoc statu perseverat, nusquam nisi in parte læsa dolorem sentiens. Quapropter hic finimus, rogantes, ut ipsam cum omnibus nostris infirmis commendetis protectioni prædictæ Sanctæ; quatenus cognoscamus, quod nobis velit bene, licet noluerit manere nobiscum. Interim suprascripti eventus veritati attestatur D. Jacobus Tedaldi, qui infirmam curandam susceperat. EX ITAL.

notabiliter juvatur;

100 Anno MDCLV die VIII Novembris, cum nos D. Claudia Maria Tedeschi & D. Brigida Maria Copalati, Cantinæ officio præessemus, opusque esset ad usum Monacharum novam vegetem aperire, ego D. Claudia Maria ad cantinam me contuli, libatura vinum quod esset optimum: sed dum ipsum haurio, totum turbidum spissumque invenio, adeo ut nullam vini similitudinem referret. Igitur ad Dominam Abbatissam, D. Angelam Franciscam Aymi, quæ se in suam receperat cellam, consternata accurri: quæsivi etiam sociam meam, & hæc vinum hauriens similiter turbidum reperit. Tum D. Abbatissa mandavit ut nobiscum iret Christophorus Bertolla, hortulanus noster: qui eodem in statu vinum miratus est. Tandem D. Abbatissa dixit: Eamus, *infusaque B. Francæ.* filiæ, ad corpus B. Franchæ & ipsi commendemus negotium. Ivimus ergo tres simul, recitavimusque hymnum, antiphonam & orationem de S. Franca: deinde accepimus ex sacristia de aqua ejusdem benedicta: transeunteque ad cellarium ipsam transfudimus in vegetem. Rursum autem post unius horæ spatium eodem regressæ, invenimus vinum instar carbunculi clarum rubeumque, & miratæ sumus, ac Deo gloriam dedimus, præsente ad omnia prædicto hortulano nostro. *An. 1655 turbidum vinum restauratur,* E

Thesaurarius Ducis moribundus,

101 Illustrissimus D. Fredericus Coppalati, Thesaurarius suæ Serenissimæ Celsitudinis; à gravi quodam morbo oppressus, atque ad extrema deductus fuit. Cumque una noctium omnino crederetur moriturus, attulit Parochus extremam Unctionem, cum eadem remansurus apud ægrum, ut ipsi illam conferret. Interim placuit Deo ut somni aliquid caperet infirmus: sub quo apparuit ei gloriosa S. Franca, suas ipsius Reliquias manu præferens, dentem scilicet annulumque, comitante eam S. Antonio Patavino: quas Reliquias præcedenti die reipsa tulerat ad ægrum Capellanus noster, D. Vincentius Rivalta, & cum iis ipsum signaverat. Circumstabant lectum ex domesticis aliqui, observantes expergiscentem, ut quam primum motu aliquo solutum se à somno æger monstraret, inungi posset. Motum igitur aliquem percipiens Parochus, accessit & dixit, cujus causa ibi præstolaretur. Verum respondit ille, nihil opus esse ea cura, quandoquidem visis Sanctis Franca & Antonio jam haberet melius. Nec vana fiducia fuit: quia intra dies paucos omnino & integre sanus fuit, laus Deo. *Reliquiæ ejusdem signatus resurgit:* F

An. 1671 Soror laica toto corpore impedita,

102 Anno MDCLXXI, XVI Augusti, die Mercurii mane; juvenis quædam Conversa, catarrho invasa, toto illo die non potuit se absque difficultate movere: sub vesperam autem ita aggravatum est malum, ut omni facultate motiva destitutam debuerint aliæ exuere vestibus ac lecto collocare; nec minus sequenti die rursum levare atque induere, graviter deinceps die toto cruciatam. Ergo similiter ut pridie reposuerunt vesperi ipsam in lecto, nullo quantovis conatu adhibito quidquam se movere valentem. Ipsa vero eadem nocte ferventissime se commendavit nostræ gloriosæ S. Franchæ, cujus Inventio postridie celebranda recurrebat; magnumque desiderium sensit curandi festo illo solenne sacrum, & lampadem unam in Sanctæ honorem accendendi. Mane sequenti immobilem toto corpore præterquam capite sese sentiens ægr, dixit assistenti sibi Sorori, tandem placuisse Deo ipsius vitam *dum in die Inventionis Sanctæ reliquia efferantur refer. utique.*

EX ITAL. vitam in Religione concludere, ideoque vehementer deſideravit ipſo die ſacram Communionem accipere: verum quia ad deſcenſum ſcalarum genua inflectere non poterat, negabatque ita cito velle ſe portari manibus alienis, abſtinuit ſacro epulo. Jamque aderat hora, qua ſecundum morem ad excitandam fidelium devotionem exponenda publico erat Sanctæ Reliquia. Dum ergo cum eadem exiret ab eccleſia Pater Confeſſarius, & tranſiturus eſſet portam clauſtri, prorepſit infirma ad feneſtellam è regione ſitam, multaque cum fide ſe commendavit Sanctæ. Mox aliquanto melius habere ſentiens, pedetentim ad commodum locum acceſſit, unde abſque deſcenſu ſcalarum poterat Miſſam audire: ibi autem etiam ad genua flectenda valuit, manſitque donec in monaſterium prædicta Reliquia referretur. Dicit autem quod ad primum cereorum prælatorum conſpectum, toto corpore commoveri ſe ſenſerit, grandique repleri lætitia. Quapropter ardentius etiam Sanctæ ſe commendans, conata eſt iterum genua flectere: idque fecit cum magna facilitate. Quod ut experiretur certius, ſurrexit iterum, iterumque genuflexit, ſemper commodius commodiuſque; ac demum per ſeipſam deſcendit in eccleſiam; actiſque Deo & Beatæ gratiis, pulſavit eodem die campanas cum Sororibus aliis, Dei Sanctæque factam in ſe gratiam admirans, priſtinæque reddita ſanitati, in qua hodieque perſeverat. D

eam adorans ſui movendi recipit facultatem;

B

103 Eodem anno & die vehementer à cunctis deſiderabatur pluvia, qua nimium diu caruiſſe terra videbatur: itaque ipſo veſpere, priuſquam in locum conſuetum referretur Reliquia, juſſi eam circumferri per clauſtrum, eodem prorſus modo quo fieri aſſolet in die feſto ipſius Sanctæ, comitantibus omnibus ſanctimonialibus meis: & eadem nocte meum quamvis indigniſſimæ deſiderium exauditum eſſe monſtravit pluvia copioſa. Auxerat autem petendi fiduciam recordatio ſimilis beneficii, quod memineram ante annos multos B. Francæ acceptum retuliſſe Placentinos, cum pro delapſa in ipſo ejus feſto pluvia, diu multumque deſiderata, omnes ſub veſperam convenere ad publicas gratias eo titulo agendas. *& diu optata pluvia Placentinis conceditur.*

Hactenus Ms. illud, cujus partem ſaltem extremam, de geſtis anno MDCLXXI, *ipſa hujus temporis Abbatiſſa dictavit; quæ eadem forſitan etiam priores partes, ſicut reperit ita deſcribi juſſit, nec anno quidem aut die addito ad num.* 99 *&* 101, *quod alias, ut in recenti facto non difficile fuiſſet.* E

DE B. PHILIPPO SEV PHILIPPINO

D. P. ORD. MINORVM MONTALCINI IN TVSCIA.

SVB FINEM SEC. XIII.

Abbas monaſterii S. Anthimi Vallisſtratiæ, ad Romanam eccleſiam medio nullo pertinentis, Ordinis S. Benedicti diœceſis Aretinæ, attendens quod eccleſia S. Angeli Caſtri-veteris de Monte-Alcino, ad monaſterium ipſum in ſpiritualibus & temporalibus pertinens pleno jure, adeo habebat tenues redditus & proventus, quod unus ex eis nec ſuſtentari commode nec ei de facultatibus dicti monaſterii poterat provideri, & quod ex dicta eccleſia modicus fructus proveniebat monaſterio ſupradicto; eam de conſenſu Conventus ejuſdem monaſterii cum domo, cœmeterio & horto ac aliis pertinentiis exiſtentibus circa ipſam, (poſſeſſionibus aliis dictæ eccleſiæ præfato monaſterio reſervatis) Moro quodam Morandi, Judici Eccleſiæ Romanæ, procuratori pro ipſa quoad proprietatem, quoad uſum vero Guardiani & Fratrum Ordinis Minorum, deliberatione pia & provida duxit perpetuo concedendam. *In Monte-Alcino fundatus conventus circa* 1280,

C

Ita Honorius Papa IV, *anno Pontificatus ſui* II, *Chriſti* MCCLXXXVI, III *Idus Decembris Romæ, ſcribens Epiſcopo Senenſi, qui tunc erat* Raynaldus *Vguccionis Malavoltæ, mandanſque ei*, quatenus ſuper præmiſſis inquirat ſolicite veritatem, & ſi conceſſionem hujuſmodi rite invenerit abſque alterius præjudicio eſſe factam, eam Apoſtolica auctoritate confirmare procuret.

non diu poſt accepit corpus B. Philippi,

2 *Hæc prima Conventus illius, ſi non fundamenta, certe firmamenta fuere: cui ante ſeculi illius exitum nobilius aliud additum eſt, illato in S. Angeli, poſtea novo nomine S. Franciſci, eccleſiam B. Philippi ſeu Philippini corpore: quem in Caſtella Hiſpaniæ natum; profeſſione laicum, S. Antonius, anno* MCCXXI *ex Sicilia ſecum in Germaniam duxit ad Comitia Ordinis Generalia; & una ſecum tradidit in poteſtatem Fr. Gratiani, Miniſtri Romandiolæ conſtituti: qui ipſum Antonium ſecum in Æmiliam duxit*, miſſo Fratre Philippino ejus ſocio, decimum octavum annum agente, ad Civitatem-caſtelli, olim Tybertinam ſeu Tifertinam dictam, ubi, uſque ad capitulum proxime poſt mortem S. Franciſci celebratum, in ſancta converſatione permanſit, *id eſt uſque ad annum* MCCXXVII, *uti ad præmemoratum annum* MCCXXI *ſcribit Lucas Waddingus. Idem deinde ad annum* MCCXC *narrat,*

qui fuit ſocius S. Antonii de Padua,

quomodo jam dictus B. Philippus, ex humilitate & vili de ſe concepta opinione Philippinus dictus, *è Civitate-caſtelli* vocatus adſtitit S. Franciſco morienti, ejuſque ſacra vulnera flens ac dolens palpavit; *& celebratis ſancti Fundatoris exequiis, abiit Columbarium; ibique felici exitu conſummatus, tranſlatus in Montem-Alcinum ſit, miraculis clarus. Arturus in Martyrologio Franciſcano ipſis kalendis Maii mortuum dicit, neſcio quo auctore, & iisdem ipſius memoriam renovandam ſtatuit.* *& Columbarii defunctus,*

3 *Conſultius videtur nobis ipſum hoc die ponere, quo celebrem ejus fuiſſe cultum diſcimus ex Petro Rodulphio Toſſianenſi, libro* I *Hiſtoriarum Seraphicæ Religionis fol.* 127 *& ſequ. talia ſcribente.* B. Philippus laicus, à Monte-Ilcino provinciæ Tuſciæ, vivus & mortuus miraculis divulgatus: qui in oratione ita vehemens fuit, ut ſupra arbores elevari viſus ſit. Plures ſigno Crucis à diverſis morbis & ægritudinibus liberavit. Amnem Oricam, ut alter Moyſes, ſuis precibus diviſit, ut ſuos liberaret ab imminenti diſcrimine: ad quem omnes infirmi tamquam ad ſacram anchoram confugiebant & curabantur. Obiit miraculis factis in loco Columbarii, non longe à Monte Ilcino: poſt cujus obitum cives armati detulerunt ſacrum illud corpus in urbem, ſicut populus Iſrael detulit arcam cum jubilo, & in æde D. Franciſci honorifice condiderunt, & hodie quoque (*id eſt anno* MDLXXXVI *quo opus ſuum vulgavit Rodulphius*) quotannis eo confluit civitas in die S. Marci, qui fuit depoſitionis ejus, cum cereis & luminibus. Aſſervatur in ſacrario eccleſiæ tunica ejus cum qua obiit: & ab incolis habetur in magna veneratione. Magiſter Hieronymus Tinellus à Monte-Ilcino, Rector majoris eccleſiæ Finalis agri Mutinenſis, retulit mihi ſe vidiſſe librum publica manu annotatum, ubi ſunt ingentia miracula, quæ Deus per merita Sancti hujus operatus eſt. *ubi miraculis vivus claruerat,* F *cultus Montealcini 25 Aprilis.*

4 *Tinelli de miraculis ſcriptis teſtimonium confirmat Waddinghus, ex iis precipua ſe dare profeſſus: qui ſi ipſa originalia ſcripta aliquando habuit (uti habuit infinita alia ad Ordinis hiſtoriam ſpectantia documenta) ipſa poſtquam uſus fuerat remiſit, nihil ſolicitus de ſervando ſaltem exemplo, quod ſane non parum contuliſſet, ſive ad probandam* *Miracula olim notarialiter ſcripta.*

A *dam Annalium fidem, ſive ad futuri temporis cautelam, quo ipſa autographa male cuſtodita aut obſcurarentur aut deperderentur omnino. Id ſane circa B. Philippum factum vereri cœpimus, poſtquam Patres noſtri Senenſes in Montem-Alcini meo rogatu progreſſi, prædictorum ſcriptorum quærendorum cauſa, renuntiarunt, nihil ejuſmodi amplius reperiri apud Fratres: poſtea autem ipſe Vicarius Epiſcopalis ſcripſit, majorum memoria inter manus ruſticorum verſatum fuiſſe libellum de Vita & Miraculis* ſancti Philippini (*ita enim in omnibus loci monumentis appellari*) *quem putat à Toſſigniano indicari: ſed hunc libellum lingua vulgari conſcriptum aut impreſſum crediderim, pro magno habiturus ſi adhuc inveniretur; ipſum vero Notariale ſcriptum lingua Latina conceptum fuiſſe. Interim non omittimus ex jam dicti D. Vicarii epiſtola monere cultum hujus Sancti vigere in proprio ſacello, ubi illius imago ſupra altare conſpicitur radiis cincta jam inde ab anno* MCCCLXII: *& adhuc in die S. Marci, ex Decreto publico, conveniente cum ſuis Magiſtratibus populo, exponi ſupra aram arcas cryſtallinas duas, quarum altera contineatur ſancti viri habitus complicatus, altera corporis oſſa in cineres redacta.*

frustra petita.

adhuc ſperantur:

B 5 *Vtinam ad hanc Mont-Alcinenſium pietatem magis magiſque excitandam inveniantur aliquando tum libellus prædictus, tum antiquiora & pridem deſiderata miraculorum monumenta: quorum inveniendorum ſpes licet nulla inventa ſit apud Fratres, ſupereſt tamen aliqua apud Vicarium, virum grandævum, qui & vidiſſe ſe meminit & inquiſiturum promiſit. Quod ſi tam bonæ voluntati reſpondeat eventus, & res cadat ex voto, promittimus nos eadem accuratione, qua ſimiles alios Notariales fidei actus in hoc opere proferimus, ordinamus & illuſtramus, iſtos quoque de B. Philippo ordinaturos illuſtraturoſque, vel ad hujus tomi calcem, ſi ante finitam impreſſionem reperti fuerint, vel in futuro totius operis Supplemento; non abſque grata commemoratione eorum, quorum beneficio theſaurus iſte fuerit ex tenebris erutus. Nunc, quod poſſumus, Miraculorum in Vita atque poſt mortem patratorum epitomen damus ex Waddingo.*

Datur ex Waddingo epitome, ubi virtute excelluiſſe,

6 Celebratis S. Franciſci exequiis, Philippus abiit Columbarium, ubi tamquam columba, in continuo gemitu & fletu, vitam duxit ſanctiſſimam. Admirandam hic accepit ſacræ Scripturæ notitiam, cujus loca difficiliora aliis interpretabatur, & perfectum in animalia irrationabilia obtinuit principatum. Sobrius in verbis arctam poſuit ori ſuo cuſtodiam, ne delinqueret aut offenderet in loquela. Lacrymarum ibidem donum accepit, à quibus non abſtinebat die vel nocte, ut ſi quæ hæſerant in juventute maculæ terrenæ, hac aqua abunde diluerentur. Divinis gratiis adauctus ad conſortia rapiebatur Angelorum, ſupra altiſſimas quaſque arbores elevatus. Viderunt eum aliquando Fr. Bonaventura de Podio & ſocius ejus, qui ex alio Conventu eum viſum venerant, junctis manibus, facie in cælum erecta, immobiliter in aere hærentem ſupra ilices proceras. Dum rem mirandam longo aſpicientes tempore ſtupent, vident in ictu oculi, Angelico miniſterio, ad montem Cetonii XVIII P. M. diſtantem efferri, ut cum B. Ægidio de quibuſdam rebus divinis colloqueretur. Veluti alter Elias & Moyſes, frequenter ad invicem tractabant de exceſſu, quem Chriſtus in paſſione complevit; de ardore caritatis, qua mundum voluit redimere ſui ſanguinis pretio; de ejuſdem benignitate & longanimitate in ſufferendis peccatoribus; atque his ſimilibus.

C *& per aerē ad B. Ægidium delatus dicitur,*

obiiſſe at. anno 87,

7 Tandem poſt vitam ſancte & miraculoſe tranſactam, in ſenectute bona, plenus dierum, annorum octuaginta ſeptem, in eodem Columbarii loco ad Dominum migravit. Non longe diſtat oppidum hoc à Monte-Alcinoi, vulgo Mont-Ilcino, olim Plebs Lucina; cujus populus turmatim confluxit Columbarium, & vi ac arte, quem ſummè in vitâ dilexerunt, poſt mortem voluerunt poſſidere. Ita Deo & ſancto viro placuiſſe manifeſtis patuit indiciis. Etenim ubi reſciverunt Columbarienſes, pretioſum ſibi ſurripi theſaurum, inſecuti portitores corporis, quod ſuum erat volebant repoſcere, eoſque expoſtulare factæ ſibi injuriæ. Immiſit tamen Dominus repente tantam de cælo pluviam, ut inſequentes ab itinere revocaverit, nulla attingente gutta ſanctum feretrum aut feretri portitores. Auctore D. P.

juviſſe ablationem ſui corporis ſubita pluvia,

& fluvio in partes diviſo ad tranſitum portantis.

8 Majus adhuc evenit in hac tranſlatione portentum: ceſſante namque copioſo imbre, cucurrerunt plurimi poſt cari pignoris raptores: & in conſpectum illorum venerant, quando ad fluminis Umbronis, inter utrumque oppidum dilabentis & tunc ex inundantia aquarum alvei profundi, ripam perſtiterunt, cogitantes quomodo poſſent tranſvadare, & ſanctum corpus transferre. Dum vero abſque conſilio hæſitant, periculumque inſequentium prope eſſe conſpiciunt, vident magno ſtupore renovari miraculum fluminis Jordanis, Umbronemque fluvium converſum eſſe retrorſum, atque ab inferiori parte dilapſis aquis apparuiſſe aridam, per quam læti feſtinanter tranſiverunt ad oppoſitam ripam. Pervenientibus vero qui inſequebantur & obſtupeſcentibus rei novitatem, permiſſæ ſunt aquæ ſuo curſu diffluere; & quæ prius veluti fortiſſimis murorum obſtaculis detineri videbantur, novo impetu cœperunt dilabi. Clauſo itaque tranſitu, quem aliis aperiri conſpexerunt, ita Deum voluiſſe compererunt uti ipſi vivum, alii haberent defunctum. Neſcio an hoc ipſum vel aliud ſimile ejuſdem ſancti viri miraculum voluerit indicare Rodulphius, dum ſcripſit, Amnem Oricam ſuis precibus diviſit, ut ſuos liberaret ab imminenti diſcrimine. Diverſa fluviorum nomina, diſtincta eſſe confirmant. *Ita ſcilicet diverſa, ut ex diverſo quidem & oppoſito latere Montem-Alcini præterlabantur ambo, duodecimo tamen infra ipſum milliario conjungantur, & nomen ſuum amittat Orica grandiori Vmbroni ſeſe immergens; & ſic facile nomina alternari potuerunt ab aliquo non curioſiſſimo relatore. Certum eſt autem ex ſitu Columbariæ, quæ Seggiano proxima eſt, venientibus cum corpore, Oricam, non Vmbronem fuiſſe tranſeundum. Vt ut ſit pergamus dare ex Waddingo reliqua.*

enumeratur ſummatim miracula quædam,

F 9 Multa ſigna & illuſtria patravit miracula, publica fide à Notariis Imperialibus exſcripta, & multorum teſtium ſubſcriptione confirmata: ex quibus hic damus potiora, quæ à depoſitionis die uſque ad vigeſimum Maji perpetrarit. Ipſo die quo allatum eſt corpus, quidam acutiſſima laborans febre, emiſſo voto de honorando ejus ſepulcro & cerea ſtatua pro ſui corporis menſura apponenda, ſtatim convaluit. Alter, vehementiſſimos paſſus ſtomachi dolores, ſimiliter vovit & liberatus eſt. Tertius, magno laborans in gutture apoſtemate, per biduum nihil potuit deglutire, donec ſe totum cum reverentia & devotione B. Philippo devovit, ſtatimque malum omne receſſit. Combuſtam cujuſdam feminæ manum, puerulum morbo caduco laborantem, ſurdam alteram, juvenculum mutum, Marcellum Notarium renes dolentem, Joannem à Monte-Alcino meſſorem brachii ſiniſtri officio deſtitutum, mirabiliter ſanavit.

intra primum menſē a Tranſlatione,

10 Sacerdotem incontinentem, amicæ domum ingreſſum, parentes circumdatis ædibus armato milite, trucidare propoſuerunt. Ille, in ſummo vitæ diſcrimine, commendavit agonem ſuum Domino, eique promiſit vitam in meliorem ſe commutaturum ſi præſens evaderet periculum: deinde ſummis votis invocavit B. Philippum, ut in tanto periculo præſens afferret auxilium, promittens ſe ad ejus ſepulcrum grati animi & beneficii accepti ſignum appenſurum. His dictis, aperto oſtio exivit, tranſivitque

Auctore D. P. per medium illorum qui animam ejus quærebant; neque fuit ex omnibus unus qui eam videret aut quidquam objiceret. Mingarda, relicta Neri de Vigili, Joanninum filiolum, octo dies oculo uno læsum, portavit die XIX Maji ad ſancti viri tumulum, & ſtatim ſanum reduxit. Altera Mingarda, olim conjux Maffæi de Monte-Alcino, die XX ejuſdem menſis, poſtquam per ſeptem dies idem viſitavit ſepulcrum, ſana effecta eſt ab apoſtemate, quo ſub ubere laborabat.

facta anno ſecundum nos 1279,

11 *Hactenus Waddingus, plura diſcendi appetitum provocans, non ſatians deſiderium: quem crediderim ex anni nota, qualem Notarialibus ſcripſis invenit appoſitam, definiviſſe annum mortis: atque in hoc ipſo non advertiſſe ad uſum Senenſium (in quorum diſtrictu Mons-Alcini eſt) alibi & probatum & indoctum hoc menſe, præveniendi ſcilicet novem menſibus anni communis initium; ut proinde quæ ibi dicuntur anno* MCCXC *geſta menſe Maji, debeant ad annum* MCCLXXXIX *referri. Paulisne à morte Beati elapſis diebus facta ſit tranſlatio, quam mox ſecuta ſunt jam indicata miracula, an vero longiori unius aut plurium annorum tempore poſt mortem prætorito de rapiendo corpore Montalcienſes cogitaverint, non eſt facile ex auctoribus definire. Rationi forte congruentius videbitur alicui, ut corpus, antequam ſepeliretur in templo proſtans, abſtulerint iſti, Columbarienſibus nocturnam quietem capientibus, quam ut idem fecerint ipſo jam ſepulto: poſſet tamen objicere alius, incongrue credi quod Colombarienſes, in illo novæ erga Beatū devotionis æſtu, commoditatē dederint vicinis incuſtoditum theſaurum abſportandi.*

B

an immediate à morte Beati,

an ſetius imo ſaltem anno poſt

12 *Priori ſententiæ favere videtur Toſinianenſis verbis ſupra allegatis; ipſeque Waddingus, eum quo apud Montilcinenſes exceptus eſt diem, depoſitionis, id eſt, ſepulturæ appellans, quaſi tatenus ſepultus non fuiſſet. Contra Franciſcus Gonzaga parte 2 Originum Seraphicarum, agens de Conventu Columbarii, qui fuit Provinciæ Tuſciæ III, cum inter eos qui locum illū ſua ſanctitate illuſtrarunt nominaſſet hunc* Philippum à Caſtella Hiſpanum, virum omni virtutum genere ornatiſſimum; qui beatum Patrem Antonium de Padua ex Hiſpania in Italiam uſque comitatus, hanc ſibi domum elegerit, in eaque ad mortem uſque perſeveraverit; *tandem concludens dicit, quod* corpus clanculo exhumatum ad Montem Ilcinium tranſlatum fuit. *Meminit ejuſdem Bartholomæus Piſanus lib. 1, Conformitatum pag. 154 anno* MCCCLXXXV *ſcribens: ſed ita, ut neutram in partem commode trahi poſſit, dum ſub cuſtodia Cluſina, poſt deſcriptum* locum Columbariæ, *ſimpliciter nominat* locum Montis Ilcini, ubi ſanctus Fr. Philippinus miraculis coruſcando, converſionem gentium ad Chriſtum prædicat continue. *Quod ſi conſtaret, 1 Maji, uti ſcribit Arturus obiiſſe Beatum, minime dubium eſſe poſſet, quin unus ſaltem annus inter mortem tranſlationemque interceſſerit. Porro quæcumque hic de Columbarienſibus diximus, armata manu proſequentibus ſacri corporis latores, ea nunc dicuntur de Seggianenſibus, tamquam Columbarienſi conventui proximis & ipſam Columbariam ſub ſe habentibus: diſtat autem Caſtrum* Seggianum *ſive* Sedianum *à Monte-Alcino haud multo plus quam paſſuum millia decem, medium iter inter ſecante Orcia fluviolo.*

C

Columbariæ ſitus.

D

13 *Claudat hæc ſpecimen unum indulgentiarum, loco conceſſarum cum expreſſo indicio feſti* S. Philippino *annue celebrari ſoliti, cujuſmodi bullas à variis Prælatis datas ibidem extare docuit nos Epiſcopalis Vicarius: ipſum eſt tale.* Nos Fr. Auguſtinus Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, Dei gratia Epiſcopus Salubrienſis, Vicarius Generalis Rev. in Chriſto Patris D. Jacopi ejuſdem gratia Epiſcopi Aretini, in fungendo Pontificaliter, in civitate ac diœceſi Aretina, dilectis filiis Confratribus Fraternitatis Virginis Mariæ Capellæ Annuntiatæ apud locum Fr. Minorum de Monte-Alcino, ſalutem in Domino ſempiternam. Rogati à vobis, ut Capellam veſtram, quam ad honorem Dei Matris apud locum prędictū ædificaſtis, aliquibus ſpiritualibus gratiis inſigniremus, quatenus fideles Dei tanto devotius & ferventius illuc conveniant, quanto ex hoc cognoverint ſe poſſe conſequi aliquam gratiam ſpiritualem; ea propter auctoritate & aſſenſu D. Jacopi ſupradicti, cujus auctoritate fungimur Pontificaliter in civitate ac diœceſi Aretina, concedimus vobis omnibus convenientibus, de gratia ſpeciali, ob cauſam devotionis in præſentibus feſtivitatibus, videlicet, Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Reſurrectionis, omnibus diebus Paſchalibus Dominicalibus, in omnibus feſtivitatibus S. Mariæ, ad cujus laudem dicta Capella extitit ordinata, in omnibus feſtivitatibus Apoſtolorum & Euangeliſtarum, S. Franciſci, S. Ludovicici, S. Philippini, S. Laurentii, S. Stephani, qualibus omnibus diebus, tunc quandocumque officium aliquod in dicta Capella celebrabitur in eccleſia dictorum Fratrum, ... dies quadraginta de Indulgentiis de commiſſis, ex parte præd. D. Jacopi Epiſcopi Aretini, & alios quadraginta ex parte noſtra concedimus & miſericorditer relaxamus. In quorum teſtimonium præſentes facimus noſtri conſueti ſigilli appenſione muniri ad plenam fidem devotorum fidelium. Datum in eccleſia Plebis S. Salvatoris de Monte-Alcino, ſub Incarnationis D. N. Jeſu Chriſti anno MCCCLXX, Ind. . . . . die XXVI menſis Junii, tempore ſummi Pontificis D. Urbani divina permiſſione Papæ V, *qui ipſo eodem anno (ſaltem juxta noſtrum numerandi modum ſumpto) vivere deſiit æque ac Iacopus Epiſcopus, fuiſſetque indictionis* VIII (*etſi in ecgrapho nobis miſſo legi non potuit*) *vel* VII, *ſi more Senenſi prævertebatur novem menſibus anni communis initium.* Salubrienſem *Epiſcopatum nuſquam legimus, ſed bene* Sicilibrenſem *in provincia Carthaginis, cujus pridem extinctæ nudum titulum, inter Curialium miniſtrorum vices nonnihil à vera ſcriptione diſtortum uſurpari, eo miramur minus quo ſæpius idem nobis licuit obſervare.*

Indulgentiæ data Confraternitati D. V.

pro variis feſtis.

etiam S. Philippini,

an. 1370

E

F

XXVI APRILIS.

SANCTI QVI VI KALENDAS MAII COLVNTVR.

SAnctus Cletus, } Pontifices Romani
S. Marcellinus, } & Martyres.

S. Claudius, } Martyres Romæ.
S. Quirinus, }
S. Antoninus }

S. Cyrillus, Martyr Axiopoli, in Myſia inferiore.

S. Primitivus, } Martyres Romæ.
S. Aurelius, }

S. Euthymia, } Martyres, Antiochiæ in Syria.
S. Leonides, }
S. Vindeus, }
S. Marius, }

S. Julius, } Martyres in Africa.
S. Victurinus, }
S. Siricus, }
S. Felix, }
S. Paulus, }
S. Maximus, }
S. Victor, }
S. Simplicius, }
S. Pollion, }
S. Vitus, }
S. Calendinus, }
S. Apollonus, }
S. Marciana, }
S. Feliciſſima, }
S. Cethenica, }
S. Marcianus, }

S. Lectiſſimus, } Africa.
S. Simia, }
S. Germianus, }
S. Felicia, }
S. Euaſia, }
S. Gemellinus, }
S. Silvanus, }
& Socii. }

S. Baſileus, Epiſcopus Amaleæ, Martyr Nicomediæ

S. Exuperantia, Virgo, Trecis in Gallia.

S. Lucidius, Epiſcopus Veronenſis in Italia.

S. Iuſta, apud Græcos.

S. Neſtor, Monachus apud Græcos.

S. Petrus, Epiſcopus & Martyr, Bracaræ in Luſitania.

S. Trudpertus, Eremita in Briſgoia, Germaniæ provincia.

S. Richarius, Fundator & Abbas Centulenſis, in Gallia.

S. Paſchaſius Ratbertus, Abbas Corbeienſis, in Gallia.

S. Guilielmus pater, } Antiocheni, Fog-
S. Peregrinus filius, } giæ in Italia.

B. Alda ſeu Aldobrandeſca, Tertii Ordinis Humiliatorum, Senis in Hetruria.

Vener. Petrus Teutonicus, Eremita Camaldulenſis, in Hetruria.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

AMata Virgo, *profertur in ſcripto Auctario Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Forſan eſt* S. Amata, *quæ &* Talida, Abbatiſſa Antinoi in Thebaide, *à nobis relata* v Januarii.

S. Severinus, Epiſcopus Septempedanus, *hoc die dicitur obiiſſe, ut ex Actis patet, niſi vitiata ſint: nullum è noſtris Martyrologiis ejus hic meminit. Acta dedimus* VIII Ianuarii.

S. Glaphyra Virgo, *memoratur in Menæis Græcis. De ea egimus* XIII Ianuarii.

Vigilius, Papa, Martyr, *refertur in ſcripto Auctario Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. De eo egimus inter Prætermiſſos* XXXI Ianuarii.

S. Anſcharii, Epiſcopi Hamburgenſis, exceptio Reliquiarum Corbeiæ, *indicatur in MS. Martyrologio Corbeienſi. Acta ejus dedimus* III Februarii.

Erenæus Eremita, *memoratur in Menologio Scotico Camerarii. De eo egimus inter Prætermiſſos* XV Febr.

SS. Modanus & Midanus fratres, Abbates in Scotia; *memorantur hoc die in Martyrologio Anglicano primæ editionis & Ferrario. De* S. Modano, *ubi & mentio alterius facta eſt, egimus* IV Februarii.

S. Vindemialis, Epiſcopus Romæ, *annotatur apud Moſandrum cum aſteriſco ſub finem Martyrologii Adonis, inde à Roſweido rejectus in Appendicem. In MS. Pragenſi indicatur, non addita urbe Romæ: & forſan eſt* S. Vindemialis Epiſcopus Veronæ, *unde aliquis Romæ formarit. De hoc egimus* XXVIII Februarii.

SS. Philemon, Apollonius, Cyprianus & Adrianus Martyres, *non adſcripta palæſtræ, indicantur in MS. Caſinenſi. Sunt* SS. Philomon, Apollonius, Arianus *hic forſan* Adrianus, Theotychus cum tribus ſociis Antinoi Martyrio affecti, *an loco* Theotychi *aut alicujus è ſociis, ſit nomen* Cypriani *poſitum, an ab his alii ſint judicandi, quis dicet? De* Martyribus Antinoitis *egimus* VIII Martii.

S. Gregorii Papæ natalis, *indicatur in Veteri Calendario,*

A

dario, ſeculo IX *conſcripto, apud Dacherium tomo* X *Spicilegii, at quotus is fuerit hujus nominis Papa, non indicatur. Forſan eſt primus, ob aliquas Reliquias in Gallias tranſlatas. Ejus Acta vitæ & tranſlationum dedimus* XII Martii.

Joannes, ex Abbate Bonæ-vallis Ordinis Ciſtercienſis, Epiſcopus Valentinus in Gallia, *cum titulo* Beati, *refertur ab Henriquez, Chalemoto & Bucelino. Varia de eo habentur in Vita S. Petri Archiepiſcopi Tarentaſienſis* VIII *Maii. Peculiaris Vita ejus ſcripta allegatur à Henrique ad annum* 1145 *quo obiit, die, quando Vita danda erit in Supplemento,* XXI Martii.

B. Elpidia, avia S. Theodori Siceotæ, *memoratur in Gynæceo ſacro Arturi du Monſtier: ſed quorſum ad hunc diem referat non divinamus. Omnia quæ de illa dici poſſent, habentur num.* 26 *Vitæ S. Theodori* XX Aprilis.

SS. Victor & Corona, Martyres, *proponuntur in antiqui Miſſalis & Breviarii Mediolanenſis Kalendario. Forſan ſunt iidem, de quibus egimus* XXIV Aprilis.

S. Clarentius, Epiſcopus Viennenſis, *memoratur à Molano, Galeſinio, Canſio, & in hodierno Romano Martyrologio, atque diario Reliquiarum Pragenſium. De eo egimus* XXV Aprilis.

B S. Floreberti, Epiſcopi Leodienſis, *ſolennitas, ad hunc diem tranſlata eſt in aliquibus Martyrologiis & Breviariis recentioribus. Nos ipſo die quo obiit de eo egimus, ſcilicet* XXV Aprilis.

S. Deodatus, *refertur in Kalendario MS. Carmelitarum Mechliniæ adſervato. De eo egimus inter Prætermiſſos* XXV Aprilis.

S. Franca Abbatiſſa Ordinis Ciſtercienſis, *renovato poſtliminium cultu, Officio Eccleſiaſtico honoratur à Ciſtercienſibus hoc die, juxta reformationem Breviarii: nos de ipſa agimus die qua obiit, & apud Virgines à ſe fundatas colitur,* XXV Aprilis.

Virgines plurimæ Martyres, cum aliis multis, *referuntur in MS. Florario. Forſan de iis agitur inter Martyres Afros, hoc die propoſitos.*

Manennus Martyr, *indicatur in ſcripto Auctario Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Forſan ex Martyribus qui hiſce diebus coluntur; ſed ob nomen male ſcriptum, minus notus.*

S. Valentina, Virgo & Martyr, *colitur Ipris in eccleſia ſanctimonialium Carmelitarum, ob ſacrum ejus corpus Romæ acceptum, & ibidem aſſervatum. Ejus meminit Willotus in Hagiologio Belgico.*

S. Cyrini Martyris, aliquæ Reliquiæ ſunt Bononiæ, in Eccleſia Servorum B. Mariæ, *Romæ anno* 1645 *tranſmiſſæ.*

C

S. Exuperantia, Virgo & Martyr, *profertur in Gynæceo ſacro Arturi du Monſtier: de qua infra ad S. Exuperantiam Trecenſem.*

S. Vitalis, Epiſcopus & Martyr, Veſontione in Galliis, *memoratur à Ferrario, citante Breviarium Veſontinum, & Sauſſajo in Supplemento ſui Martyrologii, ſed hic ſolum* Martyrem *ſcribit, omiſſo titulo Epiſcopali. Habemus nos illuſtre Breviarium Biſuntinum, olim in pergameno exaratum, & aliud anno* 1590 *excuſum, in quibus nulla hoc die mentio fit ullius Vitalis, ſed ad* XXVIII *refertur S. Vitalis Ravennæ paſſus, uti & in Breviario Romano.*

S. Stephanus, *habitu Epiſcopali indutus, in tabulis Kalendarii Muſcovitici, quis ſit, non audemus divinare, nullo probabilis conjecturæ fundamento apparente.*

Raymundus Paſtor, in oppido Metellino, ad ripam fluminis Anæ, cum titulo Sancti, *memoratur à Tamajo Salazar in Martyrologio ſuo Hiſpanico, ad hunc diem; & à Georgio Cardoſo, in Hagiologio Luſitano ad diem* V *Aprilis, citanturque Luitprandus, Iulianus Petri ac ſimiles: quorum fides nutat. Ioannes Solanus, in Hiſtoria Medellinenſi cap.* 4, *aliquot paragraphis agit de hoc* Raymundo, & Sanctum *appellat, atque ex Chronologia ſacra Ferdinandi de Camargo tradit, ob* vitam ſanctam & miracula habitum pro Sancto, & ejus memoriam celebrari die tertia Paſchæ: *addit non tamen ſciri quod alii Scriptores antiqui ejus meminerint. Quare abſque præjudicio, dum certiora monumenta nanciſcemur, hoc loco ejus meminiſſe ſufficit.*

D

Leofricus, Epiſcopus Exonienſis in Anglia, *inſcriptus ſecundæ editioni Martyrologii Anglicani, anno* 1640 *à Wilſono editi. Citantur Malmesburienſis & Godwinus, qui dicit* à Canonicis monumentum ejus memoriæ erectum: *quod nobis non ſufficit, ut ideo illi veneratio Eccleſiaſtica habita fuiſſe aſſeratur.*

Caſſius Benchorenſis, Becanus Cluanenſis, Dimocus de Cluain-cain, Conanus pulcher, Filiæ Cuani, Domnallus, Senanus, } *nominantur in Martyrologio Tamlachtenſi, & lucem exſpectant ab Actis Sanctorum Hibernicis menſis Aprilis, Lovanii paratis ad prælum. Nos de iis nihil alibi invenimus.* Domnalus *aliquis nominatur in Tripartita Patriciana part.* 2. *c.* 18 *& in Annot.* 55 *dubitat Colganus an ipſe ſit qui hic nominatur; non dubitat autem quin ipſe vel alteruter duorum aliorum ſynonymorum ſit* S. Daniel *Epiſcopus Britannus,* 1 *Decembris relatus in Martyrologio Anglicano.*

E

Ferdinandus Vaquerius, 1 Epiſcopus Goanus, *anno* 1531 *conſecratus;*

Joachimus à Villalupo, *Toleti ſepultus, qui floruit ſub annum* 1530;

Chriſtophorus Bravus, *Pici in Caſtella ſancte obiit, anno* 1573;

Alphonſus ab Aſperilla, *Auvonii floruit, ſub an.* 1590;

Michael Gonzales, *Villæ-luini obiit an.* 1611;

Franciſcus à Polanco, *nuper admirandis fulſiſſe dicitur Methymnæ Roſeæ;*

Anna à Cruce *Montiliæ, ut ceteri, in Hiſpania an.* 1601 *dicitur religioſe defuncta; omnes autem cum titulo Beatitudinis in Martyrologio Franciſcano laudantur hoc die. Cur eos non liceat nobis abſque majori auctoritate* Beatos *dicere, patet ex annis vitæ mortiſve ſupra notatis.*

Blanca, Virgo regia, *in monaſterio Longi-campi prope Pariſios, Pulchrine an Longi Philippi filia fuerit multis diſcutit Arturus in dicto Martyrologio: magis ad rem fuiſſet, probare eam cultu Beatarum dignatam ab Eccleſia, quod non arbitramur.*

S. Alpinianus, ſocius S. Martialis, *in Actis MSS. traditur hoc die obiiſſe: aſt in Breviario Lemovicenſi ponitur* XXVII Aprilis.

F

S. Anaſtaſius Papa, *memoratur in MSS. Trevirenſi S. Maximini & nonnullis aliis. De eo agimus* XXVII Apr.

SS. Victor, Maximus, Martinus, Martyres in Ægypto, *recoluntur in MS. Vaticano S. Petri. In aliis (ſed ultimus fere* Marcianus *appellatus)* XXVII Apr.

Stephanus II Papa, *qui aliis* III *eſt, memoratur à Ghinio in Natalibus Sanctorum Canonicorum, ut diximus inter Prætermiſſos* XXVII Aprilis.

S. Baldebertus III Abbas Luxovienſis, item S. Walbertus Epiſcopus Meldenſis primo monachus Luxovienſis, *ut duo diſtincti Sancti referuntur in quodam Kalendario Benedictino non antiquo, &* S. Walbertus Epiſcopus Meldenſis, *memoratur etiam à Menardo, & in Menologio Bucelini aliqua ejus* tranſlatio *exigitur. De tota hac controverſia agetur ad Vitam S. Waldeberti Abbatis Luxovienſis* II Maii.

S. Modoaldi, Archiepiſcopi Trevirenſis tranſlatio, *inſcripta eſt MS. Florario, & MS. Bruxellenſi S. Gudilæ, dies ejus natalis eſt* XII Maii.

S. Lucifer, Epiſcopus Caralitanus in Sardinia, *indicatur in Martyrologio Witfordi Anglice olim excuſo. In Sanctuario Calaritano collocatur* XX Maii.

Fredericus, Epiſcopus Leodienſis & Martyr, *inſcriptus eſt Auctario Greveni ad Vſuardum, & Martyrol. Germ. Caniſii: & feſtum ejus hoc die eſſe legitur in MS.*

A *MS. Rubeæ-vallis. Ab aliis memoratur* XXVII Maii.
SS. Viti Crescentii & Modestæ Translatio Polymnianum, *facta an.* 801 *ibidem hodie celebratur, ut dicitur in Actis Translationis apud Vghellum tom.7 col.*1019. *Dabimus eam* XV Junii.
B. Joannes-Angelus de Cingulo *alias* Clarenus, *auctor Reformationis Clarenorum Ord. S. Francisci, hodie nominatur in Martyrologio Franciscano, obiit, quando de eo agemus ejusque miracula dabimus,* XV Junii.
SS. Floscelli Martyris, & Hernæi Abbatis, exceptio Corporum in castro Belno, *celebratur cum satis longo elogio in MS. Martyrologio S. Mariæ Belnensis. Ex his* S. Floscelli *vitam Ms. habemus dandā* XVII Septemb. Et Hernæus, *aliis videtur* Hervæus *dici, Abbas & Eremita in Britannia minori, colitur* XVII Junii.
Columba Virgo, *indicatur in scripto Auctario Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum: at quænam sit non occurrit. Sunt variæ Virgines* Columbæ *dictæ sed* Martyres, *ac talis in Anglia colitur,* XVI Martii.
Alia est in Hispania, Cordubæ *martyrio coronata, die* XVII Septembris.
Alia in Pictavensi agro, cum Materna & Pisinna occisa, ad diem XXIV Junii.
Quarta, eaque celeberrima, apud Senonas gladio cæsa, B *& memoranda* XXXI Decembris.
S. Anacletus Papa, *occasione S. Cleti, qui hoc die colitur, relatus ab Adone, Notkero, imo & nonnullis codicibus Usuardi, & contra* S. Cletus *refertur loco* Anacleti, *die quo hic colitur,* XII & XIII Julii.
Galinardus, *sive* Alinardus, *ex* Abbate Divionensi S. Benigni Archiepiscopus Lugdunensis, *cum titulo* Beati, *memoratur à Ferrario. Mortuus est Romæ anno* 1052 XXVIII Julii.
SS. Projecti & Jacobi, Martyrum translatio Bergomi, *indicatur ex tabulis Bergomensibus à Galesinio & Ferrario. Ex his* Iacobus *colitur* IV Maii. D
Projectus *alias* Projectivus Diac. XVII Augusti.
Gerardus, Abbas Longi-Pontis, Ordinis Cisterciensis ac Socius S. Bernardi, *indicatur cum titulo* Beati *ab Henriquez & Bucelino. De eo erit occasio agendi ad Vitam S. Bernardi* XX Augusti.
Ancharius *sive* Antharius, *&* Aliga *sive* Aiga, parentes S. Audoëni, *memorantur in MSS. Bruxellensi S. Gudilæ, Augiensi S. Laurentii, Florentin Consiliarii Strozzii: silent Saussajus & alia Martyrologia Galliarum. De iis cum S. Audoëno poterit agi* XXIV Augusti.
Pammachius Confessor, *proponitur in scripto Auctario Carthusiæ Bruxellensi ad Grevenum. Forsan est gener S. Paulæ, à S. Hieronymo sæpius memoratus, & Martyrologio Romano inscriptus* XXX Augusti.
Nativitas Dominæ Virginis, *memoratur in secundo Kalendario Coptitarum apud Seldenum. Est ea Deiparæ Virginis Mariæ, aliis* VIII Septembris.
S. Benigni, Presbyteri ac Martyris, translatio Lingonis, *celebratur à Saussajo & aliis. Dies natalis est* I Novembris. E
S. Clemens, Papa Romanus, *inscriptus est Kalendario MS. præfixo ante S. Isidorum de Divinis Officiis Romæ in bibliotheca Vallicellana. Dies ejus natalis censetur* XXIII Novembris.
S. Leocadiæ, Virginis & Martyris, translatio Toleti, *celebratur à Marietta, Tamajo, Ferrario. Dies ejus natalis est* IX Decembris.
Richardus, Doctor ac monachus, Ordinis Cistercienſis, in Frisia, *relatus in Kalendario Divione excuso, memoratur ab Henriquez* XXX Decembris.

DE SANCTO CLETO,

PONTIFICE ROMANO, MARTYRE.

G. H.

CAPUT I.

SS. Cletus & Anacletus diversi Pontifices. Prioris veneratio sacra.

ANNO LXXXIV. C

Ob nominum similitudinem, sæpe error committitur,

Vam pronum fuerit variis scriptoribus ob nominum similitudinem à vero aberrare, toto hoc opere nostro sæpius inculcamus, dum ostendimus quomodo uni soleant tribui, quæ à diversis peracta sunt; aut contra, uno aliquo oblitterato, quæ ab eo patrata sunt, variis aliis reperiuntur adscripta. Prioris generis unicum exemplar (ne pluribus obruatur lector) statui potest in S. Guilielmo Magno eremita, cujus Acta illustravimus ad diem X *Februarii. Huic impositæ fuerunt multiplicia, nonnullaque valde enormia & inter se pugnantia facinora, quæ à quamplurimis ejusdem nominis viris, licet non omnia, fuerunt commissa. Ita in Catalogo Regum Francorum, non admisso Dagoberto* II, *filio S. Sigeberti; cuncta ab eo honorifice gesta, fuerunt ad alios Reges, Dagobertum* I *& Dagobertum* III *translata, & ipse Dagobertus* II *fuit quasi continua per mille fere annos oblivione sepultus: cui nos regni annos olim* XVII, *nunc etiam* XIX *assignamus. Similem fere errorem SS. Cletus & Marcellinus Pontifices Romani, quorum natalis hoc die celebratur, incurrunt, dum à SS. Anacleto & Marcello itidem Pontificibus Romanis non distinguuntur. Qua controversia in Notis ad Martyrologium Romanum proposita, asserit Baronius* in his, quæ sunt Romanæ Ecclesiæ, majorem esse adhibendam fidem ejus alumnis quam ceteris. *Hanc viri prudentissimi regulam nobis tenendam præfiginus.* F

usi accidit inter SS. *Cletum & Anacletum &* SS. *Marcellum & Marcellinū Pontifices.*

2 *S. Hieronymus, de Scriptoribus Ecclesiasticis cap.* 15, *statuit* Clementem, quartum post Petrum Romanum Pontificem: tametsi plerique Latinorum, secundum post Petrum Apostolum putent fuisse Clementem. *Quinam sint hi* plerique Latinorum, *nemine usquam nominato, per aliquam conjecturam videmur posse assequi, si dicamus fuisse antiquos Catalogos Summorum Pontificum, quorum aliquem S. Hieronymus petiit à S. Damaso, qui respondit* se gesta Pontificum, quæ potuit reperire in Sedis suæ studio, ad eum dirigere. S. Damasi *decessor fuit* S. Liberius, cujus tempore contextum veterem Indiculum Romanorum Pontificum, *testis est Petavius lib.* 5 *Rationarii temporum cap.* 5, *qui eum penes se habuit. Hunc eumdem Catalogum appellat Cuspinianus* pervetus opusculum, *quod in Commentario suo in Cassiodori Consules transtulit. Est autem in plures partes distinguendum: ita ut prior pars finiat cum S. Vrbano Papa, anno Christi* CCXXXI *martyrium passo, quam* ab S. Antero, *necdum Pontifice, opinamur collectam, quod* is gesta Martyrum diligenter à Notariis exquisivisse *tradatur. In hoc Cata-* *Præter Anacletum agnoscitur S. Cletus in Catalogo seculi 4.*

AUCTORE G. H.

logo S. Cletus, quartus Pontifex Romanus, ſubſtituitur Clementi his verbis: Cletus annis ſex, menſibus duobus, diebus decem. Fuit temporibus Veſpaſiani & Titi & initio Domitiani, à Conſulibus Veſpaſiano VIII, & Domitiano V, uſque Domitiano IX & Rufo. *Ac deinde ſubjungitur* Anacletus. *Hæc verba, de tempore Sedis S. Cleti & dictis Conſulibus, refert Onuphrius Panvinius in Commentario ſuo, in lib. 2 Faſtorum ad annum Vrbis conditæ 829 & 836, & adſcribit* Damaſo in Vita S. Cleti. *Sed, ut diximus Catalogum nullum ſcripſit Damaſus, hunc tamen antiquus iſte tribuitur, quia ab aliis digeſtum miſit ad S. Hieronymum.*

Sub nomine Damaſi citato,

3 *Alium Catalogum Summorum Pontificum deſcripſimus ex antiquo Codice membraneo Sereniſſimæ Chriſtinæ Reginæ Sueciæ, in quo elogia texuntur uſque ad Bonifacium* II, *creatum anno* DXXX. *In hoc Catalogo nomen Cleti inter Linum & Clementem collocatur per inſcitiam alicujus deſcriptoris, cum etiam ibi reipſa ſubſtituatur Clementi, & hæc de S. Cleto dicuntur*: Cletus natione Romanus, de regione Vico-Patricii, patre Æmiliano, ſedit annos XII, menſem unum, dies XI. Fuit autem temporibus Veſpaſiani & Titi & Domitiani, à Conſulatu Veſpaſiani VII & Domitiani V, uſque ad Domitianum IX & Rufum Conſules. Martyrio coronatur. Hic ex præcepto B. Petri XXV Presbyteros ordinavit in urbe Roma, menſe Decembri: qui etiam ſepultus eſt juxta corpus B. Petri in Vaticano, VI Kalendas Majas: *Eadem fere habet Anaſtaſius Bibliothecarius, addens*: Et ceſſavit Epiſcopatus dies XX. Presbyteri autem ordinati *dicuntur* XXXV, *& dein poſt Clementem, male poſtpoſitum, agitur de S. Anacleto. Eadem habemus in Geſtis Mss. Pontificum deductis ad obitum Martini V ſive annum Chriſti* MCCCCXXXI, *& in antiquis Breviariis Romanis tam manuſcriptis quam excuſis, de quibus infra agemus.*

B

& in alio ſeculo 6 concinnato,

& apud Anaſtaſium Bibliothecarium,

& in Geſtis Mss. & Breviariis antiquis,

4 *Tertium Catalogum Summorum Pontificum repererat Lucas Holſtenius in antiquiſſimis membranis Palatinis Vaticanæ bibliothecæ, quem & nos Romæ deſcripſimus, perductum uſque ad Zachariam & Stephanum Pontifices, qui ſeculo octavo floruerunt. In eo hoc breve elogium reperitur*: Cletus, natione Romanus, de regione Vico-Patricii, patre Æmiliano, ſedit annos XII, menſem I, dies XI. Hic ex B. Petri præcepto XXV Presbyteros ordinavit in Roma. *At de Anacleto iſta habentur*: Anacletus, natione Græcus, de Athenis, ex patre Antiocho, ſedit annos XIV, menſes II, dies X. Hic ordinavit Epiſcopos VI, Presbyteros V, Diaconos III. *Eadem de Anacleti patria & parente habentur in præcedenti Catalogo & apud Anaſtaſium Bibliothecarium: atque in memoratis Geſtis Pontificum manuſcriptis. De Cleto & Anacleto, ut plane diverſis ſimiliter agunt, quotquot deinceps Vitas Pontificum ſcripſerunt, uti ſeculo X Luitprandus Diaconus Ticinenſis, circa annum milleſimum; S. Abbo Floriacenſis, ſeculo XV; Bapt. Platina, ſeculo XVI; Ioannes Stella, Sacerdos Venetus; Onuphrius Panvinius, Alphonſus Ciaconius, aliique quamplurimi ipſos hoc ſeculo ſecuti.*

C

& apud Scriptores Vitarum Pontificum,

5 *Nomen S. Cleti quampluribus antiquis Martyrologiis eſt inſcriptum, uti genuino Bedæ ex variis Mss. à nobis edito his verbis*: VI Kalendas Maji, Natale S. Cleti Papæ & Martyris, *quibus addit Florus.* Qui tertius poſt Petrum annis duodecim Eccleſiæ præfuit, martyriumque paſſus eſt, tempore Veſpaſiani & Titi. *Antiquum illud Bedæ martyrologium, ſed ſuppletum, reperimus etiam in peculiari bibliotheca Eccleſiæ Vaticanæ S. Petri: quod nobis ſatis certum indicium videtur, hoc ipſum Martyrologium ibidem olim lectum fuiſſe inter Horas Canonicas: cui deinde ſucceſſit Martyrologium Vſuardi, in quo iſta leguntur*: Romæ natalis S. Cleti Papæ, qui ſecundus poſt Apoſtolum Petrum, cum rexiſſet Eccleſiam annis duodecim, perſecutione Domitiani martyrio coronatus eſt. *Ita pleraque Vſuardi Martyrologia & manu exarata & typis cuſa, atque inter hæc præeminet, quod Bellinus vulgavit anno* MCCCCXCVIII ſecundum morem Romanæ curiæ, *poſtea ſæpius recuſum. In Martyrologio Pariſiis excuſo anno* MDXXXV, *loco* Cleti *reperitur* Anacleti, *uti etiam in paucis Mss. codicibus. In Ms. Hagenoënſi, quondam Nicolai Scheichi, primo* Cletus, *dein* Anacletus *referuntur, ſinguli cum ſuo elogio. Celebrat hoc die Ado in ſuo Martyrologio* S. Anacletum, *ſed die* XII *Iulii* S. Cletum *cum hoc elogio*: Item eodem die S. Cleti Papæ, qui Romæ ſedit annos duodecim. Hic ex præcepto B. Petri Apoſtoli viginti quinque Presbyteros in urbe Roma ordinavit, ſepultuſque eſt juxta corpus B. Petri. *Eodem modo Notkerus, cum ſuis Faſtis ad hunc diem inſcripſiſſet* S. Anacletum, *ad diem* XIII *Iulii proponit* S. Cletum, *quo paſſim die aliis Martyrologiis inſcriptus eſt* S. Anacletus, *& nos cum Martyrologio Romano tunc de hoc acturi ſumus.* S. Cletum XXIX *Aprilis celebrat Rabanus & auctor Bedæ excuſi, atque* tertium poſt S. Petrum *ſtatuunt. Eumdem hoc etiam die commemorat Wandelbertus in ſuo Poëtico Martyrologio, ante annos octingentos ſcripto, & hunc verſum habet*:

D

Adonis 12 Iulii,

Notkeri 13 Iulii,

Rabani 29 Aprilis,

Wandelberti 26 Aprilis,

Sextaque Pontificis recolit certamina Cleti.

& in antiquis Breviariis & Miſſalibus Romanæ Eccleſiæ.

E

6 *Magnum nobis videtur pondus adferri ex antiquis Miſſalibus & Breviariis Romanis, quæ à ducentis annis, poſt artem typographicam repertam & deinceps, ſunt excuſa: in quibus omnibus præſcribitur ad hunc* XXVI *Aprilis, veneratio* SS. Cleti & Marcellini Pontificum; *&* XIII *Iulii* S. Anacleti. *Idem etiam confirmatur ex Breviario in membranis conſcripto, quod penes nos habemus, & conſentiunt poſteriores in ſuis Martyrologiis ad utrumque diem, Maurolycus, Felicius, Caniſius, Galeſinius, Ferrarius cum hodierno Romano: ex cujus notis à Baronio additis, præfiximus nobis hanc regulam: quod in* his, quæ ſunt Romanæ Eccleſiæ major ſit fides adhibenda ejus alumnis, *quos hactenus attulimus*; quam externis, *quos late adducit Petrus Halloix tomo 2 de Scriptoribus antiquis in Notis ad Vitam S. Irenæi cap. 7 pag. 642 & ſequentibus, ubi conatur probare unum eumdemque eſſe* S. Cletum & Anacletum. Hoc autem uti & ſua omnia ſanctæ Matri Eccleſiæ Catholicæ lubens volens ſubmittit, ut bonus filius Eccleſiæ.

Refellitur hæc argumenta de unico Pontifice Cleto & Anacleto.

F

7 *Primum ejus argumentum deſumitur ex Epiſtolis S. Ignatii Antiocheni, quod in una earum, ad Mariam Caſſiobolitem, dicatur* Clemens ſucceſſiſſe Anacleto; *& in alia ad Trallianos referantur* Anacletus & Clemens miniſterium exhibuiſſe S. Petro. *Verum ea verba à poſteris inſerta ſunt dictis epiſtolis, & deſunt in genuinis Mss. Græcis, quas nos reperimus Florentiæ in bibliotheca Medicæa, & quas ibidem deſcriptas edidit Iſaacius Voſſius collatas cum antiqua verſione, quam in tribus codicibus Mss. repertam edidit Oxoniæ Iacobus Vſſerius; uti latius deduximus ante Vitam S. Ignatii, ad primum diem Februarii excuſam. Secundum argumentum petitur ex S. Irenæo, qui lib. 3 adverſus hæreſes cap. 3, enumerans undecim primos Pontifices Romanos,* Anacletum *omiſſo* Cleto *recenſet: quod hujus exemplo factum eſt ab Euſebio in Chronico & Hiſtoria Eccleſiaſtica, à Nicephoro Epiſcopo Conſtantinopolitano in Catalogo Pontificum, à Photio codice* 112, *& ab Afris Cypriano epiſt.* 74. *Optato Mileviano lib. 2 de Schiſmate Donatiſtarum, Auguſtino epiſtola* 165 *de Diſſidio Donatiſtarum, imo & S. Hieronymo de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 15, *& denique ab Epiphanio, dum (quod coincidit) hæreſi* 27 Cletum *nominat, omiſſo* Anacleto. *Verum, ut diximus, major fides adhibenda eſt alumnis Eccleſiæ Romanæ, quos ſupra produximus; quam externis, cum hi veriti fuerint, ne ob ſimilitudinem nominum aberrarent. Vrgetur ulterius quaſi* Lucii Dextri Chronicon liquido litem decideret, *quod dicat* S. Anacletum vel Cletum ſucceſſiſſe Lino, *ſed potuit auctori dubium fuiſſe quis prius ſederit ante Clementem; & quis huic ſucceſſerit; ut omittam illud Chronicon plane ſuppoſititium eſſe; atque ex figmentis conſartum, uti toto opere noſtro ſæpius demonſtratum eſt. Deniq; producitur Martyrologium, quod à Roſweydo noſtro una cum Adone editum eſt, & quidem ſub nomine Veteris Romani, quod pro tali viri eruditi non admittunt, & quod quia ignorarunt Beda & Vſuardus, non videtur illorum tempore palam innotuiſſe, à quibus* Cletum *Martyrologiis inſcriptum fuiſſe jam diximus.*

Vſuardi,

Bellini,

Similis

A *Similis farinæ possunt censeri nonnullarum Ecclesiarum Breviaria manuscripta, cum ostenderimus antiqua Breviaria & Missalia Romana, &* Cleto *&* Anacleto, *ut Pontificibus distinctis, cultum & venerationem diversis diebus præscribere.*

CAPUT II.

Tempus ordinationis in Episcopum, & Pontificatus. Alia ejus gesta. Reliquiæ.

S. Cletus cum SS. Lino & Clemente ordinatus Episcopus à S. Petro,

8 CArdinalis Baronius cum in Annalibus suis ad annum LXIX, *de Sede & Martyrio S. Petri late egisset, de successione Lini, Cleti & Clementis acturus, primo statuit num.* 36 exquirendam veritatem temporum per Consules, *quod nos accurate facimus, & num.* 43 profitetur *dictos* Episcopos, coadjutores S. Petri extitisse: *qui, ut alibi de illo diximus,* tres ordinavit Episcopos, Linum, Cletum & Clementem. *Anastasius bibliothecarius de Vitis Pontificum in Mss. Regio & Mazarinico, & altero Freheri, & in Mss. Gestis Pontificum ad Martinum deductis, ista habet de S. Petro:* Ordinavit Episcopos duos Linum & Cletum, qui præsentialiter omne ministerium Sacerdotale in urbe Roma populo vel supervenientibus exhiberent. *At postea* Petrus, sentiens diem mortis sibi imminere, Clementem Episcopum consecravit, eique Cathedram vel Ecclesiam omnem disponendam commisit, dicens: Sicut mihi ligandi & solvendi tradita est à Domino meo Jesu Christo potestas, ita & ego tibi committo *&c. Quæ formula potuit etiam aliis duobus dicta fuisse.* Secundum Pontificem fuisse S. Linum *statuunt passim omnes, consecratum anno* LVI Consulibus Saturnino & Scipione; *fatenturque, tunc saltem Vicarium & Coadjutorem S. Petri factum esse, deinde eidem, anno* LXV *martyrium passo, subrogatum, Ecclesiæ præfuisse Pontificem verum, annis duobus, mensibus duobus & diebus sex ac viginti; martyrii palmam adeptum,* Neronis temporibus, Capitone & Rufo Consulibus, *anno Christi* LXVII, *die* XXIII *Septembris: uti ea, per Consules & Neronem Imperatorem, designantur in præfatis antiquis Catalogis, in quibus tertius S. Clemens statuitur præfuisse Ecclesiæ* temporibus Galbæ & Vespasiani, à Consulatu Trachali & Italici, usque Vespasiano VII & Tito, *ac tunc abdicato Pontificatu Episcopum Apostolicum & privatum pluribus adhuc annis vixisse, ac tandem anno* III *Trajani, Christi centesimo, Martyrem obiisse: quod alibi accuratius est deducendum. His indicatis ad S. Cletum accedimus, qui quartus secundum dictos Catalogos est Pontifex censendus. Præfuit autem* temporibus Vespasiani, Titi & Domitiani, à Consulibus Vespasiano VII & Domitiano, *sive anno* LXXVI, usque Domitiano IX & Rufo, *quorum Consulatus convenit in annum* LXXXIII, *qui erat annus secundus Domitiani Imperatoris: & sequentis anni* Consules Domitianus X & Sabinus *assignantur pro initio Anacleti Papæ, in quorum Consulatu videtur S. Cletus vixisse usque ad* XXVI *Aprilis; & sic anno Christi* LXXXIV, *Domitiani* III, *esset martyrium passus. Hinc ergo Pontificatus anni sunt desumendi, qui* sex *in priore Catalogo designantur, sed videntur optime addi* menses septem *in antiquis Breviariis Romanis manuscriptis & excusis. In exemplaribus Anastasii* anni XII *aut etiam* XV *reperiuntur, qui cum adjunctis ibidem Consulibus nullo modo conveniunt; & per oscitantiam librariorum sunt intrusi. Quia vero S. Cleto successit Anacletus facile potuerunt ambo in unam eamdemque personam confluere. Si qui arbitrentur Cletum præponendum esse S. Clementi, nolumus funem contentiosum cum aliis ea de re trahere, satisque habemus indicasse, quid apud antiquiores auctores repererimus.*

Auctores G. H.

B

post S. Linum,

& S. Clementem,

C

fuit IV *Pontifex,*

ab an. 76,

usque ad an. 84.

9 Rubi *vel* Rubum, *vulgo* Ruvo, *Straboni forsitan non* Rudium, *sed* Rubium, *appellata civitas, antiquissima est; Ennii Poëtæ, ut volunt, patria; in ea antiquæ Calabriæ parte, quæ nunc à Bario metropoli nomen habet. Hæc* S. Cletum (*uti tomo* 7 *Italiæ sacræ Ferdinandus Ughellus scribit col.* 1031) veluti Patronum colit festo solenni: *existimatque à S. Petro, qui primus apud se fidem prædicaverit, sibi esse consecratum Episcopum: sed eum confirmatis egregie cœpibus, successorem assumpsisse, cujus non extet nomen, & Romam ad Petrum abiisse. Non existimo alibi quam Romæ consecratum Cletum; aut alteri urbi quam Romanæ: Apostolicis tamen prædicationibus illius plura aliæ loca exculta, sive ante sive post mortem Petri, nolim ambigere: ut proinde satis fide digna haberi possit Rubensium traditio, quoad præcipuam rei substantiam, ut scilicet S. Cletus Rubensem ecclesiam confirmarit in fide. Quod addunt de ecclesia supra cryptam quamdam ædificata extra mœnia, atque à Cleto in honorem D. Petri, consecrata; crediderim equidem primos fideles in illa crypta congregari solitos, ipsamque habuisse pro oratorio: ecclesiolam vero sub nomine S. Petri superstruxisse posteros, primum universalis ecclesiæ post Christum caput in ea veneraturos.*

Rubi ut locus Patronus & apostolus colitur.

E

10 *Fertur S. Cletus in epistolis suis primus omnium usus fuisse his verbis:* Salutem & Apostolicam benedictionem: *quod à Martino Polono in Chronico, & Ioanne Stella de Vitis Pontificum scriptum, in Breviario Romano, jussu Pii V primum edito, hactenus legitur. Sed ea epistola neque inter Epistolas Pontificias, neque in Conciliis Generalibus extant. Credibile autem non est institutam à S. Cleto salutandi formulam cum ejus morte abolendam fuisse. Certe qui ea usus fuerit ante S. Leonem* IX, *nemo invenietur; nam si quæ Pontificum epistolæ cum hac formula prætendunrur, eas facile erit aliunde convincere meras esse figmenta, uti satis indicatum est in Apologia Præliminari ad Tomum* 2 *cap.* 1. *Platina scribit eum* onus Pontificium invitum suscepisse, licet doctrina, moribus & dignitate plurimum apud suos valeret: nihilque virum optimum ac sanctissimum prætermisisse, quod ad augendam Ecclesiam Dei pertineret. *Quæ fere omnia legebantur in Breviario à Cardinale Quignonio concinnato. Solet etiam contra verum Pontificatum SS. Lini & Cleti allegari epistola decretalis, sub nomine Ioannis* III *Papæ ad Episcopos Galliæ & Germaniæ, quam Baronius ad annum* DLXXII, *quo Ioannes* III *vita functus est, arguit impostura & demonstrat non esse Ioannis, sed ex suppositis mercibus Mercatoris. Eadem fere omnia citantur à Mariano Scoto, tamquam continerentur in epistola decretali Leonis II, qui anno* DCLXXXIII *creatus est & sequenti mortuus.*

Aliqua & tributa,

F

aut falsò imposita.

11 Festum SS. Cleti & Marcellini, Pontificum & Martyrum, sub ritu duplici *celebratur in ecclesia Vaticana S. Petri, quod etiamnum istic adservetur* corpus S. Cleti, *uti in Ordine Officii divini, pro anno* MDCLXV, *à Iosepho de Fide Magistro Ceremoniarum dictæ Ecclesiæ composito, præscribitur, & dicitur ibidem* Credo in Missa. *Octavius Pancirolus, in Thesauro abscondito urbis Romanæ, addit aliquas ejus Reliquias esse in ecclesia S. Pauli in platea Columnæ. Masinus in Bononia perlustrata asserit etiam aliquas esse Bononiæ in ecclesia S. Ioannis in Monte & in Ecclesia S. Benedicti: festum vero ejus celebrari in ecclesia S. Mariæ del Morello extra pontum majorem, & per totum Ordinem Crucigerorum.*

Corpus in Ecclesia Vaticana.

Reliquiæ in ecclesia S. Pauli,

& Bononiæ.

DE S. MARCELLINO PONTIFICE, ET SS. CLAVDIO, QVIRINO, ANTONINO,

G. H.

MARTYRIBVS ROMANIS.

CAPUT I.

S. Marcellinus à S. Marcello diverſus : tempus Sedis, alia illius geſta.

AN. CCCIV

Nertiſſimam Græcorum ſegnitiem atque oſcitantiam caſtigavimus ſupra in Actis S. Cleti Pontificis, quod ob nominis ſimilitudinem in fœdiſſimum errorem abrepti, SS. Cletum & Marcellinum non diſtinxerint à SS. Anacleto & Marcello, qui ipſis in Pontificatu Romano ſucceſſerunt. Quia vero de SS. Cleto & Anacleto ſufficienter actum eſt, jam de S. Marcellino, qui hoc quoque die ſuam in Eccleſia venerationem habet, & de S. Marcello agemus. Euſebius lib. 7 Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 32 aut aliis 26, de S. Marcellino, ejuſque deceſſoribus iſta tradit : Cum Felix quinque annis Romanam gubernaſſet Eccleſiam, Eutychianus in ejus locum ſucceſſit : qui vix decem menſibus in Epiſcopatu tranſactis, Caio, qui noſtra ætate vixit, Sedem ſuam reliquit. Hic cum annis circiter quindecim Eccleſiæ præfuiſſet, ſucceſſorem habuit Marcellinum : quem etiam ipſum oppreſſit perſecutio. *Hæc ibi Euſebius, qui in Hiſtoria Eccleſiaſtica non amplius meminit S. Marcellini, aut ſucceſſorum. Idem in Chronico, indicatis* Conſulibus Probo Auguſto & Victorino, *qui Reipublicæ præfuerunt anno Chriſti* CCLXXXII, *iſta ſcribit interprete S. Hieronymo*, Eutychianus XXVI Romanæ Eccleſiæ Epiſcopatum ſuſcepit menſibus octo : poſt quem Cajus annis quindecim. *Dein, indicatis* Conſulibus Diocletiano Auguſto VI & Conſtantio Cæſare II (*Eſt hic annus Chriſti* CCXCVI) *ita ſcribit :* Romanæ Eccleſiæ Epiſcopatum ſuſcepit Marcellinus annis novem. *Tum, omiſſo S. Marcello, ad Conſulatum* Conſtantii Auguſti VI & Maximiani Cæſaris VI, *Chriſti annum* CCCVI, Romæ Epiſcopus XXIX conſtituitur Euſebius menſibus VII, poſt quem XXX Eccleſiam tenet Miltiades annis III, *ἐτη γ, Hieronymo* annis IV *aut ſecundum Pontacum* annis VI. *Alii Græci; Euſebium ſecuti, Marcellum ſimiliter omiſerunt, una etiam cum illo Eutychianum præterit Georgius Syncellus. At Nicephorus, Epiſcopus Conſtantinopolitanus, & Theophanes; duos ſolum annos tribuunt S. Marcellino.*

S. Marcellinus non diſtinguitur à S. Marcello apud Euſebium,

& alios Græcos :

2 *Quare Euſebio cum reliquis Græcis amandato*, in iis, quæ ſunt Romanæ Eccleſiæ, majorem eſſe adhibendam fidem ejus alumnis quam ceteris, *cenſemus cum Baronio, in Notis ſuis ad hunc* XXVI *Aprilis : & quemadmodum hactenus in reliquis Pontificibus, qui ſub Ethnicis Imperatoribus floruerunt, ſicuti & in S. Cleto jam fecimus, ita hic quoque primo loco proponimus elogium parvum ex Indiculo ſeu Catalogo Pontificum uſque ad Liberium deducto : cujus ſecundam partem cum S. Silveſtro concludimus*, in qua ab auctore ſæculo iſta ſcribuntur :* Marcellinus annis octo, menſibus tribus, diebus viginti quinque. Fuit temporibus Diocletiani & Maximini, ex die pridie Kalendas Julias, à Conſulibus Diocletiano VI & Conſtantio II, uſque in Conſulatum Diocletiani IX, & Maximiani VIII. Quo tempore fuit perſecutio : & ceſſavit Epiſcopatus annis* IIII, menſibus VI, diebus XXV. *Ita in dicto Catalogo, ex quo aliiſque Catalogis Pontificum diximus* XXII *Aprilis, S. Eutychianum ſediſſe annis octo, ab anno Chriſti* CCLXXV *uſque ad annum* CCLXXXIII, *& diem* VII *aut* VIII *Decembris; cui tunc ſucceſſit S. Cajus, & præfuit uſque ad dictum* XXII *Aprilis anni* CCXCVI : *quando* Diocletiano VI & Conſtantio II Conſulibus, *S. Caio ſubrogatus eſt ſanctus Pontifex Marcellinus : qui Martyr deceſſit* Diocletiano IX & Maximiano VIII Conſulibus, *ſive anno Chriſti* CCCIV, *quo dicti Imperatores purpuram depoſuerunt. Iidem Conſules, tam in acceſſu ad Pontificatum quam in ejus obitu, conſtanter referuntur in omnibus Catalogis & Geſtis MSS. Pontificum, & in Libro Pontificali : item apud Anaſtaſium & in antiquis Romanis Breviariis manuſcriptis ac prælo cuſis. Recte autem à morte S. Caii ad mortem S. Marcellini numerantur* anni octo, *in hoc & altero Catalogo mox dando relati, nec non ab Anaſtaſio & indicatis Breviariis : ſed difficultas oboritur ex* menſibus tribus, *ſive* quatuor, *ſive* duobus, *aut etiam* undecim, *&* diebus viginti quinque, *aut* quindecim, *qui tali varietate ad* annos octo *apponuntur ; & maxime cum S. Marcellinus dicatur* ex die pridie Kalendas Julias, *ſive ut alii* ex die Kalendarum Juliarum, *aut etiam* Juniarum *incepiſſe. Arbitramur ergo tali die vivente adhuc S. Caio conſecratum Epiſcopum Marcellinum ; deinde* menſibus tribus, *aut certe aliquot, fuiſſe Vicarium ejuſdem S. Caii, capti aut aliter impediti. De tempore, quo poſt S. Marcellini necem ceſſavit Epiſcopatus, infra agemus.*

ad 304.

Elogium ex antiquo Catalogo Pontificum,

** aliis perperam* annis VII, *aut* VI,

tempus Sedis, ab an. 296,

3 *Prima omnium actio, quæ in Annalibus Baronii tribuitur S. Marcellino, eſt robur animuſque Martyribus Thebæis inditus. Porro, ſicut in Actis eorum tradit Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis*, hi milites Chriſtianæ religionis ritum Orientali traditione ab Hieroſolymitanæ urbis Epiſcopo ſuſceperant, fidemque ſacram virtuti & armis omnibus præponebant. Ad urbem quippe Romam itinere attingentes, eamdem Chriſtianitatis fidem, quam acceperant, apud B. Marcellinum prædictæ urbis Pontificem confirmaverunt, ut ante gladio interirent, quam ſacram Chriſti fidem, quam acceperant, violarent. *Hæc ibi, plenius illuſtranda ad diem* XXII *Septembris. Baronius ad an.* 297, *num.* 5 *Epiſcopum Hieroſolymitanum cenſet fuiſſe Zambdam, de quo egimus* XIX *Februarii, creatum Epiſcopum* Fauſto II & Gallo Conſulibus, *id eſt, anno Chriſti* CCXCIX. *Verum re tota examinata arbitramur dictos Martyres potius ab Hymenæo Epiſcopo Hieroſolymitano Zambdæ deceſſore Chriſtianam fidem edoctos fuiſſe ; & à S. Marcellino necdum Pontifice aut certe à S. Caio Pontifice in eadem fide fuiſſe confirmatos ; & nomen Pontificis ab auctore Actorum non appoſitum, poſtea ex conjectura non ſatis fundata ijſdem fuiſſe inſertum, B. Marcellini ſcilicet loco S. Caii. Qui error manifeſte convincitur ex eo quod bellum contra Bagaudas, ad quod conficiendum Thebæi mittebantur ultra Alpes, fuerit commotum (teſte etiam Eucherio cum aliis Scriptoribus) quando* Diocletianus fuit ad Imperium electus, & Maximianum Herculium ad conſortium Imperii & laboris Cæſarem fecit, & in Gallias ad compeſcendos tumultus cum exercitu miſit, *id eſt anno* CCLXXXV, *totis decem annis ante Pontificatum S. Marcellini. Reliqua ad* XXII *Septembris diſcutienda erunt.*

Thebæos milites Chriſtianos Romam venientes,

num confortaris necdum Pontifex, an S. Caius deceſſor ?

4 *Alia ad ſucceſſorem S. Marcellum tranſlata, ſunt neceſſario ad S. Marcellinum remittenda ex quatuor primis capitibus Vitæ dicti Marcelli relatæ ad* XVI *Ianuarii : ex qua pauca excerpta repoſito nomine S. Marcellini hic repetimus, & ſunt iſta in ipſo principio :* Tempore quo Maximianus Auguſtus, rediens de partibus Africæ ad urbem Romam, volens placere Diocletiano Auguſto, ut in

S. Marcello attributa peregit :

Cap. 1

ejus

A ejus nomine thermas à ſolo ædificaret, cœpit in invidiam Chriſtianorum omnes milites Romanos ad afflictionem laboris compellere, & per varia loca alios ad lapides, alios ad arenam fodiendam damnavit. In ipſo tempore erat vir Chriſtianus, nomine Thraſon, vir potens & facultatibus locuples & vita fidelis. Hic cum vidiſſet affligi Chriſtianos ad fatigationem & laborem, cœpit de ſua facultate ſanctis Martyribus alimoniam & victum miniſtrare per viros Chriſtianos Cyriacum, Siſinnium, Smaragdum & Largum. Hoc audiens B. Marcellinus Urbis Epiſcopus gaudio repletus eſt magno, de eleemoſyna, quam Thraſon Sanctis miniſtrabat. Et rogans ad ſe venire ſanctos viros Chriſtianos & ſervos Domini noſtri Jeſu Chriſti Cyriacum & Siſinnium, Smaragdum & Largum, inquiſivit ab eis: & notum fecerunt S. Marcellino Epiſcopo, quomodo Thraſon Sanctis Dei victualia miniſtrabat. Tunc gaudio repletus, ducens conſilium, conſecravit Siſinnium & Cyriacum Diaconos Eccleſiæ Romanæ. *Hæc ibi, de S. Thraſone egimus etiam in Vita S. Caii Pontificis, qui eum baptizavit. Martyr obiit* XI *Decemb. At thermæ Diocletianæ extructæ ſunt anno hujus Imperii* XV, *Chriſti* CCXCVIII *& ſequenti. Tum* S. Siſinnius Diaconus *in carcerem*

B *conjectus, luce & voce cæleſti eſt corroboratus, qua* S. Apronianus Commentarienſis *converſus eſt, & à* Siſinnio baptizatus: quem elevatum de pelui duxit ad S. Marcellinum Epiſcopum: quem Chriſmate conſignavit & altare conſecravit, & ſic participati ſunt omnes corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti . . . S. Apronianus capite truncatus eſt ſub die IV Novarum Februariarum. *Converſi deinde fuere* duo milites Papias & Maurus, qui baptizati fuerunt à B. Marcellino Epiſcopo . . . & plumbatis cæſi emiſerunt ſpiritum, ſepulti ſub die quarto Kalendarum Februariarum . . . Uno autem tempore, veniens in die proceſſionis Marcellinus Epiſcopus, obtulit ſe Maximiano Auguſto, dicens ei: Pietati tuæ ſuggero, ſervos Dei, qui orant pro regno tuo & pro republica, quare trucidas? Tunc iratus Maximianus Auguſtus præcepit ut fuſtibus cæderetur & expelleretur Marcellinus Epiſcopus . . . Tunc Carpaſius Vicarius adduxit in conſpectum ſuum eculeum, & juſſit ſuſpendi Creſcentianum & fuſtibus cædi . . . Et cum attraheretur nervis, & fuſtibus cæderetur & ungulis raderetur, & incendio conſtrictus ureretur, emiſit ſpiritum, ſepultus in cœmeterio Priſcillæ, in arenario via Salaria veteri, ſub die VIII Kalend. Decembris . . . Et cum

C Cyriaco Diacono decollati ſunt viginti & unus, via Salaria, juxta thermas Saluſtii, foras muros, ſub die XVII Kalend. Aprilis. *Hæc ibi, quæ omnia ante martyrium S. Marcellini peracta fuiſſe ex ſequentibus conſtabit: ubi dicitur S. Marcellinus juxta corpus S. Creſcentiani ſepultus.*

Chriſtianos afflictos adjuvari à S. Thraſone gaudet:

SS. Siſinnium & Cyriacum Diacones creat:

& S. Cyriacus.

CAPUT II.

S. Marcellini lapſus, pœnitentia, martyrium: cultus, reliquiæ, tempus ſucceſſionis S. Marcelli.

5 *Lteram controverſiam & lamentabilem in lapſu S. Marcellini, & laudandam in generoſa ejus pœnitentia proponimus, quam alter Catalogus Pontificum ad ſeculum uſque ſextum deductus ita indicat:* Marcellinus, natione Romanus, ex patre Projecto, ſedit annos octo, menſes quatuor, dies quindecim. Fuit temporibus Diocletiani & Maximiani, ex die Kalend. Junii, à Conſulatu Diocletiani V & Conſtantii II uſque Diocletiani VIII & Maximiani VIII. Quo tempore fuit perſecutio magna, ita ut infra triginta dies *quinde-

Elogium ex alio Catalogo MS.

* *al.* ſeptemdecim.

cim millia hominum promiſcui ſexus per diverſas provincias martyrio coronarentur. De qua re ipſe Marcellinus ad ſacrificium deductus eſt ut thurificaret, quod & fecit. Et poſt paucos dies pœnitentia ductus, ab eodem Diocletiano propter fidem Chriſti, cum Claudio & Quirino & Antonino, capite ſunt truncati & martyrio coronantur. Jacuerunt corpora ſancta in platea dies * viginti quinque juſſu Diocletiani: ubi Marcellus Presbyter noctu collegit corpora Sanctorum, & ſepelivit via Salaria in cœmeterio Priſcillæ (in cubiculo quod patet uſque in hodiernum diem, quod ipſe præceperat pœnitens, dum traheretur ad occiſionem) in crypta juxta corpus S. Creſcentionis VI Kalendas Maji. Hic fecit ordinationes duas per menſem Decemb. Presbyteros quatuor, Diaconos duos, Epiſcopos per loca quinque. Et ceſſavit Epiſcopatus annos VI, menſes VI, dies viginti quinque, perſequente Chriſtianos Diocletiano. *Hæc ibi, quæ fere eadem, & potiſſimum quibus indicatur lapſus & pœnitentia S. Marcellini, habentur in Catalogis auctioribus, ſeculo octavo collectis, item apud Anaſtaſium & in Mss. Geſtis Pontificum deductis, nec non antiquis Breviariis Romanis manuſcriptis & anno* 1479, 1490 *aliiſque ſequente ſeculo excuſis.*

6 *Luitprandus de Vitis Pontificum Romanorum ita rem narrat*: Tunc & ipſe Marcellinus compulſus dæmonibus ſacrificavit, ſed poſt paucos dies Synodo congregata in civitate Campaniæ, coram centum & octoginta Epiſcopis, digne pœnituit. *Accuratius exponit iſta Platina his verbis*: At Marcellinus Pontifex, ad Sacrificia gentium ductus, cum minis inſtarent carnifices, ut thura diis exhiberet, metu perterritus, Deos alienos adoravit. Habito deinde non multo poſt Concilio centum & octoginta Epiſcoporum in Sinueſſa urbe Campaniæ, eo & Marcellinus, ſqualidus & pulverulentus, ac cilicio indutus proficiſcitur, petitque ut ſibi pro inconſtantia debita pœna tribuatur. Qui eum damnaret, in tanto Concilio nemo unus inventus eſt, cum dicerent omnes, ea ferme ratione Petrum peccaſſe, ac flendo peccati pœnam luiſſe. *In Breviario Romano juſſu* Pii V *Pontificis edito, ultima latius explicantur hoc modo*: Quem tamen damnare auſus eſt nemo, ſed omnes una voce clamarunt: Tuo te ore, non noſtro judicio judica: nam prima Sedes à nemine judicatur. Petrum quoque propter eamdem animi infirmitatem deliquiſſe, & à Deo ſimilibus lacrymis veniam impetraſſe. *Quæ hactenus in Breviario Romano recitantur, ſolum cum ante ex Platina diceretur* Concilium centum & octoginta

F Epiſcoporum, *poſt recognitionem Clementis* VIII *legitur*, Concilium plurimorum Epiſcoporum, *quod habitum traditur* à CCC Epiſcopis Diocletiano & Maximiano Auguſtis X Kalend. Septembtis Diocletiano VIII & Maximiano VII Conſulibus, *id eſt anno Chriſti* CCCIII, *ad quem annum Baronius à num.* 88 *ad numerum uſque* 108 *late deducit & explicat Acta dicti Concilii, qui ante de lapſu S. Marcellini egit anno Chriſti* CCCII *à num.* 88 *ad numerum* 105. *Quæ lector benevolus ibidem legere poterit.*

7 *In antiquis Martyrologiis frequens mentio eſt S. Marcellini: ac primo in genuino Bedæ iſta leguntur*: Ipſo die depoſitio S. Marcellini Papæ, qui cum Eccleſiam annos novem, menſes quatuor rexiſſet, temporibus Diocletiani & Maximiani, ab eodem Diocletiano cum Claudio & Cyrino & Antonino pro fide Chriſti capite truncatus eſt, & poſt dies triginta quinque ſepultus via Salaria in cubiculo à Marcello Presbytero & Diaconibus cum hymnis. *Eadem leguntur apud Rabanum, Adonem, Notkerum, item in Martyrologiis variis Mss. Vſuardus omittit illa quæ ad ſepulturam ſpectant, & tam apud ipſum quam Adonem & Notkerum iſtæ adduntur*: Quo tempore fuit magna perſecutio, ita

Auctore G. H.

Lapſus & pœnitentiæ.

Memoria ſacra in Martyrologiis.

AUCTORE G. H.

ut intra unum menſem ſeptemdecim millia martyrio coronarentur. *Similia aut magis contracta habentur apud Bellinum, Maurolycum, Felicium & alios. Galeſinius & Caniſius multa de lapſu ac pœnitentia interſerunt. In hodierno Romano iſta leguntur:* Ibidem *Romæ* S. Marcellini Papæ & Martyris, qui ſub Maximiano pro fide Chriſti una cum Claudio, Cyrino & Antonino capite truncatus eſt: quo tempore magna fuit perſecutio, ita ut intra menſem decem & ſeptem millia Chriſtianorum martyrio conſecrarentur. *Rabanus ad diem* XXVI *Maii longo iterum encomio eum exornat.*

an diu ante occiſus ſub Maximiano,

8 *Sed quia corpora S. Marcellini & trium ſociorum poſt martyrium dicuntur* dies XXV, *aut* XXXV *vel etiam* XXXVI jacuiſſe in platea, quæ Marcellus Presbyter noctè collegit ac ſepelivit juxta corpus S. Creſcentionis, *ſive* Creſcentiani VI Kalendas Maji, *merito dubitari poteſt, an S. Marcellinus fuerit ſolum hoc* XXVI *Aprilis ſepultus, antea vero, ſub initium hujus menſis, aut potius præcedenti Martio, martyrio coronatus: quando necdum purpuram depoſuerant Diocletianus & Maximianus, ille Nicomediæ, iſte Mediolani, qui ante potuit Romæ extitiſſe. Et ſic dicitur* in die proceſſionis Marcellinus Epiſcopus, *ſcilicet pœnitens poſt lapſum,* ſe obtuliſſe Maximiano Auguſto, *& de crudelitate objurgaſſe: quando ejus juſſu primum* fuſtibus cæſus & expulſus eſt, *dein* capite truncatus. *Quæ interim Diocletiano tribuuntur, ut primario Imperatori & perſecutori; & quia hæc perſecutio à Galerio Maximiano continuata eſt, Diocletiano etiam tunc Salonis quieſcente, ideo huic ipſæ paſſim adſcribuntur; adeoque verba relata ſub finem elogii,* perſequente Chriſtianos Diocletiano; *exponenda ſunt hoc aut ſimili modo,* Perdurante adhuc contra Chriſtianos perſecutione à Diocletiano mota. *Qui corpora S. Marcellini & ſociorum ſepelivit* Marcellus Presbyter, *ille idem poſtea Pontifex eſt creatus, in cujus Actis* XVI *Januarii dicitur capite quinto, quod ſolum ad illum ſpectat,* veniſſe Marcellus Epiſcopus, *imo, ut hic dicitur, adhuc* Presbyter, cum Lucina matrona & condiviſſe corpora Sanctorum *Cyriaci & aliorum Martyrum,* cum aromatibus & lineaminibus & impoſuiſſe nocte in pavone *ſeu vehiculo,* & ſuſtuliſſe. *Eodem modo dicitur in Libro Pontificali nocte* collegiſſe corpora S. Marcellini & ſociorum, cum Presbyteris & Diaconibus, & cum hymnis ſepeliviſſe, ſecundum quod ipſi S. Petrus præceperat, *aut certe, ut ſupra habetur,* quod ipſe præceperat pœnitens: *apud Anaſtaſium legitur,* quod ipſe præparaverat pœnitens.

ſepultus ſit 26 Aprilis, Marcello Presbytero?

Caput & brachium in eccleſia S. Mariæ Majoris.

9 *Paulus ab Angelis, in deſcriptione Baſilicæ Romanæ S. Mariæ Majoris lib. 6 cap. 3; tractat de Reliquiis dictæ Eccleſiæ, ac primo loco refert eas, quæ* in quodam tabernaculo marmoreo, quatuor columnis purpureis ſuſtentato, prope S. Hieronymi altare ineluduntur una cum Sanctorum imaginibus, *ubi ex antiquis notatis inter alia deſcripſit iſta:* Caput S. Marcellini Papæ & Martyris, poſitum in ære, nunc vero in argento cum Regno Pontificali. *In Officiis propriis Sanctorum, pro Eccleſia S. Mariæ Majoris excuſis, præcipitur feſtum duplex SS Cleti & Marcellini* XXVI *Aprilis, additurque ibidem* haberi caput S. Marcellini in Ciborio Reliquiarum, & brachium in capella B. Mariæ Virginis, *&* in Miſſa dicitur Credo. *Addit Octavius Pancirolus in Theſauro abſcondito Vrbis Romanæ aliquas S. Marcellini Papæ reliquias eſſe in templis S. Mariæ Lauretanæ dictæ, S. Joannis Baptiſtæ decollati & S. Viti; ceterum neſciri ubi corpus adjacuerit. Aliquas ejus reliquias eſſe Rotomagi in cœnobio S. Audoeni tradit Sauſſajus in Martyrol. Gallicano: & de Metropolitana Pragenſi eccleſia legitur in Diario Reliquiarum ejuſdem, eſſe in ea* partem inſignem de Capite: *ſed non additur unde vel quando allata ſit.*

aliæ reliquiæ Romæ,

10 *Georgius Cardoſo, in Hagiologio Luſitano, aſſerit hoc die, in celeberrimo cœnobio S. Crucis Conimbricenſi Canonicorum Regularium recitari officium duplex de S. Claudio Martyre, quod anno* MDCXLIII *caput S. Claudii, cui adhuc aliquot dentes inhærent, Roma ad dictum monaſterium delatum ſit, & credi eſſe ſocium S. Marcellini Papæ.*

an Caput S. Claudii Conimbricæ,

11 *Vt porro contra Euſebium alioſque Græcos certius intelligatur alius à S. Marcellino eſſe S. Marcellus; & tempus, quo inter utrumque vacavit Sedes Apoſtolica, comprehendatur, addimus S. Marcelli ex antiquiſſimo Catalogo Pontificum breve elogium, quod his verbis profertur:* Marcellus anno uno, menſibus ſeptem, diebus viginti. Fuit temporibus Maxentii, à Conſulatu Decies & Maximiano VII, uſque poſt Conſulatum X & VII. *Anni hic ſignantur* CCCVIII, *quo menſe Maio fere finito videtur S. Marcellus creatus Pontifex, & annus ſequens* CCCIX, *ultra quem Pontifex vixit uſque ad* XVI *Januarii. Eodem quoque modo duo hi anni notantur in Fragmento Faſtorum, ab anno* CCV *ad annum* CCCLIV *deducto, & è noſtro Ms. per Bucherium ad Canonem Paſchalem Victorii edito, videlicet,* Decies & Maximiano VII, *&* Poſt Conſulatum X & VII: *ſunt enim eodem tempore conſcripta & jam indicatus Catalogus Pontificum & hoc fragmentum Faſtorum. Idatius etiam in Faſtis Conſularibus, à Sirmundo & Labbeo editis, hos annos ita conſignat:* Item Decies & Maximiano VII. His Conſulibus, quod eſt Maxentio & Romulo, levatus Licinius Carnunto, III Idus Novemb. *Dein* Poſt Conſulatum Decimum & Septimum. His Conſulibus quod eſt Maxentio II & Romulo I. *In Libello de Præfectis Vrbis apud Cuſpinianum, Onufrium & Bucherium dicti anni ita exprimuntur:* Conſules quos juſſerint DD. NN. Auguſti ex XII Kalend. Maji factum eſt Maxentio & Romulo, quod eſt Decies & Maximiano VII, Idus Aprilis, Statius Rufinus Præfectus Urbis: *& mox,* Maxentio II & Romulo III. III Kalend. Novemb. Aurelius Hermogenes Præfectus Urbis. *Hæc de Conſulibus, qui dictis duobus annis præfuerunt. At Maxentius filius Maximiani Herculei tum Romæ dominabatur, anno præcedenti* CCCVII *à militibus Auguſtus proclamatus, & annis ſequentibus voluit ſe & filium Romulum Conſules deſignari: qui tandem anno* CCCXII *devictus à Conſtantino Magno, fugiens in Tiberi demerſus periit: & tunc ut memoria Maxentii tyranni deleretur, ex Faſtis expuncti ſunt Conſulatus juſdem, & ſcriptum bis poſt Conſulatum Decimum & Septimum: ad quos annos in Chronico Euſebii legitur, ἀνεὺ ὑπάτων,* abſque Conſulibus: *& ante eos annos Conſules ſignantur,* Diocletianus Auguſtus decimum, & Maximianus Auguſtus VII, *pro quibus ab aliis ubſtituuntur* Maximianus Herculius X & Galerius Maximianus Armentarius VII; *quando diximus Pontificem creatum* S. Marcellum *anno Chriſti* CCCVIII, *menſe Maio fere finito: & quia* S. Marcellinus Martyr *obiit anno* CCCIV, *hoc* XXIV *Aprili, aut forſan menſe Martio, ceſſavit Epiſcopatus annos quatuor, & menſe uno aut altero non annis* VI *aut* VII, *qui facili errore librariorum pro annis* IV *irrepſerunt. Vacaſſe autem Sedem aliquot annis habent omnes antiqui Catalogi Pontificum, Liber Pontificalis, Anaſtaſius in omnibus manuſcriptis & excuſis exemplaribus, Luitprandus etiam & Abbo Floriacenſis cum Mss. Geſtis Pontificum ad Martinum V deductis; item Vincentius Bellovacenſis lib. 12 Speculi Hiſtorialis cap. 98, S. Antoninus par. 1 Hiſtoriarum, tit. 7 cap. 8 § 16: cauſa vero tam diuturnæ vacationis conjicitur in crudelem perſecutionem. Et hic ſenſus videtur in Eccleſia conſtanter duraviſſe per mille & plures annos, ut ſi in aliquo caſu locum habet dictum Baronii etiam uſurpatum à Boſqueto par. 2 Hiſtoriarum Eccleſiæ Gallicanæ pag. 6:* Quod à recentiore auctore, de rebus adeo antiquis, ſine alicujus vetuſtioris auctoritate profertur, contemnitur: *multo magis id valere debeat in caſu præſenti, ubi contra quemcumque aliter ſentientem pugnat tot antiquorum monumentorum tam conſentiens auctoritas.*

Sedes S. Marcelli Succeſſoris,

à Maio anni 308 ad 16 Ianu. anni 310.

utrum ceſſarit Epiſcopatus annis 4.

DE

DE SANCTO CYRILLO,

MARTYRE AXIOPOLI IN MYSIA INFERIORE.

G. H.

XXVI APRILIS. AXiopolis, *urbs antiqua Myſiæ inferioris ſeu Bulgariæ, ad Danubii fluminis ripam dexteram ſita eſt; & notatur apud antiquos* Danubium ab Axiopoli deinceps Iſtrum nominari uſque ad oſtia, quibus in Pontum Euxinum effluit. *Apographum Epternacenſe Martyrologii Hieronymiani, à mille propemodum annis exaratum, quo hactenus toto hoc opere uſi ſumus, ita auſpicatur hunc diem.* VI Kalendas Maji. In Axiopoli natalis Cyrilli. *Quæ eadem leguntur in Mss. Martyrologiis etiam valde antiquis, ſcilicet monaſterii Richenovienſis ſive Augiæ-divitis prope Conſtantiam in Suevia, & monaſterii Rhinovienſis in Heluetia.*

2 *In aliis apographis ejuſdem Martyrologii Hieronymiani, ob lineolam omiſſam, apponitur dicta Axiopoli,* Martyr Aurelius; *ſed is Romæ paſſus dicitur in præcitato antiquiſſimo, ubi iſta conſequenter ſic habentur:* In Axiopoli natalis Cyrilli. Et in Antiochia Euthymiæ. Et Romæ Primitivi, Aureli. Iterum Antiochiæ Leonidis *&c. In recentioribus ergo, ubi verba, ſic leguntur* In Axiopoli Aureli, In Antiochia Leonidis *&c. ſupplenda eſt lineola. Nos ne tituli multiplicentur Antiochenos Martyres conjungemus, & S. Cyrillo ſubſtituemus duos Martyres Romanos.*

DE SS. PRIMITIVO ET AVRELIO,

MARTYRIBVS ROMÆ.

G. H.

XXVI APRILIS. HOrum *Martyrum memoria adſervata eſt, ut diximus, in antiquiſſimo apographo Martyrologii Hieronymiani, & ſic exprimitur:* Et Romæ Primitivi, Aureli. *Quidam* Primitivus, *aliquibus* Primitiva, Martyr in portu Romano, *refertur ad diem* XXV *Februarii, ſed Socium habuit* Paulum *itidem* Martyrem. *Alius* S. Primitivus Martyr Romanus *colitur* X *Iunii, cum* SS. Getulio, Cereale & Amantio *paſſus ſub Hadriano Imperatore: ab utroque hunc diverſum arbitramur.* Aurelii Martyris *meminerunt hoc die alia tria apographa Martyrologii Hieronymiani, & aliquod Ms. Trevirenſe S. Maximini, & Axiopoli adſcribunt. Verum id accidit, ut ſupra oſtendimus, culpa amanuenſium, per quos lineola in tranſcribendo fuit omiſſa. Non indicata palæſtra ſit mentio* Aurelii *in Mss. Pariſienſi Labbæi, & Aquiſgranenſi: ſed in hoc* Aurini *ſcribitur: item apud Grevenum in Auctario Vſuardi. In Ms. Auguſtano S. Vdalrici* Africa *præponitur: ſed id nomen referri debet ad mox dandos Martyres Afros.*

DE SS. EVTHYMIA, LEONIDE, VINDEO, MARIO,

MARTYRIBVS ANTIOCHIÆ IN SYRIA.

G. H.

XXVI APRILIS. IAm *in præcedentibus memoratum antiquiſſimum apographum Martyrologii Hieronymiani hos Martyres, ſed quaſi diſtinctos proponit hoc modo:* In Antiochia Euthymiæ. *Dein iſta interponuntur:* Et Romæ Primitivi, Aurelii; *de quibus jam egimus, ac tum ſubjungitur:* Item Antiochiæ Leonidis, Vindei. *Quos ſimul ſub eodem titulo referimus. Vltimi duo indicantur in tribus aliis apographis Martyrologii Hieronymiani: item in Mss. Rhinovienſi & Richenovienſi, nec non expreſſa urbe* Syriæ *Antiochia, in Mss. Aquiſgranenſi, Auguſtano & Labbeano. In antiquo Ms. Kalendario ante opera S. Iſidori celebratur memoria* S. Leonis in Antiochia, *qui melius cum aliis in Ms. Trevirenſi S. Maximini, & apud Grevenum in Auctario Vſuardi eſt* Leonides: *ita qui in hoc Auctario adjungitur* Guideus, *aliis eſt* Vindecus. *Quartus* Marius *additur in Ms. Corbeienſi Martyrologii Hieronymiani Pariſiis excuſo.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS.

JULIO, VICTURINO, SIRICO, FELICE, PAULO, MAXIMO, VICTORE, SIMPLICIO, POLLIONE, VITO, CALENDINO, APOLLONO, MARCIANA, FELICISSIMA, ETHEMIA, MARCIANO, LECTISSIMO, SIMIA, GERMIANO, FELICIA, EVASIA, GEMELLINO. ITEM SILVANO CUM SOCIIS.

G. H.

XXVI APRILIS. EAst *hæc illuſtris claſſis Martyrum, ex quibus in antiquis Martyrologiis Caſinenſi & Romano Ducis Altempſii aliqui his verbis memorantur:* In Africa Julii, Victoris, Cyrici, Honorati. *Iidem indicantur in Ms. Vaticano numero* 5949 *ſignato, & loco* Cyrici *melius* Sirici *ſcribitur. In Mss. Romano Cardinalis Barberini, & Colonienſi S. Mariæ ad Gradus hi referuntur:* In Africa Honorati, Pauli, Maximi, Apollonii. *Qui etiam ſunt adſcripti Auctorio Greveni ad Vſuardum, in quo ſeorſim (uti etiam in Ms. Aquiſgranenſi) fit mentio* Viri, *aliis* Viti, *&* Sirici: *Et in Ms. Trevirenſi S. Maximini* Sirici & Maximi. *In Ms. Richenovienſi plures indicantur:* In Africa Victoris, Sirici, Honorati, Felicis, Pauli, Maximi, Martiani. *In Mss. Auguſtano iſta nomina proponuntur, non addita*

A *addita palæstra*: Julii, Sirici, Pauli, Maximi, Marciani, Simplicii, Germani, Gemellini: *ubi tamen loco* Julii & Marciani *legitur*, Juri & Martialis. *Verum in quatuor apographis Martyrologii Hieronymiani distinctius omnium nomina ita traduntur*: In Africa Julii, Victurini, Sirici, Felicis, Pauli, Maximi, Victoris, Simplicii, Pollionis, Viti, Calendini, Apolloni, Marcianæ, Feliciſſimæ, Ethemiæ, Marciani, Lectiſſimi, Simiæ, Germiani, Feliciæ, Evaſiæ, Gemellini. *Quibus in codice Corbeienſi Pariſiis excuſo additur*, cum ſociis eorum Silvani. *At pro* Victurino, Ethemia, Lectiſſimo & Gemellino *legitur etiam* Victurus, Timia & Hernia, Litiſſimus & Gemellina. *In Ms. Florario celebrantur*, Virgines plurimæ cum aliis multis: *an de his Martyribus eorumque, ſocii illud ſit accipiendum, quis dicet?* D

DE SANCTO BASILEO

EPISCOPO AMASEÆ IN CAPPADOCIA,

G. H. *MARTYRE NICOMEDIÆ IN BYTHINIA.*

CIRCA AN. CCCXXII. *Sanctus Martyr* Baſileus, *illuſtris Orientis Epiſcopus, natus eſt & educatus Amaſeæ, urbe Cappadociæ Epiſcopali, quæ & Helenoponti provinciæ metropolis cenſetur; quam ipſe difficillimis temporibus, cum perſecutio Diocletiani, Maximiani & Maximini vigeret, adminiſtravit; ac tandem ultimis annis Licinii captus, Nicomediam abductus, & capite amputato Martyr, anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo, evolavit in cælum die* XXVIII *Martii. Verum quia corpus ejus in mare projectum, Angelico monitu inventum, & Amaſeam delatum ibidem honorifice depoſitum eſt hoc* XXVI *Aprilis; ideo hunc diem ejus veneration deputaverunt omnes paſſim Orientales. Nam Martyrologium Arabico Ægyptium, quod ex Arabica lingua in Latinum nobis tranſtulit Gratia Simonius Collegii Maronitarum tunc Romæ alumnus, præſcribit ad hunc* XXVI *Aprilis* certamen S. Baſilei Epiſcopi Amaſeæ: *quo etiam modo refertur in Typico S. Sabbæ. Secuti Græci, qui in Menologio Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris hoc martyrii compendium habent.* Die XXVI menſis Aprilis, Certamen ſacroſancti Martyris Baſilei Epiſcopi Amaſeæ. Sacroſanctus Chriſti Martyr Baſileus ſub Imperio Licinii Epiſcopus fuit Amaſeæ, & hac ratione martyrii cruciatus ſuſtinuit. Ancilla quædam uxoris Licinii, quæ dicebatur Glaphyra, ut pudicitiæ ſtudio damnatum cum ipſo Licinio concubitum evitaret, Dominæ ipſius conſilio, cum ingenti nummorum copia occulte in Orientales plagas effugit: & cum Amaſeam deveniſſet, ab Epiſcopo Baſileo, tamquam Chriſtiana, humaniter recepta fuit. Cum autem id ſciviſſet Licinius, ambos devinctos coram ſe adduci mandavit. Verum Glaphyra, cum idcirco ſe morti proximam dignoſceret, ab ipſius manibus effugit. Baſileus autem Epiſcopus vinctus Nicomediam adductus, cum Imperatorem redarguiſſet, capite plexus eſt & in mare projectus. Seorſim autem corpus ejus & ſeorſim caput. Dei vero providentia corpus capiti eſt annexum, & fluctibus devolutum eſt uſque Sinopem, & deinde Amaſeæ depoſitum. *Hæc dictum Menologium, At Græci in Menæis & Anthologio Officium Eccleſiaſticum de eo celebrant addito majori ex Actis martyrii elogio: quod pene idem eſt in Synaxario Ms. Pariſienſi collegii Claromontani, in quo ſub finem additur* ejus ſolennitatem celebrari in ſanctiſſima magna Eccleſia. *Græcos ſecuti Moſchi eumdem S. Baſilcum in habitu ac geſtu Epiſcopali proponunt hoc eodem die in tabulis Kalendarii ſui: invenitur etiam inſcriptus cum titulo* ſancti Martyris *kalendario Ruthenico apud Poſſevinum. E Latinis eumdem referunt Molanus, Galeſinius, Caniſius cum hodierno Martyrologio Romano: in quo iſta leguntur*: Amaſeæ in Ponto S. Baſilei Epiſcopi & Martyris, qui ſub Licinio Imperatore illuſtre martyrium conſummavit: cujus corpus in mare projectum, & ab Elpidiphoro Angeli monitu repertum, honorifice tumulatum fuit.

Nicomedia Martyr occumbit 28 *Martii,* B *at depoſitus Amaſeæ* 26 *Aprilis.* *Memoria in Faſtis Arabico-Ægyptiis.* *Typico S. Sabbæ,* *Menologio Baſilii imp.* C *Menæis,* *Synaxario.* *Rom. Martyrologio.*

Acta martyrii damus duplicia, ex Græcis tranſlata: priorum auctor eſt Ioannes Presbyter Nicomedienſis, qui ipſemet cum S. Baſileo egit, martyrium oculis ſuis aſpexit, & ab Elpidiphoro & Diaconis ejuſdem Epiſcopi reliqua intellexit. Hæc Acta in monaſterio Cryptæ-Ferratæ duodecim paſſuum millibus Romæ diſſito reperta, Latine tranſtulit Guillelmus Sirletus, & typis edidit Aloyſius Lipomanus tomo 7 Vitarum Sanctorum Patrum, atque ex eo ad hunc diem Laurentius Surius. Alia Acta Græca reperimus Romæ in illuſtri bibliotheca Eminentiſſimi Federici titulo S. Petri ad Vincula Cardinalis Sfortiæ, & inſcribuntur, Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Ἱερομάρτυρα Βασιλέα, Ἀρχιεπίσκοπον Ἀμασείας. *Ex his, quamvis auctoris multo recentioris ſint, acceptum Proœmium, quia multa continet ad antiquitatem Amaſenam & ſacram hiſtoriam ſpectantia, non gravabimur Latinum hic facere, & antiquioribus Actis præponere: reliqua ad calcem libri poterunt in ſua originali Græca lingua integre legi.* Ioannis Presbyteri, & alterius poſterioris. E

Acta è Græcis duplicia,

PARS ENCOMII

Ex Græco MS. Cardinalis Sfortiæ,

velut Prologus ad ſequentia Acta.

1 QUi terrenam potentiam ſortiti ſunt, ac regias habenas ſceptraque conſecuti, ſi aliunde in aliquam urbem ingrediantur, ac potiſſimum ſi ob victoriam obtentam peragant triumphum; ſuo aditu exhilarant atque exornant urbem, eamque ſplendidiorem effectam demonſtrant. Ac talia terreni Reges urbibus ſibi ſubjectis præbent. Quid porro dices de illis, qui in Deo regnarunt, & inconcuſſum tranquillumque regnum obtinuerunt: qualis eſt egregius victor & magnus Pontifex Baſileus? Nonne majora ac divíniora accepit dona, præ aliqua civitate, quam primum ingreſſus eſt ob victoriam obtentam de principibus & poteſtatibus tenebrarum, ob dejectum totius mali auctorem & conculcatum tyrannum? Præterea victoria plenum diſtillat ſanguinem, & pretium redemptionis oſtentat purpureum: quo communes hoſtes & malos genios ſuis jaculis conficiens ſubegit: atque eo uſque conſcendit, ut ſupra naturam patret miracula, eaque ejuſmodi, quæ non alius in miraculis patrandis clarus apparet feciſſe. Omnino igitur hoc confitendum eſt, præ terrenis Regibus majorem eſſe hunc theophorum ac divínum Baſileum, tali honore decoratum, ut poſt expletum martyrii certamen mare miro modo aſcenderit atque ejuſdem portum comprehenderit. *Præ victoria terrenorũ Regum,* *major eſt triumphus S. Baſilei.* F *ſanguine effuſo,* *& miraculis patratis.*

2 Atque his ita dictis plurimum expedire arbitratus ſum, ſi parum deflectamus, & orationem bene fluentem ad ſuum principium reducamus. Poſt Domini noſtri Salvatoris in cælos aſſumptionem & ad dexteram Patris ſeſſionem, in ſpecie ignitarum linguarum è cælis deſcendens Paracletus, divinos Apoſtolos tamquam Reges hujus mundi conſtituens, alios alio tranſmiſit: quod futurum olim Divinus David *Cum Apoſtoli in Pentecoſte Spiritũ ſanctũ acciperent,*

A David & eximius Propheta ita prædixerat: Dum diſcernit cæleſtis Reges ſuper eam, nive dealbabuntur in Selmon: ubi cæleſtis appellatur Spiritus ſanctus, Selmon, Hieroſolyma; dealbabuntur vero, dum ſicut nix & ſol ſplendeſcunt, & tunc Reges deſignati ſunt Apoſtoli. Atque his ita à Spiritu ſancto ordinatis, Petrus ſortitus eſt eos qui erant ex circumciſione; at qui ex præputio Paulus & alia: nam gentes conſtituebant partem univerſi orbis. Et quoniam Pontus Euxinus & regio contigua acceſſit ad clima Hieroſolymorum, & magno ſpectaculo incolæ Ponti & Cappadociæ in adventu Paracleti ipſo Pentecoſtes die interfuerunt Hieroſolymis, haud procul à radiis Petri conſedit Amaſea Pontica, urbs antiquiſſima & illuſtris, quæ multos productura erat fructus, gratia Chriſti mundum excolente. Illuſtrarunt igitur radii Petri Amaſeam: & primum [quidem obſcurius], ſplendidius vero, quando in Italiam & Romam expeditionem faciebat: iter etenim uti conveniebat per eam dirigebat, & ideo locus in Amaſea hactenus Cathedra Apoſtolorum vocatur. Princeps ergo Apoſtolorum in Amaſea moratus, locum ſanctificavit, & primus in ea docuit, populumque illuminavit. Inde vero diſcedens, ſicut ratio exigebat, Nicetium, virum Angelicis moribus & vita, Epiſcopum ordinavit.

Pſal. 67, 15

Incolæ Ponti & Cappadociæ audiverunt eos loquentes:

S. Petrus Amaſeæ docuit,

& ordinavit eis Nicetium Epiſcopum.

B 3 *a* Interlapſu vero temporis adminiſtratio illa ad nihilum redacta eſt, dum per fraudem & errorem rebus novis ſtudetur, & inſanis ac furore agitatis creditur, & omnia pietatis ſemina proteruntur. Poſtea vero ſuccedentibus temporibus *b* Phædimus Amaſeam adminiſtravit, ejuſque incolas Apoſtolicis chariſmatibus & quibuſcumque virtutibus exornavit: neque *c* gratiæ is propheticæ expers, ex inſpiratione Spiritus, præſcientiæ oculo quod futurum erat prævidens, Gregorium, publico nomine Thaumaturgum, *d* Neocæſareæ Epiſcopum primum B. conſtituit cum eam urbem, tempeſtas procellæ gentilitiæ miſere agitaret. Plures quoque alias tam vicinas quam procul diſſitas civitates hic vir Apoſtolicus Phædimus exornavit ordinatione ſanctorum Epiſcoporum, eaſdemque haud mediocriter communivit prædicatione Apoſtolorum.

a

b Ibidem Phadimus Epiſcopus ordinavit S. Gregorii Thaumaturgum & alios Epiſcopos:

c d

4 Deinde vero cum impietas dominaretur, & idolorum cultus veſanis furiis agitaretur, regno ad crudeles perſecutores delato, qui circa ſimulacrorum ſuperſtitionem inſaniebant, tunc regio Ponticæ ditionis & ipſa Amaſea inculta permanſit. Verum cæleſtis agricola in divina ſcientia dignum ex ſui ſimilitudine adinvenit agricolam, qui poſſet incultas & deſolatas animas expurgare, & cæleſte ſemen inſerere, atque ita excolere, ut fructum adferrent aut trigeſimum aut ſexageſimum aut centeſimum. Quis vero hic eſt aut qualis? E nomine ſuo fidem operibus præſtat. Nominatur etenim Baſileus, in ſacris myſteriis & certaminibus valde perſpicuus. Eſt hic Amaſeæ natus & educatus, hanc ſortitus ortus ſui obſtetricem & nutricem; hanc poſtmodum paſtoraliter rexit, ac novum exhibuit paradiſum, tum irrigatione ſpiritus & divinioribus doctrinis adhortationibuſque, tum ſuis martyricis certaminibus ac præclaris ornamentis. In hoc verbo conſiſtit bonorum omnium caput, & oratio noſtra coronidem aſſumpſit. Hic etenim divinus pugil, certamine victor, & paſtor cæleſti calculo conſtitutus, gubernaculum urbis Amaſenæ & regionum Orientalium adminiſtravit. Verum rurſus quemadmodum vulpes, hyænæ & feræ indomitæ locum aliquem complentes, generoſo repente leone apparente & leonino rugitu dictum locum concutiente & commovente, in latebras & antra ſecedunt; ita & feræ, humano quidem intellectu præditæ, ſed doloſæ dæmonum vulpes factæ, in montes & loca deſerta & abſque divina irrigatione inaquoſa

ne in Ethnicorum perſecutione fides periret,

C

S. Baſileus Epiſcopus creatus,

Amaſeæ natus,

ſua doctrina Orientales regiones illuſtrat:

& inſtar leonis, diſſpergit male operantes:

aufugiunt, generoſam ſacratiſſimi Baſilei prudentiam conſiliumque non ferentes, & virile animi ejus robur, forteſque ejus & ante non viſas aggreſſiones, feliceſque ſucceſſus evitantes. Divino namque & regio ubique incitatus impetu prudentiaque, domeſticos confirmabat, aberrantes reducebat, & errorum munimenta evertebat: & quaſi ſubalatus, nunc *e* Ancyram, alias Neocæſaream currebat, ut ſtultam idolorum ſuperſtitionem aboleret, & veri Dei notitiam induceret, & pro fide martyrium ſubituris cooperaretur, docendo, admonendo, confovendo, & ad certamina excitando: idque tunc temporis, cum inſtrumenta diabolica, Diocletianus ſuperbus impoſtor, Maximianus & Maximinus, quoſcumque Chriſtianos reperiebant tamquam in laniena contrucidabant, quod nollent Deorum ſimulacra venerari & nequirent ad impuriſſima ſacrificia attrahi. Verum quia athleta noſtro fortiſſimo certante, & errores Gentilium minuebantur, & pietas Chriſtianorum accreſcebat, illud omnis malitiæ auctor & apoſtata draco infernalis non ſuſtinuit, ſed omnem adhibuit conatum, ut è medio tolleret Baſileum Epiſcopum: quem ut celerius apprehenderet, malignarum ſuarum operationum reperit inſtrumentum Licinium, ad peſſimam hanc machinationem exequendam aptiſſimum.

Auctore Ioanne coævo ex MS. Gr.

e docet Ancyræ & Neocæſareæ:

Poſt perſecutionem Diocletiani, Maximiani & Maximini,

ſub Licinio paſſus eſt.

E

ANNOTATA.

a *Tranſilit auctor à primo ſeculo ad tertium, nulla re ibidem pro Chriſtianis peracta aut certe oblivioni tradita.*

b *Hujus* Phædimi *meminit S. Gregorius Nyſſenus in Vita S. Gregorii Thaumaturgi ad diem 17 Novembris illuſtranda.*

c *S. Gregorius:* ᾧ θεόθεν ἐξ ἁγίου Πνεύματος προγνωστική τις δύναμις ἦν, cui divinitus à Spiritu ſancto præſcia futurorum vis quædam inerat.

d Neocæſarea *in eadem Cappadocia itinere tridui teſte S. Gregorio diſtat Amaſea.*

e Ancyra, *metropolis Galatiæ, verſus Occidentem itinere ſex circiter dierum diſtat Amaſea.*

ACTA MARTYRII

Auctore Joanne Presbytero Nicomedienſi teſte in plurimis oculato.

Ex MS. Græco Monaſterii Cryptæ-ferratæ, Interprete Guilielmo Sirleto.

Occiſo Maxentio tyranno,

1 FActum eſt, ut, poſtquam Deus percuſſit impium illum Romanorum Principem, ſuæque magnæ & veræ confeſſionis hoſtem acerbiſſimum, Maxentium tyrannum, quem ſub Conſtantino pio Imperatore, & Chriſtianæ religionis obſervantiſſimo, ut olim Pharaonem illum, in flumen *a* demerſit, & in Conſtantini manus Romam tradidit: factum, inquam, fuit, ut benigniſſimus Imperator omnia Chriſtianis hominibus provideret, & quamprimum ſuæ ſororis virum Licinium mitteret ad expugnandum Maximinum. Qui cum in partibus Orientis regnum ſortitus eſſet, adverſus eum, qui verus ac ſolus Deus eſt, iniquitatem loquebatur, & ſæva tyrannide eorum genus, qui Dei pietatem obſervabant, affligebat, ut nemo alius fecerat eorum, qui antea fuerunt.

F

a

2 Licinius igitur omnipotente Domini noſtri Jeſu Chriſti manu adjutus, quippe qui Chriſti fidem ſincero animo tunc obſervabat, victoriam de Maximino reportavit, cum in eo regno eſſet, quod ille in Oriente obtinuerat. Nefarius enim Maximinus de bello ipſo parum cogitans, Licinii quidem manum in fuga converſus evaſit, ſed non omnino effugit illam Dei manum, quæ omnia ita comprehendit, ut ab ea nihil abſtrahi poſſit: quæ manus tunc rationes & pœnas, peſſimis illius ſceleribus dignas, exegit. Cum enim domi ſe occultaſſet, repentino quodam

AUCTORE IOANNE COMNENO EX MS. GR.

per totum corpus & insanabili morbo percussus est; doloribusque asperis ac vehementibus cum mirum in modum premeretur, pronus in terram cecidit, ejus carnibus occulto quodam igne liquescentibus, omnibusque ipsius membris diffluentibus, solis ossibus anima ipsa conclusa: quæ ossa cum carne & sanguine carerent, è proprio loco, in quo posita erant, abrumpi cœperunt. At anima illa miserrima, neque sic à sceleſto & spoliato suo tabernaculo discedere potuit, priusquam Domino ipsi supplex confessa est impietatem suam ac tyrannidem, quam adversus Christum, ejus servos affligendo, exercuerat. Tali miser ille turpissimo fine *b* vitam suam exegit.

& Maximino divinitus punito,

b

3 Itaque post justam Maximini pœnam, & divinitus invectam iram, Licinius, cum totum Orientem sub se haberet, magno cum apparatu ad nostræ regionis urbem Nicomediam venit una cum conjuge sua, ut in regia domo habitaret & Orientis Imperium gubernaret. Jam vero primum summa quædam pax repente per totum nostræ regionis orbem, post vehementes illas insanientis idololatriæ commotas fluctuationes ac pugnas, Licinii arbitrio atque opera invecta est. At bonarum rerum inimicus diabolus, pie viventium tranquillitatem ac lætitiam non diu ferre potuit. Licinio enim ipsi exemplo non fuit eorum tyrannorum, qui antea fuerunt, eversio ac pœna, ne & ipse talis esset, sed ea quæ justa sunt faceret, atque in illis perseveraret. Nam cum feliciter, quod cupiebat, ei processisset; quæque sperabantur, in ejus potestatem venissent; ostendit non longe postea, qualemnam animum haberet, & cujusmodi revera esset, quod videlicet per simulationem, & sub quadam simulatæ fidei specie atque integumento cum maximo illo Imperatore Constantino versatus fuerat, quo tempore Constantini res gestas considerans, animum suum occultabat. Tunc igitur, cum totus sceleſtus esset & nefarius, totusque ad diaboli voluntatem se accommodasset, solius & veri omniumque Creatoris Dei confessionem reprobavit, idque post jusjurandum illud, quod Dei amantissimo Imperatori Constantino sæpius exposuit, nullo unquam tempore se à Christianorum fide defecturum, sed illius se fore propugnatorem. Quæ sua promissa pro nihilo faciens, Græcorum cultui se ipse totum diligenter tradidit, ardenti zelo in rebus illis execrabilibus permanens, & ubique idolis ipsis sacrificia offerens. Qui & violenter Senatorias mulieres abripiens, in conspectu hominum turpe atque intemperatum facinus committebat, non matribus, non filiabus parcens, quo minus intemperanter cum illis coiret. Ad hæc per omnes gentes infinitas calamitates meditari non desistebat.

Licinius imperat in Oriente,

initio pacificus,

B

simulate Christianus,

deinde idolis servit,

totus lascivus.

C

4 Hæc cum magni Constantini germana soror videret atque audiret, eaque ferre non posset, litteras ad pium virum & Dei amicum Constantinum clam misit, quibus significabat, quæ Licinius facere ausus fuerat. Ille enim superstitiosæ dæmonum culturæ studiosus, & ipsi Deo invisus Licinius, omnes Christianos homines è domo sua procul fugavit: qua re aperte se Christi divino patrocinio nudum ac destitutum ostendit. Cum igitur sine impedimento aliquo talia diutius ab illo fierent, una quædam puella, ex earum numero quæ in Reginæ ministerium ardenti studio affectæ erant, è genere Christianorum exorta, moribusque & temperantia florescens, cum hæc cognosceret, & ad stuprum à Licinio provocata cum eo misceri exhorreret, simulque ne propter zelotypiam ac suspicionem à domina sua affligeretur; arcanum illud Reginæ ipsi aperire ausa est. Hæc, inquit, Imperator constituit mihi facere: Benignus enim, qui ejus cubiculi præfectus est, cum tamquam magnum aliquod donum se mihi collaturum speraret, hoc significavit. Te igitur obtestor per Deum illum, qui cæli & terræ Dominus est, quem & ipsa times, & Imperator Constantinus colit, ne sinas virginitate mea me privari nefario coitu vitiatam.

Christianos ex aula pellit:

insidiatur pudicitiæ S. Glaphyræ.

D

5 Hæc cum Regina didicisset, & puellæ ipsius æquam mentem ac propositum libenter amplexata esset, illam primum occultavit eo nomine, quod delirio correpta, moritura videretur; postea vero opportunum tempus nacta, multum auri & argenti, regiumque ornatum ac omnem supellectilem, necnon pueros illi dedit, eamque misit in Armeniæ regionem; atque illis hominibus, qui eam deducebant, præcepit, ut nullo modo quæ fierent alicui patefacerent, quænam scilicet, aut unde esset illa puella, quoad Dominus ipse providisset. Illi vero virili veste eam ornarunt: cumque Reginæ de puellæ custodia & benignitate in eam servanda fidem certam dedissent, in eum locum, in quem jussi fuerant, proficiscebantur: ac si qui ab illis quæsiviſſent, quisnam ille esset, Tribunum quemdam esse respondebant. Dei autem providentia factum est, ut illi in urbem Amaseam venirent: erat autem urbs illa Ponticæ provinciæ metropolis. Glaphyra igitur (hoc enim erat puellæ nomen) cum urbem munitissimam vidisset, ejus loci specie delectata est, & pueros suos admonuit, ut si Christianorum genus illic inveniſſent, in ea urbe permanerent.

Hæc à Constantia Regina adjuta,

cum suis Amaseam fugit:

E

6 Cum vero adolescens quidam, qui ad Quintium urbis illius cumprimis illustrem pertinebat, audivisset viros illos Christianos esse, & quærere, si qui ejusdem fidei essent in urbe illa, ad Quintium pertulit quod audierat. Qui nihil moratus, eos convenit, ac rogavit, ut in domo ipsius esse vellent, & si gratum eis esset, illic manerent; dicens, se quoque Christianum esse, & eo in loco Christianum Episcopum habere, virum egregium & dignum qui cum Apostolis ipsis conferri posset. Illi ejus verbis obtemperantes, & in ejus domo partem quamdam capientes, apud clarissimum virum Quintium permanserunt: & Episcopum ipsum convenere, qui Basileus appellabatur. Erat vir ille admodum eloquens, omnique virtute & spirituali prudentia refertus. Cum vero à Glaphyra ipsa quæsitum fuisset, quænam & unde esset, respondit, se Italam genere & Christianam esse, & ex parentibus Christianis, ancillamque Reginæ illius, quæ Constantini Augusti soror & Licinii Regis uxor erat. Adjunxit etiam deinceps, quænam fuerat causa, ut ad eum locum veniret. Illi cum hæc audivisſent, præceperunt, ut neque ipsa, neque quisquam illorum qui ad eam pertinebant, cum aliquibus versaretur, ne aliquo modo urbis Præfecto deferrentur, & calamitatis alicujus causa ea res ipsis foret. Beatus vero Episcopus Basileus dixit, ad Dei gloriam illam discessionis causam pertinere.

divertit apud Quintium Christianum.

à S. Basileo suadetur ibidem latere:

F

7 Illis ipsis diebus templum Ecclesiæ causa Episcopus construebat: nam usque ad illud tempus non fuerat intra urbem Christianis ipsis locus aliquis sanctus. Casta igitur illa Virgo Glaphyra multum auri & argenti ad templi ædificationem contulit, & omnes fere suas facultates ad omnia ea suppeditabat, quæ B. Basileus jussisset. Quinetiam & ad Dominam suam scripsit, ubinā esset, & apud quem manere sibi proposuisset; ac de sacro illo ædificio certiorem eam fecit, petens, ut plus pecuniæ ad eam mitteret, qua templum sanctum Christianis compleri posset. Id libentissime fecit magni Constantini soror, quæ & plurimas pecunias & multa dona ad eam misit: scripsit etiam & litteras ad Episcopum, quibus puellam ei commendabat.

hunc juvat in construendo templo,

8 Temporis intervallo iniquioris dæmonis arte factum aiunt, ut Glaphyræ litteras Benignus ille, de quo diximus, invenerit. Quibus lectis, cum audisset puellam vivere, & apud quemdam virum Amaseæ esse, Regi Licinio hoc patefecit. Qui cum mirum in modum

A *Abducenda ad Licinium moritur.*

modum furore accensus fuisset, illa ipsa hora ad provinciæ Præsidem edictum misit, quo jubebat Basileum ipsum & famulam Glaphyram ferreis vinculis ligatos ad eum mitti. Prius igitur quam Regis litteræ ad Præsidem venissent, Dei providentia factum est, ut Glaphyra ipsa ex humanis rebus *c* discederet. Corruptor autem ille & inhumanus Præses cum Regis edictum accepisset, sanctissimum Episcopum Basileum comprehendit, & ferreis vinculis adstrictum ad Regem misit. De Glaphyra autem scripsit, quod mortua esset. Consequebantur beatum Episcopum Basileum duo Clerici Diaconi, quorum alter Parthenius, alter Theotimus vocabatur: omnes autem in via ipsa ab impiis militibus & carnificibus vexati sunt. Cum vero ad Nicomediam regiam urbem venissent, Dei servus Basileus in carcerem conjectus est: Parthenius vero & Theotimus apud quemdam Elpidephorum Christianum hominem atque hospitalem, qui carceri proximus habitabat, benigne & multa cum misericordia hospitio accepti sunt.

Abductus S. Basileus carceri includitur.

Elpidephorum & Diaconos 2 *evocat nocte,*

9 Fidelissimus igitur Elpidephorus, cum omnia de viro illo cognovisset, & carceris custodi notus esset, auro ab eo impetravit, ut sine impedimento aliquo, & ipse & Diaconi & quoscumque voluisset, ad magnum Dei Pontificem introirent, & una cum illo divinas preces atque psalmos, noctibus præsertim, canere possent. Instante igitur die, quo ante tyrannum Basileus ipse sistendus erat; mediæ noctis tempore, carceris custode accersito, Diaconos suos & admirabilem Elpidephorum quæsivit. Custos igitur ipse celerrime eos omnes ad Basileum duxit. Ille vero psalmos, ut consueverat, etiam tunc canebat, exorsus ab illa psalmorum decade, Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus. Deinde cum in psalmis dicendis ulterius progressus esset, tertio versum hunc, extensis in cælum manibus, & lacrymas fundens, dixit: Si habitavero in extremis maris, manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua, Domine. Diaconi autem illi, cum Basileum in precibus, tamquam perplexum, vidissent, lapsum fuisse suspicati sunt. Ipse vero sciebat, quid diceret, ut earum rerum finis ostendit, quæ de illo conclusæ sunt.

B

Psal. 131, 1 *psalmos canit.*

Psal. 138, 9

Diaconos adhortatur,

10 Deinde cum hymnos & preces expleviſſet, die ipso jam lucescente, Diaconos affatus: Tentationes, inquit, adsunt, fratres, à diabolo quidem ipso commotæ, sed ab hominibus in nos illatæ. Ne segnes sitis, neque ob eas ærumnas, quæ futuræ sunt, animo concidatis: sed sustinete, stabiles manentes in fide: neque vos dimoveri patiamini, ut probati, non confusi, in adventu Domini sitis, vigilanter ac firmiter animæ oculos ad eum intentos habentes, qui potest nos servare à morte, & luctum vertere in gaudium, angustias ipsas in jucunditatem, lacrymas in risum, labores in requiem. Omnes vitæ hujus voluptates & sensuum illecebras, abjectissima quæque esse propter Dei filium Jesum Christum existimate, ut ejus heredes una cum omnibus sanctis viris efficiamini, ejus regni deliciis fruentes. Scitote enim, filii mei, hac nocte Dominum meum mihi vere apparuisse, & qualis dissolutionis meæ & migrationis ad illum futurus sit finis, quæcumque denique magna & præclara in servum suum faciet, mihi declarasse. Vos igitur tranquillo animo estote, & in Christo, revertentes, fratres ipsos confirmate. *d* Eutychium vero, Callistrati filium, Episcopum vobis assumetis: ita enim mihi Dominus revelavit, qui sua gratia & benignitate motus faciet, ut vile hoc corpus meum vobis reddatur.

C

afferit sibi Christum apparuisse.

d Episcopum successorem indicat:

11 Cum ejus Clerici amaros fletus emitterent, ille consuetam suam doctrinam adhibens, ipsos admonuit & hortatus est, ut reverti vellent, manibus Elpidephori eos commendans, cui & hoc dixit: Tu, frater, à Deo ipso electus es, ut caritatis mercedem recipias: una igitur cum illis ærumnas patere, neque ipsos dimittas, quocumque loco Dominus ad eorum ministerium te invitaverit. Cum primum vero eos Basileus dimisisset, Rex ipse jussit illum ad se duci, ac primum Glaphyræ puellæ crimen objiciebat, quod eam acceperat, neque quidquam de ea re significaverat. Ille ad hæc omnia justam defensionem opposuit. At Rex jussit ab ejus aspectu Episcopum amoveri: cui & per urbis Tribunum significans; Condonabo, inquit, tibi erratum hoc, & insuper honores maximos adjiciam, si mihi obtemperaveris, & deis meis sacrificia obtuleris: quin etiam & eorum sacerdotum, qui hic sunt, Pontificem te constituam. Beatus vero ille Dei minister Basileus Tribuno respondit: Hæc dices Regi: Licet totum regnum tuum mihi dare volueris, numquam tantum mihi dabis, quantum auferre vis, cum à Deo vivente me separare studeas, & dæmonibus animarum corruptoribus adjungere, atque ab infinita, sempiterna immortalique gloria abalienare, & ad caducos honores impellere, quorum honestas turpitudo est, & splendor abusio quædam inutilis. Sed si vis me bonum consiliarium audire, tu mihi obtemperes, & redeas illuc unde discessisti: quemque reprobatum contempsisti, ad eum te supplicem abjicias. Bonus enim est Deus noster, neque quisquam alius est præter ipsum justus, sanctus & salvator. Pœnitentiam igitur agas, & à vanis istis rebus discedas; ne propter insipientiam tuam mala & calamitates in te veniant, illatæ ab illo ipso justo judice, quem tu negans, dixisti Deum non esse.

AUCTORE IOANNE COÆVO EX MS. GR.

sistitur coram Licinio,

& spreto Pontificatu idolorum,

E

eum conatur reducere ad fidē,

12 Hæc Tribunus statim Regi nuntiavit: quem Rex iterum ad Basileum mittens; Rursus, inquit, illum admone, nisi forte cogi velit. Quod si parere mihi noluerit, statim ejus capite obtruncato, in mare præcipitetur, ut videamus, an Galilæus ille ipsum servare possit. Rursus igitur Tribunus ad eum venit, ac dixit: Inter vitam & mortem nunc es constitutus: duorum alterum delige: vel mihi obtemperes, & Regem ipsum colas, diis immolans, quos ipse veneratur: vel teipsum gladio feriendum esse scias, & in mare præcipitandum. Hæc cum sanctus ille vir audivisset, admodum lætus respondit: Ego immortalem Deum meum ac Regem colere, & ejus præceptis obedire studeo: isti autem, quos ipsi Deos vocatis, dæmones sunt, cum quibus & qui eis credunt, à vero & solo Deo meo in omnes imperium tenente, in illo ipso judicii tempore quod definivit, in ignem gehennæ qui numquam extinguitur, detrudentur in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium. Fac igitur contra me quidquid vis: ego enim non solum capite privari, & in mare, ut dixisti, projici, sed etiam infinitos cruciatus pro Christo meo sustinere paratus sum. Quamdiu enim spiritus ipse in naribus meis superfuerit, formatorem & Deum meum non negabo, neque ignis illius omnia vorantis reus efficiar.

minas mortis contemnit,

paratus pro Christo omnia pati,

F

13 Cum Tribunus ex iis intellexisset hominis sententiam stabilem esse atque immobilem, jussit mediocriter flagellis verberatum capite privari, & in mare ejus corpus dejici. Hoc enim modo quamplurimos ex iis, qui Christi fidem colebant, illos præsertim, qui Dei gregibus præsidebant, obtruncatos piscibus escam projecerat. At ille gravissimus & valde religiosus Christi martyr Basileus, verbera ipsa grato animo excipiens, dicebat: Non tribulatio, non angustia, non plurima pericula, non gladius, non ignis, aut mors separare me poterunt à caritate Christi: potest enim ille ab omnibus me liberare. Cumque duceretur, canebat psalmi versus illos:

flagellis cæditur,

AUCTORE IOANNE COÆVO EX MS. GR.

illos: Qui pascis Israel, intende, qui deducis velut ovem Joseph: qui sedes super Cherubin, manifestare coram Ephraim, Benjamin & Manasse. Excita potentiam tuam, & veni, ut salvos facias nos. Hæc maxime illi optabilia erant, & spectabant ad ea innuenda, quæ postea Elpidephoro, & iis, qui cum illo erant, evenerunt. Elpidephorus autem simul cum Diaconis & quibusdam hominibus Christianis Basileum sequebatur, quem carnifices ipsi vehementer urgebant. Venerunt igitur ad eum locum, in quo illi martyrium obeundum erat. Elpidephorus autem carnifices adiit, quibus & nonnullos argenteos nummos dedit, eosque rogavit, ut Basileo liceret cum domesticis suis ea loqui, quæ voluisset. Id cum carnifices libentissime concessissent, ille divinus Christi athleta & Episcopus Basileus, cum in maris littore genua inclinasset, & manus ipsas in cælum extendisset, Deum oravit theologicis vocibus, & aliis attentionem afferentibus, in hanc sententiam prolatis.

Psal. 79, 2

abductus ad littus maris:

orat Deum pro fideli populo,

14 Tu, qui cæleſtes & incorporeas mentes constituisti; qui cælum tamquam pellem, extendisti, terramque ipsam super aquas fundasti; qui mare & omnia creasti quæ in his ipsis continentur, Domine Deus meus, qui unicuique & quocumque in loco & in omnibus semper præsens es; quique facis voluntatem timentium te & custodientium mandata tua, exaudi preces meas, & fidelem gregem tuum custodi, cui me inutilem servum tuum præficere dignatus es: illum ab omni Gentilium vanitate ac violentia libera, & ab omni magniloquentia & impia hæreticorum lingua, blasphemias contra te loquente, intactum serva. Tu, qui omnia potes, idolorum insaniam extermina, & satanæ opera destrue, Ecclesiæ vero tuæ cœtum amplifica. Omnem hanc civitatem & ei finitimas unum populum efficias, cujus eadem mens idemque animus sit in tua, qui verus Deus es, recta confessione retinenda. Eumdem populum & bonorum operum tibique placentium æmulatorem constitue, ut ab omnibus glorioſe celebretur nomen Patris & Filii & Spiritus sancti, nunc & in secula seculorum. Dumque vocem hanc, Amen, addidisset,

amplectitur Elpidephorum & Diaconos,

Elpidephorum & Diaconos ipsos amplexatus cum osculo sancto, quemadmodum maximus ille Paulus Ephesiorum Presbyteros olim amplexatus fuit; Benedictus, inquit, Deus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum hostium qui corporeis oculis non videntur; sed laqueos ipsorum contrivit, & nos liberavit, auxiliumque præbuit ut ex angustiis eriperemur; neque supra quam possumus, nos tentari permisit. Salutate fratres & filios meos, quos genui in Spiritu sancto. Gratia Salvatoris nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen. Tunc ad carnificem conversus: Fac, inquit, tu amice, quod jussus es, & cujus causa hic ades. Cumque genua inclinasset, & collum protendisset, lætus atque exultans, plaga una percussus, bonum illud certamen fortissime confecit.

Martyr obit.

15 Tunc Elpidephorus carnificibus aurum offerens, eos rogabat, ne Basilei corpus in mare demergerent, sed illud sibi sepeliendum traderent: verum hoc illi facere noluerunt, suspicati, ne, si forte deprehensi essent, suis etiam capitibus à Rege condemnati obtruncarentur. Cumque ille pretiosum Martyris caput à carnificibus petiisset, nec ipsum impetrare potuit. Itaque carnifices illi cum piscatorum quorumdam scapham arripuissent, in eam Martyris corpus cum capite conjecerunt; & longius à terra distantes, in altum mare alio caput, alio corpus demerserunt, nobis id videntibus, qui & gemitibus confundebamur. Elpidephorus autem minister Christi fidelissimus, cum Diaconos in domum suam accepisset, eos consolatus recreavit.

In mare corpus & caput projicitur,

16 Nocte vero illa divina quædam Angeli visio Elpidephoro ter oblata est, eodemque tempore Angelus ipse sic affatus eum fuit: Episcopus Basileus Sinopem venit, & illic vos expectat. Surge igitur, & ejus Diaconos tecum habens, navigium conscende, & ad ipsum proficiscere. Elpidephorus cum ter eodem tempore surrexisset, & visionem secum cogitasset, Clericis illam exposuit; ab eis quærens, an re vera locum aliquem vel regionem, Sinopem dictam, alicubi esse audivissent. Parthenius urbem Ponti esse dixit: Et ego, inquit ille, in somnis mihi videbar magno illi viro manum meam porrigere, & una cum ipso in Domini templum introire, qui & hoc mihi dicebat: Ut vides, ita erit tibi. Cum igitur Elpidephorus aurum & viaticum sumpsisset, & omnibus aliis rebus majorem Christi fidem duceret, eamque secum haberet, ac ut viæ ducem quemdam sequeretur, Amaseno navigio invento, una cum Basilei Diaconis in illud conscendit. Navigabant igitur in urbem maritimam Sinopem, Deumque precabantur, ut quæ initio facere jussi fuerant, ea manifestius eisdem iterum revelarentur.

Angeli monitu,

Elpidephorus & Diaconi

Sinopem navigant:

17 Illa igitur nocte, qui antea Elpidephoro apparuerat, præsto fuit, ac dixit: Ad dextrum urbis sinum rete ipsum demittite, & quam cupitis margaritam invenietis: ac repente ostendit illi & locum, & signa quædam, ac domum pellucentem, sanctumque virum in ea sedentem cum multitudine militum, dixitque: En ipsum vides, mane igitur veniens, illum capias. Experrectus igitur & valde lætatus, his qui cum illo erant, se hæc vidisse significavit. Qui cum diluculo surrexissent, iverunt, prout visione illa docti fuerant. Cumque & signa & locum invenissent, ecce autem & piscatorum navigium, qui retia sua componebant, oblatum est. Eos cum admirabilis Elpidephorus ad se vocasset; Quid vultis, inquit, vobis demus, ut rete nobis jaciatis? Illi autem libentissime cum eis pactionem fecerunt. Qui cum in navigium conscendissent, sortiti sunt inter se de primo jactu, forsque ipsa Theotimo cecidit. In ipsius igitur nomine retia in mare demissa sunt, quæ extracta, nihil in se captum habebant. Deinde Parthenius pro Elpidephoro sortitionem fecit, & secundus sagenæ jactus Parthenio cecidit, Sed neque sic aliquid ab eis captum fuit. Dixit autem Elpidephorus: Ego non in meo, sed in Dei mei nomine vobis committo, ut sagenam in mare jaciatis: fidem enim in Deo ipso habeo, fore, ut quod propositum mihi est, assequi possim.

altero Angeli indicio,

rete ejiciunt:

18 Hoc igitur facto, glorioſi Episcopi & Martyris Basilei corpus, admirabili quodam modo & supra quam dici possit, in sagena illa complicatum fuit. Cum igitur piscatores sagenam extrahentes, multum onus in illa esse præsensissent, arridentes: Felicissimus, inquiunt, istius hominis Deus est. Cum vero retia in terram extracta fuissent, & hominem in mari peremptum vidissent, sententiam mutantes, de fortuna illa conquerebantur. At Elpidephorus cum eum vidisset, & sanctum virum Basileum cognovisset, se continere non poterat, quin multum lacrymaret atque ingemisceret. Parthenius vero in ejus aurem incumbens: Ne demus, inquit, istis suspicionem, sed tamquam communem humani generis naturam misericordia prosequentes, illos rogemus, ut nobis eum dent, quo terræ cadaver ipsum mandare possimus. Consultabant enim piscatores de illo iterum in mare projiciendo. Quamobrem piscatoribus dixerunt: Vos quidem, fratres, laboraſtis, idque, quod à Deo ipso datum fuit, cepistis: date nobis eum, qui pro piscibus extractus est, ut quæ ad sepulturam pertinent, rite illi adhibeamus, ut terræ id, quod ei cognatum est, adjungatur. Piscatores autem

corpus S. Basilei extrahunt:

pro

A pro cadavere nihil ſibi dari patiebantur. At Elpidephorus: Vos, inquit, laborem paſſi eſtis, quodque vobis impoſitum fuit, exolviſtis: juſtum igitur eſt, vos mercedem recipere. Cum hoc diceret, non antea deſtitit, quam quod conſtitutum eis fuerat, acceperunt.

Caput corpori connexum

19 Cum igitur ad ripam quamdam maris navigaſſent, corpore illo accepto ac repoſito, à piſcatoribus relicti ſunt, ſole ad veſperum jam vergente. Tum illi honoratum ſancti Martyris tabernaculum amplexari cœperunt cum lacrymis atque gemitibus, & ea re multum gaviſi ſunt. Cum enim Martyris caput ſine corpore, corpuſque ſine capite, utrumque nobiſipſis ſpectantibus, in altum mare projectum fuiſſet, admirabile fuit & inſigne admodum Divinæ potentiæ opus, illud idem caput cum corpore conjunctum emergere: cum ſectionis ſignum exiſteret, quam gladio allatam, undique collum Martyris præ ſe ferebat quidem, ſed ita tamen, ut à ſacro illo capite diſiunctum non eſſet. Neque ullum omnino damnum, vel tumorem ex aquis ipſis, quibus diu agitatum fuerat, ut alia omnia conſueverunt, corpus illud acceperat, neque aliquid male olebat, quin etiam odoris ſuavitatem quamdam emittebat: prorſus enim ab omni corruptione liberum erat. Non à capite, non à palpebris, non à canitie illa, quæ nuper florere cœperat, pili effluxerant; ſed qualis erat, cum adhuc ſuperſtes dormiebat, talis & nunc ante illos poſitus cernebatur, multorumque unguentorum ſuavitatem redolebat. Nondum autem ſeptuageſimum annum exceſſerat. Sed nemo his fidem non habeat, quaſi Divinæ potentiæ ordine hæc non ſint facta, cum ſciat, quæ in Erythræo mari, & Iordane fluvio ſub Moſe, Ioſue, Elia & Eliſæo olim à Deo effecta ſunt, quæque poſtea in Iona illo divino homine, & tribus adoleſcentibus, qui in Babylonia illa fornace fortiter ſe geſſerunt, quorum neque crines, neque indumenta ignis ardore aut incendio corrupta ſunt. Hæc enim Dei potentia evenerunt omnia facientis, & ſuo nutu quocumque tempore voluerit, quæ contra omnium opinionem ſunt, diſponentis: idem enim Deus eſt, qui & tunc & nunc mirabilia omnia in eos, quos ſe dignos invenit, vel poſt mortem eorum efficere ſolet.

miraculo ſimili atque olim facto.

Corpus defertur Amaſeam:

20 Cum ſatis igitur collacrymaſſent, & jam adveſperaſceret, Elpidephorus ad urbem cucurrit, & velum quoddam emit: cumque multa nox eſſet, corpus ipſum in velo illo involuit: quod in cujuſdam Chriſtiani hominis domo, qui erat unus bonorum civium *f* & apud quem jam antea diverterant, reponens, una cum iis, qui illic erant, decenter funus ipſum curavit. Quamprimum autem & ex tabulis arcam quamdam Elpidephorus compoſuit, atque in vehiculum mercede conductum corpore impoſito, una cum Diaconis ad illius urbem Amaſeam profectus eſt, ac totos quinque dies in itinere conſumpſit. Ad multam vero noctem in templo, nuper conſtructo, reliquias illas repoſuerunt. Diluculo autem tota Chriſtianorum multitudo in eum locum collecta, occulte quidem propter Præſidis metum, ne ſi hoc ille ſciret eis malefaceret, feſtinavit ſancti viri corpus ſepulcro dare. Sed quoniam veriſimile erat aliquos vel non credere, vel ejus corporis ſpectandi cupidos eſſe, cum velum illud revoluiſſent, omnium virtutum & continentiæ ſpecimen viderunt, eorumque ſenſus admirabili quadam odorum ſuavitate oblectatus eſt. Cumque totum illud ſancti viri corpus, quod Spiritus ſancti templum fuerat, inſpexiſſent, ac re illa omniumque opinionem ſuperante miraculo perculſi fuiſſent, & ſpiritualem patrem ac magiſtrum lacrymis proſecuti eſſent, ipſi denique miraculorum effectori Deo gloriam reddidiſſent, cum pſalmis & lampadibus & multis aromatibus ante illud templum, quod à Baſileo martyre, Dei ope adjuvante, conſtructum fuerat, in ea parte quæ ad Orientem ſpectat, ubi & reliquorum ſanctorum Martyrum corpora multa repoſita eſſe dicuntur, ejus etiam corpus condiderunt, hucuſque Epiſcopum, Paſtorem & ſui gregis etiam poſt mortem cuſtodem vigilantiſſimum habentes; eumdemque graviſſimorum ac ferocium, cujuſmodi Arabici ſunt, luporum, qui non corporeis oculis, ſed mente comprehenduntur, aliarumque ferarum, Græcorum, inquam & hæreticorum perſecutorem diligentiſſimum.

AUCTORE IOANNE COÆVO EXMS GR.

inter lacrymas ſuorum ſepultum.

Licinius à Conſtantino Magno victus mi. ſere perit.

21 Poſt inſignem igitur hominis illius ſancti cædem, Conſtantinus Imperator, cum hæc didiciſſet, tum ex ſororis ſuæ litteris, tum ex aliis viris Senatoriis, qui à Licinio vexati fuerant, & ad Conſtantinum, tamquam ad ſervatorem & malorum emendatorem confugerant, *g* Roma diſceſſit maxima ira percitus, vel divino potius conſilio, cum Criſpo filio, qui & in omnibus Rex bonus erat, eique ſimilis à quo genitus fuerat. Venit igitur Conſtantinus in Orientem, ut Licinium comprehenderet, qui ſe ad bellum contra Imperatorem gerendum inſtruxerat: ſed ejus exercitus totus ad Imperatorem illum, maxime glorioſum & nobiles victorias reportantem, ſe contulit eique adhæſit. Licinium vero, cum fere ad mortem uſque Imperator caſtigaſſet, regali & quacumque illa principatus poteſtate privatum, in Galliam demandavit, ut in illa regione habitaret: eo enim quod ejus affinis erat, illum morte punire noluit, qui jure millies mori debebat. Ei autem, toto Senatu audiente, dixit: Luge, & pœnitentiam age ob ea quæ auſus es, boniſque operibus ſtudens, ab illis numquam deſiſte: fortaſſe Deus propitius ac benevolus erit tibi, & qui omnis benevolentiæ expers & inſidiator fuiſti, fortaſſe ſempiternæ pœnæ ſententiam aufugies. Nihilominus tamen divina pœna vehementer illum aggreſſa fuit: in ea enim regione, ad quam miſſus eſt, difficilia quædam ulcera, remedia ejus malitiæ congruentia, ſimilem illi, quam Maximinus paſſus fuerat, plagam attulerunt. Cum igitur graviter ingemiſceret, & ſolum ac verum Deum à ſe reprobatum fuiſſe confeſſus eſſet, ex hac *h* vita miſer avulſus fuit.

& fides Chriſtiana floret.

22 Porro cum magnus & vere Chriſti electus Imperator Conſtantinus Imperium invictum atque inexpugnabile adeptus eſſet, diviſiones illas, quas primus ex Romanis Imperatoribus Diocletianus excogitaverat, in veterem ſtatum reſtitutas, divinis legibus & ſtatutis conjunxit: ac per omnes gentes Græcæ ſuperſtitionis ritum ac tyrannidem in nihilum redegit: Chriſtianorum vero res augeri, extolli, & omni cum fiducia rectiſſimam & veram Chriſti confeſſionem prædicari fecit: omniaque illa, quæ ad idolorum templa pertinebant, ſive pecuniæ, ſive reditus fuiſſent, Domini Jeſu Chriſti Eccleſiis diſtribui edicto juſſit: Imperium denique ipſum eidem Domino acceptum referens, Byzantium urbem ſuo nomine appellandam conſtruxit, quam omnium Rex atque Imperator Deus diligit. Obiit autem martyrio functus beatus, & inter Sacerdotes atque illuſtres Martyres cum primis egregius & fidelis Baſileus, menſe Martio vigeſimo octavo die: ſepultus vero fuit in ſacri ſui gregis urbe menſe Aprili vigeſimo ſexto, imperante Conſtantino, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria & Imperium in ſecula. Amen.

Ioannes vitæ ſcriptor,

23 Poſteaquam tale in Chriſto miniſterium amabilis Elpidephorus complevit, & in urbe Nicomedia apud me minimum inter Chriſti Sacerdotes Ioannem fuit, omnes Baſilei res geſtas, quæ ſupradictæ ſunt, Deo teſte, mihi expoſuit. Quamobrem ad eorum,

AUCTORE IOANNE COÆVO EX MS GR. qui hæc legent vel audire voluerint, ædificationem atque utilitatem litteris mandare, & ſcripta relinquere ſtudui, quæcumque vidi, audivi & didici: nam & ipſe dignus habitus fui, qui per dilectum Elpidephorum illius beati viri ſpirituali congreſſu fruerer, quo tempore in carcere cuſtodiebatur, à quo & maximam utilitatem percepi. Cum enim tempore illo inter Chriſti fideles homines contentio ac diſſidium ortum eſſet, ego ab eo viro, qui omni affectione liber & præceptor erat vere magnus, ſupplex petii, ut diceret, num recte ſentirent, qui Filium ipſum ſimul cum Deo omnium ſupremo pariter æternum eſſe & ſine principio tenerent, dicentes eum eſſe ejuſdem eſſentiæ, cujus & Pater eſt, necnon duo hæc ſine principio & pari honore prædita eſſe affirmantes; an potius hæreticam diſputationem ſuſtinerent, cum quodam loco clara voce Filius ipſe dicat, Pater major me eſt: item illud, Vado ad Deum meum. Tunc ille: Si divina, inquit, oracula diligenter & accurate legere volueris, omni affectu & odio liber, invenies rectiſſime illos ſentire, qui confitentur, ſic Deum ipſum à ſe coli, cum Ioannes aperte clamet: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum: & Paulus teſtetur, Chriſtum eſſe Dei potentiam, & Dei ſapientiam, imaginem & characterem Dei inviſibilis, primogenitum omnis creaturæ, atque creatorem. In ipſo enim creata ſunt omnia, ſive viſibilia ſive inviſibilia, & omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. Si vero in ipſo & per ipſum omnia creata ſunt & conſtiterunt, manifeſte tempus & ſecula creata eſſe intelligimus.

circa Incarnationem à S. Baſileo inſtructus eſt.

Ioan. 1,1

1 Cor. 1,24

B

Coloſ 1,15

24 At ſi quis ad eam inſaniam devenerit, ut Patrem & Deum ſine potentia, ſapientia & verbo fuiſſe dicat, habeat ille & de Filio talem opinionem, quod patibilis fuerit, & paulatim creverit, atque additamentum acceperit, ejuſque ipſius divini exiſtentis totam naturam (ut opinatur) ad principium referat: auctio enim & additamentum, quod paullatim fit, principium habet omnino id, quod fit in tempore. Verum non exiſtimo aliquem ex iis, qui recte ſentiunt, tale quippiam opinari, neque hoc à veritate puto diſſentire, quod Pater ſine principio, & Filius cum Deo etiam ipſe ſine principio ſit. Non enim in tempore Pater eſt, ſed ſupra tempus, ſupra quod & Filium eſſe manifeſtum eſt. Itaque cum Deus & Pater ſemper fuerit, æternus etiam eſt Filius ipſe, ſupra quam cogitari poſſit, divino modo à Patre genitus. Cum enim confiteamur ſemper eum fuiſſe ſine principio, ſemper ſapientem & potentem, fateamur igitur neceſſe eſt fuiſſe Verbum, & Verbi genitorem: quod Verbum non in aërem diſſolvitur quemadmodum noſtra verba diſſolvuntur, ſed conſiſtit, & eſt vere indiſſolubile, ſemper ab eo qui ſine principio eſt, ab ipſo, inquam, genitore ſecundum veram eſſentiam principium habens ſupra principiū. Quod enim Verbum ipſum, hoc eſt Filius, ejuſdem ſubſtantiæ ſit, cujus & Pater, Filius ipſe homo factus clara voce affirmat, cum ait, Ego & Pater unum ſumus; &, Qui videt me, videt & Patrem meum. Hæc enim verba aliter intelligi non poſſunt, quam quod ejuſdem ſubſtantiæ cognationem iis, qui vere ſunt, apte congruere oſtendant. Eamdem ſententiam & in verbis illis contineri arbitror: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Cum hoc dicit, unum oſtendit nomen Patris, & Filii, & ſancti Spiritus. Cur nam hoc fecit? Ut ejuſdem ſubſtantiæ, voluntatis, regni, poteſtatis ac virtutis, eamdem cognationem eſſe doceret, diverſitatemque perſonarum, quæ in Trinitate conſiderantur, oſtenderet.

C

Ioa. 10,30 & 14, 9

Mat 28,19

D

25 Quod vero dixit: Pater meus major me eſt: &, Vado ad Deum meum: in eam partem accipiendum eſt, in quam accipimus, cum audivimus illum eſuriviſſe, ſitiviſſe, dormiviſſe, defeſſum, anxium & triſtem fuiſſe, crucem denique & mortem pertuliſſe. Hæc enim omnia pii homines humanæ Filii Dei, hoc eſt unigeniti Verbi, naturæ propter nos ſuſceptæ tribuere debent: quoniam formam hominis ſuſcepit, & ſponte ſua ſeipſum exinanivit, & cum eſſet dives, (ut ait divinus Paulus) propter nos factus eſt pauper, ut nos illius paupertate divites efficeremur. Similis enim nobis fuit per omnia, excepto peccato. Tales igitur humiles voces, & patibili naturæ convenientes, cogitandum eſt illi convenire, qua parte homo fuit: illas vero magnas, & Deo convenientes voces, de eodem cogitabimus, qua parte Verbum erat Dei in principio, & Deus unum cum patre: id quod ex divinis ſignis oſtenſum eſt. Itaque Genitori ſimilem fuiſſe intelliget, qui animæ oculis non caliginoſis eum contemplari voluerit.

Ioa. 14,28 & 20,17

2 Cor. 8,9

26 Cum his ſermonibus à beato illo Martyre adjutus fuiſſem, & ad rectæ ſinceræque fidei firmiſſimum lapidem converſus, animum meum in eo confirmaſſem, & eorum, qui Filium à Patris ſubſtantia diſiungere atque alienare conati ſunt, vel ſeipſos potius ab unigeniti Filii providentia ſejungunt, inanem & adulterinam doctrinam execratus fuiſſem; ad lectiſſimum eorum, qui Deo recte credunt, numerum meipſum aggregavi, in Patre, Filio, & ſancto Spiritu, ejuſdem Trinitatis gloriam celebrans, & nunc, & in ſecula. Amen. Ita completum fuit martyrium S. Baſilei, qui fuit Epiſcopus urbis Amaſeæ. Ejus autem memoria celebratur vigeſimo ſexto die menſis Aprilis. Te vero, qui hæc aut legis aut ſcribis, obteſtor per illum ipſum Deum qui omnia videt & poteſt, ut propter perverſorum hominum, & eorum, qui nobis inimiciſſimi ſunt, hæreticorum malitiam, ab hac narratione nihil ſubtrahas, neque quidquam illi addas.

E

Nihil immutari petit auctor.

ANNOTATA.

a *Maxentius, juxta pontem Milvium ad urbem Romam, ſubmerſus interiit, anno* 312, 28 *Octobris.*

b *Maximinus, in Illyriis ab Licinio victus, fugit in Aſiam & apud Tarſum Ciliciæ horrendâ morte conſumptus eſt, anno* 313.

F

c *Colitur S. Glaphyra* 13 *Ianuarii, Martyrologio Romano inſcripta. A Græcis una cum S. Baſileo hoc die* 26 *Aprilis memoratur.*

d Eutychius, *videtur is eſſe, qui ſubſcripſit Synodo Nicænæ anno* 325, *ſed ibi* Eutychianus *ſcribitur Latine, Græce vero non extant ſubſcriptiones.*

e Sinope *urbs Epiſcopalis Paphlagoniæ ad Pontum Euxinum.*

f *Græce* εὐπολίτων: *quod Sirletus* Eupolitarum *vertit, quaſi nomen à patria* Eupoli *vel à dignitate ſumptum: quorum neutrum dici poteſt, ideoque vox hæc debet ſumi appellative.*

g *Anno* 323, *quando menſe Februario Romæ & dein Theſſalonicæ leges condidit: eoque tempore bellum cum Licinio cœptum: ac Conſtantinus primum victoriam obtinuit in Thracia,* 2 *Iulii; dein in Bithynia* 17 *Septembris.*

h *Licinius, rebus novis ſtudens, Theſſalonicæ interemptus ab aliis traditur anno* 325.

DE

DE SANCTA EXVPERANTIA,

VIRGINE TRECIS IN GALLIA.

G. H.

XXVI APRILIS.

Trecis in monaſterio S. Frodoberti

adſervatur corpus S. Exuperantiæ Virg.

memoria 25

& potiſſimum 26 Aprilis,

B

Tricaſſinæ urbis loco ſuburbano, qui olim Inſula-Germanica dicebatur, conſtructum eſt ſeculo Chriſti ſeptimo à S. Frodoberto primo Abbate monaſterium Cellenſe, S. Petro dicatum, uti latius diximus ad S. Frodoberti Vitam VIII *Ianuarii. Ibi inter alias illuſtres Reliquias variorum Sanctorum, retro poſt ſummum altare collocatas, adſervatur in forulo ſecundo verſus pattem Meridionalem ſacrum corpus S. Exuperantiæ Virginis, in antiqua hierotheca lignea, ſed inaurata & variis imaginibus exornata.*

2 *Nicolaus Camuzatus, auctor Promptuarii ſacrarum antiquitatum Tricaſſinæ diœceſis anno* MDCX *excuſi, in Notis ad Vitam S. Frodoberti, edidit Excerpta ex Kalendario MS. dicti cœnobii, & folio* 39, *habet hæc verba:* VII Kalendas Maji Trecas, apud monaſterium S. Frodoberti, natalis B. Exuperantiæ Virginis. *Verum ad dictum diem* VII *Kalendas Maji, ſive* XXV *Aprilis, non reperimus ejus memoriam in ullo Martyrologio, unde errorem typographicum apud Camuzatum arbitramur, quem correxit Nicolaus des-Guerrois, in libro quem anno* MDCXXXVII, *edidit de Hiſtoria Eccleſiaſtica Trecenſi, ubi folio* 22 *ex antiquo Martyrologio monaſterii Cellenſis ita relata verba allegat:* VI Kalendas Maji, Trecas, apud monaſterium S. Frodoberti, natalis S. Exuperantiæ Virginis.

3 *Eadem, ſed aliquanto contractius, leguntur in MS. Martyrologio Carmelitano, ex Trecenſibus & Senonenſibus ritibus deſumpto; itemque in Mss. Martyrologiis Pariſienſi monaſterii S. Germani à Pratis, Bruxellenſi S. Gudilæ, & alio forſan Brugenſi; nec non in Florario Ms. Præterea in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* MCCCCXC *excuſo, in Auctario Greveni ad Vſuardum & Martyrologio Germanico Caniſii, Italico Felicii, item apud Maurolycum & Molanum: quibus duobus allegatis inſcriptum eſt nomen Martyrologio Romano his verbis:* Trecis S. Exuperantiæ Virginis.

4 *At* Tranſlatio S. Exuperantiæ *indicatur ad diem* XX *Aprilis, in Martyrologiis Pariſienſi S. Germani à Pratis, Remenſi SS. Timothei & Apollinaris, & Divionenſi S. Stephani: ſed in hoc male exaratur* Exuperia, *ſaltem in noſtro apographo. Reliqua circa vitæ & mortis genus prorſus latent, unde conjicit memoratus Des-Guerrois eam ſeculo Chriſti primo aut ſecundo floruiſſe: & de ea agit ad annum Chriſti centeſimum, quod omnia tunc peracta apud Tricaſſinos plane obſcura permanſerunt. Verum plurima, etiam diu poſt acta, variis bellis & incendiis perierunt, aut majorum ſocordia non fuerunt ſcripta.* *tranſlatio 20 Aprilis.*

5 *Arturus du Monſtier in ſuo Gynæceo ſacro hunc diem ita auſpicatur:* Auximi in Piceno S. Exuperantiæ Virginis & Martyris. Ita, *inquit in Notis,* Ferrarius in nova Topographia ad Martyrol. Romanum, verbo Auximum, ex Tabulis Eccleſiæ Auximanæ, cujus ſacrum corpus ſervari in æde Cathedrali Cajetana teſtatur Ughellus tom. I Italiæ ſacræ in Epiſcopis Cajetanis. *Hæc ibi. Verum Vghellus enumerans ſacras Reliquias urbis Cajetæ, aſſerit* corpus *ibidem eſſe* S. Exuperiæ Virginis & Martyris, *non* Exuperantiæ. *Ferrarius vero dicit Auximi coli* Uxuperantiam, *cujus interim neque in Catalogo Sanctorum Italiæ, neque in Catalogo generali, ſedecim annis ſeriùs edito, meminit. Anno deinde* MDCXX *Ioannes Baldi, Auximanæ eccleſiæ Canonicus Pœnitentiarius, vulgavit librum de Sanctis Victore atque Corona Martyribus & S. Leopardo Epiſcopo aliiſque Sanctis in eccleſia jam dicta ſepultis, nullæ* Uxuperantiæ *mentione uſpiam facta. Cogimur igitur ſuſpicari, in iſto qui allegatur Ferrarii loco mendum aliquod latere, aut errorem ſubeſſe.*

Alia Exuperia

E

& Vxuperantia ab aliis profertur.

DE SANCTO LVCIDIO,

EPISCOPO VERONENSI IN ITALIA.

G. H.

XXVI APRILIS.

C

Cultus ſacer,

elogium,

ſepultura in æde S. Stephani,

Inter plurimos Eccleſiæ Veronenſis Antiſtites, Sanctorum catalogo inſcriptos, ad hunc diem XXVI *Aprilis memoratur* S. Lucidius, Epiſcopus Veronæ. *Extant Sanctorum Præſulum Veronenſium antiqua monumenta, à Raphaële Bagata & Baptiſta Peretto collecta, & ab Auguſtino Valerio Epiſcopo Veronenſi contexta, Venetiis anno* MDLXVI *ſimul edita: in quibus de S. Lucidio iſta cotinentur:* Lucidius Veronæ Epiſcopus, vir eximia ſanctitate fuit. Is contemplationi divinarum rerum inprimis deditus, omnium humanarum rerum curam Presbyteris dedit: lectioni & orationi inprimis ſe addixit; ut populum poſſet in lege Dei erudire. Obiit vir ſanctus ſexto Kalendas Aprilis: ejus corpus conditum eſt in baſilica S. Stephani. *Hæc ibi fol.* 39. *De eodem fol.* 8 *iſta leguntur*: S. Lucidii Epiſcopi Veronenſis corpus requieſcit in eccleſia S. Stephani. Uti conſtat ex Tabula vetuſta, ex membranis in ſacrario S. Stephani, ex Franciſco Corna & ex Tabula Sanctorum die XXVI Aprilis. *Onuphrius Panvinius, lib.* 4 *Antiquitatum Veronenſium cap.* 7, *refert Epiſcopos incerti temporis & ordinis ex antiquo Kalendario, & inter eos S. Lucidus, dicitur obiiſſe* XXVI *Aprilis, ſepultus ad S. Stephanum: Et cap.* 4 *agens de Baſilica S. Stephani, ait in ea* incertis locis jacere corpora Sanctorum Epiſcoporum Veronenſium Lucidii, Dimidriani, Servuli, Vindemialis, Saturnini & Lupi.

F

loco incerto.

Ferdinandus Vghellus in Epiſcopis Veronenſibus tomo 5 *Italiæ ſacra ſcribit* S. Lucidum interfuiſſe Sardicenſi Concilio, ſub Julio Papa anno CCCXLVII. *Verum quia* apud Athanaſium in Apologia ſecunda, inter Epiſcopos Italiæ, qui illi Synodo interfuerunt, Lucillus ponitur poſt Severum Ravennatem, quem cum ceteris in teſtimonium vocat Athanaſius in Apologia ad Conſtantium; *arbitratur Baronius hic in Notis, perperam in Concilio,* loco Lucilli ſubſcriptum reperiri Lucidum. *Colitur autem* S. Lucillus XXXI *Octobris.*

Num ipſe an potius S. Lucillus fuerit in Concilio Sardicenſi.

DE SANCTA IVSTA,

D. P. *APVD GRÆCOS.*

XXVI APRILIS. *RAti præſenti* XXVI *Aprilis celebrant ſanctam quamdam Matronam, nomine* Juſtam, *de qua in Menæis excuſis & aliquibus manuſcriptis & apud Maximum Epiſcopum Cytherorum iſta referunt,* Eadem die ſancta Juſta in pace quievit : *additur diſtichon, quo ejus illuſtris ſanctimonia declaratur :*

Τρόπῳ σελήνης, πλησιφαὴς, Ἰύσαν,
Ἔργοις λάμψασαν, μνήματος ἔνδον, κρύπτει.

Inſtar lunæ ſplendentem operibus Juſtam,
Intra ſepulcrum condit plenilunii dies.

Ita vocem πλησιφαὴς *explicant Lexicographi, & Suidam auctorem citant : ut tamen hic ſenſus extunderetur è Græco textu, initio primi verſus, ubi erat impreſſum* τόπον, *quod nullum formare poterat ſenſum, ſubſtituimus* τρόπῳ. *Et vero, ut ſæpe alias, hic quoque agnoſcendum eſt aliquod Menæorum, ſatis imperite impreſſorum, mendum. Sic autem intelligetur diei, qua obiit vel ſepulta eſt Iuſta, circumſtantia quædam, quæ vix aliter quam ex Vita prolixius ſcripta videtur haberi potuiſſe : cui ſi adhuc aliqua alia temporis circumſtantia adderetur, non foret difficile etiam annum invenire, ad quem mors iſta referretur. Nunc omnia in obſcuro latent. Si alius in conjectando audacior primum verſum, ſic mutandum judicet,* Τόπῳ σελήνης πλησιφαὲς, *ut ſignificetur* Locus plene lucentis *ſeu* plenæ-lunæ, *ita ex proprio nomine appellatus, in quo fuerit S. Iuſta ſepulcrum; haud quidem refragabimur : optabimus tamen, ut loci ſic appellati veſtigium apud auctores aliquod oſtendatur, & ubi ille fuerit indicetur.*

DE SANCTO NESTORE,

D. P. *MONACHO APVD GRÆCOS.*

XXVI APRILIS. B *PLures hactenus Sanctos,* Neſtoris *nomine appellatos dedimus, ſed ab hoc diverſos. Inter hos fuit* Neſtor, *Trimethunte in Cypro Epiſcopus, relatus ad diem* VII *Martii. Alius fuit* Neſtor *Magidenſis Epiſcopus, & Martyr Pergæ in Pamphylia, ad diem* XXVII *Februarii celebratus. Alius eſt Martyr in eadem urbe Pergenſi ad diem* II *Martii : alii duo* VII *ejuſdem Martii paſſi Antiochiæ & in Thracia : alius denique loco non indicato paſſus* XXVI *Februarii. De hoc non Epiſcopo, non Martyre, ſed ſimpliciter Monacho, in Menæis excuſis & manuſcriptis & apud Maximum Cytherorum Epiſcopum referuntur iſta :* Eadem die XXVI *Aprilis,* Sanctus Neſtor, qui parentibus relictis vitam monaſticam amplexus, in pace eam finivit. *Additur hoc diſtichon in Menæis.*

Τὲς ἱδρανὲς ἰδρῶσι Νέσορ ἐπρέπω,
Αἰ' ἓς φύσει τὺραννον ἠρνήσω φύσιν.

Sudoribus cælum, Neſtor, emiſti bene, E
Queis naturæ inimicam naturam abnegaſti.

Vbi videtur naturæ humanæ opponi natura dæmonum, & vox τύραννος *adjective uſurpari.* Neſterion Abbas magnus, qui erat amicus Abbatis Antonii, *ſæpius laudatur in Vitis Patrum; & plerique iſtic laudati, coluntur ut Sancti apud Græcos : ſed cum nomina differant, quis auſit dicere* Neſterionem *coli hoc die ſub nomine* Neſtoris, *propterea tantum, quod nuſquam alibi in ſacris faſtis tam laudati Abbatis nomen inveniatur?*

DE S. TRVDPERTO MARTYRE,

G. H. *EREMITA IN BRISGOIA.*

POST AN. DCXLII. *INter illuſtres magnæ Germaniæ regiones, adjacet Rheno ad dexterum latus, uſque ad Herciniam ſeu Nigram-Silvam extenſa, Briſgoia, infra in Actis Briſgaiogia dicta, Auſtriacorum antiqua poſſeſſio, Alſatiæ ſuperiori contermina, cui etiam ſolet annumerari. In hac ditione vixit* S. Trudpertus Eremita, *à nefariis hominibus occiſus, & ideo cum Martyribus Eccleſiaſticam venerationem adeptus. Extat inter veteres rerum Germanicarum ſcriptores, à Ioanne Piſtorio editos, Chronicon Epiſcopatus Conſtantienſis, à Iacobo Manlio inchoatum; ad quod Appendix quarta ſubjuncta, exhibet Catalogum Sanctorum diœceſis Conſtantienſis, in qua eſt Briſgoia; & inter alios Sanctos iſta leguntur :* S. Trudpertus, Eremita, Martyr, de partibus Scotorum in monaſterium Numaga : quod nunc monaſterium, ſuo nomine, S. Trudperti nominatur in Briſgoia. *Primum nomen* Numaga *à fluviolo acceptum cui adjacet, & in Mappis inſcribitur* S. Hubrecht, *loco* S. Trubrecht, *inter pagos* Oberthal, *&* Underthal, *id eſt, ſuperiorem & inferiorem vallem, ad pedem Herciniæ montis. Viciniora oppida in Actis referuntur* Staffena, *vulgo* Staufen *ad dictum Numagam fluvium, &* Sultsberga. *Gabriel Bucelinus, qui teſtatur ſe in hoc monaſterio anno* MDCXXIV *Magiſtrum Novitiorum egiſſe, aſſerit in Germania ſacra, illud* ſtatim à morte S. Trudperti fundatum fuiſſe, ab Otberto Comite Habſpurgi ante mille annos, & ſe ex ejus vetuſtiſſimis monumentis Agilolphingiæ gentis & Habſpurgi Comitum origines & deductiones, multo & magno labore, diſtinctiſſime tamen & clariſſime, deduxiſſe : *quas alii ulterius poterunt examinare, & conferre cum ſtemmate Auſtriaco ſive Habſpurgico elucidato ab Hieronymo Vignerio, & Ioanne Iacobo Chifletio. In Actis infra dicitur* de Othperti ſtirpe magnifica Comitum generoſa propago de Habſpurg traxiſſe originem. *Reliqua hujus monaſterii infra ad Acta illuſtrantur.*

In Briſgoia occiſus, C

inter Sanctos Conſtantienſis diœceſis habitus :

ubi monaſterium S. Trudperti,

2 *Martyrologium Vſuardi, ad uſum Eccleſiarum Alſatiæ auctum, & in pergameno manu Widonis Krentzelin ſub Sigiſmundo Imperatore, vacante Romana Sede, adeoque anno* MCCCCXVI, *exaratum, quod pertinuit olim ad M. Nicolaum Scheichium Hagenoium, ad diem* VI *Kalendas Maji, ſeu* XXVI *Aprilis ita habet :* In Nigra-ſilva S. Trutperti Martyris. *Habemus Breviarium in pergameno conſcriptum & Spira ad nos tranſmiſſum : in quo præſcribitur cultus Eccleſiaſticus S. Trudperti ad hunc* XXVI *Aprilis cum hac Oratione.* Deus, qui nos Beati Trudperti Martyris tui concedis natalitio perfrui, ejus nos tribue meritis & precibus adjuvari. *In Breviario Eccleſiæ Argentinenſis anno* MCCCCLXXVIII *excuſo, iſta præſcribitur Oratio.* Sancti nos, quæſumus Domine, Martyris tui

26 Aprilis, cultus in MS. Martyrologio,

& Breviariis,

A tui Trudperti natalitia votiva lætificent, & ſui interceſſione beneficii attollant. *Additur ibidem Vitæ compendium, in tres Lectiones ad Matutinum recitandas diſtributum, quod infra referemus. In proprio Sanctorum Archidiœceſis Salisburgenſis, ſub annum* MDCXLVII *excuſo, ſit Officium ex præſcripto Breviarii Romani de SS. Cleto & Marcellino Pontificibus, cum Commemoratione S. Trudperti Martyris. Verum in Eccleſia Conſtantienſi, ob prædictos ſanctos Pontifices Cletum & Marcellinum, officium S. Trud-*
27 *Aprilis,* *perti Martyris recitatur ſequenti die* XXVII *Aprilis, & Lectiones ſecundi Nocturni uberiores deſumuntur ex Vita. Gabriel Bucelinus, in Sacrario Benedictino, poſt ejus Menologium excuſo, ad Kalendas Maji, iſta habet:* Natalis S.
1 *Maji,* Trudperti Martyris, regio ſanguine oriundi, cujus ſacrum corpus in cœnobio S. Trudperti Herciniæ adſervatur. *Verum potius videtur nobis* Elevatio corporis *dicenda, cujus infra Acta meminerunt. Tranſlationis*
29 *Octob.* *feſtum celebrari* XXIX *Octobris infra notamus.*

3 *Acta vitæ, necis & miraculorum S. Trudperti tranſmiſit nobis Aſchaffenburgo Ioannes Gamanſius noſter, ex*
Acta ex MS. monaſterii S. *Trudperti,* *locuplete theſauro ſuo à ſe de rebus Germanicis collecto. Sunt hæc nitide & cum diverſis coloribus exarata, & ab eodem Gamanſio collata cum MS. Blaburenſi: in Frontiſpicio autem libelli adſcripta ſunt iſta verba:* Spectat hic liber,
B de S. Trudperti Martyris Vita, ad bibliothecam monaſterii prædicti ſancti viri, à quo monaſterium pervetuſtum originem duxit. *Scriptam eſſe hanc hiſtoriam*
compoſita an. 1279, *vel uti auctor præfatur* ſtylo decentiori innovatam eſſe, *additaque miracula*; quæ nondum à tunc viventium memoria receſſerant, *anno* MCCLXXIX, *indicatur ſub finem hiſce verſibus.*

Tempus ſi poſcas, quo ſcripſimus hæc, ita noſcas:
Millenis decies ſeptem, ter treſque, ducentis
Annos adjicies in carne Dei venientis:
Abbas Wernherus tunc rexit Martyris ædem,
Verna Dei verus, ſibi qui det in æthere ſedem.

Meminit auctor miraculorum, quæ ſuo tempore ſub dicti Wernheri deceſſore etiam Wernhero contigerunt: Poſteriorem autem Wernherum dicit Bucelinus anno MCCCII *obiiſſe; corrigendus in priore, quem floruiſſe ſcribit anno* 1288, *legendo* 1268, *ut infra notabimus. Sequebatur* Idyllion, *ut vocatur*, de vita & paſſione S. Trudperti Martyris ſecundum Alphabetum: *quod ſubiicimus, & eſt hujuſmodi.*

& Vitæ compendium metricum, 4 Auſpicio Chriſti, cujus pia ſigna tuliſti
C Belliger, hoc palmam Trudperte ſtatu capis almã.
Cum patrias ſedes & avitas deſeris ædes,
Deligis auricomam peregrino limite Romam,
Et Proceres cæli cultu luſtrare fideli.
Fixus ut ad tumbas illorum flendo recumbas,
Greſſibus ante fores poſitis ut pronus adores.
Hærentem totis ad eorum limina votis
Inviſit grate ſolita Dominus pietate,
Katalogumque viæ docet ac loca philoſophiæ,
Lucidus ætheream ſpeculeris ubi theoriam.
Mox inhiando petis monſtratæ luſtra quietis,
Nimaga convallem legis & rota fervida callem.
Obſequium certus meritorum præſtat Othpertus,
Plane vir dignus memorabilis atque benignus.
Raptus ab infidis, ove mitior, hinc homicidis.
Scandis ovans rutuli modulata palatia cæli.
Tecta ſcit obvolvi, caro neſcit humata reſolvi,
Vitæ mundiciam teſtata cadavere ſummam.
Xenia virtutis, numeroſæ dona ſalutis,
Ymnigeris ſignis confert tua gloria dignis,
Zodiaci ſurſum longe ſuper edita curſum.

Et aliquo ſpatio vacuo interpoſito additur hoc diſtichon, cum
deſcripta an. 1570 *nota anni.*

Qui me ſcribebat, Sifridus nomen habebat.
Dextera ſcriptoris benedicta ſit omnibus horis.
Anno Domini 1.5.7.0.

Atque hæc quidem omnia, ipſamet prænominati Siffridi manu ita ſunt exarata, ut quamvis abeſſet anni nota, ſolo tamen oculorum judicio cognoſceres ſcripturam eſſe annorum præciſe centum, non multo plurium aut pauciorum. AUCTORE G. H.

5 *Majorem quæſtionis utilioris materiem præbet initium epitaphii vel encomii, recentiſſima quidem manu, ſed antiquiſſimorum verſuum relatrice, ſcriptum, extremo in margine libri hoc modo:* *primus vitam ſcripſerat Erganbaldus Ab.*

Has Erganbaldus Trudperti Martyris almi
Præſul poſt cineres renovando reſtruxerat ædes,
Tactus amore Dei: venerandos ſcribere Sancti
Actus non piguit, ſed & id pro poſſe peregit, &c.

Hujus Ergenbaldi neque nomen neque veſtigium invenit Bucelinus, præfatus poſt Waldericum Abbatem (ſub quo anno III *Ludovici Regis, adeoq; Chriſti* DCCCII, *reſtauratum monaſterium teſtantur tabulæ ab eo productæ Tom.* I. *part.* 3, *pag.* 29) *poſt Waldericum, inquam non extare Abbatum nomina, uſque ad annum Chriſti* MXXX; *ſed neque ante illum inveniri aliqua, ipſo ſuo ſilentio comprobavit. Quamvis autem idem Bucelinus, etiam ab hoc tempore uſque ad annum* MCCCCXXX, *deſiderari dicat Abbates aliquos, quorum forte nomina inveniri poſſint in necrologiis, tempus quo præfuerint non item; certum tamen eſt Erganbaldum, ex poſtremo deſideratis non eſſe, multo minus auctorem habendum Vitæ hujus de qua agimus: nam & incendium, cujus damna reparavit attingitur hic num.* 26, *velut antiquum; & verſus prænotati nihil habent ex rythmica poëſi (quæ ſola fere, circa annum milleſimum atque deinceps per ſecula aliquot, dictare ſolebat iſtiuſmodi epigrammata) & ſic nobis perſuadent, etiam Walderico ſeniorem fuiſſe Erganbaldum; qui proinde credi poteſt, reſtaurata quæ deflagraverat eccleſia deſcribendam ſumpſiſſe vitam Sancti uno alterove poſt ejus mortem ſeculo.* *ante an.* 900,

E

6 *Vtinam hodieque extaret ea Vita: nam in hac, quam damus, ſeculo* XIII *compoſita, multa ſunt digreſſiones prolixæ: præ omnibus autem diſplicet caput primum, cujus argumentum ab Hibernico aliquo fabulatore conflatum, & ab auctore nimium credulo receptum eſſe fatebitur, quiſquis legerit dicta antehac de S. Rudperto, cujus & S. Erendrudis frater fingitur fuiſſe hic S. Trudpertus, cum iiſdem in Hibernia natus: quamvis ipſa nomina, Teutonica omnia, aliud omnino cogant de ipſorum patria judicare. Nos iſtius S. Rudperti, qui primum Wormatienſis, deinde Salisburgenſis Epiſcopus & Apoſtolus fuit, Acta duplicia dedimus* XXVII *Martii, alia ex MS. Florentino Conventus S. Marci Ordinis PP. Prædicatorum, collata cum iis, quæ Henricus Caniſius ex MS. Ratiſponenſi edidit, alia ex MS. Rubeavallis: in quibus dicitur* S. Rupertus ex regali Francorum proſapia nobili ortus, *ut videatur etiam S. Trudpertus eſſe dicendus de eodem Francorum regali proſapia prognatus, ſi conſtaret fratrem fuiſſe S. Ruperti. Verum quia in aliis compendiis, quæ ideo præponimus, nulla hujus fraternitatis fit mentio, uti neque in præfatis S. Ruperti Actis, arbitramur ea ex vicinitate nominum Trudperti & Ruperti eſſe temere aſſumpta: potiſſimum quia tempora, quibus hi vixerunt, non permittunt res geſtas conjungi. Fuit S. Rupertus creatus Epiſcopus Wormatienſis anno* DLXXVII, *& mortuus anno* DCXXII *aut* DCXXVIII; *cum S. Trudpertus in Briſgoiam venerit circa annum* DCXL, *in cujus ſocietate non potuit fuiſſe S. Rupertus, qui ante annos* LXX *fuerat Epiſcopus Wormatienſis & ante dictum peregrinationis annum jam pridem mortuus. Alia MSS. compendia habemus, ſed ex Actis prænominatis contracta, aliud ex MS. Richenaugienſis monaſterii, aliud ex MS. Chronico Iacobi Keraſlithi à Daniele Feldner Societatis noſtræ Conſtantiæ tranſmiſſo, ſed hæc omittimus.* *poſtea acceſſit fabula de patria & fratre,*

F

qui non fuit S. Rupertus

Alia Vitæ compendia omiſſa.

A

VITÆ EPITOME

Ex antiquo Breviario Argentoratenſi.

Roma reverſus

7 BEatiſſimus Martyr Trudpertus, cujus hodie natalitia colimus, ... cum fines Italiæ pertranſiſſet, Rheni fluminis curſum ſequens, Alemanniæque provinciæ partem maximam pertranſiens, in pago Briſichowe haud longe à flumine Rheni, va llem quamdam in ſaltu vicino, à Deo ſibi aſſignatam, magno conamine cœpit inquirere. Sanctus autem Trudpertus cum perveniſſet ad locum à Deo ſibi deſtinatum, prope fluvium qui dicitur Nuwemage, qui ab eadem valle decurrit, juxta ripam ſe in oratione proſtravit, & diutius Dominum fuſis lacrymis, ut ejus vitam inter adverſa hujus mundi gubernaret, poſtulavit. Cum jam autem triennio beatus Trudpertus in eremo ibidem manſiſſet, die quadam meridiano labore fatigatus, cum in ſcamno dextero latere jacens, dextraque manu caput excipiens, membra ſopori dediſſet; unus ex ſervis, qui ad purgundum ſaltum ab Othberto miſſi fuerant, ſecurim arripiens, cerebro viri Dei infixit, & ſic infixam ſecurim reliquit fugiens. Sanctus vero Trudpertus feliciſſimam animam Sanctorum conſortio ſocians, martyrii gloria coronatus eſt.

degit in Briſgoia,

occiditur,

B *Martyr habitus.*

ALIA VITÆ EPITOME

Ex Breviario Conſtantienſi.

a

b Viſitatis Roma locis ſacris,

vitam eligit ſolitariam:

c

C

ædificat aqui eccleſiam

p

8 TRudpertus .... *a* religionis cauſa anno poſt Chriſtum natum ſexcenteſimo quadrageſimo, *b* Theodoro poſt Joannem hoc nomine quartum Pontifice Maximo, Romam divino amore incenſus ſe contulit, ubi omnia urbis loca ſanctitate conſpicua circumiens, tanto ardoris affectu ea venerabatur, ut dici vix poſſit. Inde in patriam rediens, cogitare de ſua vita in itinere cœpit, qua ratione nimirum ea ſibi deinceps inſtituenda foret. Itaque magni illius Patriarchæ Abrahæ exempla ſequi decernens, omnibus hujus ſeculi divitiis, propinquis, patrioque ſolo, ob Chriſti amorem relictis, in ſolitudinem, in locum in Briſgoia ſitum, quem contemplationi aptiſſimum *c* judicarat (ubi in hunc uſque diem monaſterium ejus nomine inſtructum viſitur) ſe recepit, impetrata prius ab Othberto, Habſpurgenſis familiæ, loci Domino, habitandi licentia. Othberto, à quo prædictum locum dono acceperat, ob ejus ſingulares virtutes carus mirum in modum fuit; quinimo auxiliis opibuſque ejus adjutus, monaſterium ibidem conſtruxit. Tanta autem humilitate præditus dicitur, ut iis, qui in ædificio conſtruendo operam dabant, miniſtrare non erubuerit. Orationi inſtanter vacabat, caſtitatem perpetuo coluit, jejuniis vigiliiſque corpus macerare non deſiſtebat, mentem divinis contemplationibus aſſidue exercuit. Hoc præter cetera habuit, ut Dei amore repleri vehementiſſime ſitiret. Eccleſiam præterea ſuis manibus ac laboribus magnis ædificare aggreſſus, opere formaque notabili perfecit, quam ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli nomine *d* Martinus Conſtantienſis Epiſcopus ſolenni ritu conſecravit. Cum itaque inſignis Chriſti miles evaſiſſet Trudpertus, beatiſſimum virum humani generis hoſtis variis tentationibus aggreditur: quas ille jejunio & oratione ſuperabat. Verum timens mendacii Pater, ne ſi diu viveret, de eo majores quotidie reportaret triumphos, immiſit in corda quorumdam hominum iniquorum, ut ei vitam adimerent. Qui diabolo, de quo legitur homicidam fuiſſe ab initio, obſequentes, innocentiſſimum virum per inſidias interfecerunt ſexto Calendas Maji, anno poſt Chriſtum natum ſexcenteſimo quadrageſimo tertio. Ejus corpus Othbertus honorifice (ut ſanctum Martyrem decebat) ſepeliendum curavit. Anno autem ſeptingenteſimo ſeptuageſimo, cum ejus ſanctiſſimam vitam ac miracula, quæ cooperante Domino, & ante & poſt martyrium multa edidit, diligenter Stephanus *e* tertius Pontifex cognoviſſet, ſolenni ritu illum in beatorum Martyrum numerum retulit.

D

occiditur an. 643

canonizatur an. 770.

ANNOTATA.

a *Suprà addebatur* ex Hibernia inſula ortus, *hic vero dicebatur*, genere Scotus regalique *ſtirpe profectus: nam ad id uſque tempus, quo auctor ſcribebat, ſola Hibernia, vocabatur Scotia. Vtrumque tamen expunximus, ne ipſo in limine offenderet lector.*

b Joanne IV, *anno* 642, *mortuo ſucceſſit* Theodorus, *& ſedit uſque ad annum* 649; *ut dicta cum anno* 640, *non ſatis conveniant: ſed vel ſub Ioanne Trudpertus venerit, vel ſolum anno* 642 *Romam appulerit. Deeſt horum Pontificum mentio in Actis: & pro iis nominatur Bonifacius, qui Pantheon conſecravit anno* 607, *quaſi tunc patriam deſeruerit Sanctus, vitam peregrinando actuzus.*

c *Acta volunt divinitus fuiſſe edoctum*, quem locum requirere, ubi ducere dies præſentis vitæ deberet.

d Martinus *aliis* Martianus *aut* Marianus, *quartus hujus Sedis Epiſcopus; cujus Acta non memineruntur.*

e *De Stephano Papa ad Acta annotamus aliquid.*

E

ACTA

Seculo XIII ſub VVernhero II Abbate collecta, per monachum monaſterii Trudpertini.

Ex veteri MS. ipſius monaſterii.

PROLOGUS.

QUemadmodum viatoribus poſitis in procinctu, non modicum ſuffragatur antecedentium in proſpectu ſemper habere veſtigia: quibus ſolertius inhærentes, tortuoſis anfractibus non oberrent, nec à via declinent in devium; ſic nimirum nobis in hujus exilii eremo vaſta degentibus, ubi manentem civitatem (juxta vocem Apoſtoli) non habentes, cæleſtem & futuram inquirimus, Sanctorum vita & converſatio fructuoſe proponitur: qui relicto circuitu, in quo impii ambulant, greſſus ſuos ſecundum eloquium Domini direxerunt; ipſo eos ad ſe ducente per ſe, qui dicit de ſe, Ego ſum via, veritas & vita. Via videlicet, ducens exemplo; veritas, non decipiens in promiſſo: vita, perpetuans ſe ſequentes in præmio. Hanc vitam Sancti ſequendo, non erraverunt: ad hanc vitam medullitus aſpirando, temporalem iſtam & corruptibilem penitus contempſerunt; & intrepide ſi oportuit morientes, (negotiatorum more ſagacium) felici concambio, per mortem in conſpectu Domini pretioſam,

Heb. 13, 14

Sancti exemplo trahunt ad cælum.

Ioan. 14, 6

A tioſam, vitam interminabilem prudentiſſime mercabantur. Horum itaque quotiens intuemur exempla, quid aliud quam præeuntium ſemitas quaſdam attendimus: qui nos antecedentes ad patriam, ſubſequentibus nobis, etſi non voce, vita tamen loquuntur & actu, quod unus eorum diſcipulis loquebatur, Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti. Dux enim ille Sanctorum & paſtor, ne puſillo gregi ſuo, in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis hujus mundi, propter vias ancipites deviantium compitorum, reditus ad ovile non eſſet; diverſo quidem tempore, diverſos ovibus ſuis providit arietes: qui dum indeclinabiliter conſectantur cæleſtis opilionis itinera; nos oves paſcuæ ejus, certo tramite poſt ſe trahant, ad caulas & pabula paradiſi. Inter quos inſignis Chriſti tiro Trudpertus (cujus licet indigni triumphum laudabilem ſcripto ſuſcepimus proſequendum) irreflexo tramite Regis ſui veſtigia ſubſequens imitando, ad aulam pervenit ætheream, per aſcenſum purpureum paſſionis, jam in aureo cæli reclinatorio requieſcens. Qui, ut illo nos precibus ducat & meritis, quo totius ſanctimoniæ præceſſit exemplis: non in noſtris, quæ nullæ ſunt, viribus confidentes; ſed in eo, qui dat laſſo virtutem, per quam & infirmi accincti ſunt robore, onus grande debilibus humeris bajulandum aſſumpſimus, in ejus ope ponendo fiduciam, qui & velle & perficere pro bona voluntate in nobis, ſecundum Pauli ſententiam, operatur: cujus animati præſidio, ad electi militis ſui Trudperti geſta magnifica curſum ſtyli dirigimus: ut & Dominus in virtutibus famuli ſui collaudetur, & ad meliora legentium excitetur affectus; nobiſque pro mercede laboris, tanti ſuffragatoris obtentu, donetur remiſſio peccatorum. Noverint autem iſta lecturi, nihil nos adjeciſſe de noſtro, vel fuco mendaciter obumbraſſe verborum, quod non tradiderit ante fidelis antiquitas: ſed ea ſolummodo quæ reperimus calamo rudiori conſcripta, ſtylo decentiori curavimus innovare; ne ſannam ſuper eloquii ſimplicitate faſtidioſus lector more ſuo rugaret, ſed ipſo nitore ſermonis ad ſententiæ fructum alliceretur; nec falerni dulcedo, propter vaſculi vilitatem, fieret contemptibilis & deſpecta. Miracula inſuper quibus etiam noviſſime diebus iſtis mirificavit Dominus Sanctum ſuum, quæ fide dignorum certa relatione didicimus, piorum ædificationi ſtudentes, decrevimus apponenda: periculoſiſſimum arbitrantes ea ſilentio tegere, quibus honor Domini promovetur & gloria, & illuſtris ejus athletæ meritum eluceſcit, atque legentium pia devotio majoratur.

Pſal. 115, 15

1 Cor. 11, 1

inter quos fuit S. Trudpertus,

B

Phil. 2, 13

Cujus Acta nimis ſimplici ſtylo ſcripta exornantur:

& miracula addantur.

C

LIBER I.

De vita & paſſione S. Trudperti,

ex eo quem calamo rudiori ſcripſerat Erganbaldus Abbas ſtylo decentiori poſt aliquot ſecula innovatus.

SYLLABUS CAPITULORUM.

1 DE ſitu regni Hiberniæ, & quod eam B. Patricius ad fidem Chriſti convertit.
2 De Romanis Pontificibus & Imperatoribus.
3 Ubi beatus Trudpertus cum fratre & ſorore pro Chriſto peregrinantur.
4 Ubi relictis omnibus divitiis mundi Hiberniam egreſſi ſunt.
5 Qualiter ad viſitanda limina Romam pervenere.
6 Quod redeuntes à Roma divinitus juſſi ſunt ſeparari.
7 Quod B. Rupertus cum ſorore Wormatiam pervenit.
8 Quod vocatus per ducem Theodorum Bawariam cum ſorore perrexit, ibique in pace quievit.
9 Quod beatus Trudpertus pervenit in Briſgaugiam, requirens vallem ſibi divinitus præſignatam. EX MS.
10 Quod Othpertus venatoribus ſuis injunxit, ut ad vallem petitam ipſum perducerent.
11 Quod ipſi venatores per aliam viam ipſum ducere volebant.
12 Quod beatus Trudpertus reperta valle remiſit ductores ſuos ad Othpertum.
13 Quod Othpertus perſonaliter ad ipſum in vallem perrexit.
14 Quod Othpertus tradit ei vallem ipſam ſuiſque ſucceſſoribus libere poſſidendam.
15 Quod ſuſcepta valle cœpit eam excolere.
16 Quod Othpertus tradit ei ſex ſervos ad purgandum ſaltum.
17 Quod B. Trudpertus fecit oratorium in honore Apoſtolorum.
18 Quod ſervi traditi cœperunt ei contrarii exiſtere.
19 Quod duo ex ipſis fratres carnales de morte ſua tractabant.
20 Qualiter ipſum dormientem occiderunt.
21 De receptione ipſius in æternam gloriam.
22 De commendatione & probatione martyrii ſui.
23 Quod Othpertus comperta morte ſua pervenit ad ipſum.
24 Miraculum primum de interfectoribus ſuis.
25 Quod ipſi duo lictores pari morte ut Iudas & Pilatus interierunt.
26 De depoſitione B. Trudperti. E
27 De viſione cuidam ſervo Dei facta.
28 De ſecunda depoſitione B. Trudperti.
29 De Ramperto nepote Othperti, ſecundo fundatore.
30 De Canonizatione B. Trudperti.
31 De tertia depoſitione ipſius.
32 De Ludfrido Comite, tertio fundatore.
33 De tranſlatione beati Trudperti & quodam contracto curato.

Hæc eſt originaria libri primi in capita diviſio, quam ut aliquatenus ſervemus, retinebimus & nos eoſdem numeros, ſed plura capitula more noſtro in unum Caput colligabimus. Et quoniam prima octo Capitula, quæ primum caput nobis potuerant conſtituere, reſecamus ab hoc opere, tamquam ad S. Trudpertum non pertinentia, ut qui neque Hibernus neque S. Rudperti frater fuerit; ideo à Capitulo ac numero 9 exordimur. Sit igitur

CAPUT I.

Vita S. Trudperti in Briſgoia. Oratorium conſtructum.

9 TEmpore illo quo Phocas, Imperii culmen adeptus, Mauricium Cæſarem interfecit; & Bonifacius *a* Papa templum, Romæ conſtructum in omnium Deorum ſeu potius dæmoniorum honorem, quod ad id temporis Pantheon dicebatur, obtentum à Phoca Principe, Dei genitricis & omnium Martyrum titulo conſecravit; B. Trudpertus, patre nobili Duce progenitus, ac ſtemmate regiæ dignitatis illuſtris, patriam parenteſque dimiſit; & propter ſpem regni cæleſtis factus peregrinus & exul, peragratis Italiæ finibus, iter ſuum ad fluvium uſque Rheni direxit; & partes aliquas Alemanniæ tranſiens, vallem quamdam in pago Briſgaugiæ, non longe à Rheno cœpit inquirere diligenter, tamquam aſſignatam ſibi à Domino manſionem: tandemque eſt inſtructus vallem iſtam hereditatis titulo pertinere ad nobilem quemdam Dominum Alſatiæ, qui dicebantur *b* Othpertus, de cujus ſtirpe magnificâ generoſâ propago Comitum de Habſpurg traxit originem. Vir itaque ſanctus, jam dictum Othpertum ſupplex aggrediens, devotiſſime flagitavit, ut divini amoris intuitu, duces ſibi daret itineris, qui ad vallem diu quæſitam ac ſibi à Deo præſignatam ipſum perducerent, favoremque inſuper adderet & conſenſum, ut ipſa valle reperta, ejus conceſſione, ſibi liceret Deo in ea perpetuo deſervire.

F

a *Dimiſſa patria,*

venit in Briſgoiam ad Othpertum,

b

EX MS.

humaniſſime excipitur:

10 Othpertus itaque ſanguine nobilis, virtute non degener, animo ſagax, ac ſatis intelligens, prudenter cœpit advertere, nequaquam ſine divino nutu id agi, quod homo videlicet exul & advena, non frequentiam civitatum, non hominum contubernia quæritans, eremi tantum & ſaltus omnino prius incogniti deſiderio ſic flagrabat. Advertit itaque virum Dei, ad ſuam ſuorumque ſalutem, illo divinitus eſſe directum: nec Zacheo diſſimilis, tamquam in famulo vocem Chriſti dicentis audiret, Feſtinans deſcende, (hoc eſt, ſervi mei precibus condeſcende) quia in valle tua oportet me manere (in eo videlicet qui vere manens in caritate in Deo manet & Deus in eo) hilari placidoque conſenſu, non de ſycomoro, ſed de difficultate & omni mora, feſtinans deſcendit, & excepit illum gaudens & lætus, Chriſtum ſe ſentiens ſuſcepiſſe in vero Chriſticola: in illo etenim Dominus habitavit in finem. Venatoribus ergo ſuis (quos, ut nobiles aſſolent, multos habebat) diligenter injungit, hominem Dei ad vallem perducant optatam: demumque ſibi renuntient quid agatur. Parent illi mandatis: aſſumptoque famulo Dei Trudperto, mox iter aggrediuntur injunctum.

& ad vallem optatam deducendus,

B

advertit ductorum fallaciam:

11 Itaque itur in antiquam ſilvam, quam variæ nemorum frondes opacant, majoreſque altis de montibus umbræ. Porro duces itineris, ſaltus aliqua parte pertranſita, velut jam pertæſi laborum, ſervum Dei aliorſum quam petiit ducere conabantur: videlicet ignorantes, quia non eſt leve fallere *c* Getham, imo Spiritum Domini famuli ſui Trudperti ductorem: qui vere, ut de capite ſuo legitur Chriſto, cujus ipſe membrum fuit inſigne, agebatur à ſpiritu in deſertum; non ſolũ ut à diabolo tentaretur, ſed ut à membro diaboli necaretur, martyriique laurea coronatus, illius auxilio de tyranni ſatellite triumpharet, qui per ſe in ſuorum exemplum & robur jam primitus triumphaverat de tyranno. Ceterum vir Dei ductorum ſuorum fraudes advertens, mirum in modum cœpit iter per devexi montis juga dirigere: & quia juſtum deduxit Dominus per vias rectas, ut ſcriptum eſt, cœpit præire ſecutor; ſucceſſor præcedere præceſſores; ducere deducendus: ut hæc mutatio dexteræ Excelſi manifeſtiſſime probaretur. Citius itaque locum reperit quem quærebat: vallem videlicet fluvio Numago dicto, altaque *d* ripa ex quodam monte currente circumfluam; graminibus etiam herbiſque virentem, ſaxoſis tectam montium cacuminibus, ſeptam quoque fruticibus & arbuſtis.

c

Sap. 10, 10

ipſe vallem optatam invenit.

d

C

12 Huc ubi pervenit homo Dei Trudpertus (tamquam jam locum futuræ prænoſceret paſſionis) ut indueret armaturam Dei, juxta Pauli conſilium, quaſi factus in agonia prolixius orabat, humi ſe ſternens; & intimo cordis affectu agonem ſuum Domino commendabat. Tandemque ſurgens oratione completa, non tam duces viæ ſuæ quam Comites exorabat attentius, ut ad dominum ſuũ (qui eos miſerat revertentes) primum pro exhibita ſibi peregrino benigniſſima humanitate, gratias dignarentur illi referre multimodas: demumque ſubjicerent ore ſuo, quod Deus (cujus providentia in ſui diſpoſitione non fallitur, nec fallit in ſe confidentes) ipſum ad locum quem totis affectibus exquiſierat perduxiſſet: quem nequaquam præſentis vitæ diebus proponeret permutare, continuaturus in eo pro viribus Chriſti Domini famulatum. Ecce onagrum Iob, Domini voce laudatum, quem liberum omnino dimiſerat, omni ſervitute corruptionis excuſſa, & à quo cupiditatum vincula ſolverat terrenarum: qui jam contemſerat multitudinem civitatis, ſtrepitus mundi videlicet, ut domum haberet in ſolitudine; quatenus anima illa ſanctiſſima, omnibus mundi penitus deſolata ſolatiis, mereretur audire dicentem Dominum per Prophetam, Lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem: & ibi loquar ad cor ejus. Nam qui revera cum Moyſi lac mundi contemſit Ægyptium, quidni in divinis uberibus lactaretur, & quam ſuavis eſt Dominus guſtaret pariter & videret? & qui dedignabatur confabulari cum eis quorum os locutum eſt vanitatem, quid ni ſibi Dominus loqueretur ad cor, ut poſſet dicere cum Propheta, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem ſuam, & in eos qui convertuntur ad cor? Elegit itaque ſolitudinem, ſciens ibi videri Deum in rubo, Dei digito ſcribi legem, manna deſcendere, terram promiſſionis attingi per quadraginta myſticas manſiones. Meminit ſanctum Eliam in eremo Angelum meruiſſe dapiferum & pincernam, meminit filios Prophetarum in eremo manſitaſſe, meminit poſtremo Baptiſtam incoluiſſe deſertum; ut de Paulis, Antoniis & Macariis eorumque ſequacibus taceatur, quibus vir deſideriorum Sanctus iſte in nullo diſſimilis, ſimilem illis manſionem elegit. Unde quod optavit Balaam nec obtinuit ut indignus, iſte Sanctus & meruit accepitque digniſſime; & quia vivere ſtuduit vita & converſatione juſtorum, ideo mortua eſt anima ſua morte illorum, & facta ſunt noviſſima ſua eorum ſimilia. Non ſic impii non ſic: qui cum bene mori deſiderent, male vivere non deſiſtunt. Verum nos ad propoſitum revertamur.

D

Oſe. 2, 14

Pſ. 84, 9

E

Num. 23, 10

ab Othperto valde gaviſo,

13 Othpertus vir illuſtris, per eos de quibus dictum eſt venatores, hominis Dei voluntate comperta, Dei gratiæ non ingratus, de omni corde laudavit Dominum, qui domum ſuam ac territorium viſitare dignatus eſt in Trudperto: certiſſime ſciens, quod Dominus ad introitum ejus (ſicut olim de Ioſepho legitur) ſibi benedixiſſet, quoniam ad ejus ingreſſum vere ſalus domui huic facta eſt, imo valli; eo quod & ipſe filius Abrahæ fieri mereretur, qui ſervum Domini propter Dominum, ac per hoc Dominum ipſum in ſervo, tam pio affectu ſuſcepit; ut non immerito ab eodem jam Martyre vere ſuſceptus in cælo credatur. Etenim qui ſuſceperit juſtum in nomine juſti, mercedem juſti juxta promiſſionem recipit Veritatis. Ab illo ergo die ac deinceps, dictus Othpertus multifarie multiſque modis intentus erat & diligens, omnem viro Dei quam poterat humanitatem & benevolentiam exhibere; affectumque pii favoris, effectu etiam operis comprobavit. Sane nec intercurrentium nuntiorum relatione contentus, licet valliis adhuc horreret inculta, & tam montibus quam arboribus obumbrata, ſeptaque denſiſſimis montibus vix acceſſibilis haberetur; in eremum tamen illam ad Dei hominem viſitandum perſonaliter ipſe perrexit: ut Poëtæ verbis utamur.

Mat. 10, 41

inviſitur.

F

Actus per ductores gratiis Othperto,

Saxa per & rupes, & qua via nulla, ſecutus.

Perquiſito ergo diligentiſſime viri ſancti propoſito, ne arundinem vento agitatam in deſerto ſe vidiſſe putaret, nihil in ſervo Dei vacillans, nihil fluctuans aut vertibile reperit ſeu diverſum, ſed immobilem cordis ſui invenit hanc eſſe ſententiam, quod in loco, quem tantis laboribus attigit, Domino deſervire diſponeret, quamdiu Deus omnipotens incolatum vitæ præſentis ſibi duceret prolongandum.

Talia præſtabat memorans, fixuſque manebat; vallem, Dei voluntate nutuque petitam, numquam ſe aſſerens quoad viveret relicturum. Aſcenſiones enim in corde ſuo diſpoſuit jam in valle præſentium lacrymarum; quas ibi, tam nocturnas quam diurnas orationes alternando, perfundens, rugiebat à gemitu cordis ſui; & meſſurus in gaudio, vallis ſuæ ſulcellos in lacrymis ſeminabat: ſciebat etenim vallem Achor, ad operandam ſpem fideli animæ repromiſſam.

Deo in ſolitudine ſervire cupit.

Iob 39, 5

14 Othpertus

A 14 Othpertus igitur tam immobile viri ſancti propoſitum mente pertractans, in nullo deeſſe ſibi decrevit; locum & vallem requiſitam, cum montibus & collibus, ſilvis, vallibus, aquis aquarumque decurſibus, Numagum fluvium influentibus, à monte Samba, ubi præfatum flumen oritur uſque *e* Mezzenbach, ex utraque parte montium in integrum atque per totum, viro Domini in proprietatem contulit ſempiternam, ac eidem in ipſo loco in Dei ſervitio ſucceſſuris: donationemque ipſam cum heredum ſuorum favore atque conſenſu, litterarum ſuarum firmo robore communivit, ſicut in inſtrumentis, ſuper hoc ipſo confectis, plenius continetur. Suſcepit iſta vir ſanctus, non ſibi, ſed poſteris profutura, Deoque famulaturis in loco (quem poſuit & diſpoſuit inſtaurare,) ubi regi militaturos æterno, non paucos ſub beati ac venerabilis Benedicti ducatu, (eo quo plenus erat, Spiritu ſancto revelante,) providit: nec qui Spiritum veritatis qui à Patre procedit acceperat, decipi poterat ſpiritu falſitatis. Denique Veritas ipſa Trudperto, diſcipulo veritatis, non quidem ſono verborum vel ſtrepitu vocis extrinſecæ, ſed interno ſuſurro poſt futura prædicens, omnes eidem inſinuavit ut verius arbitramur poſteriores eventus. Sane quod dixit, etiam fecit: nam famuli ſui plantata ſudore, cruore rigata, oratione B ſervata ſucceſſio, annis propemodum ſexcentis *f* inſtar ligni plantati ſecus decurſus aquarum, ad humorem gratiæ Dei mittendo radices, in religionis ſanctæ virore perdurat; nec in hujus etiam tempore ſiccitatis areſcens, fructus facere deſinit ſanctitatis. Hæc proculdubio Sanctus iſte digito Dei docente præſentiens, ſuſcipere acquievit oblata: ut & meritum piæ devotionis Othperti non impediret, & neceſſaria ſuſtentatio ſucceſſuræ Dei familiæ pararetur. An aliter aut iſta præberet Othpertus, aut Trudpertus acciperet? quorum alter heredibus non carebat, quibus intenta eſt providere paternitas; alter heres eſſe contemſerat clari Ducis & Principis opulenti, ne in hujus vallis anguſtia velle diteſcere crederetur? Liquido itaque datur intelligi, quod nec alter fuiſſet in dando tanta tam promptulus, nec alter inductus ad acceptandum; niſi homo tunc ſeculi, plenius agnoviſſet viri Dei ſanctitatem: Scio, inquiens cum 1 Tim. 1, 12 Apoſtolo, cui credidi, & certus ſum quod depoſitum non amitto: & niſi item vir Dei, ſecularis hominis pietatem ſibimet pro peccati remedio, & non paucis Dei cultoribus ſucceſſu dierum pro ſolatio C vitæ præſciſſet in poſterum profuturam. Hoc ergo reſpectu donavit Othpertus, Trudpertus accepit: ille ut hilarem ſe datorem Deus diligeret, non parce ſed in benedictione jam ſeminans, in benedictione profecto meſſurus; iſte vero fidi parentis affectu, non ſibi ſed filiis ſuccedentibus theſaurizans, quod & operum demonſtravit effectu.

15 Suſceptis etenim, quæ jam diximus ab Othperto, ut quam ab omni munere pro ſe prorſus manus excuſſerit, monſtraretur; nullo eorum eſt abuſus ad voluptatem, non in molliciem reſolutus, non ſomno deditus aut quieti. Nam vallem prorſus incultam, propriis manibus cœpit excolere, extirpare virgulta, fruteta purgare, coæquare ſolo tumores, aptare planitiem; ac tamquam non principis, ſed agricolæ filius genitus ad labores, populum ſuum & domum patris oblitus omnino, nihil otii, nihil ſibi quietis indulgens; noctibus ſecus pedes Domini reſidens cum Maria rigabat illos, fletuum lacrymarumque ſingultibus; diebus vero cum Martha circa frequens miniſterium ſatagebat. Videres in ſericis enutritum & educatum in aulis, & qui olim in croceis veſcebatur, nunc in habitu ruſticano leguminibus victitantem aut faba, panem rodere furfuraceum, in ſecuri & aſcia ſe exercentem, geſtantem ſarcula vel ligones, duras habentem manus operibus & calloſas; hortulanum quoque, ſi videret, crederet Magdalena.

donatur poſſeſſione vallis cum viciniis:

poſtmodum profutura monachis,

vallem excolit continuo labore:

16 Videns igitur illuſtris Othpertus in tam fideli labore ſancti viri conſtantiam & fervorem, ne nimia operum fatigatione deficeret, ſed ſufficeret ad incepta, ſex viros exercitatos in opere, fortes & validos ad labores aptoſque novalibus excolendis, illius obſequio mancipavit; diſtricte ipſis ac diligenter injungens, ut homini Dei cooperarentur inſtantius; & ad omne quod duceret inchoandum, paratos ſe ac benevolos exhiberent. Attende, lector, Othperti ſinceritatem, vallem donat & monſtrat primo petitam, offert prædia non rogatus, addit poſtremo miniſtros. Ne crede deceptum, ne magicis faſcinatum præſtigiis ſuſpicare, ne reputa delirantem. Guſtavit & vidit, quia bona eſt negotiatio ejus: pretioſam enim reperit margaritam; theſaurum, in agro corpuſculi deſpicabilis, meritorum ampliſſimorum attendit. Hic vere, hic eſt ille beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem: novit quod mundo contemptibilis iſte Trudpertus, ſicut uter factus eſt in pruina; foris quippe contrahitur, ceterum intus cæli vino redundat. Sub ſacci ergo groſſitie, virtutum pecuniam E contemplatur: hoſpitem iſtum & advenam, civem profecto Sanctorum ac domeſticum Dei non dubitat. Scio igitur, inquit, ſcio quid faciam: ut cum amotus fuero à villicatione vitæ præſentis, redditurus de factis propriis rationem; recipiat me in domum ætheream, quam ſuam eſſe teſtantur relicti parentes, patria, domus, frater dulciſſimus cum ſorore.

ſubmiſſis ab Othperto ſex operariis.

17 Vir itaque Domini, deputatis ab Othperto cooperatoribus, ne grave onus eorum humeris vi- 1 Cor. 9, 10 deretur imponere, quod ipſe digito non moveret; Pauli exemplo plus omnibus laboravit: primus ad opera, ultimus ad quietem; ſibi frugalis, illis abundans; ipſos ſæpe largeque reficiens, una ipſe cœnula & ea perparca contentus. Primo ergo omnino, nemore memorato purgato pro parte, in beatorum Petri ac Pauli honorem *g* oraculum præparavit: in quo & pretioſiſſimas collocavit eorum, obtentas in urbe Roma, reliquias; quæ hactenus in ipſa thecella, in qua eas Dei famulus aſportavit, habentur: ob ejuſque memoriam pia devotio poſterorum thecam ipſam ſtatuit non mutari: eam nimirum credens ornatiorem B. Trudperti contactu, quam gemmarum vel auri ſchemate ſuperducto. F

Conſtruit oratorium SS. Petro & Paulo, & horum Reliquiis ornat.

g

ANNOTATA.

a *Addebatur* tertius hujus nominis Gregorio Papæ ſubrogatus: *verum S. Gregorio immediate ſucceſſit Sabinianus, & qui Pantheon à Phoca obtinuit non fuit Bonifacius* III *ſed* IV, *brevitas tamen horum omnium Pontificatuum* (*nam S. Gregorius obiit an.* 606 *& Bonifacius* IV *creatus eſt an.* 607) *excuſabilem eum errorem facit.*

b *De Othperto ſupra actum.*

c *Fortaſſe* Prophetam *olim ſcriptum.*

d Riparia *vulgo* riviere *pro fluvio uſurpatum invenitur: & ſuſpicari licet ita olim quoque ſcriptum fuiſſe.*

e *In Ms. Richenaugienſe melius* Mettenberg.

f *Quia hæc Acta eſſe ſcripta diximus anno* 1279, *monaſterium conſtrui cœptum circa annum* 680, *credi poteſt.*

g *Adſcriptum erat margini diverſa ſed antiqua* (*quæ etiam juxta vetus originale correcta & ſuppleta quædam*) Ex ſumptu & conſenſu Othperti Comitis anno Domini 642: *ſed abſque ſolito indicio, quod hoc ad contextum originalem pertineat.*

EX MS.

CAPUT II.

Cædes S. Trudperti. Martyrii titulus.

18 CUm itaque pio labori die noctuque ſervus Dei Trudpertus inſtaret; ſex illi (quos traditos ſibi diximus ab Othperto) primo quidem memores mandatorum ipſius, ad faciendum ea quæ Trudpertus agebat ſatis fuere benevoli: ſed cito defecerunt, obliti ſunt operum ejus, nec ſuſtinuerunt conſilium ejus, ut juſſi erant. Licet enim eos aſſidue tam exemplo quam verbis, omnique benevolentia, ne ab incepto deſiſterent hortaretur: tamen quia non bene conveniunt, nec in una ſede morantur iniquitas & juſtitia, virtus & vitium, lumen & tenebræ; verus Iſraelita fœtere cœpit Ægyptiis; & Chriſti bonus odor, qui de palmite in vera vite manente fragrabat, qui piis fuiſſet in vitam, factus eſt illis odor mortis in mortem: erant enim, ut ſcriptum eſt, vera genimina viperarum, quæ vineæ florentis odorem naturaliter reformidant. Princeps igitur tenebrarum, qui regnabat in ipſis, ſanctitatis & innocentiæ claritatem, quæ in Chriſti armigero radiabat, B ferre non valens; convertit cor eorum ut odirent famulum ejus, quem pro famulo novit & doluit crucifixum. Quanto igitur miles Chriſti Regem ſuum per ſemitas ſanctitatis inſtantius ſequebatur, tanto illum perſequebatur ardentius, bonorum omnium æmulus per miniſtros. Gravis igitur eis eſſe jam cœpit etiam ad videndum: ardens namque lucenſque lucerna, tenebrarum filios perſtringebat: qui noctuis ululiſque perſimiles, magis quam lucem tenebras dilexerunt. Senſim itaque viro Dei recalcitrabant Gen. 37, 4 (nam quemadmodum ſcriptum eſt, oderant eum nec poterant ei quidquam pacifice loqui, videntes & invidentes, quod illi perſeverantis juſtitiæ Deus pater induerat tunicam polymitam) onerare jam eos cœpit plus virtus Sancti, quam opus; plus premebantur ipſius devotione, quam onere; in ſanctitate & juſtitia ſervi Dei, longe amplius quam laboribus laſſabantur. Inter alios vero duo præcipue, carne fratres, & vaſa iniquitatis bellantia merito nominandi, quos hoſtis antiquus pleniori jure poſſederat; cum per B. Trudperti fervorem, furorem majoris *& morti deſtinatur:* inſaniæ concepiſſent; ſtimulante diabolo, acrioris in eum invidiæ facibus urebantur; ardoremque malitiæ jam reprimere non valentes, fixa demum mente C captabant in animam juſti, & ſanguinem innocentem deliberato interficiendi propoſito condemnabant. Agnus igitur inter lupos, innocens inter ſontes, inter ſordidos impollutus manſuete converſans, benignitate vincere malitiam nitebatur. Blandus enim eloquio, mitis affatu, largitate beneficus, ab ipſis etiam neceſſariis, quantum patiebatur humana fragilitas, temperarabat, ut ſibi ſubtracta, illis uberius miniſtraret. Cumque eos ad inconvenientia declinare cernebat, non imperioſe vel rigide ipſos exaſperans, ſed corripiens in ſpiritu lenitatis, magis obſecratione quam jurgiis utebatur.

Ab operariis odio habetur

Luc. 3, 7

19 Verum duo illi, quos diximus more phreneticorum, quo quaſi manu medica blandius fovebantur, eo in medicantem veſanius infremebant. Male- *potiſſimum à 2 malevolis:* dictus enim vere furor eorum & pertinax, & indignatio nimis dura, verborum quantumlibet lenium nullo malagmate poterat emoliri; ſed diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in inſontem. Hæc nimirum tironis Chriſti quædam fuerunt pugnæ præludia, hæc quædam præſagia proximæ paſſionis, inter eos videlicet quotidie converſari, qui ut de Loth legitur, nefandis operibus quotidie juſti 2 Pet. 2, 9 animam affligebant. At ille licet ipſorum multifarie multiſque modis inſaniam præſentiret; juſtitiam tamen quam cœpit tenere non deſerens, utpote vir ſimplex & rectus ac timens Deum & adhuc retinens innocentiam, ab operis boni propoſito non receſſit: quod & illis invidiæ crudeliſoris odiique majoris fomitem miniſtrabat. D

20 Jam vero zelus iſte quo tendat, quo proſiliat livor, invidia quo feratur, exprimere ſtylus abhorret, manus tremula refugit, titubans lingua recuſat, viſcera contremiſcunt, balbutit eloquium, cor terretur. Nam illi duo miſerrimi, quos effrænis acerbitas jam armabat in facinus, tamquam mare fervens quieſcere non valentes, ſociorum prætentata primitus voluntate, nec invento conſenſu, quia cor eorum parturiit injuſtitiam & concepit dolorem, ut *à quibus 3 anno ſui adventus,* iniquitatem parerent homicidii tam crudelis; operibus ſanctis Trudperto humiliter inſiſtente, ac in his completo ferme triennio poſt ipſius adventum, cum pane ſuo quotidie veſcerentur (quia vere poſt buccellam in eos Satanas introivit) ſemper exinde quærebant oportunitatem, ut eum traderent, perderent, & trucidarent. Et quia Deus omnipotens jam complevit labores illius, & ejus hora venit ut tranſiret ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexiſſet ſuos qui erant in loco iſto poſt eum Domino ſervituri, ut uſque in E finem eos dilexiſſe ſe demonſtraret, inceptis operibus irremiſſibilis inſudabat. Fatigatus igitur ex labore meridiano, cum portaſſet pondus diei & æſtus, *dormiens occiditur,* mercedis æternæ denarium recepturus à vero patrefamilias, ſuper ſcamnum ſe quoddam, ut ſomno reficeretur aliquantiſper, ex nimia laſſitudine reclinavit; tamquam ſuo diceret occiſori, quod facis fac citius. Cum itaque maledicti lictores ipſum obdormiſſe ſenſiſſent, unus ex ipſis, indignus nomine, arrepta ſecuri quam manu portabat, tempus viri Dei temerario auſu perrupit; & in capite *a* Martyris *a* relicta ſecuri, abiit & receſſit, ſcelere perpetrato; ſperans elabi per fugam cum fratre, ſocio criminis & reatus. Sed jam ſanguis Abel de terra clamabat, jam clamor ſacri cruoris in aures Domini ſabaoth introivit, jam Deus ultionum Dominus gladium ſuum vibraverat ad vindictam; jam conſcientia perturbata Sap. 17, 10 reorum, ſicut ſcriptum eſt, ſæva præſumens, tamquam interior accuſatrix, illos popoſcit ad pœnam, quos livor ad culpam impulerat. Cæca illos agitabat *b* erynnis: & quoniam fuerant Deo contrarii, facti *b* ſunt ſibimet graves, ſeque ipſos jam ferre non poterant; odioſioreſque ſibi quam aliis, alios miſeri nitebantur effugere, qui non poterant evitare ſeipſos. F Sane, quid egerant ipſi, videntes, conturbati ſunt, commoti ſunt, tremor apprehendit eos & timor: nam turbabantur timore horribili, & ſonitus eos folii volantis exterruit, & ad omnem auræ lenis ſibilum trepidabant. Talis etenim ſemper eſt natura peccati, ut poſt factum formidoloſos efficiat, quos ad factum male reddiderat animoſos. Sed de his poſtmodum: nunc ad propoſitum revertamur.

21 Sanctus ergo Dei Trudpertus, etſi morte præoccupatus fuerat ab iniquis; in refrigerio tamen poſitus æternali, quia bonum certamen certavit, curſum conſummavit, fidemque ſervavit; corona juſti- *coronatur in cælo:* tiæ jam potitur, inter exercitus Martyrum purpuratus. Prærogativam enim hanc ille promeruit ſingularem, quod eccleſia jam pacata, ſublatiſque tortoribus & tyrannis, novo quodam genere confligendi, contra hoſtis antiqui ſatellites ipſi conceſſum eſt dimicare. Denique poſtquam fidei hoſtibus expugnatis, ſeras portarum ſuæ Jeruſalem Dominus confortavit, & filiis ſuis benedixit in illa, & poſuit fines ipſius pacem; adverſarius noſter diabolus, tamquam leo rugiens ad vorandum, cum jam Reges & Præſides non haberet, per quos contra Chriſti milites

baccha-

A baccharetur ; per plebeias vileſque perſonas novum Domini ſervo Trudperto certamen indixit : cumque perſecutorum ſopito tumultu , pugna in diſſuetudinem jam veniſſet , eo quod Eccleſia , ut Poëtæ verbis utamur , declinavit jam vergentibus annis in ſenium , longoque togæ tranquilior uſu , jam bellare dedidicit ; hoſtis antiqui calliditas tironem Chriſti Trudpertum imparatum invenire deſiderans & imbellem , bello illum ſubiti Martis aggreditur : ut eo ipſum faciliori lucta dejiceret , quo , ut dictum eſt, pace conceſſa fidelibus , Regis æterni militia dearmata diſſueverat jam luctari. Sed ut unus de numero fortium veri David, Sanctus iſte numquam arma depoſuit , numquam ſpiritu privabatur , numquam galea ſpei , fideive lorica nudari , caritatiſque thorace ſeu ſcuto bonæ potuit voluntatis. Hanc igitur armaturam Dei indutus , ictus hoſtis antiqui conſtanter excepit, hac extinxit ignea tela nequiſſimi, quibus ejus innocentiam ſauciare per miniſtros ſuæ malitiæ conabatur.

22 Ne quis igitur, de plus ſapientibus quam oportet , ipſum Martyrem non debere dici contendat , quia non pro fidei confeſſione ſit interemptus ; licet ſanctæ Romanæ Sedis ſolius auctoritas , illius ſufficiat refrænare calumniam , quæ non ſine maturo diſcuſſionis examine , ipſum glorioſum Martyrem cenſet , ſcribit & profitetur ; ipſa quoque jam antiqua fidelium conſuetudo , cujus non eſt vilis auctoritas nec ſpernenda ; nos tamen etiam ex ſuperfluo, præſumptionis hujuſmodi Phariſaico ſupercilio reſpondemus. Dic, ſuperbe calumniator ; dic, ſapiens, ſed maculis tuis , quid majus eſt, labiis fidem Chriſti profiteri , vel vita & operibus demonſtrare ? Certe, velis nolis , fides ſine operibus mortua eſt, niſi frater Domini mentiatur. Porro ſecundum eumdem, opera probationes & argumenta fidei ſunt viventis. Quid vero Reges & Præſides in Martyribus nitebantur extinguere ? Fidem, ut æſtimo, reſpondebis. Sed & illam , dic , mortuam vel viventem ? Viventem, puto, reſpondes. Dic unde vivere dignoſcitur ? Credo per opera : Jacobus enim hoc definivit. At ſancti hujus Martyris occiſores , fidem habebant certe , ſed mortuam , ſed pollutam , ſed nihil à fide dæmonum differentem : nam & illi credunt & contremiſcunt. Sicut igitur tyranni priores Sanctos cogere nitebantur , ut fide negata idolis immolarent ; ſic utique ſatanæ iſti ſatellites , ſervum Dei , & ſi non voce , nequam tamen moribus & iniquis moliebantur inducere, ut eorum ſe perverſitati conformans, innocentiam, ſanctitatem, juſtitiam, ceteraſque virtutes abjiciendo , fidei vitam peccatis extingueret ; & non thura vel tauros vel ejuſmodi ſacrificare ſimulacris, in quibus dæmones habitant ; ſed ſeipſum conſentiret immolare dæmonibus , quos colebant iniquis actibus & affectibus homicidæ. Et quemadmodum ceteri Martyres evaſiſſent ſupplicia tyrannorum , ſi nomen Chriſti voce negando , capita flectere, genua incurvare , inclinare cervices idolis voluiſſent ; ſic miles Chriſti Trudpertus impiorum interfectorum invidiam declinaſſet & odia , ſi Chriſti veſtigia derelinquens , eorum iniquitati conformis , avaritiæ, voluptati, ſuperbiæ deditus, ceteriſque præcipitiis vitiorum , diabolo conſenſiſſet exhibere culturam. Hoc etenim illi quotidianis ab eo perverſitatibus exigebant ; hoc recuſabat quotidie Chriſti miles invictus, nullatenus innocentiam , pietatem , ſanctimoniam, ſeu juſtitiam deſerendo. Quotidiana eorum fuit interrogatio, quotidiana vitæ ac morum iniquitas, quotidiana reſponſio viri Dei , fixus tenor & indeclinabilis rectitudinis & virtutum. Sic viam mandatorum Dei currendo quotidie , pro lege Dei ſui certavit uſque ad mortem , multo profecto virilius , quam ſi ore fidem profeſſus & labiis , vita illam & moribus abnegaſſet : niſi forte Veritas ipſa mentitur conquerens de quibuſdam , populus hic labiis me honorat, cor autem ipſorum longe eſt à me. Paulus quoque in quo Chriſtus utique loquebatur , Confitentur, inquit ſe noſſe Deum : ceterum factis negant. Occiderunt tyranni fideles , quia Chriſtum negare nolebant ; occiderunt iſti B. *c* Trudpertum , quia veſtigia Chriſti relinquere non conſenſit : vicerunt illi Reges & Præſides , fidei veritatem intrepide profitendo ; vicit iſte ſatanæ complices , opera fidei & virtutem irreflexibili pietate ſectando. Teſtimonia ergo ſua credibilia facta ſunt nimis : quibus inexpugnabilis paleſtrita , pugil interritus , armiger Chriſti victorioſus & Martyr , evidentiſſime demonſtratur. Alioquin , bone Rabbi , ſi nullum dignaris donare martyrio , niſi habeat Julianum Decium vel Neronem ; da tempore Trudperti, Laurentium, redde Luciam , imo Petrum Paulumque reſtitue ; optabunt certe tyrannos , cupient mundum idolis maculari, fœdari ſimulacris , blaſphemari ab omnibus Chriſti nomen , ut ipſi tua licentia corona martyrii potiantur, quorum Chriſtus ſecundum te fidem atque conſtantiam ignoraret , & relinqueret irrenumeratam, niſi Diocletiani edoceretur inſultu : & ut utamur exclamatione Hieronymi contra temporis noſtri Philoſophellos , qui , ut Perſius ait,

Tantum exporrecto trutinantur verba labello.

Audi æmule , detrectator auſculta , aperi precor auriculas aſininas , quas juxta fabulam Midæ clauſiſti : Numquid non de Antiſtite Chriſti Martino , quem nulla ſecuris utique cruentavit , propter indubitatam dilectionem ad Deum , tam vere quam & intrepide clamat etiam Eccleſia ; quod animam ejus ſanctiſſimam , etſi gladius perſecutoris non abſtulit , tamen palmam martyrii non amiſit ; eo quod eum non dubitet mortem ſuſtinuiſſe pro Chriſto , ſi non defuiſſet illator ? Et tu B. Trudperto lauream detrahes triumphalem , cujus ardoris affectum per effectum Chriſtus ipſe declarans , cruore illum roſei ſanguinis voluit purpurari ? Ceterum ne tu te ſolum credas eſſe Pithagoram , ratione ſcientiæ ſingularis : nos etiam ſcimus & confitemur , quod ad honorem & nomen Martyris obtinendum, ſolum occidi non ſufficit : niſi & animi patientia & juſtitiæ cauſa conveniant. Legimus etenim vocem illam omnium Martyrum Chriſto dicentium per Pſalmiſtam ; Propter te mortificamur tota die. Propter te inquiunt, ut mortis cauſa pateſcat ; & ut patientia declaretur adjiciunt , Æſtimati ſumus ut oves occiſionis. Martyrem ergo fateberis , qui pro Chriſto , & patienter occumbit. Nam Chriſtum ſolummodo in Martyribus tyranni perſequebantur , imo diabolus in tyrannis. Occiſi ſunt ergo omnes , quia nomen Chriſti corde & ore confitebantur : occiſus eſt & Trudpertus, quia Chriſti fidem & nomen, quod pio pectore retinebat , plus vita quam labiis loquebatur. Quis enim valeat æſtimare , quoties anima caritate tam fervens , ei propter quem ſe tota die mundo & mundum ſibi jam crucifixerat, carne cum vitiis & concupiſcentiis aſſidua etiam crucifixione mactata, deſiderii ardentiſſimo clamore locuta ſit ; Domine Jeſu Chriſte, propter quem abjeci omnes mundi delicias, omnes parentales affectus, ipſa vita mihi dilectior Rex virtutum dilecti ; quis mihi det ut ego moriar pro te ? nam cupio vere diſſolui , & eſſe cum Chriſto. Et hæc dicens , & ſi non voce, voto tamen aſſiduo & frequenti , cum clamore valido & lacrymis, exauditus eſt ab eo qui dixit , Petite & accipietis. Nam quod petiit & accepit : nam oblatus eſt quia ipſe voluit , Domino perſecutoribus ipſa permiſſione dicente , Solvite templum hoc, quod ſemper inhabitavi,

merito Martyr habitus :

utpote ideo occiſus , & quia vitiis non conſentiebat :

& carnem cum vitiis crucifixerat :

EX MS.

Matth 15, 8

Tit. 1, 16

c

Rom 8, 36

Luc. 11, 9

Ioan. 2, 19

EX MS. habitavi, quod conſecravi mei Spiritus unctione; & ego excitabo illud in reſurrectione juſtorum. Numquid non igitur animæ iſti ſanctiſſimæ ipſo effectu dictum videmus à Domino; Natalem terram, tuos, tua, & te inſuper relinquendo, monſtraſti jam pridem, quia magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut petiſti: exaudivi enim te in abſcondito tempeſtatis, in ſecretæ ſcilicet paſſionis occulto. Porro nihil occultum quod non reveletur. Nequam ille clam te occidit: ſed venit hora & nunc eſt, quando revelabunt cæli iniquitates ejus, & terra adverſus eum, locum ſibi latendi negando, conſurget. Quod vere completum plene monſtrabimus: ſed quia bonum eſt nos hic eſſe, paulo pluſculum in probatione Martyrii demoremur. Denique miles Chriſti Trudpertus, fracto ſui corporis alabaſtro, effudit unguentum pretioſi cruoris; & tota Eccleſiæ ſanctæ domus impleta eſt ex odore unguenti, ex paſſionis fama videlicet, cujus fragrantia tacta & tracta fidelium multitudo, ipſum ut vere Martyrem rite celebrat & frequentat: cujus aromate delectata & certificata, beati Petri Apoſtoli prima Sedes, ipſum vere Martyrem libere profitetur. Igitur quid adhuc egemus teſtibus? Si Eccleſiæ toti non credis, & adhuc non poſt dies octo, ſed poſt annos tot Thomatizas; mitte vel adhuc manum tuam, & cognoſce tempus ſecuri diſcuſſum, & vide guttas ſanguinis decurrentis in terram; & noli eſſe incredulus ſed fidelis. Verum ſi tantam nubem teſtium interpoſitam adhuc forte non recipis; recipe quæſo vel Papam: & ecce pluſquam Papa hic. Nam ſi teſtimonium hominum recipimus, teſtimonium Dei majus eſt, qui teſtificatus eſt de Martyre ſuo Trudperto, imo & filio ſuo per gratiam, in quem miſit Spiritum filii ſui clamantem Abba pater, quod ſi filius & heres per Deum. Poſuit enim eum Deus in filiis, tribuens ſibi hereditatem præclaram, cujus amore patrem carnis hereditatemque contempſit, ut heres quidem Dei, coheres autem Chriſti fieri mereretur. Cum ergo dedit dilecto ſuo ſomnum victorioſiſſimæ paſſionis, terram ſibi promiſſionis oſtendens; Ecce, inquit, hereditas Domini filii merces fructus ventris matris intactæ. Itaque ſicut ante jam diximus, ſi nec fidelium multitudini, ſi nec Sedi Romanæ, ſi nec cruori credis effuſo; crede vel Chriſto: nam hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de Martyre. Et hoc eſt teſtimonium quod perhibuit, non Joannes, ſed Joannis Dominus & magiſter, quod eum in cælo gloria & honore coronans, non dereliquit animam ejus in inferno, nec dedit Sanctum ſuum videre corruptionem; nec ingrediebatur putredo in oſſibus ejus, nec ſubter eum fœtor vermeſque ſcatebant, annis plurimis evolutis.

& ist Martyr colitur in Eccleſia.

B

C

ANNOTATA.

a *Occiditur 26 Aprilis ut infra dicitur num. 31. In Ms. Chronico Iacobi Keraſliti dicitur* coronatus VI Kalendas Maji anno DCXLIV.

b *Scriptum erat* Herines, *& correctum* Hermis *cui correctioni reſpondebat gloſſa marginalis, quod* Ἑρμῆς *ſit nuntius à verbo Græco* ἑρμηνεύομαι *interpretor. Sed ſciolum correctorem decepit imperita conjectura.*

c *Ideo veri Sancti, ſi violenta morte necati, officio Eccleſiaſtico Martyrum ſolent celebrari, ut ſæpius à nobis dictum.*

CAPUT III.

Sepultura, Tranſlationes corporis & Miracula.

23 IPſo etiam tempore paſſionis, cum illuſtris Othpertus, morte Sancti comperta, pio permotus affectu, ardenter anhelans ad illius anxie properaret exequias; collidebantur gemelli in utero ſuæ devotionis, ex una dilectione concepti. Erat enim valde compatiens, & de hoſpitis ſui ſanctiſſimi amiſſione mœſtiſſimus; ſed lætiſſimus de triumpho. Hinc fletus, hinc hymnus, fratres videlicet uterini, unius filii caritatis, pie inter ſe confligebant. Etenim pium erat congaudere Trudperto, cæli gloriam certiſſime poſſidenti; & pium erat flere Trudpertum, jam ablatum ex oculis & aſpectu, & occiſum crudeliter ab iniquis. Alternabant igitur in Othperto planctus & jubilus: validus hic & ille; magnus uterlibet; vehemens unus & alter. Sed jubilus & lætitia prævalebat, & major minori; hoc eſt planctus major in primo, jubilo ante minori ſervire & cedere cogebatur, & per effectum de ſeipſo dicere; Me oportet minui, illum autem creſcere. Quod & factum eſt evidenter, Deo cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Senſim etenim mœſtitudo in Othperto deficere, & proficere exultatio cœpit & gaudium: dum pietatem, ſanctimoniam, innocentiamque Trudperti ſibi jam ante notiſſimam, mente revolvens indubitata, ipſum fide credere cogeretur, ſigna cælo jam invexiſſe victricia, & agonis ſui à Chriſto corona donatum; nec illum jam ut mortuum debere lugeri perpendit, quem vitam conſtaret adeptum eſſe perennem, ſed ſuo potius congaudendum eſſe triumpho. Confirmatur Othperti credentis fides, præſentis etiam atteſtatione miraculi. Nam poſt dies jam quatuor conſummati martyrii, ſancti viri corpus adhuc inhumatum, ita penitus incorruptum apparuit, ut tunc primum crederes ipſum ſuaviter obdormiſſe. Non facies ejus horrendo pallore decolor, non lurida ſanies velputredo, non tabidus fœtor aut vermis; ſed ſanguis oſtro rubentior, vultus amabilis & benignus, membra vitali tractabilitate vegeta, reſurrectionis futuræ jam quoddam pignus & certitudinem præferebant.

Othpertus ob eadem triſtus, ob gloriam conceſſam lætus,

D

E

reperit corpus poſt dies 4 incorruptum.

24 Acceſſit & aliud tam inſigne prodigium, ut nullum de Martyris immarceſſibili gloria dubitare permitteret. Nam miſeri, de quibus ſupra jam diximus, occiſores Chriſti militis glorioſi, ſeram intra ſe pœnitentiam agentes (ut ſcriptum eſt) mox perpetrato facinore, proprio eos percellente reatu, fugæ ſalvari præſidio conabantur, & ire verſus Alemanniam laborabant: ſed primo die peracti flagitii fugientes, cum tota illa die & nocte ſequenti per ſylvas, dumos, & montes incederent, ruptis veſtibus & conſciſſis in nemore, ipſis jam viribus laſſabantur. At die ſequenti, cum jam ſe putarent elapſos, divina eos urgente vindicta, quæ ſanguinem ſervorum ſuorum ulciſci conſuevit; ad locum ubi Chriſti militem trucidaverant, ipſa hora culpæ patratæ, tam inviti quam neſcii revertuntur. Viſi ſunt igitur à quibuſdam, quorum acclamatione deterriti, fugam repetunt iterato. Tertia die ſimiliter pluribus jam ad corpus viri Dei collectis, ipſa hora qua prius digna mentis cæcitate percuſſi, ad locum eumdem redeunt neſcientes: & clamore multorum attoniti, tertio fugere moliuntur. Quod cum Othperto certius per quam plures innotuiſſet; ille, ut erat mente diſcretus vir, divino id ſentiens agi judicio, deputat loco cuſtodes. At ſcelerati lictores, quibus merito ſui facinoris terra negabat, negabant montes & petræ, negabant frondes & ſilvæ latibulum; ad locum ſuæ damnationis hora prædicta regyrant, ac detenti faciliter (quippe qui macie inediaque ſquallentes, & veſtium ſciſſione & viarum anfractibus delaſſati, fugere minime jam valebant) Othperti conſpectibus præſentantur. Qui quoniam viri Dei occupabatur exequiis, ut depoſitionem corporis ſacri & pretioſi puriori devotione perageret, reos ipſos *a* Boboni, provinciali tunc Comiti, præſentari præcepit, ipſius examine puniendos.

Occiſores conati fugere,

F

ad locum S. Trudperti ultro redeunt,

comprehenſi ad Bobonem ducuntur:

a

A punientos. Cumque vinctis poſt tergum manibus ad judicium per Othperti ſatellites ducerentur: unus
b eos ducentium, cum tranſtrum *b* cujuſdam ripæ tranſirent, haſtæ ſuæ, ut cautius poſſet incedere, innixus
horum alter ſemet occidit, alter ſuſpenditur: eſt. At miſerabilis homicida, qui eum è veſtigio ſequebatur, repente ſe dedit ſuper acumen ipſius haſtæ præcipitem: ſeſeque transfigens, vitam, qua dudum fuit indignus, ſuimet interfectione finivit. Porro germanus ejuſdem infelix, Bobone convenientem dictante ſententiam, patibulo ſine dilatione ſuſpenditur; Domino illi reddente quod meruit.

25 Ecce, quanti Dux Chriſtus ſuum Martyrem æſtimaverit, interfectorum ipſius oſtendit interitu; quorum alter ſibi intulit pœnam mortis, alter meruit interire ſuſpendio: ut Judæ proditoris exemplum, ille quidem auctore, hic vero ſupplicii genere coæquaret, inter cælum occiſus & terram, indignus cælo videlicet indignus & terra. In quo claret apertius advertenti, quam inſigne Trudpertus Chriſti ſit membrum, cujus nece contaminati carnifices, ea mortis pœna plectuntur, qua ipſius invaſores capitis
ſimiles facti Pilato & Judæ Iſcariotæ. perierunt. Nam & Pilatus Præſes, qui licet primo
B renuerit, poſtmodum tamen in Dominum, mortis præſumpſit ferre ſententiam, proprio ſe legitur gladio transfodiſſe; porro qui Agnum Dei oſculo lupino tradiderat, teſtibus Euangelii conditoribus, abiens laqueo ſe ſuſpendit. Occiſorum vero ſatellitis Chriſti, alter ſeipſum perimit cum Pilato, alter cum Juda ſuſpenditur proditore.

26 Hactenus quidem, ad veſperum mortis viri Dei, demoratus eſt fletus: nunc vero ut ad matutinum, tunc orientis, ſed numquam occaſuræ beatitudinis, ejus lætitia demoretur, intermiſſæ narrationis ordinem reſumamus. Sarcophago igitur præparato
Sepelitur S. Trudpertus in oratorio SS. Petri & Pauli, de petris, Chriſti Martyr eximius, digna tam Sacerdotum quam innumerabilis populi devotione, deponitur in oratorio, quod in Apoſtolorum Petri ac Pauli memoriam, ſicut ſupra diximus, inchoaverat, laude Domini multifarie celebrata. Hic itaque, ſicut triumphalis palma, effloruit tot miraculorum ſignorumque frequentia, ut cæleſtis Libani cedrus, multiplicata per copiam meritorum, omnino non ambigatur. In eodem etiam loco ubi dictus pugil Chriſti quieſcit, tot cæcis, ſurdis, claudis atque leproſis, ceteriſque debilibus, tot beneficia ipſius impenſa ſunt
claret miraculis, interventu, quod numeroſitas eorumdem menſuram ſtyli tranſgreditur. Quorum plurima nihilominus ſcripto mandare, quorumdam veterum neglexit
c inertia: quædam vero per *c* incendium à memoria
C receſſerunt.

27 Poſtmodum autem annis aliquot evolutis, ſancto cuidam viro in viſione B. Trudpertus appa-
viſione facta, ruit, indicanſque quod pars corporis ejus inferior aquâ maderet infuſa, injunxit ut daret operam diligentem, ut corpus ipſum altius locaretur. Quod cum pluribus ille religioſis ac Sacerdotibus indicaſſet, facta hac voce convenit multitudo, & mente devota tractabat, quid ſuper his eſſet agendum. Tandemque in conſilio juſtorum & congregatione complacuit, ut aperto ſarcophago rem diligentius explorarent. Othperto igitur adhuc vivo atque præſente, plurimi Sacerdotes congregati ſunt, convenerunt in unum: ipſi videntes ſic admirati ſunt, ut præ gaudio etiam
corpus reperitur integrum: lacrymæ funderentur. Nam tumulo patefacto, qui pretioſum theſaurum ſacri corporis continebat, corpus Chriſti ſatellitis adeo integrum ſanumque atque ex omni parte penitus incorruptum apparuit, ut jamjam primo depoſitum videretur, liquidoque clareret, quam vitiis omnibus anima illa ſancta ſemper intacta permanſerit, cujus carnem tot annis traditam ſepulturæ, putredinis adhuc nulla tetigit ſcaturigo. Jam vero quis ibi non exultaret affectus, cujus de-

votio non ferveret, cujus lingua laudes Chriſti non eructaret & gloriam: cum in carne Martyris monſtraretur extinctâ, quam immarceſſibili & perenni gloriâ beata illius anima frueretur in cælo; cujus artus occiſos, nulla caries, tanto tempore tabefecerat in ſepulcro. EX MS.

28 Denique ad Chriſti gloriam ampliorem, ſacri gleba corpuſculi, more noviter defunctorum, prolata ſarcophago, pia ſedulitate levatur: & linteis in- *elevatur:*
voluta puriſſimis, in loco quo ante jacuerat, miniſterio Sacerdotali deponitur reverenter, Chriſti laude cum jubilo decantata. Quid enim aliud Chriſti dilectus athleta, ipſo ſuæ incorruptionis indicio, rem advertentibus, loquebatur: quam, In Deo ſperavit cor meum, quoniam reliqui domum meam, dimiſi hereditatem meam, ſperando & inquirendo domum non manufactam & hereditatem incorruptam & immarceſſibilem, conſervatam in cælis; & adductus ſum triumpho martyrii, quando dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum ipſius, crudeliter auferendam: propter quod & refloruit caro mea, vigorem retinens inexſum, quæ potius marcuiſſe debuerat per tot annos. Vere anima illa quaſi cedrus exaltata fuit in Libano candidationis æternæ, cujus tam diu caro vernabat, quaſi plantatio roſæ in E
Hiericho vallis hujus & ſepulturæ. Cum igitur oſſa patriarchalia noſtri Joſeph, filii veri Jacob, filii ſcilicet accreſcentis & benedicti, B. Trudperti videlicet, de loco ſuo virtutibus tot & miraculis pullularent, ut in odore unguentorum ſuorum, quem poſt ſe ad ſeque Chriſtus ipſe jam traxerat, fideles plurimi, tamquam adoleſcentulæ ipſius me- *& novis miraculis claret.*
rita diligentes, ad curſum invitarentur; cœpit locus tumuli venerabilis à devotis hominibus amplius & perfectius frequentari, multarumque percipere beneficia ſanitatum; Domino Martyris ſui triumphum, ſubventionum ſignorumque oſtenſione multiplici, declarante.

29 Porro poſt illuſtris Othperti deceſſum, cum ab illo jam, ut veraciter creditur, collectus eſſet in cælis, quem in terris ipſe in dilecto ſibi Trudperto *Mortuo Othperto,*
collegerat; & ab amico in æterna tabernacula eſſet exceptus, qui per illum in valle jam dicta invenerat locum Domino, tabernaculum Deo Jacob. Poſt aliquot evolutiones annorum, heredum ipſius Othperti faciente diſcordia, locus B. Trudperti fere in *ob heredum diſcordiam locus neglectus,*
ſolitudinem eſt redactus: ipſorumque in ſeipſum regno diviſo, domus ſupra domum cadere cogebatur. Ceterum Domino nolente, quod ſpiritale ſemen & ſancta ſucceſſio Martyris ſui deficeret, cui jam F
ante juraverat veritatem, non fruſtraturus eum omnino, Semen inquiés ejus in æternum manebit. Poſt aliquanti temporis intercurſum, egrediebatur virga de radice Othperti, & flos de radice ejus aſcendit inſignis; Nepos ſcilicet, tam facultatum quam devotionis ipſius poſſeſſor & heres, appellatione Rampertus: *d* qui pietatis avitæ ſucceſſor, B. Trudperti *d*
memoriam accuratius inſtaurare contendens, diruta reparare, convulſa reducere, ac erigere jam dilapſa, *dein à Ramperto reparatur:*
omni attentione ſatagebat. Baſilicam inſuper, cum copioſis auri ſculpturarumque paratibus, in beatorum Petri ac Pauli memoriam, quibus locum ſanctus Martyr ipſe dicaverat, ſumptuoſo conſtruxit impendio.

30 Hujus etiam *e* tempore ſanctus tunc Stephanus Papa, probatis coram ſe, per teſtes idoneos ac *e*
fide digniſſimos, tam ſanctitatis inſigniis, quam paſ- *à Stephano Papa accitur Sanctis adſcriptus Trudpertus.*
ſionis & forma & modo, quam etiam varietate miraculorum & veritate; beatum Trudpertum Catalogo ſanctorum Martyrum reverenter adſcripſit, in eorumque collegio cenſuit honorandum; Domino id per innumeras declarante virtutes.

EX MS. 31 Non multo poſt tempore, quibuſdam Fratribus aliiſque religioſis ſanctus Martyr apparuit iterato, corpus ſuum in nimis humido loco ſepultum inſinuans : ſeque velle altius ac decentius ſepeliri.

f Tunc demum advocato diœceſano *f* loci ipſius Antiſtite, confluente innumera multitudine populorum, ex omni natione quæ cis Rhenum ultraque longe lateque moratur, à maximo Cleri religioſorumque conventu, Martyris Chriſti corpus iterum profertur è tumulo, iterumque religioſorum abluitur manibus, ut decebat. Hinc pallio novo induitur reverenter, in præſentiaque Ramperti piiſſimi & illuſtris, in elatiori parte deponitur, nuper conſtructæ baſilicæ per eumdem, Gloria in excelſis Deo magnis populorum vocibus decantata. Hoc jam tertio manifeſtavit Jeſus, coram fidelibus ſuis, militem ſuum gloria & honore cæleſti inter inclytas Martyrum purpuras coronaſſe; nec lædendum à morte ſecunda, qui primam jam vicerat cum triumpho. Hæc depoſitio tertia viri ſancti peracta eſt, anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo, *g* tertiodecimo, Ludewico divi Caroli filio imperante, anno ſecundo coronationis ejuſdem, ſexto Kal. Maji, eodem tempore & loco videlicet, quo pugil Chriſti invictus agonem certaminis ſui conſummans, belliger ad cælos ampla trophæa tulit.

corpus elevatur,

g

B

32 Poſt hæc vero non modici temporis interlabente decurſu, Ramperto jam dudum collecto ad patres ſuos, Ludfridus Comes illuſtris, & origine creatus eadem, à proavorum nequaquam devotione degenerans, pios patrum mores oſtentans in ſe, eoſdem etiam excellebat. Nam monaſterium in Beatorum Petri ac Pauli & Beati Trudperti renovavit pariter & melioravit honorem, juxta Martyris prædicti memoriam : ubi ſub beati ac venerabilis Benedicti regula militantes, tota die ac nocte laudare nomen Domini non tacerent. Qui etiam ut ejuſdem monaſterii congregatio, in laude Regis cælorum & ceremoniis, permanere valeret ; prædia large tribuens, loco eidem proavorum ſuorum pias devotaſque donationes novis accumulans, amplians & extendens ; Fratribus inibi Domino ſervituris, copioſe ſatis atque abunde providit, in his in quibus præſens hæc vita neceſſario ſuſtentatur. Suſcitavit enim Deus Othperto piiſſimo germen juſtum, ut quod ille devotus inceperat, Rampertus extenderet foveretque devotius, ac Lutfridus devotiſſime conſummaret : ut & radicis ſuccus in ſurculo, & utriuſque ſapor in fructu perpenderetur.

à Ludfrido Comite monaſterium innovatur,

& dotatur.

C

33 Ceterum non poſt multos hos dies, cum gloria miraculorum circa tumbam B. Trudperti magis magiſque crebreſceret, & in omnem Teutoniæ terram exiret ſonus eorum ; ſanctæ memoriæ *i* Conſtantienſis Præſul, ad cujus pertinet locus ipſe diœceſim, excitatus tantæ famæ præconio : duos adjungens ſibi Pontifices, ad corpus beati Martyris transferendum, devotiſſime properat, gloriæ Chriſti congaudens, qui, ut ſemper memoria Juſti cum laudibus juxta Scripturæ teſtimonium celebretur, & nomen ejus requiratur in ſeculum, innovans ſigna, immutare mirabilia non deſiſtit. Itaque congregatur undelibet multitudo fidelium, & cum turba plurima conveniret & de civitatibus properarent ad Martyris ſepulturam, tam catervatim ruebant populi concurrentes, ut de debilibus & infirmis, ne quos eorum opprimi forte contingeret, maxime timeretur : quia in his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum & aridorum, expectantium Sancti tranſlationem & beneficia pietatis. Et cum tanti eſſent, Dominus ad dilecti militis ſui providit honorem, non ſine etiam omnium grandi ſtupore qui aderant, quod non eſt inventus, qui ſe vel oppreſſum vel læſum etiam quæreretur. Quod proculdubio Chriſtus effecit, ne dilectus ſibi Trudpertus, aliquibus eſſet cauſa periculi, qui ſalutis impetrandæ cauſa confluxerant ; evidenterque pateret, quod fidelibus & devotis Deus eum ad vitam creavit, non ad mortem. Igitur qui convenerant Epiſcopi, Religioſi, Canonici, Sacerdotes, ne ſanctum dare canibus viderentur ; aut margaritas projicerent ante porcos ; vulgo excluſo pro foribus, ut decebat, induti Sacerdotalibus, ad ſacrum corpus Martyris transferendum *k* reverenter accedunt. Interim unus ex plebe, curioſitatis amplius quam devotionis inſtinctu, clam latuit ; profanis oculis ſpectare præſumens, miniſtris etiam neſcientibus, quæ fiebant. Quem mox ultio divina conſequitur : nam illico membrorum officio deſtitutus, inſtar trunci cujuſdam, nec ſe ſurſum erigere potuit, nec manus quoquam greſſuſve movere. Caput hunc Meduſæum juxta fabulas aſpexiſſe putares. Sed qui ore Moſaico loquitur, Ego percutiam & ego ſanabo ; percuſſa præſumptuoſi temeritate, humilitatem ſanare dignatus eſt pœnitentis. Nam mox ut reatum ſuum, plaga monſtrante correctus, agnovit ; tremens ſtupenſque, danſque gloriam Deo, quid egerit coram omnibus confitetur : & protinus conſolidatæ ſunt baſes ejus & plantæ, & exiliens ambulabat & laudabat Deum, tam Chriſti virtutem quam ſui militis dignitatem ubique prædicans & proteſtans. Hæc de geſtis antiquioribus ac ſcripto *l* mandatis, utcumque dicta ſufficiant : nunc ad ea quæ nondum ab adhuc viventium memoria receſſerunt, eiſque ſunt acta ſcientibus, vel à nuper defunctis ac fide dignis certa relatione comperta, oratio dirigatur.

D

k

aliquis ob curioſitatē paralyſi punitus,

Deut. 32, 39

ſanatur.

E

l

ANNOTATA.

a *In citato Chronico Keraſtithi, dicitur* Babo filius Otgeri, Lādgravius Alſatiæ. *Quæ libenter videremus probata.*

b Tranſtrum *hic uſurpatur pro ponticulo ſeu aſſere trans amnem poſito.*

c *Illud ſcilicet incendium, quo deformatam ædem reſtauravit Erganbaldus Abbas antè Acta laudatus.*

d *In libri frontiſpicio erat adſcriptum hoc diſtichon.*

Othpertus, Rampertque, Comes Ludfridus ab Habſpurg,
Trudperti ſacram fundarunt Martyris ædem.

De Ludfrido *Comite infra agitur.* Othperti *filius notatur etiam* Othpertus *dictus : ſed per hunc* Rampertus *illius nepos dici nequit, qui adhuc poſt annum* 815 non modici temporis interlabente decurſu *vixiſſe infra dicitur, id eſt poſt acceſſum S. Trudperti ad Othpertum ultra annos* 174. *In Ms. Richenaugienſi dicitur non* nepos *ſed* pronepos *appellandus, imo vel* trinepos.

F

e *S. Zacharia Papa anno* 752 *defuncto, cujus Acta illuſtravimus ad diem* XV *Martii, ſucceſſit Stephanus* II, *ſed hoc intra paucos dies extincto electus eſt Stephanus alter, ab aliis* II, *ab aliis* III *appellatus, qui anno* 753 *in Gallias tranſgreſſus ad Pippinum Regem, potuit collaudaſſe virtutes & miracula S. Suiberti, & S. Trudperti, unde ſolennem S. Suiberti canonizationem tunc factam fuiſſe crediderunt alii, ob confictam ea de re epiſtolam ſub nomine S. Ludgeri Epiſcopi Mimigardevordenſis, quam fabulis oppletam rejecimus ad hujus Vitam* 26 *Martii* § 7 *&* 8. *Quid ſi hic auctor nomina Suiberti & Trudperti non diſtinxerit, ſimilitudine nominum deceptus, aut certe abſque ulteriori examine alibi conjunctos protuderit ? Gloſſa Marginalis hic conjungebat Stephani* III *annum annum* 3 *cum anno Chriſti* 774, *ſed tunc intelligitur is qui melius* IV *nominaretur, & ante biennium, ſcilicet anno Chriſti* 772 1 *Februarii obierat.*

f *Hic ſcribitur fuiſſe Wolfleon* 17 *Epiſcopus Conſtantienſis, apud Manlium, qui dicitur electus anno* 813, *obiiſſe anno* 831.

g *Annus*

A § *Annus non* 813 *ſed* 815 *legendus videtur, cum Carolo Magno anno* 814 *die* 28 *Ianuarii ſucceſſerit Ludovicus Pius, qui fuerat tamen autumno præcedente à Carolo patre in ſucceſſorem admiſſus & in Auguſtum coronatus.*

h *Extant hujus reſtaurationis dotationiſque tabulæ ſignatæ an.* 902. *apud Bucelinum, ubi ſingula prædia eorumque termini deſcribuntur.*

i *Ab anno* 891 *uſque ad* 919 *Epiſcopatum Conſtantienſem tenuit Salomon* III *& huic Notingus ſuccedens vixit uſque ad an.* 935.

k Diem Tranſlationis hujus ſolenniter agi poſtridie Apoſtolorum Simonis & Judæ, *habetur in Chronico Keraſtithi: ergo die* 29 *Octobris.*

l *Tria poſteriora capitula attigiſſe in Vita à ſe ſcripta Erganbaldum vix credimus: potuit alius appendicem addidiſſe, vel ſeorſim deſcripta fuiſſe hæc poſtrema Tranſlatio.*

LIBER II.

De miraculis auctoris ætate factis,

SYLLABUS CAPITULORUM.

1 Miraculum de Domino Eberhardo Abbate.
B 2 De Domino Hugone Abbate.
3 De quodam advocato Ottone.
4 De quodam Ottone & fratre ſuo.
5 De quodam Advocato.
6 De quodam milite in Alſatia.
7 De quodam ruſtico, dicto Judas, cæcato.
8 De quodam fonte & joculatore.
9 De muliere quadam dolente oculos.
10 De puero claudo curato.
11 De quodam Sacerdote ordinis Prædicatorum.
12 De quodam Clerico curato.
13 De cruce miraculum.
14 De quodam hæretico.
15 De cæco illuminato.
16 De quodam ruſtico.
17 De leproſo mundato.
18 De muliere phrenetica ſanata.
19 De quadam muliere obſeſſa curata.
20 De quodam fure.
21 Item de fure.
22 De quodam Plebano & ſuis ſubditis.
23 Exemplum quoddam de undecim millibus Virginum in Colonia.

CAPUT I.

Injurii in S. Trudpertum puniti.

C a 1 HAbuit cœnobium B. Trudperti ante non longum tempus Abbatem, nomine a Eberhardum converſationis laudabilis & probatæ: qui Chriſti Martyrem, inter cetera quibus Deo famulabatur, ſpeciali dilexit, coluit ac venerabatur affectu. Hujus tempore mineræ argenti in quodam monte vicino repertæ ſunt abundantes, de ſub cujus pede prædictum Abbatem tranſire frequenter oportuit, pro eccleſiæ ſuæ neceſſitatibus ordinandis, cum Fratrum ſuorum ac familiæ congruo comitatu. Porro montis illius argenti foſſores, cum inciperent accreſcente metallo diteſcere, inſoleſcere quoque cœperunt; &, ſicut ejuſmodi genus hominum aſſolet, implicati multis erroribus, ſuam per religioſorum credebant tranſitum impediri minuique fortunam. Hæc cogitaverunt & erraverunt: malicia enim eorum illos, ut ſcriptum eſt, excæcavit: nam pro Domino famulantes, proſpera potius quam adverſa debuerant ominari. Verum non ſic impii, non ſic æſtimabant: unde & quotieſcumque jam dictum Abbatem videbant tranſire vel ſuos; pueros imitati, Prophetæ calvitiem irridentes; multis eos jocis atque convitiis inclamare non verebantur; & invaleſcebant voces eorum, quibus creberrime Dei hominem moleſtabant. Uno itaque die, cum occaſione neceſſitatis perſonaliter ipſe tranſiret, habens in comitatu ſuo Fratrem converſum, cui erat, ut moris eſt, barba procerior; filii Belial, famulos Dei videntes, præmiſſis irriſionibus infinitis, prædictum Fratrem, equam devoraſſe, procaciter inſultando clamabant: nec eo contenti, ad majores vertuntur injurias. Denique quidam ipſorum, turpe quidem dictu, ſed actu quiddam turpius præſumentes; abſtractis etiam femoralibus, poſteriora ſua nudata ſervorum Dei conſpectibus ingeſſerunt. Super quibus opprobriis memoratus Abbas, ut erat homo naturaliter verecundus, vehementer erubuit, ac pudore permotus eſt pariter & dolore; domumque revertens, B. Trudperti baſilicam beneficia petiturus ingreditur: beneficia, inquam, evaſionis irriſionum hujuſmodi, quibus tam ipſe quam omnis familia ſancti Martyris quotidie gravabatur; & fortaſſis in oratione dicebat, Memor eſto Domine opprobrii ſervorum tuorum. Mira res admodumque terribilis! nam vix ab oratione ſurrexit, & ecce adveniunt non mendaciter nuntiantes, obruta mole ſua quod corpora dira jacerent. Factumque eſt ita: nam mons ipſe argentifer, in ſeſe ſubito corruens, innumeram multitudinem irriſorum ipſorum ſimul oppreſſit & obruit univerſos. Dominus etenim juxta dicta Pſalmiſtæ, tunc vere judicavit in nationibus, implevit ruinas, conquaſſavit capita in terra multorum ſtultorum omnino, adeoque contrivit, ut uſque in hanc diem nulla eorum poſſint penitus inveniri veſtigia, cum in monte tamen ipſo aſſidue fodiatur, annis pluribus quam centum, poſtquam res eadem contigit, evolutis.

Eberhardus Abbatem,

foſſores argenti,

Sap 2, 21

ſæpius irridem,

4 Reg 2, 23

EX MS.

ſed invocato S. Trudperto,

montis parte cadente obruuntur,

E

Pſal. 109, 6

2 Secundum autem ſimile eſt huic, quod dicemus. Annis aliquot interjectis Abbas ejuſdem cœnobii dictus b Hugo, nobilis quidem genere ſed morum virtute nobilior, videns locum ipſum Advocatorum angariis ſubjacere, nimiſque gravari; civilitatem c Briſacenſium prudenti conſilio comparavit, ut (ſicut eorum juramenta ſe habent) modo concivium ipſum etiam monaſterium tuerentur. Super quo Advocati dolentes, arbitranteſque factum hoc in ſui contemptum, manifeſtis inimicitiis inſectantes Abbatem, abeſſe ipſum à monaſterio aliquamdiu compulerunt, ut mortis periculum devitaret, quam ſibi ſi valuiſſent inferre paraverant: cumque venire ipſum forſitan ad eccleſiam neceſſitas qualiſcumque poſcebat, circuire illum tutaſque requirere vias oportuit, ut mortem evaderet intentatam. Nam cogitaverunt iniquitates in corde, tota die conſtituebant inſidias quolibet ambulanti. Accidit itaque, ut cœnobium viſitare feſtinato deberet. Viri igitur qui comitabantur cum eo ſuadebant ut manus hoſtiles more conſueto ſatageret declinare. At ille ponens in Deo ſpem ſuam, Chriſtoque ſe ac B. Trudperto comittens, ne id quod inſtabat omitteretur ex mora, intrepidus directum iter aggreditur, ubi quidem inimicos eſſe non ignorabat. Cognito ejus adventu, continuo deſtinantur & præmittuntur inſidiantes in vallem denſam arbuſtis, quia inde erat tranſiturus indubitanter, ubi nec ad ſiniſtram alia via patuit nec ad dextram. Stant ergo lictores, lanceis ſuis ac haſtis inſtructi, quas altrinſecus intentando juxta viam ſtabant acclives, ut hominem Dei ſubito tranſeuntem, nec valentem aliquo declinare, improviſi transfoderent. Sed Dei ac Martyris ſui manu, non clypeo protectus aut galea, percuſſis cæcitate pariter & aoraſia carnificibus, Abbas tranſiens per medium illorum ibat; nec ab eis coram poſitus videbatur, donec ad locum monaſterii uſque devenit, laudes debitas Deo ac militi ſuo Trudperto decantans.

b Hugo Abbas,

c

inſidiis Advocatorum petitus,

F

evadi Ipſis inconſpicuus.

Ex Ms. 3 Quoniam autem Advocatorum mentio cœpit haberi, conſequenter inſinuemus, quantum quidam ipſorum memoratum cœnobium moleſtarent, quamque illis Martyr Chriſti frequenter inflixerit ultionem. Poſtquam etenim ab Othperti progenie ad extraneos monaſterii hujus Advocatia devenit; Advocatus quidam, dictus Otto de Stouphen, ſub ejuſdem cœnobii venerabili Henrico *d* Abbate, miſit ſicut Herodes Rex manus, ut affligeret quoſdam de Eccleſia B. Trudperti. Nam præter vexationes, angarias, ablationeſque bonorum, quibus familiam monaſterii & colonos ineceſſanter oppreſſit, in ipſos etiam Fratres Eccleſiæ cœpit exiſtere violentus: ita ut quadam die cœna facta, cum diabolus jam miſiſſet in cor ut deteriora præſumeret, cum Fratres hymno dicto exierunt in oratorium, ſicut religioſorum mos eſt poſt refectionem, Pſalmum quinquageſimum decantantes; dictus Otto unum ex Sacerdotibus, ab ipſa proceſſione fugare, cultro extracto non verebatur; eumdem etiam captivare intendens. Qui ad eccleſiam fugiens, valva ſe ferata ſalvare compellitur. Super quibus cum Ottonem quidam religioſi conſtanter arguerent, vindictam ſibi divinam interminantes; in omnibus his non eſt averſus furor ejus, B ſed adhuc manus ejus extenta permanſit ad feritatem. Contigit eo tempore Curiam principum apud Franckfurt celebrari: ad quam cum tunc Dux de Zeringen ire diſponeret; memoratum Ottonem, quia miniſterialis erat ipſius & fatis ab eo diligebatur, ut ſecum pergeret advocavit. Qui poſitus in procinctu, duos equos abſtulit monaſterio, qui ſuppellectilem ſuam deveherent & ſuorum. Cumque tam rogaretur quam moneretur à Fratribus, ut loco B. Trudperti vellet eſſe pacatior, more pariter & furore Nicanoris, ad ipſum monaſterium manus extendens, ſuperbe juravit non relicturum ſe ibi lapidem ſuper lapidem cum rediret. Et hoc dicto, cum prædicto Duce profectus eſt ſtatim, equos ablatos ſecum abducens. Animum igitur ſuum in hac malitia confirmando diſceſſit: oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad Deum Beatumque Trudpertum Martyrem ejus, ut Ottonis ſævitiam cohiberent. Curia itaque Principum ſolvitur, Duxque cum Ottone regrediens ad fluvium quemdam conſtrictum nocturno gelu devenit. Otto igitur (quoniam fortiori equo ſedebat) viam Duci ſuiſque facturus, & perrupturus glaciem, quaſi præcurſor ingreditur. C Porro ipſius equi ſuccuſſione ita colliſus introrſus eſt, ut in miſeram quamdam caſam dolore ingraveſcente delatus, non poſt modicum expiraret, conceptam corde malignitatem in cœnobium Martyris, compulſus finire cum vita. Iugum enim oneris ejus ita Deus exuperavit, ut in eiſdem equis mortuus ipſe reduceretur, quos vivus Eccleſiæ violenter abduxerat: ut ipſo facto clareſceret, quod per quæ quis peccat, per hæc etiam ſicut ſcriptum eſt punietur.

4 Hoc Ottone ſic mortuo, alter Advocatus, ejuſdem feritatis & nominis fratrueliſque defuncti, prioris ſe percuſſione non corrigens, monaſterium memoratum multipliciter moleſtabat. Denique poſt plures injurias, quas eccleſiæ ſancti Martyris irrogavit, trecentorum modiorum menſuram coagitatam atque confertam, cum meſſis inſtaret, Fratribus abſtulit violenter, unde hoc anno debuerant ſuſtentari. Qui tam civilia quam canonica ſatis ac ſæpe judicia pertentantes, reſpicientes erant ad adjutorium hominum, & non erat. Videns ergo Conventus quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret litium ſine fructu; ad orationum ſuffragia ſe convertit, Deum beatumque Trudpertum inſtantius invocans, ſuper oppreſſionibus Advocati. Breve ſpatium temporis interceſſit, & cum Fratres in oratione perſeverarent, Otto jam dictus in caſtro Stouphen *e* cœpit ædificare, quod non potuit conſumare, vetante reatu. Nam dum mirantibus operariis ſuis inſtaret, torto quodam fune, qui ad inſtrumentum ædificii pertinebat, ſubito caſu percuſſus extabuit; ac diſpactione nervorū, viribus corporis cœpit repente deſtitui: convocatiſque Fratribus Minoribus ac germano quem tunc majorem habebat, domui ſuæ diſpoſuit moriturus. Fratribus ergo Minoribus confitens, monitus ab eiſdem, in eorum Prioriſque B. Trudperti, pluriumque præſentia, prædicto germano ſuo teſtamentaria ordinatione commiſit, ut de bonis ſibi relictis eccleſiæ memoratæ integraliter ſatisfaceret, univerſa perſolvens quæ ille abſtulerat eidem injurioſe: ſuper quo etiam juramento ſuperſtitis Fratris accepto, deceſſit: & ceſſavit quaſſatio ſuæ vexationis. Frater vero reſiduus, dexteræ Dei vindictam, quæ Fratrem proſtraverat, non attendens, tam promiſſi quam juramenti factus eſt violator; induranſque cervicem, nihil eorum quæ voverat curavit effectui mancipare: quodque anterior violentus abſtulerat, fallax iſte retinuit & perjurus. Ceterum, quia durum eſt contra ſtimulum calcitrare cæleſtem, ſpatio quatuordecim vix dierum intercurrente, qui ad vocem Pſalmiſtæ dicentis, Pſal. 75, 12 vovete & reddite Domino, ſponte introrſus obſurduit, invitus exteriori percuſſus eſt ſurditate. E Nam uſque hodie privatus auditu, nullos ſtrepitus aut tinnitus exaudit; quantumvis altiſonos & clamoroſos, perditiſque his quæ temere retinere præſumpſit, habitus quaſi ludibrio, vitam inter notos & conſanguineos tranſigit miſerabilem & deſpectam. Medici quoque quamplures, *f* Montis etiam Peſſolani, nullam ſurditatis hujus cauſam reperire valentes in illo, divinam id eſſe ultionem, veriſſime proteſtantur. *f*

5 Quidam Advocatus Eccleſiæ memoratæ, ſic abiit in conſilio impiorum, ut à quodam inveterato dierum malorum inductus, loco B. Trudperti faceret quidem mala, pejora comminaretur, peſſima cogitaret: ſicque de die in diem cœnobio cœpit eſſe moleſtior, ita ut navicula Martyris operiretur fluctibus læſionum. Jeſus vero Fratribus dormiebat: ſed interventu ſui militis excitatus, ſurgens imperavit ventis & mari. Nam quadam die, tempeſtate ſæviſſima perdurante in animo Advocati, cum eſſet adhuc ſpirans minarum & cædis in Fratres, dies Letaniæ majoris quæ in Vigilia S. Trudperti Martyris celebratur, advenit; & Sanctorum reliquiæ Cruciſque vexilla more ſolito portabantur, ſequente Conventu. F Cumque Fratres per monaſterium in proceſſione tranſirent; Advocatus, unde jam dictum eſt, ſtabat in oratorio, proterve ac procaciter illos aſpiciens terribilibus oculis, plaga crudeli in ipſos meditatis deſævire. Sed cui dicitur per Pſalmiſtam, Tu dominaris poteſtati maris, motum autem fluctuum ejus tu mitigas; tempeſtatem hanc cito ſerenitate pacavit. Pſal. 88, 10 Denique vix Fratribus B, *g* Oſwaldi capellam ingreſſis: in medio populi ſubito corruens Advocatus, ad domum ſuam uſque defertur, quam in eccleſiæ læſionem, in villa cœnobii habere jam cœperat; & in toto corpore ſuo puſtulis erumpentibus, dolore mirabili vexabatur. Qui mox Priore loci vocato, Sanctorum reliquiis viſitari ac benedici petivit. Et facto hoc ab animi ſui ſævitia reſipiſcens, pollicitus eſt B. Trudperto fideliter, quod ſanitate recepta, numquam ipſius eccleſiam deinceps aggravaret: continuoque curatus, quod dixit & fecit. Nam monaſterium Martyris memorati benigno poſtmodum fovit, dilexit ſemper ac venerabatur affectu, ac ſi ſibimet dixiſſet in corde ſuo, Prophetiza, quis eſt qui te percuſſit; &, Amodo noli æmulari ut maligneris. Multa quidem & alia fecit Jeſus ſigna in ſui tironis honorem, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc; ne vel

legenti

d *ſub Henrico Abbate,*

Otho Advocatus monachum capere conatus:

& quos monaſterii violenter abducens,

ac pejora minatus,

ſuccuſſione equi colliſus expirat.

Otho alter, Advocatus

bona monaſterii auferens,

D *e* *ſed percuſſus extabeſcens,*

mandata reſtitutione moritur,

quam ejus fratres negligens,

ſurditate punitur.

g *corruit æger,*

ſanatuſque manſit fidelis:

Advocatus alius deſævire ſatagens,

A legenti faſtidium generetur, vel ne veritas quoſdam offendat, quorum conſcientiæ vulnera tangi refugiunt: nam

Membra reformidant, mollem quoq; ſaucia tactū.

morſu canis læſus, 6 Miles etiam quidam Allatiæ, morſu rabidi canis aſperrime ſauciatus, cum nihil medicorum ope proficeret, quia vana ſalus hominis ſit experiens, B. Trudperto, ut ipſius ſuffragio ſalvaretur, quorumdam ſuaſu promiſit, quod ad ejus honorem, ab armis per integrum vellet anni ſpatium abſtinere. Dolore protinus mitigato, vulnus occalluit, ſanitas integratur. Poſt non multum, Argentinenſis *b* Epiſcopus, exercitus colligit, militemque jam dictum exorat armari cum ceteris. Abnuit ille, votumque prætendit: votum irridet Epiſcopus, militemque vane meticuloſum appellans, ut armetur inducit. Promiſſi tranſgreſſor effectus, protinus experitur, quanti ſit Sanctos devotare periculi: nam putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices ejus, à facie inſipientiæ quam præſumpſit; renovatoque dolore, violatæ promiſſionis pœnam morte perſolvit.

b ſanatur,

ſed votum tranſgreſſus,

è vulnere obit:

B 7 Cum ſancti Martyris ſanctus natalis occurreret, & omnes qui familiæ Martyris attinebant, diem ducerent feriatam, & requieſcerent ab operibus ſuis ut decuit; colonus quidam B. Trudperti, nomine Judas, non Judàs qui genuit Phares & Zara de Thamar, nec qui collatione facta Hieroſolymam dragmas argenti tranſmiſit; ſed ſemen Chanaan & non Juda; feſtum contempſit Martyris, non impune. Nam dum quemdam pauperem operarium, eccleſiæ ſimiliter attinentem, ut oſtium quoddam ædificaret ſibi impelleret, illeque reſiueret propter feſtum; Judas Antimachabeus illum vi operari coëgit, invitum ac renitentem. Sumit ergo ſecurim, & opus ad quod angariabatur aggreſſus eſt, aſtante Juda pariter & inſtante. Opifex itaque materiam aptaturus, ligno dat ictum: & ecce mox haſtula una, ligno defecta proſiliens, oculum perculit compulſoris, ipſumque perrupit, viſuque privavit eumdem. Numquid non Martyr ſanctus ipſa pœna facta dixit ad Judam: Oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum quem contemnis: quia igitur oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, quemadmodum meruiſt.

in feſto S. Trudperti operanti,

amittit oculum:

fontem S. Trudperti ſpurcans, 8 Fons quidam in monte monaſterii, fons B. Trudperti, non ſatis nota cauſa vulgo vocatur: quem multi fidelium ob Sancti memoriam pia fide bibentes, ſperata ſunt ſanitatum beneficia, devotionis ipſius merito, conſecuti: fontemque ipſum propter nomen Martyris ſæpius frequentabant. Videns hoc quidam joculator irriſit; ac verba blaſphema præmittens, ad B. Trudperti contemptum, medium fontis ipſius, egeſtione præſumpſit turpiſſima maculare. Punitur ſtatim infrunita temeritas: nam vix à fonte receſſerat, & mox impuri ventris eſt laxatione ſolutus omnino, & diffuſa ſunt omnia viſcera ejus in continenti, & ſpurciſſimum ſpiritum cum ſpurcitiis inteſtinorum egeſſit; miſerabili morte demonſtrans, quam ſit incautum illum in terra dehonorare, quem in cælo Dominus honoravit.

C

egeſtis inteſtinis moritur.

i Laborans ex oculis voto facto ſanatur: 9 Vivit adhuc mulier habitans in *i* Friburgo: quæ nimio oculorum fatigata dolore, B. Trudperto promiſit, quod ſingulis annis ejus eccleſiam cum oblatione aliqua perſonaliter viſitaret. Sanitate recepta, poſt annos aliquot negligens adimplere quod voverat, dolore repetitur iterato. Iterat ergo promiſſum, iterumque curatur. Tertio negligit, non correcta; tertio nihilominus, & in ipſam, & in cunctos ſecum in ipſa domo manentes, dolor oculorum graviſſimus circumrepſit, ſerpens ut cancer, donec repetitione promiſſi, reciperent ſæpius jam demeritam ſanitatem. Quid hic aliud datur intelligi: niſi quod evidenter clamat Apoſtolus, Nolite errare: Deus non irridetur.

etiam hîc relapſa ob votum neglectum.

Galat. 6, 7

ANNOTATA. EX MS.

a Eberhardum *hunc Abbatem cum titulo* Beati *celebrat Bucelinus in Menologio* 12 *Auguſti, additque mortuum eſſe anno* 1158.

b *Inter dictum* Eberhardum *& hunc* Hugonem *apud Bucelinum part.* 2 *Germaniæ ſacræ interponitur* Rudegerus, *& dein B. Hugo dicitur claruiſſe an.* 1189.

c Briſacum, *urbs munitiſſima ad Rhenum, & Briſgoiæ caput.*

d *Hugonis ſucceſſor ſtatuitur* Henricus *apud Bucelinum, & dicitur præfuiſſe an.* 1216.

e Stauffen *oppidum diſtat à monaſterio S. Trudperti uno Germanico milliario.*

f *Hinc colligerem* Montem-Peſſulanum, *qui alias in extima Galliæ Narbonenſis ora longiſſime diſtat à Briſgoia, tunc præ ceteris claruiſſe ſtudiis medicinæ. Sed vereor ne affinitas nominum vulgarium errorem ſcriptionis induxerit, &* Montbelliar *Alſatiæ vicinum oppidum debeat intelligi, ubi in aula Ducum Wirtenbergicorum medici iſti fuerint; non autem* Mont-pellier *quod proprie eſt* Mons-peſſulanus.

g *Duo* Oſwaldi *celebriores, coluntur ab Eccleſia, alter Rex* 5 *Auguſti, alter Epiſcopus Wigornienſis, & poſtea Archiepiſcopus Eboracenſis* 29 *Februarii, &* 15 *Aprilis: credibile eſt poſteriori, qui monachus Floriacenſis fuit, hoc apud Benedictinos ſacellum dedicatum fuiſſe.*

h *Forte eſt* Bertholdus I, *qui ductu Habſpurgici Comitis Adelberti, patris Rudolphi Imperatoris, bella geſſit circa annum* 1228.

i Freiburg *diſtat à monaſterio verſus Septentrionem duobus circiter Germanicis milliariis.*

CAPUT II.

Variæ ſanitates obtentæ. Alia miracula.

Claudus puer. 10 ALia quoque mulier, adhuc vivens ſatiſque devota, filium habuit ferme quinquennem, qui ſubito caſu genuum pedumque debilitate percuſſus, multo tempore claudus manens, nuſquam omnino valebat incedere, pedum crurumque penitus deſtitutus officio. Venit mater ad monaſterium B. Trudperti ſuffragium filio petitura, in *a* feſto Tranſlationis ipſius; & accepit eum in ulnas ſuas, ut ſiſteret eum Martyris Chriſti conſpectibus. Cumque ante altare puerum debilem collocaſſet, ad tumbam Sancti proceſſit, filii poſtulatura ſalutem. Et ecce inter orandum, puer, nullo ſe adjuvante, ſurrexit; ſanuſque venit ad matrem ac uſque in hanc diem Chriſti militis beneficio incolumis perſeverat.

a in feſto Tranſlationis greſſum recuperat:

F

b ſanatur Sacerdos Ord. Prad. à 20 annorum occulto morbo,

11 Sacerdos quidam de Ordine Prædicatorum, dictus Fr. Cunradus de *b* Corbeia, clauſtro regali Weſtphaliæ, vir ſanctæ converſationis, occulto quodam morbo moleſtabatur annis pluribus quam viginti: quem etiam indicare ſuis erubuit. Morbus idem quocumque die illum afflixit, diem ipſum vix ſe vivere poſſe ſperabat, licut poſtmodum veriſſime fatebatur. Ante Ordinis igitur in quo tunc erat ingreſſum, multa conſumpſit in medicos, nam rerum ſibi bene copia ſuppetebat, nihilque profecit. Ceterum infirmitas hæc non erat ad mortem, ſed pro gloria Dei, ut glorificaretur Dei miles in illo, cujus etiam tot annis auxilio ſervabatur: hic etiam venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de Martyre. Miſſus etenim ſecundum conſuetudinem ſui Ordinis in Fryburgum, in feſto Letaniæ majoris, exiit ſeminare ſemen ſuum, ſcilicet Verbum Dei, non longe à B. Trudperti cœnobio, in loco qui dicitur Sulzberg, ubi dies fori tunc erat populique concurſus. Die finita, quando dormitaverunt omnes &

EX MS. dormierunt qui venerant ut audirent eum, & nox fuſcis terram complectitur alis; ipſe ſimiliter Frater Cunradus quieti ſe dedit: & reſponſo accepto in ſomnis, ut B. Trudperti vicinam memoriam viſitaret, à morbi ſui gravamine liberandus; ipſe oraculo corde credidit ad juſtitiam, ſicut poſtmodum ore confeſſus eſt ad ſalutem. Venit ergo devotus: Completorioque finito, à Sancti ſepulcro aliis recedentibus, ille non recedebat, noctem illam ducens inſomnem, poſcenſque ſalutem ſibi ſperatam. Mane facto quia perſeveraverat pulſans, dimiſit ſervum ſuum Dominus ſecundum verbum ſuum in pace; à morbi gravamine tam diutino, ſui Martyris interventu, integraliter liberatum. Hæc ille cum gaudio venerabili Domino Wernhero *d* tunc Abbati confeſſus S. Trudperti, ad ſingulas Horas diei, ſe habiturum cum Antiphona & Collecta memoriam, quo ad viveret, repromiſit.

in ſomno monitus,

viſitare ſepulcrum:

d

e clinicus ab apparente S. Trudperto

12 Vir quidam de oppido Sueviæ quod dicitur *e* Mengen, cum filio ſuo ad tumbam Sancti cum oblatione devotus acceſſit; cum exultatione & gratiarum actione proteſtans, quod plus quam per ſpatium anni clinicus lecto decumbens, omnino ſe levare non poterat. Cumque juxta domum ejus quam plures peregrini tranſirent, B. Nicolaum in Fryburgo viſitaturi; votum ſimile mente concepit, ſi per beatum Antiſtitem curaretur. Hæc autem eo cogitante, nox ſupervenit. Nec dum penitus obdormiverat; & ecce, ſemivigilanti adhuc vir quidam reverendus apparuit, in vultu & habitu peregrini, veneranda canitie caput aſperſus, querens ab ipſo, ſi curari aliquatenus affectaret. Quo reſpondente, quod toto id deſideraret affectu; Vade, inquit qui apparebat, & ultra Fryburgum caſtrum quoddam require, quod dicitur Stouphen: quo tranſito vallem invenies, & in valle cœnobium dictum B. Trudperti: ad cujus tumbam devotus accede, per illum plena tibi ſanitas conferetur, jamque collata eſt. Interrogante igitur viro languenti, quis eſſet qui ſibi talia loqueretur; ipſum ſe eſſe dicebat Martyrem Chriſti Trudpertum. Surgit ille diluculo prorſus incolumis, Beatique Trudperti memoriam, ſicut juſſus eſt, illico viſitavit; Dominum in famulo ſuo glorificans, publiceque proteſtans beneficia Chriſti tyronis, quæ in ſe ipſo, ſicut diximus, eſt expertus.

B

juſſus ejus tumbam inviſere.

13 Plures adhuc ſunt viventes in carne, qui optime meminerunt, quod quidam Advocatorum, nomine Wernherus, in publico quodam victus capti

C

vuſque conflictu, cum ſe pacta quadam ſumma pecuniæ redemiſſet, debita redditurus, B. Trudperti magna ſatis exactione depecuniavit homines & colonos. Nec hoc illi ſuffecit, ſed ad ipſum monaſterium convertit angariam; poſcens, vel ut verius loquamur, extorquens à Fratribus, ut pignus aliquod ſibi concederent, pro viginti marcis videlicet obligandũ; redditurũ illud primo tempore ſe promittens. Fratres ergo quid facerent? Durum erat contra ſtimulum calcitrare, negando Advocato quod petiit; concedere durius, cum nulla redditio ſperaretur. Ceterum juſſio poſtulantis urgebat. Itaque inito conſilio, Crucem quamdam, quæ adhuc in eccleſia cernitur, in qua veræ Crucis illa particula clauditur, quam unus clavorum dulcium penetravit, deſtinandam pro pignore decreverunt; quod certius citiuſque eſſet hæc redimenda ſperantes. Per Fratrem igitur, qui tunc Officium Cantoris agebat, lignum hoc ſalutare petenti vel potius compellenti tranſmittitur ab invitis: jamque vere flentibus, tam mittentibus quam portante. Venitur ad villam quæ dicitur *f* Crozzingen, ubi Ottrieus quidam nomine, procurator ipſius quem diximus Advocati, petitum pignus à Fratribus expectabat. Hic igitur populi multitudine

Crucem in pignus litri

f

ablaturus,

circumſtante, Crux per Fratrem in loco decenti deponitur reverenter; donec accepturus eam videlicet procurator equum aſcenderet. Itaque conſcenſo *g* runcino perforti, Frater ſibi Crucem præſentat, fere cum fletu, & ait: O bona Crux, det Martyr Chriſti Trudpertus, ut cito nobis cum gaudio reducaris. Quo dicto, Crucem ille ſuſcepit deportandam. Sed mirum in modum ſonipes cui ſedebat, immobilis & quaſi clavis affixus, de locis quibus pedes impreſſit exire non poterat, quantumcumque calcaribus urgebatur. Expavit igitur ſtupore vehementi, & ultra quam credi poteſt admirans, ait: Revertere, Crux ſancta, revertere, ut intueantur te Fratres tui: nequaquam te ulterius aſportare tentabo. Lætus itaque Frater cum Cruce revertitur, qui mœſtus exierat: recipiturque gaudentibus univerſis, eo qui dixit, Triſtitia veſtra vertetur in gaudium, verbum ſuum præcatu ſui Martyris, quem Frater inuocaverat, adimplente.

D

g

invocato S. Trudperto, manet immobilis,

Ioa. 16, 20

Clericus hæreſi correptus,

14 Cuidam inveni de Fryburgo, cognati ejus in monaſterio B. Trudperti obtinuere præbendam: quem Recluſus quidam hipocrita, hæreſi deteſtanda occulte corruperat cum non paucis. Ingreſſus ille cœnobium ſimulatione vulpina, quadam ſpecie ſanctitatis, Fratrum ſimplicitatem, diu deluſit, ita ut religioſiſſimus crederetur: nam anticipaverunt vigilias oculi ſui, nec Fratrum oratione contentus, ſingulares quaſdam ſuperſtitiones, vere ſingularis ferus exercuit; ut virus ſuæ perverſitatis, ampliori contagione, pietatis fictæ prætextu, diffunderet. Cumque ut juvenis ab hujuſmodi ſpecialitatibus arceretur, à viris vere religioſis & ſenioribus, qui jam ſeductum & circumventum circumveniri timebant à ſatana, cujus ſecundum Apoſtolum non ignorabant aſtutias, & ſervare communia doceretur; ad deceptorem ſuum, deceptus ipſe, Fryburgum uſque perfugit; apud amicos, qui eum ſuper hoc arguebant, vitam deſiderare ſe ſimulans arctiorem. Porro reductus ad monaſterium per cognatos, fraudes ſuæ nequitiæ non deſeruit; ſed quantum ex Prælatorum licentia ſinebatur, ſpeciales ut dictum eſt, quaſdam hypocriſes exercebat, lupumque rapacem agnina pellis occuluit inter agnos. At Martyr Chriſti Trudpertus, ne ſui cœnobii ſcabie illius purulenta macularetur ovile, & ne vinea Domini Sabaoth, quam plantavit dextera ejus ſanguiſque rigaverat, vulpis perverſæ genuino peſtifero læderetur, quæ in religione ſancta quaſi vitis fructificaverat ſuavitatem odoris; ſuis benigne conſuluit, mirabiliterque vipeream prodidit pravitatem. Nam dum miſerrimus ſimulator inter alios juniores ſtaret in choro, & B. Athanaſii ſymbolum cantaretur, in quo religionis Catholicæ continetur orthodoxa profeſſio; tantæ fidei puritatem, fidei hoſtis impurus, ferre non valens, vas perfidiæ ſuæ permovit, ſeipſum in corpore ſubdito peccatis torqueri demonſtrans. Nam ſubito juvenis trepidus circumſpicere, pallere cœpit & tremere vehementer; obvertere vultum ſimul & oculos ſcintillantes; ita quod conturbati ſunt omnes qui videbant eum, & timuit omnis homo qui aderat. Fratres pii pro impio turbabantur: & contriſtati valde cœperunt ſinguli dicere, Manhu! quid eſt hoc? Hortantur vero vexatum ut Deum invocet, & confeſſione purificet conſcientiam: introductumque in capellam B. Ioannis Euangeliſtæ, tenere nituntur, & ad ſenſum reducere ſaniorem. Tum vero tenentibus cœpit obniti, caput circumrotare, ſtridere dentibus, emittereque clamores horridos, dicens ſe compelli à B. Trudperto, tectas diu manifeſtare nequitias. Cumque jam credebatur aliquid eſſe dicturus; Dæmones, inquit, me fari prohibent, jacula ſua, ſi aliquid dixero, mihi minaciter intendentes. Rurſumque clamabat:

E

F

à dæmone corripitur:

à S. Trudperto coactus,

A bat: Ecce jam dicam, ecce jam dicam: à B. Trudperto compellor. Sicque diu diuque lymphatus, tandem imperio Martyris prævalente, ſpurciſſimum ſuæ perverſitatis auctorem, hæreſiſque ſuæ in utroque ſexu conſortes compulſus eſt indicare non paucos. Quibus productis & inventis, magiſter erroris atque nequitiæ, ultrice flamma in Fryburgo crematur. Quid vero quidam religioſi de complicibus hujus ſectæ ac hærelis egerint, ipſi viderint: nos vero quod vidimus hoc teſtamur, Martyrem ſcilicet Chriſti Trudpertum, hortum ſuæ plantationis à nefariæ pravitatis urtica purgaſſe; ne Chriſti roſas & lilia, radix amaritudinem germinans, ſuffocaret; modicumque fermenti totam maſſam collegii ſui corrumpere ſineretur. Denique filio tenebrarum ejecto, filii lucis, ut cœperant, ambulaverunt in lumine Dei noſtri.

hæreſim detegit,

15 Cæcus quidam non longo ante hoc tempore, ad monaſterium beati Martyris veniens, ad ſepulcrum ipſius duci devota fide petivit. Ad manus autem illum tra hentes, introduxerunt ad tumbam: juxta quam cum devotus oraret; B. Trudpertus ipſo effectu dixit ad eum. Reſpice, fides tua te ſalvum fecit, viſumque recepit in continenti, hodieque permanet videns & laudans Deum.

cæcus illuminatur,

B

16 Fuit homo quidam non longe à monaſterio in villa *b* Tegrinowe, qui ultro promiſit annis ſingulis ſex nummos ſe Martyri pro ſuo corpore ſoluturum. Quod cum tempore aliquanto feciſſet, demum ſuæ obligationis oblitus, tribus id annis omiſit. Occurrerunt rogationum dies, in quibus Sanctorum reliquias & imagines moris eſt circumferri; habetur autem in monaſterio parva quædam vetus imago Martyris, Sanctorum reliquias continens aliquorum. Venit debiti violator, voti ſui jam immemor, caſuque memoratam imaginem ſuſcipit deportandam. Cumque ipſam tollere jam tentaret, tanto pondere eam fixit gravitas quædam occulta, ut hominem onere ſuo depreſſum ſtare vix ſineret ſupra pedes, cogeretque deponere ſublevatam. Miratur ille ac ſtupet, imaginemque rurſus attentat, rurſumque deprimitur, ſudans jam ponderis gravitate: & admirati ſunt univerſi. Plebanus ergo qui aderat, compatri ſuo, quod erat ille, compatiens, monet attentius, ut ſi conſcius ſibi alicujus occultæ ſit culpæ, confeſſionis illam ſtudeat abolere remedio. Stabat attonitus, & quid eſſe poſſet in cauſa intra ſe cogitabat. Tandemque obligationis ſuæ recordans; Nihil, inquit, mihi conſcius ſum, niſi quod tribus annis jam ſex denarios, quos in quolibet B. Trudperto promiſeram, non perſolvi. Accipit ergo mutuo ab ipſo Plebano decem & octo denarios, offertque B. Trudperto: ſicque rurſum tentat imaginem ſicut prius. Mira res! Qui prius ut Atlas ſub axe cæli ſudaverat, jam imaginem cœpit portare, facilius quam Sampſon aliquando portas Gazæ.

b

oblitus voti ſui,

imaginem S. Trudperti nequit ferre;

C

antequam votum exolveret.

17 Eſt quidam fons in latere monaſterii, juxta quem Chriſti miles agonem martyrii conſummavit, quem fidelium multitudo pia propter idipſum devotione frequentat. Leproſus itaque quidam, eleemoſynam monaſterii conſuetus accipere, die uno cum ſolito acerbius vexaretur, ad fontem jam dictum ſe refrigeraturus & abluturus manus acceſſit, cum nullum adeſſe videret. Cum igitur lavare manus inciperet, quocumque ſalutaris ille liquor aquæ manavit, caro leproſi mirum in modum curabatur. Stupet ille miraculi novitatem, brachiaque perfudit, & protinus brachia mundabantur. Sentiens igitur beneficium Martyris ſibi offerri, undique circumſpiciens ne aliquis impeditor adeſſet, nullumque adeſſe conſiderans, rejectis velociter indumentis, nudus in laticem deſilivit, auxilio Chriſti militis invocato. Cumque in unda fontis alter Naaman mergeretur, à corpore toto languentis lepram luridam tactu fugat placido Chriſti Martyr, Heliſæo non imparem ſe declarans. EX MS.

leproſus in fonte S. Trudperti lotus mundatur,

18 Vivit adhuc mulier, circa quam accidit quod narramus. In puerperii dolore laborans, uſum rationis amiſit, in amentiam incidens nimis gravem. Nam quaſi phrenetica, cum proprium filium forte videret, ipſum tenebat, & allidebat parvulum ſuum ad petram, niſi diligentius caveretur. Et audierunt vicini & cognati ejus, quia magnificavit diabolus inſaniam ſuam cum illa: & compatiebantur ei. Ad arreptitium igitur quemdam adducitur, qui de ſalute mulieris interrogatus, Si eam, inquit, curari deſideratis; ite & interrogate diligenter in monaſterio B. Trudperti, ubi reliquiæ B. Helenæ in altari contineantur; ibi recipiet ſanitatem. Adducitur ergo: ſed nullus Fratrum Beatæ ſcivit reliquias i Helenæ. Tandem in quodam altari repertæ ſunt: quo cum infirma veniſſet, & libram ceræ voviſſet ibidem; plene ſanata, ſana uſque hodie perſeverat, B. Trudperto Sanctos qui apud eum ſunt honorante.

in amentiam lapſa,

ad reliquias B. Helenæ ſanatur:

i

19 Alia quædam mulier dæmoniaca, cum ante altare beatæ Virginis duceretur, & oraretur pro ea; dæmonium exclamavit, Manere non poſſum: exire compellor, per beatam Mariam, & militem filii ſui Trudpertum. Et hoc dicto, vexator abſcedit, vexata continuo liberatur.

energumena liberatur,

E

20 Martyr Chriſti Trudpertus, multiplicibus ſignis oſtendit, quam ſpecialis furum ſubtractorumq; rerum alienarum ſit perſecutor. Quorum duo dumtaxat, exempli cauſa ponemus. Quidam hypocrita, dictus Otto, corpore cæcum eſſe ſe ſimulans, quod erat mente veracius, Romã uſque in ipſa ſimulatione perveniens, curiæ decepit officiatos, & præbendam in monaſterio B. Trudperti à deceptis obtinuit. Litteræ ergo bullantur, datur juxta Papale mandatum, non cæco ut cæco præbenda. Ille fraudis ſuæ non immemor, aſtu vulpino, dum cæcus eſſe putatur, plurima ſubtrahit non ſperantibus & furatur. Occurrente fato B. Trudperti, Martyre ulterius non ferente, ſed prodente mirabiliter deceptoris aſtutiam, cum muliere quadam fornicans invenitur, cum multis quæ furto ſubtraxerat. Sicque per Dominum Wernherum, tunc Abbatem, expulſus eſt; ejectoque deriſore, juxta conſilium Salomonis, cum eo jurgia pariter exierunt, quæ, cum cæcus eſſe æſtimaretur, inter inſontes ſuſpicionis cauſa generabantur.

fur cæcitatem ſimulans,

deprehenditur:

PROV. 22, 10

F

21 Alter quidam, de quo pro ſimulata ſimplicitate minime credebatur, furabatur aſſidue. Cumque plurimi plurima perdidiſſent, neſcireturque ſubtractor; alieni quidam Abbates adveniunt ad Capitulum quoddam, quod cauſis urgentibus convocabatur, *k* Erfurdiam profecturi. Affuit ille miniſtris lectoſque parantibus, & quo res hoſpitum manticæque reponerentur cautus advertit: & cum cubitum venirentur ad thecas præconſideratas accedens, nummos ſubtraxit alterius groſſioriſque monetæ non paucos. Itaque dum de rebus amiſſis inter hoſpites fieret murmuratio, ad venerabilem Dominum Wernherum Abbatem, hoſpitum querela devenit. At ille, ut erat homo admodum verecundus, plus de extraneorum quam de propriis amiſſionibus erubeſcens, totus indoluit. Illis autem abeuntibus, diligenter ſuis de furis inquiſitione commiſit. Erat autem cor ejus fiduciam habens in Domino, quod Martyr, cujus in craſtino tunc natalis inſtabat, nullo modo latere permitteret rerum hujuſmodi ſubtractorem. Sicut ſperavit evenit: nam B. Trudperti auxilio, fur mirabiliter ſatis inventus, de valle fugatus eſt: inventuſque ſecundo cum furtis, iterato fugatur: alibique ſuſpendio periit, à miſera conſuetudine non deſiſtens: verum hoſpitibus ſupra dictis res quas amiſerant remittuntur.

k

alius fur ſimulans ſimplicitatem,

deprehenſus fugatur & poſtea ſuſpenditur:

22 Quidam

EX MS. *l* *sanatur cum sex subditis, febri vexatis,*

22 Quidam Plebanus, habitans in villa *l* Wendelingen, sex de plebe sua, successive febrium ardore vexatos, transmisit ad B. Trudperti sepulcrum, sanosque recepit. Primo namque curato per Martyrem, secundus febri corripitur: secundus evadit, incidit febrem tertius post secundum: itaque gradatim usque ad sextum molestia eadem se derivat; deque Plebani consilio, Sancti memoriam visitantes, eodem quo languerant ordine, liberantur. Novissime vero veniunt & febres similiter ad Plebanum, membrorumque vexatio, gradatim ascendit ad caput; ut qui Christi militis beneficia in subditis jam præsenserat, sentiret etiam in seipso. Nam morbum septimus incidit, septimusque curatur à Martyre, quia, ut sanatorum ipse numerus manifestat (qui ut virga de radice Jesse, id est incendii, hoc est incendentis amoris, & tandem roseo sanguine purpuratus, ut flos de radice ejus ascendit) requievit super eum spiritus Domini, septiformi eum munere replens pariter & decorans. Hæc de miraculis Sancti pauca perstrinximus: nam si tentaremus stylo differere, quot paralyticos, epilepticos, energumenos, aliisque molestiis laborantes Deus meritis ejus absolverit, & adhuc frequenter absolvat; generaremus, ut dictum est, omni legenti fastidium, & innumera numero stringere niteremur. Veneretur igitur tota mater Ecclesia Regem Christum in milite, militemque rursus in Rege suo; præcipue tamen incolæ vallis hujus, quam sibi dum viveret habitationem Dominus deputavit: in qua martyrii consummavit agonem, cui resuscitandum commisit pretiosi corporis sui depositum, quod clarius sole futurum expectat, ventis agilius, ac subtilius aëre corpulento. Non in ejus honoratione sint desides, non segnes in cultu: nam Sancti honore nostro non indigent, gloria & honore perpetuo coronati: ceterum nos eorum honoribus indigemus; proinde se obliviscentes oblivisc untur, se contemnentes ipsi contemnunt; tuentur autem & protegunt se colentes. Quod ut evidentius declaretur, quoddam exempli causa ponemus: quod licet ab aliis sit Sanctis effectum, à simili tamen homines simili doceantur exemplo, qua Sancti attentione pro nostro profectu, à nobis honorari requirant.

Plebanus Wendelingensis:

& varii ægri:

B

23 Est juxta flumen *m* Mogum, urbs quædam Aschaffenburg nomine, in ditione pariter & diœcesi Moguntina, & Canonicorum in ea Conventus. Quidam autem ex eis Coloniam Agrippinam peregrinationis gratia descendentes, ne vacua manu redirent, capita duo duarum de undecim millibus Virginum interfectis ibidem, ibidem à Sanctimonialibus earumdem Virginum cum precibus multis obtenta, domum usque reportant. Itaque cum audisset populus Cleruscj de Aschaffenburg, Sanctarum Virginum sibi adduci Reliquias, pusillis eum majoribus congregatis, exierunt obviam cum canoro jubilo venientibus ut decebat: excipientes calvarias Martyrum reverenter. Quibus cum exultatione receptis, locatisque cum capsis super altare, statuunt communi consensu, diem Adventus Reliquiarum hujusmodi, singulis annis inter festa præcipua venerandam, & in earum honorem Deum esse concentu parili collaudandum: quod & factum est aliquamdiu. Ceterum, quia filii qui nascuntur & exurgunt, raro ea fervent devotione qua patres, sensim cœpit consuetudo pia deficere, festumque quod annis aliquot actum fuit in summis, ad novem tantummodo lectiones, ad tresque post modicum, tandemque ad solam devenit Antiphonam; paulatimque fervore devotionis extincto, nulla jam mentio Virginum habebatur. Quibus jam in oblivionem omnino deductus, anni reduxit orbita diem festum, in quo reliquiæ virginales advenerant, quarum jam nemo curavit habere memoriam qualemcumque. Venit hora: & Clerus chorum Matutinas dicturus intravit. Cum jam feriale Invitatorium (ut in profestis diebus est solitum) cantaretur, cum nulla Virginum mentione: mirum dictu, ecce speciosissimæ duæ Virgines de retro altare procedunt, & inter medios Cleros in oratorii medio subsistentes: altrinsecus contra Chorum & Chorum, una quidem dextro, sinistroque secunda, per modum valedicentis inclinant; deinde pariter sociatæ, Chori fores egrediuntur: nulli ulterius apparentes. Stupent cuncti qui aderant: diuque quæ vel essent hæ virgines aut unde venissent nemo perpendit. Et factum est silentium magnum in choro: respiciunt alter alterum cum stupore. Quidam tandem ex senioribus memores festæ diei, rem prudentius advertentes, cum cunctis qui aderant ad Reliquiarum capsas accedunt: quæ vacantes inventæ, tanti thesauri possessores ingratos, numquam recepturos eumdem, ablationis indicio testabantur. *n* Sancta ergo & salubris est cogitatio Sanctis honorem in terris impendere: qui se honorantium sunt protectores in cælis. Colite ergo incolæ Vallis hujus & loci, colite ac diligite quod habetis, ne tanto privari Patrono, sed ab eo mereamini defensari, ac protegi coram eo cui fideliter militavit in terris, à quo in cælis coronam percipere meruit triumphalem, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

D

quo relicto

2 Virgines visa exire è Choro,

& reliquiæ non sunt inventæ.

E

n

m

Ob 2 capita Vrsulinarum Martyrum accepta,

C

Aschaffenburgenses earum festum colebant;

ANNOTATA.

a *Die 29 Octobris.*

b *De Corbeia Westphaliæ late actum 3 Aprilis in Vita S. Anscharii.*

c Sultzberg *prope* Stauffen, *Basileam Freiburgo euntibus occurrit.*

d *Corrigendum igitur in Bucelino mendum, quo scribit, quod* Wernherus I *floruit anno* 1288, *& legendum* 1269, *hic enim loquendi modus satis indicat mortuum fuisse, cum hæc anno* 1279 *scriberentur.*

e Mengen *ad dextrum latus Danubii, versus Nellenburgensem Comitatum.*

f *MS. Richenaugiense,* Crottingen.

g Runcinus *dicitur Cantherius Teutonice* ruyn, *&* ruynen *castrare: huic opponitur* Mannus *apud Mattheum Parisium, aliis mas, sive integer. Vide Vossium de Vitiis sermonis pag.* 268.

h *Idem MS.* Tergenow.

i *Credibile est* Helenam, *Constantini Magni matrem, intelligi, de cujus variis in Germania tam superiore quam inferiore Reliquiis, agemus* 18 *Augusti.*

k *Vulgo* Erfurt, *sub electore Moguntino, diversa ab* Herefordia *Westfaliæ.*

l Wendling *oppidulum Suevia in Ducatu Wirtembergensi.*

m Mogus, *aliis* Mœnus *fluvius, Aschaffenburgo, defluit Hannoium, & Francofurtum, inde ad Moguntiam Rheno miscetur.*

n *Simile quid narratur de tribus, quarum corpora in Thuringiam ablata & postea sine cultu relicta, restituta sint ipsarum tumulis, qui adhuc Coloniæ monstrantur. Vide Hermannum Crombach de S. Vrsula lib.* 8 *cap.* 12, *& lib.* 10 *cap.* 10.

F

DE SANCTO RICHARIO,

FVNDATORE ET ABBATE CENTVLENSI IN GALLIA.

G. H.

SECUL. VII.

Pontivenſis regio *in Picardia eſt, vulgo* le Ponthieu, *inter Somonam & Authiam ſive Altiliam fluvios, qua à finibus Ambianenſium ad Oceanum tenditur. In hac ditione eminet* Centula *ſeu* Centulum *oppidum, ad Scarduonem rivulum, nativitate & habitatione* S. Richarii, *& monaſterio ibidem conſtructo potiſſimum illuſtratum: unde Centulæ vocabulo oblitterato, & oppidum & monaſterium* S. Richarii *nomine appellatur. Abeſt inde Abbatiſ-villa, urbs ad Somonam duabus leucis, quæ ſuam Abbatibus Centulenſibus debet nomenclationem.*

Centulenſe monaſterium.

Floruit iſtic S. Richarius *ſeculo Chriſti ſeptimo, & potiſſimum tempore Dagoberti primi Regis Francorum; qui magna ſanctitatis ejus fama excitatus, Centulam venit, ſe ejus ſanctis orationibus commendavit, & ſecum ad convivium venire rogavit, cenſumque ei ad luminaria conceſſit. Relicta dein Centula eremum petiit, & in ſilva Criſciacenſi, decem paſſuum millibus Centula diſtante, monaſterium conſtruere inchoavit, quod* Foreſte *etiamnum cognominatur, forſan ante* Argubium *dictum; nam teſte Hariulfo, in Chronico Centulenſi, tomo 4 Spicilegii à Luca Acherio edito, lib. 2 cap. 11, in Hymno iſta leguntur de S. Richario:*

ibi S. Richarium *inviſit Dagobertus Rex.*

Tu ſtruxiſti cœnobium, loco prope Argubium,
Et aliud in Centulo, ambo perenni merito.

B

Foreſte monaſterium.

In litteris Guidonis Ambianenſium Epiſcopi, apud dictum Hariulfum lib. 4 cap. 22, altaria villarum Argubii & Montis-Eliſii *memorantur.*

Vitam olim ſcriptam,

2 *Cum* S. Richarius *mox ab obitu ita clareret miraculis, ut eum* priſca fama poſt ipſos Apoſtolos nulli ferret ſecundum; *conſcriptus eſt de ejus Vita libellus, ſive à Sigobardo commilitone, cui S. Richarius ſuam ſepulturam commendavit, & à morte glorioſus apparuit; ſive ab alio Centulenſi monacho. Sed quod dictus libellus ſimpliciori ſtylo eſſet digeſtus, rogatu S. Angilberti Abbatis, eumdem expolivit Albinus ſive Alcuinus Flaccus, & Carolo Magno inſcripſit.*

expolivit Alcuinus:

Hanc autem Vitam (nam prior nuſquam reperitur) damus ex pluribus codicibus Mss. ſcilicet Audomarenſis eccleſiæ, Boni-fontis monaſterii & alio noſtro Antuerpienſi; item, ſed omiſſo Prologo, ex Ms. Longipontani monaſterii prope Sueſſionas, & alio Sereniſſimæ Chriſtinæ Reginæ Sueciæ numero 1171 ſignato; quæ contulimus cum editionibus Laurentii Surii, Andreæ Quercetani inter opera Alcuini, & Lucæ Acherii tomo 2 Actorum Sanctorum Ordinis Benedictini.

hìc datam ex MSS.

& editionibus.

C

3 *Extitit etiam in monaſterio Centulenſi* codex grandioris quantitatis, *in quo miracula legebantur, ab Alcuino intacta, quem dolemus cum priore Vita intercidiſſe. Horum loco damus miracula, ſeculo Chriſti nono à monacho Centulenſi duobus libris conſcripta, quæ habuimus in Ms. codice noſtro Antuerpienſi, & alio indicatæ Reginæ Sueciæ, numero 1171 ſignato, & contulimus cum iis, quæ extant apud Acherium ex Mss. codicibus Centulenſi & Compendienſi. Subjungimus Hiſtoriam Ablationis duplicis ſub Arnulpho Comite Flandriæ & Relationis ad monaſterium Centulenſe. Quam Hiſtoriam habemus ex Ms. codice monaſterii Rubeæ vallis prope Bruxellas Canonicorum Regularium, & alio Ms. codice Centulenſi, nobis communicato à Ioanne de S. Martino Congregationis Fulienſis: contulimuſque cum iis, quæ prorſus eadem extant apud Hariulfum lib. 3 cap. 22 & duobus ſequentibus. Denique addimus miracula, quæ ſubiiciuntur in Ms. Centulenſi.*

Miracula ex MSS.

Hiſtoria relationis corporis ſeculo 10.

4 *Floruit ſeculo Chriſti undecimo* Angelrannus, *ſive* Ingelramnus, *primum monachus dein Abbas Centulenſis: à cujus præclaris geſtis incipit Hariulfus librum quartum Chronici Centulenſis, & capite octavo iſta habet de ſcriptis hujus Angelranni*: Ingenii ipſius ſagacis non facere mentionem, impiiſſimum duco errorem. Nam præcipiente ſibi venerabili ſuo quondã Magiſtro, Domno ſcilicet Fulberto Carnotenſi Epiſcopo, almiflui Confeſſoris Chriſti Richarii vitam, ab antiquis compendioſe deſcriptam, verſu heroico jucundiorem fecit: nihil pene extrinſecus addens, ſed eumdem ſenſum per omnia repræſentans. Sane miracula, quæ Dominus ac Salvator noſter per ejuſdem Sancti merita ſuo tempore exhibuit, in uno libello cõpingens, antiquis ejus miraculis compaginavit: in quorum capite poſt ea, quæ ſuprà texuerat, ſic exorſus eſt fari.

Vita metrica ab Angelranno ſcripta,

hujus liber 4 datur.

Nunc ea complectar, proprius quæ vidit ocellus.

Hæc Hariulfus. Diviſit Poëma ſuum Angelrannus in quatuor libros. In primo Vitam ab Alcuino ſcriptam exhibuit: in ſecundo & tertio miracula, quæ duobus libris ſeculo nono exarata diximus: in quarto Relationem S. Richarii ac nonnulla miracula ſubſecuta tradit. Scripſit autem adhuc Scholaſticus *ut præfert titulus, & ipſa inſcriptio Præfationis; idque ante annum 1029, quo Fulbertus obiit. Nobis hoc poëma ex Ms. Centulenſi memoratus ante* Ioannes *à S. Martino Congregationis Fullienſis Ambiano tranſmiſit, quod contulimus cum ante indicato codice Ms. Reginæ Sueciæ: in hoc deerant prævia diſticha cum dedicatione ad Fulbertum Epiſcopum, ſed contra quod pluris æſtimamus, ſub finem, quæ ultimo capite damus, aderant miracula, quæ deerant in autographo Centulenſi, ſi tamen omnia ad finem fuerint nobis deſcripta. Omittimus autem tres priores libros, quod eadem omnia proferãtur, excepta metri forma; uti, ſi capita capitibus conferantur, erit perſpectum. Edidit librum primum Acherius, libri autem ſecundi ac tertii ſola capitula: quæ ibi videri poſſunt. At quæ libro quarto Angelrannus ſe vidiſſe teſtatur, ab ipſo optime ſciri potuerunt, & quæ alibi non integra extant neceſſario danda arbitramur: cum ea ſolum ſummatim adjecta ſint ad calcem Hiſtoriæ de ultima Corporis relatione.*

E

5 *Præter hæc quæ daturi ſumus, habemus aliquem tractatum ſive ſermonem de S. Richario, ex Ms. Bodecenſi in diœceſi Paderbornenſi, à Ioanne Gamanſio erutum, cum hoc exordio*: Solennis eſt nobis dies iſta, in qua Sacerdos nobilis Richarius conſcendere meruit cæleſtia regna. *Et hæc eſt ibidem clauſula*: Si quis de beato viro iſto & Sacerdote Domini Richario pio corde plura quæſierit, legat librum ad Carolum Regem Francorum de virtutibns ejus plenarie deſcriptum, ſicque deſideratum in eo munus inveniet. Nobis vero iſta ſic dicta ſufficiant. *Sunt autem ibi dicta ex præfato libro excerpta, & hinc inde nonnullis ad captum vulgi interpoſitis moralibus ſacræque Scripturæ locis elucidata: quæ ad inſtitutum noſtrum minus pertinent.*

Sermo de S. Richario omiſſus.

F

6 *Alia Acta habemus ex Ms. codice Centulenſi à memorato Ioanne de S. Martino tranſmiſſa: quæ etiam deſcripſimus ex codice Rubeæ-Vallis cum prologo Alcuini: cujus ex parte eſt fœtus, ſed miſera interpolatione corruptus. At quæ inſerta ſunt in dictis codicibus, ſeorſim exornata ipſi deſcripſimus in Archimonaſterio Ciſtercienſi ex Ms. codice ſecundo cum hoc titulo:* Præfatio Niconis Diaconi & monachi in relatione nobilitatis & miraculorum S. Richarii, *& in Præfatione iſta habentur*: Præcelſæ nobilitatis faſtigia & inclyta ſignorum prodigia, quibus Deus omnipotens famulum ſuum olim præelectum Sacerdotem decoravit Richarium, ab his quidem, qui eum in carne poſitum videre potuerunt, quamvis veraciſſime, ita tamen inculte ac negligenter perſcripta ſunt, ut magnus pudor videatur hæc proferre in publicum... Quoniam venerabilis vir vitæ, Domnus Sigobardus, qui eidem in eremo comes extiterat, & à quo omnis geſtorum ejus ſeries primitus agnita eſt, tanta compunctionis & lamentationis profuſione tenebatur, ut vix amplius obtinere valuerit vir ſanctus & monachus ejus genitor Grimoaldus, quam quæ eodem libello videntur referri. Proceſſu vero temporis jam lenito dolore, multo plura & miranda idem Sigobar-

Alia malæ fidei,

auctori coævo ſuppoſita.

AUCTORE G. H. dus Fratribus innotuit; ... vera quidem narratione, ſed indocta locutione relata: quæ omnia nos vilitate ſermonis exuimus, & verborum venuſtate fulcimus.

7 *Hæc dictus Nicon Diaconus, in cujus relatione, uti in memoratis Actis interpolatis, primo deducitur Richarii ſtemma gentilitium ex Raganario, Chlodovei primi Francorum Regis Chriſtiani fratre (cujus poteſtas valde magna deſcribitur) per Alquarium, illius filium, Ducem Pontivenſem: quamvis Sanctus ab Alcuino dicatur*, non tam nobilibus parentibus ortus, quam moribus honeſtus, ita ut in ruſtica vita, quædam præſagia futuræ ſanctitatis gereret. *Quæ ſic Angelrannus explicat:*

rejiciuntur.

In quo nobilitas generis nec ſola refulſit,
Moribus in ſanctis permanſit denique conſtans,
Ut laicus vitæ gereret præſagia ſanctæ.

Hæc placuit indicare, quod & nos, ob tam varia Acta necdum examinata, aliquid ejus nobilitati ex ſtirpe Merovingica tribuerimus ad Acta S. Angilberti Abbatis XVIII *Februarii. Secundo dicuntur duo monachi Sacerdotes, ſcilicet SS. Caidocus & Frichorius, ductu S. Columbani ex Hibernia veniſſe. Verum cum ſecundum Marianum Scotum & alios S. Columbanus ex Hibernia anno* DLXXXIX *venerit, procul hæc abſunt à temporibus Dagoberti Regis, & melius nomen Columbani abeſt apud Alcuinum & Ingerrannum. An illi regulam S. Columbani adduxerint Centulam, & ita ſit data occaſio dicendi eos veniſſe cum S. Columbano, inquirant alii. Tertio iter Romanum Richarii duplex affingitur; primum ſuſceptum* anno DXXXIII, ad Joannem II Papam, cognomento Mercurium, *qui ſedit ab anno* DXXXII, *uſque ad annum* DXXXV; *ſecundum, reſumptum* anno DXXXVII, ad S. Silverium Papam, *qui ſedit ab anno* DXXXVI, *uſque ad annum* DXL: *& medio tempore* Sacerdos conſecratus *dicitur* à Flavio Remenſi Metropolitano, *qui adfuit Concilio Arvernenſi anno* DXXXV. *Quis hos ſtupidos impoſtores non rideat, qui in ſuo computu ad centum annos aberrant, & mox indicant adventum Dagoberti Regis ad S. Richarium. Nihil ergo ex hac relatione dandum arbitramur. Nonnulla indeexcerpta miracula habet Mabillon, quæ apud eum videri poſſunt. Arbitratur is*, S. Benedicti regulam illic à primordiis aut certe non multo poſt viguiſſe. *S. Angilbertus tempore Caroli Magni tria ibidem conſtruxit templa: primum ac maximum Salvatori Divoque Richario ſacrum fuit, alterum Virgini Deiparæ, S. Benedicto tertium, ut vel tum viguiſſe ibidem regulam ejuſdem S. Benedicti, jam pridem ante introductam, non dubitemus.*

Memoria in faſtis 26 Aprilis,

8 *Celebris eſt memoria S. Richarii ad hunc* XXVI *Aprilis, in pluribus ſacris faſtis: cujus nomen inſertum eſt apographo Martyrologii Hieronymiani Lucenſi & Corbejenſi Pariſiis excuſo his verbis:* Centulo, monaſterio in Gallia, depoſitio S. Richarii. *Vſuardus iſta habet:* In pago Pontivo, S. Richarii Presbyteri & Confeſſoris. *Wandelbertus*, SS. Cletum & Richarium *hoc diſticho honorat.*

Sextaque Pontificis recolit certamina Cleti,
Richarioque nitet vitæ cultore beatæ.

In perantiquo Martyrologio Centulenſi primo loco iſta ſolebant recitari: VI Kalendas Maji. In pago Pontivo, cœnobio Centula, natalis ſanctiſſimi Patris noſtri Richarii, Sacerdotis ac Fundatoris loci noſtri, qui miræ abſtinentiæ & inceſſabilis prædicationis ſectator, longe lateque miraculis claruit; ac tandem Domino ſibi revelante, temporalem vitam relinquens, cæleſtia regna conſcendit. *Sequuntur paſſim alia excuſa & manu exarata Martyrologia cum hodierno Romano. Altera ſolennitas, eaque, ut infra notatur, præcipua, ac triduo durans, cum maximo accolarum undique advenientium confluxu, ita deſcribitur in Ms. Centulenſi Martyrologio ad* VII *Idus Octobris*: Cœnobio Centula, optabilis Tranſlatio pretioſi corporis ſanctiſſimi Patris noſtri Richarii, de eremo in locum monaſterii à ſe fundati, ut Chriſti milites ſua præſentia roboraret, quos verbo & exemplo antea educavit. *Eodem die & ſequenti hujus tranſlationis meminerunt varia Mss. cum Greveno, Caniſio, Sauſſaio & aliis. De ea infra agitur in Vita num.* 14. *Imo & hujus ſolennitatis Octava indicatur die* XVI *Octobris. Tertia ſolennitas indicatur in dicto Martyrologio Centulenſi* III *Nonas Iunii.* Cœnobio Centula, glorioſa relatio ſancti Patris noſtri Richarii, Sacerdotis egregii & pretioſi Confeſſoris. *Facta eſt ea relatio anno* DCCCCLXXXI, *per Hugonem Capetum dein Regem Francorum creatum: & hæc infra late deſcribitur, uti fuit peracta. Demum ad diem* XIX *Octobris hæc indicantur in eodem Centulenſi Martyrologio:* Centula monaſterio dedicatio Orientalis cryptæ, in honorem S. Mariæ & S. Richarii Sacerdotis glorioſi.

9 Octobris,

3. Iunii,

& 19 Octobris.

VITA

Auctore Albino Alcuino Flacco.

Ex V *codicibus MSS. collatis cum variis editionibus.*

PROLOGUS.

Petente Angilberto, imo & Carolo Magno,

1 DOmino ſemper venerabili, ſemperque deſiderabili, piiſſimo ſanctæ Eccleſiæ Tutori, gratia Dei ſemper Auguſto Carolo, veſtræ Excellentiæ perpes amicus Albinus. Remorante veſtræ Excellentiæ pietate in loco ſancto & merito venerabili *a* Centula, cum & ego veſtræ gloriæ ſervus, veſtræ pietatis ibidem proſecutus veſtigia, aliquantiſper commorarer; oraverat meam parvitatem vir magnus in Chriſto, Domnus & venerabilis Abbas *b* Angilbertus, quo in laudem Conditoris, qui mirabilis ſemper apparet in Electis ſuis, quemdam libellum, ſtylo ſimpliciori digeſtum, de Vita ſanctiſſimi ac vere magnifici Confeſſoris Richarii, cultius adnotarem. Dumque exauditis continuo precibus ejus, quæ ipſi divinæ Majeſtati exaudibiles & caræ noſcuntur, eumdem mihi exhiberi libellum petiſſem; non parum miratus ſum, cur tanti nominis Confeſſor, quem tantarum virtutum operatorem eſſe conſtabat, quemque priſca fama in miraculorum patratione poſt ipſos Apoſtolos nulli ferebat ſecundum, tam modico geſtorum volumine potiretur. Idque mihi ſtupeſcenti innotuit jam dictus memorabilis vir Angilbertus ac ſpirituales Fratres ejuſdem ſancti loci, haberi apud ſe, quin & apud diverſas Eccleſias, *c* codicem alium grandioris quantitatis, in quo ſcilicet illa miracula legebantur, quibus non immerito ſanctum Chriſti Confeſſorem omnis Gallia attollebat. Cujus ſimplex & minus polita locutio, quia Fratribus ad recitandum in populum apertior videbatur, ſufficere ſibi eamdem deſcriptionem conſenſerunt. Dumque in iis quæ rogabant prænotandis jamjamque animos applicarem, repente veſtræ pietatis nuntio ſum conventus, uti ea quæ tractabam ſic notarem, ſicut revera veſtræ ſapientiæ auribus inferenda. Hinc ego vocato Notario & fixo præ oculis jam dicto libello, ea quæ referre videbatur de converſione, de moribus, de continentia & ſanctitate vere incomparabili, necnon & glorioſo tranſitu ejus ad Chriſtum, ſeu de relatione pretioſi corporis in locum priorem, dictatu admodum compendioſo, titulo Vitæ beatiſſimi Patris Richarii, aptavimus: & niſi propria decipior imperitia, veluti pretioſum obrizum veſtræ prudentiſſimæ ſapientiæ, ad ornandum diadema Chriſtianæ Philoſophiæ, fide humili devotiſſime commendamus. Et quia in veſtri pectoris cubili gloriam Chriſti, & Sanctorum ejus honorem regnare cognoſcimus; hanc noſtri tam beati opuſculi Præfationem veſtræ in Domino beatæ honorificentiæ dedicamus *d*.

Vitam S. Richarii expoſit.

ANNO-

A

ANNOTATA.

a *Acceſſum* Caroli Magni ad manaſterium Centulenſe, ibique ab eo Paſcha celebratum anno 800, *teſtantur Annales Eginhardi, & alii ex MS. codice Ioannis Tilii, & alii ex MS. Antonii Loiſelii tomo 2 Scriptorum hiſtoriæ Francorum ab Andrea du Cheſne editi, item Vita Caroli Magni auctore incerto, & alia per monachum Egoliſmenſem in eodem tomo 2, ac paſſim ceteri. Sed potuit poſtea ibidem fuiſſe cum eſſet in Auguſtum Cæſarem coronatus.*

b *Illuſtravimus ad diem* 18 *Februarii, Vitam S. Angilberti, qui dicto anno* 800, *in coronatione Caroli Magni in Natalitiis Chriſti Romæ adfuit.*

c *Hujus codicis, ut deperditi jam ſupra meminimus: aliqua ex eo miracula libro priori, de iiſdem poſt ſcripto, inſerta ſuſpicatur Mabillonus.*

d *Hoc diſtichon in aliquibus Mss. & vulgatis additur, ſed an Alcuini dubium nobis eſt:*

Geſta Sacerdotis magni tenet ille libellus
Richarii, cujus Centula corpus habet.

CAPUT I.

Ortus, converſio ad vitam piam, Sacerdotium. Proximi adjuti, etiam Britanni.

Richarius Pontivenſis.

2 TEmpore glorioſiſſimi Regis Francorum Dagoberti, qui & ſeculari poteſtate præclarus & Chriſtiana religione nobilis effulſit (nam & Optimates ſuos dignitatibus exaltavit, & ſervos Dei honoribus *a* ſublimavit) in illis, inquam, diebus plurima ubique monaſteria à ſanctis Patribus cœperunt conſtrui: necnon & multi ex laico habitu viri religioſi inventi ſunt. Ex quibus Richarius quidam, natus in villa Centula provinciæ Pontivæ, velut Lucifer inter umbras oriens emicuit, non tam *b* nobilibus juxta ſeculum parentibus ortus, quam moribus honeſtus & omni probitate devotiſſimus: ita ut in ruſtica vita quædam præſagia futuræ ſanctitatis gereret. Contigit autem illo tempore duos Sacerdotes, ſanctitate florentes & virtutum meritis fulgentes, quorum prior *c* Caidocus vocabatur, alter vero Frichorius, de Hiberniæ partibus in Pontivas perveniſſe regiones; ſed à ruſticis & popularibus illius loci, propter inſolentiam morum, non ſunt ſuſcepti, nec digno eorum ſanctitate honore tractati; ſed magis injuriis afflictos & opprobriis caſtigatos, à finibus ſuis cœperunt eos expellere. Quorum violentiæ & ſceleratis præſumptionibus futurus Dei famulus Richarius obviavit, Chriſtique ſervos de manibus impiorum eripuit, & cum omni benignitate eos deduxit in domum ſuam; Deo providente, ut iſti protegerentur & ipſe ſalvaretur. Nec lucerna gratiæ Dei accenſa diutius abſcondi potuit; ſed, ut patefacta eſt, lumen ſanctitatis & prædicationis longe lateque ad ſalutem multorum ſparſit. Nam introductos hoſpites ſuos cum magno caritatis honore curavit, eoſque ſibi verbum Dei prædicantes, cum tota humilitate & intentione audivit. Nec fruſtra in terram bonam ſemen verbum Dei ſparſum eſt: ſed quod aure audiebat, hoc radicitus corde retinebat, & centenos in horrea Chriſti, ut poſtea luce clarius & ſanctitate & miraculorum oſtenſione claruit, fructus germinavit.

SS. *Caidocum & Frichorium excipit,*

ad meliorem frugem ſe convertit,

3 Igitur ex prædicatione famulorum Dei & adſpiratione gratiæ Divinæ compunctus, ad lacrymas converſus, confeſſionem ſuorum fecit peccatorum; & in conſpectu omnipotentis Dei ardenter veniam petens, lacrymis abſolvit, quod ignoranter ab adoleſcentiæ illecebris peccavit: & qui Dominum ſuſcepit in famulis ſuis hoſpitalitatis gratia, ſuſceptus eſt à Domino *d* in miſericordia & pietate. Nam ex eo tempore *e* initium ſacræ religionis ſumpſit, & ad altiora pietatis faſtigia gradibus quotidie humilitatis ſcandere nitebatur: & arreptum ſemel vitæ iter, fidei paſſibus peragere conatus eſt: atque poſteriora obliviſcens, ſe in anteriora cum Apoſtolo extendit; illius verſiculi per ſingulos gradus memor, Ibunt Sancti de virtute in virtutem; quatenus perveniret ad id quod ſequitur, Videbitur Deus deorum in Sion. Itaq; mox ab initio converſionis ſuæ tam dura ſe caſtigatione conſtrinxit, ut poſt longa & diuturna jejunia, pane hordeaceo cinere commixto, & aqua lacrymis temperata, feſſum jejuniis corpuſculum refocillaret, *f* omni deinceps vitæ ſuæ tempore nihil admittens lautioris edulii: & hujus cibi ſuſtentaculo bis tantum in hebdomada ſumpto, die ſcilicet Dominica & quinta feria, devotus Chriſti athleta vigiliis & orationibus die noctuque Domino militabat; non aërem verberans, ſed corpus ſuum caſtigans, ne futurus Chriſti prædicator in aliquo reprobus inveniretur.

AUCTORE ALCUINO EX MS. *e* Phil. 3, 13 Pſal. 83, 8 *cum magna vitæ anſteritate,* *f*

ſit Sacerdos & concionator,

4 Sed his atque hujuſmodi virtutum gradibus & ſanctiſſimæ vitæ moribus Deo acceptabilis, dignis ſucceſſibus ad Sacerdotalem pervenit honorem: ut cui prædicationis devotio inerat, honoris dignitas non deeſſet. Quem honorem ut famulus Dei magna humilitate ornavit, & vera caritate excoluit, & verbi Dei prædicatione ampliavit, atque velut bonus agricola ſpinas peccatorum de agro Domini Euangelico vomere eradicavit, & arida corda ſuperno perpetuæ ſalutis rore irrigavit. Sed & Divina clementia poſt ejus irrigationem, in iſto populo plurima fidei dedit incrementa. Unde & omnibus prædictus vir Dei Richarius honorabilis factus eſt & carus: quia quod ore prædicavit, exemplo oſtendit; & viam vitæ, quam aliis ſermone monſtravit, ipſe prior actu præcucurrit.

E

miſericors in pauperes,

5 Quidquid vero ei populus in ſtipendia prædicationis ſponte obtulit, omnia pauperibus dividere feſtinavit: indignumq; ei viſum fuit de craſtino præſentis vitæ cogitare, qui divitias æternæ vitæ accipere anhelabat. Ideo oblata ab hominibus diſtribuit, ut promiſſa à Deo acciperet. Felix commercium, ut qui parva ac tranſitoria hilariter diſtribuerat, magna & æterna feliciter eſſet accepturus. Nam ſtudioſiſſimus fuit pauperum conſolator, peregrinorum ſuſceptor, viduarum defenſor, pupillorum & orphanorum pater: ita ut veriſſime de eo ſanctiſſimi Job teſtimonium dici potuerit: Oculus fui cæco, pes claudo, & pater orphano: & cauſam quam neſciebam, diligentiſſime perſcrutabar. Quapropter undique ad eum infirmi confluebant: quos læto ſuſcipiens animo, medelam eis conſolationis per ſanctas orationes præbebat. Nec leproſos vel elephantiacos exhorruit, ſed quaſi fratres amplexabatur, balneiſque eorum membra ſaucia fovebat: eademq; poſt ipſos ingreſſus eſt, magis ea pietate illos emundans, quam ſe commaculans; prophetici ſermonis non ſurdus auditor, dicentis: Egenos vagoſque induc in domum tuam, & nudum veſtimentis tuis cooperi, & carnem tuam ne deſpexeris.

Iob 29, 15

F

& leproſos:

Iſa. 58, 7

omnibus verbum vitæ diſtribuit:

6 Nec ſolum carnali refectione ad ſe venientes fovebat, ſed etiam ſpiritali ſanctæ prædicationis ſolatio reficere eos non ceſſavit. Et ſicut miſerorum idoneus ubique fuit conſolator, ita ſuperborum durus caſtigator eſſe non timuit. Illos pietatis clementia elevabat, hos ſeveræ invectionis cenſura deprimebat. Nec terrenæ poteſtatis iram foris metuebat, quem timor interius divinæ potentiæ totum corroborabat; parvipendens divitum minas, ut præco veritatis exiſteret. Nec fuit arundo vento agitata, ut eum aura humanæ vel laudis, vel detractionis commoveret: ſed in arce ſolidæ veritatis conſiſtens, ab humano die ſecundum Apoſtolum judicari contempſit: viamque

1 Cor. 4, 3

AUCTORE ALCUINO. EX MSS.

viamque regiam incedens, nec à dextris propter terrores potentium, nec à ſiniſtris propter blanditias adulantium declinabat. Quapropter magnam plebem Domino Deo ſuo in hac præſenti provincia acquiſivit, & ſibi honorem perpetuum promeruit. Unde populus, cernens ejus in Chriſto devotionem religioſam, cœpit eum attentius honorare, & multa ei pro eleemoſynarum largitione afferre: quæ ille, ut erat Dei & proximorum dilectione plenus, omnia in pauperum elargitus eſt ſolatia, maximeque in captivorum expendit redemptionem. Nam alios, occultis diabolica fraude peccatorum vinculis obligatos, per ſedulæ prædicationis hortamenta, ſolvebat; alios, ſeculari captivitate oppreſſos, pecuniæ largitione redemit: ut illi ſpiritaliter abſoluti, jucundarentur in Domino; & iſti carnali ſervitute liberati, converterentur ad Deum.

pecunia oblata captivos liberat.

Britannos tranſmarinos adit & excolit:

7 Et non ſolum in his regionibus, per pietatis opera vel per prædicationis lumina, prædictus vir Domini clarus effulſit: ſed ut Lucifer æquoreos Oceani campos tranſiliens, præco diurni luminis nocturnas ſuo exortu diſcutit umbras; ſic ille in ultramarinas Britanniæ regiones, ad expellendas ignorantiæ tenebras, lumen veritatis ſuo ſparſit adventu: ſcilicet ut ſicut in iſtis regionibus, ſic & in illis alios à ſervitute diabolica, alios à captivitate carnali liberaret. Illis verbum Dei infudit, iſtis caritatis pretium impendit, ut pro temporali redemptione æternam reciperent libertatem. Sic ergo bonus Dominicæ pecuniæ negotiator, duo duplicis caritatis Dei & proximi talenta multiplicare ſtuduit, quatenus cum multiplici laboris ſui fructu Domino ſuo obviare poſſet, & hanc vocem audire jucundiſſimam: Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam; intra in gaudium Domini tui. Fertur vero, dum cauſa prædicationis in Britannia diutius moraretur, ſubito illi veniſſe in mentem, aliquos ſui juris ſub ſervitute ſe reliquiſſe in Gallia. Itaque dolore percuſſus, dixit ad ſuos: Heu! noſtros ſub ſervitute dimiſimus in patria, dum huc alios liberaturi venimus, maximeque ſcio eos cito eſſe morituros. Sed ite feſtinanter, navemque conſcendite, & eos facite ingenuos, priuſquam moriantur. Illi haud ſegniter præceptum ſecuti paternum, in patriam venerunt; prædictoſque ſervos viri Dei ſalvos & incolumes invenerunt, eoſque, veluti juſſi erant, manumittentes, fecerunt ingenuos: qui non poſt multum temporis, ſicuti ſanctus vir Dei prædixerat, defuncti ſunt. O quanta clementia eſt Dei Chriſti, qui famulo ſuo pietatis affectum inſeruit, & ſervorum ejus mortem futuram oſtendit! quatenus illi miſericordiæ merces de ſuis non periret, & illos morientes ſervitutis jugum non gravaret; qui & ob alienos liberandos tanti itineris periculum ſubire non timuit, & ex eo tempore neminem ſui juris ſub ſervitutis jugo retinere voluit; ſed ubique omnes ad ſe pertinentes libertate propria perdonavit; ne in proprios durior eſſe videretur, qui in alienos mitiſſimus apparere geſtiebat; & mercedem, quam ex aliis congregavit, de ſuis accumularet.

Mat. 25, 21

ſervos ſuos manumittit.

ANNOTATA.

a *Aliis*, excoluit. *Auctor Chronici Centulenſis cap.* 4 *exorſus intexere hanc Vitam, mox caput* 5 *ſubjicit, ad explicationem primæ hujus periodi, & ut Sanctus non intelligatur ſub Dagoberto Rege natus, ſed ſub eo jam grandævus magna emicuiſſe ſanctitate.*

b *Hunc locum ſupra examinavimus: & hinc alia Acta, quæ eum Raganarii Regis & fratris Chlodovei nepotem dixerunt, rejecimus.*

c *Eorum Acta hinc & aliunde decerpta, dabimus* 30 *Maji, quo Centula coluntur.*

d *In aliis MS.* in miſericordia pœnitentiæ, *aut* miſericordiæ pietate. D

e Habitum religionis *ſcribit Auctor Chronici Centulenſis lib.* 1 *cap.* 6.

f *Hæc verba*: Omni deinceps vitæ tempore nihil admittens lautioris edulii, *habemus in codice MS. noſtro, eaque etiam habet Acherius; alibi vero paſſim deſunt.*

CAPUT II.

Geſta cum S. Rictrude & Rege Dagoberto. Receſſus in Silvam Criſciacenſem.

8 IGitur prædicationis officio in Britannia peracto, cum multiplici verbi Dei fructu reverſus eſt in patriam; ne dum in aliena meſſe quæreret mercedem, in propria perderet: & tanto ſe ardentius ſervituti Dei ſubegit, quanto vicinjorem ſibi diem remunerationis eſſe præſenſit. Nam ſeipſum quotidianis jejuniis maceravit, mortificatione carnis conſtrinxit, vigiliis afflixit, orationibus munivit, caritate confirmavit, ſpe corroboravit, fide armavit; nulli malum pro malo reddens, nullius adulator, neminem contemnens; ut viam veritatis prior ipſe incederet, quam ceteris prædicando monſtraverat. Sic vir Dei galea ſalutis indutus, & gladio verbi Dei accinctus, & lorica juſtitiæ undique circumdatus, atque ſcuto fidei armatus, calceatuſque in præparationem Euangelii pacis, proceſſit in prælium publicum contra antiquum hoſtem, omnia tela ejus ignea fortiſſimo fidei umbone repellens: quotidianiſque triumphis ſpolia multa victo hoſte reportavit in Eccleſiam Chriſti, tam metuendus humani generis inimico, quam humano generi perneceſſarius: utpote qui non ſuam tantum, ſed multorum quæſivit ſalutem. Ideo juſtum eſt, ut multorum ore in Chriſto laudetur, multorum per Chriſtum redemptor: cujus non tanti eſt miracula narrare, quæ ab eo geſta ſunt; quanti miraculorum cognoſcere virtutem, qua cæleſti Regi in diebus ſuis multum acquiſivit populum. Nam officium prædicationis omniū ſignorum oſtenſione majus eſſe non dubium eſt; licet non defuerit, pro temporum opportunitate vel rerum convenientia, ſignorum perpetratio, quæ per eum Divina peregit clementia.

Reverſus ſanctis exercitiis vacat:

E

multos Chriſto acquirit:

9 Quodam namque tempore maligni ſpiritus tentatio ad verecundiam accidit viro Dei, quam Dei miſericordia ad laudem ei conceſſit evenire. Viſitavit enim equitando quamdam Deo devotam feminam, F
a Richtrudem nomine: & cum jam, poſt dulces vitæ a
epulas & poſt colloquia ſalubria, ipſe vir Dei adſenſo equo ad propria remeare diſpoſuiſſet; femina prædicta, juxta morem, equitantis veſtigia Patris ſecuta eſt, habens in ulnis b filiolum ſuum; ut parvulus quoque benedictione hominis Dei roboraretur, b
quem ipſe ante ſacro baptiſmate Deo regeneraverat. Accipiente itaque infantem equite venerando, ſeu ad benedicendum, ſeu ad oſculandum, antiquus hoſtis, omnibus bonis inimicus, immiſit equo ferocitatem, qui huc illucque dentibus frendens, pedibuſque calcitrans, & toto corpore inſaniens, inconſueto impetu per campum diſcurrere cœpit. Quod pavida cernens mater, oculos avertit; ne morientem videret filium, quem ſervus Dei ſæviente equo manu tenebat. Familia vero pro morte pueri vel caſu viri Dei ſtrepere, plangere, ejulare non deſtitit. Sed dextera Chriſti, quæ Petrum trepidantem levavit, ne mergeretur in undis; puerum cadentem ſublevabat, ne allideretur in terris. Nam oratione à famulo Dei facta, puer incolumis quaſi avicula pervenit ad terram, & equus redditus eſt manſuetudini ſuæ. Et mater quidem filium ſuum, ſuper terram ſanum & ridentem, ſuſcepit

S. Rictrudem inviſit,

ejuſque filium in equo periclitantem ſervat,

A ſuſcepit in ulnas ſuas: ipſe tamen Sacerdos Dei non
& demceps aſello uti ſtatuit: equo iter agere, ſed aſello manſuetiſſimo ex eo tempore voluit. Sic ergo, miſerante Deo, tentatio maligni hoſtis illi verſa eſt in laudis honorem: & ſuperbia equi, facta eſt humilitatis gratia & magiſtra. Nam non erat immemor Dominum Chriſtum, dum ad redemptionem properaret humani generis, aſello iter egiſſe, non equo: ſic & ipſe, dum propter ſalutiferam prædicationem per multa quotidie feſtinaret loca, aſellum ſibi portitorem ſufficere judicavit. Quocumque autem iter agebat, aut Pſalmi in ore ejus reſonabant, aut ſalutis ex ore ejus prædicatio audiebatur. Nec mirum, ſi Chriſtum ſemper prædicaret lingua, quem ſemper gerebat in corde, per quem pius conſolator miſeris fuit, & durus invector potentibus; illorum inopiam clementi miſeratione relevans, iſtorum ſuperbiam ſevera caſtigatione reprimens.

Dagoberto ſalutaria dat monita:

10 Nam quodam tempore Rex potentiſſimus Dagobertus, rogante viro illuſtri Giſlemaro, eaſdem venit in partes, & virum Dei ut ſe ſacroſanctis ejus orationibus commendaret, inviſere contigit. Quem ipſe famulus Dei & ſanctitatis ſuæ benedictione roboravit, & Sacerdotali auctoritate libera
B voce caſtigavit; denuntians ei, ne in ſeculari ſuperbiret potentia, ne in fugitivis ſperaret divitiis, ne vanis adulantium extolleretur rumoribus, ne caducis gauderet honoribus; ſed magis Dei timeret potentiam, illiuſque immenſam laudaret gloriam; humanam vero potentiam vel gloriam nullam putaret, quæ ſubito velut volatilis umbra recedat, & tamquam ſpuma ſuper aquam, tentationis flante vento, evaneſcat: atque hoc potius timendo cogitaret, quia potentes potenter tormenta patientur; & cui plus datur, plus exigetur ab eo. Qui autem vix ſufficit pro ſe ſolo rationem reddere Deo in die judicii, quomodo poterit ſupportare rationem reddere pro tantis millibus populi ſibi commiſſi? Ideireo quiſque magis timere poteſt præeſſe, quam ſubeſſe: quia qui ſubeſt, pro ſe ſolo rationem reddet Deo; qui autem præſunt, pro omnibus rationem reddituri ſunt, qui ſub eorum ſunt poteſtate conſtituti. Qua caſtigatione Rex, ut fuit ſapientiſſimus, benigne ſuſcepta, gaudens ejus libera veritatis fiducia, Sacer-
prandet cum eo: dotem Chriſti ſecum ad convivium venire rogavit. Qui Chriſti confortatus exemplo, ſecularium non reſpuentis convivia, ut prædicationis ſumeret occaſionem, venit cum Rege ad menſam ejus, totaque
C die illa & nocte, inter epulas lætitiæ, verbi Dei dapes ſalutiferas convivis ſuis miniſtravit. Cujus conſtantia morum & inſtantia prædicationis præfatus Rex delectatus, cœpit eum ex animo amare & honore proſequi, intantum ut ea ipſa die aliquid de cenſu ſuo ad luminaria domus Dei *c* ei condonaret; *c cenſum à Rege in luminaria accipit.* ratum æſtimans, ut ſicut ipſe inviſibili prædicationis lumine ab eo illuminatus eſſet, ſic viſibili luce per eum domus Domini illuſtraretur; & quod intus ei fulgebat in fide, hoc foris fulgeſceret in eccleſia; Matt. 5, 16 memor præcepti Dominici, quo dicitur, Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis Pſal. 35, 10 eſt: itemque in Pſalmo, In lumine tuo videbimus lumen; id eſt, in lumine fidei quod fulget in mente, lumen foris ſcintillabit quod ſplendeſcit in opere.

eremum petit:

11 Exinde autem famulus Dei, quia ab hominibus honorabatur, homines fugere meditabatur; ut honores temporales declinando, honores acciperet perpetuos: eremumque concupivit, quatenus liberius ſoli Deo vacaret, & contemplativos carperet fructus, qui ad id uſque temporis in actualibus haud ſegniter deſudarat; ſciens à Domino dictum de Maria, ſedente ſecus pedes ejus, & verbum vitæ attentius audiente, Optimam partem elegit ſibi Maria, quæ non auferetur ab ea. Hujuſque memor ſententiæ, *d* monaſticam vitam petiit, quo ſecretius ſola cæleſtia mente rimaretur; eccleſiæ regimen *e* alteri tradens, quam ipſe in Centulo vico Chriſto fundaverat. Porro Giſlemarus, vir illuſter & Chriſtianæ religionis devotus amator, ſimul & Maurontus, nobilis quidam vir, & terrarum vel ſiluarum ad Regem pertinentium ſervator; præbuerunt ei locum manendi in *f* ſilva Criſciacenſi, qui & ipſe Maurontus poſtea, ſeculari habitu depoſito, monachus factus eſt in eodem loco: cumque viro Dei manſionem ſolitariam præparaſſet, Chriſto *g* monaſterium conſtruere inchoavit.

AUCTORE ALCUINO EX MSS.

Luc. 10, 42

d e

f

g

12 Vir igitur Dei habitationem, illam cum uno ſolo *h* commilitone, ingreſſus eſt; parvo tantum tuguriunculo, viliſſimo opere facto, contentus, ut habitatio vitæ conveniret; ſuperfluum æſtimans, ſeculi contemptorem aliquid ſeculi deliciarum habere velle. At inibi tanta ſe mortificatione carnis caſtigavit, *in qua vitam cæleſtem peragit:* tanta jejuniorum & vigiliarum aſſiduitate maceravit, ut vix oſſa arentia diſſipatis juncturis ſibi adhærerent, & trementia baculo regente veſtigia difficile moveret. Jam mente ſeculo major, ſola cæleſtia
E ſemper cogitabat; quantumque mundo alienus, tantum Deo proximus erat; illum quotidie vincens in eremo, à quo Adam olim victus eſt in paradiſo: ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulans, caput quotidie antiqui conterens ſerpentis, temporalia contemnens, æterna ſola ſuſpirans, ſcalam ſomniantis Jacob omni hora aſcendens, atque per anguſtam viam quæ ducit ad vitam incedens, iter ſuum aſſiduis munivit orationibus. Nec clauſa tamen eremi anguſtiâ lucis *multos infirmos curat.* columna latere potuit, quin potius ſui fulgoris radiis longe lateque magis innotuit. Quapropter undique ad hominem Dei diverſis fatigati infirmitatibus confluxerunt, quos ſanctarum medicinis orationum ſanavit; omneſque ad ſe quocumque morbo afflictos venientes, vel triſtitiæ cujuſlibet rancore anguſtiatos, ſanos & hilares domum remeare fecit *i*; *i* nec in domo ſalutis diu morbus manere valuit, ſed quanto propius acceſſit, tanto velocius receſſit. Mihi vero non ſingulas virtutum ejus ſpecies nominatim enarrare propoſitum eſt, ſed vitæ ſanctitatem paucis perſtringere verbis; ne eloquii mei tarditate, multiplex ſignorum per eum geſtorum fama magis obſcuretur quam laudetur.

ANNOTATA. F

a *Colitur S. Rictrudis 12 Maii.*

b *Hic eſt S. Maurontus, qui colitur 5 Maii: quem à* S. Richario per ſacrum baptiſma fuiſſe regeneratum *ſcribit in S. Rictrudis Vita Hucbaldus monachus Elnonenſis. Eſt autem alius à Mauronto ſilvarum tunc Regis ſervatore, de quo mox agitur.*

c Terram vocabulo Campaniam *donaſſe dicitur Dagobertus lib. 4 Chronici Centulenſis cap. 21. Hariulfus autem lib. 1 cap. 18 nominat* territorium quoddam in pago Pontivo, quod dicitur Campania, ubi habentur villæ tres, ex illa die ſancto viro & poſt ejus tranſitum Centulo cœnobio ſervientes, quarum prima vocatus Altavillaris, ſecunda Rebellis-mons, tertia Valerias.

d *Imo, ut nunc loquimur,* eremiticam: *ubi ſolus, ſive μόνος ageret.*

e Ocialdo, perfectæ ac probatæ ſanctitatis viro, *Ita Hariulfus lib. 1 cap. 19. De eo infra agitur.*

f *Decem millibus paſſuum Centula diſtat* Silva Criſciacenſis. *Malebrancus de Morinis lib. 3 cap. 39, quia in editis corrupte nominabatur* Silva Triſtiacenſis, *Nepienſem ſilvam ad Liſiam hic imaginatus eſt ſibi.*

AUCTORE ALCUINO EX MSS.

g Foreſte monaſterivm *etiamnum appellatur, proprium habet Abbatem, & ob cenſum exiguum monachos paucos Ordinis Benedictini.*

h *Hariulfus vocat* Sygobardum, apice nobilitatis fulgidum: *idem nomen mox infra capite ſeq. exprimitur.*

i *Dictus jam Hariulfus hæc ſubjungit*: Nec mirum ſi Deo carus homo ab hominibus frequentabatur, cum ipſa quoque animalia, omni carentia ratione, ad obſequendum Dei ſervo promptiſſima eſſent. Denique ſiquando, quod infrequens erat, contigiſſet eum nec ſſitati corporeæ quidpiam comedendo concurrere; illæ aves, quarum multiplicitate nemora replebantur, ita intrepide ante illius ora deſcendebant, & geniculis ejus vel ſcapulis inſidebant, ut non inſenſata animalia, ſed tamquam filios affectuoſe patri inhærentes, ipſa rei qualitate putares. Porrigebantur eis ſancti viri manibus aliquæ micæ, & quæ pro ſui duritia vel auſteritate hominum uſibus eſſent inhabiles, ipſis avibus, nunc voce nunc pennis adulantibus, gratiſſimæ fieri videbantur.

CAPUT III.

Pius obitus. Corporis tranſlatio Centulam: miracula.

B

13 DOctioribus ergo illa relinquens, quo fine præſens hoc ſeculum ſancta illa anima deſeruerit, ſolum mihi dicere ſufficiat. Nam auctore Spiritu ſancto, quo ſemper vegetatus eſt, præſcius diem advocationis ſuæ, qua felicitatem diu deſideratam accepturus erat; & ſemper adjungendus Chriſto, quem ſemper amaverat; vocavit ad ſe Sigobardum commilitonem ſuum dixitque ei: Scio, fili mi, ſcio, quod finis meus non tardat; & Regem meum, quem diu concupivi, citius videbo; & utinam tam propitium mihi ſervo ſuo, quam deſiderabilem Sanctis ſuis. Sed tu, fili mi, præpara vaſculum corpuſculo meo quo condatur, non ſuperfluo ſtudio, ſed neceſſario uſu: ut illic ſervetur in illum diem, quo corruptela hæc vertatur in incorruptionem, & mortale hoc induatur immortalitate: & para te cum omni diligentia, dulciſſime fili, ut ubi dies illa quæ mihi modo appropinquat, tibi advenerit, te paratum inveniat. Ego vero ingredior viam univerſæ carnis: tantum mihi miſericors ſit Salvator mundi; & me modo defendat ab hoſte, qui me olim redemit ab hoſte; & quem præſentis vitæ habui conſolatorem, æternæ vitæ mihi inveniam largitorem. Hæc diſcipulus à Patre audiens, lacrymis perfuſus, tamen præcepta ſecutus; lignum inveniens fidit, cavavit, & corpori Patris coaptavit, piiſque fletibus rigavit quod fecit, pene prius lacrymis implens amaris, quam paternis membris: aptatumque ut potuit ſarcophagum in loco præfinito à Patre compoſuit. Interim vero dum triſtia Patri filius pararet obſequia, validior Patrem coquebat infirmitas, & in frigido corpuſculo vix halitus remanſit extremus, nec tamen ab orationis ceſſavit officio vel divinæ laudis obſequio: & dum ſalutifero Corporis & Sanguinis Chriſti Viatico ſuum iter munivit, inter gratiarum actiones & verba orationis, VI Kalend. Maji ſpiritum emiſit: poſituſque eſt in ſepulcro à diſcipulo, in loco ubi ipſe præceperat.

Sepultura ſua providet.

Viatico ſumpto moritur 26 April.

C

14 Sed mirum dictu: inter exequias paternas ſubito diſcipulus ſopore oppreſſus, vidit in viſu quaſi raptus eſſet in aulam ſplendidiſſimam omnique decore pulcherrimam, immo ſolis luce clariorem: in qua B. Richarium præclaro & hilari vultu vidit habitantem, ſibique loquentem: Ecce, Frater Sigobarde, qualem manſionem præparavit mihi Deus, pro vili quam habui in terra, pulcherrimam in cælo, pro contemptibili glorioſam, pro obſcura lucidiſſimam, & pro fumoſa omni ſuavitate renidentem. Evigilans autem Sigobardus, lætior opus exequiarum perfecit, Deo providente ut filius conſolaretur, & Patris ei gloria oſtenderetur. Conditus eſt ergo, ut prædixi, Miles Chriſti, ubi ſuo Regi militaverat. Sed non multo *a* poſt Fratres à Centulo monaſterio cum ſuo Abbate Ocioaldo, viro religioſo & Sancti ſucceſſore, venerunt, & corpus *b* S. Richarii tulerunt, poſueruntque in loco, quo & nunc cum magna meritorum gloria requieſcit. Ibi enim præſtante Deo, per ſervi ſui Reliquias, nova ſæpius audiuntur miracula geri, ut fides precantium patefiat, merita ſancti viri oſtendantur, & in ſervo ſuo Chriſti laus celebretur, ſicuti dictum eſt, Laudate Dominum in Sanctis ejus.

D

Sigobardo glorioſus apparet:

Centulam ejus corpus tranſfertur.

a

b

Pſal. 150, 1

15 Quidam contractus corpore debilis, ſed fide robuſtus, frequentabat orando ſancti Dei ſepulcrum: qui optata ſanitate ſubito recepta, dedit gloriam Deo, quod infirmus veniſſet & ſanus recederet. In cujus miraculi memoriam, uſque hodie ſuſtentacula infirmitatis illius pendent in eccleſia S. Richarii. Sed &, multoties dæmoniaci, ad corpus Sancti Dei ſuorum obſequio deducti, divina concedente clementia à vexatione maligni ſpiritus liberantur. Quodam tempore vinculis & catenis conſtricti quidam per publicam ducebantur plateam, quæ eſt juxta B. Richarii eccleſiam: qui cum eminus ad viri Dei propinquarent templum, voce magna clamare cœperunt, ſancte Richari ſalva nos: & ſtatim ruptis vinculis abſoluti ſunt.

contractus aliique ſanantur:

E

catenati ſolvuntur:

16 Item clades magna, quam venenoſam lacertam vocant, longe lateque morte amara habitatores terræ interfecit, & vix, ab ea tactus, vivus evaſit. Percuſſuſque eſt ea peſte quidam è Fratribus S. Richarii: qui licet mortem timeret propter cladem, vitam tamen non deſperavit propter Patronum. Ergo, quaſi ad certa ſuffragia, comitantibus Fratribus, cucurrit ad ſepulcrum viri Dei: ibique communiter oratione facta, & ipſe liberatus eſt à morte, & omnes defenſi ſunt à plaga, nec aliquis ex illis Fratribus mortifera cladis ejus vaſtatione percuſſus eſt. Nec ſolum illi liberati ſunt, ſed & ſi quis à longe veniens, plaga tactus peſtifera, ad S. Richarii cum fide fugiat ſolatium, etiam cum clade mortis evadit periculum.

peſtis curatur:

17 Unde intelligi datur, quantam habeat apud Deum poteſtatem pro noſtris intercedendi peccatis, ſi cum fide clamemus ad illum, qui tanta eſt virtute præditus depellendi morbos ab illis qui cum fide veniunt ad eum. Nam patet ex miraculis, qualis ſit ex meritis; & anteacta vita fulgeſcit in opere ſubſequenti: ita ut non ſit opus dubitare de ſanctitate, dum tantus eſt in virtute. Intelligite hinc, Fratres cariſſimi, qui pauper voluit eſſe pro Chriſto, quales modo habeat divitias cum Chriſto: & qui appetiit eſſe contemptibilis inter homines, quam glorioſus regnet inter Angelos, honorem quem fugit in terris, nunc poſſidens feliciſſime in cælis. Quapropter dignum eſt ut ab omnibus honorificetur, qui omnium Dominum ſemper amavit: propenſius tamen à *c* nobis, qui ejus corpori quotidie aſſiſtimus: quatenus quos filios genuit in doctrinis, dignos poſſideat heredes in meritis. Nec illi tantum prodeſt noſtra laudatio, quantum nobis ejus imitatio: magis illa placet imitator devotus, quam laudator otioſus. Unde Fratres cariſſimi, & ſanctiſſimi Patres, & Filii jucundiſſimi, totiuſque ſanctæ Congregationis populus, qui ad tanti Patroni feſta conveniſtis, dignos vos facite, ut Deus omnipotens per ejus interceſſiones, veſtras exaudiat orationes. Ornate voſmetipſos ſpiritali pulchritudine, ſupereminentis caritatis gloria, victrici fidei fortitudine & ſpe ſuaviſſima de Chriſti

F

concluſio ad auditores.

c

in feſto preſentes.

A Christi bonitate, sequentes semper sanctorum Patrum vestigia: ut per eorum gradientes exempla, illorum societate digni efficiamini; & secundum Apo-
Tit. 2, 12 stolum abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie & juste & pie vivamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & adventum gloriæ magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum: cui est gloria in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a Spatio v mensium & XII dierum, id est à VI Kalendas Maji, usque ad VII Idus Octobris. *Ita in aliis Actis interpolatis.*

b Corpus ab omni corruptione liberum, sicut ab omni dilectione seculi cor possederat liberum. *Ita ibidem.*

c *Loquitur auctor, non in persona propria, quasi ipse fuerit monachus Centulensis; sed ejus qui hæc esset in festo S. Richarii, ex more, prælecturus monachis & populo*
B *Centula collecto.*

MIRACVLA

Auctore monacho Centulensi,

Ex Mss codicibus Antuerpiensi, alio Reginæ Sueciæ, & editione Acherii.

LIBER PRIMUS.

Miracula ab anno DCCCXIV *patrata.*

CAPUT I.

Miracula sub Herico & Elizacaro Abbatibus facta.

1 SAnctorum sacra miracula, operante divina clementia, Angelico didicimus oraculo esse propalanda, qui inter cetera loquitur ad bea-
Tob. 12, 7 tum Tobiam: Sacramentum, inquiens, Regis abscondere bonum est, opera autem Dei revelare & con-
Prologus, fiteri honorificum est. Qua nos admonitione tacti, ea quæ pro meritis beati Richarii miracula divina
C peregit dignatio, litteris mandare studuimus: & quia incuria antiquorum omnia prætermissa videntur, nisi pauca quæ in vita ipsius attitulata sunt; operæ pretium duximus, quæ fidelium adstipulatione testium collegimus, incipere à moderamine regni piissimi Cæsaris Ludovici; & cetera usque in præsens, quantum facultas memoriæ suppetit illorum, deducere.

2 Anno sacræ Incarnationis Domini nostri Jesu octingentesimo quartodecimo, Indictione septima,
a dum felix Francia, sub gloriosissimi Cæsaris *a* Ludovici moderamine, omni venustate floreret; obtinuit, beneficio ipsius Principis, Hericus Abbas regimen monasterii B. Richarii: quod dum teneret, adeptus est quidam suis precibus ex vassallis ipsius, nomine Heuto, villam Sidrudem, quæ erat in sorte Fratrum deputata ad calceamenta & ad quædam illo-
in villa Sidrude, rum alia vestimenta. Ipsa est nimirum, sicut antiqua suis posteris intimavit industria per generationis ordinem, quam venerabilis Pater noster Richarius solebat mansionis hospitium tenere, cum Oceani æquoreos transfretare campos studuerat; partim salutiferæ incumbens prædicationi regionis Britanniæ, partim etiam in captivorum desudans redemptione.

Fuit enim prope nemus, quod usque hodie aliquod sui dat indicium, ubi illum accolæ loci ipsius, & in iter carpendo & inde redeundo lassitudinem corporis temperare, & sacras fundere orationes, linea genealogiæ ducente, prodiderunt. Inter quæ erat quædam fagus, juxta quam jugiter ipsum consuetæ insistere orationi iidem coloni tradiderunt, quæ postea ab illis in reverenti honore habita est. Quam animi devotionem sancti viri ut quædam nobilis femina, ad cujus dominatum ipsa possessio pertinebat, aure cordis percepit, quæ vocabatur Sigetrudis (à qua postea ipsum territorium obtinuit *b* nomen), in tanto *b*
caritatis glutino dilexit eum, ut ei ipsam villam tra- *fagum oratione* S. *Richarii celebrem excidens*,
deret perpetuo habendam. Hanc dum consecutus esset prædictus Heuto, cœpit libera ea uti potestate. Quadam autem die, dum rura illius circuiret, super jam dictam fagum venit: quam dum enormem esse intuitus esset, jussit incidi, & quia apta esset ad ministerium foci judicavit. Cui sui servi professi sunt se minime hoc audere perpeti, eo quod paterna traditione didicissent, illum esse sacratum *c* fustem, & ibi *c*
B. Richarium consuevisse orare, cum transmarinos peteret fines, & ei omne istius rei capitulum texuerunt. Quod ille superba mente contempsit, dicens E
hanc esse vanam observationem, & ob hoc non debere dimitti ut non incederetur. Qua vi constricti, fecerunt ut à suo domino acceperant mandatum. Sed dum incisa fuisset & per partes truncata, superiores findi potuerunt: & cum ventum esset ad penultimum, *d* invenerunt ibi capillos, velut Reliquias, & *d*
quasdam barbæ incisiones: quos cum ceteri in honore haberent, ille omnes jussit spargere, confirmans dementium opus esse. Cum vero ultimam findere tentassent cum malleis & cuneis & omni hujus generis machinamento, repulit omnia, & indivisibilis permansit: & dum fatigarentur cassо labore, ita ut erat integer, jussit carro imponi, & ad domum ubi ipse habitabat deferri: & vocavit quemdam colonum, nomine Herrardum, cui delegata est providentia illius, rogans sibi equum adducere, & ut ipse secum iret gratia leporini venatus imperavit: erat enim ipse Herrardus hujus ludi sciolus. Et ubi vix equitassent spatium, quantum bis aut ter jactus est fundæ, cœpit anxiari & se profiteri graviter infirmitate torqueri. Qui dum hortaretur à prædicto Herrardo, ut si de- *morbo lethali punitur*:
scendisset equo, & paullatim in sinu quievisset illius, spetare se illum levius habere, consensit; & nequaquam illi juvamen præstitit, sed infirmitate crescente, ut potuit, ad villam unde discesserat re- F
meavit.

3 Servi autem, ut ab illo jussi fuerant, detulerunt partem fagi insectibilem, & ante januam domus illius projecerunt. Quæ dum ibi jaceret, & nulla spes restaret fissuræ; in ipso die quidam ex colonis; Istane est, ait sociis qui aderant, pars fagi quam nostra tot molimina adjuncta findere nequiverunt? Cui cum fidem rei darent; Videtur, inquit, mihi facili patere divisioni. Et accepta securi, quasi tentando, ad primum ictum ferientis illico divisa est, & inventa
est quædam Crux, quæ inserta erat uni ex illis parti- *& in trunco fagi Crux inventa*,
bus, & in altera, velut impressa videretur, ostendebat: quam an Sanctus ipse incidisset, dum illic orationi vacaret, & crescente mole arboris circumcreta est, an divinitus pro miraculo tanti viri insita, incertum habetur. Hoc illi qui aderant ut viderunt, nimio terrore perculsi sunt: initoque consilio, ita ut erant partes cum Cruce, intulerunt in apothecam sub custodia cujusdam Heroldi, ad cujus curam ipsum ministerium respiciebat. Qui ostium sera obfirmans, *postea cum truncо evanuit*:
non tantum propter hujusmodi rem, sed etiam quia quosdam sui Domini thesauros ibi servabat, recessit: nocteque subsequente, cum se in ipsa apotheca sopori

AUCTORE ALCUINO. EX MSS.

pori dediſſet, & adhuc partes cum Cruce ibi eſſent, ſeris & vectibus munivit oſtium. Et mane facto, nihil de illis partibus nec de Cruce invenit; atque ingenti metu perterritus, omnibus intimare ſtuduit tam mirabile hujuſcemodi factum. Quod illi audientes & omni ſolicitudine perſcrutantes, minime reperierunt: quod & uſque hodie manet incognitum. Prædictus vero Heuto, quinto fere die in infirmitate poſitus, ſpiritum emiſit. Hæc autem ita ſe habere ex multis ipſius villæ incolis, præſertim Herrardi & Heroldi, quos ſuperius poſuimus, qui interfuere, teſtimonio confirmata ſunt.

4 Nec illud ſilentio tegendum videtur, quod temporibus *e* Elizacharis Abbatis, ſucceſſoris Herici, accidit in villa ſupradicta. Erat quædam tilia, in manſo dominico, quæ non parvam molem corporis præſtabat. Hæc autem quadam nocte vi ventorum tacta, uſque adeo concuſſa eſt, ut de ſummo uſque deorſum in quatuor ſectiones finderetur, terræ coæquata, radicibus tantum fixa. Hanc dum die illuceſcente ita eſſe comperit quidam ex Fratribus monaſterii S. Richarii, nomine Egelwinus, cui ipſa *f* obedientia erat impoſita, rogavit ſuos ut præpararent cuneos & malleos, quatenus in craſtino flaſcones & quæcumque eſſent neceſſaria inde fierent. Sed vanus labor eos fefellit: nam ut primo mane expediti ad hoc peragendum opus venerunt, ita incolumem atque in priſtino ſtatu erectam conſpiciunt arborem, excepto quod cicatrices à ſummo uſque ad ima parebant, ac ſi nullum iſtius rei damnum perpeſſa fuiſſet: quæ multo poſtea duravit tempore, eaſdem cicatrices in teſtimonio conſervans.

e

Tilia vi ventorum ſecta,

f

B

in integrum reſtituitur,

fons à B. Richario calitus impetratur.

5 Fertur ab antiquis traditum eſſe, quod B. Richarius, dum adhuc pro cæleſtis patriæ palma militarem duceret vitam in terris, in prædicto ſæpe territorio hoſpitium haberet apud memoratam Dei ancillam: quæ cum magna familiaritate ei jungeretur, utpote cujus vitam in Dei opere conſpiciebat aſſiduam, petiit eum, ut ſuis ſacris precibus apud omnipotentis Dei clementiam obtineret, qualiter ditari mereretur in aquæ largitione: erat enim ibi valde neceſſaria. Qua prece ejus coactus, oraſſe perhibetur: poſt orationem autem ſuam in terram fixiſſe baculum, atque mox erupiſſe fontem, *g* qui uſque in præſens ibi perdurat, illud exhibens ad quod orationibus ſancti viri primitus enituit. Multa hinc dici poterant, ſed omittere illa decrevimus, quia ad ea tranſire feſtinamus, quæ, ubi præclarum ejus corporis margaritum conditum habetur, omnipotens Deus, ob ſui militis gloriam, ad ſalutem hominum, operari dignatus eſt.

g

C

Paralytica, mignito patre ejus per ſomnum,

6 Quidam paterfamilias, divitiis valde inclytus, in Burgundionum regione poſitus, honorifice degebat: cui liberorum facultas erat ſublata, niſi tantum in unius filiæ aſpectu (quæ in annis locata virgineis, ſpes ſola remanſerat ſuperſtitis) quam diræ paſſio paralyſis adeo angebat, ut nec manus ad os valeret porrigere. Cumque eam pater proprius per quæque loca Sanctorum cauſa hujus circumduceret negotii, & nullum adipiſceretur medicamentum, contigit à ſuis deſperari eam poſſe nanciſci incolumitatem. Iſtis autem cor tenebris obvolutum habentibus, accidit una noctium, ut per viſionem compellaretur pater illius, à quodam ſibi ignoto, talibus affaminibus: Vade, inquit, in Franciam regionem ad plagas Boreales, ducens tecum unicam filiam dilectam, & perquire venerabilis S. Richarii monaſterium, quod ſitum eſt ſpatio quindecim leucarum à portu *h* Quentowic, ibique ſcito ob ipſius merita illam priſtinam conſequi ſanitatem: & quia tres ibi habentur eccleſiæ, præpara quamplurimos cereos, ut unicuique altari proprium ſuperponas cereum: nec multum differre ſtude, quia in proximo ipſius Sancti magna aderit feſtivitas. Ille vero expergefactus congratulans viſioni quam celerè non diſtulit juſſa implere: paratiſque omnibus itineri neceſſariis cum multo comitatu & filia lecticæ impoſita, utens interrogatorio calle, ad ſupradictum pervenit cœnobium. Et cum ibi ante fere duorum ſpatia dierum feſtivitatis illius adveniſſet, ſubſtitit ejus præſtolans adventum: & quia mos in illo tempore, inſtituente præclaro Abbate jamdicto Elizachar, deerat limina monaſterii feminis tetigiſſe, à meridiei climate bina extendit tentoria. Cum autem præclaræ ſolennitatis, quæ ſeptimo Idus Octobris colitur, vigilia adveniſſet, ſumptos unicuique altari ſuperpoſuit cereos, & quædam munuſcula obtulit B. Richario, nec non Fratribus largitus eſt ſuorum quantitatem aliquam theſaurorum: Fratres vero gratia mutuæ caritatis vicem rependere ſuæ humanitatis ſtuduerunt. Cum igitur in ipſa venerabili die, poſt peracta Miſſarum ſolennia, ex *i* vinatico S. Richarii, & ex ſuarum apothecarum vino mitterent ei benedictionem; illa jamdicta illius filia, quam ſæva paralyſis poſſederat, audito ipſo vinatico, petiit ſibi ex ipſo dari potum. Cumque procuratrix illius vellet ſua manu vas aſſumere, & ſolito ipſius ori porrigere; illa renuit, ſed extenſa inſolito manu, utcumque potum ori attulit, totumque hauſit. Illo autem perhauſto, ſurrexit incolumis, & convivas omnes in amore Confeſſoris Chriſti deprecata eſt bibere, pergens in circuitu, & unicuique congruum dans poculum: & pater omneſque ſui in gloriam & laudem Dei verſi ſunt, quod Sancti ſui nomen longinquis etiam manifeſtat regionibus. Quæ intantum ſanitatem adepta eſt, ut equitando ad ſua remearet.

D

devecta Centulam,

i

hauſto vino ex vinea S. Richarii, ſanatur:

E

7 Erat quædam meretrix, nomine Olgia, de territorio quod vocatur *k* Villare, conſiſtens ſecus muros monaſterii ad plagas Boreales, quæ multorum ca uſa ruinæ fuit. Hæc dum in hujus fæcis luto, multo graſſaretur tempore, contigit eam omnium ſuorum membrorum contractionis damna ſubire, adeo ut ipſa facie non more hominum, ſed retro reſpiceret. Hæc à ſuis cum cereis ad ſuffragia Patris noſtri adducta eſt, quæ ibi meritis illius propriam conſecuta eſt ſanitatem. Poſtquam autem meruit, opitulatione divina, perdita uti commoditate; non ſe erexit conterere ſuetæ vitia libidinis, ſed magis ſervire ſtuduit: nam ſi antea in cœno iſtius miſeriæ inſatiabilis fuit, poſtea multo magis deteriora addidit. Quam Dei clementia duriore virga caſtigavit: nam quantum majora adjecit ſuperioribus, tantum copioſius ſecunda vice contracta eſt, ablata ſimul facultate loquendi. Quam iterum ſui ad conſueta præſidia ſtuduerunt deferre, quæ illuc perducta eſt tempore veſpertini officii Dominici diei. Peracta vero oratione, ut ibi aliquantiſper ſubſtitit, vidit poma jacentia ſuper altare, quod eſt ante præclarum mauſoleum Patris noſtri; & innuit, ſicut potuit, ut ſibi daretur ex ipſis. Quæ ut ad primum guſtum tetigit, donum perditæ recepit loquelæ, ac deinde in ipſa nocte ex integro conſecuta eſt ſanitatem; quæ nequaquam ultra apoſuit ſe volutare in iſtius calamitatis veneno, duobus caſtigata flagellis.

k

contracta meretrix ſanatur ſemel,

F

iterumque & corrigitur:

8 Venit quidam homo, nomine Reſtoldus, de pago Evercino *l*, ad monaſterium Chriſti Militis, inter alios pedeſtres ſæpedicti Abbatis Elizacharis, utens tali comitatu, gratia victum quæritandi: qui ubi aliquamdiu commoratus ibidem fuiſſet, accidit ut in vigilia ſanctæ Pentecoſtes, ſuggeſtus levitate mentis, piſcinam, quæ ſecus monaſterium eſt ſita, peteret cauſa piſcandi. Quo fere tota nocte caſſum complente laborem, nihil adeptus eſt, ſed ingenti frigore torpere cœpit. Sed dum taliter fatigaretur, relicto

l

inter famulos fur latitans,

A relicto opere cœpto, perrexit ubi piſtoria ars exercebatur, ut ibi reſiduo noctis tempore requieſceret: erat enim jam imminens diluculum. Et quia ibi opere cæmentario clibanus tali ſchemate factus fuerat, ut ſupra in circuitu ferme ſex hominum lectus ſufficeret, illic ſe inerti dedit quieti. Circa autem auroræ adventum, Fratribus Deo hymnologiam perſolventibus, piſtoribuſque exteris ſomni ignavia ſuccendentibus jam dictam fornacem ad humanitatis opus, cœpit ille ſomnificans cum magno gemitu voces emittere. Quas audientes miniſtri, primum mirantur ſoni perſonam: deinde glomerati adeunt hominem, ſciſcitantes, quando aut cur illuc adveniſſet. At ille narravit eis rei geſtæ capitulum. Qui tollentes eum ante faciem ignis ponunt: percunctari etiam cœperunt, cur tam diras prius emitteret voces. Quibus ipſe: Videbam me, inquit, ſuavi tempore ſomni, à cuſtode apothecarum tam valde manibus genibuſque comprimi, cum increpationis aſſiduitate, quare tantæ audaciæ fuiſſem deditus, ut illum lacum cauſa meæ auſus eſſem petere rapinæ; ita ut (ſicut ad præſens cernitis) ſit mihi denegatus pedum inceſſus nervis contractis, & non valeo niſi manibus genibuſque volutis repere. Qua imbecillitate manſit biennio aut fere triennio occupatus, non diſcedens alicubi. Poſt tot temporum ſpatia menſe Auguſto, die apta reſurrectionis *m* Chriſti myſterio, dum vivifica laus in B. Richarii eccleſia celebraretur tempore nocturnali, contigit illum adeſſe. Et cum ex more inſtitutionis præclaræ S. Benedicti Regulæ ſacra lectio Euangelii calcetenus perduceretur, & vox una omnium adſtantium reſpondiſſet, Amen, & Sacerdos hymnum adjungeret Ambroſianum, Te decet laus, te decet hymnus, ille prorupit ingenti clamore in vocem. Et quidam ex Fratribus concite currentes, hujus rei gratia perculſi, invenerunt hominem pronum in terra jacentem, toto extenſo corpore ſecus mediam portam, quæ pervia eſt intrantibus ex parte Occidentis; & ſuffragines illius madefactas ſanguine, guttis adeo decurrentibus, ut in veſtigiis apparerent: quæ, ut ipſi poſtea aſſeruerunt, multum putredinis fœtorem dabant. At ubi inviolabilis Dei laus expleta eſt, cum magna jocunditate & concinentibus omnibus hymnidica voce Te Deum laudamus, adjungentes dulcem campanarum melodiam, deferunt illum ante S. Richarii roriferum mauſolæum. Et quia nec ſedere poterat, nec ſe vertere in aliud latus, mattulam *n* ipſi ſuppoſuere: & ſic poſt omnia expleta, omnes pariter ſuo ſe clauſtro dederunt. Et poſtquam primæ diei Horæ divina laus peracta eſt, Fratres adeunt ipſum, percunctantes curioſitate humana, ſi aliquid ante vidiſſet dignum dictu, in ipſo ſuæ vocis ictu. Tum ille: Cum vobis almifici officii celebrantibus magnificas laudes, ingreſſus fuiſſem hanc venerabilem domum, reſedi ubi me poſtea proſtratum inveniſtis jacere: cumque diu vigilarem ad opus intemerati officii, ſubito ingens me invaſit ſopor. Et ecce duo venerabili canitie viri, candidis induti veſtibus, his me vocibus alloquuntur: Cur piger dormitas, & non audis ea quæ recitantur? Et cum ego, horum timore perculſus, deponere ſomni inertiam tentaſſem, apprehenderunt me unus per pedes, & alter per ſcapulas, & ſic extenderunt, ut me proſtratum inveniſtis. Horum gratia, talem me ſcitote prorupiſſe in vocem. Et cum interrogaretur quid illi viſum fuit, qui poterant eſſe tales magnifici viri; reſpondit ſe ignorare. Et Fratres omnium Largitori bonorum, qui Sanctum ſuum mirificat, conſona voce cordis obtulerunt laudes, fletibus eas conſecrantes. Qui perfectam conſecutus eſt ſanitatem, & uſque ad ſupremas finis ſui metas permanens circa monaſterii limina, paſtus eſt eleemoſynis Fratrum.

contractus 2 aut 3 annis.

ſubito ſanatur.

B

m

n

C

9 Femina, nomine Bethania, de villa vocabulo Altiſwico, contractis manibus adeo ut ungues infigerentur mediæ palmæ, venit in vigilia ſacræ Nativitatis Chriſti ad monaſterium S. Richarii ob ſui medelam: ibique, propter ipſius interceſſionem, in Miſſarum celebratione ipſius diei, propriarum recepit manuum ſanitatem. Homo quidam de villa prædicta, cum caſu accidiſſet eum potare cum quibuſdam latronibus, ipſe tamen dum inſcius eorum malitiæ fuiſſet, comprehenſus eſt cum eis, & in villa *o* Dulcurio, quæ circiter trium leucarum ſpatio diſtat à monaſterio, Paſtoris noſtri nervo mancipatus: qui uſque eo illic jacuit, nullum habens fidejuſſorem, donec omnia ſua contraherentur membra. Quod cuſtodes conſpicientes, & minime ſuum in eo lucrum conſiderantes, cuſtodia relaxarunt: quem ſui propinqui tollentes, ſecum ad prædictum prædium detulerunt. Poſt aliquod vero temporis ſpatium viſum eſt illis, ut ad ſuffragia Patris noſtri ferri debuiſſet, credentes illum inibi ipſius interceſſionibus obtinere ſanitatem. Nec divina illos credulitas fefellit. Nam ponentes illum in carrucam, illuc perduxerunt: cum autem ibi fere anni revolutionem duxiſſet, præcipuis meritis B. Richarii meruit congruam nanciſci ſanitatem. Quædam femina, de poſſeſſione nuncupamine *p* Longo, contractis manibus, in ſolennitate Chriſti Confeſſoris priſtinam adepta eſt ſoſpitatem.

AUCTORE ALCUINO EX MSS.

Item tres contracti curantur:

o

E

p

10 Puella cæca à nativitate, trium pene annorum continens metas, cui pater Juſtinus, mater vero Grimberta vocabatur, de villa Prineres, allata eſt à ſuis parentibus ad celebrem B. Richarii feſtivitatem. Quam cum illic, in ipſius diei vigilia, inter mœnia quæ Paradiſi *q* nomine vocantur, cuſtos eccleſiæ à ſuis tentam comperiſſet; cognitos ſciſcitatur, quid illi accidiſſet; & ipſi rei ordinem pandunt. Quos ille hortatus eſt inſtanti Omnipotentem oratione depoſcere, quatenus illorum pignori miſericordiam ſui præſtare dignaretur. Et accenſo candelæ lumine, ipſius aſpectui dando obtulit: at illa porrecta manu apprehendit candelam. Cui ſubſequendo obtulit pomum, ipſumque nihilominus eodem ordine ſumpſit. Et ita his duobus indiciis perfectiſſimam conſecuta eſt viſionem. At illi nimio timore perculſi, unanimiter ex intimo cordis laudes dederunt Deo.

q

cæca videt.

ANNOTATA.

F

a *Mortuo anno* 814, *die* 28 *Ianuarii Carolo Magno, ſucceſſit filius Ludovicus Pius.*

b *Nomen loco per contractionem* Sidrudis *vulgo* Sorres, *prope Monaſteriolum oppidum vulgo* Montrueil.

c *Quid hujus ſcriptoris ævo ſignificarit* fuſtis, *patet ex abſtracto* fuſtaye *etiam hodie uſitato, pro celſis & proceris arboribus.*

d *In Chronico Hariulfi lib.* 3 *cap.* 1 *hæc narrantur & traduntur* inventæ reliquiæ, quaſi capillorum & barbæ abraſiones.

e Elizachar fertur, *teſte Hariulfo cap.* 4, Gemmetici quoque monaſterii Rector fuiſſe. *Sed hoc dubium nobis faciunt Sammarthani, qui Gemmeticenſem hujus nominis Abbatem coævum faciunt Carolo Magno, an.* 800. *Fuerunt autem hoc eodem tempore plures alii illuſtres hujus nominis viri: nam & Freculphus, Epiſcopus Luxovienſis, gloriatur* præceptore Eliſacharo, *dedicans ei priorem tomum ſui Chronici; & B. Benedictus Abbas Georgio Anianæ Abbati Eliſacharum laudat* Helizachar, præ omnibus amicum fideliſſimũ Canonicorum, *juberque ſuo loco eum haberi; & in charta Ludovici pii, anno regni nono, nominatur*, inſignis vir & Abbas Elyſachar de monaſterio S. Maximini *prope Treviros*;

Varii Eliſachar.

AUCTORE ALCUINO EX MSS.

Trevires : imo ipſius Ludovici Archicapellanus ſeu Cancellarius vocabatur Helizachar, ad vicem *cujus* Durantus Diaconus recognovit *eas omnes chartas, de quibus agitur in Apologia præliminari ad Tomum 2. cap. 1 num. 26 : qui vel omnes vel plerique diſtinguendi ab invicem ſunt, nec ſine fundamento in unam perſonam conflandi, obſiſtentes, ſaltem veroſimiliter profeſſionum ac locorum diſcrimine*

f *Forſan deeſt aliquid : & videtur intelligi Oeconomi vel Cellerarii munus.*

g *Hoc fontis impetrati miraculum refertur etiam ab Hariulfo, lib. 1 Chronici cap. 12 ; & præponebatur aliud, quomodo ibidem* S. Richarius à nive intactus remanſerit.

h *In Mſ. noſtro,* Quentowig, *aliis* Quentawic, *nunc* portus Stapulæ, *vulgo* Eſtaples, *ad oſtia* Quantiæ *fluminis.*

i Vinaticum *hic accipitur, vel pro eo quod nunc à Francis dicitur* Vendange, *vindemia : vel pro eo quod medio ævo etiam vocatur* Vinagium, *& ſignificat tributum vini cauſa præſtandum, puta decimas, ipſa in ſpecie monaſterio debitas, aut quid ſimile.*

k *Adhuc appellari* les terres de Villers, *licet vicus ſit deſtructus, monet Mabillon : quin & alium ejuſdem nominis ad Orientem, uno ſolum milliari diſtare à Centula.*

B l Ergnie *jam dici annotat idem Mabillon.*

m *Additum menſis Auguſti nomen facit, ut ſolum hic intelligi poſſit dies Dominica, non Paſchalis : quod idem proinde dicendum eſt infra num.* 12.

Matta *an à Græco ?*

n *Quod* Mattula *ſit diminutivum à* Matta, *perſpicuum eſt, nemine monente : ſed vocem ab origine Teutonicam, imo & Gallicam eſſe, moneri debent, qui à Græco* μάσσω ſubigo *etymologiam ſumunt, quaſi eos pudeat agnoſcere verbum, quod non ſit à Græco Latiniſve emendicatum. Vocem illam veteribus ante Romanos Gallis, cis atque trans Alpes, uſitatam fuiſſe pro ſtorea ex junco confecta, & ab his deinde admixtam latinæ linguæ, diffundente ſe ſimul ac deficiente, credibile facit vetuſtas auctorum ea voce utentium : quod autem eadem nunc quoque utantur Teutones, à quibus olim deducti Franci, ſolum oſtendit hanc radicem, communem Gallis Germaniſque fuiſſe, ut alia infinita. Hodierni Franci malunt dicere* natte : *ſed initialis littera integritatem adhuc ſervant in* Matelás, *inde ducto vocabulo. Sicut autem inſulſum eſt à Græco* μάσσω *derivare* matta, *& peregrinum facere, quod eſt & ſemper fuit domeſticum ; ſic ab eodem* μάσσω *inſulſe ducitur verbum Francicum* Matter *laſſare ; ſiquidem etiam hodie* laſſus *& viribus exhauſtus atque defectus Teutonice dicitur* mat.

o *Vulgo* Donquovit.

C p Longuet *nunc dici, indicat Mabillon.*

q *In illis fuiſſe altaria tria SS. Michaeli, Gabrieli & Raphaeli dicata, habent Acta S. Angilberti* 18 *Febr. num.* 15. *Eſt autem* Paradiſus, *atrium, patenti ante eccleſiam areæ circumductum : cujuſmodi adhuc & nominantur & viſuntur in pluribus Germaniæ locis. An quia ipſa eccleſia comparanda ſit calo ? Crediderim. Non item à* Paradiſo *duci Francicum* Parhuis, *propylæum : hoc enim componitur à* parer, *ornare ; &* huis, *oſtium.*

CAPUT II.

Sub Ludovico Abbate. Corpus alio delatum, & relatum. Varia miracula.

a 11 DUm cœnobii Centulenſis Abbas *a* Ludovicus teneret regimina, ob malignorum timotem Danorum, quos Sequana illis alebat temporibus, quorum Princeps fuit *b* Raginerus, multa monaſteria circumjacentia affinitati ipſius littoris, necnon villæ fœcundæ priſtinum amiſere decorem. Nam ſupradicto tempore templa eccleſiarum ſuum depoſuerunt ornatum, & una Deo ſervientium multitudo horum caninâ turbata rabie, fugam expetivit,

b

ob irruptionem Normannorum,

univerſa auferens ſecum quæ ad venuſtatem pertinent altaris. Nec iſte ſolum turbo fervorem ſui ſævi rheumatis propinquis quibuſque locis afflavit, ſed etiam longinquiora ipſius flatu commota ſunt : eo enim peſtifero rumore & monaſterium hoc concuſſum eſt. Quod intantum obtinuit, ut non ſolum facultates eccleſiæ, verum etiam ipſum intemerabilem theſaurum corporis S. Richarii contigit fugam inire. Nam Fratres, qui ibi ad ſerviendum Deo aderant, tollentes illud diſceſſerunt, paucos loci cuſtodes relinquentes : qua diſperſione circiter trium hebdomadarum tempus ſuſtinuerunt. D

corpus S. Richarii alio delatum,

12 Poſtquam autem placuit ei, cui omnia bona ſubſtantialiter adſunt, accidens eminus latet, conſuetam opem minime linquere, exercuit id quod illi ab æternitate inerat. Nam miniſtros ſuos, quibus utitur juſtitia ſua ad vindictam noſtram, quia in multis offendimus omnes, copioſa ſua clementia fecit petere aliarum ſedes regionum. Quod poſtquam geſtum eſt, viſum eſt Dei famulis iſtius cœnobii, non debere diu abeſſe tam honorabilem theſaurum à loco unde fuerat ſumptus ; & in quadam die Dominica, qua à fidelibus Reſurrectio Chriſti celebratur, induti *c* candidis ſericis veſtibus, cum *d* flaminibus & crucibus & omni decore compoſiti, gaudioque inenarrabili ſpiritalis lætitiæ repleti, in hymnis & laudibus Dei intulerunt beatiſſimi Richarii pretioſum corpus, ubi ante noverant fuiſſe. Quo comitatu non minima pars Pontivæ adfuit regionis, congratulans de tam magni reditu ſui Patroni. In quo felici itinere, duo omnipotens Deus præclara miracula ob honorem ſui Militis oſtendere dignatus eſt.

& poſt illorum diſceſſum relatum :

c d E

13 Quidam enim homo, nomine Gotſelinus, quem ſanguis nobilium genuerat parentum, à fæva erat poſſeſſus clade paralyſis, ita ut omnium illi uſus membrorum denegaretur. Qui poſtquam comperit Sanctum Dei deferri ad locum priſtinum, rogavit ſuos ut comitem ſe facerent hujus felicis itineris, credens ibi ſui nanciſci corporis, per merita ipſius, ſoſpitatem. Quem, quia aliter proprii domeſtici iter agere non valebant, impoſuerunt mitiſſimo equo, & ex utraque parte tenentes duxerunt. Qui ubi eminus conſpexit feretrum, in quo nobile illud margaritum à ſuis vehebatur Sacerdotibus, cum omni fideli turba proſequente, ſtatim confeſſus eſt ſe levius habere. Cum autem illum ſui ſervi de equo voluiſſent deponere, minime conſenſit, ſed magis voluit per ſe deſcendere : jam enim ſenſerat clementiam Dei in ſe factam orationibus B. Richarii ; & pedibus, ſicut valuit, obvius inceſſit, nullo ſe ſuſtentante : & ubi appropiavit, quantum eſt interſtitii jactus fundæ, adoravit Deum in Sancti ſui gloria, toto corruens in terram extenſo corpore, crebro Sanctum Dei invocans, ut ſuis meritis dignaretur illi conferre ſanitatem animæ & corporis. Ut autem ſurrexit de loco, ita ſanus effectus eſt, ut pedibus ſine ullius adminiculo ſecutus ſit tam optabilem theſaurum, uſque in locum ſuæ depoſitionis : & poſt Miſſarum ſolennia expleta, equitando ad ſua reverſus eſt ita incolumis, ut nullam læſionem ſuorum ſentiret membrorum. F

tunc ſanantur paralytici,

14 Cuidam Landrico nomine erat ſervus, obtinens vocabulum Magimbertus, quem adeo dira paſſio angebat hydropica, ut inhabilis haberetur ad omne opus, vixque è loco moveri potuiſſet, poſitus in monaſterio ubi *e* tornale opus exercebatur. Poſtquam vero jamdictus pretioſus theſaurus mœniis monaſterii appropinquavit ; quidam è famulis qui ibi aderant, hortati ſunt eum ut ſecum procederet obviam corpori B. Richarii, ibique ſperare ſe, pro certo poſſe illum obtinere congruam ſanitatem. Quibus ipſe velut excuſando ; Videtis, ait, quia de

& hydropicus :

e

A de loco in quo nunc jaceo, non valeo me in gradus erigere; & quomodo cogitis me ire ubi non posſum? Cui profeſſi ſunt ſe inferre juvamen, tantum ut ipſe aſſenſum præberet. Qua importunitate illorum convictus, illis ſuſtentantibus, utcumque valuit, illuc ſuos direxit greſſus: ſed antequam ad portam perveniret, quæ reſpicit Aquilonaria ſigna, obviam habent chorum pſallentium ante intemerabilem theſaurum corporis Patris noſtri: procidenteſque adoraverunt. At ubi Sacerdotes, quibus cura erat delegata ferre jam dictum honorabile margaritum, è regione perveniſſent, ille hydropicus exclamavit, dicens ſe à quodam Sacerdote calcari qui portabat feretrum. Quod aliter conſtat fuiſſe. Qui poſtquam ſe erexit de loco in quo jacuerat gratia orationis, viſum eſt ei quod perfũderetur, quaſi de pleno cacabo atque bulliente, à vertice uſque ad pedes, & ita priſtinam conſecutus eſt ſanitatem. Qui multo poſtea ibidem manſit tempore, perfectiſſimè ſanus.

15 Miſerator & miſericors Dominus, qui multiplici radio pietatis genus illuſtrat humanum, divini medicaminis antidotum corpori atque animo adhibens conſecratum, ipſe quoſdam, à peſte ægritudinis

B curatos, unctione interius alloquitur, ita ut in propatulo conſiſtat, quid interius egerit flamma ſuper-næ accenſionis: quoſdam vero ſolo curationis intuitu reſpicit, unctionis præmio minime conceſſo, qui cordis ſui pravitates ſequi videntur, ingrediunturque quo ſe tentatio ducit. Nec eſt in his omnipotentia Dei deroganda, ſed potius miſericordia

Puer nobilis Sancto oblatus, laudanda, ac juſta judicia tremenda. Denique & quod Deum diximus miſericorditer quoſdam poſt curationis vulnus unctione alloqui, miraculo ſubſequente luce clarius patebit: tale eſt enim hoc cælitus actum, quale nequaquam decet eſſe litteris prætermiſſum. Quidam generoſi ſecundum mundi hujus habitudinem parentes, ſepti non ſolum obſequiis ac honoribus pluribus, ſed etiam divinæ fidei imbuti ſacramentis, detulerunt in cunabulis filium unice dilectum, nomine Albricum, ad almifica Patris noſtri ſuffragia: qui puerulus quaſi paralyſeos paſſione angebatur, adeo ut incongruus, ad omnia quæ illa ætas ſuſcipit, haberetur: qui etiam in vocis

liberatur à paralyſi, obſtaculo laborabat, & nec unius ſoni verbum percutere linguæ flagello valebat. Quem ante mauſolæum Chriſti Militis ponentes, votis ac promiſſionibus ſuppliciter devoventes, ut ſi priſtina incolumitate Dei auxilio ac Sancti ſui imploratu fungi mereretur, Domino mancipari atque loci ipſius Patronò

C ſub monachica norma deberet famulari. In cujus devotionis titulo, ſumpta forcipe, caput inſtar coronæ totonderunt, ea conditione vel tenore, ne in reliquo ab hac profeſſione retro pedem ventere valuiſſet. Denique altaria, quæ in eccleſia B. Richarii fuerant, necnon in S. Mariæ, omnia palliis veſtierunt. Jacuit autem inibi tota nocte, in quo parviſſimo poſitus loculo, Chriſti clementia eum tangente ac miſericorditer eum proſpiciente, per hu-

& votum parentum complet monachus factus: f jus Sancti ſuffragium adeptus eſt omnium artuum ſanitatem. Linguæ vero quædam connexio ſuperſtes extitit, qua tamen, veluti ſibi adjacet, verba ſolet proferre. Qui ad horam cujuſdam temporis ad domum parentum reductus, ac congruo *f* ſeu æquo tempore reductus, dignius ac honorabilius Domini ſervitio eſt mancipatus: qui hactenus id votis necnon profeſſionibus exequitur, ad quod ſuorum aſſenſu primitus traditus fuerat parentum. Nam ſicet linguæ præpediatur obſtaculo, mens tamen ſedula geſtit habitare in cælis: & quod oris officio ex integro non utitur, cordis penetrale inde auctius cæleſtibus fruitur. Et hoc eſt quod ſuperius prælibavimus, quoniam qui unctione tangitur, ne-

ceſſe eſt ut mente ſupernis ſolidetur: hunc autem credimus, ſi viſus non fallit, ea agere quæ divina pietas creditur amare: & ut in his fixo gradu perſiſtat, uſque ad finis ſui metas miſericordia Dei pro illo eſt imploranda. AUCTORE ALCUINO. EX MSS.

16 Inops quoque quidam, nomine Bertoldus, duobus orbatus erat muneribus, videlicet viſus & greſſus. Qui aliquamdiu à g Novæ-villæ accolis, quæ ſita eſt ſecus muros monaſterii, in quodam poſitus tugurulio, parcimoniam victus conſequebatur. Sed poſtquam deſeruit illam ſtationem, adiit mœnia monaſterii, & ſimili ritu degere cœpit. Cum autem illic ferme anfractum anni duxiſſet, una dierum, tempore jam imminente veſpertinæ ſynaxis, cœpit circumquaque ſuis validiſſime torqueri membris. Cum vero veſpertini officii auretenus ſignum primum nolæ percepiſſet, velut quivit, illuc ſuos direxit greſſus genuum. Et cum in eccleſiæ ſinu aliquantiſper ſubſiſteret, & quaternorum *h* melodia Pſalmorum compleretur, ventumque eſſet ad ſacri concentum Euangelii, ſtatim ille exclamavit voce magna, corruens in terram extenſo corpore: & ubi laus ipſius ore completa eſt, delatus eſt induſtria Fratrum, concinentium Te Deum laudamus, ex alto cordis ſuſpirio & ſignis concrepantibus, ad ne-

E ctareum ſpiritali flore ſepulcrum almifici Richarii. Qui pleniter greſſuum conſecutus eſt dignitatem, oculorum vero munus ex aliquanta parte: nam intantum viſum recepit, ut iter ſuum de proximo valeret intendere, qui uſque ad terminum ſuæ mortis permanſit circa monaſterii januas, utens eleemoſynario pane hoſpitalis. *caecus & debilis pedibus jungitur:* g *h*

17 Quidam ex Fratribus noſtris, cujus induſtria multa alia ex virtutibus B. Richarii didicimus & relatu, hæc nobis inter cetera intimavit, quod quædam femina dum in conjugali maneret vita, oculorum lumine privata eſt. Hæc dum diu in hujus calamitatis eſſet ærumna, & ſe impotentem in ſervitio debito *i* mariti conſpiceret, deprecata eſt virum ſuum ut eam relinqueret, licentiamque daret velum ſuo capiti imponere; affirmans ſe per viſionem monitam, ut in monaſterio S Richarii apud S. Mariam acciperet velum capitis more monialium, & ut ab ipſo deinceps aleretur victu eleemoſynario humiliter poſtulavit. Quod ut ille audivit, conſenſit: acceptâque congruâ ſuæ manus exeniâ, à Domino ſuo, in cujus famulatu degebat, iſtius rei meruit nanciſci licentiam; & ſumpto ſibi quodam amico comite itineris, ad prædictum pervenit monaſterium. Et

F cum ibi cum eulogiis pro ſua poſſibilitate ante Præpoſitum monaſterii perveniſſet; omne ei ſuum deſiderium aperuit, & ut ſuo imperio velaretur ſuppliciter ſuggeſſit. Cujus ut vidit immobilem affectum Præpoſitus, aliquamdiu dubitans, hoc ſuum non eſſe dixit, tandem nec prohibuit: ipſaque à ſuis adducta ad baſilicam B. Mariæ *k*, ut ipſa pertierat, jamdictum habitum ſuſcepit. Cum vero in ipſa die reverteretur, ubi cœpit appropinquare villæ; quæ Mons-Angelorum *l* vocatur; Videtur mihi, ait, quod ante nos ſit mons quidam & ſuper illum eccleſia, cujus à me turricula conſpicitur. Quam cum deriſorio verbo ſuus jamdictus familiaris ſubſannaret, nec illam tantum videre ut pedem de loco in alium poſſet mittere, confirmaret; Dimitte me, inquit, & tunc aſſerta mea vera apparebunt. Ut autem dimiſſa eſt, rectiſſime per callem inceſſit, illud aſſidue ore volvens: Deum laudo, quoniam per merita Dominæ meæ S. Mariæ & B. Richarii, lumen mihi reſtitutum eſt meorum oculorum. Intantum vero hoc munere ditata eſt, ut adinſtar prius videret. *cum licentia mariti,* *k* *recepta ad habitum,* *l* *illuminatur:*

AUCTORE ALCUINO EX MSS.

18 Cum quidam vinctus à ſuis duceretur cuſtodibus, contigit eos per monaſterium ſancti viri tranſitum habere. Cumque ibi facta oratione rurſus iter carpere tentaſſent, ille vinctus elevavit vocem his verbis: Domine Deus & S. Richari, adjuva me. Quem ſuperba mente quidam cuſtodum compeſcuit, dicens: Non te hodie adjuvabit S. Richarius, quem tu invocas. Sed antequam atrium monaſterii exirent, ſolutus eſt vinctus ſponte, & curſu rapidiſſimo aufugit in baſilicam Chriſti Confeſſoris, ibique ſalvatus eſt; atque illico tranſitoria vox ſuperbiæ corruit, humilitas vero interceſſionibus S. Richarii elevata eſt.

vinctus in eccleſia S. Richarii ſolvitur;

19 Erat quidam peſtifer homo, latrocinii operarius, nomine Dierbertus, qui in villa ſupradicta Dulcurio vinculis publicis truſus eſt. Ubi dum prolixo cruciaretur tempore, & nullum ſuæ relaxationis fidejuſſorem haberet; nullo de illo curante propter ſua crebra mala opera; cœpit relaxari aliquo modo à cuſtode ipſius ſupplicii, nomine Goifrido. Nam ſumpto eo & catenato vinculis ligneis, induſtria mechanicæ artis ita patratis ut collum & manus implexæ illis eſſent, ducebat per metentes, per quaſque etiam domos, non tantum ob iſtius ſuſtentationem, ſed potius ut ipſe inde aleretur. Cumque aliquo hoc faceret tempore, contigit eum etiam ad monaſterium S. Richarii hujuſmodi negotio venire: erat enim illo tempore indictum jejunium, & Fratres cum ceteris fidelibus Cruces ſequebantur. Cum vero reverterentur, & in mœnia quæ ſunt ſecus eccleſiam ex parte Occidentis, quæ obtinent vocabulum Paradiſi, perveniſſent; prædictus Goifridus una ſecum illum vinctum tenens affuit, ſperans in ipſius eleemoſyna more conſueto ſibi furtivum emolumentum acquirere. Sed omnipotentis Dei clementia vertit illud reciproca vice: nam qui antea plurimorum oculos fefellerat, & ea quæ dabantur, non illi, ſed ſibi temere uſurpabat; eo modo ipſe deluſus eſt. Cum enim ad interiora iret eccleſiæ, gratia audiendi divinum officium Miſſarum, & prædictum vinctum ante januas baſilicæ reliquiſſet; interceſſionibus ſancti Confeſſoris ſoluta ſunt ſponte vincula, & celeri curſu ſeſe in eccleſiam dedit, ibique Dei protectione ſui quoque militis imploratu, liberatus eſt.

item alius,

B *à ſuo cuſtode circumduci ſolitus pro eleemoſyna cauſa.*

20 Puella de villa, nomine *m* Durcapto, contractis omnibus membris, delata eſt in parvis ſcalis ad Patris noſtri ſolennitatem: quæ, dum myſteria Miſſarum ipſius celebrantur diei, meruit priſtinam adipiſci ſanitatem. Item puella, ſimili morbo contractionis poſſeſſa, allata eſt ad B. Richarii feſtivitatem, quæ inibi propriam conſecuta eſt medelam.

m

Contracta 2 ſanantur.

C

ANNOTATA.

a *Elizacharo Abbati ſubrogatus* Ribbodo, *& huic* Ludovicus *anno* 844, *ex regia proſapia oriundus.*

b Raginerus, *apud Acherium* Ramerus: *in Fragmento Chronici Fontanellenſis dicitur ad annum* 845, Ragnerus Dux Normannorum cum claſſe ſua Pariſios veniſſe: *& Aimoinus lib. 1 Miraculorum S. Germani Epiſcopi Pariſienſis appellat* Raginarium Ducem Normannorum, auctoremque totius mali.

c *Ms. Reginæ Sueciæ*, candidiferis veſtibus.

d *Fortaſſis* Flanonibus *ſeu* Fanonibus: *hæc enim ſunt vexilla ſeu labara proceſſionalia, veteribus Francis Teutonibus per terminationem augmentativam ſic dicta, à primitivo* Flân *aut* fân *ſeu* vân. *Hinc vexillum ſacrum, Francorum Regibus contra infideles moturis olim tradi ſolitum,* Oriflanna, Auriflamma, *ſeu* Auriflamba *dicebatur, ultima conſonante, vel integra vel in affinem mutata, ut ſæpe uſuvenit; prima autem compoſiti parte vel ab* auro *ſumpta, cujus ornatu à ceteris vexillis diſtinguebatur, vel à particula* ôr, *primatum in compoſitis ſignificante, quod patet in* Orſake, Orſpronk, orboir, orcond, *aliiſque ſimilibus, primam cauſam, ſcaturiginem, id quod utiliſſimum, quodque notiſſimum eſt ſignificantibus vocibus. Neque refert etiam Latinis notum fuiſſe* Flammeum, *id eſt peplum ſeu velum nuptiale: nam preterquam quod res admodum diverſa ſit, vexillum & peplum; poſſumus docere evidenter Latinam linguam, uti nata eſt in confinio Graconus, Tuſcorum & Vmbrorum (qui fuere Gallorum progenies) ſic eam à duabus poſtremis nationibus accepiſſe partem bonam vocabulorum, Græcis vocabulis permiſcendorum: ut proinde primitus à rádice Gallica fluxiſſe potuerit* flammeum: *nam & Dionyſius Halicarnaſſeus teſtatur, Romanos lingua uti* nec perfecte Græca nec omnino barbara.

D

e Tornale opus, *à Francico* Tourner, *vertere; quod hic de aliquo genere molæ ſive rotæ intelligendum videtur.*

f *Impreſſum erat:* ſuo equo, *ſed patet hic aliud non indicari, quam quod educationis cauſa reductus domum, adultior traditus ſit monaſterio, ex more ſic oblatorum.*

g *Vulgo* la Neuf-ville, *exigui rivuli interjectu à monaſterio jejuncta, ad latus ejus occidentale.*

h *Benedictini officii ordo in Gallia quatuor Pſalmos tantum adhibet ante lectionem Capituli: ſed quomodo Capituli lectio hic vocetur* ſacri concentus Euangelii, *non aſſequimur ex Ordinis iſtius Breviariis, quæ aliunde quam ex Euangelio deſumpta Capitula paſſim proponunt.*

E

i *Impreſſum quidem eſt* manſi, *quod pradium ſignificare poteſt: ſed* mariti *eſſe legendum perſuadet Ms. Antuerpienſe, ubi dicitur* in ſervitio debito ſponſo: *& hoc ipſum exigunt verba mox ſequentia.*

k *Notat Mabillon non fuiſſe hic tamen conventum monacharum: adeoque concludit, eam ibi juxta eccleſiam monachorum habitaſſe velut devotam aut tertiariam.*

l Mons-Angelorum, *poſtea* Nubis-mons, *vulgo* Nuemont *dictus, ob nubem quæ Centulenſes monachos, S. Richarii corpus Monaſteriolo referentes, ab illius loci incolis armatis diviſit ac protexit.*

m Durcaptum, *vulgo* Drucat *in Indice poſſeſſionum, apud Hariulfum.*

LIBER SECUNDUS.

Miracula tempore ſcriptoris facta.

CAPUT I.

Altera irruptio Normannica. Corpus alio delatum & relatum. Varia miracula.

F

1 HActenus, quamquam ſtylo imperito veritatem harum executi ſumus rerum; ea tamen nos conſtat poſuiſſe miracula, quæ fidelium relatione teſtium nequaquam ſcrupulum dubietatis cuilibet devote legentium credimus afferre. Nunc deinceps ea ponenda ſunt, quæ coram poſiti vidimus; in quibus extrinſecus perſona teſtimonii non quæritur, propria nos conſcientia in omnibus inſtruente. Exiſtunt enim quædam his inſerta, quæ diverſis in locis exſtitere patrata, eo modo vel tenore nobis velociter relata, ut eorum dictis ita animus ſolidetur, acſi nobis fuiſſent præſentibus acta.

Auctor ea quæ vidit, hic ſcribit.

2 Anno Incarnationis Dominicæ DCCCLIX, Indictione octava, depopulata eſt dira clades non minimam Franciæ partem. Nam mare eo tempore, quamvis ſub quibuſdam aſſidue obſcuris ſignificationibus illud minime ceſſat exercere, *a* nudum ſuum ſuis oſtendit vicinis affectum: ea enim tempeſtate alumnos proprios, quos ſui tabo nutrierat fellis, velut parturiendo evomuit. Heu quam ſæva illius gemina parturitio, id eſt ſignificativa & detecta! Quarum

Normannis Franciam vaſtantibus,

a

A rum prior ſuum conſtituit eſſe in rapiendis animabus,
b & ad infimum ſui ſævi fluminis mergendo *b*: ſequens autem jura ſuæ tranſgreſſa eſt naturæ, & pro affectu pio utitur homicidiis cruentis. Nam quæ aliquando ſuavem ſolebat ſuis finitimis deferre paſtum, nunc mortis præſtat interitum: & unde olim enormis educta fuerat ſaturitas, inde nunc nigra egreditur fames.
c Nam tempore ſupradicto dira *c* Danorum manus, late maris æquora contexit ſuis de navibus, adeo ut feræ ſilveſtres putarentur malis ſurſum porrectis: quorum popularitate monaſteria deſtructa, civitates diſſipatæ, villæ radicitus corruerunt: & (quod nequius eſt) ipſa hominum, nec minus popularium quam ſervientium Deo multitudo, turpibus traditur canibus: & ipſos partim trucidant, partim prædæ dirigunt ſuarum navium, partim etiam trucibus necant flammis. Qua peſtilentia contigit obvolvi & monaſterium S. Richarii. Nam monachi qui ibi theoricæ ſubtile arripuerant iter, diſperſi ſunt velut oves præſentia torvi lupi: qui huc illucque diffugiendo, diverſas ſuarum viarum calamitates perpeſſi ſunt: at noviſſime adepti ſunt habitationis locum in territo-
monachi Centulenſes fugiunt: rio cujuſdam Deo devotæ feminæ & beneficæ, nomine Hengilradæ, obtinente vocabulum Podervais;
B ibique ſupradictæ feminæ largitione non paucos duxere dies. Et cum fere perageret bis trinos ſolaris gyrus menſes in iſtius ſævæ miſeriæ tempore, recordatus eſt Dominus, per interceſſionem ſui Militis, ſuorum in magna anguſtia poſitorum ſervorum: nam
d quadam nocte Dominica, qua tunc à Fidelibus *d* Septuageſima colebatur, iſtiuſmodi declaratum eſt. Erat quædam anus in ſupradicta villa, quæ eleëmoſynis antedictæ feminæ paſcebatur, quæ talem ſe retulit viſionem vidiſſe. Cum enim ſe, ait, ſilenti dediſſet
revocantur à B. Richario: quieti, nocte eadem adſtitit quidam veneranda canitie ſenex, veſtibus indutus candidis velut nix, ferens in manibus aureum baculum: quam vir ſanctus pulſando interrogavit, ubi Centulenſes monachi fuiſſent. At illa, quamvis per viſum, ut poſtea retulit, timebat aliquem ſpeculatorem Danorum fuiſſe, & omnino ſe negavit ſcire. Cui ille ſecunda vice; Noli timere, ait, ſed indica mihi ubi ſunt. At illa reſpondit: Confiteor me nunc minime ſcire illorum conventum, ob malignorum timorem Danorum, quos hac illac diſcurrendo fugiunt; ſed tamen quam ſæpiſſime huc ſoliti ſunt ad mœnia meæ dominæ convenire, cujus eleëmoſynis alor. Cui ille ſubjungendo, Vade, ait, & dic ſervis meis: Nolite timere. Ego protegam & cuſtodiam, nec amplius patiemini iſto
C tempore malorum inſidias Danorum, & loci mei defenſor extiti ab omnibus ingruentibus preſſuris: nam ex eo tempore, quo vos illinc exiſtis, ego remanſi & cuſtodivi ab omnibus adverſis: voſque cito revertemini ad priſtinum veſtrum locum. Illa autem retulit quibuſdam Fratribus illam felicem viſionem. Quæ cum ad aures plurimorum perveniſſet, repleti ſunt inenarrabili jucunditate, gratiarum Deo laudes offerentes, qui ſuorum ſemper ſervorum in anguſtia poſitorum recordari dignatus eſt, per Sancti ſui interceſſionem. Quam viſionem rei exitus probavit. Nam poſtea nec adeo ſævit malitia Danorum, nec Fratres Centulenſes pavore eorum diverſas manſionum ſedes mutaverunt, ſed parvo tempore tranſacto, ſuo ſe mari
e dederunt *e* diſcedentes. O quam clemens exiſtit B. Richarius ergo ſuos, qui dum adverſa patiuntur, adeſſe eis dignatur benignus conſolator. Cujus interceſſionibus clauſtra ſui monaſterii cuſtodita ſunt, ſervi ſui famulatus protecti, eminus inſidiæ Danorum fugatæ.

ſolitus eccleſiæ bona diripere, 3 Nec illud videtur ſilentio tegendum, quid etjam in pago Beluacenſi divina operata eſt clementia, ob reverentiam B. Richarii. Eſt quoddam prædium illic, nomine Civinocortis *f*, quod ſubjacet monaſterio illius, & in Fratrum ſorte ſitum eſt. In hoc habetur eccleſia in honore ipſius & manſus dominicus ex una parte eccleſiæ, & ex altera Presbyteri, cui ipſius eccleſiæ gubernacula committuntur. Hanc dum teneret Wariculfus Presbyter, pervius quoque locus haberetur per eccleſiam ex manſo Dominico in manſum Presbyteri. Erat illi famulus, qui propter ſuę parvitatis ſtaturam nomine utebatur diminutivo, hoc eſt Martinellus, qui horas ſui furti captabat congruas, hoc domino ſuo ignorante, nec omnino conſentiente, & quæque poterat ſuæ manui apta ex manſo dominico in ipſius manſum deferebat. Quod dum ali-
reprehenditur à jene apparente, quo faceret tempore, & ſeſe vellet ab hac temeritate minime compeſcere; contigit ut quadam die, cum tranſiret per præfatam eccleſiam ferens ligna, inveniret ibi ſenem veneranda canitie, ſtola indutum candida, cum baculo in manibus, qui eum caſtigatorio verbo prohibuit ne illud furtum amplius exerceret, nec illam eccleſiam ſuo inceſto opere magis pollueret. Quod ille mandatum pertimeſcens, ut ſolent qui noviter imperantur, implere ſtuduit. Cum autem tres vel fere quatuor menſes in iis obſervationibus ſe ſtrinxiſſet, & de die in diem paullatim hoc dimittere
E cœpiſſet, utpote quia præterita conſueverunt oblivi ſci; cœpit ut prius conſuetum repetere opus, & iterum, dum tranſiret per ſupradictam eccleſiam, ferens ſolitum furti emolumentum, ecce ſenex qui ante prohibuerat ne talia faceret adfuit, his eum vocibus
& denuo peccans alapa caſtigatur. dure compellans: Cur homo, inquit, non obſervaſti quæ tibi juſſeram, ut non furareris quæ in iſta manſione habentur, tuiſque fœdis operibus non inquinares hanc baſilicam? Et cum hac voce impreſſit illi manu ſua ingentem alapam, ita ut deorſum caderet velut exanimis. Qui uſque ad vitæ ſuæ terminum nulli operi aptus fuit, in egeſtate permanens, ita ut cutis una cum capillis illi defluerit.

4 Eſt etiam quædam villula, nomine *g* Argovillare, in pago Ambianenſe, ſubjecta monaſterio Chri-
g *Feſtum S. Richarii mulier violans punitur morte:* ſti militis. In hac dum annua celebraretur ipſius feſtivitas, contigit feminam, nomine Awindam, illius
h poteſtatis in ſervitio textrino deſudare. Quam cum ſua vicina increpatorio verbo caſtigaret, quæ non erat ex ipſa familia, cur non celebraret ſui Senioris ſolennitatem, ſed extraneis turpe daret exemplum; tale reddidit reſponſum: Non, inquiens, mihi opus eſt hanc obſervare celebritatem, quoniam multi ſervi ſui famulatus eam ſatagunt cuſtodire. Cui poſt hanc vocem morbus venenoſæ lacertæ ſive *i* panunculæ
i miſerabiliter inolevit, quo morbo tertia die vitæ præ-
F ſenti terminum poſuit.

5 Puella, nomine Gerheldis, de Villare Gemmeticenſe, in territorio, quod *k* Froocortis vocatur, ſi-
k *ſanantur, puella contracta,* tum à meridiei cardine monaſterii Patris noſtri, hoſpitium tenebat. Quæ cum aliquo tempore ibi commoraretur, incidit in peſtiferæ languorem calamitatis, quam uſque eo perpeſſa eſt, donec omnium membrorum damna contractionis lueret: in quibus manſit ærumnis fere integrum anni tempus. In quo ſuæ miſeriæ tempore, multis vicibus per ſoporem noctis hortabatur à quodam ſibi ignoto, ut baſilicam B. Richarii peteret cauſa orationis, ferens candelam ob ſui medelam. Quod illa diſtulit obedire, maxime cum
l non haberet ſolatium *l* [amicorum, quibus juvantibus poſſet] hoc peragere: ſed quot vicibus jubebatur ire, tot qualemcumque poterat invenire mittebat candelam. Cum vero feſtivitas ſanctiſſimi Richarii adveniſſet, nocte præcedente apparuit illi quidam candido vultu, qui illam juſſit minime dimittere, ut non veniret ad ſacram celebritatem ſupradictæ diei; ibique ſe ſcire abſque ſcrupulo meritis ipſius Sancti congruam conſequi ſanitatem. Quæ nequaquam

AUCTORE ALCUINO EX MSS.

AUCTORE ALCUINO EX MSS.

juſſa contempſit, ſed ut valuit implere ſtuduit. Cumque tempus nocturni officii advenit, adfuit inter alios in baſilica, qui hujus Sancti amore ex multis convenerant locis. Cum vero jam nocturni officii laus expleretur, & Matutinorum *m* ſubſequeretur, cœpit ſororcula prædictæ puellæ dormitare. At illa ut ſedebat, pulſavit eam baculo, rogans ut ſe adjuvaret, & quia omnia tremerent ſua membra indicavit: & feminæ quæ juxta eam aderant, reclinaverunt eam in gremium cujuſdam. Ubi autem cœpit pene exanimari, ſtatim projiciens ſe in terram, illico extenſa eſt. Poſt Matutinorum vero conſummata ſolennia, cum ingenti alacritate animi, in hymnidicis melodiis & ſignis concrepantibus delata eſt ad honorabile ſepulcrum beatiſſimi Sacerdotis: quæ intantum recepit ſanitatem, ut modo nihil appareat ſi unquam particeps illius fuiſſet languoris: quæ uſque hodie viſitat frequenter orationes illius, ferens velum capitis inſtar Monialium.

puer cæcus,

6 Mulier quædam detulit parvulum ſuum filium cæcum ad ſuffragia Patroni noſtri, in ipſius ſacra feſtivitate: & ubi Miſſarum illius diei ſolennia agebantur, interceſſionibus Sancti Dei meruit luce frui oculorum. Puer nomine Dodo de villa *n* Cathorto, fere duodecim ætatis continens curricula, dum quodam die reverteretur ſequens boves ab opere arandi, ecce ſæviſſimus turbo adfuit; & illum boveſque intantum concuſſit, ut in illius turbinis violentia portaretur quaſi ſpatio jactus lapidis. Nam duos boves eliſit, quorum alter damna mortis ſuſtinuit: at puerum multo tempore extra puritatem ſuæ mentis fecit eſſe, & ita contractum, ut ſe minime poſſet de loco movere, niſi ab aliquo portaretur. Quod videns mater pueri, ſtuduit eum ferre ad baſilicam Chriſti Confeſſoris: & ibi ſecus manſione accepta, id eſt in villa prædicta Froocortis, quandocumque illi poſſibilitas aderat, propter ſui medelam aliquando mittebat per alium, aliquando vero ipſe apportabat candelam. Et ubi trium temporum annorum peractum eſt, cœpit jam ſuſtentaculo iter ſuum agere, quod vulgari nomine *o* Crocia vocatur. Et iterum poſt expletionem trium annorum, cum in feſtivitate S. Richarii Miſſarum ſolennia celebraremus, præcipuis meritis ipſius meruit perditam invenire ſanitatem.

alius contractus.

Dum referuntur corpus S. Richarii,

relinquentes diſceſſerunt, & tribus circiter hebdomadis diſperſi monaſterio caruerunt. Dei autem voluntate Danis diſcedentibus aliaque regna petentibus, Fratres retulerunt Sanctum Domini in proprium locum. Revertenti Patrono occurrerunt patrienſes, de ejus reddita præſentia indicibiliter exultantes. Omnipotens certe, ut ampliorem ſui Sancti cordibus Pontivorum amorem accenderet, duo magna in ipſo reditu perfecit miracula. Quidam enim nobilis Gotſelmus, paralyſi detentus, omnium membrorum officio manebat privatus. Hic revertenti ſancto Confeſſori ſuorum auxilio geſtatus occurrit: & mox ut ejus lecticam conſpexit, ſtatim omni malo liberatus optatam ſanitatem perfectiſſime recepit. Alter quidam ignobilis, vocabulo Magimbertus, inutilis ad omne opus, & niſi ab alio moveretur uno ſemper reſidebat loco ceu truncus. Hunc quidam alii ſubmonebant, ut Sancto regredienti obviam iret, & ſalutem ſuam ab illo repoſceret. Negante iſto & impoſſibilitatem oſtentante, illi eum accipienter obviam Sancto tulerunt. Cumque proceſſio Fratrum referentium Sanctum illis è contra veniſſet; infirmus exclamavit à quodam ſe calcari; & poſtmodum viſum eſt illi quod aqua calida perfunderetur: ſicque ex integro ſanatus eſt. *Hæc ille, haud dubie ſpectantia ad annum 860, ac proinde male relata ad tempus Abbatis Ludovici, quem auctor Chronici dicit creatum anno 844 (ſeu potius 843, ſi Karoli Regis annum IV, Indictionis VI numero priori adjunctos conſideret) & quem conſtat ejuſdem Regis anno XVI, Indictione III, id eſt Chriſti 855, ſucceſſorem, & eum quidem interpoſito Nithardo Abbate forte ſolum mediatum, habuiſſe Hruodolfum, ipſius Caroli Regis avunculum. Sed nec hic uſque ad annum 860 pervenit: ſiquidem anno dicti Regis XX Abbas erat Heligandus, ut in margine Chronici ipſius notatur, juxta fidem contractus ibidem ab Hariulfo indicati. Proinde rectius intelligentur prædicta omnia ſub Heligando, non Hludovico, facta.*

ſanantur paralyticus,

& hydropicus,

an tunc Ludovicus Abbas?

f Civinocurtis, *vulgo* Chevinceur, *vicus diœceſis Belvacenſis prope Compendium, Centulenſibus etiamnum ſubjectus. Conſule Hariulfum cap 13 lib. 3.*

g *Vulgo* Argentuillors.

h Poteſtas *pro prædio, vulgo* poder, *quomodo ſuprà dicitur*, Podervais, *prædium Vaſti vel Gervaſii; magis in uſu apud Italos eſt.*

i *Eſt quidem* Panus *tumor puſtuloſus, ſub faucibus, auribus vel inguinibus enaſcens; ſuſcipor tamen pro*, panunculæ, *legendum*, ranunculæ: *ſed cauſam alterutrius appellationis, tribuendæ morbo illi peſtilenti, adhuc requiro.*

k *Vulgo* Friaucourt, *quod fuiſſe proximum monaſterio infra num. 6 clarius indicatur.*

l *Supplevimus quod videbatur deeſſe: ſi tamen doceat aliquis* ſolatium *dici pro* coragio, *id eſt* animo, *aut etiam ſcribi deber* coragium, *facile aſſentiemur nil deficere.*

m Matutinorum, *nomine videntur hic intelligi ſola* Laudes, *melius ſic nominatæ, quam qui præmittuntur* Nocturni, *ita dicti quod noctu cantarentur.*

n *Vulgo* Caæurs *dici, monet in margine, idem qui ſuperiora quoque loca indicat, Ioannes Mabillon.*

o Crocia, *ſubaxillare falcrum, vulgo* croſſe; *Teutonice* crucke; *utrumque à forma crucis ducitur.*

ANNOTATA.

a *Fortaſſe rectius* invidum *legeretur.*

b *Videtur indicare, quod mare exundaverit, & prima hæc clades præſagium fuerit gravioris, inferendæ à piratis.*

c *Geſta Normannorum ante Rollonem Ducem ad annum* 859. Northmanni monaſterium S. Walerici & Samorabrivam Ambianorum civitatem, aliaque circumquaque loca, rapinis & incendiis vaſtant.

d *Anno* 870, *Dominica Septuageſimæ cadebat in* 22 *Ianuarii: proinde Normannica irruptio accidit menſe Maio anni præcedentis.*

e *Geſta præcitata ad annum* 860, Northmanni in Somma flumine conſiſtentes, receptis obſidibus, ad Anglos Saxones navigant: à quibus repulſi, alias partes petunt. *Hic autem neceſſario ſubjungenda videntur, quæ ſcribit Hariulphus lib. 3 Chronici Centulenſis cap. 8, hactenus dicta diſtinctius explicans, & miraculis relationem S. Richarii ſecutis illuſtrans:* Cœnobio Centulenſi Ludovico præſidente ob malignorum timorem Danorum, quos Sequana illis alebat temporibus, multa monaſteria ac villæ fœcundæ priſtinum amiſere decorem: quo rumore & hoc monaſterium concuſſum eſt, intantum ut non ſolum facultates eccleſiæ, verum etiam ipſum intemerabilem theſaurum, ſancti ſcilicet corpus Richarii, contigerit fugam inire. Fratres denique illud tenentes, paucoſque loci cuſtodes

CAPUT II.

Caput S. Richarii thecæ argenteæ impoſitum. Varia miracula.

a S. Richarii caput in thecam argenteam ferintur.

7 ANno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti, octingenteſimo *a* ſexageſimo quarto, menſe Octobri, die ſexta Kalendarum Novembrium, tranſlatum eſt à Fratribus glorioſum caput S. Richarii de capſa lignea (in qua conditum habebatur propter Normannorum imminentes preſſuras) in argenteam,

A argenteam, auro gemmisque redimitam, cum honore debito ac reverentia. Ad quod divinum dum fuissemus officium, convenit etiam non minima pars famulorum monasterii, qui in diversis deserviebant officinis, ad tam honorabile spectaculum, simul se ejus sacris orationibus commendantes. Inter quos quidam è famulis, nomine Geroldus, adfuit; qui in officio coquinæ Fratrum usque adhuc deservit: qui adeo oculorum lumine privatus erat, ut vix quippiam videre valeret, & in illorum doloribus sine cessatione diu noctuque cruciabatur: cui Medicorum peritia nulla proficua erat; jamjamque ab omnibus desperabatur posse illum pristinum consequi visum. Qui cum inter reliquos gratia hujus salutiferi spectaculi advenisset, jam in ea infirmitate positus circiter anno & dimidio, &, ut ipse refert, semper sibi venisset in mentem quod per venerabilis Pastoris nostri vivifica merita deberet ei visus reddi; supplici voce Deum adoravit, &, ut sui meritis B. Richarii dignaretur misereri, ex corde contrito postulavit. Qui antequam suam compleviſſet orationem, sensit se levius habere; & ante revolutionem circuli septimanæ, ita perfectissime visum recepit, ut numquam se perfectius videre testetur.

sanantur laborans oculis,

B 8 Est quædam villa, nomine Valcellas, *b* circiter duarum spatio leugarum a monasterio B. Richarii, in qua fuit homo, nomine Madewinus, ejusque conjunx Biada, quorum filius, vocabulo Hildradus, fere septem continens annos, in gravissimam incidit *c* egestatem, ita ut nec se valuisset in aliud vertere latus: in qua dum laboraret, incurrit etiam in damna contractionis. Postquam autem quasi circulum anni in hac miseria peregit, visum est suis, ut ad *d* S. Albini suffragia ferri debuisset, quatenus ipsius meritis illi sanitas Dei clementia donaretur: est enim illius Oratorium non longe distans à prædicta possessione. Quem, secum tollentes cum candelis detulerunt ad prædictam basilicam: sed nihil ibi dignum voti sui adepti sunt. Deinde ut se viderunt hoc munere privatos, ad monasterium nostri Patris illum duxerunt. Qui cum illic pene totam peregisset hebdomadam, & nullum suæ sanitatis nancisceretur remedium, parentes sui in desperationis tenebras versi, rursum ad sua illum reduxerunt. Et ut illic aliquantulos duxisset dies, respexit eum clementia divina, & fecit ei desiderium inesse, ut iterum sacras B. Richarii orationes adire debuisset. Moxque ut ipse isto raddio divinæ lucis tactus est, cœpit manibus pedibusque veluti repere: quod sui considerantes, minime moram fecerunt ad desiderata patrocinia eum perducere. Et breves illi anticulas *e* facientes, ut in illis iter velut reptando valuisset habere, illic dimiserunt. Cum autem ibidem fere septem annorum curriculum peregisset, meruit pristinam consequi sanitatem. Nam cum in festivitate Patroni nostri tempore nocturnali ad sacrum fuissemus officium, & secunda Lectio recitaretur, intercessionibus ejusdem priscæ incolumitati redditus est. Quem Fratres quidam tollentes, ad almificum B. Richarii mausolæum deportaverunt: atque post expletionem divinæ laudis, devotam more ecclesiastico hymnologiam pro illo Domino obtulimus, qui modo perfecte sanus est.

b puer contractus,

c

d

& secunda vice Centulam properans.

C *e*

9 Homo nomine Lantfridus, de villa, quæ nuncupatur nomine fluvioli *f* Scalbacis secus currentis, fere leuga distans à monasterio S. Walarici, subjectus fisco Cresiacensi, in gravissimam cecidit ægritudinem. Qui cum se gratia sui remedii plurimis dedisset medicis, & illorum peritia incisus sive coctus fuisset, nihil illi contulit salutis: sed potius unde sibi arbitratus est incolumitatem provenire, inde majus sustinuit detrimentum. Nam tantum medicorum suffragium exquisivit, usquequo contractionis luem incurreret, nec aliter valens callem suæ viæ incedere, nisi in carruca positus; nec se è loco movere, nisi à duobus levaretur hominibus. Qui sero sui reminiscens, rejecto medicorum molimine, meliorem semitam arripuit, tradens se orationibus Sanctorum. Qui cum per multa sacra Sanctorum duceretur patrocinia, contigit per Dei dispensationem, nullam eum suæ salutis nanciscí sospitatem. At novissime delatus est suorum sagacitate ad monasterium Centulense, in Patroni nostri sacra solennitate. Qui cum ibi oratione celebrata, ad sua reductus esset, cœperunt venæ suorum artuum aliquamdiu relaxari, & ipse levius habere. Sed cum prædicta festivitas post anni circulum advenisset, non ille (ut dignum erat) gratias referens pro ipso aliquantulo suo remedio, expetivit orationes B. Richarii, sed versus in ignaviæ tenebras, domi remansit; intantumque demum contractus est, ut nequaquam secunda primæ posset comparari contractioni. Quod sui considerantes, ut iterum advenit ipsa solennitatis feria, in carrucam ponentes, illuc eum detulere; quoddam quoque animal S. Richario pro ipsius medela dantes: ibique oratione exacta ad propria demum reductus est. Qui postea mense *g* Februario pristinæ sanitati donatus est, ipseque nobis omne istius rei capitulum composuit.

AUCTORE ALCUINO EX MSS.

denuo sanatur:

g

E

10 Item homo, nomine Hermenteus, de pago Vilcassino de villa Freneicortis, à primæva pueritia contractus & mutus fuit: qui cum fere sexdecim esset annorum, apud S. Sebastianum *h* Martyrem meruit adipisci munera perditæ loquelæ, & manus dextræ extensionem. Qui deinde Pontivam adiit regionem, & in villa, quæ Longo dicitur, & in circumjacentibus, eleëmosynario victam inopem pane sustentabat. Cum autem circiter quadraginta esset annorum, cœpit illum quidam sibi ignotus compellare per visionem multis vicibus, ut iret ad monasterium Centulense, ibique se pro certo sciret propriam obtinere sanitatem. Et ut celebritas Patris nostri advenit, impositus asello, quo uti in itinere solebat, illuc delatus est. Cumq; ad nocturnale officium convenissemus, & laus primæ celebraretur Nocturnæ, opitulantibus meritis B. Richarii illico extensus est, simulque manus sinistræ dono solutionis potitus est. Quem tollentes & ante mausolæum Patroni nostri ponentes, post expletos Matutinos, more ecclesiastico pro illo Domino laudes studuimus celebrare.

alius, visione excitatur, ad petendam sanitatem,

h

11 Puella nomine Angla, de villa *i* Botiono, ex familia S. Richarii, cum in Purificatione S. Mariæ quiddam lini operaretur, manu sinistra contracta est, ita ut medius pollex inter indicis & *k* impudici artus infigeretur, ceteris deorsum ad palmæ radicem pendentibus. Quæ cum prope in hac ærumna laboraret mensem integrum, spontanea suæ manus extensione pristinam sanitatem adepta est. Cum vero appropinquaret festivitas sancti viri, fere spatio ante unius mensis, eo quo supra ordine, sed aliquantisper gravius prædicta læva contracta est. Et cum ad solennitatem ob sui medelam, inter alios suos vicinos, qui hujus Sancti amore convenerunt, iter carperet, & jam ex ista esset parte villæ, quæ Hinwalthcortis dicitur; suæ manus meruit recipere sanitatem.

k

F

mulier die festo lanificio vacans punitur & sanatur:

12 Est vicus in pago Ambianensi, nomine *l* Incra, pertinens *m* ad monasterium B. Richarii, in quo dum vigilia sacri festi Paschalis celebraretur, quoddam miraculum divina peregit clementia. Est enim ibi ecclesia in honore B. Gervasii Martyris consecrata, in quam delatæ sunt Reliquiæ Patris nostri, cum supellectile suæ ecclesiæ dicata, propter imminentem Nortmannorum timorem, quem sine cessatione patimur. Erat quædam femina inibi, multo dextera contracta tempore, ungulis digitorum infixis mediæ palmæ, ut etiam ex altera parte parerent: quæ, ut diximus,

l

m

contracta erigitur.

AUCTORE ALCUINO. EX MSS.

diximus, cum inter alios ob Chriſtianæ fidei devotionem ſe auſcultatibus divinarum dediſſet Lectionum, & ſextæ tenor haberetur Lectionis, opitulante gratia divina ſuæ meruit recipere manus ex integro ſanitatem. Quod quamvis miraculum in eccleſia B. Gervaſii patratum ſit, non tamen credimus Paſtorem noſtrum illo privari, cujus Reliquiæ & eccleſiaſtica ſupellex ibidem tunc fuit.

item infantulus:

13 Femina, ſecundum mundi hujus appetitum paupercula, detulit parvulum filium ſuum, circiter quatuor annorum metas continentem, nomine Theodericum, ad ſuffragia Patris noſtri; qui (ut ipſa aſſerit) fere biennio contractus fuit. Quem memorata genitrix cum portiuncula ceræ, quæ denarii pretio appenſa eſt, ad votivas ſuppetias Patris noſtri apportavit. Et ubi triduo ferme illic fuit, priſtinam conſecutus eſt ſanitatem.

n mutolingua ſolvitur:

14 Homo quidam, nomine Odelradus, de pago Vilcaſſino, & de villa vocabulo Floriaco *n*, matura jam preſſus ſenectute, ab ineunte ætate mutus fuit. Qui dum in prædicto pago vitam in opere ſuſtentaret, monebatur ſæpius per ſoporem à quodam ſibi ignoto, ut Pontivam adiret regionem, ibique munus tacentis linguæ meritis B. Richarii deberet adipiſci. Qui ut inter alios ad præfatam veniſſet ſolennitatem, demptis linguæ obſtaculis loquacitatem meruit obtinere.

B

contractus erigitur.

15 Parvulus, nomine Dodigerus, duorũ [annorum] & quatuor fere menſiũ ætatis, cujus pater vocatur Hildeboldus, de pago Rodomago & de prædio *o* Durclaro, ſubjacens monaſterio Gemmeticenſi, ex utero genitricis contractus extitit. Cujus genitor vivæ fidei facultate ſuccenſus, ſtuduit eum ad feſtivitatem Patris noſtri deferre. Cui opitulantibus meritis Patris noſtri, inibi officium membrorum redditum eſt. Quem nos tollentes, more eccleſiaſtico ad mauſolæum Chriſti Confeſſoris detulimus, hymnologiam Domino pro illo perſolventes.

o

16 Cum prædicationis Apoſtolicæ facundia circum quaſque gyrando regiones, plures fidei conciliaverit Chriſtianæ, grexque quotidie propenſius Dominicus augeatur; quamvis olim jam in ipſorum Chriſti Vicariorum tempore Propheticus completus ſit verſiculus, In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum: tamen auctius ac liberius in proceſſu noſtri accumulatur ævi, qui eos etiam, quorum enſe ſæpe populamur, in multis videmus correctos, ac colla ſanguinea jugo Chriſti, quod leve eſt, ſubmittere. Denique quidam Anſleicus, de propagine Danorum progenitus, Chriſtianitatis ſumens inſignia, contubernalis palatii Domni *p* Caroli Regis piiſſimi munificentia effectus eſt. Qui dũ legationem prædictorum Danorum, quos hactenus vis marina in Anglorum ſedibus detinet, pro ſuis negotiis, Domni Regis orabundos clementiam duceret, ac deinde cum congruis reſponſis redirent; contigit eos per cœnobium Chriſti Sacerdotis reverti. Cum autem præfatus Anſleicus orationis gratia baſilicæ limina adiſſet, ac ſingula ſupplicando altaria circuiſſet; unus ex Danis, quos adhuc gentilis error ludificabat, curioſitate inſtinctus humana, inter alios intravit; qui neque Deum pro ſe ſuppli cans rigidæ cervicis flexit habenas, neque in aliquo honoris reverentiam Sancto Dei exhibuit. Poſtquam vero marinos tetigere fines, cœpit ille artuum viribus deſtitui, ac moleſtia corporis affatim gravari. Dehinc, ut caſtra ſuorum adiit, illico quaſi rebus humanis eximi viſus eſt: conſtipatique ſui neceſſarii hujus ſiniſtræ fortunæ elogio, ſciſcitaverunt ſi recolere quiviſſet, unde ipſis fomes iſtius angoris contigiſſet. Qui multa ſecum conferens, ac hujus incitamenti penitus peſtem non retinens, jam ab univerſis vita privari opinabatur. Cum autem finis adeſſe putaretur, nullaque ſpes ſalutis ulterius crederetur, tandem ipſius ſubiit memoriæ, eo quod tumide B. Richarii baſilicam intraſſet, & neque Deo Chriſtianorum, neque ipſi Sancto cultus honorem dediſſet, ideoque *q* ſperare ſibi hujus cruciatus caſus adeſſe. Quod ſortilega indagine veſtigantes, ut confeſſus eſt deprehenderunt: ac mox pollicitus eſt, ſi divinitus ei vita daretur, ac incolumitate uti mereretur, correctioris vitæ ſemitam ducere, atque ab effuſione Chriſtianorum ſanguinis quieſcere. Juſſitque tendere quatuor fila argentea, & unum auream ſuæ ſtaturæ altitudinis parilia, diſponens ea mittere pro ſuæ devotionis beneficio baſilicæ B. Richarii, unicuique etiam aræ candelam cum ſingulis nummis ſtatuens imponere. Quod, ut deliberavit, mox meruit levaminis ſentire ſubſidium, ita ut poſt triduum fere ad omne ſui operis negotium congruus fieret.

D

in extremis ſanitas ſanatur.

q

Psal. 18, 5

Danus Anſleicus inviſit eadem S. Richarii.

C

p

quod irridens gentilis morbo pereutitur.

ANNOTATA.

a *Ita Mss. Reginæ Sueciæ & Centulenſe, & Hariulfus lib. 3 cap. 11, addens Indictionem 12, quæ in hunc annum convenit, non in annum 859, qui tamen habetur in Mss. Antuerpienſi & Compendienſi. Erat autem tunc Abbas* Guelfo, Regali genere procreatus, *idemq;* Sanctæ Martyris & Virginis Columbæ apud Senones ſitæ Abbas permanens.

E

b *Hũ explicandũ addit Hariulfus:* Siquidem cum, ut ſupradictum eſt, barbarorum impulſu patria vaſtaretur, Fratreſque fugere cogerentur, fecerant capſam ligneam, in qua caput beatum S. Richarii condiderant, ut facile & leviter poſſent quaquaverſum portare. Data vero quiete & hoſtibus fugatis, Odulfus venerabilis monachus Sancti illius habebatur ædituus. Qui dum ardenti animo ſacratiſſimum Patrem omni honore proſequeretur, ex theſauris eccleſiæ, auro & argento pretioſiſque lapidibus abundantiſſime eam capſam paraverat, ubi cari Patroni caput de lignea tranſmiſſum narramus..... In ipſam quoque multas Sanctorum reliquias repoſuit, *de quibus mox agitur, id eſt lib. 3 cap. 12.*

Caput S. Richarii,

c *Supple* membrorum *aut* ſenſuum: *niſi malis ſuſpicari* ægritatem *pro* ægritudinem, *ſcriptam fuiſſe, idque à ſciolo, iſtam barbariem non ferente, eſſe mutatum.*

d *Hic videtur eſſe S. Albinus Epiſcopus Andegavenſis, cujus Vitam & Miracula edidimus 1 Martii: eſt autem vicus,* S. Aubin *vulgo dictus, juxta Sineræ pontem, ſolum octo leucis à Valcellis ad meridiem diſtans, à cultu S. Albini nomen habens.*

F

e *Quæ hic dicuntur* Anticulæ *alibi forte nominantur* ſcamella.

f *Gallice* Eſtrebeuf: *ita Mabillon.*

g *An ſuſpicabimur ſolennitatẽ prænotatam fuiſſe Tranſlationis, quæ 9 Octobris agitur, ne nimis longe fuerit dilata curatio? Ita ſuadet Ingelrannus, in metris infra dandis num. 9, ubi Octobris menſis celebritas nominatur ſimpliciter feſtum Sancti, veluti præcipuum; & indicatur toto triduo agi.*

h *In cœnobio S. Medardi Sueſſionenſi, ad quod corpus* S. Sebaſtiani *fuerat delatum, uti late dictum eſt 20 Ianuarii.*

i *Vulgo* Buſſu, *inquit Mabillon: diſtat quidem hujus nominis vicus ſolum una alterave leuca à monaſterio: ſed hic in ſequenti hiſtoria vocatur num. 16* Buxude; *& propius ad nomen hic ſcriptum videtur facere* Bouchion, *triplo longius diſitum.*

k Impudicus digitus *Iſidoro dicitur, qui Perſio* infamis, *aliis* verpus *&* famoſus; *Martiali, ex ſitu,* medius. *Prioris appellationis cauſam notus illius uſus docet.*

l Incra, *ſive* Ancora, *quo nomine in odium Conchini Itali, qui inde Marchio dicebatur, nunc abolito, Albretum dicitur.*

m *De hac ſubjectione, & ſupellectile iſtic olim adſervata agit*

A *agit Hariulfus, lib. 3 cap. 3. Eſt nunc Prioratus à Cluniaco dependens.*

n Floriacum *vulgo* Fleury.

o Durclarum *vulgo* Duclair : *ita utrumque locum appellari docet Mabillon. Nota autem hæc & ſequentia miracula uſque ad finem narrari in Chronico lib. 3 cap. 18, velut ſub Abbate Guelfone, quem ſupra nominavimus, geſta.*

p Sperare *pro* Credere, *ſæpe alias uſitatum invenies.*

HISTORIA RELATIONIS
Ex IV *codicibus* MSS.
CAPUT I.
Corpus S. Richarii ablatum, relatum & iterum ablatum.

1 POſtquam igitur peccatis exigentibus Divinæ juſtitiæ placuit, ut per manum Paganorum, quorũ Princeps fuerat *a* Guaramundus, Francia vexaretur; & dirutis multis Sanctorum locis, Centulenſis quoque eccleſiæ honeſtas & gloria maximâ ex parte deleta eſt; multa per Galliam admodum confuſe geſta ſunt : dum deficiente *b* Principatu regio, ceteri proceres vel populi, tamquam filii Belial, viarum ſuarum pravitates exercent. Nempe ſi qui Ducum vel Comitum potentiores erant, circumquaque manus injicere & vicinas ſibi provincias vaſtare, ſibiq; ſubjicere non ceſſabant, regnum quoq; ſibi uſurpare moliebantur. Ex his *c* Arnulphus, Comes Flandrenſis, multa inepta agere cœpit, captoque Monaſteriolo caſtro regio, Pontivam provinciam propriæ ditioni ſubegit. Hanc itaque fraude, ut perplura ſolebat, adeptus; tranſtulit hinc ſanctum Patrem Richarium, cupiens tam nobile lucrum cum quibuſdam Sanctis propriæ regionis habere. Eo etiam tempore ſanctum corpus *d* Walarici abſtulit, & in caſtro Monaſteriolo, una cum ſancto beatiſſimi Richarii corpore ſervari præcepit.

a Francia incurſionibus Normannorum, & diſſidiis Procerum turbata,

b

t ab Arnulpho Comite Flandria auferuntur corpora SS. Richarii & Walarici Monaſteriolum :

d

2 Poſt aliquot annorum curricula, Fulchericus monachus (qui poſt Gerbertum Clericum Clericorumque Abbatem Centuli monaſterii *e* Rector erat) adiit memoratum caſtrum; locutuſque cum ædituo, qui Sanctorum corpora aſſervabat, clanculo impetravit, cum maximis, exeniis & infinitis precibus, ut ſibi carus patronus redderetur. Deſignata itaque nocte Fulchericus equum conſcendit, & toto quieſcente populo foribus eccleſiæ aſtabat expectans. Cuſtos autem ille valde formidans Dominorum animoſitatem populique furorem (nam incredibiliter ab omnibus hic noſter Sanctus venerabatur & amabatur) egreſſus eccleſia his Fulchericum affatus eſt verbis : Ego quidem tuis precibus & Domini victus timore, ſanctum tibi Richarium reddam : ſed ſi reſcitum fuerit me illum diſtraxiſſe, procul dubio periculũ vitæ meæ incurram : unde neceſſe eſt ut te cum Sancto recedente, ego quaſi ad furtum debeam reclamare, ut tali arte ignorantiam poſſim ſimulare. Tu vero cum Sancto Dei fugam celeriter inibis : ſicque Sanctum ſuo loco reſtituens, temetipſum quoque ſervabis. His ita compoſitis eccleſiam intravit, glorioſum ſancti corporis lectum accepit. Cumque Fulcherici manibus illud voluiſſet tradere; equus cui ſedebat, illico poplitibus in terram dimiſſis capiteque inclinato uſque ad ſolum, Domini Confeſſorem qua potuit veneration. adoravit. *f* Fulchericus tali miraculo exhilaratus, beatiſſimum Patrem cum ineffabili gaudio recepit; protinuſq; retrocedens, quam citius poterat veniebat. At ubi Cuſtos ille intellexit illum jam leucæ ſpatio elongatum, quaſi pro aliqua neceſſitate exurgens, accenſis luminaribus exclamat, perſtrepit, & multis vociferationibus S. Richarium ſibi furtim ablatum conqueritur. Protinus ergo eccleſia turbatur, populus accenditur, Principes tali nuntio percelluntur. Continuo milites, populiq; fugientem ſequuntur, & quia equus cui Fulchericus inſidebat erat candidiſſimus, ob hoc per totam noctem fugiens facilius agnoſcitur. Verum cum huic jam pene laſſeſcenti adhuc grandis via reſtaret, illique proximarent; placuit Creatori Domino mirum quiddã operari, quo agnoſceretur hujus Sancti favere relationi. Nam dum Fulchericus perveniſſet ad villam, quæ antiquitus *g* Mons-Angelorum, ſed hac occaſione Nubili-mons vocatur, tanta aeris denſitudo, tantaque nebulæ caligo inſequentes circumſepſit, ut non modo fugientem, ſed nec ſe alterutrum videre poſſent. Erat etiam iis mira itineris difficultas, ut patule cognoverint, veraciter Dei nutu ſeſe præpeditos. Videntes vero ſe nihil proficere (nam & Centulæ populus jam obviam currebat) cum ineffabili mœſtitia receſſerunt.

e Fulchericus abbas

f

g

eumque ſæpe alias nequiens nebula impediuntur.

3 Hæc vero Sancti relatio parum valuit, cum eum Centulenſes diu habere non licuit. Nam Arnulphus idem qui primo, iterum ſibi Sanctum vendicavit; & tamquam cautior factus, non jam in Pontiva patria, quam quandoq, perdere metuebat; ſed in fidentiori loco ſibique vicino, hoc eſt in monaſterio S. Bertini *h* repoſuit, ſimulque S. Walaricum, ubi longiori tempore quam Monaſteriolo fuit. Longo itaq; tempore hoc monaſterium Centulenſe tanti Patris caruit præſentia, agente jam dicti Comitis Arnulphi potentia. *i*

Arnulfus iterum ablatum

deponit in monaſt. S. Bertini.

h

E

i

ANNOTATA.

a *Hariulfus cap.* 21 Guaramindum, *à Ludovico Rege cum ſuis interemptum ſcribit : quod ex Annalibus Bertinianis conſtat factum anno* 881.

b *Objerant Rex* Ludovicus, 4 *Auguſti anno* 882, *&* Rex Carolomannus, *frater ejus* 6 *Decemb. anni* 884, *& in horum locum ſubrogatus* Carolus Craſſus, *mortuus eſt* 12 *aut* 13 *Ianuarii anno* 888, *& fuit aſſumptus* Odo, *mortuus anno* 898, *& interim fuit* Carolus Simplex, *ſub quo, poſt longum dominatum Normannorũ, Rollo factus anno* 912 *Chriſtianus, obtinuit Normanniam, ſic tunc appellatam.*

c Arnulphus *ſucceſſit Balduino Calvo patri, anno* 918, *cum Adolpho fratre, qui Bononiam & vicinas ditiones obtinuit; quo ſine herede anno* 933 *mortuo, Arnulphus etiam eaſdem obtinuit, ac poſtea Pontivam provinciam adjunxit.*

d *Ad Vitam* S. Walarici 1 *Aprilis nonnulla attigimus.*

e Fulchericus, *notatur apud Sanmarthanos circa annum* 940 *præfuiſſe.*

f *Hoc factum eſſe circa annum* 950, *conjectat Ignatius Ioſephus de Ieſu Mariâ, in Hiſtoria Abbavillana cap.* 81 : *recte, ſi uſque ad ipſum annum* 950 *non accedat.*

g *Ejus mentio facta eſt ſupra lib.* 1 *Miraculorum num.* 17.

h *Ioannes Iperius in Chronico cap.* 26 *part.* 1, *tradit corpus S. Richarii delatum ad monaſterium S. Bereini,* IV Kalendas Septembris, anno ſecundo Abbatis Hildebrandi, conſecrati anno 950.

F

i *Totum hoc caput inſeritur Chronico Hariulfi, eſtq; libri* 3 *Caput* 22; *item ſequentia uſque ad num.* 9 *& ſunt Caput* 23 *&* 24.

CAPUT II.
Corpus S. Richarii denuo relatum anno DCCCCLXXXI.

4 TAndem placata divinitas, & ſuorum precibus inclinata, decrevit glorioſo reditu Patrum pectora filiorum relevare : qui diuturnis gemitibus gravabantur pro eorum ſublatione. Verum Flandrenſi *a* Arnulpho dudum morte prærepto, & ejus poteſtatis herede *b* nati filio ſubſtituto, dicto ſimiliter *c* Arnulfo, hierarchiam Francorum abſque titulo regii nominis diſponebat filius *d* Hugonis Magni, Dux inclytus *e* Hugo. Qui cum graviter ferret patriam hoſtili acerbitate demolitam, nec minus indignaretur; quod & Sanctorum corpora, & cetera quæ eccleſias venuſtant fraude factioſorum ſublata forent propriis locis, & ad hæc in melius commutanda animum ſedulo præpararet; quadam nocte quieſcenti ei

Mortuo Arnulpho,

a

b c

d

e

Hugo Capetus,

EX MSS. ei affuit viſio, ex præcepto cæleſti, quæ illum repulſis dubietatis obſtaculis animavit perficere, quod pio quamquam, ſed tamen timido corde facere diſponebat. Beatus igitur Walaricus per viſum ei aſſiſtens, ex Dei mandato talia verba profudit. Quid hic, inquit, facis? Et ille hoc percepto ſermone, quiſnam eſſet, cœpit interrogare. Et Sanctus: Ego ſum, inquit, Walaricus, Legonaci quondam monaſterii Abbas, & Dei præcepto hæc tuis ſenſibus veni inferre. Venerabilis Confeſſor, & coram Deo clarus Sacerdos Richarius una mecum ante hos annos extat captivus, & dolo Arnulfi longe à noſtris diu manemus ſedibus pulſi. Jam Deo placet, ut te miniſtro obtineatur, teque jubente noſter regreſſus; ut de noſtrorum corporum viſu præſentiaque noſtrorum mœſta refocillentur corda ſervorum; & ut hi noſtra lætificentur relatione, qui nos poſt Deum gaudent habere pios Patronos. Id celer age, locaque noſtra Clericis aufer, atque in ea, ut prius erant, monachos ſtude ſub regulari norma unire. Quod ſi hæc impleſ, promitto tibi ex Dei juſſu, per Sancti pia merita Richarii & meas preces, te prolemque tuam fore Regem Francigenarum, ſtirpemque tuam regnum tenere uſque ad ſeptem ſucceſſiones.

jubetur à S. Walarico ſuum & S. Richarii corpora referre,

regnum Francia addicente:

B 5 Inclytus igitur Dux, volens ocius perficere Dei præceptum, per Sancti vocem ſic intimatum, accitis Conſiliariis, inquirit, quonam modo poſſet invenire idoneum hominem, cui cœnobium Centulenſe poſſet committi ad relevandum. Huic inquiſitioni intererant quidam, qui noverant ſatis hujus provinciæ habitatores, quique Hugoni tale feruntur dediſſe ſolamen: En, inquiunt, Corbeia retinet virum, nobilitate valde inſignem, cui putamus quod digne ſatis poſſit committi opus quod dicis: nam parentibus nobilibus & militia inclytis valde fulcitur: qui cum in ejuſdem loci vicino & in ipſa provincia maneant, propinquo ſuo in Dei opere laboranti auxilium ferre non denegabunt. Audiens hæc inclytus Dux, tamquam ſalubri conſilio congratulans, miſit è veſtigio viros honeſtos, qui ab Abbate Corbeienſi ſuper jam dicto monacho factam deprecarentur non retardari electionem. Illo annuente vocatur elegans juvenis Ingolardus, quem adhuc eo tempore ferunt ſcholis ineſſe, quique ea ipſa die vel hora Subdiaconatus perficiebat miniſterium. Deductus ergo in præſentiam Ducis, accepit curam atque laborem, quo ſe inſtante repararetur, quantum valeret, hæc Abbatia. Inde ex more Abbas ſacratur, atque accepta Fratrum ac militum caterva Centulam venit. Sane Domnus ille, S. Richarii relator, Fulchericus Abbas, ſub die octavo Iduum Novembrium, è ſeculo tranſierat; cujus ſuggeſtu & hortatu aliqui Clericorum monachalem ordinem ſuſceperant. Abbas igitur Ingelardus Centulam veniens cuncta propoſſe melioravit, clauſtra reparavit: non tamen ut antiquitus fuerant, ſed eo modo quo adhuc ſtare videntur. Deinde diebus ac noctibus religioni inſiſtens, & congregationem monachorum augmentans, agebat ſobrie ſibi commiſſi loci provectum. Velle enim habenti difficultas nulla ineſſe poterat: quia magnis villis oppidiſque & reditibus locus abundans, facilem cœpti dabat provectionem.

conſtituto Abbate Ingelardo,

C 6 Monaſterio igitur ex parte reſtaurato, & habitaculis religioni congruis; cœpit præfatus Dux perquirere, quomodo quod adhuc reſtabat perfici poſſet, ut ſanctus Dei Confeſſor Richarius proprio loco reſtitueretur. Sapienti vero conſilio uſus dirigit Legatos in Flandriam, mandens Arnulfo Comiti, ut ſancta Sanctorum corpora propriis ſedibus reddat. Quod ille audiens, & tantis carere ægre ferens, primo abnuit dicens: Non à ſe reddi debere Sanctos, quos ipſe non abſtuliſſet. Reverſi nuntii obedire nolle Comitem Duci inſinuant. Tunc ille, coacta in unum militum manu fortiſſima, illo ire decrevit, quo Sancti erant; volens perſemet ſublatos ad loca propria reportare. Arnulfus animadvertens non proſpere ſibi ceſſurum, ſi contra Francos juſtos injuſtus agat conflictum, lacrymis humectus miſit Legatos Duci Hugoni, orans ut nullam patria ferat vaſtationem: dirigat tantum optimos viros, qui Sanctos Dei recipientes vadant cum pace. Fecerat Arnulfus Comes beatiſſimis Confeſſoribus lecticas argenteas, ubi cum honore eorum corpora ſancta condiderat. In lectica vero glorioſiſſimi Patroni noſtri Richarii tales ab eo verſiculi exarari juſſi ſunt.

miſſis Legatis repetuntur corpora,

D

& collecto milite adducuntur.

Arnulfi Comitis quaquaverſum facta ſclatis,
Quæ ſolitus Domino fecerat ipſe pio:
Iſtum Richario lectum qui condidit almo,
Collocavit ei membra pudica ſui.

7 Mittuntur ergo viri inſignes: recipiuntur Sancti à noſtris gaudentibus, & piis lacrymis atque laudibus Deum magnificantibus; ſubſequuntur ab illis dolentibus, & præ nimia triſtitia voce in altum elevata ejulantibus. Cumque jam ab Hugone Duce & omnibus qui longiuſcule expectabant videri potuerunt, quis voces emiſſas præ gaudio, quis dulcium profuſionem lacrymarum affatim queat explicare? Magnitudo quippe gaudii clamoribus modum abſtulerat, dum lætitia pro Sanctorum reditu concepta, in ſingulorum cordibus fervens, ſeipſam vix caperet. Acceptis ergo beatorum corporum amantiſſimis capſis, noſtri parumper ſubſiſtunt. Poſt hoc primores populi & qui bonæ mentis habebantur jurare à Duce rogantur, quod de ſanctis corporibus nihil ſubtractum, nihilq; mutatum eſſet. Quod cum illi mente libera & animo hilari perfeciſſent, ſumptis Sanctorum corporibus ad propria feſtinare cū modeſtia cœperunt. Fama autem tam felicis regreſſus ut provincialium corda concuſſit; extemplo proſilierunt omnes, uterq; ſexus, communis conditio, juvenes cum grandævis, monachi cum Clericis, omniſque profeſſio obviam ruunt, ſeque putabat criminis reum qui non occurriſſet. Menſe Junio die ſecunda. B. Walaricus ſuo loco conſignatur; noſtratis autem Patris regreſſus in ſequentem lucem procraſtinatur. Menſe jam dicto ſeculis ternum diem fundente, inclytus Hugo accepit Sanctum, per unam leucam ſcapulis ſuis, noſtrum apportans Patrem beatum; pedibuſque nudis, madidusque fletu, venit ad templum; Chriſti amicum ſui altaris ſedi impoſuit. Interim choris populoque cuncto gratias Deo, laudeſq; Chriſto vociferante. Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti nongenteſimo octogeſimo primo, nona Indictione, tertio nonas Julii, hæc beatiſſimi Patris Richarii facta eſt relatio.

& magno referuntur gaudio,

E

S. Walaricus 2 Iunii, S. Richarii humeris Hugonis illatum

3 Iunii anno 981

F

8 Verumtamen in ipſo relationis itinere quid miraculi contigerit, operæ pretium tenemur narrare. Hujus enim tempore menſis, campi flaveſcentes genitæque ſpicæ largam annonam ſpondent colonis. Beato quoque Walarico reſtituto propriæ ſedi, cum S. Richarii, ut dictum eſt, redditio in craſtinum ordinata fuiſſet, ipſa nocte moratus eſt Dux Hugo cum exercitu & populo mediis in agris, qui ſcilicet ſegete læta jamque fœcunda erant onuſti. Itaque, dum hic coquina agitur, illic convivia celebrantur, dum & humanis corporibus quies ibibem & jumentis ſtabula coaptantur, dum diutina ſtantium vel jacentium impreſſione dejicitur, dum pecude paſta & pedibus calcata atteritur, ſpes omnis fructuum meſſori denegatur. Tanta vero conculcatione attrita & perdita meſſe, cultor non triſtatur, quia Patroni obtentu pro nihilo computatur. Poſtmodum igitur veniente metendi tempore, fruges diruta & deſperata, tam læta & fœcunda deſecatur, ut in illius comparatione defenſæ meſſes & ſepibus munitæ, ubertati grani, pervipenderentur.

Seges arida fructu facunda meſſem profert:

A vi penderentur. Divulgatur hoc uſque hodie miraculum per ora plurimorum, quod fecit Dominus per meritum ſui militis, ad laudem & gloriam ſui nominis.

Hugo Capetius fit Rex Francia,

9 Spe factus præterea Dux tali obſequio, Deo & Sancto ejus exhibito; proſpero pollens ſucceſſu, natalem reverſus eſt in Franciam. Nec multo poſt, ſicuti ei in viſione memorata prædictum fuerat, auctore Deo, qui ſibi ſervientes ſublimare conſuevit, meritis ſanctiſſimi Patroni noſtri, quem propriæ ſedi reſtituerat, ut credi fas eſt, *f* Francorum adeptus eſt regnum: quod dum advixit miro moderamine rexit, decedente vero eo ad ipſum, & heredes ejus (ſicut hactenus cernuntur) ſucceſſionis ſerie conſecuti ſunt; annuente eo, cujus regnum ſemper eſt æternum, per omnia ſecula ſeculorum.

f & poſt eum heredes ejus.

ANNOTATA.

à *Mortuus eſt* Comes Arnulphus, *anno 964.*

b *Is eſt* Balduinus III, *ante patrem anno 961 vita functus.*

c *Hic eſt Arnulphus II ſeu Iunior, qui vixit uſque ad annum* 1003.

d Hugo Magnus, *Dux Francia & Burgundia, mortuus eſt anno 956.*

e *Hic eſt* Hugo Capetus, *poſtea Rex Francia.*

B f *Anno 997.*

CAPUT III.

Quædam miracula poſt relationem S. Richarii.

a 10 TEmpore quo Flandrenſium Comitatum agebat *a* Balduinus, Barbati Balduini filius; erat vir in regione Tornacenſi nomine Ofridus, Sacerb dos probatæ vitæ, qui adjutorio Dominæ *b* Adelæ c Comitiſſæ, uxoris Balduini, eccleſiam in pago *c* d Mempiſco reſtaurabat in honore *d* S. Richarii; ſed cum non potuerit habere aliquam reliquiarum partem S. Richarii, juſſit cæmentariis, ut omnia facerent in nomen S. Nicolai. Dum id illi obſervare tentarent, nihil proſpere eis ſuccedebat. Itaque coactus eſt perficere opus in laudem S Richarii. Qui quidem Ofridus poſt mortem cuidam Virgini apparuit; cui naravit maximum auxilium, quod recepit etiam poſt mortem à B. Richario.

Eccleſia in honorem S. Richarii apud Flandros ſtruitur,

e 11 In villa Merimont *e* prope Leggiam, quidam volens terram ſuam augere, & minuere terram S. Richarii proximam, lumine privatur.

ſtrium punitur cæcitate,

C 12 Navis plena hominibus diverſarum nationum, in mari naufragium faciens, & omnibus Sanctis invocatis, ab iis nihil obtinuerunt. Invocato autem S. Richario ſolo, ſubito tempeſtas ceſſat.

ſedatur tempeſtas,

13 Vir & mulier, lapſi in profundum putei ſicci, exiſtentis prope monaſterium S. Richarii, ex eo ſani & incolumes educti ſunt. Clericus in monaſterio edens, piſcis glutivit *f* ariſtam; & cum pene expiraret, invocato S. Richario ſanitatem recepit. Engelvinus artifex lignarius, ex campanili ruens in terram, invocato S. Richario, ſanus remanſit ſuper lapides.

juvantur varii,

f

liberantur vinčti,

14 In Cinino-curte, villa S. Richarii, duo homines vincti & catenati, invocato S. Richario, vinculis ſolvuntur. Idem miraculum [accidit] circa unum hominem, quem Hucbertus vinculis ligatum tenebat in carcere, ex quo evaſit ſolutus. In vico *g* Berdena extitit una eccleſia S. Richarii....

g

injurii in S Richarii male pereunt;

15 Radulphus Cinino-curtis colonos opprimebat, ac per milites curtem S. Richarii violenter frangere fecit, omniaque accipere, quæ pertinebant monacho cuſtodi loci illius, & omnibus colonis. Qua die ipſe Radulphus, à gutture uſque ed virilia, inteſtina omnia, etiam cor ſuum, in latrinam dejecit, & obiit horribiliter. Hugo, filius Radulfi, eadem de cauſa periit horrenda morte: non ut homo, ſed ut diabolus, moritur, ore patenti & lingua uſque ad pectus protenſa. Quo mortuo & non ſepulto, uxor alium duxit virum peſſimum, qui eadem de cauſa male obiit. EX MSS.

h

16 Hugo, monachus hujus cœnobii, noctu exiſtens in eccleſia, audivit muſicam cæleſtem, & fuſam lucem eam implere vidit. Idem expertus eſt venerabilis Balduinus *h* Abbas & alii. Ignis exiſtens in omnibus partibus monaſterii, extinguitur: & monachus ex alto loco ruens non læditur, ſine humano auxilio, ſed mediante S. Richario. Quidam Tornacenſis pagi cæcus, viſum recepit. Item alter cæcus bis viſum recuperavit. Puer, ægrotans à tribus annis, ſanitatem adeptus eſt. Quodam tempore corpus S. Richarii ferebatur ad villam *i* Aſſiacum, tranſitum habuit per Buxudem, ubi mulier moribunda jacebat: dumque contra jacentis veniſſet grabatum, illico mulier exiliens ſanata eſt.

h

alia quædam miracula.

i

Hæc ſufficiat nos dixiſſe, quia omnia litterarum ingenio à nobis circumcludi non poterunt.

ANNOTATA.

a Balduinus Barbatus, *filius Arnulphi junioris, rexit ab anno* 1003, *uſque ad annum* 1036, *quo ſucceſſit filius ejus,* Balduinus Pius & Inſulenſis *dictus.*

E b Adela *Roberti Francorum Regis filia, nupta an.* 1027.

c Pagus Mempiſcus *ſeu* Menapiſcus, *accurate deſcribitur ante Acta S. Amandi* § 3, *die* 6 *Februarii: antiqui autem nominis veſtigium adhuc ſupereſt in oppido* Menena, *inter Inſulas & Cortracum.*

d *Suſpicor eſſe in vico qui media inter Tornacum & Cortracum via notatur, & dicitur* S. Ligier, *corrupto vocabulo pro* S. Richier.

e *Et hunc locum,* Merimont *Gallis dictum, crediderim eſſe qui Flandris Flandrice nominatur* Merghem, *inter Aëriás & Armenteriam, ad* Leggiam, *alias* Liſam, *fluvium Flandriæ celeberrimum.*

f *Spinæ piſcium Francis nominantur* Areſtes: *quod nomen, ob ſimilitudinem cum ariſtis ſpicarum, optime quadrat minoribus fluvialium piſcium.*

g *In margine adſcriptum erat* Bredenay: *quid ſi hodie* Bernay, *oppidum Normanniæ inter Liſieux & Evreux? ſed hic ſolum dicitur vicus, qui forte nunc ab eccleſia nomen habet amiſſo veteri. Porro evulſo folio deeſt hic bona pars miraculorum, quam utinam ſupplebat aliquis.*

F h *In catalogo Abbatum apud Sanmarthanos nullus nominatur* Balduinus *ante annum* 1318; *unde ſequeretur hoc caput, cujus eſt diverſus à prioribus ſtylus, admodum ſero fuiſſe collectum: ſed forte legendum fuit* Galduinus *vel* Gelduinus, *qui præfuit anno* 1138.

i Aſſiacum, *vulgo* Ailly, *ut notatur in marginibus: media autem via occurrit vicus vulgo* Buchu.

EADEM HISTORIA

Auctore *a* Angelranno metrice deſcripta.

a

Ex duplici MSS.

Corpus S. Richarii ablatum,

1 HActenus antiqui retinet quæ pagina libri
Carmine, prout valui, cecini miracula Sancti:
Hinc ea complectar, proprius quæ vidit ocellus.
Ingenio validus, magnis opibus quoque fultus,
Arnulfus patriam poſſedit Marchio noſtram;
Hanc & fraude, ut perplura ſolebat, adeptus,

AUCT. ANGERANO EX MSS.

Tranſtulit hinc Sanctum, cupiens tam nobile lucrum
Cum queiſdam Sanctis propriæ regionis habere.
Hic jam longævus deponens tegmina carnis,
Filius ut nati, juſſit, fieret ſuus heres,
Præſentabat avum proprio qui nomine tantum.
Poſt Regem primus regni tunc jura regebat,
Vir humilis cunctis, cunctis pius atque benignus,
Hugo Capeta, Filius Hugonis magni, Dux inclytus Hugo;
Poſtea regali qui ſublimatus honore,
Rexit Francorum miro moderamine regnum.
Hic graviter toleratis fraudem, ſupra memoratæ
Reſtituit patriæ quæcumque erepta fuere.
Utque magis celebris fieret regreſſio Sancti,
Præcipit immenſam populi glomerare catervam.
Nec ſolum noſtræ convenit concio terræ,
collectâ copiâ, Quin etiam ex multis facta eſt collectio Francis.
Reliquias Sancti poſt hæc mandat ſibi reddi.
Accipiens cujus præcepta puer memoratus,
Efflicitur mœſtus, tanto pretio carituras.
Sed reputans, ſi deſpiciat, non eſſe ſalubre;
Reddidit invitus, veritus ne forte coactus.
Jam tandem præclara dies illuxerat orbi,
recipit, Qua debet fieri tam grata receptio Sancti;
Procedunt partes gaudentes & lacrymantes:
B Namque illi tradunt, quod ſemper habere volebant;
Iſti ſuſcipiunt, ſine quo nec vivere curant.
Poſtea Primores populi jurare rogantur,
Quidquam ut ne deſit penitus de corpore Sancti:
Quo facto, noſtri feſtinavere reverti.
O memoranda dies! ô lux votive colenda,
magno omnium gaudio: Fines dignatur patrios qua viſere Sanctus!
Hujus lætitiam vix enarrare diei
Sufficiet quiſquam, quiſquam vix gaudia tanta,
Adventus Sancti quæ concutiebat ubique.
Ad quaſcumque etenim venit proceſſio villas,
Obvia cunctorum procedit turba colonûm:
Ac præ lætitia gemitus ad ſidera jactant.
Ante ſed ad templum, quantû eſt ſpatiû prope leugæ,
Quam perveniſſent; Dux jam præfatus, equino
& portat humeris ſuis. Deſcendens dorſo, nudis incedere plantis
Incipit, & propriis ſcapulis portare feretrum,
Et ſecum plebis qui viſi nobiliores:
Illud tamque diu portat, lacrymis madefactus,
Altari donec gaudens proprio impoſuiſſet.
2 Sed jam divina quid ſit virtute peractum
Perpendat lector, Sancti meritis ſociatis.
Hæc quam prædixi facta eſt regreſſio Sancti,
Tempore quo plenis campus flaveſcit ariſtis:
C Sed tot militibus quæ ſufficerent quia tecta
Segas attrita facundam meſſem profert: Non fuerant, cultos ſeſe ſparſere per agros.
Dicere quis poterit, fuerit quam diruta meſſis
Pene omnis, pedibus dum conculcatur equorum
Pars quædam, quædam dum pars depaſcitur ore?
Uſta eſt pars etiam ſtabilita ardente culina,
Partibus in multis cocta radicitus herba.
Tandem diſcedunt, nuda tellure relicta.
Mira loquar; paucis tranſactis ferme diebus
Ecce incredibilis cœpit ſuccreſcere meſſis
Fructifera, ac demum cum tempus & hora metendi
Inſtaret, totos videas flaveſcere campos,
Ac ſi nil damni reglo perpeſſa fuiſſet.
Hæc cernens meritis patrata fuiſſe Richarî,
Ad laudes Domini populus ſe contulit omnis.

Quod lapſi in puteum vixerunt vir mulierque.

3 In ſancti meritum fuit & virtutibus illud.
Ipſius feſtum quia plebs dum multa adiiſſet,
illapſi manent in puteû illapſi: Forte ſecus templi introitum puteus fuit, ex quo
Jam dudum laticis penitus defecerat unda:
Os cujus veteri fuerat ibi vimine clauſum.
Ignari ſuper hunc dum vadunt vir mulierque,
Ipſius in magnum lapſi cecidere profundum.
Quis dubitaret eos mortis diſcrimen obiſſe?
Cernuntur tamen à putei convalle reducti, D
Non ſolum vivi, toto ſed corpore ſani.

Quod veſcens quidam piſcis glutivit ariſtam.

4 Exercebat ovans ex conſuetudine *b* Palmas *b*
Plebs Domini: quidam ſumens cum Clericus eſcam *ob ſpinam piſcis deglutitam,*
Cum monachis, ortus non vili ſtirpe parentum,
Unius incautus piſcis glutivit ariſtam:
Angorem cujus ſentiſcens veſpere facto,
Tentans rejicere hanc valeat ſi forte vomendo,
Sed quia non potuit gravior fit luce ſequenti.
Tertia jamque dies prætendit deteriora
Ac demum in quarta tractat, ſibi morte futura
Diſponens etiam, fuerant quæ congrua viſa.
Abbas & Fratres veniant ſe viſere mandat,
Queis ad ſe ingreſſis tantum de morte locutus, *ad mortis periculum deductus,*
Poſcit cum monachis ſepeliri quo mereatur.
Pro Domini cœna quinta ſed luce verenda
Hunc Sancti ad templum deducit turba parentum,
Tempore quo Fratres celebrant ſolennia Miſſæ:
Suffultuſque venit dextra lævaque duobus:
Jam ferme expirans ſanctam conſcendit ad aram.
Cui poſtquam impoſuit quoſdam pro munere libras,
Nititur, ut valuit, retro deflectere greſſum:
Sed vix converſus, nutu tangente ſuperno,
Senſit aqua tepida perfundi corpore toto E
Semet, & exclamat, quia nil angoris habebat. *ſanatur:*
Ex hoc nos etiam tamquam de morte reducto,
Lætamur, Domino porrectis laudibus alto.

De fabro, templi tecto qui corruit alto.

5 Ingeluinus *c* erat lignorum cæſor apud nos, *c*
Qui templi ſolitus ſarcire ruentia tecta,
Ardua præſumens etiam conſcendere plura.
Hic Paſchæ in feriis templi campanal adivit,
Signi diſruptum funem religare rogatus.
Injuncto officio ſibimet ſed rite peracto,
Conatur tecti quoddam obturare foramen.
Sed deceptus ſpe, qua ſe bene poſſe tenere *ex culmine templi lapſus,*
Credidit; à celſo dilapſus culmine templi
Concidit, ac penitus horrendam mortem obiiſſet,
Parietis in partem, niſi vis divina tuliſſet;
Cujus porrecti lapides ſic forte fuere
Ut per circuitum *d* poſſes incedere templi; *d*
Tutius utque per hos valuiſſet figere greſſus,
Deſuper adjunctum munimen erat podiorum.
e Simplicis agnoſci poterit miſeratio Chriſti *e*
f Qualiter hoc duplex caſu patefacta fuiſſet. *f*
Uni etenim monacho mors pene oblata fuiſſet *ſervatur illapſus tam ipſe,*
Ni meritis Sancti, Domini cuſtodia adeſſet.
Denique prædictus dum vir cecidiſſet ab alto, F
Ad lapides foris extenſos deflectitur, ac ſic
Corruit, ut podii munimen velleret omne
Atque ſuper lapides porrectos ipſe maneret.
Ex illo atque loco, podii quo ligna ruere,
E monachis unus paulo ſurrexerat ante: *quam alius ejus caſû periclitans:*
De quo quis dubitet mortis quia damna tuliſſet,
Reſpectu Domini niſi diſceſſiſſet ab inde.
Aſt qui lapſus erat, plures obliiſſe verentes
Vadunt, extinctam quem credunt, cernere vivum.

Quod vixit templum ſcandens inſana puella.

6 Unius in rabiem fuerat mens verſa puellæ,
Quæ ſenſu pravo ſtimulante errabat ubique.
Hæc villæ triviis peragratis tempore noctis,
Cum matutinos vigiles eſſemus ad hymnos,
Ut mos eſt, portas templi aſpiciens patefactas,
Intrat vociferans ac frendens horrida verba; *puella demens per invias ſummitates templi illaqueſa diſcurrit,*
Ad vociſque ſonum torquens veſtigia noſtræ,
Offendit ſcalam quæ tranſmittebat ad alta,
Ejus perque gradus conſcendere neſcia cœpit.
Sed poſtquam ipſius cœpit contingere ſummum;
Per porrectarum ſibi diſcurrendo petrarum
Fracturas, ſicut mos eſt, inceſſit, amentum.
Cui dubium eſt illam mortis ſubiiſſe ruinam?

Quod

A Quod tamen & fecit, mortis nec damna ſubivit:
Quin etiam vadens ac diſcurrendo pererrans,
Venit ad introitum cochleæ, qua culmina templi
Alta petebantur: quam longa eſt, ſcandit & ipſa.
Poſt hæc quod fecit, cujuſquam dicere lingua
Vixdum ſufficiet: non ceſſat denique voces,
Addere terrificas, per gyrum & currere templi.
Nullus & à quanto fuerit ſervata periclo,
Cognoſcet penitus, niſi qui loca viderit ipſa.
Nos vero ſtupidi & formidine ſollicitati,
g Ipſius caſu ne templum *g* pollueretur,
Sed nondum fuerat quia tempus & hora loquendi,
h Aſtanti turbæ certatim *h* ſignificare
Cœpimus, aſcendant, rapiant, ſecumque reducant.
Nemo ſed inſanam præſumpſit tangere ſanus:
i Sponte ſua tandem greſſus rediit per eoſdem. *i*

7 Belluacenſis adeſt iterum pagus memorandus,
In quo Richario ſunt quædam prædia ſancto,
Civino-cortis inter quæ villa vocatur;
Eccleſia eſt cujus Sancti ſub honore dicata.
Hanc ſæpe ipſius viſit præſentia ſancta,
Carminis iſtius ſicut narrare libellus
Noſcitur, à primo poſitus qui tertius extat:
k Ac Martinelli *k* loquitur damnabile furtum.
B Villæ hujus ſemper nobis manſere fideles,
Noſtro plus cunctis poſiti ſub jure, coloni.
Hanc ſed prædones quondam petiere furentes,
A prædonibus vincti liberantur: Atque duos homines ſecum rapuere abeuntes.
Interea multis ferro cuſtode diebus
Dum retinent, feſtum cœpit Sancti eſſe propinquum.
Jamque dies aderat, fuerant cum gaudia tanta
Succeſſura, refert ſocio cum talia verba
Ex ipſis unus: Mihi pes ſub compede laxus
Plus ſolito nunc eſt, illumque educere fas eſt.
Dixerat, atque pedem facili conamine traxit.
Jamque diem Lunæ, curſus removebat ab orbe:
Cum nimio potu ſomni gravitate tenentur
Cuncti, queis fuerat ſervandi credita cura.
Oblati noſtri, ſic libertate potiti,
Contemnunt læti fuerant quæ vincula paſſi.

8 *A ſancto Frater ſanatur, Fratre rogante.*

Comperiet, vatum legerit qui ſcripta priorum,
Egregium quiddam; quia dum reſonare volebant,
Auxilium à Muſis rogitabant id faciendi.
At nos cenſemur qui nomine Chriſticolarum,
Quo deſiderio, ipſius pietate rogata,
Promere debemus miracula Cunctipotentis?
Sufficiunt digne quem nec laudare catervæ
Æthereæ, ac cujus nutum mundana tremiſcit
Fabrica, cæleſtis, terreſtris & infernalis.
C Ipſius ut fautrix mihi ſit clementia poſco,
a duobus fratribus germanis & monachis, Dicere dum nitor quid geſſit tempore noſtro,
Noſter Richarius, pie ſuffragando patronus.
Carne duos Fratres noſter Conventus habebat
Germanos, quorum nobis induſtria multum
Proderat, atque bonis in rebus ſolicitudo.
Contigit ex ipſis ut major præficeretur
Cellæ, quam Sanctus, carnali pondere preſſus,
Condidit in ſilva cæſa ſibi Chriſciacenſe.
Hanc regeret norma dum ſacræ religionis;
Accidit, infirmus, ſparſo languore per artus,
Ut fieret; fabricam *l* qui tam pervaſerat omnem
l Nullis officiis eſſent ut congrua membra.
alter periculoſe ager, Arida ſub vacuis pendebant pellibus oſſa,
Atque ex corruptis ſtillabat gutta pupillis:
Et quod pejus erat patitur phantaſma malignum
Tam graviter, ſomni ut cepit ſi quando puſillum,
Evigilans ſecum non conſpiceretur haberi.
Ut quid multa loquar? per plures hoc referebant,
Talia quod paſſus vitavit funera nullus;
Quamvis & affectus tantis angoribus eſſet,
Prudenti ut ſolito ſemper ratione vigebat.
Excepto ut retuli quando guſtaſſe parumper
Somnum contigerat, pro veris falſa tenebat. AUCT ANGELRANO EX MSS.
Hunc infirmatum poſtquam vicina colentes,
Accipiunt Fratres, Domini pietatis ad aures,
Clamores faciunt, affectu commiſerantum.
Credo ſed ejus ob hoc non obtinuere ſalutem, *petit alterius precet:*
Ut Sancti virtus & in hoc fieret manifeſta.
Quo in languore dies fecit triginta novemque.
Iſtis elapſis, fuerat ſolemne futurum,
Richarii feſtum; quod cum cognovit adeſſe,
Qui fuerat præſens, injunxit talia fratri.
En ſicut dignum eſt Sancti ſolennia adibis.
Dic illi, Memor eſſe mei, memor eſſe clientis
Dignetur: recolat pietas fuerit mihi quanta
Erga illum ſemper, cum quanto ardore peculi,
Tractavi ipſius pro poſſe meo utilitatem.
Oret & ad Dominum, ſuſpendat ut ipſe flagellum, *quo in feſto S. Richarii orante,*
Infert ipſius mihi quod ſententia juſta.
Hæc mandata ferens frater diſceſſit ab illo,
Et veniens Sanctum proſternitur ante ſepulcrum,
Orans cum fletu Domini auxilium pietatis.
At poſtquam veniunt ſecreta ſilentia noctis,
Prædictus Frater, Sancti reſidens apud antrum,
Quaſdam nocturnas tranſegit pervigil horas,
Aſſidue pſallens, cauſa fratriſque laborans. E
Aſt ubi reddita lux tranſacta nocte tuiſſet,
Solicite ſacræ celebrat ſolennia Miſſæ, *& Miſſam celebrante*
Inter quæ implorat jugiter fratris medicinam.
Commodet auditum jam nobis quiſque fidelis,
Noverit ut, Sancto ſalvandi quanta facultas
Adſit apud Dominum, ſi quis pie clamet ad illum:
Credere dicturus quod ſum nec differat ullus.
Ex hac nocte quidem ſpeciem phantaſmatis ullam,
Qui infirmus fuerat, non ſenſit: corporis ac ſic
Expulſo morbo cœpit ſentire ſalutem; *ſanatur a*
Eſcam carnalem ut qui pridem ſpreverat omnem,
Indignaretur ſi tunc ſibi parva daretur.
Vidimus inſuper hunc modico poſt tempore ſanum,
Ad grates, Sancti, ſolvendas, limen adiſſe.

Quod Sancti in Feſto pluviæ ceſſaverit unda.

9 In pluviis hiemis converſum tempore quodam
Vidimus Autumnum, menſis quo tempore feſtum
October Sancti monſtrabat adeſſe propinquum:
De quo dum Fratres quaſi compatiendo loquuntur,
Imber quod nimium multos prohiberet inundans,
Nec Sancto obſequium valeant preſtare ſuetum:
In Domino fidens ex ipſis intulit unus;
A Domino legitur Sanctis collata poteſtas, *pluvia nemia in triduo feſti ceſſat:*
Claudere quod cæli poſſunt aperireque portas:
Expertem cujus virtutis non fore credo
Sanctum Richarium, cujus modo feſta propinquant. F
Sed niſi præclaræ fidei quis crederet iſtud,
Cum pluvias nullum poſſet defendere tectum?
Aſt medium curſum cum jam lux ingrederetur
Quæ præcedebat, cælum omni parte ſerenum
Conſpiceres, nubes ſolis fulgore fugante.
Sicque dies feſtus tranſivit, & alter ab illo,
Nulla ut nimboſæ ſtillaret gutta procellæ.
Divino nutu ſic temperiem ſibi gratam
Nactus ut eſt populus, ſancti ſolenne Patroni
Lætus adit, celebrat, lætus remeat celebrato.
Quod Sancti meritis ne quis *m* putet eſſe peractum, *m*
Ad proprias populus vix dum remeaverat ædes,
Incubuit terris cum tam ſubitaneus imber,
Nullus ut omnino poſſet dubitare fidelis;
Quin quaſi ſuſpenſam molem tenuiſſet aquarum,
Hoc triduo, Sanctus, ſua quo ſolennia durant.

10 *Prædones Sancti nequeunt accendere lignum.*

Carminis iſtius primi narratio libri
Hoc retinet, patria quod poſtquam Sanctus in iſta
Enituit, Dominoque ferocia colla ſubegit;
Oceani expromptus ſtuduit tranſire fluenta,

AUCT. ANGELRANO EX MSS.

Alterius gentis cupidus prodeſſe colonis,
More Euangelici miſerantis Samaritani:
Huic ſimile aggreditur quiddam narrare Camena.
Eſt quoddam Caſtrum in pago Ambianenſe, vocatus
n Mons deſiderii; vicus cui ſubjacet unus,
Eccleſia eſt cujus Sancti ſub honore dicata:
o Contra hoc caſtellum, bellum cepere Royenſes;
Pluribus & villis populatis, vicus aditur,
Qui, ſicut dixi, templum Sancti retinebat.
Hunc furia accenſi prædones aggrediuntur,
cereus à templo S. Richarii ablatus nequit accendi. Non dubitaturi templum violare profani.
Forte ſecus templi ſed ſtabat cereus aram:
Hunc præſumentes rapere, aſportant abeuntes.
Sed poſtquam ad proprias ſedes potuere reverti,
Quam ſecum tulerant tentant accendere ceram:
Appoſitum ſibi ſed prorſus ſic reppulit ignem,
Ac ſi in materiem lapidum converſa fuiſſet.
Quod rurſum tentant, rurſum fruſtraque laborant.
Pœnitet hoc pacto Sancti violaſſe ſecreta
Illos, ac celeres templo ſublata remittunt.
Hæc à nonnullis ſic geſta fuiſſe feruntur,
Externus quamvis nobis locus ille fuiſſet.

Metrice Richarii deſcripta relatio Sancti. D

ANNOTATA.

B

a *Acherius* Ingelramnum, *Sammarthani* Ingerrannum *appellans; & addunt, Centulæ natum fuiſſe: potuit ergo etiam ipſam Corporis ſacri relationem, à qua liber hic quartus incipit, vidiſſe an.* 981, *etiam ſi tunc necdum monachus fuiſſet. Titulus hoc hexametro præmittebatur*

b *Indicat fuiſſe* Dominicam Palmarum: *cui mox reſpondet* quinta luce Domini cœna.

c *MS. Reginæ* Engelwinus.

d Coronidem, *vulgo* la Cornice, *intelligit quæ ſupra zophorum longius ſolet procurrere, quandoque ad ſenos vel octonos pedes, pro fabricæ magnitudine.*

e *Alia lectio* Simpliciter noſci: *ſed retinenda eſt prior: quia mox apparet indicari quod* unius Chriſti duplex miſeratio *fuerit.*

f *Ita MS. Reginæ: aliter legitur*, quæ licet: *ſed minus commode.*

g *Effuſione humani ſanguinis templa ſic pollui, ut niſi fuerint reconciliata, nefas ſit in iis divina peragere, notum eſt; ſed hactenus non reperimus exemplum, quod ad fortuitum caſum, cui nullius peccatum intervenit, intelligeretur extendi; uti hic videtur indicari.*

h Nutibus *ſcilicet: & vero lex ſervandi certis locis temporibuſque ſtrictiſſime ſilentii, legitur edocuiſſe monachos artem quidlibet abſque verbis tractandi, cum opus eſſet.*

i *Sequentia habentur ex ſolo MS. Reginæ.*

k *Vide illud ſupra in lib. 2 Miraculorum num. 3.*

l *Id eſt*, totum corpus.

m *Id eſt*, dubitet.

n Mons-Deſiderii, *vulgo* Mondidier, *oppidum* E *cultiſſimum.*

o Roia *oppidum, & nonnullis Sanctterienſis agri caput, vix plus quam trium leucarum intervallo diſtat à Monte-deſiderii, verſus occidentem reſpectu Royæ ſito. De illo egimus 23 Apr. in Analectis de S. Georgio.*

DE S. PASCHASIO RATBERTO,

G. H.

ABBATE CORBEIENSI IN GALLIA.

ANNO DCCCLI

Cultus faver 26 Aprilis,

Carolus du Freſne, Dominus Cangius, Conſiliarius Regis Chriſtianiſſimi, vir eruditus & libris editis notiſſimus, pro ſuo erga ſtudia noſtra affectu varia nobis tranſmiſit, atque inter alia ex Ms. Martyrologio Corbeienſi excerpta in quibus iſta habentur ad diem VI *Kalendas Maii.* Natale S. Richarii. Corbeia monaſterio depoſitio S. Ratberti, Abbatis & Confeſſoris. *Hæc ita auxit Hugo Menardus in ſuo Martyrologio Benedictino:* Corbeiæ in Gallia, depoſitio S. Radberti Paſchaſii Abbatis, magnæ ſanctitatis & doctrinæ viri. *Dein in Notis edidit Menardus, ex Mss. monumentis Corbeienſibus,* C *quam damus Vitam ejuſdem Sancti; ex quibus majus elogium formavit Gabriel Bucelinus in Menologio Benedictino. Andreas Sauſſajus in Supplemento Martyrologii Gallicani iſta habet:* In monaſterio Corbeienſi fit hodie celebritas depoſitionis S. Ratberti Paſchaſii Abbatis, cujus epinicia in hoc Martyrologio exarata ſunt quarto Nonas Januarii.

2 *Ianuarii,* 2 *Colitur dicto ſecundo Ianuarii S. Adalardus Abbas Corbeienſis, poſt cujus elogium (quod forte tunc ignoraret diem natalem) dixerat Sauſſajus:* Item Corbeiæ in Ambianis, depoſitio S. Paſchaſii, Abbatis illius cœnobii & Confeſſoris, qui prælibati S. Adalardi Vitam deſcripſit, ejuſque locum ſortitus, ſanctitatem quoque eximiis virtutum ornamentis ac piorum operum meritis proxime imitatus eſt. Is enim celebris illius aſceterii Abbas effectus, verbo non minus quam exemplo, gregi cui præfuit profuit, nec commiſſo tantum cœtui doctrinæ ac pietatis ſplendore præluxit, ſed univerſam Chriſti Eccleſiam mirabiliter utriuſque dotis gloria illuſtravit. Cæleſti ſiquidem ſapientia decoratus, Græcoque ac Latino ſermone nobiliter inſtructus, errorem Bertrami pſeudomonachi confutavit, adverſus quem de Sacramento altaris adorando librum edidit inſignem, in quo clare & dilucide Corporis & Sanguinis Domini in Euchariſtiæ myſterio veritatem demonſtravit, & tanti Sacramenti majeſtatem & dignitatem etiam adverſus futuras hæreſes fideliter tutatus eſt. Quamobrem & tamquam propheticus ſcriptor habitus eſt à poſteris, quod ducentis fere annis hæreſim Berengarianam, antequam naſceretur, extinxerit. Quibus religioſis trophæis, aliiſque glorioſis meritorum cumulis inſignis, decurſo mortalitatis ſtadio, ad Sanctorum conſortium evocatus, felici exitu beatitatis æternæ adeptus eſt bravium.

3 *Idem Sauſſajus in Supplemento ad diem* XII *Iulii ita ſcribit:* Eodem die, Corbeiæ in Ambianis, elevatio F & tranſlatio S. Ratberti Paſchaſii, Abbatis illius mo- *& 14 Iulii ob tranſlationem factâ ſec.* XI. naſterii, ut propugnatoris myſterii Euchariſtiæ inſignis. *Ad dictum diem in ante indicato Ms. Martyrologio Corbeienſi iſta leguntur:* IV Idus Julii, Apud antiquam Corbeiam elevatio corporis S. Ratberti Paſchaſii Confeſſoris. *Facta eſt ea Tranſlatio ſeculo Chriſti undecimo ab Epiſcopo Ambianenſi Widone, & Abbate Corbeienſi Fulcone: qui apud Sammarthanos traditur præfuiſſe ab anno* MXLVIII *uſque ad annum* MXCVII. *At Wido Epiſcopus fuit ſaltem ab anno* MLIX, *uſque ad annum* MLXXIV.

4 *S. Gerardus Abbas Silvæ-majoris, in Prologo ad Vitam S. Adelardi à nobis ad diem* II *Ianuarii editam, enumerat num.* 2 *illuſtres hujus diſcipulos, & inter alia ſic ſcribit.* Ratbertus quoque Paſchaſius, ejuſdem Ab- *laus ejus apud S. Gerardum Abbatem Silvæ-majoris,* bas loci, qui luculentum edidit librum de Corpore & Sanguine Domini, ejus meruit paternitatem digna filiatione ſui: cujus etiam corpore cum reliquis illuſtratur Corbeia: qui diverſi diverſa diverſæ ſanctitatis in Chriſto adepti ſunt merita. Hic autem qualis fuerit & quantus, in quadam epiſtola teſtatur Abbas Lobienſis Herigerus, qui eo tempore inter ſapientes habebatur ſapientiſſimus. *Verum dolemus, nos eam epiſtolam non potuiſſe nanciſci. Figuris Herige-*

rus

A rus ſeculo Chriſti undecimo, mortuus anno MCVII.

§ Edidit omnia opera S. Paſchaſii Ratberti Iacobus Sirmondus typis Cramoſianis anno MDCXVIII, eiſque præfixit Vitam ejus à ſe compoſitam, quam primo loco damus. In cujus exordio plane diſcrepat à Menardo, dum ille vult inſtructum apud ſacras Virgines Sueſſionenſes, ſub Theodrada Abbatiſſa: quam Menardus tradit tantum ſe recepiſſe ad monaſterium, cum frater ejus S. Adelradus exularet in Herio inſula, juſſu Ludovici Pii Imperatoris. Quo tempore S. Paſchaſius fuiſſet monachus Corbeienſis, & quidem maturæ ætatis, & compoſuiſſet librum de Corpore & Sanguine Chriſti, in quo ſub nomine Arſenii intelligere dicitur S. Adelardum. Idem Menardus arbitratur à Ratberto compoſitam eſſe Vitam S. Richarii, primi Centulenſis Abbatis, quam addit ſe habere manuſcriptam ex cœnobio Centulenſi, in eaque tradit cap. 10 hæc verba haberi. Quanta itaque ex tunc & deinceps auſteritate B. Richarius vitam duxerit, quamque fortiter ſua membra mortificaverit, præſentis opuſculi teſtatur narratio, à reverendis viris Ratberto Abbate nec non Alcuino Albino ſtudioſe conſcripta. Hæc ibi: habemus & nos eamdem Vitam ex Ms. Centulenſi & variis aliis, ſed valde ineptam & à ſtupido impoſtore collectam: qui non ſatis ſuorum mendaciorum memor, res geſtas duorum ſeculorum, quaſi cohærentes, commiſcet, uti latius ſupra, ad Acta S. Richarii diximus.

an fuerit inſtructus in monaſterio Sueſſionenſi.

Vita S. Richarii non eſt ab eo ſcripta:

B 6 Engelmodus aliis Agelmodus, ei de quo agimus Sancto familiaris, & ad annos circiter viginti ſuperſtes, ante Hildeboldum (qui anno DCCCLXXVI interfuit ſynodo Pontigonenſi) Epiſcopus Sueſſionenſis, poëma panegyricum conſcripſit in laudem S. Radberti, ſed admodum obſcurum; quod benevolus lector reperiet apud memoratum Sirmondum poſt Vitam ejus editum. Ad S. Radbertum tres epiſtolas Lupus Abbas Ferrarienſis ſcripſit, ſcilicet quinquageſimam quartam & duas ſequentes. Ludovicus Cellotius, in Hiſtoria Gotteſcalci Prædeſtinatiani, plurima habet ad vitam & doctrinam S. Paſchaſii Ratberti ſpectantia, potiſſimum opuſculo 7 Appendicis Miſcellaneæ à pagina 548, quæ Lector, veritatis amans ſinceræque adverſus impuros Sacramentariorum errores doctrinæ, non ſine fructu evolvet; uti bene monet Philippus Labbe tomo 2 diſſertationis hiſtoricæ de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ubi plurima collegit de Paſchaſio Ratberto pag. 155 & ſequentibus.

mentio ejus apud alios,

7 Ipſe, vir humillimus, ne quid de ſua vita à diſcipulis ſcriberetur extremo cavit mandato: quod tanta religione fuit obſervatum, ut nec poſteri quidem poſt annos ducentos, ad quos ejuſmodi prohibitio non pertinebat, auſi fuerint vel de ejus Vita, juxta majorum relationem; vel de miraculis, ſua ætate crebreſcentibus, quidquam tradere litteris: ideoque cogimur eſſe contenti duplici ſynopſi vitæ, recentiſſime à Sirmondo & Menardo compoſita, de qua ſupra facta mentio eſt.

Compendia Vitæ.

C

V I T A

Auctore Iacobo Sirmondo S. I.

1 PAſchaſio Radberto prima Chriſtianæ inſtitutionis tirocinia fuerunt apud ſacras virgines Sueſſionenſes; quarum cura & ſtudio puerulus educatus eſt, cum earum cœnobio præeſſet Theodrada, regiæ ſtirpis Antiſtita, conſanguinea Caroli Magni. Monaſticam inde vitam aggreſſus in monaſterio Corbeienſi, ſanctioris diſciplinæ magiſtrum & ducem habuit S. Adalardum Abbatem, Theodradæ ejuſdem fratrem & Walæ Comitis, qui & ipſe poſt monachus & Abbas Adalardo ſucceſſit. Ibi ergo florentem & idoneam ſtudiis ſuis palæſtram nactus, cum ingenio atque indole eſſet eximia, mirificos in litteris, & in omni virtutum genere progreſſus fecit: quorum alterum teſtantur publicæ diſſertationes, quibus in Fratrum conſeſſu Scripturas ſacras exponebat; & libri complures varia eruditione

Monachus ſub Abbatibus S. Adalardo & Wala,

ſacram Scripturam exponit,

referti, quos ſcripſit: alterum declarant ſuffragia, quibus Abbas tandem à ſuis, poſt Walam tertius, ſumma cum approbatione renuntiatus eſt. AUCTORE SIRMUNDO

2 In hac autem præfectura quam feliciter gubernarit, quam æquabilem ſe in omnes præbuerit, quam carus viciſſim omnibus fuerit, non facile eſt explicare. Nam cum in eo plurimæ & maximæ virtutes lucerent, tum præcipua quædam morum lenitas & manſuetudo, cum ſingulari prudentia & pietate conjunctæ, amabilem illum ſummis æque ac infimis reddebant; ut non abs re, bonis omnibus amplectendus Abbas, ab æquali quodam ſuo dictus videatur. Oris ad hæc dignitas inerat & venuſtas: vividi oculi, roſeus in vultu color, qui virgineum pudorem & modeſtiam deceret; canities etiam in cæſarie venerabilis. Nec domi ſolum aut apud ſuos erat in pretio; ſed foris apud omnium ordinum homines par gratia & exiſtimatio, tum maxime apud Reges & Principes; à quibus propter inſignem doctrinam & ſanctitatem expetebatur, ſtudioque non vulgari & honore colebatur. Sed inter tot Radberti laudes & ornamenta nihil illuſtrius fuit ſumma ejus animi modeſtia & humilitate, qua de ſe ipſe cum maximi ab omnibus fieret, modice omnino ſentiebat. Itaque monachorum ſe omnium peripſema, Levitarumque ultimum appellare ſolebat: & Diaconi gradu contentus, ad Presbyterii honorem numquam aſpiravit. Pſi deſpicientiam ut poſt mortem quoque ſingulari exemplo teſtaretur, convocatis ſub vitæ finem diſcipulis edixiſſe fertur, ne quis de ipſius vita quidquam litteris conſignaret.

Abbas factus amatur ab omnibus,

ejus vera humilitas

E

3 Monaſterium Corbeienſe multis rebus auxit & ornavit; decretumque à Synodo Pariſienſi ampliſſimum impetravit, quo illius jura omnia & privilegia, jam olim & tum proxime à diverſis Principibus conceſſa, Epiſcopi comprobarunt, aſſenſuque ſuo confirmarunt. Synodis quoque aliis, quæ per ea tempora crebrius agebantur, interfuit; eique nominatim, in qua Goteſchalci apud Cariſiacum cauſa iterum diſcuſſa atque damnata eſt.

auget bona monaſterii:

4 Ingenii vero & doctrinæ monumenta libris ſcriptis, ut dictum eſt, plurima reliquit: in quibus notiſſimus eſt liber de Corpore & Sanguine Domini, quem Ludovico Pio regnante, cum temere à nonnullis de ſanctiſſimo Sacramento jactata quæſtio eſſet, compoſuit; in eoque genuinum Eccleſiæ Catholicæ ſenſum ita primus explicuit, ut viam ceteris aperuerit, qui de eodem argumento multi poſtea ſcripſere. Matthæi Euangelium duodecim libris expoſuit: quorum quatuor primos adhuc monachus inchoarat; reliquos jam Abbas adjecit: ac priores quidem illos Guntlando, S. Richarii apud Centulam monacho, reliquos univerſis ejuſdem Cœnobii ſodalibus nuncupavit. In Pſalmum etiam XLIV inſignem tractatum tribus libris contexuit, ad Sanctimoniales B. Mariæ Sueſſionenſis, gratiam illis rependens primævæ, quam ab illis hauſerat, educationis ſuæ. Vitam præterea inſtitutoris ſui Adalardi, & Walæ item fratris ejus, agonemque SS. Martyrum Rufini & Valerii, cum apud eorum Baſilicas corruptum & depravatum offendiſſet, Clericorum ejus loci rogatu, comptiore ſtylo edidit ac perpolivit. Alia itē, præter epiſtolas diverſas, non pauca ſcripſit. Tum denique in Threnos Hieremiæ multiplicis expoſitionis libros quinque, quod poſtremum Radberti opus fuiſſe creditur, à ſene ſeni Odilmanno, ut ex epiſtola conſtat, oblatum.

Corpore & Sanguine Chriſti,

in Mattheū

& Pſal. 44.

Vitas S. Adalardi & alias:

in Threnos Hieremiæ,

5 Senex ergo, cœloque jam maturus, felici exitu vitam clauſit, die, S. Richarii (quem præcipuo ſemper amore coluerat) memoriæ ſacro, VI Kalendas Majas, anni à Chriſto nato DCCCLI. Conditus primum in eccleſia S. Joannis Euangeliſtæ, in aditu ſacrarii,

obit 26 Aprilis an. 851.

A sacrarii, perdiu ibidem jacuit annis fere ducentis. Poſtea cum ad ejus tumulum crebra mirandorum operum curationumque prodigia fierent, tranſlatus inde, Sedis Apoſtolicæ auctoritate, in majorem S. Petri Baſilicam à Widone Epiſcopo Ambianenſi, atque inter Adalardi, Præcordii, aliorumque Sanctorum reliquias, ut congrua deinceps in veneratione omnibus eſſet, collocatus eſt IV Idus Julias. Extat de S. Radberti laudibus Carmen Engelmodi Epiſcopi Sueſſionenſis.

claret miraculis:

transfertur 12 Iulii.

ALIA VITA

Ex veteribus monumentis Corbeiæ Gallicæ ab Hugone Menardo collecta.

Natione Romanus, ordine Levita,

1 SAnctus Ratbertus Paſchaſius fuit natione Romanus, dignitate Levita, ſeptimus in ordine Diaconorum, tantæque humilitatis, ut numquam ad Sacerdotii faſtigium aſcendere voluerit. Ejus ſanctitatem prædicavit Herigerus Abbas Laubienſis in quadam epiſtola. Cum autem S. Adalardus Abbas Corbeienſis à Leone Papa Romæ honorifice fuiſſet acceptus, S. Ratbertus ejus ſanctimoniam admiratus, ei deinceps adhæſit: & in Galliam redeuntem ſecutus, ſe ejus magiſterio regularibus diſciplinis tradidit erudiendum. Sumpto in monaſterio Corbeienſi habitu, Magiſtri ſui virtutes omni ſtudio imitari conatus eſt: ad quas admirabilis prorſus acceſſit eruditio, ut ejus opera teſtantur. Scripſit enim Vitam S. Adalardi Magiſtri ſui, & Walæ Abbatis, fratris & ſucceſſoris ejuſdem Adalardi: ſcripſit & Commentarium in Pſalmum quadrageſimum quartum, in tres libros diviſum, ad venerabilem Thetradam apud S. Mariam Sueſſionis Abbatiſſam, ſororem prædictorum Patrum Adalardi & Wallæ, & ad ejus ſanctimoniales, qualiter ipſi Dilecto adhærere deberent exponendo. Cum aliquando iter faciens veniſſet ad baſilicas ſanctorum Martyrum Rufini & Valerii, ei à Clericis ejuſdem eccleſiæ oblatus eſt codex Paſſionis; & de correctione rogatus, novum edidit. In conventu Fratrum ſæpe de Scripturis divinis diſſerebat. Quocirca Fratres doctrinæ illius lenocinio deliniti, eum deprecati ſunt, ut Matthæum Euangeliſtam exponeret; quod libenter fecit, totumque opus duodecim libris abſolvit. Ex iis quatuor, adhuc monachus, dedicavit Guntulando monacho S. Richarii apud Centulam, viro admodum religioſo: ceteros vero, jam Abbas factus, dedicavit ejuſdem loci monachis ſibi familiariſſimis. Librum de Corpore & Sanguine Domini ſcripſit, cum S. Adalardus (quem in præfatione ejuſdem libri Arſenium vocat) in Herio inſula exularet; illumque Placido, qui poſtea Abbas fuit, dedicavit. Noviſſimum opus illudque egregium admodum eſt, quod in Lamentationes Hieremiæ, jam ſenex, compoſuit, ad ſenem Odilmannum, triplici interpretatione & quinque voluminibus abſolutum. Ob tantam igitur eruditionem vitæque ſanctimoniam, Iſaac Abbate defuncto, omnium Fratrum votis & ſuffragiis Abbas Corbeienſis renuntiatus eſt. Quo in munere, quamvis in regendis monachis ſedulam navaret operam, numquam tamen litterarum ſtudium intermiſit: & humilitatem, quam ab initio converſionis coluerat, uſque ad vitæ exitum mordicus tenuit. Nam ſenio gravis, obitum ſibi imminere præſentiens, coactis Fratribus ſupremum valedicturus, interdixit, ne à quoquam vita ſua ſcriberetur; tandemque in Chriſto obdormivit ſexto Kalendas Maii, die S. Richarii, quem plurimum dilexerat; cujuſque monachos, multa religione præditos, ſumma obſervantia coluerat. Sepultus eſt à ſuis in eccleſia S. Joannis Euangeliſtæ, medio loco ante introitum Presbyterii. Poſtea, pluribus annorum curriculis jam emenſis, ſub Fulcone Abbate, qui octavus decimus ab eo Corbeiæ præfuit, plurima ad ejus ſepulcrum miracula facta ſunt. Quocirca auctoritate Sedis Apoſtolicæ, à Widone, Ambianorum Præſule, ſacrum ejus corpus, quarto Idus Julii, de terra levatum, ad majorem eccleſiam S. Petri honorifice tranſlatum eſt, ut cum aliis Sanctis, Adalardo & Præcordio, populo venerabundum exponeretur.

S. Adalardo adhæret:

ejus Vitam ſcribit,

& in Pſalmum 44.

& Vitam SS. Rufini & Valerii.

& in Matthæum,

librum de Euchariſtia;

& in Threnos Hieremiæ,

Abbas addictus ſtudiis & humilitati:

à morte nihil vult de ſe ſcribi:

obit 26 Aprilis,

ſepultus in eccleſia S. Ioannis Euangeliſtæ,

tranſlatus ad eccleſiam S. Petri 12 Iulii.

DE S. GVILLELMO, PATRE; ET S. PEREGRINO, FILIO;

G. H. *ANTIOCHENIS, FOGGIÆ IN ITALIA.*

SECULO XII

Foggia in Apulia colluntur ut Patroni.

Acta ex MSS.

IN ea hodierni regni Neapolitani parte, quæ antiquis Apulia Daunia, nunc Capitanata appellatur, viſitur oppidum Foggia, in agro, *teſte Leandro Alberto*, tritici, hordei, ceterorumque frumenti generum fertiliſſimo, *ſitum inter urbes Epiſcopales, Troiam & Manfredoniam. Colit hæc & ut Patronos ſuos veneratur duos Sanctos, Antiochenos patria, ſed apud ſe vita functos, Guilielmum patrem & Peregrinum filium. Horum Acta, ſed mutila, ſolebant hoc* XXVI *Aprilis ad Matutinum recitari, in novem ideo diſtributa Lectiones; quorum alteram partem forſan per Octavam, aut certe menſe Octobri (quando etiam cultum habuiſſe indicatur) ſolitam fuiſſe in officio recitari arbitramur. Supplemus aliquo modo partem illam deperditam ex hymnis, reſponſoriis & antiphonis, ex quibus eam, nullo verbo addito, collegimus, prout lectori commodius fore judicavimus; omiſſis iis quæ ad priorem partem vitæ ſpectabant, aut quæ ſæpius repetebantur.*

2 *Omnia hæc ad* P. *Antonium Beatillum miſerat Ioannes Iacobus Belvedere, Archipresbyter Foggienſis, cum epiſtola, qua de Reliquiis, anno* MDCXXX *ſe præſente recognitis, ita ſcribit:* Illuſtriſſimus Joannes Baptiſta Aſtallus, Epiſcopus noſter, (*Fuerat hic anno* MDCXXVIII *factus ab Vrbano VIII Trojanus Epiſcopus, & ad ejus diœceſim Foggia pertinet*) ab hujus loci communitate requiſitus, ut ſineret ampliari eccleſiam, & dictorum Sanctorum Reliquias in locum magis conſpicuum transferri; illuc ſe quodam veſpere tranſtulit, comitantibus, præter me loci Archipresbyterum, Domino Auditore Joanne Baptiſta Muſcettola & Canonicis atque Nobilibus nonnullis. Deſtructo autem altari, invenit ſacra lipſana, repoſita intra arcam lapideam: quibus ſubſtrata erat tela quædam coloribus picta, inſtrata autem cerata rubea, utraque tam integra, ac ſi primum illuc illata fuiſſet. Octiduo poſt inventa ſunt inſerta eidem altari duo vaſa teſtea, quorum unum continebat viſcera; exſucca illa quidem & arida, ſed tamen colorem naturalem adeo vivum ſervantia, ut omnibus admirationi eſſent; alterum plenum erat terra, parvis oſſiculis & diſſolutis in eam carnibus atque adipibus miſta, intra quam ſcilicet jacuerant oſſa, uſque dum ex primæ ſepulturæ loco tollerentur honorabilius collocanda. Omnia autem ſpirabant jucundiſſimum ſuavitatis cujuſdam cæleſtis odorem. Conſervantur nunc ſacra hæc pignora in quodam ſcrinio, ſerica veſte cremeſina obtecto,

Corpora illorum anno 1630 elevata:

A tecto, & inter reliquam eccleſiæ gazam repoſito; uſque dum altare majus, iiſdem excipiendis deſtinatum, plene perfecteque ornatum fuerit. Servatur ibidem in vaſe cryſtallino palma illa, qua mirabiliter reflorèſcente invicem ſeſe agnovere Sancti, uti narratur in eorum officio proprio; ſicca illa quidem, flexilis tamen, non minus quam ſi ab arbore recens decerpta vireret: quod ipſum miraculo imputandum videtur. *Hactenus ille, anno* MDCXXXVIII *ſcribens. Addit vero hanc fuiſſe ibidem inſcriptionem repertam:*

antiqua Inſcriptio reperta.

Hîc pater almus filius atque
Antiochenî membra deponunt:
Quique vagati climata mundi,
Fronde virenti, mente ſerenâ.
Nunc, Frederico condita Ruſo
Imperatore, Foggia ſervat.

3 *Eſt hic* Fredericus Barbaroſſa *ſive* Ænobarbus; *quo anno* MCXC *mortuo Henricus filius imperavit, & anno* MCXCIV *Rogerio Tancredi filio extincto, Rex utriuſque Siciliæ factus eſt; cujus tempore dictam inſcriptionem fuiſſe factam opinamur, propterea quod tempus conditæ Foggiæ maluerit auctor notare Friderici nomine, licet nihil tunc juris in eam habentis, quam Tancredi aut Rogerii Regum, quorum aliàs nomine notari illud debuiſſet. Quamdiu ante obierint hi* B *Sancti non conſtat. Nomen Guillelmi Gallicum & Germanicum eſt, ut videntur natus, poſt Antiochiam à Latinis anno* MC *occupatam. Additur in Officio duplex de his Sanctis collecta ſive Oratio, quarum una ſic attingit aliqua illorum geſta.*

Tempus vitæ.

Oratio.

Deus qui mirabiliter mundum creaſti, & in Sanctis tuis mirabilius quotidie operaris, quique palmam gloriæ tuæ, aridam & ſine radice, naſci & fructificare feciſti, meritis ſanctorum Confeſſorum Patrum noſtrorum, Guilelmi & Peregrini filii ejus, quorum corpora in noſtra requieſcunt eccleſia; propitiare nobis famulis tuis, ut eorum pia interceſſione, ab omnibus ſemper protegamur adverſis.

VITA
Ex MSS. Eccleſiæ Foggienſis.
PARS I.
Ex Lectionibus ad Matutinum recitatis.

C 1 MUltifariam multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, noviſſime diebus iſtis locutus eſt nobis per Sanctos, Guilielmum patrem & Peregrinum filium: quos conſtituit heredes cæleſtis patriæ: ad quam nos verbo & exemplo invitare non deſinunt, dicentes: Venite filii, audite nos, timorem Domini docebimus vos. Guilielmus enim ex clariſſima Syriæ urbe Antiochia, & antiqua illuſtrique proſapia nativitatis ſuæ duxit originem. Qui poſtquam ætatem attigit, quæ moribus informari poſſet, mirum in modum puerulus, ſub parentum ac præceptoris diligenti ſolertia, omnium virtutum caterva ſe ſtuduit exornare. Pubertatis deinde annos attingens, piis parentibus orbatus, quammaximis divitiis affluens, ex conjuge illuſtriſſima ſeque tanto viro digniſſima, Peregrinum unicum filium, tantarum virtutum ac divitiarum futurum heredem, habere promeruit. Quem ſuo tempore moribus & litteris informandum quamvis pædagogo, ſancto & litterato viro, dediſſet; ipſe tamen pius pater, perinde ac alter Tobias, ſedulo illum oblectamenta ſeculi verbo & exemplo ſpernere & floccifacere docebat. Pius autem puer, haud ſurdus patris auditor, utpote bonis imbutus moribus, adeo mundum hunc contemptui habebat, adeo exhorrebat fugiebatque, uti ſolent alii noſtra tem-

S. Guilielmus Antiochenus,

gignit S. Peregrinũ:

piis moribus & litteris inſtruit:

peſtate magni facere ac quæritare. Idcirco litteris non ſegniter cœpit intendere, tanta cura tantoque ſtudio, ut brevi tempore, non ſolum coætaneos ſuos, verum etiam qui longe ante eiſdem operam dederant, facile anteiret. EX MS.

2 Cum autem in his evaſiſſet doctiſſimus, noſſetque ſcientiam ſine ſapientia & bonitate nihil aut parum profuturam ſibi, virtutibus cœpit intendere, deinde contemplationi vacare: ut totius ſanctitatis formam & exemplar omnibus ſe poſſet exhibere. Quare parentem inprimis, qui ſanctior ac religioſior aliis Antiochenis habebatur civibus, æmulari cœpit, deinde ceteros, qui aliqua virtute clarebant, imitari: & veluti apis prudentiſſima hinc inde diverſos virtutum flores colligere, unde poſſet in futuro tempore dulciſſima mella conficere, ſibi ac aliis profutura. Quid tantis? Puer equidem ſanctus ad omnimodam ſanctitatis perfectionem in brevi pervenit, ut poſſes eum non hominem & quidem mortalem, ſed quamdam virtutem cæleſtem non abs re exiſtimare.

ſilius contemplationi dedituſ,

patrem & bonos viros imitatur:

3 Cum autem adoleſcentiam exceſſiſſet, divino afflatus munere, cepit eum viſendæ Jeruſalem urbis ac locorum ibidem ſacrorum viſitandorum inaudita cupiditas. Quare adiens patrem ſuum, primum ejuſdem benedictione percepta, & non ſine maxima difficultate illuc eundi obtenta licentia, pro ſericis vili veſte contentus, & pro aurea zona funiculo cinctus, pedes & in voluntaria paupertate iter arripiens, Hieroſolymam devenit: in cujus ſacratiſſimis locis viſitandis tanta afficiebatur devotione, tanta lacrymarum emiſſione, ut poſſet cum Pſalmiſta dicere: *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte.* Quotiès autem vir ſanctus ſanctiſſimum Domini ſepulcrum intrabat, tanta in contemplando divina myſteria dulcedine replebatur mens ejus, ut omnino abſorberetur ſpiritu, & omnium terrenarum rerum omnimoda eum caperet oblivio. Quare nihil eum delectabat niſi contemplari, orare, Deo vacare & ſaluti proximorum inſiſtere. Unde in quoddam pauperum ac multorum infirmorum hoſpitale ſe recipiens, ibidem eorum ſanctis ac piis obſequiis ſe omnino mancipavit: ubi afflictos conſolabatur, miſeros levabat, & inter mundi hujus adverſa deficientes verbo pariter & exemplo fovebat. Quippe ſic omnes Chriſti pauperes diligebat, quaſi caritatis viſceribus omnes concepiſſet; ſic omnibus ultro libentiſſime inſerviebat; ſic lubens ſanie fluentes & lepra affectos contrectabat, lingebat, oſculabatur, ac ſi Chriſtũ Dominum noſtrum in illis tangere & oſculari videretur. F

Pſal. 41, 4

miniſtrat in hoſpitali:

4 Pater autem iterum videndi filium nimio angebatur affectu. Cumque ſingulis diebus ejus præſtolaretur reditum, nec rediret; ſpe ſua fruſtratus, miſſis Hieroſolymam pro filii inquiſitione diligentiſſimis nuntiis, ac eo nuſquam comperto vacuis redeuntibus, decrevit & ipſe Hieroſolymam petere: quod in brevi perfecit. Ubi ſacro Domini noſtri ſepulcro viſitato, ac aliis ejuſdem piis locis devotiſſime fuſtratis, dum amantiſſime ubilibet quæritat & nullibi invenire valet, magis ac magis animo torquebatur. Siniſtra exinde valetudine incurſa ad hoſpitale caſu declinat: in quo pius filius pauperum obſequiis ſe dedicaverat: à quo cum fuiſſet ille cognitus, utpote quod habitu non mutato illuc receſſerat, filiũ tamen ipſe nequaquã agnovit, licet quotidie haberet præſentem, ſervientem, blandientem & multoties ægritudinis ſuæ cauſa comperta, filii reditum propediem promittentem. Cumque languor ejus omnino dietim increſceret, imminentemque patris crudeliſſimam mortem filius recognoſceret; amplius filius ſibi non eſſe differendum exiſtimans, patri ſe manifeſtavit, & cuncta quæ geſſerat per ordi-

à patre inquiritur:

eum agritudo ſuſcepit incognitus,

indicat ſe filium eſſe, & ſanum reddit:

EX MS. nem enarravit. Pater autem ex invento filio, repentino affectus gaudio, in ejus amplexus ruens, illico lecto, in quo jacebat, surrexit incolumis, omni languore sublato.

ambo Antiochiam redeunt, 5 Aperit patri filius pius, quidquid animo jam pridem conceperat, & quod nihil aliud erat sibi cordi, quam Deo in habitu peregrinorum & pauperum ministrare. De communi consensu ambo in patriam redeunt, ut distracto patrimonio, quod illis erat amplissimum, ejus omne pretium in pios usus converterent. In paucis diebus cum id fecissent, & partem Christi pauperibus & sanctis pariter ecclesiis & hospitalibus ædificandis ultro dedissent, partem secum Hierosolymam detulerunt, ut inde possent in pauperum hospitio, quo primum declinarent, Christi pauperes alere. Itaque eo venientes cuncta indigentibus necessaria abundantissime subministrabant. Nam ære alieno obnoxios absolvebant, infirmos quosque & pauperes eleemosynis fovebant, nudos vestiebant, famelicos & esurientes pascebant, & sitientes potabant. mortuorum corpora sua impensa sepulturæ, quoties opus erat, libentissime tradebant: declinantes ad se peregrinos, ouantes, veluti si Christum reciperent, suscipiebant: sicque per talia
B & tanta pietatis opera, fidereas sibi & in æternum duraturas mansiones præparabant.

patrimonium distrahunt;

Hierosolymis pia opera exercent.

PARS II.

Ex hymnis, responsoriis & antiphonis collecta.

6 GUilielmus Antiochenus genere, Peregrinum nomine filium, divino profecto munere, Foggiæ edidit auxilium. Gaude Felix Apulia, sed tu magis, ô Foggia: cum tibi ex Antiochia transmissa sint magnalia. Guilielmus pater inclitus cum Peregrino filio, inspirati divinitus, tibi fiunt auxilio. Post multa diverticula regionum & spatia peragrata, mi-
D racula ad te declinant grandia. Quanta sit Sanctorum gloria, palma viridis testatur: quæ cum esset arida, Sanctorum tactu humectatur. Admirabilis, ô bone Jesu, fuisti propter servos tuos Antiochenos, quos ad nos direxisti sanctæ misericordiæ plenos. Exemplo pater & natus prædicant, mortales omnes ad cælestia clamitant, qui dum caducis se bonis abdicant, æternis ac veris se cumulant. Neminem viri sancti despiciunt, nec quovis modo proximum contemnunt: dumque se præ omnibus minimos faciunt, cælestia regna lucrifaciunt. Signo Crucis edito lumen cæcus habuit Ambrosius, qui Sancto-
miraculis clarent: rum meritis illud rapuit. Riccardus, qui diu in grabato fuerat tentus, per Sanctorum merita mox sanus fuit & extentus. Maria quædam, per biduum à dæmonio vexata, per Sanctorum patrocinium illico fuit liberata. Ægros curant Sancti dum visitant, & compeditos sæpe redimunt, mortuos quandoque humi collocant, & famelicos ultro reficiunt: tali modo hanc vitam inhabitant.

Post peregrinationes varias Foggiam veniunt,

instruunt cives,

eodem tempore moriuntur:

7 Eodem loco & tempore Sancti Dei hinc evolant, & in supremo & puro æthere cælestem vitam
E nunc inhabitant, ubi claro & mundo pectore cum Sanctis omnibus tripudiant. Sanctos suos Dominus mirificavit, dum multiplici miraculo illos decoravit. Jubilent fideles cives Foggiani, quod multi languentes à sepulcro redeunt sani. Magnus Dominus noster & laudabilis nimis in civitate Foggia nuper apparuit; quando in locis ejusdem, nimis ejus magna virtus, in Sanctis Guilielmo & Peregrino, claruit. Lætare mater Apulia: sed tu magis ô Foggia: quia toti das mundo gaudia. Alma siquidem mater Ecclesia tecum agit festa solennia. Beatam omnes te *festum celebratur.* prædicant, quod catervatim visitant tua gentes tabernacula. Deum gentes collaudate, Sanctorum ossa honorate, quorum vota ne deficiant.

DE B. ALDA SEV ALDOBRANDESCA,

D. P. *VIDVA SENENSI TERTII ORD. HVMILIATORVM.*

ANNO MCCCIX

Ordo Humiliatorū,

C *Rdo Humiliatorum in Mediolanensi Ducatu efflorüit, latasque & fœcundas propagines sparsit per Italiam universam, approbatus à Lucio Papa III, erectus utriusque sexus monasteriis. De his agens Iacobus de Vitriaco Historiæ Occidentalis cap. 28, proximus illorum initiis auctor,* eorùmdem prædicationibus factum *aut,* quod multi nobiles & potentes cives, matronæ etiam & virgines ad Dominum converterentur: quorum quidam seculo renuntiantes, ad eorum religionem transierunt: alii autem in seculo corporaliter remanentes, licet cum filiis & uxoribus remanserint, humiliati & à mundi negotiationibus abstracti, in habitu religioso & sobrietate victus & operibus misericordiæ permanentes, utuntur hoc seculo, secundum Apostoli consilium, velut non utentes. *Ex his posterioribus fuit* B. Alda *sive* Aldobrandesca, *Senensis vidua, quæ post mariti obitum susceptо habitu prædicto, in suum quoddam prædiolum se recipiens, virtutum exemplis & miraculorum signis claruit, cælestium visionum gratiis vitam austerissimam condientibus.*

Senis habuit ecclesiam S. Thomæ,

2 *Defuncta corpus Senis in ecclesia S. Thomæ Apostoli, quæ olim Humiliatorum fuit, nunc extinctis sub Pio V virorum conventibus transiit ad Sanctimoniales ex Ordine S. Francisci, postquam earum monasterium (quod fuerat extra portam Camuliam) reductum in urbem est, servato S. Petronillæ titulo, juxta prædictam ecclesiam. Hujus monasterii Abbatissa Mathildis Petrucci, rogata submittere, si quid extaret uspiam eorum monumentorum, ex quibus Vitam scripsit edidítque Italice Fr. Gregorius Lombardelli, & Ludovico Cardinali Estensi dedicavit anno* MDLXXXIII; *respondit anno* MDCLXXI, *nihil ejusmodi nunc reperiri. Profecto de Sanctis patriis optime meritus est Gregorius Lombardelli, eruendo latentia in archivis acta, eaque materna lingua exornando: sed quod eadem iisdem archivis non sint reddita; non tam ipsi imputandum venit, quam iis qui commodata ipsi originalia antiqua non curaverunt recipere: quod autem eadem nullibi nunc inveniantur, culpa est eorum qui ejusmodi scripta, in defuncti scrinio reperta nesciverunt æstimare. Quod si ea adhuc apud aliquem sunt, hunc rogamus ut prædictum Gregorium ipsiusque Fratres velit à nota infidelitatis & negligentiæ absolvere, ipsa scripta exhibendo, ut possint huic operi vel ejus supplemento inseri. Loquor autem non de sola B. Aldobrandesca: sed etiam de plerisque eorum, quorum Vitas Italice Gregorius scripsit, & originalia monumenta ipsi tradita periisse queruntur, penes quos Sanctorum, de quibus egit, corpora sunt. Porro quia nobis nec habet nec vacat Lombardelli contextum, rhetoricis amplificationibus ad pompam suffartum, Latinum ex integro facere; ejus sententia non verbis inhærentes totam vitæ seriem periodo complectemur breviori; titulos vero capitum, ab auctore propositos, dabimus ad calcem hujus commentarii, eorumque numeros aptabimus nostræ succinctiori versioni.*

ubi solum corpus Beatæ est super,

F

de perditis originalibus de Vita.

3 *Obiisse scribitur Beata die* XXVI *Aprilis anno* MCCCX: *sed annos more Senensi (quem ad diem* XVII *de B. Clara Gambacurtia agentes explicuimus) esse numerandos, & quia* 1309 *ibi est decimus, ex usu nunc recepto numerandum nonum,*

Videtur obiisse illa

sum

A *tum ipſa ratione temporum perſuademur, tum confirmari poteſt ex eo, quod in narranda Beatæ morte nulla uſpiam fiat mentio Paſchalis temporis; quæ non videtur fuiſſe omittenda, ſi revera mortua eſſet Beata anno* X *iſtius ſeculi, quando Paſcha celebratum fuit* XIX *Aprilis, & ejuſdem menſis dies* XXVI *concurrebat cum Octava Paſchæ ſeu Dominica in Albis. At vero præcedentis anni Paſcha actum erat* XXX *Martii: & ſic prædictus obitus, cadens in Sabbatum ante Dominicam à Paſchate quartam, longe à Paſchali feſtivitate removebatur.*

Cultus apud Humiliatos olim,

4 *Porro non tantum Senis, ſed & per totum Humiliatorum Ordinem celebris fuit ſancta hujus Viduæ fama, & nomen ejus ubique cum titulo Beatæ receptum, atque in imaginibus repræſentatum: quarum etiam aliquas hoc ipſo ſeculo ari inciſas vidimus Mediolani, cum omnibus Dominicæ Paſſionis inſtrumentis, aliiſque characteriſticis notis, ſi dem facientibus ipſam eſſe cujus Vitam hic dabimus. Ibidem Mediolani apud heredes Ioannis Petri Puricelli, Laurentianæ eccleſiæ Archipresbyteri, invenimus Hiſtoriam Humiliatorum, hactenus ineditam & magno ſtudio ab illo collectam: ex qua tranſcripſimus varia, die* XXVI *Septembris danda ad Vitam S. Ioannis, primi in Ordine dicto Presbyteri. Ibi de*

ſub nomine B. Aldæ,

B *Beata Alda notavimus, Rondinari (ſuburbium hoc urbis Comenſis eſt, in quo præcipuum olim Ordinu monaſterium & templum cum corpore S. Ioannis) inter aliorum Sanctorum Humiliatorum effigies, antiquo opere expreſſas, cerni feminam in habitu religioſo, cum tribus in manu clavis & hac epigraphe,* B. Alda, *quæ aquam mutavit in vinum, quod in Vita Aldobrandeſcæ legitur. Similes imagines cum titulo & inſignibus* Beatæ *depictas, in pluribus conventibus Sanctimonialium Humiliatarum (nam hæ in hodiernum uſque diem Mediolani & alibi ſub Epiſcoporum directione vigent) teſtatur idem Puricellus & nominatim Mediolani in antiquo templo monaſterii S. Eraſmi, vulgo dicti* San-Novo, *(quod nunc aliis uſibus applicatum ſquallet) & ſupra columnas in porticu clauſtri S. Mariæ de circulo. Idem ait, quod poſtremo loco, conſequenter expreſſis duabus feminis in habitu Sanctimonialium, una in actu ſuſtinentis manu poſitum ſupra caput molarem lapidem rotundum & grandem, quo videtur ejus aliquod miraculum ex obedientia patratum repræſentari; & altera cum tribus in manu clavis; aut in-*

& B. Blancæ, una cum B. Bruna;

quam, ſub hac quidem ſcriptum eſſe, B. Bruna de Vercellis; *ſub iſta,* B. Alda de Senis; *verum addit haud quaquam ſibi dubium videri, quin, errore plaſtarum & incuria præfectorum operi, permutatæ fuerint epigraphæ; & ſicuti ſignum trium clavorum convenit B. Aldæ, ita ſignum geſtati lapidis B. Brunæ conveniat; de qua eo libentius hic meminimus, quod de ea deque mortis ejus die aliunde nihil*

C *cognoverimus. Habuit idem Puricellus antiquum Humiliatorum Miſſale, excuſum Mediolani anno* MDIV, *in eoque reperit (in pagina fortaſis ante vel retro vacua) ſcriptum vel impreſſum catalogum Sanctorum aut Beatorum Ordinis, in quo duæ ſolum Beatæ nominantur,* B. Blanca Senenſis, & B. Bruna Vercellenſis. *Suſpicamur nos prolixius nomen* Aldobrandeſcæ *in duas ſectum partes ſic vulgo ſolitū uſurpari, ut modo pars prior nominis, modo poſterior, & quidem contracta, adhibeatur: & hinc factum ut modo* Alda, *modo* Branca *inveniatur, & corruptius* Blāca; *fortaſis cum aliquo luſu, in vocibus ſignificationis oppoſitæ,* Blanca & Bruna.

nunc apud Dominicanas fere nullus.

5 *Et hæc quidem, dum res Humiliatorum ſtetere, notam celebremque fuiſſe ſanctitatem Beatæ ſatis declarant, noſque convincunt, eidem locum deberi in hoc opere. Alias, ex quo ad alterius inſtituti Religioſas eccleſia S. Thomæ tranſivit, adeo neglectus jacet dicta Beatæ cultus, ut pigeat pudeatque fateri. Oſſa enim in exterioris eccleſiæ pariete dextro (ut ſcilicet pateret civibus illud adoraturis acceſſus liber) anno* MCCCCLXXXIX *depoſita & anno* MDLXXXIII *præſente ipſo Gregorio Lombardello (uti teſtatur in Appendice) in novam arculam tranſlata, eumdem etiam nunc locellum occupant, ulnam unam latum altumque; qui oſtiolo clauditur ligneo ſatis vili, ac viliori peſſulo ferreo; ſub quo depicta cernitur Beata, in habitu jacentis ac moribundæ,*

abſque ullo lampadum vel cereorum honore, aliove ſacri cultus indicio, vel annui feſti qualicumque religione; quemadmodum nobis perſcriptum Senis eſt ab eo, qui rogatus ſingula inſpexit conſideravitque, & ſe continere non potuit, quo minus in ſua ad nos epiſtola quereretur de tanto rei olim tam ſacræ neglectu. AUCTORE D. P.

Vita compendia varia recentiora,

6 *Vitam B. Aldobrandeſcæ, à Gregorio Lombardelli compoſitam, editamque anno* MDLXXXIV *Silvanus Razzius Abbas Camaldulenſis breviorem in formam redegit, primumque anno* MDXCIII *inter Vitas Sanctorum Hetruſcorum vulgavit, deinde anno* MDCVI *in Vitis feminarum ſanctitate illuſtrium. Arnoldus Wion lib.* 3. *Ligni Vitæ, citato Razzio, inſcripſit illam Martyrologio monaſtico, cum hoc encomio:* Senis depoſitio B. Aldobrandeſcæ, ſanctimonialis tertii Ordinis Humiliatorum, admirandæ ſanctitatis & patientiæ feminæ. Hæc ex nobili Ponziorum genere nata, & Bindoni Bellanti juveni nobiliſſimo matrimonio copulata, exemplo Annæ prophetiſſæ in perpetua virginitate cum viro ſuo permanſit: quo mortuo, habitum ſanctæ Religionis aſſumens, de manibus R. P. Fr. Accurſii Tolomei, tanta religione vixit, ut & in vita & poſt mortem multis miraculis claruerit. *Hæc Arnoldus. Scripſerat* Gregorius & Razzius *ex illo, pios conjuges à complexu maritali abſtinuiſſe in reverentiam ſuſcepti Sacramenti, ad dies pauculos exemplo Tobiæ junioris. Ecce nunc (ut ſcias quanti referat è primis fontibus hiſtorias peti) Arnoldus perpetuam continentiam fingit, eumque ſequitur Gabriel Bucelinus vitæ compendium prolixius texens: & utrique credulus Arturus à Monſtier in ſacro Gynæceo, proponit* Depoſitionem B. Aldobrandeſcæ Virginis. *Illis cautior Hugo Menardus, ſolas duas primas lineas ex Arnoldo tranſcripſit, & Philippus Ferrarius in Catalogo Generali paucioribus etiam verbis eſt uſus: itâque declinaverunt à lapſu, in quem ceteros Arnoldus traxerat, tam in hoc errans, quam in Annæ prophetiſſæ exemplo, de qua præciſe contrarium aſſerit Lucas Euangeliſta, teſtando, quod* vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua, *id eſt,* poſt. *Eadem levitate in Annotationibus dicitur, quod* Silvanus Razzius Vitam, à Gregorio Latine conſcriptam, adferat in libro de Vitis ſanctorum Etruriæ: *nam neque Vitæ Latinæ ſcriptæ uſpiam meminit Razzius, ut ſolet ſemper quoties ex Latinis transfert aliquid; neque Gregorius quidquam Latine ſcripſit, ac ne Latinam quidem Vitam allegavit uſpiam. Et nobis indignantur adhuc ex Benedictino Ordine aliqui, quod Arnoldum Wion, fidei & diligentiæ tam vacillantis auctorem, ſequi cunctemur, tum in aliis rebus, tum in Sanctis Ordini Benedictino adſcribendis? Aliud vitæ compendium invenietur in Faſtis Senenſibus, à Patribus Ioanne Ferrario atque Sebaſtiano Conti compoſitis.*

non ſine mendis.

E

F

SYLLABUS CAPITUM.

I DE parentibus & patria B. Aldobrandeſcæ.
II De nativitate Aldobrandeſcæ, & viſione matri ante partum oblata.
III Quam bene educata fuerit infantili ætate.
IV Quomodo fuerit à parentibus in honeſtum matrimonium elocata
V Quanta ejus fuerit in ſtatu conjugali diſcretio, quæ eam & marito amabilem, & cunctis admirabilem fecit.
VI Quanta patientia pertulerit infortunia, morbos & mortem mariti.
VII Quomodo ſtatuerit Deo ſanctius ſervire ſub habitu religioſo.
VIII Quod ad ſecundas nuptias fruſtra fuerit expetita & ſtimulata.
IX Quomodo aſſumpſerit habitum tertii Ordinis Humiliatorū.
X De continuis Aldobrandeſcæ ieiuniis, & cibis quibus veſcebatur.
XI Quomodo hac occaſione graviter fuerit tentata à demoniis.
XII Quomodo ad ſuperandam tentationem cœperit cilicio indui, fune cingi, humi cubare, diſcalceata incedere, ſpineam coronam geſtare.
XIII De vita ſolitaria, quam in quodam ſuo oratorio agebat.
XIV Quomodo Chriſtus ei iſtic apparuerit & collocutus ſit.
XV Quomodo unius oculi lumē amiſerit & denuo recuperarit.
XVI Quomodo aquam in vinum Crucis ſigno converterit.

EX ITAL. GREGOR. LOMBARDELLI.

XVII Qualiter Deum precata ut ſibi monſtraretur forma clavorum, quibus crucifixus eſt Dominus, ſimilem curarit fabricari, qui etiamnunc ſupereſt.
XVIII Quam devota fuerit Chriſto & Deiparæ Virgini.
XIX Quomodo exhibitum ei ſit myſterium nativitatis Chriſti.
XX Quomodo corporeis oculis viderit totam hiſtoriam paſſionis Chriſti.
XXI Quomodo conceſſum ei ſit guſtare de ſanguine lateris Crucifixi.
XXII Quomodo contemplata ſit myſterium glorioſæ Reſurrectionis
XXIII Quomodo viderit myſterium Aſcenſionis in cælum.
XXIV Quam humilis coram Deo & hominibus extiterit.
XXV Quomodo elegerit ſervaveritque pauperratem voluntariam, ſpreta omni terrena ſubſtantia.
XXVI Quanta ejus fuerit caritas erga proximum.
XXVII Quomodo ſe addixerit obſequio pauperum in hoſpitali S. Andreæ.
XXVIII Quomodo viſæ ſint candelæ duæ, ambulantem præcedere.
XXIX Quomodo viderit Reginam cælorum Mariam in magna gloria & majeſtate.
XXX Quomodo rapta in paradiſum viderit ſanctos Angelos throno Dei aſſiſtentes.
XXXI Quomodo cognoverit & prædixerit futura.
XXXII Quam varie affligeretur in extaſim rapta.
XXXIII Quomodo mortem ſuam prædixerit, & litem intra duas eccleſias de ſuo corpore naſcituram.
XXXIV Quomodo varios infirmos ſigno Crucis ſanaverit.
B XXXV De felici eius tranſitu, eis qui in Hoſpitali erant nec exſpectato nec viſo.
XXXVI Quomodo fuerit honorifice ſepulta in eccleſia S. Thomæ, pendente lite inter ipſam & eccleſiam S. Andreæ.
XXXVII De tranſlatione ſacri corporis.
XXXVIII Appendix auctoris.

VITA

Ex Italico Gregorii Lombardelli.

CAPUT I.

Natales, matrimonium, & viduitas Beatæ.

Senis nobiliter naſcitura,

1 IN civitate Senarum anno Chriſti MCCXLV, die XXVIII Februarii, nata Aldobrandeſca, patrem habuit Petrum-Franciſcum, ex nobili Ponziorum familia, honeſtis moribus & vita inculpata hominem; qui ita exercuit mercaturam, ut neque ſibi neque proximis damnoſus eſſet, ut faciunt qui pro temporali lucro famam maculant, animamque damnationi æternæ exponunt. Mater ex clariſſima Bulgarinorum ſtirpe, Domna Agnes nuncupabatur, probitate par viro: quicum aliud ſpectabat nihil, liberis gignendis dans operam, quam ut prolem crearent divinæ aptam voluntati.

C

præmonſtratur matri electa à Deo,

2 Hujus voti compotem futuram, ipſi prægnanti manifeſtatum eſt hujuſcemodi ſomnio. Videbatur parturientis cubiculum admirabili luce colluſtratum, natamque mox puellam circumdari magno numero perſonarum, eidem obſequium & reverentiam plurimam deferentium: ac vocem de cælis allapſam audire ſe putabat quæ diceret: Vide, Agnes, ut infantis hujus ſolicitam geras curam, quia eam ſibi elegit Deus. Illa experrecta, poſthac plus ſolito cogitabunda apparuit, cauſam tamen ejuſmodi mutationis ne quidem viro revelatam voluit; ſed eamdem interrogata, excuſabat graviditatem, quæ ita moroſam efficeret. Partu deinde levata ad priorem rediit alacritatem; & poſt filiæ baptiſmum celebratum, marito ſuo revelavit, quidquid in ſomno viderat audieratque; exhortans eum, ut ſecum pariter ad divinam voluntatem implendam incumberet. Quod ille, cum gratiarum actione, ſe facturum recepit.

& ſolicite educatur:

bonis artibus & moribus inſtructa:

3 Progrediente ætate iis artibus moribuſque informata fuit, quæ ſexum conditionemque decebant: ſed multo libentius ſtudiis ſacris occupabatur quam profanis, iis potiſſimum quæ plus oblectationis momentaneæ quam ſolidæ utilitatis habebant; quamvis hæc quoque amplecteretur, intuitu obedientiæ & reverentiæ parentibus debitæ. In utriſque autem ſic profecit, ut paſſim laudata & æſtimata, in matrimonium expeteretur à juventute Senenſi. D

nuptui tradita,

4 Inter omnes qui puellam ambiebant, placuit parentibus D. Bindus Bellanti, nobilitate non magis quam virtutibus ornatiſſimus, modeſtus, religioſus, ſuperiorum reverens, humanis diviniſque inſtructus litteris: in quem ſibi propoſitum conſentiens pudiciſſima virgo, proteſtata eſt, ſibi quidem magis in voto eſſe, ut in aliquo monaſterio divinis mancipata obſequiis vitam liceret traducere; parentum tamen voluntati omnem affectum proprium poſteriorem ducere, quandoquidem perſuaſa erat, hanc cum divina eamdem eſſe.

continentiam dierum aliquot marito perſuadet:

5 Nuptiis ex more Eccleſiæ Catholicæ celebratis, quam primum in domum mariti advenit, memor eorum quæ de juniore Tobia & Sara ejus uxore legerat, perſuaſit viro, ut reſpectu Sacramenti quod ſuſceperant, à conſummando matrimonio per ſex aut octo dies abſtinere vellet, ſecum interim jejuniis atque orationibus vacans. Deinde intelligens virum mulieris eſſe caput, neque ſe ſui corporis habere poteſtatem, primum quidem ſtuduit ei morem gerere, deinde declinare omnia per quæ alienis forſitan oculis placere poſſet, ultra quam vellet ipſa, aut proximi expediret ſaluti. Ergo in cultu corporis modeſtiſſima, in plateis aut ad feneſtras rara, domi & in exercitiis familiaribus aſſidua, intenta operibus caritatis, ſupra familiarium actiones vigilans, addicta jejuniis & orationibus, non minus Deo quam marito utilem gratamque ducebat vitam; anniſque nonnullis in conjugio vixit, nullam interim prolem ſuſcipiens. E

ex quo nullam deinde prolem gignens,

eodem poſt exercitium multa patientia mortuo,

6 Quia autem placita erat Deo anima illius, neceſſe quoque fuit ut adverſis probaretur ejus virtus; quæ nec pauca nec levia piis conjugibus obvenere. Nam primum centena aliquot ſcuta, quæ mercatoriæ negotiationi impenderat Bindus, periere: deinde gravi nervorum percuſſus infirmitate cœpit etiam acutis torqueri febribus; ac demum purulentis ulceribus totus diffluere; conſtantiam Chriſtianam adhæc omnia tenente uxore, & damna, morbos atque ulcera viri conſolando, ſerviendo, mundandoque patientiam exercente. Tandem tot ærumnis finem impoſuit religioſiſſime ſuſcepta mors; in qua illa nihil magis doluit, quam præreptum ſibi tolerantiæ exemplum ſimul & materiam. Quare mox atque animum efflavit ille, coram crucifixo Domino proſternens ipſa ſe, gratias eidem egit, quod ea ſeſe liberaſſet ſervitute. Deinde curavit ut corpus, ſuis compoſitum manibus, in eccleſia S. Dominici congruo cum honore tumularetur. F

à ſecundis nuptiis abhorrens,

7, 8, 9 Marito viduata, laudatarum in Scripturis matronarum, Judithæ & Annæ ſequenda ſibi exempla propoſuit; hanc quidem, frequentando eccleſias & ſacris officiis aſſiſtendo; iſtam, jejunando & carnem macerando. Expetita nihilominus fuit ad ſecundas nuptias, propter notam cunctis probitatem: ſed virum ſecundum ſuadentibus parentibus pudice libereque ſemper reſtitit; omnino profeſſa, nolle ſe prioris viri memoriam novis amoribus obliterare. Tandem præſcindere laqueos mundi volens & ſpem omnem propoſito ſuo contrariam, ad eccleſiam S. Thomæ, quæ Fratrum Humiliatorum erat, ſe contulit: & accerſito Fr. Accurſio, eo qui ſecundus habitum Ordinis induit, & ejuſdem poſtea fuit Generalis, magnæ ſanctitatis & zeli ardentiſſimi viro, declaravit ſibi eſſe conſtitutum, abdicato ſeculo, vitam poſthac reliquam agere ſub habitu religioſo. Quam ſuſcipiens ille, convocatis quæ per urbem ſparſæ degebant Sororibus ejuſdem inſtituti, coram illis receptam ſacro habitu induit.

ſuſcipit habitum Humiliatorii.

CAPUT

A

CAPUT II.

B. Aldobrandeſcæ pœnitens vita in ſuburbana ſolitudine, cæleſtibus favoribus cumulata.

vitam inſtituit perquam auſteram,

10 EX hinc ipſa corpori ſuo bellum indicens, legem abſtinentiæ arctiſſimæ ſibi fixit, & uſque ad finem vitæ tenuit. Nam præter aquam nihil unquam adhibuit ad potum, niſi aliquando acetum & fel, & diebus Veneris etiam myrrham, ut Jeſu ſuo ſic potato aſſimilaretur: cibis autem utebatur omnino vilibus, herbis ſcilicet & leguminibus: quod ſi nimium debilem ſe ſentiret, ad paucos dies veſcebatur pane, eodem rurſus abſtinens ſtatim atque ſibi videbatur valentior. Porro ſemel dumtaxat veſcebatur in die, idque hora jam tarda, videlicet nona.

vincit objectas tentationes,

11 Non propterea tamen inimicus omnis boni diabolus deſperavit eamdem poſſe proſternere, ſed primum frequenti conjugalium deliciarum recordatione turbabat ejus caſtiſſimam mentem: ipſamque mariti ſpeciem oggerebat per ſomnum, velut matrimoniale debitum exigentis. Sed etiam tunc in propoſito firma, quodammodo nitebatur ei conſpuere faciem: experrecta autem in genua provolvebat ſeſe, totumque corpus catena diverberans, copioſo perfundebat ſanguine, uſque dum victus inimicus diſcederet. Sed is mox rediens, miſeram inſanamque appellabat, quæ ſperaret ejuſmodi pœnitentia placare Deum, tot tantiſque illius peccatis offenſum. Cui ipſa reſpondit, nullam ſibi ſpem eſſe niſi in ſola Dei clementiſſimi miſericordia: atque ita coegit diſcedere confuſum, ſpernens excitatum ab eo fragorem fœtoremque, quibus ipſam conturbare nitebatur.

B

cilicio induta,

12 Ut vero adverſus ejuſmodi inſultus foret armatior, dimiſſo induſio lineo, carnem cilicio aſpero induit, confecto ex ſetis, ipſumque cinxit cingulo frequentiſſimis nodis inæquali, dicens: Præcinge, Domine, lumbos meos, ne in iis carnem rebellionem ſentiam. Atque hæc dicens, exauditam ſe ſenſit, cum ineffabili cordis jubilo, nullos deinceps illius ſtimulos paſſa. Utebatur etiam, ad macerandum nocturna diurnaque flagellatione corpus, catena ferrea, & ſomnum capiebat in pavimento, cui vilem inſtraverat ſaccum; idque ut ſummum ad horas quaternas, reliquam noctis partem orationi meditationique & cædendo impendens corpori. Denique ne quod ejus membrum abſque cruciatu haberet, calceos depoſuit, ad pedum nuditatem tegendam prolixiori utens veſtitu: caput quoque ſuum cinxit coronula, ſpinis acutiſſimis illud punctura, ad expreſſiorem Chriſti ſimilitudinem in ſe exprimendam.

aliiſque pœnitentiæ inſtrumentis armata,

C

ſecedit in prædiolum ſuum,

13 Deinde intelligens quam difficulter conſervaretur ab humanæ converſationis inquinationibus anima inter urbanos ſtrepitus; & non ſolum convenire ut eleemoſyna in abſcondito fiat, ſed etiam quodcumque aliud bonum; recepit ſe ad quoddam ſuum prædiolum, duobus milliariis remotum ab urbe, quod villa ad Quartum dicebatur; ibique parvum ſibi excitavit oratorium, in quo ſibi aliquando Miſſam dicendam curabat, & ſacro Chriſti corpore reficiebatur, ut plurimum illic intendens orationi, & rerum omnium terrenarum obliviſcens.

ubi Jeſu conſpectu & alloquio dignatur,

14 Accerſierat aliquando Sacerdotem coram ſe celebraturum, quem dum expectat ipſa in oratione poſita, cœpit vehementer optare viſibilem Jeſu ſui præſentiam, qualis in hoc mundo olim fuerat converſatus. Qui autem prope eſt omnibus invocantibus eum deſiderium ſponſæ ſuæ adimplens, apparuit eidem in forma humana, ſed coopertus candidiſſima veſte, eademque multis pretioſis monilibus adornata, ad ſignificandum quod animam ipſius ab omni ſorde perpurgare volebat, & vario virtutum decore adornare. Diſparuit autem Chriſtus ad Sacerdotis adventum: qui cum ipſi Euchariſtiam præbuiſſet, vidit mox alienatam à ſenſibus & loquentem audivit, ſed quid loqueretur intelligere non potuit: ipſa vero in ſe reverſa, quanto debiliorem corpore, tanto ſenſit ſe caritate ardentiorem.

EX ITAL. GREGOR. LOMBARDELLI.

unius oculi viſu privatur:

15 Porro ut patientia quoque illius probaretur, tentavit eam Deus oculi dexteri inflatione tam noxia, ut computreſcentibus illius humoribus, poſt ingentes cruciatus, cæcum eum effecerit. Ferebat incommodum æquanimiter Dei ſerva, eique gratias agens complures ſic exegerat ſeptimanas: quando per Angelum ſuum indicavit ei Deus, ſuæ eſſe voluntatis ut majorem curam ſanitatis gereret. Bonine an mali ſpiritus ea eſſet ſuggeſtio dubitans Aldobrandeſca, in orationem ſe dedit. Poſtmodum dormienti audita vox eſt hujuſmodi: Senas abi iſtic illuminanda, quoniam ita jubet Deus. Expectavit illa donec ſic tertium moneretur, ac tum demum in viam ſe dedit; *eumdem miraculoſe recipit:*

pervenienſque ad eccleſiam Monticellenſium, quam nunc Capucini Patres tenent; & eam pro ſua conſuetudine ingreſſa, invenit ſtantem ad aram Sacerdotem, cui ſumpturo ſacrum Chriſti Sanguinem, gutta una ſupra patenam exciderat, & cum ea pene ipſa mens, neſcienti quid ſibi eſſet tali caſu agendum. Id divinitus intelligens Aldobrandeſca, exclamavit: Sume, ſume, Pater ſancte, lingua lambendo quod cecidit; & confide quia miſericors Deus condonabit tibi negligentiam commiſſam. His dictis exiliit de patena ſplendor ingens, qui cum ſtupore præſentium totam ſubito eccleſiam implens, ſtatim in faciem Aldobrandeſcæ reflexus eſt, omnemque ab oculo dolorem ſuſtulit: quem deinde ab oratione conſurgens, perſanatum eadem retulit ad oratorium ſuum.

E

aquam in vinum convertit,

16 Conduxerat aliquando ad hortus ſui culturam ruſticum; qui cum ſitiret, & apud ipſam ſoli aquæ aſſuetam vinum non inveniret; plenum ex fonte poculum hauſit, dixitque: Eia mater, quando vinum deeſt, huic ſaltem aquæ benedicito, ut melior mihi ac ſalubrior ſit. Fecit illa quod rogabatur, oculiſque in cælum ſublatis, ſignum Crucis ſuper calicem protulit; ex quo bibens ruſticus vinum agnovit, quo nullum ſæpidius biberat; prodigioſamque mutationem non ceſſavit prædicare quoad vixit. Alias, cœnante cum ea Berta quadam, ipſa hoſpiti ſuæ, vino aſſuetæ, compatiens, elevato ad Deum animo ſignum Crucis ſimiliter expreſſit: & Berta optimum vinum in manibus habuit: de quo admirans & requirens quomodo id ipſa feciſſet: Non ego, reſpondit, ſed ille, qui de petra olim aquam eduxit.

F

clavos crucifixi contemplata;

17 Paſſioni Dominicæ contemplandæ & jugiter recogitandæ pie affectam, ſubiit quandoque vehemens deſiderium, conſpiciendi eos clavos, è quibus ſalus noſtra pependit in cruce. Mox Angelus adfuit, tres ei clavos ſanguineos exhibens; quorum unus ceteris grandior, forte quia utrique pedi configendo ſervire debuerat, memoriæ ejus inhæſit tam tenaciter, ut accipiens ex horto oleaginum ramum, ejuſdem ſimilitudinem ſibi cultello expreſſerit, tam perfectam; ut qui vidit clavum in ſacrario Chriſtianiſſimi Regis ſervatum, affirmet omnibus ſuis partibus ei eſſe æqualem. Cuſtoditur etiamnum ligneus iſte clavus in eccleſia S. Thomæ, & poſt trecentorum annorum fluxum perſeverat quaſi recenter exciſus: quapropter ipſa in variis dictæ eccleſiæ ſacellis depicta cernitur cum clavo in manu.

unius ex iis ſimilitudinem exprimit.

Poſt Jeſu & Mariæ conſpectum,

18, 19, 20 Amabat multis titulis Beatiſſimam virginem Mariam ejuſque benedictum filium mundi Redemptorem: dumque amorem eum piis conſiderationibus magis quotidie inflammare niteretur, auſa eſt petere, ut ambos videre ſibi daretur corporeis oculis: neque fruſtrata eſt deſiderio ſuo. Nam

EX ITAL. GREGOR LOMBARDELLI.

in ſanctiſſimo Chriſti natali datum eſt eidem videre totum myſteriorum eo die ac nocte geſtarum ordinem, cum adoratione Magorum & fuga in Ægyptum. Sed dum in ſpiritu accurrere nititur, ut divinum infantem ſtringeret brachiorum amplexu, evanuit viſio, & cæleſti conſolatione plenam reliquit; quam Aldobrandeſca cupiens frequenti memoria acceptæ gratiæ conſervare, conata eſt illius expreſſam ſimilitudinem imaginando retinere: nec potuit. Quare rurſum feria una ſexta intendens recogitandæ Chriſti paſſioni; hujus etiam ſeriem univerſam conſpectui ſuo objici petiit & impetravit: cui dum inhæret, ſeque omnium & in omnibus ream plangens, aggreditur corpus catena cedere, diſparuit lacrymabilis ſcena ab oculis

videt myſteria Nativitatis & Paſſionis:

21 Hujus apparitionis recordatione dum identidem paſcit animum, ſenſit deſiderium ingens deguſtandi ſanguinis divini, quem viderat è dextro latere ſcaturire. Dumque in eo atque in imagine Crucifixi hæret defixa, gratiam iſtam à Jeſu & Maria flagitans, guttam unam ſanguinis è latere imaginis ſuæ conſpexit prorumpere: quam labiis colligens, ineffabilem ſuavitatem in ore ſuo ſenſit: atque in hujus beneficii memoriam pingi fecit Virginem Matrem, depoſiti è cruce filii corpus inter brachia tenentem, ipſique lateris vulnere applicantem os ſuum. Alias vero redeunte ſimili deſiderio, ſimiliter prorumpentē ſanguinis guttam collegit ſtrophiolo, verita ne deflueret priuſquam poſſet os ſuum admovere; ipſamque ſugendo excipiens, parem rurſus dulcedinem experta eſt.

ſanguine lateris Chriſti reficitur:

B

22, 23, 24 Singula quoque Dominicæ Reſurrectionis & glorioſæ Aſcenſionis myſteria per ordinem in ipſis earum feſtivitatibus contemplans Aldobrandeſca, ipſa quandoque per corpoream ſpeciem oculis ſuis objecta habuit, & in iis mirabiliter gaviſa fuit. Cumque tot tantiſque favoribus cumularetur divinitus, non modo non efferebatur in ſuperbiam, ſed profundius humiliabatur coram Deo, illis ſe indigniſſimam reputans: ſed & reſpectu hominum eamdem animi præferebat dim ſſionem, laudari impatiens, contemni appetens, ſeque cunctis poſtponens: quod ſi culpari aliquem ipſa audiret, dicebat cum gemitu; Si ita arguitur qui tanto eſt melior quam ego, quid de me dici conveniret?

videt myſteria Reſurrectionis & Aſcenſionis,

ſemper humilis

25 Paupertatem ſuam eo uſque provexit, ut venditis atque in uſus pauperum diſtributis quibuſcumque ſuis in urbe Senenſi bonis, contenta eſſet uſu unius ſui prædioli; cujus etiam fructus diſpenſabat in pauperes; aliud nihil reſervans, quam vilem ſaccum & ſcamellum, ad quietem pauperum ſupravenientium ſibi; fundum cucurbitæ, ad potum; & paucula vaſa teſtea, ad miniſtrandum cibum iiſdem pauperibus: nec unquam induci potuit, ut reponeret aliquid præpararetque in futurum.

C

& paupertatis extremæ tenax.

CAPUT III.

Extrema vita in Hoſpitali Senenſi acta, miracula, ſepultura.

Senas regreſſa,

26, 27 ITa vivens ad provectam ætatem attigerat, quando cœpit conſiderare vitam Salvatoris noſtri, in commodum proximi occupatiſſimam, ipſamque ſuimet pudere, quæ domi quieta divinis frueretur ſolatiis. Propoſuit igitur dimiſſa ſolitudine impendere ſeſe viduarum, orphanorum, infirmorum & aliorum derelictorum ſolatio, converſioni proſtitutarū mulierecularum, exhortandis ad regulæ obſervationem ſanctimonialibus, & quibuſcumque operibus piis. Denique ad Hoſpitale S. Andreæ nunc S. Onuphrii dictum ſe tranſtulit, ibique nacta locum ſecretum, quo ſe reciperet oratura aut brevem captura ſom-

addicit ſe miniſterio hoſpitalis:

num, totam ſe tradidit infirmorum & peregrinorum miniſterio, promptam eis operam præſtans, non interdiu tantum ſed etiam noctu, cum maxima ædificatione tam civium quam externorum.

D

28 Talibus ſtudiis intentam glorificare volens Deus, fecit ut ipſa per aulam Hoſpitalis tranſeunte, quædam ejuſdem Hoſpitalis ancilla, nomine Jacomina, videret ante ipſam candidiſſimos duos cereos albos, quacumque ſe moveret, accenſor præferri, nemine qui portaret apparente: quo ſpectaculo commota exclamare cœpit, & quid hoc rei eſſet altis vocibus quærere. Neque cohiberi potuit ullis aut nutibus aut precibus, quo minus omnibus, tum forte ad audiendam Miſſam convenientibus, propalaret rem tam admirabilem. Quare Aldobrandeſca, humanæ laudis fugientiſſima, protinus in ſuum ſe cubiculum abdidit, corpus duriter flagellavit, & per aliquantos dies delituit, priuſquam rurſum ad conſueta miniſteria & conſpectus humanos reverteretur.

prodigioſo lumine colluſtratur:

29, 30 Dominicis diebus ſolebat ſpecialius honorare cæli Reginam Mariam. Quare, cum ſupernis viſionibus quanto fruebatur ſæpius, tanto cupidius inhiaret, poſtulavit aliquando ut ipſa Domina noſtra ei ſe viſendam daret: quod & obtinuit. Recurrente enim Dominica die, Deiparam vidit, ſplendentiſſima byſſo & monilibus pretioſiſſimis indutam & ornatam, cum aurea miræ pulchritudinis corona; ac rurſum alia Dominica, eamdem conſpexit in veſte aurea, habentem in capite coronam ſtellarum duodecim, & lunam ſub pedibus, ac tabulam in manu, ſic inſcriptam: Matris legem obſervate filiæ. Similiter cum tertias quaſque ferias honori ſanctorum Angelorum ſpecialiter haberet dedicatas, eorumque Ordines divinæ Majeſtatis throno circumfuſos optaviſſet conſpicere, voti ſui compos effecta eſt tertia Paſchali feria: indeque in rerum mundanarum contemptum verſa, dum animam ſuam alloquens ſeſe excitat illa in cæleſtium amorem, diſparuit viſio, plenam ſolatio & robore ſpirituali relinquens.

fruitur conſpectu Deiparæ

E

& Angelica hierarchiæ:

31 Prophetico etiam ſpiritu donatam eam aliquoties patuit, circa caſus ſibi aut aliis obventuros. Ita per ſomnum viſa eſt ſibi videre ſuum quemdam nepotem, inter medios milites vulneratum, & ex vulneribus acceptis morientem. Quare non contenta monuiſſe parentes, ne filium ſuum militare paterentur; ipſum quoque ad ſe accerſitum conata eſt dimovere à caſtris ſequendis. Sed fruſtra fuere omnia: exivit ad bellum juvenis gloriæ cupidus, & ſomnia Beatæ atque prædictiones irridens: nec diu poſt rediit nuntius de cæde ipſius. Mulier quædam, præcipuæ inter Senenſes notę, poſt gravem quam paſſa fuerat infirmitatem, amens remanſit, ſic tamen ut lucidis quandoque inter vallis videretur compos rationis. Aliis remediis diu fruſtra tentatis, obtulerunt eam Aldobrandeſcæ conſanguinei ſui: quæ facto ſuper eam Crucis ſigno, Vade, inquit, filia, neque poſt hac de medicinis adhibendis cogita; ſed ſcito quod in proximo Purificationis feſto (aberat autem illud tribus integris menſibus) perfectæ ſanitati reſtituenda ſis, quia tuas tuorumque preces exaudivit Dominus; neque aliter quam prædixerat accidit.

futura prædicit:

F

32 Ad hæc dum cæleſtibus contemplationibus intenderet, ſæpe rapiebatur in extaſim: quo in ſtatu cum eam ſemel deprehendiſſet prædicta Jacomina, hoſpitalis famula, conterrita exclamavit, omneſq; accivit ad videndam eam quam credebat mortuam. Quod in admirationē alii, alii vertentes in riſum, cœperunt ipſam pungere & vellicare, aciculis etiam confodere, & igne adhibito manus adurere, uſque dum illa ad ſenſus ſuos rediens, totoque corpore excruciatam ſe ſentiens, dixit, Ignoſcat vobis Deus. Illi vero ſteterunt omnes immobiles in loco, donec eorum

in extaſim rapta & irriſorie cruciatur,

bonum pro malo retribuit.

A rum miſerta Aldobrandeſca pro iiſdem oravit: finita autem oratione, non tantum illi reſtituti ſunt ſibi, ſed ipſa quoque liberatam ſe ſenſit omni dolore. Atque ex hoc tempore quiſcumque eidem ſic raptæ ſuperveniebat, ſumma cum devotione ut Sanctam venerans, ejus oſculabatur veſtimenta, aut aliter religioſum teſtabatur affectum.

mortis ſuæ tempus cognoſcens,

33 Denique cupiens mortis ſuæ tempus noſſe, per nocturnam in ſomno viſionem ipſum intellexit; nec id tantum, ſed etiam litem de ſuo corpore futuram inter Parochum S. Andreæ & Præpoſitum Humiliatorum. Cum autem deſignatus dies appropinquaret, convocatos miniſtros Hoſpitalis exhortari cœpit ad colendam vitæ honeſtatem, caritatemque erga peregrinos & pauperes exercendam; eoſdemque obteſtata ne funem quo præcincta erat à mortuo ſuo corpore auferrent; ſignificavit etiam quid ſibi circa obitum ſuum fuerit divinitus revelatum. Sed prius quam ad hæc accedamus narrandæ ſunt miraculoſæ quædam curationes, quibus famulam ſuam cohoneſtavit Dominus.

extrema dat mandata:

multos infirmos ſigno Crucis ſanat:

B

34 Puer quidam toto corpore dolores magnos patiens, quibus remedium nullum fieri potuit; ſanus fuit, mox atque Aldobrandeſca oblatum ſibi Cruce ſignavit. Simili modo ab inflatione fauces præcludente liberatus eſt ejuſdem pueri frater bimulus. Nec alia medicina opus fuit puellæ, tota facie tumidæ, & unius oculi jam viſu privatæ; cui poſtero die incidendæ ferrum adhibere ſtatuerant chirurgi; uti nec mulieri, graviter ex mamilla tumente cruciatæ. Alteri mulieri, ſimili tumore dolenti, inciſionem decreverat medicus: ſed prævertit miſeræ compatiens Aldobrandeſca, & unctione olei ex lucerna ac ſigno Crucis tumorem diſſipavit. Idem malum patiens femina alia, folium ex vite ſumpſit, atque ſub invocatione nominis ejus cum ſigno Crucis impoſuit infirmo uberi, & ſe mox ſanam gaviſa eſt. Conrado cuidam malignus tumor fauces præcludens abſtulerat edendi facultatem: reddidit illam Aldobrandeſca, ſalutari ſigno adhibito: quo etiam cæcæ mulieri oculos aperuit, & juvenem à morbo epileptico liberavit. Harum aliarumque curationum fama excitata mulier, varias eaſque incurabiles infirmitates pridem patiens, orationum ipſius imploravit auxilium, & efficaciam eſt experta, cum eſſet per ipſam Cruce ſignata. Alteri mulieri, à malignis ſpiritibus diu vexatæ, ſimilis fiducia adeundæ Beatæ ad liberationem valuit, cum nollet Hoſpitali exire, priuſquam ſe dimiſſam ab infeſtis illis hoſpitibus cognoviſſet. Cerreti etiam vir quidam decumbebat ad mortem: cujus filius feſtinavit Senas ut pannum nigrum ornando funeri compararet: ſed cum feliciter in Aldobrandeſcam incidiſſet, ipſa lacrymanti juveni compatiens, benedixit panem, eumque infirmo ut daret juſſit: qui mox convaluit, quaſi numquam ægrotaſſet.

C

ad orationem compoſita expirat:

35 Tandem appropinquante exitus ſui tempore, febriles ardores pati cœpit Aldobrandeſca, nec tamen ab aſſuetis miniſteriis ceſſabat, quamvis conſumi ſentiebat ſeſe, niſi modiciſſimo tempore per diem, quo deficienti corpori quietem aliquam indulgeret. Ipſo autem mortis ſuæ die, ingreſſa cubiculum, clauſit oſtium feneſtramque, & ſe ad orationem compoſuit genuflexa: atque inter eos quos tali in articulo adhibitos par eſt credere extremæ pœnitentiæ ardentiſſimæque caritatis affectus, expiravit vigeſima ſexta Aprilis, anno Domini MCCCX. Nuſpiam illam comparere mirabantur Hoſpitalis inquilini, quibus conſuetudo illius atque ſedulitas cognita erat. Accedunt ad cameram; clauſam reperiunt; præſtolantur foris aliquamdiu; cumque nec pulſantibus reſponderetur, per altiorem quamdam feneſtrã introgreſſi, mirantur in loco ſuaviſſimum odorem

concurritur ad corpus viſendum,

lucemque clariſſimam: quare, licet tota corporis compoſitione viventis orantiſque præferret ſpeciem, ſuſpicari cœperunt non jam à ſenſibus, ſed à corpore exiviſſe beatam animam. Idem confirmavit B. Joannes Baptiſta Tolomei *a* Dominicanus, ipſa ſuperveniens hora, palamque edicens, oſtenſam ſibi fuiſſe illius animam, multa cum gloria in ſpecie columbæ in cælum ſubvolantem. Mox ingens toto Hoſpitali perſonuit planctus omnium; ipſique infirmi, è ſuis progreſſi lectulis, accurrere cœperunt ad ſpectandum ſacrum corpus, ac plerique à ſuis infirmitatibus curati fuere. Tum rei fama pervolavit civitatem, varioſque animorum motus ciens, fecit ut maxima ætatis omnis atque conditionis multitudo ad Hoſpitale confluëret.

EX ITAL. GREGOR. LOMBARDELLI.

a

quod poſt aliquam de eo contentionem,

36 Inter hæc familiæ nobiles Ponziorum, Bellantium & Bulgarinorum, de ſepultura corpori ſacro danda conſultantes, in partes diſtractæ ſunt. Etenim Patres Humiliati contendebant illam ſibi deberi, quæ habitu Ordinis ipſorum veſtita ipſorumque fuerat ſpiritualis Soror: econtra vero S. Andreæ Parochus jus ſuum ſuſtinebat, tamquam in ſubditam. Ea contentio uti moram injecit negotio, ſic commoditatem multis præbuit adeundi corporis & infirmitatum ſuarum curationem referendi. Delata demum cauſa eſt ad Reverendiſſimum Dominum Rogerium de Caſulis, ex Ordine S. Dominici & conventu Senenſi Epiſcopum urbis, magnæ doctrinæ ac ſanctitatis virum; qui perpenſis hinc inde juribus & argumentis allatis, adjudicavit Patribus Humiliatis cauſam. Itaque apud hos die vigeſima nona Aprilis, cum maximo cereorum apparatu & ſolenniſſimo Magiſtratus nobilitatiſque totius officio, ſepultum eſt corpus, ad latus eccleſiæ dextrum, ſub altari Deiparæ, octodecim circiter paſſibus ab ara Principe; eodemque die multis miraculoſis curationibus famulæ ſuæ ſanctitatem Deus omnipotens declaravit.

E

29 April. ſepelitur apud trans-mutatos:

ubi miraculis clareſcens,

37 Neque cum ſepulturæ die finis miraculis factus eſt, ſed accurrentibus identidem populis, ſæpius iterata illa fuere. Quapropter Præpoſito eccleſiæ, Fr. Salvatori quondam Lazari de Senis, viſum eſt, tantum theſaurum non eſſe ſub terra retinendum diutius: ſed efferendum altius in locum magis congruum, quem ad hoc delegerat, excavato pariete inter ſacellum Nativitatis Dominicæ & monumentum Bonſignoriorum. Tranſlationi faciendæ conſenſum præbuit Reverendiſſimus D. Franciſcus, ex illuſtri Piccolomineorum familia, tunc Senenſis Epiſcopus, poſtea Pontifex Romanus Pius III; refoſſaque terra, intra arcam lapideam inventa ſunt ſola corporis ſancti oſſa, & arculæ idoneæ impoſita, riteque tranſlata menſe Novembri anni MCCCCLXXXIX. Poſtea ornatus eſt locus à pictoribus: qui etiam in ipſo pariete expreſſere memoriam quorumdam miraculorum, per ipſam divinitus patratorum. Deinceps quoque plura accidere, uti teſtantur tabellæ donariaque votiva nonnulla illic appenſa, ad laudem Beatæ & gloriam Dei, qui ſit in ſecula benedictus. Amen. *b*

elevatio an. 1489.

F

b

Appendix auctoris de miraculo recentiori c

38 Nec debeo præterire ſilentio quod cum præteritis hiſce annis quædam perſonæ, ipſius nomini pie devotæ, perſuaſiſſent Reverendis matribus *c* S. Petronillæ, ut parietem, intra quem collocatæ erant Reliquiæ ſanctæ, ex parte monaſterii pertundendum curarent; eaque occaſione aperta fuiſſet arca coram toto conventu ſanctimonialium, earum una cui moleſtus catarrhus caput oculoſque gravi afficiebat dolore, magna cum fiducia acceptum officulum partibus infirmis reverenter admovit, ſeque mox liberam ſentiens in hanc uſque diem vivit ſana, ſicut atteſtati mihi ſunt admodum Reverendus & Excellens D. Abbas & Canonicus, D. Julius Tuti olim Confeſſarius ipſius venerandi monaſterii; nec non admodum

& tranſlatione anno 1583.

A dum Reverendus Magiſter Daniel Francus Rector eccleſiæ S. Thomæ Apoſtoli, uterque conſcius prædicti miraculi. Nihilo magis tacere volo, quod cum ipſe præterito *d* anno ſacras illas Reliquias videre cuperem, idque impetraſſem à prædicto Domino Rectore, contuli me cum Patre Mag. Simone Cannucciario de Senis, ex noſtro S. Dominici conventu, ad memoratam eccleſiam, eo tempore quo perfringi debebat paries, capſam venerabilem continens: apertaque coram nobis dictoque Rectore & fabro cœmentario arca, tantus tamque ſuavis odor totum replevit locum, ut vehementer fuiſſemus admiraturi, niſi ejuſmodi divinis effectibus legendis audiendiſque aſſueviſſemus. Tunc Deum collaudantes, ſacra oſſa repoſuimus in capſam meliorem ornatioremque, & hanc in eodem loco ſic collocavimus, ut deinceps conſpici ab omnibus & honorari poſſit. Quod dum fit, inventa eſt intra priorem capſam ſcheda, teſtis antea narratæ tranſlationis.

B

ANNOTATA.

a B. Joannis Bapt. Tolomæi, *Vitam collegit & vulgavit Italice idem hic Gregorius Lombardelli, eodem quo hanc Vitam anno* 1587, *ex qua ſcimus Avenione apud ſuos Prædicatores mortuum & ſepultum eſſe, anno* 1320, 24 *Iunii: ad quem libenter etiam ipſi Latine dabimus ejuſdem Vitæ ſummarium, ſi interim de aliquo illius publico cultu ſufficienter inſtructi fuerimus: daturi etiam antiquiora de eodem monumenta, qualia videtur habuiſſe auctor noſter, ſi ipſa nobis communicentur.*

b *Hic concludendi modus, & quod reliqua ſub titulo Appendicis ſequantur, veroſimiliter indicat antiquiorem Vitam, uti principio diximus præluxiſſe ſcriptori, qui eamdem ſtylo elegantiori explicuerit.*

c *Ita, ut diximus vocantur Religioſæ Dominicanæ, quæ Humiliatis extinctis ſucceſſere.*

d *Id eſt, anno* 1583: *nam vita impreſſa eſt* 1584.

DE VENER. PETRO TEVTONICO,

EREMITA CAMALDVLENSI IN HETRVRIA.

D. P.

ANNO MCCCC-LXXII.

AVguſtinus Florentinus, *Camaldulenſis monachus, & conditor hiſtoriarum ſui Ordinis, quarum libros tres, anno* MDLXXV *publicavit; libro* II, *agens de privilegiis, Caliſti* III *& Pii* II, *ſummorum Pontificum favore impetratis à Marioto, ſacræ Eremi Priore totiuſque Ordinis Generali* XLIII, *caput* LXXI, *ejuſdem ſecundi libri ſic deducit:* Tulerunt hæc tempora Venerabilem Petrum Zelandrinum, Teutonicum, clariſſimum Eremitam. Is intra Domini Papæ primum, & poſtea S. Bartholomæi cellæ ſecreta, ad triginta annos, ſquallidus incultuſque corpore, moram traxit; dum nitidiſſimus in anima, pro incolumitate ſanctæ Matris Eccleſiæ, in abſcondito cœleſtem Patrem perpetua prece fatigare non ceſſaret. Quapropter ſicut erat divinæ bonitati acceptiſſimus, factum eſt ut Pii II Pontificis Maximi animam, ad cælos per Angelorum manus deferri viderit; perinde ac S. P. Benedicto, in exceſſu Germani Capuani Epiſcopi, contigiſſe, memoriæ proditum eſt; collecto ante ipſius oculos omni mundo, ſub quodam rutilante ſplendore. Ferunt adhuc, ex traditione, eum in hæc tunc cum clamore verba, ineffabili cordis jubilo præ myſterio, prorupiſſe: Reſpicite, Fratres, reſpicite: ecce ſummi Sacerdotis animam, ab Angelis in cælum evectam, glorioſa aſſumptione æthera penetrantem: quod ipſum nec qui geſta ipſius Pii litteris mandavere intactum reliquerunt.

Recluſus vivens,

Pii II animam in cælum ferri videt:

C

prædoni militi Crucis ſignum objiciens,

2 Fama eſt præterea in tranſitu cujuſdam exercitus, quamdam militum phalangem ad depopulandam ſacram eremum venire decreviſſe, quod illuc magnam frumenti & utenſilium copiam à Caſentinatibus, ob timorem belli, aſportatam fuiſſe percepiſſent. Eam ob rem eremitæ maximo affecti ſunt mœrore, adeo ut non defuerint pavidi, qui per alta juga fugiendo ſalutem ſibi comparare ſtatuerint. Verum venerabili Petro incluſo, familiam in Domino Jeſu ſperare enixe hortante, ſolennemque ſupplicationem haberi; ubi eremitæ bini & bini, præcedente ſanctæ Crucis vexillo, ad ejus cellam appropinquant; vir Dei ab oratione exilit, dextraque ſignum ſanctæ Crucis contra milites, qui jam ſilvam ingreſſi fuerant, vix formaverat; quando Deus magno miraculo, muro inexpugnabili denſiſſimæ ac frigidiſſimæ caliginis, eremum in ictu oculi circumcinxit, ut dies, antea clariſſima, in atras quaſi noctis tenebras ſit converſa; tantuſque horror omnes invaſit, algor & confuſio, ut non abſque magna difficultate in caſtra demum ſit reditum.

denſa caligine eremū cingit,

3 Supervixit venerabilis Petrus uſque ad annum MCCCCLXXIII: reliquit vero has fragiles umbras VI Kal. Maji, nonageſimum & octavum agens annum. Corpore vero apud B Peregrinum condito, divini ei æque à Patribus ſunt tributi honores. *Egerat de B. Peregrino Auguſtinus libr.* 2 *cap.* 50, *& nos de eodem agemus ad diem* III *menſis Iunii. Neutrius Vitam deſcribere cnraverunt illi priſcæ ſimplicitatis Eremitæ, contenti virtutum memoriam poſteris ſuis per manus tradere; quæ paulatim euaneſcente, præter unius alteriuſque illuſtrioris actionis veſtigia & religioſam ſacrorum corporum venerationem, nihil remanſit, unde ſciretur, quo jure paſſim* Beati *vocarentur. Quare* Beato *etiam* Petro (*ſic enim & Auguſtinus in titulo capitis* 43, *& alii auctores incunctanter ſcribunt, & adhuc uſurpatur in ſacra* Eremo) Beato, *inquam*, Petro *tribui poterit finis epigrammatis, affixi à Gabriele monacho ad arcam B. Peregrini:*

mortuus juxta B. Peregrinum conditur.

Si tamen & vitam cupis & cognoſcere mores:
Hoc tibi ſuppoſitæ referent, pia vota, tabellæ.

& votivis tabellis honoratur:

4 *Tabellis enim votivis pluribus etiam B. Petri arcam ornatam fuiſſe, relatum mihi eſt, anno* MDCLXI, *die* XX *Ianuarii, ad ſacram eremum iterato aſcendenti: ſed reſtaurato tunc recenter exornatoque magnifice templo, amotæ erant locis ſuis, quæ poſt altare majus locum habuerant arcæ una cum corporibus, atque in ſacriſtiam delatæ, donec aptaretur locus alius, eorum ſanctitate dignus, quod modo factum eſt, & præſumi poteſt non eſſe factum abſque tranſlatione corporum in arcas decentiores, cum vetres admodum ſimpliciter compactæ ex tabulis & interius vix tectæ panno ſerico ætate marcido, omnino indignæ fuerint, quæ tanto tempore talem theſaurum continerent. Nec enim diſſoluta ſunt corpora, quamvis diu humido loco jacentia, ſed ſolida compage conſiſtunt; arentia tamen rigidaque, & lineamentis confuſis ac cinereo ſeu ſaxeo colore inducto, rudem dumtaxat hominis formam referentia; eademque pondere levia & nullum gravem odorem ſperantia, prout ipſe teſtis oculatus ſum. Ceterum nihil inter divina Officia de iis, nihil anniverſario eorum die fiebat à piis illis eremicolis, omnem oſtentationem fugitantibus. Qui ne ſecularium hominum acceſſu impediantur ab otio contemplationis quietæ, ne ſacrorum quidem cauſa apertas habent portas muri, eremum ſuam ambientis; ſed ad unam earum ſacellum parvum, & hebdomadatim deputant è ſuis aliquem iſtic ſacrificaturum. Hoſpitibus autem & Peregrinis, devotionis ergo eremum prædictam videre cupientibus, præter ducem ad templum & cellam*

F

corpus cum aliis Beatorum corporibus ſorſim habetur,

abſque ſpecialis cultu in eremo Camaldulenſi.

A cellam Papæ ſupra memoratam, nihil præbetur; ne quid eos ibi moretur ultrà quam opus eſt, itáque cogantur, ſaltè refectionis corporalis cauſa, deſcendere ad inferius monaſterium, Hoſpitium boni-fontis in S. Romualdi Actis dictum, ubi magna cum caritate & liberalitate miniſtratur omnibus adventantibus.

5 Cœnobium iſtud, unde per unum & amplius milliare arduo calle ad eremum ſcanditur, ſuccinctè deſcriptum eſt VIII Februarii, ad S. Romualdi Acta num. 10. Eremus ipſa formam habet Laurarum, toties in hoc opere & nominatim ad SS. Theodoſii Sabæque Acta memoratarum; cellis non contiguis, ut ſunt Carthuſianorum, ſed diſcretis habitata; ſic ut præter templum, toti eremo commune, ſingulis cellis ſuum adhæreat ſacellum, poſſintque eremitæ ad hebdomadas menſeſve concluſi degere, extra omne cujuſcumque alloquium conſpectumque; niſi quod certis horis accedat aliquis Converſorum, qui recluſionis tempore ſacrificantibus aſſiſtat, & tenuem victum ſubminiſtret. Extrema omnium & ceteris aliquanto amplior eſt Cella Papæ, ſic dicta, quod anno MCCXX, Vgolinus Cardinalis Velletrenſis, poſtea Gregorius Papa nonus, per ſex omnino menſes ibidem incluſus vixerit, S. Franciſco ipſum illuc comitato, & alteram cellam (quæ S. Franciſci nunc dicitur, & reverentiæ cauſa à Majore ſive Priore incolitur) tantiſper etiam inhabitante. Ibi ſacrificanti Cardinali, in oratorio quod ipſemet conſecraverat, ipſo conſecrationis articulo adſtitit ſupra caput columba cælitus miſſa, quo indicio futurum Pontificem cognovit predixitque eidem tunc miniſtrans Converſus, in eadem cella poſtea recluſus; cujus etiam oſſa intra parietem oratorii ſublimius condita, cum hoc elogio. B. Leonardi, eremitæ recluſi, oſſa hîc ſita ſunt: cujus anima poſt longam carnis macerationem, viſa eſt in ſphæra ignea cæli ſecreta penetrare; atque eremi campana abſque mortalium ope pulſari audita eſt. Hic quoque prophetico ſpiritu Reverendiſſimum Vgolinum Cardinalem, in hac tunc cella recluſum, futurum Papam prædixit: quod ita factum eſt, & Gregorius nonus nuncupatus. *Conceſſæ ſunt etiam à Gregorio Indulgentiæ centum dierum, cellæ iſtius oratorium viſitantibus; quam ut lucrari liberius tum eremitæ ipſi tum peregrini poſſint, vacuus nunc fere locus ſervatur; olim autem ibi ſinebantur habitare, qui recluſionem diuturniorem optabant.*

in qua, orientalibus lauris ſimili,

eſt oratorium Papæ,

B

6 *Sic ibidem habitavit is, cujus occaſione hæc dicere cœpimus* Petrus, *à Zelandiæ patria* Zelandrinus, *à natione ſeu idiomate etiam Belgis communi dictus* Teutonicus. *Quænam ſit altera cella, S. Bartholomæi dicta, non memini iſtic audiviſſe: tantum ſcio, ex eminenti ſupra eremum rupe pendentem cellam, nobis eminus oſtenſam; in qua recluſus quidam habitaret, perpetuum tenens ſilentium, nec niſi in Cœna Domini ad ceteros in eccleſiam deſcendens, ad quem quot hebdomadis ſemel aſcenderet Sacerdos Confeſſarius. Cum igitur etiam Petrus decreviſſet perpetuum recluſus vivere, & propter Indulgentias in Oratorio S. Mariæ lucrandas non poſſet omnino liber ab interpellatoribus eſſe; credibile eſt remotiorem iſtam impetraſſe. Quod ad Pium II Pontificem attinet, is paratus claſſem contra Turcos conſcendere, dum Venetorum Ducem operitur, Anconæ obiit, anno* MCCCCLXIV, XVII *Kalendas Septembris. Pientiſſimâ ejus mortem laudaverunt varii: ſed qui viſionem Venerabili Petro factâ attigerit (quod hic innuit Auguſtinus) necdum nobis lectus eſt nec opus eſt externorum, qui à Camaldulenſibus eremitis audita narraverint, teſtimonio; cùi rei veritas ex ipſorummet tradita per manus narratione ſecurius recipiatur.*

AUCTORE D. P. *ex quo ad S Bartholomæi cellam migravit Petrus.*

7 *Porro quæ de Petro ex Auguſtino Latine dedimus, eadem Silvanus Razzius in Sanctorum ac Beatorum Camaldulenſium vitis Italice reddidit. Ejuſdem Petri meminit Thomas de Minis, in Catalogo Sanctorum ac Beatorum ſui Ordinis, Florentiæ edito ſub annum* MDCVI. *Arnoldus Wion in ligno Vitæ loquitur hoc modo,* Camalduli S. Petri, cognomento Teutonici, qui Pii II Papæ animam, tribus diadematibus redimitam, longe ipſo poſitus, per Angelorum manus ad cælum deferri vidit: *citat autem in Annotationibus Tabulas Camaldulenſes: quarum nulla memoria Camalduli eſt; uti nec Vallumbroſanarum, ſæpius ab eo citatarum, Vallumbroſæ: unde diſcas, has aliud nihil fuiſſe quam Catalogum ab aliquo monachorum, Arnoldo id petenti, privata auctoritate contextum. Citat deinde Auguſtinum, apud quem nec* Sancti *titulum, nec* de tribus diadematibus *verbum ullum legiſſe potuit. Interim Hugo Menardus & Gabriel Bucelinus, neſcientes hujuſmodi ſcriptoris fidem uſquam habere ſuſpectam, licet Auguſtini textum haberent præ oculis, tranſcribere tamen maluerunt Arnoldi verba. Neque iis contentus Bucelinus, dū longius ex Auguſtino elogium petiit, nec poſſet non aliquid addere de ſuo, periculum à manu prædonum paratū & à Petro depulſum deſcripturus,* extremum ab imminente exercitu excidium Camaldulo imminens, *audaci exaggeratione commentus eſt.*

alia de eodem monito fundata ſcripta.

E

XXVII APRILIS.

SANCTI QVI V KALENDAS MAII COLVNTVR.

C

SAnctus Antonius, Presbyter & Eremita Lucæ in Italia.
S. Alpinianus, Presbyter in Aquitania.
S. Caſtor, S. Stephanus, } Martyres, Tarſi in Cilicia.
S. Anthimus, Epiſcopus Nicomedienſis, Et multitudo univerſa gregis, } Martyres.
S. Zenon Ep. S. Geneſius, S. Sodalis, S. Marinus, S. Zoticus, S. Elpidius, S. Eutychius, S. Lupicinus, } Martyres in Lydia.
S. Hermes miles, S. Eppeus Presb. S. Elpidius, } Martyres, Melitinæ in Armenia.
S. Hermogenes, S. Caprus ſeu Cyprus, S. Maurus, S. Captus ſeu Caſtus, S. Huſandus, S. Prianus, } Martyres, in Caſtello Aioviæ.
S. Victor, S. Maximus, S. Marcianus, S. Paulus, S. Germanus, & alii ſex, } Martyres, in Ægypto.

F

A S. Germelina,
S. Lætiſſima,
S. Felicia,
S. Germana,
S. Felix,
S. Euanthia,
S. Victorinus,
S. Nicephorus,
S. Dioſcorus,
S. Papias,
S. Serapeon,
S. Ioannes,
S. Iulius,
Martyres, Nicomediæ in Bithynia.

S. Timia,
S. Maurus,
S. Attus Diac.
S. Gennoſa,
B S. Sodalis,
Martyres, Antiochiæ.

S. Lolion junior, Martyr apud Græcos. D

S. Liberalis, Altini in Italia.

S. Anaſtaſius Primus, Pontifex Romanus.

S. Eulogius Xenodochus, Conſtantinopoli.

S. Tertullianus, Epiſcopus Bononiæ in Italia.

S. Theophilus, Epiſcopus Brixiæ in Italia.

S. Ioannes, Abbas monaſterii Catharorum.

S. Zita, Virgo, Lucæ in Italia.

B. Iacobus Ordinis Minorum, Bitecti in Apulia. E

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

SAnctus Florentinus, Regis Scotiæ filius, *cujus corpus in pago Bonnet diœceſis Tullenſis requieſcit, & celebri peregrinatione colitur pro recuperando mente cantis ſanæ rationis uſu, notatur hoc die à Davide Camerario, libro 3 de Scotorum pietate,* & vita circa templi parietes deſcripta *haberi dicitur. Informationes inde ad nos partim miſſas partim mittendas, caſus varii diſſipaverunt impediverunteque, nec vacat novas præſtolari, ideoque dimittimus ipſum ad Supplementum Ianuarii, cui menſi adſcribitur, à Dempſtero in Hiſtoria Eccleſiaſtica Scotorum, recenſitis* XIX *capitulis Vitæ ab incerto auctore deſcriptæ, & in Menologio ejuſdem gentis, tamquam in Lingonibus coleretur* XIV aut XVI Januarii.

S. Simeon, Epiſcopus Hieroſolymitanus, *celebratur à Græcis in Menæis, Menologio, Anthologio: item in Martyrologio Arabo-Ægyptiaco. Acta ejus dedimus die* XVIII Februarii.

S. Walburgis, Virgo, *refertur à Wione, Dorgano, Menardo, Dempſtero & in Martyrologio Anglicano. Vitam ejus illuſtravimus* XXV Februarii. C

B. Stephanus, Abbas Obazinenſis, in Gallia, *inſcriptus Menologiis Henriquez, Bucelini & Chalemoti. Vitam dedimus* VIII Martii.

SS. Macedonius, Patricia & Modeſta, *memorantur in Ms. Caſinenſi. Sunt hi conjuges cum filia, Martyres Nicomedienſes, de quibus egimus* XIII Martii.

S. Fredericus, Epiſcopus Leodienſis, *ad hunc diem refertur in Epitaphio. Ab aliis* XXVII Martii.

S. Zoſimas, piiſſimus Pater noſter, *memoratur in duplici Ms. Taurinenſi Ducis Sabaudiæ, & aliquo Pariſienſi Cardinalis Mazarini. Videtur eſſe ille, qui S. Mariam Ægyptiacam ſepelivit, de quo ad hujus Vitam egimus* II Aprilis.

Tutelo, monachus San-Gallenſis *in Helvetia, in Necrologio ejuſdem monaſterii & Menologio Benedictino Bucelini refertur cum titulo* Beati. *Sepultus eſt in ſacello S. Catharinæ cum epitaphio cultum aliquem, aut ſaltem privatam venerationem, & opem ſupplicantibus crebro latam, teſtante. Quæ de ipſo haberi poſſunt, omnia permixta ſunt Vitæ S. Notkeri* VI Aprilis.

S. Dioclia, Martyr Pompeiopoli in Cilicia, *inſcripta eſt Catalogo generali Ferrarii, citato Menologio Græcorum. Verum nuſquam apud Græcos eam reperimus. Iterum de ea agit cum Calliopio Martyre & filio: in cujus Actis ejus fit mentio* VII Aprilis.

S. Godebertæ Virginis tranſlatio, *memoratur in Mſs. Atrebatenſi, & à Sauſſajo, Wione, Dorganio, Menardo. Vitam dedimus* XI Aprilis.

Lanthildis, Abbatiſſa in pago Galliæ Sagienſi, *ut Sancta, indicatur in Gynaceo Sacro Arturi du Monſtier. Laudatur in Vita S. Opportunæ die* XXII Aprilis.

S. Publion, Martyr, *refertur à Græcis in Menæis. Is eſt* Publius *alius, de quo egimus* XXV Aprilis.

S. Valentini et Sociorum, Martyrum, *feſtum agitur in Eremo S. Mariæ, nobili apud Helvetios monaſterio, vulgo Einzidlenſium dicto, propter illius caput & aliorum partes notabiles cum authenticis inſtrumentis Roma miſſas anno 1669, præſenti die ad id prudenter lecto, quo nullus in Martyrologiis Valentinus occurrit, ne hic, cetera ignotus, cum alio alibi noto confundatur.* F

S. Felix, Epiſcopus & Martyr, *refertur hoc die à Tamajo his verbis*: Carthagine nova Hiſpaniæ S. Felicis ipſius civitatis Epiſcopi, qui in Diocletiani Imperatoris perſecutione pro fidei confeſſione vexatus, variiſque tormentorum cruciatibus affectus, demum ad martyrii lauream ſtrenuus agoniſta cucurrit. *Nulla ejus mentio apud vetuſtiores, niſi apud Iulianum Petri in Adverſariis. Scribunt de eo hiſtorici recentiores Franciſcus Caſcales in Hiſtoria Carthag. diſcurſu* II. *Vargas in Hiſtoria Hortenſi* §. 1; *Ægidius Gonzales Davila, tom.* 2 *Theat. Eccleſ. Hiſpan. in Eccleſ. Carthag. cap.* 1.

Stephanus Papa, qui Pippinum una cum conjuge in Regem coronavit, *memoratur in MS. Florario:*

ab

A

ab aliis dicitur pridie ſive XXVI *Aprilis, vita functus; ſed non traditur in* Sanctos *relatus.*

Aſſanus, *inter Hibernicos Sanctos refertur in Martyrologio Tamlachtenſi, & Mariani Gormani. Colganus, ſuſpicatur eſſe* S. Aſycum; *quem Eccleſiæ Alfinnienſi primum Epiſcopum præfeciſſe legitur S. Patricius, in Vita per Iocelinum num.* 95.

Lugadius, *unus ex Clericis in præcitata Vita Patriciana num* 80 *nominatis, qui in ejuſdem Vita Tripartita dicitur* filius Erci, *&* Epiſcopus de Fordhrum in Media, *abeſt à noſtro Martyrologii Tamlachtenſis exgrapho, laudatus à Colgano, Annot.* 104, *ad Iocelinum, ut in illo, vel ſaltem in Mariani Gormani ac Maguir Martyrologiis, hodie deſcriptus.*

Romanus, Epiſcopus & Confeſſor apud Moguntiam, *indicatur in MS. Florario. At nullus apud Moguntiam Epiſcopus ſedit.* Romanus *nomine.*

Ancharius, Confeſſor in territorio Meldenſi, *memoratur in MS. Florario. Eſt nobis hactenus ignotus, neque ejus meminit Sauſſajus.*

Conradus, Epiſcopus Ultrajectinus, cum titulo Sancti & Martyris, *refertur à Ferrario: citato Molano in Natalibus Sanctorum Belgii, ubi is ejus eædem deſcribit cum aliis geſtis, & ſolum* felicis recordationis *titulo honorat. Galenius in Faſtis Agrippinenſibus* venerabilem *compellat.*

Reynaldus, Abbas Fuſciniaci in Gallia, Ordinis Ciſtercienſis, *cum titulo* Beati, *memoratur ab Henriquez, Bucelino & Chalamoto. Inter* Pios *à Sauſſajo.*

B. Hugo de Lacerta, *Ordinis Grandimontenſis, dicitur à Carolo Fremondo in vita, Canonico Officio coli ad* XXVII *Aprilis, facultate ad hoc privatim faciendum à Summis Pontificibus eorumque Legatis data; quorum tamen neminem nominat. Vita illa una cum Vita S. Stephani Fundatoris lucem aſpexit Gallice anno* 1647: *anno vero proximo ſuperiore excuſum erat Proprium feſtorum Ordinis Grandimontenſis, in quo nulla B. Hugonis mentio. Nos, quod ſine præjudicio ſancti Ordinis fiat, ejus hic memimimus, donec certius aliquid doceamur & accipiamus Vitam Latinam, quam ex teſtium coævorum relatu ſcripſiſſe dicitur Guilielmus de S. Savino: ſperamus enim eam adhuc ſupereſſe, & pro ea impetranda litteras dedimus ad eum, qui Vitam antiquam ipſius S. Stephani nobis olim deſcripſit, & alios qui videbantur poſſe juvare.*

C

Petrus Aureolus, Archiepiſcopus Aquenſis in Gallia,

Stephanus, Confeſſarius B. Camillæ Piæ, Carpi in Inſubria,

Bartholomæus, Frater laicus devotiſſimus, Cæſaraugustæ,

Petrus de Scarperia, *item* laicus, Feſulis in Tuſcia.

Joannes à Capiſtrano, *in* Aprutio ſub an. 1570 clarus, *omnes ad hunc diem inſerti Martyrologio Franciſcano, tamquam* Beati, *quamvis nulli eorum veneratio aut cultus aliquis publicus impendatur. Qualem etiam non putamus impendi, neque diem obitus certum ſciri*

Hieronymæ Seraphinæ, *&* Angelæ-Catharinæ, *Abbatiſſarum in monaſterio de Vedano Provincia Mediolanenſis, quamvis corpora ſpeciali in ſepulcro unoque in loculo condita, ſcribat Waddingus ad an.* 1448.

Saturninus & Socii ſex Latrones, à SS. Soſipatro & Jaſone ad fidem Chriſti converſi, *memorantur in Menologio Baſilii Imperatoris. In Menæis & Martyrologio Romano* XXIX Aprilis.

D

S. Cercyra Virgo & Martyr, *illis adjuncta, refertur eodem* XXIX Aprilis.

S. Robertus, Abbas Molismenſis, *colitur hoc die in Eccleſia Abrincenſi, Vitam ejus damus* XXIX Aprilis.

SS. Eraelius, Juſtus, Maurus, Vitalis, Fulginii Martyrium ſub Deciano Præſide paſſi, *indicantur in Ms. Florentino Conſiliarii Strozzi, & in Martyrologio Florentiæ anno* 1486 *excuſo. Sunt tres primi Fulginates, quibus forſan* Vitalis *adjunctus, qui ſeorſim hoc die memoratur in MSS. Caſinenſi & Florario; & forſan eſt* S. Vitalis *pater SS. Gervaſii & Protaſii, qui colitur* XXVIII Aprilis.

Aſt alii tres à Fulginatibus honorantur IV Maji.

S. Evellius, Martyr Romæ, *indicatur à Greveno & Caniſio, relatus in Martyrol. Rom. & aliis* XI Maji.

S. Merwina, Virgo & Abbatiſſa in Anglia, *indicatur à Menardo, Matheo & Bucelino, ſed in Anglicano Martyrologio* XIII Maji.

S. Paſchalis Papa, *indicatur in ſcripto Kalendario Ordinis Benedictini. Colitur is* XIV Maji.

S. Torpetis Martyris, veneratio apud Leodienſes, *indicatur à Sauſſajo. Colitur potiſſimum* XVII Maji.

E

SS. Gervaſii & Protaſii, inventio Sueſſione, *indicatur in Martyrologio Gallicano Sauſſaji. Dies eorum natalis eſt* XIX Junii.

S. Martinus, Epiſcopus Tungrenſis, *proponitur in quodam ſcripto Carthuſiæ Bruxellenſis non antiquo. Dies ejus natalis eſt* XXI Junii.

Soſipater & Jaſon, diſcipuli S. Pauli, *referuntur hoc die in Menologio Baſilii Imperatoris, & die* XXIX *Aprilis, in Menæis Græcorum: in qua relatione nonnulla videntur examine accuratiore indigere. Quod poterit commodius fieri, ad dies, quibus à Latinis referuntur*

S. Soſipater XXV Junii.

& S. Jaſon XII Julii.

S. Chriſtophorus, Martyr, *memoratur in Ms. Adone Leodienſi S. Laurentii, ab aliis ſequenti die. Dies natalis eſt* XXV Julii.

B. Petrus Armengol, ex Ordine B. Mariæ de Mercede Captivorum, obiit XXVII Aprilis: *ſed in oppido* de la Guardia *diœceſis Tarraconenſis, colitur die quo de eo erit agendum* I Septembris.

F

SS. Ariſtarchus, Marcus, & Zeno ex LXX, *referuntur hodie in Menologio & Menæis ac variis Mss.* Marcus *etiam in Hagiologio Luſitanico Cardoſi & Martyrologio Hiſpanico Tamaji, quaſi ſit Epiſcopus Atinenſis, de quo ſequenti die; & corpus Bracaræ tranſlatum fuerit; & idem cognatus Barnabæ ac diſcipuli Pauli cognomento Ioannes: quæ nobis non probantur. Coluntur à Latinis*

S. Ariſtarchus IV Auguſti.

S. Marcus Joannes *dictus* XXVII Septembris.

Quo etiam die iterum à Græcis commemoratur S. Zeno.

Euſebius, S. Reguli ſocius, *refertur à Camerario Scoto: poterit agi de eo, cum de Regulo, (qui Reliquias S. Andreæ dicitur tranſtuliſſe) agetur* XVII Septemb. *aut quando aſſerit Camerarius ab aliis coli* Euſebium. XXX Septembris.

DE SANCTO ANTONIO,

D. P. *PRESBYTERO EREMITA, LVCÆ IN ITALIA.*

Acta unde accepta

RAnciſci Mariæ Florentinii, viri ſupra Medica artis experientiam ſummam eximia quoque eruditione clariſſimi, geminum hoc die proferimus beneficium, ex ſuppeditatis ab eodem membranis tunc acceptum, cum ejus liberaliſſimo hoſpitio fruebamur Romæ revertentes: Acta ſcilicet S. Zitæ, *penultimum hujus diei locum obtinentia; &* S. Antonii Eremitæ, *ipſo in limine ponenda.*

ejus mentio in Kalendariis,

Utriuſque memoriam ad hunc diem extare docet ipſe in Annotatis ad ſuum Martyrologium, idque in vetuſto MS. Kalendario his verbis: V Kal. Antonii Eremitæ & Sitæ de Luca. *Aliud minus antiquum habere ſe dicit, cum memoria ſolius primi, idque ſub nomine* Antonini, *quo vocitatur à vulgo, quodque uſurpaverunt Ado atque Notkerus ad* XVI *Kalendas Iunii, ubi agunt de S. Torpete per iſtum Sanctum baptizato, priuſquam ad ſupplicium capitis ſub Nerone tolerandum raperetur, prout in Actis utriuſque legitur. Et in Actis quidem S. Torpetis, qualia habentur in MS. Trevirenſi S. Maximini ac fere etiam apud Mombritium hac notantur:*

B

& Actis S. Torpetis Martyris ab eo baptizati.

2 Exjens S. Torpes de palatio, multũ intraſe cogitãs, dixit: Quid faciam? Idolis ſerviendo, baptiſmũ non accipio ſalutis. Et ſciens quod ſanctus Presbyter, nomine Antonius, abſconſus eſſet in monte, exjens portam quæ appellatur Lucana ad latus amphitheatri, per noctem ambulavit ad eum: aſcendit in montem, clamare cœpit dicens: Pater ſancte, Antoni Presbyter, ubi es? reſpõnde mihi. Tunc Presbyter S. Antonius dixit de loco orationis ſuæ: Et quis es tu, fili? S. Torpes dixit: Audi me, Pater, & non timeas, quia oſculabor manus tuas, & ora pro me: quia jam ego heſterna die Imperatori dixi: Chriſtum adorare deſidero; & dubius factus ſum quia non ſum baptizatus, ideoque requiro te, ut baptiſmum percipiam ſalutis. Tunc Presbyter: Neſcio ſi vera ſunt quæ hortaris. S. Torpes reſpondit: Et ſi mentior, non ſum dignus baptiſmum percipere ſalutis. S. Antonius dixit: In nomine Domini mei Jeſu Chriſti ego te baptizabo. Et deſcenderunt ad pedem montis, ubi eſt aqua viva ad latus ſtoriæ leonum: & benedixit aquam ſuis manibus, & perfudit eum baptiſmo ſalutis, & ſignaculo Chriſti facto, dixit ad

C

eum: Vade, fili, quia creſcet tibi virtus loquendi & expugnandi adverſarios tuos. Tunc oſculatus eſt eum, & plorans dixit ei, Angelus Domini comitetur te, fili. Ait S. Torpes: Ora pro me, Domine Pater. *Hæc ex Actis S. Torpetis, quæ in pauciora loco citato Ado & Notkerus contrahunt.*

Ejuſdem mater an ad S. Antonium Ægyptium traducta ab aliis?

3 *Cum ex his appareat quod S. Antonius Lucenſis debeatur Italiæ, poſſet aliquis ſuſpicari, Guitam quoque, Italicam origine & Intemelio in finibus Liguriæ oriundam, quam Theophilus Raynaudus in Hagiologio Lugdunenſi matrem adſcribit S. Antonio Ægyptio, perſuaſus ab Aymaro Falcone & avita Intemelienſium traditione; matrem revera fuiſſe S. Antonii Lucenſis. Huic enim favet ſoli natalis communio & nominis utriquæ communis notio facillime potuit ab imperito vulgo traduci ad S. Antonium Ægyptium, vulgo celebriorem.*

Corpus repertum an. 1201,

Corpus anno à nato Chriſto MCCI *repertum fuiſſe, indicat ecgraphum inſcriptionis, hactenus in Lucenſi templo S. Paulini aſſervatæ, relatum à Florentinio: quod eſt hujuſmodi.* Ecce hic eſt corpus S. Antonii Presbyteri & Heremitæ, qui ſepeliebat corpora ſanctorum Martyrum, ſub Nerone Imperatore & Anolino, decollati die ſanctæ Reſurrect. & IIII die Madii. Sancte require corpora Epiſcoporum hujus urbis, Presbyterorum, Eremitarum, Militum, Martyrum &

cum inſcriptione,

Confeſſorum. S. Dionyſius, dedicavit eccleſiam iſtam in honorem Salvatoris cæli & terræ, & ſanctorum Martyrum & Confeſſorum. X die Octobris, tempore S. Clementis Papæ & Martyris urbis Romæ ✠ III ✠ Anno Domini MCC primó, inventus eſt B. Antonius, & de monumento extractus menſe Februario.

qua debita interpuncta,

4 *Hactenus inſcriptio illa, quæ quantumcumque à Razzio & Franciotto atque infra in Actis diverſè relata, quin tamen à Florentinio accuratius quam ab alio quoquam ex ipſo lapide deſcripta ſit, dubitari non ſinit, ſumma ejus in hujuſmodi rebus ſolicitudo ac fides. Sed licuit ei pro ſuo arbitratu interpungere, ut interpungenda cenſuit, quæ more priſco reperit indiſtincta. Cum autem citra conjecturam haberi verus ſenſus neqeat; & hic ab interpunctione pendeat, tentemus etiam nos aliquid conjectando, ſi forte proxius ad clariorem veritatem poſſimus attingere, in titulo altas obſcuriſſimo: quem licet anno* MCCI *ſculptum cognoſcamus: exceptis tamen lineis ultimis, fuiſſe tranſumptum ex alio antiquiori nullatenus ambigimus. Circa hunc autem primum occurrit dubium, utrum intelligi poſſit* decollatus S. Antonius ſub Nerone Imperatore & Anolino (*Tuſciæ Præſide & ſuum tribunal habente Piſis, ut ſcribit Vghellus in Epiſcopis Lucenſibus tom.* I *col.* 842) *an vero id perperã ſcriptum ſit, & corrigendum ex Martyrologio Hieronymiano, ubi aliquis Antonius Presbyter ponitur, poſt Anthimum Epiſcopum Nicomediæ paſſum, hoc modo:* In Nicomedia Anthimi Epiſcopi. Stephani Epiſcopi. Antonii Presbyteri: *quos pariter in Nicomedia paſſos variæ poſteriora Martyrologia ſuppoſuere.*

E

videtur indicari Martyr obiiſſe,

& abſque loco relatus in Martyrologio S. Hieronymi,

5 *Acta S. Anthimi infra dabimus, abſque ulla mentione* Stephani Epiſcopi *& Antonii Presbyteri. Proinde nihil eſt quod nos cogat fateri, primum iſtius Martyrologii auctorem intendiſſe, ut hos quoque Nicomediæ paſſos intelligeremus. Cum autem in hoc ipſo Martyrologio non pauci referantur abſque notitia loci, ſive quia locus ignotus collectori erat, ſive quia per ſocordiam librariorum fuit omiſſus; nihil eſt quod efficaciter nos prohibeat ſuſpicari, quod iſtic relatus, ſit decollatus Lucæ. Etenim omnis notitia, quam de Sancto hoc Presbytero habemus, pendet partim ex Actis S. Torpetis, qua non debuerunt Martyrii, poſt S. Torpetis agonem ab Antonio obiti, meminiſſe; partim ex præcitato titulo, cui licet poſterius ſculpto, non debet abſque cauſa derogari fides. Non igitur cum Florentinio inſcitiam librarii Lucenſis arguam, qui* Antonium Nicomediæ Presbyterum ac Martyrem, cum Lucenſi Confeſſore eadem die venerato eumdem putaverit, ac ideo Antonium in Antoninum commutaverit: *ſed tantum dolebo, non eſſe diſtinctius expreſſum locum, quo S. Antonius paſſus eſt; eoque factum, ut dubii hæreamus; Lucenſis an alius in Hieronymiano Martyrologio inveniatur. Quod ſi Lucenſes ſuum Antonium non colunt ut Martyrem, id poterit longo temporis ſpatio imputari, quo ignotum corpus ſub terra latuit; omni veteris cultus extincta memoria: & quod ne tum quidem, cum contigit corpus & antiquum titulum inveniri, concordes inter ſe eſſent Lucenſes de interpretatione ejuſdem tituli; ideoque maluerint certo Eremitæ atque Presbyteri titulo contenti eſſe, quam incertum Martyris encomium uſurpare: quod & nos facimus, lectori liberam conjectandi facultatem relinquentes.*

F

licet Lucenſes nunc eum habeant pro Cõfeſſore.

Decollatus autem fuerit die Paſchæ

6 *Sequitur* die ſanctæ reſurrectionis, & IIII die Madii. *Si non de ſimplici Dominica (Reſurrectionis enim memoriam quælibet Dominica nobis revocat) ſed de Paſchali Dominica agitur, certum eſt hos dies non poſſe concurrere. Sed, ut dixi, libera eſt in iis, quæ ſine interpunctionibus antiquitus ſcripta fuiſſe conſtat, interpunctionum aſciſcendarum*

A *darum optio ; eaque tum debebit cenſeri bona , cum , quod alias vitioſum erat, integrum accipit ſenſum. Sic igitur lego :* Ecce hic eſt corpus S. Antonii . . . . decollati die ſanctæ Reſurrectionis. *Cetera ad ſepulturam referens , cum*
& 4 Maii ſepultus. *modica correctione , ſic accipio :* & IV die Madii ſepulti. *Tum pergo ac lego :* Requirens corpora . . . . S. Dionyſius , dedicavit eccleſiam iſtam . . . x die Octobris. *Audax , inquies , correctio. Sed volve & revolve has voces* Sancte require , *cumque ex eis nequibis ſenſum facere, qui cum præcedentibuſque ſequentibuſque cohæreat ; fatere opus fuiſſe correctione aliqua ; & imperitos ſculptores accuſa , quod in hanc neceſſitatem compulerint poſteros ; vel potius etiam ipſos excuſa , quod vetuſtate exeſa verba antiquæ membranæ vel lamellæ plumbeæ , ſimul cum corpore inventæ , minus integre expreſſerint.*

Dedicatio eccleſiæ perperam attributa S. Dionyſio Pariſienſi ; 7 *Quis autem ille* S. Dionyſius ? *Crediderim ex iis Lucenſibus Epiſcopis fuiſſe unum , quorum ab anno* XC *uſque ad* CCCXXV *excidiſſe memoriam queritur Ferdinandus Vghellus tom.* I *Italiæ ſacræ. At, qui hæc lapidi incidenda curavit ſeculo* XIII *ineunte , cum alium S. Dionyſium non cognoſceret quam Pariſiorum Apoſtolum, paſſim tunc creditum à S. Clemente Papa Apoſtolatus ſui mandatum accepiſſe , de ſuo dicendus erit addidiſſe cetera ,* Tempore S. Clementis Papæ & Martyris urbis Romæ. *Idem videtur hæc ſigna,*
B ✠ III ✠, *ſolius ornatus gratia aut explendæ lineæ cauſa apponi permiſiſſe : quorum alias nulla apparet ſignificatio. Si vero ad extremum requirat aliquis cur* XXVII *Aprilis colatur , qui tali die nec mortuus fuit nec ſepultus , pergam conjectando ſuggerere , quod inventio corporis , tali die contigerit , idque ætate magni Conſtantini ; quando primum potuere Lucenſes , de requirendis Sanctorum pridem ſepultorum corporibus , & fabricandis ſupra eorum memorias eccleſiis , cogitare.*

item alienius Senis, 8 *Non tantum Piſis , ſed etiam Senis colitur hic S. Antonius , dedicata eidem ædicula prius quam S. Antonius Ægyptius moreretur , ne eum ibi coli putes. Fuit ea quidem poſtea reſtaurata & aucta ; ſed manſit primum S. Antonii nomen , antiquioris dedicationis memoriam ſervante inſcriptione , quæ ibidem extat , & apud Vghellum legitur Tomo* 3 *col.* 620. Has ſacras ædes , Divo Antonio dicatas, Blaſius Eremita conſtruxit, ſanctuſque Epiſcopus Donatus conſecravit , Divo Damaſo ſummo Pontifice & Valentiniano Imperatore , anno ſalutis CCCLXXV. *Fuit hic annus inſignis morte Valentiniani Senioris , obita die* XVII *Martii ; & initio Iunioris, ad imperium evecti* XXII *Novembris. Sed cum annos ab Incarnatione numerare inſtituerit longe recentior uſus ; non puto ſcrupuloſe exigendam eſſe ab inſcriptionis auctore rationem definiti ab*
C *eo numeri. Non tamen cenſeo tam fuiſſe hardum , ut, quod ei imputat Vghellus , annum ſcripſerit* CCCXXXV *quando neque Damaſus ad Pontificatum neque ullus Valentinianorum ad Imperium pervenerant : ſed malo opinari, ei qui exgraphum Vghello miſit , obrepiſſe ut pro* I. *ſcriberet* X , *ideoque*
malo ad S. Donatum Aretinum traducta. *congruum reſtituo numerum : pariter ſupponens , Donatum Epiſcopum , non eſſe famoſum illum Aretinum, qui ſolum ad Iuliani tempora pervenit , neque præſumi debet eccleſiam conſecraſſe in aliena diœceſi : nam ſuos Epiſcopos proprios Senæ habuerunt cum initio quarti ſeculi , ex quibus Lucifer & Florianus nominantur. Quid igitur ? à Floriano (qui cum S. Donato Aretino vixit) uſque ad Dodum (qui integro poſt ſeculo obiit) deſiderantur Epiſcoporum Senenſium nomina , quorum unus fuerit Donatus , Antoniana eccleſiæ conſecrator. Quod ſi quis, propter additum titulum* Sancti, *putet Aretinum intellectum ab auctore inſcriptionis : huic conſequenter tribuat vitium notati perperam anni* CCCXXXV; *cum unus error ſequatur ex alio. Manet interim , ex communi tunc opinione eccleſiam iſtam vetuſtiſſimam credi , & confirmari cultum ejus cui ipſa fuit dedicata.*

EX MS.

ACTA

Ex MSS. Franc. Mariæ Florentinii.

Brevitas humanæ vitæ ,

1 AD laudem & gloriam & honorem D. N. Jeſu Chriſti pariterque honorem S. Antonii , Presbyteri & Eremitæ, ſuique ſancti nominis profectum , noſtraque ſemper hilaris proſequatur diſcretio. Cum noſtræ vitæ curſus ſit quidem valde puſillus , & caro noſtræ mortalitatis paulatim exareſcat , tunc tremit effœto corpore laxa cutis. Ait enim Pſalmiſta, Dies mei ſicut umbra declinaverunt, *Pſ.* 101, 12 & ego ſicut fœnum arui , quoniam defecit in dolore *Pſ.* 30, 12 vita mea & anni mei in gemitibus. Vapori ergo & ſtipulæ imaginatur omnis gloria terrenorum , vita hominum pro umbra evaneſcit , nec non humana conditio protoplaſti rubigine maculata ſubjacet vanitati : cujus rei cauſa vanitas eſt omnis homo vivens , qui dictus homo , quando ortus eſt de humo, imo de limo formatus , compellitur ſuo generi pro tempore reſpondere. Quare homo in humum , cinis in cinerem , tamquam ad ſpeciem ſui generis , re-
E vertitur & addicitur , ut reſurgat & renovationis gratia renovetur. Non ita mors hujus ſeculi eſt nuncupanda , ſed tranſitus jucundiſſimus, qui fit de morte ad vitam , quatenus expellatur omne dominium tenebrarum. Audite cæli quæ loquar , audiat terra verba oris mei : vir inſipiens non agnoſcet & ſtultus non intelliget hæc : Beatus homo quem tu erudieris Domine & de lege tua docueris eum. Exultate ita- *incitamentum eſt ad cumulandas virtutes & merita.* que juſti in Domino ; ſed cum tremore confidentes in bonæ operationis propoſito perſiſtatis , ſed cum cautela ; ne hoſtis ille antiquus adverſus vos poſſit in aliquo maligniter prævalere, qui latitat in occultis, quo poſſit interficere non merentem. Verum potius, per honeſtæ converſationis & humilitatis viam , ſtudeatis dirigere greſſus veſtros in viam pacis , ut cum Sanctis ſuis & Virginibus electis introire ad cæleſtis ſponſi nuptias penitus valeatis.

2 Cum autem intra divinæ Theologiæ imperia propoſitum ſit nobis, ut intueamur Altiſſimum, quatenus Sanctorum corpora , quaſi ſemiviva , cum intimo cordis affectu jugiter teneamur venerari ac colere in terris , B. Antonii corpus intendimus & veneratione colere ac colendum proponere univerſis. Quapropter in cordis gremio noſtræ devotionis, circa ejus beatitudinem , in tantum pullulavit & ſedit F affectus ; quod vobis , Chriſti muneribus refocillari optantibus, Iſraelitarum deberemus intimare præconia. Verumtamen ſub brevi loquendi ſtylo , quidquid de inſtantia vitæ pariterque morum compoſitione, antiqua veridicorum relatione ac rerum experientia didicerimus , nitimur ſeriatim enuntiare vobis ſummatenus ; ut laus ejus benevolo in ore veſtro creſcat , & veſtræ operationis merces favente Domino non deficiat. In divinis quidem hiſtoriis duos *S. Antonius vitæ ſolitariæ amantior in eremo ſecedit,* Antonios fuiſſe legimus , quorum alter beatus iſte Antonius , à crepundiis ſuæ ætatis divinis eloquiis emancipatus , & morum honeſtate luculentus , ab Neronis tempore & Petri Apoſtoli , in fide Chriſti ſolidatus, verus Iſraëlita exſtitit & prædicator. Nam quia os ſuum favum propinabat doctrinæ , & lex clementiæ nec non pietatis erat in lingua ipſius; nequaquam inefficacia & vana loquebatur , ſed ejus ſermo ſale conditus ſanabat & reficiebat auditores ejus. Cumque hujuſcemodi vitam ſuam eligendo , hujus ſpinoſa gaudia mundi contemneret, in territorio Lucano , ſtadiorum quinque ſpatio ab Urbe diſtante, in *a* monte nominato Piſano cellulam ſuam & ec- *a*
cleſiam ædificavit , in Chriſti obſequiis valituram :

EX MS. quæ utique eccleſia *b* & locus uſque modo B. Antonii ſingulari nomine nuncupatur. In quo cœlibem diu protelando & deducendo eremiticam vitam, dulcia ejus acta ineffabilis finis & exitus valde collaudant: quoniam à laſcivis convitiis ſuum corpus acriter privabat, parum loquens in hebdomada: obtutibus hominum raro ſeipſum repræſentabat, verum cæleſtia dona aſpirans, ſemper devote lugendo, conſolationem æternæ vitæ à ſuo figulo exigebat, & deſiderabat ut idem Dominus exaudiret illum.

b

collecta Martyrum corpora ſepelit:

3 Nam beatus Vir Antonius, cujus feſtivitatem hodie colimus, divino ſpiritu indutus & gratia Chriſti repletus, ubicumque in Tuſcia alibique Sanctorum Martyrum & Confeſſorum corpora inveniret male & inepte ſepulta, accipiebat illa & deportabat in Lucanam civitatem ſepelienda ad locum, qui tunc temporis vocabatur Sanctorum cellula: in qua multa & innumerabilia, quæ ipſe ſepelivit. Specialiter ſepelivit in hac eccleſia corpus *c* B. Paulini, primi Lucani Epiſcopi, qui fuit diſcipulus B. Petri Apoſtoli, qui tot & tanta beneficia à Deo pro Lucana civitate impetravit. In ea namque eccleſia multa ſepelivit Sanctorum Martyrum & Confeſſorum corpora B. Antonius: aliquando enim per totam Tuſciam Sanctorum corpora recolligebat, & cum magna devotione & laude ad Lucanam civitatem, in eccleſia, (quæ tunc S. Trinitatis vocabatur & modo *d* S. Paulini nominatur) ea ſepeliebat: aliquando etiam cum B. Paulino prædicabat & baptizabat, & in omnibus actibus ſuis valde ordinatus erat, & Deo & hominibus mirabiliter placebat. Quare pro ipſius dignis operibus revelavit coram populo multa miracula Deus. Fuit ergo quodam in tempore, cum Nero Imperator, impiiſſimus & ſeverus perſecutor Chriſtianorum, ſuum infeliciter proſequeretur imperium, [quod] Piſis Chriſti fideles, in divinis obſequiis vitam ducentes, propter nimiam Neronis crudelitatem atque ſævitiam, corporis cruciatum jugiter pertimeſcentes, non ſolum ipſum ſed & homen ipſius undique fugiebant clandeſtine. Lætamini igitur in Domino & exultate juſti & gloriamini omnes recti corde; quoniam qui perire timet & ſalvari deſiderat, ab unitate Eccleſiæ non recedit

c

cum S. Paulino prædicat & varios baptizat,

B

d

4 Cum iſte Imperator Nero crudeliſſimus in ſuo palatio quamplurimos haberet milites, in ejus Imperio ſtrenuos atque fideles, de quorum collegio erat Torpes, nomine, doctrina & ſapientia omnino vir magnus & prudens; iſte Torpes, Neronis conſiliarius & totius palatii archimandrita, omnium militum dominabatur auriga; qui nimia ſæveritate pollutus, ad Chriſtianos delendos pariter & cruciandos die noctuque nitebatur, prout Saulus, poſtea nomine Paulus. Dictum eſt enim per Pſalmiſtam: Diſcede à malo & fac bonum, inquire pacem & proſequere eam. Aſcendit tandem in illum Torpetem S. Spiritus ignis, qui illius vitiorum exarſit rubiginem, & ſuæ pietatis continuam dedit virtutem; qui tyrannica feritate depoſita, & Neronis ejuſque complicium conſortia reſpuens, nec non perfidum deponendo errorem, à B. Antonio in pede montis in quo morabatur, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti baptiſmatis unda fuit renatus. Laudabat ergo Patrem, & benedicebat Filium, qui ſuum lumen ſacrum radiavit in illum, cujus ſolius radiis, non ex ſuis meritis, ſed ſingularis ſuæ potentiæ gloria, factus luculentus, laborabat pervenire de bono in melius, quatenus valeret vocem Chriſti audire, & ſedere in dextera Patris in die noviſſimo ejus, de cujus conſortio lætantur Angeli in cælis, fidelium turba gloriatur in terris. Cumque vetuſtas temporis communem agonem mortis B. Antonio præberet, de hac flebili mundi vita & inope valle atque miſeria, ad cæleſtem gaudii palmitem, felici vocatione cum piis fructibus, migravit ad Dominum. Cujus glorioſum corpus cum hymnis & laudibus in eadem cellula fuit ſepultum, quæ *e* S. Georgii baſilica hodie vero nomine nuncupatur, in qua B. Antonius conſueverat ſepelire Sanctorum Martyrum & Confeſſorum corpora multa. Tandem cum per multum temporis luſtrum, odoriferum corpus B. Antonii in gremio terræ moraretur ſepultum; ita quod, memoria hominum pene vetuſtate lapſa poſt terga, ab hominibus haberetur neglectum, tunc apparuit cuidam civi Lucano, nomine Alberto, in viſione, quod corpus B. Antonii Presbyteri & Eremitæ in baſilica B. Georgii cum magna acie Sanctorum Martyrum & Confeſſorum ac Virginum requieſcebat. Et cum iſta mentem Alberti in nocte ſæpe ſæpius verberaret viſio, à ſomno expergiſcens trepidus & inconſultus, nolebat aliis revelare, quaſi verecundia ductus.

D

e

Sepelitur Lucæ.

interque eos S. Torpetem,

C

Pſ. 33, 15

5 Poſtmodum placuit dexteræ Excelſi, quod iſte Albertus, convocatis multis Clericis & multorum ſapientum choro habito, accepto ligone, cœpit fodere locum in ſomno ſibi revelatum. Cumque incepiſſent fodere pariter ſupra ſepulcrum S. Antonii Presbyteri & Eremitæ, [invenerunt illud] ante altare *f* B. Mamiliani ſitum, in quo taliter continebatur ſcriptum. Hic eſt corpus S. Antonii Presbyteri & Eremitæ, qui ſepeliebat corpora Sanctorum Martyrum, ſub Nerone Imperatore & Anolino. *g* Pro fide ſanctæ Reſurrectionis. Require corpora hujus urbis Epiſcoporum, Presbyterorum, Eremitarum, Militum, Martyrum & Confeſſorum. S. Dionyſius, dedicavit eccleſiam iſtam in honore Salvatoris cæli & terræ, & ſanctorum Martyrum & Confeſſorum, *h* nono decimo die Octobris, tempore S. *i* Clementis Papæ & Martyris urbis Romæ. Peracta & inventa ſunt hæc ſub Epiſcopo *k* Guidone Lucanæ civitatis, Imperatore *l* Henrico tunc imperante & annorum tempore currente, Imperante nec *m* prid. Non. Novembris Indict. IV, regnante D. N. Jeſu, cui eſt honor & gloria per infinita ſecula. Amen. *n* De tanti theſauri communis inventione cum ſuis Clericis Guido Epiſcopus lætatur, gaudet & civitas, ſimulque univerſus populus ejus. Deus omnipotens bonus & juſtus, qui miſericordiam ſuam humano generi numquam denegavit, nobis quoque iſtum Confeſſorem, lege Chriſti protectum, in Lucana urbe collocavit devotum; ut ſicut per corporis aſpectum ejus & Sanctorum intuitum bona fide cernitur, ita eorum auxilia corpori & animæ patrocinentur: & ſpes renovare videtur nobis medelam. Surrexerunt in illo tempore Lucani cives ad corpus S. Antonii colendum, nec non quinque civitatis vici per novem dies cum cereis & lampadibus pernoctantes, vigiliis crebris egregie coluerunt, una voce laudantes & benedicentes Deum & D.N. Jeſum Chriſtum, quod per famulum ſuum, nomine Albertum, illius S. Antonii corpus per totam civitatem & longius coruſcavit. Decurrerunt illuc claudi atque cæci, languidi atque ſanitate minuti: ſuper quos & alios clemens Deus, per S. Antonii merita, multa miracula fecit.

corpus invenitum an. 1200,

f

E

g

h

i

k

l

m

n

publice colendum proponitur.

F

6 Inter quæ, toto Lucano populo vidente, unum admirabile fraternitati veſtræ innoteſcat miraculum grande valde. Fuit quidam de illius civitatis vico, nomine Ugelinus Ballonerius, homo ſapiens & eruditus, qui quodam die inſtigatione divina ignitus, Baſilicam; in qua tanti viri corpus fuit cum pompa repertum, viſitavit, devote jucundus: cumque diu oraſſet atque in crebris orationibus inſiſteret percutiendo pectus, cupiens remeare & tendere ad ſuum hoſpitium, in viæ ſemita acriter fuit vulneratus. Accerſitis ergo undique medicis cum ingenti cura magnaque cautela diu noctuque cœperunt fortiter ei mederi:

Quidam graviter ſaucius.

A mederi : denique illis de ſoſpitate ejus non modice titubantibus medicis, reliquerunt curare illico vulnera ejus. Factum eſt autem, quod in illo tempore, intra quod omnimode ſe male & perverſe habebat Ugolinus, venit B. Antonius ipſi in ſomnis dicens : Surge & ſequere me. At illi inquit Ugolinus, Quis es tu, qui talia mihi loqueris, ac ſuades mihi quatenus veniam tecum ? Reſpondit ei S. Antonius : Sum Antonius, ſervus ſervorum Dei & famulus Chriſti licet indignus ; cujus corpus cum plenæ dilectioni s dulcedine, puſillo labente tempore, humiliter pro Chriſti intuitu coluiſti devote. In illa autem ſomni viſione interrogavit B. Antonium Ugolinus dicens : Anne de hac corporis vulnerum pœnoſitate, & mei corporis gravitate evadam ? Cui S. Antonius dixit : Si inieris pacem & bonam reddideris voluntatem inimico tuo qui te vulneravit, revera ex hac infirmitate protinus liberaberis. Verbis itaque eorum ac ſermonibus inter eos, prout audiſtis, ita ventilatis, duxit eum poſtea in quamdam vineam, prato undique amœnoſo vallatam, in qua multi videbantur Sancti intereſſe, qui de magnalibus poli inter ſe loquebantur, dicentes, Monita B. Antonii, Ugoline, perage, & longo tempore vivas, & in tuis delictis parcat tibi B in venturo Dominus Deus. Cumque aurora ſuis ſpargeret radiis ſplendorem atque dieſceret, parentibus atque amicis, tamquam per præcones undique convocatis, quæ acta & viſa ſunt per ſomnium ſeriatius intimavit, & ita coram eis totoque populo pacem reddidit illi qui eum percuſſit. Illico rurſum venerunt medici ad eum curandum, qui quaſi ſedulo medicamine vulneribus ſuperimpoſito, meliori caſu vulnera ab eis relicta fore dixerunt. Prælibatus ergo Ugolinus de munimine B. Antonii confidendo convaluit, gratias innumeras agens D. N. Jeſu Chriſto, qui per merita B. Antonii à tam trepidæ mortis ſive ſortis periculo liberatus, & factus eſt penitus ſanus.

percuſſori injuriam condonare ab eo juſſus ſanatur,

7 In illo autem eodemque tempore fuit vir quidam de c Portu Veneris, bonus Iſraelita & timoratus, nomine Ghirardus, qui ſuorum oculorum caligine involutus, per triginta curricula annorum fuit [lumine] privatus. Iſte ergo Ghirardus, flebilis & mœſtus jugiter exiſtens, cancellatis manibus ad cælum ſuorum oculorum expectabat conſolationem à Domino : fama deinde B. Antonii uſquequaque luculenta & laude digna tandem invaleſcente, cognovit ex relatione veridicorum quod ad almitatem tam inclyti viri populus [concurreret] univerſus. Gaudens autem C Ghirardus & ſpem in Domino ponendo confortatus, ſine temporis dilatione, ad corpus S. Antonii venerandum, ad Lucanam urbem cum gaudio magno pervenit : in jejuniiſque & orationibus aſſiduis cum tota mentis intentione inſiſtendo, per quinque dierum ſpatium in B. Antonii eccleſia pernoctavit. Factum eſt autem quod per D. N. Jeſum Chriſtum & B. Antonii virtutem, reddito Girardus lumine, palam coram toto populo vidit. In illo tempore quidam diœceſanus ejuſdem civitatis, hujuſmodi infirmitatis caſu per quatuor annorum ſpatium lacrymabiliter laboravit ; qui citius quam potuit tumulum S. Antonii humiliter viſitavit ; ibique flexis poplitibus per diem unam orando per interceſſionem B. Antonii, largiente Domino, à vitio cæcitatis fuit liberatus : gratias Deo nec non B. Antonio agens uberrimas, qui ſuæ gratiæ manum ſuper famulum ſuum impoſuit digniſſimam.

duo cæci viſu donantur,

8 Cum ſecundum divinæ diſpoſitionis arbitrium univerſus ſecularis orbis decurrat, & humana propago velut in fortunæ rota diſpoſita ſit, ſortiſque proſperæ vel adverſæ gladio in hac valle puſilla ſinguli videantur jugiter vulnerari à Deo ; homo quidam titubans caſu, quadam in die ſpiritu anhelante nervorum, cœpit debilis valde claudicare & dolere. Claudus itaque in ſtratu jacens, pro membrorum defectu dolebat, pene univerſis domus ejus mediis tradi- *claudus facultate gradiendi.* EX MS. tis ſub pignoribus. Cumque medicorum medela claudo minime valeret, ſed potius videretur obeſſe, tandem S. Antonii tumuli locum ſolennizavit, ſtetitque coram tumulo & altari, habendo cereum per duos dies in manu ſua ; & flexus in orationibus ſine requie vigilavit : in tertia autem die acceſſit ad eum Sacerdos cum aqua, de qua prædicti Sancti viri brachium fuit lavatum. At ubi à Sacerdote per manus & pedes claudi fuit aqua aſperſa, ſubito priſtina ſibi fuit reddita ſanitas, & coram populo ibidem vigilante ivit, & incolumis factus collaudabat Deum, quia ad B. Antonii laudem, à tanta ſui corporis preſſura fuit integer factus. Hæc & alia miracula, Domino cooperante, ibidem fuere ſeduliter diu noctuque oſtenſa : cui eſt honor & gloria per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

ANNOTATA.

a *Quis hic mons fuerit non ſatis certum : fuit ſaltem ex iis unus qui Piſas inter & Lucam interjacent. Opinio eſt Florentinii, montem illum eſſe, qui olim Eremiticus dictus, nunc S. Pantaleonis, ab eccleſia iſti Sancto illic adificata, nuncupatur : juxta quam, olim cum adjuncto aſceterio ad Ciſtercienſes pertinentem, rudera etiamnum conſpiciuntur eccleſiæ S. Antonii. Alii interim montem* Livaliam *putant indicari, vulgo* Lupo cavo *nunc dictum, & ab eremitis diu habitatum.* E

b *Credibile vix eſt extra ſuam cellulam ſacris operatum Antonium : ideoque putamus quod eam eccleſiam pia poſteritas adificavit, ceſſantibus perſecutionibus idque in honorem hujus Sancti Antonii : niſi forte nominis ambiguitas fecit, ut dum poſt in honorem Magni Antonii fabricata, ab hoc crederetur habere nomen, velut qui ibi habitaverit ; aliis aſſerentibus, & forte rectius, alibi habitaſſe.*

c S. Paulinus *colitur* 12 *Iulii.*

d *Auctor eſt Vghellus tomo* 1 *Italiæ Sacræ eccleſiam iſtam ante annum* 1261, *quo corpus S. Paulini repertum & in eam tranſlatum fuit, de S. Antonio fuiſſe nuncupatam.*

e *Eſt* S. Georgius *ſub Diocletiano & Maximiano martyrio conſecratus* 23 *Aprilis : ad quem diem ejus geſta & varia illi dicata olim templa indicantur ; abſque mentione hujus Lucenſis ſacelli, eo quod nobis non conſtet utrum ante ſeculum* XI, *S. Georgii nuncupationem acceperit.*

f Mamilianus Martyr, *relatus à nobis ad diem* 12, *ab aliquibus Romæ adſcribitur ; imo & creditur ab aliis* Maximilianus *&* Maximus *dici, & ſocius in martyrio SS. Valeriani & Tiburtii : de quibus egimus* 14 *Aprilis, attulimuſque § 3 epigraphen in Eccleſia S. Paulini hujuſmodi.* Corpus S. Maximi P. cum aliis. *Sed ibidem agi de* Mamiliano *non audemus aſſerere.* F

g *Niſi aliter legendum eſſe teſtaretur adhuc ſuperſtes lapis ; non omnino diſpliceret hæc interpunctio & correctio : fieret enim ſatis commodus ſenſus, & videretur continere adhortationem, ad colendos omnes Sanctos Lucenſes communi feſto* 4 *Maii : ſed gratis induceretur feſtum, cujus nullum hodie veſtigium vel indicium reperitur.*

h *Supra in dicta inſcriptione* 10 die Octobris.

i *S. Clemens præfuit Eccleſiæ ab anno* 67 *uſque ad an.* 77, *ac dein abdicato Epiſcopatu vixit Epiſcopus Apoſtolicus uſque ad an.* 100. *Sed non credimus ad ejus Pontificatum referri poſſe dedicationes eccleſiarum.*

k Guido *aliis* Wido *fuit Epiſcopus ab an.* 1196 *uſque ad an.* 1201.

l *Henricus* 6 *Imperator mortuus erat* 28 *Septemb. anni* 1197, *& diu Imperium vacaſſe dicitur,* Philippo *Duce Sueciæ & Ottone* 4 *Duce Saxoniæ de Imperio concertantibus : hinc videtur auctor Henricum adhuc appellare Imperatorem. Sed melius ſupra in exemplo veræ Inſcriptionis deſunt hæc,*

A *hæc, quæ Franciottum coegerunt ut ſuo arbitratu mutaret annum ſubſtitueretque* 1190.

m *Quia lapis prænemoratus poſt notas*, MCC, *addebat extenſe vocem* primo, *credidit auctor eam vocem non ſpectare ad notas anni, ſed adverbialiter ſumi: quaſi hæc prima fuiſſet inventio: ſed erraſſe convincitur, tum à numero Indictionis* 4, *in annum, non* 1200, *ſed* 1201 *cadentis; tum quia neceſſe eſt ut hanc inventionem olim preceſſerit alia, poſt quam in eccleſia ante altare eſt depoſitum corpus.* D

n *Hic videtur incipere nova compoſitio & prima abſolvi: fortaſſis quia duabus diverſis vicibus hæc legebantur populo: vel quia ſola prima ſerviebat pro lectionibus officii proprii, ſi quod olim Sanctus hic habuit, uti ex initio Actorum colligi videtur.*

o Portus-veneris, *poſt Hetruriæ fines primus in ora Liguſtica ad ſinum Spezzanum,* 40 *circiter* P.M. *Luca diſtat.*

DE S. ALPINIANO PRESBYTERO

IN AQVITANIA.

D.P.

SEC. III

Quo tempore cum S. Martiale Aquitaniã ad Fidem converterit?

Reditum paſſim fuit à plurimis, S. Martialem, *primum Chriſtianæ Legis per Aquitaniam præconem, eo ab Apoſtolorum principe S. Petro deſtinatum veniſſe. Verum oſtendemus ad* XXX *lunii in ejus Vita, hoc fere commentum eſſe eorum, qui vel in ipſis ſacris neſcio quam gloriam appetentes, ut vetuſtate acceptæ Fidei ſupra alios eſſe videantur, eam ſibi ab ipſis Apoſtolorum temporibus domeſticam volunt. Rectius nobis ſentire videntur, quibus Lemovicum Protoapoſtolus ac Præſul creditur circa annum* CCL *in* B *Aquitaniam peniſſe; pro quo tempore faciunt Gregorius Turonenſis lib.* 1. *Hiſtoriæ c.* 28, *eruditiſſimus Boſquetus Epiſcopus Monſpelienſis lib.* 1 *Hiſtoriæ Eccleſiæ Gallicanæ, & Diſſertatio Ioannis Cordeſii eidem hiſtoriæ inſerta, aliaque multa ad dictum diem fuſius à nobis diſceptanda. Sanctum igitur Alpinianum, quia in prædicanda lege Chriſtiana S. Martialis adjutor & ſocius fuit, ad annum circiter* CCL *referimus.*

Officium & ſynopſis Vitæ in Breviario Lemovicenſi.

2 *Cultus ejus cum Officio in Breviario Lemovicenſi ad* XXVII *Aprilis conſignatur: ad quem diem, poſt Florarium Sanctorum ante annos circiter ducentos ſcriptum, Sauſſajus in Martyrologio ſuo Gallicano ejuſque Supplemento de illo agit: quamvis in indice, quem univerſo operi affigit, eum ad* XXVI *conſignet: quo & mortuus dicitur in Ms. Moyſiacenſi, & eo quod tom.* 2. *Novæ Bibliothecæ impreſſum eſt à Philippo Labbe: Breviario interim Lemovicenſi obitum diei* XXVII *attribuente. In Hagiologio Franco-Galliæ, ex antiquo Martyrologio Abbatiæ S. Laurentii Bituricenſis excerpto, quod tom.* 2. *Novæ Bibliothecæ idem Philippus Labbe vulgavit, pridie Kalend. Iulii his verbis memoratur:* Lemovicis civitate S. Martialis Epiſcopi, cum duobus Presbyteris, Alpiniano, Stratodiniano, *pro Auſtricliniano (hic autem colitur* XV *Octobris)* quorum vita miraculis admodum effulſit. *A Concilio quoque Lemovicenſi anni* MXXXI *antiquis Martyrologiis cum titulo* Apoſtoli *inſcriptus fuiſſe dicitur, ſed non additur pro quo die. Synopſis Vitæ ex Breviario Lemovicenſi anni* MDCXXVI *hæc eſt:* Alpinianus, Roma profectus in Gallias, B. Martiali in variis laboribus & periculis, quæ pro fide propaganda ſubiit, comes hæſit aſſiduus. A ſanctiſſimi Apoſtoli exceſſu, non immemor eorum quæ à tanto magiſtro acceperat, vitæ quod ſuperfuit pie religioſeque traduxit. Sanctitatem miracula comprobarunt; quemdam enim, cui altera manus aruerat, priſtinæ ſanitati reſtituit, alium à dæmone vexatum liberavit, trium claudorum greſſus firmavit, mortuum infantem vitæ reddidit. Denique cum inſtare mortem, S. Martiale revelante, cognoviſſet; ſodalibus ſuis fauſta omnia precatus, eoſdem mœrentes conſolatus, oculis ac manibus in cælum intentis, quinto Kalendas Maji ad Beatorum ſedes evolavit.

Cultus 26 *&* 27 *Apr.*

item 3 *Iunii.*

C

Sanctitas miraculis comprobata.

Vita ex Mss eruta à Labbæo.

3 *Aliud elogium habemus in Ms. Moiſiacenſi, quod non eſt operæ pretium hic dare, quoniam eſt merum compendium ejus Vitæ, quam in pluribus Mss. codicibus poſt Vitam S. Martialis reperit noſter Philippus Labbe, eidem ſub hac præfatione conjunctam.* Interea quoniam pro poſſibilitate noſtræ capacitatis, obſequium B. Martialis erga Dominum, vel quæ poſtmodum in ipſo, nunc in quo requieſcit, loco, miracula fecerit diximus; dignum eſſe cenſuimus vel exigua de B. Alpiniano dicere, qui eidem inceſſanter adhæſit, commemoratione digna. *Hanc ille Vitam tomo* 2 *Novæ ſuæ Bibliothecæ inſeruit, inter Vitas Sanctorum ad Aquitaniam ſpectantium; unde eamdem huc transferimus. Ms. Moiſiacenſe hæc inſuper addit, Sancti viri ſepulturam intervallo plurium ſeculorum ſecuta:* Poſt longa tempora, anno ſcilicet ab Incarnatione octingenteſimo quinto, Raymundus, Comes Lemovicenſis religioſiſſimus, quoddam conſtruxit cœnobium quod vocatur Roſiacum; rogavitque reverendum Dodonem, Abbatem monaſterii S. Sabini, ut habitatores monaſterii ſui in Regularibus obſervantiis informaret. Quo facto Dodo Abbas, habito tractatu cum prædicto Comite, à Lemovica ad Roſiacum, cum hymnis & Dei laudibus, corpus B. Alpiniani honorifice detulerunt. E

Tranſlatio ad cœnobium Roſiacenſe,

4 *Quod ad jam dicta Tranſlationis tempus attinet, omnino videtur error obrepſiſſe in numeris, quorum unus excideret ita ut pro* anno octingenteſimo quinto, *legi debeat* octingenteſimo quadrageſimo quinto. *Etenim Ademarius, S. Eparchii monachus, in eo chronico quod Philippus Labbe inſeruit tomo* 2 *Novæ Bibliothecæ, dicit quod Ludovicus Pius, poſt mortem Pippini, ſedatis Aquitanorum turbis, anno* DCCCXXXIX *Lemovicibus Comitem præpoſuerit Raterium ac deinde ibidem anno* DCCCXLI *Comes appellatur Raymundus. Ruſſus autem dubitari nequit, utrum pro* quinto *legi debeat* quinquageſimo: *nam S. Savini Abbas Dodo, ad Roſiacenſe cœnobium ordinandum evocatus à Raymundo, ante iſtum annum, videlicet anno* DCCCXLVIII, *tranſlatus fuit à monaſterio S. Savini, quod eſt in Pictavis ſupra fluvium Gartempam, ad regendum Lemovica monaſterium S. Martialis. Porro Roſſiacenſe cœnobium, vulgo* Rofec, *ſitum eſt in Biturigibus ad Crauſiam amnem.* *anno* 845.

F

5 *Auctor eſt Sauſſajus in Supplemento ad* V *Kalend. Maji, S. Alpiniani corpus* dudum ex Lemovicenſis Eccleſiæ ſinu *ad oppidum* Caſtrum-Sarracenum, *vulgo* Caſt-Sarrazin *dictum, & in Aquitania inter Tarnem & Garumnam ſitum*, tranſlatum fuiſſe. *Quod quo tempore factum fuerit reſcire hactenus non potuimus. Tranſlationem hanc Roſiacenſi multo poſteriorem facere omnino neceſſe eſt: conſtat enim ex Chronico Gaufredi Prioris Voſienſis, tom.* 2. *Novæ Bibliothecæ Philippi Labbe, S. Alpiniani corpus, quod Lemovicis primum ad cœnobium Roſiacum delatum fuerat, ibi ſaltem ad annum* MCLXXIV *aut* MCLXXVI *perſeveraſſe. Nam circa iſta tempora ſcribitur Iſembertus Eſcoblart, ex dicti cœnobii Priore Abbas poſteà S. Martialis Lemovicis factus, Roſiacum dirutum à fundamentis conſtruxiſſe, capſamque S. Alpiniani novo & mirabili opere compoſuiſſe. Verba Chronici hæc ſunt:* Hi filii exiterunt Ramnulphi Eſcoblart, nobilis viri de caſtello Rofec, quod eſt in Bituricо. Horum fratres fuere Silveſter atque Guiliermus, nec non & Gaudinus ille, qui caſtrum de Ramafort egregia probitate conſtruxit. Iſembertus iſte, ab ineunte ætate monachus S. Martialis, monaſterium de Rofec, unde Prior erat, à fundamentis conſtruxit ſine quæſtu per Eccleſias facto, vineam muro calcineo cinxit, capſam S. Alpiniani opere mirabili compoſuit.

& poſt an. 1176 *ad Caſtrum Sarracenum.*

VITA

A

VITA

In variis MS. poſt vitam S. Martialis inventa.

1 SAnctus itaque Martialis in omnibus veram compertam habens egregii viri Alpiniani ſanctitatem, cariſſimo diligebat affectu, quem præ ceteris ſacra videbat inſtituta ſectari. Lætabatur itaque ſe bonum imitatorem docuiſſe, multiſque profuturum credentibus, ſi poſt obitum ſuum præfeciſſet doctorem boni verbi: ſiquidem dignus imitatione ſanctus Alpinianus, fallentis mundi calcans deſideria, ac juxta Apoſtoli vocem, quæ ſurſum ſunt quærens, non quæ ſuper terram, bonorum actuum executor aſſiduus, cæleſtium meditabatur inſtituta mandatorum. Mundanarum etenim rerum ſibi ſufficiens, quotidiani victus ſeu veſtitus in tantum reſpuebat affluentiam, ut non ſolum ſe abſtineret ab illicitis, ſed etiam à licitis præcaveret. O vere laudabilis abſtinentia, quæ ſe indultis negans, exemplo ſuæ inſtitutionis, peccatis oberrantes coërcet etiam à licitis.

S. Martialis imitator egregius,

claret virtutibus,

2 Totius ergo ornatibus ſanctitatis conſpicuam B. Alpinianus agens vitam, nobilium actuum claritudine ſubnixa, ejus circumquaque divulgabatur virtutis magnificentia. Proinde ineffabilis Sanctæ Trinitatis clementia, quæ ante mundi exordium cuncta præſciverat, ad hujus mundi evacuandam infidelitatem, hujus pectus inter ipſa ſacræ Scripturæ primordia veri ſplendoris illuſtratione radiavit. Hujus ſane luminis David fuerat perfuſione indutus, cum largitatem muneris Deifici contemplatus eſt dicens: Mirabilis Deus in Sanctis ſuis: Omnipotentis enim Domini majeſtas, perſpicui celſitudinem aſcendere cupientibus regni, per hunc, de quo loquimur, Beatiſſimum Alpinianum videlicet, ſuorum mirabilium præeligens indefeſſum operatorem, tam animæ quam etiam corporis incommodo laborantes, amiſſæ ſoſpitati reponere dignatus eſt.

B

& miraculis:

mortuum ſuſcitat.

3 Quodam tempore, cum ſextæ diei horæ completo officio, ab eccleſia egrederetur, obviam habuit quamdam mulierculam, quæ mortuum filium ſuum ante pedes ejus projiciens, precabatur cum lacrymis, ut eum vir ſanctus reſuſcitaret. Cujus vir Dei Alpinianus fletu permotus, projiciens ſe in oratione, ac poſt paululum ſurgens, apprehenſa manu dextera infantis, vitæ reſtitutum matri reddidit. Iterum alio tempore contigit, ut quidam homo manum aridam habens, ad S. Alpinianum veniret, depoſcens ſe ſanari ab illo: qui currens ad ſolita præſidia, eccleſiam petiit, & ſumens ex aqua quam ipſe conſecraverat, tribus vicibus ſuper manum aridam infudit, ſtatimque ſanitati reſtituit. Quidam à dæmonio arreptus miſerabiliter, à vicinis ſuis S. Alpiniano deducitur: quem cum terræ proſtrati rogarent ut dæmoniacum curare dignaretur; ſigno Crucis in capite ejus impreſſo, inimicum humani generis ex obſeſſo homine abjecit. Nec illud etiam ſilendum puto, quod Dominus per famulum ſuum oſtendere dignatus eſt miraculum. Tres claudi eundi officium non habentes, ad B. Alpiniani cellam deferuntur: quos vir ſanctus pio intuitu aſpiciens, plenus miſericordiæ & caritatis dulcedine, ut ſemper ſolebat, ad orationem convertitur: in qua tamdiu Domini implorans pietatem jacuit, quoadusque impetrato, quod petierat, unumquemque illorum manu propria apprehendens, ſanos & alacres erexit.

manum aridam curat,

C

energumenum liberat,

tribus claudis greſſum reformat:

4 Hæc nunc pauca de pluribus ſufficiant, quia ſi vel mediam partem miraculorum ejus dicere voluiſſemus, nullo modo potuiſſemus. Quis namque digne valeat perſequi illius erga divinorum inſtituta mandatorum indeficiens ſtudium? aut quis eloquens inveniri poteſt, ut irrefrigerabilem, quam erga omnes habebat, caritatem, poſſit eloqui? Erat enim caſtitate vernans, hoſpitalitate benignus, eloquio ſuavis, ſpe firmus, ſobrietate temperatus, bonitate conſpicuus, humilitate fundatus, & omnium virtutum honeſtate præclarus. Delinquentium vero fragilitati in tantum compatiebatur, ut ſecundum ſacræ Scripturæ textum, omnibus ſe conformans; quod omnes lucraretur Chriſto optabat; ac lenibus Scripturarum medicamentis ſaucia peccatis pectora confovens, omni conamine laborabat benevolens, ut mentes vitiorum fœditate ſordentes, poſtpoſita lubricitatis ſpurcitia, ſuperni muneris gratia decorarentur puritatis augmento. Tam corporis quam animæ vigore pollebat, quo vas ſancti Spiritus vere dici poſſet. Pſalmodia numquam ab ejus ore ceſſabat, niſi cum cibum caperet, vel paululum indulſiſſet ſopori.

EX MS.

excellit caritate.

De proximo exitu à S. Martiali admonitus.

5 Igitur, ut diximus, B. Alpinianus totius ſanctitatis imitator egregius, die quadam, dum humi ſtratus orationi incumberet, beatiſſimus Martialis apparuit illi, taliterque illum alloquitur dicens: Quoniam, cariſſime, cæleſti præveniente gratia, contra antiqui hoſtis inſidias inſtantiſſime huc uſque certaſti; jam tandem, pro laborum tuorum exercitatione, ſummo Datori placuit, quod fragile relinquens corpus, ſupernorum diteris munere gaudiorum. His beatiſſimi dictis Martialis venerandus Alpinianus præmonitus, debitas Omnipotenti retulit gratias. At beatus Martialis, cernente B. Alpiniano in ergaſtulo, cum claritate petiit cælum. Sanctus itaque Alpinianus, evocato confodali ſuo & religioſis Fratribus, omnia illis per ordinem, quæ viderat & audierat à S. Martiale, expoſuit. Quod cum jam dictus Presbyter Auſtriclinianus à B. Alpiniano audiiſſet, nimio mœrore affectus, nullatenus temperabat à fletu: nolebat enim tam ſanctiſſimum virum à ſe ſeparari, cariſſimæque germanitatis dulcem amicitiam amittere. Et quamvis pro certo ſciret quod illum Paradiſi beatitudo morientem ſuſciperet, tamen triſtabatur quod corporaliter eum laxaret, cui numquam ſpiritu erat defuturus.

accerſito S. Auſtriclimano,

evocat inter ſuorum lacrymas,

6 Sacra ita per membra B. Alpiniani febre invaleſcente, prægravatio artuum orſa eſt ſubire vitalia præcordia. Sed dum, ut ſupra diximus, fidelibus vocibus S. Auttriclinianum ac reliquos qui aderant, lacrymari cerneret, benigniſſima commonitione, ne de ſuo turbarentur abſceſſu, exhortabatur; ne quod divina diſpoſitio jufſerat, ipſi mœſto viderentur contradicere luctu. Sed quis narrando expediat quantus tunc fidelium mentes invaſerit planctus, cum ſe deſtitui tanto cernerent patrono? Vix namque ibi quiſquam ſingultantia poterat dicere verba, quæ lacrymabilium gemitu interrumpebantur fletuum. Cumque beati viri [ſecundũ] corpus glorioſa immineret reſolutio, ultimo cunctis qui adſtabant valefaciens, oculos manuſque ad cælum protendit. Denique terrena penitus derelinquens, plaudentibus Angelis æterna in requie, ſexto Kal. Maji, gaudens migravit ad Chriſtũ.

D

E

F

& poſt miracula aliquot

7 Peracta itaque ſicut mos eſt, ſacri corporis emundatione, feretro ſuperponitur. Sed nobis abſurdum viſum eſt, [omittere] quæ interim Sanctus miracula gefferit. Nam cœcus quidam, cui hactenus lux minime fulſerat, luceſcentibus oculorum foraminibus, primum viſus ſui obtinuit diem. Paralytici autem nonnulli ſoſpitatem, claudi greſſum, vexati à dæmonibus curationem, leproſi cuncti emundationem, ac diverſis infirmitatibus fatigati, ob meritum B. Alpiniani, antequam corpus ejus tumulatum eſſet, incolumitatem recipere meruerunt. Sanctiſſimi ergo membra Alpiniani juxta ſui quondam locata ſunt ſepulcra magiſtri B. Martialis, regnante D. N. Jeſu Chriſto, cui eſt honor, virtus, & imperium, & æterna majeſtas, una cũ ſancto Spiritu, in ſecula ſeculorum. Amen.

apud S. Martialem ſepelitur.

DE SS. CASTORE ET STEPHANO,

G.H. *MARTYRIBVS TARSI IN CILICIA.*

XXVII APRILIS.

Quatuor apographa Martyrologii Hieronymiani, jam continuo à nobis allegata, diem XXVII *Aprilis hoc modo auſpicantur :* Kalendas Maji, in civitate Tarſo Ciliciæ, Sancti Caſtoris, *aut* natalis S. Caſtori : *adjungitur in apographo Corbeienſi Pariſiis excuſo,* Germani : *ſed is infra inter Martyres Ægyptios refertur, forſan inde huc relatus : ſi quis tamen apponi debere cenſuerit, per nos licebit. De unico Martyre Tarſenſi* S. Caſtore *agunt Vſuardus, Notkerus, & Mss. antiqua, Richenovienſe in Suevia, Centulenſe S. Richarii, & quod eſt apud Reginam Suecia ab Holſtenio laudatum, ac plura alia. In Ms. Adone ejuſdem Regina* Caſtori *adjungitur* Geneſius ; *ſed is inter Martyres in Lydia provincia coronatos infra producitur. In Ms. Romano Ducis Altempſii datur ſocius* Caſtori Urſicinus, *hic vero aut ex aliis diebus adjungitur, aut potius eſt* Victorinus, *infra inter Martyres Nicomedienſes recolendus. De alio ſocio major controverſia poteſt eſſe, quod iſta legantur in hodierno Martyrologio Romano :* Tarſi in Cilicia SS. Caſtoris & Stephani Martyrum. *Et annotat Baronius :* Uſuardus de Caſtore tantum, Maurolycus de utroque ; cui adſtipulantur vetera manuſcripta. *Imo ante Maurolycum remlit utrumque Petrus de Natalibus lib.* 11 *Catalogi cap.* 130 *& num.* 130, *& poſt illum Bellinus in Martyrologio ſecundum morem Romanæ curiæ excuſo anno* MCCCCXCVIII, *eoque citato eſt adjunctus à Noleno in Auctario Vſuardi. Inter manuſcripta ſunt Vallicellanum Congregationis Oratorii Romæ, quod habuit Baronius, uti & Pragenſe Eccleſiæ Cathedralis. Gaſſinius plures conjungit hoc modo :* Tarſis in Cilicia ſanctorum Martyrum Caſtoris, Stephani, Hermetis & Victoris. *Sed* Hermes *ſive* Hermites *infra inter Martyres Melitinenſes in Armenia, &* Victor *inter Ægyptios recenſentur ; & ita, nullo loco aſſignato, inter hos & alios recolitur memoria* S. Caſtoris *in Ms. Aquiſgranenſi, uti &* S. Stephani : *ſed aliis interpoſitis in Mss. Auguſtano S. Vdalrici & Pariſienſi Labbæi. Idem S. Caſtori conjungitur, & quidem cum titulo* Epiſcopi, *etiam in Florario Ms. ſed cum pluribus aliis, hoc modo :* Tarſo Ciliciæ S. Caſtoris. Et S. Stephani Epiſcopi. Antonii Presbyteri & Vitalis Martyrum. *Colitur* Vitalis *ſequenti die :* Antonius *nobis viſus eſt idem eſſe, qui Lucæ colitur cum titulo Confeſſoris, licet epitaphium faciat Martyrem. Verum quidem eſt quod apographa Hieronymiani Martyrologii Stephanum Epiſcopum & Antonium Presbyterum, nominent poſt S. Anthimum Nicomediæ paſſum, quod Florentinio occaſionem dedit credendi ipſos quoque ut Martyres Nicomedienſes referri ; adeoque nihil hinc præſidii haberi ad titulum Martyris Antonio Lucenſi confirmandum : ſed in hoc judicium ejus nobis non probatur. An tamen dictus* Stephanus Epiſcopus, *ſi non fuerit paſſus Nicomediæ, credi debeat paſſus Tarſi, quia ab aliquibus Caſtori conjungitur, vehementer ambigimus ; permittimus tamen ſic poni in titulo, ne nihil tribuiſſe videamur judicio Baronii, eoſdem ſic conjungentis : ideoque etiam* Epiſcopi *dignitatem in eodem titulo ſilemus, ſi forte alius Stephanus alibi occiſus commemoretur, ſicut alibi quam Tarſi aut Nicomediæ occiſum exiſtimamus Antonium.*

Memoria S. Caſtoris,

& Stephani à variis adjuncti :

an hic Epiſcopus fuerit ?

DE S. ANTHIMO EPISCOPO,

ET VNIVERSA GREGIS MVLTITVDINE,

G.H. *MARTYRIBVS NICOMEDIÆ IN BITHYNIA.*

ANNO CCCII

Vſebius Pamphilus, cum ſeptem prioribus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libris expoſuiſſet Apoſtolorum ſucceſſiones, libro 8 *aggreditur etiam res ſua ætate geſtas enarrare, & ſexto capite ea incipit deſcribere, quæ Nicomediæ geſta ſunt ; cumque capite* 6 *egiſſet de iis Chriſtianis, qui in Palatio Imperatoris verſabantur, iſta eodem capite interponit :* Tunc etiam Anthimus, Eccleſiæ Nicomedienſis Epiſcopus, ob confeſſionem Chriſti in eadem urbe capite truncatus eſt. Huic adjuncta eſt ingens Martyrum multitudo. Quippe eiſdem diebus, neſcio quo caſu, in palatio excitatum erat incendium : cujus cum noſtros auctores fuiſſe publicus rumor falſa ſuſpicione jactaſſet ; Imperiali juſſu, quotquot illic erant Dei cultores, acervatim cum ſuis familiis, alii gladio, flammis alii conſumpti, periere. Tunc divina quadam alacritate, quæ verbis explicari non poteſt, conciti ſimul viri ac mulieres in ardentem rogum inſiliiſſe dicuntur. Alios quoque innumerabiles, vinctos ac ſcaphis impoſitos, carnifices in profundum mare projecere. *Hæc ibi Euſebius, qui dein cap.* 13 *recenſet* Præſides Eccleſiarum, qui religionis, quam prædicabant, ſinceritatem fuſo ſanguine declararunt, *& ita caput illud auſpicatur :* Ex Præſidibus autem Eccleſiarum, qui in celeberrimis urbibus martyrium perpeſſi ſunt, primus in tabulis piorum à nobis nominetur Anthimus, Nicomedienſis Epiſcopus, teſtis regni Jeſu Chriſti, in eadē urbe capite truncatus. *Hæc Euſebius, quibus ſimilia narrat Nicephorus Calliſtus lib.* 7 *c.* 6.

Martyrium S. Anthimi & aliorum ex Euſebio narratum :

2 *Hanc Euſebii narrationem amplexi Martyrologi varii & Martyrologiis inſertum, ſua ex eo de S. Anthimo aliiſque Martyribus formarunt elogia, è quibus tale ſcripſit ad hunc* XXVII *Aprilis Vſuardus :* Apud Nicomediam natale S. Anthimi, Epiſcopi & Martyris, qui perſecutione Diocletiani, ob confeſſionem Chriſti (ut in Eccleſiaſtica hiſtoria ſcriptum eſt) martyrii gloriam capitis obtruncatione accepit. Secuta eſt illum univerſa pene gregis ſui multitudo, per eamdem martyrii viam, quos alios Judex gladio obtruncari, alios igne conſremari, alios naviculis impoſitos pelago immergi fecit. *Hæc Vſuardus, quæ fere eadem leguntur in hodierno Martyrologio Romano. Longiora ex Euſebio elogia excerpſerunt Ado, Notkerus, Petrus de Natalibus & paſſim alii. Horum Antiſtitem Anthimum cum S. Anaſtaſio Papa hiſ verſibus olim honoravit Wandelbertus :*

Quinta Anaſtaſium Papam celebramus : eidem
Anthimus Antiſtes digna virtute cohæret.

3 *Poſt hunc in quatuor antiquis apographis Martyrologii Hieronymiani duo alii nominantur his verbis :* In Nicomedia Anthimi Epiſcopi, Stephani Epiſcopi, Antoni Presbyteri. *Eadem leguntur in Mss. Richenovienſi, Rhinovienſi & Romano Cardinalis Barberini. Omiſſo* Antonio, *duo Epiſcopi memorantur Nicomediæ paſſi in Mss. Romanis Eccleſiæ S. Petri, Ducis Altempſii ac Reginæ Suecia & alio Caſinenſi. At Ms. Leodienſe S. Lamberti primo loco proponit memoriam* Stephani Epiſcopi & Antonini Presbyteri in

huic junctis SS. *Stephanus Epiſc. & Antonius Presb.*

A in Nicodemia, *ac dein* S. Anaſtaſii Papæ *& tertio ac poſtremo loco* S. Anthimi Epiſcopi & Martyris. *Pro* Antonio *in variis* Antoninus *ſcribitur & pro* Anthimo *etiam* Anchimus *&* Anchinus: *& quaſi ab altero eſſet diverſus, in Ms. Auguſtano S. Vdalrici exprimuntur nomina* Anthimi Epiſcopi, Anchimi, Stephani, Antonini, *ſed in Ms. Pariſienſi Labbæi loco* Anchimi *legitur* Aneſſimi. *Hinc oritur quæſtio, utrum* SS. Stephanus *&* Antonius *ſumi debeant, velut Nicomediæ paſſi cum S. Anthimo. Ita ſane judicaremus, niſi frequens confuſio locorum hominumque & frequentior propriorum locorum defectus, dubitare nos cogeret S. Anthimum* in Nicomedia *paſſum nemo eſt qui poſſit ambigere: unicum Lambertinum Martyrologium, ponendo has voces* in Nicomedia *poſt ipſa SS. Anthimi, Stephani & Antonii nomina, præter conſuetum Martyrologiis ſtylum, aliud non perſuadet quam ſcriptorem, qui oblitus fuerat nomen loci ante Anthimum ponere, ſupplevisſe defectum ponendo illud poſt Stephanum & Antonium, quos (quia alius locus non adnotabatur) credebat Anthimo conjungendos. Aſt alii Stephanum & Antonium non tantum non conjungunt Anthimo, ſimpliciter eos nominando poſt eum, ſicut ſit in dictis Hieronymiani Martyrologii ecgraphis; ſed etiam eos ab illo expreſſe ſequngunt, ac nominatim Leodienſe Ms. S. Laurentii ſub nomine Adonis, ubi poſt relata elogia S. Anaſtaſii Papæ & Anthimi Epiſcopi, ita habetur:* Eodem die natalis Chriſtophori, Stephani Epiſcopi, Antonii Presbyteri, Martyrum. Chriſtophorum *à ſequenti die huc tranſlatum diximus;* Antonium *putamus Lucæ paſſum:* Stephanum *vidimus etiam Caſtori conjunctum; adeoque nihil cauſæ eſſe cur Nicomediæ potius quam Tyro aſcribatur, multum cur neutri loco, ſicut neutri loco adſcribendus videtur* Antonius. *Accedit quod ſcriptores alii, qui poſt Euſebium agunt de S. Anthimo, nuſquam meminerint iſtorum duorum, tamquam ei in Martyrio conjunctorum. Sane in Ms. Trevirenſi S. Martini de illo ſolo hæc leguntur:* In Nicomedia Anthemii Epiſcopi & Martyris, & aliorum XI, qui perſecutione Diocletiani ob confeſſionem Chriſti decollati ſunt: *pro quo numero (qui forſitan ad* XI *millia, imo ad* XX *extendi deberet) maluimus nominare in titulo* univerſam gregis multitudinem, *cum Euſebio & aliis Martyrologiis.* Coxam *hujus* S. Anthimi abſervari Bononiæ in eccleſia SS. Coſmæ & Damiani *addit Maſinus in ſua Bononia perluſtrata; quod ei probandum relinquimus.*

videntur alio actinere.

Iuſtinianus Imp. eccleſiam S. *Anthimo conſtruit,*

C 4 *Antiquum* S. Anthimi *cultum apud Græcos docet nos Procopius lib. I de Ædificiis Iuſtiniani Imperatoris cap. 6, ubi eccleſiam huic Martyri conſtructam deſcribit his verbis:* Trans ſinum Ceras novum Imperator martyrium exſtruxit, dicavitque Anthimo Martyri, in ipſo ſinus littore. Templi crepido, leni maris allapſu, viſum jucundiſſime oblectat. Neque enim elata unda poſitis ibi ſaxis illiditur; nec fluctus, ut in mari fit, gravi cum murmure fracti exſpumant; ſed modeſte accedunt terramque allambunt taciti, ac placide ſeſe referunt. Deinde planiſſimum patet atrium, marmoribus undique & columnis renidens; ex quo pulcher eſt in mare proſpectus. Ultra eſt porticus, tum ſe templum attollit, intus quadratum & marmoribus ſcite compoſitis auroque illito decorum. Longitudo tantum ſuperat latitudinem, quantum in latere Orientali porrigitur locus religione ſanctiſſimus, ubi ſacris licet ineffabilibus operari. *Hæc Procopius, cujus loci ac templi S. Anthimo conſtructi meminit Baronius in Notis ad hunc diem Martyrologii.*

& marmoribus & auro exornat:

Acta antiqua Græca martyrii,

5 *Acta aliqua martyrii ipſo Iuſtiniani tempore extitiſſe arbitramur, ut ex iis Imperator de ejus glorioſo certamine certior factus, voluerit ad ejus honorem tam magnificum templum extruere. Nos aliqua Græca nacti ſumus ex antiquo Ms. Codice Medicæo Regis Chriſtianiſſimi, & contulimus cum Actis ab Aloyſio Lipomano tomo 6 Vitarum Sanctorum ex Ms. Græco Vaticano Latine editis, ac poſtea à Laurentio Surio recuſis. Ea poſtmodum Simeon Meta-*

B *phraſtes ſuæ collectioni inſeruit, ſed ſuo more concinnata:* AUCTORE G, H. *cui ipſa ut fœtum genuinum attribuit Leo Allatius in ſua de Simeonum ſcriptis diatriba pag.* 128 *citatus primis his verbis:* Τίς ἐκ τοῖδε τὴν Νικομήδους ὅπως μὲν θεόσεσε καὶ μεγέθες. *Titulus eſt* Martyrium S. Anthimi Epiſcopi Nicomedienſis. *Nos eadem Græca ad calcem hujus tomi ſubjungimus.* *à Metaphraſte exornata.*

6 *In his autem dicitur martyrium paſſus die tertia Septembris, qua Græci ſolennißimo officio utpote qui Conſtantinopoli habuerit eccleſiam, eum venerantur: & tale ex Actis ipſis habent in Menæis editis & Mss. elogium:* Die III Septembris, Sacroſancti Martyris Anthimi, Epiſcopi Nicomediæ. S. Anthimus ad Maximiani tribunal adductus, cum propoſitis in publico omnibus tormentorum machinis, nihilominus Chriſtum libere prædicaret, contuſo ventre, ignitis ferramentis uſſulatus, nudus in teſtas abjectus & extenſus, virgiſque cæſus, crepidiſque æreis & igne candentibus indutus trahitur, rotæque illigatur; & demum capite plexus comam ſeu piſos genuit. *Eadem leguntur in Novo Anthologio Arcudii. In Ms. Synaxario Pariſienſi Collegii Claromontani ſub finem ita habetur:* Τρίχας ἐκφύει ἐκ ξηρᾶς ὀστᾶ crines progignit ex arido oſſe. *In Menologio Baſilii Imperatoris aliquanto plura ex Actis leguntur: & ſub finem iſta adduntur:* Tandem damnatus capite fuit: quod poſitum Nicomediæ cum multa admiranda facit, tum admirabilem capillorum ſubinde renaſcentium comam ſemper promittit. *Cum Græcis conſentit Martyrologium Arabo-Ægyptiacum, à Gratia Simonio Maronita Latine redditum. Moſchi in ſuo ſæpius à nobis citato kalendario, & in eo quod apud Poſſevinum eſt, ejuſdem Sancti memoriam ſimiliter* III *Septembris recolunt; quibus perſuademur tali ſaltem die aut corpus aut partem notabilem corporis, à Nicomedia Conſtantinopolim, tranſlatam eſſe.* *Cultus ſolennis Conſtantinopoli 3 Septembris,* *Reliquiæ adſervatæ.*

E

ACTA MARTYRII.

Ex MS. Græco Regis Chriſtianiſſimi

Collata cum editis à Lipomano.

1 QUis neſcit, quam pulchre quidem ſita ſit Nicomedia, & quanta ſit ejus magnitudo, quantuſque ſit ejus ſplendor, & quanta pulchritudo, & quod ea ſit arx omnium civitatum Bithyniæ. Sed quamvis ea ſic ſe habeat, & ad tantam proceſſerit elegantiam, ſuo tamen germine magis gloriatur, quam his omnibus: ex ea enim, tamquam generoſus ramus, editus eſt Anthimus, floruitque & pulchros fructus produxit. Nam modo quidem exceſſerat ex infantia, & in eo bonorum morum florebat omnis gratia; & jam evaſerat adoleſcens, & erat prudentiæ multis numeris abſolutus. Poſtquam autem in virorum numerum eſt relatus, & eos fructus percepit, qui ſunt in viris, & ventri imperavit, iræque & carni eſt moderatus, & inanem adumbratamque rerum mundanarum ſpeciem deſpuit; toto tempore vacabat orationi, & divinarum rerum meditationi, matrem autem virtutum caritatem ſtudioſe exercuit. Se autem in hoc prælare geſſit, quod ſemper gravitate, diſſolutioni contraria, præditus eſſet & ſolicitus. Tanta autem ornatus erat humilitate, ut ſi vel ſolum videretur ſatis eſſet, ad compungendas animas eorum, qui erant ſtudioſi virtutis, & ad augendam virtutem.

a

F *Ab adoleſcentia omni virtutum genere excellit,*

2 Quoniam ergo qui ſic vitam agebat, & vel maxime vocalem præconem propriam habebat virtutem, nec celari nec latere poterat, evehitur ad excelſam ſedem Sacerdotii, & in Presbyterorum cathedra laudat Dominum: cum tamen non repente ad *ordinatur poſt alios gradus Sacerdos,*

xx ms. id perveniſſet, neque ſuæ vitæ procemium feciſſet Sacerdotium; ſed cum ſe prius recte geſſiſſet in multis aliis gradibus, & eis convenientem exercuiſſet virtutem: & hæc omnia tuliſſent teſtimonium, quod dignus eſſet ſuperioribus, ſic aſcendit ad magnam dignitatem Sacerdotii, non honorem perſequens, nec arripiens: ſed ab illo potius apprehenſus, etiamſi ipſe ſe procul removebat propter ſummam humilitatem.

3 Deinde excedit quidem ex hominibus, qui Nicomediæ tunc erat *b* Epiſcopus. Erat autem Paſtore vidua Eccleſia, & ſe eſſe deſertam deflebat miſerabiliter, & deplorabat calamitatem. Nicomedienſium itaque Præpoſiti, & maxime qui erant alumni Eccleſiæ, triſtem illam acerbamque orbitatis calamitatem non ferentes, omnes inter ſe communi ſuffragio decernunt, Anthimo mandandum eſſe Epiſcopatum. Cum ergo veniſſent ad eccleſiam, Deum vocabant teſtem ſuæ electionis; & vehementer rogabant, ut eis revelaretur, an eſſet Deo accepta eorum ſententia, & an haberent ſupernum ſuffragium eis ſuffragans & adſtipulans. Ecce autem circumfulſit lux magna & admirabilis: & vox quædam divina ex alto miſſa Anthimo tulit teſtimonium, & eorum confirmavit electionem, & hortata eſt ut ad effectum deducerent.

B Atque ſic præficitur clavo Eccleſiæ, & Sedes virum dignum ſuſcipit, & ſuum ornamentum accipit Eccleſia; & deponit triſtitiam, ut quæ adeo (ut cum 1 Tim. 3. 2 Paulo dicam) irreprehenſibilem & adeo ſapientem & magnum ſit aſſecuta Prætectum.

4 Ille autem, quomodo boni gubernatores, hoc tota mentis acie ſpectabat, & ad id ſe parabat, ut ſedaret graves fluctus impietatis: & ut animas eorum, qui ſimul cum eo navigabant, ad portum Dei duceret. Hoc novit Indes & *c* Domna: Indes ille vir ad- *c* *praclare ſubditos inſtruit,* mirabilis & laude dignus, qui, relicto Imperatore & Imperatoris rebus omnibus, cum Domna acceſſit ad pietatem, & communem Regem ambo ſunt aſſecuti. *d e* Neque *d* Glycerius & *e* Theophilus fuerunt expertes ſtudii, quo vir hic erga pietatem ferebatur, eique ſufficiens præbuere teſtimonium, nempe mortem pro *f* Chriſto; neque alia multitudo *f* viginti millium, qui *g* fuerunt per ignem conſummati, *g* Mardonius quo- *h i* que & Mygdonius, & *h* Petrus & fortiſſimus *i* Zeno, qui ipſi quoque oſtenderunt parem in Chriſtum amorem, quoniam nec à pari quidem ſuſtinuerunt abeſſe martyrio. Tantū quidem in pietate incrementum tunc multi acceperunt ab Anthimo admirabili.

k C *exorta ſub Maximiano perſecutione,* 5 Repente autem *k* excitatur tempeſtas vehementiſſima; & ſæviſſima procella, irruens in Chriſtianos, omnes perculit. Nam imperium quidem obtinebat Maximianus: exorta eſt autem graviſſima perſecutio, & pervaſit in omnem terram: & ex Chriſtianis alii quidē quærebantur, alii vero exulabantur, alii interficiebantur. At florem pietatis, Anthimum, virtus tunc fecit manifeſtum. Indicatur ergo etiam *juvat Chriſtianos.* ipſe illis qui quærebant Chriſtianos, is qui tunc quidem erat magnus inter Sacerdotes, paulo poſt autem & inter Martyres. Nam ille quidem verſabatur in *l* quodam pago, *l* ſeminans verbum veritatis, & talentum fidei multiplicans.

Miſſos ad ſe capiendum convivio excipit & ſe prodit: 6 Mittit autem Maximianus circa viginti equites, ut eum comprehenderent, & ad eum adducerent. Illi autem cum Semanam veniſſent (eſt enim hoc nomen pago) offendunt Anthimum: & non conjicientes hunc illum eſſe, quem quærebant, ipſum Anthimum rogabant de Anthimo, & quiſnam is eſſet, & ubinam in pago degeret. Ille vero cum eos quidem interim hoſpitio accepiſſet, & eis panem & fabas in cœna appoſuiſſet, & pro viribus convivium exhibuiſſet, deinde ſe eſſe Anthimum renuntiat. Quod quidem cum illi audiviſſent, propemodum obſtupuerunt, & nec ad illius quidem canos poterant omnino intueri, reputantes quidem menſam & cœnam & hoſpitium; D rurſus autem cogitantes, quanam de cauſa & propter quid ducturi eſſent eum ad Maximianum, ad extrema ſcilicet mala & certum ſupplicium; quod quidem & eorum animis majorem afferebat dolorem, & efficiebat, ut apud Anthimum erubeſcerent. Hac de cauſa cum os illius veridicum haberent ejus indicem, & ex ejus lingua intelligerent eum eſſe Anthimum, eum lubenter dimittebant, & ut recederet, ſuadebant: ſciebant enim nihil boni ei eſſe ſucceſſurum ex ſuo adventu ad Maximianum. Nobis autem ad *cum illic fugam ſuadentibus ultro iter iniit,* noſtram, aiebant, ſufficit defenſionem, Anthimum quidem multum quæſiviſſe per univerſam Nicomediam, non potuiſſe tamen eum invenire. Sed qui Dei præcepta ſemper meditabatur Anthimus, eos omnino adhortans & docens, ut veritatem loquantur in corde ſuo, & nec illos propter ipſum vel ſolis labris mentiri ſuſtinens, & alioqui propter Chriſtum moſtē ſitiens, una cum eis illinc eſt profectus, & iter ihiit. Cum eos *eoſque converſos baptizat:* autem multum eſſet exhortatus ad pietatem; & de futuris cum eis diſſeruiſſet, & ſi quid eis durum & aſperum ex impietate inerat id levigaſſet & complanaſſet; & eis animæ agrum mundum, & ad pietatis ſemen ſuſcipiendum aptum, reddidiſſet; divinas prius effundit preces. Deinde cum fluvium offendiſſet in E itinere, eos baptizat, & iter rurſus cœptum perſequitur, donec venit in civitatem; & ad tribunal tyranni ingreditur, pone quidem manus vinctus (ſic enim propter pietatem oportebat, tamquam maleficum, ſiſti ante Imperatorem) mentem autem ad cælos extendebat, unde ad ſe ſperabat venturum auxilium.

7 Volens ergo Imperator vel ipſo ſolo aſpectu Anthimo oſtendere, quam eſſet grave & acerbum tentamentum ſubiturus, ut eum ſtatim in principio inveniret molliorem, inſtrumenta publica, ad torquendum comparata, ei prius producit in conſpectum: & cum eum intro vocaſſet, Tu es, inquit, qui poſt Chriſtum, qui dicitur, erras, Anthimus? facilemque & ſimplicem turbam in eumdem adducis errorem, & Deos noſtros innumerabilibus contumeliis afficis? Ille autem ex æquo ridens & tormenta pro- *tormenta propoſitis generoſius reſpondet,* poſita & ea quæ dixerat Tyrannus, P ad hæc quidem, inquit, tibi reſponderem, certo ſcias, ô Imperator; niſi mihi ſacer & divinus doctor Paulus perſuaderet, docens nos eſſe paratos cuilibet petenti reddere rationem: pollicitus eſt enim nobis Deus os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere omnes noſtri adverſarii. Nam ego quidem prius tui in ſimulacra erroris, & in eos, quos dicis Deos, damnabam hebetudinem; nunc autem video majorem tuam & F apertam ignorantiam, quod me quoque ipſum ſperaſti abrepturum, & me ab omnium Creatore abducturum, qui te quoque ingratum figmentum ſua honoravit imagine. Cur enim me vinctum ad tuum tribunal produxiſti, & tormentorum inſtrumenta meis oculis ſubjeciſti? Numquid clarum eſt te id feciſſe, ut me obſtupefaceres, & vel omnino perſuaderes, vel vim afferres? Oportet hæc aliis proponere, qui ſunt puſilli & abjecti animi, & quibus hæc præſens vita tantæ eſt voluptati, ut maximum ducant ſupplicium ea privari. Nam hoc luteum corpus, quovis carcere gravius, prohibet quominus anima poſſit tranſire ad dilectum. Minæ autem, ſupplicia & tormenta, quibuſnam deliciis non ſint mihi jucundiora, quæ habent mortem è veſtigio conſequentem? hæc autem cum me à carnis liberarit vinculis, mittet ad ea, quæ deſidero.

8 Hæc cum diſſeruiſſet magnus Sacerdotio & decertatione major Anthimus, dixit Imperator, Sunt *tunditur lapidibus:* hæc quidem prolixæ nugæ: videbis autem. Cum vero apud ſe ſubmurmuraſſet, jubet ejus cervicem verberari lapidibus. Ille autem tamquam jam ſuſcipiens primitias

A primitias certaminum propter Chriſtum, & fundamentum accipiens coronarum, placide accepit præſentes plagas; & cupiebat accipere graviores, deſiderans conſequi præmia præclariora. Et partim quidem irridens ac veluti ludificans tyrannum, partim autem flamma inſaniæ animum ejus accendens, & ad majora ac graviora irritans ſupplicia: Dii, aiebat, qui cælum & terram non fecerunt, pereant. Quod quidem cum Maximiani cor medium penetraſſet, ferreis candentibus ſtimulis talos transfixit Martyris. Illi autem tormentum erat magnæ voluptati, ut qui ea aſſequeretur quæ deſiderabat propter Chriſtum; & Maximiano propemodum agebat gratias, propter ſupplicia: adeo deſiderabat Anthimus Chriſto gratificari.

candentibus ſtimulis tranſfigitur:

cæditur virgis & teſtis cruciatur:

9 Maximianus ergo, qui libere in tormentis ſuam exercebat poteſtatem, & Martyris generoſum animum contendebat ſuperare acerbitate ſuppliciorum; jubet teſtis ſolum conſterni: deinde ei nudum athletam impoſitum, virgis cædi vehementius: ut duplex dolor ad ejus permanaret animum, nempe & ſuperne ex virgarum verberibus, & inferne ex teſtarum duritie. Ille autem ne tunc quidem deſperans victoriam, cantabat hæc verba: Ago tibi gratias, Domine & Rex ſeculorum, quod me cinxiſti virtute ex alto, & inimicos meos dediſti mihi dorſum; & eos, qui me oderant, exterminaſti; & omnes, qui adverſus me inſurgebant, ſubter me ſupplantaſti. Sed Maximianus rurſus proceſſit ad alia, & ænea candentia tibialia jubet alligari Martyri. Quod quidem cum factum eſſet, ſicut juſſerat; & beatis illis pedibus, quod eſt vehementiſſimum, & ad doloris rationem maxime intolerandum, ignita tibialia fuiſſent applicata; divina quædam gratia ad generoſum illum virum deſuper advolat; & illinc audit vocem eum magis roborantem, & ſpondentem victoriam, & præmia promittentem, & mox manum præbentem quæ imponat coronam. Vox autem hæc ejus animum convertit ad tranquillitatem, & ejus vultum reddidit alacriorem. Porro autem jucundus etiam riſus inſidebat ejus labris; ſignificans internam cordis tranquillitatem.

B

& ignitis tibialibus applicatis,

calitus corroboratur:

admonet Maximianum,

10 Hæc ergo videns Maximianus, ſtupebat quidem, ut erat conſentaneum (quidni enim ſtuperet?) rei tamen detrahebat, & eam vocabat præſtigias & incantationem, & rogabat cauſam. Juſtus autem, Sunt, inquit, mihi præſentia, ô Imperator, bona præmia & certa promiſſio futurorum: brevi enim convincam te fruſtra eſſe inflatum; & deos, quos nominas, oſtendam eſſe humanis viribus longe imbecilliores, adeo ut te ſit ſubitura pœnitentia, quod mei feceris periculum; & non leve damnum judicaturus ſis quod à nobis citius non receſſeris. His vehementer commotus Maximianus, jubet Martyrem rotæ alligatum, continenter quidem in rota verſari, igneis autem lampadibus ejus carnes conſumi & eliquari. Et Maximiani quidem mandatum ſtatim ad effectum deductum fuit: & lictores habentes in manu lampades, acceſſerunt ad Martyrem, qui erat extenſus in rota, ignem ſpirantes, ignem videntes, ignem ferentes; animis flammam ſpirantibus ferventius, quam ignis, quem habebant in manibus; ac propemodum arbitrantes, ſe facturos eſſe athletam totum flammeum.

C

alligatur rotæ, igne adurendus

niſi carnifices vi divina prostrati forent

11 Poſtquam autem jam venerunt prope rotam, (ô admirabilem tuam, Chriſte, virtutem!) illa quidem continuo deſtitit moveri; illi vero cadunt in terram & fluunt lampades è manibus, quæ eas dimittunt; & jam dimiſſis ſunt vacuæ, veluti quodam ſopore torpebant. Propter hæc ira percitus Imperator, tortores inſectabatur maledictis, & criminabatur quod juſſa exequi negligerent, & præſentium rerum curam omnem abiicerent. Et, Quomodo, dicebat, eo veniſtis audaciæ, ut vos tanta invaſerit ſocordia, & iſtum noſtro imperio prætuleritis; adeo ut noſtra quidem juſſa reliqueritis imperfecta, humi autem accubueritis, ut & vobiſipſis gratificemini, & labore defeſſos recreetis? Videbat quemadmodum ne ſeipſos quidem poſſint reſtituere, neque manibus uti ad id quod erat opus: ſed ignorabat ſtolidus, divinam virtutem, non autem ſocordiam, vires eorum extinxiſſe. Illi autem: Non ita res ſe habet, O Imperator, reſponderunt, neque tardi ſumus in tuis juſſis exequendis: abſit, ut tantum inſaniamus: neque ceſſimus ſocordiæ, neque manus noſtræ magno defeſſæ ſunt labore: ſed terribilis quædam viſio nos ſic affecit, quod nos humi dejecit, & manus noſtras diſſolvit; & jam ſumus membris diſſoluti, & effecti omnino imbecilles. Tres enim viri, adſpectu quidem candidi, & candidis induti veſtibus, ſpecie autem terribiles, nobis apparentes, torve in nos & ferociter aſpexerunt: & ignis, qui erat in manibus, ex lampadibus ſtatim in nos ſpiravit: deinde cum juſſiſſent abſcedere Anthimum (eum autem vocabant Dei famulum) nos dejecerunt, & ſic ſtatim, ut vides, afficerunt. Atque ii quidem hæc inter ſe diſſerebant.

ex ms.

à tribus apparentibus viris territi:

12 Interim autem dum rota quieſcebat à circumactu, & nihil omnino movebatur, Martyr Deo ferventiorem offerebat gratiarum actionem, & illinc ampliorem conſequebatur benignitatem. Maximianus itaque volens oſtendere, ex lictorum ſimplicitate, non autem ex martyrica ad Deum fiducia, hanc rem eſſe profectam; eum depoſuit è rota, & ei enſe mortem minatur, niſi ſacrificarit. Ille autem ex minis ſumpſit argumentum majoris gratiarum actionis; & toto corde Deum rogavit, ut perveniret ad chorum viginti millium Martyrum, ut etiam liceret ei & gloriari & dicere, Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus. Imperator vero poſtquam vidit finem ei maxime eſſe in votis: Scio, inquit, quam vos Chriſtiani ſitis gloriæ cupidi & honoris appetentes; & quod projecta veſtra audacia qualecumque nomen aſſequi cupientes, extremum omnium malorum, mortem violentam eligitis. Sed hac quidem de cauſa minime lætaberis: nam cum ego te prius multis affecero ſuppliciis, luce præſenti ſic privabo, ut qui ſis indignus tantæ rei voluptate. Martyr autem; Non alia, inquit, ratione efficies, ut præmia conſequar præclariora.

E

Deo gratias agit:

inſultanti Maximiano reſpondet:

13 Quid poſtea conſequitur? Ferreis catenis vincitur, & ad maleficorum carcerem deducitur. Sed ea, quæ conſueverat, ejus lingua ad Deum canebat: & catenas ſimul diſſolvit & vincula, nec eos quidem, qui ipſum ducebant, lictores dimittens expertes miraculi. Nam ii quoque proni humi jacebant, obſtupefacti admirabili ſpectaculo: quædam enim divina gratia deſuper Martyrem circumvolans, & in eum lucem immiſit clariſſimam, & eos, qui ipſum acceperant, lictores, cum ferreis, quibus erat circumdatus, vinculis humi repente dejicit, cum ne connivere quidem ſuſtinuiſſent. Cum vero Martyr eos feciſſet ſurgere, jubet ut cœptum iter peragant. Cum autem perveniſſent in carcerem, ingreditur ille lætus, tamquam ad convivium: & cum eis, qui illic erant, fidei panem propoſuiſſet, & eos benigne & comiter eſſet amplexus, & eis propinaſſet pietatem ac veram religionem, eos Chriſto totos conjungit & conciliat, & ejus adoptivos filios efficit per baptiſmum.

F

vinctus in carcerem ducitur:

captivos convertit, & baptizat:

14 Maximianus autem cum hoc accepiſſet ab iis qui erant ei ſubjecti, & timuiſſet ne multorum aliorum faceret jacturam; jubet rurſus ad ſe adduci Martyrem, & rurſus adhortatur, ut diis ſuis ſacrificet: quo tempore hujus quoque rei præmium ei pollicetur ſacerdotium. Ille autem libere, At ego, inquit,

recuſat oblatum Sacerdotium deorum,

ex Ms. ante tua verba ſum Sacerdos, & Sacerdos primi & magni & præclari Paſtoris & Pontificis Chriſti, qui non ſolum meæ carnis eſt particeps, & ad me uſque propter me deſcendit (idque cum ſit Deus expers materiæ, & qui non poteſt comprehendi) ſed etiam ſacrificavit ſeipſum pro ovibus, & in crucem actus, mortem ſuſcepit, & die tertio reſurrexit; & in cælum rurſus aſcendit, me quoque ſimul evehens, qui illinc eccideram propter inobedientiam. Hujus ſum ego Sacerdos, & ei meipſum ſtatui offerre hoſtiam. Res autem veſtræ, & veſtrorum, ut dicitis, deorum, dignæ ſunt nocte & angulis, & quæ lugeantur potius propter interitum & calamitatem, quam appetantur maledictis.

capite plectuur: 15 His ira ſupra modum percitus Imperator, jubet generoſum Anthimum duci ad mortem. Ducitur ergo athleta, ſpe futurorum habens vigentem lætitiam. Et cum perveniſſet ad locum, in quo erat per mortem perventurus ad vitam, ad precandum tempore petito & accepto, cum poſtremo eſſet precatus, & Deum allocutus, ei beatum illud caput amputatur tertio menſis Septembris. Veſpere autem accedentes quidam fideles, cum pretioſum corpus illius ſuſtuliſſent, ſancteque & honorifice compoſuiſſent, in *à fidelibus ſepelitur.* ipſo loco, in quo fuit conſummatus, pulchre deponunt, laudantes Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, unam divinitatem & regnum: cui omnis gloria, honor & adoratio, in ſecula ſeculorum. Amen. B

ANNOTATA.

a *Lipomanus* Nicomediæ. *In noſtro MS. Græco melius* τῆς Βιθυνῶν.

b *Hic erat* Cyrillus, *ad quem S. Domna, inſtruenda in fide Chriſtiana, venit; ut in hujus & S. Indes Vita dicitur* 28 *Decembris, eique dicitur ibidem* ſucceſſiſſe S. Anthimus, *& refertur à Baronio ad annum* 293.

c S. Domna carceri incluſa ſimulabat amentiam: ſed vocatum ad ſe S. Anthimum Pontificem intuita, nullam amplius præſeferebat amentiam. Præfectus ergo rogavit Epiſcopum ut aſſumeret Virginem, & cum ea Indem eunuchum, & ut eos in ſacra aliqua æde traderet in cuſtodiam honeſtam. Simul etiam dedit pecunias, quæ ad alimentum ſufficerent, & corporis uſus neceſſarios. Anthimus vero hos quidem valde lubenter ſuſcepit, ſed non etiam pecunias. Eos vero miſit ad quoddam monaſterium, dici non poteſt quantum lætantes, quod ſucceſſiſſet eis cœptum ex ſententia. *Hæc ex illorum Actis ſunt excerpta.* D

d S. Glycerius *ligno affixus, & igne ſubtus accenſo Martyr effectus colitur* 21 *Decembris: reliqua in Actis dictis SS. Indes & Domnæ indicantur.*

e *Ita & Græce* Γλυκέριος ἢ καὶ Θεόφιλος· *melius forte legeretur* ἢ Θεοφίλη, *ſed &* Theophila, *cujus poſt martyrium S. Glyceri narratum, in iiſdem Actis SS. Indes & Domnæ deſcribuntur Acta, & cum his colitur* 28 *Decembris.*

f *Hi* 20000 Martyres *fuerunt, Natali Chriſti Domini die, in eccleſia combuſti* 25 *Decembris.*

g *Coluntur SS Mardonius & Mygdonius* 23 *Decemb.*

h S. Petrus *Martyr*, molari lapide ad collum alligato in mare dejectus *traditur in dictis Actis. Hinc judicavimus ipſum eſſe alium à S. Petro, cubiculario Diocletiani à nobis propoſito* 12 *Martii. Poterit igitur hic adjungi dictis SS. Mardonio & Mygdonio, niſi occurrat alius dies ipſi ſpecialiter proprius.* E

i Zeno, *poſt dentes excuſſos capite plexus, colitur* 22 *Decembris.*

k *Anno* 302, *circa Paſcha, tunc celebratum* 5 *Aprilis.*

l *Acta SS. Indes & Domnæ*: A ſacroſancto Anthimo ad eos *Chriſtianos* mittebantur litteræ, ipſo quidem in vico deliteſcente, illos autem aperte decertantes, ad ſuſcipienda ſtrenue certamina precibus adjuvante. Hoc poſtquam evaſit manifeſtum ſceleratı Imperatoris ſatellitibus, & ipſas litteras & eum cui erant datæ adducunt ad Imperatorem. Ille autem cum eum vidiſſet, & legiſſet quæ ſcripta erant (ſcripta vero erant, ut eſt veriſimile, quæ ille quidem nolebat, pulchra autem & ſalutaria) ira æſtuans, juſſit eos quamprimum abduci.

DE SS. ZENONE EPISCOPO, GENESIO, SODALE, MARINO, ZOTICO, ELPIDIO, EVTYCHIO ET LVPICINO,

MARTYRIBVS IN LYDIA.

G. H.

XXVII APRILIS.

EST hæc tertia claſſis Martyrum, in quatuor antiquis ecgraphis Martyrologii Hieronymiani ita relata: In Lydia Geneſi, Sodalis, Zotici, Marini, Zenoni, Hilpidi, Eutici, *quibus* Lupicini *additur in codice Corbeienſi Pariſiis excuſo. Horum tres memorantur in Mss. Romano Cardinalis Barberini, & Trevirenſi S. Maximini: & apud Grevenum in Additionibus ad Vſuardum*, In Lydia Geneſii, Sodalis, Marini. *In Ms. Pragenſi, non indicato loco, refertur memoria* SS. Sodalis & Marini. *Eſt* Lydia *Aſiæ minoris regio, Ioniæ & Phrygiæ contigua, pro qua in apographo Epternacenſi legitur* Libandia, *quod vitio Amanuenſium factum arbitramur; cum in aliis ſeptem diverſis Mss. legatur* Lydia. *In eodem Epternacenſi referuntur nomina hoc modo*; Zenoni Epiſcopi, Geneſi, Maurini, Sodalis, Eutici, Zotici, Hilpidi. *Loco* Zenoni *& Eutici in Ms. Corbeienſi legitur* Zetoni *&* Eutychii. *In codice Lucenſi additur*, Eppedii Presbyteri: *ſed is ad ſequentem claſſem ſpectat. Inter Martyrologia excuſa antiqua ita ipſos refert* Notkerus: In Lydia Geneſii, Sodalis, Zotici, Elpidii *&* Eutychii: *& hæc eſt genuina duorum ultimorum nominum ſcriptio, ut Græcarum vocum periti norunt: ideoque eam ſolam adhibuimus in titulo.* Zenonem *Dioſpolitanum Epiſcopum, ex* LXX *diſcipulis unum, colunt hodierna die Græci cum Ariſtacho & Marco: qui & Ioannes, qui licet in Latinis faſtis nuſquam memoretur, non auſim tamen ipſum hic nominatum aſſerere, neque à Lydorum Martyrum claſſe* Zenonem Epiſcopum *ſeparare. De Apoſtolo, ut Græci appellant, commodius agetur* XXVII *Septemb. quando cum Marco iterum commemoratur.*

DE

DE SS. HERMETE MILITE,
EPPEO PRESB. HILPIDIO ET HERMOGENE,
MARTYRIBVS MELITINÆ IN ARMENIA.

G.H.

XXVII APRILIS.

Ordine ſervato, ad quartam claſſem Martyrum, qui in quatuor apographis Martyrologii Hieronymiani indicatur, progredimur hoc modo : In Armenia civitate Militana, Hermetis, Eppei Presbyteri; item Hilpidi, Hermogenis. *In Tornacenſi S. Martini & Lætienſi Appendicibus ad genuinum Bedam & Florum, quos ex illis & aliis edidimus, iſta leguntur* : In civitate Militana natalis Hermetis & Eppei Presbyteri. *MS. Reginæ Sueciæ* : In Armenia Epphei Presbyteri & Hermetis militis. *In MS. Richenovienſi, ſive Augiæ diviti hæc habentur* : In Mileto Elpidii & Hermogenis. Elpidius *etiam habetur in Ms. Rhenovienſi, & videtur eſſe, qui aliis corruptius dicitur* Hilpidius. *In Ms. Corbeienſi erat præcedenti claſſi appoſitus* Eppeus Presbyter, *& hic omiſſus. Apud Galeſinium & Grevenum, item in Mss. Auguſtano, Labbæano & Aquiſgranenſi fit etiam mentio* Hermetis. *Eſt autem palæſtra horum Martyrum urbs Armeniæ minoris notiſſima* Melitine, *dicta hic Doricâ phraſi* Militana.

DE SS. CAPRO SIVE CYPRO,
MAVRO, CAPTO SEV CASTO DIACONO,
HVSANDO ET PRIANO,
MARTYRIBVS IN CASTELLO AIOVIÆ.

G.H.

XXVII APRILIS.

B

Damus ecce quintam hanc claſſem Martyrum ex quatuor apographis Martyrologii Hieronymiani : qui in antiquiſſimo Epternacenſi ſic indicantur : In caſtello Aioviæ, Capri, Mauri, & Capti Diaconi, Huſandi, Priani. *Vbi dictum* caſtellum Aioviæ, *quod in Ms. Blumiano* Aluviæ *ſcribitur, ſitum fuerit, hactenus neſcivimus aſſequi. Illud olim in Ms. Corbeienſi Pariſiis excuſo omiſſum eſt, in quo iſta leguntur* : Et alibi Mauri & Capti Diaconi, Huſandi, Priani, Cypri : *qui ultimus in priore apographo primus eſt, ſub nomine* Capri : *pro quo in Lucenſi codice* in Capria *legitur; & loco* Capti, *ſcribitur* Caſti, *& ſub finem* Pañi Priami. *Sed Florentinius in Indico, neglecto* Pañi, *ſolum nomen* Priani *conſtituit, ſuſpicatus vitio amanuenſium prius nomen, ex ſecundo abbreviatum, fuiſſe inſertum. Quid ſi ſimili vitio nomen inſulæ vel* Cypri *vel* Capreæ, *in qua caſtellum prædictum fuerit, accipiatur tamquam nomen Martyris? Sane non dubitamus quin hic error in Martyrologio Hieronymiano deſcribendo ſæpius obrepſerit imperitis librariis, vitioſe deſcripta jam antea, tranſcribentibus adhuc vitioſius : quod facile eſt cum ſola locorum & hominum nomina colliguntur : nolumus tamen ex tali præſumptione mutare vel omittere quidquam.*

B

DE SS. VICTORE, MAXIMO, MARCIANO,
PAVLO, GERMANO ET ALIIS SEX,
MARTYRIBVS IN ÆGYPTO.

G.H.

XXVII APRILIS.

C

Hanc ſextam Martyrum claſſem, in apographis Martyrologii Hieronymiani ſignatum, referunt varia alia Martyrologia; ut quod Reginæ Sueciæ habemus, à Luca Holſtenio in Animadverſis ad Martyrologium Romanum excuſum, in quo iſta leguntur : In Ægypto Victoris, Maximi, Pauli, Martiani, Germani cum aliis ſex. *Quæ plane eadem ſunt (ſed* Paulo *ad unum locum poſtpoſito) in Ms. Romano Cardinalis Barberini. In Mss. Atrebatenſi, Tornacenſi & Lætienſi iſta leguntur* : In Ægypto depoſitio Victoris, Maximi, Marciani, Paulini & Germani, *amiſſis ſex anonymis, & in Tornacenſi ſcribitur* Martiniani, *alius* Marciani. *In Ms. S. Cyriaci, quo uſus eſt Baronius in ſupplendo Martyrologio Romano, iſta leguntur* : In Ægypto Victoris, Maximiani. *Ms. Trevirenſe S. Maximini plures addit.* In Ægypto Victurini, Neofori (*qui ad ſequentem claſſem ſpectant*) Victoris, Maximi, Martiani, Pauli, Germani. *His poſitis tranſimus ad Martyrologium S. Hieronymi.* In Ægypto Nicomediæ (*quod nomen urbis ad ſequentem claſſem referimus*) Victoris, Maximi, Marciani, Pauli, Germani, cum aliis ſex, *qui ſeptem ſcribuntur in codice Lucenſi & Ms. Pragenſi, cum integro conſenſu in aliis nominibus.* Victor & Germanus *memorantur in Mss. Auguſtano & Labbæano. In duplici Ms. Vſuardo Reginæ Sueciæ, & in Ms. Kalendario ante S. Iſidorum de Officiis Eccleſiaſticis in bibliotheca Vallicellana, & ad ſequentem diem in Ms. Vaticano S. Petri, iſta leguntur* : In Ægypto Victoris, Maximi & Martini, *loco* Martiani. *Denique* Victor *recolitur in Mss. Aquiſgranenſi & Colonienſi S. Mariæ ad Gradus. Aliquas* Sacras reliquias S. Martini Martyris *aſſervari Bononiæ in eccleſia S. Franciſci ſcribit Maſinus in Bononia perluſtrata, quas hujus* Ægyptii Marciani *eſſe, nihil eſt quod præſumere ſuadeat.*

F

DE SANCTIS MARTYRIBVS NICOMEDIENSIBVS,

GERMELINA, LÆTISSIMA, FELICIA, GERMANA, FELICE, EVANTHIA, VICTORINO, NICEPHORO, DIOSCORO, PAPIA, SERAPIONE, ITEM IOANNE ET IVLIO.

G. H.

XXVII APRILIS.

Martyrologium MS. Trevirense S. Martini adjungit S. Anthimo Episcopo & Martyri undecim in certamine Socios, uti supra diximus. Hos undecim forsan hic nominibus suis exprimimus, exceptos ex quatuor apographis Martyrologii Hieronymiani, in quibus est hæc septima classis Martyrum, qui ex illis hoc die proponuntur. Nomen Nicomediæ *erat insertum præcedenti classi Martyrum Ægyptiorum, quod hisce restituimus, & totam classem sic referimus ex dictis apographis:* Nicomediæ Germelinæ, Lætissimæ, Feliciæ, B Germanæ, Felicis, Evanciæ, Victorini, Nicefori, Dioscori, Papiæ, Serapionis. *In duobus primis nominibus est aliqua inscriptione diversitas, scilicet* Germelinæ, Gemellinæ, Gemellini, Gemilliani: *ita etiam* Lætissimæ, Legissimæ *&* Lactissimæ *exaratur: in quibus facile est nomina* Germellinæ, Legissimæ *&* Lactissimæ, *tamquam vitiata reticere, melioris eorum forma alibi apparente.* Evanciam *quoque corrupte pro* Evanthia *scribi, quamvis in ea scriptione consentiant dicta apographa omnia, haud difficulter credimus admittendum, & sic correximus; eaque præsumpta licentia, pro* Nicoforo *scripsimus* Nicephorum. *Circa hunc & alios quatuor ultimos, scilicet* Victorinum, Dioscorum, Papiam, Serapionem *scrupulus quidam se nobis obiecit, ne fortasse sint Corinthii, aut certe ii, qui in Ægypto sub Numeriano Imperatore passi referuntur cum* Victore *&* Claudiano: *de quibus late egimus* XXV *Februarii. Verum cum hic alii jungantur socii, sub hac admonitione relinquimus in tali societate.* Nicoforus *&* Victurinus *referuntur in Ms. Trevirensi* S. Maximini: *&* Niceforus *cum* Germano *in Ms. Colonensi ad Gradus. De* Germano *egimus in classe præcedenti: hic vero melius videtur* Germana *dici. In Ms. Corbeiensi Parisiis excuso* E *nomina tredecim indicantur hoc modo:* Gemellinæ, Lactissimæ, Feliciæ, Germanæ, Felicis, Evantiæ, Victurini, Nicofori, Dioscori, Papiæ, Serapionis, Joannis, Julii. *Desunt duo ultimi in aliis tribus apographis Martyrologii Hieronymiani, quos in dicto codice alius adjunctos, etiam in titulo proponimus. Si quis omnes arbitretur una cum precedente classe Ægypto esse adscribendos, nolumus pro ejusmodi funem trahere contentiosum.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS ANTIOCHENIS,

TIMIA, MAVRO, ATTO DIACONO, GENNOSA ET SODALE.

D. P.

XXVII APRILIS.

Ultima hæc est classis in quatuor apographis Martyrologii Hieronymiani proposita, his verbis: In Antiochia Thimiæ, Mauri, Atti Diaconi, Gennosi, & Sodalis. *Ex his duo primi in Ms. Richenoviensi sive Augiæ-divitis prope Con-* C *stantiam ita indicantur:* Antiochiæ Timiæ, Mauri. *In Mss. Augustano S. Vdalrici, & Parisiensi Labbæi memorantur* Thimia & Sodalis, *non indicata palæstra martyrii. In scriptione aliqua reperitur diversitas, nam* Thimia, Thymia, Timia *&* Thunica *scribitur,* Attus *etiam* Arrus: Gennosus, Genosus, Genonsus, *uti* Sodalis, Sotalis *&* Sodolis. *Nobis magis placet, ut* Timia *legatur femininum à* Τίμιος Venerabilis: *quòad ceteros inhæremus consonanti ecgraphorum Hieronymianorum scriptioni, licet vereamur ne* Arius *in* Attum; Generosa *in* Gennosam *transformati sint à librariis. Nec dissimulabo scrupulum alterum, ne scilicet vel ex Martyrum Ajoviensium classe perperam Antiochenis hisce heroidibus* F *adjuncti sint duo, vel his jungendi male ad istos translati & sic geminati in Martyrologiis; videlicet* Maurus *utrobique idem, & alter utrobique* Diaconus; *hic* Attus, *istic* Captus, *seu* Castus *appellatus. Antiquitati tamen deferentes plurimum, qualiter invenimus, sic repræsentamus, sub ejusmodi cautela & expressione ambiguitatis nostræ.*

DE S. LOLIONE IVNIORE, MARTYRE APVD GRÆCOS.

G. H.

XXVII APRILIS.

Vo hujus nominis celebrantur Martyres apud Græcos, horum alter potest censeri Lolion senior, *qui colaphis obrutus & protritus vitam finivit die* XX *Martii, ut tum dictum est. De altero in Menæis & apud Maximum Cytherorum Episcopum ista leguntur ad hunc* XXVII *Aprilis,* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Λολίωνος τοῦ νέου, ὃς κατὰ γῆς συρόμενος τελειοῦται. Eadem die sancti Martyris Lolionis junioris, qui tractus per terram exspiravit. *Et illud in Menæis adjicitur distichon:*

Κονίεται τὸ σῶμα Μάρτυς Λολίων
Κόνει φυσῶδες τὴν ἀπ' αὐτοῦ δόξαν κόνιν.

Cum pulvere pulverem ipse miscendum præbens,
Albam, Lolion corpori crustam induit.

Lusus est in verbo κονίεω dealbo *seu gypso obduco, quod ad plasticen spectat, & à voce* κόνις *deducitur, indifferenter* pulverem *atque* calcem *significante. Memoria illius est in Ms. Græco Divionensi Petri Francisci Chifletii. Illius simul &* Publionis *seu* Publii, *quem ad diem* XXV *Aprilis retulimus, meminit his verbis Galesinius:* In Græcia sanctorum Martyrum Publionis & Lolionis. Hic in persecutionum tempestate fœde raptatus, ille gladio percussus martyrio coronatur. *Hæc Galesinius, qui passim omnes Græciæ tribuit, etiamsi in Italia aut Asia passi fuerunt, modo in Græcorum tabulis sacris referantur.*

Ceterum

A *Ceterum quo tempore aut loco martyrii palmam adeptus ſit, nuſquam exprimitur.* Junioris *titulus, quo hic diſtinguitur à* Seniore, *veroſimile facit, ſub ethnicis Imperatoribus ſeniorem, alterum ſub hæreticis ac forſan Iconomachis eſſe paſſum, ſub quibus multi, præſertim monachi, raptati periere. Ne tamen ex ſola conjectura id ſtatuentes fallamur, maluimus eum hic, poſt alios Martyres antiquos referre.* D

DE SANCTO LIBERALE,

ALTINI IN TERRITORIO TARVISINO.

CIRCA ANNUM CCCC.

Altino, civitate olim florente in ditione Venetæ,

deſtructa anno 452 ab Attila,

ALtinum, *nobiliſſimis olim Italiæ urbibus annumeratum, cujus antiquum nomen apud Plinium, Strabonem, Ptolomæum, Melam, Tacitum ac Martialem legere eſt, S. Liberali patria, multorumque cum Arianis certaminum palæſtra fuit. Situm eſt in territorio Tarviſino, pari prope inter Tarviſium ac Venetias intervallo; nunc præter nomen, quod* Altino deſtructa *vulgo eſt, unica tantum turri ſoliſque florentis quondam & amplæ urbis veſtigiis ſpectabile. Crematum fuiſſe anno* CCCCLII, *ab Hunnorum Rege Attila, Ioannes Candidus lib. 3, & Gregorius Amaſeus in Hiſtoria Aquilejenſi produnt: quod & Vita S. Heliodori, Altinenſis Epiſcopi ex Ms. Codice Camaldulenſi tranſcripta, & ad diem* III *Iulii danda, narrat; inſinuans iterum anno* DLXVIII, *ab Alboino Longobardorum Rege, cum is ex Pannonia Italiam direpturus adveniebat, eadem clade interiiſſe. Sedes fuit Epiſcopalis, quæ Vghello teſte tom. 5, Italiæ ſacræ in Epiſcopis Torcellanis, circa annum* DCXXXV, *tranſlata fuit Torcellum, Venetæ ditionis oppidum, quod ita narrat:* Altinates poſt ſuæ civitatis excidium, qui è paludibus circa Venetias jacentes inſulas occuparunt, Torcellum ædificarunt, illamque civitatem Torcellum quaſi Turricellum à ſexta parte exciſæ civitatis appellarunt. Ea nunc ob aëris gravitatem nullo fere habitatore colitur, nec quidquam fere ædificiorum vicinis oſtentat. Epiſcopatus inſtitutus eſt ante annos fere mille: anno enim Domini DCXXXV cum Rotharis, Rex Longobardorum, octo Romanorum millia ad Scultennam cecidiſſet, plerique Venetiæ populi ejus metu ad æſtuaria ſe receperunt. Itaque Paulus Epiſcopus Altinatium Sedem ſuam epiſcopalem eo tranſtulit, Severino Romano Pontifice probante. *Hactenus Vghellus.*

B

ac Sede quondam Epiſcopali,

ſed Torcellum deinde tranſlata, oriundus;

ſeculo 4 floruit,

2 *Altinum itaque S. Liberali patria fuit, quem ut ad certum tempus referamus, S. Heliodorus, ejus videlicet Magiſter & urbis Altinenſis Epiſcopus, adeundus eſt. Epiſcopatum is geſſit anno* CCCLXXXI, *quo cum S. Ambroſio aliiſque compluribus Epiſcopis Concilium celebrans Aquilejenſe, Palladium & Secundianum Arianiſmo infectos damnavit; laudatus in pluribus epiſtolis à S. Hieronymo, qui anno* CCCCXX *obiit. Vnde conficias S. Liberalem fere in fine ſeculi quarti aut initio ſequentis floruiſſe, ac vita functum eſſe ante S. Heliodorum, cum ad eum, poſitis Epiſcopalibus inſulis in eremo agentem, iter faceret. Nulla eſt in Vita S. Heliodori ſupra à nobis citata mentio, quod diſcipulus ejus fuerit: ſed hoc mirum videri non debet, cum auctor multa alia ad Heliodorum ſpectantia omittat, & non omnia ſed pauca, quæ de illo dedicerat, narrare ſe aſſerat. Inſcribitur Additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum* XIII *Aprilis: verum ceteris Martyrologiis, Witfordi, Caniſii, Maurolyci & Molani ad* XXVII. *Maurolyci verba ſunt:* Apud Altinum S. Liberalis, ab Heliodoro Epiſcopo nutriti, abſtinentia & caritate conſpicui. *Molani vero:* Civitate Altinenſi S. Liberalis Confeſſoris, ab Heliodoro Epiſcopo nutriti: qui civitate Altino deſtructa Tarviſium eſt tranſlatus. *In quod tempus hæc tranſlatio inciderit, compertum non habemus: gemina ſynopſis Vitæ, quam jam dabimus, ſacrum corpus non ob deletam civitatem, verum ut ab Arianorum injuriis immune eſſet, Tarviſium Altino tranſportatum indicat, tempore Ioannis Tarviſini Epiſcopi dignitate gubernantis. Percurrentibus in Vghello tom. 5, Italiæ ſacræ Tarviſinorum Epiſcoporum catalogum occurret Ioannes Epiſcopus, & dignitate & nomine primus, ad annum* CCXXX *conſignatus, & ejus ſucceſſor ad annum* CCCL *Paulinus; alius deinde Ioannes ad annum* MCCCLI: *adeo ut incertum nobis maneat, quis iſte Ioannes fuerit, quo Tarviſinis præſidente & prævalentibus Altini Arianis; S. Liberalis tranſlatio acciderit: quæ certe anno* CCCXX, *ſub Ioanne primo, utpote S. Liberale tunc forſitan nondum nato facta eſſe non potuit, nec etiam in annum* MCCCLI, *ad alterum Ioannem extendenda eſt. Niſi ſuſpicari liceat Ioannem in utraque Vitæ ſynopſi perperam poſitum eſſe; aut Ioannem I, qui nullo adducto fundamento cum ſucceſſore ſuo Paulino ad dictos annos conſignatur, propius admovendum eſſe Titiano, qui circa annum* CCCC *Tarviſinam Eccleſiam rexit, aut denique nomen Ioannis, quo Epiſcopo tranſlatio facta ſit, ex chartis vel memoria excidiſſe. Interim Vghellus in Epiſcopis Torcellenſibus ex Dandulo narrat, S. Liberalis corpus Altino à Deusdedit, circa annum* DCLXXXVII, *Torcellenſium Epiſcopo quarto, Torcellum tranſlatum fuiſſe: quod Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, de aliqua ſancti corporis parte intelligi vult, eodem, ſcilicet Vghello in Epiſcopis Tarviſinis, corpus S. Liberalis ab Altinis dono fuiſſe datum Tarviſinis, aſſerente. Tarviſium verte, ut ſingularem ſuum patronum ad* XXVII *Aprilis, Officio Duplici illum colit: ex cujus Eccleſiæ lectionibus manuſcriptis damus aliquod vitæ ejus compendium, quod Romæ in bibliotheca Congregationis Oratorii, ex Collectione Vitarum ab Auguſtino Manno facta, accepimus. Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ, exhibet aliud Vitæ Compendium: & quia hoc non pauca continet, in Lectionibus jam dictis præterita, opinamur prolixiorem quamdam Vitam extare inter Eccleſiæ Tarviſinæ monumenta, quæ Ferrarius allegat. Quod ſi ita eſt, rogamus eos, qui id noverint, ne graventur ad nos exemplar mittere; ut in futuro hujus operis Supplemento, majori cum auctoritate & dignitate, poſſimus de hoc ſancto viro agere, prolata integra ejus Vita, unde hæc compendia accepta fuerunt.*

C

quo tempore corpus Tarviſii tranſlatum?

an deinde Torcellum?

colitur Tarviſii Officio Duplici, ex quo ſynopſis Vitæ datur,

aliud ex ampliori Vita quæ deſideratur

F

VITÆ COMPENDIVM

Ex MSS. Tarviſinis Romæ adſervatis.

Altinò natus,

1 LIberalis, Altini, honeſtis ſed paganis ortus eſt parentibus, dum Heliodorus ejuſdem civitatis erat Epiſcopus: qui aſſiduis prædicationibus idololatriam extirpare, & Chriſtianam fidem contra Arianos tueri conabatur. Vix puerilem ætatem exceſſerat Liberalis, cùm Heliodori ſacris concionibus intereſſe cœpit, per quas Deus illum deduxit mirabiliter ad lumen claritatis æternæ. Commotus enim ſancti Epiſcopi ſermone publico & peculiaribus adhortationibus; ejus diſciplinæ, humanis omnibus illecebris conculcatis, totum ſe tradidit inſtituendum. Itaque ſacrorum librorum aſſidua lectione tantum in divinarum rerum cognitione profecit, ut in prædicatione verbi Dei in ætatis progreſſu Epiſcopi cooperator effectus, plurimos ad Chriſti fidem converterit; hæreticos vero Arianos ita oppugnarit, ut

Heliodori Altinenſis Epiſcopi diſcipulus

& in propagatione fidei adjutor:

EX MS. ipſorum rabiem ac feritatem, qui tamquam illius ſectæ profligatorem eum interficere quærebant, non fuga, ſed præſentia & divini ſermonis opera, ſæpius manſuefecerit. Ejus in verbo Dei prædicando vis tanta erat, ut ſexcenti idolorum cultores, præter uxores & liberos, uno eodemque tempore fidem amplexati fuerint. Huic autem ſacræ prædicationis labori ſummam vitæ aſperitatem adjungebat, utpote qui integras noctes in eccleſia pſallens & orans tranſigeret; & aſſiduis jejuniis & orationibus, ita à ſancto Epiſcopo præceptore ſuo edoctus, cilicioque & caſtigationibus corpus affligeret: caſtitatis perpetuus cultor, & in pauperes Chriſti ſuarum opum liberaliſſimus erogator. Quarum virtutum merita tanti fecit ille, qui mirabilis eſt in Sanctis ſuis, ut Liberalis & cæcis lumen & claudis membrorum integritatem, aliiſque omnibus, qui variis & graviſſimis morbis opprimebantur, ſanitatem reſtituerit. Quapropter cum divulgata ejus ſanctitate & miraculorum fama, per finitima loca & regiones, ad eum quadam die multitudo non mediocris cæcorum & claudorum confluxiſſet, & ipſis miraculoſe viſum & greſſum Deus per Liberalem ſuum reſtituiſſet; Ariani ſopitam excitarunt rabiem, eumque in eccleſia S. Mauri prope civitatem comprehenderunt, & in carcerem conjecerunt.

variis virtutum exercitiis ſe excolit,

cæcos & claudos ſanat,

ab Arianis carceri mancipatus dimittitur,

B

II In carcere alios centum viginti, languentes & ejus opem implorantes, ægritudinibuſque aliis detentos, qui in carcerem comitati ipſum fuerant, fuſis ad Deum precibus ſtatim incolumes dimiſit: illi vero laudantes Deum, & per vicos & plateas præconia ſancti viri efferentes, populum Altini contra Arianos ſic incitarunt, ut Ariani ſibi metuentes Liberalem ſtatim carcere liberarint. Cum autem ſanctus Epiſcopus Heliodorus epiſcopale onus deponere conſtituiſſet, ſeque in aliqua eremi ſolitudine toto quod ſupererat vitæ tempore exercere, neque eum à propoſito Liberalis dimovere poſſet; illum diſcedentem proſecutus eſt; & in itinere eccleſiam beatiſſimæ Virginis ingreſſus, immenſa lacrymarum profuſione ante altare in oratione proſtratus, Deum, ne gregem ſuum derelinqui pateretur, deprecatus eſt. Quo facto cum Heliodoro iter proſequitur, & naviculam aſcendentes (nam ad mare pervenerant) ad inſulas quaſdam traduci cupiebant. Sed illico eſt magna commota in mari tempeſtas, ita ut navicula jam jam fluctibus demergeretur. Id autem cum divino conſilio ſuccedere videret Liberalis, ſtravit pallium fluctibus & mare tranquillum miraculoſe reddidit, ſicque uterque Altinum reverſus eſt. Heliodorus vero ſui propoſiti tenax; Epiſcopum ſuo loco ſanctum virum Ambroſium conſtituit; & rurſum è civitate diſcedens in finitimas inſulas, quæ Turcellum, Buranum, Majorbium atque Muranum hodie vocantur, pervenit: ibique orationibus, vigiliis & ceteræ carnis caſtigationi addictus, vitam in divinis laudibus ſancte traduxit.

Heliodoro eremum petenti,

tempeſtatem maris injecto pallio ſedat,

C

III Liberalis tali Magiſtro, & Paſtore orbatus, ſeveriorem etiam quam antea vitæ rationem inſtituit: plures eccleſias conſtruxit in honorem beatiſſimæ Virginis & ſanctorum Martyrum. Demum Eccleſiæ Altinenſis calamitatem deplorans, quæ ab Arianis indies magis ac magis ſeducebatur, ad Heliodorum ſe conferre decrevit. Itaque agreſſus iter, cum navicula deficeret & mare tumeſceret, coactus eſt commorari in inſula quadam, in qua erat eccleſia S. Laurentii extructa: ubi ægritudine correptus, ſciens horam ſuæ diſſolutionis imminere, ſolatus eſt mirifice, atque hortatus Sacerdotes illius eccleſiæ; & junctis manibus erectiſque in cælum oculis, quinto Kalendas Maji, inter manus eorumdem Sacerdotum, ſanctiſſimam animam Creatori ſuo reddidit. Ejus corpus Chriſtiani in eadem eccleſia S. Laurentii in arca marmorea condiderunt, & ad ejus ſepulcrum ejus opem implorantes, cuncti poſtulata ſe impetraſſe à Deo lætabantur. Longo vero poſt tempore cum jam omnia occupaſſet Altini Ariana perfidia atque ſævitia, & præeſſet eccleſiæ Tarviſianæ Joannes magnæ ſanctitatis Antiſtes; Catholici Altinenſes, ne ſacrum Liberalis corpus Arianorum injuriis expoſitum relinqueretur, illud ſumma cum reverentia ab eccleſia S. Laurentii in eccleſiam cathedralem Tarviſii, ingenti totius civitatis exultatione, tranſtulerunt: ubi Deus per ſervum ſuum mirabilia operatur.

ad Heliodorum proficiſcens in via moritur,

varias eccleſias extruit,

D

corpus Tarviſii tranſfertur.

ALIA VITÆ SYNOPSIS

Auctore Philippo Ferrario.

1 LIberalis, qui & Liberius, Altinas, nobilibus parentibus ortus, S. Heliodori Epiſcopi Altinatis diſcipulus, ſanctitate & mira virtutum operatione reſplenduit. Is multos ex Arianis ad Catholicam fidem prædicando non abſque manifeſto vitæ periculo perduxit. Duos fratres Altini, furti & homicidii falſo accuſatos, falſiſque teſtibus convictos & ad mortem damnatos, illorum innocentia divinitus detecta, apud Antherium urbis Dominum ſive Præfectum defendit. Ejuſdem Antherii nepotem, manibus pedibuſque contractum, domum ejus cum Lentico & Andrea diſcipulis ingreſſus, mirabiliter ſanavit. Qui Antherius, relicta vita militari, ſpretis divitiis, & Liberalis hortatu, caſtro (quod in Tarviſinorum confinio extruxerat, illorumque fines depopulans odii inimicitiarumque inter Tarviſinos & Altinates cauſa fuerat) demolito, ad fidem Catholicam converſus, vitam egit laude dignam. Liberalis poſt hæc, cum quadam die in eccleſia S. Mauri extra Altinum preces funderet, ab Arianis captus, in carcerem conjectus eſt: unde, cum multos variis morbis laborantes curaſſet (ex quibus una die centum viginti ſanitatem divina virtute impertivit) à confluentibus ad eum populis ereptus eſt.

Arianos convertit

injuſte captos damnatos liberat,

Præfectus Altinenſis ipſius hortatu ſanctam Vitam ducit,

E

2 Cum vero hiemis tempore ad eccleſiam Cathedralem pergeret, pauperi nudo & ex frigore nimio trementi, facto ſibi obvio, veſtem ſibi detractam tradidit: qui illi ſequenti nocte apparens Chriſtum ſe eſſe dixit, & veſtem reſtituit, qua ille indutus à periculis non ſemel ſervatus eſt. Nam cum Arianis prævalentibus, S. Heliodorus cum ſuis diſcipulis, ut ſolitarium locum inveniret, in quo Deo deſervire poſſet, navem conſcendiſſet, ſævaque orta eſſet tempeſtas; illam Liberalis, extremo veſtis illius miſſo in mare, ſedavit. Reverſus Altinum, cum mala multiplicari videret, nec Ambroſius à S. Heliodoro ſubſtitutus onus, ut ratio poſtulabat, ſuſtineret, Deum ſuppliciter oravit, ut ſe è tantis miſeriis eriperet. Cui Angelus in ſomnis apparens vicinum vitæ terminum denuntiat. Quare Liberalis lætus, cum in proximam inſulam ſeceſſiſſet, v Kalendas Maji, animam Deo reddidit: cujus corpus in arca marmorea conditum, à nonnullis Altinatibus, patria ob aſſiduas Arianorum moleſtias deſerta, Tarviſium, ubi Joannes Epiſcopus, doctrina & vitæ probitate conſpicuus, præerat, delatum eſt, & in eccleſia Cathedrali religioſiſſime aſſervatur.

veſtem pauperi datam à Chriſto recipit,

F

quæ maris tempeſtatem ſedat.

DES. ANASTASIO PRIMO, ROMANO PONTIFICE,

G, II.

CAPUT I.

Exordium Sedis. Zelus pro fide contra Origeniſtas.

ANNO CCCCII. SIricio Pontifice Romano VIII aut VII Kalendas Martii vitæ functo, cum Sedes, ut paſſim traditur, vacaſſet dies viginti, circa Idus Martias ſubſtitutus eſt S. Anaſtaſius, hujus nominis primus, natione Romanus ex patre Maximo. Annus tunc Chriſti erat CCCXCVIII, quando Indictione XI, Honorio IV & Eutychiano Conſulibus (*ut habet Marcellinus Comes in Chronico*) Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus ordinatus Anaſtaſius, vixit annos quatuor. *Conſentit Proſper etiam in Chronico, his verbis:* Romanæ Eccleſiæ Epiſcopatum tenet Anaſtaſius annis quatuor. *In eamdem ſententiam eunt paſſim reliqui ſcriptores.*

Creatur Papa anno 398.

2 *S. Hieronymus, in Vita S. Marcellæ viduæ Romanæ, quam ad diem XXXI Ianuarii illuſtravimus, indicat, cum S. Anaſtaſius crearetur Summus Pontifex, pacem Eccleſiæ ab Origeniſtis hæreticis turbatam fniſſe, & ab ipſo S. Anaſtaſio innovatam. Porro in dicta Vita inter alia cap. 3 ſic ſcribit:* Hæretica exorta tempeſtas, cuncta turbavit, . . . & navem plenam blaſphemiarum Romano intulit portui: invenitque protinus patella operculum, & Romanæ fidei puriſſimum fontem cœno lutoſa permiſcuêre veſtigia... Tunc librorum περὶ ἀρχῶν infamis interpretatio, tunc diſcipulus Ὀλυμπιος, & vere nominis ſui, ſi in talem Magiſtrum non impegiſſet. Tunc noſtrorum διδασκαλικῶν contradictio, & Phariſæorum turbata eſt ſchola.... Cernentes hæretici de parva ſcintilla maxima incendia concitari, & ſuppoſitam dudum flammam jam ad culmina perveniſſe, nec poſſe latere quod multos deceperat; petunt & impetrant Eccleſiaſticas epiſtolas, ut communicantes Eccleſiæ diſceſſiſſe viderentur. Non multum temporis in medio: ſuccedit in Pontificatum vir inſignis Anaſtaſius, quem diu Roma habere non meruit, ne orbis caput ſub tali Epiſcopo truncaretur: imo idcirco raptus atque tranſlatus eſt, ne ſemel latam ſententiam precibus ſuis flectere conaretur... Damnationis hæreticorum Marcella fuit principium, dum adducit teſtes, qui prius ab eis eruditi, & poſtea ab hæretico fuerant errore correpti: dum oſtendit multitudinem deceptorum, dum impia περὶ ἀρχῶν ingerit volumina, quæ emendata manu ſcorpii monſtrabantur: dum acciti frequentibus litteris hæretici, ut ſe defenderent, venire non ſunt auſi: tantaque vis conſcientiæ fuit, ut abſentes damnari, quam præſentes coargui maluerint. *Hæc ibi S. Hieronymus, qui Ruſino, præcipuo Origeniſtarum fautori, in Apologia adverſus eum ſcripta opponit*, Siricii, jam in Domino dormientis, objici epiſtolam; & viventis Anaſtaſii dicta contemni.

hæreſin Origeniſtarum in Vrbem illatam,

perſequitur,

à S. Marcella adjutus:

B

C

3 *Idem epiſtola 78 ad Pammachium & Marcellam ſcripta, cum indicaſſet opera Theophili Alexandrini Origeniſtas damnatos eſſe, ita S. Anaſtaſii ſtudium laudat:* Orate Dominum, ut quod in Græco placet, in Latino non diſpliceat: & quod totus Oriens miratur & prædicat, læto ſinu Roma ſuſcipiat: prædicationem quoque Cathedræ Marci Euangeliſtæ, cathedra Petri Apoſtoli ſua prædicatione confirmet. Quamquam celebri ſermone vulgatum ſit, beatum quoque Papam Anaſtaſium eodem fervore, quia eodem ſpiritu eſt, latitantes in foveis ſuis hæreticos perſecutum; ejuſque litteræ doceant, damnatum in Occidente, quod in Oriente damnatum eſt: cui multos imprecamur annos, ut hæreſeos redivivá plantaria, per illius ſtudium longo tempore arefacta, moriantur. *Demum in epiſtola 8, ad Demetriadem poſt obitum S. Anaſtaſii ſcripta, ita zelum ejus laudat cap. 9.* Pene præterii, quod vel præcipuum eſt. Dum eſſes parvula, & ſanctæ ac beatæ memoriæ Anaſtaſius Epiſcopus Romanam regeret Eccleſiam, de Orientis partibus hæreticorum ſæva tempeſtas ſimplicitatem fidei, quæ Apoſtoli voce laudata eſt, polluere & labefactare conata eſt. Sed vir ditiſſimæ paupertatis & Apoſtolicæ ſolicitudinis, ſtatim noxium perculit caput, & ſibilantia hydræ ora compeſcuit. Et quia vereor, imo rumore cognovi, in quibuſdam adhuc vivere & pullulare venenata plantaria, illud te pio caritatis affectu prænonendam puto, ut ſancti Innocentii, qui Apoſtolicæ Cathedræ & ſupradicti viri ſucceſſor & filius eſt, teneas fidem; nec peregrinam, quamvis tibi prudens callidaque videaris, doctrinam recipias. *Hactenus S. Hieronymus, qui lib. 2, Apologiæ primæ adverſus Ruffinum, valde laudat* prudentiſſimam Papæ Anaſtaſii epiſtolam, *quam contra hunc ſcripſit ad Ioannem, Epiſcopum Hieroſolymitanum, ex quâ nonnulla hic damus.*

& ora hæreticorum obturat:

E

4 Ruffinus, de quo me conſulere dignatus es, conſcientiæ ſuæ habet arbitrum Divinam Majeſtatem: apud quam ſe integro devotionis officio, ipſe viderit, qualiter debeat approbare. Origenes autem, cujus in linguam noſtram compoſita derivavit, aut quis fuerit, aut in quæ verba proceſſerit, noſtrum propoſitum neſcivit. Quod vero ſit animi mei ſtudium cum tua pauliſper hoc conferam ſanctitate. Hoc igitur mente concepi, quod qui Urbis noſtræ populis de tranſlata Origenis lectione patefecit, quamdam puris mentibus velut nebulam excitans injectam, fidem Apoſtolorum, majorum traditione firmatam, velut deviis anfractibus illum voluiſſe diſſolvere. Diſcere hoc loco libet, quid agat in Romanam linguam iſta tranſlatio. Approbo, ſi accuſat auctorem, & execrandum factum populis prodit: ut juſtis tandem odiis teneatur, quem jam dudum fama conſtrinxerat. Si vero interpres tantorum malorum erroribus conſenſum præſtat, & legenda impia dogmata prodit in populos, nihil aliud ſui opera laboris extruxit, niſi ut propriæ veluti mentis arbitrio hanc, quæ ſola & quæ prima apud Catholicos Chriſtianos vera fides, jam ab Apoſtolis exinde ad tempus præſens, tenetur, inopinatæ titulo aſſertionis everteret. Abſit hæc ab Eccleſia Romana nequaquam Catholica diſciplina. Numquam profecto eveniet, ut aliqua hoc admittamus ratione, quod jure meritoque damnamus. Quapropter in toto orbe Chriſti Dei noſtri diffuſa providentia probare dignabitur, accipere nos omnino non poſſe quæ Eccleſiam maculent, probatos mores evertant, aures circumſtantium vulnerent, jurgia, iras diſſenſioneſque diſponant. Quare noſce qualem epiſtolam ad fratrem & Coëpiſcopum noſtrum Venerium, diligentiori cura perſcriptam, parvitas noſtra tranſmiſerit; tibique hanc conſcientiam fecerim, quod non ſuperflua laborum formidine neque vano timore ſoliciter. Mihi certe cura non deerit Euangelii fidem circa meos cuſtodire populos, parteſque populi mei per quæque ſpatia diverſa terrarum diffuſas, quantum poſſim litteris convenire: ne qua profanæ interpretationis origo ſubrepat, quæ

epiſtola ſcripta,

deteſtatur tranſlationem Origenis à Ruffino factam,

P

devotas

AUCTORE G. H.

devotas mentes immiſſa ſui caligine labefactare conetur. Illud quoque, quod eveniſſe gaudeo, tacere non potui, beatiſſimorum Principum manaſſe reſponſa, quibus unuſquiſque Deo ſerviens ab Origenis lectione revocetur: damnandumque ſententia Principum, quem lectio rerum profana prodiderit. Hactenus ſententiæ meæ forma præceſſerit. Quod te vero vulgi de Ruffino querela ſolicitat, ut quoſdam malis ſuſpicionibus perſequaris; hanc etiam opinionem conſtringam divinæ Lectionis exemplo, ſicut ſcriptum eſt: Non ſicut videt homo ita & Deus. 1 Reg. 16, 7 Nam Deus videt in corde, homo autè in facie. Itaque, frater cariſſime, omni ſuſpicione ſepoſita, Ruffinum ſcito, quod propria mente Origenis dicta in Latinum tranſtulit ac probavit: nec diſſimilis ab eo eſt, qui alienis vitiis præſtat aſſenſum. Illud tamen ſcire cupio, ita haberi à noſtris partibus alienum, ut quid agat, ubi ſit, neſcire cupiamus. Ipſe denique viderit ubi poſſit abſolvi.

& ab Imperatoribus damnatam:

5 *Hactenus verba* S. Anaſtaſii Papæ ad Joannem Hieroſolymorum Epiſcopum; quem *Severinus Binius in Notis ad dictam epiſtolam aſſerit*, aliquando Origenis errores ſectatum, per S. Hieronymum meliori frugi redditum, fide deinceps Catholica his temporibus, ſaltem exterius, nituiſſe. *Profecto S. Auguſtinus contra litteras Petiliani ſcribens lib. 2 cap. 51, & S. Anaſtaſii Papæ & dicti Ioannis fidem laudat his verbis*: Cathedra tibi quid fecit Romanæ Eccleſiæ, in qua Petrus ſedit, & in qua Anaſtaſius ſedet; vel Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, in qua Jacobus ſedit, & in qua hodie Joannes ſedet: quibus nos in Catholica unitate connectimur: & à quibus vos nefario furore ſeparatis. *Hæc tibi ſanctus Doctor, tamquam de Ioannis fide nihil ſiniſtri ſuſpicans.*

laudatur ejus fides à S. Auguſtino.

B

CAPUT II.

Afri adjuti, & contra Donatiſtas excitati. S. Paulinus recreatus. Aliæ res geſtæ. Obitus, ſepultura, Reliquiæ.

Rogatur ab Afris ut Clericos & miniſtros Eccleſiæ ſubmittat:

6 *Epiſtolam S. Anaſtaſii, ad memoratum Venerium diligentiori cura perſcriptam, non ſcimus extare. S. Venerius Epiſcopus Mediolanenſis (cui dies* IV *Maji ſacer eſt) ſucceſſit S. Simpliciano, anno* CCCL, *die* XVI *Auguſti defuncto; & tantæ vir auctoritatis fuit, ut legatio ab Eccleſia Africana fuerit deſtinata, anno* CCCCI, *die* XVIII *Iunii*, Quæ venerabili ſancto fratri Anaſtaſio, Sedis Apoſtolicæ; & ſancto fratri Venerio, Sacerdoti Mediolanenſis Eccleſiæ, neceſſitatem ipſam ac dolorem atque inopiam valeat intimare... Quia tanta indigentia Clericorum erat, multæque Eccleſiæ ita deſertæ, ut ne unum quidem Diaconum vel illitteratum habere reperirentur, multo magis ſuperiorum honorum inveniri non poſſe certiſſimum eſſet, & quotidiani planctus diverſarum pene emortuarum plebium jam non ſuſtinerentur: quibus niſi fuerit aliquando ſubventum, gravis & inexcuſabilis innumerabilium animarum pereuntium cauſa apud Deum manſura eſſet. *Quæ ab Aurelio Epiſcopo Carthaginenſi propoſita, latius deſcribuntur in dicto Concilio: cujus petitioni annuiſſe SS. Anaſtaſium & Venerium non dubitamus. Nam eodem anno* CCCCI *Idibus Septembris, in Concilio tunc habito, dixit idem Aurelius Epiſcopus*: Recitatis epiſtolis beatiſſimi Fratris & Conſacerdotis noſtri Anaſtaſii, Eccleſiæ Romanæ Epiſcopi, quibus nos paternæ & fraternæ caritatis ſolicitudine ac ſinceritate adhortatus eſt, ut de hæreticorum & ſchiſmaticorum Donatiſtarum inſidiis & improbitatibus, quibus Africanam Eccleſiam Catholicam graviter vexant, nullo modo diſſimulemus. Gratias agimus Domino noſtro, quod illi optimo & ſancto Antiſtiti ſuo tam piam curam pro membris Chriſti, quamvis in diverſitate terrarum, ſed in ſua compage corporis conſtitutis, inſpirare dignatus eſt.

C

excitat eos contra Donatiſtas:

D

7 *Florebat eodem tempore doctrina & ſanctitate illuſtris S. Paulinus, Epiſcopus Nolanus; qui epiſtola* 16 *ad Delphinum Epiſcopum Burdegalenſem, laudat eximiam S. Anaſtaſii humanitatem, his verbis*: Sciat veneratio tua, ſanctum Fratrem tuum, Papam Urbis Anaſtaſium, amantiſſimum eſſe humilitatis noſtræ: nam ubi primum poteſtatem caritatis ſuæ nobis offerendæ habere cœpit, non ſolum ſuſcipere eam à nobis, ſed ingerere nobis piiſſima affectione properavit. Nam brevi poſt ordinationem ſuam epiſtolas de nomine noſtro, plenas & religionis & pietatis & pacis, ad Epiſcopos Campaniæ miſit: quibus & ſuum declararet affectum, & aliis benignitatis ſuæ præberet exemplum. Deinde nos ipſos Romæ, cum ſolenni conſuetudine ad beatorum Apoſtolorum natalem veniſſemus, tam blande quam honorifice excepit. Poſtea quoque interpoſito tempore, etiam ad natalem ſuum, quod Conſacerdotibus ſuis tantum deferre ſolet, invitare dignatus eſt: nec offenſus eſt excuſatione noſtra, ſed officium ſermonis noſtri, quod in vicem præſentiæ reddideramus, acceptans, animo nos paterno & abſentes recepit. Denique, ſi Dominus commeatum donaverit, ut ad eum uſitato ſolenniter nobis tempore recurramus, ſpero me ad ſanctitatem tuam ei litteras exacturum, quibus etiam tibi nos incipiat commendare. *Hæc S. Paulinus, qui ſubjungit S. Venerii Mediolanenſis Epiſcopi novi erga ſe caritatem: ut videatur epiſtola anno adhuc quadringenteſimo aut initio ſequentis ſcripta.*

S. Paulinum Nolanum omni humanitate fovet:

E

excitat ædificationem basilicæ Creſcentianæ:

8 S. Anaſtaſius fecit baſilicam, quæ dicitur Creſcentiana in regione ſecunda, via Mamurtina in Urbe Roma; *ita Anaſtaſius bibliothecarius de Vitis Pontificum, ſed* via *in aliis Mss. dicitur* Mamartinia *& Mannutina, Baronio* Mamurrina, ab ædibus Mamurri in ſecunda regione locatis. *Alexander Donatus lib. 4 de Vrbe Roma cap. 3*, in ſecunda regione Cœlii-montis *hanc ædem à S. Anaſtaſio extructam ait. Synodo Romanæ primæ, ſub Symmacho Papa, anno* CCCCXCIX *habitæ, ſubſcripſit* Vincomalus Presbyter tituli S. Creſcentianæ: *& hunc titulum fuiſſe unum ex viginti octo antiquis tituli S. R. E. Cardinalium, tradit Onuphrius Panvinius de* VII *Vrbis Eccleſiis cap. 2; ſed deſiſſe cum nonnullis aliis ante tempora S. Gregorii Magni: certe horum loco alii ſubſtituuntur in Synodo Romana, anno* DC *ſub eo habita. Alia hujus Pontificis decreta apud Anaſtaſium leguntur*: Ut quotieſcumque ſancta Euangelia recitarentur, Sacerdotes non ſederent, ſed curvi ſtarent. Conſtituit etiam, nulla ratione tranſmarinum hominem in Clericatus honorem ſuſcipi, niſi quinque Epiſcoporum deſignaret chirographum, propter Manichæos, *ſive (ut in Libro Pontificali legitur)* quia & eodem tempore Manichæi inventi ſunt in Urbe Roma. *Demum dicitur* feciſſe ordinationes duas per menſem Decembrem, & ordinaſſe Presbyteros octo, *vel* novem, Diaconos quinque, Epiſcopos per diverſa loca undecim, *alii* decem. Sepultus in cœmeterio ſuo ad Urſum Pileatum, V Kalendas Maji, *mortuus anno Chriſti* CCCCII, Indictione XV, Arcadio V & Honorio V Conſulibus. *Suffectum quoque his Conſulibus eſſe* S. Innocentium *tradunt Marcellinus Comes & Proſper in Chronicis: & ſic Geſta Mss. Pontificum ad Martinum quintum deducta, recte dicunt S. Anaſtaſium præfuiſſe annis quatuor.*

F

facit ordinationes:

moritur anno 402,

præfuit annis 4,

inſcriptus Martyrologiis;

9 *Celebris eſt illius memoria in pleriſque Martyrologiis ad hanc* XXVII *Aprilis. Rabanus iſta habet*: Nativitas Anaſtaſii Papæ, qui poſt B. Petrum quadrageſimus primus ſedit. Hic Manichæos in Urbe Roma inveniens damnavit, & conſtitutum fecit, ut nullus tranſmarinus in Clericatum ſuſciperetur, niſi quinque Epiſcoporum deſignaret chirographum. *Vſuardus hoc eum elogio exornat*: Romæ B. Anaſtaſii Papæ, de quo

S. Hieron-

A S. Hieronymus venerabili teſtatur eloquio, quod ejus vita diuturna mundus ſit immeritus frui. *Ado hæc pauca ſcribit*: Romæ S. Anaſtaſii Papæ, qui ſedit annos tres, dies decem. *Notkerus elogium ex Adone & Rabano formavit. In hodierno Martyrologio Romano ita habetur*: Romæ depoſitio B. Anaſtaſii Papæ, viri diſſimæ paupertatis & Apoſtolicæ ſolicitudinis, quem, ut ait S. Hieronymus, diu Roma habere non meruit, ne orbis caput ſub tali Pontifice truncaretur: nam haud paullo poſt ejus obitum Roma à Gothis capta atque direpta fuit. *Scilicet ſub S. Innocentio ſucceſſore, anno Chriſti* CCCCX. *Ejuſdem* S. Anaſtaſii Papæ & Confeſſoris *memoria etiam celebratur in antiquis Miſſalibus & Breviariis Eccleſiæ Mediolanenſis.*

ſepultus ad Vrſum Pileatum

10 Sepultus *fuit* in cœmeterio ſuo ad Urſum Pileatum, *de quo obſervat Aringhus, lib. 2 Romæ ſubterraneæ cap. 19*, cœmeterium illud extitiſſe via quondam Portuenſi, longe tamen diverſum ab altero ejuſdem

via Portuenſis.

nominis, quod in Eſquiliis ad S. Bibianæ eccleſiam extabat. In pervetuſto enim quodam Ms. codice Vaticano Indiculum locorum haberi, ubi quondam Summi Pontifices conditi ſunt, & iſta legi. Ad Urſu Pileatu Portu, Anaſtaſius, Innocentius. *Hic eſt Anaſtaſii ſucceſſor, etiam* Sanctus, *etiam* ad Urſum Pileatum

B ſepultus. *Willielmus Malmesburienſis lib. 4 de Geſtis Anglorum cap. 2 in Guilielmo II, deſcribit numerum portarum Vrbis Romæ, & multitudinem ſacrorum cinerum, prout in antiquis Catalogis reperierat: & quod huc ſpectat, iſta interſerit.* Tertia decima, Porta Portuenſis dicitur & Via, ibi prope in eccleſia ſunt Martyres Felix, Alexander, Abdon & Sennen, Simeon, Anaſtaſius, Pollion, Vincentius, Millex, Candida & Innocentia, *ſive, ut Aringhus legit*, Innocentius, *de SS. Anaſtaſio & Innocentio Pontificibus & Confeſſoribus Malmesburienſem intelligens.*

Ejus Reliquiæ ſunt in eccleſia S. Praxedis,

11 *Paſchalis Papa, anno* DCCCXVII, *die* XVII *Ianuarii creatus, ex Presbytero Cardinale titulo S. Praxedis, præfatam eccleſiam mox reſtauravit, & multa corpora Sanctorum in cœmeteriis jacentia recolligens in eadem condidit* XX *Iulii, atque inter alia fuiſſe* corpus S. Anaſtaſii, Pontificis Romani, *legitur in tabula marmorea, prope oratorium S. Zenonis appenſa: cujus verba exhibet Onuphrius Panvinius lib. de* VII *Vrbis Eccleſiis, ubi fere ſub finem agit de eccleſia S. Praxedis. Octavius Pancirolus in Theſauro abſcondito Vrbis, in Indice Reliquiarum, aſſerit* corporis S. Anaſtaſii partem eſſe in *dicta* eccleſia S. Praxedis; partem in eccleſia SS. Silveſtri & Martini in Montibus: *& ad hanc eccleſiam reliquias S. Anaſtaſii à Sergio II (qui ab anno* DCCCXLIV, *uſque ad annum* DCCCXLVII *ſedit) delatas fuiſſe, videtur colligi ex Anaſtaſio, qui dictam eccleſiam à Sergio II reſtauratam & dedicatam ait: & tunc ſub altari ſacro collocata fuiſſe corpora Sanctorum, inter quæ recenſentur* SS. Anaſtaſii & Innocentii Pontificum: *quæ verba ibidem etiamnum leguntur in Inſcriptione marmorea: quam integram edidit Ioannes Antonius Filippinus in libello de antiquitate & veneratione hujus eccleſiæ. Ejuſdem quoque Anaſtaſii Pontificis eſſe Reliquias, quæ olim Tiburi colebantur, cum titulo* Anaſtaſii Confeſſoris die XII Septembris, *quæque anno* MCV *cum Reliquiis SS. Pontiani & Eleutherii tranſlatæ fuerunt Troiam Apuliæ civitatem, veroſimile nobis videri diximus ad diem* XVIII *Aprilis, agentes de S. Eleutherio Æcanenſi; ipſam Hiſtoriam, à Roffredo Præcentore teſte oculato ſcriptam, daturi* XIX *Novembris ad Acta S. Pontiani Pontificis Romani, de quo, quod ſuis in reliquiis Troiæ honoretur, firma hactenus perſuaſione eſt creditum; cum de aliis, quod Romani Pontifices fuerint, necdum Troiæ fuerit cogitatum. Præterea* Ludolphus Dux Saxoniæ à Sergio Papa Reliquias ſanctorum Præſulem Anaſtaſii & Innocentii impetratas detulit: in quorum honore monaſterium & cœnobium primo in Bruneſteshuſen, deinde in Gandesheim conſtruxit. *Ita Auctor Vitæ S. Godehardi Epiſcopi Hiſdeshemienſes* IV *Maji danda: & conſentit Tangmarus in Vita S. Bernwardi deceſſoris* 20 *Novembris. Verum quia Witichindus & alii ſolum meminerunt Reliquiarum S. Innocentii, arbitramur non adeo magnam partem Reliquiarum S. Anaſtaſii fuiſſe adjunctam.*

& aliqua in Saxoniã tranſlata.

12 *In Ms. Florario Sanctorum ad diem* XVIII *Aprilis* Elevatio 18 *iſta leguntur*: Elevatio S. Anaſtaſii Papæ, hujus nominis primi. *Ad quem etiam diem Hermannus Greven in Auctario Vſuardi memorat* S. Anaſtaſii Papæ: *ſed per errorem appellat* Martyrem. *Aprilis.*

AUCTORE G. H.

& in eccleſia SS. Silveſtri & Martini.

E

DE S. EVLOGIO XENODOCHO,

CONSTANTINOPOLI IN ECCLESIA S. MOCII.

G. H.

XXVII APRILIS. C

Conſtantinopoli in templo S. Mocii,

Georgius Codinus de Originibus Conſtantinopolitanis pag. 37 editionis Lupareæ, alias 79, de Ædificiis hujus urbis agens, iſta ſcribit: Templa SS. Mocii & Menæ dicavit Conſtantinus Magnus, cum prius eſſent fana idolorum. Et quidem S. Menam, ejectis dumtaxat ſimulacris & novo indito nomine, uti erat reliquit: Templum S. Mocii, duplo tunc majus quam nunc eſt, media parte contraxit, & altare ibidem erexit. Quoniam vero ibi olim S. Mocius interemptus fuerat, ea re templum hoc ipſius nomini dicavit, ejuſque corpus illuc tranſtulit. *S. Mocius ſeu Mutius colitur à Græcis* XI *Maji, à Latinis* XIII *ejuſdem menſis.* Cum dein templum illud corruiſſet, tempore Juſtiniani Magni illud extructum fuit, & huc uſque ſalvum permanſit.

colitur S. Eulogius Xenodochus die 27

Hoc in templo vixit aut certe ſepultus ſacram venerationem obtinuit S. Eulogius Xenodochus, quem in pace requieviſſe, *aſſerunt Græci voluntque in Menæis excuſis & Mſs. Pariſienſibus Cardinalis Mazarini & Divionenſibus* Chifletii, *& apud Maximum Cytherorum Epiſcopum, idque hoc* XXVII *Aprilis. At ſequenti die* XXVIII *Aprilis locus ei aſſignatur in Synaxario Ms. Pariſienſi collegii Claromontani Societatis Ieſu his verbis*: Καὶ μνήμη Εὐλογίου τοῦ Ξενοδόχου ἐν τῷ ἁγίῳ Μωκίῳ. Et memoria Eulogii Xenodochi in Sancto Mocio. *Officium ejus in adjuncto diſtichо à Menæis exprimitur: ubi optatur ut* Abraham, nomine Chriſti hoſpitum in cælis exceptor, hoſpitio excipiat Eulogium, tamquam eum qui hoſpitum exceptor in vita fuerit. *Græca autem ſunt ejuſmodi.*

F

& 28 Aprilis.

Τὸν Εὐλόγιον, ὡς ξενισὴν τῶν ξένων,
Χριστὸς ξενισὴς Ἀβραὰμ ξενιζέτω.

Quo vero tempore ibidem S. Eulogius floruerit non conſtat. Forſan quando à Iuſtiniano fuit templum S. Mocii de novo conſtructum.

DE SANCTO TERTVLLIANO,

EPISCOPO BONONIENSI IN ITALIA.

XXVII APRILIS.

Episcopus Bononien. sis quotus?

BEatus Tertullianus, *quotus post S. Zamã, primum Bononiensium Episcopum, ad Ecclesiæ istius clavum sederit, incertum dictu est; scriptoribus, quia idonea desunt monumenta, diverse opinantibus. Ab Vghello, tom. 2. Italia Sacra, ordine undecimus; à Masino, part. 2. Bononiæ Perlustratæ, decimus tertius; à Celso Faleonio, in Memoriis Historicis Ecclesiæ Bononiensis, octavus; & à Carolo Sigonio, lib. 1 de Episcopis Bononiensibus, septimus refertur. Initia Episcopatus plerique in annum Domini* CCCCLXX *aut circa conjiciunt. Pauca de illo prodidit vetustas, ideoque & scriptores recentiores materia destituit. Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ, hoc ex Carolo Sigonio elogium illi texit*: Tertullianus, Episcopus Bononiensis VIII, post S. Paternianum subrogatus, Ecclesiam Bononiensem circa annum salutis CCCCLXX cœpit administrare. Hic monasterium S. Helenæ in agro Bononiensi, apud Lavinum amnem, à Bononia ad septem millia passuum distans, aut construxisse aut constructum probavisse putatur, quod his temporibus non extat; sola ecclesia, quæ parochialis est, à Fratribus Servorum possessa, cum aliquot ædibus extante. Namatio, Episcopo Aruernensi, aliquot Reliquias SS. Vitalis & Agricolæ Martyrum, in novam ecclesiam à se ædificatam inferendas, postulanti concessit:

monasterium condit,

B

qua de re S. Gregorius Episcopus Turonensis, lib. 2. Historiæ Francorum & lib. de Gloria Martyrum, verba facit. Idem cum ceteris Æmiliæ Episcopis Joanni Episcopo Ravennati, qui Gregorium quemdam Episcopum Mutinensem contra fas ordinaverat, adversatus esse videtur. Hoc Episcopo Odoacer Herulorum Rex Italiam invasit. Sanctus autem Episcopus, Ecclesia sua aliquot annos rite administrata, v kalend. Maji à seculo migravit, & in æde S. Felicis conditus est. *Qua hic de petitis ac impetratis Bononia Sanctorum Reliquiis produntur, narrantur quidem lib. 1 Miracul. cap. 44 à Gregorio; sed nullo Episcopi Bononiensis, à quo postulabantur, nomine prodito: unde pro S. Tertulliano non aliud hic esse fundamentum credimus, quam conjecturam petitam ex eo, quod utriusque, Tertulliani scilicet & Namatii, Episcopatum in eadem incidisse tempora quidam autumant. Sigonius, ex quo sua deprompsit Ferrarius, Tertullianum Reliquias S. Namatio anno* CCCCLXXVII *donasse auctor est, ita quippe rationem postulare temporum. Verum si Sanmarthanis credimus S. Namatius aliquot jam ante annis è vivis excesserat, utpote decessor S. Eparchii, cujus mortem ad annum* CCCCLXXII *consignant. In Martyrologio Romano ad* XXVII *Aprilis scribitur hoc modo*: Bononiæ S. Tertulliani Episcopi & Confessoris.

sepelitur Bononiæ in templo S. Felicis,

an SS. Vitalis & Agricolæ Reliquias S. Namatio donarit?

E

inscriptus Martyrologio.

DE SANCTO THEOPHILO,

D. P.

EPISCOPO BRIXIÆ IN ITALIA.

SEC. V.

Abulæ Ecclesiæ Brixianæ, ex iisque Galesinius, ac post Galesinium Baronius in postrema Martyrologii Romani recognitione, memoriam hoc die faciunt S. Theophili Episcopi & Confessoris. *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ hæc de eo habet*: Theophilus Episcopus Btixiensis, inter SS. Gaudentium & Silvinum Ecclesiam Brixiensem digne gubernans, in numero Sanctorum haberi & coli meruit. Quo tempore præcise vixerit, quidve egerit ad posteros non pervenit. Illud ex Annalibus & Episcoporum tabulis habetur, Theophilum Gaudentio, Philastrii discipulo & successori per S. Ambrosium Episcopum Mediolanensem ordinato, subrogatum fuisse. *Hæc Ferrarius, qui deinde in suis annotationibus citat sæpe memorandum ac memoratum Sermonem Ramperti Episcopi Brixiensis in Translatione S. Philastrii: sed si attentius eum legisset, invenisset inter SS. Gaudentium atque Theophilum medium poni S. Paulum, alias Paulinum, de quo ad* IV *Martii egimus. Hoc tamen recte, quod maluerit tempus Sedû incertum fateri, quam de eodem divinare, uti fecere Io. Franciscus Florentinus in Catalogo Ms. Episcoporum uberiori quam qui impressus prodiit, & Bernardinus Faynus in Cælo & Martyrologio Brixiano: quorum iste sedisse eum scribit*, quo tempore Innocentius summus Pontifex & Arcadius Honoriusque rerum potiebantur; *Faynus vero*, quievisse circa annum Domini CCCCXLV, sedente Leone Magno, & imperantibus Valentiniano tertio & Theodosio. *Simili cõjectura Vghellus in Italia sacra, annum initi Pontificatus scribit fuisse circiter* CCCCXXXIX.

SS *Gaudentii & Paulini successor,*

C

incertum quo precise tempore,

2 *Prædictus Florentinus addit*: Meminerunt antiquissimi Sanctorum Episcoporum fasti, ejus ossa quondam jacuisse ad Concilium Sanctorum, eadem forte Basilica, quam S. Gaudentius, Sanctorum XL Martyrum illatis lipsanis, dedicavit, & Concilium Sanctorum nuncupavit; licet nulla omnino ejus vestigia nec Reliquiarum memoria superstit. Non temere tamen opinari quis possit, diversam ab illa ejusdem nominis ecclesiam ante S. Gaudentium hic extitisse, ubi tot olim Martyrum cædes patratæ; cum præsertim Baronius, in Martyrologio Romano ad XXIII Junii Molanum secutus, affirmet, Concilii Martyrum nomine locum illum intelligi, ubi multorum Martyrum corpora sepulta sunt, qualia loca etiam cœmiteria seu dormitoria sunt appellata. *Collegit Molanus, ex eoque Baronius retulit varia loca, unde intelligi possit, quid Romæ & alibi essent* Concilia Martyrum; *sed neutri in mentem venit ea confundere cum* cœmeteriis *Christianorum aut* Basilicis. *Quid igitur? Non ecclesiam seu basilicam, sed locum intra eas certum ac peculiari ritu dedicatum intelligimus, ad plurium Sanctorum ossa, ex cœmiteriorum communium cavernis educta, seorsim à vulgo Christianorum aliorum in iisdem cœmeteriis sepultorum, honestius collocanda & commodius veneranda; qualem locum utrum primus dedicaverit Brixiæ Gaudentius, & intra quam ecclesiam, non possumus divinare, antiquorum testimonio destituti.*

quievit in Concilio Sanctorum,

F

per S. Gaudentium dedicato:

3 *Vbi ubi istud Sanctorum Concilium fuerit, nunc certe* (*ut idem Florentinus & ceteri asserunt*) *sacrum S. Theophili corpus in æde S. Ioannis Euangelistæ servatur. Est hæc inter Parochiales apud Faynum in Catalogo 4 Cæli Brixiensis ordine nona*, à foris Brixia sive in pomœrio antiquitus dicta; quia ante civitatis extensionem ad plagam occidentalem extabat in suburbio. A ducentis retro annis erat Præpositura sub Presbyterorum administratione: ad quam Canonici Regulares S. Salvatoris, Regulam S. Augustini profitentes, tunc evocati, hactenus demorantur; ecclesiamque eamdem, vetustate fatiscentem, continuo reformant.

nunc in æde S. Io. Euãg. servatur:

De

A De *corporibus, in hac eccleſia quieſcentibus, tale extat in libro Proviſionum civitatis decretum, die* XXII *Aprilis, anno* MDXXV: In eccleſia S. Joannis exiſtunt corpora SS. Gaudentii & Theophili Epiſcoporum & S. Silviæ Virginis: à quibus ſeparentur capita, & ponantus in ſtatuis vel vaſis argenteis, fabricandis expenſis Reverendorum Patrum & Parochianorum, ut honorifice congruis temporibus cum veneratione per civitatem poſſint deferri.

huius & S. G audentii ac Silviæ corpora,

4 *Ita tunc quidem decretum: ſed (niſi in numero error eſt) res executioni mandata non fuit, aut ſaltem non fuerunt tunc fabricatæ ſtatuæ vel vaſa deſignata, ſed ſolum poſt annos* LXX, *prout infra apparebit, in pleniori Tranſlationis tunc factæ hiſtoria, cujus hæc memoria invenitur in dicto Proviſionum libro*: SS. Theophili, Gaudentii & Silviæ corpora, quæ hactenus fuerant recondita in ſingulis arcis marmoreis, in capella à monte altaris majoris eccleſiæ S. Joannis, pro illuminanda dicta capella ablatæ fuerunt dictæ arcæ, Corporibus prius ablatis. Quæ deinde Corpora die Dominico IX Julii, hoc anno MDXCV, cum ſolenni proceſſione circumcirca parochiam S. Joannis delata, repoſita fuerunt in altari nuper reformato in dicta capella, habita prius licentia, per Reverendos Canonicos Regulares dictæ

B eccleſiæ, à Reverendiſſimo Epiſcopo & Deputatis Civitatis. In qua proceſſione affuerunt dicti Canonici & illi de S. Afra, cum eorum Abbatibus, habentibus mitras aureas & paſtoralia, & cum baldechinis

anno 1595 à vetuſtis arcis ſublata ſunt, ſerico & auro contextis. Affuere etiam Religioſi omnes, excepto Clero & monachis SS. Fauſtini & Jovitæ, S. Euphemiæ & S. Petri de Oliveto. Regulationi proceſſionis præerant miniſtri Cancellariæ civitatis: & parietes ſtratarum erant omnes aulicis ſpaleriis contectæ.

& per urbem circumlata.

5 *Coluntur S. Gaudentius* XXV *Octobris, S. Silvia* XV *Decembris.* Spaleriæ *quibus ornati dicuntur ſtratarum parietes, ita dicuntur* à ſpallis, *id eſt humeris; eo quod ad commodiorem humerorum reclinationem ducantur ante parietes quibus aſſidetur: unde Tuſcanis* ſpalliera *dicitur quiſcumque ornatus ex aſſeribus, ſtoreis, coriis aut tapetiis ſupra ſcamnorum altitudinem parieti pretextus, quam vocem* acclinatorium humerale *poſſemus interpretari. Porro totius rei, hoc ultimo ſolennis tranſlationis actu geſtæ ordo, prolixius diſtinctiuſque invenitur deſcriptus in archivo monaſterii S. Ioannis; unde eum nobis ſua manu fideliter extraxit ac ſcripſit, idem qui præallegata alia monumenta curavit,* Bernardinus Faynus, Presbyter Brixianus, antiquitatum patriæ pro gloria Dei diligens perquiſitor, *uti ipſe ſe haud vane ſubſcripſit his aliiſque ad Aprilem ſpectantibus monumentis. Tranſlationis autem, quam dixi, plenior hiſtoria talis eſt.*

Tranſlationis hiſtoria ex Ms.

C

Renovato altari inferenda corpora,

6 Cum Sanctorum Gaudentii XI, & Theophili XIII Epiſcoporum Brixiæ, ac S. Silviæ Virginis corpora, minori quam par erat dignitate, in tribus obſoletis lapideis arcis hujus ſacelli jacerent; R. P. D. Florianus Canalis, Brixienſis, Canonicus Regularis, ſumma in eos Sanctos pietate motus, ſuis impenſis ſacellum hoc expolivit, arcas removit, aramque conſtruxit; in qua conderentur eorumdem Sanctorum corpora, conſpicienda quo die uniuſcujuſque natalis dies celebraretur: quæ interim in ſacrarii idoneo loco repoſita fuerunt, ac tandem VII Idus Julii, anno poſt Virginis partum MDXCV, per adm. R. P. Gregorium Maſinum, Canonicum Regularem ac D. Joannis Præpoſitum, tranſlata, & in hujus ſacelli ara condita hoc ordine. Auctore D. P.

in proceſſione ſolenni,

7 Triduo ante campanæ omnes civitatis, ad ſignificandam lætitiam, pulſatæ; templum conveſtitum aulæis, ſuffitumque ſuaviſſimis odoribus fuit. Tum Sacro ſolenni ritu ſymphoniaque magna & grata peracto, proceſſerunt opificum ordines, tum civitatis Sodalitates omnes cum luminibus. Sequebantur Religioſorum ſingulæ familiæ ſupplicantes: noviſſime Canonici Regulares Lateranenſes, commixti Canonicis Regularibus S. Salvatoris, omnes candidati: poſtremo unumquodque Corpus ſub ſerica auroque diſtincta tenta deferebatur à Diaconibus. Sacro etiam oneri ſuccumbebant adm. R. D. Julius Maurus Brixianus, Canonicus Regularis Lateranenſis, Abbas S. Afræ; & ipſe D. Gregorius, S. Joannis Euangeliſtæ Præpoſitus; Pontificali ornatu pretioſiſque mitris fulgentes.

non ſine miraculis delata ſunt,

8 Sanctorum arcæ, eleganti forma conſtructæ, Damaſceno ſerico auroque textili circumveſtitæ & obtectæ erant. Uniuſcujuſque feretri latera thuribula cingebant: circumſtantes ſe affundebant quam E plurimi, accenſas faces præferentes. Pompam claudebant ſummus civitatis Magiſtratus, nobiliores quique & innumera utriuſque ſexus multitudo; obſtrepentibus, tum in exitu tum in reditu, à cacodæmone vexatis: à quorum nonnullis vel partim vel omnino fugati dæmones dicuntur. Fuerunt qui impuros ſpiritus muſcarum vel arenearum inſtar, ex aliquibus exiſſe confirmarunt. Quocumque pium incedebat agmen, multa paſſim erant odoramenta, erectæ ſacræ aræ, ipſi parietes vario, tum ſerico, tum laneo periſtromate, pictiſque tabulis exornati. Statis vero locis bellica tormenta, cum reboatu diſploſa, obtundebant canoram vocem tubarum.

& intra novam aram condita,

9 Hiſce magnis honoribus per civitatem perducta Sanctorum corpora ſunt: quibus per eam fere totam diem applicata fuerunt roſaria innumera. Poſtremo, per eumdem D. Maſinum Præpoſitum, in hujus ſacelli ara honeſtiſſime recondita: ipſorum cranea in ſuis quæque ſtatuis, auro argentoque ſuperinductis, à vertice ad pectus uſque Sanctorum imagines referentibus, & ipſius D. Floriani Canalis ſumptu confectis, incluſa fuere. De ſolenni horum ſanctorum Corporum tranſlatione, repoſitione in ara, & ſacris F eorum craneis in ſuis ſtatuis reconditis, rogatus fuit D. Camillus Guida, Epiſcopalis Curiæ Cancellarius, totius eccleſiæ clavum tenente Clemente VIII, *capita ſeorſim recluſa.* Epiſcopali munere Brixiæ fungente Ampliſſimo Cardinali Franciſco Mauroceno, univerſam Congregationem Canonicorum Regularium S. Salvatoris regente Reverendiſſimo Patre D. Peregrino Marchetto Mantuano, principem locum in Veneta Republica tenente Sereniſſimo Marino Grimano, Illuſtriſſimis viris Silvano Capello Prætore, & Nicolao Donato Præfecto hujus civitatis Brixiæ.

DE S. IOANNE CONFESSORE,

HEGVMENO MONASTERII CATHARORVM.

G. H.

CIRCA AN. DCCCXIII.

On unam S. Ioannes moleſtiam, ob aſſertum ſacrarum imaginum cultum, tulit ab iconomachis: quibus claſsicum primus circa annum Chriſti DCCXXII *Hebræus quidam præſtigiator, Serantampicus vel Saramtapechys dictus, pracinuit: Gerido Arabum tyranno diuturnas cum triginta annorum principatu voluptates vaticinatus, ſi per univerſum regnum omnes è Chriſtianorum templis Divorum imagines ſuſtuliſſet. Quod quidem ille cum impio juſſu fieri mandaſſet, ſublatus anno ſequenti præmatura morte è vivis, ſacrilegi impoſtoris vaticinium fuiſſe vanum oſtendit. Simili tamen perſuaſione Iudæorum abreptus Leo Iſauricus,*

Initia iconomachiæ ſub Arabum Principe Gerido.

AUCTORE G. H.

Iſauricus, poſteaquam decem annos Dei benignitate recte ambulaverat, neque ſacrarum imaginum mentionem fecerat, *ut ad eum in epiſtola Gregorius II Pontifex ſcribit; anno tandem imperii ſui decimo, & ipſe factus Sanctorum hoſtis, impio edicto eorum imagines proſcripſit; inſtigatus à quodam, ut ferunt, qui Beſer dictus, ex deſertore Chriſtianæ fidei & vinculis Sarracenorum in audacem libertatem aſſertus, ob corporis robur & pravæ opinionis conſenſionem, in magna apud Leonem auctoritate erat. Vulgato edicto ingens ſtatim tempeſtas in imagines & earum cultores deſaviit: alios, quia obſiſtebant tam impiis auſis, capite, alios carcere ac exilio mulctatu. Inter quos S. Ioannem Baronius ad annum Chriſti* DCCXXXIV, *Leonis vero* XIX *recenſet, hoc ex Menologio Græcorum ad diem* XXVII *Aprilis, elogium ejus tranſcribens:*

ac deinde Leone Iſaurico,

ad cujus tempora perperam relatus S. Ioannes,

2 Eodem die ſancti Parris noſtri Joannis Confeſſoris, Abbatis monaſterii Catharorum. Hic ſub impio Imperatore Leone, pro ſanctarum imaginum defenſione, cum in exilium mitteretur; convocans multos eoſque admonens, Vigilate, inquit, Patres & Fratres, ne à diabolo ad negandam Sanctarum imaginum venerationem ſubripiamini. Ductus autem ad Imperatorem libera voce impietatem illi exprobrans, juſſus eſt in oculos verberari: ac ferreis
B catenis vinctus, exul mittitur in caſtrum Pentadactylum nomine: ibique ligatis pedibus carcere incluſus, decem & octo menſes detentus eſt. Poſt hæc in urbem ipſam, in conſpectum Imperatoris, tamquam ad triumphum duxerunt. Denique poſt multas ærumnas, cum aliis plurimis relegatus in inſulam Aphuſiam, exactis illic duobus annis & dimidio, viſione quadam admonitus; cum his, qui cum illo erant, obitum ſuum prædixiſſet, migravit ad Dominum. *Hæc ex Menologio Baronius in quibus ſane repetias nihil, quod S. Ioannem ad tempora Leonis Iſaurici referendum eſſe probet. Cœpta certe ub illo iconomachia ultra ivit. Bellum ſacris imaginibus indictum Conſtantinus Copronymus, patre nihilo melior filius, proſecutus eſt; à quo velut hæreditaria impietate ad nepotem Leonem Porphyrogenitum & inde malo exemplo ad Leonem Armenum tranſiit. Ad hujus tempora, qui Orientis imperium anno* DCCCXIII *capeſſivit, conſignandam eſſe illuſtrem S. Ioannis confeſſionem aperte Menæa convincunt, dum eam ita narrant.*

convincentibus Menæis ad tempora Leonis Armeni referendus,

3 Eodem die ſancti Patris noſtri Joannis, Confeſſoris & Archimandritæ cœnobii Catharorum. Beatus hic Joannes Rhenopoli, quæ fuit una ex urbibus Decapoleos, Chriſtianis & piis parentibus
C Theodoro & Gregoria natus, novennis operam ſedulam dedit literis, modeſtus & obſequens. Quibus nominibus ab ſuo magiſtro magnopere dilectus eſt: cum quo ad ſecundam Synodum Nicenam profectus eſt. Inde præceptor ejus Conſtantinopolim venit, ubi Archimandrita creatus eſt Dalmatarum. Ipſe autem, cum egregia eſſet corporis dignitate, Presbyter eſt initiatus: inde miſſus ab Imperatore Nicephoro & Præſes cœnobii Catharorum renuntiatus, ouile Chriſti ad nutum Dei, Apoſtolico more annis paulo amplius decem, rexit, ab omnibus mortalibus dilectus. Tentationes autem, ab omnis boni hoſte diabolo in optimum quemque paratæ & cogitatæ, Beato divinitus ſignificatæ ſunt: qui ſuis in cœtum vocatis & admonitis, Vigilate, inquit, Patres & Fratres, ne capiamini à dæmone, & cultum ſacris imaginibus negetis; me enim non amplius inter vivos videbitis. Hæc ille cum prædixiſſet, venere quidam à Leone Iconomacho ſubmiſſi, feris quam hominibus propiores, qui totum Religioſum gregem diſſiparunt, & quæ in cœnobio repererunt tamquam ſua ſibi quiſque uſurparunt. Ipſum autem Joannem, Abbatem & Paſtorem illorum, catenis vinctum Conſtantinopolim traxerunt, monaſterio ejus pro-

literis eruditus cum magiſtro ad 2 Synodum Nicænam proficiſcitur,

fit Presbyter & Abbas cœnobii Catharorũ,

unde confirmatis in cultu Sacrarum imaginum monachis,

ſcripto & prædæ omnium relicto. Porro vir Sanctus ubi ad Imperatorem venit, ipſum & impium & apoſtatam appellitavit, aliaque multa ſine rubore ingeſſit, & quaſi tonitrua in illum detorſit. Quibus ille inflammatus, oculos ejus & faciem nervis bubulis atrociter cecidit: at ipſe verberibus affectus, ſibi gratulabatur, quod pro Chriſto talia pateretur. D

Conſtantinopolim abductus, objurgato Imperatore nervis caditur,

4 Mox in carcerem domeſticum rejectus, tribus ibi menſibus exactis, exilio damnatus, relegatur in caſtrum quod Pentadactylion appellarunt in regione Lampes: ubi catenis ferreis conſtrictus & in tenebricoſam cuſtodiam datus ſeſquiannum delituit. Deinde, ſpoliatum omni amictu, in urbem, ſpectante Imperatore, protraxerunt. Imperator, poſt multos ſermones ultro citroque habitos, illum Joannis pſeudopatriarchæ Conſtantinopolitanæ magnæ Eccleſiæ tradidit: à quo mille malis afflictus, fameque & inedia longo tempore prope enectus, tandem ad Imperatorem reductus eſt; qui illum in caſtrum, quod ab ariete & tauro Criotaurum appellabatur, apud Bucellarios ſitum amandavit; & in obſcuriſſimam ibi caveam compegit, affligendoque & cædendo prope confecit. Sanctus tamen ſemper Deum laudavit, omniaque gratiſſimo animo ſuſtinuit. Impio vero Imperatore mactato, Michael in ejus locum ſucceſſit, qui exules revocavit. Unde Sanctus hic Chalcedonem uſque progreſſus, non eſt permiſſus urbem ingredi. Imperante deinde Theophilo relegatur in inſulam Aphuſiam: ubi expleto biennio cum dimidio oblatum eſt illi viſum cæleſte; itaque iis qui cum illo erant, ſuam è vita emigrationem denuntiavit, & poſt triduum ad Dominum exceſſit. *Hæc Menæa.*

carcere dein & exilio multatus,

E *in eodem pie vitam finit.*

5 *Videtur ergo S. Ioannes, Decapolita fuiſſe ex loco natali, ſicut etiam fuit* S. Procopius Decapolita, *inſignis Chriſti Confeſſor, ob cultum ſacrarum imaginum plurima paſſus, cujus certamen celebravimus ad diem* XXVII *Februarii. Decapolis autem, hoc medio ævo notior celebriorque ea fuit, quæ ad Iſauriam pertinens S. Gregorium Decapolitam ejuſque diſcipulum Ioannem, ab hoc noſtro Catharorum Hegumeno diverſum, Conſtantinopolim ex ſimili cauſa miſit, ut dictum* XVIII *Aprilis. In hac ſicut* Irenopolis *fuit Gregorii patria, ſic &* Rhenopolis *aliqua potuit fuiſſe appellata, niſi ſuſpicari malis, verum nomen eſſe ipſam prædictam Irenopolim, à quo primam ſyllabam abſtulerit ſocordia amanuenſium. Hac de natali ſolo, in quo circa annum* DCCLXXV *videtur prognatus fuiſſe, & novennis ſtudia litterarum arripuiſſe, & cum ſuo Magiſtro ad* Synodum Nicenam *ſecundam anno* DCCLXXXVII *acceſſiſſe, & eidem ſuo Magiſtro*
F *adhæſiſſe creato Archimandritæ Dalmatarum in urbe regia Conſtantinopolitana, ac dein Presbyter creatus, & à Nicephoro Imperatore (qui ab anno ſecundo, uſque ad undecimum poſt octingenteſimum regnavit) Hegumenus monaſterii Catharorum conſtitutus, illud rexit uſque ad tempora Leonis Armeni, qui Imperium ab anno* DCCCXIII, *uſque ad annum* XX *dicti ſeculi gubernavit. Hujus ergo tempore monaſterio vaſtato, vinctus in urbem Conſtantinopolitanam abductus, cæſus, carceri incluſus, & poſtea exul miſſus ad caſtrum Pentadactylum in ditione ſeu territorio Lampis, urbis Aſiæ minoris juxta Mæandrum fluvium, & dein ad Buccellarios Bithyniæ populos exul miſſus. Interim Leoni Armeno anno* DCCCXX *occiſo ſucceſſit Michaël Balbus, ſub quo licuit Chalcedone morari. Poſtmodum ſub illius filio Theophilo, ab anno* DCCCXXIX *imperante, iterum in exilium actus fuit: in quo cum annis duobus cum dimidio vixiſſet, Confeſſor ex hac vita ad Chriſtum migravit, circa annum* DCCCXXXII, *aut proxime ſequentes. Hinc elogium Martyrologii reformandum eſſet, ac dicendum:* Qui ſub Leone Armeno & Theophilo Imperatoribus pro cultu ſacrarum imaginum varia certamina & exilia perpeſſus eſt. *De* Aphuſia, *quam in Ponto Euxino quærendam putamus, agi poterit ad Acta* SS. *Theodori & Theophanis Fratrum; qui* XXVI *Decembris coluntur & in eadem exularunt.*

locus natalis Decapolis.

Tempus nativitatis.

vita monaſtica,

exilii.

obitus.

DE

A

DE S. ZITA VIRGINE,

LVCÆ IN ITALIA.

D. P.

ANNO MCCLXXII

Ex Sancta frequentiſſimis miraculis,

DIem hunc à S. Antonio, *Eremita & Presbytero Lucenſi, exordientes, vidimus cuidam illius Eccleſiæ kalendario Ms. quod erat veteſtioris notæ, hac verba inſerta*, V kal. Maji Antonii Eremitæ, & Sitæ de Luca. *Dicitur* de Luca, *quia in ejus urbis territorio nata, in ipſa vitam finiens, virtutum maximarum excellentiam, non ſolum miraculoſa corporis etiamnunc in corrupti integritate, ſed frequentiſſimis maximiſque beneficiis, quæ ad ſuũ patrocinium refugientibus præſtitit, ibidem comprobavit. De*

150 *notata authentice,* *his coævus Vitæ auctor ſic loquitur*: Nos autem omnes in veritate poſſumus atteſtari, quod non tantum pluribus quàm centum quinquaginta diverſis ærumnis funereiſque languoribus & periculis fatigatis miraculoſe ſubvenit (prout de ſingulis prædictorum, & ſigillatim, & in forma publica, ſcripſit vir fide dignus Faytinellus Notarius, teſtibus idoneis & juramentis receptis) ſed extitit copia multitudinis perſonarum, quibus diverſis locis & temporibus multifarie exhibuit gratiæ ſubſidia & ſalutes corporis, ac exhibere non ceſſat; qui non ſolum excederent numerum millenarium, ſed pene incredibilis auditoribus quibuſlibet videretur.

B

quorum collectio deſcripta ſub an. 1380, 2 *Dolendum eſt non ſolum non eſſe ſcripto notata multa illa ac pene innumera; ſed nec conſervata eſſe authentica illa Faytinelli Notarii inſtrumenta. Hanc tamen jacturam utcumque compenſat Familia Faytinella (cui S. Zita diutiſſime & fideliſſime eſt famulata) codex pergamenus, præter Vitam, continens miracula fere centum, ex ipſis inſtrumentis fideliter atque verbotenus tranſcripta, circa annum* MCCCLXXX, *omnia intra decem menſes continuos patrata, quorum ultimum num.* 98 *præciputum nobis fundamentum præbet univerſa chronologiæ circa hanc Sanctam conſtituendæ: ſic enim inchoatur*: Jacobina uxor Bonajunctæ ... anno MCCLXXIX die decima menſis Januarii corporaliter ad ſancta Dei Euangelia juravit ... quod hoc proximo præterito anno in æſtate, juxta feſtivitatem Aſcenſionis Domini, quando B. Zita virgo ſanctificaverat, *id eſt Sancta fuerat declarata*, in civitate Lucana, ipſa vovit ſe Deo & ſupradictæ Virgini.

probat Sanctis adſcriptam an. 1278,

C

3 *Nullius erroris ſuſpicioni obnoxium eſſe anni hic notati numerum, probat pars maxima præcedentium miraculorum, in quibus dies menſis cum numero feriæ ſic conjungitur, ut ſingula debuerint ſcripta eſſe anno* MCCLXXVIII, *habente litteram Dominicalem B, quando Paſcha celebratum fuit* XVII *Aprilis, & feſtum Aſcenſionis die* XXVI *Maji. Similis diei & feriæ concurſus notatur in morte ipſius Sanctæ,* XXVII Aprilis feria IV; *& hunc concurſum habuit præcedens annus biſſextilis* MCCLXXII. *Hoc igitur mortuam Sanctam ſtatuimus: quia nulla cauſa ſuadet intra ſanctificationem ipſius & beatam mortem longius intervallum conſtituere; conſtituere autem intervallum annorum aliquot omnino cogit ipſa relatio miraculorum à morte crebreſcentium, prout ea attinguntur in vita num.* 35. *Dicitur enim, quod illis diu incredulus Prior S. Frigidiani aliique, tandem tamen* conſilio & collatione concordi, in lapideo ſarcophago fecerunt concludi venerandum corpus ... expectantes rei exitum, ut videlicet, ſi opus idem foret fictitium & dumtaxat humanum, cito deficeret. *Miracula vero, quæ Notarius Faytinellus excepit* XXVIII *&* XXX *Aprilis, ſupponunt, corpus incluſum* lavello, *id eſt lapideo ſarcophago, & Priorem de miraculorum veritate perſuaſum, ut credi non poſſint ipſa die mortis notari cœpiſſe, ſed ejuſdem mortis die ali-*

mortuam an. 1272,

quo anniverſario. Quapropter fatendum eſt hactenus erraſſe auctores omnes, qui Vitam mendoſe tranſcriptam ſecuti, S. Zitam obiiſſe dixerunt anno MCCLXXIX. *Etenim talis annus litteram habuit Dominicalem, non B, ſed A; ac proinde diem* XXVII *Aprilis, non cum* IV *ſed cum* V *Feria concurrentem. Neque ſuſpiceris annum hic notari juxtà ſtylum Piſanorum ac reliquorum fere per Etruſciam populorum, pro eo quem nos* MCCLXXVIII *numeraremus: Lucenſes namque in ſupputandis annis Romanum & communem ſtylum ſecutos, tam multis poteſt exemplis doceri, quam multa apud eos condita Inſtrumenta vel citantur vel integre producuntur à mox laudando Florentinio, in libro cui titulus, Memoria Matildæ Comitiſſæ.* non 1279.

4 *Porro anno* MCCLXXVIII, *quo* ſanctificaſſe *vel* ſanctificatam *Zitam Virginem, indicant notarialia inſtrumenta, Lucenſis Epiſcopus erat Paganellus, hujus nominis ſecundus, ante triennium conſtitutus. Abſque hujus conſenſu factum nihil eſſe, circa ſtabilimentum & ordinationem cultus publici, perſuadent ut minimum illa verbà Vitæ, quibus auctor dicit num.* 1 *quod* avunculus & ſoror Sanctæ talis & converſationis & vitæ fuerint, ut ſi juris prohibitio non obeſſet, dudum pro Sanctis habitæ fuiſſent ab omnibus. *Zitam autem ubique & libere appellat* Sanctam, *hoc ipſo indicans id licuiſſe expreſſa juris declaratione. Idem num.* 36 *incorrupti corporis teſtes appellat* S. R. E. Cardinales ac etiam Archiepiſcopos & alios venerabiles viros quamplurimos .... qui corporeis oculis conſpexerunt, dum pia devotione ad venerationem ejus (citra tamen juris prohibitionem) ſæpius occurrerunt & occurrere quotidie non deſiſtunt. *Hinc ſacris Eccleſiæ faſtis adſcripta fuit, etiam apud exteros: vidimus enim Adonis Martyrologium, ad exemplar eccleſiæ Brixienſis in Italia deſcriptum, quod Eccleſiæ Telonenſi in Gallia aliquando ſervivit, & nunc penes Sereniſſimam Sueciæ Reginam Chriſtinam ſervatur, his verbis auctum die* XXVII *Aprilis:* Ipſo die Natalis S. Citæ Virginis. *Non auſim tamen affirmare Sanctificationis cauſam ad Romanum Pontificem (erat is Nicolaus* III) *fuiſſe deductam: etſi enim primis illis Canonizationum Pontificiarum ſeculis longe minoris ſtrepitus ſplendoriſque fuerit ejuſmodi actio, quæ nunc difficillima & ſplendidiſſima eſt; non potuiſſet tamen fuiſſe tam obſcura, ut ejus eamque ſecuta Pontificiæ Bullæ non debuiſſet ac voluiſſet expreſſius meminiſſe auctor coævus Vitæ.* *Ea canonizatio legitima & publica fuit,* *licet non ſolenniter à Pontifice:* E F

5 *Hanc nos primum invenimus in Ms. collectione Vitarum apud Eremitas Camaldulenſes, in ipſa principali eremo, indeque deſumptam, ſed multa correctione egentem, anno* MDCLXII *Lucam tranſeuntes, emendandam contulimus cum Ms. membranaceo Familiæ Faytinellæ, cum ipſum ad nos detuliſſet perilluſtris adoleſcens Fattinellus Bartholomæi de Fattinellis, hortatu amantiſſimi noſtri & eruditiſſimi hoſpitis Franciſci Mariæ Florentinii: quem eodem fere tempore, quo hac parabamus prælo, id eſt* VIII *kalendas Februarii anni* MDCLXXIII, *ex hac ærumnoſa mortalitate cum ſpe felicioris immortalitatis tranſiviſſe poſtea intelligentes ex filii ejus Marii juvenis ornatiſſimi litteris, gaudemus optimi viri memoriam hoc loco interſeri potuiſſe. Eruditionem ejus teſtabuntur quæ publico dedit preclara opera: curandorum morborum peritiam laudabit civitas Lucenſis univerſa: nos tenerrimam religioſiſſimi hominis erga Deum & ſacra omnia affectionem, & familiæ exemplis paternis inſtitutæ integerrimos mores, tamquam domeſtici teſtes ea libentius memoria conſervamus, quod in his conſtas* *dantur ex Ms. Vita & miracula 99,*

Auctore D. P. *ſtat virtutum in Chriſtiano patre-familias requiſitorum ſumma, qua ad conſortium Sanctorum, de quibus hic agimus, pervenitur. Ex eodem porro, quem ſupra dixi, codice, in ipſa Florentinii domo, deſcripſimus prælaudata miracula: quæ nunc accuratius relegentes, deprehendimus eam collectionem, uno forſan alterove ternione aut ſaltem primo foliculo evulſo mutilam atque adeo acephalam fuiſſe, & compari in eodem ternione foliculo ſimiliter defectuoſam: ſcriptorem autem ultra medietatem progreſſum (forte quod diſſoluta inſtrumenta complura eſſent oblata) nullo dierum ordine ſervato, prout in manus veniebant ſingula, ſic in membranas retuliſſe poſt annum* MCCCLXXII, *quando contigit miraculum ultimo notatum, tamquam Appendix vetuſtiorum. Sed hæc ordinare nobis facile fuit, quod &*

alia 50 videntur periiſſe: *facere curavimus: amiſſa vero ſupplere non tantum impoſſibile nunc eſt nobis, ſed pene etiam poſteris deſperandum, quando prædictus Florentinius, omnia ac ſingula, privata ac publica, ſcriptorum veterum in urbe Lucenſi pittacia accuratiſſime ſcrutatus, nihil uſpiam reperit, quod magis authenticum atque integrum eſſet, quam iſtud Faytinellorum Ms. Ex hoc etiam, & non alio, in vulgarem linguam traducta cuncta primum prodierunt è prælo anno* MDLXXXII, *teſte Silvano Razzio, qui ſua ab impreſſo accepit, Vitis Sanctorum Hetruriæ jungenda, anno* MDXCIII. *Razzii compoſitionem ſecutus Cæſar Franciottus, eamdem multo Breviorem reddidit, inter Vitas Sanctorum Lucenſium anno* MDCXIII; *ac denique ipſam priſca prolixitatis & hodiernæ elegantiæ prærogativis denuo exornavit atque reſtituit Pompejus Lommorii, anno* MDCXXXIV; *Italice omnes.*

indicantur varia Italice edita.

B

S. Zitæ templum Genuæ & Sodalitas, 7 *In monte* Di Motrone, *qui Lucæ decem millibus paſſuum abeſt, oratorium S. Zitæ ſacrum eſt; ad muros vero Genuenſes templum, pietate ac concurſu vicinorum populorum celebre,* Biſagninorum *imprimis, quibus nomen proximum* Biſagnus *flumen fecit. Hi ſcilicet S. Zitam in tutelarem Patronam adſciverunt, & illuſtre quiddam ex ejus lipſanis argenteæ thecæ incluſum, præcipuo anni feſto, ad cultum ſibi exponunt. Societatem etiam inſtituêre, cui curæ eſt, ut ſexta cujuſque hebdomadæ feria & celebrioribus per annum feſtis, plures in dicto templo Sacerdotes Sacris operentur: in quam ſi quis adſcribi ſe curat, ex Pauli V Pontificis conceßione, plenaria indulgentia donatur. Hæc Societas, quinta majoris hebdomadæ feria, ad præcipuum Genuæ templum lugubrem ſupplicationem inſtituens, præter Dominicæ Paßionis inſtrumenta,*

à qua imago ejus circumferri ſolita, *Patronæ ſuæ tutelaris imaginem circumportat, quæ S. Zitam, ſinum variis plenum floribus colligentem, repræſentat. Morem ita pingendi ex eo natum ajunt, quod latura quondam pauperibus, quas ſinu collegerat, panis micas, hero percunctanti quid portaret, factos repentino miraculo ex micis flores exhibuerit.*

C

templum Panormi ſub ejus nomine, 8 *Panormitana in urbe, Lucenſium olim cœnobium fuiſſe, ſub invocatione S. Zitæ, docet Rocchus Pyrrhus in Notitia Panormitanæ eccleſiæ pag.* 218, *idque ex tabulis donationis à Nicolao Terentino, penes quem jus Patronatus erat, ſignatis anno* MCCCCXXVIII, *quibus locus transfertur in Prædicatores reformatos: qui ædificato ibidem ſub invocatione S. Vincentii Ferrerii monaſterio, non potuerunt aut noluerunt efficere, ut aboleretur vetus S. Zitæ appellatio: ſed ea templo manſit, etiam poſtquam illud anno* MDCIII, *adjuncto templo SS. Quadraginta Martyrum, quod olim Piſanorum Xenodochium fuerat, novum longeque auguſtius aſſurrexit. Quin & ſuburbanum eorumdem Fratrum, fortaſis à dicto Lucenſium ſacello jam olim dependens, nomen idem ſervat, &* villa di S. Zita *dicitur. Eidem Sanctæ & urbs Elienſis, in Comitatu Cantabrigienſi ſita, circa annum* MCCCCLVI *oratorium conſecravit: ad quod ornandum Balthaſar Mannus, Lucenſis per id tempus Epiſcopus, Guilielmo Langſtrobir, Equiti ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani, de S. Zitæ lipſanis minorem dextri pedis digitum dono dedit. Minoritæ Luſitani Conventum ei in diœceſi Olyſipponenſi ſacrum*

aliud in Anglia & in Luſitania,

habent: cujus initia Franciſcus Gonzaga, parte 3 de Origine Seraphicæ Religionis, in hæc verba tradit: Fuit olim in hoc Portugaliæ regno devotiſſimus quidam eremita, natione Italus, qui ſolitariæ vitæ cupidus eremitorium, pœnitentiæ agendæ ergo, in termino oppidi, Aceiceira Luſitanice nuncupati, Olyſipponenſis diœceſis, in honorem S. Cittæ virginis, ex emendicatis eleemoſynis ſibi ædificavit. In quo & in maxima vitæ aſperitate atque paupertate uſque ad ultimum vitæ habitum perſeveravit. Cui tamen vita functo aliquot Fratres de tertio beatiſſimi Patris Franciſci Ordine ſucceſſerunt. Hi, cum ſibi tum eleemoſynæ, tum quoque cetera ad victum neceſſaria deficerent, loco cedere decreverunt. Quamobrem venerabilis Pater F. Petrus Aluarez Franciſcanus, illud ab iiſdem Tertiariis, capitulariter congregatis anno à Chriſti Nativitate milleſimo quadringenteſimo vigeſimo tertio, ſummis precibus impetravit, atque pro modulo juxta loci diſpoſitionem paupertatiſque limites adaptavit. D

ad an corpus ibi? 9 *Hæc de Conventus hujus primordiis Gonzaga, quem ſcriptores quidam palpabili commento S. Zitæ corpus ibi tranſlatum produnt, codicem quemdam Eccleſiæ Toletanæ adducentes: ex quo Ludovicus dos Ancos, in Horto ſuo Luſitaniæ, iſta recitat:* Anno MCCLXXXVII V Kalend. Maji in civitate Piſana obiit B. Cyta, pro qua Dominus multa miracula operatur. De qua preces fundebant aliquæ Eccleſiæ, præcipue Cæſarauguſtana, quam credo habere ſacras Reliquias. Quidam vero eremita attulit corpus hujus virginis ex Italia, & attulit ad oppidum Aceiceira in Luſitania. Cui facta eſt ædicula tempore Joannis Luſitaniæ Regis. *Quid apertius fabuloſum eſſe poteſt? S. Zita non Piſis ſed Lucæ, non anno* MCCLXXXVII *ſed* MCCLXXVIII *diem clauſit. Corpus vero in Luſitaniam numquam allatum fuiſſe, publicus ejuſdem & interruptus nullis annis apud Lucenſes cultus manifeſtum facit. Eremita tamen ille, ſi eo poſt S. Zitæ mortem migravit, ei cultum jam apud Lucenſes obtinenti tugurium ſuum conſecrare potuit, & reliquiarum aliquid ex Italia ad privatum cultum deferre: unde loco in Conventum poſtea mutato nomen deinceps hæſerit.* B

an Sancta quadã Silla admittenda, cui dictus Conventus dicatus ſit? 10 *Diverſa tamen ſcriptores quidam Hiſpani hic opinantur, Cittam, cui memoratus Minoritarum Conventus ſacer eſt, Sillam ſeu Silam eſſe volentes: quæ juxta vetuſtum quemdam codicem Seguntinum, citatum ad* VI *Aprilis in Hagiologio Luſitano à Cardoſo, Calſia, matri Sanctarum Virginum ac Martyrum Genivera, Victoria, Euphemia &c. obſtetricata fuerit: quas etiam cum averſata Calſia, quia uno omnes partu ediderat, demergi juſſiſſet in flumen, Silla morti ereptas Chriſtianis nutricibus educandas dederit. De quo iſta Vaſconcellus in Deſcriptione Regni Luſitanici pag.* 446: Neque vero Virgines ſanctiſſimæ obſtetricem Silam oblitæ ſunt, à qua tantum fuerant adeptæ beneficium; ſed ab ſponſo ſuo eamdem illi martyrii gloriam conſecutæ. Neque auctores deſunt, qui Nabantio in oppido Luſitaniæ ejus corpus ſcribant religioſe aſſervatum. *De his auctoribus nihil compertum habemus; ſenſum eorum, ſi qui fuerunt, ſecutus eſt is, qui ſub Iuliani Archipresbyteri Toletani nomine poſtea chronicum ſuum & adverſaria protruſit: ex quibus Bivarius in Dextrum ad annum* CXXXIV *ſequentia depromit:* Cum dominum Bernardum, Archiepiſcopum Toletanum, per Luſitaniam & Gallæciam comitatus ſum, veni Tomarium; ubi prope templum erat S. Silæ virginis & Martyris, ubi corpus ejus ſervatur: quæ creditur eſſe virgo, quæ creavit & educavit ſanctas Virgines & Martyres ſorores, ſcilicet Quiteriam & Liberatam & alias Luſitanas. Colitur anniverſarius dies ejus martyrii Kal. Novembris: creditur paſſa non multo poſtquam Virgines illæ paſſæ ſunt. *Hæc ſcilicet Pſeudo-Iulianus: quæ accuratius ad primum Novembris diſcutiemus. Narratio certe de Calſia & filiabus* F

A *filiabus ejus figmentis carere non videtur: interim teſte Cardoſo tantum valuit apud memoratos antea Minores Iuliani teſtimonium, ut mutato officio, quod de Patrona ſua tutelari tamquam Virgine tantum recitare ſolebant, illud de Virgine ſimul ac Martyre deinceps recitandum ſuſceperint.*

corpus adhuc incorruptum.

II *Corpus etiam anno* MDLXXX, *reſerata tunc primum arca diſcoopertũ, impune vividumque apparuit: de quo fidem fecere, inquit Pompejus Lommorii, qui inſpexerunt* X *Decembris, Alexander Guidiccionius Epiſcopus Lucenſis, cum Vicario ſuo Franciſco Buonavogliæ, & poſtea* II *Aprilis Cæſar Feterius Epiſcopus Eporedienſis. Tunc lapidea ſua arca exemptum fuiſſe corpus, atque in alteram ex ligno ornatiorem tranſlatum ſupra altare, ſic ut poſſit conſpiciendum exhiberi, quemadmodum nunc fit, veroſimile nobis eſt: qui ipſum intuiti conſideravimus cum admiratione ſumma, facie manibuſque nudis pene ſimile dormienti; cetera tegebant veſtes ex panno aureo, & caput inſignis corona ornabat: ne autem & manibus palparetur prohibebat cryſtallus, ſoli viſui tranſitum permittens. Sicut autem ipſum nobis extra ordinem videre tunc licuit: ſic ab omnibus promiſcue videri poteſt die* XXVII *Aprilis, ut ſcribit Franciottus: quo die ut Officium de ea fieret Ritu duplicis, conceſſit Leo* X *anno* MDX, *per bullam* II *Aprilis datam: ſed qua privilegium iſtud ad ſolam S. Frigidiani eccleſiam & Canonicos in ea*

B *Regulares reſtringitur. Anconitani, neſcio quam ſacri corporis partem adepti, etiam Officium aliquod de ipſa facere dicuntur, ſed die poſtero* XXVIII.

VITA

ab Auctore coævo deſcripta.

Ex codice Ms. Camaldulenſi, collato cum Originali Lucenſi.

PROLOGUS.

Scriptura ſacra & Vitæ Sanctorũ ſcripta ad noſtram utilitatem, Rom 15, 4

OMnis Scriptura divinitus inſpirata utilis eſt ad docendum, hac ipſa de cauſa à Spiritu ſancto donata, ut veluti ex communi quodam ſanctitatis fonte, omnes nobis ex eâ remedia propriis paſſionibus aſſumamus, propterea dictum eſt: Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: ut per patientiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus. Inde quoque virorum peritiſſimorum olim diſciplinabilis mos extitit, Sanctorum celebres Vitas exquirere, earumque ſeriem ſtyli

C officio ſolicite ac rationabiliter memoriæ poſteritatis aſſignare: quatenus ob ſuæ ſtudium doctrinæ, ipſorum in orbe imitatione quilibet potiretur, & eorum quandoque conſortio in perennis vitæ gloria frueretur: eorum nimirum, qui fecere virtutes, tantum habetur laus, quantum eas potuere verbis extollere ſcriptorum præclara ingenia. Multi perinde ſapientiæ luce perfuſi, Sanctorum odoriferos actus luculento ſermone ſcripſerunt: quorum comparatione dum ingenii mei brevitatem menſuro, cui modicæ ſcientiæ exigua fluenta ſuccedunt, & quod vix ſtillicidii pauperis attenuata gutta perfunditur; intercidere meæ narrationis deberet anhelitus, ne ſermo incultior reprehenſione me dignum panderet, qui materiam, diſertis merito ſcriptoribus reſervandam, impudens occupaſſem. Quorum aurea vita quamvis me longe tranſcenderet; injurioſum tamen non eſſe ratus ſum, ſi fluenta, uſibus hominum profutura, mea plebeia fiſtula manifeſtaret. Verens id ſolum & maxime, ne fluxibilis lapſu temporis memoria deperirent inſignis viſu vitæ geſtus, & mores admirabilis feminæ, præclaræ virginis Zitæ: de cujus patratis poſt obitum mirabilibus & prodigiis, pene innumeris, nil ſigillatim exaraſſe me liqueat in hoc opere: ſed ea dumtaxat, quæ geſſit vivens in corpore, depromo vel amplius circiter mortem. Quoniam vero in hominibus caritas & humilitas, non autem virtutum ſigna debent venerari (probatio quippe ſanctitatis non eſt ſigna facere, ſed unumquemque ut ſe diligere; de Deo autem vera, de proximo vero meliora quam de ſemetipſo ſentire: & inde eſt, quod veritas inquit, In hoc cognoſcent omnes quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis adinvicem) pauca tamen comparatione cunctorum ſcripto commendavi præſenti: nam ſi cuncta referrem quæ de hac perfecta probataque femina vel bonis ac fide dignis atteſtantibus viris novi, vel per memetipſum; dies, ut opinor, antea quam ſermo ceſſabit. Scripturus itaque vitam & geſta ipſius, habitatorem ejus invoco ſpiritum Sanctum, qui eſt omnium artifex donorumque largitor multiplex & unicus, ac ſubtilis, diſertus & mobilis, certus & ſuavis, habens omnem in ſe virtutem, cunctaque proſpiciens, & dividens ſingulis prout vult; ut qui illi virtutes largitus eſt, mihi ad narrandas eas ſermones tribuat, à quo eſt omne datum optimum & omne donum perfectum.

Auctore coævo ex Mss.

quanâ optima ſigna ſanctitatis?

Joan. 13, 35

CAPUT I.

E

Natales, conditio vitæ, liberalitas in pauperes, converſio aquæ in vinum, annonæ multiplicatio.

1 VErgente ad occiduum mundo, & in ſenium prolabente ſeculi corruptela, divinæ lucis reſplenduit claritas, temporibus iſtis noviſſimis, in venerabili ancilla Dei B. Zita; provinciæ Tuſciæ civitate Lucanæ diœceſis oriunda, in rure videlicet dicto *a* Monte-Segradi: quam Deus, qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, quique elegit infirma mundi, & quæ ſunt ſtulta & contemptibilia, ut confundat fortia, tantis gratiarum radiis illuſtravit; quod licet infimis fuerit orta natalibus, ſummis tamen fuit virtutibus adornata, & referta copiis meritorum: ſignorum quoque ac prodigiorum innumeris mirabilibus adeo claruit, ut in omnem terram, in qua Chriſtianum nomen colitur, exiret ſonus eorum, & à finibus orbis terræ quam plurimi in ipſius odorem currerent unguentorum. Fide nempe inhærebat primæ veritati, Deo magis quam ſibi credendo; ſpe vero ſummæ caritati, amplius confidendo de Deo quam de ſeipſa, caritate vero ſummæ bonitati adhæſit, Deum ſuper omnia & magis quam ſeipſam amando. Patrem quoque habuit nuncupatum Joannem Lombardum, matrem vero Boniſſimam, avunculum autem Gratianum laicum, & ſororem monialem, nomine Margaritam, in quodam monaſterio Ordinis Ciſtercienſis: quorum uterque, videlicet avunculus & ſoror, talis & tantæ converſationis & vitæ fuerunt, ut, ſi juris prohibitio *b* non obſtitiſſet, dudum pro Sanctis habiti fuiſſent ab omnibus.

Naſcitur in agro Lucenſi parentibus ruſticantibus,

a

F

b

2 Hæc nimirum à ſuo virgo rure diſcedens, ætatis ſuæ duodecimum circiter annum, intra civitatem Lucanam ad habitandum ſe contulit. Ut autem juxtà Apoſtolum alia, quæ opus erant, ſibi ſuis manibus miniſtraret; ne forte manducaret panem doloris, aut ut invalidis & egentibus afferret ſubſidia, tradidit ſe in domum civium *c* Lucanorum degentium non longe à reverenda eccleſia S. Fridiani *d* Lucani, in qua modo ejus corpus venerabile *e* requieſcit. Duxit igitur totum tempus vitæ ſuæ venerabilis Zita in domo nobilium prædictorum, uſque videlicet ad annos ferme ſexaginta, ſerviens dominis & dominabus ſuis irreprehenſibiliter ſine querela, & curam ſolicitam gerens circa gubernationẽ domus & familiæ utriuſque ſexus & ætatis eorũ. Et ſi aliquando rei familiaris obſequia ſibi non incumbebant, ſtatim ad laborem manuũ aſſidua recurrebat; devitans ſummopere, tamquã

unde anno ætatis 12 Lucam migrans,

c

d

e

ſervitio ſe addicit,

AUCTORE COÆVO EX MSS.

morſus ſerpentium ignitorum, omnem otioſitatem, & curioſitatem hujus volubilis temporis; arma videlicet hoſtis antiqui ad miſeras animas captivandas. Implebat quoque ſedula quod in libro ſcribitur Sapientiæ; Quodcumque poteſt manus tua inſtanter operare. Devitabat quoque ſtudioſius ſuperſtitiones aniles, dedita merendi cupidini. Deo quoque exquiſite ſerviendum cenſebat, eidem exhibendo ſervitium glorioſum, mundo vero inglorium.

laboris amans,

Eccl 9,10

3 Inhærebat quoque ancillæ Dei præcordiis, divinitus data, cum lenitate manſuetudinis, quædam ad pauperes miſeratio liberalis: quæ ſecum ab infantia creſcens, tanta cor illius benignitate repleverat, quod numquam, ſi poſſibilitas afforet, eleemoſynam petentibus pro amore divino denegabat. Et ut ſe ad hæc paratam facilius reperiret, non tantum decentia ad hoc opus, vel quæ opportuna viderentur, cura pervigili præparabat, ſed etiam permodica fragmenta, vel vilia etiam, ex pulmentis & minutis ſolicite colligebat; obſervans intente, ne forte vacuum pauperem contingeret ab ea diſcedere. Dumque hoc propoſitum uſque ad mortem pro poſſe ſervaret, ad copioſiora erga Deum gratiæ incrementa pervenit.

munifica in pauperes,

B Adeo quidem, ut dum quadam die peregrinus quiſpiam, ſiti graviter æſtuans & calore, ab ea eleemoſynam poſtularet; & ipſa non haberet unde pauperi ſubveniret, anxiabatur plurimum quid ageret: meditando tandem, cælitus inſpirata; hortatur pauperem peregrinum, donec ſibi aquam recentem de puteo *f* afferat ſuſtinere. Arrepto vaſe æreo, juxta loci conſuetudinem, hauſtam recentem aquam à puteo attulit peregrino, extenſo deſuper ſigno Crucis. Cumque guſtaſſet ille prædictam aquam divinitus vinum factum, & actualiter perſenſiſſet peroptimi vini ſaporem, hilarius & abundantius bibit; aſſerens poſtmodum & conteſtans, ſe numquam tale tamque ſuave vinum bibiſſe cunctis diebus vitæ ſuæ.

quorum uni aquam è puteo afferens eam in vinum convertit:

f

4 Pietatis quoque dulcedo in tanta plenitudinis copia in Domini famulam à miſericordiæ Fonte manaverat, ut ad miſerabilium perſonarum relevandas miſerias viſcera videretur geſtare materna. Itaque liqueſcebat gratia ejus ad infirmos & pauperes; extendebat quoque manus ſtudioſius ad eoſdem. Quos quidem omnes quadam cordiali & fraterna affectione maximopere amabat; & ut ex hoc ſuum ſacrificium gratius Deo offerret, proprio corpuſculo delicata quæque & neceſſaria ſubſtrahebat cibaria, ac

neceſſaria ſibi ſubtracta egro diſtribuit,

C perſonaliter captata opportunitate portabat eis, quos ægritudo vel inopia plus premebat. Quos & ſæpius perſonaliter viſitabat, & curabat ſummopere eis invalidis obſequia exhibere: nam tunc quis placentem abſtinentiam offert, ſi ea, quæ ſibi de alimentis ſubtrahit, indigentibus largitur. Quibus ſiquidem non poterat manum, ſaltem exhibebat affectum, exhortationibus ad patientiam aut verbis conſolatoriis interſertis: egentis etenim cor doctrinæ ſermo non penetrat, ſi hunc apud ejus animum manus miſericordiæ non commendat: & illa vox cor audientis non penetrat, quæ hoc quod ſonuerit opere non conſervat. Si quidem quidquid penuriæ, quidquid defectus cernebat in aliquo, pii cordis dulcedine referebat in Chriſtum: cumque in cunctis pauperibus effigiem Chriſti proſpiceret, ſi qua neceſſaria ſibi collata fuiſſent, ſive in veſtibus, ſive pannis, calceis, vel rebus quibuſque, egenis occurrentibus non ſolum liberaliter conferebat, verum etiam perquireb at eoſdem; &, ac ſi propria illorum eſſent, æſtimabat eſſe reddenda. Nam cum quælibet neceſſaria indigentibus miniſtramus, ſua velut reddimus, non noſtra largimur: & juſtitiæ *g* potius debitum ſolvimus, quam miſericordiæ opera implemus. Hujuſmodi autem miſericordiæ operibus tanto ſtudio erat in-

promptiudine ſingulari:

g

tenta, ut innumeris vicibus ſe reperiret, promptiorem ad eleemoſynas perſonis miſerabilibus erogandas, quam ad eas accipiendas paratos. Mercedem quoque tenuem, quam à patre-familias obtinebat, aut diſtribuebat egenis, aut eis ſolita largiebatur humanitate, quos pene innumeros de ſacro baptiſmi fonte ſuſcipiebat. D

5 Quodam igitur tempore, dum fame ingraveſcente ſolito cariora victualia pauperes ſibi quererentur, & eorum funera penuriâ prævalidâ augerentur; ad Zitam ſtudioſius, tamquam ad matrem & ſubventricem, in neceſſitatibus confluebant. Quæ jam impenſis omnibus quæ habuerat, & quæ poterat ab aliis obtinere in hujus opere pietatis, nihil ſibi amplius ſupererat, quod poſſet impendere. Sed dum adveniſſet quædam miſerabilis paupercula, cum parvulorum puerorum turba, circiter ſe & ſuper ſe conſiſtentium, & inſtanter ab eo eleemoſynam poſtularet, deplorans ſe una cum illis paupertate pene incredibili laborare, imo nec ultra poſſe ſubſiſtere; continuo benigniſſima Dei famula compaſſionis extitit gladio perforata; nec habens unde poſſet illi manus porrigere adjutrices, edocta divinitus, quod videlicet neceſſitatis tempore communicanda ſunt omnia, & plus eſſe cæleſti Domino quam terreno parendum, conſtanter acceſſit ad quamdam arcam domini ſui, continentem fabarum multitudinem copioſam, ſcilicet ad certam *b* ſtariorum menſuram; & indigenti feminæ cum liberis partem tribuit, ut famis poſſet periculum evitare; quoniam incaſſum ſe innocentes putant, qui commune Dei munus ſibi privatim vendicant: qui tot pene quotidie perimunt, quot morientium pauperum apud ſe ſubſidia abſcondunt; qui dum recepta non tribuunt, in proximorum nece verſantur. Quapropter diebus ſubſequentibus ex arca præfata largiebatur pauperibus, quotquot adveniebant eleemoſynam poſtulantes.

paupercula extrema fame laboranti ex hæri arca fabas largitur.

E

b

6 Et quamvis non parum pertimeſceret querimonias & objurgationes domini ſui, ſine cujus notitia vel aſſenſu diſpergebat prædicta pauperibus; tamen apud ſemetipſam aiebat: Perferam quæcumque mihi inferre voluerit, & perſonaliter luam, & ad verbera & ad ſupplicia gaudenter parata. Arcâ igitur, quouſque Zita manibus & brachiis attingere potuit, fabis pene per eleemoſynas vacuatâ, nemine perpendente, Dominus familiæ hæc ignorans, vendi cuidam fabas, quas in eadem poſuerat arca, mandavit; & taxatione valoris præmiſſa, eas menſurari juſſit. Exorabat ſane Dominum Deum Zita cum fiducia & timore, ut mitem redderet erga ſe Deus animum patris-familias, ne inveheretur acriter contra eam propter diſperſionem fabarum. Et ecce comperta eſt arca referta divinitus fabis, & in nullo earum inventa eſt diminuta menſura: ſicque Dominus, in quo confidebat, protexit mirifice ab omni imminente moleſtia famulam ſuam, miro & inexcogitato humanitus modo. Zita vero conſiderans, quod non turbabatur adverſus eam pater-familias, apud ejuſdem conjugem, dominam ſcilicet ſuam, congratulabatur, referendo gratias Deo, ac ſatis illum de benignitate multiplici commendando. Verumtamen quia valde cavendum eſt, ne, dum bene vivitur, mens deſpectis ceteris de gloria ſingularitatis elevetur; quod circa hoc contigerat, retinebat humiliter; nec miraculo adſcribere ſatagebat; quamvis plures de his conſcii divinam potentiam & ejus merita in tanto miraculo collaudarent.

quas ille vendens nihil immutatas cernit.

F

ANNOTATA.

a Mons-Segradi *diſtat ab urbe Luca circiter* 8 *p. m. inter Boream & Occaſum.*

b *Hæc*

A b *Hæc præcautio certos nos facit, per aliquam majorem poteſtatem, quam ſit vulgi conſenſus, factum fuiſſe, ut licite diceretur & coleretur ab omnibus S. Zita.*

c Fatinellorum *videlicet, quæ adhuc domus Lucæ perſeverat, & in anniverſario Sanctæ feſto viſitatur à civibus: quam & nos adivimus, & circum atrium vidimus præcipua quædam ipſius miracula, grandibus picturis expreſſa.*

d *Is eſt* S. Frigidianus, *Lucenſis Epiſcopus, cujus Tranſlatio præcipue colitur* 18 *Novembris, quod dies obitus, ſæpe in tempus Paſchale incurrat, unde & à nobis à menſe Martio ad Octobrim dilatus eſt.*

e *Super aram propriam, in proprio ſacello, ad quam etiam venerandi corporis ergo ſacrificavimus.*

f *Is* puteus, S. Zitæ *nunc dictus, eſt in platea, ipſi domui contiguus uti vidimus coram: ex quo aquam hauriunt ac bibunt peregrini, atque etiam ſecum deferunt, non ſine multiplici fructu.*

g *Hoc* debitum *non eſſe* juſtitiæ *ſtricte dictæ ſanior Theologorum pars conſentit, & ſi qui ab iis verbo diſſentiunt, reipſa convenire cum eis debent, ne in abſurdiſſimas conſequentias trahantur: niſi cum de caſu extremæ neceſſitatis agitur.*

h Starius, *pro* Sextario, *contractim hic uſurpatur, vulgari idiotiſmo, eſtque menſura frumentaria pro frugum* B *ponderoſitate, continens quantitatem* 50 *aut* 60 *communium librarum.*

CAPUT II.

Cæleſtes favores varii S. Zitæ impenſi, & Vitæ aſperitas.

Nocte Nativitatis,

7 IMitatrix ſiquidem extitit ancilla Dei Zita Apoſtolici viri B. Martini Pontificis, dum, prout legitur, veſtire Chriſtum Dominum meruit in ejus perſona vel quempiam Angelorum. Nocte ſiquidem ſacratiſſima Nativitatis Domini Salvatoris, cum ad Vigilias matutinas, quas tunc Eccleſia ſancta ſolennizat, intereſſe curaret; & frigoris rigor intenſi ſolito gravior inhæreret; dixit ad eam Pater-familias domus: O Zita, quomodo ſic properas ad eccleſiam hoc noctis in tempore frigidiſſimo, quo vix ſub tecto & pannis conſiſtentes rigoris gelidi poſſumus perferre moleſtiam? cum tu maxime jejunio præcedenti confecta, vilique veſte ac tenui cooperta, ſuper humecta & frigida confeſſura ſis marmora pavimenti? Nempe, aut tibi parcens, hoc in loco vacatura ſanctis obſecrationibus dege; aut tuis humeris contra moleſtiam frigoris chlamydem meam cum pellibus ſuperadde. Cumque Zita recuſaret in nocte tantæ ſolennitatis deeſſe ſanctæ eccleſiæ, & aſſumpta pelliceata illius chlamyde ad eccleſiam properaret, replicans loqui pater-familias dixit, quodam præſago ſpiritu, prout ſequentia indicant: Adverte, Zita, & diligenter cave, ne chlamydem recommendes alteri cuiquam, aut dimittas ubilibet; ne forte illa deperdita, ego rerum mearum carentia & damno afficiar, & tu à me gravem moleſtiam patiaris. At illa reſpondit: Bene tibi, Domine meus, bene tibi erit ſalva & cuſtodita hæc chlamys.

eum pellicea heri chlamyde ad templum vadens, C

8 Dum itaque Zita ingreſſa eſſet eccleſiam, ſtatim ejus intuitus ſe direxit ad quemdam pauperem, ſeminudum, ſubmurmurantem, & præ aſperitate frigoris dentibus conſtrepentem; in cujus miſeria continuo cor Zitæ præ compaſſione confoſſum liquefiebat ſuper afflictionem pauperis tremebundi. Et accedens propius, ait: Bene, Frater, quid tibi eſt? & cur querimoniis te afficis? At ille quodam vultu placido intendens in eam, extendit manum, tetigitque chlamydem memoratam. Tunc Zita, amota ab humeris ſuis chlamyde, contegit pauperem, dicens ei: Has, frater, teneas ſuper te pelles, donec divina Officia complebuntur, ſed reſignaturus illas mihi: nec uſquam eas, quia te ad domum perducam, & à frigore per ignem protegam. Et his dictis ad partem ſe traxit, ubi conſuetudo ſibi erat in oratione & ſancta meditatione ac divinorum auditione conſiſtere. Perfectis igitur divinis Officiis, cum univerſi viri & mulieres qui convenerant remearent, neceſſe habuit & Zita redire. Exquirens ergo pauperem undique, per eccleſiam & foris, & nuſquam reperiens, ſecum taliter conferebat: Putas quo ille divertit? Vereor ne quiſquam ſibi chlamydem abſtulit, & ſic præ verecundia non audet ſe meis viſibus exhibere. Et quidem ſatis videbatur perſona bonæ apparentiæ, unde nec credo quod aut chlamydem fraudarit aut fugerit. AUCTORE COÆVO EX MSS. *qui fruſtra poſtea quæſitus,*

9 His & his ſimilibus modis excuſabat apud ſe pie pauperem, nec ſibi quomodolibet furtum vel rapinam volebat imputare. Cumque ſatis perquirendo vagaſſet, nec potuiſſet invenire illum, pudibunda revertitur, ſemper gerens in Domino firmam ſpem, quod vel patremfamilias ſibi redderet pacatum, vel quod inſpiraret dicto profugo pauperi, ut ad eam chlamydem reſignaturus rediret. Denique dum Zita domum ſine chlamyde perveniſſet, aggreditur eam paterfamilias verbis aſperis & contumeliis, ſubdens querimonias multas nimis. Illa vero nulla verba vel ſigna cujuſquam impatientiæ regeſſit, ſed *a* plane, & cum exhortatione bonæ ſpei facti ſeriem prælibatam patrifamilias enarravit. Ipſe autem attentius ab ea propoſitum intellexit, nec tamen uſque ad horam prandii à murmuratione ceſſavit. O immenſa divinæ bonitatis clemencia! Ecce ſiquidem hora tertia, adeſt in ſcala & domus medio pauper, venuſta ſpecie demulcens animum intuentium, & in ulnis deferens chlamydem præfatam: quam & Zitæ reſtituit, audiente & vidente prædicto patre-familias, gratias referens pro exhibitione tanti beneficii ſibi collati. Et ſubito, dum tam Zita quam pater-familias ipſum alloqui inchoaſſent, diſparuit ab eis, velut fulgur coruſcationis cujuſdam, immiſſo in eorum corda cælitus quodam novo & inexperto gaudio, ex quo cum admiratione lætabantur, & cum delectatione quadam diutius mirabantur. E *& ab hero objurgata referens, a* *diſparet ex oculis.*

10 Tanta nempe diſciplina & rigiditate felix Zita carnem crucifigebat cum vitiis, quod motus ſenſuales rariſſime ſentiebat: & tam ſtricta frænabat modeſtiæ lege, ut aliqua vix ſumeret neceſſaria ſuſtentationi naturæ. Quinimo cocti cibi particulam, ſibi ad menſam reſervatam vel deputatam, raro deguſtabat; ſed eamdem infirmo vel pauperi cuicumque delatam ſervabat, contenta ſibi ſumere parviſſima & viliſſima quæque. Tam vero diſtrictam, in potu præcipue, vini parcitatem ſervabat, ut diebus per circulum anni quamplurimis nullatenus vinum guſtaret. Et quia tunc caſtimonia ad perfectum munditiæ candorem ducitur, cum per abſtinentiam caro domatur; jejuniis crebris adeo ſe macerabat, ut licet videretur facie corpulenta, oſſibus vix hæreret. Pallebat os ejus jejuniis, & mens cæleſtibus deſideriis æſtuabat; ut plerumque nil minus quam corpus humanum, ſed phantaſma vel ſpiritus videretur. Nec tamen, ut plerique faciunt, tunc ſibi commodius cœnam copioſiorem vel uberiorem parabat, ne curam carnis in deſideriis tegeret: quin imo parare ſibi ſatagentibus cum effectu vetare ſtudebat, ne vel in hoc cuiquam fieret oneroſa. F *à cocto cibis ac vino abſtinet:*

11 Veſtium quoque, quibus tegebat corpuſculum, nullam omnino pretioſitatem vel vilitatem, colorem, vel aliam claritatem, vel aliam qualitatem ſeu quantitatem attendit, nec de his ad modicum curam geſſit; devitando ſummopere implicationem animi ſui, quem ſemper liberum habere volebat; ſapienter *ornatum veſtium abhorret:*

AUCTORE COÆVO EX MSS.

asserendo, non in qualitate vestis, sed in amplitudine caritatis, perfectionem consistere christianam. Humana etenim mens, quo altius se elevat & quæ sint æterna considerat, de *b* factis temporalibus gravius tremefacta formidat. Nudis insuper pedibus omni tempore incedebat, neque asperæ hyemis tempore patiebatur ulla calceamenta deferre. Circa lumbos, quoque super nuda carne, corda vel fune circumcincta degebat: quam tam valide stringebat, quod, sicut post mortem ejus compertum est, caro excreverat super funem, & crebris in locis cutis desuper lacerata ipsam assidue discerpebat. Quamvis præterea lectulum satis convenientem haberet, in eo rarissime decumbebat: magis autem pauperes & peregrinos introducens, ipsos in stratu suo refocillabat. Sæpius etiam meretrices seu alias mulierculas, carnis illecebris & turpitudini servientes, hospitabatur & introducebat ad lectum; ea videlicet simplicitatis consideratione, ut quantum posset vel una nocte à peccati coinquinatione servaret, zelans nimium ardentissima caritate salutem omnium animarum. Nuda humus frequenter aut sæpius lignea tabula suberat suo lassato corpusculo, & laboribus & genuflexionibus innumeris fatigato, aut certe itionibus, reditionibus & pietatis circuitionibus tantum fesso, ut, si videres, putares ab ea spiritum exiturum: & tamen, ut continuo in sequentibus liquet, vires tolerantiæ ministrabat eidem, cui amore fragrantissimo serviebat, in fame, siti, frigore & nuditate.

b

corpus adstrictum funi, frigore

& laboribus affligit:

B

jejunæ devotionis causa peregrinationem instituens,

12 Siquidem visitationis gratia devotissima Zita quadam die devotissime, agens jejunium, iter arripuit ad eundum ad ecclesiam S. Jacobi de Podio, prope *c* Pisas, cum quadam sibi familiari comite. Cumque perveniset ad eamdem ecclesiam, & humiliter orationem suam Domino obtulisset; deliberatione præmissa & itinere continuato, proficiscebatur ad ecclesiam Apostoli Petri ad Gradus, quæ est versus mare ultra civitatem Pisanam *d* milliaribus quinque. Ingressam igitur civitatem præfatam comes illa præfata retrocedens reliquit. Et quoniam quisquis bonum majus subire proponit, bonum minus quod licuit illicitum fecit; Zita stabilitum propositum non omittens, adivit ecclesiam præfatam Apostolorum Principis, cum oratione supplici devoto conjunctâ jejunio.

c

d

oblatumque hospitium recusans,

13 Jam horâ quasi vespertinâ, dum rediret per civitatem Pisanam, invitabatur ad hospitium; sed cum nollet annuere, & devenisset ad balnea montis *e* Pisani, occidente jam sole; satis rogabatur à quodam sibi noto homine, quatenus hospitari ibi modo dignaretur. Sed nec sic quievit ibi remanere; sed in fervore spiritus sui transcendit intrepida illum asperi itineris montem, qui nuncupatur *f* S. Juliani: ubi à quodam eremita exhortabatur grandi precum instantia requiescere, ne forte in tantæ solitudinis nocte incideret in manum latronum vel agrestium belluarum. Hunc quoque aure surda transivit, carne spiritu præsidente. Castrum insuper Massæ *g*, & homines quosdam adhuc inibi vigilantes, modo simili pertransivit, instanter invitantes eam, & nimium debilis feminæ constantiam admirantes. Vergente autem deorsum conditione corporea, præ jejunio & lassitudine viæ, famem perpetiendo, resedit super fontem quemdam circa primum gallorum cantum: & cum pene angustiata jam caro sine ullo renisu deficeret, lassescentibus artibus invictus ille spiritus exsultabat.

C

e

f

g

modica aqua sumpta,

à B. Virgine Maria,

14 Cumque ancilla Dei modicâ aquâ perfunderet ora, apparuit ei subito quædam mulier, ut pie creditur, Genitrix Filii Dei: quæ salutatione præmissa contigit ejus amicabiliter latera, dicens; Vultisne redire & venire? Ad vocem cujus gratissimam Zita, non solum imperterrita mansit; sed exiliens, pio ac dulci famine, tantam fortitudinem, securitatem & confortationem recepit, quod omnis debilitas omnisque lassitudo famis & sitis evanuit, & respondit continuo: Libenter: volo venire: eamus pariter. Dum igitur pariter commeantes pervenissent ad pontem *h* tectum circa mediam noctem; ecce janua pontis, quæ more solito clausa & firmata erat, ultro aperta est eis: quibus ingressis, per se iterum clausa fuit & obserata. Demum venientes ad portam civitatis, invenerunt eam similiter diligenter ferreis seris firmatam: quæ modo simili in conspectu illarum seipsam patefecit in ictu oculi, liberum utrique prebens ingressum. Tandem pervenerunt ad portam suæ habitationis: & ad clamorem Zitæ, famula domus, cum murmuratione & objurgatione aperuit ostium; & statim mulier illa disparuit, quæ Zitam comitabatur. Volens autem Zita præfatam suam sociam introducere, manum extendit, & aspectum convertit: sed cum non inveniret vel videret eamdem, admirata & turbata est valde, conferens in corde suo, quo devenisset & quæ fuisset, quæ sibi talem exhibuerat comitivam: cujus dum suavi eundo perfrueretur alloquio, nec viæ pertæsum fuit, & cælesti sibi videbatur pabulo saginari.

D

h

portis urbis ultro se pandentibus, domum reducitur:

E

15 Rem præterea satis mirabilem recensemus: quod scilicet famula Dei Zita, omni tempore quoad vixit, consuetudinem habuit ad monasterium & ecclesiam S. Angeli ad montem proficiscendi in hebdomade semel, maxime septima feria. Hæc quidem ecclesia in monte posita super *i* fluvium, à civitate Lucana distat milliaribus quasi sex: nec ab hoc itinere retrahebat eam, quamvis nutabunda immensitas pluviarum, seu funebris tempestatum procella. Quadam igitur die, dum fuisset pluribus in ministeriis domesticis præposita, advesperascente & inclinante jam die, consuetum iter arripuit. Et ecce quidam, equo veloci residens, à tergo illam è vestigio sequebatur: & hic quidem versus eamdem ecclesiam pro familiaribus negotiis properabat. Qui dum cerneret eam, pedetentim se gressu raro & debili præcèdentem, exorsus inquit: Quo, mulier stolida, pergis hac hora tardissima? te noctis jam tenebræ circumdantes in errorem sunt noxium perducturæ. Illa vero acsi nil penderet, respondit humiliter: Itote viam vestram, me Christus perducet incolumem. Idem continuo eques gressu veloci & concito Zitam præcessit, & festinans hora congrua pervenire quo ibat, semi plene currebat: & dum coram dicta ecclesia transitum faceret, cernit veraciter Zitam orantem ante postes ecclesiæ, & ad illam ante se perveniisse, perducente Domino, in quo mente maxima & pura & simplici totaliter confidebat. Quam cum admiratione permaxima exquireret idem eques, quomodo tam velociter se præcesserit & eo citius, perveniisset, inquit illud S. Job: Sicut Domino placuit, ita factum est.

ecclesiam in Lucensi agro adire solita,

i

F

eo divina virtute transfertur.

Iob 1, 21.

ANNOTATA.

a Plane, *id est, aperte, candide.*

b Facta, *Idiotismo Italico hic ponuntur, pro rebus.*

c *Distant* Luca *&* Pisa *p. m.* 10 *circiter.*

d *Eamdem distantiam exhibet mappa Hetruriæ, in qua hæc, non item prior ecclesia exprimitur. Hujusmodi defectus supplere poterit descriptio Hetruriæ in plures divisa partes, picta in parietibus unius ex aulis, quæ in Galeria Ducali Florentiæ spectandæ offeruntur, si ipsa aliquando æri incidatur, quoscumque etiam minimæ notæ vicos exhibitura.*

e *Mons hic Pisanæ urbi proximus ad Boream imminet, Lucam euntibus transeundus.*

f S. Juliani *vicus etiam nunc in confiniis Pisani & Lucensis territorii est, ad Lucenses pertinens.*

g Massa *castrum, solum* 3 *p. m.* Luca *distat: nomen aliis pluribus locis Italicis commune.*

h *Hunc*

A h *Hunc pontem Ozzorio flumini inſtratum fuiſſe mihi perſuadeo, media inter Maſſam & Lucam via, eo forte loco ubi nunc quoque pons invenitur ad vicum S. Mariæ.*

i Auſer *antiquo, vulgo* Serchio, *fluvius iſte dicitur; contra cujus fluxum verſus Boream aſcendendo, occurrit in jam dicto ſpatio vicus vulgo dictus,* l'Angelo.

CAPUT III.

Fervens atque extatica oratio Zitæ, favores alii eamdem conſecuti.

Continua orationi contenta,

16 SEntiens Zita Jeſu Chriſti ancilla corpore ſe peregrinari à Domino, ne aliquando foret abſque conſolatione Sponſi dilecti, ſine intermiſſione orabat & orando ſpiritum Deo contendebat exhibere præſentem. Et ut ejus animæ intellectus ab irradiatione divinæ lucis purior redderetur, ſic continuabat orare, ut etiam manibus operans, corde & ore obſecrationis verba ruminando depromeret; ne quietem funditus deſerens, ignem ſuperni amoris in ſe exſtingueret. Propter quod eveniebat aliquando, ut opera manuum ejus reſultarent inepta, dum cor non apponeret operationi, ſed magis orationi. Nam
B ambulans & ſedens, laborans & vacans, intus & foris, adeo erat orationi mentis intenta, ut Deo videretur non ſolum quidquid erat cordis & corporis, verum etiam temporis & operis dedicaſſe. Suſpendebatur frequenter ſancta in ecſtaſi, tanto devotionis exceſſu
a defixo *a* ſyndereſis apice in æterna ſpectacula; ut ſuper ſemetipſam rapta, & ultra humanum ſenſum aliquid ſentiens, quæ circa ſe agerentur omnino neſciret. Sed poſt multas lacrymas, poſt cælo oculos inhærentes, ſibi nonnumquam videbatur intereſſe agminibus Angelorum; & carnis clauſtra cælicâ contemplatione tranſibat, hauriens ſuperlucentis ſplendoris & ſuperardentis amoris ſuaviſſimas fragrantias.

ecſtaſes patitur:

in tenebris cæleſti luce circumdatur:

17 Ut autem quietius ſpiritualium conſolationum immiſſiones exciperet, divini amoris exuberantia inebriata, loci ſolitudinem infra ſepta domus habitaculi ſui quærebat, & frequentius inibi pernoctabat. Ubi ab his qui de familia erant tanta claritas ſæpe videbatur de nocte, ac ſi fons luminis ſol oriretur ibidem; exiſtimantibus his, quibus mens ſanior inerat, eam tunc preſentia auctoris luminis vel viſitatione Angelica conſolari. Omni pene tempore vitæ ſuæ ſurgebat ad vigilias Matutinas, & ſæpius ad eccleſiam
C B. Fridiani ſibi vicinam accedens, Officio matutinali intentiſſima permanebat; degenſque ſolitaria in inferiori parte eccleſiæ, admodum ſpatioſæ, ibi ſuas orationes formabat, ſpargebat lacrymas, locum replebat gemitibus, tundebat manu vel lapide pectora, & cogitationis occultæ ſecreta cuncta cum Deo multifarie conferebat. Præcipue ante quamdam Dominicam crucem, jam pene vetuſtate conſumptam, & ob hoc in diverſorio cœmiterii poſitam, conſuevit orare: ibi liquefiebat anima ejus, cum de aſſati in elibano crucis Agni carnibus perdulciter & perſuaviter reficeretur.

aſſidua in templo,

meditationi Paſſionis Chriſti ſe applicat,

18 Et ideo memoria Paſſionis Chriſti viſceribus cordis ejus erat impreſſa medullitus, ut mentem ejus intrinſecus & incendio dilectionis adureret, & abſynthio compaſſionis impleret. In cujus amore fontali eo æſtuabat ardentius, quo de paſſione ejus doluit vehementius: & dum ſuper crucifixo Domino plagas vulnerum oculis mentis interius quaſi jugiter cerneret, vix exterius à lacrymoſis gemitibus continere valebat; animadvertens videlicet virgineis viſceribus, cum ſuſpiriis inæſtimabilibus, quomodo ſanguinales fluvii ex cæleſtibus Jeſu membris [prorumperent] & cum eis ſpiritus ille beatiſſimus ejulabat; nec prius à pectoris ceſſabat verberibus, donec invitibiliter Domino increpante rediret tranquillitas: & ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum, ſic gemendo loquebatur ad Dominum, tamquam præſens in carne aſſiſteret. Totam Dominicæ Paſſionis ſeriem ſuperamabilem recenſendo, tanta ſæpius ſuavitate fontalis voluptuoſitatis & ſupercæleſtis ſpeculationis detinebatur, cæleſtibus influxionibus prælibatis, ut plerumque cuſtos eccleſiæ præfatæ, volens eam excludere peractis divinis Officiis vel Miſſarum ſolenniis, vix poſſet eam abſtrahere etiam objurgando ab immenſa dulcedine ſuaviſſimæ contemplationis. Solita enim erat cunctis abire poſterior, & ceteris prior introire: nihilominus quoque excluſa ſæpe, ante januam eccleſiæ clauſam, orationem ſuam faciebat. Adſtruebatque idem prædicta eminentium callorum immenſitas, quos in dorſis manuum & genibus ſuis poſt mortem comperta eſt habuiſſe: & quid ejus ſpiritus vivens ſemper egerit caro mortua teſtabatur. Ut plurimum autem non degebat in eccleſia inter alias mulieres, quæ vacare inani loquacitati ſæpius dignoſcuntur; ſed juxta viros locum ad orandum ſibi deligere conſuevit. Tanto quoque ſi lentio & pudore ſe in eccleſia coarctabat, ut non ſolum in cujuſquam facie minime videre tentaret, ſed nil aliud quam orationes ore & mente revolu ret: nam ſæpe dum ab otioſis verbis nequaquam lingua compeſcitur, ad temeritatem quoque ſtultæ loquacitatis effertur.

AUCTORE COÆVO EX MSS.

magna cum conſtantia,

& mirâ reverentia.

E

19 Evenit igitur, ut, dum quadam vice prolixius ſolito poſt matutinas orationi incumberet, illuxit claritas ipſa diei: quod dum Zita percepiſſet, oratione finita apud ſeipſam vehementer eſt verita, reminiſcens videlicet, quod deficiente pane in domo domini ſui, ſibi eodem mane panum confectio incumbebat; ad quod quidem horam noverat præteriſſe: redienſque feſtinantius domum, cœpit velle intendere præſtantiori modo operi ſupradicto. Sed ac- *panes pro ſe divinitus furno præparatos domi invenit,*
cedens ad arcam, invenit panes decentiſſime factos, quibus delatis ad clibanum, concito gradu rediit, gratias cum timore & pudore ſuæ dominæ matri-familias relatura, quam exiſtimabat panes confeciſſe prædictos; qui tamen cælitus facti fuerant, ſicut poſtea ſigno certo certius eſt compertum; dum diſquiſitione præhabita diligenti, nemo mortalium repertus eſt, qui confeciſſet eoſdem. Sane, ſicut prædiximus, licet de nocte in eccleſia vel ſecretiori parte domus inſtanter orationi vacaret, de die nihilominus
F pia & ſancta loca pauperum hoſpitalium, eccleſiarum & monaſteriorum perſonaliter viſitabat, & ubicumque noverat feſta celebrari Sanctorum ſeu primævam Miſſam cujuſcumque novelli Presbyteri decantandam, ex devotione fideli & pro obtinenda remiſſione & indulgentia *b* conſueta, properanter adibat: tanto commodius Dei & Sanctorum ſuffragia petitura, quanto liberius, ubi eſſet penitus incognita, ſibi liceret obſecrationi vacare.

b

20 Quodam igitur tempore, dum adeſſet B. Mariæ *c* Magdalenæ devota feſtivitas, Zita, more ſolito ſibi pridem, accedere ſtuduit ad ejus eccleſiam ſemotam à civitate Lucæ milliariis pene decem, in ſolitu dine, quæ *d* Crebaria nuncupatur; quamvis propter guerrarum diſcrimina, quæ Lucanos ac *e* Piſanos graviter affligebant, nemo confideret ad eamdem eccleſiam properare; cum illis in partibus crebro ſpoliarentur, & aliquando jugularentur homines quilibet adeuntes. At Dei famula, in fervore ſpiritus conſtituta, non omiſit ob hoc proficiſci, ſumma cum devotione, ad eam deferens in manibus cereum accendendum ad honorem beatiſſimæ Magdalenæ. Cumque ſolivaga, per ſolitudinem conſtanter tranſeundo, ad eam circa diei finem & noctis perveniſſet [initium]; comperit

c ad fanum B. Magdalenæ profecta,

d e

AUCTORE COÆVO EX MSS.

comperit diligenter eccleſiam clauſam & ſeris firmatam, penituſque nullum adeſſe: utpote quia propter guerram præfatam [locus] à nemine habitabatur. Proſtravit itaque in oratione ſemetipſam ſuper limina portæ tam diu ſub divo curvata perſeverans orando, donec præ laſſitudine corporis & prolixitate obſecrationis ſomno devicta dormivit. Proinde inundatio denſiſſima pluviarum, ventorum & tempeſtatum furibunda commotio nocte excrevit eadem. Ita tandem appropinquante aurora, Zita venerabilis, ſicut intrepida, ſic & illæſa, ab oratione pariter & ſomno ſurrexit; cereumque, quem extinctum attulerat, reperit in manibus ſuis divino igne accenſum, quod nec venti nec pluviæ potuerant extinxiſſe; ac ante ſuam faciem fores eccleſiæ, nutu pateſcentes divino, liberum præbuerunt eidem ingreſſum: quam poſtmodum ingreſſam & orantem plures evidentius repererunt, qui cum Presbytero dictæ eccleſiæ advenerunt, poſt ſolis ortum, ob hoc admiratione nimia ſtupefacti.

cereus divinitus accenditur, & ultro fores patent.

ANNOTATA.

B a Συντήρησις *proprie denotat eam animæ facultatem, quæ dictat quid hic & nunc faciendum cavendumque ſit; nomen ab eo habens, quod animam conſervet à vitio, & ſic Latine diceretur* conſervatio, *ſeu* facultas conſervativa. *Hic vero generice ſumitur, pro intellectu ſeu facultate ſpeculativa ſupernaturalium veritatum.*

b *Videtur iis ſeculis in uſu fuiſſe ut Neomyſtæ, ad primum Sacerdotii actum celebriorem reddendum, peterent & impetrarent ab Epiſcopis aliquas Indulgentias, lucrandas ab iis, qui ſua præſentia illum cohoneſtarent; unde paulatim invaluit opinio, quibuſcumque primitiis Sacerdotalibus ſimilem gratiam eſſe annexam; quæ opinio adhuc in Belgio perſeverat apud multos, æſtimantes id eſſe antiqui juris: quamvis rariſſime nunc contingat Indulgentias tali caſu peti aut concedi, eo quod vel jam pridem datæ credantur, vel amplius neceſſarium non videatur, tali illicio provocare fideles, ſatis aſſuetos actionis illius dignitatem & ſolennitatem æſtimare. Contigit id tamen adhuc aliquando, & ſic in primitiis S. Franciſci Borgiæ, ex Duce Gandiæ facti Presbyteri, Iulius 3 legitur indulſiſſe Iubilæum iis, qui peccata rite confeſſi intereſſent.*

c *Die 22 Iulji.*

d Vulgo S. Maria Magd. nelle Cerbaie: *ita Franciottus, addens locum eſſe in ditione Piſanorum: alias vicus quidam ab eadem Sancta nominatus in territorio Lucenſi invenitur, pari fere diſtantia ab urbe verſus Boream.*

C e *Continua fere, nec niſi brevibus infidiſque fœderibus interrupta*, Lucanos inter ac Piſanos bella *toto ſeculo 13, exponit Ptolomæus Lucenſis in Annalibus: adeo ut difficile ſit annum deſignare, ad quem actio hæc debeat referri.*

CAPUT IV.

Cuſtodia virginitatis, humilitas, manſuetudo, prudentia, animarum zelus.

Virginitatem aſperitate vitæ,

21 REverendam inſuper B. Zitam non eventu fatali credimus tale nomen fuiſſe ſortitam, ſed divino præſagio & diſpoſitione gratiæ ſupernaturalis, cui ſunt futura præſentia: Zita nempe *a* Romana lingua *b* Virginem ſonat. Hæc ſiquidem fuit virgo puriſſima, & ideo rigida in diſciplina ſuper cuſtodiam ſuam invigilabat attentius, curam gerens præcipuam de impretiabilis cuſtoditione thеſauri caſtitatis & virginitatis, videlicet in fictili vaſe. Et quoniam nihil tam facile eſt quam effici malum, etiamſi nemo doceat, nemo compellat; propterea & circa juventutis tempora, & in proceſſu ætatis, nulli mollitiei, ſed aſperitati auſteriſſimæ inſiſtebat, carnem ſuam jugiter macerando: pro eo quidem quod experientia certa didicerat, hoſtes malignos duris & aſperis in fugam converti, delicatis autem & mollibus ad tentandum fortius animari. Tanto quippe mens ad attentanda ſuperna componitur, quanto ab illicitis arctius corpus domatur. Tanta quoque per exercitationes hujuſmodi fulgere cœpit in ſenſibus venuſtate pudoris; ut imperium jam carnis aſſecutus animus, fœdus cum oculis pepigiſſe videretur, quod non ſolum carnalem aſpectum horreret, verum etjam curioſum vanitatis intuitum omnino caveret. Nihil revera ſibi ad beatam vitam præſtantius videbatur, quam velut clauſis carnalibus ſenſibus extra carnem mundumque ſe fieri, & in ſemetipſam converti; & ſenſus ſuos atque animam conſervando alienam à mortalibus curis, ſibi ſoli & Deo vacare. Cordis igitur & corporis puritatem adepta, ſic domeſticum hoſtem domuit, & ſibi perfecte ſubegit; ut candidum animæ veſtimentum à voluptatis incendio præſervaret, & quoddam ſanctificationis vas ſinceriſſimum cerneretur. Terribiliter quoque ſpernebat vel ſolum audire quæque laſciva colloquia; proſpiciens intente puritati ſuæ conſcientiæ inviolatæ ſervandæ. Sæpe enim verba carnalium, dum ſe importune noſtris auribus ingerunt, in corde bellum tentationis gignunt: & quamvis hæc & ratio reſpuat & lingua reprehendat; cum labore tamen intus vincitur, quod foris cum neceſſitate dijudicatur. Unde neceſſe eſt, ut nec ad aurem veniat, quod mens à cogitationis aditu vigilans repellat: quia perpetratæ tandem *c* noſtræ nequitiæ cum dehinc memoria tangimur, cogitatione illicita volentes nolenteſque pulſamur.

D

& cuſtodia ſenſuum tuetur:

E

c

ab impuro juvene ſe expedit,

22 Ceterum quandoque inverecundæ petulantiæ quidam ex famulis domus, tentavit illam ſcurrilitate verborum flectere ad inceſtuoſos amplexus; addens nihilominus verbis impudicitiæ geſtus, extenſiſque manibus pervicaci audacia irruebat in eam; ut dum blandimenta delectationis mutæ non cerneret, in noctem nequiſſimæ perpetrationis incideret. Ipſa vero, licet ſtatura parvula & viribus quaſi nulla, dum nollet procacis juvenis propalare conatus; zelo tamen accenſa pudicitiæ conſervandæ, toto à ſe conamine propulſabat viriliter, & unguibus vultum ejus multum laceravit; ſolerter invigilans, ut cum blandiri culpa incipit, ad quantum interitum mens trahatur agnoſcat: ſicque auxiliante Deo, in nihilo Dei famulæ potuit ille impudens prævalere. Aſpero tamen famine ad ejus comprimendam laſciviam convenit eumdem, comminationes adjiciens de ipſo denuntiando Domino ſuo, ſi de cetero audaci procacitate ſibi taliter loqueretur, ab eo graviter puniendus; nec non à Deo, ſi ad lamenta pœnitentiæ mens non accederet. Tanto nempe arctiori manu pœnitentiæ mens à pollutione tergenda eſt, quanto ſe per conſenſum conſpicit ſordidius inquinatam. Et quamvis, hic conflictus nequiſſet penitus celari Domino domus, ſubtiliter perquirente & diſcente à famulo, cur vel à quo ſic foret in facie vulneratus; Zita tamen *d* curialiter & abſque prolatione mendacii vel exilis, canto cum pudore dabat reſponſa; nolens ſuas injurias vindicari, nec proximi detegere conatus ad crimen.

faciem ejus unguibus dilacerans.

F

d

Humilitatem exercet celando dotes ſuas & gratias,

23 Omnium virtutum cuſtos & decor humilitas famulam Dei Zitam ſic ſuis viribus affecerat; ut, licet multiplex in ea fulgeret prærogativa virtutum, & jam præ vitæ ſanctitate veneraretur à multis, in propria tamen reputatione, qua peccatricem ſe fatebatur, prorſus nil erat niſi fictile quoddam & ſordidum vaſculum: cum in veritate vas eſſet ſanctificationis electum, & multiformi virtutum gratia decorum. Et qui dem ſatis difficile erat magna peragendo, apud ſemet-

A ſemetipſam de magnis actibus ſanctificationum fiduciam non habere: eo enim ipſo, quo contra vitia fortiter vincitur, cogitationum præſumptio in corde generatur; & cum mens foras culpas valenter conterit, plerumque apud ſemetipſam lætanter intumeſcit: nam ſeſe magni alicujus meriti exiſtimat, nec ſe peccaſſe in cogitatione ſuæ exiſtimationis putat: [tanto ſiquidem] ante diſtricti judicis oculos deterius delinquitur, quando culpa, quo occultius, eo pene incorrigibiliter perpetratur; & tanto ad vorandum latius patet fovea, quanto de ſemetipſa largius gloriatur vita. Ideoque intenta ſe moderatione regebat, ne augeret meritum culpæ ſequentis, præconium gloriæ præcedentis. Studebat quidem ſummopere in oculis ſuis aliorumque vileſcere, & defectus in ſe latentes non ſolum Sacerdoti in ſacramentali Confeſſione, quam maxime frequentabat, aperire; ſed etiam publica aſſertione fari, donaque datoris, revelationes & gratias pectoris arcano celare; ut nequaquam pateret gloriæ, quæ occaſio poterat eſſe ruinæ. Quoniam grande impedimentum eſt hominibus ad virtutem, falſæ & inanis gloriæ præſumptio: quia plerumque in bono opere peccati pulverem trahit; & unde audientium corda mundantur, inde veſtigia loquentium inquinantur. Sane, ut perfectæ humilitatis, quæ ipſam præ cunctis virtutibus reddebat inſignem, omnem impleret juſtitiam; non ſolum ſtuduit dominis majoribus & paribus, verum etiam inferioribus ſubdi, quæ nulli unquam mandatum vel obſequium denegavit, quantumlibet grave ſeu difficile videretur: ſed libera cum hilaritate continuo poſt ſuggeſtum, perſuaſum vel imperatū, ad perfuaſæ, ſuggeſtæ vel imperatæ rei præſentationem ſe totam totaliter conferebat: nullam temporis, loci vel difficultatis excuſationem verbo aut ſigno prætendens, ſed, ut erat voce mitiſſima & ſimplicitate columbina repleta, reſpondebat continuo, ſe quod ſibi foret poſſibile impleturam, gerens ſe quaſi vilia purgamenta.

ac omnibus ſe ſubjiciendo,

etiam joci cauſa abutentibus ejus promptitudine:

24 In deluſione quandoque, à juvenibus dominabus deſtinata fuit, quibuſdam occaſionibus frivolis exquiſitis, ad loca remota tempore denſioris pluviæ; ut vel dum tota rediret aquâ perfuſa riſui pateret earum. Quæ quidem celerius properavit, implens fideliter ſibi mandata; & tamen ſic immunis rediit à pluvia, obedientiæ & humilitatis merito, quod nec modica ſtilla aquarum ſuper ipſam cecidiſſe cerneretur. Conſtituta quoque in itinere quolibet ſalutari, cum

C quibuſlibet commeantibus, tamquam ſubdita ſe gerebat cum qualibet, ita quod nec pauſabat, nec ambulabat, nec comedebat aut bibebat, vel etiam loquebatur utcumque, niſi quantum & quando invitabatur ab aliis; à quibus ſuper talibus requiſita quandoque ſolebat, ſpectata moderatione, pia voce taliter reſpondere: Sicut vobis placet, vel Quomodocumque vultis. Semperque cancellatis humiliter manibus, humilitatem moribus & geſtis præſignabat mentalem, numquam aliter exprimens votum ſuum: & talis foris movebatur per linguam, qualis intus manebat in conſcientia. Humilitatem namque, quæ omnium magiſtra eſt materque virtutum, & loquendo dicere & vivendo conabatur oſtendere: plus tamen appetebat eſſe humilis, quam videri. Si quando contigiſſet audire, quemquam in ſui laudem vel commendationem prorumpere, quamvis leviter; verbis & ſignis oſtendebat ſe graviter percuti & letaliter vulnerari, infelicem ſe, & triſtem & miſeram vocitando. Juſtus quippe percutitur, cum laudatur. O quam perfectiſſima feminini ſexus laicâ, nedum à quibuſlibet ſecularibus, nec non & viris eccleſiaſticis, ſed etiam ab ipſis Regularibus & Sanctimonialibus imitanda! quam tantis humilitatis inſigniis

mire modeſta,

à laudibus ſuis triſtitiam hauſit,

e

manſuetudinis decor ornabat, ut digniſſime judicaretur à quolibet vera Matris virginis imitatrix.

AUCTORE COÆVO EX MSS.

25 Quam ſiquidem Dei matrem tanto Zita venerabatur affectu, quod (ut omittam de multis aliis) quamlibet etiam conditionis infimæ mulierem, Mariæ nomine nuncupatam, cenſebat ſibi in cunctis merito præferendam, pio intuitu reverentiæ genitricis filii Dei. Ad tantam humilitatis habitudinem & perfectionem mitis Zita conſcendit, ut quaſi mortua mundo, objurgantibus ſeu improperantibus, maledicentibus vel injuriantibus ſibi gratis, aut contumeliam inferentibus, numquam in paſſione aut ſiniſtre reſpondit: ſed nec mentem aut faciem, quantumlibet moleſtiis laceſſita, curavit oſtendere turbulentam; quin imo exemplo Domini, qui ſic omnem dimittit injuriam, ut nec damnet ulciſcendo, nec confundat improperando, nec minus diligat imputando, cum ſereniſſima & gratiſſima vultus modeſtia atque venuſtate, Parcatis, aiebat voce gratiſſima, parcatis mihi: vel ſic, Indulgeat vobis Deus: vel, Nolite turbari, non enim expedit vos ita loqui vel agere, ſed magis patientiæ perfectionem ſectari. Ille nimirum perfectus eſt, qui erga imperfectionem proximi impatiens non eſt.

Mariæ nomen in aliis veneratur;

manſuete ſolita reſpondere convitiantibus

26 Præterea ſi contingeret, quod pater vel materfamilias vel reliqui, ex cauſis emergentibus humano more turbati, loquerentur cum indignatione, vel aliter conquererentur adverſus eam vel aliam perſonam; Zita mitiſſima procidebat ad pedes taliter indignantium, veniam abſque culpa petendo humiliter & lamentabiliter muſſitando: O ſi culpabilis exiſto in iſtis! nec facile erat eamdem ab hac humilitatis ſpecie prohibere. Et ſi quando à quoquam offenſam aliquam reciperet, prævenire læſorem in petenda venia ſatagebat: hoc eſt enim religionis officium, verbi ſatisfactione curare, ſi qui forte ſunt qui videntur ſuſpicionum ſpiculis vulnerati. Humanæ etenim mentis eſt proprium, hoc ſibi fieri ſuſpicari, quod facit: arbitrantur enim ſe deſpici, qui bonorum morum perſonas deſpicere conſueverunt; tales contra ſe omnes eſſe ſuſpicantur, quales ipſi eſſe contra omnes nituntur. O quis ſufficiat enarrare quantis ſtudiis & laboribus aliorum curabat moleſtias ſublevare, in laborioſa cura rei familiaris & in educatione præcipue parvulorum? circa quos viſcera pluſquam materna geſtabat, anguſtias perferens & ærumnas vice nutricis aſſidue. Revera mens ejus, cum curas diſpenſare incepit, quid ſibi, quid proximo deberet attendit; & nec per alicujus ſolicitudinis immoderationem ſtudia ſua neglexit, nec per ſuæ utilitatis vigilantiam aliena poſtpoſuit. Mirum in modum ſic omnia totius perfectionis magiſteria perfecit, quod interiorum cura exteriorum occupationem non minuit; & exteriorum providentiam interiorum ſolicitudine non reliquit. Tanta denique circumſpectione regebatur, quod nullo unquam tempore ſeu loco quemquam hominum ſtudioſe læſit, parvique pendit verbo vel facto, cujuſcumque foret conditionis vel ſtatus.

E

injurias quaſcunque condonat;

F

mire offi-cioſa erga omnes,

27 At mœſtis lætitiam, compaſſionem afflictis, deſolatis conſilia ſalutaria, & in doctis monita præſtabat ſalutis: non equidem leporum differendi acutiſſima urbanitate, aut in doctis humanæ ſapientiæ verbis; ſed in oſtenſione ſpiritus & vitæ. Plerique nempe eſſe ſe doctos & præ omnibus credunt doctiores oſtendere, quanto ſe potuerint loquacitatis multiplicitate aperire. Nimirum autem quamvis Dei famula circa mundi negotia, cujuſcumque forent materiæ vel cauſæ, tantæ ſimplicitatis exiſteret, acſi ab his penitus aliena de mundo non eſſet; tamen in omni mandatorum Dei perfectione & his quæ poſſunt ad animarum pertinere ſalutem, & ſacrarum

in dandis ſalutaribus monitis;

divinitus erudita apparet:

AUCTORE COÆVO EX MSS.

lectionum intelligentiam, ſuo modulo tantæ videbatur ſapientiæ & virtutis, ut doctiſſimorum quorumlibet ſtudioſitatem attingeret, lucis æternæ irradiata fulgoribus: utpote quam inhabitabat Spiritus ſanctus, cunctarum Scripturarum magiſter. Profundæ quoque humilitatis ſigna Dei ancillæ hujuſmodi inerant: amor videlicet perſonarum humilium, fuga omnium præeminentiarum, deſiderium propriorum contemptuum, officiorum appetitio vilium, nullum ſpernere, meliorum conſilium quærere, contumelias ſermonum patienter ferre, in omnibus ſe obedientiæ paratam invenire, & in bonis appetere celatam eſſe: & in hoc ultimo omni commendatione major inventa fuit & excellere univerſos. Servabat nempe cor ſuum omni cuſtodia, ſciens Deum eſſe cordium inſpectorem, cui dignum in mente habitaculum indeſinenter parabat: & inde erat, quod juxta illud, Bonarum mentium eſt ibi culpam agnoſcere, ubi culpa non reperitur; de quibuſvis minutiſſimis ne dicam actibus ſed etiam cogitationibus & leviſſimis motibus ſeipſam diſtricte djiudicans, confitebatur lacrymabiliter & humiliter in foro pœnitentiæ Sacerdoti. Quoniam ſæpe mens, quæ adverſa multa & fortia ſuperat, unum in ſe & fortaſſe minimum, quamvis magna intentione invigilet, non expugnat. Mens quoque juſtorum, etſi libera eſt à perverſo opere, aliquando tamen in perverſam cogitationem incurrit.

variis indiciis humilitatem prodit:

S. Greg.

B

28 Ex caritatis firmitate procedens zelus ſupernæ ſalutis, ut gladius acutus & flammeus, adeo venerabilis Zitæ, pertranſiit intima, ut tota videretur æmulationis ardore ſuccenſa, & compaſſionis mœrore plagata. Siquidem animas, Jeſu Chriſti ſanguine pretioſo redemptas, cum in copia cerneret inquinari aliqua ſorde vel contaminatione peccati; miro doloris aculeo confoſſa, tantæ miſerationis teneritudine deplorabat; ut eas tamquam mater in Chriſto quotidie juxta Apoſtolum parturiret, ſatis exoptans ne talis inquinatio contingeret ſtudioſa: quia citius culpa dimittitur, quæ nequaquam malitiæ ſtudio perpetratur; & facile culpa corrigitur, quæ erubeſcitur. Sane ſtudioſe peccare malum eſt; bonum, nec facere nec amare peccatum. Si quando diceretur eidem, quod quiſpiam ſic vel ſic male ageret, vel taliter agendo peccaret, ſeu quodlibet delictum committeret; protinus exculabat decenter, aut id non eſſe credendum aſſerebat conſtanter: vel ſi narratio veritatem haberet, nullatenus eſſe recitandum vel aperiendum, ſeu quavis narratione pandendum: quoniam proximorum mala, quæ corrigere non poſſumus, ſilentio ſunt tegenda; & tamen ſic toleranda, ne in animo virus doloris occultetur. Vehementer quoque gemebat, comperto penitus fore verum, peccatum eſſe patratum; quoniam parum prodeſſet carnem conſtringere, ſi mens ſe per compaſſionem neſciat in proximi amore dilatare.

dolet ob alienapeccata,

Gal. 4, 19

eaque facile excuſat:

C

29 Et quia nulla eſt caſtitas carnis, quam non commendat ſuavitas mentis; ſuadebat omnibus, quibus poterat, opera pietatis & caritatis, redemptionem cupiens omnium peccatorum. Sed nec effabat ſeu pertractabat ut adulatrix de negotiis alienis: quoniam hæc non erat ex his, quorum eſt, non ſua, ſed potius aliena loqui & aliena curare; maxime ſi evenerit vel odio eos vel amore præveniri, quibus affectibus ſæpe veritas occultatur & depravatur. Sed & aures ſuas ſepivit à detractionibus & ſuſurris; & ſilentium poſuit ori ſuo, & oſtium circumſtantiæ labiis ſuis tam arduum, ut perraro loqueretur, abſque opportuna conſultatione vel neceſſaria utilitate. Verumtamen ſæpe ſolebat redarguere zelo rectitudinis eos qui exiſtebant de familia delinquentes: quod ut fiducialius ageret, ſolerti circumſpectione, quantum eſt poſſibile humanæ naturæ, ſe præſervabat à culpa. Nemo enim fideliter reprehendit aliquem de eo, in quo ſe eſſe irreprehenſibilem non confidit: humanitatis quippe eſt, nimirum in quo ſibi quiſque nimium indulget, aliis non vehementer iraſci.

zelo alienæ ſalutis æſtuans,

peccantes circumſpecte redarguit:

D

30 Dum audiret præterea ſonitum campanarum ad publicam judicii ſanguinis concionem, prout moris eſt Rectoribus civitatum, dum quemquam malefactorem habent ad corporis mortem damnare; ſtatim miro exabundabat profluvio lacrymarum, ac dulci benignitatis affectu orando dicebat: Succurre, Domine, animæ miſeri pereuntis. Adjuva, Domine, animam peccatoris. Nec ceſſabat per triduum vel quatriduum, vel uſque ad ſeptimum diem exorare Deum ſuppliciter, pro liberatione animæ talis condemnati. Caritatis igitur perfectæ fervor, quo hæc Sponſi amica ferebatur ad Deum pariter & ad proximum, ſatis ex præmiſſis poteſt adverti: ſed ex eo potiſſimum, quod impendere ſatagebat & ſuperimpendere ſemetipſam, dum præ fervido animarum zelo transfixa cum crucifixo Domino ſalutem ſitiret omnium ſalvandorum. Sciebat nempe, ut dicere ſolebat, quod diligendus erat proximus, quia Dei præceptum eſt, quia naturæ conſors eſt, & quia imago Dei eſt; & quia illum diligere eſt argumentum, nutrimentum & incrementum dilectionis Dei: ad cujus fervidam dilectionem ipſam vehementer accendebat divinarum erga nos exhibitio miſericordiarum, quas ſæpe conſiderabat in ejus longanimi exſpectatione peccatoris & pravæ voluntatis converſione, in totius iniquitatis remiſſione, & interna conſolatione; in auxilii fragilitatis noſtræ exhibitione ad ſatisfaciendum, ſuſtinendum & reſiſtendum; & tandem in mere gratioſa regni cæleſtis collatione. Per fervorem ergo caritatis, in exercitio vitæ ſpiritualis, nova fiebat quotidie creatura; dum ſic ageret, ut præſentem mundum deſpiceret, tranſitoria non amaret, mentem medullitus in humilitate Deo & proximo ſterneret, contra illatas contumelias patientiam ſervaret, & cuſtodita patientia dolorem à corde repelleret, egenis propria tribueret, aliena minime ambiret, amicos in Deo diligeret & inimicos propter Deum, & de proximi afflictione lugeret: quæ omnia magna fuêre in ea ſigna perfectionis.

pro ſupplicio afflictendis ſolicite orat:

in Dei & proximi caritate excellit.

E

ANNOTATA.

F

a *Sicut Græci vulgarem ſuam linguam, ab ea quæ eruditorum eſt diſtinguunt, quando hanc quidem* Ἑλληνικὴν, *iſtam* Ρωμαϊκὴν *nominant (nam Thraciam, cujus caput Conſtantinopolis ſeu Nova-Roma eſt,* Romaniam *appellant) ita hic* Romana *vulgaris lingua opponitur Latinæ, non tantum apud Italos, ſed etiam apud Hiſpanos, quibus vulgaris ſua dicitur* Romance. *Eadem vocatur* Gallica *in Actis B. Ægidii 23 Aprilis, eo quod à Gallis Ciſalpinis, poſtquam Romano Imperio acceſſerunt, paulatim ad reliquos Italos pervaſerit Latinæ linguæ depravatio.*

b Zita *in uſu nunc eſſe deſivit, eique ſucceſſit diminutivum* Zittella, *Virginem ſeu Virgunculam ſignificans.*

c *Ita legitur: mens tamen auctoris eſſe videtur, quod memoria nequitiæ,* etiam contra voluntatem noſtram patratæ ab aliis aut ſuggeſtæ, *moleſtas ſæpe tentationes cieat.*

d Curialis *idem quod* Urbanus, *facetus, apud iſtius ævi ſcriptores: hinc* curialiter.

e Triſtis, *vulgato Italiciſmo, non tantum* mœſtum *ſignificat; ſed etiam* improbum & nequam. *Idem apud Flandros noſtros uſu venit circa vocem* drouf, *quæ aliis Teutonibus mœſtum ſignificans, ab ipſis vix aliter ſumitur quàm in deteriorem partem.*

CAPUT

A

CAPUT V.

Extremus Zitæ morbus, felix obitus, ſigna & miracula eumdem ſecuta.

In graviori ætate ab heris ſervitio exempta

31 CUm igitur Venerabilis Zita ad ſummam arcem perfectionemque cunctarum virtutum & ad perfectam veniſſet ætatem ; nobilium quoque hominum, quibus dudum miniſtrando ſervierat, diſcreta providentia ulterius non ferebat, illam habere ut ſuam, ſed velut Dei ſummi ancillam : & ſic exinde quæcumque vellet agere libere permittentes, eamdem, tam maturitate ſenilis ætatis, quam contemplatione celebris ſanctitatis, congruo venerabantur affectu. Eidem quoque, tamquam uni ex filiabus, miniſtrabant quæcumque ſibi exiſterent opportuna. Zita vero, cum fervore ſpiritus ſemper in ſublimiora conſcendens, paupertatem voluntariam, ſemper ſibi dilectam, amplexari non deſtitit ; neque ob gravitatem ætatis (qua videlicet ceteri ſolent remiſſius vivere) nec propter ſexus fragilitatem ſeu debilitatem corpoream, paſſa eſt auſteritatem ſui curſus emolliri aut diminui. Sed neque opera pœnalia, neque conſuetas vigilias & jejunia, aut reliquas corporis aſperitates voluit ex quavis occaſione deſerere, aut ſtatum ſervitutis ſive ſubjectionis omittere ſive relinquere : ſed conſideratione ſolicita, cautela quam ampliſſima, tunſionibus ac preſſuris innumeris expolita, merebatur coaptari cæleſtibus ædificiis, amplificiſque efferri præconiis ſanctitatis ; & ſemper ſeipſa ferventior, rebus fugacibus ſpretis, in amorem Conditoris, mirabilium operum laboribus ferebatur. Omnis enim aſcenſus in labore eſt de intenſione, deſcenſus in voluptate : quia per anniſum greſſus ad ſuperiora tenditur, per remiſſionem vero ad inferiora declinatur.

nihil tamen de rigore ſanctæ vitæ remittens,

B

ad cælum anhelat.

32 Cujus quidem animo labentia omnia ſubter erant, multumque rebus omnibus, quæ volvuntur, altius eminebat ; ut nulla jam niſi cæleſtia cogitaret. Jam vere ſibi terrena cuncta viluerant, & theſauros cælicos ſibi cumularat : qui enim ad appetenda æternitatis atria accenditur, dignum profecto eſt, ut ab omni temporalitatis amore laxetur ; ſed qui terrenarum rerum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur. Sitibunda igitur, ſicut cervus ad aquas, ad fontem vivum beatæ vitæ & cæleſtis patriæ anhelabat ; exæſtuans nihilominus ad Sponſi cæleſtis thalamum, tota liqueſcente anima & anxiante ſpiritu, pervenire, ac perfrui ſuaviſſimis dapibus dulcedinis ſempiternæ. Mortem quoque, quæ fere cunctis eſt pœna, ut vitæ ingreſſum & laboris ſui præmium amabat ; tanto frigeſcens ſtudio hujus ſeculi, quanto ſurgebat ardentius in amorem Dei, jugiter ſecundum

C

Phil. 1, 23 Apoſtolum diſſolvi cupiens & eſſe cum Chriſto. Cum enim mens in Deo forti intentione dirigitur, quidquid ſibi in hâc vitâ amarum videtur, dulce exiſtimat ; omne quod affligit, requiem putat : tranſire per mortem appetit, ut obtinere meliorem vitam plenius poſſit, & ad culmen pertingere felicitatis æternæ.

33 Fidelis & verax Deus omnipotens (qui laborantes in pœnitentiæ vinea diurno denario non defraudat, quin imo clamat euangelica tuba, Venite ad

Matt. 11, 28 me omnes, qui laboratis & onerati eſtis) jam requieſcere & reficere volens dilectam ancillam ſuam, ad cæleſtes Agni nuptias dignatus eſt eam hoc modo perducere. Lenibus quidem febribus agitabantur hujus jam vetulæ virginis imbecilla membra, ferme diebus quinque, circa ætatis ejus ſexageſimum annum : at morbo paulatim invaleſcente, lecto decubare compellitur : cum tamen ſui non exiſteret moris pro quavis infirmitate ſe proſternere lectulo ; ſed ſpiritus ille promptior, præ ſenio, abſtinentia, & laboribus ſolum ſtare ſolebat. Anno igitur Nativitatis Dominicæ *a* MCCLXXII, die XXVII Aprilis, feria IV, horâ III, quibuſdam devotis mulieribus aſſiſtentibus, feliciſſima Virgo & deſiderio Martyr Zita, eccleſiaſticorum Sacramentorum ſuſceptione devotiſſimâ præmunita, nulla doloris vel mœroris, ſeu anguſtiæ vel ſolicitudinis ſigna pretendens, intentis in cælum oculis & manibus ſuppliciter cancellatis, ac mentaliter orans & gaudens, migravit ad cælos ; & beatiſſima illius anima, Trinitatis interminæ potitura, carne ſoluta, in æternæ claritatis & pacis gloriam eſt abſorpta. Venire nempe non poterat ad perfecta gaudia libertatis, niſi debitum ſolveret humanæ conditionis. Quantæ nimirum granditatis foret & meriti apud Deum, quantumque in cælo meruerit ſublimari, quę ſeipſam humilitate profunda ineffabiliter vili pendit ; continuo poſt illius almi ſpiritus tranſitum divina bonitas patefecit. Nam ſtella præfulgida, ſuper civitatem Lucanam, cunctis cernentibus evidenter apparuit : cujus aſpectum nec ipſa ſerena ſolis claritas, ſicut ſolet ſtellas reliquas, ſubcelabat : qua quidem, ut piorum conſideratio divulgabat & ſubſequenter miraculorum multiplicitas probavit, evidentius patuit, in Sanctorum cæleſti roſario & novellam roſam ortam fuiſſe apud cælites, & Lucanam civitatem novi ſideris lumine illuſtratam fore.

AUCTORE COÆVO EX MSS.

a

ſtella per diem lucente,

E

34 Ipſa denique ſui tranſitus die, is qui linguas infantium facit diſertas, ex ore infantium & lactentium laudem perfecit ; dum ſubito poſt egreſſum illius animæ feliciſſimæ, in diverſis plateis & vicis publicis civitatis, pueri, nemine nuntiante, ſed Domino revelante, indefeſſe clamabant : Eamus, eamus, & curramus ad eccleſiam S. Fridiani ; quia S. Zita deceſſit. Sicque auctore Domino factum eſt, ut dum decentes exequiæ à viris nobilibus Faytinellis, pro depoſitione B. Zitæ familiaris ipſorum, parantur ; tanta indigenarum convenit utriuſque ſexus & ætatis hominum innumera multitudo, ut eccleſiam dicti B. Fridiani, prægrande clauſtrum, & adjacentes plateas implerent ; & cum difficultate prævalida nimis, theſaurus ille pretioſiſſimus corporis ejus, ejuſdem loci præcedente Religioſorum Conventu, in eccleſiam inferretur. Contendentibus ſane univerſis & ſingulis, diſcordioſo certamine, contingere corpus Reverendiſſimæ famulæ Dei Zitæ ; nec Officia funeris potuit Clerus peragere, nec illud per plurima ſpatia dierum alicui tradere ſepulturæ : quoniam die noctuque conſtipata populi multitudo perſeverabat inſtantius circa corpus ; & quiſque prout poterat, ob devotionem ingentem, de veſtimentis ejus auferre aliquid ſatagebat : adeo quidem, ut pluribus vicibus, quibus in *b* tanto induta extitit, remanſit ſeminuda. Verum ne diſcerperetur corpus Sanctæ. Utque obviaretur irrationabili multitudini per eos qui ſolidioris ſunt diſciplinæ ; quidam fide & devotione promptiores, diverſis ingeniis & ſimulationibus quæſitis, transferebant illud venerandum corpus, ut erueretur, nunc in chorum concluſum, nunc in clauſtrum, nunc in capitulum, nunc in refectorium, nunc in hoſpitariam, & alia monaſterii loca ; concludentes illud in caſſis ligneis, quæ tamen pluries confractæ fuerunt.

& Deo per inſcios rei pueros loquente, proditur :

concurritur ad funus :

F

b

35 Iterum & ſubſequenter ſigna coruſcant, prodigia nitent, miranda prodeunt ; ac inter ipſas manus & oculos hominum, præ gaudio lacrymantium, mirabilia crebra & manifeſta perficiuntur. Hic ſiquidem cæci vident, ſurdi audiunt, manci & aridi reviviſcunt,

varia poſt mortem miracula patrantur.

AUCTORE COÆVO EX MSS.

viſcunt, claudi & incurvi eriguntur ac muti loquuntur; febricitantes ſanantur, doloribus anguſtiati curantur, immundi ſpiritus à corporibus effugantur, ſanguinis fluxus reprimitur, partu periclitantibus ſubvenitur, ſteriles fœcundantur, ponderoſi levigantur, ulceroſi mundantur, morſi vel capti à beſtiis eripiuntur, naufragis ſuccurritur, carcerati laxantur, equuleo torti dolorem non ſentiunt, ignis in pluribus ardorem & aqua liquorem amiſiſſe videntur, ad furcas ſuſpenſi de ipſis mortis faucibus eruuntur, à medicis ob validiſſimas febres deſperati per eam evadunt; & breviter omnium periculorum, damnorum, & ægritudinum genera ejus meritis effugantur. Tandem dum nec fameſcentes, nec ſitientes, neque caloribus, ſudoribus & preſſuris gravibus fatigati populi civitatis abirent, quin ſaltem ſucceſſive, nunc hi, nunc illi aſſiſterent; venerandæ memoriæ Jacobus, Prior præfatæ eccleſiæ, ſuique Fratres, nullam vel modicam ſanctitati hujus fidem accommodantes (quamvis magnæ viri religionis exiſterent) præhabito prudentium & etiam religioſorum virorum, tam Prædicatorum quam Minorum Ordinis Fratrum,

B

conſilio & collatione concordi, in lapideo ſarcophago fecerunt concludi venerandum ejus corpus, redolens immenſi odoris multa fragrantia, exſpectantes de concordi prædictorum conſilio rei exitum: ut videlicet, ſi opus idem foret fictitium & dumtaxat humanum, cito deficeret; ſi vero eſſet divinum & de providentia divina procederet, nemo mortalium poſſet illi reſiſtere, ſed invito omni contradictore immenſum proſperaretur & creſceret: ſicut de die in diem publice cernitur adimpletum.

36 Poſt dies ſiquidem paucos, cœpit de tumba, in qua ſacrum corpus manebat, liquor emanare ſalubris, quo debilium & ægrotorum quorumlibet membra inuncta reddebantur ſanitati: & ſicut ab omni carnali inquinatione virgineum illud corpus exſtitit illibatum, ſic huc uſque in hodiernum diem à conſueta diſſolutione & corruptione aliorum cadaverum permanet alienum, ac integrum perſeverat; niſi quod aliquantulum apparet corpulentiæ ſiccioris. Sicut revera teſtari poſſunt plures ex S. R. E. Cardinalibus, ac etiam Archiepiſcopis, Epiſcopis & aliis venerabilibus viris quamplurimis, ex diverſis partibus advertantibus, qui viderunt; nec non Principum ſecularium, Baronum ac Militum, & grandis popularium multitudo, occurrentium diverſis temporibus:

C

qui corporeis oculis conſpexerunt, dum pia devotione ad venerationem ejus, citra tamen juris prohibitionem, ſæpius occurrerunt, & occurrere quotidie non deſiſtunt; maxime autem ji, qui in ſuis neceſſitatibus ejus ſubventiones & beneficia perſenſerunt: quibus in maris terræque periculis ad opitulandum adſtitit devotius invocata. Et quod eſt ſatis devota admiratione & miranda devotione dignum, licet de ſuæ præeminentia ſanctitatis aut vitæ & miraculorum multiplicitate prænimia, nequaquam fautores, promotores, coadjutores, aut prædicatione promulgatores uſquam locorum habuerit, imo contradictores quam plures; tamen non ſolum annuatim concurſus infinitæ gentium multitudinis diverſarum regionum, civitatum & diœceſium pene totius Italiæ, occurrentium anniverſario die ſuæ glorificationis & tranſitus, ejuſdem ſanctitatis merita proteſtatur: ſed etiam quotidianus viſitationis excurſus, ad ſepulcrum ejus venientium, tam citra [quam ultra] montanorum, quibus præſto adeſt & affuit, in neceſſitatibus & periculis contingentibus invocata, eam apud Dominum inſignem & exaudibilem, non voce ſolum, ſed opere aſſerit, indiciis & ſubventionibus manifeſtis.

37 Denique inter reliquos, qui de hac ſummi Dei ancilla miracula conſcripſerunt, Ugolinus *c* Parmenſis, Legum Profeſſor diſertus, ſic inquit: Quinquaginta tres diverſarum nationum & ſexuum, contractionis ſeu attractionis languore vexatos, ſanavit: quorum quidam in totis ſuis gravabantur corporibus, quidam in certis ſuis partibus. Sexdecim vero oculorũ aſpectibus carentes curavit: quorũ quidam amborum, quidam unius viſu carebant. Mutos quoque ſex, quorum quibuſdam morbum natura præſtiterat, quibuſdã ex accidenti provenerat. Surdos inſuper quatuor, dæmoniacos duodecim, plurimos etiam aliarum infirmitatum & anguſtiarum doloribus laborantes, favente pia Virginis interceſſione, Divina clementia ſanos effecit. Hæc, inquit ille. Nos autem omnes in veritatis aſſertione perſpicua poſſumus atteſtari, quod non tantum pluribus quam c 1, diverſis ærumnis funereiſque languoribus & periculis fatigatis, miracu-

D

c

quos morbos & quot iis laborantes curaverit,

præter alia infinita miracula, d

loſe B. Zita ſubvenit (prout de ſingulis prædictorum & ſingillatim & in forma publica *d* ſcripſit vir fide dignus, Faytinellus Notarius, teſtibus idoneis & juramentis receptis) ſed extitit copia multitudinis perſonarum, quibus diverſis locis & temporibus multifarie exhibuit gratiæ ſubſidia & ſalutes corporis, ac

E

exhibere non ceſſat: qui non ſolum excederent numerum millenarium, ſed pene incredibilis auditoribus quibuſlibet videretur. Ego denique ipſe vidi puerum ſuſcitatum & viventem, recte ambulantem & loquentem: cujus pater, ſicut convinci poterat, fide dignus, me & aliis pluribus præſentibus, ad ſancta Dei Euangelia ſponte juravit ſuper altare, quod idem unicus filius vere fuit mortuus reputatus, ſed meritis hujus ſanctæ Virginis, ad ſuas intentiſſimas preces & queruloſas devotiones, conſiſtebat à morte ſuſcitatus.

inter quæ puer à morte ſuſcitatus:

38 Intra .. *e* defunctionis hujus ancillæ Dei quidam juvenis, videlicet Petrus de Faytinellis, qui eadem in domo Faytinellorum de Luca fuerat enutritus, dum per provinciam Provinciæ iter faceret, in graviſſimam incidit infirmitatem: quæ adeo ipſum affligendo momordit, ut tres famoſi medici, qui curationi ejus ſtudioſe intendebant, de ipſius tandem convaleſcentia deſperati, concorditer eumdem in craſtinum moriturum firmiter ad invicem aſſeruerunt. Quod dum ille æger intellexiſſet, tota mente invocavit B. Zitam, dulci & familiari alloquio, veluti facere puerulus conſueverat; inter alia conquerendo, quod cum abeſſet à propriis, nec paternum aut maternum vel aliorum ſuorum ſibi adeſſet ſubſidium vel conſilium, non permitteret abeſſe juvamen. Et ecce nocte ſequenti, nec dormienti nec plene vigilanti, apparuit coram eo Veneranda Zita, in veſte

F

ſerica, quam varia & artificioſa textura opificis admirabilem exhibebat, coronam eminentem in capite geſtans, groſſis & precioſibus lapidibus decoratam: ſed vultum vetuſtatis ſuæ, qualem vivens in corpore gerebat, ut à dicto juvene Petro indubitanter agnoſceretur, videbatur habere: quam quidem Zitam duo lumina facularum vel cereorum ſplendida præcedebant. Et licet luminum portitores idem Petrus non videret, eam tamen plenius videns, citius recognovit: ad quam taliter eſt affatus: O Domina mea Zita, ſubvenite mihi, qui taliter ſum deſtitutus & afflictus, nec eſt aliquis ex noſtris qui mihi opem valet afferre. At illa inquit: Noli timere. Et iterum inquit ille: Quis eſt vobiſcum? Illa vero reſpondit: Tace: noli tantum quærere; conſtans eſto. Extendenſque protinus manum appoſuit eam fronti juvenis ægrotantis, & ipſum ſanavit continuo, ſtatimque ab oculis ejus evanuit. Surrexit igitur ſanus, & inquit ad miniſtram ſuam: Affer mihi manducare, quia ſanus ſum. At illa dixit: O fili, requieſce, ut ſanus eſſes: dicito

apparens in Gallia,

ſanitatem reſtituit,

multorum accurſu celebre,

ſalutaris ex ſarcophago liquor emanat, & corpus incorruptum perſeverat,

A dicito quoque mihi cum quibus modo loquebaris? audivi enim te loquentem & aliam perſonam reſpondentem, cum qua ſermocinabaris. Juvenis quoque rei ſeriem totam aperuit, adjecitque, prius ipſe videret & ſciret illos tres medicos morituros, qui ipſum prognoſticabantur ad mortem, quam moreretur ipſe. Quod & vere poſt non multum tempus evenit.

39 Ecce cariſſimi Deus pacis, qui ſuſcitat de pulvere egenum & de ſtercore erigit pauperem; qui dat verbum euangelizantibus virtute multa, exarari voluit geſta Virginis hujus ad utilitatem & eruditionem noſtram: ideo enim Sanctorum per litteras traduntur exempla, ut unuſquiſque, pro qualitate ſexus & ætate annorum, modum ſui propoſiti teneat, & vitam bonorum piæ conſiderationis ſpeculo contempletur. Sed ad gloriam præclaræ Virginis Zitæ ſuperiora recenſita tendant: quibus dum monſtrarem, qualis ipſa fuerit, & qualis eſſe quiſque debet in vita, pulcrum depinxi hominem pictor fœdus: alioſque ad perfectionis littus dirigo, qui adhuc verſor in fluctibus delictorum. Itaque O ſplendidiſſima Virgo, Deo & omnibus Angelis grata, in hujus quæſo vitæ naufragio orationis tuæ me tabula ſuſtine; ut quia pondus proprium deprimit, tui me meriti manus

Invocat eã auctor.

B levet: omneſque ſimul quibus poſſumus precibus exoramus, ut noſtri meminiſſe digneris; quatenus ille nobis indulgentiam tribuat peccatorum cum proſperitate pariter & ſalute, qui tibi omnium laborum tuorum tradidit palmam, Jeſus Chriſtus Dominus noſter: cui ſit laus perennis in gloria, honor, virtus, decus & imperium per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Perperam in Ms. irrepſerat nota anni* 1279, *uti ex feria & diei collatione apparet.*

b In tanto, *idiotiſmus Italicus eſt*; interea temporis, *Latini dicerent.*

c *Geſnerus in Bibliotheca quemdam* Hugolinum de la Fontana gloſſatorem juris *nominat: quem hunc eſſe S. Zitæ laudatorem, quis auſit affirmare, niſi opera vidervit?*

d *Hæc ſunt miracula paulo poſt annum* 1310, *quæ ex originalibus membranis collecta infra dabimus.*

e *Supple*, annum, *vel* menſem, *vel* hebdomadam: *deeſt enim aliquid.*

C

APPENDIX.

De curato epileptico, & quodam poſt ſuſpendium liberato per B. Zitam.

a Appendix de epileptico ſanato,

40 FRanciſcus, de *a* Groppa S. Petri, Lucenſis Diœceſis, de terra Marchionum, filius Pagani de dicto loco: juraverunt ipſe Franciſcus & Paganus ad ſancta Dei Euangelia, ſuper quibus manum poſuerunt, quod ipſe Franciſcus habebat malum guttæ caducæ; & ſæpe cadebat quandoque in aquam, quandoque in ignem. Propter quod vovit Deo & B. Zitæ, quod ſi ipſum à dicto malo ipſa B. Zita liberaret; quod ipſe, cum baculis in manibus, veniret ante altare ſuum. Et facto voto liberatus eſt. Poſtmodum, die XIII menſis Julii venit ante altare ſuum: & coram domino Babilano de Marinis de Janua & Andrea de Aſt & pluribus aliis, prædicti pater &

b filius juraverunt, ita eſſe, ut dictum eſt. *b*

41 Ad hoc, ut miraculum quod ex parte Dei & S. Zitæ Virginis nuper apparuit in hunc juvenem,

c qui Checus domini Andreæ de Teſis vocatur, ut in noſtris actis apparet, ſit potius hominibus manifeſtum, & credatur maxime per aliam probationem, huic Checo, latori præſentis inſtrumenti, quam per ſuum ſimplex verbum, vobis honeſtis & diſcretis Fratribus ſive Canonicis Rectoribus eccleſiæ S. Zitæ de Luca *c* .... Tempore ſapientis & diſcreti viri, D. Franciſci de Palermo, Iudicis & Capitanei Principatus Capuæ, *d* per dominum Regem *e* Carolum, vobis pateat evidenter, quod hic lator præſentium, Checus D. Andreæ, die XXIII menſis Februarii præſentis anni MCCC *f* captus fuit, cum quodam ſocio, qui Martinum dixit ſe vocari, in civitate Capuæ, in platea dictæ civitatis, volentes vendere quamdam aſinam; unde eſſendo in foro, quidam de civitate *g* Solmona apparuit, dicens dictam aſinam ſore ſuam; & quod præfati Checus & Martinus malo & furtivo modo de ſua quadam domo ipſam acceperunt & furati fuerunt: & ad curiam dicti domini Capitanei fecit querelam de prædictis: unde Checus & Martinus detenti fuerunt in palatio. Hoſpes quoque, in cujus domo hoſpitati fuerant, detulit quoddam par caligarum, ſimul ligatarum, in quibus erant ſeptem claves: qui hoſpes dixit, quod dictus Checus dederat ſibi dictas caligas: qui Checus & Martinus, habiti pro ſuſpectis, poſiti fuerunt ad martyrium. Et primo poſitus eſt dictus Martinus, qui confeſſus fuit ſe furatum fuiſſe dictam aſinam & multa alia furta & maleficia commiſiſſe: & poſtmodum poſitus fuit dictus Checus, qui dicebat ſe non eſſe culpabilem. Poſtmodum occaſione tormenti confeſſus fuit ſe juviſſe dictum ſuum ſocium in omnibus, quæ confeſſus fuerat: quapropter eidem condemnati fuerunt, quod deberent ſimul eſſe ſuſpenſi, ita quod morerentur.

d AUCTORE COÆVO EX MSS.

e

f

g

& quodam furti accuſato,

E

42 Quos Checum & Martinum, die ultima menſe Februarii præſentis anni MCCC, duci fecimus ad furcas, ſententiam executioni mandantes: & ad eos cuſtodiendos dimiſſi fuerunt duo cuſtodes, ſcilicet Jacobus Petri & Nicolaus Jacobi, qui juraverunt ad ſancta Dei Euangelia, ſe cuſtodiſſe dictos ſuſpenſos in furcis à mane uſque ad veſperas. Et poſtmodum, dum dicti cuſtodes revertebantur verſus domum, viderunt unum de dictis ſuſpenſis venire poſt eos, dicentem: S. Zita adjuva me, habentem manus retro ligatas, cum quodam fruſto funis in gula. Timentes cœperunt dictum Checum & reduxerunt eum coram domino Poteſtate: qui Checus interrogatus, quid poterat hoc eſſe, & quis detruncaverit ipſum funem; reſpondit dicens; quod quædam Domina apparuit coram eo, & retinuit ſibi pedes, quouſque dicti cuſtodes fuerant juxta eum; & poſtmodum, dum dicti cuſtodes reverterentur, dicta Domina detruncavit ſibi funem, dicendo: Vade, vade. Et dictus Checus nullum malum patiebatur, niſi quod habebat ſua crura multum inflata propter ſanguinem & nigra. Qui Checus dixit, quod timore Dei & B. Zitæ deberet dimitti, quia venire volebat ad eccleſiam B. Zitæ de Luca. Cui Checo ſupraſcriptus Poteſtas voluit facere reſtitui pannos *h* ſuos, quos noluit: imo dixit, quod venire volebat ſicut ipſe venerat de furcis, & deſcenderat cum fune ad collum, & cum dictis *i* clavibus. Et dicti cuſtodes juraverunt, ut dictum eſt, ad ſancta Dei Euangelia, ſe cuſtodiſſe Checum & Martinum in furcis, coram Notario Matthæo Jacobi de Manfredonia, & coram domino Alenardo Presbytero S. Nicolai de Capua, & coram prædicto domino Franciſco Judice. Deinde eiſdem anno & indictione, die XXV menſis Martii, dictus Checus venit Lucam, & dictum inſtrumentum cum dictis clavibus & fune, coram domino Jacobo Priore dictæ eccleſiæ præfati monaſterii, humiliter præſentavit, & dimiſit in clauſtro dictæ eccleſiæ: & coram Ser-Michaele Lupardo & Ser-Bernardo Muſtarelli & Ser-Fino Fini, & pluribus aliis teſtibus, dixit

quem ſuſpenſum ſuſtinuit S. Zita,

F

& præciſo fune liberavit,

b

i

qui cum atteſtatione magiſtratus Capuæ ni Lucam venit.

EX MS. NOTARIALI.

dixit omnia ſupraſcripta coram ipſis vera eſſe, ut ſupradictum eſt & pluries cum juramento affirmavit, & crura ſua inflata & nigra pluries eis oſtendit. Exponens quoque idem Checus, quod in itinere verſus Capuam caſu ſociaverat ſe dicto Martino, ignorans ipſum eſſe furem & aſinam eſſe furtivam; à quo Martino dictas caligas cum dictis clavibus portandas recepit, & de voluntate dicti Martini hoſpiti, ut præmittitur, commendavit. Denique Martinum ſociavit ad vendendum dictam aſinam, ſub ſpe recipiendi pecuniam, quam pro ſe & dicto Martino, precibus & rogatu dicti Martini, in itinere expenderat: deinde ſibi accidit per omnia ſicut in dicto inſtrumento plenius continetur. Deo gratias.

ANNOTATA.

a *Forte legendum* Grotta S. Petri: *ſed nec ipſe locus, nec* terra Marchiorum, *ad quam is pertinet, invenitur in tabulis.*

b *Sequuntur verba Epiſtolæ, à Magiſtratu Capuano datæ, cum adjuncto publico inſtrumento.*

c *Videtur excidiſſe apprecatio Salutis, & eam apprecantium deſignatio, notaque anni, Indictionis &c.*

B d Per Regem, *id eſt* pro Rege, *Italis familiari idiotiſmo.*

e *Hic eſt Carolus II, ab anno* 1285 *Neapolitanus Rex, defunctus autem* 1309 *menſe Maio, ut omnes conſentiunt & multimodis probari poteſt: ideoque errorem ſuſpicati, quo annum rei geſtæ tranſcripſeramus* 1310 *judicavimus legi debuiſſe annum* 1300 *aut aliquem intermedium. Certius id nos docere potuiſſet numerus Indictionis (quem pariter à Capuano Notario ſignatum fuiſſe, teſtatur ſcriptor Lucenſis cum infra mox narrat quid Lucæ ſit actum* eiſdem anno & indictione die XXV menſis Martii) *niſi hic numerus incuria librariorum excidiſſet.*

f *Adde ergo, Indictionis* XIII, *ſi vere hæc ſpectant ad annum* 1300.

g Sulmona *in Pelignis, nunc Aprutii parte, Ovidii patria, diſtat à Capua* P. M. 60 *ut minimum.*

h *Veſtes intelligit, quos ſuſpendendo reo lictor ex more detraxerat, ſibique ſervabat.*

i *Hæ claves, tamquam inſtrumentum & argumentum maleficii, eidem ſuſpendendo ad collum appenſæ videntur fuiſſe.*

C

MIRACVLA

à Notario Fatinello coram teſtibus excepta,

Ex Ms. Perilluſtris familiæ Fatinellæ.

CAPUT I.

Facta & notata poſt elevationem S. Zitæ reliquo menſe Aprili.

1 ARmannectus, nuntius Lucenſis, communis civis Lucenſis, de *a* contracta S. Joannis de Capite Burgi S. Frediani, filius quondam Martini, dixit; quod Cheſina ejus filia ſteterat continue attracta tribus annis, ita quod nec ire nec ſe movere poterat: & quod hodie, pro miſericordia Dei & S. Zitæ Virginis, ipſa Cheſina ſtante ante corpus & *b* lavellum Sanctæ virginis, effecta eſt ſana & liberata: & coram me Faytinello Melioris Notario, & domino Jacobo Priore majore eccleſiæ S. Fridiani, & Domino Armannecto *c* & Puccio, Franchi, Guido Guidotti, & Albertino Calianelli & Jacobo Sartori, illa ipſa Cheſina bene & recte undique ibat & ivit.

a S. Zita invocata contractam ſanat,

b

c

2 Gente-donna mulier, uxor Bonacorſi Scroppi, de civitate Lucenſi eodem *d* die dixit; quod jam ſint anni octo vel circa, quod ipſa ſtetit attracta de renibus, ita quod recte ſine baculo ire non poterat vel ſe *e* clinare: & quod hodie, ob reverentiam Dei & S. Zitæ Virginis, confecta eſt ſana & libera. Et coram me Faytinello Melioris Notario & ſupradicto domino Priore, & Guido Guidotti, & Jacobo Sartori, & Ugolino Senanis, & Federigo quondam Jacobi Notario, recte undique ibat & ivit, & ſana eſt. D *d* *itẽ aliam,* *e*

3 Ubaldus Baleſtrieri, civis Lucenſis, de contracta Fontanæ, quondam Joannis, eodem die dixit; quod *f* Fanuccius ejus filius, jam ſunt anni ſex, ſteterat continue attractus de renibus; ita quod ire non poterat aliquo modo: & quod hodie, ob reverentiam Dei & S. Zitæ virginis, effectus eſt ſanus & liberatus: & coram me Faytinello Melioris Notario, & ſupradictis domino Priore & D. Gerardo Maurini & aliis ſupradictis ipſe Fanuccius rectus & ſanus ivit & ibat undique. *f* *aliumque,*

4 Purpute, uxor Aldobrandini Centhal, de civitate Lucenſi eodem die dixit, quod Niccoluccius ejus filius, à duobus menſibus circiter, ſemper continue fuit mutus, ita quod nullo modo loquebatur: & quod hodie, ob reverentiam Dei & B. Zitæ virginis, effectus eſt integre ſanus & liber: & coram me Faytinello Not. & ſupradictis & aliis ipſe Niccoluccius clare & apte loquebatur, & locutus fuit, & alta voce. *muto loquelam reſtituit;* E

5 Guilielmus Lombardus de comitatu Parmæ, quondam Rolandini della Noce, eodem die dixit, quod Boſus ejus filius, carebat lumine de oculo dextro; & quod ipſe Boſus ſtetit ſemper continue à quinque annis circiter *g* avoculus de ipſo oculo: ita quod integre nullo modo vidit. Et quod hodie, ob reverentiam & miſericordiam Dei & ſupradictæ B. Zitæ virginis, effectus eſt integre ſanus & liberatus: & bene & clare de ipſo oculo vidit & videbat, coram me Faytinello Not. & ſupradicto domino Priore & aliis ſupradictis. *caco viſum,* *g*

6 Thedaldus, cuſtos de Lucana civitate, quondam Bonajunctæ, de contracta S. Georgii, qui ſteterat IX annos *h* ſciancatus de pede ſiniſtro; ita quod recte ire non poterat ſine baculo: integre ob reverentiam Dei & corporis B. Zitæ, ſupradictus eſt ſanus & rectus; ita quod clare & recte ibat coram me Notario, & ſupradictis in alia charta ſcriptis, die Jovis *i* vigeſimaoctava menſis Aprilis. *claudo greſſum.* *h* F *i*

7 Ducia mulier, de monte-Topoli, qu. Portonai, eodem die dixit, quod ipſa ſteterat attracta de manu ſiniſtra, à quatuor menſibus circiter ſemper continue: & hodie modo, ob reverentiam Dei & ſupradicti corporis S. Zitæ, facta eſt ſana, & aperuit & aperiebat bene & ſane ipſam ſuam manum, coram me Faytinello Not. & domino Stephano Canonico ſupradictæ eccleſiæ S. Fridiani, & Guidiccione Maſſaio, & Ghibertino Fabro, Vitale Calielli & Tomaſo Policciano. *Contracta uſum manus.*

8 Aimellina, uxor Pellegrini de Giano dixit, quod Junctorus ejus filius, à tempore nativitatis ejus, ſemper fuit in *k* cullea ruptus; & quod habebat groſſam culleam, propterea ire non poterat. Et propterea, ob reverentiam Dei & ſupradictæ Beatæ, effectus eſt ſanus: & ita apparuit & ibat bene coram me Notario, & Domino Homodeo Canonico ſupradictæ eccleſiæ S. Fridiani, & Presbytero Guido Capellano ipſius eccleſiæ S. Chriſtophori, die Jovis vigeſimo octavo menſis Aprilis. *hernia laborantem ſanat.* *k*

9 Bartholomæns de Lombardo, de porta S. Donati, Lucenſis, dixit, quod Guiduccius ejus filius fuit & ſtetit ſemper, à quinque annis citra, attractus pedibus & manibus; ita quod aliquo modo ire non poterat: *contracto uſum pedum & manuum reddit,*

A poterat: & modo, ob reverentiam Dei & ſupradicti beati corporis factus eſt ſanus, & bene ivit & ibat, & manus aperiebat & aperuit coram me Faytinello Not. & Joanne Stumbeka ſcriniario Lucenſi quondam Armanni, & Wilhelmo quondam Gilii Lucenſis de Claſſe, ſupradicto die Jovis vigeſima octava Aprilis.

10 Mandrianus Battiloro, filius quondam Torſelli, civis Lucenſis de contracta S. Petri Cigoli, juravit de veritate dicenda & obſervare mandata domini Prioris majoris eccleſiæ S. Fridiani: die Sabbati die trigeſima menſis Aprilis ſuo juramento dixit; heri, quando ipſe audiebat & intelligebat quod corpus B. Zitæ virginis fecerat aliquod miraculum, ipſe faciebat in deriſionem & dicebat, quod ipſum corpus B. Zitæ faciebat ſuum *l* pettum; & quandoque dicebat, quod faciebat unum ovum: & etiam dixit, quod quando ipſe videbat quod aliquis infirmus foret deportatus ad ſupradictum corpus, tunc ipſe Mandrianus dicebat de portantibus ipſos infirmos, projicite eos in terram. Et quod ſemper poſtquam ipſum corpus migravit, quando ipſe audiebat aliquod miraculum factum eſſe per ſupradictum corpus, vel pulſationem campanarum quæ pulſabantur pro miraculis ſupradicti corporis, ipſe ſemper inde faciebat deriſiones. Item dixit, quod propter ſupradictas deriſiones & propter ejus peccata, Dominus Jeſus Chriſtus & ſupradictum beatum corpus S. Zitæ, heri in ſero juxta primum ſomnum abſtulerunt ipſi Mandriano loquelam; ita quod nullo modo loqui poterat. Et dixit, quod ſtatim habuit intentionem, quod ſupradicta de cauſa pro ſupradictis deriſionibus ipſum beatum corpus abſtulerat ei loquelam; & quod ſupradictum ſanctum corpus redderet ſibi loquelam, ſi ipſe pœniteret: & propterea ſtatim pœnituit de ſupradictis. Et dixit, quod, veniente ſtatim mane diei Sabbati, ivit, & fuit, & projecit ſe ad pedes domini ſupradicti Prioris S. Fridiani: & quod ipſe Prior, per ea quæ intellexit à circumſtantibus, quod ipſe Mandrianus ſupradicta de cauſa amiſerat loquelam; injunxit eidem Mandriano, quod ipſe ſtatim *m* ſcalciatus, & cum corrigia ad collum, iret ad eccleſias civitatis Lucenſis ſediales *n* & majores. Quod præceptum tunc ipſe Mandrianus dixit, quod bene intelligebat & intellexit; & dixit quod ipſe ipſa die ſtatim ivit ad ipſas eccleſias, & obſervavit ſupradictum præceptum. Et ſtatim dixit, quod ipſe fuit reverſus ad ſupradictum dominum Priorem. Et ſupradictus Prior in choro ſupradictæ eccleſiæ fecit dici ipſi Mandriano, quod cum reverentia & oratione iret ad ſupradictum corpus ſupradictæ Virginis, & ei peteret veniam, & devote ſtaret ibi. Qui Mandrianus ibi ivit, & ibi ſtetit tantum, quamdiu ob reverentiam & donum & miſericordiam Dei & ſupradictæ B. Zitæ Virginis rehabuit loquelam, quam ſupradicta de cauſa perdiderat. Et propterea ſtatim fuit reverſus ad ſupradictum dominum Priorem, loquendo clare, & petendo ab eo veniam de prædictis. Et quod ipſe dominus Prior præcepit ipſi Mandriano, quod ipſe hodie ſtatim pœniteat, & vadat ad ſupradictas eccleſias Lucenſis civitatis, referendo gratias altiſſimo Redemptori & ſupradictæ beatæ Virgini Zitæ de prædictis; & quod prædicta faceret ſcribi per manum meam Faytinelli Not. coram domino Janni & domino Ubaldo Canonico ſupradictæ eccleſiæ, & domino Lanfredo de Lanfredis, & Benetto Honeſti, & dominis Andrea Ricciardi & Philippo Ricciardi, & Guiduccio Forteguerræ Lucenſi, & Spalla Ugarelli, & aliis multis.

11 Bonicuccio Baccelloro qu. Orlanducii, juravit eodem die de veritate dicenda: dixit, quod heri ſero fuit locutus cum ſupradicto Mandriano, & ipſe Mandrianus locutus fuit cum ipſo Bonicuccio, & quod ipſe Mandrianus bene loquebatur heri ſero: & hoc mane vidit eum mutum, & poſtea poſt nonam vidit eum loquentem, & locutus fuit cum eo apud eccleſiam S. Fridiani, & credit, quod pro miſericordia Dei & ſupradicti beati corporis ſupradictæ Virginis, prædicta ei obvenerunt. Nam dixit, quod ipſe Bonicuccius interfuit, & audivit & vidit in eo loco, ubi ſupradictus Mandrianus dicebat & dixit ſupradictas ruſticitates, de ſupradicto beato corpore, ſupradicta die Veneris & die Jovis. Ingheramuccius, filius domini Aldobrandi de Porcariis, de contracta S. Petri Cigoli, ſupradicta die juratus de veritate dicenda, dixit, quod ipſe heri ſero fuit locutus cum ſupradicto Mandriano, & ipſe Mandrianus cum eo. Poſtea veniente die Sabbati mane, vidit ipſum Mandrianum rurſum apud eccleſiam S. Fridiani; ita quod nullo modo loquebatur, & poſtea ipſa die Sabbati poſt meridiem apud dictam eccleſiam S. Fridiani vidit ipſum Mandrianum loquentem: & fuit locutus cum eo: & dixit, quod vere credit, quod prædicta obvenerunt ipſi Mandriano pro miſericordia Dei & ſupradicti beati corporis. Minus Benvenuti, aurifex de Luca de Cantonbrocti, eodem die juratus de veritate dicenda, dixit, quod proximo die Jovis fuit & ſtetit & fuit locutus cum dicto Mandriano, & ipſe Mandrianus cum ipſo Mino: & dixit, quod ipſe Minus proxima die Sabbati ſupradicto vidit ipſum Mandrianum, & dixit, quod ipſe Minus ivit cum ipſo Mandriano ad ſupradictas eccleſias: & ipſe pro ipſo Mandriano muto dicebat & narrabat rectoribus ipſarum eccleſiarum, qualiter ipſe Mandrianus factus erat mutus ſupradicta de cauſa: & poſtea dixit, quod rediit ad ſupradictam eccleſiam S. Fridiani ad ſupradictum Priorem, & ipſum Mandrianum juſſu ſupradicti Prioris juvit intrare ad corpus ſupradictæ Virginis; & ibi tantum ſtetit cum ipſo Mandriano, quamdiu Dominus Jeſus Chriſtus & ſupradictum corpus S. Zitæ Virginis reſtituit loquelam ipſi Mandriano ſupradicto die Sabbati. Et tunc & poſtea ſemper clare fuit locutus ipſe Mandrianus cum ipſo Mino; & poſtea ipſe Minus eodem die ivit per ecclefias Lucanæ civitatis, & ſic dixit: Deo gratias. Amen.

12 Conteſſa, uxor Thedicci de Gualdo, dixit, quod Bene-ſtante ejus filia eſt annorum ſedecim, & quod ſemper à die ejus nativitatis fuit & ſtetit muta, & non loquebatur: & quod hodie, ob reverentiam Dei & S. Zitæ Virginis, reſtituta eſt ei loquela. Quam Bene-ſtante ego Faytinellus & teſtes vidimus & audivimus bene loqui, facta ei & ab ea interrogatione de rebus, de quibus bene reſpondebat coram dominis Ubaldo & Gerardo & Raynerio Canonico, die Sabbati trigeſima *o* menſis Aprilis, & Presbytero Michaele de Montiliano.

13 Mercadante; prænominatus Bigollus, de Petra-ſancta quondam Guidi Giojæ, qui fuit de Monte-magno, ſupradicto die Sabbati dixit, quod ipſe fuit & ſtetit avoculus, & in totum caruit lumine de ambobus oculis (in proxime præterito die veneris *p* de Lazaro fuit unus annus) & ab ipſis temporibus citra ſemper; ita quod nullo modo videbat: & quod hodie venit cum reverentia ad corpus ſanctæ virginis: & ibi fuit & ſtetit quamdiu liberatus hodie fuit: & quod ob reverentiam Dei & ſupradictæ beatæ virginis, in totum videt & adeptus eſt lumen; ita quod coram me Faytinello Not. & domino Guilhelmotto Baldoini, & domino Philippo Ricciardi & Cæcio Lieti clare vidit. Pretioſa, uxor ſupradicti Mercadantis, eodem die dixit, quod ſuprad. Mercadante ejus vir dicto tempore ſtetit & fuit avoculus de ambobus oculis; ita quod nullo modo videbat.

14 Benul-

videnti miracula ſua, *l* *ac propterea loquela privato,* *m* *n* C *pœnitenti illam reſtituit:* *hujus miraculi teſtes,* B E F *o* *p* *muta loquelam;* *cæca videns:* ex ms notarii.

EX MS NOTARIALI.

14 Benullius de Corellia *q* Garfagnanæ, qu. Rocchi Sciay ſupradicta die Sabbati dixit, quod ipſe à quatuor menſibus citra ſemper uſque hodie fuit attractus de ambobus cruribus, ita quod ſine baculo nullo modo ire poterat: & quod hodie venit ſuper unum aſinum ad corpus ſuprad. S. Zitæ Virginis cum reverentia, & ob reverentiam Dei & ipſius beatæ Virginis factus eſt rectus & liberatus in totum; ita quod coram me Faytinello Not. & Franciſco Maleſartis, & Alexandro Cambenes de Luca & Sacello Franchi, & Vanni Tadolini, & aliis pluribus recte & ſine baculo ivit. Fredianus qu. Cati de Corellia ſuprad. avunculus ſuprad. Benulli eodem die dixit nobis ipſe hodie, quod vidit ſuprad. Benullum attractum & infirmum à dicto tempore citra, & quod hodie vidit eum ſanum & liberatum.

q contractũ.

ANNOTATA.

a Contracta *id eſt* contrata (*quod hic pro vico ſeu urbis regione accipitur*) *uti & alia multa per ſimplex* t *aut* tt *ſcribenda, tunc pronuntiabantur per* ct: *nunc econtra etiam omnia quæ Latine* ct *efferuntur abſque* c *pronuntiant & ſcribunt Itali, ut* retto, *rectus*, petto, *pectus &c. Nos deinceps priora abſque* c *ſcribemus.*

B

b Lavellus, *ex articulo* lo *&* avello (*quod arcam lapideam ſepulcralem ſignificat*) *in eadem ſignificatione hic accipitur. Sic etiam S. Anſelmus Abbas Nonantulanus* in Marmoreo lavello *conditus dicitur in ejus Vita quæ extat apud Vghellum tom.* 2 *Italiæ ſacræ & finitur col.* III: *deeſt autem in noſtro Martio ad diem* III, *dum ibi latet nobis inobſervata. Defectum ſupplebunt poſteri, in Supplemento operis.*

c Armannettus *ab* Hermannus; Puccius *à* Philippus; Cheſina, *à* Lucheſia *diminutiva ſunt; & poſtrema quidem duo ſyllabis initialibus trùncæ, ex familiari totius Hetruriæ uſu, ſæpe aliàs notato.*

d *Hinc conſtat* (*quod & indicat inſolitum ex abrupto initium*) *unum fortaſſis alterumve folium, aut initium hujus proceſſus deficere, ubi dies notabatur: qui nobis videtur fuiſſe* 28 *April. & dies Iovis, ſicut is notatur poſt num.* 8; *ubi quædam ex hic pretermiſſis hujus diei miraculis & ad finem tranſlatis reſtituimus.*

e Clinare *pro* inclinare *hic ponitur.*

f Fanuccius *diminutivum eſt à* Stephanus: *ſicut infra* Duccia *à* Gerardus *aut alio nomine in* dus.

g Avocolus *id eſt cæcus: Francis* Aveugle, *unde adhuc in Tuſcia uſitatum,* Avoculare, *excæcare, compoſitum ex* oculus *& privativa particula* a, *Lombardis Teutonibuſque communi.*

C

h *An ſcribendum* Sancatus, *quaſi* Exancatus, *ab* anca *coxendice? In miraculis à Lamori Italice conſcriptis, habetur* Zoppo, *quod eſt, claudus.*

i *Hoc fuiſſe anno* 1278, *cum Paſcha fuiſſet* 17 *Aprilis, jam diximus in prævio Commentario.*

k Cullea, *id eſt,* ſcrotum, *à teſtibus quos continet ſic nominatum, ex Longobardica Lingua.*

l Pettum, *Francis* pet, *crepitus ventris, à Latino* pedere.

m Scalceatus, *id eſt,* excalceatus *juxta uſum linguæ vernaculæ, privativum* ex *truncantu in compoſitis, ſolumque ſ retinentis.*

n *Florentinus notat in antiquis monumentis* Sedales *vocari & ſunt, inquit* ex majoribus baſilicis prope & extra urbem, ubi Epiſcopi aliquando cum Clero eccleſiæ Cathedralis per feſtivitates cujuſque illarum reficiebantur & ſedes fixas habebant. Eæ quod ego obſervaverim binæ erant, nempe S. Frigidiani, quæ nunc eſt intra mœnia, & SS. Donati ac Theodori, quæ anteacto ſeculo pro urbis ſecuritate demolita eſt, & ejus loco intra urbem extructa altera dicitur SS. Paulini & Donati. *Videntur præter ipſam eccleſiam S. Frigidiani ut minimum duæ aliæ ſignificari, quarum forte præcipua ac prima fuerit ipſa Cathedralis.*

D

o *Scriptum erat* Sabbati XXVIII menſis: *cum igitur facilius in numero erretur quam in nomine, iſtum corrigere maluimus: alias cenſeri potuiſſet hoc quoque ad diem Iovis pertinere.*

p *Eſt hæc feria* VI *ante Dominicam Paſſionis, qua euangelium de Lazaro legitur, & fortaſſis notior vulgo Lucenſi, quod uno milliari extra portam eſſet Leproſorium à* S. Lazaro *dictum, quod forte eo die ſolennius viſitabatur. Hæc autem feria anno* 1278 *cadebat in ipſas kalendas Aprilis.*

q Carfagnana, *regiuncula eſt, trans Apenninum per mediam Hetruriam uſque in Lucenſium fines excurrens, ſub ditione Ducis Mutinenſis.*

CAPUT II.

Miracula primo die Maji deſcripta.

15 Dicaſa, mulier de Luca, de contrata S. Romani, filia qu. Orlandi, die Dominico ipſa die kal. Maji dixit, quod ipſa à viginti annis citra ſemper fuit avocula de oculo ſiniſtro; ita quod non videbat aliquo modo, & quod hac præterita nocte ſtetit ad corpus & juxta corpus ſanctæ Virginis: & ob reverentiam Dei & ſuprad. corporis, ſana & libera facta eſt. Et coram me Faytinello Not. & infraſcriptis teſtibus, bene vidit de ipſo oculo & altero, coram Como qu. Orlandi Porcelli de Luca, & Gaddo qu. Aldobrandini Talgardi, & Gerardino Granni Freyñ de Luca.

S. Zita invocata ſanat eacam,

E

16 Pierus Faber de Petra-ſancta-Verciliæ *a* quondam Bonacorſi, dixit die Dominico ipſa die kalend. Maji, quod Bonturus, ejus filius, erat & fuit attractus de toto corpore & perſona tota; ita quod nullo modo ibat, nec ire poterat rectus cum baculo, nec ſine baculo (circa undecim menſes eſſe poſſunt) & ab ipſo tempore citra ſemper: & quod hodie, ob reverentiam Dei & ſuprad. corporis S. Zitæ Virginis, liberatus eſt & ſanus factus, & coram me Faytinello Not. & teſtibus infra ipſe Bonturus ivit & ibat, undique bene ſanus & rectus, coram Geraldino Arnaldi Fabro, & Guido Malioſi, & Becto Opithi Lucenſi, & Viviano Caſſivolo qu. Venturæ, & aliis.

a alium,

17 Caruccia mulier, filia qu. Manfredi de Contrata S. Bartholomæi de Peccionis de Piſis, eadem die Dominica, ipſa die kal. Maji dixit, quod ipſa fuit & ſtetit attracta de brachio dextro, & ejus manus ab introitu proximi præteriti menſis Junii citra: ita quod de ipſo brachio nec ejus manu aliquo modo ſe juvare, vel ipſam extendere non poterat. Modo ob reverentiam Dei & Virginis S. Zitæ, coram me Faytinello Not. & teſtibus vidi ipſum brachium: & manum extendebat & extendit coram Bartholomæo Jacobi Glandolfini Notario, & Andrea Jacobi Notario de Luca, & Dota Fignario & aliis.

aliam,

F

18 Benvenutus, qu. Orlandi Muſſæ, de contrata S. Concordii portæ S. Petri, eodem die dixit, quod ipſe fuit & ſtetit attractus de toto ſuo corpore & perſona, à duobus annis citra complentibus ipſis annis iſto proxime venturo menſe Auguſto; ita quod nullo modo ibat nec ire poterat ſine crocciis *b* & cum crocciis. Dixit, quod heri venit ad ſuprad. corpus: & hodie, ob reverentiam Dei & ſuprad. corporis ſanctæ Virginis, factus eſt ſanus & liberatus. Ita quod coram me Faytinello Not. & teſtibus, bene & recte ibat & ivit ſine aliqua croccia; deinde ſe liberatum eſſe in toto à ſuprad. malo, coram Guido Guidotti, & Andrea Iacobi Notario & Mercato Iunctæ Lucenſi, & Bon-oſte Alamanni, & Orcello Albertini. Qui Mercatus & Bon-oſte & Orcellus dixerunt, quod primo bene viderunt ipſum Benvenutum attractum.

alium,

b

19 Bertha,

A *aliam*, 19 Bertha, uxor Blanchi de S. Januario, ſuprad. die Dominico, ipſa die kal. Maji dixit, quod à quatuor proxime annis citra, ſemper fuit & ſtetit attracta de toto ſuo corpore; ita quod nullo modo ire poterat ſine baculo: & dixit, quod heri ipſa ſuper unum aſinum venit ad corpus ſuprad. B. Virginis Zitæ, quia aliter pedes venire non poterat. Et apud ipſam eccleſiam S. Fridiani de ipſo aſino deſcendit, & ad ipſius corpus ivit, & ibi fuit & ſtetit aliquantulum cum magna reverentia & precibus. Et quod hodie, ob reverentiam Dei & corporis ſanctæ Virginis, facta eſt ſana & liberata, ita quod coram me Notario & Jacobe Cenamo & Jacobo Ricardini Notariis, & Domino Roſſo de Gallo, & aliis, ipſa Berta ſine aliquo baculo ivit & ibat, dicendo ſe liberatam eſſe de ſuprad. ægritudine.

aliam, 20 Abbracciata, uxor Aldobrandini de Schiava Vercelliæ, iſta die dixit, quod ipſa, ab introitu proximi præteriti menſis Martii citra, fuit & ſtetit attracta de brachio dextro, ita quod ipſum brachium elevare in altum non poterat, nec ſe juvare aliquo modo: & quod hodie, ob reverentiam Dei & ſuprad. Virginis, facta eſt ſana & liberata de ipſo brachio. Et coram me Faytinello Not. & teſtibus ipſum brachium bene
B elevabat, & faciebat modo quod volebat: & dixit ſe bene liberatam eſſe coram ſuprad. Notariis, & Alone Barberino Lucenſi qu. Neri, & Corſo Cuſtore Lucenſi qu. Bonequeſtri & aliis.

alium, 21 Jacobus qu. Guardaville de Conagna Garfagnanæ ſuprad. die Dominico, in ipſis kal. menſis Maji dixit, quod ipſe, à quatuordecim menſibus citra, ſemper fuit & ſtetit attractus de toto corpore; ita quod ſine crocciis nullo modo ire poterat: & quod hodie, ob reverentiã Dei & Virginis S. Zitæ factus eſt ſanus & liber. Et dixit ſe bene in totum liberatum eſſe, & coram Domino Amadæo Canonico eccleſiæ S. Fridiani, & ſuprad. Notariis, & Guido Guidotti Lucenſi, ipſe Jacobus recte ſine aliquo baculo ibat.

aliam, 22 Franceſca uxor Franchi, de Cothile Valledulæ, eodem die dixit, quod à duobus annis citra, ipſa ſtetit & fuit infirma & attracta de pede ſiniſtro, ita quod nullo modo ire poterat ſine baculo. Et quod hodie, ob reverentiam Dei & ſanctæ Virginis eſt ſana & liberata, & dixit ſe bene liberatam eſſe: & bene & recte ibat coram me Faytinello Not. & ſuprad. Domino Homodeo, & Domino Jacobo de S. Maria ad montem, & Guido Guidotti.

& aliam; C 23 Orambile, mulier Lucenſis, de contrata S. Martini, & filia Orlandini Dominiſcini, ſuprad kal Maji dixit, quod ipſa, à tribus annis citra, fuit ſemper & ſtetit attracta de tota ſua perſona; eo quod ſine crocciis ire non poterat: & quod hodie ob reverentiam Dei & ſanctæ Virginis facta eſt ſana & liberata: & dixit ſe bene liberatam & ſanam, & coram me Notario & D.
t Hondio *t* ſupradicto, & D. Jacobo Not. & aliis, recte & ſine aliqua crocia ibat undique.

item mutum, *d* 24 Bona-mulier, filia qu. Riccardi, de contrata S. Petri Cigoli, quæ moratur cum *d* Fatio Miſſii Lucenſi de ſuprad. contrata, ſuprad. die kal. Maji dixit, quod ipſa ſtetit & moram contraxit cum ſuprad. Fatio annis tredecim vel circa: & dixit, quod Giori filius ipſius Fatii eſt annorum novem vel circa, & quod ipſe Giori toto tempore vitæ ſuæ ſtetit & fuit mutus, & non loquebatur aliquo modo: & quod hodie, ob reverentiam Dei & corporis ſuprad. beatæ Virginis ipſe Giori liberatus eſt; & reſtituta eſt ei loquela, & loquebatur coram me Notario & ſupradicto D. Hondio, & Guido Guidotti, & Bonaguſta Tignoſini, & Ugolino Franceſchi, & ſuprad. Notariis & aliis.

aliumque contractũ, 25 Fredianus filius Bonifacii de Collibus ſuprad. die Dominico, ipſa die kal. Maji dixit, quod ipſe à quindecim diebus citra, ſemper fuit & ſtetit attractus de renibus; ita quod ſe *e* riſſare vel rectus ſtare non poterat, nec etiam ire poterat & ſine baculo: & quod hodie apud ſanctum corpus ſuprad. Virginis, ob reverentiam Dei, liberatus & ſanus factus eſt. Et dixit ſe bene liberatum, & coram me Faytinello Not. & D. Homodeo, & Guido Guidotti, & Bonacorſo converſo S. Leonis, & aliis multis, bene ibat ſine baculo. EX MS NOTARIALI. *e*

26 Magiſter Benvenutus de Petris, Magiſtri qu. Gianibelli, qui fuit de Torno *f* Lombardiæ, & nunc hic moratur, ſuprad. die dixit, quod ipſe ſemper, à ſex annis citra, fuit avoculus de oculo ſiniſtro, ita quod lumine carebat & de ipſo oculo non videbat; & quod hodie apud ſanctum corpus S. Zitæ Virginis, ob reverentiam Dei & ſanctæ Virginis, liberatus eſt & ſanatus. Et dixit ſe in totum liberatum eſſe, & coram me Faytinello Not. & ſupraſcripto Domino Homodeo, & Gualtrocta Faytinelli, & Franciſco Cambolani, & Oderetto Tinctore pannario Lucenſi, & aliis multis: coram quibus ipſe Magiſter Benvenutus bene & clare vidit & cognovit de ipſo oculo ſiniſtro, & etiam de altero. *f* *reſtituit viſum caco*

27 Mattheus Guencio de Oretano qu. Civenni, eadem die Dominica, ipſa die kal. Maji dixit, quod Cara ejus filia, à tribus annis citra, fuit ita ſemper infirma de una fiſtula in oculo dextro; quod quaſi de
E ipſo oculo nihil videbat. Et modo ob reverentiam Dei & ſuprad. Virginis S. Zitæ ſanata effecta eſt, & optime videt factis ei ſignis: & ipſa Cara dixit ſe bene liberatam eſſe, coram me Notario & Priore Wilhelmo eccleſiæ S. Donati, & ſuprad. Domino Homodeo & Guido Guidotti & multis aliis. *& alteri*:

28 Maſſai, uxor Alberti de S. Michaele ad Villorbanum, præſente ipſo ſuo viro, & hoc ſimiliter dicente & confitente, dixit, quod ab undecim annis citra continue fuit attracta, & jacebat, & non poterat bene ſurgere vel ire ſine adjutorio alterius: & quod heri ſuper unum aſinum venit apud ſanctam eccleſiam S. Fridiani ad ſuprad. beatam Virginem, & hodie ob reverentiam Dei & ſanctæ Virginis effecta eſt ita ſana & liberata, quod vadat: & ibat & ivit cum uno baculo undique quaſi bene recta, præſentibus & videntibus me Notario & ſupradictis, & Priore S. Donati & D. Homodeo & Arrigo Parentis, & Poſarello Sabolini Notario & aliis multis. *ſummembrorum cõtracta*,

29 Germundia, filia qu. Joannis Buonfiglioli, de plebe S. Pauli, dixit, quod à ſex annis citra ſemper habuit pedem dextrum attractum; ita quod in terram ponere non poterat niſi punctum pedis, & non poterat ire ſine magno labore: & quod hodie, ob
F miſericordiam Dei & ſuprad. Virginis S. Zitæ, integre liberata eſt & bene ſana. Et coram me Notario & ſupradictis ibat & ivit bene & recte, dicens, ſe eſſe liberatam in dicta eccleſia ad ſuprad. corpus ſanctæ Virginis. *item alteri*,

30 Maria, uxor Bonaventuræ Peponis Lucenſis, de S. Petro Sommalto eadem die Dominica, ipſa die kal. Maji dixit, quod Margarita ejus filia, à novem annis citra, continue fuit & erat attracta & perdita de toto latere dextro; ita quod pedem habebat travoltum *g* & attractum, & brachium non poterat elevare nec manum aperire; & hodie ad corpus ſanctæ Virginis, ob reverentiam Dei & ſanctæ Virginis, facta eſt libera & bene ſana: & dixit ſe bene ſanam eſſe, coram me Notario & ſupradictis, & Dominis Jacobo Judice & Vannuccio Pollani & Poſarello Notario, qui dixit, quod iſtam Margaritam multoties ſic vidiſſet attractam. *alteri*, *g*

31 Conteſſa, uxor Bonacorſi, qui moratur cum filio qu. Tigrini judice, ſuprad. die dixit, quod à ſex annis citra ipſa ſemper habuit attractum digitum medium manus ſiniſtræ, taliter, quod ipſum digitum nullo modo extendere poterat: & quod proxime *alteri*,

EX MS NOTARIALI. præterito die Jovis apud ſuprascriptum corpus, miſericordia Dei & ſanctæ Virginis, facta eſt integre ſana & libera; & coram me Notario & ſupradictis ipſum digitum aperiebat bene, & dixit ſe bene liberatam.

h & alteri, 32 Maſſea *h* prænominata Baccharella, quæ moratur Piſis cum Domina Chiſia del Nichio, dixit die Dominico, ipſa die kal. Maji, quod à decem annis citra, ſemper ipſa fuit & ſtetit attracta de brachio ſiniſtro: & quod multo majus habebat brachium dextrum quam ſiniſtrum: & quod hodie in ſuprad. eccleſia & ad ſuprad. corpus ſanctæ Virginis, ob reverentiam Dei & ſuprad. Virginis berata eſt, & ipſa bene extendebat ipſum brachium & manum coram me Notario & D. Priore Jacobo & Priore Guilielmo ſuprad. & ſuprad. Judicibus & aliis multis. Jacobus Bilanciarini qu. Campoccii, qui moratur Piſis

i in contrata S. Fraſſæ. *i* teſtatus dixit, quod ipſe multoties audivit dici, quod ſuprad. Maſſea erat infirma ſuprad. infirmitate: & modo dixit, quod integre liberata eſt per ſuprad. Virginem.

caecum viſu donat, 33 Lupardus de Gractanola quondam Guidochi eodem die dixit, quod ab introitu proxime præteritæ Quadrageſimæ ipſe fuit ita avoculus, quod ipſe de ambobus oculis non bene nec clare videbat, niſi in

B modum nubeculæ; & quod hodie apud ſuprad. corpus ſanctæ Virginis, ob reverentiam Dei & ſuprad. Virginis, liberatus eſt de ipſis oculis. Et liberatum ſe mihi dixit, & coram me & ſuprad Prioribus & Judicibus, & aljis multis, ipſe Lupardus, factis ei ſignis ante oculos, bene & clare omnia videbat & vidit.

aliam, 34 Luparella, uxor Philippi Nuntii de Foſſa del Tacco eodem die dixit, quod ipſa ſemper à viginti annis citra, fuit avocula de oculo ſiniſtro, ita quod in nullo modo vidit in tantum tempus: & hodie apud corpus ſanctæ Virginis, ob reverentiam Dei & ipſius Virginis, ſana & libera facta eſt. Et dixit mihi ſe bene ſanam & liberatam eſſe. Et coram me & Dominis Priore Wilhelmo & Conradino Cajetani, & Philippo de Taſſe, & Euſtichello Catuola, & Rainerio Mola & Poſarello del Boſco & aliis, factis ſignis ante oculum ſuprad. bene & omnia clare vidit & cognovit. Fatius qu .... de dicta contrata, die ſuprad. dixit, quod ipſe à quindecim annis citra vidit ipſam Luparellam carentem lumine de ſiniſtro oculo.

energumenam liberat, 35 Paſqueſe, filia Junctæ Gualberti, de monte Catini Vallis Nebulæ, ſuprad. die Dominico, ipſa die kal. Maji dixit, quod ipſa à medio proxime præteriti menſis Septembris citra, fuit *k* ingomberata &

k C vexata à malis ſpiritibus: & quod propterea ipſa venit pro miſericordia Dei & B. Zitæ Virginis, audiens, quod ipſa S. Zita ſanctificaverat Lucæ apud ſanctam eccleſiam S. Fridiani: & quod, cum ipſa hodie, ſic ingomberata & vexata, fuit ad corpus ſuprad. Virginis intra eccleſiam, ibidem exiſtens devota, cauſa liberationis habendæ; & ſic ob miſericordiam Dei & ſuprad. Virginis liberata eſt. Et dixit, quod ipſa tunc, quando vexabatur, habebat in corpore undecim dæmones, qui exierunt de corpore ſuo in ſuprad. loco: & dixit, quod ad ipſam liberationem interfuerunt D. Pellegrina mater ſua, & D. Berta ſuprad. loci, & D. Ringratiata ſuprad. loci, & ſic eam vidimus liberatam ſecundum ejus dictum ego Notarius & D. Jacobus

l Prior, & D. Thomaſius & Petrus Bactitor auri *l* in Aquina, & Presbyter Rainerus de S. Michaele & alii. D Pellegrina, mater ſuprad. Paſqueſis, dixit, quod recordetur, & vidit, & credit firmiter per ea quæ videbat, quod dicta ejus filia ſic à dæmonibus vexabatur & vexata fuit: & vidit eam liberatam & liberari in ſuprad. eccleſia S Fridiani ad corpus ſuprad. Virginis.

& contra-ctam. 36 Bacciomea, filia Jacobi Cartorari, de S. Petro Ciguli, erat attracta de manibus & pedibus, & liberata fuit à ſupradicta Virgine Zita die Dominico, ipſa die kal. Maji, ut dixit Fr. Saluio, ſuprad. eccleſiæ S. Fridiani. D

ANNOTATA.

a *Hæc* Petra-ſancta, *à priori per agnomen* Verciliæ *diſtincta, ubi ſit, ignorare fatemur, nec non de variis locis hic nominatis & non explicatis: ſed nec operoſe requiſitis.*

b Croccias *dici, ſubaxillaria fulcra, jam alibi ſæpe monuimus.*

c *Hunc quoque oportet nominatum fuiſſe in exordio proceſſus, quod amiſſum dolemus; niſi forte legendum ſit* Homodeo, *ut ſupra & infra ſæpius.*

d Fatius *nomen truncatum à* Bonifacius: *& ab illo ſic trunco ducitur diminutivum* Fatinellus, *quod eſt nomen notarii & familiæ illius, cui S. Zita famulata eſt.*

e Riſſare *hic infra num.* 35 reſſare, *ſignificat* erigere, *Francis voce compoſita atque contracta* dreſſer: *fortaſſis à Teutonico* Ryſen *potius, quam ab aliqua corruptela Latina vocis* Regere.

f De torno, *id eſt, de vicinia vel de loco circa Lombardiam, Italico idiotiſmo: dicitur autem* Torno *pro* Intorno: *quod etiam Francica lingua ſuo modo uſurpat, cum dicit* à l'entour, *circa.*

g Travoltus, *ſyllabatim* Transvolutus *ſcriberetur, clarius & latinius* diſtortus: *vox autem Italica eſt.* E

h Maſſea *videtur eſſe femininum à nomine* Thomas: *ſupra num.* 28 Maſſai, *ſed forte ſcribendum* Maffea *quod eſt femininum à Matthæus.*

i S. Fraſſæ *nomen alludit ad nomen* S. Eupraxiæ *vel* S. Euphraſiæ: *quia tamen anno* 845 *Narnia Lucam tranſlatum eſt corpus* S. Fauſtæ *Martyris Cyzicenæ, paſſæ cum Euſtachio* 20 *Sept. quæ Lucæ colitur die* 25, *non abeſt ſcrupulus ne minus recte deſcriptum ſit nomen: quod tamen de ſcriptore Lucenſi, cui nomina notiſſima erant, non facile debet præſumi.*

k Ingombrare *Italice eſt impedire. Erit fortaſſis qui ab* Umbra *id eſt phantaſmate ductum putent: ego magis ſuſpicor eſſe à Teutonico* kommer *ſeu* komber *quod inquietudinem, erumnam, afflictionem ſignificat; adhibita ad compoſitionem Latina præpoſitione* in: *& ſic voci iſti ſyllabatim reſponderet verbum Teutonicum* bekommeren: *nam in Teutonica lingua præpoſitiva particula* be, *hactenus reſpondet Latinæ* in, *non negationem ſed inhæſionem notanti.*

l Bactitor *alias malleator diceretur,* à Battere *percutere, olim* batuere.

CAPUT III.

Miracula notata die II *&* III *Maji.*

37 BErthus, qu. Catalani de Foſſa de Taccho, eo- F
dem *a* die dixit, quod jam ſunt anni ſeptem- *a*
decim vel circa, quod ipſe fuit attractus de crure & *B. Zita contractum ſanat.*
pede dextro; ita quod calcaneum pedis ipſius cruris non poterat aliquo modo in terram ponere: & hodie, ob reverentiam Dei & ſanctæ Virginis, liberatus eſt, & ivit bene & recte coram me Notario & ſuprad. Priore & D. Ubaldo, & ſuprad. judicibus Dominis Jacobo & Raynuccio.

caeca viſum reſtituit, 38 Beatrice de Monte-lignoſo, uxor Gherardini, quæ fuit de Petra-ſancta, die Lunæ ſupradicto dixit, quod Conteſſa ejus filia fuit & ſtetit avocula de ambobus oculis, & ita carebat lumine, quod ipſa nihil videbat: & quod in ſuprad. eccleſia S. Fridiani apud ſuprad. corpus ſanctæ Virginis, pro miſericordia Dei & ipſius Virginis, liberata & ſanata eſt: ita quod factis ſignis ante ipſius Conteſſæ oculos, ipſa Conteſſa bene vidit & videbat, & clare omnia cognovit, coram me Notar. & D. Jacobo Priore, & D. Homodeo, & Bartholomeo Paldocinii, & Turello Bacteldo Lucenſi, & Nicolao Mercati Notario & aliis multis. Auricus *b* *b*
de Plebe Vallecchio Verciliæ dixit, quod ipſe vidit heri & poſt heri ſuprad. Conteſſam avoculam de ambobus oculis, ita quod inde nullo modo videbat; & hodie,

A hodie, pro miſericordia Dei & ſanctæ Virginis, videntem & omnia cognoſcentem: & clare vidit.

ſurdo ſimul & muto loquelam & auditum,

39 Urſa de Garfagnana de Caſatico, relicta qu. Bononii, eodem die dixit, quod ventura ejus filius, à ſex annis citra ſemper, continuo fuit ſurdus & auditu privatus; quod nullo modo audiebat; & quod hodie, pro miſericordia Dei & ſuprad. B. Zitæ Virginis liberatus eſt. Et dixit idem Ventura, ſe bene ſanum & liberatum in totum: & factis ei interrogationibus quam pluribus, ipſe Ventura bene omnia audiebat coram D. Tomaſo Canonico, & Nicolao Mercante & Joanne qu. Chriſtiani Lucenſi, & Gadduccio filio Ranuccii Spadæ, & aliis.

contracto uſum membrorum,

40 Joanninus Pilicciarius, qui ſtare conſuevit in campo filiorum Anguillæ apud S. Vitum, & nunc moratur in contrata Hoſpitalis de miſericordia, qu. Michaelis, eodem die Lunæ dixit, quod à duodecim annis citra continue, fuit ipſe attractus de omnibus cruribus & pedibus, & de brachio ſiniſtro & ejus manu; ita quod poſtea non ivit nec ire poterat ſine crocciis, nec de ipſo brachio & manu ſe juvare poterat, vel extendere aliquo modo: & quod hodie ad corpus ipſius ſanctæ Virginis Zitæ, ob miſericordiam Dei & ipſius Virginis liberatus eſt & ſanus in integrum factus. Et dixit ſe bene liberatum, & coram me Notario & D. Tomaſo, & Presbytero Michaele de Mutilliano, & Ugolino filio Bartholomæi Anguillæ, ipſe Joanninus ſine crocciis recte & bene ibat & ivit. Joannes, qu. Benedicti de Via-nova, dixit eodem die, quod ipſe vidit hodie dictum Joan-

B

c ninum ſic *c* acciaccum, & infirmum invenit intrare ad corpus & lavellum ſanctæ Virginis, ſic infirmum & cum crocciis. Et poſtea ſtatim vidit eum bene ſanum, & ſine crocciis ire & recte.

alteri,

41 Puccius Benedicti de S. Petro ad Marcilliano, eodem die Lunæ ſecunda menſis Maji dixit, quod ipſe, à novem menſibus ſupra ſemper, continuo fuit

d attractus & infirmus de toto *d* fianco & corpore & pede dextro; quod ipſe ſine baculo nullo modo ire potuit, nec in terra poterat ponere niſi punctum ipſius pedis: & quod hodie, pro miſericordia Dei & beatæ Virginis Zitæ, factus eſt ſanus & liberatus; ita quod coram me Notario & ſuprad. teſtibus bene & recte ſine crocciis ibat & ivit. Ugolinus Bartholi Anguillæ de Luca dixit, quod ipſe hodie juvit ſuprad. Puccium intrare ad lavellum ſuprad. Virginis S. Zitæ, niſi quod ipſe pro tunc attractus hodie cum baculo intravit. Et Dominus Homodeus Canonicus

C ſuprad. eccleſiæ dixit, quod bene vidit eumdem præattractum, & hodie ſanum.

ſurda ſimul & muta auditum & loquelam reſtituit,

42 Bona uxor Blanchi de Corellia Garfagnanæ, eodem die Lunæ ſecunda menſis Maji, præſente ipſo ſuo viro & hæc omnia dicente & confitente, dixit, quod jam ſunt anni duo, & tantum plus quantum eſt à proxime præterita Quadrageſima citra, quod ipſa ſemper ſtetit & fuit muta & ſurda; ita quod nec audiebat neque loquebatur. Et quod toto ſuprad. tempore habuit manum dexteram attractam, ita quod nec aperire nec extendere vel aliquid facere inde minime poterat: & quod hodie, pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis, facta eſt ſana & libera. Et bene & clare audivit, & fuit locuta: & dixit ſe bene de ſuprad. ægritudinibus liberatam, coram me Notario, & D. Tomaſo, & D. Marco Plebano de Maſſa Ciuccoli, & D. Bartholomæo, & D. Paulo eccleſiæ S. Pontiani, & aliis. Jacobus Senzabe de Luca qu. Bonanni eodem die dixit, quod ipſe hodie juvit ſuprad. Bonam intrare in locum, ubi eſt corpus ſupradictæ Virginis; & quod ipſa tunc non audiebat nec loquebatur. Et vidit poſtea eam liberatam bene à ſuprad. ægritudinibus. Blancus ſuprad. vir ſuprad. Bonæ dixit, quod ſuprad. tempore fuit gravata de infirmitate, poſtea liberata, ut ſupra dictum.

EX MS NOTARIALI.

43 Turella, quondam Lambertucii de Canneto Vallis-Arni, & quæ modo moratur Lucæ apud Fractam, eodem die Lunæ ſecunda menſis Maji dixit, *caca viſum,* quod ipſa, à ſex menſibus citra, ſemper fuit avocula, uſque hodie de ambobus oculis; ita quod nihil poterat videre, nec videbat niſi ut in umbra & in *e* nebbia: & quod hodie, ob miſericordiam Dei & ſanctæ Virginis Zitæ, liberata & ſana eſt; & nunc videt bene & clare, factis ei ſignis, coram me Notario & ſupraſcriptis. *e*

energumenam liberat,

44 Richa, uxor Schotti Guilielmini, de contrata S. Donati de Luca civitate, eodem die dixit, quod ipſa, ab undecim annis citra, fuit ultra modum ad multa illicita facienda die & nocte eundo & ſtando gravata, & de ejus ſtratu extracta, & *f* travagliata: & *f* dixit, quod ipſa venit & ducta fuit apud eccleſiam S. Fridiani ad corpus B. Zitæ, pro liberatione recipienda de ipſis dæmonibus à dicta Virgine: & quod hodie, per miſericordiam Dei & ſuprad. Virginis, liberata & ſanata eſt ab ipſis dæmonibus. Et dixit ſe bene liberatam eſſe à dæmonibus, coram me & Presbytero Nicolao Lucenſi, & ſupradictis Benedicto & Franciſco Lucenſibus, & Nicolao Guiggia Lucenſi, & Ozellio Calthi Lucenſi, & Bartholomæo Jordani F Lucenſi & aliis. Beldie de S. Angelo in Campo, mater ſuprad. Richæ, relicta quondam Bonaveris, eodem die dixit, quod ſuprad. Richa ejus filia fuit gravata & vexata dicto tempore à ſuprad. dæmonibus, & ſic eam vidit multotiens, & heri & aliis temporibus dicto tempore: & hodie vidit eam liberatam ab ipſis dæmonibus, ut ſupra dictum. Joannes de S. Angelo in Campo, qu. ſuprad. Bonaveris, germanus ſupradictæ Richæ, eodem die Lunæ ſecunda die menſis Maji dixit, quod ſuprad. Richa ejus germana fuit vexata dicto tempore à dictis dæmonibus, & ſic eam vidit multoties & heri & aliis temporibus: & hodie vidit eam liberatam à dictis dæmonibus, ut ſupra eſt dictũ.

ſurdo audituũ impertiit,

45 Orlandus Chetracciaio, quondam Junctæ de Petra-ſancta, qui fuit de Vallecchia, die Martis tertio die menſis Maji, dixit, quod ipſe ſemper fuit continue ſurdus, à quinque proxime præteritis annis citra, & tantum plus quantum eſt à proxima præterita feſtivitate S. Lazari citra, ita quod ipſe nullo modo audiebat: & modo dixit, quod hodie, pro miſericordia Dei & S. Zitæ Virginis, factus eſt ſanus & liberatus in totum. Et dixit ſe bene liberatum eſſe, & omnia bene & clare audire: & interrogatus à ſuprad. D. Priore, & à D. Orlando Richardo, & Richomo Bol- F garini, & multis aliis, pro videndo ſi intelligeret; qui Orlandus bene & clare omnia intellexit, quæ ſibi dicta erant à ſuis & prædictis & aliis, coram me Notario & Ceccho Spade de Luca, & Pino qu. D. Bonifacii, & Ricardino de Petra-ſancta & aliis. Cecchus prænominatus Bianchettus, qu. Rubboli de Petra-ſancta, qui fuit de Sala, eodem die Martis 111 *g* Maji *g* dixit, quod à quinque annis ſupra ipſe agnovit & vidit ſupradictum Orlandum eſſe ſurdum, & eum non audire aliquo modo: & quod ipſe Orlandus heri, quando vidit eum cum ipſo Ceccho, ipſe Orlandus nullo modo intelligebat ipſum Cecchum vel aliam perſonam. Et dixit, quod ipſe Orlandus, pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis B. Zitæ, fuit & eſt integre liberatus; ita quod omnia bene & clare intelligebat. Pinus, qu. D Bonifacii de Vallecchia, qui nunc moratur Petra-ſanctæ, eodem die dixit, quod ipſe vidit & cognovit à quinque annis citra ſuprad. Orlandũ ſuum convicinum ſurdum; ita quod nullo modo audiebat, & proxime præterito die Dominico ſimiliter eum vidit ſurdũ: & dixit, quod ipſe hodie vidit ipſum Orlandum apud ſuprad. eccleſiam bene & clare omnia audire & intelligere. Benencaſa de Petra-ſancta,

EX MS NOTARIALI. qui fuit de Campilione qu. Deotajuti, eodem die dixit, quod ipſe à quinque annis citra vidit & cognovit ſuprad. Orlandum ſurdum; ita quod nullo modo audiebat, & quod proxima præterita die Dominica ſimiliter eum vidit ſurdum: & dixit, quod hodie vidit eum liberatum eſſe pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis; ita quod clare omnia & bene intelligebat & intelligit. Raynerius de Petra-ſancta, qu. Palermini, eodem die dixit idem, quod ſuprad. Benincaſa in omnibus & per omnia. Richardinus, Notarius de Petra-ſancta, qu. Diotiguardi, eodem die dixit idem quod ſuprad. Benincaſa per omnia.

contracta uſum membrorum, 46 Benvenuta, filia qu. Forlini, qui fuit de Sciappa Vallis-Arni, uxor Michaelis Magiſtri Buctin, qui moratur in domo quæ fuit Jacobi Greppelungi prope turrim filiorum Paſſi, de Porta S. Gervagii, eodem Die dixit, quod ipſa ſemper continue, à quatuor annis citra, fuit attracta de ambo-
b bus cruribus & pedibus & tota perſona à *b* cinta; ita quod ſine baculo nullo modo ire poterat: & quod ipſa hodie, præſentibus & videntibus Bono qu. Gillii Corregiarii de Luca & Guido filio Olivantis de Luca, qui hodie cum ea ſemper fuerunt, ad corpus ſuprad. Virginis beatæ Zitæ, pro miſeri-
B cordia Dei & ſuprad. Virginis, hodie liberata & ſanata eſt. Et dixit ſe bene liberatam, & coram me Notario & Ghirardino Lamberti de Luca, & D. Guido Moccidentis, & D. Ghedino Faytinelli & Guilielmo Bicti & aliis bene & recte ivit & ibat. Bo-
i nus qu. Gilii Correggiarii *i* dixit, quod ipſe hodie, una cum ſuprad. Guido, pro miſericordia Dei, ſociavit ſuprad. Benvenutam attractam & ire & intrare ad corpus ſuprad. Virginis: quia ipſa cum baculo non bene ire poterat, quia attracta erat; & tantum hodie ibi cum ea ſteterunt, quod Jeſus Chriſtus & ſuprad. Virgo liberaverant ſuprad. Benvenutam ut poſſet recta & ſine baculo bene & recte ire. Guido ſupradictus eodem die dixit idem, quod ſuprad. Bonus in omnibus & per omnia.

item alteri, 47 Saladinus de Carrara, prænominatus Schacco, quondam Baronis de monte de Carrara Luniſchianæ, eodem die Martis, III Maii dixit, quod in proxime venturis kalendis Julii complebuntur duo anni, quod ipſe ſemper fuit attractus de crure dextro & pede; ita quod ſine baculo nullo modo ire poterat; & quod heri venit ſuper unum aſinum pro liberatione habenda à ſancta virgine Zita: & cum eo ve-
C nit Vivianus filius Corſi de monte de Carrara, & ſteterit cum eo ad corpus ſuprad. Virginis & ante ipſam Virginem, quamdiu ipſe Saladinus ibi liberatus fuit; & quod hodie ibi ad ſuprad. Virginem, pro Dei miſericordia & ſuprad. Virginis, liberatus fuit. Et dixit, quod erat liberatus: & bene rectus ibat ſine baculo coram ſuprad. Priore & D. Tomaſo, & D. Rainuccio Pollani, & D. Jacobo de S. Marta in monte, & Giaro Tadolini, & Joanne Guardabene, & Accetante Trifecti, & aliis multis. Vivianus ſuprad. dixit, ſupradicta ſic vera eſſe per omnia, & quod ipſe hodie vidit ſuprad. Saladinum attractum & bene ſanum: & ſuprad. Nicolaus Ramondini de Luca eodem die dixit, quod hodie vidit ſuprad. Saladinum attractum, & juvit eum intrare ad ſuprad. corpus ſanctæ Virginis, & poſtea vidit eum à ſancta Virgine liberatum & rectum ire.

& alteri, 48 Dinga, filia Olivantis Vectanioli de Luca, die ſuprad. dixit, quod ipſa, à quatuordecim annis citra, ſemper fuit attracta continue de crure & pede dextro, quod ipſa ſine crocciis nullo modo ire poterat; & quod hodie, pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis B. Zitæ, ante corpus ipſius Virginis, liberata & ſana facta eſt in totum. Et dixit ſe bene liberatam in totum, coram me Notario & ſuprad. D. Priore, & D. Tomaſo & Acceptante Trifetti & D. Rainuccio & Jacobo Judicibus, & aliis multis. D
Don Guido, germanus ſuprad. Dingæ eodem die dixit, quod ipſe vidit attractam ſuprad. Dingam in ſupradicto tempore, & ipſe Bonus quondam Ghilii Corregiarii juverit eam intrare ad corpus ſanctæ Virginis: & quod tam diu ibi cum ea ſteterit, quod ipſa liberata fuit, & ſtatim hodie vidit eam liberam pro miſericordia ſuprad. Virginis, & recte ire & venire ſine crocciis. Bonus Gilii ſupradictus eodem die dixit idem quod ſuprad. Guido per omnia. Stephania, ſoror germana ſuprad. Dingæ, eodem die dixit, quod ipſa ſuprad. tempore vidit ipſam Dingam attractam, & hodie vidit eam liberatam exire de ſuprad. loco, & bene rectam ire ſine crocciis. Dominus Rainuccius Pollani Judex eodem die dixit, quod ipſe in ſuprad. tempore vidit ſuprad. Dingam attractam ire cum crocciis multotiens, & hodie apud ſuprad. eccleſiam vidit eam liberatam ſine crocciis ire & venire recte.

49 Lætitia, filia Junctæ de Menabbeo, & uxor *energume-* E
Angiorelli de S. Januario, Lucenſis diſtrictus & dioceſis, interrogata à Fr. Jacobo de veritate dicenda, *nam libe-* *rat,*
retulit & dixit, quod ſteterat obſeſſa à tribus dæmonibus triginta annis: quæ acceſſit ad ſepulcrum S. Zitæ Virginis eodem die Martis, tertio Maii; & interceſſionibus præfatæ Virginis liberata eſt, coram me Fr. Jacobo & Fr. Frugerio converſo S. Fridiani de Luca. Et hoc confeſſa eſt coram D. Tomaſo, & Fr. Leonardo & Convidione Banaccio de Luca, & Guidone de dicto loco, & pluribus aliis.

50 Bonaventura, Rimendator *k* pannorum, de *k*
contrata S. Mariæ curtis-Orlandinghæ, qu. Fiamin- *contractum*
ghi, die Martis III die Maii dixit, quod Cecchonis *ſanat,*
filius ſuus à ſexdecim menſibus citra ſemper continue fuit attractus de manibus & pedibus & cruribus; ita quod nullo modo ire poterat cum crocciis vel baculo, vel ſine crocciis vel ſine baculo, & quod ſe volvere vel mutare non poterat aliquo modo, niſi ipſum alius volveret & juvaret: & quod proxime præterita die Veneris, pro miſericordia Dei & ſuprad. B. Zitæ Virginis, ante ipſam Virginem & ejus corpus apud ſupradictam eccleſiam bene ſanus & liberatus factus eſt in totum; ita quod ipſe per ſe ſine juvamine & ſine crocciis & baculo ire poteſt recta. Et dixit, quod ante dictam Virginem fuit ſecum, & cum dicto ſuo filio Forticellus qu. Dominici Bartholomæi de contrata S. Georgii.

51 Joannes Bacteloro, civis Lucenſis de contrata F
S. Petri Sigoli qu. Ottoboni eodem die menſis Maii *alium,*
dixit, quod ipſe à tribus menſibus citra fuit ita infirmus & attractus de cruribus & pedibus; quod ipſe infra ipſum tempus nullo modo ire potuit cum crocciis vel ſine crocciis, vel cum baculo, nec de lecto exire niſi alius eum juvaret: & quod proxime præterita nocte proxime præteriti diei Jovis, pro miſericordia Dei & ſupradictæ B. Virginis, apud corpus ipſius Virginis in ſupradicta eccleſia ſanus & liberatus fuit & eſt. Et dixit ſe inde in totum bene ſanum & liberatum, & coram me Notario & Magiſtro Jacobo Grammatico & Actolino Targardi Notario & Puccio Benentendis & D. Gherardo Canonico ipſius eccleſiæ & aliis, bene rectus ivit & ibat. Et dixit, quod ad corpus ſuprad. beatæ Virginis venerunt & ſteterunt cum eo, & eum reduxerunt Coſciorius *l* *l*
Fonſii, & Federigus Bonſignoris, Ubertus Gerardi, Bectus Albeghi, & alii.

52 Matthæus quondam Thæi de Ripalta de Pi- *tumorem*
ſtorio, & eſt filius Dominæ Jacobæ, eodem die *gutturis*
Martis dixit, quod jam ſunt tres anni elapſi, quod *pellis,*
ipſe habuit ſemper inflatam gulam & plenam de *m* *m*
gangulis: & hodie dixit, quod liberatus eſt inde in totum:

totum : & gulam vidi ego Notarius & D. Tomaſius, & D. Caſtagnaccius vidit, & multi alii.

contractum ſanat, 53 Butus qu. Bondici de Piſcia eodem die dixit, quod ipſe non poterat nec potuit à quinque annis citra claudere manum ſiniſtram, & quod ipſe erat ita attractus de cruribus & pedibus, quod nihil facere poterat, nec ire ſine baculo : & hodie liberatus eſt pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis : quem vidimus recte ire undique ſine baculo : & dixit ſe bene liberatum coram me Faytinello Not. & ſupradictis teſtibus. N. Pappatavola Notarius dixit, quod ipſe hodie vidit Butum infirmum ſuprad. infirmitatibus, & hodie juvit eum intrare ad ſuprad. corpus ſuprad. Virginis, & poſtea vidit eum ſanum eſſe & liberatū.

ANNOTATA.

a *Supra quidem & immediate ante nominatur dies Dominica, incidens in diem* 1 *Maji : ſed infra ſcribitur* die lunæ ſupradicto : *ex quo perſuademur vel hic excidiſſe folium quod in ternione reſpondebat folio primitus deſiderato; vel ſaltem miraculum aliquod ſolita librariorum ſocordia omiſſum, quod exceptum fuerat à notario,* 2 Maji, die lunæ.

b Anricus, *ut puto, hic idem valet quod* Henricus.

c Acciaccus, *id eſt contuſus, fractus membris, unde adhuc in lingua Hetruſca uſurpatur* Acciaccare *contundere, frangere.*

d Fianco *alias* Flanco, *Francis & Teutonibus* Flanc, *latus.*

e Neblia, *Latine* nebula.

f Travaglio, *labor, afflictio, ut Francis* Travail : *hinc* Travagliatus *afflictus, à Teutonico* draven *laborare.*

g *Additum erat imperite* kal. *quod expungendum fuit tam hic quam infra num.* 47, *&* 50. *patet enim de tertio die menſis agi.*

h A cincta, *id eſt*, à cingulo.

i Corregiarius, *id eſt*, Lorarius, *à* Corigia *dictus.*

k Remendator, *quaſi* Reemendator, *veterum ſcilicet veſtium Latine Sartor : ſic cerdones, tamquam abjectius ſit proprium nomen profeſſi opificii, etiam apud Hiſpanos & Belgas, nomen ſibi arrogant à Latino* reparare, *&* Reparatores *dici volunt.*

l Fonſius *ab* Alfonſus; *& mox* Theus, *à* Mattheus.

m Gangola, *Italis* ſtruma *dicitur, creſcitque ſub mento.*

CAPUT IV.

Miracula excepta die IV *&* V *Maji.*

B. Zita invocata ſanat contractum, 54 Gerardinus filius qu. Farecti, de Palagarea de Comitatu Mutinenſi, qui moratur in Hoſpitali Burgi de Camaione, die Mercurii, quarto die menſis Maji dixit, quod ipſe à viginti annis citra fuit & ſtetit attractus de crure & pede dextro, & quod à tribus proximis annis ſupra fuit & ſtetit ſemper continue attractus de alio crure & pede ſiniſtro, & de brachio & manibus omnibus ita attractus, quod infra ſupraſcriptum tempus nullo modo ire poterat ſine baculo, nec ſe juvare poterat de manibus vel brachiis, nec extendere : & quod hodie pro miſericordia Dei & ſuprad. B. Zitæ Virginis factus eſt ſanus & liberatus. Et dixit ſe in totum bene liberatum, & bene ibat ſine baculo, & manus & brachia extendebat coram me Notario & Armanno Gerardo Not. & Juncta Ingilgotti Lucenſi, & Acceptante Trufetti, & Bonturo Frænario, & Mercato Lucenſi qu. Jacobi; & dixit, quod pene de Burgo Camaionis ſciunt omnes de prædicta ægritudine.

item alii, 55 Richardus de Vurno, filius Bifolchi, eodem die præſentis menſis dixit, quod Nicolaus ejus nepos, filius qu. Lupardi, toto tempore vitæ ſuæ fuit attractus de brachio & manu dextra; ita quod nullo modo ſe juvare poterat, nec brachium extendere, nec manum aperire poterat nec potuit, à die ſuæ nativitatis citra uſque hodie : & quod hodie, pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis B. Zitæ, liberatus & ſanatus eſt inde. Et ipſe Nicolaus dixit ſe bene liberatum & ſanatum, & brachium extendebat, & manum aperiebat coram me Faytinello Not. & D. Tomaſo & Guido Guidotti Lucenſi & Chriſtophano Faytinelli, Roſſelino Birri & aliis multis. Bifolcus ſuprad. eodem die Mercurii quarta die menſis Maji dixit, quod dictus Nicolaus heri attractus & hodie fuit, & toto dicto tempore : & hodie venit cum eo ad prædictam Virginem, & ſe præſente ibi fuit liberatus, & hodie eum liberatum vidit, ut ſupra dictum. EX MS. NOTARIALI.

muta loquelam reſtituit, 56 Nicri filius D. Bendini Aleotti, de Curte Aluccinga Lucenſis civitatis, eodem die dixit, quod Vanna ſoror germana ſua ab undecim annis citra fuit & ſtetit muta, ita quod à tempore ſuæ nativitatis, cum ſit undecim annorum, nullo modo locuta fuit : & dixit, quod proxime præterita die Martis fuit in ſuprad. eccleſia ad ſuprad. corpus ſuprad. Virginis : & modo, ob miſericordiam Dei & ipſius Virginis, locuta & liberata in totum fuit & eſt, & bene & clare loquitur : ut dixit idem Nicri coram Fr. Jacobo ſuprad. eccleſiæ, & Donato della Nova, Niccoluccio Barletti, & Bonaguida Ciccii, & aliis multis.

cæca videſum, 57 Richadonna, uxor Bona-prece de Vico, eodem die Mercurii, quarta menſis Maji dixit, quod ipſa à tribus annis citra ſemper fuit avocula de ambobus oculis; ita quod nullo modo videre poterat, nec vidit à dicto tempore citra uſque hodie; etſi aliquid videbat, videbat quomodo in umbra & non aliter. Et dixit, quod hodie, pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis B. Zitæ liberata eſt & ſana : & dixit ſe bene liberatam; & vidit & cognovit omnia, factis etiam ſignis coram me Not. & ſuprad. Priore, & D. Archipresbytero Lucenſi, & D. Ubaldo Paſtorcetta Canonico Lucenſi & Plebano plebis S. Stephani, & Chriſtophano Faytinello & aliis. Et dixit, quod convicini ejus de vero ſciunt de ejus ægritudine : & ejus levir Lenus de Palmatera, de S. Gimignano Pontis Mariani, eodem die dixit, quod cognovit ab octodecim annis citra ſuprad. Ricadonnam. Et dixit, quod ipſe vidit avoculam ſuprad. Ricadonnam; ita quod ipſa nihil videbat, & quod non ibat niſi ſicut avocula & cæca.

energumenam liberat, 58 Madonnina, olim venditrix pannorum, quæ morari conſuevit & nunc moratur in capite burgi S. Fridiani, qu. Anſaldi, eodem die dixit, quod à trigintatribus annis citra ſemper gravata & vexata fuit ab undecim dæmonibus : & hodie dixit, quod liberata eſt ab ipſis dæmonibus, pro miſericordia Dei & ſuprad. S. Zitæ, ante corpus ipſius Virginis apud eccleſiam S. Fridiani : & ſic dixit, ſe bene in totum ab ipſis dæmonibus liberatam, coram me Notario & D. Priore Jacobo d. eccleſiæ, & Domino Tomaſo & præd. Scorcia Lupini, & Rogichiano Fadolini, & Dathone Moriconis & aliis multis. Et dixit, quod Guido Gilii & Vitalis Calthoni fuerunt ante ſuprad. Virginem ante & poſt ejus liberationem. Guido qu. Domini Gilii Tediccionis, civitatis Lucenſis, eodem die dixit, quod ipſe hodie juvit ſuprad. Madonninam intrare ad lavellum ſuprad. beatæ Virginis, & quod ipſa Madonnina tunc multum à dæmonibus vexabatur. Propterea quod ipſe Guido vidit eam torqueri & vexari, ut conſuetudini eſt de *a* invaſatis : & poſtea hodie & nunc dixit, quod ab ipſis dæmonibus eſt bene liberata, per ea quæ videt ab ea. Et dixit Vitalis Calzolarius de Burgo S. Fridiani qu. Saluii, eodem die idem, quod ſuprad. Guido in omnibus &

EXMS. NOTARIALI.

per omnia, & quod ipſa Madonnina ſtetit ante ipſum lavellum, quo die fuit, & poſtea vidit liberatam.

contractam ſanat,

59 Minus delle Falce, de contrata S. Petri in Vinculis de Piſis, die Jovis quinta menſis Maji dixit, quod Cola ejus filia à die ſuæ nativitatis citra ſemper fuit attracta de omnibus cruribus; ita quod non poterat ſe reſſare aliquo modo: & quod hodie pro miſericordia Dei & beatæ Virginis Zitæ liberata eſt. Et dixit ea, ſe eſſe bene liberatam coram D. Priore ſuprad. eccleſiæ S. Fridiani & me Faytinello Not. & D. Guido Moccidentis, & Geraldino filio Gualtrotti Caſtagnacci, & Lando Ronſini, & Buto Budajuolo qu. Belhomi & aliis.

b uliam,

60 Richelda mulier, uxor *b* Gennarii de Pariana, eodem die dixit, quod ipſa ſemper à tribus menſibus citra fuit attracta de manu dextrâ; ita quod eam non poterat aperire vel claudere: & quod hodie, pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis liberata & ſanata eſt. Et dixit, ſe bene in totum liberatam & ſanam: & coram D. Priore majore eccleſiæ S. Fridiani, & D. Ugolino Canonico, & Tomaſo qu. Bonifacii de monte Giano, & Gentile qu. Bernardonis, & Lerio qu. Uberti Notario & aliis multis, ipſa Richelda bene & clare aperuit & aperiebat ipſam ſuprad. manum; & dixit quod ejus convicini ſciebant ejus ægritudinem.

B

c d e caco viſum reſtituit,

61 Conteſſa, uxor *c* Telli, de Rena *d* Vallis-Serechi Farſectari, eodem die dixit, quod *e* Bacciomeus ejus filius (in proximo præterito menſe Januarii fuerunt quatuor anni) fuit avoculus de oculo dextro, & de eo lumine carebat; ita quod inde nullo modo videbat aut vidit infra ſuprad. tempus: & quod hodie, pro miſericordia Dei & ſuprad. beatæ Virginis Zitæ, liberatus eſt, & clare videt de ipſo oculo ſicut de alio. Et coram me Faytinello & Bartholomæo Anguillæ, & Guido Guidotti, & Salomone Sfacciatti, & Joanne Formichelle & aliis, bene & clare vidit & videbat, factis ſignis ante ejus ſuprad. oculum. Brandinella ſocrus ſuprad. Conteſſæ & mater ſuprad. Telli eodem die dixit, quod ipſa vidit ſupradictum Bacciomeum ſuprad. termino avoculum dextro oculo; ita quod inde nullo modo videbat: & quod ipſa venit cum ipſo Bacciomeo, & ſtitit eum ante corpus ſuprad. Virginis quamdiu liberatus fuit. Et quod hodie ſic eum vidit avoculum & hodie liberatum. Et dixit, quod ipſe Bacciomeus eſt bene liberatus. Franciſcus de civitate Florentia, qu. Sinibaldi, eodem die dixit,

C

quod ipſe hodie ſuprad. Bacciomeum juvit ſtare ante corpus ſuprad. Virginis, & quod ibi tantum ſtetit quamdiu fuit de dicto oculo liberatus: & quod bene videbat. Et vidit de dicto oculo bene & clare.

contracto uſum membrorum,

62 Ferruccius de Bibliano de Marglia, filius Gerarduccii, eodem die dixit, quod Turchius ejus filius, à quatuor menſibus citra, ſemper continue fuit attractus de ambobus cruribus; ita quod nullo modo ire poterat ſine baculo, & etiam cum baculo male & inepte: & quod hodie, pro miſericordia Dei & S. Zitæ Virginis, liberatus & ſanus effectus eſt. Et ipſe Turchius dixit, ſe bene liberatum eſſe & ſanum. Qui Turchius bene & recte ibat ſine baculo, coram me Notario & teſtibus D. Guilielmo Priore S. Donati, & D. Tomaſo Canonico S. Fridiani, & Scorzia Lupini, & Gualtratto Caſtagnacci & Octonello Jacobi. Et dixit, quod ipſe ſuprad. filius non potuit venire ad ipſam Virginem, ſed potius ipſe Ferruccius eum ſuper collum induxit. Gajus qu. Joannis Bernardini, eodem die dixit, quod ipſe hodie vidit ſuprad. Turchium attractum, ut dictum: & quod ipſe juvit ſuprad. Turchium ad brachia intrare ad corpus ſuprad. Virginis; quia ipſe Turchius per ſe ire non poterat: & dixit, quod ante ipſam Virginem tantum ſtetit cum ipſis Turchio & patre, quod ipſe Turchius bene & integre liberatus fuit & eſt: & eum poſtea vidit ſtatim ſanatum, & recte ire & venire ſine aliquo baculo.

D

caco viſum,

63 Bullione Cantonis Notarius eodem die dixit, quod proxima præterita die Veneris, quando D. Mabilia mater ſua intellexit, quod ſuprad. corpus Zitæ *f* ſanctificaverant, ſtatim ipſa D. *g* Mabilia habuit fidem & devotionem in ipſam Virginem, ſtatim in domo ſua faciendo preces Jeſu Chriſto & ipſi Beatæ Virgini, quod liberaret eam de oculo ſuo dextero, unde ipſa D. Mabilia à quatuor annis citra avocula ſteterat. Qua oratione & precibus factis ipſa D. Mabilia, pro miſericordia Dei & ſuprad. beatæ Virginis, liberata & ſana fuit: & ipſa D. Mabilia eadem Bullioni dixit. Et dixit, quod ipſa D. Mabilia bene & clare omnia videt & cognoſcit, & ſic dixit idem Bullione coram Fino Not. & Aldebrandino Uberti, & Ottonello Jacobini, & Jacobino Pelliciario & aliis.

f g

energumenam à duobus dæmonibus liberat:

64 Bonuccia, qu. Michaelis, quæ fuit de Calavorna, uxor Gani de Viliana Garſagnanæ, quæ moratur Piſis in contrata S. Laurentii ad Papagalli, & filia Veneriæ, quæ fuit de Juliano, die Jovis quinta menſis Maji dixit, quod à proxime præterita die S. Joannis de menſe Junji, fuit ſemper continue diu noctuque gravata & vexata à duobus dæmonibus, unus quorum dixit ſe nominari Uguiccionem de Calavorna, & alius dixit nominari Lupardum di Laddamare: & quod heri duxerunt eam ad corpus B. Zitæ Virginis, Veneria ſuprad. mater ſua & D. Nova, quæ moratur in contrata S. Laurentii ſuprad. & quod cum ea ſteterunt ante corpus S. Zitæ Virginis heri, quamdiu liberata fuit. Et dixit quod herimet ipſa Bonnuccia, pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis, liberata fuit & eſt à ſuprad. dæmonibus. Et quod dixit ſe bene liberatam eſſe à dæmonibus ſuprad. & loquebatur bene, ſane & recte, ut non vexata; & bene ad omnia reſpondebat coram me Faytinello Miglioris Not. & Pucchio Jacomini, & Calthero Lucenſi & Bonturo Caſcirolo, & Braducciolo qu. Ubaldi, & Giore Florentino qui moratur in porta S. Fridiani, & Mollio Calſolario & aliis multis. Veneria ſuprad. mater ſuprad. Bonucciæ eodem die dixit, quod intra dictum tempus ipſa vidit ſuprad. filiam ſuam gravatam & vexatam à dæmonibus; & quod heri ipſa, & D. Nova duxerunt, & tenuerunt illam Bonam ad ſuprad. Virginem, & ante eam ipſam tenuerunt quamdiu fuit liberata. Et heri & nunc vidit eam liberatam ab ipſis dæmonibus: & quod ipſa ſua filia bene & melius, quam conſueverat, loquitur & reſpondet. Propterea per ea quæ videt, & dicta ejus filia ei dicit, credit, quod ſit bene libera. Domina Nova ſuprad. relicta qu. Arrighi, eodem die dixit idem, quod d. Veneria in omnibus & per omnia, & quod ipſa præſens pariter fuit.

E

F

65 Bonturus Dominici coriarius, eodem die Jovis quinta menſis Maji, juravit de veritate dicenda ante præd. D. Jacobum Priorem eccleſiæ S. Fridiani, & etiam per me Faytinellum Not. dixit, quod heri cum ipſe & Guido Coriarius de coriaria jviſſet ad campum ipſius Turi, quem habet in Ronco ad videndum ſuas *h* blavas & laboratores ipſius terræ; & ipſe Bonturus habuiſſet penes ſe & portaſſet ſericum unum pecium de *i* binda, quæ fuit ſuprad. quondam B. Zitæ Virginis; tunc ipſe Bonturus delaceravit aliquantulum de ipſo pecio bindæ, & ipſum aliquantulum cepit & ſubterravit in ſuprad. ſuam terram, videlicet in quodam ſulco medio inter granum & fabas in ipſa terra ſeminata, pro fugandis tempeſtatibus & *k* macconibus, quod non apparerent, & damnum non facerent in ſuprad terra & blavis: & quod ſtatim cum ipſe ſubterraverat ipſum aliquantulum ipſius bindæ, ipſe Bonturus factus fuit avoculus, & caruit

h

i

cæcum à cæcitate,

k

A caruit lumine de ambobus oculis ; ita quod ipſe aliquo modo de ipſis oculis non videbat, nec videre poterat niſi in umbra. Et ipſe Bonturus ſtatim pœnituit, quod ſubterraverat de ipſa binda,& propterea hæc acciderant ei. Et fricabat ſibi manus ad oculos, & dictus Guido perquiſivit ab ipſo Bonturo, Quid habes ? noli timere : quid videtur tibi habere ? Et tunc ipſe Bonturus dixit ei : O mi ! mihi obvenit, quod non video lumen. Et ibat ipſe Bonturus dolendo per terram & fricando ſibi manus ad oculos: Et tunc dixit ipſe Bonturus in ſemetipſum pœnitendo : Ego volo rehabere bindam, quam ſubterravi ; quia propterea credo quod hoc mihi accidit. Ita ſtatim ivit, ita quod quaſi nihil videbat ; ivit ad locum ubi ipſam bindam ſubterraverat ; & ipſam evulſit & rehabuit. Et ipſe Bonturus ſtatim, pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis, rehabuit lumen, quod propterea amiſerat. Et tunc ipſe Bonturus dixit ſupradicto Guido, Deo gratias ; ego rehabeo lumen, quia

l ego feceram nimis magnum *l* fallum, quod ſubterraveram bindam S. Zitæ in iſta terra, & propterea perdideram lumen. Et tunc ipſe Guido dixit ipſi Bon-

B turo : Referamus gratias Jeſu Chriſto & beatæ Virgini, quia tu non feceras pro malo, ſed pro bono. Coram D. Ugolino & D. Homodeo Canonico ſuprad. eccleſiæ S. Fridiani, & Aldobrandino qu. D. Huberti Roſſi, & Fino Not.& Albicello de Lucâ & aliis multis.

aliam energumenam à duobus dæmonibus,

66 Monacha de Sirico Garfagnanæ, à populo de ſupra, uxor Bonamici, quæ moratur in Ariana, quæ eſt prope Siſerana, eodem die dixit,quod ipſa à quinque annis citra ſemper fuit gravata & vexata à duobus dæmonibus. Unus quorum nominatus Nappoleone, & alius Soldanus, qui fuerat de ſuprad. loco Sirico dicens, quod infra ipſum tempus ipſa diu noctuque gravabatur & vexabatur plurimum & inhoneſte. Et quod ipſa ad motum & poſtulationem & ſocietatem Bonaventuræ Pectinarii de Piſis, de Capella S. Chriſtinæ, filii qu. Acurſii, qui fuit de dicto loco Ariana, hodie venit ad eccleſiam S. Fridiani ad ſuprad. beatam Virginem, pro recipiendâ & habenda miſericordia Dei & ſuprad. Virginis, liberatione de ſuprad. dæmonibus. Quæ Monacha dixit ſe in totum liberatam eſſe à ſuprad. dæmonibus, & coram me Faytinello Not.& Joanne Camillo Not.& Guido Maloſi, & Pruianni de Ciaria & Bonturo Bacteloro quondam Junctæ de Luca, & Jacobo Ricardini Not. & Actolino Talgardi Not. & aliis plenarie, &

C clare & abſolute loquebatur. Bonaventura ſuprad. eodem die quinto menſis Maji dixit,quod ipſe hodie venit & ſociavit ſuprad. Monacham uſque ad lavellum ſuprad. S.Zitæ Virginis, ibi tamdiu cum ea ſtetit quamdiu fuit liberata à ſuprad. dæmonibus ; & quod hodie vidit eam gravatam & vexatam, & poſtea nunc vidit eam liberatam & ſanam pro miſericordia Dei, & ſuprad. beatæ Virginis *m*.

m tötrahitum,

67 Juncta filius Bonaprece de S. Januario, qui morari conſuevit in contrata S. Quirici de Oliva ſupradicta die Jovis,quinta die menſis Maji dixit,quod Gratia-Dei filius ſuus ab octo annis citra ſemper cõtinue fuit attractus de crure & pede dextro : ita pedem ipſius cruris ſemper trahebat & *n* herpicabat ſibi

n retro per terram. Et quod heri ſero pro miſericordia Dei & ſupradictæ beatæ Virginis ante conſpectum ipſius Virginis liberatus fuit & eſt : qui Gratia-Dei dixit ſe bene liberatum de ipſo crure & pede. Et bene & recte ibat & ivit coram me Notario & Domino Garcia Canonico ſupradictæ eccleſiæ,& Domino Guido Moccindentis, & Arrigo Bonelli Notario,& Gerardino Arnaldi, & aliis multis. Et dixit, quod ſui vicini de ſupradicto loco ſciunt de ægritudine ſupradicti ſui filii.

68 Arrighus, qu. Bonaguſtæ de Fiano, eodem die dixit, quod ipſe ab octo annis citra ſemper continue fuit ita attractus de ambobus cruribus & pedibus, quod ipſe aliquo modo ire non poterat ſine baculo : & quod hodie pro miſericordia Dei & ſuprad. beatæ Virginis liberatus & ſanus eſt. Et dixit ſe bene liberatum eſſe, & bene & recte ſine baculo ivit & ibat,coram me Notario & Domino Guido Moccindentis, & Arrigho Bonelli Notario,& Orlando Sartorii & aliis. Et dixit, quod Turchius Nutius & Puccius Nonilens invenerunt eum ponere hodie ſuper lavellum ſupradictæ Virginis attractum : & poſtea eum vidit liberatum, & dixit, quod ſui vicini ſupradicti loci ſciunt de ſupradicta ejus ægritudine. Turchius quondam Juliani de Burghicciolo, dixit eodem die, quod ipſe & ſupradictus Puccius hodie amore Dei juverunt & poſuerunt ſupradictum Arrigum attractum ſuper lavellum ſupradictæ Virginis, & tantum cum eo ibi ſteterunt quamdiu fuit ibi hodie liberatus, & quod hodie vidit eum bene recte ire & liberatum in totum. Puccius ſupradictus eodem die dixit idem quod Turchius in omnibus & per omnia. E

ex ms. notariali. aliam contractum.

ANNOTATA.

a Invaſare, *à Latino participio* invaſus, *idem eſt Tuſce quod* invadere : *hinc* invaſatus, *invaſus ſeu poſſeſſus à dæmone.*

b Ghennarius, *id eſt*, Januarius.

c Tellus, *diminutivum à* Guibertus, Hubertus *vel alio nomine in* tus.

d *Fortaſſe legendum aut intelligendum* Vallis-Serchii: *qui fluvius* Serchius, *antiquitus* Auſer, *totam Lucanam dictionem perluit.*

e Bacciomeus, *& per apharesim* Meus, *idem quod* Bartholomæus.

f *De publico cultus conceſſione id intelligimus.*

g Mabilia, *integre & Latine* Amabilis *ſcriberetur : & mox* Finus, *integre* Ruffinus : *plura hujus generis alia deinceps omittimus annotare.*

h Biava, *in uſitatum, nunc* Biada, *Latino-barbare* Bladum; *Francis* Bled, *quævis ad uſum panis fruges ſignificat : ſed apud Lucenſes præſtipue notat nunc* Milium.

i Binda, *crinale aut frontale velamen linteum eſſe videtur, à Teutonico* Binden *religare, hodie* benda *diceretur.*

k Maccones, *proprie videntur eſſe vermes fabis infeſti: nam Auctores vocabularii della Crusca docent, quod* Macco, *cibus ſit groſſus ex decorticatis macerati{que fabis apparatus : requiſitus de ſignificatione* Florentinus, *exoleviſſe reſpondit, neque jam intelligi quid ſit.*

l Fallum *Italis, Teutonibus* fâl, *à verbo* falen *errare delinquere.*

m *Sequens miraculum extra ordinem poſitum erat poſt miraculum diei* 17, *quod hic corrigimus.*

n Herpicare, *idem fere debet eſſe quod trahere. Dubito an recte ſcriptum : ſed nihil in vicino occurrit quod ſuſpicer debere ſubſtitui : nam* Erpicare, *quod Italis occare ſignificat nihil facit ad ſenſum hic requiſitum.*

CAPUT V.

Miracula deſcripta reliquo menſe Majo. a

69 JOannes qu. Joannis del Mare, de Comitatu Tholoſano, dicens ſe peregrinum & peregrinando venire ab eccleſia S. Mariæ de b Calmino de b Tholoſa, & ab eccleſia S. Mariæ de Valverſa, & ab *B. Zitæ* eccleſia S. Gilii in Provincia, & ab aliis eccleſiis & *caco viſum reſtituit,* venerabilibus locis, & pro habendo & recipiendo lumine oculi ſiniſtri, unde & de quo avoculum ſe ſtetiſſe à ſeptem annis citra dixit, & privatum lumine ; ita quod de ipſo oculo nullo modo videbat : &

quod

EX MS. NOTARIALI. quod cum fuit apud c Sarezanam, eundo verſus eccleſiam B. Petri Apoſtoli de Roma peregrinando, ex
c cauſa audivit & intellexit ſanctificatam eſſe in civitate Lucenſi unam Virginem, nomine B. Zitam: & ipſe habuit fidem & devotionem in ipſa beata Virgine, & cœpit verſus Lucam venire ad ipſam beatam Virginem in oratione, & pro precando & preces ipſi Virgini faciendo, ut ipſum Joannem ſanaret & liberaret à ſuprad. malo & avoculatione ſuprad. oculi. Veniente in ſocietate ipſius Joannis quâdam muliere, nomine Joanna, de ſuprad. loco Toloſa, qu. Don Bernardi, venit verſus Lucam: & veniendo, cum
d heri fuit prope locum de d Colle Bertrandi, ipſe vidit turres Lucæ civitatis. Et ſtatim projiciendo ſe in terra oravit & laudes intulit, & ſe commendavit B. Zitæ Virgini ſuprad. Et ſtatim dixit, ſe clare vidiſſe ſtantes turres in civitate, & dixit ſe liberatum fuiſſe à ſuprad. malo ſuprad. oculi: & ſtatim dixit ſuprad. ſociæ ſuæ: Gratias facio Chriſto & ſanctæ Virgini, quod ego bene video de ambobus oculis, & ſum liberatus, & video bene. Et ſtatim heri gratias agendo Jeſu Chriſto & ſuprad. Virgini, venit ad ipſam Virginem & intulit ei laudes, & gratias. Et ſic hodie,
B qui eſt dies Veneris, ſexto die menſis Maji, dixit & juravit corporaliter, prædicta ſic fuiſſe & ſe bene liberatum, & ſupradictis & ſignis omnibus exhibitis ante oculum bene vidit & cognovit coram me Notario & D. Homodeo & D. Jacobo Canonico ſuprad. eccleſiæ, & Jacobo Bonacorſi Not. & Franco Guerrigii, & Guido qu. Gilii & aliis multis. D. Johanna ſuprad. dixit, ſuo juramento ab ea corporaliter præſtito, ſuprad. omnia ſic vera fuiſſe, & vidiſſe à ſuprad. tempore citra ſuprad. Joannem avoculum de ſuprad. oculo multis vicibus: & quod heri eum vidit avoculum, & liberatum hodie. Et dixit, quod ipſe Joannes eſt bene liberatus de ſuprad. oculo, eodem die & loco & coram ſupradictis pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis.

alteri, 70 Bonaventura de Valli de ſupra, Vicariatus à populo ſupra, qu. Bonamichi, die Dominico d octavo die menſis, dixit, quod Gratianus ejus nepos, filius Bonamichi, filii ipſius Bonaventuræ, ſtetit & fuit continue avoculatus de ambobus oculis; ita quod infra ipſum tempus nihil inde vidit nec videbat uſque hodie. Et ſic dixit, quod eum vidit avoculum infra ipſum tempus, & quod hodie pro miſericordia Dei & ſuprad. beatæ Zitæ Virginis liberatus & ſanus factus eſt. Qui Gratianus factis ſignis ante ejus oculos per ſuprad. D. Priorem & alios, pro videndo ſi
C videbat & videret; ipſe bene & clare omnia videbat & vidit, & cognoſcebat & cognovit, coram me Notario & ſuprad. D. Priore & D. Tomaſo Canonico ſuprad. eccleſiæ, & Arrigho Boccello, & Andrea qu. Bonacorſi de plebe S. Pauli, & aliis multis. Et dixit, quod ipſe juvit ipſum Gratianum mittere, & tenere, & ſtare ante ſuprad. Virginem, quamdiu ibi fuit liberatus & ſanus. Bonadonna, uxor Baronis, de ſuprad. loco de Valle de ſupra, eodem die dixit, quod ipſa vidit ſuprad. Gratianum infra ſuprad. terminum avoculum; ita quod non videbat, nec vidit infra ipſum ſuprad tempus: & quod ipſa una cum Bonaventura venit & duxit ipſum Gratianum ad ſuprad. beatam Virginem, & quod ipſum miſit & tenuit ante ipſam Virginem quamdiu ipſe pro miſericordia Dei liberatus fuit, & bene & clare vidit. Et ipſum bene videre & cognoſcere hodie vidit, & dixit, quod Benevenuta filia Manchi, & Uliſenda filia Inghilbertæ, & Vita Bonajunctæ, & Armanus filius Vitæ, viderunt & cognoverunt ſuprad. Gratianum avoculum: & viderunt & juverunt eum ſtare ante ſuprad. Virginem quamdiu fuit ibi liberatus: & hodie ipſum liberatum & ſanum & bene videre viderunt.

71 Jacobina, uxor Bonacorſi de Corellia Garfagnanæ, & filia Homedei Deodati de S. Rentio, die
D Martis decimo die menſis Maji dixit, quod ipſa fuit gravata & vexata à dæmone, quem ipſa dixit & nominavit, nomine Sanna de Corellia, ſecundum dictum ipſius dæmonis, à proxime præterito menſe Februarii citra, diu noctuque ſemper continuo: & quod ipſa heri una cum d. Homodeo patre ſuo venit ad ſuprad. beatam Virginem Zitam, pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis, pro habenda & recipienda liberatione ſuprad. dæmonis: & quod ipſa una cum d. ſuo patre intravit ad locum & lavellum ſuprad. Virginis heri. Et de die & heri ſero ſtetit ibi cum d. ſuo patre, quamdiu ipſa liberata fuit ab ipſa Virgine de ipſo dæmone hoc mane. Et quod hoc mane tempeſtive, pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis, liberata & ſanata eſt. Et dixit ſe inde bene liberatam & ſanam eſſe, & bene & clare & ſane loquebatur coram me Faytinello Not. & D. Gerardo Canonico d. eccleſiæ, & Fr. Jacobo ſuprad. eccleſiæ, & Franceſco Gregorii Lucenſi, & D. Tomaſo, & aliis multis. Suprad. Homodeus eodem die dixit, quod ipſe multotiens infra ſuprad. tempus vidit gravatam & vexatam ſuprad. ſuam filiam à dæmone: & E quod ipſe venit & ſtetit cum ea, ut ſupra dictum: & quod heri eam vidit gravatam & vexatam, ut ſupra continetur, & hodie vidit eam liberatam à Deo & ſuprad. Virgine, in ſuprad. loco apud eccleſiam S. Fridiani.

energumenam liberat,

72 Palmeria, uxor Ubaldi de Caſciana, de Pleberio de Caddiponte, de terra de Bianchis, die undecima menſis Maji dixit, quod ipſa à ſeptem menſibus citra ſemper continue diu noctuque fuit gravata & vexata à viginti tribus dæmonibus: quos dixit, quod bene ſciebat nominare quando vexabatur; & modo dixit, quod non recordabatur de eorum nominibus. Et ipſa heri una cum dicto ſuo viro & cum Contro de Ulliano, qui eam ſociaverunt heri venientem ante ſuprad. Virginem pro petenda & recipienda exinde liberatione: & quod ipſa cum præd. hac proxima præterita nocte ſtetit ante d. Virginem quamdiu ſuprad. Virgo liberavit eam. Et quod ipſa Palmeria pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis hoc mane in totum liberata eſt à ſuprad. dæmonibus. Et dixit ſe bene liberatam in totum coram me Notario & Domino Benvenuto Priore Carrarienſe, & D. Gerardino Maurinii, & D. Homodeo Canonico ſuprad. eccleſiæ, & Guido Guarungia, & Pamphilia Chiſalberti, & Amanetto Caltheri qu. Conradi Martini, & F aliis multis. Ubaldus qu. Alberti, ſuprad. vir ſuprad. Palmeriæ, eodem die dixit, quod ſuprad. ſua uxor infra ſuprad. tempus fuit gravata & vexata à dæmonibus, & ſæpe ſæpius diu noctuque ultra modum videbat eam e malinquinari & vexari. Et quod ipſe & e d. Contrus heri eam duxerunt ad ſuprad. Virginem, & quod hodie in mane ipſa liberata fuit per ſuprad. Virginem, pro miſericordia Dei; & eam hodie liberatam & modo vidit. Contrus, qu Guidi de Villiana ſupradictus de terra de Bianchis, eodem die dixit idem quod ſuprad. Ubaldus, in omnibus & per omnia.

item aliam

73 Bonparente Notarius, qu. Bonparentis de Luca, dixit, quod Margarita filia ſua (jam ſunt multa tempora) & ſpecialiter à ſeptem menſibus ſupra continuo ita fuit guttis gravata in cruribus & tibiis & attracta; quod nullo modo ire poterat, niſi fricando nates per terram & ſolarium: & quod pro reverentia & fide, quam ipſe Bonparente & filia habuerunt & habent in Deo & in ſuprad. Virgine, ipſe Bonparente duxit & duci fecit ipſam ſuam filiam apud eccleſiam S. Fridiani, ante conſpectum & lavellum ſuprad. Virginis; & ipſam tamdiu ibi tenuit, quamdiu

arthritide ſimul & contractione membrorum laborantem ſanat,

A quamdiu ipſa ejus filia liberata & ſanata fuit in totum, pro miſericordia Dei & ſuprad. B. Zitæ Virginis. Ita quod ipſa ſua filia per ſe recte, in ſuis & ſuper ſuis cruribus & pedibus, per ipſam eccleſiam & ad domum ſuam, ivit & ſtetit: & ita eſt modo ſecundum dictum D. Jacobi Canonici ſuprad. eccleſiæ, dicentis, ſe prædicta habuiſſe & intellexiſſe à ſuprad. Bonparente.

alium, 74 Riccomannus Cerini, de contrata S. Mariæ in palatio, dixit, quod ipſe per multum tempus ſteterat ita gravatus gutta arthritica & attractus, quod ipſe ire non poterat. Et pro reverentia & miſericordia ſuprad. Virginis liberatus eſt, coram Riccomanno Jacobini Tebaldi, & Bonacorſi qu. Rocchigiani, & Bonacorſi Marchiani de ſuprad. contrata, ſecundum dictum ſuprad. Canonici.

& alium, 75 Adcurſo de Deccio de Branchalo, gravatus in natibus de gutta & attractus, ita quod ſine baculo ire non poterat, pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis, liberatus eſt coram me & D. Tomaſo, ſecundum dictum ſuprad. Canonici.

energumenam liberat unam 76 Migliore, mulier N. de Mothano, de Montale de comitatu Piſtoriæ, die Veneris, decimatertia die menſis Maji, dixit, quod ipſa fuit gravata & vexata à tredecim annis citra (in proximo præterito menſe Julii, complentur ipſi anni) à viginti quatuor dæmonibus; ſcilicet uſque ad proxime præteritum feſtum S. Mariæ *f* liberarum à viginti tribus dæmonibus, & ab ipſo feſto citra ab uno ex eis nomine Gentiano de Corſica uſque hodie: & quod hodie pro miſericordia Dei & B. Zitæ Virginis liberata eſt & ſana ab ipſis dæmonibus. Et ipſa ſe dixit liberatam eſſe coram me Notario, & Berto Alberghi, & Joanne Tuttobuoni, & Silveſtro Bonaventuræ Lucenſi, & Jacobo Paganelli de Novale de Branchali, & aliis: dicens ipſa Migliore, quod omnes ſui vicini & vicinæ de ſuprad. loco ſciunt, qualiter ipſa erat à dæmonibus gravata & vexata.

B

f

& alteram, 77 Migliorata, uxor Bonacurſi de Valle de ſubtus, Vicariatus Garfagnanæ à ſuprad. populo eodem die dixit, quod ipſa fuit ſemper continue die noctuque gravata à ſeptem dæmonibus (in iſto proximo præterito menſe Januarii compleverunt anni ſedecim) & quod ipſa hodie, pro miſericordia Dei & ſuprad. beatæ Virginis, liberata & ſana eſt. Et dixit ſe ab ipſis dæmonibus bene liberatam & ſanam, & coram me Notario. Et ſuprad. Lucheſe ejus filia eodem die dixit, quod ipſa eſt annorum ſeptemdecim, & quod toto tempore poſtquam ipſa aliqua cognovit, vidit ſtatim ſuam matrem gravatam & vexatam à dæmonibus. Et dixit, quod proxime præterita die Mercurii ipſa venit ad ſuprad. Virginem cum ſuprad. ſua matre, & cum ea ſtetit ante ſuprad. Virginem pariter quaſi ſemper; & quod hodie pro miſericordia Dei & ſanctæ Virginis liberata & ſana eſt in totum. Deo gratias. Coram me & ſupradictis.

C

caca viſum reſtituit, 78 Ciardus Pilliciarius, qui moratur Lucæ in contrata S. Romani, qui fuit de Burgo S. Floræ de S. Miniate, eodem die dixit, quod Nuta filia Dati de ſuprad. Burgo, qui moratur apud Motoroſi, à novem annis citra ſemper fuit continue avocula de oculo ſiniſtro; ita quod inde nullo modo videbat: & quod hodie, ipſo Ciardo præſente & vidente, ipſa Nuta, pro miſericordia Dei & ſuprad. beatæ Virginis, liberata & ſana facta eſt de ſuprad. oculo. Et videt & videbat clare ipſa Nuta de ſuprad. oculo. Suprad. ſignis ante ipſum oculum exhibitis, omnia videbat & clare cognoſcebat coram me Notario & Arrigho Bonelli Not. & Lamberto Horadini Lucenſi, & Guilielmo Jacobi Barberii, & Bonacurſo Bonaventuræ, & Pagno Cuſore Lucenſi qu. Viviani, & Robentio filio Bonajunctæ Bonai, & aliis *g*.

EX MS NOTARELLI.

79 Bertha, uxor Puccii de Corbo, filia Benaducis de *h* Luſcigniano, die Lunæ, decimaſexta die menſis Maji, dixit, quod Fiore ejus filia (in iſto proxime præterito carniſ-privio compleverunt tres anni) & ab ipſo & in ipſo tempore ſemper continue fuit attracta de renibus & perſona tota à cincta infra, & de coxia & crure, & pede ſiniſtro; ita quod ire non poterat: & quod crus dexterum habebat majus ſiniſtro bene quinque digitis. Et hodie pro miſericordia Dei & ſupradictæ beatæ Zitæ Virginis liberata eſt & ſana. Quæ Fiore dixit, quod ipſa bene liberata eſt: & bene & recte ivit & ibat coram me Notario & Domno Benvenuto Plebano de Buellio, & Opito Cenami, & Petro Marciadro de Corcena de Sacello Franchi, & aliis multis.

g

h

contractum

ſanat,

item alium.

80 Baldovinus, qu. Michaelis Thadæi, de vicinia capellæ S. Michaelis ad Vilorbanam de Moriano, die Martis decimoſeptimo die Maji dixit, quod ipſe, à ſeptem annis citra continue die noctuque, infirmus fuit & attractus de gutta in renibus tam nequiter; quod ipſe per ſe non poterat ſe flectere, vel laborare ſine maxima anguſtia & dolore: & quod ſecunda die poſt *i* migrationem ſuprad. B. Zitæ Virginis, cum ipſe Baldovinus eſſet in quadam ſua vinea de ſuprad. loco, & vellet laborare, & laborare omnino non poſſet propter ſuprad. infirmitatem, ipſe Baldovinus audivit, ſuprad. beatam Zitam ſanctificatam eſſe apud eccleſiam S. Fridiani de Luca. Tunc ipſe Baldovinus bona fide & contritione pura flectens ſe & in terram projiciens, orationem & deprecationem intulit & fecit Sanctæ Virgini, quod ipſa pro miſericordia Dei & ſua liberaret ipſum Baldovinum à ſupradicta ægritudine; promittendo & vovendo ſe tunc ipſe Baldovinus Deo & ſupradictæ Virgini, quod ſi Deus & ipſa beata Virgo ipſum Baldovinum liberaret à ſuprad. infirmitate, annuatim donec ipſe viveret de bonis ſuis daret & conferret ipſi beatæ Virgini pro ejus *k* luminaria, die Vigiliæ feſtivitatis ſuprad. Virginis, mediam libram olei cum media libra *l* ceræ, ad ipſam luminariam. Et quod ſtatim & incontinenti, ſuprad. die in ſuprad. vinea, factis per ipſum Baldovinum dictis oratione & deprecatione Deo & ſuprad. Virgini, ipſe Baldovinus liberatus eſt à dicta infirmitate meritis B. Zitæ Virginis.

i

E

k

l

F

ANNOTATA.

a *Hujus Capitis ordo totus invertendus nobis fuit: nam primo notabantur tria miracula die 3 excepta, tum unum die 6, alterumque diei 13, ac denique miracula diei 8, quæ nos in integrum reſtituimus & ſcripteri ignoſcimus, quod oblata ſibi inſtrumenta non curaverit ordinare.*

b *Secunda ab urbe Toloſana trans Garumnam leuca notatur vicus* Calomiers, *quem hic indicari arbitror: an ibi adhuc vigeat Deiparæ cultus & ad eam peregrinatio frequens, alius nos doceat; ſicut & de ſequenti* eccleſia in Valverſe, *quam oportet concipere in Languedocia, in cujus finibus, ad occiduum Rhodani oſtium, eſt antiquiſſimum & celeberrimum S. Ægidii* (S. Gilles *Franci dicunt*) *monaſterium & oppidum.*

c *Vulgo* Sarzana *libera civitas ſub Genuenſium protectione, ex Lunenſis civitatis ruinis nata, in confinio Liguriæ & Hetruriæ: de qua, vulgari rythmo dicitur ſi ipſam & Lucam poſſideret Magnus Dux Florentiæ, dicendus eſſet* Rex Tuſcanæ *totius.*

d *In ipſa via & decem dumtaxat p. m. ab urbe notatur* S. Maria à Colle; *locus forſitan hic ſignatur cognomento diverſa.*

EXMS. NOTARIALI.

e Malinquinari, *forte* Malinconari *ſcribendum: dicunt autem Italice* Malinconicus *&* Malinconia *pro* Melancolicus *&* Melancolia.

f *Ita ſcriptum erat libarum: quod an* liberarum *an* libellarum *legi debeat non divino: nec ſuccurrere ſe poſſe reſcripſere Lucenſes apud quos exolevit hujuſmodi appellatio. Florentinus ſuſpicatur S. Mariam-Liberationis à Scriptore dictam, quæ vulgo appellatur* la Madonna del Soccorſo *in templo S. Frigidiani, cui prima Dominica Maji, quotannis inſtituitur ſolennis proceſſio. Agit de miraculoſa Iudæi pueri liberatione, qua huic religioni exordium dedit, Cæſar Franciottus pag.* 540, *additque ignorari tempus quo ea primum cœpit, credit etiam referri poſſe ad annũ* 1480, *quando ſub eodem titulo invenitur conſtituta Fraternitas: ſed tunc ea nil faceret ad rem noſtram.*

g *Sequens caput auſpicamur à die* 16 *Maji: deſunt ergo nobis hoc quinto Capite dies ſeptimus, Veneris; nonus & decimus, Dominica & Luna; duodecimus Mercurii, decimus quartus ac quintus, Veneris & Sabbathi, de quibus idem dicendum quod ſupra de penultimo aut forte etiam ultimo Aprilis, aut nihil ſcriptum eſſe, aut quæ ſcripta fuerant excidiſſe.*

h Lucinianum *duplex eſt, alterum in Florentino, alterum in Senenſi Statu.*

i *Id eſt,* poſt anniverſarium migrationis.

k Luminaria *abſtractum à* luminare, *ſicut à* Secretarius, ſecretaria.

l *Addebatur per compendium,* Luc. ven. meſ. tracta & parata Luc. *in quibus explicandis torqueri operæ pretium non fuit.*

CAPUT VI.

Quædam miracula menſibus Iunii & Iulii excepta.

S. Zita energumenam liberat:

81 LÆtitia, filia Giunctæ de Menabbio Vallislimæ, & uxor Angiorelli de S. Joanne Lucani diſtrictus, quæ nunc moratur in contrata S. Vivianæ de Piſis, die Jovis, nono die menſis Julii, dixit quod ipſa fuit continuo vexata à tribus dæmonibus à triginta annis ſupra: & quod hodie à civitate Piſana ſuprad. cum reverentia venit Lucam apud eccleſiam S. Fridiani ad B. Zitam Virginem, pro petendo & recipiendo ab ea liberationem de ſuprad. dæmonibus; & quod hodie ſtetit multum ante conſpectum beatæ Virginis Zitæ, & eam humiliter deprecata fuit propterea. Et quod hodie, pro miſericordia Dei & ſupradictæ beatæ Zitæ Virginis, ante ipſam Virginem liberata & ſanata fuit à ſuprad. dæmonibus: & dixit ſe bene in totum liberatam eſſe, coram me Faytinello Not. & Fr. Jacobo ſuprad. eccleſiæ, & Guido Bonacci, & D. Tomaſo Canonico ſuprad. eccleſiæ, & Fr. Leonardo ſuprad. eccleſiæ, & aliis multis. Genoveſe Faber, de contrata S. Viviani de Piſis, qu. Africantis, eodem die Jovis ſuo juramento dixit, quod ipſe eſt convicinus ſuprad. Lætitiæ in ſuprad. contrata, & fuit; jam eſt unus annus & ab iſto ſupra, ſemper eam cognovit & vidit eam multotiens, tamquam convicinam, infirmam & vexatam à dæmonibus: & ſic dicebatur per totam viciniam, quod vexabatur à dæmonibus. Et dixit, quod ipſe multoties videbat eam *a* grollantem capite, tamquam inſanientem feminam, & plurimum vexatam & indæmoniatam: & ſic dixit, quod hodie in ſupradicta eccleſia apud locum ſupradictæ Virginis eamdem Lætitiam vidit ſanam hodie, eodem die & loco, & coram ſupradictis teſtibus.

a grollantem

a vecovisum, b

82 Molanes, filius Rencii de Aramo Vallis Arni, die Martis, feſtivitate SS. Viti & Modeſti, *b* decimaquarta die menſis Junii, dixit, quod ipſe à duobus annis citra ſemper continue fuit avoculus de oculo ſiniſtro; ita quod inde nullo modo videbat nec videre poterat: & quod ipſo ſtante & laborante in quodam ejus campo, in campo de Peſcia, audivit, quod Lucæ ſanctificata erat una Sancta: & ſtatim contritione motus venit Lucam, apud eccleſiam S. Fridiani ad ipſam Virginem, pro petenda & recipienda liberatione dicti oculi: & quod ipſe fuit & ſtetit ante ipſam Virginem cum oratione & devotione maxima, quamdiu ipſe liberatus fuit de ipſo oculo. Et dixit, quod ipſe eſt inde bene liberatus, & bene clare inde vidit coram me Notario, & coram Jacobo Cenami Not. & Orlando Darde Lucenſi, & Cecio Spade, & Matthæo Viviani Not. Lucenſi & multis aliis.

b

83 Benvenuta de Janua, die Mercurii menſis Julii dixit, quod ipſa à proxima præterita Quadrageſima, hebdomada de Lazaro, ante ipſam hebdomadam per quindecim dies, ſemper continuo fuit & ſtetit ita infirma & attracta, quod nullo modo poterat ſurgere vel ire, ſeu venire aliquomodo: & quod ipſa (die craſtina erunt quindecim dies) audiendo in civitate Janua, quod ſupradicta S. Zita ſanctificaverat in civitate Lucana, contritione mota venire Lucam ad ipſam Virginem, vovit ſe Deo & ipſi Virgini: intravitque in mare in quodam ligno, pro veniendo Lucam, pro petenda & recipienda liberatione ſuprad. infirmitatis à ſuprad. Virgine: & quod per mare in quodam ligno veniendo verſus Piſas, ipſa in ipſo ligno ſenſit ſe liberatam de ſuprad. ægritudine, pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis. Et dixit quod proxima præterita die Sabbati, ipſa venit in civitatem Lucam ad ſuprad. Virginem, pro referendo gratias Deo & ſuprad. Virgini de ſupradicta liberatione, quam receperat. Et poſtea dixit, quod ipſa ſtetit & ſtat modo in civitate Lucana, & hæc dixit coram me Notario & D. Janne, & Franco Guerrigii, & Vita magiſtro petrarum Lucenſi, & Bonacurſo Lucenſi qu. Bonaventuræ, & Ugolino Faytinelli & aliis. Et coram me & ſupradictis bene & recte ivit & ibat.

c *contracta uſum membrorum reſtituit.*

84 Bulcione de Maſſa, Marchionis de Lunigiana, qui fuit de Montrapoli de contrata Floræ, filius qu. Bonaventuræ, [die Martis] decimaquarta die menſis Julii dixit, quod à duobus annis & menſibus octo habuit quamdam magnam litem & quæſtionem cum Guelfo Pandolfino de Chinzia de Piſis, & Guilielmuccio Leali de ſuprad. Maſſa, de libris MCCLXX, in una parte, & de libris LXXVII, in alia parte: quas ipſe Guilelmuccius pro ſe & pro ſuprad. Guelfo petebat, & exigere volebat ab eo coram Poteſtate de Maſſa ſuprad. Et pro tanta injuria idem Bolcione, & pro ira quam inde habebat, neſciebat ſe conſulere, & neſciebat aliquid facere: quia ipſe Bolcione non debebat eis dare niſi libras tres de ſupradictis denariis; quia alias de iis ſolverat & reſtituerat. Quapropter ipſe Bolcione in illis quindecim diebus, *d* quos ſuprad. B. Zita ſanctificaverat, intelligendo à pluribus perſonis, quod ſupradicta Virgo faciebat multa miracula, mota contritione intus quodam ſero, vovit ſe Deo & ſuprad. B. Zitæ Virgini, quod ſi ipſa Virgo ipſum Bolcione juvaret, & extraheret ſine ira & periculo de prædictis, ipſe perpetuo eſſet ſubditus ſuprad. Virgini, & annuatim in vita ſua jejunaret vigiliã ipſius Virginis in pane & aqua. Et quod ſtatim mane proximo veniente, ſuprad. Guelfus una cum dicto Guilelmuccio, eorum ſponte venerunt *e* & fuerunt ad ipſum Bolcionem, & dixerunt ei: Quid vis quod nos faciamus tibi? Et ipſe reſpondit & dixit eis: Volo

alium à ſolutione pecuniæ non debitæ.

d

e

A Volo quod *f* cancelletis cartam & ſcripturas, quas habetis contra me, & faciatis mihi finem in manu Notarii, & ego volo vobis dare libras tres, quas vobis dare debeo. Et tunc ſtatim ipſi Guelfus & Guilelmuccius caſſaverunt ipſi Bolcioni omnes ſcripturas, quas habebant contra eum, & fecerunt ei finem ad dictum viri ſapientis: & non receperunt nec petiverunt ab eo ſupradictas libras tres, & hæc ei fecerunt, ſecundum ſuam veram *g* credentiam, pro miſericordia Dei & ſupradict. beatæ Virginis & pro ſupradicto voto..... Et ſic dixit coram me Notario & D. Tamaſo, & Fr. Jacobo, & Gerardino frænario Lucenſi, & Jacobo Cenami Not. & Bartholomæo Anguillæ & aliis: coram quibus dixit, quod ipſe hodie venit Lucam ad ipſam Virginem, & dedit ſtatim *h* advinctam, & gratias egit magnas Deo & ſuprad. Virgini.

f cancellare *ſcripturam dicimur, cum inductis cancellatim lineis eam obliteramus.*

g Credentia *hic uſurpatur pro* opinione *aut* fide.

h *Infra num.* 87, *clarius dicitur* advincta de cera *alias* intortitium *ſeu* funale ex cera.

85 Maria, uxor Boncepti qu. Bonfilii de Corſena, & filia Rainerii ipſius loci, die Mercurii, feſtivitate S. Margaritæ, die *i* vigeſima menſis Julii dixit, quod ipſa continuo die noctuque fuit gravata & vexata ab uno dæmone, nomine Pintello de Controne: & quod ipſa hodie cum ſuprad. viro & patre, & ducatu ipſorum ſuprad. ſuorum viri & patris, habentium reverentiam & fidem in Deo & ſuprad. beata Virgine, & cum eorum oratione, venit ad ſuprad. B. Zitam Virginem. Et quod tantum ibi coram ipſa Virgine cum prædictis ſtetit, quamdiu pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis liberata fuit à ſuprad. dæmone. Et dixit ſe liberatam eſſe coram me Notario & Frugherio Converſo ſuprad. eccleſiæ, & Tomaſo Converſo, & Brunetto Brunicardi Calthei, & Jacobo de Janua qu. Simonis, & magiſtro Joanne Phyſico ejus genero de Janua, & Thedaldo Ruſtichelli, & aliis.

i *Perperam notatum erat* die XI.

energumenam à dæmone,

B

86 Maſſaja, uxor Bartholomæi Matignonis de Capannoli, die Veneris vigeſimaſecunda menſis *k* Julii dixit, quod die craſtina erunt & complebuntur quindecim dies, quod cum ipſa die Mageſe ejus neptis, filia Jacobi Miccialli ſuprad. loci, & Guida filia ipſius Maſſaiæ, eſſent in quodam campo ipſius Bartholomæi, & ipſa Maſſaia *l* recalciret milium; & cum ipſa Maſſaia ſurgeret recta cum ſartorio in manu; & ſtante ipſa Guida ad latus ipſius; Mageſe vidit lupum venientem contra ipſas. Et tunc ipſa Mageſe vocavit B. Zitam Virginem, & eam deprecavit, ut eas juvaret: & ipſe lupus ipſam cepit [ſuprad. Guidam] ad collum, & aliquantulum *m* traſinanit per terram: & ſtetit ipſa Mageſe cum ſartorio in manu tirando *n* ipſam Guidam ex una parte, & lupus tirando ipſam Guidam ex altera. Et ipſa Mageſe ſemper de ipſo ſartorio percutiebat ipſum lupum, & vocabat ſemper ſuprad. B. Zitam Virginem, ut eas juvaret. Et ſtatim ipſe lupus dimiſit ipſam Guidam, & aliquantulum ſe ſeparavit ab eis, & cœpit ipſe lupus multum clamare & vociferari, & percutiebat ſibi coram eis ipſe lupus de ſua & cum ſua *o* branca. Et tunc ipſa Mageſe cum ſua Guida in collo ad domum receſſit, & ipſe lupus remanſit & receſſit. Et ſic ipſa Maſſaia & Mageſe ſupradictæ præſentes dixerunt, quod pro miſericordia Dei & ſuprad. B. Zitæ Virginis, ſuprad. Guida liberata fuit ab ipſo lupo. Quam Guidam ego Faytinellus Notarius, & D. Garcia Canonicus, & Gerardinus Arnaldi faber & Guidus Cinnami Not. & alii multi vidimus in collo morſam à lupo ſuprad. & in pluribus partibus.

k *aliam à morſu lupi:*

l Recalcire *hic poni pro* ſarrire, *docemur ex* Sartorio *inſtrumento, mox nominando,* ſarculum *Latini dicerent.*

m Traccinare *eſt* raptare *hac illac.*

n Tirare, *Francis* Tirer, *trahere.*

o Branca *eſt pes ferinus cum ſuis unguibus, ut ſunt luporum, urſorum, leonum.*

87 Althone qu. Vitalis, de capella S. Andreæ ad Saltochium de Ponte ad Morianum, die Lunæ feſto S. Jacobi, die vigeſimo quinto menſis Julii, dixit, quod Vivianus ejus filius, à proxima præterita hebdomada ſancta proxime præteriti Paſchatis Reſurrectionis Domini, fuit & ſtetit ita contractus de am-

ſanat contractum.

bobus cruribus & genibus; quod ipſe Vivianus fere non poterat ſurgere de lecto vel à ſedendo, & quod non poterat quaſi ire ſine periculo maximo; & crura vel genua non poterat plicare, ſed tenſa tenebat, & unum crus vel genu cum alio non poterat *p* accoſtare aliquo modo: & quod ipſe Althone, bona voluntate & contritione motus, una die iſtius hebdomadæ, vovit ſe & d. ſuum filium Deo & ſuprad. Virgini, & vovit dare ad ejus altare unam advinctam de cera & unam imaginem ceræ; & omni anno, donec ipſe Althone vixiſſet, ad luminariam ipſius Virginis unam *q* quarterolam de bono oleo. Et quod hodie venit cum ipſo ſuo filio ad lavellum & corpus & altare ſuprad. beatæ Virginis cum reverentia maxima, & ibi ipſum ſuum filium tamdiu hodie tenuit, quamdiu ipſe ſuus filius, pro miſericordia Dei & ſupradictæ beatæ Virginis, liberatus fuit à ſuprad. ægritudine. Et quod Vivianus dixit ſe inde bene liberatum eſſe: & coram me Notario & D. Garcia Canonico ſuprad. eccleſiæ S. Fridiani, & D. Aldobrando Canonico ſuprad. eccleſiæ, & Bonajuncta Inghegoto Lucenſis *r* Communis, & Raſpolini Nuntio Lucenſis Communis, & Mollio frænario Lucenſi filio Bonacalthi & aliis, ipſe Vivianus bene & recte & expedite ivit & ibat undique, ut poſtea, bene ſanus.

p Accoſtare *eſt conjungere applicare: ducitur à* coſta, *quod vulgo ſignificat latus, Francis* coſtée, *quaſi* coſtata, *quia ex coſtis latus contexitur.*

q Quarterulam *ſcripſimus ubi abbreviate habebatur* quaram: *eſt autem Italis* Quarteruola, *pars quarta ſextarii.*

r Commune, *vulgo dicitur pro* Republica: *ſed quod officium notet* Inghegoto, *& an recte ſcriptum non divinamus.*

EX MS. NOTARIALI.

ANNOTATA.

a Grollare, *Teutonibus* Grollen, *Francis* Grouler, *ſubmurmurare, & inconditum quid voce ac geſtu præferre:* à Grol *quod Teutonibus ſemifatuum ſignificat.*

b *Conveniunt nomen feriæ & diei numerus, ut errorem ſuſpicari non poſſimus. Cur autem tunc Lucenſes* 14, *colerent qui paſſim* 15 *coluntur, & an id etiam nunc ſervetur viderint ei notitiæ propiores.*

c *Non additur dies, ideoque hoc miraculum primo hujus menſis loco ponimus: alias Mercurii dies occupavit jam dicto anno diem* 6, 13, 20, *&* 27 *Iulii.*

d *Id eſt, durante quindena dierum à ſanctificatione B. Zitæ.*

e Fuerunt, *Italica phraſi, pro* jverunt.

f Cancellare *ſcripturam dicimur, cum inductis cancellatim lineis eam obliteramus.*

g Credentia *hic uſurpatur pro* opinione *aut* fide.

h *Infra num.* 87, *clarius dicitur* advincta de cera *alias* intortitium *ſeu* funale ex cera.

i *Perperam notatum erat* die XI.

k *Vti etiam hic* Junii *loco* Julii.

l Recalcire *hic poni pro* ſarrire, *docemur ex* Sartorio *inſtrumento, mox nominando,* ſarculum *Latini dicerent.*

m Traccinare *eſt raptare hac illac.*

n Tirare, *Francis* Tirer, *trahere.*

o Branca *eſt pes ferinus cum ſuis unguibus, ut ſunt luporum, urſorum, leonum.*

p Accoſtare *eſt conjungere applicare: ducitur à* coſta, *quod vulgo ſignificat latus, Francis* coſtée, *quaſi* coſtata, *quia ex coſtis latus contexitur.*

q Quarterulam *ſcripſimus ubi abbreviate habebatur* quaram: *eſt autem Italis* Quarteruola, *pars quarta ſextarii.*

r Commune, *vulgo dicitur pro* Republica: *ſed quod officium notet* Inghegoto, *& an recte ſcriptum non divinamus.*

EX MS. NOTARIALI.

CAPUT VII.

Miracula menſe Auguſto notata.

S. Zita quandam à noxio tumore liberat

88 PIna mulier, uxor Guilielmi Jolarii de Brancalo, & filia qu. Scallagialli Jolarii, die Veneris, quinta die menſis Auguſti, dixit, quod Belluccia ejus filia & ſuprad. Guilielmi, à proxime præterito Paſchate Reſurrectionis Domini, ſemper continue fuit & ſtetit attracta & infirma de crure ſiniſtro; ita quod recte ire vel venire, nec ſurgere vel ſe flectere non poterat: & quod in nodatione ſuprad. cruris juxta nates habebat unum tumorem groſſum & durum & inflatum valde, tamquam lapidem; & quod ab ipſo tempore citra ipſa Belluccia continue ſe inde lamentabat & plorabat fortiter. Et quod hodie cum veniſſet ſomnus & voluntas dormiendi ipſi Belluccie, ipſa Belluccia recommendavit ſe Deo & B. Zitæ Virgini, ut ei redderet ſanitatem. Et ſtatim ipſa Belluccia ivit ad dormiendum, & dormivit in domo ipſius Pinæ in contrata S. Michaelis, in qua Pina habitat. Et paulo poſt ipſa Belluccia ſurrexit de lecto, & ſurgens poſuit ſibi manum ad ſupradictum durum & inflatum tumorem, & ipſa invenit ipſum durum & inflatum mollificatum eſſe & molle tamquam aquam: Et ipſa Belluccia ſtatim ſenſit ſe ſanam & liberatam de ſuprad. malo & crure ſuprad. & jvit recta per ſolarium; & intulit & fecit inde gratias Deo & ſuprad. B. Zitæ Virgini: & ſic ipſa Belluccia de ipſa liberatione ſtatim narravit, & dixit ipſi Pinæ ſe bene liberatam eſſe. Et ſtatim venerunt ipſæ ambæ ad ſuprad. Virginem ad eccleſiam S. Fridiani, ad referendum gratias Deo & ſuprad. Virgini: & etiam ipſa Belluccia ſic dixit, & narravit, & monſtravit ſe bene liberatam; & recte ivit & ibat coram me Faytinello Not. & Fr. Stephano de Ordine FF. Prædicatorum, & D. Tomaſo Canonico ſuprad. eccleſiæ S. Fridiani, & Frugerio Converſo ipſius eccleſiæ, & Jacobo Bonaviti Lucenſi, & Bonavito qu. Simonis de S. Quirico ad Luſignanum, & aliis multis.

B

Leſum à cane ſervat;

89 Tanus, filius qu. Bonaventuræ Uulturani, qui moratur apud plebem de Computo, die duodecima menſis Auguſti dixit, quod proxima præterita die Martis, ſero proximi præteriti Paſchatis Reſurrectionis Domini poſt ipſum Paſcha, unus canis momordit ſibi nequiter crus ſiniſtrum, in dorſo ipſius cruris ſubtus genu; ita quod ipſe pro ipſa morſura perdiderat nervum ipſius cruris, in quantum ipſa morſura comprehendit: & quod propterea ipſe jacuit & ſtetit in lecto circa quinque hebdomadas, & propterea non poterat ſe juvare nec ſe levare, ita inde erat infirmus. Et quod Presbyter Guido medicavit eum, & eum habuit pro derelicto; quia non poterat eum inde juvare vel curare. Unde ipſe Tanus valde iratus erat, quia non inveniebat medicum, qui eũ juvaret. Sic infirmus ſtando in lecto, vovit ſe Deo & B. Zitæ Virgini, & preces ei intulit, ut ipſum juvaret: & ſi eum juvaret, promiſit ei dare ad ejus honorem unam candelam libræ ceræ, & unam gambam ceræ plenam ceræ, & donec juvetur jejunare ſemper ejus vigiliam. Quo facto, quadam nocte circa primum ſomnum, & ſtatim veniente mane ſequenti proximo, ipſe Tanus ſenſit ſe multum melioratum, & cum baculo incepit ire per ſolarium: & primo ire non poterat aliquo modo, & poſtea ſemper quotidie venit meliorando; ita quod hodie, oſtenſo nobis Notario & teſtibus crure præd. quod ſanitatem habebat, dixit, pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis, inde ſe bene liberatum eſſe: & bene ibat & recte. Et dixit, ſe hodie veniſſe & reduxiſſe ad ſanctam Virginem ſuprad. candelam & crus ceræ, coram Læto Pannochini Lucenſi, & Bonhoſte de Vallechia Lucenſi, & Fatio Benſacoſti piſtore de Borghiccivolo, & Presbytero Petro, qui moratur in ſupradicta plebe, & aliis multis: Presbyter Petrus, qui moratur in plebe de Compito, eodem die dixit, quod ipſe vidit ſuprad. Tanum infirmum de ſupradicta ægritudine infra ſupradictum tempus & in lecto jacentem, & vidit eum liberatum & ſanum, ut ſupra dictum. D

contracta uſum membrorum reſtituit,

90 Janna, mulier de Aſti *a* Lombardiæ, filia qu. Opithi Torſarelli de ponte Iſolæ, die Sabbati decimatertia *b* menſis Auguſti dixit, quod in proximo medio menſe Auguſti, in quo modo ſumus, complebuntur circiter duo anni, quod ipſa, ab ipſo tempore citra, fuit & ſtetit infirma & attracta de renibus & genibus & perſona tota; ita quod nullo modo ſurgere poterat de lecto, vel ſe juvare: ſalvo quod à proxima præterita feſtivitate omnium Sanctorum, uſque ad proximum præteritum feſtum de Paſcha & Pentecoſte *c* de menſe Maji, ipſa intempeſtive ſurgeret de lecto, & iret cum duabus crocciis. Poſt quod Paſcha & feſtum de Pentecoſte, per octo dies ipſa Janna intelligens in ſupradicta terra de Aſti, quod B. Zita Virgo *d* ſanctificaverat in civitate Luca, intulit preces Deo & B. Mariæ, & ſuprad. B. Zitæ Virgini; quod ſibi darent & redderent ſanitatem, ita quod ad ipſam B. Zitam veniret in civitate Luca. Quo voto & precibus factis per ipſam Jannam, in tertio die proximo poſt ipſum votum, ipſa Janna ſenſit ſe ita melioratam & ab ipſa ægritudine derelictam; quod ipſa ſtatim dimiſit unam de crocciis quas deferebat. Et poſtea infra quatuor alios dies, ipſa Janna magis ſenſit ſe melioratam & ab ipſa ægritudine derelictam, quod adhuc dimiſit aliam crocciam. Et cepit unam *e* maſſiolam, & cum ipſa maſſiola cœpit iter & viam pro veniendo Lucam, ad ſuprad. S. Zitam Virginem. Et hodie hæc dicens, dixit, quod die craſtina erunt ſex ſeptimanæ, quod ipſa movit de Aſti: & tantum poſuit ad veniendum, nullo intervallo præterito in itinere veniendo, niſi una vice per tres dies, in quibus in ipſo itinere infirma ſtetit: & hodie apud eccleſiam S. Fridiani Lucæ comparuit in clauſtro ſuprad. eccleſiæ ipſa Janna, dicendo ſe pro miſericordia Dei & ſuprad. B. Zitæ Virginis à ſuprad. ægritudine bene liberatam eſſe, coram me Faytinello Not. & D. Ugolino Priore clauſtrale ſuprad. eccleſiæ, & Auguſtino Diacono ſuprad. eccleſiæ, & Preſbytero Jacobo de S. Fridiano de Branchalo, & Roſſo quondam Bernardi Calzolarii Lucenſi, & Joanne filio Diſfacciati Sciattæ Lucenſi, & aliis, & Joanne Guidi Converſo ſuprad. eccleſiæ. a b c d E F

cuidam amiſſam annonam,

91 Blancha, uxor Venturæ Vitalis de *f* Mutiliano, plebatus S. Stephani, die Martis decimoſexto menſis Auguſti dixit, quod die craſtina complebuntur quindecim dies, quod ſibi fuerunt furata & ablata, de uno ſuo & dicti viri ſcrinio, quod eſt in quadam eorum *g* cappanna, quæ eſt juxta pontem del Folle ſubtus Mutiliano, *h* ſtaria quatuor de grano & plura, & libræ tres de carnibus porcinis. Et ſtatim ipſa Blanca cœpit *i* gridare & plangere, & vovit ſe Deo & B. Zitæ Virgini, quod ſibi daret unum candellum libræ ceræ, ſi ipſa rehaberet ſupradictum granum & carnes. Et ſtatim voto facto, ſibi venit voluntas ire ad unam cappannam, in qua credebat invenire prædicta. Et ipſa ivit ad ipſam cappannam, quæ eſt cujuſdam ſui vicini, & perquiſivit pro prædictis in dicta cappanna, & ea ibi non invenit: & ibi prope ipſam cappannam vidit unum palearium, in quo paleario perpendit ipſa eſſe poſſe. Et ivit ſtatim ſuprad. die ad ipſum palearium, & ibi in ipſo paleario invenit ſupradictum granum & carnes in duobus ſaccis, unus quorum ſaccorum fuerat ipſius Blanchæ. Et ipſa Blancha ſtatim ipſum granum & carnes rehabuit, f g h i

A buit, & portavit ad cappannam ſuam, pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis. Et ſic dixit coram me Notario, & D. Tomaſo & D. Garcia Canonico, & Fr. Jacobo ſuprad. eccleſiæ, & Bonamico Converſo ſuprad. eccleſiæ, & Raffalino nuntio & famulo cameræ Lucenſis communis.

morſam à ſerpente ſanat,

92 Lucia, uxor Jacobi de Guilliano plebatus Turris, die Sabbati vigeſimo die menſis Auguſti, dixit, quod proximo præterito die Jovis complebuntur octo dies, quod una ſerpens morſit ſibi in calcaneo & *k* garetto cruris dextri, & ipſa ſtatim tota fuit inflata. Et recordata fuit de B. Zita Virgine, & ejus potentia & miſericordia: & invocavit ſtatim adjutorium & miſericordiam ipſius Virginis, quod ipſam adjuvaret. Et dixit, quod pro ipſa inflatione, ipſa in terra ceciderat & loquelam perdiderat; quare venit vir ejus & ejus amici in ſilva, ubi puncta & inflata jacebat, pro ipſa Lucia; & eam in quodam *l* lenziolo ad domum deportaverunt: & quod ſequenti die Veneris pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis, ejus inflatio & pœna decrevit, & pro maxima parte receſſit; excepto quod inflatio ſuprad. cruris non decrevit in totum. Et quod veniente proximo die Mercurii ipſa Lucia vovit ſe Deo & ſuprad. Virgini, quod, ſi redderet ei ſanitatem & liberaret à ſuprad. morſura & inflatione, veniret & reduceret ad ipſam Virginem cum reverentia unam gambam de cera. Et ipſa propterea venit hodie ad ipſam Virginem, cum ipſa gamba ceræ, & hodie pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis dixit, ſe in totum liberatam eſſe. Jacobus ſupradictus eodem die dixit, quod ipſe cum ſuis amicis ipſam ſuam uxorem de ſuprad. ſilva apud ſuam domum inflatam & punctam vidit, ut ſupra dixit ipſa Lucia.

& morſam à lupo,

93 Moltocara de Monte-Falcone, filia qu. Guidalotti, die Lunæ vigeſimanona menſis Auguſti dixit, quod cum ipſa heri ſero eſſet apud Capanorem hoſpitata, cum Bonanno & Conteſſa ejus matre, occaſione quia debebat eos juvare & *n* trebbiare milium, & alios eorum laboratus facere; heri ſero juxta primum ſomnum, cum ipſa eſſet *o* prope ſcalare juxta introitum curtis prædictorum Bonanni & Conteſſæ; tunc venit ad ipſam Moltocaram unus lupus grandiſſimus, & rectus ſe projecit ad dorſum Moltocaræ ipſius, & cum dentibus momordit eam ad gulam ex parte dextra, & in ipſa gula ipſe lupus ipſi mulieri dedit ſex *p* dentatas: quas dentatas ego Notarius & infraſcripti teſtes vidimus. Et ſtatim ipſa mulier habuit in mente Deum & B. Zitam Virginem, & eorum adjutorium vocavit: & ſtatim ipſe lupus dimiſit ipſam mulierem, pro miſericordia Dei & beatæ Virginis Zitæ: & gentes poſt eam ſtatim concurrebant, pro capiendo ipſo lupo, & ipſe lupus aufugit. Et ſic dixit & monſtravit ipſa mulier coram me Notario & D. Tomaſo & D. Garcia, & D. Leonardo Canonicis ſupradictæ eccleſiæ, & Jacobo Pilliciario qu. Alberti, & Berullo & aliis, & Fr. Salvio ſuprad. eccleſiæ, & Fr. Jacobo Domino Hoſpitalis de Prato-Veſcovo.

ANNOTATA.

a Aſta Pompeia, *vulgo* Aſti, *urbs Epiſcopalis inter Taurinum & Alexandriam.*

b *Quadrant optime pro anno* 1278 *littera Dominicali B. diei numerus & feriæ nomen, ſicuti in prægreſſis & ſubſequentibus omnibus. Cum autem vacui dies plures præceſſerint atque ſequantur; credibile eſt ad hos alioſque ſpectaſſe miracula illa 6 quæ deſiderari alibi indicavimus.*

c *Eodem ſcilicet anno Paſcha* 17 *Aprilis, Pentecoſte celebratum eſt* 5 *Iunii; inter quæ duo feſta decurrit totus menſis Majus hic notatus.*

d *Sanctificare paſſive hic ſumitur, ut ſit idem, quod* declarari ſancta. EX MS. NOTARIALI.

e Maſſiola, *bacillus, hodie* Mazzetta *diminutivum à* Maſſia, *quod infra num.* 96 *invenitur, hodie* Mazza, *& ſignificat fuſtem, baculum. Francis*, Maſſue, *clava eſt; & amaſſare, ad mortem verberare, atque* Maſſacre *cædes, hinc ſumpta videntur.*

f Mutilianum, *vulgo* Modigliana, *in ſtatu Florentino.*

g Cappanna, *Francis* Cabbane, *tuguriolum.*

h Starium, *pro* Sextario, *abbreviate pronuntiari jam alibi monuimus.*

i Gridare *clamare, Francis* crier, *Teutonibus* kryten, *quod his etiam plorare ſignificat.*

k Garrettum *poples, Francis* jarret, *unde crurale vinculum nomen* jartier *traxit, quod nobili in Anglia* Garteriano *ordini appellationem dedit.*

l *Latine* linteum, *ſeu* lodex, Lenzuolo *Italis dicitur, Francis* Linceul.

m Gamba *pro crure, Francis* jambe, *ubique obvium eſt in hujus avi ſcriptis.*

n Trebbiare, *tribulis excutere, flagellare ſeu triturare millium: nam* Trebbia *Italis* Tribula *eſt.*

o Scalare *ſunt* ſcalæ, *Francis* Eſcalier.

p Dentata *eſt morſus dentibus factus, ſicut* palmata *ictus palma incuſſus, & alia ſimilia apud Italos plurima: qui derivationis modus etiam in Francica lingua obtinet: quæ libenter inſinuo, ut corruptionem Latinæ linguæ apud utroſque doceam ortum habuiſſe, ab eadem barbarie ſeu veteris Gallicæ, ſeu poſtea Francicæ Lombardicæque, communes radices habentium, cum Teutonica lingua: cui & vetus Gallica multum fuit affinis: atque ita nemini videatur inſulſum quod ſæpe pro explicatione vocum barbaricarū in lingua Latina recurramus ad Teutonicam; quandoque etiam ad illuſtrationem Latinarum, quæ illam in Græca non reperiunt.*

CAPUT VIII.

Reliqua illius anni cum appendice anni MCCCLXXII.

S. Zita invocata duos pueros lupo eripit,

94 PAſſavante, qu. Lucheſis de S. Juſto, de Maſſa Macinaria de Compito, præſente & conſitente hæc omnia Cara uxore ſua, die Jovis octavo die menſis Septembris dixit, quod die feſtivitatis S. Laurentii proxime præterita, quidam lupus venit ad domum ipſorum jugalium, & tunc cum brancha in capite percuſſit Bonaventuram eorum filiam, & eam in terram projecit & cadere fecit: & quod ſtatim ipſa Bonaventura dimiſſa & relicta per ipſum lupum, ipſe lupus ivit ſtatim ad Rolentium filium parvulum ipſorum jugalium; & cepit ore & dentibus ipſe lupus ipſum Rolentium. Et ſtatim ad rumorem ipſius lupi *a* traxerunt & cucurrerunt multæ gentes, & Contrus Ranuccii frater primus conſobrinus & cognatus ipſius Paſſavantis. Et tunc ipſe Contrus ſecutus eum, rogavit Deum & B. Virginem, ut ipſi Rolentio gratiam daret, quod à lupo ſuprad. dimitteretur. Et quod ſtatim ipſe lupus ipſum puerum dimiſit. Et ſic dixit præſente ſuprad. D. Priore & D. Tomaſo & D. Garcia Canonicis, & Franceſco Gregorii, & me Faytinello Not. & aliis multis.

energumenam liberat,

95 Hermellina, filia Reinerii del Tedeſco de Laiano, de Pleberio S. Caſſiani Vallis-Arni, die Dominica undecima menſis Septembris, dixit, quod à tertio die ante introitum hujus proxime præteriti menſis Auguſti citra, ſemper continue fuit gravata & vexata à duobus dæmonibus: unus quorum receſſit ab ea ad eccleſiam S. Mariæ del Carmine de foris Piſis, & unus alius dæmon introivit in eam apud Plagias S. Marci de Piſis: & quod hodie cum reverentia venit ad ſuprad. B. Zitam Virginem cum dicto patre

EX MS NOTARIALI.

ſuo & Conteſſa matre ſua, præſentibus, & hæc confitentibus & dicentibus. Et quod, pro miſericordia Dei & ſuprad. B. Zitæ Virginis, liberata & ſana facta eſt: & dixit ſe bene liberatam à prædictis dæmonibus ante ſuprad. Virginem hodie. Et ſic dixit coram me Notario & Piero Bacteloro in Aquina Lucenſi qu. Venturæ, & Becto quondam Jacobi Alberghi, & Ruſtichello Bacteloro qu. Martini, & Rachiero Barberio Lucenſi, & aliis.

96 Maria de Senſo, filia qu. Guilielmi de Grie de Bourgogna, die Lunæ *b* decimaſeptima die menſis Octobris, dixit, quod jam ſunt quatuor menſes, quod ſtando ipſa avocula de ambobus oculis, ita quod carebat lumine omnino, & attracta de crure & pede cum coxia ſiniſtra; (de quibus oculis avocula ſteterat tribus annis & dimidio, & attracta ſex annis) ipſa cum magna devotione B. Zitæ Virginis, quam in dicta ſua terra intellexerat ſanctificaſſe in civitate Luca, aſſumpſit iter cum quadam muliere, quæ ducatum præſtabat: inveniendo ipſam cum una croccia, & una maſſia in manibus appodiata: quia ſine ipſis croccia & maſſia aliquo modo ire non poterat. Et cum ipſa muliere, nomine Dama Gilia *c* Lavandaria, veniendo ad ipſam Virginem apud Lucam (hodie ſunt novemdecim dies) ob miſericordiam Dei & ſuprad. beatæ Virginis ipſa rehabuit & adepta eſt, in veniendo Lucam, lumen de ambobus oculis: & clare vidit in ipſo *d* viagio, & dictis novemdecim diebus citra: & clare bene videt modo, & omnia bene cognoſcit & videt. Et dixit etiam, quod (proxima die præterita Sabbati fuerunt octo dies) venit ad civitatem Lucam, & quaſi ab ipſis decem diebus citra quotidie fuit & ſtetit in eccleſia S. Fridiani ante ſuprad. beatam Virginem Zitam benedictam, cum ſuprad. croccia & maſſia, attracta de dicto crure & pede & coxia, cum oratione & devotione deprecando Deum & ipſam beatam Virginem, quod daret & redderet ſibi ſanitatem in ipſo pede & crure & coxia. Et quod hodie ſtando ſic coram ſuprad. Virgine, coram etiam multis perſonis præſentibus ſibi aſſiſtentibus, ob miſericordiam Dei & ſuprad. beatæ Virginis Zitæ, liberata eſt & ſana effecta de ipſo crure & pede & coxia. Et dixit ipſa Maria, quod ipſa bene & in totum liberata & ſana facta eſt de dictis oculis & dicto crure, & coram me Faytinello Not. & infraſcriptis teſtibus, ſcilicet D. Tomaſo Canonico ſuprad. eccleſiæ, & Bacciomeo qu. Flaminii tabernarii de Luca, qui dixit hodie vidiſſe ſuprad. Mariam ſic attractam ad ipſam Virginem cum croccia & maſſia, & quod aliter ire non poterat, & quod hodie eam vidit ſanam & liberatam de ſuprad. crure. Et coram Salnuccio quondam Glandolfini de Luca, & Bartholomæo Anguillæ, & Spalla Ugharelli, & Jacobo Glandolfini & aliis. Quæ ſuprad. Maria præterea ſequente die Mercurii decimanona menſis ſuprad. Octobris coram Becto quondam Salomonis Malpillii & aliis jurata corporaliter eſt, prædicta omnia ſic vera eſſe & fuiſſe.

b *caca viſum reſtituit,*

c

B

d

C

e *item alteri,*

97 Vavaſinus qu. Bonafedis inciſor & *e* talliator pannorum de Janua, de contrata & platea S. Georgii, die Mercurii decimanona menſis Octobris, corporaliter juravit & dixit, quod Tomaſinus filius ſuus ſtetit & fuit avoculus, & caruit lumine de ambobus oculis à ſedecim menſibus citra, ſalvo pro quatuor menſibus citra ut indicatur. Et quod intelligens ipſe Vavaſinus & Dalfina ejus uxor, quod in civitate Luca ſanctificaverat quædam beata Virgo, nomine S. Zita, ſtatim ipſa ejus uxor habens fidem & devotionem in ipſa Virgine, vovit ſe & ipſum Tomaſinum filium ſuum Deo & ſuprad. beatæ Virgini, quod, ſi ipſe ſuus filius rehaberet & recuperaret lumen, & liberaretur de ipſa ægritudine, ipſa per totum ipſum annum jejunaret qualibet die Mercurii, & quod ipſa mitteret filium ſuum Lucam ante ipſam Virginem, ad referendum laudem & gratias ipſi Virgini. Quo voto ſic facto per ſuprad. ſuam uxorem, ſtatim ſequenti die dictus Tomaſinus filius ſuus, ob miſericordiam Dei & ſuprad. beatæ Virginis, liberatus fuit, & vidit clare de ambobus oculis. Et ſic modo liberatus eſt, & omnia clare videt. Et dixit & juravit idem Vavaſinus, quod ipſe ſuus filius à dicto voto facto, ut dictum eſt, ſemper bene vidit & liberatus fuit: & quod propterea ipſum ſuum filium Lucam ante ipſam beatam Virginem duxit. Quem Tomaſinum ego & infraſcripti teſtes vidimus bene liberatum in totum, coram me Notario & D. Tomaſio Canonico ſuprad. eccleſiæ, & Lombardo qu. Jacobi de Luca, & Philippo filio Aldobrandi Guicciardi Lucenſis, & Tingo Bactelorio Lucenſi qu. Dati Continghi. Et dixit idem Vavaſinus, quod Sangutus Stactiarius de porta S. Donati & frater ejus ſciunt de ægritudine ſuprad. Tomaſini & ejus liberatione, & multi alii.

D

arthritide laborantem ſanat,

98 Jacobina, uxor Bonajunctæ Pellicciarii, de S. Martino in Guaſſo longo civitatis Piſanæ, & filia qu. Rodolphini Burſarii anno MCCLXXIX; decima die menſis Januarii, corporaliter ad ſancta Dei Euangelia juravit & ſuo juramento dixit, quod circa vigintiquatuor anni eſſe poſſunt, quod ipſa continue gravata fuit multis infirmitatibus guttarum in tota ſua perſona; ita quod multoties habebat tam magnam *f* ſollectionem per multa tempora; quod ipſa quaſi moriebatur: in tantum ipſa ſollectio eam tenebat & gravabat, quod omnes gentes eam videntes, judicabant eam pro mortua. Et dixit, quod hoc proximo præterito anno in æſtate, juxta feſtivitatem Aſcenſionis Domini, quando ſuprad. B. Zita Virgo ſanctificaverat in civitate Lucana, ipſa vovit ſe Deo & ſupradictæ, venire Lucam ad ejus corpus ad ejus laudem, & referre ei laudes & gratias, ſi ipſa ſibi redderet ſanitatem. Et tunc etiam cum magna reverentia fecit preces multas ipſi Virgini, quod ſibi redderet ſanitatem: & poſtea ſtatim Dominus & ſuprad. B. Zita Virgo reddidit ipſi Jacobinæ ſanitatem. Et ipſa propterea hodie venit Lucam apud ſuprad. eccleſiam S. Fridiani ad referendum gratias, & refert ipſa Virgini de tanto miraculo & beneficio, quod ipſa Virgo in eam fecit. Quæ Jacobina dixit à ſuprad. infirmitatibus ſe liberatam ob miſericordiam Dei & ſuprad. beatæ Virginis Zitæ, coram ſuprad. D. Priore ſuprad. eccleſiæ, & D. Garcia & D. Tomaſio Canonicis ipſius eccleſiæ, & D. Jacobo, & D. Gerardino Maurini, & Rainuccio Bernardi & aliis. Bartholomæa, Converſa eccleſiæ & monaſterii S. Quirini in Caſale, ſoror germana ſuprad. Jacobinæ, eodem die ſuo juramento dixit ſuper ſuam fidem, quod ipſa vidit multoties ſuprad. Jacobinam infirmam de ſuprad. infirmitatibus & guttis intra tempus vigintiquatuor annorum, & uſque à proxima præterita æſtate, & quod ab ipſa æſtate citra ipſa Jacobina fuit liberata exinde, pro miſericordia Dei & ſuprad. Virginis: & ſic dixit, quod eam vidit infirmam, & poſtea & modo videt eam liberatam.

E

f

F

99 In nomine Domini: amen. Anno Domini MCCCLXXII *g* Indictione x, die vigeſima Aprilis, Perilus Barbatacci de *h* Bonifacio, Antonius Maſſa dicti loci, Antoninus dictus di Fra Paſquale, Antoninus quondam Confortini dicti loci, Opiſinus del Taglia dicti loci, & Franciſcus qu. Fruſtani dicti loci, navigantes à Corſica verſus Piſas, tempeſtate maris valida incumbente, ita ut quaſi periclitarentur, die vigeſimaſecunda Martii anni præſentis, invocatis nominibus Dei & Virginis ejus Matris & etiam glorioſæ & beatæ Zitæ, cujus corpus in eccleſia S. Fridiani de

g

h *navigantes tempeſtate eripit.*

A de Luca requieſcit, obtinuerunt portum ſalutis ipſo præſtante, qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum. Qui juraverunt ad ſancta Dei Euangelia tactis ſcripturis ſic fuiſſe verum. Actum Lucæ in clauſtro S. Fridiani prædicto, præſentibus Presbytero Franciſco filio Dominici de Luca, Jacobello qu. D. Poccibonſi, Jacobo Michaelis de Luca, & omnibus aliis Canonicis dicti monaſterii S. Fridiani, & me Notario infraſcripto teſtibus ad prædicta vocatis. Amen.

ANNOTATA.

a Trahere *pro egredi, proficiſci, quomodo in eadem ſignificatione uſurpant Franci ſuum* Tirer, *& Teutones ſuum* Trecken.

b *Perperam ſcriptum erat* XXVII, *quæ tunc fuit dies Martii; & correctionem adhibitam probat finis, ubi agitur de die Mercurii & XIX menſis poſt ſecuto: idem probat num. precedens diem Dominicam cum* XI *Septembris conjungens.* D

c Lavandaria *id eſt, lotrix, Francis* Lavandiere.

d Viagium *Francis* Voyage, *iter, via.*

e Talliator *Francis* Talieur, *ſartor, quomodo Belgæ quoque ex lingua ſua dicunt* Snyder, *à* ſnyden *incidere, cui reſpondet apud Italos & Francos* Tagliare & Tailler.

f Sollectio *pro ſyncope ſeu deliquio uſurpari videtur, an veluti ſi dicas* ſublectio, *quod, in ea affectione, quaſi ſublegantur ſubducanturve ſpiritus ab organis ſenſuum, ne hæc ſuo officio fungi poſſint? Florentinius reſpondit vocem eam nunc prorſus eſſe inuſitatam.*

g *Quod ſupra diximus à Lucenſibus non anticipari annum ad novem menſes, uti Piſani aliique Etruſci faciebant, etiam ex hujus Indictionis numero probatur, alias dicenda fuiſſet Indictio* 9.

h *Eſt* Bonifacium *caſtrum in ipſa inſula Corſica.*

DE BEATO IACOBO,

ORDINIS MINORUM OBSERVANTIUM S. FRANCISCI,

BITECTI IN APVLIA.

D. P.

AN. MCCCC LXXXV. BItectum, *parva, ſed jam inde ab Alexandri Papæ III temporibus epiſcopalis civitas, in Apulia ſub Metropoli Barienſi, & novem paſſuum millibus ab ea diſtans, nulla re magis meretur in hoc opere de Sanctis celebrari, quam incorrupto corpore* B. Jacobi, Illyrici *ſive* Dalmatæ, *vulgo* de Sclavonia, *& uſitatiori nunc agnomine* de Bitecto *dicti. De eo ſic ſcripſit Franciſcus Gonzaga fol.* 401 *ubi ad* IX *conventum in provincia S. Nicolai erectum pervenit*: Viam univerſæ carnis ingreſſus, honeſtam hoc in loco ſepulturam nactus eſt Beatus Frater Jacobus: qui proculdubio vivens ſanctiſſimis moribus omnique virtutum genere præditus extitit, & mortuus innumeris claruit claretque miraculis: cujus venerabile corpus, licet à centum annis exanime, integrum adhuc, imputre atque incorruptum omnino perſeverat, prout omnibus ad ipſum venerationis gratia accedentibus in confeſſo eſt. *Ita Gonzaga in opere de origine Seraphica Franciſcanæ Religionis, vulgato ſub annum* MDLXXXVII, *utique multo prius quam anno* MDCXXIX, *coram Michaele Epiſcopo Bitectenſi, antea Magiſtro Generali Franciſcanorum Conventualium, publicus inſtitueretur proceſſus de miraculis, fama ſanctitatis, & perpetuo cultu.*

Miraculis pridem claruit Beatus,

de quibus an. 1629 formatus proceſſus:

C

2 *Hujus Proceſſus primum indicium fecit nobis libellus de hoc argumento vulgatus Italice, Lupiiſque impreſſus anno* MDCXLII, *auctore Franciſco da Secli Miniſtro Provinciali Minorum obſervantium reformatorum: qui totus fere ex dicto proceſſu deſumptus, ac nobis miſſus à Barienſis Collegii noſtri dim Rectore P. Ignatio Zaccaria: qui deinde, intellecto deſiderio noſtro ipſum Proceſſum habendi, non prius conquievit, quam ab Illuſtriſſimo loci iſtius Antiſtite Gaſpare Toralto expediretur mandatum ad* R. D. *Vitum Franciſcum Vitarellum, eccleſiæ Catbedralis Canonicum, ut ipſe ſe conferens in conventum Fratrum, tergiverſatione varia juſtam noſtram petitionem fruſtrantium, ex arca ſacri corporis extraheret originales chartas, in ipſoque conventu tranſcriberet exemplum, fide publica tranſmittendum nobis, prout factum eſt. Adeo quandoque operoſum eſt, viros, alias bonos ac pios, permovere, ut quam facere ultro nec rogati debuerant, eam vel requiſiti concedant ſuorum monumentorum deſcribendorum facultatem, quibus in lucem proferendis non tam res noſtra quàm ipſorum agitur.*

ex hoc nobis ſub publica fide deſcripto,

colliguntur Acta authentica,

3 *Eſt autem Proceſſus prolixus, utpote continens inſtrumenta Notarialia plura quam ſexaginta, & novemdecim teſtium juratorum reſponſa, ad novem interrogatorii propoſiti capita ſigillatim ſingula, Italica plerumque lingua, Latinis Notariorum formulis permixta. Ex his fideliter tranſlatis & apte coordinatis, conflavimus Acta, quam maxime authentica & capitibus ſex diviſa: quibus cum perſpicue explicetur cultus tituluſque Beati, Iacobo legitime confirmatus; non eſt longa præfatione opus ad probandum alterutrum. Iuvat tamen proferre partem Epiſtolæ, quam P. Ignatius prælaudatus, Rectoratu Barienſi diſcedens, ſcripſit* VIII *Maji Neapoli, anno* MDCLXVII, Priuſquam ex Apulia diſcederem, Bitectum adire volui, ut oculis meis viderem, & palparem manibus venerabile B. Jacobi corpus, quod honorificentiſſime ſervatur in arca lignea eleganter laborata, argenteiſque lamellis ornata, & cryſtallis apte diſpoſitis pellucida: quæ intra capellam ipſius ſupra aram conſiſtit, ad quam ego ſacrificavi: deinde ipſam conſcendi, apertaque arca idem ſacrum depoſitum reverenter attigi & oſculatus ſum. Jacet illud in ſericeo cinerei coloris habitu: oculi & nares aruerunt: at brachia, pectus, crura non ſolum integra ſed vegetiora manent: aures extant, ſed ficæ: manus pedeſque integri, cum digitis & articulis, tractabiles adhuc. Certe non ſine maxima animi conſolatione & vidi & attrectavi & deoſculatus ſum illud beatum depoſitum.

Incorrupti corpus teſtimonium recens,

4 *Cum proceſſus conderetur, fluxerant ab obitu Sancti* F *anni circiter centum quadraginta quinque, adeoque ille ad cælos hinc abiit ſub annum* MCCCCLXXXV. *Fuit certe adhuc in vivis quando Ferdinandus Arragoniæ Rex defectionem Procerum Neapolitanorum inſigni perfidia ultus eſt, ſæviendo in ſingulos, qui univerſos videbatur recepiſſe in gratiam: hoc autem anno* MCCCCLXXXV *adſcribit Odoricus Raynaudus in Annalibus Eccleſiaſticis: poteſt tamen præcedenti anno pars hujus tragœdiæ acta fuiſſe & tunc obiiſſe Beatus. Quo die, nullus meminit productorum ad examen teſtium: ſed nec ex libello quidem Italico habetur indicium ullum determinatæ alicujus diei, quæ ſpecialius dicata ſit cultui ipſius Beati. Arturus, in ſuo Martyrologio Franciſcano diem* XXVII *Aprilis ſignans, ſuſpectus nobis tamen eſt, ne hunc non invenerit definitum à Bitectenſibus, ſed arbitrio ſuo & auctoritate propria legerit; quia tamen longiorem indagandi moram non permittit procedens celerrime impreſſio, retinemus diem quomodocumque notatum, eo libentius quod opinemur, eumdem non commutandum à ſacra Rituum Congregatione, etiamſi aliquando contingeret ab eadem proprium feſtum officiumque decerni, huic de quo agimus Iacobo, cetera omnia Beatorum inſignia abſque contradictione imo & cum approbatione habenti.*

Obiit circa an. 1485.

quo die ignoratur.

5 *Eſt porro operæ pretium explicare, quam ſuaviter ſubinde*

FS MS. ORIGINALI. *Similis de B. Benvenuto proceſſus expectatur pro 27 Iunii.*

inde promovendo huic operi ſubveniat Sanctorum ipſorum, uti credimus, benevolentia. Aliquid circa Sanctos Eugubinos quærenti, oblata ex Ariani Martyrologio ad XXVII *Iunii fuerat notitia* B. Benvenuti, apud Cornetum in Apulia, cujus miracula (*ut in Annotationibus dicitur*) per Bullam Apoſtolicam, à Gregorio Papa IX anno MCCXXXVI directam, ab Epiſcopis Melphitano & Venuſino ſunt collecta, examinata & authenticata, & interim conceſſum à Pontifice, ut in tribus vicinis Epiſcopatibus ejus celebraretur feſtum, de eoque divinum recitaretur officium. *Hæc ego ut nanciſcerer Barium ſcripſeram jam nominato Patri: aedit hic operam multam ut inveniret, ſed fruſtra. Aſt de B. Iacobo, ſibi notiori & vicinori, de quo nihildum cogitabamus, ſugg ſit quæ noverat, & quidquid inſuper circa eumdem rogatus fuit, præſtitit cumulate; neque aliud nobis optandum reliquit, quam ut his viſis ex Melphitanis aut Venuſinis aliquis ſimili ſucceſſu laboret nunc circa prius deſiderata S. Benvenuti miracula, eaque tranſcribi atque tranſmitti curet: tam propinquo edoctus exemplo, quantopere ad ſtabiliendum Sanctorum & Beatorum iſtiuſmodi cultum faciat coramdem magnalia, ſub ea quam nos ſervamus forma & originalium ipſorum fide, legenda exhiberi.*

B

PROCESSVS

de ſanctitate & miraculis,

ex autographo in arca corporis aſſervato.

CAPUT I.

Acta præliminaria anni 1628 *& ſequentis.*

Coram Notario ac teſtibus,

1 Die XI menſis Octobris, XI Indictionis MDCXXVIII, Bitecti. Nos Joſeph Roſſettus Bitectenſis, Regius ad contractus Iudex; Joannes Gregorius Citula de eodem Bitecto, publicus Regia & Apoſtolica auctoritatibus Notarius; & infra ſcripti teſtes, videlicet Illuſtris & admodum Reverendus Donnus Joannes Baptiſta Vulpis, Canonicus & Vicarius generalis prædictæ civitatis; Ill. & adm. Rev. Donnus Jacobus Antonius Reſſa, Primicerius Cathedralis ejuſdem civitatis Bitecti; Ill. & adm. Rev. Donnus Joannes Franciſcus de Joanninis, Primicerius & Protonotarius Apoſtolicus præd. Cathedralis; & Rev. Donnus Mattheus Potenſerius, Canonicus ſimiliter præd. Cathedralis. Præſenti publico electionis & deputationis inſtrumento, omnibus notum facimus atque teſtamur, qualiter conſtitutus hodie præd. die perſonaliter coram nobis & in noſtra præſentia adm. Illuſtris & Reverendiſſimus Dominus, Frater Michael Meſſerottus à Bononia, Ordinis Minorum Conventualium ſacræ Theologiæ Doctor, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Bitecti, agens ad infraſcripta omnia & ſingula uti Epiſcopus pro ſe, ſponte non vi ſed libere dixit, diebus non longe decurſis, *ſcilicet* XXIV *Septembris*, comparuiſſe in ejus præſentia adm. Rev. Patrem Fr. Joannem à Coriliano, Ordinis Minorum ſtrictioris obſervantiæ, in provincia & riforma S. Nicolai Miniſtrum Provincialem; & expoſuiſſe, qualiter diu annis elapſis ex hac vita migravit Fr. Jacobus Dalmaticus ſive de Sclavonia, laicus Minorum obſervantiæ in conventu Divi Franciſci Bitectenſis, vulgariter dictus il Beato Jacomo di Bitetto, per tot miracula & multas gratias: & ne forte memoria rerum geſtarum pereat, eidem Reverendiſſimo inſtitiſſe, ut de prædictis & tot miraculis ac gratiis diligentem caperet informationem, ac etiam de antiqua veneratione ac reverentia in qua habitus fuit, & de præſenti ab omnibus tam civibus Bitecti quam convicinis habetur; & uti ſuum corpus ſanum & incorruptibile conſervetur in dicta eccleſia & cœnobio D. Franciſci, ut in ſupplicatione d. adm. Rev. Patris apparet, quæ in poſſe dicti Reverendiſſimi detinetur & conſervatur, *iſdem fere Italicis verbis quæ hic Latine exprimuntur.* D

C *comparent Epiſcopus Bitecten.*

ad informationem de B. Iacobi miraculis ſumendam,

2 Hodie præd. die ipſe Reverendiſſimus decrevit, pro gloria Omnipotentis, ad capturam d. informanis procedere. In qua quoniam opus eſt Notario publico, ad recipiendum approbationes, & rogandum de omnibus actis & agendis in hac cauſa, intendit eligere & deputare prædictum Notarium. Unde volens d. ſuam deliberationem ad effectum ducere, ipſumque publicare ut decet, ne in poſterum aliquid ſortiatur dubii; ipſe Reverendiſſimus libere, ſponte, omni meliori modo & via, prout ſibi de jure permittitur & uti Epiſcopus, in noſtri præſentia Regii Judicis, Notarii & teſtium præſcriptorum, auctoritate ſibi conceſſa à ſacris Canonibus & Conciliis, eligit, deputat & creat, pro Notario publico Rev. D. Bartholomæum Ruſſum, Canonicum Cathedralis ejuſdem civitatis, Notarium Apoſtolicum præſentem, cum facultate recipiendi & ſcribendi omnes approbationes & teſtium depoſitiones, producendas in præmentionata cauſa, concedens prout conceſſit d. Rev. Bartholomæo Notario præſenti (cum omni humilitate & reverentia ut decet acceptante d. electionem & deputationē in ejus perſona factam) omnem illam facultatem, quæ de jure ſibi concedi poſſit, ad effectum & cauſam prædictam procedendi cum omni veritate & rectitudine, ſemoto omni dolo, vitio & cavillatione; quibus ſcripturis & actis per ipſum agendis præſtanda ſit illa fides, quæ de jure & diſpoſitione ſacrorum Canonum & Conciliorum ac Rituum Apoſtolicorum præſtari poſſit. *Notarium eligit D. Bartholomæum Ruſſum:* E

3 Qui Rev. Donnus Bartholomæus, in noſtri præſentia & coram d. Reverendiſſimo, tactis ſacro-ſanctis Euangeliis, tacto pectore more Sacerdotum, ac in manibus & poſſe ipſius Reverendiſſimi, juravit & promiſit, prout ſe obtulit, fideliter libere & ſincere cum omni cordis puritate, remotis omni vitio fraude & dolo, exercere electionem & deputationem de ſeipſo factam; & ſuum officium in cauſa actitanda, pro qua fuit electus, creatus & deputatus bene exercere, & nullam committere nec committi facere falſitatem, nec addere nec diminuere, ſed integre cum omni veritate & juſtitia in ſcriptis redigere, ad gloriam Dei omnipotentis, omnia miracula B. Fr. Jacobi Dalmatici. Et ut in futurum nemini ſit dubium, prædictus Reverendiſſimus D. Fr. Michael Epiſcopus, ut ſupra, requiſivit nos, ut de prædictis præſens publicum conficeremus inſtrumentum, prout confecimus & ſtipulavimus. Unde Nos &c. *hic juratus fidem ſuam obligat;* F

4 *Mox autem* per adm. Rev. Donnos Jacobum Antonium Reſſam, & Joannem Franciſcum de Joanninis, Primicerios Cathedralis eccleſiæ *prænominatos, oblata eſt ſupplicatio Reverendi Capituli, idem quod ſupra poſtulantis à Reverendiſſimo, juxta concluſionem factam* die IV menſis Octobris, intus ſacriſtiam dictæ Cathedralis ad ſonum campanæ more conſueto, ubi interfuerunt infraſcriptæ dignitates & Canonici & coram Rev. D. Generali Vicario Ioanne Bapt. Vulpis Rev. Donnus Ioannes Bapt. de Aleſſio Archidiaconus, R. D. Ioannes Bapt. Ioanninis Archipresbyter, R. D. Iacobus Reſſa Primicerius, R. D. Ioannes Franciſcus de Ioanninis Primicerius. R. D. Marcellus Giorgio, R. D. Bartholomæus Ruſſus, R. D. Dominicus Arboreta, R. D. Franciſcus Antonius Baſile, R. D. Ioannes Bapt. Sanctis, R. D. Franciſcus de Sanctis, R. D. Antonius Andreas Cerendonus, R. D. Antonius de Quirico, R. D. Ioſeph Arboreta, R. D. Flavius Antonius Salaſſia: *quorum* *comparent ad eamdem rem commendandā,*

A *deputati à Capitulo & Magiſtratu.*

quorum omnium vota, in præd. ſupplicationem & deputationem Primiceriorum ad cauſam præd. conſentientia, legere eſt in libro Concluſionum Capitularium. Similiter ſupplicatum fuit, eadem XI *menſis Octobris*, per Magnificum Leonardum Antonium Fumai, Generalem Syndicum; Antonium de Sanctis & Thomaſium de Nicolao, Electos Univerſitatis: *ſupplicationi autem, iiſdem pene Italicis verbis conceptæ, quibus continentur ſupplicationes Miniſtri Provincialis & Capituli, ſubſcripſere prater præd. Synduum Artis Medicinæ Doctorem, & jam dictos duos deputatos*, Alexander Prior Electus, & Joannes Donatus Arboreta Electus.

Conſtituitur cauſa Procurator ex parte Ordinis N. P. Tauriſanus,

5 Die XIV menſis Octobris XI Indictionis MDCXXVIII, Bitecti coram nobis Camillo Panſitano Barenſi, Notario Bitecti degente, & opportunis teſtibus, R. Fr. Joannes à Coriolano Ordinis Minorum ſtrictioris obſervantiæ Miniſter Provincialis in Provincia S. Nicolai, ad præſens Bitecti commorans, ſponte conſtituit, ordinavit & fecit ejus Procuratorem, nomine ipſius Provinciæ, cum omni qua convenit ad infraſcripta plenitudine poteſtatis, Nicolaum Antonium Tauriſanum, Nobilem Barenſem, Bitecti degentem, abſentem tamquam præſentem, ad procuratorio nomine . . . interveniendum,

B procurandum & agendum in cauſa informationis capiendæ per Reverendiſſimum Epiſcopum civitatis Bitecti, ſuper vita, morte & miraculis quondam Fr. Jacobi Dalmatici, cujus corpus extat in conventu S. Franciſci dictæ civitatis Bitecti, & ſuper prædictis quaſcumque ſcripturas neceſſarias & opportunas præſentandi, omneſque actus in prædictis neceſſarios & incumbentes faciendi, omniaque alia & ſingula faciendum & fieri rogandum, uſque ad finem hujus cauſæ incluſive. *Hic dum cauſam inſtructurus comparat omnia eo neceſſaria, elapſus eſt annus: cumque jam agenda*

poſtea alio Notario conſtituto, *res eſſet*, anno MDCXXIX menſis Julii die X, prædictus R. D. Bartholomæus Ruſſus, Notarius ad prædicta electus, quia prædictis incumbere non valebat ab aliis detentus negotiis, & quia quam ſæpe multis laborabat indiſpoſitionibus, prædictum officium in manibus ipſius Reverendiſſimi D. Epiſcopi repudiavit & relaxavit. Propterea volens ipſe Reverendiſſimus ad prædicta conſulte providere, ut ad ulteriora procedatur in ipſa cauſa .... elegit, creavit & deputavit ac ſubſtituit in Actuarium, Joannem Gregorium Citulam præſentem, Notarium Apoſtolicum, cum eadem auctoritate conceſſa præd. R. D. Bartholomæo. Qui Notarius in manus dicti Reverendiſſimi

C *& apparitore nominato,* &c. juravit &c. uti ſupra prædictus Bartholomæus. ..... Et quoniam opus erat Jurato & Serviente pro capienda dicta informatione, qui vere, realiter, bona fide poſſet quaſcumque ſcripturas, perſonas & omnia alia citare, notificare & informare... ipſe Reverendiſſimus elegit, creavit & deputavit, in Juratum & Servientem in dicta cauſa Dominicum de Jacobello ſive de Cola Ruſſo, Clericum ſelvaticum Bitectenſis diœceſis, præſentem, & dictum officium recipientem: ... qui juravit &c.

Procurator ſua producit inſtrumenta,

6 Sic ordinatis omnibus coram præd. Reverendiſſimo, die XVIII *menſis Iulii* MDCXXIX, *comparuit Nicolaus Antonius, Procurator ut ſupra conſtitutus, produxitque complura Inſtrumenta notarialia, fidem facientia de variis gratiis, & miraculis obtentis per B. Iacobum Dalmatam; ſupplicans ut porro ad informationem de ſimilibus procederetur; & produxit articulos interrogatorii, teſtibus citandis proponendi. Eſt ergo bipartitum opus reliquum hujus proceſſus, ita ut primo loco deſcribantur, tamquam ipſo* XVIII *Iulii exhibita & præſentata, Inſtrumenta Notarialia fere*

& citantur teſtes, *ſexaginta: quæ nos differre maluimus, integre producenda, poſtquam relata fuerint depoſitiones teſtium novemdecim, ſuper novem Interrogatorii capita reſpondentium. Hos autem novemdecim numero, die* XXIV *Iulii Epiſcopus citandos*

præcepit, per Iuratum & Servientem prænominatum, ſub pœna ducatorum centum per quemlibet in caſu contrarii ... infra terminum dierum trium præciſe. *Quos omnes eodem die repertos & citatos, retulit* Dominicus de Iacobello ſive de Cola Ruſſo, Clericus Salvaticus Bitectenſis, Serviens & Iuratus in prædicta cauſa deputatus & electus. EX MS ORIGINALI.

CAPUT II.

Syllabus teſtium citatorum & auditorum.

Comparent coram Epiſcopo teſtes examinandi,

7 TEſtes intimati & examinati ad inſtantiam R.P. Fr. Ioannis de Coriliano Reformati, ſive Nicolai Antonii de Tauriſano ejus Procuratoris, in cauſa probationis & verificationis narratorum in eorum ſupplicatione in Actis porrecta, & ſuper articulis in Actis productis, ſuper verificatione & probatione gratiarum & miraculorum operatorum per B. Iacobum Dalmaticum Bitectenſem, ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, B. Mariæ Virginis & S. Franciſci &c.

quorum primus Archidiaconus Bitectenſis;

1 Die VI menſis Auguſti MDCXXIX, in civitate Bitecti & coram adm. Illuſtri & Reverendiſſimo D. E Fr. Michaele Meſſerotti ... præſens & perſonaliter exiſtens adm. R. D. Ioannes Bapt. de Aleſſio, Sacerdos & Archidiaconus Cathedralis eccleſiæ, ætatis ſuæ annorum LXVI vel circa, ut dixit & ex aſpectu ejus apparet, teſtis citatus & juratus, prout tactis Scripturis juravit de veritate dicenda, ſuper quibus fuerit interrogatus, & ſuper articulis productis per R. Fr. Ioannem à Coriliano Reformatum ſive per Nicolaum Antonium de Tauriſano ejus procuratorem. Qui interrogatus, quomodo idem teſtis reperiatur in præſentia Reverendiſſimi Domini Epiſcopi & ad quid agendum, Reſpondit ſum hic, citatus diebus præteritis: & veni facturus obedientiam, & de eo quod ſcivero dicturus veritatem. *Quod idem fuit reſponſum omnium ſequentium ad hanc præliminarem interrogationem.* Interrogatus idem teſtis an ſit practicus in eccleſia S. Franciſci hujus civitatis extra mœnia, reſpondit: Quantum ullus de civitate, tum quia ſæpius illuc ivi propter meam particularem devotionem, tum quia habeo chordulam S. Franciſci, tum denique quia in dicto monaſterio poſſideo capellam ſub titulo Glorioſæ Virginis præſentatæ in templo.

ſecundus Archipreſbyter;

11 Die II menſis Octobris, Adm. R. D. Ioannes F Bapt. de Ioanninis Archipreſbyter, ætatis ſuæ annorum LXI vel circa .... interrogatus, an ipſe ſcit ſupra quo facto poterit deponere, & an ipſi fuerit aliquid ſuggeſtum, reſpondit: Non ſum is qui mihi patiar aliquid ſuggeri: ſed abſolute veni ad dicendam veritatem. *Hæc ſecunda præliminaris interrogatio deinceps omnibus quoque facta eſt; & omnes ſimiliter reſponderunt, vel neſcire ſe ad quid ſpecialiter eſſent accerſiti, vel id ſolum intellexiſſe cum Palatium Epiſcopale ingrederentur. Idem porro* interrogatus, an ipſe ſit practicus in eccleſia S. Franciſci, reſpondit; Imo vero practiciſſimus ſum in ea eccleſia, quæ diſtat à muris urbis tertia parte milliarii circiter: & ab aliquot centenis *a* annis, quantum quidem ego ſcio, fuerunt ibidem Fratres Minores Obſervantes S. Franciſci *a*

modo autem ab annis quatuor *b* iſtic habitant Patres Reformati ejuſdem Religionis. In cauſa ſcientiæ dixit, quia ſcit, vidit & audivit à multis ſenibus & interfuit. *Quod idem plurium aliorum ad hanc tertiam præliminarem interrogationem reſponſum fuit.* *b*

111 Eodem die, Clericus Hieronymus Ferrus, Bitectenſis, ætatis ſuæ annorum LXXXVI vel

EX MS. ORIGINALI.

circa .... Interrogatus an ſciat in dicta eccleſia adeſſe aliquod corpus, quod ibidem veneretur à populo Chriſtiano, & quomodo ſciat; reſpondit, Optime id ſcio, ex quo diſcernere potui inter bonum & malum: atque illud corpus ſemper audivi nominari corpus B. Jacobi de Sclavonia; claudebatur vero intra capſam cryſtallinam ſeu ligneam: & idem corpus ſemper fuit habitum ac tractatum, quomodo etiam hodie habetur ac tractatur, cum magna veneratione & devotione, utpote hominis ſancti, qualis fuit B. Jacobus prædictus. Hanc porro venerationem & devotionem ſemper audivi antehac fuiſſe, ſicut eſt hodie, non ſolum in hac civitate, ſed & in tota circum vicinia, concurrente ad ipſum honorandum multitudine civium & ruſticorum: itáque audivi ex ſenioribus majoribus meis. *Hæc eſt quarta interrogatio præliminaris propoſita cunctis, qui ſimiliter & in eumdem ſenſum omnes, aliqui prolixius, preßius aliqui, reſponderunt: nonnulli etiam in cauſa ſcientiæ allegarunt partim ea quæ anno* MDLXXXV *acta ſunt ſub Epiſcopo Cæſare Arenio, juxta Inſtrumentum proponendum num.* 12, *quibus agendis ipſi tamquam Secretarii Epiſcopales interfuerant, uti teſtes duo primi; partim addiderunt gratiam aliquam, ſibi ſuiſve ad invocationem Beati obtentam, eamdemque vel votivæ ad ſepulcrum tabellæ, vel publico inſtrumento à ſe rogato teſtatam.*

qui æque ac ceteri omnes primum ad 4 interrogata reſponderunt:

B

IV Eodem die, adm. R. D. Joannes Bapt. de Vulpis, Sacerdos & Canonicus Cathedralis, ejuſdem civitatis Bitecti, ætatis ſuæ annorum XXXIV vel circa, ſolitus frequenter ire ad eccleſiam S. Franciſci pro ſua devotione (*quod pleriſque etiam aliis cauſa fuit ſcientiæ, quam circa dictam eccleſiam habere profitebantur*) *circa corpus autem quod ibi erat* interrogatus, reſpondit; ſæpius illud vidi pro mea devotione, quia habeo B. Jacobum pro meo totiuſque meæ familiæ protectore, & omni vita mea devotiſſime erga eumdem affectus fui: *quod huic etiam teſti cum multis aliis commune fuit, ac nominatim cum teſtibus* X, XI, XIV. *Hic porro eſt qui de miraculo in ſui ſanatione facto anno* MDCXXI *teſtatus eſt per inſtrumentum, quod repertum fuit inſertum originali proceſſui fol.* 37, *quodque infra ponetur num.* 44.

teſtati ſuâ devotionem ſpecialem erga Beatum,

V Die VIII menſis Octobris, R. D. Alexander Panecottus, Sacerdos & Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Bitecti, ætatis ſuæ annorum XXX vel circa; *de corpore interrogatus addidit*, arcam ejus cryſtallinam proſtare in capella vicina capellæ S. Antonii Patavini. *Profeſſuſque etiam ſe annis præteritis à gravi infirmitate ſanatum, publicum ea de re inſtrumentum, inſertum fol.* 33 *recognovit, quale infra dabitur num.* 34.

& receptas ab eo gratias,

C

VI Eodem die, Hieronymus Conteſſa Bitectenſis, ætatis ſuæ annorum LXXVI: *qui etiam ſe retulit ad fidem publicam, quam recognovit fol.* 56 *regiſtratam, in teſtimonium de antiquo & continuo cultu B. Iacobi, Bitecti* XVI *Iulii* MDCXXVII *coram teſtibus & Notario.*

VII Eodem die, Joannes Romanus de Chriſtofaro, Clericus Selvaticus & Magiſter veſtiarius, ætatis ſuæ annorum LXIII, *recognovit etiam ipſe ſanitatem ſibi beneficio B. Iacobi reſtitutam, prout inventum eſt fol.* 29 *& infra invenietur num.* 29.

VIII Die IX Octobris, Don Donatus Antonius de Ioanninis, Sacerdos Cathedralis eccleſiæ Bitecti, ætatis ſuæ annorum XXVI, *agnovit gratiam ſibi factam deſcriptamque fol.* 50 *nobis infra num.* 55.

item reliquias diſtribui ſolitas,

IX Eodem die, Donnus Bernardinus dello Melone, Sacerdos Cathedralis eccleſiæ, ætatis ſuæ annorum XXX ... cum eccleſiam S. Franciſci adhuc tenerent Fratres Zoccolantes minoris obſervantiæ, ipſorum procurator adjutorque ad recipiendos cenſus alioſque reditus; *depoſuit quod* ſolerent dicti Fratres diſtribuere particulas ejus habitus, quo corpus B. Iacobi indutum fuit, pro devotione fidelium: *unde etiam ipſe accipiens præteritis annis retulerit ſanitatem, juxta inſtrumentum deſcriptum fol.* 28 *& infra num.* 40.

D

X Die XII menſis Octobris, Nobilis Eleonora *c* Calo, vidua relicta qu. Franciſci Antonii de Vulpis, nobilis Bitectenſis, ætatis ſuæ annorum LV, *teſtata* ad ſuam, id eſt mariti ſui familiam pertinere capellam, in qua corpus B. Iacobi honoratur, quam ipſa frequenter adire ſoleat in ſocietate aliarum matronarum. Narravit autem, *inquiebat illa*, quædam avia *d* mea, pridem defuncta, quæ à ſenioribus audiviſſe aiebat, B. Iacobum non ſolum ſanctum æſtimatum poſt mortem, ſed etiam in vita: quippe qui in d. conventu officio fungens Fratris laici, quoties domo egreſſus eleemoſynam conquirebat per urbem, ſi ægrotum vidiſſet aliquem, eique dixiſſet reſtituendum ſanitati, reſtituebatur; ſi vero moriturum, complebatur prædictio: unde & ego, cum meus maritus graviter infirmaretur ad mortem, B. Iacobo me devovi, & gratiam retuli: *quam mox ſibi in ſcriptis exhibitam fol.* 31 *& infra num.* 24 *recognovit.*

c

d

prædictiones Beato familiares,

XI Eodem die Iacoba de Maſtro, alias de Buccarino, vidua relicta qu. Ioannis Bapt. de Notario Angelillo, ætatis ſuæ annorum LIV, *inter alia ad interrogationes præliminares reſpondit.* Dicebat quædam nanna mea, ipſum ex ore matris quæ Beatum viventem cognoverat narrans, quod cum civitatem obiret eleemoſynæ cauſa, accedebant ad eum mulieres cum filiis ſuis ægris, dicentes, Vide, Fr. Iacobe, quomodo ſe habeat filius meus infirmus: & reſpondebat Beatus, Vade Domina, convaleſcet: itaque convaleſcebat ſubito, quando ipſis ſolum tangebat faciem. Et ſimiliter mulieres aliæ offerebant filios ſuos infirmos, requirentes an eſſent convaliturí; ipſe vero reponebat, Vade Domina mea, quia cito ibit in paradiſum: quod fiebat infallibiliter, & plerumque die proximo moriebantur infirmi. Narrabatque eadem nannæ meæ mater quod d. B. Iacobus ſæpius fuerit viſus elevatus à terra, quando faciebat orationem in capellula vicina monaſterio, quæ hodie vocatur capella B. Iacobi: eodemque tempore ſonum dabant campanæ monaſterii, nemine illas trahente. *Quæ eadem teſtatus invenitur, reſpondendo ad primum articulum ex infra proponendis, Teſtis* I; *& ad articulum ſeptimum, plures alii. Addebat vero prædicta teſtis* XI, Ego ex devotione erga Beatum appellor Iacoba, & nomen ejus impoſui filio Donno Iacobo Antonio Sacerdoti: & frater meus quidam vocatur Iacobus, & quædam mea neptis ſimiliter Iacoba: & quoties ex conſanguineis meis naſcuntur liberi, exhortor ut eis nomen ponant Iacobi. Cum autem prædictus filius meus incidiſſet in morbum, obtinui per ipſum ejus ſanitatem, *juxta inſtrumentum deſuper confectum, quod agnovit ſcriptum fol.* 34 *infra num.* 60.

E

maxime circa ægros morituros aut convaliturós,

XII Die XX menſis Octobris, Laura de Caſtore, uxor Angeli de Leone, Bitectenſis, ætatis ſuæ annorum L, *de filio ſuo ſimiliter ſanato, confirmavit fidem de eo publice factam ſcriptamque fol.* 51, *nobis num.* 28.

aliaque nonnulla ſanctitatem probantia:

F

XIII Eodem die, Ioannes Antonius de Roſa Bitectenſis, ætatis ſuæ annorum XLV, *teſtis gratia ſibi à medicis depoſito facta, ſcripta fol.* 48 *& num.* 65.

& inſtrumenta deſuper confecta:

XIV Eodem die Ioannella de Malderis, vidua relicta qu. Nicolai Antonii Azuoli ejus viri, ætatis ſuæ annorum L, *confirmavit gratioſam liberationem mariti ac filii ſui ex captivitate Mauricas, ſcriptam fol.* 46 *& num.* 49.

XV Die XXII ejuſdem menſis Octobris, Margherita de Scaraggio, uxor Marzulli de Rizzo, ætatis ſuæ annorum XL, *cujus infirmæ ſanatio extat fol.* 61 *& num.* 68.

XVI Eodem die Angela Donati Antonii Capani, uxor Franciſci Antonii de Pietro-grande, ætatis ſuæ annorum XXVIII, *quæ, juxta inſtrumentum notatum fol.* 47 *num.* 55, *marito ſuo ſanitatem impetraverat prioribus annis.*

XVII Eodem die Angela de Rutiliano, uxor Iacobi de Meduneo, ætatis ſuæ annorum XXXVIII, *quæ*

A *quæ marito, à militibus occidendo, per votum Beato factum vitam ſervaſſe profeſſa eſt, prout ſcriptum fol. 26 num. 39.*

XVIII Die XXIV menſis Octobris, Nobilis Catharina Cornaro Bitectenſis, ætatis ſuæ annorum L, *atteſtando confirmavit gratiam cognato ſuo ægro factam, prout inventum eſt fol. 49 & infra invenietur num. 51.*

uti etiam fecit poſtis ultima,

XIX Eodem die Nobilis Iſabella de Julianis, relicta quondam doctoris in Chirurgia, Joannis Donati Donellæ, ætatis ſuæ annorum LXXII *retulit etiam ipſa beneficium B. Iacobi invocatione obtentum, de quo conditum inſtrumentum publicum & fol. 24 Proceſſus deſcriptum, recognovit: quod beneficium quoniam omnibus poſt referendis eſt antiquius, ipſum hic proponere placet, ut conſulatur faſtidio, ex nuda tot nominum recitatione facile capiendo. Inſtrumentum autem tale eſt:* Facio fidem cuicumque has viſuro, intra vel extra judicium, quod cum ego Iſabella de Julianis, ante annos circiter triginta tres, in virginitate conſtituta eſſem ſub poteſtate patris mei Antonini de Iulianis; tractatum fuit & concluſum matrimonium inter me & quondam Doctorem Vitum Coce ex familia Maxima. Pactis autem ſponſalitiis concluſis, natæ ſunt difficultates aliquæ inter patrem meum dictumque Doctorem, adeo ut in nihilum abiiſſe viderentur omnia. Rebus eo

profeſſa quod B. Iacobus à ſe invocatus,

B adductis, in eoque ſtatu per biennium manentibus, mœrebam ego ſpe conjugii deſtituta, nec alibi ſolatium quam apud Deum Sanctoſque ejus per frequentes orationes quærebam. Accidit tandem ut quædam nunc defuncta Livia Calo, mihi colloquens, diceret, quod ſi à Deo vellem gratiam aliquam obtinere, eſſem devota B. Iacobo Bitectenſi; atque per dies viginti quinque eidem recitarem vigeſies quinies orationem Dominicam cum Angelica ſalutatione: nam ejus invocatione factum miraculum ipſam ſe vidiſſe. Parui conſilio: dumque id ago, viſum eſt mihi nocte

deſperatas pridè nuptias ſuas,

quadam, quod orarem in Beati ſacello, cum altero quodam Fratre, diceremque, B. Iacobe mi, fac mihi gratiam quam deſidero: ipſe autem videbatur reſpondere, quod eam jam recepiſſem. Inter hæc expergefacta & pavefacta, matri meæ, tum adhuc viventi, omnia retuli: quæ reſpondit Confide in Deo, filia, quod ita erit. Eodem ipſo die venit tabellarius miſſus à prænominato Doctore, epiſtolam ad patrem meum ferens, qua ſignificabat is, quod omnino me ſponſam habere vellet; itaque apparatentur nuptiæ,

reconciliavit.

intra viginti dies celebrandæ. Nihil tunc minus ſperabatur à familia noſtra. Ego vero ex iſto matrimonio etiam filios genui, & cum meo quondam marito

C totum hunc ſucceſſum acceptum retuli B. Jacobo, idque domeſticis omnibus feci manifeſtum. Ex illo autem rempore B. Jacobus meus ac familiæ meæ fuit Patronus ſpecialis, in quorum fidem hiſce ſubnotavi ſignum Crucis, ſcribere ipſa neſciens, Bitecti, X Februarii anni MDCXXVI *idque coram* Antonio Leonis Notario *atteſtante, ſcriptum eſſe* de ordine, & voluntate, & in præſentia retroſcriptæ Iſabellæ de Julianis.

ANNOTATA.

a *Waddingus in Regiſtro ad an.* 1432, *exhibet Breve Eugenii IV, ad Carolum Epiſcopum & Vniverſitatem atque homines civitatis Bitectenſis, quo permittit, ut* cum nulla Bitecti ſit domus Fratrum Minorum aut alterius ordinis Regularis, *poſſint conſtruere Obſervantibus conventum*, in loco Gallicello nuncupato.

b *Bonaventura à Terzano, de quo in Append. ſcribit locum* anno 1626, ex ordine Reverendiſſ. P. Benigni à Genua, *ad Reformatos tranſiiſſe.*

c *Pro nomine* Eleonora, *vulgo ſcribitur* Dionora.

d Nanna *vulgariter ſcribitur: ea autem voce ſignificari* aviam, *didici ex miraculis S. Angeli Carmelitæ ſcriptis Leocatæ in Sicilia & 5 Maji dandis.*

CAPUT III.

EX MS ORIGINALI.

Reſponſiones teſtium ad novem articulos ſibi propoſitos.

8 HOs articulos dat & exhibet Nicolaus Antonius Tauriſanus Barenſis, Procurator R. Fr. Ioannis de Corigliano Minoris obſervantiæ reformati, in provincia & riforma nuncupata di S. Nicolao Miniſtri, ad finem & effectum verificandi narrata in ſua ſupplicatione, porrecta ſub die XXIV Septembris MDCXXVIII, coram adm. Illuſtri & Reverendiſſimo Domino Epiſcopo Meſſerotto, pro habenda veritate miraculorum & gratiarum operatorum ac factorum ab omnipotenti Deo optimo maximo, ad interceſſionem Fr. Iacobi Dalmatini, olim Laici Minoris Obſervantiæ, defuncti in monaſterio S. Franciſci Bitectenſis, ad futuram rei memoriam, ſuper quibus petit teſtes recipi & diligenter examinari. *Sunt articuli hi univerſim novem, propoſiti omnibus & ſingulis prænominatis, poſt quatuor præliminares interrogationes, ſimiliter omnibus & ſingulis factas: quos articulos ita proponimus, ut ad ſingulos ſingulorum reſponſa colligantur, unius alterius ve verbis ſententiam ceterorum, nihil in ſubſtantia diſcrepantium, complectendo, niſi ubi quidpiam peculiariter notandum occurrit.* *Affirmant teſtes,*

E

9 Inprimis ponitur & probandum aſſumitur, quod ab annis circiter centum quadraginta quinque perſonaliter præſens d. Fr. Iacobus Dalmatinus, *a* Laicus Minorum Obſervantium, in monaſterio S. Franciſci Bitectenſi habitavit, & quidem annis multis, una cum aliis Fratribus d. monaſterii: in quo monaſterio poſtea oblit, & corpus ejus ſepultum fuit in uno ſepulcrorum ipſius eccleſiæ, in quo ſolebant Fratres laici ſepeliri: quod fuit & eſt verum publica voce & fama. Super *quo* primo *articulo*, per ipſum bene audito de verbo ad verbum ut jacet, interrogatus *Teſtis* I *reſpondit affirmative, prout ex ſenioribus majoribus ſuis audivit; qui & ipſi à ſenioribus audiviſſe ducebant: addens eadem de raptibus Beati & campanis ultro ſonantibus, quæ ſupra dedimus ex ore Iacobæ de Maſtro, Teſtis* XI.

a B. Iacobum Bitecti vixiſſe & obiiſſe,

10 *Teſtis* III *ſuper eodem primo articulo interrogatus reſpondit affirmative & addidit* Recordor optime, quod cum eſſem juvenculus, dicebat mihi Frater quidam prædictæ Religionis, qui habitabat in præd. monaſterio, Fr. Hieronymus de Bitecto nuncupatus, annos natus nonaginta, quod ibidem habitaverit cum ipſo Fr. Iacobo: quem dicebat profeſſione laicum, virtute magnum Dei ſervum extitiſſe, ſeque eum in ſacellulo vicino orantem conſpexiſſe à terra elevatum, ac ſæpius audiviſſe campanas orante illo ſonantes ultro. Eo autem tempore quo Dominus hujus urbis erat Ioannes Hieronymus Freccia, (anni ſunt circiter ſexaginta) ſæpius mihi dixit quemdam ſuum avunculum, qui morabatur in aula Ducis *b* Atrienſis, quando mota fuit rebellio Baronum in hoc regno, præſentem adfuiſſe cum Dux prædictus, perſequente ipſum Rege Neapolitano, venit *c* ut ſe commendaret precibus B. Iacobi ne juberet eum Rex capite plecti, quemadmodum aliis Baronibus rebellibus fieri juſſerat. Reſpondiſſe autem Iacobum, Iret libere: quia non modo nihil nociturus ei erat Rex, ſed etiam cum maximo honore ipſum recepturus: ipſe vero cum rediret Neapoli inventurus Duciſſam uxorem ſuam prolis maſculæ partu *d* ſolutam: quod utrumque contigit: quia venientem ad ſe Ducem Rex amplexu quoque dignatus, reſtituit in omnia ſua bona; & domum revertens Dux natum ſibi filium invenit. *Idem dixit ad aliquem è ſequentibus articulis reſpondendo Teſtis* I.

ibique magna virtute,

F

b

c & ſpiritu prophetico claruiſſe:

d

11 Ponitur & probandum aſſumitur ſecundo quod corpus B. Iacobi ſepultũ in ſepultura primo articulo nominata,

corpus poſt annos 2 incorru.

EX MS. ORIGINALI.

nominata, ibi remanſerit per viginti continuos annos; & poſtea cum occaſione alterius fratris laici ibidem ſepeliendi aperta eſſet ſepultura, inventum eſſe corpus, omneſque præſentes vidiſſe ipſum incorruptum uti revera erat; ideoque ſublatum exinde, tranſlatum eſſe ſupra altare in quo dicebatur Miſſa, & ſic remanſiſſe uſque ad annum MDLXXXV, e prout teſtatur publica vox & fama. *Hunc articulum teſtes omnes affirmarunt, tamquam à ſenioribus civibus paſſim auditum. Teſtis autem* VI *nominatim allegavit quemdam Antonium Lupi de Grumo, qui elevando corpori præſentem ſe adfuiſſe dixerit.* III Ponitur quod d. corpus fuerit habitum in maxima veneratione & devotione ab omni populo Bitectenſi & ab omnibus accolis: anno tamen MDLXXXV ſcriptum fuiſſe Romam ab eo qui tunc erat Epiſcopus, Cæſare Arenio nobili Lucenſi, quid eo corpore agendum eſſet: reſpondiſſe autem Dominos Cardinales ſacræ Congregationis Rituum; ut curaret ipſum amovendum ab eo altari ſuper quod Miſſa celebrabatur, & ad locum remotiorem transferretur, ſed in eadem nihilominus veneratione conſervaretur: quod ab Epiſcopo & Fratribus executioni mandatum eſſe, & tranſlationem factam in locum contiguum ſacello S. Antonii Patavini, intra eamdem eccleſiam, ubi ipſum corpus in præſentiarum requieſcit: quod fuit & eſt verum.

ad altare tranſlatum fuiſſe;

e

& maxima veneratione habitum,

B

12 *Tertius hic articulus non tantum confirmatur à ceteris, qui audierant ab aliis vel tranſlationi interfuerant, ac nominatim à Teſte* I *&* II, *qui in hac cauſa litteras Romam ſcripſerant, tamquam Secretarii Epiſcopales: ſed etiam exhibitum fuit inſtrumentum ſpeciale à dicto primo teſte rogatum* XVI *Iulii* MDCXXVII, *& nunc repertum fol.* 58 *atque ab ipſo recognitum, à nobis autem brevitatis cauſa omittendum. Imo repertum & productum eſt ipſius Epiſcopi executoriale mandatum ſub hac forma:* Cæſar Arenius Lucenſis, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Bitectenſis & in præſenti negotio ſpecialiter delegatus, virtute litterarum Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi D. Cardinalis *g* de Sans, ſacræ Congregationis Præfecti, curſoribus, nuntiis & ſervientibus nobis, ſeu aliarum quarumvis curiarum ad infra ſcripta in ſolidum requirendis, ſignificamus, committimus & mandamus; ideo quod menſibus & diebus non longe decurſis, ſub die x proxime præteriti menſis Iunii MDLXXXVI ab Ill. & Rev. D. Cardinale præfato litteras accepimus, de corpore B. Iacobi ſuo loco reponendo, & ex altari capellæ S. Ioannis Bapt in eccleſia monaſterii S. Franciſci extra mœnia Bitecti Ordinis Minorum Obſervantium, in quo nunc eſt, auferendo: ipſaſque litteras venerabilibus P. Antonio de la Forenza ad præſens Guardiano, Vicario, & aliis Fratribus d. monaſterii oſtendimus, eorumque exemplar dedimus, atque illos ſæpe ſæpius oretenus monuimus, ut illud beatum Corpus, cum omni qua decet reverentia & veneratione ſuo loco reponerent, quod hactenus facere detrectant, noſtriſque mandatis ut ſupra oretenus factis parere recuſant.

quod novus Epiſcopus an. 1587.

g

ex mandato Congregationis Rituum,

C

13 Quapropter nos virtute dictarum litterarum, (*quarum tenor, Epiſcopali mandato inſertus Italica lingua hic omittitur, indicando, mandati rationem allegari, quod* præſupponatur d. Corpus in altari locatum fuiſſe, abſque aliqua ſcriptura authentica, ex ſimplici traditione de fama bonæ vitæ à viro iſto ſancto actæ, quod abſque expreſſa canonizatione hodie *b* non ſufficit.) .... vobis ... dicimus committimus ac mandamus, qui veſtrum fuerit requiſitus, quatenus ſe perſonaliter conferat ad præſentiam ſupradictorum P. Antonii de la Forenza &c. eiſque & unicuique ipſorum injungat & mandet; prout tenore præſentium mandatur & injungitur, quatenus in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ & aliarum cenſurarum eccleſiaſtica-

b

ab altari juſſit removeri,

rum, infra ſpatium dierum triginta à notificatione præſentium decurrendorum & numerandorum, (quorum decem pro primo, decem pro ſecundo, & reliquos decem pro tertio & ultimo termino eis & unicuique eorum in ſolidum aſſignamus) ut cum effectu, omni mora & cavillatione poſtpoſita, idem Corpus beatum reducere & reponere habeant ac debeant ad locum, in quo prius repoſitum erat, antequam ab ipſis & aliis monaſterii Patribus auferretur, omni qua decet veneratione & reverentia, ſervata forma introſcripti ordinis. Datum Bitecti ex noſtro Epiſcopali palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ, ſub die XXIX Decembris MDLXXXVII.

D

Cæſar Epiſcopus. ✠

14 *Ex vi hujus mandati reponendum erat ſacrum corpus intra communis ſepulturæ locum, unde arguebatur fuiſſe extractum abſque competenti facultate, tali ſaltem qua vel per ſcripturam vel per fidem teſtium poſſet probari. Sed quia Beatus ipſe circa annum* MCCCCLXXXIV *obierat, & è communi ſepultura extractum erat illius corpus anno circiter* MDIV, *juſtam ad non parendum excuſationem habere videbantur Fratres à ſpatio annorum* LXXXIV *continuorum, quibus abſque ulla cujuſquam contradictione expoſitum fleterat in altari corpus, cum licentia, ut illi merito præſumebant, ejus qui tunc erat Epiſcopi Vincentii Piſtachii, quamvis dicta propter diuturnitatem temporis neque per ſcripturam neque per teſtes conſtaret.* Itaque licet Iulius Bernardini de Minervino die XXIX Decembris, *ut habetur in Actis, accedens ad dictum monaſterium Guardiano & Fratribus ibidem commorantibus (nominantur hi univerſim novem) intimaſſet Epiſcopale mandatum coram adhibitis teſtibus; nihil tamen effectum eſt, ideoque* die IX Ianuarii *ſequentis* comparuit R. D. Philippus de Inſella Procurator Fiſcalis, & incuſavit primam contumaciam contra ſupradictos venerabilem Patrem Antonium della Forenza ejuſque *i* Fratres.

in locum prima ſepultura,

aut ſaltem in ſacriſtiam,

i

15 *Parendum igitur tandem fuit, & in Sacriſtiam deportatum eſt ſacrum corpus: ubi non diu inhonorum manſit, Fratrum innocentiam, congruo teſtimonio deſtitutam, ſuſcipiente Deo & Beati ſui honorem tuente adverſus Epiſcopum, præcipiti nimis zelo commotum, uti apparet ex inſtrumento authentico, Fr. Stephani Bituntini, circa annum* MDCXIII *in conventu Bitectenſi Guardiani, cujus pars infra num.* 31 *dabitur, altera pars talis eſt:* Audivi dici publica voce & fama, quod cum veniſſet in civitatem Bitectenſem novus Epiſcopus, paucos poſt dies veniens ad conventum invenienſque d. Corpus ſupra altare poſitum, requiſivit ex Fratribus an ad id haberent licentiam; his autem reſpondentibus abſque alia quam probare poſſent licentia id fieri, propter maximam devotionem & concurſum populorum, mandavit ut auferretur inde ad ſacriſtiam. Verum poſt tempus aliquod accidit ut venienti Bitectum fratri ſuo Epiſcopus obviam miſerit amicos, ipſeque aſcenderit in ſolarium quoddam ut videret cavalcatam: dicitur autem traditione antiqua, eſtque publica vox & fama, quod miraculoſe ceciderit petra ſupra caput Epiſcopi (quamvis non appareret unde in talem locū, quo nullus erat ſuperior, cadere is potuerit) cum gravi percuſſione & vulnere; unde cum diebus aliquot jacuiſſet infirmus, ipſius fratri per viſionem dictum fuerit ſanandum Epiſcopum, ſi B. Iacobo ſe devoviſſet: hoc autem facto gratiaque obtenta, ſcripſiſſe Epiſcopum Romam ad ſacram Congregationem, & obtinuiſſe licentiam, ut d. corpus teneretur in cryſtallina arca cum publica veneratione, quatuor palmos elatum à terra; quemadmodum nunc tenetur, ubi inter alia anathemata etiam ipſa petra appenſa cernitur *k*. *Hæc ille: cui conſonat & quædam huc ſpectantia declarat inſtrumentum Bituntini Epiſcopi circa finem præſentis proceſſus*

ſed Epiſcopo divinitus punito,

F

& per Beatum ſanato,

rurſum publico cultui exponitur.

k

A *uti teſtatur Epiſcopus Bituntinus,*

proceſſus annotatum, cujus tenor ex Italico Latinus hic eſt.

16 Nos Fabritius Caraſa, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Bituntinus, fidem facimus plenam & indubitatam omnibus, quibus hæ fuerint extra vel intra judicium præſentatæ, quod cum viverent Don Franciſcus Carafa & Donna Joanna de Cardines, conjuges legitimi, pater meus ac mater Bitectenſis civitatis Marchioniſſa, ſæpius mihi dixerint, quod dominium dictæ civitatis adepti, in eccleſia S. Franciſci ibidem apud Patres Zoccolantes invenerint corpus B. Jacobi, intra capſam Veneticam male habitum. Quare d. mater noſtra, pro ſua devotione, voluit ornare prædictum corpus in alio eminentiori

l loco, ubi cum majori veneratione, ſicut hodie *l* conſpicitur, ſervaretur. Id agentem impedivit temporis illius Epiſcopus, D. Arenius nuncupatus. Sed cum eodem tempore ſupra caput ipſius cecidiſſet petra, magnumque ei vitæ diſcrimen attuliſſet; ipſemet

cujus mater capſam novam fabricandam curarat. Epiſcopus invocavit nomen B. Jacobi, ſeque mox liberatum ſentiens, continuo mandavit Dominæ matri prædictæ; ut quidquid pro ſua devotione & exaltatione Sancti deſignaverat animo, libere exequeretur. Itaque facta eſt capſa inaurata & cryſtallina; in qua cum maxima omnium veneratione nunc jacet.

B Dicebat etiam mea mater, quod ſimili in veneratione fuerit apud omnes ante ipſam dictæ civitatis Dominos, neque apud Bitectenſes tantum, ſed apud omnes fere provinciæ Barienſis incolas, undecumque accurrentes, ſanitatis ſibi ſuiſq; impetrandæ cauſa, propter crebras gratias d. Beatum invocantibus à Deo factas. Et hæc mihi dicebant Domini mei pater ac mater ab annis circiter xxxv, prout tum ipſi viderant tum ab aliis ſenioribus audierant. In quorum fidem & ad inſtantiam devotorum ipſius Beati, præſens Inſtrumentum manus noſtræ ſubſcriptione & ſigilli impreſſione firmavimus, Bituntı xıv Martii MDCXXX.

m Nos Fr. Carafa *m* Epiſcopus Bituntinus ✠.

Item corpus hactenus incorruptū perſeverāſſe,

17 Ponitur ıv & probandum aſſumitur, quod d. Corpus Fr. Jacobi Dalmatini, non ſolum ab anno MDLXXXV, uſque ad præſentem MDCXXıX, ſemper & continuo fuerit incorruptum, quemadmodum in præſentiarum videre eſt, abſque ullo defectu; ſed etiam ab anno MDL & ab antea uſque hodie: quod ſervatur intra arcam cryſtallinam. Quin etiam maxime ſenes ſemper dixerunt, quod viderint corpus ipſius B. Jacobi ſemper incorruptum abſque aliquo defectu, poſitum ut ſupra: quod omnibus videre cupientibus oſtendebatur à Patribus d. conventus: ipſique illi ſenes dixerunt, ita etiam ab aliis ante ſe ſenioribus audiviſſe: quod fuit & eſt verum, de eoque

C *& tamquam corpus Beati habitum,* eſt publica vox & fama. Ponitur v quod per annos octoginta uſque hodie ipſum corpus B. Jacobi fuit ab omni populo Bitectenſi, aliiſq; locorum vicinorū populis habitum in veneratione & devotione maxima: ipſe autem Jacobus fuit cultus & habitus pro Beato ac Sancto univerſim ab omnibus Chriſtianis, qui venerunt ad videndum ipſius corpus: quemadmodum etiam hodie indifferenter æſtimatur & honoratur ab omnibus viris & feminis, ſenibus & juvenibus, eccleſiaſticis & ſecularibus: quod fuit & eſt verum. *Duos hoſce articulos ſic confirmarunt teſtes omnes & ſinguli, ut nihil in particulari addendum ſuggeſſerit quiſpiam.*

ad quod obtinuerint fideles multas gratias, 18 Ponitur vı quod multi viri & mulieres per interceſſionem d. Fr. Jacobi, ad eumdem in ſuis neceſſitatibus & periculis recurrendo, quidquid deſiderarunt obtinuerint à Deo, quamplurima miracula operando, multaſque & varias gratias largiendo pluribus atque diverſis Chriſtianis per interceſſionem d. Beati: quemadmodum ipſa experientia viſum auditumque eſt, & adhuc quotidie videre atque audire licet: idque ab annis circiter octoginta, prout de omni anteriori tempore fidem facit atteſtatio omnium, ita à ſenioribus audiviſſe aſſeverantium. Eſtque publica vox & fama, quod fuit & eſt verum. *Ad quem articulum ſibi prælectum teſtis* ı *in hæc verba reſpondit:* Audivi publice & generaliter, quod omnes ji qui ſe devoverunt aut commendarunt d. B. Jacobo, obtinuerint à Deo omnes eas gratias quas juſte petiverunt: de quibus etiam audivi publica eſſe condita Inſtrumenta, ad quos me refero. *Teſtis* ıı *alitque plures referunt etiam ſe ad tabellas, ante capellam Beati appenſas in monumentum beneficii divinitus obtenti: quidam etiam teſtantur de miraculis patratu circa ſe & ſuos, quos ſupra dixi recognoviſſe inſtrumentorum deſuper confectorum veritatem: alii ſimilem atteſtationem ad ſequentes articulos retulerunt.*

EX MS. ORIGINALI.

anathemata obtulerint,

19 Ponitur vıı, quod non ſolum poſt mortem & ad interceſſionem d. B. Jacobi Deus fecerit Chriſtianis multas gratias & miracula: ſed etiam in vita: quemadmodum evidenter probatur ex tabellis antiquiſſimæ picturæ, quæ videntur appenſæ ante d. beatum Corpus in ipſius capella: ex quibus conſtat ipſum Beatum dum viveret ſpiritu prophetico donatum fuiſſe, virtute & caritate plenum, inter orandum miraculoſe ſuſpenſum in aëre. *Ad hunc articulum alii ſic reſponderunt breviter, ut ad ipſas tabellas vetuſtas atque recentiores provocarent; alii prolixioribus verbis aſſererent ſingula in articulo contenta, addentes etiam de capellula nunc B. Iacobi dicta, & campanis ultro ſonantibus. Verum his omiſſis præſtat ex publico Notario aliquid magis particulare de prædictis tabellis audire; ita enim in una ſcripturarum, à Procuratore cauſæ oblatarum, continetur.* Fidem facio ego Donatus Antonius Roſſanus, civitatis Bitecti publicus Regius ac generalis Notarius, in judicio & extra omnibus has viſuris, quod perſonaliter accedens ad conventum Fratrum Minorum obſervantium extra muros urbis hoc ipſo die, inter tabellas palam affixas pendenteſque ante capellam, in qua requieſcit corpus B. Jacobi Dalmatini, propter miracula & vota eidem à Chriſtianis facta, ad memoriam gratiarum & olim & recentius impetratarum, & in dictis tabellis deſcriptarum, duas tabellas oblongas invenerim, in quarum una hæc tria miracula notabantur; videlicet quomodo B. Jacobus reſponderit Duci Atrienſi, quod Rex eum honorifice ſuſcepturus eſſet, quomodo prædixerit Duciſſam parituram filium, quomodo illuminaverit cæcum, qui ipſum volebat percutere. In altera vero tabella inveni alia tria ſequentia, quomodo B. Jacobus liberaverit Fr. Bernardum de Gallipoli, quando volebat habitum dimittere propter dolorem brachiorum; quomodo Modugni *n* prædixerit puerum quemdam poſtridie moriturum, prout factum eſt; quomodo viſus ſit inter orandum ſublimis in aëre. In quorum fide haſce ſubſcripſi & ſignavi, Bitecti ıı die Februarii MDXXIX.

Ipſum quoque dum viveret feciſſe miracula,

E

quorum fidem faciūt antiqua tabella,

F *n*

& ad mortui invocationem multos eſſe ſanatos,

20 Ponitur vıı, quod Deus per interceſſionem d. B. Jacobi ſanaverit multos Chriſtianos infirmos, à pluribus & diverſis infirmitatibus, doloribus gravibus, & morbis medicorum judicio deſperatis: qui agnoverunt, abſque ullo humano remedio ſanitatem ſibi reſtitutam, poſtquam B. Jacobum devote invocaſſent. Ponitur ıx, quod propter venerationem & devotionem erga d. Corpus, quotidie, ſemper, & continuo, ab annis præteritis decem, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, ſexaginta, ſeptuaginta, octoginta, nonaginta, centum & amplius, fuerit, uti & nunc eſt, maximus concurſus fidelium Chriſtianorum, ad locum & monaſterium S. Franciſci de Bitecto, tam ex populo Bitectenſi quam ex populis circumjectis indifferenter, cum ſumma devotione honorantium prædictum corpus: & quod multi eorum attulerint tabellam teſtem receptæ gratiæ, multi poſtulaverint ſibi dari particulam ex habitu quo d. cor-

ideoque undique concurſum eſſe ad ejus corpus,

EXMS ORIGINALI.

pus operitur ; quia paſſim fidelibus requirentibus ex eo diſtribuitur : denique quod ordinarie ſervetur accenſa lampas ante cryſtallinam arcam in d. capella ; adeo ut ab omnibus communiter & generaliter habitus ſit tamquam Beatus in cælo, quemadmodum etiam hodie habetur, ac reputatur. *Ad quos duos ultimos articulos cum ſinguli teſtium ſimili fere tenore reſpondiſſent, aut ipſa interrogationum verba repetentes, aut ſe ad ſuperiora reſponſa referentes : ſingulis denique fuit injunctum ut ſuum ſinguli examen legerent vel legi audirent, & poſtea pro facti veritate ſubſcriberent nomen ſuum manu propria, ſiquidem id poſſent ; ſin minus, ſignum Crucis notarent, ſubſignante poſt utroſque ſigillatim* Fr. Michaele Epiſcopo Bitecti.

etiam publice pro obtinenda pluvia.

21 *Porro ad hos ultimos articulos proprie ſpectat, quod ad tertium articulum reſpondens Teſtis* I *his verbis adjecit :* Adhuc recordor, quod cum eſſem annorum tredecim vel quatuordecim, viderim extrahi corpus B. Jacobi extra capſam, in qua ſervabatur, & à Patribus conventus in ſede una collocatum, poni intra quoddam confeſſionale coram omnibus, ad impetrandum à divina Majeſtate gratiam unius bonæ pluviæ, tunc temporis vehementer deſideratæ & neceſſariæ. Erat autem in dicto loco non tantum collectus omnis populus civitatis Bitecti, ſed etiam multitudo ingens ex vicinis populis ita impleverat eccleſiam, quod nec granum quidem ſinapis (ut ſic loquar) amplius capere potuiſſet : qui dum pariter orationi inſiſtunt, exorta eſt ſubito vox clamantium, Gratia, gratia : Miraculum, miraculum. Ego vero cum ſcire cuperem quodnam hoc eſſet miraculum, reſponſum accepi, quod civis quidam Bitectenſis, nomine Conſtantinus Aprutinus, qui nunc obiit, emiſiſſet per virgam tres grandes lapillos, qui fluxum urinæ impediebant, adeo ut de vita ſua actum credens coram Beato aſſiſteret. In cauſa ſcientiæ dixit, quia ſcit, vidit, audivit, & interfuit.

B

ANNOTATA.

a *Franciſcus Xiclenſis aſſerit putare aliquos, eum* Zaræ, *id eſt,* Jaderæ *natum ; qui vel occaſione Mercatorum, inde in Apuliam migrantium, huc tranſierit ; vel in patria admiſſus ad Ordinem, pro ſtabilienda hic Obſervantia, tranſlatus ſit ; eo quod Gonzaga ſcribat, Provinciam S. Nicolai Provinciæ Boſnæ Argentinæ olim Cuſtodiam fuiſſe.*

b *Bonaventura à Terzana* Ducem *hunc* Hadrienſium (*eſt autem* Hadria *vulgo* Atri *civitas in Aprutio, proxima mari Hadriatico, cui nomen creditur dediſſe, ampla olim & Epiſcopalis, nunc deſolata & Pennenſi unita Epiſcopatui*) *Ducem, inquam appellat Bonaventura,* Andream Matheum Aquavivam Arragonium, *Iulii Antonii* filium primogenitum, *&* Cuperſanenſium Comitem.

C

c *Nempe in Cuperſanenſi, ſeu Converſanenſi conventu antea habitarat Beatus, ibique Duci notus ea fecerat quæ infra in Appendice ſcribemus ex Bonaventura.*

d *Hinc poſtea prodiit Claudius Aquaviva, Ducis Adriæ filius & Societatis noſtræ Generalis quintus ; ejuſdemque ex fratre Duce nepos Rudolfus, inſignis in Salſetano Indiæ agro Martyr, cum duobus fratribus ſuis Cardinalibus Iulio & Octavio Aquavivis.*

e *Imo uſque ad* 1587, *ut mox apparebit ex publicis Actis.*

f *Ita nempe ſimpliciter ſubſcribere ſolebat, proprio nomine* Nicolaus de Pellevé, *ex Archiepiſcopo Senonenſi (Francke* Sans) *creatus à Pio V anno* 1570, *Cardinalis tit. SS. Ioannis & Pauli, de quo plura vide apud Ciacconium, & in Galliæ Purpurata Petri Friſon. pag.* 635.

g *Parum æqua Fratribus videtur fuiſſe informatio Epiſcopi ad Congregationem directa : uti ex reſcripti verbis colligitur, dicendo ſimpliciter* quod præteritis annis *corpus illud fuerit in altari poſitum, ideoque id de non diu præteritis Cardinales intellexere ; ac præſumpſere contra Canones factum, id pro quo non poterat ſcriptura authentica proferri : aliter veroſimiliter reſcripturi, ſi eam tranſlationem factam ſciviſſent ante annos plures quam* 80.

D

h *Nominantur illi* Fr. Seraphinus de Ruvo, Fr. Paulus de la Forenza, Fr. Joannes de Caſſano, Fr. Michael Angelus de Gravina, Fr. Auguſtinus de Ruvo, Fr. Antonius de S. Nicandro, Fr. Antonius de Bitecto, Fr. Laurentius dela Forenza, Fr. Angelus dela Forenza.

i *Quandonam impetratum ſit ut ipſa arca ſuper altare reponi poſſit, uti modo repoſitam eſſe & ante eam Miſſas fieri teſtatus eſt* P. Ignatius Zaccaria, *quia non explicat Franciſcus Xiclenſis ; ideo credimus, poſt editum anno* 1642, *illius libellum obtentam licentiam eſſe.*

k *Hæc verba,* ſicut hodie, *malim de arca quam de loco intelligere ; vix enim dubito quin intenderit Marchioniſſa ſupra idem in quo ſteterat altare elevare arcam : & indulgentiam ſuam ita reſtrinxerit Epiſcopus, ut in loco eminenti intra eccleſiam, non tamen ſupra altare, corpus collocaretur.*

l *Creatus fuerat Fabritius anno* 1622, *obiitque anno* 1651, *ut teſtatur Vghellus. Diſtat autem* Bituntum *à Bitecto* p. m. 5 *aut 6.*

E

m Modugno *diſtat tribus milliaribus Bitecto, verſus Barium.*

CAPUT IV.

Miracula circa initium ſeculi hujus facta uſque ad annum MDCXIX.

22 EGo Fr. Dominicus de Terlizzo Sacerdos Ordinis Minorum Obſervantium S. Franciſci, ad præſens Vicarius venerabilis Conventus S. Mariæ de nova oppidi *a* Terlizienſis prædicti Ordinis, annos natus quinquaginta quatuor, religionis annos habens triginta quatuor, plenam & indubitatam fidem facio has lecturis, quod cum anno MDXCVII, habitarem in noſtro conventu S. Franciſci extra muros urbis Bitectenſis, cujus tunc Guardianus erat Fr. Bonaventura Barienſis, & in quo requieſcit corpus venerabilis Patris Fr. Jacobi de Dalmatia, ex eodem Ordine laici profeſſi ; tranſivit illac miles in equo, ſuæ cohortis ultimus ; & venit ad conventum cum lancea in manu dextera, cum qua lancea haud procul à conventu, ad duo circiter milliaria in loco lacus *b* Binetti dicto, occiderat ſerpentem adeo venenatum, ut virus, à ferro per lanceam in manum brachiumque tranſiens, non tantum ipſum enormiter tumefecerat lividumque reddiderat, ſed ipſum quoque cor videretur petere. Huic malo cum remedium à Fratribus peteret ſuaſum ei fuit ut ſe devoveret d. B. Fratri Jacobo : pro cujus meritis ipſum adjuturus eſſet Deus. Ipſe autem mox ſeſe ad Beatum convertens cum devotione & lacrymis dixit : O Beatiſſime Jacobe, libera me ab hoc malo. Et continuo recepit à Domino gratiam, adeo ut ego aliiq; Fratres de conventu mox viderimus brachium, remiſſo tumore vividoque colore recepto, reſtitutum ſanitati. Cumque miles ille tunc aliud nihil haberet ad manum, in ſignum gratitudinis dedit aliquam pecuniam pro faciendis Miſſis : & prædictus Pater Guardianus continuo curavit rem ut geſta erat in publicas tabulas referendam : ego vero in teſtimonium veritatis juſſi confici præſentem ſcripturam per manum Fr. Cataldi de Tarento Sacerdotis, eamque manus propriæ ſubſcriptione confirmavi & ſignavi ſigillo hujus noſtri conventus Terlizienſis, die IV Februarii, MDCXXVI. *Sequebatur atteſtatio Notarii Ioſephi de Antonellis coram quo ſcriptura hæc ſignata fuerat, quam aliaſque ſimiles atteſtationes in originali proceſſu inveniendas, brevitatis ſtudio reſecamus,*

F

a Miles ex veneno in manum derivato moriturus,

b

facto voto ſanatur, an. 1597.

A *reſecamus, imo etiam nonnullas formulas identidem recurrentes, quas ſatis erit ſemel iterumque extendiſſe.*

an. 1603 curatur ſeptennio ægra decumbens,

23 Omnibus præſentes viſuris, in judicio & extra, fit plena & indubitata fides per me Olympiam Vincentii [uxorem] Petri Martiræ, civitatis Bituntinæ, quod cum anno MDCIII gravi teneter infirmitate, quæ toto ſeptennio præcedenti duraverat, adeo ut propter maximum totius corporis cruciatum à lecto movere me ipſa non poſſem; & ex aliis audirem, quam grandia miracula operaretur Deus per B. Jacobum Ordinis Minorum Obſervantium, juxta civitatem Bitecti; convertens me cum magna devotione meque commendans d. Beato, ut ſanitatem mihi impetraret à Deo benedicto; promiſi quod ipſamet irem ad viſitandum ejus corpus & curarem Miſſam in ejus eccleſia decantandam. Res mira! Intercedente ipſo Beato brevi recuperavi priſtinam ſanitatem, ſurgens de lecto cum admiratione totius urbis; & quia ſcribere ipſa neſcio, præſentes dictavi ſcribendas per

c Hieronymum filium Thomæ Campanilis & duorum teſtium *c* ſubſcriptione firmandas, Bitunti IV Februarii MDCXXVI, coram Joanne Laurentio Manzari Notario Bituntino.

B 24 Fides fit... per me Beatricem Farella, uxorem Joannis Rochi Leonis, quod cum prædictus

1604 ſanatur confractatibia, meus maritus anno MDCIV, currui ſubjungere voluiſſet bovem, necdum trahendo currui aſſuetum, dubos cum ſocio bove converſus in fugam, tibiam unam mariti diffregit per medium: quare omnes ad auxilium B. Jacobi reſpeximus: & ego mox ſanum conjugem videns, anathema ad ejus capellam appendi, & litterarum ignara, hoc teſtimonium ſcribi juſſi per manum D. Felicis Leonis, Binetti VI Februarii MDCXXVI.

✠ Signum crucis formatum à Beatrice Farella de Bitecto. Ego Donnus Felix Leo ſcripſi præſentem ex voluntate prædictæ & teſtis ſum. Ego Donnus Joſephus Lucas fui præſens. Ego Notarius Franciſcus Frangione ſum teſtis. *Hactenus Italice, tum verbis Latinis* Supradictam fidem in mei præſentia fuiſſe ſcriptam, de Ordine voluntate & conſenſu ſupradictæ Beatricis de Farella, ejuſque propriæ manus ſigno crucis ſignatam, nec non ſubſcriptam & firmatam propriis manibus ſupradictorum teſtium, fateor ego Donnus Joannes Angelus Chriſtina, Primicerius terræ Binecti, Barenſis diœceſis publicus auctoritate Apoſtolica Notarius, & in fidem ſignavi requiſitus

C & meum quo in talibus utor ſignum appoſui ✠. *Idem eodem aut ſimili modo in ſequentibus omnibus factum lector intelligat: nos ſatis habemus Notarii nomen ipſi inſtrumento ſub finem inſerere, & teſtium in genere mentionem fecimſſe.*

& homo moribundus, 25 Fides fit... per me Dionoram Caló Bitectenſem, *teſtem* X *ex ſupra nominatis*, quod ab annis circiter XXV Franciſcus Antonius de Uulpis maritus meus, graviſſimo correptus morbo, extra ſpem vitæ depoſitus ſit à medicis, nullum humanum remedium invenientibus, quo minus cito moreretur. Ego vero recordata glorioſi illius B. Jacobi, qui apud Obſervantes quieſcit, vovi Patribus conventus ipſius dare eleemoſynam, ea conditione ut ipſi orarent pro conjugis mei ſalute: ſequentique mox nocte recepi deſideratam gratiam, cujus teſtimonium ſubſignavi, crucem propria manu formans, Bitecti X Februarii MDCXXVI, coram Donno Donato Antonio Citula Canonico & Notario Apoſtolico.

d an. 1605 convaleſcit mulier quartana d laborans, 26 Fides fit... per me Flaminiam Donati Antonii de Servillo ex oppido *d* Pali, quod anno MDCV, cum duo mei filii ex quartana decumberent, nullumque eis remedium inveniretur, à Fratre quodam conventus Bitectenſis per nos tranſeunte habuerim particulam ex halitu B. Jacobi, Bitecti quieſcentis & miraculis famoſi: quam ſtatim ac poſui ſupra decumbentes, ſubito ſanitas eis reddita eſt: & ego ſcribendi imperita per manum Clerici Ludovici Valcarel præſertim ſcribi, & à publico Notario Petro Leonis ſubſignandam curavi, V Februarii MDCXXVI, in Terra Pali, Barenſis diœceſis. EX MS. ORIGINALI.

an. 1606 alia extrema infirmitas, 27 Fides fit... per me Dominicam Signorile, quod anno MDCVI, infirma ad mortem & extrema Unctione munita; cum audiviſſem famam miraculorum per B. Jacobum patratorum, nomen ejus cum vera fide invocaverim, & ſubito receperim gratiam ſanitatis, faciendo cantari Miſſam ad honorem d. Beati. Præterea anno MDCX, videns me ſterilem eſſe, invocavi d. Beatum, & continuo concepi filium maſculum, vovens quod ipſum deferrem ad corpus Beati, ibique relinquerem veſtes quibus eſſet indutus, quæ ibidem adhuc appenſæ cernuntur. In quorum fidem ipſa, ſcribere neſciens, has ſcribendas rogavi per manum Don Joſephi Luca, coram teſtibus & Notario Franciſco Frangiono, Binetti VI Februarii MDCXXVI. *quæ etiam prolem ex voto obtinet.*

Sacriſta ex curioſitate corpus denudans; 28 Ego Fr. Jacobus de Atella, Sacerdos Ordinis Minorum Obſervantium, quia obligor revelare & notificare gratias receptas à Deo per interceſſionem B. Jacobi de Bitecto, aſſero, quod cum anno MDCVI exercerem officium Sacriſtæ in noſtro conventu Bitectenſi, volui curioſitatis cauſa videre ſi revera corpus integrum eſſet, ideoque elevatum exuerim ſuo habitu: videns autem quod integrum eſſet, iterum eodem habitu indui, & collocavi ut antea. Statim autē ut, arcam & ferratum oſtiū; ſenſi primo unum clauſi deinde alterum brachium inutile redditum, adeo ut manibus propriis cibum capere non poſſem. Præſumens vero infirmitatem eſſe ab aliquo accidenti provenientem, in eo ſtatu per tres menſes remanſi, variis nequidquam medicinis utens. Tandem inſpirante Domino, in vigilia S. P. N. Franciſci, omnia aperui Confeſſario meo, promittens nihil ſimile tentaturum me alias. Hic mihi pro pœnitentia injunxit, ut intra capellam Beati facerem diſciplinam coram ejus arca. Reſpondi ego, libenter id facturum me ſi pateretur infirmitas, per quam id nunc redditum mihi erat impoſſibile. Iuſſit nihilominus ille, irem atque obedirem ſimpliciter. Ivi ergo, & coram arca, quamvis brachia ad percutiendum movere non poſſem, cœpi recitare Miſerere, genu flexus in capella: quo finito ut ſenſi brachio motum reſtitui, cœpi meipſum percutere, & ſic integra ambobus brachiis ſanitas rediit: neque ejuſmodi infirmitatem unquam poſtea ſenſi, per Dei & B. Jacobi gratiam. Data *e* Melfis manu propria XVII Octobris, coram teſtibus & Notario Joanne Camillo Caglia Melfienſi. *uſuque brachiorum privatus, cogitur pœnitere.* F *e*

Servatur puer ex febri moritura. 29 Fides fit... per me Lauram Caſtoris Bitectenſem, *teſtem* XII *ex ſupranotatis*, quod ab annis circiter viginti uno, graviſſima febri correptus filius meus fuerit, ita ut nullum ei remedium inveniretur, & medici de ejus vita omnino deſperarent. Ego vero, utpote devota erga B. Jacobum de Bitecto, eidem ipſum devovi, ut oraret Dominum noſtrum, ut per ejus interceſſionem iſte meus filius ſanaretur; promittens quod ſanatum appendi facerem pari quantitate panum: quod reipſa, eodem brevi ſanato, feci, gratias agens divinæ Majeſtati; & nunc in teſtimonium veritatis huic ſcripturæ, rogatu meo factæ à Don Franciſco de Sanctis, ſignum crucis appinxi coram Notario Antonio Leonis, Bitecti, XVI Februarii MDCXXVI.

& an. 1608 ſeptimeſtris æger, 30 Fides fit... per me Magiſtrum Joannem Romanum Chriſtophori Bitectenſem, quod anno MDCVIII, depoſitus à medicis, poſt gravem ſeptem menſium morbum, qui me continuo lecto affixum tenuerat, devoverim me B. Jacobo, ſtatimque poſt votum nuncupatum, receperim ſanitatem. Ob quod beneficium

EXMS. ORIGINALI.

beneficium cum d. Beatum aſſumpſiſſem in patronum meæ familiæ, anno MDCXXI pro filio meo Joanne, ſimiliter deſperato, votum faciens eleemoſynæ Fratribus præſtandæ, ſubita illius ſanitate recreatus mox fui; & pro accepta gratia tres frumenti tumulos obtuli: ac rurſum uxore mea etiam infirmata, novo me voto obligans pro hac quoque obtinui gratiam concupitam, & labarum cruci affigendum obtuli; & haſce litteras, manu propria ſubſignatas, ſcribendas rogavi per D. Hyacinthum Conteſſam, coram teſtibus & Notario Donno Donato Antonio Citula, die VIII Februarii MDCXXVI.

ut poſtea ejus filius & uxor,

an. 1612 mulier ex ſanguinis fluxu periclitans,

31 Fit fides per me Catharinam de Scirocco, legitimam conjugem Antonii della Badeſca civis Bituntini... quod annis proxime præteritis ac nominatim MDCXII, cum ex fluxu ſanguinis, per tres menſes durante, lecto decumberem, ita graviter infirma, ut medicis nullum remedium invenientibus morti me propinquam crederem; devovi me B. Jacobo Bitectenſi & ſubito ſanata fui: in cujus fidem præſentibus manu mea ſignum crucis adſcripſi, coram Notario qui has ſcripſit Joanne Laurentio Manzani & teſtibus, Bitunti XIV Martii MDCXXX. *Quod Inſtrumentum non ante examen teſtium, ut priora & ſequentia cetera, ſed eodem finito, coram Epiſcopo præſentatum fuit anno jam notato, & die XV ejuſdem Martii.*

B

an. 1613 Guardianus Bitect.

32 Fit fides... per me Fr. Stephanum Bituntinum, Sacerdotem Ordinis Minorum Obſervantium, quod circa annum MDCXIII fuerim Guardianus conſtitutus conventus noſtri Bitectenſis; ubi in quodam eccleſiæ angulo ad dexteram conſignatum mihi fuit corpus, quod dicebatur eſſe B. Jacobi, intra arcam cryſtallinam quatuor palmis elevatam à terra, cum multis miraculis circumcirca appenſis. Habitavi iſtic ultra annum, quo tempore vidi multum concurſum tam civium quam vicinorum ad d. corpus: inter alios autem venit D. Antonius del Tufo, filius Marii del Tufo Marchionis *f* Minerbinenſis: venit autem cum multo comitatu ſuorum vaſſallorum, ad reddendas gratias d. Beato, pro reddita ſibi ſanitate ex letali morbo, & conventui propterea donavit ducatos decem. Eodem tempore venit quidam ex Mondugno, nomine Joannes Antonius Chimento, cum uxore & liberis, adferens vas olei ex voto, eo quod cum uxor parere non valeret, ipſe ad B. Jacobum recurrens, hæc verba dixiſſet; Ex hoc cognoſcam impetraturum me deſideratam gratiam, ſi manum immittens loculis præciſe extraham pretium unius vaſis oleacii. Idque ſic publice profeſſus eſt. Item cum eodem tempore corruiſſet coquina, nec haberent amplius Fratres, propter ſummã pauperiem loci, ubi vel ſe calefacere vel ad alios neceſſarios uſus ſtruere ignem poſſent; ego tamquam Guardianus Barium me contuli, & ad uſuram ſumpſi à Ioſepho Sala mercatore aliquam pecuniæ ſummam, ad reſtaurandam ruinam: cumque jam fornicem repoſuiſſemus, & ad extinguendum debitum paratam jam haberem pecuniam; contigit d. mercatorem incidere in graviſſimam infirmitatem & voto ad B. Iacobum facto convaleſcere; quare Bitectum veniens, & ad conventum pro reddendis gratiis accedens, non ſolum remiſit uſuram uſque ad id tempus debitam, ſed alias etiam eleemoſynas attulit..... In quorum fidem præſentes propria manu ſcriptas ſubſignavi XXVIII Ianuarii, MDCXXVI, *ſubſcribente & atteſtante Notario Apoſtolico D. Laurentio Rogerio Rubeo, abſque expreſſione loci: quæ autem hic omiſimus ea habentur ſupra num.* 15.

f excipit Marchionem Minerbinenſem miraculo ſanatum,

C

an. 1614 ſanatur ægra ſeptimeſtris,

33 Fides fit per me Sororem Iacobam de Altobella Bituntinam; quod cum anno Domini MDCXIV mater mea ex incurabili infirmitate ſeptimum jam menſem decumberet, voverim B. Jacobo Bitectenſi quod ad eum cum vera fide accedens, & à porta eccleſiæ uſque ad ejus corpus linguam *g* trahens per terram, curarem ibi dicendum ſacrum: eoque voto facto, ſubito recepi petitam gratiam: & quia litteras non didici, haſce à Michaele Angelo Ambroſii ſcribendas rogavi in civitate Gravina *h*, VII Februarii MDCXXVII, *coram quatuor teſtibus & Donno Franciſco Antonio Iacono Bituntino Notario Apoſtolico ſubſcribentibus.*

D

g

h

34 Fidem facio ego Bartholomæus de Amatis, artis Medicæ Doctor, quod annis elapſis & proprie anno Domini MDCXVI, in menſe Decembris, Illuſtriſſimus quondam Alfonſus Caracciolus, utilis Dominus civitatis Bitecti, laborabat tempore prædicto duabus continuis *i* terzanis abſque aliquo intervallo febris. Huic in ſomnis apparuit B. Jacobus, cui votum fecit, in prima die qua bene valebat confiteri peccata ſua in templo d. B. Jacobi: unde matutino tempore invenimus d. Dominum abſque febre. Votum fuit argenteum, & reliquit in d. templo B. Jacobi, & hoc me præſente; & obſervante, quod per quadraginta dies numquam febris ceſſavit niſi tempore votionis: & in fidem veri hic me ſubſcripſi. Datum Bitecti die XXX menſis Auguſti MDCXXVII. Ego qui ſupra de Amatis manu propria, coram Notario Donato Antonio Ruſſano Bitectenſi.

an. 1616 Bitecti Dominus tertianis laborans,

i

E

35 Fides fit per me Don Alexandrum Panecotto, Sacerdotem & Canonicum Cathedralis eccleſiæ Bitectenſis, *ex ſupra nominatis teſtem* V, quod anno MDCXVII menſe Martio, lecto decumbens cum gravi infirmitate & periculo vitæ, abſque ſpe humani auxilii, cum dies aliquam multos peſſime habuiſſem, tandem accerſiverim Patrem Guardianum Fratrum Minorũ Obſervantium S. Franciſci patroni mei, ad hoc ut ex caritate oraret pro mea ſalute ad Dominum & ad B. Jacobum: quod ille libenter ſe facturum addixit: deinde poſt dies nonnullos cum aliis quibuſdam Fratribus acceſſit ad me, ferens *k* pileolum B. Jacobi, eumque capiti meo devote impoſuit. Hunc autem cum ita retinuiſſem in capite duobus diebus, adeo celeriter recuperavi ſanitatem, ut intra dies quindecim de lecto ſurgens, acceſſerim ad locum beati corporis, gratias Deo ipſique Beato acturus: & in horum fidem præſentes mea manu ſcripſi atque ſubſcripſi, Bitecti XX Februarii MDCXXVI, coram teſtibus quatuor, & D. Donato Antonio Citola ut Notario.

an. 1617 Canonicus Bitect. graviter ægrotans,

k

36 Fit fides.... per me Lauram Paſchalis Bitectenſem, nunc Bitunti commorantem, quod cum anno MDCXVII, filius meus ægrotaret ad mortem, audiverim narrari miracula facta per B. Jacobum Bitectenſem; & voverim me, ſi filius convaleſceret, diſcalceatam ituram, à portis Bituntinæ urbis uſque ad portam conventus in quo illius corpus requieſcit. Quod & præſtiti, voti compos effecta; & litterarum rudis haſce ſcribendas dictavi, per Doctorem Ferrantem Filioli Molfettenſem, Bitunti, IV Februarii MDCXXVI, coram teſtibus & Notario Franciſco Antonio Jacono.

puer moribundus,

F

37 Fides fit per me Sororem Agnetem Biſantis, Bituntinam... quod anno *l* MDCXVII, infirmata frigidis quibuſdam defluxibus, uſum membrorum amiſerim, adeo ut per annum integrum non potuerim manus ori admovere: cum autem ex vera devotione & fide voviſſem B. Jacobo quod nudis pedibus ad corpus ejus acceſſura & Miſſam cantandam curatura eſſem, ſubito recepi ſanitatem, Deum & B. Jacobum laudans: qua de re haſce dictavi Michaeli Angelo Ambroſii, & per teſtium publicique Notarii Franciſci Antonii Jaconi ſubſcriptionem firmandam curavi, *uti iidem ſubſcripti inveniuntur, omiſſo die & loco ſubſcriptionis.*

mulier uſu manuum privata,

l

38 Fides fit... per me Dominicum Bizantii Bitectenſem, quod anno MDCXVII per trimeſtrem infirmitatem

& trimeſtris infirmus.

A mitatem eo adductus, ut tandem ipſe me vix poſſem in lecto commovere, auditis B. Jacobi mirabilibus, eidem me devoverim, promittens cum tota familia mea ſeptem ſabbatinis diebus continuis accedere ad ejus corpus, ibique Miſſam decantandam curare. Mox autem gratiam conſecutus, & votum implevi, & tabellam beneficii teſtem appendi; nunc autem, quia ſcribere neſcio, per Joannem Hieronymum Stellaccium præſentes ſcribendas, & per Notarium Franciſcum Antonium Jaconum, coram teſtibus pariter ſubſcribentibus authenticandas curavi, Bitunti IV Februarii MDCXXVI.

ANNOTATA.

a Terlizzi, *medio fere inter Bitectum & Barlettam itinere, 5 p. m. à littore Adriatico, ubi fundatum conventum anno* 1500, *aſſerit Waddinghus.*

b *Vix tribus ab invicem milliaribus diſtant* Binettum & Bitectum: *ab hoc igitur longius quam ab illo diſtat locus qui dicitur* lacus Binetti.

B c *Non fuit viſum operæ pretium aut hic aut in ſequentibus deſcribere ipſorum teſtium nomina: quippe qui non teſtentur de ipſo miraculo, tamquam à ſe viſo, ſed ſolum quod viderint iſta ſcribi & notari. Multo etiam magis omittendas duximus ipſas, Teſtium & Notariorum ſubſcriptiones; ut autem id faceremus commodius eorumdem fecimus mentionem in fine cujuſque inſtrumenti, licet ipſa ejus clauſula paulo aliter ordinetur in autographo, eo ſcilicet modo quo in ſequenti inſtrumento exempli cauſa additur.*

d Palum *oppidum, vix tribus* p. m. *Bitecto diſitum, ad Orientem.*

e Melfi, *Epiſcopalis civitas in confiniis Lucaniæ & Apuliæ, Romanæ Sedi immediate ſubjecta, diſtat Bitecto circiter 50 p. m. ad montium radices.*

f Minerbinum, *Epiſcopalis civitas inter Canoſam & Venoſam, haud procul ab Aufido fluvio, Bitecto autem diſtans* p. m. *circiter* 34.

g *Ita intelligo, quod phraſi vernacula hic dicitur*, andar lingua rogoni: *ſi fallit conjectura, corrigat peritior alius.*

h Gravina, *Epiſcopalis Sedes ſub Barienſi Metropoli, Ducali inſignis titulo, Bitecto* 20, *Bario* 30 p. m. *diſtans.*

C i *Quia hoc inſtrumentum, unum ex omnibus, non Italice, ſed Latine ſcriptum erat, nolui quidquam mutare, quamvis* terzana *pro* tertiana *Italicum ſit.*

k *Italice*, Berretta *ſeu* Coppolino, *quod ideo notare viſum, quia poſtrema vox minus alibi per Italiam nota eſt: ubi* copola *in aliam ſignificationem uſurpatur, ſcilicet pro tholo templorum rotundo, ſic dicto à forma pileum referente; nam quod* copola *pileum ſignificarit, patet ex hoc illius diminutivo: & ſic etiam in ſequentibus aliquot inſtrumentis ipſum primitivum uſurpatur. Radix videtur eſſe Teutonicum* kop, *vertex, caput.*

l *Ita Latine reddo, quod hic & ſupra num.* 27, *ſcribitur vernacule* Cionco, *unde* cioncare *truncare, &* ſpada cionca *gladius ſine cuſpide: alias* Cionco *ſignificat communius temulentum, &* cioncare *inebriare.*

CAPUT V.

Miracula ab anno MDCXIX *uſque ad* MDCXXIII, *inclusive.*

39 EGo Fr. Bernardinus de Gravina, Sacerdos Ordinis S. Franciſci Minorum Obſervantium Provinciæ S. Nicolai, ætatis annorum LXX, in religione annorum LIII, nunc Guardianus venerabilis Conventus S. Mariæ della Nova in terra Terlizzi fidem facio..... qualiter anno MDCXIX, cum eſſem Guardianus Conventus S. Franciſci in civitate Bitecti..... accidit ut Illuſtriſſimus D. Alfonſus Caracciolus, filius D. Balthaſari Caraccioli Marchionis Bitectenſis, febri gravatus pro recuperanda ſanitate votum voveret B. Jacobo; votum autem erat currare novum habitum ſancto corpori faciendum. Cum ergo ſanitate recepta eumdem habitum ex voto confectum mihi tradidiſſet, & ego vererer, ne corpus eatenus integrum fortaſſis inter manus meas diſſolveretur, dum veſtes mutare tentarem; diſtuli mandatum exequi, donec ſententiam Patris mei Provincialis, tunc non longe abſentis, inquiſiviſſem: verum hic mihi reſcripſit, quod ad me divertere non poſſet, ſed recta Hydruntum peteret iſtic concionaturus: ſi tamen res aliqua momenti majoris eſſet, ob quam colloquium ejus expetebam venirem ipſe Barium, qua erat tranſiturus. Ivi illuc & de multis quidem negotiis locutus ſum; de mutatione autem habitus, quæ præcipua erat expetiti colloquii cauſa, nec verbum quidem. Cum igitur ad tria milliaria Bario receſſiſſem, meam ipſe recognoſcens & incuſans oblivionem, decrevi tandem nihil mutare uſque dum Provincialis ad conventum ex more viſitandum adeſſet. Verum ſequenti nocte per viſum mihi apparuit B. Jacobus, increpans ac dicens, Quare non feciſti; ac jubens ne quid formidarem. Diſtuli nihilominus obedire, ideoque & ſecunda & tertia nocte rediit eadem viſio mandantis, idque aſpectu ſevero, ne cunctarer diutius. Ergo menſe Februarii, quodam die Martis mane, vocavi ad me Fr. Paulum Bituntinum, Sacerdotem annoſum, & quæ vidiſſem audiviſſemque eidem communicavi. Suaſit hic ne differrem mandata exequi: nihil me facturum abſque exemplo prædeceſſorum meorum, qui idem antehac fecerant. Tunc accerſito inſuper Fr. Jacobo Bituntino, Sacerdote annorum triginta, clauſimus eccleſiam, ablatoque veteri habitu induximus novum: veterem autem in ſacriſtia recondens, mandavi dictis jam Fratribus ne quidquam eorum, quæ egeramus, revelarent. Abierunt illi, me ſolo in ſacriſtia remanente; cum ecce pulſari ad portam conventus audio, ad eamque referandam ipſemet accedens inveni virum ſecularem, qui rogatus quid vellet, rogavit ſibi pro Dei amore darem aliquid de veteri habitu, quem ipſa hora ſumpſeram de ſancto corpore. Quæſivi, quis ei talis mutationis dediſſet indicium. Reſpondit ille, Nihil id mea referre, ſe ſcire quid peteret. Dedi ergo eidem particulam aliquam, abeuntemque viſu proſecutus urbem verſus, neque cognoſcere hominem potui, neque interrogando alios quemquam inveni qui ipſum à ſe viſum ſciret. Res interim ipſa ſive miraculum tota civitate vulgatum fuit. Addo, intelleXiſſe me à ſenioribus, quod D. Felix San-Severina, Gravinæ Duciſſa, febri quartana male laborans, cum apud corpus B. Jacobi triduo perſeveraſſet orans, obtinuerit gratiam ſanitatis; revertens autem ad propria petierit ab eo, qui tunc erat Conventus Guardiano, liceret ſibi proprio ore ſanctum corpus exoſculari. Id autem dicebant feciſſe tam induſtrie, ut inter oſculandum digitum è manu mordicus abſtulerit, nemine factum obſervante. Verum ubi muros conventus eſſet egreſſa, tantam ſubito extitiſſe tempeſtatem, tonitruis, fulminibus, imbribus fœtam; ut quæ lecticam portabant jumenta, nec unũ quidem paſſum progredi valerent. Juſſiſſe ergo ipſam verti lecticam, indeque egreſſam, confeſtim ad ſacram arcam rediiſſe; & reſtituiſſe cum lacrymis digitum, ſequente mox aëris ſerenitate: atque ita

EX MS ORIGINALI. *An.* 1619 *Guardianus cunctatus novo habitu corpus induere,*

hic mandatum clam exequitur:

ſed res miraculoſe & ſubito vulgatur.

Gravinæ Duciſſa digitum mordicus auferens,

eum reſtituit tempeſtate compellente:

EXMS ORIGINALI.

in ſuam civitatem ſalva rediit: digitus autem ille ſervatur intra arcam ipſam cryſtallinam una cum corpore, ſeorſim incluſus vaſculo argenteo inaurato *a*. In quorum fidem haſce ſcriptas manu Fr. Cataldi Tarentini, manus meæ ſubſcriptione & conventus noſtri ſigillo munivi, coram Joſepho de Antonellis Terlicienſi, Apoſtolica & Regia auctoritatibus Notario, Terlicii, III Februarii MDCXXVI.

a

ictus ſclopi evadit innoxius voto facto:

40 Fides ſit..... per me Angelam Rutilianam Bitectenſem, *Teſtem* XVII *ex prænominatis*, quod cum anno MDCXIX Bitecti in ſtatione eſſet cohors una militum, quibus ſtipendia & ſubſidia conſueta prompte dabantur à civitate, duo eorum venerint in domum meam, ſclopis inſtructi, exigentes à meo marito Jacobo de Modugno aliquid recocti *b* lactis, quod quia hic excuſabat penes ſe eſſe, ſclopū in maritum meum ſolvit unus: ego vero id conſpiciens ad B. Iacobum me converti, ut illæſum mihi maritum ſervaret. Res mira! Ictus abſque vulnere fuit: & ego in gratiarum actionem vovi, quod integro uno menſe pedibus nudis quotidie irem ad corpus ejus viſitandum, propter gratiam obtentam: atque in teſtimonium veritatis præſentes ſigno Crucis ſignavi ipſa, Bitecti VIII Februarii MDCXXVI, coram teſtibus

b

B

& Antonio Leonis Notario.

& fluxus ſanguinis ſiſtitur.

41 Fides ſit.....per me Rebeccam Corteſe, uxorem Bonaventuræ Naturalis Bitontini, quod reducta ad mortis articulum ex fluxu ſanguinis incurabili; ſubito eumdem reprimi ſenſerim meque ſanatam, ut me puro corde devovi B. Iacobo. In cujus rei fidem, coram marito meo teſtibuſque duobus, ac Notario Angelo Antonio Morea Bituntino, has ſcribi juſſi ſignarique, Bitunti XII Martii MDCXXVII.

An. 1220 *Sacerdos Minorita moribundus reſurgit,*

42 Fides ſit..... per me P. Fr. Bonaventuram de Altamura, Sacerdotem Ordinis Minorum Obſervantium, quod cum anno Domini MDCXX, depoſitus à medicis & jam jam ſpiritum Deo redditurus, mortuo ſimilis per triduum jacuiſſem; patruus meus P. Fr. Angelus de Altamura, magna cum fide ivit ad conventum noſtrum Bitectenſem, indeque attulit quemdam B. Iacobi pileolum, variis ægrorum curationibus notum: qui ſtatim ac capiti meo impoſitus eſt, cum admiratione circumſtantium convalui ego, & gratias Deo reddidi: nunc vero hanc propria manu ſcripſi atque ſubſcripſi, VI Februarii MDCXXVII, ſubſcribentibus pariter Fr. Cherubino de Altamura Guardiano Grumenſi, Fr. Gratiano de Altamura,

C

& Fr. Bernardino de S. Bono, atque Notario D. Joanne Angelo Chriſtina Primicerio terræ Binetti.

mulier à diuturno dolore fectoris,

43 Fides ſit... per me Clorindam Calò, uxorem legitimam Petri Ludovici Fontonellæ, Bitectenſem, quod anno MDCXX, oppreſſa gravi dolore pectoris, qui totis duobus annis nullam mihi requiem noctu diuque permiſerat; poſt varios medicos & medicinas fruſtra conſultos adhibitaſque, recordata fuerim B. Jacobi; eumque cum gemitu & lacrymis orare cœpi, ut apud Dominum pro me intercedens, finem cruciatui tam diuturno daret. Et hac oratione facta, ſubito me ſenſi relevatam, neque amplius tale quid paſſa ſum. Teſtor inſuper quod circa annum MDCXXIII, prole gravida viderim in ſomnis B. Jacobum: qui mihi dixit, quod intra duos menſes moritura eſſem. Ego vero me gravidam recordata totoque conſternata animo, Ergo, inquam in puerperio extinguar? Reſpondit Beatus, quod filiam parerem. Aſt ego: Nullus igitur Sanctorum intercedet pro me, ut mortem evadam? Intercedet aliquis, repoſuit ille, atque diſparuit. Experrecta à ſomno, optimeque agnoſcens notum mihi Beati vultum (quippe quem Patronum proprium habeo) quæ videram audieramque narravi pluribus, & antequam elaberetur ſecundus à viſione menſis, qui erat graviditatis octavus, in morbum medicis deſperatum incidens, enixa ſum filiam & vitam ſervavi, orationibus ut credo B. Jacobi eam gratiam mihi impetrantibus: ideoque has Cruce expreſſa ſignavi, Bitecti VII Februarii, coram teſtibus & Notario Antonio Leonis.

& puerperio periculoſo liberatur;

D

item Canonicus Bitectenſis & febri,

44 Ego Franciſcus Nicolai, Canonicus Cathedralis Bitectenſis, fidem facio..... quod anno MDCXX menſe Auguſti, in oppido Binetti graviter infirmatus, cum diebus jam pluribus peſſime habuiſſem, devovi me toto corde B. Jacobo Bitectenſi, ut Deus & B. Virgo Maria ejus precibus exorati mihi ſuccurrerent; atque rogavi P. Guardianum Conventus S. Franciſci, qui mihi infirmo aſſiſtebat, ut dignaretur ferre ad me pileolum, quo Beatus utebatur cum viveret, quique in ejus conventu pro Reliquia ſervabatur. Qui eumdem allatum manibus propriis capiti meo impoſuit; & ego intra duos dies liber à febri denique per gratiam Dei convalui: nunc autem teſtimonium veritati reddere poſtulatus, præſentes manu propria ſcripſi atque ſubſcripſi, coram teſtibus de Capitulo noſtro & D. Donato Antonio Citula, ut Notario. *Vtique Bitecti, quod tamen non exprimitur; ut neque dies menſis neque anni numerus.*

E

An. 1621 *juvatur morbo trimeſtri laborans,*

45 Fides ſit..... per me Diaconum Joannem Bapt. Vulpis, *eumdem qui ſupra Teſtis* IV *prodit*, quod anno MDCXXI menſe Octobris, adeo ægrotarim, poſtquam trimeſtri integro decubuiſſem; ut tandem medici renuntiarent actum eſſe de vita. Igitur reminiſcens miraculorum per B. Jacobum quotidie coruſcantium, poſtulavi P. Guardianum, ut accederet ad me cum pileolo Beati: quod cum ille feciſſet, & ipſum capiti meo impoſuiſſet, intra paucos dies liber à febri fui & ab omni infirmitate. Deinde in pluribus aliis periculoſis caſibus conſtitutus, ex omnibus ſalvus evaſi, invocato B. Jacobi patrocinio; in quorum fidem haſce manu propria ſcripſi atque ſubſcripſi, Bitecti x Febr. MDCXXVI, coram teſtibus & Notario D. Donato Antonio Citula.

& à variis periculis eruitur:

item alterius uxor & filius ægri.

46 Fit fides..... per me Doctorem Joſephum Mele, quod cum anno MDCXXI graviter infirmarer, Lucretia Regna, uxor mea, poſuerit ſupra me particulam ex habitu B. Jacobi; & per Dei gratiam atque interceſſionem Sancti recepi ſanitatem. Teſtor inſuper, quod annis præteritis filius meus Franciſcus Carolus, ex variolis tam graviter laborans, ut judicarent medici brachium ejus unum inutile remanſurum; ſimili particula adhibita convaluerit. Ita affirmo manu propria, coram teſtibus & Notario Antonio Leonis, Bitunti, x Februarii MDCXXVI.

F

c

An. 1622 *oculus à læſione ſalvus præſtatur,*

d

47 Fides ſit per me Dominicum Paganum Geſuni, commorantem in terra *c* Grumi..... quod anno MDCXXII menſe Februario, nocte quadam iter equo faciens, impegerim cum oculo dextro in truncum *d* amygdali ramum, quæ percuſſio ſonum dedit qualem veſica vento turgida in parietem impacta ederet; ſimulque ſuperiorem palpebram mihi diffidit, oculo ipſo intacto & illæſo, eo quod nomen glorioſi B. Iacobi invocaſſem: ideoque ad honorem Dei Omnipotentis atque ipſius Beati, haſce mea manu ſcripſi atque ſubſcripſi, Grumi XVI Februarii MDCXXVI, coram teſtibus & D. Nicolao Antonio Mancinello Notario Apoſtolico.

An. 1623 *curatur mamilla exulcerata,*

48 Fidem facio ego Laurentia Ioannis Petri de Treglia, Bituntina... quod anno MDCXXIII in una *e* mamillarum patiens incurabile malum, cum duabus

e

A bus aperturis ; quia medici illud incurabile eſſe aſſerebant, recurri tamquam bona Chriſtiana ad B. Iacobum Bitectenſem, orans devote atque promittens quod ad ipſius eccleſiam pedibus nudis accederem : atque ita intra paucos dies, nulla adhibita medicina, redintegrata mihi mamilla eſt, per ſolam Dei & beati viri miſericordiam : ideoque, ſcribere ipſa non valens, præſentibus per manum Hieronymi Santermi Notarii ſcriptis, manu mea Crucis ſignum appinxi, Bitunti, IV Februarii MDCXXVI, coram prænominato Notario & teſtibus.

febris inſanabilis, 49 Fides fit ... per me Olympiam Frezzam Bitectenſem, quod anno MDCXXIII febri laborans incurabili, meque B. Jacobo commendans, ſtatim atque accepi in capite pileolum Beati ad me delatum, ſubitam ſenſerim ſanitatem à morbo tam gravi, cum voviſſem habitum ipſorum Fratrum ſuſcipere & geſtare uſque ad mortem, meque in ipſo templo, ubi corpus illius jacet, ſepeliendam : cui voto filia mea addiderat, ſe quoque per unum continuum menſem illuc acceſſuram nudis pedibus. Nunc vero præſentes ſcribi juſſi, manu D. Alexandri Panecotti, & ſignum Crucis manu mea ſubjunxi, coram teſtibus & Notario D. Donato Antonio Citula, Bitecti, IX Februarii MDCXXVI.

biennalis infirmitas. B 50 Fides fit ... per me D. Clariceм della Nos de Galignano, quod cum anno MDCXXIII gravi duorum annorum infirmitate laborarem, & dominus ac maritus meus D. Hieronymus Valcarcel Bitectum iviſſet ad corpus B. Jacobi iſtic, pro mea ſanitate deprecaturus ; ſtatim atque hic domum rediit, ſanam me repererit. Nunc autem in teſtimonium veritatis, cum d. maritus meus domo abſit, præſentes dictavi, ſcribendas manu Ludovici Valcarcel Clerici, meaque propria manu ſubſcripſi, coram teſtibus & Notario Apoſtolico Don. Petro Germino, in oppido Pali, V Februarii MDCXXVI.

Captivi à Mauris liberantur, 51 Fides fit ... per me Ioannellam de Malderis, *Teſtem* XIV *ſupra*, Bitectenſem, quod cum anno MDCXVI, maritus meus Nicolaus Antonius Azzuolo & filius Ioannes Bapt. Azzuolo per mare Adriaticum navigantes in Cretam, tranſita Corcyra inſula capti eſſent à piratis Mauris, & Biſertam *f* abducti in ſervitutem, ibique ad octo continuos annos detenti ; ego, audito ipſorum ac meo infortunio, recurri ad B. Iacobum ; & ſæpius illius corpus viſitans, ut per interceſſionem ejus ipſorum liberationem impetrarem à Deo, tandem vovi, quod ſi gratiam petitam obtinerem, continuo uno menſe diſcalceata illuc venirem. Res mira ! modico poſt votum nuncupatum elapſo tempore, maritus meus mihi rediit ; eoque ferventius preces & ſupplicationes continuanti, intra biennium allatus eſt etiam de filio nuntius, quod è captivitate feliciter effugiſſet. Quem deinde poſt paucos dies ſalvum atque incolumem domi meæ vidi gratias agens Deo & Beato, qui preces meas exaudierant ; & præſentes per manum filii mei prædicti *g* ſcriptas, Cruce appicta ſignavi ipſamet, coram teſtibus & Antonio Leonis Notario, *qui oblitus fuit diem & annum addere, ac nomen civitatis Bitectenſis in qua hæc acta ſunt.*

f

C

g

& ab inimico pluribus vulneribus ſauciatus. 52 Fides fit ... per me Catarinam Cornaro, Bitectenſem, qualiter præteritis annis quidam meus cognatus, graviſſimæ inimicitiæ implicitus Converſani, per plures menſes ſuſtinuerit adverſarii ſui inſultus ; à quo demum variis letalibus ictibus percuſſus in capite, extra ſpem vitæ habebatur. Tam funeſto caſu intellecto converti me ad B. Iacobum, vovens argenteam lampadem, ſi vulnerato vita ſervaretur : quod me obtinuiſſe intra paucos dies apparuit, & ego præſentes curavi ſcribendas per manum D. Franciſci de Sanctis, coram Antonio Leonis teſti-

buſque rogatis, Bitecti, XIII Februarii MDCXXVI. *Eſt autem Catharina Teſtis* XVIII *inter prænominatos.* EX MS. ORIGINALI.

ANNOTATA.

a *Hujus digiti, in tali capſula à ſe viſi, meminit etiam Notarius Antonius Leonis, in eo quod de perpetuo Beati cultu condidit inſtrumento jub die 2 Martii 1626 : quod inter alia præſentatum, quia aliud nil continet, taciti præteribimus.*

b *Italice* Ricotta *intelligitur autem de crema ſeu cremore lactis.*

c Grumum *oppidum, Bitecto vicinum, intra tertium milliare verſus meridiem.*

d *Vernacule ſcribitur* Stroppone, *in eodem ſignificato, quo alii Itali dicunt* ſtroncone *augmentativum à Teutonico* ſtronck, *arbor truncа : prior dictio deduci videtur à Latino* Stirps *quaſi* ſtirpone, *ac per metateſim* ſtrippone, *factaque vocalis alteratione* ſtroppone. *Sed &* Strôpen *Teutonibus* ſpoliare *denotat, ut foliis virgiſque tenuioribus exutus ramus hinc quoque potuerit nomen ſumpſiſſe, uti à radicibus Teutonicis ſumpſerunt originem plurima aliæ voces in Italica lingua.*

e *Pro voce* mamilla, *in originali inſtrumento ponitur* Zizza, *alibi rarius uſitata vox.*

f Bizerta, *regni Tunetani urbs, Afris* Benſert *dicta, portu capaci commoda, ſed piratarum ſtatione infamis, ex veteris Uticæ ruinis natam plerique volunt.* E

g *Hanc liberationem mariti ac filii in ſuis depoſitionibus narrans Ioannella prædicta, de filio ſuo addit,* qui nunc eſt Capucinus.

CAPUT VI.

Reliqua miracula authentica in judicio exhibita.

An. 1624 curatur lætifera febris, 53 Fides fit ..... per me Donnum Bernardinum dello Melone, Bitectenſem, qualiter anno MDCXXIV menſe Auguſti, per vehementiſſimam eamdemque judicio medicorum incurabilem febrim, ad mortis deductus diſcrimen præſentiſſimum, commendaverim me B. Iacobo : quem recordor ſequenti mane mihi apparuiſſe, ac ſanitatem ſubito reddidiſſe. Actis igitur Deo omnipotenti beatæque Virgini gratiis, quod me per interceſſionem B. Jacobi liberaſſent à morte, promiſi quod per annos quinque procurationem conventus ſuſciperem : in quo munere etiam nunc verſor, & haſce propria manu ſcripſi ſubſcripſique, coram teſtibus & Notario D. Donato Antonio Citula Bitecti X Februarii MDCXXVI. *Eſt autem hic Bernardus teſtis* IX *ſupra.* F

& alius deſperatus morbus, 54 Fides fit ... per me Roſam Raphaelis de Grumo, commorantem Bitecti, quod deſperata à medicis ob morbi quem patiebar gravitatem, petierim mihi portari pileolum B. Iacobi ; eoque mihi impoſito, ſenſerim me poſitam extra periculum : deque hac & aliis pluribus gratiis receptis divinæ Majeſtati ipſique B. Iacobo me obligatam agnoſcens, præſentem, manu Mag. Franciſci Duda mariti mei ſcriptam, ſubnotata Cruce firmavi, coram teſtibus & Notario, D. Donato Antonio Citula, Bitecti, XII Februarii MDCXXVI.

juvatur parturiens ad tres filios ſimul edendos, 55 Facio fidem ego Lucretia Lombarda ... quod anno MDCXXIV menſe Decembri, in partu periclitans, imo deſperata ab obſtetricibus, cum ex animo ad B. Jacobum devote me convertiſſem, venit ad me P. Guardianus, iſtius Beati pileolum ferens ; eumque meo capiti impoſuit, recitans Letanias Beatiſſimæ Virginis cum antiphona Regina cæli : & ſubito

EX MS. ORIGINALI.

recepi gratiam pariendo tres filios maſculos: qui omnes beneficio Beati baptiſmum perceperunt, & proximo triduo evolarunt in cælum. Et quia ſcribere neſcio, præſentes ſcribi curavi per manum Franciſci Spataro, qui præſens adfuit receptæ gratiæ: ſcripſit autem, & ego ſignum Crucis appoſui, coram teſtibus & D. Donato Antonio Citula, Bitecti XII Februarii MDCXXVI.

ſanatus ſeptem annis membrorum uſu privatus,

56 Fides ſit ... per me Angelam de Capana Bitectenſem, quod cum anno MDCXXIV maritus meus Antonius Petri-grandis, ſeptem continuis menſibus jaceret frigore quodam dolorifico impeditus ab omni membrorum uſu, neque die noctuque requiem capiens præ cruciatu; vovi illum B. Jacobo, promittens me in ejus eccleſia curaturam ſacrificium Miſſæ: deinde à Patribus petii modicum bombacis & olei ex lampade ipſius Beati: quibus inunctus maritus meus, ſubito melius habuit: prout hiſce atteſtor, per me notatis ſigno Crucis, coram teſtibus & Notario Antonio Leonis, Bitecti, XI Februarii MDCXXVI.

item ager unus,

57 Fides ſit ... per me Clericum Donatum Antonium Giannini, *ſuperius Teſtium* VIII, quod anno MDCXXIV menſe Septembri, graviter infirmatus ex febribus mortique vicinus, voverim me B. Jacobo, & pileolo ejus ſupra caput accepto ſtatim receperim ſanitatem; in cujus rei teſtimonium haſce propria manu ſcriptas & ſubſcriptas dedi, Bitecti, XVI Februarii MDCXXVI, coram teſtibus & Antonio Leonis Notario.

B

58 Fides ſit per me Ambroſium Marcianum, ex oppido *a* Tramunti, habitantem Bitunti ..... quod anno MDCXXV correptus febribus & deſperatus à medicis ac morti vicinus, cum audiviſſem miracula per B Jacobum facta, ad eumdem me ex animo converterim, vovens perſonaliter accedere ad illius eccleſiam, ibique offerre intorticium unum, & Miſſam cantandam curare: eoque voto facto mox fui reſtitutus ſanitati: quod ita accidiſſe propria manu ſubſcribendo affirmo, coram teſtibus & Notario Hieronymo Santermo. *Dies, annus & locus non additur, ſed facile eſt ex præcedentibus intelligere, Bitunti ſaltem rem ſcriptam eſſe.*

a alterque moris proximus.

b An. 1625 poſt ſanatam mulieri mamillam,

59 Fides ſit ... per me Nardam Nicolai Miſurielli, quod anno proxime præcedenti *b* MDCXXV graviter patiens in mamillis, quarum una jam ſeptem ulceribus hiabat, cum magno vitæ meæ periculo; poſtquam me devote commendavi B. Jacobo Bitectenſi, eamdem mamillam habuerim tam ſanam nitidamque atque unquam antehac. De quo beneficio gratias referens Deo atque B. Jacobo, curavi in ejus eccleſia cantandam Miſſam; & in fidem prædictorum curavi haſce ſcribendas Bitecti IV Februarii MDCXXVI. Deinde profiteor, quod cum filia mea quædam ſeptennis, ob fluxum ſanguinis depoſita eſſet à medicis, facto pro eadem voto in honorem B. Jacobi, ſubito eamdem habuerim ſanam; & prout voveram ante corpus ipſius Beati ſtiterim. Quæ me ſic eſſe teſtatam, ſcribente D. Joſepho Agera, affirmant qui præſentes fuere teſtes, cum Notario Joanne Laurentio Manzari.

C

curatur ejusdem filia fluxu ſanguinis,

item quartana exhauſtus,

60 Fides ſit ... per me Mag. Andream Nicolai Arbero Bituntinum, quod anno MDCXXV quartana laborans, itaque exhauſtus ab eadem, ut victum mihi lucrari *c* non poſſem; cum devote accepiſſem aliquid ex habitu B. Jacobi Biectenſis, ſubito receperim ſanitatem; & quia ipſe litteras ignoro, præſentes ſcribi juſſi à D. Joſepho Fortunio, coram teſtibus & Notario Hieronymo Santermo ſubſcribente, die IV Februarii MDCXXVI.

c

& alius ſimilis febri,

61 Fides ſit .... per me Jacobam de Maſtro Bitectenſem (*quæ ſupra eſt Teſtis* XI) quod anno MDCXXV menſe Auguſto, quia filius meus gravi morbo & febri vehementiſſima laborabat, nullis remediis proficientibus, votum B. Jacobo nuncupavi quod eſſem totum unum menſem continuatura: quod etiam complevi ſanitate filio meo reddita: prout hiſce, per Jacobum Franciſcum Rizzo ſcriptis, & à me Cruce ſignatis, proteſtor XV Februarii MDCXXVI, coram teſtibus & D. Donato Antonio Citula Notario.

D

item tertianam patiens,

62 Fit fides per me Geſimunnum della Bateſſa ..... quod anno MDCXXV febri implicitus tertianæ, ab eaque pene adductus ad mortem, voverim pedibus nudis Bitectum ire, eoque ferre ſtipem pro Miſſa dicenda: & mox ſanitati redditus votum compleverim, & ſcribendi ignarus præſentes dictaverim Joſepho Vacca Notario, Bitonti VII Februarii MDCXXVI, coram teſtibus & Notario Franciſco Antonio Jacono.

& mulier febricitans,

63 Fit fides per me D. Victoriam de Griſullo Biluntinam quod anno MDCXXV peſſima febre fuerim lecto affixa: ſed me convertens ad B. Jacobum, cum voto eundi Bitectum & Miſſam ibidem curandi, ſubito fuerim perſanata: quare haſce volui ſcribi à Notario Joſepho Vacca, Bitunti, VII Februarii MDCXXVI, coram teſtibus & Notario Franciſco Antonio Iacono.

E

alia ad mortem ægra,

64 Ego Franciſchina Sferza Bituntina per præſentes confiteor ..... quod anno MDCXXV ſoror mea fuerit ægrota & depoſita à medicis: quam cum B. Iacobo fidenter devoteque commendaſſem, vovens ad ejus eccleſiam nudis pedibus accedere & Miſſam ibi dicendam curare; ſubito ipſa ſoror mea plenam recepit ſanitatem, cum maxima conſolatione noſtra: de quo ſit laus Deo & Beato. Amen. Deinde in teſtimonium dictorum haſce ſcribi juſſi, per D. Joſephum Agera, quia ſcribere ipſa neſcio, coram teſtibus & Notario Ioanne Donato Raputo, Bitunti V menſis Februarii MDCXXVI.

& pregnans cum periculo fœtus,

65 Fides ſit .... per me D. Fulviam del Tufo, Duciſſam Grumi, quod anno MDCXXV puerperio appropinquans inciderim in morbum cum periculo fœtus: quare juſſi mihi imponi capucium B. Jacobi Bitectenſis, vovens ducatos decem, ad ejus corpus ferendos, ſi feliciter parerem. Eo facto ſubito ſanata, peperi filiam ſanam & ſalvam; Deoque & Beato gratias agens manu mea ſublignavi præſentes, ſcriptas à Notario D. Nicolao Antonio Mancinelli, qui idem cum rogatis teſtibus ſubſignationi atteſtatur, Grumi, XVI Februarii MDCXXVI.

tum puer infirmus,

66 Fides ſit ... per me Joannem Antonium de Roſa, quod cum anno MDCXXV filio meo infirmo nullum invenirem remedium, pluribus fruſtra tentatis, voverim quod eum, ſi mihi ſalvus daretur, in Dei & B. Jacobi honorem induerem habitu S. Franciſci: & petitam gratiam conſecutus, ſignum Crucis adnotavi huic teſtimonio, ſcripto per Franciſcum Jacobum Rizzo Clericum, coram Antonio Leonis Notario & teſtibus, Bitecti, XV Febr. MDCXXVI.

F

d & alius hernioſus.

67 Fides ſit ... per me Roccam de Flore *d* Molfettanam, Bitecti commorantem: quod à menſibus circiter quatuor, filius meus gravi ruptus hernia nullam potuerit capere requiem: cum igitur una noctium audirem pulſari campanâ conventus S. Franciſci, invocare cœpi B. Franciſcum, ut orationibus ſuis finem impetraret cruciatui: mane autem facto d. filius meus ſurrexit ſanus: quamobrem huic ſcripturæ, factæ per D. Franciſcum de Sanctis, ſubnotavi Crucem, coram teſtibus & Notario Antonio Leonis, Bitecti XIV Februarii MDCXXVI.

d

aliuſque moribundus,

68 Fides ſit per me Bonaventuram Naturalem Bituntinum, quod anno MDCXXV filius meus Franciſcus, adductus fuerit ad mortis articulum: cui cum funebrem pannum paraſſem ad ſepulturam; ipſa veſpera uxor mea, Rebecca Corteſe Bitectenſis, vertens

ſe

A se ad B. Jacobum, vovit quod filium habitu ejus indueret si is in vita relinqueretur: cumque eidem noctu visus esset Frater quidam puerum manu ducens, salvum eum reperit. Unde rogatus à me Angelus Antonius Morea Bituntinus Notarius præsentem scripsit & signavit, coram testibus, Bitunti, XII mensis Martii anno MDCXXVI.

Anno 1626 sanatur moribunda mulier,

69 Ego Margarita Scarascio fidem facio, quod à medicis depositа & extremis Sacramentis munita, votum fecerim dicens: O B. Iacobe, libera me ab hac infirmitate, & portabo habitum tuum per tres annos, ñdemque hanc auream quam manibus teneo ad corpus tuum offeram Itaque hac ipsa nocte comparuit mihi per visum Beatus, meoque me appellans nomine, inquit, Margarita, feci tibi gratiam. Quod quia verum est, per manum D. Flavii Antonii Salaffia hasce scribi jussi, Bitecti XII Aprilis MDCXXVI, coram testibus & Antonio Leonis Notario. *Est autem hæc Margarita inter testes* XV, *cujus cognomen ibi scribitur* Scaraggio.

vir à medicis depositus,

70 Fides fit per me Don Ioannem Angelum Christina, Primicerium in oppido Binetto, quod frater meus Petrus Antonius Christina, mense Februario anni MDCXXVI maligna febri eaque continua

B infirmatus & à medicis depositus, devote se converterit ad B. Iacobum, promittens quod prima vice qua domo egrederetur Bitectum iret, ibique se appendi faciens parem grani quantitatem offerret in gratiarum actionem. Fuisse autem exauditum ejus votum monstravit sanitas mox restitui cœpta, adeo ut nunc sit extra periculum lectumque dimiserit. Quare mea manu præsentes scripsi subscripsique, Binetti, die II Martii MDCXXVI: *quibus sua manu ipse Petrus Antonius signum Crucis appinxit, attestante rursum prænominato Ioanne Angelo, tamquam Notario Apostolico.*

alius punctura letali correptus liberatur,

71 Ego Ioannes Bapt. Mandini, Iuris utriusque Doctor, civitatis Melfiensis, quia obligor testari gratias receptas à Domino Deo per intercessionem B. Iacobi Bitectensis; affirmo, quod Bitecti existens, tamquam commissarius suæ *e* Excellentiæ, mense Novembri MDCXXVI, correptus fuerim tanto lateris

f *f* dolore ut per quinque horas fuerim quasi mortuus. Cum autem in ista agonia jacerem, collega meus Iosephus Germinalis, habens in phiala oleum de lampade, ante corpus B. Iacobi ardere solita, eodem oleo mihi latus unxit, simulque dolorem omnem

& iterum an. 1627. sustulit, nullo alio remedio adhibito. Anno deinde MDCXXVII mense Martio idem ego Ioannes Bapt.

C Mandini oppressus punctura molestissima, cui medici remedium nullum inveniebant, cum una noctium recordarer prædictæ gratiæ à B. Iacobo obtentæ, & quanta incommoda familiæ meæ essent ex morte mea obventura, d. Beatum oravi pro recipienda sanitate. Media autem nocte ipse mihi apparuit dicens: Ne timeas: quia sanus es. Et revera sequenti mane inveneruut me mei, quem credebant ipsa nocte obiturum, miraculose certificatum de vita. Ego Ioannes Baptista Mandinus manu propria; Ego Josephus Germinalis Melfiensis confirmo miraculum, in persona Doctoris Joannis Bapt. Mandini Bitecti. Ego Notarius Antonius Priosus Melfiensis fidem facio subscribendo & subsignando, Melfis XV Octobris MDCXXVIII.

72 *Hactenus instrumenta ante examen testium* per Nicolaum Antonium Taurisanum Procuratorem, ut in Actis, *uno eodemque die* XVIII *Iulii* MDCXXIX præsentata. *Post citationem & interrogationem testium,*

Post examen testiũ alia quædam præsentantur an. 1630, *finitam die* XXIV *Octobris anni* MDCXXIX, *ut patet ex Syllabo eorumdem supra producto, nihil in causa actum est usque ad* XV *mensis Martii* MDCXXX, *quando præsentata est attestatio Fabritii Caraffa Episcopi Bituntini, relata num.* 16; *quando etiam præsentata fides facta per Catharinam de Scirocco, de beneficio sanitatis, quam anno* MDCXII *post trimestrem sanguinis fluxum se recepisse fatebatur, prout sequentes ordinem temporum retulimus num.* 30 *supra. Præsentatum est denique instrumentum sequens, quod quia est de re, uno alterove dumtaxat anno ante prædictum examen gesta, & post illud descriptum reperitur, ad hoc ultimum caput referimus & est tale.*

EX MS. ORIGINALI.

73 Fides fit per me Camillam *g* Cateriam, uxorem Joannis Vincentii Citolæ Bituntini .... quod ante duos annos oppressa gravi infirmitate quam medici malum *h* matronæ appellant, neque post varia adhibita remedia quidquam levaminis reperiens, ac denique à medicis desperata, terventissime commendavi me B. Iacobo Bitectensi, ad cujus ecclesiam ex voto accedens, die XXII Iulii anni MDCXXVII, preces meas ibidem devotissime fudi; ac subito per Dei misericordiam, sanitatem recepi adeo integram & constantem, ut ab ea die usque nunc nihil simile umquam perpessa fuerim: quapropter per manum Ioannis Laurentii Notarii Bituntini infrascripti has scribi jussi, easque signo Crucis notavi Bitunti XIV Martii MDCXXX. *His omnibus sic descriptis & in judicio præsentatis; causæ totius Notarius publicus, ut supra num.* 5 *dictum est, electus & juratus, officii fuisse putavit descriptis à se actis addere quæ suam personam propius concernebant,* E *& sunt hujusmodi.*

g *& unum de cohibito matronalis malo.*

h

Ipse totius causæ Notarius,

74 Facio plenam & indubitatam fidem ego Subdiaconus Ioannes Gregorius Citola, civitatis Bitecti, quomodo electus & substitutus fui tamquam Notarius Apostolicus in locum R. D. Bartholomæi Russi Canonici Cathedralis ecclesiæ in dicta civitate, per Dominum meum Reverendissimum, Fr. Michaelem Messerotti Episcopum d. civitatis, sub die X Iulii anni proxime præteriti MDCXXIX, ad sumendam informationem de vita & miraculis factis per B. Jacobum, existentem in Conventu Patrum Reformatorum Zoccolantium S. Franeisci hujus civitatis Bitectensis. Prius autem quam ad hoc deputarer, actum fuerat mecum ab aliquibus Sacerdotibus ut tale officium acceptarem: sed quia tum adhuc eram laicus, neque unquam Bitecti fueram sed Barii commorabar, recusavi iis acquiescere. Quapropter Reverendi illi Presbyteri vehementius institerunt, meam exinde consicientiam onerantes, & ex aggestantes meritum quod essem habiturus apud d. Beatum; tandemque persuaserunt susscipere oblatum munus, prout feci, facturus ut possem optime: atque ita electus & substitutus fui, prout dictum est supra.

postquam in hoc minus consenserat,

75 Post dies autem quinque à d. electione, cum ita male affectum me sentirem, ut ægre possem pedibus meis insistere, decrevi, derelicto Bitecto, ubi infirmari cœperam, Barium me revehendum curare, ubi meliores medicos & medicinas habiturus essem, mihique commodius ministraretur, utpote ibidem domum habenti & consanguineos meos. Barium advectus ex malo in pejus vergere me sensi, quamvis enim adhuc ad duos dies supra pedes me retinuissem tandem tamen lecto decumbere coactus sum circa vesperam diei sabbati. Eadem vespera patruus quidam meus Bario discessit ob negotia, & amita mea infirmari cœpit: ego autem sub horam fere quintam noctis, insolito capitis totiusque corporis dolore pressus, nesciebam unde auxilium peterem. Cum igitur eodem tempore inciperem pati fluxus corporis continuos, adeoque vehementes ut intra quatuor horas sentirem me omni robore destitutum, & propinquum periculum indicarent *i* convulsiones pedum, brachiorum ac manuum; mori me existimans, & quia dies illucescebat, accersivi amicos, medicos & notos alios in subsidium: sed nemo venire voluit, ac ne audire quidem quid vellem.

F *cum ob morbum rediisset Barium,*

ibi in extremo vitæ periculo positus,

i

76 Quid agerem à consanguineis, medicis, &

EX MS ORIGINALI.

amicis deſtitutus, viribus autem defectus quam maxime? Humanum auxilium nullum inveniens, converti me ad partem lecti; & imaginem Mariæ Virginis aſpiciens, cogitare intra me cœpi, ſtultum eſſe me, qui morti propinquus necdum de divino ſubſidio advocando eſſem ſolicitus. Simulque B. Iacobi recordatus & electionis de me factæ, dixi; Oro vos, ô B. Maria & B. Iacobe, dignum me facite ut ſuſceptum munus expleam, & ſumam informationem de tua ſancta vita. Ecce morior abſque humano auxilio, & ſpiritum jamjam exiturum ſentio. O glorioſe Sancte, ô B. Iacobe mi! Scio equidem indignum me qui tale opus exequar, deprecor tamen ut me adjuves doneſque ſanitatem, non tam ut ego tibi ſerviam, quam propter gloriam tuam & ut ferventior deinceps ſim in obſequio tuo. Tali oratione finita, non plus temporis interceſſit quam quo recitaretur Ave-Maria, quin ceſſaverint fluxus & mox obdormiverim.

B. Iacobo invocato,

ſubito convaluit,

77 Facto die venerunt qui me viſerent, & quare circa auroram ipſos accerſiſſem interrogarent. Expoſui eis quidquid contigerat, & quod per virtutem atque miraculum mei B. Iacobi ſanus eſſem effectus. Cumque illi dicerent, quod ſpectando externam compoſitionem vultus mei impoſſibile videretur ut è lecto ſurgerem niſi poſt multos dies; ſubito die poſtero exurrexi, admirantibus omnibus, quod pedibus conſiſtere & ambulare poſſem: quibus ego affirmabam id fieri per gratiam B. Iacobi. Quinimo die poſthinc decimo Beneventum & ad alia loca profectus ſum, per diem iter faciens, & noctu ruri dormiens, duobus continuis menſibus Auguſti atque Septembris, ſemperque in animo habens devotionem atque protectionem B. Iacobi. Denique Bitectum veni cum magna admiratione amicorum meorum, qui non ſperaverant me vivum videre: quibus cum narraſſem gratiam & auxilium quod mihi B. Iacobus attulerat, accinxi me ad ſumendam informationem, ad laudem ipſius & gloriam: ad quam etiam & prædictorum fidem hæc ipſa, tamquam Notarius Apoſtolicus, ſcripſi, ſubſcripſi & ſolito meo ſigillo ſignavi, Bitecti xx Martii MDCXXX.

& præter omnium ſpem ſurgit ſanus,

etiam ad itinera difficilia.

B

ANNOTATA.

a Tramuntum *Principatus Citerioris oppidum.*

b *In exemplari noſtro notabatur annus* 1623, *ſed facilem unius cyfræ errorem corrigendum monuit annus ſcripti inſtrumenti* 1626, *proxime ſequens annum rei geſtæ.*

C

c *Ita reddo, quod in textu dicitur* non mi potevo ajutar con la vita; *cum ſcrupulo tamen, quia ſcio, quod* Vita *ſtatu quandoque ſumatur pro toto corpore: & ſic ſignificaretur, fuiſſe æger omnium membrorum uſu deſtitutus.*

d Molfetta *civitas Epiſcopalis in Adriatici maris littore, Bitecto diſtans circiter* 12 p. m.

e *Credo Proregem Neapolitanum intelligi.*

f *Originale Italicum* punctura, *quod in margine retinemus, ſi forte ex vulgi uſu hic alius quam pleuriticus dolor intelligatur.*

g *Franciſcus Xiclenſis vocat* Camillam Cetera: *atque ita in aliis quibuſdam nominibus paulo aliter collegit litteras, ac nos invenimus in exemplari noſtro: ſed non fuit operæ pretium tam levia notare ſcrupuloſius.*

h Malum matronæ *intelligo. quod Aureliano* ſtrangulatus vulvæ, *Ulmo dicitur* recurſus uteri ad ſuperiora, reſpirationis defectum invehens.

i *Ita redditi ex veroſimili conjectura, quod vernacule ſcribebatur* ranchi, *voce nondum alibi à me lecta.*

CAPUT VII.

D

Mira quædam poſt concluſionem Proceſſus ſucceſſive deſcripta.

Per Epiſcopi obitum intermiſſio negotio,

78 *Quot hebdomadis menſibuſve poſthac vixerit Epiſcopus Michael necdum compert; nec enim diem obitus notat Ferdinandus Vghellus tomo 7 Italiæ ſacræ, ſolum indicat, ſucceſſorem ejus Sigiſmundum Thadæum,* VIII *Ianuarii anni* MDCXXXI *fuiſſe conſecratum. Apparet autem cum morte jam dicti Præſulis, qui ante Epiſcopatum fuerat Generalis Magiſter Ordinis Conventualium S. Franciſci, eoque propenſius ferebatur ad promovendum honorem Sancti hujus Minoritæ, intermiſſum fuiſſe negotium tam ferventer cœptum; ſucceſſoribus Epiſcopis vel minus eam curam ſibi aſſumentibus, vel ſumptus Romæ faciendos formidantibus, vel non ſatis in ſe gratiæ auctoritatiſque inventientibus ad cauſam efficaciter promovendam. Itaque in eodem omnia manſere ſtatu, in quo fuerant ante Proceſſum formatum; ipſiuſque autographum repoſitum eſt intra aram ſancti corporis, uti principio diximus: quod tamen priuſquam fieret, idem qui ſupra Notarius tale addidit inſtrumentum, ad memoriam ejus quod ſibi poſt Epiſcopi Michaelis obitum & Sigiſmundi creationem contingerat, in hunc modum.* E

an 1631 *Notarius prædictus,*

79 Facio fidem ego Don Joannes Gregorius Citola, cuicumque præſentes quomodocumque viſuro, qualiter anno MDCXXXI die Sabbati ſancti mane, qui dies iſto anno incidit in XIX Aprilis, una fere hora ante ſolis ortum, quod proprie dicitur aurora, apparuerit mihi in ſomnis B. Iacobus in comitatu trium aliorum Sanctorum, quorum nullam habui diſtinctam notitiam: ſed in dignoſcendo B. Iacobo videbar mihi ægre poſſe falli. Hic, dum à quadam ſorore mea peterem par forficum, ipſas apprehendiſſe videbatur, cum iiſque grande malum in fronte & pectore mihi faciendum minari: jamque reipſa dolorem, licet levem, in dictis partibus ſentiebam. Videns autem ipſum ſic minacem, & dolorem in corpore meo ſentiens, dixi: Neſcio, ô glorioſe Sancte, quare mihi velis nocere, nulla in re à me læſus. At ille, Nihil refert, inquit, occidere te volo. Ego vero recordatus quod haberem aliquam ejus Reliquiam, fingebam nullius mihi conſcius eſſe, atque dicebam: Si mihi velis male facere, quod non credo, adjuvabit me divina majeſtas, quoniam Dei miniſter ſum, neque permittet ut mihi fiat damnum aliquod. Nihilominus comminabatur ille mihi, videbaturque velle manifeſtare omnibus in familia mea quod ego habebam iſtam Reliquiam: qua de cauſa verecundabar & erubeſcebam vehementer, quia nolebam hoc ſciri. Dixi ergo, O glorioſe Sancte, ſi confundere me vis, recordari debes me eſſe Sacerdotem: Deus autem non permittit ut Sacerdotes in confuſionem adducantur. Quin potius edic quam ſatisfactionem à me exigas; quamlibet enim dare paratus ſum.

apparente in ſomnis Beato ac comminante,

F

propter reliquiam quam tenebat,

80 Tunc lecto meo approximans dixit, Da mihi quod retines. Aſt ego: Iam dixi, quod in nullo te læſerim, neque tui quidquam habeo: quod ſi me lædere velis, adjuvabit me Deus: modo tamen is ſis qui es, non poteris facere mihi male. Econtra ipſe, Volo ipſum recipere: ideoque vana eſt omnis tergiverſatio. Ego rurſum negavi me habere quidquam, faceret quod vellet: & tamen bene recordabar me habere ipſius Reliquiam. Repoſuit ille, fruſtra tergiverſari me, quando bene ſcirem quid ipſe vellet. Huic tertiæ redargutioni viſus ſum nihil amplius replicare poſſe, & dixi, Nequeo amplius negare: verum eſt quod habeam Reliquiam tuam: ſed noſti optime quomodo ea in meam venerit poteſtatem, neque in eo me culpam habere ullam. Verumtamen paratus ſum eam reſtituere: tantum permitte, ut inde particulam

volens id clam habere,

A culam reſecem pro mea devotione. Negante autem illo etiam id permiſſurum ſe ; Saltem, inquam, da mihi pileolum tuum qui fertur ad infirmos, ut habeam aliquod meæ erga te devotionis fomentum. Dixit ille permittere ſe, ut quando reliquiam ſuo reſtituerem loco, inde pileolum mihi auferrem. Aſt ego, Non patientur id Fratres. Nihil refert, reſpondit ille : erit tamen aliquid : atque hoc dicens diſparuit.

cogitur ejus reſtitutionem promittere,

81 Ego ſubito experrectus ſub ipſum ſolis ortum, eo altius in animum dimiſi viſa auditaque, quod in ipſo eodem ſomnio, priuſquam iſta paterer, viſus mihi fuerim verſari in Cathedrali Bitectenſi, cum quodam meo amico, cui inculcabam ſæpius, eum Fratrem qui eſſet in iſta capella aſſiſtens ac miniſtrans illi Miſſæ eſſe B. Jacobum : quod videbatur mihi tam certum, ut nulla ratione poſſet negari quin eſſet ipſe. Imo videbatur mihi finita Miſſa intrare in quamdam cellam poſt altare, meque amico dicere, Præſtolare tantiſper hic, quia omnino volo ad eum ire atque alloqui ; intrans autem in locum in quem ipſe ingredi viſus fueram, clamabam dicens, O Beate Jacobe, ô Frater Jacobe, ô Sancte Jacobe : neſcio enim quo te appellem titulo, cum ſervus Dei ſis &

B ſciam quantum ames humilitatem. Hoc autem dicebam, quia recordabar ipſum nondum eſſe Beatum declaratum à ſacra Congregatione, quandoquidem formaveram illius proceſſum.

eidem an tea viſus fuerat Beatus,

82 Apparebat autem ille mihi Crucem manu præferens ; ideo dixi : Subſiſte, nolo enim ut ſub ſpecie ſanctitatis & cum iſta Cruce me decipias, cum ſis forte diabolus aliquis : fac igitur ipſe ſignum Crucis. Cumque ſtatim ſe ſignaret, replicavi dicens : Adora ipſam Crucem : & prompte adoravit. Rurſum juſſi ut diceret : Peccavi, Domine, miſerere mei : & continuo verba eadem repetiit. Inſuper mandavi pronuntiaret hæc verba, Agnus Dei qui tollis peccata mundi miſerere nobis : & ipſe ſingula pronuntiavit diſtincte, addens formulas & precationes jaculatorias quibus certus reddebar ipſum eſſe. Ita confirmatus dixi, Fac mihi unam gratiam. Scis quod tibi devotus ſim & vitam tuam ſcripſerim, ſis ergo protector vitæ meæ, tanto magis quanto oportet me ſæpius foras progredi. Reſpondit beatus, ne dubitarem quin ipſe haberet curam mei ; itaque diſparuit : & ego viſus ſum ab illo loco me recipere in domum meam, ubi quæ dixi ſupra ſomniavi mihi accidiſſe ; adeo ut unum continuum ſomnium viſio utraque

C fuerit.

crucem manu tenens,

ipſumque in ſuam tutelam recipiens ;

83 Utriuſque ergo ſomnii continuatam ſeriem accuratius conſiderans, cœpi dubitare utrum non eſſet diabolica illuſio, & ne dæmon propter iſtam Reliquiam mihi paraſſet fraudem aliquam ; convertique me devote ad ipſum Beatum divinamque majeſtatem dicens : O glorioſe Sancte, non ego à te furatus ſum Reliquiam iſtam : ſcis modum quo ea pervenit ad me : quapropter rogo digneris mihi aliud ſignum dare aut altera vice apparere, ſic ut magis certus ſim de tua voluntate : faciam enim quidquid volueris, ſed hoc ſomnium vereor ne illuſio ſit. O Deus meus, miſerere mei, & ab hac perplexitate erue me : addens proteſtationes alias orationeſque pias & invocationes Spiritus ſancti, ut in præſenti caſu poſſem verum ſecernere à falſo.

dubitans tamen an deberet reſtituere reliquiam,

84 Poſtmodum veſpere illius Sabbati ſancti con-

& ſub veſperam foras progreſſus,

diximus ego & nobiles duo exire venatum ; & noſtram ſinguli mulam conſcendentes, cum ad unum pariter locum veniſſemus, narravi præteritæ noctis ſomnia : qui ea demirati dixerunt, attenderem ipſe mihi : & ſic unuſquiſque in ſuam divertit viam : ego autem receſſi ad locum qui nuncupatur Cotino ante Turrim ; qui locus mihi notiſſimus erat. Ibi tamen ita mihi omnis memoria excidit ; ut circum agellum trium *a* jugerum oberrarem, ſemper eodem rediens neque valens viam reperire. Hic ergo recordabar iterum ſomniorum meorum : ſicque ſtupenti ſupervenit civium Bitectenſium aliquis ; qui viam interrogatus, ipſam mihi oſtendit : vix autem eam ingreſſus eram, cum rurſum me in priori loco eſſe deprehendi. Quare conſilii inops, mulæ fræna laxavi, dicens : Quandoquidem regere ipſe me nequeo, ſinam me ferri quo mula duxerit ; & hæc Bitectum me deduxit trans varia prædia, cum jam eſſet hora diei prima. Equidem rem memoria teneo, ut expertus dicere poſſim, quid rei ſit amentia.

EX MS ORIGINALI.

a

omnem amittit viarum memoriam :

85 Contigit poſtmodum ut irem in oppidum, delle Noci *b* dictum, diœceſis Converſanenſis : ibi nocte quadam apparuit mihi Beatus Jacobus rurſum dicens ; Volo habere meam Reliquiam. Promiſi me redditurum eam quamprimum rediiſſem Bitectum : & fidem poſtulanti, dedi : poſtquam autem redii, ad Patrem Vicarium ipſius loci, in quo beatum corpus requieſcit, eam retuli, narrans quæcumque occaſione tali mihi acciderant. Acceperam autem d. Reliquiam per mortem Domini mei Fr. Michaelis Meſſerotti bonæ memoriæ Epiſcopi Bitectenſis : eamque mihi dederat nepos ejus Archidiaconus Meſſerotti ; cui affixa erat ſchedula, ſcripta ipſius Epiſcopi manu mihi notiſſima, cum his verbis, DE B. JACOBO. In quorum fidem præſentes manu mea ſcripſi, ſubſcripſi & ſigillo firmavi. *Mirum eſt non addi diem, menſem & annum ; modus enim notandi ſuperius diem Sabbati ſancti,* qui iſto anno incidit in XIX Aprilis, *denotat annum aliquanto poſteriorem. Sed tranſeamus ad alia per alios Notarios ſucceſſive deſcripta, ipſique Proceſſui prænotato adjuncta.*

b

& novo monitus apparitione.

tandem obedit.

E

86 Fit fides per me Donatam Antoniam dello Noce, ex oppido *c* Franca-villa provinciæ Hydruntinæ, quomodo mihi ante annos quinque continua febri correptæ, cum exceſſivo capitis cruciatu, adeo ut cito expiraturam me crederem, ſuaſum fuit, ut ex intimo cordis affectu converterem me ad B. Jacobum Bitectenſem. Quod cum feciſſem, & ſupra caput accepiſſem pileolum, qui attigerat ipſius Beati corpus ; ſubito depulſo dolore omni ipſaque febri, ex integro convalui : ideoque haſce curavi ſcribendas per manum ſubſcribentis ſe Notarii, & manu mea notavi crucem coram dicto Notario Joſepho Salinario & teſtibus. Datum Franca-villæ, die prima menſis Julii primæ Indictionis, MDCXLVIII.

c

Anno 1643 ſanatur febris continua,

87 Fit fides per me Canonicum D. Nicolaum del Giodice de terra *d* Rutiliani provinciæ Barienſis ... etiam cum juramento quatenus opus eſt, quod menſe Auguſto proxime præterito anno MDCLX, in morbum incidi & malignam febrem, adeo ut deſperarer à medicis. Die autem quadam, inſpirante B. Jacobo Dalmata, cujus corpus hodie Bitecti requieſcit (occaſione cujuſdam pileoli, qui capiti ejus admotus mihique allatus erat per quemdam meum amicum Rutiglianenſem, dicentem quod ſi in B. Jacobo firmiter ſperarem, gratiam conſequerer ſanitatis) vovi quod iturus eſſem Bitectum ad viſitandū ipſius corpus ibique Miſſam curaturus : & ſubito recepi exoptatam gratiam, ab eoque tempore devotus eidem permanens, præſentes ſcripſi & ſubſcripſi manu propria, coram Vito Antonio de Soria teſte, & Vito Antonio de Friſantiis Notario, Bitecti XVIII Maji MDCLXI.

F

d

an. 1660 alia letiferа,

88 Fides fit per me Julium Cæſarem Umbrianum, olim Regium Judicem civitatis Bituntinæ .... qualiter anno MDCLIX, eo tempore quo prædicto fungebar officio, ivi ad viſitandum Illuſtriſſimum Gaëtam *e* Epiſcopum Bitectenſem, amicum meum & patronum ſpecialem : quem rogavi ut gratioſe me faceret videre corpus B. Jacobi Dalmatæ. Dictus autem

e

quidam ex voto prolem obtinet,

EX MS. ORIGINALI.

autem Illuſtriſſimus adjunxit mihi Archidiaconum primæ dignitatis perſonam in ſua eccleſia Cathedrali; eique mandavit ut mihi juberet arcam recludi, qua aperta beatoque corpore adorato, ſupplicavi ex intimo corde ut mihi liberos indulgeret Beatus: addidique non ingratum me futurum pro beneficio, ſed lampadem argenteam ducatorum vigintiquinque oblaturum. Porro paucis poſt hæc diebus impræ-gnatam ſe ſenſit D. Anna Mazzei, uxor mea, ſuoque tempore peperit filiam, quæ Dei gratia eſt formoliſſima, anno ſterilis matrimonii duodecimo. Itaque ad voti mei complementum, curante Illuſtriſſimo Epiſcopo Bitectenſi, fabricata eſt argentea lampas: & præſentem ſcribi juſſi atque firmavi ſubſcriptione mei nominis, coram teſtibus & Notario D. Franciſco Serpe, Primicerio Capuano, Capuæ, x Martii MDCLXI.

f ſanatur mulier ob lectum à marito votum relapſa.

B

89 Fides fit per me Notarium Vitum Antonium Griſantium, de terra *f* Turi provinciæ Barienſis.... qualiter anno MDCLIX menſe Septembri, Theodora Pariſii uxor mea, maligna febri infirmata & à medicis depoſita fuerit. Duravit ea febris decem continuos dies: mox autem ut votum feci B. Jacobo Dalmatæ cum promiſſione eundi Bitectum & ibi Miſſam ſolennem curandi, ita cito convaluit, ut intra paucos dies ſurrexerit de lecto. Verum intervenientibus quibuſdam impedimentis cum voto iſto me exolvere diſtuliſſem, hoc ipſo anno menſe Aprilis denuo in malignam febrim eadem uxor mea recidit, cum punctura occulta & defluxu in gulam; adeo ut nihil omnino cibi deglutire poſſet, & die morbi ſeptimo jam jam expiratura crederetur. Recitatis igitur pro ea commendationibus animæ, recordatus ſum voti necdum perſoluti, quod denuo confirmavi; & mox iteratam recepi gratiam, uxore mea intra breve tempus ſana, libera, omniſque maculæ experte remanente: quare has propriis manu & ſigillo, quibus ad ſcripturas publicas utor, ſubſcripſi & ſignavi coram duobus teſtibus Bitecti XVIII Maji MDCLXI.

& an. 1663 alia à dolore renum.

90 Fides fit per me Beatricem Ludovici Saraceni Bituntinam, ... quod annis ſedecim gravi in renibus dolore cruciata, & nullum inveniens remedium apud medicos ſæpe ad conſultationem convocatos; tandem anno MDCLXIII menſe Majo, à quibuſdam hominibus hac tranſeuntibus, qui ſe aſſerebant venire Bitecto, ſuaſum mihi fuit ut votum facerem B. Jacobo Bitectenſi, cum ſpe certa ſubito recipiendæ ſanitatis. Parui, vovi, & ab illa hora nihil moleſtiæ paſſa ſum: quare per manum R. D. Matthei Fumai has ſcribi petii & ſubjecta cruce ſignavi, coram Petro Joſepho de Roſſa Notario, Bitecti, v Junii MDCLXIV.

C

Fides ecgraphi,

91 *Hactenus Mſs. originalia, quorum qui nobis deſcripſit ecgraphum, hoc eidem ſubjecit teſtimonium*: Extractam eſſe præſentem copiam à ſuo proprio originali proceſſu, exiſtente in hoc venerabili conventu RR. Fratrum Minorum ſtrictioris Obſervantiæ Reformatorum S. Franciſci, extra mœnia hujus civitatis Bitecti, cum quo facta collatione bene concordat, ſalva ſemper meliori, teſtor ego Donnus Vitus Franciſcus Vitarello, Canonicus Cathedralis eccleſiæ Bitectenſis, ad hoc ſpecialiter deputatus ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Epiſcopo hujus civitatis: & in fidem mea propria manu firmavi & ſubſcripſi, datum Bitecti, in dicto Conventu, die VII menſis Auguſti MDCLXXIII. *Quo eodem anno & die de fidelitate tranſcriptionis & collationis fidem fecit, conſueta forma, ſubſignatione & ſigillo* Cæſar Franciſchinus ex Monte-fortino Firmanæ diœceſis, modo in civitate Bitecti degens, ordinarius Cancellarius Curiæ Epiſcopalis, & per totum orbem terrarum publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, & in Collegio Scriptorum almæ Urbis deſcriptus. *Quem ipſum* fuiſſe & eſſe qualem ſe facit, & ejus atteſtationibus publicis in judicio & extra ſemper adhibitam fuiſſe modoque adhiberi plenam fidem, *eodem tempore atteſtatus eſt*, Gaſpar Toralto, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Bitectenſis; *ac denique Epiſcopale ſigillum addidit*, Don Joſeph Riccius Secretarius.

ſubſignatione Cancellarii & Epiſcopi firmata.

D

ANNOTATA.

a *In Italico eſt* trium aratrorum.

b *In mappis Geographicis* Le nuci *ſcribitur, diſtans Converſano Tarentum verſus* p. m. 10.

c Franca-villa *inter Hydruntum & Gallipolim, pari fere utrimque milliarium* 12 *ſpatio diſtans.*

d Rutilianum, *via fere media inter Barium & Converſanum notatur.*

e *In Epiſcopatu Bitectenſi, prænemorato Sigiſmundo Thadeo, ſub annum* 1641 *ad Caiacenſem eccleſiam tranſeunte, & Marco Antonio Thomaſio cedente electioni de ſe factæ, ſuffectus fuit* Franciſcus Caieta, *in quo finitur Bitectenſium Epiſcoporum catalogus apud Ughellum. Huic forſitan immediate ſucceſſit is, cujus mandato Proceſſus iſte nobis fuit tranſcriptus* Gaſpar Toralto.

f *Eam eſſe ſuſpicor, quæ in mappis appellatur* due Torri, *medio itinere inter Barium & Bitectum.*

E

APPENDIX.

ex Scriptoribus recentioribus impreſſis.

Caſſani habitans Beatus,

92 DE hoc beato Dei ſervo per traditionem habetur, quod dum viveret, etiam in Conventu S. Mariæ Angelorum Caſſani habitaverit aliquanto tempore, ibique propter ſolitarii loci commoditatem, ſpirituali exercitationi convenientiſſimam, multum profecerit in virtute. Teſtatur id recès hodieque illius ibidem memoria: eſt enim in eo loco ubi tunc ſilva erat, nunc Fratrum hortus eſt, ſepulcrum antiquum, intra quod ſolebat ſe orationis cauſa recipere Beatus; & ſaxeum reclinatorium, ſupra quod collocabat defatigata membra: quæ duo monumenta non tantum Fratribus ſed etiam ſecularibus, quotquot hortum intrant, in veneratione ſunt. Traditur etiam quod crucem illam ferream, quæ trunco querno ita infixa cernitur, ad pedem ſcalarum verſus eccleſiam ducentium, ut cum ipſius arboris ſubſtantia videatur eſſe concreta; idem Beatus virenti tum adhuc plantæ infixerit: quapropter omnium, orationis cauſa iſtac aſcendentium, oſculis reverenter atteritur.

ſui memoriam reliquit:

F

ejuſdem variis locis imagines,

93 Imago ejuſdem ante portam conventualis eccleſiæ prope Bitectum ex latere ſiniſtro ipſius portæ depicta cernitur, coronata ſplendoribus, & crucem manibus præferens. Similiter in feneſtella horti, per quam foras proſpicitur, poſtquam cœmeterium loci tranſieris, picturam ejuſmodi, ſed antiquiorem videbis: genuflexus autem & Crucem brachiis ſtringens exprimitur in textura Turcica, ante arcam appenſa. In extremo quoque choro Fratrum vetuſto opere pendet tabula, & ſemicirculi implet ſpatium: in quo idem & radiatus & genuflexus repræſentatur, dextra crucem, roſarium ſiniſtra tenens. Denique in eo qui poſt eccleſiam eſt horto, aſſurgit juniperus, annoſam cupreſſum celſitudine ſua æquans; quam quia Beatus vir plantaſſe creditur, B. Jacobi juniperum appellari mos eſt, & multi de fructibus ejus devote accipiunt, contra varias infirmitates remidium efficax experti ſæpius.

& juniperus ab eo plantata.

94 In Barienſi conventu S. Petri Patrum Obſervantium, depingitur Jacobus cum lepore in brachio: eo quod traditione feratur, ejuſmodi animalculum, dum aliud non inveniret à canibus perſequentibus effugium,

A effugium, intra ejus ſinum quæſiviſſe aſylum. Denique in conventu Lupienſi exprimitur ſic ut à genuflexo ante ipſum energumeno, exire videantur dæmonia. *Hactenus Fr. Franciſcus Xiclenſis in ſuo Italico libello: tenuia illa quidem, ſed quæ auctoris diligentiam notant, cultumque Beati ad plures Conventus extenſi: quare hic etiam annectendum videtur, quod Paulus Antonius de Tarſia in Hiſtoria B. Virginis de Peninſula ſive Cuperſanenſi lib. 3 ſcripſit, ex eoque tranſcripſit Fr. Bonaventura à Ferzano in ſuo libro, qui dicitur memorabilia Minoritica Provinciæ S. Nicolai Ordinis Minorum Regularis obſervantiæ, parte 2. cap. 5 num. 10, prout hujus verba (librum enim ipſum necdum vidimus) tranſcripſit nobis P. Ignatius Zaccaria; docens* Cuperſanum *vulgo* Converſano *civitatem eſſe Epiſcopalem etiam ipſam, eamdemque populoſam, opulentam ac nobilem, paſſuum millibus octodecim Barto remotam; parique ab eadem Metrovoli intervallo diſtare* Caſſanum *ſupranominatum. Fr. Bonaventuræ verba hæc ſunt.*

Idem Converſani degens,

95 Cum in conventu Converſanenſi moraretur Jacobus, ſingulis quibuſque noctibus in illud B. Virginis antrum deſcendebat, ubi primum corporis ſenſum verberibus conflictabat, mox orationi intentus in extaſim rapiebatur, diviniſque contemplationibus ſolidas noctes tranſigebat. Incumbebat coquinariæ libenter Jacobus, ac ſingulis quibuſque diebus temporario ex igne vel in æterni ignis meditationem deſcendebat, vel ad æternæ caritatis incendium ſubvolabat: unde & ſenſibus ſæpe ſuis deſtitutum, inter ollas immobilem conſiſtere contingebat. Mane quodam fabas cœnobitis dum pararet, in extaſim raptus, manus ollæ, cælo animus hærebat; & lacrymæ ultro ex oculis effluentes, dignæ quæ cælo reciperentur, in futilem fabarum ollam cadebant. Interim Adrienſis Dux, per coquinæ januam pertranſiens, Sanctum vidit ollam manibus tenentem, & à ſenſibus alienatum, effluentibuſque lacrymis & ollam madentem & fabas. Demiratus tunc Dux ſtetit pauliſper, Vos felices Religioſos, inquiens, & iterum felices, quos Jacobus ſuis paſcit lacrymis. Mox abiit: ſed ut ad ſenſus rediit ſuos Jacobus, Ducem adiit, & ab eo quid edere cuperet ſciſcitatur. Ad quem Dux non niſi fabas tuis coctas lacrymis edere cupio. Quo & Jacobo rubor advenit, & Ducis in Jacobum crevit affectus. *Hactenus Fr. Bonaventura, facta hæc ſcribens circa annum* MCCCCLXXX, *cum Atrienſis Dux Cuperſanum ſe ſubduxiſſet, necem à Ferdinando Rege ſibi inferendam formidans. Sed dupliciter erravit: nam ſævitia Ferdinandi contra Proceres quinquennio poſt accidit, & fidelior Bitectenſium memoria tenet multis annis Bitecti vixiſſe Beatum, ut credibile ſit multo etiam citius hæc acta eſſe. Nec longe querenda eſt cauſa quæ Ducem adduxerit Converſanum, cum ſub ejus dominio ea civitas fuerit, & quoties ab aulâ aberat, ibi potius quam in deſerta prorſus Adria credendus ſit reſediſſe.*

& coquinam exercens,

invenitur à Duce Adrienſi raptus in extaſim.

D

XXVIII APRILIS.

SANCTI QVI IV KALENDAS MAII COLVNTVR.

Sanctus Marcus Epiſcopus, & duo ejus Presbyteri, Martyres Atini in Italia.

S. Zeno, S. Euſebius, S. Neon, S. Vitalius, } Martyres, Corcyræ in Ionio mari.

S. Vitalis, S. Valeria, } Conjuges Martyres Ravennæ & Mediolani.

S. Euſebius Epiſc. S. Pollio Lector, S. Tiballus, } Martyres Cibali in Pannonia.

S. Victurinus, Mart. Alexand. in Ægyp.

S. Afrodiſius, S. Malina, Alii CLXXX, S. Carilippus Presb. S. Agapius Lector, S. Euſebius eunuchus, } Martyres, Tarſi in Cilicia.

S. Manilius, S. Donatus, S. Maurilius, S. Lucianus, S. Victorinus, S. Nicia Virgo, Alii LXXII. S. Lucianus, Alii CCLXX, } Martyres, in Numidia, & alibi in Africa.

S. Cyrillus, S. Aquila, S. Petrus, S. Domitiana, S. Rufus, } Martyres.

S. Theodora, S. Didimus, } Martyres Alexandriæ.

S. Alexander, S. Firmianus, S. Primianus, S. Tellurius, } Martyres, Leſſinæ in Apulia.

S. Patricius Epiſcopus, S. Acacius, S. Menander, Presb. S. Polyainus, } Martyres Pruſæ, in Bithynia.

S. Proba V. & Mart. & Germana Virgo, } in Belgio.

S. Memnon Thaumaturgus, Hegumenus monachorum apud Græcos.

S. Arthemius, Epiſc. Senonenſis, in Gall.

S. Cronanus, Abbas Roſcrejenſis in Hibernia.

S. Pamphilus, Epiſcopus Sulmonenſis & Corfinienſis, in Italia.

S. Prudentius, Epiſcopus Turiaſſonenſis, in Aragonia.

B. Lucenſis ſeu Lucheſius, tertii Ordinis S. Franciſci, in Hetruria.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

A

IBentii Epiſcopi memoria, Hamburgi in Saxonia inferiore, *inſcripta eſt Catalogo generali Ferrarii. De eo egimus* IV Januarii.

S. Euphroſyna, Virgo Alexandriæ, *memoratur in duplici Ms. Vſuardo Reginæ Sueciæ, & altero Vaticano S. Petri. Vitam ejus dedimus* XI Februarii.

S. Walburgis Virgo *indicatur in Ferrarii Catalogo, ab aliis 27 Aprilis & 1 Maji. Vitam dedimus die ejus natali* XXV Februarii.

S. Winwaloëi Abbatis tranſlatio, *aliis* depoſitio, *memoratur in Mss. pluribus. Vitam dedimus* III Martii.

S. Guidonis, Abbatis Pompoſiani, tranſlatio Spiram, *indicatur in variis faſtis. Acta vitæ ejus dedimus* XXXI Martii.

S. Vitalis Abbatis, Ord. S. Baſilii, tranſlatio *memoratur à Caietano in Martyrol. Siculo & Ferrario. Acta dedimus* IX Aprilis.

S. Juſtinus Martyr *memoratur in Ms. Caſinenſi. Videtur Philoſophus eſſe, cujus Acta dedimus* XIII Aprilis.

SS. Maximus, Dada & Quintilianus, ſeu Cyntilianus, Martyres Doroſtori, *memorantur in Ms. Menologio Baſilii Imperatoris & Ms. Synaxario. Horum elogia dedimus, quando ab aliis Græcis coluntur, & in Martyrol. Romano referuntur* XIII Aprilis. B

S. Eleutherius, cum Anthia matre ſub Hadriano Imperatore interfectus, *memoratur in Ms. Trevirenſi S. Maximini, ab aliis* XVIII Aprilis.

S. Turibius Epiſcopus *inſcribitur hoc die Catalogo Ferrarii ex tabulis Eccleſiæ Taurinenſis, qui ait nondum ſe reſcire potuiſſe cujus urbis Epiſcopus fuerit. Egimus de Turibio Epiſcopo Aſturicenſi & alio Turibio Epiſcopo Cenomanenſi* XVI Aprilis.

S. Mellitus Monachus *inſcriptus eſt Kalendario Ms. Ordinis Benedictini. Videtur* S. Mellitus *eſſe ex monacho Archiepiſcopus Cantuarienſis: cujus Vitam ex Venerabili Beda dedimus* XXIV Aprilis.

S. Richarius Presbyter in monaſterio Centula *indicatur in Ferrarii Catalogio. Vitam dedimus* XXVI April.

S. Anaſtaſii Papæ memoria *eſt inſcripta Martyrologio tertio Capuano apud Michaëlem Monachum. Vitam ejus dedimus* XXVII Aprilis.

S. Zita *virgo colitur hoc die Anconæ, ſed Lucæ die quo obiit* XXVII Aprilis.

S. Siſinni Martyris paſſio *inſerta eſt Ms. Martyrologio Patriciano, Neapoli apud Clericos Regulares adſervato, item in ſcripto Carthuſiæ Bruxellenſis, ſed nullo addito loco aut tempore paſſionis. Varii* Martyres Siſinnii *ſunt in Martyrologio Romano, & plures ex aliis à nobis referuntur, à quibus num diverſus ſit, neſcimus dijudicare.* C

S. Hermimon Epiſcopus *inſcriptus eſt Martyrologio Trevirenſi S. Martini, forſitan* Hermon *ſive* Hermonas, *ultimus ſub gentilibus Hieroſolymorum Epiſcopus, de quo ſic ſcribit Theodoricus Pauli in Chronico univerſali:* Thermon ſanctus, Sacerdos Dei, Epiſcopus Hieroſolymitanus effectus poſt S. Sabdam, glorioſe & multum ſapienter rexit Eccleſiam ſuam. Qui etiam adveniente perſecutione Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicam inibi quam ſuſceperat Cathedram illibatam conſervavit. Tandem carne ſolutus conjunctus eſt gaudiis ſupernorum civium, *anno (ut docuimus* 18 *Martii, ubi de S. Cyrillo)* 314. *De ejus cultu alibi nil invenitur.*

S. Luchtigernus filius Huatrati *memoratur in Mss. Tamlachtenſi, Mariani & Ængußii, & dicitur* Abbas Inis-Tomenſis in Tuamonia. *De eo agitur in Vita S. Idæ Virginis ad* XV *Ianuarii à nobis edita num.* 30, *ubi dicitur* S. Luchtigernus frequenter viſitaſſe S. Idam. *& in Vita S. Mochoemoci ſive Pulcherii Abbatis ad* XIII *Martii, num.* 5, *ubi* S. Luchtigernus *dicitur*, S. Luchtichernus probatus inventus in Chriſto Jeſu. *Plura de ejus Vita aut cultu non reperimus.*

S. Caernanus de Cluain-eich *indicatur in Ms. Tamlachtenſi, item apud Marianum Gormanum & alios, teſte Colgano in 4 Appendice ad Vitam S. Columbæ Abbatis cap.* 10 *num.* 14, *ubi aſſerit* coli *hoc* XXVIII Aprilis in Eccleſia *de* Cluain-eich, *idem confirmat* IX *Februarii in Notis ad Vitam S. Furſæi num.* 10, *ubi* S. Caurannus *ſcribitur.*

Subneus Abbas Schelekenſis Eccleſiæ & inſulæ in Momonienſi provincia, *refertur ad hunc diem in Ms. Tamlachtenſi, & teſte Colgano ad diem* XI *Ianuarii, ubi de S. Suibhneo Abbate Hienſi agit, etiam in Mss. Mariani Gormani & Ængußii.*

Conchendus ſive Conchennus, & Copa filia Dimæ *indicantur in dicto Ms. Tamlachtenſi, de quibus alibi nihil legimus.*

Simeonis feſtum *inſertum eſt Kalendario Coptico apud Seldenum, ſed quis ille ſit, non ſatis intelligimus.*

S. Anſcrida *Virgo colitur Officio Duplici Nonantulæ in Italia, ubi corpus ejus ſervatur, forſan ex Cœmeteriis Romanis delatum.* D

S. Cortillus *Epiſcopus Verdenſis in inferiore Saxonia memoratur hoc die à Ferrario: ſed in vetuſtiſſimo Ms. Eccleſiæ Verdenſis cum aliis ſex ſanctis Eccleſiæ iſtius Epiſcopis recenſitus (quos & Officium S. Suiberti, citatum à nobis in ejus Vita ad* XXX *Aprilis, ſuppreſſis nominibus ſanctos vocat)* S. Cortyla *appellatur; ab Alberto Crantzio autem lib.* 1 *Metropol. c.* 29. Rortila. *Ex quo Wion lib.* 2. *ligni vitæ cap.* 55. *& ex hoc Ferrarius* Martyrem *eum faciunt, qua de re loco citato verbum nullum Crantzius. A Camerario etiam ad hunc diem* Epiſcopus & Martyr *Faſtis Scoticis inſcribitur, uti & Martyrologio Anglicano.*

Stephanus Archiepiſcopus Cantuarienſis *(qui exul in Pontiniaco aſſumpſiſſe habitum Ciſtercienſem dicitur) refertur cum titulo* Beati *ab Henriquez & Bucelino. Silent Martyrologi Angli.*

B. Balto Abbas Weſſebrunenſis in Bavaria creatus eſt anno 1129, præfuit annos ſex & viginti, qui aquam in vinum vertit facta Cruce, & alia plura miracula fecit. *Ita tomo* 3 *Metropolis Salisburgenſis apud Wiguleium Hundium pag.* 487. *Hunc Menardus & Bucelinus referunt ad hunc diem. Silent de eo Raderus in Bavaria ſancta & pia, Caniſius in Martyrologio Germanico & alii.* F

Bernardus *Abbas monaſterii S. Ioannis de Tarouca in Luſitania Ordinis Ciſtercienſis cum titulo* Beati, *memoratur à Chryſoſtomo Henriquez in Faſciculo Sanctorum Ciſtercienſium lib.* 2 *diſt.* 26 *cap.* 36 *& à Cardoſo in Hagiologio Luſitano & aliis.*

Ozanna à Cataro, Virgo tertiaria Dominicana, *indicatur cum titulo Beatæ ab Arturo in Gynæceo ſacro.*

Angelus à Civitella & Joannes Riccius *Sartiani in Tuſcia circa an.* 1455 *pie mortui;*

Stephanus à Renoſo *in Corſica floruit circa an.* 1525 *& miraculis clarere dicitur;*

Ludovicus Regienſis *primus Cappucinorum Provincialis in Calabria,* 1537 *defunctus; licet cum titulo* Beati *ponantur in Martyrologio Franciſcano, deficiente tamen ſufficienti publici cultus notitia, à nobis hoc loco ponendi ſunt, uti etiam*

Clara Virgo, *cujus corpus in monaſterio ſancti ſepulchri Venetiis aliquam habet venerationem, ſed, uti opinamur, privatam dumtaxat, niſi magis publicam ei deferri, & certum obitus cultuſque diem nos doceat aliquis.*

Joannes Berrerius Congregationis Fulienſis inſtitutor & Abbas Romæ anno 1600 mortuus *indicatur*

A *tur ab Henriquez, Chalemoto & Bucelino cum titulo* beatæ memoriæ, *& late deducitur inſtitutio dictæ Congregationis: refertur etiam inter Pios à Sauſſaio.*

S. Theognides,
S. Rufus,
S. Antipater,
S. Theoſtichus,
S. Artemas,
S. Magnus,
S. Theodotus,
S. Thaumaſius,
S. Philemon,
} Martyres Cyzici in Helleſponto *celebrantur à Græcis in Menæis excuſis, & in Anthologio, & apud Maximum Cythereum. De iis cum aliis monumentis agimus* XXIX Aprilis.

SS. Zenon & Vitalius Martyres *inſcripti ſunt Menæis Chifletianis, in aliis* XXIX Aprilis.

S. Petrus Martyr Mediolani ab hæreticis interfectus, *memoratur in Ms Centulenſi S. Richarii, ab aliis omnibus recolitur* XXIX Aprilis.

Marculphus Abbas Mantuentiæ in Normannia *proponitur in Ferrarii Catalogo, ab aliis* I Maji.

S. Monicæ matris S. Auguſtini depoſitio *inſcripta eſt Ms. Martyrologio Bruxellenſi S. Gudilæ, aliis* IV Maji.

S. Floriani Martyris tranſlatio *celebratur in Ms. Florario. Dies natalis agitur* IV Maji.

B Dedicatio eccleſiæ S. Irenæ, antiquæ & novæ, *celebratur in Synaxario Græco Collegii Claromõtani Societatis Ieſu Pariſiis. Codinus de Originibus Conſtantinopolitanis pag.* 38 *ait* Conſtantinum Magnum ædificaſſe eccleſiam veterem S. Irenæ, *quæ vetus reſpectu recentioris dicitur. Sunt variæ Martyres Irenæ nomine, ex his menſe Aprilis dedimus aliam* III *Die, aliam* XVI. Magna-Martyr Irene ſub Numeriano *paſſa colitur* V Maji.

B. Joannis Presbyteri & Confeſſoris, in civitate Beverlacenſi apud Angliam, *memoria proponitur in Scripto aliquo Carthuſiæ Bruxellenſis. Videtur* S. Joannes Beverlacenſis *eſſe, dein* Hagulſtadenſis Epiſcopus & Archiepiſcopus Eboracenſis *cujus Acta daturi ſumus* VII Maji.

S. Urſicinus medicus, *relatus in Actis S. Vitalis, qui eum ad Martyrum animavit, memoratur in Ms. Bruxellenſi S. Gudilæ, ab aliis recolitur una cum SS. Gervaſio & Protaſio* XIX Junii.

S. Jaſon & Soſipater Apoſtoli ex LXX, *memorantur in Ms. Græco Synaxario Pariſienſi Collegii Claromontani, item in Menæis Cardinalis Mazarini & aliis Mss. itemque in tabulis Kalendarii Moſcovitici: apud Poſſevinum in Ruthenico perperam* Naſon *ſcribitur: ambo habentur in Menæis excuſis & aliis poſtridie. Verum celebrantur à Latinis* S. Soſipater, apud Berœam, XXV Junii.

C *& S. Jaſon, in Cypro* XII Iulii.

S. Jaſon Martyr *inſcriptus eſt Faſtis Galeſinii & Ferrarii, citatis Græcis, qui eum referunt ſequenti die: ac Latini, ut diximus* XII Iulii.

S. Liborii Epiſcopi tranſlatio, Cenomanis Paderbornam, *celebratur à Greveno, Caniſio, Gelenio, item in Martyrologio Coloniæ & Lubeciæ anno* 1490 *excuſo, & Ms. Florario. Dies natalis eſt* XXIII Iulii.

S. Chriſtophorus Martyr *memoratur in genuino Beda, & à Rabano, item in Ms. Caſinenſi, Trevirenſi S. Maximini & S. Martini, ac Ms. Adone Reginæ Sueciæ. In quodam Scripto Carthuſiæ Bruxellenſis dicitur* Tranſlatio S. Chriſtophori. *Dies ejus natalis, quando non eſt in genuino Beda, cenſetur* XXV Iulii. D

S. Audoëni Epiſcopi Redonico natalis *indicatur in antiquo Ms. Trevirenſi S. Maximini. Eſt is* S. Audoënus Rotomagenſis, *& colitur* XXIV Auguſti.

S. Adelphius Ep. Metenſis *notatur à Molano, tamquam ſi hodie eſſet depoſitionis memoria: Molanum ſequitur Diarium Reliquiarum Pragenſis eccleſiæ, cui inſeritur* S. Adelphus Epiſc. *propter* partem de crure aut brachio allatam anno 1372. *Sed errare Molanum oſtendemus, quando ipſum colit Metenſis eccleſia, & inſcribitur Romano Martyrologio, ipſiuſque Molani ad Vſuardum additamentis, die* XXIX Auguſti.

SS. Euodius & Oneſiphorus Apoſtoli *inſcripti ſunt Menæis Chifletianis: aſt aliis ſequenti die. Ex his* S. Evodius Epiſcopus Antiochenus *colitur* VI Maji. *& S.* Oneſiphorus VI Septembr.

S. Amati, Epiſcopi Senonenſis, elevatio Duaci facta, *memoratur à Molano, Sauſſaio, Caniſio, Wione & aliis. Vita ejus erit danda* XIII Septembris.

S. Lamberti, Epiſcopi Trajectenſis, tranſlatio *ſolenni cultu celebratur, & indicatur in quamplurimis Martyrologiis Mss. & excuſis. Dies vero ejus natalis celebratur* XVII Septembris. E

S. Matthæi Apoſtoli tranſlatio corporis Salernum *celebratur in Ms. Florario. Dies natalis eſt* XXI Septembr.

S. Paphnutii Ægyptii Martyris Acta *referuntur ad hunc diem apud Lipomanum & Surium: ſunt ea accepta ex Ms. codice Cryptæ-Ferratæ, quæ perperam Metaphraſti tribuuntur. De iis & S. Paphnutio egimus inter Prætermiſſos* XIX Aprilis.

ſed Acta repoſuimus cum aliis Græcis & Romano Martyrologio ad diem XXIV aut XXV Septemb.

S. Paphnutii Abbatis, & quingentorum quadraginta ſex Martyrum *memoria, indicatur à Molano in Auctario Vſuardi. Videntur illi eſſe qui in Rom. Martyrol. & ab aliis referuntur* XXV Septembris.

S. Saturius Eremita, Magiſter S. Prudentii Epiſcopi Turiaſſonenſis, *memoratur hoc die ex Marietta à Ferrario in catalogo. Tamayus nomen ejus nulli inſcriptum eſſe Martyrologio ait, coli tamen in territorio urbis Numantinæ ſeu Sorienſis, ubi ſepulcrum ejus viſitur, à vicinis oppidanis, & Vitam ac mortem ipſius conſignat ad diem* II Octobris.

S. Cyriaci, Romani Papæ, tranſlatio reliquiarum Tuitiam ad monaſterium S. Heriberti, *inſcripta eſt Faſtis Colonienſibus Gelenii. Ab aliis dicitur ſolũ fuiſſe* Vicarius Papæ, *& adhæſiſſe Vrſulanis, & cum iis martyrio affectus. De qua controverſia poterit agi* XXI Octobr. F

SS. Exuperii & Lupi, Epiſcoporum Baiocenſium, ſuſceptio corporum apud Corbolium in diœceſi Pariſienſi, *memoratur in Supplemento Sauſſaii, &* S. Exuperii *etiam à Ferrario. Colitur hic* I Auguſti. *& S. Lupus* XXV Octobris.

S. Euſicius, Presbyter & Confeſſor Bituriciæ, *ſive* Biturigibus, *nonnullis* Euſebius, *perperam aliquibus* Epiſcopus *creditur, & proponitur apographis Martyrologii Hieronymiani, ac Ms. Richenovienſi, necnon apud Florum ex Mss. Atrebatenſi, Tornacenſi & Lætienſi. In Actis apud Labbæum, quo & alii eum referunt, dicitur in Domino deceſiſſe* XXVII Novembris.

DE S. MARCO EPISCOPO,

ET DVOBVS PRESBYTERIS,

D. P.

MARTYRIBVS ATINI IN CAMPANIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I Vita, paſſio, ac ſepultura ſancti: corporis inventio poſt annos fere mille.

AN. LXXXII Atinum *vel* Atina, *urbs olim Epiſcopalis, nunc ſola veteris celebritatis fama ſtabile oppidum, ad radices Apennini in Campania, hinc Soram inde Caſinum reſpicit, pari fere utrimque milliarium octo intervallo, & in duplo circiter ſpatio vicinum habet Venafrum. Illud quam vane & falſo jactat Deorum antiquiſſimum Saturnum*

S. Petri diſcipulus, *conditorem, eumque apud ſe ſepultum; tam vere gloriatur, fidei Chriſtianæ lumen, inter primas Italiæ, illatum ſibi eſſe à S. Petro Apoſtolorum Principe, & accepto deinde Epiſcopo Marco ejus diſcipulo ſic illud invaluiſſe, ut numquam deinceps extinctum fuerit, licet urbs ipſa crebra excidia ac deſolationes paſſa, tandem ſub Eugenio* III *amiſerit dignitatem*

B *Epiſcopalem. Extat apud Ferdinandum Vghellum, Italiæ ſacræ tomo* I *ad calcem, Chronicon hujus urbis, uſque ad annum* MCCCLVI *haud indiligenter productum, notatiſque dumtaxat præcipuis rebus breve ſatis; ex quo, priuſquam ad cultum Actaque illuſtranda progrediamur, juvat excerpere rerum ad S. Marcum ſpectantium ſummam; omiſſo tamen Vitæ compendio, de quo infra; poſt quod, in explicatione hiſtoriæ, continentis tempora perſecutionis primæ, ita legitur de ejus Martyrio.*

Martyr ſub Domitiano factus, 2 Romanæ eccleſiæ præfuit Cletus annis XII, menſe uno, diebus XI. Sub hujus temporibus Marcus Atinenſis Epiſcopus, diſcipulus B. Petri Apoſtoli, à Maximo, Præſide totius Campaniæ, anno poſt Paſſionem Domini LXIII, IV kal. Maji. *Qui annus ex antiquiſſimis Actis deſumptus, juxta chronologiam Pontificiam, ante primum tomum hujus menſis explicatam, eſſet vulgaris æræ* LXXXII: *& hujus anni Aprilis, menſem dumtaxat* VII *referebat Domitiani, Idibus Septembris imperare exorſi, atque poſt manſuetudinis tenendæ ſpem de ſe populis factam cito reſuſcitantis perſecutionem à Nerone inchoatam. Narrato deinde quæſtionis & tormentorum ordi-*

& à fidelibus raptim ſepultus, C *ne, pergit Chronicon:* demum cum duobus Presbyteris, cum quibus coram judice fuerat præſentatus, ductus eſt extra urbem in campeſtri loco, juxta monumentum quod vocatur Imperiale: ibique capita eorum à corporibus recidentes, ea inhumata reliquerunt. Fideles autem, qui intra urbem abſconſi degebant, noctu pergentes, corpus B. Marci Martyris ſeorſim à capite poſuerunt, alia vero duo in uno condiderunt ſepulcro: & ſic ubi poſita ſunt permanſerunt uſque ad tempora B. Silveſtri Papæ. *Ita chronicon ex antiquis Actis, non diſtinguentibus primam ſancti corporis ſepulturam, tumultuarie factam; ab altera ordinationi, quæ mox indicatur facta per S. Marci ſucceſſorem Fulgentium,* qui

à Fulgentio ſucceſſore decentius reconditur: ſedit annis XXXI, menſibus VII, diebus XXVIII; & ſepelivit corpora Sanctorum Nicandri & Marciani, *ſub eodem Maximo Præſide inter Atinam & Venafrum* XVII *Iunii decollatorum*, juxta corpus Chriſti Martyris Marci, conſtituens ibi parvum habitaculum. Hujus *enim* cura fuit ſtudioſius recondere corpus B. Marci Martyris, & ſeparatim caput à corpore ponere, *utique poſt mortem Domitiani, anno* XCVI *obitam, & poſt ejus acta à Senatu reſciſſa: per quod pax aliqua indulta primum plantatis Eccleſiis, res ſuas ſivit liberius atque ordinatius agere.*

3 *Mortuo Fulgentio Atinenſem Sedem obtinuere Hilarius, Vrbanus, Lucius, uſque ad Eleutherium Papam: qui creatus, ut oſtendimus, anno vulgariter* CLXXI, anno VI pontificatus ſui ordinavit in civitate Atina Salomonem Epiſcopum, qui ſedit annis XXXVI menſes X dies XXV. Hic cum eſſet natione Romanus, facundius ceteris Præſulibus apicem ſui Præſulatus tenebat: compoſuit autem geſta Sanctorum Martyrum Nicandri & Marciani & Marci Præſulis. *Ea cum minus* docte *compoſita viderentur ſeculo* XI (*forte quod tranſcribentium librariorum incuria ſolœciſmis ac mendis ea oppleviſſet*) *rogatus fuit Archiepiſcopus Capuanus infra nominandus, cultiori Latinitati reddere Acta S. Marci: quod ita factum, ut antiqua illa pervexerint in eccleſia legi, uti probat ſermo Ioannis Ep. de Marco circa annum* MXC *compoſitus, in quo ipſa antiquorum Actorum verba allegantur; eademque omnino videtur habuiſſe auctor Chronici, ex iiſque præfatum ſumpſiſſe compendium: quod proinde uſui nobis erit, ad Acta recentius digeſta non uno loco illuſtranda.* E *Deinde Sederunt Atinæ Demetrius & S. Carus, de cujus Martyrio ſequenti die agemus; tum Vigilantius atque Prudentius, Martyrii titulo ad* I *diem hujus ejuſdem menſis conſecratus, uti vidimus.*

Paſſionis Acta ſcribit Salomon Ep. Atin. circa an. 190.

4 *Denique* Melchiades Papa anno *Chriſti* CCCXIV, ultimo ſui Pontificatus, ordinavit in civitate Atina Maximum Epiſcopum, qui ſedit annis XXV, menſibus V, diebus X. In hujus temporibus conſtructa eſt eccleſia in honorem B. Mariæ ſemper Virginis & B. Marci Martyris & Pontificis, in eo loco ubi dicitur Pes-ſilicis, juxta monumentum quod vocatur imperiale, circa viam quæ dicitur monumentorum, magnis lapidibus, diverſis marmoribus & excelſis columnis; in longitudine pedes CLXIII, in latitudine pedes XLII, habens in gyro murum excelſis lapidibus: in qua poſuit corpus predicti Martyris Marci, ſubtus altari majori, in quodam ſepulcro marmoreo, cum lapideo titulo, nomen Chriſti Martyris intimante. Poſuit & caput ejus ſeparatim à corpore, in vaſculo vitreo, ſimul cum clavis, in angulo ipſius baſilicæ ab occidentali parte. Poſtea Julius Papa, primo anno ſui Pontificatus, qui fuit Chriſti CCCXXXVII, ordinavit in civitate Atina Eugenium Epiſcopum, qui ſedit annis XXXI menſibus IX diebus XVI. Sub hujus temporibus conſtructa eſt arca, ubi requieſcunt corpora SS. Nicandri & Marciani juxta Majorem eccleſiam à parte Septentrionali. *Hactenus Chronicon: moxque de Eugenii ſucceſſore Romano agens, loquitur iteram de* prædicta eccleſia S. Mariæ *ſive Majori; & addit*, quæ nunc eccleſia S. Bartholomæi Apoſtoli dicitur, quæ ſita eſt in loco qui dicitur Pes-ſilicis, ubi & B. Marcus recepit Martyrium & per multa tempora quievit: & hic etiam erat Epiſcopatus.

templum extruxit Maximus Ep. circa 330 *an.*

quod ei cathedrale fuit. F

5 *Pergit poſtea narrare auctor, quomodo exciſa funditus urbs temporibus Arcadii Imperatoris, reſtaurata ſit Pontificatu Leonis I, ideſt circa medium* V *ſeculi; & quomodo munientes eam Atinenſes, ædificaverunt in arce eccleſiam S. Mariæ, ac juxta eam Epiſcopium, priori ſcilicet loco in ſuis ruinis manente. Poſt annos paulo plures quam centum, deſtructa denuo civitas atque eccleſia, denuo reſurrexit circa annum* DCXXX; *& Epiſcopus loco eſt datus. Cumque anno* DCCCLXVIII *Epiſcopatus Capuanus eſſet in Archiepiſcopatum evectus, ſubjecta ei cum aliis ſuffraganeis eſt eccleſia Atinenſis, in qua anno* MXXXIV *Adenulphus Archiepiſcopus tertius conſtituit Epiſcopum Leonem, qui* religioſiſſimus vir

Vrbi circa an. 630 *reſtaurata,*

A vir & Deo amabilis, vixit in Epiſcopatu annis viginti octo, *ſcilicet ut que ad annum Chriſti* MLXII. *Dixi creatum anno* MXXXIV. *Licet enim Hiſtoria Inventionis S. Marci videatur ejus initia differre ad decennium: hoc tamen librarii erratum potius eſſe videtur, quam auctoris. Nam cum dicatur inſtitutus Leo tempore Conradi Imperatoris, qui anno* MXXXIX *obiit; patet erratum eſſe in numero: cauſam vero errandi præbuit annus* MXLVI, *quo notabatur inventum corpus S. Marci. Et quia in dicta inventionis hiſtoria, ita res narratur, ut non appareat à conſecratione Leonis uſque ad ipſam multum fluxiſſe ſpatium, ideo præſumpſit ille utrobique numerum* XL *ſcribere. Quod eſſe evidens mendum facile apparebit ex chronico, juxta quod,* hujus *Leonis* tempore conſtructa eſt eccleſia S. Mariæ in templo Saturni: hujus etiam tempore inventum eſt corpus Chriſti Martyris Marci, quod latuerat in epiſcopio Atinenſi, *videlicet veteri & deſolato,* ſub altari majori, *jam pariter deſtructo:* quod *altare ob patrata in loco miracula, de quibus hiſtoria, Leo ipſe* poſtea dedicavit in honorem S. Bartholomæi, juxta corpora SS. Nicandri & Marciani, *ſeu verius* antea dedicaverat. *Sane quando fuit inventum corpus S. Marci, jam ſtabat altare; non quidem ſupra ipſum corpus, de quo nec cogitabatur quidem; ſed juxta illud & prope ſepulturam Sanctorum dictorum; ipſam tamen fortaſſis vacuam, corporibus Venafrum tranſlatis tempore deſolationis, quod poterit* XVII *lunii examinari: ſatis eſt hic animadverſiſſe, fabricationem Cathedralis eccleſiæ non debere præſumi ipſo ſtatim Epiſcopatus initio ſuſceptam, & uno anno fuiſſe abſolutam, quod tamen dici deberet, ſi anno* MXLIV *ordinatus Leo, anno* MXLVI, *in dictam eccleſiam, utique jam abſolutam, intuliſſet corpus S. Marci.*

anno 1034 datur Epiſcopus Leo,

qui reſtauravit & dedicavit eccleſiam S. Mariæ Cathedralem,

in eamque intulit corpus S. Marci an. 1046

B

6 *Cum autem à Leone* condita atque benedicta *eſſet* eccleſia & reſtaurata, *ipſe* de rebus quas tunc habere videbatur, in eadem eccleſia conſtruxit cameras, in quibus ipſe & ſui ſucceſſores habitarent, juxta majorem eccleſiam ob Occidentali parte. *Interim inventum eſt anno* MXLVI, VI *Kal. Auguſti, corpus S. Marci & in Epiſcopium, id eſt novam Cathedralem, delatum. Deinde animum applicuit Leo ad Canonicam diſciplinam eodem in loco ordinandam; atque* in mente ſtatuit, ut Atinenſes Clerici ad eccleſiam S. Mariæ ſponte & voluntarie pariter convenirent, & divinum ſervitium unanimiter Domino exhiberent, ad honorem ſanctæ Dei Genitricis & ob reverentiam corporis beatiſſimi Martyris Marci, Atinæ civitatis Antiſtitis.... Convocatis igitur univerſis Clericis, una cum D. Lando illuſtriſſimo Comite & Advocato Bernardo, pariter cum omni populo civitatis, *ſuæ* voluntatis arbitrium & propoſitum in mente conceptum iis omnibus aperire curavit... & juſtum viſum eſt univerſis, ne Clerici per diverſa vagantes, & ſeculares curas atque ſolicitudines ſemper gerentes, in divino ſe famulatu exercere, prout condecet, minime poſſent. Proinde Clerici conſilio habito, quidam ex ipſis, non inviti neque coacti, ad eccleſiæ ſervitium gratuito pectore & ſincera voluntate ſe contulerunt; videlicet Theoto, Angelus, Joannes, Almundus, Albertus, Joannes, Leo, Benedictus, Petrus & Joannes Presbyteri, & Benedictus Archidiaconus, & Gregorius & Marcus Primicerii; Dominicus & Atinus. Hi omnes rationabile obſequium Deo repræſentantes, ut ambularent in domo Domini cum conſenſu, ad Altare ſanctæ Dei Genitricis ſeſe cum omnibus ſuis rebus humiliter obtulerunt.

& ibidem inſtituit Congregationem Canonicorum Regularium,

C

privilegiis & fundis eam ſtabilient,

7 *His autem & omnibus eorum veſtigia ſecuturis concedit Leo privilegia multa, fundoſque nonnullos per diploma, quod extat in fine Chronici Atinenſis vel à ſcriptore vel ab Ughello additum, datumque (ut præfert titulus)* anno ab incarnatione Chriſti milleſimo quinquageſimo ſexto, menſe Julio, indictione VIII, reſidente in urbe Roma ſummo & univerſali Pontifice Domino Papa Victore, & Imperante D. * Conrado piiſſimo Imperatore, & Capuanam eccleſiam gubernante Adenulpho Archiepiſcopo. *Vbi facile condonabis librario, quod mutare vel ſupplere præſumpſerit nomen Imperatoris: ſuſpicari enim quis poſſet ab aliquo, cui plus zeli quam doctrinæ inerat, exiſtimante eum qui dicto anno imperabat Henricum, ipſum eſſe qui patri mox defuncto ſucceſſit quinquennis, & propter ſchiſma rebellionemque adverſus Eccleſiam pene ſemper excommunicatus vixit, & indignum judicante tam iſceleſti hominis nomen in fundatione ſui Ordinis legi, extritum illud fuiſſe; & qui ipſum ad calcem Chronici deſcripſit nomen arripuiſſe Conradi, quod meminerat in ordinatione Leonis legiſſe. Intelliges præterea, numerum indictionis conſiderans, eumque cum anno Chriſti conferens; etiam Atinen es anni communis rationem novem menſibus iſta ætate prævertere ſolitos, ſicut de Hetruſcis & Vmbris demonſtravimus, atque adeo annum hic debere accipi* MLV, *idemque dicendum eſſe de annis infra notandis, quoties ultra Martium menſes adjuncti proceſſerint: adeo ut hujus inſtitutionis principium Atinæ incideret in ipſa initia Victoris Papæ II,* XIII *Aprilis creati, quod etiam confirmans Chronicon Atinenſe,* Tempore, *inquit,* Victoris Papæ II, facta eſt Congregatio Atinenſis in eccleſia S. Mariæ.

anno 1055.

inſigni fama virtutis mox claruit.

8 *Erant ſcilicet hæc illa, felicia dicam? an infelicia tempora, quibus, totius pene Italiæ Clero Simoniæ atque concubinatus vitiis implicito, ex tantis tenebris cœpit emergere lumen indeficiens, Ordo ſcilicet Canonicorum Regularium; ſi non tunc primum inſtitutus, certe tunc primū ad eam reductus formam, qua Ordinem in Eccleſia ſingularem conſtituit, ad reformationem univerſi Cleri. Tunc enim ſuſcitavit Deus ſpiritum Ioannis Lucenſis Epiſcopi, quo à corrupta Cleri maſſa ſegregatos viros, diſciplinæ ſanctioris cupidos, in unam eccleſiam ſub Canonica regula victuros, collegit; & ſuo exemplo alios quoque Epiſcopos provocavit ad idem tentandum, in quibus Leo iſte unus fuit, ut ex dictis apparet: cœptoque ſemel operi ad perfectionem adducendo non parcam adhibens manum,* fecit & dormitorium Canonicorum, fecit & refectorium ad utilitatem Fratrum, fecit & coquinam cum piſtrino. *Ipſi verò ambulantes in novitate ſpiritus, nequaquam cultoris ſui defuerunt induſtriæ: ſed eorum novella vinea tam gratum ſui odorem tota Campania ſparſit, ut prænominatus Adenulphus Capuanus Archiepiſcopus, ab iiſdem rogatus S. Marci Paſſionem expolire, non potuerit ſe explere colligendis ex ſacra Scriptura ſimilitudinibus, quibus eximiam ipſorum virtutem illuſtraret. Id autem laudatiſſimus Præſul fecit ſub vitæ ſuæ mortalis finem, quem ante annum* MLIX, *ipſi contigiſſe affirmat & probat Vghellus.*

E

Quæ aque ac alia alibi Congregationes ejuſmodi,

F

§. II Tranſlatio & cultus S. Marci: quædam de eo figmenta rejecta.

Dum fabricatur eccleſia propria invenitur Caput,

9 INventum *anno* MXLVI *S. Marci corpus, in eccleſia Cathedrali, ut jam vidimus, depoſitum erat, & ibidem anno* MLV *honorabatur, uſque dum propriam ſibi eccleſiam exigens Sanctus, ea de re moneri Antiſtitem juſſit. Hoc autem mandata exequente, & opus cito conſummandum urgente, pios Atinenſium conatus remuneratus eſt Sanctus exhibitione ſui Capitis, quod pridem à corpore ſejunctum deſiderabatur. Interim vero urebat agros ſiccitas exitialis: ſed & hanc tollendam copioſæ pluviæ largitione idem Sanctus promiſit, quam primum in recentem ædem illatæ eſſent Reliquiæ ſuæ. Id ergo propere factum eſt, ſimulque dedicata nova eccleſia S. Marci,* III Nonas Octobris, *incenſis populi ſtudiis nullam moram indulgentibus Epiſcopo, qui longius tempus abſolvendo operi deſtinarat, ſtatueratque dedicationem celebrare anno ſequenti, recurrente anniverſaria inventi Corporis memoria,* XVI *Kalendas Auguſti. Cum vero dedicationes eccleſiarum ſoleant Dominicis diebus celebrari juxta ritum Romanæ Eccleſiæ, ex ipſo prænotati diei concurſu cum Dominica facile erit definire, quod dedicatio eccleſiæ novæ facta fuerit anno* MLXIII, *cui littera Dominicalis fuit* E.

& in illam cum corpore infertur.

anno 1063.

AUCTORE D. P. *At, inquies, ſi anno Chriſti* MXXXIII, *Epiſcopus Atinenſis ordinatus eſt Leo, hic autem ſolum* annis viginti octo ſedit, *uti ad longum ſcribitur in Chronica apud Vghellum; jam profecto oportet mortuum fuiſſe. Fateor, ſed cum Chronica illa annos Epiſcoporum primorum Atinenſium componens cum annis Romanorum Pontificum, horum ſeriem ſic invertat ac turbet,* ut vix caſtigata tolerabilis evadere poſſe videatur *Vghello, non eſt cur numerum inibi notatum adhæreamus ſolicite, ſi quando evidentior ratio cogit alio deflectere; ſicut hic coëgit Conradi Imperatoris obitus, & nunc evidens probatio inſtitutæ anno* MLV *Congregationis Canonicorum Regularium, atque poſt eam factæ Tranſlationis Dedicationiſque* III Nonas Octobris, *in die Dominica. Licebit iguur errorem manifeſtum corrigere, &* triginta octo *legere, pro* viginti octo, *ac ſic uſque ad annum* MLXXI *in vivis retinere Leonem. Nam de ſucceſſore ejus Palumbo aliud non ſcimus ex Chronica, quam ordinatum eſſe* tempore Henrici Imperatoris: *ubi titulus* Imperatoris *adhuc indulgentius accipi debet, quandoquidem coronam Imperii ſibi non aſſumpſerit Henricus ante annum* MLXXXIV.

Hiſtoria inventionis tranſlationiſque ſcripta,

10 *His animadverſis venio ad hiſtoriam Inventionis Tranſlationiſque, quam ex MS. vetuſtiſſimo Caſinenſi, litteris Longobardicis exarato, tranſcriptam habuit ac nobis Romæ dedit Ferdinandus Vghellus, una cum Vita ab Adenulpho concinnata, cum hymnis officii proprii, verſibuſq; dictam inventionẽ deſcribentibus; necnon cum Sermone Bonifacii circa annum* CCCCLXX *Epiſcopi Atinenſis, in laudem SS. Martyrum Marci, Nicandri & Marciani: aliuſque duobus ſermonibus ante laudati Leonis pro feſto S. Marci, & pro die Octava; & quarto ſermone Ioannis, ſub annũ* MLXXIV *æque Epiſcopi Atinenſis: quæ omnia tunc recenter erant ab eo excuſa in tomo* 6 *Italiæ ſacræ, ubi de Epiſcopis Atinenſibus agitur.*

nonà pradicto Leone Epiſc.

Sed non placet, quod prænotata Inventionis Tranſlationiſque hiſtoria dicatur edita à Domno Leone venerabili Epiſcopo Atinenſi. Etenim accuratius eam legenti apparet, non tantum alium eſſe auctorem: ſed talem qui poſt Leonis mortem, & quidem annis non paucis elapſis ſcripſerit, ipſo tamen Presbytero, cui caput S. Marci fuerat revelatum, adhuc vivente, & quæ viderat paſſim narrante, atque adeo intra annum LXX *aut ſaltem* LXXX *undecimi ſeculi. Quia Presbyter ille, cum facta ſibi anno* MLXII *revelatio eſt, notatur fuiſſe* veteranus; *& viſio refertur,* ut ipſe hactenus narrat: *de Leone autem dicitur,* quidam ibi ordinatus Epiſcopus, ſolicitus reſtaurandis ſui Epiſcopatus eccleſiis, *cum diœceſim obit, veniſſe in locum; ub dum juſſu ejus repurgatur eccleſia S. Bartholomæi, inventum eſt corpus S. Marci. Cumque explicata eſſet ſeries dedicationis facta, negat auctor ſilentio prætereundum* quid in hac urbe, Clemens Dominus apud venerabiliſſima pignora operari dignatus eſt præſenti anno, *aliudque in monacho Caſinenſi patratum* cum *prius* miraculum ſcriberetur.

ſed aliquãtis annis poſt ejus obitum,

C

ab alioquopiam Atinenſi:

11 *Igitur poſt Vitam ab Adenulpho conſcriptam (quam etiam ex MS. Capuano exceptam anno* MDCXLIV *nobis miſerat Silveſter Ayozza) omiſſis officii proprii Antiphonis, hymnis, reſponſoriis atque orationibus (hymni autem poſſunt apud Vghellum legi) damus hiſtoriam jam memoratam, ſed abſque auctoris nomine, quod* Leo *eſſe potuit, ac forte is qui inter primos Congregationis Atinenſis Canonicos ſupra memoratur; ſed non potuit eſſe* Leo Epiſcopus Atinenſis. *Quod ſi admittendus eſt Epiſcopus; auctor* Palumbus *hic fuerit, qui poſt Leonem* tempore Henrici Imperatoris ordinatus, ſedit annis XV, *ut ſcribitur in Chronico. Poſt hiſtoriam ponentur diſticha, de inventione compoſita: neque enim credimus ipſa Adenulphi eſſe, imo nec Leonis (de quo tamen in Chronico legitur quod in majori eccleſia, conſtructo ciborio ſuper altari majore,* illud verſibus curavit ornare in circuitu ipſius laboris) *ſed alterius etiam junioris, qui vel ex populari traditione, vel ex informatione certiori, adjecerit inventioni circumſtantias aliquas, pene contrarias hiſtoricæ relationi, & ſaltem in hac præteritas: quod minime, credo, contigiſſet, ſi diſticha ſcripta & probata fuiſſent priuſquam hiſtoria componeretur.*

deinde diſticha, male tributa Adenulfo Capuano.

D

Dui multa de S. Marco ſcripſiſſe dicitur Petrus Diaconus,

12 *Petrus Diaconus, Caſinenſis Chartularius ac Bibliothecarius, libellum de viris illuſtribus Caſinenſibus ſcripſit, ad cujus calcem, neſcio quis alius, ipſius Petri elogium pro capite* 47 *addidit; enumerans ea omnia, quæ idem Petrus ſua deſcripſit manu, partim ab aliis partim à ſe compoſita, partim compoſita ab aliis & à ſe aucta vel illuſtrata. Hanc triplicem ſcriptorum Petri diſtinctionem non intelligens Baronius, in Notis ad Romanum Martyrologium, citato perperam cap.* 44 *pro* 47, *ita loquitur, quaſi omnia hactenus commemorata de S. Marco compoſuiſſet Petrus, nullum alium allegans qui ſcripſerit de S. Marco. Vghellus de iiſdem Vita, Tranſlatione, Miraculis, à Petrò Diacono ſcriptis, loquitur tamquam diverſis à Vita quam Adenolphus edidit, & à tranſlatione quam Leoni Epiſcopo perperam imputat; & quod mirabilius eſt, expreſſe addit;* quæ omnia MSS. extant apud me hactenus inedita. *Interim edens ipſe quæ inedita eatenus fuerant, nihil adfert ſub nomine Petri Diaconi, nec videtur habuiſſe, quod ſub iſto referret nomine, quia omnia hujus generis MSS. apud ipſum exiſtentia, ipſomet petente & nobis ea data volente, ſcrutati, nihil tale invenimus. Sed ea ſolum quæ partim hic damus partim tomo* 1 *Italiæ ſacræ poſſunt legi.*

ſolum ab aliis compoſita tranſcripſit,

13 *Ipſum tamen Petri elogium audiamus.* Anno Incarnationis Dominicæ MCXXVII, ætatis autem ejus XXI, ad exilium directus eſt: in ipſo autem dum eſſet exilio.... deſcripſit ad Oderiſium Abbatem paſſionem B. Marci & ſociorum ejus.... *ac multas quæ ibidem ſubſequenter notantur Sanctorum Vitas:* deſtructionem quoque & reſtaurationem Atinæ urbis in B. Marci adjunxit hiſtoriam.... Tranſlationem B. Marci in civitate Atina & ejus miracula exaravit: Cantus B. Marci compoſuit, & Sanctorum Nicandri & Marciani. *Quæ ſic videntur intelligenda, ut Capuæ, ubi tunc Adenulphus Comes præſidebat, exulans Petrus, SS. Marci, Nicandri & Marciani Paſſiones tranſcripſerit in unum codicem; Marci quidem ab Adenulpho, Marciani vero & Nicandro à neſcio quo, forſitan ab eodem Adenulpho, cultiori Latinitati redditam, eiſque proprio ſtylo adjunxerit appendicem de deſtructione & reſtauratione Atinæ: ac rurſum Tranſlationem & miracula ejuſdem S. Marci in alio Codice ſcripſerit; eiſque addiderit Cantum, à ſe de eodem Sancto compoſitum. Porro ipſius* Petri Diaconi ac Bibliothecarii rogatu (*ut dicitur cap.* 43) Petrus Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus, Paſſionem B. Marci verſibus exornavit, *qui hactenus latent aut perierunt. Denique Vgello & Ferrario teſtibus,* Petrus Paulus Florus Utbinas contexuit Vitam & Paſſionem Marci, quæ Romæ anno MDXCIX edita eſt. *Nos eam non vidimus, nec magni videntur æſtimaſſe Vghellus & Ferrarius, unum ſolum arguendo oſtendentes, quod in aſſignando anno Martyrii ſub Domitiano peracti, numerum, qui cum reſpectu ad Chriſti paſſionem in Actis antiquis notabatur, ad Incarnationem ejuſdem Chriſti tranſtulerit palmario mendo.*

alia aliorũ ſcripta.

E

Cultus Atinæ,

14 *De cultu & quidem ſolennißimo S. Marci apud Atinenſes dubium eſſe nullum poteſt, cum extet Officium proprium, extentque ſermones de quibus dictum. Imo feſtum fuiſſe duplex, alterum paſſionis hoc* XXVIII *Aprilis, alterum inventionis* XVII *Iulii, ſatis ex iiſdem cognoſcitur. Quod cultus iſte ad vicinas eccleſias, puta Venafranam, Soronam atque Caſinenſem ſeſe extenderit, quis auſit affirmare? quando nec Capuæ quidem (cujus urbis Archiepiſcopus Adenulphus ea elaboravit, quæ adhuc ibidem in iſtius Eccleſiæ monumentis ſervantur, Vitam ſcilicet & Officium proprium) quando, inquam nec Capuæ locum invenit in Kalendariis quatuor, quæ ad iſtius urbis uſum conſcripta, jam olim Sanctuario ſuo Capuano inſeruit Michael Monachus? Primus externorum Cardinalis Baronius, Martyrologium Romanum recognoſcens, S. Marci memoriam ab univerſa Eccleſia faciendam ordinavit his verbis:* Atinæ S. Marci, qui à B. Petro Apoſtolo Epiſcopus Ordinatus, Æquicolis (*in quibus Sora Baronii patria*) primus Euangelium prædicavit, & in perſecutione Domitiani ſub Maximo Præſide

F

nomen in Romano Martyrol.

A Præſide martyrii coronam accepit. *Baronii ſeu potius Atinenſis Eccleſiæ auctoritatem ſecutus eſt Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ quoddam Vitæ compendium texens.* Presbyteros duos, *Martyrii ſocios, nos adjunximus, ex fide Chronici Atinenſis, tamquam Actorum veterum relationi innixa, quamvis eorum non meminerit Adenulphus in Vita à ſe expolita. Quod enim eorum nulla jam fiat in ſacris mentio, ex eo ſolum arbitramur factum, quod omnis Atinenſium devotio adhæſerit S. Marco, & ſic in oblivionem venerint ſocii, eo facilius, quod eorum in quo ſimul conditi ſunt ſepulcrum, non fuerit cuiquam revelatum aut requiſitum.*

Hiſpaniis affingitur S. Marcus, 15 *Qui ſub Iuliani Petri nomine, commentus eſt Adverſaria, mendaciis apertiſſimis ſcatentia, cum in Græcorum Menologio, quod Sirletus compilavit, Caniſius edidit, legiſſet hæc verba ad præcedentem diem* XXVII, Eodem die SS. Ariſtarchi, Marci & Zenonis. Fuerunt hi tres ex LXX... Marcus eſt quem conſueto nomine Joannem vocabant, cujus Lucas meminit in Actibus Apoſtolorum: fuit autem Epiſcopus ab Apoſtolis conſtitutus in Bibliopoli; *hæc inquam cum legiſſet, & rurſum ſequenti die in Romano Martyrologio inveniret Marcum Atinenſem Epiſcopum, verbis jam relatis commemoratum; occaſione* Bibliopolis, *non ita longe abeuntis à nomine* Bil-
B bilis, *occaſionem arripuit procreandi monſtri, in cujus anatomia facienda, nequidquam deſudarent poſteri, figmentorum ſuorum defenſores. Omnium ſententias diſcutit refertque Tamajus in Notis ad ſuum Hiſpanicum Martyrologium. Pſeudo-Iuliani verba num.* 2 *hæc ſunt:* Florebat adhuc ſancta memoria Marci, cognomento Joannis: qui comitatus Petrum & Paulum, prædicavit Bilbili in Celtiberia, rurſus alibi; ac poſtea Romæ à Petro Apoſtolo Epiſcopus ordinatus, miſſus eſt Atinam in Æquicolis; & ibi prædicans, in perſecutione Domitiani ſub Maximo paſſus eſt. *Hæc ille,* quæ quantis gloſſematum interlineationibus laborent *oſtenſurus Tamajus, rem eo adducit, ut probare conetur; hinc quidem arguendos Græcos, quod expoſam ſæpius à Baronio auctoritatem Dorothei ſibi proponentes ſequendam, Marcum, qui & Ioannes dicitur, crediderint fuiſſe Epiſcopum Bybli (id enim omnino fictitium eſſe contendit, poteritq; ad* XXVII *Septembris examinari) inde vero corruptum eſſe textum Iuliani, quod Marcum, Atini à S. Petro converſum (ſicut in Actis propriis legitur) confuderit cum iſto S. Pauli ſocio; tandemque concludit eſſe legendum,* memoria Marci, qui comitatus Petrum, poſt Paulum ad Hiſpanias, prædicavit Bilbili *&c. Et ſic pro meriſſima veritate omnia habenda eſſe contendit, neque dubitari poſſe,* inſpectis D. Didaci Porto-Carrero & Roderici de Acuña relationibus, qui ſine examine totam Juliani ecphraſim ſuis idiomatibus traduxere.

C 16 *Vltima hæc Tamaji verba ſpectant alium Pſeudo-Iuliani locum de eodem Marco num.* 390, *ubi is veritus ne parum eruditus in litteris ſacris videretur, niſi oſtenderet ſciviſſe ſe, quod Marcus cognomento Ioannes fuerit S. Barnabæ Apoſtoli conſobrinus, quod fuiſſe multis argumentis Baronius aſſerit; nec volens prætermittere occaſionem gratificandi Bracarenſibus, hactenus melius ignorantibus quis S. Marcus apud ſe coleretur; denuo prædictum locum retexuit, eique primum inſeruit iſtud de conſanguinitate cum S. Barnaba: deinde hanc clauſulam addidit in gratiam Bracarenſium,* Paſſus eſt XXVII Aprilis: cujus corpus poſt tranſlatum eſt Bracaram in Hiſpaniam: quod ego vidi coluique cum Domino meo Archiepiſcopo Bernardo, ibidem nonnullos menſes commorante. *Tamajus ex Acuña cap.* 23 *eamdem fictionem exornat his verbis:* S. Marci venerabile corpus exinde Braccaram tranſlatum eſt, ubi in antiquiſſima capella ſuo nomini dicata ad campum dos Remedios in jaſpidino ſarcophago decentiſſime jacet. Ibidem plurima Deus beneficia tanti Martyris impetratione hominibus impartitur. Ibidem Interamnenſium accolarum concurſu ſancti Præſulis pignora viſitantur, muneribus afficiuntur, & totis viſceribus venerantur & coluntur. Humi pulvis ex ſarcophago extractus variis medicamen eſt ægritudinibus. Juxta capellam Xenodochium conſpicitur. Via eſt in urbe, quæ S. Marci vocatur, ideo quod per illam ad oratorium devenitur, à quo nomenclaturam accepit. Quo tempore hæc facta fuerit tranſlatio ignoratur, aut ſcribentium incuria aut annorum labilitate. *Hæc ille.* Auctoris D. P.

cujus corpus Bracaram tranſlatum volunt,

occaſione Marci cognati S. Barnabæ,

17 *Verum cum hujus tranſlationis non meminerit Chronicum Atinenſe; ipſique Scriptores Hiſpani, quantumcumque ſcrutati, nihil de tempore, quo facta illa fuerit, in ſuis monumentis reperire ſe fateantur; credere non poſſumus, corpus illud, quod Pſeudo Iulianus circa annum* MCX, *apud Braccarenſes cum Archiepiſcopo ſuo Toletano ſe vidiſſe fingit, idem eſſe, quod Atini anno* MXLVI *inventum, & annis* XV *poſt novo ibidem ad hoc exſtructo templo illatum fuit. Quis enim ſibi perſuadeat Atinenſes, adhuc Epiſcopum proprium habentes, cariſſimo primi Apoſtoli ſui & Epiſcopi pignore tam lætanter invento, & nova Baſilica tam liberaliter honorato, aut privaſſe ipſos ſe iſtud aliis donando, aut per vim fraudemque eo meruiſſe privari, cuſtodiendo negligenter? Quomodo autem tam inſignem eorumdem vel munificentiam vel jacturam auctor Atinenſis Chronici ignorare potuit? aut ſi eam ſcivit, quomodo hoc quoque notandum ſibi eſſe non credidit, qui omnia de S. Marco conatus eſt accurate docere, ſicut initio hujus Commentarii vidimus? Dicendum eſt ergo alterius Sancti cujuſdam Marci corpus illud eſſe. Certe Antonius Vaſconcellius in deſcriptione Luſitaniæ, S. Martum, qui Braccaræ colitur, Confeſſorem vocat; cum is, qui Atinenenſium fuit Epiſcopus, Martyr obierit. Verba ejus pag.* 521 *n.* 3, *hæc ſunt:* In fano Bracharenſi, cui nomen à D. Marco, ſitus eſt ejuſdem nominis Confeſſor, qui ibidem claruit, cumque alibi obiiſſet, in eum locum eſt tranſlatus: ubi & ſanctitatis fama & miraculis enitescit. *Denique ignorare potius videntur Scriptores Hiſpani corpus illud, quod Braccaræ ſervatur, cujus S. Marci ſit: Auguſtinus enim de Caſtro Archiepiſcopus Braccarenſis, in literis, quas anno* MDXCIV, *ad Clementem* VIII *dedit, ita ſcribit:* In hoc Xenodochio, dicato D. Marco, ſancti cujuſdam Marci Reliquias veneramur. *ubi corpus alterius S. Marci Confeſſoris aſſervatur.*

ACTA

Auct. Adenulpho Archiep. Capuano.

Ex MSS. Caſſinenſi & Capuano, collatis cum editione Vghelli. F

EPISTOLA DEDICATORIA.

Ad Clerum Atinenſem

ÆTerni Regis diſciplinam ſequentibus, univerſis in Chriſto ſanctiſſimis Fratribus, in ſanctæ Dei Genitricis eccleſia vitam Angelicam exercentibus, Adenulphus Capuanæ Sedis Archiepiſcopus, calculum candidum à Jeſu Chriſto Domino feliciter promereri.

qui ſanctus ipſe, 1 In unitate fidei mirabiliter congregati, formam vobis ſumitis ſanctitatis; & terram Ægypti caliginem fugientes, ſpirituali cantico veſtris in labiis reſonante, ad repromiſſionis terram ſicut alacriter ita etiam & feliciter properatis. In montem Dei Oreb greſſu inflexibili conſcendentes, poſteriora Domini felici oculo intuemini; ubi vos Moyſe nobiliter *a* educente, cum populo via regia gradientes, neque ad ſiniſtram neque ad dextram declinatis; ſed curſu indeclinabili eum ad patriam introductum efficaciter edocetis. Antiquorum Patrum ſacra veſtigia imitantes, Patriarcharum pariter ac Prophetarum doctrinam, eo quo debetis pio religionis intuitu proſequimini,

a

& populum ſuum recte inſtruens,

PER ADENULPHUM EX MSS.

mini, qui in deſerto & in invio & inaquaſo Scripturarum puteos fodientes, mirabile vobis exemplum in ſuis Actibus tradidere; quia in aquarum nimia affluentia, divinæ ſcientiæ largifluos fontes ſpiritualiter reſeravere. Habetis in cordibus aquam vivam, ſalientem in vitam, cujus plenitudinis inundantia totam terram irrigatis; & ut fidelium per vos mentes refulgeant, aurum exinde optimum apportatis.

2 Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, Jeſus Chriſtus in domicilio veſtro, doctor ſimul & hoſpes, inhabitat: cui cum Martha miniſtrare & cum Maria ejus eloquia caſta diligentes audire ſtudetis. Sedentes in ſpeluncæ oſtio cum Elia, expectatis ſibilum auræ tenuis, qui nimirum ad ſupernæ patriæ gloriam ineffabili cordis inſpiratione vos provocat & invitat. Duplex illius ſpiritus in vobis remanſit, quoniam aſcendentem illum cum Helizæo vidiſtis: unde & Prophetarum filii vos cum Helizæo ſequuntur: quia fidelis populus ad honeſtatis & religionis veſtræ doctrinam pio caritatis intuitu invitatur. Circum doctrinas ſane murus inexpugnabilis, & protegit vos dextera Chriſti; qui mentes veſtras ab omni ſorde vitioſa *b* elimat, & immenſa ſuæ gratiæ inſpiratione illuſtrat.

optimiſque exemplis præcedens,

b

B

3 Jam denique per plateas Jeruſalem, quæ auro mundo ſternuntur, cum virtutum odore inceditis: & almis ſanctorum Patrum veſtigiis inſiſtentes, eorum tam vitas quam paſſiones recolitis ſolenniter & celebratis. Specialia tria virtutum genera diligentes, medio noctis tempore ad amicum acceditis, & tres panes Euangelicos ab eo cum maxima precum inſtantia, imo cum importunitate nimia, poſtulatis. Eos namque qui Jeſu Chriſti ſunt præcepta mirabiliter executi, tanta mentis devotione colitis & honoratis, ut & in paſſione ſocii, & virtutum ſplendore in eis videamini ſemper eſſe *c* proſpicui. Rutilat inter vos pretioſus Martyrum cruor, quorum beatiſſima patrocinia civitatis veſtræ honorem amplificant & exaltant, & inter adverſa vos protegunt & defendunt, & inter proſpera lætificant & exornant. Sæva perſecutorum rabies, cum plures Sanctorum longe, lateque gladio peremiſſet, beatiſſimum Marcum ſpecialem vobis reddidit Martyrem; eumque in Atinenſi nobiliſſima civitate ſanguinis effuſione & martyrii palma glorioſum effecit.

ac Sanctos rite colens,

c

S. Marcum imprimis,

4 Colitis igitur Martyrem veſtrum, eumque tanto propenſius celebratis, quanto propenſius in Chriſti amore ferveſcitis. Cujus venerandæ paſſionis hiſtoria, quæ minus docte fuit olim à quibuſdam compoſita, meæ ſimplicitatis imperitia, ut iterata vice componendo ediſſeram, poteſtativæ precis auctoritate compellitis: & quod de tanti Martyris conſtantia, immenſa Philoſophorum expromere deberet facundia, meæ inſcientiæ parvitati, violenti exactione, elegantiori ſtylo referare injungitis. Piæ quidem voluntatis eſt quod imperatis, & ab univerſis laudabile quod depoſcitis: ſed niſi veſtris orationibus fulciatis, in via prius deficiam, quam ad patriam recto itineris curſu perveniam. Confiſus tamen de eo, qui turbam in deſerto, ne in via deficeret, ſuæ ubertatis gratia pavit; & diſcipulos ſuos in campeſtri loco, ut alios docerent, edocuit; opus aggrediar quod jubetis, veſtræque petitionis voluntatem ſupplere in omnibus ſtudebo: & quod recto conſiderationis intuitu poſtulatis, ſecundum mearum virium facultatem, etſi eloquentia ſterili, relatione tamen veridica & *d* animo fertili executioni magnopere mandare curabo.

C

Paſſionem ejus rudiori ſtylo ſcriptã

cultius ſcribi petiit:

d

quod aggreditur auctor nil ſollatu-rus novi.

5 Univerſaliter igitur omnes in Domino commonentes rogamus, ut ſacratiſſimi Martyris triumphum atque victoriam, qualiterque ad ætherea regna laureatus aſcenderit, illius paſſionem geſtaque legentes, tota mentis intentione percipiant, atque totius poſtpoſito dubietatis ſcrupulo fideliter credant. Nemo ſiquidem me exiſtimet novellam martyrii plantationem in Jeſu Chriſti Eccleſia introducere: quia antiquus eſt iſte Martyr; non rudis nec novitius, ſed ex primitivæ naſcentis Eccleſiæ prole fœcunda, beatiſſimus Marcus, inter primos unus fuit de primis alumnus, ſicut in ſubſequentibus, Domino largiente, geſta narrabit hiſtoria. Nunc igitur univerſos iſtius Martyris votiva ſolennia recolentes, ex quo debemus benigno pietatis ſtudio exoramus; quatenus & Chriſti amor ſemper in vobis ferveat, & ſui militis invictiſſimi concepta in mente devotione, *e* fulgeſcat etiam, prout credimus & ſperamus, tam eccleſiæ veſtræ ſpecialis honor, quam & totius civitatis inexpugnabilis cuſtos.

D

e

Impreſſa apud Vghellum hæc eadem, nonnullis mendis conſperſa, exhibent: ita ut legatur

a Educante. b Eliminat. c Conſpicuus.
d Omnino. e Frigeſcat.

quæ omnia, minus commodum ſenſum reddentia, deſcriptorum imperitiæ deputantes, ad ſenſum meliorem levicula mutatione reduximus, in tribus primis locis ſecuti MS. Capuanũ; quod in duobus poſtremis eoſdem cum Vghello errores habet.

E

PROLOGUS.

6 INeffabilis ſummæ Deitatis clementia ſacroſanctam Eccleſiam, non habentem maculam aut rugam in ſuo corpore, mirabiliter dedicavit; eamque ſicut glorioſam, ita etiam & fœcundam in omnibus ſanctis effectibus, ſeptiformi ſancti Spiritus gratia in Apoſtolos ſuperveniens, ſuæ benignitatis inundatione replevit; eoſque ad euangelizandas omnes nationes direxit. Mira pietatis gratia! Mira & inſignis Sanctarum virtutum præpotens efficacia! Nam & in miraculis virtus effulſit, & in potentia virtutum pius Eccleſiæ vigor exerevit. Pretioſa eſt etenim in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus: qui nimirum quanto ferventiores pugnant in ſtadio, tanto feliciores vivunt in regno. Vivunt profecto, qui vitam mortuis reddunt, & per totius orbis circulum ſignis inenarrabilibus in terris exuberant, & in cæleſti gloria velut aſtra matutina ſine fine coruſcant.

Mira virtus Spiritus ſancti in Apoſtolorũ prædicatione,

7 Proſperum iter Deus ſalutaris noſter Martyribus ſuis oſtendit, ut & ſanguinem pro ipſo funderent, [& cum ipſo gloriam æternam obtinerent] imo merito ſibi mercando perciperent à præſidente in cæleſti ſolio. Ipſe namque, qui eſt glorioſus in Sanctis & in majeſtate mirabilis, Martyres ſuos inter vincula & tormenta glorioſos reddit & patientes: & in ſanctis actionibus eos declarat mirabiliter efficaces atque potentes. Refulget nobis tamquam in ſpeculo vita Sanctorum: quos profecto ſi devotiſſime veneramur in terris, præcipuos eos habebimus interceſſores in cælis. Sacratiſſimi denique martyrii palma tanto ſublimius rubeſcit in cruoris beata effuſione, quanto propenſius ferveſcit in Jeſu Chriſti ampla dilectione. Videtur plane quod inter ſpiritualia chariſmata Sanctorum ſanguis velut ignis rubeſcat, & vita eorum ſicut liliorum candor in actione clareſcat. Æterna & incommutabilis providentia individuæ Trinitatis, lapidibus pretioſis incluſis, aurea eos corona exornat; ſanctiſque muneribus Rex Regum, ſua in ſupernis tribuens donativa, recompenſatione illos benigniſſima ditat. Sancti namque ludibria & verba experti, inſuper & vincula & carceres per fidem tandem regna vicere: nec deficientes in paſſionibus, de humani generis hoſte victoriam obtinendo propter inæſtimabilem immenſæ ſpei beatitudinem, paſſionis calicem feliciter guſtavere. Eximiæ vero caritatis in animo retinentes fervorem, ſpiritualem

& Martyrum ſupplicia,

F

as cæleſti eorum mercede,

in

A in ſuis membribus conceperunt amorem. Eos nempe, quos mater Eccleſia tamquam parvulos lacte nutrivit, poſtquam ad ætatis plenitudinem venientes ſolidum cibum ſumpſere, & poculum nihilo minus ſpirituale bibere, felici demum cruore perfuſos divina illos clementia ad regnum decoris provexit & quemadmodum triumphatores, à certamine milites redeuntes, in æternæ gloriæ manſione ſolenniter & jucunde recepit.

inter quos clarus S. Marcus, 8 De quorum victorioſo lucidoque collegio, unum de primitivis Eccleſiæ filiis, beatiſſimum Marcum, Atinæ civitatis invenimus fuiſſe Pontificem: qui certe eo amplius ſublimis fulget in ſignis, quo felicior inter antiquos Patres, regnum Dei appropinquandum, facundus & promptus, incredulo populo ſuis declaravit in verbis. Hic etenim glorioſus Martyr & Pontifex, purpureo rutilans diademate, Atinenſem Eccleſiam, acſi proprio ſanguine Chriſti mirabiliter acquiſitam, ſumma honoris gratia ditat, eamque virtutum radiis plenius glorificando illuſtrat. Civitatem ſane per omnia reddens inſignem, ſuis patrociniis fovet & protegit; eamque defendendo, clarificat & exaltat. Hujus igitur ſacratiſſimi Martyris paſſionem, ſicut in ſuperiori epiſtola plenius continetur, *ad cujus Acta ſcribenda,* B rogatus unanimiter à Fratribus blandeque coactus, ea qua convenit alacri ſatis devotione deſcribendam, Domino annuente, ſuſcepimus. Quapropter maxima precum inſtantia obſecramus, ut eorum interceſſionibus ſanctiſſimi Martyris patrocinium impetrare una cum noſtris ſuſpiriis valeamus, qui meam ignorantiam ea ſcribere coëgere, in quibus labia incircumciſa & lingua omnino polluta balbutiendo ſuccumbunt, & ſuccumbendo deficiunt. Ipſius denique ſanctiſſimi Marci ſuffragia voto ſupplici poſtulamus, *piarum precum auxilium petit auctor.* ut qui excelſus vocatur in nomine, humiles & eloquentes nos reddat in ſuæ laudis ſermone. Juſtum namque dignumque à Fidelibus creditur, ut cujus præconia devotiſſime recolimus in terris, illius ſanctũ auxilium habere, nos ſcribentes & vos legentes poſtulemus in cælis. Legat ergo quicnnque voluerit, & omnem à ſua mente dubietatem procul abjiciat: quia totius nos ambiguitatis expulſo nubilo ſereniſſimam iſtius Sancti enarramus hiſtoriam.

CAPUT I.

Genus S. Marci, religio, baptiſmus, prædicatio, Epiſcopatus.

C 9 BEatiſſimus igitur Marcus, Galilæus ex Galilæis parentibus ortus, necdum baptiſmatis unda renatus, ſed ſacri Martyrii diademate feliciter purpurandus, ab ipſius primævæ ætatis erumpente crepuſculo, in eximiæ ſimplicitatis confidentia ambulavit, & paternarum traditionum ceremonias obſervavit. *Natione ac religione Judæus,* Erat enim felix in inſtitutione Moſaica, felicior futurus Apoſtolicæ fidei doctrina mirifica. Nam ut omnibus in propatulo claruit, illud apud ſe fideli voto tractavit in mente, quod poſtmodum glorioſius oſtendit in actione. A Galilæis finibus divina providentia veniens, poſt longa marium terrarumque diſcrimina, *Atinum profectus,* in Atinenſi tandem civitate ſui curſum itineris terminavit, ibique nobile hoſpitium benignus hoſpes ſuſcepit. Quæ nimirum civitas, ſicut ex antiquitate nobilis, ita etiam & bonis moribus erat flore jucunda: & licet adhuc gentilitatis eſſet caligine nubila, ſuæ tamen celſitudinis magnificentia inter ceteras urbes fulgebat eminentiſſima. In hanc itaque urbem ingreſſus, inſignis agonotheta Chriſti futurus, beatiſſimus Marcus, cuidam Palatiano, egregio & nobili viro adhæſit: qui una cum conjuge ſua Aureliana benigne ſatis & officioſe in domo ſua eum ſuſcepit; atque ut divinæ placuit voluntati apud ſe reti- PER ADAMNULFUM. EX MSS. nuit. Erat quidem vir memoratus, ſicut nobilitate præclarus, ita etiam & divitiis locupletiſſimus nihilominus & in hoſpitalitatis caritate præcipuus, gentilis tamen & idolis ſerviens. Sed miſericors & miſerator Dominus, cujus miſerationes nec principio nec termino ullo clauduntur, iſtius domum ſuæ benignitatis gratia miro & inæſtimabili modo reſpexit, atque Palatianum cum Aureliana conjuge, quemadmodum quondam centurionem Cornelium, Apoſtolica preſentia viſitare decrevit. *apud nobilem Paganum divertit:*

eodem advenit S. Petrus Romam iturus, 10 Æterni Patris unigenitus Filius, poſtquam ex intemeratæ Virginis utero aſſumptam noſtræ ſervitutis formam Jeſus Chriſtus Dominus noſter glorificavit, eamque ad Patris dexteram mirabiliter collocavit; eos quos reliquerat in terris Apoſtolos ſancti Spiritus gratia illuſtravit, & per totius orbis provincias ad euangelizandum direxit. Apoſtolorum igitur Princeps & cæleſtis regni Claviger beatiſſimus Petrus; ex quo Antiochenam *a* Cathedram ſui Pontificatus immenſo munere conſecravit, ad eminentiorem omnium urbium *b* Romam Domino jubente ſe conferre propoſuit. Ex Antiochia vero Apoſtolus arrepto itinere, marinis ſe fluctibus dedit; atq; proſperitatis aura ſpirante, optatum portum, cum Jeſu Chriſti vexillo, ſignifer inexpugnabilis petiit. Tandem Romam inter eundum ad Atinenſem ſe contulit civitatem, ut eam prius athleta Chriſti fortiſſimus viſitaret, in qua Marcum ſibi diſcipulum acquireret: per quem & eamdem civitatem à dæmonum ſervitute eriperet, & ad veræ fidei cultum vocaret. Venit igitur tamquam à Deo miſſus cæleſtis nuntius: domum eſt ingreſſus Palatiani, ibique Marcum reperit Galilæum. Quem profecto cum ſancto afflatus Spiritu cognoviſſet Apoſtolus eſſe advenam, multis eum cœpit tentare ſermonibus: &, quis eſſet, vel unde, quod etiam nomen haberet, inquiſivit artentius. Ad quem ille ſimplici affatus eloquio hujuſmodi dedit reſponſum: Nomen mihi, venerabilis Pater, Marcus eſt: à cunabulis ex Galilæa provincia oriundus, tamquam exul & advena in iſtis partibus maneo, & vitam in peregrinationis ærumnoſa calamitate conſumo. Paternis vero traditionibus die noctuque ſolerti cura invigilo, ſacræ Legis cenſuram, à Deo per Moyſen famulum ſuum Iſraëlitico populo cælitus datam, fideli devotione obſervo: ipſumque cunctarum rerum auctorem, omniumque viventium eſſe vivificatorem ſicut ex cordis æqua ratione confiteor, ita etiam ex oris certa aſſertione approbo & confirmo. *a* *b* *à quo reddita vitæ ſuæ ac originis ratione,*

F 11 His & hujuſmodi verbis ex ore illius acceptis, ſanctus Apoſtolus gaudio exultavit immenſo, & gratias exinde Creatori omnium retulit Jeſu Chriſto. Ex hinc ſuæ prædicationis ſumens exordium Jeſu Chriſti diſcipulus, ut in Marco veterem hominem renovaret, ſacris eum cœpit documentis inſtruere, atque ad regenerationis lavacrum provocare. Pellem namque vetuſtate conſumptam, purificationis gratia, ſatagebat ſuo Domino reddere novitate præclaram; & quę cæcitatis erat obducta nigredine, ſtudebat candidam reddere pio virtutum ſplendore. Et incipiens, ut in Euangelio legitur, à Moyſe omnibuſque Prophetis Luc. 24, 27 interpretabatur illi Scripturas; & totius Veteris Teſtamenti ſeriem multipliciter revolvendo, myſticas ei prolatas de Filio Dei ſententias ore mellifluo referebat. Referebat vir Domini, qualiter primus homo diabolica fraude deceptus juſto Dei judicio de paradiſi fuerit amœnitate excluſus, & in horrendam maledictionis terram ejectus, univerſis fuit anguſtiis & tribulationibus miſerrimus & inobediens ille expoſitus. Nec prætermittebat, quod creſcente malitia ſuper terram, ne iniquitas ultra procederet, ſtatui t *de Chriſti adventu ac nova ejus Lege edoctus,*

PER ADE NULPHUM EX MSS.

pius & miſericors Dominus, ut humani generis culpa & per aquam diluvii *c* plecteretur, & per novam regenerationis ſacratiſſimam undam ad veræ fidei gratiam purificatus homo reduceretur. Sic namque omnia differendo diſcutiebat, quo modo in Legis doctrina illius verſabantur eloquia: modo ſermo faciendus ad Patriarcharum & Prophetarum recurrebat quantocius vaticinia.

c

12 Sic demum beatiſſimus ille, cui nec caro nec ſanguis divina myſteria revelavit, ſed Pater qui in cælis eſt, ſuæ doctrinæ ſpiritualia chariſmata promulgavit, & veræ fidei confeſſionem benignum auditorem inſtruxit, quoad eum ad Jeſu Chriſti lavacrum feliciter provocavit, & in angulari lapide fundator eximius petram incorruptibilem miro documento inſtituit. Intra domum namque memorati Palatiani eum Apoſtolico more catechizando erudivit, ſicque Dominicis præceptis plenius inſtruxit, & illum ſacra baptiſmatis unda in ſancti Spiritus gratia regeneravit; & univerſa divinæ Legis mandata benignus magiſter eum edocuit. Novus itaque diſcipulus, ad veræ fidei cultum vocatus, magiſtri cœpit ſacris veſtigiis inhærere, & immaculatam, quam per aquam & ſpiritum renovaverat, vitam piis ſtuduit actibus decorare. Apoſtolus deniq; peragere cœptum cupiens iter, Marcum ſuæ inſtitutionis alumnum ſibi aſſociat, & in univerſis ſuis laboribus digna cum experientia probat. Ex Atinenſi vero civitate pariter egredientes, & per diverſa locorum hoſpitia verbum veritatis & fidei prædicantes, tandem ad Romanæ urbis mœnia veniunt, & itineris curſum inter gentilium populos ſtatuunt.

baptizatur:

B

unaque cum eo Romam profectus,

13 Marcus igitur, in fide promptiſſimus, ea quæ ex ore Apoſtoli procedebant, pleno mentis acumine percipere modis omnibus ſatagebat, & in ſui pectoris ſacrario ſtrenue recondebat: agebat quoque vir Domini, qualiter & veritatis doctrinam cognoſceret, & cognitam ſanctis operibus adornaret: fulgebatque idem in ſignis atque miraculis, qui erat virtutum efficacia præpotens & mirabilis; & quem divina gratia ſui muneris fulgore irradiabat, ſanctitatis eximiæ operatio laudabilem & perſpicuum omnibus exhibebat. Apoſtolica documenta ita intra ſe retinere curabat, quod prædicationis munus aliis fideliter refundebat, eoſque ad æternæ felicitatis gloriam continuis exhortationibus incitabat. Proinde carus acceptuſq; Apoſtolo erat, quoniam in ſacris actionibus morum honeſtate fervebat, nec quaſi rudis & in fide novitius, ſed tamquam miles egregius, optimus certator, adverſus ſævientis ignita jacula inimici, murum ſe inexpugnabilem opponebat. Sicut erat totius ſanctitatis diſciplina nec mediocriter informatus, ita nimirum ſancti Spiritus igne videbatur accenſus. Cernebat quidem obſcœna gentilium ſacrificia, eorumque inſaniam deteſtabilem benigno affectu corrigere non deſiſtebat: ad hoc namque increduli populi aures demulcendo inflexit, quod Chriſtianitatis titulo mirabiliter inſignitam innumeram eorum multitudinem ad ſuperna polorum gaudia ſublimando provexit. Erat ſane illius ſolicitudinis magna ſolertia, ut credentium multitudini eſſet cor unum & anima una; nec diſcreparet à veritate quod concordabat in pura fidei unitate. Eis ſiquidem rudimentis, quæ à Magiſtro didicerat, alios etiam inſtruere nequaquam ceſſabat; & illius prædicationis ſermo de die in diem incrementum virtutis & gratiæ percipiebat.

ſocium ibi Euangelica prædicationis agit:

C

& urbis Atinenſis Epiſcopus conſecratur.

14 Hæc & his ſimilia benignus magiſter in Marco diſcipulo intuens, & felici conſideratione divinam in eo refulgentem gratiam animadvertens, immenſa cordis alacritate perfuſus, ad potiora eum reſervatum eſſe plenius intellexit: in quibus fraudatus minime extitit. Non immemor vero illius, quam olim reliquerat, Atinæ civitatis Apoſtolus, ad Pontificatus apicem ſumma cum honorificentia Marcum provexit, digniſque eum infulis decoravit. Antiſtitis igitur dignitatem adeptus vir Domini, & in eminentiori gradu feliciter ſublimatus, quibus virtutibus emicuerit, quæve quantaque ſigna per eum ſit Dominus operatus, univerſis luce clarius patet: quippe cum divina cooperante clementia, innumeris virtutum prodigiis uſque hodie fulgeat, & celebris illius devotio in ſuis famulis plenius per omnia eluceſcat. Sed jam ad narrationis ſeriem articulum reducamus, & quo ordine Atinenſem viſitaverit urbem, litteris mandare diligenti ſolicitudine ſtudeamus. Coruſcantibus denique in beatiſſimo Marco ſignis atque miraculis, tanta in ipſo efficacia curationum refulſit in brevi; quod cæleſti eum gratia proſequente, à variis diverſiſque languoribus nonnulli civium emundati atque curati, ſaluti priſtinæ mirabiliter reſtituti fuiſſent; & Omnipotentis Dei magnalia ſuis confeſſionibus omnes unanimiter proprio ore reſonarent.

D

ANNOTATA.

E

a *Anno vulgaris Æræ 33, poſt Chriſti Paſſionem 4 locatam eſſe Antiochiæ Sedem oſtenditur in tractatu de Pontificibus num. 28.*

b *Ibidem dictum, Romam veniſſe Petrum, anno communiter 40, poſt Paſſionem 11.*

c *Minus apte forſan videretur S. Petrus de his inſtruere Iudæum hominem, niſi & ipſe S. Stephanus in Actis Apoſtolorum alia æque nota vulgo in Synagoga explicaſſet: credo ut à notioribus & gratioribus incipiens, captata ſic attentione & benevolentia, tranſeat commodius ad nova & minus grata, de Chriſto paſſo per ipſos, inculcanda.*

CAPUT II.

Miracula patrata, oratorium & Sacerdotes conſecrati, Gentiles converſi, Martyrium, ſepultura.

Patratis miraculis,

15 INterea celebratis in Romana urbe tam innumeris ſignis, ea quæ per Dei famulum divina gratia quotidie declarabat miracula, ad Magiſtri notitiam perveniebant: quæ videlicet nec ſurdus auditor ſatis benigne in ſui pectoris ſecretario recondebat. Ex obſeſſis namque corporibus dæmones imperii ſui verbo ejiciebat, leproſos mundabat, paralyticos curabat, cæcos illuminabat, mortuos ſuſcitabat, ita ut merito illud Euangelicum Salvatoris illi de jure congrueret: Pater meus uſque modo operatur, & ego operor. Et item in alio loco Dominus dicit: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet & majora horum faciet. Apoſtolus igitur, eum quem in Eccleſiæ gremio educandum quondam ſuſceperat, attendens in Fidei diſciplina propenſius eruditum, & in Sacramentis omnibus vehementer inſtructum, qualiter eum ad civitatem Atinenſem deberet remittere, competenti cœpit deliberatione diſponere: quod è veſtigio nec ſegnis Magiſter executioni mandare curavit. Nulla in medium mora, ad ſe quantocius accerſivit, univerſa ei mandata propoſuit, & ſecundum Apoſtolicam, quam ei tradiderat, decretalem ſanctionem, examine per omnia ſubtiliori perquirit. Sed cum in ſacræ Legis edictis apprime eum imbutum & accuratiſſime informatum perſenſit & intellexit; auctori omnium bonorum Deo immenſas gratiarum actiones perſolvit: dehinc Dominicas illi oves ad regendum committens, poteſtatem quam à Jeſu Chriſto Domino, fideli videlicet teſte, ſuſceperat,

Ioan. 5, 17 & 14, 12

F

& probata fide,

A

ſuſceperat, ſui Apoſtolatus auctoritate, digna moderatione conceſſit, ſanctique Spiritus ad ligandum ſolvendumque æqua traditione participem fecit.

Atinum profectus,

16 Sic demum Apoſtolica benedictione poſtulata atque percepta, ſecurus jam de adipiſcenda æternæ felicitatis gratia, profectionem lætus arripuit: egreſſuſque ab Urbe, continuo prædicationis officium inchoavit. Et mira ſummæ Deitatis clementia, tanta eum comitabatur ſignorum efficacia, quod per ſingulas civitates, per finitimas manſiones, vel quocumque ſe Dei famulus conferebat, creſcente in illius ore fidei verbo, quot variis detinebantur infirmitatibus, protinus fuſis ad Dominum precibus, ad ipſius nutum priſtinam incolumitatem recipiebant; reſolutiſque vocibus, digna Chriſti præconia per ora omnium reſonabant. Tandem appropinquans ad eam, quam olim deſeruerat civitatem, quæ nimirum in prædicationis ſorte ſibi fuerat attributa, nec longiuſcule ab ipſius mœniis civitatis, ſui itineris ſtationem in villa, quæ Septa-Iani dicitur, fixit, ibique ad modicum requievit. Ubi cum idolum aureum pariter & argenteum reperiſſet, mox illud redactum in pulverem dignis execrationibus delevit & conculcavit: atque proſperum exinde faciens iter vir Domini, totius ſanctitatis decore irradiatus, Atinenſem ingreditur civitatem.

ſanatis in via agris,

& idolo everſo,

B

17 In hac igitur urbe vir Dei ingreſſus, eam quam prius deſerverat domum [Palatiani] priſtina viſitatione requiſivit: cui de more ſalutationis proferens verbum, Apoſtolicis eam ſermonibus benedixit: quem cum de priſtinæ caritatis fœdere diligenti examine requiſiſſet, uxorem illius univerſæ carnis debitum jam perſolviſſe cognovit. Adhæc vir Domini blandis eum exhortationibus conſolatus, exordium prædicationis ei facere cœpit; qualiterque iſtius ſeculi ſtatus, pariter cum vita ſimul etiam & cum deliciis omnibus, periturus ſit atque caſurus, evidentiſſima ſatis expreſſione oſtendit. Ajebat plane, quod ſingula, quæ humanis oculis videntur eſſe ſubjecta, vana ſunt omnimodo & caduca, & ab univerſis fidelibus penitus abdicanda. Sane inviſibilia Dei vera eſſe & omnino æterna, nulloque prorſus fine claudenda, nimia inſtantia affirmabat. Hæc namque, dicebat, intemeratæ fidei credentibus ſacra myſteria præſtant: hæc nihilo minus arcana vobis judicia manifeſtant: hæc Angelorum & hominum veræ pacis integritatem reformant; quodque ceteris eſt excellentius, divinæ celſitudinis majeſtatem inæſtimabili modo nobis ineffabiliter repræſentant, & illius cognitionem perſpicua ratione declarant.

ad priſtinum hoſpitem diverſis;

quem prædicatione Euangelii,

C

18 His vero attonita mente perceptis Palatianus, & intra ſemetipſum non modicum ſtupefactus, quænam eſſet novæ inſtitutionis regula, quæ talia de ſua ratione proferret, tacitis cœpit cogitationibus ſecum revoluere & pertractare. Quem cum vir Domini diu hæſitantem conſpiceret, vultumque illius immutatum cognoſceret; Conturbant te, inquit, amice cariſſime, tuæ mentis cogitationes: movent animi tui ſecreta ea, quæ divinis ſunt inſerta codicibus. Conſtans eſto fili in verbis, providus in ſermonibus, credulus deinceps in noſtris promiſſionibus: quoniam quem hoſpitalitatis gratia quondam hoſpitem ſuſcepiſti, illuminatorem tuæ animæ in præſenti recipere meruiſti. Ad hoc namque me Dominus Jeſus Chriſtus direxit, qui tuæ petitionis vota ſolita pietate reſpexit, qui vult omnes homines ſalvos fieri & ad agnitionem veritatis venire: qui nos vocavit in admirabile lumen ſuum, ut relictis omnium idolorum tenebris, in fide probatus atque acceptus, ad æterni luminis claritatem fideli voto purificatus accedas, quatenus ſacri Baptiſmatis unda renatus immarceſſibilem coronam digne percipere merearis. Quid plura? Quid Palatianus ageret ad iſta? Reſpondere quidem rationi volebat, ſed contradicere loquenti nequaquam audebat: quoniam intra ſe veritatis verbum concipiebat, & æternæ felicitatis bravio perfrui ſummopere anhelabat: nam quem ſuperni muneris inſpiratio ad fidei cultum vocabat, hunc infeſtare cruenti hoſtis ſævitia non valebat.

& adhortatione,

PER ADINULFUM. EX MSS.

ab idolorum cultu abductum cum 57 aliis baptizat:

19 Conſentit tandem ſalutaribus dictis, obtemperat fidelibus monitis; & à languoribus ſe attentius mederi depoſcit, quos in idolorum cultibus diutina temporum vanitate contraxit. Datur deinde fides, credulitas adhibetur, confeſſionis decretum proponitur, ſed & jejunium triduanum indicitur: quibus rite peractis & celebratis, tertio die Epiſcopus una cum ſuo illo familiari præcipuo ad fontem procedit, aquam Baptiſmatis benedicit, hominem ſacri Chriſmatis liquore perungit, & confitentem cum omni integritate fidei ſuam credulitatem ſacri Baptiſmatis unda regeneravit, quem etiam de fontis lavacro ipſe ſuſcepit. Eodem die ſancti Spiritus cooperante gratia baptizati ſunt & cum eo, numero hominum promiſcui ſexus & ætatis, quinquaginta ſeptem. Templum denique idolorum *b*, quod idem Palatianus juxta domum ſuam habuerat, congeſta in unum ſimulacrorum omnium multitudine atque contrita, ad honorem ſanctiſſimi ſui magiſtri Apoſtolorum *c* videlicet Principis, templũ Jeſu Chriſto Deo ſanctus Epiſcopus venerabiliter conſecravit: in qua nimirum eccleſia ſeptem Presbyteros, totidem Diaconos ordinavit: ubi inceſſanter die noctuq; divina vota perſolvens, ſacroſancta Dei myſteria devotiſſime celebrabat. Sed & plures circumquaque degentes, unanimi voluntate frequenter collectos, ſacris fidei documentis erudire curabat; eoſque Chriſtianæ inſtitutionis cenſura diligenter inſtructos, per aquæ regenerationem illuminabat. Non multis vero evolutis temporibus Palatianus, in ſancta fidei confeſſione perſiſtens, in ſupradicta B. Petri baſilica jejuniis & orationibus continue vacans *d*, dormitionem accepit in Domino; & ſignaculum fidei, quod in Chriſto ſuſcepit, bravium ſupernæ remunerationis ab eodem recipiens, fideli voto repræſentavit.

b

E

& expiatum fanum S. Petro cõſecrat,

c

ordinatis illic Preſbyteris & Diaconis:

d

ſpatio 3 annorũ 5000 hominum convertit,

20 Nunc igitur ad narrationis ordinem redeamus. Elapſis namque trium annorum curriculis, quinque millia fere virorum & mulierum jam ad fidei religionem ſanctus Epiſcopus ſua prædicatione perducens, Eccleſiam quotidie in Domino confortabat, & ut emolumentum in actionibus ſanctis perciperent, paternis exhortationibus roborabat. Sed ecce iniquorum omnium caput diabolus ſuperveniens, qui aliquando unius felicitati invidens malignis ſuggeſtionibus protoplaſtum de paradiſi amœnitate dejecit, Jeſu Chriſti Eccleſiam impugnare callida verſutia cœpit, & in ſuis ſatellitibus minabatur, quod exercere nequiter proponebat. Quidam namque Maximus nomine, totius Campaniæ Præſidatus officium gerens, cum eſſet unus diaboli paraſitus, furibundus Atinenſem pervenit ad urbem. Hic autem à Nerone crudeliſſimo Cæſare ſuæ immanitatis peſtilentiæ cathedram ſumens, ita Imperatoris ſui tyrannidis ſævitiam in omnibus eſt proſecutus, quod ad Sanctorum ſe necem proterve invexit, multoſque ferina crudelitate peremit. Per Imperiales denique faſces *e* Domitiano Principe ſuccedente, iſte ſuæ impietatis nequitiam exercebat. Eodem vero tempore cum in Atinenſi urbe univerſos ad idolorum culturas vel cerimonias compelleret *f* & provocaret; beatiſſimi Marci prædicationis ſermo illuceſcebat: illius etenim tanta erat virtus ſignorum, quod ejus ſacræ doctrinæ opinio ubique diffundebatur & per ora omnium pio rumore divulgabatur. Quod profecto latere minime potuit.

F

tandemque ad Maximum pro Nerone & Domitiano in Chriſtianos ſaevientem,

e

f

PER ADELFUM. EX MSS.

21 Pervenerat quidem ad aures illius nequiſſimi Præſidis ſanctiſſimi fama Pontificis, & prædicationis verbum etiam innotuerat: quibus furibundus ille multorum relatione comperta, nimio furoris igne ſuccenſus, illico eum ad ſe accerſiri præcepit. Cumque beatiſſimus Pontifex in conſpectu nequiſſimi judicis oblatus fuiſſet, nullamque ei, prout aſſolet, favorabilem reverentiam exhibuiſſet; protinus veſano judice innuente, unus ex circumſtantibus ſtricto vehementius pugno Pontificis labia graviter percuſſit: eumque tamquam indiſciplinatum & contumacem procaci vultu acerbius reprehendit. Cui Sanctus, eximiæ ut erat ſimplicitatis, mitiſſimo affatu reſpondit: Quid tumoris vel arrogantiæ in ſenem ſimplicem reprehendis? Quid contumeliæ meæ tibi mollities irrogavit? Quid in me redarguis, quod in te ipſo ex ratione conſiderare nec noſti? Hæc ſiquidem Magiſtri noſtri ſunt documenta, hæc ſanctarum virtutum præcipua ſunt inſtrumenta, hæc eſt Chriſti noſtri ſumma ſanctitatis doctrina; ut percutienti maxillam, præbeamus & alteram, & maledictum de ore noſtro non procedat, & orare pro perſequentibus & calumniantibus nos. Hujuſmodi vero Chriſtus Deus noſter virtutum nobis exempla reliquit & humilitatis præbuit magiſteria. Ad hæc iniquitatis arbiter, nimio furore commotus, torvo eum intuens vultu: Quo, inquit, infeliciſſime, auſu, qua inſania, quave temeritatis audacia nobis coram poſitus talia proferre verba non erubeſcis? An fortaſſe ſtulta ſimplicitate, vel, quod certius deprehenditur, nimio confectus ſenio, immoderata capitis inſania fatigaris? Et cunctis circumſtantibus ait: Romanæ ſiquidem auctoritatis jura decernunt, & Imperiales noviter litteræ decrevere; ut, ubicumque hujus viæ ſectatores reperti fuiſſent, mox abſque ulla audientia punirentur: hoc profecto plenius noſtis, hoc ad aures veſtras frequenti relatione pervenit. Et Sanctus paucis ad iſta: Romani Principes hoc, Præſes, ignorant, quod pro reipublicæ ſtatu Jeſu Chriſti Dei famuli auctorem omnium rerum communem Dominum interpellent: & ut regnum ſuum quotidie augeat & accreſcat, & de die in diem in virtutibus ſemper proficiat: quod ſi hoc aliqua ratione perpenderent, nobiſcum pariter concordarent, & ab hujuſmodi vanis ſuperſtitionibus cauti & providi deliteſcerent.

adductus ac colapho cæſus,

blando reddito reſponſo,

ad carcerem ac inediâ damnatus divinitus refocillatur:

C

22 Tunc judex carcerali eum mandavit cuſtodiæ mancipandum, famiſque inedia cenſuit macerandum. Sed Omnipotens Deus, qui non derelinquit ſperantes in ſe, angelica eum conſolatione mirabiliter viſitavit, & cæleſti eum refectione cibavit. Exactis igitur ſeptem diebus, memoratus tyrannus judicialem ſibi ſedem jubet parari, & plus ſolito apparatior reſidens, Sanctum ſibi exhiberi præcepit. Qui cum fuiſſet ab Officialibus præſentatus, nulla interveniente mora, nullo ſermonum auſpicio habito, ſtatim miniſter diaboli, inimicus æternæ ſalutis, juſſit eum exſpoliari, & tamdiu fuſtibus cædi, quouſque deficientes fatigarentur. Qui cum diutiſſime cæderetur, Omnipotenti Domino gratias perſolvebat dicens: Deus ago tibi gratias, qui me indignum & infelicem tui muneris participem facis, & per Apoſtolum tuum beatiſſimum Petrum æterni januas regni mihi præcipis reſerari.

fuſtibus deinde contuſus,

23 His ita peractis Præſes ſe ad palatium contulit, & Sanctum denuo in carcerem retrudi præcepit. Illuceſcente vero ſequentis diei crepuſculo, malitiæ arbiter in amphitheatro civitatis tribunal ſibi parari direxit. Sed priuſquam ad curiam adventaret, hoc in ſuo prævidit conſilio, ut miſſa continuo apparitione, damnatus ille, qui carcerali tenebatur afflictione captivus & religatus, à ſapientibus civitatis conventus fuiſſet, & ſiquidem Deo ſuo, quem Chriſtum appellat, potius quam diis deabuſque offerre libamina decreviſſet; priuſquam in ſui præſentia duceretur, diutiſſime tortus, flammiſque lateribus adhibitis graviter aduſtus, ſuo dehinc judicio præſentaretur. Quod cum factum fuiſſet, & Sanctum à ſanctimoniæ ſuæ propoſito neque verborum perſuaſionibus, neque pœnarum minis vel cruciatibus revocare ratione aliqua potuiſſent; adhibita ei, prout juſſum fuerat, terribili tormentorum congerie, demum judici exhibetur. Cumque illi, quæ dicta, quæque fuerant facta, ſeriatim ab apparitoribus relata fuiſſent; protinus judex iniquitatis atrocem in eum ſententiam protulit dicens: Chriſticolam Marcum, quem deorum noſtrorum contemptorem invenimus, & à Romanis cerimoniis ſimul & ſanctionibus irrevocabiliter deviaſſe cognoſcimus, plurimis ei adhibitis, prout dignum eſt, cruciatibus, acutiſſimis etiam in cerebro clavis infixis, demum capitalem jubemus eum ſubire ſententiam.

ac flammis uſtulatus,

D

& flagris denuo cæſus,

24 Tentus igitur ſtatimque à perfidiæ executoribus alligatus, non longe à civitate in campeſtrem ductus eſt locum: ubi dum nimiis flagellis, omni in terram extenſo corpore, graviſſime perurgeretur, orandi aliquantulum veniam poſtulavit. Qua maxima precum inſtantia impetrata, flexis in terram genibus, elevatiſque in cælum brachiis, totus perfuſus lachrymis, hujuſmodi preces fudit ad Dominum: Domine Jeſu Chriſte, qui de ſinu Patris ineffabiliter proceſſiſti, & ſancti Spiritus cooperante virtute in ſacratiſſimæ Virginis uterum miſericorditer deſcendiſti, ut ſeculum perditum reſtaurares, & hominem ſacratiſſimi tui cruoris effuſione ad tuam gratiam & Angelorum concordiam revocares; adeſto nunc quæſo lacrymis gemitibuſque meis, attende propitius & placare. Reſpice clementiſſime Deus noſter me famulum tuum, & ſuper gregem indigno mihi commiſſum, & per interventum beatiſſimi diſcipuli tui magiſtri mei, pro imminentis mihi articulo paſſionis, cæleſtem mihi impartiri digneris recompenſationem. Eorum etiam non obliviſcaris, piiſſime Domine, quos ſub mei regiminis patrocinio hactenus cuſtodivi; ſed meis interceſſionibus in conſpectu tuæ glorioſiſſimæ Majeſtatis adjuti & ſublevati æternæ felicitatis beatam per te ſortem percipiant. Sed & hoc petitionibus meis adhibeo, ut civitatem iſtam tua benigniſſima protectione cuſtodias: omnibus quoque digne mei memoriam celebrantibus hic & in perpetuum ſempiterna gaudia largiaris. Concluſitque: *g* Amen.

facta precatione,

E

25 Deinde paululum remotus à loco, in manus ſe hoſtium reddidit *h*: qui, ut erant ad ſcelus peragendum veloces & avidi, continuo eum recipientes, terrarum ſcopulis *i* illiſere, & ut juſſi fuerant cerebrum frontemque illius clavis acutiſſimis infigentes *k*, ſacratiſſimum caput à corpore recidentes ſeparavere. Fideles vero, qui intra urbem abſconſi degebant, noctu pergentes, Martyris ſacratiſſimum corpus cum maxima veneratione ſuſcipiunt; & cum hymnis & laudibus in loco, ubi fuerat decollatus, ſepelivere. Caput vero illius, quod longe à corpore poſitum fuerat, diligentius inquirentes reperiunt, quod ſeparatim à corpore non ſine quadam induſtria poſuere. Paſſus eſt autem beatiſſimus Martyr & Pontifex Marcus poſt ſacratiſſimam Domini paſſionem anno ſexageſimo *l* tertio, IV Calend. Majas, tempore Domitiani Imperatoris. Chriſtus vero Dominus noſter, qui in ſuis Fidelibus ſemper glorioſus eſt & ſublimis, in loco ubi Martyr eſt tumulatus & paſſionis gloria laureatus, uſque in hodiernum diem in nomine ſuo petentibus beneficia præſtare non ceſſat, ad laudem & gloriam nominis ſui; qui eſt glorioſus in Sanctis, & in Majeſtate mirabilis, vivens & regnans cum Deo Patre

F

h capite clavis confixo plectitur: i k.

& à fidelibus capite ſeorſim condito ſepelitur.

l

A Patre & cum Spiritu ſancto per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Chronicon* ejuſdem Jani *idolum fuiſſe ait, & inſufflatione viri ſancti fuiſſe contritum : additurque*, Habebat quoque eadem villa portas ſeptem, quia undique muris vallata erat.

b *Idem*, templum quod Jovis dicebatur, *puta domeſticum fanum.*

c *Idem addit*, octavo poſt paſſionem Apoſtoli anno, *utique ſub Veſpaſiano & Tito, ſatis quiete agentibus Chriſtianis. Mortuus eſt autem S. Petrus, ut ſuo loco dictum, anno vulgaris æræ 65 : cui templum Atinenſe poſtea dedicatum fuiſſe non ambigitur : ſed an primum quoque oratorium à S. Marco fuerit ſub ejus nomine dedicatum, merito dubites : cum ea res poſtea initium videatur habuiſſe à corporibus Martyrum, cum aliqua ceremonia conditis, in eo, quod ſub ipſorum nomine dedicabatur, oratorio.*

d *Item :* Omnes poſſeſſiones & facultates ſuas eidem eccleſiæ conferens.... & ſepultus eſt intra eamdem eccleſiam juxta introitum ejus.

e *Succeſſit Tito Domitianus Idibus Sept. anno* 81, *nec diu*
B *poſt videtur inſtauraſſe perſecutionem in Chriſtianos.*

f *Addit Chronicon, quinque millia hominum & amplius à S. Marco ad fidem Chriſti fuiſſe converſa, eo ſpatio quo ſedit ; hoc autem definit annos* 20, *menſes* 5, *dies* 15.

g *Ioannes Epiſcopus Atinenſis, in ſermone de S. Marco apud Vghellum, hanc ipſius orationem ex antiquis Actis recitat.* Sed libet nunc intueri quid Marcus Beatus ſubdens adjunxit : Glorifico te, Jeſu Chriſte, qui me indignum non fraudaſti à ſocietate Sanctorum tuorum : nunc autem quia te adjuvante pugnavi & vici, idcirco deprecor te, Paſtor clementiſſime, ut me adjuves in hora hac.

h Audiſtis, Fratres cariſſimi, cum Sanctorum Paſſio legeretur, quid beatiſſimus Marcus laniſtis dixerit, cum jam accepturus eſſet remunerationis bravium, Eia, inquit, milites, facite quod facturi eſtis : jam enim Dominum meum Jeſum Chriſtum video. *Ita idem Ioannes Epiſcopus.*

i *Impreſſum erat* inhæſere : *& ita etiam eſt in Ms. Capuano.*

k *Chronicon*, Quorum unum in fronte, alterum in ejus corona infixerunt.

l *Eſſet hic ex calculo noſtro annus æræ vulgaris* 92, *poſt*
C *quem adhuc triennio vixit Domitianus : at in ſententia communi eſſet ille mortuus ante S. Marcum.*

HISTORIA
Inventi & tranſlati Corporis,
Ex MS. Caſinenſi.

CAPUT I.

Templum Sancti extructum & dirutum : jumenta iſtic locantes puniti : corpus & caput repertum.

1 FRatres cariſſimi, humiliter poſtulemus gratiam ſpiritus Sancti, quo ejus repleti dulcedine de beatiſſimi Marci corporis inventione non incongrue reddamus ſermonem. Beatiſſimus igitur Marcus Domitiano Cæſare imperante Atinenſis fuit Antiſtes : ſub cujus temporibus, Maximo jubente Proconſule, clavis capite duris affixus, demum gladii ictu cervice percuſſus, Martyrii eſt palmam glorioſe adeptus, atque in memoratæ civitatis confinio feliciter eſt tumulatus. Chriſtiani vero, qui tunc temporis aderant, magno ſtudio in ejus honorem conſtruxerunt baſilicam ; quæ longo poſt tempore, ut ejus antiqua mœnia monſtrant, à pravis hominibus devaſtata & ad ſolum eſt redacta. Multo itaque tempore ſic permanente, cœperunt ibi ruſtici ſuas beſtias, equos, & aſinos nocturno tempore collocare. Sed omnipotens Dominus Marci ſui dilecti famuli injuriam mirabiliter vindicabat.

pro Fide interempto templum exſtruitur :

EX MS. *in quo poſtea diruto,*

2 Contigit autem, ut pertranſirent inde viatores, & in loco eodem juxta ſepulcrum, neſcientes illic requieſcere ſanctiſſimi Marci venerabile corpus, ſuos equos vellent collocare. Quædam autem ſanctimonialis femina clamoſis obſiſtit vocibus, dicens : Nolite Fratres, nolite in hoc ſancto hoſpitari loco, ne forte aliquid vobis mali contingat : vidimus enim Dei magnalia ſæpius in hoc fieri ſanctiſſimo loco. At illi pro nihilo ducentes hæc verba, eadem nocte manſerunt ibidem, & facto mane inſultantes ſermonibus ejus cœperunt iter arripere. Sed antequam longe procederent ad modum ſagittæ ictus, cœperunt jam pœnitere de facto : quia unus eorum equus in terram corruit mortuus, alter vero nondum peracto ſtadio in ipſo itinere periit, taliter Domino cunctipotente ſui Marci dilecti Martyris injuriam vindicante.

viatores cū jumentis pernoctantes ;

ea miſere caſu poſtridie amiſtunt :

3 Alio itaque tempore, ſicut à quibuſdam fidelibus mihi relatum eſt, cum quidam Calabritæ onuſtis aſellis mercibus ad prædictum locum ſero venirent, & divertendi hoſpitium quærerent ; quædam venerabilis mulier dixit illis : Nolite cariſſimi in hoc loco veſtros aſinos collocare, quia locus ſanctus eſt : nam ſi præſumitis, non abſque damno hinc tranſire valebitis. Qui ſua inebriati veſania dixerunt ad eam : Ergo & nos mortui ſumus, ſi noſtros aſinos cuſtodire non poſſumus. Et cum nox jam plenius adveniſſet, collocantes ſe, & in medio aſinos eorum ponentes, quamvis audacter fecerint, tamen ſuſpecti ne à lupis vel à latronibus raperentur fruſtratam cuſtodiam poſuerunt, neſcientes ſcripturam, quæ dicit : Quod timet impius, veniet ſuper eum. Arreptis itaque à ſomno & velut mortuis effectis, lupus è diverſo veniens, in medio eorum ingreſſus, aſellum abſtrahens interfecit. Conſimile namque miraculum mihi ad memoriam venit, id ipſis referentibus, qui priora. Nam die quadam ſimiliter eodem in loco, ſole occidente quidam cum ſuo aſello veniens, hoſpitium quærens divertit ; & dum à femina ſupradicta repelleretur, ne divertiſſet ; continuo cum ſuo aſino hoſpitatus eſt, & pedem aſelli cum ſuo ſimul ligavit, atque ſe protinus in terram gratia quieſcendi dedit. Tunc prætergreſſi latrones invenerunt eum velut mortuum dormientem, & invicem ſe in malum concitantes, reſtim continuo concidentes, ei aſinum abſtulerunt : qui protinus à ſomno evigilans damnum invenit, & à loco triſtis abſceſſit.

Prov. 10, 24 *aſinus à lupo eripitur,*

F *& ſuus alteri à latronibus :*

4 Cœperunt dicti homines metuere locum & ab injuria reverenter ceſſare. Quapropter cives peracto concilio niſi ſunt eamdem eccleſiam reſtaurare : & convocato Epiſcopo, *a* qui tunc temporis aderat, altare ibi in honorem beatiſſimi Apoſtoli Bartholomæi dedicare fecerunt, neſcientes illic requieſcere venerabilis Marci Martyris corpus : in cujus honore, ut æſtimo, prius fuerat benedicta. Igitur tempore quo piiſſimus Imperator Conradus regnabat, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo trigeſimo *b* quarto, divina favente gratia, quidam illic ordinatur Epiſcopus, ſolicitus pro reſtaurandis ſui Epiſcopatus eccleſiis, ab iniquis & pravis hominibus deſolatis. Et dum de loco in locum viſendi gratia affuiſſet, pervenit tandem ad *c* Epiſcopium *d* antiquiſſimæ urbis Atinenſis : & ingreſſus prædictam eccleſiam, quæ in ſuburbano prædictæ civitatis adeſt ; perluſtranſque, invenit ante Sanctum altare congeriem lapidum,

inſtaurato templo,

a

b

c d

EX MS. quæ de fractura murorum acervum fecerat, & valde ſuis alieniſque oculis diſplicebat.

5 Tunc convocans ad ſe quemdam Presbyterum, aſſignans ei locum, præcepit dicens: Hunc accipe locum fili, & diligenter emunda. Presbyter autem ſibi delegatum locum accipiens, devote cœpit emun-
epitaphium ejus invenitur, dare: & dum per gyrum altaris effoderet, invenit lapideum titulum ſcriptum, & licet fractum, nomen Chriſti Martyris Marci intimantem. Quem videns Epiſcopus exclamavit dicens: O Martyr magne, oſtende nobis indignis tua pignora ſancta. Deinde converſus Dominum his verbis cœpit toto corde devotiſſime ſupplicare: Obſecro, Domine, obſecro, ut digneris nobis peccatoribus dilecti tui Marci Martyris tumulum demonſtrare. Spero etenim & fideliter credo, quod hic requieſcit Marci Martyris corpus, cujus iſte titulus nobis nomen demonſtrat. His ita peractis continuo ad propria repedavit, & ardentiſſimo deſiderio noctem eamdem duxit inſomnem. Mane itaque facto quaſi divinitus præcepit duobus Presbyteris, ut irent & ante altare foderent, quouſque ibidem ipſe deſcenderet. Inerat enim ſibi non parva dubitatio, eo quod multa corpora hominum inde jacebant, & quod dubietatis rancorem à ſe au-
B ferre non poterat: unde & Dominum pulſare precibus cœpit, ut ſibi oſtendere dignaretur, quod devote quærebat.

6 Presbyteri autem pergentes in dexteram partem altaris S. Bartholomæi cœperunt fodere. Secutus autem eos Epiſcopus, invenit eos incaſſum laborantes; intuenſque eos accepit foſſorium, & ipſe propria manu cœpit foderc; & dum labore eſſet fatiga-
& corpus ſine capite: tus, reddidit illis. Et factum eſt dum ipſi foderent, pervenerunt ad tumulum, in quo ſancti Martyris Marci corpus requieſcebat; & nimio repleti odore, exclamaverunt dicentes,

Surge, benigne Pater, quod tu quæris ecce tenetur.

Qui ſtatim de loco ſurgens, humoque proſtratus his verbis omnipotentem Dominum collaudabat:

Gratia celſa tibi, regis qui mœnia mundi,

Qui quodcumque cupis, cũ vis ſine mora patratur.

Gaudens quoque & vehementer exultans de tanto ſibi conceſſo patrono, collegit pignora ſancta. Sed non tam lætus de toto corpore, quam triſtis manſit de capite, eo quod non eſſet ibidem. Erat enim Sabbatum quaſi hora undecima: & quamvis interdiceret, ne alicui panderetur; tamen tota civitas ſubito de fama repletur.

C 7 Cœpit autem ſancta pignora ſuis manibus diligenter abluere, & in ſcrinio collocare: & eadem
quod aqua abluitur: nocte deputatis clericis, in hymnis & ſpiritualibus canticis tota nocte pervigiles juſſit manere, ut facto mane ad Epiſcopium *e* ejuſdem urbis cum laude & gloria deportaret. Presbyter autem, qui prius titulum lapideum ſcriptum invenit, cujus & ſuperius memoriam fecimus, erat tunc in infirmitate valde afflictus, ita ut de vita deſperaret: qui ut hæc audivit, miſit continuo ad eum, ut dignaretur ſibi aquam mittere, de qua ſacra abluerat pignora, quam medelam ab eo accipere mereretur. Mane itaque facto conſurgens Antiſtes admonuit populum, ut pariter cum eo deſcenderet, & cum omni honorificentia ad ſupradictam eccleſiam Marci ſanctiſſimum corpus transferret. Indutus autem ſacris veſtibus ſimul cum
f Miniſtris, qui ſecum aderant cum *f* thuribus & ceraptatis, & cum omni apparatu eccleſiaſtico viris & mulieribus, pueris & puellis, accenſis cereis *g* Impoſitaque Litania ad locum tetendit, & levato inde cor-
g pore & in lectica compoſito laudem Domini decantando pervenit ad civitatem. Sed antequam Epiſcopium ingrederetur, Presbyter ille, quem ſuperius pene mortuum memoravimus, incolumis cum accenſis cereis obviam ſancto advenit corpori, laudans & benedicens omnium conditorem. Epiſcopus autem grates immenſas referens omnium Redemptori Domino Deo, Epiſcopium ejuſdem antiquiſſimæ ingreditur urbis, & venerabile corpus in confeſſione Dei Genitricis collocavit, exſpectans, ut ſibi omnipotens Deus oſtendere dignaretur locum, quem ſibi aptum placeret [eligere] ad recondendas Reliquias venerandas. D

quæ quidam à lethali morbo liberatur,

8 Eodem quoque die, quo ſanctum Marci levatum eſt corpus, accidit ut inde quædam ſanctimonialis tranſiret, & dum longius ire ſatageret, ut audivit hoc factum, eumdem divertit in locum: & dum ſe prona proſterneret ſanctum adorare ſepulcrum, reſpexit; & ecce particulam Reliquiarum, in medio jacentem, furtim levavit, & gaviſa gaudio magno ſecum portare voluit. Quæ dum non longe ab eccleſia eſſet, antequam perveniret ad vadum *h* fluminis, tantus timor invaſit eam, ut nec retro nec ante poſſet aliquando declinare. Recordata autem ſancti Martyris Reliquiarum, continuo ſericium velum, quo caput tegebatur, tulit; & involvens ibi ſancta pignora, remiſit ad corpus, & mox quaſi à vinculis abſoluta cœptum peregit iter. Cœpit dehinc Antiſtes vehementer hæſitare, quid inde faceret, vel in quo E loco eum reponeret, aut ſi ſibi propriam domum conſtrueret. Et dum hæc tractaret, affuit dilectus Domini Marcus in ſomnis cuidam religioſæ feminæ dicens: Vade & dic Epiſcopo, animadvertat diligenter & noſtrum evidenter perpendat honorem: quia domus, de qua noſtrum tulit nunc corpus, noſtri honoris cauſa mirifice extitit facta. Quapropter ædem propriam quæro: quod ſi neglexerit facere, ſciat ſe hoc anno periculo ſubjacere. Hoc audito Epiſcopus expavit, & de viſione nil dubitabat: quoniam mulier illa timorata nimis, quæ viderat cum juramento terribili affirmabat. Collatione itaque facta cum ſuis, in loco quo ſibi comparuit, ſtatim ad perficiendum opus cœpit fundamenta jactare. Sed non abſque divino nutu citius, ut æſtimabat, complevit. Nam ſi ſibi Deus, ut optaverat, tribueret facultatẽm, forſitan hodie membra caput non haberent.

quædam vero cum parte Reliquiarum abitura divinitus ſiſtitur:

h

Sanctus templum ſibi exſtrui jubet,

9 Qualiter autem glorioſiſſimi Marci Martyris caput inventum eſt, ſilentio non eſt prætereundum. Nam quadam nocte cuidam veterano Presbytero dormienti, ut ipſe hactenus narrat, vox facta eſt dicens: Surge & noli dormire. At ille expergefactus putabat ſe à ſuo ſocio, qui ſecum morabatur, in loco F *i* vocari: & dum ſciſcitaretur, quare? & nemo ſibi reſponderet, iterum obdormivit, & necdum aperte dormiens, denuo vox audita eſt dicens ad eum: Noli tam piger eſſe, ſurge & in angulo hujus baſilicæ quære theſaurum. Attonitus autem Presbyter ille & admirans, ſecum de viſione cœpit tractare. Sed antequam de lectulo ſurgeret, conſimilis tertia audita eſt vox, præcipiens ut continuo ſurgeret, & ulterius de viſione non dubitaret. Tunc Presbyter lætus effectus, putanſque pecuniam certius invenire, feſtinus ſurrexit, & ferramentum aptum ad vepres ſcindendas arripiens, quaſi divinitus ad locum pervenit; & vepres quibus locus tegebatur abſcidit, atque in ipſo angulo in modum capſulæ loculum factum in-
quod reper- venit: quem ſtatim aperuit, & invenit in eo caput *tum*, glorioſiſſimi Marci Martyris ſimul cum clavis affixis, cum quibus impii cruciaverant illum. Et quamvis quod putaverat, minime inveniret; tamen gaudio magno gaviſus, lætabundus ad Epiſcopum venit, & cuncta quæ viderat enarravit. Magno itaque gaudio repletus eſt Epiſcopus, ut, ſi decem millia auri talenta inveniſſet, non tam lætus efficeretur, quam de hoc capite ſancti Martyris. Et licet hæc viſio non certius nomen iſtius Domini Athletæ declaraſſet;

& caput ſuum inquiri:

i

ille

A ille tamen affirmabat, quia hoc eſt ſanctiſſimi Martyris caput, & Dei providentia reſervatum, ne corpus abſque capite conderetur. Anno itaque completo, conſummata eccleſia in ejus honore, & capite juncto corpori, ſumma cum reverentia eſt III Non. Octobris ſolenniter dedicata. Scripſit autem & titulum lapideum ut priorem, & juxta locum poſuit continentem hoc modo:

conditur cum corpore Atini in nova baſilica.

Hic Martyr magnus requieſcit corpore Marcus,
Quod, tribuente Deo, condidit ecce Leo,
Præſul Atinenſis: lapis hic erit & ſibi teſtis.

Inventum eſt autem XVI Kal. Auguſti anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quadrageſimo ſexto.

ANNOTATA.

a *Auctor Chronicæ hanc dedicationem videtur tribuere ipſi Leoni, ſub quo facta inventio, & hac illam poſteriorem facit: potius credimus, quod ſub eodem Gaudentio Epiſcopo, qui ſemel iterumque deſtructam civitatem reparavit, tempore Honorii Papæ I, hic quoque locus utcumque repurgatus ſit, ſacello ibidem condito: aut ſaltem unum ex iis Epiſcopis, qui anno* DCXL *uſque ultra annum milleſimum latent, altare prædictum dedicaſſe.*

B b *Obiit Conradus anno* 1039, *corrigendus itaque librarii error fuit, quo Leo ordinatus legebatur anno* 1044.

c *Id eſt locum primæ cathedralis, olim ad Pedem-ſilicis exſtructæ, ut alibi dictum.*

d *De hac prætenſa antiquitate jam diximus conditerem Saturnum fingi.*

e *Epiſcopium ſcilicet novum, id eſt Cathedralis S. Mariæ, quæ ipſius Leonis tempore extructa à civibus fuiſſe dicitur in Chronico Atinenſi: quo ſatis probatur notabili annorum ſpatio prius ordinatum fuiſſe Leonem, quam fieret hac inventio: etſi id minus hic appareat.*

f *Malim legere* cum thuribulis: ceraptatas *autem, intelligo eſſe faces* ex cera aptatas, *donec ex antiquitate melius quid occurrat.* Ceroſtatas *pro candelabris, voce Græca legiſſe apud Anaſtaſium bibliothecarium mihi videor.*

g Imponere *hic dicitur, quod nunc* intonare, *cantum ſcilicet ordiendo, quod eſt Officiantis, ut loquuntur.*

h *Fluvius hic* Melpis *eſt, vulgo* Mele *aut* Melfa, *Atinenſe pomœrium ex ſeptentrionali & occidentali latere alluens, ac denique in Lirim ſeſe immergens.*

i *Videbatur ſcilicet ſibi eſſe inter ipſas veteris eccleſiæ parietinas, juxta ſacellum S. Bartholomæi, ibique audire vocem monentis.*

CAPUT II.

Miracula quædam invento corpore patrata.

Agrum Atinenſem magna ſiccitate liberat:

10 FRat autem tunc immenſa ſiccitas ſuper terram, ita ut plurimi ex populo crederent finem adeſſe mundi; eo quod incendia & caligo magna totum invaſerant orbem: nam herbæ campi defecerant, virentia cuncta ardebant. In ipſo autem periculo apparuit dilectus Domini Marcus cuidam ſanctimoniali feminæ, præclaro vultu, longo & pulcro corpore, barba & capite candido, dixitque ei: Surge & dic Epiſcopo, Quare corpus noſtrum tam diu retinet ſuper terram? Ecce jam domus mihi parata eſt, quid moratur? numquid non cernit, quod populus ſiccitate periclitatur? Sciat profecto, quia ſi corpus meum redditur terris, ſtatim aquâ Domini beneficio tota terra rigatur. Facto itaque mane ſurrexit femina, & quæ viderat intimavit. At ille hæſitare cœpit quid ageret (decreverat enim eo *a* die quo corpus inventum fuerat, baſilicam dedicare) nam fideliter populus irruerat ſuper eum dicens: Nolumus jam tibi amplius credere, ſi hæc beneficia à Deo nobis promiſſa retardare volueris. Sanctimonialis autem femina cum juramento affirmabat; Me in cuſtodia retinete, & ſanctum corpus reddite ſepulturæ, & ſi tertia die pluviam non habetis, ſine mora meum caput detruncate. Convictus autem, tam mulieris aſſertionibus quam etiam & populi objurgationibus, quarta videlicet feria ipſe cum aliquantis de populo jejunavit, & cum ſero eſſet ipſis ſolis locum ſcientibus ſecretius corpus humavit, atque cuncto populo diem ſacrationis denuntiavit. Factumque eſt ut dies ille tranſiret; & ſicut mulier repromiſit, alia die tantam omnipotens Deus pro honore ſui dilecti Martyris conceſſit pluviam, ut ſubito tota terra aqua abundantiſſime repleretur. Ad hæc tota civitas lætatur, quia id quod optaverat, ſine mora tenebat. EX MS.

a

11 Prætermiſimus autem magnum & ſtupendum miraculum, quod omnipotens Deus eodem *b* die, cum adhuc ſanctas Reliquias manibus verſaret Pontifex, operari dignatus eſt. Nam dum quidam juvenis aridam manum habens ſuperveniret, & in medio circumſtantium populi ſe objiciens, proſpiciens quod Epiſcopus languentibus aquam, de qua ſacræ abluebantur Reliquiæ, ad potandum porrigeret; cœpit & ipſe plena fide devotaque mente poſtulare, quatenus ei pro remedio ſuæ ſalutis dignaretur ſibi porrigere: qui ſtatim accepto vaſculo benedixit, eique ad potandum porrexit. Sed ſtatim ut ad os illius extitit propinatum, divina favente gratia illico manus ejus incolumis reddita hauſtum vaſculum à proprio ore removit. Viſo autem tanto miraculo admirati, cœperunt omnes glorificare omnipotentiam Salvatoris, qui tanta in his ultimis diebus ad confirmandum Fidelium mentes miracula operari dignatus eſt.

b aridam manum reſtituit:

12 Præſenti quoque *c* anno, quid in hac urbe Clemens Dominus apud illius venerabiliſſima pignora operari dignatus eſt, ſilentio prætereundum non eſt. Nam dum cujuſdam fabri filia ab antiquo hoſte demens efficeretur, ita ut in loco, in quo conſiſteret, vel ſuam ipſam genitricem ignoraret: continuo mater ejus, cum cognoviſſet, feſtina de agro, in quo ad paſcendum boves miſerat, ad Epiſcopium cum ea cucurrit & præſenti Epiſcopo indicavit. Qui ſtatim ut cognovit eam, ob invidiam antiqui hoſtis miſerabiliter immutatam, dixit ad eam: O mulier quid tibi faciam, ignoro; ſed tamquam miſericordiam conſecutus, conſilium recuperandæ filiæ veſtræ ſaluti præbeo. Suſcipe ergo, & continuo eam, in noſtri Salvatoris Jeſu Chriſti fiducia, ante ſacrum ejus glorioſi Martyris tumulum projice. Confido enim & fiducialiter credo, quod per ejus ſacrum auxilium, ſuo interveniente ſuffragio, ab iſta infeſtatione filia tua ſanabitur. Quæ mox ut audivit, confortata illius oraculo, per manum eam apprehendens, & in eccleſiam plena fide devotaque fiducia introduxit, & eam ante ſacrum tumulum flebiliter Dominum rogando projecit. Erat autem tunc hora tertia *d* diei: & permanſit in hac oratione fere hora quinta, atque pro ea ſacrificio Deo oblato, incolumis auxiliante Domino facta, cum ſua ſimul genitrice, quæ cum gravi anguſtia & dolore ad Epiſcopium venerant, cum gaudio & lætitia ad propria ſunt reverſæ.

c damonem ex energumena,

F

d

13 Denique cum hoc miraculum ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti & præconia ſui dilecti Martyris Marci, ſcriberetur, & de his virtutibus ſtupenti anima miraretur; quidam Monachus, bonæ *e* memoriæ S. Benedicti cœnobii, adnotatum miraculum devote de manibus accipiens, ſanctiſſimi hujus Martyris preces depoſcens, quo ſibi dignaretur ſubvenire, & dolorem ſui capitis, quo ſæpius cruciabatur, auferre; atque ſtylum perlectum in utraque parte ſui capitis ponens, ſuppliciter ſe ſuſtollens in prece agebat:

& dolorem capitis depellit:

e

EX MS. agebat: Eja verende Martyr, mihi ſuccurre precanti, atque pro tuo honore mei capitis tolle dolorem. Et cum hæc devotiſſime diceret, continuo, Domini largiente clementia, dolor capitis ab eo receſſit: & mox lætabundus ad nos continuo repedavit, & quantam ſibi Deus fecerit miſericordiam meritis ſui dilecti famuli enarrabat; humoque proſtratus, & erectis in cælum manibus, cœpit magna cum exultatione Dominum & ejus Martyrem collaudare.

invocandus non tantum ob miracula,

14 Lætemur itaque, Fratres cariſſimi, & totis viribus jucundemur, exultemus & delectemur in Domino, pro cujus amore hic glorioſiſſimus Martyr Marcus ſupplicium pertulit mortis; & non tam de miraculis quam de ejus dulciſſimo patrocinio gloriemur; in quo quando cum amore noſtræ devotionis ſpem & fiduciam ponimus, abſque dubio de magnis periculis, ab ejus ſancta interceſſione protecti, hic & in futuro liberati lætabimur. De ſignis videlicet atque prodigiis non ſemper quemque admirari oportet: quandoquidem non tantum ſancti, ſed etiam & peccatores in nomine Domini ea facere poſſunt. Unde in Euangelio in die judicii dicturi ſunt: Domine nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus, & multa ſigna fecimus? quibus dicturus eſt Dominus: Diſcedite à me operatores iniquitatis, quia non novi vos. Nam & B. Gregorius in ſacro eloquio ſigna quoque infidelibus data eſſe refert. Ergo ſi ſigna infidelibus conceduntur, cur nos fideles in ſignis & miraculis miramur, & non potius in ſanctitate confidimus? Nam ubi deſunt ſigna, adſunt & ſuffragia ſanctitatis.

Matt. 7, 22

B

ſed etiam ſanctitatē,

magna cū fiducia.

15 Ideoque, cariſſimi omni fiducia totaque mentis devotione ſolo proſtrati, apud hunc ſanctum Martyrem à Domino veniam poſtulemus; quatenus ejus ſacris meritis impetrare mereamur, ſi ex toto corde & fida mente rogamus, quod pro ſalute noſtra depoſcimus, dicente Domino: ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabitur vobis. Quæramus igitur auxilium ab eo, qui potens eſt & ſanctum nomen ejus, & qui ſuos Martyres in æternum glorificat; ut pro illorum meritis, nos de periculis imminentibus aſſidue liberet. Scimus enim & indubitanter credimus, quod ſi quis eum non tepida mente precibus pulſat, quidquid pro ſua ſalute rogitat, abſque dubio obtinebit; ut ipſe fidelibus ſuis polliceri eſt dignatus: dicit enim: Si habueritis fidem ut granum ſinapis, diceretis huic monti, tranſi hinc, & tranſiret. Et ſi in fide non hæſitaveritis, quidquid ſine dubio petieritis, impetrabitis idipſum. Sunt quidem nonnulli qui petunt tepida fide, & ideo non merentur, quod quærunt, accipere: & ſunt alii, qui tam ardentiſſima fide petunt, ac ſi præſentē Deum habeant, & os ad os loquatur. Hi idcirco exaudiri merentur & effectum precis ſuæ adipiſcuntur. Vos itaque adhortor cariſſimi, ut hujus ſancti Martyris Marci auxilium imploremus, ut una nobiſcum in ſuo patrocinio congratulemur, ut cujus aſſidue præconia ſanctitatis in terris attollimus, illius conſortium mereamur habere in cælis, auxiliante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus, per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Luc. 17, 6

C

ANNOTATA.

a *Die ſcilicet inventionis anniverſario 17 Iulii.*

b *Non dedicationis, ſed feria 4 prænominata, antequam corpus clam, ut dictum eſt, humaretur; quam etiam feriam intelligi debet ſecuta fuiſſe pluvia, & ſecuturam dedicationem feciſſe lætiorem populo.*

c *Annus ipſius ſcriptionis notatur, quæ quamdiu dilata ſit poſt hactenus narrata non definimus: hoc ſcimus ſcripta hæc cum adhuc viveret Presbyter, cui caput fuerat revelatum: revelatum autem fuit anno dedicationem præcedente 1062. Exiſtimamus etiam mortuum tunc fuiſſe Leonem, & ſatis eſſe ſi circa annum 1080 ſcripta hæc fuerint.* D

d *Hæ horæ omnino numerandæ ſunt ab ortu ſolis: nam & tunc, cum venit mulier, Epiſcopus in eccleſia erat; & poſtquam duas ibi horas orando tranſegit, oblatum eſt pro laborante ſacrificium Miſſæ, ut mox dicitur; expleto ſcilicet jam toto officio eccleſiaſtico antemeridiano.*

e *Hæc appellatio non ad monachum, ſed ad S. Benedictum referri debet, cum miraculum in eo factum recentiſſimum ſit, eodem ut ſupra apparet anno ſcriptum.*

VERSUS

de eadem inventione & tranſlatione.

Ex MS. prædicto.

16 COncio læta canens exultet corpore Marci,
Qualiter iſta dies glorificata fuit.
Sedis Atinenſis Leo Præſul jura *a* tenebat,
Cum ſic gleba ſacri corporis aucta fuit.
Quidam Romanus urbem devenit Atinam,
Pontificem quærens: invenit, alloquitur.
Martyr honorandus me miſit, nomine Marcus,
Quæ mihi monſtravit, *b* notificare tibi.
Ante ſepulturam, quæ Martyris eſſe *c* Nicandri
Dicitur, invenies oſſa beata viri.
Præſul adhæc lætus venit huc, tumulumque requirit:
Vir monſtrat: lapidum magnus acervus erat.
Tolluntur lapides, titulum lapis obtulit unus,
Incipiunt nomen cernere: Marcus erat.
Presbyteris terram juſſit Pater inde cavare:
Cœpit, laſſatur: Presbyteri fodiunt.
Dum ſic certatur, dum quiſque labore gravatur;
Ad tumulum veniunt: panditur & tumulus.
Exit ſuavis odor: voluit Pater, iſta latere:
Fama replet populum, turbaque tota ruit.
Tunc vero clamor ad ſidera tollitur ingens:
Plebs, Pater, & Clerus glorificant Dominum.
Veſper erat, lavat oſſa Pater, capſaque reponit:
Nox ruit in terris, ad ſua quiſque redit.
Mane ruit Clerus, Proceres, animæque potentes,
Vir, puer, atque ſenex, nupta, triennis, anus.
Pontificem digne tegit infula Pontificalis,
Et Clerus ſacris veſtibus induitur.
Accipiunt corpus, tota plaudente chorea,
Imponunt humeris, ſuſcipiuntque viam.
Terra ſonat pedibus, ferit aurea ſidera clamor:
Lætitiam, plauſum, voxque manuſque ferunt.
Sic tendunt omnes Chriſti Genitricis ad aulam,
Hic cupiunt corpus ponere, Marce, tuum.
Sed tibi nec placuit, nec quæ cupiere patrarunt,
Atque domum propriam Martyris oſſa volunt.
Ante *d* Pedem-ſilicis corpus ſtetit: inde moveri
Non potuit, cunctos cœpit habere timor.
Tunc omnes ſpondent propriā ſibi condere ſedem *e*:
Et ſic oſſa ferunt ad loca quæ cupiunt.
Unde Patri ſummo, Nato, cum Flamine ſacro,
Gloria ſit perpes, laus, decus, imperium. Amen.

a Leo Epiſcopus Atinenſis de quærendo S. Marci corpore admonitus, *b c*

E

inter templi rudera cum epitaphio ejus,

illud invenit;

& ſolenniter Atinum deducit,

F

ubi immobile novo exſtructo templo honoratur, *d* *e*

ANNOTATA.

a *Hinc colligas, poſt mortem Leonis verſus hos eſſe compoſitos: putamus autem, quod etiam poſt ſcriptam priorem hiſtoriam; & compoſitos eſſe eo fine, ut circum arcam, ciborium vel abſidem eccleſiæ S. Marci deſcriberentur: ſicut de eccleſia S. Mariæ dictum, & Romæ in uſu fuit jam inde ſub antiquis Pontificibus, uti etiamnunc reſidua in quarumdam eccleſiarum parietibus veſtigia oſtendunt.*

b *Hujus revelationis nulla eſt mentio in hiſtoria, ſed veluti caſu, dum repurgatur templi ſolum, inventus titulus fuiſſe legitur, & de præſentia ſacri corporis ſpem feciſſe inexpectatam.*

c *Auctor*

A

c *Auctor Chronicæ videtur ſupponere, SS. Nicandri & Marciani corpora ibidem adhuc requieviſſe: ſed veroſimilius arbitror, in excidio Atinenſi avectam fuiſſe ſpecioſiſſimam arcam, atque Venafrum delatam: nec aliud Atinæ ſuperfuiſſe quam locum Sepulturæ.*

d *Id ipſi ſuburbio nomen fuiſſe vidimus, in quo erat S. Bartholomæi eccleſia: quare dicendum videtur in civitatis ingreſſu hoc miraculum eſſe factum; cujus quia nullum veſtigium eſt in Hiſtoria, penes auctorem ſit fides.*

e *Si ex publico voto debebatur eccleſia propria, quomodo ad eam exſtruendam divina viſione monendus fuit Epiſcopus, uti monitus in hiſtoria dicitur; & quomodo ibidem inducitur dubius quid agat de ſancto corpore? Ob hæc ſane ultimum locum his verſibus dedimus, nec potuimus eos antiquiſſimos credere.*

MIRACVLVM

Ex MS. Italico Bartholomæi Chioccarelli.

Graſſantibus lupis & ingravescente ſiccitate,

17 POpuli Atinenſis devotione erga ſanctum ſuum Patronum curſu temporis elangueſcente, placuit divinæ providentiæ eamdem reſuſcitare ſtupendo quodam miraculo. Succrevit per Campaniam & Baſilicatam univerſam tanta luporum multitudo, ut itinera ubique infeſta redderent: huic autem malo acceſſerat aliud nihilo levius, ingens ſcilicet defectus pluviæ; ex qua nata annonæ penuria famem addebat jam ſiti laborantibus. Tunc glorioſus S. Marcus, ſuorum miſertus civium, pio cuidam Sacerdoti apparuit, denuntians, hoc Dei flagellum propter populi peccata immiſſum averti poſſi per pœnitentiam: itaque adiret Epiſcopum Atinenſem, eique diceret, ut ab eccleſiæ ingreſſu uſurarios arceret, donec pœnitentes atque injuſte parta reſtituentes eidem reconciliari mererentur; quoniam fœtor hujus peccati coram tribunal Dei aſcendens, vindictam provocabat aſſidue: Clericos quoque eadem labe infectos excommunicaret: ſcandalis autem amotis, exhortaretur populum ad pœnitentiam, & indiceret jejunium in profeſto ipſius. Deinde ſubjunxit: Leva oculos tuos & vide. Vidit autem Sacerdos ſanctum Pontificem ſublatum in aëra, ſic ut pedem unum ponere videretur ſuper unum, alterum ſuper alterum montium, qui urbi imminent; atque poſt eum audiebat horribilem ululantium luporum fremitum. Quærenti autem Presbytero, quidnam id eſſet, reſpondit Sanctus, eam eſſe importunam luporum rabiem, migrantium ex territorio Atinenſi, ad interceſſionem B. Mariæ Virginis Atinenſium Patronæ. Tandem quæſivit Presbyter: quiſnam ipſe eſſet, qui loquebatur ſibi, reſponditque Sanctus: Ego ſum Marcus, Epiſcopus veſter, Protector hujus civitatis, à Deo miſſus ad hæc nuntianda tibi: atque hoc dicto diſparuit. Tum Sacerdos cuncta ex ordine narravit Epiſcopo, hic vero expoſuit Clero populoque: omnes autem, actis Protectori ſuo de tam ſingulari beneficio gratiis, executioni mandavere præcepta illius; & Vigiliam feſtivitatis advenientis jejunio, orationibus, atque operibus bonis decreverunt habere exercitam: quod & fecerunt. Igitur nocte ipſa, inter Vigiliam ac feſtum media, copioſiſſima pluvia totum Atinenſem agrum perfudit, vicinis circum locis in ſua ariditate permanentibus. Cujus rei fama cito diſperſa, accolas omnes Atinum evocavit: ut & ipſi pro ſuis quique agris eamdem gratiam impetrarent apud venerandam ſepulturam, ad Dei gloriam & famuli ſui S. Marci.

apparens S. Marcus jubet vigiliâ ſui feſti pie agi,

eoque facto ceſſat calamitas.

18 *Hactenus Vita Italica Ms. cum ceteris ejuſdem generis Vitis Patronorum Atinenſium, ex Codice Neapolitano Cl. V. D. Bartholomæi Chioccarelli, Iuriſconſulti, à cujus erudito calamo habet Neapolis Catalogum ſive hiſtoriam Epiſcoporum ſuorum, in lucem datum anno* 1643: *quemque hujuſmodi ſacris libris abundare Beatillus noſter teſtabatur, Vitas prædictas mittens ſua manu tranſcriptas anno* 1638. *Quamvis autem nulla huic miraculo adſit nota temporis: quia tamen, poſt extructam S. Marci eccleſiam & feſtum ejus in populo jam notum, eaque omnia ſcripta quæ ſupra edidimus, res debuit contigiſſe; contigit autem cum ſuos adhuc haberet Atina Epiſcopos proprios, quos habere deſiit circa annum* MCL, *uti dictum eſt; ſequitur non diu ante vel poſt initium* XII *ſeculi factam eſſe quam narravimus gratiam.*

circa an. 1100.

D

E

DE SANCTIS MARTYRIBVS

ZENONE, EVSEBIO, NEONE, VITALIO,

CORCYRÆ IN IONIO MARI.

G. H

CIRCA ANNUM C.

Corcyra,

ſub Regulo aut Præſide interfecti.

Elogium ex Menologio Baſilii Imp.

Ionii maris inſula corcyra eſt, in eaque ejuſdem nominis urbs Archiepiſcopalis, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, vulgo Corfu. Cercyra *dicitur etiam Dionyſio in Periegeſi. Sed obſervat Euſtathius dubiam eſſe ſcripturam hujus inſulæ, dici nempe* Κέρκυρα *&* Κόρκυρα. *Primam Euangelii lucem accepiſſe à SS. Soſipatro & Iaſone, Apoſtolorum diſcipulis, tradunt paſſim Græci: imo à quodam eorum Rege (verius Regulo aut Prorege aut Præſide) ibidem interfectos fuiſſe. Colitur à Latinis* S. Soſipater XXV *Iunii &* Jaſon XII *Iulii: quando illa erunt accuratius diſcutienda. Vterque à Græcis in Menæis memoratur* XXIX *Aprilis, aſt in Menologio Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris* XXVII *ejuſdem menſis Aprilis, &* XXVIII *referuntur hi quatuor Martyres ab illis converſi cum hoc elogio:* Certamen ſancti Martyris Zenonis & ſociorum. Zeno Chriſti Martyr ac ſimul ſancti Euſebius, Neon & Vitalius, ex Cercyra inſula, inſtructi à ſanctis Apoſtolis Jaſone & Soſipatro, in Chriſto crediderunt: & proinde apud Cercilinum inſulæ Regulum accuſati, ipſius juſſu comprehenſi ſunt, & ab idolorum cultoribus gravibus catenis conſtricti coram ipſo adducti fuerunt. Cum vero ab eo interrogati Chriſtum profeſſi eſſent, veſtibus primum denudati ac ſuper humum extenſi; tum manibus pedibuſque devincti, crudeliter per plures horas virgis è funibus confectis cæſi ſunt, ut cogerentur Chriſtum abnegare & idolis ſacrificare. Quod cum conſtanter recuſaſſent, ac ne verbo quidem conſenſiſſent dæmones adorare; denuo in carcerem prope mortui detruſi ſunt; ac poſtea ingenti accenſa fornace, è carcere educti atque in ignem projecti, martyrium conſummarunt.

Hactenus Menologium Baſilii Imperatoris. Coluntur & iidem hoc die in Mss. Menæis Chiſletianis, quæ Divione aſſervantur, & de S. Neone iſta traduntur: Eadem die ſanctus Martyr Neon igne vitam finivit, *& hoc additur diſtichon:*

Menæa Mss. ubi refertur S. Neon.

G. H. Θεοῖς λατρεύειν μὴ θέλων Ἑλληνίοις
Καθεῖλε καυθεὶς πίσιν Ἑλήνων Νέων.
Colere recuſans gentium Deos Neon,
Et uſtus igne; gentium evertit ſacra.

& 29 Aprilis in aliis SS. Zenon & Vitalius.

De aliis tribus eadem in dictis Menæis leguntur, quæ ad diem ſequentem XXIX *Aprilis habentur in Menæis excuſis & apud Maximum Cytherorum, & de duobus iſta conjunctim habentur:* Eadem die ſanctorum Martyrum Zenonis & Vitalii, igne conſummatorum, *uti in ſuo Menologio Sirletus vertit: ſed qui aliis* Vitalius *eſt, ipſi* Vitalis *dicitur, quo eodem nomine uſus eſt Gallicinius, hoc addito encomio:* In Græcia ſanctorum Martyrum Zenonis & Vitalii, qui fidem Chriſti, quam amplexi erant, teſtatam præclare fecerunt igne combuſti. *Adduntur in Menæis hi verſus, in quibus S. Vitalius animatur à S. Zenone his verbis:*

Μὴ δειλιάσας, Βιτάλιε, πρὸς φλόγα, D
Ἡγήσομαι γὰρ καὶ προσεισέλθω Ζήνων.
Vitalie, ne cor paveat ad rogum tibi,
Ducam ipſe in ignes, teque prægredior Zenon.

Quartus reſtat S. Euſebius, de quo in Menæis & apud Maximum Epiſcopum Cytherorum iſta Græci tradunt: Eodem die ſanctus Martyr Euſebius igne conſummatur. *Quæ Sirletus in ſuo Menologio ita expoſuit:* Eodem die ſanctus Martyr Euſebius, pro Chriſtiana confeſſione martyrio conſummatus: *omiſſo ſcilicet tormento ignis, in quem conjectus cum reliquis martyrio palmam eſt conſecutus: quod confirmant hi verſus in Menæis.* & S. Euſebius.

Ἐκ τοῦ τὸ πῦρ ὁποῖον ἐκσμήξει ῥύπον
Εὕρησον, Εὐσέβιε, χρυσὸν χρυσίον.
Abſterſit omnem flamma quia ſordem tibi,
Aurum inveniris Chriſto probatum, Euſebi.

DE SS. VITALE ET VALERIA,

D. P. *CONIVGIBVS MARTYRIBVS RAVENNÆ ET MEDIOLANI.*

XXVIII APRIL.

Eleberrimum Vitalis Martyris *nomen eſſe per univerſam Italiam, probant templa præcipuis in urbibus eidem erecta, Romæ, Faventiæ, Arimini, Comi, Ferrariæ, Venetiis, Veronæ, atque Iaderæ in Dalmatia, ac pluribus aliis minoris notæ locis, eodem patrocinio gloriantibus. Romanum, præ ceteris extra Ravennam poſitis, memoria dignißimum, ſitum in illa pulcherrima valle quæ Viminalem ac Quirinalem montes diſterminat, ex teſtamento Vertinæ nobiliſſimæ matronæ conditum, à S. Innocentio Papa dedicatum eſt erectumque in titulum; ſub nominibus quidem filiorum SS. Gervaſii atque Protaſii indicatum ab Anaſtaſio Bibliothecario in Vitis Pontificum; ſed nunc ſolo patri nomine cognitum, & inter Romanas Stationes adiri ſolitum Feria* VII *ante Dominicam tertiam Quadrageſimæ. Eſt autem ſub cura noſtræ Societatis, quæ vicinum S. Andreæ in Quirinali eccleſiam occupans, iſtam quoque S. Vitalis, anno* MCCCC LXXV *reſtauratam, centum ac viginti annis poſt, dono Clementis* VIII *obtinuit, cum hortis fundiſque adjunctis; & egregia Biſianenſis Principis Iſabellæ Roboreæ munificentia adjuta, reſtituit ſplendori antiquo; qualem, in loco alias à frequenti habitatione remoto, admirati ſumus anno* MDCLXI; *ipſo S. Vitalis hodierno feſto, quo tota illuc Roma confluit, ibidem ſacris operati.*

unum Romæ celebre:

Varia ejus templa per Italiam,

C

2 *Prius autem quam Romam appelleremus, fueramus Ravennæ; & die* XIX *Novembris, per antiquiſſimæ illius urbis præcipua circumducti templa, luſtraveramus pulcherrimam atque ſumptuoſiſſimam ædem S. Vitalis, eo ipſo in loco ubi martyrium pertulit Sanctus, & ubi uſque ad urbem è Gothorum poteſtate receptam parvula ſtetit eccleſia, primis Chriſtianæ pacis temporibus ædificata. Auguſtiſſimæ illius eccleſiæ deſcriptionem accuratam, quæ ipſam ejus formam ac majeſtatem oculis pene ſubjiciat volens legere, Hieronymum Rubeum adeat lib* 3 *Hiſtoriæ Ravennatis, & Hieronymum Fabrum ſacras Ravennæ antiquæ memorias Italice proſecutum, atque à pag.* 355 *uſque ad* 383 *diſtinctius ſingula explicantem, multaque notantem à Rubeo prætermiſſa. Antiquam porticus unius inſcriptionem hanc ex illis habe.* Beati Vitalis Baſilicam, mandato Eccleſii Epiſcopi, Julianus Argentarius ædificavit, ornavit atque dedicavit: conſecrante vero Reverentiſſimo Maximiano ſub die XIII kal. Maji. Sexies P.C. (*poſt Conſulatum*) Baſilii Jun-*ioris* V. C. (*viri clariſſimi*) Indictione X.

præcipuum Ravennæ,

auguſtiſſime extructum,

& an. 547 conſecratii:

3 *Annus hic notatur* DXLVII; *quo anno, tremente tota ſub Totilæ armis Italia, Ravennæ adfuiſſe Iuſtinianum Imperatorem cum Theodora Auguſta, dedicationemque ſua atque aulæ totius præſentia cohoneſtaſſe, non modo non eſt veroſimile; ſed omnino convincitur eſſe falſum ex eo, quod Conſtantinopolim à Iuſtiniano invitatus Vigilius Papa eodem appulerit* VIII *kal. Februarias, & cum præſente iſtic Imperatore notabili verſatus tempore ea tractavit negotia, quorum gravitas ſatis indicat, non modo eum tunc cum Ravennæ dedicata eccleſia eſt, ſed toto illo anno ac ſequentibus uſque ad Conſtantinopolitanum œcumenicum concilium, pedem vix extuliſſe ab urbe Regia, nedum in Italiam trajeciſſe. Quid igitur ſibi vult teſſellatum opus, in ſacelli majoris teſtudine ante annos plus quam mille expreſſum, ubi Imperator & Imperatrix conſpiciuntur cum nobiliorum virorum ac feminarum comitatu? Non aliud profecto, quam eorum qui iſtic exprimuntur muneribus aut opera ſurrexiſſe ædificium, quod ſub Eccleſio inchoatum fuerat ante annos ſex, & ſub Maximiano conſecratum poſt fuit; quorum etiam effigies eidem muſivo inſertæ viſuntur. Quod vero Iuſtinianus Ravennam delatus puer fuerit à nutrice, & apud dictum Iulianum Argentarium latens S. Vitali templum extruendum voverit, ſi aliquando ad Imperium perveniret, perſuaſio popularis eſt, ſed forte nihilo ſolidior priore.*

ſed non præſente Iuſtiniano cum ſuis:

4 *In hoc porro templo,* eo in loco ubi ſanctum cadaver D. Vitalis tumulatum erat, foveam excavarunt, cujus pavimentum pari artificio quo & templum exornatum. Inde ad hæc uſque tempora aqua emanat, *ut inquit Rubeus: & addit Faber, eam aquam quotidie magna cum devotione hauriri à civibus, potißimum in die Martyris feſto: & ſubtus foveæ pavimentum, in marmorea arca, conditum credi venerabile corpus. Verum dum conſidero hæc tyranni juſſa* facientes foveam, quo ad aquam uſque pĕrveniatur, ibi eum ſupinum deponite; & eum terra ſimiliter ac lapidibus obruentes, abſque humana cura dimittite; *nullatenus poſſum perſuaderi, Chriſtianos, primæ ædiculæ auctores, oſſa, quæ ex humido loco efferri conveniebat, voluiſſe defodere altius, aut id poſtea faciendum curaſſe Iulianum Argentarium: ſed potius inde eduxiſſe, & intra altare ipſa collocaviſſe; in quo ſi non ſuperſint amplius, omnino avecta alio & ablata credam. Idem namque Iulianus, ut ſcribit Rubeus & Faber ex eo,* foveæ aram impoſuit, teſtudine, columnis quatuor pretioſiſſimis ſuffulta, contectam: quas columnas univerſamque aram ac teſtudinem argento bracteato veſtiit. *Et argentum quidem ſublatum nunc eſt, ſed reſtant marmora, interque ea egregia tabula Sancti martyrium repræſentans, Frederici Barocci Vrbinatis opus. Quæ omnia magna cum animi voluptate luſtravimus.*

Fovea S. Vitalis,

ſub altari:

F

5 *Vidimus etiam ampliſsimum monaſterium ædi illi adjunctum: quo ipſo in loco, jam antea quam regia iſta mo-*

Monaſterium.

les

A *les fabricaretur, religiosorum virorum fuisse conventum persuaderet Rubius, cum asserit*, ipsius Præfecto Cornelio, viro religiosissimo, traditum esse ab Ecclesio Episcopo patris filium Severum, litteris bonisque moribus imbuendum: *persuaderet, inquam, si tam antiquæ rei vetustiorem haberet auctorem: nunc sicuti videmus Petro de Natalibus nimis facile credidisse, quod unus idemque Severus sit, cujus Ravennæ nati & in monasterio educati extat memoria aliqua tamquam Sancti, cum eo qui laudatur à S. Gregorio in Dialogo & à nobis proponitur* XV *Februarii: sic veremur ne & Cornelius iste, & Ecclesii nepos absque solida auctoritate hic nominentur. Interim extra dubium esse videtur, quin una cum novo templo Iustiniani ævo surrexerint ædes pro ipsius templi ministris: qui clericine an monachi fuerint, & si monachi an statim à principio Benedictini, non est facile definire. Rubius ad annum* MCXV *&* MCCXXVI *allegat Henrici IV & Frederici II Imperatorum privilegia in istius monasterii favorem concessa. Vghellus tom. 2. Italiæ sacræ col.* 353 *& seqq. insignem Ravennensis Episcopi epistolam proponit, ad Durantem monachum & ceteros cum eo eremitas, scriptam circa annum millesimum, Benedictinæ Regulæ encomiis multis maximisque refertam, & iis conceptam terminis, ex quibus facile possit colligi, Episcopum tamquam de unica istic nota loqui. Sed* B *difficulter probari poterit ex monasterio S. Vitalis fuisse Durantem. Hoc certum est anno* MCCCCXV *ex monasterio Romano S. Gregorii missum esse Petrum Silbarium, cum titulo Abbatis, ut restauraret disciplinam Ravennæ ad S. Vitalem: & anno post annum jam dictum sexagesimo, Abbatiam S. Vitalis, cum omnibus suis bonis, associatam fuisse Congregationi S. Iustinæ Patavinæ.*

an ipso templo antiquius?

Benedictinorum est & diu fuit:

6 *Memoria porro* S. Vitalis *in multis invenitur Martyrologiis, etiam in genuino Bedæ: cui Florus longum ex Actis encomium attexuit: quibusdam additur uxor* Valeria. *Rabanus & Wandelbertus S. Vitalis solius: Notkerus utriusque meminit: Leguntur etiam ambo in variis exemplaribus Vsuardi, Adonis, aliorumque recentiorum. Martyrologio Romano sic inscribuntur:* Ravennæ natalis S. Vitalis Martyris, patris SS. Gervasii & Protasii. Qui cum B. Ursicini corpus sublatum honestate debita sepelisset, tentus à Paulino Consulari, post equulei tormenta, jussus est deponi in profundam foveam, & terra ac lapidibus obrui, talique Martyrio migravit ad Christum. Mediolani S. Valeriæ Martyris, conjugis S. Vitalis. *Incertum tempus passionis est. Breviarium Warmiense excusum anno* MDXVI *S. Vitalem tempore Neronis passum fuisse memorat: & ad idem tempus Ms. Bodecense Martyrium S. Vrsicini refert. Omnia Mss.* C *sub Paulino Consulari coronatum ajunt; hic vero si C. Suetonius Paullinus est, ut Rubeo placet, qui anno Christi* LXVI *& Neronis* XII *Consul fuit; atque, ut ex Tacito constat, in bello quod defuncto Nerone ac Galbâ, Otho cum Vitellio gessit, multarum copiarum Ductor, S. Vitalis Martyrium non multum ab imperio Neronis esset removendum.*

incertum tempus passionis,

an scilicet sub Nerone,

7 *Si vero epistola illa, quæ prima libri septimi inter epistolas S. Ambrosii refertur, vere S. Ambrosii est, qua scilicet Italiæ Episcopis & Christianis divino monitu invenisse se corpora SS. Gervasii & Protasii significat; Martyrium ejus ad annum* CLXI *referendum erit. Nam in libello, ad caput eorum invento, parentibus decennio superstites fuisse,* an sæculo II *& bello Marcomannico pro Christo cæsi dicuntur. Hoc vero bellum anno* CLXXI, *sub Aurelio ac Vero Imperatoribus, gestum fuit; nullius hoc nomine alterius belli ante hæc tempora uspiam facta mentione. Interim dicta epistola supposititia videri cuipiam fortasse poterit, ex eo quod S. Ambrosius in epistola secunda ejusdem libri, quam super eodem argumento ad Marcellinam sororem scribit, verbum nullum de invento libello, deque apparitione sibi & revelatione à S. Paulo facta commemoret, ubi scilicet dicta Sanctorum corpora invenienda essent: sed hæc præfatur:* Quoniam nihil eorum, quæ hic te absente geruntur sanctita-

tem tuam celare soleo, scias etiam dilectissima soror, sanctos Martyres à nobis esse repertos. Nam cum ego basilicam dedicare vellem, multi tamquam uno ore interpellare cœperunt, dicentes: Sicut in Romana, sic basilicam dedices. Respondi; Faciam, si Martyrum reliquias invenero. Statimque subiit veluti cujusdam ardor prælagii. Quid multa? Dominus gratiam dedit; formidantibus etiam Clericis jussi eruderari terram eo loci, qui est ante cancellos SS. Felicis atque Naboris. Inveni signa convenientia: adhibitis etiam quibus per nos manus imponenda foret, sic sancti Martyres eminere cœperunt, ut adhuc nobis silentibus arriperetur urna &c. *Hæc initio dictæ epistolæ S. Ambrosius.* AUCTORE D. P.

8 *Accuratius horum temporum examen ad* XIX *Iunii in Martyrio SS. Gervasii & Protasii dari poterit, quos Rubeus ex testimonio ejusdem D. Ambrosii ac Petri Damiani discipulos S. Pauli Apostoli fuisse scribit: ut vel ex hoc iterum Martyrium parentis in annum* CLXI *referendum non sit. Baptizati fuere* SS. *Vitalis & Valeria, ut Ripamontius & Vghellus scribunt, à S. Caio tertio Mediolanensium Episcopo, quem Vghellus S. Barnabæ discipulum, & primo S. Anathalonis decessoris sui adjutorem, deindeque anno Christi* LXIV *successorem fuisse ait. Præter SS. Gervasium & Protasium alios duos filios habuisse dicuntur, SS. Aurelium & Diogenem: de quibus ita lib.* I. *Ripamontius:* Sed tamen vix E capio fidem illius gemini partus, quem maturo nondum utero Valeria dicitur inter ea tormenta & pœnas edidisse. Infantum nomina Diogenes & Aurelius feruntur, atque adeo maternæ veluti consortes palmæ suum in Ecclesia Mediolanensi cultum obtinuere: cum tamen alioqui de hisce Aurelio ac Diogene nulla in veterum annalibus extet memoria. *Addit Rubeus lib.* I. *Historiæ Ravennatium, hos infantes à dicto S. Cajo fuisse baptizatos, eorumque nativitatem ex veteri pictura his verbis confirmat:* Hujus erat rei testis pervetusta in D. Vitalis templo pictura, in qua cum D. Valeriæ ducitur funus, duo secum eodem feretro infantes fasciis involuti efferuntur: ipsique monachi tradita sibi continenti à superioribus monachis disciplina, qui Ordinis sui habitum in hoc cœnobio induunt, eos plerosque Diogenis & Aurelii hac de causa nominibus appellant.

accuratius examinandum in SS. Gervasio & Protasio.

Quid de duobus eorum filiis Aurelio & Diogene?

9 *Insignem cultum S. Vitalis, non modo apud Ravennates, sed & apud incolas Montis S. Sabini obtinet, à quibus quomodo in tutelarem Patronum sit ascitus, ita Rubeus narrat:* Hunc felicissimum Martyrem Montis S. Sabini incolæ, quod est oppidum in Tuscia haud procul Aretio, tutelarem sibi & apud Deum Patronum adjunxerunt, inde moti, quod nocte quæ D. Vitalis diem festum proxime antecedit, cum eorum hostes improviso oppidum adorti illud acriter oppugnarent, & scalas ad muros admovissent; statim toto oppido ingens sacri æris campani nullo movente sonitus, armorumque in aëre strepitus, & cives somno excivit, & hostes ab incepto deterruit, quod maximam in armis multitudinem esse putarent. Itaque oppido cives statim egressi, irruptione in hostes facta, eos nullo pene negotio fuderunt & in fugam egerunt. Hinc postridie mane supplicatione habita, & summas Deo gratias egerunt habueruntque, & communi consensu decreverunt ad DD. Sabinum & Ægidium Patronos suos ut D. Vitalis tertius adjungeretur, ejusque ageretur dies festus, anniversaria celebritate perpetuo solennis. Quo etiam fortasse factum est, ut Antonius Montes Cardinalis, ex hoc oppido oriundus, & Ravennæ ab Julio II Pontifice Maximo in Purpuratorum Patrum collegium cooptatus, vetustissimo D. Vitalis Romæ titulo insigniri studeret. Idemque Joannes Maria faceret fratris filius: qui deinde Julius III Pontifex Maximus fuit. Quod & in Petro Donato Cardinale Cæsio nunc vi-

S. Vitalis Montem S. Sabini ab expugnatione servat.

F

ac propterea à civibus Patronus tutelaris eligitur:

Cardinales aliquot titulum S. Vitalis assumunt;

AUCTORE D. P. demus, cum intelligat priſcos Cæſios Ravenna duxiſſe originem, & hujus urbis civis ſenatorque ac pater patriæ habeatur. *Hæc Rubeus.*

caput ejus Inſulis, 10 *Coli S. Vitalem in Flandria ab Inſulenſibus Sauſſajus ad* XXVIII *Aprilis per hæc verba auctor eſt:* Inſulis in agro Tornacenſi, ſub antiqua Remorum metropoli, veneratio ſanctiſſimi capitis B. Vitalis Martyris, cujus hodie coronati Ravennæ Catholica Eccleſia ubique celebrat glorioſa merita & trophæa. *Arnoldus Rayſſius in Hierogazophylacio Belgico capitis partem dumtaxat ibi aſſervari ſcribit, pereleganti capſa incluſam, in ſacello quod alii caſtri, alii S. Vitalis nuncupant. In Breviario Inſulenſi, excuſo anno* MDLV, *S. Vitalis proprium nihil habet. Adeo ut dubitare liceat, dicta capitis portio hujus S. Vitalis an alterius ſit, cum plures fuiſſe hoc nomine Martyres compertum habeatur. Bononiæ quoque ſervari notabiles utriuſque Conjugis Reliquias, auctor eſt Ioannes Pauli Maſini in Bononia illuſtrata ad* XXVIII *Aprilis; in templo ſcilicet S. Blaſii integram ejus tibiam eſſe; alias partes in S. Mariæ ac S. Martini: Reliquias vero S. Valeriæ ibidem in S. Barbatiani apud Monachos Hieronymianos coli. Pragæ denique haberi* particulam de cranio S. Valeriæ: truſta *autem* aliquot majora & minora per Carolum IV *Imperatorem* allata Ravenna anno MCCCLV *legitur in Diario Metropolitanæ eccleſiæ jam ſæpius laudato. Paſſionem ex Ms. cœnobii Bodecenſis Ordinis Regularium S. Auguſtini damus omiſſis aliis, quia contractiora ſunt & hujus velut compendium. Extat etiam B. Petri Damiani in eorum Martyrium panegyris; ex prædicta Paſſione deſumpta: cujus Paſſionis auctorem putamus fuiſſe unum ex ipſis monaſterii S. Vitalis monachis, diu ante B. Petrum Damiani.*

utriuſque Reliquiæ Bononiæ & aliquæ Pragæ:

B *Paſſio ex Ms. Bodecenſi.*

PASSIO

Ex MS. Cœnobii Bodecenſis Ordinis Regularium S. Auguſtini in diœceſi Paderbornenſi.

Sub Paulino militiâ, Chriſtianos in tormentis animat: 1 GLorioſus Domini palæſtrita S. Vitalis, Mediolanenſis Chriſtianiſſimus indigena civitatis, vir magnæ proſapiæ & inter primates non ultimus ordine, cum Paulino, Conſulari atque tyranno, nec non & tunc temporis Chriſtianorum infeſtiſſimo inimico, militandi gratia familiarius fuiſſet devinctus; hoc omni induſtria Catholicæ Fidei ſub habitu procuravit militari, ut vinculatorum animos Chriſtianorum euangelicis admonitionibus confortaret, ne pœnarum truculentia fatigati Fide decederent. Cumque tam pio tamque operoſo labori impertæſus inſtare diutius conaretur; die quadam una cum prædicto Paulino Conſulari urbem ingreſſus Ravennam, vidit in examine tyrannico quemdam Chriſtianum, nomine *a* Urſicinum, arte Medicum, natione Ligurem, poſt horrifica tormenta capitalem accepiſſe ſententiam. Locus autem, ubi decollabantur Chriſtiani, habebat vocabulum Palma: arbor enim antiquæ palmæ illic erat.

C

a

& S. Vrſicinum fluctuantem ad conſtantiam adhortatus, 2 Igitur ut dictum eſt, cum poſt nimia & immania ſupplicia decollandus duceretur ad Palmam Urſicinus, agente humanitate ſubito expavit. Qui dum vellet extremæ damnationi ſe tradere, & miſerabili deditione præſentariam mortem evadere; Chriſti miles B. Vitalis, vilipenſo tyranno, ſpreto ſeculari dominatu, utpote ſacrarum fœnerator animarum, hoc modo ab æterno chaos barathro ad ſuperni regni palatium revocavit illum: Noli, inquit, noli, Urſicine Medice, qui alios curare conſueviſti, te ipſum æternæ mortis jaculo vulnerare: & qui per paſſiones nimias veniſti ad palmam, noli perdere martyrii coronam à Domino tibi præparatam. Audiens hæc Urſicinus, genu poſito ſpiculatorem, ut præcepta judicis complere maturaret, ultroneus propriique ſanguinis prodigus hortatur; agens pœnitentiam quod prius expaviſſet martyrii pœnam. Cum ergo ſancta Domini victima decollationem accepiſſet; ſtatim athleta Chriſti Vitalis rapi fecit corpus pretioſi Martyris, & intra urbem Ravennatem devotiſſime ſepeliri: dedicans Martyrium ejus, prout tempus dictavit, ritu celeberrimo *b* atque ſolenni.

D

poſt martyrium ejus corpus ſepelit:

b

3 Peracta vero tumulatione beati & glorioſi triumphatoris Chriſti Urſicini, B. Vitalis à Paulino judice ſe alienavit, & in præſentiam ejus ultra venire abnuit. Quod cum viro diabolico compertum fuiſſet, dementiſſima veſania permotus, ab apparitoribus fecit eum ſub omni feſtinantia teneri; non ob hoc tantum quod eum adire contempſit, verum inſuper quod Chriſtianus eſſet adeo ſignatus, ut etiam volentem ſacrificare Urſicinum argueret, ne periret. Ita quippe placuit Divinitati, ut hortatu tanti monitoris Urſicinus rediret ad coronam martyrii, & Deo redderetur gemma pretioſa, quam antiquus humani generis inimicus ſuæ vendicare ſtudebat malignitati. Chriſti ergo miles cordatiſſimus Vitalis cum ante conſpectum judicis iniquorum ductus manibus conſiſteret & eum Catholicis laceſſere ſpiculis *c* pollucibiliter inciperet; ille ut aſpis ſurda, quæ non audit vocem incantantium, incraſſato corde, aures ſuas ab auditu bono continuit, ne ſagittæ Domini ad interiora cordis ſui pervenire poſſent. Cumque bellator Domini apud tyrannum inutiliter ageret, nihilque rationis in vacuo vaſe inveniret; ad tempus conticuit, memorans illud antiquum proverbium, quia proculdubio laborem & impenſas perdit, qui boves ad *d* ceroma mittit.

propter quæ comprehenſus,

& nequid. quam Paulinum ab idolorũ cultu avocans:

c

E

d

4 Tunc vir diabolicus & Deo hominibuſque execrabilis Paulinus, more arreptitiorũ ſine quietudine furens, phreneticos & lethargicos inviſa hactenus dementia ſuperans, juſſit S. Vitalem levari in equuleum, ut per pavorem tormentorum tanti viri conſenſum ad ſacrificandum dæmoniis commutare poſſet. Poſitus autem in equuleo ſanctus Martyr, veneranda lumina ad judicem retorquens, his eum verbis compellabat: Infinita tibi dominatur ſtultitia, Pauline Conſularis, ut putes me per tormenta vinci poſſe, ac mihimet ipſi perditionis velle necem inferre; qui alios fideles à periculo deceptionis, Deo auxiliante, toties totieſque ſtudui liberare. Super his verbis Judex iniquitatis vehementer permotus, ait ad *e* Officium ſuum: Ducite hunc rebellem ad Palmam, ut ibi diis libamina offerat; quod ſi ſacrificare contempſerit, nolite eum decollare ſicut Urſicinum Medicum: ſed facientes foveam in terra, quo ad aquam uſque perveniatur, ibi eum ſupinum deponite: & eum terra ſimiliter ac lapidibus obruentes, abſque humana cura dimittite. Hoc igitur impiiſſimi Judicis præceptum cum fuiſſet impletum, pius atque clemens Rex Martyrum Chriſtus, & militem ſibi palmatum conſecravit, & Martyrem non qualemcumque in ſuperna polorum curia altiori dignitate collocavit. Ibi namque inter candidatos purpuratorũ commilitones emicat: ibi in ſempiterni Regis obſequio cum civibus Jeruſalem alleluia perenniter jubilat: ibi cum Pſalmiſta gratulanter proclamat: Repleti ſumus mane miſericordia tua. Et iterum: Lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti; annis quibus vidimus mala.

in equuleo diſtentus,

e

F

in ſcrobem conjicitur & terra ac lapidibus obruitur:

Pſ. 89, 14 & 15

5 Contigit autem poſthæc ut Sacerdos Apollinis, qui hoc conſilium dederat Paulino Conſulari, ab antiquo hoſte arreptus, per ſeptem dies clamaret eo loci, ubi obrutus jacuit Chriſti Martyr S. Vitalis, dicens: Incendis me, Chriſti Martyr Vitalis, incendis me ac vehementer crucias. Hoc autem ad honorem Chriſti & egregii Martyris ſui credimus eſſe factum: quatenus Chriſtiani fiducialiter animarentur, cum viderent non impune illi ceſſiſſe, vel inultum præteriſſe, qui hanc ſpeciem

quod ſupplicium ſuadens quidam ſacrificulus à dæmone deinde correptus,

A speciem tormenti primus adinvenit, per quam Christi Martyrem contra spem votumque suum gloriosiorem reddidit. Peractis dein annis septem præcipitatus est à diabolo idem miser in flumine *f*, quod urbem Ravennam alloit, in quo miserabiliter, ut meritus fuit, exspiravit. Tunc impletum est in illo Psalmographi vaticinium, quod Ecclesiæ persecutoribus imprecatum est: Vindica Domine sanguinem Sanctorum tuorum qui effusus est.

f aquis se exstinguit,

Psal. 78, 10

disparsors Martyrum & persecutorum,

6 Beatissimus igitur Martyr Christi Vitalis tali modo triumphat in urbe Ravenna, ostendens ibi mirandam ac prædicabilem victoriam: cujus eminentia, vulgi videtur excellere insipientiam, quia oculis insipientium visus est mori, ille autem est in pace, quo occisoribus ejus nullo modo fas est aspirare. Nam qui videbatur tunc ab insipientibus per mortem momentaneam ad tempus vinci, victor extitit gloriosus: qui autem videbantur victoriam ex animatis cadaveribus reportare, antiqui hostis noscuntur deditii exsistere, & æternæ mortis legibus absque miserationis alicujus respectu subjacere. Gaude & lætare, felix Ravenna, tanto Martyre suffulta: iterum iterumque rogo gaude, & manibus Domino plaude, quæ B. Vitalis sepulchrali meruisti coëssentia insigniri: qui exceptis ceteris, quos æquipollenter foves, tuæ turritæ celsitudini solus potuit esse honori. Gaude, inquam. Si enim Mediolanenses cives patronum tuum S. Vitalem conceptum haberent, una cum sacratissimis filiis suis Gervasio & Protasio Christi specialibus Martyribus, nequaquam æstimarent se inferiores esse Romanis Senatoribus: qui sanguine beatorum Martyrum circumflui, totum mundum vitali possunt pretio mercari.

B

7 Qualiter autem conjux hujus B. Martyris, Valeria nomine, non sine martyriali *g* certamine semetipsam Deo fecerit hostiam, hoc modo veridicus historiæ istius propalat stylus. Cum, inquit, sancti Martyris conjux B. Valeria *h* Senioris ejus victoriam, quam inspectante Deo apud Ravennam promeruit, Mediolani comperisset; omni devotione ac spirituali alacritate, cum apparatu non modico, ad sepulcrum ejus venit, quatenus corpus sanctissimum secum asportaret. Sed quia Divinitati placuit, ne Ravenna tali sibi concesso orbaretur Patrono, Christiano fervente zelo, à civibus prohibita est. Deinde ab ipso Beato Martyre in visionibus sæpe est admonita,

g

h S. Valeria ad corpus asportandi profecta,

C

ne sanctum corpus, ab homine, licet malo, bene positum, ullo modo violaret. Ipsa autem beatissima Valeria, cum reverteretur ad urbem Mediolanensium, incurrit in homines idololatras Silvano sacrificantes. Qui deponentes eam de sagmario *i* hortabantur, ut cum ipsis epularetur de his quæ Silvano fuerant immolata. Ad hæc beatissima Valeria, Christiana sum, inquit, & non licet mihi de sacrificiis Silvani vestri manducare: quia Apostolus Paulus non solum edere idolothyta omnes nos prohibet, sed etiam nec tangere debere docet. At illi hæc audientes, nimio furore permoti, tanta eam cæde mactaverunt, ut seminecem sui homines ad urbem Mediolanensium vix eam perducere possent. Sic ergo pro veritate, quæ Christus est, attrita intra triduum migravit ad Dominum; & sepulta est in civitate Mediolanensium cum filiis suis, sacratissimis Christi Martyribus, Gervasio atque Protasio.

i

& idolothytis vesci recusans verberibus necatur:

EX MS.

8 Martyrizatus est autem B. Vitalis in civitate Ravenna, sub Paulino Consulari, sub die quarto Kalendas Maji. Ecce qualis paterfamilias B. Vitalis, qui totam sibi suæque celsitudini subjugavit Italiam: nam & *k* archisterium metropoleos apud Ravennam ipse patrocinando possidet; & Mediolanum, qua nihil habet Latinitas clarius, in prole satis festiva & conjuge coronata obtinens, utrobique triumphat, utrobique dominatur. Ita siquidem optime sese res habet, ut quod Mediolanensibus deesse videtur in patre, totum possideant pro dotis cumulo in filiis similiter & conjuge: è contra si quid Ravennatibus minus videtur se in prole habere & conjuge, totum se gaudeant adipisci in patre. Quapropter oportet utriusque metropoleos cives ita caritativa societate ac sociali caritate inextricab liter convinciri, sicuti noscuntur tantorum Martyrum indisgregabili communione connecti. Laus igitur & gratiarum actio illi, qui beatos Martyres illos elegit, assumpsit, & æternæ Jerusalem municipes fecit: qui vivit & regnat in secula seculorum. Amen.

Mediolanum & Ravenna utriusque Reliquiis clara.

k

E

F

ANNOTATA.

a *Colitur* S. Ursicinus 19 *Iunii: ubi explicabuntur commodius quæ hic dici deberent de loco* ad Palmam.

b *Per auxesim hæc dicta accipe: nec enim credibile est Vitalem curare potuisse, ut in illis religionis angustiis advocatus Episcopus locum dedicaret, ritu ab Apostolis instituto. Postea sane id factum fuerit.*

c Pollucibiliter, *proprie quidem idem est, quod magnifice, opipare, laute, à verbo* polluceo: *per ironiam vero hic usurpari videtur, quomodo Plautus in Curcul.* pollu&tum virgis servum, *dixit.*

d *S. Hieronymus ad Pammachium,* Oleum perdit & impensas, qui bovem mittit ad ceroma: *est enim* ceroma *unguentum athleticum, bos autem ad luctam inutilis. Vide Erasmum chiliade 1. centur. 4 num. 62.*

e Officium, *pro satellitio & lictorum atque apparitorum turba, usurpatur sæpe sæpius in Actis Martyrum.*

f Mentone *ad Boream,* Bodesio *ad Austrum alluitur Ravenna, qui sub ipsa in unum confluunt, portumque constituunt, in Adriaticum sese evolventes.*

g *Ecgraphum nostrum minus bene,* Martiali.

h Senioris ejus, *id est, Domini & mariti sui.*

i Sagmarius, *alias* Saumarius & Sommarius, *dicitur equus clitellarius.*

k Archisterium, *nota præcipua monasterium: vox minime nova in hoc opere.*

DE SS. EVSEBIO EPISCOPO, POLLIONE LECTORE, ET TIBALLO, *MARTYRIBVS CIBALI IN PANNONIA.*

G.H.

SUB DIOCLETIANO

Memoria in fastis antiquis,

ANtiquissimum *apographum Martyrologii Hieronymiani, ante mille circiter exaratum annos, quo ab initio hujus operis usi fuimus, hunc* XXVIII *diem Aprilis, ita auspicatur:* IV Kalendas Maji, In Pannonia Eusebii Episcopi, Pollionis, Tiballi. *Aliud apographum dicti Martyrologii habet Henricus Iulius Blumius, nuper Cesareæ Majestatis ad Ducem & Electorem Saxoniæ Ablegatus, in quo hoc ordine recensentur:* In Pannonia Eusebii Episcopi, Tiballi, Pollionis. *Quos eodem ordine recenset in suo Martyrologio Notkerus. His tribus adjungitur quartus* S. Vitalis, *primo loco in apographo Lucensi, & secundo loco in Corbeiensi Parisiis excuso. Verum, quia opinamur hunc posse esse* S. Vitalem Martyrem, *patrem*

an jungendus S. Vitalis?

AUCTORE G. H.

SS. Gervaſii & Protaſii, cujus celeberrimus hoc die cultus eſt; in titulo omittimus hiſce addere S. Vitalem *inter Martyres Pannoniæ. Si tamen aliunde conſtet jungendum eſſe, per nos licebit.*

S. Pollio aliis Apollio:

2 *In Martyrologio MS. Reginæ Sueciæ ab Holſtenio excuſo, & Romano Cardinalis Barberini, refertur: in* Pannonia S. Euſebius Epiſcopus. *In alio MS. Corbeienſi iſta leguntur:* In Pannonia Euſebii Epiſcopi, Tiballi. *Aſt his omiſſis iſta tradit Vſuardus:* In Pannonia S. Pollionis Martyris. *Eadem habet Ado, Auctor Bedæ Suppoſititii, cum antiquis MSS. Richenovienſi, Rhinovienſi, Centulenſi & aliis: in quorum alquibus* Pallio & Pullio; *in aliis* Apollio & Appollio *ſcribitur, etiam relatus ad diem* XXVII & XXIX *Aprilis: cui adjungitur in MS. Trevirenſi S. Maximini* S. Euſebius Epiſcopus. *Priore die Galeſinius illud ex MSS. encomium edidit:* In Pannonia S. Pollionis Martyris, qui Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, in Chriſti ſtadio luctatus, graviſ-

paſſus cum ſociis ſub Diocletiano

bus certaminibus præclare obeundis, egregium fidei teſtimonium profuſo ſanguine dedit. *Eidem diei attribuitur in Actis & apud Petrum de Natalibus, ut infra dicetur. Maurolycus iſta habet ad hunc* XXVIII. In Pannonia S. Pollionis Martyris ſub Diocletiano Imperatore ac Præfecto Probo, urbe Cibalitana.

& Probo Præſide, B

Quæ fere eadem leguntur apud Felicium & Caniſium, & contractius in hodierno Martyrologio Romano, ad quod iſta annotat Baronius: Hujus Acta ſummatim complexa recitat Petrus in Catalogo lib. 4 cap. 94, licet in mendoſo codice pro Pollione Pullio, pro Cibali Civalis, & pro Sirmio Firmus legatur. *Quæ ſic emendata proferimus, relicto* Pullione, *quod ſic etiam in Actis ſcribatur; licet omnino putemus ſcribendum eſſe Pollionem.*

poſt Martyres Sirmienſes,

3 Pullio Martyr, in civitate Cibilitana, Prior Lectorum fuit, de qua quidem urbe Valentinianus Imperator oriundus extitit: in qua & ipſe Martyr ſub perſecutione Diocletiani & Maximiani Imperatorum martyrium pertulit, agente Præſide Probo. Hic enim Præſes, poſtquam in civitate Sirmienſi S. Hyrenæum ejuſdem urbis Epiſcopum cum S. Montano Presbytero * Smeruleum, in flumine demergi fecerat; Sanctum quoque Demetrium ipſius Eccleſiæ Diaconem decollaverat; venit ad urbem Cibilitanam, in qua pridem S. Euſebius ipſius civitatis Pontifex paſſus fuerat, fecitque teneri Pullionem Lectorem: quem Chriſtum conſtantiſſime confitentem ac ſacrificare nolentem, dicentemque ſe velle Patrum ſuorum, qui pro Chriſto paſſi fuerant, imitari veſtigia; flammis juſſit exuri, qui paſſus eſt V Kalendas Maji. *Hactenus Petrus de Natalibus. Aliquanto majora Acta & verbotenus fere ex Actis Proconſularibus tranſumpta, ſubjungimus ex vetuſtiſſimo MS. Bertiniano.*

* *imo* Singidunenſi *in Actis.*

C

SS. Irenæum,

4 *Egimus* XXV *Martii, de* S. Irenæo, *ſive* Hyrenæo Epiſcopo & Martyre, Sirmii in Pannonia, ſub Diocletiano Imperatore & Probo Præſide decollato, & in fluvium Savum conjecto. *Egimus deinde* XXVI *Martii, de* S. Montano Presbytero, in fluvium præcipitato Sirmii in Pannonia: *cui ad dictum diem jungitur* S. Demetrius Diaconus, *in Martyrologiis Maurolyci, Felicii, Galeſinii & Caniſii. Aſt* IX *Aprilis, refertur* S. Demetrius Diaconus, Martyr Sirmii, *in Martyrologiis Richenaugienſi & Rhinovienſi. Imo videtur ita poſſe explicari Martyrologium S. Hieronymi & alia iſtic relata. Expletis hiſce Martyriis diſceſſit* Probus Præſes Cibalim, *urbem Pannoniæ inter fluvios Dravum & Savum præcipuam, unde ea regio* Pannonia Cibalienſis *dicta olim fuit. Ibi ergo paſſi ſunt* SS. Euſebius Epiſcopus, Pollio Lector & Tiballus, *quos ad hunc diem* XXVIII *Aprilis, antiqua Martyrologia conjungunt. Petrus de Natalibus cum Actis tradit* S. Euſebium pridem paſſum: *ſed* eodem die *dicitur in Actis; & ita in Petri Indice ſubjuncto ad hunc diem remittitur.* S. Pollionem Lectorem *celebrat Ghinius inter Sanctos Canonicos. At die* XXIX *Maji, in quatuor apographis Martyrologii Hieronymiani iterum recolitur* Natalis S. Pollionis Lectoris in Cibalis, *ut poſſet dici hic referri occaſione* S. Euſebii Epiſcopi, *ſed tunc martyrium paſſus.*

Montanus,

Demetrius:

in urbe Cibali,

S. Pollio 29 Maji.

D

ACTA PASSIONIS

Ex codice MS. Bertiniani monaſterii.

Edicto Diocletiani.

1 DIocletianus & Maximianus regnantes decreverunt, ut initiis ſub perſecutione omnes Chriſtianos aut delerent, aut à fide deviare facerent. Quo tempore hæc præceptio cum veniſſet ad Sirmienſium civitatem; Probus Præſes, imperata ſibi perſecutione, à Clericis ſumpſit exordium, & comprehenſum S. Montanum Presbyterum eccleſiæ Singidunenſis diuque Chriſtianæ fidei virtutibus converſatum, juſſit necari. a Hireneum quoque Epiſcopum Sirmienſis eccleſiæ, pro fide & commiſſæ ſibi plebis conſtantia fortiter dimicantem, ad cœleſtem palmam ſimili ſententia cogit; renuntiantemq; idolis & impia præcepta contemnentem, vario tormentorum genere confectum, temporali morte tradidit, in æternitate victurum. Sed cum in his ejus ſatiatà crudelitas non fuiſſet, vicinas peragrandas eſſe credidit civitates: & cum ſub ſpecie publicæ neceſſitatis ad urbem Cibalitarum perveniſſet, de qua Valentinianus Chriſtianiſſimus Imperator oriundus eſſe cognoſcitur, & in qua ſuperiori perſecutione Euſebius ejuſdem eccleſiæ venerandus Antiſtes moriendo pro Chriſti nomine de morte & de diabolo noſcitur triumphaſſe; contigit Domini miſericordia providente, ut eodem die comprehenſus Pullio, Primicerius Lectorum, fidei ardore notiſſimus, à miniſtris crudelitatis ipſius offerretur examini, dicentibus: Hic in tantam prorupit ſuperbiam, ut non ceſſet deos & Principes blaſphemare.

poſt occiſos Martyres Sirmii, a

E

Probus Præſes Cibalim profectus,

ubi occiſo S. Euſebio Epiſcopo,

capitur S. Pollio:

2 Quo adſtante Probus Præſes dixit. Quis diceris? Reſpondit: Pullio. Probus Præſes dixit: Chriſtianus es? Pullio reſpondit; Chriſtianus. Probus Præſes dixit: Quod officium geris? Pullio reſpondit: Primicerius Lectorum. Probus Præſes dixit: Quorum Lectorum? Pullio reſpondit: Qui eloquentiam divinam populis legere conſueverunt. Probus Præſes dixit: Illi qui leves mulierculas dum vetant, ne nubant, pervertere, & ad unam caſtitatem ſuadere dicuntur? Pullio reſpondit: Levitatem & vanitatem noſtram hodie poteris comprobare. Probus dixit: Quomodo? Pullio reſpondit: Leves & vani illi ſunt, qui relicto Creatore ſuo veſtris ſuperſtitionibus acquieſcunt: ceterum devoti & conſtantes probantur, in fide Regis æterni, qui mandata, quæ legerint, etiam tormentis prohibentibus implere contendunt. Probus Præſes dixit: Quæ mandata legendo, vel cujus Regis? Pullio reſpondit Chriſti Regis pia & ſancta mandata. Probus Præſes dixit, Quæ? Pullio reſpondit: Quæ unum Deum in cælis indicant intonantem, quæ non poſſe dici Deum ex ligno & lapide ſalutifera admonitione teſtantur: quæ corrigunt noxas & emendant: quæ innocentes in propoſiti ſui perſeverantia & obſervatione corroborant: quæ virgines integritatis ſuæ edocent obtinere faſtigia: coniugem pudicam in creandis filiis continentiam cuſtodire: qua dominos ſervis, plus pietate quam furore, perſuadent unius conditionis contemplatione dominari: quæ ſervos plus amore quam timore perſolvere quæ docent Regibus juſta præcipientibus obedire, ſublimioribus poteſtatibus cum bona obtemperare juſſerint: quæ præcipiunt parentibus honorem, amicis vicem, inimicis veniam, affectum civibus, hoſpitibus humanitatem, pauperibus miſericordiam, caritatem cunctis, malum nemini facere;

examinatus conſtanter fidem profitetur:

F

& fidei præcepta explicat:

A facere; accipere illatas patienter injurias, facere omnino nullas: ſuis bonis cedere, aliena ne oculorum quidem delectatione concupiſcere; in perpetuum eſſe victurum, qui pro fide momentaneam mortem, quam vos poteſtis inferre, contempſerit. Hæc ſi diſplicent, optime cognita tuo judicio poteris derogare.

3 Probus Præſes dixit: Et quid proderit ſi homo interfectus hac luce careat; & bona corporis ſui univerſa deperdat? Pullio reſpondit: Quia hac brevi melior eſt lux illa perpetua, & dulciora ſunt quæ permanent, quam quæ pereunt bona; nec eſt prudentiæ caducis poſtponere ſempiterna. Probus Præſes dixit: quid iſta? Fac quod juſſerunt Imperatores. Pullio reſpondit: quid hoc eſt? Probus dixit, ut ſacrifices. Pullio reſondit: Fac quod tibi præceptum eſt, ego hoc facturus non ſum, quia ſcriptum eſt: Sacrificans dæmoniis, & non Deo eradicabitur. Probus dixit: Gladio ferieris, ſi non ſacrificaveris. Pullio reſpondit: Fac quod tibi præceptum eſt, me autem Epiſcoporum, Presbyterorum, & omnium Patrum, quorum doctrinis imbutus ſum, ſequi tota veritate veſtigia oportet, unde & omnia, quæ inferre volueris, tota exultatione ſuſcipio. Probus Præſes data ſententia flammis eum juſſit exuri. Moxque raptus à miniſtris diaboli, & ductus milliario longe à civitate, agonem ſuum implevit Martyr *b* intrepidus; laudans, benedicens & glorificans Deum; qui ejus venerabilem paſſionem, ſed & ſancti Epiſcopi ejuſdem civitatis Euſebii, ante plurimos annos eodem die vita [functi] martyrium prænovit ad cæleſtem gloriam: quam hodie cum gaudio celebrantes, deprecamur divinam potentiam, ut nos eorum meritis participes eſſe concedere dignetur. Hæc autem Acta ſunt in civitate Cibalitana die *c* quinto Kalendarum Majarum, jubentibus Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto in ſecula ſeculorum. Amen.

minas ſpernit:

igne exuritur:

ex MSS.

b

eodem die quæ S. Eusebius.

c

a *Locus hic ſic corruptus erat*, Fidelium quoque Epiſcopum Hirenienſi eccleſiæ: *ſed facilu fuit reſtitutio Sanctorum antehac notorum.*

b *Hæc etiam periodus correctione aliquæ eguit.*

c *Videntur alii legiſſe* die quarto Kalendarum Majarum.

DE SANCTO VICTVRINO,

MARTYRE ALEXANDRIÆ.

G.H.

XXVIII APRILIS.

B

Plurimi Martyres toto hoc opere noſtro occurrunt, Victurini *ſeu* Victorini *appellati: è quibus hiſce quatuor menſibus editi ſunt ultra viginti, non annumeratu, qui affinia nomina habent*, Victoris, Victricis, Victoriæ, Victoriani, Victorici, Victorinæ, Victorii, Victuri, Victuriæ, Victurianæ, Victuriani, Victurici, Victuri, Victurii, Victurinæ. *Hunc autem* Victurinum, *de quo hic agimus, referunt quatuor apographa Martyrologii Hieronymiani poſt Martyres tres in Pannonia paſſos his ſolum verbis*: In Alexandria natalis S. Victurini, *ſive (ut ex codice Corbejenſi Pariſiis eſt excuſum)* Victorini. *Eumdem Alexandriæ paſſum referunt antiqua MSS. Trevirenſe S. Maximini, Romanum Gardinalis Barberini in Supplemento genuini Bedæ, item aliud Reginæ Sueciæ ab Holſtenio laudatum, & in Animadverſis ad Martyrologium Romanum excuſum. Non indicata palæſtra memoratur in MSS. Auguſtano & Pariſienſi Labbæi, ſed ſublata ultima ſyllaba,* Victuri *ſcribitur. De alio* S. Victurino, *ſeu* Victorino, *ſed aliquibus* Victorina, *hoc etiam die inter Martyres Afros in Numidia agimus. Dedimus* XXVII *Aprilis,* Victorinum, *cum ſociis duodecim* Nicomediæ paſſum: *item* XXVIII *Februarii,* S. Victorinum Alexandriæ paſſum, *ſed cum quindecim ſocius, quorum nomina ibidem expreſſa legi poſſunt ex eiſdem potiſſimum apographis Martyrologii Hieronymiani: ut hic* Victurinus, *de quo agimus, aliùs prorſus videatur fuiſſe.*

E

DE SS. AFRODISIO, MALINA ET ALIIS CLXX.

ITEM CARILIPPO PRESBYTERO,

AGAPIO LECTORE ET EVSEBIO EVNVCHO.

MARTYRIBVS TARSI IN PHOENICIA.

CAPUT I.

Notitia horum Martyrum ex antiquis Martyrologiis.

G.H.

XXVIII APRILIS.

1 *Turma* 170 *Martyrum cum S. Malina,*

Tertio loco proponitur claſſis *Martyrum in duas turmas diviſa, ſed ſub eodem ſchemate collocanda: ac prima turma ita indicatur in tribus apographis Martyrologii Hieronymiani, ſcilicet Lucenſi, Corbejenſi Pariſiis excuſo & Blumiano*: In Tarſo Ciliciæ Malinæ cum aliis centum ſeptuaginta. *Eadem leguntur in MSS. Romano Cardinalis Barberini, Trevirenſi monaſterii S. Maximini, & apud Notkerum, qui aliqua adiungit*: In Tarſo Ciliciæ Malinæ cum aliis centum ſeptuaginta & aliorum multorum. *Contra* Malinas *ad ſequentem turmam relegatur, & qui ibidem ab aliis Anteſignanus prædicatur, hiſce adjungitur in antiquiſſimo apographo Epternacenſi Martyrologii Hieronymiani ante mille fere annos exarato, his verbis*: In Tarſo Ciliciæ Afrodiſii cum aliis centum ſeptuaginta. *Quæ prorſus eadem leguntur in MS. Martyrologio monaſterii Richenovienſis ſive Augiæ-Diviſ aut Afrodiſio: prope Conſtantiam urbem Sueviæ, item in MS. Rhinovienſi in Helvetia: ſed in hoc* Afrodiſius *abſque ſociis recenſetur, uti etiam in MS. Aquiſgranenſi, ſed* Afrodis *ſcribitur. Et hæc de prima turma ſit propoſita potius controverſia quam reſolutio, ubi contra antiquitatem primarii Martyrologii certat multitudo, prout ex ſequentibus patebit.*

2 *Secunda ergo turma, in tribus ſupra memoratis apographis Martyrologii Hieronymiani, poſt relatos* Malinam & CLXX Martyres, *nullo verbo interpoſito ita indicatur*: Afrodiſii, Carilippi Presbyteri, Agapii Lectoris, Euſebii Eunuchi; *ſed aliqua reperitur in ſcriptione diverſitas, ſcilicet,* Afrodis *ſeu* Afroſi, Agabi *&* Euſevi, *ſive* Euſetis, Eunuci. *Quæ nomina abſque præcedentium mentione*

2 *turma cum aliis ſub Afrodiſio primario.*

AUCTORE G.H.

mentione in Martyrologiis Adonis, Vſuardi, Bellini & aliorum recentiorum cum plurimis MSS. & Martyrologio Romano ita exprimuntur : Eodem die SS. Afrodiſii, Carilippi, Agapii & Euſebii Martyrum : *quibus in Martyrologio MS. S. Maximini additur,* in carcere quieſcentium. *Petrus de Natalibus lib.* 11 *cap.* 130 *num.* 131 *iſta tradit* : Aphrodiſius, Carilippus, Agapitus & Euſebius Martyres, IV Kalendas Maji, palmas percepe-

in carcere quieſcentibus,

rant. *Contra in antiquiſſimo apographo Martyrologii Hieronymiani, quod ab Epternacenſibus acceptum citavimus hactenus, quia* Afrodiſius *præpoſitus fuit* Tarſenſis Martyr *cum aliis* CLXX, *iſta ſubnectuntur* : Malinæ, Carippi Presbyteri, Agapi Lectoris in carmere quieſcent. Euſebi, Eunuchi : *ubi* in carmere *ſupra melius* in carcere quieſcentium *exprimitur, hic de tribus prioribus, at de omnibus in MS. Trevirenſi S. Maximini citato. Memoria* Malinæ, *&* Aphrodiſi *inſcripta eſt MSS. Auguſtano S. Vdalrici & Pariſienſi Labbæi.*

aut ſub Malina.

3 *Et hæc ſunt, quæ de hiſce Martyribus ut certiora proferimus, arbitramurque omnes* Tarſi in Cilicia *martyrio coronatos, &* centum ſeptuaginta, *quorum Deus nomina novit, fuiſſe ad terrorem aliorum publice mactatos, cum eorum Duce & Ant ſignano, ſive is fuerit* Malinas, *ſive* Aphrodiſius. *Alios quatuor, quorum nomina indicantur, exiſtimamus ob ſingularem eorum nobilitatem aut publicam auctoritatem, ne tumultus in populo excitaretur, fuiſſe in carcere interfectos, aut certe in illo ex ſqualore, fœtore, & peſtilentiore aëre extinctos : & hac de cauſa, quia ad eoſdem Tarſenſes ſpectant, ubi omnes referuntur, non interponitur* & alibi *aut ſimilis diſtinctiva particula. Verum quia apud Vſuardum, Adonem, alioſque recentiores prioribus omiſſis poſteriores ſolum proponuntur, additum eſt* Eodem die, *ſcilicet* Aphrodiſii, Carilippi, Agapii & Euſebii Martyrum : *quos, ideo tamquam bona derelicta & primo occupantis, alii in Galliam, alii in Hiſpaniam tranſtulerunt : quorum verba ac rationes, ut expendi diſtinctius poſſint, diſtinctis capitibus hic conſequenter proponemus.*

An omnes Tarſi coronati?

aliipublice,

B

alii in carcere extincti :

ex his 4. in Gallias aut Hiſpanias an recte tranſlati inquirendum.

CAPUT II.

Qua ratione ſint SS. Aphrodiſius, Carilippus, Agapius & Euſebius urbi Biterrenſi in Gallia Narbonenſi adſcripti.

Biterris S. Afrodiſius Epiſcopus,

C

4 BIterræ *antiquæ Galliæ Narbonenſis urbs Epiſcopalis agnoſcit* S. Afrodiſium ſuum Epiſcopum, à S. Paulo Narbonenſi Epiſcopo ordinatum : *uti ad Acta antiqua S. Pauli ex codicibus MSS. à Franciſco Boſquetio tunc Narbonenſi Prætore, poſtea Epiſcopo primum Lodevenſi, dein Monſpelienſi, eruta atque à nobis ad diem* XXII *Martii recuſa, late deduximus ; quo die & S. Paulus Narbonenſis, & S. Afrodiſius Biterrenſis, in ſuis ſinguli eccleſiis, ſolennißimo cultu honorantur, & quidem S. Afrodiſius Epiſcopus & Martyr hoc die cum Octava in MS. Biterrenſi Breviario. Boſquetus vir ſummi ingenii (qui ideo cum Romam eſſet profectus, à ſanctißimo Papa Alexandro* VII *eſt in pretio habitus, & ab eo Sacelli Pontificii Aſſiſtens Epiſcopus conſtitutus)* fretus auctoritate Severi Sulpitii & Gregorii Turonenſis, *aſſerit poſt obitum Severi Imperatoris, qui contigit anno* CCXI, reſpiraſſe eccleſiam Gallicanam, ac conceſſum triginta octo pacis Eccleſiaſticæ annorum ſpatium ; *tunc autem varios varii Galliarum urbibus* datos Epiſcopos, *ex quibus* S. Saturninus Toloſatibus datus, & alii, ſub Decio paſſi dicuntur. Paulus ſcriptis pro fide editis & pro Chriſti nomine inter ſupplicia confeſſione celebris, Severi crudelitati in Galliarum decus ereptus, Roma in Gallias miſſus, Biteris in Narbonenſi provincia conſedit : unde ad vicinæ metropoleos cives ſanctitatis ejus fama perlata, mittitur à Narbonenſibus legatio, qua ſanctum Epiſcopum in urbem evocarent. Audit Legatos S. Paulus, & eorum deſiderio annuens, ſubſtituto in locum ſuum Afrodiſio Epiſcopo, Narbonam venit. *Ita dictus Boſquetus. Ob indicata ſupplicia,* Confeſſor *ſcribitur* S. Paulus ; *ac dein dicitur* clarus miraculis quieviſſe, & in cælum migraſſe. *Eodem modo* S. Afrodiſius Epiſcopus Biterris, fidei documentis præclarus, virtutumque meritis ornatus, quievit in pace, *uti dictis verbis ſcribit Vſuardus, & aſſentiuntur omnes Martyrologi, ad diem* XXII *Martii relati, & cum iis Sauſſaius, cujus iſta verba ſub finem elogii ſunt* : Demum rebus glorioſe peractis, Chriſti indefeſſus præco ac miniſter fideliſſimus, ad bravium meritis onuſtus perrexit. *Deſcripſimus Romæ aliquam Vitam S. Afrodiſii ex Legendario à Petro Calo, Ordinis Prædicatorum circa annum* MCCC *collecto ; in qua etiam abſque ulla martyrii mentione, dicitur* S. Afrodiſius curſum vitæ laudabiliter expleviſſe. *Et hæc Vita in dicto Legendario referebatur ad diem* XXX *Aprilis, quo die recolitur memoria* S. Aphrodiſii Presbyteri, *ſed* Martyris Alexandrini.

datus à S. Paulo Narbonenſi ſeculo 3.

in pace quievit.

etiam relatus 30 Aprilis,

5 *Simili de cauſa videntur aliqui Biterrenſes ad ſe attraxiſſe* SS. Aphrodiſium, Carilippum, *quem* Cyrip pium *vocarunt,* Agapium & Euſebium Martyres, *quos jam retulimus, & cenſuimus Tarſi in Cilicia martyrio coronatos. Rem totam, quam plurimis fabulis onuſtam, tranſtulit Sauſſaius in Supplementum Martyrologii Gallicani, & ſunt ejuſmodi* : Biterræ ſub metropoli Narbonenſi natalis S. Aphrodiſii, primi illius civitatis Epiſcopi & Martyris ; qui natione Ægyptius, patria Hermopolitanus, Chriſti adventu ſalutari in Ægyptum bene fortunatus, ipſum Dominum infantem cum matre beatiſſima & juſto Joſeph hoſpitio exceptos, ſeptem annos apud ſe benigne habuit. Deinde audita mirabilium ejus gloria, ipſum in Judæa regnum Dei prædicantem, divina afflatus aura convenit, factuſque ejus ex ampliori claſſe diſcipulus, poſt ipſius triumphalem Reſurrectionem & admirabilem Aſcenſionem, beatiſſimæ Virgini & Apoſtolis indivulſe adhærens, Spiritum ſanctum cum ipſis in die Pentecoſtes recepit. Petro autem poſtea ſuffragatus in diſſeminatione Euangelii, nonnullas regiones cum eo peragravit : à quo etiam adductus Romam, illic primordia Chriſtianæ religionis, nonnihil ipſo duce promovit. Demumque Paulo, in Hiſpaniam per extremas Galliæ oras proficiſcenti, factus comes, cum Sergio Paulo aliiſque Euangelii promulgatoribus, illum Narbonenſem Galliam penetrantem Biterram uſque proſecutus eſt. Ibi autem invaletudine correptus, juſſuſque ab Apoſtolo ſubſiſtere, viribus receptis opus ſalutis in ea urbe divino zelo exorſus, primus fidei ſemen effudit. Utque uberiorem meſſem excitaret, à Sergio Paulo, quem Narbonenſis Galliæ Apoſtolum Pontificemque vas electionis ac doctor Gentium Paulus conſtituerat, proprius Biterræ Epiſcopus ordinatus : cum divini Verbi incarnati præconium, pleno cæleſtis ignis pectore oreque civibus annuntiaret, bonique Paſtoris ſedulo obiret munus : ab irruente impiorum in ſe exaſperatorum turba abreptus obtruncatuſque anno ætatis ſuæ centeſimo primo, eodem nimirum anno, quo Pontifex initiatus fuerat, factus ex Sacerdote victima, fidei aram pretioſo cruore conſecravit. Cæſus eſt autem cum tribus ſociis Ciryppio, Agapio & Euſebio in vico Ciriaci, cui poſtea S. Jacobi nomen inditum fuit.

idem Martyr fingitur,

D

E

quaſi Chriſtum infantem in Ægypto aluiſſet :

ejus poſt diſcipulus,

profectus cum S. Petro Romam,

à S. Paulo Biterris relictus,

F

à Sergio Paulo Epiſcopus ordinatus,

Martyr cum SS. Cyriopio Agapio & Euſebio,

6 Caput humeris abſciſſum humo ſuſtulit divinus heros, & manibus ſuis per mediam urbem, ſtupente ad prodigium populo, ad ædiculam uſque geſtavit, quam vero æternoque Deo, trino & uni, ſub S. Petri titulo dedicaverat : ubi à Chriſtianis ſepultus multis miraculis refulſit. Quibus exciti fideles, poſtmodum jam, ubique triumphante Chriſto, orbis ſervatore & ſubjugatore, baſilicam in ejuſdem ſancti Martyris honorem ibidem extruxerunt, Sacerdotalique inſtruxerunt collegio : in quam eccleſiam Reliquias ipſius

caput manibus detuliſſet :

A ipſius ſummo honore tranſtulerunt die XXII Martii: qui ipſa tranſlatione celebris ibidem factus, anniverſariis ſacris à majoribus coli cœpit, tanta quidem ſolennitate, ut ab Uſuardo, ceteroquin oculatiſſimo, creditus fuerit germanus dies natalis ejuſdem ſancti Pontificis, quem tamen Martyrem fuiſſe non cognovit: quoniam illo die non ageret Biterrenſis Eccleſia Officium paſſionis, ſed ſolum tranſlationis ipſiuſmet S. Aphrodiſii. At ipſa deinde tranſlationis commemoratio, à die XXII Martii in ſequentem, quo ſolenni Officio recolitur, deducta fuit. Porro natalis feſtum iſto die, quo agonem explevit divinus athleta, ibidem ex avito more religioſiſſime celebratur: ubi etiam ſolenni cultu ſervantur venerandæ ejus Reliquiæ: quæ ut ſemina ſunt futuræ glorificationis, ita & perpetuæ opitulationis ejuſdem erga proprium populum, quem Chriſto acquiſivit, ſacratiſſima exſtant pignora. *Hæc ibi Sauſſajus, qui in eodem Supplemento, ad diem* XXX *Aprilis, iſta de tribus ſociis tradit*: Biterræ natalis ſanctorum Martyrum Ciryppii, Agapii & Euſebii, qui etiamſi cum S. Aphrodiſio duce ſuo nudiuſtertius coronati ſunt: hodie tamen ad majorem celebritatem ibidem ſpeciali Officio Eccleſiaſtico honorantur.

honoratus ob Tranſlationem 22,

& 23 Martii,

ob natalem 28 Aprilis,

& 3 ſocii ſeorſim 30 Aprilis:

B 7 *Hactenus Sauſſajus: cujus narratio, ſi conferatur cum eruditiſſimi Boſquetii lucubratione, videtur ex variis lacinis conſuta, & ampliſicatis verbis veſtita atque exornata. Ex his prima lacinia eſt inſerta Legendario Petri Calo & Catalogo Petri de Natalibus atque à poſteris arrepta: ſed non legitur in dictis horum narratiunculis, quod* Chriſtum cum beatiſſima Matre & juſto Joſepho ſeptem annos apud ſe in Ægypto habuerit, ejus dein diſcipulus factus, Spiritum ſanctum eum Apoſtolis in die Pentecoſtes receperit, S. Pauli in Hiſpanias proficiſcentis comes, ab eo, quia invaletudine correptus, Biterris ſit juſſus ſubſiſtere. *Altera lacinia, de Martyrio ejus & trium ſociorum, cum die martyrii, arrepta eſt ex Martyrologiis Adonis, Vſuardi & aliis ſupra relatis: & ſunt hi:* Afrodiſius, Carilippus, *in antiquiſſimo apographo Martyrologii Hieronymiani* Carippus, *unde* Ciryppius *hic dicitur*, Agapius & Euſebius. *Sed palæſtra* Afrodiſio *in dicto apographo aſſignatur* Tarſus in Cilicia, *ubi & alii videntur paſſi. Apud Adonem & Vſuardum locus martyrii non aſſignatur: unde arripiendi eos facta videtur libertas. Tertia lacinia eſt deſumpta ex traditionibus de S. Dionyſio & aliis antiquis Martyribus Galliæ, qui ſculpuntur cum capite in manibus ante pectus detento; quo in pluribus indicabatur eos capite plexos: cum in unica ſtatua id optime videretur exprimi. Mirum autem eſt nuſquam ante factum eſſe vel minimam mentionem, ne quidem apud Catullum, quod* S. Aphrodiſius Epiſcopus Biterrenſis gladio cæſus, caput detulerit, *aut ſaltem* Martyr occubuerit. *Hæc cauſa exercitationis viris eruditis Biterrenſibus propoſita volumus, ut ſi aberremus, veritatem nos edoceant.*

unde hæ lacinia videantur deſumptæ.

C

CAPUT III.

Iidem ſancti Martyres Hiſpaniæ nuper adſcripti, & Officio Eccleſiaſtico honorati.

8 *Quatuor prædicti Sancti, quia abſque ullo loco aut regione inſcripti ſunt Martyrologiis Vſuardi, Adonis & aliorum, imo etiam hodierno Romano; apud aliquot recentiores Hiſpanos, dum Chronicon Pſeudo-Dextri fabricarent, locum invenerunt, imo & tempus martyrii, dum ad annum Chriſti* LXXVI, *iſta inſeruerunt num.* 3. Caparæ in Luſitania, Carilippus & Socii martyrium paſſi ſunt, *& mox Rudericus Carus & Franciſcus Bivarius, in ſuis Commentariis, aſſerunt eſſe Sanctos hoc die relatos, & ab his in ſuo Martyrologio Hiſpanico hunc diem ita auſpicatur Tamaju-Salazar*: Apud Capparam in Vettonibus Hiſpaniæ SS. Carilippi, Aphrodiſii, Agapii & Euſebii Martyrum: qui ob fidei Chriſtianæ confeſſionem à Neronis Imperatoris Præſide tenti & variis tormentorum generibus excruciati, ſtrenui milites agonis palæſtram viriliter complevêre. *Eſt autem* Capparra hodie oppidum in Caurienſi, & eccleſia in diœceſi Placentina, diciturque las Ventas de Caparra. *Similia habet Cardoſo in Hagiologio Luſitano. Quia autem* eorum Acta perierunt, ſequentia texuit *Tamajus.*

finguntur Martyres coronati.

AUCTORE G. H.

9 Anno ab Urbe condita DCCCVIII, Claudius Nero, Auguſtus Quintus Cæſar poſt Auguſtum renuntiatus; orbem Romanum tyrannus verbo & opere maculavit: nam cum Caligulæ avunculi ſcelerum amplexaretur exemplar, petulantiæ, libidinis, luxuriæ, avaritiæ, crudelitatis vitiis cohærens, nullum non quod amplecteretur peccati monſtrum, ipſe naturæ monſtrum, reſpuere prætermiſit. Intra ſævitiæ deliria (ut cetera omittamus tamquam communia) quale majus, quam urbis incendium, quod Chriſtianis inſontibus tribuens, ejus cupediarum horribilium delicta, ſanctorum Martyrum ſanguine obnubere deſtinavit. Hinc primus Romæ ipſos ſuppliciis & cruciatibus affecit, & ceteros per omnes totius Romani Imperii provincias ſimili imperavit perſecutione damnari. Ad Hiſpaniam efferi Imperatoris pervenere decreta: & licet jam antea, ab anno LVII, plurimi Chriſti aſcetæ per martyrii in cælum conſcendiſſent agones, illud factum creditur, propter conceptam tyranni adverſus Chriſtianos invidiam; ſed nunc inſtante publici juſſione decreti, Præſides furibundi fidelium ſanguinem ſitientes, totum Chriſti nomen è republica evellere ſatagebant. Carilippum & ſocios Luſitanos Chriſti milites, qui apud Capparram Vettoniæ urbem morabantur, ſeditioſæ inquiſitionis rumor invenit: quo cognito in fide conſtantes, per orationis auxilium, à Domino martyrii gloriam humili propenſione petebant. Annuit eorum Deus miſericors votis, & tentis Carilippo, Aphrodiſio, Agappio, & Euſebio, quos in fidei confeſſione intrepidos agnovit crudelitas, poſt varia ſupplicia, demum ad coronam pervenerunt æternam, IV Kalend. Maji, anno Domini LXXVI.

Tempore Imperii Neronis,

E

10 Jam ex hujus ecphraſis periodis, & locum deprehendes agonis, & annum quo martyrio fuere coronati cognoſces, quæ omnia à Baronio prætermiſſa, ſilentium aliis Scriptoribus poſuere. Quo vero martyrii genere occubuiſſent ſancti Martyres, nec aperit Dexter, nec alia Martyrologia conſcribunt: ergo finamus Deo, quod inveſtigare non poſſumus. Hoc unum hic addendum eſt, quatenus D. Didacus de Arze-Reynoſo Epiſcopus Placentinus, & Conſilii Supremi Sanctæ & Generalis Inquiſitionis Hiſpaniæ Myſtarcha, cognito horum & aliorum Sanctorum, in Martyrologio Romano deſcriptorum, intra ſuæ diœceſeos Placentinæ circulum, martyrio & exitu glorioſo; tamquam ejuſdem Epiſcopatus Ordinarius, virtute Privilegiorum à Romanis Pontificibus, Hiſpanis Præſulibus, circa naturalitatem ſuorum Sanctorum declarandam ipſiſque Officia conſignanda, conceſſorum, noſtros & alios ſuæ diœceſis Sanctos naturales declaravit, & duplicibus cohoneſtavit Officiis; ut ex edicto, ab ipſo publicari mandato, pateſcit hujuſmodi:

Edictum Placentini Epiſcopi,

F

11 D. Didacus de Arze Reynoſo, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Placentinus, Conſiliarius Regis, & in omnibus ejus Regnis & Dominiis generalis Inquiſitor, dilectis & venerabilibus Fratribus noſtris Decano & Capitulo noſtræ Placentinæ Cathedralis Eccleſiæ, necnon Vicariis, Archipresbyteris, Parochis, Beneficiariis, Clericis, Religioſis Ordinum, & omnibus tam eccleſiaſticis quam ſecularibus perſonis, intra præfatæ urbis & diœceſis terminos commorantibus, ſalutem in Domino Noſtro Jeſu Chriſto. Admirabilis in Sanctis ſuis & liberalis eſt Dominus, qui in cælo, ejus Eccleſia triumphanti,

A non ſolum præmia inenarrabilia concedit eiſdem; ſed etiam in hac militante decernit, quod eorum ab omnibus ſanctimonia laudetur, quod propter eorum gloriam & in eorum honorem altaria conſtruantur & templa; quod ipſorum Acta puro calamo conſcribantur; quod eorum effigies depictæ venerentur, & demum quod eorum feſtivitates ſolenniter celebrentur; ut his omnibus divina glorificetur Majeſtas, fideles ut ad hæc ſingularia exempla imitanda feliciter excitentur, & in eorum nominibus invocandis faciliter exardeſcant. Horum enim omnium penſitatione protracti, diſcuſſis variis pervetuſtis eccleſiaſticis hiſtoriis, & recentioribus, & viſis aliis tam editis quam manuſcriptis autographis & ecphraſibus, quibus liquido conſtabat S. Epitatium fuiſſe ex antiqua urbe Ambracia ortum, cujus ſitus, poſt ejus ruinam, adhuc perſeverat in ea parte, qua Plaſencia, noſtræ Sedis caput, hodie conſpicitur; & ſimiliter agnoſcentes, qualiter fuerit ex diſcipulis S. Jacobi, Hiſpaniarum Patroni, & S. Petri Ratenſis ejus Vicarii, in Sede Tudenſi Epiſcopus I conſtitutus, & poſt Ambratianus (in quarum Sedium onere, licet indigni, Deo miſerante ſucceſſimus) Præſul: qui fidei ſemina per earum diœceſium circulos ſpargens, inſigniũ patratione mirabilium prævia, tandem apud Ambraciam urbem ab ejus Præfecto tentus, poſt varia & graviſſima tormenta, imperante Nerone, una cum S. Baſileo I Epiſcopo Portucalenſi & II Braccarenſi, S. Jacobi Diſcipulo, martyrium conſummavit. Attendentes igitur quanto tenemur amoris filialis affectu Sanctorum Natales ſolenniter honorare, maxime illorum, quorum Eccleſiæ fuere ab origine cõſtructę cruore & qui earum Apoſtoli conſtituti, coram Domino inceſſanter pro naturalibus, civibus & accolis urbium, quibus moram traxere, ſeu quibus ſummum bonum, agonis gloria, fuere feliciter conſecuti, preces paterna caritate diffundunt; omnia hæc cum prælibatis venerabilibus, & dilectis Fratribus, Decano & Capitulo prædictæ noſtræ Cathedralis Eccleſiæ Placentinæ communicantes, de communi omnium aſſenſu & deliberatione præcedente, ad S. D. N. D. Innocentium Papam X, ſupplicia vota direximus, quatenus proprium Officium in die Natalis prædictorum Sanctorum, nobis concedere dignaretur. Qui cauſam Sacræ Congregationis Rituum Judicibus emittens, illa cognita, die VIII Menſis Octobris, anno proxime præterito MDCL, decretum de Officii recitatione cum propria Lectione Duplicis expedivit; ut ex teſtimonii autographo ſatis liquet.

de cultu Eccleſiaſtico S Epitatii,

B

C

12 Item poſtmodum ex prædictis hiſtoriis ſimiliter cognoſcentes, quod in noſtrę diœceſis ambitu plurimi extitere ſancti Martyres & Confeſſores, quorũ nomina in Albo Romanæ Eccleſiæ publico conſcripta viſuntur; qui Naturales ipſius fuere Epiſcopatus; ut Deus & Sancti ejus glorificentur aſſidue, & eorum Eccleſia noſtra & diœceſis veneretur agones; & ubique ipſorum memoria, quæ tantopere illis ſeculis florebat, in ipſa copioſius celebretur, & Chriſti fideles eorum auxilia & protectionem expoſtulent, cupientes, ne tantum ſpirituale ſolatium noſtris deficiat clientibus, poſt maturam cum dictis noſtris venerabilibus Fratribus conſultationem, & adhibitis aliis perſonarum gravium & Eccleſiaſticorum virorum, tam ſecularium quam Regularium Doctorum, qui provide materiam diſcuſſerunt, placitis & ſuffragiis, quibus omnes & ſinguli hujuſmodi Doctores cõveniunt, Sanctos infra referendos fuiſſe Naturales urbiũ inferius conſignandarum hujus diœceſis, aut ſpirituali aut temporali nativitate, prout ex Scriptorum apparet ſufficienti comprobatione; in illiſque concurrere qualitates à Brevibus & Apoſtolicis diplomatibus requiſitas, ut hiſce Sanctis Officia & Miſſæ de Communi, ſecundum regulas Breviarii Romani planiſſime cõcedantur: gratiis actis Deo, cujus altiſſima providentia, in his temporibus tantorum beatorum Martyrum & Confeſſorum memoria eluceſcit, hucuſque ignorata & occulta; noſtra Ordinaria, qua in hac parte fungimur auctoritate, & virtute Privilegiorum à Pio V & Gregorio XIII, Hiſpaniæ Eccleſiis conceſſorum, necnon ex antiqua poſſeſſione, qua hæc Hiſpaniæ regna nituntur, circa celebrationem Natalium ſuorum Naturalium Divorum cum Officiis communibus, per præſentes litteras declaramus, fuiſſe & eſſe Sanctos Naturales, infra ſuis Menſibus referendos. Quapropter exhortamur & mandamus dictis noſtris venerabilibus Fratribus, Decano & Capitulo noſtræ ſanctæ Eccleſiæ Placentinæ Vicariis, Arch presbyteris, Parochis, Beneficiariis, Clericis ſecularibus & regularibus, & quib ſvis ejus diœceſis perſonis, cujuſcumque qualitatis & conditionis, quæ ad canendum ſeu recitandum Officium Canonicum ſint adſtrictæ, quatenus deinceps poſt harum noſtrarum litterarum publicationem, recitare Officia Sanctorum in hoc Edicto contentorũ, tamquã de Sanctis propriis & naturalibus hujus diœceſis, eorum feſtivitates ſuis diebus, Officiis Duplicibus, ſecundũ Regulas Breviarii Romani de Communi, ſequenti ſerie teneantur.

& aliorum Sanctorum naturalium,

D

E

13 Die V Martii, de SS. Euſebio & Sociis, Martyribus Metellinenſibns prædictæ diœceſis, de Communi plurimorum Martyrum Officium Duplex, cum Commemoratione Quadrageſimæ. Die XX Aprilis, de S. Theodoro, Metellinenſi Anachoreta Confeſſore, de Communi Confeſſorum, Officium Duplex. Die XXVIII Aprilis, de SS. Carilippo & Sociis, Martyribus Capparrenſibus, ejuſdem diœceſis, de Communi Martyrum, Officium Duplex. Die XXIII Maji, de SS. Epitatio & Baſileo Epiſcopis & Martyribus Placentinis, de Communi Pontificum Martyrum, Officium Duplex I Claſſis, cum IV Lectione propria à Sacra Rituum congregatione conceſſa. Die III Iulii, de SS. Marco & Sociis, Martyribus Capparrenſibus, de Communi Martyrum, Officium Duplex. Die XII Decembris, de SS. Hermogene & Sociis, Martyribus Turre-julienſibus præfatæ diœceſis, de Communi Martyrum, Officium Duplex. Quorum omnium Sanctorum Officia, prout ſupra ſunt conſignata, propriis diebus infallibiliter recitentur, obſervatis in primis occurrentiis & concurrentiis, ſecundum Regulas breviarii & Miſſalis Romani. Et quia omnibus innoteſcat, præſentes litteras, manu noſtra ſignatas, & per noſtrum infraſcriptum Secretarium referendatas, juſſimus expedire.

hic indicatorum:

F

14 Hinc in Domino monemus omnes & ſingulos, tam Eccleſiaſticos quam ſeculares, noſtræ diœceſis, cives utriuſque ſexus & accolas, ut tantorum Sanctorum protectione confiſi, à Deo miſericordiam humiliter efflagitent; ſpectantes magna ipſorum interventu ſpiritualia & temporalia, ab immenſa pietate, miſeratione, liberalitate & magnificentia divinæ Majeſtatis beneficia ſeſe miſericorditer cõſecuturos. Quinimo omnibus, qui in diebus conſignatis, horum Sanctorum Officia recitaverint, quadraginta dies Indulgentiæ & peccatorũ remiſſionis, tam ipſis quam aliis ſecularibus, qui in relatis diebus Sanctorum hujuſmodi interceſſione, pro fidei augmento, hæreſum extirpatione, pace & concordia inter Principes Chriſtianos, & præſentium neceſſitatum auxilio, ad Deum preces effuderint, elargimur. Datis Madridii, die XII menſis Junii, anno MDCLI, Epiſcopus Placentinus, Inquiſitor Generalis. De Mandato Illuſtriſſimi Domini mei Epiſcopi, Inquiſitoris Generalis. Lic. D. Joannes Tamayo Salazar Secretarius.

adduntur Indulgentiæ:

15 Hactenus Edicti ſeries, ab Illuſtriſſimo Domino meo Epiſcopo Placentino expedita, cujus conſignatio,

A gnatio, nec temporum volubilitate penitus deperiret, illam in Kalendariis Annualibus, quæ Madridii pro consignatione Officiorũ uno quoque anno cuduntur, imprimi procuravit, prout nunc effective cuduntur.

quam exiguo cum fundamento.

16 *Hactenus Tamajus, qui decreto, verosimiliter à se concepto, tamquam Secretarius subscripsit: ad cujus decreti lectionem obstupesceret merito orbis universus, mirabiturque tam ex futili imo nullo fundamento, tam facile in ecclesiam Placentinam assumptos fuisse Sanctos istos, veluti naturales, quorum nomina ante annos centum necdum audiri Placentiæ cœperant. Nec mirum*: Eusebium & socios *Hieronymiani Martyrologii ecgrapha omnia adscribunt* Africæ, *uti dictum est* v *die Martii*: Theodorus anachoreta, *Trichinas dictus Constantinopolitanæ urbis germen fuit.* Epitaciũ & Basileum Martyres *suos pridem agnovit Hispania, ex fide antiquorum Martyrologiorũ: sed quia turpe videbatur martyrii stadium ignorari tot seculis, nunc primum cœptum audiri Placentinos fuisse, & quidem Episcopos.* Marcus & socii *ex Græcorum fastis primum Baronio & per hunc Hispanis innotuere, verosimiliter in Phœnicia passi.* Hermogenem & Donatum *absque loco notant Martyrologia antiqua. Nunc cum ji aliique plurimi certis Hispaniæ urbibus adscribendi offerrentur, numquid non oportebat annorum complurium moram interponi, ut intelligeretur quid interim eruditi toto orbe viri judicaturi essent de Chronico Dextri nomen ferente, & unico tot novitatum fundamento?*

Auctore G. H.

DE SS. MANILIO, DONATO, MAVRILIO, LVCIANO, VICTORINO, NICIA VIRGINE, ET ALIIS SEPTVAGINTA DVOBVS. LVCIANO ET ALIIS DVCENTIS SEPTVAGINTA.

MARTYRIBVS IN NVMIDIA, ET ALIBI IN AFRICA.

G. H.

XXVIII APRILIS.

Memoria in Fastis antiquis

B

Loco quarto exhibetur hæc classis Martyrum, in duas forsan easque copiosas turmas dividenda: quarum altera in provincia Africæ Numidia, *altera forsan in alia* Africæ *regione sit coronata. Utramque* Africæ *adscribit vetustissimum Martyrologii Hieronymiani apographum, quod ut nostrum ab initio operis habuimus: in eo ista leguntur*: In Africa SS. Mannili, Donati, Mauroli, Lucani, Victorinæ, Nicæ & aliorum LXX. Lucani & aliorum CCLXX. *In Martyrologio Barberiniano, pro Supplemento genuini Bedæ, hæc ita referuntur*: In Africa natale SS. Malinii, Maurilii, Lucani, Donati, Victorini, Niceæ Virginis & aliorum LXXII. Lucani cum aliis CCLXX. *Quæ dempto* Victorino, *eodem modo reperiuntur in MS. codice S. Maximini. In Martyrologii Hieronymiani Lucensi apographo ista indicantur*: In Africa provincia Numidia natalis SS. Manili, Luciani, Victurini, Niciæ Virginis, & aliorum LXXII. Luciani cum aliis CLX. *Ea à Notkero videntur perfectius proferri his verbis*: In Africa provincia Numidia, SS. Manilii, Donati, Maurilii, Luciani, Victorini, Niciæ Virginis & aliorum septuaginta duorum. Item Luciani cum aliis ducentis & septuaginta. *In apographo Blumiano ejusdem Martyrologii Hieronymiani, cum aliqua diversitate, ita memorantur*: In Africa, provincia Dummediæ, natalis SS. Manili, Donati, Maurini, Lucati, Victurini, Niciæ Virginis & aliorum LXXII. Luciani cum aliis CCLXX. *In apographo Corbeiensi Parisiis excuso ita scribuntur*: In Africa provinciæ Diomediæ natalis SS. Manilii, Donati, Maurili, Luciani, Victorini, Niciæ Virginis & aliorum ducentorum octoginta trium: *Quæ ultima ita ex aliis videntur supplenda.* Niciæ Virginis & aliorum LXXII. Luciani cum aliis CCLXX. *In utroque hoc apographo* Dummedia & Diomedia, *pro* Numidia, *vitio amanuensium videtur collocata, cum altera provincia non sit in Africa nota. Hinc MS. codex Reginæ Suecie, ab Holstenio editus, ita nostram sententiam confirmat*: In Africa, provincia Numidiæ, Manilii, Donati, & aliorum multorum. *In MS. Aquisgranensi celebratur memoria* Victoris, Luciani cum aliis quadringentis triginta. *In MS. Augustano S. Vdalrici,* Monilitiæ, Luciani cum aliis CCCX. *In MS. Parisiensi Labbei,* Manili, Niciæ, Luciani, cum aliis quadringentis & decem Martyribus. *Apud Grevenum sunt nomina* Victorini, Victoris, Luciani & aliorum. *De alio* Victorino *supra est actum.*

E

collectio nominum.

2 *Et hæc sunt hactenus de hisce Martyribus nobis nota, quæ placuit distincte Lectori proponere. Sunt ergo Martyres,* Manilius *seu* Manilus, *etiã* Mannilus & Malinius *scriptus*: Donatus *ubique idem, in codice Lucensi omissus.* Lucianus, *etiam* Lucanus & Lucatus *exaratur.* Victorinus *seu* Victurinus, & Victor *ac* Victorina *in antiquissimo apographo.* Nicia, & Nicea Virgo, & Nica *absque adjuncto titulo* Virginis: & alii septuaginta duo, *qui etiam soli* septuaginta *numerantur. In secunda turma* Lucianus, *etiam* Lucanus *scriptus* & alii ducenti septuaginta, *qui in codice Lucensi adjunguntur solum* sexaginta. *Quorum omnium collectio non est accurata in MSS. Aquisgranensi, Augustano & Labbæano: uti & in MS. Trevirensi S. Martini, ubi ista leguntur*: In Nicomedia (*imo* Numidia) Martyrum ducentorum septuaginta sex. *In Ms. Kalendario S. Maximini referuntur* Vitalis, centum & septuaginta Martyres. *De S. Vitale seorsim agimus: at numerus Martyrum licet imperfectus huc referendus est.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS CYRILLO, AQVILA, PETRO, DOMITIANA ET RVFO.

G. H.

XXVIII APRILIS.

Hos quinque Martyres damus ex pervetusto Martyrologio, quod nos Casini charactere Longobardico exaratum reperimus, & curavimus describi: in quo ista habentur: Quarto Kalendas Maji, Natale sanctorum Martyrum Cyrilli, Aquilæ, Petri, Domitianæ, Rufi. *Non reperimus hactenus in ullis fastis* S. Domitianam Martyrem, *nec similem aliorum conjunctionem. Hinc eos ob antiquitatem Martyrologii proponimus. Erit forsan qui lucem afferet, aut certe hinc accipiet.*

DE SS. DIDYMO ET THEODORA,

MARTYRIBVS ALEXANDRIÆ IN ÆGYPTO.

D.P.

AN. CCCIII. *Coluntur apud Græcos 5 Apr.*

ALexandrinorum Martyrum turmam glorioſam, ex Hieronymiani Martyrologii conſentientibus ecgraphis, die V Aprilis dedimus, ſub anteſignano ac duce omnium S. Didymo Presbytero: *cujus occaſione factum puto, ut Græci in ſuis Menæis excuſis ac variis MSS. Synaxariis, eaque ſecutus in Menologio Sirletus, ac Maximus Cytherorum Epiſcopus* ἐν βίοις Ἁγίων, *retulerint alium* Didymum, S. Theodoræ *liberatorem, cujus Latina Martyrologia ad hunc diem meminerunt. Potuerunt etjam utriuſque* Reliquiæ, *tali die ad aliquam Conſtantinopolitanarum eccleſiarum delatæ, cauſam præbuiſſe eorum elogium tunc proponendi. Nam eum qui cum Theodora laudatur Didymum, fuiſſe Presbyterum, ne per umbram quidem colligi poteſt ex accuratiſſimis Actis, quæ à Proconſularibus monumentis pene verbotenus ſumpta, ſed ex Græco in Latinam linguam olim verſa, in quadam Angliæ Bibliotheca reperit MSS. Iacobus Vſſerius, & ante annos triginta ſubmiſit nobis. Sed neque in Actis, quæ male tribui Metaphraſti cenſet Allatius, licet ſub ejus nomine extent apud Lipomanum & Surium, quidquam reperias, in quo ſuſpicio Presbyteratus fundetur: ſolum dicitur* quidam religioſiſſimus Frater: *additur tamen, quod Latina antiquiora tacent, hunc* Martyrio eſſe functum Nonis Aprilis. *Aſt parum eo movemur, edocti experientia minus veterum ejuſmodi Actorum, ſæpe diem cultus uſurpari pro die paſſionis: infra autem oſtendemus, non poſſe anticipari notabiliter diem paſſionis quem Latini obſervant.*

cum alio S. Didymo Presbyt.

Acta antiqua,

B

quibus uſus Florus:

2 *Beda in ſuo genuino Martyrologio nullam facit alterutrius mentionem, credo quia necdum acceperat Acta: ſed habuit ea ante Adonem & Vſuardum aliquis, cujus verba fuſius ſuo more Ado, Vſuardus contracte tranſcripſit. Quis autem alius quam Florus, quem uterque poſt Bedam ſequendum ſibi propoſuit? eſto id non invenerimus nos in iis MSS. ex quibus ejuſdem Flori ad Bedam ſupplementum dedimus. Adonis verba, quem more ſuo Notkerus tranſcripſit, iſta ſunt:* Alexandriæ S. Theodoræ Virginis: quæ ſacrificare contemnens, in lupanar tradita, miro Dei favore erepta eſt. Adſtante quippe jam ad oſtium cellæ multitudine juvenum impudicorum, repente quidam è Fratribus, Didymus nomine, plenus fide, divinitus inſpiratus, ſumpto militari habitu, primus lupanar irrupit; & ſanctæ Virgini cur veniſſet exponens, illi militares impoſuit exuvias, ipſe virginali veſte induitur. Sic Virgo egreſſa & à nullo agnita, ad civitatem fugiens evaſit. Didymus Præſidi exhibitus, & omne factum conſtanter exponens, Chriſtianum ſe eſſe confeſſus, abſciſſo capite igni traditus eſt. Beata quoque Virgo, quæ pro tuenda virginitate ex lupanari fugerat, amore coronæ continuo ad ſtadium regreſſa, ſimul cum Didymo percuſſa & ſimul eſt coronata.

hunc autem tranſcripſêre Ado,

C

& Vſuardus,

3 *Vſuardus paucioribus utitur verbis in hunc modum?* Alexandriæ S. Theodoræ Virginis, quæ ſacrificare contemnens, cum eſſet in lupanar tradita, repente quidam ex Fratribus nomine Didymus, miro Dei favore illam eripuit, ac poſtea cum eadem percuſſus & ſimul coronatus eſt. *Qua patet non immediate ex Actis, ſed ex eodē ſumpta eſſe auctore quo uſus eſt Ado: nam de hujus Martyrologio nihil videtur ſciviſſe Vſuardus, quando ſuum contexuit, ut alibi eſt obſervatum. Cur autem ad hunc diem, nec enim dies aliquis in Actis exprimitur? An dies expreſſus erat in titulo Actorum? Ita credimus: quia ſcimus hunc morem frequentem fuiſſe, idque in Paſſionalibus antiquis paſſim vidimus obſervatum. Sed nec de martyrio S. Theodoræ quidquam habetur, aut in Latinis noſtris aut in Græcis. Solum Synaxarium Claromontani collegii Pariſiis, quo MS. utimur, ad* XXVII *Maji, quo die alius nemo, elogium utriuſque ſic concludit:* Adductus S. Didymus ad gladium atque ignem damnatur, cœſuſque & combuſtus adſcribitur cœtibus Martyrum. Poſt hæc & S. Theodora comprehenſa ac gladio cæſa, in vicinum flumen injecta fuit: atque ita ambo martyrium ſuum conſummarunt. *Sane non eſt ulla ratione credibile, quod vel Virgo ultra ſe dediſſet in manus Iudicis, quem experta erat velle ereptam non vitam ſed pudicitiam; vel tam nobilem prioris martyrii appendicem omiſiſſet auctor primus Actorum, ſi vere Theodora, interiori ſpiritus inſtinctu edocta nihil contumeliæ ſuo inferendum corpori, feſtinavit cum Didymo particeps fieri coronæ, eamque vel eodem vel ſequenti mox die ſuſcepit.*

ubi ſimul cum Didymo capite plexa dicitur Theodora,

4 *Vſuardum Maurolycus & Bellinus ac fere etiam Molanus tranſcripſere: Galeſinius phraſim mutavit, non rem.* Alexandriæ S. Theodoræ Virginis. Hæc ſpreto idolorum cultu, ob id in lupanar tradita inde Didymi opera juvante Deo erepta, ſicque ſervata virginali caſtitate, una cum eo percuſſa gladio, ad duplicatam virginitatis & martyrii cæleſtem palmam abiit. *At Romanum Martyrologium & ſenſum & verba Vſuardi ſic mutavit & auxit,* qui poſtea in perſecutione Diocletiani, ſub Euſtratio Præſide, ſimul cum ea percuſſus & coronatus eſt. *Perſecutionem Diocletiani & Euſtratium Præſidem hauſit Martyrologii recognitor ex Actis quæ diximus apud Surium extare: neuter notatur in antiquis noſtris Latinis, imo in his ſtatim in principio Iudex vocatur* Proculus (*hoc tamen ſuſpectum eſſe poteſt ne pro voce* Proconſul *irrepſerit vitio amanuenſium*) *quod autem* ſimul cum ea *ſit paſſus nemo ex Græcis dixit; & qui de Martyrio Theodoræ meminit Synaxarii collector, intervallum aliquod ſtatuit, inter mortem utriuſque: & ſic putamus poſſe teneri dicto die* XXVII *Maji, comprehenſam Virginem & gladio caſam eſſe: corpus autem ejus ab aquis ereptum, contumulatum fuiſſe corpori S. Didymi, atque ideo utriuſque cultum conjunctum ſervari.*

quod alii ſelanus tranſcripſere: Galeſinius phraſim mutavit, non rem. quuntur:

ſed melius interponitur integer menſis.

E

5 *Martyrologium, quod majore ſui parte ex Adone tranſcriptum, diu ſub Bedæ nomine impoſuit mundo; in errorem abduxit Molanum, Surium atque Baronium; dum verba Adonis inepto gloſſemate interpolata ſic profert:* Alexandriæ S. Theodoræ Virginis, de qua B. Ambroſius ſcribit: *qua verba, ab aliis etiam Vſuardo adjecta, Molanus in aliquo exemplari reperit: ſed melius abſunt ab antiquioribus exemplaribus. Etenim illa Virgo, de qua, tacito ejus & liberatoris nomine, ſcribit ſanctus Doctor lib.* 2 *de Virginibus, Antiochena fuit: & licet prænominati auctores ſuſpicentur* Antiochiam *pro* Alexandria *librariorum vitio ſcriptam fuiſſe: non perſuadent, quia videtur Ambroſius ætati ſuæ propinquiorem hiſtoriam, ac forte ſub Iuliano geſtam narrare, cum ſic orditur,* Antiochiæ nuper Virgo quædam fuit: *& illa quam deſcribit, Militem inter ac Virginem, de ſubeunda capitis ſententia concertatio, tam illuſtris eſt, ut non potuerit ab auctoribus Actorum præteriri. Fateor tamen exiſtimare me, quod Florus, aut quiſcumque alius Adoni atque Vſuardo perſuaſit ſimul paſſos eſſe SS. Theodoram & Didymum, dictum Ambroſii locum de ipſis intellexerit.*

Male autem dicitur agere de his Ambroſius,

F

ſed corrigendus eſſe in nomine civitatis.

6 *Ceterum conſtat hujuſmodi petulantiam Iudicum profanorum adverſus Chriſtianas Virgines uſitatiſſimam fuiſſe: quid igitur cunctabimur credere, ſimili eam fraude à Chriſtianis adoleſcentibus eluſam fuiſſe ſæpius; cum vix alius eſſet modus promptior certiorque, quam veſtium commutatio, ad earum pudorem, etſi cum ipſius liberatoris periculo, collocandam in tuto? Quidni etiam Antiochia ſpectaculum viderit Alexandrino ſimile, diſſimile in eo, quod paſſa non ſit Antiochena illa ſua vice mori juvenem, quin ſaltem eidem commoreretur. Similem pene hiſtoriam dabimus* III *Maji, acturi de*

pluries enim ſimilis hiſtoria cōtigit:

A *temporibus & locis variis,*

de SS. Alexandro & Antonina : qui ſuum Conſtantinopoli feſtum habent x *Iunii, & ſub Maximino haud procul inde paſſi videntur, quippe ex* Cardanio *oppido oriundi, quod circa Thraciam conſtituit Ortelius, Hiſtoriæ miſcellæ auctorem ſecutus : ſed hi poſt pulchri doli ſucceſſum felicem, non ultro ad certamen progreſſi, verum conquiſiti deprehenſique dicuntur. Palladius quoque in Lauſiacis cap.* 148 *&* 9 *ſimilem cujuſdam Magiſtriani caſtum narrat, qui Corinthi ſic liberaverit caſtiſſimam aliam virginem, & facti præmium retulit coronam martyrii, veroſimiliter ſub Domitiano : citatur enim auctor Hippolytus antiquiſſimus ſcriptor & Apoſtolorum ſa miliarii.*

hæc anno 303 poſt Paſcha facta eſt.

7 *Ad tempus certaminis hujus quod attinet, videmur conſtituere poſſe annum* CCCIII, *quando ipſo die Paſcha, qui tunc fuit* XVIII *Aprilis, affixa ſunt contra Chriſtianos edicta. Recentiora enim Acta apud Lipomanum & Surium (quæ ſatis eſt apud eos excuſa haberi Latine, & ad finem hujus tomi Græce dari ex MS. Vaticano) expreſſe meminerunt decreti à Diocletiano & Maximiano promulgati, quo Chriſtiani jubebantur, ἢ θύειν ἢ πάσχειν, aut ſacrificare aut multari : non quidem morte (per gradus enim proceſſit trium ſucceſſive edictorum impietas) ſed ignominia ſi nobiles, ſervitute ſi plebei ; adeo ut ex vi primi decreti, licet nondum crudeliſſimi in lupanar miſſa Theodora ad ſervitutem turpiſſimam dici poſſit decimo poſt decretum promulgatum die,*

B *nec tamen videatur potuiſſe puniri morte niſi ad ſecundum tertiumve decretum exeunte Majo. De Didymo, ſicut & de Georgio, alia ratio fuit : cum in his non tam fidei Chriſtianæ profeſſio, quam legis impiæ contemptus plecteretur.*

PASSIO

Iam olim ex Actis Proconſularibus de Græco verſa, & ex MS. Codice ſubminiſtrata à Iacobo Vſſerio.

a *Ad judicem vocata,*

1 IN Civitate Alexandria *a* Proculus cum ſediſſet pro tribunali, dixit, Vocate Theodoram virginem. Ex officio dictum eſt, Adſiſtit Theodora. Judex dixit, Cujus conditionis es ? Theodora reſpondit, Chriſtiana ſum. Judex dixit, Ingenua es an ancilla ? Theodora reſpondit, Jam tibi dixi : Chriſtiana ſum, Chriſtus autem adveniens liberavit me : nam in ſeculo hoc ex ingenuis parentibus genita ſum. Judex dixit, Vocate Curatorem civitatis. Cumque adeſſet ; dixit ei, Mihi dic inquit, quid ſcis de Theodora virgine ? Lucius Curator dixit, Per claritatem tuam, ingenua eſt & honeſta, & de optimo genere. Judex dixit, Quia ſi ingenua, quare nubere non voluiſti ? Theodora reſpondit, Propter Chriſtum. Adveniens autem in carne [in] hoc mundo abſtraxit nos à corruptione, & vitam nobis æternam promiſit. Unde me permanente in fide ipſius, credo intacta permanere.

conſtanter profitetur fidem,

C

2 Judex dixit, Jufſerunt Imperatores vos quæ eſtis virgines, aut diis ſacrificare aut injuria meritorii *b* provocari. Theodora reſpondit, Puto non ignorare te quoniam Dominus voluntatis inſpector eſt : nam voluntatem caſtitatis Deus aſpicit. Quod ſi autem hoc facere cogis, non eſt meritorium, ſed violentia. Judex dixit, Cognoſcens te ingenuam eſſe, & parcens ſpeciei tuæ, miſereor tui : moneo te, ne contemnas me ; nihil enim proficis per Deos omnes. Imperatores ſtatuerunt, vos quæ eſtis virgines, aut diis ſacrificare aut injuria meritorii provocari. Theodora reſpondit, Jam ante dixi tibi quoniam Deus voluntatis eſt inſpector. Præſcius enim eſt & inſpector cogitationum : unde ſi cogor hoc facere, non arbitror eſſe fornicationem. Quod ſi autem volueris caput meum abſcindere, aut manum, aut pedem, aut totum corpus diſſipare, hæc violentiæ operа ſunt, & non voluntatis. Nam & ego in Deo volo manere : Dei enim eſt promiſſio quantum ad meum votum pertinet ; ipſi enim adjacet virginitas & confeſſio. Ipſe eſt autem Dominus, & quemadmodum vult, ſalvat munus ſuum. EX MS.

b *& virginitatis propoſitum,*

reſpondet vim ſibi pro corona fore:

3 Judex dixit, Ne velis genus tuum contumeliare & in opprobrium eſſe ſemper : ſicut teſtimonium tibi detulit curator, ingenua es & honore digna, & genere prima. Theodora reſpondit, Confiteor primum Chriſtum Dominum, qui ingenuitatem & honorem dedit mihi, & ipſe novit quemadmodum columbam ſuam cuſtodiat. Judex dixit, Quid erras credens homini crucifixo ? Ne putes te, cum tradita fueris in meritorio, ſine macula cuſtodiri. Propterea ab omnibus inſanieris. Theodora reſpondit, Chriſto credo, qui paſſus eſt ſub Pontio Pilato, quoniam liberabit me de manibus inimicorum horum, & ſine macula cuſtodiet perſeverantem in fide ſua, & ego non nego. *ſperare tamen quod ab ea ſit ſervanda à Chriſto.*

ſtuprum minanti,

4 Judex dixit, ſuſtineo te verboſantem, & tormentis nondum ſubjeci : quod ſi permanſeris contradicens, ſupplantari te tamquam ancillam [&] juſſionem dominorum noſtrorum Imperatorum adimpleri facio ad exemplar ceterarum mulierum. Cui Theodora reſpondit, Parata ſum corpus meum præſtare cujus habes poteſtatem, animæ vero Deus habet poteſtatem. Judex dixit, *c* Ex-palmate eam arctius, & dicite ei, Noli eſſe ſtulta, ſed accede & ſacrifica Diis. Theodora reſpondit, Per Dominum non ſacrifico, nec adoro dæmonia, cum habeam Dominum adjutorem. Judex dixit, Stulta, coëgiſti me injuriam tibi facere mulieri ingenuæ, ut incideres in tantam turbam, quæ tuam expectat ſententiam. Theodora reſpondit, Non ſum ſtulta Dominum confitendo. Quam etiam injuriam dicis feciſſe, honor & gloria mihi erit in ſeculum. *itaque ſperavit minantem lupanar & alapas,*

E

c

5 Judex dixit, Jam te non patiar, ſed faciam præcepta dominorum noſtrorum Imperatorum. Exiſtimans enim te perſuaderi, patiebar : quod ſi autem nunc tibi amplius parco, inveniar contrarius juſſioni Imperiali. Theodora reſpondit, Quemadmodum tu times & feſtinas perficere quod tibi præceptum eſt, ſic & ego feſtino non negare Dominum meum : timeo enim contemnere Regem verum. Judex dixit, Reſiſtens contemnis juſſionem ſempiternorum Regum, & me quaſi ineptum putas. Vide, inquit, ne incipias ſentire. Do itaque ad hoc tibi tridui ſpatium ; & per deos niſi conſenſeris in meritorium te ſtatuam ; ut videant omnes mulieres, & videntes arguantur per tuam injuriam. Theodora reſpondit, Et nunc ipſe eſt Deus, qui ſemper fuit, qui non patietur me derelinquere eum : quapropter comparata ſum corpus præſtare tibi, nam mihi & tres hi dies jam tranſierunt ; fac itaque quodvis. Rogo autem te immaculatam me cuſtodiri jube donec des ſententiam. Judex dixit, Theodoram ſub idonea cuſtodia uſque tres dies jubeo cuſtodiri, ſi forte *d* pœnitentia ducta ſe ipſam à tanta contradictione recedere perſuadeat : nullam ſane ei violentiam ingerite, eo quod optimo ſit genere. *inducias tridui oblatas recuſat,*

iiſdem tranſactis,

F

d

6 Poſt tres itaque dies cum ſediſſet Judex, juſſit vocari Theodoram. Judex dixit, Si te jam emendaſti, ſacrifica & vade. Dico autem tibi, quod ſi in hoc permaneas propoſito, non eris pudica. Theodora reſpondit, Jam tibi dixi, & ea iterum me dicere non excuſo ; quoniam promiſſio caſtitatis per Chriſtum eſt ; præconium incorruptibilitatis & confeſſio per Chriſtum Dominum : & ipſe ſcit quomodo *e* agnam ancillam ſuam cuſtodiat. Judex dixit, Per Deos timens juſſionem Imperatorum intendo ſententiam : ne ſi non fecero, ipſe crimen inveniar. Quoniam autem ipſa in meritorium te tradidiſti, jam nunc didiceris, eo quod idolis immolare noluiſti. Sine videamus, ſi cuſtodiet te Chriſtus, propter quem *iterum ſiſtitur Iudæx,*

e

ſuamque fiduciam in Chriſtum collocans damnatur ad lupanar.

EX MS. quem ita perſtitiſti contra dicens. Theodora reſpondit: Deus, qui cognitor eſt abſconſorum, qui ſcit omnia antequam fiant, qui uſque hodie ſine macula me cuſtodivit propter promiſſionem ſuam; ipſe & cuſtodiet me de immundis & iniquis hominibus, qui parati ſunt ancillam Dei *f* contumeliare.

f contumeliare.

quo inducta orat Deum ut ſe ſervet:

7 Perducta eſt itaque ancilla Dei in meritorium. Ingreſſa vero elevavit oculos in cælum & dixit: Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, adjuva me, & libera me de meritorio hoc, qui adjuviſti Petrum cum eſſet in carcere, qui eduxiſti eum ſine contumelia, educ me ſine macula hinc: ut omnes videant, quoniam tua ſum ancilla. Turbæ vero circumſpiciebant ſicut lupi, quis prior intraret ad agnam Dei, aut certe ſicut accipiter circa columbam. Dominus autem Jeſus Chriſtus nec tunc defuit, ſed confeſtim miſit qui eam liberavit. Nam de timentibus Dominum Fratribus unus, doctus viam quæ ducit ad cælum, induit ſe militari habitu & duplex in ſe complevit martyrium. Intravit ad eam, prior utpote unus de ſceleratis. At illa cum vidiſſet, habitu peregrino turbata, circumfugiebat per angulos.

poſt eam ingrediens S. Didymus habitu militari,

8 Cui Frater cœpit dicere: Non ſum quem vides; de foris, inquit, ſum lupus, intrinſecus ſum autem agnus. Noli inſpicere veſtimenta mea adverſa: Frater enim voluntate cum ſim tuus, in diabolicis veſtimentis ingreſſus ſum, ut te hinc poſſem liberare. Intravi autem explorare & ſalvare Dei mei peculium, quoniam Dei mei tu es ancilla & columba. Veni itaque mutemus veſtem, te enim traducit natura, me *g* autem indignavit condignatio. Egredere tu ad Deum, hæc ipſa quæ timuiſti veſtimenta induta, & complemus Apoſtolicum dictum: Eſtote ſicut ego. Et cum hæc ille dixiſſet, conſenſit ei Theodora: cognovit enim, quoniam qui miſit Angelum ſuum ad obturandum ora leonum, & nunc miſit in habitu militis agnam eliberare ſuam.

B *eamdem ſuo aſpectu turbatam ſolatur,*

g & veſte mutata,

Gal. 4, 12

9 Accipiens itaque virgo habitum militis, capiti impoſuit depreſſo pileum. Hoc enim antea providerat, ut quaſi vereretur populum, quia prior auſus fuerat introire. Et præcepit ei ut deorſum reſpiceret, & nulli loqueretur ad portam: [ſed cum ſilentio] tenderet ad eum qui vere porta eſt & janua. At illa cum exiſſet, elevavit alas ſuas ad cælum ab ore accipitris liberata, & ab ore leonis abſtracta. Frater autem ſedebat, habens caritatem pro ſorore, coopertus capite, & accinctus, jam *h* coronatus.

emittit,

h ipſe vero pro ea manens,

10 Cumque hora tranſiret, quidam ingreſſus eſt ex iſtis, & invenit pro virgine virum; & ſtupefactus intrare, dixit, Putas & virgines in viros demutat Jeſus? Qui enim intraverat exivit & dixit, Quis eſt qui ſedet? ubi eſt quæ incluſa eſt virgo? Audiebam quoniam demutavit aquam in vinum, & fabulam exiſtimabam id quod facilius erat: nunc autem quod majus eſt video, quonſam in virum demutavit virginem, & timeo ne me demutet in mulierem. *i* At ille qui cum gratia dimiſerat ſororem non abſcondit factionem ſuam, ſed magna voce ait, Non mutavit me Dominus, ſed coronavit me quoque & illam: nam quam habebatis non habetis, quem autem habetis accipite: duplex eſt mihi bona palma, virgo & miles athleta Chriſti.

C

i

atque ad judicem adductus,

11 Exivit itaque is qui intraverat, & quod erat factum audiens judex, juſſit illum adduci. Cum introductus fuiſſet; interrogavit eum, quid diceris? at ille dixit, Didymus. Proconſul dixit, Quis te ſubmiſit ut hoc faceres? Didymus reſpondit; Deus me miſit ut hoc facerem. Judex dixit, Confitere ante tormenta, ubi eſt Theodora? Didymus reſpondit, Per Chriſtum Jeſum filium Dei, neſcio ubi eſt. Scio autem & certus ſum, quoniam eſt ancilla Dei, & confeſſa Chriſtum ſemper illæſa permanſit, & Deus eam cuſtodivit immaculatam: unde quod factum eſt non mihi adſcribo ſed Domino. Secundum enim fidem ſuam fecit ei Deus: quemadmodum & ipſe ſcis ſi volueris confiteri. Judex dixit, Didyme cujus conditionis es? Didymus reſpondit, Chriſtianus ſum, liberatus à Chriſto. Judex dixit, Torquete illum dupliciter propter propoſitum ſuum. Didymus reſpondit, Deprecor te facere cito quod juſſum eſt tibi à tuis Imperatoribus. Judex dixit, Per Deos quia repoſiti ſunt tibi duplices cruciatus niſi ſacrificaveris diis, ut & indulgeatur tibi quod temere uſurpaſti.

D *fruſtraque de Theodora interrogatus,*

12 Didymus reſpondit, Ego enim per ipſam rem tibi oſtendo, quoniam Dei mei ſum athleta, propter fidem, quæ repoſita eſt mihi. Et ideo hæc arripui facere, ut & virgo permaneat, & ego confeſſionem meam ad Deum manifeſtam faciam. Permanens autem in fide Dei mei non moriar à tuis tormentis. Unde quod tibi placuerit celerius facito: non enim ſacrifico dæmoniis, etiamſi igni me tradi jubeas. Judex dixit, propter audaciam tuam tantam caput tuum excidetur, & eo quod non obediſti juſſionibus Dominorum noſtrorum Imperatorum, reliquum corpus tuum igni tradetur. Didymus reſpondit, Benedictus es Deus Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui cogitatum meum non deſpexiſti, qui & ancillam tuam Theodoram ſalvaſti, & me per duas ſententias coronaſti. *k* Accepta itaque ſententia capite abſciſſo, reliquum corpus ejus igne cremaverunt. Et conſummavit martyrium per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cui eſt honor & gloria & potentia in ſecula ſeculorum. Amen.

hilariter excipit meritæ ſententiam.

E

k

ANNOTATA.

a *Exordium abruptum ſatis, indicat deeſſe aliquod principium: ſuſpicamur autem quod* Proculus, *irrepſerit, pro* Proconſul. *Recentiora Græca ſic incipiunt.* Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, Præſide Alexandrinæ civitatis Euſtratio, edictum quoddam adverſus Chriſtianos miſſum fuit ut vel ſacrificarent vel mulctarentur. Cum vero Præſes ille pro tribunali ſediſſet, in magna Alexandrinorum civitate, juſſit cohortem accerſire Theodoram Virginem, quæ nuper capta fuit & in carcere ſervabatur.

b *A merendo proſtitutionis pretio ſive ſtipendio*, meretrix, meretricium & meritorium *dicuntur locus, profeſſio & perſona.*

c Expalmare *pro palmis cædere etiam uſurpavit Auguſtinus in Pſalmum* 56.

F

d *Correxi* pœnitentia, *quamvis in ecgrapho haberetur*, patientia.

e Agna, *id eſt*, caſta: *quam vocem, velut ſi ſubſtantivum foret, videtur ex Græco retinuiſſe interpres: ubi alias non ἄγνη ſed ἁγνὰς ſcribi debuiſſet, & minus commodus ſenſus fuiſſet, qui adjectivum requirit.*

f Contumeliare, *pro*, afficere contumelia, *dixerunt etiam Chriſtianus Grammaticus in Matthæum, & Ado in Breviario Chronicorum.*

g *Obſcurus omnino ſenſus, quo indicari videtur, præſtare ut ipſe Didymus in lupanari maneat quam Theodora: hæc enim ibi manendo famæ ſuæ incurrebat periculum, ratione ſexus: ipſe vero ſolam Iudicis indignationem timere poterat.*

h *Neſcio an vitiatum hic aliquid ſuſpicer; an vero hæc referam ad veſtis & coronæ modum, proſtitutis proprium.*

i *Eadem ipſa, ſed multo elegantius expreſſa tribuuntur alteri illi Antiocheno ganeoni, qui ſimili ſpe lupanar ingreſſus deluſum ſe mirabatur: ut omnino videatur Ambroſius hæc Acta legiſſe, & forte duas hiſtorias in unam confudiſſe.*

k *Idem S. Ambroſius de ſua Antiochena virgine ſic loquitur:* Fertur puella ad locum ſupplicii cucurriſſe, certaſſe ambos de nece: cum ille diceret, Ego ſum juſſus occidi: te abſolvit ſententia, quando me tenuit.

A nuit. At illa clamare: Non ego te mortis vadem elegi, ſed prædem pudoris: ſi pudor quæritur, manet nexus: ſi ſanguis expoſcitur, fidejuſſorem non deſidero, habeo unde diſſolvam. *Et poſt multa in hanc ſententiam argute atque affectuoſe*, Quid expectatis? duo concurrerunt, & ambo vicerunt: nec diviſa eſt corona, ſed addita. Ita ſancti Martyres, invicem ſibi beneficia conferentes, altera principium martyrio dedit, alter effectum. *Denique horum factum comparat cum decantata Poëtis & laudata Philoſophis Damonis ac Pythiæ amicitia. Sed ut dixi hæc omnia probant, hanc ſaltem partem ultimam non convenire Alexandrinæ Theodoræ.* D

DE SANCTIS MARTYRIBVS

ALEXANDRO, FIRMIANO, PRIMIANO, TELLVRIO,

LESINÆ IN APVLIA.

XXVIII APRILIS. *Leſina vetus & florens quondam Apuliæ urbs nunc autem diruta, ex Leandro Alberto ad* IX *diem Februarii in SS. Sabino & Eunomio à nobis deſcripta fuit. Condita hic jacuere Sanctorum Martyrum* Alexandri, Firmiani, Primiani & Tellurii *corpora ad annum uſque* MDXCVII *in cathedrali eccleſia, quam uni eorum, ſancto videlicet Primiano, dicatam, elegantis formæ vetuſtique operis crypta, marmoreis columnis fulta, ſuſtentabat. Exornabatur illa aris ſuis & Sanctorum ſingulorum ſculptis imaginibus; ad quarum latera contracta in compendium litteræ Martyrum nomina exprimebant: ex denigrato autem à fumo fornice uncus ferreus ſuſtinendæ lampadi dependebat, ſuperiore templo in parietinas ac rudera jam diu collapſo, & nihil fere præter ſui veſtigium referente. Templum hoc cum alio, quod* Annuntiatæ *vocant, dono Margaritæ Dyrrachinæ, Caroli III Neapolitani Regis viduæ, poſſeſſionibus domus Annuntiatæ Neapolitanæ acceſſit: cujus moderatores anno* MDXCVII *Aurelium Marram Sacerdotem, virum nobilem, Leſinam, ad ſarta tecta ruinoſi templi aliaque illic curanda Neapoli ablegarunt. Cui cum ædificii vitium ſeu ſtrages potius major fuiſſet viſa quam ut interpolationem innovationemque aliquam admitteret; ad veſtiganda Sanctorum recondita illic corpora ſe convertit, Neapolim mox ad debitum cultum deportanda.*

Corpora Leſinæ in templo S. Primiani condita. B

refodiuntur partim anno 1597. 2 *Menſe Igitur Novembri iſtius anni memoratam cryptam ingreſſus, quæ amoto oſtio aperta ſuaviſſimum foris adflanti odorem afflabat; ligneam in ara media capſam primum reperit; in qua viſebatur imago ex eadem materia S. Primianum, longa amictum veſte manuque ramum palmæ geſtantem, referens. Refodiens deinde humum, poſteaquam ad aram ibi fecerat, vigeſimo quarto ejuſdem menſis, corpus* S. Paſchaſii; *& vigeſimo quinto,* SS. Sabini ac Eunomii *invenit: molituſque iterum terram, ea ſub ara ſub qua Reliquiæ S. Paſchaſii repertæ fuerant, vigeſimo ſexto incidit in capſam marmoream, oſſa* SS. Alexandri & Urſulæ *continentem, cujus amoto operculo, hæc in inferiore ejus parte inſculpta verba vidit:* S. ALEX. ET S. URS. VIRG. ET MART. *quæ verba & in lamina plumbea, ſacris oſſibus ſuperimpoſita, inciſa legebantur. Vigeſimo ſeptimo ejuſdem menſis, verſus cornu dextrum ſub eodem altari fodiens, in marmorea itidem capſa corpus* S. Tellurii *reperit: operculo, veteri charactere, inciſum erat,* S. TELLURIUS. *Atque hæc ex ipſa Aurelii Marræ narratione, quam ad* IX *Februarii in SS. Sabino & Eunomio vulgavimus, deprompta ſunt.*

C

partim 1598. 3 SS. Primiani & Firmiani *corpora, anno* MDXCVIII, *inventa ſunt, tandemque cum aliis ſolenni pompa Neapolim ad eccleſiam Annuntiatæ devecta: cujus rei geſtæ ſeriem narrat loco citato in hæc verba idem Marra:* Die ſecundo Martii MDXCVIII ſub horam decimam ſextam, appulit Leſinam unus è gubernatoribus dictæ Neapolitanæ domus, cum Nuntii Apoſtolici, quæ eum meque exequi oporteret, mandatis. Cum ei Reliquias ſupra ſcriptas, eodem plane, quo inventæ fuerant modo reconditas, coram multis teſtibus atque iis ipſis, qui primæ inventioni interfuerant, oſtendiſſem; reliquum medii altaris, ut à me cœptum erat, dirutum: atque effoſſa ad quatuor palmos humo, inventa capſa marmorea, tres longa palmos, lata duos, diverſa à ceteris forma, ſcrinio ſimilis; in qua SS. Primiani & Firmiani oſſa inventa, inque ima operculi parte inſculpta hæc verba: S. PRIMIANUS, S. FIRMIANUS; itemque in plumbea tabella SS. PRIMIANUS ET FIRMIANUS. Editis religioſæ alacritatis & lætitiæ indiciis, uti ceteræ Reliquiæ, eadem quoque ex cauſa, opertæ etiam hæ ſunt & reconditæ. E *deferuntur Neapolim.*

4 Die IV Martii exemptæ Reliquiæ omnes, relicta tamen in eadem confeſſione ſeu crypta parte ſingularum aliqua: & multis è Capucinorum familia, aliiſque concinentibus, cereoſque accenſos manu geſtantibus, quanta eo in loco fieri potuit ſolennitate, impoſitæ tribus thecis operculo arcuato inſignibus, byſſo candida intus munitis, ad eam rem Neapoli allatis; & Neapolim devectæ, in eccleſia Pietatis, ad gradus S. Joannis de Carbonaria, depoſitæ ſunt; donec majori apparatu ſupplicatio inſtitueretur, ut ad eccleſiam Annuntiatæ, Romano Pontifice annuente, transferrentur: ſunt quoque, in publicum narratæ jam rei teſtimonium, Neapolim advectæ ipſæ marmoreæ capſæ, in quibus repertæ Reliquiæ fuerant. *Hæc ille.* *ubi in eccleſia Annuntiatæ repoſita.* F

5 *Coluntur Neapoli Officio ſemiduplici: ita Catalogus Sanctorum, in Eccleſia ac diœceſi Neapolitana celebrandorum, editus anno 1619 juſſu Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi D. Decii S. R. E. Cardinalis Caraffa Archiepiſcopi Neapolitani, in quo menſe Aprili hæc leguntur:* XXVIII Aprilis SS. Martyres Alexander, Firmianus, Primianus & Tellurius. Semiduplex. omnia de Communi plur. Martyr. tempore Paſchali. Miſſa de Communi ſine Credo. Oratio: Deus qui nos concedis SS. Martyrum tuorum Alexandri, Firmiani, Primiani & Tellurii natalitia colere, da nobis in æterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per Dominum noſtrum &c. *Hic minore charactere ſequentia ſubduntur:* Acta & natalis dies horum SS. Martyrum non habentur: itaque die tranſlationis celebrandi ſunt. Servantur ſacræ eorum Reliquiæ in eccleſia ſanctiſſimæ Annuntiatæ, illuc hac die tranſlatæ è diruta civitate Leſina, permiſſu Apoſtolicæ Sedis; extantque Acta inventionis & tranſlationis eorumdem. *colitur ritu ſemiduplici.*

DE

DE SS. PATRICIO EPISCOPO, ACACIO, MENANDRO, ET POLYÆNO, PRESBYTERIS,

D.P. *MARTYRIBVS PRVSÆ IN BITHYNIA.*

XXVIII APRIL.

Mentio gemina in Martyrologiis hoc die, & 19 Maji.

Epitome ex Menologio Basilii Imperatoris.

Sanctum Patricium *Martyrem & Episcopum Prusæ in Bithynia Sanctorum fasti ad geminum diem inscriptum habent : nam in Menæis Menologio Græcorum, Martyrologio Galesinii, Canisii, Romano ad* XXVIII *Aprilis relatus; in iisdem, si Martyrologium Canisii & Romanum excipias, cum* Acacio, Menandro & Polyæno, *palmæ socius, ad* XIX *Maji repetitur; ubi hoc eorum elogium ponitur.* Sanctus Pater noster Patricius Episcopus fuit urbis Prusæ, ac cum fidem Christi edoceret eos qui ad ipsum accedebant, comprehensus ab idolorum cultoribus, adductus fuit ad Præsidem Bithyniæ : atque interrogatus summa animi fiducia professus est Christum. Asserente autem Præside Deos esse colendos, Jovem nimirum, Apollinem, Bacchum ac reliquos, quorum providentia calidæ aquæ erumpunt in hominum beneficium.

B Respondit sanctus vir, calidas aquas Christi virtute scatere, non autem idolorum, quæ ligna inanima sunt lapidesque sensus expertes. Projectus deinde in ipsa calida lavacra vehementer ebullientia incolumis inde evasit, satellitibus omnibus ab igne concrematis. Ac multiplicibus primum subjectus cruciatibus, postea ense caput abscissus martyrii coronam suscepit, una cum Acacio, Menandro ac Polyæno ipsius discipulis. *Synaxarium Claromontanum Presbyteros appellat, & addit*, Agitur vero eorum synaxis in æde sanctissimæ Dominæ nostræ quæ est in Cyri, *ædibus scilicet aut palatio, ab ipsomet tunc Patricio atque Præfecto Vrbis condita, ut auctor est Georgius Codinus in Originibus Constantinopolitanis num.* 113. *editionis Luparea: qui quidem Cyrus adeo ut ipse addit dilectus fuit populo, ut cum hic aliquando exclamasset, ad majorem dignitatem promovendum; Theodosius Iunior eum Smyrnensem Metropolitam creandum curarit. Acta S. Patricii, nullam sociorum mentionem facientia, invenimus atque transcripsimus in Bibliotheca Medicea S. Laurentii Florentiæ, unde ea hic Latine damus.*

A C T A

C Ex MS. Græco Bibliothecæ Florentinæ.

Interprete P. Ioanne Ravestenio S. I.

Thermarum virtutem diis suis adscribentis Præsidi,

1 IUlius Proconsul, qui provinciam per ea tempora administrabat, cum furore insaniens idololatriæ, ingressus thermas sacra Asclepio & Saluti peregisset; atque recreatus ex iis egrediens, tribunal constitui & Sanctum sibi Patricium sisti jussisset; Quanta, inquit, diis nostris potentia sit vide, tu, qui ad vanas adhærescens fabulas Christum insanus invocas : vide quam ultro dii nostri thermarum concessa virtute salutares sint nobis, quæ Patris imprimis Asclepii virtus, quæ gratia : eumque, si vis cruciatus effugere & vincula, si vitam in patria tranquillam agere, supplici prece veneratus adora. Patricius vero, in quam multa, inquit, Proconsul mala perbrevi oratione linguam laxasti? Et Proconsul, In quæ autem mala, miser, linguam ego laxo, quod ita me coarguis? fateri certe debes abesse à fuco, quæ oculis usurpamus. At Patricius, Illustrissime Proconsul, inquit, quod quidem ortum & scaturigines harum thermarum spectat, edocebo te, si patienter audire me volueris. Cui Proconsul, Quamquam nil præter speciosam hic à te fabulam exspecto, age, edisse tamen, ut quid allaturus sis audiam. Nullam, inquit Patricius, fabulam afferam. Et Proconsul, Ecquam ergo de thermarum origine dissertationem aliam?

contradicit Patricius,

2 Christianus sum, inquit Patricius; & quisquis hæc sacra professus verum & unicum universi Numen adorat, animum divinorum atque hujusmodi mysteriorum intelligentia imbutum habet : quapropter & ego, qui quamvis peccator Christi tamen me famulum profiteor, veritatem explanare super his scio. Sed quis, inquit Proconsul, tam sit fidens & temerarius, qui sapere supra Philosophos videri velit. Sapientia, inquit Patricius, hujus mundi, stultitia coram Deo est : scriptum est enim : Comprehendens sapientes in astutia sua. Et iterum gratias agens Patri suo Christus ait : Gratias tibi ago Pater, quoniam abscondisti hæc à sapientibus & intelligentibus E & revelasti ea parvulis : ita Pater quoniam sic placitum fuit ante te. Iterumque Apostolus : Non cognoverunt veritatem; si enim cognovissent, Dominum gloriæ non crucifixissent. Hic vero, Magna quædam sed perplexe loqueris, inquit Proconsul : age tamen, edissere, quo auctore hæ thermæ scaturiant, & fervens hæc aqua cujus virtute adeo ebulliat. Ego certe id providentiæ Deorum acceptum refero, hominum saluti munere hujusmodi consulere cupientium.

& de earū ortu verbosa so dictarum pollicitus,

1 Cor. 3, 19

Matt. 11, 25

1 Cor. 2,

3 Ad quæ Patricius, Antequam dicere, inquit, aggredior, jube Proconsul hæc septa tolli, ut audiri ab omnibus queam. Et Proconsule tolli ea jubente, locumque implente hominum corona, vocem in hujusmodi verba attollens, ita est orsus. Ignem & aquam idem, qui humani generis est auctor, ex nihilo per suum unigenitum filium omnipotens & æternus Deus condidit : & ex igne quidem verbo lucem solemque & reliqua luminaria molitus, nocti partim, partim diei prælucere ea jussit; eo enim se ejus extendit efficiendi potentia quo volendi facultas. Ex aquis vero & cæli firmamentum compegit, & supra easdem tellurem solidavit, effecitque in ipsis provida & præscia virtute omnia ea, quibus formandum mox à se hominem carere non posse sciebat. F

explicat quomodo universū Conditor,

4 Prænoscens autem quod homines conditorem se ac Dominum suum offensuri essent, & abjecto vero Numine cultum fictis simulacris adhibituri, geminas præter hæc sedes apparavit : earumque alteram sempiterna illustrem luce faciens, omnibus iisque exquisitissimis bonis cumulavit; alteram vero perpetuis tenebris & numquam finiendæ castigationis igne, velut sempiterno supplicio, implevit : ut qui placuissent illi dictoque audientes fuissent, post reditum ad vitam sedem bonorum nacti, in luce perpetua degerent; qui vero vivendi licentia ejus iras commeruissent, in tenebras ad omne supplicium & sempiternos cruciatus deturbarentur. Ignem vero ab aqua & lucem à tenebris separans, ea, quemadmodum singula condidit, ita suis sedibus discrevit.

cælum piis, impiis infernum cōdiderit,

5 Est autem & supra firmamentum cæli & subter terram ignis atque aqua : & quæ supra terram est aqua, coacta in unum, appellationem marium, quæ vero infra, abyssorum suscepit : ex quibus ad generis humani usus in terram velut siphones quidam emittuntur & scaturiunt. Ex iisdem quoque & thermæ existunt, quarum quæ ab igne absunt longius, provida

& subterranea aquarum ac ignium receptacula.

A provida boni Dei erga nos mente frigidiores; quæ vero propius, admodum ferventes fluunt. In quibuſdam etiam locis & tepidæ aquæ reperiuntur, prout majore ab igne intervallo ſunt disjunctæ. Subterraneus autem ignis animabus impiorum excruciandis deſtinatus eſt: aquaque omnium infima atque gelidiſſima, concreſcens in glaciem, tartarus vocatur; in quo de diis veſtris & cultoribus eorum numquam finiendum ſupplicium ſumitur. Quemadmodum & quidam veſtrorum poëtarum cecinit dicens, Fines terræ ac maris nihil ſunt quam eorum extremi termini, in quibus ſedentes Japetus & Saturnus (hæc enim Deorum veſtrorum ſunt nomina) nec fulgore ſereni ſolis nec ventis demulcentur; Tartarus vero tanto aliis inferior eſt, quanto cælum ſupra attollitur. Hæc autem ita ſe habere perſuade tibi vel ex eo qui in Sicilia exæſtuat igne.

6 Ad hæc Proconſul, Chriſtus ergo horum auctor & non dii ſunt? Chriſtus, inquit Patricius: ſcriptum eſt enim: quia omnia per ipſum facta ſunt. Et: Ioan. 1, 3 Dii gentium dæmonia, Dominus autem cælos fecit. Proconſul denuo: Ain tu Chriſtum cælos molitum eſſe? Aio enimvero, inquit Patricius, juxta id quod Pſal. 95, 5 ſcriptum eſt: Quia videbo cælos, opera digitorum B tuorum, lunam & ſtellas quæ tu fundaſti. Ad quæ Pſal. 8, 4 Proconſul, ubi igitur, inquit, in has te thermas ego præcipitem dari juſſero, quia ſpretis diis Chriſtum earum auctorem facis, uri ille nequaquam te ſinet. *Mortem in ipſis thermis minanti ſe paratum offert:* Deos quidem, inquit Patricius, non exiſtentes non ſperno, cum nemo id quod non eſt vituperare ſoleat: at penes Chriſtum (poteſt enim cum vult) ſervandi me poteſtatem eſſe ſcito: poteſtatem item, ubi voluerit, hoc quo mortali adſtringor vitæ vinculum per has thermas diſſolvendi. Scito quicquid me ſpectat & manet, perſpectum ei atque exploratum eſſe: imo ita illum rebus intereſſe univerſis, ut abſque voluntate ejus ac decreto ne pilus quidem unus ex capite cujuſquam hominis defluat, aut avis ſe in laqueum induat. Idque quod dico perſuaſum habeant omnes, ipſius veritatis oraculum eſſe; & illos qui ſaxa adorant tecum, perpetuo tartaro mancipatos, ad ſempiternum in eo ſupplicium dedi. EX MS GR.

7 His vero auditis Julius, ſupra quam dici poteſt commotus, nudatum veſte in ferventes aquas abjici juſſit: qui dum præcipitaretur, Domine Jeſu Chriſte, ades mihi ſervo tuo, precabatur; ſtillæque abſiſtentes è thermis inevitabili exitio circumſtantes milites urebant; ipſe vero S. Patricius in balneum velut in refrigerium ingreſſus, cum diu in eo innoxius jacuiſſet, ab irato Proconſule per milites educi & ſecuri percuti eſt juſſus. Quapropter tenſis in cælum manibus, Deus omnium Rex, orabat, & Domine, qui propria virtute viſibilem atque inviſibilem ſimul creaturam contines, exauditor invocantium te in veritate; qui haſce thermas in ſalutem quidem juſtorum, ſupplicium vero improborum condidiſti; aſſiſte oppetenti mihi mortem in confeſſione fidei tuæ. E Quæ cum finiſſet, poſitis genibus, capite cæſus fuit: & Chriſtiani qui aderant, curato ſancti Martyris funere, exuvias ejus in publica via condiderunt. Cæſus vero eſt S. Patricius die decima nona menſis Maji, per gratiam Jeſu Chriſti, cui gloria & imperium cum Patre & Sancto Spiritu nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen. *indeque in-* *columis e-* *ductus ca-* *pite trunca-* *tur.*

DE SS. PROBA VIRGINE MARTYRE, ET GERMANA VIRGINE.

HENNIACI IN BELGIO PROPE DVACVM. G.H.

XXVIII APRILIS.

ARnoldus Rayßius, in ſuo Auctario ad Natales Sanctorum Belgii, harum Sanctarum notitiam profert, ex iis, *inquit*, quæ per humaniter communicavit Georgius Coluenerius, ſacræ Theologiæ Doctor & Profeſſor, nec non Univerſitatis Duacenæ Cancellarius & ex Hiſtoria Belgica Gazæi: *ſub hac præfatione rem acceptam ita narrans*:

Harum corpora, C 2 In Gallia natale Sanctarum Probæ Virginis & Martyris & Germanæ Virginis. Harum Sanctarum corpora, Gallicorum bellorum tempore, ex vico, qui Sale nominatur, inter Guiſiam & Laudunum ſito, ad Henniacenſe S. Auguſtini cœnobium, tertio fere milliari à Duaco, tranſlata fuere anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo; dono ac liberalitate illuſtris Herois Domini Adriani de Croy, Comitis de Rœux, Gubernatoris Flandriæ & Arteſiæ. Ut conſtat ex antiquis inſtrumentis repertis cum ipſarum corporibus, anno hujus ſeculi ſexcenteſimo tertio ſupra milleſimum: in quibus tempus elevationis per Anſelmum Laudunenſem Epiſcopum factæ ſignificabatur, quorum tenorem ſubnectemus. *tranſlata Henniacii anno 1540.*

S. Proba corpus Spalu in ditione Laudunenſi anno 1231 levatum: 3 Corpus beatiſſimæ Probæ Virginis & Martyris, levatum ab Anſelmo Laudunenſi anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo primo, menſe Septembri, oſtenſum fuit præſentibus Reverendiſſimo in Chriſto Patre Domino Balduino de Mol, Abbate monaſterii B. Mariæ de Boheriis, ſacræ Theologiæ Profeſſore; honorabili viro Domino Nicolao de Cervay, Ballivo nemorum Ducatus de Guyſe; & ſcientifico viro Domino Antonio Deſpinay, in jure civili Baccalaureo, Procuratore fiſcali ejuſdem Ducatus; Domino Claudio Fricquet, Scutifero; Joanne de Boſſu, Majore de Scalis; & Joanne de Queulx, Guilielmo Guyo, Scabinis de Scalis. Anno Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio, decima octava menſis Maji. *Signato infra* Le Febre.

4 Alia Virginum inſpectio anno milleſimo trecenteſimo octogeſimo nono, virorum illuſtrium adſtante turba, facta fuit: cui addam aliud inter utriuſque corpus inſutum inſtrumentum. Feria tertia poſt Pentecoſten, anno Domini milleſimo trecenteſimo F octogeſimo nono, corpora S. Germanæ & S. Probæ, in eccleſia de Scalis demonſtrata, præſentibus Decano Chriſtianitatis de Guyſe, qui vocabatur Dominus Philippus Grumelli, Curatus de Scalis, Domino Wyardo de Humblemus, & pluribus aliis; videlicet Domino Priore de Scalis, Magiſtro in facultate diſt. & Magiſtro Joanne de Gavet; & Domino Griberto, Capellano de Leproſaria de Guyſe & Scalis; & pluribus aliis fide dignis. *& an. 1389* *inſpectum.*

5 De earum vita nihil ſciunt Religioſi Henniacenſes, neque de eis officium peragunt. *Hactenus Rayßius, qui eadem reperit in Hierogazophylacio Belgico pag. 244. Guilielmus Gazet in Hiſtoria Eccleſiaſtica Belgii eadem ſub compendio deſcribit pag. 166: additque hujus* Sanctæ Probæ mentionem facere Molanum in Additionibus ad Uſuardum die XXV Aprilis & V Septembris: *qui dicto* V *Septembris iſta habet*: Lauduno Clavato S. Genebaldi Epiſcopi & Confeſſoris, & S. Probæ Virginis: *forſan quia dicto feſto S. Genebaldi, primi Laudunenſis Epiſcopi, fuerat facta oſtenſio ſupra indicata anno* MCCXXXI *menſe Septembri ſub Anſelmo Epiſcopo. At die* XXXVIII *Aprilis iſta habet Molanus*: Lauduno clavato *Cultus 5 Septemb.* *& poſtiſſimum 28 Aprilis.*

A tranſlatio S. Probæ Virginis. *Molanum deſcripſerunt utroque die Caniſius, Ferrarius, & cum aliquo verborum additamento Sauſſajus. Habemus Miſſale Eccleſiæ Laudunenſis anno* MDVI *excuſum: in quo* V *Septembris præſcribitur totum Officium* de S. Genebaldo, *&* XXVIII *Aprilis* de S. Proba Virgine, *cum* Commemoratione S. Vitalis Martyris. *Vbi in titulo dicitur* Virgo & Martyr, *Miſſa Introitus*, Loquebar de teſtimoniis: *& Oratio*, Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, ut ſicut de Beatæ Probæ Virginis tuæ feſtivitate gaudemus &c. *non addita Martyris dignitate. Interim de una eademque Proba intelligendos putamus auctores hactenus relatos.*

6 *Rurſum Sauſſajus iterato ſtudio in Supplemento ſui Martyrologii ad hunc* XXVIII *Aprilis iſta habet*: Hoc ipſo die celebriter colitur Heruordiæ in Weſtphalia S. Proba Virgo, cujus inde corpus in Galliam tranſlatum, apud Laudunum Clavatum requieſcit. *Sauſſajum ſecutus Gelenius in Faſtis Aprippinenſibus ita ſcribit*: S. Probæ Virginis tranſlatæ Heruordia ex Weſtphalia in Gallias apud Laudunum Clavatum. *Vnde iſta hauſerit Sauſſajus, more ſuo non indicat, neque nos vel conjectando aſſequimur. Eſt* Heruordia *urbs libera Imperialis, Ravensbergenſi Comitatui inſerta: quo corpus S. Puſinnæ Virginis ex Gallia ſeculo Chriſti nono delatum fuiſſe conſtat ex Vita & Actis Tranſlationis* XXIII *Aprilis elucidatis.*

D *an Heruordiæ olim fuerit corpus S. Probæ?*

DE S. MEMNONE THAVMATVRGO,

HEGVMENO MONACHORVM APVD GRÆCOS.

G. H.

XXVIII APRILIS.

Elogium ex Menologio Baſilii Imperat.

B Mar. 10, 29

Elebris eſt apud Græcos memoria S. Memnonis Thaumaturgi *hoc* XXVIII *Aprilis, de quo in Menologio Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris iſta leguntur*: Memnon ſanctus Pater noſter, Thaumaturgus cognomento ſeu Miraculorum patrator, auditis ſancti Euangelii verbis, Quicumque non reliquerit patrem vel matrem vel fratres vel ſorores vel domos vel agros, non poteſt meus eſſe diſcipulus, illico abnegavit animam, & relictis omnibus ſecutus eſt Chriſtum; atque adeo ſe in virtutum omnium genere exercuit, ut digniſſimum plane domicilium ac puriſſimum Spiritus ſancti evaſerit ſanctuarium. Cum etenim carnem ſpiritui obtemperantem per humilitatem & temperantiam ipſi ſubjeciſſet; & in omnes tum mentis tum corporis affectus ac cupiditates imperium obtinuiſſet; monachorum Præſes ac moderator electus eſt: vitam autem quaſi Angelicam in terra agens, miraculorum dono à Deo ditatus eſt. Morbos etenim prorſus immedicabiles curavit: & qui animam lacrymarum flumine expiarat, ex arido & ſicco loco profluentes aquas precibus elicuit, aliiſque plurimis miraculis clarus, in pace deceſſit. *Hactenus Menologium Baſilii Imperatoris. Aliud elogium annectimus ex ipſis Menæis excuſis & manu exaratis, quod eſt hujuſmodi.*

2 Sanctus Pater noſter Memnon, mundo valere propter Deum juſſo, juſtam & optimam vitam præclare peregit in obedientia & ſubmiſſione, ac poſtea reliquorum monachorum Præpoſitus factus. Cum autem in manſuetudinis, humilitatis & caritatis exercitiis emineret, etiam miracula patravit, dictus Thaumaturgus. Nam ingruente locuſtarum examine, & arva monaſterii depaſcente, egreſſus S. Memnon, precibus locuſtas velut igne inſectatus, omnes in flumine ſubmerſit. Alias è loco arido & ſicco, itidem precibus fontem elicuit, qui ad illius laudem & memoriam hodieque ſalit. Jam & nautis in gravi maris tempeſtate verſantibus, atque hunc Sanctum invocantibus apparuit, & cum ipſis gubernaculum navis rexit, & alacriter ſimul remigavit, verbo uno navigium ſalvum intra breve ſpatium in portum deduxit. Ita per plures annos miraculis clarus, opem ejus implorantibus ſalutem impertivit: & ſic vita ſancte peracta, cum virtutum manipulis & viatico ad Dominum migravit. *Hæc Menæa, quæ etiam referuntur apud Maximum Epiſcopum Cytherorum: & paulo contractius in Ms. Synaxario Pariſienſi Collegii Claromontani Societatis Ieſu, in quo dicitur* ab ipſis incunabulis ſemet Deo conſecraſſe puriſſimum hoſpitium Spiritus ſancti. *Eumdem* S. Memnonem Thaumaturgum *die proxime ſequenti inſcripſit Molanus ſuo Auctario ad Vſuardum. Ceterum dolemus non indicari palæſtram monaſticam in qua præfuit, neque tempus quo floruit.*

E *& Menæis,*

& Ms. Synaxario.

DE SANCTO ARTHEMIO,

EPISCOPO SENONENSI IN GALLIA.

SUB FINEM SECUL. VI.

Alibi prætermiſſus colitur XXVIII *April.*

Refertur in Ms. Florario Sanctorum, ante annos ducentos exarato, ad VI *Ianuarii memoria.* Arthemii Senonenſis Epiſcopi & Confeſſoris: *ad quem diem, uti &* XXIII *Aprilis illum appoſuimus prætermiſſis: nam dies ejuſdem menſis* XXVIII *illi in Eccleſia ſacer eſt, quo Sauſſajus hæc de eo conſignat*: Ipſo die Senonis depoſitio S. Arthemii Epiſcopi & Confeſſoris, qui S. Lupi deceſſor, eidem mira morum ſanctimonia præluxit: Eccleſiamque ſuam decorans cæleſtis converſationis inſigniis, per egregias virtutes viam ſibi ad cælum munivit. Cujus nomen inter Patres Gallicanæ Eccleſiæ, qui in I Matiſconenſi Synodo conſederunt, claret conſignatum. Memoria vero ob præcelſa ſanctæ vitæ merita hodie apud ſuos Senonenſes ſacris colitur Officiis. *In Breviario Senonenſi excuſo, anno* MDCXXV *Officium de illo præſcribitur trium Lectionum de Communi. Nomen Concilio Matiſconenſi* I *&* II *ſubſcriptum legitur: in illo loco tertio, in hoc quarto poſitum. Prius celebratum fuit anno Chriſti* DLXXXII, *poſterius anno* DLXXXV *ſub S. Guntramno Rege Francorum, cujus Acta ad* XXVIII *Martii dedimus. Addunt San-Marthani tom.* I *Galliæ Chriſtianæ, citari eum cap.* 73 *Synodi Meldenſis: memorari etiam in Chronico Ms. ad annum* DCIX, *quo Demochares in Catalogo Archiepiſcoporum Senonenſium vitam illius terminat. Ex quibus hoc certum, ſeculo* VI *floruiſſe. Legationem quoque obivit à Guntramno Rege ad Clotharium miſſus, querelas ſuper ſacrilega & iniqua cade S. Prætextati Epiſcopi Rothomagenſis depoſiturus, quem ante aram procumbentem Fredegundis Regina immiſſo ſicario ſuſtulit. Quod narrans lib.* 8 *c.* 31 *Gregorius Turonenſis, ſequentia ſubdit*: Itaque cum hæc ad Guntheramnum Regem perlata fuiſſent, & crimen ſuper mulierem jaceretur; miſit tres Epiſcopos ad filium (qui eſſe dicitur Chilperici, quem ſuperius Clotharium ſcripſimus vocitatum) id eſt, Arthemium Senonicum, Veranum Cabilonenſem, & Agrecium Tricaſſinum: ut ſcilicet cum his, qui parvulum nutriebant, perquirerent hujus ſceleris perſonam, & in conſpectu ejus exhiberent.

gemino Concilio Matiſconenſi intereſt,

legatione fungitur pro Guntramno Rege.

DE

DE SANCTO CRONANO,

ABBATE ROSCREENSI IN HIBERNIA:

D. P.

CIRCA AN. DCXL.

IN Orientali plaga Mumoniæ *regio eſt*, quæ dicitur Bile, contra occidentalem terram Laginenſium, quæ Oſſraigi nominatur; *ut habet S. Mochemoci ſeu Pulcherii Vita, data 13 Martii num. 17.* Heliam *latine vertunt aliqui. Ioannes Spedus, in Theatro Geographico Monarchiæ Britannicæ*, Haly *vocat, Synanno, Briſtnogo ac Nura fluminibus incluſam regiunculam, & eam attribuit Provinciæ atque in hac Lageniæ ſito Comitatui Regis. Iacobus Vſſerius, rerum Hibernicarum peritiſſimus, & Archiepiſcopus (ſi ſic nominare eum fas eſt) Armacanus atque Hiberniæ Primas, Typeranenſi in Momonia Comitatui ipſam innectit: varii varie, pro varia provinciarum diviſione, cui nihil opus hic immorari. Satis eſt noſſe regionem in Conactiæ, Lageniæ, ac Mommoniæ confiniis ſitam, in eaque* Roſcream, *urbem olim, teſte Vſſerio, Epiſcopalem, nunc Laonenſi Epiſcopatui annexam.*

In Helia Hiberniæ regiuncula,

à S. Cronano ædificatur Roſcrea,

2 *Hæc initium ſuum habuit à* S. Cronano, *de quo nunc agere inſtituimus: qui, ut ex ejus Vita recitat Vſſerius libro de Britannicarum eccleſiarum primordiis pag. 969*, ad Orientalem Mumeniæ plagam veniens, in propria ſua patria, id eſt Ele, venit, & ſtetit juxta gronnam Lurgan contra terram Oſraigi, quæ Occidentalis Laginenſium plaga eſt. Ceilám itaque prope ſtagnum Cree (in quo eſt inſula modica, in qua eſt monaſterium monachorum ſemper religioſiſſimorum) ædificavit, quæ cella Sean-roſs nominatur: *à quo poſtea loco, ut deſerto & avio, ad regalem viam habitationem ſuam transferens*, magnum monaſterium ædificavit, & ibi crevit clara civitas, in qua poſt multa miracula ſanctus ſenex Cronanus requievit.

B

urbs aliquando epiſcopalis,

3 *Fuit ea deinde civitas (ut ex domeſticis Annalibus ſcribit Colganus Cap. ult. Appendicis 5 ad Acta S. Brigidæ fol. 634) ab hoſtibus internis externiſve, vel etiam fortuito caſu*, flammis incenſa *plus vice ſimplici, uno ſeculo* XII, *videlicet anno* MCXXXIII, XXXV, XLVII *&* LIV: *ut mirum non ſit, ſi in Notitiis eccleſiarum geminis, medio ævo deſcriptis, & ad vetuſtiorem Geographiæ ſacræ Notitiam, ex Conciliis ac Patribus collectam, velut parergon adjectis, inter Archiepiſcopi Caſſelenſis Suffraganeos non inveniatur nominatus Epiſcopus Roſcreenſis. Sed ſi Epiſcopalem amiſit dignitatem, non amiſit ſancti ſui Fundatoris venerationem atque memoriam inter tot adverſa; iſtaque in eo colendo perſeverantia effecit, ut non tantum omnibus Hibernicis, quæ ſæpe citavimus, Hagiologiis inveniatur inſcriptus; ſed etiam ad exteras nationes ejus notitia penetraverit, quemadmodum colligere eſt ex Ms. Florario noſtro, in quo ad hunc diem (ipſo ſcilicet quo mortuus eſt, quoque in Hibernicis faſtis nominatur) ita legimus.* Item S. Cronani Epiſcopi.

in quâ ipſe ut Patronus colitur.

C

Hunc non ſolum Abbatem,

4 Abbatem *quidem dumtaxat appellant Vitæ, tam Vſſerio citata, nobis autem necdum viſa, quam altera hic ex noſtro Ms. Salmanticenſi danda, iſtius vel fuſius deſcriptæ compendium, vel (quod potius arbitramur) fuſius deſcribendæ principium: nec ulla in iis fit mentio Ordinationis Epiſcopalis. Verum Abbatibus Hibernis antiquis frequenter accidiſſe, ut iidem etiam Epiſcopi eſſent, ſive ad Euangelii prædicationem ordinati, ſive ad commodiorem plurium diverſis in locis monaſteriorum gubernationem, iſta poteſtate aucti, variis toto hoc opere exemplis ſuademur: nam (ut S. Berachium* XV *Februarii productum taceam, propterea quod ſoli externi eum Epiſcopum vocent) SS. Kieranus & Carthagus* V *Martii, S. Senanus* VIII *ejuſdem, primario quidem titulo Abbates, ſecundario dumtaxat fuere Epiſcopi; & plures deinceps nobis occurrent. Ex hoc igitur capite, quod S. Cronanus, de quo nunc agimus, ſolum vocetur Abbas, nihil obeſt, quominus hic credi poſſet idem eſſe, de quo in S. Columbæ vita per S. Adamnanum deſcripta lib.* 1 *cap.* 44 *apud Colganum hæc leguntur.*

ſed etiam Epiſcopum fuiſſe,

5 Alio tempore quidam de Momonenſium provincia Epiſcopus, nomine Cronanus, proſelytus ad ſanctum venit Columbam: qui ſe in quantum potuit occultabat humiliter, ut nullus ſciret quod eſſet Epiſcopus. Sed tamen Sanctum hoc non poterat latere: nam alia die Dominica à Sancto juſſus Chriſti Corpus conficere, Sanctum advocat, ut ſimul quaſi duo Presbyteri Dominicum panem frangerent. Sanctus proinde ad Altarium accedens, repente intuitus faciem ejus, ſic eum compellat: Benedicat te Chriſtus, Frater: hunc ſolus Epiſcopali ritu frange panem: nunc ſcimus quod ſis Epiſcopus. Quare huc uſque te occultare conatus es, ut tibi à nobis debita non redderetur veneratio? Quo audito Sancti verbo, humilis peregrinus valde ſuſpectus, Chriſtum in Sancto veneratus eſt. Aſt, *inquit Colganus* IX *Februarii, alteri cuidem ignotiori Cronano hæc applicans*, S. Cronanus Roſcreenſis fuit tempore poſterior S. Columba: nam ille anno DCXXV interfuit morti S. Moliani filii Hua-Alto, ut in ejus vita habetur, ex qua etiam conſtat ipſum poſtea multis annis vixiſſe. *Eſto id ſane, & ultra annum etiam* DCXL *vixerit Cronanus Roſcreenſis; an non debuit is, quem conſtat præ nimia ſenecta viſu caruiſſe in extrema ætate, annum attigiſſe quinquageſimum & amplius antequam è vivit excederet S. Columba ſub finem ſeculi* VI, *& ſic cum eo circa an.* DXC *in Iona inſula egiſſe potuit?*

& quidem in S. Columba Vita laudatum,

non quidem illius ætas prohibet.

E

6 *Miramur Colgano, tam ſtudioſo enormis inter Hibernos longævitatis propugnatori, nimium videri ſi ætatis annum nonageſimum centeſimumve S. Cronanus attigerit. Miramur etiam non longe majorem ætatem eidem fuiſſe ab ipſo attributam: quippe qui primis ſpiritualis ſui magiſterii annis, quando ſaltem tricenario propinquum fuiſſe oportuit, legitur num. 4 Vitæ ad S. Kieranum Cluanenſem hoſpes divertiſſe. Atqui juxta opinionem Colgani, ab Vſſerio acceptam & pluribus locis inditatam, obiit Kieranus an.* DXLVIII; *quomodo ergo non potuiſſet una cum S. Columba floruiſſe, nato ſecundum ipſum Colganum anno* DXIX, *ipſi ætate par aut etiam major? Sed qui Colgano nodus eſſet perquam difficilis ſolutu, eumque cogeret Vitam Cronani ultra* CXX *annos prorogare; apud nos promptam habet ſolutionem. Oſtendemus enim die* IX *Septembris, fieri non poſſe ut Kieranus anno* XXXIII *ætatis Cluanmicnoſiam fundarit & ſequenti obierit; nihilque obſtare quominus ultra annum* DLXX *vixerit, etiam ſi primarium illud ſuum ac poſtremum monaſterium fundans ſub annum* DXX, *fuiſſet quadragenario major. Igitur neque quantum eſt ex uſu Hibernorum, eoſdem Epiſcopos & Abbates habentium, neque quantum eſt ex ratione temporum, cogimur iſtum S. Columbæ hoſpitem à noſtro S. Cronano diverſum facere.*

utpote circa annum 540 nati,

F

ſed quod extra Ordinem Epiſcoporum numeretur inter Presbyteros,

7 *Eſt tamen aliud ob quod cunctemur eum Epiſcopis adſcribere: videlicet quod extet antiquiſſimus* Sanctorum Hiberniæ Catalogus, *per tres ordines*, ſecundum diverſa tempora, *conſcriptus, & ab Vſſerio pag. 913 vulgatus; in quo tertius ordo Sanctorum, ab initio ſeculi* VII *uſque ad annum* DCLXIV *ſe extendens, ſic recenſetur*; Petranus Epiſcopus, Ultanus Ep. Colmanus Ep. Murgeus Ep. Ædanus Ep. Lomanus Ep. Senachus Ep. Hi ſunt Epiſcopi & alii plures: hi vero Presbyteri: Fechinus Presb. Airendanus, Failanus, Comanus Commianus, Colmanus, Errianus, Cronanus, & alii plurimi Presbyteri. *De ſingulis quærit agitque Vſſerius: unum hic ad rem noſtram noto*, Cronanum *ſcilicet, eumque Presbyterum dumtaxat. Cum autem hic nominentur ſolum illuſtriores & tota Hibernia notiores Sancti; difficulter poſſumus perſuaderi S.* Cronanum, *locorum quinquaginta (ut habet nota marginalis ad Vitam) vel ſaltem plurimorum*

AUCTORE D.P.

rimorum fundatorem ; Roſcreæ, celeberrimæ poſtmodum & Epiſcopalis urbis, honoratiſsimum Patronum ; cujus Vita paſsim erat in manibus, & miracula ubique celebrabantur, in eo catalogo fuiſſe præteritum ; & pro eo nominatum aliquem ſanctitatis & famæ obſcurioris. Quod ſi id factum non eſt, ſequitur S. Cronanum Roſcreenſem Abbatem, ſemper conſtitiſſe intra Presbyterorum ordinem ; ſcio Episcopum nuncupaverint poſteriores aliqui, quia ejus aliqui ſucceſſores hunc tandem titulum ſibi ſuiſque poſteris impetrarunt : prout alias ſæpe factum putamus.

in catalogo antiquo præcipuorum Sanctorum:

8 *Fieri autem in præſenti caſu potuit facilius, quia floruit eodem ipſo tempore in Hibernia aliquis Cronanus Episcopus ; uti apparet ex inſcriptione Epiſtolæ Cleri Romani quæ eſt nona in Sylloge Uſſeriana, anno* DCXXXIX *directa*, Doctiſſimis & Sanctiſſimis Tomiano, Columbano, Cronano, Diniano, & Baithano, Epiſcopis ; Cronano, Ernianoque, Laiſreano, Scellano & Segeno, Presbyteris ; Sarano ceteriſque Doctoribus ſeu Abbatibus Scotis. *Exiſtimamus enim S. Cronano jam pene centenario, propter ætatis prærogativam, primum inter Presbyteros locum, & in ſcribendo Romam & in reſponſo inde accipiendo, obtigiſſe : alterum vero Cronanum Epiſcopum, ideo poſt Tomianum Primatem Ardmachanum ; inter quatuor ſubſcriptos, nominari ſecundum, quia fuerit Epiſcoporum Mumonia, inter Provincias ſecunda, caput, & fortaſsis etiam ceteris ex eadem provincia ſenior ; ſiquidem ipſe is fuerit, cujus apud ſe hoſpitis Epiſcopalem gradum S. Columba cognoſcere meruit.*

ut talis & ſenior Presbyterorum primus nominatur an. 639.

B

9 *Vt ut ſit, laudatur S. Cronanus Roſcreenſis in Vita S. Moluæ ſive Lugidii Cluanfertenſis* IV *Auguſti danda, tanquam Presbyter : in ea enim expreſſe legitur, quod S. Lugidius, de imminenti ſibi morte admonitus*, venit ad S. Cronanum de Ruiſ-cree, ſedentem tunc in cella Senruis, & poſtulavit ab eo ſacrificium, quod ſecum portaret : & dedit ei Cronanus. Cui Lugidius ait : Tecum relinquo locum meum, ut eum à perſecutoribus defendas. *Obiit autem Lugidius plane circa annum* DC, *utpote qui Gregorii Magni electionem cognoverit, & ſub Brandubio Lageniæ Rege vivere deſierit. Quod ſi tunc nondum erat Roſcreenſi monaſterio datum initium, ſed adhuc in cella Senruis reſidebat Cronanus ; nemini nimium videri poteſt, ſi dicamus eum, qui necdum ſtabilem locum occuparat, adhuc ætate vegetum fuiſſe cum SS. Lugidius & Columba morerentur, atque ideo ultra annum data à Romano Clero ad Hibernos Epiſtola vixiſſe credamus.*

ut talis S. Lugidio Viaticum dederat circa an. 600.

10 *Ad Vitam quod attinet, ea eſt ad uſum eccleſiæ Roſcreenſis, quatuor aut quinque ſeculis poſt Sancti mortem, uti pleraque alia, ex antiquioribus monumentis ac forſan Hibernicis, conſcripta ab aliquo, vel monacho, vel Clerico Roſcreenſi : ita enim ipſam concludit auctor :* Hæc pauca dicta de virtutibus ſanctiſſimi ſenis Cronani ... dignitati veſtræ, Fratres, ſcripſi .... *qui* ad decrepitam ætatem ... mente validus ... in ſenectute venerabiliſſima, IV kalendas Maji in pace dormivit, & in ipſa ſua civitate Roſcree, ubi miracula à Deo omni tempore à Reliquiis ejus patrantur, cum honore ſepultus eſt. Ipſe ſcilicet ſanctus noſter Cronanus inter choros Angelorum migravit ad Chriſtum. *Ita ille, ſcriptor quidem Anonymus, ſed qui ſtylo omnis fuci atque exaggerationis experte ſit uſus ; nec tamen, ut multi Vitarum Hibernicarum compilatores ſimpliciores, aut imponi ſibi ſivit miracula, fidem ac modum communem miraculorum per ſe vel per adjectas circumſtantias vehementer excedentia ; aut in parachroniſmos tales impingit, quales incurrere ſolent Hiberni, præſertim ii, qui Vitas ſcripſere ex ſolis popularibus & per manum traditis narratiunculis. Hanc autem Vitam cum nobis Codex noſter Salmanticenſis ſine mutilam exhiberet, R. P. Thomas Sirinus, Colgani ſucceſſor diligentiſsimus, duos ultimos numeros ex ſuo Ms. ſupplevit : quod hic cum grata beneficii accepti commemoratione agnoſcimus.*

C

Vita ſimplici ſtylo ſcripta,

teſtatur ad decrepitam ætatem viviſſe.

VITA

ex noſtro MS. Salmanticenſi.

CAPUT I.

In Conactia Vitam religioſam cum diſcipulis ducens claret miraculis.

CAP. I. *Natus in Momonia,*

1 GLorioſus Abbas Cronanus de provincia Momonienſium oriundus fuit : cujus pater Hodranus vocabatur, qui eſt de gente *a* Hely genitus : qui habuit uxorem de gente *b* Corcobaſchin, nomine Cœmri : quæ viro ſuo tres filios genuit, quorum unus & præcipuus fuit S. Cronanus : qui Dei timorem & amorem à cunabulis in ſuo gerebat pectore, parvoque tempore tranſacto, relictis parentibus ſpretiſque mundi vanitatibus, ſanctos Patres adivit, ut mores eorum ac doctrinam addiſceret. Qui itineris comitem ſuæque converſationis teſtem virum pudicum & ſanctum, *c* Mobai nomine, conſobrinum ſuum duxit : horum enim duorum & *d* S. Mochonna matres, tres erant ſorores.

a

b

cum Mobai conſobrino,

c

d

2 Perrexit itaque S. Cronanus in provinciam *e* Connactorum, & ibi habitavit juxta gurgitem Puayd : cujus vita & ſanctitate ibidem audita, mox multi viri ſancti ei adhæſerunt, & vitam monaſticam ſunt profeſſi. Quodam igitur die ibi exiſtente S. Cronano vidit quemdam virum vinctum duci ad mortem ex Regis imperio : quem videns Sanctus, pietate motus, Regi ſupplicavit ut eum dimitteret. Sed Rex ſuperbus, virum ſanctum non audiens, captivum in profundum laci Feas-ruayd ſubmergi præcepit. Cumque magna parte diei ſub aquis teneretur, viderunt eum velociter currentem ad portum, Rege cum ſuis ſpectante. Cui Rex, Quomodo liberatus es ? & ille : Quamdiu ſub aquis fui, S. Cronanus me in ſinu ſuo tenuit, & deinde ſanum ad portum perduxit. Quod audiens Rex pœnitentia ductus, genibus flexis coram viro Dei, veniam petiit, virumque libertate donavit, & virtutem Dei in ſervo ſuo magnificavit.

E

e

abit in Conactiam,

ibique juſſu Regis ſubmerſum hominem,

in vivis ſervat ;

3 Alio etiam tempore ambulans ſanctus Cronanus cum diſcipulis ſuis in partibus illis, vidit ingens ſepulcrum juxta viam. Cui diſcipuli : Abba pater, ſi hic nobiſcum loqui poſſet, multa nobis incognita narrare ſciret. Quibus vir ſanctus, Deo eſſet hoc facile, Quo dicto acceſſit ad ſepulcrum, & illud benedicens, juſſit ei in Chriſti nomine ut ſurgeret, ſtatimque ſurrexit vir miræ magnitudinis, qui ſua facta gentilia, & locum in quo erat in inferno, narravit, atque ut baptizaretur ſuppliciter rogavit. Qui mox renatus, Deo & Sancto ejus gratias agens, in Chriſto obdormivit *f*.

& gentilem pridem ſepultum,

F

ſuſcitat ac baptizat :

f

4 Quodam tempore [erant] S. Cronanus & S. Mobay in cœnobio S. Kierani *g* apud Cluoin-micnois ; ſanctus autem Cronanus reliquias ſui prandii ſecum tollens, conſuetudinarie pauperibus erogabat : Sanctus vero Mobai ſuas in communitate relinquebat. Quod audiens Abbas ait : Inter loca horum Sanctorum hæc erit differentia, quod locus S. Cronani, divitiis & caritate affluet, alterius aliter ſe habente. *h* Alio etiam tempore, cum in eadem civitate eſſet ſolus S. Cronanus, orans in quadam domo, venerunt ad eum leproſi, qui videntes eum orare, nec volentes ab oratione perturbare, ſteterunt foris. Quod intelligens vir ſanctus, pro eis Deum exoravit : erat autem tunc pluvia magna. Leproſi igitur confidentes de S. Cronani virtute, lavaverunt ſe in aqua ſtillante de tecto ejus : qui mox ab omni lepra mundati ſunt, & Deo & Sancto ejus gratias magnifice retuleru nt.

g

prandii reliquias pauperibus erogat ;

h

leproſos duos mundat,

5 Deinde

A *locum ſuum aliis cedit,*

5 Deinde S. Cronanus illum locum relinquens, cœpit alia loca quamplurima, ad honorem Dei & Matris ejus ædificare. Sed vir pius tanta erga omnes caritate æſtuabat, quod non ſolum locum ſuum alteri indigenti, ſed etiam omnia exiſtentia in illo loco relinquebat, & ſibi novum locum quærebat. *i* Vir iſte quodam tempore venit ad locum, nomine Luſmag, *k* id eſt Herboſus campus, ubi multo tempore habitavit, & multa mirabilia ibi per eum Deus operatus fuit. Ubi cum quodam die eſſet in ſilva, vidit quemdam cervum tranſeuntem, qui à viro Dei vocatus mox manſuete acceſſit, poma etiam de ſinu viri Dei comedit, & tamdiu cum eo familiariter manſit, donec accepta licentia ad nemora remeavit.

i *k* *cervum in ſilva viſum ejicurat.*

ANNOTATA.

a *In Deſmonia ſeu Auſtrali Momonia fuiſſe videtur regiuncula* Hely.

b Corcobaſchin *in comitatu Tuamoniæ ſive Clarenſi, ad Borealem Synnani fluminis ripam, uti ſcribit Colganus in Supplemento ad Vitam S. Senanni 8 Martii, num. 2.*

c Mobai *infra* Sanctus *appellatur: ſed quando referatur in Hibernicis faſtis necdum comperi.*

B d *Colganus 8 Martii* Mochonnam *refert, tamquam Abbatem monaſterii Buellenſis à S. Columba inſtitutum, qui proinde floruerit circa ſeculi 6 medium.*

e *Synnano potiſſimum fluvio à Mumonia Lageniaque dividitur Conactia, pars occidua Hiberniæ.*

f *Huic ſimile miraculum, propter circumſtantias manifeſte fabuloſas, expunximus ex Vita S. Patricii 17 Martii, & cauſſas dedimus in Append. num. 21: tales cum hic non inveniantur, ipſum lectoris arbitrio æſtimandum relinquimus.*

g *Colitur* S. Kieranus *hic 9 Sept. ubi probabimus Cluanenſe monaſterium fundatum fuiſſe circa annum 519, in eoque Sanctum vixiſſe uſque ad annum 570, aut ultra.*

h *Addebatur in margine ex alio MS.* quia ejus locus ſemper terram tenebit.

i *Similiter in eodem MS. alia manu hic addebatur:* In multis locis S. Cronanus fuit: nam quinquaginta loca ædificavit, & iſta loca cum ſuis omnibus rebus, Anachoretis locum quærentibus Sanctus propter Dei caritatem reliquit.

k *Oportet locum* Luſmag *fuiſſe prope Synnanum flumen, ſiquidem ad hunc ſpectabat navis de qua infra num* 8.

CAPUT II.

C

Alia in alio loco miracula, Monaſterii Roſcreenſis fundatio.

Cap. 8. a *ſcriptori ſuo facit* 40 *dies pro uno tranſire:*

6 QUodam etiam tempore Sanctus iſte quemdam ſcriptorem, nomine Dima *a*, rogavit ut ſibi textum Euangeliorum ſcriberet, qui niſi ſcripturam unius diei concedere noluit. Cui Vir ſanctus, Scribe igitur inceſſanter donec tibi ſolis lumen defecerit. Annuo, inquit. Mirum certe! Sancti Dei puritas à Domino impetravit, quod radius ſolaris quadraginta diebus ac noctibus, feneſtræ ſcriptoris indeſinenter illuxit. Sed quod non eſt minus mirabile, ſcriptor tanto tempore & tam continuo labore, nec laſſitudinem habuit nec tædium, nec cibi vel potus vel ſomni deſiderium ſenſit: ſed quadraginta dierum ſpatium, unum diem putavit; tantamque velocitatem ſcriptori Deus contulit, ut quatuor Euangelia, non tam bona quam veraci littera ſcripſit. Quibus auditis quamplurimi Deum & Sanctum ejus immenſis præconiis extulerunt.

dæmones loco pellit,

7 In loco autem prædicto tanta multitudo dæmonum apparebat, ut nullus ante ejus adventum ibi habitare poſſet: ſed vir Dei, tamquam athleta Dominii invictus, cum illis fortiter dimicavit, & ſic eos ab illo loco Dei virtute fugavit, ut ex tunc nulla ibidem infeſtatio dæmonum ſentiatur. Alio quodam tempore quidam ſurdus venit ad S. Cronanum, ut audiendi beneficium reportaret: pro quo viro Dei orante, continuo apertæ ſunt ei aures, & gratias agens ad propria repedavit. Quodam tempore cum monachi S. Cronani non haberent contra Paſchalem ſolennitatem vitæ neceſſaria, dixerunt Abbati: Pater, poſtula nobis à Domino refectionem in ſua ſancta feſtivitate. Quibus ille: Dominus noſter dives, miſericors eſt: ipſe nobis alimenta miniſtrabit. Quod & factum eſt: nam amici S. Cronani cum multis victualibus ad eum venerunt, quæ eis uſque ad Pentecoſten ſuffecerunt.

EX MSS. *auditû ſurdo donat:* *refectionem Paſchalem ſuis impetrat.*

8 Alio etiam tempore hic Sanctus rogavit novem ſatellites, ſtantes ſuper ripam fluminis Synain, ut elevarent cymbam ejus, quæ in flumine dicto erat ſubmerſa. At illi, uno excepto, vocem Sancti neglexerunt. Sed vindicta Dei ſuper ſuperbientes mox adfuit: nam octo illorum ipſo die ab inimicis trucidati ſunt, ſibi autem obedientem viri Dei ſanctitas, illæſum inter gladios inimicorum cuſtodivit: qui poſtmodum ſeculum relinquens, eidem habitu & profeſſione cohæſit.

inofficioſos erga ſe ipſo die trucidatos intelligit,

E

9 Poſt hæc quidam monachi, requirentes locum manendi, venerunt ad S. Cronanum: qui ex nimia caritate Dei & proximi accenſus, locum cum contentis continuo eis conceſſit, & ne aliquid de omnibus auferrent firmiter præcepit. A quo diſcedens ſequentibus ſe dixit; Quis noſtrum de loco noſtro aliquid furatus eſt? At quidam è Fratribus confeſſus eſt, ſe ſacculum *b* quemdam aſportaſſe. Cui patet Sanctus revertere ad locum cum ſacculo, & pœniteas in eo uſque in diem mortis tuæ, ſicque factum eſt. Pergens S. Cronanus pervenit ad terram ſuam nativam, ſcilicet Hely, *c* ubi prope ſtagnum Cre cellam ædificavit, quæ tunc Senruys nominabatur, ubi multa miracula Deo operante peregit, & poſtmodum ibidem feliciter requievit.

iterum alibi locum cedit, nec patitur ſuos quidquam ſuffere ſocum. *b* *c* *Monaſterii Roſcreenſis exordium.*

10 Quodam autem tempore venerunt quidam honeſti viri ad S. Cronanum, hoſpitari quærentes, ſed locum non invenientes, quia aliquantulum à via publica propter tumultum ſeculi vitandum diſtabat; totaque nocteſine cibo & tecto remanſerunt. Quod audiens Sanctus craſtino die, non modicum errori illorum & penuriæ condoluit, puerumque qui ſe clam duceret ad viam regiam vocavit. Quo cum pervenit, dixit puero; Revertere ad locum tuum; ego autem hic manebo. Quod audientes monachi ejus rogaverunt eum inſtanter, ut ad ſuum locum rediret. Quibus ille: Ad locum deſertum, ubi non poſſunt me pauperes & hoſpites invenire, non ibo: ſed in publica via manebo. Sed monachi ejus reditum ferventius deſiderantes, ſuaſerunt *d* Furſæo Epiſcopo, rogare eum in proprio loco reſidere. Quibus Epiſcopus, locum quem elegit veſter Abbas, meo conſilio non mutabit: nam ſicut apes in die æſtivo circa aluearia ſua circumvolant, ſic circa illum locum janua cæli eſt aperta, & Angelorum viſitatio venire non ceſſat. Revertentes igitur ad veſtrum Abbatem obedite eidem: ſicque factum eſt. Ædificavit ergo egregium monaſterium, ubi multas animas Chriſto lucrifaciens, multas virtutes Deo adjuvante peregit.

inde migraſſet, F *d* *niſi Furſæus Ep. prohibuiſſet,*

11 Quodam tempore gens *e* Offargy venit devaſtare plebem de Hely: quo viſo populus terræ unanimiter & confidenter confugerunt ad S. Cronanum, ut eum ab hoſtibus defenderet. Monachi etiam ſui, hoſtiles incurſus non modicum formidabant. Quibus ipſe ait, Filii, nolite timere, quia iſte exercitus inimicorum nihil mali hic faciet, quamvis ſibi facere videatur: quod ſequens probavit eventus. Nam ille

e *Elienſes ab Oſragiorum invaſione liberat.*

ex MSS. exercitus putabat se multos homines occidisse, plebem devastasse, villas combussisse, & cum ingenti triumpho ad propria reveniſſe. Sed mira res viri ſancti meritis est effecta. Nam post illorum recessum, plebs de Hely reperta est illæsa, excepto uno homine qui ad Sanctum non confugit: nullaque devastatio, nulla combustio facta reperitur: sed tantum oculi inimicorum illudebantur. Hujus miraculi fama diffusa, plebes è diversis partibus Hiberniæ, ad Dei & Sancti ejus reverentiam excitabantur.

ANNOTATA.

a *Colganus 6 Ianuarii in Vita* S. Dimani *Episcopi Connerensis annot. 9, conatur adstruere conjecturam suam, quod ipse sit hic laudatus scriptor.*

b Sarculum *legit quidam.*

c *Hanc descripsimus in prævio Commentario.*

d *Est hic* Furseus Episc. *integro circiter seculo senior alio ejusdem nominis, cujus Vitam dedimus 16 Ian.*

e *Alias* Osragy *&* Osrigy *aut etiam* Ossory, *nunc* Ossere, *quod Spedo perperam* Offere *scribitur, Nura fluvio irrigua regiuncula.*

B

CAPUT III.

Reliqua S. Cronani vita Roscreæ acta.

12 ALio quoque tempore S. *a* Mochemoc cum multis venit ad S. Cronanum: quod videns Cellarius, cucurrit ad Patrem, dicens se non habere nisi parum farinæ, & mediocre vas butyri, & minimum cerevisiæ. Sed Pater pius, de Christi largitate confisus, illa benedixit, pararique & ministrari hospitibus & familiæ jussit: quæ viri Dei benedictione, gratia Dei annuente, tantum creverunt, quod ex illis centum viginti viri copiosè sunt refecti. Epulantes itaque & gaudentes in Domino usque ad magnam partem noctis, quidam Conversus alta voce dixit: Jam video quod hac nocte laus matutina non persolvetur. Cui S. Cronanus ait: Frater, in hospite recipitur Christus, ideo debemus in adventu Christi epulari, & gaudere. Sed si hoc non dixisses, Angeli Dei pro nobis hic nocte hac orassent. Finierunt tunc convivium, & gratias Deo persolverunt.

a In adventu S. Mochemoci, medicam farinam & butyrum multiplicat,

13 Alio etiam tempore quidam vir sanctus, nomine Colmannus, laboravit in extremis: qui rogavit sanctum Cronanum per nuntium, ut ad eum veniret antequam spiritum redderet. Sed ecce, antequam S. Cronanus advenerat, vir ille per diem naturalem obiit. Adveniens autem S. Cronanus ad corpus exanime, omnibus foras expulsis, Deum pro mortuo exoravit: & statim qui mortuus erat, sanus & lætus surrexit: qui suo benefactori gratias agens, se & suos in perpetuum [S. Cronani] famulatum mancipavit. Quod videns populus, Dei & Sancti ejus magnalia extollebat. Alium etiam virum, consimili nomine nuncupatum, ab inimicis interfectum, S. Cronanus suis precibus coram multis meruit revocare ad vitam: qui postea septem annis vivens, devote Dei electo se commisit.

S. Colmanum mortuum resuscitat, C

item alium ejusdem nominis;

14 Alio etiam tempore, transeunte S. Cronano in curru per viam quamdam, auriga ejus vidit lignum magnum trans viam, & ait sancto: Quid faciemus? quia non possumus currum trans lignum ducere, nec est ubi possit currus divertere. Cui sanctus; Fili, pone caput tuum in sinum meum. Quod cum posuisset, lignum repente in altum surrexit, nec iterum cecidit, donec post multos annos putrefactum defecit. Quod miraculum aspicientes novem viri juxta viam, viro sancto vita & professione monastica adhæserunt.

15 Alio quoque tempore, *b* Fingenus Rex Momoniæ perrexit ad patres Hely, & castra metatus est in villa quæ dicitur *c* Raith-becain, & veniens quidam fur de Midia furatus est duos equos Regis: quapropter Rex valde iratus, plaga magna habitatores loci illius percuti decrevit, quia equos suos per illos furatos existimavit. Quod audiens S. Cronanus, innocentibus compassus & ab aliis rogatus, Regem adiit, ut ejus iram mitigaret. Factum est autem ut Præfectus Regis, apprehensus magno dolore & magno cruciatu affectus, nequiensque ullo modo dormire, semper ululabat: venter enim ejus vehementer intumescebat. Quod videntes ejus amici, S. Cronanum pro eo rogaverunt: qui ei zonam suam transmisit. Qua circa lumbos suos posita, tumor ventris ejus mox evanuit, & sic sanus effectus Præfectus, se Regi præsentavit. Quod intelligens Rex, omnem iram animi sui erga incolas deposuit, & omne debitum illorum, ob S. Cronani reverentiam, dimisit. Volens tamen sanctus Regi satisfacere, ecce duo equi cærulei, cum frænis aureis, ex stagno Cre, recto tramite venerunt ad S. Cronanum, & steterunt domiti ante eum. Quibus Regis præsentatis gavisus est valde.

D

b

c

Regem ob amissos equos Elienſibus iratum, placat Præfecto ejus ſanato,

equis aliis datis,

16 Idem Rex Fingenus habebat filium mutum & surdum, qui ex imperio Regis adducitur ad S. Cronanum ut ab eo benediceretur: à quo puer benedictus, mox beneficium loquendi & audiendi suscepit, & gratias devote egit. Alio etiam tempore Euangelium apertum à S. Cronano in stagnum Cre delapsum est, fuitque in profundo lacus, quadraginta diebus & noctibus: de cujus submersione vir Deo devotus plurimum fuit perturbatus, sed Dei misericordia factum est, ut non multum post temporis, euangelium illud esset inventum, & in nulla littera violatum.

E

& muto filio loquela donato:

ſervat illaſum ab aquis Euangelium,

17 Malum aureum aliquando cum duabus catenis ex se pendentibus, in Villa quæ dicitur *d* Cluainferta, inventum est: & habitatores illius loci scientes quia donum esset regale fecerunt aliud malum æreum simile illi cum duabus catenis, & deauratum est deforis diligenter, timebant enim illi Regem *e* Cassel, si ipse jure suo illud ab eis auferret. Hoc autem audiens Rex misit Præfectum suum ad illos, & ipse ait illis: Ubi est donum regale quod est inventum apud vos? Date illud Regi, ut inde habeat rationem suam. Tunc illi dederunt ei illud æreum, quod ipsi fecerunt, traditumque est Regi. Illis quoque diebus sanctus Senex Cronanus in civitate Cassel cum Rege erat. Oculi jam beatissimi Patris Cronani tunc præ senectute nihil videbant. Et cum isset illud æreum per palatium Regis de manu ad manum, videntes id homines, datum est in manu sancti senis Cronani, palpansque illud sanctus senex Cronanus, prophetice ait coram omnibus; Hoc jam non est, quod jam inventum est Villa Cluainferta, hoc enim est æs: inventores scilicet æreum deauratum pro auro dolose fecerunt. Tunc probans Rex illam prophetiam, sicut dixit Sanctus, ita inventum est. Fracto enim æreo, misit Rex iterum ad habitatores villæ prædictæ, & coacti illi nuntiis tradiderunt regale donum. Rex hoc jam sciens & ceteri omnes admirabantur gratiam Christi in suo sancto sene Cronano. Postea cum honore à Rege & ab omni populo ab urbe Cassel ad suam civitatem Roscree senex decrepitus, plenus pietate, Cronanus reversus est.

d

e

malum ex ære inauratum oblatum Regi pro aureo indicat:

F

18 Hæc pauca dicta de virtutibus sanctissimi senis Cronani, & de miraculis quæ per eum Christus egit, dignitati vestræ, Fratres carissimi, scripsi: ipse enim Christi famulus incredibiliter nobis tepidis, misericordia, patientia, modestia, jejuniis, orationibus, humilitate, & quod majus ceteris caritate, servans divina

pie moritur.

A divina mandata, plenius à nativitate uſque ad decrepitam ætatem fruebatur. Cum igitur dies ejus extremus appropinquaſſet, ſanctus Pater Cronanus infirmus corpore, mente validus, vocavit ad ſe populum ſuum; docenſque eum exhortabatur, ut ipſi unitatem & pacem ſemper habentes, uſque in finem in bono quod cœperant propoſito ſtabiles permanerent: elevataque manu benedixit eos & locum ſuum. Et accipiens divinum Sacrificium in ſenectute venerabiliſſima, quarto Kal. Maji, in pace dormivit; & in ipſa ſua civitate Roſcree, ubi miracula à Deo omni tempore à Reliquiis ejus patrantur, cum honore debito ſepultus eſt. Ipſe ſcilicet ſanctus noſter Cronanus inter choros Angelorum cum gaudio inenarrabili & ſuaviſſimis carminibus migravit ad Chriſtum: Cui eſt honor & gloria cum Deo Patre & Spiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Amen.

& Roſcree ſepelitur.

ANNOTATA.

a S. Mochemoci *Vitam dedimus* 13 *Martii; & Colgano annos ætatis, verſu hibernico mendoſo expreſſos ſic corrigenti, ut velit* quatuordecim ſupra centum *legi, pro* quatuordecim ſupra quadringentos; *indulſimus pariter, ejuſdem Sancti (qui moriente anno* 569, *S. Itha amita erat vicenarius) vitam prorogare uſque ad an.* 655, *nunc autem tota illa Vita attentius conſiderata, cum nihil in ea occurrat ſeculo ſexto poſterius; judicamus veroſimiliorem fore illam conjecturam, qua mendoſus ille verſus reſtituatur, legendo annos* quatuordecim ſupra quadraginta, *ut ſolum* 55 *annis Mochemocus vixerit, & obierit initio ſeculi ſeptimi circa an.* 605.

b Figenus Rex Momoniæ *debuit floruiſſe poſt annum* 600, *ſiquidem filius ejus & ſucceſſor Mælmachus (de quo ad Vitam S. Fechini Colganus* 20 *Ianuarii) uſque ad an.* 660 *vivendo perveniſſet.*

c Raith-becain, *id eſt,* Atrium Becani, *inquit, auctor Vitæ S. Abbani* 16 *Martii, apud Colganum num.* 21, *dubitat autem in Annotat.* 27, *cui ex tribus SS. Becanis nomen ſuum locus hic debeat.*

d *Vrbs Epiſcopalis Conactiæ in Galoidia, nunc* Clonefort, *contermina Mumoniæ, ad Sinannum flumen, inter lacus Dergh & Ree.*

e Caſſel *Regia civitas Mumoniæ, cujus ditio tunc etiam trans Senanum in Conactiam ſe extenderit.*

DE SANCTO PAMPHILO,

EPISCOPO SVLMONENSI ET CORFINIENSI IN APRVTIO.

SEC. VII.

Mentio in Martyrologiis,

Ancto Pamphilo cultum ſacrum eſſe non ſolum in Italia, ubi fuit Epiſcopus, ſed etiam in Germania Breviarium Caminenſe, anno MDXXI *Baſileæ excuſum, docet: in cujus Kalendario quia quidem ad hunc* XXVIII *Aprilis, S. Vitali ſociatur, & nihil tamen in alterius Officio tamquam ad eum non pertinens præter Orationem proprium habet, eumdem cenſemus eſſe cum eo, quem Italiæ & Pelignis hic tribuimus. Vetuſto Martyrologio Vltrajectenſi in hæc verba inſcribitur:* Item Pamphili Epiſcopi & Confeſſoris: *Additionibus Greveni:* Pamphili Epiſcopi Corfinii. *Martyrologio Romano:* Corfinii in Pelignis S. Pamphili Epiſcopi Valvenſis, caritate in pauperes & gratia miraculorum illuſtris: cujus corpus Sulmonæ conditum eſt. *MS. Florario Sanctorum,* Eodem die S. Pamphili Epiſcopi & Confeſſoris, tempore Arianæ perfidiæ. Floruit anno ſalutis DCLXXVII, ſub Eugenio Papa, apud provinciam Balbonenſem in civitate Salomenſi. *Eugenii nomen etjam in Vita MS. cœnobii Bodecenſis extat. Econtra Officium & Vita Italice recens ſcripta, non alterius Pontificis quam Sergii I meminerunt, à quo ab anno* DCLXXXVII *uſque ad* DCCI, *Eccleſiam regente admotus Epiſcopatui, apud quem accuſatus, & ſub quo mortuus fuerit. Sane Eugenius I anno* DCLXXVII *non vixit, ſed viginti amplius annis ante jam obierat. Verum annus perperam notatus in Florario & cum indicato Pontificatu non conveniens, minus nos movet, ut propterea ab antiquiori auctoritate recedamus. Efficacius eſt, quod Eugenius iſte ſolis ſex menſibus Eccleſiæ præſederit. Vellem equidem ſcire quid Sulmonenſes moverit ad Sergii Papæ nomen: nam ſi ſola conjectura id factum abſque certiori indicio temporis, manebit pro Eugenii Pontificatu, licet brevi, præſumptio; aut ſi mutandus Pontifex erit, malim Honorium ſubſtituere, cujus anno* III, *Chriſti* DCXXXVII *ſi Pamphilus floruiſſet & Romæ accuſatus claruiſſet, unica ſola littera corrigenda eſſet in Florario,* L *in* X *convertendo.*

C

non Valvenſis Epiſcopus in Hiſpania,

2 *Contendunt Hiſpani populares eſſe ſuum, & antequam in Italiam profectus fuit, in Valvenſi Veteris Caſtiliæ oppido Epiſcopatum geſſiſſe. Quam in rem Tamajus ad hunc diem ex recenti quodam MS. Martyrologio ſequentia refert:* In oppido Valvenſi in Vaccæis S. Pamphilus ejuſdem loci Epiſcopus, vir vita celebris & maxime in pauperes caritate conſpicuus. *Quibus ſimilia habent Rodericus Carus & Bivarius, omnes Chronico Maximi niixi. In quo ad annum Chriſti* CCCCLIX *iſta leguntur:* Sub idem fere tempus S. Pamphilus, Valvenſis in Vaccæis Hiſpaniæ citerioris populis Epiſcopus, profectus in Italiam, Corfinii & in Pelignis populis prædicat, largitate in pauperes & gloria præclarorum miraculorum illuſtris. *Verum quam parum illud Chronicum genuinum ſit, ſæpe alibi oſtendimus. Quiſquis hæc illi inſeruit, non aliud forte extra Hiſpaniam Valvenſe oppidum aut hujus nominis regionem noverat. Qua ignorantia & Bivarius lapſus fuit, recte idpropter correctus à Tamajo.*

3 *Illa Italiæ regio, in qua Sulmo & veſtigia veteris ſed in Pe-Corfinii ſunt,* à Pelignis *olim inhabitabatur: anno verolignis,* DCC *ſub dominatu Regum Longobardorum, ut in Italia illuſtrata Blondus auctor eſt, antiquato Pelignorum nomine in Comitatum erecta,* Valva *dici cœpta fuit. Cujus nominis ratio à Leandro Alberto in deſcriptione Italiæ hæc affertur:* Tractus omnis Valvæ propterea dictus eſt, quod per pauciſſimas tantum anguſtias aditum præbeat, tamquam per oſtia, quæ Latinis etiam Valvæ dicuntur: ideoque deperdito nomine Pelignorum, ager hic Valva, ex conditione ſituque ſuo, vocatur. *Placuit itaque Romanæ Eccleſiæ ab hac regionis appellatione Epiſcopatum Eccleſiæ Sulmonenſis & Corſinienſis Valvenſem dicere, cujus in ſanctis Conciliis frequentem eſſe mentionem Vghellus tom.* I. *Italiæ Sacræ teſtatur: qui de Valvenſi Epiſcopo ſequentia addit:* Epiſcopus duas habet Cathedrales eccleſias una in ipſa Sulmonenſi civitate S. Pamphilo dicata; altera in ſilvis, ubi veteris Corfinii veſtigia ingenteſque ædificiorum ruinæ paſſim cernuntur, S. Pelino ſacra: qui ibidem ſub Juliano apoſtata, cum ejus oratione Marres templum corruiſſet, à templorum pontificibus duriſſime cæſus, atque octoginta & quinque vulneribus confoſſus, martyrii coronam promeruit die v Decembris, anno CCCLXII. Juncta deinde Sulmonenſi Valvenſis Eccleſia Epiſcopali dignitate condecorata eſt, aut paulo ante, aut Sergio I Pontifice ſedente ad clavum. Conſtat autem ante annum DCC noſtræ ſalutis harum Eccleſiarum ſimul junctarum Præſulem ad poſteritatis memoriam non tranſiiſſe. *Hæc Vghellus, à ſeipſo tamen corrigendus quoad annum* DCCVI *circa quem ſcribit Pamphilum à Sergio primo factum Epiſcopum: iſto enim anno non modo*

F

non

A *non amplius vivebat Sergius, ſed nec ſucceſſor ejus Ioannes VI. Præponit ille quidem Pamphilo Clarentium anno* DCLXXIX *ſubſcriptum Concilio ſub Agathone Papa. Verum cum præter ſolum Palladium, anno* CCCCXCIX *in ſimili concilio ſub Symmacho nominatum, nullos Sulmonenſes aut Valvenſes ſciat nominare: imo uſque ad ſeculum* IX *hiulca ſit Epiſcoporum iſtorum ſucceſſio; gratis videtur præſumi Pamphilum poſteriorem fuiſſe Clarentio.*

4 *Vt ut ſit,* Valvæ *nomen, Hiſpanico oppido in Vaccæis atque in Italia Pelignorum regioni commune, Hiſpanis occaſio fuit S. Pamphilum ſibi & Hiſpaniæ vindicandi. Extat interim Officium proprium S. Pamphili approbatum à ſacra Rituum Congregatione, & impreſſum Romæ anno* MDCXXX; *in quo nulla facta Hiſpanici Epiſcopatus mentione,* S. Pamphilus Sulmone in Pelignis natus *dicitur*; cumque deinceps ſacris litteris egregie inſtructus, divini verbi prædicatione ac vitæ exemplo Arianos expugnaret, Sulmonis & Corfinii Epiſcopus renuntiatus *fuiſſe. Vghellus de anno Epiſcopatus ejus ita loquitur*: S. Pamphilus Valvenſis Epiſcopus, quem Sergius I Pontifex Maximus eidem præfecit Eccleſiæ, circa annum Domini DCCVI, ibidem caritate in pauperes & gratia miraculorum illuſtris obdormivit in Domino, XXVIII Aprilis. Cujus ſacrum corpus in Cathedrali Sulmonenſi quieſcit, eidem Sancto dicata: cujus ſolenni ritu, tamquam ejuſdem civitatis tutelaris Divi, feſtus dies celebratur. *Vita ex ſupradicto Officio hæc eſt*:

Officium de eo proprium.

B

V I T A

Ex Lectionibus officii proprii & MS. Italico.

Natus Sulmone:

1 PAmphilus, Sulmone in Pelignis Catholicis parentibus natus, pueritiam per virtutum & doctrinæ rudimenta laudabili inſtitutione traduxit. Cumque deinceps ſacris litteris egregie inſtructus, divini verbi prædicatione ac vitæ exemplo Arianos expugnaret; Sulmonis & Corfinii renuntiatus Epiſcopus, par habuit cum dignitate vitæ ſanctitatis incrementum: quam aſſiduo orandi ſtudio ac perenni corporis afflictatione conſtantiſſime retinens, præſtanti in pauperes caritate cumulavit. Ex more namque ad menſam quotidie adhibitis ſua bona pleniſſime erogabat. Cum vero ſolenne haberet Dominicis diebus ſingulis largiorem iis refectionem primo mane inſtruere; conſueverat à media nocte divinis officiis vacare, ac Sacra facere non ultra ipſum diei exortum. Quapropter plerique civium rem inique æſtimantes, illum Ariani ritus apud Pontificem *a* Sergium criminantur. Eo nuntio permotus Pontifex, Deo eximiam ſanctitatem ſic probante, delectos viros mittit, qui Pamphilum conveniant, ac delati criminis reum inventum Romam deducant. Hos, ubi aderant, neque in eum quidquam præ ſumma veneratione auderent, rogat ultra Pamphilus ſe Pontifici ſiſtant: apud quem Deo judicium ſuæ cauſæ addixerat.

ubi & Corfinii Epiſcopus conſtituitur,

C

a accuſatus apud Pontificem. Romam proficiſcitur,

2 Quare una iter aggreſſis, divino conſilio factum eſt, ut qui ineunte die, peractis de more Sacris, cum Pamphilo cibum capere detrectaverant, nullo poſtea ſuppetente commeatu, ſiti ac fame graviſſime premerentur. Veniam igitur ab eo expoſcentes, impenſe obſecrant, opem ſibi in ſummo vitæ diſcrimine ferat. Qui vixdum preces effuderat, cum repente cervam, è propinqui montis vertice adventantem, videt: eaque vocata, tamquam arcano humanitatis ſenſu, ante ipſum procumbens, diſtenta lacte ubera demittit; quo ille expreſſo fatiſcentium comitum & famem ſedat & ſidem uberrime alit. Urbem cum introiſſent, objectus forte eſt frequens populi conventus, ream adulterii feminam ad judices pertrahentis: quæ puerulum ex ſe natum geſtans, Severi Presbyteri filium flagitioſe fatebatur. Occurrit interim Pamphilus, atque hominis innocentia divinitus perſpecta, infantem ipſum manibus exceptum, fide plenus, rem edicere jubet. Tum ille, quamquam vix triduo major, vocem explicat, & patrem ſibi Clarium Præfectum non obſcure pronuntiat.

in itinere lacte cervino ſociorum ſitim levat;

D

infantem adultera patrem ſuũ prodere jubet:

3 Facti tam inſignis fama per urbem evulgata, uni ſibi ignotus Pamphilus Pontificem humillime adit: ab eoque de intempeſtiva Sacrorum operatione interrogatus, defendendi ſpatium exorat uſque ad ipſum Dominicum diem: quo, ut inſtituerat, ad preces diluculo exſurgens, canentium in cælo Angelorum choros, tamquam ad rei Divinæ ſolennia, una cum adſtante Pontifice audit. Quamobrem miratus Sergius exploratam Pamphili ſanctimoniam ſummis laudibus cumulat, eumque ad ſacrum cultum ac pauperum opem muneribus auctum peramanter dimittit. Interea dum redit, obvium virum à dæmone correptum, manu impoſita, incolumitati reddit. Mox Corfinium adveniens ipſos ſui calumniatores, quos jam facti pœnituerat, maxima ſemper caritate proſecutus eſt. Tandem cum creditum ſibi gregem ad omne Chriſtianæ Religionis ac pietatis ſtudium informaſſet; meritis plenus, è vita migravit IV Kalend. Majas. Et ſplendiſſima nube invectus, magno beatorum ſpirituum comitatu, cælum conſcendere palam ab omnibus viſus eſt. Ejus corpus Sulmonem ſubinde deportatum in primarium templum, tum Deiparæ Virginis nomine, poſtea & ipſius Pamphili Deo dicatum, honorifice infertur. Idemque poſt centum ferme annos recens atque integrum inventum, ſanguineis guttis miro ſpectaculo manavit. Piis vero populis eo confluentibus præclara ſemper divina virtute affulſere miracula, liberandis præcipue energumenis, ac ſerpentum noxis mirabiliter arcendis.

caleſti viſione apud Pontificem ſe purgat.

energumenum liberat,

E

mortuus in cælum conſcendere cõſpicitur:

4 *Similem Vitam materiaque eamdem, verbis tamen fuſiorem, & Italice ſcriptam, anno* MDCXLI *Neapoli P. Antonius Beatillus ad nos miſit. In qua ad corpus ejus, cum prope Sulmonem conſiſteret, fons divinitus excitatus fuiſſe ſcribitur: annuſque obitus ejus à Nativitate Chriſti* DCC *ſub Sergio I Pontifice & Imperatore Flavio Iuſtiniano II conſignatur; ac miracula poſt mortem, quæ in Officio tanguntur generatim, explicatius narrantur hoc modo:* Sacrum S. Pamphili corpus, anno ab ejus obitu circiter centeſimo, honeſtiore collocandum loco cum exhumaretur, integrum prorſus ac velut adhuc ſpirans repertum fuit: utque refoſſum apparuit, odoris fragrantia totam diœceſim implevit. Inventum vero fuit alba caſula indutum, opere antiquo & intertexto auro elaborata. In quam, cum ad publicam venerationem Epiſcopali ſellæ fuiſſet impoſitum, tres è naribus guttas ſanguinis miſit. Quæ in hunc uſque diem una cum dicta caſula ac ſandaliis, quibus in vita utebatur, ſervatæ, in mira veneratione & à corruptela integræ ſunt. Oſſa & ſacra ejus lipſana, argenteæ partim ſtatuæ, partim eleganti capſæ incluſa, die illi feſto & quandocumque rebus civium expedit, publice exponuntur circumferunturque.

fons divinitus exoritur ad corpus,

quod 100 *annis poſt mortem integrum reperitur,*

F

5 In vetuſto quoque Eccleſiæ Sulmonenſis codice memoriæ proditur, diœceſim illam non diu poſt, cum diuturna ac noxia herbis radicibuſque arborum ſiccitate laboraſſet, hincque ingens annonæ caritas ac peſtilentia oriretur; poſtulato S. Pamphili auxilio, repentinis ad ſatietatem imbribus rigatam fuiſſe. Fuiſſe etiam feminam Sulmonenſem, quæ miſerandum in modum à ſerpente, qui in conſopitæ viſcera ſe inſinuaverat, vexata; nihil ſatius habuerit quam ſepulcrum S. Pamphilii viſere, ibique poſtulata ejus ope malo remedium quærere. Quod & invenit: dormienti quippe apparens Sanctus ſerpentem è corpore retraxit, pretioſoque unguento delibutam, monens ut tanto beneficio gratiam referret, à ſomno

diœceſim Sulmonenſem à ſiccitate liberat,

feminam à ſerpente,

ac

A ac ægritudine ſanam conſurgere juſſit. Fuit ex eadem diœceſi mulier, Oloroſa nomine, ex caſtello delle Cancri, quod dirutum modo eſt, oriunda. Hæc à *energumenam à dæmone.* malignis geniis inſeſſa, per crebros exorciſmos libertatem quærens, ab uno ceteris obſtinatiore liberari omnino nequiit. Qui pertinaciæ cauſam rogatus, ab alio nemine præterquam S. Pamphilo expelli ſe poſſe reſpondit. Quare ad ejus ſepulcrum adductam deferere juſſus, ilico paruit, ac intolerabili cum fœtore foras per templi feneſtras ſe proripuit.

ALIA VITA

Ex MSS. cœnobii Bodecenſis.

1 SI actus & geſta Sanctorum memoriæ commendamus noſtræ, non modicum utilitati noſtræ prodeſſe credimus: nam qualiter ipſi pro Deo certarint, lectio nos utilis ædificat; & ne à via Dei deſipiſcamus, exemplis eorum caſtigat: ſicque Deus in Sanctis ſuis mirabiliter glorificatur, & noſtra infirmitas ne deficiat, ſuſtentatur. Tempore Arianæ *Epiſcopus conſtituitur,* perfidiæ fuit in civitate Sulmonenſis, Corſinii in provincia Balbenſi, B. Pamphilus, Epiſcopus ſummæ ſanctitatis, & fidei Catholicæ ſublimitate præcipuus:

B qui diebus & noctibus Dei laudibus indefinenter intentus, numquam à bono opere inventus eſt otioſus; *piis operibus & liberalitati in pauperes vacat:* ſed in jejuniis & orationibus, in hymnis & confeſſionibus, lectionibus & meditationibus Deum jugiter implorabat aſſiduus. Omnibus etiam ſupervenientibus pauperibus & peregrinis, ſi qua illi fuerant, caritatis officio fideliter miniſtrabat: ipſe vero quotidianis diebus non niſi ad veſperam poſt refectionem omnium reficiebat. Die Dominica maturius aliquid circa mediam noctem exurgens, nocturnos hymnos explebat: ſicque ſolenni ſibi conſuetudine, ſubſequenter ante lucanum tempus Miſſarum officia celebrabat. Primo vero diluculo conſuetis eleemoſynarum beneficiis inſiſtens, ipſe ſecum pauperes & indigentes caritatis refectione recreabat.

propter quæ perperam à Clero ſuo apud Pontificem accuſatus, 2 Quibus operibus hoſtis antiquus invidens, quoſdam ei ex ſuo Clero Presbyteros & Diaconos æmulos excitavit: qui & hæc non ſana tantum intentione ſufferrent, ſed etiam ad inimica & injuſta murmurationis facta declinarent. Dicebant enim: Quomodo noſter Epiſcopus agit talia? certe nec Catholicis, nec Arianis in hoc conſentit: ſed & omnibus aliarum civitatum Epiſcopis ubique conſtitutis in hac ſua conſuetudine multum contrarius exiſtit. Nam omnes alii

C Epiſcopi tertia vel quarta hora Miſſas faciunt, nos vero cum hoc noſtro Epiſcopo qualiter à canonica auctoritate diſceſſimus? Hæc & alia inter ſe malignis cordibus ac labiis muſſitabant, & beatum virum, cur hoc ageret, interrogare non præſumebant: ſed conſpirantes contra eum, Romanum Pontificem adierunt, & quaſi novarum præſumptionum auctorem accuſaverunt. Audiens hoc Romanus Pontifex, ignarus intentionis B. Pamphili, graviter ferebat; vocatiſque pueris ſuis cubiculariis dicebat: Ite in civitatem Corſinium provinciæ Balbenſis, & de Pamphilo Epiſcopo, ſi vera ſint quæ dicuntur, inquirite: & ligatis manibus ejus ac nudatis pedibus huc ad ſanctam Romanam Sedem adducite. At illi juſſa com- *ab ejus miniſtris, quos liberaliter excipit,* plentes, præfatam civitatem adibant, & veſperaſcente jam ſabbato, ad hoſpitium Epiſcopi velut hoſpites declinabant. Quos vir Domini Pamphilus benigne & manſuete ſuſcipiens, in cellulam ſuam introduxit: & cum omni caritate refectionem eis parans, monaſtico more pedes illorum lavit: ſed & exhortatoriis eos ſermonibus ad exhibenda caritatis officia & divinæ legis mandata tenenda diligenter inſtruxit. Media autem nocte Dominica ſolito more conſurgens, expletis Matutinarum ſolenniis, Miſſarum officia celebravit: & mane diluculo, hora fere prima, cum pauperibus & peregrinis, ut ſolitus erat, cibi vel potus refectionem percipiens, hoſpites qui veſpere venerant, ut ſimiliter agerent, invitavit. Cujus caritativæ benevolentiæ nolentes illi obedire, manifeſte retulerunt omnia, propter quæ à Romano Pontifice fuerant miſſi. Reſpondit ad hæc B. Pamphilus Epiſcopus & dixit: Licet negligenter vivamus, Deo tamen ſignificante cauſam adventus veſtri præſcivimus. Vos igitur quæ juſſi eſtis perficite: vanamque & inanem lætitiam detractoribus meis, quamquam non diu duraturam, exhibete. EX MS.

Romam ducitur, 3 Tunc legati Pontificis viri Dei intelligentes prudentiam, non ut juſſum illis fuerat, ſed commodius & abſque moleſtia beatum virum ſecum duxerunt. Circa horam autem tertiam, B. Pamphilo pſalmodiis & orationibus iter agente, cœperunt tædere & anxiari præ intolerabili ſitis ardore. Accedentes vero ad eum dixerunt: Pater Epiſcope, miſerere noſtri, quia ſiti jam morimur: omnia enim ad cibum vel potum pertinentia, quæ in vaſculis noſtris repoſuimus, evanuerunt; & neceſſitate coacti nihil penitus invenimus. Inobedientia noſtra, qua tua juſſa contempſimus, in tantum nos affligit, ut mortem potius imminentem timeamus, quam vitæ ſolatia ſperemus. Quibus auditis vir beatus, miſeratione commotus, ad ſolita orationis ſubſidia ſe convertit, & Dominum ut illorum miſereretur oravit. Completa oratione videns cervam cum hinnulo ſuo velociſſime campos tranſilientem, converſus ad eam dixit: Præcipio tibi, cerva, in nomine Domini, ut ſtes, & ab hoc loco non diſcedas. Mox ad viri Dei juſſionem cerva ſubſtitit, & quaſi domeſticum animal ejus ad ſe acceſſu minime expavit. Tunc vir beatus, etiam in hoc facto benedicens Deum, acceſſit, & de ubere ejus lac tantum expreſſit, ut comitibus ſuis, præ ſitis ariditate laborantibus, ſingulis ſingulos calices offerret; & ab imminenti neceſſitate, uſque ad ſatietatem refectos, in nomine Domini liberaret. Illi vero ſuper hoc viri Dei miraculo ſtupentes, mirabantur ad invicem, dicentes: Numquam nos vino aut aliquo cibo tam jucunde ſatiati ſumus, quantum nunc de lactis hujus poculo, per ſervum Dei, ſumus refecti. Vere parviſſimus ille hauſtus plus nobis virium attulit, quam plena convivantium menſa potuerit.

E *quibus in via ad levandam ſitim ex cerva lac exprimit,*

& Romam veniens adulteræ infantem prodere patrem jubet, 4 Beatus autem Pamphilus progreſſus cum eis itinere quo cœperant, docebat eos viam veritatis & caritatis non deſerere: ſed ad ea, quæ pacis & juſtitiæ ſunt, obedientes eſſe. Cumque perveniſſet ad Romanæ urbis mœnia; ecce in platea civitatis mulier adultera trahebatur ad prætorium, puerum præ ſe ferens in ulnis, quarto die jam natum, cogenda fateri quo patre genuerit eum. Quæ dum violenter traheretur, clamavit dicens: Severus Presbyter me imprægnavit. Ad hanc ejus vocem quidam prona in malum cogitatione, ita eſſe, ut mulier dixerat, crediderunt. Quidam vero ſervum Dei criminis hujus reum eſſe contradixerunt. Tunc B. Pamphilus, audita populi contentione, dixit: Date mihi infantulum, & ego ab eo quæram, in nomine Chriſti, nomen patris ſui. Quo ſtatim allato, dixit ad eum: Adjuro te, infantule, per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti crucifixi, ut dicas mihi nomen patris tui. Reſpondit infans & coram omnibus dixit: Per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti crucifixi dico tibi, quia Severus Presbyter non eſt pater meus, ſed Clarus hujus Romanæ urbis Præfectus. Ad hoc viri Dei miraculum omnis frequentia popularis obſtupuit, & qualiter ad ejus juſſionem tenerrimus ille infantulus locutus fuiſſet per totam urbem divulgatum eſt.

F

accuſatione audita, 5 Collecta denique non modica multitudine populi, B. Pamphilus ob inſolitam ſigni novitatem religioſe

EX MS. ligioſe rapitur, & uſque in Lateranenſe palatium deductus, à Pontifice Romanæ Sedis cum honore ſuſcipitur. Deo videlicet ita modificante, ut qui ad calumniam vocabatur, laudem & gloriam invenire mereretur. Romanus etenim Pontifex B. Pamphilum fraterna caritate ſalutavit, & mutuæ ejus allocutioni ſe participem lætus præbuit. Et cum ſediſſent, dixit ad eum: Frater & Coëpiſcope Pamphile, Clerus Eccleſiæ tuæ apud noſtram te auctoritatem accuſat: & contra ſtatuta noſtra Dominicis diebus ante lucanum te Miſſas celebrare, ſed & primo diluculo cibis *ſilentio primum,* ac potibus operam dare ſubmurmurant. Ad quam Pontificis ſententiam beatus vir Pamphilus modeſte conticuit, nihilque turbidum, nihil jurgioſum reſpondit: ita ut Pontifex miraretur, cur ei ab Epiſcopo non reſponderetur. Poſtmodum vero B. Pamphilus dixit: Peccatorem me non excuſo, nec ſtatutis eccleſiaſticis in tantum, ut debueram, hactenus me ſtuduiſſe cognoſco: intentionem tamen meam ille ſolus novit, ad quem omnis hominum conſcientia recurrit. Unde quæſo in proximam hanc Dominicam diem da mihi ſpatium, & oſtendam tibi non falſum intentionis meæ indicium.

B 6 Adveniente igitur nocte Dominicæ diei, primo gallorum cantu, B. Pamphilus more ſolito ſurrexit, *cæleſti deinde viſione ſe purgat.* & pſallentium choros Angelorum cum eo Miſſas in cælo celebrantium audivit, vocatoque ad ſe Romano Pontifice dixit: Surge & exulta in Domino, ut conſolari merearis ab eo, & cum Propheta dicas: Audi- Pſ. 50, 10 tui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata. Ego enim ſolitum ordinem explevi jam, & pſallentium choros Angelorum ac Miſſas in cælo celebrantium audivi. Jam ergo tempus eſt à nobis eas celebrari in terris, quoniam Angelicos Spiritus inchoaſſe cognovimus in cælis. Surrexit itaque Romanus Pontifex feſtinus, & arrectis auribus nihil eorum, quæ B. Pamphilus dixerat, audivit. Cui beatus Epiſcopus dixit: Erige te in digitos pedum tuorum & ſta ſuper pedes meos. At ille verbis ejus obediens, palmas & oculos in cælum extendit, & choros Angelorum Miſſas in cæleſtibus celebrantium audivit. Quibus auditis, proſternens ſe pedibus ſancti Epiſcopi, dixit: Benedictus es, Frater & Coëpiſcope Pamphile, qui meruiſti voces Angelicas audire, & cæleſtibus hymnis ac myſteriis intereſſe: ſed parce quæſo & indulge mihi, quia contra te inſipienter egi, & falſas adverſum te accuſationes audivi. Modo equidem te ſoli Deo vacaſſe cognovi, & apud eum intentionis tuæ oculum mundum eſſe percipio.

C B. Pamphilus reſpondit dicens: Tu poſitus es in Pontificio ad prædicandum & docendum verbum veritatis: in ſapientia tua urbs munitur, & triticum Domini familiæ diſtribuitur. Quod igitur vanitati fallentium ſemel aurem adhibuiſti non eſt mirum, ſi etiam ad tempus vanitati credidiſti: ſed ne in hoc ſcandalo permaneres, Deus te liberavit, & ea quæ ſunt veritatis & juſtitiæ tibi revelavit. Tunc Pontifex, proſternens ſe ad pedes ejus, dixit: Veniam à te peto, Frater & Coëpiſcope Pamphile. S. Pamphilus reſpõdit: Deus qui indulgentia vera eſt, indulgeat tibi peccata tua.

accepta à Pontifice munera in pauperes diſtribuit: 7 Cum ergo cogitaret ad propria remeare S. Pamphilus Epiſcopus, dixit ad eum Romanus Pontifex: Quæſo te Frater, tolle aurum & argentum à me ad miniſterium tuum, & regrediens ad civitatem tuam eos qui te acculaverunt trade tortoribus. Sanctus vero Pamphilus, rememorans ſermonem noſtri Do- Ioan. 8, 50 mini Jeſu Chriſti, dixit: Ego gloriam meam non quæro, eſt qui quærat & judicet: argentum & aurum non eſt mihi neceſſarium; ſed fides, juſtitia, manſuetudo & eleemoſyna, patientia, humilitas & oratio. Ne tamen oblationem caritatis tuæ deſpicere videar; quinque talenta à te accipiam, pro quibus tibi decem in conſpectu Domini reſtituam. Acceptis itaque quinque talentis in auro & argento, rediit D B. Pamphilus in civitatem ſuam: & quæ à Pontifice acceperat pauperibus, viduis, & orphanis ut fidelis miniſter diſtribuit: in tribulatione oppreſſis ſubveniendo, eſurientes & ſitientes reficiendo. Unde & Pontifici dixerat, reddam tibi decem talenta in conſpectu Domini.

ad ſuos reverſus energumenum liberat: 8 Statim autem ut ad civitatem ſuam pervenit ſervus Dei Pamphilus; ecce homo dæmonioſus, ſtridens dentibus occurrit ei: quem ille juſſit comprehendi & ſibi adduci, poſitiſque manibus ſuper eum, facto ſignaculo Crucis, oravit dicens: Domine Jeſu Chriſte, qui ejeciſti legionem ſpirituum immundorum ab homine, & mittens in porcos projeciſti eos per præceps in mare; exaudi me ſervum tuum orantem ad te, & expelle de homine iſto ſpiritum immundum, & projice illum in mare: ut non habeat poteſtatem in creatura, quæ ad imaginem tuam facta eſt. Ad hanc vocem viri Dei dæmon exivit, & ſanæ mentis hominem reliquit. Poſt hæc B. Pamphilus Epiſcopus reſedit in Sella ſua, prudens ſicut ſerpens, & ſimplex ſicut columba: prudens ad omne bonum, ſimplex ad omne malum. E

& roganti Clero injuriam condonat: * *al.* Sergio 9 Presbyteri vero ac Diacones, omniſque Clerus & judices civitatis illius, qui adverſus hominem Dei mala cogitaverant, audientes omnia, quæ de eo à Pontifice Romanæ urbis * Eugenio facta fuerant, exhorruerunt. Et convenientes in unum proſtraverunt ſe ad pedes ejus atque dixerunt: Domine & Pater beatiſſime, parce nobis, veniam petentibus à te. Reſpondit S. Pamphilus dicens: Euangelica nos ſententia roborat, quæ dicit: Beati qui perſecutionem Matt 5, 10 patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Et beati eſtis cum maledixerint Ibid. 11, 1 vobis homines & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adverſum vos mentientes propter me: gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces veſtra multa eſt in cælis. Ego utinam dignus fuiſſem ad martyrium pervenire ſicut Martyres Chriſti; qui tradiderunt corpora ſua propter Deum ad ſupplicia & meruerunt habere coronas perpetuas. Vos me ad ſupplicia tradere voluiſtis, ſed non potuiſtis; quia Dominus Deus pro me reſtitit vobis. At illi omnes cum clamore & fletu dixerunt: Pater Sancte, veniam petimus à te: indulge quod inique egimus contra te. Dicit eis B. Pamphilus Epiſcopus: Dominus noſter Jeſus Chriſtus, pro ſalute hominum in cruce moriturus, etiam pro Judæis ſe perſequentibus F exoravit, nobiſque ut pro inimicis noſtris oremus exemplum reliquit: in Oratione etiam Dominica admonuit, ut dimittamus noſtris debitoribus, ſicut nobis debita noſtra dimitti rogamus. Ergo hoc præcepto divino commoniti, Fratres cariſſimi, rogamus Deum pro vobis; ut dimittat vobis hoc, quod in me male egiſtis, & inſuper omnia veſtra peccata, & perducat vos cum gaudio ad vitam æternam. Cumque dixiſſent omnes, Amen, reverſi ſunt mox cum gaudio ad domos ſuas, admirantes ſuper patientia & doctrina beatiſſimi viri.

10 Sanctus vero Pamphilus, more prudentiſſimæ apis virtutum favos colligens, in Epiſcopatu ſuo bono ſenio conſenuit, plebique ſibi commiſſæ miraculis & documentis excellentiſſimus effulſit, nihil omnino de ante conſuetis bonis operibus prætermittens; ſed plura prioribus addens, in jejuniis & orationibus corpus macerabat, finemque vitæ ſuæ felici cum gaudio ac vitæ æternæ deſiderio expectabat. Appropinquante ergo tempore migrationis *moriturus, ſuos Sanctis monitis inſtruit,* ſuæ de hoc ſeculo ad Deum, fecit ad ſe venire Sacerdotes & omnem Ordinem Clericorum ac turbam laicorum; docuitque eos viam veritatis, ita

A ita incipiens: Audite filii verba mea & auribus percipite sermones meos: agite opera justitiæ, & à via caritatis & pacis non declinate: si enim permanseritis in fide & pace, veritate atque caritate; sine dubio poteritis ad regna cælorum pervenire. Si autem schismata & errores hæreticorum vos dilaceraverint, & ingruentia vitiorum mala corruperint; ferocis lupi, id est diaboli, faucibus patebitis, & inferni tenebras non evadetis. Tunc interrogatus ab eis sermonibus multis, ostendit eis viam veritatis: sed & de secretis eorum & futuris rebus multa propalavit ad correctionem & instructionem tam futurorum quam præsentium. His auditis prostraverunt se omnes ad terram, petentes ab eo gratiam & absolutionis veniam: at ille, oculis & manibus in cælum extensis, omnes eos benedixit, omnibusque veniam à Christo expetiit. Quo facto omnes à terra surrexerunt cum lacrymis, & osculati sunt eum genibus flexis. Stantibus autem omnibus filiis Ecclesiæ coram eo, iterum oravit ad Dominum & dixit: Deus qui dispersa congregas & congregata conservas, auge fidem & intellectum fidelium tuorum; & disperge à nobis insidiatorem angelum, & aggrega nos cum sanctis Angelis in regno tuo. Mitte mihi nunc Domine sanctum Angelum tuum, qui suscipiat animam meam, & perducat in paradisum: ubi cum Sanctis tuis requiem æternam cum gaudio percipiat. Finita hac oratione, superiora domus illius, in qua Sanctus Domini jacebat, nubes candida obruit & claritas magna circumfulsit: atque omnes qui aderant odor inæstimabilis fragrantiæ perfudit: sicque beatissimus Pontifex & Deo dilectus Pamphilus, glorioso fine beatam animam emittens, expiravit. Omnibus itaque, qui aderant, & qui postea adveniebant, tanta in ejus obitu jucunditas & lætitia facta est, ut ad suscipiendam ejus animam multitudinem Angelorum nullus adesse dubitaret. Tunc Sacerdotes cum Clero totius civitatis, nec non aliarum urbium viri Religiosi convenientes, Sanctum corpus dignis exequiarum obsequiis curaverunt, & ad custodiendum illud divisis inter se noctis excubiis vigilaverunt. Ita ut Clerus civitatis Corfinii vigiliam primam, & Clerus Sulmonensis urbis servaret secundam vigiliam. In qua vicissitudine nutu Dei, ut credimus, Corfinienses somno gravi obdormierunt, & Sulmonenses cum suis qui aderant sancti viri corpus rapuerunt, & in civitatem suam perduxerunt. Dum vero in via paululum lassi subsisterent, & aquam sitibundi quærerent; ecce subito fons limpidissimus emanavit, & servitores beatissimi viri exequiis recreavit. Cumque in progressu itineris ad locum quemdam, qui Busci nominatur, propinquum portæ civitatis Sulmonensis pervenirent; tanti ponderis effectum est corpus Sanctum, ut portantes illud de loco nequaquam efferre potuerint. Facta autem oratione ab omnibus qui aderant, accesserunt, & nequaquam illud movere potuerunt. Deo igitur ita prædestinante corpus S. Pamphili Episcopi in eodem loco sepelierunt: & templum ornatum ac spatiosum, in honorem Domini nostri Jesu Christi & B. Pamphili Episcopi & Confessoris, supra corpus ipsius struxerunt: ubi in ejus natalitio ad laudem & gloriam nominis Christi multitudo populi accurrit, & crebra beneficia sanitatum ibi percipit. Nam ad tumbam sancti corporis ægri veniunt & sanantur, & à dæmonibus obsessi liberantur. Celebratur vero natalis B. Pamphili Episcopi IV Kalend. Maji, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

ex MS.

Sulmonenses corpus ad Urbem suam avehunt,

arcana & futura indicat:

B *dum moritur, domus mira nube involuta cælesti odore fragrat:*

C *eum aliis ejusdem nominis idem putatus;*

à quibusdam ad an. 300 & 390,

ab aliis ad an. 570 & 1120 refertur,

vixit saltem ante annū 846:

apud quam immobile factum extructo templo honoratur.

E

F

corpus ad montem Laturci humatum,

inde ad se delatum probant Nagarenses,

ex veteri epitaphio,

DE SANCTO PRVDENTIO,

EPISCOPO TVRIASONENSI IN ARRAGONIA.

CAPUT I.

Ætas S. Prudentii discussa, & certamen Cistercienſium montis Laturci ac Nagerensium de ejus corpore.

XXVIII APRILIS.

S. Prudentius Episcopus Turiasonensis,

Turiaso, *vulgo* Taraçona, *urbs est Aragoniæ, qua Castellam ac Navarram terminat, septem Calagurri & undecim passuum millibus Cæsaraugustâ dissita; antiqua Episcopali Sede nobilis, quam insedisse* S. Prudentium, *quem hic damus, testantur ejus Acta & Breviarium Cæsaraugustanum excusum anno* MDXLI *in Officio. Ab aliis interim ejusdem nominis non satis distinctus, in varia multumque discrepantia tempora à scriptoribus conjicitur. Eumdem cum illo Prudentio, qui S. Encratidis Cæsaraugustanæ Virginis ac Martyris corpus tumulavit, Alphonsus Venerus, Vasæus, Baronius, Mariana & quidam eos secuti recentiores faciunt: cum illo, qui hymnos & sacra poëmata scripsit, Bernardus Lucensis, Taraffa, Ferrarius, Trugillo: ideoque ut tempora rebus respondeant, illi eum ad annum* CCC *ac imperium Diocletiani, hi ad* CCCXC *referunt: Sanctorum & Marietta ad annum* MCXXVI: *Tamajus cum Bivario ex Chronico Maximi ad* DLXX. *Tepez denique inter annum* DCC *&* DCCCC *collocat. In tanta assignandæ ætatis varietate hoc saltem est certum, S. Prudentium vivendo annum Domini* DCCCXLVI *antecessisse. Constat id ex facto Ramiri Castellæ Regis; qui parta circa istum annum, ut Marianæ ac aliis placet, de Saracenis victoria, Deo pro accepto beneficio gratum se probaturus, fusa ad S. Prudentii corpus prece, cœnobium, in quo conditum illud jacet, fundis quibusdam auxit. Rem vetus admodum ejusdem cœnobii Ms. ita narrat:* Conserto prælio Saraceni gladiis terga dederunt, & ex eis fere septuaginta millia ceciderunt. In quo bello B. Jacobus in equo albo vexillum album bajulans fertur apparuisse: & ex tunc inolevit dici in bellis, Deus adjuva me & B. Jacobe. Ex tunc etiam vota & donaria ei in aliquibus locis persolvuntur. Tunc Rex Ramirus in ecclesiam B. Vincentii intravit, ubi corpus B. Prudentii quiescit: ibi Domini crucem oravit; & lætus effectus de victoria, B. Prudentio adjacentes terras tribuit & concessit. *Hæc ibi. In eadem circiter tempora & illa conspirant, quæ ex afferendis mox tabulis referemus: ex quibus hoc iterum constabit S. Prudentium migrasse è vita ante annum* DCCCCL.

2 *Demortui corpus in spelunca ad radicem* montis Laturci, *secundo à Iuliobriga lapide, ad fines Castellæ Veteris conditum fuit: ubi deinde ecclesia S. Vincentio ædificata, titulum postea S. Prudentii assumpsit; migraruntque eo in vetus cœnobium, quod Canonicorum antea erat, Cistercienses anno* MCLXXXI, *ex monasterio de Sacra-mœnia filiationis Morimundensis. Iuliobriga Burgos versus euntibus quinque circiter passuum millibus distans inde* Nagera *vulgo* Najara *occurrit: cujus loci incolis cum vicinis Laturcensibus vetus & acre admodum, de S. Prudentii corpore, certamen est: & quia rationum momenta utrisque fere paria sunt, eas ad Lectoris judicium apponere hic visum fuit. Nagerenses corpus ad se translatum probant ex veteri epitaphio, in S. Prudentii tumulo invento, quod inaurata ex ære lamina insculptum hujusmodi est:*

Inclytus Antistes Prudentius hic requiescit:
Quo Calagurra viget, per quem Trasona nitescit.
Ecclesiæ fidei morumque dedit documenta,
Per quem perpetuæ vitæ capit emolumenta.
Hunc Rex Garsias huc attulit atque locavit;
Hanc quia basilicam sumptu proprio fabricavit.

A *Hanc autem tranſlationem ad annum circiter* MLII *referunt, idque ex ipſius Garſiæ Regis Navarræ tabulis, quibus apud Tepez tom. 6. Annalium Benedictinorum, de fundatione Nagerenſis cœnobii loquentibus, iſte annus ſubſcriptus eſt.*

3 *Tuentur ſe præterea Epiſcoporum quorumdam diplomatis, in quibus apertiſſima corporis apud Nagerenſes quieſcentis mentio eſt: primum Cerebruni Archiepiſcopi Toletani, exaratum anno* MCLXXV, *hujuſmodi eſt*: Hinc eſt quod Fraternitatem veſtram attentius commonemus in Domino, atque in peccatorum veſtrorum remiſſionem vobis injungimus: quatenus de facultatibus, à Deo vobis collatis, eccleſiæ S. Mariæ de Naxara libenti animo largiamini; in qua, ſicut multorum relatione audivimus, Omnipotens Deus per interceſſionem Beatiſſimæ Matris ſuæ & B. Prudentii Epiſcopi & Confeſſoris, cujus corpus in præfata requieſcit eccleſia, multa miracula quotidie operatur &c. *ex diplomate Cerebruni Archiepiſcopi Toletani,*

Huic alterum Aſnari Epiſcopi Calagurritani, anno MCCXLVI *in hæc verba conſcriptum, addunt*: Cum igitur arca argentea, in qua corpus beatiſſimi Prudentii Confeſſoris reconditum veneratur, in eccleſia S. Mariæ de Naxara, ſit vetuſtate conſumpta, ut videatur reparatione non modica indigere; & ad hoc & ad alia, quæ ad venerationem dicti pretioſiſſimi corporis competunt, propriæ non ſuppetant facultates; univerſitatem veſtram monemus &c. *Tertium denique eſt huic proximi Bibiani, Epiſcopi item Calagurritani, diploma, in quo, venientibus quotannis ad S. Prudentii tranſlationem celebrandam quadraginta dierum indulgentiam largiens, in hæc verba loquitur*: Audiendo *anno* MCCLXVII miracula & gratias, quæ Deus operatur ad corpus S. Prudentii, quod quieſcit in monaſterio S. Mariæ de Naxara &c. *Tepez in Appendice ad tom. 6. Annalium tabulas affert, à publicis Nagerenſium ſcribis ſignatas; in quibus Ioannes Gutierez dicti cœnobii Abbas, coram Abbatibus pluribus aliiſque ſpectantiſſimis viris, anno* MDCII *S. Prudentii corpus, mutilum capite, ex veteri arca in novam tranſtuliſſe argenteam dicitur, una cum dicta lamina, complectente ſepulcrales verſus, teſtes tranſlationis à Garſia factæ. Idem factum fuiſſe anno* MDXXXIII, XX *die Aprilis Tepez ex publicis item tabulis, centuria 6 cap. 8 auctor eſt, & ſpectaſſe tunc laminam cum non integro, ut alias, corpore Ducem Nagerenſem Antonium Manriquez, Ioannam de Cardona ejus conjugem, Abbatem Didacum de Liziniana & totum Conventum. His, ad propugnandos Nagerenſes, vetus dicti cœnobii Breviarium ab Tepez adjicitur, quod etiam tranſlati eo corporis fidem ſic facit*: Poſt multum vero temporis ejuſdem ſanctiſſimi Prudentii corpus, cum aliorum Sanctorum plurimorum Reliquiis, tranſlatum eſt, videlicet Pelagii ejuſdem diſcipuli, glorioſiſſimi Vincentii Martyris. Digno honore tranſlati ſunt à Rege Garçia, qui hoc regale monaſterium Najarenſe ædificavit, in honore Domini noſtri Jeſu Chriſti & Beatiſſimæ Virginis Mariæ atque ſanctiſſimi Prudentii. *item Aſnari,* *quando ſine capite ſpectatæ fuit,* *& ex Nagerenſis cœnobii Breviario.*

B C

4 *Atque hæc ſunt ex quibus S. Prudentium ſibi Nagerenſes vindicant: addenda jam ſunt ea quæ Ciſtercienſibus montis Laturci patrocinantur. Illa autem nihilo inferioris fidei teſtimonia ſunt, partim ex Regum collecta diplomatis, partim aliunde aſſerta. Fuiſſe apud Laturcenſes S. Prudentii corpus anno* DCCCCL *ex ſequentibus Abdicæ Abbatis tabulis anno eodem in hæc verba ſcriptis conſtat*: Abdica Abba obtulit monaſterium S. Prudentii Abbati Albeldæ timore Saracenorum. Sub nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, ego Abdica Abba, cum Fratribus meis Chriſtophoro, Fortunio, Sarracino, Dato, Stephano, Rapinato, prompta mente & toto corde, tibi Patri ſpirituali Dulquito & Fratribus, tecum in amore Chriſti Albeldæ in cœnobio S. Martini morantibus, contradimus animas noſtras, ſimulque corpora, ut adipiſcamur præmia poli. Nos enim ſupra nominati eccleſiam S. Vincentii & Domini Prudentii, ubi quieſcit corpus ejus venerabile, quæ ſita eſt ad radicem montis Laturcii, nutu Dei omnipotentis collatam habuimus & ſancitam cum ſuis adjacentiis, terris, vineis, hortis: ita & hæreditatem Petri Presbyteri, qui fuit collega noſtrûm vivens demumque obiit. Votum hoc noſtrum firmitatem obtineat in ævo. Facta charta ad Hibericum fluvium, æra DCCCCLXXXVIII. *Hæc ibi.* *Laturcenſes contra corpus apud ſe manſiſſe ſuſtinent,* *ex tabulis Abdicæ Abbatis an. 950,*

D

5 *Idem corpus apud Laturcenſes anno* MLXV *& ſequenti etiam quieviſſe geminum annorum iſtorum diploma teſtatum facit. In priore Sanctius Navarræ Rex ita loquitur*: In nomine ſanctæ Trinitatis. Hæc eſt charta donationis, quam ego Sanctius Dei gratia Rex facio, pro remedio animæ meæ & parentum meorum. Dono Deo & Eccleſiæ S. Prudentii, ubi corpus ejus requieſcit, monaſterium S. Auguſtini juxta Naldam cum ſuis terris, & monaſterium S. Saturnini de Pavia cum ſua villa &c. ut ſerviant inde Deo & B. Prudentio per cuncta ſecula. Facta charta donationis in Nagera æra MCIII, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, & ſub ejus imperio ego Sanctius Dei gratia Rex in Nagera & Pampilona &c. *In altero vero idem in hæc verba*: Ego Sanctius, gratia Dei Rex, juſſi fieri hanc chartulam. Denique placuit mihi, ut concederem donum aliquod illi cœnobio S. Prudentii, in loco qui vocatur Laturce, eo quod ibi requieſcit corpus Beatiſſimi viri Prudentii Pontificis: & concedo ſibi decimas de valle Arnedo &c. *& diplomatis Sanctii Regis an. 1065,*

E

6 *De anno* MCXLV *tabulæ Alphonſi permutantis quædam cum S. Prudentii cœnobio idem probant*: Cambio, *inquit*, vobiſcum Abbate Martino & Conventu S. Prudentii, exiſtente prope Clavigium, ubi corpus prænominati S. Prudentii quieſcit, illam villam quæ dicitur Langunilla &c. Facta charta Toleti æra MCLXXXIII. *De anno item* MCLXXXI, *ex privilegio quodam Didaci Ximenii, Domini de los Cameros, æra* MCCXIX *exarato, conſtat: in quo* De cetero, *inquit*, volumus quod Abbatia & Conventus (*ſub Ordine ſcilicet Ciſtercienſi*) conſtituatur, ubi corpus S. Prudentii quieſcere creditur &c. *Viſitur in dicto templo ejuſdem Didaci epitaphium, anno illic* MCLXXXVI *tumulati. De anno tandem* MDXXI *vicini Lucronienſes teſtantur; qui per id tempus, invocato S. Prudentii auxilio, obſidione Gallorum ſoluti, quotannis* XI *Iunii ad memoratum cœnobium cum recordatione accepti beneficii ſolenniter ſupplicatum veniunt. Quo tempore & hoc mirabile accidit: quod cum metu Gallorum corpus jumento impoſitum alio avehendum eſſet, moveri illud loco non potuerit. Rem geſtam Manriquez in Annalibus Ciſtercienſibus ad annum* 1181 *ita narrat*: Gallis eo anno obſidentibus Juliobrigam & per circuitum agros devaſtantibus, Prudentianis monachis res in arcto fuit. Abbas, qui tunc Bernardus dicebatur de Valle-Oleti, pretioſo corpori quam ſibi & ſuis præcavens, ad ulteriora ſtatuit deportare, eo ſecurius à Gallorum incurſibus ſervandum quo remotius. Imponi jubet equo ſacrum pignus, ut quo vectore venerat exiret. Tum comitantibus monachis, progreſſum ventumque ad fines ſacræ domus. Res mira & ſtupenda, licet non nova! Vixdum equus eos terminos attigerat, & ecce tumens ac ſudore madens totis artubus, ſtetit immobilis ictibus ferientium, nec niſi reduci greſſus nec motus fuit. Reſtitutum eſt corpus ſuo antro. Unde Juliobrigam cominus cuſtodiens, nullius ſibi cuſtodiæ egens obſidionem diſſolvit, atque ipſa die XXVIII Aprilis ſibi ſacra fugavit Gallos, copiis imminutos & duce orphanos. Id Locronienſes acceptum à ſancto Præſule recolere quotannis promiſerunt, ad ſacrum corpus excubias peracturi. A cujus voti devota redditione, non loci intercapedine, ad octo millia fere paſſuum protenſa, non intemperie aëris, non ullis aliis obſtantiis retardantur. *Hîc Bivarius in Commentariis ad Chronicon Dextri addit, Adrianum VI, in diplomate eodem anno* XXIII *Iulii exarato, dicere, ſe* pro oſſiculo S. Prudentii, *aliiſque an.* 1145, *atque* 1181, *denique ex ſolutione obſidionis Lucronienſium an.* 1521, *quando alio devehenda capſa immobilis perſtitit:*

F

A Prudentii, quod à monachis monaſterii Laturcenſis acceperat, ubi corpus ejus ſanctum requieſcit, mittere ad eos S. Joannis Baptiſtæ articulum manus.

veroſimiliter apud utroſque pars eſt.

7 *Manriquez tom. 3. Annalium Ciſtercienſium, utrorumque à nobis allatorum teſtimoniorum expendens momenta, S. Prudentii corpus partim Nagerenſibus partim Laturcenſibus attribuit; his tamen portionem potiſſimam, oſſe dumtaxat aliquo Nagerenſibus conceſſo. Idem ſupra citatus Yepez facit, ſed Nagerenſibus toto pene corpore attributo, ſolum cum pauciſ oſſiculis caput Laturcenſibus relinquens. Et ita forte res ſe habet, ut inter utroſque diviſum ſit ſacrum corpus: dumque teſtimonia corpus eſſe utrobique ajunt, corpus non pro toto corpore ſed pro parte accipiendum ſit: idque uſitatum fuiſſe alias, Baronius, ad an. 761 de tranſlatione corporis S. Stephani Papæ agens, his verbis aſſerit*: Quod autem in cœmeterio Calixti æque corpus S. Stephani Papæ & Martyris poſitum adhuc dicatur, inde id provenire putatur, quod ſicut in aliis fieri conſuevit, cum transferri ſolerent ſacra Sanctorum corpora, pars aliqua in loco priori relinqui ſoleret.

CAPUT II.

Acta S. Prudentii fabuloſa, ex quibus recentior quidam ejuſdem nominis Epiſcopus Turiaſonenſis producitur.

B

Bivarius cum Tamayo alterum admittit,

8 *VLtra tamen cum Tamayo Bivarius progreditur, cui citata teſtimonia tantum in Commentariis ſuis ponduſ faciunt, ut duos propterea hoc nomine Turiaſonenſis Eccleſiæ Sanctos fuiſſe Epiſcopos ſuſtineat. Dum enim teſtimonia illa omnino irrefragabilia eſſe credit, ut nec in partem alterutram iis contradicere, nec quocumque alio modo conciliare ſe poſſe confidat, præcipuum in iis ita ſentiendi robur ac patrocinium ponit: quamquam nec ad tuendam opinionem rationibus aliis deſtitui ſe putet. Statuens enim primo, id quod extra controverſiam eſt, S. Prudentium, de quo hic agimus, vivendo annum Chriſti octingenteſimum anteceſiſſe; Actis ejus ait immiſceri quædam, quæ perperam illi attributa, annos ætate ejus multo poſteriores reſpiciant; adeoque & Prudentium quemdam alium, Epiſcopum item Turiaſonenſem. Ea vero quæ dictis Actis permiſcentur ſunt, primum Alphonſus Rex Aragoniæ, ille, ut ait, qui longis felicibuſque bellis Saracenorum domitor, plurimas Hiſpaniæ urbes ab eorum jugo recepit, & è vivis exceſſit anno* MCXXXIV: *deinde fatalis imprecatio, ipſo demortuo, à S. Prudentio facta Garrayenſi urbi, quæ diœceſis erat Turiaſonenſis. Quæ ut ſtudioſus veri Lector recte dijudicet, integram fabulam hic apponere fuit viſum; ita habet*:

C

ob quædam Actis admixta ad tempora Alphonſi 8 ſpectantia,

9 Memoriæ traditum eſt miraculum quod Dominus fecerit ſub ſignaculo à S. Prudentio Epiſcopo. Tempore namque ipſius, Aragonēſis Rex Ildephonſus, volens equitare ſupra Saracenos, regali edicto præcepit, ut ſinguli viri de ſingulis domibus eum contra hoſtes fidei ſequerentur; & qui ab exercitu remaneret aliqua occaſione, niſi amore Regis, ipſius offenſam vehementer incurreret. Inſtante die aſſignato omnes ſecuti ſunt exercitum, tam milites quam ruſtica gens, propter jusjurandum & timorem Regis. In provincia B. Prudentii, infra regnum præfati Regis, erat quoddam caſtellum, ſuper ripam Dorii, habens nomen Garraya: oppidum, inquam, amœnis locis ſitum, pratis virentibus ſeptum, aquis ſalubribus, locis fœcundis. Ex una parte alveus Dorii, ex alia parte flumina Terus & Terregronius, & ex parte Orientis aqua rivi Nebularum: iſti quatuor amnes ſupradicti abundanter piſces educant. Ut præfati ſumus fere omnes viri iſtius caſtelli ſecuti ſunt exercitum Regis, mulieres & filii in domibus remanſerunt. In ipſo caſtro erant Sacerdotes non pauci, qui plus diligebant mundum & lubrica mundi quam ſervare fidem Catholicam & mandata Dei. Aragonenſis Rex tam longo tempore cum exercitu ſuo in Saracenos exercitando extitit, quod filii, relicti à patribus lactantes ad matrum ubera, juvenes creſcendo adulti, in finibus Saracenorum genitores ſuos ſcrutarentur. Interea antiquiſſimus hoſtis, qui ſemper conatur decipere hominem mortalem, ſic decepit Sacerdotes iſtius caſtri, quod turpi & illicito amore ſuccenſi, virorum illorum conjuges in propriis domibus reciperent; ipſique legis tranſgreſſores digni odio, indigni Sacerdotio, cum eis impudenter & publice converſarentur. Quid plura? contigit multis mulieribus illis, quod de viris non ſuis & de nefandis Presbyteris filios procrearent. D

& revertentes à victoria maritos civitate prohibuiſſe,

10 Tranſacto tempore Rex Aragoniæ, cum magna victoria & gloria, cum Saracenis vinculatis, cum equitibus & ſpoliis gratanter reverſus eſt ad propria. Viri ergo Garrayenſes, revertentes ad propria, viatoribus obviaverunt: Salvete, obviantibus dixerunt; interrogantes eos de continentia & ſtatu Garrayæ, quomodo ſe haberent uxores & filii eorum. Qui eos pacifice atque caſtigando monentes nuntiaverunt; quomodo Garrayenſes Sacerdotes & laici filii Sacerdotum muniverant caſtellum Garrayæ, & quomodo Sacerdotes dormiebant cum mulieribus eorum. Qui dolentes cum magna amaritudine conſilium inierunt, quomodo agerent & qualiter alloquerentur. Unus ex iis, qui honorabilior aliis erat, coram omnibus conſilium dedit, ut pacifice venirent ad portas caſtri. At illi qui intus erant, omnes communiter cum armis bellicis eos refugarunt, plagas imponendo atque occidendo, uſque ad unum montem Moncayo nuncupatum, qui in latere montis Tygnos adjacet. Inde Garrayenſes ad caſtrum revertentes, die ac nocte ſe & oppidum curioſe cuſtodierunt. Supradicti viri electi, in monte Moncayo manentes, murum atque caſtellum exciſis lapidibus conſtruxerunt; & omnibus diebus armata manu ad caſtellum de Garraya equitantes, viciſſimque præliantes, multi ruêre ex utraque parte. E

mortuo interea Rege Prudentiũ fruſtra de pace laboraſſe,

11 Inter hæc mortuus eſt Rex Aragoniæ, & diſſenſio in regno auctore diabolo plures annos perduravit: & nemo, neque Epiſcopus nec Abbas, concordiam immittere potuit inter eos, peſſime per partes diverſas diſſidentes. Diſſenſio iſta erat in provincia & Epiſcopatu B. Prudentii; qui multoties voluit pacem firmare, ſed eorum ſævitiam non potuit revocare. Et evenit ut Apoſtolica juſſione omnes ad Concilium Bituricenſe Archiepiſcopi atque Epiſcopi devenirent. Archiepiſcopus Toletanus atque Epiſcopi ſuæ provinciæ paraverunt iter: & de die hoſpitando apud Prudentium Tyraſonenſem Epiſcopum, ut præſciret fecerunt. Qui nimio gaudio prægaudens, paravit domos ſuas honorifice, & eos cum magna devotione & piiſſimis amplexibus admiſit. Et quia ſæpius legerat verba Domini in Euangelio dicentis: Non in ſolo pane vivit homo, poſt ciborum refectiones animas etiam reficere cupiens ſermonibus, prælibatis Archiepiſcopo & Epiſcopis narravit, quomodo hoſtis fallax & perfidus maleficum ſpiritum Garrayenſibus inſpiraſſet. Quo dicto exortis fletibus eos rogavit, illuc ſimul proficiſci, ut ſuis monitionibus præfatæ plebis diſcordiæ finem imponerent. Ipſi vero libenti animo conſentientes, ſe obedire ad hoc, hilari voluntate promiſerunt. F

& Epiſcopos ſequeſtros adhibuiſſe, Matt. 4, 4

12 Altera autem die Archiepiſcopus Toletanus & ſeptem Epiſcopi ad caſtellum Garrayæ devenerunt, volentes inter viros exules, & eos qui habitabant in terra Garrayæ pacem immittere. Aſſidue itaque & propenſius quatuor dies ſancti Patres, pacem & concordiam eis precantes, nihil efficere potuerunt. Sacerdotes namque pleni iniquitate & ſimul

oppidi Sacerdotes cũ eorum conjugibus more vitali conſuevisſe,

in quibus narratur civibus Garrayenſibus ad bellum cum Alphonſo profectis,

A aliі habitantes in caſtello, optantes ut Epiſcopi abſque honore receſſiſſent, conſiliantes inter ſe, præceperunt carnificibus, ut in abſcondito occiderent pingues catulos & catos, & quaſi ad vendendum aptarent, capita eorum & pedes in foveis abſconderent, & ubi conſueverant tenere carnes ad vendendū in foro, ibi aperte in quinta feria oſtenderent. Aliæ nullæ carnes ſuillæ & bovinæ nec ullarum avium nec beſtiarum iſto die in caſtello apparent, ut cum mancipia Epiſcoporum carnes venirent emere, alias non invenirent. Qui interrogaverunt carnifices, quæ eſſent illæ carnes; laniſtæ vero aſſeruerunt cum juramento quod carnes illæ eſſent è montanis, utiliores, pinguiores ſuavioreſque carnibus aliarum beſtiarum ad veſcendum, aſſaſque tantum igni eas & pipere conditas oportebat comedere. Emerunt autem miniſtri carnes, & præparaverunt illas ignari, dominiſque ſuis appoſuerunt ſuper menſam. Toletano Archiepiſcopo Benedicite incipiente, aliis ſimul inchoantibus, B. Prudentio deferentes ſancti Patres ei innuerunt ut manum levaret & appoſita benediceret. Poſt benedictionem continuo catuli & cati aſſati per totam menſam voce propria grunnierunt. Archiepiſcopus itaque & Epiſcopi nimio terrore perterriti equos petierunt & cum feſtinatione fugerunt. Ita vero recedentes Serram-Albam aſcenderunt, quæ ſupereminens eſt & altior aliis montibus. Itaque B. Prudentius rogavit Archiepiſcopum & Epiſcopos, ut ſpecialia veſtimenta quaſi ad celebrandum ſacrificium induerent, & cum eo ſimul maledicerent nefandos habitatores Garrayæ. Ipſe vero auctoritate Dei fultus maledixit Garrayam cum univerſis habitatoribus ſuis, ſimulque Archiepiſcopus & alii ſeptem Patres cum ipſo. Illico facta maledictione, cecidit ſuper ſceleratos Garrayenſes quoddam genus pediculorum, qui apud Hiſpanos Garrapatæ nuncupantur, & canes & catos mordere ſolent; ut vel in eo cæleſtis vindicta ſui ſceleris eniteret, atque omnes à majore ad minorem laceratione & percuſſione pediculorum mortui ſunt. Ex tunc caſtellum iſtud inhabitabile eſt uſque in hodiernum diem. Hæc miracula & multa alia fecit Deus per B. Prudentium Epiſcopum.

quibus impit pro ferina felium carnes vendi fecerint;

hæ vero in menſam illatæ cum voces ediderint,

diris devotos Garrayenſes à pediculo conſumptos eſſe.

13 *His, quæ ſola totam recentius aſſerti Prudentii Vitam & Acta abſolvunt, alia quædam addit Bivarius, diſtinctum ab eo quem hic damus Prudentium item probatura. In illis eſt diſcrepantia feſti, & alius apud Laturcenſes Sancto, de quo certant, dies ſacer, alius apud Nagerenſes; apud hos Dominicus ultimus Maji, apud illos vigeſimus nonus Aprilis: duorum deinde, in eamdem ante ſe ſententiam quodammodo euntium teſtimonium: primum Floriani Ocampo, qui lib. 1. c. 6 Garrayam inter alias urbes deſcribens:* Garraya, *inquit*, locus ad Soriæ fines, vel eo imprimis nobilis, quod ſuperioribus temporibus Sedes Epiſcopalis fuit: inter complures vero ejus Epiſcopos nemo, ut ſuo poſtea dicemus loco, perinde illuſtris ac S. Prudentius fuit. *Alterum Iuliani Petri, quem recentiori à ſe excogitato Prudentio æqualem vivendo ad annum perveniſſe* MCLX *aſſerit: ex ejus vero Adverſariis hæc depromit:* Probabile eſt duos fuiſſe Prudentios Epiſcopos Tarazonenſes; alterum ſub Diocletiano, qui tranſlatus Cæſarauguſtam ſepelivit S. Encratidem, tranſlatus poſtremo Tarazonam; alterum longo decurſu temporis inferiorem: uterque prædicavit Calagurritanis; hic gentilibus, ille vero Mahometanis, magno cum fructu. S. Prudentius prior floruit anno Domini CCXCVII; poſterior vero anno MCX: prior dicitur Calagurritanus & Cæſarauguſtanus. *Favere ad hæc ait opinioni ſuæ, quod S. Prud. in Acta vocum quarumdam, ut puta* Canonicorum, Tertiæque *Canonicæ horæ ante Miſſam decantatæ meminerint, & corpus cum* reſponſo & oratione *tumulatum prodant. Quæ cum uſum ante annum Chriſti milleſimum in Eccleſia, ut ait, non obtinuerint, ſpectare idcirco contendit ad Prudentium quemdam recentiorem illo, quem ipſe ex Pſeudo-Chronico Dextri ad annum* DLXX *refert. Favere item, quod in iiſdem Actis Mahometis & cultorum ejus Saracenorum mentio eſt: qui dicto anno quingenteſimo ſeptuageſimo noti nondum erant.* D

Alia Bivarii rationes,

C

Ocampi præcipue,

& Iuliani Petri teſtimonium.

CAPUT III.

Expenduntur argumenta Bivarii, excutitur fabula. Acta antiqua partim indicantur, partim requiruntur.

14 *Hæc ſunt Bivarii argumenta, quæ nobis non videntur habere robur, ut prudenter expenſa inclinare quemquam poſſint in conſenſionem cum ipſo, duos Eccleſiæ Turiaſonenſis Sanctos Prudentios admittente. Teſtimonia, corpus Nagerenſibus æque ac Laturcenſibus tribuentia, conciliari commode poſſunt, ſi voci* corpus, *non corpus integrum, ſed partem dumtaxat ſubjicimus. Et ſane unius ejuſdemque S. Prudentii corpus inter utroſque diviſum eſſe, non obſcure inde colligas, quod Nagerenſes corpus quidem, ſed ut ſupra vidimus, capite carens ſervant. Memorati in Actis Mahomet & cultores ejus, favere quidem poſſent Prudentio recentiori cuipiam, ſi alterum de quo hic agimus vixiſſe ante annum ſexcenteſimum eſſet certum: id quidem Chronicum Maximo attribuens aſſerit, ſed gnari rerum hiſtoricarum merito illud contemnunt ut ſuppoſititium. Veſtigantes quæ certa hac de re ſunt, S. Prudentium ante annum ſaltem* DCCCXLVI *vixiſſe antea deprehendimus: de ætate temporum anteriorum, ſi quæ illi tribuenda, nulla uſpiam certitudine inventa. Potuit igitur æqualis fuiſſe S. Prudentius iis temporibus, quibus vocati ex Africa ſectatores Mahometis, objectam ora ſua Hiſpaniam inſederunt, hoc eſt, paulo poſt annum ſeptingenteſimum. Ipſa adhæc Acta eo loco quo de Mahometanis meminerunt, quam imbecillæ fidei ſint vel inde apparet, quod dicant eos Mahometis idolum coluiſſe: certe nec idololatræ Mahometani ſunt, nec pſeudoprophetam ſuum in idolo unquam venerantur.* E

Quibus reſpondetur,

de S. Prudentio ſolli conſtare quod ante an. 846 vixerit,

15 *Nomina* Canonicorum, *Horæ* Tertiæ *canonicæ*, Reſponſorii, Orationis *nihilo magis recentiori Prudentio favent: uſum enim, contra quam inſcite dixit Bivarius, ante annum milleſimum in Eccleſia habuerunt, imo ante annum* DCCCXLVI. *Sed eſto & hæc recentiora ſint, ſicut certo recentiora ſunt nomina* Ximeni *pro* Simone, Ebri *pro* Ibero &c. *nihil aliud hinc conſequitur quam Acta non haberi ſtylo primogenio auctoris coævi; ſi auctor coævus fuit. Iuliani teſtimonium ſe quodammodo ipſum perimit: ſi enim recentiori cuipiam Prudentio æqualis fuit, cur de eo velut ab ætate ſua remoto loquitur? cur duos fuiſſe probabile & non certum potius dicit? Certe in flore ætatis & in eodem ſolo cum recentiore vivens, de illo pronuntiare certo poterat; de priore autem ne per ſuſpicionem quidem aliquam dubitare. Florianus Ocampus apte de Prudentio, quem hic damus, unico, quique ante annum* DCCCXLVI *vixit, intelligitur. Nihil enim vetat credere, inſidentibus ante iſtum annum Aragoniæ oppida Africanis barbaris, & Turiaſonenſem Epiſcopalem S. Prudentii ſedem occupatam ab iis fuiſſe; ſalva interim Garraya, quam ipſe tantiſper & ejus poſteri, nam plures fuiſſe Garrayenſium Epiſcopos ait Ocampus, velut Epiſcopalem ſibi Sedem tenuerint. Quo facit, quod illi, qui Garrayenſem Prudentium velut ab eo quem hic damus diſtinctum tuentur, Epiſcopos iſtius oppidi nec priores illo nec poſteriores ullos proferre poſſint. Morales proſecutus Ocampi annales, & annos, ad quos fuſius ille de Prudentio Garrayenſi locuturum ſe pollicebatur; nulla ne monumentorum quidem minimorum veſtigia adducit: addens ſe de recentiore iſto Prudentio, ſi quidem de illo loquatur Ocampus, in nullo præterquam hoc ſcriptore reperiſſe. Diſcrepantia feſti apud Laturcenſes atque Nagerenſes imbelle telum eſt: pervulgatum enim in Eccleſia eoſdem etiam Sanctos diverſo die coli: maxime quorum tranſlatæ ſunt Reliquiæ, uti contigiſſe S. Prudentio vix poteſt aubitari.* F

Iuliani ſcripta ſuppoſititia eſſe

Ocampum de uno Prudentio nec ita recente poſſe intelligi,

A

narratio-nem de Garrayen-sibus admi-xtam Actis fabu am videri,

16 *Reliquum igitur ſupra narratum Garrayenſium civium facinus erat, & dicta in eos dira à ſuo ſub Alphonſo Bellatore Epiſcopo. Narratio illa, præterquam quod à multis aliis, vel ipſo Bivario teſte ad confictißimas fabulas relegatur, nobis rem totam accurate expendentibus, merito eodem & non alio amandanda eſſe videtur. Quid enim? Prudentio erepta à barbaris Turiaſone, præcipua Epiſcopalium curarum Sede, uni jam Garrayenſi oppido & angußiæ forſan præterea vicinia impendenti ſeſe, tam parva Paſtori in paſcendo afflicto grege ſuo induſtria fuit, ut Sacerdotes ejus, ipſomet inſpectante, adulterari impune auderent? Si auſi, cur malo adhuc in ſuis principiis hærenti ſanctus Præſul non occurrit? Tot autem in uno oppido Sacerdotes habuit, quot ad bellum profecti fuerant cives? Cur autem profecti omnino patres, & non potius adulti eorum filii fuerunt? Tam grave vero tamque ſine intermißione diuturnum id bellum fuit, ut ex quietis quodam intervallo nulli domum, viduas uxores & liberos ſalutaturi, repeterent? Hæc qui conſiderat, merito dicta narrationis fidem ſuſpectam ſibi facit. Iam vero quis credat Regem Alphonſum, ſi tunc adhuc vixit, hanc tam inſignem adulterorum Sacerdotum audaciam impunitam voluiſſe relinquere, caros ſibi milites & poſt longa ſecum bella victores patriis ac propriis ſedibus prohibentium? Vixiſſe adhuc autem id temporis Alphonſum vel ex ipſa dicta narratione colliget is, qui obſervabit ibidem dici, poſteaquam cives oppido ſuo per vim excluſi jam fuerant, & vicino in monte communientes ſeſe Sedes jam fixerant, tum denique Alphonſum è vivis exceßiſſe. Nihil autem apertius rem totam in ſuſpicionem fabulæ vocat, quam concilium inter alia Bituricenſe ibi commemoratum, cujuſmodi nullum ne toto quidem iſto ſeculo fuit: quod videns Bivarius, ne Concilio ſe deſtitutum relinqueret, ad quod per iſta tempora profecti fuiſſe Hiſpani Epiſcopi poſſent dici, cum execranti Garrayenſes S. Prudentio adſtitere, Piſanum anno* MCXXXIV *celebratum gratis arripit, illudque ſcripto illic mendoſe Bituricenſi ſubſtituendum dicit. Omitto dicere, ipſum Garrayenſium factum, Epiſcopis ſelium carnes proferina vendentium, quam ridiculum videatur.*

ex falſa aſſertione Concilii Bituricenſis,

ex facto Alphonſi Turiaſon. Epiſcopatum anno 1119 *Michaëli concedentis,*

17 *Denique ſi, quod volunt aſſertores Prudentii recentioris, ille ſub Alphonſo Rege Turiaſonenſis Epiſcopus fuit, quamquam Sedem non Turiaſone utpote in poteſtate tunc Maurorum adhuc detenta, ſed in Garrayenſi oppido fixerat: ſi, inquam, hoc ita ſe habet, Alphonſus certe recepta anno* MCXIX, *Turiaſoni Epiſcopum ſuum reſtituiſſet; illum præſertim, quem hominem ſanctum, quem à ſua & præcipua Sede exulem, in angußa dumtaxat illius parte verſari hactenus ſciret. At qui cum Turiaſonem deditione recepit Alphonſus,*

C

Epiſcopum ei nomine Michaelem præfici curavit. Ita lib. 1 Annalium Regni Aragoniæ ad dictum annum in hæc verba Surita teſtatur: Turiaſo, *inquit*, quam Chalybs amnis, ex Cauni montis radicibus ortus, interluit, opima & fertili regione & amœnitate, ubertateque agrorum dives, ab hoſtium dominatu eripitur. Ædes ſacra, Eccleſiæque Sedes, Gothicis temporibus clara, inſtauratur. Michael Epiſcopus præficitur, ejuſque diœceſis magna Celtiberiæ parte effunditur. *Michaelem autem iſtum Epiſcopatum ſuum uſque ad annum* MCL, *extendiſſe partim ex dicto Surita, partim ex Brizio in Hiſtoria S. Ioannis de la Peña conſtat; ex Geographis autem habemus Garrayam, Turiaſone quinque circiter paſſuum millibus dißitam, in parte etiam Celtiberiæ numerari. His tamen non obſtantibus, Directorium, pro recitandis Officiis Sanctorum Eccleſiæ Turiaſonenſis anno* MDCLXIV *excuſum, ſacrum cultum gemino Prudentio mandat: priori ad* XXVIII *Aprilis, poſteriori Epiſcopo item Turiaſonenſi ad* XIV *Novembris. Quid tum ſi Didacus Eſcolanus, Epiſcopus Turiaſonenſis, cujus auctoritate Directorium iſtud prodiit, ita ex ſententia Bivarii ſtatuit? Non ille primus nec ſolus eſt, qui præſenti ſeculo Pſeudo-dextrinis ſimilibuſq; figmentis temere creduli, Eccleſiarum ſuarum Faſtos conturbavere, & cordatis atque eruditis Hiſpanis occaſionem dedere juſtarum querelarum.*

qui illum ad annum uſque 1150 *tenuit.*

D

mentio S. Prudentii in Martyrologiis, reliquis.

18 *Inſcripſere S. Prudentium ad* XXVIII *Aprilis Martyrologiis ſuis Ghinius, Molanus, Ferrarius; & Martyrologiū Romanum ita habet:* Turiaſone in Hiſpania S. Prudentii Epiſcopi & Confeſſoris. *Quid ex Reliquiis in varia ſparſum loca fuerit, ita paucis Manriquez in Annalibus Ciſtercienſium memoriæ prodit:* Turiaſona antiqua Sancti Sedes à trecentis fere annis brachium habet, à Prudentianis tranſmiſſum, ingenti dono. Victoria, quæ natale ſolum viro, duobus oſſibus ab iiſdem acceptis gaudet. Horta, regium cœnobium, parvis tribus: denique Hadrianus VI Pontifex duo fragmenta, non magna, ſecum tulit, Romæ in proprio ſacrario recondenda.

Acta ex 4. MSS. edita à Bivario,

19 *Vitam S. Prudentii, velut* à Pelagio ejus nepote & Archidiacono editam, *primus in lucem protulit Bivarius fol.* 549. *Commentariorum in Pſeudo-Maximi chronicon, extractam* ex quatuor codicibus Ferrarienſi, & S. Prudentii, & Buxetenſi, qui, *inquit*, eſt apud me, & Lectionario Ciſtercienſi, *ſed* iis quæ de Garraytano Prudentio ab imperito ſuffarcinatore admixta erant, velut à Pelagio alienis, longe eliminatis & auctori ſuo reſtitutis. *Verum quid ſi hæc eodem omnino ſtylo ſint conſcripta quo cetera? an etiam tunc credendus erit horum potius quam illorum ſcriptor Pelagius? Vereor profecto*

E

ne idem qui fabulam iſtam attexuit, veteris MS. ſtylum univerſum reformarit: & eadem fide qua iſtud addidit, addiderit clauſulam de ſcriptore Pelagio, à ſe forſitan excogitato ad fidem ineptißimo figmento conciliandam. Cur autem folio 552, *daturus Acta Prudentii Garrayenſis, profitetur Bivarius ea ſe dare* ex duobus *dumtaxat* MSS. codicibus decerpta, *ex* Laturcenſi *ſcilicet S. Prudentii,* & Ferrarienſi, *ubi fuerant permixta Actis S. Prudentii? An à Buxetenſi & Ciſtercienſi MS. ea fabula aberat? Tunc utique ea majoris apud nos fidei forent & ſola citari mererentur, maxime Buxetenſia, quæ ſtylo ab aliis nonnihil diverſo ſcripta eſſe, à Bivario indicatur.*

ſinceriora fruſta expetita,

20 *Suſpenſo igitur de auctoris nomine, ætate & ſinceritate judicio; dabimus Vitam in fide Bivarii, donec Buxetenſis MS. egraphum aut aliud ſimile nobis ſuggerat aliquis, quod hactenus non potuimus obtinere; licet Turiaſonenſis civitatis* Juſtitiarius ac Judex ordinarius D. Petrus Perez, ejuſdemque urbis Conſules ac Senatores D. Ludovicus de Caſavade y Blaſco, D. Antonius de Rama y Aziona, D. Antonius Navarro, D. Franciſcus del Corral, D. Laurentius Bonel, *intellecto P. Bollandi obitu, ad ejus ſucceſſores anno* MDCLXVI XX *Septembris, per ſuum* ſecretarium Joannem Franciſcum de Arnedo

F

ſcribendas mandaverint litteras, & propria cujuſque eorum ſubſcriptione firmarint, quibus ſuæ urbis Sanctos tutelares enumerabant, & ad ſuggerenda quæcumque opus eſſet monumenta promptam teſtabantur voluntatem. Sed idem qui prædictos Illuſtres Dominos ad eam ſpem nobis faciendam impulerat, Hieronymus Xaray de Morales, eamdem fecit eſſe irritam. Cum enim ex reſponſo didiciſſet, de ſecundo Prudentio dubitari hic, an unquam in rerum natura fuiſſet; neque recipi chronica ſub nomine Dextri, Maximi & ſequacium vulgata, quibus ille ut ſacerrimis omnem volebat fidem dari; ſubtraxit ab opere cœpto manum, & quæ ſibi fuerant à Senatu mandata exequi diſſimulavit. Profitemur interim Senatui Turiaſonenſi gratias à nobis deberi, pro eo quod pie voluit; optamuſque ut alium nanciſcatur voluntatis ſuæ executorem fideliorem.

Tamaji ſuſpecta in hu fides,

21 *Libentius quoque profitemur ex Bivario quam ex Tamajo dari à nobis Vitam S. Prudentii; non tantum quia hic ab illo ſumpſiſſe præfatur, ſed vel maxime quia convictus eſt apud nos Tamajus multiplici experimento, pro ſinceris antiquorum ſcriptorum egraphis, venditare Vitas arbitrio ſuo interpolatas. Atque ut ne longius abeamus, vide quæſo ad* XIV *Novembris ſecundi, aut verius fictitii Prudentii Acta, qua ſinceritate tranſcripſerit ex Bivario. Aliud hic nihil in ſuis qualibuſcumque Mss. invenerat quam quæ* §. 2 *expoſita à nobis ſunt; Tamajus capite & cauda mutilam cenſens*

narrationem,

A narrationem, utpote extractam ex alterius Prudentii Actis, præmisit exordium de genere & patria secundi: deinde addidit conclusionem de vita extrema atque obitu illius; & antequam veniat ad Translationem corporis Naxeram sub Rege Garzia, ita scribit: Ejus corpus in ejus ecclesia conditum est, ad cujus sarcophagum hoc epigramma fuit incisum.

& epitaphium ab eo propositorum,

Iste Tyrasonæ fuit (his si credimus Actis
Quæ vidimus) Præsul castus, humanus, acer.
Castus: nam plebis studuit componere turpes
Incestus: prudens, sed ruda turba nequit.
Tunc & humanus erat: quia dum præponere vitâ
Ob pacem cuperet, nil nisi blanda valent.
Hinc acer, hinc rigidus maledicit civibus urbis
Omnibus: & tandem Sanctus ad astra volat.
Obiit in pace Antistes, cum sæpe kalendas
Decembrisque novem bis agit orta dies.

ERA MC LXXII.

impostura arguitur.

22 *Si quæras Vnde hæc? respondet hoc* XXVIII *Aprilis,* ex meo Codice MS, *unde scilicet tam multa toto Hispanico Martyrologio sparsa epitaphia sub nomine, modo Iuliani Petri, modo Auli Haly, modo nullius; sed (quo ipsa se prodit impostura) unius ejusdemque venæ ac styli omnia, quamvis diversissimis locis, temporibus & auctoribus tribuenda essent singula, si vere antiquitus composita fuissent. Ad quod persuadendum frustra styli barbaries affectatur, quando ipsa est talis, ut suæ novitatis ipsamet indicia præferat, dum solœcismis utitur ab antiqui ævi solœcismis omnino dissimilibus. Adeo ut de illo Codice Tamaji omnino debeat judicari, post ea quæ sæpe refutavimus Pseudo-chronica, confictum esse Carminum librum, & Tamajo obtrusum ad tot caduca commenta fulcienda: nisi quis suspicari malit ipsummet Tamajum auctorem esse istorum carminum; quæ junior, & in Dextri, Maximi, Iuliani nominibus admirandis tota contemplatione defixus, compegit, nihilo tunc Poëta melior, quam postea historicus accuratus & fidelis.*

B

CAPUT IV.

Acta S. Prudentii ex antiquis MSS. edita à Bivario.

In Commentariis ad Chronicon M. Maximi fol. 537.

Pueritia pie acta,

23 PRudentius, Episcopus Tyrassonensis, in Hispania ortus fuit, parentibus secundum seculi dignitatem locupletibus, in fide Christi claris, & in bonis actibus optime devotis: qui susceptam prolem, ab ipsa pene infantia, cœperunt fide sancta ac litteris erudire. Ille vero, divina inspirante clementia quamvis puer esset ætate, tamen virtutibus cingebatur: ut & cunctos coævos superaret sapientia, & Scripturas sanctas, quas legebat, pene omnes memoriter retineret. Erat enim tam sacro ingenio & mansuetudine pollens, ut discordes coævos suos velociter ad concordiam pacis revocaret, & ipse jejunans cibo proprio pauperes aleret. Meditabatur adhuc infans Dei verbum, & fidem quam postea Pastor docuit. *a* Igitur, ut diximus, Prudentius è patre nobili ac religioso, nomine *b* Ximeno, extitit procreatus, & ex villa, quæ vocatur *c* Armentia, fuit oriundus: cujus generis linea semper floruit, nobilitatis religiositatisque norma generosissima claruit.

C

a

b

c

transit Iberum,

d

24 Cum autem puer Prudentius ad quintum decimum pervenisset annum, & totus integerrime in Dei amore flagraret; patria parentibusque relictis transivit alveum, qui nuncupatur *d* Ebrus: atque in ipsa nocte cum Pastoribus quibusdam quiescens, totam noctem in Dei laudibus transegit: psalmodiam corde perfecto retexit; pastoresque incredulos fidem Catholicam ac verbum Dei docens, erraticam & immundam bestialemque eorum vitam, sancte, & religiose corrigens, eosdem in pluribus emendavit. Mane facto valedicens pastoribus recessit: itinere aggresso usque in Serram-Albam pervenit: capere iter non desistens in virentibus locis super torrentem, qui *e* Dorus dicitur, descendit; atque ipsa nocte in quodam molendino cum paucis hospitatus est. In eadem nocte famam audivit, quod in concavo lapide super ipsum fluvium quidam Eremita maneret. Quo audito gratulatus corde, orto sole arripiens iter circa locum illum pervenit; ex alia parte fluminis introitum speluncæ in arduo loco prospexit. Sanctissimus vero puer Prudentius, intra se considerans, qua arte torrentem transiret; huc & illuc cœpit gyrovagans ambulare, à Deo postulans consilium perfecto corde. Sic deambulans frequenter contra foramen speluncæ aspiciebat, septemque Psalmos Pœnitentiales canebat. Exiens autem de oratorio suo Eremita, ad ostium speluncæ prodiit, videnque puerum miratus est, quomodò sic incaute ambularet. Qui voce multa insonuit, puerque audiens illum respexit; hominemque Dei super lapidem stare videns, gaudio est repletus; & in Deo perfecte confidens, super undas Dorii sicco vestigio transiit, & rupem ubi spelunca erat ascendit, pedesque hominis Dei amplexatus est.

D

e

& circa Durium,

E

f

invento S. Saturio se jungit:

25 *f* Saturius vero (sic enim vocabatur Eremita) videns tantum miraculum, quod aqua sicco vestigio transituro se præbuit puero ad calcandum, tremens ad terram cum lachrymis juxta puerum se prostravit. Ibi fere una hora ambo lacrymantes jacuerunt, unus ab altero petens benedictionem. Eremita vero cum non posset puerum vincere; porrecta manu elevavit eum à terra: signansque illum signaculo sanctæ Crucis, & per manum trahens in oratorium intromisit. Post orationem multa eum interrogavit: in primis, ut discipulum ad erudiendum susceperit, quem postea eruditum in bonis velut magistrum dilexit; quia tantam in eo gratiam Deus collocaverat, ut venerabilis & mirabilis esset ceteris, non solum à mediocribus verumtamen à senioribus honore præventus. Mansit autem sanctus puer in eadem spelunca cum prædicto viro Dei fere septem annis: & ambo velut animalia duo, diu noctuque ruminantia pascua divina, una in vita laudabili perstiterunt: quousque felix anima Saturii Domino invitante, de hujus valle inediæ ad mensam Domini pergeret saturari.

adultior Calagurri prædicat,

26 Disponente itaque Deo actus præfati juvenis, idem jam optime eruditus speluncam quam prædiximus reliquit, & clausit ostium. Qui semper Deum præ oculis habens, ad civitatem *g* Calagurrienſem, non longe à flumine Ebro sitam, ubi multi à fide defecerant, accessit. Cum autem cives Calagurritani essent ad saniorem mentem monitis & prædicatione Prudentii, & ad tramitem veritatis reducti; ejus urbis Episcopus *h*, revelatione Angelica præmonitus, elegit B. Prudentium in *i* Ecclesiæ suæ Canonicum. Itaque vir Dei Prudentius, præcepta Dei fideliter & operose custodiens, superni Regis obsequio se totum jugiter impendebat. Cumque non possit abscondi civitas supra montem posita; pervenit ejus fama, quæ diutius latere non potuit, ad omnes vicinas urbes & castella: infirmique variis languoribus afflicti ad pedes ejusdem Beati afferebantur, atque sanitatem ipsius meritis recipiebant.

F

g

h

i

Turiasonem mi- grat,

27 Enimvero cum populi favorem sibi applaudere nollet; divino instructus spiritu certo tempore ex eadem urbe occulte abiit, urbemque Tyrassonam humilis adiit. Ingressus urbem frequens in ecclesia Sacristis sociatus est, & officium sibi injunctum humili solicitudine exercens ut ovis, Pastor futurus, in ecclesia sine querela permansit. Tempore peracto mortuus est Sacrista, & in loco ejus B. Prudentium constitui judicaverunt idoneum. Sub quo degens

officio

officio ad ſacros Ordines promotus eſt. Procedente tempore ejuſdem Eccleſiæ Archidiaconus obiit in Domino: & quia Prudentius in rebus eccleſiaſticis prudens inventus eſt, Dei nutu, qui eum gradatim ad majora trahebat, Archidiaconus favore omnium ſubſtitutus eſt. Qui quaſi bonus diſpenſator Archidiaconatum viriliter rexit, & præcepta Chriſti corde devotus implevit; orphanos recreando, pauperes viſitando, omni clero Eccleſiæ conſulendo, ſua largiter pauperibus erogando, diſcordantes in bonam partem reformando. Tantis etiam in eo loco refulgebat virtutibus, ut ægroti de locis adjacentibus & remotis ad eum affluerent: quibus Deus beati viri precibus & ſanctæ ſignaculo Crucis ſanitatem priſtinam annuebat.

ubi Archidiaconus,

28 Dehinc Tyraſſonenſis Epiſcopus, gravatus infirmitate, cum ſanctis Patribus obdormivit in pace. Poſt obitum ipſius Epiſcopi, multis Clericis & laicis & mulieribus per Spiritum ſanctum in juſſione Angeli manifeſtatum atque revelatum eſt, ut electio ſuper B. Prudentium Archidiaconum firmaretur. Septimo die poſt ſepulturam Præſulis, Clerici omnes civitatis, ſimulque cives, orphani & pauperes, à majori uſque ad minimum, congregati ſunt, & una voce electionem ſuper eumdem præſentem Prudentium Archidiaconum clamaverunt, aientes: Curam Epiſcopalem B. Prudentius ſuſcipiat & Cathedram: quia eſt pater omnium noſtrum, & conſolatio infirmorum & refectio pauperum. Domino itaque concedente electione ſolenniter facta, poſt ſexdecim dies conſecratus eſt Epiſcopus, in ipſa eccleſia Tyraſſonenſi.

& tandem Epiſcopus eligitur,

B

29 Vixit longo tempore B. Prudentius, cum magna dilectione & humilitate, in Epiſcopatu ſuo: & ubi diſſenſio & ſchiſma erat vicinis urbibus, idem beatus vir tam Clerum quam populum diligenter in pace reformabat. In diebus illis *k* cum ad pacem componendam inter Oxamenſem Epiſcopum & Clerum ejus Eccleſiæ advocatus veniſſet, & prope Oxamam eſſet; duo tintinnabula, quæ in feſtivis diebus ad Tertiam pulſari ſolita erant, Deo præcipiente in adventu B. Prudentii ſine tactu hominis ſonuerunt, uſque dum ante Altare in oratione ſe proſtraret. Epiſcopus & Clerus Eccleſiæ cum magna reverentia eum admiſernnt, cognoſcentes proculdubio ipſum eſſe Sanctum Domini. Manſit autem idem Pontifex Tyraſſonenſis per triduum in Oxama civitate; & diſſenſum, quem inimicus pacis ſeminaverat inter Epiſcopum & Clerum eiuſdem urbis, Deo volente penitus diluit: & ipſius meritis exigentibus Dominus pacem reddidit Eccleſiæ Oxamenſi. Iam vero die adveſperaſcente omnibus dicens, Valete, ad cœnam cum Clericis reſedit. Poſt horam Completorii oratione facta lectum petiit; & ut conſuetus erat ſeptem Pſalmos pœnitentiales cecinit, & ſigno ſanctæ Crucis ſe munivit, & illico obdormivit. Tranſacta hora gallicinii, ſomno evigilans, tanta infirmitate gravatus eſt, quod Clericos ſuos vix vocare potuit. Qui audientes vocem ſanctiſſimi Patris ſui cito ſurrexerunt, omneſque ante eum venerunt. Qui videntes, quod tanta gravaretur infirmitate, monuerunt eum, ut Corpus Chriſti acciperet. Viatico vero ineffabili devotione accepto, revelatione Spiritus ſancti omnibus aperte prædixit diem & horam ſuæ diſſolutionis.

pacis cauſa profectus Oxamam,

k

C

in morbum incidit,

30 Pelagius igitur Archidiaconus ſuus, poſt tertium diem videns & cognoſcens, quod jam Dominus eum de via ad patriam vocaret, ſic ipſum adlocutus eſt: Pater, dies obitus tui appropinquat: poſt obitum tuum ubi vis ſepeliri? Beatiſſimus Prudentius reſpondit: O Pelagi, ſcit Dominus meus Jeſus Chriſtus ubi corpus meum ſepelietur. Sed precor veſtram benevolentiam & præcipio, ut corpus meum imponatis ſuper mulum, cui inſidere conſuevi; & ubi requieverit ibi ſepulchrum mihi parate. Itaque venerandus *l* heros die & hora, qua prædixit, migravit ad Chriſtum, fide plenus, ſanctitate illuſtris, amator pacis, & doctor mirabilis. Facta eſt ergo diſſenſio inter Clericos S. Prudentii & Clerum Oxamenſem, volentem ad hoc intendere, ut Beatum Corpus apud Oxamam retinerent. Pelagius vero Archidiaconus, volens ſedare diſcordiam, Clericos Oxamenſes ſic affatus eſt: Fratres cariſſimi, jurgia inter nos deleantur; à quibus ſe permiſerit à loco moveri, ipſi corpus accipiant. Quæ res omnibus placuit. Illico Oxamenſis Epiſcopus & omnis Clerus ſuus cum ornata proceſſione ad feretrum acceſſerunt, & movere illud non potuerunt ullo modo, in labore totum diem ac noctem fruſtra expendentes.

ex Mss.

l

Oxamenſibus immobile corpus,

& à Turiaſonenſibus facile ſublatum,

31 Alia die poſt celebratam Miſſam, Clerici Tyraſſonenſes, qui beati Viri obſequentes erant diſcipuli, ſtraverunt mulum; & corpus venerandum leviter ab eccleſia trahentes, illud ſuper mulum impoſuerunt. Valete omnibus dicentes & gratias reddentes, mulum in viaa bſque ductore miſerunt, & poſt eum perrexerunt. Mulo autem ſic tota die ſubſequentibus Clericis præeunte, idem animal beatam ferens ſarcinam, vbi dies occaſum petiit, metam fecit itineris & quievit. Supradictus igitur Pelagius & alii putaverunt, quod Sanctus elegiſſet illic ſpeluncam: volenteſque deponere corpus minime potuerunt. Alia die ante ſolis ortum mulus ſe cum corpore erigens, iter incœpit, atque illa die multorum arduitate locorum magnis conatibus ſuperata, declives valles deſcendit: & tranſacto torrente, qui *m* Lecia nuncupatur, aſcendere rupem terribilem & deformem cœpit. Præibat animal, Archidiaconus & alii Clerici veſtigia ejus ſequebantur fatigati, laſſi, cruciati, paventes atque mirantes; quomodo mulus cum tali impetu illum terribilem locum aſcendere poſſet. Circa horam nonam pervenit jam prope ſummitatem, & ſe flexit in dexteram partem ubi erat ſpelunca. Ibi introivit mulus cum corpore S. Prudentii, & genu flexo ibidem pauſavit. Pelagius vero Archidiaconus & qui cum eo erant, feretrum ſanctum in terra deponentes, cereos & candelas accenderunt, & poſt orationem cibum ſumpſerunt, & per totam noctem orationibus inſtiterunt. [Sepultus eſt B. Prudentius, Pridie Idus * Aprilis, à filiis cum magna devotione] *n* Pelagius humilis ejus in vita & obitu Archidiaconus, plus humili & veraci ſtylo, quam ſublimi ſermone & compoſito, hæc de vita ejus breviter deſcripſit: & in loco ſepulturæ eccleſiam magno ædificio fundavit: in quo omnipotens Deus multa & magna miracula, pro amore ſui Confeſſoris, operatus eſt ipſe, cui eſt honor & gloria, poteſtas & imperium, per immortalia ſecula ſeculorum. Amen.

E

m

miraculoſe in proprio loco deponitur.

F

n

** imo Maji.*

Vita fertur à Pelagio ſcripta.

ANNOTATA.

a *Hic videtur incipere alterius MS. contextus, ut ex duobus exodiis unum conflatum ſit.*

b Ximeni, *nomen recentioris notæ eſt, quam ut alicui poſſit in Hiſpania aptari qui ante Gotthorum tempora vixerit: adeoque vel hinc (ſi hoc verum patris nomen eſt) poterit argui non admodum antiquum eſſe filium, & ad ſeculum 7 vel 8 ſpectare.*

c Armentia, *in Breviario Benedictino, ſub annum* 1607 *Conimbricæ excuſo, perperam* Armenia Cantabrorum *dicta, urbs olim Epiſcopalis, nunc vicus,* collegio Canonico in Victoriam proximam urbem tranſlato, *uti docet Ferrarius in Lexico.*

d Ebrus, *antiquis* Iberus, *Hiſpaniæ fluvius nominatiſſimus, quod alterum ſtyli recentioris indicium eſt.*

A e Dorus, *vulgo* Duoro, *antiquis* Durius, *Caſtellam veterem interluit : ſpatium inter utrumque fluvium à Victoria ad Vxamam (circa hanc enim videtur requirenda eſſe* Serra-alba) *intervallum eſt* 20 *milliarium Hiſpanicorum :* Uxama *autem, de qua infra, vulgo* Oſma *dicitur.*

f S. Saturii corpus, *inquit Bivarius*, debito cum honore ſervat eccleſia Sorienſis, *inter Vxamam & Turiaſonem : Vitam ejus Tamajus dat* 2 *Octobr. quando à vicinis oppidanis eum annuo cultu ſcribit honorari, licet nulli Martyrologio inſcriptum nomen inveniatur.*

g Calagurris *vulgo* Calahorra, *media fere inter Iuliobrigam & Turiaſonem via, ad Auſtralem Iberi ripam, unde proximam Vxamam ad Durium ſitam reſpicit.*

h *Morales hunc Epiſcopum* Sanctium *vocat.*

i *Notarat Bivarius in margine, quod mallet* Clericum *quam* Canonicum *dici, offenſus vocis, ut putabat, novitate. Tamajus, familiari ſibi in antiquis ſcriptis interpolandis uſus licentia, vocem* Clericum *è margine in textū tranſtulit.* D

k Fuſius Buxetenſis codex, ſed in eamdem ſententiam, hæc proſequitur, *inquit Bivarius in margine : cum autem ab eodem codice etiam abſit Garrayenſis fabella, puriorem textum in eo contineri judicamus.*

l *Quis dubitet, quin vox* heros *in ſacris ſcriptis notabilem quoque ſtyli novitatem prætendat ?*

m Lexia torrens, *is eſſe videtur, qui novello adhuc & parvulo Durio ad Soriam urbem ſe conjungit, ubi veteris Numantiæ monſtrantur reliquiæ, & Garraya notatur in tabulis, ſatis ſæpe jam nominata.*

n Hæc verba deſunt in Codice Buxetenſi, *inquit ad Marginem Bivarius. Vitio ſane non carent, ſi S. Prudentius* 28 *Aprilis obiit : ideo pro* Aprili *legendum* Majum *omnino exiſtimo. Quæ autem hic ſequitur concluſio, cum non videatur eſſe ipſiuſmet Pelagii, ſatis clare innuit ſtylum à recentiori auctore mutatum hic h aberi.*

DE B. LVCENSI SEV LVCHESIO,

D.P. *IVXTA PODIVM-BONITII IN HETRVRIA.*

AN. MCCLX B *Fundato Podii Minorum conventu,*

Locum, *qui à Montano ſitu* Podii, *à conditore ſeu poſſeſſore* Bonitii *nomen habet, vulgo* Poggi-Bonzi, *circa annum* MCLVI, *ſui juris Senenſes fecerunt, ſolis paſſuum* XV *millibus diſtiti : errat enim Gonzaga, cum ipſum ait media fere inter Senas & Florentiam via occurrere, à qua duplo pene intervallo diſtat. Ex illo eoſdem cum Senenſibus hoſtes, eamdem fortunam experti incolæ, circa annum Dominicæ Incarnationis* MCCXX *B. Franciſco, fama ſanctitatis clareſcenti, obtulere in vico Camulduli ædiculam B. Mariæ ſacram, per publicum inſtrumentum, quod adhuc in tabulario communi dicitur aſſervari. Hic autem & Fratrum Minorum conventum ibi conſtituit, & piis quibuſdam ſecularibus conjugatis Ordinis ſui habitum impertiens, Tertiariorum Inſtitutum eſt exorſus, quibus paulo poſt conſcripſit Regulam, à ſummis Pontificibus approbatam. Primus omnium fuit is de quo agere inſtituimus,* Lucenſis *Latino nomine, vulgari & uſitatiore* Lucheſius *appellatus; à S. Antonino etiã* Lucius, *ita loquente de eo 3 parte tit. 24 cap 7 §. 3,* Anno Domini MCCXXI Beatus Franciſcus inſtituit tertium Ordinẽ, qui dicitur Pœnitentium, propter illos qui matrimonio juncti facere pœnitentiã flagitabant, quorum primus fuit quidam ſanctus homo, dictus Lucius. *Idem prædictũ locum ſui corporis depoſito celeberrimũ poſtea reddidit. Idem dico, eo quod nullo idoneo fundamento diverſum faciant aliqui, quos ſequens Arturus in Martyrol. Franciſcano* Lucio *attribuit* XXVIII *Auguſti, & præſentem* Lucheſio.

ibid. in inſtituitur Ordo Tertiariorum,

quorum primus B. Lucheſius,

C 2 *Quamdiu ille ſub tali inſtituto vixerit, ignorare ſe fatetur Waddingbus ; nec enim in eã quam ſolam habuit Vita annus mortis exprimitur, ideoque obitum ejus refert ad annum* MCCXLI ; *ſed alia quam primo loco dabimus annum* MCCLX *nobis ſuggerit. Neque vero multo citius potuit obiiſſe. Qui enim in caſtro Barberino, conventui Minorum circa annum* MCCC *fabricato præfuit Guardianus, quando miraculum contigit relatum num.* 50, ſancti viri tumulo & funeralibus interfuerat. *Secuta mox ad defuncti corpus miracula teſtimonium dedere ſanctitati ; & priuſquam ipſum tumulo inferretur, accurrenti ad venerationem populo biduum dandum fuit. Humatum illud deinde eſt, ſic ut à communi ædiculæ illius pavimento nihil emineret ſepulcrum ; quod occaſionem dedit ſanandi pueri, ſuper ipſum ignoranter ſtantis. Secutum paulo poſt bellum eſt inter Podienſes & San-Geminianenſes, quorum hi Florentinis Guelfis, iſti Piſanis & Senenſibus Gibellinis adhærebant ; & victoria ex parte Geminianenſium ſtetiſſe videtur : nam & captivi ex Podienſibus abducti ſunt aliqui, quorum unus S. Lucheſii miraculo libertatem recuperavit, & in Piſano illius temporis chronico apud Vghellum tomo 3 col. 892 leguntur* Piſani, anno MCCLXII, donaviſſe libras quingentas pro reædificatione eorum maurorum : *quod notabilem eorum labem eo tempore factam indicat, aut grandem ad nova bella apparatum.*

obiit anno 1260,

cujus miraculis mox clareſcentis,

3 *Paulo poſt oportet ſcriptam fuiſſe antiquam beati viri Legendam, cujus meminit poſterior vita ; ex qua etiam colligimus, miracula aliqua publicis inſtrumentis ſignata fuiſſe, in fide teſtium juratorum, quos inter Fr. Ildebrandinus fuit, conventus totius ipſiuſque Beati Confeſſarius, uti apparet num.* 35. *Ea legenda utinam adhuc exiaret ! vicem ejus ſupplebit epitome inventa in Compilatione cujuſdam Legendæ Florentinæ, quæ in Bibliotheca Laurentiana pluteo* XX *aſſervatur, ubi poſt Vitam S. Zenobii, novo ſtylo à collectore expolitam, ſequuntur vitæ aliorum tum Florentinorum tum Feſulanorum Sanctorum*, additis etiam aliquibus extravagantibus, à compilatione tam nova quam antiqua *Legendarii, in eccleſia Florentina tunc uſitati, omiſſis*, viſa eorum inæſtimabili in Chriſti nomine probitate, *videlicet* de S. Benigno Abbate *Vallumbroſano* XVII *Iulii*, de S. Verdiana Eremita ceu Cellaria in Caſtro Florentino 1 *Februarii*, De S. Lucenſi *de quo hic agimus, ac denique* de S. Fina *cujus vitam dedimus* XII *Martii : quod opus præfatur compilator eſſe à ſe* ex diverſis libris collectum anxie, & levi ſtylo narratum lucide, ad vitationem laboris ex his prædicare volentium. *Vbi quoniam de B. Lucenſi poſtremum eſt miraculum, factum* tempore guerræ inter illos de Podio-Bonzi & S. Geminiani, *cetera vero omnia anteriora videntur ; merito judicamus hanc eſſe antiquioris Legendæ epitomen.* E *Vita paulo poſt ſcripta,* F

hic in compendio datur,

4 *Miraculis porro ſic coruſcantibus, elevatum eſt à terra ſepulcrum ; ſeorſimque poſito, quod cum marito fuerat tumulatum, uxoris Bonæ-donnæ cadavere, ſanctique Lucheſii capite ad publicam venerationem extracto ; reliqua oſſa ornatius collocata ſunt. Cum vero anno* MCCLVIII *Carolus Andegavenſis, Neapolitanus Rex, Podium-Bonitii, occupatum armis, in poteſtatem Florentinorum tranſtuliſſet & hi, Senenſium partiumque Ghibellinarum odio, ipſum ; funditus everterent, habitatoribus ad plana deductis, ubi hodie* Podium-Bonitii *nominatur & cernitur*, ad quingentos paſſus à loco *priori ; tanta fuit B. Lucheſii veneratio, ut conceſſo Alemanis corpore Bonæ-donnæ, in Germaniam auferendo, ipſum nemo auſus ſit loco movere. Ita ex omnibus publicis privatiſque ædificiis, illæſa ſteterunt domus & eccleſia Fratrum Minorum, ipſo ubi nunc quoque perſiſtunt loco : qui anno* MCCCXIII (*cum novum* Podii-Bonitii Burgum *Gelfi combuſſiſſent, ne Imperialibus adverſus Florentiã receptum daret*) *cœpit reſtaurari mandato Henrici Imperatoris, inchoata muri quæ adhuc ſupereſt parte, &* Podium-Bonitii Imperiale *vocari. Sed irritus fuit hic conatus, digreſſiſque Imperialibus ceſſatũ ab opere eſt, & prohibiti cives à Florentinis amiſſas domos alibi reſtaurare quam in plano, ubi hodieq; ſuperſunt : ſic burgum in plano reſurrexit, arx aut potius arcis initium manſit in monte, eodem utrobique nomine.*

ſecuta deinde elevatio corporis,

& Podii ſuperioris deſtructio an. 1268

& aliqua reſtauratio anno 1313.

5 Prius

A *interim Gregorius X an. 1273 cultum probavit,*

5 *Prius autem quam hæc contingerent, accidit Gregorium X, Pontificem maximum, anno* MCCLXXIII, *qui ad Lugdunenſe Concilium proficiſcebatur, tranſitis Senis etiam ad Podium Bonitii accedere, eaque occaſione priſtino B. Lucheſii cultui addi Pontificiæ auctoritatis robur. Rem audi ex Gonzaga*: Exornatur hujus monaſterii eccleſia quibuſdam Sanctorum corporibus; inter quæ præcipuum eſt corpus B. Lucheſii, cujus caput cum in ſacriſtia à Fratribus honorifice ſervaretur, ad Gregorii decimi Pontificis Max. fortuito inde tranſeuntis, præceptum, in ignem projectum eſt: quo tamen ſeipſo inde exiliente, præcepit Pontifex, ut ipſum Fratres proceſſionaliter geſtare poſſent. A quo tempore ſingulis annis, eo die Dominico qui Paſſioni Salvatoris dicatur, convenientibus populo & Clero, cum maxima veneratione à conventu ad oppidum uſque defertur, indeque ad proprium locum reducitur. *Addit Waddinghus*, quod huc uſque obſervatur: & per multos annos in ſolenni ejus die, qui celebratur in die S. Vitalis Martyris XXVIII Aprilis, fiebat de eodem eccleſiaſtica commemoratio, donec Fratrum incuria deſuevit. *Deinde* ſuccedentibus annis, *ut ſcribit prælaudatus Gonzaga*, cum plurimæ eleemoſynæ ad B. Lucheſii ſepulcrum, ibidem erectum, à fidelibus offerrentur (coruſcabat ſiquidem maximis miraculis) pulchra ſatis eccleſia, demolito antiquiori ſacello, in honorem Sanctorum Franciſci & Lucheſii ex eis conſtructa, atque ipſum monaſterium ampliatum reſarcitumque eſt, *quod quomodo circa annum* MCCCCXX, ſub beato Patre Bernardino de Senis à conventualibus ad Obſervantes *tranſlatum ſit, memorabili ad poſteros exemplo, fuſe narrat Gonzaga.*

& nova ſub ejus nomine eccleſia ſtruitur:

B *tranſcribitur anno 1477 nitidius Vita,*

6 *Ex his Obſervantibus unus fuit is, cujus manu extat tranſcripta recentior ampliorque Vita, ſub hoc titulo,* In nomine Domini. Incipit Prologus in Legenda B. Lucheſii, tertii Ordinis B. Franciſci de Podio-Bonitii, ſcripta per me Fr. Bartholomæum de Colle, exiguum Ordinis Minorum Prædicatorem, ad laudem Dei & animarum ſalutem, MCCCCLXXVII. *Ad calcem hæc leguntur*: Explicit Vita & Legenda B. Lucheſii, Tertii Ordinis S. Franciſci, cui idem glorioſus Franciſcus, ut ſupra in Legenda prædicta declaratum eſt, propriis manibus Religionis habitum contulit. Spectat autem & pertinet hæc Legenda ad uſum Fratrum Minorũ loci ſeu Conventus Podii-Bonitii; in quo dictus S. Lucheſius primum à B. Franciſco indutus eſt, & in ſui nominis titulo eorum poſtea eccleſia dedicata. Compilata vero fuit hæc Legenda prius à Venerabili in Chriſto P. Fratre Bartholomæo de Toſomæis de Senis, Ordinis Minorum in Conventu Senenſi, anno ab Incarnatione Domini * MCCCLXX, tempore Urbani V. Quoniam vero vetuſtate jam conſumpta, in aliquibus etiam partibus caduca, undique inſuper, credo ſcriptorum vitio, corrupta, & certe ſatis inculta erat; abſque alicuius ſententiæ aut ſenſus mutatione, reformata fuit & propria manu deſcripta per Fr. Bartholomæum Lippum de Colle Vallis Elſæ, ejuſdem Ordinis Prædicatorem exiguum atque indignum, anno ab Incarnatione ejuſdem Domini Jeſu Chriſti MCCCCLXXVII, tempore Sixti IV, Pontificatus ejus anno VI.

C *à Bartholomæo de Tolomeis compoſita, *imo 1320 tempore Joannis XXII.*

per Bartholomæum à Colle virũ ſanctum:

7 *Hic eſt ille Bartholomæus, de quo, ſancti hujus laboris præmium intra annum aſſecuto, & ſui corporis depoſito una cum corporibus B. Lucheſii, Marchionis à Cortonio, & Franciſci à S. Stephano eccleſiam iſtam ditante, ſcribit Gonzaga, quod* à beato Patre Capiſtrano, Peruſii in publica platea, cum aliis pluribus Scholaribus atque Doctoribus, Seraphicæ Religionis Franciſcanæ habitu indutus fuit, & in ſacro monaſterio Montis-Sion Guardianum aliquando egit, ac tandem anno Domini MCCCCLXXVIII, hoc in loco bonis operibus plenus migravit ad Dominum. *Pluribus opus non fuit*

AUCTORE D. P.

Franciſcani Martyrologii compilatori Arturo, ut ipſi ſociiſq; arbitrio ſuo definiret annuum commemorationis diem: & Bartholomæum quidem diei XV *Martii; Marchionem vero ſive Marcum & Franciſcum, hunc* VI. *Februarii, iſtum* XVI *ejuſdem menſis attribueret, addito ſingulis titulo Beati: quod & nos libenter faceremus, ſi aliquod publici cultus eiſdem delati argumentum proferretur. Nunc ea tantum cauſa hæc proferimus, ut ſciatur, quam de ſe opinionem reliquerit Bartholomæus, reconcinnator Vitæ, cujus nobis notitia primum ex Silvano Razzio & ſcriptoribus Franciſcanis facta eſt; exemplar vero humaniſſime curatum nuper à Sereniſſimi Principis Hetruriæ inſtructore Bernardo Benvenuti, cui grave non fuit hac ſola de cauſa venire Florentiam, ut ipſum traderet eruditiſſimo atque hujus operis ſtudioſiſſimo Antonio Magliabechio, ipſius Magni Ducis, & patrui Leopoldi Cardinalis familiari intimo, Antuerpiam tranſmittendum, prout anno* MDCLXXI *factum eſt.*

quæ etiam datur,

8 *Ceterum non ſub iſtius Bartholomæi nomine, ſed alterius ſenioris Vita datur: quoniam ſecundus ſcriptor adeo religioſe tenuit prioris ſenſum, nihil addens aut detrahens, ut nec ea quidem verba mutaverit, quæ prior in ſua ipſius perſona loquens ſcripſit, tam in Prologo quam in contextu num.* 49. *Quod ſane felicius ei ceſſit, quam conjectura de ætate auctoris; in qua eum decepit ambiguitas cyfræ* 2, *antiquo more formatæ, ita ut à* 7 *vix diſtingueretur. Hinc annum ſignavit* 1370, *& explicationis cauſa addidit*, tempore Urbani V, *illo anno exeunte defuncti; cum ſcribendum eſſet* 1320, *quando Pontifex erat Ioannes, vulgo dictus* XXII. *Patet hoc ex ipſo Prologo, ubi Bartholomæus de Tolomaïs, ſive de Bartolomæis (quæ antiqua & nobilis apud Senenſes familia eſt) præfatur colligere ſe de B. Lucheſio*, veluti fragmenta quædam, partim neglecta partimque diſperſa, ne morientibus eis, qui viro Dei convixerant, *& jam tum octogenarii vel nonagenarii eſſe debebant*, tam pretioſa commercia deperirent. *Cum enim à Capitulo Generali Ordinis, Maſſiliæ celebrato ad annum* MCCCXIX, *invocatione B. Lucheſii eſſet à præſenti naufragio liberatus, ſicut narrat num.* 49; *nihil prius videtur habuiſſe, quam grati animi cauſa accedere ad ſui liberatoris ſepulcrum, ubi*, ut vitæ ipſius veritas ad poſteros tranſmittenda certius *ſibi* conſtaret, ſæpenumero ac pluribus & diverſis temporibus collationem ſuper his cum Fratribus ibidem cõmorantibus & hominibus patriæ illius diligentem habuiſſe profitetur: *nam propter viciniam loci ire & redire die uno poterat, ipſe Senis habitans; & abſoluta compoſitione, obiiſſe Podii aut hoſpes aut parvi temporis inquilinus.*

edita primum anno non 1370, ſed 1320, poſt vitæ auctoris ſervatam,

D E F *recenti adhuc memoria miracu-lorum.*

9 *Magna igitur eſt Legendæ hujus auctoritas, maxime quoad miracula, tum* quæ in antiqua ejus Legenda, *ut ſcribit num.* 35, reperit à fide dignis anteceſſoribus ſuis poſita, *tum* quæ ſuis patrata temporibus *inſertus annotanda promittit. Quoad Vitæ hiſtoriam, carior nobis eſt ipſa antiquior Legenda ſive epitome ejus, tum quia brevior atque ſimplicior, tum quia intra proximos à Beati morte annos conſcripta non paucas circumſtantias attingit, quas Bartholomæus, diffuſiori eloquio hiſtoriam involvens, ut minoris momenti prætermiſit. Quod tamen factum ab eo minime miramur, quia idem ſæpe notamus in vitis cultiori ſtylo expolitis: magis dolemus, quod ea quæ ad honorem ſacri corporis pertinent, ſuntque facta poſt ſcriptam antiquam Legendam, quomodo ſcilicet elevatum corpus, eique à Florentinis parcitum ſit, quo anno fabricata nova eccleſia, quid à Gregorio X imperatum, non curaverit hiſtoriæ reformatæ adiungere, contentus* quædam de multis *poſt mortẽ miraculis addidiſſe: inter quæ certe minime omitti merebatur iſtud de capite, ultro reſiliente, ab eo in quem fuerat conjectum igne.*

EPITOME

VITÆ ANTIQUIORIS.

Ex MS. Florentino Bibliothecæ Laurentianæ.

1 LUcenſis in villa *a* Cagiani, vicina *b* Redde, Florentini comitatus *c* Vallis-Elſæ, ſecundum contratæ conſuetudinem honorabili genere duxit originem. In juventutis ſuæ flore uxorem, nomine *d* Buonadonnam, duxit; & ex ea filios procreavit. Proceſſu temporis quidam eum gravare verbis & factis plurimum cœpit: qui non valens ei reſiſtere, furori ceſſit; & ad caſtrum Podiboinzi, tunc ſuo ſtatu renitens plurimum, per duo quaſi milliaria diſtans à loco quo ſic gravabatur, cum uxore & filiis totaque ſua ſupellectile acceſſit, & ibi quoad vixit feliciter habitavit. Erat enim ætate juvenis, aſpectu delectabilis, affatu placabilis, converſatione humilis & ultra quam credi poſſit converſandi cum nobilibus amator horribilis. Ut autem ex hoc in cœptis non deficeret & contemptui haberetur, quia ruralis & forenſis exiſtebat, temporalibus ditari ſupra modum optabat, & in quantum quibat poſſe ſatisfacere affectui procurabat. Nam quodam tempore ſuorum bonorum magnam partem in victualibus miſit; & quantum in eo fuit, quod eſſet *e* cariſtia, non magna ſed maxima, procura vit.

a b c Matrimonio junctus, *d* amulo cedit

& Podium migrat,

B

e

2 His igitur actibus implicatus, una dierum ſolitudini vacans, cogitare cœpit Dei ſummam potentiam, ſapientiam & clementiam in creatione, gubernatione & benigna peccatorum tolerantia & receptione: qui ad ſe reverſus optime, labentis hujus & miſeræ vitæ propoſuit cuncta deſerere, ac Chriſto Jeſu perpetuo deſervire. Et ne vita filiorum ullum ei foret impedimentum, contra naturam ipſorum mortem, à Chriſto totus abſtractus, multis perfuſus lacrymis, diriſque ſuſpiriis ac crebris orationibus, flagitare cœpit: quod ut uxori expoſuit, Deo laudes multas dedit, & eum de his plurimum confortavit, & ſe paratam eſſe ipſum ſequi ejus provoluta pedibus, irremediabilibus lacrymis & ſingultibus, ut ſequeretur inſpiratum divinitus, poſtulare omni inſtantia procuravit. Tunc vir Dei omnia conjugis aſſenſu vendidit, habitum Fratrum Tertii Ordinis Seraphici Franciſci una cum uxore ſua ſumpſit, ex aliqua parte pecuniæ, quam ex ſuis bonis accepit, unum hortulum quatuor jugerum emit, & totum ſuperfluum omni mora depoſita pauperibus erogavit: & ſic impoſterum obſervavit, quod præter victum & veſtitum in extremitate nihil habuit; ſed omnia more ſummi magiſtri, non cogitans de craſtino, manu pauperum cæli horreo collocavit.

meliore à Deo mente injecta,

cum uxore habitum Ordinis induit:

C

3 Quærebat enim Vir ſanctus per vias, villas, caſtella circumadjacentia & domos, egenos, infirmos & debiles, quos ſecum ſi poterat, ducebat; ſi non, ſuper aſellum: & ſæpe ſæpius unum ſupra collum, immiſſo capite ſuo infra tibias infirmi, & unum manu qualibet ad domum deducebat, eiſque neceſſaria miniſtrabat: & quando ei unde tribueret deficiebat, ſumpta ſporta per domos petendo eleemoſynas propriis deferre humeris non horrebat. Et adeo ad paupertatis amorem piis verbis & affabilibus ipſos inducebat, quod eos non ſolum in paupertate contentos faciebat, ſed etiam velle ipſos ſic ſiſtere ipſorum quilibet verbis & factis evidentibus demonſtrabat. Erat enim vir Dei habitu vilis & abjectus, abſtinentia maximus, altus oratione & aſſiduus, officia divina & prædicationes audire ſolicitus, avidus & attentus. In cura infirmorum incredibiliter operator continuus, & ultra quam dici poteſt cunctis inæſtimabiliter gratioſus. D

caritate in pauperes & ægrotos inſignis,

4 Erat etiam conſuetudinis viro Dei, onuſto aſello medicinalibus, per maritimam, ubi propter aëris intemperiem ſciebat ipſos eſſe, infirmos quærere, & eis prout unicuique opus erat, juxta ſuam & infirmitatis condecentiam [providere]; ſuadendo ante omnia laborantibus circa ſtatum animæ ſalutiferum, prout exigit ſuus ſtatus. Bis ad minus confitebatur qualibet ſeptimana, ſumendo ſæpe ſacroſanctum Sacramentum corporis Jeſu Chriſti, & tanta copia lacrymarum, ceu in præſentiarum illum haberet mortuum, quem ſumpſit ſub aliis ſpeciebus dominum Jeſum Chriſtum, & confeſtim fugiens ſe abſcondebat. Orationi tanto ardore vacabat, quod à Fratribus & aliis pluribus dignis eum ſequentibus per ſpatium trium brachiorum à terra elevatus, oculis in cælum apertis, flexis genibus & clauſis manibus, totus incordatus inveniebatur, hominis penitus ſine ſenſu. Cœpit interea vir ſanctus clarere miraculis: nam die quodam Sacerdos quidam Raynuccius nomine, ad ipſum acceſſit, unam porcam *f* ceparum ſui hortuli, ad *g* ponendum, ab ipſo emit, collegit ſi quid fuit bonum, ſuper remanentibus ut ſignum crucis apponeret Presbyter præfatus, eum rogavit; coactus fecit ſequenti mane rediit, & velut nihil inde collectum fuiſſet adinvenit: ut ſileat humiliter petit *h*.

abſtinentia & oratione

frequenti communione.

f g *fructus*

Cruce ſignans multiplicat,

E

h

5 Cum uxor ſua infirmitate, de qua mortua eſt, graviſſima teneretur, & ipſe infirmus non tamen ſic eſſet; ad ipſam perrexit, ut omnia Sacramenta perciperet ei perſuaſit, devotiſſime ipſo adſtante fecit: ipſam confortans ad exitum inter alia iſta dixit: Sorcia mea devota, ut plene noſti, Deo ſimul affectuoſe ſervivimus, & nunc eſt licitum, ut ad gaudia illa ineffabilia conjuncti pergamus: expecta me; volo equidem quæ ſumpſiſti ſuſcipere, & tecum ad cæli gaudia properare. Factoque ſuper ea ſigno crucis ad lectulum rediit, & Sacerdote clamato devotione per maxima ſumpſit. In tanto *i* ad ſuam conjugem laborantem in extremis ivit, & ſuis eam tenendo manibus coram aſtantibus ipſam confortando, anima illa ſancta cælica penetravit *k*. Ad ſtratulum ſuum per adſtantes deducitur, quo locatus ſe ſigno Crucis munivit, oculos fixit; Jeſum, ejus Matrem, Patremque ſuum Franciſcum ſuavi advocans eloquio, adſtantibus multis Religioſis, Clericis, devotis laicis, maribus & feminis; ad ſuperos cives anima illa devotiſſima evolavit, die tertio exeunte *l* Aprilis menſe, anno Domini MCCLX. Quorum corpora Podiboincenſes cum maximo honore ſumpſerunt, inſimul in feretrum tulerunt, & in eccleſia Fratrum Minorum ibi ſituatam devotione maxima tumularunt.

uxori morienti ager & ipſe aſſiſtens,

i

k

paulo poſt moritur.

l

F

6 Quidam ad ejus corpus inhumatum accedens, ob devotionem pollicem pedis amputavit, & continuo ex eo magna ſanguinis viviſſimi copia emanavit. Tebalduccius ejuſdem caſtri habens incurabilem infirmitatem tumefactionis in umbilico, ad corpus ejus acceſſit, manum ſuam ſuper ipſam poſuit, & continuo liberatus fuit. Tres dum capti eſſent Florentiæ & ſuis exigentibus culpis occidi deberent, Sanctum mirifice vocaverunt, & continuo nocte illa carcere clauſo in Podiboinci, unde erant, incolumes poſiti extiterunt. Cum filius *m* Segnæ octo menſium mortuus ſepeliri deberet, mater ad ſe rediens B. Lucenſem advocavit, & continuo eum incolumem reſuſcitavit: qui ad decennium veniens à pectore uſque ad caput tumefactione ſic horribilis factus eſt, quod mori potius quam vivere (quia monſtrum quoddam apparebat) mater ejus totis viribus affectaret: tamen non diffidens de Sancti meritis ipſum invocavit, & continuo infirmitate omni fugata, Dominum & Sanctum magnificans, quod acciderat ſcientibus & neſcientibus,

Sanguis ex mortui corpore fluit,

veos ex carcere,

m

infantem vitæ reſtitutum,

morbo liberat,

A neſcientibus, quod evenerat & quomodo, nuntiavit.

cæcum viſu donat. 7 Quidam cœcus de Caſtro Florentino illuc acceſſit, ante ipſius tumulum genuflexit, & continuo effuſa multis lacrymis oratione lumen recepit, & multo gaudio laudibus Deo & ſibi redditis ad propria redire curavit.

claudum greſſu. Quidam, nomine Bartolus, cum de dorſo pedis plantam feciſſet, annis decem more puerorum, & ſuper ejus tumbam neſciens ſtaret, ſubito, velut ſi lignum ſiccum præcideretur, pes ejus inſonuit: quod ipſe ad ſonum reſpiciens, ſanum ſe reperit, & clamore valido ad domum ſaniſſimus rediit. Cum quidam Piſtorienſi ob incurabilem infirmitatem manus amputari deberet, ejus mater, audita fama viri Sancti, ipſum ſibi recommendavit, & continuo ſine ulla inciſione optime curatus fuit.

ægrotum valetudine. 8 Cum quidam puerulus de Podiobonzi, in fine laborans pluribus diebus ſtetiſſet; mater ipſius particulam quamdam de veſte, quam apud ſe devotionis cauſa tenebat, ſuper ipſum, ejus auxilium invocando, poſuit, & continuo promptiſſime lectulo ſurgens liberatus fuit. Cum tempore guerræ, inter illos de Podiobonzi & S. Geminiani, quidam in caſtro S. Geminiani arcta cuſtodia tentus eſſet, B. Lucenſem devo-

captivum libertate. tione maxima vocavit: confeſtim affuit nocte, de

B medio cuſtodum ipſum eripuit, de muro caſtri ex latere S. Joannis ipſum trahens, ipſumque ſociando in caſtrũ Podibonzi ſuæ familiæ incolumem aſſignavit.

ANNOTATA.

a *In tabulis* Cacchiano, *in ſequenti Vita* Gaggianum *ſcribitur, eſtque in confinus territorii Senenſis, ab ipſa urbe Sena ſolis 7 vel* 8 *p.m. diſtans, à Podio utroque p. m. circiter* 20. *Errat Waddinghus quando huic loco attribuit primum B. Lucheſii & S. Franciſci congreſſum: quippe qui jam inde migraverat Podium ut mox dicetur: errant etiam qui B. Lucheſium* de S. Caſſano *cognominant: nam ſi intelligatur oppidum* S. Caſciani, *id omnino Florentinæ diœceſis & Guelficæ partis erat.*

b *In ecgrapho alterius vitæ minus recte* Cedde, *in tabulis* Radda: *quod cum ipſo Caggiano atque urbe Senarum pene triangulum conſtituit.*

c Elſa *fluvius, à finibus Senenſium exortus, intra oppida S. Miniatis atque Empolis ſeſe immergit Arno.*

d *Bene auſpicatum nomen, Latine* Bona-femina.

e Cariſtia *Italis dicitur, caritas annonæ.*

f *Id eſt, cepas omnes unius areolæ.*

g Ponere *videtur hic accipi pro ſervare.*

h *Addebatur*: ſed credidit quibus nequit dicere in-

C ternuntiis denudavit, *qui ſenſus mutilus, quomodo ſupplendus ſit, non ſatis aſſequimur.*

i In tanto, *ut alibi monuimus, eſt idem quod* interea.

k *Addit Waddingus ad an.* 1242 *num.* 13 *ex Mariano* Sepulta eſt in plebe caſtri Podii-Bonitii: miraculis claruit: ejus reliquiæ inde ſublatæ ſunt, occupato per Florentinos caſtro, quod ſuſpectum habebant: ſolum remanſit in Fratrum monaſterio brachium, quod ſervatur. *Arturus ſub nomine* B. Bonæ *cum titulo* Viduæ (*licet marito præmortuam vel ex Waddingo poſſet diſcere*) *inſcripſit Martyrologio Franciſcano, & quidem ad* 5 *Auguſti; eum vero diem ſuo arbitratu eligi declarat, dum fatetur, eodem die mortuam quo & maritus. Denique affirmat prædicta occaſione* Reliquias per quoſdam Alemannos inde ſublatas in Germaniam eſſe aſportatas. *Certe apud Florentinos nulla earumdem memoria ſupereſt.*

l *Secundum ea quæ deduximus* 23 *Aprilis de B. Ægidio, hac loquendi formula notaretur* dies tertius Maji. *Sed vel hinc monemur non recte ſic intelligi hanc formulam* die tertio exeunte menſe Aprili: *verum potius retrograde numerari debere dies, ut intelligatur dies* 28 *qui eſt tertius à fine. Quare iſtic dicta, hic corrigo; plenius id facturus in Appendice ad* 23.

m *Scriptum erat* Seg. *integre ſcribendum* Boninſegnæ.

VITA

Auctore Bartholomæo de Tolomæis.

Ex Veteri MS. Bartholomæi de Colle.

PROLOGUS.

LAudemus Deum noſtrum in glorioſo viro, Patrono noſtro, Deo & hominibus valde dilecto, almo Chriſti Confeſſore, B. Lucheſio: cui procul dubio multam contulit gloriam, & ipſius memoriam in benedictione conſtituit ſempiterna. In *breve B. Lucheſii elogium.* ipſum namque, utpote vere humilem & contritum, tanta Deus benignitate reſpexit; ut ſingulariter eum gratiæ ſuæ donis ex alto prævenerit per mundi cordis puritatem, veritatem locutionis, nec non & virtuoſi operis multiplicitatem. Etenim velut Lucifer apparens diluculo in mundi hujus caligine, claris vitæ atque doctrinæ micans fulgoribus, ſedentes in tenebris & umbra mortis direxit in lucem. Qui crebro etiam prophetiæ ſpiritu replebatur, & contemplationis uſu fruebatur angelico. Præſentis inſuper vitæ apoſtolico more faſtum deſpiciens, ferventiſſimæ E caritatis incendio, fide ferebatur in Deum, & per miſericordiæ opera totus fervebat in proximum. Qui tamen ſibimet auſterus & rigidus, caſtigabat corpus proprium & in ſervitutem ſpiritus redigebat. Eapropter ſimilem illum fecit Dominus in gloria Sanctorum ſuorum, & magnificavit eum in timore inimicorum, & mirificavit coram populo ſuo, auditam faciens vocem ipſius in multorum oſtenſione miraculorum. Ad hujus igitur viri, Chriſto amabilis, nobis imitabilis, & mundo admirabilis, deſcribendam vitam, ego Frater Bartholomæus de Tolomeis de Senis, Ordinis Minorum minimus, indignum & inſufficientem omnino me ſentiens; id nullatenus attentaſſem, niſi me quorumdam Senenſis Cuſtodiæ Fratrum, multorumque nobilium virorum ac mulierum de Podiobonitii ejuſque confinibus, nec non & Sancti hujus fervens incitaſſet affectus. Cum per *Vita ejus cur ab auctore & quomodo ſcripta.* ipſius invocationem & merita ſingularem à Chriſto gratiam recepiſſe me noverim: ſi præconia laudis ejus tacuero ſceleris procul dubio arguerer, ut ingratus. Et hæc penes me cauſa præcipua fuit hunc aſſumpſiſſe laborem, ut vitæ ipſius virtutes, actus & verba, quamquam non valuerim ad plenum uſque F colligere, juxta tamen poſſe deſcriberem; veluti fragmenta quædam partim neglecta, partimque diſperſa, ne morientibus eis qui viro Dei convixerunt, tam pretioſa commercia deperirent. Et ut Vitæ ipſius veritas ad poſteros tranſmittenda certius mihi conſtaret & clarius, exiſtens in Conventu noſtro de Podio-Bonitii, ubi ſanctum ejus corpus honorifice conquieſcit, ſæpe numero ac pluribus & diverſis temporibus collationem ſuper his cum Fratribus noſtris ibidem commorantibus, & hominibus patriæ illius habui diligentem: quibus & in quibus fides eſt indubitabilis adhibenda. Nec ſemper hiſtoriam ſecundum ordinem temporis texui, ad evitandam confuſionem; ſed ordinem rerum potius ſervans, ſtudui magis aptare junctura, ſecundum quam peracta tempora diverſis materiis, atque diverſis peracta temporibus eidem materiæ congruere videbantur. Initium autem vitæ B. Lucheſii, proceſſus & conſummatio, octo quidem diſtincta capitulis deſcribuntur inferius annotatis: videlicet.

I CAPITE Agitur de origine & vita ipſius in habitu ſeculari, & de aliquali ejus converſione ad Deum.

II De perfecta ejuſdem converſione & voto ter-

AUCTORE BART. DE TOLOMEIS EX MSS.

tii Ordinis S. Franciſci, & vero mundi contemptu atque ſui.

III De immenſa ejus pietate, miſericordia, & caritate erga pauperes Chriſti.

IV De oratione ejus devota, contemplatione ſublimi, & ſpiritu prophetiæ.

V De digna ipſius pœnitentia, abſtinentia ſingulari, & carnis maceratione.

VI De honeſtate ipſius præcipua, paupertate laudabili, & profunda humilitate.

VII De perfecta ejus patientia ac ſancto tranſitu mortis.

VIII De miraculis poſt ejus felicem tranſitum undecumque oſtenſis.

Hæc eſt antiqua auctoris partitio: quam, ut in autographo præmittitur, hic proponentes, ipſam vitæ hiſtoriam in longiora capita more noſtro partiemur. Interim obſerva caput ultimum in MS. ſubdividi in plures Rubricas, & harum ſingulas in plura miracula, hoc modo.

RUBR. I De mortuis ſuſcitatis, & his qui ab evidentibus & patentibus mortis faucibus eruti ſunt & mirabiliter liberati. *Miracula 6.*

II De cæcis illuminatis, & alia oculorum paſſione mirabiliter liberatis. *Miracula 4.*

B III De liberatis à carceribus, captivitate, vinculis & compedibus quam plurimis. *Miracula 4.*

IV De liberatis à naufragio & enarrabilibus periculis pelagi ſeu fluminum. *Miracula 3.*

V De liberatis à periculo puerperii, ablactationis, morbo regio & diverſis infirmitatibus atque doloribus. *Miracula 14.*

CAPUT I.

Ratio vitæ ante & poſt converſionem à B. Lucheſio ductæ, caritatis officia proximis impenſa.

B. Lucheſius Podio-Bonitii oriundus,

1 EGregius Chriſti Confeſſor Lucheſius, à villa Gaggiani prope Reddam, non longe à nobili & famoſo caſtro Podii-Bonitii, quod Imperiale dicebatur, traxit originem. Hoc ſiquidem caſtrum, in medio Tuſciæ collocatum, copioſorum olim populorum ac nobilium virorum multitudine refertum, nec non forti murorum munitione vallatum, ut amicis & incolis præberet habitandi ſecuritatem, inimicis vero & extraneis minacem incuteret terrorem, heu! nunc, tam peccatorum multiplicatione, quam diviſione partialitatum, quam etiam C bellorum inundatione, dirutum & conquaſſatum eſt, & penitus ad ſolum redactum. Beatus igitur

cum conjuge ſtudiis ſeculi deditus,

Lucheſius, una cum Bonadonna (ita enim nuncupabatur) conjuge ſua, mundane converſans, non quæ Chriſti ſunt ſed propria quæritans, lucris ſecularium totus intentus, nec non aliis præeſſe potius quam

a

ſubeſſe deſiderans, in ſua villa Gaggiani caput *a* unius partis ſeu partium, Guelphæ videlicet & Ghibellinæ, habebatur. Invidia tamen adverſariorum laceſſitus, ut odium declinare poſſet & caſum, in quem hujuſmodi partiales ſolent incidere, ad prædictum Imperiale Podii-Bonitii caſtrum habitandum ſe contulit.

pinguiariũ agit,

Ubi terrena inhians & cæleſtia non advertens, illo-

b

rum artem exercebat, quos *b* pizzicarios, ut vulgo

c

dicitur, appellare ſolemus, vel *c* collybiſtas.

2 Utcumque tamen incipiens divinam aſpirare

deinde frumentariũ,

dulcedinem, ac cæleſtium deguſtare amorem, conſcientia tactus intrinſecus; cum in hujuſmodi emptionibus & venditionibus minutorum laqueum diaboli paratum ſibi conſpiceret, alium lucrandi modum aſſumpſit. Frumenta enim & blada ſingula ob-

d

ſervabat, *d* endicas, ut vulgo dicitur, faciens; quo tempore vilius emeret, ut illa poſtmodum alio tempore majori pretio ſeu carius diſtrahere poſſet. Sic omni alio lucro à ſe penitus abdicato, & hoc dumtaxat ut vivere poſſet admiſſo, ſola tamen omnium malorum radix cupiditas ſibi remanſerat, ut miſerorum miſerias non attendens, & frumentum abſcondens in populo, tempus quo carius illud venderet expectabat. Has tamen viles mercimonias & pernicioſas fore negotiationes longo tempore perluſtrans, facta manu Domini ſuper eum, non jam amplius cor ſuum clauſit, ſed ſe multipliciter evocanti aperuit. Spretis namque mundi commerciis & ſoli Deo ſervire deſiderans, in virum alterum jam mirifice mutatus, eccleſiam devotius frequentabat, & quæ de ſacris Scripturis patulo advertebat auditu minime tradens oblivioni, ſui pectoris armariolo ſecretius recondebat. D

frumenta divino inſtinctu venditis agrum ad alendos pauperes emit:

3 Jamque pauperum Chriſti ſectator effectus, jamque ad id quod perfecte facturus erat evidentia ſpirans indicia, ſtatim compaſſiva teneritudine ſuper neceſſitatibus pupillorum, orphanorum ac viduarum cœpit aſpicere. Atque illico frumenta & blada diſtribuens, venditis omnibus quæ poſſidebat, agrum emit: quem propria manu excolens, tam ad ſui quam pauperum uſum, ad fovenda illorum viſcera pleno mentis intuitu corporiſque conamine ſe convertit. O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei! quam E incomprehenſibilia judicia & inveſtigabiles ejus viæ! qui convertens petram in flumina, & rupem in fontes aquarum, rivos facit tam mirabiles, ad extinguendam ſitim ſuorum fidelium, de duris ſilicibus ſcaturire. O ſanguis Agni immaculati! qui ex viſceribus Jeſu Chriſti jugiter fluens, adamantina frangit, & duriſſima pectora peccatorum quaſi in pulverem tenuiſſimum redigit. Clementiſſimus vere, omni poſthabita diffidentia, & miſericors Deus in electos ſuos, & in quos ab æterno prædeſtinatos ſibi voluntas eſt & immenſa caritas complacendi: ſicut in converſione B. Lucheſii luculenter apparet, qui inter mundiales tenebras, cujus quidem primo ſolum nomen tenuit, exinde vero lux de perenni luce factus, rem tanti nominis non amiſit.

CAP. II.

meliorem vitam à fundamento humilitatis inciens,

4 Procedens dehinc Chriſti famulus quotidie magis ac magis de virtute in virtutem, & juxta normam Euangelicam cui jugiter incumbebat jam terrena deſpiciens & celeſtia toto corde deſiderans, ſui verus mundique contemptor effectus eſt; adeo ut non amplius hominibus vulgaris homo, ſed Euangelicus & inter Chriſti diſcipulos annumerandus videretur. Etenim priuſquam veſtimenta decentia & F colorata deponeret, ſpiritu ſuggerente cognovit, quod omnis Euangelicæ converſationis perfectio & ſpiritualis ædificii culmen, nec non & decora virtutum varietas à vero ſui mundique contemptu ſumit exordium. Induit igitur per mentis elevationem in Deum, miro quodam modo novellus homo, voluntariæ paupertatis ſpiritum, profundæ humilitatis aſſenſum, nec non & erga Deum & proximum caritatis intimæ & viſceroſæ pietatis affectum. Ut enim ſeipſum perfecte contemneret atque deſpiceret Chriſti ſectator præcipuus, propter eumdem qui pro nobis in ſtabulo naſci, inter nos pauperem vitam gerere, pro nobis denique nudus in cruce mori voluit, pauperibus, infimis, ceteriſque miſerabilibus perſonis ſedula pietate ſubvenire contendit.

ægris in notocomio deſervit,

5 Viſitare igitur cœpit hoſpitale S. Mariæ, quod tunc in dicto caſtro ſitum erat: ubi infirmantibus & ægrotis quæ poterat beneficia conferebat: invitabat ſingulos, poſtulata pro poſſe complebat, lavabat pedes, religabat vulnera, educebat putredinem, ſaniem velut alter Franciſcus magna teneritudine abſtergebat. Sic cœpit uni Deo devotus ſeipſum contemnere, ſic pauperum Chriſti ſervitio jugiter mancipare; ut ſe ſibi ſubacto, cetera etiam ſibi adverſantia

A tia poteſtative ſubjiceret, & ſeipſum tamquam vile mancipium ad pretium Chriſti participandum venumdaret. Sic quanto vilius erat obſequium, tanto ſe illi libentius ſubmittebat; ut & per activam prius vitam Chriſtum velut Martha lucrifaceret, & per contemplationis poſtmodum apicem eumdem ſicut altera Maria poſſideret. Sic perſonam cujuſlibet pauperis & ægroti, velut Chriſti perſonam olim indigentis & infirmi, ſumebat: & euangelicum illud verbum,

Matt. 25. 40. Amen dico vobis, quamdiu uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, pretioſo ſui pectoris ſcrinio non perfunctorie abſcondebat. Quoniam igitur tam perfecte in activa vita præclariſque operibus miſericordiæ ſe jam Chriſto funditus mancipaſſet; Chriſtus idem, quem noſſe vivere, & cui ſervire regnare eſt, in tanta eum dulcedinis ſuæ benedictione prævenit; ut præter ipſius amorem omnia mundi pretioſa vileſcerent, omniaque delectabilia ipſius in amaritudinem ſibi converſa forent. Conſiderans nihilominus quod otium carnis ejus concupiſcentiis alimenta præberet, cupiens illud à ſe viriliter amovere, & prudenter, licet indoctus, poëticum illud intelligens,

Ovid. rem. 139. Otia ſi ſpernas periere Cupidinis arcus.

B Ut etiam juxta Domini præceptum in ſudore vultus ſui corporeo ſuſtentaretur alimento, agellum prædictum propriis manibus, quo viſcera refocillaret pauperum, non ſegniter excolebat.

6 Cum vero admirandæ ipſius vitæ hujuſcemodi jam ſeculo nequam præludia contuliſſet, ecce ad ipſius aures rumor volitat non inanis, qualiter ille

à S. Franciſco habitum tertii Ordinis petit, Chriſto conformis, Euangelicæ perfectionis exemplar præfulgidum, æmulator chariſmatum meliorum, patriarcha pauperum Franciſcus, omni virtute perſpicuus, ardoris caritate Seraphicus, ad Podium-Bonitii *e* venerat trium ſalutarium Ordinum vexillum exportans, Dominique talentum promittens, ſi quis eligeret in aliqua dictorum trium Ordinum acie militare. Qui ut hoc intellexit, properus ac feſtinus, (neſcit enim tarda molimina ſancti Spiritus gratia) ad Magiſtrum militum Franciſcum, antiqui ſerpentis elidentem aſtutiam ſuaque multiplicia cornua confringentem, magnum attendens tantæ militiæ donativum, ſine cunctatione pervenit. Sic ad pauperem quidem rebus, divinis tamen chariſmatibus completum Franciſcum, pauperum nutritor Lucheſius, velut ad divinæ magnum miſerationis aſylum, confugit; ejuſque genibus provolutus, arcanum ſui pectoris reſerans, magno coram populo tertii Ordinis habitum (nam conjugio ligatus erat) humiliter ac devote poſtulavit.

C *& accipit.* 7 Cernens igitur in eo glorioſus Franciſcus perſonæ elegantiam, fragrantiam morum, compaſſivam pietatem ad pauperes, ad Chriſtum devotionem præcipuam, obedientiam promptam ad ipſius Eccleſiam, verum mundi contemptum, ardens in via deſiderium ſupernorum, in concupiſcendo veritatem, in flagitando humilitatem, in perſeverando firmitatem, ei benigne condeſcendens, una cum conjuge ſua Bonadonna, quæ ejuſdem voti erat, ſacro tertii Ordinis habitu conſignivit; nec non & ſecum viros humiles

f & devotos Brunum *f* & Maretolenſem, nonnulloſque alios convicinorum locorum & Vallis-Elſæ incolas (jam enim in eorum cordibus perennis vitæ deſiderium & Chriſtianæ fervor religionis excreverat) non ſine magno aſtantium fletu, lacrymoſis gemitibus, & mira cordis compunctione, ejuſdem Fraternitatis glutino copulavit. Incepit illico novus Chriſti miles Lucheſius, armatura Dei circumdatus, fidei ſcuto munitus, ſuperinſigni trabea, veſte ſcilicet Franciſci, illuſtratus, quibus tela cuncta nequiſſimi hoſtis ignea valeret extinguere, ita viriliter agere, ſic ad meliora proficere, taliter ad altiora conſcendere; ut carnis adhuc mole depreſſus, non jam quæ mundi ſunt quæreret, ſed humanam potius videretur vitam in Angelicam commutaſſe. O vere felix negotiator Lucheſius, & pauco temporis momento exiguoque labentis vitæ ſpatio nimium locupletatus, qui nundinas mundi viliſſimas reſpuens, celeſtia ſub Franciſci diſciplina es mercatus! & ſub tanto duce militans, ſubactis viriliter mundi, diaboli, carniſque illecebris propellentibus ad ruinam, incorruptibilia, ſolida, & æterna gaudia non parvo triumpho adeptus es!

Auctore Bart. de Tolomeis ex Mſs.

CAP. III

corporali miſericordia erga pauperes effulget.

8 Caritatem vero, qua Dei filius à diabolica ſervitute per mortem crucis humanum dignatus eſt genus eripere, ita Lucheſius, divina favente gratia habitum virtutis ſtudioſum, induerat, ut Deo ex ipſa fecerit hoſtiam vivam, de pietate delectabile holocauſtum, & de miſericordia ſacrificium veſpertinum. Tanta ſiquidem cordis teneritudine & compaſſione afficiebatur intrinſecus ad pauperes Chriſti, tantiſque jaculis vulnerabatur medullitus ſuper inedia, calamitate, miſeriis quibuſlibet afflictorum; ut magis ipſe pateretur in mente, quam ipſi inopes ſentirent in corpore: ita Lucheſii viſcera igneus gladius ſancti Spiritus penetraverat ſic emanabat extrinſecus oleum ferventiſſimæ caritatis. Inter ceteras igitur divinitus ſibi collatas virtutes & chariſmatum dona, miſericordiam tenuit potiorem, ſciens quoniam ſecundum Apoſtolum, pietas ad omnia valet; & Euangelicum illud ſemper tenens in pectore, Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Cuncta ſiquidem quæ de agello ſive *g* hortalitio advenire poterant, quaſi manu perforata, peregrinis & adve. is univerſiſque Chriſti pauperibus erogabat: tantaque circa illos ſolicitudo remanſerat, ut de ſe vel de ſuorum neceſſitatibus nihil omnino aut paululum admodum curare videretur. Tanta in eo ad pauperes ſingulos vis compaſſionis excreverat, & exuberaverat affluentia pietatis mirificæ; ut ad omnem neceſſitatem ſe & ſuos arctaret inedia, antequam vellet vacuum à ſe dimittere pauperem, aut illi manum non porrigeret adjutricem. Tanta cor illius repleverat caritas ac penetraverat medullas & viſcera funditus, totumque videbatur in ſui dominium vindicaſſe; ut per devotionem ſurſum ageretur in Deum, per compaſſionem transformaretur in Chriſtum, per condeſcenſionem inclinaretur ad proximum, per conciliationem denique ad ſingulos refiguraret innocentiæ ſtatum.

E Tim. 4. 8 Matth. 5. 7

g

F

& ſpirituali.

9 Cumque pie, clementer, & caritative moveretur ad omnia; peculiariter tamen animas, Chriſti Jeſu ſanguine pretioſo redemptas, cum qualibet ſorde peccati cerneret inquinari, tanta miſerationis teneritudine deplorabat, ut eas tamquam mater in Chriſto doloris gemitibus quotidie parturiret. Iſtiuſmodi miſerationis officium Patri eum miſericordiarum omni ſacrificio conformabat acceptius; maxime cum ſtudio foret ab eo perfectæ caritatis impenſum, ſiquidem id laboraret magis exemplo quam verbo, lacrymoſa pietate quam loquaci ſermone complere. Hæc eſt miſericordia vera, Patris æterni filia, quæ crimina diluit, expurgat ſordes vitiorum, peccatores emundat, gehennæ flammas extinguit: quam vir iſte mirificus uſque ad mortem cuſtodiens, quidquid ſibi & conjugi ex moderato victu ſupererat, ſine alicujus cogitatione de craſtino, totum pauperibus dividebat. Liquet igitur ex præmiſſis apertius & luce clarius conſtat, quod providus hic negotiator & felix, miro quodam modo mercationem mundanam in euangelicam permutavit, altivido ſenſu prænoſcens, quod tali permutatione lucraturus foret pro paucis magna, pro terrenis

AUCTORE BART. DE TOLOMEIS EX MSS.

terrenis cæleſtia, pro temporalibus ſempiterna. Non ſolum autem, uti prædictum eſt, ſuperflua pauperibus erogabat, verum & ſibi frequentius, pro Chriſti amore, ſuoque corpuſculo neceſſaria ſubtrahebat: quibuſque interdum eleemoſynam temporalem præbere non poterat, theſaurum cordis aperiens, compaſſionis internæ viſcera impendebat. Quid plura? quamvis cibi parciſſimus eſſet & abſtinens valde, volvens tamen animo & ſæpius repetens dixiſſe Chriſtum; Quamdiu uni ex minimis meis feciſtis, frequenter ſine corporali cibo remanebat eſuriens, ut indigenti alicui portione ſua quotidiana, licet minima, ſubvenire valeret.

ſibi detrahere ſolitus quo eis ſubveniret,

reprehendentem ſe idcirco uxorem,

10 Attendens autem, velut alter Tobias, quod uxor ejus, quæ necdum plene ſuperna ſapiebat, propter hujuſmodi moleſta nimium ſibi foret; timenſque ad inopiam vergere, morderet eum ſermonibus duris, exaſperaret vituperiis, indignata laceſſeret injuriis, variis denique afficeret contumeliis; cupiens eam prius exemplo lucrifacere quam verbo compeſcere, dignum relatu mirandum opus à Deo meruit obtinere. Cum enim quadam die ad oſtium domus multitudo peregrinorum pauperum confluxiſſet, & ipſe conaretur uti ſolitus erat pro virili

B

ſua ſingulis ſingula panis fragmenta dividere; contigit ut totum panem qui tunc in arca erat (tantus erat peregrinorum numerus) paulatim exhauriret, & in ſacculis non veteraſcentibus collocaret. Ecce autem cum nova peregrinorum turba ad ejus oſtium propinquaret, placideque rogaſſet uxorem, ut his & qui ſupervenerant eſurientibus panem frangeret; illa indignata atque animo perturbata, reſpondit: O ſine mente caput, vigiliis & inedia multa exhauſtum! O nimium, nimiumque oblite tuorum! ubi eſt panis in hac domo quem frangam? Cui verus pauperum pater, & afflictorum mater, atque indigentium ſedula nutrix, Luchefius glorioſus: Accelera, inquit placido vultu, ad arcam, bona mulier, nomine, ſed non re (etenim Bonadonna ſicut præmiſſum eſt vocabatur) & fiduciam habe in illo, qui ex quinque panibus hordeaceis & duobus piſciculis, collectis exinde duodecim cophynis quæ ſupererant fragmentorum, tot virorum ac mulierum, demptis pueris, millia ſatiavit. O celebrandum miraculum, Prophetæ magni Eliæ & viduæ illius Sareptanæ veſtigia conſequens! Acceſſit illa mariti ſui verba non deſpiciens, animo tamen incredula, & arcam divino munere panibus exuberantem, mente conſternata plurimumque expaveſcente, conſpexit. Terretur & tremit ad tantum

C

miraculum, vocem extollit & clamat, miratur & gaudet, laudes ingeminat & Deo gratias refert; compungitur & contrita deplorat, frangit panem & pauperibus dividit: viri genibus provoluta culpam ſuam humiliter recognoſcit. Una denique cum illo ſolicita deinceps & ad pauperes liberalis, in omnibus operibus miſericordiæ devota conſentit.

multiplicatis miraculo panibus ad eamdem virtutem commovet:

ſtipem pro egentibus colligit,

11 Et quoniam ſimilia ſimilibus natura convaleſcunt, & dulce dulci permixtum dulcius redditur; incaleſcebat in dies fervor mulieris ex operibus viri, ejuſdemque viri animus ex operibus uxoris invaleſcebat; & exæſtuans dulci flamma, quicquid habere poterat & ſeipſum totum Chriſti pauperibus impendebat. Circuibat villas, civitates & caſtra, omnique rubore depoſito propter eum, qui pro nobis ſuſtinuit crucem confuſione contempta, humilis & devotus zelator pauperum apud cognatos & notos, quorum conſueverat eſſe primus, non verecundabatur pro Chriſti pauperibus oſtiatim quærere, & alimenta eis corporea propriis etiam manibus præparare. Agnoſcens præterea æſtivis temporibus in Ma-

b ritima *b* infirmari quamplurimos; cum aſello electuariis, ſaccharo, caſſia, ſyrupis, communibuſque pillulis, potionibus & antidotis onerato, ad ſubventionem ægrotantium & infirmorum illuc uſque perſonaliter accedebat: & tanto caritatis fervore mœſtis ſolamen conferebat, ut ſola præſentia langueſcentibus medelam porrigeret. Per villas, civitates & caſtra transferebat infirmos, illum vectabat aſello, alium portabat humeris, nonnullos conſolando verbotenus conducebat. Qui cum viderent tantam in viro Dei caritatem, in illum transferri ſeu transformari dilectionis incendio ſentiebant.

D

agros longe diſſitos conquirit & medicamentis fovet,

12 Contigit autem quadam vice, ut dum graviter infirmantem quemdam ſuper humeros aſportaret, alios vero duos paululum convaleſcentes unum à dextris & alium à ſiniſtris conduceret, obviaret cuidam juveni lubrico: qui opus illud miſericordiæ tam efficaciter exprobravit, ut in hæc verba ſacrilega pariter & inſana prorumperet: O Frater Luchefi, quæ *i* ſalma diabolica eſt iſta, quam defers? ſed cum Sanctus illacrymans reſponderet: O miſer & miſerabilis nimium! quia non diabolum, ſed Chriſtum in hoc paupere veraciter porto, qui nobis ex Euangelio intonat, Amen dico vobis, quamdiu uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Inter hæc Sancti verba, divina illico aſſiſtente juſtitia, blaſphemus ille non immerito factus eſt mutus. Qui in ſe recognoſcens

i quemdam ob convicia ſibi dicta mutum factum,

E

Dei virtutem, condignamque ſui reatus ſententiam, patientiam B. Luchefii & ipſius humiles lacrymas, pro recuperandæ ſanitatis gratia, quod ſermone explicare nequibat, manantibus ex cordis compunctione lacrymis, inani labiorum motu, confuſo vocis ſtrepitu, & vario atque incerto membrorum omnium ſigno, miſerabiliter indicavit.

13 Intellexit vir Deo devotus, quod miſer ille quibus eum poterat indiciis & nutibus deprecabatur, quatenus pro ipſo preces ad Deum porrigeret, ut pro reſtitutione ſermonis & linguæ vipereæ, cujus uſuram, Domino miſerante potius quam puniente, perdiderat, ſua interceſſione tanti reatus indulgentiam mereretur accipere: ſtatimque, pietatis divinæ non immemor & miſericordiæ Salvatoris, qui quærere venerat in mundum & ſalvum facere quod perierat; quique præcepit omnibus dicens: Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos; propter eum quem ſuis humeris aſportabat genuflectere non valens popliteſque in terram defigere, corde tamen & oculis ingemiſcens, hujuſmodi preces fudit ad Dominum: Domine Jeſu Chriſte, quem, non alterius ſed tuiipſius teſtimonio, in languidi hujus perſona, cui humeros tui amore ſubjeci, geſtare me credo; qui-

Matt. 5, 44

F

que pro nobis pendens in cruce, pro tuis etiam crucifixoribus exoraſti; ſuppliciter deprecor, ut miſeri hujus miſerias miſerans, qui quod diceret non advertens ore tibi ſacrilego blaſphemiam intulit, ejus linguã clementer abſolvas; ut quam prius movit in maledictione, eam de cetero relaxet in laudem. Vix Sanctus verba compleverat [cum ille] flexis ad terram poplitibus palmaſque ad ſidera tollens, Gratias, inquit clara voce, mecum una feras Domino, Frater Luchefi: quoniam, ut verum fatear, meritis tuis & interceſſione ſalvifica linguam potenter abſolvit, quam ſuperba in pauperem ſuum contumelia, vero ejus judicio, inſolubili apud homines nexu paulo ante ligaverat. Vade, ſubjunxit, in pace, B. Luche-

loquela donat:

Ioan. 5, 14

ſius, fili cariſſime; & ne deterius aliquid tibi contingat juxta Domini Salvatoris ſententiam, non ſolum linguam in dedecus majeſtatis ſuæ laxare, ſed jam non corde, non verbo, non opere, non denique cujuſlibet boni operis omiſſione Deum, proximum aut teipſum velis offendere; quoniam ſicut bonorum omnium remuneratorem, ita & ultorem malorum inflexibilem & inevitabilem Deum eſſe conſtat.

14 Ob pietatem denique viri hujus ſtupendam atque

A atque mirificam, cum quidam de Podio-Bonitii pauper ſibi familiaris admodum & devotus, cujuſque familiolam quotidianis eleemoſynis ſuſtentabat, publicis exactionibus Florentiæ vinculis mancipatus eſſet; nocte quadam, ſolicitus ſuper filiolos quos habebat & nimis anxius, cœpit intra ſe mœrens ſic conqueri, dicens: Me miſerum, infeliciſſimum & afflictum nimis, ecce in carceribus periclitor; Frater Lucheſius, oculos cæcorum, manus debilium, pes claudorum, baculus pauperum, ſolamen omnium afflictorum, vita fortaſſe functus eſt; & familiola mea, cujus viſcera nutriebat & ſuis refocillabat alimentis, heu! nunc fame moritur. O B. Lucheſi, ſi vita functus es hac noſtra mortali, firmiſſime tamen credo & nullatenus dubito in cælorum cælo te vivere, & cum beatiſſimis Spiritibus gloriæ Conditoris aſſiſtere: rogo igitur te, per incircumſcriptum illud & admirabile divinum lumen, quod non jam per ſpeculum in ænigmate, ut nos, ſed facie ad faciem contemplaris; adjuva me & filiolos meos, quos tibi in viſceribus ſolitæ caritatis commendo.

quidam cui B. Lucheſius benefacere ſolebat in carcerem conjectus,

15 Mirabile dictu! mirabilius auditu! mirabiliſſimum vero effectu! non in eo qui dixit & facta ſunt omnia, qui potuit clauſo Chriſtus prodire ſepulcro, qui clauſis januis ad diſcipulos ſuos intravit, qui moriturus veniens non aperto utero Virginis exiit: ſed in eo qui ſimilia paſſus eſt, & nobis adhuc viatoribus, qui ſi divinæ operationis intelligeremus modum, jam non ſtuperemus miraculum. Statim namque paratum eſt illi remedium ex alto, B. Lucheſio adhuc inter mortales ſuperſtite: nam clauſo carceris oſtio, compedibuſque ſine fractione ſolutis, cum ſacculo ceteriſque ſarcinulis ſuis, eadem nocte, exiguo temporis intervallo, invenit ſe in Podio-Bonitii in domo propria, in qua dormientem invenit uxorem ſuam totamque familiam; ita ut tam ſibi quam uxori, quæ per eum à ſomno excitata eſt, viſum videre per plures horas videretur. O ſtupenda mortalibus & admiranda apud omnes nationes Dei virtus! O præclara S. Lucheſii merita! ut ſui nominis adhuc inter mortales degentis invocatio ſolum tantum valuerit apud Deum, ut corpus corruptibile & mortale ſic oſtia clauſa evaſerit, ſic vincula ſolverit, ſic domicilium obſeratum intraverit, ut in naturam ac ſtatum glorioſi jam corporis mutatum videretur.

B *tamquam jam eum defunctum invocans, ſolutis vinculis domi ſuæ ſe repetit.*

ANNOTATA.

C a *De Guelfis & Gibellinis adeo plenæ ſunt Italicæ hiſtoriæ, ut fruſtra ſim ſi explicare velim: idque hic eo minus opus, quod per exaggerationem nimiam videatur auctor Lucheſium facere caput factionis, qui tantum alienus à contentionibus fuit, ut vel unius adverſarii cauſa alio migrarit, ut habet præcedens epitome.*

b Pizzicare *Italis eſt carpere, rodere, Teutonice* pitzen: *hinc apud auctores Vocabularii della Cruſca* Pizzicagnoli *dicuntur ſalſarum aut pinguium mercium minutim vendendarum propolæ; idque plebeo joco, quaſi abrodere ſemper aliquid ſoliti, nec cuiquam juſtum pondus dare.*

c Collybiſtæ *proprie vocantur campſores pecuniarii: quod parum convenit cum vilitate nominis Italici, & minutiis mox nominandis.*

d Endica *in nominato Vocabulario explicatur comparatio mercium, tempore caritatis vendendarum: videtur etiam vox illa ſumi pro cumulo, metaphora fortaſſis ſumpta à Teutonibus, quibus agger dicitur* en-dyck: *ut enim agger opponitur aquis, ne in agros influant; ſic iſti coëmpti & aſſervati cumuli, impediunt affluentiam rerum commodarum ad vitam.*

e *Waddinghus ad annum 1213 refert initia Podienſis conventus, Tertiariorum vero, quorum primus Lucheſius cum uxore fuerit, inſtitutionem atque Regulam à S. Franciſco ſcriptam ad annum 1221 aut ſequentem; anno autem 1289 eadem Regula à Nicolao IV confirmata & in nonnullis correcta fuit.*

AUCTORE BART. DE TOLOMEIS EX MSS.

f *Ex his* Brunum *Arturus cognominat* à Colle, *& Beatus adſcribit ad 22 Decembris: eſt autem* Collis *oppidum Podio proximum.*

g Hortalitium, *id eſt, horti cultura ſeu proventus.*

h Maritima, *vulgo* la Maremma, *agri Senenſis portio, inter fines Dominiorum Florentini atque Caſtrenſis, bifariam dividitur ab Vmbrone fluvio, appellaturque* Maremma di qua, *&* Maremma di la.

i Salma, *alias* Soma, *onus, ſarcina: hinc* equus ſalmarius *&* ſommarius: *quæ & in Francica lingua obtinent.*

CAPUT II.

Orationes à B. Lucheſio frequentatæ, extaſes habitæ, mortificationis & paupertatis ſtudium.

CAP. IV

16 SEntiens autem Chriſti ſervus Lucheſius corpore ſe peregrinum à Domino, à quo jam vile carnis tentorium & ſola eum ruitura membrorum *a* paries disjungebat; toto mentis conamine quoad vixit, ei per ſtudium devotæ orationis firmiter hæſit. Intelligebat nempe quod oratio ſancta inter Deum & homines poſita eſt quaſi ſedula advocatrix, per quam furor quidem ejus & tremenda ira ſuſpenditur, delictorum venia procuratur, gehennalis & æterna, interdum autem & temporalis pœna refugitur, præmiorum largitas & multiplex divinæ bonitatis gratia impetratur. Cognoſcebat, inquam, vir Deo devotus, quod oratio cum cælorum Imperatore loquitur, cum dilectiſſimo animæ Sponſo fabulatur, cum tremendo Judice cauſatur, & præſentem ſibi facit, quem videre non prævalet, ad penetralia ſummi Regis tamquam referendarius ſecretus admittitur, apud quem nullus reſpuitur niſi qui in ea tepidus invenitur. Ex his orationis gratiam ardenti animo concupiſcens, nullumque credens ſine orationis ſtudio in Dei ſervitio poſſe proficere, in cujus itinere quotidie non progredi regredi eſt; modis quibus poterat, exemplo tamen efficacius quam verbo, tam ſeipſum quam ceteros ad frequens ejus exercitium excitabat. Nam velut alter Franciſcus, cujus vexillum miles fortiſſimus ſequebatur, ambulans & ſedens, intus & foris, laborans & vacans, orationis ſpiritum non relaxabat: cui tanto devotionis ſtudio erat intentus, aliquando etiam meditationi, nonnumquam etiam altividæ ſupernorum contemplationi, ut videretur non ſolum quicquid erat in eo mentis & corporis, verum etiam operis & temporis, in hujuſmodi dedicaſſe.

Totum ſtudio orandi ſe dedit;

E

F

17 Unde cum quodam ſero, in loco Fratrum Minorum prope Podibonitium, cujus reparationi ſeu ædificio, B. Franciſci & Fratrum ſuorum amore, multum invigilaverat, orationi incumberet; ſoluſque dum oſtia clauderentur in eccleſia remanſiſſet; oſtiarius, qui cuſtodiendis rebus eccleſiæ præerat, ſolicitus animadvertit. Cumque ſubmiſſa voce (ſilentii enim tempus aderat) O Frater, dixiſſet, Lucheſi, abeas, nam Completorii Laudes ſolutæ ſunt, & ad campanæ ſignum Ave Maria jam dictum: vir Dei (utpote qui cæleſtis nectar dulcedinis abundantiſſime deguſtabat) nihil ei reſpondit. Cum enim Completorii pſalmos ac cetera Horæ illius dulciſſima, quaſi ſuperni dramatis cantica, patulo mentis & corporis advertiſſet auditu; & dulcedinem ſpiritus, quæ ſuperat omnem ſenſum, ſemotis temporalium curis, ſuavitate indicibili deguſtaſſet; anima ejus per contemplationis apicem, licet corpus eſſet in terra, in cælorum ſublimitate Deo præſens erat. Acceſſit igitur propius oſtiarius; cumque aperta jam voce, O Frater, clamaſſet, Lucheſi, recedas, inquam, quia dormitionis

ejus rei prorogativus intelligens;

in extaſim raptus.

AUCTORE BART. DE TOLOMEIS EX MSS.

tempus non orationis advenit; & ille ſimiliter nihil omnino reſpondebat. Tertio ac quarto intonans, O Frater Lucheſi, manu ipſum apprehendit, & hinc inde velut ſomneſcentem diſcutere ſatagens, immobilem velut truncum arboris reperit. Receſſit igitur ſtupens & pavidus, mortemque in illo ſeu alium quemlibet naturæ flexibilis caſum (nam proni ſumus in illos) non abs re ſuſpicatus; ut certior de caſu fieret, rurſus rediit; eumque corporeis oculis (ſic namque divina clementia, ut virtutem ejus transferret ad poſteros, diſpoſuerat) corpore ſublevatum ſuſpexit, veluti mortuum mundo, ſublimi autem vivacem cælo.

ſublimis ab humo tollitur:

18 Similiter autem quadam nocte (nam ſolennibus feſtis Matutinalibus horis adeſſe conſueverat) cum quidam, familiaris ſibi admodum atque devotus Frater Minor, ſemel ipſum orationi inſtantem, ſecundo quoque ac tertio evocaſſet, reſpondiſſetque nihil ſibi; ad ſe tandem reverſo, Frater, inquit, Lucheſi, cur toties roganti amico tuo non reſpondiſti? Tunc ille, gaudio pariter & rubore ſuffuſus, O Pater, inquit, & amice cariſſime, cum me rogares tunc alibi eram. Alio quoque tempore, cum in Paſchali ſolennitate Laudes matutinas in eadem eccleſia Fratres perſolverent, triumque Puerorum hymnum dulci voce cantarent, quo creaturæ omnes ad Creatoris laudem pariter invitantur; exhilaratus mente, gemibundus & fervidus, eructare aliquod verbum bonum ipſe quoque flagranti animo geſtiebat. Fratrem igitur quemdam laicum dicti Ordinis, qui & ipſe in eadem eccleſia non longe à ſe oratiunculas ſuas Domino commendabat, familiarem ſibi pariter & devotum, quaſi neſciens & ignarus, quid tunc Fratres in choro tam dulciter canerent, dulci eloquio moduloque ſuavi ut cauſam daret dicendis, interrogavit. At Frater, ut erat ſimplex, innocuus & devotus, Frater, inquit, Lucheſi, in choro nunc cantatur hymnus ille dulciſſimus trium Puerorum, qui in ardentiſſimæ fornacis medio ſacrilegi Regis imperio conſtituti, flammam ignis nullatenus ſentientes, ſed velut in amœno roſarum ac diverſi generis florum & deliciarum viridario collocati, tripudiantes atque pſallentes, in unum creaturas ſingulas ad ſui laudem Creatoris concorditer invitabant.

iterum in extaſi deprehenſus rubore ſuffunditur:

B

19 Tali occaſione præmiſſa, Vir Dei Lucheſius ardore ſpiritus æſtuans, & amplius ſe continere non valens, de bono theſauro cordis ſui proferens bona, ſic adjecit: Si creaturæ irrationales, Frater cariſſime, ut piſces & jumenta, reptilia & volucres, & inſenſibiles pariter, ut cæleſtia corpora, elementa omnia, metalla, ligna & lapides, ad laudem ſui ſunt obnoxiæ Creatoris; quanto magis nos obligatos eſſe conſtat, qui participes rationis, inſigniti ejus imagine, poſt innumerabilia dona ab eo ſuſcepta, ad cælorum regna multipliciter evocamur? Nec plura his, non enim amplius exegit, verba reddidit; & ſtatim in lucis illius inacceſſibilis lumen abſorptus, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, venientem certe ſed non diligentem, non pauco temporis intervallo, antequam ad ſe reverteretur plenarie, corporeis ſenſibus undecumque ligatis, etſi poplitibus flexis in terra, immobilis tamen omnino permanſit.

aliam extaſim in concentu FF. Minorum patitur:

C

20 Eo quoque tempore quo in loco eodem Fratrum Minorum prope Podi-Bonitium moram traheret, & loci illius reparationi, amore B. Franciſci Patris ſui, ſedulo eſſet intentus; nocte quadam orationis cauſa ad eccleſiam properans, dum per clauſtrum primum pergeret, cuidam Fratri laico dicti Ordinis, qui de eccleſia fugiebat, non lentis paſſibus obviavit. Cui vir Dei Lucheſius (familiaris enim ſibi erat, & non parvo Chriſti glutino copulatus) cur, inquit, Frater cariſſime, fugis? quare eccleſiam, in qua Chriſti pretioſiſſimum Corpus eſt, deſeris? quamobrem, quæ nos Deo conjungit, orationis inſtantiam derelinquis? At Frater ille, cum terrefactus & pavidus, reſpondiſſet, Quoniam rumorem magnum ac ſtrepitum & terræ motum, veluti ſi tota ſimul eccleſiæ ſtructura corrueret, ô me miſerum! ſenſi. Vir Deo plenus, antiqui hoc fore ſerpentis aſtutiam non ignorans, cum vultus eum alacritate perſpiciens, placidus & ſubridens adjecit: Cariſſime Frater, ne plenam de te hodie ſublannationem & victoriam adverſarius noſter cum ceteris apoſtaticis ſpiritibus reportaſſe congaudeat, jam enim partem de te obtinuit quem totum poſſidere ſatagebat; redi mecum, ut clara luce cognoſcas, quoniam illuſio dæmonum fuit, qui te à ſtudio quietis & orationis perturbare cupiebant. Credidit Frater viro Dei, cui non parvam fidem & reverentiam ſemper exhibuerat, & cum eo ſecurus ad eccleſiam rediit. Ubi perſeverans in oratione, & B. Lucheſium in exſtaſim factum elevatum à terra videre meruit, & nocte eadem, à quo congreſſu primo deluſus & territus fuerat, de ſæviſſimo humani generis hoſte triumphum portavit.

D

E

b

21 Alio etiam tempore, quo per maritimam viſitando infirmos ac debiles iter agebat, contigit eum, non longe à Maſſerana *b* urbe, ſex obviare juvenibus lubricis: qui procul eum aſpicientes, ita pauperculum, deſpectum, & vilibus pannis involutum, cum ſuo aſello ſolitarium, nec non & oratiunculas ſuas perſolventem incedere, ſecreto fabulantes ita dixerunt: Si probare volumus & ad plenum cognoſcere, utrum iſte Fraterculus Lucheſius bonus ſit & ſanctus, ut fama eſt, & vulgo & extrinſecus paret; tentemus eum non mediocriter: & ſiquidem variis à nobis laceſſitus injuriis, ſpoliatus, actus verberibus, patiens fuerit, vere tunc perfectus prædicandus ubique credatur. Quæ omnia vir Dei prophetico ſpiritu & divino quodam nutu præſentiens, antequam perveniſſet ad eos, lætabundus & hilaris, Bene, inquit, veneritis, filii; ſcio quod quantum in vobis eſt, ſpoliare me tunica, vexare contumeliis, propulſare verberibus, nec non aſello privare contenditis: ſed in veritate dico vobis, quoniam Deus protector meus eſt, & amore illius nihil in mundo poſſideo; ſed quæcumque vitæ neceſſaria ſunt, ad uſum potius Chriſti pauperum & mei, quam jure aliquo dominii ſeu proprietatis detento, nihil eorum quæ compoſuiſtis ad invicem effectui mancipare poteritis. Tunc illi pariter admirantes, & alter in alterius jactantes lumina vultum, contriti tandem cordeque compuncti, ante pedes ejus humiliter procidentes, veniam ſuppliciter petierunt: & culpam ſuam rubore profeſſi, ejus ſe orationibus commendantes, reverentiam de cetero ſemper ad ipſum præcipuam habuerunt. O virum ineffabilem! qui in oratione ſemper ſedulus, in meditatione devotus, in contemplatione perſpicuus, in divino Officio ſollicitus, in prædicationibus denique & verbo Dei attentus, Eccleſiaſticum illud obſervabat: Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei, ut & intelligas & cum ſapientia reſponſum proferas. Ordinis Minorum Sacerdoti frequenter confitebatur, & cum magna reverentia & devotione ſæpe corpus ſumebat Dominicum.

arcana cordium cognoſcit & aperit:

F

Eccli. 5, 13

CAP. V

22 Rigidus inſuper & auſterus in diſciplina, velut alter Franciſcus, & ſub ipſo ſtrenue militans Chriſto, ſuper cuſtodiam ſui ipſius vigilabat attentius, curam gerens præcipuam de inæſtimabilis poſſeſſione theſauri, caſtitatis videlicet & continentiæ: quem velut in vaſe fictili collocatum cuſtodire diligentius

longa vaſtaque abſtinentia,

A diligentius ſatagebat, in ſanctificationis honore, per utriuſque hominis illibatam atque integerrimam puritatem. Nam abſtinentia cibi & potus fuit in eo non modica, vulgo tamen abſcondita & diſcreta: ita ut etſi à quantitate ciborum ſuperflua ſimul & potabilium prudenter abſtineret; qualitates tamen eorum (quoniam ſecundum Euangelii ſanctionem quæ illi apponebantur comedebat cum gratiarum actione)
Luc.10, 8 ſecundum loca & tempora & perſonas, non vitabat. Semper in majori Quadrageſima, & illa Pentecoſtes, S. Franciſci & B. Martini, jejunabat: & unica tantum per ſingulos dies refectione contentus, de cibo & potu tam modeſte ſumebat, ut vix ſufficere ad ſui corpuſculi ſuſtentationem valeret. Quarta inſuper feria, in qua Chriſtus pro nobis triginta denariorum numero à diſcipulo eſt venditus; & ſexta, in qua ſacrum effundens ſanguinem ad delictorum noſtrorum emundationem in vera crucis ara eſt mortuus, una tantum vice, panem dumtaxat & aquam guſtando, jejunium ſolvebat.

c *& corporis caſtigatione in ſe animadvertit:* B

23 *c* Stamineam duram pro camiſia portabat ad carnem: deſuper vero vilibus & deſpectis veſtibus tegebatur, quas ut plurimum ad majorem ſui ipſius contemptum, diſcoloribus petiis reſarcitas in publicum deferebat. Vili cubiculo utebatur: interdum vero ſtrato feſſus incumbebat duriſſimo: nonnun-
1Cor.9,27 quam etiam, ut corpus ſuum juxta Apoſtolum caſtigaret & in ſpiritus ſervitutum redigeret, pro cervicali, ut moris erat B. Franciſco, lignum vel lapidem tenens, nuda humo vix membra ipſius hærentia collidebat. Poſtremo feria ſecunda, quarta & ſexta, ter videlicet qualibet hebdomada, illius amore, qui pro nobis ad columnam ligatus, nudus & innocens, ſacrum undique ſanguinem fundens, à planta pedis uſque ad verticem extitit duriſſime flagellatus; ſublata veſte nudatus, ſe ipſum aptatis ad hoc funiculis aſperioribus, interdum vero catenulis ferreis, flagellabat. O mirandam viri auſteritatem! qui vili contectus tegmine, quo tamen ſancto Flamine caleſcebat; modico refectus cibo, quo tamen interiorem hominem ſatiabat; aſpero pauſatus cubiculo, quo tamen dulcius in oratione quieſcebat; duro caſtigatus flagello, quo tamen ſævientis in ſe hoſtis vulnera fugiebat; corpus ſuum aſinum ſolitus nuncupare, velut jumentum & aſinum edomabat: quique Franciſci Patris ſui æmulus, & in mundi hujus certamine, qua poterat poſt eum virtutis armatura concertans, pauper & modicus, carnem, mundum &
C diabolum conterens, more Apoſtolico, vita & moribus incedebat.

CAP. VI *conſortia & colloquia feminarum vitat,*

24 Ad hæc vir Dei Lucheſius, ex quo Tertii Ordinis habitum manibus B. Franciſci glorioſis, & nunc ſacris Chriſti Stigmatibus inſignibus, aſſumpſit; ſuſpecta conſortia & colloquia mulierum vitabat omnino: prudenter intelligens, quod earum converſatio multis præcipitii magni cauſa præcipua extitit & ruina. Audierat enim, verbo Dei eruditus, & Sanctorum Patrum ſententiis præmunitus, quoniam gravem inimicum exitialemque adverſarium habet caſtitas mulierem; cujus non ſolum impudicis actibus vipereiſque ſermonibus reſiſtendum eſt, verum etiam demiſſis ſenſuum omnium habenis longius fugiendum. Memoriæ etiam ex auditis commendaverat, quod non eo minus fugiendæ ſunt, quia forte ſanctimoniales vel aliter religioſæ: quia quanto religioſores & ſanctiores videntur, tanto magis alliciunt homines; quoniam libidinoſa voluptas plus honeſtas mulieres quam impudicas perſequitur, & ſub prætextu ſanctitatis latet ſæpenumero viſcus libidinis. Condiderat inſuper armariolo pectoris ſui, & ſæpius animo ſupputabat, quoniam ſecundum
Iob.40,11 Job ſanctiſſimi viri ſententiam, omnis adverſus viros diaboli virtus atque potentia in lumbo conſiſtit, omnis in umbilico contra feminas invaleſcit fortitudo.

AUCTORE BART. DE TOLOMEIS EX MSS.

25 Conſiderabat enim quod Sampſon fortis & validus, ſaxo durior, & qui unus & nudus mille eſt perſecutus armatos, in Dalilæ molleſcit amplexibus: leonem ſuffocavit, ſed amorem feminæ ſuffocare non potuit: vincula ſolvit Philiſtinorum, ſed ſuarum non rupit vincula cupiditatum: meſſes denique eorum incendit, ſed unius mulierculæ ſuccenſus igniculo meſſem ſuæ virtutis amiſit. Animadvertebat, quod propheta magnus David & ſecundum cor Domini inventus, & qui naſciturum Salvatorem noſtrum ex Virgine melliſluo pluries ore cantaverat; poſtquam deambulans ſuper ſolarium aulæ ſuæ, Berſabeæ conjugis alienæ captus eſt nuditate, adulterio *d* prodimentum junxit & homicidium. *d*
Meditabatur quod Salomon, per quem ſe cecinit ipſa Sapientia, qui de ſeipſo Magnus, inquit, effe- Eccl.1, 16
ctus ſum & præceſſi omnes ſapientia qui fuerunt ante me in Jeruſalem, & mens mea contemplata eſt multa ſapienter; & didici dedique cor meum ut ſcirem prudentiam atque doctrinam; quique ſapientiſſime diſputavit à cedro Libani uſque ad hyſſopum, quæ exivit per parietem; tandem receſſit à Domino, quia amator mulierum fuit. Quid plura? intuebatur pavens, quod in periculoſo atque omnibus metuendo mulierum colloquio longeque vitando conſortio, ne forte aliquis ſibi de conſanguinitatis ſeu affinitatis propinquitate confideret, in nefarium atque illicitum Thamar ſororis ſuæ Ammon frater exarſit incendium. E

26 Non ſolum autem mulierum ſed etiam ſecu- Pſal.17, 26
larium omnium conſortia evitabat, cavens propheticum illud: cum Sancto Sanctus eris, & cum perverſo perverteris; & poëticum ſenſu tenens: *prava item cõſortia virorum & detractatores,*

——— Dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures: ſicut grex totus in agris,
Unius ſcabie cadit & porrigine porci; Iuven. Sat.
Uvaque conſpectâ livorem ducit ab uvâ. 2, 78

Si quando tamen caritate exigente ad aliquos divertiſſet, non verba otioſa aut aliter inania, ſed utilia ſemper & ſpiritualia, & quæ illos ædificare poſſent & ad Deum convertere, cum modeſtia & maturitate, dulci eloquio proferebat; ita ut plurimos ad compunctionem & divinæ laudis confeſſionem induceret. Non linguam, non aures prurientes habebat; quia nec ipſe videlicet aliquando detrahebat aliis, nec alios audire volebat detrahentes: quibus ſemper triſtem & aratam rugis frontem torto naſo F
prætendebat, ſciens Eccleſiaſticum illud: Ventus Aquilo diſſipat pluvias, & facies triſtis linguam Prov. 25, 23
detrahentem.

27 Non ſolum autem detractores & maledicos, *vanos etiã* verumetiam ſcurriles aut quomodolibet vaniloquos *ſermones* omnes aut vitabat, omnino declinans ab eis; aut ad- *non ferens,*
verſans eorum ſermonibus & manſuete corripiens, ſtultiloquia & ſcurrilitatem eorum in Dei laudem & doctrinam Euangelicam convertebat; cavens illud Apoſtoli: corrumpunt bonos mores colloquia ma- 1Cor.15,33
la. Morum inſuper omnium gravitatem & laudabilis vitæ honeſtatem tantam omnibus prætendebat, ut verbo pariter & exemplo omnes ad Chriſtum trahere niteretur; & in carne præter carnem vivens, homo videretur Angelicus, & cum Apoſtolo di- Phil.3, 20
cere videretur: Noſtra converſatio in cælis eſt: quia corpus & animam ſemper ad cæleſtia elevabat. Quid moror in ſingulis? Duos habebat ex prædicta uxore filiolos, quos unice deſiderabat ex hoc mundo tranſire ad Chriſtum, ne aut malitia ſeculi hujus eorum immutaret ætatem, aut ſibi ex naturali filiorum affectu aliquod in via

AUCTORE BART. DE TOLOMAIS EX MSS.

Dei offendiculum poneretur. Qua de cauſa, quia eam minime latere poterat, conjux innata compaſſione plurimum triſtabatur.

28 Paupertatem quoque ſanctiſſimam, & omnibus fere (quia pauci vera dignoſcunt bona) terris expulſam, ſumme amplexabatur: & præter hortolitium ſeu agellum prædictum, quod ad ſubventionem pauperum magis quam ad ſui ſuſtentationem detentabat, nihil aliud poſſidere cupiebat in terra. Et quidem paupertatis tres ſpecies fore præſenſerat: unam ſcilicet illorum, qui temporalibus egent, ſed inviti, quam egeſtatem dicere poſſumus; egent enim rebus & bona voluntate, qua nihil ditius eſſe poteſt in mundo: ſecundam illorum, qui abundant rebus, ſed ſpiritu pauperes ſunt, quæ vere aurea paupertas nuncupatur; quia divitiæ ſi affluant, corda nolunt apponere: tertiam, quam Philoſophi frugalitatem, nos mediocritatem dicimus, quæ paupertas voluntaria eſt, vir ſanctus elegit. Hanc ſibi, quoad vixit in mundo, caritate ſtuduit deſponſare perpetua, non ſolum amore B. Franciſci, qui à principio Religionis uſque ad mortem, tunica, corda & femoralibus dives, in ſola videbatur rerum penuria gloriari & egeſtate gaudere; verum etiam quoniam Chriſti
B paupertatem & matris ejus jugi meditatione, frequenter etiam cum lacrymis, per ſingulos dies revocabat ad mentem. Ex hoc ipſam paupertatem virtutum omnium aſſerebat reginam: quia non ſolum, inquiebat, in doctiſſimis viris & philoſophis claruit, non modo in Chriſti ſervis & electis egregie ſplenduit; verum etiam in ipſo Rege Regum, & Regina cælorum matre ipſius tam præſtanter effulſit. Ob hoc etiam dicere ſolebat, in vanitate ſenſus & obſcuritate mentis ingredi, hoc eſt, ſtultos effici, qui perituras quandoque divitias diebus ac noctibus quærunt; qui ut labentes captent divitias potentibus adulantur, qui hæreditates inſectantur alienas, qui negotiationibus variis opes congregant, quas denique in momento quibus ſint relicturi ignorant.

paupertatem amat & colit.

ANNOTATA.

a *Italis*, la parete, *feminini generis eſt.*

b *Vulgo* Maſſa, *in Maritima citeriori ad confinia Dominii Florentini.*

c Staminea, *tela ſeu pannus ex caprarum pilis, vox Italis, Hiſpanis, Francis, pro ſua cujuſque dialecto communis.*

C d Prodimentum, *Italis communius* tradimentum, *proditio.*

CAPUT III.

Humilitas & patientia B. Lucheſii, mors pie obita, & miraculis eam ſecutis honorata.

29 OMnium inſuper virtutum cuſtos & decor humilitas, copioſa virum Dei divinorum chariſmatum ubertate & perfecta caritate repleverat. Nihil enim eſt in veritate, ſi Scripturas inſpicimus, quod nos ita Deo & hominibus gratos faciat & vinculo dilectionis conjungat, quam ſi vitæ merito magni, jure vero humilitatis, infimi ſimus. In propria ſiquidem reputatione, qua ſe Chriſti ſervum inutilem & inter Confratres tertii Ordinis minimum fatebatur, nil penitus erat niſi in ſummi Regis aula fictile quoddam & contumeliæ ſordidum vaſculum; cum in veritate vas eſſet honoris præcipuum, multiformi virtute præfulgidum, & ſanctificationis merito regiis uſibus dedicatum. Super hanc igitur virtutem, veluti ſapiens architectus, quod à Chriſto & ſibi conformi Franciſco didicerat fundamentum præ-

humilitatem exercet,

jacens, ſtuduit ædificare ſeipſum; & copioſa virtutum & gratiarum, veluti pretioſorum lapidum congerie, uſque ad cælorum ſublimitatem ædificii ſui culmen attollere. Conabatur pro poſſe & ſummopere ſatagebat in oculis propriis aliorumque vileſcere, veræque virtutis eſſentiam non imaginem poſſidere. Aliud ſiquidem eſt virtutem, aliud virtutis habere ſimilitudinem: aliud rerum umbram ſectari, aliud veritatem; multoque deformior atque pernicioſior eſt illa mentis elatio, quæ ſub humilibus ſignis aut phantaſmatibus latet. Aſſerebat enim, prout à S. Franciſco didicerat, propter humilitatem filium Dei de ſublimitate paterni ſinus ad noſtra deſpicabilia deſcendiſſe, ut tam exemplo quam verbo cunctorum Conditor & Redemptor, verus humilitatis magiſter, humilitatem ſuis aſtrueret & doceret.

30 Confirmabat ob hoc propoſuiſſe parabolam in Euangelio, in qua Phariſæus arrogans ſpernitur, humilis vero publicanus auditur. Ob hoc, diſceptantibus de dignitate diſcipulis, unum apprehendiſſe de parvulis, & in medio eorum collocato dixiſſe, Niſi converſi fueritis & efficiamini ſicut parvulus iſte, non intrabitis in regnum cælorum. Prædicabat ex hoc ſolitarie locutum cum Samaritana, ad pedes ipſius ſedente Maria diſputaſſe de cælorum regno, laviſſe E diſcipulorum pedes, proditorem ſuum oſculo excepiſſe, dum denique triumphatis hoſtibus glorioſus ab inferis reſurrexiſſet, primum mulierculis apparuiſſe. Concludebat poſtremo, quod ſathanas ex Archangelo & ſublimi cælorum faſtigio ruit, non ob aliam cauſam niſi ob contrariam humilitati ſuperbiam, quæ adverſarium habet ſupernorum ſpirituum Regem. Cujus rei cauſa Scriptura commemorat: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Dicere etiam ſolitus erat & ſæpius replicare illud B. Franciſci verbum: Quantum quiſque eſt in oculis Dei, tantum eſt & non plus. Et à ſummo dictum Magiſtro commemorabat: Quod altum eſt apud homines, abominabile eſt apud Deum. Malebat inſuper vir Deo dignus & humilis de ſe vituperium audire quam laudem; intelligens quod hoc ad ſe emendandum induceret, illa vero ad cadendum vehementer impelleret: ſed & hoc exhilaratus, illâ non modice contriſtabatur, prænoſcens ſuperbos in Euangelio deprimi, humiles vero uſque ad cælum exaltari. O virum admirabilem! qui tanta morum honeſtate conſpicuus, exiguo vaſculo virtutes maximas repoſuerat: qui tanta rerum egeſtate contentus, ut præoccuparet divitias gloriæ, ad ſecurum paupertatis nidulum ſua ſponte confugerat: qui denique tantis onuſtus meritis, ut magnifice exaltaretur, ad verum humilitatis ſtatum deſcenderat.

D

ejus pretiū ſibi proponens ex variis argumentis,

Matt. 18, 3

F

Iac. 4, 6

31 Tanta poſtremo virum Dei Lucheſium patientiæ virtus decoraverat, ut in omnibus tentationibus & adverſitatibus, quas ſibi humani generis inimicus prætendebat, ſolitus eſſet dicere: Benedictus Dominus meus Jeſus Chriſtus, qui pro me longe majora ſuſtinuit; & mater ejus ſanctiſſima, nec non & glorioſus Franciſcus, quorum amore duriſſima omnia perpeti ſum paratus. In omnibus injuriis, verbotenus ei aut facto illatis, abſque mora Dominicam ex corde promens orationem; Pater, dicebat, cæleſtis, omnipotens, quomodo aut qua fronte rogare te poſſum, ut dimittas mihi peccata mea, niſi irrogatas mihi quaſlibet injurias ex corde dimiſero. Didicerat profecto, verbo Dei ſemper intentus, quod facile ſibi erat, vilem tunicam & contemptam habere, demiſſo inter homines capite incedere, caputium ſuper oculos operta fronte demittere; ſed verum humilem patientia oſtendebat injuriæ. Menti mandaverat, quod patientiæ virtus ſola hoſtes conterit, triumphum portat ex ipſis, virtutes ceteras regit, tam

CAP. VII

patientia in tolerandis injuriis,

& adverſis exempla dat:

A tam magnum denique Dei donum eſt, ut etiam ipſe qui eam nobis largitus eſt patientiâ prædicetur. A B. Franciſco audierat, quod militiæ convenit Chriſtianæ adverſitatibus excuti, calamitatibus probari, ſub preſſuris adoleſcere, ſub infelicitatibus & anguſtiis cum gaudio ampliari, preſſuras denique mundi omnes, anguſtias, calamitates, diſcrimina proficiendo calcare. O vere felix Lucheſius, qui non in carnis voluptatibus, non in perituris divitiis, non in ſapientia, non in potentia ſeculari vel eloquentia, ſed in tentationibus & Chriſti paſſionibus gloriabatur.

ægrotare incipiens, ad cælum uxorem præmittit,

32 Poſtquam vero per diuturnos & graves labores, carnis macerationes, crebras vigilias, continuata jejunia, devotas orationes, mentis elevationes, quibus in divinam ſimilitudinem transformatus rapiebatur in cælum; continuas exercitationes, quibus proprium nutriebat munimen & cum periculis habebat certamen, à Deo probatus, dignus illo repertus eſt; per furentia tandem diſcrimina mundi, ſub ictibus diſciplinæ militaris, ad portum perpetuæ felicitatis glorioſe pervenit. Cum enim ſanus mente, languens corpore, diuturna ægritudine in extremis propemodum laboraret, rogavit eum uxor ſua, ut

B paululum ipſam præſtolaretur; ut ſicut fuerat ſocia paſſionum ejus in mundo, ita ſimul cum ipſo particeps conſolationum fieri mereretur in cælo. Annuit Vir ſanctus deprecationibus conjugis, quæ eadem die corporali oppreſſa ægritudine, pauco temporis intervallo febribus agitata, manibus ſignata comparis ſui, & in Crucifixi nomine benedicta, Eccleſiaſticis quoque munita Sacramentis, migravit ad Dominum.

& pie moritur;

33 Tunc & ipſe corporis ſui reſolutionem non longe abeſſe prænoſcens, accito fideli nuntio, tertii videlicet Ordinis confratre ſuo, miſit pro Fratre Ildebrandino, Ordinis Minorum Confeſſore, veræ neceſſitudinis glutino ſibi copulato. Qui & ipſe perpendens, quod invalescentibus anguſtiis jam in ultimis fatiſcebat, dixit ei: Cariſſime Frater Lucheſi, præpara animam tuam cum omni devotione ante adventum Salvatoris tui, viriliter age contra inſidias diaboli, & confortetur cor tuum in Domino: quoniam in proximo crede mihi eſt, ut veniat ſalus & corona gloriæ tuæ. Ad quem ille, ſublata parumper facie, aliquantiſper ſubridens: Pater, inquit, amabilis Ildebrandine, ſi præparationem animæ meæ ad hanc uſque horam diſtuliſſe animadverterem, non

C utique diffiderem de bonitate & miſericordia Dei; ſed ut verum fatear, propter mortis pericula, non ſecurus ex hac vita diſcederem. Levatiſque manibus, atque oculis in cælum intentus, Gratias, inquit, ago excellentiſſimæ Trinitati, Patri, Filio & Spiritui ſancto, B. Mariæ ſemper Virgini, Beato Patri meo Franciſco & omnibus Sanctis, quia non meis meritis, ſed paſſionis ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti paratum, liberum, & expeditum à laqueis diaboli fore me ſentio. Hora denique tranſitus ſui jam inſtante, circumſtantibus eum Minoribus Fratribus de Podi-Bonitio & orantibus pro eo, quem jam ſolus à D eo carnis paries diſiungebat, cunctis in eo completis myſteriis & Eccleſiæ Sacramentis, anima ejus carne ſoluta in abyſſum ſupernæ lucis abſorpta eſt.

funus portantes in pluvia non madefiunt,

34 Cum vero corpus ejus ad eccleſiam Fratrum Minorum, quæ poſtea exigentibus meritis atque miraculis ſub ejus titulo dicata eſt, honorifice deferretur, univerſam Cleri & populi multitudinem copioſa aquarum inundatio cælitus miſſa inevitandâ celeritate profudit. Mirum certe & futurorum miraculorum præſagium! cum Clerus & populus una cum pretioſo illo pignore ad Minorum Fratrum baſilicam perveniſſent, in nihilo eis obſtante tanta & tam ſubita aquarum inundatione, nullius omnino veſtis fuit in aliquo ſuperfuſa; prout omnibus ſuper eo admirantibus manifeſte tunc patuit, & qui perſonaliter tunc aderant fide digniſſimi aliis retulerunt. Hoc illis ſanctitatis indicio & futurorum miraculorum præludio inſinuante & feliciter demonſtrante, cui ſub Franciſci vexillo ſtrenue militaverat Lucheſius noſter, Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto per infinita regnat ſecula ſeculorum. AUCTORE BART. DE TOLOMEIS EX MSS.

CAP. VIII.

35 Quantus vero in oculis Dei vir iſte ſanctus & glorioſus extiterit, multis & variis miraculorum indiciis divinæ largitatis ipſius immenſitas, poſt ipſius felicem tranſitum, per diverſas orbis partes dignanter oſtendit. Quia igitur miracula Sanctum, ut dicitur, non faciunt ſed prætendunt; ad omnipotentis Dei laudem & gloriam, qui mirabilis eſt in Sanctis ſuis, miracula quædam ex multis, quæ in antiqua ejus Legenda reperi à fide dignis anteceſſoribus meis poſita, quædam & noſtris patrata temporibus, inferius annotabo: quæ viri ſanctitatis & excellentiæ evidens teſtimonium perhibent. Frater enim Ildebrandinus prædictus, religioſus admodum vir & per omnia fide digniſſimus, tactis ſacroſanctis Scripturis aſſeruit, quod ipſo præſente atque cernente, cum quidam extremitatem pollicis B. Lucheſii, adhuc jacentis in feretro (ſic enim biduo publice in eccleſia ſteterat) devotionis cauſa ſubito amputaſſet; illico ſanguis, ſicut de viventis hominis pollice, emanavit, quod profecto in mortuis non ſolet corporibus evenire. Vir quidam de Podi-Bonitio, Boninſegna nomine, dixit & juramento firmavit, quod cum corpus B. Lucheſii adhuc inſepultum jaceret in feretro, & mater ejus quæ ad viſitandum Sancti corpus advenerat domum gradu concito repetiſſet, filium infantem quem dimiſerat in cunabulis, in igne non pauco (juxta ignem enim eum locaverat) reperit: quem omnino mortuum exiſtimans, &, o Sancte Lucheſi, perterrita clamitans, faſcias quidem & petias omnes, quibus involutus fuerat infantulus, exuſtas conſpexit; puerulum vero meritis B. Lucheſii, ſine ulla penitus læſione, arridentem blandientemque ſibi, manibus & ulnis excepit.

è corpore jam biduo defuncti ſanguis manat,

E

Rubr. 1 Mirac. 1

infans ejus meritis in incendio illæſus perſiſtit,

36 Idem etiam Boninſegna jurejurando aſſeruit, quod cum prædictus infantulus annum jam decimũ attigiſſet, & à planta pedis uſque ad verticem acri humore turgeſcens, non rationale animal, ſed monſtrum potius aut naturæ portentum videretur; omni humana fiducia & ſpe ſalutis ejus poſt habita, voto emiſſo à matre S. Lucheſii nomine, ſtatim juxta oculum pueri, aquei fluxus humoris erupit tanta in copia, ut pauco temporis intervallo totaliter liberatus, in miraculi teſtimonium parva juxta oculum ſola cicatrix remanſerit. Idem inſuper tactis ſacroſanctis Scripturis publice dixit, quod habebat filium quemdam infantulum, qui cum octavum jam menſem pulcherrimus attigiſſet, ſuffocatus in lecto & omnino mortuus, voto à matre emiſſo S. Lucheſii invocata interceſſione, ſanus atque incolumis mirabiliter reſpiravit.

11

& gravi tumore corporis liberatur:

E

111

alius vitæ reſtituitur?

a

37 Adoleſcentulus quidam incola *a* Pontis-Eræ Piſanæ diœceſis, cum pro metendis herbis, cum quibuſdam coævis ſuis, ad campeſtria perveniſſet; in vetus puteum, herbis in ſummo ejus ore virentibus occupatum, incautus cecidit, qui trium paſſuum aquarum altitudinem continebat. Abſorbente igitur eum aquarum profunditate, & ſola mente ſuperſtite, qua ſine labiorum motu S. Lucheſium jugiter invocabat; ſocii hoc perpendentes, concito curſu ad ejus parentes properaverunt, ut ſine mora conſurgerent, & naufraganti filio ſubvenirent. Currunt parentes ad puteum, convicinorum ſtipati multitudine, ejulantes, & B. Lucheſii patrocinium altis vocibus poſtulantes;

1V

quidam in puteum laplus ſupra aquas ab eo ſuſtinetur,

AUCTORE BART. DE TOLOMEIS EX MSS.

ſtulantes: qui filium omnino credentes fore ſubmerſum, vivum & intrepidum in aquarum ſuperficie, velut ſolido terræ pavimento, quieſcentem invenerunt. Qui eductus de puteo, & rogatus quonam modo in tanta aquarum profunditate ſuperſtes remanſiſſet: Cum me, inquit, aquarum vorago uſque ad fundum putei occupaſſet, S. Lucheſii auxilium mente propoſci: qui ſtatim mihi præſentialiter affuit, & dexteram porrigens in aquarum ſuperficie ad hanc uſque horam leviter me ſuſpendit.

V *puer mortuus ad vitam revocatur,*

38 Cum puer quidam de Papaiano, annorum octo, graviter infirmatus per plures dies loquelam amiſiſſet, & mortuus ab omnibus putaretur; mater ejus, quæ funerali eum veſte contexerat (nam ſepultura pueri ſolicite curabatur) voto ad Sanctum emiſſo, qui tunc temporis ad cælum migraverat, gratiam mirifice impetravit. Illico enim puer membra agitare jam frigida, brachia cœpit elevare præmortua, reſpirare vehementius, genitricis collo blandiri, poſtulare corporis alimenta, pauco temporis intervallo plurimum refici; ita ut in paucis diebus ſanum, rubeſcentem & vividum, non ſolum parentes & domeſtici, ſed tota ſimul vicinia mirarentur.

VI B

39 Frater Bonifacius de Senis, Ordinis Minorum Viſitator ex latere Generalis Miniſtri in provincia Marchiæ Anconitanæ, vir apprime eruditus & morum honeſtate conſpicuus, dum eamdem provinciam una cum Fratre Franciſco de Squaccialupis & Fratre Franciſco de Caſinis, ejuſdem urbis & Ordinis, ſociis ſuis, viſitationis gratia peragraret; audivit à pluribus, tam Religioſis quam ſecularibus fide dignis, mirandum opus & digniſſimnm nota quod narro. In *b* Racaneto, ejuſdem provinciæ urbe notiſſima,

b quidam vivus fratri à ſe occiſo conſepultus,

quidam tunc dominus fuerat, qui ad compeſcendam humani ſanguinis effuſionem, cujus dira libido ſubditorum ejus mentes invaſerat, publica ſanctione ſtatuerat; ut quicumque hominem voluntarie interfeciſſet, vivus membris ad membra trucidati hominis colligatus, ſi intercipi poſſet, tumularetur. Accidit igitur ut quidam in eadem civitate fratrem ſuum carnalem ſive uterinum, verbis aſperioribus irritatus, & ſuper communi dividendo, quæ radix omnium malorum eſt, cupiditate ſuccenſus, in maxilla inſuper ab eo percuſſus, ſica vulneratum in ilibus interficeret: quorum avia materna de Podi-Bonitio fuerat. Interceptus eadem die ab apparitoribus fratricida, eſt ejus germano juxta legis edictum mortuo conſepultus in cœmeterio eccleſiæ Fratrum Minorum dictæ

C

urbis. Mane ſequenti parvuli quidam in eodem cœmeterio colludentes, & terram ſub eorum pedibus tremeſcentem nunc elevari nunc deprimi concernentes, clamoribus Fratres qui pſallebant in eccleſia compellaverunt. Qui & ipſi illud idem quod pueri contuentes, exterriti primum, inde vero alter alterius exhortatione ſecuri, nec non & prædictorum fratrum tumulum agnoſcentes, & terram deſuper amovere ſatagentes, confuſæ vocis tenorem, velut ab inferis aſcendentem, elapſam tumulo pariter audierunt.

mortem evadit,

40 Cum vero magis ac magis leviter fodientes eorum corporibus propinquaſſent, audiſſentque liquido, Miſericorditer nobiſcum agite, quoniam vivimus; ligatos quidem invicem invenerunt, ſed unum vivum, vivificatum alterum, ab invicem abſolventes, ſuperſtites ambos à fovea eduxerunt. Vagatur paſſim tantæ admirationis fama per urbem: conveniunt undique viri ac mulieres, inter quas & mater eorum nomine Joanna (nam non ſupererat pater) lacrymis madefacta ſolantibus, venit. Properavit Magiſtratus & Officiales, comparet ipſe Dominus urbis, præſens adeſt cum Clero Epiſcopus: qui diverſimode factum hoc tam mirabile à diverſis inquirendo inveſtigans, hoc tandem nota dignum inter multa delegit. Qui enim fuerat ſica percuſſus unus ex duobus fratribus, Reverende, inquit, Pater & Domine, cum me ſauciatum lethali vulnere ſenſi, fratri meo, quam mihi mortem intulerat, ex corde dimittens, Deo & B. Lucheſio, cujus amorem & devotionem à cunabulis matre docente retinui, tota mente moriens commendavi. Qui vero eumdem vulneraverat reliquus frater, Et ego, ſubjunxit, dum fratri huic meo, tumulandus cum eo vivus, funiculis adſtringebar; toto corde contritus & de fratricidio pœnitens, B. Lucheſio votum emiſi, quod ſi de tam crudeli morte ſuis meritis me ſervaret ſuperſtitem, amore ſuo Minorum Fratrum Religionem aſſumerem. Quæ vero præſens erat amborum genitrix, lacrymis madefacta dulciſſimis, Et ego, ſubintulit, felix nimium mater iſtorum, quos ab ineunte ætate eorum, ſub cura & patrocinio & peculiari devotione Sancti mei Lucheſii, ad hanc uſque horam fortunata perduxi; audito amborum flebili nimium mihi caſu, alterius animam, alterius vero corpoream vitam multis lachrymis Deo & eidem B. Lucheſio, tota contriti cordis intentione, commiſi. Stupentibus adhæc cunctis qui aderant, & præ devotione illacrymantibus, qui mortuus fuerat & revixit, ad propria cum matre revertitur: qui vero à morte præſervatus fuerat, propria omnia reſpuens, quam Deo voverat & B. Lucheſio Fratrum Minorum Religionem ingreditur. Quem prædicti Frater Bonifacius, Frater Franciſcus Squaccialupis & Frater Franciſcus de Caſinis de Senis, corporeis oculis conſpexerunt, & prædicta narrantem propriis auribus audierunt.

D

E

Rubr. II. *cæcus viſum donatur.*

41 Cum juvenis quidam de Podi-Bonitio, filius Franciſci cognomine Lupi, qui *c* poſtemam habebat in oculo dextero non parvam, qua nihil eodem oculo intuebatur, & nihil remedii à *d* cerurſicis medicis inveniret; ad S. Lucheſium priuſquam tumulo claude retur confugiens, & cum devotione manus ejus deoſculans, fricanſque oculos ſuper eas cum lacrymis; ſtatim ab eadem infirmitate, quam per tres annos habuerat, perfecte videns extitit liberatus. Hoc exinde parens ejus prædictus, & qui ei medelas tribus annis contulerat Medicus Magiſter Meus nomine, de Colle-vallis-Elſæ, non credentibus quibuſdam, ta-

c

item alius,

ctis ſacroſanctis litteris affirmabat. Quidam alius, Guidonis de Caſtro Linarii *e*, de ſeipſo aſſeruit, quod dum quadam die ſarmentorum faſcem in hortulo alligans in acutum palmitem graviter oculum impegiſſet, & pluribus diebus nihil omnino videns, ex eo futurus opinione ſua & aliorum cæcus eſſet; ad S. Lucheſium tota mente ſe convertens, emiſſo voto ſanitatem protinus recuperavit.

d *e*

F

III *& alius,*

42 Presbyter quidam *f* Ranuccius de Podi-Bonitio, honeſtæ converſationis & famæ, quotquot audire cupiebant certitudinaliter aſſerebat, quod quidam totaliter cæcus de *g* Caſtro Florentino, veniens ad tumulum B. Lucheſii, & flexis genibus aſtante populo, lacrymoſis gemitibus clamans & ejulans, & Sancti auxilium ſuppliciter invocans, in ſui & totius illius populi præſentia, non ſine ingenti gratiarum actione viſum recuperavit. Mulier quædam de Caſtro Linarii, nomine Gemma, quinque menſibus corporeis omnino privata & totaliter orbata luminibus, omni mundano auxilio deſtituta, ad S. Lucheſium, cui præcipuam gerebat devotionem, tota ſe mentis intentione convertit. Apparuit ei ſequenti nocte B. Lucheſius, indicibili luce & claritate circumdatus, eique benedicens & imprimens ſalutiferæ Crucis ſignaculum; Confide, inquit, filia, & noli timere, quia in proximo eſt ut ſanitatem recipias. Mane conſurgens mulier videre lucis cœpit alborem, ex hinc illud & illud diſcernere, & ad eccleſiam lætabunda confugere: gratias Altiſſimo referens, non

f *g*

IV *ac mulier una.*

ipſo mortuo vita reſtituto,

A ſolum quia lucis corporeæ meritis B. Lucheſii recepiſſet aſpectum, verum etiam quia ſacramentum illud ſalvificum Corporis Chriſti, quod verum lumen eſt animarum, tali beneficio meruerat intueri.

ANNOTATA.

a *Diſtat à Piſa p. m. circiter* 15, *eo fere loco ubi fluvius Era in Arnum inflat, vulgo* Pontadera.

b *Vulgo* Reccanati, *proxima Lauretanæ domui urbs.*

c Poſtema *feminine, pro græco* Apoſtema, *uſurpat Italica lingua.*

d Cerurgicus *nomen corruptum à* Chirurgus.

e *In valle Elſæ oppidum*, Linari *dictum in tabulis, diſtat Podio p. m.* 8 *aut circiter.*

f *Huic eidem miraculum contigiſſe videtur, quod narratur in prima Vita num.* 4.

g Caſtellum Florentinum, *in eadem valle & eadem ejuſdem fluminis ripa, longius abeſt, ad p. m. circiter* 25.

CAPUT IV.

Reliqua B. Lucheſii miracula.

B Rubr. III 1 *a Captivus à carcere liberatur:*

43 TEmpore cujuſdam guerræ exitialis quidam de Podi-Bonitio, nomine Buondapeſcia, captivus ductus eſt ad caſtrum *a* S. Geminiani à quodam cognomine Tempus, qui eum in domo propria arctiſſimis vinculis mancipavit. Cumque eumdem manibus, collo, alvo & pedibus, ligno cuidam, in ſimilitudinem Crucifixi olim cum Chriſto latronis, colligaſſet, & tres cuſtodes, unum ad dexteram, alium ad ſiniſtram, alium ad pedes, ejus fugæ periculo deſignaſſet; dixiſſetque captivus, Numquam audivi hominem tam crudeliter mancipari; reſpondiſſetque Tempus cum indignatione, Viderit Deus: Et Deus, ſubjecit captivus, adjuvet me & Sanctus meus Lucheſius. Mirabile dictu! obdormivit parumper, circa medium noctis evigilans ſoluta vincula ſentit, & cuſtodes dormitantes evadit, domum nullo penitus advertente egreditur, ſine ulla læſione de mœnibus ejuſdem Caſtri ſe præcipitem dedit; & cum graviter pateretur in cruribus, modico temporis intervallo liber & incolumis domum pervenit.

II *alius item,*

44 Dominicus quidam Bindi de Volaterris, eodem bello captivus & ductus ad idem Caſtrum S. Geminiani, publicæque cuſtodiæ cum multis aliis arctiſſime mancipatus, cum horridæ famis cruciaretur inedia, qua plures ex ſociis in eodem carcere perierunt; timens tali morte vitam finire, Deo & B. Lucheſio tota ſe mentis intentione commiſit. O mirabilis Deus in Sanctis ſuis! Emiſſo vix voto, ſpirituali alimento roboratus intrinſecus, corporis etiam valetudinem non amiſit. Pluribus diebus ac noctibus ſine cibo & potu ibidem permanſit: ad extremum perſeverans in voto, compeditus, è carceribus, à quo neſciebat, reſeratis evaſit; portam Caſtri nocte patentem invenit; & domum ſecurus perveniens, Sancti tumulum perſonaliter adiit: ubi vota perſolvens, compedes ad perpetuam rei memoriam appendit.

C

III *& alii tres,*

45 Viri tres de Podio-Bonitii, ob maleficium quoddam eis falſo impoſitum, in acerbiſſimo carcere Florentinæ civitatis detenti, diverſis tormentis diutiſſime laniati, quo tandem crudeliſſimum necis genus evadere poſſent, quocumque mundano auxilio deſperati, votum communi concordia emittentes, ad S. Lucheſii patrocinium confugerunt. O ſtupendam divinæ condeſcenſionis bonitatem, in eos qui fideliter convertuntur ad Sanctos ſuos! Ecce ſub noctis intempeſtæ ſilentio, quidam vir lucida veſte præfulgens, quem Sanctum fuiſſe Lucheſium minime ſuſpicati ſunt, reſerato carceris oſtio, apertis compedibus, ferreis vinculis diſſolutis, per medium civitatis eos deducens; extra portam ejuſdem urbis, quæ ultro patuit, ſecuros liberoſque abire permiſit. AUCTORE BART. DE TOLOMEIS EX MSS.

IV *b item alius.*

46 Quidam inſuper alius, de comitatu ejuſdem Caſtri, captivatus à multitudine hoſtium, quæ Societas dicebatur; & cum multis aliis penes Abbatiam *b* de Turri Senenſis diœceſis, redemptionis occaſione perductus, copioſo igne circumdatus, & hoſtium numeroſitate vallatus, in cujuſdam areæ medio, prope dictam Abbatiam, ad ſtipitem ligatus eſt. Qui, uti pauperculus erat, cum quo ſe redimeret ut ceteri non haberet, voto emiſſo Deo & B. Lucheſio, in quo peculiarem ſemper à puero devotionem habuerat, nomen ejus crebro ingeminans, deridentibus eum hoſtibus ſe commiſit. O ſemper in Deo & Sanctis ejus habendam fiduciam! Cuſtodes inter hæc verba, veluti ſoporiferam omnes ſumpſiſſent potionem, ſomno ebrii pariter corruerunt. Miſer ille, ſed tanto felix patrocinio, inevidenter ſolutus à ſtipite, illæſus ignem tranſiliit, hoſtium cuneos ſecurus penetravit: liber tandem, & animo lætus & gaudens, proprios *c* perventus ad lares, vota perſolvit.

c

D

Rubr. IV. 1 *quidam in flumen lapſus morti eripitur.*

47 Frater Bartholomæus de Pontremulo Ordinis Minorum, cum in parva navicula Arni fluenta, juxta Piſas prope monaſterium S. Sabini, ſociis multis in ripa fluminis expectantibus, primus tranſmiſſurus intraſſet; parva illa cymba caſu revoluta, rectore enatante, profunda gurgitis ſubmerſus petiit. Invocabant Fratres de ripa clamoſis vocibus S. Lucheſium, qui tunc temporis ad cælum migraverat: ſubmerſus etiam Frater ex imo fluvii, corde quidem, nam voce non poterat, ejus auxilium implorabat. Mirabile dictu! demerſam manibus retentans naviculam per cœnum profundi gurgitis pervenit ad littus, conſervata eatenus veſtimentorum qualitate præambula, ut non lutum, non aqueus humor, non denique gutta unica proximaſſet ad tunicam.

II *quidam à naufragio præſervatur,*

48 Frater Antonius de Oria, Ordinis Minorum, provinciæ Apuliæ, rediens Pariſiis tranſienſque per locum Fratrum Minorum de Podio-Bonitii, in quo pluribus diebus moram fecit, audiens mirabilia quæ per Sanctum ſuum Lucheſium Altiſſimus quotidie operabatur, in patria ſua publice prædicans, ea reverſus populo nuntiavit. Quæ audiens compatriota quidam ſuus, nomine Angelus, cum paucis elapſis diebus de portu Brunduſii in Epirum transfretaret, & inenarrabilibus pelagi fluctibus, poſt multas etiam Dei & Sanctorum ejus invocationes, magis ac magis ſæviente procella, navis fracto malo revulſoque gubernaculo ſine rectore fluitans omnino periclitaretur; mente reſumpſit quæ prædicator jamdictus euangelizaverat. Deſperato itaque remedio quolibet nautico, cum tandem ſocios ad hujus Sancti invocationem unanimiter provocaſſet (ô dignum monumento miraculum!) ponto nocte teterrima incubante, lux illico diem ſimilans in rate apparuit, & tanta cum lumine pelago divinitus eſt conceſſa tranquillitas, ac ſi in exemplum capitis ſui vento Lucheſius imperaſſet & mari. Epiro ſalvi omnes applicuerunt, & tanta ex hoc Sancti hujus in partibus illis cœpit fama crebreſcere, & in fidelium mentibus devotio excitari; ut ſæpenumero invocatus innumeris terra pelagoque ſuccurreret.

E

F

III *item auctor ipſe cum multis aliis.*

49 Ego Frater Bartholomæus de Tholomeis de Senis, Ordinis Minorum exiguus, cum de Capitulo noſtro Generali tunc Maſſiliæ celebrato in quadam navi domini Franciſchini de Portu-Veneris, in patriam reverſurus, intraſſem, una cum decem & octo Fratribus noſtris & aliis quamplurimis peregrinis, qui de S. Jacobo regrediebantur mari, prope *e* Savonam valida & inſperata tempeſtas incubuit: ſpiritu-

e

que

AUCTORE BART. DE TOLOMEIS EX MSS.

que procellarum pelago ferventius tumeſcente, & impetuoſo nobis Africo adverſante, qui deſperato ſalutis remedio ratem propellebat in cautes, evulſo malo, ſciſſis velis, fractis remis, laxatis rudentibus, ad extremum demiſſis fatalitate anchoris, navis undique agitata, incerto & inæquali curſu per æquora vagabatur. Erumpunt omnium lacrymæ, omnes vota perſolvunt, tollunt voces ad ſidera, Sanctorum ſuorum patrocinium quilibet invocabat: ego Deo cum lacrymis & B. Franciſco cauſam committebam. Ratis inter hæc, omni gubernaculo deſtituta, paulatim mergebatur in ima. Aderat peregrinus quidam, de Papajano oriundus, *f* ſed Figlinæ incola, diſtrictus Florentiæ: qui ſurgens in medio: Ecce, inquit ad nos, nullo exaudiente Sanctorum omnium auxilium invocatis: imploremus quæſo unanimiter Sancti mei Lucheſii patrocinium, qui licet apud vos ſit ignotus, notiſſimus tamen in patria mea, non irrita reddit ſibi ſupplicantium vota. Invocavimus concorditer omnes ejus perſuaſione clamoroſis vocibus & gemitibus S. Lucheſium: cum ſubito (o mirabilis omnipotentia Dei in electis ſuis!) peregrinus ille flexis genibus, ſublato bireto, junctis manibus, Conſurgite, inquit ad nos, conſurgite omnes, flexiſque poplitibus venientem ad nos læti ſuſcipite. Vix verba finierat, diffugiunt illico venti, ſedantur fluctus, pacatum momento efficitur mare: Savonam Deo dante applicuimus; & vota ſolventes omnes proceſſionaliter, ſinguli cum ſingulis cereis unius libræ in manibus, ob S. Lucheſii honorem & reverentiam, ad eccleſiam Fratrum Minorum ejuſdem urbis acceſſimus.

f

B

Rubr. v. I

50 Matrona quædam nobilis Florentina, in villa ſua non longe à Caſtro *g* Barberini, quoniam vicina jam partui quatuor jam diebus fœtum utero portaſſet extinctum, multis infelix agitabatur doloribus, & exitialibus urgebatur anguſtiis. Quoniam igitur præmortuus fœtus matrem quoque cogebat ad mortem, & nondum in lucem proditum abortivum, publicum genitricis periculum pariebat; fruſtra tentabat medicorum auxilium, & omne muliercularum & obſtetricum remedium poſtulabat in vanum. Fratribus tandem Minoribus, in Conventu tunc *h* Barberini commorantibus, per internuntios accerſitis, tota ſe devotione committens, ſuppliciter aliquid tangere de Reliquiis B. Lucheſii vel minimum plena fide poſcebat. Contigit apud Guardianum dicti loci, qui ſancti viri tumulo & funeralibus exequiis interfuerat, parum quid de tunica ejuſdem Sancti reperiri: qua ſuper perielitantem poſita, omnis ſtatim abſceſſit dolor; quique mortis cauſam prætendebat, extinctus fœtus facile emiſſus eſt, & integra ſanitas matronæ reſtituta.

g puerpera in partu mortui fœtus adjuvatur,

h

C

51 Mulier quædam de villa *i* Talcionis, nomine Gemma, cum partui propinqua, ſed morti propinquior [eſſet]; naturæ jam ſuccumbente virtute, & omni muliercularum remedio atque artificio ceſſante, ad S. Lucheſii patrocinium, inter exitiales viſcerum dolores, tota ſe mentis intentione convertit; invocatoque ejus auxilio, confeſtim ſolutis doloribus filium peperit: quem exactis quadraginta diebus ad eccleſiam Fratrum Minorum de Podio-Bonitii, ſancto eum offerens Lucheſio, jucunda portavit. Qui poſtea ætate adveniente eorum habitum & vitam devotus aſſumpſit.

i

II *& alia æque periclitans:*

52 Quædam alia mulier ſexagenaria, de *k* Monte-Morli, nomine Franciſca, cui filia moriens lactentem infantulum dereliquit, cum paupercula eſſet, & nullam inveniret mulierem, quæ ſitienti parvulo juxta quod neceſſitas exigebat lac tribueret, quo ſe verteret vetula penitus ignorabat. Occurrit igitur ei in mentem, quod B. Lucheſius potens eſſet apud Deum in mirabilibus ſuis. Et cum inter queruloſos gemitus crebroſque ſingultus vagientem infantulum teneret in gremio, &, O ſancte Lucheſi, quid tantæ meæ calamitati non ſubvenis? ingeminaret; apparuit illi viſibiliter innocentis amator ætatis & indeficiens afflictorum ſolamen, qui ſtupidæ mulieri plurimumque admiranti, Ego ſum, inquit, Lucheſius, quem tantis lacrymis toties invocaſti: pone mammillas tuas in ore pueruli, quoniam abundanter lac tibi divina clementia propinabit, qui ſitienti populo exuberantem aquam de petra eduxit. Credidit longæva anus, & perfecta ſunt in ea verba S. Lucheſii. Quod mirandum opus omnibus incolis patriæ illius tanta fama intonuit, ut certatim utriuſque ſexus homines, ex adjacentibus villis & oppidis, non ſine magna admiratione & Dei laude, lactantem ſexagenariam puerum convenerint ad videndum *l*.

k

III *vetula ad nutriendã filiæ ſuæ infantem lacte impletur,*

D

53 Nobilis quædam domina de Caſtro *m* Certaldi, cum mentis alienationem per biennium paſſa, viſu & auditu privata, indumenta dentibus laniaret, ignis & aquæ ceterorumque pericula non vitaret, eaduci inſuper morbi, qui regius dicitur antonomaſtice, ad culmen horrendam incurrerat paſſionem; nocte quadam, cum meritis S. Lucheſii ab æterno diſpoſuiſſet ejus tantæ calamitati divina bonitas miſereri, in ſe reverſa, & ſupernæ lucis fulgore ſuperilluſtrata divinitus, vidit in ſomnis B. Lucheſium, qui tunc temporis migraverat in cælum, ante quem genuflexa ſalutem devotius poſtulavit. Illo vero tacente & necdum annuente ipſius precibus, firmavit mulier votum, quod, ſi ejus meritis gratiam conſequeretur, petentibus omnibus, juxta facultatem ſuam, Dei pariter & ſui dilectione, nullo unquam tempore eleemoſynam denegaret. O immenſa divinæ largitatis beneficia! Viſus eſt illi, emiſſo voto, S. Lucheſius crucis ipſam munire ſignaculo; quæ à ſomno evigilans, & integerrimæ ſoſpitati reſtitutam ſe ſentiens, mane ſequenti, non ſine magno omnium qui eam agnoſcebant ſtupore, ad tumulum Sancti viſitandum perrexit.

l m IV *quædam mania, ſurditate & cæcitate laborans ſanatur.*

E

54 Ad eculeum quidam ſuſpenſus, cum magno lapidum pondere & loricarum, cum nollet, in præjudicium utriuſque hominis ſui & mortem, quod falſo ſibi impoſitum fuerat, maleficium confiteri; poſt diutinas vexationes & tormentorum genera liberatus, aſſeruit, quod meritis B. Lucheſii, quem crebro invocaverat, nullius torturæ ſenſiſſet dolorem. Aſſerebat etiam præfatus Frater Ildibrandinus, quod quidam frater ejus uterinus, qui poſtea tali occaſione Frater factus eſt Minor, cum umbilicum haberet ultra modum ac deformiter tumidum, & ſuper corporis ſuperficiem elevatum; manum S. Lucheſii, adhuc jacentis in feretro, ſine alia voti emiſſione deoſculans, illico extitit liberatus. Bartholomæus quidam de Podio-Bonitii, cum eſſet annorum decem, & haberet tranſverſam tibiam, & reverſam pedis illius plantã deſuper monſtruoſe prætenderet, ſtans ſuper tumulum B. Lucheſii, non ductus devotione, cum puerulus eſſet; timore perterritus, quia tibia ipſius veluti cum ſicca manibus ligna vi frangerentur, inſonuit; erectus, ſanus & liber, non ſine cunctorum admiratione, paternos lares intravit.

V *quidam ſenſu doloris inter tormenta liberatur,*

VI

F

VII *pes diſtortus reſtituitur.*

55 Puerulus quidam Piſtorienſis, cum teneret *n* carrucam ex oſſe in manibus, &, ut moris eſt puerorum, ferro illam perforare niteretur; ferrum illud deſiliens, manum ejus, non ſine magno dolore & ſanguinis effuſione penetravit. Cum vero poſt multa medicamina, apoſtematis ſuperventione manus tota putreſceret, & medicorum conſilio præſcindenda judicaretur, ne quotidie creſcens infirmitas totum corpus inficeret; audiens mater, tale remedium ultra pueri necem abhorruit: ad ſanctum autem converſa Lucheſium, cujus miraculorum fama jam undique perſonabat, voto ad eum emiſſo, infra paucos dies

n

curatur manus præſcindenda,

puer

A puer ita extitit liberatus, ut nulla cicatrix, nullum omnino veſtigium, aut principalis vulneris aut ex illo ſecuti apoſtematis, remaneret. Quidam adoleſcens de o Monte-Voltraio cum paralyſi percuſſus graviſſima p varicas multas, quæ vulgo q gangulæ nuncupantur per totum inſuper corpus haberet; voto à parentibus emiſſo, ab utraque pariter infirmitate, S. Lucheſii meritis, perfecte extitit liberatus.

item ſtrumæ, IX *o* *p q*

56 Mulier quædam nomine Divitia Orlandi de Senis, quæ guttam patiebatur in ſiniſtro crure quæ ſciatica appellatur, ita ut tribus annis continuis immobilis illo latere permaneret, voto ad S. Lucheſium facto, pauco dierum numero omni dolore ſoluta remanſit. Bartholomæus Joannis de Podio-Bonitii, à diabolo arreptus, & per triginta dies ita obſeſſus, horrenda loquens, enormia faciens, cum ſeipſum dentibus & alios, quos attingere poterat, laniaret, ad S. Lucheſii ſepulcrum deductus, mox ut illud contigit mirifice extitit liberatus. Nobilis quædam mulier Florentina, Lenotia nomine, per quatuor annos fluxu ſanguinis fatigata, ita ut quandoque nimia cruoris effuſione ſemianimis efficeretur; & ſi quandoque fluxus extinguebatur, corpus ejus totum tumeſceret; à medicis omnibus deſperata, & ad S. Lucheſii patrocinium converſa, perfecte ſanata eſt.

X *& ſciatica;* XI *liberatur energumenus,* XII *& fluxum ſanguinis patiens.*

B

57 Quidam de Podio-Bonitii, qui ob Sancti hujus reverentiam & devotionem, à ſacro baptiſmatis fonte levatus, Lucheſii nomen à parentibus impoſitum ſervaverat; dum in civitate Bononiæ carnes publice venderet (erat enim macellarius ſeu r beccarius, ut vulgo dicitur) Bononienſis unius manum, quam properus inter multos ad inſinuandas carnes, quas habere cupiebat, incaute prætenderat; improvidus & ipſe plurimumque feſtinus, cultro ad incidendas carnes ſublato, à brachio penitus s amputavit. Conſurgit rumor aſtantium: ſemivivus unus, ex dolore & magna ſanguinis effuſione, medicis illico offerendus domum portatur: ſemianimis alter, ex timore caſus fortuiti & cordis afflictione, eccleſiam quamdam t S. Bartholomæi ſecus turrim u Aſinellorum fugitivus ingreditur. Quæritur miſer à Magiſtratibus, à conſanguineis & affinibus vulnerati nimium indignatis inſequitur; ipſe vero triſtis & mœrens, clamans & ejulans, ſuſpirans & pectus contundens, Deum, ut meritis B. Lucheſii dignaretur liberare quem incaute percuſſerat, in eadem eccleſia ſupplici voto deprecabatur. Ligatur interea Bononienſis manus à Medicis, & deſperata licet ab illis, ſupernaturale remedium tali curæ neceſſarium afferentibus, brachio tamen diligentiſſime coaptatur. O mutatio dexteræ Excelſi admirabilis! Abſceſſit uno temporis momento dolor vulneris, & liberatum ſe non intelligens, dulci preſſus ſomno illico dormitavit. Mane reverſuntur cerurſici & quem febre gravatum reperire ſe credunt, vividum & alacrem contuentes, manum ejus ſtupidi diſſolventes, cicatrice tantum excepta, quæ remanſit in ſignum miraculi, abſque ulla penitus læſione conſpexerunt.

Manus cuidam inciſa reſtituitur: r *s* *t* *u*

C

58 Sacerdos quidam, nomine Ser-Dominicus de Vulterris ſeu Volaterris, B. Lucheſio valde devotus, ipſius feſtum in eccleſia Caſtilionis, apud oppidum Collis Vallis Elſæ, populo ſuo indixerat ſolenniter celebrandum. Obediunt ceteri, uno tantum excepto, qui victus cupiditate, Sacerdotis mandatum parvipendens, velut divinum aut univerſalis Eccleſiæ minime foret, egreſſus illo die in agrum ut ligna evulſæ vi ventorum ſuccideret arboris, vocem audivit clariſſime exprimentem: Feſtum hodie eſt, operari tibi non licet. Verum cum nec Sacerdotis imperio nec ſupernæ vocis oraculo ſervilis ejus temeritas frænaretur; ab incepto opere non deſiſtens, primo ictu in altum levatæ ſecuris, ſiniſtrum ſibimet pedem gravi vulnere ſauciavit. O divina vexatio, quæ ficto dat intellectum auditui! recolit Sacerdotis præceptum, corde compungitur, vulnus pro poſſe ſtringit & alligat, jumento reſidens quod ſecum duxerat; & ad S. Lucheſii tumulum properans, voto emiſſo in eadem eccleſia ſic vulnus ſanatū una cum ceteris qui aderant mirabatur, ut viſum fuiſſe, quod in veritate factū fuerat, præ gaudio & lætitia reputarent. Multa quidem & alia ſigna fecit Dominus Jeſus in conſpectu fidelium ſuorum, ut mirificaret Sanctum ſuū Lucheſium, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc: hæc autem pauca ſcripſi, ut credatis, quia Confeſſor idem egregius, eidem Chriſto conregnans, cæli potitur gaudiis.

XIII

XIV *Feſtum B. Lucheſii profanans vulneratur & ſanatur.*

Auctore Bart. de Tolomeis ex mss.

ANNOTATA.

a S. Geminiani caſtrum, *inter Volateras & Podium: ſed Podio propius adjacet, intervallo milliarium circiter octo.*

b *Crediderim eſſe locum qui ſimpliciter* Torri *notatur in mappis, & Senis diſtat p. m.* 8, *à Podio autem p. m.* 18 *circiter.*

c Perventus, *idiotiſmo Italico dicitur, qui Francis, Hiſpanis, Teutonibus communis quoque eſt.*

d *Duo Capitula Generalia Maſſiliæ celebrata invenio, alterum an.* 1319, *alterum an.* 1343: *de priori hic agi patet ex prologo.*

e Savona, *urbs & portus ora Liguſtica, p. m.* 20 *circiter Genua diſtans.*

f Papianum *nuſquam exprimit tabula Florentini Dominii.* Figlina *haud procul ab Arno notatur, inter Senas Florentiamque tenendo iter.*

g Barberinum *duplex eſt, alterum cis, alterum trans Florentiam; & utrumque pari* 17 *milliarium intervallo diſtat ab urbe: utrum Pontificia poſtea Barberinorum familia nomen dederit, non divino: primum autem indicari hic puto: quod abeſt Podio ad* 7 *vel* 8 *p. m. Florentiam verſus.*

h *Fuerat hic Conventus circa annum* 1300 *à Republica Florentina conſtructus, & in catalogo ſecundo apud Haroldum numeratur octavus cuſtodiæ Florentinæ, ſub annum* 1400; *ſed deeſt in catalogo ultimo an.* 1516. *Hinc colligas particulam* tunc *additam eſſe, non ab auctore primo, ſed à ſecundo, qui ſcripſit an.* 1477.

i *In tabulis* Calcioni *ſcribitur, forſitan minus recte; eſtque media fere inter Podium & Peruſiam via ſitus locus, ſpatio* 30 *fere milliarium utrimque diſtans.*

k *Hic quoque locus,* Monte-murlo *ſcribitur, eſtque ditionis Florentinæ.*

l *Simile prorſus eſt quod de alia vetula narravimus* 2 *Aprilis, in Supplemento hiſtorico ad Acta S. Franciſci de Paula num.* 93 *factum in Sicilia anno* 1597, *aliud ſimile & quam maximè authenticum dabimus inter miracula S. Angeli Carmelitæ num.* 15 *ad diem* 5 *Maji.*

m Certaldum, *in dextera fluminis Elſæ ripa, diſtat Podio circiter* 8 *p. m. & cognomen dedit B. Iacobo, cujus Vitam dedimus* 13 *Aprilis.*

n Carrucola *trochleam ſignificat, cujus primitivum* Carruca *videtur in eadem ſignificatione hic poni: niſi malis intelligere radium textrinum: nam in hoc quoque opere vocis hujus uſum eſſe colligitur ex Vocabulario della Cruſca.*

o Mons-Voltrajus *prope Volaterras, videtur dici contractim, quaſi* Volaterranus, *diſtat Podio p. m. fere* 12.

p Varuca *pro* Verruca *ſcribi videtur.*

q Gangola *Italis glandula, tonſilla, ſtruma dicitur.*

r Beccarius *dicitur à* becco *ore; ſicut Francis idem appellatur,* Bouchier, *à* bouche, *ſimiliter os ſignificante: quod ſcilicet carnes ori ſervituras vendat.*

s *Toto ſcilicet oſſe diſciſſo: non tamen & carne: nam ex hac pendulam haſiſſe manum, atque ita rurſum brachio applicatam à chirurgis eſſe, mox apparebit.*

A t *Ea eccleſia nunc Patrum Theatinorum eſt in foro minori ad portam Ravennatem.*

u Aſinellorum turris *Bononiæ eſt totius Italiæ altiſſima ac mire gracilis, pedum 376, privati Equitis, à cujus familia nomen retinet, magnificentia extructa: huic adjungitur altera, à Gariſendis æmulis ad ſimulatam ruinam ſic inclinata, ut faſtigium præpendeat fundamento ad pedes 9, arte ſtupenda, & quæſitam ſtudio operis deformitatem plus commendante, quam alterum commendet inſolens altitudo.* D

XXIX APRILIS.

SANCTI QVI III KALENDAS MAII COLVNTVR.

Sanctus Tychicus, diſcipulus S. Pauli Apoſtoli.

S. Saturninus, S. Inſicholus, S. Fauſtianus, S. Ianuarius, S. Marſalius, S. Euphraſius, S. Mammius, } Latrones, converſi, & Martyres in inſula Corcyra.

S. Cercyra Virgo, Martyr in inſula Corcyra.

S. Liberius, Epiſcopus Ravennas.

S. Carus, Epiſcopus Martyr, Atini in Italia.

S. Germanus Presb., S. Proſdocus Diac., S. Valentinus, } Martyres Alexandriæ, & forſan alibi.

S. Prudentius, S. Martialis, S. Sabbatus, S. Codomanus, S. Baſilius, S. Germanus, S. Filocaſtus, S. Budentius, S. Vrbanus, S. Pagata, } Martyres, Nicomediæ in Bithynia.

S. Gratus, & alii ſex, } Martyres, in Africa.

S. Valentinus, S. Marcianus, S. Bononus, ſeu Bononia, S. Vitalis, S. Auguſtus, S. Victurinus, } Martyres, Peruſii

S. Manilus, S. Metrona Virgo, } in Hetruria.

S. Maculus, S. Meginus, } in Hetruria.

S. Pudentius, S. Marcianus, S. Filocoſus, S. Theodora Virgo, S. Pades, & alii duo. } Mart. Alexandriæ in Ægypto.

S. Theognides, S. Rufus, S. Antipater, S. Theoſtichus ſive Eutychetes, S. Artemas, S. Magnus, S. Theodotus, S. Thaumaſius, S. Philemon, } Martyres, Cyzici in Helleſponto.

S. Quintianus, S. Atticus, } Martyres apud Græcos.

S. Clerius, Thaumaturgus apud Græc.

S. Paulus I, Epiſc. Brixienſis in Italia.

S. Senanus, Confeſſor, in Anglia.

S. Gumbertus Francus, Martyr in Hibernia.

S. Leo, Epiſcopus Methonenſis.

S. Wilfridus Iunior, Archiepiſcopus Eboracenſis in Anglia.

B. Ava, Virgo, Dononii in Hannonia.

S. Hugo, Abbas Cluniacenſis in Gallia.

S. Robertus, Abbas Moliſmenſis & Fundator Ordinis Ciſtercienſis.

S. PETRUS MARTYR, Ordinis Prædicatorum.

B

C

E

F

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

Sanctus Frontaſius, Martyr Petragoricis, *colitur Officio duplici, & corpus anno 991 à Froterio Epiſcopo relevatum narrant Sammarthani. Egimus de eo* 11 Januarii.

S. Raimundus de Pennaforti, Ordinis Prædicatorum III Generalis, eſt hoc die à Clemente VIII anno MDCI Sanctorum Catalogo adſcriptus. *Bullam*

A *lam Canonizationis cum aliis Actis & Miraculis dedimus* VII Januarii.

S. Euphroſynæ, Virginis tranſitus, *indicatur in MSS. Caſinenſi & Altempſiano, & à Michaële Monacho edito Kalendario in Sanctuario Capuano: Videtur eſſe illuſtris* Euphroſyna, Virgo Alexandrina: *cujus varia Acta dedimus* XI Februarii.

S. Auxibius Pater noſter, *indicatur in MSS. Græcis, Pariſienſi collegii Claromontani, Mediolanenſi bibliothecæ Ambroſianæ, & Taurinenſi Ducis Sabaudiæ. Videtur eſſe* Epiſcopus Soliorum in Cypro: *cujus Vitam dedimus* XIX Februarii.

S. Vitalis, Abbatis Siculi, tranſlatio corporis in Armento Lucaniæ oppido, *inſcripta eſt Martyrologio Siculo Octavii Caietani. Acta dedimus* IX Martii.

S. Regulus, Epiſcopus Arelatenſis, *memoratur à Galeſinio. Vitam illuſtravimus* XXX Martii.

S. Theodoſia Virgo, *inſcripta eſt MS. Synaxario Græco Pariſienſi collegii Claromontano. Inter 4 Martyres Alexandrinos eſt hoc die* S. Theodora Virgo: *Sed forſan eſt hæc* S. Theodoſia Virgo *Cæſareæ paſſa, de qua egimus* II Aprilis.

SS. Galicus, Bithynius, & Dius Martyres, *proponuntur in MS. Synaxario Claromontano Societatis Jeſu. De his*
B *egimus* III Aprilis.

B. Stephani, Abbatis Ciſtercienſis, depoſitio, *indicatur in MS. Florario. Acta dedimus* XVII Aprilis.

Theogerus, Epiſcopus Metenſis, Cluniaci ſepultus, *inſcriptus eſt Catalogo generali Ferrarii. Traditur miraculis claruiſſe cap. 1 Vitæ B. Herlucæ, quam conſule* XVIII Aprilis.

S. Elphegus, Abbas & Martyr in Anglia, *inſcriptus eſt MS. Kalendario Ordinis S. Benedicti non antiquo. Videtur intelligi* S. Elphegus, Epiſcopus & Martyr, *qui colitur non* XXIX *ſed* XIX Aprilis.

S. Cletus, Papa Romanus, *recolitur apud Rabanum & Bedam ſuppoſititium. Acta ejus illuſtravimus* XXVI Apr.

Vitus Confeſſor, *indicatur in Auctario Greveni ad Vſuardum. At quis ille, nobis ignotum. Sunt varii iſtius nominis* Martyres, *& aliquis inter Afros colitur* XXVI Apr.

S. Zenon, S. Vitalius, S. Euſebius, Martyres, *memorantur in Menais & aliis. De iis egimus* XXVIII Aprilis.

S. Apollion, Martyr in Pannonia, *memoratur in MS. Vaticano S. Petri, & Neapolitano. De eo, qui pluribus* Pollion *dicitur, egimus* XXVIII Aprilis.

C S. Memnon Thaumaturgus, *indicatur in Typico S. Sabæ, Menais Mss. Chifletianis, item in Kalendario Græco à Genebrardo edito, & in Auctario Molani ad Vſuardum. De eo egimus* XXVIII Aprilis.

S. Patricius, Epiſcopus Pruſæ, *memoratur in Menais Mss. Chifletianis, in aliis & Martyrologiis Romanis ad diem* XXVIII Aprilis.

S. Chriſtophorus Martyr, *memoratur à Galeſinio & in Notis Ferrarii; de quo hoc die agimus in priore claſſe Martyrum Alexandrinorum.*

Æthiops, immiſſus ad S. Cercyram corrumpendam, divinitus impeditus, & Chriſti fidem amplexus, & pro ea occiſus, *memoratur infra in Actis S. Cercyræ.*

S. Victor, Martyr cum aliis Carali in Sardinia, *inſcriptus eſt Catalogo generali Ferrarii. Agit de eo Dionyſius Bonfant in Triumphis de Sanctis Sardiniæ & inſcriptionem inventam habet pag. 280, quæ incipit*, Hic jacet B. M. Victor, *& explicat ipſe* Beatus Martyr Victor; *alii Romæ monuerunt poſſe explicari, per* Beatæ memoriæ Victorem, *& ſuſpectam habent totam inventionem.*

Joannes Patriarcha, *memoratur apud Seldenum in Kalendario Coptico: at quis ille ſit non additur.*

D Adalgagus, Epiſcopus Bremenſis in Germania, *cum titulo* Sancti, *memoratur à Bucelino in Menologio. Laudatur ab Adamo in Hiſtoria Bremenſi & aliis. Sed cum ipſis à titulo* Sancti *abſtinet Bucelinus par. 1 Germaniæ ſacræ, in Epiſcopis Bremenſibus.*

Richarius Abbas Lobienſis, *cum titulo* Beati & Confeſſoris, *refertur in Annotationibus ſcriptis Carthuſianorum Bruxellenſium ad Grevenum. Agit de eo Fulcuinus in Geſtis Abbatum Lobienſium cap. 19 & 20, ſed abſque ullo venerationis titulo.*

Lamberti, venerabilis Epiſcopi Morinorum, memoria Tranſlationis, *inſcripta eſt Ms. Adonis Teruanenſi, nunc Ipris adſervato.*

Dichus de Sabhall, Fiarchua, Failbeus, Enanus de inſula Ega, Breccanus Epiſc. Magbilenſis, Lucridius de Kill-Lucridhe, Abbas Cluainmacnoſenſis, Domongenus, Epiſcopus de Tuaim-Muſcraig, Donanus Sacerdos, Hiberni, *memorantur in MS. Martyrologio Tamlachtenſi, de quibus majorem lucem expectamus ab Hibernis Scriptoribus.*

Coningenia ſeu Cuacha, in Lagenia, Dichus *nominatur in Vita 2 S. Patricii & Annotatione 47 Colgani, at* Fiacha & Domongenus, *referuntur in Vita 2 S. Carthagi 14 Maji.* E

Petrus Faverius, Ordinis Carthuſienſis, Prior domus ſanctæ Crucis in Urbe, *cum titulo* beatæ memoriæ, *memoratur à Greveno Carthuſiano in ſecunda editione* Auctarii ad Vſuardum, *& eam ſecuto Caniſio in Martyrologio Germanico.*

Marianus Scotus, & hiſtoricus clariſſimus Fuldæ, *inſcriptus eſt Menologio Scotico Dempſteri, aſſerentis*, reliquias in Scotiam ad Crucem Regalem delatas: *de quo certiora requirimus monumenta, ob altum Browери & aliorum Fuldenſium de ejus veneratione ſilentium.*

Rubertus Virgo, Canonicus Vulpeti, *inſcriptus eſt à Ioanne de Nigra-valle inter* Sanctos *Canonici Ordinis, quo citato eum hoc die refert Ghinius.*

Franciſcus Novarienſis, *ex Ordine S. Franciſci, egregius ſub anno 1460 concionator,*

Ludovicus Placentinus, *ad Campum-baſſum in Apulia, mortuus, circa annum 1480,*

Joannes Linarius, *Bonilia in Caſtella devotus laicus, an.* F *1570 deceſſit,*

Franciſcus à Camerota, *Burgii in Sicilia anno 1614 quievit;*

Maria à S. Hieronymo, *Abbatiſſa in territorio Cordubenſi, circa an. 1590;*

Hi neque diei præſenti, neque Beatorum numero adſcribi à nobis poſſunt, ex ſola nimiumque levi, & ſæpe fallaci Martyrologii Franciſcani auctoritate.

S. Maximus Martyr, *indicatur in Martyrologio, Bedæ adſcripto. De eo cum aliis agimus* XXX Aprilis.

S. Agapius, S. Secundinus, Epiſcopi, S. Theodorus Presbyter, S. Æmilianus miles, S. Tertulla, S. Antonia, Virgines, Mater cum a duobus filiis, Martyres Cyrthæ in Numidia, *referuntur hoc die ab Vſuardo, Adone, Notkero & aliis. Quia vero Acta martyrii inſerta ſunt Actis SS. Mariani & Iacobi, qui etiam hoc die referuntur in Beda ſuppoſititio: de omnibus ſimul agimus die ſequenti* XXX Aprilis.

S. Eutropes, Martyr Sanctonenſis, *memoratur in ſuppoſititio Beda, ab aliis* XXX Aprilis.

A S. Onirillus, Epiſcopus Trajectenſis ſuperioris, *inſcriptus eſt Martyrologio Sauſſaji, & Catalogo generali Ferrarii. De eo agimus* xxx Aprilis.

S. Catharina Senenſis, *hoc die mortua, inſcripta eſt variis Martyrologiis; ſed ob feſtum S. Petri Martyris, ſolennitas iſtius tranſlata eſt in ſequentem diem* xxx Aprilis.

S. Brioci, Epiſcopi *feſtum celebrari in Eccleſia Coriſopitenſi tradit Albertus le Grand in Vita ejus. Nos cum Eccleſia Briocenſi de eo agemus* i Maji.

S. Sigiſmundi, Regis Burgundiæ & Martyris, tranſlatio *inſcripta eſt MS. Florario. Natalis celebratur* i Maji.

SS. Diodorus & Rhodopianus, Martyres Aphrodiſiæ in Caria, ſub Diocletiano, *indicantur in MS. Synaxario Pariſienſi collegii Claromontani: & Mediolanenſi bibliothecæ Ambroſianæ: ab aliis Græcis cum Martyrologio Romano* iii Maji.

S. Euodius, Epiſcopus Antiochenus, *inſcriptus eſt Menæis & Menologio Græcorum, & βίοις ἀγίων Maximi Cytherai, à Latinis colitur* vi Maji.

Robertus de Brugis, primus Abbas Dunenſis, & ſecundus Claravallenſis, mortuus *hoc die, cum titulo* Sancti, *refertur à Chryſoſtomo Henriquez & Bucelino; cũ titulo* Beati *à Menardo & aliis; inter* Pios *ſeu* Venerabiles *recenſetur à Sauſſajo. In libro ſepulcrorum Claravallis vocatur* Dominus Robertus de Brugis: *ubi dicitur* medium locũ ceteris eminentiorẽ habere inter perſonas *ibi* ſepultas. *In Kalendario Ordinis Ciſtercienſis Divione anno* 1617 *edito memoratur die* xv Maji.

S. Torpes, Piſis in Tuſcia martyrium hoc die complevit, *in variis Martyrologiis relatus. Sed* ob corporis tranſlationem feſtivitas ejus celebrius, *ut dicitur in Martyrologio Romano, recolitur* xvii Maji.

Artemius, qui compoſuit Vitam S. Torpetis; & Audax, qui corpus excepit, *cum ipſo Torpete memorantur in Hagiologio Luſitano Cordoſi, citato chronico Iuliani Petri. Poterit excuti hæc controverſia ad Vitam S. Torpetis* xvii Maji.

S. Hermæus Martyr, *ſuggeritur in MS. Synaxario Græco Pariſienſi Societatis Ieſu. Forſan eſt Hermias Martyr, ab aliis Græcis & Latinis indicatus die* xxxi Maji.

Maximus Confeſſor, *indicatur in Auctario Greveni ad Vſuardum. Videtur is eſſe, qui* in pago Pictavenſi *colitur* xxvi Junii.

SS. Jaſon & Soſipater Apoſtoli, *id eſt Chriſti ſive Apoſtolorum diſcipuli, memorantur cum longo encomio à Græcis in Menæis, Anthologio, Menologio Sirleti, & apud Maximum Cytheræum, &* xxvii *Aprilis, in Menologio Baſilii Imperatoris. Verum celebrantur à Latinis* S. Soſipater xxv Junii.
& S. Jaſon xii Julii.

S. Otto, Epiſcopus Bambergenſis, *inſcriptus eſt Kalendario Mariano Balinghemii, quod feratur, hoc die à Clemente III, anno* 1189, *Catalogo Sanctorum inſertus, quod examinabitur, ad ejus Vitam die* ii Julii.

S. Bonaventura, Cardinalis & Epiſcopus Albanenſis, Doctor Eccleſiæ, Ordinis Minorum, à Sixto Papa IV inſcriptus eſt anno 1482 Catalogo Sanctorum. *Dies ejus natalis eſt* xiv Julii.

S. Cucufatis inventio corporis, Barcinone in Hiſpania apud cœnobium S. Cucufatis, *celebratur apud Vincentium Antonium Domeneccum in Hiſtoria Sanctorum Catalaniæ fol.* 30, *& Tamajum Salazar in Martyrologio Hiſpanico, ubi Hiſtoria inventionis ex antiquo Legendario proponitur. Quæ una cum Vita ipſius erit illuſtranda* xxv Julii. D

S. Secundus, ſive Secundellus, *refertur in Indice Alberti le Grand de Sanctis Armoricis, ab aliis cum S. Friardo* i Auguſti.

S. Laurentii reliquiarum celebratio, apud S. Laurentium juxta Leodium, *inſcripta eſt MS. Florario, & Martyrol. Gall. Sauſſaji. Colitur* x Auguſti.

S. Oneſiphorus, ex ſeptuaginta Chriſti diſcipulis, *memoratur à Græcis in Menæis, Menologio Sirleti & apud Maximum Cytheræum. Hunc Latini venerantur die* vi Septembris.

S. Venerii, monachi inſulæ Palmariæ, elevatio *inſcripta eſt Menologio Bucelini, ejus dies natalis traditur* xiii Septembris.

S. Thyrſus Diaconus, *memoratur in MS. Romano Ducis Altempſii. Colitur hic cum* S. Andochio Presbytero xxiv Septembris.

SS. Urſionis & Maurilii Tranſlatio, *indicatur in Martyrologio Cellenſi S. Petri, MS. Carmelitico, & in alio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſo, in Auctario Greveni, & in margine Florarii MS. Ex his cõlitur* Maurilius xxi Maji,
& Urſio xxix Septembris. E

S. Angelinæ, Virginis & Martyris, inventio corporis Valentiæ in Hiſpania, *memoratur à Marietta lib.* 4. *cap.* 62, *Ferrario in Catalogo generali, Arturo du Monſtier in Gynaceo ſacro & aliis. In Martyrologio Hiſpanico Tamaji Salazar* xxi Octobris.

Simon, magnus Chriſti Apoſtolus ex Cana Galilææ, qui poſt aquam in vinum mutatam Chriſto adhæſit, ac poſt ejus Aſcenſionem Edeſſæ, cum ibi & per Meſopotamiam ſacram fidem promulgaſſet, in pace quievit, *memoratur hoc die cum longiore elogio in Menologio Baſilii Imperatoris. De variis circa S. Simonem controverſiis agendum erit* xxviii Octob.

S. Huberti, Epiſcopi Trajectenſis, feſtivitas tranſlationis, in cœnobio de Tribus-fontibus in Campania Gallica; *indicatur à Chalemoto. Feſtum ejus primarium eſt* iii Novembris.

SS. Vitalis & Agricola, Martyres Bononienſes, *memorantur à Notkero: eorum dies natalis eſt* iv Novemb.

Middanus, Abbas monaſterii Sacri-Boſci in Niddiſfalia provincia, *inſcriptus eſt Menologio Scotico Camerarii cum titulo* Sancti, *& citatur Dempſterus, qui in ſuo Menologio habet* Middanum, *ſed* Epiſcopum Culdei xix Novembris. F

S. Edmundi, Regis & Martyris, tranſlatio in Britannia, *inſcripta eſt MS. Vſuardo Romæ in bibliotheca Ducis Altempſii adſervato, ſed in Anglia ſcripto & aucto. Item in MS. Florario, Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſo, Auctario Greveni & Martyrol. Germ. Caniſii, additurque* in caſtro Beatricis. *Dies ejus natalis celebratur* xx Novembris.

S. Annonis, Archiepiſcopi Colonienſis, tranſlatio recolitur, & prima ad montem Sibergenſem, & altera in ſplendidiorem capſam, *in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſo, in Auctario Greveni & Faſtis Gelenii. Dies natalis eſt* iv Decembris.

DE SANCTO TYCHICO,

DISCIPVLO S. PAVLI APOSTOLI. G. H.

SECULO I

Illustria de S. Tychico extant testimonia S. Pauli Apostoli, in variis ejus epistolis & peregrinatione, à S. Luca in Actibus Apostolorum descripta: à quo capite XX *ista traduntur*: Paulus Epheso profectus est, ut iret in Macedoniam. Cum autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, venit ad Græciam: ubi cum fecisset menses tres, *S. Tychicus Asianus, in comitatu S. Pauli,* factæ sunt illi insidiæ à Judæis navigaturo in Syriam: habuitque consilium ut reverteretur per Macedoniam. Comitatus est autem eum Sopater Pyrrhi Berœensis, Thessalonicensium vero Aristarchus & Secundus, & Gaius Derbæus, & Timotheus: Asiani vero Tychicus & Trophimus. Hi cum præcessissent, sustinuerunt nos Troade: nos vero navigavimus post dies azymorum à Philippis, & venimus ad eos Troadem in diebus quinque, ubi demorati sumus diebus septem. *Forsan tunc Apostolus scripsit epistolam ad Titum, sub cujus finem ista habet:* Cum misero
B *ab eo destinandus in Cretam,* ad te Artemam aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim: ibi enim statui hiemare. *Voluit Apostolus non prius ad se venire Titum, quam in ejus locum Artemam aut Tychicum submisisset, ne Cretensis ecclesia cura pastorali destitueretur.*

2 *At Roma S. Paulus Apostolus è carcere suo plures epistolas mittitur ad* scripsit, *& per Tychicum transmisit: & primo idipsum in-Ephesios, dicat in epistola ad Ephesios sub finem:* Ut autem, *inquit,* & vos sciatis, quæ circa me sunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychicus, carissimus frater, & fidelis minister in Domino: quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda vestra. *Erat autem tunc Ephesiorum Episcopus S. Timotheus, ad quem è carcere Romano scripsit secundam epistolam, in qua asserit capite* IV *se* Ephesum misisse Tychicum, *ut scilicet Timothei à se Romam evocati vices suppleret. Roma etiam scripta est S. Pauli Apostoli epistola ad Colossenses, & per Tychicum & Onesimum transmissa:* *& Colos-* *in qua capite ultimo ista traduntur*: Quæ circa me sunt, *senses:* omnia vobis nota faciet Tychicus, carissimus frater & fidelis minister & conservus in Domino: quem misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa vos sunt & consoletur corda vestra: cum Onesimo carissimo & fideli fratre, qui ex vobis est. Omnia quæ
C hic aguntur, nota facient vobis. *Hæc ibi. De S. Onesimo egimus die* XVI *Februarii.*

3 *Hæc testimonia è sacris litteris assumpta, tam altum de S. Tychico variis ingenuerunt sensum, ut cum variis urbibus videatur præstitisse beneficium fidei propagandæ, plures eum inter primos suos Episcopos crediderint fuisse. In Catalogo Hippolyti Martyris statuitur* Episcopos Colophonis. *Græci in Menologio Imperatoris Basilii Porphyrogeniti colunt* IX *Decembris varios Apostolorum discipulos, & in eo ista leguntur*: Sosthenes Apostolus, cujus S. Paulus *statuitur* mentionem facit, Episcopus Colophonis fuit. Ty- *ab aliquibus Episcopus aut Colophonis in* chicus, de quo idem Paulus scriptum reliquit, So- *Ionia,* stheni in Episcopatu successit. *Eodem modo in Ms. Græco Synaxario Parisiensi Collegii Claromontani, sed ad* VIII *Decembris, dicitur* S. Tychicus secundus post Sosthenem Episcopus Colophonis fuisse. *De S. Sosthene cum Martyrologio Romano agendum erit* XXVIII *Novembris. Apud Petrum quoque de Natalibus lib.* 6 *cap.* 100, *ubi de* LXXII *discipulis agit & lib.* 4 *cap.* 99 *in elogio proprio* S. Tychicus Colophoniæ Episcopus *statuitur. Est autem* Colophon *urbs Ioniæ Episcopalis, maritima, sub Metropolita Ephesino, inter Ephesum & Smyrnam. In Synopsi* E *præferente nomen Dorothei Episcopi, de* LXX *discipulis, dicitur* Tychicus primus Episcopus Chalcedonis in Bi- *aut Chalcedonis in Bithynia:* thynia. *Edidimus* XIX *Februarii ex Ms. Græco Regis Galliæ Vitam S. Auxibii Episcopi Soliorum in Cypro, in qua num.* 8 *ista leguntur,* Cum vero accepissent Paulus Barnabam è vita migrasse, nullumque in Cypro esse Apostolum, qui doceret & Christum annuntiaret; id reputans, Epaphram & Tychicum, aliosque non- *aut Neapoleos in Cypro:* nullos in Cyprum misit ad Heraclidem insulæ Archiepiscopum, eidem scribens, ut Epaphram Paphi, Tychicum Neapoli Episcopum constitueret. *Colitur in Martyrologiis Latinis* S. Epaphras XIX *Iulii, sed* Episcopus Colossensis; *& contra ad hunc* XXIX *Aprilis,* S. Tychicus Apostolorum discipulus apud Paphum, *uti ista leguntur in Martyrologiis Adonis & Notkeri.* Dia- *ab aliis* conum *appellant Vsuardus, Bellinus, Maurolycus & alii.* *Diaconus Paphi in* *In Martyrologio hodierno Romano ista leguntur*: Apud *Cypro:* Paphum in Cypro S. Tychici discipuli B. Pauli Apostoli: quem idem Apostolus in suis epistolis, carissimum fratrem, ministrum fidelem, & conservum suum in Domino appellat. *De memorata urbe Cypri Neapoli egimus ad dictam Vitam S. Auxibii, qui in nonnullis Mss. Græcis hoc die refertur. Ejusdem urbis Episcopus Leontius scripsit Vitam S. Ioannis eleemosynarii, editam* XXIII *Ianuarii.* F

DE SEPTEM LATRONIBVS MARTYRIBVS,

SATVRNINO, INSISCHOLO, FAVSTIANO, IANVARIO, MARSALIO, EVPHRASIO, ET MAMMIO,

IN INSVLA CORCYRA. G. H.

CIRCA AN. C.

Corcyra, *insula maris Ionii notissima, ab Epiro vix* XII *millibus passuum distans, vulgo* Corfu, *à Republica Venera contra potentiam Turcicam fortiter hactenus defensa; inter primos fidei Christianæ præcones habuit* SS. Jasonem & Sosipatrum, *viros Apostolicos, à Christo aut Apostolis instructos. Hos colunt Græci hoc* XXIX *aliqui* XXVII *Aprilis. At Latini die* XII *Iulii &* XXV *Iunii. Hi ergo uti apud Græcos legitur,* cum *in dicta insula* multos ad Christi fidem attraxissent, fuerunt comprehensi & carceri inclusi: in quo septem latronum Principes detinebantur, quorum hæc nomina prodita sunt, Saturninus, Incischolus, Faustianus, Januarius, Marsalius, Euphrasius, & Mammius: quos Sancti, per ea quæ fecerunt & dixerunt, ad Christi fidem converterunt, atque ex lupis oves effecerunt: qui postea in ahenum, pice, sulphure & cera plenum, conjecti, martyrii coronam à Deo acceperunt. *Hæc in elogio SS. Iasonis & Sosipatri, post quod in Magnis Menæis ista sub novo titulo subjunguntur:* Eodem die Sanctorum septem latronum, qui à S. Jasone Apostolo converti, & in aheno pice fervente perfusi & decocti, martyrium subierunt. *Hoc autem additur distichon.*

A Λησαὶ μαθόντες τὴν ἑδὲμ λησῆ λάχῳ,
Πίσσῃ λαχεῖν ἔσπευσαν αὐτὴν ἐμφλόγῳ.
Edem latronis esse quia sortem sciunt,
Sortiri eamdem fervida hi pice ambiunt.

Menologium Cardinalis Sirleti eadem ex dictis Menæis exhibet, eoque citato ista leguntur in Martyrologio hodierno Romano : Eodem die sanctorum septem Latronum, qui à S. Jasone ad Christum conversi, martyrio vitam adepti sunt sempiternam. *In Menologio Basilii Imperatoris die* XXVII *Aprilis, referuntur Apostolici viri cum satis longo elogio, ex quo ista, quæ ad hos spectant, excerpimus* : Certamen sancti Martyris Saturnini & Sociorum. Hi sancti Christi Martyres septem, fuerunt famosi latronum principes : qui cum in carcere detinerentur, ob ea quæ audierant à sanctis Christi Apostolis Jasone & Sosipatro cælestis doctrinæ præcepta, Christianæ religioni se addixerunt. Educti vero è carcere & extra civitatem abducti, in ferventia ex igne vasa, pice, cera atque oleo repleta, projecti sunt, atque ita martyrium consummarunt. *Hæc ibi. Egimus die præcedenti de SS. Zenone, Eusebio, Neone, & Vitalio, in eadem persecutione & insula Corcyra martyrio coronatis.* D

DE S. CERCYRA VIRGINE,

MARTYRE CORCYRENSI.

G. H. *Djungitur in Menæis & apud Maximum Cytheraum, post jam relatos Latrones, S. Cercyra, filia Cercilini Reguli seu Præsidis, quæ* Sagittis transfixa vitam finivit. *In Menologio Basilii Imperatoris cum præcedentibus Martyribus memoratur die* XXVII *Aprilis, cum aliquo elogio, ex quo ista decerpimus* : Cum S. Cercyra

CIRCA AN. C.

clam ex ostio prospiceret, & sanctos Christi Martyres crudeliter vexari tormentis adverteret, fidem Christi amplexa est, & se libere Christianam professa. Ad patrem adducta, cum nollet Christum deserere, tradita est cuidam Æthiopi, ut ipsam impie pollueret. Dei autem dispositione ferox ursa illico adveniens, ab aggresso scelere Æthiopem impedivit, & Christi Virginem illibatam custodivit. Quo prodigio viso Æthiops Christi fidem amplexus, & ense obtruncatus est. At sancta Christi Martyr Cercyra, suspensa primum, & emisso fumo ex suppositio igne cruciata, dein sagittis transfixa, ac demum lapidibus obruta, martyrium consummavit. *Menea hoc illi distichon accinunt.*

B Βελῶν βασιλὶς πᾶῖς βολαῖς ἐστιγμένη,
Ἐκ στιγμάτων ἔλαμψεν ὡς ὀκ μαργάρων.
Jactu telorum vulnerata Regina,
Vulneribus exornatur ut margaritis. E

Prælaudatum Basilii Menologium indicat, Latronum martyrium post necem hujus virginis esse peractum; & ejusdem exemplo plures alios credidisse : qui omnes, una cum ceteris Fratribus eorumque Magistris Sosipatro & Iasone, secesserint in parvulam quamdam insulam, unde à Cercilini successore Sebastiano abducti & in fornaces conjecti, cum permanerent illæsi, ipsum Sebastianum Christo adjunxerint. Ista autẽ elogia ex prolixioribus SS. Sosipatri & Iasonis Actis haud dubie sunt accepta, quæ utrũ satis solida fuerint alias melius examinabitur

DE SANCTO LIBERIO,

EPISCOPO RAVENNATE.

CIRCA AN. CC. *Plures hoc nomine Ravennatis Ecclesiæ Episcopi fuerunt : hic ordine inter cognomines primus est, & alius ab eo, qui ejusdem nominis tertius cultum suum ad* III *Kalend. Ianuarii obtinet. In Catalogo Sanctorum, quem ex instructissima bibliotheca Domini Caroli Strozzii Senatoris Florentini descripsimus, ad* XXIX *Aprilis ita inscribitur* : Apud Ravennam S. Liberii Archiepiscopi. *Ad eumdem diem in Kalendario dictæ Ecclesiæ his verbis Officio duplici coli jubetur* : S. Liberii Archiepiscopi & Confessoris Ravennatis duplex. *Vbi titulus Archiepiscopi, quem diu post usurpavere successores, per prolepsim adhibetur. Meminit quoque illius utroque in Catalogo Ferrarius : in eo autem quem de Sanctis Italiæ conscripsit, hoc de more ex monumentis Ecclesiæ Ravennatis ac Hieronymo Rubeo in Historia Ravennatium elogium ei contexit* : Liberius natione Græcus, Philosophus Græce Latineque doctissimus, Episcopus Ravennatum octavus, indicio columbæ post S. Datum creatus est, Commodo Imperatore. Hic totus ex Deo pendens, ac munus pastoris studiose executus, multos à veritate aberrantes reduxit, & alios ad veritatis agnitionem traxit : quos, ut in susceptæ religionis observantia perseverarent, assiduis tum publicis tum privatis locutionibus hortabatur. Vixit in Episcopatu annis viginti & uno, usque ad Victoris Papæ & Severi Imperatoris tempora. Denique piis laboribus confectus, III Kal. Maji, ex caduca ad perennem vitam evolavit.

Mentio in fastis Sanctorum,

cultus, C

patria,

zelus animarum,

tempus Episcopatus,

obitus,

2 *Ab Vghello tom.* 2 *Italiæ Sacræ & ab Hieronymo Rubeo in Historia Ravennatium, eorumdem dicitur Episcopus ordine nonus fuisse creatus anno Domini* CLXXXV, *& vita functus anno* CCVI, *imperante Septimio Severo, & Summum Ecclesiæ Romanæ Pontificatum gerente Zephyrino. Iidem auctores sepultum tradunt in ecclesia S. Probi, in qua & decessor ejus S. Dathus seu Datus conditus fuerat. Corpus à Petro V, qui Archiepiscopatum Ravennatem ab anno* DCCCCXXIII *usque ad* DCCCCLXX *gessisse scribitur, inventum in dicto templo, & inde in S. Vrsi ab eodem translatum fuit : quod ita lib.* I *Historiæ suæ prosequitur Rubeus* : Quinto ab hinc die, Urbano Ravennati Patricio per quietem fuit declaratum, quinque præterea Antistitum Ravennatum cadavera eodem in templo occultari. Quo factum est, ut, cum denuo se illuc Petrus recepisset, pervestigassetque diligenter, duo invenerit sepulcra, in quorum altero bina cadavera erant, tria in altero : quæ dubio procul, si antiquitati credimus, Proculi, Dathi, Liberii, Agapiti & Marcellini Ravennatum, uti narrabimus, Antistitum credenda sunt. Ea cum admirabilia complura edidissent, in Ursianam ædem importata sunt. *Vghellus addit*, Petrum in honorem horum suorum antecessorum majorem aram consecrasse.

inventio corporis & translatio, F

3 *Hieronymus Fabri, amicus noster, in sacris antiquæ Ravennæ memoriis, quas an.* 1664 *Italica vulgavit lingua parte* 2 § 2, *eadem habet quæ hactenus indicavimus, atque inter auctores quos secutus est, primos laudat Desiderium Spreti & Ioannem Petrum Ferretti : monet etiam sancti hujus Episcopi effigiem musivo adumbratam spectari in absida ecclesiæ Cathedralis; addita ad caput columba, & libro dextræ manui inserto, hoc ad egregiam ejus doctrinam, istâ ad divinam electionem testandam; cum epigraphe* S. LIBERIUS. *Observat denique errorem obrepsisse Romani Martyrologii recognitori Baronio, qui primum hujus nominis Episcopum Ravennatem inscribere volens sacris fastis (ut liquet ex tempore Sedis in Annotationibus definito) id fecit ad diem* XXX *Decembris : quando* Ravennæ S. Liberii Episcopi *talis appellationis tertii anniversarium agitur : unde arguit unum cum altero confusum fuisse.*

imago antiqua :

error in die notatur.

DE

DE S. CARO EPISC. MARTYRE,

ATINI IN ITALIA. D. P.

CIRCA AN. CCXLIX.

Ad S. Marci corpus affectus martyrio,

energumenum liberat,

B

numeratur inter Protectores urbis,

CHronici *Atinensis, à Ferdinando Vghello post tomum* I *Italiæ sacræ ex perantiquo monasterii Fossæ-novæ Ms. codice vulgati, & usque ad annum* MCCCLV *producti, auctores anonymi, mentionem S. Cari, Episcopi in ea civitate octavi, hisce verbis inducunt.* Pontianus ultimo anno Pontificatus sui ordinavit in civitate Atina Carum Episcopum, qui sedit annos XXII, menses III, dies XXII. Qui cum orationi cum quibusdam fidelibus vacaret, juxta corpus B. Marci, pro quodam dæmoniaco; irruentes pagani ipsum interfecerunt. Cujus sanguine in dæmoniacum prosiliente, illico hic mundatus est. Sepultus est autem ibidem tertio kalendas Maji. *Hæc ibi: plura & magis authentica invidérunt nobis homines pravi, à quibus; ut legitur in Historia inventionis ac Translationis S. Marci, edita præcedenti die, vetus S. Marci ecclesia* devastata & ad solum est redacta.

2 *Chronici verba in tomum 6 Italiæ sacræ Vghellus præ-laudatus transtulit, eademque præ oculis sola habuit Philippus Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiæ ad hunc diem, citatis monumentis Ecclesiæ Atinatis, & libro Petri Pauli Florii Vrbinatis de Sanctis Atinæ Protectoribus: neque plus suggerit libellus Ms. Italicus de iisdem, cujus facta est mentio die* 1 *Aprilis cum de S. Prudentio ageremus; tantum additur oratio* Infirmitatem nostram, *ex Communi Martyris Pontificis desumpta; ex quo aliisque istic dictis suspicamur non admodum antiquum usum Atini esse eumdem Episcopum suum officii ecclesiastici recitatione colendi. Ceterum alienis oculis prænotatum chronicon legisse Ferrarius debuit, quando scripsit quod* S. Prudentius post S. Carum ecclesiam Atinatem administravit: *in illo enim legitur inter utrumque mediasse Vigilantius. Si temporum characteres in chronico notati forent indubitati, Sedem Atinensem tenuisset Carus ab anno* CCXXXVII *ad* CCLIX: *Verum tunc ejus successor Vigilantius non primo, quod aut chronicon, sed tertio ultimoque Pontificatus anno fuisset à Stephano Papa subrogatus: major autem foret difficultas in Cari decessore Dimitrio, qui juxta idem Chronicon* I *Calixti anno ordinatus ad* XXXI *vel* XXXVIII *annos tenuisset Episcopatum, adeoque non ante annum* CCXLII *vel* CCXLIX *locum facere successuro Caro potuisset. Quo animadverso, censet Vghellus in Episcopis Atinensibus (ubi pro* Caro *scribit* Corum) quod eorum series castigari vix possit, *scilicet si cum Romanis Pontificatibus perperam adnotatis conferatur.*

quamdiu sederit non plane certum:

3 *Si tamen vel denarium annorum prædicto Dimitrio auferas, & annos diuturnæ extremæ in ætate cæcitatis ad sedecim restringas, vel Carum solis decem annis præfuisse concipias (facile enim fuit alterutro loco vitiari per librarium numeros unius decadis accessione) non usque adeo fortassis difficile erit cum vera chronologia ipsam quoque quam dixi-* E *mus Atinensium Episcoporum seriem comparare: modo animadvertas auctores Chronici ex Eusebii chronico Pontificum Romanorum annos supputasse, eosque ac nomina eorumdem Pontificum ad suorum Episcoporum ordinationes transtulisse, prout exigebat annorum numerus, cuique Episcopo in vetustioribus monumentis adscriptus. Ex quo tamen consequens est, de suo illos accepisse per quem Pontificem unusquisque Episcopus fuerit ordinatur: fortassis etiam gratis sumpsisse id à Romano semper factum. Ferrarius in Catalogo generali eumdem S. Carum refert ad diem* XIX *hujus mensis Aprilis: citatis tam ibi quam hoc loco in altero Catalogo tabulis Ecclesiæ Atinatis. Ad hunc diem* XXIX *eumdem Nicolaus Brautius Episcopus Sarsinæ hoc distichо honorat:*

propter additos annos Rom Pontificum.

A summo sacratus Præsule Carus, ad aras
Pro Christo cæsus corruit instar ovis.

DE SS. GERMANO PRESBYTERO, PROSDOCO DIACONO, ET VALENTINO,

MARTYRIBVS ALEXANDRIÆ, ET FORSAN ALIBI. G. H.

XXIX APRILIS. C

numeratur inter Protectores urbis,

VEtustissimum *apographum Martyrologii Hieronymiani, quod Epternaci modo asservatur, ita hunc diem auspicatur:* III Kalendas Maji. Alexandria civitate S. Germani Presbyteri. Et alibi Prosdoci Diaconi & Valentini. *Contra in aliis tribus apographis ejusdem Martyrologii Hieronymiani, scilicet Lucensi, Corbeiensi & Blumiano, ultimo omisso, duo priores ita conjunguntur:* In Alexandria natalis S. Germani Presbyteri, Prosduci Diaconi. *In Ms. Barberino ita habetur.* In Alexandria nat. Sanctorum Germani Presbyteri & Prostoci Diaconi. *Sed apud Notkerum* Prosdoci *scribitur. Contra in codice Ms. Reginæ Sueciæ, per Holstenium allegato, hæc traduntur:* In Alexandria natalis S. Germani. Et alibi Prosdai Diaconi. *Ast omisso loco legitur in Ms. Pragensi;* Germani Presbyteri & Prosdocii Diaconi. *Solum* Germanum Presbyterum *memorant &* Alexandriæ *ascribunt Grevenus & Mss. Vaticanum* S. *Petri, Tornacense* S. *Martini, Trevirense etiam* S. *Martini, Casinense, Altempsianum &* S. *Cyriaci. Item Aquisgranense, Richenoviense & Rhinoviense, sed in his tribus additur:* Et in Nicomedia Prosduci, *seu* Prosdoci Diaconi. *De Martyribus Nicomediensibus mox agemus, inter quos nullus assignatur* Prosducus. *In Mss. Augustano* S. *Vdalrici & Parisiensi Labbei alius error committitur, dum sic scribitur,* Alexandri, Germani. Alibi Prosdoci *seu* Prostuci: *quasi* Alexander *aliquis Martyr esset adjungendus. In Mss. Bruxellensi* S. *Gudulæ & Ms. Trevirensi* S. *Maximini* S. Germanus Episcopus *indigetatur. In Ms. Atrebatensi celebratur* depositio S. Germani Episcopi & Confessoris. *In Ms. Adone Leodiensi* S. *Laurentii & Ms. Florario memoratur* S. Germanus *seu* Germinus Presbyter & Confessor. *Verum* Martyr *in antiquis monumentis censetur, & sic celebratur in Calendario Breviarii in pergameno scripti quod apud nos servatur. Galesinius* ex veteribus Mss. *ut ait, sed corruptis, plures Martyres conjungit hoc modo.* Alexandriæ beatorum Martyrum Vitalis, Christophori, Germani, Prosdocii & Urbani. *Ex his* Urbanus *ad sequentem classem est referendus,* Vitalis *ad quartam,* Christophorus *alibi non memoratur, nisi apud Ferrarium, qui in Notis hos Sanctos ex Galesinio describit.* Valentinus *notatur in Mss. Tornacensi & Lætiensi, sed Nicomediensibus junctus, uti mox constabit. Est etiam* Germanus Abbas Martyr *inscriptus Auctario Greveni ad Vsuardum die* XXIII *Aprilis: quem huc remisimus, quia veremur ne erratum sit in titulo Abbatis: alias is qui* S. *Eudociam* I *Martii, principia fidei Christianæ docuit monachus fuit, & martyr potuit obiisse: sed non est moris nostri Sanctorum cultum fundare in conjecturis.*

F

DE

DE SS. PRVDENTIO, MARTIALE, SABBATIO, CODOMANO, BASILIO, GERMANO, FILOCASTO, BVDENTIO, VRBANO ET PAGATA,

G.H. *MARTYRIBVS NICOMEDIÆ IN BITHYNIA.*

XXIX APRILIS.

Ltera hæc eſt claſſis Martyrum, in pervetuſtis Martyrologii Hieronymiani apographis relata, & ſic exprimitur in codice Epternacenſi: In Nicomedia Prudenti, Marcialis, Sabbati, Codomani, Baſili; item Germani, Filocaſti, Budenti, Urbani, Pacata. *Eodem numero referuntur in tribus aliis codicibus ejuſdem Martyrologii Hieronymiani, cum nonnulla circa ſcriptionem diverſitate, & ſunt,* Prudentii, Martialis, Sabatii, Codomoni *&* Eodomoni, Baſeli *&* Bareli, Filucaſi *&* Filicoſi, Pagatæ *&* Pigatæ. *Ex his aliqui in aliis faſtis memorantur. Mss. Caſinenſe & Altempſianum:* In Nicomedia Prudentii, Martialis: *& additur in codice Ms. Reginæ Suecia:* & aliorum XV. *Trevirenſe S. Martini:* In Nicomedia Martialis Martyris, & aliorum XVI. *Videntur his tunc adjungendi* S. Gratus cum ſex aliis, *de quibus in ſequente claſſe agimus. Ms. Tornacenſe:* In Nicomedia SS. Urbani, Valentini & Martialis, & depoſitio S. Prudentii. *Lætienſe* In Nicomedia SS. Prudentii, Martialis, & SS. Urbani & Valentini. *Ex his* S. Valentinus *ad præcedentem claſſem ſpectat. At tres alii in Ms. Trevirenſe S. Maximini etiam Nicomediæ tribuuntur; & urbe omiſſa memorantur in Ms. Pragenſi.* Prudentius & Urbanus *etiam referuntur in Mſs. Auguſtano S. Vdalrici, & Pariſienſi Labbæi:* Prudentius *ſolus in Aquiſgranenſi:* Urbanus *ſolus apud Grevenum in Auctario Vſuardi, & apud Galeſinium, ſed* Alexandriæ *adſcribitur ut ſupra diximus. Molanus in Auctario Vſuardi, primæ editionis & Caniſius in Martyrologio Germanico celebrant* depoſitionem S. Prudentii.

DE S. GRATO ET ALIIS SEX

G.H. *MARTYRIBVS IN AFRICA.*

XXIX APRILIS.

Æc tertia claſſis Martyrum eſt in apographis Martyrologii Hieronymiani, quibus conſentiunt Grevenus in Auctario Vſuardi, & Mss. Richenovienſe ac Trevirenſe S. Maximini, his fere verbis: In Africa S. Grati & aliorum ſex, *in uno additur* Martyrum, *&* Gracti *ſcribitur. Memoratur ſine Sociis & loco omiſſo* Gratus *in Ms. Aquiſgranenſi;* & Gradus *in Mss. Auguſtano & Labbæano. In Pragenſi notatur* Gratus cum aliis tribus.

DE SS. VALENTINO, MARCIANO, BONONO SEV BENONIA, VITALE, AVGVSTO, VICTVRINO, MANILO, METRONA VIRGINE, MACVLO ET MEGINO,

G.H. *MARTYRIBVS PERVSII IN HETRVRIA.*

XXIX APRILIS.

Varta etiam Martyrum claſſis, in apographo Martyrologii Hieronymiani Corbeienſi Pariſiis excuſo ſic proponitur: Et Peruſio Tuſciæ, Valentini, Marciani, Bononi, Vitalis, Auguſti, Victurini, Manili, Metronæ Virginis, Maculi, Megini, *Deeſt* Meginus *in tribus aliis apographis. In Epternacenſi legitur* Theuſi *loco* Tuſciæ, *in Lucenſi* Benoniæ, *in aliis* Bononiæ, *loco* Bononi. *Notkerus ita in duas turmas dividit:* In Peruſio Tuſciæ Valentini & Marciani. In Bononia Vitalis & Agricolæ. *Coluntur hi Martyres Bononienſes* IV *Novembris. Verum cum hic alii jungantur* Vitali *ſocii, arbitramur de Bononienſi Martyre non agi.* Bononus Martyr *refertur in Indice* Martyrologii *Pariſienſis à Luca Dacherio confecto, &* Benonia Martyr *in Indice Franciſci Mariæ Florentinii ad ſuum Martyrologium Lucenſe. Imo in aliis apographis ſcriberetur* In Bononia, *aut* Bononia civitate, *ſi palæſtra martyrii indicaretur: ut paſſim obſervare licet.*

Mss. Aquiſgranenſe, & Rhinovienſe cum Greveno: In Peruſio Valentini; *& additur in Richenovienſi,* Martiani: *loco autem omiſſo indicatur* Valentinus *in Ms. Auguſtano,* Valentinus & Vitalis *in Ms. Labbæano,* Vitalis & Victurinus *in Ms. Trevirenſi* S. Maximini, *&* Martianus *in alio Ms. ejuſdem monaſterii. In Ms. Adone Reginæ Suecia iſta leguntur ad diem* XXX *Aprilis,* In Pariſio (*aliis* In Peruſio) Valentini & Damiani, *ubi videtur* Damianus *loco* Marciani *poſitus. Si tamen hi ſimul & quidem Pariſiis cultum aliquem habeant, nolumus in contrarium quidquam præſcribere.*

DE

DE SS. PVDENTIO, MARCIANO, FILOCOSO, THEODORA VIRGINE, PADE, ET ALIIS DVOBVS.

MARTYRIBVS ALEXANDRINIS. G.H.

XXIX APRILIS. *Vltima eſt hæc Martyrum claſſis in prædictis apographis relata his verbis:* Alexandria civitate Pudenti, Marciani, Filocoſi, Theodoræ Virginis, Padis cum aliis duobus. *Loco* Filocoſi, *legitur* Filocuſi *&* Filocuſæ; *&* *pro* Theodora, Thodoſiæ, *in codice Corbeienſi.* S. Theodora Virgo *memoratur in duplici Ms. Barberiniano, & aliquo Caſinenſi.* Pudentius *in Mss. Auguſtano, & Trevirenſi S. Maximini. Nominatur etiam hoc die* S. Theodoſia Virgo *in Ms. Synaxario Græco Pariſienſi collegii Societatis Ieſu, & ſubiit cogitatio num forte eſſet hæc* Theodora, *an* Theodoſia Virgo Tyria, *quæ ſecundo die Aprilis ſolennem habet memoriam.*

DE SS. THEOGNIDE, RVFO, ANTIPATRO, THEOSTICHO SIVE EVTYCHETE, ARTEMA, MAGNO, THEODOTO, THAVMASIO ET PHILEMONE,

MARTYRIBVS CYZICI IN HELLESPONTO. G.H.

XXIX APRILIS. Cyzicus, *antiquiſſima ac nobiliſſima olim atque Epiſcopalis urbs Myſiæ minoris, ad Helleſpontum & Propontidem, hos novem Chriſti Martyres cælo tranſmiſit: quorum ſacra memoria in Menologio Imperatoris Baſilii Porphyrogeniti, ita proponitur ad diem hunc* XXIX *Aprilis:* Certamen ſanctorum Martyrum Theognidis & Sociorum, qui Cyzici martyrium compleverunt. Sancti Chriſti Martyres Theognides, Rufus, Antipater, Eutyches, Artemas, Magnus, Theodotus, Thaumaſius, & Philemon, ex diverſis fuerunt prognati regionibus: ſimul autem eo tempore, quo adverſus Chriſtianos excitata fuerat perſecutio, in urbe Cyzico convenerunt: ubi cum palam fidem Chriſti promulgarent, ab idololatris comprehenſi ſunt, & ad Præſidem urbis adducti. Ibi varia primum interrogatione vexati, dein crudeliter cæſi, in carcerem ſunt detruſi. Poſtea vero è carcere educti, Chriſtum negare juſſi ſunt & idolis ſacrificare. Cum vero aſſenſum non præberent, ſed audacter Gentilium errorem & vanum idolorum cultum deteſtarentur, ipſumque Præſidem contemnerent, ſacris capitibus ſuis abſciſſis martyrium compleverunt. Ipſorum autem ſanctæ Reliquiæ, Cyzici depoſitæ, multas ſanitates ad Chriſti gloriam perficiunt. *Hactenus Menologium Baſilii Imperatoris.*

Elogium ex Menologio Baſilii Imperatoris,

C

2 *Eoſdem ſanctos Martyres celebrat antiquum Ms. Synaxarium Pariſienſe collegii Claromontani Societatis his verbis:* Eadem die XXIX *Aprilis* Certamen ſanctorum novem Chriſti Martyrum in Cyzico paſſorum, Theognidos, Rufi, Antipatri, Theoſtichi, Artimæ, Magni, Theodoti, Thaumaſii & Philemonis. Diviniſſimi hi Martyres, ex diverſis regionibus oriundi convenerunt, & Cyzici comprehenſi & interrogati, generoſa animi magnitudine Præſidem pudefecerunt, vanam idolorum impoſturam execrati; neque variis tormentorum machinationibus excruciati, abduci à fide potuerunt: ſed multo magis ſeipſos vivas victimas Deo vivo obtulerunt: & ſic capitibus gladio abſciſſis ablati ſunt: ideoque dignati beneficio incurabiles morbos gratuito ſanandi. *Hæc ibi: quæ fere eadem ad hunc diem* XXIX *Aprilis leguntur in Menæis Mss. Mediolanenſibus bibliothecæ Ambroſianæ, ſignatis littera O & numero* 148, *item Pariſienſibus Cardinalis Mazarini & Patrum Prædicatorum in platea S. Honorati, & Divionenſibus apud Petrum Franciſcum Chifletium adſervatis. At pridie ſive* XXVIII *Aprilis iidem Sancti novem Martyres celebrantur in Menæis excuſis, apud Maximum Citharetum & in Anthologio Arcudii. In Menæis autem tali inſuper laudantur diſtichо.*

Memoria 28 Aprilis.

Εἰκὼν ἀΰλων πυγμαίων τῶν ἐννέα
Οἱ τὰς κάρας τμηθέντες ἄνδρες ἐννέα.
Caput amputati gladio viri novem,
Novem ſupernorum ordinum typum gerunt.

Memorantur quoque novem Martyres Cyziceni, tacitis nominibus ad hunc XXIX *Aprilis in Typico S. Sabæ, in Kalendario Græcorum à Genebrardo edito, & apud Molanum in Additionibus ad Vſuardum; nec non in tabulis kalendarii Moſcovitici apud* CL. V. *Laurentium vander Hem Amſtelodami, ubi omnes pinguntur eodem quo Martyres Romani habitu, cum crucula in manu Martyrii ſigno: ſed medius eorum novem habitum præfert Epiſcopalem. Si Acta Martyrii, quorum compendium ſolum habemus alicubi eruantur, licebit cognoſcere quis illorum ſacratioris tituli prærogativæ ſit donandus, nunc quod novimus hic proponimus. Poſſevinus in Apparatu kalendarium Ruthenicum deſcribens, ex ſui interpretis imperitia pro* Cyſico Ciliciam *notavit. Vtinam quam exacte idem ubique ſignatur numerus & locus: ſic etiam alicubi notatum inveniretur tempus: neque enim fas eſſe nobis credimus per conjecturas agere, nullo ad eas fundandas apparente fundamento.*

aliud ex Ms. Synaxario,

F

DE SS. QVINTIANO ET ATTICO,

MARTYRIBVS APVD GRÆCOS. G.H.

XXIX APRILIS. Memoria *horum Martyrum reperitur in Mss. Pariſienſibus Cardinalis Mazarini, & Collegii Claromontani Societatis Ieſu, his ſolum verbis indicata:* Et certamen ſanctorum Martyrum Quintiani & Attici. *Iidem, nominibus aliquanto aliter ſcriptis referuntur in Mss. Menæis, Mediolanenſibus bibliothecæ Ambroſianæ & Taurinenſibus Ducis Sabaudiæ, quibus inſcribitur memoria* S. Quantani ſeu Cantani & Tatici: *ubique autem notantur poſt S. Auxibium, de quo inter prætermiſſos egimus.*

DE SANCTO CLERIO,

G. H.

THAVMATVRGO APVD GRÆCOS.

XXIX APRILIS.

Faſti Latini nobis prabent Sanctos complures Cleri *nomine appellatos. Ex his* VII *Ianuarii datur* S. Clerus Diaconus Antiochiæ, *ſed qui* capite plexus Martyr *occubuit: & ab aliis etiam* Licerius, Lucerius *&* Bilicerius *appellatur. Alius* S. Clerus *item* Diaconus Martyr *proponitur* XIV *Ianuarii, ſed* in mare præcipitatus, *& hic ab aliis ſcribitur* Clarus, Clericus, Glicerius. *Græci nobis proponunt* S. Clerium, *non Martyrem, ſed* Thaumaturgum, *qui inter virtutum exercitia ſancte mortuus, dein à Deo miraculorum operatione dignatus, meruit nomen* Thaumaturgi. *Pervetuſtum Synaxarium Græcum Ms. quod Pariſiis in collegio Claromontano Societatis Ieſu reperimus, eum ita recolit*: Eodem die XXIX *Aprilis* Sancti Patris noſtri Clerii Thaumaturgi. *Plura de eo non reperimus, ſed hæc benevolo Lector indicamus, forſan alibi plura de ipſius virtutibus & miraculis reperturo: oportet enim Hegumenum vel ſaltem monachum aut anachoretam fuiſſe, qui nobis, ſub conſueto ejuſcemodi Sanctis titulo* ſancti Patris, *notatur.*

DE SANCTO PAVLO I.

D. P.

EPISCOPO BRIXIENSI IN ITALIA.

CIRCA AN. CCCCXXVII

Rampertus Brixienſis Epiſcopus, ſcribens de Tranſlatione S. Philaſtrii Epiſcopi item Brixienſis, XV *kalendas Auguſtas recolendi, & enumerans hujus ſucceſſores, deceſſores ſuos,* qui in altari, nomini B. Philaſtrii dicato & ſuper caput ejus poſito, preces Miſſarum celebraverunt *&c. tres* Paulos *nominat, quorum unus* à Philaſtrio tertius, & ſecundus à Gaudentio; *alter* S. *Titianum ſecutus ſit, poſtremus denique inter* SS. *Dominatorem & Paterium eccleſiam Brixianam gubernarit.* Paulini *nomen neque in Epiſcoporum catalogis, neque in antiquis Miſſalibus aut Breviariis, uſpiam inveniri, teſtatur nobis in ſuis Mss. eſt ſtudioſiſſimus antiquitatis patriæ indagandæ* Faynus; *qui tamen quatuor diverſa Breviariorum Brixienſium kalendaria ſe vidiſſe dicit, vario quidem tempore omnia, ſed ante typographiæ inventionem ſcripta, & Paulos tres, Paulinum nullum, diverſis diebus referentia.*

Paulini nomen quod in Paulum poſteri mutarunt,

B

repertum una cum ejus corpore,

2 *Poſtquam, vero ut habetur in libro Proviſionum civitatis Brixiæ,* Anno MCCCCXCVII, die XVII Februarii, in concilio ſpeciali captum fuit, nemine diſcrepante, quod deputati ad ſtatuta, una cum Vicario Reverendiſſimi Epiſcopi, videant & inquirant, ſi in eccleſia S. Euſebii extra mœnia reſideat aliquod Corpus ſanctum alicujus Epiſcopi Brixienſis, & quidquid invenerint referant, ut ſuper inde debita proviſio fieri poſſit: *non tantum* inventum eſt Corpus *aliquod,* in imo altaris vetuſtiſſimæ illius eccleſiæ, *inquit ad* III *Martii* Faynus; *ſed etiam* eadem occaſione compertum eſt nomen ejus proprium eſſe Paulinum, non Paulum, ut antea tum à Ramperto tum ab aliis vocabatur, *Addit in Mss. vehementer* diſplicere quod memoriæ antiquæ, tum iſtius Paulini, tum aliorum quinque Epiſcoporum, in eccleſia S. Petri Olivetani quieſcentium, non fuerint tranſcriptæ ab illius eccleſiæ poſſeſſoribus Canonicis Congregationis S. Georgii in Alga, vulgo Azzurinis, ab habitus cerulei ſeu violacei colore dictis, ſatis habentibus quod originales membranas appoſuerint ſacris corporibus, pariter cum iis ſervandas.

C

repoſſo in eccleſia S. Euſebii an. 1497,

3 *Equidem non intelligo, quo fundamento præſumatur, plus aliquid, in membrana ſive tabella cum corpore reperta, legi potuiſſe, quam ſolum nomen; uti iſtud fere ſolum ſolebat cum ejuſmodi corporibus recondi. Porro invento ſic depoſito ſacro, decretum eſt* eodem anno III Junii, quod committatur ſpectabilibus Dominis Officialibus, ut provideant, quod corpus S. Paulini Epiſcopi Brixiæ, reſidentis in eccleſia S. Euſebii extra mœnia, ſit in tuto, donec tranſportabitur ad S. Petrum in Oliveto intra civitatem, ſicuti venerabiles Canonici dicti monaſterii S. Petri petunt, pro majori veneratione dicti Sancti, ſecuritate atque devotione: itemque quod prædicti Domini Officiales fieri faciant inventarium ſanctarum Reliquiarum, exiſtentium in altari capellæ S. Mariæ Magdalenæ, in eccleſia prædicta S. Petri Oliveti.

& tranſlato ad S. Petri de Oliveto an. 1498:

E

4 *Poſt hæc* anno MCCCCXCVIII in concilio ſpeciali, audita expoſitione facta per venerabiles Fratres S. Petri in Oliveto, Congregationis S. Gregorii in Alega, narrantes, quatenus ad beneplacitum hujus civitatis intendunt transferre corpus S. Paulini, olim Brixiæ Epiſcopi, jam annis nongentis reſidentis in eccleſia S. Euſebii extra mœnia, eumque reponere & collocare in arca lapidea, in eadem eccleſia S. Petri in Oliveto collocata; & quod ſtatuatur dies, in qua ipſa Tranſlatio fiat; captum eſt nemine diſcrepante, quod Tranſlatio ipſarum reliquiarum fiat in prima Dominica Quadrageſimæ, & quod interim ſpectabiles cives, his diebus electi ſupra monaſteria Monialium Brixiæ, videlicet D. Joannes de Sabis, D. Jo: Petrus de Gaudino, & D. Mattheus de Tiberiis, curam habeant, quod dictæ Reliquiæ ſanctæ conſerventur, donec Tranſlatio ipſa fiat, cum Clero & cum omni ſolennitate. *Denique ad iſtius ſolennitatis augmentum decretum eſt,* die ultima Februarii, quod emantur decem cerei ceræ albæ, librarum tres pro quolibet, ex pecuniis communitatis, qui portentur accenſi in ipſa Tranſlatione.

die 4 Martii adeo primam Quadrageſimæ Dominicam die IV *Martio: tii,*

5 *Annus* MCCCCXCVIII *Paſcha habuit die* XV *Aprilis, at-*

F

qui dies cum proxime ſuccederet illi, quo jam olim Eccleſiæ Brixienſis Tabulæ unum ex tribus Paulis notatum habebant; congruentiſſime lectus eſt ad hanc Tranſlationem: maxime ſi tabellæ ſive membranæ, repertæ cum corpore, fueris annotatus præter nomen etiam dies cultus, ipſe III *Martii, ut ſæpe conſuevit, in talibus annotari. Et quidem populus perrexit annuam Tranſlationis memoriam celebrare primæ Dominicæ, Clerus autem, cui dies Dominicæ Quadrageſimalis non permittebat Officium de Sancto facere, in hujus Tranſlationis memoriam diem* IV *aſſumpſit quem feſtivum haberet: quoties in eum Dominica non concurreret: itaque nunc inſcriptus eſt* S. Paulinus, *alii* Paulus, *pluribus Catalogis ac Martyrologiis, quæ ſigillatim Bernardinus Faynus enumerat; addens, in ara marmorea Sacelli, quod nunc S. Paulini nuncupatur, obverſa altari S. Mariæ Magdalenæ, ubi S. Silvini Epiſcopi corpus requieſcit, hoſce verſus ſcriptos legi.*

Paulini empyreas Antiſtitis ivit in arces
Spiritus: hic Divi Brixia corpus habet.

videtur etiam Ramperto notum fuiſſe,

6 *Quod attinet ad diverſitatem nominis, inter nomen primitivum, quale eſt* Paulus, *& diminutivum, quale* Paulinus, *tam exigua eſt differentia, ut non raro unum pro altero accipi videamus: ita neſcias, utrum Hiſtoriarum conditor Archiepiſcopus Florentinus,* Antonius, *vel* Antoninus, *vocandus ſit; etſi poſterius ferat communior uſus, à corporis puſillitate ductus, ut volunt aliqui. In* Ramperti *ſermone deſcribendo non tantum facile fuit errorem obrepere, unius ſyllabæ omiſſione; & hunc deinde in catalogos & kalendaria, ſeculis aliquot recentiora, tranſire; ſed reipſa ſic*

A *ſic erratum eſſe, perſuadet ipſe Ramperti contextus. Nam cum idem nomen Rampertus ſecunda vice repetit, utitur particulis nominis repetitionem ſignificantibus. Sic Gaudioſum, Silvini ſucceſſorem, ſimpliciter nominat; veniens autem ad eum qui ſucceſſit Epiſcopo Deus dedit*, item, *inquit*, Gaudioſus iterum: *hoc autem non facit in ſucceſſore S. Titiani, ſed tantum in ſucceſſore S. Dominatorũ, dicens*, itemque Paulus, *ergo hic ſolus ipſi eſt, in quo ſignificatum voluit* Pauli *nomen repeti, ac per conſequens alteruter ex duobus prioribus, qui nunc ſub* Pauli *nomine leguntur*, Paulinus *ipſi ſcriptus eſt, non* Paulus.

& reſtituendum loco Pauli, non poſt S. Gaudentium,

7 *Vter vero? Faynus exiſtimat, S. Gaudentii ſucceſſorem*, Paulinum *vocatum fuiſſe, & hunc eſſe qui colitur in Martio: idque ex fide cujuſdam fragmenti membranacei, citati ab Octavio Roſio, in quo ſic legebatur*: Salvatoris noſtri aſpirante gratia, ſanctæ Eccleſiæ Brixianæ, ſubſtitutus fuit S. Gaudentio B. Paulinus: qui diu in Africa commoratus, permultum laboravit in vinea Domini: *ex quo fundamento idem Octavius deducit, ipſum eſſe, qui in eccleſia Mediolanenſi, ſub cura Caſti Diaconi, fungebatur officio amanuenſis, & Vitam S. Ambroſii ſcripſit, male attributam S. Paulino Nolano Epiſcopo: ſed cum nullo argumento probetur illius Vitæ auctor ad Epiſcopalem gradum poſtea aſcendiſſe, & catalogus cujus fragmentum citatur non ſit antiquior inventione Corporis facta ſub Canonicis Regularibus, more ſuo pronis ut quoſcumque Sanctos ſuo S. Auguſtino conjungant, & ſic credibile faciant illius Regulam longe ante Congregationum ſuarum Canonicalium initia, fuiſſe inter Clericos Europæos uſurpatam; hac inquam cum ita ſe habeant, nihil video rationis cur S. Gaudentii ſucceſſor videri debeat, non* Paulus, *ſed* Paulinus *vocatus.*

B

ſed poſt S. Titianum,

8 *Econtra vero, ſi, quod ſcribit Faynus, cum Paulini nomine inventus ſit dies* III *Martii; quo etiam à Brixienſibus colitur S. Titianus; veroſimile fit, eodem utrumque die coli, quia pariter levati de terra & collocati fuere ſub altaribus, hic quidem in veteri æde SS. Coſmæ & Damiani, iſte in præmorata S. Euſebii eccleſia. Cauſa autem eoſdem pariter elevandi nulla congruentior cogitari poteſt, quam quòd contiguas ſibi ſepulturas habuerint, hinc autem haud inveroſimilis præſumptio naſcitur, contiguo etiam tempore utrumque floruiſſe. Verum cum ejuſmodi præſumptiones nihil ſolide probent, ſatis ſit eas ſimpliciter expoſuiſſe, ad juſtificandum, quod in Martio, majorem ſcriptorum Brixianorum partem & Galeſinium tabulas eccleſiaſticas laudantem ſecuti, Paulinum fecerimus S. Titiani ſucceſſorem. Idem ſuadere poſſet ſpatium annorum nongentorum, quo in veteri S. Euſebii eccleſia jacuiſſe eum dixere Canonici; ſi probaretur, quod eccleſia illa tam ſit antiqua, quodque haud diu poſt obitum ſuum ſub altare delatum fuerit S. Paulini corpus, puta ſub finem ſeculi* VI, *cum obiiſſet circa ejuſdem ſeculi medium.*

cum quo communiter olim celebatur 5 Martii.

C

Qui 29 Aprilis colitur Paulus, non Paulinus,

9 *Martyrologium quidem Brixienſe Ms. eum qui* IV *Martii colitur Paulum vocat; Paulini vero nomen tribuit alteri, hoc die* XXIX *Aprilis colendo; ſed aliquo calami errore ut opinamur: ſimilemque lapſum agnoſcimus in Galeſinio, quem ſecutus nimium leviter Baronius eſt, nec enim duos Paulinos Brixienſes Epiſcopos agnovit aliquis, & eum qui hoc die colitur Paulum dici debere probat Faynus in Mss. ex eo, quod anno* MCCCCXXXV *inventæ ſunt, in Abbatia Leonenſi intra fines Brixianos, aliquæ ejus Reliquiæ, cum hoc chirographo* III kal. Maji Reliquiæ S. Pauli Epiſcopi Brixiæ. *Et hunc Canonici S. Petri de Oliveto eum eſſe putant, cujus corpus in ſua eccleſia pridem jacuerat cum corporibus SS. Euaſii, Cypriani, Deuſdedit Epiſcoporum, quique nunc cum iiſdem honeſtius collocatus requieſcit ibidem, juxta decretum anni* MCCCCLIII, *quod ſupra protulimus agentes de S. Cypriano. Rurſum poſt annos fere nonaginta ejuſdem S. Pauli aperta eſt arca, ſumptumque ab ea caput, & honorifice circumgeſtatum per urbem, cujus rei hiſtoria, ante centum annos ab Alexandro Totto Servita tranſſumpta ex quodam Ms. Monaſterii S. Petri, extat in Mss. Collectaneis Bernardini Fayni hoc tenore.*

in eadem eccleſia cũ aliis tribus elevatus,

10 Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſecundo, pridie Nonas Auguſti, ad futuram rei memoriam. Brixiæ in eccleſia S. Petri in Oliveto, aſſiſtente R. P. D. Leone de Bugattis de Brixia, Rectore Generali Congregationis S. Georgii in Alga, de mandato dicti Reverendi Patris, aperta fuerunt ſarcophaga ſanctorum Epiſcoporum, Euaſii Martyris, Cypriani, Pauli & Deuſdedit, quorum corpora ſunt recondita in altari majori; & ſepulcrum S. Silvini Epiſcopi, qui jacet in altari S. Mariæ Magdalenæ in capella dicta S. Paulini: & de ipſis ſacris corporibus levatæ fuerunt infraſcriptæ Sanctorum ſupraſcriptorum reliquiæ, videlicet caput integrum S. Pauli cum omnibus dentibus; & capita SS. Deuſdedit & Silvini fuerunt in pluribus partibus. Quorum quidem Sanctorum capita fuerunt proceſſionaliter reportata in ſacrario dictæ eccleſiæ, & ibi repoſita, donec & quouſque fuerint fabricata locula ſeu pretioſa tabernacula, in quibus honore debito includentur dictæ Reliquiæ. Ad quarum venerabilem Tranſlationem interfuerunt infraſcripti Sacerdotes, videlicet inprimis R. P. D. Leo de Bugattis Rector Generalis, R. P. D. Pacificus Brixienſis Prior monaſterii, D. Magnus de Brixia, D. Timotheus de Homis, D. Hadrianus de Brixia, D. Cyprianus Maurus de Gaudino, D. Lucas de Goliono, D. Joannes Petrus de Cignano, D. Chryſanthus de Provaleo, D. Euangeliſta de Calvazeſio, D. Thadæus de Brixia, D. Maximianus de Brixia, D. Albertus de Dello, cum pluribus laicis utriuſque ſexus: de quibus omnibus conſtat inſtrumentum, rogatum per egregium virum D. Franciſcum Notarium, nuncupatum il Gambara, die & milleſimo ſupraſcripto. AUCTORE D. P.

capite ſeorſim ad veneronem poſito,

E

11 *Alius Paulus, qui die* VII *Februarii colitur, & à Ferrario perperam dicitur in hac eadem eccleſia ſepultus; requieſcit* in eccleſia Cathedrali infra altare Corporis Chriſti; Capite in buſto argenteo ad publicam venerationem recondito. *Sed hoc ſerius, anno ſcilicet* MDCXXXIII, *quando* ipſum, & aliorum trium Sanctorum Epiſcoporum Capita, Joannes Maria Fenarolus Archipresbyter extraxit ex arca, & ad uſum eccleſiæ nobilibus argenteis loculis recondidit, *ut habet in Mss. Faynus. Quomodo autem ipſum corpus cum corporibus* SS. *Dominatoris, Anaſtaſii, & Dominici, primo quidem ex veteri cathedrali* S. *Andreæ dicata, anno* MDLXXXI, *per S. Carolum Borromæum in ædem S. Stephani; deinde, cum hoc templum eſſet deſtruendum, ad novam Cathedralem S. Mariæ, Rotundam vulgo dictam, anno* MDCIV *tranſlatum ſit, dicemus* XX *Maji, quando S. Anaſtaſii ſolennitas recurret.*

diverſus eſt ab alio ejuſdem nominis in Cathedrali,

F

12 *Vter duorum Paulorum primus fuerit, uter poſterior, difficile eſt diſcernere. Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ & Faynus ad hunc diem, exiſtimant primum eſſe qui hodie colitur: & huic opinationi favere videtur, tum quod ipſa Civitas, in decretis anni* MCCCCLIII, *ante Cyppianum & Deuſdedit nominet Paulum, velut antiquiorem & S. Euaſio Martyri proximiorem ætate; tum quod Epiſcopi in veteri cathedrali conſepulti, Dominator, Anaſtaſius, Dominicus, ſub finem ſexti & initium ſeptimi ſeculi vixerint, inter quos inventus Paulus ejuſdem temporis poteſt cenſeri, credique is eſſe, quem Rampertus nominat poſt S. Dominatorem; omiſſo iſte autem Berticano, quem inter eos ſediſſe plerique volunt, & cujus ſecundus nomen Rampertus præterit; haud dubie quia non fuerat adſcriptum diptychis eccleſiaſticis, utpote impii, de quo Gregorius Magnus in dialogis refert., repentina morte diſperiiſſe, propterea quod pecunia corruptus, nequiſſimi hominis ſepultura Sanctorum Fauſtini & Iovitæ eccleſiam violaſſet. Atque hæc de tribus Brixienſium Paulis, quorum unus Paulinus dicendus, hic colligere placuit; tum ad ſupplendum, corrigendum aut confirmandum dicta in Februario & Martio; tum ad teſtandum clarius quantum Bernardino Fayno debeamus, propter collecta monumenta, aliquam in tantis tenebris lucem adferentia; ſalva tamen libertate diverſũ quandoque ſentiendi ab eo, quod ipſi ex argumẽto minus veroſimili viſum fuerit.* & videtur eſſe primus,

DE SANCTO SENANO,

CONFESSORE IN ANGLIA.

SEC. VII

Alius hic à S. Senano Ep. Inis-cathenſi, forte idem cum eo, qui in Armorica 6 Martii colitur:

DE *S. Senano Inis-cathenſi Epiſcopo & Abbate in Hibernia tomo* I *Martii ad* VIII *ejuſdem diem egimus. Eum Albertus le Grand, in ſuo de ſanctis Armoricanis opere, eumdem cum illo facit, qui in parochia de Plou-ſané diœceſis Leonenſis Britanniæ Armoricæ* VI *Martii colitur: quod ibidem in commentario non ſatis probari diximus; & melius fundatâ conjecturâ cenſuimus, cultum S. Senani, de quo hic agimus, à Britonibus Cambris ad Britannos Armoricos tranſiſſe, utrique enim communes fere Sanctos colunt. Ceterum nullam hactenus de hoc Senano; in antiquis noſtris Martyrologiis, ne quidem ad hunc* XXIX *Aprilis diem, mentionem fieri reperimus: tantum Martyrologio Anglicano utriuſque editionis & Ferrarii Catalogo cum brevi elogio inſcriptus legitur, quaſi mortuus anno* DCIX. *Vetuſtior editio anni* 1608 *ita habet:* In Septentrionali Wallia commemoratio S. Senani Confeſſoris; qui originem ex vetuſto ac nobili Britonum ſanguine ducens, ſpretis mundi vanitatibus, ſolitariam aſperamque vitam in Septentrionali plaga Walliæ ac territorio patris S. Wenefridæ duxit. Quem & ipſa S. Wenefrida crebro inviſere ſolita fuit, ac demum poſt mortem ſuam multis annis juxta corpus ejus humata jacuit. *Notat ejuſdem Martyrologii auctor Wilſonus Acta S. Wenefridæ de hoc Sancto meminiſſe, uti & Lectiones de eadem Sancta in Breviario Sarisburienſi. Sed exemplar excuſum anno* MCCCCXCIX *nullam omnino mentionem offert. In Vita vero S. Wenefridæ, quam circa annum* MCXL *Rupertus Abbas Salopesberienſis ſcripſit, ita de illo legitur:* Peractis vero omnibus, quæ ad funus ſive ad ſepulturam pertinebant, in loco quo ipſa [*S. Wenefrida*] petierat, cum maximo omnium planctu ac gemitu corpus humi eſt traditum. In eodem quoque cœmeterio multi quidem & magnorum meritorum viri requieſcunt. Sed & præclarioris & majoris famæ feruntur ſanctiſſimi Confeſſores Chebius & Senanus, quorum prior ad caput illius tumulatus eſt, alter vero in eodem ordine, quo ipſa jacet, requieſcit. Qui utique magnarum virtutum viri fuiſſe apud indigenas memorantur, eumdemque locum ob Sanctorum adiſſe frequentiam, quos ad exemplum [&] vitæ præſentis agonem illuc conveniſſe audierant. Extant adhuc in eadem provincia nonnullæ in illorum memoria Baſilicæ, in quibus quantorum ante Dominum ſint meritorum per crebra mortalibus miracula liquido manifeſtatur. *Hæc ibi. In ejuſdem S. Wenefridæ Vita, quam Capgravius & Surius ediderunt, hæc leguntur:* Sepultaque eſt juxta SS. Chebeum & Senanum. *Alfordus in Annalibus Angliæ, poſt mortem cultum fuiſſe ait à Danmoniis ſive Cornubienſibus, apud quos & oppidum ac portum à S. Senano nuncupatum aſſerit, vulgo* Senan *dictum. Plura de hoc Sancto in Vita S. Wenefridæ licebit dicere, ſi de ætate ac rebus geſtis aliquid ultra jam dicta inveniatur: interim Alfordi judicium ſecuti adſcribimus eum ſeculo* VII.

mentio in Martyrologiis Anglicanis,

& in Vita S. Wenefridæ ſcripta circa an. 1140,

in qua templi cultus & miraculis clarus fuiſſe dicitur,

oppidum ab eo nuncupatum in Cornwallia.

B

E

DE S. GONDEBERTO MARTYRE,

D. P.

AVENNACI IN TERRITORIO REMENSI.

SEC. VII

Remenſis hiſtoriæ auctor Flodoardus, qui X *ſeculo Chriſtiano ſcripſit ac floruit, brevem & accuratam ſatis nobis ſuggerit notitiam eorum, quæ de ſancto Martyre* Gondeberto, Guntberto *ſive* Gumberto *antiquior certiorque memoria ad illius uſque ætatem ſervavit. Docet autem imprimis fratrem germanum fuiſſe S. Nivardi, Remenſium poſt Landonem Epiſcopi: qui Lando cum fuerit* Sigeberti Regis tempore, *ut dicitur lib.* 2 *præcitatæ hiſtoriæ cap.* 6, *conſequens eſt, ut ipſe Nivardus ante annum* DCLVIII *quo Sigebertus obiit, inierit Epiſcopatum, quem utrum ad annum uſque* DCLXXII *ſuperſtes tenuerit, ut cenſet Carolus le Cointe; an decennio citius vita functus ſit, ut putant Sammarthani, quæremus ad* I *Septembris, quo colitur. Satis eſt ex dictis conſtare quod tam ipſe quam frater ſuus S. Gondebertus floruerint tempore Childerici* II, *paulo poſt S. Sigeberti mortem ab Auſtraſiis in Regem aſſumpti, cum eſſet annorum dumtaxat quatuor aut quinque puerulus. Erravit igitur qui ſub Childerico* III, *Merovingorum Regum ultimo, adeoque poſt annum* DCCXLIII, *natos Gumbertum atque Nivardum cenſuit Stephanus Binetus, in illius Vita Gallice ſcripta.*

Cum fratre ſuo S. Nivardo Ep. floret ſub Childerico II,

C

2 *Mortuo Nivardo*, Beatus Reolus, in Epiſcopatu jam poſitus (*uti proſequitur Flodoardus lib.* 2 *cap.* 10) magnam habuit contentionem pro rebus præmiſſi S. Nivardi Epiſcopi, cum Gundeberto Regis Optimate, ipſius Domni Nivardi fratre Germano; dicente Gundeberto quod villæ germani ſui Nivonis Epiſcopi, tam de paterna quam de materna hereditate, quas Nivo moriens dereliquerat, ipſi jure legitimo deberentur. At contra Domnus Reolus vel agentes ſui dicebant, quod Domnus Nivardus omnem rem ſuam pro animæ ſuæ remedio ad loca Sanctorum per ſua inſtrumenta contuliſſet.... ſed dum inter utramque partem hæc contentio verteretur, mediantibus pacificis tandem perſonis, eo tenore ad pacem concordiæ redierunt, ut Gundebertus ea quæ ultra Ligerim fuerant Emmæ genitricis eorum, abſque repetitione Reoli Epiſcopi vel agentium ſuorum, in ſua reciperet poteſtate: reliqua vero quæcumque bonæ memoriæ Domnus Nivo ad loca Sanctorum per ſua inſtrumenta delegavit, ad integrum ea Sanctorum loca perpetualiter, abſque repetitione Gundeberti vel heredum ſuorum, cum Dei adjutorio poſſiderent. Unde conventiale quoque ſcriptum digeſtum apud nos, *inquit Flodoardus, tamquam eccleſiæ ipſius Remenſis Presbyter*, adhuc reſervatur, utriuſque partis aſſignatione roboratum: *quod utinam extaret adhuc, addito Childericiani regni anno certius dirempturum controverſiam, quam diximus eſſe inter ſcriptores circa annum obitualem Nivardi, noſque propius deducturum in cognitionem ejus quoque temporis, quo* S. *Gundebertus martyr occubuit.*

de bonis fraternis contendit cum S. Reolo Ep.

eaque cum eccleſiis partitur:

F

3 *Interim ſatis liquet ex Flodoardo, hanc ipſius cum affine ſuo Reolo de fraternis poſſeſſionibus contentionem, non fuiſſe ex pravo aliquo affectu natam, quaſi doluerit eas Deo conſecrari: fuit enim ipſemet circa pias largitiones liberaliſſimus. Nam ut dicitur lib.* 1 *cap.* 4, Baſilicæ Domnorum Martyrum Timothei & Apollinaris... Domnus Gondebertus vir clariſſimus, cum uxore ſua Berta villam in pago * Vontiſe ſitam, Pertas nomine, dedit. *Præterea* puellare monaſterium Remis habetur ſitum ad portam quæ olim Collaticia, ſcilicet à conferendis mercibus, nunc Baſilicaris vocatur,... quod monaſterium Domnus Guntbertus vir illuſtris in honore S. Petri conſtruxiſſe traditur: & Regale vel Fiſcale

de ſuo dotat eccleſiam SS. Timothei & Apollinaris,

* *al.* Vontinſe,

extruit puellarum cœnobium,

A Fiſcale vocatur, eo quod in Regali poteſtate uſque ad moderna tempora fuerit habitum, *inquit idem Flodoardus lib. 4 cap. 46. Denique Hincmarus Remenſis Epiſcopus ſeculo IX, ut habet prædictus auctor lib. 3 cap. 27, ſcripſit Teutbergæ Abbatiſſæ Avennacenſi,* oſtendens quod Nivardus Remenſis Epiſcopus de rebus Remenſis Eccleſiæ monaſterium Altvillarenſe conſtruxerit: & frater ejus de ſuis proprietatibus & quæ alii boni homines ad eumdem locum dederunt, Avennacum extruxerit monaſterium, quodque ad eccleſiam Remenſem tradiderit, unde chartæ habebantur id aperte pandentes.

ſola uxor ibi fundatrix agnoſcitur,

4 *Eſt ultimum hoc (ubi corpus ipſius S. Gondeberti una cum corpore S. Berthæ uxoris requieſcit & colitur, ut infra dicetur) inter Remos & Spernacum: in quo illa ad Remenſem eccleſiam mancipatio, ab Hincmaro prætenſa, non videtur fuiſſe aquita; ideoque juri illi ambiguo diffidens Hincmari ſucceſſor* Domnus Fulco, (*ut eſt apud Flodoardum lib. 4 cap. 47.*) hoc monaſterium vel Abbatiam ab Odone Rege concedi eccleſiæ Remenſi per paginam præceptionis ipſius Regis obtinuit, & pro confirmando eo huic eccleſiæ à Formoſo Papa Privilegium Apoſtolicæ Sedis impetravit. *Quare ſuſpicari poſſet aliquis, etiam chartas ab Hincmaro allegatas in ſuſpicionem ſuppoſitionis vocatas ab Avennacenſibus: ex quarum documentis aut opinationibus de hoc ipſo monaſterio Flodoardus, loco*

B *jam citato, cœptam narrationem de S. Guntberto ſic proſequitur:* Præmiſſus itaque Domnus Guntbertus, relicta conjuge maritima petens loca, illic etiam monaſterium condidiſſe fertur; ubi & à barbaris decollatus fuiſſe traditur. Relicta vero ipſius Domna Berta cœnobium puellare apud Avennacum, Domino ſibi locum per Angelum demonſtrante, conſtruxit.

ipſe aliud condidit, ubi occiſus à barbaris,

5 *Quæ* maritima loca *appellat Flodoardus, in antiquis Actis mox indicandis dicuntur* gens habitans circa oras Altiſſalii. *Quid ſi error ſcriptionis irrepſerit ſcribendumque ſit* circa oras alti ſalis, *id eſt*, Oceani? *Ita ſatis eſſet ad Morinos alioſque tunc adhuc Barbaros Flandriæ hodiernæ populos ablegare Gundebertum, intervallo leucarum circiter quinquaginta. Neque ſane extra Francici imperii limites ſtatuendum eſt monaſterium, cui bona materna trans Ligerim ſita, in ipſis ſcilicet Galliæ penetralibus, attribuit fundator ſuus, ut dicitur in Actis. Quod ſi placeat mordicus retinere* Altiſſaliorum *nomen, non ideo tamen excuſare poteris San-Remigienſem monachum, qui Sanctorum Gumberti ac Bertæ Acta ſtylo reformans cultiori,* circa Scotiam *Altiſſalios collocavit; licet eum ſecuti ſint poſteriori ſcriptores omnes, cum eiſque Sauſſajus in Martyrologio Gallicano.*

circa Oceanum apud Morinos,

C 6 *Scio quod S. Gondeberti ævo Hibernia inſula, quæ tunc adhuc ſola Scotiæ gaudebat nomine, fuerit Francis, etjam Auſtraſiis, nota ſatis; eoque à Grimoaldo tyranno ablegatum Iuniorem Dagobertum S. Sigeberti filium: ſed hoc etiam ſcio totam eam inſulam Chriſtianiſſimam fuiſſe tunc temporis, ac velati ſcholam virtutis & litterarum provinciis exteris.* Altiſſaliorum *vero nomen nuſquam vel in Hibernia vel in Britannica Albania ſeu Scotia hodierna, aut in illis occidui maris inſulis prope vel longe à Scotia inveniendum, certus ſum. Vbi ergo illud quæremus? Vtique in extimis verſus Boream Auſtraſiæ finibus, ubi Friſones habitabant, barbara natio eademque maritima appellanda, non tantum pro ea parte quæ nunc Friſia dicitur, ſed etiam pro tota Vltrajectina diœceſi cis atque trans Iſalam, propter ſinum maris eidem conterminum. Ibi ſcilicet etiamnum invenitur civitas, pro dialectorum varietate* Altenzêl *ſive* Oldenzêl *dicta, antiqua* Francorum Saliorum *Sedes; à quibus* Saliis *etiam hodie tota ad Iſalam regiuncula, cujus caput* Altiſalia *eſt*, Zallandia, *id eſt*, Saliorum regio *nuncupatur. Proxima his etiam finibus Saxonia erat, gentilis adhuc tota etiam ipſa; ut pro alterutro nomine* Friſiæ *aut* Saxoniæ, Scotiæ *nomen potuerit obrepſiſſe imperitis.*

aut apud Altiſalios ad Iſalam.

Nepti conſciæ necis ſuæ apparet S. Bertha,

7 *Vbicumque occiſus & primum humatus Gundebertus fuit, non diu relictum ibi corpus eſt. Poſtquam enim etiam illius uxor Bertha trucidata fuit, ut ſupra dictum eſt* Nepti Domni Guntberti, nomine * Montiæ, quæ ſceleris hujus conſentanea fuerat, noctu vigilanti Domnæ Bertæ fertur apparuiſſe, eique præcepiſſe ut corpus Domni Guntberti ad hunc locum (*Avennacenſem videlicet*) referre ſatageret, ac juxta ſuum funus collocaret, ſicque ei peccatum conſciæ necis ſuæ Dominus indulgeret. Quæ ſignum petens quo ſibi dimiſſum id eſſe ſciret, audivit, quod, mox ut juſſa compleſſet, ex ejus ore vel naribus erumperet ſanguis. Quod & impletum eſt, dum corpus Domni Guntberti juxta pignus Beatæ Bertæ reconditur..... Ad horum denique Sanctorum honorem & meritum demonſtrandum, multa poſtmodum Dominus dignatus eſt operari miracula, quæ cauſa negligentiæ non habentur adſcripta. De quibuſlibet autem tribulationibus eorum congregatio Domini miſericordiam per eorum interceſſionem expetiit, miſericorditer impenſam ſibi conſolationem percipere meruit.

AUCTORE D. P.

* *alias* Moenæ, & Munciæ,

jubet requiri corpus martii ac juxta ſe locari.

8 *Hactenus Flodoardus lib. 4 cap. 47, prælucentibus SS. Gumberti & Bertæ antiquis Actis, ex quibus nec hoc omiſit capiti præcitato inſerere, quod* Hujus Domnæ Bertæ corpus, poſt centum circiter annos inventum integrum; plagæ vero ipſius ita tunc recenti affluere ſanguine, acſi eadem hora viventi fuiſſent ingeſtæ: *fortaſſis in argumentum illibatæ virginitatis: nihil enim prohibet ſuſpicari, eamdem perſuaſiſſe marito, ut ex priori conjuge jam liberos habens, novos ex ſe non peteret, ſed conſenſu pari continentiam ſervaret. Facta ſunt hæc circa annum* DCCC, *ex quo tempore magis publicum cultum habere cœperunt beati conjuges Avennaci: & tunc crediderim primum ſcriptam Vitam, quam optaremus extare ſinceram, prout eam habuit Flodoardus, tunc ſcribens cum ſacra Divorum pignora, quæ propter Normannorum incurſiones nono Chriſti ſeculo deportata fuerant Remos, adhuc intra eccleſiam S. Mariæ jacerent, debita veneratione privata. Iacuerunt autem ibi ultra an.* DCCCCXLVIII, *in quo hiſtoriam ſuam Flodoardus finit quique Artoldi Epiſcopi fuit* XVII; *deinde vero à jam dicto Antiſtite poſt ternam Sanctorum revelationem factam Bernardo cuidam, relata ſunt Avennacum: &* utrique Martyri (*ſicut dicitur in Vita S. Bertha per monachum San Remigienſem expolita*) Officium peculiare decretum inſtitutumque fuit, & quotannis die feſto Aveniaci celebratum, *ſcilicet* XXXI *Auguſti, quando ſolebant Lectiones de Tranſlatione hac recitari, dandæ à nobis* I *Maji, quia tunc ipſa ſolennius cum Octava colitur, de mandato jam dicti Artaldi anno* DCCCCLXI *vita functi.*

reſeratur poſt 100 *annos ſepulcrum,*

E

corpora ſeculo 9 trãs. feruntur Remos & referuntur Avennaci ſuculo 10.

F

9 *Extant ea Officia pro die utriuſque feſto, proque feſtorum Octavis & dicta Tranſlatione, cum Antiphonis, reſponſoriis & orationibus ubique propriis, ſed Hymnis pro B. Gumberto ex communi Martyrum acceptis. Specimen habe ex primis Veſperis, ubi ad Magnificat hæc Antiphona præſcribitur cum ſubſequenti oratione:*

Officium proprium utriuſque.

Sanctus Gumbertus Francorum ſchemate clarus,
Connubio junctus Berthæ ſpe prolis habendæ,
Lubrica terrenæ ſprevit commercia vitæ,
Conjuge conſocia rapiens ſibi regna ſuperna,
Horum participes mereamur adeſſe perennes.

Oremus.

Propitiare nobis quæſumus, Domine, indignis famulis tuis, per S. Gumberti Martyris tui, qui in præſenti requieſcit eccleſia, merita glorioſa, ut ejus pia interceſſione ab omnibus ſemper protegamur adverſis. *Similes fere ſunt pro horis ſingulis Antiphonæ & orationes aliæ, etiam in Officio de S. Bertha: ex quo (ne gratis videar ſuſpicionem moviſſe, de ſervata mutuo conſenſu continentia) addo Reſponſorium poſt Capitulum ad primas Veſperas, ex ritu Breviarii Benedictini ſic recitandum,*

Resp. Sponſa fuit Sponſo conjuncta beata beato,
Par inſigne animis, Gumberto Berta ſodalis:
Vers. Prole tamen caſſa, latet an ſit & inviolata.

In Hymno autem mox ſubſequenti de eadem legitur:

AUCTORE D. P.

Dehinc contemnens fœtida mortalis ævi gaudia,
Pium convertit conjugem, ſectantē vitam cœlibem.

continet diverſa per lectiones Acta,

10 *Hæc ex libello dictorum Officiorum, una cum Officio S. Treſani Martyris (cujus corpus etiam Avennaci eſt & colitur* VII *Februarii) impreſſo Remis anno* MDLVII *, cura & expenſis Ludovicæ de Linange Abbatiſſæ, non tantum Latine ſed etiam Gallice, ad majorem Sanctimonialium devotionem, dum quæ eccleſiaſtico idiomate cantant ac recitant, eadem in margine viderent materno ſermone interpretata. Huicne editioni ſimilis per omnia ſit editio altera anni* MDC *ad S. Treſani Vitam à Bollando citata, neſcio dicere, nec magni refert : potius ex prima illa editione obſervo, dictorum Officiorum auctorem diſtraxiſſe in partes duas, quæ primitus indiviſa fuerat, conjugum Sanctorum hiſtoriam : & quoniam ea quæ ſolum S. Gumbertum ſpectabant, nequibant ſufficere Lectionibus vigintiquatuor, quot ei opus erat ;*

ſed interpolata,

primum ex Vita S. Nivardi fratris accepiſſe nonnulla, &, mutato nomine, ejus germano applicuiſſe, tum quædam ex Flodoardo particularia de monaſterio Remis extructo, denique de ſuo admiſcuiſſe amplificationes : ſed ſtylo tam diverſo & connexione tam hiulca, ut non valde difficile fuerit male divulſa rurſum connectere : quod hic præſumpſi facere, ſegmentis illis heterogeneis ad Annotata rejectis, ne fidem noſtram habere quiſquam ſuſpectam poſſit, aut ſibi ſubtractam queratur facultatem de iiſdem per ſeipſum judicandi.

B

eadem poſtea magis amplificata fuere ſec. 12

11 *Et hæc quidem uſque poſt ſeculum nonum ac dimidium pura, deinde ſic interpolata legebantur, donec San-Remigienſis monachus aliquis, utramque Vitam mutato ſtylo denuo reſcripſit, non ſine mendis ; miracula quædam prius non ſcripta adiiciens, & ubi de morte S. Bertæ agendum erat, crimen iſtud ab ejus privignis, Gumberti filiis (quos credere nolebat fuiſſe in rerum natura) transferens in nepotes, quos S. Gumbertus habere potuerat ex duobus Fratribus, Baldino ac Theoderamno, apud Flodoardum lib. 2 cap. 7 nominatis ac veroſimiliter ſenioribus, & ante coniugium Emmæ procreatis. Sed major apud nos Actorum & Flodoardi fides eſt, privignos expreſſe nominantium : nec dignas judicamus Vitas iſtas, ſeculo forſitan* XII *ſcriptas, quibus operis noſtri molem augeamus ; maxime cum nec ipſas ſinceras habeamus à Bellefortio, ſed ſtylo per Guilielmum Duiatium Canonicum Regularem S. Ioannis Sueſſionenſis mutato. Poſſunt ipſæ lingua Gallica*

& nuper etiam Gallice per Stephanum Binet.

legi, iiſdem typis & anno quibus ſupra, poſt prædicta Officia impreſſæ. Quæ eadem tamen cum necdum ſatis amplæ viderentur, Stephanus Binet, Societatis noſtræ Scriptor elegans æque ac pius, rogatu Franciſcæ de Beauvillier Abbatiſſæ Aveniacenſis, anno MDCXXV *eaſdem reformavit, & appoſito ad mores formandos charactere vehementer dilatavit, panegyrim potius texendo quam hiſtoriam, quod ſatis hic fuerit indicaſſe. Gemino eoque pretioſo ferculo ſervari corpora hic auctor indicat, nec aliud quidpiam ad hiſtoriam faciens, niſi hoc ſolum, quod noviſſime anno* MDCXII *recognita ipſa fuerint, ad inſtantiam prænominatæ Abbatiſſæ, & mandatum Ludovici Cardinalis à Lotharingia Remenſis Archiepiſcopi, per Epiſcopum Briocenſem, quodque oſſa inventa ſint magno numero ſana & integra.*

C

miracula quædam non recte narrata,

12 *Miracula utrique poſt mortem communia dabimus Legenda cum Vita S. Berthæ, cui adnexa ſunt : ipſum quoque Gumbertum dum adhuc Remis viveret nonnullis claruiſſe miraculis indicant Acta à nobis danda. In Vita vero per San-Remigienſem monachum dilatata, ſigillatim ac prolixe deſcribuntur quædam ; imprimis quando S. Gumbertus, Remis in puellarem eccleſiam à ſe conſtructam cauſa orationis ingreſſus, puellam toto corpore paralyticam & maximis vexatam cruciatibus, quæ ſeptimum ibi diem jacuerat, facta ſuper eam oratione ſanavit. Et hoc quidem ita factum fuiſſe potuit : ſed quod præmittitur de ejuſdem Sancti ibidem orantis vultu divina luce colluſtrato, ſplendorem ſuum amittit, acceſſione alterius prodigii de cereo divinitus ter accenſo, quaſi illa cerei illuminatio miraculoſa, quæ duobus tribuſve poſt Sancti mortem ſeculis contigit, facta eſſet per radios ex illius viventis vultu procedentes. Etenim de ea ſic loquitur Flodoardus lib. 4 cap. 46.* Vidimus hic (*in eccleſia ſcilicet hujus cœnobii*) cereum igne cæleſti ter quoque accenſum : quem cereum collata cera fecerant quidam civis Remenſes, qui ad viſitanda nuper Apoſtolorum limina profecti fuerant. *Ibidem dicit Flodoardus quod ipſum Regale* monaſterium Ludovicus Imperator Alpaidi filiæ, uxori Begonis Comitis, dono dedit, eidemque ſacro loco immunitatis præceptum delegavit. *Vtique juxta frequentem uſum illius temporis : aſt miraculum in dicto Begone patratum, quo MS. Vita S. Gumberti concluditur, omni veroſimilitudine caret. Quis enim credat vicinæ S. Michaelis eccleſiæ tam humile extitiſſe oſtium, ut elato vertice ingrediens Comes caput offendere debuerit ; aut adeo furioſum hunc fuiſſe, ut ob ejuſmodi eventum illius eccleſiæ ruinam non tantum optarit tratus ; ſed etiam miſſis poſtea ad demolitionem miniſtris, impium votum in opus deduxerit, ideoque meruerit à dæmone poſſideri, non liberandus niſi per interceſſionem S. Gumberti, ab amicis Comitis invocati.*

D

propter monaſterii à Sancto fundati deſolationem.

13 *Talibus ergo prætermiſſis, ipſaque tota Vita tam male compaginata valere juſſa, contenti ſimus de S. Gumberti miraculis hoc ſolum ſcire quod habet Reſponſorium Lectionis* X, Per B. Gumbertum fiunt divina myſteria, per orationes ejus cæci illuminantur, & natali ejus dæmonia effugantur, & infirmi ſanantur, peccatorum indulgentia condonatur, & reorum vincula relaxantur. *Neque mirum ſi nihil certi auctor iſte recentior colligere potuit, de iis potiſſimum quæ vivens geſſit : horum enim memoria ſervari maxime debuiſſet in primo per Sanctum fundato monaſterio, hoc autem videtur jam tunc fuiſſe deſolatum cum ſcribebat ille : certe pridem eſſe deſiit, ſolumque nunc reſtat ibi* aula, ſacellum & capella S. Patricii ; *uti legitur in Metropolitana Remenſis Breviario anni* MDCXXX. *Vnica ibi præſcribitur Lectio & Officium ſimplex* S. Gumberti Martyris, *pro* XXIX *Aprilis, auctoritate Ludovici Cardinalis à Lotharingia, tunc Remenſis Archiepiſcopi. In veteri ejuſdem urbis Cathedrali, nunc ſolum Collegiata SS. Timothei & Apollinaris Baſilica, antiquum ſupereſt Martyrologium, quod vetuſtiorem quoque cultum probat per hæc verba :* Apud Aveniacum S. Gumberti Regis. *Regem dici exiſtimo, quod ipſos Franciæ Reges vel conſanguinitate vel affinitate attingeret. Melius tamen Philippus Ferrarius, citato Kalendario Remenſi,* Avennaci in Gallia S. Gundeberti Comitis & Martyris : *nam* Comites *dici aut etiam* Duces, *quorum inſignis fuit opulentia ac nobilitas auctoritaſque in Regum veterum aulis atque familiis, ab horum temporum uſu minus abhorret ; etſi alias non conſtet geſſiſſe ejuſmodi titulos, tunc nequaquam ut nunc hereditarios. Aſt quod eodem die à jam dicto Ferrario iterum ponatur,* In Scotia S. Gumberti Martyris, *craſſa eſt ignorantia, neſcientis eumdem qui Avennaci colitur, ipſum eſſe cujus Vitam Gallice exhibet Renatus Benedicti inter alias Sanctorum Vitas ; qui quidem ex jam recepto errore* Altiſſaliam *credidit* vicinam Scotiæ inſulam ; *nuſquam tamen dicit,* ex territorio Pariſienſi ortum Gumbertum, *quod ei in Notis affingit Ferrarius. Hugo Menardus & Gabriel Bucelinus Martyrologio ac Menologio Benedictino eumdem ſic inſcripſerunt :* Eodem die paſſio S. Guntberti Martyris ; *addit deinde Bucelinus elogium, in quo licet non dicat aperte fuiſſe monachum, ut talem tamen à ſe referri haud obſcure indicat, quod ipſi comprobandum relinquimus.*

E

cultus in Remenſibus eccleſiis.

& apud Benedictinos.

F

VITA

ex antiquis Officii proprii Lectionibus.

LECT. I *Sub Rege Childeberto*

1 TEmpore, quo gubernabat Francigena ſceptra Rex potentiſſimus Childericus, cognoſcitur extitiſſe vir ſanctiſſimus Gumbertus *a*. Cumque bonæ indolis vir caro nutriretur affectu, magno virtutum crevit augmento, & ſtudioſe divitias potavit Scripturæ. Erant autem conſanguinei ſancti

A viri nepoteſque cuncti, nobiliſſimi primates, in palatio Regis degentes, aulicis diſciplinis illuſtres, ac diſpoſitione plurimarum rerum ferventes : de quorum proſapia beatus vir duxerat originem *b*. Generoſus quoque animus illi inerat, tantuſque decor ingenii in mente : ut in admirationem ipſius cuncti mirarentur. Sicut enim in florum pictura decor auriformis ſurgit, ſic etiam in lineamentis membrorum ſurrexerat tota honeſtas virtutum, donec placens Deo & hominibus communem gratiam tranſcendens, mereretur inter primos Palatinos principatus honorem *c*. Qui cum jam de virtute conſcendens in virtutem, ad perfectam deveniſſet ætatem : cœpit affinium turba ad conjugis eum provocare contubernium, ne tanti carerent propagine parentis. Quæ vir Dei audiens, Chriſtum in pectore geſtans, non facile aſſenſum præbuit : *d* optabat namque pie, caſteque Deo ſervire, & de illis eſſe, qui non nubent, neque nubentur : ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cælo.

b L. III *nobilitate & virtute præcellens,*

c L. IV *à conſanguineis ſollicitatur ad nuptias,* *d*

L. V 2 Pulſatus igitur affatibus, egregiorum parentum, multiſque opprobriis maceratus, demum nocte quadam, ut feſſum corpus dedit quieti, deifico nutu oſtenditur ei, quo petentibus affinium turmis daret aſſenſum intrepidus *e*. Copulatur itaque ei in conjugio inclyta puella, nomine Bertha, ab ipſis pueritiæ annis ſoli Deo devota : nobilis quidem genere, ſed nobilior ſanctitate. Quæ quantis poſtmodum claruerit virtutibus, quantiſque inſignita ſit divinis operantibus, nequit proferre ariditas imperiti ſermonis. Ut vero conjuncti ſunt divina diſpenſante gratia, tanta erga eos vis divini amoris excreverat : ut ultra humanum modum Deo ſe obſequendo manciparent *f*. Prædictus vero miles Chriſti conſtantiſſimus, zelo pietatis armatus, poſitus quoque in terra, menteque habitans in cælo, [Chriſti coheredes] cupiebat heredes facere hoc in mundo poſſeſſionibus, paterno maternoque jure ipſi contingentibus ; ut dignus quiret capere immarceſſibile munus cum ſupernorum civium cohortibus. Poſt deceſſum itaque inclyti Præſulis Nivardi, germani ſcilicet ſui *g*, optans prædia digne ſibi contingentia dividere per Deo ſervientium contubernia, cœpit exigere à fratrem ſubſequente municipia diverſa amplæ hereditatis. Quo reſiſtente, invitiuſque quid largiente, ventum eſt ad conventicula nobilium, cauſa conſilii quid ex hoc eſſet agendum. Dominus vero Gumbertus, gratia Dei plenus, dicebat quod germani ſui villæ ipſi deberentur jure legitimo *h*. Econtra Archipræſul Dominus Reolus aiebat, Beatum Nivardum locis Sanctorum cuncta ad ſe pertinentia tradidiſſe *i*. Denique, dum inter partem utramque verteretur hęc contentio, mediantibus pacatis viris, redierunt ad concordiam pacis : quatenus ut ſæpedictus *k* Gumbertus, ea quæ ultra Ligerim ex parte matris ſuæ, vocatæ *l* Emna, fuerant, perpetim abſque ulla repetitione poſſideret *m*.

e B L. VI *uxorem ducit S. Bertham,*

f L. VII *pro hereditate fratris contendit cũ S. Reolo,*

g L. III

h C *i*

k *l* *m*

L. IX *Monaſterium extruit,* 3 Cœpit vero mente verſare, ingentique ſtudio volvere, quo in loco monaſterium conſtrueret, quod poſſeſſionibus ſuis ditaret. Qui nutans ubi poneret finem voti, nocte quadam cum ſe ſopori dediſſet, oſtenditur ei locus habilis Deo militantibus. Qui mox expergefactus, properat ad climata à Deo ſibi oſtenſa, ſciens ſe eſſe in margine cogitationis magnę. Qui locus ſitus eſt in porta civitatis Rhemorum, quæ Collectitia olim vocabatur, ſcilicet à conferendis mercibus : nunc autem Baſilicaris dicitur, eo quod circa ſe Baſilicis dudum præ ceteris portis abundaſſe feratur ; ſive quod euntibus ab Baſilicas in vico almi *n* Remigii conſiſtentes pervia fuerit *n*. Quia vero B. Gumbertus in porta, quæ fuerat mortis, ſtruxit ſedem omnium Patri, idcirco ab ipſo qui dixit : Ego ſum oſtium : ſi quis per me introierit, ſalvabitur, & paſcua inveniet, meruit audire : Euge ſerve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Mirum autem in modum omnipotens Deus honeſtavit illum in laboribus ſuis : conceſſitque illi in loco eodem exercere opera miræ virtutis, deformia reformando, & debilium compages refocillando *o*. Oratorium vero, de quo hæc prælibavimus, inibi conſtruxit, & in honore ſancti Petri conſecrans, ex lanitore ſuperna aulæ, fecit Patronum ipſius eccleſiæ *p*. Effectus itaque compos voti non minimis donanis locum ditavit ; & ne inanis eſſet, Deo annuente præparata habitatio, ſanctimoniales ibidem quamplurimas Domino ſervientes aſcivit, ſub norma ſanctæ vitæ vitam agentes devotiſſimam *q*.

D *claruit miraculis*

o L. X *p* L. XI *q*

L. XII 4 Tali tenore venerabilis vir ſacratiſſimam vitam ducebat, & mundicia cordis ac manuum pollebat : ut jure mereretur de illis eſſe, de quibus Dominus dicit : Beati mundo corde : quoniam ipſi Deum videbunt *r*. Inter commilitones namque degens in aula regia, ſanctis actionibus operam dabat, obſecrando, inſtruendo, virtutes innumeras exhibendo *s*. Cumque jam omnino mundum cum omnibus pompis ejus vellet relinquere, ac ardore peregrinandi extra patrios fines pedem vellet extendere : ut vere unus ex Dei cultoribus eſſe mereretur, quibus Dominus dicit : Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Prædictam uxorem, quam duxerat, non ardore explendæ libidinis ſed amore poſteritatis, cum familia non modica, pari conſilio deſeruit : namque eadem illa ſancta ac Deo dovota femina corde gerebat, eodemque deſiderio fervebat. Gratia vero Dei habebat ſuum recubitum in latitudine cordis ſancti viri *t* : qui fretus auctore cæleſti, ubi audierat adhuc fervere errorem gentilitatis, illuc ſe intrepidus contulit. Illo namque tempore *u*, gens habitans circa oras Altiſſalii, gentili detinebatur inſania. Itaque ſanctus Domini ad illas properans partes, Dei fultus munimine refulgebat magnarum virtutum decore : quia in eo vivebat Chriſtus, dans illi in ſancta Eccleſia hereditatem, & in tribubus duodecim ei partem dividens : ſicut in numero ſignatorum, quos liber Apocalypſis commendat *x*.

r *s* *& cum uxore aſſenſu,* E

L. II *t* L. III L. IV *u* *abit ad convertendos infideles*

x

5 Permotus vero inſpiratione divina, cum conſilio miniſtrorum ſibi obſequentium, inter efferas gentes cœpit conſtruere aliud monaſterium, & de ſumptibus, quos ſecum glorioſus Dei cultor attulerat, ditare eumdem locum : inibique non modicam multitudinem Deo ſervientium congregavit. Maximam namque partem amplæ poſſeſſionis, ex parte matris (ut prædiximus) ſibi contingentis, tradidit eidem loco ; ut exinde milites Chriſti alerentur, pauperes recrearentur, captivique pro temporum oportunitate redimerentur. Lætabatur itaque vir Deo plenus in augmentatione gregis ; & quaſi gemellos fœtus, ex uno latere germana caritate connexos, alebat ; cœnobitas videlicet Oratorii quod conſtruxerat in porta Rhemenſi, & illos de quibus nunc ſermo eſt. Catervas vero, quas omnipotenti Deo adunaverat, cura pervigili cuſtodiebat ; ne lupus inviſibilis aditum inveniret, quo ovile Domini ingredi, & aliquam oviũ ſubripere valeret.

L. V *ac novum ibi monaſterium condit,* F

L. VI

6 Ipſe die noctuque in lege domini meditabatur, & ſæpe ſolus à frequentia hominum ſemotus in cubili cordis ſui, acſi in horto deliciarum, precibus aſſiduis rogabat cæli & terræ Dominum, ut ad perfectionis culmen dignaretur perducere, quos videbat maligna fraude debacchari. Sed *z* quidam coloni circumadjacentium locorum, ægreferentes quod vir Dei prædicaret vana eſſe ſimulacra quæ colebant, perditoſque qui ea adorarent vel munera nefanda offerrent : invidia dictante conati ſunt eum à loco,

L. VII *tandemque occiditur ab infidelibus,*

z

deifico

A deifico ſibi nutu oſtenſo, amovere *a*. Dum igitur
L. VIII. quadam die in eodem monaſterio ſummo Patri offer-
a b ret hoſtiam laudis, circumſeptus à perfidis *b*, detrahi-
tur, flagellatur, loris duriſſimis alligatur, demumque
ab uno adſtantium gladio percutitur: & ſic domino
ſpiritum reddidit inclytus Dei miles Gumbertus, re-
licto mortalibus magnæ ſanctitatis exemplo, virtu-
tumque floribus in æthera evectus, in cæleſti ſenatu
c triumphat cum Angelis laureatus *c*, donante domino
noſtro Jeſu Chriſto, qui vivit & regnat cum Deo
patre in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſe-
cula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Sequentia ab interpolatore adjecta, & ſenſum interrumpunt alias bene cohærentem, & certiori veritati regnant, hoc modo*: Idem vero venerabilis Pater educatus in aula prædicti Regis extitit (*ſcilicet nati circa an.* 654, *adeo ut Gumbertus ejus pater vel avus eſſe potuerit*) ut decebat nobiliſſimum cum venerando fratre ſuo Nivardo, poſtmodum futuro Rhemorum Epiſcopo. (*quod veroſimiliter prius fuit, quam Rex Childericus, quinquennis aut ſexennis puer, ad regnum ab Auſtraſiis aſſumeretur*) Beatus vero Reolus, qui poſt egregium Anti-
B ſtitem, ſcilicet Nivardum, ſanctæ Matris Eccleſiæ Remenſis ſuſcepit gubernacula, dum prius Comes erat *Campanienſis*, habebat uxorem, videlicet Childerici Regis filiam, Beatorum Nivardi atque Gumberti neptem. *Perperam ad verba Flodoardi lib. 2 cap. 7, additur hic vox* Regis, *cum haud dubie S. Reoli ſocer Childericus, alius quidam ex Palatinis fuerit, multo ſenior. Etenim ipſe Reolus ex illa ſua uxore filium habuit Gedeonem, ſub S. Nivardo factum monachum, prius quam ipſe Childericus gignendis liberis operam dare poſſet, ut conſtat ex eodem loco Flodoardi.*

b *Rurſum viſum eſt ſequentia eximere, tamquam ab Interpolatore adjecta, cum textus originalis inconcinna diſtractione.* Et ut altius efferret facem tam ſplendidæ nobilitatis & lampadem clare micantem, non minus ſpirituali quam carnali fuit proſapia nobilis. Eximia indole ſe venuſtavit floridæ vitæ, & curavit exornare incrementa dulcis infantiæ multimodi decoris genere, ac omnem pompam præſentis vitæ tranſtulit ad nobilitatem cæleſtis patriæ *. Dulciter excoluit B. Gumbertus ſcientium edicta, ac legendi ſedulitate acquiſivit culmen ſcientiæ. Chriſti gratia implevit
C ejus pectoris ima: & dum contendit ſe illuſtrare mirabili decore & ornamentis ſcientiæ, fecit etiam experimenta virtutis in difficilibus rebus, & fluenta vaſtæ ſcientiæ extra illam ætatulam ebibit. *Omnia autem hæc, inverſo ordine ad ſignum *, excepta ſunt verbotenus ex Vita S. Nivardi fratris, danda 1 Septembris, & Gumberto applicata, uti & quedam ſequentia.*

c *Iterum offendimur hac importuna interpolatione, ſimiliter ex S. Nivardi Vita huc tracta.* Cum vir inclytus Dei Gumbertus floreret in annis adoleſcentiæ, fama & gloria nominis illi accrevit. Jamque jure fuerat donis ſapientiæ honorandus, nectare virtutum refectus, actibus aptis conſpicuus, flore dignitatis decorus, ac ſanctæ vitæ propalator egregius. Subnixus namque erat veritatis fide, intentus compunctioni & orationi devotiſſimæ: continuus in legis ſcrutatione, nocturnis diurniſque vigiliis deditus, ſolicitus inſtantia quotidiana in Deo militantium utilitatibus: in interventu ſtrenuus, in univerſa morum honeſtate præclarus.

d *Sequentia ejuſdem quoque farinæ ſunt.* Quia audierat Dominum dicentem: Si quis venit ad me & non odit patrem aut matrem aut uxorem & cetera, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Studebat autem inceſſu juſtitiæ regredi ad ſummum bonum, quod amiſerat paterno ſcelere, quod quaſi in ſpeculo conſiderabat, D & ad principium, à quo digreſſus fuerat peccante primo parente, quod quaſi ſomniabat in horrore nocturno, ut Deum deorum mereretur videre in Sion. Sciebat enim humanam naturam ſemper ad malum proclivem redactam eſſe, quæ æterna Dei præſcientia Angelicis ſpiritibus concivis fuerat deputata: ſed quia non tenuerat collatæ dignitatis proprium modum, læſam vulnere ſuæ iniquitatis tabeſcere.

e *Tum hæc*: Ipſi præcipitur quod corde revolvat, Domini verba dicentis, Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Præveniebat enim judicis iram nuntiando futuros dolores, ſolo membra ſternens, riganſque genas ſalſis guttis, illud mente revolvens, In omnibus operibus tuis memorare noviſſima tua. *Fortaſſis autem hæc amicorum importunitas fuerit, urgentium ad ſecundas nuptias, quas auctor hoc loco maluit diſſimulare: non potuit autem idem facere cum fuit narranda S. Berthæ cædes, patrata* à privignis, filiis videlicet Domini Gumberti, *utique ex priori thoro: niſi malis cogitare eos pridem ante nuptias, in primo adoleſcentiæ laſcivioris æſtu, genitos fuiſſe; & hujus peccati pœnitentem Gumbertum, alieniorem poſtea ſe geſſiſſe à nuptiis.* E

f *Item.* Vita denique eorum erat in exemplum omnibus in circuitu degentibus: quia urbs non poterat abſcondi ſupra montem Domini poſita, vallo juſtitiæ vallata: concurſuſque populi utriuſque ſexus ad eos non modicus confluebat: quia in eorum ore ſemper erat Chriſtus, ſemperque ſalutaris vitæ monita reſonabant: non quiverant frangi adverſis terrenis, ſed animabat eos amor vitæ æternæ, quæ Chriſtus eſt. *Lectio vero* VII *ſic incipit*: Prædictus vero Pater Gumbertus, miles Chriſti conſtantiſſimus, zelo pietatis armatus, ut illuminaret mentes mortalium & in divinis rebus intelligendis * priori intellectu ★ *forte* altius erigeret, Domini obediens præcepto defere- *piorum* bat ſemper terrena, appetens cæleſtia: nam juxta *intellectus* Apoſtoli vocem ejus converſatio in cælis erat. Sciebat enim ſcriptum, Homo ad laborem naſcitur, & avis ad volandum. Ille nimirum avis erat, ſed quaſi carnalis homo ſub onere * peccati laborabat, à qui- ★ *an* pec- bus per Summi polorum gratiam gratuitam ſemotus *catorum.* erat, & ſicut ſpiritualis djiudicabat omnia, ipſeque à nemine judicabatur.

g *Lectionum auctor interpolando ſic ſcripſit*, Poſt deceſſum namque inclyti Præſulis, Nivardi ſcilicet, adeptus eſt Principatum ſanctæ Rhemenſis Sedis præ- F dictus Domnus Reolus, qui variis honoribus rerum auxit Domum [Dei]. *Tum* VIII *Lectionem ſic orditur*: Germanus vero antedicti Preſulis Dominus Gumbirtus, optans *&c.*

h *Idem inutiliter jam tertium idem inculcat.* Non hoc quoque ajebat faſtu caducæ pompæ, ſed amore cæleſtis patriæ, ut poſſit populo qui naſcitur & naſcetur prodeſſe & generationi venturæ. *Itaque etiam hæc verba eliminamus à contextu.*

i *Tum hæc*, Et ubi ipſe tradiderit, legitur in Vita S. Nivardi: *utinam vero hæc extaret pura & ſimplex! Nam prius quam hæc Acta interpolarentur, interpolata quoque ipſa fuit verbis iiſdem aut fere iiſdem quæ ſupra ad litt. a rejecimus.*

k *Hic quoque, ut in toto Officio, additur vox* Pater, *quam non credo primi auctoris eſſe.*

l *Flodoardo* Emma, *interpres Francus* Eime; *pro quo Binetus poſuit* Aymée, *id eſt*, Amata.

m *Addit Interpolator*, O virum per omnia digniſſimum, qui in gregis Chriſti erectione magno ſe affecerat labore!

n *Interpolator hæc eadem ſic amplificat, inſulſe ſatis more ſuo*, Hæc namque porta quæ quondam utilis fuerat caducis, verſa eſt in portam quæ ſancta Eccleſia eſt:

A est : quæ linquentibus inepta deformitatis tenebrositatemque erroris, januam meruit habere filium summi Regis.

n *Ex hinc pro* IX *lectione tale additur principium* : Ista multaque gessit sanctus Pater Gumbertus, dispensante Rege omnium, sedens cum Rege David in consolatoria porta : erat enim multæ mansuetudinis & pietatis, & cum Job, videns re superiorem in tribunali & judiciali porta, quia erat vir simplex & rectus & timens Deum & recedens à malo : sed & cum Daniele, cernens se esse in porta, quia judicium Dei diligens merebatur audire secreta cælestia.

o *Descripserat Flodoardus lib.* 4 *cap.* 46, *ex hac vita verba de situ monasterii hujus ; deque suo adjecerat, quomodo Ludovicus Pius illud dederit filiæ Alpheidi, & per eam vel ejus filios Latardum atque Ebrardum ipsum pervenerit ad jus ecclesiæ Remensis ; quæ interpolator hic addere voluit & implere Lectionem* X, *ab his verbis incipiens* : Quod monasterium vocatur Regale *&c.*

p *Ejusdem esse videntur sequentia.* Omni tempore fundebat preces cum omni sancta caterva ibi congregata ad Dominum, ut quirent spolia callidi hostis à mentibus suis distrahere, officium sanctæ obedientiæ devote adimplere, & ad ipsum qui factus est patri B obediens usque ad mortem pervenire. *Deinde Lectio* XII *sic inchoatur.* Venerabilis namque pater tali tenore *&c.*

q *Hæc deinde subjiciuntur.* Omnem quoque populum ad se confluentem, ad fidem Domini nostri Jesu Christi, ut fidelis plantator & devotus rigator animabat ; & ut magnificus prædicator sanctis monitis & divinis eruditionibus instruebat : & ut bonus pastor moribus sacris & magna concordia pacis assidue custodiebat sub protectione Dei. Paterna solicitudine vigilans & custodiens vigilias noctis super gregem Domini, observabat ne in sanctum ovile summi Patris insidiator lupus irrumperet. O quam mira dispensatione sanctus Pater ostendebat in actibus suis utramque vitam, activam scilicet & contemplativam.

r *Hactenus Lectiones pro die ipsa festi, pro die autem ejusdem festi octava rursum duodecim Lectiones ordinantur hoc exordio.* Igitur vir Deo plenus S. Gumbertus cum jamomnino.

s *Lectio* II *tota Interpolatoris esse videtur, his verbis concepta* : Respiciebant ergo utrique mente cælestem Hierusalem gloriosamque civitatem Sion, cujus plateæ sternuntur auro mundo, & cujus mœnia extant pretiosissimis margaritis ornata ; & recordabantur supernæ societatis sanctorum Angelorum hominumque beatorum, optantes eorum interesse agminibus beatæ visionis, ideoque dicentes, Quando veniemus & apparebimus antea faciem Domini ?

t *Hæc verba, quæ ex Lectione* II *retinemus tamquam auctoris primi, uti nullam habent connexionem cum verbis interpolatoris jam jam relatis, ita cum fine Lectionis* III *optime connectuntur ; si tollas intermedia, ex Flodoardo lib.* 1. *cap.* 4, *quantum conjicimus, accepta.* Jam prædia amplæ hereditatis illis contingentia, antequam Dei dispensante gratia à se invicem separarentur, non solum ad cœnobium, quod pariter herile construxerant variisque donariis dotaverant, contulere ; verum etiam cœnobio Sanctorum Timothei & Apollinaris, quod situm est in suburbio S. Remigii, ad augmentum victus Fratrum inibi digentium, villam cum appendicibus suis, quæ sita est in pago Vontuensi nomine Villare, ob animarum remedium & celestis patriæ desiderium, dederunt. Abjectis itaque terrenis, soli Deo placere gestiens, peregrinationis aggressus est iter. *Flodoardus antiquum villæ nomen expressit* Pertas. *Interpolator nomen suo tempore usitatum, estque hodie etiam juxta Mappas* Villers *vulgo dictum, sub oppido dicto* Vertu, *ut* Vontuensi *pro* Vertuensi *hic scriptum videatur.*

u *Addit Interpolator*, ut scriptum reperimus.

x *Rursum Interpolatoris hæc esse videntur* : In vigore vero bonitatis sanctus Pater devenit ad locum sibi à Deo destinatum, ut in eo doceret quæ sunt Christi. Non enim frustra locutus est cum suis prædicatoribus Dominus dicens, Ego vos elegi de mundo ut eatis & fructum afferatis & fructus vester maneat. *Hæc in fine Lectionis* IV, *sed & in sequentibus vereor ne nonnulla adjecerit idem Interpolator, quæ non ita facile esset à ceteris secernere, ideoque hic retinenda fuere.*

z *Turbant adhuc contextum hæc quæ eximimus* : ex conditione primæ naturæ, qua mors introivit in orbem terrarum, grassante invidia, & propter quam addicta est stirps humanæ propaginis legibus mortis, quam cum macula invidiæ damnavit nota perfidiæ.

a *Item hæc* : Naturalis siquidem providentia est male errantium, auferre de medio probitatis testimonium. *Tum Lectio* VIII *sic inchoatur* : Cum jam Dominus sæpe dicto Patri decrevisset mercedem tanti laboris reddere, & ad consortium Sanctorum suorum perducere ; dum quadam die &c.

b *Dubitari posset an hic indicetur, quod S. Gumbertus Sacerdos fuerit, & de ipso altari abstractus sit à barbaris. Nihilominus, quia de sacris Ordinibus ab eo susceptis nulla uspiam mentio, per* hostiam laudis *malim hic solam psalmodiam intelligere : nec tamen vel ex hac consequi dicam monachum fuisse : quia nihil mirum est fundatorem monasterii cum monachis interesse psalmodiæ, iisque convivere, & sua temporalia bona interim pleno jure disponere, sicut hic S. Gumbertus usque ad finem feciisse videtur.* F

c *Hanc conclusionem haud dubie ordinavit is qui ex communibus SS. Gumberti & Berthæ Actis, hanc partem exemit amplificavitque ; ut quæ de solo Gumberto erant, pro diei geminæ Officio sufficerent.*

AUCTORE D. P.

E

DE S. LEONE EPISCOPO,

EX INSULA SAMO VENETIAS TRANSLATO.

G. H.

XXIX APRILIS.

Corpus S. Leonis Methamauco Venetias delatum.

INter vicinas Venetiarum urbes olim Episcopales perierunt duæ : scilicet Methamaucum, & *contracte* Methaucum, seu Meduacum, *vulgo* Matamocho, *cum floreret Ducis Veneti Sedes, unde portus profundissimus nomen habet. Hanc urbem vastavit inundatio anni millesimi centesimi primi : ideo Sedes Episcopalis* Fossam-Clodiam, *vulgo* Chiozza *fuit translata. At corpus S. Leonis, cum in dicta urbe Methamauco summa cum veneratione ante quievisset, translatum est in urbem Venetam*

Aprilis Tomus III.

ad monasterium S. Servuli Martyris ; in cujus ecclesia, una cum hujus Sancti corpore, quiescit : de quo Servulo latius agetur XXIV *Maji. Altera urbs, quæ intercidit, est Æquilium, in Marchia Tarvisana &* insula Æquilia, *quæ modo* Isola destrutta *appellatur : cujus loci Episcopus fuit Petrus de Natalibus, ante Plebanus Venetus in Ecclesia sanctorum Apostolorum, cum scriberet Catalogum Sanctorum, quem absolvit anno* MCCCLXXI. *Hic potuit optime assequi quæ de scripta S. Leone Episcopo scripsit lib.* 4 *cap.* 101, *eaque inde hic damus, & sunt hujusmodi :* *Gesta ejus à Petro de Natalibus*

AUCTORE G. H.

2 Leo Epiſcopus, in Græciarum partibus natus, omnia in ſeculo abdicavit pro Chriſto, crucemque ejus tollens, etſi non corpore, Martyrium paſſus eſt animo. Qui etiam in vita ſua miraculis claruit: nam mulierem à gravi corporeo languore ſanavit: & in Samo inſula in pace quievit. Cujus corpus dum inde Græci navigio transferre nixi ſunt, inde ſe numquam movere potuerunt: donec corpore, quod amoverant, ſuo loco repoſito, abeundi facultatem obtinuerunt. Poſt multum vero temporis Venetorum naves in ipſius inſulæ portu degentes, corpus Sancti in ejus ſolennitate, quæ tunc Venetis ibi exiſtentibus contigit, videlicet III Kalend. Maji, devotius viſitarunt: Miſſaque ſolenniter celebrata inde diſcedere curaverunt. Exeuntes quoque portum, exorta ſubito tempeſtate, redire coacti ſunt: poſt morulam vero mari ſedato iterum exierunt, iterumque adverſantibus ventis retrocedere compelluntur. Tunc communi conſilio habito, ſanctum corpus inde levantes, ad navem deduxerunt; & continuo omni tempeſtate propulſa, flante vento proſpero, devenerunt Methonem. Ubi vox de cælis inſonuit, inquiens: Hoc eſt corpus Epiſcopi Leonis. Inde venientes Zacynthum, viſa eſt aquila alis extenſis ſuper corpus excubare, quæ illos ad ultracedendum ſigno monſtravit alarum. Dumque aliæ naves tempeſtatem & naufragium ac pene præcipitium paterentur; ſola illa, in qua ſanctum corpus quieſcebat, illibata permanſit. Et quoties luminaria circa corpus accenſa flante vento extinguebantur, toties per ſeipſa divinitus accendebantur. Venientes autem ad portum * Veſtis, ab Epiſcopo loci ipſius viſitantur. Qui cum aliquid ex ſacris reliquiis obtinere precibus aut pretio minime potuiſſet, aquam tamen lotionis ſacrorum membrorum impetravit. Celebrataque Miſſa, cum corpus aqua diluiſſet, & ex ipſa cuidam languenti Presbytero in potum dediſſet; mox ille ſanatus, qui ab aliis delatus fuerat, incolumis ad eccleſiam ſuam perrexit. Tandem Venetias nautæ illi applicantes, Leoni Methamaucenſi Epiſcopo corpus conceſſerunt; qui ipſum cum ſummo gaudio percipiens honorifice, condidit. Ubi & cæcus illuminatus fuit: & æger manum habens aridam, ſanitatem recepit. Proceſſu vero temporis, Methamauco à mari ſubmerſo, corpus illud ad monaſterium S. Servuli Martyris tranſlatum eſt: cujus feſtum agitur III Kalendas Maji.

Miraculis claruit,

in inſula Samo.

Corpus à Venetis ablatum,

Methonem,

Zacynthum

** Vegiam,*

Methamaucum & Venetias delatum

3 *Huc uſque Petrus de Natalibus, quem varii deſcripſerunt, ac primo Richardus Wilfordus in ſuo Martyrologio, Anglicana lingua Londini ſub annum* 1608 *excuſo, qui ad hunc* XXIX *Aprilis iſta habet:* S. Leonis Epiſcopi in Græcia, qui ſanctitate vitæ ac magnitudine miraculorum potiſſimum à morte excelluit. *Antea Grevenus in ſuis additionibus ad Molanū iſta excerpſerat:* Leonis Epiſcopi & Confeſſoris, qui in Samo inſula primum quievit, ac dein Veneti illuc applicantes, miraculis admoniti, Sancti corpus ſecum aſportaverunt. *Eſt Samus inſula maris Ægæi, haud procul Epheſo Ioniæ urbe, & eſt in ea ejuſdem nominis civitas olim Epiſcopalis, ut ibidem Leo videatur Epiſcopus fuiſſe. Claruerunt in eadem inſula* SS. Gregorius, Theodorus, & Leo ſub Conſtantio Imperatore, è militibus Confeſſores Chriſti, *de quibus agit idem Petrus de Natalibus lib.* 7 *cap.* 106, *& ſub finem iſta habet:* Proceſſu temporis duo ex ipſis corporibus à Venetis dicuntur fuiſſe inde levata, ſcilicet Gregorii & Theodori, & Venetias ad monaſterium S. Zachariæ delata. Leonis autem corpus apud Samum adhuc habetur. *Coluntur hi Sancti die* XXIV *Auguſti: unde ab hoc ultimo Leone alium hunc* Leonem Epiſcopum *arbitramur, licet quo tempore floruerit, non indicetur.*

Memoria in faſtis,

an Epiſcopus urbis Sami,

ubi alius S. Leo floruit,

4 *Ferrarius eumdem celebrat in ſuo Catalogo generali,* & Epiſcopum Methonenſem *facit. Methone autem urbs eſt maritima Peloponneſi, in ora Meſſenia, olim ſub dominio Venetorum, his à Bajazetho ſecundo Turcorum Imperatore erepta: ad quam nautæ cum corpore appulerunt, quod ibidem voce cæleſti honoratum dicitur: inde navigarunt ad inſulam maris Ionii Zacynthum, ac dein ad aliam inſulam Vegiam, pro qua excuſum* Veſtis. (*Sunt hæc duo loca etiamnum dominio Venetorum ſubjecta*) *atque ita tandem Methamaucum & Venetias ſacrum corpus delatum fuit.*

non fuit Epiſcopus Methonenſis.

DE S. VVILFRIDO SECVNDO,

ARCHIEPISCOPO EBORACENSI IN ANGLIA.

CIRCA AN DCCXLIV. XXIX APR.

Duo ejuſdem familiæ & nominis, doctrina & virtutum ſplendore illuſtrarunt Angliam, ambo Wilfridi appellati & Archiepiſcopi Eboracenſes, ambo poſt vitam ſancte peractam ſepulti in monaſterio Ripponenſi, in limitibus Septentrionalis & Occidentalis Ducatus Eboracenſis ſito. Mortuus videtur ſenior Wilfridus anno DCCX, *die* XXIV *Aprilis, ſub quo junior Wilfridus, de quo hic agimus, videtur ſanctis moribus inſtructus, & dein S. Ioanni Beverlacenſi, poſtmodum Archiepiſcopo Eboracenſi, commendatus. Porro, ut narrat Thomas Stubs, in Actis Pontificum Eboracenſium,* cum Joannes adhuc auditorium regeret, multæ ſanctitatis & ſcientiæ plures habuerat diſcipulos: de ipſis, poſtmodo ad Pontificatum aſſumptus, electiſſimos ſacris ordinibus mancipavit, & ad reverendum ſacri altaris miniſterium dignos Deo cooperatores promovit. *Ex quibus enumerantur* Anglorum Doctor Beda, Herebaldus, & Brithunus, *ac dein additur:* Claruit etiam inter eos venerabilis memoriæ Wilfridus junior, qui in tantum merito ſanctitatis excrevit, ut eum B. Joannes præ ceteris eligeret, & ſe vivente Archiepiſcopum Eboraci Eccleſiæ pro ſe ordinaret. Cum enim B. Joannes ad ultimam uſque ſenectutem Eccleſiam Eboraci glorioſiſſime rexiſſet, & adminiſtrando Epiſcopatui minus ſufficeret, electo & ordinato pro ſe, cum totius Cleri & populi unanimitate, ad Sedem Eboraci Eccleſiæ Wilfrido Capellano, Presbytero ſuo; ipſe in monaſterium ſuum quod apud Beverlacum fundaverat ſeceſſit; ibique quatuor annis in Angelica converſatione degens, miraculorum gloria inſignis, Nonis Maji feliciter vitam finivit anno DCCXXI. *Hæc Thomas Stubs: quæ apud Venerabilem Bedam, lib.* 5 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum ſub finem capitis* 7, *ita leguntur:* Manſit Joannes in Epiſcopatu annis triginta tribus, & ſic cæleſtia regna conſcendens, ſepultus eſt in porticu S. Petri in monaſterio ſuo, quod dicitur in ſilva Deirorum, anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo viceſimo primo. Nam cum præ majore ſenectute minus Epiſcopatui adminiſtrando ſufficeret, ordinato in Epiſcopum Eboracenſis Eccleſiæ Wilfrido Presbytero ſuo, ſeceſſit ad monaſterium præfatum, ibique Deo digna converſatione vitam complevit. *Poſtea idem Beda capite ultimo ſuæ hiſtoriæ enumerat Epiſcopos, qui anno ſeptingeſimo triceſimo primo adhuc in vivis erant, & inter cetera ſcribit iſta:* At vero provinciæ Northanhymbrorum, cui Rex Ceoluulf præeſt, quatuor nunc Epiſcopi Præſulatum tenent: Wilfrid in Eboracenſi Eccleſia, Æthilwald in Lindisfarnēſi, Acca in Hagulſtadenſi, Plechthelm in ea quæ Candida-caſa vocatur.

Inſtitutus à S. Ioanne Beverlacenſi,

& pro illo vivo Archiepiſcopus Eboracenſis ordinatus,

vivebat adhuc anno 731.

A

Encomium vitæ sec. 8 scriptum,

2 *Ioannes Mabillon in Appendice ad partem 2 seculi 3 Benedictini, habet fragmentum de Pontificibus Eboracensibus, carmine heroico scriptum seculo Christi* VIII, *ex quo de S. Wilfrido ista excerpimus.*

Presbyter egregius succeſſit jure Joanni
Wilfridus, heres patri digniſſimus almo
Qui prius Euboricę fuerat Vice-domnus & Abbas:
Poſtea ſed magno meritorum culmine fretus,
Pontificis ſummi condignus ſumpſit honorem,
Ornavitque gradum meritis & moribus almis.
templa exornata: Plurima nam titulis ſanctæ ornamenta venuſtis
Addidit Eccleſiæ, rutilo qui vaſa decore,
Apta miniſteriis argentea jure ſacratis
Fecit, & argenti laminis altare Cruceſque
Texerat auratis: nolenſque abſcondere gazas,
Prudens Præſul eas divino impendit honori.
Hæc pius Euborica faciens Antiſtes in urbe,
Eccleſias alias donis ornavit opimis.
populus inſtructus, Nec minus ille pio curam de corde gerebat,
Multiplicare greges, Domini præcepta ſecutus,
Doctrinæ monitis exemplis atque coruſcis.
Hos mentis dapibus, illos ſed carnis alebat:
Hos fovet æthereis, illos carnalibus auget,

B

Ore manuque ſimul donorum largus, utriſque
Rem pietatis agens, duplici moderamine Rector,
Omnibus acceptus, venerandus, honeſtus, amatus.
At ſua facta bonus poſtquam compleverat ille
Paſtor in Eccleſiis, ſpecialia ſepta petivit,
Quo ſervire Deo, tota jam mente vacaret:
vitæ contemplativa aſſumpta, Contemplativæ ſeſeque per omnia vitæ
Dans, mundi varias curaſque reliquit inanes.
Et quamvis ipſo reſideret corpore terris,
Attamen ex omni jam mente manebat olympo,
Pervigil expectans cæleſtis præmia vitæ:
Tempore quæ certo, vita præſente peracta,
Sumpſerat Angelicis cælo tranſvectus in ulnis.
ſubſtitutus Egbertus, Hic Paſtoralis poſuit dum pondera curæ,
Tradidit Egberto venerandæ jura Cathedræ,
Quem ſibi Pontificem fecit ſuccędere ſummum...
Rexit hic Eccleſiam triginta & quatuor annis.

anno 734. 3 *Idem hic* Egbertus *dicitur Simeoni Dunelmenſi in Hiſtoria de Regibus Anglorum, & Rogerio Hovedeno par.* 1 *Annalium*, in pace Chriſti requieviſſe anno DCCLXVI, XIII Kalend. Decembris, XXXIV anno Epiſcopatus ſui, *quem proinde ſuſcepiſſet anno* DCCXXXIV. *Idem tamen Dunelmenſis & Hovedenus de ſuſcepto Epiſcopatu Egberti iſta ſcribunt:* Anno DCCXXXV Egbertus Eboraci Antiſtes primus poſt Paulinum, accepto ab Apoſtolica Sede pallio, genti Northanhymbrorum in Archiepiſcopatum confirmatus eſt. Beda Doctor obiit in Gyrvum. *Verum potuit S. Wilfridus depoſuiſſe pondera Paſtoralis curæ, & jura ſuæ Cathedræ tradidiſſe Egberto fratri Regis, anno* DCCXXXIV, *qui ſuam Confirmationem ſolum acceperit anno ſequenti* DCCXXXV, *quo etiam obiit Venerabilis Beda die* XXVI *Maji, ut ad dictum diem plenius dicetur. Malmeshurienſis lib.* 3 *de Geſtis Pontificum Anglorum, aſſerit* Wilfridum tempora Bedæ tranſcendere. *Eodem modo Weſtmonaſterienſis obſervat poſt Bedæ obitum*, Wilfridum in Eboraco Epiſcopum ſuperfuiſſe. *Lucas Dacherius tomo* X *Spicilegii edidit ſecundo loco ſub hoc titulo* Martyrologium, quod Beda heroico carmine compoſuit. *Verum quia dictus Wilfridus inter paucos ſanctos Patronos Northumbriæ proponitur, potuit Beda ſimilem conceptum habuiſſe, imo tale Martyrologium inchoaſſe, quod alius relicto nomine Bedæ perfecerit, eo modo quo Martyrologium aliud Bedæ à poſteris ſub ejus nomine editum fuiſſe alias indicavimus. Sed eſto, alius ſupplerit, plane antiquum eſt hoc metricum Martyrologium, quod acceptum eſt* ex cœnobii S. Remigii Remenſis apographo, exarato manu Bertigarii monachi Ebbone Archiepiſcopo, *ergo ſaltem ante annum* DCCCXLI, *quo fuit Ebbo è Sede ſua pulſus. Sunt autem in dicto Martyrologio pro menſe Aprili ſolum quatuor Sancti expreſſi, ſcilicet* SS. Georgius, Egbertus & uterque Wilfridus: *ex quo licet concludere hunc ſecundum Wilfridum ab obitu claruiſſe variis miraculis, ut mox inter Sanctos primarios fuerit habitus. Dies obitus aſſignantur* III *Kalendas Maji ſive* XXIX *Aprilis, & his verſibus exprimitur:*

Wilfridus Ternis ſuperam penetravit in aulam,
Tempore poſterior, non morum flore fecundus.

Eumdem diem XXIX *Aprilis, aſſignat Florentius Wigornienſis ad annum* DCCXLIV, *quo eum è vivis exiviſſe tradit, atque ita poſt Epiſcopatum depoſitum tamdiu vitam contemplativam egiſſet. Simeon etiam Dunelmenſis & Rogerius Hovedenus ad annum ſequentem* DCCXLV *& diem* XXIX *Aprilis, aſſerunt à quibuſdam obitum S. Wilfridi referri, ac videntur Wigornienſem ejuſque ſequaces indicare. Richardus Witfordienſis, in Martyrologio Londini anno* MDVI *Anglico idiomate exarato ad eumdem* XXIX *Aprilis, iſta habet*: Natalis etiam S. Wilfridi Junioris, qui fuit quoque Archiepiſcopus Eccleſiæ Eboracenſis. *Edowardus Mathew in haſtis Anglo-Benedictinis natalem hujus S. Wilfridi celebrat ad diem* IX *Maji, nulla ſui facti data ratione: quem interim ſequitur Ioannes Mabillon in Notis ad prædictum carmen de Archiepiſcopis Eboracenſibus. Verum ipſemet Eduardus in Indicibus & in Addendis refert eumdem ad hunc* XXIX *Aprilis, & ſic tacite revocat ante à ſe ſcripta.*

& aliis auctoribus, quaſi obiiſſet an. 744.

E

corpus in monaſterio Ripenſi à S. Oſwaldo inventum.

4 *De corporum hujus S. Wilfridi & aliquot Abbatum inventione & tranſlatione, in Vita S. Oſwaldi Archiepiſcopi Eboracenſis, à nobis illuſtrata ultimo die Februarii, iſta num.* 15 *traduntur.* Diœceſim ſuam Oſwaldus opportunis temporibus peragrans, quidquid elicere poterat in moribus ſuorum oculos ſummi Dei offendere, paterna caſtigatione corripere atque corrigere ſatagebat. Hæc agentem contigit vice quadam veniſſe Ripum, ubi Beatus quondam Wilfridus, nobili conſtructo monaſterio, meruit ſepeliri. Locus tamen à barbaris olim magna ex parte dirutus, latibulis tunc ferarum fuit accommodus. Illic enim pervigil in orationibus noctu perſiſtens, divina revelatione didicit ipſo loco Sanctorum corpora condita eſſe; quæ inveſtigans cum nominibus ſingulorum procul dubio inveniret. Facto autem mane cum terram foderent, Sanctorum corpora cum tabula hæc continente reperta ſunt. Hic requieſcit S. Wilfridus Antiſtes Eboracenſis, & reverendi Abbates Tilbertus, Botwinus, Albertus, Signedus, atque Wildenus. Reliquias autem repertas interim loco apto collocavit. Poſtmodum vero corpus S. Wilfridi in feretro decenter aptato cum reverentia condidit; utpote quem Magno Wilfrido, illius loci fundatori, conſanguinitate junctum noverat. Corpus namque majoris Wilfridi à S. Odone Cantuarienſi Archiepiſcopo dudum tranſlatum fuerat. Locatis itaque in feretro reliquiis, Wigorniam cum magno honore tranſmiſit. *Hæc ibi.*

à quo Wigorniam facta Tranſlatio,

F

memoratur 10 *Febr.*

5 *Memoria tranſlationis S. Wilfridi junioris inſcripta eſt Martyrologio Anglicano Wilſoni ad diem* X *menſis Februarii.* At commemoratio B. Wilfridi ſecundi hujus nominis Epiſcopi Eboracenſis in Anglia *inſcripta eſt ad diem* IX *Maji, Martyrologiis Benedictinus Menardi & Bucelini. Quinque Abbates, quorum corpora unà inventa fuerunt, videntur præfuiſſe in ipſo Ripenſi monaſterio: ex quibus* Botwinus, *Dunelmenſi* Botuune, *mortuus eſt anno* DCCLXXXVI, & Albertus *anno* DCCLXXXVII, *cui tunc* Signedus *Dunelmenſi* Sigred *ſucceſſit. Horum quinque Abbatum nomina Edovardus Maihew Anglo-Benedictinus Faſtis ad* XIII *Maji inſcripſit in Addendis, & appellat* Beatos Abbates. *Menardus & Bucelinus* Sanctos Abbates, *at ſolum ſupra* reverendi Abbates *vocantur: quo etiam titulo honorant* Botuune *Dunelmenſis & Hovedenus. Interim* divina revelatione didicit S. Oſwaldus ipſo loco Sanctorum corpora condita eſſe.

& 9 Maji.

An 5 Abbates cenſendi Sancti adſcripti?

DE B. AVA VIRGINE,

DONONII IN HANNONIA.

D. P.

SEC. IX.

Mentio in Martyrologiis,

cultus in cœnobio Dononienſi,

ubi prima præfuit S. Ragenfredis,

B

ad cujus ſepulcrum Ava recepto viſu ſe Deo offert,

DE B. Ava *ad* XXIX *Aprilis Ferrarius, Menardus, Molanus, Sauſſaius, Miræus & Wion agunt: quo die & memoria ejus in vetuſto Dononienſis cœnobii Martyrologio conſignatur his verbis:* Dononii feſtivitas S. Avæ Virginis. *Eſt vero* Dononium, *vulgo* Denain *vel* Doneng, *pagus ad Scaldim fluvium, ſecundo milliari à Valencenu urbe Hannoniæ ſitus: in quo ſanctimonialium monaſterium eſt; quod B. Aldebertus Comes Auſtrobandiæ, ejuſque conjux S. Regina, Pippini Regis Galliarum neptis, fundarunt; S. Ragenfrede, eorum filia, prima illic Abbatiſſa conſtituta. Vnde Baldericus lib.* 2 *cap.* 28 *Chronici Cameracenſis, ita ſcribit*: In vico Duneng B. Rainfredis ex ſui juris rebus cellam fundavit, & ſanctimonialibus conſtitutis ipſa etiam Abbatiſſa regimonium duxit. *At B. Ava, quia extructum recens monaſterium non parum auxit, velut altera Dononii fundatrix habetur. Vitam, ex monumentis Eccleſiæ Dononienſis, breviter hunc in modum, in Natalibus Sanctorum Belgii, Molanus refert:* Erat opibus affluens, ſed Dei judicio cæca, ad declarandum S. Ragenfredis meritum. Cum enim multa Sanctorum loca, viſum expetens, donatione honoraſſet; tandem ab Angelo monetur, ut pro viſu recipiendo ſepulcrum & reliquias S. Ragenfredis non negligat. Obtento autem lumine, prædia ſua, ſervos, ancillas & omnem ſui juris ſupellectilem ad ſepulcrum S. Ragenfredis obtulit. Eccleſiam S. Mariæ meliorari, & ad eam beatas medicæ ſuæ reliquias transferri fecit. Ibi etiam ſacro velamine aſſumpto, uſque ad finem vitæ Deo militavit, & locum ſepulcri in eccleſia S. Martini, cum Sanctis Dei inibi tumulatis, promeruit. *His ſimilia in Sacris Reliquiis Solitudinis Simon Martin habet: & contractiora Sauſſajus in Martyrologio Gallicano. Fons omnium Lectiones ſunt ad* 11 *Septembres recitari Dononiæ ſolitæ, quando recolitur Elevatio S. Ragenfredis, curante B. Ava facta: nos autem de ipſa agemus* VIII *Octobris, quæ præcipua ſolennitas eſt & ſanctæ mortis anniverſaria. Quia vero dicta elevatio contigit ante irruptionem Normannorum, factam anno* DCCCLXXXI; *& S. Ragenfredis, ex nepte Pipini Regis nata, poſt annum* DCCC *adhuc vixit; omnino ad nonum ſeculum, & quidem aliquo uſque provectum, Beatæ hujus ſpectat obitus: de qua in Kalendario Breviarii Dononienſis ſic notatum Molanus invenit:* Sancta Ava. Sicut pro defunctis. Nec peculiare, *inquit*, aut ſingulare huic loco eſt pro ea orare quæ inter Sanctas, quamvis præter canonizationem, honoratur: ſed alibi etiam obſervatur, circa Walbertum, Pipinum, Idubergam; non tamen abſque Doctorum quorumdam admiratione & tacita contradictione. *Eſt ea contradictio ſane non omnino injuſta, non tamen prorſus neceſſaria: quandoquidem ejuſmodi conſuetudo, cœpta ſtatim ab obitu, cum necdum ſanctitas talium certa eſſet atque probata, poſt ejus certitudinem non debuit neceſſario aboleri: & ejuſmodi preces, ex intentione eas perſolventium, proſint defunctis reliquis ex eorum familia, quorum beneficiis dotata eccleſiæ, hunc veluti annuum cenſum fundatoribus ſuis benefactoribuſque pergebant exhibere; nam ejuſmodi jura etiam ad poſteros heredeſque pertinere, dubium eſſe nullum poteſt. Hinc anniverſariorum in perpetuum faciendorum uſum retinet Eccleſia Catholica juſte & laudabiliter; eorumque obſervantiam meritò exigunt ji qui genus referunt ad eorũ auctores, licet ipſimet inſtitutores anniverſariorum talium præſumi debeant, precibus per tot ſecula continuandis nequaquam egere.*

ejus ætas,

& anniverſarium.

E

DE SANCTO HVGONE,

ABBATE CLVNIACENSI IN GALLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS,

D. P.

§. I Deceſſores ejus, ætas, diſcipuli, amici memorabiles.

ANNO MCIX.

Abbatum Cluniacenſium ſextus Hugo,

PRimam *Ordinis Cluniacenſis ſedem & incunabula, atque omnium ejuſdem inſtituti cœnobiorum caput, ad* XIII *Ianuarii in Vita* B. Bernonis *deſcripſimus. Fuit is Abbatum Cluniacenſium primus, & antequam Cluniacum conderet, Gigniaci & cœnobii Balmenſis, ſub cujus fundatore S. Eutycio tironem vitæ monaſticæ egerat, ſanctiſſimus Archimandrita. Illum anno Domini* DCCCCXXVI *vita functum* S. Odo *excepit, nobilis Francus, ex Canonico S. Martini Turonenſis monachus & Abbas primum Tutellenſis factus. Cui* Aymardus *ſucceſſit, alio eoque vario apud ſcriptores nomine* Eymardus, Ademarus, *&* Ademardus *vocitatus, eximius ſanctæ ſimplicitatis ac innocentiæ cultor, hoc infelix quod anno* DCCCCLIV *videndi facultatem amiſit; quare ſuapte ſponte dignitatem à ſe abdicans, illam* S. Majolo *ceſſit; qui nobili admodum loco in Provincia natus Valentiolæ, primo Matiſconenſis Eccleſiæ Archidiaconus fuit, vitamque tandem cum morte commutavit anno Domini* DCCCCXCIV. *Demortuo ſuffectus* S. Odilo, *de Mercœur dictus, Beraldi I cognomento Magni, Domini de Mercorio in Aruernis & Gerbergæ filius. Poſt cujus felicem ad ſuperos tranſitum, qui in annum* MXLIX *incidit,* S. Hugo, *de quo hic agimus, ad Abbatiæ Cluniacenſis clavum ſedere cœpit: de quo non pauca virorum inſignium teſtimonia Bibliotheca Cluniacenſis colligit; ex qua ut delibemus aliqua, primum auctoris vitæ S. Arnulphi Epiſcopi Sueſtionenſis hujuſmodi eſto:* Fuit corpore & animo caſtiſſimus, eleemoſynis & orationi jugiter intentus & addictus: monaſticæ diſciplinæ cuſtos & promotor inſtantiſſimus, perfectorum monachorum & perſonarum eccleſiaſtico cultui idonearum nutritor perpetuus, ſanctæ Eccleſiæ procurator & propagator mire fervens. *Hoc autem Sigeberti Gemblacenſis ad annum* MLXXXVII: Hugo Abbas Cluniacenſis, pietate inſignis, diſcretione præcipuus, ſanctitate & religione clarus habetur. *Plura his ſimilia, ne omnia repetamus, ibidem inveniet curioſus lector: addimus tamen elogium, quod nobis Chronologia Abbatum Cluniacenſium offert:* Hic non ſolum carnis ſed etiam mentis nobilitate conſpicuus extitit, ac locum iſtum (*Cluniacum intellige*) ſuper omnes anteceſſores ſuos ædificiis, ornamentis, poſſeſſionibus, monaſteriis, cellis, ultra quam credi poteſt, uſquequaque fide & induſtria ſua ampliavit. Qui cum eſſet omnium virtutum exercitiis decenter ornatus, monaſticæ religionis Ordinem laxius diffluentem providentiæ manu reſtrictius coarctavit, geminaſque Miſſas, unam ſcilicet pro Fratribus defunctis, aliam vero pro vivis in duobus oratoriis

laudatus illuſtrium virorum teſtimoniis in Bibliotheca Cluniacen.

A toriis à ſe conſtructis quotidie cantari conſtituit. Eleemoſynis vero ſupra omnes noſtri temporis homines ita ſemper fuit intentus, ut illius eccleſiaſtici verbi ſententia digne ſibi congruere judicetur, qua
Eccli 31,11 dicitur: Eleemoſynas illius enarrabit omnis Eccleſia Sanctorum. Hic à Deo nobis donatus diu ad profectum hujus loci vivere permiſſus eſt; gregemque ſibi creditum verbis pariter & exemplis erudiens, multiplieiter augmentavit; tandemque ſenio confectus, III Calend. Maji in hebdomada paſchali, ſancto fine quievit. *Hac inde.*

natus an. 1024, obiit 1109, 2 *Annus S. Hugonis natalis, ex anno obitus & acta tunc ætate, definiendus eſt. Obiit ſcilicet, ut ſcriptores Vitæ tradunt, annum agens ætatis octogeſimum quintum, octavo die poſtquam è Vita S. Anſelmus migravit, quem cum ad* XXI *Aprilis circa Paſcha anni* MCIX *obiiſſe oſtenderimus, neceſſum eſt natalem S. Hugonis in annum Chriſti* MXXIV *incidiſſe. Natum igitur S. Hugonem anno Chriſti* MXXIV *dicimus. Anno* MXXXIX, *ætatis* XV, *apud Cluniacenſes S. Benedicti inſtitutum amplexus, ſub S. Odilone tunc Abbate monaſticam vitam iniit: decimo poſt, ætatis ſcilicet* XXV, *Chriſti autem* MXLIX, *eidem vita functo in Abbatiales infulas ſucceſſor renuntiatus, eo in munere reliquam vitam poſuit, ſcilicet annos ſexaginta, additis octo diebus ac duobus*
B *menſibus, ut ſcribitur in fine vitæ ſecundæ: longum ſanctæ dignitatis tempus, & multis, quos præceptis religioſæ vitæ imbuit, admodum ſalutare. Nam è ſchola ejus Epiſcopi,*
diſcipuli ejus Morandus, *Cardinales, Pontifices, virique ob vitæ ſanctimoniam ſacro cultu inſignes prodiere. Cluniacenſes quippe Cælitum choris inſertos B. Morandum & S. Vdalricum illi debent; quorum ille* III *Iunii apud eos, hic vero* X *Iulii colitur, admiſſus ab ipſo S. Hugone ad monaſticum habitum, cum Geraldo Epiſcopo poſtea Oſtienſi facto: de quibus iſta Chronicon Cluniacenſe:* Iſte Geraldus fuit Ratiſponenſis civitatis Scholaſticus, & rogatus à S. Uldarico adiit Romanam urbem cum prædicto Uldarico: & obtenta abſolutione ſuorum peccatorum, exploratores virtutum venerunt ad S. Hugonem, & ſub ipſo in Cluniacenſi monaſterio ſecundam regenerationem ſuſceperunt. Ipſe vero Geraldus erat ſapientia, conſilio ac morum gravitate inſigniter præpollens, non poſt multos annos major Prior conſtitutus, ac poſtmodum, jubente Apoſtolicæ Sedis Præſule Gregorio ſcilicet VII, Oſtienſis Eccleſiæ Pontificatu ſublimatur. Cujus Sedis curam rexit cum ſumma ſolicitudine; creditæque ſibi negotiationis talentum Domino ſuo cum duplicata reportans uſura, meruit audire: Euge ſerve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Sanctum quoque Uldaricum, divinis magnificum exercitiis, S. Hugo Abbas ad Sacerdotale promoveri fecit officium, ſibique conſtituit Capellanum & conſiliarium: & quia ſciebat eum virtute ac ſapientia totum eſſe compoſitum, ſuo etiam gregi apud illum confeſſionis præparavit aditum. Unde accedebant ad eum tam ſenes quam juvenes, diverſis paſſionibus laborantes, tanto ſincerius quanto ſecurius conſcientias ſuas illi aperientes. Ipſe vero cum ſumma caritate omnes ſuſcipiebat, & more ſapientiſſimi medici congruis quoſque pœnitentiæ remediis curabat. Iſte vero S. Uldaricus, ex illuſtri proſapia Bannariorum Ratiſponæ civitatis procreatus, velut Lucifer inter cetera poli ſidera, ſic inter cognationis ſuæ relucebat nobile ſtemma. Cetera ejus virtutum merita & miracula in libro geſtorum ejus habentur; feſtivitas ſeu ipſius ſolennitas apud nos agitur decima die menſis Julii. *Hac de Geraldo Epiſcopo Sanctoque Vdalrico. B. Morandi Vita brevis, ſuo tempore danda extat in Bibliotheca Cluniacenſi col.* 501 *& ſequentibus. His accenſendi ſunt illuſtres quoque ex eadem Schola viri* Goderannus *Epiſcopus Xantonenſis*, Durannus *Archiepiſcopus Toloſanus*, & Hugo *Dux Burgundiæ: quorum poſtremus, Roberti II Burgundiæ Ducis, ex Henrico ejus filio, nepos, ſanctioris vitæ incenſus deſiderio, tranſcripto Odoni fratri Ducatu, ei ſcilicet, qui Ciſtercium paulo poſt fundavit, in Cluniaco ſub S. Hugone monachum induit, poſtque tres ibidem ſanctæ ac ſeveræ vitæ annos diem obiit anno Chriſti* MXCVII: *cujus apud Cluniacenſes ſepulcro hoc epitaphium inſcriptum legitur:* Hic requieſcit vir celebrandæ memoriæ, magnus ſeculi contemptor, Hugo Dux Burgundiæ, monachus Cluniacenſis, poſtea Sacerdos.

AUCTORE D. P.

Geraldus, *Vldaricus,* C *& alii.* *Hugo Dux Burgundiæ,*

3 *Pontifices, qui ſub tanto Magiſtro virtutem comparaverunt, quæ eos primum ad ſacram purpuram deinde ad ſummum eccleſiaſticæ dignitatis apicem evexit, Vrbanus II & Gregorius VII ſunt: ille ex Canonico Regulari Ordinis S. Auguſtini, quem in Romano Lateranenſi monaſterio profeſſus fuerat, arctius vivendi inſtitutum quærens, monachum in cœnobio S. Trinitatis Cavenſi induit; indeque profectus in Galliam, inter Cluniacenſes, ſancto primum Odiloni, ac deinde ſucceſſori ejus S. Hugoni erudiendum ſe dedit; à Gregorio VII, quicum in Cluniaco, dum uterque monachus adhuc erat, ſanctam familiaritatem contraxerat, Cardinalitia purpura donatus; anno tandem* MLXXXVIII, *univerſæ Eccleſiæ Rector, S. Petri Pontificiam Cathedram aſcendit. Hic vero, id eſt Gregorius VII, Hildebrandus ante Pontificatum dictus, ex cœnobii Cluniacenſis Priore, à Nicolao II in Cardinalium collegium adlectus, & anno* MLXXIII *unanimi Patrum conſenſu cum inſigni Eccleſiæ emomulento Pontifex renuntiatus, tanta virtute ac vitæ ſanctimonia effulſit, ut nomine exinde Sanctorum faſtis inſcripto cum iisdem & ſacrum cultum obtineat. Multæ ejus ad S. Hugonem tom. 26 Conciliorum epiſtolæ extant: nam illa in tempeſtate, quam perpetuo diſſidio adverſus Gregorium & Eccleſiam Henricus III Imperator concitarat, opportunus Pontifici conſiliarius fuit, & arduis in commune rei Chriſtianæ emolumentum tractandis negotiis præfectus: in quibus quantopere Pontifex deſideraret ejus operam, quamque neceſſariam eam haberet, Ep. 62 lib. 1 exprimit:* Proinde, *inquiens*, noſcat Religio veſtra, quoniam qui denegatam nobis præſentiam veſtram hactenus cum admiratione ſuſtinuimus, deinceps ſine multa anxietate & mentis perturbatione ferre non poſſumus. Meminiſſe enim debetis quot & quanta negotia in veſtra manu & confratris noſtri Giraldi Oſtienſis Epiſcopi poſuerimus, quæ propter abſentiam veſtram aut neglecta pereunt aut competentem finem habere non poſſunt. Quoniam cum præfatum Epiſcopum in ſervitio S. Petri ultra montes ad Regem miſimus, vos venturum æſtimabamus. Quapropter, etſi commoti, Dilectionem veſtram intimo commonemus affectu, ut nos in multis & magnis anguſtiis poſitos quantocius viſitare curetis *&c. Ita ad eum præter multa ejuſmodi alia Pontifex:*
F *cujus quæ difficillima erant cum Henrico modo memorato negotia ſic tractavit, ut periculoſa ad tempus tempeſtate liberarit Pontificem; & Henricum, ſolutum quo tenebatur anathematis vinculo, Eccleſiæ amicum fecerit.*

Vrbanus II, *Gregorius VII,* E *quem petitus per litteras in gravibus Eccleſiæ negotiis adjuvat,* *& Henrico IV Imperatori conciliat:*

4 *Arcta ei neceſſitudo cum B. Petro Damiano interceſſit, cujus litteras aliquot ad eum miſſas Bibliotheca Cluniacenſis colligit. Fuit autem S. Petrus Damianus in Cluniaco, ibique S. Hugonis relatu terribilia iſta exempla didicit, quæ referuntur in epiſtola* 15 *lib.* 2; *& eodem hortatore Vitam B. Odilonis conſcripſit; ita enim Damianus loquitur in ejus prologo:* Hugo, Cluniacenſis monaſterii rector & ſpiritualis militiæ dux ac præcipuus informator, hoc mihi laboris injunxit, ut Vitam B. Odilonis, deceſſoris videlicet ſui, proprio ſtylo ſuccincte perſtringerem; ut ex his, quæ in anterioribus paginis latius reperiebantur eſſe diffuſa, utiliora quæque magiſque neceſſaria brevi compendio defloraren. Cujus ego compulſus imperio, non luculenti venuſtatem aucupabor eloquii, ſed ſicut ex oblatis apicibus deprehendere potero, cum Dei Omnipotentis auxilio, meræ veritati deſervire tentabo. *Deſiderio quoque Abbate Caſinenſi, Summo poſtea Pontifice & Victore III appellato, familiariter fuit ujus Hugo Sanctus: nam Caſi-*

cũ S. Petro Damiano, *& deſiderio Abbate Caſinenſi amicitiam colit:*

AUCTORE D. P.

num circa annum MLXXXIII *profectus, inter ſuos ac Caſinenſes monachos communionem meritorum cum eo inſtituit, quod ita lib. 3 Chronici Caſinenſis cap. 50 Leo Oſtienſis prodit* : His temporibus Hugo venerabilis, Cluniacenſis Abbas, vir vitæ ac famæ celebris, ad Patris Benedicti limina devotus advenit. Quem venerabilis Deſiderius, ut tantum decebat virum, magno cum honore ſuſcipiens, & Societatem Cluniacenſium Fratrum noſtræ Congregationi conjungens, inito fœdere, & noſtræ apud illos & illorum apud nos congregationis memoriam perpetuo habendam ſingulares illi viri decreverunt.

cum Araldo Carnot.

5 *Quid nunc Galliarum Epiſcopos dicam, per S. Hugonem monaſterio Cluniacenſi devinctos? Duos nobis exhibet ſpicilegii Acheriani tomus 6 in Miſcellaneis epiſtolarum, Araldum & Iſembardum, per quos inſigniter commendata diſciplina, & locupletata quadamtenus eccleſia Cluniacenſis eſt.* Araldus, Eccleſiæ Carnotenſis Epiſcopus & ejuſdem Eccleſiæ canonica Fraternitas, bona fama virtutum Cluniacenſis monaſterii, tamquam florentis hortuli, ſuaviſſimo liliorum atque roſarum odore perflati, & idcirco habendæ fraternitatis ejuſdem monaſterii deſiderio divinitus inſpirati, præbendam quamdam Fratribus prædicti monaſterii in perpetuos uſus concedunt : *ut habetur num. 23 : deinde num. 24.* Iſembardus gratia Dei Aurelianorum Epiſcopus & tota Congregatio ſanctæ Crucis .... ab Hugone venerabili Abbate Cluniacenſi & ſanctiſſima Congregatione ſibi commiſſa rogati, ut pro anteriori dilectione & ſocietate quam invicem inierant, præbendam cujuſdam canonici, eccleſiæ S Petri & Fratribus ibidem ſervientibus perpetuo habendam concederent, ... *ea ratione annuerunt*, ut & ipſi nos, *inquit Epiſcopus in ſuo inſtrumento*, in conſortium ſuum reciperent, & unumquemque Canonicorum noſtrorum, tamquam unum ex monachis facerent, & nobis orationum & eleemoſynarum & ceterorum benefactorum ſuorum participium darent; & uniuſcujuſque Canonicorum noſtrorum obitum & anniverſarium obitus diem, tamquam unius monachorum ſuorum clauſtrenſium, precibus, eleemoſynis & ceteris ſolennitatibus commendarent : ſi vero alicui Canonicorum placeret monachum fieri, ſi nihil dare vellet vel poſſet, gratis reciperent : noſtrum vero anniverſarium, hoc eſt Epiſcopi, tamquam Abbatis ſui facerent & ſucceſſorum meorum quotannis : nos autem illius eccleſiæ Abbatibus & monachis, tamquam noſtris Epiſcopis & Canonicis, & vivis & mortuis faceremus.

B *& Iſembardo Aurelian. eorumque Capitulo,*

Societatem init.

C

§ II *Imperatorum ac Regum erga S. Hugonem obſervantia ſingularis.*

Ab Henrico II imp. ad filii baptiſmum invitatur :

6 *Seculi Principibus impenſe carus etiam fuit Hugo. Ex his dignitate primus nominandus Henricus, Imperator hujus nominis II, Rex Germanorum III ; cui cum ipſe anno* MLI de reddita ſanitate & conceſſa divinitus filii adoptione *eſſet per litteras gratulatus ; denuo eidem ſcribens Imperator, ſic concludit epiſtolam.* Quod autem te pro longinquitate itineris negaſti potuiſſe venire, ſicut juſſimus, quamquam gratanter tuum ſuſcepiſſemus adventum, eo ignoſcimus tenore, ut in Paſcha ad nos Coloniam venias, ſi eſt fieri poſſibile ; quatenus, ſi audemus dicere, eumdem puerum, de quo ita lætatus es, de ſacro fonte ſuſciperes, & ſpiritualis pater tuæ benedictionis munere ſignares : ſicque ſimul expiati fermento delictorum, Paſchali ſolennitate mereamur perfrui azymis cæleſtis gloriæ. *Ita factum anno ſequenti, & paterno nomine Henricus nuncupatus puer, Imperator poſtea appellationis iſtius III, Rex IV ; cujus, defuncto patre orphani, mater vidua*, Dilectiſſimo Patri & omni acceptione digno Abbati Hugoni, *anno* MLVI *ſcripſit epiſtolam, quæ eſt 14 in Spicilegii Acheriani 2 miſcellaneis (ubi præcedens quoque & aliæ mox citandæ referuntur) in hunc ſenſum.* Quia in luctum verſa eſt cithara mea; pro gaudio, gemitum; & pro exultatione, quam litteræ veſtræ fecerant, refero lamentabilem planctum. Cor tamen mœrore pavidum refugit ex toto referre. Quapropter & quia velox fama malorum, ut ſolet, meum vobis dolorem nuntiavit, precor ut Dominum meum, quem diutius in carne ſervare noluiſtis, ſaltem orando cum veſtro convêntu defunctum Deo commendetis : filiumque veſtrum diu ſibi heredem fore ac Deo dignum obtineatis : & turbas, ſi quæ contra eum in veſtris vicinis partibus regni ſui oriantur, etiam conſilio ſedare ſtudeatis. Vale, Pater.

D *ab ejus vidua rogatur filium commendatum habere,*

7 *Non defuit partibus ſuis Hugo : ſed peſtimorum conſiliariorum adulatoriis ſuggeſtionibus depravatus paulatim Henricus III, Eccleſiæ libertatem ac jura violando, per manifeſtam contumaciam inobedientiamque, tandem commeruit à Gregorio Papa VII excommunicari ; in Auguſtano Principum conventu privandus Imperio, niſi intra annum cum Eccleſia rediviſſet in gratiam. Tunc ſeſe in arcto poſitum videns, Hugonem, cujus conſilia & monitiones paternas forſitan audire neglexerat, cœpit reſpicere ; & in Italiam cauſa abſolutionis petendæ tranſgreſſus, eodem interveniente atque pro ipſo ſpondente, conſecutus eſt gratiam, anno* MLXXVII. *Sed brevi ad ingenium rediit, aut potius pœnitentiæ larvam exuit ſimulator ; eo quoque progreſſus, ut Antipapa creato ſchiſma perniciоſiſſimum ſuſcitarit, ad multarum animarum ruinam, totiuſque Imperii confuſionem extremam. Sed qui fidelium omnium communem Patrem de Petri Sede conatus eſt exturbare, ipſe à proprio filio Henrico IV dejectus ab imperio eſt anno* MCV. *Tunc conſilii inops*, cariſſimo atque dilectiſſimo Patri Hugoni, & univerſis ſanctis Fratribus Cluniacenſis cœnobii, dulcem filii affectum, ac devotum fratris, imo ſervi obſequium, *deferens, ſcripſit epiſtolam, quæ in dicto Miſcellaneis eſt decima, hoc exordio* : Quia tuam ſemper pietatem & paternam erga nos ſolicitudinem benigne experti ſumus, ita ut de multis ſæpe periculis, tuis ſanctis orationibus credamus nos liberatos ; idcirco, Pater cariſſime, ad te poſt Deum, quaſi ad ſingulare refugium neceſſitatis noſtræ, recurrimus ; & ut apud te ſaltem, miſeriarum noſtrarum ſolatium inveniamus, humiliter deprecamur. Et utinam nobis contingeret faciem tuam Angelicam corporaliter videre, ut tuis affuſi genibus, caput noſtrum, quod de fonte ſalutari ſuſcepiſti, in ſinum ſanctitatis tuæ familiariter poſſemus reclinare; ibique peccata noſtra deflendo, multitudinem tribulationum noſtrarum per ordinem enarrare. *Id vero ſeejus arbitrio ſemel ſic concludit.* Sed jam tempus eſt tam longæ miſeriarum noſtrarum tragœdiæ finem imponere : quam idcirco tuæ, Pater amantiſſime, pietati deflere curavimus, quia in Deo & inte magna & ſingularis ſpes eſt nobis conſilii & auxilii, ſalutis & libertatis noſtræ. Unde toto affectu & deſiderio animi, totum conſilium noſtrum tuæ fidei committimus : & quidquid de noſtra cum Apoſtolico reconciliatione, quidquid de pace & unitate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſalvo honore noſtro faciendum eſſe decreveris, totum nos facturos ſine dubio Deo tibique promittimus. Feſtina ergo, Pater cariſſime, nobis conſulere ; nec te pœniteat quæſumus, etſi non pro filii liberatione, quia peccavimus in cælum & coram te, ſaltem pro mercenarii tui ſalute laborare.

ab Henrico III exauctorato,

E

ut pater ſpiritualis literas ſupplices accipit.

F

8 *Hiſce per monachos Cluniacenſes directis non contentus, rurſus alias, ibidem ſubſequenter legendas, addidit per alios nuntios*, quidquid, licet peccator, tamen ſpiritualis filius, devotus & humilius *poterat* ; ſuo deſiderantiſſimo & dilecto Patri *apprecans* ; *quibus rurſum ejus* paternitatis ſanctitatem, velut publicanus, peccatorum ſuorum refugium ; & ut naufragus, ſalutis portum

iterumque committens.

A tum, desiderantissima devotione deposceret, *& in illius consilio* aliorumque religiosorum virorum, quos ad hoc habere vellet, *totam causam se ponere profiteretur, facturus quod ille disposuerit. Denique tertio literis, testari volens spem misericordiæ divinæ consequendæ, exemplo populi Israelitici*, qui peccans à Domino puniebatur, pœnitens dignus venia judicabatur; Diu est, *inquit*, *quod* infirmum vestrum, sicut solebatis, non visitastis; & quod adhortationum & consolationum fomentis contritum vestrum non curastis. *Postea vero, per preces ipsius atque Cluniacensium Fratrum commendari Deo optat*, ut qui nos, *inquit* bonæ voluntatis prævenit misericordia, ad fructuosum effectum nostra dirigere dignetur opera; *illa utique de quibus in eadem epistola sic erat pollicitus*: Notum facimus Serenitati vestræ, quod pro reparatione ecclesiarum, quæ nostris temporibus, nostris peccatis, heu! corruerunt, omnibus modis, prout Deus vires dederit, volumus laborare; & sanis consiliis omnium bonorum amodo acquiescere; si quo modo valeamus dispersa colligere, & hiantia cuneo schismatis, unionis glutino coadunare; atque ruinam Ecclesiæ, quæ per nos facta est, pacis & justitiæ instauratione recompensare. Præterea significamus vobis, quod si Deo propitio Regnum & B Sacerdotium in unum recolligere poterimus, post confirmatam pacem ire Jerusalem disponimus; & videre sanctam terram, in qua Dominus noster in carne visus est & cum hominibus conversatus est, ipso propitio valde desideramus; ut ibi expressius eum adoremus. ubi eum alapas, sputa, flagella, crucem, mortem, sepulturam passum esse pro nobis cognovimus. *Hæc ille*, quæ, *ut notat Baronius*, aliaque possent hominis maxime pii animum insinuare: sed quod sic comparatus esset, ut cum deprimeretur, tunc subdole ad fallendum sibi larvam pietatis induceret; quam mox deponeret, cum quod esset conatus effecerat; jure meritoque eos quos appellavit patronos Sanctos, est expertus ultores, morte repentina multatus anno MCVI, IV Idus Augusti.

à Philippo Franciæ R. consulitur, 9 *Credibile est Philippi I Franciæ Regis pœnitentiam sinceriorem fuisse: qui ab incesto decem annorum pellicatu tandem Parisius absolutus anno* MCIV, *non metu terreni Imperii amittendi, sed cælestis certius consequendi desiderio*, ad hoc se non dedignatus est inclinare, ut quod restat temporis, nobiscum, *inquit S. Hugo (eidem rescribens epistola*, 8 *in præcitatis Miscellaneis*) unanimem ac concordem vivere velle fateretur .... Et quoniam, *pergit idem Hugo*, Deus januam nobis dulcis familiaritatis, C ad vos de se alloquendum, aperuit; nunc vobis primum aperimus, quod de vobis non nunc primum cogitare cœpimus & optare, ut propensiorem affectum & intentionem majorem amodo habeatis ad bonum. Ad verum, dico, bonum: ad summum bonum, quod Deus est. O magne amice, recordamini quia me aliquando interrogastis, an aliquis unquam de Regibus factus est monachus. Respondi, Etiam. Sed etsi de nullo alio certi essemus, solius S. Guntranni Francorum Regis exemplum sufficeret, qui relictis seculi pompis & vanitatibus & illecebris, factus est monachus .... Moveat etiam vos ac perterreat contemporalium vicinorumque vestrorum, Willelmi dico Anglorum Regis & Henrici Imperatoris lamentabilis casus plangendusque interitus: quorum alter unius sagittæ ictu; non in bello sed in bosco, momento temporis interiit; alter inter multos angores gravesque ærumnas, quas diu sustinuerat, nuper, sicut vos audivisse jam credimus, defecit. *Quæ credimus ipso quo Henricus obiit anno scripta. Rex autem Wilelmus* (*uti* XXI *Aprilis ad Vitam S. Anselmi plenius describitur in historia Eadmeri lib.* 2 *num.* 43) *obierat anno* MC, *mense Octobri. De extrema S. Guntranni ætate pauca quædam ex Fredegario habemus, prolata ad* XXVIII *Martii,*

suadet eidem professionem monasticam,

in quibus licet nulla sit mentio monachatus, satis tamen verosimile esse credimus, quod si in monasterio S. Marcelli, in quo sepultus colitur, etiam aliquanto tempore vixit & obiit, saltem in monastico habitu obierit; sicut apud Prumienses Imperator Lotharius; cum hac tamen differentia, quod hunc constet Imperio Regnoque cessisse per renuntiationem publicam; de Guntramno nihil tale legatur. Vt ut sit, exemplo tali Hugo utitur, hortatuque Regem ad veram pœnitentiam & conversionem perfectam, quæ nec faciliori nec certiori via possit apprehendi quam monachica professione; *sic demum concludit*: Ecce Principes Apostolorum, judices Imperatorum & Regum & orbis, parati sunt recipere vos in domum suam hanc *Cluniacensem*, quam patres nostri azylum pœnitentiæ nominaverunt. Et nos parati sumus vos ut Regem habere, ut Regem tractare, ut Regi servire, & pro vobis Regi Regum devotius supplicare; ut vos propter se ex Rege monachum, ex monacho in Regem per se restituat; non jam in brevissimo atque pauperculo terræ angulo dominantem modico tempore, sed in ampliss. ac felicissima cæli latitudine secum sine fine regnantem.

& integram emendationem pollicente:

in monasterio Cluniacensi.

Auctore D. P.

10 *Cæterum hæc quoque pia ac sancta Philippi Regis cogitata, ut accidere solet hominibus inter multa ac magna vitia præsertim carnalia inveteratu, vel sera vel parum efficacia fuerunt: ipseque Rex prius quam regnum terrenum sponte dimitteret, è terris sublatus est anno* MCVIII; *sed quod vivus non potuit vel neglexit, mortuus quadamtenus voluit obtinere, extrema voluntate mandans, ut in Floriacensi Benedictini Ordinis cœnobio tumularetur. Aldefonsi Hispaniarum Regis hoc nomine VI, ut regiæ infirmitati aptior, sic efficacior voluntas fuit. Hic apud fratrem Sanctum diu captivus, B. Hugonis atque Cluniacensium monachorum precibus vitam, libertatem, regnum se debere æstimabat; ergo circa annum* MLXX *hanc ad eum Epistolam dedit, quæ* 19 *occurrit in Miscellaneis Spicilegii Acheriani VI, quæ* Hugoni venerabili & excellentissimo Abbati Cluniacensium, virtutum floribus claro, fomite virtutum suffulto, atque cunctæ dulcedinis mellifluo seniori, ... nec non cunctæ nobilissimæ Congregationi Petri & Pauli, *ipse* Aldefonsus, gratia Dei Hispaniarum Rex, cum omni devotione mentis & corporis ... veræ caritatis custodiam, vitæque æternæ gaudia, atque perpetuam prosperitatem & salutem, nec non quidquid sublimius, ex intimo corde, amplexibili dilectione, in Domino Jesu Christo *precatur, deinde sic loquitur*: Quanta te, glorioss. Pater, devotione diligam, melius, ut deputo, ipse cognoscis, quam aliquis doctor in charta scribere possit: [novit nihilominus &] Robertus, quem super omnes monachos teneo excellentiorem & cariorem, vestrumque ex intimo corde fidelissimum Confratrem; scientem qualiter tuus amor factus est mihi velut ignis, tota die & nocte ardens in corde meo. Unde si omnia mihi dedisses quæ in mundo habere potes, puto nihil esse ad comparationem illius boni, quod causa mei particulam tui gregis, quem spirituali fovisti manu, in nostris partibus misisti. Quapropter, gratia Domini te illuminante, ego servus servorum Dei, omnino tuæ subjectus pietati, magis ac magis tuam deprecor paternitatem, ut in bono quod cœpisti perseveres; quatenus aliquos tuæ sanctissimæ Religionis domesticos mittere digneris, ut illum nostrum & vestrum locum, quem tuo sanctissimo fonte incepisti rigare, repleant tua dulcedine, dum in hoc fragili moveor [corpore]. Ad hoc scito, sanctissime Pater, censum, quem pater meus illi sanctissimo loco Cluniacensi solitus erat dare, ego, annuente Deo, in diebus vitæ meæ duplicabo .... *tum ut idem fiat à successoribus Regibus testamento se cavisse indicat; Robertum, in vita & morte sibi adfuturum, relinqui in suo regno suppliciter deposcit; ac pro stabiliendo ibidem Romani officii usu,*

E

Alfonsus Rex Hisp.

gratias agit de misso sibi Fr. Roberto, F

cui erga Cluniacum super omnes benefico,

AUCTORE D. P.

uſu, ad Hugonis perſuaſionem ſuſcepto, petit ſibi à Papa impetrari D. Geraldum Cardinalem.

conſtituit Hugo communicationem meritorum,

11 *Tanto affectui eumque ſecutis pluribus ac maximis beneficiis aliis, digne & grataniter reſponſurus* Hugo, *conſtitutionem edidit*, Omnibus Fratribus in Cluniacenſi cœnobio, tam præſentibus quam futuris, *ſic edicens:* Notum ſit, nos de Domno Alfonſo Hiſpaniarum Rege, noſtro fideli amico, qui tanta ac talia bona nobis fecit, & adhuc indeſinenter facit, ut neminem Regum vel Principum, ſive priſcis ſeu modernis temporibus, ei comparare poſſimus; quod ſcilicet in omnibus bonis, quæ Domino largiente in noſtro loco vel in aliis noſtro juri ſubditis acta fuerint, ſpecialem habeat participationem tam in vita quam poſt mortem. Præterea dedimus ei in vita ſua unum Pſalmum, id eſt, Exaudiat te Dominus, ad Horam tertiam ſine intermiſſione canendum; & ad majorem Miſſam unam Collectam, id eſt, Quæſumus omnipotens Deus, ſimili modo quamdiu vixerit. Decrevimus quoque ut in die Cœnæ Domini triginta pauperes pro eo mittantur ad Mandatum, & in die ſancto Paſchæ centum nihilominus pauperes à Camerario pro eo reficiantur. Et ſuper hæc omnia ſtatuimus, ut præbendam quotidianam habeat in refectorio ad majorem menſam, quaſi ſi nobiſcum epulaturus ſederet, quæ uni pauperum Chriſti ſemper tribuatur pro ſalute animæ ejus, tam in vita quam in morte. Huic quoque menſuræ bonæ, confertæ ſimul & coagitatæ, ſupereffluentiam addere cupientes, dedimus ei in eccleſia beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli nova, quam ipſe de propriis facultatibus conſtruxiſſe videtur, unum altare de præcipuis, quo ſcilicet divina myſteria ibidem celebrata ſaluti ejus valeant ſuffragari: cum vero hujus temporalis vitæ curſum debito fine compleverit, exceptis Officiis, Miſſis atque eleemoſynis, quæ pro illo agenda ſunt, uno anno in ſupradicto altari Miſſa ſpecialiter pro illo canatur. *Omitto qua in anniverſaria die ipſius*, ſicut pro Domno Henrico Imperatore Auguſto, *ſecundo videlicet, agenda præſcribit*, in omnibus & Reginam ejus conjugem devotiſſimam volens fieri participem, & anniverſarium ejus ſicut Imperatricis Agnetis agi. *Legi ſingula poſſunt in dicti Spicilegii miſcellaneis num.* 20; *hæc enim ſatis ſunt, ut Hugonis erga ſuos benefactores gratitudo cognoſcatur.*

preces, miſſas & eleemoſynas, B

pro vivo ac mortuo faciendas.

Thetbaldi Com. filium de fonte ſuſcipit: C

12 *Tranſeo ad Principes ſecundi ordinis, in quibus* Thetbaldus, Dei gratia Francorum Comes, & uxor ejus Adelaidis . . . . . ſanctitatis & religionis, quæ penes Cluniacenſe Collegium divina gratia largiente potior celebriorque habebatur, fide & devotione permoti, Odonem filium, ſacris regenerationis myſteriis renovandum, deſtinarunt Hugoni venerabili Abbati ejuſque conventui; rati, ſuperna diſpenſante clementia, ſibi non inane futurum, religioſiores quam ditiores in Chriſto habuiſſe parentes: ad cujus gratiæ & defenſionis propenſiorem effectum efficacioremque profectum . . . Cluniaco monaſterio concedunt & donant quamdam villam quæ Coſſiacus dicitur. *Inſtrumentum integrum habetur in jam citatis miſcellaneis num.* 22, *& mox num.* 25 *ſequitur* Donatio eccleſiæ in caſtro de Avilone, facta ab Hugone Duce Burgundiæ ad Cluniacenſe monaſterium, ubi Domnus Hugo Abbas præeſſe pariter & prodeſſe videtur, *anno Chriſti* MLXXVII, *ad imitandum* multos potentum ac divitum hujus ſeculi, qui divina edocti prædicatione, facultates à Domino ſibi collatas in meliores uſus tranſtulere, exheredantes ſe in hoc ſeculo, ut ſuperni regni efficerentur heredes. *Mox anno* MLXXVIII Wido, aliquando Comes Matiſconenſis, perpendens quam inutilis eſt omnis honor hujus ſeculi, imo quam nocuus & illecebroſus ad æternam damnationem, miſericordia Chriſti ſe viſitante & inſpirante, pro ejus amore ex toto renuntiavit ſeculo in monaſterio Cluniacenſi, ut ibidem regulari diſciplinæ ſubditus, pœnitentiam ageret peccatorum; *& multos præterea fundos donavit, quos recenſet inſtrumentum inter jam ſæpe dicta Spicilegii 6 miſcellanea num. 26 legendum. Atque hæc ſpeciminis cauſa ſufficiunt, plura enim colligere non eſt inſtituti noſtri.*

& donationes Hugonis Ducis Burgundiæ,

atque Widonis monachi ex Comite Matiſconenſi.

D

§. III Fundatio Marciniacenſes, cultus S. Hugonis, ſcriptores Vitæ.

Cœnobium Marciniacum pro feminis fundat,

13 *CVra S. Hugoni fuit non modo fundata alias cœnobia in rei cum temporalis tum ſacræ vigore conſervare, ſed & nova inſuper etiam pro feminis condere. In iis* Marciniacum *eſt, non procul oppido Semuro ac Ligeri amne, in Epiſcopatu Auguſtodunenſi ſitum: de cujus fundatione in Cluniacenſi Bibliotheca hoc fragmentum tabularum ſupereſt:* In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Notum ſit omnibus Fratribus noſtris cunctiſque ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis, quia ego Frater Hugo, Cluniacenſis Abbas, præeunte ac cooperante divino auxilio, conciliante atque juvante germano noſtro Domino Gaufrido Sinemurenſi, locum iſtum Marciniacum, parvum ſatis primo, & quaſi quoddam aſylum à ſolo fundavi conſtruxique temporibus noſtris. Bonum etenim nobis viſum eſt, ut ſicut per ſanctorum Patrum noſtrorum fundationem peccatores homines Cluniacum habebant, ſi ſeculo & pompis ejus abrenuntiare vellent; ita & peccatricibus feminis, de mundi laqueis ad locum hunc fugientibus, & pro commiſſis ſuis ex corde gementibus, divina clementia regni cæleſtis non clauderet introitum &c. Eis autem gravius mortis æternæ immineat periculum, qui hanc domum ancillarum Dei ac Beatiſſimæ Virginis vexare vel impugnare non erubeſcant *&c. Late in laudes hujus cœnobii & vitam in eo religioſam profitentium lib.* 1. *Miracul. S. Petrus Venerabilis ſe effundit, dicitque, cum dictum cœnobium ſubito forte incendio correptum jam in ipſa penetralia ignem admitteret, Hugoque Lugdunenſis Archiepiſcopus clauſas ſanctimoniales ad egreſſum invitaret, quamdam ex earum numero, Giſlam appellatam, reſpondiſſe Archipræſuli:* Nos, Pater, timor Dei & præceptum Abbatis noſtri, ut ignem æternum evadere poſſemus, intra hos quos cernis limites uſque ad mortem permanſuras incluſit: unde nullo pacto fieri poteſt, ut aliqua neceſſitate præfixos nobis pœnitentiæ terminos, ſaltem pedis paſſu, tranſgrediamur, niſi ab illo, qui in nomine Domini in hoc nos incluſit loco, ſolvamur. *Inde vero tanta in Deum fiducia erectum fuiſſe Archiepiſcopum, ut flammis graſſari ultra prohibitis, extincto ad imperium igne, quod reliquum erat religioſæ domus, clauſis etiam tanta in egrediendi neceſſitate ſanctimonialibus, ab incendio ſalvum conſtiterit. Ad quas crebras S. Hugonem litteras dediſſe, plenas ſalutaribus monitis, omnino extra dubium eſt: in Cluniacenſi Bibliotheca non niſi unam reperimus, quæ hujuſmodi eſt:*

quod Sanctimonialibus egredi recuſantibus

mirabiliter ab ulteriore incendio ſervatur,

E

F

exhortatur eas per epiſtolam,

14 Dulciſſimis filiabus ſororibuſque amantiſſimis, ſeculi pompa exutis, & Marciniaci ad honorem & laudem ſanctæ & individuæ Trinitatis, ſub patrocinio B. Mariæ ſemper Virginis & Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, congregatis, Frater Hugo, Abbas Cluniacenſis, ſalutem, gratiam & benedictionem, & nunc & in perpetuum. Non lateat, O filiæ, præcordialem Caritatem veſtram, quia ex quo illum locum divina præeunte & cooperante clementia fundavimus, evidentiſſime Dei Omnipotentis propitiationem piumque reſpectum ibi adeſſe ſenſimus & experti ſumus: qui ſua gratia locum ipſum & ſpiritualibus promovit incrementis, & temporalibus beneficiis aliquantiſper ampliavit. Cum enim primitus, Deo, ſicut credimus, ordinante, paucas inibi poſuiſſemus ſorores, & illæ caritatis ac religionis fervore, vitiorumque

A vitiorumque mortificatione pollere cœpiſſent; benignus animarum creator & amator alias paulatim atque alias undecumque ibi aggregare, unumque ovile ſpecioſum, & quaſi quoddam candidarum columbarum agmen inſtaurare dignatus eſt. Quarum nonnullas jam de tentationibus hujus ſeculi glorioſo fine eduxit, & ad beatæ remunerationis gaudia feliciter, ut ſperamus, evexit: nonnullas vero, vos ſcilicet quæ nunc ſupereſtis, adhuc miſeratus exſpectat, donec ſuæ complaceat dignationi, ut ab hujus exilii miſerabili ærumna propitius vos eripiat, & ad illarum felix perducat conſortium. Ad vos igitur, O filiæ, hic ſpecialiter noſter ſermo dirigitur, per quem veſtram paterno affectu unanimitatem convenimus, obſecrantes in Domino & propter Dominum, ut illuc ſuſpiretis, illuc totam animi intentionem transferatis. Quidquid in ſeculo cernitur tamquam nihilum & inane & quaſi nebulam pertranſeuntem reputate. Et quia neque diem neque horam, qua ad veſtram vocationem Dominus veniat, noſtis; nolite eſſe ſecuræ; ſed die noctuque ſuſpectæ, & de animarum veſtrarum ſalute ſolicitæ, præparate thalamos cordium veſtrorum ad amplexus ſponſi veſtri, illius ſcilicet magni Regis, cui fidem promiſiſtis, procurantes attentius ne quid in vobis reperiat, quod ſuæ diſpliceat majeſtati. Cogitate itaque quid feciſtis, recogitate quid voviſtis: & ſi aliquam veſtrûm propria remordet conſcientia in aliquo exceſſiſſe, cogitando videlicet, loquendo, operando, ſeu fortaſſis indebite dando aut accipiendo, vel aliud profeſſioni veſtræ contrarium agendo, redeat ad cor, recurrat ad fontem, ſuoque Priori vice noſtra rem humiliter manifeſtet & veraciter confiteatur, ſicque quantum humana permittit fragilitas, cum Dei adjutorio de cetero ab hujuſmodi caveat. Quidquid ergo boni, quidquid caritatis, humilitatis, patientiæ, obedientiæ, ſanctæ compunctionis, & confeſſionis veræ vel etiam corporalis exercitii, ſeu ante Dei ſolius oculos ſive ad vos invicem egeritis, totum vobis ex parte Dei injungimus in remiſſionem peccatorum veſtrorum. Et nunc quia ſancta veſtra poſcit devotio, ut (quoniam & ætatis gravitate & infirmitatis imbecillitate impediente, corporalem præſentiam noſtram jam vos viſuras non ſperatis) tradamus vobis aliquod memoriale, in quo & veſtram conſolationem & noſtræ memoriæ habeatis repræſentationem; veſtrum approbantes deſiderium, per præſentem epiſtolam, quod optatis, implemus; volentes ut penes vos reſervetur, vobiſque in quinque præcipuis feſtivitatibus in Capitulo recitetur. Supplex ergo & corde proſtratus, Dominum Omnipotentem, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum invoco, ut meritis & precibus B. Mariæ ſemper Virginis, & ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & S. Benedicti omniumque Sanctorum vos benedicat, & ab omnibus peccatis, quæcumque in anima & corpore commiſiſtis, abſolvat; in ſancto confirmet propoſito, & ad beatum finem deducat: ubi recipiatis de manu ipſius, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe. Sed & hoc ejuſdem Dei petimus clementiam, ut quoties hæc vobis recitabitur epiſtola, pleniſſimam benedictionis gratiam & abſolutionem vobis largiri dignetur. Amen. Omnes etiam, qui vos ſecundum Dominum dilexerint & adjuverint, veſtramque ſuſtentaverint teneritudinem, adjuvet ipſe, & ſua gratia dignos efficiat. Amen. Jam nunc quæſo, O filiæ, mementote mei peccatoris, & hic & ante Dominum. Amen.

ad progreſſum in virtute,

B

C

quam aliquoties per annum deinceps illis recitari præcipit,

15 *Humatus fuit S. Hugo, ut Chronicon Cluniacenſe narrat*, in majore eccleſia, quam ipſe in honorem Apoſtolorum Petri & Pauli conſtruxit, retro altare matutinale: demum relevatus eſt, & ſuper majus altare dictæ baſilicæ nunc corpus ejus requieſcit. *Paucis poſt mortem annis, tempore ſcilicet Pontii Abbatis ſucceſſoris ejus, à Calliſto II in album Cœlitum relatus fuit: de quo ad dictum Pontium iſta in ſuâ epiſtolâ Hugo monachus ſcripſit:* Hic, *Calliſtus ſenicet II*, ſecundo Cluniacum, rediit, ibique feſtum Dominicæ Circumciſionis & Apparitionis devote peregit. Qui dum inter cetera ſæpius ageret de vita & miraculis B. Hugonis, non quorumlibet chartulas ſuper his profuſius exaratas attendit, ſed perſonas authenticas in medio Cluniacenſis Capituli præſentatas, de Sancto quæ viderant & audierant validius atteſtatas, grataner accepit. Epiſcopis vero & Cardinalibus pariter aſſentientibus, ad laudem & gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti, Natalem tanti Confeſſoris, tot & tantis virtutibus approbati, feſtivum fieri Papa decrevit. *Etc. Nomen Martyrologio ſuo Galeſinius ad* V *Iulii inſcripſit, reliqui vero, ut Grevenus, Maurolycus, Molanus, Menardus, Miræus, ad* XX X *Aprilis: quo etiam his verbis Martyrologio Romano inſcribitur*, In cœnobio Cluniacenſi S. Hugonis Abbatis. *Obiit ille quidem feria* IV *poſt Paſcha ſupra notatum, ſicut & S. Anſelmus: quæ feria cum* IV *Kalendas Maji ſeu* XXVIII *Aprilis cadit: ſed obiit* die adveſperaſcente, *aut ut alii loquuntur,* nocte, *& ideo tam à Vita auctoribus quam in obituariis notatus fuit dies* III *Kalendas, quod prædicti Martyrologi ſecuti ſunt.*

memoratus in Martyrologiis ad 29 Aprilis.

16 *Vitam primi ſcripſerunt Gilo & Ezelo Cluniacenſes monachi, uti teſtatur Hildebertus, mox commemorandus. Ea an uſpiam integre extet? neſcimus: compendium aliquod habere nobis videmur, ex MS. Cœnobii Bodecenſis anno* MDCXL, *erutum à P. Ioanne Gamans. Etſi enim iſtic non legatur id quod ſolum à ſe immutatum Hildebertus præfatur: cetera tamen iis verbis concepta ſunt, ut pateat ex iis eſſe deſumpta, quæ ipſe ſola præ oculis habuit; addens* quæ vidit, quæ audivit: *quædam etiam omittens, ob rationem in prologo expoſitam: quorum pars cum in dicto MS. appareat, congruum duximus ad majorem ſatisfactionem lectoris curioſi, & de ipſis omiſſis judicium ſibi liberum eſſe volentis, non quidem primo, ſed tertio loco ipſam illam epitomen dare; præmiſſis ut dignioribus jam dicti Hildeberti, & Raynaldi æque venerandis lucubrationibus. Fuit autem Hildebertus, (à cujus etiam ſtylo dedimus* II *Aprilis Vitam S. Mariæ Ægyptiacæ metrica paraphraſi exornatam) ex ipſius S. Hugonis diſciplina & monaſterio, ad ſcholarum Cœnomanenſium regimen promotus, tum Archidiaconus deinde & Epiſcopus factus, anno* MXCVII, *& ſcripſiſſe videtur circa annum* MCXV, *poſtea anno* MCXXV *evectus ad Archiepiſcopatũ Turonenſem. Ab hoc ſcriptam Vitã S. Hugonis ex Sirmondi noſtri collectaneis MS. accepimus, & cum editis in Surii collectione ac Bibliotheca Cluniacenſi contulimus. Alteram Vitam, quam damus ex MS. Codice Sereniſſimæ Chriſtinæ Reginæ Suecia & alio noſtri Collegii Duaceni, multa explicantem quæ prior non attigit, quædam ab iis dicta reticentem, compoſuit Rayualdus jam ante nominatus, non frater, ut ſcribunt Sammarthani, ſed (uti liquet ex Venerab. Petro Cluniacenſi lib.* 3, *Epiſt.* 2, *& propria illius aſſertione) nepos ipſius S. Hugonis; Vezeliacenſis Abbas, in diœceſi Auguſtodunenſi (ubi olim Sanctimoniales fuerant) anno* MCVIII *conſtitutus; præfatus,* quod ſi forte altioris alicujus ingenii viri ſtudium in hoc opere antea deſudarit (*his autem verbis videtur Hildeberti ſcriptum innuere, quod ad ſuas manus non pervenerit*) illius opus majorum atque ſapientium virorum excellentiæ relinquendum, ſuum vero minorum atque minus capaciũ ſtudio attribuendum putet. *Nullos autem priores ſe auctores citat, utpote hoc argumentum tractans* ſicut partim vidi, *inquit in fine,* partim relatione probabilium virorũ didici: *quæ vero proſa ſcripſerat, eadem metro perſtringens, ſic concludit,*

Hæc, Pater Hugo, tui Rainaldi dicta nepotis
Suſcipe, quæſo, pie, meque tuere, Pater.

Auctores Vitæ Ezelo & Gilo,

(ex his epitome datur)

tum Hildebertus Ep. Cenoman.

Raynaldus Abbas Sancti nepos,

AUCTORE D. P.

Sanctis adſcribitur à Calliſto II.

E

E

AUCT. HILDEBERTO EX MS.

Et quoniam tum alia quædam tum tempus mortis atque regiminis hic expreſſius confirmantur, & res brevis eſt, nec alibi uſpiam extat: placuit etiam hanc ex eodem Reginæ MS. addere. Raynaldus autem etiam ipſe anno MCXXVIII *factus eſt Archiepiſcopus Lugdunenſis; atque annum unum in ea dignitate vivens, Cluniaci ſepultus eſt ſub hoc epitaphio,* Hic requieſcit Raynaldus, quondam Abbas & reparator Vizeliacenſis, & poſtea Archiepiſcopus Lugdunenſis.

Hugo monachus,

17 *Hugo etiam monachus Cluniacenſis, poſt Sancti mortem à Pontio ſucceſſore ſuſceptus ad Ordinem, primo ad iſtum ſuum Abbatem poſt annum* MCXX *epiſtolam ſcripſit, cui multa de S. Hugone inſeruit, danda ex Bibliotheca Cluniacenſi, primo loco inter Analecta, in qua etiam agit de Canonizatione S. Hugonis facta Cluniaci per Calixtum* II *Papam; ſupplens quædam ab aliis omiſſa. Quibus non contenti Cluniacenſes, coegerunt eum integram Vitam ſcribere: quæ etiam ipſa propter antiquitatem ſcriptoris dari merebatur, niſi ſatis eſſet eam in Bibliotheca Cluniacenſi, & ex hac in poſtrema Surii editione extare. Itaque eâ tantum utemur ad illuſtrandam Vitam primam; quæ autem ſingularia ibidem habentur Analectorum caput* 2 *conſtituent. Denique Anonymus quidam notabiliora quædam puncta, B. Hugonis regimen ſanctitatemque concernentia deſcripſit, quorum pars in præcitatis Vitis integre deſcripta extat, niſi hinc in illas tranſlatam malis credire; pars Analectorum caput* 3 *implebunt. Hymnus quem in laudem S. Hugonis ſcripſit Venerabilis Petrus, poſt Pontium Abbas Cluniacenſis, extat inter illius opera in præcitata Bibliotheca col.* 135, *ſcriptus per modum Sequentiæ, & ſummarium Vitæ complectens: teſtimonia etiam antiquorum de eodem Sancto collecta videbis col.* 468 *& ſequentibus; quæ huc tranſcribere operæ pretium non videbatur.*

Anonymus quidam,

B

& Venerab. Petrus,

V I T A

Auctore Hildeberto Epiſcopo Cenomanenſi.

PROLOGUS.

a b

DEi gratia Venerabili atque Reverendiſſimo Abbati *a* Pontio Hildebertus, profeſſione *b* Sacerdos, vita peccator, ſpem adipiſci communem. Congruum humanis actionibus exitum pollicetur, nihil ſupra vires profiteri; quas profecto quiſquis attendere negligit, aut in vitium labitur, aut omnino deficiens, triſtis & confuſus audit, Hic homo incepit ædificare, & conſummare

C

non potuit. Quorum ego neutrum incurrere veritus ſum, dum tuæ petitionis auctoritate compulſus, qualicumque ſtylo vitam B. Hugonis memoriæ commendare diſpoſui. Cui ſane labori licet impar meum ſenſerim ingenium, malui tamen ridiculus ſcriptor, quam tibi inobediens inveniri. Speravi ex obedientia præmium; ruborem vero ex defectu, credidi tua correctione præveniri: quod adhuc etiam credo, poſtulo, precor; pro munere ſuſcepturus, ſi removeas ab oculis quidquid linguas ſenſeris formidare. Officioſa res eſt, & prudenti grata ſcriptori, correctio: ea quidem mihi placet, ſed cum perſona corrigit, non turba: ſero enim reprimitur vitium, cum jam populus inſultat vitioſo. Ex hoc autem præcipue veniam confiteor poſtulandam, quod poſt amplioris litteraturæ viros, *c* Ezelonem loquor atque Gilonem, qui de beatiſſimo Hugone illo vigilanter ſcripſiſſe leguntur; auſus ſim pertractandam aggredi materiam, quos velut à longe ſecutus, pro homine ſimiam pinxiſſe, & finxiſſe pro amphora urceum inveniar. Ceterum præſumptionis hujus auctor eſt Pontius, acumen ingenii ſperans in me, cujus ego non ſum conſcius apud me. Lingua Pontii cauſam movit, auctoritas egit, religio peroravit. Reſiſtere Pontio, difficile; qui ad impetrandum quadam prærogativa gratiæ vel ſilens adjuvatur. His itaque victus, retractare conatus ſum quæ jam ſcripta legeram, non de illis tamquam de viſis aliquid atteſtari. Nemo autem miretur, cum in præſenti opere viderit additum aliquid, cum ſuppreſſum, tum immutatum, quod non appoſuerunt, quod non tacuerunt, quod aliter ſcripſerunt, qui de Hugone ſcripſerunt ante me. Addidi, fateor, ſed quod ipſe vidi, ſed quod audivi, cui teſtimonium perhibeo, & verum eſt teſtimonium meum. Sane quod omnino ſuppreſſi, ideo factum eſt, ne id quod lectum calumnias movere poterat, auctoritati derogaret eorum, quæ ſine fidei periculo & ſcribi potuerunt & credi. Mutatum autem hoc ſolum opinor, quod Andegavenſis Comes Gaufredus, cognomine *d* Martellus, in Abbatem præſumpſiſſe memoratur Hugonem, cujus quia præfatis ſcriptoribus veridici defuere relatores, falſitatis notam incurrerunt. Quidquid itaque, prout deſuper mihi datum eſt, exaravi; vel in manus ex tuo veniat judicio, vel ſi ſupprimendum cenſueris, omnino deliteſcat. Minus tamen mihi placet approbatum producere, quam occultare vitioſum: turpior enim jactura eſt, nomen amittere comparatum, quam minime comparaſſe. Conſervet te Dominus Deus filiis adoptionis ſuæ, Pater ſancte. Noveris autem, quia mihi vicem rependis, ſi diligis me, & oras pro me.

D

fides auctorum,

& quid ab eo emendatum.

d

E

F

c Vita ante ab Ezelone & Gilone conſcripta fuit,

ANNOTATA.

a Pontius Abbas, *ex monaſterio S. Pontii Tomeriarum Cluniacum tranſgreſſus, monaſterium cum laude rexit primis duodecim aut pluribus annis; cum iſta omnia, quæ infra daturi ſumus, ſcriberentur. Deinde pertæſus murmurationum adverſus ſe gliſcentium, quæ tamen eatenus non proruperant foras, à Calixto* II *circa annum* 1122 *abſolvi petiit; & licet ægre, impetravit tamen, ac Hieroſolymam abiit. Sufficitur ei Hugo Marciacenſis Prior, alius ab auctore poſtremæ Vitæ (hic enim à Pontio ad ordinem admiſſus fuerat, iſtius vero* longa in ſancta converſatione vita *laudatur) quo intra breve tempus extincto, eligitur Petrus Venerabilis, ex quo, lib.* 2 *miraculorum Pontii Vitam ſcribente, habemus, Hieroſolymis reverſum captata occaſione invaſiſſe armata manu Cluniacum, itaque egiſſe, ut tamquam ſchiſmaticus excommunicari meruerit cum ſuis; Romam tamen ad cauſam dicendam evocatus ſit, & poſt latam ſententiam impœnitens, ibidem mox ſub Honorio Papa* II *obierit anno* 1125. *Indignum proinde eſt, quod is à Wione Faſtis Benedictinis adſcribatur ad* 29 *Ianuarii, cum titulo Sancti. Sed in hoc æque temere Wion egit, quam negligenter in eo, quod anno* 1122 *Cluniaci mortuum dixerit, quem ipſe Honorius Papa ſcribit obiiſſe Romæ impœnitentem, in litteris à Petro Venerabili dicto loco relatis. Ipſe tamen Petrus videri poteſt ex aliqua paſſione locutus, cum totos decem ipſius annos ante depoſitam dignitatem, turbarum & diſcordiarum, quamvis foras non erumpentium, nota dedecorat: eos enim ſatis excuſant tot illuſtria encomia, Pontio tributa ab iis, qui de S. Hugone egerunt, aliiſque in Bibliotheca Cluniacenſi relatis.*

b *Quamvis* Sacerdos *idem hic valeat quod* Epiſcopus; *humilitatis tamen fuit iſtum potius quam hunc titulum uſurpaſſe.*

c Hezelo *ex Canonico Leodienſi factus monachus à Petro Venerabili lib.* 3 *p.* 2 *laudatur, de ſingulari ſcientia & eloquentia: de* Gilone *nihil alibi legimus.*

d *Infra, nempe num.* 33, *agitur de iis, quæ inter Hugonem & Gaufridum* Andegavenſem, *non* Martellum, *ſed filium Martelli* Barbatum, *acta fuerunt: an autem prædicti auctores, ad nominis errorem, aliquem etiam addiderint in reipſa, neſcimus divinare.*

CAPUT

CAPUT I.

Natales S. Hugonis, ſuſceptio habitus monaſtici, dignitas Abbatialis & virtutes in ea.

a Patria ejus & genus, *b* *c*

1 BEatus itaque Hugo, natione *a* Æduenſis, geneRoſis parentibus illuſtris, prærogativa vitæ pariter & virtutum titulis illuſtrior fuit. Is cum infirmitatem evaſiſſet infantiæ, *b* Dalmatius pater ejus vir ſcilicet Conſularis, materque *c* Aremburgis nomine, circa eruditionem pueri diverſum gerebant affectum. Devota ſiquidem Deo femina, litterarum ſtudiis ideo cenſebat eum mancipandum, quia nondum nato promiſſam divinitus aſſerebat Sacerdotii dignitatem. Cum enim ipſa in utero haberet puerperii labores, & periculum formidaret; religioſus quidam ſanctæque opinionis Sacerdos, ad altare Domini ſacrificium pro ea oblaturus acceſſit: deinde ſacrum celebranti myſterium, velut cujuſdam pueri ſpecies in calice apparuit, inæſtimabilem præferens claritatem. Relata matri viſio Sacerdotis auctoritate fidem promeruit; ideo dignum eſſe ut miniſterio dicaretur calicis, qui promiſſus in calice videbatur.

præſagium futuræ ſanctitatis,

B At pater heredem tranſitoriæ poſſeſſionis deſiderans, ſecularis militiæ inſignia puero deſtinabat. Unde cum jam pupillares annos attigiſſet, eum cum coævis urgebat equitare juvenibus, equum flectere in gyrum, vibrare haſtam, facile clypeum circumferre, &, quod ille altius abhorrebat, ſpoliis inſtare & rapinis. Ceterum ille alii natus profeſſioni, corporis incommoditate militem detractabat & mente. Ad arma minus habilis, indocilis ad rapinam, totus jam ad Chriſtum & natura trahebatur & gratia. Unde cum præfati juvenes, die quadam pauperi vaccam auferrent, tiro Chriſti vehementer indoluit, nulli conſors in culpa, quia nulli concors in rapina. Ipſe tamen recompenſatione annua jacturam proximo reſtituens, ejus querelam ſuppreſſit, repreſſit egeſtatem. Ita Dei famulus & officioſam pauperi injuriam, & damnum facit eſſe fructuoſum.

exercitiis militaribus applicitus,

damnum à commilitonibus illatum reſarcit:

2 In pupillari adhuc ille conſtitutus ætate, moroſam verbis & actu præferebat ſenectutem. Jam tunc inexorabiliter laſciviam perſecutus, humilitatem pudicitiæ aſſumpſit cuſtodem. Jam tunc mollioris cultus & deliciarum contemptor, in illecebris illecebras ignoravit. Cum juvenibus nihil juveni præter ætatem fuit. Magna illi cum raptoribus diſcordia, ſuper afflictos mira compaſſio. Verbum Dei tenaci commendabat memoriæ, frequens eccleſiæ viſitator, ſed furtivus: timebat enim patrem ſuum, otio & inertiæ virtutum primitias aſſignantem. Eo tempore Autiſſiodorenſis Epiſcopus *d* Hugo nomine, Cabilonenſem quoque Conſulatum ſtrenue gubernabat. Hujus cauſa B. Hugo ejus pronepos, vix à patre proficiſcendi Cabilonum licentiam extorſit. Prælibata in hac urbe Grammatica, quo introduceretur ad divinarum altitudinem Scripturarum, juveni quoddam velut oſtium aperuit. Ibi tandem diruptis ſecularibus indumentis, elegit abjectus eſſe in domo Dei ſui, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Illud igitur Euangelicum ſecutus, Qui non bajulat crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus, patre neſciente, qui ſuſpiranti ad patriam, & verbis obſiſtebat & exemplis, Cluniacum venit; *e* B. Odiloni, quo tunc temporis Abbate prefatum gloriabatur cœnobium, quid animi gereret indicavit. Dehinc ex more Capitulum ingreſſus, cum in Conventu adoptionis ſuæ *f* ediceret petitionem, quidam Fratrum Spiritu ſancto edoctus, O felicem, inquit, Cluniacum, qui pretioſiorem omni theſauro theſaurum hodie ſuſcepit! Mutata igitur cum habitu vita, monaſtici ordinis primos gradus devote conſcendit, obedientiam loquor & humilitatem, quæ in Chriſtiana religione morum obtinent principatum. His ille ceteris præeminens, ſine querela tulit, quidquid difficultatis aſſumpta gerit profeſſio: ac velut ad perfectionem minus ſufficeret monaſticarum obſervantia regularum, Dei ſervus addidit ad pœnam, Dominus ad coronam. Cibus enim citra legem monachi ſumptus ita jejunium ſolvit, ut eſuriem minime removeret: Sacris præterea inſiſtens vigiliis, continuata oratione noctem ſæpe duxit inſomnem. Felices aderant comites, uber fletus & jugis cæleſtium meditatio gaudiorum. De monacho nihil ambitio furata eſt, nihil ſibi voluptas vendicavit. In ore nihil arrogantiæ, nihil in ſermone vanitatis, totus ſanctimoniam, totus monachum loquebatur. Ex habitu quoque monachi, tanta ſervo Dei gratia acceſſit; ut & pater, qui *g* minus ægre tulerat ſacrum filii propoſitum, eum ſolito diceret pulchriorem.

virtutibus,

C

d

& literis excultus, Cluniaci monachum induit:

Luc. 14, 27

e

f

ubi poſt multa virtutum exempla,

g

3 Prælucebat jam in eo paſtoralis plenitudo ſolicitudinis, cui non minus ſuppetebat ſenſus ad conſilium, quam religio ad exemplum. His celebrem preconiis, ex conſenſu Fratrum B. Odilo Priorem conſtituit, profuturum pariter & poſſeſſioni providentia, & ordini diſciplina. Suſcepit ſenum curam juvenis, ſuſcepta ſic executus negotia, ut nec adminiſtratio religionem minueret, nec religio adminiſtrationem impediret. Juveni ſiquidem ex promotione non ſubrepſit elatio, non ordinis fervor intepuit: impoſita ei dignitas, virtutum materia, non diſpendium fuit. Hac enim manſuetudine patrem exhibuit, hac ſeveritate doctorem, ut adverſum delinquentes, nec remiſſa uteretur miſericordia, nec excedente diſciplina. Diffuſo itaque bono odore nominis illius, plebis & Principum favorem, quem minime quæſivit, acquiſivit. Unde & ad Teutonicos directus, *h* Paterniacenſi cœnobio gratiam Regis *i*, à qua exciderat, reformavit. Cognito ibi tranſitu B. Odilonis, in amaritudine ſpiritus ad monaſterium revertitur; larga ſecum deferens munera, quæ præfatus Rex per eum ad decorem domus Domini Cluniacum delegavit. Suſceptus ea qua debuit reverentia, plenum lacrymis Conventum invenit. Hortatur ut temperent à fletu, cum nec ipſe poſſet à fletu temperare. Conſolatur mœrentes, qui nullius admittebat ſolatium. Ab omnibus omnium Pater plorabatur, & ſiccatas revocabat lacrymas paternæ pietatis recordatio. Ipſe quidem magiſter ſepultus eſt, ſed in mentibus diſcipulorum merita magiſtri inſepulta vivebant. Deficiam neceſſe eſt, ſi tentem virtutes Odilonis explicare, qui doctrina pariter & exemplo, conventum hominum, conventum fecit eſſe virtutum.

Prior conſtitutus,

E

Paterniacenſi cœnobio Regem conciliat.

h *i*

F

4 Aderat tempus, quo deſolato conſuleretur ovili, præmiſſiſque jejuniis & orationibus, à ſummo Paſtore paſtor quæreretur. Conveniunt filii adoptionis, de ſalute tantum ſatagentes animarum. Denique dum ſoliciti ſecum quærerent, quem Dominus paſtorali ſolicitudine dignaretur; Adalmannus quidam, cui religione ſimul & ætate major erat auctoritas, Hugonem nominavit Priorem; Conventus aſſenſu conſono proſequitur nominantem. Dehinc illum, renitentem, & ſe proclamantem indignum, quo die B. Petri Cathedram ſancta celebrabat Eccleſia, Chryſopolitanus *k* Archiepiſcopus Abbatis benedictione ſublimavit. Suſceptis itaq; Paſtoralibus excubiis, Dei ſervus ex promotione nullâ traxit inſolentiâ, nullum vitiis acceſſum indulſit: ſub eo quippe animarum cuſtode, nec delicto judicium, nec religioni defuit incrementum. Totam ejus vitam vel Maria ſibi, vel Martha vendicavit. Lectione inſatiabilis, orationibus inſiſtens, omni tempore profuit aut profecit. Prudentiorne eſſet an ſimplicior, difficile judi-

Abbas Cluniacenſis factus,

k

varia in ea prælatura virtutibus fulget:

AUCT. HILDEBERTO EX MS. cares. Sicut in verbis nihil otioſum, ſic in opere nihil ſuſpectum honeſtati. Iraſci, niſi adverſus vitia, non novit. Doctrina ejus, quæ congrueret ſingulis, ſufficeret univerſis: ea plus patris habebat quam judicis, plus miſericordiæ quam cenſuræ. Ipſe forma conſpicuus, ſtatura eminens, corporis dotes titulis virtutum cumulavit. Silens quidem ſemper cum Domino, loquens autem ſemper in Domino, vel de Domino loquebatur. Intentum pluribus, ad ſingula minorem nullus invenit: totus enim his tenebatur, quæ prius agenda ſuſcepiſſet. Deum ſupra ſe, proximum tamquam ſe, res infra ſe, ordinata caritate diligebat. Idem manſuetus & patiens, in ſuis quidem gratias egit, pauperum vero flevit injurias.

liberaliſſimus in pauperes, 5 Et quia legerat Chriſtum dicentem, Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, eorum neceſſitatibus tanta conſuluit inſtantia, ac ſi ipſam Chriſti conſtaret adeſſe perſonam. Quapropter maxima eum multitudo conſtipabat egenorum, quibus diſpenſator fidelis & prudens cibaria præparabat, comparabat indumenta. Nulla miſericordiæ opera, nullam ſubveniendi ſpeciem declinavit. Omnium votis affuit, dummodo votis tempora concordarent. Iter
B agenti, pauperum cohortes occurrebant, quocumq; audierant tranſiturum; eis aureos quoque manu larga diſpenſabat; illud libentius erogans, quod erogatum merces major ſequeretur. Deficientibus autem
l cibis, quibus in uſus egentium *l* ſummarios onerare conſueverat, huc & illuc nuntii dirigebantur, ea
& officioſiſſimus, comparaturi, quæ & multitudini ſufficerent, & deſiderium explerent infirmorum. Porro quoſcumque vel ætas vel gravior affecerat ægritudo, propius jubebat admoveri, blandius eorum ſcrutabatur anguſtias; quibus egerent aut quid vellent officioſiſſime inquirens. Nullius abhorrebat colloquium: nullius incommoda verebatur. Circa ſenes querulos & ſanie defluentes compaſſione moveri, multiplicare beneficia, plenum mercedis urgere famulatum. Parva loquor, horrendis aſpectu leproſis frequenter faſtidioſum ſine faſtidio exhibebat obſequium. Videres circa lectum ejus, immenſam diverſarum veſtium congeriem, quæ paucis familiarium adhibitis, ipſe incidere, ipſe ſarcire conſueverat. Videres etiam panes,
ad infima eorum ſe dimittit ſubſidia. videres & carnes, ad manum omnia ſcilicet præparata, ne dilatio muneris, pauperem cruciaret expectantem. Pauperibus quoque cœnobitis, largiores deſtinabat benedictiones, ne vel à monaſterio, vel à monacho penuria rei familiaris eos cogeret evagari. Hac
C enim Maſſilienſibus, hac monaſteriis pluribus benignitate, ſubvenit. Præterea tyrannidem Principum, qua inceſſanter adverſus Chriſti pauperes graſſabantur, cum minus exhortatione proficeret, muneribus mitigabat. His animum ſtudiis, his uſibus & argentum conſecrabat & aurum. Ea melius impenſa, quam ſervata rutilare prædicabat; & juxta Ambroſii teſtimonium, tunc vere calicem Eccleſiæ, cum calix à fame vel ab hoſte redimit, quos ſanguis calicis à morte liberavit.

ANNOTATA.

a Auguſtodunum *antiquis* Auguſta Æduorum: *hinc* Æduenſis *&* Auguſtodunenſis *promiſcue uſurpantur.*

b Dalmatius *caſtri Dominus, quod* Sine-murum *olim, nunc* Semur *dicitur, 7 vel 8 leucis Auguſtoduno diſitum verſus ſeptentrionem, media circiter inter Divionem & Avallonam via. Sammarthani aliud in Briennia oppidum aſſignant, multo longius diſitum.*

c Aremburgis, *cui iidem Sammartani addunt cognomentum* de Vergy *ſeu* Vergiaco; *Burgundicis conjugiis poſthac ſæpius innexum nomen.* D

d Hugo, Epiſcopus Autiſſiodorenſis, *Lamberti Comitis Cabilonenſis filius, qui Concilio Anzano an.* 1025 *interfuiſſe legitur, & videtur vixiſſe ad annum circiter* 1040. *Sed quomodo ejus Pronepos noſter Hugo? Fortaſſis ex Sororis filio aut filia natus: nam Autiſſiodorenſis Epiſcopus, unicus patri fuit filius, & ideo etiam heres Comitatus; qui hic, ut alibi ſæpe,* Conſulatus *nominatur.*

e B. Odilonis *Vitam dedimus* 1 *Ianuarii.*

f *Impreſſa minus recte* ediſceret.

g *Mallem legere,* nimis.

h Paterniacenſe cœnobium, *Prioratus in diœceſi Lauſanenſi.*

i *Henricus II notatur, qui anno* 1046 *coronatus Imperator, obiit* 1056.

k *Fuit hic etiam* Hugo *dictus, Veſontionenſis hujus nominis Epiſcopus primus, qui ab anno* 1031 *ad* 1070 *Sedem tenuit.*

l Summarius, Saumarius *&* ſomarius, *jumentum, ferendis dorſo oneribus aptum: Francis vulgari lingua,* Sommier.

CAPUT II.

E

Gratia apud Henricum Secundum Imperatorem, Legatio pro Pontifice in Hungaria obita, Concilium Remenſe celebratum, Alphonſus Rex Hiſpaniarum è carcere liberatus, Cœnobium Marciniacenſe fundatum.

Filium Henrici Imperatoris de baptiſmo ſuſcipit, 6 His igitur aliiſque virtutum præconiis, B. Hugo magnus apud magnos habebatur, ex ejus conſilio, ſaluti ſuarum providentes animarum. Augebatur ſub eo de die in diem Cluniacenſis religio cœnobii, & erat odor nominis illius, ſicut odor agri pleni cui benedixit Dominus. Unde & Imperator Teutonicorum, ſecundus ſcilicet Henricus, ejus faciem videre, & familiaritatem adipiſci deſiderans, ut venire dignaretur ad ſe ſupplici voce poſtulavit. Poſtulantem pius Pater exaudit, intrat Saxoniam, ſummo pariter & honore ſuſcipitur & gaudio. Paucis ibi diebus peractis, ex petitione Regis filium ejus ſacro de fonte levavit, *a* puero nomen patris imponens. Celebravit autem Paſcha cum Imperatore, in Agrippina Coloniæ; Teutonicis mirantibus in juvenili adhuc ætate caniciem morum, converſationis manſuetudinem, vultus gratiam, verborum lenitatem. Quibus profecto virtutum indiciis, ita cum eo & cum Cluniacenſi monaſterio Regis eſt anima colligata, ac ſi Rex ipſe perpetuam cum eis amicitiam pepigiſſet. Tandem vix impetrata redeundi licentia, Paſtor pius ad ovile revertitur, dona deferens ampliora, quæ velut quoddam dilectionis pignus à præfato Rege tranſmiſſa ſunt. Sic regreſſus Dei famulus, filios in orationibus patrem expectantes, & de vocatione Regis & ſuo exhilaravit adventu. a F

b legatus à Pontifice in Hungariam miſſus, 7 Idem poſtmodum Romani juſſu Pontificis in Hungariam profectus, de reformatione pacis *b* curam gerit, ſuſcepta prudenter inſiſtit & explet negotia, ad laudem Dei & gloriam quæ ſibi commiſſa fuerant executus. Unde cum pariter & gratia Regis & multo donatus munere reverteretur, à quodam tyranno regionis illius captus eſt, his omnibus direptis quæcumque apud ſuos inventa ſunt pretioſa. Qua videlicet injuria turbatur Dei ſervus; ad auxi-
& captus, interceſſione B. Majoli in libertatem reſtituitur: lium recurrit orationum, pro ſuis malefactoribus intercedit, minus de rerum jactura, quam de periculo ſolicitus animarum. Et ne velut de ſuis meritis confiſus, vel tranſgreſſori veniam, vel ſibi ſubſtantiæ reſtitutionem poſtulare videretur, B. Majolo utrumque

A que committit negotium, Majoli precibus & meritis ſibi poſtulat ſubveniri. Nec mora: compunctus auctor injuriæ, genubus Abbatis provoluitur, contrito corde & humiliato veniam rogat, omnibus his quæ ablata fuerant in integrum reſtitutis: & ut offenſus obſequio etiam placaretur, Abbati conductum providit, qui fecerat & rapinam. In aliis etiam quampluribus negotiis Romano Pontifici poſtulata B. Hugonis ſedulitas, & ab eo laudem, & à Domino mercedem meruit ſempiternam. Ille ſiquidem, cum Papa Stephanus *c* in civitate Florentia ſupremo teneretur incommodo, ex voto decumbentis illuc acceſſit, comitantibus eum monachis conſummatæ ſanctitatis, quibus, juxta Pauli vocem, vivere Chriſtus erat, & mori lucrum. Teſtatus eſt autem præfatus Antiſtes, ad introitum quidem ſervi Dei malignum diſceſſiſſe ſpiritum, ad egreſſum vero remeaſſe. Beatum profecto virum, cujus & vitam ſathanas abhorruit, & præſentiam expavit. Denique cum præfatus Pontifex, ad ultima jam deductus, feſſos artus & naturam profitentes cilicio & cineri commendaſſet: ſuſceptis vitalibus Sacramentis, inter ſacras Abbatis manus ſpiritum exhalavit.

c adeſt Stephano Papæ morienti,

Phil. 1, 21

B 8 Cum autem nonus Leo tranſlaturus B. Remigii corpus Remis uſque perveniſſet, & *d* ibi Synodum celebraret generalem, vir beatus affuit plenus auctoritatis & reverentiæ, ſuaque præſentia præfati Concilii plurimum conferens inſtitutis. Ubi cum adverſus Simoniacos ageretur, & nonnulli Pontifices, quibus vel conſcientia confuſionem, vel imperitia ſilentium adduxerat, in præfatam hæreſim remiſſius diſceptarent; ipſe zelo ſuccenſus juſtitiæ, negotiationem Simonis conſtanter abolere curavit. Ex adverſo enim aſcendens, & opponens murum pro domo Iſrael, nec numero renitentium, nec acceptione motus eſt perſonarum. Quo in Concilio, dum ille de ſua interrogaretur promotione: Caro, inquit, voluit, ſpiritus repugnavit. *e* Sane ſana reſponſio, quia juſtus inprimis accuſator ſui, & tentatione carnis pulſatus ut caderet, & ne caderet virtute ſpiritus reſtitiſſe monſtratur. Erat autem illi tanta in exhortatione gratia, ut ad expectationem ſermonis illius illuſtrium ſuſpenderentur animi perſonarum: unde & juſſu Papæ ſanctam & plenam habuit gratiæ orationem, qua & Simoniaci de male comparatis expulſi ſunt dignitatibus, & de ſacrario Domini fornicatores inhibiti Sacerdotes.

d in concilio Rhemenſi fortiter contra Simoniacos agit,

e

C 9 Aliud quoque ſanctitatis ipſius atque meritorum ſecutum eſt indicium. Hildebrandus etenim Romanæ Diaconus Eccleſiæ, qui poſtea Sedis ejuſdem ſortitus eſt majeſtatem, directus in Gallias, Cluniacenſe Capitulum intravit. Ubi cum aliquamdiu ſediſſet, collateratum B. Hugoni Chriſtum vidit, monaſtici regulas ordinis ac decreta ſuggerentem. Egreſſus inde, nonnullis quæ viderat indicavit. Extunc ille & familiaritatem ſervi Chriſti devotius amplexatus eſt, & ſanctitatem prædicavit Hildefonſus Hiſpaniarum Rex, qui à Santulo fratre ſuo captus *f* in vinculis tenebatur. Quo audito, miſericordiæ Abbas orationi pro Rege præcepit inſtare, memor dilectionis patris ejus *g* Fredeleidi, qui Cluniacenſe monaſterium multo ſibi aſtrinxerat beneficio. Cum itaque pro eo placabiles offerrentur hoſtiæ, cum preces multiplicarentur, per Epiſcopum quemdam deliberationis ſuæ diem eſſe proximum Beatus ei Petrus indicavit, *h* obtinente Cluniacenſis Abbatis & Conventus interceſſione, ut liber à vinculis emiſſus, reciperet imperium. Nec mora idem Apoſtolus dormienti Santulo apparuit, gravia comminatur niſi fratri educto de carcere, male ablatam reſtitueret dignitatem. Expergefactus viſione Santulus, quid-

Chriſtum habere aſſeſſorem conſpicitur:

Hildephonſum Regem è carcere liberat,

f

g

h

quid Apoſtolus præceperat feſtinanter *i* implevit. Sic Hildefonſus, & ſibi pariter & regno reſtitutus, ut liberatorem ſuum videre & colloquio ejus donari mereretur, deſtinatis apicibus imploravit. Impletur votum poteſtatis, & Pirenæis montibus tranſcenſis, Dei ſervus ſolenniter & apparatu feſtivo ſuſcipitur. Exultat Rex tanti adventu hoſpitis; nihil in actu, nihil in verbo, nihil in habitu præter doctrinam morum reperiens. Qui ne interceſſoribus ſuis ingratus aliquando videretur, duplicato cenſu paterno ducentas auri *k* uncias Cluniacenſi cœnobio quotannis diſpoſuit aſſignari, diem utriuſque exitus, & de carcere ſcilicet & de corpore, celebrem habere deſiderans. Ita vir Dei cum prædicta remeans pecunia, quemdam ſecum adducebat Maurum, recens quidem baptizatum, ſed adhuc mente nigriorem quam pelle. Cui cum pro Chriſtianæ fidei ſuſceptione, majorem pius Abbas exhibens reverentiam, veſtes pretioſas prævidiſſet, ille dealbato ſimilis ſepulcro, ſacrilegas manus in perforatas Abbatis manticas injecit, extrahens inde quidquid auri repertum eſt in eis aut argenti. Quo tamen in fuga capto, atque ad Abbatem cum aſportata reducto pecunia, Dei famulo conatus non nocuit fraudulentus. Magna quidem ſunt hæc, ſed majora quæ ſequuntur.

AUCT HIL. DEBERTO EX MS.

i

k

à quo muneribus cumulatus omnium recessit;

E

10 Apud caſtrum *l* Bliterium, quidam perversæ mentis homines, reverendum Patrem illatis exacerbaverunt injuriis: quibus veniam petentibus, licet pius Abbas ad ignoſcendum pronus indulſiſſet, graviter tamen à Domino punita eſt eorum preſumptio: ſtatim namque depopulantibus flammis, caſtrum combuſtum eſt iniquorum. Quod ut divina potius ultione geſtum eſſe, & non caſu contigiſſe crederetur; quibuſdam incolis ejuſdem caſtelli, ad aliqua egreſſis negotia, atque ignaris injuriarum & incendii, duo milites dudum defuncti apparuerunt. Quos cum bene præfati cognoviſſent incolæ, ac turbati ad eorum ſtuperent occurſum: Redite, inquiunt, quantocius, combuſtum inventuri Bliterium: quo dum Beatus eſſet Hugo ingreſſus, nec ejus religioni delatum eſt, nec ordini. Stupefacti incolæ ac perterriti, magna cum feſtinatione redeuntes, rem, ſicut didicerant, invenerunt. Nemo autem putet virum Dei, tamquam pecuniæ cupidum, vel quæſiſſe vel oblatas ſuſcepiſſe divitias. Earum copia non avaritiæ ſervivit, ſed miſericordiæ; non ipſi, ſed egenis. Ille cum Propheta dicens; Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ, quidquid ei fidelium devotio contulit, totum vel ornamentis eccleſiæ, vel expenſis pauperum conſecravit. Animam ejus nec rerum extulit affluentia, nec dejecit amiſſio. In omni ſtatu terrena cæleſtibus, æternis tranſitoria poſtpoluit.

l

pauci ante à quibus injuriam paſſus;

pecuniæ prius ulibus impendit:

F

Pſ. 25, 8

11 Idem præterea non ſolum de ſalute ſolicitus virorum, mulieres etiam de naufragio hujus magni maris & ſpatioſi ad ſalutis portum educere curavit, eis viam vitæ & doctrinis inſinuans, & ſumptibus ſternens. In ſuo namque patrimonio, quod Marciniacus dicitur, quoddam monaſterium & idoneas religioni conſtruxit officinas, ubi feminæ provectiores, & maritalem faſtidientes licentiam, veteres decoquerent errores, & Chriſti complexibus aſtringi mererentur. Hunc locum perſonæ nobiles elegerunt, quæ cum nuptiis etiam delitias expertæ, tanto patientius utriſque carerent, quanto didiciſſent in eis & brevem & plenam doloris eſſe voluptatem. Has profecto ſub regulis hujuſmodi vivere conſtituit, ut earum nulla vel rei neceſſitate familiaris, vel quolibet negotio, conſpectibus virorum offerretur; ne, quibus votum indixerat continentiam, intuitus ſolicitaret ad culpam.

cœnobium Marciniacum fundat

illudque Regnaldo

AUCT. HILDEBERTO EX MS.

Procuratores earum, procuratores religioſi atque prudentes, ſub quorum cuſtodia nec poſſeſſio diſtractionem, nec honeſtas diſpendium formidabat. Nulla ibi vel rara juvencula, ne laſcivientis adhuc fervor ætatis, vel loco infamiam contraheret, vel inter Sorores ſcandalum generaret. *m* Harum eruditioni ſenem quemdam deputavit, Renchonem nomine, conſummati monachum teſtimonii, qui noverat & devotionem provocare miſericordia, & exceſſus arcere diſciplina. Præterea ne in ancillis Chriſti, vel victus vel veſtimentorum defectu, ſacrum deficeret propoſitum; uberes eis reditus providit, comparavit prædia: ſic earum neceſſitati conſulens, ne vel culpam ſuperfluitas induceret, vel egeſtas querelam extorqueret. Monaſterium quoque plurimis decorans ornamentis, præter cetera ſanctorum pignora beatæ Virginis ac Martyris Agnetis in eo brachium collocavit, argento veſtitum & auro.

m

ac SS. Reliquiis ornat,

12 Alia quoque ſub eo & per eum conſtructa ſunt monaſteria, cellæ quamplures ædificatæ *n*; veteres Abbatiæ, quas inhabitantium negligentia penitus attriverat, ad antiquam tam ordinis quam poſſeſſionum revocatæ dignitatem. In tantum enim ſub prefato Patre Cluniacenſis Religio efflorüit, ut inde Abbates deſolatis quærerentur monaſteriis, aſſumerentur pariter & exempla ſanctimoniæ, & qualitas diſciplinæ. Felix Eccleſia quæ de ſancto Conventu illo ſummum ſibi mereretur Sacerdotem. Quantæ autem diſcretionis & miſericordiæ fuerit, junioribus cœnobitis impenſa demonſtrat benignitas, quibus cum minor libra panis & potus ex conſuetudine traderetur, ipſe tamen eis parem dari conſtituit; æquum judicans, ut quos idem diei pondus affligebat & æſtus, idem quaſi jam denarius ſolveretur. Sana ſane diſpoſitio, quæ præfatam ætatem, & à murmure compeſcuit, & ad laborem ſuſceptæ roboravit obedientiæ.

n aliacœnobia exſtruit & reformat.

B

ANNOTATA.

a *Henricus III, anno 1051, 10 Novembris natus: cujus baptiſmus, in annum ſequentem dilatus, videtur peractus Sabbato ſancto, cum Paſcha 19 Aprilis agendum eſſet.*

b *Videntur indicari diſſidia, inter Andream Regem Hungariæ ejuſque fratrem Belam, poſt coronatum Salomonem puerum, ſæpe compoſita, ſæpe renovata; de quibus vide Hungaricos ſcriptores, ſub Leone IX & etiam poſtea.*

c *Stephanus Papa X, anno 1058, 28 Aprilis obiit, vulgo appellatus IX: opem ei à S. Hugone præſtitam pluribus verbis deducit auctor Anonymus in Bibliotheca col. 451, in re nihil addit.*

C

d *De Remenſi hoc Concilio & S. Remigii Tranſlatione, factis 1 & 3 Octobris anni 1049, pluribus actum 19 Apr. in Commentario prævio ad Acta S. Leonis. Ibi ſecundus inter Abbates ſedit Hugo, poſt Herimarum Abbatem S. Remigii.*

e *Eadem reſponſio notatur in Actis Concilii, hoc modo:* Diaconus Sermonis curſum ad Abbates, qui aderant, vertit; eoſque, ne forte & ipſi in ovile Dominicum non per oſtium introiſſent, confiteri admonuit. Primus S. Remigii Abbas Herimarus ſurrexit, ſeque ab hujuſmodi culpa congrua reſponſione purgavit. Deinde Dominus Hugo Cluniacenſis ſubſecutus, hanc purgationis ſuæ rationem ſubintulit, Pro adipiſcendo honore, Deo teſte, nihil dedi vel promiſi; quod quidem caro voluit, ſed mens & ratio repugnavit.

f Hildephonſus *ſeu* Alphonſus, *Hugoni in Vita* Andefonſus, *ex teſtamento patris Ferdinandi Rex Legionis, ab ambitioſo fratre* Sancio (*qui neſcio quo exemplo hic* Sanctulus *nuncupatur*) *Caſtellæ Rege, bello petitus captuſque anno* 1071, *Burgos in cuſtodiam abductus fuit.*

g Fredeleidus *& in Vita per Hugonem* Fredeldanus; *apud Petrum Venerab.* Fredelannus *alibi melius* Fredelandus *amborum pater; pro quo nomine poſtea* Fredenandus, *ac demum* Ferdinandus *invaluit: nomen Gothicum & pro diverſa ſcriptione ſignificans Pacificatorem terræ aut Manum-pacis. Pro eo autem quod hic legebatur*, in vito beneficio, *ſubſtituendum cenſuimus*, multo beneficio.

D

h *In præcitata Vita dicitur, quod* Petrus Apoſtolus cuidam Fratri in Cluniaco apparuit, & preces Hugonis pro Andephonſi erectione Dominum ſuſcepiſſe revelavit.

i *Impletum eſt ſane quod S. Hugo Alphonſo nuntiari juſſerat, de libertate & regno: ſed non uno eodemque tempore: imo Sanctius ad oblatam ſibi viſionem aliud non fecit, quam quod è carcere eductum fratrem, ad S. Facundi monaſterium dimiſerit, ut inter monachos viveret: ſed hic inde elapſus, Toletum ad Mauros profugit, nec niſi occiſo fratre anno* 1073, *in regnum rediit; ita Sanctius neglecti mandati forſitan pœnas dedit.*

k *Auctor eſt Venerabilis Petrus, quod Alfonſus conſueverit præter* 200 *auri uncias* 40 *pendere, & duo monaſteria Cluniacenſibus fundavit.*

l Bliterium caſtrum, *in aliis Vitis* Briderium *dicitur.*

m *Extat in Bibliotheca Cluniacenſi, col. 493 & ſeqq. ſcriptum quoddam S. Hugonis, in vitæ finem vergentis, ad ſucceſſores ſuos deprecatorium ſeu comminatorium, ſub anathemate ſic præcipientis:* Locus ea ſemper permaneat conditione, qua nos eum inchoavimus & tenuimus: ut in ipſo numquam ad habitum ſanctitatis, puerilis ætas recipiatur; nec alia quam in qua poſſit probari ſpiritus ſi ex Deo ſit, & ſi non ultra, tamen omnino vel uſque ad xx annum jam pervenerit. Quod ſi qua eſt ætatis laſcivioris, & hoc ad certum fuerit compertum, ne huic feminarum collegio debeat coadunari. *Et rurſum in Deprecatione, quæ ſequitur col. 495, ſeu verius teſtamento; in quo, poſt petitam indulgentiam de munere negligenter geſto, quædam poſt mortem ſuam Fratribus annuatim prabenda ordinat, demum ſe ad ſucceſſurũ ſibi Abbatem convertit, eique inprimis locum hunc commendat, tamquam eatenus unicum; deinde vero ceteros Fratres. Varia chartarum inſignium fragmenta, hoc Marciniacenſe cœnobium ſpectantia, profert Quercetanus in Notis ad hunc locum: ubi etiam docet, Priori duos Procuratores, &* 10 *Religioſos fuiſſe adjunctos, ad monaſterii regimen, ex inſtitutione S. Hugonis.*

E

n *In eadem deprecatione ſic loquitur:* Sicut in præſentiarum videtis, Deus, non noſtris meritis, ſed ſua immenſa clementia, iſtum ſatis circumquaque ampliavit locum, & tam Fratribus quam poſſeſſionibus ditavit: nec ſolum in hac noſtra regione, verum etjam in Italia, Lotharingia, Anglia, Normandia, Francia, Aquitania, Guaſconia, Provincia, atque Hiſpania ipſum dilatavit. *Et in Privilegio Paſchalis* 11, *ipſo quo Sanctus obiit anno* 16 *Octobris, ad Pontium dato, numerantur Prioratus* 75, qui ſub Abbatis Hugonis diſpoſitione manſerunt, *quorum plures in Abbatias excreverunt, præter Abbatias* 12 *jam tunc conſtitutas, ut merito ipſe Hugo, inter quinque primos Cluniaci Abbates, dicatur:*

F

Ordine poſterior, utilitate prior.

CAPUT III.

Arcana ab eo animorum inſpecta & futura prædicta.

Cognita tentatione novitium confirmat:

13 AD declarandum autem, quam gratum Deo in omnibus exhibebat obſequium, B. Hugoni cum ſpirituum diſcretione, data eſſe dicitur gratia prophetiæ. In his enim qui monaſticum profitebantur aſcenſum, quo quiſque animo ad eum accederet, libera mente diſcernebat: intuebatur quis in

ſagena

A ſigena B. Benedicti bonus piſcis futurus eſſet, quis angelum lucis, quis angelum gereret tenebrarum. Quam profecto gratiam, ne potius ei conferre, quam à Deo collectam referre videamur, ejus teſtimonio ſuppoſita ſerviunt & ſuffragantur exempla. Dominus quidam, nomine Maingodus, dilatione ſuſceptionis, quam providus pater probandi gratia aliquandiu ſuſpenderat, vulneratum gerens animum, egredi ac fugere conſtituit. Quo ſpiritu revelante comperto, piiſſimus Abbas præſcriptum Fratrem verbis durioribus increpavit, ei pariter & vulnera mentis indicans, & vulneribus paternæ conſolationis adhibens medicinam. Sic ille reverſus ad ſe, ſuſceptionem, quam dilatam doluit, patienter expectavit.

cognita tentatione novitii confirmat:

mortem Regis Angliæ prædicit.

14 Mortem quoque Guillelmi junioris, qui magno ac triumphatori Anglorum Guillelmi patri ſuo ſucceſſerat, evidenti vaticinio indicavit. Erat ille Dei ſervus Marciniaci, ſimulque cum eo vir glorioſæ opinionis *a* Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus Anglorum, magna duo luminaria, quorū devotio vicariis exhortationibus & exemplis in amorē proficiebat præmiorum. Erant ibi & alii tres monachi, Balduinus ſcilicet & Edmerus atque Euſtachius, omnes filii lucis, & incedentes in mandatis & in juſtificationibus Domini ſine querela. Ad quos B. Hugo converſus, Ex abundanti, inquit, eſt, Archiepiſcopo divina referare judicia, quibus Judex juſtus deponit potentes de ſede & exaltat humiles. Vobis autem dicimus, in Regem Anglorum nocte tranſacta datam eſſe proſcriptionis ſententiam, eumque brevi regnaturum. *b* Pauci dies fluxerant, & ecce beati viri vaticinium, qui promiſſus fuerat, ſecutus eſt eventus. Præſcriptus ſiquidem Rex, dum venationis inſiſteret ſtudio, ſagitta cujuſdam militis in cor percuſſus eſt, ſtatimque morte præventus ſubita, expiravit. Sic igitur vita Regis terminata, & Abbati prophetiæ gratiam ineſſe claruit, & Cantuarienſi Archiepiſcopo, qui perſequenti ſe Regi ceſſerat, redeundi facultas ad Sedem acceſſit.

a

B

b

Corpus S. Amandi,

15 Item Dei ſervus, dum eſſet in Aquitania, ad eccleſiam B. Viviani, ſanctorum locorum ſolicitus viſitator, acceſſit. Ubi cum præfati Confeſſoris diligenter actus & vitam legeret, cujuſdam boni viri nomine Amandi *c* factam in ea reperit mentionem, de quo ipſe plenius edoceri deſiderans, opinionem ejus & patriam, propoſitum & finem atque ſepulturam à Clericis præſens inquirit. Reſpondetur ſciſcitanti B. Amandum Martyrum fuiſſe S. Viviani, meritis inſignem, doctrina conſpicuum, exemplis clarum. Corpus ejus, prout fama ferebatur, in Galliis habere ſepulturam. Sequenti autem die, Decanus Canonicorum in eodem loco xenodochium conſtructurus, à B. Hugone ſuſcepti operis poſtulat fundamentum deſignari. At ille Spiritu ſancto edoctus. Hic, ait, fundamenta jacite, & minime pœnitebit. Ad ejus itaque ſuggeſtionem pueri altius fodientes, mauſolæum prædicandæ pulchritudinis inveniunt, B. Amandi nomine inſignitum: quo reperto, Clerus exultat, populus glorificant Deum, qui mirabilis eſt in Sanctis ſuis, nil jam de merito dubitantes Abbatis, quod in inventione claruerat Confeſſoris.

c

C

& latentem cujuſdam nequitiam detegit:

16 Stupendis ſtupenda ſuccedunt. Conſolationis gratia pius Pater loca viſitare conſueverat, quæ monaſterium Cluniacenſe contingunt. Ingreſſus itaque *d* Cellam B. Mariæ quæ dicitur de Caritate, dum congregatos ibi Fratres ſuſciperet oſculo, cujuſdam eorum & occurſum abhorruit, & oſculum declinavit. Nimirum ſpiritu docente didicerat, os hominis plenum blaſphemiæ & ſpurcitiarum, nec idoneum quod pacis oſculo ſervus Dei dignaretur. Mirantibus his qui aderant & rei novitate ſuſpenſis, quam miſer ille duxiſſet vitam, quid gereret devotionis, familiari colloquio, idem Abbas inquirit. Reſpondentem ſe mechanicum *e* eſſe, & nicromantiæ præſtigiis inquinatum, de ovili paſtor abegit, utpote nulla in verbis, nulla in habitu converſionis indicia nuntiantem. Sic in una eademque re, & lupi fraus & paſtoris providentia innotuit.

d

AUCT. HIZ DEBERTO EX MS.

e

17 Suſceptus idem Dei famulus in monaſterio *f* Angeriacenſi, ſepultis pauliſper ſenſibus carnis, puriore mentis intuitu, vidit quoddam fulgur de ſublimi veniens, monaſterii Cluniacenſis auditorium irrumpere, magnamque ſecum trahere ruinam. Qua ex viſione vir Dei collegit, commiſſam apud Cluniacum offenſam, quæ niſi celeberrima correctione purgaretur, ſuperni Judicis indignationem in eumdem provocaret locum. Nec mora, Cluniacum regreditur, inſtantibus negotiis, quæ agenda ſuſceperat lucrum præferens animarum. *g* Dehinc ingreſſus Capitulum, eodem ſpiritu, quo jam reatum cognoverat, rei quoque perſonam cognovit. Quem ex nomine conveniens, Erubeſce, inquit, Petre, & age pœnitentiam dum licet, ne tunc incipias pœnitere, cum pœnitentia nulli prorſus eſt fructuoſa: totum te Priori pande, redoperi vulnus mentis, ut pro qualitate vulneris curam ſentias medicantis. Infelix, excute jugum diaboli, & amplectere jugum Chriſti, quoniam jugum ejus ſuave eſt, & onus ejus leve. Quod quia ſæpius jam commonitus, detrectare tamen non deſinis, reatum quem comitatur pertinacia, diſtrictior puniat diſciplina, tuis enim parcere delictis, ad periculum militat aliorum. His verbis verberibus adjectis, Frater contumax & ſibi redditus eſt & ordini, bonumque obedientiæ, quod exhortatio non contulit, cenſura provocavit.

f

abſens occultum alicujus peccatum perſpicit,

g

E

quem ad pœnitentiam ſerio hortatur:

18 Alio quoque tempore, ſimilis ei viſio apparuit. Dormientem quippe quædam perſona conveniens, oportere dicit eum Cabilonem uſque fatigari, commiſſum eſſe in cœnobio S. Marcelli, *h* quod eatenus obductum ſilentio, monaſtica ſuccidendum eſſet diſciplina. Excitatus his Dei ſervus, iter arripit: & ingreſſus monaſterium, quemadmodum per viſionem didicerat, rem ſic habere cognovit. Adhibita itaque vulneri medicina, inveteratam atque difficilem ſanari propulſat corruptelam. Quadam autem nocte, dum fatigatis artubus modico ſopore vir Dei conſuleret, videre viſus eſt decubantium ſub capite ſuo ſerpentium multitudinem, ceteraque diverſi generis reptilia, quibus ille perturbatus, ſomnum continuare non poterat. Dehinc amoto pulvinari, librum Maronis reperit, eoque projecto, ſomnum duxit tranquillum. Apta rei viſio, cum nihil aliud quam quædam venena ſint fabulæ Poëtarum *i*.

idem alibi facit:

h

latentem ſub ſe Virgilii librum monetur removere,

F

i

19 Operæ pretium eſt ea relatis apponere, quæ & auditu didicimus & viſu. Anteceſſor noſter Hoellus *k* prædicandæ Præſul memoriæ Romam proficiſcens, gratia videndi ſanctum Dei, Cluniacum divertit. Qui poſtquam loquendi cum eo ſortitus eſt facultatem, cum quodam ſuo Archidiacono ad eum in parvam deductus eſt cameram, ſacris dicatam colloquiis, & celebrem potius cultore quam cultu. Cum autem conveniſſent filii adoptionis, & invicem beneficia ſuarum ſibi communicarent orationum, B. Hugo frequentius præfatum intuitus Archidiaconem: Tantum, inquit, ne deſis gratiæ Dei, quoniam proviſum eſt, te in eo, in quo nunc adminiſtras, ordine, nullatenus remanſurum. Parum temporis fluxerat, & eventus eſt vaticinium ſubſequutus. Archidiaconus *l* etenim ſequenti anno Pontificalem ſortitus eſt dignitatem. Nos hoc audivimus, nos præſentes vidimus, nos beati illius hominis orationum participes in eo facti ſumus colloquio. Nos quidem fama revelante, nonnulla de ejus ſanctitate didicera-

Epiſcopatū cuidam,

k

l

mus, nonnulla de manſuetudine, nonnulla etiam de

his

AUCT. HILDEBERTO EX MS.

his quibus & vitio judicium, & virtuti prærogatur incrementum: invenimus autem ampliora, ex gregis converſatione, Paſtoris vigilantiam perpendentes.

& alteri pœnã prædicit ob nimius jocos poſt mortem incurrendam, m

20 Superſunt autem & alia, quibus patenter indicatur, illum juris patronum, inter inſignia ſanctimoniæ, gratiâ claruiſſe prophetiæ. Quidam namque monachus, nomine Durannus, moventia riſum verba proferre conſueverat, indocilis præjudicialẽ deponere levitatem. Idem tamen in ceteris, adverſus quæ non eſt lex, ita ſibi conſuluerat, ut prius in *m* Abbatem, dehinc in Epiſcopum, vita provehi mereretur & doctrina. Qui cum Abbatem minus audiret increpantem, Frater, inquit ei Abbas, niſi dignam egeris pœnitentiam, poſt tranſitum ſpumantibus labiis ad ſuperos redjens apparebis. Factum eſt autem, ut nec ab otioſis verbis ille deſiſteret, nec Abbatis vaticinio promiſſus deeſſet effectus. Præfatus namque Durannus, naturæ debitum ſolvens, in promiſſo ſibi habitu cuidam Siguino, Sacerdoti ſcilicet religioſo apparuit, miſerabiliter juvamen ejus poſtulans, cui vivens obedire contempſerat. Quod cum pius Pater Siguino referente didiciſſet, electis ſeptem Fratribus, ſilentium una indixit ſeptimana, quatenus oris exceſſus, oris obedientia purgaretur. Obedientibus aliis, unus eorum præcepti violator ſilentium interrupit. Rurſus Pontifex, eumdem quem prius habitum gerens, Sacerdoti præſcripto apparuit, inobedientiam Fratris accuſans, qui dum fregit mandatum, ſuffragia excluſit aliorum. Quo audito clementiſſimus Pater, iterato ſeptem dierum ſilentio defectum violatæ ſupplevit obedientiæ. Unde factum eſt, ut oſtenſus tertio Præſul, ſed jam nihil ſordidum gerens, Abbati gratias ageret, ejus interventu abſterſum oris opprobrium, ſententiam judicis immutatam. Hoc relatum, & Patris meritum declaravit, & apud Fratres reverentiam ſuſceptæ juvit obedientiæ. Collata ſic viro Dei ſpirituum diſcretio efficaci eum magiſterio docuit, quid correctione proficeret, quid tolerandum eſſet miſericordia, quid cenſura puniendum.

B *qua, indicto ſuo ſilentio, eum liberat.*

ANNOTATA.

a *Fuerat* S. Anſelmus *in exilium ejectus anno* 1096; *anno autem* 1100 *occiſus eſt Guilielmus, 2 Auguſti.*

b *Dedimus* 21 *Aprilis S. Anſelmi vitam, per Eadmerum, hic nominatum, ſcriptam; ubi lib.* 2 *num.* 55 *dicit S. Hugo,* Regem ante thronum Dei accuſatum, judicatum, ſententiamque damnationis in eum promulgatam: *deinde ex num. ſeq. apparet, tertio poſt die, extinctum fuiſſe* Regem.

C

c S. Vivianus, *Xantonenſis Epiſcopus, colitur* 18 *Auguſti; in cujus Vita nulla mentio* S. Amandi: *ſed* Ambroſium, *cui ſucceſſit, magiſtrum habuiſſe dicitur: de illo igitur (cum oporteat ita ſolenniter elevatum habere proprium diem cultus, etſi eum Sauſſayus in Martyrologio Gallicano notare prætermiſerit) optamus plenius edoceri.*

d S. Mariæ de Caritate, *in agro Nivernenſi, Prioratus à S. Hugone per Gerardum monachum fundatus, ad Ligerim, vulgo* Charité.

e Mechanicus *pro laico hic accipitur: alias accipi ſolet pro* illitterato: *quod autem ad Vitam per Hugonem num.* 6 *additur in margine, quaſi* Manichæum *deberet legi, ineptum eſt gloſſema.*

f Angeliacenſe, Angeriacenſe, *& in vita S. Genulfi etiam* Ingeriacenſe monaſterium, *apud Hugonem,* S. Joannis de Angeliaco *vulgo* S. Jean d'Angely, *in pago Xantonico ad Vultonam fluvium Abbatia eſt, conſtructa à Pipino Aquitaniæ Rege, Ludovici Pii Imp. filio. Plura de hoc cœnobio, nominatim illuſtria diplomata duo, vide in Notis Quercetani ad Bibliothecam.*

g *Idem Hugo num.* 15 *hæc narrans,* Cluniacum, *inquit,* feſtinus rediit, vocavit Priores & ordinis cuſtodes; de negligentiis Fratrum inquirit, ſed nihil ejuſmodi per eos invenire potuit. His ita dimiſſis, ad Dominum ſolito recurrit: ſolvit vota precum: Capitulum intrat: Fratres circumſpicit. Res mira! Spiritu revelante occultum inter alios reum deprehendit, arguit, convincit. Reus ille Petrus erat, qui de Terdiniaco venerat. Confitentem Judex pius digne flagellat, miſericorditer ſanat. His viſis ſeipſos circumſpiciebant ſinguli, ne aliquid in eis indebitum ſpiritualis oculus cognoſceret Patris. D

h *Cabilonenſe* S. Marcelli monaſterium, *fundatum à S. Guntramno Rege, de quo late ad ejus Vitam* 28 *Martii,* § 2.

i *Si hoc de Poëtarum gentilium caſtiſſimo Virgilio (quem Virgineum appellant nonnulli, ſicut luſcus inter cæcos rex dici poſſet) quid de laſcivioribus aliis dicemus?*

k Hoellus *Epiſc. Cenomanenſis ab anno* 1085, *hic autem congreſſus contigit anno* 1094.

l *Non eſt quem ſignare poſſit commodior conjectura quam* Gaufridus de Meduana, *illuſtri apud Cenomannos genere natus, electus an.* 1094 *Andegavenſis Epiſcopus, conſecratus an.* 1096.

m Durannus, *primum Abbas Moyſſiacenſis in Cadurcis, dein circa an.* 1060 *factus Epiſcopus Toloſanus, obiit circa an.* 1070, *& imago cum titulo ſanctitatis habetur in clauſtro Moyſſiacenſi, ut aſſerunt Sammarthani.* E

CAPUT IV.

Varii morbi ab eo curati.

Varios guſtatis menſa ſua reliquiis ſanitate donat,

21 NEmo autem putet Abbatẽm propheticis tantum claruiſſe vaticiniis, cui cum diſcretione ſpirituum, collata eſt etiam gratia ſanitatum. Conſtat enim nonnullos, variis oppreſſos languoribus, ſumptis ex ejus menſa convaluiſſe reliquiis. Acardus quidam, vi febrium laborans, reſtitutam ſibi ſanitatem præfatæ debuit medicinæ. Tres præterea Fratres, eodem decumbentes incommodo, beati viri meritum in antiquam reformavit ſoſpitatem: eorum duobus quidem deſtinata eulogiarum gratia, ſalutis integritatem reſignavit; tertius autem, cum *a* Borboni per ſex menſes quartana ſuſtinuiſſet incendia, à ſancto Patre, qui illuc ex tempore acceſſerat, ſacris jubetur intereſſe myſteriis. Adeſt febricitans, & ex Abbatis juſſu epoto poſt Miſſam vino, in quo lota fuerant Sanctorum pignora, febris incendium abſceſſit. O prædicanda Patris humilitas, qui quod ejus poſſet adſcribi meritis, maluit Sanctorum pignoribus aſſignari! Jarento quoque, felicis monachus teſtimonii, poſt diuturnas febrium convaluit injurias, hauſto vino, quo ſacri ejus digiti perfuſi fuerant, poſt oblatum Deo Sacramentum. *a* F

militem à conſuetudine prædandi & febri,

22 Beatus quoque medicus, qui cum ſalute corporum, de ſalute ſatagebat animarum: beata, inquam, anima, cujus & meritis acquirebatur temporale remedium, & exhortatione ſempiternum. Eidem namque Criſpeium *b* proficiſcenti, febricitans miles *c* occurrit, ſanctiſſimo ejus adjuvari deprecans interventu. Dehinc oneroſius inſtanti: Abſtine, inquit Abbas, abſtine frater à rapinis, amiſſam ſic adepturus ſanitatem. Rapinas miles abdicat, eodemque momento ad preces Abbatis, & votum factum eſt, & extinctum febris incendium. Nemo autem miretur Abbatis merito collatam corporibus ſalutem, cui etiam id gratiæ acceſſit, ut exutæ de ergaſtulo carnis animæ, ipſius interventu judicem placatum invenirent. Fratrum quidam ſoluto naturæ debito, nec adhuc tamen humatus, perſonis duabus, quæ ſibi nomen religione comparaverant, apparuit dicens, duos ſolidos præter licentiam ſacriſtæ, ſub quo ipſe militabat, ſe ſuſtuliſſe, ac proprio expendiſſe arbitrio. Hoc *b* *c*

exceſſu

A exceſſu dilatam ſibi requiem, quæ tamen poſſet Abbatis interceſſione prærogari. Mane autem facto, cum alter id de altero ignoraret, eodem tamen ordine, ſub ſancti viri præſentia, præfatam in Capitulo retulere viſionem. Diſcuſſa itaque diligenter tranſgreſſio, & venialis inventa, ſuffragiis orationum quas devotius fieri clementiſſimus Pater indixit, & propenſiori eleemoſynarum largitione, ſolvi promeruit.

alium à paralyſi liberat:

23 In civitate Pariſiorum vir erat illuſtris Robertus nomine, profeſſione miles, ita paralyſi torpens, ut in eodem homine partem vivere, partem diceres jam ſepultam. Diuturna hæc & letalis pernicies dudum ſpem ſalutis abſtulerat decumbenti. Contigit autem eodem tempore ſervum Dei Pariſios ingredi, atque ad eccleſiam aſcendere, quæ beatiſſimæ Genovefæ Virginis & nomine celebris eſt & corpore. Quo audito, præſcriptus æger illuc alieno defertur auxilio, genibus Abbatis advoluitur, ſuſpiriis interpellat & lacrymis, ut ejus apud Deum mereretur interventum. Movetur Pater anxietate ſupplicantis, & inter ſacra Miſſarum ſolennia, flagitatum paralytico procurat ſubventum. Nil tamen de ſuis præſumens meritis, totus ad Apoſtolorum Principem convertitur, cujus & umbra ſalus infirmis, & oratione

B vita eſt defunctis reſtituta. Sumptam ergo ipſius pla-

d netam *d*, quæ veterum relatione in præfata creditur eſſe eccleſia, ſuper proſtratum elevat ægrum, illud clamans, Petrus Apoſtolus dixit paralytico, Sanet te Dominus Jeſus Chriſtus. Ad hæc verba confeſtim Robertus ita convaluit, ac ſi ipſe Petrus preces pro eo declamaſſet. Regreditur incolumis qui ſemivivus acceſſerat, his qui aderant atteſtantibus, beneplacitam eſſe Deo vitam, cujus apud Deum tam efficacem viderant eſſe poſtulationem *e*.

e

leproſum ſanat:

24 Fortaſſis hæc Apoſtolicis aſcriberentur meritis, & cujus umbra male habentibus reſtitutam conſtat eſſe ſanitatem, ejus utique veſtimento Robertus convaluiſſe aſſereretur. Ceterum non minora meritis acta leguntur Hugonis, quibus Hugoni nullo fidei periculo præſtitum poſſit aſſignari beneficium. Idem namque dum in Vaſconia, ſicut de Cluniacenſi Cœnobio, ſubditas viſitaret cellulas, haud procul ab itinere parvum conſpexit tugurium, cujus inhabitator egenus erat & leproſus. Hic ex divite pauper, abjectus ex ſplendido, leproſus ex incolumi, vitam morte graviorem ducebat. Lætatur Dei ſervus adeptum ſe tempus opportunum, quo Chriſtum in paupere viſitaret. Præeuntibus itaque ceteris, ipſe uno tantum comite monacho tegetem ingreC ditur, conſolationi totus inſiſtit, laceram demulcet cutem, ingeminat felicem infelicitate ſua, cui eſſet datum flagellis corporalibus & paupertatis igne purgari. Denique dum diſceſſurus homo Dei, quid erogaret pauperi non haberet, agninam, qua indutus erat, exuit veſtem, veſtit pauperem. Veſtimentum gratia comitatur inſperata: ex quo enim pauper eo indutus eſt, cutis deformitas abſceſſit; & abſterſo lepræ contagio, membris omnibus incolumitas eſt & ſpecies reſtituta. Egreditur Chriſti famulus relicta pauperi benedictione, quæ & amplius ſpe ſuſcipienti profuit, & amplius voto dantis meritū patefecit. Leguntur & alii, tam ex veſte quam ex lympha quæ ex ejus ſtillaverat manibus, expetitam ſuſcepiſſe ſalutem.

uſum vocis cuidam reſtituit:

25 Wigo, monachus, vir venerandæ opinionis & utile vas in domo Domini, vocis uſum amiſerat, admodum triſtis, eo quod imminenti Natalitio perſolvere non poſſet debitum cantandi obſequium. Qui dum juxta ſuppedaneum Abbatis quieſceret, & vocis reformationem ex ſacris ejus ſperaret meritis; corrigiam pilei ejus, latenter aſſumpti, collo circumdedit; ſtatimque ſoluto, quod arteriis obſtabat incommodo, priſcæ modulationis uſus eſt ei in inte-

grum reformatus. Articulum pedis cujuſdam Theoderici, magnæ quidem militis potentiæ, ſed majoris apud Deum devotionis, cancer (infirmitas letalis) exederat; quod quia ſtudium vicerat medicinæ, auferebat & ſpem vitæ. Abbatis tamen meritis, hoc ordine extinctum eſt horrendæ peſtis incendium. Abbas Miſſam cantaverat, & aquam ex ejus ſtillatam manibus infirmo, præſenti atque poſtulanti eam, ſervientes, Abbate detulerant ignorante. Qua exeſis partibus infuſa, ſuus articulo redditus eſt ſtatus, ſuppletum depaſtæ carnis diſpendium, & agente lympha vices medicinæ, Abbas neſciens reſtituit ſanitatem. Quippe durum erat & intolerabile homini Dei, ex his quæ circa ipſum erant aut ex ejus remanebant menſa, contemplatione ſalutis acquirendæ aliquid abſportari. Homo veræ virtutis, ad virtutum derivabat excidium, linguas affectare alienas: laudis enim nulla omnino cupiditas, niſi cujus & materia eſt in animo, & teſtis in cœlo. Quam cum ſibi pariter opera compararent & verba, aliam tamen ſuſpiranti mercedem, nulla ex præconio miraculorum ſubrepſit elatio. Aliis quoque neſciens Dei ſervus profuit, quos etſi non omnes, aliquos tamen eorum, paginæ duximus imprimendos.

AUCT. HIL. DE BERTO. EX MS.

cancrum,

26 Erat in quadam obedientia Monachus, nomine Guillelmus, qui diuturna cruris infirmitate decumbens, injuncta ſibi exequi non poterat officia. Hoc enim in tantum tumorem exceſſerat, ut amiſſa naturali forma, globus quidam videretur. Cum autem morbus excreſcens, nihil aliud quam mortem loqueretur; ille totus ad Abbatis meritum, ſpe converſus & fide; manibus admotis tumenti cruri, Præcipio, inquit, tibi, paſſio, in nomine Jeſu Chriſti, & ex parte Patris cujus præceptis huc veni, ut recedens permittas injunctam mihi explere obedientiā. Sequenti nocte, dormienti, duo in albis apparuere monachi, qui dicerent ſe à B. Hugone directos: dehinc unus quidem cruri manus appoſuit, infudit oleū; alter vero leniori, & velut ſuſpenſo contactu, partes infirmas perungere viſus eſt. Quo peracto, cum recedentibus monachis ipſa receſſit infirmitas, & incolumitatem, quam medicina non potuit, gratia reduxit. Evigilans monachus cum ſentiret extirminatas infirmitatis anguſtias, beato Patri ſuo reſtitutam adſcripſit ſanitatem.

E

& tumorem cruris adimit:

facilem partum largitur:

27 Ex difficultate partus, quædam mulier, amiſſo linguæ pariter & manus officio, ceterarum quoque partium detrimenta formidabat. Hujuſmodi anguſtia decumbenti, ſuggeſtum in ſomnis eſt, oportere eam Laiſiacum *f* proficiſci, ubi meritis B. Hugonis, utroque levaretur incommodo. Paruit mulier, eoque delata, dum præſcriptus Pater in Oratorio S. *g* Sulpicii ipsâ præſente divina celebraret myſteria, meritis ejus utriuſque morbi plenum meruit obtinere remedium. Credatur in ſedandis humanorum corporum paſſionibus, filio adoptionis collatam deſuper fuiſſe gratiam, quæ illi etiam in perturbato aëre perhibetur extitiſſe. Ludovicus enim Comes, & Sophia uxor ſua, prædicandæ ſcilicet vir & mulier devotionis, eum apud Aldechiarcum *h* hoſpitio ſuſceperant. Deinde poſita in viridario menſa, commotus aër tempeſtatis ſigna præmiſit. Turbati diſcurſant miniſtri, quid fieret ex appoſitis jam dapibus ignorantes. Ceterum Dei famulus elevans manum, Crucis ſignum oppoſuit, & imminentem ſic abegit tempeſtatem. Quæ ne caſu potius quam meritis Abbatis abſceſſiſſe videretur, circumquaque pluviis deſævientibus & tonitruis, locus ille tempeſtatis expers, & ſerenus remanſiſſe perhibetur. Paredi[illegible], puerum quemdam, monaſticæ conſecratum militiæ, decidens ex culmine Campanarii tabula proſtravit. Eo tempore beatus Abbas fratres viſitaturus Paredū acceſſerat. Puer, in quo conſultæ pollicibus venæ proximū nuntiabant interitum, ſemivivus

tempeſtatem ſedat:

f

g

h

contritum ſanat:

AUCT. HILDEBERTO EX MS. ad eum defertur : fratres velut extinctum deflent puerum, qui vix in caſtris ſpiritualis militiæ vivere inchoaſſet. Denique pius Abbas mente compunctus, contritum contrectat puerum, pro exequiis obſequiis inſiſtit, & ad oſtium divinæ pietatis Chriſti procurrit Chriſti veteranus, tanta precum inſtantia, ut & puero ſalus, & puer conventui redderetur.

à variis cupide conveniitur :

28 Invitati complures hujuſmodi miraculorum præconiis, eum videre præoptabant, ei adhærere, & ſanctiſſimis ejus erudiri documentis. Quippe tota ejus vita, ſacris par inſtitutis, tota ejus converſatio beate vivendi magiſterium fuit. Nulla vel pauca fuere monaſteria, quæ non profecerint ejus circumſpectis inſtitutionibus aut exemplis. Convenientes autem ad ſe monachos vel Abbates, quam paterno complecteretur affectu, quam ſufficienter quærentibus reſponderet, quam pie aperiret pulſantibus, difficile eſt explicare. Inter quos Sueſſionenſis *k* Abbas ad primatem monaſticæ perfectionis accedens, Presbyterum quemdam Petrum nomine, itineris comitem habuit, dudum B. Hugonis familiaritatem aſſecutum. Qua ex familiaritate ſecurius eum Presbyter allocutus : Scimus, inquit, te, ſanctiſſime Pater, curam gerere miſerorum, & juxta vocem Apoſtoli, cum
2 Cor. 11, 29 infirmantibus infirmari. Unde & pro quodam fratre meo ad oſtium tuæ pulſans miſericordiæ, ſacris orationibus tuis miſero ſubveniri deploro, quem putridum vulnus, & latius incolumes occupans partes, in deſperationis, diſcrimen adduxit. Tandem pius Pater miſerabilibus cædens obſecrationibus, panem qui de menſa ipſius ſuperfuerat, afferri præcepit ; allatum benedixit, dedit benedictum Sacerdoti : dedit ei & partem baculi, quem manu geſtare, quo ſuſtentari conſueverat. Quibus ille acceptis, in ſpe ſimul & fide regreditur, quantum prius de fraterna turbatus anguſtia, tantum poſtea de ſalute gaviſurus. Ex quo enim ſuperpoſitum eſt ulceri lignum, & panem benedictionis infirmus comedit ; ita exploſum eſt putridæ carnis incommodum, ut nullus dolor, nulla illic infirmitatis indicia remanerent.

vulnus ſanat.

ANNOTATA.

a Borbonium *ſub variis cognomentis triplex eſt, unum Cluniaco vicinius ad Ligerim ſitum*, Bourbon lancy *vulgo nuncupatur.*

b Criſpeium, *Valeſii oppidum, in quo Prioratus, S. Arnulphi dictus.*

c Rotbertum *vocat Hugo num.* 8.

d *Addit Hugo*, Antiochia allatam credi ; *occaſionemque miraculi fuiſſe aſſerit, quod S. Hugo poſt Miſſam manu capiens ipſam Planetam dixiſſet,* Utinam adeſſet æger, in quo virtutis Apoſtolicæ caperemus experimentum : *quo audito Rotbertus illuc ſe deferri fecerit.*

e *Addit idem*, Res iſta notiſſima eſt : fere tota civitas illa teſtis eſt.

f Laiſiacum, *an oppidum in Cenomannis, vulgo* Laſſay?

g S. Sulpicii, *non* Suplicii, *(uti perperam excuſum) plures ſunt tota Gallia eccleſiæ : egimus de eo* 17 *Ianuarii.*

h Aldechiarcum, *Hugoni in Vita*, antiqua Chirica, locus non procul à Baſilea ſitus : *eſt ergo* Altenkirch, *quinque milliaribus diſtans, ad Illam fluvium* : kirch *autem Germanis eccleſiam ſignificat, à voce Græca* Κυριακὸν, Dominicum, *ut volunt plerique, quos ad judicium vocare non vacat.*

i Paredum *Prioratus in Auguſtodunenſi diœceſi, anno* 999 *annexus Cluniacenſi cœnobio ab Hugone Epiſcopo, eo de quo actum ſupra.*

k *Ecgraphum noſtrum* Suecionenſis, *melius utique quam* Uccionenſis, *uti impreſſum in Bibliotheca : quos autem Sueſſionenſis S. Criſpini Abbatia, ante reſtaurationem anni* 1157, *Abbates habuerit, ignoratur. Celebrior ibidem eſt alia S. Medardi, ſed extra muros, quæ non ſolet nomine* Sueſſionenſis *venire.*

CAPUT V.

Tutela Angelorum quædam ab eo mala depulſa ; malevoli divinitus puniti : liberalitas ejus compenſata.

Angelum ſuum cuſtodem videt,

29 QUadam præterea die, dum pauliſper Abbas obdormiret, ex urgente cauſa, duo eum monachi excitaverunt. Abbas interrogans, Ut quid huc, ait, iſtum adduxiſtis puerum ? Reſponderunt monachi ſe neminem adduxiſſe. Subdidit Abbas, dicens : Numquid non videtis illum elegantis formæ puerũ ? Rurſus cum monachi mirarentur, atteſtantes ſe neminem prorſus videre ; animadvertens Abbas oſtenſum ſibi divinum aliquid, ſermonem tranſtulit ad alia, nullam ulterius faciens de puero mentionem. Credo ei apparuiſſe cuſtodem corporis ſui Angelum Dei, cujus excubiis, & aëriarum tentamenta poteſtatum, & imminentia corporis pericula declinabat. Unde cum apud *a* Berziacum ſe ſopori dediſſet, Angelica protectus cuſtodia, multiplex mortis diſcrimen evaſit. Repente namque turbato aëre conſurgentes venti, velut conflictum quemdam inire cœperunt ; frequentior deſævire coruſcatio, lapidibus & grandine concuti domus, volare fulmina, quibus nec dormitorium patris, adhærens eccleſiæ, intactum remanſit : illud enim vis irrumpens fulminis, tam vaganti diſcurſu præfatum perſcrutata eſt domicilium, ut par miraculum dicam, tres in fornace pueros, & inter flammas ſævientes Sanctum Dei conſervatum. Augebant diſcrimen cæmenta ſimul & lapides undique corruentes, quos fulminis ictu rupta maceria circa dormientem diffundebat Abbatem. Diſcurrebant famuli, monachi querebantur, vel obrutum ruina & lapidibus, vel igne conſumptum Abbatem opinantes. Ille autem divinis protectus excubiis, nec ſtrepitu ſoporem, nec populantibus flammis ſoſpitatem amiſit. Ita Dei ſervus, horrendo circumſeptus incendio, virtute promeruit liberari, & illæſus exivit.

à aliorumque Angelorum tutela ictûs fulminis,

& mortem,

30 Legitur idem Pater in aliis etiam conſervatus periculis, ejuſque ſacer tranſitus, qui graviſſima infirmitate videbatur imminere, Conventus interceſſione, & ſumptuoſis eleemoſynarum expenſis, in ſanctam dilatus ſenectutem. Quodam namque tempore, B. Hugo, tanta corporis afflictus moleſtia, ut imminens incommodum vitæ deſperatio ſequeretur ; de medio montis, qui Cluniaco adjacet, quaſi Fratribus ultimam daturus benedictionem, ad Capitulum delatus eſt. Flet Conventus, & eget ſolatio, quiſquis alium nititur conſolari. Acclamant filii Patrem, Magiſtrum diſcipuli circumeunt ; retractat grex indefeſſas Paſtoris excubias ; & quæ lacrymas provocent, undique pietatis ejus inſignia prædicantur. Dehinc ipſo innuente, ſanctorum imaginibus præſentatur Apoſtolorum, ſperans eorum meritis imploratam ſe adipiſci ſanitatem. Quæ confeſtim impetrata, pupillis tutorem reſtituit, filiis patrem, pauperibus proviſorem. Nec minus ſtylo commendandum credimus, quod Romam proficiſcenti, vita pariter & incolumitas eſt in morte conſervata. Ille ſiquidem dum propter civitatem *b* Vapingum, per abrupta montium & ancipites anfractus incederet, altiori cuidam præcipitio incircumſpectis acceſſibus occurrit. Declinans mula in vallem, cui prima inniterentur veſtigia, nihil ſolidum invenit. *c* Pallent monachi, diffidentes periculum præſens aliquo poſſe declinari conſilio ; Dominus autem, plenum beatæ ſpei & gloriæ finem ſervo ſuo providens, mirabi iter eum de patenti abyſſo eduxit ; mula divinitus in eam innitente partem, in qua ſolidum iter & obſtaculis liberum invenit. Porro deſimili periculo Clericus quidã, de Hiſpaniis

ac præcipitium evadit :

cum

A cum Abbate regrediens, dum comites ad hoſpitium præcederet, & improvidus in horrendum delaberetur præcipitium; ad invocatum nomen Abbatis, ramuſculo retentus, liberari promeruit. Præterea Geraldo cuidam, per Ligerim temere remiganti, ſæpius Abbas invocatus affuiſſe perhibetur. Submerſa quippe navicula, cum res ad vitæ periculum cederet, ipſe nomen ejus acclamans, incolumis ad ripam enatavit. Qua in perſona, eo amplius Abbatis meritum claruit, quo ille dudum turbatus cerebrum, imperitia quidem naviculam aſcendit, ſed gratia mortem evaſit.

quemdam à naufragio liberat:

31 Magna ſane hujus viri merita, cujus nec amici apud Deum irremunerati fuerunt, nec impuniti contemptores: non quod ipſe vellet mortem peccatoris, aut pro inimicis orare deſiſteret, qui noverat neminem vere diligere Chriſtum, donec & inimicum diligeret propter Chriſtum. Ceterum vult aliquando Deus in hac etiam vita contemptum puniri Sanctorum, ne juſtus zelet ſuper iniquos pacem peccatorum videns, & dicat; Ergo ſine cauſa juſtificavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas? Sunt fortaſſis & aliæ occultiores cauſæ, quibus Judex juſtus hic & benefactorum præmia rependit, & injurias punit. Porro irrogatas huic ſervo ſuo contumelias, quam diſtricto percuſſit judicio, ſuccincte nos non tædebit explicare. Is itaque totus propagandi monaſticam religionem ſtudiis occupatus, dum eam in monaſterio *d* Mauziacenſi reformare contendit, nonnullorum pertulit invidiam, convitia ſuſtinuit, ſeductor & hypocrita, tyrannus & invaſor acclamatus. Inter quos quidam Clericus in hanc uſque prorupit inſaniam, ut diceret effoſſurum ſe oculos Abbati, ſi in hoc opus exoptata ſibi copia donaretur. Arguunt eum puniendæ præſumptionis, illi etiam, qui temperantius Abbati detrahebant; dicentes non exaſperandam contumeliis, ſed obſequiis colendam potius & ordinis & perſonæ dignitatem. Ac ne dubitaretur in ſervo ſuo dominum graviter offenſum, juxta illud Euangelii, Qui vos ſpernit me ſpernit; venenoſæ linguæ præſumptionem tam digna eſt ultio ſubſecuta, ut vix octo diebus evolutis, exigente culpa ei effoderentur oculi, qui in oculos Abbatis, ſacrilegam affectaverat facultatem.

B

d

oculos illi minatus effodere, iiſdem orbatur:

Luc. 10, 16

32 Pontius de Burgeto, vir accuſandæ voluntatis in ſervum Dei, audiens Abbatem partes Arverniæ, *e* in quibus ipſe morabatur, aditurum; cum eum nec videre vellet, nec videri declinaſſe contemptu, morbum ſimulans in lectum decidit. Factum eſt autem, ut illuc Abbate profecto, vera fieret quæ fingebatur infirmitas: quæ profecto in tantum excrevit, ut amiſſa loquendi facultate, deductus ad extrema putaretur. Quem itaque prius videre noluit, coactus poſtea vidit, per internuntios omnimodis exorans ut ab eo viſitari mereretur. Viſitatus æger, in lacrymis & gemitu culpam confitetur; cui & contritio cordis veniam, & interventus Abbatis ſanitatem acquiſivit.

e

alius præſentiam ejus vitans morbo,

C

33 Cœnobium B. Martini, quod Majus-monaſterium dicitur, Comitis Andegavenſis *f*, videlicet Gaufridi, cognomine Barbati, tyrannica præſumptio *g* vehementer affligebat. Rogatus Dei ſervus à præfati Abbate cœnobii, ut & conſilio & orationum interventu oppreſſæ ſubveniret Abbatiæ, Turonis uſque fatigari non diſtulit; eo libentius difficultatem viæ aſſumens, quod idem locus à Cluniacenſi diſciplina, monaſticæ religionis fundamenta ſuſceperit. Veniens autem ad Comitem, cum nihil proficeret verbis, nec amplecti genua, nec advolvi pedibus erubuit. Aſſumpta eſt omnis forma ſupplicandi, qua manſuetudo etiam apud crudeles provocatur poteſtates: ille tamen animum gerens obduratum, Abbatem averſatus eſt ſupplicantem: qui ad hanc quoque prorupit inſaniam, ut diceret ſe B. Martini Conventum, ad obſequium unius aſini redacturum. Surgens tandem Dei ſervus à pulvere, cum aſſumptum chlamyde tyrannum, ſalutiferis emollire niteretur eloquiis; ille rupta, qua chlamys aſtringebatur, fibula, contemptis exhortationibus abſceſſit. Abſcedenti, vir prophetico tactus ſpiritu, illud Samuelis dixiſſe memoratur: Sciſſum eſt regnum tuum à te hodie. Quod profecto vaticinium rei exitus declaravit: expulſus etenim à Conſulatu, tamdiu contemptor ille à fratre ſuo Fulcone detentus eſt in carcere, ut non prius à cuſtodia corpus, quam ſpiritus à corpore ſolveretur. Cui ad cumulum ultionis hoc etiam acceſſit, ut amiſſo ſenſu in pueriles ineptias ad mortem uſque deliraret.

f

g

aliius ad preces ejus inexorabilis carcere & delirio mulctatur,

AUCT HIL DEBERIO EX MS.

1 Reg. 15, 28

34 Berardus quoque de caſtro Retortorio *h*, in villam *i* Cavariacum quæ juris eſt monaſterii Cluniacenſis, exactionibus inſolitis debacchatus, ſimilem pœnæ ſuſtinuit ultionem. Hic aliquamdiu patienter toleratus, deinde per Principes & eccleſiaſticas admonitus perſonas, ut à tyrannicis deſiſteret injuriis; cum omnes æque ſperneret, totum hujus rei negotium B. Hugo Joanni Baptiſtæ commiſit: ad quem ille converſus, adverſus præfatum ſathanam lacrymis & gemitu, promptiſſimum ejus poſtulat auxilium. Nec mora: preces Abbatis exauditas rei eventus oſtendit. Ille nimirum, ſenſu pariter amiſſo & viſu, ſuorum manibus ad domum defertur, confuſa loquens omnia; & ſuſcitatam adverſum ſe juſti Judicis indignationem, aliis quoque demonſtrans indiciis. Ejus enim lectus in nocte bis accenſus illum pene debito conſumpſit incendio, qui ſanctuarii poſſeſſionem exactionibus indebitis conſumebat & rapinis. Quibus ille flagellis coactus, ad ſe tandem revertitur; abjurat exactiones, damna reſtituit, pollicitus in ſanctuarium Domini ſe nihil deinceps præſumpturum. Unde factum eſt, ut qui ſervum Dei contemnendo duplex traxerat incommodum, reſipiſcendo divina ultione repreſſa plenam reciperet ſanitatem.

h

i

injuſtus Cluniaci vexator tantum non incendio abſumitur:

D

E

35 Perpende, lector, quo affectu commiſſarum ſibi ſalutem quæſierit animarum, qui etiam circa interfectores fratris, ac patris ſui Davidicam expreſſit, & æmulatus eſt lenitatem. Is enim, ſecundum illud Euangelicum, Dimittite, & dimittemini, collata utrique reo patrati homicidii venia, confugienti ad ſe fratris interfectori, cui ad declinandos interfecti proximos nullum patebat refugium, ſanctæ protectionis ſuæ ſinum aperuit: in quo ille ſuſceptus, & temporalis vitæ diſcrimen evaſit, & viam invenit ſempiternæ. Ad Abbatis namque ſuggeſtionem compunctus homicida, ſupremum pœnitentiæ habitum ſumpſit, in quo ille peracta feliciter cauſali peregrinatione hujus mundi, dum vivere deſiit, vivere inchoavit. Defuncto autem patre ſuo, quem Dux Burgundiæ gener ejus propria manu peremerat, hoc apud Deum interventu ſubvenire ſtuduit, ut delictorum ejus ſatisfactionem, quam gladius hoſtilis præverterat, in ſeipſum transferret, continuatis afficeretur jejuniis, frequentiores hoſtias immolaret. Geſtandam quoque ſuſcepit loricam, propriis cruciatibus peccata quærens expiare aliena. Sed & pro ejus interfectore, ne de eo antiquus triumpharet inimicus, oblatis Deo victimis & precibus interceſſit. Cujus igitur caritas uſque ad diligendos excrevit inimicos, non mirum ejus etiam eleemoſynas inter manus erogantium, quod nonnulli aſſerunt, ſuſcepiſſe incrementum. Contigit hoc Ademaro, diſpenſatori benedictionum ſervi Dei, qui poſtmodum in Abbatem & ſcientia promoveri meruit & vita. Is, quos egenis ex Abbatis præcepto diſtribueret, ſeorſim decem ſolidos ponens, cum per totum menſem potius eos

F

fratris ſui ſicarium ad aſylum & habitū admittit: Luc. 6, 37.

non tantum pro interfecto patre agit:

ſed etiam pro ejus interfectore pœnitentiam agit:

argentum, quod in pauperes erogat, non minuitur.

AUCT. HIL DEBERTO EX MS.

eos effundere pauperibus quam dare videretur, dispendium tamen in distributo non sensit argento. Ecce Sareptani olei incrementum pariter & statum, gratiam & gratiæ finem. Donec enim viduæ vas affuit, oleum fluxit: stetit autem, postquam defuit vas postulanti. Sic & Ademaro, quod daret pauperibus, dum fides affuit, non defuit: defuit autem, simul & dare gloriam Deo & infirmari fide cœpit.

36 Idem præterea, cum sibi novem tantum essent denarii, eosque dedisset mulieri pauperculæ, inventos apud se quindecim aureos obtulit Abbati. Quos magnanimus Abbas statim in sinu pauperum reponere festinavit, sciens nullum agrum cultori suo feracius quam sinum pauperum responsurum. Probavit hoc ejus Camerarius Jarento, Valentiam cum beato Patre proficiscens. Ipse nimirum exhaustis in usus egenorum marsupiis, cum decem solidos (quos in expensas Fratrum reservaverat) Abbatis jussu, tristi & amaro erogaret animo; Noli, inquit Abbas, noli, fili, metuere, non intrabimus portam civitatis, donec ager cui semina commisimus, fructificet, reddens amplius quam receperit. Quod profecto vaticinium statim promissus implevit eventus: prius enim quam portam civitatis intrarent, affuit qui pro paucis denariis auri pondus non modicum ei largiretur. Admiratus dispensator Deo gloriam dedit, tanto circa pauperes factus benignior, quanto de mercede securior.

& erogatis aliunde refunditur.

B

ANNOTATA.

a Berziacum *Prioratus in agro Matisconensi, in ejusdem nominis oppido.*

b Vapingum, *urbs Episcopalis Galliæ Narbonensis, vulgo* Gap.

c *Hugo in Vita rem hoc modo describit num.* 13. Romam proficiscens aliquando Pater Hugo, arctissimam in dependentis latere rupis viam introivit. Erat inferius terribile profundum præcipitii, quod vix viatorum aliquis unquam audeat intueri. Præcedentibus itaque seriatim præ timore sociis, sequebatur Pater, mente & oculis dextraque pariter ad cælum levatis, sinistra sui habenas subsellii tenebat, oratione suspensus Domino totus inhiabat. Pertransseuntibus autem, quædam paupercula in brevissimo rupis arduæ concavo se receperat: mulaque Sancti baiula, dum latitantem illam subito respicit, misere pavefacta subito resilit, resiliens tota in profundum immane cadit. Ibi Sanctus, ut ante agebat, sic etiam cadendo

C

mentem & oculos dextramque ad cælum levatam tenebat. Cadebat corpore, sed immotus stabat cum Domino mente. Prævaluit itaque stabilitas mentis, suoque sedens subsellio, invisibiliter reportatus ab infimis, viæque redditus est totus incolumis.

d *Ecgraphum nostrum & impressa*, Maudiacensi, *in margine autem notatur* Moysiacensi: *sed ex Privilegio præcitato Paschalis Papæ* Moisiacum *primo loco, &* Abbatia Mauziaci *septimo nominatur: hæc autem in Arvernis est, illa in Cadureis: & pro* Mauziaco *major fiat vicinia nominis, una duntaxat littera corrigendi. Extat vero in Bibliotheca col.* 534 *Charta Duranni Episcopi Arvernensis, concedentis Hugoni Cluniacensi hanc Abbatiam, ex consensu Roberti Comitis Arverni, ejusdemque donationis confirmatio per Philippum Regem an.* 1095.

e *Hoc exemplum, præcedenti sic consequenter subjunctum, probat ibi de* Mauziacensi *non* Moysiacensi *Abbatia actum fuisse: quænam autem aversandi Sanctum causa utrique fuisse potuit, nisi quod indignarentur, dictam Abbatiam Cluniacensium jurisdictioni subjectam, quæ antea fuerat libera?*

f *Quercetanus in Notis videtur improbare quod hic vocetur* Andegavensis *Comes, quem constat fuisse* Turonensem. *Verum ad titulum* Andegavensis *accesserat titulus* Turonensis, *quando Henricus Galliæ Rex hunc Comitatum, Theobaldo & Stephano ablatum, anno* 1037 *transtulit in dictum Goffridum.*

D

g *Nempe Bartholomæum, Majoris monasterii Abbatem, ipsumque monasterium, antiquissimæ & inconcussæ eatenus immunitatis privilegiis gaudens, suæ volebat potestati subjicere, & à se baculum pastoralem sive investituram sumi; ut habetur diffuse in Actis Comitum Andegavensium, inter Notas ad Bibliothecam à Quercetano productis.*

h Castrum Retortorium, *Hugoni monacho* Rehorterium, *vulgo* Riotier, *ad Ararim fluvium, in territorio Lugdunensi.*

i *Idem Hugo* Chavariacus: *suspicor, mutato num* r *in* l, *illud esse quod* Chaufailles *notatur in mappis, quasi* Cavaliacum, *Cluniaco distans leucis* 8 *inter Ararim & Ligerim.*

CAPUT VI.

Multi ad meliorem & monasticam vitam ab eo inducti, templum Cluniacense amplificatum.

37 TAlibus tantisque virtutum præconiis, homo Dei maximus inter magnos habebatur, ambulans viam immaculatam, & filiis sanctæ imitationis suæ monastica suscitans & exaltans instituta. Extensi sunt palmites hujus vitis usque ad mare, & usque ad flumen propagines ejus. Ex his Abbates nonnulli, exemplo pariter & verbo, collatas extulere dignitates: alii vero virtute tantum conspicui, sic in carne præter carnem vivebant, ut cum necessitate rebus interessent hominum, voluntate rebus Angelorum interessent. Hos enumerare vitamque eorum præsenti negotio prosequi, extra metam currus agere est: nisi quia laus discipuli, gloria est & magistri. Sed & filiorum devotionem prædicare, ut merita patris extollas, nihil aliud est, quam si solis splendorem facibus admotis adjuvare coneris. Supersunt enim adhuc tanta virtutum ejus atque operum insignia, ut ad eorum relationem, assumpta paululum requie, velut anhelante equum necesse sit respirare. Quapropter ad horam stylum deponimus, Dei servo, cui ille famulatur, adjuvante: fiducialius quæ restant, aggressuri. a

Multi ejus exemplo & Sanctitate reformantur,

E

a

38 Jam lubricæ juventutis offendicula vir sanctus inoffensis gressibus evaserat, à nativitate quidem sexaginta quinque, à susceptione autem regiminis, annos gerens quadraginta. Calefaciebat eum virgo Sapientia, quam beatus senex velut David amplexatus, cum corpore deficeret, maturitate sensus & consilii prærogativa, sibimet eminebat. Ex incommodis, quibus ætas hujusmodi circumvenitur, nullus apud eum religioni defectus accessit: eâdem ille, qua prius devotione, monachi leges & sacra docuit ac servavit instituta. Sed & uberior apparatus, quo filiorum dilectio fatiscentem corpore patrem in divinum reparare quærebat obsequium, nihil aliud ei quam virtutum materia fuit. Nonnulli namque deliciis facile carent, ab appositis autem pauci possent abstinere: quod tamen sic B. Hugo consuevit, ut cum multa pransuro ponerentur, ex his modicum indulgeret naturæ, nihil gulæ. Quidquid ultra necessaria refectioni ejus accessit, turbæ servivit, non personæ; egenis, non Abbati. Qua in refectione, mirum valde fuit, vinum numquam sibi appositum, sed sicca dape soluta sic jejunia, velut si cæmentum facturus, calcem tantum misceas & arenam. Sic ille debilem non debilis ætatem percurrens, religioni quotidie aliquid adjecit: quanto viciniorem sentiebat finem commissæ sibi militiæ, tanto amplius castra Domini & verbis erudiens & exemplis antecedens. Statuit etiam monasterii b Cluniacensis ampliora ponere fundamenta, impatiens, Fratres quotidie & merito crescentes & numero,

in senectute nihil de vigore vitæ & abstinentia remisit,

F

b

angustis

A angustis admodum gravari officinis. Sanum sane Patris propositum, quod pariter & revelatio & felix eventus ostendit. Cuidam namque Fratrum, nomine Gunzoni *c*, prædicandæ quidem & illustris memoriæ viro, sed eo tempore corporis molestia decumbenti, Petrus apparuit Apostolus, infulato constipatus *d* corsortio, & alterius cujusdam conditionis præferens majestatem. Qui nomen suum, & adventus causam jacenti declarans; Frater, inquit, ad Abbatem festina Hugonem, relaturus ei gravem mihi esse mearum pressuram ovium, quas intra septa Cluniacensis illius ovilis inclusas, locus urit angustior; tempus esse quo ille materialem eis præpararet, qui in eis jam spiritualem Deo præparaverat mansionem. Huic autem legationi tu præ ceteris es electus, ut ex collata tibi sanitate, fides verbis accedat. Adjecit etiam addendos ei septem annos, si fideliter impositam sibi perageret obedientiam: Beatum vero Hugonem, si parere differret, incommodum, quod relator euaserat, subiturum. His dictis, ipse funiculos tendere visus est, ipse longitudinis atque latitudinis metiri quantitatem: ostendit ei etiam Basilicæ qualitatem fabricandæ, menti ejus & dimensionis & schematis memoriam tenacius hærere præcipiens.

c monitis cujusdam monachi, cui S. Petrus apparuerat,

d

Cluniacense templum amplificat:

39 Expergefactus Frater, Abbati se sospes obtulit, cui morbus interitum minabatur. Referuntur ex ordine, quæcumque monacho dicta fuerant vel ostensa. B Credidit Abbas, & divinis animatus monitis, habitationi gloriæ Dei tantam ac talem Basilicam *e* construxit, ut capaciorne sit magnitudine, an arte mirabilior, difficile indicetur. Hæc ejus decoris & gloriæ est, quam, si liceat credi cælestibus incolis in hujusmodi usus humana placere domicilia, quoddam deambulatorium dicas Angelorum. In hac velut eductos de carcere monachos, refovet libera quædam planicies, ita se monasticis accommodans institutis, ut angustia Chori necesse non sit permiscri ordines, non stationes confundi, vel foras quandolibet evagari. Supersunt plurima, quibus dicendis occuparemur, nisi loca divinis adscripta obsequiis, plus laudis ex habitantium merito quam ex manu artificum sortirentur. Quod profecto huic, de qua loquimur, structuræ accessit: quæ cum splendidissima sit ingenio opificis, multo est ex suo habitatore splendidior: utriusque autem gloriæ, gregis scilicet & loci, B. Hugo solicitus institit procurator, coram Deo & ejus Angelis pura dicturus conscientia, Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Ejus enim sanctissimo ducatu, egressa de Ægypto multa animarum millia, sacrificium contribulati spiritus, & hostiam laudis Deo exercituum in hoc obtulere deserto, facti sanctificatio Domini, & funiculus hereditatis ejus. Quippe, sicut in captura piscium, piscator diversis utitur instrumentis; sic ad salutem animarum filius prudentiæ diversis incedens viis, omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret. Ei semper hamus pependit, semper missa in mari retia, semper ad littus quietis & vitæ, parvi pisces & magni educti sunt. Semper enim sub eo, & per eum juxta illud Isaiæ, Lupus habitavit cum agno, & pardus cum hœdo confidenter accubuit. Cum his nimirum qui de populo accesserant, tam patienter jugum Domini sublimes pertulere potestates; ut eos nec fastu generis, nec insolentia premerent potestatis: quanto quisque major fuerat, tanto in omnibus humilior. His autem qui timore defectus monachum profiteri verebantur, providus pater ita monasticam temperabat disciplinam, ut etiam deliciis assueti eam sine querela sustinerent.

e

multos ad frugem & monasticam vitam inducis;

Is. 11, 6

& mira prudentia Comitem Guigonem:

40 Hujus rei Guigo Comes testis & exemplum fuit, vir scilicet indulgentius à puero educatus, & frequentatas à cunis delicias indocilis abdicare. Quem cum etiam vestes agninæ ulcerarent, nihilque præter advenarum murium pelliculas, aut sericos cultus ad nudum pateretur, ad tolerandum tamen quorumlibet amictuum asperitates B. Hugo circumspectis eum dispensationibus informavit. Quippe ne calamum quassatum contereret, facto monacho mollium indumentorum usus est permissus, qui desuper habitu regulari tegebatur. Sanum profecto consilium, quo præviderat sapiens Abbas tironem Christi, pudore cultum molliorem positurum, & ægre laturum quandoque solum in spirituali militia inertiæ argui, qui in seculari semper cum melioribus certasse dicebatur. Quod ita contigisse, Comitis conversatio indicavit: repente namque mutatus, abjecto dispensationis indumento, novas carni cruces indixit; certansque bonum certamen, beato fine donativum meruit sempiternum *f*.

AUCT. HIST. DEHERTOG. MS.

f

41 Porro emergere cupientibus ex hoc magno mari & spatioso, quantum esset sub B. Hugone refugium, divina etiam indicia docuerunt. *g* Quidam namque Romam ex voto profectus, ante sepulcrum prostratus Apostolorum, qua ad Deum incederet via, lacrymis uberioribus doceri precabatur. Hanc agenti curam, cæli claviger Petrus apparuit, suggerit Cluniacum proficisci: Cluniaci lavacrum esse animarum, illic salutem inveniri, si Abbatem loci illius propitium mereatur. Sic orator edoctus, gaudens revertitur, Cluniacum festinat, Abbatem verbis & voce requirit, invento sacrum pandit desiderium, divinæ visionis historiam aperit, ordine retexens quidquid sibi ab Apostolo fuerat imperatum. Flectitur Abbas, non cunctatus satisfacere postulanti. Hinc ille receptus, eo studiosius ascensiones in corde suo disposuit, quo divina revelatione didicerat ex hoc hominum consortio, ad consortium provehi Angelorum.

g quidam divinitus ad eum destinatus habitum Cluniaci suscipit:

E

42 Didicerat & hoc monachus ille Goderannus, qui relicto *h* B. Remigii monasterio, cum arctioris disciplinæ gratia Cluniacum demigrasset, meritorum titulis & prærogativa scientiæ à Domino audire meruit, Amice, ascende superius. Prius enim Malliacensis *i* Abbas effectus, postea Santonensis Ecclesiæ adeptus est dignitatem. Accidit autem ut eo præsente, leproso cuidam per manus B. Hugonis Eucharistia traderetur. Qui dum susceptа sacri panis portione uti non posset, diuque luctatus in vacuum niteretur, Sacramento, cum salivis & screatibus horrendis visu, ex ore lacerato decidenti, Goderannus utramque manum suppositi, & glorioſius de se quam de quolibet hoste triumphans, adhibitum ori totum absorbuit. Quo viso, beatus Abbas obstupuit, craticulam Laurentii hoc animi tormento dicens esse meliorem. His aliisque personis velut quibusdam luminaribus illustratum Cluniacense monasterium, quoddam virtutis gymnasium fuit. In eorum moribus & vita plurimus Pater erat; & cujus esset pastoris, ipsa conversatione sua totus grex loquebatur. De quibus loqui plura supersedimus, ad agnitionem devotionis eorum sufficere judicantes, quod ante nos de eis Ezelo atque Gilo, clarissimi scilicet viri, vigilantius scripsisse traduntur.

h

quantum institutio ejus profuerit cuidam monacho.

i

F

ANNOTATA.

a *Videtur bipartitum fuisse opus, sic ut finem hic caperet liber primus, & inchoaretur secundus.*

b *Alii rectius* templi, *de quo solo agit sequens visio; & cujus solius extat notitia in monumentis Cluniacensibus: nam S. Odilo* Cluniacum interius & exterius, præter parietes ecclesiæ, studiose renovaverat: in novissimis etiam suis claustrum construxerat, *ut habetur ex ejus Vita.*

AUCT. HILDEBERTO EX MS.

c *Addit Anonymus*, de Abbate (*Balmenſi ſcilicet, ut ex Vita ſequenti habetur*) factus clauſtralis.

d *Sanctorum ſcilicet Pauli & Stephani, de quibus Vita ſequens, & ex hac Anonymus.*

e *Addit idem Anonymus*, intra viginti annos, *Quercetanus in Notis minus recte numerat annos* viginti quinque : *certius monet formam fuiſſe* in modum Crucis Patriarchalis : *qualem & nos vidimus anno 1662, Vaticanæ S. Petri Baſilicæ longitudine æqualem, ut dicebatur.*

f *Subjungit jam dictus Anonymus primum de Hugone Burgundo.* Vidimus & Hugonem, Ducem prius Burgundiæ, & poſt militiæ ſpiritualis ſigniferum, qui ſolebat calceos ungere Fratrum, ſeque ita deſpicere & humiliare, ut omnes viles perſonæ ſtuperent : cum ſub ſe viderent Principem talem ſe ſternere. Hic poſt certamen quod geſſit, ſuſtinendo etiam corporalem cæcitatem, tandem obtinuit æternam quam meruit lucem, & ſuaveolentia nobis exempla reliquit. *Poſtea, de prædicto, ut arbitror, Guidone hæc addit* : Porro venerabilis Guido, ex Comite Matiſconenſi factus à radice pauper Chriſti, obtulit Deo tam perfectæ converſionis holocauſtum, ut uxorem cum filiis traheret poſt ſe in odorem cæleſtium virtutum. Qui cum tenuiſſet ad tempus regendum cœnobium Silveniacenſe, ex voluntate Sancti Patris Domni Hugonis abſolutus, ad clauſtrum rediit : ibique poſt legitimum curſum religioſam vitam mutavit potius quam terminavit ; quia in fine bono recedens, ſummi boni participium adeptus eſt, ſicut vera fide credimus.

B

g *Videtur fuiſſe* Udalricus, *de quo actum in Commentario prævio.*

h S. Remigii monaſterium, *ſimpliciter nominatum, Remenſe credo intelligi : eſt alias etiam in Senonenſi ſuburbio alterum ejuſdem nominis, famoſum & antiquum.*

i Cœnobium Malleacenſe, *in territorio Pictavienſi ſitum eſt, poſtea à Ioanne* XXII *ornatum titulo Epiſcopali. Huic præfectus eſt* Goderannus *anno* 1070, *factus Epiſcopus paulo poſt, & anno* 1074 *mortuus.*

CAPUT VII.

Mors præſcita & pie obita, receptio in cælum revelata.

Senex ſuos exhortari non deſinit,

43 ANnus ab ordinatione B. Hugonis undeſexageſimus ad exitum trahebatur, & Nativitatis Dominicæ ſolennia revolutum tempus adduxerat : quo videlicet die veteranus ille Chriſti miles à Fratribus in Capitulum deductus, ſanctiſſima exhortatione ſua, flentes in divinum confortat obſequium, confirmat labantes animo, qui labante greſſu conſiſtere non valebat. Inculcat illis quidem eſſe colluctationem adverſus principes tenebrarum, ſed hoſtes hujuſmodi facile ceſſuros, ſi conſtantem invenerint pugnatorem. Propoſitum monachi, quamdam eſſe munitionem, nec alibi ſpem fore refugii, ſi remiſſius illis agentibus inſidiator irrumpendi locum invenerit. Præſentis quoque occaſione diei, aliam, ſed non alienam aggreſſus narrationem, Novi, inquit, novi quemdam, cui miſericordiæ Mater in oratorio ſub hac ſpecie dignata eſt apparere. In ſinu ejus elegans puer, & divinam præferens venuſtatem : ipſa blando lenis aſpectu, ipſa mitis & exorabilis ad impetrandum pro peccatoribus interventum. Cui applaudens divinus infans, Hora iſta, inquit, nox, mea nativitate inſignis, gloriam Angelis, pacem hominibus adveniſſe denuntiat : nox iſta, meæ conſcia gratiæ, legis obſcuritates aperuit, vaticinium ſolvit Prophetarum. In hac ego ex te natus, ô Mater præclara, ſerpentis caput contrivi, qua graſſabatur in humanum genus, antiquam ejus evacuans poteſtatem. Ubi virulenti illius anguis aſturia ? Ubi ſpicula, quibus ante nativitatem meam animas in mortem vulnerabat ? His dictis, ne-

C

& apparuiſſe ſibi S. Virginem inſinuat,

quam ſe ſpiritus immiſcuit. Quem cum puer aſperius increpaſſet, prohibitus ne laudes & obſequia, quibus fidelium devotio ſuam perſequebatur nativitatem, ſolita perturbaret invidia, triſtis & confuſus abſceſſit. Quo longius effugato, Chriſtum cum genitrice ſua ſcitote veſtris intereſſe obſequiis, & ex animorum qualitate vel ſupplicium dictare vel præmium. Quapropter ſincera devotione mentis eum ſuſcipite, in eo quem ſibi beneplacentem invenerit, perennem facturum manſionem. Hæc eo cum lacrymis referente, Conventus attendit, non alii niſi ipſi, quam retulerat, oſtenſam eſſe viſionem. Ceterum idcirco nomen perſonæ ſiluiſſe, ne potius gloriam ſibi quærere, quam veritatem referre videretur.

D

ad promovendam in Chriſti natali pietatem,

44 Sequenti autem Quadrageſima, cum depoſitionis ejus diem imminere defectus virium teſtaretur, fatigatus Pater addidit ad laborem, Dominus ad coronam. Multiplicatis enim jejuniis, feſſos artus ſacra proſecutus eſt injuria : indictæ carni cruces, & continuatæ gemitibus lacrymæ, deſiderio converſationis alterius occupatum loquebantur : vigiliæ ejus, vigiliæ longiores, & quæ naturam debito ſopore defraudabant : reliquum tempus oratio ſibi vel lectio vendicavit. Parum erat homini Dei ſpiritum natura urgeri ad egreſſum, niſi & cruciatibus adhibitis urgeretur. Quippe deſiderans anima Creatorem, pro exquiſito habebat ſupplicio, carnis ergaſtulo diutius immorari. Sub hac igitur obſervatione, tranſactâ uſque ad Ramiſpalmarum *a* Quadrageſimâ, ad celebrandam ejuſdem diei ſolennitatem, Cluniacum tam populi quam monachorum turba major convenerat. Hinc aſſumptis in proceſſionem eccleſiæ ornamentis, Conventus in albis egreditur : cum quibus dum beatus Abbas exire deſiderat, ad alium vocatus exitum, quod voluit, non valuit. Optabat candidatis intereſſe choris, & in laudes Chriſti milites ejus ſua exhortari præſentia : qua in re cum vires ſibi deeſſe ſentiret, quos comitari corpore non potuit, orationibus & benedictione proſequitur. Inerat jam vultui ejus quædam futuræ portio gloriæ, cui diceres aliquid collatum de ſimilitudine Angelorum.

varia corporis afflictione ad mortem ſe parat :

E

a

45 Porro dum hæc agerentur, obſcuri *b* quidam nominis ad B. Hugonem feſtinus irrumpere nititur, clamans ſe magnam ad eum ſuſcepiſſe legationem. Hinc ingreſſus, Ne contemnas me, inquit, Pater ſancte, quem rebus exilem, ignotum genere, ſola mittentis commendat auctoritas. Novellabam *c* nuper in agro, cum repente mihi quædam apparuerunt perſonæ, venerabilis cujuſdam dignitatis & ultra temporis hujus noſtræque conditionis homines honore & gloria digniſſimi : præibat Domina quædam, cujus vultum veloci tranſitu intueri non potui, viſu dorſum tantummodo proſecutus : ſequebatur autem ſenex nivea canitie venerandus, qui reductis in me oculis : Heus tu, inquit, ô agricola, cujus eſt hic ager quem colis ? Cui ego : Beati, inquam, Patris eſt & Domini Hugonis Abbatis. Tunc ille, Meus eſt, inquit, ager, meus eſt & poſſeſſor. Ego enim Petrus ſum Apoſtolus, quæ autem præcedit, beata Dei Genitrix eſt Maria, ſanctarum conſortio conſtipata animarum. Tu igitur ad Abbatem feſtines Hugonem, dicturus ei ; Diſpone domui tuæ, viam univerſæ carnis ad præſens ingreſſurus. Jubenti talia parere diſtuli, metuens ne vaniloquus & interpres falſitatis appellarer. Ceterum denuo commonitus, & quia præfatæ viſionis relationem diſtulerim, gravioribus verbis increpatus, ſuſpenſam dudum legationem exequi feſtinavi. His dictis, alii quidem falſitatis eum arguebant : beatus autem Abbas certum ſuæ depoſitionis aſſerebat indicium. Extunc in lacrymis promiſſam expectavit vocationem, cum Apoſtolo dicens, Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. Phil. 1, 23

b

quam inſtare ſibi intelligit ex agricola, cui id revelatum :

c

F

46 Aderat

A *ultimam ſuis benedictionem impertitus,*

46 Aderat ſacratiſſimæ Cœnæ dies, & ecce Dei ſervus, non tam lege temporis quam caritatis affectu, Capitulum ingreditur: ubi cum pro his quos Cluniacenſe cœnobium ſacra ſibi familiaritate aſtrinxerat, affluentem juſſiſſet fieri eleemoſynam, rogatus abſolvere Conventum, flevit uberrime. Tandem ſingultu fatigatum promens reſponſum, Egóne, inquit, vos abſolvam, quem propria ligat conſcientia? Ego veſtram levabo ſarcinam, multiplici proſtratus & jacens exceſſu? Quomodo jugum ſolvet peccatorum, ſubjugata peccatis oratio? Nos tamen, licet indigni, debitum proſequemur officium: Dominus autem, qui ſolvit compeditos & eliſos erigit, quod ſuæ pietatis eſt, in vobis interius dignetur operari. Dehinc elevatis in cælum oculis, perfuſus ora fletibus, commiſſum ſibi gregem abſolvit. Addidit & ſolatium benedictionis, Chriſtum ſecutus magiſtrum, qui tranſiturus ad Patrem, diſcipulos in preſſura mundi relictos benedixit, ſemper eis affuturus gratia, quos corpore deſerebat. Dehinc expleto pauperum obſequio, ad imitandum Dominicæ humilitatis exemplum, beatus Senex hora Mandati in Capitulum redit, lavat Fratrum veſtigia, de Euangelica lectione ſermonem ſanctum ſubnectens, rivum provocantem lacry- *ac eorum pedes lavat:* marum. Sequenti quoque Sabbato ſacris interfuit *d* Officiis, columnam *d* novæ lucis ſalutans, & crebris B exorans ſuſpiriis, ut ad terram promiſſionis, quam velut è confinio jam intuebatur, inoffenſo greſſu pervenire mereretur.

celebrato Officio Paſchali,

47 Superant adhuc tantulæ vires in fragili corpore, ut in eccleſia Paſchalem celebraret ſolennitatem, feſtivis inſignitus ornamentis, quæ pariter & diei gloriam & ſanctæ illius animæ puritatem quodammodo nuntiabant. Refectus illic alimentis ſpiritualibus, ad domum, in qua morari conſueverat, divertit. Veſpere autem facto, decidit in lectum, nihil aliud quam laborum ſuorum finem & præmium expectans. Tertia vero feria cum jam caligantes oculi, lingua deficiens, & cetera ſenſuum officia præſentem tranſitum acclamarent, interrogatus ſi vivificatricem Domini carnem cognoſceret; Cognoſco, inquit, & adoro. Oblatum quoque ſalutiferæ Crucis ſignum, Chriſtianiſſima ſtuduit devotione venerari. Qui ut & moriens oſtenderet, quam vigil & ſolicitus fuerit circa commiſſarum ſibi vigilias ovium, quibus potuit ſer- *e* monibus Anniverſarium Archiepiſcopi *e* Gaufridi, & Guidonis Abbatis adeſſe nuntiavit, ſignificans oportere defunctis Fratribus debita ſolvi beneficia. Beata C profecto anima, quæ nec eo tempore potuit ſuorum ſalutem obliviſci, quo nonnullis de ſua etiam ſalute ſuccedere ſolet oblivio.

f magno omnium luctu moritur:

48 Porro exiturus ex hac Ægypto Dei famulus, B. Marcelli *f* capſam ſibi jubet præſentari, pium lacrymis interpellans Advocatum, ut ejus conductu, poſt exilium, patriæ redderetur. Flent filii aſſidentes, nec alius alium conſolatur, ubi par omnibus & inconſolabilis erat cauſa lamentandi. Quibus ille ſuum ſignificans exceſſum, cum, Benedicite, protuliſſet; loquendi facultatem amiſit. Deinde cum inclinata eſſet ad veſperam dies, delatus in eccleſiam beatiſſimæ Dei Genitricis Mariæ, feſſos artus & naturam profitentes, cilicio & cineri commendavit. Sole dehinc occumbente, ſol occubuit: & exoneratus ſarcina carnis ſpiritus, incolatum patriæ, temporalia ſempiternis feliciter commutavit. Exoritur præſentium clamor filiorum, qui percuſſa exciti tabula, prout mos eſt, ad commendationem beatæ illius animæ convenerant. Habebat quiſque velut ſpecialem, qua doleret, cauſam; & quot fuerant ora, tot virtutum ejus inſignia promebantur. Alii namque pertinax Abbatis odium in vitia referebant, alii circa pœnitentes paternum ejus recenſebant affectum. Lamentabantur nonnulli, pauperes amiſiſſe Patrem, viduas advocatum, pupillos defenſorem. Memorabant aliqui collatam Patri prophetiæ gratiam, plures ſpirituum diſcretione deſuper inſignitum. Fuerunt etiam qui deplorarent Hugonem timuiſſe Chriſtum iraſci, ſi iratus ſolem videret occidentem. Exuberabat unicuique quod in laudes ejus declamaret, & linguæ referendis deerant meritis, non linguis merita quæ referrent. Inter hos lamentantium cuneos & *balſamum ungendo corpori ejus no ſufficiens divinitus augetur,* frequentiam decumbentium ſuper artus exanimes, vix vacavit corpus ablui, vix obvolvi ſacerdotalibus indumentis. Cui dum à Fratribus præfata ſolveretur humanitas, modicum balſami (quod minime videbatur ungendo capiti ſufficere) tantum dicitur ſuſcepiſſe incrementum, ut ad liniendas quaſdam reliqui partes corporis abundaret.

AUTC HIL. DEBERTO EX MS.

concurritur ad funus,

49 His rite peractis, populus irruens admittitur, quantum ſub ſuo profecerit patrocinio, lacrymis indicans & expenſis. Ejus clamore vicini colles reſultant, ſumptuoſis luminaribus exequiæ celebrantur. Recenſet quiſque, quam vera fuerit ſub eo libertas, quantus rerum provectus, quæ morum gloria ſub ſacris ejus diſciplinis. Curritur inter hæc ad amplectenda Patris veſtigia, fletu veſtes irrigantur; & credit quiſque parum ſibi proviſum, niſi pedes ejus vel oſculo vel oblatione veneretur. Sic tranſacto in lacrymis triduo, procurata, quo debuit honore, ſe- E pultura *g* Sabbato felix depoſitum ſuſcepit. Tranſivit *g* autem B. Abbas tertio Calendas Maji, plenus auctoritatis & gratiæ, relinquens filiis gaudium de corona, exemplum de vita, gloriam de corpore, ſpem de interceſſione. Qui profecto quantæ foret apud Deum gratiæ, poſt tranſitum quoque ipſius, multis innotuit argumentis.

h monachus quidam,

50 Erat Cluniaci Bernardus, *h* quidam vir juſtus, ſanctus & timoratus: cui religio reverentiam comparaverat & nomen. Is dum B. Hugo migraret ad Superos, gravatus ſopore, nec ſtrepitu diſcurrentium, nec immoderatis clamoribus potuit excitari. Nec multo poſt in lectum decidit, humanæ reipublicæ ſupremo ceſſurus incommodo. Quo dum urgeretur ad exitum, convocatis quibuſdam monachis, Vobis, inquit, Fratres, vobis aperire neceſſarium duxi, quam mihi Dominus oſtenderit viſionem. Vos, referentem nolite falſitatis arguere, qui ſi non amore virtutis, ſaltem metu judicii, quo dubius vocor, mentiri formidarem. Noſtis quidem me nuper obedientiam Nogenti *i* ſpontaneum dimiſiſſe; ſed qua eam *i* ratione dimiſerim, forſitan ignoratis. Dormienti F mihi quædam venerabilis perſona apparuit, Dionyſium *k* Areopagitam ſe nominans, & ut Cluniacum *k* reverterer, his urgens verbis. Oportet frater, oportet *Cluniacum divinitus revocatur;* te Cluniacum quantocius redire, & Abbatem ſalutare Hugonem, communis iter ingreſſurum peregrinationis. Videbis etiam ejus ſucceſſorem, cui de Romanis finibus divina miſſa gratia, Principes Apoſtolorum paſtorales excubias commiſerunt. Hac ego ſuggeſtione compulſus, regredi Cluniacum feſtinavi. Væ mihi miſero, Pater quidem receſſit: ſed non merui ſalutare recedentem. Accuſemne ſoporem qui me tenuit, an gratias agam, incertus ſum. Invidit & providit. Tenuit carnis oculos, ne viderem cum recederet; ſed quo receſſerit, interioribus oculis oſtendit. *l* Vidi, & teſte Deo vidi permixtos mortali- *l* bus Superos, & beatiſſimam Dei genitricem Mariam: *m* aſtabant eminus ſagittarii quidam, qui ſacra- *m* tiſſima Virgine cognita, velut perterriti abſceſſerunt & confuſi. Viſa eſt illic Martyrum ſimul & Confeſ- *conſpicit eum à Sanctis in cælum deduci.* ſorum multitudo, quorum quoſdam deſuper mihi cognoſcere datum eſt, & inter eorum diſcernere qualitates: Beatum ibi Martialem cognovi, & Martinum, & Abbatum gloriam Benedictum. Viſi ſunt

hi

AUCT HILDEBERTO EX MS.

hi duo ſpiritum B. Hugonis in fertiliſſimam deducere vineam, eumque ibi collocare, tamquam pauſaturum poſt laborem. Quo in loco dum pariter & gloriam Sanctorum, & quæ agebantur admirarer, ille reductis blandius in me oculis, Sta, inquit, Frater, & comede nobiſcum de candidis qui nobis abundant
n racemis: ego hic *n* modicum requieſcam, donec pedum tumor ſubſidat, & pulvis excutiatur, quem multiplici viarum circuitu contraxi
o: dehinc ad aliam tranſibo manſionem, quam mihi Dominus præparavit in æternum. Dices autem Pontio ſucceſſori meo,
p ut ab humilitate nullatenus declinare ſuſtineat, operibus inſtet miſericordiæ, ſuarum immemor, injuriis moveatur alienis. Super omnia zelo legis ferveat, circa delinquentes nec remiſſus ſit indulgentia, nec immoderatus diſciplina. Adhuc ille loquebatur, cum demulcente animum viſione ſomnus abſceſſit. Vos autem ſcitote me vera locutum, ſi curſum vitæ præſens terminet infirmitas: ſi minus, in caput meum provocavi Judicem, quia commentatus falſitatem. Hæc relata moverunt auditores, ipſius edoctos obitu, Fratrem Bernardum nihil protuliſſe mendacii. Die ſiquidem tertio *q*, hominem egreſſus, & teſtimonium gloriæ Abbatis, & ſpem propriæ ſalutis Fratribus reliquit.
q
B

51 Ipſa etiam nocte, qua B. Hugo migravit ad ſuperos, Noviomenſi Abbati non diſſimilem ferunt apparuiſſe viſionem. Viſum ei eſt lectulos duos ab Angelis in cælum deferri, qui molliori cultu, ſolicitudinis oblivionem, & ſomnum provocarent. Angeli autem, qui lectulos deferebant, hujuſmodi clamabant verbis: Duos illuſtres viros in his collocabimus lectis, Anſelmum ſcilicet Cantuarienſem Archiepiſcopum, atque Hugonem Cluniacenſis Abbatem Monaſterii; qui poſt terras cælum, poſt labores requiem, gaudium poſt lacrymas meruerunt. Poſt hæc Abbas evigilans, nonnullis quæ viderat, retulit, ad utriuſque tranſitum perſonæ, præfatam derivans viſionem. Nec ejus fruſtratus eſt intellectus, cum ambo ſub eodem fere tempore, corporis hujus anguſtias euaſiſſe memorentur. Alia quoque meritorum Beati viri claruerunt inſignia, quæ circa detentos variis languoribus poſt mortem quoque perpetrata leguntur. Hincmaro cuidam ſuperexcreſcens albugo pupillas oculorum obtexerat, eumque in miſerabilem damnaverat cæcitatem: cui cum recuperandæ ſalutis ſpes ex meritis & interventu penderet Abbatis; memoratur Chriſti famulum ei apparuiſſe in ſomnis, & monuiſſe non illuminationem corporis quærere, ſed mentis: tandem tamen ſuper deprecantis lumina ſigno Crucis impreſſo, receſſiſſe Dei famulum, & abſterſam oculis cæcitatem. Quidam quoque Fratrum nomine Guido, cum tranquillitatem mentis ſimul & corporis nova ei excuſſiſſet amentia; deductus ad ſepulcrum beati viri, depulſo quievit incommodo, ſibi pariter & Conventui ſacris ejus meritis reſtitutus: præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat per infinita ſecula. Amen.

idem alteri revelatur.

Apparens cæco, viſum ei reſtituit:

C

quidam ad ſepulcrum ejus mentem recipit.

ANNOTATA.

a *Anno* 1109 *Paſcha in* 25 *Aprilis, atque adeo Dominica Palmarum in* 18 *diem cadebat.*

b Bertinus de Varenis, *ut eum vocat Hugo monachus in Vita.*

c *S. Auguſtinus adv. Fauſtum*, Homo quidam novellavit vineam & locavit agricolis.

d *Cereum paſchalem intelligo, quem etiam Eccleſia in ejus benedictione appellat* Columnam.

e *Ex pluribus* Gaufredis *ſeu* Godifredis, *Archiepiſcopis, quos recenſet Index San-Marthanorum, ſoli duo itque ambo Burdegalenſes adduci huc poſſunt; primus, nominatus anno* 982; *& ſecundus, qui ſedit inter annos* 1027 *&* 1047: *ſed infra demonſtrabimus inter Lugdunenſes Antiſtites hujus nominis unum hoc tempore recipiendum eſſe, quem omnino putamus eſſe eumdem, de quo hic agitur: obierit ergo* 28 *Aprilis* 1072. Guidonem Abbatem, *poſſumus ſuſpicari eum, quem ſupra laudavimus Comitem Matiſconenſem, Cluniaci poſita Abbatia defunctum.* D

f *Videtur indicari* S. Marcellus Papa Martyr, *cujus aliquæ reliquiæ Cluniaci fuerint: nam inter altaria, in majori eccleſiâ dedicata an.* 1131, *unum eſt hujus Sancti, ut notatur in Bibliotheca col.* 1639.

g Triduo, *cum ſcilicet obiiſſet feria* 4 *veſperi.*

h Bernardus Narbonenſis, *uti eum vocat Hugo in Vita.*

i Nongentum, *inquit Quercetanus in Notis*, Pertici agri oppidum & Prioratus, in honore S. Dionyſii conſtructus.

k *Prædictus Hugo titulum* Areopagitæ *omittit, quem Hildebertus hic, ex propria & tunc communi de Pariſiorum Apoſtolo opinione, cenſendus eſt adjeciſſe.*

l *Idem addit*: Aſſui in oratorio B. Mariæ Virginis matris Domini, ubi idem Pater delatus à Fratribus ea hora expiravit. E

m Qui dum ſuſciperent animam morientis Patris, irruerunt eminus quidam ſagittarii; contra quos miſericordiæ mater manum ſuam elevavit, & egredientem protexit: qua cognita, ſagittarii illico fugerunt, territi & confuſi: *ita Hugo memoratus.*

n *Idem.* Per triduum hic requieſcam.

o *Uſque adeo etiam ſanctiſſimi quique aliquid è vita efferunt, quod ſi non pœnam mereatur, eos tamen à libera Dei fruitione & gloriæ plenitudine tantillum remoretur, in magna quiete nihilominus ac pace præſtolantes.*

p Ut ſervet ſibi innocentiam, aliis miſericordiam; *ita Hugo monachus: ſed ab utraque tandem receſſiſſe videtur Pontius, indiſcreto diſciplinæ zelo abreptus.*

q Feſto ſcilicet Sanctorum omnium, *ut addit Hugo jam dictus.*

ALIA VITA

Auctore Raynaldo Abb. Vezeliacenſi, deinde Archiepiſcopo Lugdunenſi.

Ex MS. Sereniſſ. Chriſtinæ Reginæ Sueciæ, & alio Collegii noſtri Duaceni. F

PROLOGUS.

VNiverſis Eccleſiæ Cluniacenſis filiis Frater Raynaldus, Vezeliacenſis Eccleſiæ non tam Abbas, quam ſervus, in Domino ſalutem. Cum multorum Fratrum monitis urgear, ut vitam piiſſimi Patris Domni Hugonis Cluniacenſis Abbatis ſuccincte deſcribam; devotioni, non preſumptioni inſervire, mihi conſilium eſt. Quod ſi forte alicuius altioris ingenii viri ſtudium in hoc opere ante nos deſudarit; non, ut illum obfuſcare, me autem clarum facere velim, hoc agam; ſed illius opus majorum atque ſapientum virorum excellentiæ relinquendum; noſtrum vero minorum atque minus capacium ſtudio adtribuendum puto: nec ſordebit humilitas ſermonis inculti, dum ipſe ſtylus pure inſerviet veritati.

CAPUT

CAPUT I.

Adoleſcentia pie tranſacta : tirocinium vitæ monaſticæ, dignitas Abbatialis, liberalitas in pauperes, familiaritas cum Chriſto, poteſtas in dæmones.

Proſapia nobili ortus,

1 IGitur vir beatus, ex nobiliſſimis Burgundionum proſapiæ lineam trahens, patre Dalmatio viro Conſulari, matre vero Aremburge, religioſa admodum femina, neque viro natalibus impari, procreatus eſt. Quæ venerabilis matrona, hac de qua agimus felici ſobole gravida, cum partus inſtaret, quemdam venerabilem Sacerdotem, ut pro ſui partus anguſtiis alleviandis Deo ſacrificium afferret, cenſuit exorandum. Cujus devotis precibus vir Dei dum obtemperaſſet, videbat; & ecce in ipſo ſacroſancto Calice, quaſi cujuſdam infantuli imago apparebat: in qua exprimere poterat, quanti apud Deum foret meriti puer ille, qui naſcebatur. Mox peracto Miſſarum officio, feſtinat Sacerdos, ut rei probet eventum; & infantem natum reperit, cujus præſagium viderat & agnoverat in tanti ſpeculo Sacramenti. Tunc de illo multa prædicens, magnum illum ſi adviveret futurum, proteſtatus eſt. Quod ab ipſis pueritiæ ſuæ rudimentis ſatis jam innoteſcebat, dum aut eccleſiæ aut ſcholis frequentius adhæreret; horis tamen furtivis, quia patrem ſuum timebat, qui militaribus ſtudiis illum applicare volebat. Et cum ei veſtis pretioſior ac colorum varietate decentior aptaretur, ipſe eam pro abjectiori & ſimpliciori reſpuebat; nec laſciviæ, ut illa ætas aſſolet, ſed innocentiæ & ſimplicitati operam dabat; frequenter etiam & lectioni, invitis parentibus, incumbebat. Pro quibus omnibus & his ſimilibus, dum à patre & à coævis etiam argueretur, ſcilicet quod hæc contraria militiæ forent; deliberavit apud ſe aliam ſibi quærendam militiam; cui non eſſent iſta, ſine quibus militare nollet, contraria.

cum præſagio futuræ ſanctitatis:

exercetur litterariis & militaribus ſtudiis:

2 Itaque relictis omnibus, à ſeculo nudus evaſit: & B. Odilonis magiſterio ſe ſubmittens, Cluniaci monachus efficitur: in cujus ſuſceptione quidam de ſenioribus, ut fertur, in hæc verba prorumpens, O quantum, inquit, hodie theſaurum Cluniacenſis Eccleſia ſuſcepiſti. Qui poſtea, quantæ humilitatis, quantæ puritatis & honeſtatis, quamque fervens in amore Dei extiterit, non ſermo noſter, ſed B. Odilonis ſolertia, qui eum infra annos adoleſcentiæ, Cluniacenſem ordinavit Præpoſitum, declarat. In cujus regiminis officio, qua miſericordia & caritate, qua ſtrenuitate & vigilantia inſtiterit, ſeniorum Cluniacenſium devotio manifeſtat: qui ad primum de Abbatis electione verbum, cum eum nominaſſet qui electioni præerat, & in ceteris nominandis procedere voluiſſet; ſtatim de ſede eum rapuerunt, & cum Dei laudibus in Abbatem levaverunt. Tunc denique quas cruces ſibi indixerit, lorica illa, qua indutus ad carnem juventutem ſuam perdomuit, una præ cæteris ad medium deducta ſufficiat; ſub qua, & ſuam, licet innocens, & patris ſui, qui de mundo jam exceſſerat, pœnitentiam agebat. De lectione vero & oratione, quibus pene jugis inſiſtebat, ita paucis cenſeo definiendum: quia ſic in utroque ſe inſatiabilem oſtendebat, ac ſi cum legeret, Deus ei viſibilis loqueretur; cum vero oraret, facie ad faciem cum Deo ſermocinaretur.

adoleſcens Prioratum gerit:

Abbas eligitur:

lorica induitur pro defuncto Patre pœnitentiam agit:

lectioni ac orationi addictiſſimus,

3 Miſericordiarum autem ejus explicare numerum non ſufficio: ſcilicet quam pius erga ſubditos, quam largus circa pauperes fuerit, quam benevolus tam circa alienos, quam circa domeſticos extiterit. Enimvero tantæ caritatis & modeſtiæ circa filios habebatur, ut indies numerus eorum augeretur; & felicem ſe quiſque arbitraretur, qui ſub tanto Patre ad converſionis gratiam perveniret. Nam de eleemoſynis ejus, quis digne referat? quibus ita inſudabat, ut præter quotidianum victum etiam veſtes, tam in hieme quam in æſtate pauperibus congruas, compararet, & pene quidquid habere poterat, in eorum neceſſitatibus inſumeret. O fidelem Chriſti diſpenſatorem! cui parum erat pane pauperes alere, niſi eos carnibus ſaginaret: parum, niſi crebro eos vino lætificaret: parum, niſi ſæpenumero argenteis, interdum vero & aureis, eos remuneratos haberet. Et quid ei hæc omnia, niſi veſtis etiam multiplex ſequeretur? Ad algorem depellendum laneæ veſtes parabantur: ad æſtum reprimendum lineæ coëmebantur: & ne aliquid deeſſet perfectæ caritati, ipſe eas cum Fratribus, qui illi aſſiſtebant, plerumque conſuebat: tum vero calceamenta, non ſine axungia qua ungerentur, diſtribuebat. Neque illum Joanni, qui ob immenſitatem eleemoſynarum ſolus in Eccleſia cognominatur Eleemon, diſſimilem fuiſſe crederes; dum theſauros incomparabiles in eorum profligaret expenſis, & quod alicui potentiſſimo Regi ſufficere ad divitias crederetur, hoc ipſe multotiens in pauperum miſeriis diſpergeret relevandis.

profuſiſſimus in pauperes,

quibus ipſa veſtes conſuit.

4 Quid de fide ejus memorabili dicam, qua apud Deum tanti meriti claruit, ut & vota ejus exaudiret; & frequenter, vel eo ignorante vel eo abſente, per ipſum virtutes operaretur? Nam, ut ad alia ſuo loco perveniam, primum omnium ipſum de Salvatore miraculum ad medium deducamus; quod, quamvis ipſe non viderit, teſtis tamen fidelis Papa Gregorius ſeptimus, qui Hildebrandus antea vocabatur, hujus rei fuiſſe cognoſcitur. Sic etenim dum quadam die in Cluniacenſi Capitulo (utpote monachus & adhuc Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus) beato viro aſſideret, converſus Dominum Jeſum illi conſedere vidit: & quaſi in ſingulis judiciis ejus illi faveret, vultu & habitu hilaris apparebat. Mox ille, cunctis ſtupentibus, rem ſiquidem penitus ignorantibus, tanto Judici aſſurgens, medium volebat conſtituere Dominum. Tandem à Patre ſanctiſſimo, cur de ſede ſurrexiſſet, requiſitus, viſionem (quam quibus oculis vidiſſet, neſcire ſe fatebatur) ut prælibavimus, expoſuit: in quo perpendere poſſumus, qua puritate & æquitate culpas diſcutiebat, qui Judicem ſeculorum aſſeſſorem habere merebatur. Hunc itaque, ut fertur, vir iſte tantæ auctoritatis & gratiæ, ob diſciplinæ ſeveritatem & temperantiæ manſuetudinem, blandum vocabat Judicem, ob id maxime, quia ut mater filiis blandiebatur, & ut pater delicta corrigebat.

Chriſtum ſibi aſſeſſorem habere, conſpicitur à S. Gregorio VII.

5 Sed dum, quid circa Stephanum Papam per eum geſtum ſit, conſidero; non ab re, huic operi inſerendum exiſtimo. Hic etenim apud Florentiam Italiæ urbem in infirmitate decubabat: & non ſine Dei gratia à ſancto viro viſitatus, poſt multum cum eo habitum colloquium, ut inter manus ejus mori mereretur, Dominum exorabat. Cum ecce humani generis inimicus, horis quibus vir Dei aberat, obtutibus morientis Pontificis ſe ingerere, & horrore ſui mentem ejus terrere atque turbare; ſed ad viri Dei ingreſſum fugere, & quamdiu cum eo erat non ultra apparere. Quod ubi compertum eſt, ab ipſo Pontifice ſummis precibus poſtea detentus, uſque ad exitum ejus cum eo permanſit; & corpus ejus, ſuis manibus lotum & funereis veſtibus involutum, in ſepulcro locavit.

Adeſt Stephano Papæ morienti,

à quo dæmonem arcet:

6 Nec mirum ſi ad tanti viri præſentiam diabolus fugabatur, cujus ſpiritus in tantum Deo adhærebat,

AUCTORE RAYNALDO EX MS.

adhærebat, ut etiam ipſe in perſona ſua Dominus Jeſus Chriſtus ad eum viſitandum venire dignaretur. Quod tunc quoque licet diſſimili priori, non tamen impari revelatione claruit, quando quidam ſenior, ſicut idem, ut credimus, de ſe quaſi de alio referebat; ipſum Redemptorem cum cithara, in Cluniacenſi choro pſallentem coram ſingulis Fratribus, vidit; cantus autem, qui audiebatur, illa euangelica antiphona erat: Sedere autem mecum, non eſt meum dare vobis; ſed quibus paratum eſt à Patre meo: tunc etiam tantus odor cæleſtium aromatum effervescere videbatur, ut cunctorum flagrantiam balſamorum ſuperare crederetur.

Chriſtum cum Fratribus in choro pſallentem videt.

CAPUT II.

Defunctus à pœnis, ægri à morbis liberati; templa ac cœnobia exſtructa aut reformata.

Quendã à ſe alienum ac propterea morbo correptum ſanat:

7 NEc illud ſilentio obtegendum cenſeo, quod quidam Frater, nomine Pontius, divinæ animadverſionis judicium in ſe pene ſenſiſſet; niſi ei cæleſtis pietas, per hunc Dei ſervum ſubveniſſet. Nam cum apud quamdam cellam, cui Mons *a* vocabulum eſt, is de quo agitur Frater moraretur, illucque veniſſet Pater reverendus; ille, quia eum, utpote adverſus Patrem ſtulte murmurans, videre nolebat; ſimulato languore ad lectum feceſſit. Sed quanto ſe ſubtrahere viro Dei conabatur, tanto vita de corpore (non jam ex fictione, ſed certa valetudine) exire feſtinabat: ita ut jam voce faucibus hærente loquela deficeret. Curritur ad pium Paſtorem, ut ovem pene migrantem ſummo Paſtori commendaret. Mox ille accelerans, abſolutionem commendationi præmiſit: & ſic æger viribus & voce pauliſper reſtitutis, culpam confitetur, temeritatem accuſat, veniam implorat & obtinet, & ſic demum ab incommodo illo convaleſcit.

a

B

defuncto abſolutionem impertit:

8 Alter vero cum ab hoc ſeculo migraſſet, & ejus corpus in oratorio Cluniacenſi inhumatum ex more ſervaretur, duobus Fratribus ipſa dormitionis ſuæ nocte apparuit: quibus crimen duorum ſolidorum, quos ſine licentia cuidam homini dediſſet, confitebatur: & quia ſine confeſſione hujus reatus obiiſſet, à ſancto Patre abſolutionem poſcebat, antequam ſepulturæ traderetur. Mane autem facto, viſionem quaſi uno ore ambo coram omni conventu beato viro expoſuerunt. Tunc requiſita quam defunctus nominaverat perſona, ſecundum prænonſtratam viſionem reperta res eſt. Mox indicta cunctis pro fratre pœnitentia, orationibus, pſalmis, eleemoſynis, atque Miſſis adjunctis, abſolutio ſecuta eſt. Sic nimirum, ſic non ſolum in terris; ſed etiam in cælis fides ejus virtutem, virtus poteſtatem, poteſtas gloriam, gloria hic humilitatem, illic coronam indies pariebat.

C

ſanat leproſum, b

9 Quodam etiam tempore, dum iter per Waſconiæ partes ageret, comitante ſecum *b* Hunaldo, prudentiſſimo viro atque ſuo monacho, non procul à via proſpexit quamdam cellam, in qua vir quidam, nobilis quidem genere, ſed lepra percuſſus, degebat: cujus mores cum inquiſiſſet & patientiam ejus probatam agnoviſſet; vir inſignis pietate, ad eum viſitandum divertit, & per conſolationis verbum caritatis officium adimplens, veſtem pelliceam exuit, & cum aliquot argenteis infirmo donavit. Quo digreſſo æger, ubi veſtem induit, à plaga lepræ ſe curatum protinus agnovit.

& paralyticum:

10 Rurſus idem vir ſanctiſſimus Pariſios forte advenerat, & B. Genoveſæ eccleſiam, quæ extra muros urbis ſita eſt, tum pro devotione ſacratiſſimi corporis ejus, tum pro veneratione Apoſtolorum Principis, cujus ibi planeta eſſe creditur, pio religionis cultu viſitaverat: quo tunc quidam miles, nomine Rotbertus, qui ex plaga ictus bellici paralyſim incurrerat, clientum manibus advectus, rogabat, ut pro ipſius ſalute Domino ſupplicaret. Ille aſſumpta Apoſtolica infula, languentibus membris admovit, & impoſita illa antiphona, quæ de paralytici Æneæ ſalvatione in eccleſia cantatur, mutato nomine, dixit: Rotberte, ſanet te Dominus Jeſus Chriſtus. Statim cunctis videntibus & mirantibus præ gaudio, ſanus & incolumis ad propria remeavit. Sed quæ obtentu ſanctorum pignorum miracula geſſerit, tanto nobis innumerabilia ſunt, quanto frequentiora; quibus tamen tam cautum ſe exhibebat, ut ſemper Sanctis imputaret, quidquid eo adminiſtrante ſoſpitatis à Deo alicui impenderetur. D

omnia in pauperes erogat,

11 Item aliquando Valentiam Galliæ intraturus, obviam habet pauperum multitudinem, quæ eleemoſynam à tam famoſo per orbem diſpenſatore expetebat. Jubet œconomo ſuo Jarentoni, Fratri per omnia ſtrenuiſſimo, impertiri more ſolito per omnem turbam argenteos; at ille poſt, ferme decem ſolidos non ſibi remanſiſſe, reliquis in opus ſimile conſumptis, & hos fore in majori forſitan neceſſitate ſervandos, affirmat. Noli, inquit, trepidare Frater, fidelis eſt Deus & confide; quia iſtis diſtributis, bonus remunerator noſter Jeſus ſatis fideliter recompenſabit in præſenti; ſi datores hilares fuerimus. Complentur juſſa Patris, & antequam ad civitatem veniretur, ecce quidam de civitate obtulit ei aurum, quod ſolidorum pretium decies excedebat. Tunc converſus ad prædictum Fratrem: Accipe, inquit, & ne ultra de bono fœneratore diffidas. Singularis in Deum fiduciæ vir iſte, quotiens ex magna & intolerabili penuria ſe & domum, cui præerat, fide, qua totus in Deo erat, liberavit, enumerare perlongum eſt. E

Deo liberalitatem remunerante:

12 Sed quod beatis Apoſtolis Petro & Paulo ſcripſit, unum de multis ſufficiat breviter retexere. Quadam vice, urgente inopia, miſſa à fratribus ad eum legatio eſt (erat enim tunc *c* Marciniaci) orantibus, ut in tanta neceſſitate eis conſuleret. Convertitur ergo ad ſingulare præſidium; mittit Apoſtolis epiſtolam, rogans & obſecrans, ut ſervorum ſuorum miſererentur; & qui eatenus locum illum rexiſſent, & de parvo in magnum provexiſſent, nunc quoque ab his anguſtiis eum eriperent; nec ad peccata ejus, ſed ad miſerationes ſuas multas, reſpicerent. Defertur itaque ante ipſorum altare legatio fidei. Quid multa? Tanta, non multis evolutis diebus, rerum copia ſupervenit; ut non ſolum illius temporis, ſed & totius anni levaret inopiam. Et quia occaſione ſe præbente de beatis Apoſtolis fecimus mentionem; dignum eſt referre, qualiter per eos de novæ baſilicæ fundatione vir beatus commonitus ſit.

c

miſſa epiſtola ad aram SS. Petri & Pauli pro inopia ſublevanda, exauditur:

F

d

quibus ea-leſtis monitis anguſtiorem eccleſiam adificat:

13 Quidam Abbas monaſterii, cui *d* Balma vocabulum eſt, Gunzo nomine, vir magnæ honeſtatis & ſimplicitatis, dum aliquando gravi languore paralyſis Cluniaci deficeret, ita ut ad extrema jam ſe deveniſſe crederet; quadam nocte, vidit ſibi aſſiſtere ipſos Apoſtolos Petrum & Paulum cum Protomartyre Stephano: quorum primus atque princeps, videlicet beatus Petrus, poſtquam ab ipſo, qui eſſent, requiritur, & ſuum nomen atque ſociorum edidiſſet; ſic eſt exorſus: Surge, Frater, ocius, & Hugoni Abbati hujus eccleſiæ, hæc noſtra defer mandata: Anguſtias baſilicæ noſtræ Fratrum multitudo ferre vix poteſt, & volumus ut ampliorem Abbas ipſe ædificet: nec de ſumptibus diffidat, noſtrum erit providere de omnibus quæ huic operi neceſſaria fuerint. Cui ille: Legationem, inquit, iſtam ſuſcipere non audeo, quia neque fides verbis adhiberetur. Et Apoſtolus, ſignum,

A signum, ait, veritatis hoc à me habeas: quia mox, impleto legationis officio, ſalvum ab omni incommodo te reperies. Dixerat, & ab oculis ejus ſtatim viſio diſparuit. Illuceſcente vero diluculo, mandata viro Dei per ordinem retexuit, & ex promiſſo Apoſtoli ſic factus incolumis eſt. Et hæc prima cauſa fuit, quæ animum ſancti Patris ad tantum opus inchoandum maxime inclinavit. Cujus fabrica tantæ pulchritudinis & venuſtatis in ſe gratiam prætendit, ut in tota Occidentali plaga (nam de aliis mundi partibus mihi minus cognitum eſt) nulla ſit hac conſpicabilior baſilica.

auctor Cluniaco,

14 Sed ne hoc ſolum hujus viri Dei magnificum opus, aliis prætermiſſis, edidiſſe videar; hic Cluniacum renovavit, hic Fratrum numerum tam intus quam foris plus omnibus prædeceſſoribus ſuis ampliavit, hic cellas ædificiis reformavit, hic poſſeſſiones terminis dilatavit. Quis beatorum Confeſſorum e Martialis & Ægidii f eccleſias religione reſtauravit, niſi iſte vir beatus? Quis B. Auſtremonii g Arvernenſis, niſi iſte vir beatus? Quis B. Mariæ Magdalenæ Vizeliacenſem eccleſiam ad ordinis regularis priſtinum reduxit ſtatum, niſi iſte vir beatus? Hic Pictavis h S. Joannis Euangeliſtæ cœnobium ab ipſis fundamentis religione fundavit: Sancti quoque Bertini i Confeſſoris eccleſiam cum pluribus ipſius Flandriæ monaſteriis, religione illuſtravit: locum etiam qui Caritatis obtinet nomen, per virum, mirabilis apud Deum & homines gratiæ, Gerardum monachum ſuum à principio ſtruxit.

e f g varia templa & cœnobia erigit ac reformat,

h i

B

præcipue in Gallia.

15 Pariſiis eccleſiam S. Martini, quæ de Campis nuncupatur, de Canonicali ordine, in monaſticam tranſtulit normam. Sed cur fere totam Galliam peragrem, quam ita monaſteriis perornavit, ut, ſive in Franciam, ſive in Aquitaniam, ſive in Burgundiam, immo quocumque per omnes partes ejus te vertas, ubique religionem tanti Patris fulgere videas? Sed numquid in Galliis tantum, an Occidentales provinciæ prætermittendæ ſunt? quarum ſingulas, quanto religionis lumine illuſtrarit, teſtantur monaſteria, quæ pleraque in eis, vel ipſe conſtruxit, vel ad meliorem ſtatum plurima reformavit. In patrimonio quoque ſuo, fratris ſui Gaufredi ſtudio & auxilio, ſanctimonialium feminarum Marciniacenſe fundavit cœnobium; quibus & cœnobitarum & anachoretarum inſtituit legem; ut & obedientiæ propoſitum æmulentur, & perpetui clauſtri ſolitudine anachoretarum imitentur vitam.

C

ANNOTATA.

a *Inter Claromontanæ diœceſis Decanatus, unus* de Montibus *dicitur, Cluniacenſi monaſterio unitus. Vide Bibliothecam col.* 1755.

b *Hugo Monachus in Vita*, aſſumptiſque ſecum duobus monachis ſuis, Duranno ſcilicet, qui fuit Toloſanus Epiſcopus; & Hunaldo, qui fuit Abbas Moyſiacenſis, vir eloquentiſſimus, *Centulli Comitis Bearnenſis frater, qui Cluniaci ſub S. Hugone anno* 1062 *monaſticam vitam amplexus, eodem Sancto adhuc ſuperſtite Moyſiacenſibus præfuit: de Duranno actum ad ſuperiorem Vitam, præter hos miraculi teſtem alium, Clericum forte ſecularem, allegat Hugo:* Religioſo viro Vincentio referente didici quæ narravi: ipſe facto interfuit, vidit, & teſtimonium perhibuit.

c *De hoc Marcinianenſi monaſterio ſatis egimus ſupra.*

d Balma *vulgo* Beaume, *diœceſis Veſontinenſis, cujus conditor fuit S. Euticius, ut in hujus Vita legitur ad* 13 *Ianu.*

e Eccleſia S. Martialis *Lemovicæ an.* 848 *à Canonicis ad monachos tranſlata, exinde Abbates habuit, quorum duodecimus fuit Adalbertus, ſub quo Baſilicam S. Martialis recuperatam ſcribunt Sammarthani. Nunc rurſum ibi ſeculares ſunt.*

f S. Ægidii, *vetuſtum in Septimania monaſterium, etiam nunc celebre.*

AUCTORE RAYNALDO EX MS.

g S. Auſtremonius, *Arvernorum Apoſtolus, colitur* 1 *Novembris: ejus ſepulcrum ac deinde cœnobium, tempore Gregorii Turonenſis clarum, in vico* Iſſiodoro *vulgo* Iſſoir, *nunc inter Abbatias deſiit numerari.*

h *Neque hoc* S. Joannis Euang. cœnobium *amplius Pictavis ſupereſt, niſi forte imminutum dignitate aut in parochialem eccleſiam verſum.*

i *Sithuenſe* S. Bertini monaſterium *juxta caſtrum S. Audomari tota Flandria notiſſimum; cujus Abbas Iperius narrat, quomodo S. Hugo, de licentia Lamberti Epiſcopi Morinorum, de diverſis Cluniacenſium monaſteriis religioſos viros adduxit an.* 1101, *quibus ſtrictè & religioſè viventibus reſidui Sithuenſes, metu rigidioris diſciplinæ, dilapſi ſint, & brevi pluſquam* 120 *Fratres acceſſerint; ut mirum non ſit, quod Hugonis ſucceſſor Pontius tentaverit hanc Abbatiam Cluniaco ſubjicere.*

CAPUT III.

Secreta animorum cognita; futura prædicta, morbi curati.

E

Quemdã ob latens peccatum ab oſculo prohibet:

16 INter tot gratiarum dona, prophetiæ quoque ſpiritu vir ſanctiſſimus non carebat; quo interdum in diſcernendis voluntatibus & animis fratrum, tanta pollebat gratia, ut ſæpe mores ac affectus eorum prædiceret. Unde accidit, ut quodam tempore, cum cellas ſuas perluſtrando viſitaret & ad locum Caritatis veniſſet; inter alios fratres, unum ab oſculo repudiaret. Requiſitus de cauſa, malignum ſpiritum in eo habitationem habere reſpondit. Stupefactis qui aderant, interrogatur miſer de conſcientia, qui mox confitetur ſe ſine Sacerdotali Ordine Miſſam diu celebraſſe; confeſſionem & pœnitentiam nullam ſeſe ſuſcepiſſe, & adhuc in ſcelere ipſo ſe perdurare; ſed cum debuiſſet pœnitere, poſtea flagitioſus atque peſſimus evaſit. Sic quoque apud Avenionem urbem, dum quadam die ab eo quidam debilis eleemoſynam flagitaret; vir Dei miſerum intuitus, tali fertur eum conveniſſe reſponſo: Eleemoſynam quidem pro Chriſto, quem prætendis, tibi impendo; ſed tua vita plena ebrietate & luxuria, ipſi diſplicet; cujus te pauperem eſſe, mentiris. Protinus omnes qui aderant cives, in admirationem converſi, talem eum eſſe affirmant, qualem, vir ſanctus, qui eum numquam ante viderat, fuiſſe redarguiſſet.

mendicum flagitioſum redarguit:

F

novitiũ detecta tentatione in monachatu ſervat:

17 Quidam etiam novitius, Maingodus nomine, dum præſtolationis ſuſcipiendi habitus tædio afficeretur, & apud ſe jam deliberaſſet, non ultra morarum ſuſtinere inducias; per ſpiritum à viro Dei de cogitatione ſua præventus eſt. Nam & quomodo diſcedere voluiſſet, intimavit; & ne regulari examinationi contraire vellet, admonuit. Qui poſtea laudabilis converſationis extitit, & vitæ curſum, ſicut ei in ipſo mortis articulo per viſionem cælitus dictum eſt, feliciter conſummavit.

cuidam ob jocandi licentiã pœnas prædixit,

18 Fuit quoque vir quidam miræ ſimplicitatis & gratiæ, nomine Durannus, Toloſanæ civitatis Epiſcopus, qui, quamvis religioſus vita fuiſſet, tamen ex animi jucunditate aliquando verba riſum movendi proferebat. De qua re, cum ſæpius à ſancto Patre, cujus & monachus erat, argueretur; quadam die in ſpiritu prædixit ei, quia poſtquam ab hac vita migraret, ore ſpumoſo per viſum alicui Fratrum appareret: quod ita factum eſt. Nam cuidam Capellano ſuo, nomine Higuino, poſt diſceſſum apparuit, atque ut vir Dei prædixerat, ſpumoſus labra Fratrem edocet de oris deformitate: ſcilicet quod vaniloquii culpa pœnas lueret: & ut Patri pio cauſam ejus aperiat, depoſcit. Cui poſtquam revelata viſio eſt, vir

AUCTORE RAYNALDO EX MS.

plenus Spiritu ſancto, ſeptem Fratribus hebdomada una ſilentium indixit; ſed unus ex eis violavit, quod ſex illibatum ſervaverunt. Tunc Epiſcopus iterum prædicto Fratri, ore quidem jam mundiore, ſed à parte quadam adhuc quaſi ſaliva defluente, apparuit; dicens ſe obedientia Fratrum, qui ſilentiũ ſervaverant purgatum; ſed conqueri, quia neglectu ſeptimi Fratris reſtabat illa pars nondum curata. Itaque, quæ viſa ſunt, denuo Patri intimantur, & fractura ſilentii altera hebdomada ſolidata, tertio demum ſe eidem Fratri, ſine ulla deformitate, manifeſtavit.

à quibus eum liberat:

19 Illud quoque memoriæ commendandum arbitror, quod quidam Clericus Flandrenſis, S. Audomari Confeſſoris Canonicus, Lambertus nomine, cum ſeculo renuntiare & beati viri magiſterio ſe ſubdere decreviſſet; ab ipſius oppidi Præpoſito, vi & ſibi & rebus ſuis illata, detentus eſt. Quadam ergo nocte, jam dictus Præpoſitus videt ſibi adveniſſe perſonam magnæ ſeveritatis, cum paſtorali virga; quæ Cluniacenſem Abbatem ſe nominans, multis verberibus Clericum exigebat cum rebus ſuis. Tandem die terris reddita, qui exactus fuerat Clericus, evocatur; & expoſita viſione, vultu quoque & habitu ſancti Patris inſinuato, cum rebus ſuis abſolvitur, & Cluniaci monachus efficitur. Erat quidam, Willelmus nomine, qui ad quamdam obedientiam à ſancto Patre miſſus fuerat, quem mox in crure tantus percuſſit morbus, ut injunctæ obedientiæ ſuccumberet, & tumore evagante ipſum crus ferre nequiret. Tunc concepta fide, Per illum, ait, qui me huc direxit, tibi dico, peſtis, ut obedientiam, quæ mihi injuncta eſt, implere me ſinas. Dixit, & nocte inſecuta, à duobus viris, qui ſe miſſos à ſancto viro dicerent, viſitari ſe vidit; & in ſpecie medicorum ab eis medicari & curari. Mane autem expergefactus ſanum ſe ab omni valetudine perſenſit.

apparet abſenti,

ſanat quẽdam à tumore cruris,

B

20 Alter vero, nomine Theodericus, in pollice pedis quaſi quodam igne urebatur, ita ut vix ſomno, vix alicui corporis quieti indulgere poſſet. Rogat infirmorum procuratorem, ut aquam, unde manus ſancti Patris in hora Miſſæ abluerentur, caute reciperet ac ſibi deferret. Captata igitur opportunitate, aqua de manibus ſuſcipitur, & ardenti pedi infunditur: ſicque ſtatim ardor penitus ceſſavit. Miles quidam Arvernenſis vulneratus in prælio fuerat, & obducta cicatrice minus caute, ſanies letaliter incluſa totum corpus occupabat; torquebatur indies doloribus immenſis, & ad mortem uſque deſperans exitum vitæ præſtolabatur. Erat ei frater Clericus quidam, deſperans quidem & ipſe de carnali medicina; ſed de Dei miſericordia non diffidens: qui beatum virum pro languente fratre cenſuit expetendum. Veniens igitur ad virum Dei, conſilium ſuper tanta incommoditate flagitabat, utque vel fragmenta aliqua ciborum ſuorum ei mitteret, expoſcebat: ſpinam quoque ligneam raſilem, quam tunc forte manu vir Dei tenebat, petiit & accepit. Tulit itaque fragmenta, & fratri ad edendum tribuit, cicatricem ſpina in Crucis ſignaculo conſignans; ſtatimque dolor ita fugatus eſt, ut æger, cunctis qui aderant ſtupentibus, diuturnum deſereret lectum, & ultra nihil moleſtiæ priſtini languoris ſentiret.

& alium vulneratum:

C

obtritum ſibi reſtituit.

21 Puer quidam monachus apud Paredum monaſterium, dum in choro cum Fratribus oraret; una de tabulis cadente, quæ in lacunari turris eminentis jungebatur, contritus à vertice eſt. Curritur ad venerabilem Patrem, qui tunc forte in altera eccleſia, Dei ſcilicet Genitricis, divino operi inſiſtebat: & tam gravis colliſio pueri, jam pene exanimis, ei nuntiatur. Qui ubi advenit: aqua benedicta faciem ejus rigat, & oratione ſubſecuta ſpiritum vix palpitantem & ad exitum properantem retinuit: inde paulatim reſumptis viribus ſanus effectus, longo tempore ſupervixit.

D

Nobilem ob iniquas prædas mania correptum ſanat.

22 Miles erat in Lugdunenſi territorio, Berardus nomine, Dominus Caſtri Rehoterii, qui locum B. Petri Cavariacum devaſtabat, & ad pravos uſus redigere nitebatur. Pro qua re cum à ſancto Patre ſæpius corriperetur, & magis magiſque malitia ejus graſſaretur; quadam die in ſuperbiam elatus, minas intulit & ſic ab eo diſceſſit. Ille ad fidei arma ſe conferens, Chriſtum invocat protectorem, & Joannem Baptiſtam, in cujus honore loci ejuſdem baſilica conſecrata eſt, deſerorem efflagitat. Mox in ipſo itinere inter Cavariacum & caſtrum ſuum Luſeſium, divino judicio percuſſus inſanivit, & ſuorum manibus devectus, ad lectum pertrahitur: nocte quoque ipſa vix ab incendio, ſemel atque ſecundo lectum ejus occupante, liberatur, vix ad ſequentis diei ſatisfactionem reſervatur; qua tamen ex arbitrio ſancti viri peracta, ipſius abſolutione ab inſania illa quievit.

Puniuntur divinitus prædones à quibus ſpoliatus erat.

23 Quodam etiam tempore dum per Aquitaniam pro quibuſdam utilitatibus eccleſiæ ſuæ vir beatus iter ageret; quidam raptores de caſtello, cui Briderium nomen eſt, in eum irruperunt, & mulas ejus cum multa ſupellectile abduxerunt: quod facinus ultio divina ſecuta eſt. Nam eodem anno & ab Aquitano Duce Guidone, qui & Willelmus vocabatur, eorum oppidum ſubverſum eſt, & divinæ animadverſionis igne concrematum. In conſilio quoque vir Dei tanta gratia pollebat, ut quicumque tam in divinis quam etiam mundanis rebus conſilii cauſa eum expeteret; ita fonte cæleſtis doctrinæ inbibebatur, ut crederet ſe quaſi ab Angelo informatum.

E

Crebra à cœnobio quodam fulmina arcet.

24 Quod S. Michaelis eccleſia, quæ in ea parte Ciſalpinæ Galliæ, quæ Cluſa dicitur, ſita eſt, ſatis in fulminum depulſione probavit. Nam dum crebris fulminationibus locus ille feriretur, & deſolationem cœnobio tempeſtas horrida, ob quorumdam Fratrum interitum, minaretur; tandem vir beatus de mutanda loci habitatione conſulitur. Tunc vir Deo plenus, locum deſerendum non eſſe, reſpondit: ſed B. Laurentii Martyris patrocinium quotidiana commemoratione implorandum. Cujus conſilii tanta apparuit efficacia, ut ab illo tempore, meritis ſancti Martyris & fide beatiſſimi Patris, à fulmineis ictibus quieſceret locus. Sed cum aliis in conſilio utilis, tum ſibi promptus atque providus erat: quod quia in multis negotiis ejus oſtendere longum eſt, pauca tamen pro rei exemplo breviter abſolvam.

F

CAPUT IV.

Concilium Rhemenſe concelebratum, compoſitum ſchiſma: Pius obitus.

In Concilio Remenſi oratorũ agit;

25 QUodam tempore Romanæ Sedis Pontifex Leo nonus, ob hæreſes Simoniacorum & Nicolaitarum à Galliis extirpandas, Remis ſynodum celebrabat, & introitus ſingulorum Patrum diſcutiebat; qui dum ſingillatim de ſuis electionibus reſponderent, vir Dei de conſcientia tale fertur dediſſe reſponſum: Caro quidem conſenſit, ſed ſpiritus repugnavit. In quo verbo apud omnes tantæ admirationi & gratiæ habitus eſt, ut inter tot eloquentiſſimos viros, inter tot ſeniores ipſe adhuc adoleſcens, ut ſermonem ad totam faceret Synodum, eligeretur. Hujus conſilium non ſolum de vicinis, ſed etiam de remotis terrarum partibus petebatur: nec à privatis dumtaxat perſonis, ſed à magnis ordinibus, Regum, Imperatorum, Pontificum, tam Romanæ Sedis quam aliarum multarum Sedium: quibus cum tanta moderatione æquitatis reſpondebat, ut & Deum in omnibus

à Summis quibuſque pro dandis conſiliis exquiritur:

A omnibus anteponeret, & benevolum ſe cunctis exhiberet. Quod in ſchiſmate Henrici Imperatoris contra Romanam Eccleſiam evidenter oſtenſum eſt.

& à Pontifice ad componendum ſchiſma evocatus, a

26 Ad cujus reconciliationem cum à ſummo Pontifice Gregorio ſeptimo evocatus fuiſſet, & liminibus Apoſtolorum (quia ibi *a* Cæſar cum exercitu ſuo morabatur) tranſmiſſis, ad Summum Pontificem divertiſſet; Rex hoc comperto legationem ad eum miſit, reprehenſibilem eum judicans, quod pro mortali homine prætergreſſus fuiſſet. At vir Dei non ex neglectu, ſed ex bona intentione ſe prætermiſiſſe locum reſpondit: citius ab Apoſtolis veniam ſe impetraturum, ſi ob reformandam pacem ſeverum Pontificem priorem eis adiviſſet, quam in ejuſdem Pontificis gratiam rediturum; & ad cauſam minus profuturum, ſi ſub ſpecie orationis, Regium Pontificali videretur prætuliſſe colloquium. Et licet in concordiam vir Dei eos non potuiſſet adducere, tamen Imperator paulo mitior factus ex tam rationabili reſponſo, Sutriam, *b* ne Romæ ſecundus videret, quem prior videre non potuit, ad ejus colloquium venit: ubi poſt multum ad invicem habitum verbum, Rex pro quodam Brixiano *c* Epiſcopo, qui ipſi viro Dei injuriam *d* captionis, zelo regio ductus, intulerat, flexis genibus ſatisfecit.

b Henricum Imperatorem adit.

c

d

B 27 De diſcretione vero ejus ſatis referre tanto minus poſſum, quanto per ſingula opera ejus ire, difficillimum eſt. Ceterum ut de aliis virtutibus ejus breviter differui; ſic & de illa, quæ omnium mater eſt, & ſine qua nulla ejus reperiuntur facta, paucis explicabo. Et quia nullo melius indicio res depromitur, quam exemplo; idcirco Guigonem Albionenſem Comitem, novo genere diſcretionis per eum ſalvatum, non ab re duximus commemorandum. Hic nimirum dum quadam die cum ſancto Patre ſermocinaretur, inter alia monachum ſe poſſe fieri denegavit, niſi veſte ſeculari ad votum ut ſemper indui permitteretur: quod ubi vir Dei audivit, & voluntati ejus acquieſcendo ſatisfecit, & animam ejus Deo lucrifecit. Nam monachus factus, primum molliorib. & pretioſioribus veſtibus ſub cuculla indutus incedebat: deinde cum videret Fratrum humilitatem, ſimulque vitæ vel habitus ſimplicitatem; ſe inter oves Chriſti quaſi leonem reprehendens, ſponte ſua ſecularia & pompoſa quæque abjecit: & ſic brevi ſpatio converſionis ſuæ, circiter viginti dierum curriculum bono fine quievit.

Comitem Albionenſem ſuaviter ad monaſticam vitam inducit.

C 28 Religionem in eo tunc demum digne & veraciter laudaverimus, ſi ejus habitum, inceſſum, geſtum, eloquium, ſi denique omnia ejus opera ſancta & irreprehenſibilia in omni vita ſua fuiſſe dixerimus. Patientiam vero, humilitatem, pudicitiam, ſobrietatem, ceteraſque virtutes, quas habuit, deſcribere non eſt neceſſe: quæ quaſi innatæ illi inerant, & ejus actus ab ipſis cunabulis omni modo decorabant. Sed de caritate ejus unum prætermittere indignum arbitror, in quo admirabilem illum fuiſſe, nemo eſt qui diſſentiat. Nam cum duo milites unum de Fratribus ejus interemiſſent, nulluſque refugii locus, ubi ſe ad ſalutem reciperent, eis in Galliis pateret; iſte vir beatus in aſylo Cluniacenſi eos recepit, & monachos factos, unum ſub Ordinis monaſtici retinuit norma; alterum, qui caput mali extiterat, fuga lapſum & poſtea prædis atque rapinis intentum, & ob hoc male interfectum, amiſit. Et quoniam tota vita beati viri non aliud quam virtus fuit, neque ſingula ob enormitatem colligere poſſumus, idcirco finem hujus operis de tanti Patris fine faciamus.

Multis virtutibus clarus,

fratris ſui ſicarii aſylum & monaſticũ habitum impertit:

Variarum virtutum exercitio ad mortem ſe parat:

29 Vir igitur ſanctus per glorioſos vitæ labores, cum jam carnis univerſæ viam ingredi tota mente deſideraret, ut præmium ab ipſo Rege, cui ſemper militaverat, in æterna beatitudine reciperet; non ceſſabat indies magis magiſque bona opera exercere, miſericordiæ ſtudere, eſurientes paſcere, nudos veſtire, ſervitio Dei cuncta poſtponere, rigorem ordinis ſui inflexibiliter tenere, religionem tam in ſe quam inſubditis ſemper obſervare; virtutes denique omnes æmulari, amplecti & obtinere, & ſic vocationis ſuæ diem jugiter expectare. Interea Dominicæ Reſurrectionis Paſchalis ſolennitas advenerat, & ſanctus ſenex de labore ad requiem tranſiturus, cum in ipſo cœnæ Dominicæ die Fratres ſuos, tam abſentes quam præſentes, paterna auctoritate abſolviſſet; Paſſione vivifica ac Reſurrectione celebrata, quarta feria jam die adveſperaſcente, in Oratorio beatæ Dei Genitricis, beatum Deo ſpiritum reddidit: cujus corpus aromatibus conditum, in baſilica nova, quam ipſe conſtruxit, ad Orientalem plagam ſepultum eſt. AUCTORE RAYNALDO EX MS.

Quæ pie obita eodem tempore cuidam revelatur in Anglia,

30 Cujus exequias, ipſa nocte qua migravit ad Dominum, Frater quidam religioſus, Balduinus nomine, olim Domini Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi diſpenſator, in ſpiritu, ſicut ipſe mihi narravit, ab Anglia per ordinem vidit. Nam ubique luctus incomparabilis, ubique ejulatus, ubique planctus perſonabant: quidquid in ſancti patris funere doloris Cluniaci agebatur, totum ipſe in Britannia poſitus videbat; & cujus cauſa totum fieret, intelligebat. E Tunc vocato Roſenſi Epiſcopo Domino Rodulfo, qui tunc Cantuarienſem eccleſiam de recenti obitu Domini Archiepiſcopi Anſelmi conſolabatur, viſionem expoſuit, & ſanctum ſenem de ſeculo migraſſe prædixit. Igitur notata die atque hora, poſt non multos dies ſanctum virum obiiſſe didicit, & notatum tempus juxta viſionem quam viderat invenit. Quidam quoque Abbas de Cameracenſi pago duo grabata ad cælum deferri videbat: quorum unum Archiepiſcopi Cantuarienſis, alterum Cluniacenſis Abbatis eſſe dicebatur: unum aſcendebat quarta feria unius hebdomadæ, alterum ſimiliter alterius hebdomadæ eadem feria: quod paucis tranſcurſis diebus, rei probavit eventus: nam Dominus Archiepiſcopus quarta feria ante Dominicam Cœnam die illucelcente migravit; ſanctus vero ſenex Dominica, ut ſupra dictum eſt, peracta Reſurrectione eadem feria, octavo ſcilicet die adveſperaſcente, carne ſolutus eſt. Hæc de Vita ſancti Patris noſtri Hugonis Abbatis Cluniacenſis, ſicut partim vidi, partim relatione probabilium virorum didici, perſtrinxerim, in cujus laude verſiculos iſtos ſic decantemus.

& alteri tranſitus ejus ad cælum.

Regula virtutum, Pater Hugo decus monachorum, F
Spes inopum, contemptor opum, portus miſerorũ.
Vas templumque Dei, libamen & hoſtia Chriſti,
Carne locatur humi, ſed ſpiritus aſtra petivit.
O felix currus! felix auriga tuorum!
Fac ut ad aſtra vehas, quos hic vivendo regebas.
Ultima lux vitæ, penultima luxit Aprilis.
Lux æterna Deus, tibi luceat omne per ævum.

Epitaphiũ ejus.

Rexit autem Cluniacenſem Eccleſiam annis ſexaginta, additis octo diebus ac duobus *e* menſibus, cujus merita nos apud Deum adjuvent in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a Sp. & int hæc ad annum 1083 & ſequentem, quibus urbe potitus ſacrilegus Guibertum antipapam inthronizavit, & ipſe viciſſim ab eo accepit coronam Imperii, ſeu potius damnationis ſuæ pignus.

b *Diſtat* Sutria *ab urbe Roma ad 25 p. m.*

c Odalricus *hic fuit, qui ab anno 1063 Sedem Brixienſem tenuit, & ob ſchiſma à ſuis ipſius civibus pulſus, militavit in caſtris Henrici, in iiſque periit peſtilentia an. 1088, ut ſcribit Bernardinus Faynus in ſuo Cælo Brixiano.*

d *Idem variis Prælatis contigit venientibus ad Concilium,*

AUCTORE RAYNALDO EX MS.

lium, à Papa ex ipſius Henrici conſenſu indictum; iis videlicet à quorum ſincero zelo magis ſibi ſchiſmatici metuebant.

e *Ergo conſecratus an.* 1049 *22 Februarii, in feſto Cathedræ S. Petri Antiochena, tunc in feriam 4 cadente, qua feria etiam obiit.*

SYNOPSIS VITÆ METRICA

Auctore eodem Raynaldo ex dicto MS.

INſignem titulis & clarum laude per orbem
Hugonem canimus, ſpem Cluniace tuam.
His Deus aſpiret cœptis, hæc vota ſecundet,
Ut Patre tam ſancto, digna loqui merear.
Naſcitur nobili ſtemmate Burgundiæ; Quos habuit proceres Burgundia nobiliores,
Germen traxit ab his iſte vir egregius.
Nam patre Dalmatio nil clarius edidit unquam,
Ni quia plus nimio bella ſequi volvit.
Mater Aremburgis, non impar ſtirpe marito,
Moribus effulſit, ſe quoque nobilior:
Hæc concuſſa metu, partus inſtante periclo,
Vota Sacerdotum cenſuit expetere.
B Res nova tot ſeclis: dum ſacrificatur ab uno,
Infantis ſpecies cernitur in calice.
Quis foret & quantus, qui naſcebatur, habendus,
In tanto ſpeculo viſa figura docet.
Ille ſacramentis conſueto more peractis,
Quem reperit natum, prædicat eximium.
Unde ſuum patrem pueri nec vita fefellit;
Nec juvenum mores hunc violare queunt.
Pietati ac litteris deditus, Hic ſcholis, hic eccleſiæ jam totus adhærens,
Virtutum ſtudiis ludicra poſtpoſuit.
Nobilium veſtes, humili pro veſte recuſat,
Et cum ſimplicibus ſimpliciter graditur.
At pater hinc metuens, ne ſic diſſueſcat ab armis,
Corripit hunc, tamquam de pietate reum:
exercitia militaria abhorret: Talia militiæ, niſi dediſcantur, obeſſe:
Vix horrere ſenem, quæ didicit juvenis.
Hunc ſemel heredem ſe conſtituiſſe bonorum;
Hunc inter fratres ſemper amaſſe magis.
Hinc patrios mores, patrias quoque traditiones
Hunc debere ſequi, ne quaſi degeneret.
Hæc pater: at juvenis tandem quæ mente gerebat
Efficit, & profugus te, Cluniace, petit.
Cluniaci monachus, Hunc Odilo vir magnificus, tunc Paſtor & Abbas,
Suſcipit inter oves, erudit atque fovet:
C Inque brevi ſpatio ſic de virtute probavit,
Fratribus ut cunctis ordine præficeret.
Quin & Præpoſiti poſt ſublimavit honore;
Ut quandoque ſuas ipſe vices gereret.
Sic humilis, blandus, ſic fervens, ſicque ſeverus,
Ut Patre defuncto jure Pater fieret.
O concors! ô unanimis ſententia Fratrum!
Nam vox una fuit quidquid ibi ſonuit.
& deinde Abbas fit; Fratrem tota phalanx Abbatem flagitat illum:
Optio nulla Patrum, ſed Pater Hugo fuit.
lorica induit patris crimina expiat: Quas exinde cruces ſibi mox indixerit ipſe,
Dat lorica fidem, qua bene ſe domuit.
Hanc tulit ad carnem dum luget crimina patris:
Hanc tulit ad carnem dum ſua membra domat.
Pene vel orantem vel ſemper pene legentem,
Crede fuiſſe virum, dum regimen tenuit:
Nunc audiſſe Deum, nunc illum conſuluiſſe:
Hinc ſpes, inde fides, utraque nectit amor.
De pietate Patris ſcribens reus eſſe videbor,
Si qui re nulli laude ſecundus erat,
prodigus in pauperes; Si referam, quas fudit opes in paupere Chriſto,
Me modus excedit, me numerus ſuperat.
Diffinire tamen breviter, quod ſentio, poſſum;
Tempore nemo ſuo diſtribuit melius.

Ad fidei titulos jam nunc tandem veniamus,
Primum de Chriſto ſigna locum teneant.
Teſtis adeſto rei, tu ſeptime Papa Gregori!
Hæc ſecreta Deus cernere quem voluit. *Chriſtum lateri ſuo aſſeſſorem habere conſpicitur:*
Dum Pater inſignis Fratres aliquando doceret,
Mores diſcuteret, noxia deſtrueret,
Iſte vir egregius, tunc Hypodiaconus urbis
Ildebrannus adhuc, poſt vir Apoſtolicus,
Tunc Patris aſſeſſor reſpexit, & ecce Redemptor
Conſediſſe Patri cernitur à latere;
Et quaſi judiciis habitu vultuque faveret,
Sic hilaris, placidus, ſicque ſerenus erat.
Cui vir hic aſſurgens, Fratrum mirante caterva,
In media voluit ſede locare Deum:
Unde requiſitus, quænam ſibi cauſa fuiſſet,
Patris viſa refert ordine commemorans.
Urbs eſt Italiæ, Florentia nomine dicta, *à Stephano Papa præſentia ſua damonem abigit:*
Hic Stephanum Papam fama mori fuerat:
Viſitat hunc Sanctus, medicus ſapiens animarum,
Et vitæ verbum ſæpe miniſtrat ei.
At generis noſtri crudelis & invidus hoſtis,
Cum vir ſanctus abeſt, ipſe doloſus adeſt,
Terret Pontificem, turbans horrore tuentem;
Cum vir ſanctus adeſt, ipſe doloſus abeſt.
Sicque protracta diu fuit alternatio præſens. E
Tum rogat Antiſtes ſemper adeſſe patrem:
Obſequitur precibus, nec ei ſe ſubtrahit ultra,
Donec obiſſe videt, donec eum ſepelit.
Nec mireris eum veterem pepuliſſe tyrannum,
Cujus adhærebat mens animuſque Deo:
Et cui fixus erat, cui nocte dieque vacabat, *Chriſtum eum ſuis pſallentem videt:*
Hunc ab eo viſum, dum locus eſt, referam.
Pſallebat Domino Fratrum Chorus, & Pater ipſe
Aſpexit Chriſtum pſallere cum cythara.
Qui ſingillatim viſus cantare per omnes, *quemdam ſui fugitantem,*
Implet odore locum, balſama qui ſuperat.
Nec te præteream, languor ſimulate per iram,
Quem ſimulat fruſtra Pontius ille reus.
Hic aliquando Patris ne colloquio frueretur,
Confugit ad lectum, ſicque malum ſimulat:
Non impune tamen; nam mox ita redditur æger, *ideoq; morbo, quem ante ſimulaverat, vere correptus,*
Ut jam deficeret pene loquela ſibi:
Et niſi vir ſanctus feſtinans viſeret illum,
Spes etiam vitæ nulla ſuperfuerat.
Ut tamen à culpis abſolvitur à Patre ſancto, *ſanitati reſtituit:*
Mox redeunt vires, ipſa loquela redit.
Te quoque, qui ſolidos injuſſus habere dediſti,
Te Patris expertum novimus auxilium: F
Nam defunctus eras, ſed nondum carne ſepultus, *defuncto cuidã violata paupertatis reo ſubvenit;*
Viſio cum Fratres una duos monuit:
Te prius abſolvi depoſcere quam ſepeliri,
Sin alias, donum poſſe nocere tibi:
Utque fides dictis adhiberi poſſet ab illis,
Vir quoque detegitur, cui ſolidos dederas.
Hæc ubi ſunt comperta Patri, quæ vota ſequuntur,
Tu melius noſti, cui datur hinc venia.
Eſt reticere nefas curatum veſte leproſum, *leproſum ſua veſte,*
Quam dederat ſanctus compatiens miſero.
Nec mentem fugit memorabilis inſula Petri, *& egrum caſula S. Petri ſanat:*
Qua per eum languens redditur incolumis.
Unde decem ſolidos decies auro retributos,
Vel pro laude tua, Rex inopum, refero.
Te Petre cum Paulo Patris hujus epiſtola flexit, *SS. Petro & Paulo epiſtolam ſcribit,*
Flexit ægeſtatem ſæpe levare ſuam.
Voſque novum templum fundare Patrem monuiſtis: *& templum exſtruit,*
Fitque per hos ſoſpes nuntius ipſe rei.
Dic, Cluniace, ſtatum, quo te Pater Hugo locavit.
Dic numerum Fratrum, quem dedit innumerum.
Dic cellas, dic eccleſias, quas condidit ipſe.
Die, quæ reſtituit multa monaſteria.
Inter cuncta tamen, foveas, rogo, Marciniacum: *cœnobium Marciniacũ fundat:*
Hunc in jure locum conſtituit patrio.

Hic

A Hic ſtatuit ſervire Deo ſanctas mulieres,
Et Jeſu Matri continuare melos.
Tu quoque ſpirituum diſcretor Spiritus alme,
In diſcernendis non deeras animis.
quibuſdam ſecreta jua peccata indicat: Hinc eſt quod Sanctus cuidam negat oſcula Fratri,
Quem non Presbyterum ſacrificaſſe probat.
Hinc de pauperibus zelatus corripit unum,
Cui damnabatur luxus & ebrietas.
Tu meditate fugam, quem prævenit ipſe beatus,
Hinc quoque ſenſiſti cor patuiſſe tuum.
Epiſcopo ob jocandi licentiam pœnas prædicit, Ille Toloſanæ Durannus Epiſcopus urbis,
A patre poſt obitum, quid lueret, didicit.
Spumoſum labiis, ob verba moventia riſum,
Se fore cernendum cuilibet, edidicit.
Qui ſimul ac obiit, cuidam de nocte Siguino,
Spumeus apparet, dicta Patris memorans.
At pius & ſapiens medicuſque ſagax animarum,
à quibus indicto ſuis 7 dierum ſilentio illum liberat: Fratribus ut ſileant, imperat, hebdomadam.
Fratribus hoc ſeptem ſtatuit; ſed negligit unus
Quod reliqui ſervant, nec tamen hoc latuit.
Rurſus enim Præſul Fratrem repetivit eumdem,
Et tranſgreſſa Patris jura ſtatuta, refert.
Se ſatis adjutum, quod ſex tacuere fideles,
Sed quod adhuc reſtat, ſeptimus impediit.
B His Pater acceptis, ſolidat quæ fracta fuerunt,
Per totidem Fratres atque per hebdomadam.
Tunc redit Antiſtes, nec jam deformis, ut ante;
Sed ſpecie renitens atque decorus erat.
Ne monachus fieres, ô Clerice, carcere truſe!
Te Pater Angelico liberat auxilio.
quoſdam morbos ſanat: Quem parere Patri cruris dolor impediebat,
Ipſius ad nomen propulit ipſe malum.
Menſæ relliquiis multos curaſſe refertur,
Res ea, quam tetigit, ſæpe medela fuit.
Tu contrite puer, qui vix ſpirare valebas,
Tu precibus Patris factus es incolumis.
Quem requiem nullam pedis ardor habere ſinebat,
Qua Pater eſt lotus, convaluit per aquam.
Quam fruſtra Sancto miles Berarde minaris!
Orat, & inſanis, dum veniam tribuit.
Quid tibi Briderium, quid profuit illa rapina?
Qua meritis Sancti cælitus igne peris.
Nunc in conſilio quantus fuit iſte Beatus,
Expediam breviter, namque placet brevitas.
fulmina à quodam cœnobio arcet: Fulmina crebra diu Cluſenſes percutiebant,
Atque Pater ſanctus conſulitur ſuper his.
Te bone Laurenti, te propter Cæſaris ignes,
Quos bene viciſti, te jubet hic recoli:
C Te ſatis hos ignes affirmat poſſe fugare,
Nocte dieque tuum ſi celebrent meritum.
Complentur mandata Patris, mox fulmina ceſſant,
Et ſic ille locus permanet abſque metu.
Comitem mira induſtria ad vitam monaſticam inducit: Quæ vel quanta pio fuerit diſcretio Patri,
Unus de multis Guigo Comes perhibet:
Hic monachum fieri jurans ſe poſſe negabat,
Ni liceat veſtem ferre velut Comitis.
Præbuit aſſenſum Sanctus, Comitemque lucratur:
Ille brevi ſpatio ſic monachus moritur.
ſicariis fratris aſylum & habitum concedit: Utque viro ſancto perfectio nulla deeſſet;
Ipſe peremptores fertur amaſſe patris.
Morte cruentatis fraterna factus aſylum,
Credo nec hoc facto Rege David minor eſt.
De Patris hæc meritis, hæc de virtutibus ejus,
Edita ſufficiant, nunc obitum referam.
moritur anno 1109. Cum celebrarentur Paſchalis feſta triumphi,
Ex quo Virgo Deum carne ſatum peperit,
Millenis annis centumque novemque peractis,
Felix ille ſenex tranſiit ad requiem.
Exequiæ ejus revelantur abſenti, Cujus ad exequias vir quidam relligioſus,
Mente quidem rapitur, ſed procul ipſe manens.
Trans mare, Normannos quod dividit atq; Britannos,
Hic poſitus vidit, quod Cluniacus agit.
Luctus ubique ſonat, nuſquam niſi planctus habetur,
Nil ſine ſingultu cernitur aut gemitu.
Annotat ergo diem, quo Sanctus obiiſſe putatur,
Huncque brevi ſpatio comprobat eſſe diem.
Unde grabata duo, quæ portabantur ad aſtra,
Ut ſenior quidam viſa refert, memorem.
Præſulis Anſelmi, quo præſule Cantia gaudet,
Eſſe ferebatur, qui prior eſt loculus:
Quique ſecundus erat, ſancti Patris eſſe futurus
Inſinuabatur, poſt tamen octo dies.
Viſa fides ſequitur, nam poſtquam Præſul obivit,
Octavo Sanctum conſtat obiiſſe die.
Hic regimen ſacrum luſtris tenuit duodenis,
Adde duos menſes, inſuper octo dies.
Hæc, Pater Hugo, tui Rainaldi dicta nepotis,
Suſcipe, quæſo, pie meque tuere, Pater.

AUCTORE RAYNALDO EX MS.

& alteri tranſitus ejus ad cælum.

EPITOME VITÆ,

ab Ezelone atque Gilone monachis Cluniacenſibus proxime ab obitu Sancti ſcriptæ, per Anonymum excerpta.

Ex MS. Bodecenſi in diœceſi Paderbornenſi eruta à Ioanne Gamans S. I.

E

1 BEatus Hugo Abbas Cluniacenſis, Auguſtodunenſis indigena fuit, nobili genere, patre Dalmatio conſulari, viro bellicis rebus intento. Hujus mater gravida, cum in partu graviter laboraret, quemdam Sacerdotem religioſum, pro ſui liberatione & naſcituri ſalute, Miſſam celebrare exoravit. Qui dum Miſſarum ſolennia attentius peroraret, & in contemplatione ſuſpenſus, ſuper ſemetipſum ſuſtolleretur; vidiſſe in calice fertur, cui ardentius incumbebat, ſpeciem infantilem, ſuper humanum modum radiantem. Digna prorſus viſio, & vere præſaga futuri, In calice apparuit nondum natus, qui ab adoleſcentia ſua calicem ſalutaris accipiens, paſſionis Dominicæ imitator Euangelicus, Euangelii verba vertit in opera, & uſque in ſenectam nomen Domini invocavit. *Poſt ſanctitatu futura præſagium.*

2 In pupillaribus annis conſtitutus, non ut illa ætas aſſolet, laſciviæ fræna laxavit, nec inerti luxu emollitus nugales ineptias ſectatus eſt: ſed ſecundum quod ſcriptum eſt, de Jacob: innocenter habitabat Domi. Deinde Cluniacum adiens, B Odiloni ſe tradidit; mutanſque vitam cum tunica, habitum ſacræ religionis devotiſſime ſuſcepit. Conſequenter de rubigine mundana in camino diſciplinæ ad purum excoctus, ſubito calore longum teporem plurimorum ſuperavit. Poſt hæc factus Prior, etiam B. Odiloni defuncto Abbati in regimine ſucceſſit, licet cum lacrymis renitens, bonus utique ſcientia, melior conſcientia, optimus temperantia, forma angelicus, moribus compoſitus, naturali inceſſu conſpicuus, ſermone non affectato ſuavis, & aliis hujuſmodi chariſmatibus ſpectabilis. Illo in tempore Henricus ſecundus Imperator regni apicem ſtrenuiſſime gubernabat: cujus pater Auguſtus *a* inſignia, quæ Romæ geſtavit, in regni adeptione Cluniaco delegavit. Quapropter filius dilectionem Cluniaci, quaſi jus hereditarium, medullitus retinens, floridum Patrem ſibi arctius colligare decrevit. Itaque Sanctum Hugonem, pubeſcente ætate vernantem, venire ad ſe invitavit, invitatum glorioſe accepit; & ut filium ſuum Henricum tertium de ſacro fonte levaret gratanter obtinuit. Tunc etiam Paſcha celebravit, paſchalis Agni filius, una cum Imperatore, angelica Cluniacenſium ſeniorum ſtipatus caterva, in Aprippina colonia. Nec multo poſt, vix ab Auguſto laxatus, Cluniacum

F *factus monachus & tandem Abbas,*

carus Henrico II, *a*

baptizat Henricum III,

Auctore Bernardo ex ms

Cluniacum rediit, muneribus comitatus & gratia.

adest moriente Stephano Papa;

3 Cujus etiam gratia Stephanum Papam non fugit; qui cum in civitate Florentiæ valetudine constrictus decumberet, adveniente sancto Hugone inimicum recedere, exeunte eodem accedere circumstantibus protestatus est: quare ne infœderabilis infestationibus Hostis urgeretur, sedulitatem ejus exorabat, cujus præsentia insidiator confundebatur. Jamque malignos incursus lacrymæ patris longe removerant, cum vir Apostolicus in sinu præsidentis animam exhalavit: cujus manibus digne compositus,

videtur assessore habere Christum,

traditus est sepulturæ. Sed & reverendissimo Hildebranno, mutato & nomine & gradu postmodum Gregorio nuncupato, manifestissime claruit, quod multum gratiæ spiritalis pater Hugo obtineret. Hic

b

sane nondum *b* Pontificali [apice] insignitus, positus in Cluniacensi Capitulo, ipsum mundi Judicem perhibuit se vidisse S. Hugoni collateralem; qui sedens à dextris regularem disciplinam fovere prosequebatur. Hinc Papa factus, blandum tyrannum eum vocitare solebat; cum sævis leonem, mitibus agnum se exhibuerat, haud ignarum parcere subjectis & castigare superbos.

B

interest Concilio Remensi,

4 Tempore Leonis Papæ noni Remis translatum est corpus B. Remigii: præfuit autem tantæ Translationi Apostolicus, ac generale Concilium, præcipue contra simoniacos, celebravit. Interfuit etiam Pater Hugo fide armatus, ipsumque ingens virorum illustrium sequebatur agmen. At tanta erat perversorum multitudo, ut boni vix auderent reprehendere malos: & etiamsi ausi fuissent, facilius erumperet reclamatio male viventium, quam vox libera eorum qui sanius sentiebant. Mox cujusdam nominatissimi viri exhortatione Synodali causa, jussu Domini Papæ & suasione cujusdam nominatissimi viri

c

Sancti *c* Constantii Remensis Canonici & aliorum, laudabiliter egit & probabiliter confutavit tergiversationes eorum, qui contra verum mendacio stare consueverant.

amatur ab Alphonso Rege:

5 Hildefunsus Rex Hispaniarum, patrem Sanctum, scilicet Hugonem, plus omnibus recolens, votis ardentibus ut eum videre mereretur impetravit: primo quia à captione fratris sui Sancii precibus Sancti Hugonis emersit; deinde quia conjunctionem patris sui Fredelandi & Cluniacensium compaginare fortius disponebat, alioquin B. Petro inobediens & beneficiis ingratus constitueretur. Is *d* enim

d

cum arctissima teneretur custodia, & Cluniacenses

C

pro eo orationi incumberent, per Episcopum quemdam innotuit, qualiter instantia Hugonis & suorum pulsatus ut brevi ipsum propriæ potestati reconsignaret, *e* & adsceptrū usque proveheret. Nec mora Claviger cæli, Sancio regnum usurpanti, terribiliter noctu apparens, mortem intentavit, nisi fratrem mox dimitteret. Surrexit ocius exturbatus tyrannus, & eo à vinculis emancipato, cubitum rediit. Itáque factum est ut Rex liberatus, duplicato censu paterno, intercessoribus suis diversas auri uncias annuatim etiam destinaret, diemque liberationis nostris celebrem derelinqueret.

e

claret spiritu prophetiæ:

6 Multa S. Hugo ad usus pauperum conferens, quasi viles sarcinulas reputans, direptionem illarum sæpe pertulit non iratus: quin etiam præceptorum talem habuit mensuram, ne aut nimia remissio, aut severitas excedens haberetur. Spiritu vero prophetiæ discernere in novitiis solebat, qui essent frumenti stabilitate solidandi, & qui tanquam paleæ spiritu maligno ventilandi. Quodam vero tempore cum esset apud Marciniacum, adjuncto sibi præclaro Anselmo Cantuariensi Archiepiscopo, qui propter justitiam ab Archiepiscopatu semotus jucundabatur ejus solatio, divina revelatione admonitus, mortem Wilhelmi Regis Angliæ momentaneam prænuntiavit: & ut prædixerat accidit. Nam dum ille per saltus fugaces cervos sagittare gestiret, sagittam subito in corde susceptit, qua miles suus cervum impetebat. Alio tempore, cum dormiret idem Pater, vidit in somno sub capite suo cubare serpentium multitudinem & ferarum, qui sub capite excutiens & exquirens supposita, invenit librum Maronis forte ibi collocatum. Mox abjecto seculari codice in pace quievit, cognovitque modum materiæ libri visioni congruæ, quem obscœnitatibus & gentilium ritibus plenum, indignum erat cubiculo sancti viri substerni. Quidam frater nomine Durannus de *f* Brodon, prius

D

f

Durranno nugacitatis pœnam prædicit.

idiota apparens, postmodum Moysensis Abbas non incongruus, dehinc ad Tolosanum Episcopatum sapientiæ prærogativa promotus, inter operarios agriculturæ Dei merito solicitudinis industria claruit. Hic circumspectus per cetera, verba risum moventia sæpe incautius proferebat. Qua de re venerandus Pater Hugo multotiens eum increpans, nec satis proficiens, de futuro interminans prophetice sic inquit: Certe, Frater carissime, nisi ludicra verba, monacho prorsus interdicta, vivens dimiseris, post mortem apparebis enormiter. Quod sane vaticinium

E

eo migrante constat esse completum. Nam Siguino cuidam, Capellano Patris, spumoso ore apparens, postulabat flebiliter ejus juvamen, cui noluit obedire dum viveret. Hoc ubi Domino Abbati Siguinus

ab eaque jam mortuum liberat:

retulit, præcepit ut septem Fratres una hebdomada pro defuncto taciturnitatem proprii oris continuarent, ad hoc Fratribus septem electis: ceteris obedientibus unus eorum voti contemptor silentium interrupit. Rursus Pontifex, eidem denuo revelatus, est valde conquestus super illo fratre perfido, qui dum non siluit, sanitatem ejus interpolavit. Audiens ista piissimus Hugo, præcepit ut fractura silentii, quæ per unum contigerat, aliorum septem dierum silentio sarciretur. Quo facto anima Pontificis tertio apparens, in statu Apostolico se exhibens, *g* purgatori

g

suo memorato semperque memorando Hugoni gratias integritatis suæ reportavit.

h

juvat Fratrem qui ipsum occiderat,

7 Item in *h* Silviniaco quidam Frater, nomine Stephanus, hostis antiqui supplantatus insidiis, manus sibi ingerens ad coronam martyrii anticipandam, se ipsum in quadam sylva necavit: erat tamen iracundiæ gravis; qua ejus complectione tentator excitatus, forte prævaluit. Hujus anima ad judicium rapta, accusatorem, *i* prætendentem cultellum necatorium, infestum habuit. Miser suæ prodigus animæ, exutus à cuculla, Apostolica intercessione obtinuit, quatenus ante introitum claustri Cluniacensis tam diu maneret, cucullam habens in manibus, donec precibus S. Hugonis & Fratrum illam mereretur induere, & ordinem suum recipere. Quæ dici-

i

F

& auxilium petebat:

mus Frater quidam in visione conspiciens, Domino Abbati nuntiavit: non tamen statim ut debuit. Quocirca in tempore Rogationum, quoniam quæ viderat nuntiare distulerat, verberibus utique ad propalandum compulsus est, Ceteris ad processionem euntibus solus in choro remansit, utpote claudus. Apparuit S. Odilo eidem vigilanti visibili forma cum duobus viris; & ecce facta oratione, illo vocato Capitulum ingressus est, Fratrisque pigritiam increpavit, magna asperitatis vehementia præcipiens assessoribus suis, acriter illi inferre disciplinam. Post Letanias correptus nuntiavit Abbati tam visionem quam sui afflictionem. Confestim pius Pater eleemosynis, precibus & hostiis tamdiu præcepit insistere, quousque spectrum alia visione cum habitu sacro apparuit, & corpus cœmeterio non judicatur *k* indignum.

k

8 Contigit aliquando S. Hugonem Eucharistiam præbuisse cuidam leproso, communioni hominum corpo-

A *miratur Goderanni virtutem.*

corporaliter ſubtracto, tunc vero communicanti: qui tumentibus labiis & ulceroſo ore corpus Domini injurioſe maſticans, portiunculam importuna ſcreatione rejecit, ſequente nimirum nauſea & ſpuma horribili. Tunc Chriſti miles Goderannus, qui aderat, Domini ſui Sacramenta ita indigne conſpiciens agitari, quod egerebat celeri colligebat ob ſequio. Et ecce vir magnanimus, manus utraſque ſupponens vivificis Sacramentis, in ore ſuo projecit vomitum nauſeantis ægri, letalibus choleris cohærentibus fideliter abſorbens. Qua in re pius magiſter ſtupefactus, & hærens diſcipuli perfectione attonitus, Laurentii craticulam tollerabiliorem fuiſſe indubitanter aſſeruit. Hic denique Goderannus ad Epiſcopatum Sanctonicum promotus, quo aſcendit altius, eo clarius refulſit.

In nocte nativitatis,

9 Mos eſt Cluniacenſis monaſterii, ceteris ſolennitatibus Nativitatem Domini quodam ſingulari affectu devotius agere, & canticum melodiis, cereorum accenſionibus, quodque longe præſtantius eſt, ſpirituali devotione multaque lacrymarum effuſione, cum angelis ſolennizare. Hac igitur feſtivitate Fratres ſe ſuaque omnia præparaverunt. Venerabilis ille Pater Hugo, qui adhuc ſenex ſupererat, Capitulum, ubi Fratres erant, intravit, & hæc ad omnes protulit. Noveritis, Fratres, benignum Jeſum veſtris ſolennis intereſſe; ac contra invidia laborare hoſtem nequam, ut aliquas tenebrarum ſuarum nebulas tanto ſplendori poſſit intermiſcere. Frater enim, ait, quidam (ſe utique dans intelligi) vidit matrem miſericordiæ, ipſum filium, quem præcedenti genuit nocte, dulciſſimo gremio continere, eique ſanctorum Angelorum multitudinem cum immenſo lumine aſtare. Idem Deus puer exultabat, & cordis lætitiam geſtu corporis & plauſu manuum demonſtrabat: & converſus ad matrem aiebat, Cernis mater noctem nativitatis meæ, quæ imminet, gaudiis illuſtrandam? in qua & Prophetarum oracula & Angelorum præconia renovabuntur, & de meo ex te ortu omnia ſimiliter cæleſtia & terreſtria lætabuntur. Ubi eſt nunc hoſtis mei damnata perfidia? Ubi nunc ejus poteſtas, quæ ante hoc ſingulare gaudium mundo dominabatur? Quo ille imprudens audito, de latibulo ſuo egreſſus, à longe ſe prodidit; & ignominioſe deturpatus, cum multo planctu & ululatu, ut ad mitteretur orabat: &, Si, ait, in nulla parte eccleſiæ admittor, in aliquo ſaltem reliquarum officinarum loco ſuſcipiar. At filius Virginis, Vade, furcifer, inquit, ne te mea potentia præjudicatum lamenteris, tenta quod poteris. At ille ſolutus, aditum Capituli petiit; & intrare conatus, non potuit: in tantum enim & ſe tumidum, & introitum Capituli anguſtum invenit, ut nullatenus intrare valeret; vere inflammatus ſuperbiæ apoſtemate veteris, per humilem aditum non potuit tranſire Inde ad dormitorium Fratrum greſſum convertit, & phantaſiis ſolitis ſe eos inquietare poſſe confidens, introire tentavit: ſed eadem groſſitudine ſua ab oſtio repulſus, receſſit. Poſtmodum ad refectorium nocendi ſpem contulit, ibique, propter aliquantulam corporis curam, majorem ſuſpicatus mentium incuriam, ibi etiam tot obices divinorum ex lectione verborum, tot trabes ex devotione auditorum, tot repagula reperit ex caritate ſibi invicem ſervientium, ut nullo modo ultra valens procedere, cogeretur retrocedere. Sic ab omnibus officinis eccleſiæ rejectus, à conſpectu piiſſimi Redemptoris & glorioſiſſimæ Virginis matris, cum ea qua dignus eſt confuſione, peſtifer ille receſſit. Cauti igitur, ô fratres, eſtote, & immenſas omnipotenti ac miſericordiſſimo Salvatori gratias agite; quia & nequiſſimum hoſtem à vobis pepulit, & ipſe nobiſcum feſtum celebraturus remanſit. *l*

B

C *qui per officinas circumiens,* *non poterat ad eas penetrare.*

videt Chriſtum inſultantem damoni:

Auctore Bernardo ex Ms. *l*

10 Paucis autem diebus antequam moreretur S. Hugo, cuidam ruſticano homini, in agro laboranti, apparuit Sanctorum viſio, quos præcedebat quædam regalis Domina, cujus dorſum tranſeuntis & faciem videbat. Illud Sanctum agmen quidam ſenior ſequebatur, qui reſtitit & ait, Cujus eſt, agricola, ager iſte, quem colis? Qui ait, B. Petri & Domini Abbatis Cluniacenſis. Et ſenior ad hæc, Meus eſt, inquit, ager, & Abbas meus eſt famulus: tu autem feſtina nuntiare noſtro Abbati, ut diſponat domui ſuæ quam nutrivit, quia, poſt modicum tempus, hujus vitæ finem ſortietur. Dic autem ei Petrum Apoſtolum hæc tibi nuntiaſſe: qui vero me præcedunt, Dei Genitricem & Sanctos denuntia famulantes.

Mors ei denuntiatur à S. Petro,

quam pie obiit:

11 Idem Hugo in articulo mortis poſitus, recolens anniverſarium Gaufridi Archiepiſcopi & Mendonis Abbatis, oblivioſos admonuit: tam tenacis erat memoriæ & tantæ caritatis; quia ibi fraternæ ſalutis non erat immemor, ubi raro quiſque reminiſcitur propriæ. In ipſa nocte qua mortuus eſt, benedictiones Lectionum lectoribus impoſuit. Extremum ejus verbum fuit ad circumſtantes, Benedicite. Corpus ejus in Capitulo à Fratribus dealbatis, prius aqua, deinde vino ablutum eſt. Ad ultimum modico balſamo, quod ſupererat in brevi vaſculo, trinis vicibus totum corpus, licet magnum, affluentur perunctum eſt; quod vix ad ſolum lepidum caput ſufficeret, niſi benedictione cæleſti multiplicatum inter manus obſequentium abundaret. Beatus autem Dionyſius Ariopagita apparuit cuidam Fratri apud Nongentum, dicens, ut feſtinaret adire Cluniacum, ut valedicere poſſet S. Hugoni, ſtatim deceſſuro .... *m* Veni ego infelix, ſed Sanctum migrantem non ſalutavi: datum tamen eſt ſpiritui, quod conſtat corpori eſſe negatum: vidi enim mixtos mortalibus Superos & cum monachorum collegio Matrem Dei maris ſtellam clarius coruſcare, cujus præſentia ſagittarios quoſdam apparentes ita exterruit & fugavit, ſicut ventus validus autumnales frondes dejicere conſuevit: inter quos Martinus gemma Sacerdotum, & Benedictus ſol Abbatum, ſpiritum S. Hugonis deducentes, intra quamdam vineam ſpecioſam & fertiliſſimam collocarunt, ut ibi jucundaretur & manſitaret in modico; ubi ipſe ſanctus Hugo me aſpicientem taliter invitavit. Comede, cariſſime, de candidis racemis qui nobis ſuperabundant, & fac mecum ſolenne contubernium: ego nempe parum hic pauſabo, donec quidam tumor ſubſidat, quem in pedibus pulverulentis de longo circuitu terrarum contraxi: ſed è veſtigio, curatis greſſibus & excuſſo cinere mundano, liber ad potiora tranſibo. Dic autem ſucceſſori meo Pontio, ut humilitatis & innocentiæ theſauros cuſtodiat, & neceſſitates omnium ſuas reputans miſericordiæ ſtudeat: zelum monaſtici ordinis exemplo mei ſapienter diſponat: ſic enim viriliter agens à Deo conſequetur auxilium, qui non deſerit ſperantes in ſe.

m

anima à Sanctis excepta.

E

F

in locum quietis deducitur.

& cum S. Anſelmo ad cælum aſcendit:

12 Eadem quoque nocte, qua Pater beatus dormivit in Domino, vidit Abbas quidam duos Sanctos, in viſione decenter ornatos, Angelorum manibus ad aſtra ſuſtolli, & audivit voces in ſublimi dicentium. Hos geminos ſui correctores & ſeculi, ſtratis auro radiantibus, vitæ merito collocabimus: videlicet Cantuarienſem Archiepiſcopum & Cluniacenſem Abbatem, qui multorum ſunt patres filiorum in gloria. Iſti quidem duo pene ſub uno tempore deceſſerunt.

A De Abbatibus Cluniacenſibus à primo ad beatum uſque Hugonem facti ſunt hi verſus.

ejus deceſſores.

Ordine Berno, prius ſtat honore Beatior Odo:
Surgit ab his Sanctus Majolus forma virorum,
Igneus ardentem vix cohibens animam:
Poſt fuit Arvernis ſacer Odilo miſſus ab oris,
Mitior ingenio quam ferus imperio:
Proximus Hugo venis, diſcretis uſus habenis,
Ordine poſterior, utilitate prior.

ANNOTATA.

a *Conradus Imperator defunctus an.* 1039, *coronatus Romæ à Ioanne* 20, *anno* 1027, *die Paſchatis.*

b *Ms.* Plumali, *quod correximus addita voce*, apice.

c *Præter Cathedralem S. Mariæ, duæ ſunt Remis Collegiatæ, S. Symphoriani & S. Timothei: ſi oſtendatur ibidem ſub titulo S. Conſtantii Collegiatæ alia fuiſſe, credam hoc loco proprium nomen eccleſiæ, non Canonici, indicari; ſin minus, quæram ex Remenſibus, num aliquam notitiam habeant cujuſdam* S. Conſtantii Canonici: *ejus certe alibi nullam mentionem invenimus.*

d Is, *ſcilicet S. Petrus, ut clare exprimitur in Vita per Hildebertum.*

e *Hæc verba videntur occaſionem dediſſe Hildeberto credendi, coactum fuiſſe Sancium fratri reſtituere dignitatem: cum is illum dumtaxat dimiſerit è carcere, ad liberiorem in monaſterio cuſtodiam; nec, niſi poſt biennium mortuus, regnum Alphonſo recipiendum dimiſerit.*

B

f *Cognomen hoc ignoravere Sammarthani, alioqui in ſibi cognitis annotandis ſeduli.*

g *Ecgraphum*, Purgatorii ſui.

h Silviniacum *vulgo* Sauvigny, *non illud quod in Cenomanniæ finibus à S. Vitali conditum* Saviniacus *dicitur, & cito ad Ciſtercienſes tranſiit; ſed alibi, forſitan in Burgundiæ oppido, ad confinia Ducatus & Comitatus ſitum.*

i *Ecgraphum* præcedentem, *ſed tunc addendum eſſet* & prætendentem.

k *Potuit illum, poſt vulnus letale ſibi ipſi inflictum, pœnituiſſe peccati: quod reipſa factum, præſumere cogit iſta auxilium petentis apparitio.*

l *Deeſt hic aliquid: neque enim ipſe Bernardus, qui inducitur hic loquens in prima perſona, dici poteſt ſcripſiſſe hanc vitam; ut apparet ex Hildeberto ſupra, ubi ſolum in extremo morbo ab eo dicitur revelata hæc viſio, & quidem haud diu poſt obitum Sancti.*

m *Petrus Venerabilis lib.* 1 *miraculorum cap.* 15 *tranſcripſit hæc, paucis verbis aliquanto nitidius redditis.*

ANALECTA

Ex aliis in Bibliotheca Cluniacenſi collectis.

CAPUT I.

Ex Epiſtola Hugonis monachi ad Pontium Abbatem.

Iuſſus ſcribit ab iis omiſſa,

1 PAtri ſereniſſimo, Cluniacenſi Abbati Pontio, Domino ſuo, ſervus Hugo. Dum tuam, Pater, excellentiam penſo, injuſſus coram te loqui non audeo. Sed quoniam memoranda quædam de magno Hugone, ſancto præceſſore tuo, tacita video, ſi tua jubeat me fari dignatio, pauca de plurimis, parva de maximis, brevi expedio. Iſta quidem diffuſos Scriptores illos miror obmiſiſſe, qui de eo tanta volumina conſcripſere. Quæ refero, præſentibus notiſſima ſunt, ſed poſterorum memoriæ, ut jubes, mandata ſunt.

2 Beatus Hugo ad Francigenas, eos viſitaturus, olim exiverat. Veniens autem Belluacenſe territorium, intravit *a* Gornacum ſuper Aronam fluvium. *a*

Ibi eum Albertus vir illuſtris honorifice ſuſcepit. Uxor viri, nomine Ermengardis, & ipſa tanto hoſpiti reverenter occurrit. Quam ſanctus ut vidit, prophetico afflatus ſpiritu, dixit: Domina, tu gravida es, filium paries, qui, ſicut Deo placuerit, Monachus erit. Audiens mulier quæ de ſe ante non noverat, mirabatur: præſentes, audita ſignantes oracula, lætabantur. Poſtmodum, juxta ſervi Dei verbum, gravida illa peperit filium. Crevit puer, & armatorum deputatus officio, militiam adeptus, ut id hominum genus male conſuevit, pernicioſus evaſit. Interea Sanctus, plenus dierum pariter & virtutum, diem in Domino clauſit extremum. Erat tunc in Italia apud Papiam decus Pontificum Godefredus *b* Ambianenſis Epiſcopus, doctrina præclarus, ſanctitate perſpicuus. Dum itaque beatus Hugo præſenti vita defungitur, æterna donatur, vidit Epiſcopus ad procedendum conventus eximios præparari, cum luminaribus & ceteris quæ in proceſſione ſolenniter ſolent exhiberi. Epiſcopo inquirenti quis eſſet, quem tantæ triumphus gloriæ expectaret; reſponſum eſt, quia ad deducendum Dominum Hugonem, Cluniacenſem Abbatem, illa Sanctorum devotio feſtiva procederet. Quod cum Epiſcopus admirans ſociis revelaret, tempuſque quo id viderat annotaret, in Galliis reverſus; eodem invenit tempore in Cluniaco Sanctum migraſſe, quo ſibi fuerat monſtratum Papiæ.

D

quod ſanctus matrona gravida filium monachum prædixerit,

qui natus & adultus,

b

poſt glorioſam ſanctæ mortem S. Godefrido Ep. revelatam,

E

3 Poſtquam vero Sanctus deceſſit, tu feliciter electus, & in officium tanti Patris digne ſubrogatus, Domino ducente ad ſupradictas Franciæ partes deſcendiſti: ubi pro tua illa nobili conſuetudine, quibuſque bona prædicans, iſtum, de quo Sanctus prædixerat, juvenem inveniſti, inventum vocaſti, vocatum eduxiſti. Ipſum in Cluniaco Monachum nomine Landricum plurimis annis vidimus, bonis pollentem moribus *c*. Sic, Pater benigniſſime, ſic præceſſor tuus Abbas Hugo ſanctiſſimus, quem plurimum dilexiſti, immo quem diligis, ſic inter alias virtutes ſuas etiam prophetia claruiſſe probatur: ſic in ſui diſſolutione corporis, Pontifici revelatus, ſupercæleſtium concivis eſſe dignoſcitur. Sed mea modo ſileat parvitas, tua magis iſta, quam alta ſint, perpendat caritas. De hac enim altitudine loqui, ego tam infimus timere debui.

ſub Pontio Ab. fit monachus:

c

4 Anno denique Verbi de Virgine nati MCXVIII, defuncto Papa Paſchali, qui Romanæ ſedis apicem X & VIII annis, & eo amplius *d* gubernavit, aſſumptus eſt electione catholica, & conſecratus eſt Gelaſius Papa, vir apprime eruditus, eleemoſynis largus, conſilio providus. Hic Henrico IIII, Romanorum Imperatore, contra Eccleſiam ſæviente, declinans, ad mare deſcendit, navigio Gallias expetivit: tibique primum, curſore à Piſis emiſſo, ſuum prænuntiari fecit adventum: te enim, Cluniaci ſcilicet Abbatem, in partibus Galliarum habet Pontifex Romanus proprium & ſpecialem filium. Huic apud S. Ægidium occurriſti, huic & multo comitatui ſuo equitaturas & alia quam maxima elegantiſſime miniſtraſti. Hunc pro maris moleſtia infirmatum, in tuæ ſolo nativitatis, quod pater tuus Petrus, potens & nobilis Comes *e* Mergulienſis, juri Apoſtolorum Petri & Pauli contradidit, & inde accepit, tu Papam officioſiſſime confoviſti. Qui denuo convaleſcens, & Cluniacum ſuum pervenire deſiderans, Lugdunum Galliæ pertranſit, Matiſconam *f* deſcendit, ubi graviſſima ægritudine confectus ſe Cluniacum perferri inſtantiſſime præcepit. Quo deportatus, ſummaque reverentia ſuſceptus, completo Epiſcopatus ſui anno primo & diebus quatuor *g*, in medio Fratrum, circumſtantibus Epiſcopis Cardinalibus, in propria

ſub quo etiam Gelaſius Papa Cluniacum veniens,

d

F

ibi moritur,

e

f

g

propria domo, proprius Paſtor in pace Cluniaco quievit.

& eodē veniens Papa Calixtus,

5 Poſt hunc reverendus Wido Viennenſis Archiepiſcopus ab Eccleſia Catholica eſt in Cluniaco electus, ſicque in Papam Calixtum ordinatus. *b* Hic terrenæ nobilitatis celſitudine *i* præcellit, ſed cœleſtium nitore chariſmatum pulchrius eluceſcit. Hic ſecundo Cluniacum rediit, *k* ibique feſtum Dominicæ Circumciſionis & Apparitionis devote peregit.

Canonizat S. Hugonem.

Qui dum inter cetera ſæpius ageret de vita & miraculis B. Hugonis, non quorumlibet chartulas ſuper his profuſius exaratas attendit, ſed perſonas authenticas in medio Cluniacenſis Capituli præſentatas, de Sancto quæ viderant & audierant validius atteſtatas, grataner accepit. Epiſcopis vero & Cardinalibus pariter aſſentientibus ad laudem & gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti natalem tanti Confeſſoris tot & tantis virtutibus approbati feſtivum fieri Papa decrevit... *l* Iſta me dixiſſe ſufficiat, tuaque mihi gratia veniam tribuat... *m*

ANNOTATA.

a Gornacum, *vulgo* Gournay ſur Epte, *quinque leucis Bellovaco diſtat trans Eptam, qui Francos ſtrictiſſime dictos, id eſt Pariſienſi regimini ſubditos, diſterminat à Normannis: utrum vero* Epta *fluvius etiam dicatur* Arona; *an occaſione alterius Gornaci, inter Pariſios & Melodunum ſiti, vulgo* Gournay ſur Marne *exerraverit Hugo, & librariorum culpa irrepſerit* Arona *pro* Matrona *non definio.*

b S. Godefridus Epiſc. Ambian. *colitur* 8 *Novembris, rexit eccleſiam ſuam ab anno* 1104 *ad* 1118.

c *In vita poſtea ſcripta idem Hugo, omiſſa revelatione S. Godefrido facta poſt nativitatem pueri & depravationem adulti, continuo ſubnectit ejus converſionem hoc modo.* Interim B. Hugo præſentis vitæ curſum complevit: cui dum ejus Patris pius filius, Domnus Pontius, ſucceſſit, Cluniacenſis Abbas aſſumptus, & ipſe Franciam viſitaturus intravit. Ubi pro ſua nobili conſuetudine errantes revocans, plurimos ſecum adduxit, inter quos & me peccatorem, & hunc de quo loquimur juvenem invenit, vocavit, & ut Sanctus prædixerat monachum effecit. Præſens eſt in Cluniaco, Sacerdotali fungitur officio.

d *Scilicet menſibus* v, *diebus* iv.

e Mergulium *vulgo* Melgueil, *in Languedocia haud procul à Rodano conſtitui debet, ſiquidem eo loci natus eſt Pontius: ſaltem nativitatis ejus locus in jam dicta regione erit quærendus; quandoquidem Pontifex ad S. Ægidium ſe recipiens, inde adverſo Rhodano Lugdunum verſus aſcenderit.*

f *Deſcendiſſe dicit, non reſpectu fluminis, qui adverſus erat; ſed reſpectu itineris, ab Auſtro in Septentrionem inſtituti.*

g *Obiit* Gelaſius II *anno* 1119, 29 *Ianuarii.*

h *Coronatus eſt* Calixtus II *die* 1 *Februarii ejuſdem anni.*

i *Vtpote filius Guilielmi* II, *Burgundiæ Comitis.*

k *Anno* 1120, *priuſquam rediret in Italiam.*

l *Cetera, quæ Cluniaci geſſit Pontifex, in Bibliotheca Cluniac. col.* 560 *legi poſſunt.*

m *Reliqua pars epiſtolæ agit de reliquiis SS. Petri & Pauli Cluniacum allatis, & in monaſterio novo per Pontium conſtructo conſervatis, immota ara ſub qua repoſita olim fuerant.*

CAPUT II.

Ex Vita per eumdem Hugonem ſcripta.

6 PAtrum Cluniacenſium Conventui ſancto ſervus Hugo. Caritas quæ libera ſervit, piis me juſſionibus parere compellit. Præcepto igitur, non præſumptione, ſuſcepi de B. Hugone, licet indignus, aliquid dicere. Nec eis præjudico qui ante me de Sancto eleganti ſcripſere calamo: ſed noſtris ſervio, dum quædam ab eis omiſſa colligo, profuſius edita contraho, ne occupatos onerem multa prætereo. *Hac proteſtatione præmiſſa, natales, monachatum, & electionem Sancti paucis perſtringit auctor; obiterque indicato quid Florentiæ contigerit, ſuſceptum argumentum ſic proſequitur:*

7 Mirandis plus miranda ſubjungo, quæ referentibus viris authenticis probata cognoſco. Hæc ſane referunt, Gaufredus de Monte-S. Vincentii & Rainaldus Æduenſis. Dux Burgundiæ *a* Rotbertus Haganonem Æduorum Epiſcopum nimia infeſtatione gravabat, variiſque prædonum incurſibus paſſim Burgundia laborabat. Eapropter Epiſcopi, Gaufredus Lugdunenſis, Hugo Biſontinenſis, Accardus Cabilonenſis, & Drogo Matiſcenſis, Æduam *b* convenerunt, magnique Patrem conſilii prædictum Hugonem, Cluniacenſem Abbatem, venire rogaverunt. Aderat illuſtrium multitudo copioſa virorum, populus confluebat infinitus, pro pace ſupplicans indefeſſis clamoribus. Adveniens ipſe Dux, immo tyrannus, Æduam intravit; ſed faſtu maligno intereſſe conventui recuſavit. At Pater Hugo, fervore caritatis concitus, tyrannum adiit: quem vehementer increpans, cunctis mirantibus tamquam ovem mitiſſimam ſecum adduxit. Epiſcopis autem ſupplicantibus, ut Pater Hugo pro pace agenda loqueretur, turbis undique conticentibus, & ex ejus ore pendentibus, ſic ait: Qui pacem quærunt, qui Deum diligunt, nos audiant, nobiſcum agant. Qui vero filius pacis non eſt, qui non ex Deo ſed adverſarius eſt, huic ex parte Omnipotentis præcipio, ut à nobis exeat, & operi divino non noceat. Vix dicta compleverat, cum ecce quidam ſtatura procerus, facie truculentus, multis eum ſequentibus egreſſus, diſparuit. Non fuit in tanta multitudine hominum, qui aliquem noſſet egredientium. Mirabantur ſinguli, ſtupebant univerſi. Quærentibus invicem ſuper his, non erat aliud reſpondere, niſi interdicente Sancto, dæmones viſibiliter exiiſſe, egreſſoſque de turbis ſimul evanuiſſe. His ita depulſis, tantam mox prædicatio Sancti efficaciam habuit, ut eo jubente, Dux ipſe ſui mortem *c* filii, interfectoribus condonaret, & Eccleſia pacem reciperet. O beatum virum, cujus præſentiam ſatanas ferre non poterat, cujus imperium invitus agebat. Res equidem mira, ſed altiori miraculo cumulata. Quamdiu enim in conventu illo vir ſanctus ſancta perdocuit, ſicut columba candida ſuper caput ejus præſens apparuit. Quibus id videre datum eſt, Deum glorificaverunt, non enim omnes hanc videre gloriam meruerunt. Stephanus Archipresbyter de *d* Parriceio, ſub omni aſſertione itidem ſe, licet indignum, teſtabatur vidiſſe.

a Æduam ad Concilium Epiſcoporū veniens,

pulſis ex eo dæmonibus Ducem Burgundiæ Æduenſi Epiſcopo conciliat,

Spiritu ſancto capiti ejus ſuperimminere viſo:

8 Paredum venerat Hugo Pater, ut ibi feſtum Baptiſtæ Joannis devotus ageret. Ad quem mulier quædam, cum turba pro ea ſupplicante, pervenit: quia ejus uterum irruptio violenta virulenti tenebat ſerpentis. Tum Sanctus, miſericordia motus, aquam afferri præcepit, quam precibus ſacris & benedictionibus præſignavit, acceptoque cochleari, ter de aqua illa in ore mulie-

ex muliere quadam ſerpentem expellit;

AUCTORE BERNARDO EX MS.

ris orando infudit. Quo facto, ſtatim ſerpens, cunctis qui aderant videntibus, per os mulieris horrendus exivit. Qui cum mœrore venerant, cum gaudio revertentes, Dominum collaudabant. Gaufredus vir fidelis, quo præſente Sanctus apud Æduam dæmones de turba fugavit, & hoc de ſerpente per eum ejecto ſe vidiſſe ſolet atteſtari.

9 Alio quoque tempore pacis agendæ gratia, c præfatus Pater cum Epiſcopis Rocleno *e* Cabilonenſi, & Drogone Matiſcenſi, in campo venatorio pariter affuit. Turbis vero circumſtantibus, quidam peſſimo fœdatus crimine, non timuit intereſſe. Quem *occultum cujuſdam flagitium detegit:* Sanctus, ſancto edoctus Spiritu, à longe intuens, ait præſentibus; Videtis, inquit, miſerum illum? Videtis dæmone plenum? Statimque eum deſignavit, & ad ſe venire mandavit. Quo præſentato, Quomodo, ait, huc ad nos intraſti, qui hoc crimine (crimenque expoſuit) te ſordidare voluiſti? Cur miſer nobis in te dæmonem præſentaſti? Pacem quærimus, dæmonem nolumus. Confuſus ille negare non potuit. Quod factum videntes plurimi qui aderant, adinvicem ſummiſſa voce dicebant: Divertamus ab iſto homine, qui novit hominum occulta videre, ne & in noſtris nos peccatis, ſicut iſtum in ſuis, valeat B deprehendere. Inquirenti denique Sancto, de cujus eſſet Epiſcopatu ille homo, invenit quod parochiæ cujuſdam eſſet Cabilonenſis. Tunc Sanctus miſerum illum pariter & peccatum Epiſcopo Rocleno propoſuit: quem Epiſcopus ſeorſum tulit, & pro officio correxit. Teſtes ſunt qui interfuerunt, venerabiles viri Rotbertus Sedunenſis, & Gaufredus, quem ſuprapoſui. Quanta ſint hæc, veſtra perpendat caritas, mea interius ſileat parvitas.

f Non eum, qui nuntiabatur, ſed alium obiiſſe cognoſcit: 10 Erat Sanctus apud *f* Nantoacum, venit nuntius qui diceret obiiſſe Wilencum: Wilencus iſte, Prior fuit de Caritate. Pro defuncto pius Pater dum Miſſam celebraret, more ſolito vivam ſeipſum hoſtiam Domino præſentavit, & ſic tenens in manibus Filium Patri obtulit, oblatum ore ſuſcepit: quo edoctus, ad Fratres egreditur, revelat ſociis, quod apud Caritatem, non Wilencus, ſed Orius obiit. Erat ibi Odo, qui fuit Prior Cluniacenſis, poſt Epiſcopus Oſtienſis, *g* deinde Apoſtolicæ ſedis Pontifex ſummus, Urbanus ſecundus. Qui legatione tranſmiſſa, invenit juxta viri Dei verbum, non Wilencum obiiſſe, ſed Orium.

h ipſius mortui gloria abſenti revelatur. 11 Sabina quoque, ſanctimonialis virgo in *h* Jotrenſi monaſterio teſtimonii ſingularis, vidit Matrem miſericordiæ cum glorioſo Beatorum agmine. Vidit & ſubſellium candidum decenter ornatum agmini illi intereſſe, audivitque quia Hugo Abbas Cluniacenſis in eo debebat abire. Sabina viſionem retulit, nec multo poſt nuntius venit, dicens migraſſe Sanctum, quem viſio dicta ſignaverat abiturum. Sic Sanctus & miraculis approbatus, & revelationum ſacramentis præmonſtratus, in medio filiorum corpore defunctus, ſanctitate perpetuus, mundo deceſſit, Domino vivit, digne ſepultus in Cluniaco jacet: ſed inſtitutionum ejus ſanctimonia permanet, ſed ordinis diſciplina quam docuit uſquequaque viget, ſed in cæleſtibus meritorum ejus corona refulget. Hugo iſte anno vitæ xv monachus factus, xxv Abbas ſacratus, LXXXV defunctus, III kalendas Maji quievit *i* in Domino, anno incarnati verbi MCIX. *i*

ANNOTATA.

a *Fuit* Robertus *hic primus ex ſtirpe Francica Burgundiæ Dux, tertiogenitus Roberti Regis, nepos Hugonis Capeti, & infeliciter obiit anno* 1075; *anno autem* 1045 *ſecundis nuptiis duxerat Ermengardem S. Hugonis ſororem.*

b *Conventum hunc Epiſcoporum ad annum* 1072 *refe-runt Sammarthani in Epiſcopis Bizontinenſibus, quorum* LIII *Hugo, anno* 1071, *numerabat ſui Preſulatus annum* I; *& Drogo Matiſconenſis, qui pariter interfuit, annum penultimum. De Gaufredo Lugdunenſi, qui præſedi-ſſe debuit, grandis controverſia movetur ab iiſdem Sammarthanis, qui in Archiepiſcopis Lugdunenſibus nullum Sedis ejus tempus inveniunt, neque nomen in Catalogis. Negant autem recipiendum, propter auctoritatem Chronici Flaviniacenſis, ubi dicitur anno* MLXXVII, quia Lugdunenſis Sedes, Humberto Simoniaco expulſo & in locis Jurenſibus monacho facto, vacabat Antiſtite. *Aſt prima hujus Humberti memoria, ipſiſmet indicantibus extat in Chartophylacio S. Petri Matiſconenſis ſub anno* 1072; *& Philippus, ab Alberico notatus in Chronico ad annum* 1051, *putatur ab ipſis is eſſe, qui anno* 1055 *de ſimonia fuit per miraculum convictus: quid ni & depoſitus? ſaltem largum inter annum* 1055 *&* 1072 *eſt ſpatium, ut interim Gaufredus ſederit, & paulo poſt Conventum Æduenſem celebratum obierit; cum ne hoc quidem conſtet, quod anno* 1072 *potius quam* 1071 *fuerit celebratus. Adde quod, ut notat Quercetanus, etiam Nicolaus Aragonius ejuſdem Gaufredi Lugdunenſis meminerit, in antiquis Pontificum Romanorum geſtis.*

c Hugo *&* Henricus, *ante patrem obiere; primus an.* 1057, *in bello contra Ducem Nivernenſium, periit; Henricus filium poſt ſe reliquit Hugonem, qui avo ſuo Roberto ſucceſſit in Ducatu, fruſtra obnitente Roberto patruo, tamquam Roberti Ducis tertio filio. Si de Henrici cæde haberi poſſet demonſtratio aliqua, haud dubium quin hic deberet nominatus credi: mors Hugonis quomodo contra Haganonem Æduenſem cauſas turbarum dare potuerit, non appareret, niſi hic ex Nivernenſi familia fuerit: & ipſe Hugo non tam prælio cæſus quam fraude mala fuerit interemptus.*

d Parriceium *vulgo* Parcé, *in Cenomannis, trans Sartam fluvium, in confinio Ducatus Andegavenſis.*

e Roclenus *Concilio Cabilonenſi præfuit anno* 1073, *juxta vetus Chronicon Matiſconenſe apud Sammarthanos; ex quo conſtat Aicardum ſupra memoratum non diu ſupervixiſſe Æduenſi Concilio.*

f *In diplomate Paſchalis* II, *an.* 1109 *col.* 569 *Bibliothecæ,* Nantoacum, *inter Prioratus Cluniacenſi Abbati ſubditos, primo loco nominatur: an apud Ruthenos, ubi oppidum* Nayac *vulgari nomine ſignant Geographi?*

g Odo, *Epiſcopus Oſtienſis creatus circa an.* 1077, *paulo poſt Papa; Italis* Ottho *ſcribitur.*

h Jotrum *vulgo* Jouarre *in diœceſi Meldenſi, ſanctimonialibus ſub Regula S. Columbani victuris conditum ab Adone, S. Audoeni fratre, poſtea Ordinis Benedictini.*

i *Notabatur quidem in editis annus* MCVIII: *ſed cum certum ſit S. Hugonem mortuum eſſe poſt S. Anſelmum, & quidem in hebdomade Paſchali; paſcha autem anno* 1108 F *celebratum fuerit* 5 *Aprilis, evidens apparet hic eſſe mendum, quod propterea correximus.*

CAPUT III.

Ex Collectione Anonymi in prænotata Bibliotheca.

12 ILle Willelmus *a* Anglorum Princeps, S. Hugonem plurimum diligens, antequam ejus colloquio frui potuiſſet, cum abſentis benedictionem per legatum ejus, Dominum ſcilicet Warmundum, qui poſtmodum ex Abbatiæ *b* Dolenſis gradu ad Vienenſem *c* Archiepiſcopatum conſcendit, audiſſet, atque ſuſcepiſſet ab illo donum ſocietatis ejus; pileum regalem depoſuit, & caput tanta humilitate ſubmiſit, ac ſi per Angelum divinæ gratiæ inveſtitus munere fuiſſet. Cumque Satrapæ ejus ſtuperent, quia rem cernerent miram, ejuſque cervicem alias inflexibilem viderent nimis humiliatam, putarentque inquirendum quæ fuiſſet cauſa, cur nihil viſibile accipiens, erga perſonam talem nil tribuentem ita majeſtatem regiam exinaniſſet, reſpondit, dicens: Nolite mirari

Wilhelmus Rex oblatam ſocietatem monaſt. Cluniac.

A rari quod me tam devote inclinaverim, tamque humillime, quia causâ tantæ benedictionis & investituræ specialiter exegit, ut facerem quod faciendum judicavi. Non enim tantum munus unquam suscepi, nec ipso die tam grande aliquid me acquisisse putetis, quo hujus regni coronam obtinui, quia cunctis quæ habeo terminus erit relinquendis, sicut initium fuit capiendis: cælestis autem gloriæ, cujus arrham quodammodo suscepi, quando sancto collegio me Cluniacensi miscui, finis esse non poterit. Ita prudens Willelmus philosophatus de thesauro cordis sui, stuporem suorum majori admiratione compescuit, & oculos secularium mentium eo direxit, ut cognoscerent quanti habendus esset Hugo sanctus præsens, qui tanti habitus à tanto fuisset absens. Ille nempe Rex attendebat in ejus legatione, quid ponderis esset, quid commodi, quid lucri animæ suæ proveniret, si per conniventiam reverendi capitis posset communionem tanti corporis promereri. Tunc misit Rex Domno Abbati & sacro Conventui cappam pene auream totam, in qua vix nisi aurum apparet, vel electrum vel margaritarum textus, & gemmarum series; inferius autem undique tintinnabula *d* resonantia, ipsaque aurea pendent; Regina autem planetam, plane dignissimam mittente & accipientibus, quia sic rigidam, ut plicari non posset.

inclinata cervice susceptit:

d

B

13 Rex idem Anglorum Willelmus, vir magnificus & in armis strenuus, & infinitis opibus ac viribus potentissimus, cum præfatæ regionis potiri cœpisset, ejusque coronam regni bello obtinuisset; volens digne Episcopatus & Abbatias terræ illius ordinare, misit litteras illustrissimo Abbati S. Hugoni, & mandavit ei supplicando, ut sex ei personas dirigeret ex Fratribus nostris, quorum consilio agere posset, quidquid illi de Ecclesiis ordinandis foret agendum, eisque Rectoribus constitutis securus esset de ovibus custodiendis atque regendis. Adjecit quoque se daturum pro singulis argenti libras centum quotannis Cluniaco, sub titulo amicitiæ & gratiæ, ne forte esset grave sacro loco carere personis suis, & earum fructum perdere. Sed qui emptor fieri voluit, non potuit, quia monachorum non invenit venditorem. Respondit enim Philosophus Christi, qui animabus Fratrum nil censebat comparandum, Petitio, inquit, vestra, Domine Rex, descendit ex bona voluntate, qui vultis gentem vobis à Deo traditam ad salutem suam ordinare. Verum sicut dignum est vestræ majestati quod poscitis, ita quod injungitis, incongruum

petit ex eo monachos pro ecclesiis Anglia,

C

est nostræ saluti, ut animas, quas in periculo animæ meæ & capitis mei suscepi, vendam terreni mercimonii cupiditate, & mittam in perditionem, aut generalem aut specialem, videlicet ubi aut omnes aut aliqui eorum pereant, & ego pro illis rationem Deo reddam: apud quem nihil valet aurum, nihilque prodest argentum, aut argumentum vanæ excusationis. Quomodo ergo faciam pro ullo munere, quod si facerem pro toto mundo, mihi parum esset, cum pro uno ex eis perdito perirem? Quid enim proficit homini si universum mundum lucretur, seipsum autem perdat, & detrimentum sui faciat? Igitur, carissime Domine, hoc nolite à me quærere, quod facere nisi cum perditione mea non possum: quia nullo pretio volo animam meam venumdare, quam profecto venalem darem, si unum ex Fratribus mihi commissis mitterem ubi illum perderem: & libentius ego pecuniam darem pro comparandis monachis, quibus valde indigeo per diversa loca à me ordinanda, quam pro eorum venditione acciperem. Quod enim Capitulum nostrum in partibus illis timerent, ubi nullum viderent nostrum monasterium, ad cujus portum applicare valerent vel constringi possent? Aliud itaque jubete, & sustinete hoc patienter, si non potest fieri cum salute amici vestri, quod petistis, Valete. Hoc rescripsit pius Pater Regi illi eximio. Qui primo vehementer indignatus pro eo quod esset repudiatus in prece sua cum tanto munere, post furorem rediit ad mentem, cognovitque hunc hominem Dei vere cunctis præferendum: cui nullus appetitus rerum temporalium dominabatur, quique animarum salutem omni auro incomparabilem censebat: ideoque ipsum nulli omnino potestatis alicujus personæ comparabilem, quia nulla cupiditate à recto calle flexibilem se aut mutabilem præbebat. Convertit ergo se ab indignatione ad admirationem, repulsam videlicet suam majoris faciens, quam susceptionem feciſſet, si exauditus fuisset. Repressit igitur iram quæ irruerat, acquievitque rationi, quam cogitavit postquam recessit perturbatio mentis.

quos S. Hugo recusat mittere quamvis pretio oblato:

AUCTORE ANONYMO

& ideo plurimi à Rege fit.

14 Tempore *e* quodam necesse fuit sancto viro pro tuendis filiis ad Ecclesiam matrem recurrere, & Romanæ Sedis patrocinium advocare. Quapropter urbis illius refugium petens, magno labore & difficultate à latere Papæ avulsum Dominum Petrum, Hostiensem videlicet Episcopum, cognomento Damianum, obtinuit, ut sibi daretur pro magno Petro præliaturus, & adversarios prostraturus mirabili sua prudentia atque facundia. *f* Erat namque vir ille abstinentiæ singularis usu, & ferreorum vinculorum nexu undique sic attritus, ut vix posset inveniri modus, quo ejus corporis imbecillitas foveretur, ad equitandi onus grave utcumque tolerandum. Et quia levi plerumque scandalo offendi poterat, necesse habebat sæpe aliqua satisfactione placari. Ad quam rem venerabilis Hugo ita se inclinabat, ut ejus animum reformaret ad tranquillitatem, ac si alter Martinus esset, qui nihil putaret indignum, quod humilitas agendum suaderet. Cum ergo venisset Cluniacum alter ille Gregorius, per eloquentiæ ubertatem, non tamen per Apostolicæ vitæ æqualitatem, vidisseque humanitatem & disciplinam, virgamque & baculum contulisset, cœpit hærere ac stupere, qualiter Sancti esse, aut sanctos institutores habere possent, qui tantis abundarent bonis: & rursum quomodo non sancti esse possent aut perire, qui tam devote sustinerent tam grave pondus laboris, & custodiam monasticæ disciplinæ.

e

B. Petro Damiano Cluniacum venienti,

E

f

15 Aliquando sane judicabat ciborum copiam, aliquando mirabatur hanc jejunantibus deesse gratiam, quam illos habere videbat. Verumtamen si fieri posset, sicut ipse dicebat, ut utraque virtus obedientiæ & abstinentiæ sociaretur in eis, tum profecto nihil Apostolicæ defuturum perfectionis. Qua de re conveniens Domnum Abbatem obsecrabat, ut à sagimine duabus saltim feriis se suspenderent, qui in ceteris tam perfecti essent, ut anachoretis nihil deberent. Cui venerandus Hugo, discretionis custos egregius, Si, inquit, Pater carissime, vultis augere nobis coronam mercedis per additamentum jejunii, tentate prius nobiscum pondus laboris vel per octo dierum spatium, & deinceps æstimabitis quid adjiciendum censere debeatis. Nam quamdiu non gustaveritis pulmentum, nescire poteritis quod exigat condimentum salis; & si non adhibueritis saltem minimum digitum vestrum, nequaquam judicare de onere fraterno discrete ac digne valebitis. Quibus ille auditis, sentiens fascis hujusmodi gravitatem suis viribus importabilem, cessavit à petitione ingravandi ponderis, & semetipsum cœpit repercutere, unde alios ferire voluit, quia sagittam ad eos sine suo vulnere nequivit dirigere: intelligens magnum esse pensum illud, ac debere sufficere quod apprehendere ipse non posset, qui in tanto videbatur stare virtutum culmine. Eruditus itaque Præsul, multo eru-

ac abstinentiam magis arctare volenti quid responderit:

F

AUCTORE ANONYMO

ditior rediit quam venit, magnumque thesaurum fugiendæ inanis gloriæ & capessendæ veræ humilitatis secum reportavit. *g*

g

in festo S. Spiritus hymnum de eodem cantari præcipit, h

16 Venerabilis Hugo, hujus sancti Cluniacensis cœnobii Abbas, non modo in monastica religione, verum etiam in divinis officiis, per Dei gratiam ad meliora provehendis, tota animi industria solerter invigilans, decrevit cum communi Fratrum consilio, ut in die sancto Pentecostes, hymnus, Veni Creator Spiritus, *h* in Hora tertia decantetur, qui videlicet minime antea canebatur, quo scilicet ejusdem Paracliti, id est, consolatoris visitatione compungi, amore inflammari, & gratia mereamur illustrari. Utque huic tam saluberrimæ orationi bonum eleemosynæ suffragetur, constituit, ut ipso die abundans refectio à magistro Ecclesiæ custode pauperibus exhibeatur, de pane, vino, & carne: tali ratione ut quantus in festivitate fuerit numerus Fratrum, tot etiam pauperes reficiantur. Sin vero numerum Fratrum per se scire nequiverit, à ministro refectorii, vel à custode infirmorum, eorum numerum discat. Et ut tam boni operis præmium à Domino consequeretur, decretum est, ut ipso die ad majorem Missam, post primam Collectam Missæ familiaris, Omnipotens sempiterne Deus, pro eo sub silentio dicatur à Sacerdote. Hujus itaque præcepti roboratoribus atque observatoribus pax, salus, & gratia à Deo Patre, & Jesu Christo Filio ejus, & Spiritu sancto Paraclito. Contemptoribus vero ac violatoribus, ni cito pœnituerint, ira ejusdem omnipotentis & æterni Judicis, ignis etiam inextinguibilis æterna damnatio. Decretum est etiam ab eodem Patre cum consensu Fratrum, generale officium fieri singulis annis, feria v post octavas Pentecostes, pro cunctis in cœmeterio hujus loci quiescentibus: ita ut sicut in festivitate omnium Sanctorum agitur, dicto vespere omnia signa pulsentur pro vesperis, ac post cœnam pro officio, & in sequenti die pro Missa in qua Tractus, Deprofundis, à duobus Cantoribus canatur, cunctique Sacerdotes qui illo die cantaverint Missam, Deus cujus miseratione, specialiter pro illis cantent, & alii Psalmos septem, ac duodecim pauperes reficiantur, & quidquid eadem die de refectione remanserit, eleemosynæ tribuatur. Sed & per omnia loca huic loco subjecta, hoc idem agi pro cujusque loci cœmeterii defunctis sancitum est: videlicet ut in monasteriis, ubi congregatio Fratrum est, nec minus hoc perficiatur. Sed in cellis ubi non plus quam quinque aut tres commorantur, si tot pauperes reficere nequeunt, saltem vel quot sunt Fratres, tot pascantur.

& pauperes convivio excipi,

ac Officium Defunctorum post Pentecosten fieri pro iis, qui Cluniaci sepulti sunt.

D

B

E

ANNOTATA.

a Guilielmus I, *ob regnum armis occupatum* Conquestor *dictus, regnavit ab anno* 1066, *ad* 1087, *& successorem habuit filium secundogenitum, cognomento Rufum; de cujus morte actum supra in Vita.*

b Dolensis *seu* Burgidolensis Abbatia, *in Biturigibus ad fluvium Andriam, seculo superiori fundata fuerat, Abbatem autem hunc* Warmundum *acceperat circa annum* 1074.

c *Idem anno* 1077 *factus Viennensis Archiepiscopus, superfuit usque ad an.* 1083.

d *Hujusmodi tintinnabula adhuc videre licet in antiquioribus Aquisgranensis ecclesiæ cappis, ob solitus vetustatis æstimationem & ostensionem hactenus reservatis.*

e *Ad annum* 1062 *hæc refert Baronius, & causam motæ contra Cluniacenses controversiæ fatetur ignorare, conjectat autem Gaufredum Comitem Andegavensem turbarum auctorem fuisse, citans vitam S. Hugonis. Sed huic nihil negotii cum Cluniacensibus fuit: S. Martini Turonensis monasterium petebat. Rem totam explicat Bibliotheca Cluniac. col.* 509, *enarrans controversiam, inter Drocanem Matisconensem & Hugonem Cluniacensem coram Petro Damiano agitatam, eo successu, ut Droco, qui Cluniacenses excommunicare præsumpserat, coactus sit se purgare ignorantia privilegiorum Apostolicorum anno* 1063, *coram concilio Cabilonensi ob eam causam convocato.*

f *Multa de hac S. Petri legatione dicenda hic forent, nisi id actum esset ante ipsius Vitam* 23 *Febr.* § 5.

g *Quanti deinde fecerit disciplinæ Cluniacensis præstantiam, testari poterunt ejus epistolæ, post reditum in Italiam ad Conventum ipsumque Abbatem ejus Hugonem datæ, quæ propterea etiam in bibliotheca collectæ exhibentur.*

h *Hunc ritum Romana Ecclesia postmodum suscepit, & apud omnes Romano Breviario utentes perseverat.*

DE SANCTO ROBERTO,

PRIMO ABBATE MOLISMENSI

AC FVNDATORE ORDINIS CISTERCIENSIS,

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Reformationes Ordinis Benedictini, Roberti exordia, Fundatio Molismensis.

INITIO SEC. XI.

Benedictini Ordinis reformatio in Gallia triplex,

Cluniacensis,

Tironensis,

Cisterciensis, auctore S. Roberto celeberrima.

Vm celeberrimus Sancti Patriarchæ Benedicti Ordo, ætatem jam agens quatuor seculorum, incertum quo malo, ipsa certe temporum vetustate, quæ interitum rebus etiam firmissimis afferre solet, aliquam in Gallia avitæ disciplinæ jacturam fecisset; dati fuere divinitus sanctitate ac zelo insignes viri, qui depravatos sensim mores ad primi instituti leges ac rigorem reformarent. Primam in tam sancto ac utili negotio operam anno Domini DCCCCX *B. Berno posuit: qui fundato in pago Matisconensi super Graunam fluvium Cluniacensi cœnobio, primus dicti inde novi quasi Ordinis Pater, quam restituendo vetus institutum Benedictino Ordini utilis fuerit, plurima propagata à Cluniaco optime constituta cœnobia, multi inde & Sancti & principes in Ecclesia profecti viri docuerunt. Hunc secutus, sub initium seculi undecimi, B. Bernardus de Tironio fuit; qui felicitate pari, progressu tamen minore, reformationem in diœcesin Carnotensem invexit. Sed nulla celebrior ea extitit, quam S. Roberti auspiciis fundatum ab eo Cistercium primo admisit. Latissime enim patens, non sola se Gallia concluſit illa, (quamquam* Firmitatem *in ea,* Pontiniacum, Claram vallem & Morimundum *amplissima cœnobia, quæ Cistercium filias appellat suas, molita) sed totam brevi Europam pervagata, Italiam, Hispaniam, Germaniam, Poloniam & Angliam innovavit. Auctores Sanmarthani sunt, virorum olim cœnobia supra mille octingenta, mulierum supra mille quadringenta numerasse: percurrenti Bibliothecam Cistercien sem Caroli de Visch, mille circiter hac nostra ætate se offerunt. Adeo ut mirum non sit, complures Summos Pontifices, alios que spectatos in Ecclesia viros, in Cistercii & propagati ab eo Ordinis laudes tantopere effusos fuisse.*

2 *Præclara laudati ab iis instituti encomia Henriquez in Apparatu ad Menologium Cistercien se colligit; unde hoc*

A

Encomia Ordinis Ciſtercienſis ex viris illuſtribus,

hoc Clementis I eſt: Ordo Ciſtercienſis, *inquit ille*, eſt fons hortorum irriguus, ceteras rigans Religiones & Ordines, ac in ipſos exemplis ſalutaribus ſcaturicans. Hic eſt fons amœnus varietate virtutum, præclarus munditiæ puritate, pietate patens, indeficiens ſanctitate. Horum merito ſic excreſcere meruit, ut fontis nomen excedens fluvius cenſeatur, cujus proceſſus laudabilis de virtute in virtutem, ut Deum deorum in Sion videat, gradientis, univerſalis Eccleſiæ lætificat unitatem: in qua per meritorum evidentiam claræ lucis ſplendorem adeptus, quaſi ſtella matutina reſplendet in medio nebulæ mundi hujus; & in ea ſplendidos emittens radios inſtar ſolis, velut aquæductus de paradiſo proveniens in aquas redundat plurimas, hortum plantationum ſuarum, cœtus quidem clauſtralium quos produxit, aquis irrigans gratiarum, & vino ſpiritualis lætitiæ fructum inebrians partus ſui. Hujus ſiquidem Ordinis ſacra religio, à ſuæ inſtitutionis auſpiciis quaſi deſerta & invia, utpote paucis adhuc initiata cultoribus, tandem honoris & honeſtatis fructus parturiens, ramos ſuos quidem honoris & gratiæ quaſi terebynthus extendit, germinans generationes & progenies germinavit. Eapropter lætatur & jubilat lætabunda & laudans, exultat jam in multitudine numeroſa ſpectabilis, quæ olim quaſi deſpicabilis in ſolitudine delitebat. *Hæc Pontifex. Quibus non inferius eſt illud, quamquam brevius, Richardi Archiepiſcopi Cantuarienſis ac Apoſtolicæ Sedis Legati Ep.* 96. O caſtra optabilia! O congregatio veneranda! O Ciſtercium quam magna eſt domus tua! quam fœcunda in filiis! quam magnifica in linguis! quam glorioſa in populis! *Et iſtud Petri Cellenſis, Ep.* 14 *lib.* 7. *ita loquentis*: Gallina illa Moliſmenſis, plena plumis & bene pennata, quot & quales de utero ſuo fœtus produxit, dum ex ſe collegium Ciſtercienſe originario germine pullulavit! Deus meus! de illo uno ovo quam innumerabilis arena monachorum & converſorum faciem terræ operuit! quam lucido ſplendore cutem mundi, denigratam per infectam vivendi negligentiam, reformavit & illuſtravit!

B

Naſcitur S. Robertus circa an. 1017,

3 *Hujus igitur tam copioſæ ſpiritualis meſſis ſator S. Robertus, natione Gallus, patria vel Campanus vel Normannus fuit; natus circa annum Domini* MXVII, *patre Theodorico, matre Ermegarde, opibus pariter ac genere nobilibus, à ſeculari vita ad monaſticam tranſlatus anno ætatis decimoquinto: cujus tirocinium poſuit in cœnobio Ordinis S. Benedicti, non procul urbe Tricaſſina in Campania, quod*

fit monachus in cœnobio Cellenſi & Prior,

C

Cella S. Petri Trecenſis, *& aliis nominibus*, Cœnobium inſulæ germanicæ, S. Petri de cella, Nova Cella, Vetus Cella, Cella Bobini, *& vetuſtiore Gallorum idiomate* Monſtier la celle de Troyes *nuncupatur: de cujus fundamentis, à S. Frodoberto ſub Clodoveo II & Chlotario III jactis, egimus ad Vitam dicti S. Frodoberti die* VIII *Ianuarii. Poſt uſitatas aſceticæ vitæ probationes Ordini adſcriptus Robertus, ita deinde virtutem ac ſanctimoniam coluit, ut omnium voluntate & aſſenſu cœnobii Prior renuntiatus, magis tunc quam cum privatus degebat, morum exemplar eſſet. Inde vero ad cœnobium Tornodorenſe tranſiit, quod ejuſdem Ordinis in diœceſi Lingonenſi*

Abbas poſtea Tornodorenſis,

ſitum Divo Michaeli ſacrum eſt, ſortitum nomen ab oppido, ad quod pertinet, Tornodoro. Hic à Monachis Abbas creatus (Sanmarthani poſt Dodonem & Elfredum ordine tertium ponunt) iſtam aliquamdiu Præfecturam geſſit. Cum enim comperiſſet adeo illic collapſam regularem diſciplinam eſſe,

tum Prior in S. Aigulphi:

ut quantumcumque niteretur, erigere non valeret; dignitatem exuens, privatus ad Cellenſes rediit: pro cujus ſubinde Abbate in S. Aigulphi cœnobio Prior ad tempus præfuit, donec Moliſmum cœpit moliri.

4 *Hujus cœnobii initia ex Colano olim nemore prodiere: quod Tornodorenſi vicinum oppido, quidam Sacerdos, ſolitariam vitam agens, incolebat. Huic cum duo primum germani fratres, conceptum mutuæ cædis ſcelus expiaturi; ac quatuor deinde alii, idem amantes inſtitutum, ſocios ſe junxiſſent; vitam aliquamdiu ſtudio quiſque virtutis privato exercuere, nullis in commune legibus devincti. Placuit tamen paulo poſt vivendi quædam ratio & forma communis; ac ea potiſſimum, quæ per id tempus erat per Galliam vulgatiſſima Benedictinorum. Quare ut illius & notitiam & magiſtrum haberent idoneum, ex vicino Tornodorenſi cœnobio S. Robertum, cujus jam clara erat fama ſanctitatis, Abbatem petiverunt. Verum à monachis, admodum in hoc invitis, quia corruptis moribus erant, & renascituram idcirco in proximo veterem diſciplinam reformidabant, repulſam ad tempus paſſi ſuere; ſic tamen, ut non omnem continuo obtinendi tandem Roberti ſpem abjicerent. Nam cum relictis ob morum corruptelam Tornodorenſibus, S. Robertus ad Cellenſes reverſus, pro eorum Abbate in S. Aigulphi cœnobio Prior præeſſet; Romam profecti, precibus inſtitere apud Pontificem, ut poteſtatem faceret, eum è vicinis Benedictini Ordinis monachis in novæ ac regularis vitæ magiſtrum ſibi aſſumendi, quem maxime ad hoc idoneum putarent. Quod cum conceſſum fuiſſet, petitus iterum S. Robertus; & quia Pontifex auctoritatem interponebat, facile à Cellenſi Abbate impetratus fuit. Quare datis ſeptem in Colano nemore eremicolis præſes & magiſter, mores eorum ad S. Benedicti regulare inſtitutum formare cœpit, & ſenſim quoque augere diſcipulorum numerum. In iis B. Albericum fuiſſe, cujus Vitam ad* XXVI *Ianuarii dedimus, Manriquez in Annalibus Ciſtercienſium auctor eſt*: Albericus, *inquit*, ad habitum ſuſceptus ſacravit initia, ſanctior an doctior dubium, collatus ſibi; utrumque certum, ſi aliis conferatur; nec divinis tantum litteris inſtructus, ſed humanis. Virum litterarum in divinis & humanis ſatis gnarum, amatorem regulæ & Fratrum, Exordium vocat. Spes omnes in ſeculo conceptas cum paupere illo ſtatu commutavit. Alios diſcipulos habuit ſanctus Pater, dum Colani maneret, ſed fere momentum rerum penes hunc fuit.

D

à Colani nemore eremicolis petitus,

eos juxta inſtitutum S. Benedicti format,

E

& B. Albericum ad habitum admittit:

5 *Quia igitur ortus novæ admodum Regularium congregationis adeo felix & auſpicatus erat, majores indies ſui progreſſus & futura cœptorum incrementa pollicebatur: quibus cum S. Robertus Colanum nemus non ſatis eſſe aptum provideret, ſedem novis monachis commodiorem quæſiturus abiit; ſilvamque egreſſus & perluſtrans viciniam, in illam incidit quæ Moliſmus vocabatur. Hanc itaque majoribus rebus quas moliebatur accommodam ratus, ſociis ac novo ſtruendo cœnobio ſedem delegit. Cœptum eſt illud fundari anno Domini* MLXXV, XX *Decembris, & retento ſilvæ in qua ſtabat nomine* Moliſmus *dici; celebre poſtea & multis auctum fundis aſceterium. Laudatur à Cæſario lib.* I. *Miraculorum in hæc verba*: In Epiſcopatu Lingonenſi ſitum eſt cœnobium, nomine Moliſmus, fama celeberrimum, religione perſpicuum, viris illuſtribus nobilitatum, poſſeſſionibus amplum, virtutibus clarum. *Initiorum vero, lib.* 8 *Hiſtoriæ ita Ordericus meminit*: In Burgundia locus eſt qui Moliſmus dicitur: ibi tempore Philippi Regis Francorum, venerabilis Robertus Abbas cœnobium condidit; & inſpirante gratia Spiritus ſancti, diſcipulos magnæ religionis aggregavit; ſtudioque virtutum in ſancta paupertate, juxta uſum aliorum cœnobiorum, comiter inſtruxit. *Fundato in hunc modum Moliſmenſi cœnobio, primus, uti par erat, cum poteſtate Abbatis præfuit S. Robertus. Ita teſtantur publicæ donationum tabulæ apud Sanmarthanos, & diploma Daimberti Senonenſis Archiepiſcopi apud Camuzatum in Promptuario ſacrarum antiquitatum diœceſis Tricaſſinæ. Monachum ibi, teſte Manriquez, redux ab Apoſtolorum liminibus B. Stephanus induit, poſtea tertius Ciſtercienſium Abbas factus, & illuſtratus à nobis ad* XVII *Aprilis.*

relicto Colano,

Moliſmum fundat anno 1075;

F

& Abbas ei præfectus,

6 *Adeo autem prima Moliſmenſium monachorum vita ac virtus illuſtris fuit, ut ex iis à Principibus in vicinia viris, ad nova in eorum fundis conſtituenda cœnobia, petiti ſint.*

Ita

A *Ita ſcilicet, auctore S. Roberto, aſceterium in arce vallis-coloris fundatum fuit. Qua de re hujuſmodi apud Sanmarthanos tomo 4 Galliæ Chriſtianæ tabulæ extant :* In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Suaviſſimi odoris fama Moliſmenſis cœnobii longe lateque redolente, multi devotæ religionis viri beneficia contulerunt, monachoſque à prædicto loco ad cœnobia ædificanda ſuis prædiis & poſſeſſionibus poſtulaverunt. Quæ ſanctitatis poſtulatio poſtquam auribus ſenis Joffridi, nobiliſſimi Principis & ſanctæ Eccleſiæ fideliſſimi, inſonuit; monachos à Domno Roberto, primo ejuſdem loci Abbate, moribus ornato, converſatione vitæ probato, fulgore virtutum illuminato, humilitate, patientia, juſtitia, fortitudine, temperantia, prudentia decorato, ſimiliter exinde petivit & impetravit; qui monachi cœnobium in caſtro quod dicitur Valliscoloris ædificaverunt, ibique ſanctæ converſationis vitam duxerunt &c. *Hæc tabulæ.*

cœnobium Vallis-coloris :

7 *Corrupit tamen brevi tam ſancta Moliſmi initia, remiſſior facta, ex nimia rerum temporalium felicitate, diſciplina; tanta paulatim ſubſequente morum corruptela, ut quantumcumque S. Robertus exemplo & monitis anniteretur, revocari non poſſent ad priſtinam integritatem. Deſperata igitur medicina, quos fundavérat deſerens, Aurum, vicinum Moliſmo monaſterium, adiit : ubi privatus primo monachus, deinde vero Abbas habitus, facem ſanctæ vitæ prælucere perrexit. Narrat Manriquez, poſt S. Roberti diſceſſum, cœnobii curam penes Albericum remanſiſſe, qui illo Abbate Prioratum ſcilicet antea geſſerat, quamquam, abſente ſancto Patre & depravatis adeo moribus, parum feliciter : mulctatum enim verberibus, quia diſciplinam exigebat, in carcerem detruſerunt. Quam injuriam dum Brito, non poſt diſceſſum S. Roberti, non Alberico, ſed Stephano irrogatam fuiſſe ſuſtinet, ab eodem Manriquez corrigitur in hæc verba :* Errat igitur Brito Luſitanus dum tempus mutat, gravius dum perſonas. Aureolas has Alberico Patri detrahit, ut iiſdem Stephanum coronet; & quod mireris ſermone facto aut ficto, quo Robertus prævaricatores dicitur increpaſſe ſub tali themate, Curavimus Babylonem & non eſt ſanata, derelinquamus eam. Ego in Exordio parvo Ciſtercienſi, à primis noſtris Patribus conſcripto, qui rem ipſam hauſerunt propriis oculis, non de Stephano, ſed de Alberico ſcriptum lego : qui pro eo negotio, nempe reformationis Moliſmenſium, multa opprobria, carcerem & verbera perpeſſus fuerat. *Hæc ille; addens, Alberici ac Stephani ſeceſſum in Vnicenſem ſolitudinem in hoc quoque tempus eſſe conferendum :* Quo, *ut loquitur,* abſente nimirum Roberto Patre effectum eſt, ut è Moliſmo ſine alicujus alterius licentia egredi & poſſent & vellent, forte etiam & pene cogerentur, acceptis plagis, numquam alias vel à Patre etiam obtenta vel non petita à loco diſceſſuri. Ado ſeu quiſquis alius Vitam infra dandam ſcripſit, carcere & verberibus ſuppreſſis, imo & durato in malum cædentium corde (ſuis id Moliſmenſibus indultum) arctioris & ſolitariæ vitæ deſiderio diſceſſum docet. Erant autem, ait, inter illos quatuor viri fortiores, Albericus & Stephanus, atque alii duo, qui poſt cœnobiticæ exercitationis rudimenta ad ſingulare eremi certamen ſuſpirabant. Egreſſi ergo de cœnobio Moliſmenſi, venerunt ad quemdam locum, cui Unicus nomen eſt, &c.

deſerit Moliſmenſes primum ipſe,

B

tum B. Albericus,

cum B. Stephano.

C

§ II. Initia cœnobii & Ordinis Ciſtercienſis, & tranſitus S. Roberti ad eumdem.

Ad Moliſmenſes juſſu pontificis reverſus,

8 *Deſtituti talibus viris Moliſmenſes, brevi & orbitatis ſuæ pertæſi, & futuri deinceps meliores filii, Patrem quem amiſerant ab ipſo ſummo Pontifice repetiverunt : quo annuente, & negotium dante Lingonenſi Epiſcopo, ut abſentibus reditum præciperet; parens primo S. Robertus, deſerto Auro, ac duo deinde alii Albericus & Stephanus, Vnicenſi relicta ſylva, Moliſmo ſe reddidere. Revertiſſe tamen Albericum ac Stephanum diſſimulat Ado, deſerta Vnicenſi ſylva fundare ſtatim Ciſtercium cœpiſſe aſſerens. Illud autem multum à vero abeſſe, ex ea, quam ſtatim ſubjiciemus, Ciſtercienſi Hiſteria conſtabit, poteſtque colligi ex eo, quod ipſe ſcribat, illos* à viro venerabili Joſeramno, Lingonenſi Epiſcopo, niſi Moliſmum reverterentur, excommunicationis ſententiam ſuſcepiſſe. *Credi enim non poteſt, viros ſanctos tantum contumaciæ crimen ac pœnam incurrere, quam ad Moliſmum redire maluiſſe; præſertim cum illic jam Patrem ſuum S. Robertum, & Fratrum pronas in correctionem voluntates eſſent reperturi. Reditus certe eorum admodum ſalutaris fuit Moliſmenſium rebus, occaſio quippe Ciſtercio & Ordini inde dicto fundandi : de quibus iſta ex Manriquez deprompta ſunt :* Cunctis ergo Moliſmo reſtitutis, atque uno rurſus ex omnibus ſub Roberto Paſtore ovili facto, inſtaurandæ diſciplinæ ferventius inſtitum. Et quibuſdam quidem omnimodis adnitentibus, quibuſdam vero recenti lapſu territis nec reſiſtere auſis, pellendis vitiis facilior via fuit. Multa in melius mutata viſebantur, etiam in his quibus peccandi conſuetudo fecerat impatientiam corrigendi, & aſperiora per diſpenſationem indulta, antiquis moribus, pleræque regulæ ad unguem ſervabantur. Satis ſuperque actum judicaret, qui res præſentes præteritis conferret : ſed ſanctis viris infimum videbatur, quidquid non ſummum, & minus afficiebat emenſum iter quam quod reſtabat. *Et paucis interjectis,* Stephanus, in hac cura præcipuus, indulgentias prævaricationem, diſpenſationes piacula appellabat. Is Alberico & quibuſdam aliis primo, inde Roberto Patri relegandarum diſpenſationum auctor extitit, ſi fieri poſſet Moliſmi permanentibus, ſin minus quocumque alio migraturis. *Hæc Manriquez.*

D

cum BB. Alberico & Stephano.

E

9 *Quibus vetuſtiorem multo & accuratiorem de tota Ciſtercii molitione narrationem ex lib. 1 Hiſtoriæ ſelectæ propagati inde Ordinis ſubjicimus, quæ olim manuſcripta in collegio noſtro urbis Embricenſis extabat. Ea vero hujuſmodi eſt :* Hi itaque ſervi Dei pauci numero, ſed igne illo, quem Dominus Jeſus miſit in terram & vult vehementer accendi, fortiter inflammati; dum quotidianas Regulæ lectiones à Capitulo audirent, & aliud Regulam præcipere atque aliud conſuetudines Ordinis tenere perpenderent, graviſſime contriſtabantur, videntes ſe ceteroſque monachos Regulam beati Patris Benedicti ſolenni promiſſione ſervaturos fore promiſiſſe, ſed ſecundum inſtituta ejus nequaquam vivere. Primitus ergo privatim ſæpius inter ſe colloquentes, tranſgreſſionem ſuam conquerebantur; & quonam modo hujus tanti mali remedium invenire poſſent, ſolicite tractabant. Cum vero poſtea verbum effuſum eſſet in publicum, ceteri qui carnales erant, nec poterant dicere cum Propheta, quia de excelſo, miſit ignem in oſſibus meis & erudivit me; ſervos Dei deridere, modiſque omnibus quibus poterant, ut à tam ſancto propoſito ceſſarent, infeſtare cœperunt. At illi qui ſpiritu Dei agebantur, & propterea liberi erant, non curantes eorum malevolas inſectationes, toto mentis anniſu ad Deum converſi precibus, inſtantiſſime poſtulabant, ut Domini pietas eos ad talem locum dirigere dignaretur, in quo vota labiorum ſuorum, quæ ſecundum Regulam firmaverant ſed non ſervaverant, reddere poſſent. Deinde conſiderantes quod Apoſtolus monet, non omni ſpiritui eſſe credendum; & quod Regula, quam modis omnibus perfecte ſervare cupiebant, præcipit corripi eum, qui ſine permiſſione Abbatis quidquam facere præſumpſerit; Abbatem ſuum humiliter adeunt, de tranſgreſſione Regulæ querimoniam

de reformanda Benedictina Regula diſciplina conſuliturs

F

Thren. 1, 13

1 Ioan. 4, 1

A niam proponunt, voti ſui ferventiſſimum deſiderium pandunt, & ut ejus auxilio pariter & conſilio, quod Spiritu ſancto aſpirante mente conceperant perficere poſſint, ſuppliciter precantur. Nutu vero Dei, ad horam compunctus Abbas ille, propoſitum ſervorum Dei laudat, & non ſolum conſilium auxiliumque ſe præbiturum, verumetiam ſeipſum individuum comitem eorum in tam ſancto propoſito futurum, firmiſſime pollicetur. Quo audito humiles ſpiritu Fratres illi magnifice corroborati ſunt, tunc primum intelligentes, quod vere à Domino egreſſus eſt ſermo, nec ſomnia cordis ſui in deſiderio tali ſecuri ſunt, ſed dexteram Dei vivi, virtutem operantem in eis.

10 Itaque magnanimi viri, innumerabilium militum Chriſti duces & ſigniferi futuri, non tam novarum quam magnarum rerum totique mundo profuturarum cupidi, cum aſſiduo tractatu quærerent inter ſe, qualiter id quod cupiebant congruenti modo ad effectum perducerent; conſulto rationis judicio prudenter adverterunt, loci vel Ordinis ſui mutationem abſque Sedis Apoſtolicæ conſenſu ſe præ-
& re cum Pontificio Legato cõmunicata, B ſumere nequaquam debere. Erat tunc in Galliarum partibus Sedis Apoſtolicæ Legatus venerabilis Hugo, Lugdunenſis Archiepiſcopus, vir religione, prudentia, & auctoritate venerandus. Hunc prædictus Abbas & Fratres, qui deſiderio innovandæ monaſticæ Religionis flagrabant, adeunt; æſtus & vota cordium ſuorum humiliter pandunt: conſuetudines Ordinis à regula quam erant profeſſi nimium diſcrepare conqueruntur; propterea manifeſte perjurii crimen ſe ſcienter incurriſſe dolendo fatentur. Addunt præterea ſe vitam ſuam ex integro ſecundum inſtituta regulæ ſancti Patris ſui Benedicti ordinare velle, & ut eis ad hoc liberius exequendum idem Legatus ſui juvaminis robur Apoſtolica auctoritate porrigat, inſtanter flagitant. Dominus autem Legatus, cum eſſet prudens & diſcretus, conſideratis ſubtiliter allegationibus eorum, laudabiliter eos moveri pronuntiavit; ipſorumque ſpiritualibus votis lætis auſpiciis favens, tali epiſtola eos ad perficiendum tota libertate, quod pia mente conceperant, exhortatus eſt.

11 Hugo, Lugdunenſis Epiſcopus & Apoſtolicæ Sedis Legatus, Roberto Moliſmenſi Abbati & Fratribus, cum eo ſecundum regulam S. Benedicti
atque obtenta facultate, C Deo ſervire cupientibus. Notum ſit omnibus, de ſanctæ Matris Eccleſiæ profectu gaudentibus, vos & quoſdam filios veſtros Moliſmenſis cœnobii Fratres, Lugduni in noſtra præſentia aſtitiſſe, ac regulæ beatiſſimi Benedicti, quam illuc uſque tepide ac negligenter in eodem monaſterio tenueratis, arctius deinde & perfectius inhærere velle profeſſos fuiſſe. Quod quia in loco prædicto pluribus impedientibus cauſis conſtat adimpleri non poſſe; nos utriuſque partis ſaluti, videlicet inde recedentium atque illic manentium, providentes; in locum alium, quem vobis divina largitas deſignaverit, vos declinare, ibique ſalubrius atque quietius Domino famulari, utile duximus fore. Vobis ergo tunc præſentibus, videlicet Roberto Abbati, Fratribus quoque Alberico, Odoni, Joanni, Stephano, Lætaldo, Petro, ſed & omnibus quos regulariter & communi conſilio vobis ſociare decreveritis, hoc ſanctum propoſitum ſervare & tunc conſuluimus, & ut in hoc perſeveretis præcipimus, & auctoritate Apoſtolica per ſigilli noſtri impreſſionem in perpetuum confirmamus. *Hoc Legati Pontificii diploma, quo poteſtatem facit S. Roberto ac ſocio Ciſtercienſem Ordinem fundandi, etiam à Miræo in dicti Ordinis chronico refertur, & teſtatum facit (ſecus quam narratur in Vita) BB. Albericum ac Stephanum, antequam hæc facultas peteretur commigrarentque ſimul omnes ad Ciſtercium, ex Vnicenſi ſolitudine Moliſmum reverti ſſe; non etiam Ciſtercium fundaſſe ſine S. Roberto, totius videlicet negotii & adminiſtro & director; quamquam primus rei ſuaſor, in Exordio Magno, S. Stephanus fuiſſe memoretur his verbis*: Poſtmodum vero cum verbum innovandæ Religionis in eadem domo motum fuiſſet, ipſe Stephanus primus inter primos ferventiſſimo ſtudio laboravit, ac modis omnibus inſtitit, ut locus & Ordo Ciſtercienſis inſtitueretur, cujus poſtmodum ordinante Deo paſtor & doctor erat inſtituendus. D

12 *Obtenta igitur à Legato Pontificio innovandæ Religionis facultate, Ciſtercium, denſa tunc Burgundiæ ſilva, opportunum fuit viſum: quo antequam à Moliſmo S. Robertus migraret cum ſuis, B. Stephanum ad Odonem Burgundiæ Ducem cum litteris ablegaſſe dicitur, quarum exemplum prolatum, ut ſcribit Brito, ex Ms. quodam cœnobii Alcobatenſis hujuſmodi eſt*: Illuſtriſſimo Duci Odoni Robertus Abbas Moliſmenſis Eccleſiæ, & qui cum eo Domini obſequium concupiſcunt, ſalutem & felicitatem. Pietatem & gratiam donatam vobis à Domino agnoſcentes, nolumus abſque beneplacito Celſitudinis veſtræ aliquid innovare; quamvis antiquum ſit & non novum in virtutis apprehenſionem currere. Quapropter noveritis, de aliquorum ſociorum noſtrorum conſenſu, quibus data eſt gratia agnoſcendi ſeipſos, juxta ſanctiſſimæ regulæ præcepta, in vera paupertate & conſcientiæ ſinceritate vivere ſtatuiſſe. Et quia reliquos in eamdem ſententiam adducere non potuimus, & eoſdem & eorum regimen dimittere, & cum his qui veſtigia noſtra, imo potius ſancti Patris Benedicti ſequi voluerint, ad eremum migrare decrevimus. Quia vero veſtrum in nos animum ſæpiſſime experti ſumus, & nunc contra inſurgentes procellas experiri oportet; de omnibus vos certiores fecimus, orantes Dominum & patrem gratiarum, quod vos & domum veſtram incolumes conſervet. Amen. *Hujus epiſtolæ reſponſoria, ſcripta ab Odone Duce Burgundiæ, ex eodem memorato Ms. hæc affertur*: Odo Burgundiæ Dux &c. venerabili Patri Roberto Abbati Moliſmenſi & reliquis, qui cum eo unum ſunt in Domino, pax æterna in æterno Deo. Allatæ ſunt nobis litteræ ſinceritatis veſtræ, per manus modeſtiſſimi viri Stephani ſocii veſtri, quibus viſis & intentione probamus & opus. Facite quod ſpiritus jubet, ego non deero vobis, ſed ab Epiſcopis provincialibus, & ſi oportuerit à Romana Sede, quidquid volueritis impetrabo. Locum ſolitudinis veſtræ eligite, & pro me aſſidue Dominum orate. Veſtram ſinceritatem Dominus conſervet, & puram intentionem augeat. *Ciſtercium deligit,* *miſſis litteris ad Odonem Ducem Burgundiæ,* E

13 *Tranſitum poſt hæc fuit, relicto Moliſmo, ad Ciſtercium: migrationis ſeriem ita narrare proſequitur auctor laudatæ jam ſupra Hiſtoriæ Ms. Ciſtercienſis*: Poſthæc, *inquit*, præfatus Abbas & ſui, tanta & tali auctoritate freti, Moliſmum redierunt, & de illo Fratrum collegio ſocios, remiſſioris vitæ blanditias reſpuentes, ad puritatem ſimplicitatemque ſacræ regulæ pure ſimpliciterque tenendum prompto animo flagrantes, elegerunt: ita ut inter eos, qui Legato Lugduni aſtiterunt, & inter eos qui de cœnobio vocati ſunt, viginti & unus monachus eſſent; qui perfectioris vitæ & regulæ ſancti Patris Benedicti ad litteram tenendæ deſiderio, arctam & anguſtam viam ingreſſi ſunt. Anno igitur Dominica ab Incarnatione milleſimo nonageſimo octavo, Dominus Robertus, Moliſmenſis cœnobii in Epiſcopatu Lingonenſi fundati Abbas, & cum eo Fratres, quorum Deus tetigerat corda, malentes cum dilecto Patre ſuo Benedicto pro Deo laboribus fatigari, quam vitæ hujus commodis reſolvi, de Moliſmo egreſſi ſunt; atque ad locum, quem propoſito ſuo congruum jam ante per gratiam Dei præviderant, id eſt, ad eremum quæ Ciſtercium dicebatur, alacriter terenderunt; qui locus in Epiſcopatu Cabilonenſi ſitus, & præ nemorum ſpina- *illuc tranſit cum 21 monachis anno 1098,* F

A rumque denſitate tunc temporis acceſſui hominum inſolitus, à ſolis habitabatur feris. Ad hunc itaque locum horroris & vaſtæ ſolitudinis viri Dei venientes, tantoque illum religioni, quam jam dudum mente conceperant, & propter quam illuc advenerant, habiliorem, quanto ſecularibus deſpicabiliorem & inacceſſibiliorem, intelligentes; nemorum ac ſpinarum denſitate præciſa ac remota, monaſterium ibidem, voluntate Cabilonenſis Epiſcopi, & conſenſu iſtius cujus ipſe locus erat, conſtruere cœperunt. Eodem itaque anno quo prædiximus, XII Kalendas Aprilis, ſolenni die natalis ſanctiſſimi Benedicti, quem geminata lætitia tunc celebrem reddiderat ob Dominicam Palmarum, quæ in ipſum occurrerat, lætantibus Angelis, tabeſcentibus dæmonibus, Ciſtercienſis domus, ac per hos totius Ciſtercienſis Ordinis Religio per viros, ad Chriſtianam philoſophiam penitus expeditos, exordium ſumpſit. *Congruunt cum his quæ Cæſarius de Ciſtercii fundatione in hiſtoria ſua, ſeculo proxime ſequenti, memoriæ prodidit. Annum quoque fundati Ordinis & primi illius cœnobii loquuntur ſequentes verſus, in fronte eccleſiæ Ciſtercienſis deſcripti:*

ubi Ordinem & monaſterium fundat,

Anno milleno, centeno, bis minus uno,
B Pontifice Urbano, Gallorum Rege Philippo,
Burgundis Odone Duce & fundamina dante,
Sub Patre Roberto cœpit Ciſtercius Ordo,
Cœnobia in toto producens plurima mundo,
Sic manſura diu per ſanctum nomen Jeſu.

14 *Abeſt autem Ciſtercium à Divione quinque circiter leucis, ſitum in diœceſi Cabilonenſi Ducatus Burgundiæ, ampliſſimum nunc & multis auctum fundis monaſterium. Nomen quidam à* Ciſternis, *quidam à* Ciſtels, *voce gallica, paluſtres juncos ſignificante, deductum volunt. Fundus ad Raynardum Vice-Comitem Belnæ ejuſque conjugem Hodiernam pertinuit, quorum & propterea ad inædificandum facultas neceſſaria fuit. Ciſſerunt vero illum perquam libenter, ſuamque in famulos Dei munificentiam perpetuis tabulis poſteritati conſecrarunt: quæ hujuſmodi in Menologio ad* XXI *Martii ab Henriquez afferuntur:* Notum ſit omnibus Chriſtianis præſentibus ac futuris, quod Raynaldus Belnenſis Vicecomes, & uxor ejus Hodierna nomine, & eorum filii Hugo, Humbertus, Raynardus, eorumque ſocer Raymundus, pro ſuorum peccatorum remiſſione anteceſſorumque ſuorum, Domino Roberto & Fratribus, qui cum eo regulam S. Benedicti arctius ac perfectius quam illuc uſque tenuerant obſervare cupiebant, contulerunt de prædio ſuo, quod
C antiquitus Ciſtercium vocabatur, quantumcunque ipſis & eorum ſucceſſoribus Dei famulis ad monaſteriū & monaſterii officinas conſtruendas, ad arandum quoque, imo ad omnem uſum neceſſarium fuerit *&c.*

ex munificentia Vice Comitis Belnenſis,

15 *Odo quoque Dux Burgundiæ non parum Ciſtercium auxit; fundos, enim à Belnenſi Vice-Comite reſervatos exceptoſque adjecit, & primam novis habitatoribus domum ædificavit. Prius in deſcriptis modo tabulis ita narratur:* De reſiduo quoque ipſius terræ, quod dicto Raynardo tunc placuit retinere, fecit Odo Dux Burgundiæ, ad illius conceſſionem & libitum, talem cum eo commutationem & pactum, ad opus eorumdem monachorum, ut ſcilicet pro terra illa ſingulis annis in caſtro Belnenſi ſolidos viginti ſuſciperet, tam ipſe quam & ipſius poſt eum heredes. Præterea in eadem cambitione conceſſit ei ac filiis ſuis ipſe Dux, quantumcunque vinearum in territorio Belnenſi poſſent plantare & colere in propria dominicatura. *Poſterius hunc in modum proſequitur Hiſtoria Ciſtercienſis Ms. Collegii noſtri Embricenſis:* Ceterum Archiepiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, cujus benedictione, præcepto, & auctoritate tantum bonum ſtabile fundamentum acceperat; conſiderans paupertatem ſervorum Dei, & quia in loco ſterili quem occupave-

& Odonis Ducis Burgundiæ,

cui commendatur à Legato Pontificio:

rant prorſus nec ſubſiſtere nec ædificia conſtruere poſſent, niſi perſonæ alicujus potentis adminiculo fulcirentur; ſcripſit ad illuſtrem Principem Odonem, tunc Burgundiæ Ducem, petens & ſuadens, quatenus pauperes Chriſti, zelum gloriæ Dei & monaſtici ordinis habentes, foveret & manuteneret, eorumque neceſſitatibus ſecundum magnificentiam principatus ſui ſubveniret. Cujus petitioni & conſilio Dominus Odo Burgundiæ Dux acquieſcens, Fratrum etiam illorum fervore & devotione delectatus, monaſterium ligneum, quod ipſi in ſua paupertate inceperant, de ſuis impendiis totum conſummavit, eoſque ibidem in omnibus neceſſariis diu procuravit, terriſque & pecoribus abunde ſublevavit. D

16 *Auſpicaturis novum Ordinem fuiſſe locum monſtratum divinitus, præter omnes auctores illius temporis auctor Manriquez eſt, colligens id ex his, citatis à nobis paulo ante, Magni Exordii verbis*: De Moliſmo egreſſi ad locum, quem propoſito ſuo congruum jam ante per gratiam Dei præviderant, id eſt, eremum quæ Ciſtercium dicebatur, alacriter tetenderunt. *Templum almæ Dei Parenti conſecrarunt, more ad omnia reliqua propagati poſtea Ordinis cœnobia derivato: unde hoc B. Humberti Generalis Ordinis Prædicatorum præclarum in ſuis ſermonibus teſtimonium eſt*: Ordo iſte habet in tanta reverentia B. Virginem, quod omnes eccleſiæ ejus ſunt conſecratæ in ejus honorem. Inde ipſi monachi in eccleſiis ſuis, quaſi ſemper ſunt ante Beatam Virginem & filium ejus: *Similiter à Gregorio X dicitur*, Ciſtercienſis Ordo, divinis mancipatus obſequiis, & inter Religiones ceteras glorioſæ Virgini ſingularitate devotionis adſcriptus ex inſtitutione prima.

in loco divinitus ſibi oſtenſo;

& Deiparæ Virgini conſecrato,

E

17 *Manriquez ſcribit, S. Robertum, antequam Moliſmo abiret gravem ad illic remanentes orationem dixiſſe: illos vero abeuntem lacrymis proſecutos, utenſilia ad monaſterii novi officinas, præcipue autem quæ ad divinum cultum ſpectabant, officioſe ac peramanter miniſtraſſe. Surrogaſſe denique amantiſſimo Patri, Gaufredum, aliis Goffridum dictum*; virum utique, *ut ipſe ait*, moribus compoſitum, ſacris etiam imbutum diſciplinis, qui partes Abbatis impleret non incongrue, ſi tales facere alios potens eſſet, qualem ſeipſum. *Ciſtercio autem, à Gualtero Epiſcopo Cabilonenſi, auctoritate Legati Pontificii, primus Abbas S. Robertus fuit datus: de quo iſta Hiſtoria Ms. Ciſtercienſis:* Eodem tempore Abbas qui advenerat, ab Epiſcopo Cabilonenſi, ad cujus diœceſim locus ipſe pertinebat, virgam paſtoralem cum cura animarum juſſu prædicti Legati ſuſcepit, & monachos qui ſecum advenerant in eodem loco ſtabilitatem firmare regulariter fecit, ſic quod eccleſia illa, divino pariter & humano favore vallata, Apoſtolica quoque auctoritate munita, in Abbatiam ſecundum Regulam S. Benedicti diſponendam ſurrexit. *Hæc iiſdem fere verbis Exordium Ciſtercienſe parvum narrat, maximæ auctoritatis, utpote à primis Ciſtercii Patribus ſcriptum. Idem conſtat ex epiſtola Epiſcopi Cabilonenſis ad Lingonenſem ſcripta, quam mox dabimus, & ex Ciſtercienſi Kalendario edito Divione, in quo B. Albericus ſecundus Ciſtercii Abbas memoratur. Ita ut jam extra controverſiam ſit, S. Robertum primum Ciſtercio Abbatem præfuiſſe, quod ad* XXVI *Januarii in B. Alberici Vita indeciſum relinquentes, rejeceramus in hunc locum.*

primus Abbas præficitur.

F

§ III. Revocatio & reditus S. Roberti à Ciſtercio ad Moliſmum: ejuſdem ætas. cultus ſacer, ſcriptores vitæ.

18 *Brevi tamen, abdicato apud Ciſtercienſes magiſtratu, S. Robertus ad Moliſmum redire debuit, repetitus iterum à ſuis Moliſmenſibus apud Vrbanum II. Nam,* haud multo poſt, *proſequitur Ciſtercienſis Ms. Hiſtoria,* hoc

A

Moliſmenſes Roberti reditum à Pontifice petunt :

hoc elapſo temporis ſpatio, Moliſmenſis monachi, voluntate Domini Gaufridi Abbatis ſui qui Roberto ſucceſſerat, nuntios ad Romanam Curiam deſtinarunt, à Domino Papa Urbano importune poſtulantes, quatenus præfatus Abbas Robertus loco priſtino, id eſt, Moliſmenſi cœnobio eccleſiaſtice redderetur. Quorum importunitate Dominus Papa devictus, mandavit Legato ſuo venerabili ſcilicet Hugoni, ut, ſi fieri poſſet, idem Abbas reverteretur, & monachi eremum diligentes in pace conſiſterent. *Eadem, mutata nonnihil phraſi, Exordium parvum refert, in quo & hæc Vrbani, ſuper S. Roberti revocatione, ſcripta ad Hugonem Archiepiſcopum Lugdunenſem epiſtola legitur :*

hic negotium Legato ſuo mandat,

Urbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili Fratri & Epiſcopo Hugoni, Apoſtolicæ Sedis Vicario, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Moliſmenſium Fratrum magnum in Concilio clamorem accepimus, Abbatis ſui reditum vehementius poſtulantium. Dicebant enim religionem in ſuo choro everſam, ſeque pro Abbatis illius abſentia odio apud Principes & ceteros vicinos haberi. Coacti tandem à Fratribus noſtris, Dilectioni tuæ per præſentia ſcripta mandamus, ſignificantes gratum nobis exiſtere, ut, ſi fieri poſſit, Abbas ille ab eremo

B

ad monaſterium reducatur. Quod ſi implere nequiveris, curæ tibi ſit, ut & qui eremum diligunt conquieſcant, & qui in cœnobio ſunt regularibus diſciplinis inſerviant.

19 *Hugoni, lecta hac epiſtola, nihil fuit antiquius, quam Pontificis mandata exequi : Manriquez ſcribit Lugduni ſuper hac re ad Petram Inciſam ab eo provinciale Concilium fuiſſe convocatum : ſequentes ſaltem, quæ utroque extant in Exordio, ad Lingonenſem Epiſcopum literas ſcripſit :*

& Legatus Epiſcopis Lingonenſi atque Cabilonenſi,

Hugo, Lugdunenſis Eccleſiæ ſervus, cariſſimo Fratri Roberto, Lingonenſium Epiſcopo, ſalutem. Quod de negotio Moliſmenſis Eccleſiæ in colloquio nuper habito definivimus, Fraternitati veſtræ notificare neceſſarium duximus. Venerunt ante nos illuc cum litteris veſtris Moliſmenſes monachi, loci ſui deſolationem atque deſtructionem, quam per remotionem Roberti Abbatis incurrerant, oſtendentes, ipſumque ſibi reddi in Patrem magnopere poſtulantes. Nullo modo enim aliter ſperabant pacem & quietem Moliſmenſis Eccleſiæ poſſe reſtitui, vel monaſtici ordinis vigorem in priſtinum ſtatum illic revocari. Affuit ibi etiam in præſentia noſtra Frater Goffredus, quem eidem eccleſiæ in Abbatem ordinaviſtis, dicens ſe libenter iſti Roberto, velut Patri

C

ſuo, locum daturum, ſi nobis placeret, ut eum Moliſmenſi eccleſiæ remitteremus. Audita igitur veſtra & ipſorum Moliſmenſium petitione, relictis etiam Domini Papæ litteris ſuper hoc negotio nobis directis, totum diſpoſitioni & arbitrio noſtro committentis, tandem multorum virorum religioſorum, tam Epiſcoporum quam aliorum qui nobiſcum aderant, concilio, precibus veſtris & eorum acquieſcentes, Moliſmenſi eccleſiæ ipſum reſtituere decrevimus : ita videlicet, ut priuſquam illuc redeat, Cabilonem veniens, in manu Fratris noſtri Cabilonenſis Epiſcopi, cui ſecundum conſuetudinem ceterorum Ab-

ut huic S. Robertus reſignet Ciſtercii,

batum profeſſionem fecit, virgam & curam Abbatiæ reddat ; atque monachos Novi-monaſterii, qui ei ſicut Abbati ſuo profeſſionem fecerunt, ab ipſa profeſſione liberos & abſolutos dimittat ; ac ſic ab ipſo Epiſcopo profeſſionis, quam & Cabilonenſi Eccleſiæ fecit, abſolutionem accipiat.

20 Dedimus etiam licentiam cum eo redeundi Moliſmum omnibus illis Fratribus Novi-monaſterii, qui eum ſecuti fuerint, tali conditione, ut de cetero neutri neutros ſolicitare vel recipere præſumant, niſi ſecundum quod B. Benedictus monachos noti monaſterii præcepit recipiendos. Poſtquam hæc ſupradicta fecerit, remittimus eum Dilectioni veſtræ, ut Moliſmenſi eccleſiæ illum in Abbatem reſtituatis : ita tamen ut ſi deinceps eamdem eccleſiam deſeruerit, nullus ei ſubſtituatur vivente præfato Gaufredo Abbate, abſque noſtro & veſtro ejuſdemque Gaufredi aſſenſu. Quæ omnia Apoſtolica auctoritate rata eſſe præcipimus. De capella etiam prædicti Abbatis Roberti, & de ceteris rebus quas à Moliſmenſi eccleſia recedens ſecum tulit, & cum eis Cabilonenſi Epiſcopo atque Novo-monaſterio ſe reddidit, id ſtatuimus, ut omnia Fratribus novi monaſterii ſalva permaneant, præter Breviarium quoddam, quod uſque ad feſtivitatem S. Joannis Baptiſtæ retinebunt, ut tranſcribant aſſenſu Moliſmenſium. Huic autem definitioni interfuerunt Epiſcopi Norigandus Æduenſis, Galterus Cabilonenſis, Berardus Matiſconenſis, Pontius Bellicenſis, & Abbates, Petrus Trenorcienſis, Jarentio Divionenſis, Gauſoeranus Athanacenſis, Petrus quoque Domini Papæ Camerarius, multique alii viri honeſti bonique teſtimonii. *Hæc Hugo ad Epiſcopum Lingonenſem.*

D

& ab illo recipiat Moliſmū :

21 *Quemadmodum ea effectum ſuum ſint ſortita, ita utrumque Exordium narrat* : Hæc omnia Abbas ille laudavit & fecit, abſolvendo Ciſtercienſes ab obedientia quam ei in illo vel in Moliſmenſi loco promiſerant ; & Dominus Gualterus Cabilonenſis Epiſcopus Abbatem à cura illius Eccleſiæ liberum remiſit, ſicque reverſus eſt, & quidam monachi cum eo. *Gualteri autem litteræ ad Lingonenſem quoque Epiſcopum ſcriptæ in Parvo Exordio hujuſmodi ſunt* : Dilectiſſimo

E

quo rite fa-cto,

Fratri & Coëpiſcopo Roberto, Lingonenſi Epiſcopo, Gauterus, Cabilonenſis Eccleſiæ ſervus, ſalutem. Notum ſit vobis, Fratrem Robertum, cui Abbatiam illam in noſtro Epiſcopatu ſitam, quæ Novum-monaſterium dicitur, commiſeramus, à profeſſione quam Cabilonenſi Eccleſiæ fecit, & ab obedientia quam nobis promiſit, ſecundum Domini Archiepiſcopi definitionem, à nobis eſſe abſolutum. Ipſe autem monachos illos, qui in præfato Novo-monaſterio remanere decreverant, ab obedientia quam ſibi promiſerant & à profeſſione liberos & abſolutos dimiſit. Illum ergo amodo ſuſcipere & honorifice tractare ne vereamini. Valete. *Ex his prodit ſe manifeſtus error auctoris Vitæ, dicentis S. Robertum poſt ſuum ad Moliſmenſes reditū, cum poteſtate Abbatis, & Moliſmo præfuiſſe & Ciſtercio : & Ciſtercio quidem, quia adeſſe non poterat, vicarium ſibi B. Albericum primo, & hoc biennio poſt è vivis ſublato, B. Stephanum præfeciſſe : iſta enim vero adverſari lector ex parvo Exordio colliget, ubi capite decimo ita ſcribitur* : viduata

F

igitur ſuo paſtore Ciſtercienſis Eccleſia convenit, ac regulari electione quemdam Fratrem, Albericum nomine, in Abbatem ſibi promovit.

Moliſmum revertit,

22 *Reverſus Moliſmum S. Robertus, cum duobus duntaxat monachis, Ciſtercienſes tamen ex animo non delevit ; crebris eos interpellaſſe litteris Chryſoſtomus Henriquez, in Faſciculo Sanctorum Ordinis, auctor eſt, & earum unam, quæ hujuſmodi eſt, ex Chronico Briti tranſcribit* : Fratribus, qui in montibus Ciſtercii ad montem perfectionis conſcendunt, Robertus, eorum quondam ſocius, nunc in vallem miſeriarum demerſus, poſt aſcenſum palmam, & ſui in aſcendendo recordationem. Si lingua calami, lacrymæ atramenti, cor papyri vices ſubire poſſent, forte calamus aures, atramentum oculos, papyrus affectiones, & omnia ſimul, ſimul & vos omnes ad affectum commiſerationis commoviſſent. Poſtquam enim vobis non adhæſi, adhæſit lingua mea faucibus meis : cum vos non viderunt oculi mei, lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecū. Dum cor à vobis, ſi à vobis unquam poterit, fuit avulſum ; factum eſt tamquam cera liqueſcens in medio ventris mei. Sed à vobis avulſo non tamen quemquam ex vobis iſta ſeparavit avulſio ; quos enim jungit caritas

& retinet cum Ciſtercienſibus commercii litterarum :

A Jeſu Chriſti, fruſtra dividunt terrarum ſpatia. Habeat Moliſmus præſentiam corporis, legibus obedientiæ adſtrictam, dummodo Ciſterciûm animæ deſiderium poſſideat. Hoc diſpoſuit Altiſſimus, cujus inſcrutabilia ſunt ſecreta, ut in diverſa diſtractus, nec anima per corporis converſationem diſtrahatur, nec corpus diſtractum tam ſancta converſatione fruatur: pro anima vobiſcum degente orationes fundite; corpus, cujus animam poſſidetis, tanquam optimæ partis ſuæ poſſeſſores, vos ſalutat in Domino.

varia opinio de tempore obitus ejus,

23 *De anno obitus S. Roberti inter ſcriptores conſenſio non eſt; Baronius in notis ad* XXIX *Aprilis, ſecutus Chronicum Sigeberti, mortem anno* MXCVIII *adſcribit. Futerienſis, in notis ad Exordium Parvum, annum unum, duos in Annalibus Manriquez adjicit. Sed erroris convincuntur ex tabulis donationum, quibus apud Camuzatum in Antiquitatibus Eccleſiæ Trecenſis S. Robertus anno Domini* MCIV, *& apud Sanmarthanos in Moliſmo anno* MCV *ſubſcripſit.*

qui ſaltem annis III2 *præceſſit,*

Ut illius vitam anno MCX; *alle, cum eoque Longhelinus Claudiuſque Robertus in Gallia Chriſtiana, anno* MCXI *terminant. Quidquid ſit, ætate ultra annum* MCXII *non proceſſit: hoc quippe anno Moliſmo Guidonem præfuiſſe conſtat ex iis quæ loco citato afferunt San-Marthani. Neque ſatis de die etiam, quo obiit, convenit: hunc Surius in Vita,*

B *& Bernardus Britto in Chronico Ciſtercienſi,* XXIX *Aprilis dicunt. Verum tranſlati feſti dies ille eſt: unde Ciſtercienſes, admonitu ſuarum Rubricarum, dum diem iſtum S. Roberto feſtum agunt, ex hymno* Jeſu corona celſior, *quem de Confeſſoribus canit Eccleſia, hunc verſum,* Anni recurſo tempore, *cum tribus proxime ſequentibus prætermittere jubentur. Rubricarum iſta verba ſunt:* Sequens verſus non dicitur in feſtivitatibus Sanctorum Remigii, Juliani, Roberti, in tranſlatione S. Benedicti, nec quorumcunque Confeſſorum, quoties ad aliam diem transferuntur. *Conſonat verſus de hoc ipſo confectus antiquo more:*

Remi, Rober, Juli, Tranſlatio, non canet ANNI.

& in 17 Aprilis incidit:

Feſtum S. Roberti, antequam transferretur, XVII *diem Aprilis occupabat, nempe juxta illam Capituli Ciſtercienſis conſtitutionem:* De B. Roberto, primo Ciſtercii Abbate, fiat feſtum quintodecimo Kalend. Maji &c. *Huic conſtitutioni inhærentes Canonici Regulares monaſterii Bodecenſis in diœceſi Paderbornenſi, cum ſuo inſigni Codici fol.* 178 *inſcriptum eſſent Vitam, quam inde à Ioanne Gamanſio tranſmiſſam damus, ita exorſi ſunt.* Incipit Prologus in Vitam B. Roberti, primi Abbatis Moliſmenſis nec non & Ciſtercienſis: cujus feſtivitas celebratur xv kal. Maji. *Eodem die, juxta Futerienſem,*

C *verſus ille, in tranſlatione feſti poſtmodum facta prætermiſſus, omitti non ſolebat: unde recte colligimus, feſtum prius cum die obitus concurriſſe, adeoque S. Robertum obiiſſe die Aprilis* XVII, *ſive* XV *kal. Maji, uti habet auctor Vitæ in Bodecenſi MS.*

Beatificatio autem in annum 1212.

24 *In numerum Beatorum relatus fuit anno* MCCXXII *ab Honorio III Summo Pontifice, permittente Moliſmenſibus,* ut eum tamquam Sanctum in ſua eccleſia venerantes, ejus apud Dominum ſuffragia fideliter implorarent. *Manriquez in Annalibus ad hunc annum, non multo poſt beatificationem aut ſub initium anni ſequentis, Canoni Sanctorum adſcriptum eſſe ſuſtinet, & miſſa fuiſſe in hanc rem à Pontifice diplomata. Hoc certum, decreviſſe eodem anno Capitulum Generale Ciſtercienſe,* Ut de S. Roberto, primo Ciſtercii Abbate, fiat feſtum quintodecimo Kalend. Maji cum duodecim Lectionibus, ſicut de B. Hieronymo; & una Miſſa, ſicut de B. Benedicto. *Nomen variis Eccleſiæ faſtis inſcriptum legitur; Sauſſai, Menardi, Wionis, Martyrologio Romano,*

feſti inſtitutio,

& memoriam Martyrologia.

Menologio Ciſtercienſi Chryſoſtomi Henriquez ad XXIX *Aprilis, & apud eundem ad* XXI *etiam Martii, quo die eum è vita migraſſe in Kalendariis Salmanticæ & Divione editis legi ait. In Divionenſi ad dictum diem iſta vidimus:* Ordo Ciſtercienſis ſub Abbate Roberto feliciter incepit anno 1098. Robertus ipſe eodem die, qui Sancto etiam P. N. Benedicto ſacer eſt, obdormivit in Domino anno 1108. *Vitam, ut San-Marthani ajunt, Guido primus poſt eum Moliſmi Abbas conſcripſit: aliam ſeculo duodecimo, centum fere poſt S. Roberti mortem annis, Moliſmenſis quidam anonymus monachus ſcripſit ex juſſione, ut præfatur* viri reveren iſſimi Domini Adonis Moliſmenſis Abbatis, *quem San-Marthani docent anno* MCXCVII *obiiſſ, &* Odonem *appellant* Nomen meum, *inquit, ſubticui:* ne forte apud imperitos opus ipſum vileſceret, ſi peccatoris nomen in prima fronte operis appareret. *Idem veritatis ſtudium unice præ ſe ferens, non dubito quin ipſum etiam adhibuerit; fatendum eſt tamen à vero abductum aliquoties fuiſſe, dum ſuos Moliſmenſios, ex æmulatione adverſus Ciſtercienſes hiſtoriæ veritatem haud parum obſcurantibus, nimium credidit. Senſit hoc primus Ioannes Grothuſius noſter piæ memoriæ, cum Embricæ in collegio noſtro reperiſſet Codicem Ciſtercienſis hiſtoria Ms. anno* MDCXXXVIII, *ipſumque & ea quæ in S. Bernardi Petrique Venerabilis operibus legerat contuliſſet cum Vita apud Surium edita. Et hic quidem accepto Ultrajectino Ms. eccleſiæ S. Salvatoris exemplo, quale etiam nos habemus, non habuit Prologum, utpote iſtic deficientem; & ſtylum aliquoties mutavit, verba etiam ſæpius contractiora ut invenit ſic reddidit. Nos integram invariatamque damus ex ſæpe laudato Codice Bodecenſi: in qua quidquid minus ſincerum, ex alienori à Ciſtercienſibus animo ſcriptum, id vel jam correximus in hoc prævio commentario, vel porro in Annotatis cavendum monebimus. Annis poſt Adonis mortem* XXX, *ſub alio Adone ſive Odone, actum pro obtinenda canonizatione eſt, peractumque ut diximus: qua de re monumenta extant à Philippo Labbe inſerta Bibliothecæ Mss. tomo* I *& inde huc tranſcribenda; in quibus ſub finem ſit mentio Vitæ à Moli menſium Procuratoribus Pontifici exhibendæ; quæ quam ipſa ſit quam edimus, vix poteſt videri dubium. Ex recentioribus vitam ſcripſere Gallice, Simon Martin Ordinis Minimorũ in Floribus ſolitudinis, Luſitanice Bernardus de Britto in parte prima Chronici Ciſtercienſis, Latine Manriquez in Annalibus ejuſdem Ordinis, & Chryſoſtomus Henriquez in Faſciculo Sanctorum. Extat etiam in Legenda Sanctorum excuſa Lovanii anno* MCCCCLXXXV *& Mss. Ultrajectinus S. Salvatoris, ſed contractior.*

D *Vitam qui ſcripſerint & unde ea detur.*

E

VITA

Auctore monacho Moliſmenſi anonymo, ſub Adone Abbate ſeculo XII.

Ex MS. Bodecenſi eruta à Io. Gamans. S. I. collata cum MS. Ultrajectino & Surio.

PROLOGUS.

QUoniam Jeſu Sacerdote magno per proprium ſanguinem in ſancta ſemel ingreſſo, propalata eſt via Sanctorum; operæ pretium reor vitam illorum moreſque deſcribere, qui Salvatorem noſtrum, quantum permiſit humana fragilitas, imitantes, inter procellas vitæ præſentis, in agone certaminis fortiter perſtiterunt, Chriſtum Dominum in ſuis corporibus glorificantes & portantes, & uſque ad finem vitæ conſtantiſſime permanentes in propoſito ſanctitatis. Hi enim ſunt, de quibus Scriptura loquitur, Juſtorum ſemita, quaſi lux ſplendeſcens, creſcit & proficit uſque ad perfectum diem. Hi ſunt ſtellæ, quas conſtituit ſummus Pontifex in Eccleſiæ firmamento, quarum ſplendor humanæ ignorantiæ tenebras abigit, & laborantibus in hoc mari magno & ſpatioſo portum ſalutis oſtendit: inter quos ſpecialiter effulſit vir vitæ venerabilis B. Robertus, Moliſmenſis eccleſiæ primus Abbas: cujus

Prov. 4, 18

A cujus ſanctitas defæcata tanto jure glorioſior prædicatur, quanto vix aliquis in diebus noſtris, qui vel Deum timeat, invenitur. Cujus ego vitam adorſus ſum ſcribere, non de ingenio meo aut ſcientia præſumens, ſed potius in illo ſpem profectus cœptique operis conſummationem conſtituens, qui linguas infantium facit diſertas, & ad corripiendam Prophetæ væſaniam, ſubjugali muto quondam humanæ linguæ tribuit facultatem. Ad hæc acceſſit viri Reverendiſſimi Domini Adonis Moliſinenſis Abbatis, juſſio, nec non & Fratrum ejuſdem loci inſtans & devota poſtulatio: quibus indignum prorſus arbitror aliquid denegari. Ne igitur coram Domino vacuus apparerem, licet non ſim tantæ virtutis aut meriti, ut eſſe poſſim aliis in exemplum, dedi tamen operam, ne eis penitus lateat, qui merito ſanctitatis Eccleſiæ Sacroſanctæ datus eſt ad ornatum. Quique igitur lector acceſſeris, nomen quæſo ſcriptoris in hoc non requiras, quia gloriam hominum fugiens, & à Deo ſolo laudari quærens, in hoc opere nomen meum ſubticui, & ne forte apud imperitos opus ipſum vileſceret, ſi peccatoris nomen in prima fronte operis appareret. Si quid autem minus eleganter, minuſve decenter dixero, veniam precor humiliter à lectore; commonens univerſos ad quos præſens ſcriptum venerit, ne verborum phaleras à me requirant: quia veritas per ſe ſibi ſufficiens & decora, fuco verborum non appetit colorari, neque meretricis Jezabel ſtibio depingi. Denique Doctorem gentium, ipſiuſque veritatis diſcipulum audiant dicentem, quia regnum Dei non eſt in ſermone, ſed in virtute potius.

Iuſſu Abbatis Molismenſis hæc Vita ſcribitur,

auctore nomen ſuum tacente.

B

1. Cor. 4, 20

CAPUT I.

S. Roberti natales, tirocinium vitæ religioſæ, & Præfecturæ quædam.

2 BEatus igitur Robertus, de *a* Campaniæ partibus oriundus, quaſi quidã flos campi ſpecioſus enituit: cujus nimirum decor in honeſtate morum intuentibus gratus erat; & ſanctæ opinionis odor, longè lateque diffuſus, ad imitationem ſui plurimos invitabat. Hunc autem virum ſanctum rectè flori me æſtimo comparaſſe; quia de ſanctis dicit Scriptura, quod florebunt de civitate ſicut fœnum terræ. Porro quia nobilitas eſt quædam laus procedens ex meritis parentum, à quibus vir beatus originem duxerit, oſtendemus. Pater igitur ejus Theodericus, mater verò Ermegardis dicebatur, ambo quidem ſecundum ſeculi dignitatem clari, ſed ante Deum morum honeſtate clariſſimi: rerum vero copia, quibus temporaliter abundabant, ſic utebantur, ut ſummi patrisfamilias potius viderentur diſpenſatores, quàm terrenæ ſubſtantiæ poſſeſſores. Scientes autem, quod fœneratur Domino, qui pauperi miſeretur, pulverem terrenæ converſationis piis eleemoſynis abſtergebant: imò quia in carne poſiti, non ſecundum carnem vivebant, cogitatione & aviditate in cæleſtibus habitantes, coronas ſuas virtutum operibus, quaſi pretioſorum lapidum gloria, decorabant. Hæc idcirco dixerim, ut oſtenderem, quam ſancta radix extiterit, de qua nobis Sanctus iſte, quaſi quidam ligni vitæ ſurculus, pullulavit. Verum quia de parentibus ejus fecimus mentionem, qualiter eumdem virum ſanctum Spiritus prævenerit ſanctus in benedictione dulcedinis, dum adhuc matris utero clauderetur, breviter abſolvemus. Prægnanti enim matri ejus glorioſa Dei genitrix Virgo Maria in ſomnis apparuit, aureum annulum habens in manu ſua, dixitque ei: O Ermegard's, volo filium, quem geſtas in utero, ex iſto mihi annulo deſponſari. In hæc verba mulierem dormientem relinquens Beata Virgo, diſparuit: illa vero de ſomno conſurgens, animo cœpit revolvere viſionem. Adjecit autem beata Dei Genitrix apparere iterum mulieri; ſicut olim, ad confirmandam promiſſionem ſuam, Dominus legitur apparuiſſe denuo Samueli.

3 Expletis igitur diebus mulier peperit filium, *b* quem ablactatum tradidit litterarum ſtudiis imbuendum, in quibus ſupra omnes coætaneos ſuos proficiens, de fontibus Salvatoris puro pectore hauriebat, unde ſalvationis gratiam poſtmodum populis eructaret. Qui cum eſſet annorum quindecim, mundana vitans contagia, totum ſe decrevit Domino conſecrandum; unde florem gratiſſimæ juventutis Domino offerens, apud S. Petrum *c* de Cellâ ſuſcepit habitum regularem: ubi jejuniis & orationibus vavans nocte & die, gratum Deo exhibebat obſequium, carnem ſpiritui, ſpiritum vero ſubjiciens creatori. Cum vero tempus eſſet, ut in ſervo ſuo glorificaretur Deus; & lucerna, quæ ſub modio latuerat, ſuper candelabrum ad illuminandam Eccleſiam poneretur; ille, in cujus manu corda ſunt hominum, ejuſdem domus Fratribus inſpiravit, ut virum Dei Robertum ſibi eligerent in Priorem. Dignum quippe erat, ut, qui duce gratia longo uſu didicerat tenere moderamina vitæ ſuæ, judex & moderator fieret aliorum. Erat tunc temporis in remotis *d* nemorum latebris eremita quidam, Deo cupiens eo liberius, quo ſecretius deſervire: qui cum aſſiduitate jejuniorum maceraret carnem, & orationum inſtantia ſpiritum roboraret; reſpexit Dominus humilitatem ejus, nec ſine grandi miraculo per ipſum crevit ſervientium Domino multitudo.

ex Mss.

b

monachum induit in cœnobio Cellenſi, c

in quo Prior eligitur:

E

d Sacerdote quodam vicinam eremum tunc incolente,

4 Duo enim milites, fratres quidem ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum non eadem ſentientes, ſtudio inanis gloriæ dediti, ad oſtentationem virium ſuarum, execrabiles nundinas, quas vulgus torneamenta nominat, expetebant. Qui cum per nemus, in quo præfatus eremita degebat, ſolitariam vitam ducens, iter agerent; cœperunt alterutrum ſecreta cogitatione de mutua nece tractare. Invidiæ quippe veneno miſerabiliter tabeſcentes, apud ſe cogitabant, quod altero eorum mortuo, ille qui ſupereſſet, in defuncti poſſeſſionem ſuccederet. Sed Deus omnipotens, qui ſciebat eos vaſa miſericordiæ mox futuros, non permiſit illos tentari ſupra quam poterant; ſed fecit cum tentatione proventum, ne iniquitatem, quam conceperant, effectui manciparent. Ad hoc autem permiſit eos Dei providentia tam iniqua tentatione vexari, ut poſtmodum in profectu virtutum poſiti ſibi ſuperbe non tribuerent, quod haberent; ſed magis in illum refunderent, cujus eſſent miſericordia liberati. Cum igitur expleto negotio, ad quod ierant; in quo ſatis ſtrenue ſecundum mores gentis illius egerant, in tantum, quod laudis humanæ fructum ab omnibus, qui affuerant, reportarent; ad propria remeantes, ad locum, in quo de nece mutua ſecreta cogitatione tractaverant, greſſu proſpero pervenerunt; ibi, veluti ab ipſo loco admoniti, quin potius divina inſpiratione compuncti, cogitatam cœperunt exhorrere nequitiam, & in ſeipſis de concepto facinore conturbari. Ad memoriam vero reducentes, quod in proximo erat tugurium eremitæ ſuperius memorati, pari voto iter ſuum ad illius manſiunculam direxerunt; & per confeſſionem virus peſtiferum, quod in cordibus eorum latuerat, evomentes, eliminata ſpurcitia gratum in ſemetipſis Deo habitaculum paraverunt. Denique à viro Dei ſuper cogitata nequitia redarguti, ab eodem receſſerunt ſalutaribus monitis informati: cujus nimirum ſermo ardens tamquam facula cæleſtes concupiſcentias in illorum mentibus excitabat, terrenæ dignita-

eui duo fratres mutuã cædem meditantes,

F

expiata cõſentia,

C

Nascitur in Campania

patre Theodorico, matre Ermegarde;

Pſ. 71, 16.

à quapregnante B. Virgine sponsum sibi poſtulat:

EX MSS. tis ambitum in eis prorſus exſtirpans, & virtutum fomitem non minus ſuaviter, quam ſalubriter in eiſdem creans.

5 Cum igitur ad locum, in quo prius alter in alterum cogitarat inſurgere, perveniſſent; cœperunt dicere inter ſe, & mutuo loquebantur: Quid hic, inquit alter eorum, frater cariſſime, nobis heſterna die tranſeuntibus cogitabas? at illo cordis ſui cogitationem referante fratri ſuo, Et ego, inquit alter, nihil prorſus diſſimile cogitavi. Qui ſtatim compuncti corde ad virum Dei regreſſi, ſpreta ſeculi pompa faſtuque calcato, cum eodem cœperunt ſpiritualiter vivere, & ad portandum ſuave jugum cordis Chriſti cervicem humiliter inclinare: unde quis eorum converſionem meritis B. Roberti dubitet adſcribendam? cujus magiſterio, ſicut ſequens docebit lectio, diſciplinis erant regularibus imbuendi. Deus autem, qui conſolatur humiles, adjecit multiplicare ſervos ſuos, ut intra breve ſpatium ad ſeptenarium numerum pervenirent: quo videlicet numero ſeptiformis ſancti Spiritus gratia figuratur: quem per famulum ſuum B. Robertum multorum ſalutem novimus operatum. Idem enim Spiritus hos ſeptem viros, quaſi ſeptem columnas ſpiritalis ædificii præparavit: per hos enim cœpit ordo monaſticus reviviſcere, & miſſa radice ad humorem gratiæ fructum facere ſpiritalem: ut, cum penitus putaretur abſumptus, rurſum ad odorem gratiæ germinaret, faceretque comam, quaſi cum primum plantatus eſt.

ſolitariæ vitæ ſocios ſe adjungunt;

B

S. Robertus Abbas Tornodorenſis electus, *e*

6 Interim vero B. Robertus, ſanctitate & gratia apud Deum & homines ſatis clarus, à monachis S. Michaëlis *e* Tornodorenſis electus eſt in Abbatem. Præfati vero eremitæ cum non haberent, qui eos diſciplinis regularibus informarent, audientes famam beati viri, duos è Fratribus ſuis ad ipſum tranſmittere curaverunt: qui cum ad locum perveniſſent, in quo vir Domini ſedulum Deo exhibebat obſequium, Præpoſitum domus illius in auditorio reperierunt. Qui cum eorum propoſitum, cauſamque itineris agnoviſſet; vix ab eo multis precibus obtinuerunt, ut ad viri Dei ſecretarium ducerentur. Invidiæ quippe mucrone confoſſus Præpoſitus *f* ſibi arbitrabatur perire, ſi quid laude dignum per ſervum ſuum Dominus de aliorum profectibus ordinaſſet: unde Fratribus ejuſdem domus, nec non & Abbatis ſociis perſuaſit, ne petitioni Fratrum, qui ad requirendum, ut vir Dei ſibi præeſſet, venerant, aſſentirent. Verumtamen B. Robertus eorum petitioni juſtiſque votis aggratulans, ipſorum ſatisfeciſſet deſiderio, niſi Fratres Tornodorenſes unanimiter obſtitiſſent. Salutaribus tamen monitis informatos, comitatos orationibus & firmatos benedictionibus, remiſit illos ad propria: & in ſpe ſingulariter illos conſtituit, quod, quam cito facultas ei tribueretur à Domino, ipſos adimpleret lætitia cum vultu ſuo. Libet autem hic paululum intueri diſpenſationem Dei: quamvis enim ſanctum eſſet ipſorum propoſitum juſtumque deſiderium, ad hoc tamen dilatum fuit, ut dilataretur & creſceret; ut cum id, quod quæſierant adepti forent, id haberent carius atque cautius obſervarent.

à prædictis eremicolis magiſter & ſuperior expetitur. *f*

C

ANNOTATA.

a *Manrique* è Normannia oriundum *ſcripſit, proxima Campaniæ provincia.*

b *Addit Surius*, Vocans eum Robertum.

c *De hoc monaſterio in ſuburbio Tricaſſino, actum eſt ſuperius.*

d Colanum *id nemus dicebatur, juxta Tornodorum, & nominatur infra num.* 8.

e Tornodorum *vulgo* Tonnerre, *haud longe ab Armenſione fluvio, ubi anno* 980 *extrui monaſterium cœperat.*

f Guillericus *hic forſitan fuit, cui ipſe Sanctus poſtea cedens, Abbatiam dimiſerit: certe Roberti ſucceſſor eo nomine dictus videtur, quod Sammarthani ex diplomate Galteri Lingonenſis Epiſcopi anno* 1171 *acceperant.* D

CAPUT II.

Cœnobia Moliſmenſe & Ciſtercienſe fundata.

7 VIr autem Domini ſemper cogitans, non quæ mundi ſunt, ſed quæ Domini; cum videret Fratres loci illius ab æquitatis tramite declinare, timens ne malignus comes candido & ſimplici ſuam rubiginem affricaret, & pulchram animæ illius faciem deformaret; eo quod mores formari ſoleant à convictu; ad clauſtrum Cellenſe, unde digreſſus fuerat, remeavit. Ubi Lia, quæ laborioſa dicitur, ad tempus poſtpoſita, dilectæ diuque deſideratæ Rachelis fruebatur amplexibus, hauriens in gaudio de fontibus Salvatoris, quod poſtea propinaret Fidelibus in ſalutem. Sed quia latere non potuit civitas ſupra montem poſita, B. Robertus ſupra montem Chriſtum radicatus firmiter & fundatus, defuncto Priore *a* S. Aigulfi ad paſcendum humilem gregem Chriſti rurſus eligitur, in eadem domo unanimi Fratrum voto parique deſiderio Prior effectus. Memorati autem eremitæ, amore vitæ cæleſtis afflati, cum virum Dei ſemper viderent in Deum proficere, & ſeipſo effici meliorem, inito conſilio duos ex Fratribus ſuis ad Sedem Apoſtolicam tranſmiſerunt, quatenus à Summo *b* Pontifice precibus obtinerent, ut vir Dei B. Robertus puſillo gregi Chriſti Pater fieret atque Paſtor: ſciebant enim, quod nefarium eſſet ſummo Pontifici contradicere, aut ejus juſſionibus auſu temerario contraire. Summus autem Pontifex audiens ipſorum propoſitum, gaviſus eſt valde, petitionique eorum benigne annuens, Apoſtolica benedictione fretos remiſit ad propria gratulantes; Abbati *c* de Cella per Apoſtolica ſcripta mandans atque præcipiens, quatenus, quemcumque de Fratribus elegiſſent, ipſis traderet in Abbatem. Abbate autem de Cella cognito, quod Summus Pontifex illi mandaverat, B. Robertum conceſſit poſtulantibus: triſtis quidem & mœrens, ſed mandatis Apoſtolicis contraire non audens. Videbat enim, quod illorum conſolatio ſibi ſuiſque eſſet tribulatio, eo quod de domo illius columna cedrina, firma utique & imputribilis, auferretur. Beatus autem Robertus curam paſtoralis officii devotus accepit, videns, quod labor ejus ſine fructu non eſſet, eo quod unanimitas gregis, reſpuendo terrena & quærendo cæleſtia, ſalutaribus ejus monitis obediret: unde iterum Liæ, vitæ ſcilicet activæ, copulatus eſt ad filios procreandos ſpirituales: ſecundum interiorem quidem hominem in ſpiritu humilitatis Domino ſerviens, ſecundum exteriorem vero ſatis ſtrenue miniſterium ſuum implens.

Ad cœnobium Cellenſe reverſus,

a

Prior in monaſterio S. Aiguſſ. fit:

E

b

c

à prædictis eremicolis auctoritate Pontificia Superior datur,

F

8 In loco igitur, qui nunc Colanus dicitur, Domino ſervientes, in fame & ſiti, in frigore & nuditate, jejunando & orando, pondus diei & æſtus æquanimiter tolerabant: ſeminantes in lacrymis, ut in exultatione ſecum ad Dominicum horreum juſtitiæ manipulos reportarent. Sed quia ſolatium eſt laboris, viſio collaborantis; qui humilium vota reſpicit Deus, addidit ut multiplicaret ſervos ſuos, ut in brevi tredecim fierent, & Apoſtolis, quantum in ipſis erat, honeſtate morum nec non & numero concordarent. Vir autem Domini Robertus congruentiam loci deſiderans, relictis ibi cuſtodibus, aſſumptis Fratribus, in quoddam nemus, cui Moliſmus nomen eſt, ſeceſſit: ubi propriis manibus laborantes, ramos de arboribus exciderunt, ex eiſdem domicilia in

cum magno fructum vitæ regularis:

cœnobium Moliſmenſe fundat:

A in quibus poſſent quieſcere, conſtruentes, oratorium quoque ſimili ſchemate peregerunt, in quo Domino frequenter ſalutares hoſtias & ſacrificium contriti ſpiritus offerebant: qui cum panem non haberent, quo poſt diuturnum laborem corpora poſſent reficere, tantummodo leguminibus utebantur. Contigit autem Trecenſem *a* Epiſcopum per nemus illud, in quo Dei homines in ſumma paupertate & humilitate Domino ſerviebant, iter agere, & ad locum illum refectionis hora cum ſociorum frequentia pervenire. Quos viri Dei devote ſuſcipientes, quodammodo confundebantur, quia non habebant, quod refecturis apponerent: 7 quorum humilitate & paupertate non mediocriter ædificatus Epiſcopus & compunctus, valefecit & receſſit. Procedente vero tempore, cum non haberent, unde poſſent Fratres vel ad modicum ſuſtentari, ad B. Roberti conſilium confugerunt. Ipſe vero, qui numquam poſuit aurum robur ſuum, nec obrizo dixit, fiducia mea, docuit illos ponere in Domino Deo ſpem ſuam, ſciens, quia non ſineret Deus diutius affligi fame animam juſti. Cum igitur pretium non haberent, nihilominus Trecas *e* tranſmiſit eos ad victualia comparanda, ſecundum litteram Prophetæ conſiliis acquieſcens: Et qui non habetis argentum, venite, properate, emite & comedite. Cum autem Trecenſium civitatem nudis pedibus ſuiſſent ingreſſi, ſtatim de ipſis ad Epiſcopum rumor aſcendit: quos ad ſe faciens introduci, devote ſatis illos ſuſcipiens, amorem, quem habebat erga Deum, in exhibita ſervis ſuis humanitate monſtravit. Denique novis veſtibus regulariter induens eos, cum quadriga pannis & panibus onerata remiſit eos ad Fratres ſuos. Hac autem benedictione non mediocriter confortati Fratres, didicerunt inter adverſa patientes eſſe; quin etiam à die illa & deinceps non defuit, qui eis tam in cibis quam in veſtibus neceſſaria miniſtraret.

d *alii inviſitur ab Epiſcopo Trecenſi,*

e Iſa. 55, 1

B

9 Cum autem in Dei ſervitio conſtantiſſime perdurarent, multi veniebant ad illos ſeculum fugientes, & rejecta mundi ſarcina cervices ſuas ſuavi jugo Domini ſupponebant. Quidam vero de remotis partibus eis neceſſaria tranſmittebant, ut mercedem juſti reciperent, cum juſtis præſentis vitæ neceſſaria miniſtrarent. Sed quia plerumque rerum copia, morum ingerit egeſtatem; cum cœpiſſent abundare temporalibus, cœperunt ſpiritualibus vacuari; ut eorum iniquitas prodire quaſi ex adipe videretur. Beatus autem Robertus, cor ſuum divitiis affluentibus non apponens, magis ac magis in Deum proficere conabatur, & ſecundum inſtituta S. Benedicti juſte & pie & ſobrie converſari. Quod videntes filii Belial, in virum Dei atrociter inſurgebant, ipſum ad amaritudinem provocantes, & juſti animam iniquis operibus cruciantes. Nec te moveat, lector, quod in illa ſancta congregatione locum ſibi vendicet iniquitas; cum ſuperbia, natione cæleſti cæleſtes mentes, revocans ad proprios ortus, invadat; & in cinere & cilicio lateat, quæ apparere in magno, in byſſo & purpura conſuevit. Denique Scriptura teſte didicimus, quia, cum quadam die filii Dei veniſſent, ut aſſiſterent coram Domino, affuit inter eos etiam Sathan: ſic enim ab initio non defuit in Eccleſia juſtus, qui proficeret, & impius qui probaret.

laxata diſciplina,

Iob 1, 6

relictis cœnobiis Moliſmenſibus,

10 Videns autem vir Dei, quod in corripiendo eos non proficeret, & quod diſciplinæ regularis obſervatione poſtpoſita unuſquiſque poſt pravitatem cordis ſui ambularet; ſtatuit illos relinquere, nedum in eis fruſtra quæreret ſpirituale lucrum; ipſe animæ ſuæ faceret detrimentum. Orta igitur inter eos diſcordia, receſſit ab eis: venitque ad locum, qui vocatur *f* Aurum, in quo audierat habitare Fratres, in ſpiritu humilitatis Domino ſervientes. Ad quos cum veniſſet, devote ſuſceptus eſt ab eis, vixitque aliquamdiu inter eos laborans propriis manibus, ut haberet, unde tribueret neceſſitatem patienti. Vigiliis autem & orationibus inceſſanter inſiſtens, infatigabiliter Domino ſerviebat: & cum in ſanctitate cunctos excelleret; omnibus ſerviens, omnium ſe minimum reputabat. Unde non multo poſt ab eis electus eſt in Abbatem: quibus præeſſe curavit in omni modeſtia, infirmis curam impendens, & ſanos fovens, non quaſi dominans in Clero, ſed forma gregis factus ex animo.

EX MSS.

Aureenſibus Abbas præficitur:

11 Moliſmenſes autem pœnitentia ducti, quod virum Dei offendiſſent, & à ſe quodammodo per inobedientiam expuliſſent; ruinam ſuam tam in moribus, quam in poſſeſſionibus anxie deplorabant: & in caſu ſuo experti ſunt, quod B. Roberti meritis illis Dominus abundantiam etiam temporalium tribuiſſet. Iuito ergo ſalutis conſilio ſummum Pontificem adierunt, cujus auctoritate freti, virum Dei revocavere Moliſmum: ubi jejuniis & orationibus inceſſanter intentus æmulatione Dei æmulabatur ſubjectos ſibi, ut in brevi obſervantiam eis diſciplinæ monaſticæ reformaret. Erant autem inter illos quatuor viri ſpiritu fortiores, ſcilicet Albericus *g* & Stephanus, & alii duo, qui poſt clauſtralis exercitii rudimenta ad ſingulare certamen eremi ſuſpirabant. Egreſſi igitur de monaſterio Moliſmenſi, venerunt ad locum, cui *h* Vinicus nomen eſt; quem cum aliquanto tempore incoluiſſent, ad inſtantiam Moliſmenſium à viro Venerabili Joceramno *i* Lingonenſi Epiſcopo, niſi reverterentur, *k* excommunicationis ſententiam ſuſceperunt. Compulſi ergo præfatum locum relinquere, venerunt ad quamdam ſilvam, Ciſtercium ab incolis nuncupatam: ubi in honorem Beatæ Dei Genitricis Mariæ oratorium conſtruentes, nec minis nec precibus à ſuo deinceps potuerunt propoſito revocari, ſpiritu ferventes, & infatigabiliter die ac nocte Domino ſervientes. Audiens autem B. Robertus ſanctam ipſorum converſationem, aſſumptis ſecum viginti & duobus Fratribus, perrexit ad eos: ut ſancti eorum propoſiti eſſet particeps & adjutor: à quibus ſumma cum devotione ſuſceptus, eiſdem aliquamdiu paterna ſolicitudine præfuit, regulariter ipſorum vitam & mores inſtituens, & ſemetipſum religionis & honeſtatis formam exhibens & exemplum.

g *h* *i* *k*

cœnobium Ciſtercienſe fundat & regit:

12 Moliſmenſes autem, ægre ferentes ſe à tanto Paſtore deſtitui, Summum Pontificem *l* adierunt, ut vir Domini B. Robertus ad eccleſiam Moliſmenſem, quam prius fundaverat, regredi cogeretur. Summus vero Pontifex audiens novellam plantationem Ciſtercienſium in Chriſto firmiter radicatam, gaviſus eſt valde, comperto quod in omni morum honeſtate pollerent, & quod B. Roberti exemplo formati S. Benedicti Regulam ferventius obſervarent. Videns autem, quod Moliſmenſibus immineret excidium, ſi viri Dei præſentia fraudarentur, ſcripſit Epiſcopo *m* Cabilonenſi, quatenus alio Abbate Ciſtercienſibus ordinato, B. Robertum cogeret reverti Moliſmum. Quo comperto, B. Robertus, ſciens quia melior eſt obedientia quam victima, & quod quaſi ſcelus eſt idololatriæ nolle acquieſcere; diſpoſitis ibidem, quæ ad novæ inſtitutionis obſervantiam pertinebant, Abbatem *n* eis præfecit, virum Deo dignum, nomine Albericum, qui fuit unus de primis monachis eccleſiæ Moliſmenſis: ſicque omnibus ſalubriter ordinatis, ad monaſterium Moliſmenſe, quod ipſe in honorem Beatæ Mariæ fundaverat, reverſus eſt. Defuncto vero poſt biennium *o* Alberico, ſucceſſit Stephanus *p* à B. Roberto Abbas Ciſtercienſibus ordinatus: ſicque illius novellæ plantationis inſtitutor exiſtens, cum ad ejus arbitrium

l F

m

Moliſmum redit.

n

o *p*

utriuſque

EX MSS. utriuſque monaſterii Moliſmenſis videlicet & Ciſtercienſis ordinatio pertineret, cum duobus monachis Moliſmum rediit ; Ciſtercienſibus quidem de ipſius diſceſſione mœrentibus, Moliſmenſibus vero è contra exultantibus de regreſſu. Fueruntque obviam de Barrenſi *q* oppido honoratorum & plebis multitudo maxima, qui eum cum grandi tripudio & divinis laudibus exceperunt. At ille cum ſuo, imo Chriſti grege puſillo, ſcilicet Moliſmenſi collegio, paratum ſibi à Deo locum ingreſſus, divinam, quæ cuncta diſpenſabat, providentiam tota mentis alacritate magnificans, gregem ſibi commiſſum paterno confovebat affectu, diſciplinis regularibus illos inſtituens: quinimo exemplum regulæ factus eſt illis, regulariter inter eos vivens.

q

ANNOTATA.

a *Colitur* S. Aigulfus, *Abbas Lirinenſis & Martyr, 3 Sept. ſub cujus nomine in vicinia Cellenſis cœnobii extabat Prioratus, ſubjectus Abbati Cellenſi.*

b Alexander III *hic videtur fuiſſe, ſedit enim ab anno* 1159 *ad* 1181.

c Guarinus *credo, anno* 1050 *indicatus à Sammarthanis, deceſſor Bernardi an.* 1071 *electi.*

B d Everardus *de Aveſnis*, Trecenſis Epiſcopus, *ab anno* 1172 *ad* 1190.

e *Diſtant Trecæ à Moliſmo intervallo dumtaxat leucarum* 8, *ut non mirum ſit illuc potius deſtinatos quam Lingonas, ad quorum diœcéſim pertinebant, duplo majori ſpatio diſſitos.*

f Aurum, vicinum *Moliſmo* monaſterium, *appellat Manrique: ejus alibi indicium nullum invenimus, ex quo de ſitu aut præterito ſubſecutoque loci ſtatu quidquam intelligamus.*

g Albericus 26 *Ianuarii*, Stephanus 17 *Aprilis coluntur, quando utriuſque Vitam illuſtravimus: alii duo nominantur ab Orderico Vitali mox citando*, Joannes & Hilbodus.

h *Manrique* Unicum *ſcribit: Codex Vltrajectinus* Vivificum. *Neutrius appellationis nota ulla uſpiam.*

i Joceramnus *ſive* Gauceramnus, Epiſcopus Lingonenſis, *ſedit ab anno circiter* 1114 *ad annum* 1127. *Eſt igitur in nomine, ſi non etiam in re, error gravis: nec eſt alius in cujus Epiſcopatum hæc actio poſſit incurrere, quam vel* Rainardus, *circa annum* 1065 *conſecratus & anno* 1080 *Concilio Santonenſi ſubſcriptus; vel ejus ſucceſſor* Robertus Burgundus, *Joceranni deceſſor. Cum autem* C *de tali eorum coactione, nihil ſcribant Ciſtercienſes, & hic qui ſcribit ita exerret; veremur ne res tota conficta ſit, nec niſi cum ſuo Abbate Roberto illorum quiſquam Ciſtercium habitaturus adiverit.*

k *Hinc intulimus, quod etiam aliunde probabatur, ex Vinico Moliſmum rediſſe prædictos Sanctos, non autem immediate Ciſtercium abiiſſe.*

l Urbanus II *hic fuit, qui ab anno* 1088 *ad* 1099 *præfuit.*

m Gualterus *Epiſcopus* Cabilonenſis *ſupra memoratus num.* 21, *à Sammarthanis* Walterius *nominatur, præfuitque ab anno* 1080 *ad* 1115.

n *Econtra oſtenſum ſuperius eſt, poſt S. Roberti diſceſſum, à Fratribus electum fuiſſe.*

o *Imo* poſt decennium: *ſic enim expreſſe Ordericus Vitalis lib.* 8 *agens de S. Roberto Moliſmum reverſo*, Albericum magnæ religionis virum ad opus Ciſtercii Vicarium ſibi elegit, & Joanni ac Hilbodo Atrebatenſibus aliiſque duobus viginti Fratribus Abbatem Ciſtercii conſtituit: qui in magna egeſtate per decem annos ibi deguit, & cum ſuis contubernalibus Deo glorioſe militavit. *Floruit & ſcripſit Oldericus circa annum* 1120, *monachus Vticenſis in diœceſi Lexovienſi; ut hæc neceſſario habuiſſe debuerit ex ipſis Moliſmenſibus, primis de ſua inſtitutione ſcriptoribus; ab iiſdem in hoc uno deceptus,* D *quod dicerent S. Robertum ſuperioritatis aliquid in Ciſtercienſes retinuiſſe cum rediit Moliſmum, cujus contrarium demonſtratum eſt ex ipſis Legati Apoſtolici & Gauteri Cabilonenſis Epiſcopi litteris: quin ipſe Vitæ hujus auctor paulo ante indicat, Papam Cabilonenſi mandaſſe, ut alium Abbatem Ciſtercii ordinaret.*

p *Vixeritne tamdiu Robertus incertum eſt, hoc conſtat nihil ipſi juris in Ciſtercienſes fuiſſe, ejus tamen conſilio in utraque electione dirigi ipſos potuiſſe non negaverim. Obiit autem Albericus & electus eſt Stephanus Prior, tunc abſens, anno* 1109: *de quo prælaudatus Ordericus ſcribit, quod fuit* natione Anglicus, vir magnæ religionis & ſapientiæ; & pluſquam viginti quatuor annis, doctrina & operatione ſancta glorioſe pollens, tenuit; *ſeque anno* 1133 *regimine abdicans, obiit anno ſequenti, ut ſuo loco oſtenſum eſt.*

q Barrum ad Sequanam (*hoc enim addito diſtinguitur ab altero* Barro ad Albam) *duarum leucarum intervallo adjacet Moliſmo, ad oſtium fluvioli in Sequanam influentis, cui monaſterium incumbit.*

CAPUT III.

Mors ac ſepultura, S. Roberti quædam miracula ad funus.

12 QUaliter autem vir ſanctus de ergaſtulo carnis migravit, quibus etiam ſignis pretioſam in conſpectu ſuo mortem ejus Dominus illuſtraverit, veſtræ libet plenius pandere caritati. Cum igitur B. Robertus multis laborum certaminibus Domino militaſſet, vitæ præſentis tædio plurimum fatigatus, diſſolvi & eſſe eum Chriſto ardenti deſiderio cupiebat. Cujus deſiderium Deus exaudiens, ei ſui exitus horam non paucis ante diebus, ſicut ipſe præoptaverat, revelavit; quam ipſe imminere prænoſcens, Fratribus indicavit. Aliquamdiu itaque corporis infirmitate detentus, gratiarum merita virtute patientiæ cumulavit, & in infirmitatibus ſuis glorians, & virtuti Chriſti gratum habitaculum in ſe parans. Anno igitur ætatis ſuæ octogeſimo tertio, decimo quinto *a* Kalendas Maji, corpus terræ reddidit, ſpiritum vero ad Deum, cujus ſervitio indefeſſus adhæſerat, terra plorante, cælo gaudente, remiſit. Filii autem ejus, ſcilicet monachi Moliſmenſes, quorum omne gaudium in ipſo erat atque ſolatium, amariſſime flentes, reverendi Patris exequiis ardentius inſiſtebant. Qui licet de ſuperna meritorum ejus retributione minime dubitarent, & ſuffragiis ſibi per ejus merita conferendis; de Patris tamen præſentia ſibi ab hac luce ſubtracta vehementius angebantur. Et quia lucis filium ſe fuiſſe, dum adhuc eſſet in terra, juſtis operibus comprobavit; quanti apud ipſum eſſet meriti, Deus in ejus tranſitu declaravit.

Admonetur à Deo de hora mortis,

a

F

13 Nam ſuper habitaculum, in quo B. Roberti corpus jacebat exanime, primo noctis crepuſculo duo lucidiſſimi & diverſi coloris arcus apparuerunt: qui ad amplitudinem magnæ plateæ ſe dilatantes, in quatuor partes terræ protrahi videbantur: quorum alter ab Aquilone ad Auſtrum, alter vero à Septentrione ad Occidentem protenſus eſt. In ſummitate vero, ubi duo arcus jungebantur, clara lux, ad ſimilitudinem lunaris circuli, præfulgebat: quæ ſe in altum protendens, tenebras noctis à loco illo penitus excludebat. In hac vero luce crux rutilans apparuit, primo quidem modica, ſed paulatim excreſcendo facta eſt magna: circa quam innumerabiles varii coloris erant circuli, in quibus ſingulis ſingulæ exortæ ſunt cruciculæ rutilantes, cum ſuis circulis mirabiliter excreſcentes: qui cum ſe uſquequaque in firmamento dilataſſent, totum Moliſmi locum mirabiliter illuſtra-

inſolita lux ſupra funus ejus refulget,

illuſtrabant: ut ſignis evidentibus appareret
A quod vir Beatus, qui in eodem loco cum pietate dormitionem acceperat, filius lucis eſſet.
reſperſa crucibus: Nec dubitandum, quin ad declarandum ſanctitatis ejus meritum, lumen cum crucibus cælitus ſit emiſſum: ut per hoc daretur intelligi, quod Sanctus Dei fugiens opera tenebrarum, carnem ſuam crucifixiſſet cum vitiis & concupiſcentiis: quæ idcirco plures apparuerunt, ut manifeſte clareret, quod futuri eſſent imitatores ejus plurimi, ſicut & ipſe fuit Chriſti. Quid vero de arcubus dicam, niſi quod ſigna erant fœderis inter Deum & hominem, inter creaturam & Creatorem: ut enim aliquid de veteri tangam hiſtoria, cum de Sancti Noë Patriarchæ oblationibus odoratus eſſet Dominus odorem ſuavitatis; Ponam, inquit, arcum meum in nubibus cæli, & recordabor fœderis mei, quod pepigi tecum. Quod nimirum Scripturæ ſacræ teſtimonium mihi non incongrue videor aſſumpſiſſe, licet magis ſit ad myſterium referendum; quia pergens in Deum ſpiritus viri ſancti, quaſi quædam fuit delibatio ſacrificii, & quaſi quidam guſtus odoris ſuaviſſimi. Et cum nullus dubitet per ſanctorum merita ſtare mundum, credendum eſt indubitanter, virum ſanctum jam carne ſolutum ſibi devotis veniam obtinere peccaminum, & gratiarum munera frequentius impetrare. *b*

Gen. 9, 13

B

b

14 Ad cujus ſanctitatem humanis mentibus altius imprimendam, etiam circa languentes operatus eſt ſalutem univerſitatis Conditor, qui devote viri ſancti exequiis aſſiſtebant, quod adjuvante Domino ſequens lectio declarabit. Duo ægri fide fervidi ad locum, in quo ſancti corporis gleba vitali ſpiritu vacuata jacebat, accedentes; poſtquam ſupponi feretro, ejuſque ſudarium contingere meruerunt, ſtatim receperunt priſtinam ſanitatem; planctumque Fratrum mœrentium in ſolenne gaudium pro patrato per ſervum Dei miraculo converterunt. Sed & ſicut quondam per puellam captivam virtus Eliſæi Prophetæ innotuit Regi Syriæ, ſic etiam per ſexum muliebrem apud Francigenas innoteſcere voluit ſervum Dei. Nivernenſis *c* enim Comitiſſa cum in quodam oppido cum puellarum militumque frequentia moraretur; cum firmaculum aureum haberet ad collum ſuum, tam auri materia quam inciſione lapidum pretioſum; contigit, ut ad decorem ejus oſtendendum & pretium, ipſum ablatum de collo ſuo teneret in manibus, aliiſque traderet bajulandum. Qui cum ſuper firmaculi pulcritudine mirarentur, ipſumque viciſſim traderent contuendum; contigit, ut, cum de rebus aliis miſcerent colloquia, obliviſcerentur firmaculi, quod tenebant. Comitiſſa vero manum ſuam mittens ad collum ſuum, poſtea quam illud comperit reſeratum, ſolicite cœpit inquirere, cuinam præfatum firmaculum tradidiſſet: cumque ſigillatim requiſiti illud ſe dicerent non habere, cœpit matrona nobilis magis ac magis animo conturbari. Erat autem multum ſtraminis in loco: quod præcepit eadem mulier ventilari, lucernam accendens, & inquirendo totam domum everrens. Sed cum illud, quod quærebat, invenire non poſſet; puella quædam, quæ in ejus obſequio erat, acceſſit ad illam, conſtantiſſime aſſerens, quod ſi B. Robertum fideliter imploraret, idem Sanctus ei ſine dubio redderet firmaculum ſuum. Cujus conſilio Comitiſſa fideliter acquieſcens, cereum in honore B. Roberti Abbatis accendi juſſit. Quod cum factum fuiſſet, ſtatim coram magna plebis multitudine firmaculum de gremio ejus inventum eſt. Convenerunt tam viri quam mulieres, pro tanto miraculo Deum glorificantes, & ipſum de B. Roberto famulo ſuo mirabilem prædicantes. Hoc autem miraculum tam celebre factum eſt, ut quicumque in tota regione illa quidquam amiſerit, ad viri Dei auxilium confugere non moretur, & ſic rem, quam prius amiſerat, ſine dilatione recipiat. Nec mirum ſi vir ſanctus in reſtauratione rerum amiſſarum accepit à Domino gratiam ſingularem, cum ipſe lucerna ſit in domo Domini ardens & lucens, ut quique ad illum acceſſerit, illuminetur, & per illum drachma perdita reparatur.

pretioſum monile deperditum reperitur

C

Accenſo ad honorem ejus cereo.

EX MSS.

15 Expletis autem ex more circa Beati viri corpus exequiis, gleba illa ſanctiſſima à vicinis Abbatibus, aliiſque reverendis perſonis ad hoc ipſum congregatis, venerabiliter eſt tradita ſepulturæ; & in eccleſia B. Virginis, quam ipſe in honorem ejus fundaverat, honorifice tumulata. Deus autem omnipotens, ut poſt carnis depoſitionem famulum ſuum B. Robertum vivere comprobaret, multorum eum miraculorum gloria decoravit. Idem quoque vir ſanctus, ut ſe oſtenderet curam gerere filiorum, etiam poſtquam ſubtracta eſt ab eorum oculis, ejus viſio corporalis; ſi quando eſſent in Dei ſervitio negligentes, aut ad Matutinas tardius ſurrexiſſent, multoties conſuevit excitare ſacriſtam, arguens negligentes, & hortans ad meliora devotos. Hæc autem de vita & moribus Beati viri ſtylo rudi ſub brevitate tranſcurrimus, ita curantes devotis ſatisfacere, ne faſtidioſos verborum copia gravaremus. Omnia vero ſanctitatis ejus monumenta nullus æſtimet potuiſſe conſcribi; ſed mihi noverit eveniſſe, quod Poëtis inertibus accidere conſuevit, ut cum materiam vires ſuas excedentem præſumpſerint, ejuſdem mole depreſſi non perficiant, quod cœperunt: ſicque non ſolum Judæi, verum etiam Chriſtiani noſtri temporis ſigna quærunt, cum non ſit ſanctitas in miraculorum oſtenſione, ſed potius in operatione virtutis. Ad ſatisfaciendum utriſque pauca de pluribus, quæ per illum operatus eſt Dominus, breviter attingemus.

ſepelitur in eccleſia Moliſmenſi

E

16 Poſtquam autem vir Sanctus felici tranſitu migravit ad Chriſtum, cœpit virtutum ejus opinio longe lateque diffundi, & prope erat Dominus invocantibus nomen Sancti. Beata quoque Dei Genitrix, quæ ſibi deſponſaverat virum Dei, dum adhuc uteri materni clauderetur anguſtiis, gratiam, quam ſingulariter accepit à Domino, communicare non deſtitit ſervo ſuo. Nam à die exitus B. Roberti cœperunt miracula creberrime fieri in eccleſia Moliſmenſi, quam idem vir ſanctus conſtruxerat, in honorem ejuſdem Virginis; cui à primæva ætate totum ſe dederat, & devotione ſervierat ſpeciali. Divinæ igitur diſpenſationis gratia in omnem terram promulgante miracula, quæ Deus omnipotens precibus ſuæ Matris & B. Roberti meritis operari dignatus eſt in eccleſia Moliſmenſi, cœpit undequaque gentium confluere multitudo.

F

Ad famam miraculorum S. Roberti

excita cujuſdam epileptici a puero

17 Accidit autem quod quædam mulier paupercula, caduco laborans incommodo, ad eccleſiam Moliſmenſem venire diſponeret, auxilium à Matre Domini & B. Roberto ejus famulo quæſitura. Aſſumptis igitur ſecum duobus puerulis, quorum alter ad ejus pendebat ubera, alter vero greſſu debili matris veſtigia ſequebatur, iter proſequitur deſtinatum. Inclinata autem jam die venit ad monaſterium *d* Quincei hoſpi-

d

ex MSS. hoſpitium mendicans à monachis : ſed quia illorum traditio intra fines ſuos ſexum muliebrem non admittit, compulſa eſt miſera mulier inde recedens in nemore pernoctare. Porro caſu fortuituo focum reperit, quem de ſopito cinere reaccendens, cum duobus parvulis ibi manſit. Media autem nocte lupus advenit, & cum mulier ex una ignis parte ſederet, crudelis beſtia in altera recubuit. Quo viſo mulier fronti ſuæ ſignum Crucis imprimens, ſe & pueros ſuos Deo & B. Mariæ Virgini & B. Roberto devotiſſime commendavit. Interea energumenam ſuam invaſit infirmitas, & dum corpus exanime palpitat, lupus, velut de induſtria exſpectaſſet, minorem puerum prædatus aufugit. Evaneſcente autem peſte morbi, mulier quaſi reſurgens à mortuis, inter brachia quærit infantulum, quem paulo ante tenuerat, & ſe non alias dimiſiſſe ſciebat. Liberari ſe gaudet mulier à dolore, ſed huic ſuccedit dolor forte crudelior : quod majorem filium conſulens, de minore rei eventum miſerabilem prorſus agnovit. Quid faceret miſera mulier ? quo ſe verteret, neſciebat. Non enim poterit vim tanti doloris exprimere, niſi quis materna viſcera induens, experimento didicerit ſic dolere. Tamen inter ejulationis verba, iſta erat verborum repetitio : Redde, redde depoſitum B. Maria : redde depoſitum Pater Moliſmenſis. Mira res ! dum hæc verba repetit, & B. Mariam Sanctumque Robertum ſæpius inclamando vim doloris exaggerat ; ecce bellua ſuæ feritatis oblita (cui proprium eſt non parcere, ſed vorare) de ſilua prodiens, & ore manſuero puerum deferens, eum incolumem reddidit matri ſuæ : quæ ſubſequenti lætitia mœrore conſumpto, cœptæ peregrinationis iter perficiens, in multorum præſentia rei ſeriem enarravit ; & in dorſo etiam pueri apparebant veſtigia dentium, rei geſtæ familiarius argumentum.

puer raptus à lupo

B *per eundem reſtituitur:*

18 Quanta ad laudem ſuæ Matris & B. Roberti merita declaranda Dei filius operetur in eccleſia Moliſmenſi, & patet ex præmiſſis & ex ſubſequentibus declaratur. In villa quæ vocatur *e* Novallavies, homo quidam in exterioribus negotiis occupatus cum uxore ſua, domo ſua obſerata ſolum reliquerat infantulum in cunabulis dormientem. Interea ignis inveniens ſuæ conſumptionis materiem, paulatim creſcendo ſeſe exterius manifeſtat. Flamma jam in tecti ſuperficiem debacchante, cucurrit [populus] *f* illi detrimento volens ſuccurrere, ſed incaſſum : nam acceſſum prohibet flammæ vorago, circumquaque diffuſa. Tandem parentes immaturius accurrentes, & pueri nomen ſæpius inclamantes, tundunt pectora, rumpunt crines, & domus non ſentit incendium parentum dilectio, de periculo pueri ſævius acerbata. Siquando autem matrem vis doloris reſpirare permittit, hæc verba ingeminat : Tibi commendo filium meum, tu eſto clypeus ejus à facie ignis devorantis in gyro, fons miſericordiæ Domina Moliſmenſis. Ad ultimum parentes accurrunt, orantes, ut de corpore inveniant ſaltem cinerem & favillas. Quis non miretur ? Attendant, qui audiunt, & tanti miraculi novitatem miretur & ſtupeat totus orbis. Inveniunt infantulum carbonibus arridentem : & cunabulo cum panniculis incinerato, in ſolo puero ſævire neſcit incendium. Ecce ſi quis velit exprimere ſimilitudinem, & præſentia æquare præteritis, ad laudem ſuæ Matris & Sancti Roberti merita declaranda, Filius Dei Patris antiquum renovare dignatus eſt miraculum Babylonis : nam cum tribus illis pueris iſte quartus poſſet numerari, ſi flamma tantummodo panniculis peperciſſet. Eo vero allato à parentibus & eccleſiæ præſentato, convenerunt plurimi Dominum collaudantes : quorum conſilio, ne res à memoria tolleretur, fideli commendatur cuſtodiæ litterarum.

e infantulus domi in cunis relictus

C

f

combuſtis pannis ab incendio ſervatur.

D

E

ANNOTATA.

a *Surius, ratus errorem obrepſiſſe in numeros, erravit ipſe, dum corrigens ſcripſit*, tertio Kalendas.

b *Sequens § totus apud Surium in fine Vitæ invenitur.*

c *Fuerit hæc uxor Guillelmi III, qui hujus Comitatus inter Burgundiam ac Ligerim ſiti, & nunc in Ducatum converſi, titulum tenuit ab anno circiter* 1100 *ad* 1148, *quo grandævus & apud Carthuſianos Converſus obiit : uxoris nomen ignoratur. Niſi forte ſerius miraculum contigit Comitiſſæ* Idæ, *uxori Guillelmi IV, nominatæ in quadam charta* Pontiniacenſi *anno* 1156.

d *In diœceſi Lingonenſi* Quinceium monaſterium, *vulgo* Quincy, *fundatum anno* 1133 *Ordinis eſt Ciſtercienſis ; diverſum à* Quinciaco, *vetuſto plane apud Pictavos cœnobio, vulgo* Quinçay.

e *Surius*, Novallames : *neutra ſcriptio placet : ſed veram non eſt facile aſſequi divinando, dum nullum circumcirca locum exhibent tabulæ, cujus appellatio huc accedat : Ms. Vltrajectinum caret nomine.*

f *Vocem hanc, in exgrapho noſtro deficientem, ſupplevimus ex Surio.*

CAPUT IV

Varii morbi curati, cæcus illuminatus, erecta paralytica, energumenæ liberatæ.

19 IAm vero ſi univerſa, quæ per ſervum ſuum Dominus operatur, ſcribere tentavero, non potero labori ſufficere, quoniam ante me tempus quam copia derelinquet. Quotidie quippe in eccleſia Moliſmenſi B. Roberti auxilium implorantibus adeſt miſericordia Salvatoris : nam ejus intervientibus meritis ad ſepulcrum illuminantur cæci, debiles greſſum recipiunt, ægri ſanantur, maligni ſpiritus ejus præſentiam non ferentes ab obſeſſis corporibus expelluntur. Quod ne forte alicui incredibile videatur, pauca ſaltem è pluribus tranſmittere curavimus ad notitiam poſterorum. Quamvis enim linguæ in ſignum ſint non fidelibus, ſed infidelibus, tamen quia noſtris etiam temporibus neceſſe habet rigari fides marcida, fides ægra, jam ad ſoluendum, quod promiſimus, accingamur. *a* Vir quidam nobilis de Lotharingiæ partibus, terrenis quidem abundans opibus, ſed ſalutis inops, longo vivendi uſu & infirmitatis moleſtia prægravatus, lumen amiſerat oculorum : qui ſalutis propriæ cupidus, cum ad imploranda ſanitatis remedia multorum circuiſſet loca Sanctorum, impetrare non potuit, quod quærebat. Quia nimirum Sancti, B. Robertum ſuo gaudentes collegio ſociatum, meritis ejus reſervabant tanti miraculi novitatem, ut per virum nobilem etiam apud exteras nationes innoteſceret nomen ejus. Idem vero vir cum filiorum & ſervientium turba ad S. Jacobum iter arripuit, peccatorum ſuorum veniam quæ-

F

a cæco ad ſepulcrum ſuum excubante

ſiturus:

A siturus : iter autem destinatum prosequens, *b* famam audivit miraculorum, quibus Dominus servi Roberti declararet Sanctitatem. Viri autem, qui comitabantur cum eo, monebant illum & instantius hortabantur, ut ponens in Domino Deo spem suam, ad sepulcrum viri Dei devotus accederet. Quorum exhortationibus acquiescens ad sepulcrum hominis Dei pervigil excubabat. Audiens autem circum plurimam multitudinem Deum in Sancto suo collaudantem, & pro recepta sanitate per ejus merita gratias referentem, anxiabatur spiritu peccata sua confitens, & præteritæ vitæ maculas fluentis abluens lacrymarum. Qui cum ibidem per hebdomadam cum omni comitatu suo moram fecisset, nec exauditus fuisset, clamans ad Dominum, rursus à liberis & familia sua commonitus parabat inde recedere : trahentes autem illum ad manus, usque ad ecclesiæ januam perduxerunt. Comperto vero quod in foribus esset ecclesiæ, vir devotione plenus & fide fervidus, convertit faciem suam ad sepulcrum flens & ejulans, & nomen Sancti frequenter inclamans. Quid multa? Dum prostratus humi jaceret, faciem lacrymis rigans, & Deum orans, ut non respiceret peccata sua, sed per B. Roberti merita misericordiam faceret postulanti ; subito eruperunt ab oculis ejus pelliculæ in modum membranarum, usque in faciem ejus descendentes. Quod ille sentiens manum apposuit, & detersis oculis lumen sibi redditum admirans gaudebat : unde qui prius luxerat præ dolore, cœpit postmodum flere præ gaudio, ostendens omnibus, qui eum conabantur educere, sibi redditam luminis claritatem : qui pro tanto & inopinato miraculo Dominum collaudantes, ad ecclesiam sunt reversi, Deo gratias referentes, & sepulcrum viri Dei muneribus honorantes. Inde vero digressi cum gaudio, peregrinationem, quam cœperant, alacriter peregerunt.

b famam

visum restituit

B

20 Ad hoc autem miraculum plenius roborandum, aliud accessit forte non impar. Cum enim ex Dei beneficio non mediocriter confortati per viam suam gaudentes irent, contigit illos ingredi civitatem, cui *c* Tudella vocabulum est. Porro à viro quodam potente satis honorabiliter hospitio sunt recepti. Cumque simul amicabiliter loquerentur, vir nobilis per B. Roberti merita Dei misericordiam referebat. Audiens autem vir apud quem hospitabantur, quæ facta fuerant, altius ingemiscens ait : Ecce, inquit, uxor mea à renibus & deorsum omni membrorum officio destituta loco moveri non potest, nisi servorum aut ancillarum manibus bajuletur : sed nec recens est plaga ista, imo jam lapsi sunt decem & septem anni, ex quo hoc ei accidit : verumtamen si tanti meriti est Sanctus ille, quem dicitis, confido in Domino, quod uxor mea precibus ipsius restituenda sit sanitati. Peregrinus autem referens, non solum quod in se expertus fuerat, sed etiam quæ in aliis viderat meritis B. Roberti ; hospitem suum, ad poscenda beneficia Dei, quantum poterat, animabat : cujus dictis idem vir fidem adhibens, hoc ipsum uxori suæ efficaciter persuasit. Postquam vero nocturnæ tenebræ recesserunt, & phœbæa lampas orbem terrarum suis radiis illustrasset ; recedentibus peregrinis vir fidelis uxorem suam imponens lecticæ, cum apparatu magno Gallias adiit, labori suo finem non faciens, donec veniret ad locum, in quo erat Beati viri corpus venerabiliter tumulatum.

c

C

mulierem paralyticam

21 Cum autem venissent ad locum, in quo erat quædam congeries lapidum, quæ vocatur Mons Gaudii-Dei, B. Roberti auxilium petitura, statim à servientibus suis deposita, solo prosternitur, & tota effusa in lacrymas salutem sibi restitui devotissime flagitabat. Multitudo autem languentium, cæcorum, surdorum, aridorum, qui per virum Dei cum gaudio remeantes ad propria, cum muliere de lectica deposita substiterunt, preces suas illius orationibus adjungentes, & quæ in semetipsis experti fuerant, in aliis quoque viderant & audierant referendo, mentem ejus ad postulandum instantius inflammabant. Nec mora ; nervi femorum ejus, quos ægritudo longa contraxerat, paulatim cœperunt extendi, & proprium robur ossa recipere. Mulier quoque virtutem Dei in se sentiens operantem, pedetentim erigitur, & sine alicujus auxilio in pedes prosilit ; Deo & B. Roberto gratias agens, & subito in laudem Dei & S. Roberti omnium, qui aderant, ora laxantur, & vox exultationis diffundebatur procul. Mulier quoque cum à viro suo rogaretur, ut iterum lecticam conscenderet ad ecclesiam profectura ; noluit acquiescere, sed ante alios ibat ambulans & exiliens, laudans Deum, ut juxta litteram videretur in ea impletum esse illud Isaiæ vaticinium : tunc claudus saliet sicut cervus, & aperta erit lingua mutorum : quæ enim prius impotens erat, ecce ante alios ibat ; & cui prius præ confusione non erat os aperire, tota in Dei laudibus effluebat. Veniens autem ad ecclesiam, in qua viri Dei corpus jacebat humatum, quæ fere duobus milliaribus distabat à loco, in quo mulier sanata fuerat ; gratias egit Deo & B. Roberto, cujus se non dubitabat meritis, ab illa, qua detenta fuerat, ægritudine liberatam. Humi vero prostrata ante sepulcrum Sancti, terram, in qua jacebat corpus ejus, devotissime deosculans, cunctis qui aderant ministrabat materiam Deum in Sancto suo mirabiliter prædicandi. Oratione vero completa, multisque muneribus honorando viri Dei sepulcro [oblatis], cum gaudio remeant ad propria, lecticam in qua fuerat deportata in testimonium suæ deliberationis derelinquens ; quod miraculum, ut etiam posteros non lateret, eadem lectica ante fores basilicæ longo tempore pependit.

EX MS. *à vivo ad sepulcrum suum vectatus*

sanitate donat,

E

Isa. 53. 6

22 Quantam iste Sanctus in effugandis immundis spiritibus acceperit à Domino potestatem, ad ipsius invocationem miracula facta declarant. Nam ut cetera fileam, mulier quædam cum ingressa fuisset causa orationis ecclesiam Molismensem, & coram altari assisteret ; occulto Dei judicio arrepta à dæmone miserabiliter vexabatur. Ad consilium autem monachi senioris, qui aderat, maritus mulieris, qui cum illa venerat, illam alligavit ad sepulcrum B. Roberti. Misera vero mulier tam crudeliter sæviebat, ut omnes, qui appropinquare vellent, conaretur dentibus attrectare. Tandem à viro suo commonita, B. Roberti nomen inclamat, dicens : S. Roberte, roga Beatam Virginem, ut ipsa mihi à filio suo impetret liberationem. Quo dicto, statim mulier coram omnibus liberata, gratias egit Deo. Altera quoque mulier de vico, cui nomen est *d* Baignous, cum in cubiculo perisset, nescio quo Dei judicio in insaniam versa, virum suum Evonga percussit & occidit : quæ constricta funibus & ad ecclesiam Molismensem perducta, quam cito sepulcrum Beati viri contingere potuit, liberata est à dæmone, nihil deinceps tale perpessa. In se vero reversa, cum se videret funibus constrictam,

mulierem energumenæ liberat.

F

d

A mirari cœpit; & demum, agnito facinore quod patrarat, pro cauſa duplici flere cœpit: hinc peccatum ſuum amariſſime deflens, hinc vero pro liberatione ſua gratias agens Deo. Hæc autem & his ſimilia operari non deſinit virtus Chriſti, per merita B. Roberti, ad laudem & gloriam nominis ſui, cui eſt cum Patre & Spiritu Sancto honor & gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

Deus liberalitatem ejus in pauperes remunerat,

23 Non abs re arbitror omiſſa repetere, & quam modeſtæ ſeveritatis in ſubditos, quamque liberalis in pauperes B. Robertus extiterit, apicibus annotare. Cum enim quodam die duo Clerici virum Dei pro foribus eccleſiæ reperiſſent; cœperunt ab eo inſtanter alimoniam poſtulare. Vir autem Dei, ſicut totus miſericordiæ viſceribus affluebat, illorum cupiens inopiæ ſubvenire, ſtatim quemdam è Fratribus, cujus erat officium miniſtrare menſis, accerſiri præcepit. Cui cum præcepiſſet, ut aliquid daret egenis, reſponſum accepit ab eo, panes penitus in monaſterio non haberi. Unde ergo, ait Sanctus, hodie reficient Fratres? Reſpondit: Neſcio. Nec mora: venit hora, qua Fratres, peractis ex more Miſſarum ſolenniis, parabant appropiare menſis. Cum ſonitum cymbali, ſicut illa hora moris eſt, vir ſanctus audiſſet, ab Oeconomo requiſivit, unde panes haberet, quos Fratribus refecturis apponeret. Ego, inquit, paucos reſervavi, procurans, ut refectionis hora Fratribus cibaria non deeſſent. Tunc vir Dei zelo incenſus, fremens & indignans, quod in grege ſibi commiſſo repertum fuiſſet inobedientiæ lolium & diffidentiæ zizania, ingreſſus refectorium panes menſis ſuperpoſitos in ſporta ſuſcepit, ipſoſque de quodam colliculo vicino eccleſiæ, in aqua, *e* quæ ſubterfluebat præcipites dedit; nolens in filiis Dei culpam inobedientiæ reperiri. At vero zelum ipſius Deus ex alto proſpiciens, jam quibuſdam devotis mulieribus de *f* Caſtellione inſpiraverat, ut panes deferrent Fratribus refecturis. Vir enim Dei B. Robertus inde regrediens, ad portam monaſterii tres quadrigas invenit panibus oneratas, quas de Caſtellione jam dictæ mulieres ad refectionem Fratrum adduxerant. Tunc vir Dei Fratribus convocatis, diffidentem & inobedientem Fratrem coram cunctis redarguit, cunctoſque Fratres, ad præſumendum de Dei miſericordia in neceſſitatibus, monitis ſalutaribus animavit. *g*

B C *e* *f* *g*

ANNOTATA.

a *Hic ſequuntur in Surio quæ jam habuimus Capite ſuperiori num.* 14. *cetera apud ipſum deſunt.*

b *Vtique via recta ex Lotharingia per Campaniam, Burgundiam & Aquitaniam: quæ autem hic narrantur miracula de cæco & contracta, eorum teſtes juratos infra videbis num.*27.

c *Ita correximus, licet in ecgraphro noſtro ſcriptum eſſet* Cudella: *eſt autem* Tutela *urbs ad Iberum fluvium nominata, ex Gallia in Galiciam euntibus commoda, haud procul Calagurri*

d *Vulgo* Baigneux les Iuifs, *id eſt.* Balniola Judæorum, *oppidum Burgundiæ prope Sequanam. Ita notatur in Alphabeto Francico P. Duval, videturque idem eſſe quod in Tabula Ducatus Burgundici ſcribitur abſque addito* Bagnaux, *una leuca diſtans à* Moliſmo, *ad eum rivulum qui ſeſe in Sequanam exonerat infra Barrum prædictum.*

e *Michael* Antonius Baudrand, *qui Lexicon Geographicum Ferrarii dimidia parte auctius nuper vulgavit, de Moliſmo agens, ſitum ait ad amnem* Leigne (*Latine* Leniam *ſeu* Lineam *dixeris*) *hic vero ſupra Barum Sequanæ ſeſe ingerit.*

f Caſtellio *oppidum ad Sequanam, tribus ad Orientem leucis Moliſmo diſtans.*

g *Totus hic paragraphus habetur in Surio poſt numerum noſtrum* 11.

D

PROCESSVS CANONIZATIONIS.

Ciſtercienſes cum Moliſmenſibus inſtant apud Pontificem

24 *Proceſſus hic Canonizationis una cum Originibus Ordinis Ciſtercienſis extat in tomo* 1 *Bibliothecæ Mss. à Philippo Labbe editus. Convenerunt ſcilicet anno* MCCXXI *Ciſtercienſes ad Capitulum generale, in eoque ſtatuerunt, ut interceſſiones fierent, libellique ſupplices offerrentur Honorio III Pontifici, ut is Robertum Catalogo Sanctorum adſcriberet. Acceſſit Moliſmenſium quoque ſtudium, meritos communis Patris honores quærentium; junctiſque ſive litteris ſive legatis id apud Pontificem effecerunt utrique, ut æquum cenſens quod petebatur; antequam S. Roberto publicum cultum decerneret; ad explorandam vitæ ejus ſanctimoniam ac miracula cognoſcenda, ut mos Eccleſiæ eſt, certos idoneoſque viros delegarit. Fuere ii Epiſcopus Lingonenſis Hugo II, & Valentinnus Girondus ſive Giraldus, ex Moliſmenſi ac dein Cluniacenſi Abbate huc promotus, Abbaſque Cluniacenſis Rolandus: ad quos Pontifex ſuper faciendo hujuſmodi examine ſequentes littetas dedit;* Honorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus Fratribus Lingonenſi & Valentino Epiſcopis, & dilecto filio Abbati Cluniacenſi, Matiſconenſis diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Gaudemus in Domino, & in ejus laudibus delectamur, quod ſicut dilecti filii univerſi Abbates Ciſtercienſis Ordinis in Capitulo generali congregati, nec non & Abbas Conventus Moliſmenſis ſuis nobis literis inſinuarunt, felicis recordationis Robertus (qui primus monaſterii Moliſmenſis fuit Abbas, primuſque jecit Ciſtercienſis Ordinis fundamentum, quod divina favente gratia crevit in templum ſanctum in Domino) religioſe vivens, tanta fulſit gratia meritorum, quod Dominus tunc multa & magna miracula per eum operatus, adhuc poſt ejus felicem obitum ad ſepulcrum ipſius, ad oſtenſionem ſanctitatis ejuſdem, dignatur operari majora: ut quem virtus morum honeſtavit in via, miraculorum gloria nobis inſinuet in patria honorari. Quare iidem nobis ſupplicarunt inſtanter; ut cum luce clarius pateat, ipſum in ordine Confeſſorum regnare in Eccleſia triumphante, etiam in militante Sanctorum Catalogo adſcribere deberemus. Verum, quia in tanto negotio non eſt niſi cum gravitate plurima procedendum, nos de fide ac diſcretione veſtra plenam in Domino fiduciam obtinentes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus tam de vita quam de miraculis Sancti prædicti perquirentes ſolicite, veritatem, quam inveneritis, per veſtras nobis litteras fideliter intimetis: ut ex veſtra relatione ſufficienter inſtructi, procedamus exinde, prout ſecundum Deum viderimus procedendum. Quod ſi non omnes his exequendis poteritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Laterani octavo Calendas Februarii, Pontificatus noſtri anno quinto.*

qui examen duobus Epiſcopis committit

E F

25 *Hactenus* Pontifex *de dicto examine (quod uterque Epiſcopus, Abbate Cluniacenſi, aliis negotiis impedito, apud Molismum inſtituit)* Manriquez *ſcribit quod S. Roberto ante centum annos ſublato è vivis, cum nulli ex æqualibus ſuperſtites eſſent, qui de miraculis à vivente patratis teſtimonium dicerent, Examinatores contenti hiſtoria, quæ de vita ſigniſque ejus*

quod inſtituunt in Moliſmo

A *ejus ſcripta extabat eam ad Honorium deſtinarint, unáque eam, quam ſubjungimus, quæque canonizationis proceſſum complectitur, epiſtolam. Vitæ auctorem ipſe, cœptum ſemel errorem proſequens, Odonem nominat; cum hoc fuerit nomen Abbatis, cujus juſſu ea ſcripta eſt, non auctoris. Epiſtola ipſa*

& mittunt Pontifici *eſt hujuſmodi*: Sanctiſſimo Patri ac Domino Honorio, Dei gratia Sanctæ & Apoſtolicæ Sedis ſummo & univerſali Pontifici, H. eadem gratia Lingonenſis & G. Valentinienſis Epiſcopi, cum pedum oſculo ſalutem & debitæ reverentiæ famulatum. Mandatum Sanctitatis veſtræ accepimus ſub hac forma, Honorius Epiſcopus &c. Hujus igitur auctoritate mandati, ad locũ perſonaliter accedentes (Domino Abbate Cluniacenſi collega noſtro, nobis Epiſcopo Valentinienſi committente vices ſuas) teſtes recepimus, quorum depoſitiones de verbo ad verbum ſcribi fecimus in

teſtes de cæca hunc modum. Oddo Molismenſis Abbas juratus dixit, quod cum eſſet in habitu ſeculari in pueritia conſtitutus, vidit quamdam mulierem cæcam à nativitate, habentem filiam, ſicut ipſa mater firmiter aſſerebat, quam ipſe ad venerabilis Patris Roberti, de quo agitur, adduxit ſepulcrum; & cum ibi cum matre quadam nocte vigilaret, viſum recepit. Huic

B facto interfuit idem Abbas & vidit. Vidit etiam idem Abbas, tempore dedicationis eccleſiæ Molismenſis, poſtquam habitum monachalem & ordinem ſacerdotalem ſuſceperat; quod cum ſepulcra, propter reverentiam dedicationis, ab eccleſia tollerentur, & ventum eſſet ad ſepulcrum ejuſdem venerabilis Patris; ad motum ſepulcri proprios oculos de terra liniens, recepit ibi mulier quædam viſum.

aliaq; muta 26 Altera de eadem terra comedens, recuperavit loquelam, cum per triennium muta fuiſſet, ſicut maritus ejus & ipſa firmiter aſſerebant. Accidit poſtea, nondum à præſenti teſtium examinatione duobus annis elapſis, quod quædam vacca vulnerata fuit à lupo: quod ſentiens mulier, cujus erat, vulnus aqua

& quadam tremula ſa-pato benedicta reſperſit, ſtatimque ipſam capitis & brachii tremor continuus & enormis invaſit: quæ ipſa die ad memoratum ſepulcrum rediens, ſtatim curata & penitus eſt ſanata. Hoc vidit idem Odo temporibus iſtis, jam Abbas in eadem Eccleſia conſtitutus. Vidit præterea quemdam monachum Ragnerium nomine, qui factus fuerat furioſus, ad ſepulcrum ejuſdem Venerabilis Patris ligari, ibidemque recuperare per divinam gratiam ſanitatem. Willelmus Presbyter juratus

item de contracta & furioſo ſanatis dixit de muliere, quæ viſum receperat tempore dedicationis, idem quod Abbas: de muliere vero, quæ

C loquelam recuperaverat, audiviſſe ſe ſæpius, ſed non vidiſſe. De muliere, quæ tremorem capitis & brachii patiebatur, idem quod Abbas. Vidit præterea quamdam mulierem, quæ tempore feſtivo fuerat operata, propter quod ipſa die, ſicut creditur, in manu percuſſa, & uſque adeo orba fuit manu, ut deſperaretur ipſam poſſe ſanari; ſed per divinam clementiam & Sancti merita, ad ſepulcrum ejus accedens, ſtatim ſanata eſt. Vidit etiam ibi quemdam furioſum ſanari. Albericus monachus & Presbyter juratus dixit, de miraculis factis in dedicatione, idem quod Abbas: de muliere quę recuperavit ſanitatem manus, idem quod Willelmus.

de eruto oculo & reſtituto, 27 Jacobus monachus & Presbyter juratus dixit, quod quidam frater ejus carnalis, in ætate puerili conſtitutus, ita enormiter læſus fuit in capite, quod oculus de proprio erutus loco ab ejus facie dependebat. Qui ad ipſius Jacobi inſtantiam ad ſæpe dictum tumulum deportatus, ſtatim per divinam clementiam ſanatus eſt, & abſque omni læſione oculus ad locum debitum eſt reverſus. Hæc enim omnia vidit monachus Jacobus circa fratrem ſuum. De aliis autem duobus miraculis, factis in dedicatione, idem quod alii. Vidit etiam prædictus Jacobus quamdam mulierem de longinquis partibus deportari, quæ longo tempore fuerat contracta; ſtatimque viſo monaſterio, *de ſanatis contractis.* in quo requieſcit Abbas Venerabilis, cui ſe in ſpe recuperandæ ſalutis devoverat, curata eſt & omnino ſanata. Milo laicus juratus dixit, de oculo eruto & reſtituto, idem quod Jacobus: de miraculis factis in dedicatione, & de muliere quæ tremorem capitis & brachii patiebatur, idem quod Abbas & alii. Bartholomæus monachus & Presbyter juratus dixit, de duobus miraculis factis in dedicatione & muliere percuſſa in manu, idem quod alii.

cæco, 28 Hugo Presbyter & monachus juratus dixit, quod vidit quemdam civem Metenſem cæcum, venientem cauſa devotionis & ſpe recuperandi viſus ad ſæpe dictum ſepulcrum: qui veniens ad illud viſum recuperavit, & vidit ſquammas ab ejus oculis viſibiliter defluentes. Qui citius inde ad S. Jacobum pro- *contracta.* ficiſcens, hoſpitatus eſt in itinere, in domo mulieris cujuſdam, quæ contracta jacebat in lecto: ſed ad conſilium illius ad ſepulcrum Sancti ſe portari faciens, ſanata eſt. Hæc eſt autem illa, de qua ſuperius loquitur Jacobus monachus & Sacerdos, qui Jacobus convenit cum Hugone, ſed de auditu. Guillelmus *aliiſque* monachus & Presbyter juratus dixit, quod vidit quemdam Clericum, qui longo tempore contractus E fuerat, ad idem ſepulcrum ſanari: &, de duabus mulieribus in dedicatione, idem quod alii. Licelinus monachus & Presbyter juratus dixit, de duobus miraculis in dedicatione, idem quod alii. Martinus juratus dixit, de miraculis factis in dedicatione, & de muliere quæ ſanata fuerat à læſione manus, idem quod alii. Haymo monachus & Sacerdos juratus *& maniaco* dixit, quod vidit quemdam furioſum ibi ſanari. Magiſter Simon Presbyter juratus dixit, de miraculis factis in dedicatione, idem quod alii; adjiciens, quod quidam laicus apud Molismum illudens convitiis Venerabilem Patrem, & ejus miracula irridens, inde *ac in ſanctũ blaſphemonte occiſo* recedens, ſequenti die infra fines ejuſdem villæ à duobus militibus eſt occiſus. Hoc etiam dixit Jacobus ſe vidiſſe. Vidit præterea quemdam laicum, qui contractus fuerat per undecim annos, ad ſæpe dictum ſepulcrum Sanari.

29 Fulco & Jacobus, monachi & Sacerdotes, jurati dixerunt, quod cum quadam die eſſent juxta tumulum ſæpe dictum, & viro Sancto reverentiam exhiberent capita inclinando; quidam monachus adſtitit cum eiſdem, in hæc verba ipſis præſentibus & audientibus contumelioſe prorumpens, Ut quid ei capita inclinatis? Sciatis pro certo, quod numquam F Sanctus fuit. Imo quidam ruſticus multum deformis, ſepulcrum pede percutiens, ſimilia proclamabat. *alioque ex ſubito tumore pedis mortuo.* ſtatim autem tumor arripuit pedem illum, per totum corpus univerſaliter aſcendendo, ita quod infra quindenam illa infirmitate gravatus ſpiritum exhalavit. De furioſis & febricitantibus ſanatis infinita multitudo clamabat coram nobis, & ſe eſſe ſanatos firmiter aſſerebant. Ita quod communis opinio totius regionis in tantum invaluit circa iſta, quod plurimum ipſum tenorem atteſtationum extollit. Hæc noſtris temporibus accidiſſe dicuntur, ſicut ſuperius eſt expreſſum. A tempore autem obitus ipſius, cujus non extat memoria, infinita miracula referuntur; ita quod tota vicinia nequaquam dubitat, ipſum Sanctorum catalogo miraculis coæquatum. Ceterum vita ipſius Sanctitati veſtræ, per nuntios Eccleſiæ Molismenſis, porrigetur in ſcriptis, quæ ſatis oſtendit ipſum multis meritis claruiſſe. At quæ audivimus, cum ſumma diligentia fideliter inquirentes, Beatitudini veſtræ per ſcripta præſentia declaramus, ut veſtra ſancta Paternitas videat, quid talibus ſit agendum.

30 *Hactenus litteræ Epiſcoporum ad Pontificem, & examen de S. Roberti ſanctitate ac miraculis, de quibus & teſti-*

A monium ſuum plures in vicinia Abbates ad Honorium perſcripſerunt his verbis : Sanctiſſimo Patri & Domino univerſali Honorio, divina providentia Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Pontifici, S. Benigni Divionenſis, & S. Stephani Rhemenſis, S. Michaelis Tornodorenſis, & S. Martini Melundenſis Abbates, Lingonenſis diœceſis, cum pedum oſculo ſalutem & debitæ reverentiæ famulatum. Cum Molismenſis eccleſia, & illæ eccleſiæ in quibus habemus miniſtrare, proximæ ſint ſibi invicem, & adeo vicinæ, ut vix aut nullatenus in aliqua earum aliquid magnum contingat, quod ad alias fama velox cito non deferat ; de Sancti Patris noſtri Roberti, Molismenſis Eccleſiæ primi Abbatis, & Ciſtercienſis Ordinis fundatoris, vita, quæ innumeris veneranda virtutibus effulſit ; & de miraculis, quæ quotidie ad ſepulcrum ipſius, divina operante clementia, fiunt, dignum duximus in præſenti articulo veritati teſtimonium perhibere. Nam inceſſanter totius regionis ejuſdem populi vox clamat in auribus noſtris, quod multitudo maxima contractorum, cæcorum, mutorum, & aliorum variis languoribus detentorum, quotidie ad ſepulcrum dicti Sancti in eccleſia Molismenſi confluentium, facta oratione & Sancti nomine invocato, priſtina ſanitate recepta, incolumis videtur remeare ad propria. Inde B eſt, quod ipſius Sancti inflammati miraculis, Sanctiſſimæ Paternitati veſtræ, in quantum poſſumus, humiliter & devote ſupplicamus, quatenus ſæpe dictum S. Robertum, quem Deus inter electos ſuos coruſcantibus meritis per miracula mirifice magnificavit in partibus noſtris, canonizari & Sanctorum Catalogo aggregari decernatis. *Ita Abbates.*

littera teſtimoniales plurium Abbatũ de miraculis.

intercedentiũ pro canonizatione :

31 *Honorius his literis atque memoratis teſtimoniis perlectis, cum ad univerſalem cultum per totam Eccleſiam S. Roberto decernendum, Sanctumque eum pronuntiandum quædam alia deſideraret ; poteſtatem interim fecit Molismenſibus eum venerandi, atque Officium de illo celebrandi, in ea tantum eccleſia, in qua ſacra ejus oſſa recondebantur, qua de re hujuſmodi Pontificis diploma eſt* : Honorius Epiſcopus, D ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati & Conventui Molismenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum olim per litteras & nuntios veſtros ſupplicaſſetis inſtanter, adjuti teſtimoniis & interceſſionibus plurimorum, ut ſanctæ memoriæ B. Robertum, cujus corpus in veſtra requieſcens eccleſia multis & magnis miraculis coruſcabat, Sanctorum catalogo adſcribere deberemus ; nos, ne in tanto negotio videremur uti aliqua levitate, tam de vita ipſius, quam de miraculis, per venerabiles Fratres noſtros Lingonenſem & Valentinenſem Epiſcopos, mandavimus inquiri : cum ad id, ut aliquis habeatur ut Sanctus in Eccleſia militanti, neceſſe ſit, ut & veræ fidei, quæ per dilectionem operatur, merita cum perſeverantia finali præcedant, & clara etiam miracula ſubſequantur ; neque alia ſine aliis plene ſufficiant ad indicium ſanctitatis ; eo quod nonnulli faciunt opera ſua, ut videantur ab hominibus ; & nonnumquam angelus ſathanæ transfigurans ſe in Angelum lucis, hominibus frequenter illudit, ſicut de magis legitur Pharaonis. Cum itaque Inquiſitores prædicti nobis ſuper his plene reſcripſerint veritatem : quia, licet nobis quædam miracula quæ poſt mortem fecerat intimarunt, de his tamen quæ in vita feciſſe E dicitur, fidem plenariam non fecerunt : nos ne precibus veſtris videremur omnino deeſſe, concedimus vobis, ut eum tanquam Sanctum in veſtra eccleſia venerantes, ejus apud Deum ſuffragia fiducialiter imploretis. Datum Laterani VI idus Ianuarii, Pontificatus noſtri anno ſexto. *Has literas ſe ex Vaticano decerptas habuiſſe Manriquez ait ; additque, hoc eodem anno aut initio ſequentis, cum id, quod primo proceſſui deerat, ſuppletum fuiſſet, S. Robertum abſolute Sanctorum canoni adſcriptum fuiſſe, decretumque in generali Capitulo Ciſtercienſis familiæ, ut feſtum ejus quintodecimo Kalendas Maji cum Officio duodecim Lectionum per univerſum orbem ſolennius celebraretur.*

diploma Pontificis cultum decernentis.

DE S. PETRO MARTYRE

EX ORDINE PRÆDICATORVM.

COMMENTARIVS PRÆVIUS.

§ 1. Patria S. Petri, natales, ingreſſus in Ordinem S. Dominici, hæretici oppugnati & eorum origo.

C F

ANNO MCCLII

S. Petrus Verona.

Inſigne hoc Catholicæ fidei propugnaculum, & purpuratum pro ea ſanguine ſuo pugilem, Dominicanus Ordo à Verona, antiqua Lombardorum urbe, habuit : illa enim, ut Sanctiſſimis clariſſimisq; viris compluribus, ſic S. Petro natale ſolum fuit. De Como *quidem ſeu* Novo-Como, *Lombardiæ item urbe, Verona centum & viginti circiter paſſuum millibus diſtante, ſentire id poſſet videri Thomas de Lentino ; dum in principio Vitæ,* S. Petrum Martyrem de provincia Lombardiæ, civitate Cumana, ex parentibus hæreticis traxiſſe originem *ait ; ſed explicandus eſt. Cumanam enim urbem hic commemorat, non quia ſedes ei natalium, ſed habitationis ac præfecturæ fuerit : ipſe enim in decurſu Vitæ S. Petrum* Veronenſem *vocat, & Veronæ hodiedum etiam extare natalem ejus domum Ludovicus Zacconi teſtatur in compendio de Vitis Sanctorum. Auguſtinus autem Valerius Veronenſis Epiſcopus, in ſua Verona, eamdem domum docet monſtrari in parochia S. Stephani : utque certius cognoſcatur, ait in exteriori domus pariete anno* MCCCCLVII *depictam eſſe imaginem Sancti, cum hiſce verſibus :*

Sum Petrus Martyr, nutritus & editus infans
His domibus : fiat teſtis imago mea.

Natus eſt autem, ut ſcribit Pius, anno MCCV ; *Maluenda vero ex Flaminio, qui ei anno Domini* MCCXXI *Prædicatorum inſtitutum amplectenti annos vitæ quindecim circiter tribuit, natum eſſe conficit anno Domini* MCCVI : *nos, quia inter hos Scriptores concordia non eſt, natum pronuntiamus anno aut* MCCV *aut* MCCVI.

natus circa anno 1206

Ex qua familia, *inquit Flaminius* ortum duxerit, & quos majores habuerit, & quibus ſit parentibus natus, ſcriptores nulli quos videre potuerim tradunt. *Primus & ſolus Auguſtinus Valerius, auctor in rebus Veronenſibus accuratus,* Roſinam *gentem nominavit. Bononiæ, cum liberalium artium ſtudiis operam navaret, & forte S. Dominicum dicentem pro concione audiret, ad amplectendum inſtitutum ab eo Ordinem permotus fuit : ad quem & ab eodem admiſſus eſt in Conventu S. Nicolai de Vinea, anno Domini (ut loquuntur omnes)* MCCIXI ; *qui S. Dominico ultimus fuit, ipſi vero ætatis ſuæ decimus quintus aut ſextus.*

an 1221 *à S. Dominico ad habitum admiſſus.*

2 *Ex quo, ſalutem proximi præter ſuam curaturus, in publico verſari cœpit, acre & continuum bellum contra improborum Catholicorum licentiã & hæreticorum errores geſſit. Quoto autem Æræ Chriſtianæ anno arenam primo ingreſſus fuerit,*

A *claret contra hæreticos.*

fuerit, non ſatis liquet. Corius putat ſaltem ante MCCXXXIII, *id contigiſſe. Campus certaminis Lombardia, Tuſcia, Romandiola, Marchia Anconitana, imo tota pene Italia fuit: ſed præcipuos ejus agones & victorias Florentia atque Mediolanum ſpectaverunt. Hæretici, quorum per ea tempora veneno afflata laborabat Italia, & quibuſcum ad Martyrii uſque palmam S. Petro invicta pugna fuit, non uno nomine appellabantur.* ***Hi ſub appellatione varia,*** *A Ragnerio Zaccono, ut auctor eſt Franciſcus Peña in Directorium Inquiſitorum Nicolai Eymerici parte 2, qu.* 13, *comm.* 38, Albanenſes, Concorrezenſes, & Baglanenſes *nominantur, in totidem ſectas ſubdiviſi. Scribit autem Petrus Maria Campi in Hiſtoria Placentina ad annum Chriſti* 1250, *iſtum Ragnerium eorum errores prius profeſſum, deinde relicto illis Eccleſiæ Catholicæ ſe adjunxiſſe, atque Ordinem S. Dominici ingreſſum cum S. Petro per totam Lombardiam munere Inquiſitoris Generalis functum fuiſſe. Addit Pena eumdem Zacconum contra dogmata ipſorum, & Leoniſtarum ſeu Pauperum de Lugduno anno* MCCL *Summam ſcripſiſſe, viſam à ſe in vetuſto codice MS. Bibliothecæ Vaticanæ, ex qua & ipſe præcipuos eorum errores enumerat. Corius in Hiſtoria Mediolanenſi* Catharos, Gazaros, Concorreſios; *Fredericus Imperator in reſcripto quodam Patavii contra eos dato* Patarenos; *Vita* Credentes, *& promiſcue* Catharos *atque* novos Manichæos *appellant.*

B *incertis initiis,*

3 *Laborant quidã, ut certum his ortum & auctorem attribuant. Alios eſſe ab illis Cathari, quibus circa annum* CCLVI *nomen ac hæreſim Novatus fecit, ex utrorumque quam profeſſi fuerunt doctrina, & temporum quibus exorſi diſtantia, conſtat. Cathari quidem recentiores, de quibus hic loquimur, in vita S. Petri* Manichæi *etiam appellantur; non idcirco tamen immediate à Manete deducendi ſunt: quod Nicolaus Eymericus 2. part. directorii Inquiſitorum qu.* 13 *facit, originem eorum in hæc verba adſtruens*: Tertia decima quæſtio eſt: hæreſes, & errores Manichæorum, qui inſurrexerunt in partibus Italiæ, & ibi ſunt per Prælatos & Inquiſitores condemnati, qui ſunt? Ad hanc reſpondemus quod tempore Domini Innocentii Papæ III, in partibus Italiæ, videlicet in Archiepiſcopatu Mediolanenſi, & aliis partibus circumvicinis, inſurrexit quidam dictus Manes, à quo & ejus ſequaces Manichæi dicti ſunt: qui multas hæreſes & errores publice divulgarunt, & publice ac imprudenter in Italia prædicarunt; pro quarum extirpatione Frater Petrus, Ordinis Prædicatorum, Inquiſitor in partibus ante dictis, ab ipſis Manichæis hæreticis eſt gladiis interfectus ac martyrizatus *&c. Sed errorem hunc eſſe non parvum vel ille advertat, qui Eccleſiæ hiſtoriam tantum à limine, ut dicimus, ſalutavit. Quis enim neſcit Manetem, famoſum illum hæreſiarcham, ante novem & amplius ſecula peſtem ſuam, non Europæ primum, ſed Aſiæ Aſtaſſe? De alio vero huic cognomine in Italia tot poſtea annis orto, apud ſcriptores nihil conſtat, ut ſuffragatur Peña Eymerici commentator.*

nec immediate à Manete profecti,

C *extiterunt Mediolani circa annum* 1176

4 *Prædidere potiſſimum ſeſe novi Cathari ac palam inſanivere Mediolani, tempore ſchiſmatis, quod contra Alexandrum* III *Pontificem Fredericus Imperator improbe fovit: illud nobis Vita S. Galdini, Mediolanenſium olim Archiepiſcopi, teſtatum fecit: cujus auctor apud Mombritium, Sancto illi tempore ſatis conjunctus, affirmat dictam hæreſim occaſione memorati ſchiſmatis pullulaſſe. Contra quam cum & ipſe S. Galdinus, anno* MCLXXVI, *aſperrime in templo S. Theclæ diſſereret, eodem loco ac tempore vitam Sancte finiit. Huc etiam ſpectare videtur Dominicus Gravina lib.* 4 *Catholicarum Præſcriptionum contra hæreticos, cum ait*: Novi Cathari circa annum Domini milleſimum centeſimum ſexageſimum ſub Frederico Imperatore orti ſunt, Apoſtolorum vitam agere ſimulantes. *Circiter annum* MCLXVI *in diœceſi Colonienſi eos extitiſſe habetur manifeſtum ex operibus Eckberti: qui, teſte Trithemio lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, ex Canonico Bonnenſi, hortatu B. Eliſabethæ Abbatiſſæ Schonaugienſis ſororis ſuæ, monachus factus, ac ſecundus deinde monaſterii S. Florini Abbas, tunc*

***in diœceſi Colonienſi circa annum* 1166**

contra eorum errores ſcripſit Sermones, quos Reinaldo Archiepiſcopo Colonienſi dedicavit: qui inſignis ſchiſmatis Frederiani fautor adjutorque, pro Frederico in Lombardia ac contra Mediolanenſes bella geſſit, mortuus in Italia anno MCLXVIII. *Fatetur Eckbertus in præfatione, ſe, cum Canonicus adhuc Bonnenſis eſſet, ſæpe cum his hæreticis diſputaſſe & ſermone, in hæc verba eorum originem tradit*: Ecce enim quidam latibuloſi homines, perverſi & perverſores, qui per multa tempora latuerunt, & occulte fidem Chriſtianam in multis ſtultæ ſimplicitatis hominibus corruperunt; ita per omnes terras multiplicati ſunt, ut grande periculum patiatur Eccleſia Dei à veneno peſſimo, quod undique adverſus eam diffundunt. Nam ſermo eorum ſerpit ut cancer, & quaſi lepra volatibus longe lateque diſcurrit, pretioſa membra Chriſti contaminans. Hos noſtra Germania Catharos, Flandria Piphlers, Gallia Texerants ab uſu texendi appellat. Sicut de eis prædixit Dominus, dicunt in penetralibus eſſe Chriſtum: quia veram fidem Chriſti & verum cultum Chriſti non alibi eſſe dicunt, niſi in conventiculis ſuis; quæ habent in cellatiis & in textrinis, & in hujuſmodi ſubterraneis domibus. Apoſtolorum vitam ſe agere dicunt &c. *Hæc ille.*

D *refutati ab Eckberto.*

Matt. 24, 26

E *Vnde Coloniæ*

5 *Vnde Coloniam primo adrepſerint, ex Godefrido Panthaleonita, Gretzerus docet in Prolegomenis, quæ tomo* 13 *Bibliothecæ Patrum præmittit operibus contra Albigenſes & Waldenſes ſcriptis*: De Catharis refert Godefridus, *inquit*, in annalibus hujuſmodi hiſtoriam. Hoc etiam anno milleſimo centeſimo ſexageſimo tertio, quidam hæretici, de ſecta eorum qui Cathari nuncupantur, de Flandriæ partibus Coloniam advenientes, prope civitatem in quodam horreo occulte manſitare cœperunt. &c. *Vnde venit Mediolanum fere in obſcuro eſt: & qui aliquid hac de re pronuntiant, ex conjecturis magis quam certo teſtimonio agunt. Petrus Puricellus, lib.* 1 *de monumentis baſilicæ Mediolanenſis, credibilius eſſe arbitratur, Catharos Mediolanum è Germania, & nominatim è diœceſi Colonienſi adveniſſe. Movet illum præcipue, quod ſcriptor Vitæ S. Galdini cum Gravina dicat, hanc hæreſim Mediolani tempore ſchiſmatis Fredericiani pullulare cœpiſſe, quod eodem tempore diœceſim Colonienſem infectam tenuerit; quod inde Reinaldus Colonienſium Archiepiſcopus & Frederici Cancellarius contra Mediolanenſes militem eduxerit; inter quos extitiſſe aliquos his erroribus afflatos, maxime cum bellum contra Pontificem & Pontificios eſſet gerendum, haud quidem videri dubium debet: quamquam, ut idem Puricellus ex Morena narrat, Reinaldus nonniſi cum quingentis militibus advenerit, ipſemet Catharorum hoſtis: quod etiam ex Eckberto & Ægidio Gelenio lib.* 3. *de Colonia ſacra manifeſtum fit.*

& Mediolanum advenerint?

F *an ex Gallia?*

6 *Forte, tempore etiam ejuſdem ſchiſmatis aut ante, Cathari iſti è vicina Lombardiæ Gallia prodierunt. Conſtat enim ex Baronio & S. Bernardo ſerm.* 65 *& præcipue* 66 *in Cant. in Gallia, & maxime circa Albigium & Toloſam, anno* MCXLVII *hæreticos extitiſſe, homines viles & populares; quibus eadem dogmata erant quæ juxta Eckbertum profitebantur Cathari Colonienſes; & juxta Michaelem Pium lib.* 1. *de Progenie S. Dominici, Cathari etiam Mediolanenſes, à quibus interfectus eſt S. Petrus. Alexander* III *anno tertio poſt mortem S. Galdini, hoc eſt Chriſti* MCLXXIX *eos ſub nomine Catharorum ac Publicanorum damnavit in Concilio Lateranenſi: in quo cap.* 27 *ſequentia referuntur*: Quia in Guaſconia, Albegatio (ſive Albigeſio) & partibus Toloſanis hæreticorum, quos alii Catharos, alii Patrinos (aliter Patarinos *aut* Patarenos) alii Publicanos, alii aliis nominibus vocant, invaluit damnoſa perverſitas, ut jam non in occulto, ſicut aliqui, nequitiam ſuam exerceant, ſed ſuum errorem publice manifeſtent &c. *Inter eorum autem deliramenta ſunt etiam omnes errores* Petri de Bruiz, *qui anno* MCXXVI *in iſtis partibus hæreſim ſuam diſſeminavit.* Hæres nequitiæ ejus

A an reliquiæ Albigenſiũ ? ejus (*ut contra utrumque in epiſtolis ſuis ſcribens Petrus Cluniacenſis loquitur*) Henricus quidam, *ex monacho apoſtata factus anno* MCXLVII, *plures adjecit : ambo primi auctores Albigenſium. Hinc probabile efficitur id quod Maluenda in Annalibus Dominicanorũ ad annum* MCCXXI, *& Nicolaus Sanderus lib. de viſibili monarchia Eccleſiæ ad annum* MCLIX, *ajunt, Catharos Lombardiæ* non propriam hæreſim condidiſſe, ſed Henricianorum portionem eſſe; ac forte eosdem cum Albigenſibus ; *quo facit etiam vel maxime, quod à Zaccono dicti Cathari nominentur* Albanenſes, *ab Albigio nempe, quæ* Alba *etiam* Auguſta *dicitur. Ab Albigenſibus itaq; in Lombardiam prorepſiſſe Catharos, ab Albigio in interiorem Galliam, è Gallia in Flandriam, è Flandria in diœceſim Colonienſem credibile eſt : unde autem acceptum videatur ipſum* Catharorum *nomen, diximus ad Vitam S. Galdini* XVIII Apr. *litt.* n

§ II

Officium Inquiſitoris S. Petro demandatum, mors pro fide allata.

Animatus contra eos à Chriſto

7 CVm *his itaque hæreticis acerrimum S. Petro bellum fuit ad illud contra eos gerendum animato, ut traditur, ab loquente ipſo ex cruce Chriſto, & hujus non ſemel ſanctiſſima matre : à qua audire meruit id quod olim à Salvatore noſtro S.* Petrus ; rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua. *Florentiæ pro concione tantum in illos odium concitavit ; ut cives arreptis è veſtigio armis omnes urbe expulerint. In cujus rei memoriam vexillum ibidem extat, & quotannis ſolenni pompa Sancti feſto per urbem circumfertur, quod ipſe crucis ſigno inſignitum præferendum tradiderat pugnaturis. Sodalitatem ibidem virorum nobilium inſtituit, ad ſimile impoſterum bellum ſi opus foret proſequendum ; in cujus ſumptum ex hæreticorum bonis fundos fuiſſe coëmptos, Rechac eſt auctor in Vita ; addens S.* Petrum *præfuiſſe ſuis in Conventibus, Placentino, Genuenſi, Eſtenſi, Ieſino, & Comenſi.*

B *expellit Florentia:*

variis locis apud ſuos præfecturas obit

8 *Cum vero inſignis ejus doctrinæ ac ſanctitatis fama percrebreſceret magis, nec lateret ipſius aulam Pontificis ; ab hoc contra hæreticorum peſtem Mediolano Inquiſitor datus fuit. Factum id fuiſſe anno* MCCLII *aſſerit Eymericus part.* 2 *Directorii : ſed citius ad eam dignitatem evectum fuiſſe, & muneris poteſtatem exercuiſſe, anno ſcilicet* MCCXXXII *aut circiter, ex Corio conſtat : qui ad annum* 1233 *ita loquitur :* Præturam gerente apud Mediolanenſes Oldrado Treſſeno, multa ſancita fuere in hæreticos, quemadmodum authenticæ nobis tabulæ, ex quibus ſequentia ſunt, teſtantur: In nomine Domini, anno ab incarnatione ejuſdem MCCXXXIII, die veneris, decimo quinto ſeptembris indictione VII, Prætore Mediolanenſium Oldrado Treſſeno, Frater Petrus Veronenſis ex Ordine Prædicatorum (qui poſtmodum inter Divos relatus fuit, per facultatem ei à Pontifice datam, ut teſtantur confectæ anno MCCXXXII ſuper hoc litterę, quibus Obizo Scazagus urbis Mediolanenſis tabellio ſubſcripſit; itemq; ex poteſtate illi à populo Mediolanenſi facta, ut ex aliis eodem anno à Singhimbaldo de la Trore urbis Cancellario ſubſignatis patet) ſtatuit ac mandavit, ut inter alia Reipublicæ ſtatuta infra ſcripta capitula referantur, quæ in epiſtola ſummi Pontificis ad eumdem Fratrem Veronenſem miſſa continentur : per quam excommunicantur atque anathematizantur omnes hæretici Cathari, Patareni &c. *Hæc Corius, corrigendus in numero anni Chriſtiani, quem fuiſſe* MCCXXXIV, *non* III *convincunt characteres diei & indictionis, litteram Dominicalem A exigentes. Interim quia à Thoma de Lentino aliisque Vitæ ſcriptoribus conſtanter dicitur, Inquiſitor Mediolanenſibus ab Innocentio* IV *datus, qui ſummum Pontificatum anno* MCCXLIII *ſuſcepit videtur poteſtas conceſſa à Gregorio* IX, *qui in Pontificatu anno Domini* MCCXXXII *vixit, ſubinde ab Innocentio* IV *confirmata fuiſſe : uti in Raynerio Zaccono factum, quem Inquiſitorem ab eodem Innocentio inſtitutum, confirmavit Alexander* IV, *quemadmodum ex ejuſdem Alexandri epiſtola patet, quæ incipit :* Cum felicis recordationis.

Inquiſitor Mediolani anno 1232 conſtitutus

C

à Gregorio IX.

D *confirmatur ab Innocentio IV.*

6 *Odericus Raynaldus munus Inquiſitoris* S. Petro *collatum fuiſſe aſſerit ab Innocentio* IV, *anno* MCCLI *pro ditione Cremonenſi : verba, ad annum* 1252 *chronologiæ, hujuſmodi ſunt :* Pontifex, ad evellendum enaſcens zizanium ex agro Dominico, cenſores fidei pleriſque in locis inſtituerat, atque anno præterito inter ceteros Petro Veronenſi, Prædicatorum magiſtro, defendendæ Religionis cauſa contra hæreticos provinciam, ut vidimus, commiſerat. *Affert deinde ejuſdẽ Innocentii epiſtolã, qua S. Petro & Viviano Bergomenſi, utriq; ex Ordine Prædicatorum, hanc dignitatem confert : ſub cujus medium ita* Pontifex *loquitur :* Olim, enim, dum vivebat perfidus ille tyrannus, non potuit libere contra hujuſmodi peſtem, præcipue in ipſa Italia, eo impediente, procedi ; cum non impugnaret, ſed foveret potius peſtem ipſam. De qua cum evidenter haberetur ſuſpectus, exigentibus nihilominus aliis multis & enormibus ſuis exceſſibus, fuit à nobis in Lugdunenſi Concilio condemnatus. Ideoque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, in remiſſionem veſtrorum peccatorum injungentes, quatenus hujuſmodi fidei negotium quod principaliter reſidet cordi noſtro, totis aſſumentes affectibus & ferventibus animis proſequentes, Cremonam perſonaliter accedatis (cũ & per alias civitates & alia loca Lombardiæ diſcretos alios, ad exequendum idem negotiũ, duxerimus deputandos) & ad extirpandã de civitate ipſa & ejus diſtrictu hæreticam pravitatem, ſolicite & efficaciter, præhabito diœceſano concilio, laborantes ; ſi quos ibidẽ pravitate ipſa culpabiles inveneritis, vel infectos ſeu etiã infamatos, niſi examinati velint abſolute mãdatis Eccleſiæ obedire, contra ipſos & receptatores, defenſores ac fautores eorum, humano timore poſtpoſito juxta ſanctiones canonicas auctoritate Apoſtolica procedatis; invocato ad hoc contra eos, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis &c. *Datæ fuerunt hæ literæ Genua, Pontificatus Innocentii anno* VIII, *idib. Iunii, qui cum anno Domini* MCCLI *idem erat.*

idem munus Cremonæ exercet :

poteſtate accepta per diploma Pontificium :

E

item Florentiæ,

10 *Florentiæ quoque Inquiſitoris munere functum, ex Taëgio conſtat in Vita, & ſuffragatur Sancti Martyris in ea urbe factum, de quo ſupra. Idem munus Comi exercuit, Franciſco Bellarino teſte in compendio Chronici Comenſis ; qui cum Seraphino Razzio in Vita, & Petro Maria Campi in Hiſtoria Eccleſiaſtica Placentinorum aliisque, vult S.* Petrum *Inquiſitorem generalem fuiſſe per totam Lombardiam. Sive autem immediate ab ipſo hoc habuerit Pontifice, ſive à Generali vel Provinciali ſui Ordinis, nobis non conſtat.* Penes *Generalem ac Provinciales hæc poteſtas ſaltem erat, ut ipſi quos vellent Inquiſitores conſtituerent : uti Michael Pius refert lib.* 1 *de vitis virorum illuſtrium S. Dominici part.* 2 *ex Bulla quadam Innocentii* IV, *quæ incipit :* O-dore ſuavi : *in qua habentur ſequentia :* Quod Generales & Provinciales Ordinis inſtituere poſſint Inquiſitores, illosque pro arbitrio ſuo amovere aliosque ſubſtituere. *Quod privilegium Pius anno* MCCXLIV *adſcribit.*

Comi, totaque Lombardia.

F

hæretici in necem ejus conjurant

11 *Inquiſitoris itaque poteſtatem cum Mediolani Sanctus Martyr exerceret in obſtinatos ; illi ut moleſtis quæſtionibus atque judiciis ſe liberarent, emptis ſicariis necem illi machinati ſunt. Quæ quemadmodum, quando, & ubi conjurata & allata ei fuerit, tranſcribimus ex Triſtano Calcho Mediolanenſi, profitente Hiſtoriæ ſuæ lib.* 15, *quod viderit eorum confeſſiones; & acta in publicas relata tabulas commemorat, proindeque rem, quæ perſtricta ab aliis ſit jejune, copioſius ſe referre. Ita autem ille ad an.* 1252. Diximus ſupra duos Inquiſitores, Petrum Veronenſem & Raynerium Sacconum Placentinum, in Longobardis verſari cœpiſſe; & Apoſtolica auctoritate hæreticos, quorum plurimas

plurimæ ſectæ inoleverant, exagitare prædicatio-
A nibus, miraculis terrere; atque alios ad bene ſentiendum de Chriſto convertere; alios, à quibus inſana & perverſa opinio depelli non poterat, condemnare; damnatos magiſtratibus ad pœnam luendam tradere: ab iis vel perpetuis carceribus macerabantur, multi ignibus addicebantur. Aſſidua hæc & acris inſectatio pleroſque in necem Prædicatorum armavit.

12 Forte ejus anni Quadrageſimam Petrus Comi, Papiæ alter exercuit; & interim Mediolani conjuratio in eos inita eſt hoc modo. Gluſſianum oppidum eſt, medio fere ſpatio inter Mediolanum & Comum, paululum à recta via diſtans; hinc non ignobilis familia cognomen in urbe tenet. *præcipue Stephanus Confalonerius, Clironus & Sachella:* Eo, paucis ante Reſurrectionem Chriſti diebus, acceſſit, Stephanus Confalonerius, Aliato vico oriundus, rei conſcius; ſtatimque convenit Manfredum Clironum Gluſſianenſem, in horto, ut fit, ſub occaſum ſolis, diverſantem; & Quid cenſes, inquit, Credentes de Mediolano (ſic factio perverſa cognominabatur) tollere è medio Fratrem Petrum Veronenſem, cujus eloquentia & vi dicendi indies labefactati imminuuntur, decreverunt: nam niſi ea ratione vitæ ſuæ proſpicere non
B poſſunt. Quid tibi videtur? Prudenter, inquit, facturos cenſeo. Ergo, ſubjicit Stephanus, ambo Mediolanum eamus, & quæ negotio neceſſaria ſunt tranſigamus. Profecti, Guidotum Sacchellam conveniunt, & de re appellant. Is quinque & viginti libras nummûm promptas ſe habere dicit. Inde Jacobum, cui nomen à Cluſa portæ Jovis erat, allocuti, tantumdem pecuniarum paraſſe cognoſcunt, atque inſuper eum Papiam conceſſurum ad alterum hoſtem conficiendum.

13 Ita pacti pretium Stephanus & Manfredus, *à quibus percuſſores conducti* Gluſſianum ad parandum percuſſorem redeunt; moxque Jacobus cum pecunia adfuit, numeratas quadraginta libras, nummis totidem denariis ratione menſæ deductis, ſacculo obſignant & Fatio Gluſſianeo ſequeſtro tradunt, Manfredo repræſentandas, cum impendens facinus patratum foret. Idem Jacobus Papiam maturat. Manfredus autem Petrum Balſamum, qui Charinus vulgo dicebatur, pecuniæ ſpe propoſita & magnorum virorum gratificatione declarata, ad necem inviſi hominis invitat. Charinus haud abnuit, ſed ſe ſolum hanc operam navare non audere dicit, optareque ſocium. At quem? Albertinum Porrum, cognomento Migniffum, è Lentate propinquo vico. At
C *Charinus & Albertinus,* hunc minime adhibendum, Manfredus repetit, quia ejus exilio mulctandi auctor ipſe fuerat. Abſiſte, inquit Charinus, metu iſto; omne periculum, ne tu hujus criminis unquam accuſeris, ego præſtabo: quia neque Albertino, nec cuipiam alii, te hæc ſcire, dicam. Age ergo, inquit Manfredus, & ut lubet facito.

14 Sic dimiſſi Paſchæ ſolennes dies elabi patiuntur. Tunc Manfredus & Stephanus Comum proficiſcuntur, nec ita multo poſt Charinus affuit, ſed ſolus; ut qui ex compoſito Albertinum domi reliquerat, ubi commoda occaſio peragendi ſceleris futura videbatur. Ampla inerant nemora & ſolitudo latronibus apta. Triduum morati ſunt Comi. Subinde Charinus à diverſorio ipſo Fratris Petri ſciſcitabatur, quando is foret digreſſurus, ut Mediolanum peteret. Cumque diſceſſiſſet ante lucem ejus diei, qui primus à Paſcha *ipſum pe-rimunt* Sabbatinus & menſis Aprilis ſextus erat; Charinus à Manfredo ut equum ſuum ſibi commodaret, quo celerius abeuntem conſequeretur, efflagitavit. Sed eo excuſante equum manifeſto indicio ſui eſſe poſſe, pedes abiit; & illum conſecutus, eo quo ſocius expectabat loco, gemino vulnere con-
D fecere. *Hactenus Calchus: ex cujus ſententia obiit S. Petrus palma donatus martyri ſexta Aprilis, ſabbato ante Dominicam dictam in albis. Pius, Razzius, Rehac cæſum ajunt quinto Aprilis, in ſextum interim propendet Razzius, propterea quod hic ſepulcro ſit inſcriptus. Sed extra controverſiam id impoſterum erit, ſi quæratur in quem diem iſto anno, hoc eſt* MCCLII, *Paſcha inciderit; incidiſſe autem in* XXXI *Martii invenietur: à quo ſi numerando uſque ad ſabbatum ante Dominicam in Albis proceſſeris, cui diei omnes obitum adſcribunt, in ſextam Aprilis incides* an. 1252, 6 Aprilis

15 *Paſſim etiam ajunt ſcriptores Vitæ*, S Petrum, *cum jam ex vulnere animam ageret, Symbolum fidei, quod ſeptennis olim contra hæreticum patruum propugnaverat, qua licuit voce recitaſſe: cujus rei Triſtianus non meminit, ſed pergit eadem narrare in hæc verba*: Vulnus unum in capite illatum fuit, vaſto hiatu, cranio aperto, pondere impactæ falcis, quæ in duo cornua more lunæ ad cuſpidem creſcens adhuc ſervatur; alterum in humeris, pugione infixo. Simul Dominicum, *cum ſocio Dominico* Petri ſocium, lethaliter confoſſum, juxta mortuum reliquere. Locus in quo id facinus perpetrarunt Ferona vocabatur, ſitus inter Barlaſſinam Boy-
F ſiumque, ac Medam & Seviſum vicos. *Ioannes Garzo, in Vita apud Leandrum Albertum, ſecundum vulnus, in quo animam exhalavit Sanctus, lancea per latus adacta factum ſcribit: Thomas de Lentino apud Taegium ſolius gladii meminit: ſed qui formam gladii coram viderit, mucrone idoneo carentis, cognoſcet aut ſica aut lancea opus fuiſſe, ut mors per latus inferretur. Porro cum certum ſit, S. Petri mortem in annum Chriſti* MCCLII *incidiſſe, conſequens erit ex iis quæ ſupra de anno nativitatis, itemque de ætate qua religioſum habitum induit, pronuntiavi mus; vitam eum finiviſſe anno ætatis ſuæ quadrageſimo ſexto vel ſeptimo, initæ vero Religionis anno trigeſimo primo vel ſecundo.* *symbolum recitatum* *anno ætatis 46 vel ſequenti.*

16 *Quid autem à cæde ſit factum ita proſequitur Calchus*: Non ita multo poſt, *inquit*, ſupervenientes viatores rem atrociſſimam vident: ſpirantem adhuc Dominicum Medam deferunt, ubi is ſexto die penitus defecit. Mox totis finibus fama devolat, virum religioſiſſimum ejuſque comitem obtruncatos in via Comenſi fuiſſe. Attonita civi- *corpus ad S. Simplicianum delatum,* tas atrocitate ſceleris aliquantulum ſtetit; tum miſſis qui cadaver curarent, ſepeliendum ad urbem retulerunt; & in æde Simpliciani, quæ ſuburbana eſt, tantiſper repoſuerunt. *Hoc ſcilicet ſanctus Martyr prædixerat: nam cum illi Comenſes iter diſſuaderent, propterea quod imminutis è febri viribus eo die perventurum Mediolanum diffiderent, reſponſum dedit*: Si minus appellere Mediolanum hodie poterimus, certe ad S. Simpliciani pernoctabimus. *Pergit Triſtanus*: Poſtero die, funebri pompa inſtructa per mediam urbem, proſequente omni civium Religioſorumque Ordine, ad Euſtorgianum templum, quod ſui Ordinis Fratres tenent, tranſlatum eſt. *inde Mediolanum, ſepelitur in S. Euſtorgio.*

17 Non ita multo poſt, neſcio quo indicio aut ſuſpicione delatus, ſicarius Charinus comprehenditur: ad Prætorem Petrum Advocatum, ut cauſam in vinculis dicat, retrahitur. Producta res *percuſſor Charinus à carcere elapſus* fuit in decimum diem, quo præter omnium ſpem & opinionem carcere evaſit. Datum in id ingens pretium Prætori cuſtodibuſque ſuſpicata ſtatim civitas eſt, & proinde populari tumultu concurſum in palatium eſt; & direptis opibus, Prætorem ipſum cum tribus judicibus & apparitoribus reos fraudis ad tribunal Archiepiſcopi ſtatuunt, ac magiſtratu omnino abdicant, ægre eis vita conceſſa. Interim alter carnifex Albertinus,

non auſus ipſe comparere, Huncelerium patrem ſubmiſit, qui depactam pecuniam à ſponſore Manfredo Olirino repeteret: nam is ſtatim à Fatio ſequeſtro acceperat. Sed is ſeu amore argenti, ſeu indicium contra ſe metuens, conſtanti vultu negavit ſe quidquam earum rerum habere: ita, quam merito debuit, humani ſanguinis emptor mercedem retulit.

18 Deinde unus ex conjuratis, Daniel Gluſianeus, pœnitentia ſceleris ductus, Ordinem defuncti Religioſi ingreditur, ſeque totum diſciplinæ ejus dedit, atque ex officio conſcios nominavit. Hinc capti Manfredus & Fatius rem geſtam in vinculis apud Inquiſitores Euſtorgiani cœnobii enarrarunt. Charinus autem ex fuga Forum-Livium ſe contulit, ubi facti ſui pariter pertæſus, eamdem Religionem ingreditur; & tanta acerbitate ſe ſponte maceravit, ut cæleſtis gratiæ emeritæ & reconciliati numinis divini manifeſta ſigna viderit: & propterea memoria ejus conſecrata, & marmoreo ſepulcro, quod adhuc extat, honeſtata fuit. *De Charino tamen accuratius paulo Seraphinus Razzius*: Charinus ille, *inquit*, qui S. Petro Martyri necem attulit; cum audiſſet late miraculorum ejus famam divulgari, judiciorum atque mortis metu, ex territorio Mediolanenſi fuga Forum-Livium ſe proripuit: ubi morbo correptus, atque ad commune urbis noſocomium delatus, cum à ſancto quodam viro ſacramento Confeſſionis expiaretur, pœnitentiam pro ſceleribus impoſitam habuit, ut quoniam ſancto ac Religioſo viro vitam eripuiſſet ipſe, ſuam Religioni conſecraret: quod perlubenter, ubi valetudinem recuperaſſet, facturum ſe promiſit. Promiſſi reus ad noſtrum deinde ejuſdem urbis Conventum venit: in quem admiſſus, habitum inter Fratres induit quos Converſos vocamus. Ubi pie poſt ſanctam vitam mortuus, & patratis ſubinde miraculis clarus, humatus fuit in templi ſacrario, quamquam ipſe terræ alicubi ſub gradibus infodi poſtulaverat. In cœnobium ſi cam ſecum intulit, qua ex S. Petro, poſt primum inflictum ſecuri vulnus adhuc ſpirante, animam expulerat. Ea ibidem in cuſtodia etiamnum, &, tamquam necis inſtrumentum, in veneratione eſt. *At qui ſuis ipſum viderint oculis, negabunt ſicam dici, aut punctim inflictum vulnus eo confici potuiſſe: eſſe enim omnino acinacis inſtar recurvum telum, quale infra deſcribitur in loco cædis ſervari; & in fine quadruplo latius quam eſt ad capulum, ſecuris dici non abſurde poteſt. Quare cum patrata cæde captus fuerit Carinus; nec credibile videatur, ſuum ei in carcere relictum gladium; veroſimilius dixeris eum quo accinctus Forolivium venit, forma quidem ſimilem fuiſſe priori, juxta illius temporis conſuetum uſum, ſed non eumdem quo cædes patrata; ſervatum tamen ad memoriam facti, & ſic credi cœpiſſe quod idem foret.*

Ordinem S. Dominici ingreſſus

Sancte obit.

§. III.

Canonizatio S. Petri, cultus ei per totam Eccleſiam decretus, & quare in Ordine Servorum B. Mariæ.

canonizatur S. Petrus anno 1253.

corpore imputri adhuc invento,

19 *Lapſo nondum poſt mortem anno, cum multis indies* S. *Petrus miraculis clareſceret, peremptumque fuiſſe in odium fidei in confeſſo eſſet, ab Innocentio* IV *Peruſiæ Sanctis adſcriptus fuit; anno videlicet* MCCLIII, XXV *Martii; qua ſuper re confectum à Pontifice diploma, Taëgius Vitæ, infra à nobis dandæ, inſerit. Corpus quod annum & amplius in S. Euſtorgii humili conditum loco jacuerat; anno eodem* MCCLIII *exhumatum, prorſus imputre apparuit; & poſteaquam diebus aliquot publicæ piorum venerationi manſiſſet expoſitum, in arcam marmoream tranſlatum fuit, capite ſeorſim recondito. Hanc arcam ſanctus Martyr iſtiuſmodi uſibus olim deſtinandam prædixerat; cujus vaticinii memor Abbas S. Simpliciani, lubens eam dono ad hoc dedit. Eodem quo hæc agebantur tempore, Richerius, Senonienſis in Voſago cœnobii monachus, ſcribebat librum 4 Chronici, editi per Lucam Acherium tomo 3 Spicilegii, cujus libri Caput 35* de S. Petro Mediolanenſi novo Martyre, *hic addendum videtur, propter teſtimonii antiquitatem; nec enim niſi unum poſtea librum addidit auctor, eum finiens cum initiis Vrbani* IV, *anno* MCCLXI *electi: ſic autem habet.*

& à ſcriptore Chronici Senonienſis laudatur.

20 Quia temporibus noſtris & noviſſimis ſeculi diebus, ſicut per Prophetam promiſit, Dominus Deus innovat ſigna & immutat mirabilia; unum de iiſdem ſignis novis mox recitare non pigebit. In Longobardia eſt quædam civitas, quæ Mediolanum appellatur, in qua Fratres Prædicatores habitare dicuntur. Cum illis vero Prædicator quidam, Petrus nomine, habitabat, vir egregius & ad prædicandum doctiſſimus. Hic etiam Petrus, ut talentum ſibi creditum cum multiplici fœnore Domino ſuo reportaret, quotidie prædicationis officio inſiſtebat. Enimvero quia apud Mediolanum à priſcis temporibus hæretici habitare conſueverant, iſte Frater Petrus, quia adhuc videbat in eadem civitate quoſdam tribulos hæreticorum pullulare, quotidie eoſdem hæreticos in prædicatione ſua viriliter impugnabat; & ut eos ad viam veritatis reduceret, modo blandimentis vel exhortationibus, modo increpationibus vel vituperiis, corripiebat. Sed quia, dicente Scriptura, in malevolam animam non intrabit ſapientia, cordibus induratis, ſicut aſpis ſurda contra incantatorem, ita & iſti hæretici contra prædicationis incantationem obturabant aures ſuas: & ſicut Judæi in B. Stephanum, ita & iſti in Fr. Petrum dentibus fremebant: & ſi eum extra civitatem invenire potuiſſent, non minus quam Judæi Stephanum, iſti Petrum lapidarent. Quid plura? arcum ſuum intenderunt, ut ſagittarent in occulto immaculatum, id eſt inſidiabantur ei, ut eum morti traderent ſi poſſent. Verumtamen quia in aperto ei nocere non audebant, diſpoſuerunt ei inſidias ponere. Erat enim quidam vicus in civitate (*imo inter civitatem Mediolanenſem & urbem Comum*) per quem ire & redire ſolebat, cum ad prædicationem iret vel rediret. Et cum Deus famulum ſuum, invictum veritatis pugilem, donativo gloriæ cæleſtis remunerare vellet, raptus eſt ne malitia mutaret intellectum ejus, aut fictio deciperet animam ipſius. Et vere raptus: nam cum quadam die à civitate, *Comenſi ſcilicet*, *Mediolanum* reverteretur, & per vicum illum ſicut ſolebat tranſire vellet, illi miſeri, qui arcum inſidiarum tetenderant, quaſi ſagitta de occultis inſidiarum proſilientes, ſagittaverunt Petrum illum immaculatum, id eſt armis ſuis interfecerunt: & ita conſummatus in brevi complevit tempora ſua, placita enim erat Deo anima illius. Fratres vero Prædicatores, audita morte illius, ultra modum indoluerunt, quia potentior omnibus erat in ſermone: & peractis debitis obſequiis, tumulo honeſto cum canticis & hymnis ſpiritualibus eum ſepeliverunt. Et ut Deus Martyris ſui merita mundo declararet, & ut illi infeliciſſimi hæretici confunderentur, tantam ei gratiam conferre dignatus eſt, ut quicumque debiles, quicumque infirmitatibus detenti ad tumulum ipſius Martyris accederent, à malis omnibus liberarentur. Et ita Deus temporibus noſtris ſervos ſuos magnificare non dedignatur.

tamquam hæreticorum malleus,

verus Martyr,

ac miraculis clarus

21 *Poſt*

A

iterum trãsfertur corpus an. 1340

21 *Poſt primam corporis Tranſlationem lapſis annis* LXXXVII, *facta eſt alia ſolennior Tranſlatio, penultimo Hugonis Gallici anno, Chriſti* MCCCXL, *coram Generali totius Ordinis conventu, Mediolani coacto: de qua ita ſcripſit Ambroſius Taegius*: In hujus Capituli celebratione glorioſi B. Petri M. corpus de arca antiqua, in qua in prima tranſlatione fuerat poſitum, tranſlatum fuit in arcam marmoream novam & ſolennem, non ſine miraculorum coruſcatione; præſente D. Joanne Vice-Comite Archiepiſcopo Mediolanenſi, Magiſtro Ordinis, ceteris definitoribus Capituli & aliis Fratribus quamplurimis, Principibuſque ac multis nobilibus. Multi namque ad hujus arcæ fabricationem de diverſis mundi partibus largas tranſmiſere eleemoſynas. Nam Dominus Rex Cypri cum Domina Regina miſerunt ducatos trecentos auri: Nobilis quidam de præfato regno ducatos centum auri: Dominus Archiepiſcopus Mediolanenſis præfatus ducatos quinquaginta auri: Dominus Aro Vice-Comes, tunc Mediolanenſis Princeps, ducatos quinquaginta auri & currus ſexaginta calcis, pro caſtello in terra fundando, ſuper quod arca poſita eſt; ducatos viginti auri pro ipſa arca deauranda: qui omnes in cooperculo arcæ ſculpti

B

ſunt: Dominus Eraſmus Bogia ducatos triginta auri; multique alii nobiles & devoti ex Francia, Alemannia, Anglia & Italia, & maxime Mediolanenſes, pro hoc tam pio opere & devoto, largas contulerunt eleemoſynas. Expenſi autem ſunt pro dictæ arcæ fabrica circa ducatos bis mille auri. Artifex autem prædictæ arcæ fuit quidam magiſter Ioannes Piſanus, excellentiſſimus in arte ſculpendi illius temporis; quam in tribus annis, poſtquam eam incepit, ad finem uſque perduxit. *Hac ille.*

caput ſeorſim an. 1651

22 *Capitis item anno* MDCLI *Mediolani ſolenniſſime factam Tranſlationem, è ſocietate noſtra P. Ioannes Baptiſta Verax in hac verba ad nos perſcripſit*: Reverendi PP. Dominicani in hac civitate, die præteritæ Dominicæ, ſolenniſſimam tranſlationem fecerunt capitis S. Petri Martyris, longo celeberrimoque agmine. Apparatus fuit feſtiviſſimus. In via ſeptem altaria erecta viſebantur, arcus triumphales & palmetum elegantiſſimum, ubi fuit peremptus. Interfuere octo Inquiſitores, qui Biretum geſtabant more Presbyterorum; & quæ dicunt Itali la mozzetta. Quatuor ex illis deferebant ſuſtentaculum, in quo eminebat ſanctum Caput, incluſum argento egregie elaborato, cum cryſtallo, varia inter clangores tubarum muſica perſonante. Ad finem diei finita eſt ſupplicatio, tota concurrente civitate. Laus Deo ſanctoque Martyri. *Nos cum anno* MDCLXII *Italiam peragraremus, experti humanitatem R. P. Prioris Conventus Mediolanenſis, corpus in ſumptuoſo ſplendidoque tumulo reconditum aſpeximus; caput vero ſeorſim eleganti in ſacello, incluſum vaſi ſplendenti ex auro & cryſtallo, quod Prætoriæ quondam Turcicæ pro laterna fuerat.*

C

cultus ei decretus ritu modo duplici modo ſemiduplici;

23 *Cultum ei per univerſam Eccleſiam idem Pontifex, qui Sanctis adſcripſerat, decrevit, dato ad hoc duobus poſt annis ſpeciali diplomate, etiam relato in Vita per Taegium: qui cultus ritu modo duplici, ut Eccleſia vocat, modo ſemiduplici inſtitutus, ne ſi in die obitus recoleretur, in feſta paſchalia frequenter incurreret, juſſu Innocentii, hunc* XXIX *Aprilis obtinere cœpit. Ritus duplicis Franciſcus Peña in commentariis ad directorium Eymerici in hæc verba meminit*: Poſtremo ſciendum eſt, Romæ die XXIX Aprilis hujus B. Petri Martyris feſtum duplex, & de eo capellam ſolennem in eccleſia S. Mariæ ſupra Minervam à Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus Inquiſitoribus Generalibus, & aliis ſanctæ Inquiſitionis Officialibus, ſingulis annis celebrari. Sixtus vero V Pontifex Maximus, anno Incarnationis Dominicæ MDLXXXVI idibus Aprili, ejuſdem diem natalem ſub eodem duplici Officio ab omnibus Eccleſiaſticis celebrari & recitari juſſit, conſtitutione quadam incipiente, Sanctorum Chriſti militum. *Scribit tamen Gavantus, in Rubricas Breviarii Romani, feſtum S. Petri, quod Sixtus V cum officio apud omnes duplex eſſe voluerat, Clementem VIII juſſiſſe iterum ſemiduplex eſſe. Iam vero anno* MDCLXX *Clemens X per totam Eccleſiam Duplex impoſterum eſſe voluit, qua ſuper re ſacræ Congregationis Rituum hujuſmodi literæ ſunt.* Urbis & Orbis, Sanctiſſimus D. N. Clemens X, ad preces ſibi porrectas per Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Barberinum Decanum, nomine Congregationis ſanctiſſimæ Inquiſitionis, benigne indulſit, ut impoſterum Officium S. Petri Martyris Ordinis Prædicatorum, quod hactenus ſub ritu ſemiduplici ab Eccleſia univerſali recitatum eſt, ſub ritu duplici recitetur, & ſub eodem ritu in Breviario apponatur, ab omnibus qui ad horas canonicas tenentur, tum ſecularibus tum Regularibus utriuſque ſexus, de præcepto recitandum die XXIX Aprilis, & ita ſervari mandavit. Die XXVI Julii MDCLXX.

anno 1670 ritu per totam Eccleſiam Duplici;

D

obſervantia ordine Servorum Mariæ

24 *Ordo tamen Servorum B. Mariæ S. Petro Officium inter Sanctos ſuos duplex ſemper recitavit, eique in triclinio præcipui cœnobii, de Monte-Senario dicti; ſingularis pietatis cauſa ſtatuam erexit: cujus facti rationem in Annalibus dicti Ordinis Archangelus Gianius hujuſmodi reddit*: Jam defuncti, *inquit*, Cæleſtini Pontificis teſtimonio variiſque colloquiis in Romana curia, Servorum B. Mariæ Virginis fama diffuſa, ad omnium fere Prælatorum aures pervenerat. Cum Sinibaldus Cardinalis de Fliſco, poſt difficilem illam diuturnamque vacationem Sedis, in Summum Pontificem Anagniæ apud Hernicos VIII Kalend. Junii electus, anno MCCXLIII, ut hujus Ordinis ſub titulo Beatæ Virginis exordia agnoſceret, Petro Veronenſi, Apoſtolicæ Sedis per totam Italiam Inquiſitori vigilantiſſimo, Florentiam adventanti, negotium hoc inter alia demandavit; ut neotericorum quorumdam ea in urbe Religioſorum, ſub titulo Servorum B. Mariæ Virginis nuper excitatorum mores & inſtituta diligenter inquireret; & an eſſent tolerandi, an potius, juxta decretum Concilii Lateranenſis ſub Innocentio III, abolendi, cenſeret. Cum e-

quorum inſtitutum mandato Innocentii 4

F

nim Chriſtiana reſpublica, non ſolum inſurgentium quotidie hypocritarum & hæreticorum fallaciis ſub ſpecie pietatis vexaretur; verum etiam patre & paſtore diutius orbata, quaſi corpus acephalon in deteriora quotidie cæcutiens eo prolapſa fuiſſet, ut ſumma Catholicæ fidei in maximo reperiretur periculo; opus fuit ut Innocentius IV, vix ad apicem Apoſtolatus evectus, circumſpiceret undequaque, & tot ingruentibus malis valida objiceret hujuſmodi ſanctæ Inquiſitionis remedia ad corrigendos errores. Nam ex ea vivendi licentia, quæ Frederico II auctore per totam fere Italiam irrepſerat, veluti ex peſſima radice tot hæreſes (quæ facile ex nimia agendi libertate & libidine frequenter inſurgunt) proſilire videbantur, quod ſenſim depravatis moribus inficeretur Eccleſia. Cumque eo deveniat quandoque verſutia diaboli, ut etiam ſub ovina pelle luporum malitia contegatur, ab ea Pontificis & Inquiſitorum ſuſpicione & vigilantia non eximebantur etiam novi Religioſi. Eo ſiquidem tempore vigebant etiam inter pſeudoreligioſos quædam hæreſes Albigenſium, Pauperum de Lugduno Pſeudo-apoſtolorum, Guillelmi de ſan-

A cto amore, Flagellantium ſe; & hujuſmodi alii: qui dum ſuas ſectas ſub ſpecie pietatis & religionis latius diſſeminare curarent, non verebantur etiam ipſos Religioſos & præcipue mendicantium Ordines perturbare, ac funditus ſi potuiſſent evertere.

examinatum valde probat,

25 Petrus igitur Veronenſis ex Ordine Prædicatorum, vir non minori ſanctitate quam virtutibus & doctrina refertus, per totam Italiam, cum omnimoda poteſtate arguendi peſſimos mores & hæreticas pravitates inquirendi coercendique, à Pontifice deſtinatus; dum Florentiæ munus ſibi demandatum perſolveret, hujuſmodi titulum Servorum, novam inſtitutionem, eorumque conſuetudinem & uſum vivendi diligenter inquirens, urbis Epiſcopum convenit; ejuſque teſtimonium & fidem petens, de ſingulis quæ acciderant, & quomodo ſub auſpiciis Beatæ Virginis initiati forent, certior factus, hos ut plenius agnoſceret, ad ſe acerſiri primum, deinde apud illos diverſari voluit: Et Bonfilium allocutus cum ceteris Fratribus, eorum originem, vitam, numerum & pleraque alia ad Religionem fidemque ſpectantia ſciſcitatus, didicit. Quorum vita irreprehenſibili audita, ac ſanB ctitate non ficta diligenter inſpecta; vir Dei lætatur, exultat, grateſque ingentes ſanctiſſimæ Chriſti Parenti refert; tum quia tales ac tantos viros in Servos ſibi delegiſſet, tum etiam quod ſibi multoties oranti per ænigmaticos exceſſus revelaſſet, id quod apertiſſime tunc in eiſdem Fratribus Servis completum eſſe intelligeret.

de eo per cæleſtes viſiones edoctus.

26 Ex quo enim Florentiam venerat vir ſanctus, affirmabat ſe in extaſim tertio poſt orationem ſublatum vidiſſe, montem clara luce altiſſime obductum, ac omnium florum genere ornatum: inter quos ſeptem lilia candidiſſima ceteris pulchritudine & ſuavitate longe præſtarent: quæ ab Angelis in unum collecta, & ante Beatam Virginem oblata, ab ea hilari vultu ſuſcipiebantur, & Petro ſimul commendabantur. Non deſunt etiam qui referant, quomodo oranti Petro viſum fuerit aliquando, Beatam Virginem, Angelis circumſeptam, utriſque ſub ulnis & chlamyde contegere eoſdem Fratres, quos antea Petrus fuerat allocutus: dumque hujuſcemodi viſione detentus admiraretur, dixerit ei Beata Virgo: Aſpice, Petre, hi ſunt viri, quos ex aliorum conſuetudine mihi in Servos elegi, ut C peculiari hoc nomine inſigniti mihi perpetuum famulatum impenderent; fac igitur ut nomen meum habitumque eis collatum retineant, ac Regulam S. Auguſtini obſervent. Quibus dictis evanuit. In cujus viſione plurimum Petrus oblectatus, ſummo mane Ardingum adiit, enarrans quæ acciderant. Ambo deinde ſumma lætitia affecti, iterum Fratres convenerunt; quos Petrus incredibili gaudio amplexatus, eis quæ piiſſima Virgo dignata fuiſſet ſibi oſtendere, enarrabat. Quæ quidem omnia, dum publice ad populum Florentinum concionem haberet, ſumma civium alacritate recenſebat; hortabaturque Florentinos, ut hos ſuos Religioſos venerarentur, quos vere eſſe Virginis Servos ſummæque bonitatis viros comperiſſet. Neque de hujuſmodi Ordine Florentiæ tantum, ſed etiam ubique plura in ſuis concionibus publice retulit; & Innocentium Summum Pontificem, ut habebat in mandatis, de eorum optima inſtitutione auſpicatiſſimoque exordio reddidit certiorem: quemadmodum & Epiſcopo Ardingo, & ipſis Fratribus omnem ſuam operam ad Apoſtolicam ſedem, pro eo Ordine augendo, pollicitus fuerat. Hic eſt ille Petrus qui ob Chriſti fidem Catholicam defendendam martyrio coronari, mox ab eodem Innocentio IV in Sanctorum numerum miraculis clarus referri meruit, maximus Dominicanæ Familiæ ſplendor; quem & D Ordo Servorum, tanti beneficii non immemor, in ſacros Faſtos retulit, & in ſuis eccleſiis duplici Officio quotannis ejuſdem feſtum celebrari quarto mandavit. *Hæc Gianius.*

§. IV Cultus S. Petri in quibuſdam urbibus ſingularis, Reliquiæ, ſcriptores Vitæ.

27 *Quamquam S. Petri Martyris cultus, toti communis Chriſtiano orbi eſt, in iis tamen locis apparet illuſtrior, quæ portione aliqua lipſanorum ejus conſecrata ſunt. Nullibi vero magis quam Mediolani: ubi in templo S. Euſtorgii ſacrum Martyris corpus, & proximo in ſacello ſeorſim caput religioſe aſſervatur. Sacellum illud Pigellus Portinarius, nobilis Florentinus, extruxit: cujus ibidem inſcriptum hoc ſepulcro epitaphium legimus.* Pigellus Portinarius, qui patria Florentinus, nobilitate ac probitate clariſſimus, ſacellum hoc Divo Petro Martyri dicavit, hic ſepultus eſt die XI Octob. anno MCCCCLXVIII. *Sequentes ibidem verſus, honori tanti Martyris à S. Thoma Aquinate, anno* MCCLXIII *Mediolani ſubſiſtente, ſcripti viſuntur:*

Mediolani ſacellum capiti ſervando exſtructum,

Præco, lucerna, pugil, Chriſti, populi, fideique, F
Hic ſilet, hic tegitur, jacet hic mactatus inique.
Vox ovibus dulcis, gratiſſima lux animorum,
Et verbi gladius gladiis cecidit Catharorum.
Chriſtus mirificat, populus devotus adorat,
Martyrioque fides Sanctum ſervata decorat.
Sed Chriſtus nova ſigna loqui facit, ac nova turbæ
Lux datur, atque fides vulgata refulget in urbe.

verſus ſepulcro inſcripti à S. Thomæ.

Ipſum vero S. Petri epitaphium hoc eſt: D. O. M Divo Petro Ordinis Prædicatorum, tribus coronis doctrinæ, virginitatis & Martyrii, anno MCCLII.

templum S. Petro dicatum in loco cædis.

28 *Tredecim circiter à Mediolano paſſuum millibus templum quoque eidem extructum viſitur, vulgo S.* Petri *Martyris de Barlaſina nuncupatum, quod quondam ſubitarus* S. Carolus Borromæus Mediolanenſium Archiepiſcopus, *ad limen calceos & tibialia pedibus detrahi juſſit, ut nudis ingrederetur. Ita narrat Paulus Morigia in Sanctuario Mediolanenſi. Major & præcipua templi hujus ara in eo erecta eſt loco, in quo pro fide cæſus mortem Sanctus oppetiit. Curva ibi ad falcis formam ſecuris aſſervatur, inſtrumentum necis, virtute miraculorum pollens. Videre inſuper eſt terram, ſancti Martyris ſanguine reſperſam, cujus non parvam portionem, curandis morbis ſalutarem, ſecum pii ejuſdem cultores abſtulerunt: huic S.* Petrus, *animam agens, initium Apoſtolici ſymboli inſcripſiſſe fertur.* F

item Placentiæ, ubi capitium ejus cæ articulo digiti,

29 *Apud Placentinos etiam inſignis S.* Petri *veneratio eſt. In templo Conventus qui à S. Ioanne nomen habet, capitium quoddam ſervant ex nigro panno pelle ſuffultum: id quia olim ſancto Martyri ad arcendum à capite ſuo malum ſervierat, redeunte quotannis ejuſdem feſto, civium affluentium capitibus imponi ſolet. Articulum etiam ex uno digitorum venerantur, qui aquis immerſus cujuſdam putei, quem fodi juſſerat, bibentibus illas ſalutares facit, ad morbos depellendos. Conſtitutum etiam fuit à populo Placentino, ut dies S. Petro ſacer quotannis ex integro feſtus eſſet, atque ad ſonum tubæ, comitante urbis Prætore, ſolenniter aliquod ex cera anathema offerretur. Mos eſt ibidem ſacra benedictione, ad invocationem Sancti, palmarum & olearum ramos conſecrare, quibus prodigioſa virtus contra fulmina ac ceteras cæli tempeſtates ineſſe creditur. Ita in Hiſtoria Eccleſiaſtica urbis Placentinæ* Petrus Maria Campi. *Preces quibus hi rami conſecrari ſolent hujuſmodi ſunt,* Exaudi preces tuorum fidelium, omnipotens Deus, ut ſicut Moyſi famulo tuo in Helim, ubi erant ſeptuaginta palmæ & duodecim fontes aquarum, propitius affuiſti; ita in ſolennitate S. Petri Martyris tui, quam hodie colimus, adſtanti populo tuo devoto adeſſe tua pietate immenſa digneris: & has pal-

& conſuetudo ejus feſto ramos conſecrandi contra tempeſtates.

mas,

A mas, quas in honorem tui nominis & pro reverentia ejuſdem præfati Martyris tui ſuſcipere anhelat, benedicere digneris: ut in quibuscumque locis, domibus, hortis, vineis, nemoribus vel agris fuerint collocatæ, tuam largam benedictionem benignamque cuſtodiam habitatores poſſeſſoresque mereantur; atque omnis adverſitas fulgurum & tempeſtates malignorum ſpirituum, per interceſſionem & merita ejuſdem ſanctiſſimi Petri Martyris, diffugiant & ad nihilum redigantur. Quatenus fideles de tua gratuita miſericordia confidentes, & palmas devotis manibus ſuſcipientes, & quibuſvis locis iis viſum fuerit collocantes, tam ipſi quam eorum terra, ab omni incurſu & infeſtatione nequiſſimorum dæmonum, ineffabili tua clementia, protegantur; & ejuſdem beatiſſimi Petri Martyris aſſiduo patrocinio ſalutem mentis & corporis conſequi mereantur. Per Dominum noſtrum Jeſum &c.

templum Patavii & ſodalitas;

30 *Templi Patavini, S. Petro quamvis communi dedicatione aliis etiam Sanctis conſecrati, hæc inſcriptio eſt*: Anno Domini MCCLXXV, III menſis Auguſti hoc opus fieri cœpit per Commune Paduæ, ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & B. Mariæ matris ejuſdem, & Beatorum Confeſſorum Auguſtini, Dominici, Ioannis Evangeliſtæ, Apoſtolorum Petri & Pauli, & Stephani, & Petri Martyris, & aliorum quorum altaria ſunt hic. *Eadem in urbe, ut Angelus Portenarus in libro de Felicitate Patavina teſtatur, anno* MCCCXXIII, *ſub nomine ac tutela S. Petri ſodalitas inſtituta fuit, opimo in ſingulos annos cenſu & mira in Sanctum ſuum tutelarem religione celebris; cui & annua decreta ſupplicatio eſt à civibus, ob memoriam pacis die ſancto Martyri ſacro urbi reddita.*

B

ſacellum Comi in quo digitus,

31 *Comi, ubi Prioratum S. Petrus geſſit, ſacellum habet pictis ex ordine miraculis conſpicuum, & magno ſuſpenſorum ex cera & argento anathematum numero venerandum. Vnus hic ex ejus digitis in veneratione eſt; qui cum per ſeſe, tum per aquam illius contactu conſecratam, multis febribus medetur. Cellæ vero ejus, in ſacellum verſæ, hi inſcripti verſus leguntur*:

cellæ aliaque memoriæ.

Cella fui Petri, quam ſpectas, Marryris almi,
Cum ferit hæreticos fortiter atque pius.
Ecce truces ictus ſubiit tunc, vulnera, mortem:
Ejus nunc meritis me venerare ſacram.

In hac urbe ſodalitas Cruce-ſignatorum ab eodem inſtituta fuit, quam conſequentibus annis inſigniter auctam multi Summi Pontifices ſacris privilegiis decorarunt. Puteus ibidem ab eo fodi juſſus, cujus aquæ reverenter & cum fiducia potæ, ad depellendas febres ſalutares ſunt. Plantata item ab eo arbor, extinguendis renum doloribus eſt perutilis. Ita Franciſcus Ballarinus in Chronico Comenſi.

C

digitus Cæſenæ.

32 *Quid Reliquiarum ejus Cæſenæ, urbe Italiæ Faventiam inter & Ariminum ſita, aſſervetur; ita Bernardinus Manzonius in Chronologia Cæſenatium narrat*: S. Petrus Inquiſitor Ordinis Prædicatorum, vulgo S. Petrus Martyr, Cæſenam venit, ibique diu moratus eſt. Sanctum hunc ſæpe venientem magno excipiebant honore & honeſtiſſimo comitatu abeuntem inſequebantur; & magno concurſu ſummaque devotione concionantem audiebant Cæſenates. Qui tandem hujus ſancti Martyris digitum (ſacram & diu optatam reliquiam) obtinuerunt: cujus ſolennis tranſlatio facta eſt Cæſenæ anno MDXIX; repoſituſque fuit in eccleſia Fratrum ejuſdem Ordinis Prædicatorum, in cujus Sancti honorem dicata eſt. Et quotannis Cæſenates ejus feſtum die vigeſimo nono Aprilis ſolenniter celebrant. *Hæc ille. De Verona Natali urbe, Epiſcopus ipſius Auguſtinus Valerius ita ſcribit.* S. Petrus Martyr habet eccleſiam, quæ, ut aſſerit Franciſcus Corna, tempore quo ſcribebat, anno Domini ſcilicet MCCCCLXXVII nondum erat perfecta: in qua quidem eccleſia, quæ appellatur etiam S. Anaſtaſia, digitus S. Petri aſſervatur. *Piſauri antiquiſſimum ac celeberrimum eſſe S. Petri cultum, novimus ex veteri ſtatutorum iſtius urbis libro, ubi Rubrica 4 decernitur, qualiter celebranda præcipua duo feſta B. Mariæ aſſumptæ Sanctique Terentii, & quomodo utendum oblationibus dierum iſtorum; ac deinde jubetur idem intelligi* de oblationibus debitis & conſuetis in feſtivitatibus corporis Chriſti, S. Muſtiæ, S. Petris Martyris, & S. Michelinæ. *Crediderim hæc decreta ſpectare ad ſeculum* XIV: *feſti autem tam ſolenniter inſtituendi auctiorem fuiſſe Fr. Alvum, quem unicum ex Ordine Prædicatorum Epiſcopum habuere Piſaurenſes anno* MCCXCII *confirmatum, quamvis brevis ejus Epiſcopatus fuerit. An autem ſpecialis aliqua cauſa alia civitatem iſtam obligaverit Sancto, necdum comperi, & diſcam libenter.*

D

cultus Petri Pisauri.

33 *Recineti, in PP. Prædicatorum templo, elegantem ipſi erectam aram ſpectavimus ſacra Crucis Chriſti particula venerabilem, quam ad confundendos olim hæreticos Fraticellos in ignem, nihil ab eo violatam, injecit: rem geſtam in hunc ſenſum Modeſtus Benevenutus monachus ylveſtrinus, in Hiſtorica Relatione Sanctorum Recinetenſium, narrat*: Conſtans majorum traditio eſt, *inquit*, veniſſe olim in urbem noſtram S. Petrum Martyrem, eumque cum prædicationibus tum miraculis quæ operabatur, complures civium ab errore ad veritatem Catholicæ fidei reduxiſſe. Fertur inter alia partem ſanctæ Chriſti crucis ſecum aſportaſſe, & ea illuſtre in urbis foro miraculum edidiſſe ingens reſtinguendo incendium, attonitis rei novitate omnibus qui confluxerant ad ſpectaculum. Quod depictum olim à Lotto quodam, illuſtri illorum temporum pictore, in templo hodiedum S. Dominici viſitur. Lignum vero ſanctæ Crucis alteri ex argento elaboratæ incluſum decenter aſſervatur, turbido & tempeſtuoſo cælo per Sacerdotem extra templum efferri & publicæ venerationi exponi ſolitæ, diſſipatis ſtatim ad conſpectum ſacri ligni nubibus. Urbs pro iſtis beneficiis ſancto Martyri devinctam ſe rata, ut grata eſſet eum in tutelarem Patronum ad legit. *Hæc ille.*

Recineti par ticula ligni ſanctæ crucis qua incendium extinxit.

E

34 *Hactenus de Italia. In Hiſpania, ubi (ſicut ad hujus Sancti memoriam ſcribit Tamayus de Salazar)* ſanctæ Inquiſitionis tribunal à multis retro ſeculis conſtructum, ad huc in ſua viridi obſervantia felicius perſeverat, nullum eſt Breviarium antiquum in quo tanti Martyris non reperiatur officium; ipſumque Patronum & Tutelarem ſibi ſuisque confraternitatibus elegerunt miniſtri ſancti Officii: *qui etiam ſuper hoc & ſuper ampliori ejus cultu (nam quod antea Duplex multis fuerat, ad ritum Semiduplicis ſemel iterumque retraxit Apoſtolica ſedes) ſequens obtinuerunt Breve, quod Tamayus prædictus ſuggerit, his verbis conceptum.* Cum S. Petrus Martyr Ordinis Prædicatorum, à pueritia acerrimus defenſor extiterit orthodoxæ fidei, quam etiam moriens cum ſymbolo hæreticis interficientibus profeſſus eſt; & ob id magnam devotionem erga dictum ſanctum Martyrem regna Hiſpaniarum gerere glorientur; ad hoc ut dies ejus feſtus cum majori veneratione celebrari queat, Rex Hiſpaniarum & ejus nomine Orator apud Sedem Apoſtolicam enixe ſupplicavit Sanctiſſimo, concedi, ut omnes Miniſtri & Officiales eccleſiaſtici ſancti Officii regnorum Hiſpaniarum, dictum diem feſtum S. Petri Martyris, cum Officio ſub ritu duplici & Miſſis cum Credo, celebrare poſſint: & ſupplicatione per Sanctiſſimum ad hanc ſacram Rituum Congregationem remiſſa, eadem ſacra Congregatio cenſuit concedendum, ſi Sanctiſſimo placuerit. Sanctiſſimus annuit die XIX menſis Martii MDCXXXIII. C. Epiſc. Portuen. Card. Pius. Iulius Roſpiglioſius Secretarius; *is qui deinde Apoſtolicus in Hiſpania ſub Alexandro* VII *Legatus, ac denique ſummus Pontifex Clemens* IX *fuit. Præga in Bohemia ſacrarum Reliquiarum theſaurus, in Metropolitana aſſervatus, contineat ejuſdem S. Petri particulas aliquas per Carolum* IV *Imperatorem donatas, allataſque Mediolano ſub annum* MCCCLV, *ſicuti diſcimus ex*

Patronus Inquiſitionis in Hiſpania

colitur Officium duplicis.

Reliquiæ Pragæ.

A ejuſdem eccleſiæ Diario ſæpius hoc menſe citato. Alibi fortaſſis hujuſmodi quædam inveniuntur, quibus ſancti Martyris feſtivitas iis locis illuſtrior ſit & populis carior: hæc interim nobis notiora collegiſſe ſuffecerit.

Vita ſcripta paulo poſt mortem.

35 *Vitam & Paſſionem S. Petri paulo poſt canonizationem ejus ſcripſit* Fr. Thomas de Lentino, *ſive* Leontino, *natione Siculus, ante decennium Neapolitanus Prior, & tunc forſitan Provincialis Lombardiæ; certe circa annum* MCCLV *profectus in Terram-ſanctam, veroſimiliter cum poteſtate Provincialis; ubi tandem creatus eſt Bethleemiticus Epiſcopus; tum ad Cuſentinum Archiepiſcopatum aſſumptus, ac denique rurſum remiſſus in Orientem à Gregorio* X, *Chriſti anno* MCCLXXIV, *quod neminem Pontifex inveniret, cui tum alia talenta egregia, tum* diutinæ converſationis mora *quam iis in partibus traxerat, magis ſuffragarentur, ad Patriarchatum Hieroſolymitanum cum munere Legati à latere adminiſtrandum. Hinc in Vita quam ſcripſit, quæque in Conventu S. Marci Florentiæ MS. invenitur primigenio ſtylo, apud Surium autem legitur eodem paululum immutato impreſſa, utrobique additur titulus* Hieroſolymitani Patriarchæ. *Hujus Vitæ illuſtre compendium habemus ſervamuſque tranſcriptum ex Paſſionali ultrajectino eccleſiæ S. Salvatoris. Eadem Vita uſus primum eſt Gerardus Frachetus*

B *Lemovicenſis, Provincialis Provinciæ, dum juſſu Humberti Generalis (hic vero abiit magiſtratu anno* MCCLXIII) *compilaret librum Vitas Fratrum dictum; aliunde vero addidit miracula quædam illuſtria, ex variis Conventibus Hiſpaniæ, Franciæ, Teutoniæ nuntiata. Plura deinde*; de mandato Venerabilis Patris Fr. Berengarii, Magiſtri Ordinis Prædicatorum XIII, collecta & ſcripto demandata ſunt *circa annum* MCCCXIV. *Alia* Fr. Petrus Calo Clugienſis Ordinis Prædicatorum, in ſuo magno Legendario collegit, *circa idem tempus aut paulo ante; quæ cum altero Legendarii iſtius volumine adhuc latent: nam alterum, quod in Bibliotheca Franciſci Cardinalis Barberini ſervatur, nihil tale nobis exhibuit.*

miracula ab aliis ſucceſſive collecta;

Vita delibata ſeculo 15 à S. Antonino

36 *Vidit priora & quæ notatu digniora judicabat excerpſit S. Antoninus in Hiſtoria, circa annum* MCCCCL *conſummata, Titulo* 23 *cap* 5 *S. Antonini Commentariis uſus* Franciſcus Presbyter Caſtilionenſis, *novam ſancti Martyris Vitam ex iiſdem*, quam brevi reſectaque potuit narratione, collegit Florentiæ, anno MCCCCLXXI; *&* XXII *Aprilis anni ejuſdem dedicavit* Reverendiſſimo Domino B. Cardinali Ravennati. (*Bartholomæus Roverella hic*

Franciſco Caſtilionēſi,

fuit) *ita prologum exordiens:* Veterem, Reverendiſſime, Pater familiæ noſtræ laudem revocare inſtitui, dum Vitam B. Petri Martyris breviſſima narratione perſtringo. Nam cum memoria hujus glorioſi Martyris in noſtra civitate & in templo B. Mariæ, cui Novellæ agnomen eſt, admodum celebris ſit, facellum in celeberrimo illius eccleſiæ loco, ipſius Sancti Martyris nomini à gentilibus meis conditum dedicatumque reperi; aliaque item ab eiſdem ædificia in eodem loco, quod eſt cœnobium Fratrum Prædicatorum in Italia nobiliſſimum, non parvis impenſis erecta: quam rem tum ipſorum Fratrum perpetua memoria, tum antiqua familiæ noſtræ inſculpta parietibus columniſque arma teſtantur. *Fuit autem Franciſcus, ut poſt Vitam S. Thomæ Aquinatis ab eo pariter elaboratam legitur*, Sacræ Theologiæ Doctor, in litteris Græcis ac Latinis vir ſui temporis peritiſſimus, Canonicus S. Laurentii Florentini & Plebanus S. Appiani.

C

37 *Leander* Albertus, *qui anno* MDXVII *de viris illuſtribus Ordinis Prædicatorum libros ſex vulgavit Bononiæ, quamvis aliàs* Franciſci *ſcriptis utatur; in hoc tamen Sancto, qui Martyrum agmen in fronte ſecundi libri debebat ducere, patriæ ſuæ deferre honorem voluit, ſumendo Vitam, pari brevitate ſcriptam* à Ioanne Garzone Bononienſi, oratore clariſſimo, ad Venerandum P. F. Ioannem Torphaninum Bononienſem: *de cujus Ioannis ætate nihil mihi compertum eſt: poſt alios nonnullos ſcripſiſſe ſe indicat, cum*

Ioanne Garzone;

cujuſdam opulenti hæretici converſione relata, negat in promptu eſſe, ut quæ ſecuta ſunt dicat; eo quod nulli ſint auctores, qui ea litteris mandaverint; *antea autem dixerat* ex multis ejus *viventis* ſignis, quæ ſunt à ſcriptoribus memoriæ prodita, *duo ſe relaturum. Sed nec conſilium ſibi fuiſſe profitetur cunctas Sancti actiones mandare litteris, quod ſcribendi modum ſibi exceſſurus videretur id faciendo. Cura ei præcipua fuit quædam notatu digniora contexere, eaque ornare floſculis eruditionis profanæ, etiam gentilis. Miracula poſt mortem nec attigit quidem:* Quod ſiquis, *inquit*, tam officioſam Provinciam ſibi depopoſcerit, hunc non mediocri verborum honore proſequar. D

Præſtant cæteris MSS. Taegii, quæ damus.

38 *Eum honorem meruiſſe eſt viſus, qui Mediolani initio ſeculi* XVI *floruit & ſcripſit, Ambroſius Taegius: ex cujus hactenus ineditis voluminibus, quæ de inſigniis Ordinis Prædicatorum in ſuo conventu S. Mariæ gratiarum manu-ſcripta reliquit, multas præclaraſque Vitas accepimus, huic noſtro operi inſerendas. Harum una eſt, quam præ omnibus aliis ac ſolam dandam judicamus: nam & Vitam à Thoma de Lentino ſcriptam verbotenus complectitur, & miraculorum ſyntagmata deperdita, certe necdum producta hactenus, ſi non iiſdem ut Vitæ verbis, eodem ſaltem ſenſu in optimum ordinem digerit. Ceteri quos nominavi auctores, ſubſervient Annotatis locupletandis. Recentiores ſcriptores, quales ſunt Razzius, Caſtellus, Rehac, & complures alii, nihil attinet nominare ſingulos: cum uno verbo dici poſſit, ab omnibus, qui vel Hiſtoriam Ordinis tractavere, vel Vitas Sanctorum collegere hoc ſeculo juxta annorum vel dierum ſeriem, proferri aliquam hujus Sancti vel vitam vel laudationem, adeo ut vulgarium quoque linguarum nulla quari poſſit, S. Petri Martyris notitiam ſibi eſſe negatam.* E

VITA

Scripta per Thomam de Lentino coævum, Ord. Præd. poſtea Patriarcham Hieroſolymitanum;

Aucta ab Ambrogio Taëgio ejuſdé Ord.

ex ipſius MSS. Mediolani in Conventu S. Mariæ Gratiarum.

PROLOGUS.

F

1 TRes ſunt, qui teſtimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus; & tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua & ſanguis. Sanctorum gloriam multis & variis teſtimoniis aſtruendam ſapientia divina providit, quibus corda fidelium attentius in laudem ſuæ bonitatis attolleret, & in Sanctorum venerationem vehementius & frequentius excitaret. Felix autem Sanctus, cui & cæleſtia & terreſtria teſtimonia ſuffragantur; cui nec virtus cæleſtis defit ad gloriam, nec laus terreſtris ad famam, longe lateque diffuſam & fidelium teſtimoniis comprobatam. Quæ quidem in B. Petro Martyre, novo fidei pugile, celerius innoteſcunt; cujus ſanctitati tota Trinitas atteſtatur; videlicet Patris potentia, in miraculis; Filii ſapientia, in doctrinis; Spiritus ſancti gratia, in virtutibus & donis, quibus illum affluentius decoravit, & præ participibus ſuis ſuorum chariſmatum unctione perunxit. Ut autem fides in fidei pugile contra impugnatores fidei, hæreticos videlicet, amplius refulgeret, & ſuis refulgens radiis invidorum oculos virtuoſius excæcaret; non defuerunt terreſtria teſtimonia, dum & aqua innocentiæ baptiſmalis, quam ex matris utero illibate retinuit; & ſpiritus ſapientiæ ſalutaris, quam

1 Ioa. 5, 7.

ſanctitas S. Petro à SS. Trinitate collata

ipſis ejus operibus comprobata

per

A per Italiam illibate diffudit; & ſanguis triumphalis paſſionis, quam pro fide Chriſti victorioſe ſuſtinuit, multiplicis gloriæ ſuæ præconiis atteſtantur, ut ſanctis virginibus, Doctoribus & Martyribus coæqualis eſſet in præmio quorum merito ſe imitatorem præcipuum comprobavit. Quæ ut amplius pateant, à primordiis vitæ ejus narrationis ſumentes exordium, uſque ad triumphum paſſionis ſuæ ſtylum brevem, ſed rudem producendum decrevimus; adjicientes nonnulla cælitus oſtenſa miracula, prout ad nos ſeriem veritatis fide dignorum detulit approbata relatio, ad gloriam & honorem illius, qui gloria & honore ſuum Martyrem coronavit.

ALIUS PROLOGUS.

Iſa. 63, 1 *gloria S. Petri*

QVis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? iſte Formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine virtutis ſuæ? Mirum in modum mirantur Angeli, novum Regem cum novis inſigniis regiis penetrantem cæleſtia, Quis, inquiunt, eſt iſte, tam mirabilis cælo, tam ſpectabilis mundo, tam terribilis inferno, ut in nomine ejus omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum: qui venit B de Edom tinctis veſtibus de Boſra? &c. Cuncta in admirationem deducunt illius ſpeculatores magnitudinis, nihil de contingentibus omittentes, ſive ea quæ ad paſſionis tincturam vel ad reſurrectionis gloriam, vel quæ ad magnificam aſcenſionis pertinent comitivam: ſingula namque plena ſunt admirationis & laudis, ſed omnia ſimul juncta admirationem adjiciunt, & mirabiliora ipſis intelligentiis ſupernis occurrunt. Mirentur igitur homines, per modum Angelicum; mirentur auditores & ſpectatotes tantæ virtutis, velut per ſpeculum in ænigmata, novum militem cum triumphalibus indiciis Regis veſtigia proſequentem, dum ſic cruore tinctus & victorioſus deſcribitur in veſte ſanguinea, ſic fructuoſus doctrinæ gratia, per quam magnam comitivam Fidelium, quaſi ſeminis ſui manipulos, ſecum tulit ad Dominum, ſive quos de errore ad fidem convertit, ſive de culpa in juſtitiam tranſtulit, ſive de mundo ad Religionem adduxit. Hæc ſunt triumphalia indicia novi pugilis, omnibus ſeculis admiranda, & ab antiquis ſeculis inaudita, ut ſic triplici laurea laureatus aſcendat, Martyrum videlicet, in effuſione ſanguinis pro fide Chriſti; Virginum, in illibata munditia mentis & corporis; & Prædicatorum, in *Laurea doctoratus, virginitatis & martyrii inſignia.*

C diſſeminatione ſapientiæ ſalutaris, per quam multos convertit in viam ſalutis. Hæc ſunt, quæ miratur cælum, veneratur mundus, & expaveſcit infernalis dæmonum & hæreticorum exercitus, ſicut ex variis & mirandis miraculis innoteſcit: proinde ſicut nova indicia uberioris gloriæ cælo intulit; ſic nova gaudia plenioris gratiæ mundo reliquit; & confutatis errorum ſequacibus ad ejus ſequenda veſtigia Fideles cunctos attentius excitavit. Verum ut geſtorum ejus principium finis & medium memoriæ commendetur; à primordiis ſuæ originis, per ſuæ converſationis decurſum, uſque ad triumphalem titulum paſſionis & mortis, ſeriem narrationis deſcribendam aſſumpſimus, pro ut ad nos approbata deſcriptio fide dignorum adduxit, ad honorem ejus, qui eſt principium & finis, honor & gloria & corona Sanctorum.

Primum Prologum etiam apud Surium legere eſt: ſecundus (ejuſdem an alterius auctoris non divinaverim) poſt primum invenitur, in MS. Florentino Conventus S. Marci. Taëgius ex pluribus Legendis compilatam in unum Vitam *à ſe dari profeſſus, opus ſuum tripartum eſſe voluit, & partes ſingulas in paragraphos diviſit, hac quæ ſiquitur formæ.*

SYLLABVS ANTIQVÆ PARTITIONIS.

PARS I. §. 1. De ejus origine.

2 De diſputatione fidei & victoria, quam habuit contra patruum ſuum

3 De miſſione ejus ad ſtudium Bononiæ, & ingreſſu in Ordinem.

4 De auſteritate vitæ ejus, in jejuniis & abſtinentiis in Novitiatu.

5 De puritate mentis & corporis ipſius.

6 De ſanctis virginibus patriæ cæleſtis, quæ ei oranti apparuerunt.

7 De ejus profunda humilitate, & ſtudioſitate ad divinas litteras

8 De zelo ejus ad fidem Catholicam defendendam, & hæreſeon impugnationem.

9 De gratia Prædicationis ejus, & devotionis populorum ad ipſum.

10 De fiducia, quam habuit ad Deum.

11 De juvene muto, cui miraculoſe loquelam reſtituit.

12 De curatione corporali & ſpirituali cujuſdam mulieris deſperatæ.

13 De juvene, quem à malo nattæ liberavit.

14 De oleo, per ejus merita in vaſe divinitus multiplicato.

15 De quibuſdam quæ Cæſenatenſibus, futura prædixit.

16 De auſteritate vitæ ipſius, & de eo, quod uxori D. Ioannis Scoti reditum viri in patriam, & ex ea naſcituram filium prædixit. E

17 De fratre à ſcorpione percuſſo, & per B. Petrum ſanato.

18 De hæretico, B. Petrum illudere volente, à Deo percuſſo, & per ipſum in anima & corpore mirabiliter ſanato.

19 De hæretico, ab eo confuſo & B. Virgine ipſum confortante.

20 De equo, B Petro Florentiæ prædicante, ſuper populum currente, & per merita ipſius Sancti neminem lædente.

21 De diabolo, qui in ſpecie nigerrimi equi ejus concionem turbare volebat.

22 De hæreticorum expulſione civitate Florentina ad B. Petri inſtantiam.

23 De juvene, qui ex indiſcreto zelo ſibi pedem amputavit, & per B. Petrum perfecte ſanato.

24 De Crucifixo ei loquente, ipſumque in tribulationibus confirmante.

25 De hæretico, per prudentiam & virtutem ejus ad fidem Catholicam converſo.

26 De machina mentis hæreticorum & dæmonum cum Chriſti corpore, per eum diſſipatis.

27 De puero muto per eum ad loquelæ officium reſtituto.

28 De muliere quadam, per ipſius merita à mortis periculo liberata

29 De miraculo cerei accenſi, per quem ſanctitas ejus deſignata fuit.

30 De officio Inquiſitoris hæreticæ pravitatis in Mediolano & ejus comitatu, ſibi ab Apoſtolica ſede commiſſo.

31 De nubecula, quam ſuper populum æſtuantem divinitus impetravit.

32 De victoria, quam contra hæreticum loquacem habuit, F loquelam auferendo

33 De duobus, ad tactum cappæ ipſius à graviſſimis languoribus liberatis.

34 De duobus contractis, ab eo oratione & ſigno crucis ſanatis.

35 De ejus oratione ad corpus Chriſti, & quomodo prædixit ruinam caſtri Gathæ.

PARS II De eius Martyrio, canonizatione, & corporis tranſlatione.

§. 1 De eo quod mortem ſuam præcognovit, & in publica prædicatione prædixit,

2 De tractatu facto in morte B. Petri, & de his qui ei interfuerunt,

3 De ejus Martyrio.

4 Quomodo corpus ejus, prout vivens prædixerat, apud S. Simplicianum ea nocte quievit.

5 De muliere infirma, ad tactum ſui corporis ſanata.

6 De conformitate martyrii ejus ad Paſſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

7 De moniali monaſterii de Ripolis prope Florentiam, cui gloria & tranſitus B. Petri Martyris eſt demonſtrata.

8 De lampadibus ad ejus tumulum dependentibus, cæleſti lumine divinitus accenſis.

9 De miraculis ad tactum terræ, ſanguine ipſius Martyris tinctæ, perpetratis.

10 De ſolenni canonizatione B. Petri Martyris, per D. Innocentium IV Perugii facta.

PERAMBR. TAEGIVM EX MS.
11 Litteræ canonizationis.
12 De eo quod ſummus Pontifex præcepit ejus feſtum ſolenniter celebrari.
13 Litteræ ſummi Pontificis de celebritate feſti B. Petri Martyris.
14 De corporis ejus veneranda tranſlatione.
PARS III. De miraculis poſt mortem B. Petri Mart. ad ejus invocationem divinitus perpetratis, tam ante quam poſt ipſius canonizationem.
§. 1. De ſanguine, qui miraculoſe in feſto ipſius fluxit, & hæretici converſione,
2 De panno tunicæ ipſius Martyris, qui ab igne incombuſtus reſilivit.
3 De quibuſdam S. Martyrem blaſphemantibus, à Deo punitis.
4 De violantibus vota B. Petro Mart. facta, ſevere à Deo punitis.
5 De miraculis, factis circa Fratres Ordinis Prædicatorum per B. Petrum Mart.
6 De miraculis erga perſonas utriuſque ſexus Ordinis Minorum, ipſius meritis factis.
7 De miraculis circa quaſdam alias perſonas religioſas, S. Martyris meritis perpetratis.
8 De mortuis, meritis B. Petri Martyris divinitus ſuſcitatis.
9 De mulieribus, in periculo partus conſtitutis, ad invocationem ejus liberatis.
10 De pueris deformibus natis, ad invocationem B. Martyris reformatis.
11 De filiis, ad invocationem B. Petri Martyris, à Domino conceſſis.
B 12 De infirmis, in mortis articulo conſtitutis, Martyris precibus liberatis.
13 De febricitantibus, ad invocationem Martyris ſanatis.
14 De hydropicis quibuſdam, ad invocationem Martyris liberatis.
15 De quodam à malo calculi, ad invocationem S. Petri Martyris, liberato.
16 De Paralyticis, meritis B. Petri Martyris liberatis.
17 De liberatione matris prædicti pueri à gravi infirmitate mamillarum.
18 De contractis, ad invocationem B. Petri Mart. liberatis.
19 De infirmitatibus apoſtematum & fiſtularum, per S. Martyrem curatis.
20 De liberatione præfatæ mulieris à ſubmerſionis periculo.
21 De quodam ab infirmitate cancri B. Petri M. meritis liberato.
22 De quodam furioſo, ad invocationem B. Petri Mart. liberato.
23 De nonnullis epilepticis, meritis B. Petri Mart. ſanatis.
24 De muliere lethargica, ad invocationem Sancti Martyris liberata.
25 De viro, cui pectoris vena fracta eſt, B. Petri Mart. meritis ſanata.
26 De diverſis miraculis, ex aqua cum reliquiis S. Petri benedicta, factis.
27 De dæmoniacis per B. Petrum Mart. liberatis.
28 De eo, qui in teſtimonium ſanctitatis B. Petri ferrum candens abſque læſione manibus portavit
C 29 De igne ad præſentiam reliquiarum B. Petri Martyris repreſſo.
30 De ſanguine, ex reliquiis B. Petri Martyris prodeunte, & de novitio in fide dubio propter hoc confirmato.
31 De navi periclitante, B. Petro in velo apparente, à naufragio liberata.
32 De navi in littore immobili permanente, & in nomine B. Petri Mart. ſolo manus tactu velociter ſe movente.

CAPUT I.

Natales S. Petri, ingreſſus in Religionem, virtutes in tirocinio, abſtinentia, colloquia cum Sanctis & Chriſto, conciones.

Verona parentibus natus hæreticis, a

1 BEatus Petrus Martyr, de ordine Fr. Prædicatorum, ex Provincia Lombardiæ, Veronenſis origine, ex parentibus hæreticis *a* originem traxit; ut tamquam lux de tenebris, roſa de ſpinis, flos exortus de ſentibus, tanto amplius refulgeret in clauſtro, rutilaret in cælo; quanto de parentibus per errorem excæcatis, lucidus prædicator exurgit; & de fauciatis mente, corporeque corruptis, decus virginale procedit; ac de ſpinis æterno incendio deputatis, inclytus Martyr aſcendit. Et licet filium eruditionibus parentum informari natura doceat, & puerum neceſſitudo compellat; tamen ſic ſe mundum ſervavit ab erroribus & immunem, quod nec blanditiarum doloſitate, nec monitionum inſtantia, nec frequentia verberum ad hæreticorum colloquia vel induci valeret aliquatenus vel compelli. Iã intelligere videbatur, qui tangit picem inquinabitur ab ea, & corrũpunt bonos mores colloquia prava. Quod enim natura hominibus animalibuſq, contribuit, ut homo ſerpentis, & agnus lupi aſpectum abhorreat, & inditã inimicitiã ſentiat; hoc puerũ bonæ indolis unctio cæleſtis edocuit; ut venenoſorũ ſerpentum inſultus fugeret, & lupos rapaces, licet contectos ovinis pellibus, inimicos agnoſceret, ac eorum conſortia devitaret. D *hæreticorum conſortia vitat.*

2 Cum autem circa *b* ſeptennium rediens à ſcholis, quibus erat traditus litteris imbuendus, à patruo *c* ſuo hæretico, magno diaboli laqueo, quidnam in ſcholis didicerat, interrogatus fuiſſet; reſpondit, ſe Symbolum fidei didiciſſe; Credo in Deum patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, &c. per ordinem proſecutus. A cujus profeſſione cum dictus patruus præfatum puerum, quaſi rudem pugilem, avertere niteretur; ut non Deum, ſed diabolum potius fateretur horum viſibilium creatorem, auctoritatibus etiam additis ad ſui fomentum erroris, cum eſſet cauſidicus & infidelitatis patronus; nihil tamen à puero potuit obtinere, affirmante conſtanter, quod legerat & quod ſcriptum erat ſe velle credere & fateri. Quod ille animarum ſeductor & diaboli laqueus ut perpendit, patri totum quod geſtum fuerat retulit; &, ut *d* Petrinum à ſcholis removeret, modis omnibus perſuaſit: Timeo enim, ait, ne cum Petrinus bene fuerit eruditus, ad meretricem ſe conferat Romanam Eccleſiam, & ſic fidem noſtram deſtruat. Hoc autem à ſemetipſo non dixit, ſed tamquam alter Caiphas B. Petrum hæreticorum perfidiam deſtructurum, futurorum neſcius, prophetavit. Sed quia non eſt conſilium contra Dominum, pater ejus fratris monitis aſſenſum non præbuit, ſperans filium ad ſectam ſuam per hæreſiarcham aliquem in poſterum attrahendum, cũ foret in Grammaticalibus eruditus. *b* *ſeptennio ſymbolum fidei tuetur.* *c* *contra patruũ* E *d* *præſagientem ejus in hæreticos odium:*

3 Puer igitur, domi annis puerilibus jam excurſis, miſſus eſt Bononiam ad ſtudendum: ubi licet eſſet ab hæreticorum inſtantia elongatus, non defuere tamen novæ impugnationis genera, florem pudicitiæ ſuæ ſubripere decertantia, adoleſcentioris ætatis aſſueta. Quis enim inter carnis illecebras, mundi fallacias, hoſtis inſidias & lubricos ſodalium comitatus, integritatem mentis & corporis ſufficeret cuſtodire? In carne præter carnem vivere, Angelicum eſt non humanum, ait Hieronymus. Quapropter ingenioſus puer, ſortitus animam bonam, & ad corpus incoinquinatum & cor immaculatum totis anhelans affectibus; bonitatem circa ſe divinæ diſpenſationis agnoſcens & ſtupens, ſuæ puritatis conſciis eſt confeſſus, quomodo in via tam lubrica lapſum caſtitatis potuerit evitare. Advertens etiam non eſſe tutum cum ſcorpionibus habitare, velut alter Joſeph, pallium reliquit in manu Ægyptiæ ſuo inſidiantis pudori; & ad religionis refugium confugiens, mundum cum flore decidenti, parentes cum errore perimenti deſpiciens, mundus ipſe Prædicatorum ordinem ſub B. Dominico *e* (ut in Vitis Fratrum ſcribitur) eſt ingreſſus, futurus prædicator eximius, oppugnator hæreſum, perſecutor ſordium, & vitiorum potentiſſimus objurgator. In quo quidem ordine per paupertatis & humilitatis veſtigia beatum Patrem Dominicum ducem, virginem virgo ſequens, magnum perfectionis apicem attigit; ſemper de virtute proficiens in virtutẽ, & procedens quaſi lux ſplendens uſque ad perfectam diem. *Hier. in Aſſump. B. V.* F *e* *ingreditur Ordinem Prædicatorũ,*

4 In novitiatu ſuo contra carnem nimio zelo ſuccenſus, ne ſervus delicate nutritus proteriret in dominum ſic ſe jejuniis & abſtinentia nimiæ auſteritatis afflixit, ſic ſe vigiliis honeſtatis in orationibus macerabat, *conſpicuus auſteritate vitæ*

A macerabat; quod menſuram propriæ fragilitatis excedens, fere civem perdidit, dum perdere quærit hoſtem. Nervis namque ipſius ex nimia exinanitione contractis, ita dentes ejus fortiter ſunt obſtricti, quod vix ad glutiendum aliquid ſorbibile quolibet inſtrumento poterant aperiri. Miſertus autem ejus vel potius populi ſui Dominus, non paſſus eſt os illud beatum diutius obſerari, quod in medio Eccleſiæ ſuæ toties diſpoſuerat aperire. Reſtitutus vero priſtinæ ſanitati, modum abſtinentiæ mutavit, non propoſitum vel conſuetudinem abſtinendi. Humanæ autem imbecillitatis experientia, compaſſionis adjuncta virtuti, ita in eo pietatis & parcitatis ordinavit affectum, quod licet ſibi parcus & auſterus permanſerit, aliorum tamen neceſſitatibus indulgentior ſemper fuerit. Cum enim ex uberiori gratia, diffuſa in labiis ſuis, ad devotionem ipſius plurimorum corda Dominus inflammaſſet, gauderentque vehementius cum ſibi mittere poterant aliqua pietatis xenia (ſicut Fratres, qui tunc aderant, diligenter notaverunt) de omnibus quæ ob ſui gratiam mittebantur abunde cibariis, per totam unam Quadrageſimam, aut nihil comedit aut modicum; ſicut ſolitus erat ſæpius abſtinere, illum ſequens à longe, qui venit miniſtrare & non miniſtrari.

abſtinentia,

B 5 Porro integritatem mentis & corporis ſic ſemper illibatam conſervare ſtuduit, & in conſervando proficere; ut virgo corpore & virgo mente, nullius unquam mortalis criminis contagium ſenſerit, ſicut ſuorum Confeſſorum fideli teſtimonio probatũ eſt. Ne vero per otii deſidiam hoſtilibus pateret inſidiis, in juſtificationibus Domini exercebatur aſſidue; ut eo circa virtuoſa totaliter occupato, nil vitioſum in ipſo locum aliquatenus obtineret, & à ſpiritualibus nequitiis tutus eſſet; Quantum inſuper fuerit devotione gratus, obedientia placidus, benignitate ſuavis, patientia conſtans, caritate præſtabilis, & in cunctis morum maturitate compoſitus; proteſtantur diffuſius ſeculares & Fratres, qui viderunt, & ejus meruerunt conſortium, & ſibi familiarius adhæſerunt. *f*

perpetua virginitate & innocentia,

& variis aliis virtutibus.

f

6 Tantæ etiam puritatis & ſanctitatis fuit, quod Virgines ſanctę ex ſuperna curia eum aliquando viſitabant, & cum eo orante familiariter colloquebantur. Unde cum in quadam civitate *g* moraretur in convẽtu Ordinis, accidit, ut eo in cella orante, quidam Fratres levitate ducti juxta cellam ejus tranſeuntes, plurium collocutionem audientes, firmaverunt ſe, ut, quinam eſſent, deprehenderent. Qui mulierum voces audientes, ut minus devoti, feminas eſſe in cella exiſtimarunt. Unde in Capitulo inductis teſtibus coram Priore accuſaverunt eum: nam quantacumq; pia cauſa, etiam confeſſionis vel neceſſarii conſilii, mulieres in dormitorium introducere, etiam honeſtiſſimas, ſacrilegium judicatur. Surgens in medium Fr. Petrus vocatus à Priore, interrogatur de re ipſa, nec explicat cum quibus loquebatur, (tum ne ſe jactare videatur afferendo colloquium cum ſanctis Virginibus habuiſſe, tum etiam conſiderans ſibi ſoli fidẽ non adhiberi contra plures) nec tamẽ fatetur in cella mulieres habuiſſe, de quibus illi intendebant; ſed tacens proſtratus in medio veniam petit. Quis, inquiens, dicere poteſt, Mundus ſum à peccato, ut non egeat venia. Dure Prior arguit eum, quomodo auſus ſit feminas etiam honeſtas in cellam inducere, cum ultra periculũ infamiæ nota contra conventum oriri poſſit: arbitrabatur forte magis quadam incautela & ſimplici puritate, quã laſcivia illud fuiſſe peractum. Florebat tunc Prædicatorum Ordo, & omnis laſcivia exulabat ab eis. Iubet igitur Prior à Conventu illo Fr. Petrum diſcedere, & in conventu *h* Æſino Ordinis ejuſdem, in Marchia ſitum, commorari, ibique quaſi relegatum permanere, ut diſcat hujuſmodi incautelis non ſcandalizare conventus. Caput inclinat, pœnitentiam humiliter ſuſcipit innocens, iter aſſumit & applicans reſidet ibi. Quadam autem nocte, dum in eccleſia coram imagine Crucifixi devotius oraret, confuſio ei illata ſine cauſa & increpatio menti occurrit, ſenſitivamque excitavit ad triſtitiam, & piam querelam faciens ad Crucifixum, dicebat: Mi Domine, tu ſcis in cauſa illa innocentiam meam, cur permiſiſti me ſic judicari? Et Crucifixi imago ad eũ. Et ego, Petre, quid feci mali, ut cum tãtis opprobriis & contumeliis condemnarer ad crucem? diſce ergo exemplo meo omnia æquanimiter ferre. Ex quibus verbis mirabiliter confortatus eſt & conſolatus: in proceſſu autem temporis declaratum eſt, illos errore fuiſſe deceptos, qui crediderunt Virgines ſupernæ patriæ, fuiſſe feminas viæ. Adhuc imago illa Crucifixi in dicto conventu in reverentia habetur & honore.

cum Sanctis colloqui auditus

h

alio obligatur,

C *& per eam ideo accuſatus*

PER AMPLITUDINEM EXMS.

conſolante eũ de cruce Chriſto.

7 Quantumcumque autem polleret virtutibus & meritis præfulgeret, ne quaſi pulverem jactaret in ventum, ſi ſine humilitate virtutes alias in animo congeſſiſſet, ſic ſe humilem & ſubjectum in congregatione Fratrum exhibuit, ut ad Fratrum obſequia, in quibus ſanctus juvenis occupabatur interdum, ſe facilem & voluntarium exhiberet. Sæpe namque pia ſollicitudine ſerviebat infirmis, frequenter hoſpites hilari ſuſcipiebat affectu, nonnunquam verborum & geſtuum compoſitione ſervata diſcrete peragebat janitoris officium, ad nulla officia quantumcumque humilia & vilia ſe difficilem exhibebat vel invitum; interdum cum Martha exterioribus miniſteriis ſolicite inſerviens, & ſedens ad pedes Domini cum Maria, non diebus neque noctibus ceſſabat à colloquiis divinis & oratione, Euangelium Chriſti vel aliquem ſacrum codicem ſub axilla vel in pectore aut in manibus gerens, ſemper legens cum poterat, vel lecta meditans, vel audita ruminans & memoriæ recommendans. Inerat enim ei ardens deſiderium ſapientiæ, & tantus amator factus eſt legis divinæ, ut cum Eunucho Æthiopiæ, etiam in miniſterio quotidiano poſitus, ſacras, cum poſſet, litteras legere non ceſſaret. Sic enim in ipſo ſibi grata viciſſitudine ſuccedebant ardor diſcendi & deſideriũ promerendi; ut mirum in modum interdum non minoratus actu, non minus percipere ſapientiam deſineret. Contulerat enim ei divina providentia cor docile & tenacem memoriam ad depoſita fideliter cuſtodiendum, & linguam eruditam ad depoſita efficaciter diſpenſandum. Unde ſine moræ diſpendio factum eſt cor ejus promptuarium ſacræ Legis & ſanctarum armarium Scripturarum.

officia humilitatis obit,

lectioni piorum librorum & ſcripturæ intentus

E

F

8 Per idem tirocinii tempus, hæreticorum opprobriorum, Eccleſiæ Dei exprobrantium, non immemor neque oblivioſus zelator effectus, ſic animo ſuo fidem præcipue & ea quæ ad fidei defenſionem pertinent & hæreticorum impugnationem impreſſerat, ut quaſi fidei propugnator ardentior, totum in illius & contra hoſtes ejus ſe mancipaverat obſequiũ; quod quæcumq; ejus & verba & ſtudia veritatem fidei redolerent: ac ſic circa defenſionem ipſius fidei, pro qua totus ardebat, prævaluit & profecit; quod contra illius diros hoſtes continuũ certamen exercẽs, ſuum tandem agonem diuturnum victrice ſuperante martyrio feliciter conſummavit. Pro hac enim à primævis temporibus mortem ſubire cupiens, hoc principaliter à Domino attentis & crebris ſupplicationibus poſtulaſſe dignoſcitur, quod non ſineret eum ex hac luce migrare, niſi ſumpto pro illo calice paſſionis. Nec fraudatus eſt deſiderio ſuo.

zelo in hæreticos ſuccenditur:

9 Verum diſponente Domino lucernam ſuam, quam taliter concremabat, non occultare ſub modio, ſed brevi temporis ſpatio ſuper prædicationis candelabrum altius ſublimare; credita eſt ſibi diſpenſatio

concionatur

PER AMB. TAEGIUM EX MS.

eloquiorum divinorum; & cæleſti virtute ſtudium comitante, prædicator factus eſt generalis. Ubi autem velut alter Gedeon tubam prædicationis aſſumpſit, quam glorioſo clangore ſonuerit, hoſtes ac fideles excitans, in multis partibus eſt auditum. Exivit enim ſonus ipſius in omnem terram provinciæ Lombardiæ, apud Urbem etiam, & per non modicam partem Thuſciæ, & per Romandiolam totam & Marchiam Anconitanam. Quas enim civitates aut oppida ibi ſita devotis aliquando clamoribus non excitavit? quarum gentium per dicta loca morantium non concuſſit corda, vel pulſavit auditum? Ubique in memoratis partibus ſanctæ opinionis diffuſus eſt odor, aliis odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem: ubique reddita eſt ejus perſona ſpectabilis, ubique celebre factum eſt nomen ejus. Auris audiens beatificabat eum, & oculus videns ei de ſanctis operibus ejus, de exaltatione quoque fidei & victorioſa confutatione erroris, teſtimonium perhibebat. Quantos autem & quales fructus fecerit in ſalutem animarum vel in ſuorum copia meritorum, ſolus novit qui multitudinem ſtellarum enumerat, cui nuda ſunt omnia & aperta. Si enim beatus eſt, qui jugum Domini ab adoleſcentia ſua portaverit; quanto beatior, qui tamquam Beniamin adoleſcentulus in exceſſu ſanctitatis & virginitatis, triginta fere annorum ſpatio in Prædicatorum collegio commoratus, totum tempus & numerum dierum vitæ ſuæ ſtudioſe in divinis obſequiis expendit, uſque ad triumphalem titulum paſſionis. Et ut dies pleni invenirentur in eo, & ut noctes vacuas non haberet; nocturna ſilentia, humanæ deputata quieti, poſt dormitionem brevem decurrebat in ſtudiis lectionum, & ſomni tempus devotis orationibus occupabat & ſuſpiriis: dies autem impendebat commodis animarum, vel quotidianis & ſedulis prædicationibus immorando, vel confeſſionum audientiæ inſiſtendo, aut hæreticorum dogma peſtiferum validis rationibus confutando; inquibus ſpecialis dono gratiæ claruiſſe certum eſt. Sic ergo Dominus gratiam gratiæ exæquavit, quod multitudo populi ad prædicationem undique confluentis, gratiæ ejus magnitudinem oſtendebat. De civitatibus enim & caſtris, cum vexillis & tubis ſonantibus, erumpebant obviam venienti: recedentem quoque tot aliquando ſequebantur, quod vix ab eis poterat ſeparari. Sæpius etiam, ubi ſtatuerat prædicare, innumerus turbarum concurſus loca præripiēs ipſum intolerabiliter opprimebat. Propter quod Mediolanenſium populus, in inſigne devotionis indicium, in carruca ex pictis aſſeribus fabricata, non collis animalium, ſed humeris vecta fidelium, collocatum Sanctum, à preſſura multitudinis importuna ſervabat illæſum; & prædicationis locum aptum ſibi providebat ceteris præeminentiorem. Sic namque deduci debebat agricola, qui ſemen veritatis contra hæreſes, ſemen pacis contra odia, & adverſus ſcelera juſtitiæ ſemen ſeminabat. Unde multi abjurabant hæreſes catholica veritate inſpecta, plures injuriis dimiſſis finem diſcordiis imponebant, plurimi ſua confitendo peccata ad pœnitentiam properabant. Qui enim talia miniſtrabat ſemina ſeminanti, tales fructus abundantius ex talibus ſeminibus proferebat; propter quod labores ei leves & dies pauci, præ amoris divini magnitudine, videbantur.

per Lombardiam & Italiam,

celebri fama

B

diligenti ſtudio,

maximo concurſu,

C

10 Sicut autem, ad labores quoſlibet tolerandos, amor Dei & reportata lętitia de fructuum abundantia ipſum fortius roborabat; ſic ad aggrediendum quæque ardua ſuperna provocabat fiducia, experimentis pluribus comprobata. Sic enim de ſuperno confidebat auxilio, quod credebat, & vere; ut vix eſſe poſſent ita duræ cervicis homines in civitate vel caſtro, quin eorum corda ſalubriter ſubverteret, ſi tempus adeſſet prædicationi ejus diutius inſiſtendi: Unde ſi (quod rariſſime contigit) interdum accideret, quod urbem ingreſſus vel oppidum, in prima vel ſecunda prædicatione copioſum populum non haberet; revelata fiducia prædicta, in ſociorum ſuorum ſolamen illud Propheticum inducebat, adhuc quadraginta dies & Ninive ſubvertetur: quod non ſolum ſemel per eum ſicut per Jonam, nec in una civitate tantum, ſed multoties & in multis locis conſtat eſſe impletum. Ion. 3, 4

D

et fiducia in Deum.

ANNOTATA.

a *Vitæ Fratrum*, Omnes fere conſanguineos hæreticos habuit.

b *Ibidem*, in ætate quaſi octo annorum.

c *Ibidem pro* patruo, *ſemper nominatur* patronus.

d Petrinus, *diminutivum à* Petrus, *juxta Italici ſermonis vernaculam proprietatem, ſæpe alias indicatam.*

e *Hæc parentheſis Taëgii eſt. In Vitis FF. ſic paucis dicitur*: Cum igitur virgo & acuti ingenii juvenis, Ordinem Prædicatorum ſub B. Dominico intraſſet, totum prædicationi & hæreticorum impugnationi ſe dedit. *Garzo pluribus hic agit de S. Dominico ejuſque & S. Petri colloquium à ſeipſo addit.*

E

f *Sequens paragraphus Taëgii eſt, aliunde acceptus.*

g *Rehac ait accidiſſe in civitate Comenſi, unde S. Petrus Florentia habitatum venerat; tum ſcilicet adhuc juvenis ſcholaris. Garzon idem antea dixerat, indicans cœnobium ſub titulo* S. *Ioannis Bapt. in ſuburbiis fuiſſe, & ſanctas Virgines nominans*, Agnetem, Catharinam, Cæciliam.

h Æſis, *vulgo* Ieſi, *ad cognominem ſibi rivum, vulgo* Fiumeſino; *compoſito nomine, quaſi dicas*, flumen Æſinum.

CAPUT II.

Muto loquela à S. Petro reſtituta, futura prædicta, oleum multiplicatum, morbum ſimulanti morbus immiſſus.

11 CUm autem ſicut pluvia doctrina ejus creſceret, inter ipſos eloquiorum imbres quaſi effuſos cælitus, Domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis, plura cœperunt miracula coruſcare. Dum enim die quadam Mediolani præ foribus eccleſiæ S Euſtorgii prædicaret; cuidam juveni muto, ad eum ex devotione populi adducto, immiſſo digito in ore ejus ad corpus Chriſti conficiendum conſecrato, ſoluto linguæ ejus vinculo loquelæ beneficium reſtituit: mox interrogatus puer, qui diu tacuerat, id eſt decem annis, quid in ore habuiſſet, Digitum, inquit, veſtrum: & ſtatim in uberes gratiarum actiones coram omnibus etumpens, apertorum noviter Chriſto vitulos labiorum reddidit; propter quod iniqua hæreticorum labia præ confuſione obſtrui debuiſſent, ſed ipſi tamquam canes impudentiſſimi ſalutifera confuſione non ſunt confuſi & erubeſcere neſcierunt: unde ad Sancti ſui gloriam plura Dominus innovavit ſigna & mirabilia.

F

muto loquelâ reſtituit:

12 Meritis etiam ſervi Dei veniam de peccatis mereri potuit ſimiliter & ſperare mulier quædam Mantuana, de qua plurimi deſperabant. In mortis enim diſcrimine conſtituta, per longum temporis ſpatium jam linguæ uſum perdiderat: ad quam rogatus accedens, ut ad eam vita ingredi valeret per auditum, & mors egredi per loquelam, caputio reverenter extracto, præmiſſo Dominus vobiſcum, primam lectionem Euangelii ſecundum Joannem primitus audire fecit, & mox, ut loquens peccata

cuidam ſanitatem corporis & animæ.

A peccata ſua confiteretur, ei injunxit: qua incipiente uti, obedientia vel gratia potius ſalutari, ſtupefacti circumſtantes ac læti de domo egreſſi ſunt, ne peccata confitentis audirent: ſed poſtea ſic fortiter loqui cœpit, quod generalem confeſſionem, quam fecit in fine diſtincte audire & intelligere extra domum etiam potuerunt. Propter quod fama ipſius & gratia non ſolum in civitate prædicta, ſed ubique quotidie per patriam augebatur, & diffuſius rutilabat. Nec mirum quod hæc & alia plura dum viveret dignatus eſt Dominus per eum operari; plures enim energumenos & alios variis vexatos languoribus ſolo tactu vel ſigno Crucis liberavit, ſicut plurimorum fide dignorum atteſtationibus eſt probatum. *a*

13 Sæpe etiam Cæſenæ ad predicandum ibat, ubi erat adeo gratioſus, quod, quando ejus à populo ſciebatur adventus, multitudo maxima tanta cum alacritate & celeritate ei occurrebat, quod etiam nobiles & honorabiles valde matronæ, præ nimia feſtinantia & ſine chlamydibus occurrebant; ſine quibus alias juxta patriæ morem exire in publicum non audebant. Cum excipiebatur à populo, ad plateam ducebatur civitatis illius; ubi in eminentiori loco poſitus, ſedentibus cunctis ſtatim proponere verbum Dei cogebatur. Hoc facto, ad ſuum ducebatur hoſpitium, ad eccleſiam S. Joannis *b* Euangeliſtæ. Cum igitur præfatus Pater die quadam per Cæſenatenſem civitatem tranſitum faceret, nobilem juvenem prædictæ civitatis obvium habuit, qui Joannes Blaſii dicebatur: qui ſanctum rogavit virum, ut ipſum manu ſua tangens, eum à *c* natta, quam decem annis in manu habuerat, curaret, quæ propter temporis prolixitatem jam fuerat ab annis pluribus indurata. Vir autem Dei, dicens hoc ſuis non competere meritis quod petebant, hoc facere recuſabat. Cumque eum poſtulantis devotio perurgeret, apprehenſa manu ejus, ſuper nattam Crucis ſignum fecit, & dixit: Confide in Domino, fili, quia cito te liberabit. Statimque ambo ab invicem diſceſſerunt: ille vero manum reſpiciens, nattæ tumore duritiaque evaneſcente, totaliter ſe liberatum invenit, Deo gratias agens.

14 Aliquando vir ſanctus in memorata hoſpitabatur eccleſia, quia Fratres ibidem locum adhuc *d* non habebant; cumque quadam die olera pro eo pararentur, oleum in domo Sacerdotis contigit omnino non haberi. Tunc B. Petrus puerum ad nobilem quemdam de Cæſena ſibi admodum familiarem miſit, qui Bonacurſius dicebatur, ut ei oleum pro prandio mitteret: ille autem anno ipſo oleum in magna habuerat urna, ſed diebus illis omnino defecerat. Doluit ille quod beato viro oleum mittere non valebat: ſed ne puer putaret quod ex illiberalitate oleo ſe carere aſſereret, ait illi, Fili, erubeſco, quod petitioni Patris mei annuere non poſſim; quia oleum, quod habueram, jam defecit: ſed tu ipſe ad vas perge, ut veritatem tuis conſpicias oculis. Acceſſit puer ad urnam, & eam oleo plenam reperit, quæ prius vacua erat, ut etiam præ nimia abundantia ſuperflueret. Quo viſo vir ille gratias agens, totam vicinam ad hoc contuendum miraculum convocavit, & Beato Patri oleum ſibi miraculoſe miſſum, quando indiguit, liberaliter miniſtravit.

15 Cum autem iturus eſſet in Lombardiam, & ex Cæſena recedere vellet; die quadam civitatis illius convocato populo, devote eis propoſuit verbum Dei; in fine vero ſermonis dixit, omni audiente populo, Ego autem, filii, à vobis recedo, numquam ulterius vos viſurus; tria igitur vobis prædicere volo, quæ infallibiliter implebuntur: primum eſt, quod poſt futuram Domini Reſurrectionem proximam pro fide ab hæreticis occidar; quoniam ab eis mors mea ordinata eſt: ſecundum, quod Romaniolæ provincia, quæ nunc pace fruitur, uſque ad breve tempus, multis ſubjacebit *e* perturbationibus: tertium, quod propter peccata nominum regionis iſtius quidam adhuc homines dominabuntur, quorum linguam intelligere *f* non poteritis, nec familiaritatem habere, quæ omnia, ut prædixerat Sanctus, ſunt impleta.

16 Cum eſſet B Petrus Prior *g* conventus Placentini, tantum corpus ſuum abſtinendo, vigilando, orando, ſtudendo, aliis virtuoſis operibus laborando affligebat; quod Fratres eum D. Mathæo de Corigio, tunc Prætori, de hoc accuſaverunt, affirmantes quod ſeipſum ante tempus occideret, ſicut idem D. Matthæus poſtea referebat. Ibi autem à populo in maxima habebatur reverentia: contigit autem ut die quadam veniret ad eum uxor D. Joannis Scoti, quæ ad ipſum ſpecialem habebat devotionem, ut ſacris ipſius conſiliis ſuper tribulatione ſua remedium percipere mereretur. Quæ cum ſuas ei expoſuiſſet anguſtias, & quod vir ejus propter patriæ *h* turbationes de civitate expulſus fuerat, & ad Montem-Peſſulanum *i* ſe tranſtulerat, & quod de pace nulla ſpes à populo habebatur, & inſuper quod prole careret; vir Dei ſtatim divino revelante ſpiritu ait illi: Confide in Domino, filia, & certa eſto quoniam, antequam ab hodierna die annus compleatur, de viro tuo, qui in proximo Placentiæ cum pace reverſus erit, concipies & paries filium, qui civitatis iſtius adhuc Dominus erit. Poſt dies paucos pax ibi facta eſt, quæ prius impoſſibilis videbatur: & illius Dominæ maritus cum lætitia rediit, cui antequam annus compleretur, ut vir Dei prædixerat, natus eſt filius quem *k* Albertum vocavit. qui poſt annorum non paucorum curricula pervenit ad ſtatum, qui per B. Petrum prophetatus fuerat.

17 Frater Wilhelmus Veronenſis de Lavazanis, Ordinis Prædicatorum, vir religioſus & probus, dum eſſet juvenis, die quadam B. Petrum, qui ad prædicandum iverat, ad quamdam eccleſiam ſociavit: & cum præfatus Frater quemdam illius eccleſiæ librum aperuiſſet, ſubito ſcorpio, qui ibi erat, manum ejus pupugit; cui punctura dolor ſtatim & tumor ſucceſſit. Et cum doloris anguſtia premeretur, B. Petrus audiens quod acciderat, venit ad Fratrem; & facto ſuper manum Fratris Crucis ſigno, dixit, Pone, Frater, pedem ſuper ſcorpionem, qui in terram decidit, ne quemquam ulterius ledere poſſit, & confide in Domino quia liberatus es. Cum ad effectum, quod Sanctus juſſerat, ille mandaſſet, ſubito dolor ille ac tumor deceſſit, acſi punctura illa læſus non fuiſſet.

18 Cum B. Petrus, zelo fidei & veritatis ignitus, hæreticos in ſuis diſputationibus confutaret, nec non & miraculis evidentibus Chriſti virtute clareret; quidam hæreticus apud Mediolanum, zelo malignitatis accenſus, pluribus hæreticis convocatis, ait: Populus iſte ſtultus, qui F. Petro Veronenſi tantam exhibet reverentiam, inter cetera ipſum magnificat, quod miraculis clareat: cogitavi igitur ipſum confundere, ut miracula ejus falſa eſſe appareat, erubeſcatque populus, qui ipſum de miraculorum operatione commendat. Ego enim cum per omnia ſanus ſim, gravem me habere infirmitatem ſimulabo, ipſumque, ut mihi ſanitatem reſtituat, exorabo; ipſe me ſignabit & tanget, & ego me liberatum oſtendam. Cum autem populus miraculum hoc ejus enarrabit, ego è contrario

a PER AMETAEGIUM EX MS.

b *alium à natta liberat*

c

d

oleum multiplicat

e

f

g

h

i

k

& prolem cuidam naſciturum prædicit.

à ſcorpione læſum ſanat.

PER AMB. TAEGIUM EX MS.

trario me nullatenus infirmum extitiſſe aſſeram, voſque teſtimonium perhibebitis jurati, & per hunc modum nullus ejus miraculis fidem adhibebit amplius. Placuit illis malignitatis ſermo, & B. Petrum in deceptione hac confundere cogitarunt, quem in diſputatione fidei ſuperare non poterant.

hæretico morbum ſimulanti febrim immittit,

Venit igitur hæreticus ille ad eccleſiam Fratrum Predicatorum de Mediolano, baculo ſe ſuſtentans, quaſi ſuper pedes ſubſiſtere non valeret; & B. Petro debili ac ſubdola voce ait: Pater ſancte, cum ego periculoſe & graviſſime ſim infirmus, & medicorum remedia mihi prodeſſe nequeant; rogo, ut me manu veſtra tangatis, & veſtrorum auxilio meritorum ſanitatis mihi beneficium impendatis. Tunc ſanctus vir, ſancti Spiritus illuſtratus gratia, ait: Rogo Dominum meum Jeſum Chriſtum, ut ſi infirmus es, ſanitatem tibi reſtituat: ſi autem infirmitatem fraudulenter ſimulas, corpori tuo ad animæ ſalutem infirmitatem tribuat. Statim ut hæc complevit verba, graviſſima eum arripuit febris, ita ut ſuper pedes ſuos ſubſiſtere non valeret, ſed ad domum propriam aliorum obſequio portaretur. Cumque in lecto poſitus fuiſſet, & ad eum convocati medici fuiſſent; deficientibus medicinæ remediis, per illos judicatum fuit, quod in brevi moriturus erat. Tunc vexatione auditui intellectum

B *ſed iterum ſanat, etiam quoad animam.*

præbente, ille devotione non ficta B. Petrum ad ſe venire poſtulavit; cui malignitatis ſuæ culpam detegens, & ſe peccaſſe humiliter confitens, abjurata hæreſi fuit ſtatim per B. Petri orationem & merita ab infirmitate mentis & corporis liberatus. Confuſi vero fuerunt hæretici, & mentita eſt eis iniquitas, qui virum Dei confundere nitebantur.

alterum ex garrulo mutum facit.

19 Quadam die cum cuidam ex hæreticorum prioribus, multum malitia & cavillatione acuto, obviaſſet, hæreticus ille ad diſputationis certamen eum in loco patenti invitavit; at ille pugnam non renuit, ne adſtantes, ſi reluctaretur, Petrum confuſum arbitrarentur & convictum. Congreſſis igitur in verborum prælio, hæreticus argumenta ſua ſatis ſubtilia ad ſuam probandam perfidiam fecit; at B. Petrus, cum eſſet improviſus, moram aliquam ad reſpondendum ſibi concedi petiit; qua data, cunctis exſpectantibus, Sanctus Dei eccleſiam, quia prope erat, intravit, ante B. Virginis altare devotius cum lacrymis oravit, ut defenſioni veræ fidei ſuæ provideret; cumque aliquis titubationis motus in eo inſurgeret, propter quod ferventius devotiuſque orabat, omni amota ambiguitate in fide ſolidari ſe ſenſit, ab imagine B. Virginis voce audita: Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua. Inde ergo confortatus, egreſſus ad hæreticum ab eo poſtulavit, ut inductas iterum replicaret rationes; ille autem Dei virtute ita mutus effectus eſt, ut nec unum quidem verbum proferre valeret, ſicque confuſus abſceſſit.

C

ANNOTATA.

a *Cetera quæ ſequuntur miracula, uſque ad num.* 30, *Taegius adjecit ad primum contextum Thomæ de Lentino, aliunde accepta.*

b *Ea tunc Cathedralis erat in Garampæo colle, quam à S. Eleutherio Papa an.* 192 *conſecratam jactant Cæſenates; uno autem poſt S. Petri martyrium ſeculo, tempore Vrbani VI, excitata eſt nova cathedralis ſub appellatione S. Ioannis Baptiſtæ.*

c Natta, *idem hic quod callus groſſior.*

d *Si, uti ſcribit* Pius, *ſed deficientibus documentis dubitat* Vghellus, *Epiſcopum ex Ordine* Prædicatorum *habuit Cæſena anno* 1263, *nomine Franciſcum; videri poterunt illuc introducti Dominicani haud diu poſt martyrium Sancti.*

e *Secutum eſt nempe Fridericianum ſchiſma, quod pleraſque Romandiolæ urbes à Pontifice & Eccleſia diſtraxit, pace autem compoſita recruduerunt inteſtina bella inter civitates, à quibus nec Cæſena libera fuit.*

D

f *Imperatorios legatos, natione Germanos, intelligit, multa poteſtate per Romaniolam uſos.*

g *Priorem Placentiæ fuiſſe Sanctum an.*1250, *ſcribit* Petrus Maria Campi *in Hiſtoria Placentina.*

h *Idem aſſerit, has turbas dicto anno fuiſſe concitatas à plebe contra patritios; & electo in* Poteſtatem, *ut appellant,* Vberto de Iniquitate, *vehementius incaluiſſe animos partium.*

i Mons-Peſſulanus, *urbs Galliæ Narbonenſis, abeſt longius; ideo libentius crederem aut* Montem Feltranum, *aut* Politianum, *aut (quod ſcriptura proximum eſt)* Feſulanum *intelligi debere.*

k *Hic* Albertus, *juxta præcitatum* Petrum Mariam, *anno* 1269 *erat annorum* 18, *& natu maximus inter plures Ioannis Scoti liberos,*

CAPUT III.

Dæmon à S. Petro fugatus, hæretici Florentia pulſi, pes cuidam reſtitutus, ſolatium à Chriſto è cruce datum, præſtigiæ hæreticorum diſſipatæ.

E

20 Die quadam B. Petrus apud Florentiam, convocato populo civitatis in platea, quæ Mercatum *a* novum dicitur, verbum Dei multitudini magnæ prædicabat. Cumque in ipſius proſecutione ſermonis vir Dei prædicationi ferventer inſiſteret, *d* & populus his quæ ab eo dicebantur devote pariter & reverenter intenderent; accidit, ut cujuſdam nobilis de Florentia puer, cum *b* dextrario magno ſui *b* Domini, ab locum ubi B. Petrus populo prædicabat appropinquaret. Et ecce ſubito (forſan generis humani inimico procurante, ut viri Dei prædicatio & populi devotio turbaretur) celerem equus arripuit curſum renitente curſore, ipſumque protinus ad terram proiicens, verſus populum in platea ſedentem magna cum velocitate currebat. Populus autem equum videns, per plateam tranſitum facere volente, perterritus eſt: propter preſſuram vero magnam, quæ ibi aderat, divertere non poterant, niſi hi qui in extrema erant parte conſtituti. Videns autem B. Petrus populum terrore commotum, ſubito Dei ſpi- *calcatos ab equo illæſos ſervat.*
ritu confortatus, extenſo brachio populum Crucis munivit ſignaculo, & magna exclamans voce F
dixit: Nullus ſurgat, nullus timeat, nulluſque divertat: quia Chriſti gratia præſtabit auxilium, ut nemo lædatur. Tunc equus curſu rapido proſiluit in populum; & ab uno plateæ capite uſque ad aliud tranſitum faciens, pedes ſuos ſuper capita, genua, renes & humeros virorum ac mulierum ponēs, hunc in modum magnam populi partem pedibus conculcavit, ſicque pertranſivit & receſſit. Quo facto, diligenti inquiſitione facta per populum, repertum eſt, quod Chriſti operante gratia nullus omnino læſus extitit, ſicut per virum Dei fuerat ante dictum.

21 Alia vice in eadem civitate, prædicante B. *dæmonem fugat.*
Petro in foro veteri, humani generis hoſtis, fructificationem ejus ex doctrina prædicationis ejus invidens, impedire quæſivit, ſed non prevaluit: in forma enim equi nigerrimi apparens, movens ſe ex ſtrata fabrorum ferrariorum, curſu velociſſimo ad plateæ fori ipſius principium advenit, ut ejus aſpectu & curſu audientes territi, fugam caperent; at à viro Dei Crucis facto ſigno contra eum, ſubito diſparuit, neminem lædens: ſicque ſpe ſua fruſtratus eſt coluber tortuoſus & unde ab attentione verbi Dei diſtrahere procuravit, inde ex miraculo eos fecit magis devotos.

22 Erat

A 22 Erat autem Florentiæ haud modicus eorum qui illa Manichæorum hæreſi infecti erant numerus, diabolum rerum viſibilium creatorem aſſerentium; c contra quos B. Petrus, pugil egregius & hæreticorum Inquiſitor, viriliter dimicavit: quibuſdam de Rubeorum familia nobilibus & aliis Catholicis vexillum exhibens Cruce inſignitum, ut ipſe verbis & illi gladiis contra hæreticos Domini prælium exerceret. Certamen invicem ineuntes Catholici hæreticos ſuperarunt ultra Arni fluvium, in platea d S. Felicitatis; & circa Arnum in loco, qui Puteus ad S. Sixtum dicitur, non multum à conventu Ordinis diſtans, eoſdem de urbe egredi compulerunt; ne carnes putridæ reſiduum corrumperent corpus, & morbida ovis reliquum corrumperet gregem. Adhuc perſeverant in dicta civitate victoriæ ſigna, ſigna Crucis in lapide ſculpto & ſuper columnam impoſito; ſed & ipſum crucis vexillum anniverſario natalis ejus die defertur à viris ſocietatis cujuſdam, quæ S. Petri Martyris nuncupatur, cum ad eccleſiam Fratrum ad offerendum accenſos cereos accedunt. Ipſam quoque ſocietatem dicitur B. Petrus Martyr inſtituiſſe, cui, cum Fratres poſſeſſiones non retinerent, multa immobilia ſunt legata per teſtatores, ut ex eorum redditibus fierent Fratribus dicti Conventus Ordinis B Prædicatorum e pitanciæ infra annum.

¶ c *hæreticos Florentia pellit:*

d

e

23 Tempore quo B. Petrus prædicationis officium per Italiam fructuoſiſſime exercebat, contigit iuvenem quemdam, ad ejus Prædicationem compunctum, ad ipſum accedere pro ſuorum confeſſione peccatorum; qui inter cetera confeſſus eſt ſe ex turbatione quadam matrem ſuam pede percuſſiſſe. Sanctus vero Petrus eum de talis præſumptione criminis arguens, inter cetera ad ejus terrorem dixit, quod pes ille, qui matrem percuſſerat, abſcidi mereretur; dataque illi ſalutari pœnitentia, ipſum abſolutum abire permiſit. Juvenis vero, verbum B. Petri de pedis amputatione diu mente pertractans, diabolica perſuaſione deceptus, accepta clam dolabra, ſibi pedem in vindictam ſceleris amputavit. Cumque præ dolore nimio clamores emitteret, pater ipſius ac mater ceterique de familia cucurrerunt. Audito autem quod B. Petri verbo ſibi occaſionem acceperat ad tale procedendi judicium, omni mora poſt poſita, pater ipſius B. Petrum adiit, caſumque expoſuit doloroſum; rogans, ut doloroſum juvenem videre non abnueret, ipſumque apud Dominum precibus adjuvaret. Pius autem Pater, aſſumpto ſocio, ad ipſum acceſſit: & C pia compaſſione commotus, deque Chriſti pietate confiſus, omnibus qui aderant excluſis, illius parentes ſociumque retinuit; & flexis genibus devotiſſime multis cum lacrymis Dei clementiam invocavit; ſurgensque cum magna ad Deum fiducia, in manibus pedem accepit, ipſumque cruri applicans & Crucis ſignaculo conſignans, ipſum ſubito ſic ſanavit, ac ſi nullum unquam vulnus habuiſſet; in ſignum tamen miraculi, cicatrix tenuis in junctura pedis remanſit, f omni penitus deformitate carens. *f*

pedem amputatum reſtituit:

24 Cum ob fidei conſtantiam & devotionem, qua totus ardebat B. Petrus, multas perſecutiones & moleſtias pateretur, contigit eum quadam nocte ad tantam labi cordis triſtitiam, ut penitus quid ageret ignoraret. Et quoniam ſcriptum eſt, Dum ignoramus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus refu- 2 Par. 20, 12 gii, ut oculos noſtros dirigamus ad te: quadam die apud Mediolanum ante Crucifixi imaginem toto corde cum lacrymis & gemitu ſe proſtravit, & ſe ei commendans dixit: Domine Jeſu Chriſte, qui omnia noſti, tu ſcis me non egiſſe ea propter quæ tantas ſuſtinere merear anguſtias. Cui protinus imago Crucifixi reſpondit: Fr. Petre, & ego, quid egi, ut crucis ſupplicium ſuſtinerem? verumtamen confide, quia ego tecum ſum & ad me cum corona honoris & gloriæ venies. Tunc B. Petrus, omni remota triſtitia, cæleſti voce confortatus, ait; Deus meus es tu & ego ſervus tuus, fiat voluntas tua. Et ex tunc nullo pavore perterritus, perſecutiones & minas, nec non & mortis pericula conſtanti animo tolleravit. Ne autem hoc propter B. Petri humilitatem occultaretur, adhibuit Dominus revelationi huic teſtes fideles. Quidam enim Frater devotus, ad oſtium Capituli B. Petro aſtans, hoc vidit, Crucifixique vocem B. Petro reſpondentis audivit. Alteri quoque Fratri in infirmitorio, orationi devote inſiſtenti in ſpiritu rapto, totum divinitus eadem hora eſt oſtenſum.

PERAMBVLATIO EXEMPLI. *in perſecutionibus à Chriſto è cruce loquente conſolatium accipit;*

25 Quadam die dum B. Petrus per Mediolanenſe territorium iter faceret, duos reperit viros, agros ſuos ſeminantes, quorum unus Catholicus erat, alter vero hæreticus. Catholicus vero in principio operis Dominum invocabat in ſui auxilium; hæreticus autem diabolum, quem tamquam viſibilium factorem, terræ ac frugum gubernationem habere credebat. Cumque ſe invicem audirent, unuſque alium de credulitate mala argueret; ſupervenit B. Petrus, qui Dei nutu inde tranſitum faciebat; qui ad illos accedens, & altercationis audita cauſa, de divina virtute ac miſericordia confiſus, hæretico dixit: Pro parte Domini noſtri Jeſu Chriſti me fide juſſorem exhibeo, quod iſtius Catholici ager, in Chriſti nomine ſeminatus, fructum proferet copioſum; ager vero tuus nullum penitus fructum faciet; ſi mihi promittere vis, quod hoc viſo miraculo, ad Romanæ Eccleſiæ fidem veraciter convertêris. Quo promittente, quod Beatus ab eo exigebat Petrus, ſe impleturum, ſi quod promiſerat eveniret; B. Petrus cœptum proſecutus eſt iter: ager autem viri fidelis, virtute Chriſti operante, uberes protulit fructus: ager vero hæretici tantæ fuit ſterilitatis, ut nec herbam quidem proferret nec folium anno illo: propter quod hæreticus, ut promiſerat, ad Chriſti fidem converſus eſt.

hæreticum immiſſa in agrum ſterilitate ad fidē convertit.

E

26 Eo tempore, quo B. Petrus, pro zelo fidei, per Mediolanenſem comitatum, prædicando & diſputando infatigabiliter, diſcurrebat; nobilis quidam & fidelis vir, qui in caſtro quodam dicti comitatus habitabat, ejus caritate ductus, ipſum in ſuo ſæpe ſuſcipiebat hoſpitio. Hæretici autem, qui in dicto morabantur caſtro, B. Petrum, propter zeli ipſius fervorem, exoſum habentes, nobilem illum à ſervi Dei familiaritate, & à fidei rectitudine avertere conabantur. Cumque incaſſum pluribus laboraſſent diebus, unus ex hæreticis ipſis qui *g* nigromanticus erat, diabolica illum machinatione pervertere cogitavit, quem falſis verborum perſuaſionibus immutare non poterat. Die autem quadam ad hæreticorum eccleſiam, quam in caſtro habebant, duxit, in qua nefanda ſua conventicula faciebant; dixitque ſociis præſentibus, viro illi fideli, Ut cognoſcas te ab illuſore illo Fratre Petro Veronenſi deceptum, & quod fides noſtra vera eſt, Romanæque Eccleſiæ fides falſa; rogo Dominum, ut nobis præſentibus miraculoſe tibi veritatem oſtendat. Statim autem ut verba finivit, diabolica affuit illuſio: nam ſplendor quidam quaſi cælitus miſſus apparuit, qui totam illam hæreticorum eccleſiam illuſtravit; poſt quem diabolus, in aſpectu & forma ſpecioſæ & venerandæ Dominæ transfiguratus, ſuper altare ſtetit, pulcherrimum, ut videbatur, puerum manibus tenens; fidelemque virum proprio vocans nomine, dixit: Tu quidem mea indignus eras gratia, quia Fratris illius Petri Veronenſis, mei, & filii mei quem brachiis teneo inimici, prædicationibus credens, fideles meos, qui hic præſentes ſunt, & doctrinam ipſorum piam & veram ſpernere videbaris: ſed quia mater ſum miſericordiæ,

F

g *amicum, diabolicis præſtigiis à fide abductum* 6

PERAMBR. parata ſum tibi remittere omnia; ſi Fratrem Petrum
TAEGIVM vis dimittere, & his fidelibus meis adhærere. His
EX MS. auditis & viſis, neſciens vir ille inter machinamenta diaboli & fidei veritatem diſcernere, ignorans non eſſe omni ſpiritui credendum, ſtatim maligni monitis acquieſcens, cujus neſcivit calliditatem agnoſcere, flexis genibus ſe, per ignorantiam erraſſe confeſſus eſt; & veniam petens, ad hæreticorum [fidem] converſus eſt. Sicque maligni viſio diſparuit. Poſt non multos dies contigit B. Petrum, inde tranſitum facientem, ad ſolitum hoſpitium declinare. Nobilis autem ille, triſti eum vultu ſuſcipiens, doluit quidem quod ad eum declinaverat; ſed quia ſero erat, erubuit ei hoſpitium denegare. Vir autem Dei hoc prudenter attendens, cognovit eum ab hæreticis immutatum: qui ipſum ad partem alloquens, invenit, ut cogitaverat, ita eſſe. Cumque cognoviſſet eum diabolica fraude [deceptum], cogitavit ipſum argumentis & auxilio veritatis ad fidem reducere, qui diabolica illuſione fraudulenta fuerat dementatus. Et quoniam qui vult jacentem erigere, debet ſe ad apprehendendum illum aliqualiter inclinare; imitatus Apoſtolum
1,Cor.9,10 dicentem, Factus ſum Judæis Judeus, ut Judæos lucrifacerem; prudenti uſus conſilio, prætendit ſe,
B propter ea quæ ab illo audierat, quaſi in parte rationabilia viderentur, aliquantulum titubare: dixitque illi, libenter ſe velle eos audire in eorum eccleſia; & ſiquid ei verbis rationabilibus aut ſignis oſtenderent, eis fideliter adhærere.

27 Ille autem gaudens ſi tantum poſſit lucrari virum, confeſtim clam hæreticos adiit, rogavit, ut mane ſequenti ad eccleſiam convenirent, orarentque Dominum ut Fr. Petro veritatem oſtendat, quam ſibi demonſtrare dignatus eſt. Gaudent hæretici, beatos ſe reputantes, ſi illum poſſint habere propitium, quem ſic fortiſſimum habebant impugnatorem.
lis per SS. Euchariſtiã detectis ac diſſipatã, Ille autem nigromanticus hæreticus dixit, ſe nullatenus [dubitare] quin Beata Virgo, quæ illi apparuerat nobili, Fratrem etiam Petrum ſui etiam gratia viſitaret, & ad bonorum hominum fidem attraheret. Noctem illam fere B. Petrus duxit inſomnem, devotioni & obſecrationibus vacans, ut Chriſti pietas diaboli machinamenta ad honorem detegeret catholicæ veritatis. Primo vero mane conſurgens, quaſi matutinas dicturus, exivit domum, & ad Catholicorum eccleſiam Miſſam celebraturus acceſſit; & antequam adveniret populus Miſſam celebrans, duas conſecravit hoſtias;
C quarum unam ſumpſit, alteram vero clàm ſub [cappa] in pyxide portans, ad hoſpitemque confeſtim accedens, dixit: Bonum eſſe, ut ſicut dictum fuerat, ad hæreticorum properarent eccleſiam. Cumque omnes, ut præordinaverant, conveniſſent hæretici: ſurgens nigromanticus ille hæreticus, ante altare nequiter ſe proſternens, ait: Oro Domine, ut Fr. Petro, adſtanti hic, veritatem fidei tuæ aperire digneris. Tum, ut prius actum fuerat, operatione diabolica non modica apparuit lux, & in forma virginis filium in gremio tenentis ſuper altare ſtetis [dæmon] & ait: Fr. Petre, qui uſque nunc mihi fuiſti contrarius, ego pietatis mater parata ſum à filio meo tibi miſericordiam impetrare, ſi Romanæ Eccleſiæ errore relicto, horum meorum fidelium volueris adhærere conſortio. Tunc B. Petrus pyxidem, in qua Chriſti poſuerat corpus, quam ſub cappa detulerat, protulit, & ipſam aperiens, dixit ei: ſi es vere
cum multis aliis reducit mater Dei, adora hunc filium tuum. Ad hujus vocem & corporis Chriſti oſtentationẽ omnis illa phantaſtica viſio diſparuit, cum ſtrepitu terribili & fœtore, parieſque eccleſiæ malignantium à ſummo uſq; deorſum ſciſſus eſt: nobilis autem ille, qui à diabolo ſeductus fuerat, cum pluribus aliis ad fidei veritatem & ad B. Petri rediit reverentiam: ex quo confuſi ſunt vehementer hæretici, & ſectatores impietatis & D pravitatis.

ANNOTATA.

a Mercatum-novum, *id eſt*, Forum-novum.

b Dextrarius, *equus generoſior, ſic dictus quod ad, pompam magis quam uſum, pretioſis inſtratus ornatuſque ephippiis, famulorum manibus deducatur, in eoque à communi equo ſeſſorio differat. Teutones à manuductione* Handpaardt *dicunt. Hinc corrige Auctores vocabularii de la Cruſca, cauſam nominis ſumentes à dexteritate ſeu agilitate: nam agilitas quidem equi eſt, ſed ea in hoc nomen non influit; dexteritas enim non eſt equi, ſed ſeſſoris.*

c *Extat Tomo 3 Italiæ ſacræ col.* 146 *Gregorii Papæ Breve ad Epiſcopum Florentinum Ardinghum, quo mandat ut decreta contra hæreticos exhibeat nomine ſuo Poteſtati & Senatui, eoſque faciat in eorum obſervationem jurare,* IV *kal. Maji, anno* Pontificatus VII, *Chriſti* 1234.

d *De eccleſia, unde huic* plateæ *nomen* S. Felicitatis *eſt, egimus* 24 *Martii, ubi de B. Bertha Abbatiſſa Ord. Vallumbroſani.* Arnus *autem mediam Florentiam interſecat.*

e Pitancia, *certum cibi potuſque dimenſum, in miraculis S. Thomæ Aquinatis* 7 *Martii num.* 31 Pietantia *ſcribitur, quaſi à* pietate, *velut eleemoſynæ nomine tributa: veroſimilius eſt vocem à Gallis acceptam, & ex eorumdem* Pite, *quo dodrans unciæ ſignificatur, eſſe derivatam, ut propriiſſime ſit idem quod unciatim dimenſum vel appenſum, uti fieri apud monachos ſolebat. Niſi malis à Saxonico aut Teutonico* pitten *aut* putten *(quod ponere vel haurire ſignificat) etymon petere, ut ſit id quod ſingulis apponitur vel hauritur.*

f *Eadem hiſtoria, plenius & diverſimode aliquantum, à S. Antonino narratur his verbis:* In illo tempore, cum per Longobardiam & Tuſciam ac Romandiolam prædicando diſcurrit; contigit ei quemdam adoleſcentem, ad doctrinam ejus compunctum, in confeſſione audire: & inter cetera confeſſus eſt ſe matrem calce percuſſiſſe. At Sanctus, facinus horrens, cum amaris lacrymis eum redarguit, oſtendens gravitatem ſceleris. Cujus verbo & exemplo commotus. Quid me, inquit, facere jubes, Pater, in ſatisfactionem tanti mei flagitii? Ecce ad omnia paratus ſum. Certe, ait vir ſanctus, ille pes mereretur abſcindi, qui inſtrumentum fuit tantæ impietatis, cum & Chriſtus dicat in Euangelio, ſi pes Matt. 18, 6
tuus ſcandalizat te, abſcinde eum & projice abs te. Non tamen hoc tibi dico ut facias: ſed cave in futurum: facies autem talem & talem pœnitentiæ ſatisF factionem. Recedit adoleſcens, cum non modico zelo ulciſcendi patratum exceſſum, licet non ſecundum ſcientiam. Reverſus domum accepit non par- *pedem ſibi*
vum cultellum, & in fervore ſpiritus pedem abſcidit. *abſcindit:*
Dolor intenſus ſequitur, quem fervor non tulit nec minuit. Clamat præ dolore, & voces audiuntur ſanguiſque effluit copioſe in terram. Cucurrit mater, cernit pedem abſciſſum ſanguine fluentem: & dolore quaſi extra ſe poſita, vocat amicas & vicinas. Accurrunt omnes, ſtupore replentur, neſcientes rei cauſam, intendunt quam citiſſime ad ſanguinis fluxum reſtinguendum; & cura quæ potuit eſſe adhibita, ſciſcitantur adoleſcentem, quomodo & qua de cauſa id actum fuerit. Reſpondit juvenis ſe confeſſum *de quo incu-*
illi Prædicatori Petro, & inter cetera de calce matri *ſatus ſanctus*
illato: quod peccatum oſtendit ei ita enorme fuiſſe, ut non videretur adoleſcenti ſufficienter ſatisfacere poſſe, niſi pedem puniendo per abſciſſionem. Querulatur mater, notæ coadiuvant, vicinia impletur murmurationibus, in contumeliam F. Petri & conventum, tenentem Fratres ita indiſcretos & fatuos, qui pœnitentiam injungant adoleſcentibus abſcindendi pedes. Pergunt ad Conventum feſtinanter,

Iuvenis qui matri calcem impegerat

vocant

A *pedem reſtaurat.*

vocant Priorem, querelam exponunt contra F. Petrum, explicant caſum. Exponitur hoc ſancto viro: excuſat ſe ille non injunxiſſe tale opus. Verum ad providendum ſimplicitati adoleſcentis, juſſit adduci cum pede abſciſſo. Quo facto, oratione præmiſſa, pedem abſciſſum junxit & coaptavit tibiæ in loco inciſuræ: & ſubito inſita eſt & incarnata cum pede tibia, ac ſi nulla ibi fuiſſet inciſura. Et videntes qui aderant, glorificaverunt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus, & ſimplicem fatuitatem juvenis convertit in gloriam Sancti ſui. *Hactenus Antoninus, in quibus hoc ſolum minus placet, quod non iviſſe ipſemet Petrus dicatur, ſed juſſiſſe ut juvenis adduceretur.*

g Nigromanticus *pro mago ſumitur*, Nigromantia *pro magia: vocis ſic formandæ ſeu deformandæ occaſionem præbuerunt, uſus vulgaris magicas artes vocandi* nigras artes, *ut ſolent Teutones, & affine nomen* Necromantiæ: *quæ dicitur ἀπὸ τῶν νεκρῶν, à mortuis petita devinatio, etiam in ſacris litteris nota.*

CAPUT IV.

Muto loquela à S. Petro reſtituta. Sanctitas ejus cælitus prodita. Sereno cælo nubes inducta: officium Inquiſitoris collatum & exercitum.

B

28 DUm matrona quædam nobilis apud Venetias, in eccleſia Fratrum, ad pedes B. Petri pro confeſſione ſederet; puer quidam qui ſemper mutus fuerat, per eccleſiam currens ad ipſam ſæpe veniebat. Cumque beatus vir interrogaſſet, an puer ille ad eam pertineret; reſpondit: Domine, filius meus eſt de quo haud modicam patior triſtitiam, quia mutus eſt, & numquam verbum proferre potuit. Tum Sanctus, de Deo concepta fiducia, puerum ad ſe vocavit; & ore ejus aperto, manu ſua linguam ipſius [extraxit, &] Crucis ſignaculo ſuper eam facto, dixit: In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti: ſtatimque puer reſpondit, Amen. Et ex tunc loquelæ uſum perfecte recuperavit, qui omni vitæ ſuæ tempore eam non amiſit. Cum FF. Prædicatores Venetiis in eccleſia B. Martini habitarent; contigit B. Petro ibidem adſtanti, ut civis quidam uxorem ſuam innocentem de adulterio ſuſpectam haberet: cumque experimento candentis ferri de ſua ſe vellet ſuſpicione certificari, illaque ad tactum igniti ferri nullatenus læſa fuiſſet; unde ille dare gloriam Deo debuit, inde peccatum auxit, putans hoc ex diabolica illuſione adveniſſe: & præ furore uxore ad terram proſtrata, arreptoque cultello talos ejus abſcidit: & ſic eam dimittens, ſtatim abſceſſit. Cum igitur vicinæ mortis expectaret periculum, B. Petrum, ad quem magnam habebat devotionem, inſtantibus acceſſivit precibus, ut ante mortem de ſuis peccatis ei confeſſionem faceret, & ab eo abſolutionem recipere mereretur, B. Petrus adveniens, ejus confeſſionem audiens, & pœnitenti animo abſolutionis remedium contulit, & morienti corpori beneficium impetravit integerrimæ ſanitatis.

muto loquelam reſtituit:

mulierem in mortis periculo ſervat.

C

29 Antequam FF. Prædicatores Ravennæ locum haberent, Rector & clerici eccleſiæ B. Ioannis Baptiſtæ civitatis ejuſdem, ipſos, Ravennam ad prædicandum euntes, pro divini verbi reverentia ſuſcipiebat hoſpitio. Accidit, ut quodam ſero hiemis tempore, B. Petrus, prædicationis gratia Ravennam ingrediens, ad præfatan declinaret eccleſiam: qui, quamvis penitus eſſet ignotus, caritative tamen ſuſceptus eſt. Cumque cum clericis in devota collatione fuiſſet; rogavit, ut mane cum campanis pro prædicatione ſignum facerent, quia populo prædicare intendebat. Et cum Clerici, propter temporis malitiam, ut à prædicatione ſuperſederet, perſuaderent, quia credebant omnino populum non venire, ait: Omnino fiat ſignum, ut dixi, quia omnino, ſi Deo placuerit, prædicabo. Nocte vero ſequenti, dum B. Petrus in camera Fratrum quieſceret cum ſocio, & Clerici, ut quieſcerent, lectos intraſſent, ſuperque totam civitatem nix magna deſcenderet; ſuper præfatæ eccleſiæ campanile cereus maximus ardens & lucens apparuit, qui cunctis de civitate ipſum videntibus non modicam præbuit admirationem. Concurrunt quamplures confeſtim ad eccleſiam, & dormientes Clericos magno cum ſtrepitu excitantes percunctati ſunt, cur cereus tam magnus in campanili poſitus fuerat, & quomodo fieri potuit, quod dum ſic fortiter ningeret, flamma à nive non extingueretur. Clerici vero viſo prodigio ſtupuerunt, cum nullus hominum nocte illa campanile aſcendere potuiſſet. Et dum rei hujus cauſam aliam cognoſcere non valerent, dixerunt: nullam aliam ſcimus aſſignare cauſam, niſi quia ſero ad nos declinavit Frater quidam de Ordine Prædicatorum, qui homo videtur magnæ ſanctitatis & gratiæ, qui dixit mane velle prædicare. Præ reverentia autem B. Petrum inquietare nolentes, quia die præcedenti valde fatigatus fuerat, omnes ad propria redierunt, mane autem facto cum populi multitudine redierunt. Tum B. Petrus, ſecundum collatam ſibi à Domino gratiam, ſic devote & gratioſe prædicavit populo verbum Dei, quod tota civitas ad devotionem & pœnitentiæ fructum commota eſt; propter quod multis diebus ibidem moratus eſt, prædicationi & audientiæ confeſſionum vacans, & multas Domino acquirens animas, cujus honorem in ſuis prædicationibus fideliter procurabat; ſicque ex fervore & fulgore prædicationis ejus, & animarum copioſo fructu, cunctis manifeſte patuit, quod in ſigno ardentis & lucentis cerei fuit congrue deſignatum.

PERAMB. TAEGIVM EX MS.

cæleſtibus ornatus Ravennæ advenit ejus ſanctitas prodit ur.

E

multi convertuntur ad pœnitentiam.

30 Cum peſtis hæretica in Lombardiæ provincia pullularet, & multas jam civitates contagione peſtifera infeciſſet; ſummus Pontifex D. Innocentius IV, attendens quantum fieret ovibus luporum periculoſa commixtio, ad peſtem diabolicam abolendam, diverſos Inquiſitores de Ordine Prædicatorum (quaſi diverſos canes qui lupos arcere poſſent à gregibus) in diverſis Lombardiæ partibus providentius delegavit. Sed cum Mediolani hæretici, non ſolum multi numero, ſed etiam magni ſeculari potentia, acuti fraudulentia, eloquentia garruloſi, & diabolica pleni ſcientia reſiderent; idem ſummus Pontifex ſciens & intelligens B. Petrum virum eſſe magnanimem, qui ab hoſtium multitudine non paveret; advertens quoque ſuæ virtutis conſtantiam, per quam & adverſariorum conſtantiæ nec in modico cederet; cognoſcens etiam ejus facundiam, per quam hæreticorum fallacias detegeret; non ignorans inſuper ipſum mundana ſapientia plene eruditum, per quam frivola hæreticorum argumenta rationabiliter confutaret; utpote inter hæreticos à puero converſatus, & qualiter ſenſum perverterent Scripturarum, & quibus verbis ſuam ſauciatam conſcientiam palliarent, frequentibus pugnis diviniſque experimentis edoctus; ipſum, tamquam fidei pugilem ſtrenuum & tam indefeſſum Domini bellatorem, in Mediolano & ejus comitatu inſtituit, & Inquiſitorem hæreticæ pravitatis auctoritate conceſſa plenaria ordinavit. Ipſe igitur injunctum ſibi officium diligenter exercens, Sampſonis vulpeculas perquirebat & diſſipabat ubique, nullam eis requiem tribuens, ſed mirabiliter omnes confundens, & potenter expellens ita ut non poſſent reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui, qui loquebatur per eum. Ad hoc inerat beato pugili ſpecialis certandi fiducia contra hoſtes, ex divina revelatione infuſa.

Inquiſitor fidei ab Innocentio IV conſtitutus.

F

Nam

PERAMBR. TAEGIVM EX MS. Nam dum ſemel, aliquantulum ex futuris & incertis eventibus pavidus, ante altare B. Virginis ſuos agones Virgini commendaret; per Virginem Virgini dormitanti eſt reſponſum, quod per filium Virginis imminente paſſionis tempore fuit alteri Petro dictum: Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua *b*. Unde nec eum certa fiducia diffiſum, nec fervor indefeſſus tepidum, nec experientia timidum permittebant; ſed ſicut leo fortiſſimus beſtiarum, ad nullius pavens occurſum, pluries hoſtibus offerebat ſub tali conditione congreſſum, videlicet quod ipſi ſecum ducerent quos poſſent, de toto exercitu Scripturarum, ipſe vero contentus eſſet uno milite contra eos; B. Paulum exprimens & eligens, velut invictum pugilem contra omnes fidei perverſores. Frequenter etiam hæreticis ſe in ignem projicere obtulit, pro veritate fidei adſtruenda, ſi ejus in igne comites fieri aſſentirentur. Inſuper pro fide vitam ſuam, non ſolum periculis, ſed morti exponere avidus, forſitan ex divina revelatione hac fuit, quod tam fideliter quam frequenter prophetico ſpiritu proferebat in medium: nam de ſuo felici martyrio & etiam de loco propriæ ſepulturæ, utrumque Fratribus per hunc modum repertus eſt prædixiſſe: Scitote, me nunquam niſi per manus infidelium moriturum; & non dubitetis, quin Mediolani me oporteat ſepeliri. Sed nec de ſuo metuebat præmio, qui ſic de merito certus erat: ſciens enim cui crediderat, nec imprudenter ſed confidenter, ſicut poſt bella victoriam, ſic coronam ſibi poſt victoriam arrogabat, ut firmiter ſaperet & crederet, quod adhuc nominaretur in litaniis & quod feſtum ſuum in kalendariis ſcriberetur. O beatum virum, cui ex præſenti vita jam futura inceperat, & cujus pedes jam in cæleſtis Jeruſalem atriis ſtantes erant! & qui adhuc in carne corruptibili poſitus, jam gloriæ incorruptibilis & laudis perpetuæ primitias deguſtabat!

animatus & à B. Virgine

b

hæreticos laceſſit:

Martyrium ſuum

B

& canonizationem prædicit:

31 Cum die quadam apud Mediolanum, Epiſcopum quemdam Catharorum *c* B. Petrus examinaret, multis Epiſcopis, Religioſis & maxima copia civitatis ad hoc ſpectaculum congregatis; & dies tum ex prædicatione, tum ex hæretici examinatione in longum protracta fuiſſet, maximusque æſtus cunctos affligeret; hæreſiarcha ille, tempore ſubſannationis invento, cœpit coram omnibus exclamare: ô Petre perverſe, ſi tu es ita Sanctus, ſicut hic ſtultus populus te affirmat, cur permittis ipſum tam graviter æſtu affligi, & non rogas Deum, ut interponat nubem aliquam, ut non moriatur hic ſtultus populus tanto æſtu? Cui cum athlera fidei fiducialiter reſpondiſſet, quod dixerat ſe facturum, ſi promitteret, quod abjurata hæreſi protinus converteretur ad fidem; multi ex Catholicis ſuper obligatione B. Petri contriſtari cœperunt, timentes ne fides Catholica ex hoc confuſionem pateretur: & è converſo multi ex infidelibus ſunt gaviſi, confuſionem viri cum gaudio exſpectantes, præcipue cum in toto aëre nulla vel minima nubecula appareret; proinde, ut promitteret, ſuum Epiſcopum cum clamoribus inſeſtabant. Cumque vel iſto modo hæretici pertinacia, ſe obligare nolentis, frangi non poſſet vel aliquatenus emolliri; B. Petrus, qui vel propter infidelium gaudium vel timorem fidelium non fuerat infirmatus, ſperans in Domino, Ut appareat, inquit, quod bonus Deus viſibilium omnium & inviſibilium ſit creator & factor, rogo ipſum, ut ad conſolationem fidelium in ſe credentium & non credentium confuſionem, aliquam nobis dignetur nubeculam mittere, quæ inter ſolem & populum interpoſita, nos ab hoc æſtu defendere valeat. Quod ubi de quodam eminenti pulpito, Crucis præmiſſo ſignaculo, explevit; mox Dominus de quadem nube quaſi tentorium eis fecit, quæ umbræ ſuæ per longum *d* tempus omni populo præbuit velamentum, & cauſam exultandi auxit fidelibus & contra hæreticos inſultandi.

c

d

sereno cælo nubes inducit:

C

32 Altera die ſimiliter ad diſputandum cum hæreticis conſtituta, *e* morantibus Fratribus de vicinis conventibus vocatis, filii tenebrarum prudentiores filiis lucis, cum eſſent armis veritatis exuti, ſe multitudine armaverunt; ut quem ratione non poterant, ſaltem multiloquio ſuperarent. Adfuit inſuper eorum ſtipatus frequentia quidam, quem elegerant ſuæ perfidiæ defenſorem, vir clamoſus garrulusque & malitioſis ſermonum verſutiis eruditus, Is ubi pugilem fidei cum ſocio ſuo conſpexiſſet adſtantem, ſtatim verborum laqueos ejus pedibus præparavit; & ut incautum corruere faceret, cœpit importune & clamoſe inſiſtere, ad ea, que propoſuerat, reſponderet. Quo ſæpius acclamante, vir Dei attendens, quod ſervum Dei clamoribus litigare non decet; & ubi non erat auditus, verba veritatis & ſobrietatis effundere non prodeſſet; recordatus miſericordiæ Domini, totum ſe ad orationem devote contulit, ſupplicans ut hoſtes vel juſte erubeſcerent tamquam impii, & muta fierent labia doloſa, aut ſuper eos ſol veræ intelligentiæ oriretur. Nec mora, mox duorum alterum, quod petiit, impetravit, prout utriuſque partis merita exigebant. Cum enim fidei defenſor fiducialiter inſiſteret adverſus veritatis adverſarium, ut adhuc quæreret quod quærebat, ita divinæ virtuti diabolica verba ceſſerunt, ut ille paulo ante loquax & garrulus, ſic ſubito mutus quaſi effectus eſt & elinguis, ut nec ad quærendum nec ad reſpondendū ós aperire ad verbum unicum prævaleret: propter quod ejuſdem perfidi comites infideles diſſipati ſunt ab invicem, nec compuncti, eorumdem duritia reſiſtente. *f*

e

garrulum hæreticum,

orâtione facta,

elinguem reddit:

D

d

E

f

33 Semel contigit, eo iter agente cum Epiſcopo *g* Placentino, quod ad domum diverteret nobilis viri Domini Gaufredi *h* Comitis de Lumello, cujus filium, Henricum nomine, ita gulæ tumor compreſſerat, quod nec loqui nec ſpirare poterat: propter quod parentes de proxima filii morte anxii, & deſperati de vita, audito Fr. Petri Veronenſis adventu, ambo properant in advenientis occurſum, & moriturum puerum dolenter nuntiant & ſolicite recommendant. Quo accedente, levatis ad cælum manibus & Crucis in eo facto ſignaculo, puer jam [morti] devotus, ſuo tam languenti collo, tamquam aliquod ſalutare remedium, ejus cappam adhibuit; & benedictione recepta, recepit pariter ſanitatem. Quod pater diligenter attendens, empta illi nova cappa, tantæ virtutis vetus veſtimentum retinuit, quod poſtmodum nequaquam ad inſipientiam ei ceſſit. Procedente vero tempore idem nobilis, vehementi dolore viſcerum gravatus, credens & metuens ſibi exinde mortis imminere periculum, cappam ipſam, quam ex tunc conſervaverat, reverenter afferri fecit; qua ſuo appoſita pectori, mox vermem, duo capita habentem & pilorum denſitate villoſum, evomuit; ſtatimque plenæ ſanitatis conſecutus eſt effectum.

g

h

angina applicatâ veſte ejus depellitur:

F

34 Dum vero in conſpectu magnatum magnificaret Dominus Sanctum ſuum, non minus pauperibus & religioſis erat affabilis, & amabilis habebatur ſpecialis devotionis affectu: quibus cum frequenter viſitationis gratiam impenderet, flammas inter eos divini amoris accendens, confirmans vacillantes ſermonibus ſuis, confortans manus remiſſas & genua trementia roborans, contigit, ut in quodam burgo Mediolanenſis diœceſis, nomine *i* Carate, ad Humiliatorum *k* domum, prout conſueverat, declinaret; ubi ad quamdam de Sororibus nomine Caraſiam, quæ corporis viribus ſic deſtituta jacebat & jacuerat annis ſeptem, quod pro qualicumque neceſſitate nec valuerat

i

k

duos contractos ſanat.

A valuerat ſurgere nec valebat, à quibuſdam, de ipſius ſuffragio confidentibus, eſt perductus. Ad quam veniens ſic oravit; Domine, qui paralyticum ſanaſti & Lazarum ſuſcitaſti, obſecro, ut digneris huic etiam mulieri ſanitatem concedere. Quæ protinus liberata, eodem ſero de grabato conſurgens, mane redeunti occurrit; quamdiu vixit, ſex videlicet annis, perſeverans incolumis, ad priſtina officia plene reſtituta. Simile accidiſſe apud Mediolanum probatur, ubi cum quidam nomine Acerbus per annos quinque ſic manſit contractus, ut per terram in ſextario *l* traheretur, ad B. Petrum adductus, & ab eo ſignatus, continuo ſanatus ſurrexit. *m* Quidam Frater, qui ſolitus erat in prædicatione frequenter cum illo ire, ab eo requiſivit, ut eum aliquam doceret orationem: qui dixit, Hæc eſt oratio mea, in qua magis afficior & delector: cum ſacroſanctum Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti elevo, vel ab aliis Sacerdotibus elevari conſpicio, ipſum oro Dominum, ut numquam me hac [vita] exire permittat, niſi pro ipſius fide catholica decedam, & hanc orationem jugiter feci. [Cum vice quadã cum Fr. Gerardo Tridentino, ante annum paſſionis ſuæ, juxta caſtrum de *n* Gathe trãſitum faceret, B ſocio dixit. Caſtrum iſtud pro fide deſtruetur, & duo hæreticorum Epiſcopi Nazarius *o* & Deſiderius, qui ibi ſepulti ſunt, igni cremabuntur: quod plene ita per ordinem poſtmodum factum per miniſterium Inquiſitorum, ut manifeſte oſtenderetur, quod per ipſum Spiritus ſanctus vera prædixit. *p*

l

m *Ad martyrium anhelat.*

n

o

p

ANNOTATA.

a *Hactenus miracula, antiquæ Vitæ contextui addita per Taëgium; hic autem (omiſſis quæ Surius habet num. 9, 10, 11, 12, quæque hic infra habentur num. 31 & ſeqq.) reſumitur contextus antiquus.*

b *Vitæ-Fratrum ſic proſequuntur cœptam narrationem:* Ad cujus vocem aſſurgens, ſenſit continuo illum ambiguitatis ſcrupulum receſſiſſe: nec poſt, ut ipſe retulit, aliquem circa hujuſmodi ſenſit motum.

c *Additur in Vitis-Fratrum*, qui illis diebus fuerat captus.

d *Ibidem*, per magnam horam,

Diſputatio S. Petri cum hæretico.

e *Ibidem præſens hiſtoria ſic inchoatur.* Cum quadam vice diſputaret cum hæretico quodam, acutiſſimi ingenii & eloquentiæ ſingularis, attendens aſtutias ejus voluit diu diſputationem protrahere, & de communi conſenſu aſſignavit diem ad reſpondendum ſuper iis, & proponendum de aliis quæ ſibi viderentur. Recedens ergo ab eo miſit ad Conventus vicinos, ut Fratres exercitati in diſputationibus contra hæreticos venirent ad diem aſſignatum talem: ſed omnes neglexerunt. Unde cum die aſſignato veniſſet hæreticus cum multitudine hæreticorum, & ſtetiſſet in medio, & ad modum Goliæ vocaret ad ſingulare diſputationis certamen; venit Sanctus cum uno ſocio. Et cum propoſuiſſet hæreticus errores ſuos acute & ſubtiliter, & diceret, Reſpondete mihi, ſi poteſtis & ſcitis; petivit deliberationem ad reſpondendum. Qua habita, divertit parumper ab eis, & intravit oratorium quod prope erat. Et proſternens ſe coram altari cum multis lacrymis, rogavit Dominum ut cauſam ſuam defenderet &c.

C

f *Additur ibidem*: Prædicta autem omnia ipſe B. Petrus duobus diſcretis Fratribus humiliter revelavit. *Ad hoc de confundendis convertendiſve hæreticis argumentum ſpectat, quod hiſce verbis refert Garzo in Vita apud Leandrum Albertum.* Numquam ex prælio diſceſſit inferior: cogebantur miſeri terga dare, nec tamen à ſuis ſententiis dimovebantur. Ex his unus, quem nullus pudor à turpitudine, nullus metus à peri-

Eliari hæretico os obſtructum.

culo, nulla ratio à furore revocabat (erat enim ſummis opibus ſummaque potentia præditus) Nemo, inquit, unquam me à ſententia deducet: conſtabo in ea quoad mihi vita ſuppetet. Tum Petrus, in cælum ſuſpiciens ac ſe paululum colligens; Quid eſt, inquit, cauſæ, vir bone, quod te in ſententia permanſurum affirmes? Tibi conducibilius eſſet, ſi te eum præſtares, qualem Chriſti religio poſtulat. Miſelle, à recta via deflexiſti, ni te tui pœnituerit conſilii, æternum ignis cruciatum ſubibis. Non longe abeſt Chriſti effigies: ad ejus genua procide, ut tua tibi crimina condonet poſtula: tibi veniam tribuet. Hac oratione adeo commotus eſt, ut ne ullum quidem verbum emittere potuerit. *Hanc rem ſic diverſam à caſibus in Vita relatis, ubinam legerit Garzo, fatemur nos ignorare.*

PER AMÃ TAEGIUM EXMS.

g *Fuit hic* B. Albertus, *electus* Epiſcopus Placentinus *anno* 1244, *anno* 1261 *Ferrariam tranſlatus: qui dicitur obiiſſe* clarus tum in vita tum in morte miraculis *anno* 1274, 14 *Auguſti, vel* (*ut Petrus Maria Campi ex publicis inſtrumentis colligi ait*) 12 *aut* 13. *De ejus præſenti ac publico cultu optamus à Ferrarienſibus diſtinctius edoceri, eaque omnia monumenta nanciſci, quibus viri ſanctitas & miracula continentur.*

E

h *Idem Petrus-Maria hoc miraculum anno* 1250 *tribuit, & Comitem* Leonelli *aut* Lomelli *vocat. Nicolaus Sampſon in Tabula alphabetica Italiæ* Lumellum *adſcribit ſtatui Ducatus Mediolanenſis*, Lumellinæ *regiunculæ à ſe dictæ caput.*

i *Surio* Caracte: *in jam nominata Tabula neutrum invenitur, nec ullum Mediolanenſis ſtatus nominatur oppidum, huc tendentem appellationem habens, præter* Caravagium.

k *De* ordine Humiliatorum, *qui ſeculo ſuperiori ſub S. Carolo Borromæo extinctus eſt, pluribus actum* 26 *hujus, ante Vitam B. Aldobrandeſcæ ejuſdem Ordinis Tertiariæ.*

l Vehiculum *vertit Surius: eſt autem* Sextarius *hic frumentariæ menſuræ genus, quale huic miſero potuit fuiſſe præ ſella. Antoninus vulgari contractione* Starium *ſcripſit.*

m *Sequens* § *apud Surium totus deſideratur. in Vitis-fratrum invenitur pars ultima, à ſigno* [

n *In dictis Vitis-Fratrum ſcribitur* quoddam caſtrum hæreticorum, nomine Gaoche. *Priori ſcriptioni inhærentes, 4 milliario ab urbe Bergomum verſus, inveniunt* caſtrum Gattorum *dictum.*

o *Ibidem corruptius ſcribitur* Noſarius.

p *Hinc incipit par.* 2 *Vitæ juxta diviſionem Taëgii: nos ordinem numerandorum* Paragraphorum *proſequimur, antiquam diviſionem reſtituere ſi volet aliquis, id facere poterit hinc numerando* Partis 2, § 1.

CAPUT V.

Conſpiratio in S. Petri necem, martyrium, gloriæ revelata, miracula ante canonizationem.

35 PRævidens itaq; propinquum fore ſuæ terminum paſſionis, acceptum mandatum ſummi Pontificis tanto inſtantius exequi cœpit, quanto de reliquo repoſitam ſibi cernebat coronam juſtitiæ, in illum diem, ab judice juſto reddendam. Verum videntes dolenteſque hæretici, negotium fidei per Chriſti pugilem ſic vehementius proſperari, de ipſius morte cum ſuis fautoribus tractare cœperunt, arbitrantes ſe poſſe pacifice vivere, ſi eorum tam validus perſecutor de terra tolleretur. Nec latuit Sanctum tractatus occultus hoſtium ex certis plurium relationibus; ſed ipſe, veluti pugil intrepidus, nec metuebat quod dudum ardenti deſiderio ſitiverat, nec in eo, quod confidenter inceperat, retardabatur ſciens quod occidi poterat, ſed minime vinceretur

PER AMB. TAEGIUM EX MS.

occiſus. Unde Dominica in Ramis palmarum, diebus quatuordecim felix ejus martyrium præcedente, apud Mediolanum, coram copioſa multitudine *a* populi prædicavit, ſe certum fore, quod hæretici mortem ſuam tractaverunt, & quod pro ipſo pecunia erat in depoſito conſtituta. Sed agant, inquit, quid velint, plus quam vivus fecerim, mortuus faciam contra eos. *b* Aſſignato autem quibuſdam hæreticorum fautoribus uſque ad octavas Paſchæ peremptorio termino, quo præciſe mandatis parerent Eccleſiæ, prædicens ſe in eodem reverſurum, ad Comenſem civitatem profectus eſt, ubi Prioris inter Fratres ſuos officio fungebatur. *c*

36 Interim dum vir ſanctus apud Comum moratur, ſoliciti hæretici opportunitatem quærunt, quomodo eum morti tradant. Imprimis igitur Stephanus Confalonerius, ex pago *d* Albiate, in negotio ſedulus, cum Guidotto Sachella (qui ad peragendum ſcelus iniquum viginti quinq; libras ſpoponderat) ad S. Euſtorgium pergit, ut quando ex Como Fr. Petrus rediturus ſit, ſciſcitetur. De hinc ad caſtrum, quod Gluſſianum dicitur, Manfredum Clironum convenit, quę que Mediolani à complicibus ſceleris acta ſunt & tractata ſecrete inſinuat, ſimulq; ad conſortium nefandi ſceleris invitat. Placet ſummopere Manfredo conſilium; unaque cum Stephano, nulla interpoſita mora, Mediolanum proficiſcitur: ubi Guidottum Sachellam, ut promiſſas ab eo pecunias exigant, ſtatim inquirunt. Quem cum non inveniſſent, ſine mora ad Jacobum Cluſam, in porta Jovis morantem, qui & ipſe in perpetrando diabolico maleficio non minimam pecuniarum portionem ſe daturum obtulerat, propero curſu feſtinant. Qui facti cupidiſſimus, cum audiſſet, viginti tantum Mediolanenſis monetæ libras negotio eſſe neceſſarias; Nolo, inquit, numiſmatis defectu tam neceſſarium nobis opus omitti: nam & mille libræ mihi ſuppetunt, ſiquidem opus fuerit, unde & tantumdem Papiam deferre prorſus inſtitui, ut Fr. Raynerium, prefatæ urbis & diœceſis Inquiſitorem, pariter occidi faciam: ite ergo Gluſianum, & ipſe craſtina die abſque ullo dubio ibi adero, depoſiturus pretium, quod accepturus ſit, qui talem tantamq; operam nobis impenderit. Ergo ſine dolo ſequenti die Jacobus Gluſianum petit feſtinus, depoſitaque pecunia apud Fatium, præfati loci incolam, cum negotium Stephano & Manfredo ita ſumme commendaſſet ut plus nihil, Papiam ipſe contendit.

37 At illi nil negligentes, ut qui rem maxime curabāt, extemplo Carinum Balſamū, ad ſe accerſitum, & verbis & præmio ad patrandum ſcelus invitant: quod ille minime quidem renuit, ſed dari ſibi auxilium Albertinum Porrum ex vico *e* Lentate poſtulat: atque hæc ſanctis diebus cuncta peracta ſunt. Facto autem Paſchate, Stephanus & Manfredus, ſtatuta cum Carino die, Comum una petunt, atq; ad Paſinum Græcum hoſpitio divertunt: quos Carinus eadem die ſubſecutus nuntiat Albertinum, eo quod exilio damnatus eſſet, timuiſſe illo ire; ſed in regione ſua, quod non longe à *f* Barlaſina, qua Fr. Petro tranſeundum ſit, Lentate diſtet, peragendi negotii opportunitatē præſtolaturum. Interim ergo Carinus ſingulis diebus domum FF. Prædicatorum adibat, ut ne ſe inſcio Mediolanum forſan ſanctus vir repeteret. Ergo contracta ibi tridui mora, quarta die cum cognoviſſet ſummo mane hominem Dei carpſiſſe iter, ad conductores ſuos cito recurrens, jumentum ſibi exhiberi poſtulat, quo celerius proſequi abeuntem prævaleat. Verum non annuit Manfredus, ne forſan per equum proderetur. Pedes igitur veloci curſu Carinus iter aggreditur, ne tanta patrandi facinoris ſibi oblata opportunitate fruſtretur. Nec fuit illi difficile præeuntem comprehendere; quoniam ex quartana, qua diu laboraverat, debilis plurimum erat, & lento admodum procedebat gradu.

38 Igitur ſabbato, qui eſt Septuageſimæ finis, quodque Sabbatum in Albis & *g* annotinum Paſcha vocatur, athleta Chriſti de Conventu ſuo ad pugnam Mediolani rediens, ſatagebat datum terminum prævenire. Cumque medium iter caperet, qui locus eſt juxta Barlaſinam, ad ſiniſtrum loci latus, in nemore denſo, funeſtus ille Carinus, hæreticus & crudelis hæreticorum ſatelles, eorum, ut dictum eſt, inductus precibus, & pretio librarum quadraginta conductus, in Sanctū virū, iter ſalutaris propoſiti proſequentē, in agnū utique lupus, ferus in mitem, in pium impius, furibundus in manſuetum, in modeſtum effrænis, profanus in juſtum, præſumit inſultum, exercet conatum, mortem intenta; & de Sacerdote faciens victimam, ſacrum illius caput impetens ſceleratо mucrone, & ſatiato ſanguine juſti enſe, geminans [ictum] diris in ipſum vulneribus impreſſis, non divertentem ab hoſte, ſed exhibentem ſe protinus hoſtiam, & occiſoris ſuſtinentem in patientia truces ictus; in loco paſſionis proſtratum, ſeminecem dereliquit: & ad Fr. Dominicum, ipſius comitem, aërem miſerandis vocibus adimplentem invocando auxilium, mox ille carnifex ſe convertens, quatuor illum lethalibus vulneribus ſauciavit Cui dum percuſſiones ita crudeles inculcaret, vir ſanctus ex parte altera ſuum Domino commendat ſpiritum, In manus, inquiens, tuas Domine commendo ſpiritum meum. A fidei præconio etiam in hoc articulo non deſiſtens, Symbolum fidei, quod propter blanditias patrui puer deſerere noluerat, propter mortis anguſtias, velut præco fidei, nequaquam oblitus eſt confiteri; prout ipſe nefandus, fugæ fraudatus præſidio, poſtmodum à fidelibus captus, ad clamores Fr. Dominici excitatis, & Fr. Dominicus, diebus aliquibus ſupervivens, poſtea retulerunt. Sed dum adhuc Martyr Domini palpitaret, cultellum crudelis lictor arripuit, & per latera confitentis transfigens, Beatum ejus martyrium conſummavit.

39 Sic itaq; finita hujus peregrinationis Septuageſima, felix viator celeſtem venit ad patriam: ſic ſtolam ſuam Martyr & Virgo dealbavit in Albis: ſic ad æternum ſabbatum exſabbato tēporali migravit. Paſcha enim annotinum ſuo agno non caruit, quandoquidē in eo tamquā agnus innocens immolatur. In ipſa die ſui martyrii Confeſſor, Propheta, Martyr & Doctor quodā modo eſſe promeruit: dum enim ipſa die, confeſſione de more ſolito facta, ſacrificium laudis obtulit; & fidē Chriſti inter tormenta conſtanter confeſſus, verā fidē edocuit, clara voce cum pateretur ſymbolum fidei profitēdo & pro defenſione fidei ſanguinē ſuum fudit; Confeſſorum, Doctorum & Martyrum ſe numero ſociavit; Prophetarum vero meruit adjungi conſortio, ſpiritu prophetico prædicēs quod contigit. Cum enim tunc tēporis, ut dictum eſt, quartanam pateretur; dicētibus ſociis, quod nō poſſet illa die Mediolanum applicare, reſpondit: Si ad domum Fratrum pervenire non poterimus, apud S. Simplicianum *h* poterimus hoſpitari, quod & factum fuit. Nā cum ejus ſacrum corpus Mediolanum in plauſtro Fratribus deferretur, lictore capto & vincto ſubſequēte; fama tāti facinoris volās, velocius Mediolanum perveniēs, urbē totam ſubvertit populorum tumultibus & concurſu: cum Prætor Mediolanēſis, metu novæ turbationis attonitus, clauſis januis civitatis impedire non potuit, quin tāta foret plebis concurrētis impreſſio, quod Archiepiſcopus *i* etiā cum ſuo Clero & Religioſis quā plurimis, S Martyri proceſſionaliter occurrētes, vix ad corpus pertingere potuerunt. Propter quod Fratres eadē die ad domum illud deducere nō potuerunt, ſed apud

B

C

D

E

F

g

a quibus Mediolanum redux occiditur in via.

Symbolum fidei pronuntians.

corpus ad S. Simpliciani ſiſtitur.

h

i

d conſpiratur in ejus necē

e Sicarii eum obſervaturi Comum proficiſcuntur,

f

apud S. Simplicianum depoſitum, ibidem aſſiſtentibus Fratribus illa nocte remanſit.

cujus contactu ægrota ſanatur.

40 Eodem die paſſionis & mortis, mulier quædam infirma, nomine Jacoba, ad corpus Sancti accedere avida, ſed per longum temporis ſpatium ex preſſura confluentis populi nõ permiſſa, ut ſuæ infirmitatis reciperet auxilium, quod à medicis deſtituta nequiverat obtinere; tandem vix in eccleſiam S. Simpliciani, ubi Martyris corpus jacebat, introducta; ſuper caput ſuum, de quo propter morbum fiſtulæ jam oſſa plura perdiderat, manu Martyris faciens ſibi fieri Crucis ſignaculum, plenum ſanitatis beneficium adipiſci promeruit. Illud quoque hoc in loco prætermittendum non eſt, quod martyrium hujus Sancti ſolennius efficit, & inter aliorum martyria indicat glorioſum: nam ejus paſſio veneranda paſſionis Chriſti propinquam præfert imaginem. Nempe Chriſtus pro veritate fidei, quam docebat, paſſus eſt; Petrus pro veritate fidei, quam defendebat, bibit calicẽ paſſionis. Chriſtus paſſus ab infideli populo Judæorum; Petrus ab infideli turba hæreticorum. Chriſtus in paſchali tempore crucifigitur, & eodem tempore Petrus occiditur. Chriſtus cum pateretur, In manus tuas Domine cõmendo ſpiritum meum, dicebat; Petrus eadem verba cum occideretur docebat. Chriſtus pro triginta argẽteis ut crucifigeretur traditus fuit, Petrus pro quadraginta libris venditus fuit ut occideretur. Chriſtus per paſſionem multos ad fidem adduxit, Petrus per mortẽ multos hæreticorum convertit. Quamvis autẽ pugil egregius dogma peſtiferum plurimum eradicaſſet in vita, poſt mortem tamen, ejus intercedentibus meritis & crebris miraculis coruſcantibus, fuit adeo extirpatum, ut quam plurimi errorem ſuum relinquerent, & ad ſanctæ gremium Eccleſiæ convolarent: ita ut Mediolanenſis civitas & ejuſdem comitatus, ubi tot hæreticorum conventicula reſidebant, adeo ſit purgata, ut expulſis aliis, aliiſque ad fidẽ converſis, nullus auderet ibidem aliquatenus apparere. Plures etiam ex his, hæreſiarchæ peſſimi & famoſi, Ordinem Prædicatorum ingreſſi, hæreticos & fautores eorum mirabili fervore perſecuti ſunt. Sic Sampſon plures Philiſthæos occidit moriens, quam vivens occiderat: ſic granum frumenti cadens in terra, infidelium manibus mortificatũ, uberem conſurgit in ſpicam: ſic botrus, in torculari compreſſus, liquoris redundat in copiam: ſic aromata pilo contuſa, odorem plenius circumfundunt: ſic granum ſinapis attritum, virtutem ſuam fortius demonſtravit.

parallelum mortis S. Petri & Chriſti

nec boni fructus ex paſſione ſecuti.

41 Eodem die, in monaſterio *k* de Ripolis juxta Florentiam poſito, dum quædam ſanctimonialis in oratione perſiſteret, aliquantulum foporata, vidit B. Virginem in excelſo throno in gloria reſidentem, & duos Fratres Prædicatores in cælum aſcendere, hinc & inde juxta eam collocatos eſſe. Et cum mirãs quæreret, quinam eſſent; vocem ſibi reſpondentẽ audivit, Hic eſt Fr. Petrus Veronenſis, qui in conſpectu Domini tamquam fumus aromatum glorioſus aſcendit. Quod à ſignificatione nõ vacat, quod Fr. Dominicus, qui cum eo cælos aſcendere viſus eſt, non tamen cum eo auditus eſt nominari. Nã qui ſecum paſſus eſt, cælum creditur ſecum aſcendiſſe non tamen ſecum Sanctorum catalogo adſcriptus *l*. Dicta igitur Soror fama poſtmodum docente cognoſcens, quod una eademq; die cum Sancti martyrio [ſua viſio] concurrebat; ſtatim ſumpta fiducia ſe Martyri devovit, & devotis meruit precibus à quadã antiqua infirmitate ſubito relevari, ſicque revelationis veritas concordia temporis & adeptione miraculoſa ſanitatis, tamquam argumento duplici, comprobata eſt.

quædam cæli cum receptũ ſpectans

ab inveterato morbo liberatur:

lampades ad ſepulcrum ejus ultro accenduntur.

42 Ut autem fidelium triſtitia, ex ſubtractione tanti propugnatoris exorta, novæ lucis ortu plenum verteretur in gaudium; lãpades, ad venerabile ſepulcrum ejus in eccleſia S. Euſtorgii dependentes, pluries per ſeipſas, abſq; humano ſtudio & miniſterio, divinitus ſunt accẽſæ. Quia conveniens nimis fuit, ut qui igne ac lumine fidei excellenter claruerat, ſingulare de ipſo ignis & luminis miraculum appareret. Super locum etiam paſſionis ejus, ſæpe luminaria de cælo deſcendentia & aſcendentia ad cælum, plures Religioſi aliiq; quamplures viſibiliter conſpexerunt: inter quæ luminaria duos fratres, in habitu Prædicatorum, ſe vidiſſe teſtati ſunt. Sic namq; ſanctitati Martyris congruebat, ut frequens lux de cælo deſcendens, nunc lampades, nunc pro lampadibus aërem inflammãs, evidentius appareret, & ubi ſacrum corpus conditum eſt, & ubi ſanguis innocens effuſus eſt. Et ſicut utrobique lumen multoties exortum eſt, ſic utrobique multa divina miracula claruerunt. *m*

PER AMB. TAEGIUM EX MS.

m

Invocatus Petrus colligatum puerum vitæ reſtituit:

42 Cæterum poſt Sancti glorioſum triumphum, cæli roſario dudum clauſo, per B. Petri martyrium reſerato, cæleſtia miracula crebrius refulſerunt, quibus Dominus ſanctum ſuum Martyrem illuſtravit. Terra enim ſuo cruore roſeo madidata uberiores fructus protulit, quos cælo cum lætitia intulit, præconis fidei & martyris Chriſti ſuffulta ſuffragiis: quæ in diverſis mundi partibus pluribuſque provinciis, per ſignorum evidentiam, non deſinunt rutilare *n*. Quidam puer Papienſis, Conradinus nomine, cum inter trabes acutas graviter corruiſſet impulſus, & ex caſu fuiſſet graviſſime ſic oppreſſus, ut motu & ſenſu penitus deſtitutus, tamquam mortuus à matre plangeretur; mox appoſita terra ſuo pectori, ejuſdem Martyris cruore conſecrata, ſic vivus & incolumis reſurrexit, quod jam matrem reddens jucundam, gaudens abiret protinus cum ſociis ſuis ad ludendum. Mulierem quandam, Sabinam nomine, de Lugano *o* Comenſis diœceſis, à medicis ex acumine febris deſperatam, terra ſolummodo, ſuper qua Martyr interfectus eſt, liberavit; & faciei febricitantis aſperſa, ipſam perfectæ reſtituit ſanitati. Sed nec illud minus evidens fuit, quod geſtum eſt in quadam muliere *p* Mediolanenſis diœceſis, cujus carnes cancer edax annis pluribus ſedula corroſione vorabat: quæ cum ad locum fuiſſet delata martyrii, vulnera ſua confricans terra ſanguine Martyris rubricata, non ſolum tunc novo dolore caruit, quem ibi pannorum tactu ſuſtinere antea non poterat, quin potius ab antiquo velocem & integram ſanitatem conſecuta eſt; virtute innocentis ſanguinis; qui quidem non ſolum ægros liberabat à morbis, ſed etiam à portis mortis morituros.

n

o

febrim

p

cancrum,

44 Quamdam viduam, nomine Miranam, in parochia SS. Gervaſii & Protaſii Mediolani morantem, ſuper Leoneto filio ſuo virtuoſus ſanguis Martyris lætificavit. Cum enim puer quadam gutta tam graviter fuiſſet afflictus, quod dorſi ejus nodi viderentur præ tumore & doloribus diſſolvendi, propter quod futurus gibboſus à medicis credebatur; mater doloris locum terra Martyris cruore perfuſa linivit; & filio protinus liberato extra domum exiliens, vicinas convocat & amicas, ut ſibi ſuper ſalute filii congratularentur. Scholaris quidam cum de *q* Magdalena ad montem Peſſulanum rediret, ex quodam ſaltu adeo in inguine ruptus eſt, ut dolore nimio vexaretur & incedere non valeret *r*. Hic aliquando audiens prædicari, quod quædam mulier terram ſanguine B. Petri Mart. reſperſam ſuper cancri corroſione ponens liberata fuerat; dixit: Domine Deus, de terra illa non habeo, ſed qui terræ illi meritis B. Petri Mart. tantam dediſti virtutem, & iſti dare digneris: Accipiens igitur de terra, cum crucis ſigno & B. Petri invocatione, loco ſuppoſuit, & ſtatim ſanatus eſt. *s*

arthritim

q

r

& Herniam depellit.

PER AMB. TAEGIUM EX MS.

ANNOTATA.

a *Sequentes duo Paragraphi, à Taëgio ad veterem Vitam adjecti, fere habentur in Commentario prævio ex Triſtano Chalco, qui habuit ex Actis judiciariis, quæ ipſa etiam Taëgius vidiſſe potuit.*

b *Vitæ Fratrum*, Ubi erant congregata fere decem millia perſonarum, dixit publice alta voce: Ego ſcio pro certo &c.

c *Additur ibidem*, Qui infra menſem occiſus eſt ab eis: & verificatum eſt verbum ſuum, & quotidie magis ac magis verificatur.

d Albiate *ad Lambronem fluvium, tribus circiter paſſuum millibus diſtans* Gluſſiano, *vulgo* Giuſlano, *ſecus mediam inter* Comum *&* Mediolanum *viam ſito, intervallo utrimque* 12 *milliarium.*

e Lentate, *in tabulis* Lenta, 4 p. m. *Gluſsiano diſtare indicatur verſus Luram fluvium.*

f Barlaſſina, *juxta Luram jam dictum, aliquanto propior Mediolano quam* Como, *ſolis* 2 *p. m. diſtat Lentate: iter autem tenendum erat per vallem Luræ, alias Seneſii, à Como Mediolanum recta ducentem.*

g Annotinum *dici videtur quaſi conſummatum & abſolutum, aliis* Paſcha concluſum. *Mirum eſt tamen illius appellationis, quæ hic ut vulgaris notatur, alibi non inveniri mentionem. Durandus in Rationali divinorum Officiorum* Annotinum Paſcha *vocari dicit, quando aliquis diem baptiſmatis ſui annuatim celebrat. Beda in computi ratione dicit quod computus*, in primo circuli decemnovennalis anno, propter rationem ſaltus lunaris, duodecim diebus annotinum curſum prævertere ſolet. *ubi rurſum* annotinus *pro perfecto ſumi videtur. Quomodo idem Sabbatum dicatur* finis Septuageſimæ, *ex Ordinario Romano explicari poteſt, ubi dicitur:* Dominica in ſeptuageſima videtur dici, propter ſeptuaginta dies, qui ſunt ab ipſa die ad ſabbatum ante octavam Paſchæ: *& ibidem conſequenter dicitur*; Sexageſimam, *per reſpectum ad medium Paſcha ſeu feriam* 4 *Paſchalem*; Quinquageſimam, *ad diem ſanctæ Reſurrectionis*; Quadrageſimam, *ad Cœnam Domini reſpective nominari.*

h S. Simplicianus Ep. Mediolan. *colitur* 16 *Auguſti, cujus corpus in eccleſia ſuburbana conditum, ipſi adjunctæque Abbatiæ nomen dedit.*

i Leo de Perego, *tunc Archiep. Mediolan. ex Ordine Minorum obiit* 1257.

k *Surius*, in monaſterio dominarum de Ripolis, *nunc ibi Vallumbroſani monachi degunt.*

l *Quid quod ille Frater necdum obierat?*

Miracula apud Surium deficientia.

m *Apud Surium hæc adduntur:* quorum etſi nonnulla ſummus Pontifex ſuis litteris ſtrictius comprehenderit; & nos tamen quoad poſſumus miraculorum ordinē conſequenter, ad lectorum & auditorum utilitatem latius diſtribuimus; alia quædā adjicientes, quæ poſtea fidelium hominum teſtimoniis veriſſime ſunt approbata: ubi tamen hoc præmiſſum volumus, plura eſſe edita miracula quā ſint in ſcripta redacta, multa etiam prolixitatis vitandæ cauſa prætermiſſa: pauca autem quæ tacere noluimus jam commemoramus. *Hæc eſſe verba Thomæ de Lentino credimus, proponentis notabilem partem miraculorum ante Canonizationem factorum & poſt ea comprobatorum, ſubtexere interim nihil ſimile invenimus in Surio, ſed ſolum tria jam ſuperius num.* 40, 41 *& 42 relata: unde conficimus Ms. Surii magna ſui parte mutilum fuiſſe, an autem Ms. Florentinum circa finem magis integrum ſit non eſt à nobis obſervatum. Igitur quæ ſequuntur deinceps omnia ex Taëgio ſolo habere nos ſciat.*

miraculum candelæ divinitus accenſæ.

n *Huc ſpectat quod S. Antoninus narrat his verbis:* Cum quædam Comitiſſa, devotionem ſpecialem habens ad S. Petrum Mart. in vigilia feſti ejus jejunaſſet, & in die candelam notabilem, ad eccleſiam pergens, ante altare ad honorem B. Petri Mart. accenſam poſuiſſet, ut tota conſumeretur; recedente Domina, Sacerdos eccleſiæ, avaritia ductus, illam extinxit. Sed ſtatim divina virtus reaccendit. Extinguit Sacerdos ſecundo & tertio candelam: ſed iterum atque iterum divinitus accenditur. Quod cum idem faceret Sacerdos de alia candela, quam Clericus accenderat ante majus altare, in honorem ejuſdem B. Petri Mart. vigiliam cujus jejunaverat; lumen rediit ad candelam etiam ipſam extinctam. Tum Clericus iratus Sacerdoti inquit: Diabole, non vides tu miraculum, quia B. Petrus vult quod candela ſua ardeat? Territi igitur ex miraculo aliis geſta intimarunt. *Hæc ille: idem iiſdem fere verbis narrat Flaminius, & locum nominat* Caſſinum caſtellum quod in Hipponenſi *diœceſi eſt: ubi pro* Hipponenſi, *quæ eſt in Africa*, S. *Auguſtini Epiſcopatu nobilitata olim, intellige* Eporedienſem in *Pedemontio, quod ævo illo*, Hipporedia *ſcribebatur, vulgo* Yvrea.

o Luganum oppidum *trans lacum ſibi cognominem, à Como urbe* p. m. 18, *à Mediolano* 50 *diſtat.*

p *Flaminius* Belſaveræ nomen *fuiſſe ait.*

q *Vulgo* Sancta balma *dictus locus, prope Maſſiliam in Provincia, ubi vulgaris opinio eſt ſolitariam vixiſſe Magdalenam.*

r *In Vitis-Fratrum res plenius narratur hoc modo:* qui piæ dolore ſe juxta quamdam viam projecit, tibias ſurſum & caput deorſum deponendo, ut ſic inteſtina quæ in * oſcheum ceciderant, reduceret in ventrem. Quo facto aliquantulum mitigato dolore, à ſociis adjutus ibat: ſed dolore iterum invaleſcente, cecidit quaſi impotens & exanguis. Unde ſocii conturbati quærebant animal, ſuper quod eum reportarent ad domum. Patiens vero recordatus, quod in feſto B. Petri Martyris prædicari audierat &c.

* ὀσχεον ſcrotum

s *Additur ibidem*, Et cum ſociis pergens ad altare B. Petri, gratias agens, omnia Fratribus retulit præſtito juramento.

CAPUT VI.

S. Petri Martyris Canonizatio.

Canonizatur ab Innocentio IV

45 CRebreſcentibus itaque per totam Italiam per merita B. Petri Martyris evidentibus miraculis ad Apoſtolicamque ſedem delatis, ſummus Pontifex Innocentius IV per plures fide dignos intellectis, exaltationi fidei novique Martyris congaudens præconiis, honori quoque Apoſtolicæ Sedis congratulans, cujus Inquiſitorem ac pugilem ſic mirificare Dominus dignanter adjecerat, virginalem ejus innocentiam fecit diligenter diſcuti, & ſuorum copiam meritorum ſolerter inquiri: miraculorum quoq; gloriam diligenter examinari, præcedentem & ſubſequētem ſuæ triumphalem titulum paſſionis. Et quia manifeſte cognovit ſuper excreſcentiam veritatis ad famam, cum ſibi minora quā reperit, inſinuata fuiſſent; de communi conſilio Cardinalium & Prælatorum omnium, qui tunc apud Sedem Apoſtolicam reſidebant, IX *a* Kal. Aprilis anno Domini MCCLIIII, nondum completo anno primo poſt martyrium ipſum, apud Peruſium, in platea eccleſiæ FF. Predicatorum, adſtante ſibi cleri populique ac religioſorum, nobilium ac magnatum numeroſa frequētia, aliis ubertim flentibus præ lætitia, aliis pluribus laudātibus & [Sanctum] in ſublime tollentibus, cunctis vero tripudiantibus & agentibus diem feſtum, cum ſolennitate non modica & mirabili cereorum ardentium multitudine, & eximio ſacrarum veſtium apparatu, ſanctorum Martyrum catalogo ſtatuit adſcribendum. Et quoniā dies paſſionis ejus fuit VIII Idus Aprilis, quæ inter paſchalia

A paſchalia feſta frequenter occurrit, ipſius feſtum ordinavit III kalend. Maji à totius orbis fidelibus devote & ſolemniter celebrari, ſicut expreſſius apparet in Apoſtolicis litteris, univerſis eccleſiarum Prælatis directis, quæ ſunt infraſcripti tenoris.

46 Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus univerſis Archiepiſcopis & Epiſcopis, ac dilectis Abbatibus, Prioribus, Archipresbyteris, Decanis, Archidiaconis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Magnis & crebris declarata prodigiis Chriſtianæ fidei rectitudo, jam novo novi Sancti decorata merito, ſignorum recentium fulgore coruſcat; in multis hactenus roborata portentis nunc ſingularium miraculorum inſigniis confirmatur. Ecce de inſtanti & moderno fidei pugile nova & grandia prodeunt, & triumphalia ſigna noteſcunt : vox fuſi ſanguinis intonat, & inclyti Martyrii tuba clangit. Terra non ſilet ſudans aſperſione cruoris ; reſonat regio nobili prædita bellatore, ipſeque met parricida gladius proclamat. Hæc ſunt certa fidei ſacræ indicia, hæc ipſius idonea teſtimonia, hæc ipſius idonea monumenta ; propter quod lætati ſunt cæli, terra ingenti perceptione gaudii pariter exultavit. Grandis matri Eccleſiæ cauſa lætitiæ, multa ei materia jucunditatis advenit ; habet unde Domino canticum novum cantet, unde immenſæ laudis hymnum deferat Deo : habet plebs Catholica, unde plaudat ; & levatis Altiſſimo manibus, ſonoris jubilet vocibus, & lætis animis jucundetur : habet Chriſtiana concio, unde devotas Conditori concinat cantiones. De horto ſiquidem fidei nuper in menſam Regis æterni dulcis allatus eſt fructus : de vinea Eccleſiæ in regium calicem affluens noviter liquor influxit ; quoniam fœcundus palmes hoſtili mucrone conciſus, habuit plus humoris, quia cohæſit preſſius vivæ viti.

lætitia Eccleſiæ de Martyrio.

B

47 De Prædicatorum Ordine florido prodiit roſa rubens, quæ regalibus oblata conſpectibus intulit ſuavitatem odoris : de hujus Eccleſiæ fabrica electus eſt lapis, qui preſſura & tunſione politus, decenter ſupernis ædibus eſt infertus. In cæleſti quoque roſario flos amœnus, rubro colore rutilans, nunc eſt natus in mundo ; & candido Sanctorum collegio novum munditiæ lilium eſt exortum, unde factum eſt magnum in cælo gaudium, exultantibus Sanctis omnibus & ſolennitatem agentibus. Tanti feſti ſane [cauſa] B. Petrus, de Ordine Prædicatorum, Lombardus origine, prudenter attendens, doloſi mundi fallacias fugit, & devia ſeculi defluentis, cujus blanditiis quis lædítur cum lenitur. Cum ab iis in adoleſcentiæ annis provide declinaſſet, vitæ ſemitam eligens tutiorem, ut à lubricis, caute pede retracto firmis poſſet incedere greſſibus, ad divina obſequia ſe totaliter tranſtulit ; in Euangelicæ inſtitutionis obſervantiam cuncta ſua convertens ſtudia, & univerſas dirigens actiones, rectum & lucidum callem ſequens, ipſius ſalubrem videlicet Ordinis regulam, per quam regi valeret & dirigi, duci & induci ad ſperatam requiem poſt laborem. In qua triginta fere annorum ſpatio, fultus caterva virtutum, fide præambula, comite caritate, ſic prævaluit & profecit, circa ipſius maxime defenſionem fidei, pro qua totus ardebat ; quod contra illius diros hoſtes mente intrepida ferventi ſpiritu certamen exercens, ſuum tamen agonem diutinum victrici ſuperante martyrio feliciter conſummavit : & ſic ipſe Petrus firmus, in petra demum paſſionis alliſus, ad petram Chriſtum digne laureandus aſcendit.

& gloria S. Petri

C

48 Porro ne ſacra nos ſuorum actuum exempla prætereant, aliqua de vita ejus ad inſtructionem & profectum audientium referamus. Ipſe namque veritatis filius & bonitatis alumnus, converſatione conſpicuus, ſpectabilis fama, & opinione mirabilis, miro præfulſiſſe nitore munditiæ, virginitatem integre cuſtodiſſe, nec mentis habuiſſe nec corporis corruptelam & nullius mortalis criminis ſenſiſſe contactum, firma ſuorum Confeſſorum aſſertione monſtratur. Et quia ſervus delicate nutritus protervit in Dominum, carnem ſuam aſſidua cibi & potus parcitate reſtrinxit. Ne vero per otii deſidiam hoſtilibus pateret inſidiis, in juſtificationibus Domini exercebatur aſſidue ; ut eo circa licita totaliter occupato, locum in ipſo illicita non haberent, & à ſpiritualibus nequitiis tutus eſſet. Nocturna quidem ſilentia, humanæ deputata quieti, poſt dormitionem brevem, decurrebat in ſtudiis lectionum, & ſomni tempus vigiliis occupabat ; diem autem impendebat commodis animarum, vel ſedulis imminendo prædicationibus, vel Confeſſionum audientiæ inſiſtendo, aut hæreticum dogma peſtiferum validis rationibus confutando, in quibus ſpeciali gratiæ dono noſcitur claruiſſe. Devotione inſuper gratus, humilitate lenis, obedientia placidus, benignitate ſuavis, pietate compatiens, patientia conſtans, caritate præſtabilis, & in cunctis morum ſanctitate compoſitus, alios profuſis virtutum aromatibus attrahebat. Fervens quoque amator fidei, cultor præcipuus, propugnator ardentiſſimus, ſic animo ſuo illam impreſſerat, ſic ſe totum in illius manciparat obſequium, quod quæque ipſius verba & opera virtutem fidei redolebant ; cujus dulcedinem lingua ejus, velut redundans favus copioſe diſtillans, ſemper illius documenta ſuavia propinabat.

zelo animarum

aliisque virtutibus inſignis,

E

49 Pro hac, inquam, mortem ſubire cupiens, hoc principaliter à Domino attentis & crebris ſupplicationibus poſtulaſſe probatur, quod non fineret eum ex hac luce migrare, niſi ſumpto pro illo calice paſſionis. Unde quia meruit tantus athleta ſpecialem palmam de pugna tam ſtrenua reportare in *d* cœlibem patriam, ſertis præſignitus roſeis victoriæ ; cum de civitate Comenſi, ubi Fratrum ſui Ordinis ibi commorantium Prior erat, Mediolanum pergeret, pro exequenda Inquiſitione adverſus hæreticos ſibi ab Apoſtolica ſede commiſſa ; ſicut in publica prædicatione prædixerat, quidam de ipſorum hæreticorum credentibus, prece illorum inductus & pretio, in eum, iter ſalutaris propoſiti proſequentem, funeſtus inſiluit ; in agnum utique lupus, ferus in mitem, in pium impius, furibundus in manſuetum, in modeſtum effrænis, profanus in Sanctum, ſacrilegum præſumit inſultum, exercet conatum, mortem intentat. Sacrum autem illius caput gladio crudeliter impetens, diris in ipſum impreſſis vulneribus, & ſatiato ſanguine juſti enſe, venerandum illum, non divertentem ab hoſte, ſed exhibentem ſe protinus hoſtiam, cæſoris ſuſtinentem in patientia truces ictus, dimiſit, ſpiritu petente ſuperna, in ipſo loco paſſionis occiſum. Ipſo ſacrilego percuſſuras in Chriſti miniſtrum geminas inculcante, ille non querula voce murmurans, ſed ſufferens omnia patienter, ſuum Domino ſpiritum commendabat, dicens, In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum. Symbolum etiam incepit dicere fidei, cujus nec in hoc articulo deſiit eſſe præco : pro ut ipſe nefandus, qui à fidelibus captus fuit, & quondam F. Dominicus, qui comes illius erat, & ab ipſo lictore percuſſus diebus aliquibus ſupervixit, poſtea retulerunt. Sic granum frumenti cadens in terram, infidelium manibus compreſſum & mortuum, uberem conſurgit in ſpicam : ſic botrus in torculari calcatus, liquoris redundat in copiam : ſic triticum attritum in area, in dominicum horreum excuſſa palea deportatur ; ſic aromata pilo contuſa, odorem plenius circumfundunt : ſic, inquam, regnum cælorum à violentis præripitur :

palmam martyrii adeptus, d

cælo recipitur.

F

præripitur : ſic per fidem à Sanctis regna ſublimia devincuntur. O quam inſigne Martyrium, quod titulus tam glorioſus illuſtrat! Pro defenſione namque & exaltatione Catholicæ Romanæ Eccleſiæ vir ille venerabilis acerrimam mortem tulit. Hic in Eccleſia tamquam ſidus radians, & lumine fidei & gratia prædicationis emicuit : hic jam in cælo, quaſi luminare conſpicuum & ſplendore gloriæ & multorum coruſcatione ſignorum effulget ; quia non vult Dominus ipſius abſcondere ſanctitatem, nec meritorum ſuorum virtutem ſupprimere in occulto, ſed inter lucentia Sanctorum candelabra manifeſtius exaltare, ut omnibus, qui in Eccleſiæ domo habitant, proferat clarum lumen.

in vita

50 Nam nec in vita latere ſic potuit, quin miraculorum claritate pateret. Cujuſdam etenim Nobilis filium, præ nimio & horribili totius gulæ tumore nec loqui nec reſpirare valentem, levatis ad Deum manibus & Crucis in eum facto ſignaculo, illoque accipiente ipſius cappam & infirmo ſuperponente loco, ſanavit. Idem quoque Nobilis, vehementi poſtmodum corporis torſione gravatus, credens & metuens exinde ſibi mortis imminere diſcrimen, cappam ipſam, quam conſervaverat, reverenter tunc fecit afferri : qua ſuo appoſita pectori, mox vermem quemdam, duo habentem capita & pilorum denſitate villoſum, evomuit, plena liberatione ſecuta. Cuidam etiam juveni muto, immiſſo digito in os ejus, ſuæque linguæ ſoluto ligamine, beneficium loquelæ conceſſit. Hæc & alia plura dum viveret, dignatus eſt per eumdem Dominus operari. Poſt mortem verò lampades, ad ſepulchrum ejus venerabile dependentes, pluries per ſeipſas, abſque omni humano ſtudio & miniſterio, divinitus ſunt accenſæ ; quia conveniens nimis erat, ut qui igne ac lumine fidei excellenter claruerat, ſingulare de ipſo ignis ac luminis miraculum appareret. Quidam autem, dum cum aliis & illius ſanctitatem & miracula depravaret ; ſumpto quodam ſub hac obteſtatione morſello, quod eum non poſſet, ſi circa hæc delinqueret, transglutire ; ſenſit mox ipſum ſuo gutturi ſic inhærentem, ut illum educere vel intromittere non valeret. Quare ille pœnitens, vultus jam mutato colore, quaſi ſentiens jam vicinæ mortis eventum, facto intra ſe voto, quod linguam de cetero ad talia non laxaret, fuit protinus illo evomito liberatus. Hydropica quædam ad locum paſſionis ipſius, auxilio vici, perveniens, fuſa ibi oratione ſanitatem integram mox recepit. Obſeſſas à dæmonibus longo tempore mulieres Martyr ipſe, ejectis illis cum multo vomitu ſanguinis de corporibus, liberavit. Febres expulit, languores curavit plurimos & diverſos. Cujuſdam ſiniſtræ manus digitum, ex morbo fiſtulæ plurium foraminum concavitate defoſſum, mira conſolidatione ſanavit. Quidam præterea puer, ex caſu graviſſimo ſic oppreſſus, ut motu & ſenſu penitus deſtitutus tamquam mortuus defleretur ; mox appoſita pectori ejus terra, ſacro ejuſdem Martyris cruore contacta, incolumis reſurrexit. Quædam, cujus carnem cancer edax ſedula corroſione vorabat, linitis hujusmodi terra vulneribus eſt curata. Aliietiã diverſis infirmitatibus occupati, qui ſepulchrum ejus in vehiculis & aliis ſuſtentaculis adierunt, exinde poſtmodum plena ſanitate recepta, ſine aliquibus ſubſidiis rediere. Ad hæc magna hæreticorum & ipſorum credentium multitudo, cum tantam fidei adverterent efficaciam, & ad eam tot certis & apertis ſignorum indiciis, tamquam clamantibus quibuſdam præconibus, vocarentur, nec poſſent quaſi tam validæ illorum inſtantiæ non parere ; ad ipſius lucem fidei de ſui erroris nubilo eſt converſa. Quid plura ? his, inquam, & multis aliis miraculis glorioſis magnificavit Dominus Sanctum ſuum, & colendum exhibuit univerſis.

& poſt mortem miraculis clarus,

præcipue ſanationibus agrorum

& reſuſcitatione mortuorum,

51 Lætetur itaque totus fidelium cœtus, & laudum carmina Deo concinat alta voce, quod à ſuis, tamquam Chriſti cohæredibus, manſiones cælicæ poſſidentur. Exultet mater Eccleſia, quod palmes ſuus, quem in agro fidei plantavit & coluit, ad cæleſte plantarium eſt tranſlatus. Gaudeat & inſignis Fratrum Prædicatorum Ordo, quod pro eo proſiluit ſtella micans, cujus fulgentes radii in lumen hic peregrinantium diffunduntur. Erubeſcant fallaces hæretici, euangelicæque falſarii veritatis, quod ſua mendacia commenta vileſcunt, & convaleſcunt Catholica & Apoſtolica documenta. Obmuteſcant doloſa ipſorum labia, & impudentes frontes decidant jam confuſæ ; cum ille, cujus veraces inſtructiones & ſalutaria monita renuebant, cuique mortis intulere ſupplicium, in cælo jam regnet inter agmina Beatorum. Et mirum, cum aperte conſpiciant Dei Eccleſiam talibus fulciri columnis, talibus parietibus circumcingi, talibus conſurgere incrementis, talibus propugnaculis communiri, talibus defenſari patronis, talibus miraculis illuſtrari ; quod nihilominus in noctis tenebris & mortis caligine gradiuntur, quodque à ſuis oculis ſquammas non abjiciunt cæcitatis, ut verum lumen videant & ſequantur.

cum exultatione Eccleſiæ

catalogo ſanctorum adſcribitur.

52 Ceterum quia conveniit, ut quem Dominus in cælo magnificavit, mundus colat, nos de ſanctitate vitæ ac veritate miraculorum ipſius Martyris inquiri fecimus diligenter, & quia poſt Inquiſitionem ſolertem, ſtudioſam examinationem, & diſcuſſionem ſolennem, plura etiam & majora de ipſo comperimus, quam inſinuata fuiſſent ; eum de communi Fratrum noſtrorum & Prælatorum omnium apud Sedem Apoſtolicam exiſtentium conſilio & aſſenſu, confiſi omnipotentis Dei virtute, auctoritate quoque Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ac noſtra, Sanctorum Martyrum catalogo duximus adſcribendum. Ideoque univerſitatem veſtram monemus & hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus III Calendas Maji feſtum ejuſdem devote ac ſolenniter celebretis, & faciatis à veſtris ſubditis veneratione congrua celebrari, ut pia ejus interceſſione & hic à noxiis protegi, & in futuro ſempiterna gaudia conſequi valeatis. Et ut ad venerabile ipſius ſepulcrum ardentius & affluentius Chriſtiani populi confluat multitudo, ac celebrius ejuſdem Martyris colatur feſtivitas, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui cum reverentia illuc in eodem feſto annuatim acceſſerint ipſius ſuffragia petituri, de omnipotentis Dei miſericordia & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, unum & quadraginta dies ; accedentibus vero annis ſingulis ad prædictum ſepulcrum infra ejuſdem feſti quindenam, XL dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Datum Peruſii IX Calend. April. Pontificatus noſtri anno X. *e*

ANNOTATA.

a *Surius qui hunc* § *habet, ſed contractiorem, pro* IX *legit* VIII, *idemque fecit Flaminius.*

b *Hujus Bullæ tenorem magna ex parte inſeruerunt operibus ſuis Vincentius in ſpeculo hiſtoriali lib.* 31 *cap.* 103 *& S. Antoninus Tit.* 23, *cap.* 6, § 1. *Integrum exhibet Flaminius ſub data* IX *kal. Aprilis, ut mirum ſit ipſum antea ſcripſiſſe* octavo.

c *Ita correximus, pro eo quod habebatur,* vivæ Voci.

d *Mallem legere* Cælitum patriam.

e *Vita apud Surium, relata paucis Bullæ ſubſtantia, addit* : Ubi autem per orbem diffuſus eſt Apoſtolicæ juſſionis auditus ; mox auditum devotio, devotionem nova

A nova miracula ſunt ſubſecuta : *quorum tamen nullum ibi additur.*

CAPUT VII.

Feſtum de S. Petro & officium canonicum ab Innocentio IV *præſcriptum, corpus elevatum.*

Innocentius 4

53 VErum cum plures tanti Martyris ſolennitatem celebrare negligerent, aliique contemnerent; ſummus Pontifex Innocentius IV, hoc moleſte ferens, per ſuas litteras univerſis Eccleſiarum ac Religioſorum Prælatis directas, præcipiendo mandavit, quatenus feſtum præfati Martyris, quod Romana celebriter agit Eccleſia, cum devotione & ſolennitate omnimoda celebrarent; facerentque à ſuis ſubditis veneratione congrua celebrari. Matutinale vero Officium cum novem Lectionibus, & diem feſti ſui, in Kalendariis ſcribi facerent, cum expreſſione Ordinis Prædicatorum. (Has ſiquidem litteras præfati Innocentii ſucceſſor Alexander IV per omnia *a* innovavit) quarum talis eſt tenor:

a

B 54 Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei &c. *Vt ſupra* venerabilibus Fratribus. Magna magnalia de B. Petro Martyre, Ordinis Prædicatorum, natione Lombardo, per oras ubilibet innotuere Italiæ, & jam uſque ad longinqua terrarum per univerſalem notitiam effulſere: qui dum in carne viveret, à carnis illecebris & deliciis alienus ſic virtuoſe pro fide Chriſtiana certavit, quod ſtabili animo ſuſceptum proſecutus agonem, glorioſum tandem de ipſius fidei hoſtibus reportavit Martyrio prævalente triumphum. Hujus, inquam, triumphi fama in omnem quaſi fidelium terram exiliit, & ad exrema fere orbis illius ſigna lucida radiarunt. Fulget jam inter clara ſanctorum agmina recens Martyr, & in firmamento Eccleſiæ novum jam rutilat luminare. O mira Martyris victoria, in quo dum caro conteritur, ſpes roboratur; dum creatura videtur deficere, fortius convaleſcit; in quo tunc magnus Chriſti miles prævalet, cum acrius comprimitur; quia revera tunc glorioſius hoſtem vincit, cum inter paſſiones atroces conſtantius mortem ſuffert. O quam admiranda Catholicæ fidei per certamina Martyrum defenſio provenit! Nam in illorum oppreſſione ac cæde robur ipſa ſuſcipit & vigorem: quia nequaquam ei demitur, cum ſui ſibi pugiles taliter adimuntur: quinimo tunc ſtatus ejus erigitur potius & firmatur, quoniam illi ſic moriendo non deſunt, ſed amplius quam ante vivunt & adſunt ad Dei munimentum; & tunc clarius fidei lampas lucet, cum ardentes lucernæ Martyrum incendiis ſupplitiorum corporaliter extinguuntur. Quod plane ac liquido patuit in ipſius B. Petri Martyris paſſione: quia poſt glorioſum & recolendum ejus martyrium, ſic ſuorum multitudine miraculorũ fides reſplenduit, quod quamplurimi hæretici eorumque credentes, ipſius fidei tot & tantorum oſtenſione ſignorum agnita veritate, ad illius lumen de ſuorum errorum tenebris propere redirent. O quam laudandus & honorandus Athleta, qui hoſtiles non paveſcens occurſus, pro lege Dei ſui perſeveranter in ſtadio, uſque ad mortem, invicta ſtabilitate pugnavit! O venerandum virum, & ubique ſonoris præconiis decorandum! hic enim religionis norma, munditiæ nitor, morum decus, theſaurus ſcientiæ, prædicationis fulgor, caritatis ardor, fidei paries, cumulus gratiarum, virtutum ſpeculum, & fragrantis ſanctitatis aroma; hic timor hæreticorum & tremor, vivus expugnavit eorum perfidiam; & jam ab ipſis occiſus, illos deterret vehementius & confundit hoc cæli ſidus fulgidum, dignus cæleſtis regni cohæres, illuſtris concivis Martyrum, inclytus menſæ ſupernæ conviva, & ſecurus patriæ ſupernæ poſſeſſor. D

variis encomiis S. Petrũ exornat:

55 Merito itaque reverendi Martyris plebs Catholica recenſere debet memoriam, & tota Chriſtiana Eccleſia ejus feſtum ſolenniter celebrare; ne tantum Dei donum recepiſſe in vacuum videatur, & non recognoſcere immenſam, quam in hoc ei largitus eſt; gratiam, magnificando ipſam tam eximio Martyre ac tanti patroni ſuffragio muniendo. Et certe cum ipſius conſortio univerſi Beatorum chori aſſidue exultent, inconveniens ac reprehenſibile nimis eſſet, ſi Chriſti fideles ſolennitatem ejus non ſuſciperent & agerent reverenter: quem enim Dominus magnificavit in terris & ſublimavit in cælis, debemus & nos & crebris attollere laudibus & feſtivitate celebri honorare; ut de illius magnificentia & gloria communem gerentes lætitiam, & voto & voce ac opere quaſi quodam pariter pſallentes tripudio, gaudeamus in hoc cũ Sanctorum collegiis, & digne illius patrocinium mereamur. Quapropter nolentes penitus, ut prædicti B. Petri Martyris ſolennitas aliqualiter negligatur, quem pridem ſanctorum Martyrum catalogo de communi Fratrum noſtrorum & E Prælatorum omnium tunc apud Sedem Apoſtolicam exiſtentium conſilio & aſſenſu duximus ingenti gaudio adſcribendum, ſicut per alias litteras noſtras plenius notificavimus ad diverſas provincias deſtinatas; Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta ſtricte præcipiendo mandamus, quatenus conſiderantes attente, quod in tanti claritate Martyrii altis titulis fides orthodoxa refulſit, & hæreticorum dogma funeſtum ad confuſionis & ignominiæ ima ruit, ejuſdem Martyris feſtum, quod celebriter agit Romana Eccleſia, quod etiam principaliter & ſtudioſe, propter inſigne illius martyrium, ab omnibus Catholicis generaliter agi volumus, cum devotione ac ſolennitate omnimoda celebretis, & faciatis à veſtris ſubditis congrua devotione celebrari, Matutinale Officium de ipſo Martyre omnino cum novem lectionibus, & alia nihilominus Officia ſolenniter, prout convenit, exequentes. Illi vero, qui non conſueverunt paſchali tempore, quo ipſius Martyris ſolennitas agitur, feſtum aliquod cum novem lectionibus celebrare, juxta mores & modum ſuum ſolitum, de Martyre ipſo agant Et ne de ipſius feſtivitate intervenire unquam poſſit oblivio, ſub ſimili diſtrictione injungimus, ut diem feſti ſui, qui videlicet occurrit tertio Calendas Maji, in Calendariis veſtris ſcribendo, ibi ejuſdem F Sancti nomen, cum ſpecificatione Ordinis Prædicatorum, ſolicite deſignetis. Sic autem præmiſſa omnia efficaciter exequi ſtudeatis, quod ipſum pretioſum Martyrem apud Deum habere poſſitis ſedulum adjutorem. Datum *b* Anagniæ, VI idus Auguſti, *b* Pontificatus noſtri anno XII.

feſtum eius omnibus Piis delibus præſcribit

cum officio & lectionum

56 Canonizato itaque B. Petro Martyre, multis eum miraculis Dominus dignatus eſt illuſtrare. Nam quam plures diverſis infirmitatum incommodis laborantes, ad ejus venerabile ſepulcrum accedentes, ſanitatis remedia B Petri Martyris meritis ſunt conſecuti. Quapropter fidelium duxit devotio ſacrum ipſius Martyris corpus, quod ultra annum ſub terra humili loco jacuerat, ad altiorem locum transferre. (Propter quod Fratres ad Capitulum provinciale Mediolanum convenerunt: non enim eodem anno generale Capitulum eſt celebratum, propter Magiſtri Ordinis videlicet *c* Fr. Joannis Teutonici deceſſum, qui poſt B. Michaelis feſtum obiit, in quo ſecundum Ordinis Conſtitutiones celebrari non debet) levatum eſt ſacrum corpus: quod ita ſanum & integrum repertum eſt, acſi in eadem die ſepultum fuiſſet. Fratres autem præſente D. Mediolanenſi Archiepiſcopo

corpus elevatur,

c

A piſcopo Fr. Leone de Perego, Mediolanenſi Patricio, Ordinis Minorum, viro integerrimo & omnia ordinante, Sancti Martyris corpus ſuper magnum pulpitum, juxta plateam eccleſiæ, magna cum reverentia deduxerunt, & ibidem ſic ſanum & integrum omni populo eſt oſtenſum, & ab eo ſuppliciter adoratum. Sequenti autem die in arca marmorea ſimplici, ab *d* Abbate S. Simpliciani Fratribus dono data, per præfatum D. Archiepiſcopum eſt collocatum, capite alio in loco recondito. Cum enim B. Petrus adhuc in humanis eſſet, & cum præfato Abbate ſermonem haberet, videns prædictam arcam, ipſi Abbati dixit: Arca hæc pro corpore unius Martyris conveniens eſſet. Cujus verba prædictus Abbas ad memoriam reducens, cognita S. Martyris tranſlatione, prædictam arcam, ut dictum eſt, Fratribus dono dedit. Communitas autem Mediolani, ob Sancti Martyris reverentiam, circa prænominatam arcam, cortinam ferream valde pulcram, cum aquilis & leonibus, fabricari fecit. *e*

ANNOTATA.

B a *Ioannes Flaminius fol.* 114 *ſubjungit litteras Alexandri Papæ datas* XII *kal. Aug. Pontificatus anno* 1, quibus toti Ordini Ciſtercienſium præcipitur, ut Beatorum Dominici ac Petri Martyris feſtum ſolenniter agant: nondum enim illud ipſi agere inceperant. *Ibidem ſubnectitur Clementis* V *Bulla*, Archiepiſcopo Bracharenſi & Epiſcopis per regnum Portugalliæ conſtitutis *directa*, Peruſii XIII kal. Aprilis anno Pontificatus II, *ideſt*, *anno Chriſti* 1266; *quibus utrumque feſtum commendatur.*

b *Tam in hac quam in præcitata Alexandri* 4 *Bulla impreſſum erat apud Flaminium* Arragoniæ: *ſed manifeſtum mendum correximus. Vtriuſque Pontificis diplomata varia*, Anagniæ *annis hic ſignatis data, inveniet curioſus Lector in Annalium eccleſiaſticorum Continuatione per Odericum Raynaldum.*

c Joannes Teutonicus, 4 *Generalis Ordinis, electus Pariſiis anno* 1241, *obiit Argentorati anno* 1253. *Leander Albertus* pridie Nonas Novembris *obiiſſe ſcribit, & hunc ſecuti ſunt alii. Sed vereor ne* Novembris *nomen obrepſerit pro* Octobris, *cujus menſis kalendas biduo precedit feſtum S. Michaelis, hic indicatum.*

d *Placidus Puccinellus, in Zodiaco eccleſiæ Mediolanenſis, ſeriem Abbatum hujus monaſterii texens, pag.* 100 *notat* Tazzum Mandelli; *cujus hoc anno* 1253 *præſidentis notitiam invenerit in libris Notarialibus & publicis inſtrumentis.* C

e *Vita apud Surium, poſt breve Paragraphi hujus compendium, ſic concluditur*: De miraculis, quæ plurima, poſt ejus in ſanctos relationem, facta memorantur, nihil in præſentiarum ſcripturus ſunt *Flaminius, priuſquam ad miracula veniat poſt primam Tranſlationem explicatam, ita loquitur de ſecunda, facta (ut habetur in margine)* anno MCCCXL Nonis Maji: Creſcente vero indies magis tanti Martyris ſplendore ac miraculorum numero & magnitudine ac populorum cultu; aliud multo etiam magnificentius illi ſepulcrum à Patribus decretum fuit, in quo venerabile illius quieſcit corpus, in quod tranſlatum fuit anno MCCCXL, in maxima Patrum totius Ordinis frequentia & concurſu, dum Mediolani generalis haberetur Synodus. Tranſlatum autem fuit à Joanne Vice-comite, Mediolani Archiepiſcopo & Domino, & ab Ugone Ordinis Magiſtro generali, & ab iis qui Definitores Synodi appellantur, in maxima Principum virorum nobiliumque ac civium multitudine, cum ingenti veneratione ac omnium plauſu atque lætitia. *Hæc ille*: *plura vide in Commentario prævio.*

D

CAPUT VIII.

Feſtum & vota S. Petro facta violantes puniuntur.

57 POrro de miraculis ejus canonizationem præcedentibus & ſequentibus licet plurima referantur in diverſis mundi partibus coruſcaſſe, ea tamen breviter perſtringenda ſunt quæ in ejus *a* Legenda & *a* in libro qui vitas Fratrum *b* intitulatur, conſcripta *b* ſunt; nec non & quæ de mandato Venerabilis Patris Fr. Berengarii *c* Magiſtri Ordinis FF. Prædicatorum *c* XIII ſunt collecta & ſcripto demandata, ac etiam quæ Venerabilis P. Fr. Petrus *d* Calo Clugienſis Ordinis *d* Prædicatorum in ſuo magno Legendario collegit. Illũ in hoc opere narrationis ordinem ſequemur *e* quem *e* in libro ſecundo, in deſcriptione miraculorum B. Dominici ſervavimus. Nec puto me omnia, quæ per eum Dominus operatus eſt, miracula collegiſſe: quia alia quoque ejus meritis perpetrata fuiſſe non dubito, & quotidie fiunt, quæ ad mei notitiã non venerunt, nec veniunt, quia forte ex Fratrum negligentia ſcripto non ſunt demandata. *f* Dum poſt B. Petri Mart. canonizationem, feſtum apud Mediolanum ſolenniter celebraretur, credens quidam hæreticorum puerum ſuum in die præfati feſti miſit ad ſilvam, ut ligna incideret. Et dum ille diceret, malum eſſe in tanti Martyris feſto à tali opere non vacare; infidelis vir iſſe exaſperans eum, in contemptum feſtivitatis ipſum ire coëgit. Qui Dominum ſuum metuens, perrexit; rogans Dominum Jeſum Chriſtũ, ut in honorem Sancti, cujus Dominus ſuus injuriam procuraret, miraculum aliquod dignaretur oſtendere. Cum igitur accepta ſecuri quærcum incidere vellet, ad ictum primum de quercu tam copioſus exivit ſanguis, quod ferrum manubriumque ac manus illius & terra magno ſpatio ſunt ſanguine rubricata. Tunc ille clamans ſtatim rediit, & quod factum fuerat fideliter enarravit. Currunt multi cum domino ſuo, & miraculi veritate perſpecta B. Petrum Mart. in majori habuerunt devotione, & incredulus ille ad Sancti devotionẽ & fidei catholicæ veritatem eſt converſus. *f* *Arbor à ligã natore feſto ejus cæſa ſanguinem fundit*: E

58 Quidam juvenis de civitate Comenſi, Gaufredus nomine, dum pannum tunicæ B. Petri Mart. habitum reverentius cuſtodiret, & quidam hæreticus ei deridendo diceret, quod ſi Sanctũ eum crederet, pannum ipſum in ignem projiceret; &, ſi non comburi eum contingeret, abſq; dubio Sanctum crederet, & ſuæ fidei adhæreret. Mox ſuper carbones accenſos pannũ tunicæ B. Petri Mart. projecit: ſed ab ipſo igne incõbuſtus longius reſilivit: deinde per ſe ſuper carbones rediens ipſos accenſos & ardentes penitus extinxit. Tũc adhuc dicente incredulo. Sic per omnia faciet tunicæ meæ pannus: poſitus ſuper carbones allatos ex una parte pannus hæretici, & ex alia ſancti Martyris pannus; mox hæretici pannus, ut ignis calorem ſenſit, penitus eſt combuſtus; ſancti vero Petri pannus in ignẽ prævaluit, & ipſum ignem omnino extinxit, ita quod nec pilus aliquis combuſtus eſt. Quod videſ hereticus ad viã rediit veritatis, & miraculũ omnibus propalavit. F *hæreticus veſtem ejus in igne illæſam videns convertitur*:

59 Cum quidam Mediolanenſes cives in commune comedentes de Beato Martyre invicem litigarent, unuſq; eorum ſanctitatẽ Martyris & miracula protinus depravaret, ſumpto quodam ſub atteſtatione morſello, quod eum deglutire non poſſet, ſi circa hoc falſum diceret; ſenſit mox ipſum ſuo gutturi ſic hærentem, ut illum educere vel inducere non valeret. Quare illico pœnitens, & jam vultus mutato colore quaſi ſentiens vicinæ mortis eventum; facto intra ſe voto, quod linguam de cetero ad talia non relaxaret, fuit protinus eo evomito liberatus. Alium quoq; nobilem Medio- *quidam in S. Petrum blaſphemus tantum non ſuffocatur &*

A Mediolanenſem Sanctus à detractione correxit: digitos obrigeſcere faciens, ut omnis homo timeret & omnis lingua confiteretur Catholicæ fidei veritatẽ & ſui propugnatoris virtutem,& ſignorum nequaquam magnalia depravarent. Apud Florentiam juvenis quidam,hæretica pravitate deceptus,cum in eccleſiaFratrum de Florentia cum quibuſdam juvenibus ante quamdam tabulam ſtaret,in qua S.Petri depictum erat martyrium; lictorem evaginato gladio Martyrem percutientem proſpiciens, in hæc verba prorupit:Utinã ego ibi fuiſſem,quia validius percuſſiſſem. Quo dicto ſtatim mutus effectus eſt. Cum,quid haberet,requiſitus à ſociis nihil reſpondere valeret,dum ab ipſis domum duceretur,videns in via eccleſiam quamdam S. Michaelis, de manibus ſociorum elapſus, eã intravit: & flexis genibus corde ſanctum rogavit Martyrem,ut ſibi indulgeret:voto,ſicut potuit, ſe obligans, quod, ſi liberaretur, ſua confiteretur peccata & omnem hæreſim abjuraret. Tunc ſubito ad domum Fratrum veniens, peccata ſua abjuratâ hæreſi confeſſus eſt; data licentia Confeſſori, quod hoc ipſum in populo prædicaret. Ipſe vero in publica prædicatione exurgens, coram omni multitudine cuncta confeſſus eſt. Vir quidam Obizo nomine, credens hæreticorum, cum occaſione cujuſdam hæreticæ conſanguineæ ſuæ ad eccleſiam Fratrum Mediolani & ad tumbam B. Petri pergens, duos ibi denarios conſpexiſſet, ipſos accipiens dixit: Bonum eſt, ut iſtos bibamus. Statimque totus tremere cœpit, nec de loco eodem aliquatenus ſe movere potuit. Qui territus prædictos denarios in loco ſuo reſtituit: & inde abſcedens, attendens B. Petri virtutem, hæreſim deſeruit, & ad catholicam fidem ſe convertit.

alius mutus fit:

B

alius pecuniam à ſepulchro ejus auferre volens obrigeſcit.

60 In provincia Teutoniæ apud Trajectum, mulieres quædam videntes ad eccleſiam FF. Predicatorum in honorem B. Petri Mart. magnum, fieri populorum concurſum,dum ipſæ in platea conſiſterent & filarent, adſtantibus ſic dicebant: Ecce iſti Prædicatores omnes lucrandi modum invenerunt; nam ut magnam poſſent pecuniam cumulare, & lata ædificare palatia, novum nunc invenerunt Martyrem. Quibus hæc & his ſimilia dicentibus, ecce ſubito filum totum ſanguine cruentatur, & digiti, quibus filum torquebatur, ſanguine mox replentur. Quod illæ videntes & admirantes digitos diligenter abſtergunt, ne forte eis ex inciſura proveniſſet. Sed dum digitos omnino ſanos conſpicerent, & nlum ſic ſanguinolentum viderent, trementes ac pœnitentes dicere cœperunt: Vere, quia pretioſi Martyris ſanguini detraximus, nobis hoc prodigium ſanguinis tam ſtupendum evenit. Currentes igitur ad domum Fratrum omnia Priori expoſuerunt,filum ſanguine cruentatum præſentantes. Prior autem ad multorum inſtantiam ſolenni prædicatione indicta, quidquid prædictis acciderat mulieribus coram omnibus retulit, filumque cruentatum oſtendit. Verum quidam artis Grammaticæ magiſter, in eadem conſiſtens prædicatione, factum illud cœpit malitioſe pervertere, adſtantibuſque dicere: Videte, quomodo & qualiter iſti Fratres ſimplicium corda decipiunt: nam cum aliquibus mulierculis de ſuis familiaribus condixerunt, ut filum ipſum in aliquo tingerent ſanguine, & ſic quod miraculoſe accidiſſet, narrarent. Dum hæc ille diceret, plagam protinus divinæ ultionis excepit, & in ipſum validiſſimarum febrium impetus irruens multis conſpicientibus ſic vexavit, ut de prædicatione ipſa inter amicorum manus ad domum deferretur propriam. Sed dum vehementer febris exereſceret, prædictum Priorem accerſiri fecit; & reatum ſuum confitens, Deo & B. Petro coram dicto Priore votum vovit, quod, ſi ejus meritis ſanitatem reciperet, eum in ſpeciali devotione haberet,& de cetero linguam ad talia non laxaret: Mira res. Mox ut prædictum votum emiſit [ſanitatem] integram recepit. PER AMEDÆUM TAEGIUM EXMS.

mulieribus in S. Petrum dicacibus

portentoſus ſanguis fluit per digitos:

C

61 Dum Fratres Prædicatores Eugubini Coventus in Tuſcia, in eccleſiæ ſuæ facie, pingi feciſſent B. Petri martyrium,qualiter ab hæretico occiſus fuit ob fidei defenſionem & Catholicæ veritatis, contigit viros quoſdam deEugubio quadam die inde tranſitum facere: quorum unus,à quibuſdam male ſentientibus informatus, videns picturam dixit: Fratres iſti pingere faciunt figuram iſtius Fr. Petri, quomodo mortuus fuerit, quaſi ſubierit pro fide Chriſtiana martyrium: ſed ego pro certo habeo, quod ipſe non pro fide, ſed propter mulierem quamdam malam occiſus fuit. Cum autem à ſocijs pro hac argueretur blaſphemia, ait: Rogo Deum, quod ego ita occidar gladio, ſicut iſte occiſus fuit, ſi ipſe pro fide ſuſtinuit paſſionem. Ante vero unius menſis terminum divina ultio ſubſecuta eſt; nam in manus quorumdam inimicorũ incidit,qui,quia ab eo verbis & factis offenſi fuerant, linguam ei amputare voluerunt; ſed quia ipſam eis exhibere noluit incidendam, evaginatis gladiis ipſum omni auxilio deſtitutum multis impetentes vulneribus occiderunt, & ſic pro ſua blaſphemia mortem talem pertulit, qualem B. Petro Mart. detrahendo, juſto Dei judicio, ore proprio ſibi imprecatus fuerat. *alius Martyrem negans occiditur:*

E

62 Alius quidam in eadem Eugubii civitate,dum à quibuſdam audiſſet B. Petri Mart. ſanctitatem & miracula commendari, mentis tenebroſitate cæcatus ait: ſi Fr. Petrus Sanctus eſt, rogo Deum, ut mala morte me mori faciat. Infra menſem ab ejus prolatione ſententiæ inſeipſum, dum vir quidam in equo per viam curreret,& ab omnibus, ut quilibet ab equi impetu ſibi præcaveret, clamaretur; ceteris divertentibus à loco periculi, qui in via erant, ſancti ille detractor Martyris, qui extra viam erat, ſubito Dei judicio eum perurgente ad viam cucurrit,& quaſi audito careret & viſu, currenti equo in medio viæ ſe objecit Equus autem tanto impetu ipſum ad terram alliſit, quod ſtatim in ſuæ vindictam blaſphemiæ expiravit. Cum Fratres Prædicatores præfatæ civitatis Eugubii in vigilia feſtivitatis B. Petri Mart. juxta patriæ conſuetudinem, fero ſignum campana facerent, propter feſtum quod in craſtinum erat celebrandum; quidam magnæ ſanctitatis vir, Fr. Richardus nomine, qui cum fratre ſuo in monte civitatis ejuſdem,qui loco Prædicatorum imminet,in cella conſiſtebat,moleſte ferens pulſationem hujuſmodi,timens ne Fratres vana moti intentione hoc agerent, dixit fratri ſuo: Satis deberet Fratribus illis ſufficere, cras in feſto ſuo campanam pulſare, & ſero hanc ſuæ feſtivitatis oſtentationem non facere. Nocte vero dum orationi incumberet, apparuit illi B. Petrus Martyr in aſpectu pulcherrimo, in habitu ſui Ordinis, cappam habens colore nigram, ſed roſis aureis coruſcantibus undique coopertam, qui ipſum pro hujuſmodi murmure corripuit,dicens: Fr.Richarde, ego ſum ille S. Petrus, contra cujus reverentiam ſero indebite murmuraſti: quo dicto diſparuit. Ille autem culpam ſuam humiliter recognovit,& B. Petrum Chriſti Martyrem in maxima deinceps reverentia habuit. *alius non credens Sanctum ab equo proteritur:*

F

alius contra feſtum murmurans ab ipſo Sancto corripitur.

63 In civitate Nicoſiæ apud Cyprum, Domina quædam valde nobilis fuit, uxor principis Galilææ, quæ annis fere quatuordecim ſterilis fuerat,cum non modica cordis triſtitia;quæ audiẽs die quadã miracula nonnulla B.Petri Mart.recitari,oratione fuſa ad ipſum,vovit,quod,ſi filiũ ei impetraret à Domino,nomẽ illi ejus imponeret,& debito tẽpore vita comite eũ Ordini *proles voto S. Petro facto impetrata,*

PER AMB. TAEGIUM EX MS.

Ordini Fratrum ipſius Martyris daret. Infra vero decē menſes ab emiſſo voto filium peperit, cui Petrus nomen impoſuit. Cum autem poſt ſex menſes præfatum filium parvulum ad ſe deferri juſſiſſet, ipſumq; in gremio teneret, conſpiciēs filium pulcherrimū eſſe, vano

eo retractato moritur:

mota affectu in eum intuens, dixit: Non habeat B. Petrus pro malo, tu numquā ejus eris Frater. Mira res! ſtatim ut verba revocationis voti protulit, puer qui uſque ad illam horam ſanus extiterat, protinus infirmatus eſt, atq; eo die ex hac luce migravit: ſicq; ingratitudo amittere digna fuit, quem devotio accipere meruerat. In civitate Eſculana in Marchia Anconitana, Domina quædā uxor cujuſdā nobilis militis, qui D. Jacobus Bonhominis dicebatur; cum per annos plures filium nō haberet, B. Petro Mart. ſe devovit, promittens de conſenſu viri ſui, quod, ſi ei à Domino filium impetraret, eum habitu alio numquā indueret niſi habitu Fr. Prædicatorum; & vita comite pro poſſe laboraret, ut filius ille ætate debita eumdē Ordinē introiret. Poſt tēpus modicum à promiſſione prædicta concepit & peperit maſculum. Cum autē puerulus annū & dimidium jam compleſſet, & jam ei veſtimēta fieri deberent; cernens mater puerum fore pulcherrimum, de promiſſione facta doluit; incongruum reputans,

alius ſimili ex cauſa mortuus

B

quod tam decorus puer religionis habitum deferre deberet: unde quod voverat revocans, ſecularibus & delicatis eum induit veſtimentis. Dei autem juſto operante judicio, ut ex pœna filii mater ingratitudinis ſuæ culpam cognoſceret, poſt paucos dies graviter infirmatus eſt. Omni vero medicorum deficiente auxilio, in extremis laborare cœpit. Mater vero culpa recognita, c ūmulta precum inſtantia pro liberatione filii ad B. Petri Mart. auxilium ſe convertit, promittens ſe quod voverat impleturam, ſi eum priſtinæ reſtitueret ſanitati. Perrexit ſtatim ad locum FF. Prædicatorum parvulo aſſumpto, & cum magna dominarum caterva: quem ſuper B. Petri Mart. altare reponens, ei multis cum lacrymis commendavit. Oratione finita puer continuo expiravit: mater vero triſtitia plena corpuſculum filii in gremio tenuit, ut veraciter comprobaret ſi vere mortuus eſſet. Convenerunt autem ad ſpectaculum iſtud Fratres & cives multi: qui omnes, una cum dominabus quæ cum matre venerant, judicaverunt & cognoverunt ipſum vere mortuum eſſe.

matre pœnitentiam agente, revivi-ſcit.

C

64 Mater vero Fratribus dixit, ex quo B. Petrus non vult eum vivum, mortuum ipſum ſuſcipite Dum igitur fovea pararetur, adſtantes dominæ pueri matrē induxerunt, ut B. Petrum pro ſuſcitatione pueri precaretur, Quæ mentis aſſumptis viribus, corpuſculum pueri ſuper altare Martyris repoſuit, & ab ipſa adſtantibuſque omnibus oratio fidelis facta eſt & devota. Oratione finita ſtatim revixit puer, integta ſanitate recepta, & videntibus omnibus riſit, lacque ſuſcepit, & prout conſueverat & ſciebat loqui cœpit. Hoc autem inſigne miraculū in tota civitate Eſculana notum fuit. Cum vero prædicti pueri parētes poſt multum temporis in quodam ſuo prædio comederēt, & de recenti caſeo, quem habebant, puero in vigilia B. Petri Mart. porrigerent, qui recentē caſeum libēter comedere conſueverat; ille quaſi faſtidiens renuebat, & prout poterat, balbutiendo dicebat: Nolo caſeum comedere, quia hodie B. Petri Mart. vigilia eſt. Parentes autem illius illa die hanc fore vigiliam ignorabant; qui ad proximam ſtatim mittentes eccleſiam, ita ut puerulus affirmabat invenerunt. Inquirentes autem ab omnibus de familia, invenerunt, quod nullus de familia coram puero de hac vigilia mentionem fecerat, nec de feſto; carnes vero & ova contra ſuam conſuetudinem renuit dicens, ſibi talia propter B. Petri Mart. vigiliam non licere.

65 In eadem Eſculana civitate erat matrona quædam, Romana nomine, quæ ex marito ſuo quatuor peperit filios, qui omnes adeo brevi vixerunt tempore, quod nullus ex eis quartum compleverit menſem: ipſa vero triſtitiam haud modicam ſuſtinebat, tum propter filiorum mortem, tum quia ex hoc viro ſuo odioſa reddebatur. Audiens autem à quibuſdam Fratribus recitari, quod B. Petrus Mart. cuidā Dominæ in g Flādria, quæ quatuor mortuos pepererat filios, mirabiliter ſubveniſſet, de ipſius meritis ſpe concepta, ipſum pro ſua triſtitia inſtantibus precibus exoravit. Cum poſt modicum concepiſſet, caſus præteritos metuēs, votum vovit B. Petro Mart. quod ſi filiū haberet maſculum & viveret, ante ſeptenniū vita comite eū indueret habitum Ordinis ſui, & ſuo tempore pro poſſe laboraret, ut prædictū intraret Ordinē; cui voto vir ſuus conſenſum præbuit. Natum igitur puerum Petrum vocavit; cumque ætatis ſuæ menſes quatuor impleviſſet, parentes ipſius firmiter ad invicē ſtatuerunt, mutato propoſito, filium tenere pro ſe, & alium B. Petro Mart. ſecundum formā ante promiſſam tradere: ipſa autē die fuit puer graviter infirmatus, & invaleſcēte morbo per dies multos hydropicus effectus eſt. Cum medicinæ auxilio ei ſubveniri nō poſſet, judicatum fuit per medicos ipſum aut cito moriturum, aut gibboſum fieri oportere: fuit autē infirmus viginti duobus menſibus, infra quos nec ambulare nec per ſe ſubſiſtere potuit, ſed ſemper in lecto decūbebat. Poſt hæc adveniente B. Petri Mart. feſto, matrona quædā matri pueri conſilium dedit, ut B. Petrum pro morte filii, qui tanto languerat tempore, precaretur: dicebat enim, melius ſemel mortuum filium flere quā quotidie moriturum. Mater autē ejus ait: Credo B. Petrum Mart. tantæ benignitatis eſſe, quod libentius ſanitatē puero impetrabit, quam mortem. Recognoſcens autē cum lacrymis culpam ſuam, ad altare B. Petri Mart. detulit eū, ipſumq; humilibus ei precibus commendavit. Ipſa autē die tumor omnis de pueri corpore penitus evanuit, & infra octo dies perfecte ſanatus firmiter & libere ambulavit. Completis vero à nativitate annis quinq; ejus pater defunctus eſt; mater autē filii ſolatio carere nolens, quod B. Petro Mart. promiſerat, non ſervare deliberavit. Ipſa vero die qua ſic firmavit, pes filii ira periculoſe intumuit, quod de ipſius cura medici dubitabant. Avia autem pueri filiam ſuam de propoſiti mutatione redarguens, una cum ipſa, voto iterum emiſſo & firmato, puerum ad altare B. Petri Mart. detulit; & cum Fratres pyxidem reliquiarum B. Petri Mart. ſuper pedem poſuiſſent pueri, ſtatim omnis dolor & tumor receſſit, & liberatus puer coram omnibus adſtantibus ambulavit.

D

Tertius ſimiliter impetratus.

g

retractato & patentibus voto

E

hydrops.

tumore pedis

F

66 Poſt prædictum autem miraculum anno dimidio revoluto, mater puerum Ordinis habitu induit in domo propria, ut B. Petro Mart. promiſerat: quo facto quidam ejus conſanguineus ipſam dure redarguit, quod filium unicum Fratribus dare vellet, & apprehendens ſcapulare pueri, laceravit illud; in tantumque matrem induxit, quod ipſa conſenſum præbuit, ut filius ſeculari veſtiretur habitu. Tunc ipſa die puer mutato habitu ſanus ad ſcholas perrexit, ſed veſpere maximo cum gutturis tumore rediit pariter & dolore, collumq; ſic retortum habebat, quod maxillā niſi ſuper humerum tenere non valebat. Mater vero hoc videns, cognovit hoc in pœnā ſuam ſibi ideo eveniſſe, quia promiſſionem non ſervare diſpoſuerat. Contigit autē die quadā, dum emplaſtrum ſuper gutturem ejus apponi deberet, Fratres Prædicatores viſitationis gratia adveniſſe; qui mulierē de tanta cordis inſtabilitate corripientes, eam hortati ſunt, ut contrito corde & fideli propoſito rurſus auxilium B. Petri Mart. invocaret. Facto ab ea iterum voto cum fide & reverentia magna, Fratres in nomine B. Petri

& gutturis ſucceſſive afflictus, ſanatur.

Mart.

Mart. ſuper puer guttur [emplaſtrum] poſuerunt. Mane facto medicus affuit, & ligaminibus diſſolutis inventus eſt puer dolore & tumore pleniſſime liberatus; judicante medico, quod emplaſtrum illud, naturali virtute, in tam brevi tempore, illi infirmitati conferre non poterat ſanitatem. Agentibus autem omnibus Deo & Beato Martyri gratias, mater pueri in promiſſione ſemper fuit.

ANNOTATA.

a *Hinc rurſum patet Legendam, ut eſt à Thoma de Lentino ſcripta, non haberi integram apud Surium.*

b *Quæ ibi habentur, ea cum hic poſitis conferemus, & ſiqua notabilis occurrat differentia, indicabimus ut ſupra factum eſt.*

c Berengarius de Salomedio, XIII *Magiſter Generalis, electus Carcaſſone* 1312. *Hic quinto magiſterii anno conſtitutus* Archiepiſcopus *Compoſtellanus, obiit anno* 1325. *Collectionem miraculorum juſſu ejus deſcriptam ſi quis exhibuerit ſtylo primigenio, gratiam apud nos inibit, & per nos ab Ordine* Prædicatorum *univerſo.*

d *De* Petri *Calo Legendario egimus in Præfatione generali ante Ianuarium Cap.* 1, § 4. *Id utrum uſpiam integre extet neſcimus; tomum ejus unum (duo videntur fuiſſe) invenimus Romæ apud Emin. Franciſcum Card. Barberinum: ſed in hoc nihil de S.* Petro *reperiſſe meminimus, haud negligenter notaturi, ſi quid ſingulare ibidem occurriſſet.*

e *Nempe ea quæ unius ejuſdemque ſunt generis ſub eumdem titulum referendo; utinam non etiam abbreviando narrationes ipſas, quod alias in miraculis factum à Taëgio notavimus doluimuſque.*

f *Hactenus Partis* 3 *velut proœmium, deinde ſequuntur Paragraphi ſuperius poſt Prologos indicati: quorum ordinem ſequi volens, oportet à primo qui ſequitur initium faciat numerandi.*

g *Miraculum hoc infra refertur num.* 73.

CAPUT IX.

Febri, hydropiſi aliiſque morbis & defectibus laborantes per S. Petri merita ſanati.

ſanantur apoſtem.

67 DUo Fratres Ordinis Prædicatorum, devote ad ipſius ſuffragia recurrentes, beneficia miraculoſæ ſanitatis ſunt conſecuti. Nam cum unus à quodam vehementi apoſtemate, quod patiebatur in coſtis, judicio medicorum non poſſet abſque inciſione curari, nec ſine mortis periculo incidi; cum eſſet multum pavefactus, ad Martyris tumulum confugit: dumque ſuũ diſcrimen Beato committeret Martyri, prius quam poſtulare præſumeret, eſt beneficio donatus: protinus enim omni tumore & apoſtemate toto fuit abſque periculo & inciſione, curatus. Alius vero cum eſſet hydropicus, & medicinis non poſſet aliquibus ſe juvare, nec naturalem ſtomachi reſtaurare calorem; in Conventu Aſtenſi, ante altare B. Petri Mart. orans obtinuit ptotinus totius corporis ſanitatem. In conventu Bononienſi Fr. Joannes Polonus quartana laborabat. Cum autem in feſto B. Petri Mart, ſermonẽ ad Clerum facere deberet, & acceſſionem eadem nocte juxta curſum febris exſpectaret, vehementer extimuit, ne in injuncto ſibi ſermone deficeret. Converſus itaque ad ſancti Petri Mart. ſuffragia, ad altare ipſius magna cum devotione acceſſit, orans, ut ejus meritis juvaretur, cujus debebat gloriã prædicare: ſicque factum eſt, ut febris illa nocte ceſſarit; & poſtmodum eum numquã invaſit. Frater quidam in conventu Lugdunenſi cum quaſi ad mortẽ infirmus jaceret, in colloque apoſtema haberet, de quo non modicum dubitabant; petiit multa cum devotione à Magiſtro Ordinis, qui tunc præſens erat, ut B. Petri reliquias ſibi adferri faceret, eo quod ejus meritis ſanitatem ſe recepturum firmiter ſperaret. Cum autem cum eis ſignatus fuiſſet, ſtatim ſe convaleſcere ſenſit plene liberatus. PER AMB. TAEGIUM EX MS.

hydrops,

quartana,

apoſtema,

68 Quidam Colonienſis Conventus in gutture ſtrumam annis duobus habebat adeo magnam, quod eum plurimum deformabat, & plurimorum judicio periculoſa erat. Hic in tanto periculo conſtitutus B. Petro Mart. promiſit, ſi ſtruma illam evaneſcere faceret, eumque à tanto periculo liberaret, quotidie ad ipſius honorem unum Pater noſter diceret. Statim igitur emiſſo voto ſtruma illa detumeſcere cœpit, ſubitoque evanuit. Omnes illius domus Fratres Deo & B. Martyri gratias egerunt, quod prædicto Fratri, cui medicorum ſuffragia prodeſſe non poterant, plene reſtituit ſanitatem. Frater quidam de Ordine Prædicatorum cum alterum ex genibus ita læſum haberet, quod ſine baculi adminiculo ambulare non poſſet, emiſſo voto ſe convertens ad martyrem, quod de ipſo in Veſperis & Laudibus de cetero memoriam faceret, ſi eum meritis ipſius Dominus liberaſſet, confeſtim non ſenſibiliter perpendit effectum. Qui poſtmodum perfecte ſanatus illius memor eſſe non deſiit, poſtmodum virtutum ipſius teſtis effectus. Frater quidam Eſculanus Ordinis Prædicatorum, Petrus nomine, dolorem magnum & tumorẽ habebat in pede; & plurimis adhibitis remediis medicorum, nec melius habere nec per ſe ſubſiſtere vel ambulare valebat: nocte autem feſti B. Petri Mart. cum Fratrum auxilio ad ipſius Martyris altare viſitaturus acceſſit, & Martyris deoſculans reliquias orationeque fuſa, ad cellam deductus eſt: poſt primam autem dormitionem evigilans, reperit ſe totaliter liberatum. *ſtruma* *genu & pedis vitium,*

69 Religioſus ac Reverendus Vir Fr. Philippus Brixienſis, Ordinis FF. Minorum, in publica prædicatione retulit; quod cum ipſe de Roma in Lombardiã rediret, & in montibus Thuſciæ præ calore nimio æſtuaret, ſocio dixit: Si B. Petrus Martyr, de Ordine Prædicatorum, qui dum Mediolani in calore maximo prædicaret æſtuanti populo nubis refrigerium impetravit, nobis in tanto ardore gratiam ſimilem impetraret; hoc ego miraculum & alia quæ ſcirem ejus laudibus cedere, in prædicatione publica ad ejus enarrarem gloriam. Finitis verbis, quod petivit, habuit: nam cum prius nullius nubeculæ in aëre veſtigium appareret, ſubito Dei nutu, pro Martyris ſui gloria, ſuper ipſos Fratres nubes apparuit, quæ ipſis æſtuantibus refrigerium præbuit. Frater vero præfatus, de miraculo dubius, ait: Juctundior & delectabilior mihi eſſet hæc nubes, ſi ex miraculo proveniſſet; ego tamen magis puto à caſu quam ex miraculi operatione proveniſſe. His finitis verbis nubes confeſtim ex toto diſparuit, & in vehementiori quam fuerant prius ardore fuerunt. Tunc Fr. Philippus, viſo ſuper ſe Dei judicio, culpam ſuam humiliter recognoſcens, ad pedes ſocii, qui Sacerdos erat, humiliter ſe proſtravit, & de ſua incredulitate & ingratitudine confeſſionem fecit; promittẽs firmiter, quod ſi B. Petrus Mart. gratiã ei rurſum impetraret, & quã interveniẽte culpa perdiderat nubẽ, ad ipſius gloriã revocaret; miraculũ quod evenerat venerabiliter crederet, & honorẽ ipſius & culpã propriã in prædicatione publica, ad Dei & Martyris ipſius gloriã, prædicaret. Confeſſione igitur & oratione facta & abſolutione recepta, nubes continue B. Petri gratia rediit, quę ipſos tota die proſequẽs, magno cum refrigerio in ſuo itinere obumbravit. *immodice æſtuanti* *nubes ſubmittitur.*

70 In monaſterio S. Angeli magni de Eſculo, quod eſt ſub cura FF. Minorum, Soror quædam, Margarita nomine, graviſſimum cordis defectum ſæpe patiebatur; qui tanto eam frequenter dolore premebat, quod nec loqui nec movere ſe poterat; ſicque fortiter tremebat, quod à ſex Sororibus ſic firma teneri non poterat, quin cum ea fortiter tremerent, *Curantur cordis oppreſſio.*

PER AMB. TAEGIUM EX MS.

ac ſi eamdem & ipſæ paterentur infirmitatem. Cum autem nullis poſſet medicorum remediis liberari; die quadam dum gravamen illud pateretur actualiter, & præ anguſtia loqui non poſſet, B. Petri auxilium invocavit. Oratione brevi completa, ſtatim fuit ab infirmitate liberata, nec eam ulterius paſſa eſt. Alio tempore dicta ſoror; horribilem fiſtulam in pollice manus dexteræ paſſa eſt; nam cum tria foramina juxta unguem haberet, & per menſem unum ſub medicorum cura nihil proficeret; timentes medici totius manus corroſionem, deliberaverunt omnino pollicem amputare. Quodam autem ſero de humano deſperãs auxilio, B. Petrum Mart. devote invocavit & fideliter, ut digitum ei amputari non permitteret. Mane facto adfuit medicus, & digiti ligaturas diſſolvens eam pleniſſime liberatam invenit & foramina ſolidata. quæ B. Petro Mart. immenſas referens gratias, infirmitatem illam ultra non ſenſit.

fiſtula,

os humeri diſtortum,

71 In eodem monaſterio Soror quædam, Marina nomine, pœnam hujuſcemodi multo tempore paſſa eſt: nam os humeri ejus in tantum ſuper omnia oſſa excreverat, quod quando brachium quãtumcumque leviter elevabat, tanto cruciabatur dolore, quod rugitus magnos quaſi ſemper emittere cogebatur, unde ejus vita ſibi aliiſq; inutilis erat & pœnoſa. Dum igitur quadam die brachium elevaſſet & dolores pateretur graviſſimos, memorans qualiter B. Petrus Mart. Sororem Margaritam præfatam ab infirmitatibus liberavit graviſſimis, ipſũ in corde ſuo, quia præ dolore loqui non poterat, devotiſſime invocavit: & dum intra ſe de ipſius virtute & meritis cogitaret devota & fideli mẽte, in animo ſuo hujuſcemodi imaginationem volvere cœpit, quod ſi tabulam vel ſcedulam aliquã haberet, in qua B. Petri Mart. imago depicta foret, ſi ipſam ſuper infirmitatis locum apponeret, B. Petrus ei ſanitatem à Domino impetraret. Mira res! Statim cum imaginem ipſam cum deliberatione & devotione firmavit habere, os illud, quod illam ſic graviſſime affligebat, ad modum & locum debitum protinus eſt reductum; & omni dolore ceſſante, priſtinam recepit ſanitatem, ita quod deinceps ab omni gravamine hujuſmodi libera, brachium illud abſque omni dolore, ſicut & reliquum, exercebat libere & levabat.

B

calculus,

72 Cum Religioſus quidam de Eſculo, Fr. Tranſmundus nomine, præfati monaſterii Capellanus, paſſione arenularum creberrime & graviſſime turbaretur; quadam die dum paſſione ipſa gravaretur magis ſolito, ad B. Petri Mart. recurrit auxilium, & facto intra ſe voto (nam tunc quidem loqui non poterat præ dolore) quod ſi eum liberaret, ejus imaginem pingi faceret, & annuatim in ipſius feſto eccleſiam FF. Prædicatorum cum oblatione cerei, quamdiu viveret, viſitaret; ſtatim omni dolore ceſſante, fuit perfecte ab ipſa infirmitate & integre ſanatus. Quemdam Abbatem Pictavienſis diœceſis, cum graviter febribus laboraret, ita quod ex ipſis mori timebat, viſitavit Frater quidam Ordinis Prædicatorum ejus cognatus, dixitque ei, quod, ſi voveret ſe Deo & B. Petro, qui noviter in Lombardia pro fide Chriſti occiſus fuerat, ſed nondum canonizatus, à febribus liberaretur. Qui ſtatim exhortationem Fratris complens, candelam ſuæ longitudinis accendi fecit, coram altari quodam in eccleſia, in honore B. Petri; & ex tunc omnino à febribus & ab omni infirmitate integram recepit ſanitatem. In provincia Teutoniæ ſanctimonialis quædam in clauſtro *a* Eccebach, Conſtantienſis diœceſis, Ordinis *b* S. Sixti, exiſtens, per annum & amplius gravem guttam in genu perpeſſa eſt, ita quod nullo remedio liberari poterat; & quia ſepulcrum B. Petri viſitare corporaliter non poterat (quia non licebat propter obedientiam nec valebat propter infirmitatem) audiens quod in *c* quatuordecim diætis à loco illo Mediolanum adiri poſſit; cogitavit ſaltem ſepulcrum prædictum mentali greſſu ac devotione ſedula viſitare, pro qualibet diæta centum Pater-noſter quotidie dicere proponens, in honorem S. Petri Mart. Mirum in modum! Cum tales diætas facere cœpiſſet, ſucceſſive ſemper & paulatim melius habere cœpit. At ubi ultimam diætam fecit, ad tumbam mentali progreſſu pervenit flexis genibus, ac ſi coram tumba foret, pſalterium maxima cum devotione totum legit: quo expleto, ab omni infirmitate adeo liberatam ſe ſenſit, ita ut jam modicum quid ſentiret; rediens vero eo modo quo iverat, antequam omnes diætas exolviſſet, penitus ſanata eſt.

a genagra,

b

c

D

ANNOTATA.

a Eccebach *etiam vocat Flaminius: an rectè ſic ſcriptum, & ubi ſitum, Conſtantienſes diiudicabunt.*

b *Notum eſt Romæ S. Sixti monaſterium, ad quod S. Dominicus anno* 1218 *juſſu Honorii* 3 *tranſtulit & collegit omnes, quotquot tunc Romæ ſparſim & citra diſciplinam degebant, monachas; unde factum videtur, ut quæ alibi quoque ſimili ſub inſtitutione & directione FFr. Predicatorum erecta aut reformata ſunt ſanctimonialium cœnobia,* Ordinis S. Sixti *dicerentur.*

E

c *Taëgii Ms. ſolum habet*, quatuor diætas: *ſed correxi ex Flaminio: quis enim neſcit, Conſtantiam à Mediolano diſtare* p. m. *circiter* 200, *horis plus quam* 60: *quibus conficiendis facile* 14 *diebus opus eſt viatori non expedito.*

CAPUT X.

Varii per S. Petri merita ad vitam revocati.

73 IN Flandria mulier quædam, cum jam tres filios mortuos peperiſſet, & ex hoc à viro ſuo odio haberetur; B. Petri Mart. auxilium invocavit. *a* Cumque quartum ſimiliter mortuum peperiſſet, mater filium defunctum accipiens, ad rogandum S. Petrum totam ſe contulit, devotis orans precibus, ut ejus filium ſuſcitaret. Vix autem orationem compleverat; & ecce puer, qui mortuus fuerat, vivus apparuit: quem ad baptiſma deportatum, cum definitum fuiſſet, ut Joannes vocaretur, Sacerdos dum Joannes dicere voluit, Petrus dixit: unde hoc nomen deinceps ob B. Petri devotionem retinuit. In Provincia Franciæ civitate Senonis, puella quædam cum in aqua *b* fluminis, in quam ceciderat, per longum temporis ſpatium *c* latuiſſet, tandem de flumine mortua extracta eſt: cujus mortis quatuor erant indicia certitudinis, videlicet magnum temporis ſpatium, rigiditas corporis, frigiditas, & nigredo. Quam cum ad FF. Prædicatorum portaſſent eccleſiam, eamque novo Martyri Petro devoviſſent, ſtatim vitæ reſtituta eſt priſtinæ & ſanitati. *d* In Provincia Thuſciæ apud Narniam matrona quædam erat, quæ ad B. Petrum Mart. magnam habebat devotionem: hæc filium ſuum, annorum circiter trium, quodam mane in lecto mortuum reperit: metuens autem viro ſuo, quod acciderat indicare; ne forte contra eam excandeſceret, ejus negligentiæ hoc imputando; miſit ancillam ſuam cum corpore pueri ad eccleſiam FF. Prædicatorum, adjurans ipſam ne alicui caſum panderet, ſed diſcedente de eccleſia populo ipſum ſub altari B. Petri Mart. poneret, ſic occulte tamen ut videri à nemine poſſet. Sperabat autem orabatque fideliter, quod B. Petrus Martyr, infra cujus octavas hoc evenerat, filium ſuum ei vivum & incolumem redderet. Cum autem vir ejus, ubinam eſſet puer, inquireret, ſimulavit quod ad domum

F

a ſuſcitantur, infans natus mortuus,

b

c

puella ſubmerſa,

d

puer ſuffocati.

A domum cujuſdam conſanguineæ ſuæ puerum transmiſiſſet pro medicina quadam. Tertia vero die, dum Fratres Conventus illius in refectorio ſederent ad cœnam, puer ille per B. Petri Mart. merita ſuſcitatus, refectorium introivit lætus ac jucundus. Fratres vero mirati quomodo puerulus ille, quem multi ex eis noverant, ſic ſolus eſſet, putaverunt quod ex oblivione poſt Veſperas relictus fuiſſet. Miſerunt autem nuntium ad matrem, ut ancillam pro puero mitteret, quem in eccleſia ex oblivione dimiſerat. Quæ cum aliis multis ad domum Fratrum currens, & filium lætanter ſuſcepit, & miraculum fideliter enarravit.

74 Mulier quædam apud Genuam, inſtigante diabolo, præ deſperatione quadam, in domo propria, clauſo oſtio, manibus propriis ſe ſuſpendit, & per magnam horam ut mortua ad trabem pependit. *mulier quæ ſe ſuſpenderat.* Dum autem à quibuſdam de vicinia quæreretur, & ad oſtium pulſantibus nullum daretur reſponſum; per rimulas reſpicientes, viderunt eam in trabe ſuſpenſam. Per violentiam igitur irrumpentes, fune abſciſſo eam omnino mortuam repererunt. Tunc

B matrona quædam antiqua, quæ ad B. Petrum Mart. magnam habebat devotionem, quæ etiam, quando juvencula erat, tunc ipſi aliquando confeſſa erat, adſtantibus dixit: ſicut B. Petrus Martyr hominem, qui ferrum ignitum *e* pro teſtimonio ſanctitatis ejus accepit in manibus, conſervavit illæſum, ſic poteſt hanc miſeram mortuam, ſi vult, ſuſcitare. Et ad domum pergens, quam dam particulam cappæ B. Petri Mart attulit, quamdiu ex devotione ſervaverat; & in ipſius nomine ſuper ejus guttur poſuit, omnibus qui aderant, B. Petrum Mart. devote & fideliter invocantibus. Statim igitur oratione completa, & panno cappæ appoſito ſuper defunctæ guttur; quæ ex propria malignitate mortua fuerat, ex B. Petri virtute ac benignitate ſurrexit, dans gloriam Deo & B. Petro Martyri ſuo, dicens ſe toto vitæ ſuæ tempore nunquam tantam ſenſiſſe dulcedinem in gutture, ſicut quando revixit, in loco ubi prædictæ reliquiæ applicatæ fuerunt.

74 In monte Peſſulano nobilis quidam uxorem habens, per annos plurimos, filios de uxore habere non poterat. Cum ipſe & uxor ejus B. Petro Mart. ſe humiliter devoviſſent, filium B. Petri meritis impetrarunt: qui, cum ad ætatem circiter annorum quinque veniſſet, gravi oppreſſus lan-

C guore mortuus eſt. Pater vero, quamvis triſtitia plenus, civium, Religioſorum & Clericorum copioſa multitudine convocata, corpus defuncti pueri ad eccleſiam Fratrum Prædicatorum deferri fecit, ubi fuerat tumulandum. *puer quinquennis,* Cumque defuncti corpus in feretro jaceret, & Clerus funeris proſequeretur officium; ecce mater defuncti, matronarum comitata caterva, contra patriæ morem, nimia devicta triſtitia & grandi de B. Petro Mart. ſpe concepta, intravit eccleſiam; & ad B. Petri Mart. accedens altare, lacrymoſis precibus ipſum interpellare cœpit, clamans & obſecrans, ut aut ei filium, quem à Deo impetraverat, redderet, aut eam ex hac luce revocaret, ne calamitatis, quæ virum ſuum opprimere cœpit, amplius teſtis eſſet. Ad clamorem igitur ejus Fratrum omnium Ordinum ibidem exiſtentium multitudo convenit, & ejus ſuperabundanti compaſſi triſtitiæ, genua flexerunt omnes, rogantes B. Petrum Mart. ut tanto dignaretur ſuccurrere dolori. Brevi oratione facta, puer qui mortuus jacebat, vidente magna multitudine revixit; ſtatim ſurgens incolumis, cucurrit ad matrem, dicens: B Petrus Martyr, veſtris pulſatus precibus, me ſuſcitari impetravit.

76 Juvenculus quidam eodem in loco cum pueris ludebat in ſtrata, contigit autem virum quemdam cum equo, cui inſidebat, per viam illam cur- D rendo tranſire, cumque alii pueri fugerent, ſolus ille fugam neſcivit aut arripere nequivit. Et cum ille *alius ab e. quo obtritus* qui in equo erat, equum retinere non poſſet, curſu veloci impegit in puerum, & anterioribus pedibus pueri caput eliſit atque confregit, pedes etiam poſteriores ſuper caput poſuit: propter quod os capitis in pluribus partibus confractum fuit, & puer protinus expiravit Delato autem filii corpuſculo multa cum triſtitia ad domum matris, & facto ſuper eum planctu magno, tandem matri perſuaſum eſt, ut eum ſepeliri faceret. Ipſa autem de B. Petri Mart. miraculis recordata, quæ multa ibi in circumſtantibus partibus Dominus per eum fuerat operatus, ait: Nolo, ut hoc corpuſculum ſepulturæ tradatur quia ſpero quod B. Petrus Martyr ad quem multa afficior devotione, ipſum vitæ & ſanitati reſtituet. Tunc corpus illud ad eccleſiam FF. Prædicatorum deferri fecit, & ipſa magna cum caterva illuc feſtinavit, & ante altare B. Petri Mart. collocavit, & per eam aliosque qui aderant devota oratione facta, Fr. Priorem ad ſe vocari fecit, quem inſtanter rogavit, ut reliquias B. Petri Mart. adferret & ſuper defuncti corpus poneret; E quia in Domino confidebat, quod ipſum B. Petri meritis ſuſcitaret. Prior autem matris precibus victus & lacrymis, ſacriſtiam intravit, & ſacris indutus veſtibus, multa cum reverentia reliquias Sancti attulit, quibus confractum pueri caput tetigit *f* & ſtatim ut fracturam oſſis tetigit, tactum vulnus conſolidatum eſt. Quo viſo, per fracturas ſingulas caput tetigit, & ſic fuit caput cunctis videntibus conſolidatum, ac ſi numquā confractū fuiſſet: puer autē adhuc vita carebat. Tunc mater reliquias ſuper corpus defuncti apponi fecit; quo facto, Chriſti operante virtute, puer qui mortuus fuerat, vitæ & ſanitati fuit integre reſtitutus.

77 In Caſtro-novo ad ſex milliaria à Monte-Peſſulano diſtante, quidam ſcutifer ad extrema vitæ uſque devenit, & à circumſtantibus mortuus iudicatus eſt; quia omnia mortis ſigna tam in oculis, quā in aliis membris apparebant. Uxor autem ejus & parentes amicique eum tamquam mortuum flentes, ipſum finaliter B. Petro Mart. commendaverunt, vo- *miles defunctus,* ventes ſi eum vitæ & ſanitati priſtinæ reſtitueret, ipſi una cum eo altare ſuum & reliquias, debitis cum oblationibus, in feſto ipſius proximo viſitarent. Mirum in modum! Subito facto voto, qui mortuus fuerat, F revixit ſanus & incolumis. Quod miraculum ipſe & omnes prædicti, qui hoc viderunt, in dicto feſto Fratribus & omnibus præſentibus ſunt profeſſi, ad Dei laudem & Martyris ſui. Cujuſdam Dominæ in monte Peſſulano *f* filius lactens, mortuus eſt, per *f* dies aliquot ante feſtum B. Petri Mart. de cujus morte *& infans* conſolari non poterat. Audiens igitur à circumſtantibus, qui ad eam conſolandum advenerant, quod feſtum B. Petri in proximo futurum erat, qui ſuper mortuos non modica operabatur miracula; cum lacrymis & gemitu, quibus plena erat eumdem Martyrem invocavit, vovens ei quod ſi filium ſuſcitaret, eum cum ſudario & imagine cerea ad ſuum altare portaret. Mira res! mox facto voto, infans reſuſcitatus & hilaris ac manibus plaudens, matri ſuæ arridere cœpit: quæ infra ejus Octavas votum perficiens, & miraculum omnibus narrans, ante ejus altare filium devote præſentavit.

78 Anno MCCCVII *g* fuit eodem in loco quidam g rebre continua uſque ad mortem infirmus, qui finaliter morbo invaleſcente fuit à circumſtantibus mortuus reputatus: unde per multum ſpatium fuit ejus *vir febri extinctus,* velata facies, & interim parentes de ſudario & cereis cogitabant. Uxor autem ejus continue B. Petrum cum lacrymis & ſuſpiriis invocabat. Cumque paren-

PERAMBR. TAEGIVM EX MS.

tes & amici eum in ſudario ponere vellent, & uxor nollet de loco ſe movere (quæ juxta ipſum erat, ſemper dictum Sanctum invocans) qui mortuus fuerat, revixit ſanus & hilaris; & ſudarium, quo involvi debebat, ad B. Petri Mart. altare devote portavit; & ejus reliquias multis præſentibus adorans, ad propria lætus eſt reverſus. Eodem anno mulieris cujuſdam filius graviter infirmatus mortuus eſt, circa noctis crepuſculum. Quo viſo mater tota nocte B. invocavit Mart. Petrum, ut Deus per ejus merita filium reſtitueret, Et ecce circa auroram puer oculos aperuit, & ad comedendum cibum requiſivit. Quem mater, præſentibus omnibus, qui eum mortuum viderant & reſuſcitatum, cum voto quod fecerat & ſudario, ad altare B. Petri detulit, Fratribus miraculum narrans, Deo gratias agens.

& puer mortuus.

79 Anno MCCCXII circa feſtũ Pentecoſtes mulier quædam, filium uſque ad mortem habens infirmum, cum in eo infirmitas invaluiſſet, finaliter eo mortuo cum viro ſuo deſolata eſt, & quaſi diro vulnere ſauciata. Cœpit tunc B. Petrum Mart. invocare, multis cum lacrymis validiſque clamoribus ac ſuſpiriis, ut per ipſius merita Deus filium ſuum ſuſcitaret. Et cum ab aſſiſtentibus nullam vellet vel poſſet conſolationem accipere, ſed magis ac magis talia precaretur; facto ab eis voto, ſubito, qui mortuus fuerat, totuſque per longum temporis ſpatium frigidus fuerat, revixit; & cum parentibus & amicis ad ejus reliquias venit, & Fratribus miraculum fideliter enarravit.

B

item vir alius

Eodem tempore in caſtro de Melgoris, à monte Peſſulano ad ſex milliaria diſtante, mulier quædam filium habuit uxoratum, infirmitate gravi laborantem, de qua finaliter mortuus eſt. Cum poſt multa vota, quæ pro filio fecerat, eum ut unicum diligens, non convaleſceret; commotis maternis viſceribus, flexis genibus & complexis manibus gemitus fundens & lamenta, tamquam omni ſolatio filii deſtituta, invocabat B. Petrum Martyrem & clamabat, ut ſibi filium reſtitueret; cum ipſa nullatenus de ſua miſericordia dubitaret, & ſciret eum multis in ſimili caſu ſubveniſſe. Mira res! Facto voto de ſudario portando & candelis eorum qui traduntur ſepulturæ, ut moris eſt, ad ejus reliquias; ſubito qui mortuus fuerat revixit. Mater vero gaudens & mirans de tanto beneficio ſibi dato, cum prædicto filio ſuo venit ad reliquias B. Petri Mart. offerens ibidem quæ voverat, gratias agens Deo & ſancto Martyri. *i*

i & infantes duo:

C

80 Anno MCCCXIV, infans filius Petri de Galbato mercatoris infirmatus eſt ægritudine mortali, de qua finaliter mortuus eſt. Pater igitur & mater propter feſtum B. Petri Mart. quod viderant à Confratribus & Confratiſſis fieri; & miracula magna & infinita, quæ viderant & audierant per eum fieri; ejus ſuffragia magnis cum lacrymis invocare cœperunt, voventes ei ſudarium, imaginem & candelas. Et cum ſtatim filium non ſuſcitaſſet, parentes patris & matris de tanta mora extædiati, cœperunt patri & matri dicere. Quare non expedimus nos? quare ad ſepeliendum non defertur? quid vultis facere? Tunc pater & mater, adhuc lacrymantes pro filii ſuſcitatione, & orantes B. Petrum Mart. dixerunt: Nos vere credimus & confidimus, quod Deus eum nobis per merita B. Petri Mart. reſtituet. Et cum in iſtis verſarentur verbis, cum parentibus & amicis lacrymari non ceſſantes, & B. Petrum Mart. deprecantes, ſubito prædictus infans revixit. Et pater & mater in vigilia ſanctæ Crucis, ſicut voverant, ad ipſius Martyris reliquias filium detulerunt, quæ voverant ad ejus tumulum offerentes, Deoque & beato Martyri gratias agentes.

81 Anno MCCCXIX prid. kal. Martii, quidam infans mortuus natus eſt, ſecundum obſtetricis & patris, aviæque ac ceterarum matronarum, quæ aderant dictum. Unde eum ad partem poſuerunt. Avia dolorem patris cernens, Deo & B. Petro Mart. votum fecit, quod ſi à Deo impetraret, ut filius reviviſcat, in tantum, quod baptizari poſſit, ipſum baptizatum ad ejus altare portaret. Pater igitur, cum flexis genibus, manibus complosis, cum lacrymis maximaque devotione B. Petrum Mart. orare non ceſſabat. Et ecce infans dextrum pedem movere cœpit aliquantulum: quo viſo pater & avia vociferantes B. Petrum exorabant, ut miraculum quod inceperat conſummaret, vitam infanti reſtituendo. Et cum in oratione perſiſterent, movit dexteram manum, & poſt oculos aperuit, totumque corpus movit; ipſoque baptizato, cum mater de puerperio ſurrexiſſet, infantem ſanum & incolumem, cum avia aliisque parentibus ac amicis, ad altare B. Petri Mart. deduxerunt, Deo & Sancto gratias referentes.

D

quorum unus mortuus natus,

ANNOTATA.

a *Vitæ-Fratrum diſtinctius ſic narrant:* cum vir ejus odiret eam in tantam, ut cogitaret vel dimittere eam vel non amplius jacere cum ea, quarto concepit: & in B. Petro totam ponens fiduciam, votum emiſit, ut ſi meritis ejus partus ipſius viveret, laboraret pro poſſe ſuo eum ponere in Ordine ſuo, ſi eſſet maſculus; ſi vero femina, in monaſterio feminarum. Sed adveniente partu cum peperiſſet mortuum ſicut prius, & quæ aſtabant vellent ei celare, ex levi cognito earum murmure quod mortuus eſſet (licet vix poſſet credere, propter conceptam de meritis B. Petri fiduciam) portato demandato ad ſe puero &c.

E

b Icauna *fluvius, Senonas præterlabens.*

c *Vitæ-Fratrum,* per ſpatium temporis, quo potuiſſent duæ Miſſæ privatim celebrari.

d *Ibidem additur:* ſuper quo multæ paratæ fuerunt jurare, quæ aderant ibi.

e *Hujus miraculi plena relatio habetur infra num.* 113

f *Flaminius* filiam *&* puellam *vocat.*

g *Idem impreſſit,* MCCCVI.

h *In tabula Dominii Senenſis, pari intervallo verſus Senas, notatur* Vergoli; *ut ſuſpicer hic aut ibi vitium obrepſiſſe ſcriptori.*

i *Addit Flaminius:* Anno qui ſecutus eſt in eodem oppido, filius Joannis Galzetti, parentibus ad eamdem opem confugientibus, ad vitam revocatus eſt.

F

CAPUT XI.

Puerperis per S. Petri merita facilitas partus indulta, proles oculis & manu donatæ, quidam in periculo mortis ſervati.

Invocatus S. in Fa puerperæ facilem partum concedit

82 ANno MCCCVII uxor Joannis de Cabanis de monte Peſſulano, juvencula delicata, dolores partus habere cœpit, ita quód infans brachium totum ejecit. Et cum dolores invaleſcerent ipſamque uſque ad mortem cruciarent, quia infans mortuus erat; vocatis medicis & aliis perſonis, nullum conſilium & auxilium ab eis habens, quaſi mortua ab omnibus eſt judicata. Media nocte pro aqua reliquiarum B. Petri Mart. parentes feſtinanter miſerunt; eumque cum lacrymis invocantes, aquam illam in ejus ore poſuerunt, & cum violentia non modica transglutire fecerunt; quia quaſi mortua videbatur. Quo facto ſtatim infans mortuus ſine læſione matris exivit, & mater revixit, quæ mortua videbatur. Sequenti die mater ejus diſcalceatis pedibus & lutoſis, quia pluerat & pluebat, cum voto quod promiſerat venit ad Sancti reliquias, & ſuo Confeſſori Fratribuſque

A busque miraculum enarravit: poſtmodum venit filia cum voto Sancti Martyris reliquias viſitatura, Deoque ac Sancto gratias actura. Eodem tempore & anno quædam Domina partus dolores habere cœpit fœtus mortui, quem in ventre habebat, vocatiſque obſtetricibus & aliis feminis, medicisque ac chirurgicis, & aliis pluribus, à quibus ſperabat auxilium, cum à nullo habere potuiſſet, Dominæ aſſiſtentes dictæ dominæ parentibus, eam quaſi mortuam cer-

item alteri: nentes, dixerunt. Quare ad B. Petrum Mart. non accurritis, qui nudius tertius, ſicut ſcitis, quamdam à ſimili periculo liberavit. Quod illi audientes, illa quaſi mortua exiſtente, S. Petrum cum lacrymis & ſuſpiriis invocaverunt, nocte profunda ei voventes, quod, ſi eam à mortis periculo liberaret, diſcalceatis pedibus omnibusque poſthabitis, ſtatim cum voto quod fecerant, ad ejus venirent reliquias. Mira res! ſtatim infans mortuus, qui putridus erat, exivit mane excoriatis brachiis; in cujus exitu tantus fœtor fuit, quod nulla perſona cum matre remanere potuit, quantumcumque illi familiaris, amicabilis & propinqua eſſet. Et ſic infante edito à mortis eſt periculo liberata: Dominæ vero, ſtatim poſt Miſſam, vo-

B tum, quod fecerant, perfecerunt, ad reliquias B. Petri Mart. venientes, miraculumque ad Dei & Sancti laudem enarrantes.

& alteri, cujus prolem primam, manu

83 Mulier quædam de Monte-Peſſulano, per quatuor annos ſic fuit infirmata paralyſi, & contracta ab umbilico ſuperius, quod de lecto ſurgere non poterat, nec exire ſine magno adjutorio: in quo tempore tres filios habuit; & quando primum parere debuit filium, facta fuit nigra, ſicut pannus niger, ita quod à circumſtantibus mortua fuit judicata. Cum ipſa in corde & circumſtantes B. Petrum Mart. invocarent, filium peperit una manu carentem. Quæ cum convaluiſſet, infantem videre voluit, & videns eum unam ſolam manum habentem, denuo B. Petrum Mart. invocavit, ejus ſuffragia maximis cum lacrymis implorans. Mira res! Subito alia manus infanti data eſt, ita ſana & pulchra ſicut alia. Eadem cum alium concepiſſet & pariendi appropinquaſſet tempus, in

aliam donat oculis, eodem ſtatu fuerat ſicut prius. Cumque infantem ſine oculis peperiſſet, & eum ſic vidiſſet orbatum, invocato B. Petro Mart. eique emiſſo voto, ſubito infanti pulcherrimi dati ſunt oculi. Tertio concepit, & accidit ſicut prius, & filiam peperit cum omnibus membris, ſed macilentam, deformemque ac

tertiam à ſcabie mundat: ſcabioſam, & quaſi à natura totaliter alienam, ut etiam leproſa horribile monſtrum videretur. Quæ B. Petrum Mart. cum lacrymis invocavit, & devotio maxima fecit, quod mater ab infirmitate ſua totaliter liberata, & filia ejus pulcherrima effecta eſt, & in novam

C mutata creaturam. Hæc retulit dicta mulier, anno MCCCV veniens ad reliquias B. Petri Mart. cum tribus infantibus prædictis & cum ſuis parentibus & amicis, ut eas adorarent. Quod audientes Fratres, qui eis

alterius proli occiput inſtaurat: reliquias oſtendebant, Deum & Martyrem ſanctum glorificaverunt. In eodem loco mulier quædam filium peperit, ſed deformem, habentem ſolam capitis anteriorem partem uſque ad aures inclusive, de poſteriore parte nihil habentem: quo viſo mater, recordata miraculorum, quæ ibi B. Petrus Martyr operatus eſt, eum cœpit maximis cum lacrymis invocare. Cum puerum juxta ſe teneret in lecto, janua cameræ clauſa exiſtente, intravit ejus cameram Frater unus Prædicator, in aſpectu pulcher et in inceſſu gravis magnæque reverentiæ; & filium quem illa juxta ſe tenebat, benedixit, ſtatimque diſparuit. Mox vidit mater filium capite integrum, colore flavum & aſpectu pulcherrimum, quem mater Priori & Fratribus dicti Conventus Montis-Peſſulani præſentavit, ut hoc miraculum populo prædicaret. Mulier quædam cum ad partum perveniſſet, fruſtum carnis peperit, PERAMEA nullius animalis vel hominis ſimilitudinem habens. TAEGVM. Quo viſo triſtis vehementer effecta, ad B. Petri Mart. EX MS. auxilium ſe contulit, quem in ſpeciali habebat devo- *jœtum mortuum reformat:* tione. Oratione autem & voto ad ipſum emiſſo, ſtatim Dei virtute ex carne illa corpus pueri formatum eſt integraliter & perfecte.

84 Mulier quædam, Maria nomine, in civitate Metenſi, ſeptem pepererat filios, quoſdam in partu mortuos, alios ſemivivos, qui non multum vixerunt poſt ſuſceptum baptiſmum. Accidit, ut Frater quidam Ordinis Prædicatorum, cognatus ejus, de Capitulo provinciali miſſus, Conventui illi aſſignatus fuerit. Et cum Fratris reditu cognati & amici gauderent, dicta mulier amariſſime flebat. Cum autem quæreret ab ea Frater tanti fletus cauſam, illa ſpiritu reaſſumpto, ait: Ego miſera prægnans ſum, & miſerabilem expecto partum. Cui Frater, Ne timeas, inquit, ſed de Dei bonitate & meritis novi Martyris Petri de Ordine noſtro confide, eique te ipſam in partu tuo cum devotione recommitte; promittasque quod ſi maſculum pepereris, ipſum Petrum denominari facies, & annis ſingulis ipſum cum honeſtis oblationibus ad B. Petri Mart. altare præſentabis; feſtumque ejus obſervabis, ac officium de eo audies E & ſermonem: ſicque ſecura eſto, quod te à periculo liberabit; & filio, quem in utero geſtas, vitam dabit, conſervabitque. Ipſa his auditis exhilarata, verbisque Fratris firmiter adhærens nihilque hæſitans mœrore depoſito & in gaudium mutato, ait: Omnia quæ dixiſtis me facturam voveo. Cum autem tempus pariendi advenit, facillimum edidit partum, maſculumque vivum peperit, & in baptiſmi ſuſceptione Petrum à B. Petro nominari fecit: fuit autem puer ille admodum gratioſus. Miraculum autem iſtud tam celebre per civitatem Metenſem fuit divulgatum, adeo quod mulieres ex tunc in partu laborantes B. Petrum de Ordine Prædicatorum invocare cœperunt, multæque ad ejus invocationem auxilium perceperunt.

difficultatem partus admittit

85 Alia quædam Domina, quæ filium à multo *prolem ſterilem* tempore habere non poterat, pro hac gratia B. Pe- *conceſſam* trum Mart. votis multis & devotis precibus invocavit. Poſt non multum vero temporis peperit filium, habentem in capite & in humeris cicatrices, in locis videlicet illis, in quibus B. Petrus vulneratus eſt, quando ab hæreticis pro defenſione fidei Catholicæ fuit interfectus: ut ex hujuſmodi cicatricibus monſtraretur, quod filius ille meritis Beati Martyris fuerat impetratus. Quadam vero die præfata Domina pro culpa quadam nutricem, quam in domo habebat, dure increpavit; propter quod mulier illa fortiſſime fuit provocata, & volens Dominæ magnam F inferre diſplicentiam, puerum occidere voluit in vindictam, ut mater ſumma triſtitia repleretur. Ne autem videri poſſet ipſam eſſe culpabilem, in aurem pueri ariſtam frumenti poſuit, quam ſic interius infixit in aure, quod nullatenus apparebat. Cœpit au-

ſanat tem puer indeſinenter lamentari & ægrotare fortiſſime, ſed quia loqui non poterat nec ſciebat, cognoſci non poterat per alios, quid haberet; ſicque factum eſt, ut ad extrema poſt paucos dies deductus putaretur in brevi moriturus. Interim mater pueri B. Petrum Mart. invocare non ceſſabat: nocte vero quadam, dum mori videretur omnino, & ſuper ejus lectulum mater cum aliquibus aliis vigilaret; ſubito adfuit B. Petrus Martyr, habitu Ordinis Prædicatorum & in apparentia reverenda: qui duos digitos in aure pueri poſuit, & videntibus illis de aure ariſtam eduxit & ſuper pueri maxillam poſuit & abſceſſit, ſtatimque puer perfecte ſanatus eſt: & miſera illa, viſo hoc miraculo, culpam ſuam multis cum lacrymis recognovit,

& ven iam

PERAMBR. TAEGIVM EX MS.

& veniam humiliter poſtulavit, quam ſine difficultate obtinuit.

in ſecunda puerum promiſit

86 Cum quidam de Eſculo, nomine Jacobus Ravonis, cum per plures annos filium habere non poſſet, una cum uxore ſua, multa tamen precum inſtantia, à B. Petro Mart. pro obtinendo filio gratiam humiliter & fideliter poſtulavit. Quadam igitur nocte B. Petrus Martyr, in habitu Ordinis Prædicatorum, uxori prædicti viri in ſomnis apparuit, manibus tenens puerum & dicens: Ego ſum ille S. Petrus, quem quotidie pro puero habendo deprecati eſtis: & quia apud me tantum precibus inſtitiſtis, ego quod poſtulaſtis, à Domino impetravi: & porrigens illi puerulum, ait: Accipe filium, quod petiſti Poſt ſpatium autem novem menſium prædicta mulier peperit filium maſculum; & diebus conceptionis diligenter computatis, reperit, quod à nocte viſionis uſque ad diem partus ſpatium novem menſium, nulla die ſuperabundante vel deficiente concurrit.

ſanat puerum B

87 Quidam puer febre graviſſima ſic ad extrema deductus eſt, ut vix perpendi poſſet utrum quid caloris in ejus præcordiis & in ore aliquid remanſiſſet, & jã à parentibus quaſi mortuus plangeretur: voto per matrẽ Martyri ſancto recommendatus, devote ſecundum conſuetudinem patriæ menſuratus, mox calorem recuperavit & halitum, & paulo poſt integram ſanitatem. Nobilis quidam de Engubio in provincia Tuſciæ, Raynerius nomine, infirmatus graviter, poſt longam ægritudinem mori credebat omnino. Cum autem in vigilia B. Petri Mart. poſt Nonam, fuiſſet à medicis de communi conſilio iudicatum, quod ipſa die moriturus erat; mater infirmi Fratres rogavit obnixe, ut filium ſuum à medicis deſperatum, B. Petro, cujus inſtabat ſolennitas, commendarent. Prior vero convocatis Fratribus, deliberavit cum illis communi concordia, in pane & aqua omnes Fratres generaliter abſtinerent in cœna, & devotis orationibus pro liberatione illius B. Petrum Mart. invocarent. Nocte vero ſequenti, devoto cuidam Fratri oranti B. Petrus apparuit, dicens: Ecce, Frater, impetravi vobis omnibus, quod petiſtis. Mane facto iverunt Fratres ad domum illius nobilis, & ipſum extra lectum ſanum & incolumem invenerunt.

& virum morti proximos;

88 Puer quidam Bergomenſis, Guilielmus nomine, annorum circiter ſeptem, in ſolario turris cujuſdam ludens cum pueris aliis, ab uno ex illis impulſus incaute, de eminenti ſolario cecidit: cujus caput ſic

C

fortiter eſt illiſum, quod os capitis in magna parte confractum, recurvatum eſt interius, & retortum: ita quod, ubi antea eminentia oſſis erat, nunc facta per oppoſitum magna concavitas. Poſitus autem in lecto fuit cum planctu magno, eo quod filius erat honorabilis viri, qui tunc temporis magnus Romanæ Curiæ advocatus erat. Medici autem meliores civitatis Bergomi, convocati fuerunt numero duodecim; quorum omnium una fuit ſententia, ut nullum ei poſſet valere medicinæ remedium. Perditis autem in ipſo omnibus corporis ſenſibus & loquela, in brevi putabatur moriturus, & idcirco nullo prorſus appoſito remedio medicinæ, receſſerunt. Matrona autem quædam honorabilis & devota, Oremplaſia nomine, ad quam pueri cura pertinebat, videns corporalis medicinæ deeſſe remedia, ad B. Petrum Mart. cum devotione recurrit fideli, factoque voto, quod, ſi puerum liberaret, ſepulcrum ejus cum ipſo puero apud Mediolanum devote & honorabiliter viſitaret; puer, qui à veſpertina uſque ad ſequens mane ſic deſperatus à medicis fuerat, ſanus & incolumis à lecto ſurrexit, cibum petiit & comedit, nullum omnino læſionis aut cicatricis cujuſquam habens judicium. Hujus autem miraculi teſtis extitit magna populi multitudo. Adveniente autẽ feſto primo ipſius ſancti Martyris, quod fuit anno Domini MCCCXII, præfata Domina cuncta, quæ promiſerat, adimplevit, quæ Dominus fecerat fideliter enarrans. In provincia Provinciæ Arnaldus de Maraſt de Alto-villari, laborans in extremis votum emiſit, ut potuit, quod ſepulcrum Martyris viſitaret, ſi meritis ſancti Martyris ſibi ſanitas præſtaretur. Cumque prius voti ſenſerit manifeſta ſuffragia, quam vovens verba complere valuerit, ac paulo poſt plenam ſalutem ſit conſecutus; quod voverat, non ſine multa fatigatione humiliter & devote perſolvit.

item puerum colliſum,

D

& virum,

CAPUT XII.

Febris, hydropiſis, paralyſis per S. Petrum depulſæ.

89 VIr quidam, Henricus nomine, Hungarus natione fuit, qui cum crebreſcentibus miraculis Martyris multorumque relatione longe lateque diffuſis, longa perigrinatione Mediolanum, de *a* Peſſienſi civitate Hungariæ, perveniſſet: quoniam ſic affligebatur febribus, ut nihil penitus paroxyſmo durante videret, emiſſo voto, quod iret ad locũ in quo ſancti Martyris corpus requieſcit, ſi per eum Dominus beneficium concederet ſanitatis; continuo liberatus, quod voverat, fideliter & devote adimplevit. Quidam puer, febres habens annum & dimidium, die quadam dum cum æſtu febres iſtas fortiſſime pateretur, eum B. Petro Mart. parentes ejus voverunt. Puer autem, ſtatim voto à parentibus emiſſo, ſurrexit liberatum ſe ſentiens, ſtatimque petiit, ut ad B. Petri memoriam ejus eccleſiam adiret, quod & fecit. Clericus quidam Trevirenſis indicibili capitis dolore ad inſaniam uſque vexatus B. Petro Mart. ſe devovit: ſtatimque mirabiliter ſanatus eſt. In civitate Eſculana miles quidam, qui D. Jacobus Bonhominis dicebatur, de quo ſuperius *b* mẽtio facta eſt, pluribus diebus febre continua laboravit. Cum autem quotidie febris invaleſceret, quodam ſero medicus ſolennior civitatis, ſignis diligenter conſideratis & conditionibus ipſius, dixit, familiaribus ejus, quod de ſalute ejus penitus deſperabat, cum videret in ipſo mortis indicia manifeſta, quibus per medicinæ auxilium obviari non poterat. Videns autem ſibi omnia medicinæ deeſſe remedia, ad B. Petrum habuit multa cum devotione recurſum. Nocte vero eadem, dum eſſet inter ſoporem & vigiliam conſtitutus, vidit tres in habitu Prædicatorum in cameram ejus intrantes; quorum unus, qui inter illos majoris ætatis & reverentiæ videbatur, ſalutavit eum dicens: Pax tibi, confide in Domino, quia cito liberaberis. Hoc dicto manu ſua faciem ejus tetigit, deinde pectus & totum corpus ad pedes: quo facto diſparuit, & ille continuo ſurgens ſanus factus, Deo & Martyri ſuo gratias non indevotas egit.

a Quendam voto facto à febre liberat:

E

item puerum,

b militem qui à continua

F

90 Juvenis quidam in eadem civitate, Gandulphus nomine, diebus pluribus febre continua ſic graviſſime laboravit, quod judicio medicorum fuit de vita penitus deſperatus. Parentes vero ipſius, cum eum omnino mori crederent, funeralia omnia parari fecerunt. Cum autem ad extrema deductus viſum, auditum, loquelam omnemque corporis ſenſum & fortitudinem amiſiſſet; mater ipſius & uxor, multa cum devotione & lacrymis, nudatis & diſſolutis crinibus, diſcalceatis pedibus & manibus poſt tergum ligatis, adjuncta ſibi multa Dominarum caterva, accedentes ad domum FFr. Prædicatorum, altare B. Petri Mart. viſitaverunt, ipſius fideliter auxilium imploraturæ. Dum hæc ſic fierent, infirmus ille, qui domi ſic gravatus manſerat, aperiens

& juvenem jam mortis proximum

riens oculos reſedit in lecto , & videns circumſtantes flere , dixit : Nullus ploret pro me , quia ego liberatus ſum ; nam B. Petrus Martyr apparuit mihi in habitu FF. Prædicatorum , cum lætiſſima facie & reverentia , dixitque mihi ponens manum ſuam ſuper faciem , ſecurus eſto quia ægritudine hac non morieris. Quo dicto cibum petiit & accepit, cibo autem ſumpto fuit à febribus liberatus. Facta autem diligenti inquiſitione & æſtimatione, repertum eſt, ipſum verba dixiſſe prædicta , quando mater ejus & uxor erant in oratione devota ante altare B. Petri Martyris.

atque alium febricitantẽ.

91 Alius quidam juvenis de civitate eadem, Philippus de Polegia nomine , febri continua vehementer gravatus, quodam ſero B. Petro Mart. quem in devotione multa habebat, humiliter ſe devovit, promittens cereum offerre ad altare ejus ſi eũ à febribus liberaret. Cum autem nocte ipſa in ipſis febribus obdormiviſſet, viſum ei fuit in ſomnis, quod B. Petrus Martyr vocaret eum de lecto, dicens: Surge, veni ad eccleſiam meam mecũ, & recipies ſanitatem: & apprehenſa manu ejus elevavit eum, & ad altare ſuum duxit, mandavitq; uni Fratri, qui ibi aderat, ut de vino, quod ibidem in ampulla erat pro ſacrificio præparatũ, infirmo daret. Cumq; ille aliquantulum de vino bibiſſet, reduxit eum ad lectum dicens: Confide fili, quia cito ſanitatem recipies. Satim ille evigilans multum ſe alleviatum ſenſit : facto autem mane fecit cereum ad altare ipſius offerri , qui ſtatim ab ægritudine illa liberatus eſt. Idem juvenis alio tempore ſimilem patiebatur infirmitatem : oratione autem facta ad B. Petrum Mart. pro ſua liberatione , nocte vidit in ſomnis ipſum B. Petrum , in vultu adeo ſplendidum, quod præ claritate nimia vultus ejus in ejus faciem intendere non poterat : B. Petrus vero pyxidem , quam manu tenebat , aperiens , unguentumque quod in ipſa erat accipiens , unxit eum per totum corpus ; ſtatimque diſparuit, & ille perfectè ſe ſanatum invenit.

c mulier hydropiſi laborantiẽ ſanat.

92 Quædam mulier, Cara nomine , de *c* Lignano Mediolanenſis diœceſis, ſic gravata & tumefacta morbo erat hydropico, quod ad S. Petri tumulum vix portari potuit aut duci. Fuit autem ibidem oratione, gravitate omni & tumore depoſito ſic protinus eſt curata, ut levis ac gracilis facta, per ſe libere & expedite ire poterat , quæ prius alterius adminiculo portabatur. In civitate Majoricarum, juvenis *d* quidã Dominicus nomine, quartanam fere per annum unũ patiebatur , qui ſimiliter in hydropiſim cecidit , propter quod totum corpus habebat inflative , ita quod per domum ſine baculi ſuſtentaculo ire non poterat: tandem invaleſcente morbo & gutture jam inflato , ſic loquelæ uſum amiſerat , ut aliquid cibi vel potus ſumere non valeret; propter quod medicus eum tamquam mortuum iudicabat. Cujus judicium uxor ægroti metuens dixit : B. Petro novo Martyri te commenda , vovens quod totum vitæ tuæ tempus ejus vigiliam jejunabis. Quod infirmus audiens, uxori innuit, ut candelam ſuæ magnitudinis ad altare Martyris deportaret. Quod cum factum eſſet , infirmus os aperuit , putredinemque ſanguinolentam ac ſpiſſam in multa quantitate ejiciens , loqui cœpit, ſicque curatus eſt ; ſcilicet à gutturis infirmitate hydropiſique ac quartana, Deo gratias non indevotas & S. Petro Martyri ejus agens.

d

item alium Majorice

& alium Compoſtellæ:

93 Fuit in civitate Compoſtellæ , ubi B. Jacobi Apoſtoli venerabile corpus requieſcit , juvenis quidam Benedictus nomine , qui ad tantam devenit infirmitatem , ut omnino morti propinquus à videntibus crederetur ; erant ſiquidem tibiæ ejus inflatæ in modum utrium , venter ejus ut prægnans ; facies autem tanti horroris erat , quod ſicut monſtrum timorem aſpicientibus inferret ; præſertim cum oculi emergentes exire de corpore viderentur , & cum totum corpus inflatum eſſet quaſi fiſtula , & vix jam poſſet vel ſuper baculum moveri. Hic igitur tali modo gravatus , *e* veſpere quodam ſe utcumque ſuſtentans , ad domum cujuſdam devoti , qui Fratres radere ſolebat , venit , & ab uxore illius multis præſentibus eleemoſynam petivit. Mulier vero pietate & admiratione commota, Magis ; inquit, tibi foſſa , quam cibus opus eſſet : nihilominus meo acquieſce conſilio , & ad domum FF. Prædicatorum perge , ibique peccata tua confitens B. Petrum novum Martyrem devote depreceris : certa enim ſum , quod , ſi bene oraveris , ſanitati priſtinæ continuo reſtitutus eris. Hæc autem devota mulier aſſeruit plena fide, B. Petri Mart. virtutem in ſe pluries jam experta : infirmus vero accepto pane ac butyro à muliere , quod dixerat ſe facturum promiſit. Illa autem die qua promiſerat non implevit : mane vero ſequentis diei ad domum Fratrum veniens , cum adhuc oſtium exterius clauſum eſſet , ſecus portam ſe poſuit ac dormivit. Dum autem dormiret , quidam venerandus Frater Prædicator eidem in ſomnis apparuit , cappa cooperuit , & per dexteram manum ipſum tenens in eccleſiam introduxit : invenit autem ſe evigilans ad eccleſiæ oſtium interius , ſuper gradus , perfecte ſanum & corde alacrem. Mira res! Inflatus & immobilis, ſanus factus & velox, ad dictam feminam ſtatim cucurrit : in vicoque illo, coram eis qui die præcedenti pene mortuũ viderant, dixit : Ecce quod mihi dixiſti adimplevi , vide quid B. Petrus ſuis meritis circa me operatus eſt. Mulier vero juvenis tibiam apprehendens, jam quidem perfecte ſanatã, ſed in tanti miraculi teſtimonium adhuc lividam, viro ſuo vicinisq; præſentibus, qui eũ die præcedenti infirmum in vico viderant , coram omnibus juxta B. Jacobi eccleſiã exclamavit : Ecce Dei noſtri miracula , ecce mirabilia : heri inflatus, ſenſu, verbo, greſſu deficiens , pene mortuus, ſine tumore incolumis laudat Deum. Hunc juvenem multi ex Fratribus noſtris ſanum viderunt , & infirmum ſimiliter pluſquam quingenti ex eadem civitate homines.

PER AMR. TAEGIUM EXMS.

aliam gibboſam ſimul,

94 Matrona quædã de S. Anatolia, Eſculi habitans, Beatrix nomine, quę hydropicae effecta adeo intumuerat, quod nec ambulare, nec ſubſiſtere poterat, nec etiã in lecto ſe vertere, niſi ab alio verteretur: oſſa quoque pectoris ejus maximo cum dolore in tantum exterius prominebant, quod gibboſa videbatur effecta, virtutem etiam brachii dextri ſic omnino perdiderat , quaſi aridum eſſet. Per ſpatium igitur trium menſiũ immenſis doloribus cruciata, & totius corporis membris deſtituta , cum de ſalute ſua medici deſperarent, viciniorem ſe morti quam ſanitati putabat: quod etiã ab aliis , qui eam noverant , putabatur. Die autem quadam dum divinum auxilium devotis precibus invocaſſet , B. Petro Mart. ſe ſpecialiter commendavit. Nocte vero ſequenti obdormiens , vidit in ſomnis, quod ad quoddam ducebatur palatium, quod viſu pulcherrimum erat, ubi ei multa mirabilia ſunt oſtenſa: invenit autem altare pulcherrimum, juxta quod ſedebat vir quidam ſpecioſiſſimus , candidis indutus veſtibus , qui in adventu ipſius ſe ad Miſſam præparabat , & ipſa præſente celebravit ; qua finita tradidit matronæ veſtem pulcherrimam dicens : Indue veſtem hanc , & ſtatim recipies ſanitatem. Quæ evigilans , invenit ſe integraliter liberatam , fuit autem hoc circa feſtum Nativitatis Dominicæ : non modicum tamen mente turbabatur , quia liberatoris ſui nomen ignorabat. Appropinquante autem feſto B. Petri Mart. & matronis dicentibus ſe velle B. Petri Mart. vigiliam

cui apparet.

PER AMB. TAEGIUM EX MS.

liam jejunare, illa reſpondit: Ego tot jejunia facere habeo, quod vigiliã illam jejunare non poſſum, nam bis in hebdomada jejunabat. Nocte vero vidit in ſomnis B. Petrum Mart. in habitu Prædicatorum ſibi dicentem: Scias me eſſe S. Petrum Mart. qui apparui tibi in veſtibus albis, dedique tibi veſtem & ſanitatis tibi beneficium impetravi: cum ſic à me tantum receperis ſanitatis beneficium, non tibi difficile eſſe debet aut pœnoſum, meam jejunare vigiliam. Quo dicto diſparuit, & illa quamdiu vixit B. Petri Mart. vigiliam jejunavit.

puerum à calculo liberat,

95 Puer quidam Parmenſis annorum quatuor, calculum habebat, qui eum tormentis maximis affligebat, à quo, ſicut per medicos judicatum fuerat, niſi per inciſionem liberari non poterat. Cum autem eſſet in craſtino incidendus, mater ejus B. Petrum Mart. rogavit inſtanter, ut in tanto ei ſubveniret periculo; promittens, quod ſi eum à mortis periculo liberaret, altare ipſius apud Mediolanum decenti mappa operiri faceret. Nocte ſequenti dum puer dormiret; B. Petrus ei habitu Ordinis ſui adſtitit & aperiens ei manum dedit ei calculum, dicens: Claude fili manum & ſerva lapillum, quia ſanus es: quo facto diſparuit. Manefacto adfuit medicus, ut puerum incideret, ſicut ordinatum fuerat; cumque excitatus à ſomno fuiſſet, vidit B medicum & ait: Non expedit, ut erga me amplius laboretis, quia nocte Frater quidam de Ordine Prædicatorum mihi apparuit, qui calculũ de corpore meo ſine aliqua læſione extraxit, & in manu mea clauſit dicens, me totaliter eſſe liberatum; & aperiens manum, quam dormiens clauſerat & uſque ad horam illam clauſam tenuerat, obtulit matri & medico calculum, quem veraciter in manu habebat. Videntes autẽ mater & medicus cunctique qui aderant, quod puer integraliter ſanatus erat, Deo & B. Petro Mart. gratias retulerunt. Cognoverunt enim, quod B. Petrus Mart. liberavit eum; quando mater ejus in die præcedenti, multa cum fide & devotione, eidem Martyri ſe devoverat. Ipſa vero Mediolanum calculum & mappam ut voverat miſit, miraculumque ad Dei & martyris ejus gloriam enarravit.

mulierem à paralyſi,

96 Mulier quædam, Agatha nomine, paralytica Venetiis fuit, quæ uno latere perdito, dum in quodã domicilio cujuſdam matronæ, in parochia S. Joannis in Bragola, duobus annis cum dimidio ſuſtentata decumberet; metuens ne hoſpitæ ſuæ & aliis, quæ ſibi miſericordiæ manũ porrigebant, nimis onerola eſſet, & verteretur in tædium (eo quod ad ſedendum ſe accingere, dum comederet, non valebat) ut ad quoddã hoſpitale deferretur precibus multis impetravit. Ubi hoſpitalarium non reperiens, ad priorem locum neceſſario deportata, deſolata nimium & afflicta, tribus diebus adjutorium novi Martyris, cui ſe devoverat, expectavit. Quarta vero feria dieſcente quemdam Fratrem Prædicatorem ſoporata conſpexit, qui ſe medicum afferens, ipſius manum, quæ juxta lectulum arida dependebat, accepit, plenariæ ſanitatis beneficium ei promittens. At illa excitata præ gaudio, & quod ſibi promiſſum fuerat ſentiens adimpletum, tunicellam ſibi porrigi à quadam muliere petivit. Dum autem velut ſana ſe libere indueret, & læta ſe diceret miraculoſe ſanatam; altera mulier hæc videns & audiens, præſtolari, donec induta foret, ſtupore miraculi ſtimulata non potuit, quin ſtatim ad dominam domus properans, ei ſanatam fore Agatham nuntiavit. Dum illa ſtupefacta currit, ut videat, & hæc jam induta concurrit ut obviet: concurrit tota vicinia, à prædicta muliere circumquaque commota, & ſic avide Deo & Martyri gratiæ multiplices referuntur. Quæ autem ſanitatis beneficium acceperat, verborum ſolummodo gratias referre non contenta, manum ſuam miſit ad fortia; & digitis nuper ſanatis fuſum apprehendens; duas purpuras proceſſu temporis acquiſivit, unam Venetiis ad altare S. Martyris offerens, alteram Mediolani ad ejus tumulum mittens. D

97 Quædam mulier Eſculana, Aurelia nomine, filium habuit parvulum, qui completis decem & octo menſibus paralyticus effectus eſt. Omni autem medicorum deficiente auxilio, puer ſemper deterius habebat & tremorem omniũ membrorum; vertebat horribiliter oculos, agitabat caput, torquebat os fere uſque ad aurem, & quotidie mortis indicia prætendebat. Hoc autem multo tempore perdurante, omnes puerum videntes ad mirabilem movebantur compaſſionem. Mater vero pueri ad B. Petri Mart. recurrens auxilium, filium ad altare ejus multa cum fiducia portavit. Appoſitis autem per quemdam Fratrem B. Petri Mart. reliquiis ſuper pueri faciem & corpuſculum, fuit continuo Dei gratia ab omni ægritudine liberatus. Puer quidam, nomine Soldus, de Eſculo, filius cujuſdam nobilis viri, qui Joannes Guillelmi dicebatur, paralyticus ab infantia effectus, nec ambulare, nec per ſe ſtare rectus poterat, quamquam ad illam perveniſſet ætatem, in qua pueri ambulare conſueverunt. Quadam igitur die mater pueri, de conſilio medici, balneum B faciebat cum herbis quibuſdam medicinalibus: ſed antequam in balneo eum poneret, B. Petro Mart. devote commendavit; audiente viro, qui præſens erat rogans, ut talem à Domino impetraret ſanitatem, ut ſaltem uſque ad annum ambulare poſſet. Quod audiens vir ejus, increpavit eam dicens: Infideliter oras, quæ tantum terminum tam pretioſo Martyri aſſignaſti; an non credis eum tanti eſſe meriti apud Deum, ut ſtatim eum liberare poſſit? Vocemus ad nos puerum, & in nomine B. Petri Mart. ſurgat & veniat ad nos. Sedebat autem ex oppoſito parentum juxta alium parietem domus. Cumque mater eum in nomine B. Petri martyris vocaſſet, confeſtim puer paralyticus, qui numquam ambulaverat, ſurrexit, & lætus ſine adminiculo porrexit ad matrem, expedite & libere acſi diu ſolitus fuiſſet ambulare; & ex tunc, nullum paralyſis habens veſtigium, ſanus deinceps & incolumis ambulavit. Balneum vero, quod pro carne ejus parabatur, de conſilio medici, viſa pueri ſanitate, eſt effuſum.

& pueros duos ſimiliter paralyticos:

98 Poſt non multum temporis à miraculo prædicto, mater pueri antedicti periculoſam incurrit infirmitatem: nam in ipſius mamilla dextera ex humoribus peſſimis generati ſunt duo duriſſimi lapides, rotundi & magni ſicut duo ova gallinæ, qui eam multis diebus cruciabant. Cum auxilio medicinæ aliter ſubveniri non poſſet niſi per remedium inciſuræ, ut ſic evelli poſſent lapides illi à mamilla; vir ejus confidens eam mortis periculo exponi, quodam ſero multa cum devotione B. Petrum Mart. invocavit, ut eam ab infirmitate prædicta per modum alium liberaret. Mane facto, ſubito duriſſimæ illæ glandulæ evanuerunt, & domina illa curationis perfectæ beneficium B. Petri meritis eſt adepta, Deo & Martyri gratias referens non indevotas. F

glandulas ab uberibus depellit,

ANNOTATA.

a Peſſium, *vulgo* Peſſer, *in Hungaria Trans-danubiana ad Tibiſcum. Flaminius*: In Pannonia, quam poſteri Hungariam dixerunt, civitas eſt quæ Poſt dicitur: *erravit ſcriptio, dubium tamen facit an* Poſonium *vulgo* Presburg *in citeriori Hungaria non intelligatur.*

b *Vide ſupra num. 63.*

c Lignarum, *vulgo* Legnano. *Flaminius* Claræ *nomen mulieri fuiſſe ſcribit.*

d *Addunt*

A d *Addunt Vitæ-Fratrum*, Portugalenſis, *eſt autem Majorica urbs, inſulæ ex Balearibus unius, à ſe dictæ, caput.*

e *Ibidem additur.* Anno Domini 1259, in menſe Majo, ante Veſperas.

CAPUT XIII.

Contracti, cancro, mania, epilepſia laborantes ſanati per merita S. Petri.

a 99 IN diœceſi Comenſi apud *a* Suricam villam ſuper lacum Larium, cum quidam Lemaſius nomine, de domo Epiſcopi Comenſis, de alto corruens, ſic confractus fuiſſet, quod nullis ſibi medicinæ adminiculis ſuffragantibus, per ſex annos ſine duobus ſuſtentaculis ambulare nequiret; emiſſo voto ad Martyrem ſanctum, ad ipſius tumulum ſine aliquo ſuſtentaculo liberatus acceſſit. Ubi perſolvēs quod voverat, cum quatuor ſociis, cum juramento teſtatus eſt miraculi veritatem. Mulier quædam, nomine Vindis, de *b* valle Lentina diœceſis Mediolanenſis; cū totius ſiniſtri lateris longo tempore uſu carēs ſurgere de lecto nequiret, facto voto Deo & ejus martyri ſe ad ejus ituram tumulum, & pedem cereum oblaturam, ſi ſibi liberationis remedium contuliſſet; protinus liberata, illius patriæ gentem flere præ gaudio & admiratione coegit. Ad honorem Martyris in loco martyrii eccleſia quædam conſtructa eſt, in qua juxta ejuſdem eccleſiæ altare cuidam Marliano *c* de Burgo duplex gratia eſt miraculoſe collata. Nam cum per tres menſes nec de lecto ſurgere potuiſſet, nec ſe commode movere, nec ſe in lecto vertere, & per quindecim annos fuiſſet Catharorum erroribus irretitus; illuc ſpe ſalutis portatus, & corporis ſanitatem ſortitus eſt, & mente ſuperno lumine illuſtrata, converſus eſt ad fidei veritatem.

ſanat tres contractos

b

B

c

100 Puer quidam de Terzano Mediolanenſis diœceſis, Aligiſetus nomine, cum ad B. Petri tumulum à matre delatus fuiſſet, effuſis precibus ad Martyrem, ut ſciebat, ſalutem manus & pedis ac totius dexteri lateris, quod amiſerat, impetravit. Alius quidam puer de valle Leventina, nomine Soldaninus, ad eumdem locum non delatus, ſed oblatus à matre; qui primo totus contractus & gibboſus fuerat, poſtea ſanus & incolumis factus & rectus pedibus ſuis venit, ductus à matre, & ſicut Sancto Martyri voverat, eſt oblatus. Ad eamdem eccleſiam puella quædam, nomine Sabina, Novarienſis, à matre ducta, cum manū haberet ita contractam, ut præ digitorum conſtrictione palmam ſibi unguibus perforaret, ſuper Martyris ſepulcrum appoſita, extendit manum ſanitati priſtinæ reſtitutam. Filio cujuſdam militis ad eccleſiam FFr. Prædicatorum in civitate *e* Limericenſi portato, ut Martyris reliquias viſitaret, ipſis viſis illico eſt reddita ambulandi potentia, quam perdiderat: & ſic matri, cui fuerat prius onus & tædium, factus eſt poſtea itineris ſocius & ſolamen. Mulier quædā in civitate Eſculana, Illuminata nomine, filiam habebat annorum quinque, quæ brachii virtutem ex debilitate nervorū ſic omnino perdiderat, quod cum brachio illo multorum dierum ſpatio ſe juvare non poterat; ſi autem elevabatur ab altero aut extendebatur, eo dimiſſo, ſtatim cadebat acſi nervos inciſos haberet, puella toto ſuo conatu ad ſuſtinendum brachium cooperante. Videns autem mater cuncta medicamina, quæ experta fuerat, in nullo valere, duxit eam ad altare B. Petri Mart. Ubi autem per Fratres reliquiæ Martyris ſuper infirmum brachium appoſitæ fuerunt, ſtatim ad earum contactum elevavit puella per ſe manum & brachium libere, ſanitati integræ reſtituta.

cuidā uſum lateris, manus & pedis reſtituit

C

puellæ uſum manus.

e

puero uſum pedum.

alteri brachium.

101 Laborantes apoſtematum morbo & fiſtularum B. Petrus Martyr invocatus priſtinæ reſtituit ſanitati. Ex quibus illud evidens & mirificum taceri non debet, quod in quodam paupere Mediolanenſi, qui Jacobus de Cornaredo dicebatur, aperte monſtratum eſt. Nā cum haberet ſiniſtræ manus digitum ex morbo fiſtulæ in ſeptem locis plurimorum foraminum concavitate defoſſum, alterum etiam pedem vehementi tumore deformem, & ejuſdem pedis tibiam carnibus defluentibus putrefactam, ita quod vix ad aliquem locum, in quo à tranſeuntibus eleemoſynam peteret, proficiſci poterat, niſi ſub axillis duobus baculis ſuſtentatus: audito quod per novum Martyrem tot beneficia præſtarentur, ſpe conſequendæ ſanitatis ad Sancti ſepulcrum qualitercumque venit; ubi oratione fuſa cum lacrymis, ſenſit ſe liberatum. Digiti namque ſui foramina ſunt obſtructa & mira conſolidatione ſanata; pes tumorem depoſuit; & tibia, projecta putredine, cicatrice ſalutifera eſt obducta: & ſic, qui prius ambulare non poterat, ad utrumq; potens factus eſt & idoneus membrorum ſuorum officiis reſtitutus. In perſona cujuſdam Æmiliæ Papienſis ſimile miraculum manifeſte reſplenduit: nam poſtquam oſculata eſt Martyris monumentum, ſtatim curata eſt à quodam apoſtemate fiſtuloſo, clauſis undique foraminibus, per quæ ſanies ejuſdem apoſtematis dudum effluere non ceſſabat.

PER AMI. TAEGIUM EX MS. *morbum fiſtulæ tollit.*

E

102 Puella quædam de Lugano Comenſis diœceſis, Jacobetta nomine, cum propter quamdam ſcrofulam, nucis magnitudinem excedentem, alterum brachiorum haberet non modicum deformatum; auditis beneficiis per Martyrem ſuum à Chriſto exhibitis, proſtrata in terram, obſecrans quod ſicut eum vere Sanctum fore credebat, ſic eam dignaretur Dominus liberare; ita fuit miraculoſe ſanata, ut infra triduum ſcrofulis [liberata] quas per decennium geſtaverat, nec ullius inveniret veſtigium, laudans Deum in ſancto Martyre ſuo. Fuit in Eſculo mulier quædam, Sermita nomine, cujus ſiniſtræ manus digitum cum dolore maximo fiſtula corrodebat: quæ cum fruſtra medicamina adhiberet, ad B. Petri auxilium ſe reduxit. Oratione completa ita fuit integraliter & mirabiliter beneficium ſanitatis exhibitum, quod omni dolore, tumore ac vulnere excluſo, à mente ejus omnis infirmitatis priſtinæ memoria eſt excluſa. Die vero tertia ad memoriam ejus rediit, quod infirmitatem illam paſſa fuerat: & videns ſe ſic plene curatam, Deo & Martyri ſuo gratias egit; reverentiamque, quam ad ipſum Martyrem habuerat, deinceps quantum potuit augmentavit.

item ſcroſulas.

& fiſtulam.

F

103 Mulier ſupradicta balneum quoddam, quod Aqua-ſancta dicitur, cum aliis ingreſſa eſt. Cumque intus balneum ſola ultra alios proceſſiſſet, nullum ibi credens eſſe periculum; pedes ambos in quadam poſuit fovea: & ſubito in ipſam deſcendens, uſque ad os in gurgite ſubmerſa eſt. Igitur ex periculo territa, velut mortua effecta, cum circa ſe tantam conſpiceret aquæ profunditatem, ſubmergi ſine dubio credebat: ſic etiam ex horrore mortis alienata ſubito fuit quod nullius Sancti auxilium ſcivit invocare. Erat autem non longe in eodem balneo quædam ejus ſocia, quæ cernens eam in mortis periculo conſtitutam, valde triſtari cœpit: ſed timore femineo perterrita, ad adjuvandum eam accedere non præſumpſit, metuens ne & ipſa necaretur. Sed quam manibus juvare non potuit, oratione juvit: nam ſciens illam ad B. Petrum Mart. magnam habere devotionem, fideli exclamavit voce dicens: Sancte Petre, tuam adjuva devotam. Statim autem ut illa verba complevit, mulier quæ in fovea erat, ſenſit manifeſte duas hominis manus ſuis

mulierem à ſubmerſione liberat.

PER AMB. TAEGIUM EX MS.

ſupponi pedibus, quæ à terra ipſam elevantes, & per balneum deferentes, ad locum, ubi aquæ erant minus profundæ, deduxerunt. Quo facto manus prædictæ numquam comparuerunt: unde nulli dubium fuit, quin B. Petrus fuerit, quæ ſibi devotam à mortis periculo liberavit.

Alios ſanat à Cancro, f

104 Ferrariæ nepos D. Herigeri de Beltramis Filacampi, de contrata S. Nicolai, juxta cavillam *f* pedis cancri infirmitate longo tempore laboravit, non valens aliquod ſalutis remedium per medicinam vel medicum habere. Finaliter de conſilio medicorum ſtatutum eſt, quod pes amputari deberet, alias crus putreſceret. Nocte ſuperveniente ante diem, qua hoc fieri deberet, apparuerunt ei vigilanti duo Fratres Prædicatores, quorum unus crus manu accepit & faſcias diſſolvit, quibus ligatum erat, & Crucis ſignaculo facto dixit: Scias fili te plenarie ſanatum. Tunc puer dixit: Domine qui eſtis vos, qui tantum mihi beneficium contuliſtis? Cui Frater, Ego ſum, inquit, Fr. Petrus de Ordine Prædicatorum, qui pro defenſione fidei mortuus ſum. Et cum regratiaretur Fratri, dixit ei Frater, Debes, fili miraculum recitare, & ſcias quod hoc mane pes tibi amputari debuit. Mane facto venit medicus cum propinquis, ad pedem amputandum ferramenta deferens. Tunc medicus, accepto pueri crure in manibus, ſanatum de infirmitate vidit. At puer dixit, Quid vultis facere? Reſponderunt illi: Pedem tibi amputare volumus. Qui reſpondit: Non eſt neceſſe, quia ſanctus Martyr Petrus de Ordine FF. Prædicatorum me ſanavit. Et hoc miraculum in tota contrata notum factum eſt, & magiſter Joannes de Ferraria vidit puerum illum, crus cereum portantem cum ſuis ad eccleſiam FF. Prædicatorum ad altare B. Petri Mart. perfecte ſanatum.

B

à mania,

105 Civis quidam Eſculanus, Joannes Graſſus nomine, per annos plures ſic fuit omni ſenſu & diſcretione privatus omnino, quod omnes de domo ejus cum ipſo habitare de nocte timebant, propter ipſius inſolentias. Nã utenſilia omnia domus frangebat, & adhibitis per medicos remediis ſemper deterius faciebat. Cumque furor ille quotidie per annos plures auctus fuiſſet, in vigilia B. Petri Mart. ſero ad eccleſiam, per conſanguineos ejus & vicinos, multa cum moleſtia deductus eſt; & violenter ante altare B. Petri per noctem ipſam detentus eſt, & Beato Martyri multa cum precum inſtantia ab amicis commendatus. Deo autem per B. Petri merita operante, nocte illa ſenſus ſic eſt ei reſtitutus integraliter, quod de cetero ab illa fatuitatis ægritudine liberatus, ſana mente cum familia & ceteris omnibus diſcrete fuit converſatus.

C

g ab epilepſia

106 Accidit in Catalaunẽſi *g* civitate Franciæ, quod quædam religioſa mulier caduco morbo adeo graviter vexaretur, ut in die quandoque quinquies, quandoque ſepties & aliquando octies prædictum morbum horribili modo ſuſtineret. Contigit autem, cum de B. Petro Mart. prædicari audiſſet, & quomodo Deus per ipſum multa miracula operari dignatus eſt, ad eccleſiam FF. Prædicatorum acceſſit, & coram altari B. Petri Mart. proſtrata humiliter, ſe totam orationi contulit, in hunc modum: O B. Petre, Martyr glorioſe, preces pro me ad Dominum effundere digneris, pro cujus fide acerbiſſimam mortem pertuliſti, ut ipſe ab infirmitate hac tuis meritis me liberare dignetur, ſi utilitati animæ meæ expedit. Vix orationem hujuſmodi complevit, bonam quamdam diſpoſitionem, alias inexpertam, in ſuo ſenſit corpore, integræ ſanitatis indicium: unde cum ingenti gaudio cuidam de aſtantibus dixit: Credo quod ab infirmitate mea meritis B. Petri Martyris glorioſi, plene liberata ſim. Quod & factum eſt. Unde nec ipſam nec reliquas ejus aliquias vel modicum aliquando ſenſit: ſicut Priori Catalaunenſi, qui longis temporibus ejus Confeſſor fuerat, de tam ſubita curatione miranti, devote & humiliter retulit. Plures etiam perſonæ aliæ à morbo conſimili, in civitate prædicta, B. Petri meritis ad plenum liberatæ ſunt. Quidam puer, morbo caduco laborans, ad altare B. Petri Mart. à parentibus deportatus, factoque pro ipſo voto, pleniſſime liberatus eſt. Domicella quædã Montis-Peſſulani, anno MCCCVI, patiebatur cardiacam paſſionem vel epilepſiam, ſecundum diverſorum medicorum diverſa judicia, propter quam mortua aliquando videbatur, nec parentes eam nubere valebant, nec eam aliquis uxorem ducere volebat. Facto autem à parentibus & amicis voto Deo & B. Petro Mart. in feſto ipſius in nocte profunda ducta eſt ad ejus altare, timentibus, ne de die infirmitas eam arriperet, & ſic confunderet ipſos. Cum igitur ante altare B. Petri eſſet, ſubito horrenda eam invaſit infirmitas: quæ cum cecidiſſet in terram, & fuiſſet à parentibus elevata ut mortua, Sacriſta currens B. Petri detulit reliquias, & apponens ori ejus & cordi, pectorique ac ventri, hæc omnia illis tetigit: & ſubito Fratribus ceteriſque qui adſtabant, ait: Noveritis quod B. Petrus me curavit, & ex nunc infirmitatem hanc non patiar. Et ſic fuit: quia nupta plures filios habuit, & numquam amplius illam paſſa eſt.

D

à cardiaca paſſione,

E

à lethargo

107 In regno Bohemiæ mulier quædam lethargica fuit, ita quod nullo modo excitari poterat. Cumque ab amicis B. Petro Mart. votum factum fuiſſet, in preſentia Prioris & quatuor FFr. Prædicatorum; ſtatim quaſi ex ſomno evigilans, dicto Priori confeſſa eſt, dixitque, teterrimam perſonam, quæ eam jugulabat, ſe vidiſſe; ſed quidam in habitu FF. Prædicatorum eam expulit, & mulierem liberam priſtinæ reſtituit ſanitati. Vir quidam de Campitio, Rufinus nomine, graviter infirmabatur: nam vena pectoris fracta indefinenter ſanguinem emittebat. Per ſex dies & noctes continuo fluente vena, B. Petrum Mart. devote in ſuum invocavit auxilium: qui tam ſubito ſanatus eſt, ut inter effuſam orationem & receptam liberationem nullum penitus fuit intervallum *h*. Cum autem ſe ſopori dediſſet, vidit quemdam Fratrem in habitu Prædicatorum, groſſum facie atque *i* brunum, quem ſocium B. Petri Mart. Fratrem Dominicum exiſtimabat (ſicut vere formæ talis exſtiterat) qui ex paſſione palmas plenas ſanguine, cum unguento quodam ſuavi offerebat eidem, dicens: Sanguis adhuc recens eſt, veni ergo ad recentem ſanguinem S. Petri: qui evigilans ſepulcrum B. Petri Mart. in gratiarum laude ſtatuit viſitare.

à vomitu ſanguinis.

h

i

F

ANNOTATA.

a Suricum *vulgo* Sorigo, *ad extremitatem lacus, tantum diſtans Como in altera extremitate ſito, quantum Mediolano diſtat ipſum Comum.*

b *An eadem quæ* Vallis Leventina *nominatur infra? Ita credidit ſcripſitque Flaminius.*

c Marlianum Biragenſem *appellat Flaminius.*

d *Idem*, Teſſinenſis puer.

e Limericum, *urbs Hiberniæ Epiſcopalis, ad Sineum flumen, in umbilico Momoniæ provinciæ ſita*

f Cavilla pedis, *Latinis* malleolus, *Francis* cheville.

g Catalaunum, *vulgo* Chalons, *urbs Campaniæ ad Matronam fluvium.*

h *Flaminius hactenus rem eamdem narrat, quoad circumſtantias,*

A *cumſtantias, nominis, morbi & temporis, ac modo collatæ ſanitatis : eo ſolo variat quod patria* Mazarenſem *facit* ✱ *uter rectius, ipſe an Taegius, eo diſcernitur à nobis difficilius, quod* Campitium *&* Magaza, *ſint nomina ambo æque ignota chorographis ſtatus Mediolanenſis.*

i *Italis, Francis, Hiſpanis, Teutonibus communis vox, Latini* Fuſcum *dicerent.*

CAPUT XIV.

morbi & difficultas partus per aquam S. Petri Reliquiis ſacratam ſublati in Hibernia: energumeni liberati.

a Aquam iſtã bibens ægetali morbo convulſcit,

108 IN provincia Hiberniæ in *a* Laonienſi diœceſi mulier quædam nobilis, Illicia nomine, ita uſum linguæ omniumque membrorum perdiderat, & perſonæ viventis calorem, ut jam mortua videretur. Quæ cum per duos dies in tali mortificatione ſtetiſſet, omnia in ſe fere mortis ſigna prætendens, & ei cilicium & ea quæ funeri neceſſaria ſunt, pararentur; poſtquam de aqua virtuoſa, quæ reliquiarum Martyris contactu fuerat conſecrata, guſtavit, mox loquelam ſenſuſque omnes recuperavit amiſſos, vividuſque calor reſtitutus & perfecta demum liberatio eſt ſecuta. In quadam villa præfatæ provinciæ *b* Elorienſis diœceſis, quidam Elias nomine, ex vehementi tumore pedis ac tibiæ, ſic graviter dolore intolerabili cruciatus eſt, ut vel quieſcere vel ire aut cibum ſumere non valeret Cum autem in tali anguſtia biduo jejunaſſet, tribus tandem diebus de aqua guſtans, quæ reliquiarum Martyris fuerat contactu conſecrata, primo quidem multum, ſecundum magis, tertio ſenſit & exclamavit ſe fore penitus liberatum : & eadem aqua loco doloris abluto, protinus ab omni dolore quievit, ambulavit fortiter, & cibum ſumpſit cum lætitia. Quapropter villæ illius incolæ, ingenti admiratione commoti, cum Clericis intraverunt eccleſiam, & campanis pulſatis, Te Deum laudamus devote cantaverunt, ad Sancti Martyris Petri, & Dei gloriam qui facit mirabilia magna ſolus. In eadem provincia, in diœceſi Limericenſi uxor cujuſdam Joannis Donevola, cum amiſſa jam loquela videretur mortem ſingultibus prævenire, potu ejuſdem ſalutaris aquæ, loquendi officio & ſaluti fuit pariter reſtituta.

B *quidam à tumore tibiæ b*

multi à variis morbis,

C

109 Altera mulier in eadem civitate, poſt potum aquæ præfatę vomens ſpurcitiæ non modicam quantitatem, à mortis quodam periculo repentino liberatur. Altera vero ſimili nomine, ſcilicet Lætitia, vocatur, ut vir quoque lætitia de ſua lætificaretur ſalute, per ſimilem potum & vomitum à quadam antiqua ægritudine, de qua jam deſperaverat, plenam conſecuta eſt ſanitatem. *c* Non minoris admirationis liberatio cujuſdam pueri, de villa quadam *d* Imlacenſis diœceſis in præfata provincia fuit : nam cum tanta eſſet per totum corpus inflatione deformis, ut ad videndum eſſet horribile, & mors ejus potius quam vita à parentibus optaretur, qui jam de ſalute ſperare deſierant, aqua ſalutifera, quæ reliquiarum Sancti Martyris fuerat contactu conſecrata, lotus à matre, & aliquibus ſtillis de ipſa guſtatis, illico ſubito detumuit, & inſperatæ reſtitutus eſt ſanitati meritis glorioſi Martyris. Puer quidam in præfata provincia & diœceſi nominata, Henricus *e* nomine, cum ante menſam cujuſdam nobilis luderet in domo & villa ejuſdem, à quadam ægritudine ſubito arreptus & in terram proſtratus, linguam extra os in longum ejiciens ita acriter illam mordebat intrinſecus ex dolore tumeſcens, ut poſt modicum non lingua hominis, ſed equi præ magnitudine videretur. Cumque circumſtantes timerent eam ſibimet in brevi dentium conſtrictione ſecandam, nec ipſam intus aliquatenus reponere valerent; vix tandem in os ejus, impediente tumore, aliquantulum de aqua Martyris immiſerunt. Quod cum inſtante jam nocte feciſſent, eodem ſero linguam ſuam retraxit, omni prorſus inflatione carentem, expediteque locutus eſt, & plena ſanitate recepta cum gaudio cibum ſumpſit. Quod videntes qui aderant, ſtupore circumdati, reſervare aquam talem & tam mirabilem non inutiliter credideruntf. PERAMB. TAEGIVM. EX MS.

f

110 Mulier quædam, uxor cujuſdam Roberti Palmiferi, in Hibernia, cum de aqua B. Petri Mart. ſupradicta bibiſſet, in partus difficultate potata, viſa eſt ei omnem mellis dulcedinem ſuperare : & eidem contulit quod exceſſit utriuſque virtutem, ſcilicet faciliter & continuo pariendi. In eadem provincia Hiberniæ tres *g* mulieres, quæ multis doloribus & anguſtiis gravibus cruciabantur in partu, faciliter le viteruque poſtmodum pepererunt, per ſimilem aquæ potum meritiſque Martyris ſancti. In Laonienſi quoque diœceſi præfatæ provinciæ, quædam nomine Chriſtina, uxor Gilberti Anglici, à ſimili periculo per ſimile miraculum fuit ſubito liberata Quædam Baſilia, uxor Joannis cognomento Epoes, cum remanſiſſet ita vehementer poſt partum tumefacta, quod credebat ſe iterum patituram; aqua ſupradicta cum devotione & fide ſuſcepta, continuo tumor prædictus ac mortis timor ab ea pariter diſceſſerunt. Puer quidam inflaturam habens in collo & gutture valde magnam, cum de aqua quæ de lotione vaſis, ubi B. Petri Mart. reliquiæ repoſitæ fuerant, bibiſſet, illico totam illam ſaniem evomere cœpit, ita quod infra tres dies fuit pleniſſime ac perfecte liberatus. Quædam Domina, nomine *h* Everborga, in præfata provincia Hiberniæ, non oblita, quod ſupradicta aqua, B. Petri Mart. reliquiis conſecrata, primogenitum ſuum, nomine Petrum, à mortis diſcrimine liberaverat; cum eam ſimiliter reſervaſſet, mirabilius fuit à Domino conſervata. Nam cum caſu ignis egreſſus, domos, quas Petrus maritus ejus habebat in Limericenſi diœceſi, conſumpſiſſet; inter ipſos incendii cineres vas ligneum, in quo ſupradicta aqua repoſita fuerat, quodam mirabili modo integrum & incorruptum repertum eſt : cumque fuiſſet in aliud vas tranſlata, primum protinus in cineres eſt redactum. Quod evidenter edocuit, ob cujus gratiam vas priſtinum in ſua integritate conſervatum fuit.

g per eamdē aquam facilius partus obtinent :

E

h

& vas ab igne illæſum ſervatur

111 Matrona quædam, nomine Girolda, uxor Jacobi de Valeſina, cum annis quatuordecim ab immundis ſpiritibus fuiſſet obſeſſa, ad quemdam veniens Sacerdotem dixit : Ego ſum dœmoniaca & ſpiritus malignus vexat me. Mox Sacerdos territus fugiens ſacriſtiam intravit, & librum quemdam in quo conjurationes dæmonum erant & ſtolam latenter ſub cappa deferens, cum bona ſocietate ad mulierem rediit. Quæ mox ut eum vidit, ait : Latro peſſime, quo iviſti ? Cum autem Sacerdos adjurationes faceret & nihil curationis afferret, venit illa ad B. Petrum, dum adhuc viveret, ab eo adjuvari poſtulans. Cui ille prophetica voce reſpondit : Confide filia, ne deſperes : quia etſi, quod poſtulas, perficere ad præſens non valeo, tempus tamen adveniet, quo à me quod petis plenarie obtinebis. Quod & factum eſt : nam poſt paſſionem ejus ad Martyris ſepulcrum veniens, liberationem à dæmonum infeſtatione promiſſam à vivo, licet cum multa ſanguinis effuſione, perfecte obtinuit à defuncto. Alia quoque Herbona *i* de Bethegno, à dæmonibus annis ſex poſſeſſa, renitentibus poſſeſſoribus, velut armatis fortibus cuſtodientibus atrium ſuum, ad ſacri corporis tumu-

F *energumena liberatur,*

ſicut S. Petrus vivens prædixerat :

i

PERAMBR. TAEGIVM EX MS.

lum vix eſt tracta. Qua ibidem cum multa difficultate detenta de uno tenentium, qui hæreticorum credens erat, colloquebantur dæmones & dicebant: Tu qui noſter es, quid nos detines? Et ut eum confundendo repellerent, ipſius occulta crimina publicabant dicentes: Nonne te ad illum locum & illum duximus, ubi peccata talia & talia commiſiſti? Denique obſidentes obſeſſam, ut eam deſererent coacti, meritis Martyris adjurati, mulierem quaſi mortuam, multum eam diſcerpentes, reliquerunt. Prædictus vero incredulus, Conradus de Landriano vocatus, qui ad hoc venerat, ut Sancti miracula derideret; attendens, quod vere dæmones erant, ſic ſuorum conſcii ſecretorum; & ille verus Sanctus, qui tales taliter expellebat; per viam mirabilis miſericordiæ Dei, ad lumen converſus eſt Catholicæ veritatis.

112 Vir quidam nomine Roba de Meda, cum uſque ad veſtes in ludo taxillorum omnia perdidiſſet, domum in ſero rediens, cum lucerna accenſa lectum ſuum adiret; videns ſe tam vilibus pannis involutum & ſe tot amiſiſſe conſiderans, præ nimia deſperatione dæmones invocare cœpit, ac ſe eiſdem ore nefando committere. Statimque tres dæmones adfuerunt, qui lucernam in ſolario projicientes, ipſum per collum arreptum tam fortiter adſtrinxerunt, ut nullatenus loqui poſſet. Quem cum plurimum agitarent, qui in inferiori domo erant ad eum aſcendentes, dixerunt: Quid eſt, quid agis ô Roba. Quibus dæmones reſponderunt: Ite in pace veſtra, & lectos veſtros intrate. Illi autem prædicti viri vocem eſſe credentes, protinus redierunt. Quibus recedentibus cœpit à dæmonibus multo fortius agitari. Quod illi cognoſcentes, Sacerdotem protinus vocaverunt. Qui cum per B. Petrum Mart. dæmones adjuraſſet, duo protinus exierunt. Sequenti autem die ad B. Petri Mart. ſepulcrum ductus eſt. Ad quem Fr. Wilhelmus de Vercellis accedens, dum dæmonem increpare cœpiſſet, eum quem nunquam viderat ex nomine vocans, ait: Fr. Wilhelme, pro te nunquam exibo, quia hic noſter eſt, & opera noſtra facit. Quem cum interrogaſſet, quo nomine vocaretur; reſpondit Belcephas: cum vero per B. Petrum Mart. adjuratus fuiſſet, infirmum in terram projiciens, mox exivit. Ipſe autem perfecte ſanatus de commiſſis peccatis ſalutarem pœnitentiam ſuſcepit. Mulier quædam Euphemia nomine, de loco Cortinago Mediolanenſis diœceſis, annis ſeptem à dæmonibus vexata eſt. Sed cum ad B. Petri ſepulcrum deducta fuiſſet, dæmones eam amplius vexare cœperunt, & per os ejus cunctis audientibus clamare: Mariola, Mariola: Petrine, Petrine. Tunc dæmones exeuntes eam quaſi mortuam dimiſerunt. Sed poſtmodum plene ſanata ſurrexit. Aſſerebant autem, quod diebus dominicis & feſtivis & præcipue quando celebrabatur, eam amplius dæmones vexabant.

Luſor qui ſe dæmonibus voverat,

B

eorum poteſtati eximitur.

item mulier.

C

ANNOTATA.

a Laonienſis diœceſis *juxta Cambdenum ſub Archiepiſcopo Caſilienſi: ſed vocabulo illo jam abolito difficile eſt hodiernũ nomen proprium indicare. Notitia Epiſcopatuum antiqua ad calcem Geographiæ ſacræ Caroli à S. Paulo, Epiſcopum de* Cendalvan *vel* Laonienſẽ *nominat: ſed nec iſtud nomẽ indicatur à Ioanne* Spedo, *Geographiam & Alphabetum Hiberniæ proponente.*

b Elorienſis *in Hibernia Epiſcopatus nullus fuit: ſuſpicor* Liſmorienſem, *vel* Oſſorienſem *ſcribi debuiſſe.*

c *Duo hæc miracula à Flaminio clarius & brevius ſic explicantur*: Mulieres duæ, quarum utrique nomen Lætitia fuit, altera evomitis multis ſordibus, repentino quodam mortis periculo; altera, in ægritudine longa, nulla medicorum ope ſanabilis, hauſtu ejuſdem aquæ, liberatæ ſunt.

d Imlacenſis Epiſcopatus, *ſub Caſſelienſi Archiepiſcopo eſt; Taëgius perperam ſcripſerat* Imalacenſis.

e *Flaminius* Tobiam *videtur nominare.*

f *Addit idem Flaminius*: Aqua vero illa poſt trienium inventa eſt incorrupta, ac ſi de puriſſimo fonte tunc hauſta fuiſſet.

g *Idem ſolum* duas *habet.*

h *Eidem* Enetborga *eſt.*

i *S. Antoninus* Verbonam, *Flaminius* Nerbonam *appellat.*

k *Idem Flaminius* Cortivago *ſcribit, locum non exprimunt chorographi.*

D

CAPUT XV.

Candens ferrum innoxie per S. Petri merita tractatum, incendium reſtinctum, tempeſtas ſedata &c.

113 AD pleniorem ſcientiam ejus, quod ſuperius *a* dictum eſt, de homine qui ferrum candens, in ſanctitatis B. Petri Mart. teſtimonium, manibus propriis abſque læſione accepit, eſt ſciendum, quod anno MCCCXVI, apud Genuenſem urbem vir quidam fuit Placentinus, fidelis & innocens, qui ad B. Petrum Mart. magnam habebat devotionem, erat autem ibidem in cujuſdam mercatoris obſequio. Appropinquante igitur B. Petri Mart. feſto, ille devotus vir Domino ſuo prædixit magna cum lætitia, quod feſtum glorioſi Martyris in proximo futurum erat: Dominus autem ejus, quamvis B. Petrum Mart. in magna haberet devotione, volens ex ludo eum tentare, dixit: Vide quid dicas, quia forte non fuit ita Sanctus ſicut tu aſſeris. Cui ille reſpondit: Ego ſic indubitanter teneo ipſum Sanctum eſſe, quod non eſt ita magnum in mundo periculum, cui, quando expediret, non me exponerem pro ipſius teſtimonio ſanctitatis. Tunc ait Dominus ejus, ſi vis ferrum ignitum manu contingere, apparebit tunc illum Sanctum fuiſſe. Cumque ille lætanti animo aſſenſum præberet, accipiens ille virgam unam de chalybe in ignem poſuit; & cum ignita totaliter fuit, volens ejus experiri devotionem, ante eum poſuit. Qui ipſum ignitum ferrum lætanter manibus accipiens, in platea publica multis coram adſtantibus, diu ſine aliqua læſione tenuit. Iterum poſuerunt ferrum coram multis, qui ad ſpectaculum convenerant, & obtulerunt ei cum perfecte ignitum fuit: qui fideliter illud manu capiens, in teſtimonium ſanctitatis B. Petri Mart. tam diu tenuit donec quaſi refriguit: ſic omnino illæſus permanſit, ut nec veſtigium quidem aduſtionis in ejus manibus appareret. Videntes autem, qui aderant hoc miraculum, ad domum FF. Prædicatorum euntes, ad Dei & beati Martyris reverentiam honorem & gloriam, quod acciderat, Fratribus & populo narraverunt.

a

E

Teſtimonium ſanctitatis S. Petri,

candens ferrum manu illæſa tenetur

F

114 In civitate *b* Atrebatenſi juxta domum FF. Prædicatorum, mercatores & venditores lignorum venalium morabantur; ubi cum lignorum maxima eſſet congeries pretii librarum mille Pariſienſium, ignis dictis lignis appoſitus eſt, ex ipſis vehemens exivit flamma, ventus etiam in eccleſiam & domum Fratrum flammas impellebat in tantum, ut crucem quæ in capite eccleſiæ poſita erat, accenderet. Iamque Fratres eorum domum ab incendio poſſe liberare deſperabant: Frater autem quidam converſus B. Petri Mart. reliquias ad feneſtram quamdam Dormitorii pro ſalutis clypeo flammis oppoſuit: in ipſa appoſitione ventus contrarius flammas flãs in latus aliud ita fortiter depulit, quod domus illa penitus illæſa permanſit, Crucis illius accenſione excepta, quæ ante oppoſitionem

b

incendium per ejus Reliquias reſtinguitur

A appositionem reliquiarum facta fuerat. Hæc omnia Frater ille sub multorum testimonio Fratrum, qui hoc viderunt enarravit.

115 In conventu Bisontino Provinciæ Franciæ, cum novitius quidam de fide multipliciter tentaretur, et à Priore suo multimodis confirmaretur; ab eoque monitus orationi insisteret; quadam nocte ei ostensum est, ut orationem hanc sæpius diceret: Deus, qui justificas impium & non vis mortem peccatorum, famulum tuum, de tua misericordia confidentem, tuo protegas benignus auxilio & assidua protectione conserves, ut tibi jugiter famuletur, & nullis tentationibus à te separetur, per Christum &c. Quam tamen orationem nûquam viderat, vel audierat, vel alicubi scriptam credebat, quam in dicta visione tantum ruminavit, quod eam ex corde didicit. Cumque hoc Priori narrasset, didicit ipsam esse in Missali scriptam pro tentatis dicendam. Ex hoc quam plurimum confortatus est: sed non ad plenum omnis illa tentatio recessit. Dicebat ergo illam orationem

& quidam in fide dubius

B sæpius & devote. In diebus illis attulerat Frater quidam Reliquias de panno intincto in sanguine B. Petri Mart. qui miraculose exierat de quadam particula tunicæ, in qua idem Sanctus pro fide Christi excepit martyrium, unde plures de civibus Bizontii venientes cum multa devotione petebant, ut ampulla cristallina, in qua dictæ erant reliquiæ, perfunderetur vino: & bibentes multi ab infirmitatibus suis curati sunt. Cum autem quadam die dictus novitius Missam juvaret, esset*que* his miraculis incredulus; venit mulier quædam petens sibi dictum vinagium fieri. Dum ergo Frater vasculum inclinasset, in quo dictæ erant repositæ reliquiæ, versus vas quod mulier attulerat, ut vinum reciperet; subito de vasculo illo guttæ multæ, super pannum sericum quod in altari erat, ceciderunt: una autem gutta tam fortiter vasculo adhæsit, quod cum panno frequenter superinducto exsiccari non potuit. Quo viso, Frater ille, Dei misericordia, ad sui & aliorum confirmationem, existimans factum fuisse miraculum, gratias agens Deo, à pristina tentatione liberatus est. Miraculum au-

fluente ex iis sanguine confirmatur

C tem prædictum in tota illa civitate notum factum est.

116 Quædam navis dum in mari medio pene naufragium pateretur, sævitia ventorum & fluctuum inundatione quassata, & omnes qui in navi erant tenebrosa caligo noctis opprimeret, diversi diversorum Sanctorum suffragia postulabant. Sed cum nullum suæ liberationis videretur indicium, seque periclitari plurimum formidarent; quidam natione Genuensis silentio facto, sic eos alloquitur, dicens: Viri Fratres, numquid non audistis, quod quidam de Ordine Prædicatorum, nomine Fr. Petrus, ob Catholicæ fidei defensionem sit nuper ab hæreticis interfectus, multaque per eum Dominus signa ostenderit? Nunc igitur devote suum imploremus auxilium, quia spero, quod nequaquam à nostra fraudemur postulatione. Assentiunt universi, B. Petrum in sui auxilium devotis precibus invocantes. Quibus sic orantibus, mox antenna navis, in qua velum appenditur, cereis accensis plena tota conspicitur, ita quod illorum cereorum mirabili fulgore obscuritate omni fugata, nox illa tam caliginosa in diem clarissimum commutaretur: respicientesque quemdam viderunt in habitu Prædicatorum, stantem super velum, de quo nulli dubium fuit quin B. Petrus extiterit. Statimque cessavit ventus, mare quievit, magnaque tranquillitas facta est. Cum ergo nautæ prædicti Genuam incolumes advenissent, domum FF. Prædicatorum adierunt: Deoque & B. Petro Mart. gratias referentes, eisdem Fratribus miraculi seriem fideliter narraverunt. Quadam vice cum supprior Conventus *c* Trajectensis in Teutonia, quosdam pulcherrimos lapides & magnos in navi quadam duceret; ex improviso cuidam littori sic inhæsit, ut nullatenus moveri posset. Discedentes vero nautæ, quod ipsam unanimiter impellentes nullatenus movere possent, & navem se amisisse putarent; Supprior omnibus amotis manum ad navem apposuit, & leviter eam impellens, dixit: In nomine S. Petri Mart. in cujus honore lapides istos deferimus, vade. Statim navis velocissime mota, de littore integra & illæsa recessit; supra quam nautæ ascendentes, salvi & hilares ad propria redierunt.

Invocatus Sanctus tempestatem sedat:

PERAMBR. TAEGIVM EX MS.

navem in naufragio servat.

D E F

ANNOTATA.

a *Scilicet num.* 74.

b Atrebatensis civitas *Artheſiæ est munitissima: ecgraphum nostrum* Arelatensem *habebat, totius Galliæ interjectu remotam à priori: sed correximus ut scriptum erat in Vitis-Fratrum, quia mentio mox illata* librarum Parisiensium, *illam non hanc designari monstrat.*

c *Duplex in Belgio* Trajectum *est, alterum* ad Mosam, *aliquibus* Superius *dictum, vulgo* Maastricht, *alterum* inferius *sive ad* Rhenum, *passim* Ultra-jectum, *vulgo* Uyt-tricht; *utrobique locum habuere Prædicatores. Solet tamen in medii ævi scriptis* Trajecti *nomen simpliciter positum pro ultimo accipi, utpote tunc longe famosiori, & Archiepiscopos Principes potentes habente, valdeque populoso. Idem dictum intellige de miraculo num.* 60

XXX APRILIS.

SANCTI QVI PRIDIE KALENDAS MAII COLVNTVR.

SAnctus Indaletius, Epiſcopus, Vrci in Hiſpania.
S. Maximus, Martyr apud Aſiam.
S. Maximus alius, Martyr apud Græcos.
S. Sophia Virgo, Martyr Firmi in Piceno.
S. Eutropius, Martyr, Epiſcopus Santonenſis, in Gallia.
S. Dorotheus Presb.
S. Rodocianus Diac.
S. Viator,
S. Terentius,
S. Martinus,
S. Majorica,
S. Victor,
S. Claudius,
S. Siluanus,
S. Clemens, aliis Orimentus,
S. Honoratus,
S. Victor alter,
S. Reductus,
S. Honoratus alter,
S. Telesforus,
S. Primoſus,
S. Rogatus,
S. Felix,
S. Felix alter,
S. Lucianus,
S. Coloſus,
S. Rogatus alter,
S. Revocatus,
S. Severus,
S. Cotidia,
S. Fortunus,
S. Spinica,
S. Iocandus,
S. Demetrius,
S. Iulius,
S. Secundinus Ep.
S. Meritus,
S. Silvanus alter,
S. Saturninus,
S. Emilianus,
S. Saturnina,

Martyres

Alexandrini.

S. Aprodiſius Presb.
S. Dugdus,
S. Paſtor Epiſc.
S. Agapius Epiſc.
S Secundinus Ep.
S. Theodorus Presb.
S. Marianus Lect.
S. Iacobus Diac.
S. Æmilianus miles,
S. Tertulla Virgo,
S. Antonia Virgo,
Ité mulier cum duobus geminis.
S. Secundianus,
S. Concordius,
S. Florianus,
S. Gaber,
S. Gaianus,
S. Poſtumus,
S. Momminus,
S. Quintianus,
S. Caſſius,
S. Faſilus,
S. Florentius,
S. Demetrius,
S. Gududus,
S. Criſpinus,
S. Criſpinus alter,
S. Donatus,
S. Zeon, alii plurimi,
S. Romodianus Diac.
S. Igneus,
S. Rumetina,
S. Remiſurinus, & alii XXIV,
S. Secundinus Ep.
S. Alexander Diac.
S. Bubatus,
S. Saturus,
S. Diodrus,
S. Ropodianus,
S. Nomenſis,

Martyres apud Cirtham & Lambæſam in Numidia.

Martyres.

S. Quirinus Epiſcopus, in coemeterio Romano Prætextati.
S. Rodicianus Diac.
S. Terentius,
S. Marinus Presb.

S. Da-

S. Dagarus, alii XII
S. Meturus,
S. Clemens,
S. Lucinus,
S. Teleſphorus,
S. Primoſus,
S. Saturninus,
S. Emilianus,
S. Majorica,
S. Saturnina,
} Martyres Aphrodiſii.

S. Polychronius Epiſcopus.

S. Mercurialis, Epiſcopus Forolivienſis, in Italia.

S. Maternianus, Epiſcopus Remenſis, in Gallia.

S. Laurentius Martyr, Presbyter Novarienſis in Italia.

S. Donatus, Epiſcopus Euroeæ, in Epiro.

S. Severus, Epiſcopus Neapolitanus, in Italia.

S. Maxentia, Vidua, Tridenti in Alpibus.

S. Hoyldis Virgo, in diœceſi Trecenſi, in Gallia.

S. Michomeres, Tornodori, in Gallia.

S. Quirillus, Epiſcopus Trajectenſis ad Moſam.

S. Ioannes,
S. Deſiderius,
S. Flavius,
} Epp.
S. Deſideratus Presb.
} Cabilone in Gallia.

S. Erconwaldus, Abbas Chertſeyenſis & Epiſcopus Londinenſis, in Anglia.

S. Clemés Conf. & Poeta apud Græcos.

B. Hildegardis, uxor Caroli Magni Imperatoris.

S. Suitbertus. Epiſcopus Verdenſis in Saxonia inferiore.

S. Amator Presb.
S. Petrus monachus,
S. Ludovicus,
} Martyres Cordubæ in Hiſpania.

S. Forannanus, Abbas Walciodori in Belgio Ord. S. Benedicti.

S. Adiutor, prope Vernonium in Normannia.

S. Gualfardus Solitarius, Veronæ & Auguſtæ Vindelicorum.

B. Antonius, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Monticiani in Hetruria.

B. Peregrinus, Ordinis Servorum B. Mariæ, Forolivii.

S. CATHARINA SENENSIS, tertii Ordinis S. Dominici.

B. Michael de Barga, Ordinis Minorũ obſervantiũ, prope Lucã in Hetruria.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

S. Honoratus Abbas Fundis *memoratur in Kalẽdario Ms. Ord. S. Benedicti. De eo egimus* XVI Jan.

S. Maccalanus, *aliis* Maccalinus, Abbas tertius Walciodorenſis, *memoratur ab Arnoldo Raißio in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii à Molano editos. Multa de eo in Vita S. Forannani hoc die habentur. Seorſim de eo egimus* XXI Januarii.

S. Walburgis Virgo *inſcripta eſt Ms. Vſuardo, in Anglia olim aucto, & nunc Romæ in bibliotheca Ducis* Altempſii *aſſervato. Colitur à variis Kalendis Maii, ſed dies natalis eſt, quando nos varia ejus Acta dedimus,* XXV Februarii.

Sophia, diſcipula S. Mechtildis, in monaſterio Spanheimenſi, *refertur cum titulo* Beatæ *à Bucelino. De* Mechtilde *inter Prætermiſſos egimus* XXVI Februarii.

S. Oſwaldus, Epiſcopus in Saxonia, *memoratur in Ms. Romano Ducis* Altempſii, *quod olim in Anglia conſcriptum eſt: cum hæc paſſim etiam Saxonia diceretur. Fuit dictus Oſwaldus, primum Wigornienſis in regno Merciorũ, dein Archiepiſcopus Eboracenſis, mortuus anno biſſextili 992 die 29 Februarii, cujus Vitã dedimus* XXVIII Feb.

S. Tibba, Virgo in Anglia, *memoratur à Greveno & Caniſio & in Ms. Florario. Eſt hæc conſanguinea SS. Kineburgæ & Kineſwithæ, filiarum* Pendæ *Regis Merciorum: de quibus omnibus egimus* VI Martii.

Euticia, martyr ſub Licinio, *inſcripta eſt Auctario Greveni & Martyrol. Germanico Caniſii. Hactenus ea nobis ignota. Quid ſi* S. Eutychius Martyr ſub Licinio, *unus ex quadraginta Martyribus Sebaſtenis? quorum Acta illuſtravimus* X Martii.

S. Petrus, Diaconus S. Gregorii Magni, Salutiolæ apud Vercellas, *memoratur à Ferrario in Catalogo generali. Verum ab eodem ibidem & in Catalogo Sanctorum Italiæ & pluribus aliis, (quando & nos egimus de eo, ubi ex Io. Stephano Ferrerio Ep. Vercellenſi vellemus additam hiſtoriam Tranſlationis)* XII Martii.

S. Euſtaſii, Luxovienſis Abbatis, tranſlatio corporis, *inſcripta eſt Ms. Martyrologio Salinenſi S. Anatolii. Vitam illuſtravimus* XXIX Martii.

S. Quirini, Tribuni & Martyris Romani, elevatio corporis & tranſlatio Noveſium, *ſolenni ritu celebratur Noveſii, & memoratur in quam plurimis Martyrologiis, uti late deduximus ad diem ejus natalem qui recurrit* XXX Martii.

S. Zozimas Abbas, qui Mariam Ægyptiacam invenit, & mortuam ſepelivit, *celebratur à Petro de Natalibus lib. 4 cap. 106, & dicitur pridie Kalẽdas Maii vitam finiviſſe; memoratur etiã à Witfordo, Maurolyco, Felicio. Vitam utriuſque dedimus* II Aprilis.

S. Baſilei, Epiſcopi Amaſeæ in Ponto & Martyris, inventio corporis, *eſt inſcripta Menæis Græcis & Menologio Sirleti. Natalis celebratur* XXVI Aprilis.

SS. Ciryppius, Agapius & Euſebius, ut ſocii S. Aphrodiſii Epiſcopi Biterrenſis, & cum ipſo martyrio coronati, *memorantur in Supplemento Sauſſaji. De his agimus inter Martyres Tarſenſes* XXVIII Aprilis.

S. Germanus Epiſcopus *in Kalendario Ms. annotatur, uti & pridie in nonnullis* Martyrologiis, *ſed in aliis dicitur* Germanus, Presbyter & Martyr Alexandriæ, *de quo actum eſt* XXIX Aprilis.

Valentini & Damiani in Pariſio *memoria, à nobis deſcripta ex Ms. Adone Reginæ Sueciæ: de quibus egimus inter Sanctos Peruſinos* XXIX Aprilis.

Sabina, ſanctimonialis Virgo, in Jotrenſi monaſterio, clara viſione Deiparæ Virginis, ei oſtendentis gloriam S. Hugonis Abbatis Cluniacenſis, *cum titulo* Sanctæ *memoratur in Gynæceo ſacro* Arturi *à Monaſterio & Menologio Virginum Laherii. De ea agitur in Vita* S. *Hugonis,* XXIX Aprilis.

S. Petri Martyris, tranſlatio reliquiarum Panormum ad cœnobium S. Dominici, *inſcripta eſt Martyrologio Siculo* Cajetani. *Refertur etiam in Vſuardo aucto & Lubecæ anno* 1475 *excuſo. Dedimus Vitam* XXIX Aug.

S. Comitii Martyris paſſio *invenitur Ms. in legendario eccleſiæ Cathedralis S.* Martini *in civitate Lucana, cujus habemus exemplar; & dicitur* celebrari natalis ejus pridie Kalendarum Majarum. *Initium ſolœcis plenum hoc eſt.* In diebus illis in Catinenſium civitate provincia, in locum qui dicitur inter primũ, ſub Claudio Imperatore orta eſt perſcutio Chriſtianorum. *Fatemur nos de loco nihil poſſe vel divinando dicere, & de cultu nihil uſpiã reperiſſe. Hiſtoria, per multa tormenta deducens Martyrem, coram ipſomet Claudio conſtanter profitentem ſe Chriſtianum, & reſpuentem oblatas cum Claudia Claudii filia nuptias, fabuloſa prorſus videtur: cum ipſe dicatur armenta paviſſe, quando inventus fuiſſet à Donato Presbytero, & ad civitatem ductus baptiſmi cauſa; ſed in ipſo ingreſſu captus ac tandem capite plexus & à Donato prædicto, nobis autem æque ignoto ſepultus. Sufficit ergo hæc indicaſſe, ſiquis forte de hujus nominis Martyre ſciat aliquid.*

Marentius Confeſſor *inſcriptus eſt Ms. Florario, forſan ex mala lectione eſt* Marianus Lector, *aut* Marinus Presbyter; *qui hoc die coluntur, ſed* Martyres.

Roſemunda, mater S. Adjutoris, *cum titulo* Beatæ *inſcripta eſt Gynæceo ſacro* Arturi. *De ea infra agitur in Vita S. Adjutoris filii.*

Euſtella Virgo, filia Regis, *forte Dynaſtæ aut Reguli,* à S. Eutropio converſa apud Santonas, *indicatur à Greveno & Caniſio: De ea agitur infra in Vita S. Eutropii.*

Benedicti, venerabilis Portuenſis Epiſcopi obitus, *inſcriptus eſt Ms. Adoni, Morinenſis olim, nunc Iprenſis Eccleſiæ. Videtur Benedictus de* Pontio *eſſe, XX Epiſcopus Portuenſis & Bibliothecarius ſanctæ Apoſtolicæ Sedis, de quo plura vide apud Vghellum in Portuenſibus Epiſcopis columna* 135 *& ſeqq.*

Foëlchus Epiſcopus, Kieranus de Cluain-ſoſta, Luta Virgo de Droma airbreah, Ronanus de Liathros in Conallia Murthemnenſi } *memorantur in Ms. Martyrologio Tamlachtẽſi in Hibernia: de quibus uti aliis Hibernis nihil certi proferre poſſumus; niſi aliunde lux major affulgeat.*

Mathildis, filia Malcolmi Regis Scotiæ & S. Margaritæ, nupta Henrico primo Regi Angliæ anno MC, pie mortua eſt anno MCXVIII die primo Maii, *uti ex Eadmero & ejus epitaphio liquet. Eam Menologio Scotorum inſcripſit ad hunc diem Camerarius, ſecutuſque eſt auctor Martyrologii Anglicani in ſecunda editione. Silent de ea antiqua Breviaria Anglicana & Scotica: & cum iis Witſordus in Martyrologio Anglice Londini anno MDVIII excuſo. Si tamen aliquod Eccleſiaſticæ venerationis veſtigium proferatur, libenter de ea ad Kalendas Maii agemus.*

Hartebaldus Confeſſor, *cum titulo* Beati, *inſcriptus eſt Ms. Martyrologio Carmelitano, quod Coloniæ adſervatur: de quo alibi nihil legimus.*

Radulphus Sacerdos & monachus, Afligemii in Brabantia, qui ſeptem annis ſilentium tenuit, & ſigno Crucis incendium extinxit, *teſte Thoma Cantipratano lib.* 12 *cap.* 12 *aliis* 13. *Refertur à Molano in Natalibus Sanctorum Belgii, Miræo in Faſtis Belgicis, Sauſſaio & Menardo: ſed abſtinent à titulo Sancti & Beati. At Ferrarius in Catalogo generali & Simon Martin in ſacris reliquiis deſerti,* Sancti *titulo eum honorant.*

Luitfridus, Abbas monaſterii S. Martini, triginta annis mundo crucifixus, & ſoli Deo vivens, pridie Kalendas Maii mortuus, *refertur à Bertholdo Conſtantienſi in Chronico ad an.* 1096, *&* ſanctæ recordationis *titulo decoratur. Eumdem cum titulo* Sancti *referunt Wion, Menardus, Dorganius, Bucelinus, Ferrarius, qui coniicit vixiſſe* in territorio Conſtantienſi, *ſcilicet quia Bertholdus de eo agit.*

Margareta Virgo, Ordinis Carthuſienſis, in diœceſi Lugdunenſi, quæ manibus Chriſti Domini ſacram Euchariſtiam accepit, *cum titulo* Sanctæ *& longo elogio memoratur à Greveno in ſecunda editione Auctarii ad Vſuardum: quem ſecutus Caniſius in Martyrologio Germanico. Sauſſajus in ſupplemento Martyrologii Gallicani inter* Pios *recenſet, & Laherius in Menologio Virginum* Venerabilem *appellat: at* Beatam Arturus *à Monaſterio in Sacro Gynæceo, licet ſolum Sauſſaium alleget.*

Oildis Virgo, Ordinis Ciſtercienſis in Gallia, *memoratur cum titulo* Beatæ *ab Henriquez, Bucelino, Chalemoto, Arturo, Laherio. Verum in Martyrol. Gall. Sauſſaii inter* Pios *ſeu* Venerabiles *cenſetur.*

Franciſcus Gonzaga, *ex Generali Franciſcanorum Cephaludenſis, Papienſis, ac demum Mantuanus Epiſcopus, anno* 1620 *defunctus, ut* Beati *titulo inſigniatur in Romana Curia agitur; ejus judicium prævertere putamus nobis per Conſtitutiones Vrbani* VIII *non licere. Viderit Arturus, à quo tum hic inſcribitur Martyrologio, tum*

Bartholomæus Martinozzius *circa an.* 1370 *Cairi occiſus,*

Eliſabetha Pontia, Vidua Tertiaria, *Lorcæ in Hiſpania circa an.* 1520,

Felix Beſutia, *Sanctimonialis Mediolani, ſub an.* 1456: *de quarum cultu aliquo publico certiora documenta putamus expectanda.*

Paula Virgo, tertiaria Ordinis Carmelitarum, *cum titulo* Beatæ *memoratur in Gynæceo ſacro* Arturi, *qui mortuam dicit anno* MDCV.

Ambroſius, Ordinis Ciſtercienſis, Ferrariæ, *vulgo* Herrara *in* Hiſpania, plenus virtutibus, anno MDCXIII mortuus, *memoratur cum titulo* Venerabilis *ab Henriquez, Bucelino & Chalemoto.*

Vigilia Apoſtolorum Philippi & Jacobi *memoratur in Bedæ ſuppoſititii Martyrologio, & alio quod Roſweydus vetus Romanum dixit. Coluntur hi* I Maii

S. Apoſtolus Jacobus, Frater Domini, Epiſcopus Hieroſolymorum, *hoc die proponitur, in Menologio Baſilii Imperatoris, quando alii Græci recolunt filium Zebedæi fratrem Ioannis, de priori quærimus an non debeat diſtingui à Iacobo Apoſtolo, filio Alphæi, ad diem, quo hic à Latinis colitur* I Maii.

SS. Hypoliſti & Sociorum Martyrum *feſtum celebratur in Breviario Religionis Virginei-montis, anno* 1555 *excuſo: quos alii referunt, quando varia Acta ſumus daturi,* I Maii.

S. Sigiſmundus, Rex Burgundionum, *memoratur in* 3 *&* 4 *Martyrologio Capuano, à Michaële Monacho edito. Vitam dabimus* I Maii.

S. Briocus Epiſcopus, Patronus diœceſis Briocenſis in Britannia Armorica, *memoratur in Martyrologio Gallicano Sauſſaii. Verum alii, quando in propria Eccleſia, feſto SS. Philippi & Iacobi tranſlato, colitur* I Maii.

Quiriacus Epiſcopus, cum aliis XII, *inſcriptus eſt Ms. Adoni Leodienſi S. Laurentii & Ms. Florario. Iſti* XII *forte ſunt* LII, *& pertinent ad* Daganum, *cum totidem ſociis hodie relatum. Sine ſociis in Ms. Pragenſi, litteris tranſpoſitis,* Quiracius *ſcribitur. In Ms. Bruxellenſi memoratur* Quiriacus, qui & Judas, ac

crucem

crucem Chriſti invenit, & ſub Juliano apoſtata martyrium duxit. *Verum hic in Hieronymiano Romano & aliis antiquioribus, quando de tota hac re plene agi poterit, celebratur* I Maii

S. Ventura, Ordinis Cruciferorum Hiſpelli in Umbria, *tamquam hodie mortuus refertur à Ferrario & Iacobillo, qui interim fatentur eum coli* III Maii.

S. Maximus, Epiſcopus Hieroſolymorum, *celebratur in Ms. Florario: aſt in Martyrologio Romano* V Maii.

B. Jutta, Vidua Pruthena, *ab Arturo diem certum ignorante, & pro ſua ſolenni conſuetudine, aliquem ut lubuit aſſumente, ad hunc locatur in Martyrologio Franciſcano & Gynæceo ſacro. Vitam dabimus, die ejus proprio* V Maii.

Petronax, Abbas Caſinenſis, ſub quo Ordo S. Benedicti refloruit, *traditur à Marco Antonio Scipione, in Elogiis Abbatum Caſinenſium, migraſſe in cælum* pridie Kalendas Maii. *Verum Leo Oſtienſis, & Ms. Caſinenſe Emortuale tradunt*, pridie Nonas Maii *defunctum eſſe, quo die eum Martyrologi Benedictini referunt, id eſt.* VI Maii.

S. Pompoſius, Epiſcopus Neapolitanus, *inſcriptus eſt antiquo Martyrologio Patriciano, quod Neapoli reperimus apud Patres Clericos Regulares, inter chartas Antonii Caraccioli, de antiquitate Neapolitana bene meriti. Eſt dictus Sanctus Pompoſius Martyrologio Romano inſcriptus ad diem* XIV Maii.

S. Eremberti Epiſc. Toloſani Tranſlatio *hodie inſcribitur duobus Martyrologii Hieronymiani apographis, & quibuſdam monaſticis Faſtis. Agemus de eo die quo Fontanellæ obiit & ibidem atq; Toloſæ colitur, ſcilicet* XIV Maii.

S. Witeſindus Martyr, Cordubæ in Hiſpania, *indicatur in Catalogo generali Ferrarii, citatis tabulis propriæ Eccleſiæ. Verum Martinus Roa, & Tamajus Salazar, celebrant* XV Maii.

S. Iſidorus, Martyr Venetiis, ubi corpus ex inſula Chio tranſlatum quieſcit, *recolitur ex tabulis Eccleſiæ Venetæ à Ferrario in Catalogo generali. Dies ejus natalis inſcriptus eſt Martyrol. Romano* XV Maii.

B. Franciſcus, Confeſſor Ordinis Servorum, *hoc die notatur in Catalogo Generali Ferrarii, & in altero ejuſdem Catalogo Sanctorum Italiæ, tamquam mortuus in Vigilia Aſcenſionis an.* 1326. *Aſt melius mortuus dicitur ipſo die feſti, quando annuus ejus cultus renovatur: quare eum differimus ad* XVI Maii.

S. Jacobi, inclyti Apoſtoli, fratris S. Joannis Theologi Euangeliſtæ, natalis *celebratur ſolenni veneratione in omnibus Menæis & Menologiis editis & manu exaratis: at Latini eumdem colunt* XXV Julii.

Sanctarum Reliquiarum ſolennis oſtenſio in Norimberga, *memoratur à Carthuſienſibus Bruxellenſibus ad Grevenum. Vidimus ibidem mauſolæum cum corpore S. Sebaldi adhuc in choro conſervatum tamquam principalis Patroni. Colitur hic* XIX Auguſti.

S. Syacrii Confeſſoris tranſlatio *memoratur in Ms. Florario. Videtur eſſe* S. Syagrius, Epiſcopus Auguſtodunenſis, *cujus natalis eſt* XXVII Auguſti.

Aymo, monachus Ciſtercienſis, Savigniaci in Gallia *celebratur in Menologiis Henriquez & Bucelini cum titulo* Beati, *à Sauſſaio inter Pios recenſetur: in Kalendario Divione excuſo nominatur (quando, ſi aliquid de veneratione Eccleſiaſtica indicaretur, poſſet latius de eo agi) die* XXVI Septembris.

Tranquillus *Tuti inter* Sanctos Epiſcopos Cabillo-Veranus *Snenſes, communi omnibus feſto colendi hoc die, memorantur poſt Acta S. Grati 8 Octobris. Sauſſayus, omiſſo poſteriori priorem nominat, jungens eum* SS. *Ioanni & Flavio. Verum cum* S. Silveſtro Cabilonenſi Epiſcopo, *jungit eos iterum (quando de iis agi poterit, ſi quid certi occurrat)* XX Novembris.

S. Mirocles, Epiſcopus Mediolanenſis, *celebratur à Galeſinio; verum iterum cum aliis* III Decembris.

S. Laurentius Presbyter Ordinis S. Baſilii, Frazanone in Sicilia, *recolitur à Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ, faſſus* ſe diem, qua ejus memoria celebratur hactenus ſcire non potuiſſe. *Eum ſcivit Octavius Cajetanus in Martyrologio Siculo, & ex eo idem Ferrarius in Catalogo generali eſſe* XXX Decembris.

DE SANCTO INDALETIO,

EPISCOPO VRCITANO IN HISPANIA.

D. P.

SECULO I.

C

PInnatenſe S. Joannis *in Arragonia monaſterium celeberrimum, à primis aſperrimæ rupis habitatoribus eremitis, Ioanne, Felice ac Voto, ſanctitatis initia; Sub ſancio I Rege Sobrarviæ, cœnobiticæ religionis formam; ſub altero Sancio Arragoniæ Rege dicto Majore, obſervantiæ regularis perfectionem accepit, qui ut ipſemet loquitur in quadam donatione, Æra* MLX *id eſt Chriſti anno* MXXII. audiens B. Benedicti doctrinam ubique rutilare, cogitavit qualiter in regionibus ſuis eam poſſet tranſplantare; & mittens ad Cluniacenſe cœnobium evocavit inde Abbatem Paternum, & cum illo gregem monachorum, quos in Aſcyſterio S. Joannis Baptiſtæ conſtituit; *ita Sandovallius I parte Fundationum agens de monaſterio S. Æmiliani § 42. Deinque ſub Sancio, Ramirii filio, Majoris Sancii nepote, ſummum idem locus obtinuit ſplendorem, illato iſtuc corpore S. Indaletii, qui fuit unus ex primis ſeptem Chriſtianæ fidei apud Hiſpanos præconibus. De his, occaſione SS. Cæcilii & Heſychii ad Kalendas Februarii Martiique multa diximus, ex ſcriptorum variorum relatu, quos ſi animo in neutram partem propenſiori legerit atque inter ſe contulerit aliquis, hoc fere dumtaxat conficiet, ut, utrum Hiſpani & S. Iacobi diſcipuli fuerint an ſecus, in ambiguo manere pronuntiet, recte ſenſurus cum Mariana, accuratiſſimo rerum Hiſpanicarum ſcriptore, qui lib.* 4, *cap.* 2, *poſteaquam eadem ſibi propoſuerat*, Nos, *ſubdit*, quoniam rerum antiquitas certam ſcriptioni derogat fidem, liberum lectori judicium de tota hac re relinquamus.

Vnus ex primis ſeptem Hiſpaniæ Apoſtolis

an diſcipulus S. Iacobi?

F

2 *Vnde & facile judicandum quam parum fidei mereantur ea, quæ de natalibus & patria S. Indaletii ad* XXX *Aprilis in Martyrologio ſuo Tamajus prodit*: Ex antiquis, *inquit*, illis Hebræis, quos immanis Nabuchi diſperſio ſeparavit & Pyrrhus in Hiſpanias dimiſit, originem traxit: cujus majores apud Carpetanos ſedem fixere. E quibus ad Jeſu Chriſti Domini & Servatoris noſtri tempora effluxit Indaletii patrum & avorum propago; quæ in Moſaica lege inſtructa, ſcriptæ legis myſteria tenaci obſervatione colebat. *Nihilo his certiora, quæ num.* 9 *Chronicum Iuliani Petri circumfert: per literas ſcilicet ab Hieroſolymitanis Iudæis (in quibus præcipui Annas, Caiphas & Ioſeph erant) certiores fuiſſe factos ex eadem gente eos, qui ſedes in Hiſpania habebant*; Ne ſi venirent ad Hiſpanias diſcipuli Chriſti (nam dicebatur venire jam Jacobus, Zebedæi filius, ejus Apoſtolus) ullo modo eos admitterent, ſed tamquam illuſores & nebulones ſuis urbibus arcerent. *Hiſpanos contra, nihil hiſce litteris motos*, Euphraſium & Indaletium *miſiſſe*; rogantes Petrum & ceteros Apoſtolos ut ſtatim Jacobum mitterent: eoſdemque venientes Jeroſolymam, de-

an Hiſpanus ex Iudæis natus?

an Ieroſolymam miſſus & à S. Petro converſus?

AUCTORE D. P.

diſſe ſuas epiſtolas Petro; & viſis ejus miraculis converſos, cum S. Jacobo in Hiſpaniam veniſſe. *Brizius in Hiſtoria Pinnatenſi lib. 3 S. Indaletium cum ſex ſociis Torquato, Cteſiphonte, Secundo, Cæcilio, Heſychio, Euphraſio catalogo* LXXII *Chriſti diſcipulorum accenſet, motus auctoritate vetuſti Breviarii cœnobii Pinnatenſis, in quo ſecundæ de S. Indaletio Lectionis portio hujuſmodi eſt:* Inde contigit, ut ſicut ceteris Coapoſtolis, ita & B. Jacobo, ſancti Euangeliſtæ Joannis germano, Hiſpanias gratia prædicandi petenti, præordinati ex prædictis ſeptuaginta duobus diſcipulis, ad auxilium piæ prædicationis viri ſeptem jungerentur, divina ſcientia præditi, morum honeſtate præclari, nec minus operum dignitate glorioſi. *Hæc ſane cum iis pugnant, quæ modo ex Chronico Iuliani referebamus: nam ibi S. Indaletius, Iudæus adhuc religione, poſt Chriſti mortem Hieroſolymam veniſſe primum, & à S. Petro converſus ad Chriſtianam fidem fuiſſe dicitur. Ex quo apparet quam parum hic certi pronuntiare liceat: cum etiam non deſint, qui S. Indaletium & ſocios ex clero Romano aſſumptos abiiſſe in Hiſpanias dicant, id vel ex ipſis eorum nominibus, Græcis partim & partim Latinis conjicientes.*

an ex 72 diſcipulis Chriſti?

ordinatur Romæ à SS. Petro & Paulo Epiſcopus cũ 6 ſociis;

B

3 *Quicquid igitur de S. Indaletii natalibus, patria ac prima ad fidem Chriſti converſione ſit; hoc vero ſimilius eſt, eum Romæ, cum ſex prædictis ſociis, à SS. Apoſtolis Petro ac Paulo Epiſcopum fuiſſe conſecratum. Ita manifeſte Vſuardus ad* XV *Maji in ſuo Martyrologio; dum aſſerit quod* Romæ à ſanctis Apoſtolis Epiſcopi ordinati, & ad prædicandum verbum Dei ad Hiſpanias, tunc adhuc gentili errore implicatas, directi ſunt. *Idem ex epiſtola Gregorii VIII Pontificis, ad Alphonſum VI Caſtellæ & Sanctium IV Aragoniæ Reges ſcripta, patet; in qua Pontifex ita loquitur:* Cum Beatus Apoſtolus Paulus Hiſpaniam ſe adiiſſe ſignificet, ac poſtea ſeptem Epiſcopos ab urbe Roma ad inſtruendos Hiſpaniæ populos à Petro & Paulo Apoſtolis directos fuiſſe, qui deſtructa idololatria Chriſtianitatẽ fundaverunt &c. *Idem apertiſſime ſuadet inſcriptio hujuſmodi, anno Domini* MLXXX *in ſepulcro ejus inventa:*

Hic requieſcit Indaletius, Põtifex Ureitanæ civitatis,
Ordinatus à BB. Apoſtolis Romæ.

4 *Quo anno miſſus in Hiſpaniam venerit, in SS. Cæcilio & Heſychio diximus; poſt annum videlicet Chriſti* LVIII: *anno enim* LVI, *qui* II *Neronis erat,* S. *Paulus in vinculis adductus Romam fuit ac biennio poſt libertati reſtitutus; ita ut non ante in Hiſpaniam proficiſci potuerit, indeque poſtea reverſus ſuadere S. Petro, ut eo mittendos Epiſcopos conſecraret. In Hiſpaniam S. Indaletius cum ſociis veniens, primo urbem* Accitanam *adiit: quæ inter mediterraneas Baſtitanorum urbes à Ptolomæo recenſita,* Ἀκκι *Græce, vulgo* Guadix *appellatur. Vbi quid adveniẽtibus iis, miri acciderit; Ado in Martyrologio ad* XV *Maji cum Notkero aliiſque in hæc verba commemorat:* Cum propter laborem itineris modicum quieſcentes, cauſa victus emendi diſcipulos in urbem miſiſſent; mox paganorum multitudo, qui tunc forte diis ſuis feſta celebrabant, eos uſque ad fluvium perſecuta eſt: in quo pons miræ magnitudinis & firmitatis extructus tranſeuntibus Sanctis, Dei nutu cum omni inſequentium multitudine funditus corruit. Ad quod miraculum ceteri territi, & cujuſdam magnæ Senatricis Lupariæ (quæ divinitus inſpirata, eos benigne ſuſcipiens credidit) exemplum ſecuti, relictis idolis, Chriſto Domino crediderunt. *Paulo vero poſt ſequentia annectit:* Extat uſque hodie illuſtre miraculum, ad commendationem pretioſæ mortis eorum: nam eadem ſolennitate, apud præfatam Accitanam urbem, ad ſepulcrum S. Torquati, arbor olivæ divinitus floens, maturis fructibus onuſtatur.

C

Guadix etiam appellit,

ubi miraculo perſecutorum manibus ereptus paganos cõvertit:

5 *Inde ad prædicandam longius fidem digreſſis aliis, tres eorum in Baſtitanis videntur remanſiſſe; Torquatus, dux ceterorum,* Acci, *ipſo ubi primum fidem fixerant loco:* Cteſiphon Vergi *ſepulturam dicitur habuiſſe. Hara eſſe* Virgim, *quæ hodie* Vera *dicitur, judicavimus ad* I *diem Aprilis; quia tamen inter Epiſcopales Sedes nulla* Vergis *aut* Virgis *nominatur, conjectavimus, in ipſa* Baſtitanorum *metropili* Baſta, *hodie* Baza, *utique præ ceteris digna,* Sedem Cteſiphontis Epiſcopalem *fuiſſe. Indaletio denique* Urcitana civitas *obtigit, cujus Epiſcopi Marcellus Concilio Toletano* IV *&* V *per ſe, per Vicarium vero Danielem* VIII IX, X; *Palmatius* XI, *&* XIV; *Habitus* XV *&* XVI *ſubſubſcripſiſſe inveniuntur.*

D

Sedem Vrci collocat.

6 *Sunt qui* Urcum *cum* Virgi *aut* Vergi *eamdem eſſe volunt. Sed evidenter diſtinxit Vſuardus, quando Cteſiphontẽ* Vergi *Indaletium* Urci *quieviſſe ſcripſit in ſuo Martyrologio. In Catalogis provincialibus, quos Loaiſa tomo Conciliorum Hiſpaniæ poſt Concilium Lucenſe opportune inſeruit, non quidem* Urcum, *ſed molliori pronuntiatu* Urgum *ſeu* Urgi *ſcribitur, alibi tamen explicationis cauſa additur,* id eſt Almeria, *alias*, vel Almeria. *Non jacet autem* Almeria *ad ſinum Virgitanum, ſed ſuum proprium habet Sinum, qui* Portui-magno *apud antiquos nomen dedit, & Charidemi promontorio,* Capo delos gates *vulgariter dicto, ſeparatur à ſinu Virgitano prædicto. Conſtat autem ex hiſtoria inventi corporis, prope Almeriam fuiſſe locum, in quo ſepultus Sanctus fuit, adeoque etiam Vrcitanam urbem;* ſexto *ſcilicet* millenario, *ſive (ut Brizius explicat)* ſecunda leuca, *& quidem verſus mediterranea: alias enim non habuiſſent rationem barbari urbis transferendæ, quemadmodum fecerunt.*

prope hodiernam Almeriam.

E

7 *Indaletii nomen legitur variis Eccleſiæ faſtis inſcriptum; Bedæ, Vſuardi, Adonis, Notkeri, Romani Martyrologii: ſed conjunctum cum ſociis, quorum communi feſto unus idemque* XV *videlicet dies Maji in univerſali Eccleſia dicatus eſt: quamquam in privatis Eccleſiis ſinguli fere cultum & menſe & die diſcretum obtineant. Ita S. Indaletium Almerienſis Eccleſia colit die* III *Martii, uti docemur ex ordine vulgato recitandi divinum officium, & ad eum diem inter Prætermiſſos diximus: in eccleſia autem Burgenſi feſtivitas celebratur hoc die, quo ejus ibi acceptæ Reliquiæ: quem diem quia prætulit Hiſpanici Martyrologii auctor Tamaius, & nos eum tenemus; notabilior alias forſitan eſt Tranſlatio Corporis ad Pinnatenſem eccleſiam, ob quam* IX *Aprilis ibi feſtivus habetur.*

memoria ad 15 Majicum ſociis

proprius cultus 3 Martii, & 30 Aprilis in Hiſpania

8 *In Burgenſis Eccleſiæ Breviario, anno* MDII *vulgato, ſequentia recitantur:* Videamus ergo, Fratres cariſſimi, cujus hodie Tranſlationem celebramus; ſancti utique Indaletii, & quid ſignificat hoc nomen: videamus, palpemus, ſenſibus mentis ruminemus, quod tenemus in viſceribus cordis; quia nimirum animalia ſancta eſſe debemus. Dicit quodam in loco Dominus per Ezechielem: Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat. Nonne eſt hæc vox lætitiæ? Eſt utique. Indaletius autem, Index dicitur lætitiæ: quia hanc lætitiam Chriſto jubente in primordio naſcentis Eccleſiæ omni ſtuduit annuntiare Hiſpaniæ. Eſt & alia, ut Paulus dicit, major hac lætitia, quia Dominus Jeſus venit in hunc mundum peccatores ſalvos facere. Nos igitur qui pennata animalia eſſe debemus, vel in die tantæ ſolennitatis, ſcrutando & inveſtigando Dei myſteria, pauliſper à terra ſublimemur: videamus ſi adhuc majoris lætitiæ eſt index Confeſſor & Epiſcopus noſter. Scriptum eſt, quod Omne datum optimum & omne donum perfectum de ſurſum eſt deſcendens à patre luminum; & hoc nimirum datum perfectum & optimum de ſurſum eſt. Iſte ergo Sanctus, ut dixi, nobis eſt datus index lætitiæ.

cum officio.

F

Ezec. 33, 11

1 Tim. 1, 15

Iac. 1, 17

9 *Corpus in Vrcitana Epiſcopali quondam urbe inventum divinitus, indeque tranſlatum in prædictum cœnobium* Pinnatenſe, *vulgo* S. Joannis de la Peña *dictum, in argentea exquiſiti pretii & laboris arca reconditum fuit: ſumptum faciente Rege Sanctio, per id tempus cum filio* Petro *in dicto cœnobio Quadrageſimam exigente.*

corpus inventum Vrci, tran fertur in cœnobium Pinnatenſe

Inventionis

A (*uti ſcribit Hebretmus qui vidit*) *Inventionis Tranſlationiſque hiſtoriam, quam Hiſpanice reddidit ſuoque operi inſeruit Brizius, lib. 3 hiſtoriæ Pinnatenſis cap. 28 & ſeqq. Tamayus de Salazar Latine profert, IX hujus, ex membranis Pinnatenſibus acceptam. Deſcripſit eam* Hebretmus, indignus Cluniacenſis cœnobii monachus, *ſecut ipſe in fine profitetur. Stylus ſane totus, verbis affluens ac ſuperabundans, & minimè barbarus, ſi ad ſeculum* XI *referatur, auctorem potius Gallum quam Hiſpanum indicat. Cur autem, ſicut* Paternus Abbas cum grege monachorum *Cluniaco evocatus fuit, non etiam ſucceſſive ex eodem Cluniacenſi monaſterio ſubmiſſi fuerint, qui diſciplinæ iſtius tenorem, exemplo vigilantiaque ſua ibidem conſervarent. Certe Hebretmi nomen Arragonicum non eſt: ſi vero* Hebrelmus *vel* Hebrermus *legatur, quomodo* Guilielmus & Guiliermus *dicitur, perfecte eſt Francicum; nec difficile fuit imperitis librariis litteram unam tranſcribendo corrumpere. Hebretmum tamen nos appellabimus, ne plus conjecturæ noſtræ videamur tribuere, quam ipſis Pinnatenſibus, ſic auctorem appellantibus*

non anno 1084 10 *Scripſit Hebretmus ſive Hebrelmus*, non incerta pro certis; ſed quæ oculis vidit & quæ ab ipſis auctoribus *dictæ Tranſlationis* audivit, juſſu Abbatis *Sancii (ſub quo res acta eſt)* anno ab Incarnatione Domini MLXXXIV, æra ſcilicet MCXXII, V kal. Aprilis, *uti profitetur in fine: qui annus ſic expreſſe notatus, abſque alia rei diſcuſſione, auctorem Hiſtoriæ Pinnatenſis ſeduxit, ut crederet ipſum eſſe annum Tranſlationis. Sed conſiderare debuit, nihilo minus expreſſe dici, quod Sancti Corporis illatio in monaſterium incurrerit* in diem feſtum Dominicæ Cœnæ, *eumdemque fuiſſe* IX *Aprilis, annua deinceps religione Pinnatenſibus cultum, uti ex Tamayo aliisque apparet. Quin & ipſe Hebretmus, cum ait in prologo*, cujus hodie

ad 1080, Tranſlationem debitis veneramur obſequiis, *ſatis clare indicat, non primam, ſed anniverſariam celebritatem; cuius Lectionibus ad Matutinum ſervire ſcriptio iſta debebat. Igitur inſiſtendo characteribus concurrentium Cœnæ Dominicæ & IX Aprilis, non alium invenio annum quo hæc geſta poſſint commodius dici, quam annum* MLXXX, *quo cyclo lunæ* XVII, *ſolis* XXV *littera Dominicali* D, *Paſcha celebratum eſt* XII *Aprilis.*

11 *Confirmat tamen errorem ſuum præfatus Brizius auctoritate cujuſdam diplomatis, cujus hæc ſit concluſio:* Era MCXXII fuit tranſlatum corpus S. Indaletii Epiſcopi in monaſterio S. Joannis de Pinnia quinto kalendas Aprilis, & fuit captum caſtrum Argedas à me Sanctio

C Rege. *Ego vero jam aliunde edoctus quam non facile recipienda ſint ejuſmodi veterum diplomatum fragmenta, niſi conſtet eſſe accepta ex autographis, nihil illis moveor, immo ex hoc ipſo errore inducor ad credendum, iſtud ex ſuppoſititiis pluribus unum eſſe, cujus auctor hanc notam temporis ex Hebretmo male intellecto tranſcripſerit.*

12 *Scribit inſuper idem Brizius, oſſa S. Indaletii, cum anno* MCCCCXCV *fortuito incendio conflagraſſet arca ſupradicta, in lambente omnia circũ igne illæſa apparuiſſe; & in arcã aliam, materia quidem minus pretioſam, labore tamen perinde elegantem, fuiſſe tranſlata. Item narrat lib. 3. Hiſtoriæ Pinnatenſis: in more poſitum fuiſſe dicti cœnobii accolis, inter quos & ipſi erant Iacenſes, ut quotannis veneraturi S. Indaletii exuvias ſolennes ſupplicationes inſtituerent, ſinguliquè pro portione agrorum certam frumenti menſuram afferrent: conſuetudinem ex eo fluxiſſe, quod in ſumma quadam æſtatis ſiccitate, cum magnum ab ea damnum frugibus immineret, confugientes ad S. Indaletii patrocinium, copioſos è cælo imbres impetraverint. Ex eodem Brizio geminum miraculum eſt, quod Actis tranſlationis ſubjicimus.*

in honore eſt vicinis populis ob pluviã in ſiccitate conceſſam.

ACTA TRANSLATIONIS

Auctore Hebrethmo monacho Cluniacenſi.

PROLOGUS.

Apoſtoli mittuntur ad convertendas gentes

POſt glorioſam & ſalutiferam Domini Jeſu Chriſti Reſurrectionem ejuſque admirabilem Aſcenſionem, poſt debitam ſancti Spiritus de cælis infuſionem, miſſi ſunt veri Sacerdotes mundi hujus; ut quemadmodum Jſraëlitæ, muros Jericho, non armis quibuſcumque, ſed tibiis Sacerdotalibus *a* deſtruxere; ita & hi mœnia ſuperbiæ & muros iniquitatis ſeptiformi gratia Spiritus ſancti everterent; ut deſtructis perfidiæ machinamentis, turris noſtri David, in tutelam verorum Jſraëlitarum, adjuvante Domino inſtrueretur. Sed quoniam omnibus, & præcipue Beatiſſimo Apoſtolorum Principi rei cura commiſſa erat, ſciens meſſem multam & operarios paucos, ad quos pervenire præſentialiter, aut epiſtolis ſpiritualiter poterat; *b* cum omni aviditate ſatagebat, ut ſi quos huius rei idoneos adjutores invenire quiverat, inſtinctus Dei ſpiritu, quo repletus erat, ad inacceſſibilia loca tranſmitteret & procurabat, *c* ut cœtus *d* fidelium, in laudem, & gloriam D. N. Jeſu-Chriſti huc illucque [diſcurrens] male ſata inimici à cultura Dominicæ meſſis evellerent, & quoſcumque otioſos operarios valerent attingere, etiam hora nona & undecima, in vineam Domini *e* conducerent: ut qui prius à perverſa vinea acetum malarum actionum cum felle guſtarant ex obdurata iniquitate, ipſo incrementum adminiſtrante, diuturnam ſitim *f* ex novellæ vitis fructu valerent temperare. Dum hæc agerentur & his ſimilia à B. Apoſtolorum Principe, Dei nutu, quo cuncta hæc agebantur, contigit *g* ſeptem unanimitatis viros in partibus Hiſpaniæ *h* ad redarguendam eorum ſegnitiem delegari: ut ſicut pro omnibus pius Pater & Dominus mortis eſt paſſus ſupplicium, ita & cunctis tanti ſacramenti prodeſſet myſterium. Præfati ergo Diſcipuli, pio præceptum amplectentes deſiderio, Torquatus ſcilicet, Indaletius, Secundus, Euphraſius, Cæcilius, Teſiphons, & Huſitius, nomen D. N. Jeſu Chriſti in partibus præfatæ *i* cœperunt prædicare Provinciæ, & ſeu boni milites præliari, quos nec viæ aſperitas, nec gentis feveritas, nec Regum purpura, nec militum importuna loquacitas, nec enſis nudatus, in eorum præſentia ſæpius vibratus, ab accepto potuit divertere officio. Sicque factum eſt, ut cum diſcipuli Domini magna incrementa perciperent, uberes ſanctæ Eccleſiæ credentium fructus acquirerent: unde poſt tempus parvum laborum ſuorum glorioſos ſupernæ patriæ reportarunt triumphos, quibus Beatiſſimus Confeſſor Domini Indaletius (cujus hodie Tranſlationem debitis veneramur obſequiis) Urcii honorifice fuit tumulatus. Ad cujus Tranſlationem explanandam (quoniam id præſens ſolennitas flagitare videtur) Domino adjuvante, articulum flectens, non incerta pro certis, ſed quæ oculis vidimus, & quæ ab ipſis auctoribus audivimus, vobis & omnibus in Chriſto credentibus, fideli relatione pandam.

& ab his in varias regiones diſcipulis

in Hiſpaniã Indaletius cum aliis ſex

ANNOTATA.

a *Tamayus* deſtruere: *& paulo poſt*, evercere.

b *Idem*, animi.

c *Expunximus inſulſam parentheſim, aliena (quantum judicamus) manu non ſine ſenſus conturbatione interjectam, hoc modo*, Quemadmodum B. Apollinarem Rabe-

AUCT. HEBRETHO nam, Paulum Narbonam, Martialem Lugnonicenſem. *De B. Apollinari Ravennatium Apoſtolo agemus 22 Iunii, de S. Paulo egimus 22 Martii, docuimuſque eruditis viris minus placere, quod SS. Paulus & Martialis à S.* Petro *fuerint directi in Gallias: porro* Lemovicum *ſcribendum erat, pro illo portentoſo nomine, quod S. Martiali attexitur.*

d *Tamayus*, ut ceteris.

e *Idem*, conducere.

f *Idem*, eo novale vitis fructu: *quæ & alia plura, partim indicanda, partim diſſimulanda menda, rectam ſententiam ſubvertentia, neſcio utrum amanuenſibus Hiſpanis qui autographum tranſcripſere; an typothetis Lugdunenſibus, qui ecgraphum peregrinum legere neſciverunt; an utriſque oporteat imputare. Corrigenda certe fuere, ne cum auctoris injuria ubique ceſpitaret lector; notanda tamen, ne videamur deflexiſſe à propoſita fidelitatis inſtituto & hactenus ſervato tramite.*

g *Quod addebatur* ex LXXII diſcipulis, *gloſſema arbitramur, hoc noſtro ſeculo imperite adjectum: Brixius excuſare conatur dicendo, quod omnes Chriſti diſcipuli paſſim inter* LXXII *numerentur.*

h *Expunximus etiam, quod hic ſequebatur*, poſt Jacobum.

i *Et denique, intextam huic loco particulam æque redundantem*, iterum.

B

PARS I.

Perquiſitio & inventio corporis S. Indaletii ſub Abbate Sanctio.

a 2 TEmpore ergo Sanctii *a*, piiſſimi atque timorati Regis Aragonenſium, erat in Monaſterio S. Joannis Baptiſtæ, quod de Pinna *b* dicitur, quidam Monachus, ſervus Dei, Abbas loci illius, nomine Sanctius; qui ab ipſis cunabulis, regularibus diſciplinis eruditus, quidquid bonitatis, quidquid honeſtatis attingere potuit, ſui non immemor armariolo ſtuduit recondere pectoris: & merito, ut qui nobilibus ortus erat natalibus, ſpiritualibus imbueretur moribus; ſed poſt, ut fidei devotus, dogmata ſumpſit doctrinæ, cumulos illi ſapientia texuit. Inter cetera ergo ſacrarum virtutum chariſmata non ſolum in prælatione, ſed etiam ante, magno Sanctorum Dei inflammatus erat deſiderio, ut in ſupradicto monaſterio, ſicut temporalia abundabant ſubſidia, ſic Sanctorum Dei ſacroſancta non deeſſent pignora. Si quando Romam, *c* Montem Caſſinum, Sanctumve adibat Jacobum; Si quando, inquam, Sanctorum Dei corporalem videbat præſentiam, S. Joannes de Pinna redibat in memoriam; & cum magnus eſſet clamor in conſcientia, longa tamen & crebra trahebantur ab imis ſuſpiria viſceribus; & cum propoſitum calcitraret in pectore, oculi verſa vice, nunc cælum, nunc præſentes repetebant reliquias: aliorum vero refrigerium, ejus erat ſupplicium, talique cum querimonia ſacroſancta Chriſti adibat chariſmata. *d* Sed quid agis, ſerve Dei? quid turbaris? quare mœrore conſumeris? Numquid invalida eſt manus Dei? nonne ipſe eſt amator, & incentor totius bonæ voluntatis? eſne immemor quid fecerit de muliere Chananæa? Tacebat quaſi non curaret; reſpondere nolebat, ut amplius in prece inardeſceret; humilitatis enim quærebat pretium, magnæ fidei expetebat aurum; moram fecit in prece, ne deſperarent poſt futuri de ſalute; cum viderent petitionem differri, ſed ſcirent proculdubio, id ſalubriter ordinatum à Deo. Cui enim prius reſpondere noluit, poſtquam in prece perſeverantem vidit, & votum conceſſit, & fidem laudavit, ſicque dimiſit. Rem magnam petis, ſed quomodo id fiat, ignoras. Tantum eſt ut perſiſtas in prece, nec deſperes de impetratione; fides offeratur in pretio, magnæque humilitatis fiat oblatio. In proximo eſt enim à Deo aſpiratum, ut tuum compleatur deſiderium: tibi enim jam mittit inſperatum nuntium, cum quo capias de hac re conſilium; quia qui dedit velle, præſtabit & poſſe.

Abbas de acquirendis Reliquiis ſolicitus

b

c C

d

D

3 Tali ergo in dolore poſito prædicto Dei viro, ecce à Deo miſſus venit ab Hiſpania quidam *e* propinquus ejus, magnæ nobilitatis miles ſtrenuus, qui ab ipſa infantia nutritus in dicta patria, inter cetera ſuæ militiæ, quæ illic didicerat, exercitia, optime noverat Sanctorum veneranda loca. Qui quoniam ſanctum adibat Jacobum, prius Baptiſtam Domini ſtatuit orationis cauſa inviſere, pro peccatis exorare, atque conſanguinei vineam viſitare. Eia famule Dei, exauditi ſunt gemitus tui, ceſſet querimonia, ſopiatur ſalubris ira tua, ſecreta conſcientiæ diu clauſa aperi jam paulatim; ne timeas confiteri cognato tuo deſiderium, quod diu tenuiſti in occulto; hactenus faciem tuam lugubrem, jam nunc hilarem videamus; quia habes adjutorem illum in cælis, qui pro te mortis ſupplicium paſſus eſt in terris. Cum ergo prædictus miles loci illius vidiſſet religionem, & propinqui ſui caritatem & benevolentiam experimento cognoviſſet, multum ei *f* placuit, multumque ſuæ nobilitatis potentiam circa ipſum inclinavit, ſeque ei cum omni devotione commendavit, dicens: Mi Domine, hucuſque, ut eſt, neſciebam locum iſtum adeo Dei ſervitio mancipatum; ſed ab hac hora, ſi Deus reduxerit me ad propria, vita comite, in mente habeo vobis abunde ſervire. Ecquid dicam de ſervitio? memetipſum vobis offero, *g* cum omni quod habeo, aut habebo. Quod cum præfatus Dei ſervus audiſſet, paulatim temporalia poſtponens, atque ad ſpiritualia conſcendens, incipit ei valvas cordis reſerare, ut quidquid haberet in conſcientia, plane caperet janua patefacta; & poſt pauca: Cariſſime, in hac Penna, quam cernitis, largiflue pius Dominus temporalia, prout opus eſt, adminiſtrat nobis; ſed ſi vos ex ſpiritualibus poſſetis prodeſſe, nobis, hoc eſt, ut Corpus Diſcipuli Domini Noſtri Jeſu Chriſti Indaletii, magna veſtra potentia, quam in patria illa honorifice ampliaviſtis, acquireretis atque tranſmitteretis, hoc Deo, & ipſi Sancto, & præcipue omnibus nobis amicis veſtris fidelibus, gratum & acceptum eſſet beneficium, & memoriale in ſecula ſeculorum.

e *ab hoſpite conſanguineo*

f

E

petit corpus S. Indaletii

g

4 Cognito miles hoc deſiderio, annuit toto animo ſe auctorem eſſe poſſe, Deo miſerante, ſi reverſus fuerit incolumis ad propria, vita comite. Sed quoniam, mi Domine, inquit, in procurandis *h* honoribus meis variiſque conſiliis detineor, & non audeo ego ipſe manum huic adhibere operi; parati tantum eſtote, dum ad Sanctum eo Jacobum & redeo, unum aut duos ex Fratribus veſtris mecum mittere; ego vero poſſibilitatem agendi miniſtrabo, & tutamen atque adjutorium omnibus ero. Tali itaque conventione facta, arripit homo nobilis iter inceptum; & Abbas jam quodammodo alacrior effectus, ad opus ſuum [accingitur] quoquomodo. Ut ſapiens enim architectus, Fratrum ſuorum continentiam & mores contemplatus, ex multis paucos, & ex paucis duos elegit, quibus hujus rei curam omni induſtria injungit, eoſque ſecreto aſſumens [hæc verba] profert: Qui *i* in ſe habet bonæ voluntatis margaritam ſtudet *k* eam omni ſtudio abſcondere, tota obſervantia cuſtodire; ut nec furi aditus, nec deriſionis occaſio malevolis præberetur. Eia filioli, inquit, eſt mihi deſiderium, jam longo tempore nulli hominum patefactum: ſed nunc, quoniam, ut arbitror, tempus eſt, ut aut compleatur per Deum, aut ſi non, propter peccatum noſtrum occultum, relinquamus; vellem omni ſpe, ſi unquam poſſet eſſe, ſacro-ſancta alicujus

eoque operam addicente

F

h

i

k

duos cum eo Monachos deſtinat:

Divi

A Divi hoc in loco venerari oſſa, & præcipue S. Indaletii; quia ut iſtis diebus vidiſtis, cum illo *l* parente noſtro ſuper hac re eſt habitus ſermo. Nunc ergo Fratres, per Deum, in manus veſtras commendo hoc meum deſiderium. Sed vos videte, quid acturi eſtis; ſentiam in hac cauſa prudentiam veſtram; & ſpem, quam in vobis huc uſque habui, nunc neceſſe habeo experiri. Vos vero ſi quid contra Dominum & me Abbatem veſtrum, quamvis peccatorem, deliquiſtis, poteſtate, qua valeo, dimitto & abſolvo vos ab omni peccatorum vinculo: & ſi alicujus memoriæ eſt vera obedientia, ſicut Pater Deus miſit in hunc mundum, pro noſtra ſalute, ad paſſionem unicum Filium; ſic vos, pro ſalute & officio Patris veſtri ſpiritualis & Fratrum, mitto in terra longinqua, hujus rei gratia; & quidquid ibi paſſi fueritis adverſi, Deus omnipotens, dum ante ejus tribunal ſteteritis, in laudem & gloriam retribuat vobis. Sed quid opus eſt verbis? Euntes ite, laborate dum poteſtis, mittentes ſemina bonorum operum, ut in conſpectu Dei manipulos juſtitiæ reportare valeatis. Parati eſtote vigilantes in oratione, ut redeunte de S. Jacobo propinquo noſtro, cum illo iter arripiatis in Domino.

quiMurciam venientes

B 5 Paucis ergo evolutis diebus, rediit Miles præfatus; & ut ipſe dixerat, aſſumptis prædictis Fratribus, quorum unus vocabatur Euantius & alter Garſias, Patriſque monaſterii confirmati benedictione, diſceſſerunt. Illis itaque in regione Iſmaëlitarum in civitate Murtiæ venientibus, pax inter ipſos Reges paganos habebatur: ſed tunc, nutu fortaſſis Dei, inter Reges *m* Hiſpalenſem (quam nunc ipſi Iſmaëlitæ, corrupto vocabulo, vocant Sibiliam) Regemque Almeriæ, grandis eſt orta diſcordia, ob civitatem quamdam, quæ Bearia *n* dicitur, quam Rex Almeriæ, à dominio Regis fraude abſtraxit Sibiliæ. Qua de re furore maximo ſuccenſus, undique congregato exercitu totius regni ſui, miſſiſque legatis cum ſuis epiſtolis, mandavit ſupradicto Garſiæ Principi, ut cum univerſo exercitu ſuo ad ſupradictam urbem Almeriæ expugnandam, occurreret ſibi. Quod & factum eſt: nam Princeps præfatus, adunato exercitu ſuo, ſicut ei juſſum fuerat, perrexit obviam, cum quo præfati Monachi, S. Michaelis in vigilia, hoc eſt IV Kal. Octobris exiere civitate Murtia. Decem igitur peractis diebus repererunt Regem præfatum in Civitate *o* Bacitana commorantem, cum quo & aliis quatuor manſerunt diebus, Regis Almeriæ expugnantes & C devaſtantes caſtella undique. Inde itaque Rex & omnis exercitus caſtra moventes, quatuor aliis evolutis diebus venerunt ad civitatem Urcitanam nomine, quæ quondam multitudine populorum famoſa, beati viri Indaletii Epiſcopi prædicatione converſa eſt ad fidem & cognitionem D N. Jeſu Chriſti; in qua Præſulis honorifice functus officio, in eccleſia, quam ipſe ædificaverat, tempore dormitionis ſuæ in Domino, ſepultus eſt à populo Chriſtiano: poſt cujus diſceſſum, creſcente fide & religione, augmentatus eſt populus credentium in Chriſto per univerſam Hiſpaniam, adeo ut Chriſtianorum Reges, totius Hiſpaniæ Regni tenerent gubernacula per multa annorum *p* curricula. Poſtea vero, ingruentibus peccatis populi, juſto Dei judicio, tradita eſt terra in manibus Iſmaelitarum, transfretantium ab Africa & Arabia in Hiſpaniam. Qui everſis quamplurimis urbibus deſtructiſque eccleſiis, gladio & cæde populum Dei miſerabiliter devaſtaverunt, totiuſque regni imperium arripuerunt. Quo facto, ex ſupradictis urbibus, aliquas, prout eis placuit, aliis in locis reædificarunt; inter quas præfatam urbem Urcitanam, pari modo deſtructam, ſecus mare propter firmitatem loci, & opportunitatem marini portus, ſexto, aptiſſimo loco, milliario reſtauraverunt, & mutato nomine Almeriam vocarunt. Urbs vero antiqua, in parvâ redacta villulâ, ob reverentiam tantummodo Beati Pontificis Indaletii, à quibuſdam Chriſticolis incolebatur, corruptoque nomine à barbaris *q* Paſquena vocatur.

m

n

indeque ad S. Indaletii ſepulcrum

o

p

juxta Almeriam,

AUCT BRETMO

q

6 Prædicti ergo Fratres propter quod miſſi fuerant diligenter animadvertentes, ingredienteſque ſupradicti glorioſiſſimi Pontificis eccleſiam, cœperunt, tam orationis cauſa quam etiam explorandi induſtria, ſæpius eam viſitare. Itaque dum jejuniis & orationibus ac vigiliis crebris inſiſterent ut eis pietas Domini ſubveniret, atque aliud indicium de præſentia corporali ſancti Pontificis oſtendere dignaretur; alter eorum, cui cura hujus rei præcipua commiſſa erat, quique & ſacriſta prædicti erat monaſterii, Euantius nomine, tali eſt viſione de dubitatione ad certitudinem productus. Videbatur ei in viſione in Eccleſia S. Indaletii eſſe, &, ut mos eſt quærentibus, huc illucque ſtudioſe aſpicere: cui juvenis formoſus, ſpecioſis indutus aſſiſtens veſtibus, talibus eum verbis affatur: Amice quid hic agis? aut quid luſtrando requiris? Cui Frater è contra humili ſic voce reſpondit: Mi Domine, vellem, ſi fieri poſſet, pro certo ſcire, in quo loco B. Indaletii, Epiſcopi hujus antiquæ civitatis, ſint ſancta membra repoſita. Audivi enim à multis, hic eum eſſe humatum, ſed ignoro locum. Et juvenis è contra: Si, inquit, hoc ſcire deſideras, nullam amplius ſuper hoc dubitationem habeas: & hæc dicens, elevata manu dextera: Aſpice, inquit, ſecus altare ſepulcrum ad dexteram partem poſitum, unde vides flammam è terra conſurgere, quæ corporalem præſentiam beati viri deſignat præcipue: ibi enim totius corporis ejus habentur oſſa intacta, ſicut tempore dormitionis ſunt locata. Integrum eſt enim monumentum: quia ex quo fuit ſepultus, nulli hominum patuit ejus corpus; nec fuit requiſitum ab aliquo, quia non ei placuit, hucuſque transferri à proprio loco. Quo audito ſupradictus *r* exibat de eccleſia, & ut mos eſt gaudentium atque amantium, iterum revertebatur intus, quaſi probaret, an vera eſſent quæ audierat. Cum ecce reſpiciens huc atque illuc, vidit *ſ* ſenem veneranda canitie, ſpecioſis indutum veſtibus, ad quem converſus ſic eſt loquutus. Et tu Domine quis es? aut quid hic agis? Cui ſenex venerandus reſpondit: Ego hucuſque fui hujus eccleſiæ S. Indaletii cuſtos, & nunc Dominus meus ab iſto loco vult vobiſcum recedere; ego quoque hinc cum illo volo abire: cum illo utique vadam, propter quem hic ſtabam. Et hoc dicto nuſquam ultra viſus E eſt. Tali ergo viſione certus effectus eſt monachus prædictus, & magno cum gaudio, ut dignum erat, retulit ſpirituali Fratri ſuo; unde uterque gaviſi grates immenſas Domino retulerunt, qui ſuorum fidelium non ſpernit affectum.

certi reddimantur de corpore ibidem exiſtente.

r

& ſancti ab nutu transferri volentis.

ſ

F

7 Poſthæc pari modo, accepto conſilio, perrexerunt ad Principem præfatum, aſſumpto illius Clerico, boni teſtimonii viro; & quæ viderant & audierant narravêre cum gaudio. Quid plura? Poſt dulcia hujus rei colloquia, quærunt ab ipſo conſilium, quærunt & adjutorium, ut quoniam ſupradicto, ut eis videbatur, placebat Pontifici, de terra aſſumi; cum ejus conſilio & auxilio inciperent, in nomine Domini, opus propter quod erant miſſi. Princeps itaque jam dictus, cognita revelatione, ut vir ſapiens & diſcretus in omnibus, cœpit ſecum tractare, quatenus ut neceſſe erat, id ita ageretur, ut occultum eſſet omnibus; quia nimirum ad eccleſiam B. Indaletii totius exercitus Chriſticolæ confluebant, & idcirco ob tumultum ſeditionesque populi, cuncta decebat ſapienter inciperе, ut poſſent proſpere cœpta ad effectum perduci. Quapropter duobus ex ſuis præcipuis militibus, Dei providentia, boni teſtimonii viris, ſecreto convocatis, quibus & ante Deus hujus rei myſterium jam ex parte

ad quod per agendum dantur eis adjutores duo

AUCT. HERETMO parte revelaverat, Ex monachis jam dictis, inquit illis, ſcitis, quia modicum eſt, ex quo de Sancto redivi Jacobo, quo dum pergerem & redirem, iter noſtrum per Sanctum fuit Joannem : ubi quam honorifice ſim ſuſceptus, quamque largiflua caritate in anima & corpore ſim refectus, longum eſt dicere. Et cum ego conſanguineo meo, Abbati ſcilicet illius loci, me ſervire poſſe & velle denuntiarem; ipſe poſtpoſitis omnibus temporalibus rebus, utpote amator Sanctorum Dei, Beatiſſimum Indaletium, Dominum Noſtri Jeſu Chriſti Diſcipulum, me rogavit præripere; & ego tali ac tanto viro quid poteram negare? Memetipſum ei tradidi, ejuſque orationibus animam & corpus confoveri credo & credidi. Ecce, ut cernitis, hac de cauſa hos duos monachos mecum tranſmiſit; ut ſi voluntas Dei fuerit, meo cum adjutorio compleant, tam ego promiſſum, quam ipſi injunctum officium. At ut ſciatis hoc non diſplicere Indaletio, idcirco in hac nocte, de ſui corporis præſentia, certos eos dignatus eſt facere ſua gratia. Hæc eo dicente, duo Milites, quibuſcum loquebatur, expanſis ad cælum manibus, retulerunt & ipſi cum gaudio tranſactæ noctis viſionem, dicentes: Eramus nos in hac nocte, quadam in eccleſia conſpectantes; & his duobus
B monachis Sancti cujuſdam corpus de ſub altario extrahentibus, nos duorum cereorum lumine eis ſerviebamus.

jam ante in viſa præmonuit:

cum quibus illuc redeuntes

8 Hoc illis referentibus, intonuit vox præconis Sibiliæ Regis, ut omnes collecta tentoria ſexto abinde milliario figerent, ante portam civitatis Almeriæ. Quod audiens Princeps præfatus, gaudio magno repletus, eo quod diſcederet abinde omnis exercitus, ait illis: Quoniam, ut videtis, omnis diſcedit exercitus; idcirco jam poteſtis incipere Dei & veſtrum opus. Nona itaque hora diei manum dantes operi, tam deſtruendo ſarcophagum, quam extrahendo corpus ſanctiſſimum, expenderunt quod ſupererat diei ſpatium; & jam ſole ruente, deficiente ſcilicet luce, hinc noctis horrore, hinc cœpti operis quatiebantur imperfectione. Ecquid modo fiet, dicebant, Pie Confeſſor, operariorum tuorũ nonne curas de anxietate? quod tui indicio cœptum eſt, æquum erit imperfectum relinquere? Tua pietas abundanter eorum ſuppleat inopiam; tu ex multimoda claritate, qua ſempiterne perfrueris in cælis, vel momentaneam lucem eis accommoda in terris, ad laudem & gloriam tuæ tranſlationis, *t* eructa diem de die. Quid eſt [eructare] diem de die, niſi, ſolenniratem de ſolennitate, Tranſlationem ſcilicet Natalitio, jungere? Habeant amatores tuæ Tranſlationis, ſigna præſentis ſolennitatis, qua indies anniverſarium tui in laudem valeant recitare, quod & præſentibus & futuris pro munere poſſit in perpetuum mandari. Cæcitate igitur noctis preſſi Fratres prædicti cum commilitonibus, quid agerent ignorabant. Cum ecce oratione præmiſſa recepere beati viri larga beneficia, cereos ſcilicet abundantiſſime in loco jacere, mixtos terra ſepulchri, qui octo & amplius noctibus, ſi neceſſe fuiſſet, poſſent incepto abundare operi. Summa igitur cum reverentia erigentes lapidem marmoreum, qui ſupra corpus ſanctiſſimum erat poſitus, ſic adſtantes nectareus odor omnium aromatum perfudit, ut videretur illis, ſe in paradiſum deliciarum fore raptos. Qui diligentius perſpicientes, repererunt inferius ſcripturam talia continentem: Hic requieſcit Indaletius I Pontifex *u* Urcitanæ civitatis, ordinatus à ſanctis Apoſtolis Romæ.

t ad lumen cereorum ſepulcrum referant.

C

u

ANNOTATA.

a Sanctius, II *hujus nominis, Patri Ramiro ſucceſſit anno* 1067, *annos natus* 18.

b *Tamajus ex uſu recentiori ubique* penna *ſcribit, ſed Alexander* III *in Bulla anno* 1179 *apud Brizium lib.* I *cap.* 57, *& Ildefonſus Rex in Privilegio Eræ* 12.0 de Pinna *ſcribunt, itáque indubie ſcripſit auctor. Sumitur autem vox illa Hiſpanis pro eo quod alii* rupem *ſive* roccam *dicerent. Eſt porro monaſterium hoc, regiis ſepulcris clarum, in finibus* Arragoniæ, *haud procul ab urbe Iacenſi diſitum.* D

c *Brizius lib.* 3 *cap.* 31 *ſcribit hunc* Abbatem Sanctiũ, *miſſum eſſe à Rege Oratorem ad pedes Gregorii* VII, *præſtandæ obedientiæ cauſa, & impetrandæ confirmationis ampliſimorum monaſterii privilegiorum, ipſiuſque juris regii quoad titulum* Patronatus.

d *Hanc apoſtrophen auctoris ad dictum* Abbatem, *Brizius accipit pro revelatione divinitus oblata; nec veretur auctorem ipſum in teſtem adducere. Ita genus iſtud ſcriptorum, qui Dextrinis figmentis credendis ſemel ſe tradiderunt facile prolabuntur ad alia de ſuo quoque ingenio accumulanda, & ſua illa ſomnia apud antiquos legiſſe arbitrantur.*

e *Hic infra num.* 4 *nominatur* Garzias, *& indicatur habitaſſe Murciæ.*

f *Tamayus*, enim.

g *Non fuiſſe hæc nudæ urbanitatis verba, ſed reipſa in opus deducta, apparet ex num.* 6 *infra, ubi dicit Garzias*, memetipſum ei tradidi. *Docet autem Brizius, quod traditio iſta fiebat publico inſtrumento, ex more illius ævi de corpore & bonis, ſi ſine herede mori contingeret eum, qui ſe profitebatur ſolenni ceremonia* Cavallerum & hominem de Deo & de S. Joanne, *ſicut lib.* I. *cap* 51 *quorumdam inſtrumenta ſonant; non quidem profeſſione religioſa, ſed quaſi religioſa, prout ipſe ibidem deſcribit.* E

h *Vox* Honores *hoc loco ſumitur pro fundis & poſſeſſionibus: ſic Vrraca vidua Ximenii cujuſdam, dicit quod* Senior ſuus, quando ſe monachavit in S. Joanne de Pinna (*modo ſcilicet ſupra dicto, nam etiam poſt genitus filius ſignat cum matre*) deſtinavit totas ſuas honores. *Et ex vi hujus deſtinationis, cum filius ſuperſtes non poſſet privari hereditate, traditur ipſo conſentiente fundus unus ex omnibus, ad complendum dictum votum.*

i *Tamayus*, jure.

k *Idem*, jubet.

l Parentem *hic vocat quem paulo infra* propinquum, *ex vulgarium linguarum noto idiotiſmo.*

m *Hiſpalenſis* Almun Camuz Aben Amet *dicebatur, & patri ſuo circa annum* 1076 *ſucceſſerat, ac late tota Bætica dominabatur: ſiquidem, ut hic dicitur, Murciam uſque ſuum extendebat imperium: præ quo* Almerienſis, *exigui nominis Regulus fuerit, fortaſis nondum toto regno Granatenſi potiens.*

n Beatia *civitas Epiſcopalis antiqua, hodie* Baëza, *trans Granatenſe regnum verſus Bætim, dicti regni rebus firmandis & Bæticæ atque Caſtellæ commercio præſcindendo opportuna, ſi tam certo teneri quam facile occupari potuiſſet. Tamayus in ſuo ecgrapho* Beariam *invenit, & ſic impreſſit etiam Brizius; monuit tamen Tamayus quod* forte Beatia *legi deberet.* F

o *Melius puto* Baſtitana *ſcriberetur; ipſa autem eſt* Baza *vulgo dicta, diſtans ab* Almeria *itinere horarum circiter* 20, *à Murcia autem duplo majori intervallo, ut facile à milite impedito potuerint decem dies impendi. Brizius hic* Baëzam *intelligi ſuſpicatur: ſed errare eum probat nimia diſtantia, tum à Murcia tum à loco S. Indaletii; duplo ſcilicet major quam prius indicata.*

p *Scilicet plus quam* 120 *annis à Reccaredo S.* Hermenigildi *Fratre, ad Rodericum ultimum ſtirpis Gothicæ monarcham, ſub quo anno* 712 *acciti à Iuliano Comite Mauri,* Hiſpaniam *invaſere.*

q *Ita etiam legit Brizius ipſeque impreſſit Tamayus: quid autem huic deinde in mentem venerit, ut in Annotatis ad diem* 30, *citato præſenti loco* Hebrethmi, *diceret vocari* Porquena, *nullatenus aſſequor. Invenio quidem locum in chorographica regni Granatenſis tabula, dictum* Porcena: *ſed triplo aut quadruplo longiori ſpatio, quam hic notetur,* Almeria

A meria diſſitum. *Addit Brizius, opinari ſe, quod locus etiam hodie vocetur* Pagena.

r *Scilicet* Euantius *monachus: impreſſum autem erat* ſuper litus.

s *Teſtatur Brizius ſcriptum in margine inveniri, quod hic fuerit S. Iacobus,* 11 *Epiſcopus Vrcitanus: cujus corpus pariter fuiſſe tranſlatum credit Zuritæ & Beuthero, & evidens putat eſſe ex verbis ſequentibus* cum illo, *Indaletio,* utiq; vadam. *Verum ſi hoc ita fuiſſet, non dubito, quin expreſsius inventionis & tranſlationis modum deſcripſiſſet Hebretmus: & illius S. Iacobi corpus ſpecialē arcam apud Pinnatenſes, feſtumq; & cultum annuum accepiſſet: quibus deficiētibus, malo credere ipſum qui in ſenili ſchemate apparuit, fuiſſe eccleſiæ iſtius præſidem Angelum: quis autem S. Indaletio ſucceſſerit, in antiquorum omnium ſilentio libenter ignorabo.*

t *Tamayus,* intra, *ſed Pſalmi* 18 *verſus* 3, *unde hæc phraſis mutuata,* Dies diei eructat verbum, *promptam ſuggeſſerunt correctionem.*

v *Ita Brizius ex ipſomet originali. Tamayus pro* Sanctis *poſuit* BB. *Videntur autem Chriſtiani, barbarorum metu, hanc inſcriptionem feciſſe primum ſeculo* 8 (*nec enim majorem ſapit antiquitatē*) *feciſſe autem in averſa parte, ut latentis theſauri indicium non daretur barbaris, oſſa ſancta, ut alias ſolebant facere, combuſturis; ut tamen illud non ſubtraheretur ventura poſteritati, pulſis quandoq; barbaris deſideraturæ certum aliquod de vera corporis præſentia argumentum caſu quo contingeret deſolari penitus locum, & memoriam tradendæ per manus veritatis confundi.*

B

PARS II.

Tranſlatio S. Indaletii ad monaſterium Pinnatenſe.

Perlato ad caſtra ante Almeriam corpore

9 IGitur cum ingenti hilaritate aſſumētes beati viri pignora uſq; ad genua, redeunt ad hoſpitia, relinquētes futuræ loci quod reſtabat de corpore beati viri. Quare? Quia nimirum media nocte tranſacta, ſex milliariis à ſociis & ab omni exercitu ſepoſiti, nō audebāt amplius ibi morari. Et quare? Certe antequam hoc opus inciperēt, cum orationis cauſa B. Indaletium adirent, repererunt illius eccleſiā latronibus Iſmaelitarum plenā, qui cum ipſos cernerent, furore propriæ iniquitatis ſuccēſi, lapidibus ſumptis, eos lapidare ſunt cōati, niſi eos fuga & ſancti viri liberaſſēt merita. Hacq; de cauſa merito quinq; animæ non audebāt amplius ibi ſtare, ſed prout potuerunt diligēter ſepulchro cooperto, terēderunt, beati viri cum corpore, ad tentoria ſupradicti Principis Garſiæ. Ubi ergo Princeps præfatus in caſtris adveniſſe Beatum vidit Indaletiū, de ipſius adventu gaudio magno repletus, denuntiavit hoc omnibus militibus ſuis, magno in periculo cōſtitutis. Quod illis ingentis lætitiæ fuit ſolamen, nam ipſo die inire conflictū cum Rege Almeriæ erat conſtitutum.

C

impeditur cruentum prælium:

Ipſi Chriſtiani, quoniā Chriſtianorū ſanguinē effundere, & interficere alios atq; interfici ab aliis metuebāt, converſi ad B. Indaletium, lacrymabiliter eum implorare cœperunt, ut ipſius advētu, magni certaminis, quod ipſo die inter Chriſtianos utriuſq; partis futurum eſſet, fieret diſtractio Et quoniā de illo ejuſq; ſimilibus refert prophetia Sapiētiæ: quia in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio, tempore quoque belli factus eſt evacuatio magni periculi. Nam cum jam *a* ordinati eſſent, jamq; agmina utriuſque partis miſcerentur, jamq; miles militē, laxatis habenis, male *b* aggredi conaretur, ſancti viri meritis, ſervatus eſt humanus ſanguis intactus. Intonuit ergo in ipſo ictu certaminis, magno cum clamore, præco Regis Sibiliæ; ut omnes relicto certamine, redirent ad tētoria, neve ulterius miles militem conaretur aggredi. Hoc, Fratres cariſſimi, dulci miraculo glorificatus eſt beatus Confeſſor, Tranſlationis ſuę in primordio. Quo facto, lūpſerunt iterum Fratres cum ſupradicto Principe conſilium, quo modo ſine perturbatione complerent opus cœptum, jam omnibus divulgatū. Qui aſſumptis octo militibus cum duobus, quos diximus, miſit illos cum Fratribus, ut cum iſti, quod remanſerat de corpore beati viri, aſſumerēt, ipſi armis præſidio illis forent. Ita ergo quod ſupererat de Reliquiis venerādi Pontificis magna cum reverentia ſumpſerunt, atq; infra pretioſum ſanctiſſimi [corporis] loculum concluſerunt. Quis hoc ſane ſapiens caſu credat actum, quod conſtat divinitus ordinatum? Si enim, ut ait Scriptura, nec folium cadit arboris abſque nutu Dei, credere debemus hoc caſu eveniſſe, & non divina diſpēſatione? Notate, Fratres cariſſimi, notate verba, ſignate myſteria. Et quoniam Tranſlationis ejus necdum geſtimus [enarrare] inſignia, dignum eſt prius ejus explicare miracula, & poſt, prout Deus dederit, magnæ illius ſolennitatis indagare myſteria.

AUCT. HEBRETMO *c*

10 Præfato ergo Principe diu in ſupradicta cum Iſmaelitarum Rege bellica expeditione militāte, monachiſq; in territorio ipſius cum corpore Venerandi Pontificis cōmorantibus; accidit quadā die, deambulante exercitu, quod non poſſet pervenire ad deſtinatum caſtrorum locum. Cumq; jam obſcura nocte feſſi ex itinere milites tentoria fixiſſent, monachi depoſuerunt beati viri feretrum ex improviſo in locum inhoneſtum. Cū ecce mediæ noctis ſilentio, adeſt beatus Pontifex cuidam militi, in ſtratu ſuo quiſcenti, dicens illi: Surge, & dic monachis illis qui commorātur in tentorio Garſiæ domini tui, ut ab hac hora provideant melius locum, in quo deponunt feretrum corporis mei: in hac enim nocte figentes tentorium ex improviſo, non conſtituerunt illud ut decuit in locū nitidum. Surgens itaque mane miles, compunctus ex viri Dei admonitionibus, magnis cum lacrymis quod viderat & audierat, retulit tam Domino ſuo quā ipſis Fratribus. Extemplo tali viri Dei ſancta querimonia, recognoverunt negligentiam, quam ignorāter incurrerant; repereruntque in circuitu feretri ſparſa jacere oſſa arida animalis mortui. Hinc, Fratres cariſſimi, colligere poteſtis, cujus meriti, cujuſve dignitatis ſit ſpiritus ille in cælis, qui tam ſubtilem levemque maculam abhorret in terris.

immunditiē loci averſatur Sanctus,

E

11 Cum ergo prædicti monachi, cum viri Dei corpuſculo, in ſupradicti Militis per unum menſem morarentur palatio, quoniam tam longa ſine duce non audebāt itinera incipere, quinquageſimo abinde miliario, in urbe ſcilicet Lorca *d*, talis de his oſtenſa eſt viſo: Apparuit enim Vir Beatiſſimus cuidam homini intēpeſtæ noctis hora, dicēs ad eum: Vade in civitatē Murciam, & dic monachis illis peregrinis, qui in domo Garſiæ Principis morantur, quare non deferunt me, quo deportare me promiſerunt. Si morari placuiſſet in hac provincia, propria requieſcerē in eccleſia. Tuum eſt, ô Doctor egregie, terrena poſtponere palatia, & Chriſti adamare tabernacula: hoc enim agebas præſens in corpore, quod jam expetis, de mundo jam aſſumptus in Domino. Pauco itaq; decurſo tēpore, dum videt monita non impleri, & ſe eodē detineri in loco: cuidam militi ſupradicti Principis, in ſtrato quieſcenti, ſuo habitu Epiſcopali, veneranda canicie, quaſi iratus apparuit; pulſanſque eum, jubet ſe intueri. Perterritus itaque miles de inſperata viſione, quiſnam ſit, & quid quærat, interrogat. Cui beatus: Ego ſum, inquit, Indaletius Epiſcopus, qui contra meum velle in hac detineor regione. Surge ergo velocius, & dic Principi Garſiæ, monachiſque mei corporis cuſtodibus, quod niſi uſque in Cœna ſacratiſſima Domini mei Jeſu-Chriſti, in eccleſia B. Joannis Baptiſtæ, quam mihi promiſerunt, deportaverint, neque ego, neque ipſi amplius ſunt de hac regione egreſſuri. Adhuc autem illis cum Principe ſæpius memorato commorantibus; utpote providentes, quæ longo erant itineri neceſſaria, & inſuper tractantes, cæleſtem margaritam, quo honore,

d

F

& monachos moneri jubet ut feſtinent redire,

cunctantes gravi terræ motu caſtiġat.

AUCT. HEBRETMO quæ reverētia ferre deberēt; contigit quadā nocte, in domo in qua Corpus ſanctiſſimum dignis vigiliis cum cereorum magnis luminibus condebatur, tā magnum terræ motum extitiſſe, ut ipſa tota domus a fundamētis corruere videretur. Nimio autē concuſſi pavore, qui cum ipſis Fratribus in domo eadē habebātur, relictis illis, fugerunt. Poſt hæc autē tam magna fulgura, tamq; terribilia tonitrua, cum ingēti pluvia ſunt ſecuta, quod mortē minari videbātur, ſanctis viri Dei præceptis non obediētibus. Hæc autē in domo, in qua B. Pontifex cuſtodiebatur, eveniebāt, & ejus in circuitu tantummodo; nā in tota provincia cæli ſerenitas erat magna. Quod audiēs, & videns Princeps, nec audens eum contra ſuum velle detinere ulterius, ſumptis pretioſis muneribus, tā in auro quā etiam in palliis auro textis, quę cum beato Pontifice, ad honorē & laudē ipſius, trāſmittere digna videbātur, magno cum honore cœpit Sanctum Dei deducere. Ubi vero quaſi ſex Milliaria peregit, ex nobiliſſimis militibus ſuis ſumptis legatis direxit eos cum beato Pontifice uſq; ad Regē *e* Deniæ, mandās ei ſpeciali epiſtola, ut ſancti viri Dei corpuſculū, ſuis cū viatoribus, uſq; in Chriſtianorum patriā deduceret honorifice. Aſſumptis vero Rex Deniæ legatis, ut ei mādatū fuerat, honorifice perduxit, uſq; quo ad propria ſecuros trāſmiſit. Qui dum tranſirent, Dei providētia devenere *f* Valentiā. Opportune, & convenienter Valentia vocatur civitas, in qua nunc venientes quemadmodum quidam captivo ſancti viri valuit pietas, non eſt prætereundum.

e

B *f*

12 Erat in ipſa civitate quidā negotiator, qui captivum quemdā Chriſtianum habebat, quē vendere in tranſmarinis partibus diſponebat. Quo ille cognito, capta opportunitate aufugit occulte, ingreſſuſq; cujuſdā Chriſtiani fideliſſimi domum, totis præcordiis ipſum precabatur, ut clauſis januis eum ibi latitare pateretur. Interea miniſtri ſupradicti Præſulis urbē ipſā ingreſſi cum Corpore ſanctiſſimo, ſuſcepti ſunt honorifice, hoſpitio cujuſdā Chriſticolæ, nomine Servandi. Hoc ubi comperit tā captivus quam etiam hoſpes ejus, accedentes ad præfatos monachos, magnis eorum precibus cœperunt implorare, ut captivum magno in periculo conſtitutum, una ſecum educētes ab urbe, libertati priſtinæ conarētur reddere. At vero Fratres, inter ſpē metumq; poſiti, quid agerēt, ignorabant anxii. Tandē præſumentes de Dei miſericordia & beati viri præſentia, ſuſceperunt captivum. Quod ubi Dominus ejus comperit, aufugiſſe ſcilicet captivum, quē diſponebat vēdere, cœpit eum per vicos & plateas civitatis requirere. Ubi vero prefatos monachos cū beatis Reliquiis audivit & vidit negotiator in civitatē veniſſe, ſcienſq; eos altera die de urbe egreſſuros, ſuſpicatus eſt, ut in rei erat veritate, captivum ſuum cū illis velle aufugere. Tota autem nocte duabus in portis, quæ ſunt in pōte fluvii illius urbis, unde ipſi altera die erāt egreſſuri, una cum fratre ſuo poſitis cuſtodibus, ipſe cum aliis latēter domū, in qua beatus Confeſſor hoſpitabatur, ejuſq; januā magna cum curioſitate obſervabat; ut ſi captivus eſſet in domo, altera die egrediētē valeret apprehendere. At vero Monachi, ſentientes domus oſtia à captivi domino ejuſq; hominibus undique cuſtodiri, condolentes miſerrimo homini, totis præcordiis ſe Domino & beato Patrono commendarunt; ſicq; de Dei confiſi miſericordia, una cum captivo exierūt. At captivi dominus, ubi diu clauſa, ut deſiderabat, vidit aperiri oſtia, ſingulis egrediētibus occurrens obvius, uniuſcujuſq; eorum vultus aſpiciebat, & captivi vultum ſimiliter intuebatur, & non cognoſcebat. Omnes quippe aſpiciebat, & ad omnes, oculos apertos habebat ad recognoſcendum, tantummodo ad captivum cæcus erat. Liberatus itaque de domini ſui manibus, cum beati viri Reliquiis pervenit ad primā portā præfati pontis, in qua ſimili modo, una cum aliis inſpectus à domini ſui fratre ejuſque hominibus, minime eſt agnitus. Quid plura? Confidēter jā tranſeuntes pontē ipſum magnum, pervenerunt ad ſecundā portam, in qua ſimiliter ab aliis cuſtodibus conſideratus, non eſt cognitus: ſicque per Dei miſericordiā & beati viri præſentiā liberatus eſt captivus; ſicut nos eū vidimus & ab ore ejus audivimus. O quātus erat in ore captivi metus cum triſtitia, cum dominū ſuum cuſtodeſq; ejus, quos ipſe bene agnoſcebat, ſibi occurrere videbat, ſeq; intueri aſpiciebat! & ô quanta rurſus lætitia, cum ſe non recognoſci per beati viri meritum ſenſit!

fugitivum mancipium Chriſtianū

C

Valentia educit fruſtra obſervante ipſum hero.

D

13 Egreſſi ergo à ſupradicta urbe Valentiæ (& quomodo captivo valuit ejus virtus ejuſq; pietas opē ferre, jam audiſtis) quarta die feliciter pervenerunt ad urbem *g* Tortoſam; in qua una nocte manentes, altera die pervenerunt ad oppidū, quod vocatur *h* Flixū. Inde ſimiliter egreſſi, tranſactoq; Ibero fluvio, eadem die pervenerunt ad urbē *i* Ilerdam: de qua egrediētes altera die pervenerunt in *k* Seda, in Chriſtianorum fines. At vero Fratres, veri Dei miſeratione & beato Patrono adjuvante, videntes omnia ſibi ceſſiſſe proſpera, & venientes, ad quamdam eccleſiam S. Joannis, nomine *l* Vallaran, diverterunt ibi duobus diebus, & præmiſerunt nuntios ad ſpiritualem Patrē ipſorum, mandantes ei humili relatione, ſervulos ſuos, ut ipſe deſideraverat, cū beati viri Reliquiis adveniſſe. Quod ubi audivit venerandus Pater ſupradicti loci, gaudio magno repletus, convocata in Capitulo omni cōgregatione, denuntiavit eis, quomodo pius Dominus, ſua largiflua miſeratione, dignatus eſſet eos viſitare, mittendo eis unum ex conſervis ſuis ſacratiſſimis, nomine Indaletium. Quo audito, quaſi de gravi ſomno excitati Fratres mirabiliter ſunt lætati; quod cum nihil exinde ſciviſſent, tam magno gaudio in momento & tam magno dono jucundati & ditati eſſent tempore perpetuo; atque idcirco merito videres alium palmas levare, alium vero pio pugno pectus ſub habitu ſuo percutere, alium longa ab animo ſuſpiria trahere, alium ſimiliter inclinato capite Dominum Deum glorificare & benedicere, alium vero defixis in terra oculis dulciter lacrymantem; omnes tamen in communi extollentes vocem ad æthera, magnificabant & laudabant, pro tanto munere, Chriſti magnalia.

Nuntiato ad ventu ſancti corporis,

g

h

i

k

l

E

14 Poſthæc finito Capitulo, ut decebat, nuntiatum eſt idē ſalutare nuntium Regi Sanctio, ejuſq; filio Petro, qui ibi more ſolito, ſanctæ dies obſervabāt Quadrageſimæ. Qua de cauſa facta eſt non diſſimilis ſuperiori lætitia, in omni Regis curia. Exultat Rex cū Principibus, jucundantur & omnes præ gaudio cum militibus, atque fama *m* volitans deſcendit à Regia in plebeiam multitudinem, perluſtrans tali nuntio totā terram. Poſthæc ergo induta omnis congregatio albis & cappis honorifice, cum cereis magnis flammantibus & thuribulis ex multo incēſo & thymiamate flagrantibus, una cum venerando monaſterii Patre & præfato Rege ejuſque filio, Principibus quoq; ipſius, atq; innumerabili pauperum Chriſti multitudine, qui ad diem feſtum Dominicæ *n* Cœnæ ex diverſis locis convenerant, ſuſceptus eſt glorioſus Dei Confeſſor & Pontifex B. Indaletius, de mōtis medio, qui ſuper ipſum habetur locum, perpulchra dilatatus in planitie, vernans denſitate, atq; Pyrenæorum altitudine, ſimul & congruo tempore herbarum viriditate. Ubi vero ſalutatus eſt ab ipſo Dei ſervo, ſcilicet Abbate monaſterii, & à Rege ejuſque filio, omnique congregatione atque innumerabili multitudine, hymno etiam illo glorioſo, qui eſt Te Deum laudamus decantato & Reſponſo, & *o* Collecta finita, magno cum honore apportatus eſt in eccleſiam B. Joannis Baptiſtæ à Priore clauſtri, Sanctio nomine, boni teſtimonii bonæque vitæ viro, cui Dei providentia, honeſtatis

obviam procedunt Reges cum monachis,

F

m

n

o

A *quorumprioferetri attactu ſanatur.*

ſtatis & ſanctimoniæ cauſa, commiſſus eſt à præfato Dei ſervo deportari. Quod Sanctus Dei non eſt paſſus fieri ſine digna retributione: nam cum in ſiniſtro brachio magna aggravaretur infirmitate, mox ut cœpit portare, ſanatus eſt beati viri meritis ab omni ægritudine. Eia, ô ſerve Dei, gaude & lætare, quia ecce vides, quod diu cõcupiſti, ecce tenes quod diu exſpectaſti: amicabiliter, inquam, amplectere, ô dilecta Deo anima, tuis in amplexibus irruentem: præeuntem ſequere, magis moribus, quam pede. Qui enim olim te præceſſit, à Domino aſſumptus, nunc iterum præcedit, tuis ſanctis invitatus precibus tuaque addictus dilectione. Videte, Fratres cariſſimi, theſaurum incomparabilem, parvo concluſum in loco. Videte quantum apud Deum valeat fides pura & conſcientia bona. Sed quid multis moror? Decantantibus, & Deo laudes offerentibus omnibus, magno cum tripudio, ut diximus, aſportatus eſt in eccleſiam B. Joannis Baptiſtæ, qui de Pinna dicitur, me vidente, Hebrethmo ſcilicet, indigno Cluniacenſis Cœnobii Monacho, qui hanc Tranſlationis paginam juſſu prælibati Abbatis dictavi, ut valui, Anno ab Incarnatione Domini M LXXXIV, Æra ſcilicet M C XXII, Quinto Kal. Aprilis, præſtante D. N. Jeſu Chriſto, qui cum Patre
B & ſancto Spiritu vivit & regnat in ſeculà. Amen.

ANNOTATA.

a *Tamayus*, ornati.

b *Idem*, ſe appeti: *ſed ipſe ſe mox corrigit, vocem quam hic ſubſtituimus, eadem phraſi iterata, uſurpans.*

c *Idem rurſus*, ornatos, *pro* armatos.

d Lorca *civitas* Ilurcorum *antiquorum, Livio aliiſque nominatorum, in regno Murciæ, media inter hanc & Baſtam via. Videtur autem conſulto hic auctor* Romana milliaria numerare, *quorum tria uni leucæ Gallicæ ſeu horariæ, quatuor uni Hiſpanicæ reſpondent, idque ob hanc utriuſque menſuræ diſparitatem.*

e Denia, *antiquis* Dianium, *in proximo regno Valentiæ: apparet autem commodioris itineris ac forte etiam tutioris cauſa, per maritima ſuſceptum fuiſſe iter.* Brizius *ex temporum ratione colligit* Regem *iſtic tunc fuiſſe vel* Aben Alfange, *vel ſi hic obiit anno* 1082 *ut volunt plerique, illius filium, quos valde amantes fuiſſe Chriſtianorum idem annotat ex Eſculano & Diago. Nos qui Tranſlationem anno* 1080 *factam credimus, de filio non cogitamus.*

f *Erat etiam* Valentia *ſub Maurorum imperio, & ſi Rex Abubeçar (qui etiam ipſe vir mitis fuit) obierit initio anni*
C 1080, *dubium nullum eſt quin ibi tunc Rex fuerit Tahia, per Alfonſum Caſtellæ* Regem *in regnum iſtud reſtitutus, atque adeo Chriſtianorum amiciſſimus, qui & Epiſcopo eorum indulſiſſe dicitur, ut in urbe reſideret.*

g Tortoſa, *olim* Dertula, *ad Iberum fluvium, quam ſub Denienſis Regis imperio fuiſſe ſcribit Brizius.*

h Flix *oppidum, antiquis* Iberam *dictam, aſſerunt aliqui, ut vel ipſa à fluvio cui adjacet, vel fluvius ab ipſa nomen ſumpſerit. Poſtremum nomen à Mauris eſſe videtur, qui eodem nomine donaverint montem, in adverſa Iberi ripa ſitum.*

i Ilerda, *vulgo* Lerida, *intervallo horarum* 10 *circiter diſtat Flixio.*

k *Nullus huic itineri congruus occurrit locus, ad quem trahi poſſit nomen* Seda, *quam oppidum vulgo dictum* Sietamo, *recta inter Ilerdam & Pinnatenſe monaſterium via, huic quã illi propinquius. Aſt Brizius à recto itinere declinaſſe dicit, & quia Balbaſtrũ & Oſca tenebantur à Mauris, vult iter fuiſſe inſtitutum per montana Ribagorciæ & Sobrarvæ, Iaccam verſus. Non lubet examinare ſcrupuloſius utrum Oſca, cui propinquum eſt quod dixi Sietamo, revera tunc Maurorum fuerit: etiam hoc dato, ſolum corrigendus eſſet textus, apud Tamayum (uti ex predictis patet) haud ſatis accuratus, & ſic legendum;* perveneruntin Seda [& inde] in Chriſtianorum fines: *cur enim inſtructi commeatu* Regis Denienſis *hic potius quam alibi timuiſſent? Si tamen placet inſiſtere viam*

à Brizio ſignatam, pro Seda *oportebit legere* Roda *ſed nec hanc crediderim fuiſſe Chriſtianorum.* D

l *Brizius in Iaccenſis civitatis finibus eccleſiam hanc collocat, ritque vocari* S. Mariam de Vallaram.

m *Tamayus ſic* atque fama volitante deſcendit à regia in plebeiam multitudo.

n *Ea, anno* 1080, *fuit* 9 *Aprilis, quo deinceps die Tranſlationis feſtum egerunt Pinnatenſes.*

o *Tamajus Collectam hujuſmodi exhibet velut ab Hebrethmo poſt Acta Tranſlationis conſcriptam:* Concede nobis, Præſul venerande Indaleti, Tranſlationem tuam celebrantibus, ut ſicut de loco ad locum hodierna die transferri voluiſti; ſic nos precibus tuis de vitiis ad virtutes tranſire mereamur; ut in Galilæa, quæ Tranſmigratio interpretatur, Deum videre mereamur: præſtante D. N. I. C.

MIRACULA.

Ex Ioannis Briz Hiſtor. Pinnat. lib. 3 § 36.

15 MUlier fuit in valle Tenenſi, quam vulgari lingua val de Tena Hiſpani dicunt, omni ad ſexennium facultate videndi deſtituta: quam nihil minus cogitantem ſperantemque S. Indaletius, ipſo octavo tranſlationis ipſanorum die, viſu donavit. Res in hunc modum geſta fuit. Sanctus in interiore domus receſſu mulieri præſentem ſe ſtitit, profeſſus Indaletium ſe eſſe, Epiſcopum Urcitanum; mandavitque, ut confeſtim ad S. Joannis de Pinna ſe conferret, quo non multo ante ſacræ corporis ſui exuviæ delatæ fuiſſent: futurum enim ut ſe interceſſore ac patrono, miſericors Deus videndi facultatem illi reſtitueret; iret proinde ſpei plena. Paruit mulier, & ducta ab amicis ad cœnobium, Abbati ceteriſque monachis S. Indaletii juſſa exponit. Quibus precationem pro ea & rem divinam facientibus dum ipſa ante S. Joannis aram, in qua proſtabant Sancti Reliquiæ, genua flectit; rurſus S. Indaletium lateri adſtantem habuit, hilarique & amœno vultu ut intueretur ſe monentem. Quod dum facere nititur, videre rurſus confeſtim, aſpectare & noſſe circumſtantes incipit, Sancto ſuo ſoſpitatori gratam ſe pro beneficio exhibens.

cæca viſum recipit

E

monita à S. Indaletio ut ad Reliquias ſuas ſe conferat:

16 Paucis poſt diebus ſacras item S. Indaletii Reliquias veneraturus adfuit homo, nobili natus loco: permoverat videlicet eum, præter complura alia, narratum modo miraculum, ut & ibidem morbo ipſe ſuo medicinam quæreret: is arthritis erat, adeo vehemens, ut neceſſe eſſet geſtatum aliorum manibus in templum inferri. Adfuit igitur ſero veſpere tantum non exanimis, & à quodam cœnobii S. Joannis monacho, cui Aſnar erat nomen, in lectulo juxta aram, in qua Reliquiæ erant S. Indaletii, compoſitus, totam ferme noctem inſomnem duxit; tempus interim omne, animo converſo ad Deum & S. Indaletium, in flagitãda ope conſumens. Jacuerat non nihil per mali vim à ſenſibus abſtractus; ſed ubi ad ſe revertit, gaudio plenus & ſolatio, totum repente templum amœniſſima & clariſſima impleri luce videt; attonituſque quo res tam inſolens exitura eſſet, cernit venientes à templo S. Mariæ, quod infra S. Joannis Baptiſtæ eſt, venerabiles magno numero viros, atque eccleſiam ingredi, candida omnes veſte amictos, unumque in turba ætate ceteris majorem. Venerant jam gravi inceſſu ad aram uſque, quæ S. Indaletii Reliquias ſervat: cum ecce flexis ante venerabile Sacramentũ poplitibus, unus prodiens è numero, candelã, quæ juxta ægroti lectum in candelabro ardebat, manu arreptam, in latus ſacrarii, ad oſtium per quod aditus ad Regum ſepulcra eſt, conjicit. Statimq; qui annis videbatur eminere inter ceteros, vocem in

F

podagra laborans pernoctans ad S. Indaletii Reliquias

eum cum cæteris monachis Officiũ cum ſacro cæremonia videt:

A cantum attollens, initium matutini officii præcinit, reliquis illud ad finem uſque cum pietate ac decore magno proſequentibus. Idem finito Officio veſtem induens Sacerdotalem, ſolennem ad aram Reliquiarum Miſſam facere eſt viſus, intellectis ab ægroto verbis; peractoque Sacrificio rogare cœtum, ut diſcedere velint, locum quia illuceſcebat, ſucceſſuris ad Officium monachis daturi. Dum ita loquitur; Ecce, addit, hic ægrotus adeo nos ſalutem rogat, agite conferamus. Senſit è veſtigio ægrotus leni ſe vento ceu Favonio quodam mulceri; qui pedes affians primum, & totum deinde pervadens corpus, benignum ex eo ſudorem cum eliceret, podagram una expulſit. Cui is, qui annis atque majeſtate anteibat ceteris non alius fuiſſe eſt viſus quam S. Indaletius, cujus ad depellendum malum patrocinium popoſcerat. D

hiſque peractu ab eo ſanatur.

G. H.

DE SANCTO MAXIMO,

MARTYRE APVD ASIAM.

CIRCA AN. CCL.

Vos hoc die proferimus Martyres, quibus Maximi *nomen fuit: alterum ex ſolis monumentis Græcis, qui gladio per medium ventrem adacto, martyrii palmam aſſecutus eſt: alterum ex variis monumentis Latinis, qui lapidibus obrutus inter Martyres coronatus eſt. De hoc Florus in ſuo ad Martyrologium Bedæ Supplemento, iſta olim ſcripſit, & leguntur in Mss. Martyrologiis Atrebatenſi, Tornacenſi ac Latienſi:* Eodem die xxx *Aprilis* apud Aſiam paſſio Maximi Martyris, qui tempore Decii Imperatoris & Optimi Proconſulis, poſtquam fuſtibus cæſus eſt, & in equuleum ſuſpenſus, inde depoſitus & lapidibus obrutus eſt. *Floro aliquanto junior Ado, iſta habet tam in editione Moſandri & Roſweidi, quam in omnibus Mss.* Apud Aſiam S. Maximi Martyris, cujus geſta habentur. *Quæ fere eadem tradunt Grevenus & Molanus in Additionibus ad Vſuardum; Caniſius & alii. Galeſinius maius ex Actis elogium formavit. In hodierno Martyrologio Romano iſta habentur:* Epheſi S. Maximi Martyris, qui in perſecutione Decii coronatus eſt. *Et in Notis adduntur iſta:* Extant ejus Acta, quæ quo breviora, eo fideliora eſſe noſcuntur. Habet ea Surius. Accepta videntur ex Actis publicis, quæ Proconſularia dicebantur: ſic enim ea apud Auguſtinum contra Donatiſtas appellata reperiuntur. *Nos ea damus ex quatuor Mss. ſcilicet Marci Velſeri, Nicolai Fabri, Trevirenſi monaſterii S. Maximini, & Pariſienſi monaſterii S. Germani. Nullus dies aſſignatur in Ms Trevirenſi & apud Surium. Aſt in* Mss. *Velſeriano & Fabriano dicitur paſſus* pridie Idus Maii: *pro quo videntur Florus & Ado legiſſe* pridie Kalendas Maii. *In* Ms. *Pariſienſi dicitur* paſſus xiii Kalendas Decembris. *Colitur à variis* xxi *Aprilis ſub nomine Marcellini: iterum* xxv *Aprilis repoſito nomine Marcelli & ſunt addita elogia ex Actis.*

Memoria 30 Aprilis in variis Martyrologiis Latinis.

B

2 *Græci ſolenni ritu celebrant* xiv *Maii eumdem S. Maximum in Menologio Baſilii Imperatoris, & alio Cardinalis Sirleti, in* Ms. *Synaxario Pariſienſi, & in Magnis Menæis tam excuſis quam manuſcriptis: hæc autem fere ubique continentur, ita à Sirleto Latine reddita:* Eodem die S. Maximi Martyris. Hic cum libera voce Chriſtum prædicaſſet, & multos ad Chriſtianam pietatem perduxiſſet, variaſque injurias & plagas ab infidelibus pertuliſſet, poſtremo lapidibus percuſſus, & tamquam ab illis coronatus, migravit ad Dominum. *Eadem pene habet Galeſinius, citato Græco Horologio, & annotavit Ferrarius in Catalogo generali. Notkerus eodem* xiv *Maii profert memoriam* B. Maximini in Aſia, *quæ de hoc* S. Maximo *ſunt intelligenda: quo etiam die legitur, qua die* S. Maximus *in Epternacenſi*, Maximinus *in Parienſi*, & Maximianus *in Lucenſi apographo Martyrologii Hieronymiani* Martyr in Aſia *memoratur.*

culus 14 Maji apud Græcos,

3 *Iterum in Menæis & apud Maximum Cytherorum Epiſcopum celebratur* vii *Maii eodem plane elogio, quod jam ex* xiv *Maii retulimus: & ex Latinis idem facit Galeſinius, quem ſequitur Ferrarius.* Præterea vi *Martii*, S. Maximus Martyr lapidibus obrutus *in eiſdem Græcorum Menæis aliquam memoriam habet. Eumdem hunc* Maximum *aliqui Latini celebrant* xxviii *Septembris: quo die Grevenus in Auctario Vſuardi iſta habet:* Apud Aſiam Maximi Martyris, qui juſſu Decii Imperatoris fuſtibus cæſus, in equuleum levatus eſt, atque ita ungulis attrectatus, ut carnes ejus una cum ſanguine in terram defluerent. Ad extremum vero lapidibus obrutus glorioſe occubuit. *Similia leguntur in Martyrologio Germanico Caniſii: & contractius ita habentur apud Maurolycum.* In Aſia civitate S. Maximi Martyris, poſt fuſtes, equuleum, ungulaſque lapidibus obruti. *Galeſinius hoc eum elogio exornat:* In Aſia S. Maximi Martyris, qui Decio Imperatore, Chriſti deſiderio magnopere incenſus, pro ſancta religione & fide in illum, omni cruciatu declarata, martyrio coronatur. *Citatur in Notis* liber ſcriptus. *Hunc Baronius ſecutus inſcripſit Martyrologio Romano his verbis:* Eodem die paſſio S. Maximi Martyris ſub Decio Imperatore. *Atque ita facti ſunt ex uno gemini Maximi.*

6 *Martii,*

28 *Septembris.*

E

ACTA MARTYRII.

Ex iv *codicibus MSS.*

1 Decius Imperator, volens opprimere vel ſuperare legem Chriſtianorum, decreta conſtituit per univerſum orbem, ut omnes Chriſtiani recedentes à Deo vivo & vero, dæmoniis ſacrificarent: qui vero noluiſſent, ſuppliciis ſubjacerent. Eo tempore famulus Dei Maximus, vir ſanctus, ultro ſe palam oſtendit; erat enim plebeji negotii ſui curam gerens. Comprehenſus igitur oblatus eſt Optimo nomine, Conſulari apud Aſiam. Proconſul dixit ad eũ. Quis vocaris? Reſpondit: Maximus, dicor. Proconſul dixit; Cujus conditionis es? Maximus dixit: Ingenuus natura, ſervus vero Chriſti. Proconſul dixit: Quod officium geris? Maximus reſpondit: Homo ſum plebeius, meo negotio vivens. Proconſul dixit: Chriſtianus es? Maximus reſpondit; etſi peccator, Chriſtianus tamen ſum. Proconſul dixit: Non cognoviſti decreta invictiſſimorum Principum, quæ nuper advenerunt? Maximus reſpondit. Quæ? Proconſul dixit: Ut omnes Chriſtiani, relicta ſuperflua ſuperſtitione, cognoſcant verum Principem, cui omnia ſubjacent, & ejus Deos adorent. Maximus reſpondit: Iniquam Regis hujus ſeculi prolatam ſententiam cognovi, & ideo me palam oſtendi. Proconſul dixit: Sacrifica ergo diis: Maximus reſpondit. Ego non ſacrifico, niſi ſoli Deo, cui me ab ineunte ætate ſacrificaſſe congratulor. Proconſul dixit: Sacrifica ut ſalveris, quod ſi nolueris, variis faciam te perire tormentis Maximus reſpondit: Hoc eſt quod ſemper exopto: propterea enim me manifeſtavi,

In perſecutione Decii,

F

S. Maximus ultro fidem profeſſus,

7 *Maii.*

A stavi, ut tandem carens miserabili & temporali vita, æternam merear accipere.

2 Proconsul jussit eum fustibus cædi ; cumque cæderetur dicebat ei: Sacrifica Maxime, ut ab his libereris tormentis. Maximus respondit : hæc non sunt tormenta, quæ pro nomine Domini inferuntur, sed sunt unctiones. Si enim recessero à Domini mei præceptis, quibus sum de Euangelio ejus eruditus, tunc me vera tormenta ut perpetua manebunt. Proconsul jussit eum in equuleo suspendi ; cumque torqueretur, dicebat ad eum : Iam resipisce, miser, ab insipientia tua, & sacrifica ut animam lucreris. Maximus respondit : Animam lucrabor, si non sacrificavero : quod si sacrificavero, perdo eam. Mihi enim nec fustes, nec *a* ungulæ, nec ignis, sentiendi dant dolorem ; quia in me manet gratia Christi, quæ me salvum faciet in æternum, omnium Sanctorum orationibus, qui in hac colluctatione certantes vestras superaverunt insanias, nobisque virtutum exempla reliquerunt. Tunc Proconsul dedit in eum sententiam dicens : Eum qui divinis legibus assensum noluit commodare, ut magnæ Deæ *b* Dianæ sacrificaret ; ad metum reliquorum Christianorum obrui lapidibus præcepit divina clementia. Et sic raptus est Athleta Christi à ministris diaboli, gratias agens Deo & Patri, per Jesum Christum Filium ejus, qui eum dignum judicavit certando diabolum superare : ductusque foras muros, lapidibus cæsus, reddidit spiritum. Passus est autem famulus Dei Maximus apud Asiam provinciam, *c* pridie Idus Maji sub Decio Imperatore & Optimo Proconsule, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est gloria in secula seculorum. Amen.

fustibus cæditur ;

in equuleo suspenditur :

a

B

D

b

c

E

ANNOTATA.

a *Hinc Martyrologia :* Virgulis ita attrectatus, ut carnes ejus una cum sanguine in terram defluerent.

b *Hinc Baronius in Martyrol. Rom.* Epheſi *adscribit ejus martyrium, quod istic Dianæ cultus maxime vigeret.*

c *Forsan alii legerunt*, pridie Kalendas Maji *ut supra dictum.*

DE SANCTO MAXIMO

MARTYRE APVD GRÆCOS.

G. H.

XXX APR. ALter hic est Sanctus Martyr Maximus, *qui* XXX *Aprilis celebratur à Græcis in Menæis excusis & manuscriptis, & apud Maximum Cytherorum Episcopum. Sirletus in suo Menologio ista habet:* Et Sancti Martyris Maximi, qui cum litteram x mediam inveniſſet, ensem per ventrem infixum significavit. *Excerpsit hæc ex disticho in Menæis adjuncto, quod sic legendum arbitramur.*

Μάξιμον ἐυρὼν τὸν Ξὶ συλλαβὸν μέσον,
τὸ γαστρὸς ἡμῖν μηνύει μέσον ξίφος.

Versus hi non de unica littera, sed de integra syllaba loquuntur. Nam si nomen Μά-ξι-μος in suas tres syllabas dividatur media syllaba erit ξι, inchoans vocem ξίφος, gladius, *& quidem* scindens ventrem, *inter membra scilicet humani corporis partem mediam, atque ita sanctus Martyr nomen suum vertit in omen; seque intellexit gladio per medium corpus seu ventrem trajectum iri.* Hoc *autem mortis genere recte distinguitur ab altero* S. Maximo, *de quo jam egimus, quem Græci* II *Martii*, VII *& potissimum* XIV *Maji celebrant. At quo tempore aut loco passus hic fuerit, non indicatur.*

DE S. SOPHIA VIRGINE,

MARTYRE FIRMI IN PICENO.

G. H.

XXX APR. FIrmum, *urbs Piceni in Italia Archiepiscopalis, ad tria millia passuum à mari Adriatico recedens, duas hoc mense veneratur Virgines ac Martyres. Harum altera,* Vissia, *colitur* XII *Aprilis ; altera,* Sophia, *hoc* XXX *ejusdem* Aprilis ; *utraque inscripta est sacris tabulis Martyrologii Romani. Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ hoc breve elogium habet :* Sophia, Virgo Firmi, in primo martyrio ob Domini nostri Jesu Christi fidem coronata est : cuius sacrum caput in ecclesia Cathedrali adhuc religiosissime asservatur & colitur : ejusque natalis hoc die duplici ritu celebratur. Acta illius injuria temporum exciderunt. *Hæc ibi. Vghellus in Episcopis Firmanis meminit* S. Sophiæ Virginis ac Martyris, quæ & S. Vissia primis illis temporibus egregie tyrannorum pertulere tyrannidem, superaveruntque tormenta. *Egerat ante Vghellus de* septuaginta gloriosis militibus, qui sub Decio Imperatore ibidem nobilem susceperе palmam martyrii, *ut videatur velle ad simile tempus harum martyrium referre.* Addit *Ferrarius in Notis* sanctam hanc Virginem Sophiam Ravennæ & alibi in veneratione esse. *Ejusdem memoriam celebrant auctor MS. Florarii, in Menologio Virginum*, Arturus *in Gynæceo sacro & alii recentiores ; inter quos Brautius Episcopus Sarsinæ, in Martyrologio* Poëtico hos ei versus accinit.

A teneris edocta fuit Firmana Sophia
A Christo : pro quo sanguine sparsit humus.

Ioannes vande Velden in Fastis Westphaliæ sanctæ, tradit ad hunc XXX *Aprilis* S. Sophiam Virginem & Martyrem translatam Mindam, *citatque illius ecclesiæ Breviarium, quod nos habemus anno* MDXV *excusum, sed absque mentione S. Sophiæ. Inter Virgines & Martyres Vrsulanas apud* Hermannum Crombachium *plures appellantur Sophiæ, ut vel alicujus ex istis corpus posset censeri.*

C

celebris cultus S. Sophiæ Firmi.

an sub Decio martyrium passa.

F

an eadem colatur Mindæ in Westphalia.

DE S. EVTROPIO MARTYRE

EPISCOPO SANTONENSI IN GALLIA.

G, H.

XXX APR, *Primus Santonensium Episcopus,* NObilis *& vetus* Aquitaniæ *civitas*, Santonæ, S. Eutropium *primum in suis Episcopis numerant. Consentiunt cum illis Acta & catalogus Sanmarthanorum tom.* 3 *Galliæ Christianæ: volunt tamen in Gallias cum S. Dionysio Parisiensi, quem & eumdem cum Areopagita faciunt, à Clemente missum. Sed ob ea quæ de adventu S. Dionysii in Galliam modo sentiunt complures doctissimi viri, aliter quam vulgo hactenus existimatum est, (dum ne falsum sit S. Eutropium S. Dionysio socium venisse) anxii hæremus utrum eum ad tempora Clementis referendum esse censeamus an potius ad seculum tertium differamus ejus adventum in Aquitaniam*

non videtur missus a Clemente, sed potius seculo tertio : cum aliis viris Apostolicis

A *Gregorius Turonenſis lib.* 1 *Hiſtoriæ Francorum narrat, veniſſe S. Dionyſium in Gallias imperante Decio Auguſto, hoc eſt, poſt annum Chriſti* CCL, *qui tertii ſeculi medius eſt;* *è ſenſu Gregorii Turonenſis,* *verba ejus cap.* 30 *ſequentia ſunt:* Hujus tempore ſeptem viri Epiſcopi, ad prædicandum in Gallias miſſi ſunt, ſicut hiſtoria paſſionis ſancti Martyris Saturnini denarrat, *& paucis interjectis*: hi ergo miſſi ſunt, Turonis Gatianus Epiſcopus, Arelatenſibus Trophimus Epiſcopus, Narbonæ Paulus Epiſcopus, Toloſæ Saturninus Epiſcopus, Pariſiacis Dionyſius Epiſcopus, Arvernis Auſtremonius Epiſcopus, Lemovicis *Sulpicii Severi* Martialis eſt deſtinatus Epiſcopus. *Eumdem Dionyſium Pariſienſem, Dionyſio Areopagita poſteriorem eſſe, Sirmondus in diſſertatione de Dionyſio ex Sulpicio Severo, qui hiſtoriam ſuam circa annum Domini* CCCCXX *compoſuit, hunc in modum probat*: Gravem & manifeſtum contra ſe teſtem habent, qui Dionyſium Pariſienſem ab Areopagita non diſtinguunt, Sulpicium Severum, rerum noſtrarum auctorem peritiſſimum: nec ſine cauſa, ut hoc telum excutiant, nervos omnes, ſed fruſtra, contendunt. Diſertis enim verbis Severus lib. 2 ſacræ hiſtoriæ, perſecutionem illam commemorans, quæ Antonini veri temporibus Lugdunenſem Eccleſiam & Viennenſem duodequinquaginta Martyrum ſanguine illuſtravit, Martyres ante id tempus in Gallia B nullos fuiſſe teſtatus eſt; ſub Aurelio, inquit, Antonini filio perſecutio quinta agitata, ac tum primum intra Gallias martyria viſa, ſerius trans Alpes Dei religione ſuſcepta. Iugulum his verbis ſuæ cauſæ peti ſentiunt Areopagiticianam ſi Martyres Gallia M. Aurelio antiquiores nullos habuit, & Dionyſium Pariſienſem in Gallia paſſum nemo neſcit; liquet profecto diverſum ac poſteriorem Areopagita fuiſſe, cujus vitam, qui longiſſime producunt, ad Hadriani uſque tempora perveniſſe volunt; alii ſub Trajano; qui optime, ſub Domitiano perfunctum martyrio tradunt. *Num igitur eumdem fere in modum de S. Eutropio pronuntiare licet? Nimirum ſi Martyres Gallia M. Aurelio antiquiores nullos habuit, & Eutropium in Gallia paſſum nemo neſcit, videri profecto illum Martyrem non ante Antoninum, ſed Clemente & Areopagita poſteriorem fuiſſe; & ſi comes S. Dionyſio Pariſienſi fuit, ut aliqui volunt, veniſſe in Galliam, juxta narrationem Gregorii Turonenſis, ſeculo demum tertio.*

& aliorum: 2 *Locus ex Sulpicio modo memoratus tanti fuit Bellarmino ſemper viſus, ut, cum quiſpiam ei Martyr ante Antoninum in Gallia paſſus offerebatur, continuo vel pro fabula haberet vel ad poſteriora tempora rejiceret; hinc, libro de ſcriptoribus* C *Eccleſiaſticis, ſecundam Martialis epiſtolam repudiat, quia in ea mentio martyrii Valeriæ Virginis cujuſdam fit*; id vero repugnat, *inquit*, Sulpicio lib. 2. Sacræ hiſtoriæ & Gregorio Turonico lib. 15 cap. 28 hiſtoriæ Francorum; qui ſcribunt, temporibus M. Antonini primum intra Gallias martyria viſa: *unde & ipſe Dionyſium Pariſienſem ac Saturninum ejus ſocium, anterioribus temporibus exemptum, in poſteriora rejicit. Nec minoris Gregorium Nicolaus Faber fecit, qui juxta Launojum in animadverſionibus in Ioannis Samblancati Palladium,* ir incomparabilis, ex Gregorio Dionyſium Pariſienſem Decio conſignat in ſchediaſmate, quod de utriuſque Dionyſii diſcrimine conſcripſit. *Dionyſius Petavius, ejuſdem Gregorii permotus auctoritate part.* 1 *Rationarii temporum lib.* 5, *cap.* 13, *S. Dionyſium Pariſienſem cum Saturnino & Gatiano ſociis in Decii ſimiliter Auguſti tempora conjicit. Verum hæc omnia fuſius & ex profeſſo partim à Iacobo Sirmondo in diſſertatione de Pariſienſi Dionyſio, partim à Ioanne Launojo Theologo Pariſienſi in opuſculis de duobus Dionyſiis tractata ſunt: nobis in commentario ad vitam unius Sancti non licet eſſe tam prolixis, quare eo lectorem remittimus. Alterum tamen præterundum non eſt, ex quo conficere etiam poſſit lector S. Eutropium ætate Chriſti & Clementis poſteriorem fuiſſe, & potius ad ſeculum tertium referendum. Catalogum enim Epiſcoporum Santonenſium recenſentibus, uſque ad annum* DIX *nonniſi quatuor Epiſcopi ſeſe offerunt, quorum primus* S. Eutropius, *ſecundus* S. Bibianus, *tertius* S. Ambroſius, *quartus* Petrus I *eſt, qui ſubſcripſiſſe legitur Concilio Aurelianenſi primo, anno* DIX. *Quis vero credat tot annis, nempe quadringentis circiter, quot ex communi ſententia à Clementis obitu ad annum* DIX *fluxerunt, quatuor tantum Epiſcopos ſediſſe? Si vero S. Eutropium ſeculo tertio veniſſe primum in Galliam dicamus vel potius poſt; conſtare ſibi utcumque poterunt ea quæ de numero ac Ordine Epiſcoporum Santonenſium communiter Annales & catalogi ſtatuunt. Diximus*, potius poſt: *quia veroſimilius eſt, cum S. Dionyſio Pariſienſi non veniſſe, ubi enim S. Gregorius ſocios, qui cum S. Dionyſio venerunt, enumerat, nullam mentionem S. Eutropii facit.* D

quorũ quartus Petrus vixit ſeculo 6.

3 *Quomodo vero aſſeratur à Clemente cum Dionyſio Areopagita, Epiſcopo futuro Pariſienſi, in Gallias miſſus, ex Francico Boſqueto Epiſcopo Lodovenſi, eruditiſſimo Gallicanæ antiquitatis indagatore, adjicimus: ita ille lib.* 1 *hiſtoriarum Eccleſiæ Gallicanæ num.* XII, Dionyſius, Martialis, Paulus, Julianus, Gatianus, Sixtus & alii modo à Petro, modo à Clemente, modo ab aliis intra prima à Chriſti paſſione ſecula miſſi dicuntur. Tot in hiſtoriam errores induxit obſcura antiquitas, quæ primum vel per ſcriptorum incuriam neglecta, vel propter ſeculi iniquitatem intacta, vel, ſi ſcriptis mandata, injuria temporum abolita, & ad poſterorum votum reſtituta, non ſine labe & macula, qualiſcumque demum ſupereſt, ad nos uſque pervenit. Priora Sanctorum geſta, vel Romanorum crudelitate, vel nationum barbarie damnata, aliquam illorum ſolum memoriam poſteris reliquerunt: quæ nec incorruptam antiquam puritatem, nec priſcam rerum geſtarum fidem intactam per tot ſecula dilapſa ſervare potuit. Quare dum poſteri vel antiquitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſi, vel Sanctorum interceſſionibus obſtricti, reſtituendis illorum Actis animum nimia religione affectum applicuerunt; plerumque rumores ex ore vulgi colligentes, ſibique plus quam deceret indulgentes, veterum Patrum Vitas & Acta conſcripſere. Ceterum quia humanæ menti quoddam antiquitatis ſtudium natur didit, quo cuncti fere populi ad conſecrandas origines ſuas impulſi ſunt; eo amore Chriſtiani prædi ti, de fidei ſuæ antiquitate invicem decertarunt: maxime vero propterea, quod magnum ſemper pro religione præjudicium tulit antiquitas, quæ fidem ab ipſo legiſlatoris ore acceptam poſteritati venerandam reliquit; tanto enim illibata religio, quanto ad ſuum auctorem magis accedit. *Et quibuſdam interjectis, ait*, hæc prima exiſtimo traditionis hodiernæ fundamenta. E F

multa in Actu ejus fabuloſa, & undè?

4 *Sed ipſum Gregorium Turonenſem tandem audiamus, quid de ætate ac miſſione S. Eut. ii ſentiat. Lib.* 1 *de gloria Martyrum ac Confeſſorum cap.* 56 *ſic narrat*: Eutropius quoque Martyr Sanctonicæ urbis, à Beato Clemente Epiſcopo FERTUR directus in Gallias, ab eodem etiam Pontificalis Ordinis gratia conſecratus, impletoque hujus officii Ordine, peracta incredulis prædicatione, inſurgentibus paganis, quos auctor invidiæ credere non permiſit, illiſo capite victor occubuit. Sed quia eo tempore inſtante perſecutione, neque digno loco ſepultus, neque à Chriſtianis debito honore veneratus eſt, valde datum eſt oblivioni, eum Martyrem fore: quod hoc ordine traditur revelatum. Poſt multa annorum ſpatia in ejus honore baſilica ædificata eſt, expletoque opere, Palladius, qui tunc ſacerdotalis Ordinis cathedram regebat, convocatis Abbatibus, ſacros cineres in locum quem præparaverat transferre ſtuduit. Quod cum factum fuiſſet, duo ex Abbatibus reſerato opertorio, ſanctum corpus aſpiciunt, contemplanturque cicatricem capitis, qua in parte defixum fuerat ſecuris acumen. Sed ne præſens viſio

Gregorii Turonenſis elogium de S. Eutropio:

Eſt etiam hoc conſentaneum catalogo Epiſcoporum

A visio duceretur in irritum, etiam spiritalis hæc doctrina commonuit; scilicet, cum sequenti nocte straviſſent Sacerdotes membra quieti, apparuit per visum his duobus dicens: Cicatricem, quam contemplati estis in capite, scitote me per eam Marryrium consummasse; & ex hoc, quod Martyr esset innotuit populis, quia non aderat historia passionis. *Vides, quam Sanctus Gregorius nihil ex suo & certi asserat? missionem à Clemente sparso solummodo rumori adscribat? Hoc tamen Vsuardo, Adoni aliisque occasionem dedit, ut incer-*
item Vsuardi *titudine de missione S. Eutropii posthabita, revera à Clemente in Gallias missum fuisse assererent. Vsuardus ad* xxx *Aprilis ita habet:* Santonas B. Eutropii Martyris, quem S. Clemens Pontificalis Ordinis gratia consecratum direxit in Gallias, peractaque diu prædicatione, ob Christi testimonium collisо capite victor occubuit.
Fusius sequentia Ado: Eodem die, apud civitatem Santonas, natalis Sancti Eutropii Martyris, qui à B.
& Adonis, Clemente Episcopo directus in Gallias, ab eodem etiam Pontificalis Ordinis gratia consecratus, impleto hujus officii Ordine, peracta in incredulis prædicatione, insurgentibus paganis, quos auctor invidiæ credere non permisit, illisо capite victor occubuit.

B Denique post multa annorum spatia, cum Palladius ejusdem urbis Episcopus, & cum eo alii viri Dei, corpus ejus debiti honoris gratia in basilicam novam transferrent, reserato sarcophago contemplati sunt cicatricem capitis, qua in parte defixum fuerat securis acumen; cumque sequenti nocte straviſſent Sacerdotes membra quieti, apparuit eis per visum dicens; Cicatricem, quam contemplati estis in capite scitote me per eam Martyrium consummasse. *Quis conferens, hæc cum iis, quæ ex S. Gregorio retulimus, non videt ab unico illo derivata esse? hoc tamen discrimine, quod, quæ Gregorius ex rumore loquitur, hi tamquam certa tradant.*

fabulosa summatim perstringuntur. 5 *His itaque præmissis, ad Acta S. Eutropii accedimus: sed quia sunt maxima ex parte fabulosa, summatim ea hic perstringimus, subjuncturi pari brevitate quæ sincera videbuntur. In fabulis itaque sequentia reputamus: videlicet Vitam S. Eutropii à S. Dionysio Areopagita simul & Episcopo Parisiensi esse conscriptam, missam ab eodem ad Clementem, qui ulterius illam Athenas destinaret; repertam Constantinopoli in schola Græcorum, à Calixto* II *seculo Christi duodecimo in Latinum esse versam, atque in Galeciam ad ecclesiam S. Iacobi missam. Sanctum Eutropium in adolescentia, Babylone, ubi Rege Persarum Xerxe fuerit prognatus, Ierosolymam ad aulam* Herodis *peregre abiisse; miraculo Christi interC fuisse, quo quinque panibus quinque hominum millia pavit; flores cum aliis ac frondes straviſſe ante Salvatorem, cum solenniter urbem ingrediebatur; die* Pentecostes Apostolis *sociatum, Spiritu sancto fuisse impletum; Babylone postea à Simone & Thaddæo, Euangelium illic annuntiantibus, cum parente atque aula baptizatum, sub Episcopo* Abdia *Ecclesiæ illius Archidiaconum constitutum, SS. Simonis & Thaddæi Martyrium scripsisse; & his similia, quæ susius narrata tota fere illius Acta componunt.*

Probabilium credetur 6 *Habemus hæc Acta ex MSS. Nicolai Belfortii & Ecclesiæ S. Nicasii Remensis: ex MSS. Vltrajectinis S. Salvatoris & S. Martini, & conveniunt cum iis, quæ habet Vincentius Speculi historial. lib.* 10, *cap.* 18, *& seqq. Habet ea brevius, sed æque fabulose* Petrus de Natalibus *lib.* 4, *cap.* 105. *In quibus ea, quæ probabiliora esse videntur, sequentia sunt:* Cumque urbem, quæ Xanctona dicitur, intraret, eamque videret undique muris antiquis optime septam, excelsis turribus decoratam, optimo loco sitam, amplitudine congruam, cunctis felicitatibus affluentem, pratis ac vineis uberrimam, salubri aëre opertam, plateis ac vicis amœnam, multisque modis venustam; cœpit bonus æmulator excogitare, si ab idolorum cultura convertere eam Deus dignaretur: itaque per plateas & vicos ejus pergens, verbum Dei
Santonibus prædicasse,

constanter prædicabat. Quem ut barbarum virum cives esse cognoverunt, & sanctæ Trinitatis & Baptismatis verba sibi olim inaudita prædicantem audierunt; illico indignantes, facibus adustum & perticis *sed à gentilibus ejectus* immanissime verberatum, extra urbem ejecerunt. Ille vero persecutionem hanc patienter ferens, tugurium ligneum juxta urbem in quodam monte fecit, in quo *tugurium sibi juxta urbem construxisse,* diu commoratus est: prædicabat enim per diem in urbe, noctu vero vigiliis precibusque & lacrymis in tugurio illo pernoctabat. *Hic compilator Actorum nonnullis interjectis, postea quam paucos ex Santonensibus ad fidem converterat, Romam rediisse S. Eutropium ait; indeque à Clemente remissum Santonas, ad fidentius prædicandum, martyriumque subeundum exarsisse; ac tum prosequitur:* Tunc *rediens inurbem ferventius prædicasse* constanter urbem ingressus, opportune, importune instans, absque ullo pavore prædicabat Christi Incarnationem, Passionem, Resurrectionem, Ascensionem; & quia nemo potest introire in regnum Dei, nisi renatus sit ex aqua & Spiritu sancto. Morabatur autem nocte in præfato tugurio sicut prius. Illo igitur prædicante, statim divina gratia desuper adveniente, multi *convertisse Eustellam filiam Reguli* gentiles in ea urbe baptizantur; inter quos urbis ejusdem Regis, *forte Dynastæ* filia, nomine Eustella. Quod ut pater ejus agnovit, abominatus est illam & extra urbem ejecit. Illa videns se pro Christi amore ejectam, cœpit juxta sancti viri tugurium commorari, donec pater, ipsius amore compunctus, misit sæpe nuntios ad eam, ut rediret. Qua respondente *qui eam ideo a se expulerit,* malle se extra urbem pro Christi fide commorari, quam in urbem redire & idolis contaminari; pater ira commotus, convocatis ad se totius urbis carnificibus, solidos centum & quinquaginta impertivit eis, ut S. Eutropium perimerent, virginemque secum reducerent. Illi ergo pridie Calendarum Maji, coadunatis sibi gentilium turbis, venerunt ad præfatum tugurium; ac sanctissimum Dei virum primitus lapidi- *& S. Eutropium ocidi jusserit,* bus affectum, inde fustibus & corrigiis plumbatis nudum verberatum, demum securibus illisо capite peremerunt. Quem Eustella virgo, una cum quibusdam Christianis, nocte in tugurio ipsius sepelivit; ac *ibi ab illa sepultum* vigiliis, luminaribus, obsequiisque sanctis, quamdiu vixit, indesinenter observavit; cumque ab hac vita fine sacro migraret, juxta magistri sarcophagum in prædio suo jussit se sepeliri. Postea vero super Beati *ubi postea basilica ædificata* Eutropii corpus sanctissimum ingens basilica, sub ejus honore, in nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, miro opere fabricata est; in qua claudis, cæcis, surdis & omnibus sincero corde petentibus juvamina F salutaria præstantur, ac ferreæ catenæ & manicæ ce- *multa miracula patrata sunt.* teraque ferrea instrumenta diversa, à quibus vinctos B. Eutropius liberavit, suspenduntur. Ipse ergo suis dignis meritis & precibus nobis apud Deum veniam impetret, vitam nostram dirigat, in mortis periculo à barathri faucibus eripiat, & ad superna polorum regna perducat, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus per infinita sæcula sæculorum. Amen.

7 *Hæc fere, ut sejuncta sunt à superioribus fabulis, pleraque Gallicanæ Ecclesiæ Breviaria, si Turonense & Rhotomagense excipias, tradunt; in hoc tamen conspirantia, quod S. Eutropium in Gallias Clemens miserit. Non in Aquitania tantum, quamvis hic præcipue, sed & alibi etiam cultum obtinet. Prope Cortracum, in Baronatu, quem* Heule *vulgo dicunt, frequenti peregrinorum confluxu novemdiale festum illi agitur; quin & per annum pro remedio ad omne morborum genus, maxime quo infantes & pecudes laborare solent, accurritur; in iis etiam paralytici ac leprosi visuntur: duo honori illius quot hebdomadibus sacra celebrantur, stipendiario ad hoc ex septem jugeribus terræ Sacellano constituto: miracula vero testantur, quantum, quamque facile illic* S. *Eutropii patrocinium sit. Sed de his nihil scriptum habetur. Quærentibus num aliquæ ibi ipsius Reliquiæ & quomodo allatæ, respon-*
Colitur præcipue in Aquitania,
etiam in Flandria,
sum

A *ſum eſt, haberi nullas. Forte fatali illa iconomachorum rabie, quæ ſuperiori ſeculo per Flandriam deſæviit, pericre omnia, ac tandem ipſa etiam memoria, & ſolus nominis cultus relictus eſt. Quid vero reliquiarum ejus per Galliam ſparſum ſit, Sauſſajus in ſupplemento martyrologii Gallicani ad* XXX *Aprilis,*

reliquiæ Vindocini *quo feſtum ejus colitur, in hæc verba narrat:* Ipſo die Vindocini, in monaſterio ſanctiſſimæ Trinitatis, veneratio non minimæ partis reliquiarum S. Eutropii Santonenſis Epiſcopi & Martyris, quæ divina diſpoſitione exceptæ ex ejus hierotheca, eo diu ante delatæ ſunt, quam hæreticæ factionis impius furor, vaſtata Santonum civitate, hujuſque ejus tutelaris baſilica ſacratiſſima, quæ illic ejuſdem ſupererant buſta ſacri-

caput Burdegala Santonas delatum legis incendiis abſumeret. Caput tanti Cælitis, mature etiam Burdegalam delatum, divino beneficio ab hac direptione illæſum ſervatum fuit: qua ex urbe Santonas ſumma pompa relatum, anno MDCI de proſtrata perfidia triumphat, devotoſque memoriæ ſui Apoſtoli cives perpetim incitat ad veram pietatem, & ab adverſis quibuſque ſuo patrocinio eoſdem tue-

Bononiæ ara ejus tur. *Bononiæ etiam, ut Ioannes Pauli Maſini teſtatur, in templo S. Ioannis in Monteſono, ara S. Eutropio dicata eſt,*

ac dirutum templum *ubi & reliquiæ ejus aſſervantur. Vetuſtum vero templum, ſed profanatum, poſt monaſterium S. Ioannis in monte viſi-*

B *tur, cujus titulus in ſupradictam aram tranſlatus fuit. Præpoſitus hujus templi, anno* MXXX. *Dominus* Pantaleon *canonicus Lateranenſis erat, atque illis temporibus eccleſia* S. Eutropii de Altetto *dicebatur. In Ms. Latienſi ad diem* XXII *Aprilis recolitur memoria* S. Eutropii Martyris: *ſed nũ de hoc Epiſcopo Martyre, aut alio Martyre Eutropio agatur, ex nudo nomine non liquet.*

Miracula poſt an 1000 *ex Ms.* 8 *Miracula apud Aquitanos patrata pene fuerunt innumera: ex his aliqua* XII *ſeculo & ſequentibus patrata,* multa inquiſitione prius diſcuſſa, juramenti fortificatione & fidei atteſtatione pleniſſime approbata, *ut dicitur in Prologo, ut autem in Epilogo* ſolenniter approbata, ſed latiori tractatu conſcripta, modiſque diverſis tradita, in multis voluminibus reperit *aliquis ſeculi* XIV *aut poſterioris auctor, veroſimiliter in ipſo Eutropiano Prioratu prope Santonas monachus Ordinis Cluniacenſis, eaque* in quadam ſumma ac breviter annotavit. *Invenimus ipſa ſic contracta in Ms. Codice regii monaſterii Patrum Cæleſtinorum Pariſiis, indeque fideliter tranſcripta & Annotationibus illuſtrata damus, ejuſmodi ſynopſi lenientes deſiderium magis authenticorum: quæ ſi nondum perierunt, confidimus futurum, ut S. Eutropio devotus aliquis, ipſas curet aliquando deſcribendas, & huc Antverpiam dirigendas.*

C

MIRACVLA
Ex MS. PP. Cæleſtinorum Pariſiis.
CAPUT I.
Varii à ſubmerſione & igne liberati.

1 AD ſuperni Regis honorem magnificum, & ſanctiſſimi Martyris Eutropii gloriam, ſequuntur aliqua miracula in brevi. Quamvis ſi quis vellet omnia per ordinem texere, nulla volumina poſſent capere ea, quæ in vita & poſt ejus glorificationem in cælis, per ejus merita, operari dignata eſt pietas Conditoris: quorum plurima indiſcreta quorumdam humilitas occultavit, pluriora vero per negligentiam oblivio abolevit: pauca tamen conſcripta ſunt, multa inquiſitione prius diſcuſſa, juramenti fortificatione & fidei atteſtatione pleniſſime approbata.

S. Eutropius puerum à ſubmerſione ſervat, 2 Iuvenes quidam Clerici civitatis Xanctonicæ venerant cum Canonicis & Clericis eccleſiæ Cathedralis, ad baſilicam S. Eutropii, in die natalis ejuſdem Sancti, ſicut moris erat, ad divina officia in honore S. Martyris exolvenda. Cumque ceteri Clerici majores Officio divino inſiſterent, juvenes illi pueri ludo puerili ludebant per eccleſiam; in qua vetus la-

tebat puteus, ad caput cujuſdam altaris ſecreti; qui D
quidem puteus quaſi pedum quatuordecim aquarum altitudinem continebat. Segregatim igitur per eccleſiam diſcurrentibus pueris, unus eorum volens ſe abſcondere ab eis, ex improviſo labitur in puteum. Ceteri autem huc illuc ſe vertentes, cum non compareret, illum clamore flebili requirebant. Mater vero ejus, amariſſimis repleta ſingultibus, pectus ſuum tundebat, capillos rumpebat, faciem dilacerabat, & multo lacrymarum fluvio irrigabat pavimentum; & manus protendens in cælum, doloroſis vocibus ſicut poterat exclamabat, S. Eutropi, redde mihi filium; S. Eutropi, redde mihi unicum filium meum: nec erat qui eam poſſet pro amiſſo filio conſolari ex omnibus caris ejus. Comperto tandem quod in puteum *prolapſum in puteum:* puerulus cecidiſſet, feſtinanter cum gemitu foras eccleſiam redeunt, eventum indicantes, auxilium expoſcentes. Ad hæc multitudo populi conſequitur copioſa, quorum unus per funem dimiſſus reſpexit in puteum, & in aquarum ſuperficie reſidentem puerum adinvenit, nihil paſſum penitus læſionis. Demum extractus puer de puteo, planctum prohibens, ſilentium indicens, ait omnibus qui aſtabant: Quando ſubito cecidi, B. Eutropium invocavi, qui mihi ſtatim affuit corruenti, & manum porrigens leniter apE
prehendit, & inter pios amplexus me adſtrinxit, donec una vobiſcum de puteo me adduxit. Vertitur in gaudium parentum triſtitia, mutatur in exultationem carmen, quod fuerat per civitatem biduo decantatum.

3 Dum vir quidam, Maynardus nomine, cognomento ejus Agino, de civitate Xanctonenſi, die Jo- *virum influmen lapſum,* vis ante feſtum Pentecoſtes, circa horam nonam Carantonem fluvium, civitati præterfluentem, tranſire diſponeret; incaute navigando præcipitatus eſt in aquam, de cetero ſine ſpe reſurgendi; quem fluvialis impetus celeriter vorans, remo cum quo navigabat manibus firmiter inhærente, quaſi truncum ſub ſabulo uſque ad humeros ſepelivit. Proclamantibus autem illis qui miſerabilem caſum viderant, ſtatim multitudo populoſa civitatis illic convenit. Cumque univerſus populus ſuppliciter & devote Beati Martyris præclara merita invocaret, ut lapſum hominem de ſepulcro gurgitis revocaret ad vitam; quidam nautæ procul aſtantes, clamoribus auditis, navigio acceſſerunt. Sed cum poſt diutinam inquiſitionem eum non F
poſſent invenire, laſſati receſſerunt, ipſum ſicut perditum relinquentes. Multi vero craſtino die, jam exanime cadaver ſepeliendum non inpiſciũ ingluvie, ſed in Fratrum obſequentium pietate, quæritantes, accedunt navibus ad locum, ubi jacebat miſerabilis homo, nihil penitus ſentiens quod ſuper ſe fieret. Remum vident, quem in manibus tenebat quando *ſub eoque poſtridie diu quæſitum,* cecidit; cognoſcunt, capiunt, & in mortis argumentum foras producunt; illum tamen, licet prope eſſent, non invenientes, non ſolum mortuum, ſed & voratum credunt, aut certe in proximo devorandum. Parentes autem ejus, dantes gemitus ſuſpiriaque doloris, totam incitabant viciniam ad lamentum; ſimulque cum illis Deum humiliter precabantur, ut naufragum per Sancti merita ſibi reddere dignaretur: ingeminabant preces, vovebant officia pietatis, & ſancti viri patrocinium flagitabant.

4 Nocte autem ſequenti circa galli cantum, vigilia ſcilicet Pentecoſtes, ecce ſubito quædam claritas *tandemque repertum,* ibi de alto proveniens, ei, ſub undis præ frigorum acerbitate in neceſſitate mortis poſito, apparuit miro ſplendore refulgens; & ſicut ſol tempore æſtivali in virtute ſua irradiare ſolet, omnia loca circumcirca radiis perluſtravit, profunditatemque aquarum ita diviſit, ut his hinc, inde ad modum murorũ turribus, circulariter ſuper ſe ſuſpenſis, non ſolum cælorum ſublimitas,

limitas, verum & terræ profunditas appareret. Mira-
A bile certe! Ad iſtius miri ſplendoris præſentiam, omni fugato frigore, tantus in virum intus & extra calor advenit, ac ſi quædam in eum vis flammea ex fornacis ſpiraculo proceſſiſſet. Nam illico & mente confortatus & corpore, ſuavius inter medios fluctus fuit, quã unquã in proprio lecto pauſaverat, ſicut ipſe poſtmodum aſſerebat. Stupenti itaque & quaſi in ecſtaſi ſublevato, ſtupore claritatis inſolitæ, adeſt vir decorus aſpectu, vultu flammeo roſeoq; colore, veſtibus niveis indutus, ſicut Angelus Dei de paradiſi medio deſcendẽs: qui ad illum inter medias undas, hinc inde ſuſpẽſas, protenſa manu, de ſede arenaria levans, benigno ſermone alloquitur, dicens: Ego ſum Eutropius, noli timere: quem habebas in corde & invocabas ore, cum te præcipitatum de navicula vorax aquarum profunditas deglutivit, qui te non deſerui in lacu miſeriæ; quia meum præſidium non deſerens, forti amplexu nomen meum ſtrinxiſti: jã nunc mirificentius liberatus redi ad vitã, de regione umbræ mortis, mea intervẽtione & divina voluntate, ſaluti priſtinæ reſtitutus.

vitæ reſtituit,

5 Vir autem ille Maynardus, non immemor accepti beneficii, reſumptis aliquantulum viribus, una cum ſuis parẽtibus, ad eccleſiã Sancti properat, laudes multiformes Deo & B. Eutropio redditurus. Fama igitur
B tanti miraculi divulgata, accedunt undiq; utriuſq; ſexus omniſque ætatis, pariter juvenes & cani; ſurgunt infirmitate detenti, qui prius ire non poterant, novitate lætitiæ vires pro tempore aſſumentes. Acceſſit ad eum etiã Comes, qui præſens tunc erat, cum tota militia; affuit Clerus & tota civitas, novum hominem viſuri. Mirantur enim inſimul omnes vitam ſub aquis reſervatam, & lucernam fluctibus non extinctam. Audires ibidem aërem vocibus concrepare, Eutropium per omnia proclamare & Deum qui tot mirabilia per ſuos eſt amicos mirabiliter operatur unanimiter collaudare. O quam admiranda eſt diſpoſitio ſummi Regis! qui hoc novæ & inuſitatæ liberationis tam inſigne & præclarum miraculum eo tempore diſpoſuit operandum, quo maxime, ex concurſu Principum & adventu populorum, ſupernæ gratiæ beneficium corde devoto præſtolantium, poſſet fama tanti operis feſtina alacritate, ad honorem Dei & gloriam Martyris, diffuſius divulgari.

multis ad ſpectaculum concurrentibus.

6 Peregrina mulier quædam de *b* Precinaco venie-
b bat apud S. Eutropium, quem præ ce eris ſuum apud Deum elegerat advocatum, ſperans multa beneficia apud Deum ſuis ſuffragantibus meritis promereri.
C Cum igitur quadã die per pontẽ caſtri de Talaborch Xanctonẽſis diœceſis iter faciẽs, ſub quo fluvius profundus copioſo defluit influxu, panem in ſiniſtra manu, cultellum in dextera, ut porrigeret indigenti, teneret, portãs & baculum ſub aſcella; incaute ſecus extrema pontis illius declinavit, ut equo onerato venienti viam præberet liberam, quæ ab eo expulſa ſubito caſu incidit in profundum. Sed divina miſeratione factum eſt, cujus imperio fluunt flumina, & in ſuo liquore ſubſiſtendo, cum jubet, dividuntur, & ſecundum ejus imperium elãbuntur; quod ſtatim mulier illa de profundo exiliens, ſuper undas ſicut per aridam ferebatur; & S. Eutropio ſibi præbente ducatum, ſalubriter devenit ad portum. Mirabile dictu! panem quem portabat, cultellum & baculum non perdidit de manibus; veſtimenta ejus madidata non fuerunt, ſed ſicca, ſicut ante fuerant, penitus remanſerunt; ſicut à pluribus, qui perſonaliter affuerunt & propriis oculis aſpexerunt, fuit certitudinaliter approbatum. Nec mirum ſi jam Eutropio regnanti in cælis collarum eſt imperium ſuper aquas, cum per ejus merita, dum adhuc viveret in terris, multa mirabiliora operata fuerit pietas Salvatoris. Quantis autem miraculorum prodigiis in mari claruerit &

mulierem in fluvium lapſam

ſuper aquas gradientem

periculo ſubmerſionis eripit;

clareſcat, nullatenus credo poſſibile ſingula enar- EX MS.
rare.

7 In Caſtellania de Blanziaco *c* Engoliſmenſis *c*
diœceſis, pauper Clericus quidam miro devotionis affectu & devotione ad S. Eutropiũ ferebatur, & ideo quolibet anno ejus eccleſiam devotiſſime viſitabat. Quodam autem tempore cum rediſſet de peregrinatione ſua, quidã miles, ſub cujus domo dictus Clericus degebat, ab eo cenſum & *d* talliam requiſivit. Cumq; *d*
præ inopia facultas non ſuppeteret perſolvendi, cap- *pauperem ob*
tus debitor repente à milite, dilationẽ quærens amore *debita*
B Eutropii, miſereri ſibi ſuppliciter exorabat. Spernit ſuperbus miles preces oblatas; nam cervicoſe voceque blaſphema reſpondẽs, ait: Tu expendis bene quolibet anno decẽ vel viginti ſolidos ad honorẽ S. Eutropii, & quæ ſpectant ad jura mei dominii non perſolvis, ſed ego in tali loco te retrudam, quod nec Eutropius, nec quiſquã poterit te adjuvare. Tentavit, dixit, & do- *dolio inclu-*
lium invenit per maximum, in quo captum conjecit, *ſum,*
præcipiens ei dari panem in pondere & poculum in menſura: Ubi homo ille, licet captus, B. Eutropiũ obnixe devotis precibus invocabat; ſeq; fideliter ſuo patrocinio commendabat, dicens, S. Eutropi, pietati tuæ ſupplicãt omnia oſſa mea, & mẽte voveo, quod & ore, quod facto non valeo adimplere; ſcio enim te eſſe fi- E
dum amicum ac devotorum tutum refugiũ afflictorum. Cum ſero ille his precibus atq; aliis Sancti ſubſidium flagitaret, ecce famuli domus moleſte ſuſtinentes, currunt feſtinato ad militem, rogantes, ut juberet captivo homini tenere ſilentium illa nocte. Ad hoc protinus miles ignem parari in medio domus præcipit copioſum, afferens quod hominem captivum, in amore S. Eutropii inflammatum, in medio flammarum projiceret comburendum.

8 Volens igitur perficere quod promiſit, properavit ad locum deriſorio, ubi captus homo pauperculus *& in ignem*
tenebatur, non veritus Dei vindictam qui vindicat in- *conjiciendũ*
nocentes; aperienſq; manu propria oſtiolum dolii, & *ſervat:*
ſuo nomine proprio vocans, ut cito ſurgeret imperavit. Qui timore perterritus, quiſnam eſſet interrogãs, adeſſe B. Eutropium profitetur. Suſcipiẽs autẽ illum miles ſuper ſpatulas ſuas pertranſienſq; ad ignem, voluit eum in medio flammarum projicere ſed non valuit, nec deſuper propriis humeris amovere: tãta enim adhæſione junxerat eum cum milite Spiritus ſancti gratia, quod ſicut mons immobilis perſiſtebat. Accedẽtes autẽ ex officio ſimul omnes famuli domus, non tamen ſine admiratione permaxima, cœperũt violẽter
F pertrahere. Sed Sancti ſervus, illis omnino deficientibus, firmiter perſiſtebat: quẽ enim Spiritus ſanctus ſta- *ſceleris au-*
bilierat, ille peccatorum manibus moveri nõ poterat. *ctorem morbõ*
Mox Deus ex alto percutiẽs militem, tam gravi vul- *afflixit.*
nere interius vulneravit, quod videbatur ſibi, ut deberet per mediũ dividi, aut certe finaliter expirare. Cũq; ſenſiſſet in corde plagam, quaſi lanceæ paſſionem ſibi cælitus inflictam, ex qua procedebat tanta vis ardorum, ut videretur omnino deficere; clamat exinde ſicut parturiens, & rugit dolore tam graviſſimo ſtimulatus, ut nihil eſſet ſibi aliud [niſi] de remedio cogitandum.

9 Cognoſcens autem, experientia doctus, non *ſed ad tem-*
poſſe ſe niſi per merita S. Eutropii ab illo dolore ſa- *Plum ſuum*
nitatem recipere, nec hominẽ deponere, ſicut anxius *venientem*
feſtinabat, niſi eum una cum dolii oſtiolo, ad baſili- *ſanat.*
cam, in honore ejus apud Xantonas fabricatam, propriis humeris deportaſſet, ſibi ſervum ſuum liberum redditurus (diſtabat autẽ domus militis ab eccleſia per ſexdecim leucas) fecit neceſſario, quod dixit; hominẽ cum oſtiolo apportavit, oravit ibi ſuppliciter Sanctũ Domini ſibi miſericorditer ſubvenire, ingeminat prece [oris] ac cordis, copioſum profundit fluviũ lacrymarum. Mirabile certe! facta oratione, ſtatim ſuperna

ex ms. providente clementia, omnis quieſcit dolor, refrigeſcit ardor, coram altari deponit hominem, & maligni cordis velamen explicat univerſis. Oſtiolum vero dolii dependet in eccleſia, in memoriale perpetuum tãti miraculi, uſque in hodiernum diem, & in exemplum; ut [innoteſcat] quantis laudibus ſit Sanctus iſte quantiſque præconiis extollendus. Fit exinde miles Deo humilis & devotus; & S. Eutropio perpetua familiarite ſubjectus. Sic fortitudo S. Eutropii militem ſuperbum humiliavit; ſubjectum captivum, qui ſe ſibi ſubjecerat, à malo liberavit; militiſq; proterviam mirando miraculo in manſuetudinem commutavit.

ANNOTATA.

a *Vna circiter ab urbe leuca ad meridiem diſtat vicus*, S. Eutropii *dictus, de cujus eccleſia hic arbitramur eſſe ſermonem; idque ſuadet multitudo Clericorum, ex urbe affluentium, tamquam ad vicinum locum, uti in ejuſmodi feſtivitatibus moris eſt.*

b Precinacum *vulgo* Preignac, *verſus confinia Pictavorum, prope Thoram ſitum: diſtat* Taleburgo *(ubi tranſeundus fuit fluvius) leucis Gallicis 6, & hinc ad S. Eutropium trium leucarum iter eſt.*

B c Inculiſmenſis *ſive* Engoliſmenſis diœceſis *proxima eſt Xantonenſi ad orientem; in hac ad fluviolum* Nedum, *vulgo* le Nay, *eſt* Blanziacum *vulgo* Blanſac.

d Tallia, *cenſus, à* Tailler *accidere; quia de capitali ſumma acciditur, domino præſtanda; unde &* Acciſia *quibuſdam dicitur; &* gabella, *quaſi munuſculum, à* Gabe *donum.*

CAPUT II.

Varii captivi ex carceribus liberati.

10 IN regno Franciæ quidam Miles Deo devotus, eccleſiam S. Eutropii annis ſingulis perſonaliter viſitabat, quoniam ad ipſum præcipuo devotionis ferebatur affectu; cum autem tempore cujuſdam cruce-ſignationis *a* devotus Crucem aſſumpſiſſet, & fidei fervore ſuccinctus ad tranſmarinas partes cum ceteris militibus tranſmeaſſet, pro cultu Dei ampliando & Chriſti improperium vindicando: accidit, ipſo qui diſponit omnia permittente, quod quadam die cum Chriſtiani viriliter armis militaribus contra paganos infringerent, iſte miles captus eſt ab eiſdem & graviſſimis vinculis aggravatus, in quadã turri civitatis Babyloniæ, & omni miſeratione poſtpoſita eſt incluſus. Ipſe autem fiduciam habens in Domino, pro ſua liberatione B. Eutropii patrocinio ſe commiſit; nullamque prorſus mœſtitiam prætendens in carcere, ſed nocte dieq, multam fiduciam habens, & Deo & B. Eutropio laudes uberrimas ſpiritu lætitiæ decantabat. Cumque pagani per interpretes intellexiſſent ipſum divinis laudibus inceſſanter inſiſtere; à fidei firmitate ejus immutare animum conati ſunt homines malefici, & eum per excogitatum novum genus malitiæ à bono propoſito revocare: & apprehenſum tandem militem in quadam arca fortiſſima, cujus coopertura erat ſuperte&a de ære fortiſſimo, incluſerunt, & à fide fundatum ſupra petram Domini avellere non potuerunt.

C *Militem Babylone captivum,* *& ænea arca incluſum,*

11 Intelligens vero miles Chriſti de arca à cuſtodibus ab eo ſuper hoc requiſitis, tempus illud acceptabile, feſtum videlicet B. Eutropii jam inſtare; ingeminabat ſuſpiria, creſcebant ejus deſideria, & devotus cum lacrymis ajebat: Tali tempore ſolebã feſtum advocati mei B. Eutropii celebrare ſolenniter, & ejus limina viſitare, ſed modo compellor in arca & in tenebris latitare. Mira celeritas pietatis! Finis ſermonis, finis eſt liberationis: ſtatim enim adfuit S. Eutropius, qui illum ſimul cum arca de manibus infidelium eripiens, in eadẽ nocte, vigilia ſcilicet ſolennitatis ejuſdem, apud Xanctonas imperceptibiliter, in medio ſuę eccleſiæ, apertis ſibi ultro ante firmatis foribus, deportavit. Ubi obſervantes ſacras excubias audiens circa mediam noctem per eccleſiam decantare, intra ſe gemens & dolens ait; Heu jã ululant pagani, ſicut lupi fortiſſimi, à Chriſtianis obtenta victoria, capta præda. Sed paulo poſt Gallicum intelligens, obſtupefactus ſe aliquantulum erexit; & verſus cælum oculos elevãs, vidit tabulas de coopertorio arcæ confractas, & locũ ad exeundum liberum adinvenit. Quare ſtatim exurgens, tamen non ſine pavore, de arca, reſpexit circa ſe, recognovit eccleſiam, non dubitans ſe per Sancti merita liberatũ. Convocatis ad ultimum omnibus ad ſe, qui in eccleſia vigilabant, in vocem prorupit laudis & gaudii, omneſque in ſtuporem convertit ac jubilum, narrans eis quantã in ſe beati Martyris expertus fuerat clementiam & virtutem. Audiens vero Domnus *b* Prior, qui tunc erat, deſcendit feſtinato greſſu cũ ſuis monachis ad locum, & videntes omnes tam admirandum miraculum, ſtupefacti proni ceciderunt in terrã, ſublimis ac omnipotentis Dei glorioſa extollentes magnalia, & virtuoſa merita Sancti ejus. Crebreſcente itaque fama tanti miraculi, accelerat populus omnis; & videntes in tam aperto prodigio Dei pietatem Sanctique virtutem, ad devotionem & reverentiam excitantur; & ita ad confirmationem hujus rei adhuc arca in eadem eccleſia ſuſpenſa, cum quadam forti catena remanet, peregrinis advenientibus intuenda.

D *Saatonii in templo ſuo ſiſtit liberũ:*

12 Alio quoque tempore cum guerra eſſet maxima ſive inimicitiæ capitales inter Dominum de Pontibus, & Dominum Gaufridum de Wanchonio Dominum videlicet de Thalaborg in Xanctonis; Dominus de Pontibus ſenſim veniens armato exercitu ſuper terram dicti Gaufridi de Wanchonio, multos homines captos, numero ſcilicet quinquaginta, ſecum abducit. Timens autem de evaſione eorum, miſit quoſdam de *d* Turidubus ſuis, & juſſit ut de eccleſia S. Eutropii vi vel amore inde compedes ferreos fortiſſimos apportarẽt. Allatis vero multis compedibus, Dominus ille omnes mandavit in arcto carcere includi, & in illis compedibus, ne poſſent effugere graviter vinculari. Verum cum non haberent aliud conſilium nec juvamem, cœperunt unanimiter omnes B. Eutropium ad ſui miſerendum affectuoſis precibus lacrymoſiſque gemitibus ſupplicare: & qui fidei puritate totaque cordis devotione adhæſerant fideliſſimo Chriſti ſervo Eutropio, adfuit ipſe protinus miſerorum adjutor, & viros in carcere poſitos miſericorditer viſitavit. Nam nocte illa, cum cuſtos caſtri, ubi detinebantur captivi, ſolicite vigilaret; & ne abirent cum magna diligentia pro viribus obſervaret; ecce ſubito B. Eutropius in globo igneo eis vigilantibus apparuit, veniens de Xanctonis verſus Pontes directe: qui deſcendens ad locum mœrorum locumque tenebrarum, miro ſplendore totum habitaculum carceris perluſtravit. Et quoniam dicitur, Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam; fruſtra cuſtos carceris circa eos vigilabat, quos Dominus eripere Sancti merito diſponebat. Ad illius enim ingreſſum in carcerem vincula de pedibus ſoluta ſunt, catenæ de compedibus ceciderunt, ſponte aperta ſunt oſtia carceris, & iter eis ad exeundũ libere eſt apertum. Sed cum adhuc viſione vivifica perterriti exire neſcirent vel non auderent, pius conſolator Eutropius ipſos manibus apprehẽſos foras leviter eduxit in plano, & eadem hora eademque nocte apud Xanctonas liberatos perduxit, ſuos compedes in manibus deferẽtes: ubi Deo & B. Eutropio gratias de tam largo beneficio concorditer exolverunt, & ſe ſibi ex tunc humiliter ſubdiderunt. Crevit ex hoc Eutropii fama,

milites ex carcere liberat

F

Pſ. 126, 1

ſoluta vincula & aperto oſtio

virtus

virtus & gloria, excitatur fides populorum & devotio amplius inflammatur.

A

e duos obſides, oculis privandos

13 Ceperat olim Comes Pictavienſis Vice-comitem de *e* Onnay, quem poſtmodum, filio pupillari ætate florente vice patris in obſide ſuſcepto, ad horam dimiſerat. Vice-comes vero nec ſe nec filium liberare valens, multam indignationem Comitis incurrerat, in tantum, ut cara patris pignora, teneris non parcens membris, oculis truncari & excæcari ſtatuiſſet. Vice-comes vero cum ſua conjuge ſub vulgari veſtium textura clam Xantonas adiit, amictu diſſimulato, facie exterminata minime cognoſcendus. Illic ſane filius ſuus captus ſervabatur in munitione civitatis, cum quodam puero ſibi coævo compedibus eiſdem conſtrictus, ita ut ſingulis pedibus concatenati ad invicem pueri arctius tenerentur. Quis referre poſſet vota & gemitus, quos utriuſque parentes ante ſepulcrum S. Eutropii pernoctantes, pro liberatione filii & ſui abſolutione lamentabiliter effundebant. Quod diſcrimen imminebat miſerabile, paterna viſcera uſque ad emiſſionem ſpiritus concutiebant amari ſingultus & graves anguſtiæ. Dum autem ſic orationi incumberent, dum ſe alterutrum conquerendo colliderent, genas unguibus, capillos manibus, pugnis pectora, fletibus ora, ſaxis genua, cubitis latera caſtigarent; adfuit Dei miſericordia & S. Eutropii exorabilis potentia: nam repente pueri, ſicut erant concatenati, compedibus ipſis affixi, parentum aſpectibus aſteterunt; quos illi ſubito contemplati, primo phantaſma crediderunt; demum filium recognoſcentes, S. Eutropio ſatisfacientes, alacres & cum gaudio redierunt.

parentibus reddit.

B

14 Non eſt ſilentio tradendum, quod olim Creator omnium dignatus eſt per meritum S. Eutropii facere miraculum, in civitate, quæ *f* Sancia Dei dicitur; in qua cum ſuis ſalmariis quinq; ſunt mercatores capti, qui acceptis ſinguli magnis ferreis compedibus in ſuis cruribus & manu, in nimis fortem *g* arcam ſunt retruſi. Inter cetera igitur ſua incommoda, una die, non cauſa miſericordiæ, ſed potius crudelitatis; eo quod omnis potus ſit eis negata facultas, ſalitis carnibus refecta ſunt eorum corpora. Cum itaque ſitis anxietate eſſent vexati, S. Eutropii cœperunt magnis vocibus præconia poſtulare, quatenus ſubvenire illis divina & ineffabilis clementia Dei dignaretur. Cum vero præ ſudore ac diuturna obſecratione valde laſſati ſiluiſſent, ſenſerunt ventum cariſſimum ac ſuaviſſimum penetraſſe arcam, per mediumq; illorum tranſiſſe: quo refrigerati ac delectati, præ laſſitudine ſomno ſunt gravati, pariterq; omnes dormire cœperunt. Tum ſiquidem perſonam, ad inſtar Clerici veſtibus albis induti, intraſſe ad eos aſpiciunt, & quaſi eos à ſomno excitaſſe, & ut diſcederent, imperaſſe. Cui illico reſponderunt & dixerunt: Quomodo poſſumus hinc egredi? Bene, inquit, poteritis. Statim ipſi à ſomno expergefacti, colloquium de viſione quam viderant inter ſe habere cœperunt. Interea funis, quo arca circumligata habebatur, abſcinditur; cujus abſciſſionis ſonum ut audiunt captivi, à cuſtodibus viſitari ſe autumant. Deinde cœperunt ruere ligna deſuper arcam, ubi fuerant poſita onuſtandi gratia. Tunc aiunt inter ſe, Non ſunt hic nocentes cuſtodiæ, ſed meritis B. Eutropii ſunt viſitationes Regis cæleſtis gloriæ.

f

g

Quinque captivos, ſiti vexatos,

diſſolutæ qua claudebantur arca,

C

15 Itaq; intelligentes demum adeſſe auxilium ſibi, O Sancte Eutropi, inquiunt, accedere digneris ad tuos famulos, & abrumpere à nobis laqueos ne moreris. Statim locus ubi arca inſidebat intremuit, ac tota fabrica arcæ cum magno ſonitu concutitur, & omnis junctura ejus diſſipatur: cavillas *h* jam laxatas arcæ ad ſe dentibus captivi trahunt, & anterior pars ejus in terram dejicitur. Tunc ſcapulas appoſuerunt cooper-

h

torio, atq; retrorſum retorto læti omnes exierunt de habitaculo. Cumque eſſent egreſſi, cœperunt eſſe ſtupefacti, neſcientes quid agere deberent, dum adhuc vincula circa ſe unuſquiſque illorum putaret habere. O ſancte Eutropi, inquiunt, ſi placet tibi, nos ab his vinculis abſolvere digneris. Poſt hanc vocem ſubmiſſis ad pedes luminibus, nihil viderunt ſe habere è vinculis. Denique reſpexerunt in fundo arcæ, ac ſua omnia exinde levaverunt vincula. Quare ea tenētes manibus, circumquaque cœperunt conſpicere attentius, ſi in ullam partem poſſet aditus inveniri, quo exire quiviſſent intrepidi. Erat enim locus quo ipſi detinebantur captivi, quoddā appendicium extremæ partis domus *i* Præpoſiti; & idcirco nullum habebat exitum vel introitum niſi per medium domus Præpoſiti, ideo neſciebant quo fugæ auxilium expeterent.

EX MS. *& compedibus fractis,*

i

16 Tunc unus ex illis ſociis ait, Pergam ad oſtium domus, introſpiciamq;, ſi forte habitatores defuerint. Qui cum infra oſtium miſſo capite circumſpiceret, omnes ad menſam vidit reſidētes, & ſua terga contra illam partem tenentes qua per aliud oſtium domus erant exituri. Qui reverſus ad ſocios ait: Ego nempe, quia omnes comedunt, &c. tranſitum poſt dorſum eorum habiturus ſum, egrediar. Et hoc dicto, complicans ſub axilla vincula, cœpit egredi. Quo viſo, ſocii ſui ſecuti ſunt eum. Illi vero, qui ad menſam reſidebant, ut ſonitum pedum egredientium audierunt, faciem ad illos verterunt, & eos viderunt, & nihil tamen eis dixerunt. Deinde venerunt ad portam civitatis, quam quidem clauſam ac janitorem ſecus illam ſedentem invenerunt; aperienteſque eam tranſierunt, nihil autem à janitore audierunt. Cumque tranſitum haberent per quemdam pontem, ante ſe multitudinem videntes hominum & mulierum, per aliam viam reflexerunt greſſus ſuos, in qua habuerunt obviam multitudinem boum, qui greſſus ſuos figunt, fugientibus dantes locum, & capita in aliam partem reflectunt. Ipſi vero eccleſiam B. Germani *k* ante ſe reſpiciunt taliter, quod alloquuntur monachum, quem ante januam reperiunt: Aperi nobis quantocius, quia dum ſumus liberati meritis B. Eutropii, conſequuntur nos inimici noſtri. Qui confeſtim aperuit eis, & illi cum magna velocitate ingreſſi ſunt.

inſpectantibus cuſtodibus egredi facit,

B

k

17 Poſtea cum adveniſſet Præpoſitus, ita locutus eſt eis: Cum hoc non ſit dubium, quin divinum vobiſcum ſit comitatum auxilium; tamen vobis non concedam abſceſſum, niſi mihi reddideritis vincula, quibus circumligati fuerant veſtra crura. Tunc aiunt illi capti, etiamſi tota hebdomada contigerit nobis manere abſque cibariis, non reddemus tibi vincula; ſed illi portabimus, qui nos ab ipſis miſericorditer liberavit; ſitque omnis populi proclamatio contra Præpoſitum, eo quod nullam vim inferre præſumat hominibus, qui liberati eſſent divinis auxiliis. Tandem aperta ratione ſuperatus, fiduciam firmam concedit captivis, ſuſcipiuntur à civibus, reficiunturque largis dapibus. In craſtinum vero occultis tramitibus, licet cunctis aſpicientibus, catenas in ſuis humeris deferentes, egreſſi ſunt ab eorum finibus, tendentes in ſuis ſuorumque patrociniis reparare ſe cibis & veſtibus. De hinc venerunt ad B. Eutropii limina, in cujus altari ſua offerunt vincula: poſt redeunt in ſuam patriam, mira ac preclara miracula divulgantes.

qui vincula ſua Sanctonas adferūt,

F

ANNOTATA.

a *Hinc intellige ſeculo circiter* 12 *hæc acta eſſe, vel etiam ſerius.*

b *Priorem hunc Ordinis Cluniacenſis fuiſſe colligitur infra ex num.* 22, *quæ alia temporis nota eſt: & in Bulla Paſchalis* 2 *ad* Pontium *Abbatem Cluniacenſem an.* 1109, *inter Prioratus Cluniaco ſubjectos numeratur* S. Eutropius.

c Pontes *urbs, duplo longius ex una parte Xāionibus diſtās,*

quam Thaleburgum ex altera; à ſubliciis pontibus (quibus LX MS. inſternitur Singona fluvius, plures ante urbem inſulas faciens) nomen accepit teſte Maſſono.

d *Ita ſcriptum erat, ſed ſuſpecta mihi ſcriptio eſt: ſagacior alius explicet vel corrigat: ego carcerum præfectos intelligo.*

e *Suſpicor eſſe oppidum quod in tabulis Pictaviæ* Aunay *ſcribitur, inter Pictavos & Santonas, & his quam illis duplo vicinius.*

f *Hic rurſus Oedipo opus foret, cum hujus nominis civitatem nullam tota Gallia reperiam.*

g *Aream hanc fuiſſe ligneam, funibus circumſtrictam, & deſuper lignis oneratam, mox apparebit: & crudele illud cuſtodiæ genus eo tempore uſitatum fuiſſe jã ſatis liquet ex dictis.*

h Cavilla, *clavus ligneus, Francis* Cheville.

i Præpoſitus, *uſitata etiam hodie Gallis phraſi, rei capitalis Præfectum notat.*

k *Fuit hæc aliqua ſuburbana eccleſia, ad quam prægreſſos mox aſſecutus Præpoſitus eſt.*

CAPUT III.

Profanantes feſtum ejus puniuntur, energumẽni liberantur.

B 18 VIr quidam de caſtellania de Blanzach, Engoliſmenſis Diœceſis, ignorans S. Eutropii virtutem, egreſſus foras in agrum cum ſuis bobus in die feſti ſui, ut terram excoleret, cum ſe præparaſſet ad opus, quidam Miles iter faciens per locum illum, *Feſtum ſuum profanans cæcitate percutitur* devotus S. Eutropio, eum corripens dixit ei: Dimitte homo, dimitte opus tuum inceptũ, cum operari non licet; hodie eſt feſtum B. Eutropii, quod digne debet ab omnibus memoriæ commendari, & ſolenniter cum reverentia celebrari. Verum cum nec timore Dei, nec reverentia Sancti, nec admonitione devoti Militis, perverſi hominis temeritas refrænaretur, ſed pertinaciter operi inſiſteret inchoato; verbo contumelioſo reſpondens, ait: Ego terram meam arabo, Eutropius autem ſe de ſuis monachis intermittat. Nec mora vix de ore verbo pernicioſo egreſſo, addidit Deus ad gloriam Sancti ſui miraculum & flagellum. Mox enim ut aratrum cum una manu apprehendit, & cum altera virgam, in qua erat ferreum inſtrumentum defixum in capite, levaret ad opus; ſic virtute mirifica utraque manus ſuo inſtrumento cohæſit, ut ad ventris dimiſſionem digitos [non] valeret aliquatenus relaxare: ipſum etiam interius & exterius tanta percuſſit cæcitate, quod quidquid operabatur contra eum divina potentia, penitus ignoraret. Nam boves illico faciem C verterunt ad iter, & ipſum ad Sancti eccleſiam multis videntibus, & de tanto prodigio admirantibus, ipſo ignorãte quod ageret, adduxerunt. Ubi lumine quod amiſerat cælitus accepto, compunctus corde, ante ſepulcrum ſancti Martyris dedit lacrymas, & pœnituit de commiſſo, ſeq; Deo & B. Eutropio humiliter de- *& ſanatur:* vovit; promittẽs ut quamdiu viveret ſuum feſtum coleret, & in ſignum ſervitutis, ejus ſepulcrum annis ſingulis perſonaliter viſitaret. Mirabile dictu! Statim voto emiſſo, & promiſſo devotæ ſubjectionis dato, ſic homo infelix priſtinæ reſtitutus eſt libertati, quod per ſeipſum inſtrumenta depoſuit: cunctis qui aderãt Deum laudantibus, Sanctiq; virtutem, qui tam mirabiliter percutit & ſanat, vulnerat & medetur. Inſtrumenta vero uſque hodie in eccleſia dependent, in recordationẽ tanti miraculi, & ut populorum devotio ad feſti recordationem amplius augmentetur.

alius ei devotus 19 In caſtro de Tallaborgh prope Xantonas accidit, quod quidam devotus, qui B. Eutropio devote & humiliter ſerviebat, & ſingulis annis ejus tumulũ devotius viſitabat. quadam die, completa peregrinatione ſua, rediens ad domum propriam, invitavit totam viciniam, ut amplius faceret S. Eutropium honorari & ad conſimile alios incitari. Sed hoſtis antiquus, qui ſemper circuit quærẽs quem devoret, voluit ipſum à bono jã incepto penitus revocare. Nã uxor ejus propria, plena dolo, fraude & malitia, quę fidẽ thori minime conſervabat, & cuidã lenoni amore illicito adhærebat; voluit eũ occidere cum ſecuri. Sed noluit Deus permittere tantum malum; innovat Deus ſigna, immutat mirabilia, & honorificat Sanctum ſuum. Non *obrigeſcente uxoris perfidæ manu* potuit mulier levatas manus cum ſecuri deponere, non poteſt meritrix virum occidere, non poteſt Dalila comam Sampſonis præſcindere, non poteſt ancilla Petrum decipere, non poteſt alienigena pervertere Salomonem. Adfuit præſidio S. Eutropius, adfuit præſidio pater pius, quem toto cordis deſiderio diligebat; peregrinum ſuum, poſitum in periculo, facit tutum; nec eſt pro lenocinio homicidiũ ſubſecutum. Stat mulier cum inſtrumento manibus elevatis, fatetur quod facere voluerat, ad ſpectaculum proli- D bus adunatis. Sed tantum facinus ilico veniam non meretur: oportuit enim, quod vir ſuus eam ad eccleſiam Sancti duceret, ut fide ac devotione, quam habebat ad ipſum præcipuam, uxori ſuæ ſibi contrariæ valeret veniam obtinere. Factum eſt enim quod *liberatur à nece.* mulier cum viro ſuo vacans orationibus per triduum vigilavit: & poſt, confeſſo in præſentia omnium ſuo facinore, meritis B. Eutropii & devotione ſui pere- E grini, manus elevatas laxavit, ſecurim depoſuit coram *& ipſam à pœna ſolvit.* altari; ſicque in ſtatu priſtino reſtituta, ſimiliter cum viro incolumis ad propria remeavit. Poſita fuit ſecuris in eadem eccleſia, inter multa genera inſtrumentorum, in conſpectu peregrinorum venientium; ut cognoſcant cuncti, quanta poteſt apud Deum S. Eutropius ſuis precibus obtinere.

20 Alio quoque tempore, ſolennitate S. Eutro- *alius violatæ feſto intumeſcens,* pii, quidam carpentarius, dum ſe præpararet ad ungendum ſottulares ſuos; quidam alius, majorem habẽs devotionem ad Sanctum, dixit ei: Hodie feſtum eſt B. Eutropii, iſtud facere vobis non licet. Ille vero indignanti animo piam monitionem non ſuſcipiens, reflexo oculo illum reſpexit; acſi Sancti haberet potentiam in contemptum; & ceſſare noluit; ſed opus quod inceperat, terminavit. Cum vero ſe vellet de illis ſottularibus calceare, factum eſt divino judicio ad Sancti gloriam, quod ſtatim incepit homo pertinax ingroſſari; & poſt paululum in tantum eſt ingroſſatus, quod niſi cum magna difficultate ſe poterat aliquantulum inclinare, nec cum manu pedes attingere. Igitur pœna edocente Sancti recognoſcens virtutem & merita, contritus F mente & condolens de peccato, ad ejus ſepulcrum eſt *ad ſepulchrũ ſanatur.* flebiliter deportatus. Dum autem homo ita deſpectibilis ibi perſeveraret in affectuoſa & humili prece, membra cœperunt attenuari; & celerrime obtinuit, quod fideliter poſtulavit. Sequenti namque die ſanitatem integram obtinens, domum propriis pedibus eſt reverſus, qui per alios fuerat apportatus. Multi etiam alii, dum B. Eutropii feſtum contemnunt celebrare, mirabiliter ſunt puniti: ſed poſtmodum peracta pœnitentia mirabilius ſunt meritis ipſius liberati.

21 Alius homo de Epiſcopatu de *a* Nantes tan- *a* tum erat turgidus infirmitate hydropis, quod nullo *item hydropici, vir* modo videre poterat crura ſua. Poſitus itaq; in angu- ſtia vehemẽti & auxilio deſperatus humano (expenderat enim in medicos multam pecuniam ſanitatis amore, ſed nullo potuit medicinali ſuffragio adjuvari) tandem ad S. Eutropii patrocinium devoto affectu & prece humili ſe convertit. Quadam enim die circa feſtum Pentecoſtes votum vovẽs ſe fecit ad ſepulcrum ſancti Martyris apportari: ubi S. Futropius multis precibus exoratus eſt, & ſibi perfecte diu deſiderata contulit ſanitatẽ. Alia mulier de vico *b* S. Joannis de Angely Xantonẽſis diœceſis tantum erat inflata, quod vix *b* progredi poterat: quæ ſe fecit ante S. Eutropium por- *& mulier* tari

A tari per aquã in quadã navicula uſq; ad portum apud Xantones: & de portu uſque ad eccleſiam, ſuorum fuit manibus deportata: quæ perducta in eadem eccleſia ante ſepulcrum Martyris, novem diebus vigiliis & obſecrationibus interventu S. Eutropii meruit ſalubriter liberari.

energumena liberatur.

22 Iterum commendemus memoriæ miraculum, quod amplius narrantium actione commendatur. De territorio Burdegalenſi, à parentibus quædam inſana mulier ad Sancti ſepulcrum tracta, non ſtatim incolumitate ſibi reddita, dimiſſa eſt à ſuis, ſicut res vilis, deſpectabilis & abjecta. Quæ multo tempore importuna omnibus oratoribus, ſub divo pernoctans, frequenter à pueris impetebatur luto & lapide; habebat autem aliquod lucidũ intervallum, in quo à Sancto remedium poſtulabat. Contigit autem S. Hugonem

c *c* Cluniaci Abbatem monaſterium S. Eutropii viſitare, ſicut proprium Ordinis Cluniaci inſigne cœnobium. Suſcipitur autem vir Apoſtolicus à Fratribus veſtibus eccleſiaſticis indutis proceſſionaliter, ut decebat. Illic furibunda mulier, greſſu concito accurrens, aſpectui ſancti viri ſe expoſuit, oculis turbida, facie turbulenta, ſtridens dentibus, lingua protracta, capillis hirſuta, maligno ſpiritu agitata. Vir autem ſanctus,

B dum mulierem illam horribilem vidit, in ſe aliquantulum ſtupefactus, ſe primo ſigno Crucis muniens, poſt inſanam mulierem, oratione prævia, aqua benedicta circumſignans, ſolus ad ſepulcrum Martyris vadit, ipſum pro infelici muliere cum lacrymis oraturus. Mirum certe! cum vir Dei orationi inſiſteret, infelix mulier terræ proſtrata, cum multo ſanguine reptile quoddam, œſtro conſimile, vivum & repens evomuit, meritisque B. Eutropii & interceſſione ſancti Abbatis perfectæ ſe ſenſit redditam ſanitati: rediitque poſtmodum comitata ſuis ad propria, admirationem faciens omnibus, qui eam inſanire prius viderant, modo videntes eſſe [quaſi] de mortuis revocatam. Sanctus poſtmodum Hugo œſtrum ſibi juſſit afferri in quadam tabula, oſtendens illud formam eſſe dæmonis, qui vile ſpectaculum omnibus in memoriam tanti facti demonſtravit.

item alia: *d*

23 Altera quedam mulier, Vixendis nomine, de civitate *d* Agenno, divina permittente juſtitia, male à dæmonio vexabatur: nunc enim in ignem ſeſe deſperate projiciens, nunc collidens in terram, nunc mordens ſe, caput ſuum laniabat miſerrime & ſanguine cruentabat: ſingulis autem diebus ipſam prædicta

C vexamina tantum vexabant, quod vix plures ei obſiſtere poterant, quin propria extraheret veſtimenta. Ducitur autem à parentibus ad Sancti eccleſiam mulier infelix, ut per digna ejus merita eam dignaretur Dominus à dæmonio liberare. Mirabile auditu! Cum ante fores eccleſiæ ligatam tenerent, (non enim permittebat Sanctus Dei, diabolum, pacis inimicum, intra eccleſiam recipi) ecce pius pie miſerorum miſerator, huic mulieri miſeræ, miſerabiliter laboranti, illico advenit: ad cujus mirificam præſentiam ille malignus ſpiritus, mulierem obſidens, indignabundus diſceſſit; mente ſcilicet & corpore mulierem, prius obſeſſam, liberam derelinquens. Mox ingreſſa mulier eccleſiam, cum multa ſecularium admiratione, qui tunc aderant, ad ſepulcrum Martyris feſtinanter accurrit, ut gratias illi devote exolveret, cujus virtute mirabili & pietate amabili ſe noverat mirabiliter liberatam.

maniacus ſanatur:

24 Romanus S. Eutropii refert de ſeipſo, ſe mente captum fuiſſe, & rationabili intellectu deſtitutum, à ſuis parentibns magis attractum, quam ductum ad ſancti Martyris ſuffragium poſtulandum: qui gravius urtica penuriæ puncti, quam ſui ægri miſeria compuncti, victu deficiente, in alia patria dimiſſo quem adduxerant inſano, ad propria ſuus reverſi. Æger vero impos animi, puerorum multis ſuccumbens injuriis, irriſione & colaphis durius quam ipſa fuit amentia, eſt affectus. Poſt paucos vero dies, miſeratione Sancti Martyris, Romanus ille ſenſũ recuperato & intellectu, factus immemor beneficii, ad ſuos redire parentes attentius anhelabat. Quapropter voluntati propriæ ſatisfaciens, templo Martyris dimiſſo, uſque ad caſtra (ad Pontem vocant) veniens, à pueris interceptus eſt & cognitus, quia apud Xanctonas ei ſtulto illudere ſolebant. Nec mora, ſublato clamore, luto & cœnulentis platearum purgamentis, ſtolidiorem hominem inſectantes, omni ſuperjecta ſpurcitia deformem hominem vix deſerunt. Deturpatus denique miſer homo, totus extra ſe factus, amentiam iterum incurrit; reverſus tamen parumper ad cor, ad S. Eutropium iterum rediit, miſericordiam denuo poſciturus, quam ſuperbus perdiderat & ingratus. Affuit Sanctus revertenti, nec contempſit alienigenam, ſed ſuum fecit indigenam, ſanitati integerrimæ reſtitutum. Romanus ſiquidem ab illo tempore Sancti ſepulcrum non deſerens, altaris cuſtos conſtitutus ſcopis mundat, verrit pavimentum, & medico ſuo S. Eutropio devotum exhibet famulatum; pertimeſcens, ne ſi forte recederet, ſibi deterius eveniret; propter ingratitudinem enim pejora infliguntur.

EX MS. E

25 Cum in Burgo S. Eutropii de Xanctonis habitaret quidam citharista, Benedictus nomine, non opere, victum ſuum cum cithara modulatis vocibus à tranſeuntibus quæritabat: ſed quia prædictus citharista non Deo ſed denario decantabat, quamplurimum attulit amaritatis Martyri Eutropio modulatio citharistæ, ſicut ſtatim certis indiciis eſt oſtenſum. Nam miſer homo, dum citharam percutiendo per eccleſiam diſcurreret, genitali infirmitate percuſſus, in conſpectu omnium horribiliter cecidit, veluti deberet finaliter expirare. Parva vero morula interjecta, joculator ille ad ſe rediens, compunctus & pœnitens, voce lacrymabili culpam recognovit, votum faciens Deo & Sancto, ſe illa arte numquã aliquid de cetero lucraturum. Denique verò voto emiſſo, meritis Sancti & devotis intercedentium precibus, reſtitutus eſt priſtinæ ſanitati. Verum Sancti oblitus beneficium, ad ſimile rediit, ſicut canis ad vomitum, peregrinorum vigilias ſubſecutus, ipſosque ad vanitates magis quam ad devotionem excitabat, citharam melodiis, ut erat ſolitus, adaptando. Sed quoniam Deus non ſolum ſit ipſe largitor miſericordiæ, ſed etiam malorum potentiſſimus vindicator; factum eſt, quod dum miſer homo citharizando per eccleſiam inter vigilantes ſaltaret, cœpit omnibus videntibus terræ colliſus ſe per pavimentum volutare, ore frendens & dentibus membra corporis diſcerpens, ac ſi maligno ſpiritu vexaretur. Quid plura? chordæ citharæ rumpuntur, & ipſa cithara validiori impetu uſque ad ſummitatem interiorem eccleſiæ evolans minutatim confringitur; omnes reddens viſo miraculo attonitos & ſtupefactos. Quid immorer multis? Iuſto enim judicio fuerunt noviſſima illius pejora prioribus, propter ingratitudinis vitium: nam infelix homo, qui plauſu temerario ad eccleſiam per ſe venerat, per alios fuit ad domum ſuam dolore anxio reportatus; in craſtinum autem mortuus eſt ſceleratus, inferni mancipium & filius tenebrarum.

Citharœdus S. Eutropii templum profanans.

morbo

ac deinde morte punitur.

26 Alia quoque mulier, de vico qui vocatur *e* Loſerac prope Xantonas, quadam perturbatione pavoris tantam incurrit amentiam, quod penitus amiſerat rationem, intellectum & ſenſum; & totum ejus corpus ita effectum fuerat inquietum, quod vix aut minime à pluribus teneri poterat, ſed inter manus detinere volentium horribiliter ſe frangebat. Denique duo filii, quos habebat, non ſperantes apud ho-

e

ſanantur maniaca

EX MS. minem invenire remedium ſanitatis, ad S. Eutropii merita præcordialiter ſe convertunt. O Sancte Eutropi, Martyr Dei ſanctiſſime! ô lucerna totius populi, refugium & juvamen! tibi matrem offerimus, tibi commiſſam *f* devotamus, & à te ſanitatē ejus tota devotione depoſcimus. Feſtinato igitur matrem ligatam funibus ad eccleſiam ejus deferunt, & ante altare matrem miſſam deponunt; ubi novem diebus & totidem noctibus tenuerunt. Die autem altera, munere perfectæ liberationis accepto, cum rationis induſtria & vivacitate ſenſuum, domum rediit, gaudens & exiliens & laudans Deum, ac ſi nullo tempore malum aliquod perſenſiſſet.

f

Et alius ſimili malo laborans

27 Tempore æſtivo quidam nauta de Britannia, civitate quæ dicitur *g* Campercorrenti, venit navigio cum pluribus ſociis apud *h* S. Severianum; ibique in lecto ægritudinis per dies plurimos decubans, demum morbo graviſſimo afflictus ac prolixitate illius languoris detentus, in furiam eſt converſus. Socii autem illius, pietate ſociali pro ipſo Deo votum facientes & S. Eutropio, apud Xantonas ad ejus tumulum vinctum manibus & pedibus, cum magna cordis mœſtitia, adduxerunt: & ita ibi ligatus & detentus per novem dies, ſociis ſuis pro ipſo obnixe voce gemebunda

g h

B ad Sanctum proclamantibus, pernoctavit: nullum tamen tunc obtinuit remedium ſoſpitatis. Expletis vero novem diebus, homines illi, nihil amplius boni de ſalute ſocii ſui ſperantes, reverſi ſunt cum infirmo ad S. Severianum, ipſum ægrotantem ad partes ſuas reducere proponentes. Tamen cum ad merita B. Eutropii devoverunt eum, iterum adduxerunt. Cum autem ad eccleſiam beati Martyris ipſum perducerent, in compedibus & manicis ferreis illico poſuerunt; ibi enim tam fortiter corpus ſuum agitabat, quod catenas totaliter diſrupit & veſtes proprias dilaceravit. Poſito autem ipſo in catenis ferreis per aliquod ſpatium temporis, exinde exivit & eas pariter confregit, & per vias & campos fugam arripuit, & veſtem ſuam exuit, nuduſque huc & illuc diſcurrit. Sacriſta vero eccleſiæ, videns quod fugam arripuerat, ſtatim fuit eum proſecutus, ipſumque per campos & villas inveſtigavit. Invento autem ipſo, ad eccleſiam ſanctiſſimi B. Eutropii propria voluntate ac ſpontaneus revenit; rogans eum & ſupplicans cum gemitibus & ſuſpiriis, quatenus in compedibus & manicis ferreis ſtrictius iterum poneretur. Completis autem novem diebus noctibuſque & amplius,

C ſanctiſſimus Martyr Chriſti eum in priſtinum ſenſum & naturalem intellectum divina gratia ſibi reſtituit; ſanus & incolumis cum amicis, gratias agens Deo & beatiſſimo Eutropio, ad propria cum gaudio remeavit.

ANNOTATA.

a Nannetenſis Epiſcopatus *in Britannia Armorica eſt.*

b S. Joannis de Angeliaco *abeſt Sanctonis 7 vel 8 leucis ad ſeptentrionem,*

c S. Hugonis Cluniacenſis *Vitam dedimus & illuſtravimus die præcedenti.*

d Agennum, *Aquitaniæ civitas, ad Matronam flumen.*

e *Hujus vici nomen deeſt in tabula Topographica Xantonenſi: ſicut & quædam alia infraſcripta.*

f A Devotare *ducitur* Devotatio, *apud S. Auguſtinum*; & Devotamentum, *apud Tertullianum: ſed utrumque in ſequiorem ſenſum pro execratione ſumitur.*

g Coriſopitum, *vulgo* Kempercorrentin, *in extremo Britanniæ Armoricæ cornu.*

h *Forte ſcribendum*, S. Savinianum, *hujus enim nominis vicus*, à portu *cognomen habens, notatur infra Thaleburgum, & adverſo Carentono ſubiri poteſt navibus.*

D

CAPUT IV.

Alia S. Eutropii beneficia.

28 REfert Willelmus Bernardi, quod mulier quædam Stephana, manibus contracta, brachiis & cruribus debilitata, per decem & ſeptem annos in domo eleemoſynaria illius monaſterii languens decubabat; quodq; quodā naturali candore membrorū enormitatē obduxerat, ad compaſſionē ſui viſitatores ſuos invitabat, ipſo intuitu ſimplici & venuſto provocans quoſlibet è populo ad ſuæ obſequium ſervitutis. Cum vero tanto tempore, jam ſine ſpe redintegrandæ ſalutis, lectum niſi aliorum manibus ingredi non valeret; qua dam nocte, cum ſolennia ſancto celebrarentur Eutropio, multa cum peregrinorū confluentia & Clericorum multitudine copioſa, ante ipſos nocturnales hymnos, S. Eutropius, collegis duobus aſſumptis, S. Martiale videlicet & S. Leonardo *a* Abbate, mulieri adſtitit in eccleſia ægrotanti, quam mirabili claritate illuſtrans ſignoque Crucis ambiens, ut ſurgeret imperavit. Illa vero debilitatem manuum & pedum demonſtrans voce querula muliebriter, impoſſibilitatem imperatæ obedientiæ aſſerebat. Mox contractam paſtorali baculo, quem manu geſtabat, tangens, ſanam reddidit, & ſuorum ſociorum nomina indidit. Femina autem, nervorum vigore relaxato, membra pedetentim extendens; ſurgens incolumis, manus ad tactum indociles porrexit, pedes, ad greſſum prius inutiles, adaptavit: adſtantes vero, audientes membrorum crepitantium ſonum, non ſolum admiratione replentur ſed & gaudio, videntes eam erectam ſtare, quam primo in ſtratu geſtatorio frequenter adductam ſuis eleemoſynis per decem & ſeptem annos aluerant, & modo videbant perfectæ redditam ſanitati.

contracta ſanatur

a

E

29 Quidam è Francia, multum *b* perſonatus, captus oculorum cæcitate nativa, ſuorum obſequio ſervorum, cauſa orationis, iter ad S. Jacobum arripuerat; qui per Xanctonas tranſiens, tramite inflexo, ad Sancti Eutropii ſepulcrum vota plurima obtulit; & munera pluriora emendo, paulo poſt itinere peracto, reditum per Vaſconiam faciens, ſuorum ſervorum inſidias perpeſſus eſt, quas ſubnecto. Inſtigante enim diabolo, cupiditate pecuniæ quam in ſumptus itinerum portabat, ſervi illi, omni malitia pleni, cæcum Dominum, quem ad ſecreta naturæ divertentem extra viam ſtratam fallaciter eduxerant, ibi hominem, lumine oculorum privatum, denariis, equitaturis & rebus omnibus privantes, ſolum in ſolitudine dimiſerunt. Ille vero quaſi truncus inutilis jacens, ſe ſentiens deſtitutum; altius voce querula opem prout poterat expoſcebat. Audientes autem clamorem peregrini, ad ipſum perterriti diverterunt. Cum vero ipſum inveniſſent, intelligentes ſuum miſerum eventum, moti pietate, cum lacrymis & dolore adducunt in via publica, ubi aliquod ſubſidium pro alimonia exhibentes, in quodam tugurio dimiſerunt. Ille autem, ut erat deſtitutus humano ſubſidio, doloroſis vocibus lacrymoſisq; gemitibus Sancti patrocinium flagitabat, Denique cum ſpecialem ductorem non haberet, manuum auxilio venit cæcutiens ad Sancti eccleſiam, narrans ſuum omnibus infortunium cum mœrore.

b

Cæco à ſuis ſpoliato ac deſerto

F

30 Cognoſcentes autem Fratres hominem, quem ante viderant, de divite factum pauperem, miſerti, & ſicut proprium eſt monachorum promptum ſibi beneficium obtulerunt. Cum vero per plures dies inter monachos fuiſſet, recedendi ab eis licentiam cum multis gratiarum actionibus requiſivit; qui ſibi liberaliter equum & famulum pecuniamque in via tri-

buunt

A buunt abundanter. Cumque omnia parata eſſent ſibi neceſſaria, eſſetque in promptu recedendi; ductus divino flamine, ad Sancti ſepulcrum acceſſit: ubi ſe ad terram proſternens, manibus ad modum crucis expanſis, cum lacrymis erans, Sancti merita proclamabat. Non defuit ille indefeſſus miſerorum adjutor precibus ſupplicantis: nam ſubito ſupinus ante altaris

viſus reſtituitur:

crepidinem repente ruens, de folliculis, ubi oculi ſedem habent, ſanguinem emiſit; qui palpebras, faciem & pavimentum cruentavit, & oculos aridos mirabili virtute in locum ſuum priſtinumque vigorem reſtituit. Extollitur exinde clamor ad æthera, vici reſonant & compita, populi concurſu, iuvenum plauſu, campanarum pulſu, civitas & eccleſia reſonat, omnesque pariter ad Chriſti amorem & Sancti reverentiam ferventius inflammantur.

Ioa, 11, 11 31 Quoniam dicitur, quod bonus paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis, quidam homo de Copinaco ſe & ſua animalia, quæ habebat, B. Eutropio tamquam bono paſtori fiducialiter commendavit; credens ea per ipſius virtutem poſſe à luporum morſibus cuſtodiri. Aliter autem accidit quam ſperabat: nam quadam die, Deo permittente ad honorē Sancti

B & gloriam cum pueri domus gregem porcorum per agrum abſque paſtore permitterent oberrantem; ecce lupi rapacitas furtivos ad prædam concitans greſſus, unum de grege, quem homo inter ceteros Sancto devoverat, dentatis faucibus repente ſuſtollens, latratum canum clamoremque paſtorum minime veritus, cum eo fugit ad ſilvam. Redierunt pueri ad hoſpitium, referunt damnum, mirantur omnes, qui aderant, quomodo prævalere potuerit lupus porco, Martyri devotato: de qua re dum inter ſe contendunt, &

optantes columbas S. Eutropio offerre, illas prodigioſe nanciſcuntur,

utlupum quærant intendunt famuli, habentes plus de ſimplicitate puerili quam diſcretione; [videntes volantes gregatim columbos; & Putatiſne, inquit eorum unus] iſti columbi, remigio alarum demiſſo, humiliati ſe Martyris exponent manibus? Utinam ſpecioſas aves & angelicas Beato poſſemus portare Eutropio, Angelorum collegæ amabili, & hujus patriæ venerabili tutatori. In hæc verba duo de columbis, nive candidiores, gallinis domeſticiores, ſuper humeros imprecantis manſuetius inſederunt: attoniti autem iuvenes & miraculo exhilarati, quod inceperant iter alacrius emenſi, juvenem columborum bajulum uſque ad eccleſiam S. Eutropii alacriter ſubſequuntur.

32 Erat enim tum temporis Sancti venerabile cor-

C pus ante altare in quodam tumulo poſitum, quod poſtea ſicut hodie patet cum ciſtella plumbea, velut antiquitus reconditum habebatur, honore condigno conſignatum fuit in mauſolæum & competentius collocatum. Cum itaque prædicti juvenes, cum illo primo, qui avibus erat inſignitus, appropinquarent ad tumulum: columbæ ultro blando volatu ſuper thecam ſancti Martyris reſederunt. Mirantur non modicum circumſtantes, & aves quaſi cælitus miſſas dimiſerunt in templo, eas tangere formidantes: co-

qua ad ſepulchrum ejus manent:

lumbæ vero circa corpus ſedulitate familiari excubantes, ipſæ non modico naturali depoſito pavore, victum juxta Sancti pignora perceperunt, ſicut à pluribus, qui viderunt, fuit ſufficientiſſime approbatum; nec à loco ſancto defuerunt, ſui ſpectaculum pro obſequio exhibentes, uſque quo corpus venerabile fuit inferius cum canticis & laudibus & miraculorum claritate repoſitum.

6 33 Nobilis quidam *c* ſenilis, cum regionariis ſuis S. Jacobum adiit; in reditu vero ad monaſterium S. Eutropii veniens, quem inter Sanctos Dei & amicos ſuum elegerat Patronum votis & orationibus & multis donariis ſe devovit. Alio autem tempore, ardore caritatis accenſus, ſigno ſanctæ Crucis ſe muniens, Hieroſolymam petiit, ibi contra paganos pugnaturus, pro fide Trinitatis per effuſionem ſui ſanguinis amplianda. Cum itaque quadam die per quamdam incederet viam prope civitatem Hieroſolymitanam, in qua pro inferenda morte militibus Crucifixi lupinæ inſidiæ latitabant; quidam ex inſidiis ſurgens ipſum cum ſagitta ſua tam letaliter vulneravit, ut nulla prorſus ſupereſſet ſpes recuperandæ ſanitatis: remanſit enim ſagitta in viſceribus, quæ ſibi dolorem vehementiſſimum infligebat. Cum igitur judicio medicorum omnium, ſcilicet quos ibi terrarum invenerat, ipſi tam graviter vulnerato impoſſibilis eſſet curatio, pro eo quod ſagitta in interioribus incluſa minime poterat reperiri; ad domum rediens, gravius ultra vires ferrum, quod portabat, vix ſuſtinens, jam per quatuor annos viſceribus putrefactis, audita virtute ſancti Eutropii, habitaque cum diligenti indagatione de ſuis miraculis veritate, ad ejus patrocinium, quanto poterat affectu quantoque deſiderio, fidentiſſime ſe convertit; & ſalutem, quam nuſquam reperire poterat, ab eo ſuppliciter imploravit.

Ex Ms. hæret in viſceribus ferro incurabiliter ſaucius,

34 Veniens demum ad Sancti ſepulcrum, dum ibi aſſiduis pernoctationibus lacrymoſisque precibus homo tam miſerabiliter afflictus inſiſteret; ecce medicus ſalutis, Eutropius videlicet, quaſi ſtatim ſagittam obfuſcatam tanti temporis rubigine ejecit mirabili virtute de corpore vulnerato, manuumque ſuarum ſuavi contactu expulſa omni viſcerum putredine, reſtituta carne, ſolidatoque vulnere, contra ſpem humani conſilii ægrotantem integræ reſtituit priſtinæ ſanitati. Sentiens autem ſe ita perfecte ſanatum; in vocem divinæ laudis & B. Eutropii prorumpens, Dei miſericordiam & Sancti virtutem, tamque inſigne miraculum ad honorem ſancti Martyris explicat univerſis: qui videntes in tam aperto prodigio B. Eutropii potentiam, admiratione ſimul & gaudio replebantur, ipſumque laudum præconiis extollebant. Fecit autem fieri nobilis iſte ſagittam argenteam, quam cum ferrea, quam diu portaverat incluſam in corpore, ante altare ſancti Martyris ſuſpendit, ad ſpectaculum populi, ut tam nobile miraculum omnes ad Sancti amorem & reverentiam incitaret.

id ſibi ad ſepulturam extrahi ſenit: E

35 Gregorius homo de Barbejaco, miles de novo factus, non tamen de militari genere procreatus, cum accinctus fuiſſet militari apparatu, equum ſortitus eſt bonum & habilem ad militiæ officium exequendum; confidebat enim cum ipſo ſe eſſe in non uſitato officio aptiorem, & contra ſuos adverſarios fortiorem. Quapropter ad S. Eutropium veniens, nobilem nobilium protectorem, ſuum devovit equum; pro eo pretium obtulit, & in ſua cuſtodia fidentiſſime commendavit. Contigit autem non multum poſt, quod in hoſtium manibus cecidit, ſuumque equum perdidit tenerrime dilectum. Rediens vero pedes domum anxius, præ dolore noctem ducebat inſomnem, ſpe depoſita ulterius militandi; lamentabaturque frequenter pro equo perdito, quia præ nimia paupertate unde haberet alium, non habebat. Sed cum [quidam] è notis ſuis deridentibus dicerent ei, non ſentientes Sancti virtutem; Putaſne S. Eutropius, quem clamitare non ceſſas, cum diſtet à te decem leucis, equum perditum tibi reſtituat? Ille vero multo magis confiſus de Sancti curiali virtute, intra ſe clamabat: S. Eutropi, redde mihi equum perditum, quem tibi tota devotione devovi: redde mihi theſaurū meū, cum me videas depoſitum à gradu penitus militari. Cum

militi ereptus equus redditur: F

hæc & ſimilia Sancto Dei proponeret, ecce equus repente venit ad domum novi militis ſicut amiſerat, acſi manu Dei duceretur. Gaudet non modicum miles pauperculus viſo equo, ſolvit Deo & B. Eutropio gratiarum uberrimas actiones.

34 Hæc ſane miracula, ſolenniter, ut dictum eſt, approbata,

EX MS. approbata, quæ latiori tractatu *d* conſcripta, modisque diverſis tradita, in multis voluminibus reperi; in quadam ſumma & breviter annotavi. Nam, ut in principio poſui, ſi vellem omnia ſigillatim conſtruere miracula, quæ per ipſum & modernis temporibus operari dignatus eſt, & adhuc operari non ceſſat ille dux ſupremus, pro cujus amore Martyr glorioſiſſimus Eutropius ſubire mortem non timuit, vires non ſuppeterent nec tempus ſufficeret cuncta per ordinem explicare. Sicut enim Sanctus iſte præclarus, dum viveret, in miraculis exſtiterat; ſic à die migrationis animæ à corpore, uſque ad præſentem diem, præclaris miraculorum inſigniis coruſcat, per diverſas mundi partes, divina ſibi potentia largiente. Nam captivi mirifice liberantur fractis compedibus, contracti reperiuntur erecti, paralytici conſolidantur, dæmones ab obſeſſis, ſuſcepto obedientiæ ſancto mandato, ab ipſo Martyre effugantur: cæci, ſurdi, muti, hydropici, naufragi, omnes ipſius meritis accipiunt remedia ſalutis; omnibuſque morbis & periculis in neceſſitate poſitis, Sancti patrocinium devote poſcentibus, miſericorditer ſubvenitur. Ad te ergo,
B ô bone Jeſu, cunctorum principium, animarum refugium, ſermonem humiliter convertimus; ut per iſtius Sancti digna merita, tibi ſponſo animarũ fideliũ, lampadibus intus igne divini amoris accenſis, tecum intraturi ad ſupernas nuptias occurramus; ubi hymnos cælicos cum S. Eutropio, qui tecum immortalis impaſſibilisque permanens vivit, & cum Beatorum Spirituũ choris, perenniter in ſupernæ majeſtatis præſentia decantemus: quod nobis de tuæ bonitatis largitione concedere digneris, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto vivis & regnas, per infinita ſecula ſeculorum. Amen. D

d Epilogus de miraculorũ ceterorum multitudine.

ANNOTATA.

a *Vix dubito quin hic ſit ille, miraculis & captivorum liberatione celeberrimus, Leonardus, qui 6 Novembris colitur, & decimo à Lemovicibus milliario juxta eccleſiam à ſe conditam vixit, non tam Abbas quam Eremita dicendus, ſanctoque Martiali Lemovicenſium Epiſcopo devotiſſimus.*

b Multum perſonatus, *ſive, ut Franci loquuntur,* un grand perſonage.

c Senilis, *id eſt, grandævus, quomodo Francice dicitur* Veillard, *ſenex. Niſi forte conjectet aliquis legendum eſſe* de Senlis *id eſt* Silvanectenſis: *certe non admodum ſenex fuiſſe debuit, cui vires & ad peregrinandum & ad bellandum ſuppetebant.*

d *Hunc* tractatum *ſeu* latiora volumina, *ſi quis uſpiam repererit, rem Sancto nobiſque gratiſſimam faciet ipſa deſcribendo & tranſmittendo, ut publici juris fiat theſaurus, hactenus abſconditus eoque inutilis.* E

DE SANCTIS MARTYRIBVS ALEXANDRINIS.

DOROTHEO PRESBYTERO, RODOCIANO DIACONO, VIATORE, TERENTIO, MARTINO, MAIORICA, VICTORE, CLAVDIO, SILVANO, CLEMENTE AL. ORIMENTO, HONORATO, ITEM VICTORE, REDVCTO, ITEM HONORATO, THELEFORO, PRIMOSO, ROGATO, FELICE ITEM FELICE, LVCIANO, COLOSO, ITEM ROGATO, REVOCATO, SEVERO, COTIDIA, FORTVNO, SPINICA, JOCVNDO, DEMETRIO, IVLIO, SECVNDINO EPISCOPO, MERITO, HONORO, G. H. ITEM SILVANO, SATVRNINO, EMILIANO, SATVRNINA, APHRODISIO PRESBYTERO, DVGDO PASTORE EPISCOPO.

XXX APR.

C *Poſt tam varios & illuſtres Chriſti Martyres, quos toto hoc menſe Aprili triumphum ſanguine ſuo meruiſſe ac reportaſſe oſtendimus, hoc ultimo die agmen claudunt facile centum & triginta generoſi athletæ, ex quibus nonaginta ſuis nominibus Faſtos ſacros reddunt nobiliores. Indicantur hi in quatuor Martyrologii Hieronymiani apographis, & in ſuas claſſes diſtributi optime ordinantur, in antiquiſſimo codice, ante annos prope mille characterе Teutonico exarato, quem ex Epternacenſi acceptum cœnobio hactenus toto hoc opere produximus: & ſic ibidem prima claſſis indicatur.* Pridie Kalendas Maji in Alexandria Dorothei Presbyteri, Rodociani Diaconi, Viatoris, Terenti, Martini, Majoricæ, Victuri, Silvani, Orimenti, Honorati, Victorini, Reducti, item Honorati, Talesfori, Primuſi, Rogati, Felicis. item Felicis, Luciani, Coliſi, Revocati, Severi, Cotiæ, Fortuni, Spinicæ, Jocundi. Juli, Emeriti, Honori, Silvani, Saturnini, Emelliani, Saturninæ, Afrodi, Dugdi, Partoris Epiſcopi. *Hactenus primarium apographum: à quo haud procul diſſentiunt tria alia apographa, ſcilicet Corbejenſe Pariſiis excuſum, Lucenſe à Florentinio in lucem datum, & MS. Blumianum: in his* Rodociani *ſcribitur*, & Victoris *in Corbejenſi*, *loco* Viatoris, Maloricæ & Claudii *in Blumiano*, Clementi *loco* Orimenti *in Lucenſi & Blumiano. At vitio amanuenſis inde uſque* Julium *deſunt octodecim nomina Martyrum in Pariſienſi editione*; & *loco omnium ponitur nomen* Demetrii, *cujus in aliis non fit mentio. In aliis duobus ſcribuntur* Victori, Thelefori, Primoſi, Coleſi; *quæ ſupra ſunt nomina* Victorini, Talesfori, Primuſi, Coliſi; & *in Lucenſi omittitur alter* Felix; *ac loco* Revocati, *ponitur in utroque* item Rogati. *Item poſt* Severum, *ordine tranſpoſito, collocantur nomina* Spicæ, Cotidiæ, Fortuni, Jucundi: *quæ ſupra Epternacenſi ſunt* Cotiæ, Fortuni, Spinicæ, Jocundi. *Et hinc reſumuntur nomina Martyrum in editione Pariſienſi: atque poſt* Julium *interponitur in tribus apographis* Secundinus Epiſcopus, *in Epternacenſi deſideratus: in hoc quoque* Emeritus, *illis eſt* Meritus *Aſt* Emellianus Emelianus & Emilianus *aliis, in Pariſienſi omiſſus eſt. Loco etiam* Afrodi, *ſcribitur* Affrodi, & Aferodi; *loco autem* Partoris, *melius in aliis legitur* Paſtoris Epiſcopi. F

Plurimi Martyres in Martyrologiis S. Hieronymi,

eorum nomina 30 Aprilis in antiquiore codice,

collata cum aliis:

2 *Varii ex his in aliis Martyrologiis exprimuntur. In antiquo Barberino, cum quo etiam genuinum Bedæ Martyrologium contulimus, & in Trevirenſi S. Maximini iſta leguntur:* in Alexandria Dorothei Presbyteri, Rodociani Diaconi, Clementi, Honorati, Reducti, Secundini Epiſcopi. *Iidem, ultimo dempto, ſunt in MS. Pragenſi eccleſiæ metropolitanæ*; & *ibi* Redactus *ſcribitur, qui aliis eſt* Reductus. *In MS. Richenovienſi exprimuntur nomina* Dorothei Presbyteri, Rodociani Diaconi, Viatoris, Martini, Majorici, Victoris: *ex his penultimus* Majo-

varii in aliis Martyrologiis;

rica

A

rica *dicitur aliis. In MS. Reginæ Sueciæ, etiam ab Holſtenio laudato in Animadverſis ad Martyrologium Romanum, iſta habentur* : In Alexandria natale SS. Dorothei Presbyteri, Rodociani Diaconi, Terentii, Martini cum aliis LII. *Sed hi ad plures claſſes ſpectant. In Ms.* *inter quos eſt S. Paſtor Ep.* *Colonienſi S. Mariæ ad Gradus iſta ex præcedentibus repetuntur*: In Alexandria nat. SS. Dorothei Presbyteri, Rodoliani Diaconi, Clementis, Reducti. *In aliis Mss. ſolus* Dorotheus *nominatur, aut cum Sanctis ſequentium claſſium conjungitur. In Ms. Romano Ducis Altempſii ſub finem referuntur nomina iſta*; Secundini Epiſcopi, Paſtoris Epiſcopi. *In Ms. Trevirenſi* S. *Maximini parvo, ſed antiquiſſimo, iſta habentur*: Paſtoris Presbyteri; Demetrii, Quirini Epiſcopi, Saturnini. *De* Quirino *ſeorſim infra agimus.* Mss. *Trevirenſe S.* Martini *& Vltrajectinum* S. *Mariæ cum Vſuardo genus martyrii adſcribunt his verbis*: In Alexandria Paſtoris Epiſcopi, cum aliis XXIV igni combuſtis & in mare merſis: *& hæc eadẽ verba ad* XXX *Martii habentur apud* Grevenum *&* Caniſium. *Sed hi* XXIV *potius ad tertium ordinem Martyrum ſunt referendi.*

3 *Denique qui ſupra* Afrodus, Affrodus *ſive* Afferodus *ſcribitur, videtur ab aliis* Aphrodiſius Presbyter *ap-* *& S. Aphrodiſius Presb.* *pellari. Ita Rabanus* : In Alexandria natalis Afrodiſii B Presbyteri cum aliis triginta. *Eadem habent Notkerus, & auctor Martyrologii ſub nomine Bedæ ſuppoſiti, ſed hic Ephrodiſium appellat; Aſt* Effrodiſius *dicitur à Greveno & Caniſio & in Ms. Aquiſgranenſi. In* Mss. *Richenovienſi & Rhinovienſi*: Alexandriæ Frodili Presbyteri. *Demum in hodierno Martyrologio Romano*: Alexãdriæ ſanctorũ Martyrum Aphrodiſii Presbyteri & aliorum triginta. *Non apponimus numerum* triginta *ſociorum, quia ſuis nominibus præter* Aphrodiſium *exprimuntur* novem & triginta. *Colitur* XXII *Martii* S Afrodiſius Epiſcopus Biterẽſis: *cujus aliquam Vitam ſcripſit Petrus Calo Ordinis Prædicatorum, & titulo non debite expreſſo adſcribebatur pro cultu* *alius à S. Afrodiſio Epiſc. Biterrenſi.* *dies* XXX *Aprilis, unde & nos illam Vitam ad hunc diem dandam poſueramus: ſed jam ſeponimus pro Supplemento ad diem* XXII *Martii. ſi forſan videantur aliqua miracula inde in lucem proferendâ. Nam circa Vitam eſt eadem fabuloſa narratio, quam ibi & ſupra* XXVIII *Aprilis ex Petro Calo & Petro de Natalibus relatam refutavimus. De* S. Secundino Epiſcopo, *omiſſo in apographo Epternacenſi, ſed relato in* *& S. Secundinus Epiſcopus.* *aliis tribus exemplaribus Martyrologii Hieronymiani, item in Mss. Romanis Barberiniano & Altempſiano & Trevirenſi S. Maximini, dubium nobis fuit, num ille ſit, qui infra cum* S. Agapio *colitur, Cyrthæ in Numidia paſſus: cujus Acta martyrii mox ſubjiciuntur, inſerta Actis SS.* Mariani *& Iacobi: & num potius hiſce ſit jungendus; an denique idem ſit qui tertiæ claſſi adjungitur. Qua admonitione facta eum, inter hoſce Martyres repertum, relinquimus,* E

AUCTORE G. H.

DE SS. AGAPIO ET SECUNDINO EPISCOPIS, THEODORO PRESB. MARIANO LECT. ET JACOBO DIAC. ÆMILIANO MILITE, TERTULLA ET ANTONIA VIRGINUM ET ALIA MULIERE CUM II GEMINIS. ITEM SECUNDIANO, CONCORDIO, FLORIANO, GABRO, GAJANO, POSTUMO, MOMMINO, QUINTIANO, CASSIO, FASILO, FLORENTIO, DEMETRIO, GUDUDO, CRISPINO, ITEM CRISPINO, DONATO, ZEONE, ET ALIIS PLURIMIS TAM CLERICIS QUAM LAICIS *MARTYRIBVS APVD CIRTHAM ET LAMBÆSAM IN NVMIDIA,*

G. H.

CIRCA AN. CCLIX

C

Acta horum Martyrum ſolidiſſima

Annalibus Eccleſiaſticis inſerta:

hic ex variis Mss. dantur:

EMinẽtiſſimus *Baronius in ſuis Annalibus Eccleſiaſticis, ad annũ Chriſti* CCLXII *num.* 34, *ſcribit*, inter totius Africæ provinciæ carnificinas, in perſecutione Valeriani & Galieni Imperatorũ peractas, illam ceteris immaniorẽ videri, quæ in Numidia facta cõperitur. Extare quippe de ea ab uno ex Cõfeſſoribus illis, jã Martyre deſignato, ſcriptã epiſtolã, qua ipſe concaptivus, Jacobi Diaconi & Mariani Lectoris præcipue conſcribẽs hiſtoriã, aliorũ quoq; Martyrũ meminit, nempe Agapii & Secundini Epiſcoporũ, Æmiliani viri clariſſimi, Tertullæ & Antoniæ Virginũ, & cujuſdã matris cum ſuis geminis, & aliorũ pluriũ. Quãtum autem ex ſtylo conjicere licet, videtur *inquit idem Baronius* fuiſſe diſcipulus Cypriani, cujus in ſcribẽdo nonnihil imitatus eſt dictionẽ; nobile plane antiquitatis monumẽtum, à nobis recognitũ, atq; magno ſtudio adhibito (quantũ licuit in rebus adeo pervetuſtis & codicibus depravatis) diligẽter emẽdatum. Eã igitur, tum ob rerum geſtarum præclarã cognitionẽ, tum etiã ut ex iis, quæ fideliter ſcripta ſunt, cetera quæ nõ ſcripta ſunt vel injuria tẽporis perierunt, contemplari poſſimus Acta Martyrum, *in Annalibus* deſcribere operæ pretium exiſtimamus. *Hæc Baronius. Edidit eadẽ Acta Laurẽtius Surius ad hunc diem* XXIX *Aprilis: quæ nos damus iterum ex quatuor Mss. codicibus deſumpta, ſcilicet ex Paſtionali Eccleſiæ* Cathedralis *S.* Lamberti *apud Leodienſes, olim S. Victoris Pariſienſis ante annos ſexcentos exarato; tum ex antiquiore forſan Ms. Trevirenſi monaſterii S. Maximini; præterea ex pergameno Ms. inſigni cœnobii Bodecenſis, Ordinis Ca-*

nonicorum Regularium S. Auguſtini in diœceſi Paderbornẽſi; *deniq; ex Ms. Vltrajectino* S. *Salvatoris; niſi quod eadem Acta, in duobus ultimis codicibus contractiora ſint.*

2 *Martyres hi celebrantur in antiquis Martyrologiis, partim* XXIX *partim* XXX *Aprilis, ac priore die iſta legantur apud Vſuardum*: In Numidia, apud Cirthenſem coloniã, natale ſanctorum Martyrum, Agapii & Secundini Epiſcoporum: qui perſecutione Valeriani, poſt longum exiliũ, apud præfatã urbẽ (in qua tunc maxime Gentilium rabies ad tentandã juſtorum fidẽ inhiabat) ex illuſtri Sacerdotio effecti ſunt Martyres glorioſi. Paſſi ſunt in eorum collegio Æmilianus miles, Tertulla & Antonia ſacrę Virgines, & quędã mulier cum ſuis geminis. *Similia aut etiam plura habentur apud Adonem, Notkerum, Bellinum, Maurolycum, Felicium, Galeſinium, Caniſium, cum pluribus Mss. ac potiſſimũ hodierno Martyrologio Romano. Sed Galeſinius, cũ ſuppoſititio Beda & Burgẽſi Breviario hos omnes* Martyres *referunt* XXX *Martii. Auctor quoq; Florarii Ms. ad* XXIX *ejuſdẽ menſis collocat memoriã* Tertullæ & Antoninæ Virginũ & Martyrum, cum quadã habẽte duos geminos, *non* germanos *ut perperam excuſum in Prætermiſſis ad iſtum diem. Ante reliquos Martyrologos citatos Wandelbertus duos Epiſcopos his verſibus celebravit*:

cultus facer, aliorum 29 Aprilis.

F

Tertia Pontifices, ara meritiſque dicatos,
Agapium pariterque Secundinum veneratur.

At quia nemo antiquorum indicavit quo loco fuerint Epiſcopi, videbantur publici juris ac primo occupantis. Hinc qui Adverſaria Iuliani Petri conſarcinavit, Hiſpaniæ attribuit num. 533 *his verbis*: Corpora ſanctorum Martyrum Agapii Epiſcopi Carthaginẽſis Hiſpaniæ, & Secũdini vel Secundi

AUCTORE G. H.

Bracharenſis, ex Hiſpania miſſorum Cyrtem urbem Numidiæ in exilium, ubipaſſi ſunt ſub Valeriano, à quo paſſit ſunt exilium. PræceſſitSecundus Calidoniũ EpiſcopumBracharenſem: horum corpora relata ſunt ad Hiſpanias, miſſa dono Comiti Raimundo genero Imperatoris Adefonſi ſexti. *Hinc eos inſcripſit Martyrologio ſuo Hiſpanico Tamaius de Salazar, & utriuſque Vitam conſcripſit; at fatetur ſe neſcire quo loco nunc ſerventur iſtorum Pontificum lipſana. Inſcripſit etiam Secundinum Hagiologio Luſitano Cardoſus. Fatemur & nos libenter neſcire utrum ipſi unquam, aut vivi aut mortui in Hiſpaniis fuerint, & niſi certiora dentur monumenta id numquam credemus.* SS. Antoniæ & Tertullæ *dicuntur à Maſino* Reliquiæ *eſſe Bononiæ. Fortaſſis ex cœmeteriis Romanis allatæ, & Martyrum à Numidicis diverſiſſiorum. Adjunximus* S. Theodorum Presbyterum, *quia in pervetuſto Ms. Caſinenſi charactere Longobardico iſta leguntur,* Natalis ſanctorum MartyrumTheodori Presbyteri, Agapi, Secundini.

aliorum 30 *Aprilis:*

3 *De SS. Mariano & Iacobo agunt iidem Martyrologi ad diem* xxx *Aprilis, quorum unus Ado hoc de iis concinnavit elogium*: Pridie Kalendas Maii. Natalis ſanctorum Martyrum Mariani & Jacobi, quorum prior Lector, poſterior Diaconus erat. Et cum jam pridem infeſtationes Decianæ perſecutionis in confeſſione Chriſti eviciſſet Marianus; iterum cum cariſſimo collega tentus eſt apud Cirthenſem coloniam: ubi poſt dira & exquiſita ſupplicia (ita ut Marianus per ſummos apices pollicum ſuſpenſus, & gravi pondere pedibus innexus, crudeliſſime torqueretur) diu in carcere macerati ſunt. Sed divinis miſerationibus mirabiliter confortati, deinde Lambeſitanam urbem directi ad Præſidem, ibi rurſum longo tempore carcerali ergaſtulo mancipati ſunt: ſed iterum divinis relevationibus alleviati, noviſſime cum multis aliis gladio conſummati ſunt. *Hæc* Ado, *eique conſentiunt reliqua Martyrologia & ipſa Acta. Inter* multos alios, *quorum ubique fit mentio, videntur cenſendi Martyres, qui cum* Mariano & Jacobo *nominantur in quatuor antiquis apographis Martyrologii Hieronymiani, & conſtituunt ibidem ſecundam claſſem Martyrum, atque his verbis indicantur in antiquiſſimo codice Epternacenſi*: Et alibi Secundiani, Concordi, Mariani, Jacobi, Gabri, Gaiani, Poſtumi, Momini, Quintiani, Caſſi, Faſili, Florenti, Demetri, Gadudi, Criſpini, item Criſpini, Donati, Geonis. *Eſt aliqua in aliis apographis hinc inde differentia. dum nomina* Concordiæ, Marciani, Floriæ, Galani, Starili, & Zenonis *efferuntur, ſed ſemel, loco* Concordii, Mariani, Floriani, Gaiani, Faſili & Zenonis. *Eſt in aliquo Ms. non antiquo* Zonus Epiſcopus Martyr, *forſan hujus* Zeonis *aut* Zenonis. *Ex his* Secundianus *eſt in Ms. Trevirenſi S. Martini*, Criſpinus *in Mss. Aquiſgranenſi, Auguſtano S. Vdalrici, Pariſienſi Labbæi & apud Grevenum in Auctario Vſuardi. Non obeſt etiam, quod urbe Lambæſa omiſſa, dicatur*, & alibi: *hoc enim valde commune eſt dicto Martyrologio Hieronymiano, dum loca minus nota occurrunt. Colunt etiam* VI *Maii inter alios Afros Martyres* Marianus & Jacobus: *qua occaſione de his duobus agit Rabanus, & ſub dubio Notkerus.*

Martyres adjuncti ex antiquis Martyrologiis.

locus

4 *Sunt autem urbes Numidiæ, olim Epiſcopales,* Cirtha *ſeu* Cirta & Lambæſa: *prior* Metropolis *fuit, diciturque hodie* Conſtantina *appellari; altera Ptolomæo* Lambæſa, Legio auguſta tertia, *diſtat* Cirta *verſus ortum* XXIV *millibus paſſuum. Paſſi ſunt hi Martyres poſt S. Cyprianum, qui* S. *Mariano in viſione apparuit, jam ante Martyr effectus, anno Chriſti* CCLVIII, *die* XIV *Septembris: ut videatur horum martyrium poſſe referri in annum ſequentem* CCLIX, *& ſic præceſſit captivitatem Valeriani, & ultimam quaſi ruinam Imperii Romani, cum in hoc complures variis in locis exorti eſſent tyranni, qui triginta numero à Trebellio* Pollione *recenſentur. Hanc autem* proximam juſti ſanguinis ultionem *prædixiſſe videtur S. Marianus moribundus.*

& tempus martyrii.

5 *Corpora* SS. Jacobi & Mariani Martyrum *requieſcunt Eugubii in Vmbria ad radices* Apennini, *in eccleſia Cathedrali ſub horum invocatione conſtructa: quorum tranſlationi ſacer eſt dies* X *Maii, uti aſſerunt Vghellus tomo* I *Italiæ ſacræ in Epiſcopis Eugubinis. Sed quando aut qua occaſione ex Africa in Italiam tranſlata fuerint, nuſquam eſt memoriæ proditum. Vghello atteſtantur Iacobillus in Additionibus ad diem* XXIX *&* XXX *Aprilis de Sanctis Vmbriæ, & de* Reliquiis *Vmbriæ pag.* 4, *& Ferrarius in Catalogo generali ad dictum* X *Maii.*

Reliquiæ & cultus SS. Iacobi & Mariani Eugubii,

VITA

Auctore coævo & teſte oculato.

Ex variis MSS. & editione Baronii ac Surii.

PROLOGUS.

Acta petentibus Martyribus ſcripta.

1 QUotieſcumque aliquid beatiſſimi Martyres Dei omnipotentis & Chriſti ejus, feſtinantes ad promiſſa regni cælorum, cariſſimis ſuis verecundius mandant, memores ſunt humilitatis, quæ ſemper in fide ſolet facere majores: & quanto modeſtius petierunt, tanto efficacius impetraverunt, & nobis hoc prædicandæ gloriæ ſuæ munus teſtes Dei nobiliſſimi reliquerunt: Marianum dico, unum ex dilectiſſimis fratribus noſtris, & Jacobum; quos mihi ſcitis, præter communem ſacramenti religionem vitæque ſocietatem, domeſticis affectibus adhæſiſſe. Qui contra ſævientes ſeculi preſſuras & gentiles impetus, habituri tam ſublime certamen; prælium ſuum, quod inſtinctu cæleſtis Spiritus inierunt, in notitiam fraternitatis per nos venire juſſerunt. Non quod in terris vellent coronæ ſuæ gloriam per jactantiam prædicari; ſed ut præcedentibus experimentis, multitudo plebis & Dei populus ad exemplum fidei poſſet armari. Nec immerito idem edituro mihi fiducia familiaris injunxit: quis enim dubitet, quin nobis in pace vitæ communitas fuerit, qnando nos, individua dilectione viventes una, tempus perſecutionis invenit?

In crudeli perſecutione,

2 Nam pergebamus in Numidiam ſimul, ut ſemper antea, ſocio parique comitatu viam ingreſſi: quæ nos ad exoptatum fidei & religionis obſequium, illos jam ducebat ad cælum. Et venerunt in locum, qui appellatur Muguas, cui eſt Cirthenſis Coloniæ ſuburbana vicinitas: in qua tunc maxime civitate, Gentilium cæco furore, & ex officiis militaribus perſecutionis impetus, quaſi fluctus ſeculi, tumeſcebant; & avidis faucibus ad tentandam fidem juſtorum, rabies diaboli infeſtantis inhiabat. Unde Marianus & Jacobus, beatiſſimi Martyres, certiſſima & exoptata divinæ in ſe dignationis ſigna tenuerunt, qui in ea regione, in qua perſecutionis tempeſtas turbulentius fureret, hora jam maturante deducti intelligebant ſua, Chriſto gubernante, ad ipſum coronæ locum directa veſtigia. Namque omnes dilectos Chriſto cruenti & cæcati Præſidis furor, per militares manus requirebat. Nec in hos ſolos crudelitatis exercebatur inſania, qui in ſuperioribus perſecutionibus inconcuſſi liberè Deo viverent: ſed in illos quoque manum diabolus inſatiabilem porrigebat, quos jamdudum in exilia ſubmotos, etſi nondum

ſanguine

A

S. Agapius & Secundinus Episcopi

a excepti in hospitio scriptoris.

animant alios suis verbis: inter hos SS. Marianū & Iacobum:

B

abducti Cirtā fidem profitentur:

dire cruciantur:

c

ſanguine, mente jam Martyres, ferox Præſidis amentia coronarat.

3 In his ab exilio perducebantur ad Præſidem Agapius & Secundinus Epiſcopi, prædicandi ambo ſpiritali dilectione, alter etiam carnalis continentiæ ſanctitate. Perducebantur, inquam, non à pœna, ſicut Gentilibus videbatur, ad pœnam, ſed à gloria potius ad gloriam, à certamine ad certamen aliud: ut qui captivos à ſeculi pompis in obtinendo Chriſti nomine ſubegiſſent, etiam mortis aculeos conſummatæ fidei virtute calcarent. Neque enim fas erat, ut tardius quærerent in terrena colluctatione victoriam, quos jam Dominus ſecum habere properabat. *a* Et contigit, fratres, ut Agapius & Secundinus, ex illuſtri Sacerdotio Martyres glorioſi, in eo tranſitu, quo ad beatum paſſionis ſuæ prælium, Præſidis quidem temporanea poteſtate, ſed Chriſti electione pergebant, noſtrum interim dignarentur hoſpitium. Quibus tantus inerat ſpiritus vivificationis & gratiæ, ut tam ſanctis & præclaris Dei teſtibus jam parum eſſet, quod ipſi martyrio pretioſum ſanguinem deſtinaſſent, niſi etiam alios Martyres fidei ſuæ inſpiratione feciſſent. Horum tanta in fratres caritas fuit & tanta dilectio, ut licet taciti poſſent tam devotæ & obſtinatæ virtutis exemplis fidem fraternitatis aſtruere, tamen ad ſtabilitatem perſeverantiæ latius conſulentes, pectoribus noſtris rorem tractatus ſalutaris infunderent: neque enim tacere poterant, qui Dei ſermonem videbant. Nec mirum, ſi paucis illis diebus tam large noſtrum omnium mentes eorum tractatus ſalubris animavit, in quibus jam Chriſtus, micante gratia, de proxima paſſione fulgebat.

4 Denique ita proficiſcentes illi, Marianum & Jacobum exemplo & magiſterio ſuo diſpoſitos reliquerunt, ut recentiſſima gloriæ ſuæ veſtigia demitterent ſecuturis illorum viam. Vixdum enim biduum fluxerat, ecce Marianum & Jacobum cariſſimos noſtros ſua palma quærebat, nec, ut aliis in locis, unus hoc aut alius ſtationarius miles agebat, *b* ſed centuria. Nam violenta manus & improba multitudo ſic ad villam, quæ nos habebat, quaſi ad famoſam ſedem fidei convolarat. O exoptanda nobis incurſio! O felix & digna exultatione trepidatio! Siquidem ad nos ventum eſt propter hoc tantum, ut Dei dignationem Mariani & Jacobi juſtus ſanguis expleret. Vix hoc in loco poſſumus, fratres dilectiſſimi, gaudia cumulata frænare: qui alios ante biduum ad ipſum paſſionis exitum à noſtris amplexibus miſeramus, alios adhuc nobiſcum futuros Martyres habebamus. Quos cum jam matura divinæ dignationis hora fortius quæreret, etiam nos aliqua fraternæ gloriæ parte perſtrinxit, quia pertrahebamur à Mugiis in Cirthenſem Coloniam. Sequebantur autem cariſſimi nobis, & ad palmam paſſionis electi, quos & noſtri amor ducebat, & Chriſti matura dignatio. Ita miro modo & immutato pergendi ordine, ſequebantur illi, qui fuerant anteceſſuri. Denique illis non fuit longa dilatio: namque dum nos exultantius adhortantur, ſe quoque Chriſtianos eſſe liberiori gaudio prodiderunt. Mox interrogati, cum in fortiſſima nominis Chriſti confeſſione perſtarent, deducuntur in carcerem.

5 Tunc attentantur numeroſis duriſque cruciatibus per ſtationarium militem, juſtorum piorumque carnificem, adhibitis in auxilium crudelitatis ejus *c* Centuriarum & Cirthenſium magiſtratibus, hoc eſt, diaboli ſacerdotibus; tamquam membrorum laceratione frangeretur fides, cui cura corporis vilis eſt. Et Jacobus quidem, ſicut erat in virtute fidei ſemper auſterior, qui & infeſtationes jam ſemel Decianæ perſecutionis evicerat, affectavit ſe non Chriſtianum tantum, ſed Diaconum confiteri: Marianum autem fecit tormentis obnoxium, quod ſe Lectorem tantum *d*, ſicuti fuerat, fatebatur. Quænam illa tormenta, quam nova, quam diaboli venenato ſenſu & dejiciendi artibus exquiſita ſupplicia? Pependit Marianus ad vulnera, & quæ Martyri etiam in ipſis lacerationibus affuit gratia, ſic tortus eſt, ut illum exaltaret & pœna. Nexus autem, qui pendentem gerebat, non manus, ſed ſummos apices pollicum vinxerat; ſcilicet ut digitorum tenuis exilitas plus in ferendis membris ceteris laboraret. Addita etiam pedibus injuſta pondera, ut diſcordantibus pœnis utrimque diſtracta, & viſcerum convulſione reſoluta, de nervis ſuis totius corporis compago penderet. Nihil egiſti juxta templum Dei, juxta Chriſti cohæredem, nequitia Gentilis. Suſpenderis licet membra, concuſſeris latera, divulſeris viſcera; Marianus noſter in Deum fidens, quantum corpore torquebatur, tantum mente creſcebat. Victa denique feritate torquentium, rurſus in carcere de triumpho ſuo multum lætatus includitur; ibique cum Jacobo & reliquis fratribus, gaudium victoriæ Dominicæ frequenti oratione celebravit.

6 Quid nunc, Gentiles? Creditis Chriſtianos ſentire carceris pœnas, & ſeculares horrere tenebras, quos manet gaudium lucis æternæ? Spiritus cum fida ſpe venientis gratiæ cælos mente complexus, ſuis jam non intereſt pœnis. Secretam licet ſuppliciis quæratis & abditam ſedem, graveſque antri caligantis horrores, domumque tenebrarum; fidentibus in Deum nullus ſqualidus locus, nullum tempus triſte ſentitur. Fovet illos Deo patri dicatos fraternitas Chriſti diebus ac noctibus. Etenim Mariano, poſt illam vexationem corporis altius in ſoporis tranquilla reſoluto, quid divina dignatio ad fiduciam ſpei ſalutaris oſtenderit, experrectus ſic ipſe nobis narravit: Oſtenſum eſt, inquit, mihi, fratres, tribunalis excelſi & candidi nimium ſublime faſtigium, in quo quidam judicis ad vicem præſidebat. Illic erat cataſta; non humili pulpito, nec uno tantum aſcendibilis gradu; ſed multis ordinata gradibus, & longe ſublimis aſcenſus: & admovebantur Confeſſorum ſingulorum claſſes, quas ille judex ad gladium duci jubebat. Tum exauditur mihi vox clara & immenſa, dicentis: Marianum applica. Et aſcendebam in illam cataſtam: & ecce ex improviſo mihi, ſedens ad dexteram ejus judicis, Cyprianus apparuit, & porrexit manum, & me levavit in altiorem cataſtæ locum, & arridens dixit: Veni, ſede mecum. Et factum eſt, ut audirentur aliæ claſſes, me quoque aſſidente: & ſurrexit ille judex, & nos ducebamus eum ad prætorium ſuum. Iter autem nobis erat per locum pratis amœnum, & viridantium nemorum læta fronde veſtitum, opacum cupreſſis conſurgentibus in excelſum, & pinnis pulſantibus cælum, ut putares eum locum per omnem circuitus ambitum lucis virentibus coronatum: ſinus autem in medio pellucidi fontis exuberantibus venis & plurimis liquoribus redundabat. Et ecce ſubito ab oculis noſtris ille judex receſſit. Tunc ibi Cyprianus phialam, quæ ſuper marginem fontis jacebat, arripuit; & cum illam de fontis rivulis impleſſet, hauſit, & iterum implens mihi porrexit, & libenter bibi. Et cum Deo gratias agerem, excitatus, inquit, mea voce, ſurrexi.

AUCTORE COÆVO EX MSS.

d

Marianus ſuſpenditur ad extremitates pollicū additis ad pedes pondéribus;

reducitur ad carcerem.

E

recreatur viſione,

F

AUCTORE COÆVO EX MSS. *uti etiam S. Iacobus,*

7 Tunc Jacobo quoque in recordationem rediit, quod ſibi hanc ſignificaſſet coronam divinæ dignationis oſtenſio. Nam ſuperioribus diebus, cum ejuſdem carrucæ vehiculo Marianus & Jacobus, & cum his ego, viam communiter carperemus; ad medium fere diem, inter illa itineris confragoſa mirabili & alto ſopore correptus, poſtquam à nobis interpellatus & excitatus evigilavit; Perturbatus ſum, inquit, non ſine gaudio meo, fratres, ſed & vos mecum gaudere debetis. Vidi, inquit, juvenem, inenarrabili & ſatis ampla magnitudine, cujus veſtitus *e* diſcincta, erat in tantum candida luce, ut oculi in eam conſtanter intendere non poſſent: cujus pedes terram non calcabant, & ultus oris ſuper nubes erat. Is cum tranſcurreret, unam tibi Mariane, & unam mihi, zonas purpureas in ſinus noſtros jaculatus eſt, & ait: Sequimini me cito. O quietem, vigiliis omnibus fortiorem! O quietem, in qua feliciter dormit, quiſquis in fide vigilat! quæ terrena tantum membra ſopierit! quoniam videre Deum, niſi ſpiritus non valebit. Quantum exultantes, quamque ſublimes animos Martyrum eſſe credendum eſt, quibus in ſancti nominis confeſſione paſſuris, & audire Chriſtum ante contigit, & videre offerentem ſe ſuis quocumque tempore? Non fuit impedimentum vehiculi promoventis inquieta jactatio, nec dies medius, qui ſub calore tunc fulgebat ſolis: nulla noctis expectata ſecreta ſunt: novo genere gratiæ Martyri ſuo Dominus novum tempus viſionis elegit.

e

B

8 Nec in unum aut in alium fuit iſta dignatio: namque Æmilianus, quamvis equeſtris ordinis gentiliter haberetur, unus tamen in carcere & ipſe de fratribus, qui ad quinquageſimum prope ætatis annum cum carnis continentia pervenerat, continuatis in carcere gemina ſuperpoſitione jejuniis, & orationibus ſæpe repetitis, per quas devota mens paſta *f*, in alium diem & ſacramento Dei parabatur: in ſomnum media die reclinatus, moxque quiete diſcuſſa, talia nobis ſuæ viſionis patefecit arcana: Perducto mihi, inquit, de carcere, homo Gentilis, hoc eſt, frater meus carnalis, occurrit. Is res noſtras admodum curioſus inſultabunda voce perquirit, ſciſcitans quatenus nos in pœnalibus tenebris illis & inedia carceris haberemus. Cui reſpondi: Milites Chriſti & in tenebris clariſſimam lucem, & in jejunio cibum ſaturabilem, Dei habere ſermonem. Et cum hæc audiret: Scitote, inquit, quod omnes vos, quicumque in carcere habemini, ſi obnixe perſtabitis, maneat pœna capitalis. At ego, qui verebar ne compoſitum luderet fraude mendacium, confirmare votum meum volui: Vere, inquam, patiemur omnes? At ille rurſum affirmans, dixit: Gladius vobis & ſanguis in proximo eſt. Sed velim ſcire, an omnibus vobis, qui vitam contemnitis, diſcreta an æqualia munerum cæleſtium præmia rependantur. Cui reſpondi: Non ſum idoneus tam magnæ rei proferre ſententiam. Attolle, inquam, ad cælum pauliſper oculos: jam videbis innumerabilem turbam micantium ſiderum. Numquid ſtellæ omnes pari luminis honore præfulgent? & tamen omnibus lumen eſt. Ad hæc ille curioſus, iterum quid interrogaret invenit. Ergo ſi qua diſcretio eſt, inquit, qui veſtrûm ſunt in promerenda Dei voluntate potiores? Nimirum, inquam, præ ceteris duo, quorum nec tibi dicenda & Deo nota ſunt nomina. Noviſſime acrius incumbente atque perſcrutante moleſtius: Hi ſunt, inquam, qui quo difficilius & rarius vincunt, glorioſius coronantur: & propter hos ſcriptum eſt: Facilius camelus intrabit per foramen acus quam dives in regna cælorum.

f *& S. Æmilianus miles:*

C

cum aliis Lambeſe carceri inclusus:

Matt. 19, 24

9 Poſt has oſtenſiones in carcere diebus pauculis commorati, producuntur in publicum, ut eos Cirthenſium magiſtratus, elogio confeſſionis ſuæ honoratos, tranſmitteret cum parte damnationis ad Præſidem. Et ecce unus è circumſtantibus fratribus noſtris omnium in ſe Gentilium convertit oculos, quod jam per gratiam proximæ confeſſionis Chriſtus in ore ejus & facie relucebat. Cumque ex eo turbulentis & ferventibus animis quæreretur, an ejuſdem & ipſe eſſet religionis & nominis, rapuit tam dulcem promptiſſima confeſſione comitatum. Sic elogiis ſuis beati Martyres, plures Dei teſtes, dum ipſi ad martyrium parantur, acquirunt: & jam tranſmiſſi ad Præſidem, negotioſum ac difficile iter cum voluptate properaverunt. Tunc eos Præſidi admotos, jam bis eis notus, bis uſitatus iterum Lambeſitanus carcer accepit. Hæc enim ſola ſunt apud Gentiles hoſpitia juſtorum.

D

10 Interim per dies plurimos effuſione ſanguinis tranſmittebatur ad Dominum numeroſa fraternitas, nec pervenire ad Jacobi & Mariani Clericorumque victimam rabies inſanientis Præſidis poterat, laicorum tam multis occupata vulneribus: nam ita inter ſe noſtræ religionis gradus artifex ſævitia diviſerat, ut laicos à Clericis ſeparatos, tentationibus ſeculi & terroribus ſuis putaret eſſe ceſſuros. Ergo cariſſimi noſtri & fideliſſimi milites Chriſti, ceterique de Clero contriſtari aliquantulum cœperunt, quod laicis certaminis ſui laude perfunctis, ſervaretur ſibi tam lenta & tam ſera victoria.

Laicis occiſis,

E

11 Tunc Agapius, qui jamdudum martyrio ſuo conſummato fidei ſacramenta perfecerat, qui & ipſe, cum pro puellis duabus, Tertulla & Antonia, quas ſibi cariſſimas ad vicem pignorum diligebat, repetitis frequenter precibus oraret, ut ſecum & illæ Dei dignatione Martyres fierent, retulerat meritorum ſuorum tali revelatione fiduciam: Quid aſſidue petis, quod una oratione meruiſti? Is ergo Agapius, agenti Jacobo in carcere per tempus quietis apparuit. Nam ſub ipſo ictu paſſionis, dum expectatur carnifex; Et bene, inquit Jacobus, ad Agapium ceterorumque Martyrum beatorum pergo convivium. Nam iſta, inquit, nocte Agapium noſtrum videbam, inter omnes alios lætiorem, quos nna nobiſcum Cirtheeſis carcer incluſerat, ſolenne quoddam & lætitiæ plenum celebrare convivium. Quo cum ego & Marianus, quaſi ad *g* agapen, ſpiritu dilectionis & caritatis raperemur; adcucurrit obvius nobis puer, quem conſtabat eſſe alterum ex geminis, ante triduum cum matre paſſis, corona roſea collo circumdatus, & in manu dextra palmam viridiſſimam præferens: Et, Quid ptoperatis, inquit? Gaudete & exultate: cras enim nobiſcum & ipſi cœnabitis. O Dei magna in ſuos & præclara dignatio! O vere paterna pietas in Chriſto Jeſu Domino noſtro, qui dilectis ſuis & indulget tam larga beneficia, & clementiæ ſuæ munera præſtaturus ante declarat! Dies à viſione primus illuxerat, & jam promiſſis Dei ſententia Præſidis ſerviebat: quæ Marianum & Jacobum & ceteros Clericos, tandem Patriarchis cum gloria redditos, è preſſuris ſeculi ſententia animadverſionis emiſit. Et perducti ſunt ad coronæ locum, qui riparum collibus hinc & inde ſublimis, media fluminis *h* convalle ſubſederat, ſed & ſpectaculo erat celſa utrimque altitudo aggeris. Alveus ipſum medio ſinu fluorem beati ſanguinis haurjebat. Nec deerat utriuſque ſacramenti genus, cum & baptizarentur ſuo ſanguine, & lavarentur in flumine.

Iacobus diſſerri Clericos dolens, novo viſu Martyrialis convivii recreatur.

g

F

h

& capite plectitur ad fluvium.

12 Mira tunc ibi cerneres & exquiſita compendia ſæviendi. Nam cum manum carnificis gladiumque ipſum, tot cervicibus debitum, numeroſus juſtorum

populus

A populus cingeret, artifex ſeritas diſpoſitas agminum ſeries in ordinem redigebat, ſcilicet ut ſacrilegi percuſſoris ictus, velut impetu quodam furoris, pia colla percurreret; deinde, ut ne expectabile fieret cruentum illud & barbarum miniſterium, hanc ſibi expeditionem ſceleris invenit. Nam ſi uno in loco percuſſurus ipſe conſiſteret, immenſam ſtruem corporum cumulus, acervaret: ipſum denique ſpatium tanta ſtrage completus alveus denegaret. Tunc oculis ſub ictu ferri de more velatis, nullæ tamen aciem liberæ mentis clauſere tenebræ, ſed largus atque inæſtimabilis ſplendor immenſæ lucis affulſit. Nam plerique cum proximis atque aſſiſtentibus ſibi Fratribus, quamvis in viſum carnalis acies nõ pateret, videre ſe tamen mira quædam loquebantur; & quod ſibi apparerent equi, deſuper niveo colore candentes, quibus inveherentur juvenes candidati. Nec defuere ex eodem Martyrum numero, qui collegarum relationem atteſtarentur auribus, & exauditos equorum fremitus ac ſonos recognoſcerent. Ibi & Marianus, prophetico ſpiritu jam repletus, fidenter ac fortiter prædicabat, proximam juſti ſanguinis ultionem; variasque ſeculo plagas, velut de cæli jam culmine minabatur, luem, captivitatem, famem, terræque motus, B cynomyiæ venena cruciantia. Qua prædicatione non tantum Gentilibus inſultabat fides Martyris, ſed etiam Fratribus vigorem æmulandæ virtutis & quaſi claſſicum præcinebat, ut inter tantas ſeculi plagas, juſtis Dei tam bonæ atque piæ mortis raperetur occaſio. His peractis, Machabaico gaudio [Maria] Mariani mater exultans, & paſſione perfecta jam ſecura de filio, non illi tantum cœperat, ſed & ſibi quæ tale pignus ediderat, gratulari. Complectebatur in filii corpore ſuorum viſcerum gloriam, & in ipſa cervicis vulnera frequens oſculum pietas religioſa figebat. O te felicem merito *i* Mariam, ô te beatam & filio tuo matrem & nomine. Quis in ea tanti vocabuli felicitatem credat erraſſe, quam ſic uteri ſui fœtus ornavit? Inæſtimabilis vero Dei omnipotentis & Chriſti ejus in ſuos miſericordia, qui fidentes in ſuum nomen, non ſolum gratiæ dignatione confortat, ſed & ſanguinis redemptione vivificat. Nam quis digna æſtimatione poſſit ejus beneficia metiri? qui in hoc paterna indulgentia ſemper operatur, ut in nos & hoc ipſum, quod Dei noſtri ſanguine rependi credimus, conferatur: cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

cum turba magna & Mariano,

cui applaudit Maria mater

c

C

ANNOTATA.

a *Baronius ita*: Et contigit ut Fratres Agapius & Secundinus, *& inde colligit ſcriptorem quoque Epiſcopum fuiſſe. Verum in Mss eſt.* Et contigit, Fratres, ut Agapius & Secundinus.

b *Baronius legit* Subcenturio, *eoque adducit Livium, cui lib* 8 Subcenturio *eſt* qui ſubjiciebatur Centurioni. *Sed fruſtra hæc omnia: apparet enim nullum eſſe ſenſum in iſta lectione. In quodam MS. legitur,* ſed Centurio, *qui ſenſus commodior quidem, necdum tamen bonus; quia licet plus ſit Centurio quam unus alterve ſtationarius; quid poterat Centurio, plus quam alius quivis, adverſus multitudinem, ſi illa vetuiſſet capi Martyres? Optime igitur MS. S. Maximini* ſed centuriaria; *tantum corrigatur mendum, quo bis ſcriptæ ſunt duæ ultimæ ſyllabæ: hanc enim lectionem probabit addita ratio, cur non ſolum miſſus ſit* unus aut alius ſtationarius miles.

AUCTORE COÆVO EX MSS.

c *Vbique erat* Centurionum; *ſed quia non dicuntur* magiſtratus Centurionum, *vel legendum fuit,* centurionibus & Cirthenſium magiſtratibus; *vel, ſi* magiſtratus *etiam ad prius membrum pertinebant, corrigendum fuit* Centuriarum.

d *Videtur indicari, eo magis incanduiſſe tyrannam, quo in minori gradu poſitus majorem præferebat fiduciam: vel majoris gradus confeſſionem extorquere voluiſſe, ut ampliorem inde ſibi laudem arrogaret.*

e *In ſimilibus, & æque ob vetuſtatem venerandis SS. Perpetuæ & Felicitatis Actis, num.* 11, *ad diem 6 Martii, glorioſam quoque viſionem ſuam narrans Perpetua, dicit, quod ſibi, contra Æthiopem, ut videbatur, luctaturæ, in auxilium* exivit vir quidam, miræ magnitudinis, diſcinctatus purpuram inter duos clavos per medium pectus, habens calliculas multiformes, ex auro & argento factas, *ubi dubitavimus eſſetne ſequenda alia lectio* diſtinctatus: *quod & nunc hoc loco dubitamus; nequaquam tamen ambigimus, quin quæ hic deſcribitur tanta luce candens* Diſcincta *vel* Diſtincta, *fuerit ſuprema veſtis; nec admittimus Baronii Suriique correctionem, jubentium legi cujus* veſtitus diſtinctus. *Quid autem ſi in priori loco* diſcinctatus *idem ſit, quod* diſcinctam, *id eſt, ad pectus diffibulatam togam indutus, quæ tamen clavos ſuos, uti ibi dicitur, utrimque habeat, non ad uſum, ſed ad ornatum? Talis certe nunc fere eſt ſuperior veſtis togatorum omnium, tam in eccleſia quam in curia. Hat præſumptione & ibi elegimus ſcribere* diſcinctatus, *& hic* diſcincta *retenta eſt.* E

f *Quid ſi legatur hoc modo?* Per quas mens poſita in altum, dignationi & ſacramento Domini parabatur. *Ita ſane & ſenſus clarior & præcedenti phraſi conformior locutio haberetur.*

g *De* Agape, *ſeu convivio Chriſtianorum, mutuæ dilectionis cauſa (unde nomen habet) etiam in templis inſtitui ſolito, tractat Baronius ad annum* 57 *num.* 132 *& pluribus ſeqq. ubi varia Agaparum genera diſtinguit.*

h *Inter Rubricatum & Ambſagam fluvios Africæ, quorum oſtiis utrimque includitur Numidia, Geographicæ tabulæ pleræque nullum ſtatuunt fluvium, qui mediam regionem perluens, Lambeſam adlambat. Solus Ortelius, in diſcriptione Africæ proprie dictæ,* Pagydam *inter illos ſic medium pingit, ut Oleachitim ſinum portumque conſtituat, & credi poſſit per Lambeſitanæ urbis pomœrium fluere: quod & probat Barbariæ noviſſima deſcriptio in* Atlante Blaviano, *ubi longe ſupra urbem* Lomfaram (*quæ omnino noſtra* Lambeſa *eſt*) *exortus fluvius, jam grandis & latum efficiens, pingitur.* F

i *In MSS. codicibus diſtingui non poterat,* Mariani, *an* Mariam, *eſſet legendum. Baronius dum* Mariani *legit, & ſenſum videt non ſubſiſtere, addit parentheſim* (Beata enim ipſa appellabatur). *Quin potius* Felicem *ſubſtantivum credidit, habiturus nomen, cui reſponderet ſubſequens* felicitatis *elogium? Non tamen huic ſatis felici conjecturæ acquieſcere licet, quia iſtud* ô te Felicem merito Mariani! *plenum ſenſum non habet. Itaque in aliam lectionem inclinor, quæ & ſenſum perfectum facit, & vacuum non ſinit manere elogium, quod eam* ſic uteri ſui fœtus ornavit: *videtur enim alludi adiſtud Eliſabethæ dictum Deiparæ Virgini,* Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui; *vel ad iſtud mulieris Euangelicæ, Lucæ* 11, 27 Beatus venter qui te portavit.

A D

DE SANCTIS MARTYRIBVS POMODIANO DIACONO, IGNEO, RVMETINA, REMISVRINO, CVM ALIIS XXIV. SECVNDIANO EPISCOPO, ALEXANDRO DIACONO, G. H. BVBATO, SATVRO, DIODRO, ROPODIANO ET NOMENSI.

XXX APR. *Et hæc tertia Martyrum claſsis, in quatuor antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis deſcripta, & forſan in duas turmas diſtribuenda : harum prima in antiquiſſimo Epternacenſi codice ita indicatur* : Et alibi Romodiani, Jgnei Diaconi, Rumetinæ, Remiſurini, cum aliis XXIV *& immediate ſubjungitur altera turma* : Secundini Epiſcopi, Alexandri Diaconi, Bubato, Saturi, Diodri, Ropodiani, Nomenſis. *Qui ceterorum anteſignani ubi* Romodianus *ſcribitur, in aliis tribus apographis eſt* Pomodianus *&* Diaconus *dicitur* cum aliis viginti quatuor ; *omiſsis ſcilicet* Jgneo, Rumetina & Remiſurino : *quos exhibet Epternacenſe MS. Deinde in hoc eſt* Secundinus Epiſcopus, *qui in aliis tribus eſt* Secundianus Epiſcopus. Alexander Diaconus *&* Saturus *eodem modo ubique nominantur ; at pro aliis etiam reponuntur nomina* Babuti, Diodori *&* Diotri, Repodiani *&* Nomenſis.

In duas turmas videntur diviſi.

B

2 *In vetuſto Martyrologio bibliothecæ Vaticanæ, ſignato numero* 5949, *& charactere Longobardico conſcripto, iſta leguntur* ; Alexandriæ SS. Dorothei Presbyteri, Pomodiani & Rodociani Diaconorum, qui igne extincti & in mare miſſi ſunt cum aliis viginti quatuor. *Quæ meliori cum diſtinctione in antiquis Martyrologiis Caſinenſi, etiam charactere Longobardico, & Romano Ducis Altempſii, ita traduntur* : in Alexandria natalis S. Dorothei Presbyteri : & alibi Pomodiani Diaconi & Rodociani, igne uſtorum & in mare miſſorum, cum aliis viginti quatuor. *Referuntur hi* XXIV igne combuſti & in mare miſſi *etiam in MSS. Trevirenſi S. Martini & Vltrajectino S. Mariæ, ſed perperam S. Paſtori adjuncti : de hoc egimus ſupra in prima claſſe Martyrum, inter quos etiam eſt* Rodocianus Diaconus. At Podonianus *legitur in MS. Vaticano S. Petri : qui in MSS. Aquiſgranenſi & Labbeano & apud Grevenum* Pomodianus *ſcribitur, & vitio Amanuenſis in MS. Auguſtano* Nomadianus, *& additur* Rodimini, *ſeu* Rodimi *in Labbeano, forſan loco* Rodociani, *aut* Rumetinæ. *In eodem, primo loco celebratur* Alexander Diaconus.

an igne extincti & in mare merſi?

E

3 *Abſtinemus conjecturis, quæ poſſent ex dictis formari : puta quod* Jgneo *irrepſerit pro* igne, *voce addita ad explicandum Martyrii genus : quod* Bubato *in ablativo poſitum, ubi cetera nomina ſcribuntur in genitivo, ſit nomen loci, ac forte melius alibi ſcribatur* Babuto, *legique debeat* Babuco, *ut ſignificetur civitas ejus nominis in Hemicis : aliaque hujuſmodi.*

DE S. QVIRINO EPISCOPO ET MARTYRE

G. H.

IN COEMETERIO ROMANO PRÆTEXTATI DEPOSITO.

XXX APR. *Rogredimur cum antiquis quatuor apographis Martyrologii Hieronymiani : in quo, poſt tres Martyrum claſſes jam indicatas, iſta leguntur juxta Epternacenſem codicem* : Romæ, Quirini Epiſcopi. *In MSS. Lucenſi & Blumiano:* Romæ depoſitio Quirini Epiſcopi. *In MS. Corbejenſi Pariſiis excuſo :* Romæ depoſitio Quirini, Secundini. *At Florus in MSS. Atrebatenſi, Tornacenſi & Latienſi :* Romæ depoſitio S. Quirini Epiſcopi & Martyris. *Rabanus, Notkerus, cum MSS. Aquiſgranenſi, Richenovienſi & Rhinovienſi iſta habent.* Romæ depoſitio Quirini Epiſcopi. At Quirici *legitur in MSS. Barberiniano, S. Maximini & S. Cyriaci. MS. Trevirenſe S. Martini & Grevenus,* Romæ Quirini Epiſcopi.

C

2 *Locus depoſitionis ita indicatur in MS. Romano Ducis Altempſii :* Romæ in cœmeterio Prætextati depoſitio Quirini Epiſcopi. *Quibus additur* Via Appia, *in MS. codice Reginæ Sueciæ, & ſic inde excudit Lucas Holſtenius in Animadverſis ad Martyrologium Romanum. Hinc corrigendum MS. Vaticanum S. Petri, dum legitur* Romæ Prætextati, Quirini. *Scilicet* in cœmeterio Prætextati. *In MS. Leodienſi S. Lamberti adduntur ſocii his verbis :* Ipſo die Quirini Epiſcopi cum aliis duodecim. *Sed hi videntur transferendi eſſe ad ſequentem claſſem uti* Secundinus *ad alios hujus diei Martyres.*

3 *Cujus loci fuerit Epiſcopus Quirinus, non indicatur: & nullus inter Romanos Epiſcopos ſeu Pontifices tali nomine ſignatus comparet. Imo forſan alibi martyrio coronatus eſt, & corpus Romam delatum, in cœmeterio Prætextati via* Appia *depoſitum fuit. Non appoſito loco inter alios Martyres collocatur* Quirinus *in MS. Auguſtano, &* Quirinus Epiſcopus *in MS. Trevirenſi S. Maximini valde antiquo. Fuit* S. Quirinus Siſcienſis in Pannonia Epiſcopus & Martyr, *cujus corpus, ob incurſionem barbarorum Romam à Chriſtianis delatum eſt, & via* Appia *depoſitum, uti dicetur ad diem ejus natalem* IV *Junii.*

F

4 *Sed de hoc* Quirino *Epiſcopo hic agi quomodo judicabimus ? quandoquidem ea tranſlatio forſitan facta eſt diu poſt conſcriptum* Martyrologium *Hieronymianum. Non eſt hic etiam de cujus Tranſlatione agi ad* V *&* VI *diem Februarii ibidem inter prætermiſſos diximus, & hoc loco quæſituros nos promiſimus : quia nempe S. Quirinum Tribunum, cujus nos acta diſcuſsimus* XXX *Martii, multi ad* XXX *Aprilis collocant ; & ad hunc ſpectat illa reliquiarum Tranſlatio : quare dictis Februarii loci mutandum erit nomen menſis & pro Aprili ponendus Martius.*

A

DE SS. RODICIANO DIACONO, TERENTIO ET MARINO PRESBYTERO, DAGARO CVM ALIIS DVODECIM. METVRO, CLEMENTE, LVCINO, TELESFORO, PRIMOSO SATVRNINO, EMELIANO, MAIORICA, SATVRNINA.

Martyribus Aphrodiſiæ. C.H.

XXX APR. *Martyres indicati*

Varta iſta Martyrum claſsis eſt in antiquis apographis Martyrologii Hieronymiani : & ea poſt S. Quirinum, apud Romanos depoſitum, ita traditur in codice Epternacenſi : in Frodiria Rodiciani Diaconi, Terenti, Marini Presbyteri, Dagari, cum aliis XII, Meturi, Clementis, Lucini, Telesfori, Primoſi, Saturnini, Emeliani, Majoricæ, Saturnini. *Aliqua in reliquis apographis differentia eſt. Ac primo paleſtra Martyrii in Mss. Lucenſi & Blumiano etiam* Frodiria *eſt : in Ms. Corbejenſi Pariſiis excuſo eſt* Afrodiris, *quo putamus ſignari* Aphrodiſiam, *urbem Epiſcopalem provinciæ Europæ in Thracia, etiam Ptolomæo notam lib. 3 cap. 11, & Ἀφροδισίας dictam ; aut* Aphrodiſiam *metropolim & Archiepiſcopalem Cariæ, etiam Ptolomæo lib. 5 Ἀφροδισίας appellatam. Et hæc de loco. Ipſa nomina Martyrum in pluribus conſentiunt : ſolum loco* Rodiciani, Dagari, Meturi, Lucini, Telesfori, Saturnini, *etiam ſcribitur* Rodociani, Dicari, Maturi, Luciani, Telisfori, Saturninæ: *quæ plane eſt parva diſcrepantia.* Dagarius *memoratur hoc die in MS. Martyrologio Tamlachtenſi in Hibernia.*

locus martyrii B

2 *Vti hic eſt* Rodicianus Diaconus, *ita celebratur apud Græcos* III *Maji* S. Rhodopianus Diaconus *cum* Diodoro, *apud* Aphrodiſiam urbem Cariæ *ſub Diocletiano à civibus ſuis multa verbera perpeſſus, ac tandem crebra lapidatione ad mortem uſque appetitus : quem à* Rodiciano *ejuſque ſociis alium arbitramur ; quod in his nullus Diodorus nominetur. Facilius admittemus,* Rodiciano & Rhodopiano *eamdem obtigiſſe paleſtram martyrii ; haud difficulter tamen unam eamdemque perſonam crediturі, cujus nomen minus recte Latini expreſſerint, ſi ad hanc ſententiam ſtabiliendam aliquid novæ probationis acceſſerit. Cauſa enim Rhodopiani, ab hoc die & hac ſocietate, in qua paſſus fuit, removendi ad Majum, eumque Diodoro jungendi, aſſignari poſſet utriusque ſimultanea tranſlatio in aliquam Conſtantinopolitanarum eccleſiarum, quæ tali die ibidem ſolita ſit celebrari.* *ſimilis 3 Maji.*

E

DE S. POLYCHRONIO EPISCOPO. G.H.

C

Antiquiſſimum apographum martyrologii Hieronymiani concludit hunc menſem Aprilis his verbis : quæ ob ſuam antiquitatem proferimus. Ita autem habet : Depoſitio Policroni Epiſcopi. *In MS. Corbejenſi Pariſiis excuſo ejuſdem Martyrologii ita traditur :* Depoſitio Polocronii Epiſcopi. *In MS. Pariſienſi Labbæi, ſcribitur* Polochroni Confeſſoris. *In MS. Auguſtano S. Vdalrici legitur,* Polderoni Confeſſoris. *Celebravimus die* XVII *Februarii :* Polychronium Epiſcopum Babylonis & Martyrem : *&* S. Pulchronium Epiſcopum Virdunenſem: *ſed quia dubitamus, aut potius arbitramur, neutrum horum hic referri ; ob teſtimonium quatuor illuſtrium martyrologiorum, eumdem voluimus indicio benevoli lectoris proponere, & quod is viſis aliis* Martyrologiis *ſtatuerit, plane ratum habere.*

2 *Interim monemus, tomo* I *Bibliothecæ novæ Labbeanæ, extare Chronicon Virdudenſe, conſcriptum ab Hugone, primum monacho S. Vitoni Virdunenſis, tum Abbate S. Petri Flaviniacenſis in Burgundia circa finem ſeculi* XI, *ubi dicitur, quod* B. Pulchronius, urbis Clavorum Epiſcopus, curſu vitæ conſummato, diſceſſit pridie Kalendas Maji, & migravit ad Dominum. *Adduntur alia de ſepultura, multaque præmittuntur de Vita & geſtis ; quæ ſi ad manum fuiſſet Februarium elaborantibus, majori cum noſtra atque lectorum ſatisfactione de Sancto iſto Epiſcopo egiſſemus ; nunc autem ſatis eſt hic indicari, ad ſupplementum operis plenius retractanda.*

F

DE SANCTO MERCVRIALI

EPISCOPO FOROLIVIENSI IN ITALIA.

CAPVT I.

Cultus, ætas, Vita ſcripta & examinata. D.P.

XXX APR. *An primus Livienſis Epiſcopus.*

Laminia, quæ hodie Romandiola dicitur, urbs antiqua & nobilis Forum-Livii *eſt, inter Faventiam & Cæſenam ; Chriſtianis ſacris imbuta jam inde à primis naſcentis Religionis exordiis. Ea an & quos habuerit Epiſcopos ante S. Mercurialē, cujus hoc die in urbe & diœceſi tota celeberrimus eſt cultus, ignoratur. Primum ipſum notum poſteritati fecit, tum viventis inſignis virtus, tum ad mortui ſepulturam adeo crebra miracula, ut primum ſuper eam erecta ſit eccleſia, S. Stephano dedicata; deinde aſſurrexerit Abbatia, nunc cum ipſo templo S. Mercurialis dicta, & Vallumbroſanis monachis tradita cum jure parochiali. Ibi ſub majori ara diu requievit arca, ſacri corporis cuſtos ; de cujus inſpectione hoc inſculptum lapidi monumentum, & Archivii publici ſcripturis inſertum, exhibet Hiſtoria Forolivienſis noviſſimus & accuratiſſimus ſcriptor Paulus Bonoli, quo deducente cuncta urbis ſacraria obivimus & luſtravimus, dum Forolivio Romam tranſitum haberemus, anno* MDCLX. *Monumenti illius hæc ſunt verba :*

2 Anno Domini MCCXXXII, tempore Gregorii Papæ & Fæderici Imperatoris, XI Kal. Septembris, aperta fuit hæc arca per D. Albertum Epiſcopum & Petrum Abbatem, & expoſitum hoc B. Mercurialis corpus quindecim diebus omnibus ad videndum. In dicta arca inventa eſt lamina plumbea continens ut infra. In nomine Patris, Filii, & Spiritus ſancti. Hic

mortuus anno 156.

AUCTORE D. P.

Hic requieſcit corpus B. Mercurialis Epiſcopi Livienſis. Obitus vero ejus pridie Kalendas Maij, CLVI.

aut aliusejusdem nominis?

Hinc nata eſt anceps Forolivienſibus diſputatio de hujus ſancti Epiſcopi ætate, aliis corruptam aut vetuſtate corroſam plumbeam lamınam aſſerentibus, idque ex ſolo præjudicio, non ex fide oculatæ inſpectionis; aliis plures Mercuriales fuiſſe aſſerentibus, quorum unius antiquiſſimi hoc corpus & feſtum ſit, alterius vero ſint acta Vitæ, quæ circumferuntur. Quod merito ut rem valde inſulſam reſellit hiſtoriographus Foro-livienſis prælaudatus: quis enim credat, ejus cujus ſervata fuerint Acta, nullam aliam fuiſſe ſervatam memoriam vel in officio eccleſiaſtico vel in corporis ejus reliquiarumve honore.

Quæ fides lamellæ plumbeæ,

3 *Equidem eruditiſſimo Annalium eccleſiaſticorum ſcriptori Baronio vehementer aſſentior, quod plumbeæ iſti laminæ plus detulerit fidei, quam quibuſcumque popularibus traditiunculis, & quæ iis inædificata poſt plurium ſeculorum decurſum ſunt, ætatis mediæ ſcriptis ſeu Legendis ſeu Chronicis. Quamvis enim Æra Chriſtiana vulgaris neque accurata ſit, neque primis ſeculis fuerit uſurpata: poſtquam tamen illa ſemel invaluit & paſſim recepta fuit, cœperunt ad eam exigi antiquiorum geſta temporum. Quod ſecutus lamellæ iſtius ſculptor credi poteſt, & tantæ antiquitatis aliquod argumentum habuiſſe, quo ſecundo ſeculo S. Mercurialem adſcriberet.*

B

Neque dicas, ut dicunt aliqui, centenarii numeri notas duas aut tres vetuſtate exeſas: non enim potuiſſent non animadvertere hiatum deficientium litterarum ii, qui tam ſolicite ipſius tenorem tranſcripſere, ſi vere tale quidpiam deprehendiſſent. Certe præſumi non debent in tranſcribendo erraſſe, donec evidentiori id conſtet probatione. Facilius credam lamellæ auctorem, quia nullum Mercuriali antiquiorem Epiſcopum noverat, perſuaſus autem erat Epiſcopatum Forolivienſem ex antiquioribus eſſe, ſub Alexandro, Sixto, Teleſphoro inſtitutis; citius mortuum credidiſſe hunc, ut arbitrabatur, primum Epiſcopum.

ſeculo 8 aut 9 ſculptæ?

4 *Definiri quidem à nobis non poteſt ætas & tempus ſculptæ laminæ: hoc tamen auſim affirmare, tunc eſſe ſculptam quando S. Mercurialis corpus ex veteri ſepulcro in marmoream iſtam arcam fuit repoſitum, idque tam olim, ut ejus tranſlationis memoria nulla apud poſteros ſuperfuerit ſeculo* XIII. *Forte cum erecta eſt eccleſia in titulum parochialē, & quæ prius S. Stephani dicebatur ſub appellatione S. Mercurialis inſtaurata fuit: quod* VIII *aut* IX *ſeculo factum licebit opinari.*

Tunc videntur etiam factæ picturæ,

C

Eodem tempore in ipſius templi parietibus depicta fuiſſe exiſtimabo quæ de S. Mercurialis mirabilibus geſtis conſervabat memoria popularis. Vitæ enim ex Vallumbroſanorū monachorū ſcriptis ad Antonium Gallonium Romā miſſæ nobiſq; à Patribus Oratorii communicatæ, auctor fuit antiquus, qui ante fundatam eo loco Abbatiam ſcripſiſſe videtur, atque adeo ante ſeculū Chriſti XI. *Hic vero uſus Prudentii exemplo, qui S. Caſſiani martyrium verſu deſcripſit, ut pictum viderat:* Nos quoque, *inquit,* ſtudioſe habentes de Sanctorum geſtis indaginem, ad B. Mercurialis Confeſſoris & Epiſcopi Livienſis pervenimus tumbam; ibique ejus inquirentes actiones, nihil ab illius accolis loci valuimus indagare, præter quaſdam nimium teneras actionum illius depictas imagines: ſed ut retulerunt à multis temporum ementis luſtris Acta Præſulis prædicti ablata fuerunt ab eis, *puta cum Italiam vaſtarent barbari, & ſacra loca populārentur aut igne conſumerent, maxime quæ extra urbes poſita mœniorum circulo non includebantur.*

ex quibus jam evanidis accepta vita, ante ſec. II,

nullum autē ætatis indicium dat,

5 *Nunc porro videamus quid picturæ illæ exhibere potuerint, quidque eis vel ex propria auctoris conjectura vel ex populari narratione addi debuerit, ut hiſtoria vitæ aliqua texeretur. Primo loco occurrit punitio cujuſdam Iudicis, eodem blaſphemo ore ſacram Euchariſtiam ſumentis, quo Chriſtum ſub ea præſentem negaverat, coram S. Mercuriali aliisque peracta. Iudicem Ariminenſem, Chriſtianæ religionis contemptorem fuiſſe, quem pictura referebat, ex vulgi opinatione ſumi debuit; qui ne anonymus eſſet, ſuccurrit oportune Taurus ille, ſub Conſtantio Ariano Præfectus Ariminenſis; qui Patribus Arimini ad Concilium collectis, priuſquam diſiungerentur, vim intulit; atque ut Vrſacii & Valentis confeſſionem, ſubdole contextam, velut Catholicam reciperent, callide induxit: quo nomine peſſime audivit apud Catholicos omnes, ideoque viſus idoneus eſt cui prædicta blaſphemia & mors condigna tribuerentur. Hoc autem præſumpto proſequitur conjecturam ſuam auctor vitæ;* adfuerunt, *inquiens,* forte etiam & alii celeberrimi Epiſcopi Roſillus Popilienſis, Leo Feretranus, Marinus, Gaudentius & Geminianus: *quorum ætates conciliare velle, propter unum* forte, *inutilis mihi conatus videtur: interim quod hic auctor per nudam dixit conjecturam, alii ut certum accipientes, coëgerunt poſteros qui iſta defenderent in omnes ſeſe partes torquere. Altera pictura (plures autem fuiſſe ex iis quæ narrantur in Vita colligi nequit) exhibebat Epiſcopos duos immanem draconem Sacerdotalibus ſtolis illigatum pertrahentes ad puteum, & cæcum à S. Grato Diacono illuminatum. Ex duobus Epiſcopis alterum eſſe S. Mercurialem non dubitabatur, alterum eſſe S. Ruſillum vicinæ Foropopulienſis urbis Epiſcopum credere jubebat Foropopulienſium conſenſus, idem ex ſui Sancti Patroni qualibuſcumque Actis referentium,*

A

ſed ſolum occaſione minarum conjecturarum.

cetera tot ſeculis poſt dictā cœpta

E

6 *Præter hæc duo, nihil eſt in Vita, quod poſſit ex picturis acceptum dici, cetera rhetorico more dilatata ad hiſtoricam fidem nihil faciunt. Quæ autem poſt Vitam ſcriptam acceſſere ad hiſtoriam S. Mercurialis, per monachos Vallumbroſanos, ea nec fundamentum quidem habent in traditione, tunc cum Vita ſcriberetur recepta; adeoque indigna ſunt omnia quæ ſtabiliendæ chronologiæ ſubſternantur. Si enim uſque ad ſeculum* X *vel* XI, *nihil ſciebatur de S. Mercuriali, niſi quod in picturis videbat & ex illis narrabat populus; hoc autem totum & multo etiam amplius ſi complexus eſt auctor Vitæ, ſuo ingenio ſupplens picturæ traditioniſque defectum: quæ fides poterit aliis tanto poſt adjunctis haberi? Cum ergo dicetur S. Mercurialis fuiſſe natione Armenus, ab Hieroſolyma attuliſſe Reliquias, quibus Forolivienſis eccleſia gloriatur; interfuiſſe Ariminenſi concilio, quod ſub Conſtantio anno* CCCLIX *coactum fuit, ad Athanaricum Gotthorum Regem pro civibus in captivitatem abductis iviſſe legatus, quod ante annum* CCCC III *fieri non potuit. Hæc inquam aliaque ſimilia cum dicentur, interrogabimus quo auctore doceantur eſſe vera, quæ tot ſeculis fuere ignorata, ac ne tum quidem adhuc erant audita, cum Vitæ auctor in unum collegit quidquid de Sancto quomodocumque narrabatur. Idem de S. Ruphillo Popilienſi, cujus feſtum* XXI *Auguſti colitur, dictum puta, quatenus is à S. Silveſtro creditur Epiſcopus ordinatus. Id ſcilicet per conjecturam credi cœpiſſe, æque ac alia de S. Mercuriali jam relata. Illius enim nulla extat antiqua Vita, & ſiquid ſcriptum aliquando fuit id abolitum eſſe à barbaris credibile ſit.*

non videntur aliquam fidem mereri,

F

7 *Ceterum aliud nihil confici ex dictis velim, quam ignorari tempus quo* SS. *Mercurialis Ruphillusque vixere; nec audiri quidem debere eos, qui duos aut etiam tres Mercuriales inducunt, ut ſuſtineant eorum, quæ tam tarde prodierunt, auctoritatem. Nolim interim aſſeverare, eo præciſe anno, quem plumbea tabella notat, obiiſſe S. Mercurialem: imo ſeculum integrum aut etiam duo adjici feram non illibenter; quia uterque Epiſcopus nihil fidei cauſſa tuliſſe à gentilibus, ſed ejus puritatem dicuntur contra hæreticos fuiſſe tutati, in ſua quiſque conjunctiſſima diœceſi: quod verum eſſe potuit, etiamſi vel uterque vel alteruter abfuerit à Concilio Ariminenſi. Non potuerunt tamen hæretici illi fuiſſe Ariani, ſicut popularis traditio habet, niſi ſaltem ſeculo* IV *Sancti vixerint: at facile fuit pro aliqua ignota hæreſi certam unam eamque celeberrimam ſubſtitui: unde nec firmiter huic argumento adhæreo, quod ab ætate Arianorum ſumunt alii. Imo ipſam illam picturam draconis, ab utroque Epiſcopo ſuperati abolitique, libentius de ſpiritali quam corporali dracone intelligam; credamque primos illius auctores aliud noluiſſe expreſſum quam quod hæreſeos alicujus peſtem, in confiniis utriuſque diœceſis deprehenſam ſtrages edere animarum multarum, communicatis operis conſiliisque uterque extinxerit.*

Videtur tamen ſec. 4 floruiſſe Sanctus.

8 *Cum hiſce præcautionibus & annotationibus poſtea addendis, ſolam illam, de qua egimus ſupra, Vitam dabimus.*

Paulus

A *Paulus Bonoli auctorem ejus facere videtur S. Petrum Damianum & vocare Sermonem de S. Mercuriali: ſub illius enim nomine, ipſiſſimis quæ hic leguntur verbis, exhibet totam hiſtoriam rei cum Ariminenſi Iudice geſtæ, atque tres ultimas hujus vitæ lineas. Sed quia tum alia quædam tum narrationem de dracone idem Paulus velut ex eodem Sancto produxit, non tantum verbis, ſed ipſa etiam rei ſubſtantia valde diverſam, ab ea quæ hic ponitur, & qualem propoſuimus ad* XX *Martii num.*3 *agentes de SS. Grato Diacono & Marcello Subdiacono S. Mercurialis: ideo arbitramur Paulum habuiſſe aliquid diverſum ab hac vita, ſub Sancti illius nomine ſcriptum, cui hæc ipſa vita quadamtenus ſit intexta, non autem tota. Præterea in ſermone de S. Rufillo Populonienſi, qui apud nos manuſcriptus & apud Vghellum tom.* 2 *Col.*637 *editus extat ſub nomine S.* Petri Damiani, *modus deductionis ac ſtyli, minus hiſtoricus magiſque ad mores deductus invenitur, quam in hac ſimplici, licet verboſa, hiſtoria: quæ autem eidem intexitur de dracone narratio, plane quoad rem convenit cum hujus vitæ contextu, non autem cum eo quem diximus* XX *Martii apud nos legi. Quare nec hunc poſſum ſecure attribuere S.* Petro Damiano, *nec vitam ipſi audeo adſcribere, quamvis ætas talis ſit, quo poſſit ejuſmodi Vitam ſcripſiſſe, prius quam locus Vallumbroſanis traderetur: prius, inquam, nam ſi locus monachos habuiſſet, hos potius quam rudes accolas interrogandos ſibi putaviſſet. Vghellus eodem tomo col.*615 *allegat ex Annalibus Forolivienſibus Mss. Bernardini* Paulutii *locum de rebus à S. Mercuriali geſtis in Hiſpania cum Alarico Rege: quæ nec refutare quidem lubet; & forte Bernardinus ille hoc ſolum ſeculo vixit. Quare & ipſum prætermittimus & quæcumque alia de S. Mercuriali ſcripta; cumque iis etiam Vitam alteram, quam circa annum* MDLXXX, *annis* CCX *elapſis poſt* S. *Ruſilli corpus à Ioanne Numay Saſſinatenſi Epiſcopo elevatum, ſcripſit Foro-Livienſis aliquis in Abbatia S. Mercurialis monachus non ineruditus, quam inter Antonii Gallonii collectanea repertam Romæ tranſcripſeramus: ſatis enim jam conſtat ex dictis, nihil ſolidæ auctoritatis ſcriptori præluxiſſe, præter priorem Vitam, quæ ipſa interim quam parum ſoliditatis habeat jam explicuimus. Vitæ Synopſis aliqua apud* Petrum *de Natalibus lib.*10 *cap.*107 *reperitur, hoc ſolum continens quod de dracone recluſo jam diximus: alia amplior apud* Philippum Ferrarium *edita habetur, quam pro ſuo arbitrio reformatam* Tamayus *dedit ut infra dicetur.*

ejus auctor an S. *Petrus Damianus?*

alia recentiora omittuntur.

B

CAPUT II.

C

Tranſlationes corporis, & miracula recenſita, figmenta rejecta.

9 CArdinalis *Baronius, Martyrologium Romanum recognoſcens, ex vetuſto quodam, ut ait, Ms. ad diem* XXIII *Maii hæc verba deſcripſit.* Ipſo die S. Mercurialis Epiſcopi. *Idem ante ipſum quibuſdam Vſuardi exemplaribus additum repererant Bellinus de Padua, Grevenus Carthuſianus, Maurolycus & Molanus: ſed horum nemo ad Forolivienſem hæc traxit. Primus id in Notis fecit Baronius: cui tamen in hoc non contradicimus, ſcientes, quam ſæpe contingat, aut verum natalem obſcurari majori Tranſlationis poſt factæ ſolennitate; aut in aliquo Ms. diem Tranſlationis notari præterito Natali. Interim conſultius credimus de S. Mercuriali agere die præſenti, quo Forolivii feſtum ejus agitur. Quod ſi non eſt natalis, ſed Tranſlationis, ejus utique Tranſlationis eſt, quam ſupra diximus factam eſſe diu ante annum milleſimum, ſeculo forſitan* VIII *aut* IX. *De ſecunda (ſi tamen vocari Tranſlatio poſſit) facta* XXII *Auguſti anno* MCCXXXII *ſupra egimus.* Paulus Bonoli *actioni huic interfuiſſe ſcribit præter Epiſcopum Forolivienſem, Archiepiſcopum Armenum Matheum, alios Archiepiſcopos tres & Epiſcopos quatuor, cum Abbatibus aliquot. Addit Baronius quod* anno Domini

An 23 *Maii ſit dies prima Tranſlationis?*

a facta eſt an 1232, 22 *Aug.*

MDLXXVI D. Antonius Jannottus Forolivienſis Epiſcopus corpus reperit marmoreo loculo conditum, ſerico tectum. *Et hoc ſericum aſſerit* Paulus Bonoli *ita repertum integrum, ac ſi novum fuiſſet.*

10 *Idem* Paulus *corporis Tranſlationem notat, qua ab altari majori, relicta ibidem marmorea Arca, deportatum eſt corpus ad novum ſacellum, à Hieronymo Mercuriali, Philoſopho Medicoque famoſo, magnifice erectum. Hujus autem Hieronymi eruditiſſimum opus de Arte Gymnaſtica (ut de aliis taceam) nuper ab amico noſtro Andrea Friſio Amſtelodamenſi elegantiſſime recuſum, cum Venetiis prima vice prodierit anno* MDLXIX, *non incongruum fuerit judicare, indicatam à Baronio inſpectionem, & Tranſlationem à Paulo ſignatam eſſe eamdem, factam anno* MDLXXVI. *Quo etiam tempore os unum brachii ad ſanctæ Crucis Cathedralem eccleſiam putatur tranſlatum, ubi nunc magnifice aſſervatur: aliaque ad alias eccleſias Forolivienſes particulæ. Tunc etiam, aut forſitan multo citius,* S. *Mercurialis caput à reliquo ſejunctum eſt corpore, ut argenteæ incluſum ſtatuæ ornaret publicas proceſſiones, maxime in die ipſius feſto, quod olim cum publicis ac liberis* Nundinis, *integrum menſem durantibus, fuiſſe celebratum, ſcribit jam ſæpe laudatus* Paulus: *ex quo etiam ſequens miraculum accipe.*

3 *an.* 1576.

Reliquiæ variæ ſeorſim poſitæ.

11 Anno MLXXX, cum Henricus Imperator adverſus Gregorium VII duceret exercitum in Italiam, & ſuorum armorum terrore totam repleret Flaminiam; Forolivienſium accolarum plurimi, armenta ac greges, quos intra urbem reducere non potuerant, ſervabant in Gottonio ſuburbio & cœmeterio S. Mercurialis, ipſius cuſtodiæ & protectioni ſe ſuaque committentes. Sed ejus nomen nihil reveritus Guelfo, tribunorum Imperialium unus, militibus ſuis copiam fecit, mactandi ad corporum refectionem quotquot vellent animalia. Ex his aſſas elixaſve carnes quotquot deguſtarunt, diſtorto horribiliter ore pœnas luerunt inconſultæ impietatis, imprimis Dux ipſe, qui in verba contra Sanctum blaſphema proruperat. Culpam igitur agnoſcens ſuam, nutibus & quibus poterat indiciis aliis præcepit, ut illatum damnum præſenti pecunia compenſaretur Dominis, & mox ſibi ſuiſque priſtinam vultus compoſitionem reſtauratam vidit. *Hæc ille: at quem ſupra laudavi Vitæ poſtremo ſcriptæ auctor, eamdem ſic concludit:*

E

Puniuntur aſylum Sancti violantes milites.

12 Quæ miraculo poſt ejus mortem ſanctum Epiſcopum conſecuta ſint, longum eſſet recenſere: nam & paralyticos ſanavit, & febricitantes languidoſque complures: ſed præ ceteris illud unum non eſt omittendum, quo in improbiſſimi unius perſona Deus optimus maximus oſtendit, quam celeri vindicta perſequatur nefanda in ſuos conjecta convitia. Romam commigrabat ad Sanctiſſimi Petri limina peregrinantium agmen, qui hac pertranſeuntes, cum primum plateam noſtram hanc ingreſſi ſunt, primi illi qui ordinem ducebant, ut pietatis ac religionis gratia B. Mercurialis corpus conſalutarent, à recta flectentes, viam ad ejus templum detorquent. Ex his unus, qui equo vehebatur, quid hoc eſſet percunctatus, intelligit, Ad B. Mercurialis trivium pergimus. Qui ore ſicut & animo inquinatiſſimus; Hoc nomine, inquit, appello unum ex bobus meis. Nefanda vox ac impuriſſimo ore prolata, eodem tempore & cælum & terram aperit: cælum quidem, quod ab eo audita fuit cui nihil eſt abſconditum; terram autem, quod eodem permittente in ſpurciſſimi ſermonis pœnam, equus blaſphemi, velut ſi ſub pedibus terra dehiſceret, ſtatim corruit, ac ſic ſeſſoris corpus provolvit ut cruribus effractis ſemivivum reliquerit. Hunc comites efferunt; & qui ſanctiſſimum corpus nomenque prius deſpexerat, re-

F

alius in Sanctum blaſphemus

caſtigatur fractis ſub equi lapſis cruribus.

A nueratque ad illud visitandum iter ad ejus templum flectere, idem mortuo similis à sodalibus eodem introfertur: exoratoque S. Mercuriali, preces in cælo exaudiræ sunt. Didicerat enim beatus ille vir à præceptore suo Christo Salvatore, etiam pro persecutoribus exorare. Nam consolidatis ossibus, contemptor ille illico sanitate donatus, & ex despectore miraculorum prædicator effectus, ad suos incolumis rediit.

sed ad tumulum delatus sanatur.

13 *Tamayus de Salazar, cum in Catalogo Sanctorum Italiæ apud Ferrarium legisset, quod S. Mercurialis* in Hispaniam profectus, cum Regem ab insanabili morbo curasset, captivos omnes Livienses, quos Visigothi captivos in Hispaniam abduxerant, reduxit; *nihil sibi cunctandum ratus quin Hispaniæ Patronis ipsum quoque adscriberet, nova fabricavit Acta, protulitque ad* xx. II *Maji, rem apud Ferrarium lectam hoc modo augens.* Cum Regem curasset, per totius Hispaniæ regiones se conferens, Catholicam veritatem populis, in Arianum errorem Gothorum prolapsis, mirabili efficacia prædicavit; & innumeros ad confessionem Nicenæ Synodi perduxit: quoad reversus in Curiam, captivos omnes Livienses & finitimos quos Gothi ex Attilæ direptione in Hispaniam abduxerant, Regis liberalitate recepit. Postmodum vero cum aliquot annis Ecclesiæ suæ præfuisset sanctus Pontifex, xxx Aprilis in pace requievit, anno D. N Jesu Christi CCCCLVI. *Ita per manus crescunt conjecturæ, ne dicam fabulæ, dum quilibet præsumit de suo addere quod in rem facit.*

Sancti temere asserto in Hispaniam itineri,

fabulosa. Acta superstruuntur,

B

14 *Qui ætatem S Mercurialis in tempora Gothorum Italiam invadentium retulerant, unicuique fecerant Hunnorũ vastationi interesse sub Attila; consequẽter faciendum sibi existimarunt ut pro captivis redimendis ageret ipse aliquid; quos satis insulse abductos in Hispaniam dixere, Ostrogothos cum Visigothis confundentes. Id tamen sic intelligunt Forolivienses scriptores, ut in Italia supplicasse Episcopum pro captivis velint, effecisseque, ut illi ex Hispania revocarentur. Tamayus Ferrarii verbis adhæsit: videnseque nec hoc satis fore ut Hispanico Martyrologio adscriberetur S. Mercurialis, titulum addidit* insignis per totam Hispaniam Ecclesiasticæ: ex quo, *inquit*, apud nostros in magna habitus veneratione, tamquam novus Hispaniæ Apostolus censendus est. *Interim venerationis istius indicium vel argumentum profert nullum: sed multa de Regibus ac bellis Gothorum congerit, nihil ad rem facientia.*

quibus ad tempora Attilæ ipse differatur,

& fidem totu Hispanis prædicasse fingitur.

C

15 *Nempe suæ unius industriæ novum istum Hispaniæ Patronum debebat, nullam in eo partem habentibus iis, qui Pseudo-dextri & sequacium chronica confinxere. Si autem hi quoque, ad suis vindicandum hunc S. Mercurialem, applicuissent animum; vereor ne Ferrarium corrigendum astimassent in eo quod genere* Armenium *faciat; quem ipsi forte* Almeriæ, *(ita Saraceni nuncuparunt urbem prius* Urcum *dictam) natum censeri maluissent, ut magis ex integro foret Hispanus; hac videlicet præsumptione, quod librarii recentioris glossema, Vrcum Almeriam esse explicantis, transierit in contextum, & Italis Armeniam magis quam Almeriam noscentibus dederit occasionem nominis vitiandi. Sed missa faciamus somnia; & producamus Vitam, quæ sola continet modicum illud quod de Sancto sciri ex picturis & traditionibus potuit; ut constet quam nullo fundamento superinducta sint cetera, quæ alii operose expendunt, & ab anistoriæ vitiis conantur explicare.*

mirum quod non etiam ibidẽ natus.

CAPUT III.

Vita picturis antiquissimis adumbrata.

Ex MS. Forolivienſi in Biblioth. Vallicellana.

16 ANnalium gesta librorum, diversorum conscripsere studia Philosophorum, ut quæ erant sub priscis temporibus gesta, memoriam retinerent subsequentium. Et hoc non mediocri instantia, sed sub omni totoque conamine erat peractum. Ob hoc enim à Regibus, qui præerant illis temporibus, remunerabantur obnixius; adjicientes etiam, ut si ea quæ ab eis gerebantur digne forent recepta, maxima potirentur futuri nominis fama. Hæc vero studebant gentiles perficere, ut ad apicem culminis lumini valerent pertingere. Nos denique; qui gratia divina imbuti persistimus, arbitramur silendum non esse quæ ad retributionem pernoscimus esse futura, testante Apostolo, Quæ enim seminaverit homo hæc & metet. Diversi diversa jaciunt semina & in futura retributione, prout gessit unusquisque, recipiet merita. Qua de re propensius agendum est, ut in die examinis, ante tribunal æquissimi Judicis, reperiamur digni, ut qualiter ipsi placet coronam perpetuæ altitudinis suscipiamus, ad sui nominis laudes concinendas. Ut præmisimus enim, Philosophorum studia ad sui nominis famam innumera contulerunt volumina; nos autem Christicolæ Christo nostro redemptori, ut concesserit nostri plectrum pectoris, non desinimus laudes inferre: quia ut illi favores conquirebant humanos, sic nobis appetendus est perpetuus fructus. Nam qui ad summi Regis laudem aliquid populo impertierit, futuram retributionem atque perpetuam beatitudinem obtinebit. Nihil enim est aliud Sanctorum gesta referre, quam Dei virtutes enarrare, per quas sanctis Ecclesiis argumentum tribuitur, ut subditis fidelibus etiam patcua tribuantur. Unde credimus & nobis fore animæ salutem, si ea inferre voluerimus, quæ ad constructionem pertinent fidelium.

sicut Gentiles acta Regum

Gal. 6, 8

E

ita Sanctorũ convenit scribere Christianos,

non tantum visa

17 Enimvero prisci Doctores, non solum visa, sed etiam, quæ vulgo recitata sunt, retulerunt. Moyses legumlator, cum ideas mundi omnium opifex proferret, non aderat; & usque ad sua tempora quæ acta sunt, non prospexerat; sed sancto docente Spiritu, ut in Pentateucho continetur, studuit referre: sic qui alii atque alii conscripsere volumina, non de visis sed de auditis retulerunt gesta. Euangelici etiam prædicatores Marcus & Lucas, ex auditu *a* condiderunt Euangeliorum volumina. Post hos imminenti ætate extiterunt sanctarum Ecclesiarum Catholici, qui sanctorum Martyrum & Confessorum retulerunt historias. Et, ut prædiximus, non solum de visis & vulgo auditis, verum etiam de imaginibus depictis, existunt Martyrum prænotati triumphi. Prudentius enim vir eruditissimus, dum ad mausoleum venerabilis Cassiani procumbebat, & se sursum erigens depictam Martyris historiam cerneret; studiosius indagare cœpit, quæ hæc essent; atque à custode relatum est, non fabulam quod cernebat, sed historiam esse; sicque à visis imaginibus, sanctis Ecclesiis ejus *b* patefecit martyrium. Nos quoque studiose habentes de Sanctorum gestis indaginem, ad B. Mercurialis Confessoris & Episcopi Livienſis pervenimus tumbam;

F

sed etiam audita.

a

& picta in imaginibus,

b

quomodo habentur Acta B Mercurialis

tumbam ; ibique ejus inquirentes actiones, nil ab illius accolis loci valuimus indagare, præter quasdam nimium teneras actionum illius depictas imagines: sed, ut retulerunt, à multis temporum præteritis *c* emensis lustris Acta Præsulis prædicti ablata fuerunt ab eis. Hortatu igitur ipsius qui aderat Antistitis ac universæ plebis, Christo allubescente, aggressi sumus ejus gesta, ut suppetunt vires, edere.

A

c

d *variis virtutibus clari,*

18 Præterea *d* Beatissimus hiç Mercurialis Præsul, gratia Dei profusus, sermone blandus, caritate susceptus, omni virtute extitit coruscus, Egenorum erat *e* dapsilis, orphanorum pater, viduarum solamen, mœrentium consolator, atque verbi Dei fuit veridicus prædicator; & quod verbis docuit, hoc operibus complevit: digne etiam Pastoris nomen obtinuit, qui Dei gregem sibi commissum pane eruditionis pavit. Cum in talibus polleret virtutibus ab omnibus extitit venerandus. Contigit eo tempore ut quidam severissimus Judex Ariminensis urbis, nomine *f* Taurus, diversa flagitia Christianis inferret, atque sacra mysterii sancti, his quæ idolis immolata erant compararet; ajebat denique quod sacra mysteria, quæ à summis Pontificibus erant immolata, in secessum mitterentur, sicut sceleratissima ejus idolorum sacrificia, ac per *g* hoc diversas insultationes inferebat Christi sacerdotibus. Unde accidit ut Christiani cum gentilibus maximum haberent conflictum. Ad quod spectaculum interfuit venerandus Mercurialis Episcopus, forte etiam & alii celeberrimi devenere Episcopi Rufillus *h* Populiensis, Leo *i* Monte-feretranus, Marinus, *k* Gaudentius, & *l* Geminianus. Cumque idem sceleratus Judex in prædicto persisteret flagitio, venerabiles Episcopi Dei, protecti clypeo fidei, resistebant illi in potenti brachio. Sed ille in cœpta permansit nequitia; adeo ut nec veritus esset talia proferre nefanda, nec supplex Christi veneraretur vestigia: namque à sanctis Præsulibus id petiit, ut quantum valerent conficerent sacra mysteria, quæ ipse usitato sumptu sumeret ac digereret & in secessum emitteret.

e

f *Prætor Ariminensis in Eucharistiæ blasphemus*

B

g

h

i *k*

l

19 His auditis beatissimi Præsules Christi nimium effecti sunt tristes, verentes sacra mysteria profano ac iniquo tradere gentili: sed ut non annullarent fidelium Christianorum instituta, quod scelestus petiit, ad sui exitium obtinuit. Tandem capto consilio venerandi Antistites se in orationibus dedere diutius, quatenus Dei illis adesset clementia, ut Judicis crudelis immanitas se verteret, si non pœniteret. Igitur *m* erecti ab orationibus, amicti sunt sacris vestibus, quæ ad cultum sanctarum pertinent orationum; ac singuli magnis singultibus diversisque cum lamentationibus officia Missarum sacratissima celebrant: quibus peractis denuo se in magnis ac jugibus prostraverunt orationibus, Deum postulantes, ut illis dignaretur subvenire. Inter cetera sic ajebant: Omnium Regum Rex, tuam nobis misericordiam ostende, ut omnis mundus cognoscat, quia hic nefandus tua sacra commaculat. Tu Deus omnipotens, qui Moysi famulo tuo calliditates Pharaonis Regis Ægypti tribuisti superare, & magicam mentem magorum devincere, populumque Israeliticum sicco vestigio pontum fecisti transire, atque diversas nationes sub gladio ejus interire, & David famulum tuum ab innumeris persecutionibus Saulis exuisti, tresque pueros de Chaldeorum rogo & Daniel de leonum eripuisti lacu; exaudi nos, & concede ab isto iniquo & doloso Judice triumphum victoriæ exercere. Te etiam deposcimus Domine Jesu Christe, qui cum Patre & Spiritu sancto coperante, cæcum à nativitate ad lumen restituisti, quatriduanum Lazarum reluscitasti jam fœtentem; ut hæc tua sacra mysteria, quæ nobis, tuis famulis immeritis, præcepisti tuis fidelibus in sumptus tui corporis & sanguinis tradere, isti Judici iniquo, si te confessus non fuerit, sint ad perpetuam damnationem, cooperante Patre una tecum & Spiritu sancto, in secula seculorum. Cumque à Christianis dictum fuisset, Amen, sancti Præsules execrando Judici Tauro sacra mysteria apposuere edenda.

EX MS.

20 Tunc Judex avide & temerarie ea cœpit edere usque ad saturitatem: quibus peractis insultare cœpit Christianis. Sed almifici Præsules Christi, spem in Deo habentes perfectam, cito eum in perpetua damnatione casurum credebant. Denique & in Christianos insultatione persistente, mox ultio fuit, Deus, à te. Judex enim latrinam deinde petivit, ubi omnia vitalia cum intestinis amisit: nam prædicta Judicis latrina super pontum Adriaticum, qui adhærebat Ariminensi urbi, consistebat. Ut autem vitalia cum intestinis ab ejus sacrilego corpore fuerunt in ponto eversa, ab adstantibus vita sunt esse ferina. Eoque defuncto, & in prædicto manente loco, tunc qui ei assistebant, convenerunt ad eum, putantes illum aliquibus immorari operibus. Videntesque ejus corpus exanime, ac solis jubar ab ore *n* per anum transverberari, cognoverunt eum interiisse; hæcque sacris Patribus curaverunt deferre. Quibus prævisis sancti Patres Deo gratias retulere, atque omni populo ob laudem Dei destinavere: hoc peracto triumpho, eorum unusquisque ad proprias reversi sunt ædes.

fœda morte mulctatur.

E

n

21 Ast per oppidum Cæsenæ B. Mercurialis & Rufillus Antistites, ad Popiliensem urbem, cum aliis Episcopis properantes, Rufillus in sua substitit sede, Mercurialis ad suam accelerabat venire. Tunc universa plebs illi subdita, Clerici quoque & laici ex utroque sexu, cum luminaribus & incenso ac laudibus diversis, suum Præsulem ac Pastorem grataner susceperunt; atque prædictus Mercurialis Antistes in diuturna Sede contulit laudem, & ea quæ cœperat ad finem usque perducere studebat: illud Euangelicum persæpe recolens, si quis perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Sunt nonnulli qui in primordio ætatis bona inchoant, sed in calce à recto tramite deviant: sunt etiam qui ad mediam ætatem bene inchoant agere, sed non perseverant in finem: sunt quoque, qui in ipsis exitus foribus positi recta incipiunt, sed simulando ipsa, perficere negligunt. In his omnibus Venerandus Mercurialis studiosius se exhibuit, quia in antepenultimo statu non deviavit à tramite recto, sed orando, jejunando, eleemosynas tribuendo, euangelicam veritatem prædicando, pacem concordiamque in suis filiis serendo, usque in finem suum recte disposuit statum, secundum illud quod veritas intonat Euangelica: Beatus ille servus, quem, cum venerit Dominus, invenerit vigilantem. Hic quoque B. Mercurialis Præsul in secunda & tertia vigilia ita se curavit exercere, quatenus veniente Domino in vigiliis sedulis inveniret eum. Prima enim vigilia, adolescentia est; secunda, juventus; tertia, senectus. Sunt plerique qui in adolescentia desides existunt, & in juventute ad hoc bonum se exercere cupiunt; sed quia digni non sunt, venire nequeunt. Sunt etiam qui in juventute se commaculant, & in senectute se abluere sperant; & hi etiam quia sunt indigni, non pertingunt. In senecta autem ætate nonnulli resipiscunt, quia illicita explere nequeunt. Sunt etiam qui in hac ætate se corrigunt sponte; sed in tribus quæ præ-

Matt. 24, 30

F

constans S. Mercurialis perseverantia in studio virtutum

Matt. 24, 46

C

ad preces S. Mercurialis aliorumque

m

libavimus, B. Mercurialis in omnibus Deo placuit.

22 Interea dum B. Mercurialis prædictis Domini rebus ſe exerceret; infauſta legatio relata eſt ei, quod ingens draco *o* in itinere tranſeuntibus aderat, qui multos tranſeuntes anhelitu proprio haberet lauciatos. Qua relatione vir Dei in magna decidit afflictione: prædictus namque draco in medio Popilienſis & Livienſis urbis imminebat itinere, per quod plurimi ab ejus afflatu jam erant necati. Tandem inito conſilio, Venerabilis Pater Mercurialis ſuos legatos dirigit Rufillo, Populienſium Præſuli, ut utrique convenirent ad draconis hujus necem; interim ab utriſque prolixa fieret oratio, ut & à Domino ipſis concederetur illius exitium. Dum hæc Rufillus audiret, diu proſtravit ſe in oratione; ſed illo moram nectente, venerabilis Pater Mercurialis ad certamen draconis acceleravit venire. Dum autem ad prædictum ſtadium curreret, Marcellus ei obviam fuit, privatus lumine: ſed quia erat in majori impeditus opere, cæcum nequivit Mercurialis lumini reſtituere, ſed præſtolari ei adventum Beatiſſimi *p* Grati prædixerat, à quo quod impetrabat obtinere poterat. His cæcus auditis S. Grati adventum expectavit: Præfatus deinde S. Gratus ſuper omnia, quæ B. Mercurialis Pontifex obtinebat, præerat; & dum juſſu ſui Pontificis eleemoſynas daret, duplo pauperibus conferebat quam ei præceptum erat. Unde ei Dominus tantam gratiam contulerat, quatenus in ejus nomine virtutes conferebat. Hic etiam S. Gratus dum cæcum proſpexiſſet, ſignum ſanctæ Crucis in ejus faciem compinxit, & ad veram lucem corporis animæque revocavit: qui Marcellus poſtea Chriſticola effectus, in Dei operibus præſertim extitit devotus.

qui ad feralem draconẽ properans,

p B *prædixit cæcũ lanandum à S. Grato*

23 Ut autem retulimus, B. Mercurialis ad draconis certamen ante adventum Rufilli ſtuduit proximare: quod Rufillus pertulit ægre, unde aiunt ut eum Mercurialis poſſet placare, duas illi tribuit eccleſias baptiſmales, S. Martini ſcilicet quæ vulgo vocatur in Lavello, ſed melius in Lavacro, & S. Caſſiani in Cataſiti prædio. Nam dum utergue ad draconis foveam devenere; draco ut eos aſpexit, valde obſtupuit. Tunc Sancti guttur ejus ſtolis ſuis oppilavere, & eum à ſcrobe illius loci amoverunt; & invento puteo utrique eum in ipſo demerſerunt, & grandi lapide os ejus clauſere, memorialeque ſuper eum impoſuere: ipſius enim vulgi accolæ & ruricolæ de ipſo memoriali ferunt taliter, quod prædicti Epiſcopi *q* rabdos qui reſtabant ſuper os putei infixerunt, & ad humorem lymphæ radicem immiſere, & magnæ arbores ſunt effectæ: perhibent etiam quod in Natale ipſius Præſulis ipſe draco *r* ſe inputeo concutit.

ipſumque draconem in puteum demergit.

C *q* *r*

14 His ita compoſitis atque definitis, ſancti Præſules cum ſuis officiis ad propria ſunt reverſi: Mercurialis etiam Pater venerabilis, in Dei cœpto opere viriliter permanſit. Quantæ enim virtutes, quanta ſigna & prodigia per eum Dominus fuerit operatus, nequit explere humanus ſenſus; & quia ſunt jam plura peracta tempora, ex quibus hæc ſunt geſta, & nulla exinde manet hiſtoria, ideoque percenſere nequivimus ejus magnalia; qualiter ad ſiderea tranſierit regna, enarrare conabimur vobis. Ante ſui exitus diem, cunctam ſuam eccleſiam ad ſe juſſit venire, eamque docuit in fide recta perſiſtere, & Dei opus diligenter exercere: ne calliditate antiqui hoſtis illecti ad vana ſtudia & operationes inanes forent inducti; ſed in pace & vera dilectione conſiſterent, ut machinamenta callidiſſimi hoſtis poſſent ſuperare, & ne lupi rapaces gregem Domini valerent morſibus laniare. His & hujuſcemodi expletis eloquiis, data pace ſuis cunctis filiis, vitalem auram amiſit, ſidereaque regna penetravit, ſecundo Calendas Majas. Cujus corpus à ſuis filiis eſt diligenter aromatibus conditum: & ſepultus eſt non longe à Livienſi urbe, ultra amnem *s* in optimo *t* Mauſoleo: ubi ad laudem ejus baſilica eſt conſtituta, in qua ejus exuberant beneficia, nunc & ſemper, per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

moriturus ſuos ad conſtantiam in fide hortatur,

A

ſepelitur apud urbem Foroliviẽſem

s *t*

ANNOTATA.

a *Additur in Ms.* Pſalmica, *quod, non intellectum, omittimus.*

b *Prudentius libro* Περὶ Στεφάνων, *hymno 9 S. Caſſiani Foro corneliani, qui 13 Auguſti colitur Martyrium celebrat inſigni verſu, prout ſibi ad ejus tumulum advoluto:*

Ædituus conſultus ait, quod proſpicis, hoſpes,
Non eſt inanis aut anilis fabula
Hiſtoriam pictura refert, quæ tradita libris
Veram vetuſti temporis monſtrat fidem.

ſed multum inter hanc & noſtram S. Mercurialis intereſt, ipſa enim etiam libris extabat tradita, noſtra ex ſolis picturis accipitur, cum pridem ſcripturæ periiſſent.

E

c *Ms. ita habebat.* Sed, ut retulerunt, à multis temporum pactis menſis, illius Acta Præſulis ablata fuerunt ab eis: hortatum eſt quod aderat antiſtitis *&c. Quæ conati ſumus quadamtenus ad ſenſum auctoris revocare.*

d Præterea, *conjunctiva particula, indicare videtur aliquid præceſſiſſe, quod exciderit.*

e An dapſilis *accipiatur ſubſtantive, pro liberali* Curatore, *an vero ſubſtantivum hoc aut aliud ſimile exciderit, quis divinabit?*

f *Taurum Arimini Præfectum, qui tyrannidem exercuit in Patres Ariminenſis Concilii, Imperatori Ariano conſentiens, ab eo qui notatur Iudice diverſum arbitramur: illum enim non credimus fuiſſe tam inſigniter impium: quam enim auctoritatem talis habuiſſet? Imo ſuſpectum eſt nobis ipſum nomen ne gratis huc ſit traductum, acceptumque à perſona tam nominata & Catholicis execrata, ob impenſum Arianis favorem.*

g *Idem hodieque jactitant contra Catholicos obſcœni & blaſphemi Calviniſtæ: eodem utique magiſtro qui hunc blaſphemum ad ejuſmodi probra erudivit.*

F

h S. Rufillus Epiſc. Foro populienſis, *colitur* 18 *Iulii.*

i S. Leo Montis-feretrii, 1 *Auguſti. Omittebatur in noſtro ecgrapho* Marinus, *ex Paulo Bonoli additus, qui fuit Diaconus Arimenſis, non Epiſcopus, & colitur* 3 *Septembris.*

k S. Gaudentius Ariminenſis, 14 *Octobris: pro quo Tamayus ſuæ chronologiæ cauſa ſubſtituit Brixienſem, qui colitur* 25 *Octobris.*

l S. Germinianus Mutinenſis, 31 *Ianuarii: ubi diximus videri geminos hujus nominis fuiſſe, quod nunc majori examine egere arbitramur: quia Acta illa non ſunt primæ aut ſecundæ notæ, ſed diu poſt Sancti ætatem collecta: quam facile igitur accidere potuit ut nomen Attilæ (cujus ſolius ætas cogeret ſecundum Geminianum aſtruere) ſumptum fuerit pro nomine cujuſcumque hoſtis, Mutinenſi urbi immmentis.*

m *Ecgraphum noſtrum*, Igitur in caſibus diverſis, *quæ ut ſuperflua expunximus, magis circa verba laboraturi, niſi res ipſa diſpliceret. Quis enim credat, ad unius, & quidem blaſphemi, communionem plures ſimul ſacrificaſſe Epiſcopos? idque* ut non annullarent fidelium Chriſtianorum inſtituta? *quænam hoc præcipiunt?*

n *Ingenium pictoris fuit, per radium, corpus blaſphemi penetrantem, exprimere ultricem Dei potentiam: ſed populariſ*

A *rii ſtoliditas crudius accipiens quod pictum videbat, ſcriptorem nihilo prudentiorem inveniſſe videtur, qui etiam litteris hoc ſic mandaret. Ceterum cum nemo antiquorum, qui queſti ſunt de violentia illata Patribus in Ariminenſi convẽtu, meminerit vindictæ alicujus divinæ contra Taurum Prefectum exercitæ, ſatis clarum eſt, quæ ſic picta cernebantur, non bene Tauro fuiſſe afficta. Paulus Bonoli, ut hunc ſcopulum evadat, ad alium æque dubium ſe applicat, & Taurum ſub Iuliano apoſtata ad gentiliſmum tranſiiſſe ſuſpicatur: adeoque diu poſt Ariminenſe Concilium acta hæc eſſe: quæ tam facile negantur quam aſſumuntur.*

o *Quæ ſequuntur de Dracone extincto, ſic picta fuiſſe nihil ambigam: ſed picturam fuiſſe ſymbolicam, ad ſignificandum quomodo ſancti Antiſtites certaverint contra hæreſim, in ſuis diœceſibus proſerpentem & eam penitus aboleverint libentius audiam.*

p Colitur S. Gratus *Diaconus Forolivienſis* 20 *Martii, ubi hanc hiſtoriam dedimus: colitur tunc etiam* S. Marcellus *Subdiaconus: quem alia relatio habet draconis incluſioni cooperantem ejus viſu excæcatum fuiſſe, & à S. Grato illuminatum: quod æque fabuloſum videtur. Alia illa relatio refertur à Paulo Bonoli tamquam ex ſermone* S. *Petri Damiani extracta, quam dedimus* 20 *Martii ex præcitato Paulo; eſtque haud modice à præſenti diverſa.*

p *Hanc eccleſiarum conceſſarum cauſam fabuloſam exiſtimo; forte etiam nec ceſſionem illam fecit S. Mercurialis, ſed poſt ſecula aliquot ſucceſſorum quiſpiam, ad componendam controverſiam de præcellentia motam à vicinis Foropopil enſibus. Certe tempore S. Mercurialis nulla fuit eccleſia* S. Martini, *anno dumtaxat* 397 *mortui.*

q Πᾶβδος, baculus *eſt.*

r *Quis hæc negabit fabuloſa?*

s Paulus Bonoli, *Erat tunc, inquit, civitas Forolivienſis ſita inter duo flumina, quorum unus hodie Montone alter Canalis vocatur, hujus aquis majori ex parte nunc in alium traductis, trans quẽ Canalẽ, (qui tunc fluvius Aquaviva dictus ſit) fuiſſe ait Gottinium burgum, & in hoc eccleſiam S. Stephani: quæ nunc intra muros contineri idem indicat, quando ad annum* 1084 *tam ſolicite inculcat, in antiquis tabularii publici documentis ſæpius inveniri* in eccleſia S. Mercurialis extra muros civitatis *ad partem Orientalem.*

t *Ecgraphum noſtrum*, in oppido.

DE S. MATERNIANO

P E

EPISCOPO REMENSI IN GALLIA. D. P.

SEC. IV. REmenſis Eccleſiæ Epiſcopi primiex Flodoardo *Emenſis Hiſtoriæ, uſque ad annum* DCCCC LXI *deductæ auctor Flodoardus, ipſius eccleſiæ Preſbyter, tunc monaſterii S. Remigii monachus & Abbas, poſtquam lib.* 1 *cap.* 3 *de primis iſtius urbis Epiſcopis Sixto atque Sinicio, tamquam per Apoſtolum Petrum deſtinatis in Galliam, fuſius egiſſet, de eorum ſucceſſoribus ita ſcribit cap.* 5 Frequentibus perſecutionum procellis intonantibus Eccleſiæ noſtræ puppis jactata, quoniam caput vix attollere poterat, quanto Sedes ipſa tempore Rectore vacuadigno reſederit, haud facile pãditur: adeo ut poſt præ miſſos noſtræ fidei patres B. Sixtum atque Sinicium, unum dumtaxat Præſidem inveniamus Amanſium ad Imperium uſque Conſtantini: ſub quo Betauſius reperitur, qui cum Primogenito Diacone ſuo primus ex hac Belgica provincia legitur Arelatenſi primæ interfuiſſe Synodo, relatæ per Marinum Epiſcopum beatiſſimo Papæ Silveſtro, Voluſiano & Aniano Conſulibus. Poſt quem Aper, inde Maternianus; cujus reliquias oſſium Domnus Hincmarus Archiepiſcopus Ludovico Regi Transrhenenſi ſe direxiſſe commemorat, in epiſtola pro eiſdem aliorumque Sanctorum pignoribus ad eumdem Regem tranſmiſſa. Hinc Donatianus extitit Epiſcopus; cujus etiam pignora maritimas in partes Epiſcopii Noviomenſis vel Tornacenſis perlata, vario ſignorum memorantur ſplendore decorata. Quem B. Viventius tam celſis, illuſtris vitæ meritis, quam claro Pontificalis ſequitur ordine culminis; cujus etiam ſacra membra, Domno Ebone Antiſtite noſtro deferente ſuper fluvium Moſam tranſlata, Braguis inſtructa eccleſia, ... debito deponuntur honore ſervanda ... cui ſucceſſit Severus. Poſt præmiſſos Præſules B. Nicaſius cultu ſequitur Pontificatus ... ſub Wandalica in Galliis perſecutione ſanctæ ſibi commiſſas validiſſimus Rector Eccleſiæ.

C

ſecuto catalogos ubi poſt SS. *Sixtum & Sinicium,*

2 *Hæc Flodoardus: quæ ſic integre adducere placuit, ut clarius appareret, ex ipſo ejus contextu, illum quod ſequeretur in enumerandis Eccleſiæ Remenſis Epiſcopis non habuiſſe aliud ſubſidium domeſticum, quam Epiſcoporum quorumdam recentiora acta, & quemdam catalogum ſeculo* VI *aut* VII *ſcribi cœptum ſub nuda nominum appellatione; cujuſmodi catalogos circa initia ſæpe imperfectos eſſe contingit, latentibus plerumque nominibus antiquiorum, niſi quos celebrior cultus in memoria poſterorum conſervavit; quales fuerunt SS. Sixtus atque Sinicius, primi Apoſtoli ipſis Kalendis Septembris feſtive tota urbe coli ſoliti: poſt quos immediate nominabantur quinque iſti, quos dixi, anteceſſores S. Nicaſii. Alios intermedios nullos in iſtis catalogis à Flodoardo repertos eſſe, colligo ex eo, qui ipſoſmet præ oculis debuit habuiſſe, Guilielmo Marlot, Hiſtoriæ Remenſis auctore noviſſimo. Nam de Amantio agens cap.* 17, *aſſerit eum* à Flodoardo poni, ex geſtis quæ amplius non exſtant: *& cap.* 27 *dicit, quod* Betauſii nomen ex Actis Concilii Arelatenſis ei tantum innotuit; *ideoque exiſtimat, quod* haud dubie Dyſcholium, *in Synodo Colonienſi nominatum*, æque inter Archiepiſcopos repoſuiſſet, ſi Agrippinenſia Acta ei nota fuiſſent. *Hiulca igitur & defectuoſa apud Flodoardum eſt Epiſcoporum ſeries, qui ſatis indicat ſuo judicio fuiſſe plures, quam quorum ipſe nomina reperit; quare non aliter intelligendi ſunt qui* Maternianum ſextum, *Donatianum* ſeptimum *nominavere, quam quod eorum nomina talem locum teneant in ſerie à Flodoardo indicata.*

ſolum nomina nabantur quinq; proximi S. *Nicaſio*

omiſſis inter medii ſaliunde ſupplendis.

3 *Circa Chronologiam fatetur præcitatus Guilielmus Marlot, quod* de iis quinque, qui B. Nicaſium præceſſerunt, immediate, nihil certi apud Remenſes habeatur; nec extet quiſpiam qui certo prodiderit, ſub quo Conſule vel quos ſingulorum vita habuerit exitus; eo quod eccleſiarum Belgii, imo totius pene Galliæ, memoriam aboleverit facta per Vandalos & Hunnos ſubverſio. *Quibus verbis ſatis hic auctor indicat, omnia quæ de prædictis Epiſcopis circa diem & annum mortis notantur apud Colvenerium, novitias eſſe conjecturas eorum, qui nudos nominum catalogos hoc ſuperiori ſeculo conati ſunt reddere auctiores, addentes quot annos quiſque ſederit, unde aſſumptus, à quo Romano Pontifice ordinatus, aliaque ſimilia. Vt ergo ipſe, nulla eorum habita ratione, liberum ſibi credidit ordinare* Chronologiam, *ex eo quem verosimiliorem credebat calculo; ſic & nobis idem licere putamus, acturis de S. Materniano, cujus non tantum oſſa ſed & vitæ libellum oportet tranſmiſſum eſſe ad Regem Ludovicum; quandoquidem ea apud Tranſrhenanos etiam hodie inveniatur, cum ejus nulla nunc Remis ſuperſit notitia, ac ne ætate quidem Flodoardi extitiſſe amplius ibidem videatur; alioqui minime prætermittenda ab eo. Cum enim fuſiſſime agat de S. Nicaſio; & accurate notet, quando, quo, & per quem tranſlata ſint corpora deceſſorum ejus; ſatis indicat, ſi de iſtis aliquid amplius cognoviſſet, nequaquam id à ſe tacendum fuiſſe.*

Horum incerta apud ſcriptores Chronologiæ

F

lucem aliquã accipit ex Vita S. *Materniani*

4 *Extat ea Vita in Paſſionali MS. inſigni Bodecenſis*

AUCTORE D. P. *quæ hic datur ex MS.*

cœnobii, Ordinis Canonicorum Regularium diœceſis Paderbornenſis, menſis Decembris fol. X, *unde ipſam tranſcripſit nobis noſter Ioannes Gamanſius; haud dubie ex vetuſtiori Egmondani monaſterii Codice deſumpta, in quo S. Materniani feſtum ſolitum fuerit tali menſe agi; credo, ob memoriam factæ ad eum locum tranſlationis: nam dies mortis in Vita nuſquam exprimitur, & apud Remenſes Natalis ejus memoria perſeveravit ad hunc* XXX *diem Aprilis, ut infra videbimus. Sed nec quidquam in ea Vita legitur de facta ſub Hincmaro tranſlatione, ex quo colligimus eam ante ſcriptam fuiſſe, ſeculo forſitan* VI *aut* VII, *quando eccleſia S. Agricolæ, ſub nomine S. Nicaſii jam cenſebatur, ob frequentia ejuſdem Sancti ibidem miracula & celebrem ad ſepulcrum peregrinationem Francorum; quibus factum exiſtimamus, ut reſtaurata ſit eadem eccleſia (quæ primum à Iovino ſeculo Chriſti* IV *excitata, reſtauratione haud una procul dubio eguit) ante celebrem illam innovationem, quæ primum à Gervaſio Præſule circa annum* MLX *contigit; & illa aut alia occaſione inventa elevataque trium Epiſcoporum, Materniani, Donatiani & Viventii corpora: credimus enim ea priuſquam transferentur fuiſſe in aliqua apud Remenſes veneratione, ſed obſcuriori, propter Nicaſianorum miraculorum claritatem.*

& videtur ſec. 6 aut 7 ſcripta

& Egmondæ tranſlata una cum corpore

5 *De S. Donatiano, qui Brugis in Flandria Patronus colitur, agemus* XIV *Octobris. Quis locus ſit Braguis ad Moſam, quæremus die* VII *Septembris, quo S. Viventii memoria celebratur: hic de S. Materniano agens, dico, Egmondã (quo ejus eſſe tranſlatum corpus primus nos docuit Frodoardus, & unde vitam uſque ad Bodecenſes divulgatam credimus) apud fœderatos Belgas oppidum eſſe, Comitum inſigne titulo, ad mare oceanum, inter* Alkmariam *&* Beverwicum, *in Friſia ut nunc dicitur Occidentali; quod primam ſuam celebritatem debet S.* Adelberto *Martyri, ex primis Friſiæ Apoſtolis uni, cujus ad* XXV *Iunii cultus ibidem celebrior videtur Ludovicum Regem moviſſe, ut S.* Materniani *corpore ipſum locum honoraret. Is tamen frequentes à barbaris piratis paſſus vaſtationes, tanti theſauri à ſe quondam poſſeſſi cito amiſit memoriam: neque enim ullam ejus mentionem reperimus in toto Egmondenſi chronico, quod ab initio potentiſſimæ* Abbatiæ *per Theodoricum* II Hollandiæ Comitem *iſtic fundatæ, ubi ante fuerat ſanctimonialium monaſterium à Theodorico* I *conſtitutum, id eſt ab initio ſeculi* X *uſque ad annum* MCCCC LXXXIV, *ex diverſis geſtis, epiſtolis, epitaphiis, regiſtris, privilegiis præteritorum Patrum collegit deduxitque Ioannes Gerbrandus à Leydis Carmelita, pauca præfatus de paſſione & miraculis S.* Adalberti, *deque varia loci vaſtatione ante ætatem Theodorici utriuſque: quos potius reſtauratores quam primos fundatores mallem dicere, perſuaſus jam inde à tempore Ludovici Regis aut etiam citius ſacrarum alterutrius ſexus perſonarum ibi fuiſſe congregationem aliquam: penes quam ſervata fuerit Vita, quæ demum ad Bodecenſes collectores pervenit.*

ante fundationem Abbatiæ.

B

C

6 *Ex hac autem Vita, quam omnino credimus ante Hincmari tempora ſcriptam, tria habemus, poſtquam avectum Remis corpus eſt ibidem ignorata: Videlicet, quod dum* contigit deceſſiſſe B. Aprum, Sanctæ Remenſis eccleſiæ Epiſcopum, *eidem ſuffectus ſit, indicio nocturni ſplendoris manifeſtatus,* Presbyter Maternianus, Creſconii *ac Flaviæ nobiliſſimorum parentum filius; deinde quod attigerit ætatis ſuæ annum* LX, *Epiſcopatus* XXIII; *tertio quod S. Hilarii Pictavienſis Epiſcopi familiaritate dignatus, eumdem antequam moreretur viſitaverit circa annum* CCCLXVII. *Quæ tria viam nobis ſternent ad chronologiam conſtituendam, ſi non ex certa auctoritate, ſaltem ex veroſimiliori conjectura: ſic ut etiam ante Aprum potuerit Remis præſediſſe* Dyſcolius, *& Colonienſi conſilio, ubi cum titulo* Rhemorum *legitur, interfuiſſe anno* CCCXLVI; *quo illud eſſe celebratum, non autem anno* CCCLVI *aut* CCCLXIX, *probat annus poſt* Conſulatum Amantii & Albini *ejuſdem concilii Actis prænotatus. Neque enim placet* Colvenerius *aliique, exiſtimantes Dyſcolium illum non Epiſcopum Remorum ſed ſolum Chorepiſcopum fuiſſe, quales ut eo ævo fuiſſe probarentur, non facile probabuntur in Conciliis una cum Epiſcopis & inter illos dixiſſe ſententiam. Non etiam placent qui S. Nicaſii deceſſores quinque in antiquis catalogis conſequenter nominatos (ex quo ſcilicet in S.* Agricolæ *Baſilica ſepeliri Epiſcopi Remenſes cœpere) diſiungunt ab invicem, ut inter eos faciant locum iſti à ſe reperto, & ideo fortaſſe Remenſibus ignoto æque ac alii deceſſores ejus, quod in SS. Sixti & Sinicii eccleſia, aut etiam alibi incerto loco jacerent conditi.*

In hac ſtatuitur S. Apro,

(qui potuit ſedi ſſe poſt Dyſcolium

D

7 *Vt autem ordinem non interruptum ſervem, non differam. cum Sigeberto & aliis eum ſecutis, Martyrium S. Nicaſii uſque ad annum* CCCCLIV, *Hunnicam ſub* Attila *vaſtationem pro Wandalica perſecutione ſive irruptione, quæ anno* CCCCVI *contigit ſubſtituendo. Quinque enim Epiſcopis abunde mihi videntur ſufficere quinquaginta & plures anni, qui inter Dyſcolii mortem & Nicaſii ordinationem potuerunt interceſſiſſe. Neque nimium fuerit ſi ex illis quinquaginta annis viginti tres dentur Materniano, cum nihil cogat ejus ſucceſſores admodum longævos facere. Difficultas aliqua eſſe videtur in Apro,* quo Præſule diu triumphaſſe urbs *dicitur in hac ipſa Vita. Sed numquid hanc Vitam dicimus primæ eſſe fidei & ab auctore coævo ſcriptam, ut vel ſinguli apices debeant conſiderari? numquid etiam diuturnus dici non poteſt annorum octo aut decem Epiſcopus? Demus igitur uſque ad annum* CCCLVI *perveniſſe* Aprum; *tamen adhuc ante* CCCLXXX *obierit* Maternianus, *& viginti circiter annos reliquerit inter tres ſucceſſores dividendos. Quamquam nec adeo fidere velim numero annorum in Vita deprehenſo, ut pro eo putem operoſe pugnandum. Quid enim ſi* XXIII *anni illi uno abundent denario? Tunc & circa annum* CCCLXXX *obiiſſet Maternianus, & multo amplius ſpatium ſucceſſoribus tribuendum ſupereſſet.*

quintus ante S. Nicaſium)

Maternianus ſucceſſiſſe annis 23

E

8 *Tali porro correctione admiſſa, funditus etiam tolleretur difficultas, quæ alias oritur ex tempore mortis, quod prælaus data Vita videtur ferme commune ſtatuere SS. Hilario & Materniano: Hilarium autem conſtat, anno* CCCLXVII *die* XIII *Ianuarii obiiſſe, uti eſt ad ejus Vitam à nobis dicto die & menſe probatum. Reſponderi tamen poſſet quatuor dumtaxat illuſtriora S. Materniani jam Epiſcopi geſta narrari ab auctore Vitæ, qui ea ex majorum traditione acceperit & ſuo more ordinarit, ſcilicet cerei inextincti conſervationem, cum fons baptiſmalis primum à Sancto recens conſecratus benedicereturi leproſi mundationem, dum idem obiens diœceſim ſacrum Chriſma vicatim conferret; victoriam de Mago, & dictam S. Hilarii viſitationem* Pictavis, *ubi & ipſe de morte ſua fuerit per* Angelum *monitus. Hanc vero licet immediate poſt ſubjungat hiſtoria, alterius materia interponendæ defectu, videri tamen illa poſſet congruentius differri, ut ad Hilarium jam ſenem & cui imminere mortem* Angelico *monitu didicerat Maternianus, ipſe excurrerit itinere quadringentorum circiter milliarium, ætate & viribus adhuc robuſtior.*

& S. Hilariũ ante ejus mortem viſit.

F

9 *Atque hæc, de ordine ac tempore Remenſium Epiſcoporum, Remenſis hiſtoriæ curioſis non definivi tenenda, ſed poſui conſideranda: viderint ipſi quam fidem dare velint Vitæ S. Materniani, hoc loco primum publicatæ. Quæ ibi narrantur, quamvis videantur rhetorice amplificata & circumſtantiis quibuſdam minus certis veſtita, quoad ſubſtantiam tamen veroſimiliora mihi ſunt; quam quæ toti antiquitati ignota, & neſcio unde accepta, lego in* Catalogo Colveneri; *ubi dicitur, quod fuerit* S. Maternianus Materni IX Archiepiſcopi Mediolanenſis Frater uterinus, qui jam ſenex ordinatus Archiepiſcopus à S. Julio Papa anno CCCLI, ſedit annos IX, obiit VII Julii anno CCCLIX. *Obiit enim S. Maternus ſub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, adeoque ante annum* CCCIV; *& quidem grandævus; utpote qui jam inde à temporibus Valeriani Imperatoris, atque adeo ante annum* CCLXII, *Epiſcopatum geſſerit. S. Iulius, Papa quidem fuit, cum ordinaretur Maternianus; ſed hic Remis non Romæ ordinatus fuiſſe credi debet, etiamſi id non diceret Vita, quod revera dicit: nec fingi poteſt à S. Iulio actum aliquid ob quod ab eo ordinatus iſte dicatur; quia non puto jam tum ſolitum fuiſſe Romanum Pontificem Pallium mittere Metropolitis. Dies autem* VII *Iulii (ut de anno mortis gratis excogitato taceam) non videtur acceptus ex Remen-*

non fuit frater S. Materni Ep. Mediolan.

nec à S. Iulio Papa ordinatus,

A *Remenſium. eccleſiarum faſtis ullis ſacris, ſed ex quibuſ-*
aut mortuus 7 Iulii. *dam ad Vſuardi Martyrologium additionibus, Colvenerio aliunde ſubminiſtratis, ubi ad calcem ſimpliciter inveniebatur ſcriptum nomen* Materniani Confeſſoris: *quod aliquis ei perſuaſerit eſſe Remenſis Epiſcopi, quippe cujus nomen ſic ſcriptum alibi nuſquam occurreret.*

10 *Habemus nos, præ ceteris omnibus Vſuardi exemplaribus, quæ plura forte quam ducenta vidimus & examinavimus, ſincerius unum, quia parcius auctum, atque ad eccleſiæ*
memoria in Martyrologiis 30 Apr. *alicujus Remenſis uſus deſcriptum ante annos forte quingentos, quod ad Carthuſianos Herinenſes delatum, ac denique ad Lovanienſe Societatis collegium, noſtro demum Muſæo ceſſit, ubi ad hunc* XXX *Aprilis ſic legitur, textui Vſuardi ipſius in fine additum à Remenſi ſcriptore, etiam ante memoriam S. Eutropii Sanctonenſis:* Eodē die Natalis S. Maderniani Remenſis Archiepiſcopi, qui ſextus eamdem rexit eccleſiam: *& ex hoc MS. eadem verba tranſcripſit Molanus, quem ſecutus eſt Ferrarius. Eadem verba in antiquo Remigianæ Eccleſiæ Martyrologio inveniſſe ſe teſtatur Marlotus. Eadem, & forſan ex ipſomet quem habemus codice, deſcripſit Florarii auctor,*
absque alio apud Remenſes cultu. ſed Madermani *legit: quod & fecit Grevenus. Præter hanc ſimplicem Sancti hujus memoriam in Martyrologio, nullus ejus cultus Remis ſupereſt, niſi forte ab annis pauciſſimis aſſumptus ſit aliquis. Nam in Breviariis auctoritate Caroli Card. Lotharingi impreſſis anno* MDXLIII *&* MDLIX, *& rurſum anno* MDCXXX *recognitis & recuſis, nulla S. Materniani commemoratio in ſacris agenda præſcribitur. Vnde ergo accepit Sauſſajus, quod* Remis VII *Iulii* recolatur depoſitio S. Materniani hujus metropolis Epiſcopi, cujus præcipua ſolennitas ſit in ejus trāſlatione pridie Kalendas Māji.

B

VITA

Ex MS. Cœnobii Bodecenſis

CAPUT I.

Natalis & educatio S. Materniani, ejuſque ordinatio Epiſcopalis.

Nobili genere natus

1 DOminus Deus noſter, ab initio conditionis humanæ, in ſua ordinata diſpoſitione perſiſtere univerſam ſuam creaturam voluit: ſed quia, invidente diabolo, à felicibus paradiſi gaudiis conditio humana decidit; ad eam in ſtatum priſtinum reparandam unigenitum filium ſuum mittens, mortale genus ſibi clementer reſtituit; perque eum Sanctos ſuos ad certamina provocans, diabolicam poteſtatem potenter ſubegit. E quibus unus beatiſſimus Maternianus, Remorum Præſul glorioſus, multiplicibus donis divinis ditatus extitit; & patre nobiliſſimo Creſconio, matre quoque Flavia nutriente, magnis ab infantia ita claruit ſignis, ut culmen Pontificatus nobiliter conſcendens, majoribus ultra futuris ſeculis Præſul divulgaretur prodigiis.

C

Sanctus futurus prænuntiatur, a

2 Nato namque tantæ ſanctificationis puero, matri per viſum cæleſtis apparuit nuntius, qui beatum prædixit fore puerum, inſuper & cunctis civibus futurum *a* fidei perfectioris ſolatium. Nā & octavo die nativitatis ſuæ, cum in interiori cubiculo ſoporatus quieſceret parvulus, medio noctis ſilentio, ſplendore
cæleſti luce circumfulget, ſidereo circumdante loculum, vis divina claruit: cuſtodeſq; omnes cum inſpicerent terrore nimio perculſi, habitatores etiam circumquaq; omnes attoniti, ad hoc magnæ admirationis ſpectaculum extulerunt intuitum: & ſic cunctis cernentibus, per ſpatium trium horarum undiq; refulgens quaſi globus igneus, receptus in cæleſtibus mirabiliter ſe ſuſtulit. Ad domū igitur ipſā concives omnes concurrentes, patrem matremq; ſancta cum ſobole venerantes, immenſis laudibus Dominū magnificantes, glorificabant; hincq; compuncti multiplicius quam ante, patrem familias venerabantur.

3 Contigit etiam una dierum, dū lactaretur puer, & ad quieſcendū compoſitus, hiemali urgente tempore ſecus *b* larem, nutrice ad alias neceſſitates abeunte, relictus dormiret; e xiliens carbo è medio ignis, lectulum dormientis parvuli ſuccendit: & tamen, *ſervatur abvi divina reſiſtente, pannis pene omnibus combuincendio illæſus.* ſtis, illæſum parvulum reliquit: à cujus inflammatione lectuli omne habitaculum jam quaſi accenſum ita efferbuerat, ut niſi eadem virtute Dei, qua puer ereptus fuerat, tota domus liberata eſſet, penitus ſuccenſa combureretur. Concurrentibus enim hinc inde domeſticis, cum propter calorem nimium introeundi non haberent aditum; apparuit eis inter flammas vir pulcherrimus, candidatis veſtibus, qui & parvulum ſua protegebat ſindone, atque flammas validas proprio extinguebat vigore; cujus ab exceſſu candido & domus inflammata eripitur, & protecto puero cunctis cum civibus univerſa propinquitas congratulando pariter in Domino gloriatur: ſæpe enim poſt iſtam viſionem cautiores omnes domeſtici patrisfamilias effecti, ad introitum habitaculi ubi puer erat horribiliori proſpectu accedebant.

EX MS. *b*

4 Quin & ſecretioribus horis, adoleſcentula ætate, ſimiles pulcherrima forma juvenes, ſecus parvulum aliquoties ſedere, vel ſtare aut circuire, viſibus almificis territi conſpiciebant: unde non niſi vagitibus pueri auditis, horis incompetentibus nemo frequentare cubiculum audebat. Qui denique educatus reverenter ad puerilem ætatem cum creviſſet, & ad diſcendum ſcholaſtica diſcurſione aliquatenus more ceterorum ſolus incederet; aſſiſtebant ei eadem in forma ignoti fulgidis veſtibus pueri, & condelectabantur in ſoliloquio venuſtatis ejus. Qui dum ſæpe interrogaretur à nutricibus, qui eſſent ignoti pueruli, cum quibus frequenter jocaturus ſingulariter ſecedebat, & plus quam notos diligebat; Neſcio reſpondebat aliūd, niſi tantū quod filios ſe eſſe ſanctorum Patrum noſtrorū aſſerunt, qui in albis hic quondam innocentes tranſlati divinitus, ad beata gaudia abierunt; indeque omnia bona nuntiantes, confluunt mihi mellifluas veſcendi delicias: cum quibus dum veſcor, omnia bona vitæ iſtius obliviſcor; quia non deeſt mihi omne bonum, quamdiu ipſorum habeam conſortium: quibus diſcedentibus videtur mihi totus mundus eſſe in tenebris, & ideo nullis aliorum condelector alloquiis.

cum ſanctis innocentibus familiariter verſatur.

E

5 Sicque ſemper convaleſcendo, cum ad ætatis plenitudinem perveniſſet Sanctus Dei, jam dictus Maternianus; contigit deceſſiſſe B. Aprum, *c* ſanctæ Remenſis Eccleſiæ Epiſcopum, ſanctitate & ſapientia, prodigiis & virtutibus longe lateque notiſſimum; remanſeratque ſacra urbs illa dolens & vidua, quæ tanto Præſule diu triumphaverat egregia. Omnes igitur eccleſiaſtici Ordines, ibi in Chriſto militantes, cœperunt pro digni Paſtoris legimine diutinam ſtudioſiſſimamque vigiliis & obſecrationibus habere concertationem. Quorum exauditis precibus Domino miſerante, accidit ut cujuſdam Dominicæ noctis intempeſto ſilentio, primævus ille ætherius radius, qui & in cunabulis ſubmiſſus de cælo, rite totam illuſtraret domum, ubi feſſus poſt orationem continuam quieſcebat vir Domini Maternianus Presbyter, vigilantibus & videntibus urbis ipſius incolis, & timentibus ne quaſi fulgureo igne urbs tota à domo illa ſuccenderetur. Quod ſignum mira Dei diſpoſitione ſequentibus temporibus demonſtratū eſt, quia videlicet ex ipſius meritis vel exemplis, infirmorum populorū corda torpentia ad amorem divini cultus ferventius anhelare deberent. Quapropter mox concurrētes cuncti cives, & undique in unum ipſo adhuc neſciente congregati, blandum conſpicientes tanti fulgoris candorem, intellexerunt pariter divinā eſſe gratiā in illorū Præſule manifeſtatam. Obſtupefacti igitur præ timore & gaudio, ipſumque quieſcentem excitare non audentes,

c Vacante ſede Remenſi

F

nocturnus ſupra cubiculum ejus ſplendor

EX MS. audentes, cucurrerunt ad ſigna templi metallica: & cum cœpiſſent cuncta clangere vaſa *d* Chriſti laudem reboantia, interius cum hymnis & gratiarum actionibus, exterius vero glorioſiſſimis tinnitibus, affuit clamor tumultuantis atque concurrentis populi & magnificantis Dominum.

d populum ex sitat.

6 Eadem etiam hora eidem deifico Sacerdoti, cum aſſiſtentibus conquieſcentibuſque duobus Diaconibus ejus diſcipulis, Syagrio atque Berillo nuncupatis, apparebant per viſum Angeli, aſcendentes & deſcendentes per eumdem tramitem fulgurantis radii; atque colloquendo ei, cæleſtis dulcedinis carmina, eundo vel redeundo, ſuaviter frequentabant: quorum ſpiritualium conventuum delectatione detentus, aſſurgere concivibus nequivit, antequam accenſis luminaribus omnis Sacerdotum cœtus cubiculum ejus ingreſſus, ſuaviſſimis eum clamando vocibus excitarent, dicentes: Surge jam Materniane, *e* magnis meritis præclare, arcem magnæ dignitatis ævo multo poſſide. Quo audito vir Dei, inter utrumque pſallentium cœtum poſitus, quod divinitus de eo agendum erat adhuc penitus ignorabat. Jubar quidem illud ſidereum recedens in tantum faciem ejus irradiaverat, ut quaſi ſcintillans vultus & ſplendidior quam unquam ante terribiliorque viſibus omnium appareret. Cumque oſtium aperiret, procedens humiliter ad Fratres invocantes, ſuſceptus illico cum gaudio, medio jam noctis fere tranſacto articulo, & comprimentibus undique & exultantibus turbis, quaſi violenter compulſus ad ſublimitatem tantæ dignitatis incedebat: ſed venerabiliter electus à cunctis, ad nocturnum divini cultus officium peragendum, in loco Pontificali compellentibus Seniorum precibus conquieſcens, cum adſtitiſſet; factum eſt ut adimpleretur per eum quod ſancta eccleſiaſtica frequentat Oratio, *f* exprimens ſalubriter, Ut expulſis à cordibus noſtris peccatorum tenebris, ad veram lucem, quæ Chriſtus eſt, nos facias pervenire.

qui illuc concurrens,

e

B

ipſum ad eccleſiam rapit & in Cathedram locat:

f

qui inde clã elapſus,

7 Interea dum hæc agerentur, & aſſiſtente populi multitudine divinum Dominicæ noctis officium celebraretur; memor fragilitatis humanæ, tantum pondus & curam gregis immenſi ſuſtinere ſe non poſſe pertimuit; & raptum ſe magis à plebis tumultu, quam electum à ſapientum cœtu exiſtimavit: & ſolis id peccatis ſuis imputans, timore perterritus eſt. Moxque, quo ſe à tanto pondere vel periculo eriperet apud ſe ſubtiliter corde reticendo anxius tentabat: & accepto recedendi ingenio, ſecreta ſacrarii cubicula petens, quaſi ſe aliquid depoſiturum ficte compoſuit: indeque cum ſuis duobus præfatis diſcipulis latenter exivit, peregrinari in aliis regionibus plus cupiens quam ibi præferri. Quapropter conciti ſuos conſcendentes equos, abire pariter cœperunt. Cumque ad clauſtra ipſius portæ perveniſſent, globus igneus, non mitis more ſolito, ſed fervidus circumvolvens occupavit eos: quos ita & exterruit, ut in quam partem ſe verterent penitus neſcirent: ſiquidem equi eorum, comis caudiſque exuſtis, projecerunt in terram ſeſſores: qui dum vix vivi evaderent, iterum divinitus compulſi, ad priſtinum mox populi votum reducti, ſacrum officium pariter ut prius cœperant cum populis devotiſſimis ſolenniter peregerunt: hoc etenim demonſtravit Dominus, quod ſuæ nemo deberet repugnare ſed acquieſcere voluntati. Cumque jam illuceſceret aurora, compellente eccleſiaſtica multitudine atque provincialium Epiſcoporum aſſiſtente plenitudine, eodem in ſolis ortu conſecrationem ſanctæ Pontificationis percepit. Qui ſacra Miſſarum ſolennia celebrans, populumque Dei immenſum lucidiſſimo ſermone ad amorem patriæ cæleſtis inflammans, non quaſi juvenis aut novitius, ſed magis ut longævus prædicator ac diſpenſator prudens, tritici menſuram famulis Dei pro captu uniuſcujuſque prudentiſſime miniſtravit.

divinitus cogitur à fuga regredi,

& Epiſcopus conſecratus.

D

ANNOTATA.

a *Ecgraphum noſtrum* fieri perfectionis.

b *Addebatur in marginali annotatione*, id eſt ignem. *Focum domeſticum intellige, cui quia Deos Lares præfecit gentilitas, ideo ipſe hoc nomine hic deſignatur.*

c *Vereor ne errore nominis lapſus auctor, confuderit hunc S. Materniani deceſſorem Remis, cum altero ſimiliter Apro Tullenſi Epiſcopo, cujus ſanctitas & miracula celebrantur 15 Septembris.*

d *Videtur æreas campanas intelligere, quæ tempore S. Materniani necdum forte in eccleſiis uſurpabantur.*

e *Hæc quaſi ex aliquo Hymno eccleſiaſtico aptata præſenti materiæ dixeris.*

f *Videant in antiquis Remenſis eccleſiæ Ritibus verſati, ad quem diem hæc oratio ſpectet.*

CAPUT II.

Miracula S. Materniani Epiſcopi.

E

Variis illuſtratur miraculis,

8 EJus ergo initia, hic breviter perſtricta, ſequentia temporum ejus ſpatia tam beata demonſtrant, ut vix valeat complecti in chartis, quantis refulſit in mundo miraculis. Quicumque enim ab eo viſitatus eſt æger, ſanus factus eſt; qui triſtis advenit, animo & corpore ab eo conſolatus, gaudens abſceſſit: nulli unquam nocuit, ſed omnibus ſtuduit in Chriſto profuiſſe. Propter teſtimonium tamen veritatis quædam hic inſeruntur miracula ipſius, ut propenſius per æterna ſecula divulgata, fiant quædam Chriſti fidelibus vel miniſtris felicitatis ac ſalutis exempla.

in conſecratione fontis cereum ſervans inextinctum,

9 Primo itaque, poſt perfectionem ſuæ ſanctificationis, hoc in populo claruit ſigno. Dum ſancto Paſchali Sabbato ad conſecrandos ſacros fontes procederet, & expleto benedictionis ordine accenſi cerei debite in aquis ſubmiſſi tenerentur; lapſus à manutenentis unus cereorum ima ſacri fontis petiit: quem tamen vis ſanctificatæ aquæ nullatenus extinxit, ſed erectum & flammivomum eum ad ſuperiora ſalutiferarum undarum atque ſplendidiorem ceteris luminaribus reddidit. Illa namque viſibilis ignea & non extincta materia demonſtravit, quod plenitudo cæleſtis gloriæ, per ſanctificationem ſervi ſui Materniani Pontificis, virtute ſancti Spiritus myſticas vires in aquis ſacri fontis ſuperfunderet: videlicet ut ibi vitiis extinctis, opera vera veræ lucis deinceps in filiis adoptionis viſibiliter reſplenderent. Completis igitur ex ordine univerſis ibi cæleſtibus Sacramentis, ad cetera ſacræ noctis officia converſus, plebem ſuam, in univerſis divinis muneribus gaviſam, veſpertinis peractis vigiliis, abire ad propria quietis habitacula permiſit.

F

per ſacrum Chriſma leproſum mundans,

10 Hinc etiam cum per opportuna temporum ſpatia importunus, gregis ſui curam gereret, & ad excolendam agri Dominici culturam gratuitæ ſementis verbi Dei provideret copiam; accidit poſt prædicationem, per impoſitionem manuum, adminiſtranda ſancti Spiritus confirmatio: & ecce in ordine confirmandorum, ejuſdem ſancti Spiritus gratiam quidam leproſus expectabat. Beatus vero Maternianus, cum ad eumdem valde horribilem leproſum per ordinem perveniſſet, miniſtri & circumſtantes ceteri à loco ſuo eum removere certabant, propter contemptum lepræ validiſſimæ: quem magna cum voce revocavit Sanctus, clamans & dicens, Confitendo peccata tua jam liberandus, in virtute ſanctæ Trinitatis, huc æger accede, & Spiritus ſancti donum gratulanter

A gratulanter ſuſcipe. Impreſſo itaque ſigno Crucis in fronte ejus cum ſacro Chriſmatis unguine, mox ab eo lepra in modum ſquammæ cecidit, & ab eadem hora ſanus effectus, una cum multitudine aſſiſtentium, gratias cum immenſis laudibus divinæ majeſtati, pro meritis ejuſdem Sancti ſui, reddidit. Quo ſigno virtutis decoratus vir Dei, corporalem ſpiritualemque cunctis gratiam purgationis impendere, mortiferiſque à ſordibus meritis ſuis eos ſe poſſe mundare, monſtravit: qui videlicet ſicut unum languidum ibi à ſqualore corporis, ita non minus & à morbidis moribus, vi ſanctitatis ſuæ, inviſibiliter univerſorum expurgavit mentes fidelium.

& injuſtum pauperis viduæ oppreſſorem,

11 Succedentibus etiam felicitatis ejus temporibus, quadam die cum ad viſitandas eccleſias exteriores egrederetur ab urbe; mulier quædam vidua magnis cum gemitibus occurrit ei, vociferans quod quidam potens & convicinus ejus, Urſus nomine, omnia quæ habebat diripuerat, filioſque ejus duos in gravi cuſtodia recluſerat, eo quod ſegetes paupertatis ſuæ ab illius potentis famulis vel animalibus defendere auderent. Ad quem, hæc audiens, miſit duos Diacones ex diſcipulis ſuis, deprecans ut ablata omnia pauperculæ viduæ prædia reſtitueret, filios quoque ejus retruſos abire & matris ſuæ neceſſitates procurare ex verbo Dei ſineret: quæ omnia mandata ſi contemneret, & obedire verbis Dei nollet, etiam excommunicaretur ſuperbus, quouſque præceptis Sacerdotalibus aſſentiret devotus. Qui hac Pontificali accepta ſententia, eadem ſequente vidua, pariter ad domum raptoris quantocius pervenientes, invenerunt eum ebrium & nimia voracitate crapulatum: quem Sacerdotalibus verbis monentes, obteſtando pro vidua ipſa conſtantiſſime inſiſtebant. Ille enim ſuperbus, mox in furorem verſus, ſanctum Epiſcopum vel ejus diſcipulos deteſtari cœpit atque contemnere: jam autem eadem deteſtatione commoti diſcipuli, ſecundum viri Dei ſermonem, ſententiam excommunicationis illi injecerunt. Quæ quidem ſententia excommunicationis, mox ut auditum ejus tetigit, pronus prolapſus, pene evacuatis omnibus viſceribus, quidquid in die illa voraverat, ibi in conſpectu omnium effudit. Hinc etiam faucibus conſtrictus, non ſolum aliquid victus ſumere, ſed etiam nec verbum ab ore exprimere valebat; quouſque ad veſtigia S. Materniani accelerando cucurrit, & veniam flebili intimatione ſurdus & mutus expetivit. Quem dum clementer intueretur vir Dei B. Maternianus, ſuſcipiens eum tenenſque manum ejus, duxit eum à turba ſeorſim, & more catechizantis ſputo tetigit aures & fauces ejus, & ſic in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis ſermonem ei & auditum reſtituit; & ne ultra Deum talibus nequitiis ad iracundiam provocaret, neque eccleſiaſticas monitiones amplius deſpiceret, miſericorditer edocuit, ſicque ſuperbam ejus mentem ab iniqua præſumptione viriliter ultro repreſſit.

B

poſt contemptam excommunicationem,

divinitus punitum auditui & loquelæ reſtituit.

C

Contra eum Irenæus magus ex Africa,

12 Cumque ſemper eſſet venerandus Chriſti Confeſſor maleficorum omnium perſecutor, & multi hæretici & multi pſeudoſacerdotes vigore ſanctitatis & doctrinæ ejus reprimerentur; noviſſimis temporibus, à longinquis Africæ finibus, magus famoſiſſimus, Irenæus nomine, auditis prodigiis ac virtutibus ejus, Remenſem ad urbem properavit; cupiens illius ſalutarem virtutum gratiam, in populis divulgatam, perverſa voluntate ſive diabolica inſtigatione ſuperare, atque ſanctitatis ejus potentiam vituperando ad nihilum redigere. Et ſicut Simon magus in Apoſtolis putabat ſe poſſe magicis nequitiis extinguere miraculorum Chriſti ſalutarem triumphum, ita & iſte perverſus jam dictus Irenæus cogitabat ſuis turpiſſimis monſtris poſſe delere hujus viri Dei nomen ſanctitatis. Diffamatum eſt igitur per univerſam regionem illam tempus certaminis, quando ſuperba ars magica diſceptare cupiebat cum humilitate eccleſiaſtica. Habebat autem idem perditus magus potentiſſimos inſtigatores, mundi principes, inimicos Dei, qui inimicitias contra divinam potentiam vel jura eccleſiaſtica ſive Sanctorum ſtudia concitantes, adverſus hunc ſanctum virum malitiam iniqua cum intentione machinari non ceſſabant; contra quos queritur ſancta Eccleſia ſemper clamans, Quid gloriaris in malitia, qui potens & iniquitate? & cetera quæ ibi ſequuntur: qui & intelligere nolentes quod de principe eorum diabolo confirmatum eſt, dicente Domino, Quia princeps mundi jam judicatus eſt, vanitatibus mundi damnabiliter ſe inferebant, unde & inimici Dei effecti ſunt, quia ſicut in ſacris Scripturis legitur, Quicumque voluerit amicus eſſe hujus ſeculi, inimicus Dei conſtituitur. EX MS. *adductus ab impiis,* Pſ. 51, 3 Joa. 16, 11 Jac. 4, 4

13 Et ecce jam ſtatuto certaminis die, ad venerabilem civitatem undique conveniunt omnes regionis illius concives; & convocato univerſo fidelium cœtu, ſanctiſſimus Sacerdos dixit: In virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti, ad corroborandam fidem veſtram, congrediar adverſus profanum magum iſtum; ea videlicet conditione, ut ſi potentia deifica reprobus factus fuerit, nullius ex noſtris conſcientiam calliditate ſua ultra polluat, neque diabolicis inſidiis quemquam noſtris in finibus decipere valeat: ſed potius, ſi convertatur ab erroribus mortiferis & compunctus fuerit, veniam acquirat; alioquin confuſus in iniquitatibus ſuis, divina ex auctoritate damnatus pereat. Et exclamavit univerſus populus voce magna, Fiat, fiat. *provocat ad publicum certamen,* E

14 Convocatus igitur ſeductor ille, atque à ſuis fautoribus deductus; dixit, ſe nolle ſub tegminibus aut in locis ſtrictis, ſed magis in ſpatioſiſſimis campeſtribus convenire, ubi nullis opprimeretur inſidiis. Quo audito ſanctus Præſul cum univerſa multitudine exiit ad orientalem urbis plagam, ad loca ampliſſima, ibique conſiſtebat magus cum ſuis fautoribus. Qui cum vidiſſet ſanctum virum cum populo à longe venientem, dixit ad ductores vel ſocios ſuos, Equi nobis longinquo itinere laſſi deficiunt, nos etiam fatigati non poſſumus ſine ſubvectione certamen inire; rogate ergo ſanctam largitatem Epiſcopi, ut nobis primam benignitatis ſuæ hanc humanitatem exhibeat, quatenus tauros ferociſſimos armentorum ſuorum huc adduci faciat, & ſit in ſignum hoc coram populo, ſi eos indomitos ad obſequia noſtra aptare poterimus; poſtmodum vero ad alia noſtri certaminis ſtudia properabimus. His ergo auditis ſanctus Epiſcopus miſit ad armenta urbis proxima, ubi inventi ſunt quinque magni & ferociſſimi tauri, qui quantocius ad conventum publicum perducti ſunt. Interim tamen de diverſis phyſicis Sacerdos Dei ſanctus diſputans cum homine doloſo, invenit eum iniqua in doctrina peritiſſimum, & indagationibus ſubtiliſſimis eruditum, inſuper magicis in diſputationibus nimia profunditate ſubmerſum. *& tauris ferocibus poſtulatis,* F

15 Cum ergo prædicti quinque tauri adducerentur, dato ſpatio ampliſſimo à multitudine circumſtantium, cucurrit ad eos ſceleratus, exiens è medio populi: cujus in conſpectu tam manſueti effecti ſunt tauri, ut duceret eos quamcumque in partem vellet: & omnibus hoc videntibus multa alia turpia ſigna ſe facere poſſe oſtendit. Nam uno maximo ex ipſis tauris capto, tenens linguam ejus, duxit eum ad ſanctum Præſulem, quem coram eo immobilem adſtare fecit. Cumq; omnes in hoc admirarentur, ſanctus Pontifex dixit: O viri Dei & univerſis præceptis ejus fideles, quid admiramini? numquid merita veſtra non poſſunt hanc coactã diabolicæ fraudis ſimulationẽ diſſipare, & taurum iſtum ad ſtatũ ferocitatis priſtinũ converrere? *eoſdem curas exhibet,*

EX MS.

& unum circulo circumscriptum exire prohibet:

Hæc cum dixisset, perversus ille magus continuo currens, baculo quem tenebat, circulum maximum circa taurum per terram impressit. Sanctus quoque Episcopus illi tauro præcepit, ut conversus ad suum naturalem rediret statum. Qui mox naturam suam cognoscens, & maximo cum impetu redire ad ceteros tauros volens, ad expressum circulum cum veniſſet, quasi repercussus à maceria vel rupe maxima, in terram mox resupinus cecidit: inde item consurgens, circumquaque per ipsum circulum, quasi in orbem conversus, spumans & mugiens & inde exire cupiens, sed non valens, quasi inclusus currebat.

sed Sancto ejus magiã dissolvente signo crucis,

16 Hanc autem vim diaboli sanctus Episcopus cum videret, ne corda simplicium talibus insidiis amplius decipiendo fatigaret, mappulam quam manu tenebat suo dabat Diacono, cui circulum in orientali parte, tribus vicibus in nomine sanctæ Trinitatis ex eadem mappula percutere jussit. Interea populum à tumultuatione compescens, præcepit eis qui in illis orientalibus partibus erant, ut eidem tauro viam redeundi darent. Prædictus vero Diaconus, cum percuteret circulum, ut ei vir Dei mandaverat; mox ferociſſimus taurus intus inclusus, viam exeundi ab ipso circulo sibi apertam esse cum sensisset, valido cum impetu inde exiens, maximum terrorem populo assistenti ferocissimis rictibus incussit. Hæc detestabilis magus cum vidisset, & se jam quasi victum dolens cerneret, in furorem conversus post taurum cucurrit: quem celere conscendens & convertens se ad Episcopum, immiti atque præcipiti cursu eum conculcare nitebatur. Quapropter huc illucque fugientibus cunctis, solus cum paucis in virtute Dei fidentissimus sacer Episcopus perstitit imperterritus: qui irruentem bestiam ferocissimam una cum diabolico sessore suo, signo sanctæ Crucis impresso, in terram præcipitavit: & taurum confractis ossibus vis divina extinxit, magumque exterritum & ab omni artium suarum memoria alienum, usque ad excessum mentis effecit: quem etiam exanimem secus mortuum taurum relinquens, ad confortationem plebis conversus, de magnificis mirabilibus Dei omnes erudiens, sanctam Dei ecclesiam mirabiliter instruxit, & qualiter cuncti emissiones diaboli vitare deberent sapienter edocuit; magum etiam ipsum, pro meritis populi sancti adstantis, adhuc convalescere posse prædixit; & si veraciter ad veram religionis gratiam converti vellet, veniam eum promereri posse non abnegavit. Quem post hæc coram populo à terra ministros suos levare, curamque ipsius clementer gerere jussit, & sic ad fidem rectam salutaris gratiæ eum provocare studuit. Unde & post pauca, confusus miser atque compunctus, sacramenta baptismatis expetivit, & se cultorem rectæ fidei esse post hæc operibus ostendit, divina super eum adimpleta

Pſ. 82, 17 sententia, qua scriptum est, Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.

B

una cum ipso tauro sua ferocia vestituto,

C

collidítur in terram & sanatus resipiscit.

CAPUT III.

Accessus ad S. Hilarium. Pius obitus.

Maternianus circa finem vitæ

17 His utique & aliis pluribus virtutibus magnificatus B. Maternianus, vir Deo carissimus, obitum suum longe ante præscivit: multorum etiam concivium suorum finem prænuntians, ad meliora cælestis vitæ gaudia omnes provocando atque confirmando, infatigabiliter incendebat. Appropinquante autem termini sui die, quem ut diximus longe ante sciebat, anno jam ætatis suæ sexagesimo, Episcopatus sui vigesimo *a* tertio, beati etiam Hilarii transitum prænoscens, ad ipsius Sedem, Pictaviensem urbem, Angelico deductus comitatu, properavit, visitans semper Sanctorum loca *b*, eodem in itinere consistentia. Cumque ad regionem jam dicti almi Præsulis propinquaret, Beatus quoque Hilarius de ejus adventu cælesti edoctus nuntio, obviam ei Fratres sanctissimos direxit, per quos & omnem devotionis causam divinitus sibi revelatam, & expectabilem ejus adventum sibi jam fore notissimum mirabiliter intimavit. Beatus quoque Maternianus ab iisdem magno cum gaudio susceptus, delectabiliter Pictaviensem ad civitatem pervenit: quem sanctus urbis ipsius Pontifex, sicuti nomine Hilarius, ita hilariter suscepit tota mente devotus. Magni etenim Pontifices illi, magna cum exultatione, omnes illos visitationis deduxerunt dies: quorum de conventu universa fit jucunda civitas, cui tantorum virorum meritis aucta monstrabatur temporalis spiritalisque felicitas.

D

b

Pictavim vadit ad S. Hilarium,

18 Cum igitur considerent sanctissimi Præsules, & de occultis cælestibusque mysteriis diutius disputarent; apparuit illis Angelus Domini, confortans & monens de stadio certaminis & agone virtutis, ut qui in juventute fortissimi bellatores Christi contra antiquum hostem propitiante Domino fuerunt, in ultimo senectutis suæ articulo nequaquam deficerent, sed potius pro æternæ remunerationis gloria fortius pro fide Christi dimicando proficerent, sicut Beatissimus idem Hilarius Pontifex (ut scriptum est in libro Vitæ ejus) nimias hereticorum persecutiones passus & exilio damnatus, diu in * Africa detentus est, ubi & librum de Virginitate mirificum conscribens, *c* filiæ suæ, quam legitimo matrimonio in juventute genuerat, direxit: alium etiam de S. Trinitate, *d* alium vero de expositione Psalmorum ibi copiosissimo sermone composuit: erat enim vir eloquentissimus & mira sermonis fertilitate facundus, cujus colloquiis Sanctus valde condelectabatur Maternianus. Hæreticos, magos, ariolos, sortilegos, divinos & aruspices devincentes superaverunt; alios etiam sub vinculo anathematis damnatos, suis à regionibus viriliter expulerunt; mirabiliori virtutum gratia & triumpho decorati in his pestiferis præstigiis, quam de omnibus generibus sanitatum, quas in ægris & cæcis & claudis, in omni vita sua, divino peregerunt instinctu.

ubi ab Angelo confortatus ad perseverantiam finalē,

E

** imo in Asia,*

c

d

19 De talibus ergo longævis certaminibus, persecutionibus quoque ac laboribus, unanimiter in invicem confortati; ultimum dierum suorum finem providentes, ac sicuti divinitus instructi erant feliciter procurantes, pariter ibi duodecim diebus cum lætitia commorati sunt. Beatum vero Maternianum, omni humilitate & largissima administratione adhibita, deduxit S. Hilarius per viam trium dierum usque ad regionis suæ terminum *e*: quem absolutum cum gaudio & jucundo lacrymarum fletu, ad disponendam propriam Sedem suam atque locum sanctificationis suæ, cum benedictione cælesti direxit. Sicque uterque, divino munimine vallatus, contra serpentis insidias robustissima intentione certamen inire abierunt: & ut callidus insidiator calcaneum eorum obruere non valeret, alter in alterius se orationibus fiducialiter commendavit: qui dignis promeritis sublimem cælestis patriæ dignitatem pariter & gloriam meruerunt.

post actos ibi dies 12,

F

e

valedicit & Remos redit,

20 Abiit ergo ad regionem suam vir egregius sanctissimus Maternianus; qui fidelissima sodalitate in diebus suis prædicto viro Dei conjunctus, per multas & varias circumquaque regiones vel urbes sancti Præsulatus sui transiens, divinis monitionibus atque cælesti virtute armatus, ministris Ecclesiæ vel ceteris Christi militibus, non longo post tempore, prænuntiato sibi die sanctissimæ depositionis suæ feliciter migravit ad Dominum. Unde mœsti ejus discipuli

atque inter suos moritur,

A discipuli ac triſtes cum lamentationem ingenti luctu haberent; apparuit eis tertia vigilia noctis ejuſdem ipſe, quos & ſententia Domini magnanimiter confortavit, dicens, Dilectio vobis ſit ſine ſimulatione: &, Nolite contriſtari, quia, dicente Domino, triſtitia veſtra convertetur in gaudium, ſi imitabile Chriſti Domini noſtri meumque ſolerter ſecuti fueritis exemplum: in quo ſecutus eſt & ipſe, cujus veſtigia ſemper imitabatur B. Paulum, qui dixit, Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Quibus dictis B. Maternianus Angelorum ſe conſortiis reddidit: aſſiſtentes autem omnes ad exequias corporis ejus digna contulerunt obſequia; unde & reverſi cum gaudio tantæ conſolationis, magnificaverunt Deum magna cum laude exultationis, qui Sanctos ſuos, ſibi fideliter obſequentes, ad cæleſtem dignitatem glorificando perducit, qui in unitate & trinitate regnans, vivit nunc & ſemper dominator Deus, in ſecula ſeculorum.

quibus & in nocte ſuæ depoſitionis apparet glorioſus,

Joa. 16, 20

1 Cor. 1, 11

EX MS.

ANNOTATA.

a *Melius forſan* decimo tertio, *ut non diu poſt S. Hilarium in vivis retineatur Maternianus.*

b *Puta* Pariſios, *ubi S. Dionyſius*; Aurelianas, *ubi S. Altinus*; Turonas, *ubi S. Gratianus celebri honorabantur concurſu fidelium.*

c S. Apra *hæc fuit quæ* 13 *Decembris colitur, cui per ſcriptam epiſtolam, libri nomine hic intitulatam, ſuaſit & perſuaſit pater ſuus ut apud matrem manens adducendum ei à ſe ſponſum expectaret. Meminit hujus Epiſtolæ Fortunatus in Vita Hilarii num.* 7, *& ideo merito defenditur à Bellarmino contra Eraſmi cenſuram.*

d *Hæc aliaque S. Hilarii opera enumerat S. Hieronymus in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, puta* 12 *libros contra Arianos, qui hic de Trinitate nuncupantur.*

e *Puta uſque ad Viennam fluvium, Pictonum Turonumque fines diſcernentem per, quem & navigio deſcendere potuerunt.*

DE S. LAVRENTIO MARTYRE,

PRESBYTERO NOVARIENSI IN CISALPINIS.

SEC. IV.

Colitur Novariæ feſto ac Officio Duplici,

Olitur S. Laurentius Novariæ, civitate Galliæ Ciſalpinæ, feſto atque Officio Duplici. Ita Proprium Sanctorum iſtius Eccleſiæ, excuſum anno MDCXXXVI, *Natalem ad* XXX *diem Aprilis, Tranſlationem vero ad* XX *Iunii ſub eadem ſolennitate referens: de quibus uberiora Carolus Epiſcopus Novarienſis in Novaria ſacra:* Colitur, *inquit,* primis illis temporibus ſacro publicoque Officio B. Laurentii puerorumque ſimul memoria, memorata Martyrii die: cujus Officii ſcripta, ſimul cum iis quæ ad Sanctorum Gaudentii & Agabii Epiſcoporum, & Sanctorum Julii & Juliani Confeſſorum honorem in eccleſia recitabantur, cum à conſtitutione Pii V ſummi Pontificis de Breviario edita dimiſſa eſſent; *reſtituto à Clemente* VIII, nos, cum anno Jubilæi 1600 Romæ eſſemus, auctoritate Clementis Pontificis VIII reſtituì curavimus. Nam ex veteribus Eccleſiæ Novarienſis tabulis eorum hiſtoriam ſcripſimus, in ſacris diſtincte legendam; aliaque ſelegimus, quæ ad pronuntiandum, canendumque in Eccleſia de iis Sanctis viris aptiora erant; quæ quidem juſſu Pontificis recognoverunt probaruntque Cæſar Baronius, & Robertus Bellarminus Cardinales, hoc ſeculo Catholicarum litterarum religioſiſſimi Principes.

& recognito à Baronio & Bellarmino,

C

2 *Floruit S. Laurentius ſeculo* IV, *uti ex iis conſtat, quæ ad* XXII *Ianuarii de S. Gaudentio diximus; qui primum diſcipulus ejus, tum in propaganda fide adjutor, deinde ſucceſſor, ac primus eccleſiæ Novarienſis per* XX *annos Epiſcopus fuit, circa annum Domini* CCCCXVIII *vita functus; in cujus Vita, ab auctore anonymo conſcripta, inſignis de ipſius ſancto magiſtro fit mentio. De patria certo nihil pronuntiari poteſt; Acta tantum referunt, Novariam ab occiduis partibus adveniſſe, in quibus tam Gallia quam Hiſpania eſt; imo propius directiuſque Liguſtica littora, ubi vigebat cultiſſima Chriſtianitas, ut nihil opus ſit abſque alia urgente cauſa patriam Sancto quærere extra Italiam. Bivarius in Comm. ad annum* 312 *ſupra Dextri Chronicon, Hoſio Romam eunti multos Presbyteros adhæſiſſe præſumit: ex quibus hunc S. Laurentium fuiſſe cenſuit Tamayus, eo quod Cordubæ natum perſuaſum habeat, ex neſcio cujus Auli Hali, qui anno* MDXXXII *vixerit, Epigrammate: quod ut veri auctoris nomen præferret, de quo merito ambigimus, nullius tamen auctoritatis foret ad perſuadendam rem toti antiquitati ignotam: ſtupendum eſt autem quod* antiquus, perantiquus, *&* Gothicis litteris ſcriptus *dicatur codex auctoris tam recentis, ut præfert anni affixi nota.*

floruit ſeculo IV,

an Hiſpanus origine,

3 *Acta ex Actis S. Gaudentii hæc habentur, verbis quoad ſubſtantiam iiſdem, in proprii Officii Lectiones relatis:* Igitur inde progreſſus Gaudentius, non multis evolutis diebus, Novariæ ſe recepit, ibique Laurentium Presbyterum, multo ante ab occiduis partibus, pro Chriſti nomine adveniſſe reperit; qui fidei fervore veſtitus contra gentilium malignam perfidiam, quaſi ſignifer & belligerator inter hoſtiles fremitus per medias acies dimicabat, quin etiam fide cinctus propriis manibus hinc procul ab urbe ſacrum conſtruxerat fontem, in quo jugiter baptiſmus in ſanctæ Trinitatis nomine celebratur. Deum quoque in Trinitate perfectum non deſinebat gentilibus inſinuare, quem noverat; ejuſque judicium & miſericordiam anteponens, paulatim ſociare Deo animas, quas diabolo ſua prædicatione auferebat: miroque modo actum eſt, ut inermi viro haudquaquam plebs armata poſſet reſiſtere. Tantas etiam per illum Dominus dignabatur exercere virtutes, ut rebellium corda non minus miraculis, quam prædicationibus obtineret. Sed dum quodam die juxta morem innumerabilem turbam parvulorum baptiſmi gratia renatam Domino conſecraſſet, & inter nefanda mauſolei cultorum agmina intrepidus pergeret, ab impiis, una cum multitudine parvulorum tunc baptizatorum, martyrio coronatus vitam finivit præſentem, ſed æternam in cælis cum Angelis adeptus victor triumphat; cujus venerabile corpus hactenus & uſque in præſentem diem multis quotidie ſignis & miraculis ſanitatum in ipſa urbe Novaria coruſcat. Sed gratias tibi Domine Jeſu, qui infeſtantis inimici tela, probationem tuorum fidelium permiſiſti eſſe, non vulnera; & talem tuis præſtas per laborem mercedem, ut nullum tuorum hoſtis gaudeat fuiſſe imbellem. Igitur dum ad peculiaris Patroni geſta ſuſcepti officii tendit obſequium, non multa, quæ per eumdem beatiſſimum Laurentium martyrem ſunt geſta, proſequitur: tamen immemores ſui nos non fuiſſe ſufficiat; in talibus enim cauſis magis convenit fideli credere, quam poſſit humana relatio demonſtrare. Igitur B. Gaudentius dum ad ipſum athletam Laurentium perveniſſet, gratiſſime ab eo ſuſceptus eſt: cui gradatim adhærendo & divinis monitis obſequendo, juridicus æmulator factus, & pleniſſime in S. Trinitatis norma eruditus, pari collegio diutius gregem pavit regium.

Novariam veniens gentiles convertit,

prædicationibus & miraculis:

F

occiditur à paganis,

4 *Auctor eſt Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiæ, ex corpore S. Laurentii ſacrum quendam liquorem profluere,*

ex ſepulcro ejus ſalutaris humor manat,

A *in cujus rei fidem ſequens epigramma ſepulchro ejus inſculptum affert :*

Aſpicis hoc marmor tumuli de more cavatum ?
Id ſolidum eſt intus, rima nec ulla patet.
Unde queat tellus occultas mittere lymphas;
Manat ab ingeſtis oſſibus iſte liquor.
Si dubitas, medio ſudantes tolle ſepulchro
Reliquias, dices : Unda ſalubris ubi eſt ?

Carolus Epiſcopus de ea in qua conditus fuit eccleſia ſequentia ſuggerit. Quia in puteum dejectus fuit Sanctus, ipſa S. Laurentius ad puteum appellari ſolet. Cæſus legitur beatus Pater cum filiis in campo candido ; in puteo autē poſitus in campo hordeali appellato : quem locum fuiſſe arbitror, ubi poſtea baſilica ejus nomine ædificata eſt : putei locum in ea baſilica eſſe credibile eſt, quamquam nemo demonſtrare poteſt. Apud eam, quæ quidem inſignis fuit, cœnobium erat Monachorum, imminutū, cum cenſus commendationis nomine percipiendi Clericis tamquam beneficium collati ſunt ; deletum autem paulatim, præſertim cum muniendæ urbis cauſa eccleſia cum ædibus diruta eſt. In eo cœnobio S. Bernardus Auguſtanus, is de quo diximus in deſcriptione diœceſis, dum hac tranſiret, hoſpes acceptus diem ſuum obiit, & in ea eccleſia ſepultus eſt.

ubi baſilica illi ædificata

& poſtea diruta

B *facellum ſubſtituitur & huic novum templum*

5 *Porro, ut idem Carolus Epiſcopus proſequitur*, apud ruinas baſilicæ S. Laurentii nunc capella tantum reliqua eſt ; pro ea vero aliam eccleſiam eodē nomine ædificant Franciſcani auſterioris diſciplinæ, Capucini dicti, ad urbis partem huic adverſam, non modico ſumptu, eis ſuppeditante Ferdinando Farneſio Epiſcopo Parmēſi ; qui eo commendationis beneficio utens, fructus eccleſiæ percipit ; cujus eccleſiæ primum lapidem rite poſuimus die XVI Auguſti anno MDCII, & clero populoq; univerſo, ſacram cæremoniam nobiſcū celebrante, memoriam Patris ac Martyris ſanctiſſimi renovare, ejusq; cultum augere ſtuduimus. Reliquiæ S. Laurentii & puerorum ibi religioſa veneratione aſſervatæ ſunt, non eo tamen miraculo, quod quidam ex iis, quæ leviter relata acceperunt, memoriæ prodidere : donec una cum S. Bernardi, aliisque, dum ea eccleſia everteretur in cathedralem tranſlatæ ſunt anno MDLII. Ubi cum diu tranſlatitiè habitæ eſſent, nos diligenter prius recognitas ſub altari majori rite condidimus, anno MDCXCV ..... de iis autem reliquiis in altari primario baſilicæ Cathedralis reconditis tabulæ confectæ ſunt, Michaelis Michaelii notarii noſtri fide firmatæ, quæ pro earum ac ceterarum monumento inſerentur in hæc ſcripta.

reliquiæ ejus transferuntur Novariam an. 1552

C *& an. 1505 elevantur*

6 In nomine Domini. Anno à Nativitate ejuſdē milleſimo quingenteſimononageſimo quinto, die quintadecima menſis Decembris, Reverendiſſ. D. Carolus à Baſilica-Petri, Dei & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Epiſcopus Novarienſis, Comes Ripariæ &c. cum antea ri eccleſiæ Sanctæ Mariæ Cathedralis Novariæ, quon- D viſitaſſet reliquias ſanctorum, poſitas ſub altari majodam ab eccleſia S. Laurentii extra muros diruta translatas, ieasq; recognoviſſet (ut apparet inſtrumento recepto per Alfonſum Mutium ad referendum Cancellario Epiſcopali poſtridie Cal. Novembris eodē anno) eaſq; decenter ſub altari lapideo conſecrando, riteque ſtabiliendo collocandas conſtituiſſet, memorata die hora prima noctis, multis canonicis aliisq; clericis comitantibus, venit ad eccleſiam majorem : ibique cum genuflexus aliquantulū oraſſet, loco, in quo capſulæ ligneæ ſacras reliquias continētes aſſervabantur, aperto, illas ſerico panno coopertas, à quatuor canonicis, ſuperpelliceis & cappa indutis, ſtolaq; collo inducta, multis cereis accenſis, in ſacrarium deferri juſſit ; ipſeque Reverendiſſ. Epiſcopus inſecutus, aſſiſtentibus ei admodum Rever. D. Jo. Paulo Catio Archidiac. & Ardicino à Porta Præpoſito eccleſiæ Cathedralis Novariæ, indutus amictu, ſtola, pluvialique rubri coloris & mitra, tribus plumbeis capſis rite benedixit : quarum duæ majores ac ſimiles inter ſe erant faſtigiatæ ſepulchri forma ; tertia vero minor, ſed quatuor loculis diſtincta. Tum recitata fuit antiphona, Gaudent in cælis. &c. cum verſu & oratione ad E poſtulanda ſuffragia Sanctorum. Deinde oſſa integri *cum reliquiis ſanctorum aliorum* corporis ex capſa lignea faſtigiata ſuis manibus extraxit, & in plumbeam majorē, ſuppoſito ſerico panno albi coloris, repoſuit. Alia item alterius corporis eodem modo ex altera lignea in alteram plumbeam capſam tranſpoſuit, albiq; coloris ſerico panno involvit. Quæ oſſa licet in dictis duabus capſis ligneis ita collocata, & in altari majori dictæ eccleſiæ ſancti Laurentii olim reperta, quorum tamen reliquiæ eſſent, compertum non fuit. Mox in loculo tertiæ capſæ plumbeæ pauca oſſa vetuſtiora repoſuit, quæ in vaſe ſtanneo fuerant, & ſancti Laurentii puerorumq; oſſa exiſtimata ſunt, ac ſerico rubro involvit. In alio loculo ejuſdem capſæ, ſimilique panno, pauca alia repoſuit, quæ in capſula lignea vetuſtate corrupta inventa fuerant, & ejuſdem Martyris puerorumque habita ſunt ..... fragmenta vero ac pulverem, ex capſis & oſſium tractatione exiſtentem, in urna fictili repoſuit. In ſingulis capſis, & urna, ac loculis ſchedulas pergamenas poſuit, vaſculis chartæ ferreæ incluſas; quibus quid in quoque loco contineretur, & unde acceptum ſit, ſcriptum eſt. Demum operculis cum capſis ipſis ferruminatione conjunctis, dato campanarum feſto ſigno, ex ſacrario in eccleſiam eodem apparatu capſas transferri juſſit ; clero hymnos & antiphonas ad rem accommodatas canente ; eaſque recitatis orationibus de ipſis Sanctis in arca marmorea collocari juſſit, duas majores ad capita arcæ, tertiam cum urna in medio transverſam ; omnes vero ſupra F ferreas virgas arcæ fundo affixas &c.

DE SANCTO DONATO

EVROEÆ IN EPIRO EPISCOPO.

CIRCA AN. CCC-LXXXVII

Alius à S. Donato Aretino :

IIc *eſt alius Donatus, ab eo quem Epiſcopum ſimul & Martyrem ad* VII *Auguſti Aretini colunt. Vtrumque vitæ ſanctimonia illuſtrem ſeculum* IV *tulit : hunc, potiente rerum Iuliano, pro Orthodoxa fide mortem oppetentem ; illum aliquot annis poſt, Euræenſibus in Epiro inſulis ſub Magno Theodoſio clarum. Vnde idem utriuſque nomen, & exiguum, quo disjungebantur, temporum intervallum, facile amborum Actis confuſionem induxit : adeo ut non pauca quæ ſunt Euræenſi Epiſcopo propria, Aretino attributa reperiamus ; illáque ipſa alterius etiam caſtigationis indiga. S. Donati Euræenſis Acta, ſermone Græco, in pervetuſto codice Calabro, Bibliotheca Ambroſiana ſervat. Ex quibus verſa in Latinum ſunt ea quæ tom.* I. *Mombritius & MS. Fuldenſe ac Hirſaugienſe produnt ; ſingula hoc errore depravata, quod baptizatum à Donato Imperatorem Theodoſium unaque Auguſtam cum filia dicant ; ac tum demique*

utrumque Acta confuſa.

an baptizaverit Imperatorem Theodoſium

A que, *quaſi triumphato primum paganiſmo, Catholicos Conſtantinopoli palam fidei vexillum explicaſſe.* Tenuit *inqui MS. græcum*, Imperator hominem Dei annis tribus, & baptizatus eſt ab eo una cum filia ſua & primoribus civitatis. Subſequenti quoque tempore Auguſta cum gentilibus reliquis baptiſmi gratiam conſecuta eſt : tunc factum eſt Chriſtianitatis ſignum in urbe Conſtantinopolitana, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, uſque in hodiernum diem. *Conſtantinopolis certe ante iſtud tempus, imo ab ipſa ſua origine ſub Conſtantino Chriſtiana ſacra colebat, quamquam ſubinde erroribus Arianæ hæreſeos aſperſa. Theodoſium autem primo vel ſecundo imperii ſui anno Acholius Epiſcopus Theſſalonicenſis baptiſmo abluit : ut lib. 7. cap. 4 Soſomenus, & libro ſimiliter 7. cap. 4 Socrates teſtantur.*

Acta meliora ex Menæis

2 *Acta veriora ex Menæis habentur his verbis* : Eodem die (xxx *videlicet Aprilis*) S. Patris noſtri Donati, Epiſcopi Eurœæ. Floruit hic temporibus Theodoſii Magni, Epiſcopus Eurœæ, quæ urbs in veteri Epiro eſt. In urbe porro locus erat Soria dictus, ibidemque fons, quem qui guſtabant miſeranda morte necabantur. Quod ubi ſanctiſſimus Antiſtes Donatus intellexit, una cum Sacerdotum cœtu ad fontem venit. Ad cujus adventum mox tonitru exauditum, ſubitoque exitiale monſtrum, quod in puteo latebat, emerſit, ſanctoque viro occurrit. Cumque draco pedes jumenti, quo Epiſcopus vehebatur, implicare conaretur ; Sanctus jumenti tergum loro cædens, ipſum opportune tetigit draconem, qui repente mortuus concidit. Tum qui miraculo ſpectatores aderant, collecta materia peſtem illam flammis exuſſerunt : ſed fontem interim nemo guſtare audebat. Sanctus ergo precatus, aquam Crucis ſigno conſecravit, primusque inde bibit ; unde mox & ceteri certatim gratulabundi hauriebant, innoxiique potabant ac domum ſunt reverſi.

Draconem perimit,

aquas infectas fontis potabiles facit,

3. Quibus Theodoſius Imperator auditis, omnes inde Epiſcopos evocavit, & quis eſſet Donatus percontabatur, qui ictu flagelli draconem exanimaſſet, & undam è terra & cælo impetraſſet. Indigitabant alii, Et hic, inquiunt, Imperator, eſt Donatus. Imperator ſalutatum deducit ad Auguſtam, amboque ad ejus provoluti pedes, Serve Dei, inquiunt, ſolare nos & tuam in nos clementiam exhibe : unica nobis eſt filiola, quam importuniſſimus dæmon miſeris modis torquet, cujus cauſa nos ingenti dolore intimis animis excruciamur. Quod ſi illam curaveris, ſemiſſem ex omnibus ejus opibus præmii loco reportabis. Deductus inde vir ſanctus ad puellam, fœdum tartari monſtrum increpitum extemplo depulit, filiamque ſalvam & incolumem præſtitit. Imperatore dein promiſſa Epiſcopo offerente, nihil auri Sanctus admiſit : ſed cum pium ipſorum affectum cerneret, petivit locum agro ſuo confinem, quem Omphalium dicebant, in quo templum ſibi liceret condere : quem Imperator ſtatim ei publica auctoritate conceſſit.

filiam Theodoſii Imperatoris à dæmone liberat,

mortuum ſuſcitat,

4. Idem perbeatus Epiſcopus vetuit ſepeliri quemdam, quoad creditori ſuo ſatisfeciſſet : excitatum autem in vitam cum creditore compoſuit, & rationibus utrimque collatis & deciſis, chirographo deleto illum juſſit ad quietem redire, & communem omnium diem reſurrectionis exſpectare. Ingens tum ſiccitatis æſtus torrebat ſata. Rogatu igitur Imperatoris egreſſus urbe Sanctus, ad Deum preces allegavit : tantaque vis aquarum de cælo defluxit, uti parum ab inundatione & cataclyſmo differre videretur, terraque innataret aquis. Animadvertit ſimul Imperator illum unica tunicula, quamvis imber eſſet maximus, male tectum : cumque paulo poſt in regiam rediiſſet, nec in veſte ejus ulla pluviæ gutta vel humor cerneretur, omnibus admirationi & ſtupori fuit. Imperator vero ejus oratione admodum capiebatur, datoque illi ad templi molitionem fabricæque ornamenta auro, domum remiſit. Reverſus ille ædem condidit, ſepulcrum ſuum ſtruxit ; ac poſtremo, vita in ſenectam ætatem propagata, ad Dominum abiit. *Hactenus Menæa, in quibus indicatum* Ομφάλιον *eſt urbs Epiri apud Ptolomæum. Eurœa autem, aliis Evoria, nunc* Donatiana, *& vulgariter* San-Donato *appellatur.*

pluviam in ſiccitate procurat,

5 *Sozomenus & Nicephorus Calliſtus, prætermiſſis miraculis ceteris, quæ multa Donatum patraſſe dicunt, illud dumtaxat, quod interemptum draconem & novum excitatum fontem ſpectat, commemorant. Ita lib. 7 cap.* 25 *Sozomenus* : Hæc memoria multi multis in locis per orbem terrarum inter Epiſcopos præclari extiterunt ; ut Donatus Euoreæ Epiri, quem & alia multa mirabilia feciſſe teſtantur indigenæ, & illud maxime quod in draconis interfectione præſtitit ; qui in Chamægephyris quas vocant, ad viam regiam luſtrum habebat, & oves ac capras & boves & equos, nec non & homines & alia rapiebat. Neque enim ille, vel gladium, vel haſtam, vel aliud aliquod telum habens, hanc belluam adortus eſt : ſed cum illa eum adventantem ſenſiſſet, & caput velut impetum factura exeruiſſet, ſignum Crucis adverſus illam aëri digito inſcripſit, & illi in faciem exſpuit. Illa ſputo in os accepto, ſtatim concidit ; ac mortua jacens, amplitudine non minor apparuit iis ſerpentibus, qui viſuntur apud Indos. Siquidem, ut ego quidem accepi, octo jugis in proximum campum extractam indigenæ combuſſerunt, ne putrefacta aërem inquinaret, & morbos peſtilentes gigneret. Donato huic ſepulcrum eſt, inſigne templum ab ipſo denominatum, prope quod etiam fons eſt, aquis uberrimis ſcaturiens ; quem cum antea non eſſet, Deus illius precibus exoratus edidit. Erat enim is locus prorſus aridus. Nam cum ille aliquando exitinere huc adveniſſet, ferrur, ſodalibus ejus aquæ defectu laborantibus, effoſſa manibus terra oraſſe, & ſimul ad votum aquam uberem ſcaturiſſe, & ab eo tempore defeciſſe numquam. Sed hujus quidem rei teſtes ſunt, qui Iſoriam incolunt pagum Euoreæ, in quo hæc acta ſunt. *Hæc ibi. Indicata autem* Chamægephyra, *pontem ad terram indicat. Nam* χαμαὶ *humi ſeu ad terram, & γεφύρα pontem ſignificat.*

narratio de interempto dracone ex Sozomeno

fontem miraculo excitat

6 *Eadem prope in Calliſto legere eſt, addente propter excitati fontis prodigium oppido nomen hæſiſſe à S. Donato. Vnde & Ortelius* Eurœam *ſeu* Euoriam Donatianam *interpretatur. In miraculis ſupradictis enarrandis Manuſcripta ſunt multo fuſiora Menæis, in illo imprimis, quod liberatam energumenam & excitatum ad vitam demortuum ſpectat : utrumque in gratiam cupidi lectoris adjicere libuit. De energumena ita habet* : In illo igitur tempore filia Theodoſii Imperatoris à dæmonio vexabatur. Cum ergo multa fierent fructu nullo ad remedium, ſummaque pater ac mater laborarent triſtitia, unicæ filiæ cauſa ; fama ad eos pervenit de virtutibus B. Donati, quod & draconem occiderit & aquam orationibus ſuis obdulcaverit. Miſſum eſt itaque ad provinciam Eſyriæ veteris impe- Miſſum eſt itaque ad provinciam Eſyriæ veteris imperiale præceptum, ut omnes Epiſcopi ſuam Conſtantinopoli præſentiam procurarent. Qui dum in eamdem urbem conveniſſent, omnes honorifica

narratio de liberata energumena & mortuo ſuſcitato ex Mss. prolixior

ejus magnitudo :

honorifica ſalutatione ſuſcepti ſunt : quibus Imperator ait : Quis eſt Donatus Epiſcopus, qui draconem occidit, & aquam ſua oratione produxit ? Omnesque pariter oſtenderunt eum. Regina vero in ulteriore ſecreto abſcondita exſpectabat, quis eſſet. At ubi ei oſtenſum eſt, humiliter occurrens tenuit genua ejus, dixitque ad eum: Pater, bone, bene adveniſti incolumis, miſerere filiæ noſtræ. Dixit autem ei Imperator : Papa Donate, filia noſtra graviſſime vexatur à dæmonio & nullus Sacerdotum potuit eam curare aut ipſum dæmonium fugare; audivimus autem de te, quod poſſis expellere dæmonia, miſique propter te ut tuis orationibus ſalva efficiatur, quia unigenita eſt, & dimidium facultatum mearum dabo tibi. Reſpondens Donatus Epiſcopus dixit eis : Non eſt impoſſibile Deo curare filiam veſtram, eamus ergo ad eam. Primum quidem Regina feſtinanter proceſſit. Introeunte ſancto viro, exclamavit dæmon dicens : Parce, Donate, quid me perſequeris ? nihil te læſi. Sanctus Donatus reſpondit : Exi, immunde ſpiritus; ab illa, quia non licet tibi habitare in plaſmate Dei vivi. Dæmon autem clamabat, dicens ; Da mihi tranſitum, quomodo exeam, aut quo vadam. Dixit S. Donatus: Vnde huc adveniſti ? Ille reſpondens de eremo. Dixit ei S. Donatus : Quare non exis & reverteris unde veniſti? Dæmon clamavit dicens illi : video ſignum Crucis in te, ex qua ignis exit contra me, & præ timore neſcio quomodo exeam aut quo vadam, ſed magis da mihi locum exeundi & exeo. Reſpondit Donatus & dixit : Non eſt tibi dari locus aut requies voluntatis tuæ: ſed do tibi exitum talem, ut revertaris unde huc veniſti : revertere ergo ad eremum. Convocans vero poſt tergum ſuum Regem & Reginam, dixit dæmoni : Ecce habes tranſitum, redi ad locum tuum, nihil noceas in homine, qui eſt plaſma Dei, neque quæ ejus ſunt : ecce dixi tibi. Exeunte autem dæmone commota eſt tota domus & januæ concuſſæ ſunt. Filia vero Imperatoris, ſurgens de ſtratu ſuo, tenuit pedes hominis Dei dicens : Quæſo, Pater, tu mihi genitor & pater ab hodie, quia video magnam virtutem eſſe tecum : ecce pedibus tuis adhæreo, miſerere mei, quia magno timore concutior propter eum, qui tecum eſt : adjuva ergo me. Extendens autem homo Dei Donatus manum, elevavit eam à terra, & Chriſti ſignaculo reddidit incolumem.

A *S. Donatus vocatus à Theodoſio Conſtantinopolim venit.*

dæmonem præſentia ſua perculſum

ex Imperatoris filia ejicit

B

C

7. *Hoc miraculum vetus MS. Aretinum Epiſcopo Aretinorum attribuit, filiam Imperatoris energumenam Anthiliam appellans : eam ſcilicet, quam Aretium & urbs vetus ad* XXIV *Septembris inter ſanctas Virgines colit : quamvis idem MS. inter Martyres eam locat martyrii palma ſub Arcadio ejus Fratre donatam : quo ſane errore dictum MS. omnem pene ſuam fidem deperdit ; quis enim ignorat ſub Arcadio conquieviſſe omnem gentilium in Chriſtianos perſecutionem ? Interim hæc ad accuratius examen relegamus in* XXIV *Septembris, de ſancta Anthilia tunc acturi. Alterum quod de revocato ad vitam mortuo miraculum erat ex iiſdem MSS. diffuſum magis, hujuſmodi eſt :* Ecce mortuus quidam efferebatur, & homo quidam habens chirographum tenebat funus dicens, deberi ſibi ab ipſo ſolidos ducentos, & non permittebat ſepeliri eum. Erat in circuitu turbæ fremitus maſtus valde vehemens. Videns autem hoc S. Donatus Epiſcopus, dicit reliquis Epiſcopis: Venite mecum, eamus & rogemus, ut permittat ſepeliri corpus defuncti hominis. Qui ſubmuſſitantes ei dixerunt : Putas nos hic velle morari ? Ipſe autem ſolus abiit rogaturus. Quidam viri eminus agnoſcentes eum ; conſilium dederunt relictæ viduæ ejus dicentes : Curre, interpella iſtum hominem Dei. Quæ procidens ad pedes ejus, ait : Fac in me miſericordiam, quia vidua ſum & geminis circumdata ſum malis, virum perdidi & ſepelire mortuum non permittor. Tu enim juſtus vocatus es in civitate iſta, fac eum ſepeliri ; quia jam reſolvitur funus ejus in lecto. Dicit ei B. Donatus: Scis, quia debetur quam dicit, pecunia ? Quæ reſpondit: Domine mi, ante hoc aliquantum temporis dixerat vir meus, quia complevit ipſam pecuniam, & remanſit chirographum apud eum. At homo Dei rogabat creditorem dicens : Permitte, fili mi, ſepeliri corpus defuncti, & quocumque modo ſolvetur debitum. Qui non ſolum non audivit, ſed injuriavit eum. Tunc jungens ſe homo Dei ad feretrum, ait defuncto, manu tangens eum & vocans, dixit: Audi me. Qui reſpondit : Ego ſum. Dixit ei B. Donatus : Surge, & vide quid agas cum homine iſto, quia non permittit te ſepeliri : qui reſidens confutavit eum de completo debito; & accipiens chirographum ſuum, ſedens ſcidit illud in feretro. Aſpiciens autem in hominem Dei, dixit ei : Iuſte excitaſti me, homo juſtitiæ, ad confutandum peccatorem iſtum : jube ergo me dormire iterum, quia dormito. Dixit ei S. Donatus : Vade, fili in requiem; quia liberaſti chirographum tuum.

D *viduam, cujus mariti injuſtus creditor ſepeliri prohibebat*

ſolatur.

excitato ad vitam mortuo

E *creditorem mendacii convincit*

8 *Atq; hæc ſunt quæ ex manuſcriptis fuſa magis & explicata hic adjecimus : ex quibus aliisque antea relatis dignoſcet facile ſagax Lector, ſi forte in confuſa utriusque Donati Acta inciderit, quid Aretino quid Euræenſi attribuere debeat. De anno obitus nihil compertum habemus : in vivis ſaltem poſt annum* CCCLXXXVIII *fuiſſe aliquamdiu debuit, ut ex Auguſta Gallæ filia, juxta MS. Aretinum, expellere dæmonem potuerit ; nam Gallam iſto anno nupſiſſe Theodoſio, teſtatur Zoſimus, & ipſe S. Donatus in MSS. Actis inſinuat, ſe tunc cum puellam liberavit grandi ætate fuiſſe. Ab Adone Viennenſi in Chronico, cum perbrevi hoc elogio, ad annum* CCCXCVI *refertur :* Donatus Epiri Epiſcopus, virtutibus inſignis eſt habitus : qui draconem ingentem exſpuens in os ejus necavit; quem octo juga boum ad locum incendii, ne aërem putredo ejus corrumperet, vix trahere potuerunt. *Obitus diem Petrus de Natalibus* VII *idus Auguſti aſſignat, corpus prope Veneti as tranſlatum fuiſſe Murianum aſſerens :* Poſt hæc, *inquit,* ab Imperatore impetravit immunitatem loci, ubi ipſe fontem ſanaverat ; ibique juxta civitatem Luſloniam, eccleſiam conſtruxit, & clarus virtutibus in pace quievit, VII idus Auguſti : corpusque ejus poſt multos annos à Venetis inde ſublatum poſitum, eſt in eccleſia B. Mariæ de Muriano ſub Epiſcopatu Torcellenſi, ubi & ſignis mirabilibus fulget. *Martyrologium Romanum accenſet Sanctis per hæc verba ad* XXX *hunc :* Euoreæ in Epiro, S. Donati Epiſcopi, qui tempore Theodoſii Imperatoris eximia ſanctitate refulſit. *Eodem die & Graci ejus memoriam Menologio ſuo inſcriptam recolunt.*

quo anno obierit ?

F *corpus Murianum tranſlatum*

an S. Anthilia illa fuerit

DE

DE SANCTO SEVERO

EPISCOPO NEAPOLITANO IN ITALIA.

SEC. V

An ex gente Severa prognatus?

SEverum, *consulari ortum genere & gente prognatum Severa, statuit Antonius Caracciolus, lib. de monumentis Ecclesiæ Neapolitanæ cap.* 24, *propterea quod Symmachus, Romanus Consul, fratrem in quadam epistola eum vocat, & Roma id temporis geminos hoc nomine Consules habuit, Neapolis autem Severum Crispum, Senatusconsulto scribendo præfectum, uti scilicet in vetusto lapide apud Gruterum & Summontium est. Sed ex conjectura potius quam vero ista dici, inde colligas, quod Consul Romanus Symmachus, ipso etiam Caracciolo teste, fratris nomine quoscumque è Catholicis amicos sibi Pontifices alios compellabat; idque quia & ipse, quamquam in dissimilibus sacris, Pontifex erat. Nihil de natalibus auctor vitæ meminit. Insulas Episcopales Ecclesiæ Neapolitanæ gestavit, sed quamdiu, & quo anno eas induerit primum, in comperto non est.*

B *Scriptor vitæ, & ex eo Ioannes Diaconus, ad annum* DCCCLXX *spectans, Episcopatum annis omninò* XLVI *circumscribunt; illum a Pontificatu Silvestri ad usque Papam Damasum extendentes. Omninò tamen alienum à vero id est: inter Silvestrum enim, qui summum Pontificatum anno* CCCXIV *iniit, & Damasum qui anno* CCCLXVII, *alii à Severo, & plures quidem Neapolitano Episcopatu perfuncti fuerunt. Nam Cosmatem prætereuntes, Calepodium invenimus, sub Iulio I Papa subscribentem Concilio Sardicensi, celebrato anno Christi* CCCXLVII: *cui eodem anno vita functo, in Episcopatum Fortunatus successit: & ad hunc eodem anno vel sequenti extat epistola exarata à pseudo-sardicensi Arianorum conciliabulo. Secutus est deinde Maximus, qui anno* CCCLIX, *quo Ariani in Ariminense conciliabulum coierant, propterea quod subscribere eorum sententiæ recusabat, sub Liberio Papa Sede sua pulsus fuit, intruso in locum ejus ab Arianis Zosimo quodam.*

quo tempore Episcopatū gesserit,

2 *Hoc certum, S. Severi Episcopatum cum anno Domini* CCCLXXXVI *concurrisse: extat enim à S. Ambrosio epistola ad eum scripta, quam se anno ætatis suæ quinquagesimo tertio scribere ait, qui cum anno Domini* CCCLXXXVI *aut sequente idem est: nam Ambrosius, anno* CCCXCVIII *mense Aprili vita functus, ætatis annum sexagesimum quartum ingressus fuerat. Epistola quoque, à Symmacho ad Decium de eo scripta, argumento est, Episcopatum ad annum* CCCXCI *extendisse; eo quippe anno cum Tit. Fabio Titiano Symmachus Romæ Consulatum gessit: cui in non parvo pretio ac amore fuisse S. Severum indicat epistola* 51 *lib.* 7 *ad Decium*; Habeant, *inquit*, fortassis

S. *Ambrosio ac Symmacho carus & æqualis?*

C aliæ commendationes meæ interpretationem benignitatis, ista judicii est. Trado enim sancto pectori tuo fratrem meum Severum Episcopum, omnium sectarum attestatione laudabilem, de quo plura me dicere & desperatio æquandi meriti & ipsius pudor non sinit: præterea testis, non laudatoris partes recepi, tibi reservans morum ejus inspectionem; quam cum penitus expenderis, reperies me cessisse potius ejus laudibus, quam per negligentiam defuisse. *Sed & ad tempora, dicto anno* CCCLXXXVI *posteriora, referendum esse, insinuat auctor vitæ, dum narrat eum S. Martino templum ædificasse, qui tamen vix quinque mensibus ante S. Ambrosium obiit. Bartholomæus interim Chioccarellus, circa annum* CCCLXXXVII *S. Severo subrogat Vrsum. Vghellus econtra Episcopatum Vrsi ab anno* CCCCXII *auspicatur: & sic S. Severus post obitum S. Martini vixisset* XIV *aut* XV *annis.*

an S. Martino superstes fuerit?

3 *Humatus fuit in ædicula, quam hunc in finem, extra urbem post templum S. Fortunati, ipse sibi construxerat: ex qua subinde sacra ossa in templum S. Martini intra urbem translata, subterque maiorem aram fuisse condita, gemina hujusmodi inscriptio docet:*

corpus prope Neapolim prius conditum, in ipsam urbem transfertur

Saxum, quod cernis, supplex venerare, viator;
Hic Divi quondam jacuerunt membra Severi.

Alia

Hospes, sparge rosas, tumulo da thura Severi;
Antistes magnus conditus hic fuerat.

Ex hoc etiam templo, quod sub Gregorio XIII *Franciscanis cessit, sacræ S. Severi exuviæ in ædem S. Georgii translatæ fuerunt, Severianam demceps propterea dictam: quas anno tandem* MCCCX *Humbertus de Monte-Aureo, Archiepiscopus Neapolitanus, ex loco humiliore in principem aram extulit, capite in sacello majoris ecclesiæ sumptuose recondito: ubi ad rei gestæ memoriam conservandam, sequentes supersunt versus:*

& anno 1310 elevatur.

Post annos Domini bis quinos mille trecentos,
Dum sedet Antistes pius hac Umbertus in urbe,
Hujus & Ecclesiæ Petrus Barensis habetur
Rector, agit vernam mensis dum Martius auram,
Præsulis est sancti translatio facta Severi.

E

4 *Visitur Neapoli sepulcrum, ex quo excitatum mortuum vitæ restituit, cum hac inscriptione*: Sepulcrum, ubi S. Severus amicum, cujus filios uxoremque falsò æreque indebito balneator in jus vocaverat, ut verum diceret ad vitam revocavit. Paulus Tassus V. I. D. Canonicus Neapolitanus, Divi cultor, ne tanti miraculi memoria evertatur, pie restituit, anno Domini MDLXXIII. *Ob hoc miraculum brevi encomio S. Severus* Resuscitator mortuorum *dici cœpit, & invocari pro iis qui animam agunt: quam in rem cap.* 24 *Caracciolus ex vetusto Ms. Rituum, quod Moniales S. Mariæ de Alvino asservant charactere Longobardico exaratum, hujusmodi precationem, ab assistente morituris Sacerdote dici solitam, affert*: Domine, peto ut assistant ei omnes Apostoli Domini nostri Jesu Christi, Petrus, Paulus &c. & omnes Martyres tui Stephanus, Laurentius, Januarius, Sosius, Maximus, Apollinaris & ceteri omnes. Deprecor ut Domina mea, Virgo Maria, Christi filii tui Domini nostri genitrix, oret pro te cum his & ceteris Sanctis tuis Martino, Nicolao, Aspren, Severo qui resuscitavit mortuos, Agrippino &c.

Invocari ipse pro agonizantibus solet.

F

5 *Officium ei præscribitur, sub ritu Duplici excusum Neapoli anno* MDXXV *cum quibusdam aliis propriis, novem Lectiones complectens: easdem omnino cum vita, si Prologum excipias. Cultum etiam extra diœcesim Neapolitanam obtinuisse constat ex vetusto quodam Ms. Kalendario, quod præfigitur Psalterio cuidam civitatis Capuanæ ubi hæc leguntur:* Pridie Kali. Maji, Severi Episcopi & Confessoris. *Sed & Surrenti ædicula illi sacra fuit, quam Leo Ostiensis lib.* 1, *cap.* 59, *à Ioanne Duce Neapolitano, circa annum* DCCCCXXXIII, *Monachis Casinensibus concessam fuisse ait. Martyrologium Romanum Sanctis eum in hæc verba accenset:* Neapoli in Campania S. Severi Episcopi, qui inter alia admiranda mortuum de sepulcro excitavit ad tempus, ut mendacem creditorem viduæ & pupillorum, falsitatis argueret. *Vitam ex scriptore anonymo damus; qui, ex opinione Bartholomæi Chioccarelli in Episcopis Neapolitanis, ante annum* DCCC *vixit; & teste Caracciolo, in S. Severo, ante Siconem Principem Beneventanum; à quo corpus S. Ianuarii Beneventum translatum fuit; quod auctor vitæ S. Severi, de quo hic agimus, ad suam usque ætatem, prope Neapolim, uno ab ea urbe milliarie, in templo ei à S. Severo consecrato, quiescere ait.*

Cultus & mentio in Martyrologio.

Vita ante annum 800 composita.

Datur ex MSS.

6 *Hanc*

A

cum miræ-stalis anni circiter 1050.

6 Hanc vitam Ferdinandus Vghellus Italiæ ſuæ tomo 6 inſeruit, acceptam ex Ms. Longobardico Bibliothecæ Gregorianæ: deinde eamdem iterum nactus ex Ms. alio codice, qui à Neapolitano Monaſterio S. Severini allatus, ſervabatur Romæ apud Ioſephum à Coſta, proprium exemplar nobis tradit. Vtrobique addebantur miracula duo circa annum ML *facta, & rogatu cujuſdam Capuani, in cujus perſona primum maximeque mirandum geſtum erat, accuratè fideliterque deſcripta: quæ uti diverſum à Vita auctorem habent, ita fuerunt ab illa diſtinguenda. Vtrum porro ii in quorum gratiam ſcripta eſt vita, ad hoc ut haberent materiam quam verſu redderent, aliquid in eo genere fecerint, non liquet: fecit id poſtea alius circa beneficium Capuano præſtitum; quod Carmen, ad rem noſtram nihil faciens, poterit apud Vghellum legi.*

VITA

Ex MSS. & Vghello.

a Prologus auctoris, ad eos qui ſcribere juſſerant.

1 DOmino *a* illuſtri & Fratribus omnibus in Chriſto ſalutem. Litteris nobilitatis veſtræ iterata vice ſolicitor, ut vobis Obitum vel Vitam S. Severi, Sacerdotis & Pontificis, fideliter referam. Facio quidem quod vos præcipitis: ſed timeo, ne non tam efficaciter faciam, quod facere cupio. Tamen quia petere dignati eſtis, fideliter & ſine mendacio faciam. Novi e-

B

Sap. 1. 11

enim melius eſſe linguam ſilentio premere, quam ad peccatum animæ falſa narrare, dicente Scriptura: Os, quod mentitur, occidit animam. Et ideo venerationem veſtram plurimum quæſo, ut imperitiæ meæ veniam dare dignemini. Alioquin ſi vobis ſermonis mei vilitas cœperit diſplicere, non mihi, ſed vobis rectius imputetis: quia aquam puriſſimi fontis à cœnoſo rivulo poſtulaſtis. Sed hæc breviter dicta ſint: nunc autem veniamus ad ea, quæ vobis, qui Vitam vel Obitum ejus verſibus illuſtrare diſponitis, dicendi materiam ſubminiſtrent.

2 Secretum Regis celare bonum eſt; opera autem Dei revelare, & confiteri honorificum eſt. Multa enim mirabilia, & ſigna omnipotens Deus

Pſ 67, 36 per ſervos ſuos quotidie oſtendit, ſicut ſcriptum

Joa. 14, 12 eſt: Mirabilis Deus in Sanctis ſuis. Et ad Apoſtolos promittens, dicit: Qui credit in me, ſigna, quæ

C ego facio, & ipſe faciet. Rem novam & inauditam

b Viri ovum unicum debentu vidua,

his *b* temporibus noſtris, accidit Severum Neapolitanæ Sedis Epiſcopum, ſicut & antiquos olim Sanctos, operari [preter cetera] mirabilia, quæ per illum oſtendere Dominus dignatus eſt. Nam quadam die, juxta morem conſuetudinis, homo quidam balneo lavandus, ingreſſus eſt; poſt ablutus aqua cum

c recederet, cuſtos balnei ovum *c* ab eo pro balneatico petiit; quod unuſquiſque balneaticum pro pretio dare conſueverat. Sed ille oblitus ovum adducere, minime licuit ei, ut liberaret debitum balnei. Cœpit autem eum rogare, dicens cum ſumma alacritate: Obſecro te, ô cariſſime amice & compater, ſuſtine me pauliſper, donec revertar domum: & libenter ovum, quod dare tibi balneaticum debeo, feſtinanter dirigo tibi. Cui ille: Vade in pace & ne cures talia, tantummodo ovum, quod mihi dare debes, ne moras facias dirigendo. Mox ut domum ſuam ingreſſus eſt, oblitus eſt dirigere ovum, quod debebat balneario.

de centum ſolidis poſtulata,

3 Factum eſt autem, ut non poſt multum tempus homo ille moreretur. Cum autem audiſſet balneator, quia defunctus eſſet debitor ſuus, & ovum ei minime direxiſſet; ſurgens exinde interpellavit Ducem terræ ejus ſuper uxorem ejus, quod vir ejus dare debuiſſet ſolidos aureos centum. Tunc illa de-

teſtando & jurando cœpit dicere: Non faciat Deus, ut D vir meus tibi centum ſolidos dare debuiſſet. Cui dux terræ tale dedit judicium, ut aut debitum redderet ipſa mulier, aut ipſe debitor haberet eam una cum filiis ſuis in ſuo ſervitio. Quæ mœſta conſurgens, ſoluto crine & ſciſſa veſte à capite uſque ad veſtigia

ad S. Severum recurrit:

ſua, lacrymis ſimul cum voce ad Dei famulum Severum Epiſcopum pervenit, & provoluta pedibus ejus, deprecari eum cœpit, dicens: Ô paſtor ſancte, ô qui Apoſtolorum viam tenes, ſuccurre mihi miſeræ viduæ: quia inimicus homo cum fallacia ſua oppreſſit me una cum filiis meis, & dicit mihi jus ſuum in me habere, eo quod vir meus dare ei debuiſſet aureos centum ſolidos, quos vir meus dare ei minime debuit. Eſto mihi adjutor, ô ſanctiſſime Pontifex Severe, & ſicut ſanctiſſimus Daniel Propheta liberavit Suſannam de falſo crimine, ita & tu me libera ô Sanctiſſime Paſtor, quia injuſte damnata ſum à falſo inimico meo. Cui beatiſſimus Chriſti Con-

qui auxilium pollicitus

feſſor & Epiſcopus Severus ait: Vivit Dominus, quia non habeo ſolidos, nec quamque rem unde te eripere potuero? Sed ſuſtine me in craſtinum pauliſper; facturus eſt Dominus mirabilia ſua.

4 Erat autem crypta extra portam civitatis, ubi ipſe Chriſti Dei Confeſſor Severus & Pontifex ſibi ſarcophagum ſepulturæ futuræ paraverat; & ipſa mulier ibidem virum ſuum humatum habebat. Quam vir Domini videns in tanta amaritudine eſſe, E [ſuper] mulierem commotus viſcera miſericordiæ, quæ ſemper erat indutus, *d* dedit tintinnabulum *d cives convocat* Clerico ſuo, ut circuiret civitatem inclytam, & ad ſonum tintinnabuli curſim omnes catervati ad Epiſcopii Eccleſiam Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti convenirent, ut miraculum, quod facturus *e* erat Dominus per Pontificem ſuum Severum, cunctis oſtenderet. Cum autem eſſent omnes valde diluculo agglobati ſimul in unum viri ac mulieres, abſtulerunt ſecum Crucem Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, & cum litania & pſalmodiæ cantu ab Epiſcopii eccleſia uſque extra portam civitatis, ad memoratam cryptam, pervenerunt unde ſuperius mentionem fecimus! O quantas lacrymas ibi fundentes, clementiam Dei deprecantes Monachi & Sacerdotes, Clerici & laici, mulieres & infan-

& cum ſupplicatione ducit ad ſepulchrum defuncti,

tes, viduæ & orphani; ut exaudiret Dominus gemitum eorum! Mulier vero illa, quæ in amaritudine erat animi conſtituta, non relinquebat Pontificem; ſed propriis eum veſtigiis conſequens, vocem emittebat ſuam ad cælum, ut de tanto crimine eam Deus liberare dignaretur.

F

5 Tunc beatiſſimus Chriſti Confeſſor Severus, cum videret plebem ſuam in magno fletu & mœſtitia, & voces emittentes ad cælum & [filiis] cinctam viduam una cum ipſis tantas lacrymas fundere; motus eſt ipſe in lacrymis: & in fletu magno converſus ad Dominum, ſic exorſus ait: Domine Jeſu Chriſte, fili Dei vivi, qui voce tua quatriduanum Lazarum ſuſcitaſti; tu reſuſcita mortuum iſtum, ut dicat nobis de debito, quod iſte homo quærit hanc mulierem ſuam, ſi verum ſit, an non. Et ſtatim juſſit aperire ſepulcrum. Cumque jam obtutibus omnes cernerent cadaver, quod jam multo tempo-

atque in vitam revocatum jubet pro conjugetestimonium dicere.

re jacebat exanime: tunc beatiſſimus Chriſti Confeſſor & Epiſcopus Severus ſic exorſus, ait: In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti filii, Dei vivi ſurge, & ſede in tumulo tuo, & dic nobis, ſi debuiſti dare ſolidos homini, unde uxorem tuam afflictam tenet una cum filiis tuis. (O admirabilis clementia Dei, quæ Pontificem ſuum nec in minimo contriſtare voluit!) Qui ſtatim ad vocem vicinam, quaſi ex ſomno ſurrexit, & cœpit loqui dicens. Per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, in cujus con-

A conſpectu aſto & exoro die ac nocte, non debeo ſolidos dare, nec quidquam aliud, niſi tantummodo unum ovum pro ipſo balneo, ubi me lavavit. Tunc manifeſtavit ille iniquiſſimus homo, quod non deberet dare ei plus, niſi tantummodo ipſum ovum. Tunc exurgentes omnes in eum, voluerunt eum lapidibus obruere: ſed beatiſſimus Chriſti Confeſſor Severus prohibuit ne talia fierent, dicens: Non licet nobis malum pro malo reddere, ſed perhibere bona. Memores eſtote, Fratres cariſſimi, quanta & qualia paſſus eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus pro nobis. Tunc beatiſſimus Chriſti Confeſſor converſus ad defunctum, ſic ait: O homo, vis vivere adhuc in iſto præſenti ſeculo? aut deprecabor Deum omnipotentem pro te, ut faciat te inter Sanctos ſuos æternis gaudiis frui ſempiternum? Cui ille reſpondit: Si tibi placet, ô ſanctiſſime Paſtor & Pontifex, inter Sanctos conſortem me eſſe gaudiorum concede. Cui Pontifex ait: Requieſce in pace ſecurus: nam & ego rogabo Dominum meum Jeſum Chriſtum, ut quicquid poſtulas merear adipiſci.

quo facto veum periculo eximit.

B 6 Sedit S. Severus Epiſcopus annos quadraginta *f* ſex, menſes duos, dies undecim. Hic fecit baſilicas quatuor. Nam & corpus B. Januarii, Sacerdotis & Martyris, ipſe condidit *g* manibus ſuis in eccleſia foris porta hujus civitatis milliario uno, in qua nunc requieſcit uſque in præſentem diem; & ipſarum baſilicarum, unde ſuperius mentionem fecimus, unam foris urbem juxta S. Fortunatum, *h* nomini ſuo conſecravit; & aliam in civitate mirificæ *i* operationis, in cujus abſida depinxit ex muſivo *k* Salvatorem cum duodecim Apoſtolis ſedentibus; habentes ſubtus quatuor Prophetas, diſtinctos pretioſis marmorum metallis. Eſaias cum olivæ corona Nativitatem Chriſti & perpetuam virginitatem Dei genitricis Mariæ deſignare voluit, dicendo: Fiat pax. Hieremias per uvarum offertionem, virtutem Chriſti & gloriam Paſſionis & Reſurrectionis præfigurat, cum dicitur; In virtute tua. Daniel, ſpicas gerens, Domini annuntiat ſecundum adventum; in quo omnes boni & mali colliguntur ad judicium: propterea dictum eſt: Et abundantia. Ezechiel, proferens manibus roſas & lilia, fidelibus regnum cælorum denuntiat, unde ſcriptum eſt; In turribus tuis. Etenim in roſis, ſanguis Martyrum figuratur, in liliis perſeverantia Confeſſionis exprimitur. Prius ipſe *l* foris urbem jacuit in eccleſia ſuo nomini conſecrata; nunc *m* vero requieſcit in ea ipſa eccleſia Neapoli conſtituta, quam alii Severianam, alii propter Oratorium ibi factum S. Georgium *n* vocant. Et fecit duo Monaſteria, S. Martini *o* Chriſti confeſſoris; & aliud Potiti *p* Martyris. *q*

f g varia templa exſtruit

h i k

C *l m in quorum uno ſepelitur.*

n condit duo monaſteria o p q

7 Igitur S. Severus, cum ante triduum quam de hoc mundo ad cæleſte habitaculum vocaretur, jamque de ſalute ejus ab omnibus medicis deſperaretur, ſciret ſe jam profecturum ad Dominum; convocari juſſit cunctum Clerum ſuum, & jubet ſibi ante lectum ſuum ſacra Myſteria exhiberi; ſcilicet ut una cum ſanctis Clericis oblato Sacrificio, animam ſuam Domino commendaret: ſimul etiam & eos, quos pro diſciplina eccleſiaſtica ex communione ſacri Myſterii extorres eſſe præceperat, ad pacem priſtinam revocaret. Et cum hæc omnia cum ſanctis Clericis læto atq; perfecto ordine celebraſſet, ſubito clara voce interrogare cœpit, ubi eſſent Fratres ſui. Tunc unus ex circumſtantibus, Urſus Diaconus nepos ejus (qui poſt ejus tranſitum ipſe Epiſcopus *r* ordinatus eſt) cū hoc audiſſet, cogitans quod Fratres ſuos, ideſt, Diaconos, quæreret, ait illi: Ecce hic ſunt Fratres tui. Cui ille reſpondit, dicens: Scio, inquit, fili, ſcio, quia hic Fratres mei: ſed ego nunc Fratres meos Januariū atq; *s* Agrippinum dico, qui mecum ſunt modo locuti, & continuo ad me venturos ſe eſſe dixerunt. Et his dictis, extenſis ad cælum manibus, hunc Pſalmum Domino decantavit, dicens: Levavi oculos meos ad montes, unde veniet auxilium mihi: auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram. Deinde collecta *t* oratione, ſiluit. Inter hæc autem cum jam nox diei ſucceſſiſſet, uſq; ad mediam noctē corpuſculū ejus quieti conceſſit, donec rediret dolor, qui lateri ejus nimius inerat.

moriturus Clerum convocat

r

s

EX MS. *& cæleſti SS. Januarii & Agrippini allequio recreatus*

t

8 Facta autē die, Presbyteris & Diaconibus atq; omnibus Clericis, exemplo Dominico pacē hereditariam prædicavit. Tranſactis autē his, tacitus uſq; ad veſperam perdurans, deinde quaſi de gravi ſomno excitatus, lucernariæ *u* devotionis tempus agnoſcens; extenſis in cælum manibus, lenta licet voce oravit ad Dominum, dicens: Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cælo. Paravi lucernam Chriſto meo, Domino decantavit. Tū deinde facto aliquamdiu ſilentio, circa horā quartā noctis, omnibus qui aderant ſollicite vigilantibus; ſubito tam ingens cubiculū ejus terræ motus concuſſit, ut hi qui lectulo aſſiſtebant, exterriti atq; turbati, ad orationem ſe Domino cuncti jactarent; nihil tamen ſcientibus his, qui pro foribus conſiſtebant: neq; enim publicus ille ſed privatus in cubiculo ejus fuerat terræ motus. Inter hæc, cū unusquiſq; tali timore exterritus pro peccatis ſuis Dominum deprecaretur, ille Angelicis ſuſcipiendus manibus debitum Deo ſpiritū exhalavit, ipſo adjuvante, qui cū Deo Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

u

poſt Lucernariæ preces

cubiculo per terræ motum concuſſo moritur.

E

F

ANNOTATA.

a *Ex titulo* Illuſtris *videtur colligi, hanc Vitam non eſſe ſcriptam alteri quam Epiſcopo Neapolitanæ urbis; & Fratres intelligi, ejuſdem in Cathedrali eccleſia Clericos. Hæc porro epiſtola ſola invenitur apud Vghellum; in MS. unde hæc damus, præmittebatur inſulſa quædam præfatio, hoc exordio* Prius quidem nobis ab Incarnatione Domini ſermo ſumēdus eſt, deinde ad beatorum Apoſtolicorū *id eſt Pontificum Romanorum* ſeriem devenire [oportet], proſequentes cominus ſeſſiones Neapolitanorum Antiſtitum *&c. ut ſcilicet ex notioribus ignotiorum chronotaxis aptetur: quod tamen in hac vita minime fit, ſi ſolum unum excipias, æque indignum retudi de quo mox ad num. 6.*

b *Ordo verborum in MS. turbatus ſic erat, ut videretur auctor coævus fuiſſe Sancto: ſic enim legebatur,* Rem novam & in auditam his temporibus accidit nobis Severum ... operari. *Sed recentiorem eſſe tum ſtylus ipſe loquitur; tum qui mox nominatur* Dux terræ, *quod ante tempora Longobardorum eſt his in partibus inauditum. Suos* Præfectos *&* Judices *mittebant Imperatores, & quidem per Italiam fere ex urbe Roma. Talis fuiſſe videtur Caracciolo, & toti Campaniæ præfuiſſe Decius ille, cui S. Severum commendavit Symmachus, idque ex plurimis hujus ad illum epiſtolis probabile facit. Igitur unius voculæ tranſpoſitione, & alterius non recte tranſcriptæ correctione, reſtituimus ſenſum veritati congruum.*

c Ovum *intelligo, non gallinaceum, ſed certum & tunc uſitatum monetæ genus, ita forſitan ab ovali forma oblongæ rotunditatis nuncupatæ: ſic* folles *appellabant alii: videtur autem fuiſſe minutulus nummus, ab omnibus balneum ingredientibus ſolvendus.*

d *Senſum turbabant hæc quæ expunximus verba,* Mox autē novā conſuetudinem ſuæ civitatis demonſtravit.

e *Quia non eſt veroſimile ſub tali præconio convocatos fideles, ideo exiſtimo hoc miraculum ex ſola vulgi traditione, quoad ſubſtantiam tamen indubitabili, ſuiſſe acceptum, & pro auctoris ingenio exornatum. Demonſtrat autem Caracciolus* Eccleſiam S. Salvatoris *ipſam eſſe, quæ communiori poſtea nomine* Stephania *dicta, nunc* S. Reſtitutæ *appellatur.*

f *Hi 46 anni juxta Vghellum incipiendi eſſent ab anno Chriſti 465, quod ſatis eſt veroſimile.*

A g S. Januarius Epiſcopus Beneventanus *colitur 19 Septembris. Ejus corpus Puteolis advectum fuiſſe dicebant aliqui, quos ſequitur Caracciolus, tempore Silveſtri Papæ: melius Ioannes Diaconus rem differt ad annum* 381, *& peractam ait miniſterio Ioannis, qui primus hujus nominis ſucceſſit S. Severo, poſt brevem Vrſi intermedii Pontificatum. Rurſum autem Idem corpus avectum eſt Beneventum an.* 818, *neque relatum ante an.* 1497; *tunc vero, non extra, ſed intra urbem depoſitum fuit.*

h S. Fortunatus Epiſc. Neapolitanus *colitur* 14 *Iunii: ejus eccleſia dextrorſum adjunctam habebat hanc S. Ianuarii; deſtructa nunc eſt, ejuſque loco ſtat quædam Angriſanorum domus, ut ex Cioccarello ſcribit Vghellus.*

i *Videtur dicere quod hæc quoque S. Ianuario fuerit à principio dedicata, licèt nomen, ut mox dicemus, vulgus ei dederit à conditore.*

k Opus Muſivum *quale ſit & quomodo à μῶσα* teſſella *nomen acceperit, alibi memini me docuiſſe, Latine* Teſſellatum *diceremus: ratio quidem picturæ eſt rudis, ſed ad longævitatem mirabilis, ut probant tot antiqua opera per Italiam: quæ autem eodem artificio in Vaticano recentius compoſita ſunt, eminus conſpecta nulli inſignium picturarum cedunt.*

l *Scilicet* S. Severus.

B m *A quo aut quando facta ſit tranſlatio prima ignoratur.*

n *Scriptum apud nos & impreſſum apud Vghellum erat,* S. Gregorium: *ſed* Georgium *legi debere patet ex verbis hujus ipſius Vitæ in lectiones diſtributæ, itemque ex re ipſa. Colitur enim S. Severi corpus in eccleſia nunc S. Georgii Majoris dicta. Credibile eſt autem hoc oratorium, eccleſiæ à S. Severo conditæ poſtea acceſſiſſe; adeo ut audiri non mereantur, qui Conſtantinum magnum auctorem fingunt.*

o *Refutat Caracciolus eos, qui hanc eſſe eam putant, quæ ex voluntate Caroli Regis, à filia ejus Ioanna Regina, ſub caſtro S. Eraſmi in monte ædificata eſt Carthuſianis: & oſtendit, Severum ædificaſſe eo loco ubi nunc vocatur* Grotta S. Martini; *eſtque eccleſia etiamnunc ejuſdem nominis, ſed formæ & amplitudinis multo minoris quam prior fuerit.*

p *De* S. Potito, *Martyre Calaritano, egimus* 13 *Ianuarii quo colitur. Fuit ibi Sanctimonialium cœnobium: quæ deinde gratificaturæ Camillo Caracillio Principi Avellino, cujus palatio officiebat habitatio ſua, ex indulto Pauli* V *vendiderunt locum, ſeque ad alium ſalubriorem tranſtulerunt, unaque, ut credo, titulum S. Potiti, ædificata alibi cum monaſterio eccleſia: ubi S. Severum coli* XVI *Martii ad eum diem inter Prætermiſſos diximus.*

C q *Quæ ſequebantur hoc principio,* Fuit autem temporibus Silveſtri Papæ & Conſtantini Imperatoris Auguſti, & perduravit uſque ad Damaſum Papam, tranſiliens Apoſtolicos hos Marcum, Julium, Liberium & Felicem; *legi apud Vghellum poſſunt: cauſa erroris videtur fuiſſe, quod dicerent aliqui tempore Silveſtri allatum Neapolim fuiſſe, corpus S. Ianuarii, & aliunde conſtaret eam rem ad S. Severi Epiſcopatum pertinere. Quæ autem de Silveſtro ac ſucceſſoribus jam nominatis ſequuntur, ea in Catalogis Pontificum, unde accepta ſunt, melius & accuratius invenientur. Vereor porro ne hæc lacinia, cui* 46 *anni Epiſcopatus Severiani innectuntur, una cum præfatione ei reſpondente, ac pariter à nobis omiſſa, ejuſdem ſint longeque poſterioris auctoris.*

r *Vghellus exiſtimat, quatuor ſolum annos rexiſſe Vrſum.*

f S. Agrippinus, Epiſcopus Neapolitanus V, *colitur 9 Novembris.*

t *Habes hic veram etymologiam nominis* Collectæ, *ſubſtantive accepti; apparet enim ſic dici, quod cum Officio divino legatur, occaſioni, feſto, vel tempori propria.*

u *Græcis τὸ* Λυχνικὸν *id eſt,* Lucernarium, *reſpondet Romani Ritus* Completorio; *nomen habens à lampadibus, in noctem accendi ſolitis. Cur autem* Lucernarium *potius quam* Completorium *nominat? Quia nempe civitas ab origine Græca, & Græcorum imperio uſque ad tempora Normanorum ſubjecta, Græcis ritibus utebatur & officiis, ſimul tamen & Latinis, ſaltem tempore S. Athanaſii Epiſcopi ſeculo* 9, *nam Vitæ coævus auctor inter ceteras Neapolis laudes hoc ponit, quod in ea* laici ſimul cum Clericis aſſiduo Græce Latineque, communi prece pſallant Deo, debitumque perſolvunt jugiter officium, *Qua de re plura vide apud Chiocarellum in S. Athanaſio: cui tamen non aſſentieris inde elicienti, duos Neapoli fuiſſe Epiſcopos, alterum pro Græcis, alterum pro Latinis. Hujus enim duplicitatis nec veſtigium quidem uſpiam invenitur. Satis autem eſt ſi unius ritus Epiſcopus alterius ritus Vicarium habuerit: quamvis nec hoc videatur pro anterioribus ſeculis dicendum: quia verba Vitæ allata potius indicant ex utroque ritu & lingua commune officium ſic ordinatum fuiſſe, ut ejus partem Latini Latine, Græci Græce decantarent, Officians vero modo Græce modo Latine hoc aut illud incipiendo intonaret, aut finiendo ſubjungeret.* D

MIRACVLA

Ex iiſdem Mss. auctore miraculis ſynchrono.

9 HOrtaris me *a* Capuane virorum ſagaciſſime, pietatis meritum, quod ſumma tibi divinitas, per ſuos ſanctos milites, noſtris temporibus, Georgium ſcilicet Martyrem Severumque Pontificem atque Agnellum *b* Confeſſorem, largiri in ipſo mortis articulo eſt dignata, ſcribere; quatenus poſteris memoriam, & legentibus bonæ præparemus ſpei fiduciam. Confiteor nimium hoc aggredi abhorrui, partim propter inſcitiam, jaculorumque invidiam; partim propter Dei ſervos, & eruditiſſimos veſtræ urbis viros, quibus eſt cæleſte noſſe collatum ſecretum, quorum ſcientiæ vigor velut in orbe lumen refulget. Sed tua, utpote amici, ne obſecratio languida remaneret, elegi magis aliis quam tibi uni, diſplicere: ut amor amplius accreſceret, & veritas roboraretur. Et quia tales meruiſti adjutores, quos non tua urbs tantum in terris poſita habere gaudet Patronos, verum cæleſtis etiam aula ſanctis cum Angelis retinet perpetuos concives; dignum eſt tibi tuiſque omnibus complicibus, eorum ſalubres laudes ſedulo ore perſtrepere: ut quemadmodum temporalis vitæ tribuêre ſolatia, ita impartiri æternæ ſtudeant gaudia. Nam quamvis continua nos peccata præpediant, ne Dei recipiamus miſericordiam; tamen non effœtos nos abire finit ejus clementia: ſed nunc, ut mater ubera filiis commodat, nunc abſtractis ne ſugantur obnubilat: ut quos parumper linquit ut abjectos, poſſit habere perfectos. Sed quia hæc alias, modo eam, quam in te Deus operari dignatus eſt benevolentiam, ut hauſi auribus à te, exponere aggrediar. E F

a *Capuanus Miles.*

10 Tempore, quo Henricus Theutonicorum Rex, Conradi filius, Romam, ut Imperii coronam ab Apoſtolica Sede ſumeret *c* advenit, Joannes, Neapolitanorum Magiſter militum & Campaniæ Dux, cum ſuo exercitu ad Puteolos applicuit; ibique defixis tentoriis, machinamentis quibus valuit [urbem] expugnare niſus eſt. Dum hæc ſæpius fierent, accidit ut die quadam Capuanus, quem in *d* proœmio poſuimus, inter pugnantium agmina fortis aſtaret: quem quidam ex oppidanis ſagitta appetens, graviter vulneravit. Hunc ſodales deportantes in tentorio collocavere; &, ut ſagittam abſtraherent, inſiſtere cœperunt. Qui cum multis argumentis deſudarent, lignum, in quo ſpiculum adhæſerat, abſtulere, ferrum vero intus reliquêre. Nam ferri acies per extremitatem cilii, quæ oculorum angulos detinet, ingreſſa, ita interius temporis oſſiumque loca confodit, ut nullum relinqueret aditum reperiendi quomodo poſſit auferri. Deinde inito concilio ad urbem propriam vehiculo reductus eſt. Ibique multis adactis medicaminibus, nullum ſoſpitatis attulere præſidium: ſed & ferro

c *ante Puteolos ſagitta ladûntur,*

d *quæ educitur remanente ferro intra caput.*

A ferro in altum ſecari juſſus, ſagittæ latentis via nulla ratione oſtenſa eſt. Quid ageret miſer, quo ſe verteret, neſciebat: quia quem medicorum certamina fallebant, mortis ſupplicia deterrebant. Tandem potius divino conſilio, omiſſis humanis certaminibus, Sanctorum cœpit poſtulare ſuffragia; ut quod terreni non poſſent commodare phyſici, cæleſtis regni proceres more condonarent ſolito, dicente Domino:

His deſperatis humanis remediis,

Luc.18,27 Quia quæ apud homines impoſſibilia ſunt, poſſibilia ſunt apud Deum. Quid multa? ad baſilicam ſanctiſſimi *e* Agnelli deductus, quibus valebat precibus rogitabat, ut ſicut multis per orbem languidis ſubveniſſet, ita & ſibi in mortis certamine poſito ſubveniret. Aliquantis ibi diebus expletis, domum reverſus eſt. Item S. Georgii templum ingrediens, beatiſſimi Severi depoſcebat auxilium; & Sanctos, quos pictos *f* in ſancta aula conſpexerat, obſecrabat: deinde valedicens omnibus, domum revertitur, diemque præſtolabatur extremum. Tandem affuit ſolita pietas Domini, ſecundum quod ſcriptum eſt: Quis Deus magnus ſicut

c

f

S. Severi ope implorata,

Tob.13,2 Deus noſter? quoniam tu caſtigas & ſalvas, deducis ad inferos, & reducis, & poſt lacrymationem & fletum exultationem inducis. Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum, qui cum iratus fueris, miſericordiam facis. Sed libet modo nobis Capuanum parumper provocare ad exorandum Dominum, qui dixit:

B

Luc.11,10 Omnis qui petit accipit, & qui quærit invenit, & pulſanti aperietur. Eia Capuane amice cariſſime, incipe modo cum Propheta dicere: Exurge, quare obdormis, Domine? exurge, & ne repellas nos in finem.

Pſ.43,23 Quare faciem tuam avertis? obliviſceris inopiam noſtram & tribulationem noſtram? Quoniam humiliata eſt in pulvere anima noſtra, adhæſit in terra venter noſter. Exurge, Domine adjuva nos, & libera nos propter nomen tuum. Certo certius adhæſit ille, qui ſuos ad te milites dirigat, per quos & tibi vitæ auxilium præbeat, & mortis obſtaculum longius ambigat.

ab eodem ſibi apparente animatus,

11 Dum quadam nocte prædictus Capuanus ſomno quieſceret; ecce tres viri apparuerunt ei, veſtibus diſſimiles, ſed moribus pares. Primus Pontificali habitu decorus, ſecundus monaſtico ſchemate redactus, tertius militari *g* cingulo preſſus: ut etiam à Capuano is æſtimaretur, qui eum in prælio percuſſerat: quem contemplatus condoluit; putabat enim cauſa eum cognationis adveniſſe interius. Ad quem duo ſuperiores talia famina dedere: Ne æſtimes, Capuane, hunc eſſe militem, te qui percuſſit telo; ſed Martyrem eſſe Georgium, qui tibi ſanitatis præſens gaudia

g

C pandit, & nullum de hac clade ab hac hora periculum ſuſtinebis. Interea propriis ſeſe indicavere nominibus, Agnellus ſcilicet, & Severus; & ejus ab aſpectu ſe protinus abſtulerunt. Expergefactus homo à ſomno, cœpit ſecum cogitare, & mente conquirere quæ vidiſſet. Et cum multa pertractando revolveret, elevata manu ſagittæ ingreſſum tetigit, & quaſi aliquam ferri aſpredinem ſenſit. Tunc advocato filio, ait: Surge & celerius mihi affer lumen. Quo facto, exclamans filius ait: Ne timeas, pater, quia ſagitta eſt, & ſi dimittis me paululum incidere, ſtatim abſtraham eam. Cui pater: Suſtine fili: prius ingrediamur ſanctiſſimi Georgii templum; & audito Matutinali officio, altare quo corpus beatiſſimi Severi latitat repetamus, & ibi aſtantibus Clericis & orantibus, quid Dominus facturus ſit videamus. Dum dicta opere eſſent expleta,

convaleſcit lapſa ex vulnere ferri ſuſpida,

miſſa manu Capuanus, ut vulneris locum tangeret, illico ſecuta ſagitta in manum cecidit ante altare ſacrum. Cernentes omnes qui aderant tam ſublime miraculum, magnas laudes Deo dedere, qui mundo in malo poſito non ceſſat adhuc per ſuos Sanctos talia dona præbere. Statim Capuanus, ut eorum mens plus roboraretur miraculo, quid illi ea nocte oſtenſum eſſet, quidve pronuntiatum, in medium protulit. Præ-

terea hoc fuit mirabile ſentiendum, quia caput, in ſecretiori percuſſum parte tam diro vulnere, egrediente ſagitta, ita conſolidatum eſt, ut nullius humanæ caperet medicinæ ſolatium. Dicente Beda de ſocru Simonis curata à Domino, Naturale eſt febricitantibus, incipiente ſanitate laſſeſſere, & ægrotationis ſentire moleſtiam. Verum ſanitas, quæ Domini confertur imperio ſimul tota rediit: cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Sed neque hoc prætereundum eſſe videtur, quod temporibus Sergii & Joannis, Magiſtri militum urbis *h* Parthenopæ, Dominus per famulum ſuum Severum operari dignatus eſt: ut dum fama Sanctorum ejus paſſim per mundum ſe fuderit, obcæcatorum corda facilius invitentur, & mentes fidelium ad agonizandum amplius accendantur.

EX MS.

h

12 Fuit quidam vir, Petrus nomine, natione Græcus, cognomento Volicaci, de Amantea *i* civitate Calabriæ. Hic in prædicta urbe Parthenope incolatum habebat, juxta magnam baſilicam ſanctiſſimi Georgii Martyris & Severi Chriſti Confeſſoris. Qui ſecundum ſuæ poſſibilitatis ſubſtantiam præbebat Deo in prædicta baſilica fideliter munera, preceſque fundebat aſſiduas: nam & altare, quo ejus venerandæ Reliquiæ recubant, undique velo circumiens obtexit, luminaria vero ſæpiſſime offerebat. Sed inimicus boni operis, non recto intuitu cernens quæ iſdem Petrus circa Domini famulum exhibebat ardenti animo, ſoliras ſuas ad artes refugit; quatenus mente ejus amaritudinum ſtimulis incitata, non jam Deo orationes & luminaria, ſed querelas & jurgia propinaret. Sic quondam Salvatoris diſcipulum, ejus illiciendo animum, fefellit: ut de cliente traditorem faceret, & pellentem dæmonia ſatanæ laqueo implicaret. Sed miſer, quamvis multos tali arte decipere non deſiſtat, tamen & ipſe à multis, protegente Domino Jeſu, invenitur ſæpe turpiter ſpretus & victus. Nam filiam ejus parvulam, Urſam nomine, ita immenſis doloribus contraxit, ut nec manum ad os ducere nec extendere alia ratione valeret. Quam genitor conſpiciens, perfuſus lacrymis animoque conſternatus, propriis eam bajulans ulnis, ſimulque cum olei vaſculo pleno, collo illius ſuſpenſo, cucurrit ad ſacratiſſimum altare, quo ejus corpus quieſcit; atque ibi cum ea projectus, lacrymas devotiſſime fudit, & tali voce Dñm Regem poſcebat:

i

pater filiâ contractam ad S. Severi ſepulchrum defert;

E

& oratione fuſa,

Tu Deus omnipotens, qui culmina cælica tangis,
Et numeris elementa ligas: ut frigora flammis,
Arida conveniant liquidis, ne purior ignis
Evolet, aut merſas deducant pondera terras.
Qui requies tranquilla piis es, gloria feſſis;
Reſpice dicta mea, cunctum qui reſpicis orbem:
Et miſerere mei, ne preſſus pondere gravi,
Hanc perdam prolem, quam peſtis ſæva revinxit.
At tu Sancte Dei Præſul, venerande Severe,
Qui pietate micas, qui mortis vincula ſolvis;
Vulnera cerne mea, quæ duriter enſis adurit
Ignifer, ut laudes poſſim tibi reddere ſummas
Et Domino, cujus tu ſervus adeſſe probaris;
Qui tibi conceſſit vitam donare *k* famellis,
Qui tua munera ſancta petunt per ſecula ſemper.

F

k

13 Talia vir præfatus cum in pavimento jacens, ore repeteret; miſericors Dominus, qui precantium numquam abjicit preces, nec mundo corde ſe invocantes deſtituit; ſtatim per merita ſui famuli adfuit, neque prius præfatus vir à pavimento ſublatus eſt, quam ei filia ſanitati pleniſſimæ ſit reddita: & quæ contracta manibus brachiiſque ad ejus fuerat advecta tumulum, ſine omni mora proprio eſt patri extenſa, & ab omni languore abſoluta reddita. *l*

ſanitatem eidem impetrat.

l

ANNOTATA.

a Capuana *familia, inter Neapolitanas nobilis & perantiqua eſt, & plurium ex ea illuſtrium perſonarum meminit*

A Eugenius Caracciolus *in ſua Neapoli ſacra : quia tamen nullum nomen præponitur, inclinor, ut, ſicut* Latinus, Romanus *&c. etiam propriorum nominum vice uſurpantur, ſic credam uſurpari hic nomen* Capuani. *Sed hoc melius Neapolitani dijudicabunt ex domi natis argumentis.*

b *Colitur S. Agnellus Abbas* 14 *Decembris, defunctus ſub finem ſeculi* 6.

c *Advenit Romam Henricus, coronandus Imperator, anno* 1046.

d *MSS. & impreſſum* in prælio : *ſed viſum eſt correctione opus, ut legatur* in procœmio : *niſi inalit aliquis novo exemplo legere,* in præliminio, *ſicut dicitur,* Poſtliminio.

e *Ea ab ipſis* S. Agnelli *parentibus è parvo ſacello in auguſtam extenſa menſuram, primum hoſpitali ad eam erecto per ipſum Sanctum, deinde ipſius corpore facta auguſtior, denique ad Canonicos Regulares tranſlata, ſub iiſdem hodie perſeverat.*

f *Ita legit Vghellus. In noſtro ecgrapho erat,* piccatos, *& forte magis ad mentem ſcriptoris, quamvis minus Latine ; nam* piccare *Italis figere eſt, unde etiam in Hetruſca lingua uſitatum & elegans compoſitum,* appiccare *&* impiccare *affigere, ſuſpendere, adhærere : quæ proprie dici poſſunt de picturis, non in pariete factis, ſed ad eum affixis aut appenſis.*

B g *Erat hic S. Georgius, in habitu militari pingi ſolitus, ut mox dicitur.*

h Parthenopen *dici* Neapolim *pridem ex Vigilio notum eſt.*

i Amanthea *ſub Arc iepiſcopo Conſentino, ad mare ſuperum, de qua ſæpius ad Acta S. Franciſci Paulani* 2 *Aprilis.* D

k Famellus *dicitur, quaſi diminutivum à voce,* famulus.

l *Sequebatur iterum primum miraculum de milite, expreſſum verſibus : qui poterunt legi apud Vghellum tomo* 6 *Col.* 58. *Auctor tertio diſticho ſic præfatur*

Eſt nobis votum ſeriatim condere totum,
Quod cuidam cano contigit archiatro :

quo videtur indicari Capuanum in quo miraculum contigit, ætate ſenem, profeſſione medicum fuiſſe. Idem deinde auctor diſticho 5 *&* 8.

Urbis dux hujus, dum progreſſus properaſſet
Adverſus Comitem, qui ſibi reſtiterat,...
Et cum jam nimium machinis affligeret illam
Urbeculam parvam, qua Comes intus erat.

Et hic indicatur neſcio quis Comes, Puteolis obſeſſus à Duce Neapolitano. Nominantur autem in publico inſtrumento apud Chioccarellum anno 1033 Sergius & Joannes in Dei nomine eminentiſſimi Conſules & Duces, *& anno* 1134 Dominus Joannes bonæ memoriæ, Conſul & Dux atque Magiſter militum, *qui* inſimul cum Domino Sergio, venerabili Neapolitano Archiepiſcopo, *donationem aliquam fecerit : atque fortaſſis necdum Archiepiſcopus erat, quando miraculum contigit ; ac proinde certo Dux erat Ioannes, & quidem probabiliter ſolus.* E

DE SANCTA MAXENTIA VIDVA TRIDENTI IN ALPIBVS.

CIRCA AN. CCCC

colitur S. Maxentia præcipue Tridenti

Anctam Maxentiam, *trium Sanctorum filiorum matrem, in tutelaribus Divis Eccleſia Tridentina numerat,* XXX *diem Aprilis cultu ritus Duplicis ei ſacrans. Ita habetur in Proprio iſtius Eccleſiæ, juſſu Caroli Cardinalis Madruccii Epiſcopi Tridentini an.* MDCXXVII *excuſo : ex quo Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ elogium ei texit. Inſignis etiam de ea fit mentio in Martyrologio apud Galeſinium his verbis :* In finibus Tridentinorum S. Maxentiæ viduæ. Hæc S. Vigilii Epiſcopi mater, ſingulari pietate & religione ita præluxit, ut miraculis compluribus ejus ſanctitatis laudem Deus teſtatam fieri voluerit. *Tamayus Sanctis Hiſpaniæ eam accenſet, ex Pſeudo-Dextro Cauria urbe Luſitaniæ oriundam aſſerens : patria tamen Romanam fuiſſe initium geminæ Vitæ evincit, quam ſubjicimus : quo & conſpirant Ferrarius, Pyrrhus Pincius in Epiſcopis Tridentinis, & S. Vigilii Acta à Bartholomæo Tridentino quatuor circiter abhinc ſeculis ſcripta : qui de illa ſic loquitur :* Imperantibus Gratiano, Valentiniano ac Magno Theodoſio, matrona quædam nobilis, Maxentia nomine, Romanorum genere præclara, cum filiis ſuis Vigilio, Claudiano & Magoriano, in prædictam civitatem Tridentum pervenit : *quod circiter annum* CCCLXXXI *contigerit neceſſe eſt, cum iſto tempore dicti Principes una rerum potirentur. Sacras defunctæ exuvias ex Majano pago, in quo obierat, poſt multos annos, Altimannus Tridentinorum Epiſcopus Tridentum in baſilicam S. Vigilii tranſtulit, erecta illi ara, anno, ut ex Pyrrho colligere licet, intra* MCXVII *&* MCXXX *aliquo. Eumdem Altimannum Vitam ejus ſcripſiſſe ait Galeſinius in notis ad Martyrologium ſuum. Geminam nos, ſed admodum brevem damus : ea, quam ex Codice Vaticano deſcripſimus, hujuſmodi eſt.*

non Hiſpana origine ſed Romana C

nobili loco nata

2 Maxentia, Romæ illuſtri genere orta, proprio partu clarior, virtutibus clariſſima fuit : nam quæ ſatis lingua aut pagina ſanctitatem illius, prudentiam, continentiam, fortitudinem explicabit ? Viri deſtituta præſidio, domum ſenili gravitate rexit, viduitatem pertinaci caſtitatis propoſito exegit, natorum optimam indolem in timore Dei & Chriſtiana pietate educavit. Iidem ut inſtruerentur diſciplinis honeſtis curavit diligentiſſime : ſoli Chriſto, quem tota mente acceperat, operibus miſericordiæ & fuga omnis inquinamenti, placere ſtuduit. Non illam ſexus imbecillitas, non patriæ dulcedo, non longinquitas viarum detinuit, quo minus cariſſimos filios Vigilium, Claudianum & Majorianum, ad propagandam Chriſtianam religionem proficiſcentes, Tridentinas uſque in Alpes ſequeretur. Ut vero S. Vigilius illic propter ſingulares virtutes factus eſt Epiſcopus, atque ad excolendam atque amplificandam vineam Domini mirabili conſtantia & ardore incubuit ; ipſa, quo minori impedimento ſerviret Deo, mundum, cujus quidem dona fallacia nihili ſemper fecerat, tunc maxime contempſit, ſeceſſitque in pagum, cui Majano nomen eſt, non longe à lacu Toblino ſitum. Ibi conſtructa ſibi domo, reliquum vitæ tempus jejunio, orationibus & omni caritatis officio cum traduxiſſet Beata mulier ; præter hæc clara etiam miraculis, pridie Kal. Maji cæleſtem in patriam vocata eſt. In eo loco fideles condidere ſacellum, quod ejus nomen retinet uſque hodie. Ibi ſanctum corpus ejus ſepultum eſt, & longo tempore quievit ; donec Altimannus Tridentinorum Epiſcopus, cum baſilicam glorioſi Martyris Vigilii vetuſtate conſumptam reſtauraret, tranſlatum illuc recondidit in crypta ſub altari, quod etiam eidem S. Maxentiæ dedicavit, ad laudem & gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

cum filiis Tridentum migrat

inde, S. Vigilio filio Epiſcopo illic conſtituto, in proximos agros, F

ubi miraculis clara moritur.

3 *Vita ex Codice Bodecenſi deſcripta ita habet :* B. Maxentia fuit Joviniani temporibus & Valentini primi Imperatorũ, præclaro Romanorũ genere edita, & ſicut nominis ſui teſtatur conſonantia, à Maxentio, quẽ paulo ante prædictos, prætoriani milites Imperatorẽ fecerãt, Maxentia videtur denominata. Hęc tamen Maxentia, dicti Maxentii ſacrilegos ritus abhorrens, ortho-

Roma nata

A orthodoxæ fidei cultum ferventiſſime tenebat; & ingenuo viro ejuſdem fidei copulata, religioſe Domino ſerviebat. Volens igitur futurorum prælcius Deus, hanc in vite, ex qua tres propagines pullulaverunt, præſignatam oſtendere, tres ex ea filios, Magorianum videlicet, Claudianum & Vigilium voluit propagari: cum quibus à Roma, mundi capite, vertice Italiæ, in civitatem Tridentinam, ejuſdem Italiæ principium, voluntate Principum ſe & Dei voluntate declinavit; ut & montes in circuitu ejus & Dominus in circuitu populi ſui ex hoc nunc & uſque in ſeculum. In hac civitate ſeptemdecim Epiſcopi vexillum fidei jam erexerant. Sed & Vigilius, hujus B. Maxentiæ filius, ſanctitate & gratia miraculorum inſignis, vix completis viginti annorum curriculis, Cleri & populi deſiderabili electione Pontifex efficitur. Qui poſtquam non ſolum ſuam diœceſim, verumetiam ex Veronenſi & Brixienſi populo plurimos convertiſſet; in valle Randena comminuto Saturni ſimulacro, lapidibus obrutus, migravit ad Chriſtum. Fratres vero ejus Claudianus & Magorianus, ibidem præſentes, ictibus quidem lapidum conquaſſati, ſed non conſummati, cum cordis martyrio Confeſſorum gloriam in cælis poſſederunt. Felix autem horum mater Maxentia, in pago qui dicitur Majanum, juxta lacum Toblini, ſibi condens habitaculum, Deo in omnibus bonis operibus ſerviebat, virtutibus etiam & miraculis clara, pridie kalend. Maji in Dei magnificentiam Maxentia tranſivit: ubi cum Beatis filiis ſuis filium Dei in decore ſuo cernit. Fideles autem in eodem pago eccleſiam conſtruentes, ſanctum corpus Maxentiæ inibi ſepelierunt. Ubi uſque ad tempora Venerabilis Altimanni, prædictæ urbis Epiſcopi, requievit; qui eccleſiam glorioſi Martyris Vigilii, nimia vetuſtate conſumptam, renovavit; & dignum arbitrans corpore matris eccleſiam decorare filii, cum minori quam deceret reverentia in pago prædicto haberetur, Tridentum illud tranſtulit: & in crypta eccleſiæ, in ara occidentali, honorifice ac devote ſepelivit.

Tridentum profecta — *S. Vigilio pro fide interempto,* — B *in Tridentino agro ſancte vivens moritur,*

D *corpus Tridentum ſi- tranſfertur,*

4 *Pyrrhus Pincius præitatus de hac tranſlatione ſic habet:* Altemannus, ex Comitibus (illud enim eſt noſtris diebus dignitatis nomen) Bavariæ oriundus, adminiſtrationem capit: qui ea perlibenter amplexus eſt, quæ ad eccleſiæ ornamentum & utilitatem attinerent, templum refecit ac conſecravit; Vigilii, Siſinnii, Martyrii, Alexandri, & aliorum Sanctorum reliquias honorificentius collocavit .... B. Maxentiæ corpus ex Maiano, apud lacum Toblini vico, in urbem transferendum curavit, quod civitati accidit optatiſſimum: quo ut religioſius adiretur, ejus nomini aram poſuit ſub opere teſtudineo, quam Tridentini Græcos imitati eleganti nomine cryptam vocant .... cum vero ex ſanctiſſimo Hieroſolymæ ſepulcro rediiſſet... VI kal. Apriles feliciſſime expiravit, ad MCXXX ſalutis noſtræ annum. *Lacus Toblini* 12 p. m. *diſtat Tridento Occidentem verſus, & ad ejus Boreale latus, notatur in mappis vicus* S. Maſenzo *ſcriptus: crediderim* S. Maſenza *ſcribendum, & ipſum eſſe vicum Maianū, à* S. Maxentiæ *antiquo cultu vulgarius nomen retinentem.* — *ab Altmanno Ep. ante annum* 1130.

E

5 *Molanus in ſecunda ſui Martyrologii editione, anno* 1583 *Duaci facta, die* XXX *Martii, collocat* Natalem S. Maxentiæ viduæ matris S. Vigilii. *Quo auctore id factum neſcio, & ſcio eſſe præter uſum Tridentinæ eccleſiæ: ſequuntur interim Caniſius, Ferrarius & alii plures, ut inter Prætermiſſos ibi dictum eſt.* — *etiam 30. Martii adſcribitur.*

DE SANCTA HOYLDE,

VIRGINE DEO DEVOTA TRECIS IN CAMPANIA. D. P.

SECULO V. EX *iis quæ ad Acta S.* Puſinnæ, XXIII *die hujus menſis data, præfati ſumus,* S. Hoyldem, *cujus illa ſoror fuit, ad ſeculum à Chriſto nato quintum referendam eſſe conſtat. In quibus & alio nomine* Othildis, *& in antiquo MS. Catalaunenſi S. Stephani* Hourdis *appellatur. Ex affinitate nominis atque hiſtoriæ eadem cum illa videri poſſet, quam Albericus ad annum* CCCXXXII Hildam *vocat:* Obiit, *inquit,* S. Helena mater Conſtantini: hujus diſcipula fuit S. Hilda puella, quæ requieſcit in Epiſcopatu Trecenſi: *& ad annum* DCCCCLXIII *de Henrico Palatino Campaniæ Comite agens:* Non eſt à memoria excidendum, quod cum ipſe Princeps in viſione vidiſſet, ſe in puteum quemdam cecidiſſe, & per quamdam Virginem, nomine Hildam, ſe à periculo liberari; quæſivit diligenter, quæ eſſet S. Hilda: nec deſitit, donec corpus ejuſdem Sanctæ, per quemdam armigerum nobilem inventum, corio cervino diligenter inſutum, Trecis tranſtulit; & non in auro & argento, ſed in vaſe eburneo collocavit, in prædicta quam fundaverat S. Stephani eccleſia. Fuit hæc S. Hilda Helenæ Conſtantini matris ancilla. *Hæc ille, in eo ſane aberrans, quod in ſchola illam & famulatu fuiſſe S. Helenæ Imperatricis dicat, cum utriuſque inter ætatem integrum etiam ſeculum decurrerit.*

eadem videtur eſſe cum S. *Hilda,* — C — *non tamen ancilla* S. *Helenæ.*

2 *Fortaſsis Alberici ætate, id eſt ſeculo* XIII *ad mediatatem provecto, cum Trecis haberentur corpora* SS. Helenæ & Hoildis, *& utriuſque genus ac patria minus notum eſſet, Vitis necdum ſcriptis; opinio vulgaris fuerit utrumque corpus ſimul ex Oriente advectum fuiſſe: poſtea autem, cum cœpit conſtare unde & quæ eſſet S.* Hoildis, *cœptum eſt etiam de S. Helena quæri; & quia nihil certi reperiebatur, data eſt occaſio fingendi Acta, qualia ad* IV *Maji examinabimus, & ut fabuloſa rejiciemus, contenti habere cultum per miracula comprobatum: in medio autem relicturi, utrum Conſtantinopoli advectum ſit corpus, an vero Francigenæ fuerit Sancta, ſed defectu antiquorum monumentorum tandem ignorata. Vtrique ad annum* MDXXX *imputatur à Deſ-Guerrois, in libro Gallico qui Sanctitas Chriſtiana Trecenſium inſcribitur, conſopitum incendium, quo* IV *Maji conflagrarunt ultra ſexaginta ædes; & ne longius progrederentur voraces flammæ effectum creditur, objecto ſacrorum ferculorum ex eccleſiis SS. Petri & Stephani à Clero eductorum.*

cœnobium ei ſacrum, — F

3 *Porro Hoildis antequam à S. Alpino Epiſcopo Catalaunenſi ſacrum ſanctimonialium velamen acciperet, cum reliquis ſororibus ſub diſciplina Eugenii cujuſdam Presbyteri fuit, qui in Vita alterius ſororis S. Lutrudis,* XXII *Septembris danda, apud Surium nomen Sancti obtinet. Corpus ab Henrico Campaniæ Comite Trecas, ut modo ex Alberico dicebamus, tranſlatum, in eccleſia S. Stephani conditum fuit. Deſ-Guerrois in Hiſtoria Eccleſiæ Trecenſis anno* MCLIX *contigiſſe id aſſerit, ſub Alexandro videlicet Papa III, Henrico LVII Epiſcopo Trecenſi, & Ludovico juniore Rege Franciæ, ex vetuſto Ms. Fratrum Minorum Ianivillenſium: quod ſane eſt admodum veroſimile, cum Henricus Comes dotaverit eccleſiam S. Stephani à ſe fundatam anno* MCLVII: *ante quem alius nullus Henricus Campaniæ Comes notus eſt.*

4 *In Ducatu Barrenſi, ſecundo à Tullenſi urbe milliario, Ciſtercienſium Virginum monaſterium eſt vulgo* S. Houl *hoc eſt* S. Hoyldis *nomine inſignitum, & ipſius Sanctæ Virginis brachio ditatum: ex cujus Ms. Codice Vitam quæ in Lectiones digeſta erat, damus acceptam Trecis, ubi compoſitam fuiſſe apparet ex miraculis, quæ ibi facta narrantur, fortaſsis ſeculo* XIV. *Nihilo minora, ſed magna & frequentia oportet claruiſſe in prædicto monaſterio, quæ concurſum peregrinorum tantum fecerunt, ut antiquato primæ inſtitu-* — *Vita MS.*

EX MS. *tionis nomine, non aliter vulgo quam à Sancta nominaretur. Sed hæc ſcriptorum defectu exciderunt à memoria. Mentio S. Hoildis habetur in faſtis aliquibus monaſticis ad hunc* XXX *Aprilis. In Kalendario Dorganii his verbis* : Inventio & tranſlatio S. Hoyldæ Virginis. *In Divionenſi:* Oildis virgo Monialis in Gallia. *In Menologio Chryſoſtomi Henriquez*, Item in Gallia B. Oildis virgo, quæ ſeculo renuntians, & Ordini Ciſtercienſi ſe tradens, Chriſto Virginum Sponſo mentis puritate & caritatis amplexu firmiter adhæſit, ad quem virtutibus & ſignis illuſtris migravit. *Similia habet Sauſſayus ; ſed per manifeſtum errorem ultimo die Martii : quem errorem non correxerunt Bucelinus in Menologio Benedictino, Arturus in Gynæceo ſacro, Labierius in Menologio Virginum. Refertur eadem inter flores Eccleſiæ Leodienſis, ſed abſque titulo* Beatæ *& nota alicujus diei, inter eos quorum ignoratur Natalis. Mirandum porro eſt S. Hoyldem ab omnibus his ſcriptoribus Ciſtercienſium Ordini tribui qui ortum ſuum ſeculo primum undecimo habuit, S. Hoylde ad quintum pertinente : fuit enim S. Alpinus S. Lupi Trecenſis diſcipulus, & eo præſidebat tempore quo in Catalaunicis campis victus Attila Rex Hunnorum, campo Galliaque exceßit anno* DLI. *Illius & ceterarum ſororum vitam Latinis verſibus complexus dicitur apud des Guerrois, quidam Gervaſius Amœnus Drucenſis, poſt librum cui nomen Camelius ; nonus hic Trecenſium Epiſcopus fuit & Sanctas Virgines obiiſſe ſub ejus Pontificatu verosimile fit. Nos Poëtam iſtum necdum vidimus, ſuſpicamur tamen eum ad ſeculum* XVI *ſpectare.*

memoria in Mrolgio.

ætas ex S. Alpini ætate definienda.

B

VITA

Ex Codice MS. Cœnobii S. Hoyldis

B. Hoyldis nobiles natales

1 BEata virgo Hoyldis, ut in geſtis ejus ſcribitur, ex illuſtri proſapia fuit progenita multum nobiliter ; ſed moribus virtuoſis, qui nobilitant animum, in progreſſu laudabili vitæ ſuæ, fuit ſatis nobilius inſignita. Pater ejus proprio nomine Signarus, nobilis genere, fide nobilior, operibusque virtutum laudabilior, Comes fuit *b* Partenſis: habuit uxorem, à Domino ſibi datam, venerabilem Dominam nomine *c* Lentradem, non minus nobilem ſuo modo tam genere quam virtuoſo opere. Itaque cum ambo juſti ſine querela pariter ante Deum incederent in divinæ legis juſtificationibus & præceptis, conſequenter dedit eis dator omnium bonorum largam benedictionem de ſuis donis & datis : nam ſuam prolem nobilem genuerunt divina gratia concedente, ſeptemque pulchras plurimum & ſacras filias habuerunt ; quarum prima fuiſſe legitur S. *d* Ama, ſanctæque vixiſſe : de intermediis fuit Beata *e* Hoyldis ; minor vero fuit *f* S. Manehildis ; fueruntque parentes earum adhibita cura ſoliciti, debite ipſas tam corporaliter enutriri, quam moraliter & liberaliter inſtrui. Creſcentes itaque bonæ puellulæ ſimul moraliter & corporaliter, per parentes & alios inſtructores doctrina diſciplinaque virtutum eruditæ, debito tempore competenter factæ ſunt non immerito complacentes tam Deo quam hominibus, non fatuæ virgines, ſed prudentes : ætatem quippe moribus tranſcendentes.

b

c

C

d

ſorores ejus S. Ama & S. Manehildis

e f

quibuſcum virginitatē vovet

2. Factum eſt ulterius, cum jam eſſent illuſtratæ gratia Spiritus ſancti, perpendentes infallibiliter ſigno certo, quod in maligno totus mundus poſitus eſſet, ſpretis mundi concupiſcentiis nuptiisque carnalibus, Chriſto ſoli nubere, fideliterque ſervire, virginitatem ſervando, ſimul omnes conformiter prælegerunt firmiter & voverunt. Tunc temporis B. Alpinus Cathalaunenſis Epiſcopus eccleſias ſuæ diœceſis viſitando pervenit ad villam, quæ *g* Perta vocatur ; in qua ſeptem prædictas ſorores virgines, à parentibus oblatas, ex devotione magna ſanctimoniales fecit, conſecravit & velavit, earum præquiſito confeſſoque concorditer & devote voluntario conſenſu. Tandem informavit eas de bono virginitatis, ſuisque parentibus recommendavit recedens, ut ſcilicet ipſas de cetero non ſicut ſuas regerent, ſed tamquam Dei filias honorarent, ampliusque diligerent. Ex tunc ſecundum Regulam B. Alpini ſeptem virgines ſorores, maximè tres ſupradictæ, Beatæ ſcilicet Ama ; Hoyldis & Manehildis, ſicut bonæ Moniales converſantes virtuoſe, in facta virginitate viventes laudabiliter : more ſanctarum Virginum ferventes amore Chriſti, uſque ad vitæ terminum proficientes in bono, ad Dominum migraverunt.

D

& ſub B. Alpino Epiſcop. Cathalaunenſi velum ſuſcipit.

g

quo in ſtatu ſancte vivit & moritur.

3. Poſt hæc per annos plurimos Comes Campaniæ nomine Henricus vir illuſtriſſimus & optimus Princeps, ſumme Catholicus & devotus Deo, cum in viſione ſemel habuiſſet de quadam Sancta Virgine nomine Hoylde, viſumque fuiſſet ſibi, quod in quemdam profundum puteum cecidiſſet, ſed ſancta Hoyldis eum ab hoc periculo ſua interceſſione liberaſſet ; fecit inquiri diligenter, quæ, qualis, unde vel ubi ſancta Hoyldis fuiſſet ; inventumque corpus ipſius Beatæ Virginis honorifice tranſtulit *h* ad eccleſiam, quam ipſe Trecis ædificaverat ad honorem B. Protomartyris Stephani, multis miraculis factis in tranſlatione ſanctiſſimi corporis ſupradicti. Sequenti tempore brachium à ſanctiſſimo corpore extractum, ad requeſtum *i* illuſtris Dominæ Comitiſſæ Barri, miſſum & tranſlatum repoſitum fuit in monaſterio quarumdam Monialium de Ordine Ciſtercienſium, pro nunc appellato nomine *k* Beatæ Hoyldis.

ab Henrico Comite Campania corpus Trecas transfertur

h i

E

brachium ad cœnobiū S. Hoyldis

k

4. Verum ad Omnipotentis laudem & gloriam, & ſanctitatis Beatæ Hoyldis ampliorem declarationem, quædam miracula non celanda, quæ propter ipſius, ut pie creditur, preces & merita Deo favente noſtris temporibus contigerunt, dignum duxi per fide digna narrata referre, taliter ut poſteris fidelibus innoteſcant. Quadam vice, tempore nimiæ ſiccitatis, quæ fere jam duraverat per tres menſes, cum venerabiles viri, cuſtodes ſacri corporis ſanctæ Hoyldis, Decanus & Canonici S. Stephani Trecenſis, congregato toto collegio, convocatoque populo civitatis, vellent incipere proceſſionem facere, ſicut mos eſt, corpusque B. Hoyldis deferre ; & tunc ſpecialiter devote facerent, ut pluviam opportunam per preces ipſius à Domino facilius impetrarent ; ſtatim facto primo ſigno majoris campanæ pulſatæ, pro primo motu fiendæ proceſſionis, apparuit ſuper campanile quædam nubecula multum alba, tamquam vellus ovile, modicæ quantitatis ; quæ quaſi ſubito modico tempore tantum crevit, quod non ſine videntium admiratione magna, priuſquam poſſent complere proceſſionem inceptam, aquas plurimas redundavit ; fuitque pluvia facta valde grandis, taliter eos occupans, quod non poterant ad eccleſiam ſimul reverti, cunctis ex copia maximæ pluviæ vehementiſſime madefactis. De tam magno miraculo, Dei potentia virtuoſa ſic evidenter percepto gaudentes, deque, recepto beneficio pluviæ copioſæ, glorificaverunt & laudaverunt Deum in ſancta ſua Hoylde, cujus ſuffragiis exauditis à Domino, ſicut credebant firmiter, cælum ſic nubibus fuerat opertum, & terra pluvia mire grandi lavata miraculoſe.

meritis ejus in diuturna ſiccitate pluvia conceditur.

F

5. Vir quidam, ſuperveniente ſibi diutino gravi morbo, totus effectus languidus, debilitatus nimis, ſic quod ire non poterat, nec etiam operari ; cum in vigilia B. Hoyldis feſti ab uxore ſua præmonitus, ſequenti mane feciſſet ſe ad eccleſiam prædicti S. Stephani deportari, factis ibidem per eum corpori S. Hoyldis oblatione, ſupplicationeque devota, cum voto convenienti, pro ſequenti tempore ſatis cito à dicto

quidam à diuturno morbo liberatur.

A dicto morbo curatus, per ſe, ſine baculi vel alterius ſuſtentationis auxilio qualicumque, pedibus ad domum propriam remeavit.

alia ab apoſtemate. 6 Quædam multum honeſta mulier, nupta viro, quæ de novo pepererat, febri continua laboravit graviter, apoſtema groſſum periculoſum habens: propter quod nimirum morti adjudicata, per plures medicos diffidentes de ipſius impoſſibili ſanitate, cum per quemdam Canonicum eccleſiæ S. Stephani præfatæ, fratrem ſuum, præmonita fuiſſet, ut devote votum emitteret B. Hoyldi, cujus feſtum inſtabat de prope, ei ſe commendando; poſt tempus modicum ipſa die per os ſuum emiſit largiter apoſtema, plenarie convaleſcens, divina gratia concedente, glorioſaque virgine Hoylde intercedente. Igitur à cunctis laudetur in Sanctis ſuis Sanctiſſimus Deus omnipotens. Amen.

ANNOTATA

a *In Vita S. Puſinnæ* Sigmarus *ſcribitur, & forte melius.*

B b *Comitatus hic, Cabilonenſi comitatui proximus ad Orientem, incipit à Vitriaco oppido & ad oppidum S. Deſiderii ſecundum Matronam protenditur.*

c *Dicta Vita* Luttrudem *appellat. Eſt qui neget tunc temporis Comites Partenſes fuiſſe, neque ego id velim præfracte tueri; quamvis hic titulus ſub Ludovico Pio tribus & amplius poſt Hoildem ſeculis uſurpatus inveniatur: non enim nobis novum accidit apud auctores recentiores invenire titulos, eo de quo ſcribunt tempore necdum uſitatos.*

d *Ibidem eſt* Ymma: *magis placet* Ama, *quia hoc nomine etiamnum nota eſt in Campania, vulgo* S. Ame *vel* Amée, Ama *vel* Amata: *quæ appellatio in nominibus feminarum per Campaniam frequens eſt; eoque mirandum magis, quod Martyrologium Gallicanum Sauſſaji nuſquam ejus meminerit. Libenter diſcemus diem cultus.*

e S. Hoildis *in dicta S. Puſinnæ Vita numeratur ſecunda; tertia,* Luttrudis; *quarta,* Puſinna; *quinta & ſexta* Francula *&* Libera. *Sed hæc duo nomina paſſim ignota ſunt Campanis ſcriptoribus, ut fatetur des-Guerrois, qui Vitam S. Puſinnæ non viderat, & ad annum* 470 *num.* 12 *de Sanctis hiſce ſororibus agens, fatetur duarum nomina adhuc invenienda ſupereſſe. Non ergo fuerunt cultæ ut Sanctæ, quarum ſic obliterata ſunt nomina. An autem ea vera ſint, quæ ex MSS. Germanicis nobis afferuntur, merito dubitet aliquis: nam* Francula *&* Libera *idem nomen ſunt, Latinum alterum alterum Francicum.*

f S. Manehildis, *in dicta Vita* Magenhildis, *celebri in Campania oppido nomen dedit, & colitur* 14 *Octobris.*

g *Hinc tota regiuncula nomen habet, & tamen ipſa villa* Parta *non nominatur uſpiam à chorographis, des-Guerrois dicit nunc eſſe redactam ad* burgi unius *tenuitatem.*

h *Anno, ut ſupra dictum* 963. E

i Requeſtum *vox Gallica, petitio, ſupplicatio.*

k Monaſterium S. Hoildis *ſolo nomine tenus attingitur à Sanmarthanis, addito quod ſit Tullenſis diœceſeos & lineæ Claravallenſis: quod primum loco nomen fuerit nuſquam invent, adeoque nec annum fundationis licuit indagare, quæ ut ſummum ſeculo* 12 *facta fuiſſe potuit: atque adeo Vita hæc poteſt ſcripta credi ſeculo* 14. *Scripta eſt autem Trecis, unde videtur adjam dictum monaſterium allata.*

DE SANCTO MICHOMERE D.P.

TORNODORI IN CAMPANIA GALLICANA

CIRCA AN CCCCXL

PAtronis *ſuis & Tutelaribus* S. Michomerem *adnumerat* Tornodorum, *oppidum in Campania qua Burgundiæ adjacet, diœceſis Lingonenſis. Inter antiqui cultus monumenta ſacellum illic etiamnum ſupereſt, nunc à* S. *Lupo dictum: quod multis ante ſeculis titulum* S. Michomeris *prætuliſſe, præter conſtantem majorum traditionem, charta tabularii Moliſmenſis docent: in quibus Guilielmus Comes Tornodorenſis* dediſſe inſuper *ſcribitur* Domino Roberto Abbati Moliſmenſi Capellam S. Michomeris, quæ eſt extra caſtrum. *antiqui cultus monumenta Tornodori*

C

2 *Vetus ibidem membranaceum Ms. Miſſale eſt, annis ut apparet abhinc quadringentis exaratum, in cujus medio* Miſſa de Beato Michomere *ſe offert, antiquo & grandiore ceteris charactere conſcripta, Introitum his verbis facientibus:* Juſtus non conturbabitur. *Eodem in libro hujuſmodi habetur Benedictio ad faciendum vinagium pro ægrotantibus, implorata S. Michomeris ope:* Domine Jeſu Chriſte, Rex omnipotens & Creator omnium, qui ad ſalutem tam animæ quam corporis hominum, ſacro-ſanctum Corporis & Sanguinis tui Sacramentum in noviſſima tua cœna cum diſcipulis tuis pridie quam paterēris celebrata conficere & inſtituere, ex ſubſtantia panis & vini, atque conſecrare dignatus es: Concede propitius per invocationem ſanctiſſimi atque excellentiſſimi nominis tui, & per pia merita & interceſſiones glorioſiſſimæ Virginis Mariæ Matris tuæ, nec non Beatorum Lupi Epiſcopi, Marcelli Martyris à Græcia, Micomiris Confeſſoris ab Hibernia, Aquilonica & remota regione, famulorum tuorum, quorum in hoc oratorio habetur memoria, ut omnes qui ex his pane & poculo (quem tu benedi ✠ cere & ſancti ✠ ficare digneris) reverenter guſtaverint, tam animæ quam corporis recipiant ſanitatem. *Miſſa de eo,* *Benedictio*

3 *Vetusquoque lapidea in oratorii faſtigio ſtatua cernitur, S. Michomerem, manu baculum viatorium & capite amplum galerum geſtantem, exprimens, cujus baſi* S. Micomer *inſcriptum: quod nomen quoque in ſacelli ære campano inſculptum legitur his verbis,* Vocor Micomeres, convocans ad Recluſium Dei oratores, anno Domini MDXI, *Sicut autem hic* Recluſium *dicitur, ita vulgo ſacellum appellatur* Saint Loup le Reclus: *quod ſumimus ac ſi diceretur,* S. Lupus Recluſorum. *Atque hæc ex libello gallico Roberti Luyt Canonici Tornodorenſis anno* MDCLVI *excuſo deprompſimus.* *ſtatua,* F

3 *De corpore nihil compertum eſt, ſolum narrat* Robertus, *fuiſſe ab immemorabili tempore in medio dicti ſacelli, prope ipſum altare, grandem ex ſectis lapidibus tumbam, duobus aut tribus pedibus elevatam à terra, cujus extremitas ingenti ac largo patebat hiatu, & quiſquis aurem applicabat, ad quæcumque ſua de rebus ſecretiſſimis interrogata ſenſibilis vocis audiebat reſponſum. Quod equidem audenter affirmaverim ſuperſtitione non caruiſſe: ideoque non tam graviter arguendus mihi videtur, ut etiam ſacrilegus appelletur, eremita ille qui circa annum* MDCXXVIII *ipſam tumbam demoliendam curavit. Quod tamen idem eremita, cum ipſum etiam altare ſuffodi curaviſſet, ut ſibi ſub eo cubiculum conſtrueretur, & operi adhibitus faber, totius rei apud auctorem teſtis juratus & oculatus, impegiſſet in arcam lapideam grandem, operculo deſtitutam; quod, inquam, reperta intra eamdem arcam integri corporis humani oſſa atque calvarias ſex; citra ullam diſcuſſionem, quam ſuadere poterat ipſa loci ſacratioris circumſtantia (neque enim ſub altari ſolent alia quam Sanctorum deponi corpora) omnia pariter defoderit extra ſacellum ad ſiniſtram, inter duas nuces pineas, ornantes ingreſſum eius hortuli qui habitantibus ibidem eremitis pro cemeterio fuit; in eo utique dicendus eſt ille non admodum prudenter religioſeque egiſſe. Et arca quidem deſtracta eſt, atque* *cœnotaphium* *arca cum corpore ſub altari reperta.*

AUCTORE D. P. *atque in urbem delata, inquit auctor; corpus vero ſuſpicari licet, fuiſſe S. Micomeris, & probatarum virtute perſonarum calvarias reverentiæ cauſa intra eamdem arcam compoſitas; deinde promittit operam à ſe dandam eidem corpori requirendo, ſi permiſerint ii quorum conſenſu opus eſt. Meminit etiam antiquæ arculæ, vetuſtarum quarumdam litterarum veſtigia preferentis, & adhuc in dicto ſacello conſpiciendæ, quæ uſum lipſanothecæ videatur habuiſſe.*

4 *Sed omiſſo hoc recentiſſimo ſcriptore, in iis quæ ex præſenti certitudine narrat fidem merito impetranti; tranſeamus ad vetuſtiorem S. Micomeris notitiam, quam in Actis S. Germani Autiſſiodorenſis dandis* XXXI *Iulii ſuggerit Erricus Autiſſiodorenſis monachus, nono ſeculo ita ſcribens:* Ut ergo *S. Germanus* eccleſiaſticis ex animo utilitatibus proprium devoverat caput, certi ratione negotii contigit eum cum dilectis comitibus iter neceſſarium aggredi. Jam eo aliquantum progreſſo, unus diſcipulorum ejus, qui ſanctum virum de Hibernia fuerat proſecutus, cui Michomeri vocabulum fuit, ad hanc ipſam delectus expeditionem, quod cum ipſo exire nequiret poſt magiſtri veſtigia profectus eſt: qui cum ad caſtrum cui Tharnori nomen eſt diſtatque aburbe fere decem & octo millibus perveniſſet; languore interceptus ibidem decubuit, pauciſque interjectis diebus vita defunctus, atque in clivo ejuſdem rupis à fidelibus ſepulturæ mandatus eſt. Contigit beatiſſimum Germanum per dies aliquot remenſo itinere ad eumdem deveniſſe locum: credo diſceſſum diſcipuli præmonente eum Sancto Spiritu didiciſſe: accedenſque ad locum, quo fuerat tumulatus, oratione præmiſſa juſſit revelli ſepulcrum. Michomeres vocatus ex nomine, vitali reſumpto uſu, reſediſſe fertur: à quo Sanctiſſimus Pontifex, quid ageret, aut ſi quiete frueretur curioſius percunctatus, hoc confirmatur accepiſſe reſponſum: Gratias, inquit, Pater Sanctiſſime, præcipuis meritis tuis & ago & habeo, quoniam obtentu beatitudinis tuæ nihil moleſtum, nihil triſte pertuli; cuncta mihi placida, ſalubria conſtant univerſa. Cui Pontifex: Vis, ait, mecum adhuc in prædicationis officio deſudare, an ut cœperas quieſcere? Tum ille: Dummodo tuæ non grave ſit Sanctitati, peregrinari à Chriſto ulterius neceſſe non habeo, cui ut cœpi adhærere optimum mihi eſt, eoque unde avocatus ſum tuis quam citiſſime precibus revocari. Quo prædicto annuente Pontifice, caput iterum depoſuit, cunctiſque mirantibus in pace quievit. Fidenter dixerim, eum tunc habitaſſe in Germano, qui quondam Lazarum quatriduanum clauſo jam vocavit è tumulo. Hoc miraculum & tunc late patuit, & adhuc celebertimum volvitur per ora eunctorum: nam & Beato Michomeri ipſo in loco deinceps oratorium eſt conſtructum, ubi Sanctum Dei digne venerantibus divina hodie beneficia cumulantur. *Eſt autem locus extra Tornodorenſe caſtrum ex vicini collis declivo pendens: qui cur ſepeliendo corpori ſit delectus, nolo divinando requirere.*

Hic S. Germani Autiſſiodor. diſcipulus

Tornodari decedit

B

& reſuſcitatus ab eo ad vitam

ut ſtatum animæ ſuæ proderet iterum in pace quieſcit,

C

& conſtructo oratorio colitur.

5 *Reſtant porro examinanda & illuſtranda verba Erricii, quæ ſola videntur continere id omne quod de Micomere ſciri nunc poteſt. Et primum quidem extra dubium eſt quod fuerit ex diſcipulis S. Germani: additur autem quod eum* de Hibernia fuerat proſecutus; *& conſonat prima ad Miſſam collecta hujuſmodi.* Deus qui B. Michomerem ex Hibernia ad hunc clivum rupis venire feciſti, concede propitius, ut per ejus adventum ad electorum tuorum pervenire mereamur conſortium. *Sed hoc additum de Hibernia maximam habet difficultatem: eum nomen* Micomeris, *manifeſte extraneum, nullam cum Hibernicis nominibus habeat affinitatem. Profecto Colganus à Roberto citatus, neſcio quo operum ſuorum loco (nam locus non indicatur nec Micomeris nomen exhibent Indices) Colganus inquam, agnoſcens quod* Michomeris nomen Hibernis ſit inuſitatum, potius *inquit* Mochonnam hunc vocatum fuiſſe crediderim; *familiari quidem iiſdem Hibernis vocabulo, ut probant quatuordecim Sancti ſic dicti & variis diebus inſcripti patriis faſtis; ſed nequaquam ſufficienti ad fundandam conjecturam tam audacem, minimeque neceſſariam, niſi pro certo aſſumatur (quod præ ceteris de Micomeri aſſertis à Roberto minimam veriſimilitudinem habet) Hibernum quoque Sanctum fuiſſe. At ſolum* ex Hibernia ſecutus *dicitur: ſed neque hoc ipſum dici poteſt: præſumeretur enim Hiberniam adiviſſe S. Germanus, quod neque ex ulla auctoritate habetur, neque per conjecturam ullatenus veroſimilem fingi poteſt: quia ante prædicationem S. Patricii aut tota aut fere tota gentilis erat Hibernia, & maxime Aquilonaris, ut patet ex dicto* XVII *Martii.*

Secutuſne S. Germanum ex Hibernia,

D

6 *Quid igitur? Emendationem facilem ſuggero, qualem alibi oportuit adhibere, in Prætermiſſis ad* XVI *Martii, ubi errorem quorundam Martyrologiorum,* Avernis *aut* Arvernis *adſcribentium depoſitionem* S. Patricii Epiſcopi & Confeſſoris, *correximus, pro* Arvernis *ſubſtituendo* Ivernos *aut* Ibernos. *Similem correctionem è converſo adhibe Errico (ſi tamen ipſius hic error eſt, & non librariorum, facile in nominibus vicinis errantium) atque pro* Hibernia *lege* Niverniam, *Autiſſiodorenſi diœceſi conterminam, ubi natus* Micomer *ex parentibus Francis Saxonibuſve, Romana ſtipendia merentibus & ſua apud Gallos ſtativa habentibus (necdum enim Galliam barbari obtinebant, ſed multi illorum Romanam ſequebantur militiam) facile potuit in S. Germani venire notitiam, & ab eodem ad Ordinem Clericalem aſſumptus ipſi adhærere, utpote Romanæ linguæ totis Galliis uſitatæ innutritus, & ſolo jam nomine barbarus. Quod ſi aliquis pro Hibernia* Britanniam *velit accipere, in eaque, tum cum ibi S. Germanus degeret Saxanicis ſub armis gemente, Micomerem ipſi adhæſiſſe velit, poterit is conſequenter ſuſpicari, juvenem fuiſſe eo congreſſu captum, in quo de Saxonibus Pictiſque paganis victoriam obtinuere Britones inermes, ſoloque Alleluia conclamato hoſtem egere in fugam; & Sanctis, victoriæ auctoribus, ſic placuiſſe, ſua ad fidem admittendam docilitate, ut eum ſecum in Galliam duxerint.*

an potius ex Nivernia,

aut Britannia?

E

7 *At contra objicitur Ms. quoddam Autiſſiodorenſe, ubi de Sancto hæc leguntur.* B. Micomeres, origine Hibernus & regia ſtirpe clarus, natus eſt circa annum CCCCX, à S. Germano Epiſcopo Antiſſiodorenſi in fide orthodoxa edoctus anno CCCCXXXI, cum quo anno ſequenti venit in Franciam. Stat Altiſſiodori in Seminario vel in Cathedrali anno CCCCXXXIII Comes individuus S. Germani, etiam in ſecunda peregrinatione Anglicana contra Pelagianos anno CCCCXLIII. Redux ex Anglia fit Præpoſitus Altiſſiodorenſis anno CCCCXLIV; dein procedit in Burgundiam Superiorem ad Concilium Veſontionenſe, præſente Placidia Imperatrice & præſide S. Hilario Archiepiſcopo Arelatenſi: ſed in itinere apud Tornodorum ægrotat, & ſic ſtat ibidem dum ulterius S. Germanus progreditur, ubi mox obiit anno CCCCXLVI, hic ſepultus in colle, manibus S. Lupi Epiſcopi Trecenſis. Cui mox N. Comes Tornodorenſis ſacellum ſuperponit circa annum MCCXXXI. *An hujus Ms. Auctor Erricum legerit, merito dubites, cum id reticeat quod erat imprimis memorabile, de Sancto à mortuis ſuſcitato; & ex paucorum dierum hoſpite Tornodorenſis caſtri, biennalem faciat inquilinum, ſecutus populares narratiunculas, tot ſeculorum decurſu velementer immutatas.*

Novitium figmentum

F

8 *Etenim antiquitatis exiguæ atque adeo parvæ auctoritatis eſſe hoc ſcriptum, ut omittam alia, vel ſola Seminarii Autiſſiodorenſis illata mentio docere poteſt; cum Tridentini Concilii inventum fuerit, in urbibus Epiſcopalibus erigere Seminaria juvenum ad Clericatum formandorum. Itaque ſpurium iſtud ſcriptum, tamquam novitiam fictionem rejicientes, rejicere cogimur totum fere Roberti prænominati*

A nominati libellum, eidem inædificatum, & in ſedecim capita per multas temerarias conjecturas dilatatum. Ac primo negamus Micomerem fuiſſe Hibernum. Deinde non admittimus ſtirpem regiam, multo minus Machomerem & Michomerem Hiberniæ Regulos, quorum nomen hic Sanctus ac forte etiam genus retulerit, quamvis auctores allegentur Ptolomæus, Strabo, Lilius Geraldus, & Polydorus Virgilius. Tertio æſtimamus ex verbis illis, in fide orthodoxa edoctus, gratuito poſitis, inepte deduci Michomerem fuiſſe Pelagianum, quæ tum hæreſis inter Britones graſſabatur, & à Sancto Germano atque Lupo compreſſa devictaque fuit. Nam ſi ex Nivernia ſecutus eſt Michomeres, debuit ab infantia fidem Chriſtianam & orthodoxam edoctus fuiſſe: ſin autem in Britannia Sancto adjunctus eſt, gentilis fuiſſe potuit: quia in Britannia multi adhuc pagani erant, ut conſtat ex Vita S. Germani, à quo maxima exercitus Britannici multitudo undam lavacri ſalutaris expetiit impetravitque: & Saxones Pictique, ſicut ibidem narratur, bellum adverſus Britones junctis viribus gerebant, gentiles utrique; qui Saxones prius ab ipſis Britonibus contra Pictos Scotoſque vocati, intraverant inſulam, & ex his genus ducens Micomer, gentilis omnino fuiſſet. Cave autem, lector, ſub ſpecioſo titulo Excellentis victoriæ, à Victrice Chriſti Gratia de Pelagiana hæreſi apud Britannos relatæ per Micomeris reductionem; cave, inquam, occultum venenum. Latet hic anguis Ianſenianus; ſic tamen ut non tantum ſuis ſe prodat ſibilis, ſed etiam palam caput efferat, dum citra ſedis Apoſtolicæ reverentiam damnatiſſimus Ianſenii liber identidem ad marginem indicatur, ſic enim captanda fuit gratia Senonenſis Antiſtitis, cui totius ſectæ tunc coryphæo nova hæc Vita Micomeris inſcribenda erat, cum graviori Sancti ipſius injuria quam laude.

quaſi eſſet Sanctus ex Hiberniæ Regibus ortus,

per S. Germanum à Pelagiana hæreſi converſus,

B

Autiſſiodoren. Præpoſitus

9 Sed aliis iſta iudicibus caſtiganda dimitto, & ad hiſtoriam in Autiſſiodorenſi figmento fundatam revertens, nego Presbyteratum & Præpoſituram Micomeris ulla ſolida auctoritate credibilem fieri; nec probatur reprehenſione dignus Erricus, dum ei Capiti, ubi erat de noſtro Sancto acturus, præfixit titulum de S. Micomere monacho. Profundam certe ignorantiam aut verius ſectæ ſuæ ingenitam erga ordinem monaſticum malevolentiam prodit auctor,

C cum recuſat admittere nomen monachi, quaſi monaſticum inſtitutum ignotum tunc fuerit Occidenti. Nego præterea de anno CCCCXLVI, quo Micomeres obierit, poſſe conſtare ex tempore Veſontionenſis conventus, quo S. Celidonius bigamiæ vitio perperam accuſatus fuit atque depoſitus à Sede ſua: hoc enim ante annum CCCCXLV contigiſſe convincitur ex epiſtola S. Leonis, de qua Baronius & Chifletius in ſua: Veſontione. Præterea tacente Errico, quod negotium Autiſſiodoro Germanum evocarit, gratis præſumitur illud Burgundicum fuiſſe: cumque Tornodorum caſtrum ſit extra viam, quæ Autiſſiodoro Veſontionem ducit, hinc quoque vanitatis arguitur ejuſmodi conjectura.

D

in itinere ad veſontion. Concilium mortuus

10 Simili levitate fingitur hujus quoque itineris comes fuiſſe S. Lupus Trecenſis; & a S. Germano ſuum iter proſequente apud agrotantem relictus, ſepulturam curaſſe mortui, qui, tum demum fuerit ſuſcitatus, cum abſoluto Veſontionenſi negotio viam ſuam relegit Germanus. Si vel morienti vel ſepeliendo S. Lupus adfuit, credibile eſt ex ſua vicina Trecenſi urbe, audito nuntio adveniſſe, intuitu amicitiæ & familiaritatis, quæ ſibi cum S. Germano ejuſque diſcipulis intercedebat: duplo tamen victimus erat ipſum Autiſſiodorum, ut inde potius evocaretur qui funus curaret. Pari denique temeritate aſſeritur Tornodorenſes Comites & Micomeris hoſpites fuiſſe Hilarium & Quietam, S. Ioannis Reomaenſis parentes; hic enim ſub territorio Lingonicæ urbis ortus dicitur in Vita, XXVIII Ianuarii data; nec ad illud ſpectat Tornodorum, ad centum paſſuum millia & amplius Lingonibus diſtitum. Suos poſtea Comites Tornodorum accepit, a quorum aliquo vel conſtructum vel reſtauratum fuiſſe S. Micomeris ſacellum, probat ejuſdem traditio in jus monaſterii Moliſmenſis ſeculo XI facta, ducentis annis prius, quam Autiſſiodorenſe manuſcriptum ejus ædificationem conſignat. Fortaſſis ſeculo XIII idem ſacellum in S. Lupi honorem reſtauratum eſt; idque occaſionem dedit errori, facile ignoſcendo, niſi auctor, ſingula ſuæ fictionis membra determinato inſigniviſſet, anno, tam confidenter, velut ſi certiſſimis teſtimoniis ſingula didiciſſet; cum interim aliud nihil de S. Micomere ſciviſſe videatur, quam fuiſſe diſcipulum S. Germani; quodque ab eo & rejuſcitatus & tumulatus fuerit omnino ignoraviſſe.

E

Funus enarrante S. Lupo.

& parentibus S. Ioannis Reomaenſis.

F

DE SANCTO QVIRILLO,

G. H.

EPISCOPO TRAIECTENSI AD MOSAM IN BELGIO.

XXX APRILIS.

Memoria ſanctorum Epiſcoporum Trajectenſium 6 Februarii

S. Quirilli ſeorſim 30 Aprilis

Ecleſia Trajectenſis ad Moſam S. Servatio (qui Sedem Epiſcopalem Tungris ad illam urbem tranſtulit) dedicata, celebrat ſolennitatem omnium ſuorum Sanctorum Pontificum ritu duplici die VI Martii, uti tunc late inter Prætermiſſos & in alios dies rejectos deduximus cum ſingulis ſuum proprium diem aſſignavimus, atque inter alios S. Quirillo hunc XXX Aprilis: quando iſta leguntur in Ms. Florario Sanctorum: Apud Trajectum ſuperius depoſitio S. Quirilli, XVI Epiſcopi Tungrenſis & VI Trajectenſis, qui poſt biennium, quo regere ceperat Eccleſiam, in pace quievit, anno ſalutis DXXXIX. Verum præcedenti ſeculo floruiſſe & obiiſſe eum oſtendimus in noſtra diatriba de Epiſcopis Trajectenſibus ad Moſam cap. 2

2 In Chronico Belgico (quia uno tenore omnes Epiſcopi à S. Materno percenſentur, & licet in eo Sedes Tungris Trajectum dicatur tranſlata, tamen quaſi ad utramque Sedem pertinerent, ita nomen etiam Tungrenſe, iis attribuitur) dicitur ſimiliter ut in Florario S. Quirillus XVI, Epiſcopus Tungrenſis & VI Trajectenſis. Pridie huius diei ſive tertio Kalendas Maii iſta habet Sauſſaius in Supplemento Martyrologii Gallicani: Trajecti ad Moſam depoſitio S. Quirilli Epiſcopi & Confeſſoris, divinæ gratiæ donis & juſtitiæ meritis præclari. *29 Aprilis* *17 Febru.*

3 Eodem die inſcriptus eſt Catalogo generali Ferrarii. Aſt in recenti quodam ſcripto Carthuſiæ Bruxellenſis refertur eius natalis XVII Februarii & eiuſdem tranſlatio XIV Novembris. *& 14 Novembris.*

DE SS. IOANNE, DESIDERIO, FLAVIO, EPP. AC DESIDERATO PRESBYTERO.

D.P.

CABILONE IN GALLIA.

SECVLO VI ET VI

DE S. Agricola Cabillonenſi Epiſcopo agentes, ad diem XVII Martii, neceſſe habuimus illius inventionem (quæ ei cum SS. Silveſtro deceſſore ſuo, Lupoque ſucceſſore, ſed mediato, communis fuit) totam dare uti in MS. Legendario Eccleſiæ iſtius extabat; & ſimul didicimus, quomodo Romanus Pontifex Ioannes VIII, à Concilio Trecis celebrato revertens, anno DCCCLXXVIII illac tranſivit; & ut deinceps beatiſſimi Dei Confeſſores, prænominati venerationi haberentur, & dies glorioſi eorum tranſitus feſtive celebrarentur, Apoſtolica auctoritate injunxit. Idem creditur ſtatuiſſe de SS. Ioanne atque Flavio, ſaltem communiter recolendis: nam eorum feſtum die ultima Aprilis communiter agi, teſtatus nobis eſt Claudius Perrius noſter per epiſtolam, anno 1653 Divione ſcriptam. Addit Sauſſayus in ſupplemento Martyrologii Gallicani ad XXX Aprilis, mandaſſe Pontificem, eorumdem ſacra oſſa ad cultum perpetuum levari: quod vellemus aliorum etiam auctoritate ſuaderi.

Putantur Canonizati Ioannes & Flavius à Ioanne Papa,

B

qui an. 878 interfuit Tranſlationi S. Deſiderati,

2 Certius eſt eumdem, qui trium jam nominatorum Sanctorum Epiſcoporum Silveſtri, Agricolæ & Lupi corpora requirenda & elevanda curavit, Epiſcopum Gerboldum, pari arſiſſe deſiderio, reperiendi corpus B. Deſiderati Presbyteri: de quo apud S. Gregorium Turonenſem lib. de Gloria Confeſſorum cap. 86 iſta legerat: Fuit in hac urbe Cabilonenſi & Deſideratus Presbyter, quem ego in monaſterio Gurthonenſi vidi, virum ſanctitate magnificum, qui ſæpius frigoreticis, dolore dentium laborantibus, aliisque morbis, orando finem impoſuit: nam etiam uſquequaque recluſus erat, hoc eſt non egrediebatur è cellula: ſed qui voluiſſet videbat eum in cellula. Hic, ut diximus, eximiis illuſtratus virtutibus emicuit ſeculo. Quod audiens benedictus Agricola Epiſcopus, miſit Archidiaconum ſuum, ut Beatum urbis cœmeterio deferret: ſed reſiſtentibus monachis, quod juſſus fuerat non implevit. Poſthæc Sacerdos ædificato Xenodochio leproſorum ſuburbano, in ejus baſilicam collectis civibus & omni Clero, beatum corpus tranſtulit, & in baſilica ſuperius nominata ſummo ſtudio ſepelivit: qui ſe nunc vivere cum Chriſto magnis virtutibus manifeſtat.

à S. Gregorio Turon. laudati,

C

& circa an. 570 defuncti,

3 Obiiſſe S. Agricolam oſtendimus anno Chriſtianæ Æræ DLXXX, quando Gregorius Turonenſis, necdum quadragenius, octavum circiter annum agebat in Epiſcopatu, quem ultra annum DXCIV non tenuit. Ex quibus colligas B. Deſideratum, qui Gregorio notus fuit dum viveret, haud multis ante B. Agricolam annis abiiſſe è vivis, ac forte circa annum DLXX corpus reſoſſum atque tranſlatum fuiſſe. Neque poſſumus dubitare, quin in prædicta leproſorum eccleſia ſuburbana (quæ non abſque hyperbole, baſilica, vocatur à Gregorio) annue celebratus fuerit dies illius feſtus, ſive is quo obiit, ſive quo tranſlatus eſt. Et hunc fuiſſe XXX Aprilis eo pronius eſt credere, quod alterius nullius diei indicium in Eccleſiæ Cabilonenſis monumentis reperiatur. Nam ſi ceterorum, pariter à Gerboldo requiſitorum, non latuerint Natales dies quibus etiam nunc coluntur, quamvis laterent corpora; cur exiſtimabimus hujus unius, cujus fuerat tam ſolennis Tranſlatio, feſtive agendum diem, non fuiſſe ab eo tempore notiſſimum; etiam poſtquam ignotum eſſe cœpit, in quo dictæ eccleſiæ loco preciſe requirendus eſſet Sancti depoſiti theſaurus. Quia autem de illius revelatione nihil amplius addit auctor quam tamen, uti & ceterorum iterum in prologo narrandâ ſuſcepiſſe ſe dicit, ideo arbitramur deeſſe aliquid in MS. quod eam nobis explicaret.

atque 30 Apr. jam olim culti.

4 Si alii, quos nominavimus in titulo, Epiſcopi ſancti, Ioannes, Deſiderius & Flavius habuiſſent ab antiquo in Eccleſia Cabilonenſi ſuum cultum; nihil dubitamus, quin ſuo ſinguli die etiam nunc colerentur: nunc quid cauſæ fuerit ut eorum memoria ultimo die Aprilis poneretur, non eſt facile divinare. Hunc interim diem prædicta eccleſia Cabilonenſis, teſte Sauſſajo honorat, ut diem Canonizationis Sanctorum ſuorum Epiſcoporum. Intelligi ſane id non poteſt de ea, quam præſens Cabilone Pontifex fecerit. Cum enim ille ante Septembrim huc non redierit, & ex Gallia exceſſerit ante Decembrem; ſin i non poteſt, in Aprili aliquid egiſſe aut conſtituiſſe Trecis circa ipſorum honorem. Probabilius eſt igitur Girboldum Epiſcopum, ſucceſſu & fructu prænotatarum inventionum tranſlationumque animatum, proſecutum eſſe opus feliciter inchoatum, indagando corpora Sanctorum civitatis Epiſcoporum, ut cognitis & patefactis eorum Mauſolæis, populos major venerationis devotio inflammaret. Inventis autem, ſicut prænotavimus, tribus iſtis, quorum nullus erat in populo cultus, licet communiter Sancti haberentur (ut fere priores omnes antiquarum Eccleſiarum Epiſcopi) conſuluiſſe Pontificem, numquid etiam hos populo poſſet colendos proponere: hunc vero ita probaviſſe uſum eos appellandi Sanctos, ut tamen nihil novi introduci vellet, nullis extantibus vitæ eorum Actis, nulla miraculorum veterum aut novorum evidentia impellente ad proprium eis feſtum decernendum; conſultius autem judicaviſſe, ut tam ipſis quam ceteris Epiſcopis Sanctis communis una ageretur feſtivitas, ad quam electus ſit XXX Aprilis, quo forte die unius tunc pariter inventorum, ſcilicet S. Deſiderati Presbyteri feſtivitas agebatur. Atque hæ conjecturæ confirmari poſſunt ex præcitata hiſtoria elevationis S. Agricolæ & ſociorum, quæ niſi ſcripta fuiſſet antequam horum aliorum corpora requirerentur, & poſtquam Cabilone diſceſſerat Pontifex, eorum quoque feciſſet mentionem.

De aliis duobus ſi ſtatuit Pontifex

E

ut cum ceteris Sanctis Epiſcopus uno die colerentur;

fecit id poſtquam exceſſit è Gallia.

F

5 His taliter præmiſſis, aggredimur de ſingulis in titulo propoſitis indagare, quo tempore ſederint obierintque, aut ſiquid ultra, poſt tot ſeculorum decurſum, de eorum geſtis licebit cognoſcere. Et primum quidem de S. Ioanne habemus egregiam Sidonii Apollinaris epiſtolam, quæ virtutum ejus commendatione plena, hunc in modum ad Domnulum ſcripta extat libro Epiſtolarum ejus 4 num. 25. Nequeo differre, quin grandis communione te gaudii feſtinus impertiam: nimirum noſſe cupienti quid Pater noſter in Chriſto pariter & Pontifex Patiens Cabillonum profectus, more religionis, more conſtantiæ ſuæ fecerit. Cū veniſſet in oppidum ſupraſcriptum, provincialiū Sacerdotum prævio partim, partim comitante Collegio (ſcilicet ut municipio ſummus aliquis Antiſtes ordinaretur, cujus Eccleſiæ diſciplina nutabat, poſtquam junior Epiſcopus Paulus diſceſſerat deceſſeratq;) excepere Pontificale conſilium variæ voluntates oppidanorum, nec non & illa quæ bonum publicum ſemper evertunt ſtudia privata, quæ quidam trium-

Cabillonenſibus circa electionem Epiſcopi diſſidentibus

triumviratus accenderat competitorum, quorum hic antiquam natalium prærogativam, reliqua deſtitutus morum dote ructabat : hic per fragores paraſiticos, culinarum ſuffragio comparatos , Apicianis plauſibus ingerebatur : hic , apice votivo ſi potiretur, tacita pactione promiſerat eccleſiaſtica plauſoribus ſuis prædæ prædia fore.

SS Patiens atque Euphronius,

6 Quod ubi viderunt ſanctus Patiens & ſanctus Euphronius, qui rigorem firmitatemque ſententiæ lenioris, præter odium gratiamque primi tenebant; conſilio cum Coëpiſcopis prius clam communicato quam palam, prodito ſtrepituque deſpecto turbæ furentis; jactis repente manibus arreptum, nihilque tum minus quam quæ agebantur optantem ſuſpicantemque Sanctum Joannem, virum honeſtate & manſuetudine inſignem (Lector hic primum, ſicq; miniſter altaris idque ab infantia ; poſt laborum temporumque proceſſu Archidiaconus, in quo ſeu gradu ſeu miniſterio multum retentus propter induſtriam diu dignitate non potuit augeri, ne poteſtate poſſet abſolvi) attamen hunc jam ſecundi Ordinis Sacerdotem, diſſonas inter partium voces, quæ differebant laudare non ambientem, ſed nec audebant culpare laudabilem, ſtupentibus factioſis, erubeſcentibus malis, acclamantibus bonis, reclamantibus nullis, collegam ſibi conſecravere. Nunc ergo Jurenſia ſi te remittant jam monaſteria, in quæ libenter ſolitus aſcendere jam cæleſtibus ſuperniſque præludis habitaculis, gaudere te par eſt de communium Patrum vel Patronorum ſeu ſic ſentiente concordia, ſeu ſic concordante ſententia. Illius quoque nomine exulta, quem creaverunt, Euphronius teſtimonio, Patiens manu, ambo judicio : in quo fecit Euphronius, quod convenirer non ſenectuti modo ſuæ, verum etiam dignitatis longævitati : fecit & Patiens, vir quamlibet magnis par tamen laudibus, quod ſatis decuit facere perſonam, quæ caput eſt civitati noſtræ per Sacerdotium, provinciæ veſtræ per civitatem.

eximprovi-ſo conſe-cravant Ioannem,

etiam à morte pro Sanctoha-bitum.

7 *Ecce ut viventes adhuc Epiſcopi, ſancti appellantur, uti nunc Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi : cui titulo ſi congruèrent vitæ acta, ſervabatur ipſe eorum nominibus etiam poſt mortem : quod ſubſequentibus ſeculis habitum fuit pro canonizatione, ut ſic loquar, populari; neque taliter adſcriptos Sanctis facile eſt diſcernere ſemper ab aliis, quorum ſanctimoniæ, eminentioribus virtutibus & miraculis crebrioribus clarioribusque teſtata, peculiarem illum & publico Eccleſiæ judicio attribuendum feſtivitatis annuæ cultum meruit; cum multa hoc in genere à majoribus inſtituta obſervataque poſterorum negligentiâ in deſuetudinem oblivionemque venerint, ut patet ex tam multis, quorum olim notiſſimam ſanctitatis famam, lapſu autem temporum prorſus evanidam, hoc noſtro in opere reviviſcere facimus, eductis in lucem tot antiquis iudubitatisque monumentis. Sanmarthani cenſent, prænotatam Epiſtolam circa annum* CCCCLXX *ſcriptam : certe necdum ad Pontificatum Arverniæ promotus erat Sidonius cum ſcriberet, ad quem anno* CCCCLXXII *adſcendit; Patiens Lugdunenſi Metropoli præerat; Euphronius, cujus longæva dignitas commendatur, ante annum* CCCCLII, *incertum quamdiu, gradum illum obtinuerat, uti conſtat ex Idatii Chronico.*

idque circa an. 470.

huic ſucceſſere S. Silveſter,

8 *Ioanni defuncto S. Silveſter ſucceſſit,* XX *Novembris commemorandus, & ex ſubſcriptionibus Concilii Epaonenſis anno* DXVI *celebrati notus, nec non ex Gregorii Turonenſis libro de Gloria Confeſſorum cap.* 85. *Huic mediate an immediate ſucceſſerit S. Deſiderius non poſſum definire; nomen ejus è catalogis excidit, ſed ſervatum eſt in Vita S. Arigii Epiſcopi Vapiſcenſis danda ad primam Maji, de cujus parentibus dicitur, quod illum ſuum* primogenitum filium, cum eſſet biennium ſuæ nativitatis egreſſus, Deo obtulerunt, *eumque* ante altare S. Vincentii B. Deſiderius Cabilonenſis Epiſcopus cum gaudio ſuſcepit & baptizavit, & exhibuit eum, & eruditionis normam annuente puero ipſe docuit. *Atqui B. Arigius ſub Guntranno Rege ſubſcripſit Concilio Valentino* II, *anno Chriſti* DLXXXIV *jam tum Epiſcopus, & ultra* DCI *vivendo pervenit, ut videatur baptiſmus ejus ad ſeculi ſexti annum* XXX *aut* XL *conſtituendus. Sunt qui pro* Deſiderio *ſubſtituant* S. Deſideratum : *ſed ſi eo nomine illum intelligunt, quem Sammarthani putant ſucceſſiſſe S. Grato, ne illi vehementer errant. Is enim,* Dido *cognominatus, non modo non fuit Sanctus (utpote fœdiſſimo ſacrilegio in morte S. Leodegarii coinquinatus) ſed nec Epiſcopus quidem, tantumque ſcribitur in prædicti S. Leodegarii vita, quod* quondam Cabiloniæ habuit principatum, *utique ſecularem, ſicuti ejus in ſcelere & palatii rectoratu* collega Bobo ... urbem Valentinam habuerat in Dominium, *quem nemo propterea ſomniavit Valentinis Epiſcopis admiſcere.*

AUCTORE D.P.

non Deſideratus,

S. Agricola

9 *S. Deſiderio ſucceſſit S. Agricola, fortaſſis immediate, quippe qui, uti jam indicatum ſuperius ultra annum* DLXXX *non vixerit. Succeſſor Agricolæ S. Flavius, in ipſis ſui Pontificatus exordiis ſubſcripſit Concilio Matiſconenſi* I, *ad annum* DLXXXII *celebrato, quemadmodum in Comment. prævio ad Acta S. Guntramni Regis num* 8, XXVIII *Martii oſtenſum eſt. Fuiſſe jam dicti Guntramni Regis, antequam Epiſcopus crearetur, Referendarium, aſſerit S. Gregorius Turonenſis lib.* 5 *Hiſtoriæ Francorum credere etiã poſſumus ipſum eidem haud parvo adjumento fuiſſe in fundando Cabillonenſi S. Marcelli monaſterio apteque ordinando : id enim anno iſtius Regis* XXIV *Chriſti* DLXXXIV *factum, & ſequenti anno in Concilio Matiſconenſi* II, *cui iterum Flavius ſubſcripſit, confirmatum fuit. Idem Flavius (quod ex Actis S. Gervaſii Martyris* VI *Iulii dandis habetur) extruxit atque dotavit Monaſterium B. Petri Apoſtolorum Principis, utique ſub eadem, qua S. Marcelli extructum fuerat, Agaunenſi Regula; quod deinde multis attritum cladibus, Girboldus Epiſcopus præmemoratus reſtauravit & Ordini attribuit Benedictino.*

S. Flavius,

qui fundavit monaſterium S. Petri.

10 *Eadem S. Gervaſii Acta, ſeculo quantum apparet* VII *ſcripta, ſucceſſorem S. Flavii Lupum Epiſcopum nominant, cujus Feſtum agitur* XXVII *Ianuarii, quando de eo agimus & Vitam dedimus; daturi* VIII *Octobris Vitam S Grati, qui poſt Gilderinum proximus S. Lupo ſuffectus eſt. Ad dictam S Grati Vitam in Legendario Cabilonenſi hujuſmodi laciniam, neſcio quis, attexuit :* Hujus, *ſcilicet S. Grati* ceterorumque Cabilonenſis Eccleſiæ Patrum pariterque Pontificum, Flavii, Tranquilli, Deſiderii, Joannis, Silveſtri, Agricolæ, Lupi, Verani natalitios dies & annuas ſolennitates cenſuit celebrari Papa Joannes, & in Sanctorum ſerie Martyrologii nomina eorum memorialibus geſtis; apud Cabilonem viginti dierum moras agens, cum Gilbaldo Venerabili Pontifice, dum à Ludovici Balbi, glorioſiſſimi Francorum Regis, à ſe facta rediret conſecratione. *Quanta in paucis lineis confuſio temporum! quam perturbatus ordo recenſitorum ibi Epiſcoporum ! Solorum* Silveſtri, Agricolæ, Lupi *meminit is qui rem ſuo tempore geſtam deſcripſit. An* Veranus *aliquis Cabilonenſi eccleſiæ præfuerit umquam, dubitatur : nam qui apud Gregorium Turonenſem l.b.* 8 *cap.* 31 *legitur ad Guntrannum iviſſe legatus* Veranus Cabillonenſis, *haud dubie (ſicut recte Sirmondus obſervavit)* Cavellicenſis *fuit, facili, propter nominum ſummam ſimilitudinem, librariorum errore, in* Cabillonenſem *converſus ; cum eodem tempore non alius hunc titulum gereret, quam S. Flavius præmemoratus.*

S. Lupus,

S. Gratus,

an inter omiſſos aliquis Veranus.

11 Tranquillum, *nec in Cabilonenſi, nec in alio affinis nominis Epiſcopatu ullum invenimus. Quia tamen admodum imperfectus eſt Cabilonenſium Epiſcoporum catalogus ; & non modo inter SS.*

aut Tranquillus?

A *Silveſtrum atque Agricolam, ut diximus, deſiderantur unus aut plures inter medii; ſed etiam quia poſt S. Gratum, qui Concilio Cabilonenſi anni* DCL *ſubſcripſiſſe legitur, integri ferme ſeculi intervallum eſt inter hunc & Hubertum, anno* DCCLXXIX *inveniendum (quod expleri non potuit à duobus ex ſola conjectura iſti intervallo addictis,* Anteſtio *atque* Amblaco) *ideo negare non volumus, quin fieri potuerit, ut* Veranus *&* Tranquillus *aliquis præfuerint eccleſiæ Cabillonenſi. Sed tam infirmo fundamento inædificare Sanctorum, qui forte numquam extitere, cultum, procul à noſtro eſt inſtituto. Itaque eos ad Prætermiſſorum claſſem referimus donec alius doceat certiora. Nam parva apud nos auctoritas eſt Sauſſaii, omiſſis ceteris,* D *Tranquillum Ioanni Flavioque jungentis: Major Officiorum Propriorum eccleſiæ Cabillonenſis, Lugduni impreſſorum anno* MDCXX, *in quibus præſcribitur die* XXX *Aprilis* feſtum SS. Silveſtri, Joannis, Agricolæ, Flavi, Verani, Grati, Lupi, Tranquilli & Deſiderii Epiſcoporum Cabillonenſium, ac Deſiderati Presbyteri: *adduntur que Lectiones tres pro* II *Nocturno, ſummam hactenus dictorum complexæ, quaſi eos Pontifex Cabilone exiſtens canonizaſſet, quod ſupra rejecimus: aliud circa illos notandum nobis in præſentiarum non occurrit.*

DE SANCTO ERCONVVALDO,

EPISC. LONDINENSI ET ABBATE CHERTESEYENSI IN ANGLIA.

ANNO DCXCIII

Enere ortum regio S. Erconwaldum communis ſcriptorum conſenſus eſt, ſed magna interim diſcordia de patre: quem cum breviatore Vitæ Capgravio Harpsfeldius & auctor Martyrologii Anglicani, Orientalium Anglorum Regem Offam; Spedus vero & Alfordus, eorumdem populorum Regem Annam eſſe volunt. Alfordus ſuam opinionem confirmaturus, atque ex (Huntindonio quidem Annam virum optimum & optimæ prolis patrem, *ex Malmesburienſi vero* glorioſæ propaginis numeroſitate felicem emicuiſſe *recitans, Bedam pro ſe adducit, dicens:* Qui cum dixiſſet lib. 3. Succeſſor regni factus eſt Anna de regio genere, vir optimus atque optimæ genitor ſoboliis; mox addit: de quibus in ſequentibus ſuo tempore dicendum eſt. Et deinde lib. 4. agit de Erconwaldo & ſorore ejus S. Ethelberga. *Queſtionem, quia patrocinium à conjectura potiſſimum habet, in medio nos relinquimus. Ioannes Bromptonus, ex Ordine Ciſtercienſi Abbas Iornalenſis, pluresque Anglicarum rerum ſcriptores, dum Sanctam Regis Annæ prolem enumerant, nihil de S. Erconwaldo meminere.*

an filius Annæ Regis Orientalium Anglorum

B

duo monaſteria condit Berkingenſe & Cherteſeyenſe

2 *Duorum hic conditor cœnobiorum, alterum viris, alterum feminis ſtruxit. Huic, in agro Eſſexienſi, prima cum Abbatiſſæ dignitate præſes S. Ethelberga, S. Erconwaldi ſoror, præfuit, Berkingenſi dicto; illud juxta Tameſim in Surreia inſula, Cherteſeyenſe appellatum, anno* DCLXVI *conditum fuit. Ita diſſidentes non paucos de fundationis ortu ex Monaſtico Anglicano Cherteſeyenſia monumenta docent: in quibus ante fundationis tabulas*

C

anno 666 *ſequens prologus præmittitur:* Anno ab Incarnatione Domini DCLXVI, regnante glorioſo Rege Anglorum Egbertho, fundata eſt domus Certes à Frithwaldo, & à venerando Patre Erkenwaldo, cujus vita & converſatio legitur tam fuiſſe ſanctiſſima, ut in interiore homine divitias gloriæ cæleſtis perſcrutatus, caduca & ſecularia cuncta poſtponeret. Habebat autem germanam Ethelburgam nomine, quam ita diſciplinis celeſtibus inflammaverat, ut ipſa virgo, & vita & moribus & converſatione ſanctiſſima, Deo per omnia placere ſatageret. Renuntiatis itaque pompis ſecularibus, gloriæ cæleſtis amore terrenam dignitatem & ampla patrimonia in divinam & eccleſiaſticam hereditatem tranſtulere. Unde unico affectu amborum ipſe inclytus Frater, ſcilicet Erkenwaldus, ante pontificium ſuum primitivus conditor emicuit duorum illuſtrium cœnobiorum; & utrumque, ſuum videlicet ac ſororis, divina familia & rerum copia ac regulari ſtabilivit diſciplina. Suum in regione Surregiæ ſuper flumen Thamiſe, in loco qui dicitur Certeſeya, id eſt, Cirotis inſula, celeberrime adhuc ſuis floret plantationibus; ubi ipſe Pater monachorum converſatione ſanctiſſima præluxit primus. Ethelburgæ vero in orientalium Saxonum provincia, in loco qui appellatur Berkinga: in quo & ipſa benigniſſima parens ſacro contubernio virginum præfulſit prima, & uterque monaſterialium animarum primitias obtulerunt ad ſidera. *Hæc prologus: cui ſubjecta tabulæ fundationis teſtantur Frithwaldum, provinciæ Surrianorum pro Wulfario Rege Mercianorum ſub-regulum, ad incrementum dicti cœnobii donaſſe fundos S. Erconwaldo, ejuſque diſciplinæ filium ſuum commiſiſſe. De utriuſque modo dicti cœnobii fundatione etiam lib. 4 Cap. 6 Beda agit.* E

conſecratur Londinenſis Epiſcopus anno 675.

3 *Prius vero S. Erconwaldus cœnobia fundavit, quam à S. Theodoro Archiepiſcopo Cantuarenſi Londinenſis Epiſcopus conſecraretur, quod anno plerique* DCLXXV *adſcribunt. Beda loco citato ita loquitur:* Tunc orientalibus Saxonibus, quibus eo tempore præfuerunt Sebbe & Sighere, quorum ſupra meminimus, Earconwaldum conſtituit Epiſcopum in civitate Londonia. Cujus videlicet viri in Epiſcopatu & ante Epiſcopatum vita & converſatio fertur fuiſſe ſanctiſſima, ſicut etiam nunc cæleſtium ſigna virtutum indicio ſunt. Etenim uſque hodie feretrum ejus caballarium, quo infirmus vehi ſolebat, ſervatum à diſcipulis ejus, multos febricitantes, vel alio quolibet incommodo feſſos ſanare non deſiſtit. Non ſolum autem ſuppoſiti eidem feretro vel appoſiti curantur ægroti; ſed & aſſulæ de illo abſciſſæ atque ad infirmos allatæ, citam illis ſolent adferre medelam. F

obit circa anno 693.

4 *Veroſimile eſt S. Erconwaldum circa annum Chriſti* DCXCIII *deceſſiſſe, contra quam auctor Martyrologii Anglicani ſenſit, beatum exitum anno* DCLXV *adſcribens. Nam S Ina, occidentalium Saxonum Rex, cujus Vitam ad* VI *Februarii dedimus, anno* DCXCII *eo ſe uſum conſiliario ad condendas leges ſuas in hæc verba præfatur:* Ego Jne Dei gratia Weſtſaxonum, exhortatione & doctrina Cenredes patris mei, & Heddes Epiſcopi mei, & Erchenwoldes Epiſcopi mei, & omnium Aldermannorum meorum & ſeniorum & ſapientum regni mei, multaque congregatione ſervorum Dei, ſolicitus de ſalute animarum noſtrarum & ſtatu regni mei, conſtitui &c. *Eodem facit, quod Brithwaldus, S. Theodori Archiepiſcopi Cantuarienſis circa annum* DCXC *ſucceſſor, anno* DCXCIII *plures Epiſcopos conſecravit, & in iis Waldherum S. Erconwaldi ſucceſſorem: ſcribit adhæc lib. 3. de geſtis Pontificum in S. Wilfrido Malmesburienſis, S. Erconwaldum anno* DCXC *S. Theodoro in extremis adfuiſſe, ejuſque ultimam confeſſionem excepiſſe.*

memoria in Martyrologiis in

5 *Corporis in Londinenſi S. Pauli eccleſia tumulati ſacra exuvia, teſte Weſtmonaſterienſi, anno* MCXLVIII

A *in digniorem templi locum elatæ ſunt. Nomen S. Erconwaldi exhibet Miſſale Anglicanum cœnobii Gemmeticenſis, annis abhinc ſexcentis ſcriptum; & ex variis Miſſalibus ac Breviariis compilatum ejuſdem cœnobii Kalendarium ita habet:* Apud Lundoniam depoſitio S. Erconwaldi Epiſcopi & Confeſſoris. *In Miſſali Sarisburienſi anni* MDIV *feſtum tranſlationis ad* XIV *Novembris agendum apponitur. Multis præterea Martyrologiis, Vſuardi nomen præferentibus, ad hunc Aprilis diem inſcriptus legitur. Vitam habemus editam in collectione Ioannis Capgravii, quæ nova Legenda Anglicana dicitur, & forte conſcriptam aut expolitam à Goſcelino Bertinienſi monacho, qui (ut oſtenſum* II *Februarii, ubi de S. Laurentio Archiepiſcopo Cantuarienſi egimus,* § I) *circa annum* MC *tranſiit in Angliam rogatu S. Anſelmi; ut, quemadmodum in ſuo Sithiuenſi monaſterio prope Audomaropolim fecerat in Belgio: ſic etiam ibi, partim de novo componeret, partim expoliret pridem compoſitas Sanctorum Vitas. Sed non præſumimus ex nuda conjectura nomen cujuſquam præfigere Vitis, maxime dum ignoramus, utrum primigenius contextus ubique integer & invariatus habeatur in Capgravio. Eſt autem Vita brevis; & ut in rebus antiquiſſimis contingit fidei non certiſſimæ: ſed quæ Vitæ ſubnectitur tranſlationum atque miraculorum hiſtoria ut auctoris notitiæ fuit propior, ſic ad meritum fidei obtinendæ accedit proxime. Habemus Ms.*

B *quoddam Benedictinorum kalendarium, in quo* S. Erkonwaldus Epiſcopus *Londinenſis ponitur* XXIX *Ianuarii, cujus ſingularitatis cauſam neſcimus divinare.*

ACTA

Ex Ioanne Capgravio.

CAPUT I.

Natales S. Erconwaldi, S. Ethelberga ſoror ejus, quædam miracula.

1 TEmporibus antiquis, quando regnum Angliæ jam Deo propitio ſub unius Regis gubernaculo ſalubriter unitum fuerat, in octo *a* Regum gubernacula ſparſim diviſum, ex nobili proſapia Albionum Offæ Regis Eſt-Angliæ, licet ſtrenui, erroribus tamen paganicis obfuſcati, duo luminaria præclara nutu divino proceſſerunt, videlicet Erkonwaldus, poſtea futurus Abbas Cereteſeiæ, deinde Londonienſis Epiſcopus; & Ethelburga, ſanctimonialium monaſterii de Berkinga futura poſtmodum Abbatiſſa; ducentes originem de illa parte Anglia, cui nomen *b* Lindeſeia, in caſtro ſeu villa de Stallyngeton olim nuncupato. Erkonwaldus igitur, Deo inſpirante Chriſtianæ Religioni deditus fuit: & tempore quo *c* B. Auguſtinus, cum Mellito & collegis ejus, in Angliam deſtinatus fuit, anno gratiæ quingenteſimo nonageſimo ſexto, ad verbum Dei prædicandum, & populum ad fidem Catholicam convertendum; ſanctæ indolis puer Erkenwaldus doctrinæ S. Melliti præſulis adhæſit, fide, moribus, & doctrina feliciter inſtruendus.

a S. *Erkenwaldus Offa Rege Eſt-Angliæ prognatus,*

C *b*

c S. *Mellito inſtruendus datur;*

2 Ethelburga *d* vero ſoror ejus, Deo diſponente, veſtigia fratris ſecuta eſt, quam omnium miſerator Deus futuram ſibi ſponſam deſtinaverat. In ipſius vitæ primordiis contulit ei gratiam baptiſmalem, impoſito ſibi nomine Ethelburga, ut tanquam roſa de rhamnis, fidelis de infidelibus, electa virgo procederet, odorem ſanctitatis poſteris allatura. Cujus bonis initiis invidens hoſtis antiquus, patrem ejuſdem Offam, adhuc incredulum, ſed fidelem futurum, in tantum furorem contra filiam concitavit, quod de progenitore factus eſt ei ſæviſſimus perſecutor. Mira res! In tanta patris ſævitia cor puellæ tam teneræ in bono propoſito immobile perſeverat; ſuamque ſanctitatem parentibus abſcondens, ſine ſcitu ipſorum & viſu, ad capellam, in qua regenerationis lavacrum receperat, ſecretius ſe contulit; ibi crebris ſuſpiriis & afflictionibus Deum invocans, ne ſuam caſtitatem carnali corruptela permitteret violari. Creſcente autem ætate ejus puellari, cum pater ſuus ſecundum ſeculi conſuetudinem eam tradere vellet copulæ maritali; ipſa penitus renuit, tamquam venenum deteſtans amplexus carnales, utpote quæ à pueritia ſponſum ſibi elegerat Dominum Jeſum Chriſtum. Quapropter frequentes patris inſtantias in hac re non ſuſtinens, patrem reliquit & patriam, unius domicellæ ſimplicis comitatu contenta, quæ pedum ſuorum veſtigia ſequeretur.

D *d* *hujus veſtigia ſecuta* S. *Ethelburga,*

EX CAPGRAVIO.

virginitatē præ matrimonio eligit.

3 Sanctus vero Erkonwaldus, ſe & dictam ſororem ſuam à mundi vanitatibus & illecebris abſtrahere votis omnibus affectans, ut circa divinam contemplationem in ſancta Religione mentem totaliter occuparet, ab adventu ſancti Patris Auguſtini in Angliam *e* triginta tribus annis effluxis, ſumptibus ſuis, de bonis, quæ jure hereditario ſibi obvenerunt, poſtquam domum Cereteſeye fundaverat & dotaverat pro ſeipſo; fundavit domum de Berkinga in area, quam infructuoſam invenit; & eam redditibus amplioribus dotari procuravit per Reges & Principes terræ; ſicque terrenam dignitatem & ampla patrimonia ſua in divinam & eccleſiaſticam hereditatem duxit transferenda, priuſquam ad Pontificium *f* Londonienſis Eccleſiæ fuerat divina diſpoſitione vocatus, & per S. Theodorum Dorobernenſem Archiepiſcopum conſecratus. Cum igitur B. Ethelburga, ut virginitatem ſuam Deo conſervaret, ob paternam perſecutionem, labores, vigilias & jejunia, varias afflictiones & defectus peregrinando ſit perpeſſa, propter amorem ſponſi ſui Jeſu Chriſti; duce Spiritu ſancto pervenerat ad Berkingum, à Deo deſtinatum & per fratrem ſuum Erkonwaldum præordinatum. Ipſo Sancto fabricæ domus pro ſanctimonialibus ibidem & dicta ſorore ſua Deo ſervitura intendente; cum dictæ domus artifices *g* meremium ſuum menſurarent, diverſis locis juxta decentiam operis coaptandum; inventa eſt trabs una, operi admodum neceſſaria, ceteris brevior, & ideo fabricæ minus apta. Sed vir totius ſanctitatis Erkonwaldus & ſoror ſua Deo devota Ethelburga, aridam trabem inter manus arripientes, ipſam in longum traxerunt, quouſque ceteris æquaretur: quod quidem miraculum communiter notum extitit & publice divulgatum.

E *e*

f

g

S. Erkonwaldus duo monaſteria fundat,

& cum ſorore trabem pro defectio longiorē facit:

F

4 Ipſa vero domo perfecta, cum virgo ſæpedicta ad ſtatum Regularem tranſire decreviſſet, quia tunc temporis non erat monaſterium ſanctimonialium in Anglia; ſanctus Erkonwaldus unam dominam Religioſam, moribus præclaram, & in artibus liberalibus ſufficienter eruditam, nomine *h* Hildelitham de partibus tranſmarinis accerſivit, cui tradidit ſororem ſuam Ethelburgam; Regularibus obſervantiis & litterarum apicibus imbuendam. At venerabilis puella, bonæ indolis & ingenii præclari, tantæ magiſtræ doctrinam faciliter concepit & memoriæ firmiter commendavit, in tantum, quod ipſius magiſtram & omnes condiſcipulas in virtutibus tranſcendit, & totius congregationis præfecta eſt Mater & Abbatiſſa.

ipſa ſub magiſterio S. Hildelithæ,

h

creatur Abbatiſſa.

5 Quidam civis nobilis Londoniæ habebat filiam, multum quidem facie decoram & ſpectabilem, ſed claudicabat; & judicabant parentes ejus ſalubrius eſſe, ut ad collegia ſanctimonialium dedicaretur, & eccleſiaſticis diſciplinis erudiretur. Cum ergo credita eſſet venerabili Alwinæ, Abbatiſſæ Berkingenſis eccleſiæ, quotidianis orationibus frequentavit ſepulcrum ſanctæ Ethelburgæ Virginis ſororis B. Erkonwaldi ejuſdem loci fundatoris; & ut directo greſſu

Claudā;

EX CAPGRAVIO. potiretur, gemitu, lacrymis, poplitibus flexis obnixe oravit; ſpondens Deo cœlibem & illibatam omni tempore vitam. Et dum fidelis virgo ſæpius peteret, & ſæpiſſime cœli palatium humili prece pulſaret, efficaciam ſui deſiderii conſecuta eſt. Nam ſponſa Chriſti Ethelburga nocturno tempore viſa eſt ſe taliter alloqui: Filia, depone dolorem, quoniam tua ſanitas jam approximat: tantum memor eſto, ut fratrem meum Erkonwaldum crebro ad interceſſionem tuam invoces, quia ſuis opitulantibus meritis ſoſpes redderis. Talem viſionem cum ipſa diluculo ſororibus ſuis explanaſſet, exhortationibus omnium, jejuniis & orationibus plus ſolito invigilabat. Non multo igitur tempore lapſo, dum ſanctimoniales matutinales laudes concinerent circa tumbam B. Virginis Ethelburgæ, tam dulcis ſopor irrepſit oculis ipſius claudicantis ancillæ Chriſti, ut nequaquam reniti poſſet. Sed dum in loco dormitaſſet opaco, non longe à ſepulcro; ecce ſanctus Pontifex Erkonwaldus, in vultu angelico, illi apparuit, & paterne conſolatus eam, manum ejus apprehendit, dicens: in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſurge; & ſicut Petrus & Joannes claudum erexerunt, ſic & tu erigaris. Quo dicto, ſtatim evigilans & exſurgens, conclamavit, dicens: ſanctiſſime Pater Erkonwalde, miſerere, miſerere. Interim vero dum ad integritatem reſtauretur, tantus fragor à circumſtantibus auditus eſt, ac ſi arida ſepes confringeretur. Ut autem ſanctimoniales rei eventum ſeriatim didicerunt, unanimi voce Dominum in ſanctis ſuis glorioſum devote landaverunt.

caſtitatem vovens,

ad ſepulcrũ S. Ethelburgæ, apparente S. Erconwaldo, ſanatur.

B

ANNOTATA.

a *Heptarchia Anglo-Saxonica anno* 872 *ſub Alfredo ſeu Aluredo in unum regnum coaluit, quam tamen auctor Vitæ octarchiam hic vocat, ſecutus forte eos quorum ex ſententia Northumbria in duo regna dividebatur. Cum itaque iſta regnorum unio anno* 872 *ſit facta, mirum eſt dicere auctorem Vitæ S. Erconwaldum natum circa iſta tempora, quem poſtea ſub S. Mellito (qui anno* 596 *in Angliam miſſus eſt) diſcipulum fuiſſe ait.*

b Lindeſeia, Lindiſſi, *aut* Lindisfarorum provincia *proprium accepit Epiſcopum anno* 678, *cujus Sedes fuit in Oxonienſi Merciorum Comitatu, & urbecula Dorceſtra, inde Lincolniam tranſlata.*

c *Miſſus fuit in Angliam* S. Auguſtinus *cum S. Mellito & 40 fere ſociis anno* 596 *à S. Gregorio Magno, & pervenit eo ad Ethelbertum Regem Cantii anno* 597.

C

d *Colitur* S. Ethelburga 11 *Octobris.*

e *Diximus in commentario ex tabulis fundationis,* Cherteſeyenſe cœnobium *fundatum fuiſſe à S. Erconwaldo anno* 666 : *poſt cujus fundationem cum prater alios dicat auctor Vitæ fundatum cœnobium Berkingenſe, non potuit fundatum fuiſſe anno* 33 *poſt adventum S. Auguſtini in Angliam, qui annus Chriſti erat* 630. *Quid ſi legatur* quadraginta tribus?

f *Venit* S. Theodorus *in Angliam anno* 669, *& Archiepiſcopatum Cantuarienſem adminiſtravit annis* 22.

g Meremium *Voſſius* heremium *vel* heremitorium *interpretatur, ſed rectius juxta Spelmannum* meremium *imo* mœremium *dicendum, idem quod lignamen, ſeu materia lignea ædificandis domibus apta.*

h *Colitur* S. Hildelitha 22 *Decemb. & ſucceſſit* S. *Ethelburgæ in cœnobii Berkingenſis præfectura.*

CAPUT II. D

Mors & ſepultura S. Erconwaldi, ſepulcrum ejus ab igne divinitus illæſum, tranſlatio corporis.

6 CONfeſſor Domini glorioſus B. Erkonwaldus, Londonienſis Epiſcopus, ante tranſitum ſuum multorum miraculorum teſtimonio placuit Deo. Hic enim appropinquante jam vitæ ſuæ termino, cum ad prædicandum populo propter debilitatem corporis in feretro caballario duarum rotarum duceretur; contigit, ut una totarum in caſu caderet, altera ſola in curru remanente. Neſcientes igitur, qui cum Sancto erant, hujus rei eventum, ſed curſu ſolito per viam ſuam ambulantes; tandem, quod dictu eſt mirabile, currum vehicularium viderunt contra conſuetudinem ſupra unam tantum rotam gradientem: mirantur omnes Dei virtutem, viri ſanctitatem in tanto miraculo aperte cognoſcentes.

S. Erconwaldus multis, miraculis claret ante & poſt mortẽ,

currum quem una rota ſuſtinet, illæſus vehitur.

7 Poſt tranſitum vero ipſius ad cæleſtia, multi febricitantes aliique morbidi, ejus feretrum tangentes vel oſculantes, integre ſanabantur. Sed & abſentibus infirmis, per haſtulas inde abſciſſas & ad eos delatas, repentina ſalus ſæpius advenit. Erat autem illo tempore apud Berkingum ſanctarum monaſterium feminarum, quod ad honorem Dei ſanctæque Mariæ præparaverat præfatus vir Sanctus, ut in dicto loco cauſa devotionis moraretur. Placuit Altiſſimo dilectum ſuum ab hac valle miſeriæ ad ſedem ſuæ gloriæ feliciter invitare: Sanctus itaque Erkonwaldus, Spiritus ſancti gratia repletus, ſuis ad ſe vocatis diem obitus ſui veraciter prædixit, & uſque ad ultimum vitæ ſuæ terminum omnes circumſtantes verbo vitæ ſalutaris alacriter confortabat. Egrediente vero illa ſancta anima à corpore, & ad cælos manibus Angelicis deportata, tanta remanſit odoris ſuavitas, ut totam domum, in qua corpus jacuit, mirabili dulcedine impleret, & omnium corda ad Dei laudem & Sancti ſui devotionem excitaret.

Ad ejus contactum multi ſanantur: E

moritur in Berkingenſi cœnobio,

quod in morte ejus cæleſti odore repletur.

8 Poſt hæc igitur audito B. viri tranſitu, veniunt apud Berkingum Clerus & populus de Londonia, ut cum honore maximo corpus ſui Pontificis ſepulturæ debitæ commendarent. Ponentes autem talentum illud pretioſum in feretro, ad hoc reverenter præparato, cum ſacroſanctis Reliquiis verſus Londonias proceſſerunt. Sed cum ad aquam quamdam, quæ Ylefordia nominatur, cum ſacro corpore perveniſſent; dictam aquam ſic miraculoſe extra locum proprium inveniunt excreviſſe, ut ipſis tranſire volentibus via ſolita non pateret. Deponentes igitur corpus Sanctum in loco prius nominato, quid facere aut quo ire debebant ſibi monſtrari divinitus devotis precibus poſtulabant. Igitur ad exhortationem cujuſdam Religioſi viri, divinitus inſpirati, facta apud Deum à Fidelibus oratione devota; ecce Dei potentia ſtatim devotis hominibus eſt oſtenſa. Subito enim aquam illam magnam in duas partes diviſam perſpiciunt, & ſicco pede per medium fluminis cum ſacro corpore perrexerunt. Tranſacto itaque flumine, cerei qui juxta corpus prius fuerant extincti, abſque omni humano ſtudio cælitus fuerunt accenſi: ut uno eodemque tempore ipſa elementa, ſcilicet ignis & aqua, teſtimonium redderent ſanctitatis: & quia corpus beati Pontificis dum adhuc viveret omnibus virtutibus & gratiis ſpiritualibus fuit plenum, ideo in ejus morte, quotquot feretrum, quo jacuit, tetigerunt per Dei miſericordiam ſanabantur, à quacumque detinebantur infirmitate. Fuit autem in civitate Londonienſi eccleſia in honore B. Pauli conſecrata, in qua, quia cathedralis erat, Cle-

Corpus à Clero Londinum deportatur, F

diſcedentibus aquis fluvii, qui tranſiri debebat:

ſepelitur in templo S. Pauli.

rus

A rus & populus corpus ſancti Pontificis ſepulturæ tradiderunt. Jacuit quoque annis multis in terra, ſub theca lignea prope altare Dominicum, corpus illud reverendum, quodam pallio parvi pretii indecenter præparatum: ſed quia vir ſanctus duplici honore in cælo & in terra dignus erat, non permiſit Dominus ſervum ſuum fidelem in loco humili diutius in abſcondito latitare.

Ingens incendium Londini, *a*

9 Accidit quoque tempore Mauritii Londonienſis Epiſcopi, ante feſtum S. Joannis Baptiſtæ, ut in eadem civitate ſubito, ad vindictam malorum hominum, maximum oriretur *a* incendium: in porta namque occidentali, circa horam noctis mediam, copioſus ignis accenſus eſt; cujus flamma ex omni parte diffuſa, juſto Dei judicio, uſque ad portam orientalem totam combuſſit civitatem. Excitati autem cives & ad tam horribile ſpectaculum conturbati, vix cum vita fugere potuerunt, male perquiſitas divitias flammæ relinquentes. Interea ſiquidem creſcente incendio, *à quo, conflagrante templo,* eccleſia B. Pauli comburitur, & omnia quæ in ea erant igne conſumuntur; & ecce jam non erat populi conſolatio, ſed omnium jam dolor & gemitus, eo quod ſanctas eccleſiæ ſuæ Reliquias, omni ſpe gratiæ poſtpoſita, ſe credebant perdidiſſe. Cum autem ec-

B cleſia inflammata tota caderet, & plumbum liquefactum ex omni parte diſcurreret, & tamen hujus Sancti feretrum integrum inter hæc omnia Dei gra-

ſepulcrum ejus manet illæſum, tia permaneret; tanta ſubito in populo oritur lætitia, ut dolor præhabitus oblivioni traderetur in tanti novitate miraculi, quo Deus mirabilis in Sanctis prædicatur. Concurrente autem populo, & de tanto facto miraculo vehementer confortato; recognoſcunt prædicta, quæ facta fuerant propter ſuam emendationem, meritis ſui Pontificis taliter eveniſſe: ſciebant quippe cives Londonienſes, quod ex tunc Dei vindicta juſte contra ipſos fuerat ſuſcitata; eo quod erga Paſtorem ſuum ac mediatorem apud Deum, velut ingratitudinis filii ſe habebant. Voluit igitur bonus Deus hoc uno eodemque miraculo Sanctum ſuum, quem caput Britanniæ appellabant, extollere, & imprudentium hominum ignorantiam impoſterum præmunire.

accurentibus ad miraculum duobus Epiſcopis & aliis, *b*

10 Poſt dies autem aliquos, mitigata jam flamma in furore Domini excitata, intrant eccleſiam cives, prout poterant, de combuſtis Reliquiis aliquid forte reſiduum requirentes. Ipſis namque omnibus jam dictam eccleſiam ingreſſis, ecce ſimul adſunt duo Pontifices Londonienſis ſcilicet & *b* Wintonienſis,

C cum Sacerdotibus & Clericis & aliis diverſorum Ordinum miniſtris, ut certitudo ipſorum teſtimonio probaretur. Hi autem omnes ad tumulum S. Erkonwaldi accedentes, quod valde erat mirabile, omnia ſalva & integra invenerunt; & quod plumbeus liquor & vivi carbones vim virtutis ſuæ perdiderunt. Præter hæc etiam trabs quædam magna, igne inflammata, ſuper palliolum memoratum, quo illud reverendum ſepulcrum tegebatur, diu jacuiſſe invenitur. O quam mirabile ad videndum! Omnia in circuitu in cineres ſunt redacta, nec quidquam fuit, quod comburi potuit, quod ignis non conſumpſit; & tamen nec filum pallii ſepulcro ſuperpoſiti naturam ſuam perdidit aut colorem mutavit. Currunt igitur hinc inde populi, inaudita ſpectacula admirantes, & ad perpetuam Sancti hujus laudem Deo gratias referentes. Patrata ſunt hæc Londoniæ ſub Mauritio tunc Epiſcopo Londonienſi, imperante primo Rege Normannorum Wilhelmo, anno gratiæ milleſimo octogeſimo ſeptimo, menſe Junii die ſeptimo.

novo templo exſtructo corpus alio loco reconditur;

11 In hujus igitur novitate miraculi ſæpe dictus Epiſcopus aliam eccleſiam à fundamentis incepit, opus videlicet, ut multis videbatur, inconſummabile, verum ſi conſummari poſſet honor & decus Londoniæ. Peractis denique cryptis, ſanctiſſimi corpus Erkonwaldi ibidem collocari præcepit. Mauritio itaque viam univerſæ carnis ingreſſo, Ricardus primus, vir venerandus curam ſuſcepit regiminis: vir, inquam, prudens & ſtrenuus, nobilitate & moralitate conſpicuus: iſte ſiquidem inceptæ muros eccleſiæ mirabiliter auxit, nec non plateas circa eamdem eccleſiam permaximas, quæ ante domibus laicorum obſeſſæ fuerant, proprio ſumptu acquiſivit, & in circuitu muro fortiſſimo *c* pene cinxit, aliiſque jam plurimis *c* beneficiis Londonienſem eccleſiam ampliavit. Demum divino procurante conſilio, per quinquennium & eo amplius infirmitate *d* concutitur, ſicque homi- *d*
ne mundano demum relicto perpetua pace *e* quievit. *e*
Vacuam quoque per unum annum cathedram, Gilbertus, qui *f* univerſalis dictus eſt, ab Antiſiodora *g* *f g*
civitate Galliæ vocatus, feliciter aſcendit; hic nempe litteris & ſapientia, nec non auctoritate & frugalitate media cumulatus ante Epiſcopatum, veteris hominis imperfecti gibbum planaverat, explanatumque opus tecto ſuperpoſito ad liquidum compoſuerat. Quæ vero vel quanta Epiſcopali onere ſuſcepto eccleſiæ ſuæ contulerit, cujuſque integritatis extiterit, non eſt hujus operis enarrare. E

EX CAP-GRAVIO.

12 Propter immenſa S. Erkonwaldi merita, circumquaque divulgata per crebra miraculorum inſignia, quæ facere dignabatur Dei providentia, pro ſalute fidelium ad laudem ſui Sancti, imponebatur quibuſdam Anglorum monaſteriis, quod fama miraculorum attoniti, corpus Sancti noctu furari voluerunt; unde intempeſtæ noctis ſilentio non pauci homines valvas cryptarum, in quibus idem Sanctus condebatur, confregerunt; & januas altaris uſque venientes auſu temerario prope frangere præſumpſerunt. Quorum ſtrepitu evigilans quidem tunc puer itiam exuens, qui ſolus cum duobus clericis locum Cuſtodum occupans in eccleſia pernoctabat, clamoribus ſuis totam illam multitudinem ita dementavit, ut divino perculſi judicio, ad vocem tantilli hominis, curſu concito per portam, qua venerant, repedarent. His igitur tumultuationibus ad eccleſiæ ſuperioris aditum conclamantes, & tintinnabuli pulſatione auxilium convocantes; illos quidem comprehendere nequiverunt; ſed pro tanta animadverſione uſque ad mane ibidem excubias celebrarunt. Facto autem mane, octo Presbyteri tam venerabilis theſauri cuſtodes delegati fuerunt, donec tertia die in tutiori loco, interim peracto, ſancti Reliquiæ clauderentur.

ad cujus cuſtodiam populus violenter irrumpens,

unius pueri voce in fugam agitur:

13 Omnibus igitur rite peractis, cum crucibus & F
cereis, Sacerdotibus etiam ad tam venerabile obſequium præſtolantibus, cum Proceſſione & Litaniis venerunt ad tumulum Erkonwaldi Pontificis. Cujus loculo ligneo ſublevato, repertum fuit corpus cum iiſdem ſigillorum munitionibus, quibus jam pridem fuerat præmunitum. Tandem divina providentia tantus factus eſt concurſus populorum, ut toto niſu reluctantibus, qui præ foribus aderant, ipſas fores ſeris poſtibuſque excuterent; nec à ſuo deſiderio defraudati, tam ineffabile Sacramentum perſpexerunt. His itaque geſtis, ſancta decrevit devotio fidelium, corpus glorioſi Pontificis digna cum reverentia ad locum honorabiliorem eſſe transferendum. Statuto autem die, quo dicta ſolennitas debebat celebrari, convenerunt Pontifices & Clerici, ad tam magnificum myſterium peragendum ſpecialiter evocati. Cumque ciſta plumbea, in qua prius jacuerat, cum ſacro corpore ad locum eidem de novo paratum portaretur, inventum eſt per ignorantiam artificis, quod vas illud cum corpore in longitudine & latitudine ſepulcro jam parato majus eſſet. Et ecce, cum omnes, qui aderant, pro tanta negligentia

ipſum in tutiorem locum ſolenniter transfertur:

qui cum angustior eſſet, divinitus dilatatur;

multum

EX CAPGRAVIO

multum eſſent contriſtati; ſubito Dei potentia major in lapide fit apertura, ita quod durities lapidis Sacroſanctis Reliquiis locum daret; quod affirmabant, qui aderant Sorori ſuæ ſanctiſſimæ Ethelburgæ olim eveniſſe.

14 Tranſlatum eſt itaque ſanctiſſimi corpus Erkonwaldi & cum tanta pietate repoſitum anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo[octavo] *h* menſis Novembris die quartodecimo. In cujus tranſlatione, præter illud quod ſupra ſcribitur, alia multa, quæ propter quorundam tædium omittuntur, miracula claruerunt: alterum in omnium oculis in quodam Canonico ipſius eccleſiæ præſente, fortiter tunc febricitante; alterum in quodam puero abſente, & jam per dimidium annum & eo amplius uſque ad mortem ægrotante: præſenti ſubvenitur Sancti præſentia; abſenti vero pulveris de ligno, in quo Sanctus jacuerat, aſperſura. Quidam vero Deo devotus collectum pulverem ſtatim ut cum aqua infirmo tradidit, ipſe infirmitatem omnino evaſit. Adjungebatur etiam, quod ſi thuris in eodem ligneo locello à ſe reperti tenuis fumigatio nares infirmantis impleverat, quaſi thymiamate compellente morbum univerſum depellebat.

h

ac eodem tempore varii morbi curantur.

ANNOTATA

B

a *Infra notatur annus* 1087, *qui fuit primus Mauritii Epiſcopi: hic autem reſtaurato templo quod arſerat, obiit anno* 1107. *Ipſum autem tandem ab hæreticis profanatum, & prævalentibus Calviniſtis neglectum atque ruinam minitans, nuper cum maxima parte civitatis funditus iterum eſt exuſtum.*

b Walkelinus *ſive* Walkelmus Wintonienſis Epiſcopus, *exauctorato Stigando ſuffectus anno* 1079: *qui etiam ipſe novam Cathedralem extruxit, obiit autem anno* 1097.

c *Godwinus in Epiſcopis Londinenſibus dicit, murum hunc, quamvis integer adhuc ſuo tempore putaretur, vix uſpiam tamen comparuiſſe, à domibus uſquequaque contectum.*

d *Paralyſi correptum ſcribit idem Godwinus.*

e *Obiit* Richardus Londonienſis *an.* 1127, 16 *Ianuarii.*

f *Gilbertum Londonienſem etiam laudat Platina*, virum tantæ doctrinæ, ut ob varietatem ſcientiarum Univerſalis appellaretur.

g *Godwinus dicit* Canonicum Lugdunenſem *fuiſſe; natus fortaſſe Autiſſiodori eſt: varia eum epiſtolis coluit S. Bernardus, ipſe autem Romam proficiſcens obiit anno* 1133.

C

h *Ita Weſtmonaſterienſis, quem ſequi placuit, quia facile fuit poſtremum numerum excidere Capgravio, vel ei quo uſus eſt Ms. Præterea rebus eccleſiæ Londinenſis per ſeptennii vacationem ſatis conturbatis, vix eſt credibile Robertum Epiſcopum primo ſtatim ſuæ conſecrationis anno potuiſſe huic Tranſlationi intendere animum.*

CAPUT III.

Incendium meritis S. Erconwaldi reſtinctum, morbi ſublati, profanantes ejus feſtum puniti.

Sanctus incendium à templo Londinenſi arcet.

15 POſt hæc vero, ut ipſius Tranſlatio Deo grata & hominibus venerabilis appareret, addidit Salvatoris clementia novum quoddam miraculum demonſtrare. Accidit quodam anno, in feſto Tranſlationis ipſius, in civitate Londonienſi ignem maximum & horribilem ſubito ſuſcitari, qui undique diffuſus magnam partem ipſius civitatis combuſſit; approximante autem flamma ad eccleſiam S. Pauli, viderunt ſenſibiliter multi civium quemdam Pontificalibus indutum, & vexillum in manu tenentem, ſuper dictam eccleſiam ſtantem, & eam ex omni parte à periculo omnipotenter defendentem. Hic eſt igitur, dilectiſſimi Fratres, paſtor noſter ſingularis, ac patronus ſpecialis B. Erkonwaldus Epiſcopus, cujus præter hæc, quæ dicta ſunt, virtutes & merita nullius jam lingua ſufficit enarrare. D

16 Eo tempore, quo ipſius ſancti Præſulis præfati corpus adhuc in crypta in ſarcophago ſervabatur, teſtudo ejuſdem cryptæ pingenda fuit. Interea revoluto anni circulo, ſolennitas ipſius ſancti Patris Erkonwaldi illuxit: nullus ibi Miſſam illo die celebravit; altare diſcoopertum fuit, propter inſtrumenta erecta, pictoris officio idonea; innumerabilis multitudo utriuſque ſexus convenit ad oratorium, orare volentes & oblationes ac luminaria ferentes, ſed introitus eis non patuit: pictor enim januam ſerravit, ut ipſam arcuatam teſtudinem coloribus vermicularet. Dum autem diligentius colores protraheret, repente deſtitutus eſt viribus, & repentino dolore arreptus, velut exanimatus corruit. Cum diu ſic cruciaretur, ecce ſupradictus Antiſtes, infula Pontificali exornatus, venit; & baculo Paſtorali graviter eum flagellavit, recapitulans negligentiam ipſius, videlicet quod illa die pertinaciter operatus eſt, & quod populum excluſit. Hæc viſio & caſtigatio pluribus innotuit, poſtquam de infirmitate illa convaluit.

caſtigat ſui ſepulcri pictorem quod feſtum impediret.

E

17 Cum quædam mulier ad feretrum argenteum parandum, in quo S. Erkonwaldi corpus poneretur, ut aliquid offerret ibidem, mente devota pergere præoptaſſet; à viro ſuo acrius increpata, quod propoſuerat implere non potuit. Sequenti nocte infelix ille gravi renum paſſione corripitur; & tam acriter dira humorum collectione per non paucos dies vexatu, ut mediçorum judicio in deſperatione verteretur. Verum quia dicit Paulus, Sanabitur vir infidelis per mulierem fidelem; ecce intempeſtæ noctis ſilentio mulieri in ſomnis S. Erkonwaldus apparuit, & certa revelatione perdocuit, quatenus ſine aliqua procraſtinatione virum ſuum propenſius animaret, ut ad ipſius mauſolæum ſe ferri præciperet. Itaque mane facto, uxoris monitu humeris famulorum vir ille ſuſtentatus, ad S. Pauli baſilicam humilis & devotus adducitur; ubi auxiliante ſæpe dicto Pontifice, languoris ſui ſanitate percepta, ſui compos efficitur; & qui alienis adjutus venerat pedibus, propriis ad propria revertitur.

alium quoque uxori offerre quia piam volenti moleſtum

1. Cor. 7. 14.

quem delatum ad Sepulchrum ſuum ſanat:

F

18 Quidam argentarius, nomine Euſtachius, cum limina domus, in qua S. Erkonwaldi feretrum fabricaretur, ſæpius attriviſſet, ubi erat ſepulchrum ligneum argento & auro tegendum, in quo S. Erkonwaldi membra conderentur; ſtatim creſcente inſania cœpit miſer ſuper memorato ligneo locello, non tantum quædam inhoneſta proferre, verum etiam auſu temerario fabrica lignea ſublevata, ad modum ſancti corporis quieſcentis, interius latitare ac dicere: Ego ſum Erkonwaldus, mihi munera deferte, à me auxilium poſtulate; mihi argenteum feretrum præparate. Cum hæc infelix rauco gutture perſtrepuiſſet, gravi infirmitate correptus à circumſtantibus foras ejicitur, & ad locum ſuum lacrymabiliter deductus, infra paucos dies expiravit. Nimirum B. Erkonwaldi miracula, ejuſque ſanctitatem obſtinaciter ſpreverat; unde ſecreti judicii rimatorem ad percutiendum animaverat.

Quidam in Sanctum blaſphemus

gravi morbo corrptus extinguitur.

19 Artifex quidam in urbe ſancti Pontificis diem aliis feriantibus, ipſe opus exercere ſolitum conatus eſt. Falcem enim arripuit. feſtinus aſcendit, pellemque radere dedita opera cœpit. Contigit interea concives illac tranſire, ad templum Dei ob honorem

item alius feſtum ejus profanans

norem S. Erkonwaldi feſtinantes, quo patronum ſuum in cælo cum Deo regnantem interpellarent, ne in cauſa extremi examinis illis deeſſet, qui ejus memoriam ejuſque gloriam dulciter recolerent. Ut autem pellificem, poſtpoſitis divinis operibus humanis intendere præſumpſerant, quidam illorum pereunti fratri condoluerunt, quidam vero tamquam ſacrilego inſultaverunt; nec defuerunt, qui fraterno affectu ab illicito auſu tranſgreſſorem revocare tentarent. Horum autem monitionibus diutiſſime protractis, permanſit in opere cœpto, morte dignus. Parum enim ſibi fuit, ut amicos ſalubriter exhortantes negligeret, addidit etiam, ut pro admonitione ſubſannationem & deriſionem aliam & aliam proximis ingereret. Sic igitur luit homo iniquus inſtructionem piam, quam fruſtra perfeceratilli populus amicus.

captivus è carcere liberatur:

20 Captivus quidam, juſſu regio compeditus, ire feſtinavit ad eccleſiam eo die, quo feſtivitas Sancti Erkonwaldi celebratur; & ingreſſus, in hunc modum eſt exorſus: Deus, quem nemo petit in vanum niſi vanus, *b* nativitatem meam evacua: Deus illuminator mentium, me tua pietate illumina, ut mihi quid expediat, orare poſſim, tibique placita poſtulare ac impetrare. Cum in hunc modum [orantem] cuſtodes quærerent illum; nuntiatum eſt illis, hominem quem quærebant ad ſolenne gaudium feſtivitatis S. Erkonwaldi perveniſſe, nec latitare voluiſſe, ſed in conſpectu fidelium altari aſſiſtere, oculiſque ac manibus levatis in altum ad Dominum intentius orare. Tunc cuſtodes, nunc reperto captivo lætati, nunc vero ipſius evaſione commoti, ad templum Dei curſum inſtituerunt, & ſuum commendatum non ſine pœna reducere propoſuerunt. Intrantibus autem cuſtodibus & hominem arripere deſtinantibus, fragore maximo rupta ſunt vincula; captivique orantis, cum admiratione cunctorum, qui adſtabant diſſoluta ſunt crura. Ut vero rumor miraculi pervenit ad Epiſcopum, verba de miraculo fecit ad populum; & quem S. Erkonwaldus dignatus eſt abſolvere, prohibuit arctius ne prædicto homini per cuſtodes injuriaretur. Quanta vero tunc ſecuta eſt populi exultatio, quantaque in Deum & ejus dilectum Erkonwaldum prodita eſt laudatio, nullius eloquium edere, nullum ingenium valet excogitare.

21 Glorioſi vero Pontificis ſolennitate jam appropinquante, juxta morem Eccleſiæ denuntiatum eſt univerſis in territorio degentibus, ut ſecularibus ſtudiis intermiſſis, in die quam Sanctiſſimi Patris ad paradiſum tranſitus inſignivit, ad eccleſiam Chriſti convenirent, ſuiſque precibus ac tanti patroni Erkonwaldi meritis, tam corporis quam animæ neceſſaria obtinere laborarent. Et ecce quidam miſer, gravi faſce onuſtus, occurrit obvius cuidam eccleſiæ miniſtro, & juxta monaſterii parietem exoneratus, cœpit reſiſtere, *c* vacans quid quiſque loqueretur. Miniſter vero præfatus verbis admonitionis piæ ad ipſum loqui cœpit; Quis es tu, homo miſerande, qui Dei miſericordia & S. Erkonwaldi plus aliis hominibus indigens, & ad orandum Deum dilectumque ipſius Erkonwaldum aliis feſtivantibus, tu ſolus non attendis? Qui proterve reſpondit, Vult me Erkonwaldus paſcere, ſi ejus gratia quæſtum meum incipiam omittere? Ridiculum eſſet, ſi ego deſerto officio victum à veſtro Patrono exſpectarem. Ite igitur, & veſtras ferias veſtraſque cantilenas cum Erkonwaldo veſtro ſine invidia vobis habete, & opus virorum fortium ignavi nobis relinquite. Sic ipſe quaſi eſſet fugatus, profecto ſub omni celeritate onere ſublevato, quod contra ſepulchrum S. Erkonwaldi extra monaſterium depoſuerat, ſic eſt averſus, ſic in viam amens eſt progreſſus, quod ad caput ſepulchri cujuſdam mortui pedem offendens, in proprium caput eſt prolapſus, & ſuimet ruina conquaſſatus & extinctus. Cognovit itaque populus hominem infelicem, per inobedientiam & verborum petulantiam, ſummi Iudicis ſententia mortem meruiſſe, atque incurriſſe ſubitaneam; dum ſe ſuaque ſic amaret, ut correctionem irridens, in Sanctos Dei contumeliam gravem divulgaret. EX CAP. GRAVIO

quidam feſtum ejus profanans ſubito moritur.

manus aridа ſanatur;

22 Quædam venerabilis mulier, Benedicta nomine, ad Sancti feretrum diebus ſingulis veniam poſtulabat, & quod natura ſubtraxerat, obtinere Erkonwaldi precibus flagitabat. Siquidem duo peſſima ei à nativitate contigerant; ut præter manum aridam, quam geſtabat ac ſi adhuc matris utero foveretur, pugni concreta congeries & digitorum pollici ſuppoſitorum integralis conglutinatio, manus obſervationem penitus denegaret: præterea Italicam *d* ſe ajebat, ortam apud Marcilliacum *e* in Provincia Lugdunenſi, & pro ſanitate recipienda fere extremas hominum nationes, ubi Chriſtiana Religio pervenerat, pede laſſo luſtraverat. O quam ineffabilis ſecretorum Dei profunditas! Quam univerſus mundus cum ſuis Reliquiis abdicavit, divina providentia reſervat Erkonwaldo, ut mirabiliorem in Sanctis ſuis Deum Britannia recogноſcat. O Beate Erkonwalde, Apoſtolorum Principes Petrus & Paulus tibi deferunt, alumnam ſuam tibi mittunt, ut glorioſior appareas, & Londonia te melius veneretur & colat. Quid plura? Quadam die dum ſupra memorata mulier, ut religionis eſt, non ſub hominum obtutibus ſed in eccleſiæ angulis occultata, aures ſummi pulſaret artificis; abſconditorum cognitor Deus, meritis Erkonwaldi exigentibus, manu miſerationis manum allevat deprecantis. Cum vero prolixius illa propenſiori cura ad Sancti tumulum flagitaret; nervi, qui ex nimia ſtrictione ſui, extorres animalis vivacitatis extiterant, digitis ad ordinem revocatis, ad curſum naturalem ſubito redeunt; & uſui competens ſuccus vivificus, & venarum pororumque repletio naturalis membrum reſtituunt; manus arida humectatur, & nervoſa ſoliditas denodatur; naturalis vigor miraculo depellit vitium, & putrefacta manus uſuale ſentit officium; Erkonwaldi precibus admiratur digitorum diſcretio, quod prægnantis natura dimiſerat in gremio: reddit Erkonwaldus oblita jura naturæ, dum humanum membrum reſtituit creaturæ.

motu ac ſenſu omni repente deſtitutus,

23 Tempore Stephani *f* Regis Anglorum, erat quidam juvenis, nomine Willelmus, qui de Galliis exercendæ negotiationis cauſa fines Londoniarum intraverat, & in præſentia ſanctiſſimi corporis Erkonwaldi, die ſolennitatis ſuæ, inter populos aſſiſtebat. Completa itaque Proceſſione, inter ceteros ſupra memoratus homo repedavit ad ſibi delegata hoſpitia: & dum inter convivantes ſocios medius, & quaſi nulli tunc ſecundus, diſcumberet; ſubito tam atroci & peſſima infirmitate concutitur, ut *g* catalepticum hominem judicares, & magis mortem, quam periculum putares. Ex ipſa deſperatione ſignum Domini noſtri Jeſu Chriſti ante infimum apponitur: Sacerdos, ut fidelium mos eſt, magis ad exequias, quam ad infirmi viſitationem inducitur; & omnibus rite peractis, jam tædio feſſi, qui aderant, magis ejus mortem, quam tam peſſime cruciari propenſius inhiabant. Nec adhuc ex circumſtantibus civibus erat aliquis, qui Erkonwaldi potentiam imploraret. Silent ſiquidem Erkonwaldi vicini, ubi tranſmarinus non ſiluit; obliviſcuntur cives, quod de Gallorum gente genitus recognovit. Profecto quidam ex infirmi ſodalibus in pedes repente proſilit; quod ante de virtutibus mirandi Antiſtitis audierat non ſurdus auditor attollit; ut ægrotus ſe totum reddat, ſe totum moveat, totum precibus Sancti Pontificis ſe conferat, nutu

per ſocium commendatur ſancto,

EX CAPGRAVIO. divino laudando consulit: currit citus, cereis oculis cæci oculos tangit; & festinus, equo ante sanctissimũ corpus adveniens, super hastam, quæ eminebat, eosdem oculos diligenter appositi. Res miranda? Vir boni consilii cera tangit squallentes oculos, & illuminator noster pretiosissimus Erkonwaldus sublata umbra reddit lumen oculorum: & ægrotus, qui antea maniacus videbatur, jam naturaliter in omnibus membris usualem cursum recuperaverat. O hominem de perditione animæ & corporis Erkonwaldi precibus absolutum! Scisitantibus qui aderant, quomodo se haberet, tale dicitur dedisse responsum: Ego per B. Erkonwaldum, qui mortuus fueram, jam vivo; qui lumine privatus extiteram, jam video: & certe venerabiles ipsius digitos sensi orbatis luminibus dignanter appositos; & hoc vobis signum: Crucem illam huc afferte. Qua allata arrepta, acum, quæ crucem *h* & crucis baculum consuebat extraxit, & iterum cunctis videntibus primo ictu *i* foramen implevit.

& sibi restituitur.

b

i

ANNOTATA.

B a *Quia in loco, monasticis consultationibus judiciisque designato, legitur ex Regula Capitulum unum quotidie post Primam, ideo ipse locus passim vocatur* Capitulum: *& rursus quia ibidem excessus monachorum vel culpæ verbis aut verberibus castigantur, usu apud eosdem invaluit, ut* Capitulum *etiam reprehensionem significaret, & reprehendere* capitulare *ac* recapitulare *diceretur.*

b *Forte legendum* captivitatem; *nisi fatum, nascenti præfixum, parum Christiane hoc loco intelligas.*

c Vacans, *id est*, nihil curans.

d *Nempe utramque Galliam cisalpinam ac Transalpinam communi nomine* Walsilant *vocant Angli*, à Wallis *sive* Gallis: *& sic etiam Italia, Anglis* Wallia *est: hac autem amphibolia deceptus scriptor, forsan Belga, Lugdunensem mulierem, quæ antiquiori & minus culto stylo vocabatur* Wallica, *fecit* Italicam.

e *Sitne* Marcilliacum *aliquod* in Provincia Lugdunensi *nescio: Petri du Val Alphabetum Franciæ duo synonyma loca in Aquitania monstrat, alterum* Marsillac, *apud Pictones, in confiniis Andegavensium, Principatus titulo insigne oppidum; alterum, vulgo* Marcilhac, *apud Ruthenos urbeculam.*

f Stephanus, *ex Comite Blesensi Rex Angliæ, ab anno* 1135 *ad* 1154.

g Κατάληψις *recentioribus medicis* congelatio *dicitur, definiturque affectus inter phrenetidem & lethargum, in quo subita fit detentio, mentis corporisque sensu motuque intercepto, remanente figura in qua correptus fuerit æger: fit sæpius à melancholico humore, nonnumquam à sanguinis copia.*

C

h *Transversum scilicet lignum, quod hastili junctum crucem constituit:* Crucis brachia *vocarent alii.*

i *Impressum erat* acu: *sed corrigendum fuit* ictu *vel* jactu.

CAPUT IV.

Alia quædam beneficia meritis S. Erconwaldi à Deo hominibus præstita.

sanantur infirmus juvenis,

24 Iisdem temporibus quidam juvenis languidus & atroci infirmitate correptus, postquam admodum [diu] ante sepulcrum sæpedicti Præsulis jacuit, sanitate recuperata coram omnibus exclamavit: Gratias tibi refero, Erkonwalde, qui infirmus huc veni, & modo tua opitulante clementia sanus & incolumis, quo voluero, possum exire. Nec hoc prætermittendum est, quod diebus illis quædam matrona filiam propriam, utriusque sideris lumine destitutam, ad sepulcrum pretiosissimi corporis, in multorum præsentia secum lacrymabiliter adduxit; & statim oratione completa, subitam illuminationem puella cunctis mirantibus evidenter obtinuit.

puella cæca,

D

25 Per idem tempus ægrotantium multitudo copiosa ante Sancti tumbam sanitatis remedia poscebat, inter quos quidam venerabilis Clericus, cujusdam magni nominis *a* notorius, spe sanitatis recipiendæ, omnibus, qui eum noverant, mirantibus se medium interjecit: nam cum medicus esset, & minime se per se vel per alios curare potuisset, odore miraculorum sancti Pontificis refectus; tandem proventione fidei roboratus, medicinæ cælesti totum se destinavit; Dei quoque misericordiam præstolatur in vigiliis, jejuniis & orationibus; & ante corpus sanctissimum Deum lacrymabiliter deprecatur, ut & suorum facinorum veniam & languoris remedia consequi mereatur. Quid plura? Die tertia post horam vespertinam, apparuit [Dei potentia & Sancti meritum] supra memoratum languidum, Erkonwaldi precibus adjutum, imo pristinæ sanitati restitutum, & hujus præconia in omnium præsentia sic resonantem: Sciat hoc universus Clerus & populus, me ante paucas horas letali infirmitate prægravante ita mei impotem extitisse, ut non solum manuum officia perdidissem, verum omnium membrorum adminiculis caruissem: modo Sancti nostri meritis intervenientibus sanitate recuperata, ita validus existo, ut non solum manducare vel bibere, seu ceteros naturales corporis sensus possim exercere; verum etiam incredibili Dei virtute viribus propriis equum ascendere, &, quo placuerit, valeam equitare.

a Medicus æger.

E

26 Puer quidam, ætatis teneræ lubrico & coætaneorum ludo seductus, tam didascali sui comminationis, quam propriæ lectionis est oblitus. Sequenti autem die, cum reddendi tempus instaret; formidoque præ oculis ex ignorantia lectionis puerilem memoriam occuparet; quid faceret nihil tutum invenit, qui nec lectionem reddere, neque iræ magistri remedium reperire valebat. Post multas igitur cordis anxietates, incidit in animum pueri, ut fuga pœnam alicujus precibus evitaret. Concito surrexit, aufugit, & ad ecclesiam, in qua S. Erkonwaldi requiescit corpus, pervenit. Prætaxatus autem magister, more solito scholas ingrediens, puerumque non inveniens, ut eum fugisse præsensit, mox devenit ad locum, quo puer ante sepulcrum jacebat, suppliciter orans ad Sanctum. Interim magistro de animadversione facienda obfirmato, placuit puerum reddentem audire; quatenus ex justa ratione, quoties eum deficientem in lectione deprehenderet, toties ei verba ingeminaret. O nunc infelicem puerum, nisi citius habeat liberatorem clementissimum Erkonwaldum! Ac mirto modo, cum Sancto multa liberationis genera suppeterent, prælegit modum, qui pueri studio & magistri proposito plurimum congruebat. Precibus itaque & meritis præclari Doctoris Erkonwaldi, affuit puero sapientia, quæ aperit os mutum & linguas infantium facit disertas: affuit, inquam, ac divinitus eum edocuit, quod à nullo ante magistrorum audivit. Cum enim puer lectionem sine libro proferre cogeretur; non solum quod magister ejus tradiderat, absque obstaculo atque diminiculo reddidit; verum etiam illud, quod præceptor ejus traditurus fuerat, obstupescente magistro memoriter diuque recitavit. Tunc vero didascalus tandem ad cor reversus, iram remisit, veniamque fugæ puero concessit, atque seipsum, quod Sancto puerum subduxit, neque honorem tanto Patrono dignum exhibuit, graviter condemnavit.

puer à schola metu pœnæ ad sepulcrum suum fugiens,

indeque abstractus,

quam ignorabat lectionē perfecte reddit;

F

27 Erat quidam de transmarinis partibus advena, Balduinus

A Balduinus nomine & pluribus notus Londonienſibus, qui intolerabiliter igne febrium anxiatus eſt: quæſivit ubique refrigerium medelæ, ſed invenire non valuit. Quadam igitur die, dum miniſtri Eccleſiæ
eodem adductus æger,
b Doctoris gentium, in feſtivitate *b* S. Erkonwaldi ad honorem Dei devote concinerent, devote ſupplicavit, ut ad tumulum ipſius deduceretur; ſperans, ſicut contigit, ſoſpitatem ſibi eſſe per ejus merita reddendam. Dum ergo allatus eſſet, ſecus introitum chori admodum laſſus & languidus reſedit & obdormivit. Vidit igitur ſopitus aſſiſtere ſibi virum elegantem, cum baculo Paſtorali, veſtibus nive candidioribus ac Sacerdotalibus indutum; infula mitratum, quemadmodum Epiſcopi Miſſam celebraturi veſtiuntur, qui perſcrutatus eſt, quid haberet vel cur adveniſſet. Reſpondit æger: Domine, moleſta febrium paſſio me
ſanatur ab apparente ipſi Sancto,
fatigat & jugiter torquet; & ut remedium conſequerer, ad portum ſalutis & ad ſepulcrum Sancti, cujus hodierna die ſolennitas agitur, confugi. Dicit ei Sanctus: Fiat tibi ſicut vis, & ſicut credidiſti: deinde vero in modum crucis, ante & retro, dextrorſum & ſiniſtrorſum, caput illius molliter ac ſuaviter comprimens diceſſit, ſigno ſanctæ Crucis fronti ejus impreſſo. Ipſe autem febricitans jam ſanus, ſopore adhuc
B
fluctuans, exclamavit: Domine, Domine, miſerere mei, & allevia dolorem meum. Et expergefactus, Levita Euangelium incipiente, propriis viribus ſurrexit, & oblationem obtulit; proſtratuſque in terram gratias egit, & poſt Miſſam ſoſpes domum rediit. Au-
quod idem & ſocio ejus contigit.
diens vero conſodalis ipſius, eodem morbo gravatus, eadem hora bajulatus, inter manus ſuorum ad ſepulcrum Beati viri pervenit; & opitulante ipſo eodem modo ſanatus eſt.

27 Puella ex civibus Londonienſibus, multis diebus languebat febre fatigata, nec ullo genere medendi potuit reſtaurari; ſed Dominus clementiſſimus hujus
Curantur ſimili apparitione monita puella febricitans,
morbi remedium ei conferre dignatus eſt. Nam dilectus ſuus Erkonwaldus noctu illi viſus eſt aſtitiſſe, & in hunc modum ſibi ſermocinari: Diu excocta es fornace hujus tentationis, non quod aliquo criminali peccato vitam tuam commaculaveris, ſed ut in futuro juvenilem petulantiam virga correctionis ſtudeas edomare, moreſque maturos imitari: craſtina enim die accelera ſepulcrum meum viſitare; ibique oraturа Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ab hac debilitatis catena liberaberis. Illa quidem tremebunda, cum vellet nomen ejus percunctari, nimius pavor ipſam elinguem reddidit. Hoc ſervus Dei ſentiens, ſubjecit: Erkonwaldus nuncupor, habens ſepulcrum in
C
dextero latere altaris ſanctæ Fidis *c* Virginis & Martyris, quo cum perveneris credens firmiter, ſana eris. Cum hoc ſomnium pater & mater mane ipſa narrante didiciſſent, nimis hilares effecti Deumque laudantes, in eadem hora filiam ſuam inter brachia fulcientes, adduxerunt; & ut ſanctus Præſul docuerat, juxta mauſolæum ipſius eam collocaverunt. Cumque in puncto momenti eſſet in ſomnum ſoluta, ſtatim totius doloris ægritudo evacuata eſt, & ipſa reddita toto corpore incolumis.
EX CAPGRAVIO.

28 Filia quædam Deo devota, de partibus Lincolnienſibus, elegantis formæ, debilitatis verbere flagellata eſt, & tandem officium auditus omnino amiſit. Parentes ipſius, gravi mœroris fulmine percuſſi, medicos conduxerunt, ut ſoſpitati redderetur; ſed medicorum ars & ſubtilitas ibi efficaciam invenire non potuit. Statuerunt autem opem divinam experiri, & eam ad limina Sanctorum circumducere, ut multiplicatis interceſſoribus curaretur. Quo facto, cum nuſquam ſalutem corporis recuperare poſſet, ad ultimum deducta eſt ante tumbam Patroni noſtri venerabilis Erkonwaldi Præſulis. Ibi ſopita cum expergiſceretur, patefactis auribus & ſanie guttatim confluente, redintegratur priſtinæ ſanitati, ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen. *d*
alia delilis
d

29 Mulieris cujuſdam manui adhæſerat forfex, ita ut manu clauſa & digitis palmæ concretis, altera virgarum comprehenſa teneretur, altera ſuper digitos exterius tenderetur, arcu forficis ſuper indicem exiſtente. Afflicta ſic fuerat per triennium: admonita tandem in ſomnis Londonias profecta eſt, debilitatis ſuæ remedium ſuſceptura. Jejuniis igitur, vigiliis & orationibus inſtanti, in ſomnis ſibi apparuit vir quidam in habitu & geſtu Pontificali, conſulens ut eccleſiam B. Pauli intraret, ante thecam ſancti Pontificis Erkonwaldi divinæ potentiæ clementiam in ſua curatione expertura. Credidit mulier, ſurrexit; & dum mane eccleſiam peteret, ante prædicti Pontificis mauſolæum proſtrata, miſerationis divinæ exſpectabat auxilium. Dum vero Proceſſionis myſteria agerentur, ſurrexerat jam ab oratione, & ſtans ante ſancti Pontificis Erkonwaldi thecam, niſa eſt orare manibus erectis & oculis: interea multis intuentibus aperta eſt manus, digitis eminus à palma ſeparatis; ferrum à carne paulatim ſeparabatur, & virgularum altera procul ab altera reducta, cecidit forfex à manu ejus ante altare; poſteaque paulatim plene curatur, ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.
E
& mulier manum contractam habens.

ANNOTATA.

a Notorius, *paſſim notus: ita autem correxi, ubi erat impreſſum* Notarius.

b *Sic reſtitui ſenſum in Capgravio taliter diſtortum*: feſtivitatem & honorem Dei & S. Erconwaldi devote concinerent. F

c *Colitur* S. Fides, *Virgo & Martyr Agennenſis, totis Galliis celeberrima, 6 vel 19 Octobris.*

d *Hic videtur finis fuiſſe: & quod ſequitur poſtea adſcriptum eſſe, ſed ab eodem auctore.*

DE SANCTO CLEMENTE,

POETA ET CONFESSORE APUD GRÆCOS. D.P.

XXX APR. *Inter auctores Canonum numerandus;*

Raci, in Menæis excuſis & apud Maximum Cytherorum Epiſcopum, hodie recolunt memoriam Sancti Patris noſtri Clementis Poëtæ, *qui in MS. Synaxario Chiffletiano,* Ποιητὴς τῶν κανόνων *appellatur. In MS. autem Claromontano ad* XXVII *Maji datur eidem titulus,* Confeſſoris & Poëtæ. *Idem utroque die refertur in MSS. Menæis Iulii Cardinalis Mazarini. Arbitramur* Confeſſorem *dici, quod propter fidem plurima ſit perpeſſus, fortaſſe ſub Iconomachis. Aliud de eo nihil reperimus præter hujuſmodi diſtichon.*

Τέρψας ὁ Κλήμης γηγενεῖς ᾠδαις κάτω,
Ἀπῆλθε τέρψων, ὥσπερ ὄιμαι, καὶ νόας.
Demulſit odis hic qui terrigenas Clemens,
Abiit, opinor, Angelos demulſurus.

2 *Ante Triodion Græcum, excuſum ſtudio & opera prælaudati Maximi, frontalis ſpectatur icon, titulum libri complectens, ex Ms. Triodii fronte, duorum aut trium ſeculorum ætatem præferente, expreſſa. In hac trium minorum geniorum & duorum Angelorum majorum atque columnæ locum hinc inde occupantium miniſterio, circum titulum ducitur veluti torques annulorum vigintinovem, mutuo ſe complectentium* *licet non expreſſus in fronte Triodii,* *dependens*

D. P. *dependens ex ſummo imo ornatiorique toreumate, Chriſtum Dominum repræſentante, cum hoc per extimos Angelorum lateralium humeros defluente verſiculo,*

Οἱ τὰ μέλη πλέξαντες ὑμνῶν ἐνθέων,

Hymnorum modulos hi compoſuêre ſacrorum.

3 *Vniuſcujuſque eorum icon dimidia, proprio habitus & ordinis ſchemate diſtincta, intra annulos prædictos cernitur; & ne vaga exerret conjectura, adduntur circum caput nomina, ut ſolent in nummis: atque ita ex dextro latere deſcendunt,* Germanus, *Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui colitur* XII *Maji, fidei cauſa ſub Leone Armeno Sede ſua ejectus:* Sophronius, *Patriarcha Hieroſolymitanus, de cujus opera in reſtituendis Menæis cum S. Ioanne Damaſceno impenſa, egimus* XI *Martii:* Philotheus *Patriarcha Conſtantinopolitanus, ab anno* MCCCLXII *uſque ad* LXXV *ejuſdem ſeculi: ſed huic quantumvis magnas laudes accumulet Cantacuſenus Imperator, ſub quo floruit; eum tamen ut ſchiſmaticum & hæreticum merito condemnat Wagnereckius noſter in Prolegomenis ad Marianam Græcorum pietatem num.* 28; *eumque Leo Allatius arguit, quod* in Georgium Palamam, *Pſeudomonachum & Thaboræi luminis aſſertorem præcipuum,* congeſſerit omnia laudationis capita, quæ *aliis Patribus diviſim tribuuntur. Eſſet igitur ab hac ſacrorum Poëtarum catena detrahendus Philotheus, neque credo unquam fuiſſet* B *cum eis numeratus, niſi catenæ illius auctor inventorque extitiſſet idem Nicephorus Calliſtus, ſchiſmaticus & hæreticus pertinaciſſimus, qui ipſum Triodion ordinavit auxitque Lectionibus, ſchiſma atque hæreſim docentibus & confirmantibus, quas merito miratur dictus Leo Allatius hactenus ſine cenſura manere, & Græcorum Catholicorum eccleſiis permitti, cum gravi ſcandalo ſimpliciorum. Sed hæc majori tribunali diſcutienda permittamus & Hymnographorum pertexamus catenam.*

ubi orthodoxis perperam miſcetur Philotheus Patriarcha:

4 *Philotheo ſuccedit* Andreas Cretenſis *Archiepiſcopus, de quo tamquam magni Canonis pœnitentialis auctore, quædam diximus* II *Aprilis agentes de S. Maria Ægyptiaca. Colitur* IV *Iulii aut Iunii. Quintus in hoc dextri lateris ordine* Joannes Euchaitarum Metropolita *eſt; cui, hactenus*

& alii ignota ætatis ac fidei;

ignotæ nobis fidei & ætatis ſcriptori, Allatius in ſua de Simeonum ſcriptis Diatriba varia Sanctorum encomia attribuit, Metaphraſti perperam adſcripta, ex quibus duo potiſſimum optaremus nanciſci, quibus continentur Vitæ cujuſdam S. Dorothei Iunioris & S. Euſebiæ in Euchaitis, ut ſi probatæ fuerint ſuum eis locum in opere noſtro demus. Sequitur Georgius Nicomediæ *Archiepiſcopus. Huic etiam varias panegyres, ad Metaphraſten imperite traductas, reſtituit idem Allatius pluribus de eo agens in Diatriba de Georgiis: quo autem vixerit tempore, necdum comperimus. Proximi Georgio & inter Epiſcopos ultimi notantur* Methodius, Cyprianus, Anatolius: *omnes nobis ignoti; quis enim poſtremo loco relatum, credat eſſe S. Anatolium, ſub Theodoſio Iuniore Conſtantinopolitanum Patriarcham? Primum liceret veroſimilius credere eſſe eum, qui ſub S. Theodora orthodoxiam reſtituit; ſed tunc debuiſſet præponi Philotheo & ceteris intermediis. Claudunt porro hanc ſeriem ſcriptores ex ordine ſeculari quinque* Leo Deſpotes, Leo Magiſter, Baſilius Pegoriotes, Juſtinus, Sergius: *de quibus nihil docere poſſum.* D

De omnibus ſcripſit Leo Allatius,

5 *Catenam prælaudatam in ſiniſtro latere implent ex ordine monaſtico ſcriptores quatuordecim. In his nobis cogniti ſunt,* Joannes Damaſcenus, *& cum hoc pariter educatus* Coſmas, *poſtea Maiumæ Epiſcopus, de quo agemus* XIV *Octobris;* Joſeph, *communiter Hymnographus dictus, cujus vitam dedimus* III *Aprilis;* Theophanes, *cognomento* Graptus, *ob frontem contum lioſis verſibus ab iconomacho Theophilo exaratam, qui* XI *Octobris ſolus & rurſum cum fratre Theodoro* XXVII *Decembris commemoratur. Ceteri nobis ignoti ſunt,* Byzantius, Stephanus Hagiopolites, Georgius Sicèliotes, Simeon, Philotheus, Arſenius, Babylas, Ephræm Cariæ, Andreas Pyrrhus *ſive* Rufus, *& Studites. Quis autem hic per antonomaſiam ita dictus? An magnus Theodorus? At inter primos locari merebatur. Infra omnes & quaſi geminæ ſeriei vinculum ponitur* Caſia, *dubites matronæ inſtar an Abbatiſſæ velata: & à nemine alio quod ſciam nominata, nequidem à Leone Allatio in Diſſertat.* I *de libris eccleſiaſticis Græcorum pag.* 82, *ubi ſeptuaginta & unum Hymnographos enumerat, de quibus præfatur* nimis fuſe *egiſſe ſe in tractatu de Melodis Græcorum. Eſt inter eos etiam is, cujus cauſa hæc tractavimus,* Clemens, *nominatus immediate poſt nobiles Confeſſores* Andream Cretenſem, Joſephum & Theodorum Studitas, Stephanum Sabaitam, Theodorum Siceotam, *relatus ante alios, etiamque ante* Simeonem Magiſtrum & Logothetam, *quem alias* Metaphraſten *dicimus, & qui ſaltem ſeculo* X *obiit. Quæſivimus diligenter undenam haberi poſſet iſte Allatii tractatus: ſed neque Romæ neque Pariſiis, ubi notiora quam alibi ſunt eruditiſſimi viri opera, quidquam de eo compertum habent, qui pleraque ejus ſe noſſe putant: multi etiam negant tali titulo quidquam ab illo vulgatum. Sed id ipſe nimis clare aſſerit, quam ut poſit negari, in Diatriba de Georgiis ad nomen Georgii Siculi, ubi quædam à ſe prætermitti excuſat,* cum id, *inquit,* in tractatu meo de Melodis *Græcorum latius peregerim, ne ſæpius eamdem Cantilenam* canere videar. *Ipſum igitur ſi novit aliquis, ſuggerat obſecro quæ de Clemente ſunt.*

& Clementis inter alios meminit.

E

DE B. HILDEGARDE REGINA,

CAMPEDONÆ IN SVEVIA.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ 1 Vitæ ſanctitas, inventio ipſius & filii Ludovici Pii, utriuſque cultus.

AN. DCCLXXXIII. *NOn tantum* Beatam, *ſed,* Beatiſſimam Reginam Hiltegardam, *appellat Theganus coævus, Chorepiſcopus Trevirenſis, qui de geſtis Ludovici Pii Imperatoris, filii ejus, libellum conſcripſit. Vtriuſque corpora ſimul refoſſa anno circiter* DCCCCLXIII *& publicæ venerationi expoſita fuere: eorum autem ſanctitatem, probavit Deus miraculorum multitudine, de quorum* principalioribus & in

Acta ſeculo 15 collecta,

veritate efficacioribus *monachus quidam Campedonenſis in Suevia (ibi enim ſacra iſta pignora ſervantur)* opuſculum valde antiquum ad reſcribendum atque renovandum *accepit anno* MCCCCLXXII, *cui de Hildegardi matre & Ludovico filio ex jam dicto Thegano initium addidit per modum vitæ, eidemque fundationem intexuit ſui Campedonenſis monaſterii, originem referentis ad prælaudatam Reginam. Quæ ex antiquo iſto opuſculo habuit, gravia ſane & fide omni dignißima ſunt; utpote ab eo ſcripta, cujus ætate & inventa ſunt corpora & miracula patrata. In iis quæ ſeculũ octavũ ſpectant, quo necdum invaluerat apud ſcriptores uſus ſignandi res geſtas per annos Chriſti, mirum nihil eſt ſi erraverit aliquando, ſcriptor melior quam chronologus. Errores corrigent Annotata noſtra, quibus illuſtrabimus prædicta Acta; hæc autem damus à Ioanne Gamanſio noſtro deſcripta ex Codice Blauburnenſis in Suevia monaſterii, circa annum* MC *ad Blavi fontes conſtituti, in diœceſi Conſtantienſi.*

dantur ex MS.

2 *Obiiſſe illam* anno quintodecimo regni Caroli Regis, *Chriſti* DCCLXXXIII, in Vigilia Aſcenſionis Dominicæ, pridie kalendas Maii, *antiquiora omnia chronica pari conſenſu affirmant. His adſtipulatur cycli Paſchalis, & litteræ Dominicalis ratio, quæ cum fuerit* E, *Paſcha vero celebratum ſit* XXIII *Martii, apparet ultimum Aprilis cum dicta Vigilia concurriſſe. Obiit autem in Theodonis-villa ad Moſellam, ubi Rex Carolus, in Saxoniam cum exercitu iter diſponens,*

Obiit ipſa in Vigilia Aſcenſionis, ad Moſellam;

AUCTORE D.P.

A *Metis cum filiabus sepulta*

disponens, Natalis Domini & Paschatis festa celebraverat, & tunc cum tota Curia subsistebat. Corpus Metas, proximam urbem, adverso flumine subvectum, in B. Arnulfi oratorio requievit, *teste Paulo Warnefridi Foro-julienſi Diacono in geſtis Epiſcoporum Metenſium, à ſe compilatis intra proximos ab ea morte annos.* Pro eo enim quod à præfato Arnulfo *Pipinus & Carolus* Reges originem ducerent, ſuorum ibi carorum defuncta corpora poſuere. Nam ibi humatæ ſunt duæ Regis Pipini filiæ, quarum una Rothaid, altera Adelaid appellata eſt. Ibi quoque & Junioris Regis Caroli duæ nihilominus tumulatæ ſunt natæ, ſcilicet Adelaid & Hildigard: quæ Hildigard, materno nuncupata nomine, matrem morientem citius ſubſecuta eſt. *Harum* omnium epitaphia, *inquit idem Paulus*, à nobis juſſu glorioſi Regis compoſita, ut de eis liquido conſtet lectori, ſubtus annotare curavi. *Hildegardis autem Reginæ epitaphium (quod Alcuino tribuendum non cenſuiſſet Baronius, ſi ipſum in ſuo fonte legere potuiſſet) hujuſmodi eſt.*

epitaphium condit Paulus Diaconus,

3 Aurea quæ fulvis rutilant elementa figuris,
Quam clara extiterint membra ſepulta docent.
Hic Regina jacet, Regi præcelſa potenti
Hildegard Carolo quæ bene nupta fuit.
B *commendans ejus formam,*
Quæ tantum claræ tranſcendit ſtirpis alumnos,
Quantum, quo genita eſt, Indica gemma ſolum.
Huic tam clara fuit florentis gratia formæ,
Qua non occiduo pulchrior ulla foret:
Cujus haud tenerum poſſunt æquare decorem,
Sardonyx Pario, lilia mixta roſis.
Attamen hanc ſpeciem ſuperabant lumina cordis,
Simplicitasque animæ interiorque decor.
virtutem,
Tu mitis, ſapiens, ſolers, jucunda fuiſti,
Dapſilis, & cunctis condecorata bonis.
Sed quid plura feram, cum non ſit grandior ulla
Laus tibi, quam tanto complacuiſſe viro?
Cumque vir omnipotens, ſceptris junxiſſet avitis
Liniferumque Padum, Romuleumq; Tibrim,
matrimonium,
Tu ſola inventa es, fueris quæ digna tenere
Multiplicis regni aurea ſceptra manu.
Alter ab undecimo rurſum te ſuſtulit annus,
Heu genitrix Regum! heu decus atque dolor!
Te Francus, Suevus, Germanus, & ipſe Britannus,
Cumque Getis duris plangit Ibera cohors.
& mortem omnibus lamentatã.
Accola te Ligeris, te deflet & Itala tellus,
Ipſaque morte tuâ anxia Roma gemit.
C
Moviſti ad fletus & fortia corda virorum;
En lacrymæ, clypeos inter & arma, cadunt.
Heu! quantis ſapiens & firmum robore ſemper
Uſſiſti flammis pectus herile viri.
Solatur cunctos ſpes hæc, ſed certa, dolentes,
Pro dignis factis quod ſacra regna tenes.

Cœpit primum coli Campedonæ

4 *In hoc brevi epitaphio habes multa de vita ac virtutibus Hildegardæ, quæ amplam ſcribendæ vitæ materiam præbuiſſent, ſi ſtatim à morte miraculis claruiſſet, Sanctis annumerata. Sed reſervabat Deus divinitus teſtatæ ſanctitatis certitudinem Campedonenſibus, qui neque matris neque filii Ludovici corpus (nam & hunc Metis à Drogone Fratre, Metenſi Epiſcopo, ſepultum fuiſſe conſtat ex auctore Vitæ coævo) impetraſſent facile à Metenſibus, ſi eos hi tunc inter ſuos habuiſſent Patronos. Quandonam autem impetrarunt illi? Ipſi quidem volunt, apud ſe ſtatim à morte tumulatos, juxta extremam eorum voluntatem. Sed hoc facile fuit poſt octo ſecula perſuaderi monachis, multiplici ruina incendioque per Hunnos ante annum milleſimum vaſtatis, & nulla antiqua monumenta habentibus, quibus melius edocerentur. Exiſtimo tranſlationem factam ſub quinto monaſterii Abbate Conrado, circa annum* DCCCLIV *electo, de quo dicit Bruſchius, quod puteum in arce Hillermontana fodiens*, ferream ibi arcam invenit gentilitiis numiſmatibus, aureis & argenteis, aliisque ornamentis refertam, quibus conſtructa templa elegantrer ſtudioſeque decoravit: *qui enim repertos feliciter theſauros ad eam pios convertit uſus, credibile eſt haud minus ſtudioſum fuiſſe in theſauris pretioſioribus conquirendis. Credo etiam curæ fuiſſe Lotharii Imperatoris primogenito Ludovico, cum titulo Cæſaris Italiam Germaniamque & mediam inter has Sueviam poſſidenti, ut in ſua ditione acciperet præclara avi proaviæque depoſita; Maxime ſi ſepulturæ locum vere elegerat Campidonæ Hiltegardis, aut ſaltem elegiſſe dicebatur ab iis quorum ipſa fundaverat monaſterium.*

eo tranſlata cum ſic poſt an. 854,

refoſſa ſeculo 10:

5 *An ex tunc eis cœperit cultus aliquis eccleſiaſticus adhiberi, non habeo unde aſſeram. Tutius videtur illius initium ſumere ab inventione facta ſub Alexandro Abbate, ſeculo* X, *idemq; tempus attribuere miraculis ipſam ſecutis: quando etiã arbitror plumbeæ lamellæ, intra lipſanothecam reponendæ, inſcriptos verſus, quos ævi illius barbariei convenientes recitat Bruſchius:*

Annis decurſis octingentis octogintaque tribus,
Buſto in hoc buſtarii felicé buſtarunt Hildgardim:
Quæ variis claret ſignis Dei vigore in multis.
Cujus in pace Sancta requieſcat anima. Amen.

Ipſe quidem eos ſic recitat, tamquam una cum corpore in ipſius tumulo repertos, cum primum ille poſt ruinas detegeretur; imo tamquam in ipſa corporis tumulatione deſcriptos: ſed hoc, reſellit ſtyli barbaries indigna Carolo politioris litteraturæ tam ſtudioſo: illud, expreſſe negat Actorum Campidonenſium ſcriptor, aſſerens, quod in exciſo lapide, qui capiti ſubjectus erat, ſolum hoc breve ſed ſufficiens epitaphium legebatur, Hyltegardis Regina.

E

Huiceodem in ſcrinio junguntur oſſa filii,

6 *Quo indicio cognitum fuerit Ludovici Pii corpus, non indicat; niſi quod* in capite ejus *glorioſo inventa ſit* corona de aurifrigio pretioſo. *Quibus narratis*, Colligun-tur, *inquit*, Pii Regis beatæ Reliquiæ, & maternis oſſibus in uno ſarcophago, ſeparatim tamen, apponuntur, pari cum illis veneratione colendæ; *quemadmodum & cultas eſſe indicant vota miſerorum, ſubſequenter deſcripta; & miracula exhibita, matrem cum filio invocantibus. Theganus, ipſo adhuc vivente ſcribens, laudat eum, quod, licet erat* minor natu, erat *tamen* optimus filiorum *Caroli, qui* ab infantia ſua timere Deum & amare didicerat, & quidquid ſuper ſe habebat ſemper propter nomen Domini pauperibus diſtribuebat. *Interim Raderus in Bavaria pia pag.* 15 *aſſerit trigeſimo à morte anno apparuiſſe filio Ludovico Germaniæ Regi, & auxilium petiiſſe quo purgatorii flammis eximeretur. Quam fidem id mereatur viderint alii. Walafridus Strabo, qui poſt annum* DCCCXL, *quo defunctus eſt Ludovicus, ſolis novem annis ſuperſtes fuit, Thegani opuſculum in capitula diſtinguens diſtinctumque reſcribens, id ſe facere dicit*, quia ſanctæ memoriæ Ludowici Imperatoris geſta & laudes ſæpius audire cupe-ret vel proferre. *Auctor Vitæ coævus maximarum virtutum ejus ac ſummæ manſuetudinis exempla legenda offert, & Sanctum inprimis tranſitum deſcribit, in quo* converſa acie in ſiniſtram partem, indignando quodammodo, virtute quanta potuit dixit bis, Hutz, Hutz, quod ſignificat, Foras foras. Unde patet *inquit*, quia malignum Spiritum vidit, cujus conſortium nec vivus nec moriens habere voluit. At vero elevatis ad cælum oculis Angelorum agmina ad ſe venientia intuens conſpexit; quantoque illuc minacius intuebatur, tanto huc lætius intendebat; ita ut nihil à ridente differre videretur. In talibus ergo vitæ præſentis terminum ſortitus, ad requiem feliciter, ut credimus, commigravit. *Poſteritas omnis eumdem non aliter quam* Pium *nuncupavit, quod etiam Synodi Pariſienſis atque Meldenſis poſt mortem celebratæ ſequuntur: Bruſchius denique de Nerico Abbate* XXXVI *agens, dicit ei ab Henrico* VI *anno circiter* MCCLX *donatam ſilvam ea lege, ut ei quæ jam extabat & vehementer placebat turri, alteram adderet in memoriam utriusque Patroni*, quarum una adhuc hodie S. Hildegardis, altera S. Ludovici turris appellari ſolet. *Quem tamen extra Campidonenſe vulgus Sanctum appellat nemo, non audemus titulo ſcriptoribus in uſitato indigetare: & Vitam volentes legere remittimus ad tomos Francicorum du Cheſne.*

F

à ſingu'ari pietate laudati,

AUCTORE D. P.

Sanctum *tamen quia dixit nemo, neque nos dicere præsumimus.*

Cultus etiam apud San-Gallenses.

7 *Matri* prænomen & titulum Sanctæ *apponi etiam in Chronico Mindensi & Andecensi, testatur Raderus in Bavaria Sancta. Crusius in annalibus Suevicis parte* I *lib.* 12 *cap.* 6, *allegato veteri MS. Germanico, asserit* Pridie kalendas Maji ferias ei celebrari solitas à Sangallensibus, quod miracula ibi fecisse, & contra pestilentiam protectrix esse credita sit. *Idem ait*, Commemorantur etiam quædam miracula S. Hildègardis ei, *non* pro Deo (*ut calumniatur homo hæreticus*) *sed propter Deum ejus interceßione ad talia facienda invocatum*, tributa; *quorum duo, ex propriis quibusdam & valde accuratis monumentis, quantum dignoscimus, accepta, dabimus ad calcem Actorum, cum titulo* Beatissimæ *incipientium ac finientium.*

& miracula.

§ 11 Matrimonium SS. Caroli & Hiltegardis: hujus maternum genus ex Suevis: paternum an ex Francis?

B

8 *Quod ad matrimonium SS. Caroli & Hildegardis attinet, eo non leviter scandalizatum fuisse S. Adelardum, Caroli Consobrinum, vidimus in Vita ejus* 11 *Ianuarii; ubi coævus auctor & in regimine Abbatiæ Corbejensis successor, Paschasius Rathertus, ita loquitur num.* 7. Cum Carolus Desideratam, Desiderii Longobardorum Regis filiam, repudiaret, quam sibi dudum etiam quorumdam Francorum juramentis petierat in conjugium, nullo negotio persuaderi potuit Beatus, dum adhuc esset tiro palatii, ut ei quam vivente illa Rex acceperat, aliquo communicaret servitutis obsequio: sed culpabat modis omnibus tale connubium, & gemebat puer beatæ indolis, quod & nonnulli Francorum Deo essent perjuri, atque Rex illicito uteretur thoro, propria sine aliquo crimine repulsâ uxore: qui nimio succensus zelo, elegit plus seculum relinquere adhuc puer, quam talibus admisceri negotiis. *Ita ille. Sed scandalum fuit ignorantiæ puerilis, nescientis aut non credentis licitam esse dissolutionem matrimonii necdum consummati: quod, ut nunc passim docent Canonici juris periti omnes (modo dispensatio ecclesiastica interveniat, cujus potestas pro ejusmodi ad solos Pontifices Romanos hoc tempore est restricta & sæpius in actum deducta fuit) ita olim quoque opinatos viros Sanctos & magnos, tum aliis exemplis doceri potest, tum illo imprimis notabili S. Ethelredæ, quæ tum in propriis Actis* 23 *Iunii dandis, tum in Vita S. Wilfridi ad* 24 *Aprilis illustrata num.* 30, *laudatur mariti Ecfridi Regis cupiditati per annos* 12 *constanter restitisse, & Deo votam virginitatem tandem intulisse in monasterium, libero ad alias nuptias relicto conjuge. Verum uti nunc Theologorum scholasticorum multi negant posse ejusmodi matrimonia solvi etiam per summum Pontificem: ita forte etiam tunc idem negabant plurimi.*

Iuratam Longobardæ fidem non servari indignatur S. Adelardus,

non discernens inter conjugium ratum & consummatum:

C

quali etiam ante Longobardicas nuptias obligatos Reges indicat Papa.

9 *Inter hos plurimos videtur fuisse ipse Stephanus Papa: nam in epistola quam simili in causa, prius quam Desiderii filia uxor duceretur, scripserat* Carolo & Carolomanno Francorum Regibus, *sic loquitur*; Nostræ perlatum est notioni, quod Desiderius Longobardorum Rex vestram persuadere dignoscitur Excellentiam, suam filiam uni ex vestra fraternitate in conjugio copulari: quod certe si ita est, hæc proprie diabolica est immissio, & non tam matrimonii conjunctio, sed consortium nequissimæ adinventionis esse videtur. *Causam subjungit*: Etenim jam Dei voluntate, conjugio legitimo, ex præceptione genitoris vestri, copulati estis, accipientes de eadem vestra patria, scilicet ex ipsa Nobilissima Francorum gente, pulcherrimas conjuges, & earum vos oportet amori esse annexos. .... Quapropter B. Petrus ... firmiter excellentiam vestram per nostram infelicitatem obtestatur ... ut nullo modo quispiam de vestra fraternitate præsumat filiam jam dicti Longobardorum Regis in conjugium accipere, ... nec vestras quoquomodo conjuges audeatis dimittere. *Denique* si quis *inquit* contra hujusmodi adjurationis seriem agere præsumpserit, sciat se anathematis vinculo esse innodatum. *Quis non videat etiâ antequâ Desiderii filia duceretur, conjugii sed necdum consummati fide obligatum fuisse Carolum, quam tamen nec ipse neque Proceres regni indissolubilem esse crediderint, cum de Longobardicis nuptiis tractaretur? Quia tamen primæ illæ cum Francicis uxoribus nuptiæ, forsitan inter absentes ex parentum auctoritate contractæ & necdum actuali sponsarum traductione solenizatæ, minus in notitiam atque ora vulgi incurrebant, ideo earum dissolutio minus obnoxia fuit generando pusillorum scandalo: quin etiam fieri potuit, ut easdem omnino ignoraverit Adelardus etiam tunc puer: sed Longobardicas illas, tanto legationum strepitu conciliatas ipsaque sponsæ traductione quadantenus completas, ignorare nulla ratione potuit. Quod tamen ad vinculum pertinet, nihilo arctius posteriores illæ quam priores stringebantur; quo minus, magna publicæ utilitatis causa interveniente, solverentur. Et primus quidem Carolomannus, Pontifice vel dissimulante vel interpositum anathema palam tollente, Gerbergam Desiderii filiam uxorem duxit, primo sui regni anno, ex eaque mox geminæ prolis factus est pater. Serio deinde cœperunt laborare Franci, ut Longobardos cum Romanis reconciliarent; itáque essent expeditiores perdomandis Saxonibus, qui identidem occasione bellorum Italicorum utebantur ad jugum excutiendum. Ergo Bertrada Regum mater, quam alii contractius* Bertham *nominant, in hoc etiam gratificari volens filio, uxoris causa Longobardis faventi*, cum Carlomanno (*ut scribit Eginhartus in Annalibus*) apud Salusiam locuta, pacis causa in Italiam proficiscitur; peractoque propter quod illuc venerat negotio, adoratis etiam Sanctorum Apostolorum liminibus, ad filios in Galliam revertitur. *Quomodo autem suum illa negotium egit? Audi vetustißimorum Annalium fragmentum, quod nunc Reginæ Sueciæ est, subjectum Chronico Nibelungi, nec ultra annum* DCCCLVI *perductum.* Anno DCCLXX fuit Berta Regina in Longobardia ad Placitum contra desiderium Regem: & redditæ sunt civitates plurimæ ad partem S. Petri. *Viden pacem inter Longobardos & Romanos constitutam, atque adeo nihil obfuisse, quo minus cum bona Pontificis gratia etiam Carolus uxorem è Longobardis acciperet? Quomodo enim alias Romam adire voluisset Regina, si id erat factura in reditu, quod egisse credens Baronius, existimat præcitatam Stephani Papæ Epistolam nunc demum esse scriptam? Melius igitur ante biennium scriptam statuimus; nunc autem, annuente etiam Pontifice, factum, quod juxta prædictum fragmentum,* Berta eduxit filiam Desiderii in Francia, *Carolo primogenito desponsandam, sicut pacta fœderis juramento confirmati promittebant Desiderio, hujus affinitatis ac sperata per eam securitatis intuitu ad tot civitatum restitutionem inducto.*

D

quæ tamen contracta sunt

primum à Carolomanno ducta Gerberga,

E

& placato Longobardis Papa

etiam à Carolo ducta Desiderata,

F

11 *Hæc ita gesta ne mox irritaret Carolus, fecit Italicæ pacis respectus, & matris, cujus erat observantißimus, reverentia. Passus est igitur Longobardam uxorem sibi jungi matrimonio: sed qui in prius contracto cum Franca vinculo per conjugalem copulam adstringendo non festinaverat, in hoc secundo fuit etiam lentior; vel quia per se abhorrebat ab extranea muliere; vel quia Pontificis monita antedicta altius in animam ejus descenderant; vel alia quapiam de causa (nec enim vulgo proditam Eginhartus scribit, & in hac una Carolum matri displicuisse fatetur) ac denique exacto anno intactam patri remisit filiam.* Bertham *vocant multi, sed, ut existimo, decepti à Chronicis quibusdam perperam scriptis, quale est illud editum à Pithœo, ubi sic legitur:* DCCLXX Bertham Reginam, filiam Desiderii Regis Longobardorum, Carolomanno filio suo conjugio sociandam, de Italia adduxit. *Vide perturbatam syntaxim verborum & sic corrige:* Bertha Regina, filiam Desiderii Regis Longobardorum, Carolo filio suo conjugio sociandam, de

qui eabrevi remisse

A de Italia adduxit : *Correctioni huic Annales editi à du Cheſne tom. 2 Francicorum ad ſtipulantur. Primi ſic habent,* DCCLXX Bertha duxit filiam Deſiderii Regis Longobardorum in Franciam. *In ſecundis dicitur,* Hoc anno Domna Bertha fuit in Italia, propter filiam Deſiderii Regis, & redditæ ſunt civitates plurimæ S. Petri. *Vitioſe etiam in Pythœanis illis pro* Carolo *ſcriptum eſſe* Carlomanno *apparet ex verbis mox ſequentibus,* Carlomannus Rex deceſſit II Nonas Decembris ... uxor ejus & filii in Italiam pergunt : *ecce jam uxorem & filios habebat Carlomannus, ad illum igitur tunc non deducebat novam uxorem Bertha, ſed ad Carolum. Quo autem appellatam nomine ? Id alibi hactenus obliteratum offerre videtur S. Adelardi Vita, & ex paterno nomine appellare* Deſideratã, *quod nos olim fugit, cũ iſtam Vitam edebamus, & ut ceteri credebamus vocẽ illã adjective accipi. Bruſchius quidẽ* Hermẽgardis *nomẽ ſuggerit, in Genealogia Caroli Magni, quã* ex probatiſſimis auctoribus *profitetur : ſed ea cum fabulas nullas reſpuat, non plus in hoc nomine fidei meretur, quam in* Galiena Hiſpana, Galaſtriæ Toletani Regis filia : *quæ ante Longobardam fuerit Carolo deſponſa.*

Hildegardim ex Suevia ſumpſit. B 12 *Diſſolvimus jam, quantum ego quidem exiſtimo, nodum, qui Baronio hæc tractanti indiſſolubilis videbatur, & Vitam S. Adelardi atque Epiſtolam Stephani Papæ, obſcuram utramque ſi nudus verborum ſonus ſpectetur, oſtendimus ſibi invicem ſuffragari, ſi de matrimonio non conſummato intelligantur ut debent ; ac proinde nec ipſas ſibi invicem, neque matrimonio Hildegardis adverſari, quo minus diſſolutis prioribus legitimum fuerit ; & S. Adelardi* zelum *merito* nimium *appellatum à Paſchaſio Radberto. Quod tamen ipſa Hildegardis, ea fuerit cui à patre deſponſum Carolum ſcripſit Stephanus, non auſim aſſeverare. Hic eam acceptam ait ex* ipſa nobiliſſima Francorum gente : *Hildegardim autem dicit Eginhardus, fuiſſe* de gente Suevorum præcipuæ nobilitatis feminam ; *Theganus* puellam *appellat* nobiliſſimi generis Suevorum, quæ erat de cognatione Gothefridi Ducis Alamannorum. *Sed hæc nobilitas ut infra conſtabit tota fuit ex parte matris ; quæ ampliſſimarum in Suevia poſſeſſionum heredem filiam relinquebat. Patrem, quem nominat nemo, cur non licebit Francum credere, & ſic in proprio ſenſu accipere verba Stephani Papæ, atque ad prima vota reverſum Carolum opinari ? Ita hoc conjugium undequaque ſanctiſſimum ac juſtiſſimum fuerit, & immerito agre tulerit Bertha Regina, morem ſibi non geri à filio in retinenda quam adduxerat Longobarda. Nam quod attinet ad iurisjurandi religionem, quo Deſiderio Regi obſtricti tenebantur Francorum Proceres, qui Reginam matrem in Italia comitati tali pactione obtinuerant reſtitutionem Eccleſiæ debitam ; hac vel non adſtringebatur Carolus, ſine cujus expreſſo conſenſu non fuerat uſque eo progrediendum ; vel eam ſolverat Romanus Pontifex, propter grandia damna ex tali conjunctione imminentia ; vel denique ipſe Carolus judicavit exinanitam, Deſiderio non ſatis fideliter pacem cum Romanis ſervante ; aut etiam eliſam credidit à priori atque adeo potiori Hildegardis jure, ſi ipſam vivente patre uxorem acceperat. Celebratum eſt autem feliciſſimum hoc matrimonium anno* DCCLXXI *jam adulto, atque ita obiit Hildegardis anno conjugalis vitæ duodecimo, prout indicat hic Epitaphii verſus,*

Alter ab undecimo rurſum te ſuſtulit annus.

natam, non an. 733. 13 *Idem epitaphium, dum in ea laudat &* florentis formæ gratiam, *&* tenerum decorem ; *comprobat verba Theganli,* puellam *potius appellantis quam* feminam ; *erroris autem gravis convincitur Genealogia Hildegardis, contexta à Bruſchio, ubi hæc nata dicitur* in arce Andecenſi, ipſa die S. Sabinæ, *id eſt* XXIX *Auguſti,* anno DCCXXXII. *Quam enim inſulſum eſt, florentiſſimo Regi, atque per fratris mortem totius Francici regni monarchæ, & quod caput eſt, necdum annos triginta nato, conjungere mulierem quadragenariam ? Sed quid ego ratione evincere nitor, quod ipſa res comprobat ? Vt enim de Gertrude, Bellixandra & Imma, fabuloſa Eginharti portatrice ac deinde ſponſa, taceam, quas ceteris ex Hildegardi liberis adnumerat Bruſchius ; conſtat*

AUCTORE D P *ſed circa* 853 ; *Reginam beatiſſimam, intra duodecim quos diximus annos novem omnino proles Carolo genuiſſe ; & unoquandoque partu geminas ; mares quatuor, feminas quinque, de quibus infra agetur in Vita. Dicamus igitur natam circa annum* DCCLIII, *primæ pubertatis puellam, & quæ copioſæ propaginis ſpem de ſe faceret, adamatam ei Regi, qui niſi regnorum ſucceſſores ex ſe gigneret, recens novæ ſtirpis dominatus, per Merovingicorum Regum dejectionem introductus, deficiebat ; & Regnum maximis turbis tumultibusque relinquebat obnoxium. Sane Epitaphii auctor talem, non dico nubentis, ſed morientis formam laudat, quæ facile perſuadeat Hildegardim vix triginta annorum fuiſſe cum obiit.*

neque ex matre Regarde Bavara 14 *Porro ficuti fabuloſis illis quibus Munſterus & Bruſchius uſi ſunt monumentis, & jam circa nativitatis annum de fallacia convictis, nihil credimus circa locum aut diem natalem ; ſic multo minus eisdem fidimus circa Hildegardis genealogiam, qua ipſam* Hildebrandus, Sueviæ Dux, ex Bavara uxore Domina Regarde *dicitur genuiſſe. Theganı, rem ſuo ævo notiſſimam narrantis, major apud nos fides eſt, ſic autem ait :* Gothifredus Dux genuit Houchingum, Houchingus genuit Nebi, Nebi autem genuit Immam, Imma vero peperit Hilthigardam beatiſſimam Reginam ; *idque veroſimiliter ex conjuge Franco, ſed propter uxoria apud Suevos latiſundia inter illos habitante, ut propterea ex Svevis potius quam ex Francis aſſumpta Hildegardis dicatur : nulla autem ratione appareat, quo jure Raderus Bavaricam matrem illi adſcripſerit, contra tam expreſſam tam antiqui & coævi ſcriptoris auctoritatem. Germanici ſane, quos allegat Scriptores, recentes omnes, non modo non ſunt nobis in hac re certiſſimi teſtes, ſed nec audiendi quidem :* litteræ *vero* Alberti, IV Bojorum Principis, quibus Campodunenſis cœnobii tutelam, ab ipſo Cœnobiarcha & contubernio illius toto rogarus, ſe recipere teſtatur ; in quibus etiam non ſolum Hiltegardis de ſanguine Bojorum nata ſcribitur, ſed ipſum etiam monaſterium in gratiam Bojariæ Principum conſtitutum, ipſosque Principes Bojorum hereditarios cœnobii curatores & adminiſtros eſſe : *hæ inquam litteræ, anno* MCCCCLXXXII *ſcriptæ, nimium ſunt recentes, quam ut tam antiquo juri abſque alia probatione adſtipulentur.*

de Bavarâ conflictum videtur circa an. 148- 15 *Fuerit hoc monachorum inventum, poſt Suevorum Ducum ac Patronorum ſuorum extinctam poſteritatem (nam ad hos totum jus Patronatus pertinuit, ſaltem ab anno* DCCCCLXIII) *ambientium tutelam Ducum Bavarorum. Quod autem ſuggeſſerunt hi, id quoniam glorioſum ſibi videbatur, citra ulteriorem probationem facile fuit perſuadere Bavaro ejusque miniſtris, ut tam antiquos & ſpecioſos novæ tutelæ titulos in diploma deſuper conficiendum referrent. Inventum fuiſſe tunc recens conceptum, non tantum probat auctor Actorum anno* MCCCCLXXII, *id eſt ante decennium deſcriptorum, fundationis Campedonenſis hiſtoriam, qualis tunc narrabatur, prolixe referens, abſque ulla Bojorum Principum mentione ; ſed multo clarius idem evincit diploma iſtud, quod apud Munſterum pag.* 561 *& ex hoc apud Raderum parte* 2 *pag.* 111 *totum legere eſt : conflictum illud quidem, ſed tamen conflictum ſeculo* IX *aut* X, *ad ſtabiliendum titulum monaſterii Imperialis, ſub nomine ipſius Caroli Imperatoris, ipſum* in ſuo ſuorumque ſucceſſorum mundiburdio ſive defenſione fore conſtituentis, & præcipientis, ne quis publicus Judex, neque Dux, neque Comes &c. *Plura noluit Munſterus deſcribere, ad finalem diplomatis clauſulam properans : ſatis tamen dedit ut intelligeremus, primo ab omni alterius cujuſcumque ſubjectione exemptos ſe credi voluiſſe monachos Campidonenſes, ab ipſo ſuæ inſtitutionis exordio ; deinde eoſdem Hildegardis matrem non aliam tunc quam Suevam agnoviſſe, cum dicitur cœnobio ipſi tradidiſſe,* quidquid in pago Ilergowe & Auguſgowe & Albogowe materna hereditate legitime obtinuit. *Hæc enim omnia erant in Sueviâ.*

quod annò 1472 adhuc ignorabatur :

& multo magis circa an. 900.

A

§ III Fundatio & reſtauratio Campedonenſis Cœnobii.

16 IN *Bavariæ, verſus Rhetiam procurrentis, Sueviæque confinio, ad Iberum amnem* Campidona *conſpicitur, Imperiale oppidum & monaſterium,* Kampten *vulgo dictum; cujus Abbates Principum poſtea titulum aſſecuti, numerantur inter quatuor Abbates Imperii. De hujus monaſterii crebra per Hunnos expilatione everſioneque jam quadam ſuperius attigimus, neque dubitamus quin iſtis aliiſve caſibus perierint antiqua omnia documenta. Horum defectum ſuppleturi poſteri, pro more noni decimique ſeculi, deſcripſerunt diploma, cujus iam facta eſt mentio, hoc exordio* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus divina favente Clementia Imperator Auguſtus, *quo diplomate inducitur declarare,* qualiter ob interventum ſanctiſſimi Patris Adriani Papæ, ac ſupplicem rogatum dilectæ conjugis Hiltegardæ, nec non propter nobilem & fidelem famulatum Joannis, Augienſis & S. Galli reverendi Abbatis, ejuſdemque Epiſcopi Conſtantienſis precem, ob meritum Rudangi Metenſis Epiſcopi, & Sturmii Vuldenſis Abbatis, ſeu ceterorum Principum innumerabilium,

B Andegarium quemdam nobilem, magnæ religionis virum, in primum Campedonenſis cœnobii ad regularem diſciplinam inſtructorem aſſumpſit; & in eodem loco Campedonenſi (qui ab eodem in honorem ſanctæ Dei genitricis Mariæ conſtitutus eſt, ſitus in pago Ilergow) Abbatem eum confirmavit, & à Papa Adriano in ſancto die Paſcha conſecratum, pretioſiſſimis ſanctorum Martyrum Gordiani & Epimachi corporibus donatum, in ſuam Abbatiam honeſte tranſmiſit. &c. *In fine additur conſuetum nominis Carolini monogramma, &* ſignum Domini Caroli ſereniſſimi Imperatoris Auguſti, *quod* Amelbertus Cancellarius ad vicem Luperti Archicancellarii recognovit, Data ab Incarnatione Domini DCCLXXIII, Indictione XI, anno vero Regnipiiſſimi Caroli VI, Imperii I. Actum Romæ in ſancto die Paſchæ, in eccleſia S. Petri, coram Adriano Papa & multis aliis Principibus, in Dei nomine. Amen.

Carolinum diploma ſuppoſititium eſſe,

17 *In hoc inſtrumento (cujus originales litteras, nec vetuſtiores alias in vita ſua viſas lectaſque ſibi gratulatur Munſterus) nolo notare vitia, aliis ſimiliter ſuppoſitis communia, quæ ex Tractatu præliminari ad Tomum ſecundum cognitu obvia unicuique jam ſunt: ſolum indicare lubet propria, eaque non omnia, ſed præcipua.* S. Chrodegandi Metenſis Epiſcopi (*qui hic inepte* Rudangus *ſcribitur*) *hiſtoriam omnem explicuimus* VI *Martii quo colitur, & anno* DCCLXVI *obiiſſe ex Paulo Warnefridi probavimus, utique annis quinque priuſquam Hildegardim Carolus duceret. Quem vero non offendat annus* Imperii primus & Imperatoris Auguſti *titulus, quaſi hac locum habuerint ante coronationem, anno dumtaxat* DCCC *factam à Leone Papa. Denique Paſcha anni* DCCLXXIII *fingitur Carolus celebraſſe Romæ, qui ſolum exeunte autumno in Italiam tranſiit, continuataque per hiemem totam obſidione, dum expugnatio munitiſſimæ ac Regiæ urbis procederet lentius, uxorem ſecum duxit Romam anno* DCCLXXIV, *actiſque Paſchalibus ad Papiam rediit, ubi puerperio levata Regina eſt, Rex vero capta demum urbe cum ipſo Rege Regina ac liberis, & reliqua Lombardia in poteſtatem redacta, primum ſui in Italia regni annum numerare potuit non tamen numeravit, exorſus id primum facere poſt adeptum nomen Imperatoris.*

communia, probat actus S. Chrodegangi Ep. Metenſis

C

& titulus Imperatoris ipſeque annus 773.

18 *Hæc eo explicanda fuerunt, quo intelligeretur, unde Actorum auctor hauſerit errores, quos in principio diximus venia dignos; quia infelici ſeculo* XV *non erat qui poſſet talia dijudicare aut fictionis habere ſuſpecta. Corrigendus autem nobis fuit, ne in ipſo limine lector offenderet, & Regis Reginæque tituli ponendi, ubi Imperatorem ille atque Imperatricem nominabat; atque expungenda mentio coronationis à Leone factæ, tamquam illa conjugium Hildegardis præceſſiſſet, quæ totis ſeptemdecim annis ante obierat. Cetera minus enormia diſſimulamus; mallemus tamen ſolius antiqui libelli ecgraphum, quo inventio & miracula notabantur habuiſſe tranſcriptum, quam digniſſimam fide hiſtoriam talibus ad initium finemque aſſumentis, qualia de Campidonenſi fundatione adduntur, dehoneſtatam. Prudentis lectoris erit poſt hujuſmodi monitionem ſecernere pretioſum à vili, quo etiam ſervient Annotata noſtra.*

D

Alius dicta fundationis titulus.

19 *Porro poſtannos ab Actorum conſcriptione duodecim, id eſt anno* MCCCCLXXXIV, *teſte Bruſchio, inciſa eſt columnæ cuidam inſcriptio hujuſmodi.* Hildegardis 773 fundavit. Carolus 774 confirmavit, Adrianus 777 dedicavit. Andegarius 778 inchoavit. *Hujus tituli tenor veroſimilius ſuſtineri poteſt: ſcribit enim Hermannus Contractus quod anno* DCCLXXIV corpora Sanctorum Gordiani & Epimachi Roma in Allemanniam ſunt allata: *utique ad locupletandum Campidonenſe monaſterium, cujus fundationem anno præcedenti potuit inchoaſſe Regina; Rex vero confirmaſſe ſequenti anno coram Papa, & coram eo quem futurum in novo monaſterio Abbatem, per Adrianum conſecrari fecerat, Andegario potuit intra quartum annum cœnobii eccleſiæque abſolvi ſtructura, & ad ejus dedicationem non quidem ipſe veniſſe* Pontifex, *quod ſine antiquiori teſtimonio audiri non meretur, ſed ſuum à latere miſiſſe Legatum qui locum conſecrarit: potuit denique, paratis tam ad monaſtici ordinis obſervantiam officinis omnibus neceſſariis, altero à dedicatione anno monachos illuc induxiſſe Andegarius: ſed non potuit de rebus ſic geſtis anno* DCCLXXIII *inſtrumentum Carolus condidiſſe, quod ſupra prætenditur. Nos iſtiuſmodi ſuppoſitionibus iam aſſueti, quia intelligimus mente non mala factas, ad avertenda iniuſtiſſima damna, imminentia poſſeſſionibus, reſcripti regii munimine deſtitutis; non tantum auctoribus ignoſcimus facile; ſed etiam gratiam debemus aliquam, quatenus nobis ſunt teſtes receptarum & eatenus continuatarum traditionum, quibus licet multum ſcoriæ permixtum ſit, ſubeſt tamen plerumque aliquid purioris metalli, quod non totum abjici mereatur. Et tale eſt quod Hildegardis Regina, Carolo Rege probante, ex hereditariis maternæ ſucceſſionis bonis, fundaverit aut ſaltem dotaverit Campidonenſe monaſterium, primo iſtic Abbate conſtituto, quem diximus, Andegario.*

E

qualem fidem mereantur.

F

Noviſſima de eadem fabula.

20 *Quæ deinde circa annum* MD *& poſtea excogitata ſunt fabulæ, & Campidonenſi inſerta chronico, ac veluti* Campidonenſis & Aquiſgranenſis Baſilicarum initia certiſſima *ludantur à Bruſchio, in Chronologia monaſteriorum Germaniæ; nullam aliam poſſunt obtinere veniam, quam communem toti illi infeliciſſimo ſeculo, quo, per generalem morum etiam apud monachos corruptelam, via ſternebatur ad omnia ſubverſuram, parique ruina noxios cum innoxiis involuturam, hæreſim Lutheranam. Quis enim alias bilem contineat? cum legit Talandum, vere ſpurium, imo fictitium Caroli fratrem, eoque in Saxonicis bellis occupato cuſtodem Reginæ, dum illicitos Dominæ ſuæ ambit amplexus, aſtu concluſum habitumque in carcere: à quo ſub reditum Caroli ſolutus, occupaverit accuſationem, effeceritque ut inaudita damnaretur ad aquas, à quibus mirabiliter ſervata elapſaque & denuo agnita à Talando, indicata ſit Carolo, rurſumque addicta morti, poſt erutos oculos ſuſtinenda: quod & factum fuiſſet, niſi ad eam viſitandam ab Adelinde Reginæ ſorore miſſus eques quidam auratus, nobilis vir de Freyenbergh, ſuperveniſſet in ſilva, ſuaſiſſetque effoſſos catulo oculos exhibere Carolo, Reginam autem dimittere: quæ Romam abiens, cum Roſina de Bodmen fideli ſocia ærumnarum, ibi tamdiu egerit pharmaceutriam, curationibus clara, donec illuc in Caroli comitatu adveniens Talandus, oculorum pene privatus uſu, occaſionem eidem obtulit poſt redditam cacutienti facultatem videndi, coram Rege atque Pontifice manifeſtandi ſui; quam Rex expulſis concubinis ſuſceperit, & cum illa Campidonenſem eccleſiam ſe conditurum voviſſet, ipſe de Aquiſgranenſi Beatæ Virginis æde condenda ſimile votum concepcrit. In his aliiſque ſimilibus explodendis prudentius ſeſe exercuiſſet*

explodendus.

A *exercuiſſet Crucius, quam in ſugillando orthodoxo Sanctorum cultu: ſed in utroque cæcior Tireſia, tenebras imaginatur, ubi nullæ ſunt; nullas agnoſcit, ubi merum eſt chaos,* ἄδηλα καὶ ἄλογα τὰ πάντα. *Raderum miror, quod cum iſta omnia pro fabulis habeat, tam cupide amplectatur Bavaricam Hildegardis matrem, & genealogiam Hildebrandinam, veteribus ignotam, nec niſi ab iiſdem ſomniorum expoſitoribus ſumptam.*

Reſtauratio rejertur ad an. 946. 21 *Majorem veri ſpeciem habent, quæ de reſtauratione ſæpe dicti monaſterii narrat Bruſchius, poſtquam expoſuiſſet, quomodo illud anno* DCCCCXLI *miſerabiliter ſpoliatum, incenſum, everſum ab Hunnis fuerit, ipſaque Hillermontana arx, quo ſe Abbas à monachis deſtitutus receperat, cum multis diplomatibus ac privilegiis arſerit.* Quinto, *inquit*, poſt hanc vaſtationem anno, accidit ut Sueviæ Dux Erneſtus, in Bavariam iter facturus, veniret ad Stetwangum, quod etiam erat cœnobii Campidonenſis allodium. Ibi ingreſſus ſacram ædem, duos adhuc reperit cœnobitas Campidonenſes, Amandum Breytklee & Felicem Briemium, ſibi dudum bene notos; Amandum vero forte fortuna tum concionantem. Is Ducem Erneſtum auditorem nactus, in concione ſtrenue pergit, & tandem ad ſuum inſtitutum deflexa oratione, quaſi digreſſione facta, collapſum ac deletum tantum cœnobium querula ac lacrymabili voce deplorat, quod fuiſſet olim à Sue-

B vorum pia ac laudabili Duciſſa tam ſplendide, tam liberaliter, tanta pietate ac dignitate erectum; in quo hactenus tot pii, tot virtute ac doctrina præſtantes, conſilio & ope toti provinciæ utiliſſimi viri vixiſſent; ex quo paſta eſſet totius viciniæ, pauperie & egeſtate oppreſſa, multitudo; ex quo tot Epiſcopi & Imperatorum prodiiſſent Conſiliarii. Ad talis domus reſtaurationem merito debere conferre iterum aliquid pios omnes, præſertim vero

& Erneſto Duci Sueviæ adſcribitur. principes viros, qui S. Hildegardi primæ fundatrici ſanguinis propinquitate eſſent conjuncti. Hac oratione ita motus eſt Dux Erneſtus, ut illico ad ſeſe Amandum iſtum accerſeret, & ab eo quæreret num aliquid adhuc privilegiorum eſſet ex tanta vaſtatione reliquum. Cum vero Amandus ei librum privilegiorum & diplomatum ſalvum exhiberet, Erneſtus mox monaſterium quaſi de novo inſtaurare, cœnobitas recolligere, & S. Udalrici ope atque conſilio Abbatem certum illis præficere, novamque omnium privilegiorum confirmationem ab Imperatore

C Ottone I petere & obtinere cœpit. Hunc itaque Erneſtum, ſecundum fundatorem atque erectorem ſuum, Campidonenſis eccleſia & civitas merito agnoſcit, merito laudare & perpetua gratitudine celebrare debet.

ACTA

A Monacho Campidonenſi ſeculo XV collecta

Ex MS. cœnobii Blaburenſis.

PROLOGUS.

NOtum ſit omnibus, tam præſentibus quam futuris, quod ab Incarnationis Domini anno milleſimo quandringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, venerabilis in Chriſto Pater & dominus, dominus Joannes dictus de Werdenau, Dei gratia Abbas monaſterii Sanctiſſimæ ſemper Virginis Mariæ & SS. Martyrum Gordiani & Epimachi & Caſtoli in Campidona, futurum ſui monaſterii defectum in hoc diligenter conſiderans, vitam ſcili-

Vita B. Hildegardis ex antiquo Ms. deſcribenda datur anno 1472.

cet B. Hildegardis, præfati monaſterii fundatricis, EX MS. ſicut à ſuis anteceſſoribus invenit in quodam valde antiquo opuſculo, ad reſcribendum atque renovandum tradidit; quia non tantum uno in loco, ſed in omnibus locis à Chriſti Fidelibus inveniri debet; & cum miracula, quæ cooperante Domino in multis oſtendit hominibus, leguntur, dein magis ac magis Dei amore & gratiarum actione excitantur. Caveat igitur prudens lector, ne amare in Dei ancillam & ejus opera venenum miſceat, & dicatur ei id Prophetæ: Os tuum plenum eſt amaritudine & dolo. Tales enim decet eſſe ſacræ Scripturæ lectores, qui Pſ. 10, 7 in Dei amore continuo ſunt ferventes, quorum doctrinâ & converſationis formâ eadem gratia in aliis transfundatur, ne cæleſtes margaritas ſpiritalium verborum ſordidæ vitæ pedibus conculcent.

CAPUT I.

Matrimonium B. Hildegardis, fundatio monaſterii Campidonenſis, mors pia: Ludovicus Carolo Patri ſuccedit.

1 SAcroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Sedi *a* Adriano ſummo Pontifice præſidente, Carolus [Pippini Regis Francorum filius, Deo propitio, ſuſcepit regni gubernacula] Vir quidem fide Catholicus, ſcientia præclarus, religione devotus, qui *b* poſtmodum nobiliſſimam de genere Suevorum virginem matrimonio ſibi copulavit, Reginam Hiltigardam, genuitque ex ea tres filios, Carolum, Pippinum, Ludovicum Pium *c*. Cumque bonitas divina præfatum Regem multiplici foveret gratia, ex eo tamen feliciſſimus videri poterat, quod ei cum optima conjuge individuam conſuetudinem vitæ ducere à Deo conceſſum fuerat. Hujus enim ſanctitatem eximiam hiſtoriæ veteres non falſo prædicantes, quotiès nomen ejus memorant, Beatiſſimam appellant. Nimirum cum omnibus hujus mundi opibus, auro, argento, gemmis & veſtibus, tamquam Domina Regni, plurimum abundaret, multaque regna ac prædia hereditario jure poſſideret; converſationem tamen habens in cælis, quæ ſurſum ſunt, quærens, non quæ ſuper terram; & anhelans ad divitias, quas nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, caritate Dei amorem mundi extinxit; ſancta liberalitate avaritiam, humilitate calcavit F ſuperbiam, orans cum Propheta & dicens, Non veniat mihi pes ſuperbiæ & manus peccatoris non moveat me. Sciens ergo ſcriptum eſſe, Redemptio animæ viri propriæ divitiæ, viriliter diſpoſuit omnium ſuarum poſſeſſionum Chriſtum heredem conſtituere; ut particeps fieri hereditatis mereretur æternæ, heres quidem Dei, coheres autem Chriſti. Sapiens revera & imitatione digna diſpoſitio, æterna pro temporalibus, cæleſtia pro terrenis, pro caducis ſemper manſura mercari. Aſcendit itaque de virtute ad virtutem, cupiens videre Deum deorum in Sion, quaternario virtutis; ut per prudentiam, eligeret quid agendum; per juſtitiam, exequeretur electum; in adverſis vinceret, per fortitudinem; illecebroſis non cederet, per temperantiam. Saniori autem conſilio viſum eſt ei, ut non prædia venderet, & eorum pretium ſub momento pauperibus erogaret; ſed in ipſis prædiis fundare monaſteria elegit, ut de fructibus eorum & redditibus uſque in finem ſeculi pauperes ſufficienter poſſint ſuſtentare.

a E

b

Carolo Regi nupta *c*

variis virtutibus excellit,

Pſ. 35, 12. Prov. 13, 18

2 Sancti igitur propoſiti ſanctior executrix, plu- *fundandis cœnobiis intendit.* ribus in locis, dives & præpotens Regina, nova cœpit conſtruere monaſteria, nova ſervorum Dei

EX MS. adornare collegia ; multa etiam jam conſtructa collatis poſſeſſionibus ampliavit. Aliis aurum, argentum, ornamenta, ad decorem domus Dei convenientia, large diſtribuit. Inter ea vero monaſteria, quorum illa beatiſſima fundatrix fuit, Campidonenſem domum ſpecialius dilexit, quam & divitiis cumulavit & ſublimavit honoribus, ut exhibitio operis, probatio eſſet dilectionis. Unde & Andegarium, primum ejuſdem cœnobii Electum, magnæ religionis virum, Romam ſecum perduxit, & eumdem in Sancto die Paſchæ, in eccleſia B. Petri, anno ab incarnatione *d* ſeptingenteſimo octogeſimo tertio, Carolo multisque Principibus præſentibus & Papa Adriano, in Abbatem conſecrari petiit & impetravit. Dein pretioſis corporibus Sanctorum Martyrum Gordiani & *e* Epimachi dotata Regina, cum jucunditate rediit & gloria; eo nimirum glorioſior & jucunda devotius, quod tam glorioſum revexit onus, quod que precibus ejus Papa Adrianus dignatus venire *f* Campidonam, noviter ab ea conſtructum dedicavit monaſterium, in honore utique Sanctæ Dei Genitricis Mariæ & Sanctorum Martyrum Gordiani & Epimachi, quorum corpora ibidem uſque in hodiernum diem requieſcunt, & divinis excoluntur officiis. Ordinavit autem Beatiſſima Hiltigardis ſe habituram in eodem cœnobio ſepulturæ locum : unde muneribus diverſis id ditando, quidquid in pago Hyllergouwe, *g* Albegouwe, Deſegouwe materna hereditate legitime obtinuit, cum poteſtativa manu Caroli Imperatoris & Imperiali largitione illuc tradidit, & in proprium jus monaſterii transfudit, & perpetualiter poſſidendum donavit. Perſeveravit autem in Deo placita converſatione uſque in finem, orationibus & eleemoſynis inſiſtens. Anno ab incarnatione Domini ſeptingenteſimo octogeſimo tertio, 11 Kalendas Maji, obiit Domini devota Hyltegardis, meritis plena felicibus, & in loco, quem ſibi elegerat, quievit, ſepulta in pace. *i*

præcipua Campidonenſis,

cui Andegarium primum Abbatem

d

e

& corpora SS. Gordiani & Epimachi impetrat.

f

B

g

ibiq; ſepulturã eligit.

i

Ludovicus Pius à Carolo Rex creatus,

3 Carolus autem Imperator, defuncta conjuge ſua, cum filiis ſuis quos de ea genuerat vivens feliciter, liberalibus diſciplinis, mundanis quoque ac divinis eos legibus inſtruxit. Iunior vero natu Pius Ludovicus, ab infantia ſua timens Deum & amans, quidquid habere poterat, pro nomine Domini pauperibus erogabat. Erat enim optimus fratrum ſuorum, ſicut ab exordio mundi frequenter junior frater meritis præceſſit ſeniorem. Hinc eſt, quod Dominus ad Abel & munera ejus reſpexit, Cain cum manipulis ſuis deſpexit : ſic Iſaac eligitur, Iſmaël reprobatur ; Iacob diligitur, Eſau odio habetur ; David fratrum noviſſimus, paſtor ovium, ad regni gubernacula à Deo deſtinatur. Præfatus vero Ludovicus poſtquam ad ætatem adultam pervenit, nobiliſſimi Ducis *k* Ingerammi filiam deſponſavit, ex qua tres filios Ludivicarium, Pippinum, Ludovicum generavit. Carolus autem diem obitus ſui appropinquare intelligens (jam enim valde ſenuerat) defunctis filiis ſuis Carolo *l* & Pippino, ſolo Pio Ludovico ſuperſtite, cum Principibus regni, Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus generale colloquium in palatio *m* Aquiſgrani habuit, univerſos interrogans, ſi eis placitum eſſet, ut filio ſuo nomen Regis imponeret. Quod cum omnes unanimiter approbarent, una die Dominica cultu ornatus regio, coronam auream gerens in capite glorioſo, eccleſiam ingreſſus eſt, quam ipſe à fundamento conſtruxerat ; accedensque ad majus altare, coronam, quam in capite geſſit, aræ ſuperpoſuit. Facta igitur oratione, monuit pater filium, imprimis Deum diligere & timere, præceptis ejus obedire, eccleſias defendere, conſanguineis & propinquis indeficientem miſericordiam oſtendere, Sacerdotes honorare ut patres, populum diligere ut filios, cœnobiorum conſolatorem eſſe & pauperum patrem ; miniſtros fideles & Deum timentes conſtituere, qui munera injuſta contemnerent ; nullum ab honore ſuo vel poſſeſſione abſque rationabili cauſa dejiceret, & ut ſemetipſum Deo & hominibus irreprehenſibilem demonſtraret. Poſt has & ejuſmodi admonitiones patris, quas per omnia filius ſervaturum ſe promiſit, coronam de altari auream, juſſu Caroli ſublatam, Pius capiti ſuo Ludovicus impoſuit.

k

l

m

D

ſalutaribus acceptis monitis,

4 Poſt paucos dies, multis & magnis à patre honoratus muneribus, rediit in Aquitaniam, ubi & prius Regni tenuit gubernationem. Dominus autem Imperator Carolus Aquiſgrani manſit. Imperiali nomine nihilominus gaudens & dignitate, orationibus tantum vacans & eleemoſynarum largitioni, plurimumque intendens librorum correctioni. Sequenti anno menſe Januario *n* poſt balneum febre corripitur, & languore graveſcente tantum modico aquæ recreatur : ſeptimo ægritudinis ſuæ die, accerſito Hiltibaldo *o* Pontifice, ſacramentis Dominici corporis & ſanguinis exitum ſuum præmunivit. In craſtino, ſciens adeſſe obitus ſui diem & horam, dextera extenſa, virtute qua poterat, ſignum Crucis fronti imprimens, totum corpus conſignabat : poſtremo pedes ſuos colligens, & rurſum tunc pſallens, In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum, in ſenectute bona plenus dierum deceſſit in pace, anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſecundo. Humatum eſt autem corpus ejus Aquiſgrani in eccleſia, quam ipſe ad honorem Dei conſtruxerat.

n

o

E

parenti mortuo

succedit in imperium :

5 Poſt obitum glorioſiſſimi Imperatoris Caroli, filius ejus Ludwicus, à partibus Aquitaniæ, ad palatium Aquiſgrani venit ; & regna omnia, quæ Deus dederat patri ſuo, ſine omni contradictione regenda ſuſcepit. Sedens igitur in palatio, theſauros patris in auro & argento, gemmisq; pretioſis, in omni ſupellectile ſibi præſentari juſſit, & omnia ſecundum patris ſui ordinationem & carthæ *p* continentiam fideliter & devote diſtribuit ; nil ſibi reſervans præter menſam argenteam, quam ob amorem patris ſui retinuit, cujus tamen pretium pro redemptione animæ patris pauperibus erogavit. Interea legati ex omnibus regnis, quæ patri ſuo ſubjecta erant, venerunt pacem nuntiantes, & ſpontaneum obſequium cum omni fidelitate offerentes. Circa idem tempus Princeps Pius, piis ſemper operibus intendens, per omnia regna ſua fideles legatos miſit, omnesque in diebus patris ſui per iniquorum miniſtrorum ſævitiam injuſte oppreſſos, vel ablatione patrimonii vel coactione indebiti ſervitii, reſtitui præcepit, & ipſam reſtitutionem manu propria ſubſcribendo confirmavit.

p

F

6 In diebus illis Leo Papa Romanus obiit, *q* & Stephanus ei ſucceſſit, qui ſuſcepto Pontificatu juſſit omnem populum Romanum promittere Regi Ludovico fidelitatẽ juramento, & dirigens legatos ſuos ei nuntiavit, ut in loco, qnem eligeret, libenter eum alloqueretur & videret. Quod Princeps audiens, & de audito nuntio plurimum gaudens, nuntios ſuos ſancto Pontifici cum ſalutatione juſſit occurrere, & cum debita reverentia affluenter ſervitia præparare. Secutus autem miſſos Rex, ſupradicto Pontifici cum magna comitatu glorioſus occurrit, conſecrationis gratiam ab eo ſuſcipere deſiderans. Convenerunt autem in magno campo Remenſium ; & utroque ab equo deſcendente, Pius in terram Ludovicus toto corpore tribus vicibus ante pedes Apoſtolici ſe proſtravit, tertia vice erectus Dominum

q

à Stephano Papa conſecratur

A num & Patrem ſuum his verbis ſalutavit : Benedictus, qui venit in nomine Domini, Deus Dominus & illuxit nobis ; & reſpondit Pontifex : benedictus Dominus Deus noſter, qui tribuit nobis videre ſecundum David Regem. Deinde poſt amplexus & oſcula ingreſſi eccleſiam oraverunt. Poſtea Pontifex Regem & Reginam Irmingardam & omnes optimates ſuos multis & magnis honora-
γ vit muneribus. In prima Dominica γ ante Miſſarum ſolennia in eccleſia, coram Clero & populo Pontifex Regem unxit & Imperatorem conſecravit, coronamque auream miræ pulchritudinis, gemmis ornatam pretioſis ; quam ſecum portaverat, capiti ejus glorioſo imponebat ; Reginam quoque Irmingardam conſecrans & Auguſtam appellans, aureo diademate nihilominus coronavit. Commanentes autem aliquot diebus, colloquium quotidie de utilitate habebant Eccleſiæ. Honoravit autem Domnum Papam Imperator largiſſimus donis innumeris, tripliciter quam ab eo accepiſſet majoribus ; plenus ſiquidem pietate, ſemper majora ſolebat dare quam accipere. His ita geſtis, Apoſtolicus Romam, Imperator Aquiſgranum rediit ad Sedem ſuam : proficiebat autem quotidie de virtute in virtutem, profundam habens ſacræ Scripturæ intelligentiam ; poëtica vero carmina, quæ in juventute didicerat, nec legere voluit nec audire. Erat etiam in cibo potuque ſobrius, in indumentis moderabilis, exceptis ſummis feſtivitatibus numquam aureis reſplendens ; numquam in viſu vocem exaltavit, imo & populus coram eo diſciplinam ſervavit : quotidie ante cibum pauperibus largas exhibuit eleemoſynas ; optimis ornatus moribus, omnia prudenter diſpoſuit, excepto quod conſiliariis ſuis, magis quam oportuit, acquievit : fuit autem hujus ſurreptionis occaſio legendi aſſiduitas & pſalmodiæ frequentatio.

B *virtutibus claret.*

ANNOTATA.

a *Ne in principio lector offenderet, ipſum Ms. ex eo quod certum eſt corrigentes, Hadrianum, cujus anno 5 mortuus eſt Pipinus, ſubſtituimus pro eo qui hic nominabatur* B. Leone 3, *à quo* Carolus Magnus, *anno* 800, die Natalis Domini, in Imperatorem Deo propitio inunctus eſt & conſecratus : *his autem verbis omiſſis, quia annis totis 7 prius mortua erat uxor, de qua hic eſt ſermo, ſubſtituimus noſtra* [ ] *incluſa, & magis ad rem factura, atque Imperatoris titulum vertimus in titulum Regis.*

C

b *Anno* 771, *quando* 16 *vel* 18 *annorum puellam fuiſſe opinamur.*

c *De his narrat Cruſius, ſingulos à matre petiiſſe ut ſibi paterni regni ſucceſſio promitteretur : quæ gallum gallinaceum ſingulis dari juſſerit, addens Regem fore cujus gallus alios ſuperaſſet, & victoriam Ludovico obtigiſſe, atque hinc natam ſcholaſticorum conſuetudinem tali ludo quotannis Regem legendi. Hæc ille tamquam certiſſima memorat, qui criticam ſeveritatem melius exercuiſſet in caſtigandis ejuſmodi fabellis anilibus, quam ſugillando orthodoxo Sanctorum cultu.*

d *Nihil hic corrigo, quamvis more noſtro numerantibus annos, non hujus, ſed anni ſequentis Paſcha Carolus Romæ egiſſe dicatur : quia ipſe dies Paſchæ ab aliquibus more Gallico ſic numerabatur ut annum finiret priorem, & ſic dicebatur Paſcha anni* 673.

e *Coluntur ſancti Martyres* Gordianus & Epimachus 10 *Maji, ubi agemus de eorumdem Sanctorum corporibus vel notabili corporum parte tranſlata ad Prumienſe monaſterium circa annum* 1190. *Bruſchius his omiſſis lib.* 12 *cap.* 2 *ad fabellas dilabitur, neſcio quæ garriēs de particula ex virga Aaronis, cæleſti manna, aliisque non ſine miraculo inſulſiſſimo impetratis.*

f *Vt credamus nos, Campidonam unquam veniſſe Vrbanum, aut omnino pedem de Italia extuliſſe, certioribus opus eſt monumentis : videntur hæc hauſta ex fabuloſo quodam Godifredo quem citat Cruſius, Ludovici Archicancellarium ſe fingente, & inter alia abſurda comminiſcente in comitatu Papæ fuiſſe* 350 *Cardinales, Epiſcopos, Abbates, equorum vero quatuor millia.* EX MS.

g *Ita quidem legitur in ſuppoſititio diplomate : verene dictum, merito dubites. Certe neque Campidonæ mortua neque primum ibi ſepulta eſt, & quia utrumque hic dicitur, utrumque apud nos æqualem fidem habet.*

h *Duodecimo à Campidona milliario ad meridiem abeſt lacus parvus,* Alb-zee *dictus, à quo agris circumjectis nomen fortaſſis adhuc manet : ſimiliter & alii nominati hic agri in vicinia fuerint, atque etiam nunc ſint, nominibus fortaſſe mutatis. Cruſius* Algojam *deſcribit ita amplam ut etiam Memmingam & Campodurum aliaque* 12 *oppida complectatur. Diploma Carolinum Augusgoue ſecundo loco nominat & Deſegoue omittit.*

i *Sequentia omnia uſque ad finem capitis fere verbotenus ex Thegano decerpta ſunt, omiſſis multis quæ ille interſerit.*

k *Apud du Cheſne in Thegano ſcribitur,* Ingortamnus, *& filiæ nomen* Irmingarta : *auctor Vitæ Ludovici* Ingramnum Comitem, *&* Hermengardam *appellat.*

E

l *Theganus* Anno regni ejus *(ſcilicet Caroli)* XLII, *id eſt Chriſti* 810, *quem alii numerant* XLIII, *obiit* Pippinus filius ejus *Rex Italiæ,* anno ætatis ſuæ 33; *ergo natus anno* 778, ſequenti vero anno Karolus primogenitus ejus & Regina ſupradicta Hiltegarda obiit (*hoc ultimum Thegani non eſt, qui ignorare non potuit eam ante annos plurimos obiiſſe*) & ſolos Ludowicus ad regni gubernacula remanſit.

m *Menſe Septembri anno* 813.

n *Die* 20 *Ianuarii Carolus ægrotare cœpit, obiit enim die* 28, *anno* 814

o Hiltebaldus, *aliis* Hildeboldus, *Archiepiſcopus Colonienſis.*

p *Teſtamentum intelligit, quod apud nos claudit Vitam ab Eginhardo conſcriptam, cui tamen veremur ne annus* 811 *adjectus poſtea ſit, non quidem imperite, ſed tamen præter autographi tenorem.*

q *Obiit Leo* 3 *anno* 816, 12 *Iunii, eique ſucceſſit Stephanus* 4 *vulgo dictus ejuſdem menſis die* 22; *& poſt ſeptimum menſem Pontificatus ſui mortuus eſt* 25 *Ianuarii.*

r *Fuerit hæc una primarum Dominicarum Auguſti, Septembris vel Octobris, quæ anno* 816, *cum eſſet littera Dominicalis E cadebant in diem* 3 *Auguſti,* 7 *Septembris &* 5 *Octobris : niſi malis primam numerare à die mutui congreſſus.*

F

CAPUT II.

Inventio Sanctorum corporum, poſt varia ad eorum invocationem miracula.

7 CUm igitur Monaſterii Campidonenſis certis de cauſis *a* reconſecrandi dies deſideranter expectaretur, & ea quæ ad officii executionem neceſſaria prævidebant, diligenti cura & apparatu decenti præpararentur ; viſum eſt Abbati *b* Fratrumque Conventui, ut monumenta, quæ in monaſterio altius elevata planitiem & æquitatem pavimenti impediebant, conſulto & conſulente Epiſcopo, deſtruerentur ; & corpora fidelium ibidem ſepulta, convenientiori loco, cum Miſſarum celebratione & obſequio debito, tumularentur ; ut Pontifex conſecraturus, in ſcribendo Alphabeto ab angulo ad angulum, haberet tranſitum expeditum : & factum eſt ita. Fuit autem antiquum in eodem monaſterio ſepulchrum, non eminens quidem, ſed lignis in quadrum poſitis, in pavimento & à pavimento diſtinctum : in hoc Reginam Hyltegardam loci fundatricem quieſcere, plurium fuit conſtans aſſertio ; verumtamen congregatio

a

b *Monachi Campidonenſes templum ſuum reſtaurant*

ſervorum Dei, de veritate minime certa, pro communi quidem opinione eidem ſepulchro aliquam, pro incertitudine vero debitam nullatenus exhibuit reverentiam; multumque & ſæp agebat anxie, optando, orando, ut Deus quacumque occaſione veritatem rei dubiæ dignaretur oſtendere. Expreſſum certe in ſcriptura veritatis in privilegio Magni Caroli Imperatoris habebatur, Hyltigardam Reginam, conjugem ſuam, locum ſepulturæ in monaſterio Campidonenſi ſibi elegiſſe; quod autem ex electionis propoſito illa ibi beatæ memoriæ requieſceret, nec in ſcriptis reperiebatur, nec rationibus, rei dubiæ facientibus fidem, efficaciter aſtruebatur.

EX MS.

ac de loco ſepulcri Hildegardis dubitant,

8 Hujus autem noxiæ dubitationis, quam modo Deus abſterſit, cauſa videtur fuiſſe, imo indubitanter fuit, librorum & privilegiorum monaſterii diſtractio, generalis monachorum facta diſperſio, enormis loci & ſtenda mutatio, quæ adeo ſtatum & ordinem domus Dei deformaſſe refertur, ut vix unius Clerici miniſterio divinorum celebratio ibi ageretur. Alienatis enim poſſeſſionibus & violenter direptis, ſedit ſola civitas, plena prius populo Dei; facta eſt quaſi vidua Domina gentium, princeps provinciarum facta eſt ſub tributo; abſque Abbate, abſque monachis, ſine capite, ſine membris. Facta autem poſt annos multos & labores plurimos per ducem Herneſtum, Reginæ Hyltegardis conſanguineum, poſſeſſionum recuperatione; collectaque in domo renovata nova monachorum congregatione, non mirum nec inconveniens, ſi homines nuper mundum ingreſſi, noviter domum alienam intrantes, theſauri ex antiquis in ea abſconditi altam habebant ignorantiam, quos de pretioſæ margaritæ repoſitione nec ſcriptura docuit, nec relatio Patrum fidelis inſtruxit Sub hujus ignorantiæ gravi ſarcina filii eccleſiæ mœſti premebantur, repleti amaritudine; nec erat, qui eos in ſua mœſtitia conſolaretur: propter vulgarem tamen opinionem, ut dictum eſt, ignorantia verſa eſt in dubitationem. Hæc autem vulgi non improbanda opinio undecumque ſumpſerit initium, ex dicendis magn um habet incrementum.

ſcripturis antiquis per loci minas deperditis.

B

interim liberantur energumenus

9 Obſeſſus à maligno ſpiritu Diaconus Wernerus, furiis miſerabiliter exagitatus, ut ſibi vitam extorqueret, ad præcipitium properat; ſed miſerante Deo ab amicis & notis capitur, tenetur, ligatur: deinde poſt multorum Sanctorum implorata ſuffragia, nec tamen optata liberationis impetrata gratia, ad memoratum & ſæpius memorandum Campidonenſe cœnobium perductus eſt. Ubi aſſiſtens, cunctis qui aderant pro eo ſupplicantibus, in voce indignationis, in perſona dæmonis, in ſpiritu furoris exclamavit & dixit: Quid mihi & tibi, Hyltigardis? quid me perſequeris? cur me expellis? O mira Dei gratia! Quod timuit impius, irruit ſuper eum: dictum ſecutum & factum: dæmon ejicitur, homo liberatur, & omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo. Hoc initium ſignorum fecit Jeſus, cum manifeſtare cœpit gloriam ancillæ ſuæ.

C

& energumena

10 Circa idem tempus Adelaidis, famula Ulrici de Chnibor, Dei permiſſu (cujus judicia aliquando occulta, aliquando manifeſta, ſemper autem ſunt juſta) dæmone corripitur; ex cujus ore furioſo horrenda immunditiæ verba ſpiritus Domini malus debacchabatur, imitansque dæmoniacum illum Euangelicum, lapidibus ſe concidentem, ſpinas & tribulos cum urticis colligens & in ſinum mittens, velut doloris inſenſibilis, carnem propriam urere & lacerare non horruit, oblita vel ſpernens id Apoſtoli, nemo unquam carnem ſuam odio habuit. Flent & ejulant parentes, divinum implorantes auxilium, quod eſt unicum in tribulatione remedium. Communione autem religioſi monachi Hartmanni mulier comprehenditur, & ad tumulum illum, adhuc Hyltigardis putativum, vincta manus adducitur: ubi mirabiles & miſerabiles, varios & confuſos edit clamores, nomenque Reginæ, illud Angelis celebre, non devota ſed commota, frequentius iterat. Quo audito compuncti, qui adſtabant, illius ter quaterque Sanctæ ſuffragia efflagitant, ut ejus meritis Deus ſolvat, quam ſathanas alligaverat. Audivit Dominus & miſertus eſt, & ſanata eſt mulier ex illa hora, & glorificabant Deum dicentes: mirabilis Deus in Sanctis ſuis, Deus Iſrael ipſe dabit virtutem & fortitudinem ancillæ ſuæ; benedictus Deus.

D

Epheſ. 5. 29

11 Prædictis adjiciendum eſt tertium miraculum, ut in ore duorum vel trium teſtium conſtet hoc verbum. Juvenis quidam Henricus, Conradi minutoris filius, longa invaletudine afflictus, fervore ægritudinis exeſis carnibus, exhauſto ſanguine, reſponſum mortis in ſe habens & ſigna mortem minantia, jacuit deſperans & deſperatus, pedum ceterorumque membrorum omni deſtitutus officio, abſque gerentis miniſterio impotens ſurgere de grabato. Is de familia B. Nicolai ſe eſſe recogitans, ipſumque pium ac celerem in neceſſitate ſubventorem attendens, cum fletu & gemitu preces, ut potuit, ſpe ſalutis ad Deum effudit, idque magis agebat affectu deſiderii quam oratione vocali. O mira pietas! Prope eſt Confeſſor Chriſti omnibus invocantibus eum, ſperantem in ſe non dereliquit, deſiderium pauperis exaudivit. Dormienti in ſomno Sanctus Dei apparuit, ut Reginæ ſepulchrum viſitaret, de recuperanda ſanitate certus, inſpiravit. Expergefactus juvenis, & Lætatus ſum, inquit, in his, quæ dicta ſunt mihi: ad parendum ſe parat, baculum arripit, ejus ſuffragio volens, ſed non valens, ſe præſentare tumulo. Dorſo igitur vicini ſui moti pietate levatur, ad locum optatum omnibusque optandum deponitur. Certus ergo de promiſſionis veritate, promiſſam petiit à Domino meritis Reginæ ſibi dari ſanitatem. Quid plura? inter preces obdormivit, & evigilans ſine baculo ſoſpes reſiliit. Benedictus igitur Dominus Iſrael, qui viſitavit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Ex tunc igitur locus ille Sanctuarii cœpit amplius frequentari, manna illud abſconditum devotius venerari; plurimum enim probabilitatis ex his, quæ acciderant, populari acceſſerat aſſertioni, nec quiſquam facile contrarium præſumpſit defendere. Verumtamen Fratribus monaſterii nondum perſuaſum fuit conſtanter credere, Dominam ſuam, loci Fundatricem, ibi quieſcere: non enim decet ſapientes & religioſos in hujuſmodi leviter aut temere cordis aſſenſum præbere, propter multiformes fallacias dæmonum, & illuſorias vanitates ſomniorum; licet non ſemper vana ſint ſomnia, & dæmones interdum nuntient vera, vel coacti, vel intentione fallendi; & quidem extorta veritas meritum non habet, nec tamen veritas non eſt. Rem igitur Fratres tacite conſiderantes, & dictis facta conferentes, ſatagebant quotidie latentem veritatem invenire. Proponebant itaque, conſilio & hortatu Pontificis, monumentum aperire; ut ſi corpus ſanctum cum ſcripturæ teſtimonio reperirent, inventum theſaurum cum gaudio manifeſtarent; ſin autem, ab inquirendi ſolicitudine animo repauſarent.

quidam morti proximus,

E

ex S. Nicolai monitu accedens ad ſepulcrum putativum, ſanatur:

F

12 Non

A 12 Non eſt autem prætereundum ſilentio, quod mulier quædam plena dierum, ſub habitu peregrinæ & converſionis, futuræ dedicationis fama invitante, aliquot diebus ante ſepulcri apertionem ad monaſterium Campidonenſe orandi cauſâ divertit. Quæ comperto quod oſſa reverendæ memoriæ Hyltigardis quæri proponerentur, publice coram multis etiam religioſis Fratribus veritate ſubnixum edidit oraculum: Non, inquit, in loco circumpoſitis lignis ſignato corpus ſanctum invenietur: eſt autem in latere ejus, ab eodem quaſi tribus pedibus diſtans, meridionali muro propinquum monumentum, nec habens formam monumenti, plana ſuperficie pavimenti: ibi diu deſiderata reperietur Fundatrix loci hujus & Domina, & ad pedes ipſius requieſcit filius ejus; & ubi, vel quando, vel qualiter hoc ſecretum ei fuerit revelatum, ignoramus. Dicto autem ejus infuiſſe veritatem, rei exitu demonſtrante, cognovimus. Opportunitate ſiquidem accepta, nocte ad hoc opus electa, clauſis templi januis, cum incenſo & cereo, reverenter Fratres ad locum ſepulcri accedentes, & eo aperto nil invenientes, conturbati ſunt, commoti ſunt, terror apprehendit eos; ibi dolores ut parturientis. Sed triſtitia eorum citius converſa eſt in gaudium; à latere enim illius reperientes monumentum, & ejecta humo inſpicientes, gaviſi ſunt gaudio magno valde. Contemplabantur enim cum grandi delectatione oſſa illius ingenuæ & ſpectabilis genere & multum exoptatæ: levatoque capite, quod jacebat in exciſo lapide, illoque inſpecto in ea parte, quæ terram tetigit, hoc breve ſed ſufficiens epitaphium, Hyltegardis Regina *d*, legebatur: quo lecto & audito, clamor omnium attollitur, canentium, flentium, laudantium Deum, qui de timore in ſecuritatem, de ſpe in rem ſervos ſuos adduxit. Quis id gaudium inæſtimabile & inopinatum valeat concipere, niſi id expertus vel ſimile? imo nec expertus. Semper enim jocundius experta, quam mentis cogitatione concepta afficiunt, affectuoſius blandiuntur, blandius demulcent. Spiritus omnium, qui aderant, paſcebatur in jubilo, qui præ gaudii magnitudine nec poterat taceri nec plene explicari. Perfuſus gaudiis totus ille Fratrum conventus exultavit uberius, anima eorum liquefacta eſt de electa & dilecta. Quid inde? nox illa ut dies illuminata eſt in deliciis expetendis. O beata nox! quæ tenebras ignorantiæ columnæ manifeſtatione purgavit! hæc nox, quam fecit Dominus; exultandum & lætandum in ea.

verus ſepultura locus indicatur à muliere peregrina,

C 13 Collectis interim oſſibus ſacri corporis & in pallio honorifice locatis, inveniuntur & calcei, mirum dictu, corio ſoluto ſed incorrupto, filo tantum putrefacto. Deinde Pii Ludovici *e* Imperatoris monumentum aperitur; corpus ejus integrum reperitur, & corona in capite ejus glorioſo de aurifrigio pretioſo. Geminatur igitur lætitia, jocunditas duplicatur, exuberante cauſa exuberat effectus. Colliguntur Pii Regis beatæ reliquiæ, & maternis oſſibus in uno ſarcophago, ſeparatim tamen, apponuntur, pari cum illis veneratione colendæ. His itaque geſtis, theſauri deſiderabilis inventio longe lateque per Dei voluntatem citius innoteſcit. Omne etenim bonum quanto magis in commune deducitur, tanto magis eluceſcit: quæ enim utilitas in theſauro abſcondito? Fama itaque frequens, digna laude nuntians, gratia præeunte velocius ſolito circumvolat, & ad novas delicias boni odoris effuſione puſillos & magnos invitat. Currunt ergo ſanctæ opinionis fragrantia reſperſi catervatim, tamquam ad nundinas, innumeri populi, ad ſuffragia genitricis & geniti; munera devotionis ſpe veniæ ſecum deferentes; diverſis quidem afflicti anguſtiis diverſas veniendi cauſas ſumentes, ſed omnes communiter de impetratis gaudere cupientes, non ſunt fraudati à deſiderio ſuo, deſiderium eorum attulit eis Dominus. Cæcis viſus, ſurdis auditus, loquela mutis, greſſus claudis reſtauratur; curvus erigitur, paralyticus reparatur; fugit blaſphemans inſania, ceſſat vexatio dæmoniaca, mortuo redit vita. Quid per ſingula? Omni fere miraculorum genere glorificavit Dominus oſſa in terris, ſecum feliciter regnantium in cælis. Ut fiant vota, ſuggerit inſpiratio divina; votorum ſolutionem prævenit liberalis miſericordia; voluntas enim pro facto reputatur. Gloria in excelſis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. De multis autem & magnis, quæ ad gloriam glorioſæ apud Deum Reginæ & filii ejus, ipſe, qui facit mirabilia ſolus, ſicut ſolus eſt bonus, mirabiliter eſt operatus, pauca notavimus: quia ne invidis & incredulis & divinæ bonitati in hujuſmodi detrahentibus, deridendi, ſubſannandi, nauſeandi occaſionem præſtemus; ea dumtaxat referre utile duximus, quæ & convenienti teſtimonio in noſtram venere notitiam, & ſatis ſuperque ſufficere poſſunt ad electorum ſuorum ſanctitatis declarationem.

e proxime autem corpus Ludovici Pii,

& in eo corpus ipſius cum epitaphio invenitur,

d

EX MS.

ANNOTATA.

E

a *Campidonenſe cœnobium ſub Ludovico Abbate, qui ab anno 940 & ad uſque Majum anni ſequentis præfuit, tertio vaſtatum fuiſſe auctor eſt Bruſchius.*

b *Idem ſcribit S. Vdalricum Auguſtanum Epiſcopum, cui fuerant reliquiæ monaſterii combuſti commendatæ, apud Erneſtum Sueviæ Ducem, qui ipſum reſtaurare intendebat, obtinuiſſe, ut anno 962 Abbas ex recollectis monachis conſtitueretur Alexander: ſub quo acta ſint ea quæ ſequuntur de invento corpore S. Hildegardis: vixit autem uſque ad Auguſtum anni 992.*

c Minutor *videlicet ſanguinis, Grecis* Phlebotomus, *à vena ſecanda dictus. Vulgus à frequentiori opere* tonſorem *appellat.*

d *Hinc intelligas, verſus ſupra num. 5 relatos ex Bruſchio, non fuiſſe tunc inventos, ſed poſtea ſcriptos.*

e *Obierat hic Ingelhemii prope Moguntiam anno 840, 20 Iunii, quem Drogo frater ſuus Epiſcopus Metenſis* in baſilica S. Arnulfi, quo & mater ejus condita eſt, nobiliter ſepelivit. *Ita coævus auctor vitæ: quando autem & quomodo tranſlata videantur corpora, jam diximus.*

CAPUT III.

F

Cæci, ſurdi, muti, paralytici meritis B. Hildegardis ſanati.

Sanatur paralyticus,

14 CUm igitur turba plurima conveniret, & de vicis ac villis, caſtellis ac civitatibus inveniendæ ſalutis gratia Campidonam properarent, eadem ſpe & deſiderio adducta venit de *a* Richoltzried *a* mulier lacrymoſa, collo gerens filium quaſi ſeptennem, uſu & facultate gradiendi penitus deſtitutum; diuturnus ſiquidem languor & validus pueri teneram depaſtus eſt carnem, qui extrema confectus macie ad mortem properare moribundus videbatur: dextrum quoque brachium ejus paralyſi arefactum aſſidue dependebat à latere, nec ad ſumendum cibum ori manum aliquo modo poterat admovere. Hoc onere preſſa mater miſera & miſeranda, fatigata corpore, ſed plus afflicta mente, in amaritudine animæ ſuæ, contribulati ſpiritus ſecum ferens ſacrificia, ingreſſa eſt templum, flebilemque ſarcinam in medio templi, ſpe ſuſcipiendi miſericordiam tuam Deus, ubi corpora illa veneranda tunc poſita cuſtodiebantur, depoſuit; patrem miſericordiarum & Deum totius conſolationis gemitibus inenarrabilibus poſtulans, ut Sanctorum ſuorum intercedentibus meritis,

EX MS. languentis pueri dignaretur misereri. Deinde humo levatum & utraque manu apprehensum parens anxia circumducebat, magis tamen ille trahebatur, quam sequebatur. Haud mora, dimissus à matre solius Dei adminiculo pedetentim gradi attentavit; confortatisque cruribus, digitorum grossitudinem vix superantibus, efficaces illos intercessores suos lætus circumivit. Manum quoque prius aridam, sentiens sibi restitutam, ori sine difficultate admovit; idque frequenter agens atque subridens, dono Dei quod experiebatur se adgratulari monstravit. Duo hic miracula patrata noscuntur, dum & facultas gradiendi restauratur, & manus arida vigore renovatur. Facta sunt hæc in conspectu multorum tunc præsentium & laudantium Deum, qui sanat contritos corde & alligat contritiones eorum.

Visum recipiunt puer, 15 Consolatus est & aliam matrem, in parvulo sugente ubera, consolator Deus: macula siquidem tumore eminens, vitri colorem exprimens, pupillam obvolvens, alterum oculorum pueri occupaverat; & eum facultate & actu videndi, caligine superducta, privaverat; quæ deformitatem vultus, detrimentum visus operabatur in puero, doloris amaritudinem in corde materno. Matre igitur ad illud magnæ efficaciæ propitiatorium adstante, & pro amovendo pano B oculum obscurante obnixius supplicante; velamen illud visum impediens scissum, dissipatum disparuit; remotoque obstaculo, pupilla libera, visu recepto, delectatione videndi se recreavit.

anus, 16 Duplicato pietatis suæ dono Pater luminum visitavit aniculam, utriusque oculi lumine destitutam: quæ licet tam defectu senii, quam alia causa latenti cæcitatis caligine laboraret; credens tamen omnia possibilia esse credenti, scienſque non esse apud Deum necessarium ordine ingressibili privationem inesse post habitum, cum fiducia, lucis auctorem, desiderio magis quam voce, deprecabatur, ut sanctæ Reginæ filiique sui meritis lumen recipere mereretur. Exaudita est oratio ejus, & eadem hora in medio ecclesiæ, senio non impediente nec alia causa resistente, visus recuperatione lætificata, turbam præsentem lætificavit; & ad laudem & gloriam Dei, mirabilis in Sanctis suis & sancti in operibus suis, excitavit.

& puella: 17 Fuit nihilominus laude dignum miraculum subsequens, & ad virtutem perseverantiæ plurimum instruens. Puella quædam de Chemansʃhausen lippientibus oculis cæcitatis laborabat caligine, nec sine C viæ duce in via se regere poterat absque errore. Hæc miraculorum coruscatione excitata, de inveniendа misericordia nil hæsitans, ætate quidem juvencula, sed mente cana & fide devota, cum aliis adventantibus venit ad illa magnæ coram Deo suffragia potentiæ, caliginem oculorum cogitans amoveri, & lumine desiderato vultum suum vestiri. Volens autem Deus perseverantiam ejus probare, & probatam remunerare, desiderii sui effectum distulit, differendo accendit. Moram igitur faciens aliquot diebus in eodem loco, & limina templi assidue frequentans, suosque intercessores continue fletu & gemitu monens, & monendo ad pietatem movens, meliorationem quotidie experientia didicit; sicque paulatim proficiens, & ex profectus amore spe indeficiens, petendo, quærendo, pulsando indeficienter, sufficientem visus recuperationem obtinuit, fructumque piæ devotionis in seipsa nobis ostendens, ad similia incitavit.

item miles, 18 Non dissimili ordine, magis tamen accelerato, cuidam de Zaitenbuch Conversо facta est visus *b* restitutio. Is cum adhuc mundo impostori *b* perversus deserviret, in conflictu cum adversario, ex vulnere sibi inflicto, unius oculi jacturam passus est: brevi autem tempore post conversionem, dolore super dolore adjecto, alterius oculi lumine destitutus, tetra cæcitatis caligine jacuit involutus. Duplici igitur contritione contrito spiritu, Deo immittente, venit in mentem venerabilium reliquiarum humiliter experiri gratiam. Duce itaque præeunte faustum arripiens iter, felicis propositi fieri cœpit executor. O prædicanda gratia! Vix laborem viæ inceperat subire, cum medicinam gratiæ in luminis receptione, licet tenuiter, sentiebat. Primo siquidem montes, deinde arbores, postea & homines cœpit discernere. Ibat ergo gaudens & tripudians, gratiam jam expertam duci suo prædicans; reique experientia jam aliquatenus consolatus, spe ad majora erigebatur, nec frustratus. Vix enim inchoatæ viæ media pars exacta fuerat, tum is, qui prius mœstus sequebatur, lætus præibat, viam carpens & viæ ducem non requirens. Perveniens autem ad locum exoptatum & ingrediens templum, flexis genibus coram sarcophago, veneranda ossa adoravit diutius, finitaque oratione, ad quælibet jam subtilia melius videnda, promota est in eo potentia. D

19 Agnes de *c* Durnach, divino judicio lumine oculorum privata, multorum auxilia requirens, sed *c mulier* non proficiens, tandem beatissimæ Reginæ & filii E ejus (quorum meritis crebra fieri audiebat miracula) humiliter se devovit, & ante voti completionem visum recepit. Postmodum, ut votum solveret, Campidonam venit; gratiam, quam acceperat, multis honestis personis attendentibus, prædicavit; & ad reddendas gratias Deo & Sanctis ejus, omnes qui aderant provocavit. Eberhardus Tridentinus, oculo- *& quidam Tridentinus:* rum cæcitate percussus, post multorum attentationes remediorum, Veronam adiit, medicinam removendæ caliginis quærens, sed non inveniens. Ubi multa, licet incassum, consumpsit in medicos; dulci miraculorum fama, quæ per dilectos Dei Campidonæ fiebant, respersus, propositum illuc veniendi spe illuminationis arripuit, & opere implevit, in magna spiritus contritione & corporis afflictione. Veniens itaque ad locum optatum duce præeunte, salutem petiturus & gratiam, monasterium ingressus, sepulcrum, in quo beata ossa quieverant, intravit; totoque prostratus corpore, à filiis lucis æternæ, lucem sibi restitui petiit corporalem. Post aliquantum temporis spatium ducem itineris accersivit, at non invenit, tædio enim ac labore devictus recesserat. Quo comperto, miser ille & miserabilis, tribulatus carentia luminis & recessu ducis, orationi instabat ardentius. Exau- F divit autem Deus clamantem ad se, meritisque suorum electorum, visum ei, & in eodem loco & in eadem hora, restituit. Conversus est igitur luctus illius in gaudium, tribulatio in jocunditatem, ut vere psallere posset: Dominus illuminatio mea & salus mea. Egressus ergo de sepulcro, de luminis reparatione illuminatori suo gratias reddidit, & gratiarum actione turbam præsentem incitavit.

20 Mulier quædam de Erichsfried, annosa & ad *surdæ auditum recuperat,* decrepitam vergens ætatem, judicio justitiæ Dei sensum audiendi amisit, quam pœna surditatis tædiosæ continuo & amplius afflixit. Cumque aures ejus constrictæ nulli exterius resonanti paterent audibili; in concavitate tamen capitis interiori, quasi susurro continuo & quasi multarum sonitu campanarum, se conquerebatur vexari. Tinnitus siquidem capitis interius multiplex & inordinatus, cerebrum turbans, instrumenta audiendi obstruxit, ut sonum exterius formatum capere non valeret per auditum. Hæc ingressa monasterium, inter vespertinalem synaxim, dum simplicis Dei multiplicem gratiam imploraret, & suffragia eorum, ad quorum sepulcra commoraretur; mirum dictu, dicto citius impedimentum audiendi,

diendi, ſurditatis cauſam, ſuo effectu per aures exire ſenſibiliter cognovit; tanto utique impetu & concuſſione, ut inter manus tenentium ſemianimis laberetur; & de eccleſia in porticum, ut ab aura refrigerium caperet, efferretur. Quæ poſt puſillum ad ſe reverſa, & ad locum, de quo deportata erat, regreſſa, clare audivit, & de ſingulis ſubmiſſa etiam voce interrogata, convenienter reſpondit: & laudaverunt omnes Deum dicentes: Bene omnia fecit & ſurdos fecit audire & mutos loqui.

muta loquelam.

21 Sub ejuſdem namque diei veſpera puella quædam de Erringen affuit, Lutgart nomine, pulcra facie ſed pulcrior fide: hæc nocte una ſoſpes & alacris lectum petiit, & membra ſoporis quiete refecit: expergiſcens & multum ſe mutatam ſentiens, exclamavit, patrem accerſivit, accendi lumen rogavit. Ille moram rumpens, venit cum lumine, cauſam clamoris ſciſcitans, ſed reſponſum non accipiens; potentia enim loquendi deſtitura puella ſubito obmutuit, & per tres hebdomades muta permanſit. Pater anxius quæſivit conſilium, nec invenit; petiit auxilium, nec accepit; pulſavit ad medicum, nec aperiebatur ei remedium: numquid enim medicus liberavit eam? Non: ſed reſtitutio loquelæ ademptæ ſervabatur
B gloriæ & gratiæ felicis Hyltigardæ. Quid plura? de hominum deſperans ſolatio, confugit ad divinum; vovet ſe præſentaturum filiam ad illas gratia plenas Reliquias, præparat candelam linguæ figuram exprimentem. Compos voti effectus, Campidonam venit, candelam dat tenendam virgini ſacris oſſibus adſtanti. O ineffabilis gratia! Vix ardere cœpit candela, & reſtituitur mutæ loquela, & exclamavit voce magna: Domina & vere Beata Hyltigarda! exultans certe & jubilans ex miraculoſa, quam in ſe experiebatur, operatione, ecliptica *d* uſa eſt oratione. Exclamaverunt & homines, qui aderant, glorificantes Deum & dicentes: Vere Dominus eſt in loco iſto. Ecce rei geſtæ ordine conſiderato, poterit attendenti videri non immerito, quod neque hæc peccavit, neque parentes ejus, ut muta efficeretur; ſed ut manifeſtarentur opera Dei & merita Reginæ in illa.

Curantur claudus,

22 Miraculorum igitur gloria invitante, molendinarius quidam de Gonreburch, longa invaletudine debilis & claudus, ſpe ſalutis ac deſiderio accenſus, locum petiit expetendum, baculi ſuffragio ſuſtentatus: qui Sanctorum metitis ſuffragantibus, deſiderii ſui effectu potitus, abjecto baculo ſanus rediit, ſine baculi ſubſidio; inſuper ad onera deferenda collata
C eſt ei fortitudinis ſufficientia, ut vere dicere poſſet: Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem.

& paralyticus unus,

23 In villa Gertrichſried, vir nomine Bertholdus, totus languore paralyſis diſſolutus, & omnium fere membrorum officio deſtitutus, lecto continue per multas hebdomadas decumbebat, de recuperatione ſanitatis deſperans, finemque doloris & miſeriæ cum miſeræ vitæ fine miſer exſpectans. Audiens vero per glorioſa Reginæ ac Regis merita, pie petentibus optata præſtari beneficia; ſpe reſumpta erectus, veneranda ſe viſitaturum corpora ex voto cordis propoſuit, & votum voce expreſſit. O Chriſti pietas inæſtimabilis! Vere neſcit tarda molimina Sancti ſpiritus gratia. Vix æger votum expreſſerat, & ſolidatis membris, membrorum compagibus ſanatis, vigore donatum ſe ſentiens, cum alacritate ſurrexit; arreptoque baculo, magis conſuetudine ambulationis, quam pro neceſſitate ſuſtentationis, voti ſui non tardus executor Campidonam feſtinavit: ubi divinæ pietatis opus, circa ſe geſtum, gaudens & gratias agens, ordine referebat. Vicinos quoque ſuos utriuſque ſexus nobiles, qui eum languentem noverant, & tunc nutu Dei orationis cauſa convenerant, ſubita mutatio dexteræ Excelſi, circa illum exhibita, in admirationem, ipſos autem, qui aderant, in gratiarum actionem excitavit, ut vere pſallere poſſent, Magnus Dominus & magna virtus ejus. Nec mirum: omni- *alii tres,*
potentis Dei virtus meritis electorum ſuorum mulierem de Wangirir, multis annis contractam, ad ſalutem erexit; alterius brachium curvum ad uſum debiti officii clementer extendit. Conradi, militis cujuſdam in *e* Faucibus, genua diſſoluta & crura debilia *e*
ſolidans, roboravit; qui occulta ægritudine multo tempore ambulandi laborans difficultate, poſt votum expreſſum, iter laborioſe inceptum, cum ſocia conjuge ſua, expedite peregit. Compos autem voti effectus, ad locum deſtinatum pertingens, & ibi pernoctans, nil priſtini doloris ſenſit; & gratias egit Deo dicens: Exaudivit Dominus preces meas & ſtatuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos.

24 Roberti de *f* Pfullendorf, viri militaris, fi- *f*
lium parvulum, nondum ſeptennem, paralyſis paſſio *item puer.*
vehemens vexavit; crevitque vexatio & invalvit infirmitas, adeo ut interdum ſub unius noctis ſpatio quadraginta vicibus ejus iteraretur cruciatus. Pater igitur mœſtus, nec interpolato ſed continuo dolore afflictus, audiens gratiam ſanitatum exuberare in monaſterio Campidonenſi meritis matris & filii, vo- E
tum vovit pro puero, corde pio & affectu paterno, proponens & diſponens ducere parvulum ad id medicinæ cæleſtis aſylum. O divinæ miſericordiæ larga benignitas! Ex tunc Dominus de cælo reſpexit, & ceſſavit quaſſatio, & conſolatus eſt pater in filio, & filius in ſemetipſo. Sanitati igitur donatum parvulum duxit pater Campidonam, juxta voti propoſitum; gaudentemque & ludentem præſentavit in templo, offerens ſacrificium pro eo liberato; præterea ſe & conjugem ſuam filioſque annuo cenſu obligavit, Sanctis ibi quieſcentibus ſingulis annis perſolvendo.

ANNOTATA.

a *Chrographicæ tabulæ, quibus Sueviæ utriuſque & vicinæ Bavariæ continetur deſcriptio, neque hunc locum, neque alia multa infra nominanda exhibent: eorum igitur deſignationem expectamus ab iſtarum regionum peritioribus: ſuſpicamur etiam haud pauca hic nominari, quæ vel appellationem nunc mutarint, vel ob ſui exilitatem non meruerint in tabulis iſtis notari.*

b *Scriptum in ecgrapho noſtro*, impoſito.

c Durnach *vicus ſolum 4 aut 5 p. m Campidona diſtat ad Orientem.* F

d Ecliptica oratio, *id eſt, defectuoſa.*

e Fauces, *aliis* Fauciacum, *oppidum Sueviæ in confinio Tyrolis, vulgo* Fuſſen, *diſtans Campidona plus quam 20 m. p. cis Lycum fluvium.*

f Pfullendorf, *inter Tubingam & Conſtantiam, huic quam illi propior. Sunt qui* Bragodurum Ptolomæi *eſſe velint.*

CAPUT IV.

Energumeni meritis B. Hildegardis liberati, hydropici & contracti ſanati, mortui ſuſcitati.

25 SUmmæ bonitatis Deus non ſolum agritudi- *Liberatur*
nes curavit ob merita ſuorum, ſed & dæmo- *energumena una,*
nes fugavit. In vico Ermengers, ſub opacæ noctis tempore, mulier quædam à principe tenebrarum correpta, crudeliſſime vexabatur; clamore horribili, non modo virum ſuum & familiam ſuam, ſed vicinos excitans, tanto acrius in ea ſæviente, quanto citius ab ea expellendus. Convenientes itaque vicini, videnteſque miſeram miſerabiliter affligi, pietatis moti compaſſione, unanimiter omnes venerabilis Hylte-

EX MS. Hyltegardæ & Pii Ludovici auxilium implorantes, exclamaverunt ad Dominum, & exaudivit eos. Audiens enim draco ille, quem formavit Deus ad illudendum ei, Sanctos nominari; virtutem eorum non ſuſtinens, à facie ipſorum fugit; egreſſus à muliere, quam expreſſe poſſideret, deditque locum
Cant. 4, 16 Spiritui ſancto, ad refocillandum animam, tanto vehementius, quanto brevius afflictam, ut illud adimpleretur: Surge Aquilo & veni Auſter. Liberatam autem à ſpiritu immundo, cum gaudio Spiritus ſancti, adduxerunt amici Campidonam, quæ geſta fuerant circa eam narrantes, & ad laudandum Deum in Sanctis ſuis eccleſiam Dei intrantes.

& altera. 26 Alia mulier, miſera miſerior, multis annis dæmoniaca, amicorum miniſterio laborioſo ad ſacras eſt adducta Reliquias; ubi graviter quidem vexata, & horrorem incutientibus debacchata eſt vocibus, tanquam maligno hoſte ſuam prævidente vel timente ejectionem imminere. Quo meritis electorum Dei ſuffragantibus fugato, illa diu captiva filia Sion eſt liberata; quam ſpiritus nequam egrediens, ſine miſericordia concutiens, ſemianimen reliquit. Quæ citius reſumpto ſpiritu, ſuam ſentiens liberationem,
B liberatori ſuo Deo gratias egit. Factum eſt id multis aſtantibus & exultantibus Deo adjutori noſtro, & clamantibus, Iſti ſunt, quos elegit Deus in caritate non ficta, per quos tanta facit mirabilia.

ſanatur contractus manibus, 27 In Paraſceve, hora divini officii, concurrentibus omnibus ad ſacram Corporis & Sanguinis Jeſu Chriſti communionem, juxta eccleſiaſticam illius provinciæ conſuetudinem; Conradus faber-ferrarius magiſter, præcepto non obediens vel cupiditati ſatisfaciens, fabrili operi alaciter inſiſtebat. Et ecce juſto Dei judicio, malleo cadente à dextera & forcipe à ſiniſtra, utraque manus curvata eſt & contracta. Exclamans autem juvenis, & ſubita iræ Dei percuſſione tactus & territus, properabat ad monaſterium, adiit ſarcophagum, petiit auxilium. Univerſi qui aderant, cum eo & pro eo clamabant ad Dominum; nec tunc exaudivit eos, nondum enim venerat tempus miſerendi ejus. Expletis Divinis, omnibus egredientibus & ille triſtis abſceſſit. Brevi mora exacta, flens & ejulans, non propter primam repulſam deſperans, rediit, aſcendit,
C manus ſarcophago ſuperpoſuit; & mox erectæ ſunt & extentæ, & priori ſanitati reſtitutæ: & lætata eſt omnis Campidona in tam evidentis miraculi gloria.

hydropica 28 Non minus glorioſum, imo glorioſius videri poteſt, quod huic ſubjungendum eſt. Mulieris cujuſdam in *a* Burgauw venter, imò totum corpus, ex humorum diſtemperantia intumuerat, & extumore cruciatus per momenta creſcens adeo invaluerat, ut ab omnibus morbo hydropis laborare deſperabiliter judicaretur, nec ad eam curandam quaſi deſperatam cura aliqua adhiberetur; ne vero ſpes recuperandæ ſalutis in ea penitus extingueretur, agebant magnalia Dei, quæ audiebat quotidie per electos Dei Campidonæ fieri. Deo igitur inſpirante, placuit ei, ut illorum devotiſſime ſe voveret pietati. Quo facto, intra triduum omnino detumuit, & ad priſtinam mediocritatem reformata, medicos ſuos læta viſitavit; gratiam & gloriam annuntians, & ad glorificandum Deum audientes invitans.

29 A ſimili periculo, non diſſimili remedio,
b Conradus de *b* Thuringen ſanatus eſt. Cum enim ventris tumore immoderato cruciaretur, & plurium
& hydropicus; experimentorum nullum capiens fructum, cruciatus finem ſolum mortis expectaret remedium, ſaniori quorumdam conſilio, veneranda piorum oſſa ſe viſitaturum propoſuit ac promiſit, ſi divina miſeratio id exequendi vires ei concederet. Promiſſionis devotioni præſens affuit gratia: præparationem enim cordis contriti audivit, Deus, auris tua. In brevi ſibi D tumore decreſcente ventris, præfatus Conradus ad conſuetam gracilitatem reparatus, juxta votum ſuum venit Campidonam, matre ſua ſimplici muliercula comitatus, modum & ordinem ſuæ aſſerens reformationis, parienſque in cordibus audientium piæ augmentum devotionis. Hujus aſſertioni, orandi cauſa advenientes poſt triduum, conſtantiſſime perhibuerunt teſtimonium: & lætati ſumus in his, quæ dicta ſunt nobis.

30 In villa Burgouw puella, utriuſque manus *contracta dua,* contractione debilis & ad operandum inutilis, ea ſpe & ſpiritu ducta quo prænotata hydropica, ſimile fecit votum, & ſimilem etiam conſecuta eſt effectum, In voti enim expreſſione, lætificata eſt manuum reſtitutione. Conſimili gratia mulierem de Gervigishoſen Dominus viſitavit. Hæc fere biennio naturali greſſu deſtituta, genibus & manibus terræ innixa, monſtruoſo tractu gradiendi ſeu rependi officium exercuit. Quæ ſancto accenſa deſiderio, ubi ſe devovit piæ matri & filio, naturali pedum functa officio, cum amicis & notis rem geſtam teſtantibus, gaudens venit Campidonam, ad venerationem eorum, E à quorum meritis ſe gloriabatur accepiſſe veniendi potentiam.

31 In villa Marviſieren, cuidam diu paralyticæ, *paralytica* pro reformandis viribus deſideranti Reliquias viſitare, currum amici præparabant, ut vehendo ad locum optatum eam perducerent. Quæ abhorrens currum aſcendere, elegit rependo propoſitum conſummare, ut laboris magnitudine ſalutem mereretur invenire. Videns autem Deus fervorem in muliere, ſcienſque mentis conceptum ipſam exequi non poſſe, miſeræ membra ſolidavit, vires reparavit, greſſum reſtituit. Exultans igitur & gratias agens, non tremens ſed alacriter gradiens, ſuum effectui mancipavit deſiderium; cujus glorioſæ curationi, cum multis aliis, etiam Sacerdos ejus perhibuit teſtimonium.

32 Berchtoldus, Hultrudis filius, de *c* Loppen- *& paralyticus.* huſen, in dorſo & femore & crure ſiniſtro, multis diebus, tanto dolore torquebatur, ut ad eundum erigi, etiam baculi ſuffragio, non valeret. Miraculorum igitur fama trahente, quæ per electos Dei crebra fieri audivit, Campidonæ curru conducto, re- F cuperandæ ſalutis deſiderio locum aggreſſus eſt exoptatum: ubi ad valvas templi depoſitus, à duobus viris tollitur; & ante ſarcophagum, pretioſum illum theſaurum continentem, locatur. Votum igitur ſolvit breviter, ſed devote; oravit nil hæſitans, ſed de impetranda ſanitate plurimum confidens. Exaudita eſt autem oratio ejus, quam brevem eſſe oportuit, propter eorum importunitatem qui eum advexerant; nec ibidem moram facere, peculiaris rei neceſſitate eos revocante, poterant vel volebant. Sublatum igitur de templo currui imponunt, domum revehunt, de impetratione ſalutis quidem hilarem & certum, etſi non re, ſpes tamen non confudit: quis enim ſperavit in Domino & derelictus eſt? Poſt paucos igitur dies dolore fugato, uſu gradiendi reſtaurato, pedes rediit Campidonam; Deo & dilectis ejus gratiarum referens actionem, quorum meritis ille ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.

33 In villa Imminriet, Wernhardus, Waltheri & Adelhaidis filius, puer parvulus, quaſi triennis, è domo parentum ſine cuſtode egreſſus eſt. Cumque incaute evagaretur, nec quid cavendum eſſet ratione diſcerneret (ætatis ſiquidem teneritate impediente, *puer ſub-* rationis uſum necdum habebat) in foſſam, de qua *merſus vi-* limus exceptus erat, aqua plenam, corruit; totuſ- *tæ reſtitu-* que, genuum ſummitate excepta, aquis coopertus, *itur.*

fundo

A fundo limoſo reſupinus inhæſit. Modico temporis exacto ſpatio, mater circumſpiciens, nec filium videns, ad quærendum puerum emiſit famulantem puellam: quæ illum circumquaque quærens, nec quæſitum inveniens, tandem ad foveam venit; puerumque extinctum, & à juvene ejuſdem pueri conſanguineo, qui caſu advenerat, extractum invenit. Tollitur puer, domum refertur, clamore funeſto prævolante ſubmerſionem pueri nuntiante. Flent & ejulant parentes, accurrunt vicini condolentes, volvunt, nec proficiunt, nec vitalis ſpiritus aliquid in eo comprehendunt. Quid plura? poſt deſperationem de pueri vita, venit in memoriam numquam à memoria delenda B. Hyltigardis cum prole ſua: quam dum in auxilium precibus lacrymoſis invitant, dum vota pro puero vovent; inter voces precantium & vota voventium, puer reviviſcit, & ad ſanitatis integritatem citius reparatur. Quem poſt paucos dies parentes, vota ſolventes, medicis ſuis Campidonæ repræſentaverunt; multorumque teſtimonio ſuam triſtitiam in gaudium converſam aſtruxerunt, ad laudum præconia Deo & electis

B perſolvenda, omnes qui aderant excitantes, quia filius eorum mortuus fuerat & revixit, perierat & inventus eſt.

Item puella in puteum lapſa

34 Non minus glorioſe ac Deo digne ſuſcitata eſt, à ſimili mortis genere, Manigaldi viri militaris filia, per Reginæ ac Regis invocationem ac merita. Hæc dum ad hauriendam aquam levitate puerorum properaret, ex ſubita & minus cauta inclinatione peſſumdata, capite verſo deorſum, corruit in puteum, Quo comperto pater & mater cum familia, flentes ac ejulantes accurrunt; quorum clamore miſerabili amici & vicini cuncti ad illud lamentabile ſpectaculum convenerunt. Haud mora, pater deſcendit in puteum, alio ipſum ſequente actenente, ne amore eripiendæ filiæ pater mergeretur; qui & ipſe à ſtante ſuper puteum propter eamdem tenebatur cautelam; aqua enim putei tantæ profunditatis erat, ut proceri hominis longitudinem altitudine ſuperaret, nec aliquis fundum putei attingere pedibus, niſi caput ejus operiretur fluctibus, poſſet; eapropter primo deſcendentem in aquam teneri oportebat, ne ſi non teneretur periculo ſubjaceret. Labore igitur miſerabili quærens filiam & inveniens pedes ejus ſurſum erectos pedibus ſuis compreſſit, ſicque attraxit; donec id onus flebile manibus comprehenſum, ad ſuperſtantem levaret, & ille ſtantibus ſuper puteum porrigeret. Deinde ad paternam domum defertur, ſequentibus & plangentibus qui in villa fuerunt fere omnibus: erat enim puella nobilis, benignæ manſuetudinis, jam quaſi ſeptennis. Accedunt ergo amici & familiares, omnem diligentiam, omnia experimenta, quæ circa ſubmerſos attentari ſolent, propenſius impendentes: nunc illam igni applicantes, interdum volventes; modo pedes ſurſum, caput deorſum vertentes. Has autem variationes ſæpe ac multum frequentantes, nil conſolationis acceperunt; non enim in corpore illo aquis ſuffocato aliquis vitalis motus deprehendi poterat, quippe à quo vita receſſerat. Conſumpta igitur ſine fructu humana induſtria, nec conſumpta ſed creſcente mœroris anguſtia, ad divina properandum fuit & properatum eſt auxilia. Cœperunt igitur, primo parentes, deinde omnes præſentes invocare illam ſemper invocandam Hyltigardam & filium ejus, pro liberatione puellæ vota voventes ex corde. Exaudivit autem Dominus

C contritorum lacrymoſa ſuſpiria, & piæ devotioni ipſorum fructum propitius indulſit optatum. Ex illa enim hora ſalus domui illifacta eſt, puella à morte liberata eſt; vere enim mortuam, & vere vitæ redditam, omnes, qui aderant, & videbant & jurabant.

& certo mortua.

Omnes ergo inæſtimabiliter conſolati ſunt, & domus impleta eſt ex clamore: Te Deum laudamus; cui vivit quæ mortua fuit. Poſt tranſactum breve temporis curriculum, opportunitate accepta, pater & mater, comitante filia, cum multis ex vicinia, venit Campidonam, ad vota ſolvenda pro virgine *d* Maria. *d*

35 Et [hæc] tantum de miraculis principalioribus, & in veritate efficacioribus: nam tot & tanta ſunt ibidem facta à prima fundatione monaſterii Campidonenſis, inchoatâ anno ſeptingenteſimo ſeptuageſimo tertio uſque in anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio, virtute operantis Dei per feliciſſimam Hyltigardem & ejus filium, nomine Pium Ludovicum Imperatorem, quod prolixum & nimis longum eſſet ad ſcribendum; & jam

Longa ſolent ſperni, gaudent brevitate moderni. Quare prædicta ſigna compendioſe ſufficiant bonis Chriſti fidelibus hominibus. In hoc Imperiali monaſterio Campidonenſi, dedicato à Papa Adriano, qui perſonaliter cum grandi cœtu populi Cardinalium & Epiſcoporum, ſingulis ex ſtatibus mundi clericorum & laicorum, ſcilicet Caroli Magni & Hyltigardis cum pueris eorum, ſcilicet Pipino, Ludovico & Carolo & *e* Lothario filiis; ac Rotrude, Giſla, *f* Hyltigarde & Berta filiabus, dedicavit in anno ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo die Aſcenſionis Chriſti vel circa: nam eo tempore exportata fuerunt de Roma, ex petitione Caroli & Hyltigardis, integra corpora Sanctorum Martyrum Gordiani & Epimachi, cum Reliquiarum aliarum ſarcinis & numero & multitudine grandiſſimis, & *g* Indulgentiis maximis. Etiam pro tunc Carolus altiſſimis privilegiis ipſum dictum monaſterium ſublimavit ultra alia loca & hominum habitacula. Nam omnes villæ, caſtra, oppida, ſilvæ, vivaria, piſcaturæ, venaturæ, thelonia, ac omnes, ſuperiores conditiones reſpicientes, ſpiritualia & ſecularia in *h* Goiis Hylergowe, Anguſgowe, Segowe, Riſgowe & aliis dedit monaſterio Campidonenſi, cum judicibus ſingulis ipſius maleficii; taliter, quod perpetuis temporibus ſolum Abbas Campidonenſis deberet hujuſmodi regere & dominari, ac ſingula officia ſpiritualia *i* ac ſecularia ad providendum conſtituere, & hoc cum perſonis idoneis. Nam pro tunc nulla civitas erat in tota Suevia, demptis civitatibus Auguſta & Pfullendorf; quia alia erant ſolum oppida, villagia ſeu villæ. Fuerunt autem rura, data cœnobio, ipſius Hyltigardis Reginæ res hereditariæ; quas ipſa cum adjuvamine Caroli, ob animarum eorum & ſingulorum conſanguineorum eorumdem ſalutem, ordinavit dicto cœnobio, in honore Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, Sanctorum Martyrum Patronorum, ſcilicet Gordiani & Epimachi, nec non & omnium Sanctorum, quibus ſit laus & honor per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

EXMS. E *e* *f* *g* *h* *i* F

ANNOTATA.

a Burgow, *Oppidum inter Vlmam & Auguſtam ad Mindelam fluvium, ad 50 p. m. diſtans Campidona.*

b Turingen, *inter Ravenſpurch & Merſpurch ad fluviolum Ach, non longe à lacu Brigantino ſive Conſtantienſi vulgo de Boden-zee.*

c Loppenhauſen *ad Camlachum rivulum, media fere via inter Campidoniam & jam memoratum Burgoviam.*

d *Hoc nomen videtur fuiſſe puellæ.*

f *Scriptum erat* Gertrude: *ſed* Rotrudem *conſtat inter filias Caroli primogenitam fuiſſe:* Gertrudis *nulla niſi apud fabulatores nota eſt. Merito autem omittitur hic* Adelaidis *in obſidione Papienſi nata an.* 774, *& in itinere verſus Franciam mortua ipſo anno. Omitti etiam debuiſſet* Hyltigardis, *cum hæc agerentur (ſi vere acta ſunt) necdum nata; quippe quæ ante expletum primum vitæ annum obiit, ſolis* 40 *diebus ſuperſtes matri. De utraque*

EX MS. *conſtat ex epitaphiis, quæ juſſu Caroli Magni compoſuit nobilis tunc Poëta Paulus Warnefridi, & impreſſa extant primo apud Bruſcium, tacito auctoris nomine (unde Baronio ignoſcendum quod Alcuini eſſe crediderit) deinde in Francicis du Cheſne, in ipſo Pauli opuſculo, quod de Metenſibus Epiſcopis ſcripſit: nam Metis utraque ſepulta fuit, uti & amitæ duæ, & ipſa mater.*

g *Indulgentiarum in dedicationibus inſtituendarum uſum eo ſeculo fuiſſe, nullo certo exemplo probari poterit: poſteriorum Pontificum largitiones eæ fuerunt, à quibus acceptas ad tempus fundationis primæ perperam retulit poſteritas imperita.*

h *Teutonibus* Ow *vel* Aw *pratum ſeu paſcuum eſt, hinc derivatur vox collectiva* ghëaw *& contractim* gaw *vel* gow, *pro regione, adeo frequens in compoſitis, ſicuti ab* hem, heim, *vel* hom *domus, ſit aliud collectivum æque in nominibus locorum frequens* ghem *vel* gom *pro civitate aut oppido: quæ deinde hic nominantur* Gojæ *ab* Hilera, Sega, Auguſa *&* Riſa *fluviis, ut credo, ipſas irrigantibus, nomen habent. Horum grandior & notior* Hilera *Campidonam præterfluit, & Danubio immergitur è regione Vlmæ.*

i *Hinc illud ad calcem Vitæ deſcriptum rubris litteris.*

B Campidona ſola judicat enſe & ſtola.

APPENDIX.

Ex Annalibus Suecicis Martini Cruſii.

36 FUit longo tempore, poſt conditum hoc cœnobium, quidam Eques auratus, Manigoldus Fridraner, in arce Freudenbergia habitans: is filiolam habebat cui nomen Felicitati: quæ aquam ex puteo inſciis omnibus allatura eo incidit, nec ante quinque horas reperiri potuit. Cum tandem reperta eſſet, pedibus ſurſum ac capite deorſum converſis, nec ullum ſignum vitæ in ea appareret, pater dolore exanimatus vovit ſe centum libras ceræ & alia ad tumulum S. Hildegardis oblaturum. Puella in altari poſita erat, donec ſepulcrum fieret, in quo humaretur. Quo facto, cum ab altari levaretur, riſit: gaudio magno exorto, manu patris deducta domum eſt. Poſtridie ipſe, Salamo-villanus Abbas, ac puella, Campidonam venere; gratiæ Deo actæ, votum S. Hildegardi perſolutum eſt. D

37 Quondam ſcholaſticus quiſpiam, in flumen Ilarum incidens, undecim ibi horas jacuit. Hic extractus & pro mortuo habitus, à matre ad ſepulcrum Hildegardis poſitus eſt. Pater Hildebrandus Ramer, præcipuus Campiduni caupo, corrogavit cunctos ex eccleſia S. Magni Presbyteros & ludimagiſtrum cum ſcholaſticis, ut ad tumulum Hildegardis pro vita mortui orarent. Precantibus his & una populo, puer dexteram pectori ſuo imponens revixit. Tunc gaudium omnibus campanis publicum ſignificatum fuit, Deoque & Hildegardi gratiæ actæ. *Quid adhæc homo hæreticus, ne ſuo ipſe convictus teſtimonio cogatur erubeſcere?* Soli, *inquit*, Deo laus debetur, qui gloriam ſuam alteri non dat; *utique tamquam primo boni omnis fonti, alioqui ipſe*, qui glorificantes ſe glorificat, *eoſdem cupit glorificari etiam ab hominibus, & ideo eorum rite invocatorum intuitu miracula patrat. Quid autem ad primum?* Ethnici quoque, *inquit*, diis ſuis vota faciebant & perſolvebant. *Numquid & ab iis percipiebant beneficia, qualia nemo facere poteſt niſi Deus, aut niſi fuerit Deus cum eo? Reipſa autem, non Sanctis, ſed Deo vota faciunt & ſolvunt Chriſtiani orthodoxi; dicuntur tamen etiam Sanctis facere ac ſolvere, quando faciunt ac ſolvunt intuitu beneficiorum à Deo per Sanctorum interceſſionem ſperatorum aut impetratorum. Sic templa & altaria eriguntur Deo, cui ſoli in iis offeruntur ſacrificia; quando tamen, ut fit plerumque, ea fiunt in memoriam ac venerationem alicujus Sancti, & ipſa nomen ab illo accipiunt & de illo Miſſa fieri dicitur: ut ſub illa nominum diverſitate habeatur diſtincta ſignificatio diverſarum in eadem ſpecie rerum, ad omne humani ſermonis commercium neceſſaria, quæ per commune omnibus ſacrificiis, altaribus, templis unius ſummi Dei nomen non haberetur.* E

DE S. SVIBERTO EP. VERDENSI,

IN SAXONIA INFERIORI.

D. P.

POST AN. DCCC.

C DE *S. Swiberto Epiſcopo, Friſonum & Boructuariorum Apoſtolo, Cæſaris-werdæ ad Rhenum ſepulto, prolixum Commentarium dedimus* I *Martii; ubi* § 8 *fuſe probatum eſt, quam male à multis ſcriptoribus confuſus fuerit cum eo alter Iunior, Verdenſis ad Aleram in Saxonia inferiori Epiſcopus. Ea nihil opus eſt hic repetere, cum vel ſola temporum ratio diſtinctionem utriuſque neceſſariam eſſe convincat. Obiit enim prior iſte anno Domini* DCCXIII, *quando is, de quo nunc agendum eſt nobis, veroſimiliter nec-dum natus erat: ſiquidem Epiſcopatuum Saxonicorum inſtitutio ad finem ſeculi* VIII *ſpectat. Habemus nos inſigne Chronicon, à quodam ſcriptore Saxonico, & quantum colligere potuimus Magdeburgenſi monacho, deſcriptum in membranis, perductumque ad annum* MCLXXXI, *cum ſingulari cura rerum ad Saxoniam pertinentium. In hoc ad annum Domini* DCCLXXXI *habentur ſequentia:* Rex *Carolus, ex Italia* in patriam reverſus, ſuccedenti tempore, *puta ſub autumnum anni jam dicti*, Saxoniam intravit; eamque in octo Episcopatus diviſit, id eſt, Bremenſem, Halverſtadenſem, Hildenesheimenſem, Fardenſem, Paderbrunnenſem, Mindenſem, Monaſterienſem, Oſenbruggenſem: & terminos iiſdem Epiſcopiis conſtituit.

Epiſcopatuum Saxonicorum inſtitutio,

poſt an. 781,

2 *Hæc ille: & tamen non tam initia Epiſcopatuum, quam eccleſiarum, quibus ſui poſtea Epiſcopi obtigerunt, intelligenda ſunt indicari. Etenim vetuſtiſſimum rerum Francicarum Chronicon, ab anno* DCCVIII *uſque ad* DCCC *pertingens editumque tomo* 2 *Francicorum du Cheſne, de anno* DCCLXXX, *hoc ſolum dicit:* Saxones, derelinquentes idola, Deum verum adoraverunt ... ædificaveruntque eccleſias. *Id quod alius, uſque ad annum* DCCCVI *ſcribendo pertingens, auget & explicat his verbis:* Carolus Rex perrexit iterum in Saxonia ... diviſitque ipſam patriam inter Presbyteros & Epiſcopos ſeu & Abbates, ut in ea baptizarent & prædicarent. *Vbi Epiſcopos non alios puto intelligendos quam Colonienſem ac Moguntinum; ut ſcilicet bifariam diviſa per Carolum Saxonia in Weſtphalos Oſtphaloſque, cum reſpectu ad utramque ripam Viſurgis, mediam regionem interſecantis, Weſtphali quidem ad Colonienſis, Oſtphali ad Moguntini Epiſcopi procurationem ſpectarent; ſub eorumque juriſdictione conſtitutæ cenſerentur eccleſiæ, quæ Presbyteris Abbatibuſque attributæ, poſtea ipſæ factæ ſint Epiſcopales; cum ſcilicet baptizato tandem anno* DCCLXXXV *præcipuo Saxonum Duce & rebellionum incentore Witikindo, firmiores radices cœpit fides agere iſtis in partibus. Sed neque hoc ſtatim: demonſtratum eſt enim ad* XXVI *Martii, S. Ludgerum, qui primus Mimigardifordenſibus Epiſcopus obtigit, ante annum* DCCCI *non fuiſſe Epiſcopum conſecratum; & Mindenſes primum ſuum Præſulem Erkanbertum, à Leone* III *munus conſecrationis accepiſſe tradunt, adeoque non ante annum* DCCXCIX. 785,

3 *Vt ut ſit, Ferdenſem Epiſcopatum utroque illo haud multo antiquiorem eſſe facile apparet; atque adeo integro fere ſeculo hujus initia diſtare ab obitu prioris Suiberti: de quo ſi pauca indubitatæ fidei documenta ſuperſunt, ut* F & 800 facta eſt:

A

ut eſt ad kalendas Martii oſtenſum; pauciora adhuc habentur de poſteriori, cujus antiquorum ſcriptorum omnino nullus meminit; ſed hoc apud Krantzium extat elogium in Metropoli lib. 1 cap. 6. Quartum juſſit Rex eſſe Epiſcopatum in loco Konende, illo tempore ſatis celebri atque habitatoribus frequenti: ſed deinde ad commodiorem locum, in Verdam tranſtulerunt, ibique conſecratus eſt juſſu Regis Epiſcopus, vir magnæ ſanctitatis, Swibertus, profeſſione monachus, Abbas natione Anglicus ... qui cum audiret congentiles ſuos Saxones ... jam auſcultare Euangelio, domitos armis Caroli; præſtitit hoc Chriſto, præſtitit hoc genti, quam ſibi & ſuis cognatam intellexit, ut tranſito mari convolaret in provinciam prædicatoribus indigentem, quod meſſis multa & pauci cernerentur operarii. Hujus viri zelum cernens Rex Carolus, juſſit Eccleſiæ novæ Verdenſi primum Epiſcopum conſecrari. Vir autem ſanctus zelo Dei fervens, provinciam ſibi creditam ſolerter obivit; ſerenſque verbum Dei in agro cordis humani, multos convertit ad Chriſtum; & ſacræ religionis adeo implevit officium, ut & populum Dei credulum quotidie multiplicaret, & ipſe bonis exemplis iter regni cæleſtis præmonſtraret; multis clareſcens miraculis, dum viveret; pluribus etiam effulgens, dum jam ſeculo & vita functus migraſſet ad Chriſtum. Celebrem ſervant provinciales memoriam magni itineris, quod pro Chriſto & ejus religione uno ſole eum memorant peregiſſe.

in hac primus Verdenſis Epiſcop. factus S. Suibertus,

miraculis claruit:

B

ita Krantzius ex Annalibus:

4 *Hactenus Krantzius, qui deinde cap. 21 quæritur, quod ea fuerit* Annalium ſimplicitas, ut vix nomina in iis Pontificum invenias annotata; quantum temporis præfuerint, quæ ſanctitatis monumenta dederint, quæ rerum fundamenta jecerint futurarum, omnino nihil reperias. *Habuit igitur aliquos Annales, quos ſequeretur Krantzius, ſub finem ſeculi* XV *ſcribens, ex quibus libenter credam ea accepiſſe quæ ſupra diximus de Swiberto; nec enim neceſſe eſt credere, etiam primum in ordine, ſolo dumtaxat nomine fuiſſe notatum: quandoquidem & hoc cap. 21 & infra cap. 29 de aliis Verdenſibus Epiſcopis agens eorumdem Annalium fidem citat, in iis quæ pauca narrat, uti hic narravit de Suiberto: quod idem rurſum facit lib. 2 cap. 30 agens de aliis poſt ſecutis. Vt autem plus notatum non fuerit de Suiberto quam ſolum nomen, id ita ibi notatum fuit, ut ſimul de Sanctitatis cultu ac titulo & ipſe & nos poſt eum poſimus eſſe ſecuri.*

C

ex quibus an. 1630 ſcitum, ejus aliorumque ſex reliquias,

5 *Etenim cum anno* MDCXXX *Franciſcus Guilielmus, Oſnabrugenſis pariter & Verdenſis Epiſcopus nec non Mindenſis atque Ratiſponenſis, templum Cathedrale Verdæ in meliorem formam redigere pararet, &* pavimentum moveretur, inventa fuit una tumba cum plurium Epiſcoporum reliquiis. Illas Epiſcoporum fuiſſe, partes ex ſacro veſtitu Pontificio, pedis, mitris, ſandaliis, aliiſque ſignis denotabant. Sanctorum item liber antiquiſſimus eccleſiæ habebat, ante aliquot ſecula corpora primorum Epiſcoporum in unam tumbam eo tranſlata: SS. Suiberti, Tanconis, Pattonis, Cerilonis, Cortylæ, Nortylæ, Erlulphi Martyris atque Harruchi. Oſſa itaque in novam tumbam ad id paratam per Sacerdotes electa, & à ſua Celſitudine obſignata, retro altare majus pro cuſtodia repoſita fuere. *Hactenus verba Verdenſis Synodi eodem anno celebratæ. In ea quæ de Sancto nunc habetur Lectione, Tranſlationis dies notatur fuiſſe* X *Martii. P. Mulman iiſdem fere verbis hæc eadem olim perſcripſit, additque, quod cum ipſo* anno MDCXXX furor Suecicus eas in partes irrueret, eadem oſſa præfatus Dominus Epiſcopus ſecum aſportavit & hic depoſuit, *Oſnabrugi, quantum per conjecturam aſſequimur, tunc ordinaria Epiſcopi reſidentia: qui deinde Ratisbonam commigrans, eaſdem ſacras Reliquias anno*

inſimul junctas fuiſſe;

ea nunc in Bavaria habentur.

MDCLIX *ſecum tranſtulit, & in Epiſcopali ſuo palatio depoſitas honoratiori loco collocavit, ad privatum potius familiæ ſuæ, quam publicum ceterorum diœceſanorum cultum. Ita multa interroganti indagantique R. P. Benedicto Painter, noſtri ibidem collegii Rectori, Novembri proxime præterito retulit Reverendiſſimus D. Gedeon Forſter, ætate grandævus, & olim diœceſeos Ratiſponenſis Viſitator Generalis; aſſerens præterea ab Epiſcopi & Cardinalis præfati hærede, Illuſtriſſimo D. Ferdinando Comite à Wartenbergh, Monachium aſportatas fuiſſe prænotatas Reliquias, ac veroſimiliter in ipſum illud templum quod a Patronis Wartenbergicum dicitur. De his porro licuiſſet Monachio petere diſtinctiorem notitiam, ſi poſt inſtructionem Ratisbonæ ſerius allatam, plura inde quærendi tempus indulſiſſent properantia præla: nunc id curabunt poſteri noſtri.*

AUCTORE D. P.

6 *De S. Pattone egimus* XXX *Martii, de S. Tancone* XVI *Februarii. Catalogus Præſulum Verdenſium Synodo prædictæ adjectus, ubi ad nomen Harruchi in ordine octavi venit,* ſub hoc, *inquit,* à ſummo Pontifice canonizati ſunt S. Tanco & S. Patto, *miraculis clari. Vnde id Synodus acceperit neſcio; &, ſi verum eſt, nihil dubito quin pro diebus jam notatis fuerit eorum cultus, æque ac Suiberti, apud Verdenſes continuatus ſpeciali feſto: quamvis ſolius Suiberti officium, tamquam Patroni Verdenſium præcipui, locum invenerit inter propria Sanctorum eccleſiæ & diœceſis Oſnabrugenſis, vulgata anno* 1652 *à prælaudato Epiſcopo, ſub ritu Semiduplicis cum lectione quarta ex Krantzio ſumpta, & memoria Inventionis tranſlationiſque prædictæ, idque ad hunc* XXX *Aprilis: cujus diei cum nuſquam meminerit Krantzius, & vetera Oſnabrugenſia anno* 1516 *excuſa, imo ipſa etiam Saxonicarum aliarum eccleſiarum Breviaria cetera, Verdenſis Suiberti nomen prætereant; oportet exiſtimare Verdenſi eccleſiæ, eatenus proprium iſtud feſtum fuiſſe, & quidem ipſo quem Epiſcopus notavit die.*

Cultus S. Suiberti 30 Apr.

E

7 *De* Nortila & Cevilone *nihil præter nomina reperit Krantzius, ſuſpicaturque Anglos aut Scotos fuiſſe, qui prædicandæ fidei & martyrii deſiderio in has partes ultro advenerint. De* Cortyla, *quem ipſe* Rortilam *vocat, & veroſimiliter rectius, ait ex Annalium fide,* fuiſſe è gente Anglorum aut Saxonum, eumque adveniſſe de longinquo per maria, rudibus populis Saxonum quaſi ſuis progenitoribus prædicare. *Nulli eorum aliquam religioſi cultus ſpeciem obtigiſſe, vel inde perſuadeor, quod nec diei quidem mortualis memoria ad poſteros perennarit. De* Erlulpho *egimus* 11 *Februarii occaſione Martyrum Ebekerdorpienſium, quibus adnumeratur: quod nobis minime probari diximus, cenſuimuſque id eo fieri potuiſſe, quod ejus alio & tempore & loco papſi Reliquiæ aliquæ ad Ebekeſdorpienſes ſanctimoniales pervenerint, & ceteris ibi honoratis fuerint conjunctæ: itaque retineri poſſe quod Ferdenſes annales habent, Hamburgi eſſe occiſum ab infidelibus. Nunc quod ad eam attinet cauſam, quæ tam multos Epiſcopos tam brevi tempore Verdæ extinxerit; ut anno* DCCCXXXI, *cum ordinandus eſſet S. Anſcharius primus Epiſcopus Hamburgenſis, eccleſia illa jam tum numeraverit nonum aut decimum Epiſcopum Helingandum, in Vita jam dicti Sancti ad* III *Februarii edita nominatum; quando Bremenſis tantum adhuc ſecundum numerabat Willericum, aliæ vero ſolum quartum aut quintum; id putat Krantzius cap. 22 factum eſſe, quod, etiam poſt Witekindi baptiſmum diœceſeſque ordinatas,* recruduit frequenter, abſente Rege Carolo, Saxonum ſævitia, ut igne & gladio ſævirent non tam in ſuos provinciales (quos tantopere odiſſe non poterant, quod inviti viderentur Francorum jugum ſubiiſſe) quam in exteros divini verbi prædicatores, quos illi malorum appellabant incentores: *& rurſum cap. 29 culpat* Saxonum dura pectora, ſæpius recrudeſcentia & crebris motibus agitata, quando Ludovicus Imperator, rebus gravibus implicitus, huic regioni minus intenderet; *appendit & fuſius*

huic intra annum 831 dantur ſucceſſores novem,

F

ob temporum diffi- cultatem & Saxonum feritatem:

AUCTORE D. P.

fusius probat quod hæc eccleſia erat in medio plurimorum hoſtium poſita, ut crebrior illi tumultuatio quam aliis proveniret; *ideoque omnium ſanctimoniam conjectura præbet æſtimandam*, quod tum nemo, niſi ſanctitate conſpicuus, ad laborem patientiſſimus, & ad mortem interritus aſſumeretur.

8 *Sed hæc ut vera eſſe concederentur omnia, neque pro aliis ibidem Epiſcopatibus æque valerent, non tamen mihi ſcrupulum eximerent, ne forte non plura in catalogum irrepſerint nomina, quam revera Epiſcopi Ferdæ ſederint. Suſpicionem auget mentio* Armarbaricenſis cœnobii *identidem repetita à Krantzio, Annales ſecuto, ut cujus* Abbates *fuerint* Patto & Tanco, *natione Scoti ambo; uti &* Harruch, *octavus in ordine Epiſcoporum relatus, ſed forte Abbates ſolum Amarbaricenſes fuerint SS. Pato & Harruch*, cujus *etiam* Reliquias, & Domini Pattonis, una cum Dalmatica Tanconis, relatas eſſe ad eccleſiam Ferdenſem, ad quarum tumbas multæ viſæ ſint virtutes de infirmis, *idem Krantzius ex ſæpe citatis Annalibus annotavit; incertus quando id contigerit*, quia, *ut loquuntur iidem Annales*, res antiqua eſt, & quaſi abolita, & ideo anni incarnationis Dominicæ non ſunt adſcripti. *Ex quibus primum colligo, Annales iſtos non eſſe antiquiſſimos: ſed ipſum illum librum de Vitis quorumdam Epiſcoporum Ferdenſium ſupra memoratum, qui ſcriptus ſit poſtquam etiam SS. Pattonis & Harruchi, quæ* in medio *Verdenſi* monaſterio, non in uno loco, ſed ſegregatim poſitæ *fuerant; in communem arcam cum aliis quinque prænominatorum Corporibus illatæ ſunt, puta poſt ſeculum* X. *Deinde quoniam aliunde Ferdam allatæ dicuntur reliquiæ, non continuo ipſi aſſentior*, in Konende, qui fuerit primus locus inſtitutæ eccleſiæ Epiſcopalis (*de quo alibi nihil legitur*) vixiſſe *primos omnes Epiſcopos* & obiiſſe, *ſed duos hos in ipſo eorum Amarbaricenſi cœnobio fuiſſe ſepultos.*

ſed forte Abbates ſolum Amarbaricenſes fuerint SS. Pato & Harruch,

quorum corpora, illunde advecta Verdam,

B

ex prædicto eorum monaſterio,

9 *Neque enim perſuadeor monaſterium iſtud, cujus nomen plane Saxonicum quid ſonat, in Scotia requirendum; indeque ſucceſſive in Saxoniam tranſtiiſſe qui fierent Verdenſes Epiſcopi: ſed plane exiſtimo cum Gabriele Bucelino, ipſum intra limites Verdenſis diœceſis, & forte non procul ab urbe fuiſſe conſtructum tempore S. Suiberti; idque pro monachis Scotis, ſub primo eorum Abbate Pattone, quemadmodum iiſdem temporibus plurima alia monachorum Scotorum cœnobia, ſub Regula & forma monachorum Hyenſium, fuerunt per Imperium conſtituta; quæ partim ſuperſunt adhuc, & quidem nonnulla nomen Scotorum retinentia uſque hodie; partim funditus interiere, quod iſti Amarbaricenſi monaſterio per Normannorum excurſiones potuit accidiſſe. Inde ergo opinor allata fuiſſe non ſolum Pattonis & Harruchi corpora, peculiaribus tumbis condenda, quia miraculis & ſanctitate clariores etiam ſuum in monaſterio feſtum habuerant Patto* III *kalend. Aprilis, Harruch Idibus Iulii, quando obiiſſe notantur: ſed etiam* Nortilæ, *Cevilonis & Rottilæ, quorum nomina nihil Saxonicum ſonant; quoſque Amarbaricenſes Abbates dumtaxat fuiſſe, non item Verdenſes Epiſcopos, vehementer ſuſpicor; ſed iis per errorem annumeratos à poſteris, credentibus non fuiſſe dignitate & poteſtate diſcretos, quorum corpora videbant ſimul compoſita. Eamdem ſuſpicionem libenter etiam ad S. Pattonem extenderem; & ſic* Suiberto *ſucceſſerit* Tanco; *qui quod ex Abbatia Amarbaricenſi eſſet ad Epiſcopatum aſſumptus, ideo Dalmaticam ejus, cum jam Sanctus Verdæ haberetur, ſtudioſius monachi conſervarint inter Reliquias. Tancorum ſecutus ſit* Iſengerus, *quem ex nomine colligas fuiſſe Teutonicum ſive Francum aut etiam Saxonem; Iſengerum* Helinandus *vel* Erlulfus, *nequaquam Scotis adnumerandi; hos vero* Waltherus *ſeu potius* Waldgarius, *qui anno* DCCCXLVII *interfuit concilio Moguntino; tum* Wigbertus, *originem ducens ex ſanguine Widekindi Ducis, cujus habebatur donatio eccleſiæ Ferdenſi facta anno* DCCCXC; *atque Bernarius: quos æque omnes Saxones indigenas fuiſſe, aut ſaltem Francos vel Teutonicos, libenter aſſentiar Krantzio.*

C

item que Nortila, Cevilo & Rortila.

10 *Hactenus de Verdenſi eccleſia primiſque ejus Epiſcopis, partim ex vetuſtis Chronicis, partim ex Alberto deducta ſufficiant. Neque enim addendum his puto fundationis diploma, quod ſub nomine Caroli magni oſtentatur, ſcriptum* in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, *multiſque aliis vitiis notabile: quamvis illud cum inſigni S. Suiberti elogio ſic procedat:* Ut autem hæc confirmationis ſententia, oblationiſque donatio rata & inconvulſa & omni ævo intranſibilis permaneat, ex præcepto Summi Pontificis & univerſalis Papæ Adriani, nec non Archiepiſcopi Moguntinenſis Lullonis, & omnium qui mihi aderant ſanctorum Pontificum & catholicorum Sacerdotum, & Aloquim inſignis prædicatoris, rationis conſilio, ſupra memoratam Dei Genitricis Eccleſiam, cum omnibus appendiciis, & donativis, Suiberto, ſanctæ converſationis viro & immortalis memoriæ coram Deo & apud homines, commiſimus; quem quidem in agro Dei laborantem, primum eidem Eccleſiæ bonum militem Jeſu Chriſti præfecimus; ut populo adhuc rudi verbi Dei ſemina, meſſem deinceps latura, ſecundum diſpenſatam ſibi ſapientiam, tamquam fidelis ſervus & prudens, in domo Dei adminiſtraret; & canonica ordinatione, & competenti & eccleſiaſtica inſtitutione, Eccleſiam ſibi delegatam tamquam novellam plantaret & rigaret, donec orationibus ſervorum ſuorum fidelium interpellatus omnipotens Deus incrementum daret.

D

Elogium S. Suiberti in pratenſo Caroli M. privilegio:

E

11 *Scio Privilegium iſtud hodieque oſtentari velut ſincerum & originarium; & tamquam tale ſub notariali fide tranſcribendum curavit Prænobilis D. Manderſcheidt, olim Verdenſis Canonicus, poſtea Militiæ Cæſareæ Generalis, à quo habuit noſter Nicolaus Schaten, nobiſque communicavit anno* MDCLXIII. *Sed cum illud confero cum altero quod apud Adamum Bremenſem legitur, velut Bremenſi eccleſiæ ſcriptum; vix poſſum ambigere, quin ad hujus imitationem fabricatum fuerit illud, haud paulo etiam quam Bremenſe ineptius. Incipit hoc* in nomine Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, *non quidem ex Caroli ipſius ſtylo, ſed tamen antiquiori, quam quo poſtea uſitatiſſimo ſancta Trinitas invocabatur; deinde cum modica verborum & phraſium mutatione*, Carolus divina miſeratione ordinante Rex (*omiſſo, qui numquam à genuinis Caroli diplomatibus abeſſe invenietur, titulo* Francorum & Patricii Romanorum) *eodem utrobique exordio notum facit*, omnibus fidelibus Chriſto, *quod Saxones, diu repugnantes, tandem domuerit, Chriſtoque adjunxerit*; terram autem eorum, ſecundum antiquum Romanorum morem, in provinciam redigens, & in Epiſcopatus certo termino diſtribuens, quamdam Aquilonarem ejus partem Domino noſtro Jeſu Chriſto & ſanctiſſimæ ejus Genitrici devotiſſime obtulit, & in loco Fardium vocato, ſuper Aleram fluvium, in pago qui dicitur Sturmi, eccleſiam & cathedram Epiſcopalem ſtatuit, & Moguntinenſis eccleſiæ Archiepiſcopatui, interventu Lullonis illius Metropolis eccleſiæ Epiſcopi, eam ſubjecit.

quaſi eccleſiam Verdenſem dotantis

F

12 *Deſignat deinde ſuam eccleſiæ dotem ac libertates: tum, poſt ſuperius notata verba* (quia caſus præteritorum præſcios & cautos nos reddunt in futurum) nequis ſibi aliquando in eadem diœceſi avertendo regalem adſcribat uſurpatione poteſtatem, certo eam limite terminari *jubet, terminos ſingulos deſcribendo*; Et ut auctoritas hujus donationis & circumſcriptionis in Dei nomine firmiorem & pleniorem obtineat vigorem; & noſtris, *inquit Carolus*, & futuris temporibus à fidelibus Chriſti verius credatur & diligentius obſervetur, manu propria ſubſcripſimus, & ſigilli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

& ejus terminos definientis

Signum Domini ✠ Caroli Regis invictiſſimi.

locus ſigilli.

Lullo,

A *ſub recognitione triũ Archiepiſcoporum:*

Lullo, Archiepiſcopus Moguntinenſis, recognovi. Willebaldus, Archiepiſcopus Colonienſis & ſacri Palatii Capellanus, recognovi. Amalharius, Trevirenſis Archiepiſcopus, recognovi. Data ſexta kalend. Julii. A. Dom. Incarnationis DCCLXXXVI Indict. XII. Anno autem Regni Domini Caroli XVIIII. Actum Maguntiæ. Am.

13 *Bremenſe apud Adamum ſignatur eodem modo ac ſigno, ſci icet circulo modico & cruce, extra circuli circumferentiam proferente ſua quatuor cornua: ſed Caroli ſubſignationem ſolus recognoſcit* Hildebaldus, *iiſdem quibus ſupra titulis* Wildebaldus; *& notatur* Data II Idus Julii, anno Dominicæ incarnationis DCCLXXXVIII, Indictione XII, anno autem regni Domini Caroli XXI. Actum in Palatio Nemetenſi feliciter. Amen. *Ubique primo recognoſce ſignum, à vero Carolino alieniſſimum; quale ſuſpicor nec in ipſa quidem Bremenſi membrana inveniſſe Adamum., ſed veluti ad memoriæ notam, pro difficiliori ductu Carolini monogrammatis locoque ſigilli, in ſuo Ms. ſuppoſuiſſe: quod non intelligens Verdenſis impoſtor, & ſignum à ſigillo diſtinguere volens, quali vultu expreſſerit Carolum nolim equidem divinare; ſuſpicor tamen, ſi cera adſit, inſigniter barbatum ibi Carolum cerni, æque ac in ſimilis fidei Oſnabrugenſi aliqua poſt monumenta Paderbornenſia: contra quam in Propyleo num. 49 probabimus Carolum ſoluiſſe; qui* B nec titulum Domini *ſubſcribendo adhibuit, neque Indictiones ante ſuſceptam Imperii coronam numeravit, neque etiam tunc ſuſcepit annos Dominicæ Incarnationis. Quam autem imperite anni hi cum annis regni componuntur? Cœpit nempe regnare Carolus anno* DCCLXVIII, *menſe Septembri vel Octobri: itaque Iulius menſis, pro anno Regni* XXI, *componendus fuit cum anno Chriſti* DCCLXXXIX, *quando vere numerabatur Indictio* XII; *pro anno autem regni* XIX, *cum anno Chriſti* DCCLXXXVII, *quando currebat Indictio* X.

quod ad ſimilis Bremenſis privilegii imitationem fabricatum,

eaſdem & alias notas ſuæ falſitatis continet,

in annis Chriſti & indictionis,

14 *Quod ad Recognoſcentes attinet,* Hildivaldum, Archiepiſcopum & Capellanum, *lego apud Anaſtaſium Bibliothecarium in Vita Leonis* III; *ſed in diplomatis Regiis aut Imperatoribus nullis hactenus legi pro* Archicapelano, Capellanum, *neque alterutrum cum addita expreſſione* ſacri Palatii. *Quamvis autem ſæpe contingeret* Archicancellarios & Archicapellanos *Epiſcopos etiam aut Archiepiſcopos eſſe; nuſquam tamen id expreſſum invenias in diplomatum recognitionibus ante Ottonum tempora; idque tum etiam raro; numquam vero aut tunc aut poſtea cum expreſſa nuncupatione ipſius Sedis. Quis autem ullum hactenus alicujus vel Regis vel Imperatoris Privilegium vidit, quod ſimul à pluribus fuerit recognitum? uti fingitur à tribus ſimul Archiepiſcopis recognoſci Verdenſe, & quidem anno Chriſti* DCCLXXXVI *ab Amalhario Trevirenſi, quando iſtam Sedem tenebat Richbodus, inter quem & Amalharium, vix demum circa annum* DCCCX *ei Cathedræ admotum, ſedit Wazo. Verum aniſtoriæ vitia facilius ignoſcimus rudi iſto, quo talia conficta ſunt, ſeculo: uti etiam quod in finali clauſula nonnulla verba ex more ſeculi multo poſterioris truncata ſint: at quomodo potuit in hominem cadere, ut Swiberto daret titulum* immortalis memoriæ, *oblitus ſe velut de vivente ſcribere. Wernerus Rolevinck Carthuſianus, de ſitu & moribus Weſtphalorum lib. 2 cap. 8, Suibertum hunc facit diſcipulum S. Bonifacii; ratus fortaſſe cum eo veniſſe ex Anglia, ſicut id expreſſe aſſerit de S. Willehado, primo Bremenſi Epiſcopo. Sed uti ex hujus Vita,* VIII *Novembris danda, conſtat, prius Myrtyrio coronatum fuiſſe Bonifacium, quam de Anglia dimittenda cogitaret Willehadus, videlicet anno* DCCLV *cum anno* DCCXIX *Bonifacius veniſſet ex Anglia, quando veroſimiliter necdum natus erat Willehadus; ita fortaſſis idem conſtaret de Suiberto, ſi ejus quoque Vita extaret. Certe ſi Bonifacium is cognovit, non niſi in Germania eum potuit cognoviſſe. Simili levitate ab eodem Wernhero ſcriptum videtur,* quod in Verdenſi Eccleſia habentur generalia Privilegia omnium Epiſcopatuum Saxoniæ, data Moguntiæ à Carolo magno anno DCCLXXVI, præſentibus ibidem Archiepiſcopis Electoribus &c *Hoc enim, ut ſummum audiviſſe potuit de unico Verdenſi Privilegio, cum aliarum eccleſiarum alia diverſum annum & locum præferant. Omnia autem caſſa fidei eſſe, ubicumque habeantur, ſatis jam ex dictis liquet.*

numero & titulis recognoſcentium,

aliiſque ineptiis:

15 *Abſit igitur ut ejuſmodi tabularum teſtimonio ad probandam primorum Epiſcoporum ſanctitatem inſtitutionemque utamur, aut antiquitatis prærogativam uni eccleſiæ tribuamus præ alia, ſicut fecit Krantzius, quia in membrana eidem Carolo ſuppoſita & alibi examinanda rejiciendaque, aſſerere hic fingitur, quod* Oſnabrukgenſem eccleſiam primam omnium in Saxonia in honorem S. Petri Principis Apoſtolorum & Sanctorum Martyrum Criſpini & Criſpiniani conſtruxerit. *De Patresbruna dicit antiquiſſimum chronicon, ad annum uſque* DCCC *pertingens, quod ibi anno* DCCLXVII *(triennio prius quam alibi per Saxoniam ædificarentur eccleſiæ, & novennio ante Witikindi baptiſmum)* convenerunt Saxones ad baptiſmum Chriſtianum, & baptizata ſunt multa millia populorum gentilium, & ædificaverunt ibi eccleſiam Franci. *Quo deinde ordine diviſæ diœceſes & Epiſcopatus inſtituti à Carolo ſint, malim ignorare prudenter, quam temere divinare. In Concilio Erfordienſi anni* DCCCCXXXI *primus ex Saxonibus poſt Vnnum (qui non Bremenſem, ſed Hamaburgenſem ſe Epiſcopum ſcripſit, dignieri tunc titulo verum ad Saxoniam non pertinente) nominantur* Fardunenſis, Paderbrunnenſis, Halveraſtadienſis, Oſneburgenſis, Mimigernafurdenſis, Mimidonenſis, *omiſſo, qui non interfuit, Hildensheimenſi. In antiqua notitia Patriarchatuum, per Carolum à S. Paulo edita poſt Geographiam ſacram ex MS. Bibliothecæ Regiæ, ſub Moguntino Archiepiſcopo, corruptis haud parum nominibus cenſentur* Verdenſis, Ildemeſenſis, Alunſtatenſis, Palterburnenſis, *ſub Colonienſi* Monaſterienſis (*ita ſeculo* XI *cœptus vocari, qui antea Mimigardiſordenſis*) *tum* Mindenſis & Oſemburgenſis. *In altera vero Notitia, aliquantum recentiori ex MS. Thuano, nominantur ſub Moguntino, corruptis ſimiliter nominibus,* Albeſtatenſis, Verdenſis, Paldeburnenſis, Ildeſemenſis, *ſub Colonienſi* Mindenſis, Oſemburgenſis, Monaſterienſis. *Neque dubito quin initio laudatus Chronographus Saxo, eo ordine recenſuerit Epiſcopatuum nomina, quo ſeculo* XII *illi cenſebantur; ſed ideo Bremenſem primo collocaverit loco, quod jam tum* Bremenſis Archiepiſcopus *diceretur; licet non Brema, ſed Hamburgum, fuerit in Archiepiſcopatum erectum, eique unita Bremenſis eccleſia Archiepiſcopo Colonienſi ſubtracta, uti explicatur ante Vitam S. Anſcharii.*

Auctore D. P.

& ideo nullam in hiſtoria fidem meretur,

E

ſed ordo Epiſcopatuum melius alibi unde petetur,

F

DE SANCTIS MARTYRIBVS CORDVBENSIBVS

D. P.

AMATORE PRESBYTERO, PETRO ET LVDOVICO

ANNO DCCCLV

Memoriale Sanctorum, qui Chriſti fidem aut confeſſionis conſtantia aut etiam ſanguinis effuſione, ſub Maurorum tyrannide conſignarunt, à S. Eulogio, qui & ipſe tandem Martyr occubuit, fideliſſime conſcriptum, lib. 3. cap. 13, tres, in titulo propoſitos pugiles, his verbis laudat: Quidam Presbyter adoleſcens, nomine Amator, qui olim ex oppido Tuccitano cum genitore & fratribus ſuis Cordubam diſcendi gratia adventarat, & Petrus monachus ac Hludovicus contribulis noſter & frater Pauli Diaconi, cujus martyrium liber ſecundus exponit, ex civibus Cordubenſibus orti, uno ſe fœdere colligantes, ad prædicandam euangelicam veritatem aptarunt; ideoque celeriter ſub præcedentium profeſſione perempti ſunt 11 Calend. Majas Æra DCCCXCIII. Quorum corpora fluvialibus immerſa gurgitibus, Deo fautore, poſt aliquot dies littori exponuntur: & cum penitus nullam ſuæ quietis Sanctus Sacerdos notitiam dederit; manent tamen ceteri Sancti venerabiliter in prægnitis locis repoſiti. Nam B. Petrus in Pinnæ-Mellarienſis cœnobio tumulatur, Hludovicus in vico Italicenſis provinciæ nomine Palma, quæ Singilio flumine præſidet, digniter requieſcit. *Hæc Eulogius. Incidit Æra* DCCCXCIII *in annum* DCCCLV.

Paſſio ex S. Eulogio

B

2 *Ita ſignanter annum & diem mortis cum notaverit Eulogius, non niſi quatuor annis ſuperſtes Sanctis, mirum eſt Vſuardum, qui ex recenti illo opere tam multa illuſtria nomina adſcripſit Martyrologio, prætermiſiſſe eorum memoriam. Primus defectum animadvertit ſupplevitque Galeſinius, ſic eos proponens:* In Hiſpania Beatorum Martyrum Amatoris Presbyteri, Petri Monachi & Ludovici: qui prædicationis Euangelicæ uno fœdere juncti, ob eam cauſam comprehenſi, in fidei confeſſione conſtantiſſimi, ab Arabibus necati ſunt. *Galeſinii judicium major confirmavit auctoritas, poſtquam in hodiernis Romani Martyrologii tabulis ita cœptum eſt legi* Cordubæ Sanctorum Martyrum Amatoris Presbyteri, Petri monachi & Ludovici. *Hac auctoritate mota Cordubenſis Eccleſia, Eccleſiaſtico Officio ad hunc eumdem diem colendos merito cenſuit, ſub ritu ſemiduplicis, ut nobis teſtatur Ordo recitandi officium divinum anno 1640 aliisque ſequentibus Madriti impreſſus; quem ſi inſpexiſſet Tamayus, non putaviſſet, decennio poſt ſuum Aprilem evulgans, excuſandos Cordubenſes præteritionis iſtiuſmodi. Magis merito nos miramur, iis in locis, quibus Sanctorum iſtorum corpora Deus indulſit, ita refrixiſſe eorum venerationem, ut tot recentiores ſcriptores de ipſis agentes, nihil notatu dignum repererint: quod nobis ſuſpicionem movet, ea pridem ablata eſſe, vel locorum ipſorum ruinis obſcurata. Exceperat ea Bœtis, fluvius Cordubam præterlabens; infra quam uno milliario poſitum* S. Salvatoris *monaſterium,* Peña de la Miel *vulgo dictum, habere S. Petrum meruit. S. Ludovici cadaver, ablatum longius ad Hiſpanica milliaria circiter decem, infra Singilionis oſtia, Palmæ exceptum eſt; cujus oppidi Comites quod crebro vocentur Ludovici, ad iſtius Martyris honorem fieri putat Martinus Roa in Hiſtoria Sanctorum Cordubenſium. Idem dicit S. Amatoris patriam hodie* Martos *appellari, adeoque diverſam facit à* Tucco vetere, *quod hodie* Toſinam *dici exiſtimat Rudericus Carus lib. 3 Chorographiæ Hiſpalenſis, eſtque duplo propius Hiſpali quam Cordubæ.*

nomina in Martyrologio:

culius Corduba.

C

loca ſepultura.

3 *Tribus iſtis jungit Tamayus aliique recentiores Ioannem, inſignem ſane Confeſſorem, ac forte etiam poſt obitum Eulogii Martyrem: neque dubitant ei titulum* Sancti *apponere, & quidem ad hunc diem, nullo cur id faciant allato argumento. Nos præter immemorabilis temporis jure ſubnixam conſuetudinem aut Pontificiæ approbationis expreſſam prærogativam, nihil agnoſcimus, per quod liceat nobis Sanctum dicere aliquem, quantavis virtutis commendatione etiam in morte laudabile. Neutra ſuffragatur Ioanni inter Sanctos ſcribendo: nec de ejus obitu quidquam reperimus: agonem tamen ejus non gravabimur ex prædicti Eulogii libro 1 ſubtexere, ubi ſic loquitur:* Non parvipendenda eſt invictiſſimi illius Joannis conſtantia præconabilis: qui inter dira ac ſæva flagella forti animo durans, plurimos documento ſuo ad martyrium incitaverit. Super quem inimici Dei viventis, falſum coram judice teſtimonium proferentes, hujuſmodi contra eum crimen deponunt: Novimus hunc, ô judex, in ſubſannationem doctoris noſtri ſemper inſiſtere, eumque maledicis verbis irreverenter impetere; ita ut cum forte negotium mercimonii ſui in nundinis velit exercere, non alias illicere poteſt ementes, niſi cum ſacramentum noſtrum dictis parvipendulis ſubtiliſſimus irriſor propoſuerit. Cujus rei nos teſtes ſumus, & in veritate dignum hunc morte confitemur. Verum quia minus idoneorum accuſatione teſtium impetebatur, nec poterat rei mortem inferre objectio teſtationis eorum; damnatur Dei ſervus acrioribus flagris, & crudeli verbere laceratus cogebatur Chriſtum negare. Ille vero non ſe talibus obnoxium criminationibus ſolummodo confitebatur, ſed neque uſque ad mortem religionem Crucifixi deſerturum clamabat. Cujus obſtinatione judex vehementi furore commotus, quingentis & eo amplius hunc macerandum tradens flagellis, tamdiu verberibus juſſit inſiſtere, quouſque exanimis inter cædentium manus in ſolium prorueret: ſicque ſemivivum, vix palpitantem, retrorſus aſello impoſitum, totam circuire urbem ac plateam fecit, præcedente lacrilega præconis voce dicentis: Hæc merebitur exprobrator vatis noſtri, cultusque irriſor perferre. Poſtquam vero ad vindictam ſui doctoris talia exercuerunt; ad ultimum graviſſimo ferri onere coarctatum ergaſtulo deputarunt: quem nos ibidem religatum adhuc dorſo ejus vigentibus plagis invenimus, noſtroque contubernio per idem tempus, quo detruſi ſumus, accivimus.

Hiſ aliqui jungunt Ioannem.

E

accuſatum à Mohometanis

& fidei cauſa immaniter cæſum trucidatumque.

F

DE

DE SANCTO FORANNANO,

ABBATE WALCIODORI, IN BELGIO, ORD. S. BENEDICTI. D. P.

AN. DCCCC LXXXII

IMus ad VI diem Martii de S. Cadroe, Scotorum monachorum Abbate primo Walciodori in Belgio, deinde Metis in cœnobio S. Clementis; oſtendimusque eum cum S. Maccalano, qui XXI Ianuarii colitur, in haſce partes veniſſe totis viginti tribus annis citius quam eodem appelleret S. Forannanus: qui revera quartus fuerit Walciodorenſis Abbas, primus tamen dicatur dignitate & merito. Quippe qui dimiſſo Epiſcopatu patrio monachus effectus, ſtatum resque monaſterii primus ſtabiliverit auxeritque, & regularem inſtauraverit diſciplinam: quæ ſub brevi prædictorum Sanctorum Præſulatu tam parvas radices egerat, ut eis in aliũ curam Paſtoralem transferentibus, cito defecerit. Porro hujus Sancti in lucem protracti cauſſa multum exteri omnes, præſertim Regulæ Benedictinæ profeſſores, Ioanni Molano debent, qui ejus notitiam, jam fere extinctam renovavit, in Natalibus Sanctorum Belgii, ita de illo ſcribens. Sanctus ille Epiſcopus & Abbas, Paſtor vigilantiſſimus, pater pauperum, omnium virtutum floribus ornatus, quinto poſt Eilbertum anno quievit, anno DCCCCLXXXII & in læva baſilicæ Walciodorenſis honorifice depoſitionem accepit, non abſque inſignium operatione miraculorum. Cujus Natalis, cum canonico Officio, celebris fuit Walciodorenſibus uſque ad annum vigeſimum ſextum ultra ſeſquimilleſimum. Tunc autem Reformatores Burſfeldenſes eum ex albo Sanctorum, quo ad divinum Officium utebantur, extinxerunt; eo quod non extaret relatio ejus per Eccleſiam Romanam in numerum Sanctorum: quæ ratio quibuſdam Walciodorenſibus diſplicuit, eo quod multi Sancti celebrentur, qui non ſint in Romana curia canonizati. Ideoque divinum Officium relinquendum putarunt de ſuo Sancto, quem conſtat multis miraculis in ſuæ depoſitionis annua celebritate & alias claruiſſe: quorum quædam fideliſſimis ſcriptis & picturis tradita extant, quædam vero negligentia perierunt. Invocatur adhuc annue cum Sanctis Eloquio & Nuncio pridie Paſchæ in Litania. Sacrum item corpus ejus, excepto brachio, quod in ſacriſtia aſſervatur, in plumbeo ſarcophago compoſitum terræ ſinus fovet, exſtructo deſuper monumento cum titulo: S. Forannane ora pro nobis. Conſervatur etiam in ſacrario pene integra, cum argenteis tintinnabulis, ſtola ipſius ſacra, cujus benedictione morſum rabidi canis ſanavit: qua etiam multi poſtmodum ſanati ſunt.

Ordo Præfatura

& cultus Walciodori.

B

C

2 *Hæc Molanus, quibus facem accendit Hugoni Mainardo, & Gabrieli Bucelino, ut hunc ſuum proprium Sanctum, in Gorzienſi monaſterio inſtitutum, Faſtis Benedictinis adſcriberent; Benedicto Ghinio, ut, quoniam Epiſcopus antea fuerat, eumdem Natalibus Canicorum adjungeret; Philippo Ferrario, ut Catalogum ſuum Generalem; Andreæ du Cheſne, ut Martyrologium Gallicanum; Bartholomæo Fiſen, ut Flores Eccleſiæ Leodienſis; Auberto Miræo, ut Faſtos Belgicos ejus nomine augerent. Præcipue autem ea res profuit apud Ioannem Davinum Namurcenſem Epiſcopum, qui ſub ſua novella diœceſi Walciodorum numerabat, ut Vitæ epitomen inſereret propriis eccleſiæ ſuæ Cathedralis officiis an.* 1619 *editis; & antiquum Sancti colendi ritum renovaret. Ipſam Vitam, quam damus ex MS. Codice Walciodorenſi, ſcripſit Robertus quidam Walciodorenſis monachus, eamque Cenſuræ Wiboldi Abbatis Stabulenſis commiſit, hac uſus epiſtola*: Inclyto, totiusque prudentiæ fulgore inſigni, Domino Wiboldo, Abbatum egregio, Frater Robertus, ſuorum utinam clientum ultimus, quicquid præceptori ſubditus. Nos, ô rector inclyte, veſtræ dignitati noſtræ audemus manifeſtare ſchedulas exiguitatis; verum nec temeritatis ſupercilio id factum exiſtimet eſſe veſtræ pietatis dignatio. Non ergo hoc in opere luculentæ verboſitatis inveſtigare ornatum, atque animadvertere ab imperito velitis, qualiter enucleatum; verum qua ſit, reſpicite, intentione prolatum. Ut igitur hoc veſtræ examinationis roboretur judicio, de veſtræ magnificentia confidens pietatis, veſtris obtutibus repræſento. Quo vigeat in aliquo veſtri, ſi diſplicet, arbitrii correptio; veſtræque, ſi placet roboretur adminiculationis decreto.

Vita ibidem ſcripta,

oblata cenſura Wiboldi Ab. Stabulenſis:

3 *Hiſce una cum Vita lectis, in hæc verba Abbati Walciodorenſi reſcribit Wiboldus*: Frater Wiboldus, Dei gratia Stabulenſis Eccleſiæ ſervus, Domino Theodorico venerabili Walciodorenſis Eccleſiæ Abbati & reverendo Fratrum Conventui, divinis ſemper evigilare ſtudiis & provehi muneribus. Gratias agimus, dilectiſſimi, Conditoris Domini inæſtimabili gratiæ, qui univerſalis Eccleſiæ ſuæ pulchritudinẽ, certis temporibus miro ordine, magnis auctoribus, ipſe idem novus ſemper & perfectus artifex, condecorare non deſinit; ut unaquæque per orbem Eccleſia quæ maris undas interdum patitur, littoris tamen firmitate aliquando gaudeat, diſcipulis in navicula dormientem Chriſtum excitantibus, & Chriſto fluctibus imperante. Chriſtus utique, Fratres, & vos Apoſtolico exemplo in veſtra navicula excitavit, dum veſtris, quibus Eccleſia veſtra regitur, Patronis honorem & devotionem exhibetis: dum ea, quæ in eis ipſe operatur, miracula ad multorum notitiam & ædificationem producere deſideratis. Scripſiſtis nobis, per Fratrem noſtrum & filium veſtrum, Robertum, Vitam & miracula Beati Confeſſoris Pontificis & Abbatis Forannani, ipſius non parvipendendo ſtudio compoſitam; ea, ut ipſe nobis retulit, intentione, ut ſi quà minus videretur compoſita vel ſuperflua, noſtra parvitas elimaret aut detraheret, & totum corpuſculum operis noſtra cooperatio roboraret. Quare operi, ſi neceſſarium conſpicerem, auferre quæ conjunxit & vos conjungitis, aggredi non recuſarem plane; ſed quia per omnia probatur laudabile [ipſum vobis intactum remittimus]. De cetero præceptis veſtris cupio obtemperare (*in eo ſcilicet quod prætereà rogaviſſe videntur VValciodorenſes, ut venire vellet ad faciendam elevationem corporis de ſepulcro in loculum ſpecialem*) ſi labores noſtri pro Eccleſia, ſi regni quibus obliquamur negotia proſperos habeant exitus, & nobis aliquod ſepoſitis curis aliquando indulgeatur otium. Vos interim eo quo cœpiſtis ſtudio, Beati Confeſſoris miracula amplecti, & memoriæ tradere curate. Quia ſi veſtra perſeverat devotio, ſi ſtudium non laſſeſcit, ſi religio accreſcit, glorificationem ſacri corporis videre corporeis merebuntur oculis, quibus tantum manifeſta datum eſt videre miracula. Cujus temporis feſtivitati noſtra utinam intereſſe mereatur præſentia, noſtra ſubſervire parvitas; ut ſacrorum cinerum glorificatio, ſit noſtræ fidei de ſpe reſurrectionis confirmatio, ſit in præſenti tempore de tribulationibus noſtris conſolatio, de exilio ad patriam, de morte ad vitam tranſlatio.

hujus de ea judicium,

E

F

& exhortatio ad perſeverantiam in colendo Sancto.

4 *Theodoricus, Walciodorenſis Abbas hujus nominis ſecundus, circa annum* MCXXX *creatus, creditur* MCXLV *obiiſſe: VViboldus ab eodem anno* MCXXX *uſque ad* MCLVIII *Stabulao præfuit, juxta Catalogum qui extat apud Bartholomeum Fiſen ad elogium S. Remacli: unde de ætate ſcriptoris Roberti facile eſt judicare: qui ſi non ſummam fidem meretur in*

ſcripta eſt Vita poſt an. 1030;

AUCTORE D. P. *in iis quæ ante mortem Sancti geſta narrat; meretur eam in miraculis, ſuo tempori vicinioribus, & certiori relatu auditis vel etiam viſis. Prior ille Walciodorenſis quidam monachus libellum conſcripſit, de geſtis Abbatum monaſterii ſui, incipiens à S. Forannano (quantum quidem poſſumus judicare) & deſinens in Abbate Godeſcalco, quem libellum cum tranſcripſiſſet auctor Chronici, proſequitur materiam ab eodem cœptam & à ſe forſitan haud uno loco interpolatam,* poſtea ex libello, ſub an. 1080 compilato, *Prologo certe & tota Walciodorenſis fundationis hiſtoria principio præpoſita auctam: proſequitur autem ſic exordiens:* Contigit autem eodem tempore, *ſcilicet circa annum* MLXXX, Dominum Abbatem Godeſcalcum à præſentibus migrare ad Dominum: cujus & aliorum cum breviter & lucide actuum iſte libellus diligenti ſtylo exaratam contineat ſeriem, non incongruum videtur, ſiquod nondum digeſſit, quia nondum contigerat, ea fide & veritate qua à religioſis viris, qui adhuc ſunt ſuperſtites, accepi, litteris mandem & ad rerum geſtarum notitiam poſteris legenda tranſmittam. *Atque ita continuans Chronicon, ipſum deducit uſque ad electionem Henrici Abbatis,* qui, *inquit* etiam nunc nobis præeſt feliciter jam tredecim annos. *Ad hunc quoque Abbatem cum perveniſſet alius prædicti chronici abbreviator, qui porro ad calcem ſubtexuit ſequentium Abbatum nomina, & ſcripſit anno* MDCXXV; *ita loquitur,* editum eſt chronicon an. 1243

B Cujus (*Henrici ſcilicet*) regiminis anno XIII noſtræ fundationis libellus eſt in lucem editus, qui hoc anno, videlicet MCCXLIII pervenit ad umbilicum.

5 *Vltimam compilationem tranſcripſit Roſweido noſtro ſub annum* 1631 *Thomas Luytens, poſtea Letienſis monaſterii dignißimus Abbas, cui generalem ad hæc Acta Sanctorum præfationem Bollandus inſcripſit: pluris tamen fuit obtinuiſſe antiquioris Chronici Ms. antiquum, & ante ducentos annos exaratum. Ex hoc decerpimus tria Capita, S. Forannani Actus continentia: nam primi ſcriptoris libellus, qui totus in hoc chronicon transfuſus eſt, nuſquam forſitan extat genuinus ac purus. Vtinam vero dicti chronici auctor præter S. Forannani Vitam, quam citat; & quaſdam familiæ nobilis ab Eilberto deſcendentis domeſticas fabulas, quas melius contempſiſſet; habuiſſet antiquiores illas ſcripturas, quas credibile eſt fuiſſe conditas tum ante tum poſt Forannanum; ſed lamentabili circa annum* MXV *monaſterii totius eccleſiaque incendio concrematas arbitramur. Tum ſane de eo quod* S. *Forannanum præceßit tempore, deque ipſius Sancti Actis ſcribere potuiſſet diſtinctius: nunc haud pauca confuſe narrata querimur, & corrigimus Annotationibus noſtris. Pauciora illa fuiſſent, ſi ſaltem S. Cadroe vitam, qualem edidimus, habuiſſet; ſciviſſet enim Forannano non ſucceßiſſe Cadroem, & huic Maccalanum: ſed Maccalanum primo deinde Cadroem initium dediſſe Walciodorenſi Prælaturæ; Forannano autem diu poſt illos advecto, poſtquam è vivis abiit ſucceßiſſe Immonem, quem ex Ms. recentiori Fiſen vocat minus recte Ivinionem. Ceteros ex ordine ſucceſſores vide in tomo* 7 *Spicilegii Acheriani; ubi totum Walcidorenſe Chronicon, ſicut nos illud deſcriptum habemus, legere poteris, & in ejuſdem tomi Præfatione pag.* 17 *refutatos invenies Molanum atque Miræum, perperam opinatos, eumdem Robertum, qui* S. *Forannani Vitam, ut vidimus, compoſuit, auctorem quoque fuiſſe chronici.*

unde excerpuntur alia Acta ſancti,

C 6 *Molanum, qui primus, ut diximus, commemorandi inter Belgicos Sanctos Forannani mentionem fecit; ſecutus eſt Guilelmus Gazet in Hiſtoria eccleſiaſtica Belgii, addens* caput ſervari in ſacriſtia: reliquum corpus in arcula plumbea, intra marmoreum mauſolæum, cum hac epigraphe SANCTE FORANNANE ORA PRO NOBIS. *Vterque cum mortuum dicat* XXX *Aprilis, neſcio quos auctores nobis ignotos potuerit ſecutus fuiſſe David Camerarius lib.* 3 *de Scotorum pietate, cum* XIV *Ianuarii ejus elogium poneret. Conſultior in hoc Gabriel Bucelinus, auctor Menologii Benedictini, eorum maluit veſtigiis inſiſtere, à quibus primam hauſerat hujus Sancti notitiam, cui prolixum elogium texuit. Meminit ejuſdem, ut* XXX *die celebrandi,* nomen in ſacris faſtis.

Colganus in Vitis Sanctorum Hiberniæ ad Vitam S. Forannani Abbatis XV *Februarii: ſed ita ut expreſſe diverſum hunc eſſe dicat, tum ab aliis pluribus ſimilis nominis, tum à præfato Walcidorenſi Abbate. Quod ideo moneo, ut corrigatur error, qui nobis ibidem inter Prætermiſſos obrepſit, quaſi Colganus eumdem ſibi videri dixiſſet; intelligantque poſteri in futuro operis Supplemento, denuo ſibi ad examen vocandam Forannani iſtius Hiberni Vitam; ſi forte, hac diſtinctione certo jam cognita, dicto Februarii die inſerendam ipſam judicent.* D

VITA

Auctore Roberto Monacho Walciodorenſi

Ex MS. ejuſdem cœnobii.

PROLOGUS

1 QUoniam in culmine candelabri, ne videatur obfuſcari ſub latebra modii, erigenda eſt lucerna Chriſti; virtutes venerabilis viri Forannani, haud compoſito quamquam ſermone, decerpere diſpoſui. Sed quoniam imbutamento artis philoſophiæ minus fulti, verbis has enucleare nequimus venuſtis; more puerorum magis maluimus balbutire, quam notitiam miraculorum ſancti viri ſub obſcuritatis velamento occultare. Attamen hoc enucleandum opus, qua intentione arripui, quantumvis clareat cunctis, manifeſte pandere decrevi. Eſt itaque in noſtræ habitationis cœnobio quidam exiſtens in provectæ ætatis ſenio, qui antiquæ rememorationis intellectu antiquarum rerum monimenta in ſuo prudenti pectuſculo prudenter locaverat; ab hoc ergo antiquitatis relatore ſumpta materia, antequam morte præventa laberetur humanitatis fragilitas, & tanta Patroni noſtri miraculorum coruſcatio, omnia ſtudui comprehendere brevitatis ſub articulo. Interea eſt alius noſtræ narrationis intentus. Reſidentibus in ſolita conſiliabula noſtris majoribus, factaque mentione de noſtri Patroni virtutibus, ſacer valde conqueſtus eſt Conventus, quod maximo pollentes ingenio atque ſub hujus vitam ducentes ſuffragio, has peritiſſimi viri in obſcuritatis reliquere latibulo. Quapropter hujus Conventus animatus monitione, has editas ſchedulas cupio commendare, quatenus in futuro legentibus, hæ poſteris clarerent ſuccedentibus. Sed quoniam abſque divinæ gratiæ adminiculo hoc in opere efficax exiſtere non valeo, almi Spiritus flatum flagito, quatenus ipſius afflatus ſpiraculo, veritatem cum conſono queam intimare verbo. Ex fideli longevi monachi relatu deſcribuntur Acta. E F

CAPUT I.

Natales S. Forannani, Epiſcopatus ab eo abdicatus, mare miraculo trajectum, Abbatialis Walciodori dignitas ſuſcepta, ægri ſanati, mors &c.

2 GLorioſus igitur Domini Sacerdos Forannanus, nobili ex Scotinenſium *a* proſapia ortus, primos arcendo laſciviæ impetus, decrevit poſtponere mundum propriis cum actibus; ſuamque inſignibus nobilitatem exornans virtutibus, ſeipſum Deo dignum devotus præparare ſtuduit ſacrificium, ipſius adminiculatione fultus. Intra denique pueriles annos poſitus, ſub ſcholaſticæ eruditionis norma litteris imbuendus, à magnificis parentibus honorifice eſt traditus: in qua divina clementia præeunte, quæ ſibi eum vas electionis futurum præviderat fore, omnium Nobili genere natus a liberalibus diſciplinis imbuitur.

omnium disciplinarum arte, repletus est, brevitatis sub tempore. Qualibus siquidem incrementis, divinis meditationibus inhærendo, factus juvenis gratissimam juventutem augmentaverit; qualiterve procellas turbulenti maris, id est, mundanas tribulationes, divina fretus suffragatione, calcaverit; qualiterque miserorum spes, orphanorum pater, *misericordissimus in afflictos,* pauperum recreator, viduarum, lugentium omniumque. pie viventium pius consolator extiterit; finis ejus consummationis evidenter monstravit, quia sicut per quemdam Sapientem dicitur:

Præmia justorum pendent in fine laborum.

Et Propheta David intonat dicens. Omnis consummationis vidi finem. Vidit quippe omnis consumationis finem Christi clarissimus Confessor Forannanus, qui diligendo Deum suum studuit diligere proximum. Quatenus vero latum videretur servare mandatum, sincero corde totaque mentis intentione propter Deum, nec non amplectendo, suum studuit diligere inimicum. Ps. 118, 96

amicus inimicis, 3 Quapropter Retributor omnium bonorum, qui secundum uniuscujusque meritum pro talenti reportato lucro unumquemque remunerat largiendo præmium; venerabilem Antistitem nostrum dignis muneribus esse volens honoratum, dispensatorem suæ domus constituit idoneum: quatenus à tritico ventilata palea, ideſt, à vitiorum spurcitia proximorum cordibus purgatis, mensuram tritici, sacrarum scilicet pabula doctrinarum, erogaret. Quid multa? Exigente igitur nobilitatis magnificentia maximæque puritatis innocentia, à populorum electus caterva, in civitate, quæ eorum barbarica fermocinatione *b* Domnachmor nuncupatur, quæ est metropolis totius Hiberniæ, in basilica Genitricis Dei, quam propriis ex redditibus possessionibusque *c* fundaverat, sublimiter in *d* Pontificali collocatur cathedra: quatenus qui sine pondere regiminis prius in humilitatis rectitudine vigebat, multis postmodum cum magisterio sacræ eruditionis fieret & norma. At ubi ad honoris pervenit fastigia, sui prolongationem incolatus indesinenter deflebat, istius Psalmi versiculum commemorans: Heu mihi! quam valde prolongata est pregrinatio mea. Ps. 119, 5.

creatur Episcopus. *b* *c* *d*

4 Cumque diutina cogitatione talia suo volveret in pectore, antiquorumque Patrum cuperet sequi vestigia, longe faciendo seipsum à cogitatione sua, admonitus est cælitus visione divina, quatenus culmen relinquens honoris, ad locum pergeret *e* Speciosæ-vallis, quo in venerationem Genitricis Dei basilica fundata est cœtus apostolici, super ripam unius fluminis, quod Mosa nuncupatur sermone vulgari. Hac itaque cælestis visionis percepta admonitione, infimæque ambitionis posito honore, mandatum sacratissimæ jussionis cupiens explere, venerabiles duodenos *f* comites elegit: quatenus cum his veniens ad locum præfatæ habitationis, armipotens veluti miles summi Imperatoris, hoste cum invisibili visibilique decertans, bella præliaretur Domini. Igitur linquentes propriam, quærere celestem cœperunt patriam, atque Angelico freti ducamine ad marina pervenere littora; quo respicientes circum circa, nautica minime reperere suffragia. Sed qui sub Mosaica deductione Israelis populo rubri maris arenam siccavit, quo sicco vestigio alti vada pelagi mirabili ductus itinere populus transmearet, quique sub Petri vestigiis liquidum calcabile præbuit elementum; ipse huic nostro venerabili Patrono, ad suorum ostensionem meritorum, suis cum comitibus simile iter, quo ad portum quietæ salutis valeret pertingere, sua præbuit mira dispensatione.

e

divinitus jussus patriam deserere,

f *12 comites eligit;*

quibuscum non reperto navigio

5 Ecce enim quatuor ligna, crucis in modum pariter compacta, ante eorum intuitum repente apparuerunt: super quæ convocata Dei virtute, almæ Crucis vexillo se munientes, ascenderunt hoc ordine. Divisis itaque comitibus, atque in quatuor stabilitis partibus (ternarius enim quater ductus duodenarium efficit numerum) super quatuor partes crucis ascendere eos jussit; ipseque crucis in medio positus, hilari mente claraque voce decantans, ajebat: In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis *g*. Igitur cum tali navigio atque admirabili venerandæ crucis vexillo, ducens per avia, hos protexit digne Dei munita tuitio; quoniam, quo crucis ejus bajulatores viderentur, seipsos abnegarunt; atque propriam linquentes voluntatem, sub alterius magisterii imperio cursum sui certaminis peragere decreverunt. Tandem linquere marinos, carpereque calles cœperunt terrenos: atque sectantes quo eos traxerat almus Spiritus Paraclitus, quo antecedens ibat, pariter ambulabant. Cum vero haud procul à prefatæ habitationis forent loco, ejusdem structori, inclyto nobilissimoque Comiti, obviaverunt Eilberto *h*. A quo, quo gressum figere vellent requisiti velle se responderunt adire locum Speciosæ-vallis, super ripam situm Mosæ fluminis. Et ille respondens, Feliciter, inquit. Nunc interim gressus vestros post me dirigere sectando fatagite: vos enim ego deducens, præfati loci vestris obtutibus manifestabo mansionem. Cumque in suæ peregrinationis fatigatione, de tanta nobilitatis magnificentia tam benignum consolationis suscepissent responsum; cum cordis affectu ad cælum direxerunt corporis intuitum, atque Dei laudantes magnalia, ad diu concupita una pervenere habitacula.

Auctore ROBERTO EXMS.

quatuor ligna in formam Crucis compacta conscendens, Ps. 76, 20 *g*

mare trajicit:

à Comite Eilberto Walciodorum ducitur *h*

6 Quo autem in monasticæ eruditionis instituerentur præposito, ducti sunt Romam à Comite supradicto: ubi cum Præsularis honoris dignitate nomen suscipiens Abbatis, prædictus Christi Confessor, tale mandatum à Domino Benedicto *i* (qui in totius mundi gubernatione, à cælestis regni clavigero [acceptam spei] anchoram in agnitione hujus nominis fixerat septimus) suscepit, quatenus remeando ad propria, ad monasterium diverteret, quod nuncupatur Gorzia; atque ibidem cum suis in divinis institueretur mandaris. Etenim sub norma monasticæ religionis colla decreverant subigere: obtemperatoresque Apostolicæ institutionis gestientes existere, ad monasterium superius nominatum una pervenere. Quo brevissimo in tempore divinis in, institutionibus pleniter roborati, quod diu concupierant sunt adepti: quoniam, sicut sacra B. Gregorii testatur sententia, nulla ad discendum mora est, ubi Spiritus sanctus Doctor adest. His itaque tractatis, maxima cum petitione Comes ante dictus erga Laudunensem Antistitem obtinuit, quatenus memorabile pignus venerabilis Christi Confessoris Eloquii *k* daretur sibi: quod ut mœnia prædictæ habitationis penetravit, recensita memoria Dominicæ Passionis à B. Forannano, plurimarum sanitatum virtutes sunt operatæ. Quæ quoniam in ejusdem gestis *l* plenius sunt enucleatæ, pro nimia prolixitate distuli memorare.

i

& Roma Abbas confirmatus;

ad cœnobium Gorziense instruendus divertit:

k

transfert corpus S. Eloquii.

l

7 Quid igitur aliud ista, dilectissimi, signabant; nisi quod super rutilos lapides insignes gemmæ è mundi partibus adventantes, intra unius domus Dei spatia claro virtutum jubare emicabant? Ut autem de pluribus pauca referam; inter alias spiritualis gratiæ dotes, hæc in eo sanitatis virtus eminebat, quod morsu siquis rabidi canis lupive fuisset attrectatus, locoque in cicatricis fimbria *m* stolæ suæve manipulæ fuisset locata, mox recuperata sanitate cum gaudio

S. Forannanus, stola sua mordum rabidi canis *m*

AUCTORE ROBERTO EX MS.

remearet. O mira dispensatio Dei ! Qui etiam quondam per fimbriam vestimenti sui in muliere fluxum restrinxit sanguinis, ipse nunc simili modo in laudem sui Confessoris, per fimbriam infirmantibus opitulationem contulit sanitatis. Quid plura ? Nullus denique, à calamitate pressus infirmitatis ægrotus, ad eum venit, qui non post susceptæ benedictionis suffragium sacratissimique olei liquoris contactum remearet cum gaudio, suscepto sanitatis consilio. Hæc & his similia virtus divinitatis in eo manifestavit opera ; quæ quoniam scriptoris articulo non sunt exarata, nobis sunt incognita Deoque nota.

& benedictione morbos sanat.

8 Quia vero felici cucurrerat gressu, fidemque ecclesiasticæ institutionis servaverat indefessus, contraque spiritualis nequitiæ arma fortis extiterat in sui certaminis cursu, utpote pro bonæ dispensationis ministerio à pastorum Pastore vocem clementissimæ mansuetudinis auditurus, Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini Dei tui ; de suæ remunerationis spe securus extitit. Igitur humanæ posito corruptionis pondere, in nongentesima octogesima secunda ab Domini Incarnatione annualis circuli revolutione, pridie Kalendarum Majarum, sub *n* Ottonis Romani principis tempore, de corruptione ad incorruptionem, atque de via ad vitam promeruit transire, cui temporanea mors vita, atque ad cælorum palatia præsentis exitus extitit via.

moritur anno 982

B *n*

ANNOTATA.

a Scotia *usque ad id fere tempus, quo scripsit auctor, sola vocabatur* Hibernia : Scoti *etiam dicebantur ii, qui ex Hibernia in Britanniam transgressi pridem ibi Sedes regnumque tenebant : sed hoc loco intelligi ipsius Hiberniæ incolas ex sequentibus apparebit.*

b Domnach *Hibernis, quod Latinis* Dominicum, *scilicet templum sine ecclesia : cui cum additur* Mor, *significatur ecclesia major. Et hoc quidem nomen in Hibernia frequens est : ab iis tamen, qui confuse tantum memoria retinebant quæ de Forannani Episcopatu audierant, pro nomine civitatis proprio accepta est vox, quæ pro appellativo ecclesiæ sumi debuerat : patet enim hic esse sermonem de ipsa totius Hiberniæ metropoli, quæ alia non est quam* Ardmacha ; *cujus urbis ecclesia major,* Domnach-mor *ab incolis dicebatur, non* Dominocinor, *uti hic perperam scribebatur.*

C

c Colganus *in Append. 7 ad Acta S. Patricii enumerat annos complures sæculi* x, *quibus à Normannis occupata & spoliata est Ardmacha ; signanter autem anno* 914 *incendio deturpatam fuisse docet : quid ni tunc etiam ecclesia arserit, cui reparandæ suam hereditatem postea Sanctus impenderit ?*

d *In Catalogo Ardmachanorum Primatum, quem sæculo* XII *scriptum idem* Colganus *exhibet, Forannani nomen non invenitur : sed nec opus est credere Archiepiscopum eum creatum ; satis est si ibi fuerit à suo Metropolita consecratus Episcopus, pro altera quocumque suffraganearum ecclesiarum. Expectamus quid hac de re paraverit* Colganus, *qui* 21 *Ianuarii agens de S. Maccallano, de Archiepiscopatu S. Forannani demonstrationem promittit ; Bulla sub nomine Benedicti Papæ 7 Chartulario Walciodorensi inserta, appellat* Scotorum Episcopum.

e *Ita* Walciodori *nomen etiam auctor Chronici interpretatur, quasi pro* Valle-decora *dictum. Ego meram hanc esse puto allusionem ad nomen, non autem etymologiam veram ; quia cum plurima loca* Vallis *nomen habeant ; nullum tamen inveni, in quo vulgaris dialectus* v *verterit in* w : *particula autem* Dor *tam frequens in compositis antiquis est, rivum sive torrentem significans, ut vix dubitem quin compositione Teutonica seu veteri Francica dicatus* Waltzdor *id est* Torrens-silvæ, *quod latine scribentes, & concursum tot consonantium horrentes, in* Walsiodorum *verterint. & nunc contractim* Wassor *dicatur.*

D

f *Quam longe aberraverint posteri, qui in hoc numero putaverunt fuisse Sanctos Cadroe & Maccalanum, diximus ad illius Vitam 6 Martii.*

g *Fides hujus miraculi sit penes eos qui narrarunt Hibernos, apud quos vix aliquis Sanctus est, de quo non aliqua similis transvectio memoretur : fortasis figurata locutio occasionem dedit ita credendi, aut aliqua symbolica pictura. Non est tamen abbreviata manus Domini, ut neque sic traducere servos suos potuerit.*

h *Ita Vita S. Cadroe, Chronicum, diplomata omnia : hic* Gilbertus *scribebatur.*

i *Vereor ne* Benedicti, *& quidem* septimi, *hoc loco nominandi unica causa fuerit, unio Hasterienſis cœnobii ad Walciodorense, per dictum Pontificem confirmata ad instantiam Deoderici Metensis Episcopi & Forannani jam pridem Abbatis. Nec enim apparet quomodo alias gesta esse potuerint quæ hic narrantur ; cum Benedictus solum sit creatus anno* 975, 1 *Iunii, & Eilbertus Comes obiisse dicatur anno* 977 28 *Martii. Itaque propendeo ut sub Ioanne* XIII *anno* 971 *vel sequenti dicam peregrinos nostros Romam perveniſſe, inde Gorziam directos, unde post paucorum mensium institutionem regressus Walciodorum Forannanus, cœperit munus suum exercere : in quo summam Eilberti approbationem meritus, & apud Metensem Episcopum laudatus, eum permovererit ad laxandas fundi Walciodorensis angustias, uniendo ipsi Hasteriam : quod in vita Comitis tractari cœptum,*

E

k *S. Eloquii Vitam, qui* 3 *Decembris colitur, seu potius sermonem in Translationem habemus ex MS. Walciodorensi, ubi gravissimi continentur errores, dum* Erchanraus *&* Rodoardus *Catalaunenses Episcopi, vocantur Episcopi Laudunenses. De Rodoardo autem, qui ibi dicitur Harderico Comiti & Heresendi ejus conjugi dedisse facultatem auferendi corpus S. Eloquii, legitur apud Flodoardum lib.* 4 *historiæ Rem. cap.* 4. *quod facultatem dederit dictis Comitibus Remos transferendi corpus S. Gibriani, qui colitur* 8 *Maji. Hæc autem res accidit ante annum* 900, *sed nomen Heresendis, videtur dictæ Vitæ auctori suasisse, ut quæ de Gabriano legerat transferret ad S. Eloquium, integro sæculo serius translatum. Nos diversas putamus, Heresendem Haderici, & Hersindem Eilberti conjugem : qui si à Laudunensi Episcopo (ut est verosimili propter locum sepulturæ S. Eloquii) corpus ejus accepit, accepit illud à Roricone, usque ad finem anno* 976 *superstite : & nomen sola littera initiali R scriptum, facile potuit multiplicandi confirmandique erroris causam subministrare : facile etiam potuit Herisindis adjungi nomen, tamquam tunc viventis, & si revera mortua fuerit, cum hæc agerentur ; nisi forte translatio hæc ante Forannani adventum facta, eidem ex conjectura gratuita tribuatur ab iis, qui priores illo Abbates videntur ignoravisse.*

F

l *Hæc gesta arbitramur non supereſſe : sed iis per monasterii conflagrationem deperditis, substituta fuisse diu postea, quæ nimium vitiosa esse jam probavimus, & plenius ostendemus ad* 3 *Decembris.*

m *Ista sanandorum morsuum efficacia etiam hodie creditur perseverare in stola S. Huberti, qui colitur* 3 *Novembris : quoniam autem nihil nisi ex relatu longævi cujusdam hic narratur de S. Forannani viventis mirabilibus ; non erit magnæ reprehensioni obnoxius, qui memoriæ lapsum suspicaretur hoc loco, & ex quadam occasione applicatum putaret S. Forannano, quod de S. Huberto circumferebatur.*

n *Otto* II *hic fuit, Imperii collega assumptus à patre Ottone* I *an.* 967 *& Vita functus an.* 983.

C A-

CAPUT II.

Corpus s. Forannani ejus juſſu decentius humatum, energumeni & alii ægroti apud illud ſanati.

9 VT autem ejus corporis de tumulatio ſacra, ſeorſum in læva monaſterii fuit facta, è contubernio Fratrum nonnulli crebro adiere ejuſdem Almiflui ſepulcrum, ſuorum flagitantes ſuffragia ſcelerum. Quo loco dum plurimæ ſanitatum opitulationes ab eiſdem fieri viderentur frequenter; communi tractato conſilio *a* capitales eccleſiæ decrevêre, pro honoris reverentia, ſanctiſſimi corporis glebam loco excelſiori transferre. Dum vero hoc in opere efficaces exiſterent, tumbam ſarcophagi in ſanctuarii ingreſſu ſtatuentes, vaſe incompoſito, lympham de torrente in ſtructione tumuli incaute detulere: atque in ipſo memorabile ſanctiſſimi corpus repoſuere. Tandem ſe quietionis ſomno dum nocte quadam pro corporis vexatione dediſſent, illam tranſlationem ſumma fore factam cum diligentia exiſtimantes, atque quid acciderit ignorantes, uni è fratribus qui ſtabilitus erat in ſolicitudine erga eccleſiaſtica, venerabilis Confeſſor Forannanus apparuit; illique monens imperavit, ut quoniam illo lutulento in tumulo in quietionis pace, præ fœtoris injuria, jacere nequibat; Fratribus imperaret, quo ſui transferrent corporis aliorſum reliquias. Ille vero primæ viſionis revelationem occuluit, atque hanc manifeſtare negligens uſque in tertia viſione conticuit. In tertiæ igitur noctis tempore, cum maximæ comminationis furore memorato Fratri ſe iterum dignatus eſt manifeſtare, atque prædixit, quod niſi Fratribus ſui referret monita præcepti, in graviſſimæ incideret judicium ultionis.

a *In humido loco tumulatus*

B *corpus ſuum transferri alio jubet:*

10 Ut igitur poli caligo coruſcante ſolis jubare evacuata eſt, memoratus Frater Fratres advocat, ac quidquid perſpicaci intuitu animadverterit intimando revelat. Illi itaque cauſam negligentiæ illius relatu perpendentes, aliud cum ſummæ ſolicitudinis diligentia devotioniſque honorificentia ſepulcrum, juxta altare B. Nicolai, ædificavere; illumque è loco illo ejicientes, in nitidoque involventes linteamine, ad illud tranſtulere. Accidit præterea, quatenus quædam matrona nobilis, à gravi dæmonis infeſtatione vexata, à ſuis clientulis in ſui adduceretur præſentia tumuli, ſuique pro ſua Domina rogarent affore divinitus ſibi ſanitatis ſuffragia. Dum in hac igitur jugi permanerent ſupplicatione, ſe divina miſeratio dignata eſt manifeſtare. Nam binos luculentos vermiculos in ſui purgatione naſi emittens, priſtinæ ſanitati eſt reſtituta: atque cum ſervulis ad propria ſalubriter eſt regreſſa.

C *ad quod energumena adducta liberatur.*

11 Aliud divinæ operationis miraculum, non ſub tetra latibuli nigredine occulendum, imo quemadmodum ab ipſo venerabili Forannano eſt manifeſtatum, omnibus cenſuimus fore declarandum, quatenus in ſuis virtutibus enarretur mirabilis Deus. Erat enim quædam mulier in pago *b* Famennenſi, quam ullo ſine remedio per ſeptena tempora circumvallaverat graviſſimi ergaſtuli ægritudo: cui almifluus Forannanus apparuit jubens, quatenus pro ſui munere voti cordam unam, manibus allatam propriis, ſuper ſui poneret tumbam ſepulchri. Cumque illa timoris perturbatione abjecta, ab illo ſuæ locum quietionis inveſtigando requireret diligentiſſime, talia ab eo promeruit ſigna recipere. Veniens, inquit, in villa quæ Vallis nuncupatur decora, in dexteraque monaſterii parte portam ingreſſa, recto itinere proprios ante obtuitus gradere, ſurſumque reſpiciens, juxta unam aram mei invenies ſepulcri mentionem. Illa igitur ſacratiſſimæ revelationis juſſionem adimplere concupiſcens, votum ſuum mature explicito opere complevit; ſineque adminiculo alicujus ducaminis ad locum uſque pervenit. Cumque ante fores templi ejuſdem officiales reperiens, valvas eccleſiæ tacite penetraret, juxta præceptum Antiſtitis recto tramite ſuos greſſus direxit; atque ſecundum ſigna quæ acceperat, Sancti ſepulcrum reperit. Quæ dum pro optatæ ſalutis beneficio vota ſua repræſentans, ab oratione ſurrexiſſet; ſanitatis ſalutem ſuſcepit: & monaſterii mœnibus egrediens, revelationem miraculi omnibus evidenter manifeſtavit. His ita geſtis, Salus humanæ ſalutis aliud glorificandum ad ſui nomen confeſſoris mirabile miraculum addidit, quo ſolis jubar quemadmodum mundum rutilans irradiat, ſic hæc inſignis gemma, diverſis polita ſignorum coruſcationibus, partes mundi illuminaret diverſis virtutibus.

AUCTORE ROBERTO EXMS.

& ab ipſo Sancto illuc juſſa accedere.

12 Fuit igitur in pago *c* Loniaco, in villa quæ Calvus-mons nuncupatur, ſub Senioris præfatæ habitationis conſtitutione, ejuſdem exercens negotia terræ, quidam bubulcus, Warnerus nomine, qui à gravi dæmoniacæ legionis infeſtatione vexatus, in grave inciderat periculum infirmitatis. Hunc cum illius inquietudinem pro perverſæ atrocitatis crudelitate circummanentes nequirent ferre (graviter enim laniabat quos poterat attingere) diverſis vinculis ligavere, immenſoque oneratum ferri pondere ad Sancti tumulum adduxere! Dum vero divinæ miſerationis præſtolantes ſuffragium, ſuæ [eccleſiæ] cuſtodes ante Sancti jacerent tumulum, unius Chriſti Confeſſoris dies natalitius accidit; in quo dum debitæ ſervitutis ſolitum redderent Fratres penſum, finita recitatione duodecimæ lectionis, iſtius modulatio Reſponſi, Magnificavit eum in conſpectu Regum, à Rectore incepta eſt chori. Dum autem ejuſdem finis advenit, inchoationem Verſus *d* ſubſequentis, mirabilem edens vocem dæmoniacus, arripuit; & quaſi in iſtius modulatione jugiter fuiſſet eruditus, cum cantore finem fecit cantus. Mira res? Ille qui inarticulatæ vocis cantu vexationem boum relevare conſueverat, vocis articulatæ modulationem quaſi pleniter inſtructus reſonabat. Quid igitur? Venit dies: in qua dum celebratio majoris Miſſæ ſolenniter ageretur, ſuper Sancti tumbam caput ſuum reclinans dæmoniacus, obdormivit: atque poſt finem ejuſdem ſanus effectus ſurrexit, & qui cum aliorum robore fuerat adductus, receſſit liber à vinculis abſolutus.

c

d

E

F

13 Talibus ergo fulta ſuffragiis concio noſtri cœtus, cum plebe devota magnificet Deum, quod infirmitatis noſtræ Patronum præclarum, edidit quem Scotia, magnificum Forannanum, humilitatis cum reſpectu Gallia devotiſſime ſuſcepit. Lætetur nec non Chriſti ſponſa Walciodorenſis Eccleſia, quæ talem amicum Sponſi, à finibus terræ venientem audire ſapientiam Salomonis, intra ſui retinuit muros templi; de cujus jugiter virtutibus in populorum cœtu mirabilis prædicatur. Jure namque atque cum mentis jucunditate ejuſdem cœtus eccleſiæ in laudibus divinis debet exultare; quoniam pro ipſius Patroni virtutibus, maxima cum reverentia, grandique cum honore, hæc à populorum turbis indeſinenter frequentatur. Hinc eſt quod aliud divinæ operationis miraculum, non ſub tetra modii nigredine occulendum, immo ſuper ramum candelabri coaptandum, cenſemus manifeſtare in publicum: quatenus qui ob inertiæ noſtræ deſidiam multa omiſimus, pauca, quæ fideli narratione ab illis qui proprio animadverterunt intuitu, percepimus, ut cumque quamquam torpente ſtylo narrare poſſimus,

ob qua merito ſanctus laudandus.

AUCTORE ROBERTO EX MS.

14 Accidit interea quatenus ex exiguo viculo, qui noſtro proximus adjacet cœnobio, Porinaque e nuncupatur in vocabulo, quidam languidus nomine Berengarius, preſſus diverſis infirmitatibus, dum ſuper alias à caduco graviter fatigaretur morbo, ante Sancti advenit ſepulchrum, ſperans illic affore ſibi divinitatis præſidium, matureve ſui doloris terminum fore ponendum. Quod ita contigit. Cumque ſanctiſſimæ præſens adeſſet tumbæ, ad Sancti converſus patrocinium, taliter cœpit orare: Te obſecro, inquiens, Chriſti Confeſſor Forannane, quatenus ex hac præſenti ſi nequeo liberari infirmitate, proprio veſtigio ex hujus eccleſiæ nullo modo queam introitu exire. Cumque terminum feciſſet orationis, capite poſito cum ipſa ſpiritum exalavit.

e Epilepticus ibidem mortem patiens ſi ſanari nequeat,

15 Quid ergo? Numquid, ut ait Apoſtolus, iniquitas eſt apud Deum, qui per ſuæ virtutem potentiæ cum præſenti vita iſti ſanitatem non reſtituit? Abſit. Verum quoniam occulta ſunt ejus judicia, iſtius deſinentes trutinare mortem, divino illius examinandam relinquamus iudicio, qui dixit, Ergo occidam & vivere faciam, percutiam & ego ſanabo: qui corpus forſitan idcirco aſſumpſit, ut ſpiritum vivificaret; percuſſit, ut animæ vulnera ſanaret; quoniam quem diligit flagellat, & omnem filium, quem recipit, caſtigat. Quapropter ad noſtri recurramus auxilium Patroni, illius implorando ſuffragium; ut quomodo à corporeæ vexationis iſtum vinculis abſolvit, ſic ab antiquæ nos vetuſtatis contagione ſuis interceſſionibus abſolvat; noſtraque Dominus ſuo precamine mactet carnalia, vivificetque ſpiritualia, percutiat vitia, ac virtutes erigat; atque ſic nos ſemper trahat, quatenus fidenti eloquio dicere poſſimus cum Apoſtolo, Chriſti bonus ſumus odor; & in ſuorum odorem poſt eum currere jugiter poſſimus unguentorum. Verum qualiter virtutis potentia altiſſimæ egregium Confeſſorẽ ſuum diſpoſuit mirificare, nulla alicujus verboſitatis ratio ipſum valet obfuſcare. Quapropter ad divinæ virtutis enucleandas operationes, quas Chriſtus in eo dignatus eſt manifeſtare, aliud noſtræ narrationi congruum, non prætermittam miraculum: nam dum ſub ferula ſubjacerem præceptoris, ipſum proprio intuitu accidere animadverti.

ſubito extinguitur, Rom. 9, 14

B

Deut 32, 39

Dei inſcrutabili conſilio.

2 Cor. 2, 15

C

16 In hujus videlicet eccleſiæ conventu, quidam monachus, noſtrarum ſcholarum didaſcalus, vocatuſque nomine Lambertus erat, qui frequenter capitis patiens dolorem, dum ab ipſo graviter fatigaretur, quadam nocte, ad ſuum converſus Patronum, cœpit remedium flagitare; ſed quatenus ejus miræ ſimplicitatis manifeſtaretur intentio, per totam ſequentis noctis quietudinem eſt vexatus ex ipſo *f* ſimplex enim valde in moribus, ſed in litterali ſcientia extitit efficaciſſimus; Cumque matutinale Fratres nocturnali ſolicitudine perciperent ſignum, mutuo ſe cohortantes ad peragendum ſolitum penſum ſe parare, atque in trinæ Deitatis nomine more ſolito ternas ad orationes pariter concurrêre. His peractis, dum à Fratre memorato priſtina chori præoccuparetur ſtatio, ipſius repente caput memoratus graviter circumdedit dolor; chorique deſerens ſtationem, ſacramque poſtponens debitæ ſervitutis ſolicitudinem, ante Sancti adveniens iterum ſe projecit *f* mentionem. Dum vero diutina præſtolatione, quo ſui doloris afforet finis, flagitaret intente; à memorato fatigatus dolore, nimiam per ſimplicitatem, Chriſti Confeſſorem talibus cum verbis cœpit exprobrare: Mortuus dum jaces in pulvere, quali tu nobis poſſes remedio ſubvenire? Verum multis quoniam opem videris ferre, illorum ductus exemplo, tuas, ſurde ſenex, ad obturatas clamitans aures adveni, ſubſidium-

Gravi capitis dolore afflictus quidam,

f ſeque non exaudiri impatienter ferens,

que quæſivi, aliis ſubvenire qui conſueviſti; & hactenus per te nullum, pro dolor! ſenſi levamen. Hæc horumque ſimilia capitis erecta cervice proferens; tumbam ſacram, ſuper almiflui oſſa corporis aptatam ingenti cum ſonitu percutiens ſurrexit; atque ita cum ictu memorato concupitæ remedium ſanitatis gaudens ſuſcepit, quatenus nullam ulterius aſſereret ſentire ruinam poſterioris doloris. Iſque cum contubernalibus junctus iterum foret vocibus Fratrum, divinis præoccupatorum in meditationibus; quis propter Sancti ſepulchrum fuerit ſonus auditus, qui eorum voces compeſcuit, ab eo inveſtigare cœpere nonnulli: ipſeque quid acciderit, & erga Confeſſorem memoratum qualia protulerit, qualiterve, quam diutina præſtolatione popoſcerat ſanitatẽ, obtinuerit, ſuis inveſtigatoribus evidenter patefecit.

D

percuſſo ſepulcro ſanatur.

17 His tamen omiſſis, quatenus ſacri roboretur ſententia ſermonis, quo ſcilicet juſtus adhuc magis juſtificetur, articulata litterataque arte manum ad aliud applicemus, quatenus toties Chriſti magnalia prædicentur, quoties per egregium diſpenſatorem ſuum talia populis manifeſtavit prodigia. Quædam oppidanea, gravem cum capite dentium patiens dolorem, crebra jugiter vexatione pulſabatur. Quæ cum ſitu terrarum à ſuis confinibus foret diſjuncta (illa utpote ex *g* Bovinienſi oppidulo in magnam *h* Goſtarath civitatem fuerat adventata, quo ſui remedium quæreret doloris) ab omni eſt conſolatione privata. Tandem quoniam auditu memoratis in finibus famam glorioſi Confeſſoris perceperat, votum illi vovens candelam ſpopondit, quod in propria dum repatriata fuit recepta ſanitate libenti animo tribuit. Ea itaque grandi cum candela adveniente, ingentem eam intuens ejuſdem cuſtos eccleſiæ, Theodoricus nomine, concupivit; matureque concupitam, arripuit; arreptamq; more ſolito, ſolitum carpens iter, ſolito in loculo reponere diſpoſuit. Verum quoniam promiſſum fuerat ab ejuſdem ſubminiſtratrice, ſe præfatam candelam non ablaturam; ipſe talis conſcius ſponſionis hanc accipiens, binoſque in gradiendo dirigens paſſus, repente à capitali dolore graviter corripitur. Nam in memoratæ præſentia adoptavit evenire ſuo capiti ſimilem dolorem, ſi quis hanc niteretur auferre. Quapropter ingenti cum feſtinatione accito clientulo, jam dictam candelam iterum accendit, accenſamque repoſuit, repoſitamque à ſe iterum proclamavit; & quam uſu temerario ſuam per violentiam perdidit, ſanitatem, ipſo opitulante confeſtim ſuſcipere meruit.

g h

à qua oblatam ex vota candelam

auferent monachus eumdem incurrit dolorem.

E

F

ANNOTATA.

a Capitales, *id eſt miniſtri præcipui & ſic identidem etiam in chronico invenitur; niſi legere malis* Capitulares, *qui jus ſuffragii in Capitulo habent, quo carent juniores; quod abbreviate ſcribi potuit, ut ſupra.*

b *In Arduenna hic pagus eſt, cujus caput* Marchia *vulgo* Marche en Famenne, *nomen antiquum & Cæſari notum, uti in ſuis Luceliburgenſis patriæ Antiquitatibus MSS. obſervat eruditiſſimus noſter Alexander Wilthemius: ſed ſcribentium imperitia* Fæmannos *in* Pæmannos *convertit. Quod non animadvertentes alii, voluerunt nominis antiqui veſtigium in vico* Pemont *reperire: toto autem Belgio erravit Petrus Divæus, cum* Pælandos, *noſtræ Brabantiæ populos, à Cæſare credidit intellectos: longe enim hi abſunt à Condruſiis & Eburonibus, quorum vicinos Cæſar facit* Fæmannos.

c *In Privilegio Lotharii* III *anno* 1136, *ipſum Monaſterium Walciodorenſe conſtructum dicitur in pago Lunnienſi. Cum igitur* Calvus-mons *hic dictus paucis leucis Walciodoro diſtet, ſitus inter Flarinas & eam quæ*

nunc

A *nunc dicitur Philippi-villam apparet dictum pagum hoc tractu fuiſſe: an autem nomitis adhuc ſuperſit veſtigium ignoramus.*

d *Breviarium ſecundum uſum monaſteriorum SS. Maximini, Willibrordi & Naboris excuſum prope Treviros an.* 1600 (*quale & Walciodorenſibus eſſe in uſu nemo dubitaverit*) *poſt Lectionem* VI *de Communi unius Confeſſoris, hoc proponit Reſponſorium,* Magnificavit illum in conſpectu Regum, & dedit illi coronam gloriæ: *Verſus autem ſubjungendus hic eſt*: Statuit illi teſtamentum ſempiternum, & beatificavit illum in gloria.

e Porina, *vulgo* Porén *in diœceſi Leodienſi, diſtat à Monaſterio media dumtaxat hora itineris, inter occidentem & ſeptentrionem tenendi.*

f Mentio *hic & alibi ſupra, idem quod* ſepulcrum *ſeu* monumentum.

g Boviniacum *vulgo* Bovines *aut* Bovignes *in Comitatu Namurcenſi, ex adverſo fere Dionanti, vix pluſquam horæ unius itinere Walciodoro diſtans.*

h *Vitioſe procul dubio ſcriptum eſt nomen: propendeo ut* Conſtantz *ſive* Conſtantiam *ſubſtituam, urbem Sueviæ magnam atque præcipuam.*

B

CAPUT III.

Æger quidam S. Forannani meritis ſanatus, naufragus ſervatus, Epilogus.

18 ET quia Angelo teſte honorificum eſt opera Dei revelare & confiteri, operæ pretium eſt, quid ad gloriam hujus Confeſſoris Chriſti poſt hæc contulerit, inferere lectioni. Diebus *a* Lotharii Imperatoris ex Saxonia nati, Alexandro præſule cathedram Leodicenſium gubernante, fuit quidam Frater, Goſelinus nomine, qui annos intrabat pubertatis, officium gerens Levitici Ordinis, à pueritia in hac domo nutritus ſub protectione Dei Genitricis, & poſtea Dei gratia Sacerdos factus, iſta retulit, quod ſingulis annis ex multo tempore in menſe Majo gravem infirmitatem & dolorem dentium & capitis patiebatur, ita ut noctes duceret inſomnes. Hic admonitus eſt, à præceptore & magiſtro ſuo Richero & à ceteris Fratribus & Dominis, qui ejus compatiebantur doloribus, & quibus datum erat videre miracula ſtupenda, quæ per Beatum Pontificem & Confeſſorem Forannanum operata ſunt divinitus, ut miſericordiam ipſius rogaret, quatenus de inſtanti malo & infirmitate, ejus ſanctiſſima interceſſione ab

C omnipotente Deo, veluti quam plures, liberaretur. Aſt ille nihil dubitans, ſed fideliter credens omnia poſſibilia eſſe credentibus, ad ſepulcrum egregii Confeſſoris concite cucurrit cum lacrymis & precibus: apprehendenſque linteamen, quo tegebatur Lipſanum venerabile, circa ſuum caput & faciem cum timore & reverentia cœpit aſtringere, talia orans. O beate pater Forannane! ô amice Dei dilectiſſime, columna & proviſor hujus eccleſiæ, mihi ultimo ſervo tuo miſerere, & laboranti in ardore & anxietate digneris ſubvenire: nam ut ſentio, & ut ait quidam, ſane dolor capitis dure coquit omnia membra. Glorioſe, ſi me ſanum reddideris, votum voveo, quod amodo reddam tibi candelam tantæ longitudinis nocte tuæ depoſitionis, ut caput meum in circuitu præcingere poſſit. Oratione completa, nullum doſorem vel ardorem in ſeipſo recognovit: & ſic ſurgens eadem hora, laudans & glorificans Deum, in conventu Fratrum incolumis rediit; referens quomodo ſanatus fuerit. Illi hæc audientes Dominum benedixerunt, & ſanctum Confeſſorem magnis laudibus honoraverunt.

19 Sic ſanus effectus, per annos quatuor votum, quemadmodum voverat, Deo Sanctoque perſolvit, & ſemper in ſanitate priſtina permanſit. Quinto vero anno contigit ut nocte denominata, oblitus ſuæ ſponſionis, gratia cujuſdam feſtivitatis, profectus in quamdam villam ſuæ nativitatis, quæ à monaſterio duobus miliaribus aberat, non interfuerit. Qui cum adveniente hora veſpertinali ſtaret in eccleſia ante altare Dei Genitricis, ſubito eum dolor maximus & cruciatus capitis & dentium arripuit, ita ut jam non valeret ſuper pedes ſtare; ſed incurvatus præ nimia anxietate, agnoſcens reatum ſuum, & ſe eſſe coram Sancto mendaciſſimum, hujuſmodi prece oravit ad Dominum: Domine Jeſu Chriſte, per pietatem tuam & per nomen tuum mirabile, mihi obſecro miſerere, & ne diutius patiaris in hac calamitate me permanere. Non habeo bonorum operum conſcientiam nec rectæ vitæ fiduciam, tantummodo in te eſt refugium meum: & idcirco ſuccurre mihi, per famulum tuum B. Forannanum: gloriоſiſſime Deus, ea quæ in eo deliqui fideliter ulterius corrigam, & ut ad locum noſtrum regreſſus fuero te largiente votum meum reddam. Et cum fletu caput ſuum adſtringens, & ſanctum Confeſſorem invocans de terra ſurrexit; & confeſtim dolor omnis & cruciatus aufugit. In craſtinum ad monaſterium reverſus, E cuncta quæ ei acciderant Fratribus enarravit, gaudium gaudio cumulavit, votum perſolvit, ſoſpes permanſit, Dominum in omnibus & ſuper omnia magnifice operantem benedixit. Hæc ita eſſe nemo dubitet: nam ab eo qui iſta paſſus eſt, ad laudem Dei & Confeſſoris iſtud veriſſime digeſtum eſt.

20 Ergo quia non poteſt abſcondi civitas ſupra montem poſita; ſed videtur ab omnibus; & quia non eſt locus ubi non eſt Deus; quomodo in longinquis partibus & ignotis regionibus mirificavit ſæpe nominandum Beatum Confeſſorem & Pontificem Forannanum Dominus, manum ad ſcribendum apponamus. Eſt quoddam oppidum in Saxoniæ partibus trans Rhenum, quod barbarico ſermone illius gentis Rhees *b* habet vocabulum, in quo loco memoria iſtius Sancti veneratur à multis, talibus manifeſtata indiciis. Quædam recluſa nomine Walburgis, apud nos unicum habens filium monachum, inibi ſolitariam vitam ducit: quæ quondam amore filii ſui aliquantis diebus nobiſcum manens, multa & ſtupenda miracula fieri vidit à Sancto & audivit. Quæ regreſſa ad propria & vitam amplectens contemplativam, quæ viderat & audierat, & quantæ virtutis eſſet S. Forannanus; amicis & propinquis & ceteris, ad locum in quo recluſa erat confluentibus, denuntiavit, & ut ipſum invocarent in periculis fidelis mulier admonuit: inter quos quidam nepos ejus mercator loquentem tam audivit, qui veno & empto inſudabat & curis hujus ſeculi. Hic ſumptis opibus & diverſorum ornamentorum varietatibus, mercandi gratia mare Anglicum cum aliis eſt ingreſſus. Continuo mare conturbatur, & navis conteri periclitatur; at illi in timore & anxietate & anguſtia mortis quæ imminebat conſtituti, clamare cœperunt vocibus magnis, & unuſquiſque peccata, quæ fecerant, confiteri. Illis vociferantibus ſubito navis demergitur, & non tantum pereunt navis & onus, ſed etiam homines quotquot erant, præter hunc ſolum de quo ſermo eſt habitus.

21 Quomodo autem evaſerit, vel cujus adjutorio ab illa dira morte ereptus fuerit, ipſe reverſus ad patriam hoc ordine poſtea retulit. Cum, inquit, navis periclitaretur, & nos omnes, qui intus eramus, timore vicinæ mortis, æſtuaremus; ego tandem memor verborum ancillæ Dei, quæ audieram de virtutibus & miraculis B. Forannani Eccleſiæ Walciodorenſis, coram omnibus lacrymatus exclamavi, O B. Forannane, ſi vera ſunt ea quæ de te audivi, te deprecor, ut

AUCTORE ROBERTO EX MS.

ob cujus neglectum recidivam paſſus,

& culpam agnoſcens,

denuo curatur.

a Monachus dentibus & capite dolens,

post votum annua oblationis ſanatur:

b Ex Reſensi recluſa.

F *miracula Sancti audit quidam ejus nepos,*

& naufragium paſſus,

eumdem invocat,

AUCTORE ROBERTO EX MS.

ut ab hac morte me liberare digneris, & ego votum pro ſalute mea dabo tibi, candelam videlicet ſecundum longitudinem corporis mei, in loco ubi requieſcis. Adhuc me talia perplurima orante, navis demergitur, & cum aliis in profundo maris triſtis & gemens ſum dilapſus. Deinde ut fuit voluntas Dei ſuper aquas confeſtim reſiliens, & ea, quæ cœperam, clamans, S. Forannane ſuccurre mihi, tunc ecce onus proprium, in quo omnia mea colligaveram quæ habueram in navi, inter brachia mea devenit. Quod cum tenuiſſem meum eſſe cognoſcens, & adjutorium Dei & Sancti ſuper me ſentiens, ex inſperato ad ſpem redii, & ſic natando pedibus, tenens onus inter manus, ad littus uſque perveni; laudans Deum & Sanctum benedicens in ſalvatione mea in mirabilibus maximis. Talia ille homo de ſeipſo referens, votum quod voverat ad locum noſtrum non multo poſt per fidelium manus tranſmiſit, à quibus ea quæ narravimus ita eſſe facta à Sancto audivimus.

atque ſalvatur.

Hibernus quidam,

22 Hæc ſunt divinæ operationis prodigia, quæ Chriſtus nobis per dilectum famulum ſuum Forannanum, condecorando ſuæ manſionis habitaculum, indeſinenter manifeſtat: quæ ſi omnia ſcriptoris articulus exararet, dies ante quam ſermo clauderetur. B Igitur venerabilis cultor Dei Forannanus digne venerandus eſt ab omnibus, quoniam, ſicut cujuſdam idonei didaſcali narratione fideli percepimus, terra ſuæ nativitatis eximiis per eum decoratur miraculis & honoribus. Retulit enim ille nobis, quemadmodum habitator loci, quod maximæ honorificæque in Chriſti ejuſque nomine, in ipſius provinciæ confinio, de qua egrediens ad nos pervenit, conditæ ſint baſilicæ, *c* in quibus fidelis Chriſto deſervit monachorum clericorumque chorus quotidie.

dicit etiam in patria varias, eccleſias ei dicatas haberi.

c

23 Veneremur igitur, dilectiſſimi, noſtrum venerabilem Patronum, totaque mentis intentione amplectendum Forannanum: quoniam hujus mundi ſpernens appetitus, lucernam accendit, non ſub modio, ut in præfato compendioſe prælibavi procemio; ſed ſuper candelabrum figens, & ſpargens in domo radios ſui ſplendoris, toto innotuit mundo. Quid igitur modii præfiguratur nomine, niſi commoditas humanæ vitæ? Hic ergo lucernam ſub modio tegere ſprevit, quando quæſtus humanos velut peſtem devitavit. Super candelabrum vero poſuit, cum curam prædicationis corpori antetulit. Hic ſi qua ex Ægypto attulit, Ægyptiæ cum pallio reliquit; veſteque nudatus, expeditis virtutibus Chriſti veſtigia dignoſcitur eſſe ſecutus. C Quid plura? Ad debellandos hoſtes humanos, non roſis purpureiſque violis, agoniſta fidei proceſſit; ſed tubas in dexteris, lagenas vero in ſiniſtris conſtanter bajulavit. Gladio ergo verbi Dei lumbis ſuis præcinctis, tubarum bajulus in dextris extitit; quia verbo prædicationis animos pravorum, ſpreta via erroris, ad viam veri luminis promulgavit: lagenas autem in dextris tulit, quia quamvis effuſione proprii ſanguinis minime ſuccubuit, gloria tamen martyrii nullo modo credimus privari: tubis namque prædicatione ſonantibus, lampades emicuerunt: quia poſt ſolutionem glorioſi Confeſſoris miracula non modica coruſcaverunt. Hinc non immerito aſſignari poteſt, quod quidam Prophetarum de ſanctis Prædicatoribus ait, Deſcenderunt mare in navibus, *d* depredantes alienas naves & mare. Mare namque ſua in navi ſanctus Domini deſcendit Forannanus, quia hoc in ſalo humanæ vitæ poſitus carnis compeſcuit luxus; tuniciſque pelliciis privatus, veſte linea, nil in ſe mortis habente, eſt indutus, ſponſo Chriſto occurrens lætabundus. Deprædantes alienas naves & mare: alienarum navium deprædator maris exſtitit, quia quoſque peccatores & incredulos mole peccatorum, quaſi quadam veſte circumdatos, verbo ſuæ prædicationis ſpoliavit veſte, ſtolaque immortalitatis non nudos ſed veſtitos reddidit, dum ſuum atrium ipſe ab incurſibus dæmonum fortis agoniſta ſervavit illæſum. Ipſum ergo, quem tantis talibuſque à Domino ſcimus decoratum muneribus, fideliter deprecemur, ut ipſe qui finem probabilem ſine ambiguitate habuiſſe cognoſcitur, ad certum finem, qui Chriſtus eſt, nos ſua dulci deprecatione perducere dignetur; ſicque ſtudeamus diligere proximos, ut latum etiam inimicos diligendo adimpleamus mandatum; & ita ad regna illius perveniamus, qui vivit & regnat per ſecula ſeculorum Deus. Amen. D

Epilogus,

diverſa Sancti encomia complectens.

d

ANNOTATA.

a Lotharius *Henrico V ſucceſſit circa an.* 1125, *obiit* 1137: Alexander *vero Epiſcopus Leodienſis creatus fuit anno* 1128, *& obiit* 1135, *juxta Fiſen.*

b Rheſa, *opppidum Clivia inter Weſaliam & Embricam.*

c *Verumne id ſit, an vero gyrovagus aliquis Hibernus, gratiam & alimoniam captans apud Walciodorenſes, id commentus fuerit, dijudicent Hibernicarum eccleſiarum & monaſteriorum peritiores. Miror ego inter tot Hibernica nomina, in Colgani indicibus relata, nuſquam* Forannani *nomen occurrere, cum alia pluries repetantur; & ſubinde vereor, ne peregrinitatis aliquid in Belgio attraxerit, quod Hibernis eſſet* Flannanus; *cujus nominis Sanctos & eccleſias eis dicatas, ſed abſque ullo ad hunc noſtrum reſpectu, facile erit invenire.* E

d *Neſcio qua verſione hic auctor utatur, ſæpe à vulgata diſcrepans: ad hunc vero locum nihil invenio quod accedat, præter verſum* 23 *Pſalmi* 106, Qui deſcendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis.

ALIA ACTA

Ex perVetuſto Chronico VValciodorenſi MS.

PROLOGUS.

Ad poſterorum utilitatem,

1 SPectat ad communem utilitatem & futurorum temporum firmam ſtabilitatem, ſuccedenti progeniei fideliter ſcribere præteritarum atque præſentium rerum certitudinem; eique virorum illuſtrium intimare prudentis diſcretionis rationem, & eorumdem dignam inclytamque ſagacis virtutis operationem. Etenim cum talis deſcriptionis ſtudio atque hujus dignæ recordationis revolutione fit incendium ipſius diuturnæ meditationis, quo ſuccedens propago indeſinenter inflammatur, & generalis etiam proborum omnium ſucceſſio ipſa meditatione & ſapientum actuum recordatione ſolidatur. Propterea deliberamus futuræ poſteritati intimare hæc, quæ antiqui & virorum proborum induſtrii veriſſima certiſſimaque relatione nobis reliquerunt, & auctoritatibus prudentis deſcriptionis ea confirmantes, plurima in noſtris archivis recondiderunt. Sed cum non uniformi materia ſimul compaginata continentur, generat quoque tædium circuitus & revolutio diverſarum auctoritatum inveſtigatoribus ſuis. Ut igitur quibuſque ſimplicibus hæc pateant manifeſtius, quamquam opere & ſermone me ſegniter mei interioris ſpiritus tarditas incedere coarctet, in unius compaginationis ſerie ea reſcribere & fideliter ſuccedentibus compoſita cenſuimus relinquere. Nec quis hoc in opere luculentæ verboſitatis curioſa meditatione inveſtiget ornamentum, ſed potius reſpiciens compoſitoris ambitionem, reperturus futuræ poſteritatis utilitatem, meditando nobiſcum ponat ſupercilium, ſi noſtræ partis ſe recognoſcit F

colliguntur in unam hiſtoriam antiquæ monaſterii monumenta.

A gnoſcit eſſe uterinum filium. Non enim opinioni meæ facile aurem accommodans credendo obaudivi, ſed, ceu prætatus ſum, majorum deliberavi parere dignis dictis, revolvens opiniones eorum: & ſic titubationis obſtaculum à nobis ablatum, & anceps ſententia remota eſt à noſtro pectore, eorumdem majorum ſermocinatione & ſcripturarum auctoritate.

de ejus fundatione, 2 Et ne inanis & infructuoſus noſter labor videatur, nitimur oſtendere ſucceſſoribus noſtris qualiter in loco Walciodori, miro pulchritudinis ædificio, baſilica venerabilis Genitricis Chriſti à nobili Comite Eilberto ſit conſtructa, qualiterque ex proprio hereditatis jure eamdem eccleſiam fideliter dotaverit, & qualiter conceſſa apoſtolicis & regalibus teſtamentis juri ejuſdem baſilicæ & dominationi *Abbatibus,* ſubjecerit. Nitimur etiam oſtendere poſteris, quid quiſque in eadem eccleſia Prælatus ſecundum ſui temporis curſum operatus fuerit; atque per longæ vetuſtatis ſucceſſionem, eccleſia in cujus Abbatis tempore augmentum amplificationis habuerit, & cujus prælationis tempore detrimentum diminutionis ſuſtinuerit. Diſpoſuimus etiam revelare & fideli relatione comprehendere, quid à quibuſque induB ſtriis & nobilibus viris, poſt donum & largitionem venerabilis Comitis Eilberti conſecuta fuerit, & ſub *atque ſucceſſoribus,* cujus Abbatis tempore commutationem, eleemoſynam, donum vel emptionem aut egerit aut acquiſierit, à quibus etiam perſonis, loca deſignantes & nomina, præfatæ confirmationes auctorizatæ ſint.

Deipara adjuvante, 3 Sed quia ariditas noſtri pectoris, ſine irrigatione almi fluminis, minus in hoc opere, quod expetit, per ſe nequit comprehendere, ipſam advocatricem noſtram, Beatam videlicet Mariam, in cujus honorem hæc adorti ſumus, imploremus; ut ex ſuperni fontis rore, interventu ſuæ adminiculationis, ſtillicidium ſuper nos dignetur dimittere ſpiritualis innovationis: quatenus cæleſtis flatus repletus ſpiramine, fideliter ſuccedentibus queam fidelem rationem relinquere. Auxilientur nobis orationibus ſuis deprecationes ſuorum fidelium, ut exordium præſentis operis ducatu almi flatus ſuccincte & fideliter tranſeundo, ad certum finem valeam adducere, & inchoatum fideli relatione terminare

4 *Hactenus prologus, quem ſequitur Chronicon, ex quo ſolum ea hoc loco dabimus quæ S. Forannanum ſpectant; atque utinam ab interpolationibus tam facile diſcernenda, quam facile ex prologo animadvertitur eum non eſſe primi auctoris,* C *qui tam multa quam hic promittuntur non præſtitit; ſed continuatoris, qui circa annum* MCCL *floruit. Hujus etiam eſſe videtur tota pars prima de Genealogia Comitis Eilberti, qui* *Omittitur Eilberti genealogia ſuſpecta,* *dicitur Ebroini Comitis filius, habuiſſe attavos Comitem Nainmericum Narbonenſem, & Ermengardem Comitiſſam ſororem Bonifacii magni Principis de Papia: ſed turpi mox anachroniſmo idem Ebroinus aſſeritur quibuſdam feudis in Condruſio & Fameuna ditatus à Ludovico Rege*, ex Caroli magni proſapia ultimo, *qui ſolum regnare cœpit novennio poſtquam, juxta hoc ipſum chronicon, vivere Eilbertus filius deſiit. Inter ſeptem porro filios Ebroini (quorum primogenitus Eilbertus fuerit; ultimus Marcuardus Epiſcopus, omnibus Epiſcoporum Gallicanorum catalogis ignotus) tertio loco numeratur Heribertus, Veromanduorum Comes, quem alii paſſim à Pipino Italiæ Rege, Caroli magni filio, diverſiſſima generationum ſerie deducunt. Deinde deſcribitur quomodo iidem fratres, ulturi ſe de quodam Remenſi Canonico, qui pretioſum monile pro equi generoſi pretio acceperat pignori, & pretio exhibito pignus apud ſe eſſe negabat; Remenſem urbem aſtu ceperint; atque ut fugitivum hoſtem in ſuam redigerent poteſtatem, eccleſiam incenderint; Regemque Carolum, cum exercitu ad ſcelus vindicandum venientem, prælio vicerint, captivumque Peronæ habuerint anno* DCCCXXII; *donec reſtituto monili pax compoſita & Rex honorifice dimiſſus eſt: qui tamen injuriæ ſibi factæ memor, poſt Heriberti mortem permiſerit, ut Rodulphus quidam Cameracenſis Comes invaderet poſſeſſiones filiorum Heriberti. Hunc vero poteſtate accepta uſum, incendiſſe oppidum S. Quintini ubi cum monaſterio ſuo conflagraverit mulier nobilis ibidem converſa, Eilberto Comiti quondam dilecta, & ſub matrimonii ſimulatione facta ex eo mater cujuſdam Berneri; qui adultus Rodulphum ſingulari certamine occiderit, ſed brevi poſt etiam ipſe obierit in flore juventutis. Quæ omnia Romanciæ cuidam nobili, quales circa præcipuarum quarumque familiarum exordia adulatorum vanitas fabricavit, ſimiliora ſunt quam hiſtoriæ. Certe, circa captivitatem Caroli Simplicis alia omnia habemus in certioribus hiſtoriis: nempe, Haganonis nimis apud Regem potentis odio inductos Principes (quos inter fuit Heribertus) eodem ejurato ſubſtituiſſe & coronaſſe Robertum: pro quo pugnantes anno* DCCCCXXIII *amiſiſſe quidem Regem ſuum, victores tamen remanſiſſe & fugato Carolo elegiſſe Rodulphum, Ducem Burgundionum atque ad regnum evexiſſe. Tam ſimplicem nihilominus fuiſſe Carolum, ut promiſſis Heriberti deceptus ſeſe ultro eidem crediderit; qui poſt mutatam aliquoties cuſtodiam Peronæ eum incluſit, & detinuit uſque ad mortem, quam obiit anno captivitatis ſuæ ſexto. Interim idem Heribertus, qui filium ſuum quinquennem curarat Remenſem Epiſcopum eligendum, ſub tutelæ ſpecie civitatem occupavit. Omitto quæ poſt ſecuta ſunt, quibus con-* E *tinentur bella ex his cauſis nata variique ſucceſſus: ſolum dico nullam uſpiam Rodulphi Cameracenſis, nullam Berneri mentionem occurrere; qui ſi fuit aliquis ex Eilberto natus, mors ejus immatura potuit ſane moviſſe patrem ut proprio carens herede, fundandis monaſteriis inciperet intendere: qua de re videmur aliquid poſſe credere auctori hujus Chronici, atque hæc excerpere, Walciodorenſem fundationem aliaſque priores concernentia. An autem in Hereberti ſcelere partem aliquam habuerit Eilbertus, quam potuerit pœnitentia ſua expiare, non habeo unde affirmem vel negem. Remenſis eccleſiæ incendium vereor ne fabula ſit, cum ejus uſpiam Flodoardus meminerit.*

EX CHRONICO MS. *& occaſio conditorum monaſteriorum fabuloſa.*

CAPUT I.

S. Michaelis aliorumque cœnobiorum ac demum Walciodorenſis fundatio & pia fundatorum vita.

5 COmes Eilbertus, nobilium artium ſuper omnes ſui generis coævos aggrediens conamina, induſtrius, ſtrenuus, & vir bellicoſus effectus eſt, in tantum ut ex ſuo proprio, ad evitandos caſus incertos, adhuc primævus ſeptem extrueret caſtra.... F Poſt hæc variis pulſatus infortuniis, reminiſcenſque juvenilis converſationis exceſſus, ſuæ intentionis *Conditur cœnobium S. Michaëlis in Tiraſcia,* actionem ad Dominum ſuppliciter convertit; & in ſtudio iſtius bonæ voluntatis, ex ſui juris proprietario, una cum ſua clariſſima conjuge Herinſinde, Archangeli Michaelis ob honorem in Tiraſce baſilicam condidit, eoque in loco ſub tramite B. Benedicti Deo militantibus coadunatis fratribus, ipſis Abbatem præficiens, ad uſus quotidiani victus ſtipendia conſtituit non modica, locumque illum ſubditione & ordinatione Laudunenſis eccleſiæ Antiſtitis conſtituit. *a* Venerabilis autem Herinſindis conjux ejus, *a* Chriſto in eodem loco famulantibus ſe *b* ſubjiciens, *b* pietatis gratia ipſum frequentare cœpit, & non ſegniter ſecundum ſuæ probitatis ſublimitatem eidem ſtuduit res neceſſarias providere. Et quia præconabatur manſiunculam proprii corporis ſibi ibidem fieri, haud procul ab eodem loco virginum monialium monaſterium conſtrui à præfato Comite ſumma ſolicitudine curavit: quatenus ipſe, qui principali præpoſito cæli ductorique animarum ſancto Archangelo Michaeli ſacræ ædis erexerat faſtigium; beato Petro paradiſi clavigero, ſuo adniſu proprioque labore componeret

EX MS. componeret venerabile templum, quo Chriſti famulæ ſuarum orationum frequentiâ piacula ſuorum præteritorum facinorum expiarent. Coactus itaque ejus deprecatione, necnon B. Petri veneratione, à monaſterio recenter ab hoc conſtructo, in ſpatio duorum milliarium, in loco dicto *c* Bocileis fundamenta jecit; erigenſque, ſtructuram peracto opere ſtatuit templum, in quo ab eodem conſtituitur virginum monialium congregatio, & quidquid talium ordo exigit. Conſtructis autem per ordinem manſionibus plurimis, eiſdem dato paſtorali baculo Abbatiſſam præfecit, eumdemque locum, veluti ſuperiorem, ſub regimine Laudunenſis eccleſiæ Præſeſſoris *d* conſtituit. Igitur veluti ſacra profert ſententia, Juſtus quo magis juſtificetur de virtute in virtutem creſcere ſtudet, ad opera miſericordæ iſte venerandus Comes totum ſe contulit, patrimoniumque ſuum tuto in loco conſtituere nitens, locupletis honoris dignitate miſericordiæ matri, Beatæ videlicet Mariæ, egregiam conſtruxit baſilicam, villam que Humblires, quo fundata fore videbatur, eidem monaſterio ſubjiciens, magnis illud ditavit prædiorum honoribus. Ex prædicto ſane patrimonio ſuo eodem tempore tria cum ſuperioribus monaſteria conſtruxit, quibus tantum de prædiorum reditibus delegavit, quantum ad uſus neceſſitudinem ſufficienter ſufficere videbatur, in eiſdem penſum ſui famulatus Deo exhibentibus.

& juxta aliud virginum S. Petri *c*

d

tum eccleſiæ S. Mariæ in Humblires

6 Ordinatis tandem monaſteriis, atque regulariter ſecundum inſtitutionem Divi Benedicti vivere paratis, in eiſdem coadunatus Fratribus; ut in rigore ſui tenoris norma juſtitiæ magis convaleſceret; eadem loca ſub ordinatione & protectione Abbatum, juris dans definitiva privilegia fore conſtituit; ſicque idoneis ſucceſſoribus & filiis ſpiritualibus, qui ſua valerent metere carnalia & ſibi ſerere ſpiritualia, dereliquit copias hereditatum. His ſecundum quantitatis ſuæ dominium & magnificæ auctoritatibus principalem honorem, ſicut decebat ſuæ nobilitati, congrue & prudenter omnibus compoſitis, horum operum finem fecit, & ſe totum divinæ contemplationi ſerviens Deo ſubdidit. Tempore illo dum die quadam in caſtro quod Florinis *f* conſtruxerat reſideret, ſuæ actionis tranſactum tempus rememorari cœpit, & tacitus inter ſe revolvens, quid ex Remenſi S. Mariæ baſilica actum ſit, illud temerarium facinus non parum horreſcere cœpit. Enimvero rememorando cœpit meditari, ob ſeptem caſtrorum propugnacula, ſempiterna ſibi fieri municipia maledictionum. Deliberavit quoque ut hæc maledictionis ſtructio per benedictionis antidotum remediaretur: conſtruxerat enim ſeptem maledictionis domicilia, ex quibus ſeptem benedictionis & Spiritus ſancti habitacula facere deliberavit. Et quia plerumque in ſacro eloquio deſignatur univerſitas ſeptenario numero, ut non particulariter ſed plenarie legem divinam videretur implere, & ex rivulo ſeptiformis Spiritus ſtillicidium ſpiritualis innovationis, gratiâ ejuſdem Spiritus ſancti, meretetur in ſe multiplicare; ſenario numero conſtructarum eccleſiarum, ſeptimam, ob honorem genitricis Dei, & in recompenſam deſtructæ Remenſis eccleſiæ adjecit.

f

denique ſeptimum,

7 Deſcripturi vero loci qualitatem, in quo ſtructura eſſe dignoſcitur, primo videamus ex ſilveſtri & nemoroſo qualis factus fuerit, & ex informi & obliquo in quantam venuſtatem tranſierit. Tempore autem illo locus iſte erat inhabitabilis, excepto quod domus Comitis inter denſitatem nemoris paulo minus conſtabat inviſibilis, quo ſecundum diſcretionem ſui corporis remotis à ſe plebibus frequenter morabatur ſolitarius. Habitatio enim generalis in loco dicto Prireriis *g* tunc erat, ubi eccleſia habebatur, & communes habitantium neceſſariæ res prudenter & congrue more oppidi erant compoſitæ cultu honorabili. Caſtrum autem ejuſdem oppidi non longe ab eodem loco erat circumſeptum congruis munitionibus, quibus cuneus adverſæ partis procul pelleretur plenarie, ſi ejus habitatores infeſtatione alicujus moverentur, ſicut municipatus ejus quo ſtetiſſe dignoſcitur uſque in præſens tempus monſtrant veſtigia. Congregatis itaque manualium operum artificibus, nemus propter domum ejus ſuo præcepto eo tempore ſuccciditur, & paulatim ex obliquo & inhabitabili, decoratus locus redditur atque ſalubris. Hinc ut res exigebat, omnibus prudenter acquiſitis quæ neceſſitudinibus forent apta ſuccedentis operis, coadunatiſque lapidum atque lignorum gnaris artificibus, juxta domum ſuam templum conſtruxit, circa quod commodæ habitationes artificum induſtria componuntur, & ſpiritualium Fratrum habitaculum clauſtrale compaginatur.

g

Walciodorum conſtruitur

in loco ſolitario,

8 Anno ſiquidem ab incarnatione Domini nongenteſimo quadrageſimo quarto, anno regni Ottonis primi *h* nono, à comite Eilberto jacta ſunt ſupradicti templi fundamenta, & in ſpatio trium annorum venuſto opere conſummata ſunt omnia. Cumque regulariter omnia per ordinem conſummaſſet, quo nunc cœmeterium fratrum eſſe videtur, eccleſiam in S. Patricii *i* honore conſtruxit, & ſic prudenter & honeſte cum opere memorato cetera conſummavit. Conſtructo tandem ſecundum nobilitatis ſuæ quantitatem templo, utilitati ſuccedentium Fratrum prodeſſe deſiderans, caſtrum ſuperius memoratum diruit, & villam quæ in ſuo confinio erat ſita & ſibi ſubjacere videbatur, exinde juſſit auferri, & juxta monaſterii habitationem iterum reparari. Tempore autem illo ſolicite meditari cœpit, qualibus incrementis eccleſia per eum & quomodo multiplicaretur, & religionis cultus in ea dilataretur, & ſui juris libertatem retineret, & ſempiternæ benedictionis ſibi nomen acquireret. Tandem ſalubri inito conſilio, Regem memoratum adiit, & ei conſilii ſui ſecreta pandens, & totam ſuæ actionis intimans intentionem, gratiæ ſuæ auxilium in præſenti negotio affore precatus eſt ſibi. Itaque mutua ordinatione Regis pariter & Comitis decretum eſt, ut quidquid ab utriſque partibus donationis & muneris ſupradictæ eccleſiæ conferretur, Regis protectione & auxilio tueretur à die illa & deinceps; & non ſolum rerum præſentium donativum, verumetiam quicquid ei ſuccederet oblatione fidelium.

h

anno 944.

i

confirmante Ottone I.

9 Conſtituta autem eccleſia ſub Romanæ majeſtatis Imperio, ab eodem Romano Rege donum inveſtituræ ipſius loci & Abbatiam præfatus Comes accepit: & deſignatis rebus quæ ab eodem eccleſiæ conferebantur (ſequens enim ſermo hæc omnia declarabit) providentia ejus, urgente Regis cenſura, per viginti tres annos ſuſtinuit *k*. Deinde ordinatione mutua, quicquid in Antina *l* & Heidra pater ſuus Comes Ebroinus à Rege Ludovico *m* feodali dote acquiſierat, poſuit; & in præſentia ipſius Regis, prædictorum fiodorum ſpoliavit dignitate, ea conditione, quatenus uterque conſenſus Regis & Comitis, hoc eſt Regis conceſſio & Comitis datio, Regali decreto firmaretur, & hæc liberalis commutatio ſine ſcrupulo tranſiret in legitimam poteſtatem perpetuamq; poſſeſſionem eccleſiæ Walciodorenſis. Ipſe vero Comes quæ eidem Abbatiæ ab eodem conferebantur ibidē replicavit, & deſignatis nonaginta quinque terræ manſibus, culturis decem & novem, & pratis plurimis & villis decem cum magnis reditibus & eccleſiis earum, & cum ingenti familia, & ea quæ propter

E

F

k.

l

m

& magnis dotatur poſſeſſionibus.

propter difficultatem computandi (quoniam alias pleniter annumerata continetur) referre diſtulimus, oſtendit, & omnia ſub regalibus teſtamentis aſſignavit. Deinde non mediocriter circa locum curioſitatem ſuæ actionis appoſuit, ſed & monile *n* ſuperius memoratum, quod ſeditionis & controverſiæ quondam cauſa fuit, & pro quo multa incongrua acciderunt, dedit eidem eccleſiæ, & inter alia ornamenta, ipſum in ea præcipuum & excellentius præcepit in perpetuum per ſuccedentia tempora non ſegniter cuſtodiri.

Herinſinde mortua

10 In tempore illo Comitiſſa Herinſindis, piis operibus inſiſtens, & in ſancta converſatione de die in diem proficiens, memoratæ Baſilicæ B. Michaelis Archangeli aſſidue frequentando adhæſit; in qua haud multo poſt carne depoſita ſepulturæ conditorium ſuſcepit. Poſt mortem vero ejus venerandus Comes, die & nocte in lege divina meditans, & pretioſas baſilicas, ſapientia ſua Deo dicatas, frequentando circumiens, & ex conſilio ſuo adminiculationem & ſolatium illis impendendo adminiſtrans; adhærere Deo ipſique ſervire toto mentis affectu diſpoſuit, & agonizando certamen contra inviſibilis hoſtis verſutiam arripuit; ſibique propugnacula, quibus fraus & deceptio tentatoris invidi demoliretur, compoſuit, caritatem videlicet & quæ ex ejus radice prodeunt virtutum inſignia. Cum vero talibus hoſtiis diuturna meditatione ſeipſum mactando ſacrificaret Deo, ſurrexit adverſus eum proximorum multitudo, qui impetu uno ſimul conglobati, ei ſuggeſſerunt terras ejus nulla eos ratione pati poſt ſe exheredari. Cum igitur importunitati eorum quodammodo cedere cogeretur, competentem genere & dignitate illi quæſierunt uxorem, cui iterum conjugali contubernio adhæſit. Verum deliberatio humani molimînis, nil valet contra decretum conſiliumque divinæ majeſtatis: eademque conjuge ſterili permanente, vixit abſque liberis.

Comes aliam uxorem ducit.

ANNOTATA.

a *Reſtaurati ab Herſinde (ſic enim nominatur in Actis S. Cadroë) monaſterii diploma, ad annum 945 citant Sammarthani: quo fere tempore eodem appulerunt SS. Macalanus & Cadroë eorumque ſocii: & Maccalanus quidem, poſtquam Benedictini inſtituti diſciplina imbutus apud Gorziam fuiſſet, primus Abbas conſtitutus eſt ſub Epiſcopo Laudunenſi Rodulfo* II.

b *Sic tamen ut à conjuge non recederet, more iſtis temporibus uſitato, quomodo nunc aſſumuntur Tertiarii ſub quavis probata religione, ut ſupra hoc die dictum ad Acta S. Indaletii.*

c *Qui locus hic* Bocileis *dicitur, eum putamus in mappis* Buſſily *dici, medio inter Vervinum & cœnobium S. Michaelis itinere: & quadrat diſtantia adnotata duarum leucarum.* Buciliacum *vocant Sammarthani, & fundatores faciunt Elbertum atque Gertrudem, Veromanduorum Comites, ſub Bartholomæo Epiſcopi Laudunenſi, qui anno* 1113 *confirmavit chartam fundationis, ſeu, ut alibi loquuntur, privilegia. Sed hujusmodi Comites illo tempore nullos agnoſcit Hiſtoria Veromanduorum: ſuſpecta igitur charta illa eſt.*

d Præceſſor *hic & infra idem eſt quod* Præſul.

e *Humolarium vulgo* Humblieres, *ſub ipſos pene Auguſtæ Viromanduorum muros ſitum monaſterium, ante annos* 300 *erectum, anno* 948 *reformatum dicitur, ſub Abbate Bernero: vereor autem ne hæc reſtauratio potius ad Albertum tunc Comitem S. Quintini ſpectet, quam ad noſtrum Eilbertum: quod idem forte ſentiendum de ſequentibus tribus innominatis monaſteriis, hoc ſcilicet eodem tempore, ſed ab aliis fuiſſe condita vel reſtaurata.*

f Florinæ, *vulgo* Florennes, *oppidum Hannoniæ, tribus leucis diſtans Walciodoro.*

g *Ms. recentius* Priezeriis.

EX CHRONICO MS.

h *Pater Ottonis, Henricus Auceps, Rex Germaniæ, obiit anno* 936 *initio Iulii, à quo uſque ad ſequentis anni Iulium numeratur* 1 *annus Ottonis & ſic deinceps ad Iulium anni* 944 *qui inchoavit annum* 9 *Ottonis: adeo ut ad adultam ejuſdem anni ætatem referri debeat hæc fundatio.*

i *Hinc colligas monaſterium fuiſſe pro Scotis ſive Hibernis fundatum, conſilio veroſimiliter Maccalani, qui videbat in ſuo S. Michaelis monaſterio non apte indigenis miſceri advenas: ipſe autem utrique loco communiter Abbas præeſſe juſſus, Walciodoro Præpoſitum dedit S. Cadroë: deinde ipſum Abbatem ſuo loco fecit. Hic vero Metas invitatus ad novam monachorum Scotorum coloniam iſtuc Walciodoro ducendam, ceteris quos in loco dimittebat præfecit Abbatem, ſub quo collapſa diſciplina reſtauratore Forannano indiguit, uti ad vitam S. Cadroë plenius eſt explicatum.*

k *Non tamquam Abbas (quippe qui tum conjugatus erat & poſtea uxorem ſecundam duxit) ſed tamquam Patronus: quod tamen non videtur auctor diſtinxiſſe, ideoque non fuit ſolicitus ut veros Abbates inveniret; quos jam demonſtravimus.*

l *Media inter Namurcum & Hujum via ad Auſtralem Moſæ ripam notatur* Anden *Abbatia, quæ tunc vicus fuerit,* Antina *dictus; quæ hic autem vocatur* Heidra, *eam puto in tabulo corrupte, ut plura alia, ſcribi* Henre, *ſeſquileuca à noto Famennæ oppido Marcha.*

m *Hic quoque addebatur ineptum gloſſema*, ex Caroli magni progenie ultimo: *credo autem deſignari Ludovicum Balbum, aut filium ejus Ludovicum* III, *qui ab anno* 878 *uſque ad* 882 *regnaverunt.*

n *Scilicet ut mitto dicitur*. Beryllus, ſculptum retinens, qualiter in Daniele Suſanna à judicibus ſenibus male criminata ſit, *quem S. Eligius Clotharii* II *juſſu incluſerit auro, & adduntur hi verſus:*

Egregiæ gentis Rex Anglicus hunc dedit illi,
Quem fore ſperavit gratum, dans plurima gratis,
Inter quæ, dantis, placuit ſibi portio talis

o § *Hic in Chronico alium habebat locum, ſcilicet ante* § 19, *ubi cum dicendum eſſet, quod Comes paulo ante mortem heredes inſtituiſſet ſuos ex ſecunda uxore privignos, occaſio ſumpta eſt referendi mortem primæ uxoris: quam quia omnino credimus diu ante S. Forannani adventum contigiſſe, cum adhuc vegetus Eilbertus gignendorum ex ſe liberorum ſpem facere poterat, ideo mutavimus ordinem, & inde excerpta huc tranſtulimus.*

CAPUT II.

Adventus S. Forannani ſub quo monaſterium Metenſi Archiepiſcopo ſubjicitur & Haſterienſis cœnobii acceſſione augetur.

11 TRanſacto viginti trium annorum curriculo *a*, ex Scotiæ partibus Angelica juſſione admonitus venerabilis Archiepiſcopus Forannanus, proprium relinquens ſolum, locum decoræ vallis ab Angelo ſibi deſignatum quærens, cum duodecim comitibus advenit, advenienſque venerabili Comiti obviavit; à quo requiſitus quo tenderet, ei mox Angelica deſignavit indicia, & ſic cum maximo honore ab eodem Comite in jam prædictum deducitur habitaculum. Ejus ſane adventum ſuſceptioniſque obſequium in quanta veneratione à Comite & ab omnibus patriotis habitum ſit, qui pleniter ambit cognoſcere, librum geſtorum ejus legat, ibi enim ſufficienter hujus rei indaginem reperiet. Ingreſſus enim habitaculum; haud multo poſt *b* uterque, Comes & vir Dei, præſentiam Regis adiere, quo Comes donum & inveſtituram Abbatiæ depoſuit, & precibus apud Regem *c* obtinuit quatenus ex jam dicto dono, Dei cultor ab eodem Rege inveſtiretur. Cognita autem ſanctitate vitæ ipſius

a *Forannanus cum ſocii ex ſcotia veniens*

b

c *Abbas conſtituitur*

EX CHRONICO MS. ipſius & morum integritate comperta, Rex libens annuit Comitis petitionem, & ſuppliciter devoteque ſancto viro præſidium ſui obſequii & conſilii affore pronuntians, nec non & ſe in orationibus ejus undique commendans Palatinorum donum & Abbatiam ex procerum decreto tribuit, & decretis Regalibus ſtatuit, ut eadem Abbatia, abſque ſcrupulo alicujus controverſiæ, omni deinceps tempore Regali & Imperiali protectione tueretur. Et ut hæc conſtitutio fixa, & inconvulſa, & immobilis permaneret in ſempiternum, de villa ſcilicet Heidra & ex indominicatis beneficiis nonam ſibi retinuit, & in monumentum regalis decreti, ne per ſuccedentia tempora Abbatiæ deeſſet Imperialis protectio, in Aquenſi eccleſia quotannis juſſit perſolvi. Quapropter decretum ibi eſt judicio procerum de curia, in ejuſdem Regis præſentia, quatenus Major domus, videlicet Præpoſitus de Eccleſia S. Mariæ quæ eſt Aquiſgrani, cum ceteris valentioribus Canonicis, pro eadem Abbatia tempore tribulationis ejuſdem Abbatiæ cauſidici aſſurgant; & importunitatem ejus, ſicut & ſuam in præſentia Regis & Principum, ubicumque præfatus Rex fuerit, præferant. Tandem regreſſus à Rege Dei cultor, cum
B ſuis comitibus locum cœpit incolere, & ſecundum Angelicum reſponſum Vallem decoram nominare: quod nomen ſicut uſque nunc vulgariter permanet, quidam male opinantur tractum à quodam Tiſiodoro, qui (ut aiunt) ipſam vallem inhabitaverit. Sane non ex Tiſiodori nomine Walciodorus dictus eſt, ſed ex Angelico præconio, qui eum vallem decoram appellavit, Walciodorus, ideſt, quaſi vallis decora nominatur: quippe quæ olim inculta, arborumque & veprium denſitate obruta, erat præfati Comitis Eilberti induſtria ſic ſpecioſo decore donata. Ab ipſis enim Scotis, ſecundum idioma linguæ ſuæ & noſtræ, ipſum nomen non potuit aptari; ſed ſicut dictum eſt, ipſum Walciodorus, id eſt, quaſi vallem decoram nominaverunt, ſecundum proprietatem utriuſque linguæ. *d*

sub Imperiali protectione:

d

Deodericus Metenſis Epiſcopus:

12 In diebus illis in Metenſi eccleſia Pontificatus infulam quidam Deodericus, vir honeſtæ vitæ & morum elegantia egregius, regebat. Hic enim ambobus Regibus patri & filio, patri ſcilicet Henrico, & filio Ottoni ob ſui nominis religionem & ſanctitatis excellentiam *e* ita carus eſſe videbatur, ut conſilio, diſcretione, prudentia, in
C omnibus rerum ſuarum negotiis uterentur: hic autem propinquitatis *f* conſanguinitate Comiti adhærebat Eilberto, & plerumque uterque fruebatur mutuæ partis alloquio. Cum autem ad invicem ſermocinarentur & inter utroſque ex pluribus verba ſererentur, ex eventu contigit habere ſermonem Comiti ex Walciodorenſi eccleſia, in qua, ut ipſe aiebat, curæ paſtorali inſerviebat quidam religioſus, qui ob Chriſti famulatus amorem cum proprio ſolo dignitatem ſui honoris reliquit, & ibi recenter cum nobilibus Comitibus ductu Angelico advenit. Venerabilis autem Pontifex, ſanctitatis & juſtitiæ normam egregii Præſulis Forannani cognoſcens relatione illuſtrium virorum, & ipſe ei adhærere toto animo deſiderans, ſupplex Comitem rogavit, ut hunc ſecum adduceret ad palatium. Cum vero ibi veniens alterutrum ſe viderent, mutuo ſe ſalutaverunt, & benedictionis donum alter ab altero humiliter petiit, in hoc officii genere ſe invicem prævenire renuentes. Sed quia B. Forannanus, ob duplicem cæleſtis gratiæ honorem, Archiepiſcopus erat & Abbas, & idcirco in hac parte ſuperior cognitus eſt; venerabili viro religioſoque Epiſcopo acquievit, & manu elevata

e

f

cum Eilberto de B. Forannano cum Deoderico loquitur,

eidemque ad ſe adducto,

ex triumphali vexillo ſanctæ Crucis prædicti Antiſtitis cum capite totum corpus munivit. Deinde reſidentes atque ſacrarum paginarum revolventes myſteria, mutuo potiti ſunt alloquio; & poſt multimoda ſacrorum proverbiorum colloquia, ad orationum ſuffragia ſe contulerunt. Factum eſt autem cum hæc tractarentur, quatenus ex Walciodorenſi loco verbum ab utriſque partibus communiter fieret, & Epiſcopus ex Haſterienſi villa in medium proferret ſermonem, accepta occaſione ratiocinandi ex prædicto verbo. D

13 Cum igitur Comes prædicti Antiſtitis voluntatem cognoſceret, quod per Haſterienſem Walciodorenſem domum vel Abbatiam ad Metenſem eccleſiam vellet transferre; cœpit mente revolvere quomodo ſalvo honore eccleſiæ, ſecundum quod factum fuerat, ex manu regia poſſet erui. Haſteria *g* enim quia prope in confinio Walciodorenſis cœnobii ſita eſt, Comiti viſa eſt fore congrua & proficua Walciodorenſi eccleſiæ. Sed quia ea eccleſia eſſe conſtructa cognoſcebatur à Domino Adalberone Metenſium præſule prædeceſſore ſuo, *h* & ab eodem data S. Glodeſindi & monialibus ibidem Deo ſervientibus, & teſtamento confirmata; hæſitare cœpit Comes; & ab eodem quærens E conſilium, interrogavit quomodo hæc fierent, ſalva dignitate utriuſque partis. Cumque Comitis hæſitationem Epiſcopus intelligeret, hanc illico ab ejus pectore removere ſtuduit, & ſeriem ſubſequentis rationis, quomodo poſſet fieri, aperuit. Deliberata namque commutatione, quæ pro Haſteria monialibus S. Glodeſindis aſſignaretur, propoſitum ſuum illi inſinuavit, & ſic titubationis obſtaculo ab eodem remoto, procedere Comitem in propoſita ratione ſuaſit. Inito tandem conſilio pari conſenſu Regalem magnificentiam adierunt, & conſilii ſui B. Forannano intimantes actionem, concordis voluntatis deliberatione ad curiam pervenerunt. Deinde mutua voluntate decretum eſt, ut ſanioris conſilii Capitales curiæ, ſui propoſiti fautores haberent, & ſic mota ratione, fretique adminiculatione Principum, Regalis auctoritatis conſilium & aſſenſum ex prædicto negotio inveſtigarent.

Haſterienſe Virginum cœnobium tradit,

g

h

14 Audiens autem Rex venerabilis Deoderici Metenſium Pontificis petitionem, & B. Forannani nihilominus perpendens devotionem, Comitis nec- F non animadvertens bonæ voluntatis ſagacitatem, ob profectum eccleſiarum, rei utriuſque cauſam ſciſcitatus eſt. Unde & ab eodem Pontifice, & à ceteris regalis curiæ Principibus, plane edoctus eſt, quomodo ſalva dignitate Regalis cenſuræ, tranſmutatio fieret Regalis decreti, & donum Curiæ legitimo jure aſſignatum avelli poſſet. Quapropter decretum eſt cum conſilio, quatenus profectus eccleſiarum ſub Imperialis auctoritatis protectione maneret, & commodum Curiæ Regalis haberetur, ita dumtaxat ut ad nutum ipſius cuncta penderent. Ut autem iſtius conſtitutionis edictum à principibus Rex intellexit, continuo voluntati religioſi viri Forannani & petitioni venerabilis Pontificis Deoderici & Comitis Eilberti acquievit, & à ſupradicto dono prædictæ Abbatiæ ſe conditionaliter ſpolians, ſecundum anterioris conditionis ſponſionem, legali decreto ſub poteſtate Metenſis eccleſiæ donum & Abbatiam Walciodorenſis eccleſiæ conſtituit. Conſtitutio autem hæc quomodo auctorizata fuerit, in ſubſequentibus aperiemus. Venerabilis enim Pontifex commutationem, quam monialibus Sanctæ Glodeſindis pro Haſteria aſſignaverat, in præſentia Principum Regi oſtendit, ſicque ſupra-

& ſic de conſenſu Ottonis,

jus Patronatus Walciodori trãſit in Epiſc. Metenſem,

A ſupradictam Haſteriam cum omnibus appendiciis, conſenſu & deliberatione conventus majoris & S. Glodeſindis Metenſis eccleſiæ, ad uſus Walciodorenſis eccleſiæ in Regis poteſtate & manu poſuit, & liberaliter decreto Principum ab eodem Rege, & Pontifice à majoribus eccleſiarum Metenſium B. Forannano aſſignata eſt; quatenus ipſe, quemadmodum Abbas ejuſdem Walciodorenſis eccleſiæ, ſine ſcrupulo & controverſia & motione contraria eam teneat; & ſucceſſores ſui, qui regimen ejuſdem eccleſiæ tenuerint, in ſempiternum per ſuccedentia tempora; & ipſa ſub regimine ejuſdem Walciodorenan. 969, ſis eccleſiæ in perpetuum permanens tueatur. Ne autem iſtius Regalis & Imperialis decreti compoſitio & majeſtatis ejuſdem deliberatio molimine aliquo nefarii auſus, ab aliquo clerico vel laico, nobili vel ignobili, violando irritetur, auctoritate & judicio Principum teſtamento Imperialis munificentiæ confirmatur; ſicque Haſteria juri & dominationi Walciodorenſis eccleſiæ famulatura ſupponitur, anno ab incarnatione Domini nongenteſimo ſexageſimo nono, Indictione XIII, Regnante Ottone primo, i anno regni ſui XXXIV. i

15 Sed ne aliquando Walciodorenſis eccleſia mo-
B tione alicujus hominis vexaretur; ob protectionem, advocatiam, & defenſionem prædictæ Walciodorenſis Abbatiæ, nonam ſuperius memoratam, conditione retinuit ſupradicta, & hoc ordine definita conceſſit,
honeſtis eō ditionibus: quatenus Metenſis eccleſia contra Walciodorenſem recto tramite incedens, ab omni eccleſiaſtico jure illi juſtitiam faciat; & ne recedens ab eadem juſtitia contra eam enormitet, ſanxit, ut ſi ab eadem Metenſi eccleſia vel ejus Epiſcopo ſcrupulus alicujus controver-
& monachi Haſteria conſtituuntur. ſiæ ex eadem Haſteria Walciodorenſi eccleſiæ oriretur, ad priſtinum Walciodorenſis eccleſia reverteretur gradum, & de manu Regis prædictum iterum ſumeret donum. Iſtius autem emancipationis utilitas & utriuſque rei deliberatio, ex dono Walciodorenſis Abbatiæ ex regia manu ſubtracto, & ex villa Haſterienſi cum omnibus rebus inſtantibus & ſuccedentibus & omnibus appendiciis ſuis Walciodorenſi cœnobio ſubjugata, decreto curialium Principum ſub regalibus teſtamentis auctorizata legatur, & D. Deoderici ac B. Forannani & Comitis Eilberti & capitalium virorum de curia teſtimonio confirmetur. Tempore ſane illo Haſterienſem villam moniales S. Glodeſindis tenebant, & in eccleſia ejuſdem villæ, ſub
C imperio & regimine Decanæ, quædam earum in eadem cella loco ſervientes vivebant, & ſub jugo & obedientia Abbatiſſæ S. Glodeſindis omnes pariter incedentes, cuncta regebantur. Nutu deinde Abbak atiſſæ k ſuæ regreſſæ ad monaſterium ſuum, locum reliquerunt; & ſic poſtea unuſquiſque quod ſui juris fuit detinens, ex eo ſecundum arbitrium proprium diſpoſuit. Itaque inito conſilio, in eadem Haſterienſi eccleſia à B. Forannano & Comite, nutu Imperatoris & ejus conſilio, Sacerdotes quatuor conſtituti ſunt, qui eamdem eccleſiam ex officio divini famulatus, ſecundum ſuum ordinem, multis diebus rexerunt.

Sancto & Comite Romam profectis, 17 Interea decretum eſt ab utriſque partibus, à B. Forannano & Comite, nutu Imperatoris & ejus conſilio, ut pondus rationis per ordinem & præteriti negotii actionem Romano Pontifici innoteſcerent, & ex ſupradictis rebus auxilium conſilii ſui & munimentum ſuæ protectionis quærerent. Huic definitioni actionem apponentes, laborem aſſumpſerunt, & ſtatutis comitibus, & quæ itineris neceſſitudinibus forent apta paratis, accelerato itinere Romam perve-
à Benedicto VII, nerunt. Venientes namque ibi honorifice ab eodem Papa & viris Eccleſiaſticis ſuſcepti ſunt: qui cauſam itineris ſciſcitantes, & qui eſſent, & cur tanti itineris vexationem aſſumpſiſſent percunctantes, cognoverunt eos eſſe viros morum probitate pollentes; unde & morigeratæ converſationis vultus intuentes, majoris dignitatis veneratione ſunt habiti, & cultu digniori promoti. Tandem revelato ſui animi propoſito, & cauſam ſui itineris declarantes Domino Benedicto Papæ, qui ſeptimus in agnitione iſtius nominis Pontificatum Romanæ eccleſiæ eodem tempore gubernabat, ſuæ auctoritatis tutelam & munimentum quæſierunt. Cumque probitas vitæ & laudabilis converſatio B. Forannani illi innotuiſſet, atque edoctus fuiſſet, qualiter proprium relinquendo ſolum honorem Archiepiſcopatus deſeruiſſet angelico juſſu, & ad denominatam ſibi ab Angelo habitationem perveniſſet; maximo honore à præfato Domino Papa & etiam univerſo Clero affectus eſt. Audito tandem eo, voluntati & petitioni ipſius aſſenſum præbuit, non ſolum propter regiæ auctoritatis interventionem & inclyti Comitis deprecationem, verumetiam ob ſuæ ſanctitatis ac religionis venerationem.

18 Itaque declaratis rebus pro quibus negotium *confirmatur acta de utroq; monaſterio,* agebatur, cenſurâ Romanæ curiæ, omnia quæ ſunt in præſenti & in futuro ſuccedere poſſunt Walciodorenſi eccleſiæ, in protectione ejuſdem Romanæ majeſtatis conſtituuntur. Et ut hæc conſtitutio per ſuccedentia tempora firmiter conſervetur, & Apoſtolica auctoritas cum Regali & Imperiali firmitate validius convaleſcat, ſtatuit ut Haſterienſis villa, cum omnibus rebus & appendiciis ſuis inſtantibus & ſuccedentibus, eccleſiæ Walciodorenſi famuletur, & ei ſine ſcrupulo, ſicut una de ſuis ceteris curiis, ſubjaceat in perpetuum. Ne igitur iſtius inſtitutionis Romanæ majeſtatis firmitas, & Apoſtolici decreti munimentum aliquando ab aliquo hodie in quocumque ordine conſtituto Laico vel Clerico, Rege vel Epiſcopo, vel alia qualicumque perſona, temerario auſu violetur, Religioſorum virorum de curia decreto ſtatutum eſt, ut à die illa & deinceps quicumque definitum conſtitutionis prædictæ munimentum auſus fuerit infringere, perpetuæ excommunicationis vinculo ſubjaceat, nec ab aliquo Sacerdote vel Epiſcopo pro qualicumque conditione abſolutionem accipiat, excepto Romano Pontifice, qui *& jus Epiſcopale Sancto ſervatur.* reatus illius ea conditione faciet abſolutionem, ſi ſatisfactione condigna pœnituerit, & quod male uſurpavit reſtituens, à detrimento eccleſiæ ceſſaverit. Deinde utriuſque deliberationis decreto, videlicet Domini Papæ & Religioſorum de curia ſancitum eſt, ut recedens ab eis B. Forannanus privilegium ſui Archiepiſcopatus in omni officio & actione cultuque divino retineret; nec non ut regimen curamque animarum ſibi injunctarum curamque Paſtoralem in monaſterio ſuo ſolicitus exerceret, & idem monaſterium ſub protectione Apoſtolicæ auctoritatis in æternum firma ſtabilitate tueretur. Ut autem teſtamentum tantis teſtimoniis auctorizatum fixum & inconvulſum rationabiliter conſervetur in perpetuum, privilegium l Romanæ Eccleſiæ, per B. Forannanum remittitur. m

E F l m

ANNOTATA.

a *Numerantur hi anni ab anno* 947, *quando ſcilicet conſummata templi & domus fabrica, Walciodorum traducti ſunt monachi Scoti ex monaſterio S. Michaelis.*

b *Defuncto ſcilicet Abbate illo anonymo, quem S. Cadroe ſibi ſubſtituerat, quique diſciplinam collabi ſiverat, ad quam reſtituendam directus illuc divinitus Sanctus, communi ſuffragio fuerit Abbas electus.*

EX CHRONICO MS.

c *Vivebat tunc forsitan adhuc Otto I, jam Imperator, quippe usque ad an. 973 superstes: advenerat autem Forannanus anno 970. Successit autem filius Otto II seu Iunior dictus.*

d *At profecto neque Latina neque Scotica lingua suadebat* v *in* w, *utrique linguæ peregrinum, convertere; & compositio manifeste Francica seu Teutonica est. Vnde nec dubitamus quin ipso monasterio antiquior sit appellatio; cujus initium sinon placeat sumere à* Walt, sylva, *sumatur à* Walsch, *id est* Gallicum *seu* Walonicum, *ad distinctionem alterius forte vicini quod* Thiets-dôr *id est* Teutonicum *potuit nominari: toto enim hoc tractu permiscenter utriusque linguæ vici: & sæpe alibi in Belgio notamus duo ejusdem nominis loca vicina, sub tali distinctione cognominata.*

e *Adde & propter affinitatem ac consanguinitatem: erat enim Reginæ Mathildis ex fratre Wittikindo nepos, adeoque Consobrinus Ottonis I, creatus Episcopus anno 966, & in eadem dignitate ad annum usque 983 superstes.*

f *Puta ex parte matris, Witikindo nuptæ, & Eilbertum ex alterutro capite contingentis.*

g Hasteria, *vulgo* Hastieres, *duplex est, alterum cis, alterum trans Mosam; trans Mosam autem Abbatia dicitur, & utrumque vix media leuca distat Walciodoro.*

B h *Adalbero I anno 928 electus, diutissime tenuit Episcopatum, & translato corpore S. Glodesindis, quæ 25 Iulii colitur, ejus monasterio à se restaurato, adjecerat Abbatiam Hasteriensem pariter à se restauratam: sed jam pridem constructam sub regno S. Sigiberti à Widerico Comite, Chilperici Francorum Regis prosapiam præferente, ejusque uxore Berta, ipsius Sigeberti Regis amita. Habemus in membrana itemque post Chronicon, transcriptum diploma fundationis, sed manifeste suppositititium, ubi præfatus Comes profitetur se villam Hasteriam & alia plura in dotem tradidisse uxori; & heredibus propriis destitutum, in ea ecclesia quam S. Maternus consecrarit, & S. Serenus ibidem sepultus ditaverit reliquiis S. Stephani, quas acceperat inventioni præsens, fundasse monasterium sanctimonialium sub Halmotride Abbatissa; quod tradiderit in jus Metensis ecclesiæ, eo quod uxor sua esset neptis S. Arnulphi.* Anno Dominicæ Incarnationis DCLVII Indict. XIV, regnante filio Dagoberti Regis Sigeberto, in ipso anno quo obiit S. Gertudis. *Ignotus est nobis S. Serenus iste, nec ejus meminit Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii: potuit tamen fuisse advena, & ibi cultum nunc abolitum habuisse. Annus Christi & indictionis quæ* XV *notanda fuisset, nec non* sanctæ & individuæ Trinitatis *invocatio in principio, aliaque styli recentioris & monogramma ævi Henriciani satis arguunt suppositionem: uti & hoc, quod Widericus iste patrem suum Hoacrium vocet Ducem Lothariensium. Sed nihil ista detrahunt fundationis veritati, quæ potuit commode in regnum Sigeberti incidisse: cujus quia annus nullus nominatur, difficile est de anno Christiana æra eidem aptato facere conjecturam. Denique assumentum istud de S. Gertrude, præter omnem diplomatum stylum est, & parachronismum continet annorum quatuor.*

i *Ne præcipitentur anni tam regni quam indictionis, quorum hæc* XII; *ab eo qui scriptus erat annorum 35 numero unum subtraxi.*

k Voda *hæc dicebatur, prima hujus nominis, ut videre est apud Sammarthanos.*

l *Privilegium hoc inveniisse putabam inter privilegia, à Walciodorensibus contra Hasterienses, subjectionem excutere molientes, producta: sed ut legi, cœpit esse suspecta Bulla, quæ scribebatur.* Valde amabili omnipotenti Deo Fratri & filio Forannanno, religioso Episcopo Scotorum & dignissimo Abbati venerabilis monasterii S. Mariæ: *displicuit enim inusitata titulorum exquisitorum pompa, & multo magis quod Forannanum appellans Pontifex, dicat,* Vestræ excellentiæ laudabilis mansuetudo, *& de Hasteria loquens,* Diœcesis quæ vocatur Hasteria. *Non igitur soli rei habeantur Hasterienses, quod sub nomine Clementis Papæ fictam* D *Bullam pro sua libertate protulerint: sed universim accusetur seculi* XII *pravitas, qua tam proclives erant monachi ad ejusmodi figmenta in locum deperditorum originalium substituenda. Vnum in ista qualicumque Bulla placet, quod cum Benedicti VII nomen gerat (sub quo Romæ fuisse Forannanum in Comitatu Eilberti non est verosimile) nullam faciat mentionem præsentiæ eorum in curia: sed velut ad absentem dirigatur, nec Eilberti tamquam viventis meminerit. Quod vero sub Ioanne XIII cum primum Sanctus Walciodorum advenisset, eumque secum Romam duxit Eilbertus, ut ei ab Apostolica Sede licentiam impetraret Abbatiam istam regendi, dimisso ad quem consecratus erat Episcopatu; quod, inquam, tunc aliqua privilegia attulerit pro ipso monasterio, non debet absque fundamento adstrui; multo minus tunc actum fuisse de Hasteria: pro qua sibi confirmanda, si Romam excurrit Forannanus, Benedicto VII annum in Pontificatu tertium explente, ut fecisse potuit, rediisse autem priusquam Bulla expediretur; fecit id anno 977 jam in ætatem provecto, postquam mortuus esset Eilbertus: hujus enim mors initium anni tertii mensibus duobus prævertit: quia hic obiit 28 Martii 977, iste creatus erat 1 Iunii 975.*

m *Sequuntur gesta circa translationem S. Eloquii quæ hinc excerpta dabimus 3 Decembris: satis est etiam in priori* E *Vita eadem indicata haberi.*

CAPUT III.

Testamentum & pia mors Eilberti Comitis ac S. Forannani.

19 CVm sicuti prænotatum superius est, *post Herinsendis Comitissæ mortem, Eilbertus Comes,* proximorum suasione & consilio, *rursus esset* vinctus carnali connubio, *secunda hac* conjuge sterili permanente vixit absque liberis. Nihilominus tamen vivens legaliter cum ea, divinæ servitutis obsequiis se subdidit, prout sibi licebat per exigentiam suæ conditionis & vocationis. Hæc autem nobilis mulier ex alio antetiore marito, binos bonæ indolis adolescentulos pariens nutrierat: qui Comiti more filiorum & non privignorum familiariter adhærentes, per studium diuturnæ servitutis ministerialiter ei se subjecerunt: deinde per obsequium sui famulatus filialem quodammodo ei dilectionem ostendentes, non sicut vitrico, sed sicut proprio patri ministrabant. Factum est autem tempore illo, quatenus ex eventu curiæ regali cum his juvenibus Comes interesset; F qui cum pedibus æger esset, adeo ut absque sustentatoribus incedere nequiret, quocumque pergere volebat horum auxilio adminiculoque uti solebat, super utriusque humeros innitendo. Cumque in conspectu Regis *a* & Principum tali ministerio ei se subjicerent; cœpit Rex sedulitatem servitutis juvenum intueri ac multipliciter collaudare: præterea eorum morigerata conversatione investigata, voce omnium Principum extolluntur. Cum autem ante Regem stans, super utrumque adolescentem Comes inniteretur; ex quantitate juvenum Rex causam cognoscere volens, nomina, seriem progeniei, & qui essent, & quanam de causa ei tam familiariter adhærerent, investigando percontatus est. Ille vero ex ordine Regi puerorum prosapiam aperiens, nomina designavit. Et ideo eorum constantiam benigni famulatus Rex considerans, dixit; Vere, Comes, merentur à te digno remunerari præmio: quippe qui hactenus deserviunt tibi fideliter tali famulatus obsequio.

Privignorum obsequio filiali utens Comes,

a coram ipso Rege,

20 Animatus igitur Comes ex hoc Regali consilio, in conspectu ejus & Principum, ambos privignos de dextera lævaque sua semovens & ante Regem statuens,

A ſtatuens, inquit: Rectori ſeculorum & tibi, Domine Rex, gratias ago, quod ſenſus veſtræ diſcretionis in hac actione conjungitur ſenſui meo, & dignitas veſtræ benignæ moderationis hæc agere ſuadet noſtræ humanitati. Quapropter tibi Godefrido & fratri tuo Arnulfo, ob gratiam Domini mei Regis, quam benigne vobis demonſtrando aperuit, & etiam remunerationem veſtræ ſervitutis, quam mihi fideliter diuturno labore exhibuiſtis, in teſtimonio ejus & nobilium de curia, pagum Florinenſem cum integro ſuo banno & dominicatum beneficium ex eodem banno liberaliter trado. Et ut hæc libere & legaliter & ſine adverſa motione cuncta poſſideatis; caſtrum ibidem à me conſtructum cum ſuis municipatibus & oppidum concedo vobis; & etiam quotquot paterna ſucceſſione in eo, jure & nobiliter, mihi ſubjacuerunt, vobis ſubjacere conſtituo; excepto quod jura Walciodorenſi eccleſiæ à me deſignata ex Florinenſi banno, à vobis & ſucceſſoribus veſtris ſineſcrupulo & motione contraria conſervabuntur. Sepulturam autem veſtram vos & ſucceſſores veſtri, eidem loco benefacientes, perpetualiter in eodem monaſterio à me conſtitutam vobis eſſe cognoſcentes, hancque conſtitutionem ob Genitricis Chriſti honorem & noſtram memoriam, quicumque Dominus fuerit Florinenſis domus inconvulſam reſervabit per omne ſuccedens tempus, ne ſubjaceat perpetuæ maledictioni, cui ſubjacebunt qui fraudem fecerint eidem eccleſiæ de redditibus ſuis, à Chriſti fidelibus ibi conſtitutis.

eisdem tradit dominiũ Florinenſe

& jus ſepulturæ in Walciodoro:

B

cujus Abbas etiam poſſit Florinis reſidere,

21 Decrevit autem ibi in præſentia Regis & Principum, & in conſpectu prædicti Godefridi & fratris ejus Arnulphi, in teſtimonio eorum, quatenus Major de Walciodoro, Abbas videlicet vel Præpoſitus cum Fratribus ſuis ſpiritualibus, à die illa & deinceps, ſecundum ſuam voluntatem quando ei placuerit, pro ſuo jure in Florinenſi caſtro reſideat, & cũ miniſterialibus ejuſdem caſtri, villico ſcilicet atque ſcabinis, rationem ſuam judicialiter ventilando producat, & ſine alicujus violentia uſque ad rebellionem & contradictionem ruſticorum, libere cum ſuis & ſupradictis miniſterialibus iudicia ſua exerceat de rebus ſuis. Conſtituit præterea quatenus ex his duabus partibus & poteſtatibus, quaſi gens una & populus unus, ſibi invicem familiæ hærerent, & ſine exactione contraria, & bathinodii quæſtu *b* Florinenſis homo ex Walciodorenſi poteſtate mulierem ſumens, legitime ſicut ſibi parem ducat; ſicut verſa vice ſimiliter Walciodorenſis, de Florinenſi poteſtate mulierem ſumendo, faciet. Si vero quis homo vel mulier Florinenſis ad Walciodorenſem vel Walciodorenſis ad Florinenſem tranſierit poteſtatem, protegetur à Rectore poteſtatis illius in qua elegerit habitare; ita plane ut capitalia jura, & ſecundum decreta ſuarũ legum, quod cuiq; debent poteſtati, certis temporibus & aſſignatis non negligant reddere. Vt autem iſtius conſtitutionis decretum fixum permaneat, regalis auctoritatis & palatinorum Procerum judicio, teſtamentis Regalibus confirmatur; & nobilium iuvenum aſſenſu & conceſſione, propoſitæ actionis definitio, ſacramento etiam Regalis diſpoſitionis, & honore ſui juris, hereditatis & nobilitatis, & à ſe & à ſucceſſoribus ſuis conſervanda, terminatur. Ex immenſitate autem tanti beneficii Fratres prædicti dignas gratias juxta modulum ſuæ facundiæ Comiti reddiderunt, & ſuæ ſervituti toto vitæ ſuæ curſu fideliter adhæſerunt, ob magnitudinem honoris quo ſublimiter ab eo ſunt promoti.

ita ut utri uſqueparius ſubditi æquali jure ſocientur.

b

C

Idem Comes extructo ſepulcro

22 Deinde regreſſus à Rege, Walciodorenſi eccleſiæ frequentando adhæſit, & ſepulturam in ea ſuorum familiarium & fidelium amicorum maximo ſtudio præparavit. Ipſe namque ab ingreſſu chori uſque ad altare turris terram aperiens eamque effodiens, duos in ea muros conſtruxit, & altitudinem utrorumque ad menſuram duorum cubitorum, & latitudinem in menſura unius & dimidii cubiti compoſuit. Ibi ergo nobilium corpora virorum ex proſapia ſua cum patre *c* & matre, & filio *d* Bernero, & fratre Boſone *e*, iterum honorifice ſepelivit. Ipſa ſiquidem corpora præfata, à locis ipſis in quibus antea fuerant ſepulta, ſua ſolertia tranſlata ſunt, ob dilectionis fervorem & mutuæ conſanguinitatis propinquitatem. Exhinc cum divini famulatus meditationi aſſidue inhæreret, & divinæ contemplationis eloquiũ libenter perciperet, non parum proficiebat in via Domini: unde fiebat ut nonnumquam oculus eſſet cæco, & pes claudo, & oſtium ejus viatori pateret. Reddebat ſane quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo: & ita ex induſtria ſua mundanas artes deludendo conculcabat, ut non obliviſceretur qualem Creatori ſuo deberet ſubjectionem: ſicque in dextera ſua fidei lumen accendebat, ut lucerna ſimplicis oculi ejus, opacitatẽ ſiniſtræ cogitationis, non extingueretur. Itaque reſiduum ſuæ vitæ curſum, in ſancta converſatione de die in diẽ proficiendo, peragens, tamquam ſtrenuus agonotheta ad certamen ſe indefeſſe præparabat, & per hoc callidi tentatoris inſidias repellebat: unde & in agone iſtius certaminis viriliter decertabat, ut non veluti dormitans inveniretur in occurſu Domini ſui. Proinde pulſanti Judici & Domino ſuo introitum nitebatur præparare, ut non in porta inimici ſui confuſionem ei facerent. Intendens igitur votis præcordialibus in Creatorem ſuum, diſſolutionem ſuam per continuas orationum victimas illi commendabat, precabaturque quotidie divinæ miſerationis & conſolationis affore ſibi ſubſidium, ut cum fidelibus ſuis mereretur audire, Veni, dilecte mi, ad me inſtat enim tempus ut ex tuo labore mercedem recipias perpetuæ retributionis & inæſtimabilis gloriæ. Gloriam itaque ſuam, Chriſtum videlicet, amplectendo ſequebatur, & in mandatis ejus juxta modulum ſuæ converſationis meditando currebat. Nactus ſiquidem ex legitimo certamine & ex curſu felicis conſummationis ſuæ coronam immarceſſibilem, more ſolito loca ſancta circuibat, & ſibi commiſſum margaritum Chriſto jugiter commendabat.

EXCHRONICOMS

c d e

ſuorum corpora Walciodorum tranſfert,

oratioui continuæ vacat,

E

F

f

pie moritur

23 Contigit igitur dum die quadam uſque ad baſilicam B. Mariæ in Humblires gratia viſitationis diſponeret properare, ut à Walciodoro exiens uſque ad vicum qui dicitur *f* Fleruz perveniret, ibique ſicut in proprio cauſa hoſpitii ingrederetur. Ingreſſo autem eo, gravi morbo correptus eſt, & invaleſcente in dies ægritudine ad mortẽ uſque pervenit. Cumque vocationis ſuæ tempus proximum affore cerneret, è veſtigio à ſe nũtio directo in Walciodorenſi cœnobio B. Forannanum ad ſe accerſivit: & per eum diſſolutionem ſuam, expletis divinorum miſteriis quæ huic congruunt vocationi, Domino commendavit. Sic itaque curſu fideliter peracto, ex hoc mundo migravit ad Chriſtum, recepturus perfecto opere, ſuæ mercedis denarium. Igitur B. Forannanus, directis undique vernaculis; ex cœnobiis ab eo conſtructis Abbates ad hoc funerale obſequium convocavit. Ex auditu quoque iſtius rumoris congregata eſt non minima multitudo monachorum cum clericis & monialibus: innumerabiles etiam catervæ proximorum & nobilium virorum, cognita ipſius morte conveniunt, planctum & gemitum emittentes; adeo ut eorum mœroris affectus dolorem faceret ceterarum gentium nationibus. Beatus igitur Forannanus, cum turbis monachorum, clericorum & nobilium virorum, & cum innumerabili ſexus utriuſque multitudine, venerabile corpus egregii Comitis à

& honorifice ſepelitur à B. Forannano,

EXCHRONICOMS. loco illo transferens, uſque ad baſilicam Walciodorenſis cœnobii deduxit; & ibi eum in condigno loco honorifice ſepelivit: in eo videlicet quo ſe diſpoſuerat ſepeliri.

24 Itaque B. Forannanus, anno ab Incarnatione Domini nongenteſimo ſexageſimo nono, ordine ſupradicto de terra ſua exiens, in iſtius habitationis ingreſſus eſt monaſterium: quod ſecundum eccleſiaſtica jura cum Comite regulariter ordinans, magnifice decoravit in omnibus, ut noſtri ingenioli inertia manifeſtando conſcripſit. Septimo autem anno poſt ejus adventum, ordine memorato Comes venerandus hominem exuens, ex hoc mundo tranſivit, anno ab Incarnatione Domini nongenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Indictione quinta anno Domini Ottonis Imperatoris ſecundi tertio *g* quinto Kalend. Aprilis. Dehinc poſt hæc accidit ut in Meteníis Epiſcopatus confinio villam unam Gruthen B. Forannanus induſtria ſua eccleſiæ Walciodorenſi acquireret, & ne vini penuriam ejuſdem eccleſiæ habitatores paterentur, eam eidem eccleſiæ ad uſus vini aſſignavit: domum vero in eadem civitate cum duabus vineis acquiſivit; & unam ex his, in memoriam Walciodorenſis eccleſiæ Walciodorum appellavit: ex eo enim tempore uſque nunc ipſa illud nomen ſibi retinens eadem vinea, Walciodorus appellatur. Et quia à die qua Walciodorenſis eccleſia Metenſi ſuppoſita eſt, ordinatione Regalis cenſuræ & Principum definitum fuerat, ut Abbas ejuſdem Metis conveniret ſingulis annis in inventione B. Stephani, ob honoris cultum præſtandum eidem eccleſiæ & debitam ſubjectionem reddendam, quam eadem Walciodorenſis cognitione ſui dominii exhibere debebat; nein ipſa præfatus Abbas penuriam hoſpitii pateretur, domum ei præparavit, & ſufficienter ad uſus advenientium redditus eidem domui aſſignavit. Nullam enim exactionem contrariam aliam, nullumque aliud ſervitium Metenſis eccleſia à Walciodorenſi exigere debet, nec Walciodorenſis Metenſi reddere, niſi præfati diei præſentiam, quo Domino ſuo, Epiſcopo videlicet, prædictus Abbas ſuos proſperos ſucceſſus fateri, & amfractus periculoſos motioneſque contrarias conqueri debet; & ſi Epiſcopus abſens fuerit, die eodem in eadem Metenſi eccleſia vices ejus agere debet, ſerviendus per omnia more Epiſcopali, exceptis Epiſcopalibus inſigniis. His vero ex more completis, de ſtatu eccleſiæ ſuæ Abbas requirendus eſt ab Epiſcopo, perceptaq; reſponſione ejus, ex ſua felicitate gratias reddere Deo; de tribulatione autem ejus dolere debet, & idoneum procuratorem illi committere. Nam pro eadem tribulatione, ſicut pro ſua, cauſidicus aſſurgere debet, & pro quacumque neceſſitatis occaſione, ſicut pro ſua, eſſe ſolicitus.

g *qui poſſeſſionibus monaſterii antè*

B

definitoque Metenſis ſubjectionis modo,

C *ſanctam Vitam*

25 Deinde egregius Antiſtes Forannanus, feliciter in ſancta converſatione præſentis certaminis ſtudens curſum conſummare, talentumque ſibi creditum cupiens multiplicare, armis juſtitiæ ſe præcingendo, inviſibilis hoſtis verſutias deludebat; atq; ut verus & fidelis ratiocinator, non tantũ ſibi ſtudebat prodeſſe; verum de ſua aliorumque ſalute ſolicitus, pro ſibi creditis ovibus divinæ miſericordiæ ſubſidium implorabat. His & hujuſmodi meditationibus inhærens, Domino ſe ſubdebat; & toto mentis deſiderio divina contemplando, totam mentis ſuæ intentionem in Deum jactabat; cupiens cum Paulo Apoſtolo diſſolvi & eſſe cum Chriſto. Cumque violentia tali introitum regni cæleſtis appeteret; exemplo & operatione & pia egentium miſeratione, per cordis ſinceritatem quærebat, quem tota aviditate dilexerat. Igitur ſicut dictum eſt, per quotidianam compunctionem, in lecto ſuo omni tempore eum quem ita dilexerat requirens, diuturna ſupplicatione vocavit: ſicque quærendo atque vocando, adeptus hereditatem felicitatis æternæ, jungitur cæleſtibus choris, exutus humanæ fragilitatis tegumentis. Attamen vitam ejus qui evidentius cupit agnoſcere, codicem geſtorum ejus & depoſitionis ſtudeat legere: ibi namque inſignia miraculorum ejus, quæ in eo Chriſtus antè depoſitionem & poſt ejus tranſitum dignatus eſt operari; tempus etiam illius exitus, quo ex hoc carnis ergaſtulo exivit, reperiet.

D *beata morte concluſit.*

ANNOTATA.

a Regem *non alium hic intelligo quam Ottonem, coram quo, necdum coronato Imperatore, atque adeo ante an. 962. & ante ipſius S. Forannani adventum facta videtur adoptatio privignorum, narratur tamen hoc loco propter conſequenter exponendum teſtamentum & obitum Comitis,*

b Bathinodium, *vereor ut recte ſcriptum; & e pro a ſubſtituens, intelligo quod nos leniori dialecto* Bed-nood *poſſemus dicere, quo ſignificetur redimendi concubitus ſive lecti neceſſitas: quæ inter ſervos glebæ ut vocant (quales etiam in Belgio olim erant ruſtici, & adhuc multi ſunt in Friſia & Germania) & dominos eorum intercedebat. Hujus juris veſtigia adhuc variis in pagis apud nos durant, ubi ruſtici dato pretio à fundi domino redimere jus primæ noctis dicuntur. Quamvis enim lex Chriſtiana fœdum avitæ gentilitatis abuſum ſuſtulerit, quo primus concubitus domino deferebatur; remanſit tamen jus certi nummi, à ſponſo pendendi in dominii agnitionem; & mutato jure quatenus erat religioni contrarium, manet ſignificatio juris antiqui in ſolo modo loquendi.*

E

c Pater Ebroinus *fuit, ut ſupra dictum, filius Bovonis, qui fuit Guarini de Anſalonia; hic verò Comitis Nainmerici Narbonenſis, juxta genealogiam in Chronici fronte notatam: mater* Zunerta *nominatur, filia Comitis Widerici & uxoris ejus Evæ.*

d De Bernero, *tamquam Eilberti filio naturali ante matrimonium genito, agitur in fabuloſa, quam repudiamus, narratione: mallem ſuſpicari ex Hervinſinde legitimum unigenitumque fuiſſe; aut certe induci eum pro Bernardo: qui Heriberti nepos ab eo ad Carolum ſimplicem miſſus, bonum Regem induxit, ut perfido proditori ſe crederet.*

F

e Boſo *fratrum quintus fuiſſe ibidem perhibetur, & hæc de eo leguntur.* Boſo Comes cum multa tenuiſſet & multis præoccupatus fuiſſet, liberosque quamplures habuiſſet; tamen fratri ſuo, videlicet Comiti Eilberto, villam in Florinenſi confinio poſitam quæ Calvus-mons nuncupatur, & quæ hereditario jure in ſuæ ſortis pervenerat parte, dereliquit, quam in uſus ſuccedentis Walciodorenſis eccleſiæ, quia in ea ſui corporis ſepulturam fore decreverat, ſicut factum eſt, conſtituit.

f *Vitato ſcilicet difficili per Arduennam itinere aliud commodius trans Sambram ſumpſit, Romanæ viæ per Bavacum ducentis opportunitate invitatus: huic autem viæ adjacet vicus* Flerus, *quinque leucis Gallicis diſtans, Florinis ubi Comes habitabat Bavaco autem leucis* 12, *quem vicũ an.* 1622 *nobilitavit Clades, duce Tillio illata copiis Frederici Palatini ſub Halberſtadienſi & Mansfeldio Hannoniam vaſtantibus: ex Bavaco autem in Humblarium, reſtat ſpatium leucarum circiter* 14.

g *Hic* tertius annis Ottonis 11 *numeratur ab obitu Patris, alias dicendus eſſet nonus, corrigendus autem fuit hic numerus Indictionis, quæ perperam* tertia *ſcripta erat.*

DE SANCTO ADIVTORE

MONACHO TIRONIENSI ORDINIS S. BENEDICTI

PROPE VERNONIVM IN NORMANNIA.

CIRCAAN. MCXXXI

EXtremæ versus Franciam Normanniæ oppidum Vernonium est, ad Sequanam fluvium, Rotomago distans leucis circiter octo, quod medio ævo valde modicum, in majorem paulatim amplitudinem crevit, titulo Principatus jam tum illustre. Nam qui circa seculi XI medium, Deiparæ ecclesiam ibidem restauravit, & in eadem sepulturam habuit Guilielmus, Princeps Vernonii in suo appellatur epitaphio. Hujus ex filio Ioanne nepotes creduntur fuisse, Sanctus, de quo agere instituimus, Adjutor, & Matthæus de Vernonio, qui invenitur anno MCXXXII die XII Aprilis, post fratris sui Adjutoris mortem, à monachis Tironiensibus recuperasse quartam partem Vernoniensis silvæ, quam una cum ceteris facultatibus suis ille ipsis transcripserat. Transactionis istius instrumentum autographum vidit, & transcripsit, atque ad Ioannem Theroude Vernoniensis ecclesiæ Presbyterum, de S. Adjutore scribentem, misit Dominus Ioysel, Prior Theruderiæ prope Turniacum in territorio Vernonensi; simulque certum fecit, vitam S. Adjutoris non posse ultra XXX Aprilis anni MCXXXI prorogari.

Ex Vernonii Dominis

obiit ante an. 1132

B

2 Nec vero multum etiam anticipari mors potest: siquidem Hugo Rotomagensis Archiepiscopus, hujus nominis III, qui Sancto familiaris fuit, ex disciplina S. Hugonis Cluniacensis, in Angliam sub Wilhelmo Conquestore, ad regimen Prioratus S. Pancratii Lewensis, translatus fuit; & circa annum deinde MCXXV Radingensis in eadem Anglia Abbas factus, ad Rotomagensē Cathedram non pervenit nisi post annum MCXXVIII, quo exeunte decessor ejus obiit; imo nec ante Septembrem anni MCXXX videtur fuisse consecratus: ut patebit legenti Historiam Archiepiscoporum Rotomagensium, ab amico nostro Francisco de Pommeraye Benedictino Congregationis S. Mauri nuper vulgatam. Idem Hugo S. Adjutoris Vitam scripsisse fertur. Saussajus in suo Martyrologio, prolixissimum eidem elogium texens, solum appellat insigne diploma, cujus apographe superstat: quā utinā potuissemus nanciscī! sed frustra fuit omnis labor, ad eam requirendam Vernonii Rotomagique impensus. Dabimus ergo pro ea Lectiones, ex ipsa, ut credimus, acceptas pro Officio à prædicto Ioanne Theroude; qui eamdem deinde dilatavit Gallice, auxitque miraculis, à Galterio & Odone, ibidem Rotomagensibus Archiepiscopis, circa annum MCC & MCCXLVI descriptis: quæ optaremus æque habere ex autographo; nunc autem ex Gallico subiicientur Vitæ, juxta impressionem anni MDCXXXVIII.

Vitam scripsit Hugo

miracula Galterius & Hugo Archiepp. Rotomag.

C

3 Quæ ex hoc libello notabimus ad Vitam ipsaque miracula, satis probabunt cultum ejus per Rotomagensem, Ebroicensem, ac Carnotensem vicinas diœceses; ex quibus aliisque Galliæ partibus confluunt peregrini ad sacellum S. Mariæ Magdalenæ, quod prope Vernonium est; idque intuitu præcipue S. Adjutoris, qui ibi vitam extremam egit, & æque ac prædicta Sancta ibidem habuit altare, supra tumbam suam erectum; cui tumbæ vetustis characteribus inscriptum legitur, Hic jacet S. Adjutor. Post aram vero principem, quæ Sanctæ loci Patronæ est, parvum quoddam antrum cernitur, ipsi inhærens parieti, quod beato viro pro cubili fuisse dicitur. Sed & Blaruensem vicinam parochiam fontem habuisse in cœmeterio, S. Adjutoris dictum, Dominus Iubert loci Curatus Ioanni Theroude suggessit per litteras; significavitque plures fide dignas personas supereſſe, quæ meminerint magnum cereorum anathematum numerum conspectum aliquando fuisse in templo, ex eorum gratitudine, qui fontis illius hausta receptam gratiam erant professi. Qui tamen fons civilium bellorum tempore, grassantibus morbis, obstructus fuerit, ne frequentia peregrinorum, sanitatem inde sperantium, officeret ipsorum inquilinorum valetudini: manet autem obstructus etiam nunc, postquam fodiendo retectum est labrum illius rotundum, circumductis deorsum gradibus, quorum tres aut quatuor sub aspectum venêre.

ejus cultus in sacello S. Magdalenæ,

fons olim in vicino Blaru.

4 Porro ad ipsum quod S. Adjutor extrui curarat sacellum, non integra leuca à Vernonio distans, etiam junctæ erant ædes, cum titulo Prioratus, à Tironiensi monasterio dependentis, quæ una cum ipso sacello diruta fuerunt per bella, inter Francos & Anglos toto seculo XIV ardentia; adeo ut solum superfuerit pars una majoris parietis; in eoque ipsum quod dixi antrum, usque ad annum MCCCCIV; quando per revelationem monitus Archiepiscopus fuit locum repurgare, restaurare & reconciliare: ex quo tempore ibidem spectatur ipse Sanctus, varie depictus, in habitu nunc militari, nunc monachico, nunc etiam Sacerdotali. Existimat tamen jam sæpe nominatus Ioannem Theroude, Sacerdotii expertem fuisse Sanctum: cui omnino assentirer, si certum esset, quod in MS. circa annum MCCCCXXVI exarato legi testatur Theroude, S. Adjutoris ex Syria adventum miraculosum in istum locum, accidisse anno MCXXX; consequens enim foret eum ibi non integro anno vixisse. Verum hoc non admittit Ioannes Theroude, & MS. isti eatenus fidem derogans, censet uno saltem anno citius rem accidisse.

sacellum an. 1404 restauratum

E

5 Quid si isto quidem anno Vernonium venerit, cœperitque suum istud sacellum incolere; ante annos tamen aliquam multos monasticam vitam apud Tironienses exorsus fuerit? Ita & cum primis Terræ sanctæ recuperatoribus in Orientem profectus esse posset S. Adjutor, & post annorum septemdecim militiam, captus à Saracenis aliquam in carcere moram traxisse; deinde audita fama miraculorum B. Bernardi Tyronensis, circa annum MCXVII mortui, sumpsisse spem impetrandæ per ejus intercessionem libertatis: tum vero spei suæ compos factus, mirabili per aërem translatione, adjecisse mox animum ad Ordinem Tyronensem ineundum: quod mox fecerit, suis omnibus ea conditione traditis religioni, ut ex iis sacellum & Prioratus sub titulo S. Mariæ Magdalenæ extrueretur, eo loco ubi ipsum spiritus deposuerat; denique post annos vitæ religiosæ decem aut duodecim, cum bona Abbatis Tironiensis venia, secesserit in fundatum à se Priora-tum, eidem vel præfuturus tamquam Sacerdos, si vere id fuit; vel ministraturus tamquam sacrista, si in ordine laicali permansit; ubi & post altare sibi cubile elegerit solitarius, ceteris Fratribus in adjuncta domo communem vitam agentibus. Hanc vero conjecturam quadamtenus probabilem faciunt tria altaria, in eodem sacello erecta jam inde à prima sua fundatione, uti docet Theroude, quam multa non erant necessaria uni solitario, & quidem laico.

ad quod migraverit Sanctus an. 1130

F

facta apud Tironienses monachum ante plures annos.

VITA

Ex Lectionibus officii proprii.

1 SAnctus Adjutor, ex illustri a Dominorum Vernonensium ortus prosapia, Vernonii ad Sequanam natus est. Is à teneris annis, cum Joannis patris & b B. Rosemundæ matris exemplo studium virtutis amplecteretur, tantum profecit: ut facile generis claritatem virtutum splendore superarit. Ætas ipsa puerilis futuram viri perfectionem multis indiciis manifestam exhibebat: nam jejuniis & precibus continuis ita corpus extenuabat & subigebat, ut ossibus pellis pene cohæreret. Forma quidem præcellebat, & aspectu leni sermonisque suavitate, sed maxime studio pietatis & decore castitatis eni-

a nobili loco natus.

b puerilem ætatem variis virtutibus exercet

EX MS. enituit. Crevit cum ætate virtus; & viribus adoleſcentiæ firmata, zelum in eo religionis tantum accendit, ut contemptis periculis cum ducentis militibus pro tuenda fide adverſus *c* Saracenos profectus ſit.

adoleſcens ad ſacrum bellum in Paläſtinam profectus,

c

2 Cum in expeditione quadam *d* Antiochena mille quingenti hoſtes in eum irruiſſent, & exanimati pavore ſocii *e* præreptam ſibi quærerent fugam, ipſe proſtratus in terra & converſus ad B. Magdalenam, illius interceſſione tanto in periculo divinum auxilium impetravit. Vota vix finierat, cum hoſtes, tempeſtate repente ſuborta, terrore perculſi, turbatis ordinibus terga dedere. Tum ille cum ſociis, revocatis viribus in medium hoſtium agmen irruit, mille internecione delevit, & reliquos in fugam converſos profligavit.

d

e

cum paucis militibus plurimos ex hoſtibus miraculo cadit;

3 Verum poſt ſeptemdecim annos ab hoſti bus in partibus Hieroſolymitanis captus eſt Adjutor: qui in obſcurum carcerem, ferreis catenis compedibuſque vinctum, crudeliter dejecere. Tum multis gravibuſque tormentis varie divexatus eſt, ut Chriſti fidem deſereret. Sed tandem poſt tot diverſos dolores, ſævoſque cruciatus, & diuturnam in carcere moram, Dominus miſertus eſt ſervi ſui, auxilium per B. Magdalenæ *f* & S. Bernardi *g* Tyronenſis interceſſionem poſtulantis. Cum enim ille poſtea ſomno ſopitus eſſet, Sancti illi vinculis *h* oneratum è carcere traxerunt, raptumque per aërem à remotiſſimis illis partibus in propinquam Vernonii ſilvam *i* tranſtulerunt; ibique depoſito homini Dei dixerunt: Hic requies tua in ſeculum ſeculi eſt.

captus deinde

& divinitus liberatus cum compedibus in patria ſiſtitur.

f

g

h

B

exſtructo ſacello monachum induitus,

k

4 B. Adjutor, à vinculis infidelium liber, Deo publice gratias egit, & in ejus honorem ſacellum ſub nomine S. Magdalenæ in eo ipſo loco, in quem tranſlatus fuerat, *k* conſtrui curavit. Illic repudiatis inanibus mundi deliciis, omnia ſua bona cœnobii Tyronenſis monachis largitus, & aſſumpto ejuſdem Ordinis habitu ſub regula S. Benedicti precibus aſſiduis piiſque lamentis, divini beneficii memor, vitæ reliquum impendit. Non feminarum ſolum ſed virorum quoque ſocietatem, ſolitudini plane intentus, ut Angelorum conſortio aptior eſſet, refugiebat. Ex quo monachus factus eſt, ſanctam admodum auſteramque vitam traduxit, pane contentus & aqua, & braſſicis modico tantum ſale conditis. Feſtis tamen ſolennibus, vel cum nobiles quidam illum inviſerent, de auſteritate aliquantulum remittebat. Lectum quidem habuit, ſed ut habere videretur pro more aliorum monachorum: humi enim reclinato capite, in paulo eminentiore terræ parte, decumbebat *l*: nec veſtem exuebat, ſed applicato corpori cilicio ſoporem altum nimiamque ſomni quietem à ſe removebat. Veſtem eamdem, vetuſtate licet attritam, ſanctæ paupertatis amore ductus, diligenter conſervabat.

auſteriſſimam vitam ducit:

C *l*

5 Interrogatus ab Hugone Rotomagenſi Pontifice, cur ita vilem duceret vitam, tantaque corpus auſteritate conſumeret; reſponſum dedit: Satis ſuperque primis ætatis annis ſeculi voluptates deguſtavit; nunc quod cepit nimis, rependat neceſſe eſt. Sibi auſterus, aliis benignus hoſpitalitatem exercebat: diſcordes hominum animos profligatis odiis conciliabat. Nec fruſtra: illius enim ſanctitatem variis miraculis Deus illuſtravit: nempe viſum cæcis, auditum ſurdis, ægris incolumitatem reſtituit. Quemdam, nomine Hilgodum Rufum, à dæmone agitatum, fortuito capellam magno præſentium cum terrore ingreſſum, S. Magdalenæ opem deprecatus, dæmoniaco furore liberavit.

variis miraculis clarus energumenum liberat:

6 In Sequana fluvio locus erat valde periculoſus, in quo ſæpe homines naveſque peribant. Qua re commotus vir ſanctus, Epiſcopum advocavit: qui cum veniſſet, celebrato Miſſæ ſacrificio, monachi hujus ſanctitati confidens, cum eo naviculam ingreſſus eſt. Cumque ad gurgitis oſtium accederent, admonuit Adjutor Pontificem, ut loco benedictionem conferret, & aquam benedictam aſpergeret. Quo facto ipſe vinculorum partem, quibus olim in terra ſancta conſtrictus fuerat, in gurgitem projecit, hæc locutus: Deo tam facile eſt populum hoc gurgite, quam fuit antea me vinculis iſtis, S. Magdalenæ & B. Bernardi interceſſione, liberare. His ita peractis, gurges aquas ſorbere deſiit, ac deinceps expers periculi nemini amplius exitioſus fuit.

D

periculoſum in Sequana gurgitem immiſſa parte compedis ſuæ claudit.

7 Hugo Pontifex enarrata B. Adjutoris vita hæc in eo maxime laudat: largitionem erga monachos, eccleſiarum inſtaurationem, pacis in eis conſervationem, Principum conciliationem, pauperum curam, morum optimorum ſtudium, juvenum emendationem, ſenum decus, ſeculi deſpectum, in adverſis patientiam ſingularem, in abſtinentia, vigiliis & orationibus perſeverantiam, erga afflictos miſerationem, virginitatis amorem, continentium ſolatium, ſalutis animarum vehemens deſiderium, ſedulam Dei mandatorum obſervationem, denique virtutum omnium concentum eximium. Quorum omnium cauſa multum Deo carus, magnaque apud homines veneratione dignus extitit. *m*

Synopſis virtutum ejus.

m

8 Tandem cum vitæ finem præſciviſſet, Epiſcopum atque *n* Tyronis Abbatem advocari curavit. Qui cum veniſſent, humi jacentem in habitu monachi, ut ſolebat, invenerunt: eique ſancta Eccleſiæ Sacramenta atque extremum Viaticum adminiſtrarunt. Is denique pari virtutum meritorumque cumulo dives, terræ corpus, animam cælo reddens, ad optatam beatorum ſpirituum ſocietatem pervenit. Sacræ ejus corporis Reliquiæ in dicta eccleſia B. Magdalenæ, quam ædificaverat, poſt altare majus conditæ ſunt. Quo in loco S. Adjutoris interceſſione multa Deus exhibet miracula, quæ certiſſima ſanctitatis ejuſdem teſtimonia poſteritati præbent.

Prædictam à ſe mortem pie obiens

E

in ſacello à ſe extructo humatur;

9 Apparitor quidam Rotomagenſis Richardus nomine, cui oculi cultro confoſſi *o* fuerant, audiens quanta in ſacello S. Adjutoris Deus eo confugientibus præſtaret beneficia, ſuper Sancti tumulo novenam peregit. Sub finem SS. Adjutor & Magdalena inter quietem apparuerunt: ille oleum ferens, hæc eodem oculos cæci deliniens: ac poſtea expergefactus, reſtitutum ſibi oculorum viſum expertus eſt. Cum urbs Verno & territorium ejus incendiis, grandine multa, & aquarum inundationibus acrius infeſtarentur; à quodam Alberto admoniti cives, ſe omnes in ſacellum S. Magdalenæ contulerunt, decem exceptis; & implorato SS. Magdalenæ & Adjutoris auxilio, voventes ſe ſingulis annis in perpetuum proceſſionaliter illuc ituros, ab his calamitatibus liberati ſunt: illi vero decem, pietatis hujus irriſores, cum omnibus & domibus & facultatibus ſuis perierunt. *p*

o

cæcus meritis ejus viſum recipit;

& magna Vernoni tempeſtates ſedantur:

F

punitis obtrectatoribus

p

10 Urbe Vernonenſi obſidione cincta, multoque igne *q* Græco ab hoſtibus graviter infeſtata; cum cives cæleſtem opem imploraſſent, repercuſſis in hoſtes ignibus, nomine jam noti, tunc re ipſa patriæ Adjutoris, & B. Magdalenæ auxilium comprobavit *r*. Sic plerique quotidianis, tertianis, aut quartanis febribus, aliiſque diverſis infirmitatibus afflicti, ad ſepulcrum B. Adjutoris accedentes, & ejus ſuffragia cum vera fide & pœnitentia poſtulantes, eo in loco ſanitatem obtinuerunt.

q

in obſeſſos ignes immiſſi divinitus rejiciuntur in obſidentes.

r

ANNOTATA.

a *Hujus illuſtris familiæ memorias pleraſque per bella intercidiſſe, queritur Theroude: tamen præter Guilielmum,*

A *mum, in eccleſia Vernonienſi cum titulo Principis ſepultum, inveniri ait monumentum cujuſdam Richardi de Vernonio in Abbatia Valliscernenſi, alteriuſque in Prioratu Canonicorum Regularium, una à Vernonio leuca de Salicoſa dicto, & poſt annum 1155 fundato; tum Guilielmum II S. Adjutoris ex fratre Mattheo nepotem, qui quam pater à Turonienſibus receperat ſilvæ partem, impenderit fundando Canonicorum Vernonenſium collegio anno 1145, quod filius ejus Richardus anno 1186 ratum habuit: quibus antiquior & Guilielmo primo ſynchronus (frater forte aut patruelis) fuerit Petrus de Vernonio, anno 1052 fundator Prioratus S. Hilarii Blaruenſis. Quos omnes et familiæ facile concedam: non item Alardum ſeu Adelardum Cardinalem, legatum in Orientem anno 1191; hic enim non Canonicus Vernonienſis, ſed Veronenſis in Italia Epiſcopus fuit, ut apud Ciacconium & Ughellum videre eſt.*

b *Ab Arturo in Gynæceo ad hunc diem, cum titulo Beatæ, ponitur, facta poſt mariti mortem Sanctimonialis, & in eodem loco cum S. Adjutore humata. Hoc certum ex infra dicendis, ejus nomen una cum filii nomine ibidem invocari ſolitum. Theroude eam* de Blaru *appellat.*

c *Anno 1097 in Aſiam itum ſub Godefrido Bullonio & anno mox ſequenti capta à Chriſtianis Antiochia.*

d *Locum, in quo res geſta ſit, I. Theroude nominat* Tambire.

B e *Igem* ducentos *dumtaxat fuiſſe ait, ex quibus* Heliodorus de Blaru, Odo de Portmort, Ioannes de Breval, Anſelmus de Chantemeſle, Guido de Chaumont, Petrus de Courtigny, Richardus de Harcourt, Henricus de Preaux, *alique plures poſtea reverſi in Gallias, rem ſuo teſtimonio legitime confirmarint.*

f *S. Mariæ Magdalenæ præcipue devotos fuiſſe Vernonienſes, colligit Theroude ex alabaſtrina majoris altaris tabula Vernonis, ubi mediæ Deiparæ latus dexterum tegit Sancta, ſiniſtrum vero S. Maximus Epiſcopus Regienſis, tamquam poſterius accitus Patronus, propter Reliquias ejus iſtic circa an.* 1180 *ex Provincia allatas à quodam Letardo.*

g *Obierat S. Bernardus circa an.* 1117 *ut oſtenſum eſt ad ejus Vitam* 14 *Aprilis, quem & vivum cognoviſſe S. Adjutor potuit, & mortui celeberrimam à miraculis famam etiam in Syria debuit audiviſſe.*

h *Graviſſimæ catenæ partem in eccleſia Vernonienſi intra Sacellum Deiparæ, etiam nunc appenſam videri, ait Theroude; alteram partem conſtat manſiſſe penes Sanctum in memoriam accepti divinitus beneficii. Addit idem inter memorias ipſius Sacelli haberi, quod intra caveam ferream tranſlatus fuerit: quod merito rejicit, non quia eiuſmodi cuſtodiæ genus eo tempore inſolitum barbaris fuerit; ſed quia antiquiori teſtimonio res caret; & ſane par fuiſſet eam æque aut magis ſervari quam catenam.*

C i *Huic veritati atteſtati, qui in captivitate adhuc pridie cœnaverunt cum Adiutore, ex inquiſitione per Hugonem Archiepiſcopum facta, nominantur à Theroude* Petrus de Courtigny, Henricus de Preaux, Andreas de la Ferté, Roffredus de Puiſſac, Odo de Pormor, aliique: *quæ faciunt ut Hugonis qualecumque ſcriptum ardentius expetatur.*

k *Theroude ait ab Hugone dedicatum ſacellum & tria in eo altaria, eorumque præcipuum ſub invocatione S. Salvatoris & S. Magdalenæ: ego, a Gaufrido Hugonis deceſſore malim id factum opinari, niſi aliud legatur in ipſius Hugonis ſcripto.*

l *Supereſt etiamnunc locus iſte in antro poſt altare, ibique decumbunt cum ſpe ſanitatis qui optant à febribus per S. Adiutorem liberari: quod & olim factum, Hugone teſte, aſſerit Theroude.*

m *Addit idem dicere Hugonem, quod præter recitata miracula plura alia vivens Adiutor fecerit, optime teſtata & ſibi nota.*

n Guillelmus *hic fuit*, qui, *ut aiunt Sammarthani*, monaſtica tunica S. Adjutorem, Vernonii ad Sequanam Dominum, induit, ut in ejus habetur vita. *Quænam ea? an quam primus Hugo, an vero quam Sauſſayus vel Theroude ſcripſerunt?*

o *Idem Theroude (qui hæc & ſequentia miracula à Gal-* EX GAL-
terio Archiep. deſcrip. eſſe ait) auctorem inioriæ dicit fuiſſe LICO.
Equitem quemdam, quem apparitor iſte ad tudicium citabat.

p *Idem dicit, quod Guarinus Epiſcopus Ebroicenſis Gualterio atteſtetur, addatque invocatam pariter fuiſſe* S. Roſimundam, *& vicorum* Paſſy, Gaillon, Eſtrepagny, *ac* Longe-ville *incolas ſimiliter ad S. Adiutoris patrocinium accurriſſe, idemque beneficium meruiſſe. Poſtea dicit Theroude proceſſionem illam factam 6 Maii, & initium cæpiſſe circa an.* 1180

q *De igne Græco, tempore Conſtantini Pogonati invento, ac plurimum in obſidionibus uſurpato, vide Zonaram in Pogonato & Choniatem in Iſaacio* πῦρ ὑγρόν *appellant, quod humectata materia conſtet, quare etiam in aquis ad navium Saracenicarum incendia eo uti Conſtantinopolitanos obſeſſos an.* 672 *docuit Callinicus architectus, ex Heliopoli Syriæ ad Romanos profugus.*

r *Eamdem gratiam dicuntur obtinuiſſe incolæ* Andeliacenſes, Torniacenſes, Pormorienſes & Preſſiniacenſes *in eadem Normania circa Vernonium.*

MIRACVLA

Ex Gallico Ioannis Theroude.

11 IOannes de Turniaco, podagra laborans, ab eadem in Sacello S. Magdalenæ eſt liberatus. Iſemberga de Pormor, cæca eadem & deformiter contracta, ibidem & viſum & rectam corporis conformationem recepit. Petrus de Preſſiniaco ſimiliter viſum recuperavit. Guido de Bakevilla ab hydrope curatus fuit. Ioannes de Andeliaco, totus diſtortus, habitudini naturali eſt redditus. Andreas de Turniaco, à nativitate ſurdus, obtinuit audiendi facultatem. Longum ſit hujuſmodi miraculoſas curationes, à S. Adjutore impetratas, referre ſingulas; pro omnibus ſit una plures in ſe complectens, confirmata per Odonem II, qui anno MCCXLVI factus Archiepiſcopus, uno ſolum anno Sedem tenuit, ac plura S. Adjutoris miracula conſcripſit. Oppido & ſuburbiis Vernonienſibus incubuerat anginæ morbus, ſquinantia vulgo dictus: qui cum multos mortales ſuſtuliſſet, inſtituta ex voto proceſſio eſt ad SS. Adjutorem, Magdalenam & Roſimundam: neque ex eo quemquam amplius ægritudo invaſit. Itaque Vernonienſium exemplo moti cives majorum urbium, Pariſienſis, Rotomagenſis, Carnutenſis & Ebroicenſis, ſimilis mali remedium eadem pietate exquiſierunt in hoc loco; & ſimili ſucceſſu gaviſi ſunt: multique poſtea non ceſſarunt, poſt veram confeſſionem peccatorum ſuorum, ibidem gratiam ſanitatis impetrare à ſuis iiſque variis infirmitatibus. *ſanantur infirmi varii.* *Vernonium à ſquinantie morbo purgatur.*

12 Hubertus cauſidicus Rotomagenſis, pro cive quodam contra militem inſolentem juſtitiam poſtulans, ejus furorem ita convitavit contra ſe, ut per inſidias captus, eodem jubente, linguam coactus fuerit abſcindendam præbere, & pariter ad mendicitatem redactus ſit, privatus inſtrumento vitæ ſuſtentandæ. Huic in tali calamitate diutius cum dolore verſanti, conſilium datum ut ad capellam S. Magdalenæ prope Vernonium ex voto accederet. Acceſſit: & per novem dies totidemque noctes ſuas ibidem preces continuavit. Ultima autem nocte apparuit ei S. Magdalena, digitiſque attrahens exiguum quod remanſerat linguæ fruſtum, illudque ex pyxide unguentaria liniens, loquelam ipſi reſtituit, ea conditione ut cauſam nullam contra eccleſiam aut innocentem quemcumque agendam reciperet, pauperibus autem gratis ſerviret. Ille evigilans, & formandæ vocis redditam ſibi facultatem agnoſcens, nominatim advocavit peregrinationis ſuæ comites, exitum precationis in vicino loco præſtolantes, eiſque narravit omnia; atque ita præcurrente in urbem fama, ubi erat notiſſimus ipſe Hubertus, plurimi ei obviam *lingua abſciſſa reſtituitur.*

EX GALLICO.

obviam cucurrere, eodemque properavit Gualterius Archiepiſcopus, ipſumq; proceſſionaliter induxit in eccleſiã cathedralem ad gratias Deo perſolvendas.

Archiepiſcopus ab hoſtibus liberatur.

13 Eidem Archiepiſcopo gravis lis erat cum Barone quodam potente : qui hominibus ſuis circiter ſexaginta ſtipatus, Præſulem ad viſitandam diœceſim egreſſum circum venit. Hos ſtrictis gladiis videns Archiepiſcopus in ſe ſuosque inermes irruere, expetiit S. Magdalenæ auxilium : & continuo velut in lapides verſi inſidiatores omnes, liberum captivis ſuis dedere tranſitum ; ſupervenientes autem alii, &, nocturna forſan obſcuritate decepti, oculis certe capti ne ſocios ſuos agnoſcerent, rati in Archiepiſcopi comitatum ſe incidiſſe, eosdem ferire aggreſſi ſunt, itaque mutuis concidere vulneribus. Quare confeſtim ad capellam venit, eamdemque dum vixit ſingulis annis viſitavit; gratitudinem etiam ſuam teſtatus deſcribendis miraculis, quæ per SS. Adjutorem & Magdalenam, facta cognoverat.

ſterilibus conjugibus proles datur, a

14 Odo quoque Archiepiſcopus refert, quod Bavariæ Dux diu in matrimonio ſterili verſatus cum ſua uxore *a* Yola, humanis mediis omnibus fruſtra tentatis, cum audiſſent famam miraculorum in ſacello S. Magdalenæ patratorum, eidem ſe devoverunt
B cum oblatione argentea : & mox ipſa nocte viderunt Sanctam cum magna claritate, quæ ipſos æque ac cubicularios expergefecit, ingredientem ad ſe, edicentemque quod hæc eorum afflictio pœna eſſet injuſtæ tyrannidis, qua ipſe ac majores ſui ſubditum populum eatenus oppreſſerant : agerent ergo pœnitentiam, & ſic in ſacello ſuo ſperarent gratiam. Dictum factum. Venerunt ſupplices, brevique poſt gravida Duciſſa voti ſui effectum vidit. Anſelmus de la Roche-guion & uxor ejus Hauria, amiſſo per mortem filio, quem initio conjugii ſui genuerant, deinceps in ſterili orbitate vivebant : votoque adeundi ſacelli emiſſo, ſimiliter conſpexere Sanctã promittentem liberos, quos tres deinceps genuerunt. Idẽ beneficium impetrarunt Andreas de Yoriaco, Guichardus de Sacquan-villa, Radulphus de Alezio cives Vernoniẽſes & Petrus de Orgevallecivis Louveriẽſis....*b*

b à contractione, naufragio, paralyſi & demone quidam curantur.

15 Adiſcardus, vici Pormorii inquilinus, metendis frugibus falcem arripiens in feſto S. Mariæ Magdalenæ, eam adhærere manibus ſenſit, cum omnium membrorum contractione, nec niſi in hoc ſacello facti pœnitens reſtitui ſibi meruit. Navis mercatoria, ex Flandria in Italiam tendens, naufragium feciſſet, niſi communi ad capellam S. Magdalenæ voto ſerenitatem meruiſſent nautæ vectoresque, quanta eis, ad tenendum portum deſideratum & vota in reditu ſolvenda, ſatis fuit. Conradus civis Vernonienſis, à novem annis paralyticus, nono devotionis ſuæ die ſanatus fuit. Mathildis ex ſuburbio Vernonienſi à dæmone quo poſſidebatur liberata eſt, cum eam mater ad ſacellum S. Magdalenæ adduxit. Aribertus de Curtiniaco renũ cruciatui repentino, quo equo aut pedibus ambulare prohibebatur, ibidẽ invenit remediũ.
C

horror confeſſionis tollitur,

16 Alius eques, verecundia obſiſtente, non audebat in confeſſione exponere ſuum peccatum, & tamen devotus erat S. Magdalenæ : quæ nono poſt anno ipſi apparens, ad veram confeſſionem faciendam hortata eũ eſt exemplo ſuo, quæ non formidarat ſuam facere Chriſto coram multitudine convivarum. Denique regionis iſtius incolæ, quoties à copioſioribus aut rarioribus pluviis vel alia tempeſtate adverſa damnum agris ſuis ac fructibus metuunt, ſolent ad hanc capellã convenire, peractaq; ibidem confeſſione peccatorum deſideratã cæli temperiem obtinere. Quæ capella, quoniam S. Mariæ Magdalenæ nomen ſervat, ideo miracula ibidem facta ſæpius quidem ipſius quam S. Adjutoris nomen exprimunt : fuerunt tamen illa hic ad S. Adjutoris Vitam referenda, quia hunc & illam ibi communiter invocari, & utriq; accepta referri miracula, indicat communis etiam nunc ſenſus accolarum.
D

aeris temperies impetratur.

17 Itaque hic etiam conſequenter referendum eſt, quod cum occaſione bellorum, jam inde ab anno MCCCXXXVIII inter Anglos Francosque ardentium, prædicta capella funditus eſſet deſtructa, ſolo grandiori muro, qui circum altare majus in hemicyclum ducebatur & Sequanam reſpicit, derelicto ; anno MCCCCIV menſe Majo, contigit ut Robinus le Jongleur, annoſus vinitor, incola Preſſiniaci-ſuperbi (vicus is proximus capellæ eſt) vir bonæ atque honeſtæ vitæ, iſtuc abiret avium nidos ſcrutaturus ad victum ſuum : eumque ad locum capellæ adveniſſet, audivit melodicum concentum velut Officium divinum celebrantium. Ad quem attonitus ſeque convertens, vidit Angelorum multitudinem ac vocem audivit ſic dicentem, Officium quod audiſti factum eſt ad honorem S. Mariæ Magdalenæ, cui locus hic ſacer olim dedicatus fuit, ſub poteſtate Abbatis Tironienſis in Pertico, quemadmodum probant inſtrumenta apud illum aſſervata. Nos autem deficientibus hominibus qui ſacra hic peragant, ipſi huc ad id Dei mandato convenimus. Vade ad Archiepiſcopum ejuſque Officiales, ut per ipſos perq; populũ hujus regionis reſtauretur capella in honorem S. Mariæ Magdalenæ, quæ hic ſeſe omnibus propitiam ſemper exhibuit. Cathedram Rotomagenſem tenebat tunc temporis Guilielmus de Vienna : ad cujus miniſtros accedens vir iſte bonus ac ſimplex, & viſa atq, audita narrans, viſus eſt eis deliramenta loqui : ideoq; in aſſeverandã veritate conſtantem, habuerunt in carcere; nihil interim ſoliciti de archivo Tironienſi viſitando, ac tandem publica proclamatione infamatum dimiſerunt domum. Rurſus ergo eodem ſe contulit, eosdemq; turſum cantus audivit, eoſdem Angelos vidit ; quibus quid ſibi acciditſſet referens, iterumq; eadem mandata accipiens, rurſum paruit, fretus iis quorum juſſa exequebatur. Nec fruſtra. Pervenit enim res ad aures Archiepiſcopi : qui audito homine, ſani per omnia ſenſus, rem minime negligendam ſibi putavit : ſed miſit ad Petrũ Abbatem Tironienſe, rogavitq; ut veniret ad locum, cujus eſſe dicebatur patronus, ſecũ ferens inſtrumenta & memorias quaſcumq; haberet eodem ſpectantes.
E

Angelico cantu admonitus quidam

de reſtauratione ſacelli

tandem additur ab Archiepiſcopo

qui reſtauratum illud conſecrat an. 1406.

18 Adfuit die præſcripto Abbas, eaque exhibuit monumenta, quibus lingua Latina ſcriptis doceebatur certo, quomodo S. Adjutor ab ſervitute Saracenorum miraculoſe liberatus, ſacellum ibi fundarit. Quibus lectis approbatiſque, ad collectum iſtic populum ſermonem habuit Archiepiſcopus : deinde juſſit locum à vepribus virgultisque purgari. Hoc facto inventum eſt altare : quod ſacris palliis rite opertum, frondoſisque arborum ramis circum ſupraque ductis ad quamdam ſacelli formam aptatum, ſacrificium incruentum excepit cum cantu. Quo finito Indulgentias magnas elargitus Antiſtes eſt, cunctis præſentibus omnibuſq; adjutrices manus ad reſtaurationẽ porrecturis, interquos ceteros omnes liberalitate ſua vicit Guilielmus de Melun Comes Tancarvillanus : cujus impendio & collatis populi eleemoſynis, cœpit reſtaurari locus : ad quem, perfecto jam opere, anno MCCCCVI, die XXII Julii in feſto S. Mariæ Magdalenæ, rediit Archiepiſcopus, & altaria duo, primum in honorem Sanctæ jam dictæ, alterum ſupra tumbam S. Adjutoris reconciliavit.
F

& ſodalitatem inſtaurat.

19 Poſt ſolenne ſacrum alloquutus populum, ei prælegi juſſit prædictas chartas, de Latino Gallice redditas ; quarum exemplar ibidem dimiſit, cujus lectione quotannis iteranda populus excitaretur ad cultum ipſius loci. Quod hactenus continuatur per aliquos cives Vernonienſes, navigio advectos : atque ita circumjacentium vicorum Paciaci, Gaillonii, Eſtrepagniaci, Longæ-villæ ac ceterorum incolæ

A incolæ diſcunt, quomodo eos ſupplicationis annue inſtituendæ voto obligaverint majores ſui Sanctis Adjutori, Magdalenæ, ac Roſimundæ. Reſtituta etiam ibidem Fraternitas eſt auctoritate Archiepiſcopali, ex Vernonienſibus civibus, ad illius loci ſancti conſervationem perpetuam: qui quod ab anno MDLXV uſque ad MDXC nullum paſſus ſit damnum ab iconomachis, plurima per Franciam loca ſacra ſpoliantibus & evertentibus, eo majori Dei beneficio adſcribendum puto, quo ſacellum, ad ripam Sequanæ ſitum, magis opportunum & expoſitum injuriæ erat.

ANNOTATA.

a *I. Theroude, in margine, divinat fieri poſſe, ut hic intelligatur* Helica, *uxor Ottonis* IV; *ejus utique qui ab Aventino lib. 7 Ann. Bojorum dicitur ſub Frederico Ænobarbo floruiſſe; in cujus filium Ottonem Majorem, idem Fredericus Bojariæ Ducatum reſtituit, ante annos fere ducentos ejus majoribus ablatum; ſed quid ni alius aliquis, & multo forte junior, ex Bavariæ proceribus (inter quos frequentiſſimum* Otthonis *ſeu* Odonis *nomen*) *uxorem habuerit* Yolam *ſive* Yolantam; *eodem jure Dux appellatus, quo Dux appellaretur Ottho iſte* IV, *quia ex Ducibus prognatus?*

B b *Sequitur in Gallico miraculoſa liberatio Chriſtianorum, qui ſub Ducibus Burgundiæ atque Bavariæ deſcenderant in Pruſſiam, contra paganos provinciæ Letho (Lithuaniam intelligi non eſt dubium) pugnaturi: quos Rex infidelis præoccupans per conſtrictas glacie paludes, funditus deleviſſet, niſi ad Guiſtani Tankarvillani & Rogerii Haricuriani Comitum iſtic præſentium ſuggeſtionem, facto voto de viſitanda capella S. Magdalenæ, rupta glacies hoſtilem abſorbuiſſet exercitum; quod beneficium coram Archiepiſcopo profeſſi ſint tum ipſi Duces, quorum tacentur nomina; tum Comites ſeptem, & Barones ac Milites triginta quinque; præter alios plures, quorum nomina legere auctor non potuerit ob chartæ vetuſtatem, quique initium dederint confraternitati iſtic erigendæ. Quæ omittimus, quia tota narratio videtur fabuloſa: nec tamen operoſius refutandam putamus; unus ſufficit Guilielmus Flander, primus inter ſeptem iſtic nominatos Comites, aliis dictus Normannus, & inter Flandriæ Comites hujus nominis unicus, qui poſt necem S. Caroli (de quo egimus 2 Martii) Flandris obtruſus à Rege Franciæ, breviſſimum habuit Principatum eumque inteſtinis bellis occupatiſſimum, aſcito contra ipſum Theodorico, adeoque non potuit peregre militaſſe jam Comes. Ceterorum nobilium, apud Theroude nominatorum ætates ac familias ſcrutari qui volet; huic ſimiles forte plures aniſtorias inveniet.* D E

DE S. GVALFARDO SOLITARIO

VERONÆ ET AVGVSTÆ VINDELICORVM.

D.P.

ANNO MCXXVII

In eccleſia S. Salvatoris de Curte regia

Egnum Italiæ, quod à Longobardis ad Francos virtute Caroli Magni tranſierat, ſub inferioris longe virtutis poſteris Berengarium Italici ſanguinis Principem ſuſcepit: qui Seaem Veronæ conſtituens circa annum Domini DCCCXCIV, *eamque & munitiſſima arce, & lapideo ponte, & aliis magnis operibus ornans, duos ibidem habuit nominis æque ac tituli ſucceſſores, filium ſuum Berengarium* II, *& ex filia nepotem Berengarium* III, *quorum variam in novo & violente uſurpato regno fortunam Veronenſes hiſtorici proſequuntur. Quis eorum* Curtem regiam *ad Atheſis fluvii ripam extruxerit (nam ab aliquo extructam veroſimile eſt) incompertum habeo; neque Curtem ſeu palatium fuiſſe nunc ſciremus, niſi eccleſia S. Salvatoris ibidem ædificata nomen inde ſervaret, &* S. Salvatoris in Curte-regia *diceretur. Eſt ea inter quadraginta quinque Veronenſis urbis Parochiales ordine octava apud Vghellum, & adjunctum habet monaſterium Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti.*

C *corpus eſt S. Gualfardi,*

2 *Quod autem hanc eccleſiam nobis in præſenti opere memorabilem facit, corpus eſt S. Gualfardi, ortu Auguſtani, opificio Sellarii; qui circa annum* MXCVI *ex Alemannia Veronam adveniens, poſtquam totos viginti annos ſolitarius in vicina urbi ſilvula uni Deo notus vixiſſet; in urbem retractus, decem ibi annos juxta prædictam eccleſiam veluti recluſus vixit; annoque* MCXXVII *Pridie Kalendas Maji moriens; & miraculis, quibus clarere vivus cœperat, clarior mox à morte factus; tumulum ibidem ac ſuper eum altare cum annua feſtivitate nunc habet.* Franciſcus Corna *olim ad latus altaris,* in libro, quem pedeſtri & nativo ſermone conſcripſit, anno ſalutis MCCCCLXXVII, de antiquitatibus Veronæ ac de Sanctorum reliquiis quæ in ea reperiuntur aſſerit, oſſa S. Gualfardi requieſcere in ſepulchro (*eo ſiclicet quod miraculoſe ipſi ſervatũ fuiſſe mox intelligetur ex Vita*) in pariete ad latus altaris: ibi etiam eſſe cilicium ferreum & capitium. *Ita Auguſtinus Valerius Epiſcopus Veronenſis, in Monumentis Epiſcoporum & Sanctorum Veronenſium vulgatis anno* 1576; *additque*, Hoc autem cilicium & capitium Abbatiſſa Monialium dictæ eccleſiæ S. Salvatoris, die XVI Februarii, MDLXXIV, nobis aſſeruit ſe vidiſſe ac attigiſſe, quod erat ex catenis ferreis compactum, & capitium holoſerico ſeu veluto coopertum, & tam magnum quod etiam humeros cooperire poterat: eaque inde ablata fuiſſe ſub Joanne Matthæo Giberto Epiſcopo Veronenſi, ſeque neſcire quid de his poſtea factum ſit. *cum tunica ejus ferrea & capitio,* Dixit etiam intra monaſterium eſſe pallam antiquã, ubi eſt imago S. Gualfardi, cilicio induti ad modum veſtis ex catenis compactæ,

3 *Sedit Ioannes Matthæus Gibertus in Veronenſi cathedra ab anno* MDXXIV *uſque ad exitum anni* MDXLIII. *Præceſſerat eum ab annis* XXI *Marcus S. R. E. Cardinalis Cornelius, ſub cujus Pontificatu facta eſt Tranſlatio S. Gualfardi, ex veteri arca ad novam in altari, quod ibidem ſub ejus appellatione nunc honoratur. Cujus Tranſlationis memoriam continet tabella plumbea, intra arcam poſita & his litteris inſcripta*: Hoc jacet in tumulo Beatiſſimus Gualfardus, de civitate Auguſta: qui migravit Veronæ anno ab Incarnatione Domini MCXXVII, pridie Calendas Maji, & ejus Tranſlatio fuit VII Cal. Decembr. MDVII, præſente Joanne de Abbatia Canonico Veronæ. *dein anno 1507 in novam arcam ad altare tranſlatum* *Sub arca prædicta legitur hic titulus ſculptus,* S. GVALFARDI OSSA: *& ante altare in tabula transverſa, alius longior ſpectatur hac forma.* Oſſa S. Gualfardi de Cæſarea Auguſtana civitate hic requieſcunt. *Vbi fruſtra Valerius, poſt eumq; Ferrarius in Annotationibus, mendum ſuſpicati, monent delendam vocem* Cæſarea, *eo quod* S. Gualfardus Germanus fuit, non Hiſpanus. *Nec enim veroſimile eſt tituli iſtius auctoribus de Cæſar-auguſtana Hiſpaniæ civitate quidquam veniſſe in mentẽ: ſed cum in Subalpinis alia eſſet notiſſimi nominis* Auguſta, *ab antiquis* Auguſta Prætoria *dicta, Salaſſiorum metropolis, &* Italiæ limes *à Solino nuncupata, Ducatus à ſe dicti caput in* Pedemontio; *ne nominis ambiguitate erraret aliquis,* Cæſaream, *id eſt, Imperialem civitatem intelligendam indicarunt.* *cum variis tituli.* F

4 *Super idem altare viſitur etiam S. Gualfardi* effigies, lignea, ſculptilis, cilicio ex catenis inducta, facta anno MDXVII; *quam æque ac altare ipſum locatam credo ab Ephippiorum opificibus, qui* S. Gualfardum Patronũ venerantur Veronæ; *& quidem, ut nobis recentiſſime interrogatus Collegii Veronenſis Rector Octavius Ianolinus reſcripſit, ipſo quo obiit die, quoque à Ferrario refertur in utroque Catalogo Sanctorum, videlicet hoc ultimo Aprilis. Olim tamen pro majori, ut credo, Sellariorum ipſorum commoditate & populi ad Sanctum accurſuri* *effigie ac patronatu ſellariorum,*

AUCTORE D. P.

Feſtum Veronæ 1 Maji & Vita Ms.

frequentia melius advocanda, feſtivitas iſta agebatur Kalendis Maji: ſic enim in Miſſali eccleſiæ S. Mariæ ad Fratam ex membranis, die primo Maji *ſcriptum invenitur*, Gualfardi Conf. requieſcit in S. Salvatore: *&* in Martyrologio apud Moniales S. Dominici, Calend. Maji, Veronæ S. Gualfardi Conf. requieſcit in S. Salvario. *Ita Auguſtinus Valerius, ſignificatq; quod* Vita ejus habetur in dicta eccleſia manuſcripta: *qualem ſcilicet Patres Capucini una cum particulis de corpore acceptis anno* MDCII *tranſcriptam accepere & Auguſtam attulere, uti infra dicetur, ac ſerico viridi involutam ſervant ſimul cum Germanica interpretatione eodem anno Auguſtæ impreſſa; unde eamdem acceptam nobiſcũ communicavit Ioannes Gamanſius noſter. Interpres fuit* Cleophas Diſtelmayr, in Cathedrali Auguſtana miniſter altaris: *qui ſuæ verſioni apte præmiſit verba S. Ambroſii de inventione SS. Gervaſii & Protaſii*, Evaſimus, fratres, non mediocrem pudoris ſarcinã; invenimus enim hodie quo videamur præſtare majoribus; Sanctorum Martyrũ agnitionẽ, quã illi amiſerant, nos invenimus.

Eadem Germanice an 1602

5 *Eadem Vita Italice reddita, à Ioanne Antonio Blanchino, impreſſa Veronæ fuit anno* MDCIV: *& curantibus urbis Romanæ Sellariis, qui Veronenſium exemplo Patrocinium S. Gualfardi aſciverant, recuſa Viterbii anno* MDCXX *atq; Alexandro Cardinali de Montealto dedicata. Quam verſionem, ex originali Veronenſi factam, cum ecgrapho Auguſtano conferentes, non tantum diſcimus hoc ex illo fideliter fuiſſe deſcriptum; ſed animum inde reflectentes ad hæc verba num.* 4 De... miraculis quæ ſanctiſſimus vir Dei Gualfardus ... demonſtravit, ſicut ex præſentibus teſtibus, religioſiſſimis perſonis adhuc viventibus, quos in ſubſequenti enumerabimus, verum eſſe invenimus, vobis aperire aliquot bona fide laborabimus; *& tamen nullos teſtes uſpiã nominatos invenientes, cogimur credere ipſum originale Veronenſe non eſſe primigenium, ſed forte poſt urbis deflagrationem (cujus mentio inſerta eſt num.* 12) *eſſe deſcriptum, deperdito inter flammas autographo; ſicut inter eas tunc periere anathemata circa ſepulcrum appenſa. Etenim incendium iſtud anno duntaxat* MCCXXX *accidit (quantum ſciri poteſt ex hiſtoria Veronenſi per Hieronymum della Corte) miracula autem, quorum, præſentes & adhuc viventes teſtes in ſubſequenti nominandos promittit auctor Vitæ, etſi ea ſolum intelligenda videantur quæ poſt mortem Sancti acciderunt (ſequitur enim,* ſed primo quæ ... in vita fecit ... conabimur declarare) *neq; ſcripta ſint niſi poſt obitum eorum qui ſanitati per S. Gualfardi interceſſionem acceptæ diu ſuperſtites*, certum de re tota perhibuerunt teſtimonium, *ut fecit Vivianus is de quo num.* II *agitur: tamen non admodum diu à morte Sancti facta, & ſaltem ante finem ejuſdem ſeculi deſcripta fuiſſe videntur. Vt ut ſit ad coævorum ſcriptorum auctoritatem & fidem proxime accidit Vitæ hic edendæ ſcriptor, ab eaque deſumptæ ſunt ſynopſes vitæ breviores, quas apud Valerium & Ferrarium Latine; Italice apud Hieronymum della Corte, Germanice apud Stengelium licebit legere. Ipſe vero Sanctus qui Veronæ pridie Kalendis Maji colitur, Auguſtæ, ob memoriam Tranſlationis, commemoratur die Octobris* XXVI, *anno Domini* MDCII.

& Italice 1603 reddita:

ejus compendia apud alios,

aliud exemplar in Ms. Velſeri.

6 *Inſtrumenta dictæ Tranſlationis dabimus poſt Vitam, ex iisq; diſcemus eidem allaboraſſe Cl. V. & Auguſtana Civitatis decus præcipuum Marcum Velſerum: quem & primum auctorem expetendarum Veronæ Reliquiarum fuiſſe mihi perſuadeo. Etenim Gamanſius noſter, in Codice, circa annum* MDLXXX *ad S. Annam in publica ſchola deſcripto (qui nunc Reipublicæ Auguſtanæ & olim Marci Velſeri fuit) aliud Vitæ exemplum invenit, tranſcriptumq; communicavit: cujus Vitæ tenorem, iiſdem pro majori parte verbis, ſubinde tamẽ brevioribus nitidioribusq; contextæ, infra in notis aliquoties citabimus. Ex hoc autem Codice, qui & ipſe videri poteſt ab aliquo Veronenſi MS. acceptus, in Sancti hujus Auguſtani notitiam deductus Velſerus, primum proprio ſtylo novam Vitam ipſe contexuit, additis quæ ex Auguſtino Valerio addi poterant: & ſic ea habetur excuſa una cum opuſculis beati Fr. David de Auguſta Ordinis minorum anno* MDXCVI: *deinde magnũ videtur concepiſſe deſiderium, tantum bonũ civibus ſuis communicãdi, prout paulo poſt factũ videbimus.*

una Latine ante annum 1200 *ſcripta fuiſſe videtur;*

undenovam ipſe compoſuit.

VITA

Ex MS. Veronenſi cum Reliquiis advecto.

Veronam advectus ibidem ſubſiſtit,

1 FUit quidam nobiliſſimus vir Chriſtianæ profeſſionis, nomine Gualfardus, de provincia Alemanniæ oriundus, de civitate Auguſta: qui divina providentia, cum quibuſdam ſuis ſociis mercatoribus, ad civitatem Veronam devenit: ibique videns temporis fertilitatem, loci congruitatem, cum ſocio ſui artificii nomine *a* Licko, aliis omnibus redeuntibus, in eadem civitate morari diſpoſuit. Beatus igitur Gualfardus, caſtitate niveolus, caritate flammeolus, modeſtia ſobrius, ira vacuus, conſtantia magnanimus, patientiæ virtute longanimis, miſeratione compatiens, compaſſionem intrinſecus retinens, opus vero extrinſecus quotidie peragens, quidquid denique manuum ſuarum labore inveniebat, pauperibus & egenis erogabat [nihil ſibi retinens] niſi tantum veſtimenti ut hiemem depellere & ſuum ſaltem corpus tegere valeret. In eodem vero loco beatiſſimus Gualfardus, in ſellarum exercitio (nam optimus ſellarius erat) parvo tempore moratus eſt. Conſiderans enim hominum doloſitatem, vitæ ſuæ fragilitatem, diaboli calliditatem, vitam taliter deducere ſibi diſplicuit.

a

ſellariiopere ſe ſuſtentat.

E

dein ſolitaria vita vivit annis 20, *b*

2 Itaque ut ſibi æternam vitam compararet, & hujus mundi vanitates omnino dimitterent; nemus quod appellatur *b* Saltuccius, inhabitandi cauſa, deſideranti animo, nullo ſciente, introivit: quod nemus non longe à civitate Veronæ juxta Atheſim fluvium diſtabat. In eodem vero nemore beatiſſimus vir Dei Gualfardus per viginti fere annos [quam] ſtrictiſſimam, & quam bonam vitam & quam perutilem ibi duxiſſet, nullus hominum ſcire valebat. Nam nemus, in quo manebat, infrequentabile erat, locus ejuſdem impenetrabilis fere undique fuerat. Sed cum Domino libuit tanti viri opera oſtendere, quibuſdam nautis, juxta ſilvam navigantibus, S. Gualfardum apud Atheſis ripam demonſtravit; qui ferum aut ſilveſtrem hominem illum fore cogitantes, cum navi ad ripam devenere. Exeuntes ergo de navicula & per eumdem tramitem incedentes, in domuncula parva hortulum habente eum invenerunt. Quo invito apprehenſo, ad civitatem Veronam abduxere. Quem ſui compatriotæ agnoſcentes, locum ſibi habilem, apud S. Petri *c* eccleſiam in monaſterio, invenerunt. & eidem indumenta tribuerunt nec non alia neceſſaria: à quibus tamen quotidie ſe abſtinebat, & indigentibus quam maxime ſubveniebat, ibique per breviſſimum temporis ſpatium bonis operibus vacando permanſit.

b

ubi inventus & Veronam reductus.

F

c

3 Deinde tempore quo Atheſis fluvius admodum *d* crevit, ita ut totius civitatis plateas ſuperaret, præ timore autem cunctis fere hominibus fugientibus, etiam beatiſſimus vir Dei Gualfardus extra civitatem Veronam perrexit: deinde ſanctæ Trinitatis *e* eccleſiam, non procul à prædicta civitate diſtantem, petivit. In eodem vero loco brevi tempore demoratus, Deo ſerviendo, obediendo, nihil denegando; mundum cum ſuis pompis abrenuntiando, à quibuſdam religioſiſſimis viris de S. Salvatoris eccleſia, piæ dilectionis affectu & ſummæ devotionis clementia interveniente, ſuſceptus eſt. Cum igitur ſanctiſſimus vir Dei Gualfardus in eodem loco permaneret ſtatim ſibi cellam fieri ordinavit, ad quam ad ſui libitum apud eccleſiam conſtitutam intravit. Ibi vero per decem annos diu noctuque in vigiliis permanendo, in orationibus frequentiſſimis perſiſtendo

d

exundante Atheſi diſcedit:

e

iterumque rediens decennio vivit ad S. Salvatoris.

A ſtendo & in jejuniis perſeverando, & à cibis & potibus ſemper abſtinendo, indigentibus quotidie erogare non deſiſtebat. Infirmos à febribus & à multis aliis languoribus liberavit, cæcos Dei virtute illuminavit, dæmones effugavit, claudos domum rectos dimiſit. Etenim erat homo qui pietate, qui juſtitia, qui modeſtia, qui fortitudine, qui prudentia, qui denique virtutum omnium ſplendore, ſola Dei bonitate fulgebat. Erat homo, cui ſapientia ſoror, amica prudentia, mater modeſtia, fortitudo obſtetrix, juſtitia educatrix. Igitur beatiſſimus vir Dei Gualfardus, taliter bonis operibus vacando, ira & odio ſemper caruit, & de gradu in gradum ſemper aſcendit.

ſibi virtutibus & miraculis clareſcens,

4 De multiplicibus & innumerabilibus miraculis, quæ ſanctiſſimus vir Dei Gualfardus Dei auxilio & virtute [poſt mortem ſuam] *f* demonſtravit; ſicut ex præſentibus teſtibus, religioſiſſimis perſonis adhuc viventibus, quos in ſubſequenti enumerabimus, hoc verum eſſe invenimus; vobiſque aperire aliquot ipſius miraculorum bona fide laborabimus. Sed primo quæ ſigna, quæ miracula in ſua ſacerrima vita ipſe fecit, ſummæ dilectionis inquiſitione declarare conabimur. Multoties enim hic ſanctiſſimus vir Dei B Gualfardus, ad fluminis Atheſis ripam deſcendens, ut ſuas manus abluerет, & aliquantum aquæ in ſuo ſcypho acciperet; piſces ſua ſponte veniebant, & certatim in ſcyphum ſaliebant, nec non etiam ſanctiſſimi viri manus lambebant: quoſdam autem eorum ſublevabat, poſtea tamen eoſdem deponens, nolentes recedere præcipiendo reverti faciebat [eſt enim eccleſia Salvatoris adjacens Atheſi]. O quanta eſt ejus humilitas! quanta eſt ejus ſapientia & quam magna fortitudo! quam magnificata ſunt prodigia quæ Deus demonſtravit, per tam religioſiſſimum virum, pro toto populo Veronenſi Deum orantem in illa cella! Equidem pueri & puellæ virgines, de longe venientes ſuorum majorum præcepto, ſanctiſſimo viro Gualfardo cibum in paropſidibus deferentes, ſæpiſſime propter viam turpiſſimam cadebant; tamen nihil de eo quod erat in vaſis amittebant: quod fere totum pauperibus illic præſentibus diſtribuebat.

f

piſces ſibi alludentes habet,

elæmoſynas ſibi allatas præſervat,

illuminat cæcum,

5 Eodem vero tempore quidam civis Veronenſis, Mugetus nomine, gravi oculorum detinebatur infirmitate, adeo ut videndi officium penitus amiſſum ulterius ſibi reſtituendum minime crederet. Cumque tali labore diu fatigaretur, ad venerabilem virum nuntium miſit, rogans & multa prece depoſcens, ut C ad ſe tamquam viſitandi cauſa venire dignaretur. Qui, cum favorem hominum devitans, ire recuſaret; Sacerdotis illius eccleſiæ, apud quam morabatur, verbis admonitus, tandem nocte jam inſiſtente prædicti viri domum petiit. Manibus itaque ſuper ipſius ægroti lumina violenter diductis, altera die viſus eſt ei reſtitutus; & ad priſtinam incolumitatem reductus, immenſas pro collato beneficio gratias reddidit Dei Viro. Alius quoque civis, Albericus nomine, ſimili laborans infirmitate, ad Dei virum venit, ejuſque pedibus provolutus, & manus ipſius ſuper propria lumina ducens, qui doleris venerat, medela accepta, cum gaudio viſus eſt diſceſſiſſe.

ſanat oculos infirmos,

item alium cæcum,

6 Præterea de eadem civitate Verona vir quidam, qui Giſalbertus vocabatur, viſus omnino cæcitatem incurrerat: cui per viſum revelatum fuit, ut hominem Dei Gualfardum peteret, per ejus interventum congruam ſe medelam non dubitaret recepturum. Baculo itaque ſe ſuſtentans, ad locum ubi vir Dei morabatur acceſſit: quem, ut ſui miſereatur, inſtantiſſime exoravit, & ſic de percepta priſtina ſalute lætus diſceſſit. Cujuſdam etiam Rodulphi ſellarii conjugi, febrium æſtu laboranti, noctu per viſum indicatum fuit, ut ſi ex aqua, qua prædicti viri Dei manus abluerentur, biberet; ſine ulla dilatione ex illo febrium languore evaderet. Quo facto, mulier illa convaluit, & de præſtito remedio non paucas viro Dei gratias exhibuit. Tantis igitur & aliis innumeris miraculis & bonis operibus ſacerrimus Dei cultor, fretus humilitate, expolitus patientia, & diſcretione compoſitus; numquam arrogans factus, numquam exaltatus, numquam iratus, numquam ſuperbire videri potuit.

EX MS.

& mulierem febricitantem.

7 Cum vero vitæ ſuæ finem intelligeret, ſibi capſam ligneam conſtrui præcepit, quam in communi via circiter eccleſiam poni rogavit: ſuper quam capſam, intus viro Dei poſito, homines euntes & redeuntes voluit calcare. Dicebat ſe non dignum in cœmeterio morari: appellabat ſe admodum peccatorem & in plurimis Deum à ſe offenſum dicebat. Non multum temporis poſt, ipſo ægrotante, quidam honeſtiſſimi viri ejuſdem ſancti Salvatoris eccleſiæ, cum quibuſdam ſuis convicinis, duo plauſtra invenerunt, & pro arca lapidea, quæ in valle Paltena fore ferebatur, apud Cozanum *g* ire complacuerunt: quæ à multo tempore ante, in nullo etiam ſereniſſimo tempore & firmiſſimo aëre, ab aliquibus hominibus, illam ſæpiſſime arcam deportare volentibus, inde auferri potuit; quin ſtatim illis tentantibus arcam prædictam movere, totius ora loci à magna tempeſtate devaſtaretur. Sed cum ſupradicti viri divina providentia ad arcam devenerunt, cuncti illius vallis homines, ſolitam tempeſtatem timentes, ipſos flexis genibus, ne moverent arcam, enixe rogaverunt. Verumtamen, ſicut erat Dei voluntas, non idcirco arcam dimittentes, capſam in uno plauſtro, & coopertorium in alio vehiculo, Dei auxilio, cum magno gaudio impoſuerunt, ſine aliqua temporis adverſitate. Venientes igitur cum magno tripudio magnaque lætitia, arcam in Domini noſtri Salvatoris eccleſiam abſque ullo impedimento adduxerunt. Eadem vero hora ſacerrimus Dei ſervus Gualfardus emiſit ſpiritum, qua ipſi cum arca venientes, juxta prædictam eccleſiam cum magna jubilatione acceſſerunt.

moriturus ſepelivi hu-mi ſter pe-tit:

g

ſed inanes lapideæ miraculoſe advectæ,

E

reconditur:

8 Poſt ſanctiſſimi obitum viri, mulier quædam nomine Tulcelda, *h* paralyſis peſte prægravata, ac propterea unius brachii & humeri officio deſtituta, ad illius feretrum vix vadens acceſſit: ibique per ejus interceſſionem, plenariam ſanitatem accepit. Sed cum quædam mulier ejuſdem contratæ ſancti Salvatoris, quæ vocabatur Otta (cujus filius, Henricus nomine, gravi unius oculi detinebatur infirmitate) audiſſet, quod talia prodigia fierent per ſanctiſſimi viri Dei Gualfardi merita; ad ejuſdem feretrum puerum deduxit, & oculo ſui nati cum ſanctiſſimi viri manu tacto, poſtea cum pede, taliter cum Dei miſericordia meritis ſancti viri liberatur. Plures quoque ibidem, tam viros quam mulieres, à diverſis ægritudinibus curatos, cæcos illuminatos, contractos extenſos, febribus æſtuantes liberatos, deprehendimus [de quibus, ne ſi in volumen & verborum copiam protrahamur, legentibus tædio deveniamus, taceendum duximus].

h

ad feretrum ſanatur paralytica,

F

& alii plures infirmi,

9 Aſt vero poſt ipſius ſanctiſſimi viri Gualfardi tumulationem, Tridentinus quidam, Joannes nomine, ad ejus arcam delatus eſt: qui taliter ab umbilico deorſum contractus fuerat, ut vix ſe moveret, nec niſi clunibus terræ incumbentibus poſſet incedere. Cumque in oratione perſiſtens ibi moraretur, plebe quæ tunc aſtabat intuente, membra ejus paralytica extendi cœperunt, tumque demum erectus ad tintinnabula gaudens cucurrit, omneſque adſtantes de ſua liberatione certos pariter & lætos effecit. Præterea à quadam villa, quæ Agna *i* vocatur, de Paduano Epiſcopatu, quædam mulier deveniens, oculorum prorſus lumine privata, ante viri Dei arcam de-

poſtea ad tumulum curantur, contractus

caca.

i

ex ms. ducta ; lux, qua diu caruerat, ſtatim ei fuit reddita. Ancilla quædam quoque Thebaldi *k* Struſii tam
k acriter à dæmone vexabatur, ut vix à tribus viris te-
energumena, neri & cohiberi valeret: quæ cum per aliquot dies ante tumulum beatiſſimi viri fuiſſet detenta, die Dominico, dum Miſſa celebraretur, ſpiritus ille nequam egreſſus, puellam infeſtare ceſſavit: ſicque liberata cum ingenti lætitia ad propria remeavit.

l 10 Alia vero mulier de Terratio *l*, qui locus eſt
fauces obſtructa, Epiſcopatus Veronenſis, poſitus [non longe ab agro Paduano], tali capta extitit infortunio, ut genis cadentibus & fauces obſtruentibus, vix reſpirandi facultas concederetur: guſtare vero nihil, niſi cultello os reſerante, poterat. Huic in ſomnis facta eſt revelatio in hunc modum. Viſum namque eſt ei, ut vir Dei Gualfardus ad eam veniret, & eo ſuper genas manus trahente languor abſcederet; inſuper hortabatur ut ſui corporis præſentiam adiret. Ad ejus itaque tumulum veniens, medelam adepta eſt. Tanta vero hujus habetur miraculi certitudo, quod poſt hæc mulier omnium bonorum ſuorum decimas eccleſiæ, apud quam venerabile corpus quieſcit, obtulerit: & ſic ex more in unoquoque anno facere con-
paralyticus, ſuevit. Veronenſis quidam, Andreas nomine, paraB lyſis fuerat diſſolutus infirmitate, ita quod cunctis ex uno latere membris attractis, ſolummodo jacere cogebatur. Allatus vero ad viri Dei præſentiam, integram recepit curationem: & ſine ullius adminiculo, ad propriam remeavit manſionem.

epilepticus, 11 Fuit etiam quidam civis Veronenſis, Vivianus nomine, qui ante Clericatum ea detinebatur infirmitate, quæ vulgari locutione cadiva dicitur, quapropter indies cadere compellebatur. Hic itaque cum ad viri Dei ſepulcrum perveniſſet, eadem qua cadere conſueverat hora, liberatus eſt, & diu ſuperſtes de hac re certum perhibuit teſtimonium. Alius
m vir, de quodam caſtello quod Marciana *m* vocatur,
energumenus, [vallis Paltenæ agri Veronenſis], tam intolerabili paſſione affligebatur, ut per tres annos diu noctuque ab immoderato garritu minime ceſſaret; quod plerique maligni ſpiritus infeſtatione fieri arbitrabantur. Hic ad ipſius tumulum deductus, priſtinæ quieti reſtitutus eſt; & garritu ſedato, lætus & cum ingenti parentum gaudio, reverſus eſt. Pro quo beneficio ſibi præſtito, dum in hac vita ſuperfuit, in unoquoque anno quamdam olei menſuram eccleſiæ dare
iliaca, conſuevit. Præterea Domina quædam, quæ Redalda nominatur, per annos fere ſedecim tam immenC ſum dolorem iliorum paſſa fuerat, ut nulla evadendi ſpes exiſteret. Quadam itaque die, dum ſolito more torquereretur, ad arcam veniens orationi cœpit inſiſtere, ac lacrymas fundere: ibique per viri Dei interventum illius languoris plenum accepit remedium, [ſanataque domum rediit].

n 12 In Teutonicorum etiam partibus, dum S.
puella ob voti violationem contracta habens manu, Margaritæ *n* feſtivitas immineret, ancilla quædam, quæ eamdem voverat obſervare feſtivitatem, domina compellente & minis eam terrente, in pratum ubi fœnum ſecabatur exivit. Quæ cum raſtrum manu accepiſſet, & ad fœnum colligendum extendiſſet; mox manus arida facta ſic circa lignum alligata permanſit, ut nullo modo extendi, nec quod tenebat raſtrum ab ea valeret auferri: unde factum eſt ut ex utraque parte raſtrum incideretur, pars vero quam manus claudebat (utpote quæ immobilis permaneret) ſic relinqueretur. Hæc, viri Dei ſanctiſſimi fama divulgata, ejus corporis præſentiam petiit. Quo cum veniſſet, paulatim appropinquans, aridam manum [cum altera ſana] ſuper arcam elevavit: & mox, divina operante potentia, extenſa manu lignum cecidit: quod utique pendens extitit, donec civitas iſta Veronenſis
o combuſta fuit, & ſuper hoc facto fidem tribuit.

Fuere etiam puellæ duæ de Tridentino Epiſcopatu, D
quæ captæ à dæmone extiterant. Verumtamen cum *energumenæ duæ*, veniſſent ad beati viri arcam, ſanguinemque & alia fœdiſſima ex ore quaſi per vomitum projeciſſent, ſic liberatæ per Deum & ſancti viri merita, domum cum ingenti gaudio rediere.

13 De Teutonicorum quoque regione quædam *corpore debilis*, Comitiſſa fuit, quæ maximo membrorum impedimento detinebatur, ita quod nullo modo ambulare valebat. Sed cum viſitaret ſanctiſſimi viri Dei Gualfardi ſepulcrum, divina providentia & beati viri meritis liberata receſſit. Fuit etiam vir quidam, Conſoldinus *p* nomine, qui cum haberet quemdam *p* amicum ſuum nomine Urſatum, qui per multum *claudus*, temporis ſpatium claudus extiterat, ad ſancti viri limina ipſum ſupra dorſum ſuum adduxit: & ſtatim ante arcam liberatus, domum ſuis pedibus abiit. Alius quoque vir, Gilbertus nomine, quodam feſto, ſicut ipſe profitebatur, lanificii operi pectines perfi- *punitus ob violatum feſtum*, ciebat idoneos: qua de re unus pectinum tam fortiter ad ejus manum ſe tenuit, ut inde numquam auferri valuerit, donec beatiſſimi viri Dei ſepulcrum viſitavit. Verum illius manu ſuper arcam poſita, ſtatim Dei virtute & præfati viri interventione, de manu illius extenſa pecten cecidit; & taliter evaſus, de E
hoc diu teſtimonium perhibuit. In una ſola die *5 energumeni*, quinque à dæmonibus capti, meritis & interceſſione B. Gualfardi, ſimul liberati fuere, cum ad prædictam arcam, multis adſtantibus & illos ſanguinem ex ore vomentes videntibus, acceſſerunt.

14 Non multum vero temporis eſt, quod tres *item unus eatenus ab acceſſu ad ſacra loca prohibitus.* Teutonici, qui à Domini noſtri Jeſu Chriſti ſepulcro veniebant, quique etiam beatiſſimi Apoſtolorum Principis nec non & S. Jacobi eccleſiam viſitaverant, ad religioſiſſimi viri Dei Gualfardi arcam venerunt, & duo ex illis ingentia munera ſuper arcam depoſuerunt. Tertius vero cum ſua munera ſuper illius arcam vellet offerre, nullo modo accedere ad arcam valuit. Unde illius ſocii à dæmone fore captum illum putabant, quia nec ipſe Domini noſtri Jeſu Chriſti ſepulcrum tangere, nec etiam B. Petri Romæ oſculari, nec etiam ad S. Jacobi arcam accedere valuit. Sed dum prædictus vir ter ad B. Gualfardi arcam fruſtra ire conatus eſſet, divina providentia & beati viri meritis ſanguinem violenter dejecit ex ore; & ſic à garritu & à diaboli tentatione liberatus receſſit: & illius ſocii immenſas Deo & beatiſſimo ſervo ejus Gualfardo gratias tribuerunt. Præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu F
ſancto vivit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen. Migravit autem B. Gualfardus ad Dominum anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo vigeſimo ſeptimo, pridie kalendas Maji: [& oſſa Sancta ejus requieſcunt in eccleſia S. Salvatoris noſtri in Curte-regia ſupra Atheſis flumen]. *q* *q*

ANNOTATA.

a *MS. Velſeri* Ziaſo, *Bianchinus* Zinſo *quæ minus placent, quia minus ſervant formam Germanici nominis: quod integre forſitan ſcriberetur* Zickardus *ſeu* Zighehardus: *ex veteri Teutonico* Zighen *vincere &* hardt *cor ſive* ârdt *indoles.*

b *Valerio* Saltuellus, *forte ut magis Latinum diminutivum à* ſaltus *ſilva; & ſic etiam habet MS. Velſeri. Bianchinus, quaſi nominis nota incerta aut abolita nunc ſit,* Saltuzzo o Boſchetto *dictum locum ſcribit. Supra an infra civitatem ſitus ſit nemo explicat.*

c *Apud Vghellum tom.* 5 *col.* 543 *parochialium eccleſiarum* 34, *dicta* S. Petri ad monaſterium, *cum titulo* Prioratus, *quem olim ibi monaſticum fuiſſe ex iſtis adjunctis diſcas.*

d *Anno*

A d *Anno* 1117, *qui fuit ante mortem Beati annus decimus, exundavit Atheſis teſte Hieron. della Corte parte* 1 *Hiſt. Veron. lib.* 5 *& omnes in plano habitantes ad fugam compulit cum maxima domorum ſtrage.*

e *Vghellus loco citato col.*544 Abbatiam *appellat, inter parochiales ordine* 44.

f *Hæc verba deſiderari in originali, neſcio quomodo omiſſa, apparet ex eo quod mox ſequitur de præmittendis miraculis in Vita patratis. In MS. Velſeri, omiſſis quibuſdam, longe alius ſenſus redditur.* De ... miraculis quæ ... in Dei gratia & virtute vivendo, peregit, ut ex adſtantibus teſtibus ... adhuc viventibus veriſſima eſſe invenimus, vobis aperire bona fide laboravimus & ſtricta inquiſitione conati ſumus. Sæpiſſime etenim ſanctiſſimus vir ad Atheſis &c. *in eodem Ms. ſubinde etiam adduntur aliqua haud inutiliter hic repræſentanda, quæ tamen à contextu reliquo diſcrevimus per* [ ]

g *Vulgo* Val Pantena, *urbi Veronæ ad Septentrionem ſita: diſtat autem* Cozanum 4 p. m. *ab urbe, Valerius* Cutianum *appellat.*

h *MS. Velſeri* Tuleda.

i *An ea quæ in mappis* Mont-agnana 8 p. m. *ultra Bevilaquam, oppidum diœceſis Veronenſis ad Orientem extremum?*

B k *In MS. Velſeri* Muſii, *quomodo etiam Bianchinus legit.*

l *In extremo agro Veronenſi prope Bevilaquam.*

m *Bianchino* Marzana, *proxima Cuzano prædicto, diſtans ab urbe ſolum* 3 p. m.

n *Feſtum S. Margaretæ nunc quidem ex uſu Romani Breviarii* 20 *Iulii colitur; at olim in pleriſque Belgii & Germaniæ eccleſiis die* 13; *in Conſtantienſi vero juxta kalendaria impreſſa anno* 1561 *&* 1575, *& aliis forte Italiæ vicinioribus Alemanniæ diœceſibus, die* 15.

o *Poſt conflagrationem anni* 590 *nullum memorabile incendium notat Hieronymus della Corte ante an.* 1230.

p *Bianchino* Contoldinus. *MS. Velſeri* Centolinus, *quod maxime placet tamquam Italis notum, ſcilicet diminutivum à nomine* Vincentius. *In eodem MS.* Urſinus *dicitur, qui hic* Urſatus.

q *MS. Velſeri hæc addit, ac tandem ſubjungit clauſulam hic ſupra poſitam,* Præſtante *&c.*

TRANSLATIO RELIQUIARUM
Verona Auguſtam Vindelicorum,
ex authenticis inſtrumentis MSS.

C

15 DIe lunæ, 111 menſis Junii MDCII, Veronæ, in infra notata eccleſia S. Salvatoris. Ego Antonius qu. D. Franciſci de Rothariis de S. Stephano Veronæ, Notarius & in Cancellaria Epiſcopali Coadjutor, juſſu Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Alberti Valerii Epiſcopi Famaguſtani & Epiſcopatus Veronæ perpetui Coadjutoris, & ſic requiſitus à RR. PP. FF. Manſueto de Hoſtilia & Maſſæo Bergomenſi, ambobus Capucinis, hic Veronæ in venerabili monaſterio RR. PP. Capucinorum degentibus, me contuli, ſimul cum dictis RR. PP. Capucinis, ad eccleſiam parochialem Venerabilium Dominarum Monialium S. Salvatoris in Curte-regia, cauſa annotandi præſentem actum, ſuper exhibitione infraſcriptarum Reliquiarum S. Gualfardi Confeſſoris. Quo cum pervenerim R. D. Franciſcus de Nigris, Capellanus Curatus d. parochialis eccleſiæ S. Salvatoris, facta prius oratione & accenſis duobus luminaribus, & aperta feneſtrella exiſtente in arca altaris S. Gualfardi, accepit quamdam Reliquiam ex Reliquiis S. Gualfardi (ut ibi aſſertum fuit) in arca d. Sancti exiſtentibus, videlicet partem oſſis crurum, oblongam quarto uno in circa, cum aliis tribus particulis, illamque conſignavit & tradidit eiſdem RR. PP. Capucinis, acceptantibus & reponentibus in quadam ſcatula oblonga, cauſa illam *ferendam* tranſmittendi Auguſtam Vindelicorum, ad RR. PP. *Auguſtam:* Capucinos in dicta civitate Auguſtæ degentes, illamque aſſervandi in perpetuum in illorum eccleſia, quæ nunc noviter conſtruitur ſub titulo & invocatione S. Franciſci, prope conventum RR. PP. Capucinorum prædictorum: & ita annotari inſtiterunt & requiſierunt.

An. 1602 *juſſu Coadjutoris Veron.*

traditur Capucinis oſs cruris cũ tribus particulis,

EX MS.

16 *Sequuntur nomina teſtium ſubſignatio Notarii & fides facta per Vicarium Veronenſem, cum conſueto ſigillo Cancellariæ: quibus omiſſis apponendus hic potius ſimilis Actus, de aliis particulis ſimili modo acceptis, ſub hoc tenore.* Die Mercurii XXXI menſis Julii MDCII. Ego Antonius de Rothariis Notarius antedictus, juſſu Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Auguſtini Valerii, miſeratione divina tituli S. Marci S. R. E. Presbyteri Cardinalis de Verona nuncupati, Epiſcopique Veronæ & Comitis, & ſic requiſitus à RR. PP. Manſueto de Hoſtilia & Joanne Baptiſta de Caravagio, ambobus Capucinis, & à R. D. Joanne de Nigris Capellano Curato antedictæ eccleſiæ S. Salvatoris Veronæ, me contuli cum *prædictis* .... ad ipſam parochialem eccleſiam S. Salvatoris: quo cum pervenerim ... idem R. D. Joannes .... accepit partem ſuperiorem capitis ejuſdem S. Gualfardi, illamque fregit, & ex illa quatuor particulas exhibuit & tradidit eidem R. P. Manſueto: qui illas collocavit in antedicta ſcatula oblonga, in qua etiam reperitur anted. pars crurum dicti S. Gualfardi, cauſa tranſmittendi Auguſtam Vindelicorum, prout in anted. Actu notatum fuit. Et ita, *cum reliquis ut ſupra: quibus Inſtrumentum approbationis Auguſtanæ ſubjungendum ex antographo pergameno.* E

item 4 *pagellæ creatulæ* [illegible]*nii,*

17 Henricus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Auguſtanus, ad perpetuam rei memoriam. Paſtoralis officii noſtri memores, omni ſtudio ea libenter amplectimur, per quæ Chriſti fidelium pietas excitatur, ac veneratio Sanctorum cum Chriſto in cælis triumphantium, præcipue Patronorum civitatis & diœceſis noſtræ Auguſtanæ, augetur & amplificatus. Ita enim nos univerſi Chriſtiani Reliquias Sanctorum, quorum animas cum Chriſto in cælo regnare non dubitamus, ſingulari amore venerari debemus in terris; ut Dei honorantes amicos, divinis nos beneplacitis coaptemus; & illorum propterea mendicantes patrocinium apud Deum, quod noſtris meritis non valemus, eorũ obtinere interceſſione mereamur. Hinc eſt quod cum nuper nobis, pro parte Religioſorum Fratrum Ordinis S. Franciſci Capucinorum Auguſtæ degentium, exhibitæ fuerint Reliquiæ quædam de corpore glorioſi Confeſſoris Gualfardi, qui quondam in civitate Auguſtana natus, Veronæ vitam admirandæ ſanctitatis egit, ibidemque in eccleſia Parochiali Monialium S. Salvatoris in Curte-regia perhonorifice requieſcit, multis miraculis Deo ipſius ſanctitatem comprobante clarus; videlicet una pars oſſis crurum oblonga cum aliis tribus particulis, item quatuor particulæ de capite ejuſdem S. Gualfardi. Quas quidem Reliquias iidem Fratres ex eccleſia S. Salvatoris præfata de corpore d. S. Gualfardi, per Reverendiſſimum in Chriſto Patrem D. Albertum Valerium, Epiſcopum Famaguſtanum & Epiſcopatus Veronenſis perpetuum Coadjutorem deſumptas, ſibi donari, tradi, & conſignari ſuis & ſpectabilis ac præſtanti pietate viri Marci Welſeri civitatis Auguſtanæ Præfecti precibus obtinuerunt, prout de his ex publico inſtrumento deſuper rogato aliiſque documentis fide dignis conſtare dixerunt. Proinde humiliter & obnixe rogantes, quatenus nos hujuſmodi Reliquias in eccleſia S. Franciſci, prope conventum ipſorum Auguſtæ nuper ex fundamentis ædificata, collocari, F

quas ſibi ritè præſentatas Auguſtanus Epiſcopus permittit.

EX MS. collocari, & ibidem à Chriſti fidelibus honorari, atque pro talibus teneri & publicari permitteremus. Nos igitur qui majorum edocti exemplo Chriſtum Dominum in Sanctis ſuis laudare & honorare ſummis intendimus deſideriis, ſupplicationibus hujuſmodi laudabilibus favorabiliter annuentes, & cupientes S. Gualfardi memoriam in hoc ſuo patrio ſolo condignis celebrari honoribus: & quia præfata inſtrumenta & litteras teſtimoniales ſanas & in nulla ſui parte ſuſpectas diligenter inſpeximus, nec non de ſupradictis Reliquiis ex litteris hujuſmodi & alias recepimus informationem diligentem, per quam reperimus eaſdem pro Reliquiis S. Gualfardi reputatas, tentas, ac de eiuſdem corpore eſſe receptas. Quo circa dictas Reliquias earumdemque partes ſuperius memoratas & ſpecificatas, pro Reliquiis S. Gualfardi Confeſſoris, à Chriſti fidelibus eo honore, quo ſancta Eccleſia Catholica Beatorum cum Chriſto regnantium corpora colit, venerari ac pro talibus teneri & publicari permiſimus, & tenore præſentium permittimus. In quorum omnium ac ſingulorum fidem & teſtimonium, præſentes litteras manus noſtræ propriæ ſubſcriptione roboratas, deſuper fieri, ac ſigilli noſtri appenſione fecimus & juſſimus communiri. Actum Auguſtæ Vindelicorum anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſecundo, die vero vigeſimo ſexto menſis Octobris.

exponi in nova eccleſia S. Franciſci,

Henricus Epiſcopus Auguſtanus.

B

18 *Carolus Stengelius in Chronica Eccleſiæ Auguſtanæ an. 1620 Germanice edita, lib. 4 cap. 5, poſt redditam ex Latino Auguſtini Valerii S. Gualfardi Vitam, & mentionem allatarum Verona reliquiarum factam; addit earum ſolennem Tranſlationem factam eſſe à prædicto Henrico Epiſcopo univerſoque clero & populi multitudine maxima, eodem anno* MDCII, *cum dedicanda eſſet Capucinorum eccleſia: exindeque feſtum S. Gualfardi celebrari cœpiſſe Auguſta die* XXVII *Octobris. Fuit is dies anno iſto Dominicus, qualis fere legi ſolet ad dedicationes eccleſiarum: à quo tempore cum ſupra annos ſeptuaginta effluxerint, miramur tam ſolicite petitis, tam magnifice illatis in eccleſiam prædictam Reliquiis, nullum adhuc ornatum condignum acceſſiſſe; neque ſcripto conſignata eſſe beneficia, ab Auguſtanis civibus ad eas impetrata; cum tamen inter eos fama celebret S. Gualfardum Verona novis etiamnunc coruſcare miraculis, uti ſuper his rogatus Fr. Rudolfus Weiſſenborn, Capucinorum Auguſtanorum pro tempore Vicarius, anno* MDCLXXIV *nobis ſcripſit, authenticorum quæ petieram documentorum exempla tranſmittens. Nos ea ſuggeſtione admoniti quæſivimus Verona, num hoc ſeculo aliquid novum de Sancto impreſſum ſcriptumve eſſet; ad quod requirendum promiſſa quidem nobis opera eſt; ſed quia hactenus allatum nihil, credimus nihil etiam eſſe repertum.*

feſtum Tranſlat. 27 Oct.

E

DE BEATO ANTONIO,
ORDINIS EREMITARVM S. AVGVSTINI
D. P. MONTICIANI IN HETRVRIA

POST. AN. MCCC. Milliario *ab Senenſi urbe decimo quarto verſus meridiem,* Monticianum *eſt;* Montem Iani *nonnemo, alius* Montem-cyaneum *interpretatur; tertius ab ariete, Iani ſacris immolari ſolito (nam arietem,* Montonem *nunc appellat Hetruria, & arietem in ſigillo ſuo notat Communitas loci) velut* Monton-jani *dictum fingit. Si novis conjecturis luberet inſiſtere, à* Titiano *aliquo, veteri iſtius loci habitatore aut etiam domino, imaginarer natum nomen* Mons-Titiani, *quod vulgo* Monticiano *efferatur. Quæcumque nominis origo fuit, quam eſſe valde antiquam nemo prudenter crediderit, cognomentum ab eo ſibi retinet* B. Antonius, *iſtic tumulatus & pro Sancto habitus: de quo ut certi aliquid poſſemus proferre, fecit Ludovici Torelli diligentia ac benevolentia, qui nobis hæc molientibus miſit ejuſdem Beati Vitam Latinam, qualis in membrana ad uſum divini Officii antiquitus ſcripta Monticiani ſervatur, nec non Italicè circa eamdem materiam commentariolum, ante annos viginti elaboratum à Fr. Ioanne Baptiſta Pizzichini de Monticiano, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, curioſo antiquarum chartarum ſcrutatore.*

In Senenſi territorio Monticiani,

C

2 *In declivio collis, ſupra quem locus prænominatus majori parte ſitus eſt, qua ille Senas reſpicit, Conventus eſt Patrum Auguſtinianorum, cum eccleſia ampla venuſtaque, inſcriptionem hujuſmodi præferente:* Hoc opus fecerunt fieri filii & heredes Ghini Azzonis, pro animabus ſuis & mortuorum ſuorum, anno Domini MCCCLXXX. *Sed longe prius quam hujuſmodi amplitudinis fabrica aſſurgeret, eo loci fuiſſe Eremitarum Conventum, argumento ſunt Inſtrumenta publica, in archivo ſervata, ex quibus conſtat, Fr. Benedictum anno* MCCLXXIV *ibi functum eſſe Prioris munere; & anno* MCCXCI *conſecratum fuiſſe cœmeterium ab Raynerio Epiſcopo Volaterrano, cum conceſſione quadraginta dierum indulgentiæ. Idem dici poteſt de vicino Camerata conventu, unde cognomentum traxit Venerabilis Petrus, in B. Antonii Vita commemorandus, ac tandem prædicto Monticianenſi conventui unitus; in quo prænominatum Fr. Benedictum fuiſſe Priorem anno* MCCLX *ex ſimilibus ejuſdem eremitorii inſtrumentis, nunc in archivo Monticianenſi aſſervatis, docet præfatus Ioannes Baptiſta Pizzichini.*

& eccleſia Eremitarum S. Auguſtini,

3 *Injuriæ temporum deſtruxere iſtum Camerata conventum, adeo ut præter eccleſiam vix antiquorum ruderum ſuperſint veſtigia; itaque etiam periit diſtincta notitia ac veneratio prædicti B. Petri. Felicior fuit Moncianenſis loci conditio: itaque ad hunc uſque diem B. Antonii cultus perſeveravit, quemadmodum mox apparebit ex Vita, cujus Appendicem ſubjungere libuit, ex Italico Pizzichini commentario, quatenus ille de B. Antonio tractat. Diem accipimus hujus menſis ultimum: quia ultima Aprilis Dominica, B. Antonio apud Monticianenſes feſtiva eſt, neque conſtat de anno mortis elevationiſve, ex quo determinatius potuiſſet dies menſis innoteſcere, quo vel ab hac mortali vita ſublatus Sanctus, vel aperto ſepulcro mortalium oculis eſt iterum redditus.*

colitur B. Antonius

ultima Dominica Aprilis

F

VITA ET MIRACVLA
Ex MS. Membrana Monticianenſi.

4 BEatus Antonius, in civitate Senarum [1] ortus, cum Chriſti amore ferveret, ſeculi vanitatem relinquens, S. Auguſtini Ordinem [2] intravit: in quo multo tempore laudabiliter vivens, ſanctitatem ſuam (ne velut theſaurum publice in via portatum faciliter poſſet amittere) abſcondebat. Ideo famulus Dei, viam [crucis] ſequens, inventum theſaurum in agro Dominico abſcondit ab omni favore ſeculi; & præ gaudio illius omnia vendens, ipſum virtutibus emit. Ut enim ait B. Hieronymus, de B. Paulo primo Eremita, quam aſperam & arctam vitam duxerit, aut quot & quales ſatanæ inſidias pertulerit, quia nobis incertæ ſunt, loqui non poſſumus. Sed de fine, in quo omnis perfectio demonſtratur, aliquid breviter declaremus.

1

2 *Vita ſancte acta,*

ſubejus finem

5 Cum

A 5 Cum ergo inter ceteras virtutes ſerveret caritate fraterna, morem S. Antonii Patris antiqui, prope finem Paulum viſitantis, eſt imitatus; & à Spiritu ſancto edoctus, ſanctum virum eremitam Fr. Petrum de Camerata, cujus fama & ſanctitas cunctis celebris habebatur, viſitare diſpoſuit. Cum autem iter faceret, contigit infirmari ipſum in via: qui cum ſe vocari à Domino præcognoſceret, oravit ad Dominum ut ſuum iter perficeret; & virum Dei, ad quem pergeret, ante hujus vitæ tranſitum mereretur videre. Cujus orationem exaudivit Dominus, & ſanitatem reddidit, & ſanctum virum viſitare conceſſit.

impetrat miraculo ſanitatem,

6 Qua caritate ſancti viri ſe viderint (cum eorum corda caritate perfectâ, quæ Deus eſt, plena eſſent) attendere quiſque debet. Puto enim quod, ut fertur de antiquo Antonio & Paulo primo eremita, ſervi Dei in amplexus & in pacis oſculum corruentes, propriis ſe ſalutavere nominibus, & in commune, ut mos eſt, gratias reddiderunt. Reſidentes vero dulcia æternæ vitæ colloquia quiſque proferebat. Poterat enim B. Antonius dicere: Olim Dei famulum te cognoveram, olim te deſideraveram: te ergo quæſivi & inveni, nunc lætus moriar, quia vidi faciem tuam, nec me fraudavit Deus à deſiderio meo. Poterat è converſo Dei famulus Fr. Petrus dicere verbum B. Benedicti: Jure hodie Paſcha eſt, in quo merui te videre: nam terrarum longitudo non ſeparat, quos amor caritatis conjungit. O quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum! ubi enim duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ego ſum in medio eorum, dicit Dominus: qui autem manet in caritate, in Deo manet & Deus in eo. Poſt multa æternæ vitæ colloquia 3 B. Antonius Deo gratias agens, reverſus eſt in Montemciarum; ibique ſe Deo commendans & dicens, Nunc dimittis ſervum tuum in pace, à Domino viſitatus eſt corporali infirmitate: qui eam alacriter & & patienter ſuſcipiens, vocatus à Domino, in pace quievit.

ut inviſat Petrum de Camerata:

B Matth. 18, 20

3 *deinde moritur*

7 Sed quia non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita, neque accenditur lucerna ut ponatur ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo ſunt; cum ipſe in vita fuerit civitas plena virtutibus, & in morte in monte cæleſti ſublimaretur, ac velut lucerna, Spiritus ſancti igne ſuccenſa, ſupra candelabrum gloriæ poneretur; latere vel abſcondi nequaquam potuit, quia venerat hora ut clarificaretur ſervus Dei. Quid ergo? Qualis erat in vita, oſtenditur in morte: revelationes fiunt, infirmitates curantur, ſigna monſtrantur, & gratiæ largiuntur: ac ſi patenter dicat: Ne laudaveris hominem in vita, ſed laudâ poſt vitam, magnifica poſt conſummationem: lauda ducis virtutem,

& per miracula clarificatur:

C ſed cum perductus eſt ad triumphum; lauda navigantis felicitatem, ſed cum pervenerit ad portum. Cum ergo de bello multiplici triumpharet, & de pelago mundi ad portum gloriæ vocaretur; nocturno tempore ad inacceſſibilem ſummæ claritatis lucem pervenit.

tranſitus ejus quibuſdam revelatur,

8 Erat quidam de Monticiano, nomine Maggiolus, qui cum uxore ſua hanc viſionem vidiſſe teſtatus eſt. Vidit enim in hora ſui tranſitus animam quamdam, claritate nimia relucentem, ab Angelicis choris, de loco in quo erat ſanctus vir, glorioſe in cælum deduci. Qui ſe præ gaudio à ſomno excutiens, uxorem ſuam quam citius excitavit, dicens: Eſtne aliquis Frater, qui habetur infirmus? Qua reſpondente, Neſcio; ait vir: Vere animam cujuſdam viri in cælum vidi deduci. Reſpondit mulier: Et ego eamdem viſionem vidi. Quærunt ergo inter ſe cujus hæc anima ſit: ſed ſtatim campana pulſante, ut mos eſt, & eorum verba interrumpente, diſcunt viſionem veram eſſe: & ſummo mane ad locum currentes, inveniunt ſanctum virum ex hac vita migraſſe, palamque referunt quæ viderunt. Concurrit omnis populus, & omnes hujuſmodi virum, Sanctum eſſe, teſtantur.

EXAMS.

9 Cum autem prædictus vir infirmitate quadam teneretur, nec remedium inveniret; ſuadente ſibi uxore, ſe B. Antonio commendavit, & ſtatim ſanus egit gratias Deo & B. Antonio. Quædam mulier, videns alios ad devotionem concitatos, mirabatur, & velut incredula non commovebatur. Et ſtatim corpus mortuum cœpit ſudare, acſi in ejus incredulitate laboraret: quo viſo miraculo, ipſa mulier perfecte credidit, omnes mirantur, & Deus in Sancto ſuo mirabilis prædicatur. Cumque accenderentur quatuor cerei circa corpus, ut moris eſt, & ſepultura per duos dies tardaretur; prædicti cerei die ac nocte lucebant, nec comburebantur. Cuncti mirantur, quia ad modum rubi ardebant & non comburebantur, oſtendentes ſancti viri claritatem & incombuſtibilitatem. Poſt ſepulturam vero ponderantur cerei, & licet per duos dies & noctes accenſi fuerint, non tamen unciam unam combuſſerant.

mortui corpus ſudore madeſcit,

cerei inconſumpti ad illud ardent:

10 Poſtquam vero ſanctum corpus traditum eſt ſepulturæ, ut fertur, fere duobus annis ſepultum jacuit: & qui vivus odorem ſanctitatis dederat, fœtorem mortis non reddebat: & qui vivus dæmonibus reſtitit, vermibus mortuus non ſuccubuit: & qui ſic vivus in Dei ſervitio integer manſit, etiam mortuus diſſolvi non potuit. Nam cum ejus ſepultura aperiretur, propter ſigna quæ videbantur; ſanctum corpus invenitur indiſſolutum, incorruptum & incontaminatum, ſuavique odore repletum: & uſque in præſentem diem corpus ejus integrum perſeverat; innumerabilibus miraculis inſignitum.

poſt biennium exhumatur; integrum:

E

11 Quidam ab inimicis ſuis vulneratus eſt ad mortem, gladio in vulnere remanente. Cum autem medici ad abſtrahendum gladium & curandum vulnus vocarentur, noluerunt gladium tangere, donec idem vulneratus confiteretur & facta ſua diſponeret, aſſerentes eum ſtatim moriturum extracto gladio. Qui ſe ad mortem diſponens, confeſſus eſt & omnia facta ſua diſpoſuit: deinde devotione fideliſſima, Deo & B. Antonio ſe commendavit, promittens votum ſuum B. Antonio perſonaliter deferre, ſi ejus meritis poſſet liberari à morte. Tunc Deo & B. Antonio invocato, gladius facillime extrahitur, fallit medicorum ſententiam mortis gratia ſanitatis, cunctis mirantibus conſecuta.

convaleſcit vulneratus ad mortem,

12 Quidam de Bononia exulavit à patria, qui ſtipendio Senarum accepto audivit in his partibus B. Antonium à multis commendari. Hac informatione accepta, contigit ipſum accipere ſtipendium Piſanorum. Ibi ergo culpa commiſſa, carceratur, capitali ſententia puniendus. Cum autem in carcere maceraretur triſtis & mœſtus, rediit ad cor ſuum, memorans Dei & benedicti Antonii miſericordiam circa ſuos devotos: & plorans peccatum ſuum ac de miſericordia Dei confidens, B. Antonio devote ſe vovit: cujus adjutorium ſtatim perſenſit. Cum enim nocte voviſſet, ſtatim compedes ferrei ceciderunt in terram, & expeditum ad eundum ſe invenit. Qui de hoc admirans, gaviſus eſt valde; & B. Antonio invocato, ceteris dormientibus, ad oſtium carceris properavit: proſpiciens vidit illud apertum, & omnes ejus cuſtodes dormientes. Egreſſus ergo nemiaem contradicentem invenit, ſed civitatem egredi non poſſe metuebat, & quaſi modicæ fidei factus ſe abſcondit, acſi ille qui carcerem aperuerat, non poſſet illum de civitate extrahere. Quid ergo? Ad correptionē infidelitatis & ad probationem veritatis, contigit cuſtodes evigilare:

exul & captus reus,

F

invocato B. Antonio,

Soluti vinculu portæ que aperiis,

EX MSS. evigilare : oſtium apertum inveniunt, & eum fugiſſe reſpiciunt ; clamorem excitant, ad arma concurrunt, prædictum virum ſequuntur & inveniunt, ipſum reducunt, in carcerem includunt, duris compedibus atque ligaminibus vinculatum, oſtio fortiſſime firmato. Prædictus autem vir plorans ploravit in nocte donec alii obdormirent. Cumque dormirent omnes, iterum B. Antonium vocavit, & ſicuti prius omnes compedes ferrei & omnia vincula ceciderunt : qui hoc eſſe factum meritis B. Antonii non dubitans, prædicto Beato omni mente invocato, oſtium apertum *libertati & patriæ reſtituitur :* & cuſtodes dormientes invenit. Inde ergo viriliter exiens, ad portam civitatis quam citius properavit ; & ipſam apertam inveniens, illæſus exivit. Cum autem liber abiiſſet, cogitare cœpit quo iret, anhelans redire ad patriam, quia exulaverat. Iterum ergo ſe Deo & B. Antonio commendavit : ex quibus tantam accepit gratiam ; & confidens etiam de eorum bonitate, ad patriam remeavit : ibique invenit omne bandum atque condemnationem revocatam eſſe illo die proprio, quo ſe B. Antonio commendaverat ac de carcere exierat : quo comperto, agens gratias Deo & B. Antonio, Bononia uſque ad Montemcianum, ad viſitandum corpus prædicti Beati, reverenter acceſſit, ibique hæc omnia per ordinem enarravit.

B 13 Quædam mulier in Monticiano, Bilglucia nomine, contracta permanſerat ultra octo annos, ita *curantur contracta mulier,* ut neque erigere ſe in pedibus poſſet : cum autem quadam vice campana pulſante ob reverentiam B. Antonii, quidam ſibi adſtantes dicebant, Quare non te commendas B. Antonio, qui tot abundat miraculis ? ipſa mulier devotione atque fide compuncta, votum vovit : & à circumſtantibus fideliter & devote adjuta, in nomine B. Antonii ſurrexit ſana : & ab illo tempore uſque ad mortem vixit ſana ab illa infirmitate : & qui vidit, teſtimonium perhibuit. Quidam de Monticiano, vocatus Chinus, multum paſſus eſt in tibia, ita ut nullo modo poſſet medicorum remedio liberari : hic omni alio auxilio deſtitutus, B. Antonio devote ſe vovit ; & ſtatim ſanus factus, de illa infirmitate deinde vixit immunis. *& tibia male affecta.*

14 Quidam Fr. Angelus de Senis, Ordinis Fratrum Minorum, dum traheret moram cum Priore Canonicæ Monticiani anno Domini MCCCCXXXII, *Concionator B. Antonio detrahens punitur,* auſu temerario publice prædicavit, hunc B. Antonium habere corpus fœtidum & nullo modo dignum veneratione. Accidit autem ut eodem anno prædictus Fr. Angelus febribus ac ſanguinis fluxu detineretur in tantum, ita ut de vita illius nulla eſſet ſpes. C Sed quid ? In feſto Apoſtolorum Petri & Pauli ejuſdem anni, quando illud benedictum corpus populo in Veſperis oſtendebatur & graviter ipſe patiebatur, audita campana, illico in mentem ejus venit B. Antonius, cui devote & obnixe ſe recommiſit ; promittens, ſi precibus ejus ad priſtinam ſanitatem reduceretur, publice prædicare ac revocare, quæ ore *& pœnitens ſanatur.* polluto contra ejus corpus prædicaverat. Quo facto, intereeſſione B. Antonii, D. N. Jeſus Chriſtus eum ab illa infirmitate liberavit : unde poſtea ad ejus ſepulcrum devote acceſſit, & laudes quaſdam in ejus honore confecit, & ibidem reliquit : quod vero voverat, non ſemel tantum ſed pluries, publice prædicando retractavit, coram toto populo in hac præſente eccleſia.

15 *Hactenus MS. Monticianenſis ecgraphum, abſque ulla conſueta in ejuſmodi Legendis clauſula, unde ſuſpicari poſſumus, ipſum vel non integrum ad hæc tempora duraſſe, vel de induſtria ſic relictum, ut alia quædam facta aut facienda miracula ſubſequenter adſcriberentur : quorum loco ex prælaudato Pizzichini commentariolo, aliquas ad prædicta annotationes ſubjungemus. Addit ille.*

1 *Ortum dici ex familia nobili Patritiorum, & cujuſdam caſtelli dominum fuiſſe : quamvis autem in ſtirpe genealogica ejuſdem familiæ non inveniatur ejus nomen, id fieri ex uſu Senenſium, nomina illorum, qui ſe abdicato ſeculo religioni addicunt, ne qua in iis poſſit fundari prætenſio ad eorum hereditatem, expungentium, & pro iis ſolum orbiculum album ſine nomine repræſentantium : alioquin ipſos Patritios, libenter hunc Sanctum inter ſuos agnoſcere.* D *Genus Antonii :*

2 *Inductum videri exemplo B. Auguſtini Novelli, qui obiit die 19 Maji circa an. 1310 atque in monaſteriis Leciti S. Luciæ, & S. Leonardi religioſe cum eodem vixiſſe : corpus ejus Senis venerati, Vitam die prædicto dabimus.*

3 *Traditionem Monticianenſium eſſe, quod digreſſurum Antonium deduxerit Petrus per quartam partem milliarii extra conventum Cameratæ, uſque ad petram quandam, cui à Cruce nomen eſt, unde conſpici Monticianum poterat ; & ibi prædictæ terræ ipſique Antonio benedicentem, reliquiſſe impreſſum ſaxo nudæ ſuæ plantæ veſtigium ; quod in hodiernum diem perdurat, omnium oculis conſpicuum, licet aperto aëri cælique injuriis expoſitum.* *veſtigium Petri de Cameratæ.*

APPENDIX.

De cultu B. Antonii, & beneficiis Monticiano viciſſim collatis, ex MS. Italico.

16 QUo anno B. Antonius obierit nullis prodi- E *Annus & dies mortis B. Antonii incertus :* tur litterarum monumentis, ac ne diem quidem conſignatum reperimus ; ſolum perpetua majorum traditione didicimus feſtivitatem ejus agere Dominica ultima Aprilis, unde ſuſpicamur vel tali Dominica obiiſſe, vel corporis ejus elevationem atque ad altare tranſlationem tunc eſſe factam, ad majorem populi commoditatem à ſervilibus operibus feriantis. Quia tamen inter Conventus Monticianenſis inſtrumenta antiqua, unum reperitur à Meto de Mantello rogatum anno MCCXCII hoc principio, Cunctis pateat quod religioſus vir Fr. Petrus de Senis, de Ordine Eremitarum S. Auguſtini, vicem Prioris gerens in loco ſive in conventu dictorum Fratrum de Monticiano, ſubſcribente cum ceteris quodam Maggiolo, veroſimiliter eo ipſo qui cum uxore ſua meruit glorioſum B. Antonii tranſitum cognoſcere ; quia, inquam tale inſtrumentum invenitur, datur occaſio conjectandi, quod Fr. Petrus iſte à conventu Monticianenſi poſtea tranſierit ad Cameratenſem, ab eoque ultimo ſuæ habitationis loco nomen retinuerit, uti pluribus Beatis uſuvenit, etſi alias eſſet Senenſis. Hoc autem poſito ; & pariter admiſſo quod Pamphilus & Cruſenius abſque teſte dicunt, anno circiter MCCCXIII obiiſſe Petrum, oporteret B. Antonium initio fere ſeculi XIV obiiſſe. F

17 Mortui autem Antonii corpus, pro uſu iſtius *ſepultura locus* temporis, extra eccleſiam in cœmeterio, per Epiſcopum Volaterranenſem conſecrato, ſepultum fuit ad murum ipſius eccleſiæ infra ſtillicidium tecti. Quo loco cum præter ſuavem odorem inde emanantem, nata eſſet copia candidorum liliorum, ad eam præciſe *lilia candida ultro parit ;* menſuram quam ſanctum corpus occupabat, refoſſum illud continuo, inventumque eſt ejuſmodi, quale etiam hodie cum omnium admiratione videtur. Cui recipiendo in eccleſia S. Auguſtini, ita vulgo dicta, quamvis Sanctis Petro ac Paulo alias ſacra ſit, erectum eſt altare contra frontiſpicium ejuſdem eccleſiæ è regione altaris majoris ad ſiniſtram ingredientium ; ubi multis annis manſit, uſque dum Confraternitas, ſub illius nomine inſtituta, ſubtus ipſam princi- *corpus in altari locatur :* pem aram ad latus euangelii, elegantius altare è gypſo curavit fabricandum, cum duabus columnis & tabula, picta ab excellētis illius pictoris Rutilii Manetri Senēſis manu, repræſentante ipſius Beati felicē tranſitum. Subtus tabulā excavatus paries continet arcam, cuſtodē ſancti corporis, quæ duobus oſtiolis totidemq; clavibus aperitur & clauditur : & claves quidē in poteſtate

Fratrum

A Fratrum ſunt: ſed ipſi arcæ obtenditur crates ferrea bene firma, cujus clavis penes Camerarium prædictæ Confraternitatis eſt.

poſt annos 300 alio transferunt;

18 In prædicta ſacri corporis tranſlatione res memoratu digna contigit; ſcilicet quod cum ad ejuſmodi actionem in eccleſia obſerata ſimul eſſent Prior Conventus, cum viris è numero Confratrum ad hoc lectis, quos omnes optime cognovi, ſed nominandos hic non exiſtimavi; ſubiit eorum animos curioſa voluntas experiendi, an ſanctum corpus ita obriguiſſet ut poſſet in pedes erigi. Ergo eductum reverenter ex arca, applicuerunt parieti reclinatum in humeros. Verum dum illud ita ſolide ac firmiter conſiſtere mirantur, cecidit revolutum in latus: cunctiſque exiſtimantibus tali caſu luxatum fractumque reperiendum, invenerunt illud ut antea integerrimum & nulla ſui parte læſum, quamvis trecenti & amplius anni à prima ejus ſepultura fluxiſſent. Nec minus admiratione dignum eſt, quod eo in loco, ubi ſupra tumulatum diximus, olim lilia copioſa excreviſſe, eadem etiam nunc magna copia pullulent, nemine illa iſtic ſerente aut plantante. Et quamvis pii fideles, eorum experti utilitatem ad variarum infirmitatum curationes, non tantum natos carpant flores, ſed caudices ac bulbos ipſos ſtirpitus eruendo auferant; nihilominus identidem renaſcuntur, ſic tamen ut aliquando per triennium deſinant apparere. Atque hinc fit ut cœmeterium vulgo vocetur Hortus S. Antonii, cujus ego ipſe aliquando curam geſſi, qui hæc oculata fide ſcribo.

B

ſodalitium, ſub ejus nomine inſtituitur.

19 Habet Monticiani oppidum, inter alia pia inſtituta, Sodalitatem diſciplinantium ſub invocatione S. Antonii, quæ ſuum oratorium olim obtinuit ſub dormitorio majori noſtri conventus. Credi poſſet ejus patronus eſſe S. Antonius Abbas, maxime cum illius imago in dicto oratorio depicta quoque videatur: eſt tamen longe veroſimilius hunc noſtrum B. Antonium, non modo nunc, ſed à principio erectæ Sodalitatis tutelarem fuiſſe, & quidem præcipuum: tum quia hæc cœpit poſtquam ille jam vulgo ut Sanctus ac Beatus colebatur; tum quia habeo penes me antiquam in membrana ſcripturam, rogatam à Ser-Stephano Nerii de Loghereto, factam in curia Epiſcopali Volaterrani anno MCCCLXXIX, per quam Vicarius D. Simonis Epiſcopi Volaterranenſis exonerat ſe quarta parte canonica cujuſdam legati, relicti Societati battentium S. Antonii de Monteciano: denique quia in iſtius Societatis oratorio, ſupra altare picta eſt imago B. Virginis, Jeſum gremio tenentis, cui ad ſiniſtram aſſiſtit S. Auguſtinus, ad dexteram B. Antonius noſter vultu ſenili, cum hac ad pedes ſuos ſubſcriptione: Sanctus Antonius de Monteciano, anno Domini MCCCCXXII. Deo gratias. Adeo ut credibile ſit, eadem populi pietate, qua ſtatim ab elevatione prima corporis erectum ſub ejus nomine eſt altare, etiam coaluiſſe iſtam flagellantium, ſeu ut vulgo loquimur, battentium Societatem, & ab ipſo ſuam appellationem habere.

C

corpus bis in anno oſtenditur populo.

20 Oſtenduntur ſacra beati viri pignora bis in anno, nempe in die SS. Petri & Pauli, quibus conſecrata eſt noſtra eccleſia; & in Dominica ultima Aprilis, quæ S. Antonii feſtivitas nuncupatur; & à Fratribus ante ſanctarum exuviarum revelationem cantatur Hymnus, Verſiculus, Antiphona, Oratio propria, in ejus laudem compoſita omnia. Hymnum totum legere eſt in Alphabeto Auguſtiniano Herreræ, initium tamen ejus hic attexere juvat, ſi prius tamen monuero, omnia olim (licet forte privata magis pietate quam majori aliqua auctoritate inſtituta) per modum ſuffragiorum de Sanctis Patronis fieri ſolitorum, quotidie fuiſſe poſt ſacrum Officium decantata, itaque ſcripta reperiri in codice quodam chorali pergameno, ſub hoc titulo rubrica notato, In commemoratione B. Antonii, Ordinis Fratrum Eremitarum B. Auguſtini. Hymni porro, quem dixi, initium tale eſt: EX MSS.

21 Alme Confeſſor, ſupplices, Antoni,
Laudes & preces humiles canentes,
Tuum ante corpus humiles adſtantes,
Adjuva illos.
Suſcipe preces hujus tuæ plebis,
Et Jeſum Chriſtum ſupplica pro eis,
Ut eos ſervet ſimul & defendat
Ab omni malo.
Qui te locavit hic miraculoſe,
Ut apud ipſum eſſes interceſſor,
Sic eſto cuſtos hujus tui caſtri
Monticiani. &c.

commemorationes de B. Antonio inter divina faciendæ,

ANTIPHONA AD VESPERAS.

Almum diem recolimus celebritate annuâ
Antonij, quem credimus inthronizatum gloriâ:
Qui nobis, velut cupimus, patrocinetur. Grandia
Patravit, ut jam vidimus, patrat nunc & miracula,
Suis mente ſupplicibus præbendo mira munera.

ANTIPHONA AD MATUTINUM.

Antoni, Pater inclyte, virtutibus qui es ornatus,
Sanctorum choros divite jam inter ſtolâ coronatus,
Tibi laudes decantemus virtutes tuas venerantes,
Quas infundis iis qui ſunt illas poſtulantes,
Ægris, contractis, mortuis, nullis tuum ſinum claudis,
Nullum miſerum deſpicis, Confeſſor alme miræ laudis. E

ORATIO.

Deus, cujus majeſtatem per univerſum mundum creaturæ tuæ undique mirabilem proteſtantur; largire ſupplicibus tuis, ut meritis & interceſſione Beatiſſimi Antonii Confeſſoris tui, de præſenti miſeria ad æternæ beatitudinis gaudia feliciter tranſeamus. Per Chriſtum &c.

Petri de Camerata ſanctitas,

22 Quod ad Venerabilem Petrum de Camerata attinet, licet auctores Ordinis noſtri aptare ipſi ſoleant titulum Beati, ab eo tamen abſtinet is qui Vitam B. Antonii antiquitus ſcripſit; unde perſuademur nullum ei publicum cultum fuiſſe tributum, quamvis de eo referat Pamphilus, quod ei cibus de cælo aliquando mittebatur; & cum ipſe ſolus officium divinum perſolveret, à multis magna cum multitudine cantare audiebatur; quin & frequentiſſime futura prædicebat, & propterea ad eum omnes tamquam ad divinum vatem confluebant; ut omittam quæ de morte B. Auguſtini de Teramo ſive Novelli prædicto Petro abſenti revelata habet Jordanus in Vitis Fratrum. Eſt tamen in magna Monticianenſis populi veneratione locus Cameratæ, eoque concurritur feſto S. Petri ad Vincula, quod eccleſiæ ſolum nunc ibi ſuperſtitis titulare eſt; maxime intuitu B. Petri ibidem ſepulti, cujus meritis ſua ibi vota preceſque exaudiri perſuaſum habent fideles, dicto die undique accurrentes. Neſcitur quidem qua præciſe parte ſepultum ſit corpus: tamen antiqua traditione tenetur, requieſcere illud extra eccleſiam, ad murum lateralem, ſpectantem cornu euangelii; quia ab omni retro memoria ex eo loco ſpirat inſolentis ſuavitatis & incertæ qualitatis odor, quem miraculo tantò manifeſtiori omnes attribuunt, quod nihil iſtic odoriferum naſcatur, ſed meræ ſentes, ſpinæ, tribulique. Nemo tamen præſumpſit inveſtigandi corporis cauſa ſcrutari terram; ſed manetur intra deſiderium grande, ut abſconditum theſaurum aliquando revelet is, qui cuſtodit omnia oſſa juſtorum.

& veneratio.

F

Senex nonagenarius narrat auctori,

23 Redeo ab B. Antonium, cujus cultus, uti apud Monticiani incolas inſigniter viget, ſic etiam illuſtribus gratiis ab eo remuneratur: & harum quidem aliquæ perpetuæ ſunt, quemadmodum primum auditu didici, deinde verum eſſe reipſa experiendo & obſervando comprobavi: quod hic ſub hujus commentarioli finem referre non pigebit. Cum ante annos quadraginta, juvenis admodum, in hoc conventu obſervaſſem, quemdam Antonium Conſtantini de Monteciano, virum

EX MSS. virum nonagenarium, huic Beato, devotiſſimum eſſe, atque horas bene longas ante ejus ſepulcrum in oratione traducere; egredientem die quadam ab eccleſia compellavi, & dixi, Credo equidem diſtinctius & magis in particulari cognitum tibi eſſe, quantopere B. Antonio obligetur patria hæc noſtra. Ad quæ ſuſpirans ille in hunc modum reſpondit: Scito, fili, quod in hac mea annorum nonaginta ætate, jam inde à prima pueritia in hanc uſque horam & deinceps, fuerim, ſim, & ero ſemper devotiſſimus noſtro B. Antonio, cujus, indignus quamvis, nomen fero. Toto autem illo tempore manibus, ut ita loquar, meis palpavi veriſſimum eſſe quod ex patre meo puer & ſenioribus hujus terræ audivi referri, videlicet B. Antonium tria ſpecialia bona in favorem hujus terræ noſtræ indeſinenter operari.

tres gratias B. Antonio à Monticianenſibus adſcribi ſolitas.

24 Primum eſt, quod non velit ut noſtrorum aliquis ad mendicitatem redigatur, ſed neque ut abundemus uſque ad prodigalitatem: quod fuit illius Sapientis votum, Divitias & paupertatem ne dederis mihi, tribue autem victui meo neceſſaria. Alterum quod, quantum ego quidem & majores noſtri meminere, numquam grandine aut tempeſtate læſi fuerint Monticianenſium fundi: ſi autem deficiente noſtra erga Beatum debita ſervitute, tale aliquod incommodum ſenſimus, levi tamen damno noſtro evaſimus periculum, quamvis vicinæ terræ grandem jacturam factam quærerentur. Tertium denique quod uſque in hanc horam Monticianenſium nemo male perierit per ſententiam judicis temporalis, imo nec in bello ceciderit quiſpiam. Hæc ille. Poſſem equidem ſingula pluribus exemplis comprobare, ſed omnia brevitatis ſtudio miſſa facio: tantum de ultimo dono dico, non modo neminem à me viſum Monticianenſium cui mors carnificis manu obvenerit; ſed etiam ab hoc ultimo bello, quod pro defenſione ſtatuum Sereniſſimi Ducis Ferdinandi II Medicæi geſtum eſt, Monticianenſes omnes, qui plures ſua nomina dederant, ſalvi & incolumes rediverint, quod neſcio an, præter hanc noſtram Terram, alia ulla de ſuis teſtari poſſit. Hæc porro ſufficiant omni cum ſinceritate & veritate ſcripta à me Fr. Joanne Baptiſta Pizzichini de Monticiano Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, addictiſſimo & obligatiſſimo ſervo B. Antonij de Monticiano, cui humiliter ſupplicans me ſubſterno, in Monticiano hac die XIII Novembris anni MDCLI.

B D E

DE B. PEREGRINO LATIOZO,

ORDINIS SERVORVM B. MARIÆ, FOROLIVII IN ÆMILIA.

D. P.

POST AN. MCCCXXX.

ROmam euntes anno MDCLX, indeque ſequenti anno revertentes, multa Sanctorum corpora, religioſe condita ſpectavimus & venerati ſumus; at nuſpiam majori cum apparatu atque decore ea nobis gratia facta eſt, quam Forolivii die XXIII Novembris, cum nos ad Patrum Servitarum templum deduxiſſet urbis illius Secretarius idemque Hiſtoriographus D. Paulus Bonoli, cujus nunc defuncti anima in pace Chriſti requieſcat. Nec enim ſolum convenere Religioſi plures, ductore Mag. Michaele Angelo Gaddio, ex parte Conventus, exhibentes clavem illius arcæ in qua ſacrum B. Peregrini corpus ſervatur, ad honorandum hunc actum præſentia ſua: ſed etiam deputati de Magiſtratu, qui per alterum ſuum Secretarium D. Marcum Marcianeſium exhiberent alias ejuſdem arcæ claves. Proceſſerunt etiam; præter Sacriſtanum eique aſſiſtentes linteatos, quatuor Religioſorum paria: quibus hymnum, Iſte Confeſſor, decantantibus quamdiu patuit arca, & viris nobilibus faces accenſas tenentibus, per tranſparentes cryſtallos ſpectare licuit, exuccum quidem, ſed adhuc integrum venerabile pignus; ad quod aſpectus nulli patet, niſi primum dimiſſa ingentis operæ ac celaturæ valva, quæ frontem occupat auguſtiſſimæ tumbæ; ac poſt eam valvam reſeratis cratibus ferreis inauratis, ad quas pluribus etiam clavibus opus eſt. Conſtitit autem tumba ipſa ſuper altari ornatiſſimo, in ſacello proprio, ex dextero eccleſiæ latere, ipſo ſuo conſpectu totiuſque ſacelli apparatu non tantum admirationem & voluptatem inuentibus, ſed & pietatem ingerens.

Culrus corporis ſuper altari poſiti ſingularis,

C

de quo Proceſſus conditus an. 1608, hic dabitur.

2 Quam porro vetus atque continua fuerit Forolivienſium religio erga hunc ſuum beatum civem & quantis miraculis approbata, patebit ex Proceſſu, quem anno MDCVIII confectum, ex ipſius urbis archivio de conſenſu & mandato Magiſtratus, aliena quidem, ſed tamen fideli ſibi manu, extraxit, ſuoque Notariali ac publico Communitatis ſigillo obſignavit, die XXV Aprilis anni MDCLXXIII, Horatius Marcianeſius Notarius ac Secretarius, ad ſolicitam inſtantiam D. Eugenii Menghi, nobilitatis atque auctoritatis primariæ viri, & circa B. Peregrini cultum ſtudioſiſſimi; perſuaſi per R. P. Bonifacium Vincentii, ex honore ipſius Beati haud modico fore, ſi totus ille Actus, quamquam prolixus & centum paginas implens, nobis tranſcriberetur. Fuit autem idem Actus efficaciæ tantæ apud Paulum V Pontificem Maximum & ſacram Rituum Congregationem, ut anno mox ſequenti MDCIX die XX Martii, emanarit decretum, quo ſtatuitur, ut de BB. Joachim Senenſi (nam hujus etiam cauſa ſimiliter acta tunc fuit) & Peregrino Forolivienſi, ab utriuſque ſexus Religioſis Ordinis Servorum B. Mariæ, diebus feſtis eorumdem Beatorum, ſicut olim conſueverant, ita in futurum licite poſſit officium de unius Confeſſoris non Pontificis recitari, cum lectionibus propriis de ipſorum vita; nec non nomina prædictorum BB. Joachim & Peregrini, in nova Martyrologii impreſſione ſuis loci deſcribi & annotari valeant.

Officium Servitis conceſſum.

3 Quod ad Officium attinet, executioni ſtatim mandatum eſt decretum; uti late deduximus ad XVI hujus menſis, ante Vitam B. Ioachini: quæ nihil opus eſt retexere. Propriæ etiam de B. Peregrino Lectiones recognitæ, approbatæ atque præſcriptæ Servorum Ordini pro die hac, pluſquam una vice prodierunt è prælo. In Martyrologio vero, cujus ab illo tempore necdum nova ulla editio comparuit ab Vrbe, hocne an ſequenti die inſerendum ſit nomen B. Peregrini, necdum comperimus: credimus tamen potius inſerendum hoc die. Licet enim obierit kalendis Maji, eaſque hoc titulo feſtiviſſimas agant Forolivienſes cives, æque ac ſi Sanctorum Philippi & Iacobi eo die feſtum non ageretur; quia tamen iſtorum Officio iiſdem kalendis impeditur chorus, ſtatuit Servorum Ordo ipſum ſibi colendum pridie; quod & nos ſequendum nobis hic putamus. Philippus Ferrarius, qui ipſius Ordinis Generalis Lectiones compoſuerat, poſtea in Catalogo Sanctorum Italiæ 1 Maji maluit ex uſu Forolivienſium retinere, dictoque Catalogo inſerere ipſas illas lectiones in paucis mutatas. Eodem die inſcripſerat eumdem, tertium recudendo Martyrologio ſuo, Franciſcus Maurolycus; kalendario Mariano, Antonius de Balinghem; & Martyrologio Poëtico, Nicolaus Brautius.

quod hi 30 Aprilis recitant.

F

Forolivienſibus 1 Maji tenentibus.

4 Vitam nemo coævus ſcripſit, qui quidem uſquam nominetur aut indicetur: ſervabatur ea laus Nicolao Burgenſio Equiti Senenſi, qui etiam B. Franciſci Senenſis Vitam ſcripſiſſe dicitur, cujus Senis accipiendæ ſpes nobis facta eſt aliqua: eidemque Philippus Ferrarius imputat Vitam aliquam B. Ioachini, quam necdum vidimus:

Vita ſcripta à Nicolao Burgenſio.

A *vidimus: ſed bene Vitam S. Catharinæ Senenſis, ex qua ultimo loco ad ejus Acta damus inſigne miraculum in ipſiuſmet perſona à Sancta Virgine manifeſtatum. Hanc vero B. Peregrini vitam invenimus Romæ in bibliotheca Vallicellana, Codice H, plurimam hujuſmodi Vitarum undique collectarum congeriem continente, fol.* 285. *Obiit Nicolaus iſte ſeculo* XV *exeunte: & coævum habuit Mag. Paulum de Attavantibus Florentinum; à quo ſcriptam B. Ioachini vitam nos edidimus.*

& à Pino Cedrio epitomata. *Hic ſcripſit Dialogum aliquem, cui elogium B. Peregrini intexuit, quale legi poteſt in Chronico Servorum per Michaelem Pocciantium compilato ad annum* MCCCCII; *ubi etiam proponitur brevis Vita ipſius B. Peregrini, quam* anno MDXXVIII deſcripſit Dominus Pinus Hieronymi Cedrius; *quæ merum eſt compendium ejus quam hic damus à Burgenſio ſcriptam.*

Annus mortis incertus, 5 *Neutra cum nominet annum quo Beatus obiit, nec antiquior aliquis; neſcio unde eum certo poſſimus definire. Gianius citat MS. Chronicon Fr. Simonis à Caſſellaccio Alexandriæ, ubi notatur annus* MCCCXXX. *Vita per Burgenſium ſcriptæ addita ad calcem gloſſa ſic notat annũ* MCCLXXXIIII, *ut facile tranſcribentis errore videatur pro* C *irrepſiſſe* L, *atque adeo credi poſſit (errorem iſtum ſi corrigas) præciſe definitus hoc loco numerus, qui apud Simonem, rotundos numeros deſignantem, erat imperfectus. Interim prædictus Pocciantius annum* MCCCII *ab his verbis exorditur.* His diebus (ut ex

qui non fuit 1402. B quorumdam Patrum Annalibus colligere licuit) glorioſe migravit ad cæleſtia regna B. Peregrinus de Forolivio, ex nobili familia Latioſa oriundus. *Non video quomodo Amanuenſium incuriam hic poſſit ſuſpicari Gianius, ea enim in Annalibus & Chronicis, annos ſucceſsive notantibus, quomodo locum inveniret, ad tranſpoſitionem rerum ac temporum tam enormem? Neque magis video quam ſolide dicatur* iſtis omnibus longe ſupereminens veritas, ſummi Pontificis auctoritate probata, in ejuſdem lectionibus apparere, *qua nunc dicitur obiiſſe anno* MCCCXLV. *Harum enim Lectionum, quoad hoc punctum, tota auctoritas tandem reſolvitur in auctoritatem Prioris Forolivienſis, pro primo articulo, teſtibus in Proceſſu audiendis & examinandis proponendo, ſtatuente,* qualiter in eccleſia Servorum S. Mariæ de Forolivio requieſcit in Domino corpus B. Fr. Peregrini de Forolivio à ducentis ſexaginta annis vel circa: *qui modus loquendi nihil certum determinat, & ut ſummum probat (idque* ex fama, *ut præfertur) dimidio, ut minimum, ſeculo citius mortuum eſſe Beatum, quã credidit Michael ex Annalibus quorumdam Patrum poſſe colligi. Dicimus ergo, poſt annum* MCCCXXX *obiiſſe Peregrinum; quantum vero præciſe poſt, non definimus.*

Vita Italica recentior per Albicinum C 6 *Denique poſt hæc omnia prodiit, anno* MDCXLVIII *Cæſenæ, luculento ſtylo Italice explicata jam ſæpe nominati Beati Vita, à Bernardino Albicini compoſita, cum appendice Miraculorum* XV *ex proceſſu ſelectorum. Ex Vita illa notamus aliqua ad priorem à Burgenſio ſcriptam. Ex Appendice ipſi ſubnexa unum hoc monendum occurrit videlicet quod per Officii eccleſiaſtici cultum ab Apoſtolica Sede indultum Peregrino, adeo excitata fuerit Forolivienſium civium pietas ac liberalitas, ut ad illam quam ſupra deſcripſimus elegantiam ac majeſtatem reducta fuerit ipſius Beati capella, cum altari arcaque: in quam cum eſſet transferendum corpus venerabile, confluxit univerſus Clerus religioſus ac ſecularis, magnus que Patrum Servitarum numerum, tunc ad Capitulum celebrandum præſentium. Hujus autem Tranſlationis pompa cum duceretur per præcipuas urbis plateas, contigit etiam haberi tranſitum per ipſam Cathedralem, & corpus ſacrum ſiſti ante eam Virginis Deiparæ ſtatuam, à qua vivus acceperat aliquando oraculum de Ordine Servorum ineundo. Facta ſunt hæc,*

Tranſlatio corporis facta anno 1638. *teſte Paulo Bonoli libro* 12 *Hiſtoriæ Forolivienſis, anno* MDCXXXVIII: *quo tempore licet credibile ſit haud pauca eveniſſe quæ litteris mandari meruerint (neque enim divina bonitas ſolet ejuſmodi occaſiones præterire, quibus invitatur ad ſeipſam largius explicandam) nihil tamen ſcriptum litteris haberi, ſub legitimo teſtimonio, aſſeruit nobis prælaudatus D. Eugenius Menghi: qui etiam nos propriæ ſuo chirographo monuit, in civitate Barcinonenſi & Principatu Catalauniæ inſigniter vigere B. Peregrini cultum, propter ſtupenda quæ ibi dicuntur ad illius invocationem patrari miracula.* Auctore D. P.

Cultus Barcinonæ & miracula. 7 *Hoc indicio excitatus, per* R. P. *Matthiam Soutermannum, ex Auſtriaca provincia Madriti agentem in obſequio Excellentiſſimi Comitis de Harrach Legati Cæſarei facile impetravi Barcinona quæ ad rem facere videbantur. Prima ſunt ex tractatu quodam Hiſpanico, hactenus in MSS. ſervato, ſed ad prælum cum approbatione Ordinarii expedito, cui titulus,* Brevis relatio venerationis ac cultus, in quo habetur B. Peregrinus Laxioſus in hac civitate Barcinonenſi, & per haſce partes provinciæ Hiſpanienſis Patrum Servitarum; & aliquorum miraculorum, ex numero grandiori ſelectorum, quæ interventu Beati jam dicti operatus eſt Deus: *cujus relationis in tres libros diviſa, libri* 3 *Caput* 3 *conſtituunt quæ infra damus in Appendice uſque ad num.* 43. *Subjunguntur deinde quæ Conventus Barcinonenſis Prior, Fr. Sebaſtianus Fixeres, conſequenter ſcribi juſſit,* ex Relationibus eorum quibus ipſa miracula contigerunt: quæ quidem Relationes, *inquit ille,* de mandato Superiorum miſſæ ſunt Romam, unde viciſſim expectatur Commiſſio directa Domino Archiepiſcopo, ad ipſa miracula approbanda. Et jam conquiruntur etiam alia plura, collocanda poſt Vitam Beati, ex Italico Hiſpanice redditam, quæ ſtatim ac impreſſa fuerit mittetur Antverpiam, una cum exemplo authenticorum inſtrumentorum deſuper conficiendorum. *His vero, cum allata fuerint, ſuus locus dabitur in futuro operis Supplemento.* E

VITA

Auct. Nicolao Burgenſio Equite Senéſi.

Ex. MS. Bibliothecæ Vallicellanæ.

Nobilium parentum unigenitus, BEato Peregrino patria fuit civitas Romandiolæ non ignobilis Forumlivii, pater autem vir ſapiens, clara & vetuſta familia Latioſa genus ducens, animi dotibus ac virtutibus quam facultatibus ditior *a*. Parentibus ſuis Peregrinus autem unicus erat filius, & perinde eis cariſſimus. Hic jam ſtatuerat tenére, pompis ſecularibus contemptis, cæleſtis diſciplinæ viam; mortemque ipſam pro lucro habiturus, ſi in via recto itinere proceſſiſſet, hujus mortalis vitæ conditionem umbram quamdam ac fumum confutarat: qui ſtabili ſanctoque monitus propoſito, F ad eccleſiam ſub titulo ſanctæ Crucis *b* quadam die *b* ſe contulit. Cumque ante Mariæ Virginis *c* figuram *c* admodum longiuſcule perſtitiſſet, ſupplicavit ei de- *à B. Virgine ſibi appa-* mũ, ſalutis ut ſuę viã pandere dignaretur. Cui cõtinuo *rente.* Beata Virgo, pretioſis quidem ac feſtivis veſtibus exornata, manifeſto apparuit, taleque reſponſum dedit: Cupio equidem, fili mi, in viam ſalutis tuæ dirigere greſſus tuos.

2 Quam poſtquam hujuſmodi ornamentis inſignitam, atque ſic ſtatim affatam fuiſſe ſecum ipſe conſideravit; ſubveritus eſt, more ſimplicis columbæ, ne à deceptore & humani generis inimico falleretur. Quem ubi Maria Virgo ita vidit incertum atque perterritum, benignius inquit, Ne timeas fili, ſiquidem mater ejus ſum, quem tu adoras in cruce fixum; ab eoque miſſa ſum, ut futuræ felicitatis iter oſtendam. Quibus verbis Peregrinus ita reſpondit; Ecce paratus *jubetur Ordinem Servorum ingredi.* ſum ut cuſtodiam mandata tua: id enim ſemper præ ceteris animo concupivi meo, ne tua ullo modo præcepta preterirem. Tu igitur imperabis, ô Regina, ego vero imperanti tibi promptus ſum, libensque parebo. Tu, inquit glorioſa Virgo, noſti Religioſos, qui Fratres & Servi Mariæ nuncupantur? Ad hæc Peregrinus: Memini de eis à multis mentionem fa-

AUCTORE NICOLAO BURGESIO EX MS.

ctam fuiſſe, eorumque inſtitutum ſanctum & converſationem comprobatam fuiſſe mirum in modum: ſed ubinam commorentur, id prorſus ignoro. Quod idcirco dixerat, quia nondum ullus Conſtatrum Servorum Mariæ Virginis apud Forumlivii conventus erat.

eoque Senas proficiſci,

3 Mox Maria Virgo ſic ait, Tibi Peregrino nomen eſt: eris tu igitur & nomine & re ipſa peregrinus: opus eſt enim te Senas uſque pergere; quo ubi perveneris, ſanctos illos viros invenies, quorum numero ut accedas rogabis plurimum. His acceptis, ſtatim Peregrinus iter ingreſſus eſt, & comitante Angelo ad urbem Senam ſe ſe recepit. Poſtquam ante ædes fuit, pulſato ſtatim oſtio, prodit oſtiarius, ætate gravis. Quem quæris? inquiens; ſubjungenſque horam inchoati ſilentii in præſenti eſſe. Hęc cum dixiſſet oſtiarius, procubuit illico ante pedes ſenis Peregrinus, veluti feſſus ſupra modum; & ſupplex oravit ſenem nè aditu prohiberetur, præſertim quia non nulla cum Priore ſecreta collocuturus eſſet.

ubi receptus

4 Qua re audita oſtiarius ingreſſum dedit, tranſactoque ſilentio duxit ad Priorem. Quem cum oculis perluſtraſſet ipſe Prior, percunctatus eſt, cujas deindenam foret. Qui reſpondit, Forolivienſis fum. B Narrata poſtmodum re ipſa, & cognito Peregrini conſilio; Prior cum Fratribus, qui in unum convenerant, à Maria Virgine miſſum ad ſe ipſum fuiſſe ut omnino crederent, facile adducti ſunt; Mariæque Virginis miraculum putabant, quæ ſolet illuminare fideles ſuos, magnoque ſtudio beatitudinis compotes efficere. Quapropter Confratres Peregrinum omnes libenter accepêre, ſancto vidualique Virginis Mariæ habitu induentes. Quo facto, mirabilis ejus caput ſplendor circumfulſit, utpote qui caſtitatem, obediẽtiam, paupertatem, quas profeſſurus fuerat, integerrime ſervaturus eſſet. Ad trigeſimum progreſſus ætatis annum *d*, virtutis & ſanctimoniæ ceteris exemplum erat.

donatur habitu;

d

5 Superioris juſſu poſtea Forumlivii, patriam ſuam, rediit, ad obſervanda atque gerenda præcepta Domini: ubi carnem primum vigiliis, jejuniis & corporis afflictionibus mirum in modum mortificavit, quodque incredibile eſt, per triginta annos ſedere viſus eſt numquam. Stabat ſemper dum comedebat *e*; orabat genibus flexis; ſi forte aliquando laſſitudine aut ſomno victus eſſet, aliquantiſper ſaxo nitebatur, aut ſubſellio ſi fuiſſet in choro. Noctu non dormiebat in lecto, ſed totam fere noctem hymnis & pſalmis legendis conſumebat. Semper legem Dei meditabatur: per exempla Chriſti, quo ad poſſet, progredi geſtiebat: quotidie acta ſecum ipſe repetebat, deflens offenſas atque errata, quæ ſibi patraſſe videbatur; quæ ſingulis etiam diebus Sacerdoti manifeſtabat, & multis cum lacrymis profitebatur: [& quia erat] vir ſanctus, ex flagrantiſſimo divinæ legis penitus ſervandæ deſiderio, multa ſibi imputabat. *f*

e poſtea remiſſus ad Forumlivii

C *In magna vivit ſanctitate*

f

6 [Interea] optimus & miſericors Deus, qui accenſos amore ſuperno probare & probando corroborare ſolitus eſt, moleſtiſſimum Peregrino morbi genus intulit; ſiquidem alterum crus ita intumuit atque contabuit, ut omnes officii gratia Peregrinum viſentes à lacrymis abſtinere nequiverunt. Tabidi cruris tumefactioni morbus, quem cancrum appellant, aſperrimus acceſſit; ex quo tantus ſpirabat fœtor, ut à nemine aſſidente tollerari poſſet; qua de re à ſuis propinquis derelictus jam fuerat, quin ſibimet erat tædio, alterque Job vulgo dicebatur; ita corruptus, ita afflictus videbatur. In tanto tamen & tam odioſo tormento conſtitutus, non propterea vicem ſuam querelis deplorabat. Sed ejuſmodi tabem atque cruciatum conſtantiſſimo animo proferebat, Apoſtolica traditione fretus, qua virtutem aſſeritur in infirmitate conſummari.

Crus ejus inſanabili cancro exeſum,

7 Unus ex concivibus ſuis, valde deflentibus tam gravem Peregrini ægrotationem, Paulus Salatius phyſicus, domi languentem ſervum Dei convenit: deinde inſpecto crure, cauſam morbi accuratiſſime inquiſivit; in eaque tandem ſententia permanſit, una cum ceteris omnibus, nulla ad ſalutem remedia ſuppetere, morbumque ipſum indies ampliorem futurum, univerſumque tandem infecturum corpus, niſi crus turgidum feſtine amputaretur. Id ergo annuentibus omnibus deſtinatum eſt, judicantibus præſtare unum perire membrum quam totũ corpus. Peregrinus, ante diem reſecandi cruris conſtitutum, nocte proxima, poſteaquam ſuper ea re ſecum ipſe meditatus eſt, decrevit ad Jeſum Chriſtum Salvatorem noſtrum & ſuum confugere. Surrexit igitur ut potuit, ægerrimeque ſeſe in Capitulum ſolus protraxit, in quo figura Jeſu Chriſti crucifixi *g* inerat: ad quem ſupplex his vocibus uſus eſt: O Redemptor humanæ naturæ, tu pro luendis peccatis noſtris crucis tormentum mortemque acerbiſſimam ſubire voluiſti: dum in terris eras inter mortales, variis affectos morbis ſanaſti, quam plurimos leprolos mundaſti, cæco lucem oculorum largitus es, ubi dixit, Jeſu fili David, miſerere mei. Non ſecus, Domine Deus meus, libera hoc meum crus inexplicabili morbo: quod ni feceris, neceſſe eſt [illud amputari].

D *quod medici amputare decreverãt,*

ipſo Crucifixum deprecante;

g

E

8 Dum hæc diceret, vehementer ex infirmitate cruciatus & ſomno ſopitus eſt. Inter quieſcendum, Jeſus in patibulo poſitus, ei ex cruce deſcendere, omnemque cruris languorem adimere viſus eſt. Mox experrectus, curatum crus atque ita firmum ſeſe habere ſenſit, ac ſi nulla umquam adverſa valetudine laboraſſet. Debitis deinde pro tanto munere clementiſſimo Deo actis gratiis, in cellam ſuam reverſus eſt. Ecce mane, poſtquam dies illuxit, cum inſtrumentis & unguentis adeſt medicus, ad navandam cruris ſectionem. Cui Peregrinus inquit, Domum redi, qui ut me ſanares veniſti: medicus ille, qui mihi integram valetudinem reſtituit, ſic in me locutus eſt, Ipſe ſum, qui do tolloque pariter adverſam proſperamque valetudinem, quoniam animæ corporiſq; ſimul curam gero: Ille ſum, qui cæcos illuminavi, immundos deterſi, paralyticos curavi, defunctos ab inferis ſuſcitavi: en ego ſum qui nullum laborem, nullum dedecus pro veſtra ſalute, non duriſſimum mortis genus recuſavi. Qui ſic affatus eſt in me, ô medice, is me penitus liberavit.

miraculoſè curatur:

medico qui ſectionem facturus advenerat,

9 Ea cum audiviſſet medicus, Peregrinum ex vi morbi deliraſſe arbitratus eſt: & Oſtende crus, ait, ut te à totius corporis contagioſa pernicie vindicem. O medice, cura te ipſum, inquit Peregrinus: tua hac arte jam mihi opus non eſt: medicinæ princeps & humanæ ſalutis auctor ægrotationem meam omnem depulit. Et ſtatim crus oſtendens, Cerne oculis, inquit, & quem habui medicum noſce. Obſtupuit mirum in modum phyſicus, ubi crus ita liberum & ita validum proſpexit, ut nulla tanti tumoris ſigna, nullæ edacis cancri cicatrices viderentur; aitque comitibus ſuis, O miraculum ingens! Qui digreſſus inde, tam evidens in ſervum ſuum oſtenſum Dei, quos haberet obvios, omnibus prædicabat, idque per civitatem totam diffundere geſtiebat. Confeſtim tantæ rei fama pervagabatur, maximamque amico Dei Peregrino venerationem parit. Qui poſt hæc ſanctificatus magis, totis viribus viam Domini ſecutus eſt, ſuſpirans ad cæleſtia gaudia, parata omnibus, qui dominica & vitalia præcepta cuſtodiunt.

F

miratur,

& miraculum divulgatur.

Moritur fere octogenarius.

h

10 Hic prope octogenarius, flagrantiſſima febri correptus, diem clauſit extremum; cujus animam Beata Maria Virgo, comitata Beato Philippo *b* Florentino Beatoq; ejuſdem Ordinis Franciſco Senenſi, provexit ad honorem regni cæleſtis. Defuncto ſtatim

A tim Peregrino, flagrantiſſimus ex corpore ejus odor emanavit; quem non ſine magna & mira ſuavitate qui circumſtabant ſentientes, vehementer admirati

multique ad corpus viſendum confluunt:

ſunt. Dum ſacratum in cælis jam triumphantis animæ carnis illud involucrum, per morem feretro locatum ſupinumque ſervaretur; perinde ac ſi mors ſancti viri à tubicine promulgata fuiſſet, erat in ore omnium Forlivienſium, certantium viſere venerandas in choro reliquias. Confluebant pariter per omnes oppidi partes undique coloni, viri Dei defuncti fama compulſi, nec ea quidem nocte civitatis portæ irrumpente multitudine claudi potuerunt. Nec divinitus miſſa ſanctitatis ſuæ B. Peregrino miraculorum teſtimonia defuerunt: at nos duobus, tribuſve miraculis recitandis contenti erimus; nam cetera multa apud Forlivium, in eccleſia Servorum Mariæ Virginis, mandata ſcriptis probatiſſimique tabellionis manu ſignata *k* reponuntur.

k

ad ejus invocationem illuminatur cæcus

11 Cum venerabile B. Peregrini corpus eſſet in choro omnibus conſpicuum; ecce infimæ ſortis homo mendicus & cæcus, ſupplex petiit ſacras reliquias, & intimo animo pro recuperanda luce preces fudit. O immenſam Dei potentiam! ô gratias in ſervos ſuos! Erigit tum ſeſe beatum corpus, & antè magnæ turbæ conſpectum Crucis ſigno cæcum benedixit, cui tamquam ſquammæ ex oculis illico cecidiſſe viſæ ſunt. Acclamavit præ gaudio qui cæcus fuerat, ſeque plane videre coram omnibus teſtatus eſt; & poſtquam clementiſſimo Deo beatoque Peregrino gratias ingentes egit, lætabundus diſceſſit.

B

liberatur energumena

12 In Forlivienſem feminam unus pluresve ex nequioribus ſpiritibus irruperant, nec non in furorem verſa exagitabatur ſupra modū, nec compedibus nec catenis coerceri poterat, perpotens enim erat, & omnia vinculorum genera aut prorumpebat aut à ſe longe vehebat. Fama miraculorum diffuſa latius, propinqui hanc feminam furibundam trahunt ad ſacras in eccleſia beati Peregrini reliquias: quas ſimul ac tetigit, malignus à ſe dæmon effugatus eſt, non ſine horrendo clamore; variaque animantium genera, ex ore occupatæ feminæ exiſſe viſa ſunt; taliaque verba ab omnibus ſunt audita qui tum aderant, Orationes tuæ, Peregrine, precesque tuæ mirum in modum me cruciant. Liberata igitur penitus diabolica poteſtate mulier, maximas Deo beatoque Peregrino gratias egit, domumque cum gentibus ſuis læta reverſa eſt.

C

ex arbore lapſus ſanatur.

13 Arborem proceram ſuperaſcendens homo quidam, deinde fallente veſtigio in ſolum præceps delapſus eſt; quo ex caſu erumpentibus inteſtinis crepuit. Reliqua ſuæ ſalutis ſpes nulla erat. Intercedentibus poſtea B. Peregrini precibus, priſtinam integramque valetudinem conſecutus eſt, gratiæque memor debitas egit gratias. *l*

ANNOTATA.

a *Albicinus aſſerit, matri nomen fuiſſe* Flora de Aſpinis, *quæ filiũ ſuum pepererit anno* 1265, *quo tempore ac deinceps, quamdiu in ſeculo vixit Beatus, ſtatus Forolivienſis turbatiſſimus fuit; quarum turbarum hiſtoriam ex Roſio eo accuratius deſcribit idem auctor, quod ex incerto quorumdam relatu ſcripſerit Gianius in Annalibus lib.* 4 *Centuriæ* 1, *quod venienti Forolivium S. Philippo Benitio, ut cives ad Apoſtolicæ Sedis obedientiam reduceret adhortationibus ſuis, alapa impacta fuit à Peregrino, inter factioſos inſolentiori ceteris juvene: qui tamen deinde ad virum ſanctum, extra urbem cum ſociis conſiſtentem orantemque pro injurioſis civibus, veniam petitum acceſſerit, fueritque adſcriptus numero pœnitentium novi Ordinis, aut etiam ad habitum receptus. Sed ipſe Gianius, quam parum huic relationi fidat mox declaravit his verbis*: Quod an verum fuerit ea ratione ambigitur, quod Peregrinus alio loco, alio modo, alioque tempore ad ordinem perhibeatur receptus: niſi forte occurratur dicendo, quod prima Peregrini diſpoſitio ad converſionem, ex ea perſecutione & pœnitudine coram S. Philippo initium ſumpſerit; quemadmodum indicant ejus Lectiones, à Paulo v approbatæ, in illis verbis B. Philippus, ut Peregrinus Religionem ingrederetur, Dux fuerat.

b Hæc eſt Forolivienſis Cathedralis, *inquit Albicinus.*

c Eadem quæ hodie in ipſa eccleſia reverenter colitur, *inquit idem.*

d *Hic fuſe digreditur Albicinus, ut probet, quod alibi nuſquam legitur, etiam Sacerdotem fuiſſe B. Peregrinum. Probatio autem præcipua conſiſtit in traditione Forolivienſium Patrum, ſubnixa picturæ antiquæ ipſius arcæ, in qua exprimitur ille cum capillitio, in modum coronæ Sacerdotalis attonſo: de qua pictura agitur infra in Proceſſu num.* 8, *& de aliis alibi num.* 13 *artic.* IX.

e *Idem auctor exiſtimat ideo maxime in patriam remiſſum Peregrinum, ut præſentia ſua excitaret conſanguineorum potentium liberalitatem ad promovendam fabricam conventus iſtic ergi cœpti.*

f *Addit idem quod Peregrinus pauperum ſublevandorum curam habens, cum exigua panis ac farinæ, quæ ſuppetebat, copia non ſufficeret petentium multitudini eorumdem multiplicationem precibus à Deo popoſcerit, ſucceſſu tam felici, ut ſparſa miraculi fama, quantum creſcebat petentium numerus, tantum etiã creſceret annona; eoque allegat verſus Italicos aliquos Iuliani Bezzi Forolivienſis poëtæ, quibus hoc ipſum prædicatur. Gianius allegat Dialogos* M. Pauli, *credo Attavanti, ubi dicitur quod* Peregrinus, præter alia ingentia miraculorum ſigna, nonnullos jucunda & amœna vita privatos in eumdem ſtatum reſtituit. Imo ex unico frumenti grano pauperum domicilia & horrea implebat, vinumque in dolio ex nihilo in abundantiam redigebat.

E

g Eſt locus Capituli, *inquit Albicinus*, inprimo conventus clauſtro, ſimilis devoto oratorio; ubi ſupra ipſum parietem depicta cernitur imago Crucifixi, *ad quam etiam nos magna cum ceremonia deducti fuimus. Eſt ei ad majorem reverenti ã & ſecuritatem oppanſum velum triplex, quorum primum ex ſerico Damaſceno albo ubi reductum erat, cœpit alterum ex holoſerico rubro, eleganter acu picto, lente dimitti; interim dum à choro religioſorum ad hoc præſentiam caneretur Pſalmus* Miſerere; *tertium ex tenui ac perlucenti byſſo immotum relinquebatur. Hoc ritu oſtenditur raris quibuſdam occaſionibus præcipue dignitatis perſonis: populo autem ſemel tantum idque die Veneris ſancto ejus patet aſpectus, ut aſſerit Albicinus. Agitur de hoc Crucifixo infra in Proceſſu num.* 13 *artic.* 3.

F

h *Obiit S. Philippus anno* 1285 *die* 22 *Auguſti.*

i *De B. Franciſco, hæc ad calcem vitæ hujus legebatur notatio.* Beatus Franciſcus Senenſis, Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis, mortuus eſt anno nativitatis Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſexto, ſedente Joanne XXII qui annos XIX ſedit. Is eſt de quo in Vita B. Peregrini. *Tum ſubditur,* B. Peregrinus ex familia Lazioza obiit MCCLXXXIIII; *evidenti mendo librarii, quem ſuſpicor inveniſſe notatum* MCCCXXXXV.

k *Vtinam illa adhuc ſupereſſent! ſed quæ, cum Proceſſus conderetur, inventa non ſunt, quis adhuc invenienda ſperet?*

l *Albicinus conſcriptæ à ſe Vitæ appendicem addit, in eumque refert* 15 *miracula, ex Proceſſu jam nunc proponendo ſelecta.*

PRO-

PROCESSVS
de cultu & miraculis B. Peregrini, *ex archivio Civitatis Foro Livienſis.*

CAPUT I.

Proceſſus inſtitutio : ſacri corporis & arcæ inſpectio.

1 IN Chriſti nomine, Amen. Anno ab ipſius nativitate MDCVIII, Indictione VI, die vero XXVIII menſis Iulii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Pauli Divina providentia Papæ V, anno ejus III. Cum ſit quod, ſicut quotidiana experientia docet, omnia quæ cæli ambitu continentur, quamvis valida, firma, atque permanentia quandoque appareant, attamen temporis curſu dilabantur; ita ut multa quæ adhuc inter hominum memorias vigent, exinde quaſi numquam extitiſſent jam tempus vorax deleviſſet, niſi providorum hominum labore & cura, ea ipſa è leti gurgite erepta, memoriæ monumentis reſtituta fuiſſent: ideo hinc fit, quod licet in ſacris paginis, quas vulgo Chronicas vocant, venerabilis Religionis Servorum Beatæ Mariæ Virginis, ubi de B. Pellegrino de Latioſis de Forolivio, qui fuit Frater profeſſus dictæ Religionis, loquitur, multa de ejus vitæ ſanctitate, miraculis & rebus geſtis narrentur; attamen multa alia extitiſſe etiam traditur, quæ clariorem ejus ſanctitatem reddunt, quamvis vel eo, quem jam diximus, dierum curſu, vel hominum incuria ita abſcondita atque incognita, ut brevi omnino perſtura forent. Cui quidem rei, ad majorem Dei omnipotentis & B. Peregrini laudem & gloriam, volens pro viribus ſuis conſulere religioſus & eximius concionator ac ſacræ theologiæ profeſſor, Mag. Peregrinus de Dandis de Forolivio, ejuſdem Ordinis Servorum & ad præſens Conventus dicti Ordinis in hac civitate Forolivii meritiſſimus Prior; & eo magis cum id negotium ſibi impoſitum per Reverendiſſimum Patrem Generalem & alios d. Religionis ſuæ Superiores fuerit, ſæpeque ac ſæpius commiſſum atque commendatum habuerit, & ob inſignem etiam ejus erga d. B. Peregrinum devotionem; propterea coram Illuſtri & multum Reverendo D. Archangelo Albertino, cive, Legum Doctore & Cathedralis Forolivienſis Archidiacono, & Perilluſtris ac Reverendiſſimi D. Cæſaris Bartolelli, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopi Livienſis meritiſſimi, in ſpiritualibus & temporalibus generali Vicario, comparuit die ſupradicta idem R. P. Mag. Peregrinus de Dandis, & facto exhibuit quoddam folium tenoris infraſcripti.

Ne ſingularium rerum Sanctitatem B. Peregrini probantium memoria pereat

B

C

2 Coram vobis comparens Mag. Peregrinus Dandis de Forolivio ... humiliter & ea qua decet reverentia dixit & expoſuit, quod cum ipſe velit & intendat, prout à Reverendiſſimo Patre ſuo Generali & aliis Religionis ſuæ Superioribus habuit in mandatis, & aliis juſtis & rationalibus cauſis & rationibus ad hoc animum ſuum moventibus, Proceſſum ſuper vita & ſanctitate B. Fratris Peregrini de Latioſis de Foro-Livio, qui fuit profeſſus d. ſuæ Religionis, fabricare: propterea, tam ſuo quam d. Reverendiſſimi Generalis ſui & aliorum ejuſdem Religionis Superiorum nomine, petiit, inſtitit atque enixe rogavit, quod ſua Dominatio Illuſtris ac multum Reverenda dignetur ejus auctoritate, & favorabile officium deſuper opportunum interponere, & Notarium legalem & matriculatum deputare, qui teſtium deſuper examinandorum dicta, inſtrumenta fienda, & alias quaſcumque ſcripturas in hujuſmodi proceſſu neceſſarias authenticet atque conſcribat fideliter, nec non & horam Dominationi ſuæ Ill. & m. Rev. commodiorem eligat, ad intereſſendum teſtium examinibus & aliis ut ſupra.....

D

Prior Forolivienſis de mandato Ordinis, an. 1608,

rogat Vicarium Epiſcopalem ut condendo Proceſſui

Notarium deligat;

3 *Exhibuit etiam articulos examinandis proponendos, de quibus infra.* Et tum adm. Ill. ac Reverendiſſ. Epiſcopus, ſive multum R. D. Vicarius Generalis, viſa d. inſtantia, & conſideratis iis quæ in d. folio continebantur, quia juſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus, prædicta recepit & admiſit, ſi & in quantum recipienda & admittenda de jure ſint; & mandavit deſuper procedi & ad prædictum examen deveniri, auctoritatem ſuam deſuper interponendo omni meliori modo: citatis tamen ad omnem bonum finem & effectum per edictum publicum omnibus quomodolibet intereſſe habentibus ſeu D. Procuratore fiſcali Curiæ Epiſcopalis ... ad dicendum contra & videndum teſtes examinari & dicere cauſam quare præmiſſa fieri non debeant. Et Fiſcus poterit proteſtari, quod teſtes examinantur de nominibus, cognominibus, profeſſione, patria, ſi ſint confeſſi & communicati, ſi habent intereſſe, ſi fuit aliquid ipſis promiſſum; & quod interrogentur quomodo præmiſſa ſciant, & de cauſa ſcientiæ, loco, teſtibus, conteſtibus, & aliis quæ pro teſtium valido examine & depoſitione requiruntur ... *Idem D. Vicarius* ad d. Proceſſum ſcribendum rogandum & fabricandum elegit & deputavit D. Horatium Leonium, Notarium publicum Forolivienſem & acceptantem cum ampliſſima facultate & auctoritate ... ac ſi eſſet Curiæ Epiſcopalis Cancellarius, Præſentibus Ill. & Rev. DD. Baptiſta Avezzano & Hieronymo Nicolino Cancellariis Forolivienſibus.

Hic audiendorum teſtium formam præſcribit

& Notarium conſtituit Horat. Leonium;

E

4 *Qui Notarius ante omnia rogatus accedere die* XXX *menſis Iulii ad ipſam ſancti corporis arcam inſpiciendam,* tamquam filius obedientiæ, *inquit*, perſonaliter me contuli ad eccleſiam Servorum, ubi etiam convenerunt omnes infraſcripti: videlicet, Ill. & m. R. D. Vicarius, Ill. & R. D. Flaminius Porrettus de Ruſſio Præpoſitus, Ill. & R. D. Joannes Franciſcus Rabbius Archipresbyter, Ill. ac R. D. Horatius Betius Primicerius Cathedralis Forolivienſis, nec non Ill. & R. D. Bernardus Dentus, Ill. & R. D. Bartholomæus Solombrinus, Ill. & R. D. Baptiſta Avezzanus, Ill. & R. D. Baptiſta Gabbonus, ac Ill. & R. D. Camillus Paulutius, omnes Canonici ejuſdem Cathedralis, abſentibus aliis legitime impeditis; pariter Illuſtres Domini infraſcripti de Magiſtratu Dominorum Conſervatorum hujus civitatis Forolivii; videlicet Illuſtris & Generoſus Eques D. Bernardus Paulutius Caput, D. Fabritius Terdotius, D. Marius Avezzanus, & D. Gaſpar Numajus, abſentibus aliis; ac etiam Illuſtres Domini de Magiſtratu nonaginta Pacificatorum d. civitatis, videlicet Artium & Medicinæ Doctor D. Alexander Padovanus Prior, D. Ludovicus Angelerius, D. Fabritius Betius, & D. Æmilius Betius, abſentibus aliis. Item Ill. I. V. Doctor D. Hieronymus Paulutius Advocatus Ill. Communitatis, & D. Fabrius Marcianeſius & D. Cæſar Blondinus utriuſque Magiſtratus reſpective Secretarii; nec non Ill. & Excell. DD. Antonius Dentus & Abſalon Savorellus Juris-conſulti, ac Ill. Equites Vincentius Capoferrus Gabeatius, & Silvius de Numajis Militiæ S. Stephani; & quamplurimi alii tum Equites tum Doctores, magnaque denique multitudo civium & plebis Livienſis populi ...

qui 30 Iulii coram multis teſtibus

ex ordine eccleſiaſtico & ſeculari

F

5 Cumque illuc perveniſſem, me Notario omnibuſque aliis ſupraſcriptis adſtantibus & cernentibus, idem m. R. P. Prior, accenſis prius multis & quam plurimis luminibus, ac ſonitu campanarum con-

aperuit arcam ſancti corporis,

A concomitante, aliiſque cum reverentiæ tum devotionis maximæ præmiſſis ſignis & actibus, aperui quamdam capſam deauratam & multis picturis exornatam, exiſtentem ſuper ſecundo altari, in ordine ſito ad latus ſiniſtrum d. eccleſiæ Servorum, ingrediendo d. eccleſiam per portam majorem: quæ capſa clauſa erat & clavibus cuſtodita, prout ſit omni tempore; & eſt parietibus d. capellæ & altaris infixa atque murata, habens intra ſe aliam minorem capſam, ſimiliter auro fulcitam & variis picturis decoratam, quæ ſimiliter aperta fuit. Cumque ſic d. R. P. Prior & cum illo etiam Sacriſta Conventus, cum ſtolis & cottis, d. capſas aperuiſſet, ab omnibus prius flexis genibus ante d. altare fuit facta oratio: & poſtmodum finita oratione, d. m. R. P. Prior mihi Notario & ſingulis ſupranominatis omnibuſque & ſingulis aliis ibi adſtantibus, tam in dignitate conſtitutis quam extra, tam nobilibus quam ignobilibus, ac uni poſt alium, oſtendit & ad videndum & conſiderandum præbuit quoddam cadaver, in d. interiori capſa collocatum, ſupinum jacens & habitu d. Religionis Servorum indutum. Ipſumque cadaver hominis, habens carnem ſuam oſſibus & nervis compaginatam & in omni parte integram, illæſam, nulla labe confectam, nullubique corroſam, præterquam in facie ubi nares deficiunt; pedes vero & manus cum ungulis ſuis, & reliquum denique corpus, quod videri poteſt & veſtibus ſuis cooperitur, una cum veſtibus prædictis ut ſupra, integrum & integræ apparent; licet caro temporis vetuſtate exſiccata exiſtat. Et ex d. capſæ apertione & cadaveris inſpectione nullus penitus malus odor emanavit.

ejuſque integritatem conſiderandam exhibet ſingulis,

C

Iurant hi ipſum eſſe corpus B. Peregrini,

6 Quod quidem corpus, ſic ut ſupra videndum expoſitum, per ſupraſcriptos omnes & ſingulos viſum & diligenter conſideratum, omnes & ſinguli ſupraſcripti totaque populi ibi adſtantis multitudo, medio eorum corporali juramento ad ſancta Dei Euangelia, prout tactis manu Scripturis in manus mei ſupra & infraſcripti Notarii exiſtentibus juraverunt, dixerunt, affirmarunt, & recognoverunt, & uno omnes ore confeſſi ſunt, d. cadaver eſſe proprium & reale corpus B. P. Fr. Peregrini de Latioſis de Forolivio, Ordinis Servorum B. M. V. quod ibi ab ducentis & ſexaginta annis vel circa adſervatur, & pro tali ab ipſis & à tota Forolivii civitate veneratum ſemper & adoratum fuiſſe & eſſe, & etiam ab omni populo Forolivienſi & etiam ab univerſis qui de B. Peregrino notitiam habuerunt, pro tali habitum, tentum, creditum & reputatum eſſe atque fuiſſe, per multa annorum curricula, & ſemper, & à tanto tempore citra ut nulla penitus extet in contrarium memoria; & hodie quoque pro tali haberi, teneri, reputari & credi; ac ſummo quotidie cum honore & reverentia, & nulla penitus extante dubitatione venerari; & ſuper hoc nullam unquam ortam vel fuiſſe nec eſſe per quemquam litem, controverſiam vel dubitationem, huic veritati quomodolibet contrariam: & ita etiam omnes uno ore & medio juramento dixerunt & affirmarunt, ab omnibus & ſingulis eorum antiquis & anteceſſoribus ſemper traditum dictum & publicatum fuiſſe indubitanter.... & hoc eſſe publicum & notorium; cum dictummet cadaver & corpus ſanctum, ſemper quolibet anno die prima Maji maxima cum totius populi Livienſis & comitatus & oppidorum & civitatum vicinarum ferventia, devotione & lætitia publice omnibus, prout habetur ex antiquiſſimis traditionibus, oſtenſum fuerit & hodie quoque oſtendatur.....

quod publice honoratum fuit Forolivii ab annis 260.

B

7 *Hac de re publicum inſtrumentum conditum ſignatumque eſt die* III *Auguſti: die vero* IV *exhibitum receptumque Martyrologium, à Maurolyco editum impreſſumque Venetiis apud Iuntas anno* MDLXXVI, *ad hoc ut ſuis loco*

& tempore exhiberetur teſtibus examinandis propter verba hæc ibidem legenda, Kalendis Maji apud Forolivium B. Peregrini Ordinis Servorum. *Exhibitus deinde eodem die articulus in examine teſtium proponendus, cœpti ſunt juxta eos audiri teſtes uſque ad* XIV *Octobris inclusive. Tum rurſum rogatus eſt Notarius venire ad d. eccleſiam Servorum*, ad effectum recognoſcendi & diligentius inſpiciendi & conſiderandi omnia & ſingula miracula, jam per d. B. Peregrinum facta & operata, & omnes alias imagines & figuras, quæ depicta & depictæ ſunt & reperiuntur, tam ſuper capſa ſuperiori quam ſuper capſa interiori, ubi reconditur corpus d. B. Peregrini, ac etiam ſuper parietibus d. capellæ, & ad ea omnia hic regiſtrandum. *Qui de mandato d. Vicarii illuc ſe conferens, coram ipſo & tribus Canonicis, Baptiſta Avezzano, Hieronymo Nicolino, & Baptiſta Gabbono, multiſque aliis viris nobilibus, eodem quo ſupra ritu ac ordine, aperta capſa, vidit ſupra eam ſic apertam & notavit ut ſequitur.*

EX MS. PROCESSU

4 Octobris redit Notarius ad cognoſcendas imagines

8 Primo in prima parte primi ordinis d. capſæ eſt figura hominis laici, fores monaſterii pulſantis, quod præfigurat vocationem B. Peregrini ad religionem. in II autem apparet quædam hominis figura, Fratrum Servorũ indumento veſtita, ac medico crus, ulcere & cancro laborans, ad medendum præbentis. III vero pars continet quamdam figuram, habitu prædicto indutam, coram Crucifixo orantem ac repræſentantem miraculum Sancti ſanitati reſtituti. IV Fratrem Servitam præfigurat medico ibi præſenti, inſtrumenta ad ſecandum & unguenta ad medendum ſecum habenti, crus ſanatum oſtendentem, obſtupeſcente propterea medico: & omnes ſupradictæ picturæ denotant eamdem hiſtoriam cruris Beato ſanati à ſanctiſſimo Crucifixo.

quibus partim Vita Beati

E

9 In Primo vero loco ſeu parte ſecundi ordinis d. picturarum, apparet quædam mulier energumena, ante feretrum exiſtens, ubi jacet corpus B. Peregrini & liberata à dæmone. In II autem ſunt infraſcriptæ figuræ, Laicus quidam homo mortuus & ſarcophago impoſitus, idem vero inibi ad vitam reſtitutus, & genu flexus ante figuram hominis induti habitu Servitarum, in aere apparentis & ſplendoribus circumfuſi. Hæc eſt hiſtoria mortui per B. Peregrinum ad vitam revocati. Ultimo loco homo quidam à ſummitate arboris in lapſu infixus, ita & taliter ut truncus ille ventrem & exinde humeros recto tramite perforavit: apparet poſtea idem homo ſanus, genuflexus ante B. Peregrinum, in aere ut ſupra apparentem: quod miraculum legitur in ejus vita.

partim miracula indicantur.

10 Hæc omnia ſuper capſa prædicta, corpus B. Peregrini claudente, & operculo interiori ſive loculo ejuſdem curvitatis, ubi d. loculus conſervatur, reſpective delineata, atque antiquiſſimis picturis effigiata apparent atque videntur. In pariete vero d. capellæ depicta ſunt à latere dextro eadem miracula mortui ſuſcitati, & hominis à ſummitate arboris delapſi, cum figura B. Peregrini in aere luminibus circumfuſa. A parte autem ſiniſtra d. altaris ſuper d. pariete homo genuflexus ante imaginem B. Peregrini, In aere hujuſmodi luminibus ſeu ſplendoribus circumdatam, & mulier ſimiliter genuflexa conſpicitur. Et hæc omnia in parte inferiori d. parietis: deſuper vero hinc & hinc depictæ ſunt duæ figuræ Fratrum Servorum, ad ſtaturam juſtam hominis, cum ſplendoribus, prout Sancti pingi ſolent: quarum una B. Peregrini eſt imago, quia Crucifixum manu tenet, prout depingi ſolet d. Sanctus; alia vero B. Philippi d. Ordinis Servorum.....

aliaſque picturas ad parietem.

F

11 *Denique die* XX *Octobris comparuit ſæpe d. Prior &* cogitans infra ſe, quod non ſit abſurdum, ad magis mundo propalandam B. Peregrini ſanctitatem, ea omnia quæ glorioſe de ipſo loquuntur inſimul

20 Oct. exhibentur loca auctorum de Beato

EX MS. PROCESSU & in unum colligi & in hoc præſenti proceſſu regiſtrari, præſentavit actualiter librum quemdam impreſſum Florentiæ, de anno MDLVII, Chronicarum rerum totius ſacri Ordinis Servorum B. M. V. auctore Fr. Michaele Florentino : item orationem quamdam panegyricam de laudibus civitatis Forolivii R. P. Mag. Nicolai Briganti Foropompilienſis, habitam Forolivii in conventu Provinciali Fratrum Servorum ibi celebrato, in qua de B. Peregrino fit mentio. *Iuxta cujus petitionem conſequenter deſumpta, tranſumpta, extracta & regiſtrata ſunt, quæ habentur in Chronicis à folio* 70 *uſque ad folium* 71 *& à folio* 178 *uſque ad* 182 ; *& quæ in oratione prædicta pagina* 8 *&* 9 : *quam orationem apparet fuiſſe totam manuſcriptam ; & cum nihil ad hiſtoriæ notitiam faciat, non putamus hoc loco deſiderari. Chronicæ autem ipſæ ſunt, de quibus actum num.* 5 *Commentarii Prævii.*

CAPUT II.

Teſtes auditi ſuper articulis tredecim ad examen propoſitis.

B

12 IN Dei nomine, amen. Infraſcriptæ ſunt depoſitiones quorumdam teſtium, ſuper articulis & interrogatoriis productis, ad futuram rei memoriam & ut veritas magis eluceſcat, examinatorum .. Die IV Auguſti MDCVIII, coram Ill. & M. R. D. Archangelo Albertino ... generali Vicario meque Notario ad hoc ſpecialiter deputato, perſonaliter conſtitutus Ill. & Nobilis vir D. Bernardinus Paulutius, miles S. Pauli de urbe, & ad præſens Ill. Magiſtratus DD. Conſervatorum Forolivii Caput, primus teſtis, pro parte & ad inſtantiam. m. R. P. Mag. Peregrini de Dandis, annorum LVIII in circa.

Nomina teſtium.

11 Ill. & Excell. Artium ac Medicinæ Doctor D. Alexander Padovanus de Forolivio, & ad præſens Hl. Magiſtratus numeri nonaginta virorum Pacificorum Forolivii meritiſſimus Prior, annorum XL incirca.

111 Ill. & m. Excell. Juris utr. Doctor Antonius Dentus, Nobilis Forolivienſis, annorum LX incirca.

IV D. Petrus Jacobus de Fulfis, Nobilis Forolivienſis, annorum LXXVI incirca de Conſilio.

V Ill. D. Eques Vincentius Capoferreus, Nobilis Forolivienſis, Ordinis S. Stephani, annorum LII in

C circa, qui ſæpius fuit Caput Conſervatorum.

Die XIII Auguſti, D. Ludovicus de Angeleriis de Forolivio, Nobilis, annorum LXII incirca, teſtis VI.

VII Ill. & Excell. Juris utr. Doctor D. Hieronymus Paulutius de Forolivio, Advocatus Ill. Communitatis Forolivienſis, annorum XXVIII incirca.

Die XIX Auguſti, Ill. Eques D. Bernardinus de Ferramontibus, Nobilis Forolivienſis, Ordinis S. Stephani, annorum LII incirca, teſtis VIII.

IX Ill. & Nob. Eques D. Galeatius de Numajis, Ordinis S. Stephani, annorum XLV incirca.

Die XX Auguſti, D. Petrus Martyr Timideus, teſtis X.

Die XXI Auguſti, D. Galanottus Panticius, Nobilis Forolivienſis, annorum LXIV incirca, teſtis XI.

XII Mag. Enricus Cæſarius de Forolivio, Agrimenſor, annorum LXXII incirca.

XIII Ill. & R. D. Baptiſta Avezzanus, Canonicus Cathedralis Forolivienſis, annorũ XL incirca Sacerdos.

Die VII Octobris. R. P. Fr. Antonellus de Foropompilii, Ordinis Servorum B. M. V. annorum ætatis LX, habitus XLVIII, teſtis XIV.

Teſtes de Caſtro Foro-Pompilii unus poſt alium.

I R. D. Virgilius de Bellenghis, Presbyter Sacerdos, annorum L incirca. II. R. D. Joſeph de Bellonis, Presbyter Sacerdos, annorum LI incirca. III R. D. Joannes Baptiſta de Spagnolis, Presbyter Sacerdos, annorum XXXIII incirca. IV D. Auguſtinus Mazzolinus, annorum XL. V D. Sanctes de Gardinis, annorum LIX incirca. VI D. Paulus Mignanus, annorum incirca XLII, diu Forolivii commoratus. D

Eadem die m. R. P. Mag. Peregrinus de Dandis, ad præſens Prior Conventus Servorum B. M. V. Forolivii, annorum ætatis LIII, habitus XXXVI incirca, teſtis *poſt tres Foropompilienſes prædictos auditus eſt, antequam alii tres de eodem caſtro audirentur.*

13 *Hi omnes, prælectis ſibi articulis mox ſigillatim profe-* *qui reſpon-*
rendis, lingua Italica reſponderunt ; nec opus eſt ſingulorum *derunt,*
reſponſa attexere, cum fere conveniant in affirmationem veritatis, in unoquoque articulo propoſitæ, præter teſtem XIV, *qui enucleatius expoſuit pleraque : ejus proinde verba ſæpius Latine reddemus, aliorum vero cum quid ſingulare dixerint.* Articuli vero ſunt infraſcripti videlicet.

1 Qualiter in eccleſia S. Mariæ Servorum de Fo- *corpus ab*
rolivio requieſcit in Domino corpus B. Fr. Peregrini *annis 260*
de Forolivio, d. Ordinis Servorum Profeſſi, à ducen- *haberi,*
tis ſexaginta annis vel circa : & ita fuit & eſt publica vox & fama, publicum & notorium. *Quod ut certiſſimum ſcire affirmavit poſt alios teſtis* XIV, quia fuit de familia Conventus Forolivienſis pluſquam à viginti annis, aliquando Sacriſtanus, aliquando Prior. E

11 Qualiter conſtans fama & communis omnium *miraculis*
exiſtimatio & reputatio eſt, in tota civitate & in a- *clarum,*
liis mundi partibus & per univerſum Ordinem Servorum, quod tam in vita quam in morte & poſt mortem, per merita humilis ſervi ſui Peregrini de Forolivio, Deus optimus Maximus plurima & ea quidem inſignia miracula operari dignatus eſt, & quotidie operari ſibi placitum fuit ad d. Beati viri & ſanctiſſimæ matris ejus ſemper virginis Mariæ gloriam & beatitudinem demonſtrandam. *Quod ſinguli ſimpliciter affirmarunt, ex publica dumtaxat voce & fama : teſtis autem* IV *addidit, quod* ſolebant ei ſe devovere qui morbum cancri patiebantur, per eumque ut plurimum obtinere gratiam ſanitatis, uti, *inquit* recordor optime. *Teſtis* V *articulum confirmat*, Memini, *inquiens* quod cum eſſem Romę, Cardinalis Baronius glorioſę memorię, de eodē *& apud ex-*
Beato ſæpe inſtanterq; me interrogabat, ac viciſſim de *terosquoque*
eodem multa narrabat. *Teſtis* VI, Scio, *inquit* quod *famoſum.*
quidam Pater Veronenſis Ordinis Servorum ſecum Veronam abſtulit duos digitos unius manus hujus glorioſi Sancti; & intelligo eos ibi honorari tamquam Reliquias valde notabiles. *Teſtis* VIII, Sciendum eſt, *inquit*, quod meus quondam frater Mattheus Ferra- F
monti Capitaneus, qui erat Eques ex Ordine Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, ſæpius mihi narrarit dum viveret, quod cum ipſe eſſet in aula d. Sereniſſimi Domini ſui Taurini, nobilis quidam de familia Latioſa ex urbe Nizza & ſuæ Celſitudinis Secretarius, cum ſciret fratrem meum eſſe de Forolivio, petiit ſæpius ab eo informari de familia Latiozorum Forolivienſium, dicens ſuam quoque familiam hinc deſcendiſſe, & quod ſciret ibi fuiſſe virum quemdam ſanctum ejuſdem familiæ B. Peregrinum nomine, ejusque corpus adhuc ſervari integrum.

111 Qualiter in ejuſdem eccleſiæ clauſtro, in *Crucifixum*
capella vulgo appellata il Capitolo, reperitur & con- *in Capitulo*
ſervatur etiam hodie imago ſanctiſſimi Crucifixi, *coli abom-*
coram qua orans B. Fr. Peregrinus meruit recipere gratiam curationis à graviſſimo & incurabili cancri morbo quo affligebatur in crure : quæ ſanctiſſima imago in magna habetur veneratione, tam à Fratribus quam ab univerſis Chriſti fidelibus in d. civitate Forolivienſi. *Ad quod expreſſius dicit Teſtis* III, Totum Forolivium novit in quanta devotione habeatur ab omnibus devotus ille Crucifixus: & cum quanta frequentia ab omni genere hominum viſite-

tur

A tur adoreturq; tam propter gratias quæ ibi continuo præſtantur, quam propter memoriam miraculi in perſona B. Peregrini patrati, prout ex antiquiſſima traditione habetur. *Teſtis* v *dicit*, credere ſe, quod nullus in tota civitate ſit, qui eidem non devotiſſime afficiatur. *Teſtis* xv *confirmat* continuationem gratiarum, olim & nunc ibi præſtari ſolitarum, *tamquam ſibi certiſſima & oculari experientia compertam, quamdiu vixit in Ordine & Conventu.*

ſepulcrum & imagines frequentari,

IV Qualiter ad ejus ſepulcrum & imagines (quæ ſemper fuerunt & ſunt depictæ cum ſplendoribus, prout de ſanctis & Beatis fieri conſuevit) ſemper fuit & uſque ad præſentem diem habetur frequens hominum utriuſque ſexus concurſus, pro impetranda ejus ad Deum interceſſione, ob infinitas gratias, quas, ſi qui ejus ſe patrocinio commendant, à benigniſſimo Deo noſtro ad Sancti ſervi ſui gloriam & honorem recipere merentur. *Hunc articulum ita iiſdem fere verbis affirmarunt omnes, ut nemo addiderit aliquid ſingulariter exprimendum.*

coram iis arderelumi-naria, figi vota:

V Qualiter ad ejus ſepulcrum & imagines retenta ſemper fuerunt & retinentur luminaria, & reperiuntur appenſæ tabellæ & imagines, cereæ & argenteæ, pictæ & ſculptiles, monumenta & indices gratiarum, quas in ſuis neceſſitatibus & infirmitatibus receperunt, qui ad ejus ſuffragia pio & ſincero affectu recurſum habuerunt; hac ratione erga Deum & beatum virum ſuam gratitudinem demonſtrantes. *Reſpondit teſtis* XIV Ad ſepulcrum d. Beati ſemper-arſit lampas: & ego cum eſſem Sacriſtanus curabam eam accenſam tenere, Prior vero exiſtens, ab aliis accendi faciebam. Quantum ad anathemata, certiſſime aſſevero, tantam fuiſſe eorum multitudinem ut cooperirent univerſum parietem ipſius capellæ: inter alia autem appenſum erat crus ligneum, multaque donaria argentea. Verum cum nocte quadam ſpoliaretur noſtra ſacriſtia, etiam illa fuerunt ablata: cetera autem vota ex cera atque tabellæ, per exiguam ejus curam qui mihi ſucceſſit, ſublatæ fuerunt, ipſeque ſanctus fraudatus gloria exinde eidem in terris proveniente. *Eadem à ſe viſa, ſed modo nulla conſpici, nec ſcire quid eis factum ſit, etiam alii plerique teſtes affirmarunt expreſſe. Teſtis* IV *nominatim etiam meminit cruris lignei. Teſtis* XV negat unquam vidiſſe ſe altare B. Peregrini, quin ante illud crederet lãpas: ſuper ipſũ ſemper dici ſolitam Miſſam & luminaria accendi.

B

Peregrinum ab omnibus Sanctum in dubitanter credi:

C

VI Qualiter d. B. Peregrinus ab omnibus utriuſque ſexus fidelibus, tam laicis quam eccleſiaſticis & religioſis perſonis, nobilibus & ignobilibus, reputatus ſemper fuit habeturque & tenetur, pro religioſiſſimo, humillimo & devotiſſimo, ſanctiſſimis moribus & virtutibus Religioſo, & Chriſti ejusque benedictæ matris Mariæ digniſſimo famulo & ſervo gratiſſimo & acceptiſſimo: quem in æterna beatitudine regnare cum Chriſto & Sanctis in gloria, omnes uno ore & communi exiſtimatione, per annos ducentos ſexaginta vel circa, ſemper crediderunt & credunt. *Hunc Articulum omnes aſſeveratione ſimplici, ac totidem fere verbis Italice confirmarunt: Teſtis* V *auctoritatis Baronianæ, antea à ſe allegatæ, pondus etiam hic adjecit. Teſtis autem* XV in confirmationem dictorum, *inquit*, etiam hoc ſuggero, quod per aliquod tempus in variis Ordinis noſtri conventibus ac præſertim hoc Forolivienſi fiebat Officium de eodem Beato in die feſti ipſius, tamquam de Confeſſore minori; & recordor quod cum juvenis atque novitius eſſem cecinerim epiſtolam in Miſſa ſolenni, quæ ad ejus altare in d. feſto celebrabatur: in qua Miſſa fiebat illius commemoratio, & cetera omnia quæ fieri conſueverunt de Confeſſore minore. Quod ſi nunc viverent multi ex Partibus qui eo vivebant tempore, adhuc recordarentur, quemadmodum adhuc vivit & recordatur P. Fr. Antonellus de Foro-Pompilii, coætaneus meus. *Eſt hic teſtis* XIV, *qui & ipſe ait*, ita feci & fieri vidi multis annis. Venit autem reformatio officii, quondam facta per felicis memoriæ Pium Papam quintum; & tunc Priores, aliquo ſcrupulo ducti ne reformationi iſti contrairent, omittendum Officium prædictum cenſuerunt, quod rurſum aſſumpſerunt alii eorum ſucceſſores; tandem tamen omnino prætermiſſum illud eſt: atque hoc eſt veriſſimum.

eumdem olim cultum fuiſſe officio eccleſiaſtico apud Servitas,

Ex MS. Processu

feſtum I *Maji ſolenniſſime agi*

VII Qualiter in die Natalis B. Peregrini, qui in primam diem Maji incidit, non ſolum univerſa civitas Forolivienſis, ſed etiam totus comitatus & alia loca & oppida Romandiolæ, uſque ad alpes & confinia ſtatus Florentini, in maximo hominum concurſu & frequentia, ad venerandum ejus ſepulchrum & ſanctas ſuas Reliquias, concurrunt; pro certo tenentes, non ſolum ipſum in Beatorum gloria collocatum, ſed piiſſimum ad Deum interceſſorem pro ipſis futurum. *Articulum hunc omnes oculata fide atteſtati ſunt, imprimis teſtis* XIV, *addens, quod* tamquam ſacriſtanus ſolitus fuerit pro die feſto ornare altare & aſſiſtere, ac ſerviiſſe iis qui oculos ſuos offerebant, tangendos ea virga qua beatum corpus ipſe contigerat, ſicut fit ex antiquiſſima conſuetudine. *Addit Teſtis* I eo die convenire ad feſtivitatem Beati utrumque Magiſtratum, cantari autem Miſſam ac Veſperas cum ſolenni muſica. *Quoad concurſum vero, ex vicinis oppidis fieri ſolitum, teſtes nominatim acceſſere Foro-Pompilienſes, quorum primus* affirmo, *inquit*, quod ab eo omni cujus recordari poſſum tempore, ſemper viderim ad primam Maji multos Foro-Pompilii ad B. Peregrini feſtivitatem euntes; ſemperque audivi etiam majores noſtros eo ire ſic ſolitos: ipſeque pluries ivi ad muſicam, quæ tunc fit apud Servitas Forolivii. Eſt autem hæc una ex precipuis Foro-Pompilienſium devotionibus, quia Beatus iſte in noſtro caſtro eſt nominatiſſimus.

E

& ab ipſo nominari:

VIII Qualiter ab omnibus in civitate Forolivii dies prima Maji vocatur & appellatur dies feſtus S. Peregrini, licet eodem die ab univerſa Eccleſia Catholica per totum orbem fiat commemoratio Sanctorum Apoſtolorum Jacobi & Philippi. *Nihil ad hoc à quoquam additur.*

imagines etiam alibi haberi cum radiis & titulo Beati.

IX Qualiter imago B. Peregrini, non ſolum in eccleſia Servorum de Forolivio, ſed etiam aliis in locis d. civitatis, & etiam in aliis civitatibus repetitur depicta & cum ſplendoribus, prout fieri conſuevit de aliis Sanctis & Beatis. *Ad hunc articulum Teſtis* I, *aliique poſt eum varii, nominant* eccleſiam Hoſpitalis Caſæ-Dei, & ſecretariam Palatii, ubi talis imago conſpicitur inter imagines Forolivienſium, ſanctitate aut alio titulo illuſtrium. *De locis extra civitatem plerique ſcire ſe negant; aliqui tamen indicant præſumi debere, quod ita inveniatur, maxime in Servorum conventibus, uti in conventu Forolivienſi habetur pluribus locis: quorum præſumptionem confirmans Teſtis* XIV, Non ſolum Forolivii, *inquit*, ſed etiam Bononiæ, ſupra portam noſtri refectorii, grandis & pulchra Beati imago depicta cernitur, cum epigraphe B. PEREGRINVS DE FOROLIVIO. Vidi etiam eum depictum in quodam noſtro monaſteriolo, quod habemus in Rivera, ſupra Imolam & in aliis locis. *Teſtis vero* XV, Non ſolum, *inquit*, circa clauſtrum noſtrum publicum pingi feci, ut ſcitis, totam vitam B. Peregrini: ſed etiam vidi ipſius imaginem radioſam Bononiæ & Foro-Pompilii, item in Monte-Sanario Florentiæ, ubi expreſſi ſunt præcipui omnes Beati Ordinis noſtri, & ſupra Piſaurũ in quodam loco noſtro qui dicitur Mons-granarius, ubi ante annos XXX fui, eſtque illa pictura antiquiſſima cum ſubſcripto

F

EX MS. PROCESSU

B. PEREGRINVS DE FOROLIVIO: universim autē credo pauca esse nostræ Religionis loca, ubi ejusmodi figura non habeatur, cum ipse sit unus ex precipuis Sanctis quibus noster Ordo illustratur. *Foro-Pompilienſium testis* II *aliique post eum similiter affirmaverunt*, quod in suo ipsorum castro in ecclesia Servorum talis videatur imago, itemq; in altari Deiparæ Regiensis: *quarum hanc* ab annis septē vel octo, *istam* à pluribus quā sexaginta *pictam censuit Testis eorumdem Pompilienſium* VI.

supereſſe multos ejus auxilium expertos,

X Qualiter hodie adhuc vivunt multi, qui cum se in eorum indigentiis & necessitatibus & infirmitatibus patrocinio B. Peregrini commendarunt, à mitissimo Deo, per ejusdem beati servi sui intercessionem optatas gratias recipere meruerunt. *Ita ex publica fama credere se vel sæpius audiviſſe testati pleriq; neminem sibi nominatim cognitum esse excusaverunt. Testis autem* IV Si Sciviſſem *inquit*, de hac re aliquando interrogandum me, curassem eorum, quos recepisse gratiam solū nunc in confuso memini, distinctā servare notitiam: de me ipso interim possum testari, quod beneficium quoddam notabilissimum retulerim, quod tamen ne publicum faciam magnis justisque de causis prohibeor. *Testis* VI *nominavit filiam suam, & aliam mulierem, quarum hæc à deformi struma ista à cancro tibiam rodente sanata sit, quarum depositiones de seipsis infra num.* 16 *&* 18 *audiemus. Testis* IX *recordatur de filio Equitis Bernardi Ferramontii; qui Bernardus, immediate ante illum auditus, signantius expresserat, quomodo ab hydrope curatus fuerit filius suus; rursumque distinctius infra num.* 15 *illius uxor.*

B

depicta ad sepulcrum miracula videri,

XI Qualiter ad ejus sepulcrum depicta sunt multa miracula, jam per d. B. Peregrinum facta, quæ adhuc visuntur, *& supra num.* 9 *descripta sunt auctoritate publica, ut opus non sit testes de iisdem audire. Addit iis Testis* II alia, quæ legi, *inquit*, in quadā scriptura, quæ penes me servatur ac de eodem Beato loquitur: *quam miramur non fuisse registratam supra num.* 11, *& eam nanciſci optaremus si superſit uspiam. Mirum est autem quod Testis* VI *&* VII *nominatim meminerint cæci ad Sancti feretrum illuminati, quasi id ibi expressum viderint, cum nihil tale num.* 9 *legatur.*

nomen legi in Martyrologio.

XII Qualiter B. Peregrinus est descriptus in quibusdam Martyrologiis veteribus: *de quo pleriq; nihil dicere sciviſſent, nisi monstratum eis tunc fuisset exemplar Mauzolyci, addunt tamen quidam se de eo aliquid antea audiviſſe. Ipsa Martyrologii verba lege supra num.* 7 *juxta editionem anni* MDLXXVI: *nam in prioribus editionibus annorum* MDLXVIII *&* MDLXX *tale nil invenitur.*

XIII Qualiter prædicta omnia & singula fuerunt & sunt vera, publica & notoria ac manifesta: & quod de omnibus illis est, fuit & erat publica vox & fama, & commune dictum ac indubitata credulitas.

C

CAPUT III.

Quædam miraculosæ curationes, per B. Peregrini invocationem impetratæ.

Invocato B. Peregrino,

14 IN Dei nomine, amen. Infrascriptæ sunt positiones quarumdam personarū quæ in quibusdam earum infirmitatibus, implorato divino auxilio, B. Peregrino mediante, cujus patrocinio sese commendarunt, à benignissimo & misericordiarum patre Deo, sanitatem percipere meruerunt, ad perpetuam rei memoriam, ad majoremque Dei & B. Peregrini gloriam & illius sanctitatem magis propalandam, per me Notarium infrascriptum & ad hoc ut supra deputatum hic registratæ. Quæ quidem personæ per me diligēter examinatæ sunt, prævia tamē debita atque diligenti monitione, eisdem & cuilibet eorum respective facta, de sola & simplici facti veritate enarranda, nil addendo vel minuendo. Quemadmodum enim non est pro gloria Dei & Sanctorum ejus veritas reticenda; ita ad exaltandum Deum & Sanctos, inania atque falsa non sunt commemoranda, cum ipsi non egeant gloria nostra.

15 Anno Domini MDCVIII die VII Octobris, D
.. Illustris D. Camilla uxor Ill. & Nob. viri D. E- *sanatur puer hydropicus,*
quitis Bernardini de Ferramontibus, illi delato prius per me Notarium infrascriptum juramento ... dixit, deposuit, & attestata fuit, prout infra, videlicet: Domini mei, scitote quod habeam filium nomine Ludovicum. Hic cum esset annorum octo, per Dei dispositionem incidit in gravem & periculosam infirmitatem hydropis; ad cujus curationem vocatus D. Abbas Gaddidi b. mem. aliique Forolivienses medici, nec non Doctor Marini de Cæsena, cujus animam Deus in gloria habeat, unanimiter judicaverunt morbum pueri incurabilem esse, eo quod multis remediis adhibitis nullum ei potuerant auxilium ferre. Quo cognito ad divina requirenda me converti: ac primum deduxi puerum ad miraculosam Deiparæ imaginem, cui à Germania nomen est, in ecclesia Patrum Iesuitarum; tum ad S. Dominicum, eumque admovi variis Sanctorum Reliquiis in eadem ecclesia asservatis: denique huc ad ecclesiam Servorum, ubi eidem feci applicari pileolum, quo vivens olim B. Peregrinus utebatur. Subito autem atque eo contactus puer fuit, sanari cœpit; brevissimoque temporis spatio liber ab omni malo apparuit, quod Beati meritis totum censeo adscribendum, quamvis etiam tunc nonnullis uterer medicinis, propterea quod qui eas applicari jusserant medici nihilominus dicerent humanitus eum curari non posse.

E

crus periculoſe infectū,

16 D. Flaminia, filia D. Ludovici de Angeleriis & uxor D. Joannis de Serughis, nobilis Forolivienſis, dixit, deposuit & attestata fuit, prout infra. Dico quod ab annis circiter duobus incurrerim in tibia malum fœdum & cum periculo incancerationis conjunctum, eo quod, licet multis diebus illud paterer, nullum tamen medicum accersierim propter verecundiam: sed per meipsam applicabam unguenta quædam, & varia excogitabā balnea, quæ nihil profuerunt. Tandem votum B. Peregrino ferventer nuncupavi, & intra brevissimum tempus libera fui, absq; humano remedio. Quamvis enim applicuerim ea quæ dixi; iis tamen debuerat potius augeri malum, uti noverunt quædam mea soror & ancilla una, quibus crus ipsum ostendi. Nunc vero prorsus sana sum, quasi nihil mali passa forem: voveram autem oblaturam me crus argenteum, quod hactenus facere neglexi, sed faciam quamprimum. Interim recordor, quod una noctium visa fuerim iviſſe ad ecclesiam Servorum, & curata ibidem Missa recipere sanitatem: proximo autem mane veni huc, Missam dicendam curavi ad altare B. Peregrini, & votum argentei cruris offerendi feci, ac sana fui.

F

struma ſub oculo,

17 Die VIII Octobris, D. Magdalena, filia qu. Ioannis Baptistæ de Savorellis & uxor D. Fabritii de Fachineis de Forolivio .... deposuit & attestata fuit sponte sua, prout infra. Anni sunt circiter triginta quod habui malum valde fœdum sub oculo sinistro ad magnitudinem ovi anserini, quod portaveram annis fere septemdecim, nullum remedium applicando, eo quod nullum mihi dolorem faceret. Nihilominus experiri tandem volens, num possem appendice illa monstrosa vultum liberare, advocari jussi qu. D. Franciscum Sassi de Benevento, physicum & chirurgum tunc Forolivii commorantem: qui cum veniſſet malumque vidisset, palpasset, considerasset, strumam esse dixit, & quidem curatu difficillimam. Iussi tamen ut experiretur curationem, si forte malum tollere posset. Verum post septem curæ adhibitæ menses cum proficeretur nihil, & nobiles quædam mulieres consuluiſſent ut ad B. Peregrinum recurrerem, parui consilio: factoq; voto cœpi sentire subitam curationem; ac tandem,

A tandem, ut videtur prorſus libera fui abſque ulla reſidua deformitate, per Dei & B. Peregrini gratiam ſingularem.

tibia diſlocata, 18 D. Cæſar Blandinus de Forolivio... dixit depoſuitque prout infra. Præteritis annis, cum alicujus mei negotii cauſa vellem primo mane equum conſcendere, in ipſo aſcenſu cecidi tam infeliciter, ut tibia ad genu diſlocata fuerit, debuerimque ad lectum ferri; ubi per menſem integrum manſi, peſſime habens, ſub manu chirurgorum; ac tandem beneficio Dei convalui, ſic ut liberrime & abſque defectu poſſem ambulare. Ita ſanus, cum aliquando eſſem in domo nobilis cujuſdam matronæ, quæ nunc obiit & cujus animam Deus ſecum in gloria habeat; dixit illa mihi hæc expreſſa verba: Gaudeo quod te videam ſanum omnino atque incolumen, abſque ullo tibiæ impedimento: verumtamen dico tibi, quod reſtet obligatio quædam implenda à te. Interroganti autem quæ: Scito, inquit, quod dum ex illo lapſu ſic infirmus jaceres in lecto, votum pro te fecerim B. Peregrino, quod ſi ſanareris abſque ulla claudicatione, ſtatim ac valetudinem recuperaſſes, curares Miſſam faciendam ad altare B. Peregrini, ibique offerres tibiam ceream in monumentum receptæ gratiæ: te-
B que eidem Beato affectuoſe ac magna cum fide commendavi. Nunc ergo cum te ſanum videam, neque dubitem quin id factum ſit iſtius Beati interceſſione, reſtat ut te admoneam de implendo voto; ſin minus implebo illud ego ipſa. Tunc gratiis eidem actis, facturum me recepi quod monebat. Neque mora acceſſi ad eccleſiam Servorum & Miſſam dicendam petii. Dixit autem eamdem mihi Fr. Anſelmus de Forolivio, qua audita obtuli tibiam ex cera, gratias agens Deo & B. Peregrino de beneficio quod mihi inſcio fecerant.

puella cæca, 19 D. Philippa, filia qu. D. Laurentii de Tomaſolis... atteſtata fuit prout infra. Domini mei, verum eſt quod in domo Ill. Peregrini Latioſi avunculi mei, ubi ab infantia educata fui, ſæpius ac ſæpius narrari audiverim, quod cum eſſem annorum circiter trium, variolis tam copioſis laboraverim, ut univerſam faciei ſuperficiem cooperientes utrumque oculum mihi corruperint, ita ut nunc etiam videre poteſtis: ſcio autem quod mihi ſæpiſſime dixerint, quod omnino fuerim excæcata; ideoque domeſtici, poſt varia mihi applicata remedia, dolentes omnia fruſtra cedere, detulerint me per dies octo continuos mane ad ſepulcrum B. Peregrini, ut iſti oculi mei
C tangerentur cum virga, ad hoc intra ſepulcrum repoſita. Dicebant porro quod octavo die recuperaverim uſum ſiniſtri oculi, dextero remanente, ut erat eſtque etiamnunc, extincto. Ita ſemper audivi à domeſticis narrari: neque aliter id poſſum affirmare, cum ſolum triennis tunc fuerim. Unius tamen rei optime recordor, quod cum die ultima me duxiſſent ad ſepulcrum, aliquis mihi dixerit, Philippa, aperi oculos & accipe ceraſa quæ tibi porrigit B. Peregrinus: quodque ſubito aperuerim hunc unum oculum & ceraſa apprehenderim; interrogata vero quo loco eſſent caput & pedes Beati, certiſſime eos deſignaverim. Atque ita nunc oculo uno video, per meipſam ambulans, laborans ac faciens quidquid opus eſt, ac diſtincte quaſlibet res & perſonas cognoſcens: & quoniam ita mihi ſemper dictum eſt, gratiam acceptam referens B. Peregrino: nam propter ætatem exiguam aliarum circumſtantiarum non memini.

dolor coxendicis, 20 D. Franciſca, filia D. Galanotti de Panfecchis & uxor Sebaſtiani de Magris de Forolivio... atteſtata fuit prout infra. Octo ſunt anni quod abortum paſſa retinuerim grandem in una coxendicum cruciatum, qui ad duos menſes tenuit me lecto affixam, ac movendi corporis facultate privatam. Adhibitis autem pluribus unctionibus aliiſque remediis naturalibus, cum viderem nihil profici, tandem fideliter me converti ad invocandum B. Peregrinum: & voto facto, intra octiduum ſurrexi ſana ac libera, nihil dubitans quin B. Peregrinus gratiam illam mihi obtinuiſſet. EX MS. PROCESSU

mulier ſpectris vexata, 21 D. Fauſtina, uxor D. Franciſci Dandi de Forolivio... atteſtata eſt ut infra: Scitote, Domini mei, quod præterito anno acciderit mihi hujuſmodi caſus. Omni veſpera poſt ſolis occaſum per domum ambulans videbar ante me ambulantem videre umbram quamdam, ſic tamen ut quidnam eſſet non diſcernerem. De qua re cum quærerer apud D. Fauſtinam nurum meam, diceremque quid paterer, quodque metuerem ne maligni ſpiritus ea faſcinatio eſſet; conata illa eſt animare me formidinemque excutere: ſed fruſtra. Ergo de hac ipſa re conferens cum quibuſdam devotis Patribus Cappucinis, dixerunt etiam illi ne metuerem, ſed ſignarem me Cruce atque aliquem Sanctum invocarem. Cum igitur poſt dies nonnullos commendaſſem me B. Peregrino, patrono meo, liberata fui à conſpectu d. umbræ, neque ab ea hora deinceps ipſam vidi: ac firmiter credo id mihi indultum fuiſſe meritis B. Peregrini.

22 Infraſcriptæ ſunt depoſitiones quorumdam E teſtium, deponentium reſpective de ſcientia infirmitatum quibus affligebantur perſonæ ſupraſcriptæ, & à quibus infirmitatibus gratiam & curationem ab omnipotenti Deo, interceſſione & invocatione B. Peregrini mediantibus, recipere meruerunt, prout in præſenti Proceſſu; nec non deponentium de ſanitate earumdem perſonarum, qua in præſentiarum fruuntur à dictis infirmitatibus, prout infra ſequitur.

23 Die XII Octobris... Soror Franciſca, tertii Ordinis S. Franciſci, filia qu. D. Alexandri de Baldis de Forolivio... atteſtata fuit *eadem, quæ de ſe num. 19 dixit Philippa, dicens* quod ſæpius ſolita fuerit puellam viſitare; & quod videns penitus viſu eſſe privatam, ipſa una cum mulieribus domeſticis aliis conſilium ſumpſerint eam per octiduum ferendi ad ſepulcrum B. Peregrini: ac tandem die ultima ſupplicaverint eatenus ſaltem reſtitui viſum, quo poſſet per ſeipſam ambulare, aliaque omnia neceſſaria abſque cujuſquam miniſterio facere. Cujus ſic limitati voti compotes factæ ſint, *eo quo ſupra dictum eſt modo. Similiter* D. Liſa, filia qu. D. Scipionis Latioſi de Forolivio, depoſuit *de eadem Philippa*, nepte ſua.

grave capitis vulnus. 24 Die XIV Octobris Ill. & Exc. Artium & Medicinæ Doctor D. Paulus de Gradis de Forolivio, F atteſtatus fuit prout infra ſequitur, videlicet. Sciendum vobis eſt, quod cum præteritis annis vice quadam eſſem in conſortio Exc. Mag. Jacobi Bonaguri, qu. medici chirurgi multum experti in hac civitate; qui, uti noſtis ad meliorem vitam tranſiit; cœpimus inter nos quærere, utrum poſſibile eſſet vivere hominem, cui deeſſet pars aliqua cerebri. Ad quod dixi, mihi videri quod id eſſet poſſibile, modo pars deficiens non eſſet ex ventriculis cerebri principalibus, neque admodum magna. Tunc d. Mag. Jacobus, poſt varias utrimque prolatas auditaſque rationes: Et ego, inquit, in tuam concurro ſententiam, utpote ejus veritatem expertus ipſe. Significo enim tibi quod R. Mag. Antonius Latioſi, qui ſuperiori anno vulneratus fuit tam infeliciter, ſicut unuſquiſque meminiſſe poteſt, inter alia vulnus habebat in capite poſt aurem dexteram; in qua plaga conſpiciebatur perfecte cerebrum, quia diſſectæ etiam erant membranæ illud involventes. Hunc autem dum curarem, ſæpe & expreſſe notavi quamdam ipſius oſſis cavitatem, quæ tota impleri debet ſubſtantia ipſius cerebri, prorſus eſſe vacuam: atque adeo deeſſe partem aliquam cerebri, ſed minus principalem. Et ta-

men, ut vides, vivit Mag. Antonius, ſanus & integer ſuis omnibus ſenſibus. Hactenus diſcurſus mihi factus à d. qu. Jacobo Bonaguri, prout vere atque ſincere retuli. *Sed quid hæc ad B. Peregrinum? vereor ne in ſupra relatis depoſitionibus fuerit una, ipſius qui vulneratus fuerat Mag. Antonii, tam præſens periculum mortis evaſiſſe affirmantis, invocato pro vita ſervanda Beato, eaque tranſcribenti exciderit.*

ex MS. PROCESSU

CAPUT IV.

Miracula poſt finitum Proceſſum publica auctoritate deſcripta.

25 IN Chriſti nomine amen. Anno ab ipſius nativitate MDXV, Indictione XIII, die vero X menſis Januarii, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Pauli divina providentia Papæ quinti, anno ejus X.

Poſt finitũ proceſſum,

Cum ſit quod alias annis elapſis, ad inſtantiam & requiſitionem Reverendorum Patrum Superiorum ſacræ Religionis Servorum B. M.V. habitaque ſuper hoc prius licentia à ſacra Congregatione Rituum in Curia Romana, & hic Forolivii ab Illuſt. & m.R.D.

B

Archangelo Albertino Perill. & Reverendiſſ. Domini Epiſcopi Livienſis Generali Vicario, fuerit per me Notarium publicum infraſcriptum, ad hoc ſpecialiter ab eodem Illuſt. Domino deputatum, fabricatus & completus Proceſſus, ſuper Vita ſanctitate & miraculis beati Patris Fr. Peregrini de Latioſis de Forolivio, qui fuit Profeſſus d. Religionis; & poſtea idem Proceſſus tranſmiſſus Romam ad d. ſacram Congregationem; quæ viſo d. toto Proceſſu, publice & palam ipſum Fr. Peregrinum inter Beatos numerandum & habendum declaraverit; & per omnes conventus & eccleſias ejuſdem Religionis, in die obitus ipſius Beati ſingulis annis, in officiis divinis de ipſo Fr. Peregrino, tamquam de ſimplici Confeſſore Beato, faciendam fore in poſterum commemorationem decreverit. Et licet per ea quæ uſque tunc geſta fuere, videatur & clare appareat d. viri ſanctitatem omnibus innotuiſſe.

allata quædam alia miracula,

26 Attamen præpotens Deus, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis, & cujus manus numquam fuit, nec eſt, nec erit abbreviata, novorum quotidie miraculorum ſplendore Sanctos ſuos clariores reddere non vacat; ut humana fragilitas, quæ ad pietatem & devotionem erga ipſum & Sanctos oblivioni tradendam facilis & proclivis eſt, recentioribus indies excitata beneficiis, Creatorem ſuum venerabunda corde & operibus ſectetur; & eorum qui ſanctitate claruere, quotidie ſe patrocinio indigere cognoſcat. Ideo, cum poſt fabricationem d. Proceſſus, quædam alia ipſo B. Peregrino deprecatore acciderint, non minus forſan quæ poſteritati tradantur digna, quam quæ hactenus geſta fuerunt, & præcipue hic Forolivii in perſona Ill. & Nob. viri D. Nicolai de Mercianeriis, quod ex depoſitione ejus ore proprio facta inferius apparebit; & etiam Piſauri in perſona ejuſdem infantis, ut clare conſtat ex litteris D. Joannis Jacobi de Pandulfis, ſub data Piſauri die XXVII Februarii MDCIX (quarum litterarum tenor, una cum recognitione ipſarum ſub rogitu D. Jacobi de Vetiis d. loci Notarii inferius regiſtrabitur, poſt d. Ill. D. Nicolai atteſtationem, ad effectum hæc omnia poſtea in ipſo Proceſſu inſerendi) viſum fuit Patribus d. Religionis hæc omnino prætermittenda non eſſe; imo quæ privatim evenerunt & paucorum memoriæ inhærent, publice & omnium oculis exhibenda. Turpe enim eſſe, ea quæ divino conſilio ad omnium potiſſimum utilitatem (ut pie credendum eſt) & ad B. Peregrini memoriam & devotionem erga ipſum excitandam evenere, perpetuis quaſi deliteſcere tenebris: & præcipue cum ipſemet Illuſt. D. Nicolaus, ex ſe & nemine ipſum deprecante, ad propalandum hoc factum ſeſe paratum obtulerit.

C

D

deſcribere vocatus Notarius,

27 Igitur ego infraſcriptus Notarius, annuente denuo & ad hoc prius licentiam ipſo Ill. D. Vicario dante & præſtante, rogatus & requiſitus à multum Rev. Patribus Fr. Claudio de Plaudino, nunc Priore conventus Servorum de Forolivio, & Mag. Peregrino de Dandis de Forolivio, perſonaliter me contuli ad domum propriæ habitationis d. Ill. D. Nicolai: ibique idem D. Nicolaus, in mei & teſtium infraſcriptorum præſentia perſonaliter conſtitutus, ſponte & omni meliori modo quo potuit, ut veritas rerum, quæ prout infra acciderunt, ad Dei & B. Peregrini gloriam & laudem omnibus innoteſcat, medio ejus corporali juramento, prius tactis manu Scripturis ad ſancta Dei Euangelia juravit, depoſuit & atteſtatus fuit, prout infra, videlicet.

adiit tedem ſtem, qui juravit,

28 Debebitis ſcire quod anno MDCVIII menſe Majo, quo autem die non præciſe recordor, exiſtens in quadam mea poſſeſſione, ſita in comitatu Forolivienſi, in villa dicta Calanco, una cum D. Joanne Albicini cognato meo, poſt ſumptum prandium, ſubito conſilium cœpi cum eodem abeundi ad villam vicinam dictam Ravaldino, in qua erat poſſeſſio qu. D. Colonelli Jacobi Albicini, mei ſimiliter cognati, quem Deus ſecum in gloria habeat, tum cauſa exercendi corporis, tum etiam gratia inſpectionis faciendæ, cognoſcendique quam bene ea coleretur. Simul igitur ivimus, quibuſdam ruſticis comitati: eoque appulſi tractavimus cum colonis ea, quæ in domini utilitatem vergere credebamus. Dum autem ibi hæremus, cecidit pluvia, modica illa quidem, talis tamen ut viam, quæ antea commoda erat, non modice corrumperet ac lubricam redderet. Nihilominus, quia non erat ibi commoditas ad noctem agendam, decrevimus priuſquam adveſperaſceret, in Calanco regredi; cœptoque itinere ambulantes accelerabamus gradum, quoniam ſerum erat, Dominus quidem Joannes, præcedens in equo; ego vero pedibus ſequens, & cum ruſtico comite loquens. Accidit porro ut dum per viam iſtam ſic incederem, quæ pro ſitu regionis montoſa eſt, nunc aſſurgens nunc declinans; ego perveniens ad quemdam deſcenſum ſatis altum præcipitemque, tum quia ambulabam contentius pro deſiderio perveniendi ante noctem, tum quia tellus erat humida & lubrica, tam præcipitanter deſcendi tantoque cum impetu, ut continere me nequiens neque juvari à quoquam, provolutus ſim in caput, atque ad fundum præcipitii lapſus tam formidabiliter, ut quicumque labentem me videbat contritum ex lapſu crederet, & ipſe ego de vita ſervanda deſperarem. Verum per Dei gratiam & favorem B. Peregrini, cum ita extenſus jacuiſſem humi modiciſſimo tempore, miraculoſe ſurrexi à lapſu, citra ullam corporis læſionem & mentis perturbationem vel leviſſimam, velut ſi nihil adverſi contigiſſet.

E

quod ex via lubrica in præcipitiũ lapſus,

F

ſurrexerit illæſus,

apparente & manũ porrigente Beato,

29 Hoc autem tam ſingulare beneficium acceptum refero Deo benedicto & patrocinio glorioſi ſui ſervi B. Peregrini: quoniam in ipſo actuali lapſu, viſibiliter & corporeis oculis conſpexi ipſum Beatum mihi appropinquantem ſubito, in magna quæ eum circumdabat gloria, ſuaque ſancta manu ſuſtinentem me, ac denique ſublevantem, ita ut ex d. lapſu nihil omnino læſus fuerim. Sane conſiderato loci ſitu & altitudine præcipitii, tum vehementia impetus quo ferebar in præceps, corporiſque alliſione gravi, cum ſim ſtatura & habitudine grandis & gravis; ac denique quod non modo non mortuus, ſed nec colliſus quidem, abſque ulla membrorum vel etiam memoriæ ſenſuſque offenſione, ita ſubito aſſurrexerim ſanus

A nus & incolumis ; omnino perſuadeor ſingulare atque evidens in me factum eſſe miraculum, idque per interceſſionem ipſius Beati. Verum quidem eſt, idque ingenue confiteor, non eveniſſe mihi quod in ejuſmodi periculis primùm ſolet accidere aliis, ut alicui Sanctorum ſe commendent: revera enim nulla Beati Peregrini invocandi cogitatio mihi obvenit, quia propter lapſus velocitatem non habui tempus quidquam tale in mente verſandi. Credo tamen quod Deus ipſeque Beatus, in remunerandis obſequiis quantumcumque exiguis liberaliſſimi, vicem mihi voluerint reddere minimæ cujuſdam actionis, ad honorem ipſorum factæ. Nempe cum decretum eſſet Vitam Beati circum clauſtrum depingere, ac forte fortuna nullus inveniretur Forolivii cœmentarius vacuus, ad abradendam à parietibus incruſtationem veterem, novamque calcem inducendam, ſupra quam picturæ exprimerentur ; ego id intelligens ac domi meæ occupatum habens ejuſmodi fabrum, juſſi continuo, ut intermiſſo meo ad quod erat conductus opere, iret ad Servos, & obſequium illud Sancto præſtaret. Ut ut ſit, ſatis eſſe debet quod vitam meam Beato iſti miraculoſe acceptam referam : quin imo eo me obligationem eſſe reputo, quo magis opportunum auxilium tulit priuſquam invocaretur : ideoque ne omnimodis ingratus exiſterem, tabellam beneficii teſtem appendi ad ſepulcrum, quæ etiamnunc conſpici poteſt ab omnibus....

propter exiguum obſequium ejus honori impenſum.

B

30 Tenor vero dictarum litterarum talis eſt prout infra ſequitur ; videlicet à tergo Illuſtri ac multum Reverendo mihi obſervandiſſimo P. Mag. Peregrino Dandi apud Servos Forolivii : intus autem, Illuſtris ac multum Reverendeque mihique obſervandiſſime Pater. In omni urbanitatis genere prævenit tarditatem aut potius negligentiam meam humanitas tua *&c. Tum reſpondens iteratæ ſæpius invitationi, ad finiendas picturas de vita Beati ab eo inchoatas ac ſupra memoratas, ſuas multiplices occupationes excuſat, & tandem promittit ſe ad futurum circa mediam Quadrageſimam aut ſaltem poſt Paſcha : deinde ſubjungit.* Volo autem hic adnectere gratiam per B. Peregrinum mihi his diebus factam minimeque tacendam. Cum graviſſima febri, ex abundantia humorum nata & alicui ſpeciei diarrhœæ conjuncta, teneretur Joannes Antonius, filius Benedicti & privignæ meæ Joannæ, puer viginti ſeptem menſium gratioſus atque formoſus, mihique ſingulariter carus propter nomen quo refert optimum meum patrem ; cumque ſic infirmo nulla proficeret medicina ; eo venit debilitatis ut nec lac quidem ſugere amplius poſſet, imo nec plorare ; itaque domeſticorum omnium oculi lacrymis, pectora gemitibus abundabant : neque enim ſperabatur ſequentem viſurus lucem. Ego vero, ne ejuſmodi afflictionem intuerer coram, ſed potius ſeorſim plangerem triſtem caſum, ad aliud conclave me contuli : ibique recordatus eximiæ ſanctitatis, qua B. Peregrinus præfulſit, cœpi eidem commendare puerum, nihil dubitans quin voti mei fierem compos, ſiquidem id puero melius & divinæ voluntati congruum foret.

Idem invitatus ad depingendam Vitam Beati,

ſcripto teſtatur moribundum puerum,

C

31 Aſt, ô rem mirabilem ! ô gratiam miraculoſam ! ô donum excelſum, per merita ipſius Beati impetratum ! non ſolum dormire cœpit placidiſſime, qui totas præcedentes noctes ejulando traduxerat, recurrente me identidem ad cunas eo quod vocem non audiens expiraſſe crederem ; ſed etiam poſtero die mane expergefactus, ſuxit aliquantum lactis, deinde pro more ſuo petiit inſtanter de cunis levari atque veſtiri ; levatus autem veſtitutuſque à matre, panem comedit ; & viſa parvula clava qua ludere ſolebat, eamdem arripuit cœpitque per domum pueriliter percutiendo oberrare, membris quidem adhuc debilibus, ſed tamen vegetis vividiſque. Tunc ego qui nemini cuiquam verbum feceram de mea ad B. Peregrinum devotione, in agnitionem doni tam ſingularis ora laxans & linguam, exclamare cœpi, Nunc enimvero confiteor, ô B. Peregrine, magni apud Deum meriti eſſe te, tuumque hoc eſſe miraculum, cui poſt Deum debeatur propterea gratiarum actio copioſa. Hæc dicens omnium domeſticorum in me converti oculos : & interrogantibus num forte votum feciſſem pro puero, rem totam ut geſta erat aperui, cunctoſque ad pietatis atque lætitiæ lacrymas commotos feci exemplo meo genua in terram ponere, Deoque & B. Peregrino acceptam gratiam profiteri : quam nunc quoque notam eſſe ac publicam cupio ... Piſauri XXVII Februarii MDCIX. *Idem rurſum* die XV Decembris MDCXI conſtitutus perſonaliter coram teſtibus & Notario recognovit hanc litteram ſeu epiſtolam fuiſſe & eſſe ejus manu conſcriptam & contenta ab incipienti, Volo autem, uſque ad finem, fuiſſe & eſſe vera.

poſtquam Beato devotus eſſet,

ſubito convaluiſſe.

EX MS. PROCESSU

32 Die XVII Novembris MDCLXX ... D. Iſabella qu. Dionyſii de Minardis, vidua relicta qu. Franciſci de Sanctis, parœciæ S. Mariæ Surbroilo de Faventia, medio ejus juramento de veritate dicenda, fecit infraſcriptam atteſtationem ac fidem, ſub infraſcriptis verbis vulgariter loquendo, videlicet : Coram hiſce Dominis dico, quod à biennio in circa, in coxa ſiniſtra ſic cruciata, ut per trium menſium ſpatium debuerim cubare ſupra ſtoream, totoque corpore ſentirem moleſtiam ; cum forte die quadam eſſem in eccleſia Servorum noſtræ civitatis Faventinæ, ante imaginem B. Peregrini proſtrata, converti me ad eamdem & dixi, O benedicte Dei, tu olim ab ea quam in crure patiebaris infirmitate fuiſti liberatus, libera etiam me à morbo meo. Et hoc dicto prorſus libera cœpi ambulare tam expedite quam umquam ; & ita ſana perſevero uſque nunc citra applicationem ullius humani remedii per ſubventionem d. Beati. Actum Faventiæ in domo Illuſtriſſ. D. Hieronymi Patii, præſentibus Nobilibus Faventinis Fabritio Patio Sacerdote & D. Franciſco de Patiis Equite S. Stephani de Piſis teſtibus. ✠ Ego Hippolytus Berlandius &c. *Quæ rurſum, die* XXI *Decembris ejuſdem, d. Iſabella legitime recognovit & iterato juramento confirmavit.*

alia quod ſibi crus dolens ſanatum ſit :

D E

33 Ad perpetuam rei memoriam omnibus & ſingulis præſens atteſtationis inſtrumentum inſpecturis pateat, notum & exploratum ſit, quemadmodum de anno MDCLXX ab Incarnatione D. N. Jeſu Chriſti, Indictione VIII, die vero XVI Octobris conſtituta perſonaliter coram me Notario & infraſcriptis teſtibus magnifica Magdalena, qu. Lucæ de Baſcheſiis, diſtrictualis terræ Saxoli Ducatus Mutinæ, uxor Joannis qu. Geminiani de Bondiis de d. terra Saxoli, juramento ſuo ſponte ſuſcepto, ſciens quod pium & rationabile eſt teſtimonium perhibere veritati, ideo fidem indubitatam facit, affirmat & atteſtatur, ut infra videlicet : quod d. Joannes maritus ſuus ab anno MDCLXVII in fine menſis Junii die Dominica, cujus temporis ipſa Atteſtans diſtincte meminit, ſubito viſum amiſerat, quamvis eo ſemper clariſſimo per annos ſexaginta duos uſus fuiſſet. Cum igitur in hunc modum omnino cæcus & ad quodcumque opus inutilis lecto ſemper decumberet, decubuiſſetque continuo uno triduo, id eſt à die Dominica uſque ad diem Mercurii ; ipſa Atteſtans bene ſancteque inſpirata, ſummo mane ſe contulit ad conventum Servorum B. V. M. in burghis inferioribus dictæ terræ, ubi in ſacello quodam extra eccleſiam d. Patrum honoratur & adoratur imago B. Peregrini. Ibi cœpit illa coram imagine proſtrata, magno cum devotionis fervore orare pro ſalute ſui mariti. Jam tertium eamdem orationem iteraverat, quando inſolitam animi motionem ſenſit, adeoque claram acſi ipſe

F

alia quod maritus ſuus, ſubito cæcus factus,

poſtquam ipſa Beatum invocavit,

ex MS. processu

ipſe Sanctus ſibi dixiſſet, Redi domum neque dubita quin tuus maritus viſum recuperaret: prout revera recuperavit. Mox enim atque domum reverſa, mariti lectum adiit, imperavit eidem magna cum fidei firmitate ut ſurgeret. Ad quod ille: Vis ergo ut ſurgam nihil videns? Reſpondit Atteſtans, omnino ſurgeret, quia B. Peregrinus ſibi dixerat, quod ipſa domum regrediente viſum reciperet maritus. Tum cæcus veſtes ſumens ſurrexit: & mox non ſine maximo ſuo ſtupore, cœpit videre & cognoſcere objecta quævis beneficio B. Peregrini: ad cujus imaginem propterea redivit ipſa Atteſtans, nudis pedibus, una cum marito ſuo, gratias actura de recepto viſu æque ſano quam unquam habuit. Quæ omnia, utpote ſincera veritate fulcita, d. mulier proteſtata eſt & proteſtatur corã Deo & hominibus, & ne ſub ignoti caligine ſepulta & obſcura jaceant, non tamen requiſita ſed propria dictante devotione, rogavit me Notarium infraſcriptum ut teſtimonium reciperem.

ſalito quæque viſum receperit.

cui ipſe maritus atteſtatur de ſe.

34 His omnibus ut ſupra peractis, lectis & publicatis. immediate & unico contextu, conſtitutus pariter coram me Notario, ad præſentiam teſtium infraſcriptorum, Magnificus Joannes qu. Geminiani de Bondiis de jurisdictione Saxoli, juramento ſuo ſponte ſuſcepto affirmavit & affirmat, fecitque fidem & indubitanter facit, in dictorum omnium corroboratione, quod anno MDCLXVII ſic ut dictum eſt cæcus, & ab uxore juſſus aſſurgere, quaſi ex
B profundo letargo evigilarit, nihilque dubitans ſuſtulerit caput de lecto, ac ſubito viderit amabilem illam lucem, quo toto triduo privatus jacuerat; eamque gratiam acceptam refert B. Peregrino, perſuaſus quod abſque interceſſione illius numquam talem favorem à Deo impetraſſet. Actum, lectum & publicatum fuit præſens teſtationis inſtrumentum, in hac terra Saxoli, in eccleſia d. Patrum ſeu circumſtantiis illius, præſentibus continue ad prædicta Illuſtribus Dominis Michaele qu. Alberti de Salviolis, & Æneа qu. Ioannis de Baſſis, ambobus de Saxolo, teſtibus habitis rogatis & ſpecialiter adhibitis. Ego Ioannes D. Octavii Caſſii de Saxolo, publicus Dei gratia & Apoſtolica auctoritate Notarius, adſcriptus in celebri Collegio Saxoli inter Notarios, prædictis omnibus interfui, & illa de verbo ad verbum ex ore atteſtantium habita recepi, nec latum quidem unguem demutavi, ſaltem in ſenſu, ac ad perpetuam rei memoriam publicavi & authenticavi meo ſignetto & ſubſcriptione ✠.

APPENDIX
De cultu & miraculis Barcinone.
Ex MSS. Hiſpanicis.

C

Barcinone altare cum imagine erectum

35 BArcinonæ conventum habent Patres Servitæ, Deiparæ boni Succeſſus dedicatum, qui ſtimulati piæ devotionis affectu quo B. Peregrinum ſemper ſunt proſecuti, ejus honori & fidelium animis ad Beati cultum inflammandis, proprium altare erigendum decreverunt. Tabulam igitur pingendam locaverunt, ſeptem palmos & ſemis altam, quinque ac medio palmo latam, in qua repræſentatur decumbens ſuper grabato ſeu ſcamno, velut raptus in extaſim coram venerabili imagine Chriſti in cruce poſiti, diſſolutiſque ab ea manibus velut ad infirmi curationem ſeſe inclinantis. Atque ita reducitur ſpectantibus memoria ejus miraculi, quo Forolivii gangræna infectam tibiam ſibi curari impetravit Beatus, quemadmodum à nobis eſt narratum libro 2 cap. 15. Tabula hęc viſitur intra duas columnas, baſibus & capitellis ſuis inſtructas, & elegantem coronidem ſuſtinentes, non ſine gratioſa albi cæruleique coloris aurearumque virgarum varietate. Ardent ante eam, ſubtili operam candidaque bombyce, complures lampades: & ad ejus ſimilitudinem alibi quoque in Conventibus noſtri ordinis expreſſæ imagines in altaribus conſpiciuntur, videlicet in Conventu S. Martyriani, villæ Balneolarum; in Conventu Emporienſi Virginis Gratiarum, diœceſis Gerundenſis; in Conventu S Martialis, diœceſis Dertuſanæ; in Conventu ſancti Sepulcri de Quarte, diœceſis & regni Valentini; in Conventu divæ Virginis de Belloc, diœceſis Urgellenſis; in Conventu S. Michaelis de la Cueva, Archiepiſcopatus Cæſarauguſtani; in Conventu S. Laurentii de Villa-rotunda; & in Conventu Viſitationis, de San-Boy dicto, Epiſcopatus Barcinonenſis: in quibus omnibus locis magna cum devotione imagines B. Peregrini ſuper altari expoſitas venerantur fideles, ad eaſque in ſuis neceſſitatibus haud fruſtra recurrunt, uti teſtantur anathemata, magna in copia affixa appenſaque aris.

itemque in aliis Ordinis conventibus per Hiſpaniã:

36 Celebratur autem in tota hac provincia feſtum B. Peregrini 1 die Maji; quando migravit ad cælos, ſolennius tamen quam alibi uſpiam in hoc Conventu Barcinonenſi: ſiquidem pridie Kalendarum per fora & plateas publicas denuntiatur futura feſtivitas, præconia voce, inter clangorem tubarum ac ſonitum tympanorum tibiarumque concentum, cum bombardarum exploſionibus, & uſque ad horam decimam veſpere illo aperta habetur eccleſia, quæ rurſum hora quarta matutina reſeratur, nec
E clauditur ante profundam noctem. Et quamvis quatuor pateant portæ admittendo populo concurrenti, ipſæ tamen die illo anguſtæ ſunt multitudini, eo quod vix aliquis tota inveniatur civitate, qui officii ſui non putet eſſe ad Beatum in ſua imagine venerandum accurrere. Accendendæ pietati populari exponitur etiam Venerabile Sacramentum, & ſymphoniacorum jugiter intercinentium choris perſonat templum, niſi dum ſelectus quiſpiam Orator de Beati laudibus verba facit.

festum 1 Maji.

cultus Barcinonæ perennis

37 Ipſa vero capella toto frequentatur anno, neque dies tranſit ulla, qua non curentur ibidem votiva Miſſæ ſacrificia in honorem Beati & Dei gloriam. Neque ſoli cives huc accurrunt, accedunt etiam plures ex remotioribus locis: quoniam hic cæci recuperant viſum, ut teſtantur argentea cereaque oculorum ſimulacra, copioſe appenſa altari & parietibus; idemque de claudis debilibuſque curatis, tibiæ monſtrant ex ſimili formatæ materiæ: omnibus denique, quibus obnoxia eſt humana conditio, infirmitatum generibus frequens hic remedium impetratur ab iis, qui ſanitatis recuperatæ monumenta ibidem deinde gratulabundi relinquunt: quin & mortualia lintea, magno ſpectanda numero, palam clamant, multos à mortis jam jam inſtantis F
faucibus per invocationem Beati ereptos: quorum omnium rationem inire haud ſane promptum nec facile eſt. Quod idem etiam de aliis locis, ubi altaria cum Beati imagine haberi dixi, intelligendum puta. Cum autem hoc præſenti anno MDCLXXIV Balneo-

item Balneolæ.

lenſes Patres conventum, hactenus extra urbem ſitum, pro majori populi ad Beati cultum incenſi commoditate, vellent intra urbem transferre, eidem ab ipſo Beato nomen ac titulum facere decreverant; ſed prædictæ Tranſlationi oppoſuerunt ſe Clerici monachique, & ideo tantiſper illa differtur, donec Romæ fuerit definita lis.

hoſtiæ ſub nomine ejus benedictæ contra febres

38 Quotcumque febribus affliguntur, recuperandæ ſanitatis fiduciam præcipuam in hoc Beato collocant, viſitanteſque ejus imaginem accipiunt ternas hoſtias, quarum primæ inſcriptum, Chriſtus natus

A tus eſt; ſecundæ, Chriſtus mortuus eſt; tertiæ Chriſtus reſurrexit. Hæ vero conſueto benedicendi panem ritu conſecrari ſolent, ut ſint remedium ſalutare & expulſio febrium generi humano per invocationem Divini nominis & B. Peregrini deprecationem. Hujuſmodi hoſtias ſic benedictas gratis diſtribuunt ſacriſtani: & qui eas cum devotione, dum neceſſitas id requirit, ſumunt, ad ſingularum ſumptionem ſemel orationem Dominicam recitant cum Angelica ſalutatione. Eſt porro tam viva quandoque fides illas hoſtias petentium, ut quidam relevari ſe ſentiant in ipſo poſtulationis actu, alii ad primæ hoſtiæ ſumptionem. Tantus autem eſt eas petentium numerus, maxime circa initium veris, quando tertianæ & quartanæ febres graſſari conſueverunt, ut quandoque impoſſibile ſacriſtanis ſit omnibus facere ſatis. Mulieres etiam in puerperio laborantes, cum ſuo aut fœtus periculo, quando eaſdem hoſtias cum calido vini aut aquæ potu accipiunt, brevi ſe periculo exemptas gratulantur.

& à parturientibus expetitæ.

miracula creberrima.

39 Prodigia & miracula, quæ per ſuum beatum ſervum operatur Deus, tam ſunt multiplicia, ut, quemadmodum dixi, eorum numerus iniri non poſſit; ac ne quidem votivorum pro gratiis receptis anathematum ratio definita haberi, quoniam quotidie accumulantur veteribus nova; & miraculorum loco pene deſinunt in populo haberi ſigna, quæ mirabilitatem ſua frequentia amittunt. Hoc ſolum communi ſententia dici definite poteſt, quod à ſuis devotis vix unquam compelletur niſi cum elogio Prodigioſi, Admirabilis, Thaumaturgi, aut alio ſimili: quia vix poteſt invocari ab aliquo, quin per ejus interceſſionem promptus adſit gratiæ poſtulatæ effectus: & ab ejus præſentia raro quis regreditur, ſpe ſua deſiderioque fruſtratus. Libri bene multi ac magni neceſſarii forent enarrandis omnibus, quæ ſupra naturæ vires à Deo impetrata, B. Peregrini precibus accepta refert devotio popularis: aliquorum tamen meminiſſe hic ſigillatim volo, ad commune incitamentum ſolatiumque.

C

curantur, tibia reſecanda

40 Don Franciſcus Falco, filius Jacobi Falconis & Donnæ Mariæ, Barcinonenſis, cum unius dumtaxat anni haberet ætatem, ex variolarum morbo in una tibiarum humorem retinuit, adeo malignum, ut adhibiti ad curationem medici chirurgique, eadem deſperata, tibiam amputandam cenſerent. Quod cum pueri parentibus indicaſſent, illique ægerrime aſſentirentur; afflictiſſima mater unius ſaltem diei poſtulavit inducias, confidens interim à B. Peregrino ſanitatem filio concedendam. Periculum erat in mora, cum per horas ſingulas ſerperet inflammatio; dandum tamen matri fuit quod petebat: & ipſa tum per ſe tum per Religioſos ad hoc rogatos invocare B. Peregrinum cœpit pro filii ſanitate, ſi ex Dei gloriâ ea erat futura. Reverſis poſtridie chirurgis ad deſignatam ſectionem, melius habere tibia viſa eſt, continuiſque ſucceſſibus paulatim profecit ad ſanitatem, adeo ut commode ſatis eâdem tibiâ, quamvis non nihil diſtortâ, ad greſſum curſumque uti puer poſtea potuerit: cujus parentes in gratiarum actionem obtulerunt argenteam lampadem, addendam ceteris quæ multæ coram altari Beati pendent. Huic autem miraculo, quod anno MDCXXXIV accidit, atteſtantur duo ejuſdem pueri fratres germani, qui etiamnum vivunt.

B

puer paralyticus,

41 R. P. Serra ex Ordine Seraphico, Rector collegii ſui in hac urbe, cum eſſet decennis, per ſex integros menſes lecto decubuit, omni movendi corporis facultate privatus. Remediis humanis fruſtra tentatis, recurrit ad divina pueri mater; & quam potuit maxima cum devotione filium B. Peregrino commendans, exaudita mox fuit; ideoque argenteam corporis puerilis effigiem ad aras obtulit, monumentum impetratæ intra dies paucos ſanitatis. Dictus autem Pater, ante ſex vel octo annos, in hoc Conventu prædicans de laudibus B. Peregrini, factum in ſe miraculum publicavit, eique atteſtatur etiam nunc ſoror ſua.

EX MS. HISPAN.

42 Marianna Carreras, annum ætatis agens XLIV, hujus civitatis vicina, anno MDCLI, quo grandis mortalitas graſſabatur per urbem ejuſque territorium, contacta etiam ipſa à peſte fuit, adeo ut in crure ejus dextero undecim anthraces apparerent, quorum tres erant in ipſo inguine, omnes virulentiſſimi, cum inflammatione pertingente à coxendice ad renes ipſamque cingente. Sic affecta tranſlata ad lazaretum fuit, ibique extremis munita Sacramentis, cum vix aliquid vitæ amplius retineret, derelicta pro mortua eſt. Ipſa ſe ad eum ſtatum reductam ſentiens, quod verbis non poterat, mente peregit; ſeque B. Peregrino commendans, ſi ad divinæ majeſtatis honorem cederet, petiit vitam concedi, donec ſeptem quas habebat proles, tres mares & quatuor feminas, elocaſſet. Hac oratione interius completa, ipſa quadamtenus conſopita, vigilantibus tamen oculis, vidit lecto ſuo aſtare B. Peregrinum, qui infectum crus manu ſua attigit, & mox plene indormiſcentem reliquit. Nocte tranſacta redierunt cum chirurgis miniſtri hoſpitalis; & quam rebantur mortuam, admirati ſunt inveniri vivam; multoque magis, quando reductis veſtibus agnoverunt ruptos carbunculos, inflammationemque ſublatam; & dixerunt; Eſt ſane, ô bona mulier, quod Deo & ei cui te commendaſti Sancto gratias agas: quia hæc curatio omnino miraculoſa eſt. Quibus illa: Equidem nulli niſi B. Peregrino me commendavi. Succeſſit deinde poſt paucos dies plena ſanitas, & vivit mulier adhuc incolumis lætaque, eo quod omnes liberos ſuos ex voto collocatos videat; nec deſinit, cum quotidiana gratiarum actione, beati ſoſpitatoris ſui ſacellum viſitare. *Hactenus Vitæ MS. Auctor.*

mulier ex peſte moritura.

E

ALIA MIRACULA

Ex Informationibus Hiſpanicis MSS.

Latine reddita.

43 IN oppido diœceſis Terraconenſis, Valles dicto, ſolumque duabus leucis diſtante à Villarotunda, ubi altare Beati habetur, fuit mulier, Franciſca nuncupata, uxor Coſmæ Campos, argentarii in eodem oppido; quæ cum vidiſſet febricitantibus ex more prænotato diſtribui hoſtias, auditoque quem in finem id uſurparetur; dixit, Fieri non poſſe ut Sanctus iſte haberet gratiam curandarum febrium, quia eam S. Dominico conceſſerat Deipara. Contigit autem quam plurimos eodem anno in febres iſtic loci incidere, & ipſam quoque Franciſcam ægrotare. Ceteris autem hoſtiarum benedictarum uſu ſanitatem conſequentibus, ſola Franciſca communis beneficii expers manſit, quin etiam ex medicorum judicio ad extremum vitæ diſcrimen pervenit. Itaque cognoſcens hanc eſſe pœnam ſuæ modicæ fidei, veniam humiliter petiit, iteravitque hoſtiarum ſumptionem; & ad primam quidem levius habere ſuſcepit, ad alias autem duas ſucceſſive convaluit, ac denique gratias actura novendiale ſacrificium in ſacello Beati faciendum curavit.

F

alia febricitantis

44 Gabrieli, filio Jacobi Mazipes, trium annorum puero, ſupra tibiam carrus tranſiit, eamque diffregit, ſic ut oſſis ipſius pars quædam eximeretur. Pereclitabatur manifeſto de vita: nihilominus facto ad Beatum voto curatus fuit, ſed ita, ut propter deficien-

tibia ſub carro contrita,

EX MS. HISPANO

tem ossis partem, inutilis ad gressum formandum tibia furcillis uti puerum cogeret: nec spem ullam parentibus faciebant medici fore ut aliquando ambularet commodius. Itaque B. Peregrinum denuo ardentiusque invocaturi, una cum filio rheda vecto, accesserunt ad ejus ecclesiam: ubi in ipso ingressu sanatus puer, furcillas abjecit; atque ad altare procurrens, Mater, inquit, mater, ecce sanus sum. Esse autem sanum cum pateret, oblatæ sunt ad altare furcillæ, tibiaque prius confracta tam integra deinceps fuit, ac erat altera.

letale vulnus,

45 Franciscus Lladus, filius Hiacynthi, ex oppido Gramilles, diœcesis Barcinonensis, dum studiorum causa in hac urbe moraretur, & inimicitias cum aliis studiosis foveret; ab iisdem sclopo læsus fuit in dextro latere, tam profunde, ut candela accensa & ad vulneris hiatum applicita, vehementia erumpentis ea via spiritus extingueretur. Itaque extremis munitus Sacramentis, pene inter manus primam curam adhibentiũ extinctus est; deinde caput pectusque sic inclinavit in gremium, ut monstro similis videretur. Hoc in statu B. Peregrinum invocavit, & mox habere melius cœpit, ac tandem sanatus est. Veniens autem ad agendas gratias, promisit quod in patria sua erigendum curaret altare Beati.

B

Sacerdos phreneticus,

46 Reverendus D. Antonius Guarro, Primicerius parochialis ecclesiæ S. Mariæ ad mare in hac urbe Barcinonensi, in phrenesim ex gravi infirmitate prolapsus, extra spem sanitatis esse judicabatur à Medicis. Ipse vero lucidum aliquod intervallum nactus, invocavit B. Peregrinum, & nocte eadem somnum cepit. Mane autem facto, familiaribus se revisentibus dixit, sanum esse se, quia B. Peregrinus ipsi aperuisset. Videbatur homo deliramenta loqui: itaque fides ei habita non est, usque dum venientes medici confirmarunt eum habere melius: quod etiam probavit intra paucos dies cõsecuta sanitas: pro qua gratias in capella Beati agens, Officiũ divinum ibi cani fecit, calicemque obtulit centum scutis æstimatũ: & ab eo anno, qui fuit MDCLXV, vivit sanus, & B. Peregrino valde devotus.

item tibia contrita & rescindenda,

47 Bonaventuræ Comas, filio Francisci, pharmacopœi, in oppido Cubelles diœcesis Urgellensis, ab hac civitate dissitó viginti circiter leucis, sub currum lapsò transiit per tibiam rota & eam comminuit. Curaverunt chirurgi, quam meliori modo potuere, sic affectum: sed cavere non potuerunt, quin prævaleret gangræna. Itaque cum emortua caro nuda destitueret ossa, & malum incurabile serperet, rescindendã tibiam

C

judicaverunt: nec tamen id facere ausi sunt propter exiguas vires quæ puero supererant. His sic hæsitantibus, supervenit chirurgus alius, omninoque putandam tibiam esse dixit, quando conservandæ vitæ ratio alia nulla erat. In alterum diem dilata res est. Interim qui prior curandum infirmum susceperat chirurgus, suasit patri ejus ut filium S. Peregrino devoveret; qui & ipse cum viveret simili laboravat malo, & multorũ plagas morbosque incurabiles sanarat Barcinonæ, ubi altare ejus esse dicebat, anathematis plurimis, etiam sanatarum tibiarum, cumulatum. Paruerunt consilio pater ac filius, seque Beato commendarunt: postero autem die redierunt chirurgi, & os quod secturi erant, supercrescenti carne cooperiri cœptum admirati, non dubitarunt miraculo rem adscribere. Ipse vero puer intra pauculos dies persanatus, pedes ad ecclesiam Barcinonem venit, una cum patre ac patruo Sacerdote, qui ibidem ad aram fecit; oblatoque quod voverant anathemate, alacres pariter reverterunt ad sua.

apostema insurabile pueri,

48 Francisco, filio Augustini Civid, sartoris & civis Barcinonensis, uxorisque ejus Annæ, annorum decem puero, in latere dextro succrevit apostema, quod eum ad mortis limen adduxit. Id ne sine cura dimitteretur, cauterio aperiendum censuerunt medici, quod factum fuit in festo S. Catharinæ anno MDCLXXI, exindeque usque ad Majum anni MDCLXXII in lecto manere infirmus debuit. Interim frequentibus votis B. Peregrinum advocabant parentes, & filio auctores erant ut idem faceret: utque memoria id faciendi identidem renovaretur, in ejusdem conspectu Beati imaginem, ære expressam, collocarunt. Ante hanc puer sæpe jubebat accendi candelas, & ipse donec ardebant eas tenebat manibus. Nihilominus deterior fiebat plaga, ideoque altero cauterio viam decreverunt medici aperiendam succrescenti puri, & nisi exitus daretur infra priorem plagam viscera omnio putrefacturo. Dictum, factum: sed cum cruciatu tam ingenti patientis, ut instar phrenetici daret ejulatus enormes, ad horrorem omnium domesticorum. Compatiebantur puero quotquod inurendo canterio præsentes in cubiculo aderant; imprimis autem mater, quæ in lacrymas colliquescens, recepit se ad cubiculum aliud, ubi quam potuit instantissimis precibus filium commendare cœpit B. Peregrino. Hæc agenti accurrit filius alius duodennis, quem jusserat apud fraterculum manere; &, Veni, inquit mater, quia Franciculus noster videt S. Peregrinum, nec amplius queritur de cruciatu. Cucurrit illico ad filii cubile mater, invenitque infirmum prorsus hilarem, qui intranti dixit: Vidi, mater, S. Peregrinum. Cui Mater, Ubinam eum vidisti, fili? & quomodo? In summitate, inquit, lecti istius (demonstrabat autem alium lectum qui in eodem cubiculo erat) & eodem habitu quo supra altare conspiciebatur. Voluit autem continuo surgere, sed non permiserunt domestici ut faceret, usque in secundam diem; quando proficere sanitatem videntes medici, dixerunt matri, quod sine scrupulo posset votum suum S. Peregrino solvere.

D

cui apponens Beatus,

E

49 Remanebat nihilominus plaga in eodem statu, &, quamvis puer per se obambulare jam posset, transfigebatur ei latus fistula vulneraria, ab uno ad alterum orificium pertingente. Sed tanta fuit puris copia, ut ipsa fistula carni adhærescens penitus infigeretur, neque jam amplius posset extrahi. Itaque aperta & incisa latius plaga est, cum horrore circumstantium & maximo pueri cruciatu: quem dolores suos testantem ejulatu assidue hortabatur mater, ut pro amore patientis Christi istum quoque dolorem toleraret: alii vero B. Peregrinum deprecabantur, ut misereretur infirmi. Inter hæc protulit puer quinque caryophillorum flores, totidem hærentes ramusculis, omnino pulcherrimos, quæsivitque ex matre quis eos sibi detulisset. Eos, inquit mater, hic reliquerit chirurgus. Non sane, repositi puer, S. Peregrinus eos mihi detulit. Interrogarunt igitur chirurgos pueri parentes, num ipsos flores attulissent; quibus id à se factum negantibus, & nemine alio reperto qui attulisse potuisset, omnes tenuit admiratio; unumque ex istis miraculosis floribus sibi accepit Doctor medicus, alterum chirurgus, tres reliqui apud puerum remanserunt; qui licet eos continuo fere contineret manibus intra lectum, nequaquam marcescebant, sed remanserunt æque vividi ac si primum è planta decerpti fuissent, etiam post octo dies. Admirabile etiam hoc accidebat, quod quamdiu eos manibus tenebat puer, nullum sentiebat ex curatione cruciatum; cumque aliquem sentiebat, eosdem in manus sumenti atque ad vulnus ferenti omnis continuo cessabat dolor. Itaque cum vice quadam inter curandum manum vulneri admoveret puer; idque fortuito fieri, ut solet evenire eis qui dolorem in aliqua in parte sentiunt, æstimans chirurgus, manũ decutere violentius; exciderunt quos eadem puer tenebat flores, & intolerabili mox pressus cruciatu, ejulari vehementius cœpit, donec excussos flores recepisset. Vivit autem: & quamvis plagã ferat in corpore, nihil tamẽ impeditur quominus frequentare

flores attulit quos manu tenens,

F

non sentiebat dolorem sectionum:

possit

A

poſſit ſecundam Grammaticæ claſſem, & ſtudia cœpta proſequi. Parentes vero votivam tabulam obtulere pro eo B. Peregrino, integram filii ſoſpitatem cum fiducia ab ipſo ſperantes.

alterius pueri manus incancerata,

50 Hilarion Artes, nepos Eugeniæ Buran, hujus urbis vicinæ, ex variolis ita graviter ægrotavit, ut reſiduus ab eis humor collectus in brachio dextero, ipſum inutile prorſus reddiderit una cum adhærente manu; in eaque digitum unum enormiter contraxerit: quem cum extendere vellent quidam, adhibita violentia motus loco ſuo articulus eſt. Ingraveſcebat interim malum, advocatique chirurgus ac medicus, cum nihil applicata remedia proficerent, alios quoque ejuſdem artis profeſſores accerſivere ex civitate; qui ſimiliter confeſſi ſunt nihil tale unquam vidiſſe ſe. Adhibita ſunt variis vicibus cauteria, & tamen computreſcebat incurabiliter manus tota; amitæ autem pueri, vices ejus dolenti lamentantique ad nuntium deſperatæ vitæ, hoc ſolatio eſſe volebat chirurgus, quod etiamſi forte poſſet ſervari in vivis, non niſi manu mancus ſervaretur: & ſic dimiſerunt infirmum, divinæ miſericordiæ eum dimittentes. Ad hæc contriſtata mulier, convertit ſe ad B. Peregrinum ex animo invocandum; ſeque ad eccleſiam conferens,

B

Miſſam unam in ejus honorem dicendam curavit, offerens ſimul etiam manum ceream. Tum reverſa domum, dolere ſibi manum quærenti nepoti faſciam ſolvit, viditque unius oſſis extremam partem in ipſa manus digitique junctura prorumpentem foras,

unde oſſiculum ſine noxa eductum:

quam forficulis apprehenſam extraxit, ſequente toto oſſe, quod à junctura digiti uſque ad carpum pertingit. Obſtupuerunt advocati ad rem tam inſolitam contuendam medicus chirurgique; medicus autem promiſit ſe ad fovendam partem affectam miſſurum aliquod cataplaſma, quod tamen non fecit, vel oblitus promiſſi, vel deſperans eo proficiendum quidpiam. Digreſſis illis, manum ut ſolebat involvit amita, quam rurſum veſperi diſcooperiens, ſanam integramque reperit: utebaturque ea puer ad quidquid libuiſſet, æque ac ſi nihil ei deeſſet, cum grandi quorumcumque peritorum admiratione; eo quod impoſſibile videatur ut quis eo utatur digito, qui per interpoſiti oſſis articulum carpo non cohæret. Actæ igitur gratiæ ſunt B. Peregrino; & puer progrediente ætate ſuſcepit habitum Carmelitarum diſcalceatorum; vivitque tam ipſe quam amita ſua devotiſſimus B. Peregrino, cui attribuit hoc beneficium, non niſi divinitus ſibi conceſſum anno MDCLXVI.

EX M. C. HISPAN.

& tibia ſimiliter affecta.

51 Eodem anno accidit R. P. Iſidoro Coſta, Rectori Seminarii Societatis Jeſu Barcinonæ, id quod ſua manu conſignavit his verbis. Anno MDCLXVI detinebar lecto, propter gravem febrem malignumque humorem qui ad genu deſcenderat, ibique ſuppuratus cauteriis inciſionibuſque educi numquam ſatis potuerat, unde totam tibiam peſſime affectam habebam. Contigit autem quadam die novas in tibia cavitates deprehendi, ex quibus ut pus maturum extraheretur, novas inciſiones facere decreverant chirurgi. Id cum ego intellexiſſem, & ex vehementi futurorum cruciatuum apprehenſione anxiarer

E

animo; recurri cum viva fide ad interceſſionem B. Peregrini, petiique liberari ab hoc novo tormento. Poſtridie reverſus ad decretam inciſionem chirurgus mutavit conſilium, fiſtulamque plumbeam per vulnera pridem facta immittens, infuſo vino expurgavit cavitates, quas de novo deprehenſas dixi; redienſque ſub veſperam, ad iterandam curationem, invenit ſiccatam plagam, reſtauratamque ipſarum cavitatum carnem; neque deinceps deſii ad plenam ſanitatem proficere, donec conſolidata fuerunt omnia, quod ſpeciali S. Peregrini beneficio acceptum refero.

DE S. CATHARINA SENENSI,

VIRGINE DE POENITENTIA S. DOMINICI.

D.P.

ANNO MCCCLXXX

Officium & Miſſa à Pio II ordinata,

C

RBi Chriſtiano notiſſimam hanc Sanctam, ab ipſoque obitu ſuo, qui Romæ contigit exeunte Aprili anni MCCCLXXX, *ſingulari fidelium devotione honoratam, inter divina etiam officia rite invocandam, primus ſanxit Pius II. Idem, Epitaphium Virgini geminum elegiaco carmine, & Officium totum proprium, & Miſſam ordinavit pro prima Dominica Maji; quæ omnia legi poſſunt ante librum Vitæ & Dialogorum excuſum Coloniæ anno* MDLII: *ſolam hic orationem excerpo, quæ talis eſt*: Deus qui B. Catharinæ, virginitatis & patientiæ ſpeciali privilegio decoratæ, malignantium ſpirituum certamina vincere, & in amore tui nominis inconcuſſe permanere tribuiſti: concede quæſumus, ut ejus imitatione, calcata mundi nequitia, & omnium hoſtium ſuperatis inſidiis, ad tuam ſecure gloriam tranſeamus. *Vrbanus VIII anno* MDCXXX, *volens illius cultui ſtabilem aſſignare diem, eumque quo à mortali hanc ad immortalem vitam tranſiit, inveniens S. Petri Martyris memoria impeditum, proximum hunc* XXX *Aprilis elegit, ad eumque referri juſſit novum Officium ſuo juſſu ordinatum; & Martyrologio Romano inſcribi primo loco hæc verba*: Romæ S. Catharinæ, Virginis Senenſis, Ordinis S. Dominici, Vita & miraculis claræ, quam Pius II in Sanctarum Virginum numero adſcripſit. *Clemens denique X cultum ejus, qui ſub ritu Officii ſemiduplicis abſolvebatur, ad gradum duplicis extulit.*

feſtis tranſpoſitum in 30 Aprilis:

2 *Vitæ hiſtoriam copioſiſſimam ſimul & fide digniſſimam primus ſcripſit Raymundus de Vinea Capuanus, omnium arcanorum Virginis conſcius, partim ex notitia per ejus confeſſiones & plurium annorum convictum hauſta, partim ex oculatorum teſtium aſſeveratione, partim ex primi ejus Confeſſarii, Fr. Thomæ Dominici ſcriptis, quæ ſi adhuc extarent uſpiam, vix dubitamus quin multa in ipſis invenirentur à Capuano præterita, quæ huic operi mererentur inferri. Scripſit autem Raymundus, Ordinis ſui Magiſter Generalis ſtatim poſt Virginis mortem creatus, anno ab ejuſdem obitu decimo: quam ſcriptionem una cum prædicto Dialogorum libro, per ipſum Raymundum ex Italica lingua in Latinam verſo, & vigintiquinque precationibus Fr. Theodoricus Loher à Stratis, Carthuſiæ quæ Aula S. Mariæ dicitur prope Memmingam Prior, in Maurbacenſi ſui Ordinis cœnobio reperit, pulcherrimo charactere in membranis deſcriptam, & Coloniæ ut dictum vulgandam curavit anno* MDLIII.

Vita ſcripta à Raymundo Confeſſario & Generali Ordinis:

F

edita Coloniæ.

3 *Ipſam Vitam, ex iſta Colonienſi impreſſione, more noſtro illuſtratam hic recudimus; collatione tamen prius facta cum membraneo Carthuſiæ Leodienſis MS. quod ad correctionem variorum prioris editionis erratorum profuit. Vidimus eamdem in inſigni bibliotheca monaſterii S. Victoris Pariſiis. In monaſterio Dominicanorum Calcariæ apud Clivios aliud extare exemplum, anno ut notabatur* MD *Metis completum, monuit olim Ioannus Grothauſe noſter. Senis autem invenimus antiquiſſimam tranſlationem Italicam, minuto charactere deſcriptam, cui adnotatum ad calcem erat, ipſam* Legendam anno MCCCCLXXVII fuiſſe commodatam monaſterio S. Jacobi de Ripolis prope Florentiam Ordinis Prædicatorum, per manum Fr. Dominici de Piſtorio & Fr. Petri de Piſis. *Alterum dictæ Vitæ exemplar habuimus ex prima parte Novalis Sanctorum MS. in monaſterio Rubeæ-vallis*

extat in variis Mſs partim integra.

AUCTORE D. P.

Canonicorum Regularium prope Bruxellas : ſed hujus non ita frequens uſus nobis fuit, propterea quod brevitatis ſtudio multa hinc inde reſecta eſſent. Contractior adhuc & ultra dimidium imminuta eſt Legenda, quæ finit membraneum codicem noſtrum, olim Antuerpiam allatum ex domo S. Hieronymi in Trajecto & continentem Vitas Sanctorum Prædicatorum. Et in hoc quidem utroque MS. auctoris Raymundi verba plerumque ſervata ſunt. Aſt Laurentius Surius, etiam ſtylo ſimpliciore offendendum lectorem veritus, hunc quoque contrahendo mutavit, & inſeruit aliqua ex Epiſtola venerabilis Patris Stephani Senenſis, Prioris Carthuſiæ Ticinenſis, qui ante monaſticæ vitæ profeſſionem diu cum ſancta Virgine vixit familiariter & ejus amantuenſis fuit.

partim contracta,

alia per Fr. Thomam apud Mombritium:

4 *Hanc epiſtolam in prædicto Rubeæ Vallis MS. inſcriptam nacti, prout anno* MCCCCI *ſub manu quotuor tabellionum ſignata fuit & Venetias miſſa ad Priorem Prædicatorum ibidem Fr. Thomam Antonii de Senis, Vitæ ſubnectimus : eſt enim veluti quoddam illius ſupplementum. Qua tamen Epiſtola quia uſus non eſt ipſe Fr. Thomas Antonii in ea quæ apud Ioninum Mombritium extat Epitome, exiſtimamus omnino eam compilatam fuiſſe antequam rogaretur Stephanus ſcribere quæ notat deſiderari. Eſt autem illa Vita ſic compilata ex prolixiori Raymundi opere, ut neque recedat paſſim ab ejus verbis nec preſſe illis inſiſtat, quædam etiam addat aliunde cognita, quæ nos partim in Annotatis ad Vitam exhibemus partim ad calcem proponimus, quia ſpectant extremam vitæ clauſulam, cui Raymundus præſens non adfuit : ſed teſtimonium dedere alii, & quidam eorum ſcripto, quos ſequi Thomas maluit. Idem hanc à ſe abbreviatam Legendam tranſtulit in vulgarem Italicam linguam : & ſic ipſam invenimus MS. in bibliotheca Patrum Prædicatorum Senis, ubi ad calcem dicebatur, ipſam ſimiliter vulgariter redditam à prælaudato Stephano in Carthuſia Ticinenſi, ignorante ſcilicet id jam præſtitum fuiſſe ab ipſomet auctore : qui ſi caruit iis quæ poſtea per Epiſtolam ſuggeſſit Stephanus ; non caruit tamen altera æque magni momenti Epiſtola, quam juvenis quidam Senenſis Barduccius, qui S. Catherinæ uſque in finem præſens adſtitit, de illius exceſſu ſcripſit vernacula Senenſium lingua. Accepimus eam ex editione Veneta anni* MDXVII, *in qua præmittitur libro Dialogorum, ſimiliter Italice impreſſo, & Latinam fecimus : idem facturi de prænominata Stephani Epiſtola (quam habemus Hiſpanica lingua impreſſam ante veterem Epiſtolarum S. Catharinæ in Caſtellanum verſionem, ſub auſpiciis Franciſci Cardinalis Ximenii Archiepiſcopi Toletani circa annum* MDXII *) niſi ipſum ejus originalem contextum Latinum habuiſſemus ex MS. Rubeæ vallis.*

Epiſtola Barduccii & Stephani,

5 *Itaque hoc ordine cuncta digerimus. Poſt vitam per Raymundum, primum exhibetur Epiſtola Barduccii, tum Epiſtola Stephani, ſequendo ſeriem temporum quo data eſt utraque ; prior quidem immediate poſt mortem menſe Majo aut ut ſummum Iunio, altera anno* MCCCCI. *Tum Analecta colligimus ex variis, ac primo quidem ex præcitata Vita per Fr. Thomam Antonii extante apud Mombritium, deinde ex Vita ipſius Stephani quam Bartholomæus Senenſis anno* MDCXXVI *Latine vulgavit, ubi fuſe agitur de capitis tranſlatione Senis celebrata (qua occaſione etiam de aliis Sanctæ reliquiis alibi exiſtentibus agetur) deque aliis rebus memorabilibus circa negotium canonizationis à Senenſibus poſtulatæ, quam demum Pius II, ut dictum eſt, fecit per Bullam, quæ ſubnectitur, poſt eamque miraculum unum vetuſtius ex MS. Vltrajectino, alterumque recentius ab ipſomet cui contigit Nicolao Burgenſio Equite Senenſi ſcriptum, ad Vitam Sanctæ ab eodem compendioſius elucubratam : quam quidem Vitam primum Senis vidimus, paulo poſt auctoris obitum anno ſcilicet* MDI *excuſam ; deinde Olumutio in Sileſia à P. Ioanne Weyer tranſcriptam accepimus, hic quoque dandam, niſi molem operis vereremur inutili-*

Analecta ex variis.

Vita recentior per Nicolaum Burgenſiũ,

ter augere. Ceteros, qui aut hoc aut ſuperiori ſeculo ejuſdem Sanctæ Vitam diffuſius compendioſiuſve ſcripſere, nec nominare quidem attinet ; cum poſſit univerſim dici, neminem eſſe ſcriptorum, qui vel perſonas Sanctitate illuſtres ſub Ordine prædicatorum vel Hetruriæ Italiæve Sanctos enumerandos ſuſceperit, aut Legendas Sanctorum per anni circulum quocumque idiomate compilarit, qui non de S. Catharina egerit : ut de pluribus variiſve Panegyricis, potiſſimum Italicis, ad ejus laudem recitatis taceam ; inter quas ipſius Pii II etiam una eſt, & apud nos elegantiſſima manu extat exarata. D

6 *Vnum tamen non poſſum hic præterire Paulum Frigerium, Congregationis Patrum Oratorii S. Mariæ in Vallicella Romæ digniſſimum Presbyterum, amicum noſtrum, qui adhortante Alexandro VII & varia documenta ſuppeditante, ſtylo Italico elegantiſſimo vulgavit Vitam anno* MDCLVI, *potiſſimum exornatam materia ſumpta ex epiſtolis Sanctæ, quarum volumen à Fr. Thoma de Senis colligi cœptum ad numerum trecentarum ſexaginta quatuor excrevit, verſaturque manibus & legitur linguis Italorum, Hiſpanorum atque Gallorum. Ipſius exemplo ex iiſdem Epiſtolis paucula quædam excerpſimus, ſed magis hiſtorica, eaque retulimus in Annotata ad Vitam, in ſpecimen aliquod loquentis per S. Catharinam ſpiritus, quo non deſinebat ſummos infimoſque ad unionem Eccleſiæ, veri Pontificis obedientiam, virtutum cultum exhortari. Habuit auctor iſte nec alia quam nos, nec forte omnia quæ nos, ideoque minori nobis uſui fuit.* E

& recentiſſima per Paulum Frigerium.

Epiſtolæ Virginis quales.

7 *Proceſſum ad Canonizationem prævium, cum atteſtationibus & inquiſitionibus Franciſci de Malavoltis, Religioſi Olivetani, per Sanctam ut in Vita narratur converſi ; & Fr. Thomæ Dominici ac Fr. Bartholomæi Confeſſariorum Virginis ; habuit Fr. Ioannes de S. Maria, Vitas Sanctarum ſui Ordinis lingua Gallica texens, indicatque illius Proceſſus exemplar ſervari in Cancellaria Patriarchali Venetiis, in Conventu Prædicatorum Bononiæ, & in Carthuſia Ticinenſi iſtuc à Stephano Generali deportatum. Hunc ut etiam nos haberemus dedimus operam ; ſed fruſtra. Si poſtmodum zeloſior aliquis ſanctæ Virginis cultor invenerit vel ipſum vel Relationem Cardinalium Commiſſariorum, in Conſiſtorio Pontificio recitatam (cujus meminit Pius II in Bulla, ſed nemo auctorum eſt qui vidiſſe ſe dicat) nobiſque ecgraphum alterutrius vel utriuſque miſerit, de poſteritate merebitur bene, libenter tam authentica documenta in hujus operis Supplemento lecturâ. Interim eorum defectum lenius ferendum cenſemus, eo quod vita illa Gallica nihil ſuggerat aliunde ignotum, unde arguimus ex Proceſſu prædicto aut nihil aut parum novæ rei haberi potuiſſe, præter accurationem fortaſis notitiam miraculorum, ad invocationem Sanctæ patratorum poſt mortem. Ex his tam pauca ab auctore Vitæ Raymundo ſuggeri, nec plura à ſubſecutis ſcriptoribus annotari, vehementer miramur dolemuſque. Sed nempe tanta erat copia mirabilium vitam ejus implentium, ut circa hæc fatigatis non videretur opera pretium cetera conquirere operoſius : quod tamen optaremus factum fuiſſe, aut fieri etiamnunc in Ordine ex iis quæ forſan hinc inde per conventus diſperſa latent documentis : nihil enim in hac materia contemnendum : & beneficia ſeu vetera ſeu recentiora, per Dei Sanctos collata mortalibus, non tantum præſentium gratitudinem, ſed etiam futurorum merentur memoriam.* F

Proceſſus ad Canonizationem,

& Relatio conſiſtorialis deſiderantur,

ac plura poſt mortẽ miracula.

VITA

A

VITA

Auctore Fr. Raimundo Capuano, Ordinis Prædicatorum Magiſtro generali, ipſius Sanctæ Confeſſario.

Ex editione Colonienſi collata cum MS.

PROLOGUS PRIMUS.

a Apocalyptici vox Angelus

1 VOx ſpiritualis eſt Aquilæ *a*, uſque ad cœli ſupremi faſtigium evolantis, ſecretaque divini conſilii militanti Eccleſiæ revelantis, atque dicentis, ſuarum revelationum libri, videlicet Apocalypſium, cap. xx; Vidi Angelum deſcendentem de cœlo, habentem clavem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua. Hæc autem verba, qualitercumq; ſint hactenus per ſanctos Doctores ex poſita,
B ad præſens tamen intentum (niſi nimium fallar) non inepte videntur mihi propoſita; dum ſcilicet Angelicæ Virginis, cœleſtis potius quæ humanæ converſationis, geſta intendimus enarrare: quam conſtat profunditatem abyſſalis ſapientiæ multis, viam ſalutis ignorantibus, reſeraſſe; & catenam, qua ſatanas alligatur, verbo pariter & exemplo cunctis percipere volentibus demonſtraſſe; imo ut magis proprie loquar, communicaſſe.

2 Quod ſi per Angelum deſcendentem de cœlo, illum intelligamus magni conſilii Angelum Dominum Jeſum Chriſtum, qui teſtante Apoſtolo, de-
Eph. 4, 10 Chriſtus, ſcendit de cœlo pariter & aſcendit; nequaquam hic ſenſus à noſtro deviabit propoſito: ipſius enim ſunt hæc haud dubium opera, cujus delicię cum hominum filiis & filiabus, per ipſum ab æterno electis, fuiſſe ab initio dignoſcuntur. Ipſe eſt, qui atteſtante Aquila ſupradicta, clavem quomodolibet habet David: quo aperiente, nemo claudere; & claudente, nemo valet aperire. Ipſe rurſus mortis & inferni clavem atteſtatur ſe habere, propter quod non eſt mirum, ſi catenam ad alligandum ſatanam ſecum defert. Verum
ineffabiliter diligens genus humanum, idem dominus Angelorum & nunc Angelus nominatus, caritate perpetua genus adeo dilexit humanũ, ut ineffabiliter miſerans, traheret ejus naturam ad ſui unitatem ſuppoſiti. Idcirco ut dictum eſt, nullis egens
C deliciis, tam excellenter cum filiis hominum delectatur, quod ea quæ ab æterno diſpoſuit facere, non niſi per inſtrumenta humana exequi conetur. Hinc ergo eſt, quod per ſanctos & electos à ſe homines, ſecretiſſima ſua myſteria ſemper ab initio ſeculorum patefecit. Hinc eſt, quod admiranda & ſuper naturalia opera, per miniſteria ſemper hominum ſibi placitorum perfecit. Hinc, quod legem vivendi hominibus terræ incolis de celſo cardine traditurus non niſi hominem in mediatorem elegit, quem & ducem electi populi delegavit. Hinc tandem, quod humanæ naturæ quaſi captus cupidine amoroſa, de gratioſiſſima homine virginali eamdem naturam perfecte aſſumpſit; & ipſam, tamquam decorem ſuæ caritatis, indutus, per eam & cum ea hominibus indiviſibiliter eſt unitus: quo ſupermirabiliter & ſupergratioſe peracto, in tantum eſt genus humanum amplexatus, quod fraternitate tam admirabiliter hominibus exhibita non contentus, in pretium pro ſalute ſe hominum tradidit, in cibum animarum humanarum proprium Corpus & Sanguinem uſque in finem ſeculi contulit, & fidelibus hominibus ſeipſum in præmium repromiſit.

3 Ex his omnibus poteſt fidelium unuſquiſque perpendere, quam ſummum dignitatis gradum genus humanum aſcenderit, & in quam alto quilibet Chriſticola ſit apice conſtitutus. Tranſcendit quippe An- AUCT. RA MUNDO & minorato (ut ſic loqui liceat) Deo paulo minus ab CONFESS. Angelis, ſuper Angelorum cardines exaltatus eſt homo. Minuiſti eum, dixit Propheta, paulominus ab Angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum: Omnia Pſ. 8, 6 Hebr. 2, 8 ſubjeciſti ſub pedibus ejus. Quod exponens Apoſtolus ad Hebræos de Chriſto; In eo, inquit, quod ei ſubjecit omnia, nihil dimiſit non ei ſubjectum. Eliciat igitur ex premiſſis ſapiens intellector, quam confidẽter queat fidelis anima, Salvatorisque ſui amatrix, ad ipſum accedere; quanta cum fiducia ipſum ſequi, quam innumera quamque dulcia dona ſperare poſſit ſe percepturam ab eo, qui ſe totum pro ipſa impendit, ſub cujus etiam potentia cuncta pendent. O ex- *olim viciſſim perfectiſſime diligebatur à fidelibus;* cæcata ſegnities, ô nimium obſtinata durities temporum modernorum! ô ſuper nivem & glaciem frigiditas hodiernorum ſpirituum congelata! Quam ferventer currebant hactenus animæ deſponſatæ Chriſto in fide poſt Agnum! quam velociter ſequebantur eum, quocumque iviſſet, etiam incluſive uſque ad crucem! Quanti & quantæ non modo utriuſque ſexus, ſed ætatis & conditionis cujuſlibet, mundum & quæ in E mundo ſunt, velut ſtercora contemnentes, corpusque proprium omni paſſibili diſcrimini & lætantiſſima mente exponentes, per ſpinas tribulationum & tribulos corporalium tormentorum, illis in temporibus feliciſſimis, poſt æternum Sponſum volantes potius quam currentes, etiam per mortis barathrum ſecura mente tranſibant, interminatam ad vitam! Quanti rurſus & quantæ, quibuſcumque tranſitoriis conculcatis, longo propriam carnem domantes martyrio, cœlique gaudia mentalibus oculis intuentes, necnon & ſanctam Eccleſiam ædificantes doctrina pariter & exemplo, poſt agones diutinos vita cœlibe conſummata, migrabant feliciter ad cæleſtem! Et unde omnia hæc? niſi quia ſæpe fatum magni conſilii Angelum, de cœlo deſcendentem, in corda ſua rapuerunt; cujus cum clavi Davidica abyſſum ſuarum cogitationum clauſerant terræ, aperuerant cœlo: ſicque grandem virtutum catenam ab ipſo accipientes, adverſantem ſatanam, vicerant pariter & ligarant.

4 Hæc illis evenere temporibus quaſi communi- 2 Tim. 3, 2 ter & quam multis: ſed & his periculoſis temporibus, *ſed & nunc diligitur ſic à paucis quibuſdam,* in quibus ſecundum prophetiam Apoſtoli, ſunt quaſi omnes ſeipſos amantes; idem Angelus non deſiſtit F ſuo nobis magno conſilio ſimul & auxilio ſubvenire, producendo ſcilicet hinc inde per orbem fidelium aliquas animas, licet paucas, quibus tam copioſe tamque largiflue grandia dona ſua conferendo multiplicat, quod expertis ſtupor, inexpertis vero incredulitas in mentibus generatur. Et quod amplius eſt mirandum ac meo judicio notandum, hanc abundantiam gratiarum in ſexu fragiliori, videlicet femineo, diebus iſtis videtur ſingularius operari; forſitan ut confundat virorum ſuperbiam, & illorum potiſſime, qui reputatione propria inflati, ſcientes, cum nihil ſciant, & ſapientes, cum nihil tamen de dulcedine divina ſapiant, ſe dicere non verentur. Hi tam ſtulti (ſecundum Apoſtolum) proh pudor! hodie facti ſunt, Rom. 1, 22 quod abſque ſcientia ſcire, ſine ſapientia ſapere fruſtra contendant. Tales igitur, ſi non fallor, æterna ſapientia, per humilem ſanctarum puellarum doctrinam mirandaque opera, videtur decreviſſe confundere: ut omnis caro coram ipſo non glorietur, & diſcat inſipiens homo, ubi ſit ſapientia, ubi ſit virtus, ubi ſit lumen oculorum & pax.

5 Quamobrem quamdam admirabilem puellam ſacramque virginem ipſa Sapientia incarnata produxit in Tuſciæ regione, Senenſique civitate Virginis *b*, 6 antiquo ſuo titulo nuncupata: cujus dum actus &

AUCT RAY. MVNDO CONFESS. *inter quos S. Catharina Senẽſis*

doctrinam attente conſidero, geſtaque vitæ ac feliciſſimum tranſitum admiror, ſtupere ac flere magis libet, quam aliquid dicere. Quod enim cor in tot & tam mirandis donis Altiſſimi non deficiat, dum cernit hanc virginem ſeu fragilem, imbecillem ætate, nativitate plebejam, abſque humano doctore ſimul & ductore, tantum apicem perfectarum aſcendiſſe virtutum, tantam acquiſiviſſe claritatem & perfectionẽ doctrinæ, & hoc totum infra lares paternos? Quis non ſtupeat? quis non miretur, quis continere poſſit lachrymas gaudii ſimul & laudis? Verum quia indigniſſimo mihi, nullis præcedentibus meritis, utinam non contradicentibus potius ipſis demeritis, ſuperna pietate, quæ neminem vult perire, conceſſum eſt, ut fere circa finem curſus viæ ejus, pluribus annis præfatæ ſacræ virginis non tantum haberem notitiam & converſationem familiarem, ſed etiam per ipſam eſſem in Confeſſorem electus, ad participandum & ſciendum quæcumque ſecreta ſibi à Domino conceſſa vel revelata; ne tam pretioſum talentum, largitate mihi Altiſſimi commendatum, more ſervi nequam (quod abſit) abſconditum teneam in ſudario; ipſum ad publicam menſam, pro animarum lucro copioſius conquirendo, intendo exponere, ut cum uſuris Deo placitis, reportem illud tempore ſuo coram Domino Salvatore.

B

6 Porro quia verbum Joannis aſſumptũ ſuperius, meo propoſito coaptatur, ſi non nimium fallor, reaſſumo illud, & exclamando profero ſeculis tam præſentibus quam futuris: Vidi ego, Raymundus nomine uſitato, ab ipſa tamen virgine vocatus ab eventu Joannes, propter ſecreta revelata mihi ab ea, ut æſtimo; Vidi inquam, Angelum deſcendentem de cœlo, habentem clavem abyſſi, & catenam in manu ſua; vidi, & præſens fui. Et quamvis multa & grandia fuiſſet Dominus operatus, antequam ipſius haberem notitiam: omnia tamen audivi, vel ab ipſa in ſecreta confeſſione, vel ab aliis utriuſque ſexus perſonis, digniſſimis omni fide, qui præſentes fuerunt pariter & viderunt. Vidi igitur & audivi, ita
1 Ioan. 1, 3 ut mihi & aliis qui fuere præſentes, cum Euangeliſta Joanne liceat exclamare; Quod vidimus, quod audivimus de verbo vitæ, habitanti in hac mirabili virgine, hoc vobis, & non aliud, nuntiamus. Non enim
Act. 3, 20 poſſumus (ut cum Petro & Johanne loquamur) quæ
C vidimus & audivimus non loqui, aut non coram omnibus prædicare. Videamus ergo diligenter, ô fideles Chriſticolæ, hoc verbum quod factum eſt, quod fecit Dominus & oſtendit nobis peccatoribus, quorum primus ego ſum, qui ſupra dixi, quod vidi. Sed quid, obſecro, vidi? Vidi profecto Angelum deſcendentem de cœlo. Hæc enim femina, de qua ſermo, non femina, ſed potius Angelus terreſtris, vel (ſi malueris) homo cæleſtis dicenda erat, quam femina.
Angelocomparanda abſtinentia, Numquid enim non eſt Angelicum & cæleſte, omnibus illicitis ac licitis corporalibus delectationibus ex toto renuntiare, in cœleſtibus ſemper mentaliter habitare, verba æternæ vitæ indeſinenter ex ore proferre; abſque cibo, potu & ſomno, ſub pluribus gravibus morbis corporeis, non modo vivere, ſed lætari; & quæ Dei ſunt ac ſalutis animarum, indefectibiliter operari continue? Quis hæc terreſtria dixerit aut humana? Taceo de ſignis aliis & miraculis aliis, coram nobis per ipſam patratis à Domino, de quibus non eſt modo dicendum per ſingula, ſed, concedente Domino, infra pro magna parte dicentur. Quid mirum igitur, ſi Angelus per nos appellatur, quæ naturam Angelicam puritate carnis & ſpiritus imitata, officium etiam Angelicum, Regis Angelorum præcepto, indeſinenter exequebatur.

7 Quæ recte dicitur de cælo deſcendere, quia in cælo ſua ſancta exiſtens converſatione, per humilem ſui cognitionem & proximorum compaſſionem, frequenter deſcendebat ad terram. Sed quia ſcriptum eſt de Sponſo, quod qui deſcendit, ipſe eſt etiam qui aſcendit; & ſponſa vera nititur ſe Sponſi greſſibus totis viribus conformare; deſcendebat & aſcendebat virgo admirabilis ſupradicta ſimul cum Angelis in ſcala Iacob, ut videlicet cernendo faciem Domini, ſummitati ſcalæ innixi, largam benedictionem acciperet aſcendendo, & ejuſdem benedictionis particeps deſcendendo faceret incolas terræ hujus. Quod totum perfecit in ſcala Iacob, quia, prout infra Domino præſtante patebit, quidquid quæſivit à Domino, & quidquid operata eſt, totum factum eſt mediantibus glorioſa Dei genitrice Maria, &, quæ de ipſa fuit aſſumpta, Salvatoris humanitate, quæ duo per ſcalam Iacob propriiſſime ſignabantur. Ceterum Angelus ſic deſcendens, ut diximus, clavem abyſſi habere non abſque myſterio dicitur: quia hæc virgo Angelica, ſuper omnem æſtimationem humanam, profunditatem divinæ ſapientiæ, quantum animæ viatrici fas eſt, inveſtigans, nobis eam aperuit & oſtendit. Quis enim legens epiſtolas ejus, quas quaſi per totum direxit mundum, Chriſtianorum fidelium, diverſorum ſtatuum & graduum perſonis, admirans non ſtupeat ſtylum altum, profundas ſententias, animarumque ſaluti perutiles ſupra modum? Quamvis enim proprio ſermone vulgari loquatur in eis, quia noncognovit litteraturam: quia
E tamen introivit in potentias Domini cum clavi profunditatis profundæ, ſtylus ejus (ſi quis diligenter advertit) potius videtur Pauli quam Catherinæ, melius alicujus Apoſtoli quam cujuſcumq; puellæ. Has autẽ epiſtolas ita dictabat velociter abſque cogitationis intervallo etiam modico, ac ſi legeret in aliquo libro ante ſe poſito quidquid dicebat. Vidi ego ſæpe ipſam dictantem duobus ſcriptoribus diverſas epiſtolas, diverſis perſonis mittendas, & de diverſis materiis; nec aliquem ex eis expectare dictamen per quacumque parvam morulam, nec audire ab ea niſi quod pertinebat ad ſe. Quod dum nimium admirarer, reſponſum eſt mihi per plures qui eam noverant ante me, & frequentius viderant eam dictantem, quod aliquando tribus, aliquando quatuor ſcriptoribus ſimiliter dictaverat, ut dictum eſt, & cum eadem celeritate, necnon & memoriæ firmitate; quod in cor-
F pore muliebri, tam macerato vigiliis & inedia, potius dat mihi ſignum miraculi & infuſionis ſupercæleſtis, quam cujuſcumque naturalis virtutis.

D *caritatem erga Deum & proximũ*

cæleſtem ſapientiam relucentem in epiſtolis

8 Inſuper ſi quis inſpiciat librũ, quem Spiritu ſancto manifeſte dictante, compoſuit in idiomate proprio; *libro Dialogorum,* quis poſſit imaginari aut credere illum factum per feminam? Qui quidem ſtylus eſt altiſſimus, ita ut vix inveniatur ſermo Latinus correſpondens altitudini ſtyli ejus, prout in præſentiarum experior ego ipſe, qui transferre in Latinum ipſum ſatago. Sententiæ ſunt tam altæ pariter & profundæ, quod ſi eas in Latino perceperis prolatas, Aurelii Auguſtini putes potius fuiſſe quam cujuſcumque alterius. Quantum autem ſint utiles animæ, ſuam quærenti ſalutem, nec brevi, nec facili poteſt explicari ſermone. Omnes quidem ſubtilitates deceptionum hoſtis antiqui continentur in eo, omnesque viæ & modi vincendi ipſũ, Altiſſimo complacendi, beneficia Salvatoris collata rationabilibus creaturis, necnon & culpæ quæ contra ipſum, proh dolor! hodie in noſtro nequam ſeculo committuntur communiter adhuc, & ipſarum remedia, ſi quis diligenter advertit, in ipſo reperiuntur. Porro contenta in eo (ut relatum eſt mihi per ſcriptores ejus) ipſa numquam dictavit dum utebatur corporeis ſenſibus; ſed ſemper dum actualiter in eeſtaſi poſita, loquebatur cum Sponſo ſuo. Propter quod & liber ille ordinatus eſt per modum dialogi inter Creatorem,

A rem,& ab ipſo creatam animam rationalẽ & viatricẽ.

9 Propter hæc autem;quamvis ſcripturæ ejus ſint *& colloquiis* modis omnibus commẽdandę,nec ac commendationẽ ipſarũ poſſim ſufficere;modicum tamen ſunt,reſpectu actualis loquelæ ejus,dũ ageret in humanis.Dominus enim ei dederat linguã eruditiſſimã, ut ſciret proferre ſermonẽ ubique verbaq;ipſius ardebant ut faculæ;nec erat quicumq;audiens eam,qui ſe à calore ignitorum verborum ejus totaliter poſſet abſcondere. Unde & communis eſt ſententia hodie illorum qui eam noverunt & ſequentium & non ſequentium veſtigia ejus, quod nunquam aliquis venit ad audiendam ipſã,cum quantumcumq;mala intentione,ipſam ſcilicet etiam deridendi, qui non receſſerit ab ea vel modicum aut perfecte cõpunctus,& in totũ vel in parte correptus. Quis per hæc ſigna nõ videat ignẽ Spiritus ſancti habitantis in ea? Quis aliud quærat experimentum ejus qui loquehatur in ea Chriſtus? Arbor etenim quęlibet ex fructu cognoſcitur,juxta ſententiã,Veritatis;& bonus homo de bono theſauro profert bona verba&c,ut *quibus vel invitos ad pœnitentiã trahit;* dicit eadẽ Veritas incarnata. Vidiſſes frequentius,illos qui cauſa ridendi & deridendi ingreſſi ſuerant, cum lachrymis egredi:eos qui corde inflato intraverant& erectis cervicibus, dimiſſo capite ac ſuſpirantes exire: B alioſque qui ſapientes erant in oculis ſuis & humana ſcientia pręditi,poſtquam ipſam audierant,ſupponere digitum ori ſuo ſtupentes,& inter ſe muſſitare;Quomodo hæc litteras ſcit,cum non didicerit?Unde huic mulierculæ ſapientia tanta?quis eam tam perfecte inſtruxit? quis eam docuit tã alta?Quæ omnia teſtimoniũ dabant plenum, cuicumq; ſane intelligenti,quod clavem habebat abyſſi,profunditatis ſcilicet ſapientiæ ſupernaturalis : & mentes illuminans tenebroſas, aperiebat cæcis theſaurum lucis æternæ.

10 Subjungebatur poſtremo verbo Joannis,pro fundamento Prologi hujus aſſumpto,Et catenam magnã habens in manu ſua.Quod,ut prius,ad noſtrũ propoſitum,per quid nominis declaremus.Quid mirũ,ſi habebat Catherina catenã? Numquid non iſta duo nomina in voce concordant ? Etenim ſi Catherina cum ſyncopa dixeris,Catenam habebis;&ſi Catenæ unicam ſuperiꝰ:ſerueris ſyllabam,Catherinæ nomen accipies. *ut videatur Catharina dicta ,quaſi catena univerſaliũ virtutum* Sed obſecro, ibimuſne tantummodo poſt voces & ſigna, neglectis rebus atque myſteriis per iſtas voces ſignatis? Non ſolum hæ voces,ſed & res ipſæ convenientiam nobis indicant.Catha *c* ſiquidem Græce,Latine indicat univerſum ; unde & Catholica , Eccleſia propter vim Græci vocabuli , univerſalis proprie dicitur in Latino. Catherina igitur & Catena,univerſitatẽ nobis inducere intendunt,quod & catena ex ſuæ ſubſtantiæ ordine manifeſtat:componitur enim ex diverſis annulis alicujus materiei,ſimul tamen & taliter adinvicem colligatis,quod niſi frangantur,nõ poſſunt ab invicem ſeparari:ſicq;annulorum illorum diverſorum & ſic unitorum (ut diximus)univerſitas,Catena vocatur,juxta multitudinis vſum, quem ſequendũ in rebus mundanis cenſet Philoſophus.Hæc autẽ unitas diverſorum,ſeu diverſitas unitorum, duplicem nobis collationem bonorum inſinuat; fideliũ videlicet hominum,ex quibus conſtat Eccleſia;& ſanctarũ virtutũ,ex quibus,cõſtat ſalus & ſanitas animarũ.In qualibet univerſitatũ iſtarũ, Deo gratarum,univerſitatẽ & diveſitatẽ de neceſſitate reperies:nec univerſitas proprie dici poſſet, niſi utrumque complecteretur.

11 Quamobrem ex principio hujus nominis diverſitas componitur & univerſitas:quod totum ſignat hoc nomen Catena,in quo forſitan non parvum latet myſterium. Conſtat etenim virtutes eſſe colligatas, quia altera ſimpliciter ſine altera haberi nequaquam poteſt;& quęlibet tamen habet ſuam ſingularem conditionem,quã nulla aliarũ poteſt habere.Sic protinus &fideles in una fide,in unaq;caritate uniti,ita diſpoſiti ſunt, ut ſi quis ab illa diſcedat, deſinat eſſe fidelis: & AUCT.RAY tamẽneceſſeomninoeſt,quod ſinguli ſingulares habeãt MVNDO illius Spiritus gratias, qui dividit ſingulis prout vult, CONFESS. quemadmodum & eorum ſubjecta,ex propria natura ſingulariter dividuntur. Nonne ergo quælibet univerſitatum iſtarũ, per ea quæ ſuperius dicta ſunt, tibi nunc clare apparet una catena ? Diverſitas unitorum *& fidelium* & unitas diverſorum hoc indicant manifeſte:quod ſi earum quælibet eſt catena,conſequens eſt,per ea quæ ſuperius dicta ſunt,quod utraq;ipſarũ comprehendatur, in hoc nomine Catherina. Et vere non mirum, quia hæc Catherina & univerſitatem virtutum accepit à Domino,& univerſitatem fidelium tanto cũ amore geſtabat in corde , quod nullum novũ intelligenti videbitur, ſi dicatur in ſua manu catenam habere : quia univerſitates jam dictas,non minime nec mediocriter, ſed perfecte poſſedit & excellenter. Nimis, ut puto, breviter dictum eſt quod intendo ; volo, ſicut & debeo, latius explicare.

12 Vidi & ego frequenter, licet vitiis plenus,vir- *virtutum quidem omnium , ſed precipue humilitatis,* tuoſas perſonas:ſed numquam recolo me vidiſſe,nec viſurum arbitror in futurum, tam univerſalem excellentiam virtualem,ſicut in hac virgine patenter oſtendebatur.Et ut incipiamus à fundamento & condimẽto E virtutum , humilitas videlicet tanta erat in ea , quod non modo viliſſimo aut viliſſimæ cuilibet ſubjici,non tantum omnium infima reputari optabat continue ; imo ſe cauſam omnium malorum,quæ alii patiebantur, firmiter æſtimabat. Quapropter quandocumque cernebat mala culpæ vel pœnæ univerſalia vel particularia cujuſcũque contra ſeipſam inſurgens,dicebat: Tu omnium malorum iſtorum es cauſa: ab iniquitatibus tuis hæc cuncta procedunt: ergo recognoſcas teipſam , & plora peccata tua coram pedibus Domini , donec meruèris audire cum Magdalena, Dimiſſa ſunt tibi peccata tua &c. Attende lector non modo humilitatem,ſed humilitatis profundiorem radicem. Parum erat illi , ceteris ſubdi , cuilibet obedire , à quolibet patienter injurias ſuſtinere : imo poſt hæc omnia non tantum ſecundum Salvatoris doctrinam, *qua omnibus ſe ſubjecit* ancillam inutilem , ſed præ ceteris & pro ceteris , ac (quod majus eſt) pro perſecutoribus ſuis ream ſe *d* accuſãbat coram Domino : ſic non ſolum omnibus ſubditam , non tantum omnium infimam , imo reputabat ſe omnibus neceſſario debitricem. Hinc & licito & illicito excluſo judicio proximi , omnique reputatione propria procul pulſa , contemnendo F ſeipſam tam excellenter *d* , ſub pedibus omnium proſternebat. Cernis,lector, qualiter hic excludebatur ex toto ſuperbia , qualiter amor proprius ſapientiſſime vincebatur ; quomodo , quæ legem implet , dilectio proximi fortiſſime ſervabatur ? Adſpicisne caritatem & humilitatem , in eodem opere artificioſiſſime catenatas ? Numquid tibi videtur hæc catena ſufficiens ad ſuperbiſſimum ſatanam capiendum & alligandum , prout teſtis Joannes adductus adjungit?

13 Verum quædam in dictis nunc forſitan movebunt te dubia , quæ tua de mente intendo abſtergere , ne putes obſcuritatem ſociam falſitatis. Forte namque,quia ſuperius dictum eſt, quod optabat cuilibet viliſſimo ſubjici , & infima omnium reputari, hoc quia non eſt latius declaratum , aut non credis, aut vilipendis. Sed volo te ſcire , quod prologi totaliter menſuram excederemus, ſi cuncta quæ adducimus, vellemus particulariter declarare:ſufficit quod in tractatu Legendæ , omnia latius inſerentur. Ve- *& mala hominibus inflicta ſuis peccatis adſcripſit* rumtamen ſcito , hanc virginem omnibus & ſingulis de domo ſua , etiam ancillæ incluſæ , pluribus rurſum pauperculis & infirmis in hoſpitali decumbentibus , ſe voluntarie ſubjeciſſe ac obediſſe diutius , nec unquam ſine ſubjectione vive-

re

AUCTORE RAYMUNDO CONFESSAR.

re voluiſſe, uſque ad tranſitus ſui horam, prout infra patebit latius in Legenda. Quod infimam ſe reputaverit ceteris, ſatis eſt in proximo declaratum, ut æſtimo: ſed ut omnem de mente tua removeam ſcrupulum, ſcire te volo, quod aliquando ego ab ipſa petivi, qualiter fieri potuit, quod comite veritate, ipſa ſe cauſam omnium malorum quæ fiebant, computaret & fateretur. Quæ amplius ſuam concluſionem affirmans, dixit omnino ſic eſſe, & addidit: Nonne, ſi ego eſſem igne divini amoris perfecte accenſa, & Creatorem meum ignita mente orarem, ipſe qui totus miſericors eſt, faceret omnibus iſtis miſericordiam, & concederet quod de igne qui in me tunc foret, omnes accenderentur? Et quid eſt illud quod impedit tantum bonum? certe non niſi peccata mea. Quia defectus non poteſt eſſe â Creatore, in quo nullus cadit defectus: oportet igitur quod ſit ex me & à me. Super hoc autem, quando conſidero quot & quantas gratias mihi tam miſericorditer eſt largitus, ut talis efficerer, ſicut dixi; & tamen propter iniquitates meas ego talis non ſum, quod mihi ſatis clare oſtenditur in malis quæ video; iraſcor contra meipſam, & ploro peccata mea, quia
B non propter hoc deſpero, ſed ſemper amplius ſpero, ut parcat mihi & eis.

14 Hæc eſt illa locuta mihi maximo cum fervore: ego autem admirans novum modum humilitatis & caritatis ſimul ſervandæ perfecte, cum etiam videretur peccata notoria proximorum imputare ſibi, licet aliquæ mihi replicationes occurrerent, ſilere malui, quam aliquid amplius replicare coram tanta magiſtra virtutum. Advertique, ac nunc diſſerendo magis adverto, humilitatem, fidem, ſpem, & reginam omnium caritatem, in hoc uno actu mirabiliter & excellenter concatenatas: humilitas enim faciebat, ut mala proximorum ſibimet imputaret modo mirabili, & non illos contemneret: fides oſtendebat ei, quam benignus & miſericors eſſet Dominus & præſtabilis ſuper malitia peccatorum, ac etiam quam fructuoſus ſit ignis habitans in mentibus ſervorum Dei: ſpes confortabat eam, ut non obſtantibus tot & tantis peccatis, confidens ad miſericordiam implorandam accederet, tam pro ſe quam pro aliis. Et hæc omnia operabatur illa, quæ numquam excidit, caritas. Cum hoc erat ibi perfecta peccatorum contritio, ſimul & ſatisfactio cum lacrymis cordis & corporis: zeluſque animarum eximius, & ſolicitudo ſuperlaudabilis de univerſorum ſalute. Quid in præſentiarum tibi videtur, ô bone lector? Nonne in primo tibi adducto hujus ſanctæ virginis
C opere, catenam virtutum adſpicis grandem valde? Nunquid non clare nunc cernis, juſte vocatum fuiſſe nomen ejus catenam ſeu Catherinam; proprieque de ipſa in themate noſtro dictum, quod habebat catenam magnam in manu ſua? Sane quia duplicem ipſam diximus habuiſſe catenam, virtutum ſcilicet & fidelium animarum, ex quibus conſtat Eccleſia, quas ambas geſtabat in mente cum magna perfectione; forſitan tibi non videtur oſtenſum fuiſſe niſi de una, cum tamen, ſi adverteris, de utraque ſit tactum.

tum fidei, ſpei & caritatis,

15 Verum ad clariorem eorum quæ dicuntur oſtenſionem, ſcire debes cum tantus erat ardor amoris, quem ad quemlibet fidelium, & multo plus ad univerſorum congregationem, geſtabat in animo; quod omnes cogitationes, locutiones, actus & tota ipſius vita pariter & intentio, nihil aliud reſonabant aut ſapiebant, niſi proximi compaſſionem & caritatem. Quis, obſecro ſufficienter poſſit recitare eleemoſynas, quas largiebatur pauperibus; obſequium, quod impendebat infirmis; devotionis & confidentiæ ſolatium, quo morientes conſolabatur pariter & fovebat? Quis iterum poſſit numerare afflictorum conſolationes, peccatorum converſiones, juſtorum D confirmationes, malorum ſupportationes, omniumque ad ſe venientium caritativas attractiones, quibus ſimul & diviſim proximorum ſalutem efficaciſſime procurabat? Quis rurſus queat inveſtigare fluvios lacrymarum, viſceroſa ſuſpiria, orationis inſtantiam, ſingultuoſos gemitus, quibus ſine intermiſſione die noctuque apud Sponſum ſuum, non abſque ſudoribus incredibilibus, laborabat, ut finem ſalutiferum ſingulis impetraret? In cujus rei teſtimonium audita eſt aliquando à pluribus teſtibus, dum eſſet in ecſtaſi, ex abundantia ſpiritus linguam corpoream movendo ſuum Sponſum ſilenter affari & dicere: Nunquid, Domine, potero eſſe contenta, ſi quiſquam ex his qui ad imaginem & ſimilitudinem tuam creati ſunt, ſicut ego, pereat & de manibus meis auferatur? Ego nec unum ex fratribus meis volo quomodolibet perdi, qui tam naturæ quam gratiæ ſunt mihi nativitate conjuncti. Et hoſtis antiquus, volo quod omnes amittat; tu autem lucreris omnes, ad laudem & gloriam nominis tui majorem. Melius enim mihi eſſet, quod omnes ſalvarentur, & ego ſola, ſalva ſemper tua caritate, ſuſtinerem pœnas inferni; quam ſi ego eſſem in paradiſo, & ipſi omnes damnati perirent: quia major honor & gloria nominis tui erit, ſi primum accidat quam ſecundum. Reſponſumque ei eſt à Domino, prout ſecrete mihi confeſſa eſt: Caritas in inferno ſtare non poteſt, deſtrueret enim eum totaliter: facilius foret infernum deſtrui, quam quod caritas ſtaret cum eo. At illa: Ubi tua veritas & juſtitia paterentur, omnino vellem ipſum eſſe deſtructum, vel ſaltem quod amplius ad ipſum nulla deſcenderet anima. Et ſi, ſalva unione caritatis tuæ, ſuper os inferni ego poneret ad claudendum, quod illuc amplius nullus ingrederetur; gratiſſimum mihi eſſet, ut ſic omnes mei proximi ſalvarentur.

E

pro quarum ſalute æternis pœnis ſe offerebat,

16 Ex his potes, lector, patenter elicere, ſi non fallor, quod iſtis Deo gratis catenis duabus aureis, hæc virgo in mente circumdata & ornata erat feliciter & perfecte; nec eſt mihi fas omnia particulariter enarrare, ne convertam prologum in tractatum. Sufficit ad te reddendum benevolum & attentum, in genere tibi ruditer, ſed veraciter, ejus excellentias expreſſiſſe. Scire tamen te cupio, quod ſi mecum vidiſſes & audiſſes quæ ipſe vidi & audivi, adſpexiſſes mentalibus oculis imitatricem humilitatis & puritatis virginis glorioſæ, aſperitatis & paupertatis Joannis Baptiſtæ, pœnitentiæ ac paupertatis Mariæ Magdalenæ, veritatis & ſanctitatis Joannis Euangeliſtæ. Vidiſſes ſiquidem in fide Petrum, in ſpe Stephanum, in caritatis ſapientia Paulum, in patientia Job, in longanimitate Noë, in obedientia Abraham, in manſuetudine Moyſen, in zelo Eliam, in miraculis Heliſeum. Cum Jacob ſiquidem contemplabatur, cum Joſeph prædicabat futura, cum Daniele revelabat myſteria, cum David confitebatur die noctuque Altiſſimo. Non excedo, dum ſic loquor, lector cariſſime, non excedo. Infra, dum legendo ſpecifice invenies, quæ hic breviter dicuntur in genere, videbis nullum exceſſum hic poſitum. Enimvero imitari & ipſum Salvatorem & ejus glorioſam Genitricem, in quolibet Sanctorum invenire non eſt difficile: nec eſt excedere, hoc referre. Non enim adæquat, qui ſuo modulo imitatur: nec in imitante requiritur neceſſario perfectio ſeu plenitudo ejus, quem imitatur. Unde Doctor gentium, proprios provocans ad acquirendum perfectionem Chriſtianam diſcipulos, inquiebat: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. In quibus verbis, ſi bene advertitur, non tantum ad ſui, ſed etiam ad Chriſti Jeſu imitationem, cunctos fideles invitat. Quod ſcilicet dixi:

F

& propter imitationem Sanctorum

Fidelium autem propter zelum animarũ,

Phil. 3, 17

A dixi: Vidiſſes in fide Petrum &c. nullum noveris inconveniens inde ſequi. In fide enim veraciter Petrus dici poteſt, quicumque perfecte poſſidet mentaliter fidem Chriſti, & ſic de aliis. Quamvis in noſtro propoſito, Deo duce, infra percipies, virtutes præfatas atque combinatas cum Sanctis ſuperius nominatis, tam novo & tam perfecto modo per hanc virginem ſacram poſſeſſas mentaliter, quod omnis de hoc dicto admiratio, forſitan prius generata, de mente tua ceſſabit.

17 Sufficit quod duplex fuit tibi catena oſtenſa, quarum qualibet ſatanas alligatur, quas habebat in manu ſua, hic Angelus virginalis: qui per unam, ſcilicet virtutum catenam, cœlum aſcendens; propter alterius catenæ, fidelium ſcilicet, operandam ſalutem, deſcendebat de cœlo. Ex duabus his catenis nullum mirum, ſi captivus redditur ſatanas, prout Joannes ſubjungit: quia nulli docto Theologo dubium eſt, quod regnum ſatanæ tantum eſt & non plus, quantum vitioſi homines voluntarie ſibi tradunt. Nuſquam namque, ſua culpa damnatus & propria detentus damnatione, regnare poſſet ſua virtute, niſi alterius vitium malorum mentes perverſæ ipſius voluntatis imperio ſubjugaret. Unde ſcriptum eſt, quod ipſe rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ: à ſuperbia ſiquidem ſunt generati, ſuper quos ipſe regnat, quia nequaquam regnare poſſet, niſi prius per ſuperbiam voluntas perverteretur. Regnum ergo ejus non eſt ex virtute propria, ſed ex alterius vitio: ſicut autem regnum ipſius ex alterius, non ex ſua mente, dependet; ſic proculdubio regni ejuſdem deſtructio magis in aliorum mentibus, quam in ſua, fundatur: quapropter cuilibet vere volenti eſt facile, quantum ad ſe, deſtruere regnum ejus. Et dico volentem hic, quem gratia, quæ per Jeſum Chriſtum data eſt, facit volentem. Unde & ipſe Magiſter & Dominus, cum pro culpa noſtra delenda, & pro ſua gratia in nos infundenda, ſe ad paſſionem & mortem videret appropinquare, dicebat diſcipulis pariter & Judæis: Nunc judicium eſt mundi, nunc Princeps hujus mundi ejicietur foras: quia ſcilicet adveniente gratia, quam ex illa paſſione meruimus, voluntates hominum factæ mediante gratia virtuoſæ, regnum erant ſatanæ penitus deſtructuræ, ipſumque de ſuis habitaculis ejecturæ.

18 Porro ſicut mediante gratia per virtutes ejicitur, ſic per eaſdem idem ſatanas alligatur. Anima quippe fidelis, in qua gratia reſidet, efficitur quotidie per augmentum meriti ſimul & gratiæ ſeipſa robuſtior & ſancta, cum de manu fortis ſatanam adverſantem, non ſolum ejicit, ſed alligat pariter & occidit. Tanta namque gratia infunditur quandoque mentibus fidelium quorumdam, quod non ſolum de propriis mentibus, ſed de alienis ejiciunt ſatanam: & non tantum ejiciunt, ſed precibus & meritis ſuis obtinent à Domino, quod ſatanas alligetur, ut ſcilicet non plus moleſtiæ poſſit inferre his à quibus ejectus eſt, quam expediat ipſorum ſaluti. Hinc rurſus talibus quandoque datur à Domino tanta virtus, quod etiam de obſeſſorum corporibus dæmones ipſorum expellant: non quod magis ſit de corpore expellere quam de anima, ſed in conſpectu hominum magis apparet corporalis curatio, quam mentalis: & Dominus ſanctitatem talium ſibi notam, cum in virtutum perfectione ſuperabundat, vult etiam coram oculis hominum demonſtrare, ut honor ſuus & ſalus hominum inde amplius augmentetur.

19 Nunc ergo ad hoc, unde cœpimus, redeamus. Hæc ſacra virgo, cujus geſta narrare intendimus, dante Deo catenam virtutum perfectiſſime poſſidens, catenamque animarum fidelium perfectiſſimæ caritatis vinculo ſecum ligans, utraque ſatanam ligabat: Cum prima poteſtatem ejus annihilans, ne poſſet aliquid ſupra ſe; cum ſecunda vero, ne poſſet aliquid nocere fidelibus, & potiſſime his, quos ipſa in Chriſto genuerat, quantum cupit, ſicut infra luce clarius concedente Altiſſimo, patefiet. Vere igitur & proprie dictum erat, quando dicebam cum Euangeliſta Joanne ſuperius: Vidi Angelum deſcendentem de cælo, habentem clavem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua. Addiditque, Et apprehendit draconem, qui vocatur diabolus & ſatanas, & ligavit eos per annos mille. Hic amplius non inſto, ne diutius protraham: ſed obſecro, lector, nota, & Deo duce videbis inferius, qualiter hæc omnia verba verificabuntur de hac ſuperlaudabili virgine, potiſſime ſi principium ejus curſus, medium, & finem adverteris diligenter. Hæc igitur quantum Dominus docere dignatus eſt, ſint pro voce ſpiritualis Aquilæ ad noſtrum propoſitum concludenda. Nunc ad narrandum geſta hujus ſacræ virginis procedamus.

Auctore RAYMUNDO CONFESSARIO

Hac duplici catena tenebat adſtrictum dæmonem

Iob. 41, 2

Joa. 12, 31

quem etiã ſæpe ejiciebat:

adeo ut ipſa etiam Angelo Apocalyptico poſſit comparari:

ANNOTATA

a Joannes Euangeliſta, *paſim comparatus* Aquilæ, *uni ex quatuor myſticis animalibus, propter ſui Euangelii ſublimitatem.*

b Sena vetus, civitas Virginis, *antiquo appellata titulo, ſacram eidem habet ædem Metropolitanam: creditur que jam inde à tempore Conſtantini Magni, eidem dedicaſſe templum Minervæ, quod ipſo in loco magnificæ hujus baſilicæ ſteterat.*

c *Hæc erat ſeculi iſtius inſcitia.* Καθὸ enim Græce, *præpoſitio eſt, idem valens quod* ſecundum: κατ' ὅλον, ſecundum univerſum, *unde* Catholicus *dicitur, qui ſecundum univerſæ eccleſiæ ſenſum credit & docet. Ceterum Græci Sanctam Martyrem, à cujus intuitu & veneratione nomen iſtud commune factum eſt pluribus,* Αἰκατερίνην *appellant, in antiquis MSS. Latinis* Ecatherina *legitur: nec facile nominis ſic ſcripti veram reddere etymologiam ex Græco poſſis.*

d *Addebantur hæc verba*, contemptum proximi perfeciſſe contemnebat, *quæ tantiſper expunximus, donec occurrat lectio ſanior.*

ALTER PROLOGUS.

20 DIxit David filius Iſai, dixit vir cui conſtitutum eſt de Chriſto Dei Iacob, egregius Pſalmiſta Iſrael, ut habetur ſecundo Regum viceſimo tertio capite, Dixit, inquam, in Pſalmo, in quo introducit primogenitum in orbem terrarum, Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur, laudabit Dominum. Et ſanctus Iob dum ſanctam reſurrectionem prophetare intenderet, exclamabat: Quis mihi tribuat, ut ſcribantur ſermones mei? quis mihi det, ut exarentur in libro ſtylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte ſculpantur in ſilice? Ex quibus verbis ſacrarum Scripturarum intellector clare poteſt percipere, quod illa quæ cedunt in divini nominis honorem & laudem, ac in veram & communem utilitatem omnium hominum, non ſufficit ſi loco & tempore præſentibus revelantur aut recitantur: ſed ut omnibus nota ſint, tam præſentibus quam futuris, ſcripturæ ſunt commendanda. Et quia juxta Salomonis ſententiam: Generatio præterit, & generatio advenit; indignum foret, ſi generatio tantum una perciperet quod omnibus eſt ſalubre; ac inſuper ſi divinæ ſapientiæ opera, quæ debent perpetuo collaudari, brevi temporis curſu commendarentur tantummodo. Hinc motus eſt Moyſes ad ſcribendum creationis principium, & geſta Patrum primorum & noviſſi-

Pſ. 138, 16

Iob. 19, 23

Hæc vita cur ſcripta ſit

Eccle. 1, 4

NUCT. SAP. MUNDO CONFESS. novissimorum usque ad sua tempora exclusive. Hinc Samuel, hinc Esdras, ceterique Prophetæ sacras historias conscripsere, propheticaque dicta scripturæ diligenter commendavere. Hinc & ipsi sancti Euangelistæ, qui, quantum ad dignitatem, inter Historiographos obtinent primum locum, non tantum prædicare, sed Euangelium scribere meruerunt. Hinc etiam uni eorum vox magna dixit: Quod vides, scribe in libro.

Apoc. 1, 11 21 Hinc igitur & ego frater Raymundus de Capua, in seculo dictus de Vineis, Ordinis Fratrum Prædicatorum humilis magister & servus, ex mirabilibus quæ vidi pariter & audivi, rationabiliter imo necessario motus, gesta cujusdam sacræ virginis, Catherinæ nomine, de civitate Senensi in regione Tusciæ ortæ, miranda simul & imitanda, quæ voce prædicavi, scripturæ commendare decrevi; ut secula non tantum præsentia, sed etiam futura, perceptis his virtutibus admirandis, quæ magnus & super laudabilis Dominus operatus est in hac virgine, tunc gratiosa, sed nunc indubitantissime gloriosa, laudent ipsum in Sanctis & in virtutibus ejus, ac benedicant secundum multitudinem magnitudinis ejus; simulque accendantur ad eum
B totis viribus super omnia diligendum, eique soli tam interius quam exterius serviendum, necnon &
qua fide? in servitio ejus usque in finem constantissime permanendum. Protestor autem cuilibet qui leget hunc librum, quod teste ipsa Veritate, quæ nec fallit nec fallitur, nihil fictum, nihil adinventum inseritur in eo; nec, saltem in substantia rei gestæ, quantum mea fragilitas investigare potuit, quomodolibet falsum. Ut autem fides adhibeatur his quæ dicentur præstantior, in quolibet Capitulo ponam, unde ac qualiter habui ea quæ narro; & videat quilibet, unde hausi, quæ pro animabus potandis in hoc libello propino. Verum ut in Trinitatis nomine cuncta fiant, in tres partes hunc librum divisi pro indagatione agiliori. Prima pars continebit ortum & infantiam ejus ac puellarem ætatem, quousque fuit à domino desponsata inclusive: secunda
quo ordine? pars continebit tempus conversationis ejus, à desponsatione usque ad transitum ejus: tertia vero pars ultimum finem ejus, cum aliquali tempore præcedente ac miraculis, quæ acciderunt tunc & post obitum ejus, quibusdam, non omnibus: quia nimis magnum oporteret volumen conficere,
C nec posset nostris temporibus terminari. Deinde liber divinæ doctrinæ illius sive Relationum dialogi cum XXI orationibus ipsius. Sicque concedente Deo, terminabitur totum opus, ad laudem Trinitatis excelsæ, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

DISTRIBUTIO PARTIUM

Quid hic omissum? 22 *Quæ hic ad finem promittuntur, quia ad historiam nihil faciunt, poterunt in editione Colonienſi requiri: hic ſolum noto, inter dictas orationes, unam eſſe numero decimam ſextam, cui in editione Brixienſi anni* MCCCCXCVI *aſſuta eſt clauſula, prorſus ad præcedentia impertinens & ſtyli differentis, qua fingitur S. Catharina de Virginis Deiparæ Conceptione loqui ad Patrem æternum, eique dicere, quod ea conceptio fuerit maculata ut ceterorum hominum; ſic tamen ut mox ſuperveniens gratia maculam abſterſerit. Aſt in hac Colonienſi, quæ deſumpta eſt ex ipſo Fr. Raymundi autographo, Maurbaci in Auſtria apud Patres Carthuſianos aſſervato, adeoque nulli ſuſpicioni interpolationum tam turpium obnoxio, tale nihil reperitur. Ipſum vero figmentum, utrique ſanctiſſimæ Virgini injurioſiſſimum, eo dumtaxat eſſe excogitatum à Vincentio Bandello de Caſtro-novo, ut opinan-*
D *tur quidam, certe ab aliquo pertinaci immaculatæ Conceptionis obtrectatore, ut auctoritati revelationis de eadem ad D. Brigittam factæ ſimilis auctoritas opponi videretur; oſtendit egregius quidam Sacerdos Parthenophilus, editis ad honorem Mariæ Virginis operibus clariſſimus, pro ejuſque integerrima puritate pugil invictus, non ſolum ſcribendo ſed etiam patiendo probatus; idque in libello, cui titulus,* Vindiciæ S. Catharinæ Senensis, à commentitia revelatione, eidem afficta contra Immaculatam Conceptionem B. Mariæ, *excuſo Lovanii anno 1663; ubi licebit inaniſſimi commenti vanitatem multimodis redargutam legere. Nunc Vitam hanc in Capita nobis congrua diviſuri, hic ſubter repreſentamus titulos, in quos ipſe Raymundus ſui hujus operis partes ſingulas ſubdiviſit.*

PRIMA PARS.

In qua tractatur de ejus progenie, & de his quæ contigerunt erga ipſam antequam exiret in publicum.

Cap. I. De parentibus ejus & ipsorum conditione.

II De ortu ac infantia ejus, & mirabilibus quæ in ipsa sunt ostensa.

III De voto virginitatis per eam emisso, & de his quæ contigerunt usque ad ætatem nubilem exclusive.

IV De fervoris remissione, quam pro augmento gratiæ E
Deus permisit: & de forti patientia, qua multas injurias in domo propria pertulit propter Christum.

V De victoria quam habuit contra persequentes, tam per columbam quam vidit pater ejus, quam per visionem B. Dominici.

VI De austeritate pœnitentiæ ejus; & de persecutione, quam propter hoc passa est à propria genitrice.

VII De ultima victoria, quam habuit in balneo: & qualiter suscepit habitum B. Dominici diu desideratum

VIII De origine ac fundamento religiosi status Sororum de Pœnitentiæ B. Dominici, & unde processit modus vivendi earum.

IX De mirabili ejus profectu, & quod huic Virgini credenda sunt cuncta, quæ de gratiis sibi factis à Domino suis Confessoribus recitabat.

X De doctrina notabili, quam Dominus in principio ei dedit: & de aliis doctrinis, in quibus ipsa vitam suam fundavit.

XI De mirabili victoria tentationem, per quamdam aliam doctrinam ei à Salvatore datam; & inaudita familiaritate, quam habuit cum ipso Domino Salvatore.

XII De mirabili desponsatione ejus, qua fuit à Domino desponsata per annulum in fide.

SECUNDA PARS.

De conversatione S. Catharinæ cum hominibus: & qualiter ostensa sunt mundo dona, quæ acceperat in secreta clausura. F

Cap. I. Qualiter Dominus mandavit, quod inciperet cum hominibus conversari.

II De mirabilibus actibus, quos exercuit; & de miraculis, quæ contigerunt in principio conversationis ejus cum hominibus.

III De miris quæ gessit subveniendo necessitatibus egenorum.

IV De mirabilibus factis, quæ fecit serviens necessitatibus infirmorum:

V De singulari modo vivendi, & qualiter refelluntur murmuratores de jejunio hujus sacræ Virginis.

VI De mirabilibus excessibus mentis ejus, & magnis revelationibus, ei factis à Domino.

VII De quibusdam miraculis, operatis divinitus per hanc almam Virginem, circa salutem animarum.

VIII De qnibusdam miraculis, circa corporum humanorum vitam vel sanitatem, per sacram Virginem actis, dum ageret in humanis.

IX De miraculis per hanc Virginem operatis, circa liberationem obsessorum à dæmonibus.

X De dono prophetiæ, quo hæc Virgo vigebat: & quomodo per illud plures liberavit à periculis utriusque hominis.

XI De miraculis, quæ Dominus per sacram Virginem operatus est in rebus inanimatis.

XII De

A xi De hujus ſacræ Virginis frequenti Communionis ſumptione : ac de miraculis quæ fecit ei dominus, tam circa Venerabile Sacramentum, quam circa Reliquias Sanctorum.

Tertia Pars.

In qua recitatur obitus ſacræ hujus Virginis, & miracula poſt facta.

Cap. I. De teſtibus qui fuerunt præſentes in obitu ejus, & informaverunt auctorem, qui & quales fuerint.

II De his quæ contigerunt per annum cum dimidio ante obitum ſacræ Virginis : & de martyrio quod ſuſtinuit à dæmonibus, de quo tandem mortem incurrit temporalem.

III Qualiter hæc ſacra Virgo cupiebat diſſolvi & eſſe cum Chriſto, ut probatur per unam orationem, quam fecit & poſuit in fine libri, quem ipſa dictavit ; cujus libri epilogus una cum dicta oratione ponitur de verbo ad verbum in Latino, ſicut ipſa dixit in vulgari.

IV De tranſitu ejuſdem ſacræ virginis Catharinæ de Senis : & de ſermóne, quem ante tranſitum ſuum fecit filiis & filiabus, quos & quas in Chriſto genuerat tam in genere quam in ſpecie, ipſos omnes & ſingulos inſtruendo : & de viſione quæ in hora tranſitus ejus fuit oſtenſa cuidam matronæ feminæ.

B V De forti patientia, quam hæc ſacra Virgo in omnibus factis ſuis, à prima ætate uſque ad mortem incluſive, oſtendit manifeſte : per quam clare probatur ipſam dignam eſſe nomine ſanctitatis in Eccleſia Dei militante, ex quo tot glorioſis triumphis decoratur in Eccleſia triumphante. In quo Capitulo epilogatur quaſi quicquid dictum eſt ſupra propter faſtidioſos lectores : & ut ſiquis non poteſt totam Legendam habere, hoc Capitulo habito ſubſtantiam quaſi percipiat totius Legendæ.

VI De ſignis & miraculis quæ operatus eſt Dominus poſt obitum ſanctæ Virginis, tam ante ſepulturam ejus quam poſt : videlicet de illis quæ ſciri potuerunt per me, quia multa ſunt facta, quæ non fuerunt notata.

PARTIS PRIMÆ

CAPUT I.

Natales S. Catharinæ, pueritia pie traducta, Chriſtus ſpectatus, ſolitudo petita, votum virginitatis emiſſum.

Iacobo Benencaſa CAP. I C

23 FUit vir unus in civitate Senenſi regionis Tuſciæ, nomine Jacobus, cujus pater vocatus eſt more illius patriæ vulgariter, Benencaſa : & erat vir ille ſimplex & abſque dolo & fraude, ac timens Deum, recedenſque à malo. Hic orbatus parentibus, uxorem accepit de civitate ſua, nomine Lapam *a*, feminam ſiquidem omnino alienam à quacumque malitia hominum modernorum, quamvis in factis domeſticis & familiæ ſatis ſolertem, prout manifeſtum eſt omnibus noſcentibus eam, cum adhuc vivat in corpore. Hi ſic matrimonialiter conjuncti, & in ſimplicitate uniti, quamvis plebeji, rebus tamen temporalibus juxta conditionem propriam abundabant, & de ſatis laudabili populariorum genere orti erant. Benedixitque dominus Lapam, & fœcunditate ipſam adimplens, tamquam abundantem vitem conſtituit in lateribus domus Jacobi viri ſui : nam quaſi omni anno filium aut filiam pariebat, & ſæpe gemellos aut gemellas concipit & peperit Jacobo ſupradicto. *suorum Lapa habenti,*

24 Cujus quidem Jacobi ſingulares laudes non arbitror juſtum omittere, ex quo, ut pie creditur, jam ad portum pervenit felicitatis æternæ. Refert etenim mihi præfata Lapa, quod, tantæ fuit æquanimitatis, & ita moderatus in verbo, quod quacumque occaſione data turbationis ſeu tribulationis, numquam verborum exceſſus procedebat ex ore ejus : imo quando ceteros de familia ſua amaricatos videbat & amara verba proferre, mox conſolabatur quemlibet hilari vultu, dicens : Eia, ut bene ſit tibi, non turberis, non loquaris talia, quæ non decent nos loqui. Addiditque dicta Lapa, dum ſemel quidam ejus concivis, contra omne debitum juſtitiæ malitioſe opprimeret eum, petendo maximam ſummam quam nulla ratione debebat ; & amicorum potentia calumniisque ſimplicem virum adeo ſupplantando vexaret, quod deduxerat eum quaſi ad perditionem omnium bonorum ſuorum ; numquam tamen potuit ſuſtinere, quod coram ipſo quiſquam calumniatori ſuo detraheret aut malediceret quoquo modo ; imo ipſam Lapam illi maledicentem, redarguebat, dulciter dicens ; Sine, cariſſima, ut bene ſit tibi, ſine eum ; Deus oſtendet illi errorem ſuum, & erit defenſor noſter. Quod poſtmodum rei probavit eventus. Nam quaſi miraculoſe manifeſtata eſt veritas : & ille pœna docente didicit, quantum erraverat ex perſecutione injuſta. *auctrat. mvndo confess. viro mansueto* E

25 Hæc præfata Lapa retulit mihi ſerioſe, cui omnem idcirca fidem adhibeo quia prout omnibus conſtat noſcentibus eam, tantæ ſimplicitatis eſt adhuc octogenaria, quod etiam ſi vellet, neſciret talia mendacia fingere. Quamvis etiam omnium, qui noverunt dictum Jacobum, commune teſtimonium ſit, ipſum fuiſſe virum ſimplicem, rectum, recedentemque à malo. Denique tanta erat hujus patrisfamilias modeſtia in loquendo, quod familia tota, & potiſſime feminei ſexus, in ſchola ejus edocta, nec loqui, nec audire poterat ſermones indecentes & inhoneſtos. Unde cum quædam ejus filia, vocata Bonaventura, de qua infra mentio fit, nupſiſſet cuidam juveni, Nicolao vocato, civitatis ejuſdem ; qui parentibus carens, juvenum coætaneorum ſuorum converſationem habebat ; illique, ſicut effrænes in lingua, ſæpius inhoneſta verba proferebant, & ipſe cum eis ; Bonaventura tantam inde concepit triſtitiam, quod languorem incurrit, ita ut quaſi ad ſenſum quotidie amplius macilenta efficeretur & debilis. Cujus ægritudinis cauſam cum vir poſt aliquot dies ab ipſa requireret, ſerioſe illa reſpondit : Ego in domo patris mei talia verba non conſuevi audire, qualia hic quotidie audio, nec ſum ſic à parentibus meis nutrita. Unde ſcias pro certo, quod ſi talis inhoneſtas loquelæ non auferatur de domo iſta, in brevi videbis me defunctam. Quod ille percipiens & admirans, ædificatus melius tam de parentibus quam de filia ejus conjuge ; prohibuit ſodalibus ſuis, ne amplius coram ipſa talia loquerentur : quod & factum eſt : ſicque modeſtia & honeſtas domus Jacobi ſæpe fati, immoderantiam & inhoneſtatem domus Nicolai generi ſui correxit. Porro dictus Jacobus artem exercebat componendi ſeu faciendi colores, quibus panni lanei ſeu lanæ tinguntur. Unde tam ipſe quam filii ejus, patria in illa tinctores vocabantur. Unde nimis mirabiliter factum eſt, quod filia tinctoris, efficeretur ſponſa cœleſtis Imperatoris, prout ipſo præſtante, patebit infra. Hæc autē quæ in hoc Capitulo retuli, *omnis obſcœnitatis oſors,* F *& liberos caſte educanti,* *conditionis tinctori,*

AUCT. RAYMUNDO CONFESS.

retuli, partim fere illi soli civitati, aut magnæ ipsius parti sunt nota, partim habui ab ipsa sacra virgine, & à dicta Lapa ipsius genitrice, quàm à pluribus religiosis & secularibus, qui fuerunt vicini, noti vel consanguinei Jacobi prædicti.

CAP. II *gemellanas- suntur:*

26 Cum prædicta Lapa, quasi apis fructuosa, frequenter pariendo, filiis ac filiabus alveum viri sui Jacobi adimpleret, prout superius dictum est: accidit superna dispensatione, ipsam concipere, circa finem temporis *b* partus sui, & parere prolem geminam seu gemellam, quam oportebat ex prædestinatione æterna coram divinis aspectibus præsentari, prout rei probavit eventus. Peperit ergo filias duas, sexu fragiles, sed fragiliores, ut tunc apparebat, corporis robore; sed tamen firmas in supernæ majestatis conspectu. Has ut aspexit diligentius ipsa, quæ partum ediderat; considerans se non posse ambabus in lactis nutrimento sufficere, deliberavit alteram alteri nutrici committere, alteram vero alendam proprio lacte retinere. Domini autem nutu factum est, ut illam apud se nutriendam eligeret, quam Dominus in sponsam elegerat ab æterno. Accepta igitur sacri baptismatis gratia per utramque, quamvis ambæ forent de numero electorum, prælecta tamen vocata est Catharina, reliqua vero Joanna est dicta. Hæc ultima, quia cum gratia baptismi gratiæ nomen acceperat, in illa gratia evolavit ad cœlum; in brevi namque de medio sublata est; Catharina proprie genitricis ad ubera remanente, ut tandem catenam ad cœlum traheret animarum. Porro Lapa tanto diligentius remanentem filiam enutrivit, quanto præ sorore defuncta electam solam apud se remansisse considerabat: sicque factum est, ut ipsa mihi sæpe retulit, quod super omnes filios & filias hanc dilexit. Narrabat siquidem, quod propter frequentes conceptiones, nullum ex filiis potuerat proprio lacte nutrire: hanc autem ideo usque ad finem nutrivit, quia quousq; tempus nutrimenti ejus completum est, non est conceptio subsecuta, ut videlicet in illa filia inducias pariendi haberet, & ad finem partus appropinquaret, quæ finem omnis perfectionis deberet attingere simul & adipisci, quasi fuerit terminata. Constat namque, id quod per agentem primo intenditur, executioni operis ultimo demandari. Lapa vero hæc, post editam Catharinam, semel tantummodo peperit quamdam Joannam; quæ defunctam Catherinæ sociam suscitavit, & finis impositus est partui ejus, postquam viginti quinque pepererat.

b

Lactatur ab ipsa matre

27 Educata igitur hac Deo dicata puella, & post lac panis cibo assumpto; dum per semetipsam jam ambularet, tam grata cœpit esse cunctis eam videntibus, & tam prudentia verba proferre, quod mater vix poterat eam tenere in domo. Rapiebat enim eam unusquisque vicinorum & consanguineorum, & ad domum propriam ducebant, ut audirent prudentula verba ejus, & gratissimæ ejus infantilis lætitiæ consortio fruerentur: ita ut ex quadam lætitia excessivi solatii, proprium nomen ei auferrent, & non Catharinam, sed Euphrosynam *c* vocarent, quo instinctu, ignoro. Sed ipsa quandoque postmodum reputavit, ut infra patebit, mysterium; quando scilicet S. Euphrosinam proposuit imitari. Ego autem puto, quod infans hæc in suis locutionibus infantilibus utebatur quandoq; quibusdam vocabulis, quæ appropinquabant vel concordabant cum hoc vocabulo Euphrosyna, & idcirco quasi ejus verbula repetentes, ipsam sic nominabant; quidquid tamen fuerit, aperiendo quod jam in infantula germinabat, quod fructificavit postmodum in adulta. Sapientia siquidem & prudentia sermonum ejus, necnon & dulcedo sanctæ conversationis ejus, non posset nec lingua nec calamo facile recitari; soli, qui experti sunt, hoc noverunt. Et ex abundantia cordis hoc sum coactus hic inserere, quod habebat nescio quid energiæ, non tantum vivæ vocis actus ipsius, sed & conversationis convictus; quo mentes hominum adeo trahebantur ad bonum & delectabantur in Deo, quod omnes excludebantur tristitiæ de cordibus conversantium cum ea; sed & omne mentale tædium pellebatur, omnisq; memoria cujuscumque recedebat angustiæ, ex quo sequebatur tanta & tam inusitata mentis pacatio, quod quilibet de seipso admirans, gaudebat novo modo gaudendi, mentaliterque clamabat, Bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula permansura. Nec mirum, quia indubie ille invisibiliter ibi erat latens sub pectore sponsæ suæ, qui transfiguratus in monte, Petrum coegit ad verba similia exclamandum.

quarum altera B. Catharina

B

c

Ob infantilem hilaritatem cognominatur Euphrosyna

D

28 Porro redeundo ad id unde sermo digrediens inchoavit; infantula hæc crescebat & confortabatur, Spiritu sancto & divina sapientia cito implenda. Cumque quinquennium peregisset vel circiter, edocta salutationem Angelicam Virginis gloriosæ ipsam repetebat frequentius; & cælitus inspirata, cœpit ascendendo seu descendendo per gradus, ad quemlibet gradum flexo geniculo, semel beatam Virginem salutare; prout ipsamet in secreto confessionis mihi, dum offerret se materia, est confessa: factumque est, ut quæ verba hominibus grata prius protulerat, nunc grata verba Deo inciperet frequentius & devote proferre, ac de visibilibus ad invisibilia scandere modo suo. His igitur devotis actibus taliter inchoatis & proficientibus omni die; voluit totius misericordiæ Dominus, devotionis ejus præludia quadam visione gratiosa & mirabili decorare, ut provocando ipsam ad charismata meliora simul ostenderet, in quam altam cedrum erat hæc plantula parva producenda, ac irrigatione sancti Spiritus promovenda.

salutatione Angelicam recitare solita

E

29 Contigit siquidem circa sextum suæ ætatis annum, puellam hanc una cum puero Stephano germano suo, qui eam ætate modica præcedebat; ire ad domum Bonaventuræ fororis ipsorum, de qua supra facta est mentio, quæ cuidam nupserat Nicolao; ut quippiam forsitan ex parte communis genitricis Lapæ deferrent vel dicerent, prout est moris matrum familias, nuptas filias visitare ac inquirere per se vel per alios, si cuncta sint prospera erga eas. Cumque peracto jussu, de domo dictæ fororis revertentes, ad propriam transirent per quemdam descensum, quæ vocabulo vulgi dicitur, Valle Piatta, puella sacra levatis oculis, ex opposito, videt, supra caput ecclesiæ Fratrum Prædicatorum, in aëre quemdam thalamum pulcherrimum, ornatum regaliter cum decore, in quo Salvator mundi dominus Jesus Christus in throno Imperiali sedebat, indutus Pontificalibus vestibus, habens in capite tiaram, seu monarchicam & papalem mitram: erantque cum eo Apostolorum principes Petrus & Paulus ac beatissimus Euangelista Joannes. Quod cum illa stupens intueretur, fixit pedes; & irreverberatis obtutibus Salvatorem suum aspiciebat utriusque hominis oculis amorose. At ille, qui ob hoc se tam mirabiliter ostendebat, ut misericorditer traheret amorem ejus ad se; majestatis oculos defigens in eam, amorosissime subridens, extenta dextera super eam, munus ei benedictionis suæ æternæ, facto signo saluti-feræ Crucis, juxta Prælatorum consuetudinem, contulit gratiose.

à Christo se spectabilem præbente

F

30 Cujus doni fuit adeo efficax gratia, quod mox mente rapta, & transformata in eum quem cum dilectione videbat; non modo itineris, sed quasi totaliter sui oblita, in via publica penes homines & animalia

benedicitur

A malia ſæpiſſime tranſeuntia, infans naturaliter pavida, oculis autem elevatis ac capite immobilis, permanebat: permanſiſſetque indeficienter haud dubium, niſi per alium coacta fuiſſet & tracta, donec viſio illa duraſſet. Verum dum hæc ſic agerentur à Domino, Stephanus puerulus germanus ejus, qui comitabatur, ipſa remanente, proceſſit in ſuo deſcenſu ſolus per aliquod ſpatium, putans illam venire poſt ſe: ſed cum poſt modicum advertiſſet, ipſam non ſequi nec eſſe propinquam; vertens ſe, vidit ſororem ſuam longe poſt fixo greſſu reſpicientem in altum; inge-
& in extaſi permanet: minatiſque vocibus clamans, vocabat eam. Porro nec illa reſpondente nec attendente ad ipſum, retroverſus & ad ipſam appropinquans, continuabat clamores. Sed cum nihil ſic quidquam proficeret, manibus traxit eam, dicens; Quid facis tu hic? Quare non venis? Illa vero quaſi de gravi ſomno evigilans, demiſſis parumper oculis, dixit: O ſi videres quæ video, ab hac tam dulci viſione me nullatenus excitans impedires. Et hæc dicens, oculos iterum reduxit in altum: ſed jam viſio illa diſparendo ex toto ceſſaverat, ſicut voluntas fuerat apparentis. Quod illa ferre non valens abſque doloris aculeo, lacrymis cœpit vindicare ſe de ſeipſa, dolens quod oculos demiſiſſet.

B 31 Ex illa autem hora cœpit parvula canescere,
geſta Sanctorũ divinitus diſcit: virtutum & morum maturitate ac ſenſu mirabili; ita ut actus ſui non pueriles, nec etiam juveniles, ſed venerandæ ſenectutis potius viderentur. Accenſus ſiquidem jam erat in corde ipſius ignis divini amoris, cujus virtute intellectus illuſtrabatur, voluntas fervebat, confortabatur memoria, & exteriores actus legis divinæ regulam in omnibus prætendebant. Prout enim mihi nimis indigno ipſa humiliter eſt confeſſa, in ſecreto illo tempore vitam & mores ſanctorum Patrum Ægyptiorum, necnon & geſta quorumdam Sanctorum, & potiſſime B. Dominici, nullo tradente hominum nullaque præcedente lectione, ſola ſancti Spiritus infuſione, didicit & cognovit: tantuſque menti ejus ardor inhæſerat, imitandi vitam eorum & actus, quod nihil aliud poterat cogitare. Hinc provenere in ſacra puella quamplurimæ novitates, quæ cunctos cernentes in admirationem ducebant. Quærebat enim latibula; & ſecrete quadam chordula ſuum corpuſculum flagellabat. Orationibus ac me-
cum æqualibus orationi & flagellationi vacat, C tationibus, jocis ex toto relictis, aſſidue intendebat. Taciturna, contra morem puerorum, efficiebatur quotidie amplius, & corporalem cibum minus ſolito capiebat; cujus oppoſitum in creſcentibus pueris ſolet accidere. Hoc exemplo quamplures puellæ ejus coætaneæ motæ, ad ipſam congregabantur, audire geſtientes ſalutifera verba ejus, & juxta ſuum modulum imitari ſancta opera ejus: unde & factum eſt, quod omnes illæ cum ea in quodam domus ejus loco ſecrete adunabantur, & cum ea pariter ſe flagellabant, ac juxta menſuram per ipſam impoſitam, orationem Dominicam ac ſalutationem Angelicam repetebant: quæ omnia, ut infra patebit, erant præſagia futurorum.

& per gradus ſcalarum mirabiliter ferũtur: 32 His virtuoſis actibus mirabilia Dei non defuere: nam prout mater ejus mihi ſæpius recitavit, & ipſa per me ſecreto requiſita negare non potuit, frequentiſſime, imo ut plurimum, aſcendendo & deſcendendo gradus domus paternæ, per aërem viſibiliter ducebatur, nec gradus ipſos pedibus contingebat; ita ut mater ipſa de caſu frequenter ſe afferat timuiſſe, videndo eam tam velociter gradientem. Hoc autem potiſſime accidebat, cum volebat fugere conſortium aliorum, & ſingulariter maſculorum. Puto vero, quæ quia (ut ſuperius dictum eſt) ipſa in principio delectari ſolebat dicere ſalutationem Angelicam, aſcendendo & deſcendendo ad quemlibet gradum, ideo ſingulariter in aſcenſu & deſcenſu graduum, hoc miraculum apparebat. AUCTRAT. MVNDO CONFESS.

33 Poſtremo, ut huic capitulo finem imponamus, quia (ut ſuperius dictum eſt) ex pura revelatione actus & vitam ſanctorum Patrum Ægyptiorum didicerat, ſumme accendebatur ad ipſos totis viribus imitandum: unde, ſicut ipſa mihi confeſſa eſt, in illa ætatula nimis ardenter eremum concupivit, nec poterat cogitare viam, per quam poſſet deſiderium ſuum adimplere. Quia enim non erat deſuper ordinatum ut in eremo habitaret, imbecillitati propriæ naturæ relinquebatur in hoc; nec valebat plus circa hoc cognoſcere, quam daret induſtria infantilis. Sicque factum eſt, quod deſiderio cum ætatis fragilitate pugnante, vicerit quidem deſiderium, ſed non obtinuerit perfectam victoriam. Nam ex vehementia deſiderii quodam mane cogitans eremum quærere, puerili providentia de unico ſibi tantum pane providit; vadenſque ſola uſque domum ſororis nuptæ, *deſerta urbe,* quæ portæ civitatis propinqua erat, ipſam portam, *d* quæ S. Anſani *d* dicitur, quod numquam alias fecerat, egreſſa eſt; indeque progrediens per cujuſdam deſcenſus declivum, nec adunatas ibi habitationes ſicut in civitate videns, putabat ſe jam eſſe deſerto propinquam. Cumque aliquantulum remotius proceſſiſſet, tandem quamdam ſpeluncam ſub rupe una reperit ſibi gratam: quam lætanter ingrediens, æſtimabat ſe optatam jam eremum inveniſſe. Ille, quem ſibi arridentem & ſe benedicentem aſpexerat longe prius, verorum deſideriorum ſanctorum acceptor Deus, quamvis non diſpoſuiſſet illam vitam duci de- *in ſpecu latens & terræ levatur,* bere per ſponſam ſuam, non tamen dimiſit actum illum abſque ſigno ſuæ gratæ acceptationis tranſire: nam mox ut cœpit orare ferventer, elevata eſt à terra paulatim in altum, & aſcendit tantum, quantum ſpeluncæ altitudo permiſit, ſicque ſtetit uſque ad horam nonam. Ipſa vero putabat, pro tunc hoc ſibi accidere ex inſidiis inimici, quaſi jam & orationem & eremi deſiderium vellet ſuis fraudibus impedire: propter quod conſtantius ac ferventius conabatur orare.

34 Demum circa horam, qua filius Dei poſitus in cruce noſtram conſummavit ſalutem, ſicut aſcendit, ſic deſcendit: & inſpirante Domino intellexit, tempus illud nondum affuiſſe; quodque ſuum corpuſculum pro Domino affligere oporteret, nec paternam domum ipſam relinquere vellet Dominus tali modo: qua ex cauſa, eodem quo fuerat ducta ſpiritu, retrocеſſit. Sed dum egreſſa fuiſſet, & ſe ſolam cerneret, ac viam fragilitati ſuæ nimis prolixam uſque ad portam civitatis aſpiceret; metuenſque quod parentes quaſi perditam æſtimarent, orans ſe Domino commendavit. Mox autem, ut ipſa cuidam *e* Lyſæ *e* cognatæ ſuæ retulit, brevi temporis ſpatio Dominus *& in urbem refertur,* eam per aera deferens, in portam civitatis abſque quacumque læſione depoſuit. Quæ feſtinans ad domum propriam eſt reverſa: ſed credentibus parentibus quod de domo ſororis nuptæ rediret, totum quod factum fuerat, manſit abſconditum, quouſque ipſa in provecta ætate poſita, hæc ſuis Confeſſoribus revelavit. De quorum numero, ultra mea merita, ego fui, vocatione noviſſimus ſimul & merito. Sane omnia quæ in hoc capitulo continentur, pro majori parte Lapa mater ejus me docuit. Pro aliqua autem parte, ſingulariterque pro hac parte extrema, ipſa ſancta virgo me informavit, & præfata Lyſa, ut dixi; quamvis de omnibus ſupradictis, præter ultimum, multiplex habuerim teſtimonium, tam primi Confeſſoris ſui, qui fuit nutritus à puero in domo parentum ipſius, quam etiam plurimarum matronarum fide dignarum, vicinarum & conſanguinearum eorumdem parentum virginis hujus ſanctæ.

AUCT. RAYMUNDO CONFESS. CAP. III

35 Tanta fuit (ut ſupra parumper eſt tactum) virtus & efficacia viſionis in præcedenti Capitulo recitatæ, quod mox totaliter de corde ſacræ infantis fuit omnis mundanus amor radicitus extirpatus, infixuſque in ejus mente amor ſanctus & unicus, unici filii Dei & virginis glorioſæ matris, Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quamobrem omnia reputabat ut ſtercora, dummodo ipſum tantum lucrifaceret Salvatorem. Cœpitque non niſi docente Spiritu ſancto intelligere, quod omnis puritas Creatori, mundo corde ſimul & corpore, *f* ſervari debuerat: propter quod ad puritatem virgineam toto cordis deſiderio anhelabat. Cogitavit igitur, & Deo revelante cognovit, quod ſacratiſſima Dei genitrix fuit prima, quæ adinvenit vitam virgineam, & quæ Deo ſuam vovit virginitatem. Unde cœpit ad ipſam recurſum habere ſuper hoc: & dum ſeptennium curreret, non quaſi ſeptennis, ſed quaſi ſeptuagenaria, mature ac diu deliberavit ſuper hujus voti emiſſione; orans continue ipſam Reginam Virginum ſimul & Angelorum, quatenus eam miſericorditer adjuvando, dignaretur ſibi à Domino impetrare perfectam ſpiritus ſui directionem, qua mediante faceret id quod gratius eſſet Domino, ac efficacius pro animæ ſuæ ſalute; proferens ſemper coram ea deſiderium ſuum, quo anxie affectabat vitam ducere Angelicam ſimul & virginalem. Fervebat quotidie amplius in corde puellæ canæ Sponſi æterni amor, ardenter ſtimulans mentem ejus, & ad cœleſtem vitam ſine ceſſatione invitans. Quod cum prudentiſſima puella ſapienter perpenderet, ſpiritum nolens extinguere, qui ſibi jam quod petierat, liberaliter per aſcenſionem deſiderii porrigebat; quadam die ſecretum eligens locum, in quo nullo audiente, poſſet etiam altius verba proferre; flexis utriuſque hominis genibus, ſic eſt beatam Virginem devotiſſime ac humiliter allocuta: O beatiſſima ac ſacratiſſima Virgo, quæ prima inter mulieres Domino virginitatem perpetuo devovens conſecraſti, à quo tam gratioſe facta es mater unigeniti Filii ejus; tuam ineffabilem pietatem exoro, ut meis meritis non attentis, nec exiguitate mea conſiderata, digneris mihi tantam gratiam facere, quod in ſponſum mihi des illum, quem totis animæ meæ viſceribus concupiſco, ſuperſacratiſſimum filium tuum, unicum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: & ego promitto ei & tibi, quod numquam alium ſponſum admittam, virginitatemque meam juxta meum modulum ſervabo ei perpetuo illibatam.

f *patrocinio B. V. implorato,* *virginitatem vovet,*

C 36 Perpendisne, lector, quam ordinate diſponebantur per illam Sapientiam, quæ cuncta fortiter ſuaviterque diſponit, hujus virginis ſacræ dona & opera virtuoſa? In ſexto ætatis ſuæ anno Sponſum ſuum etiam corporeis oculis intuens, benedictionem ab ipſo glorioſe accepit: in ſeptimo vero votum virginitatis emiſit. Primus numerus in perfectione præcedit *g* ceteros numeros: ſecundus vero, univerſitatis numerus ab omnibus Theologis appellatur. Quid igitur datur per hæc intelligi, niſi quod virtutum omnium perfectionem univerſalem hæc virgo erat à Domino receptura, & per conſequens perfectum culmen gloriæ poſſeſſura? Primus etenim dicit perfectionem; ſecundus univerſitatem: quid ergo ambo ſimul dicere poſſunt, niſi perfectionem univerſalem? Propter quod recte vocatum eſt nomen ejus Catharina, quod proprie univerſitatem ſignat, prout in prologo prius plenius tactum eſt. Sed oro, attendas etiam ordinem, quem tenuit in vovendo. Primo, petivit habere in ſponſum, quem diligebat anima ſua. Secundo, renuntiavit cuilibet alteri ſponſo, fidem illi promittens perpetuam. Numquid poterat hæc ejus petitio denegari? Adverte quam roget, pro quo roget, & qualiter roget. Rogat ſiquidem illam, quæ gratiarum liberalitatem proprium aſſumpſit in actum; & neſciens non porrigere gratias, quantumcunque in gratis peccatoribus, neminem non aſſumpſit; ſapientibus & inſipientibus, nullo contempto, ſe conſtituit debitricem; manum ſuam cuilibet aperit inopi, & palmas ſuas ad cunctos paupere non ceſſat extendere, exhibetque ſe tamquam fontem indeficientem univerſis. Quando igitur innocentem & ferventem parvulam non audiret, quæ nocentes adultos à ſua gratia non repellit? Quando virginitatis propoſitum non admitteret, quæ virginalem vitam inter homines primo adinvenit? Quando filium vero denegaret virgini, tam cordialiter deprecanti, quæ ipſum de cœlis traxit ad terram, ut omnibus credentibus donaretur?

anno ætatis ſeptimo, *g*

37 Vidiſti quomodo roget: vide obſecro etiam pro quo roget. Petit utique, quod petere docet ipſe qui petitur: quærit id, ad quod quærendum omnes invitat, qui quæritur, idem ipſe. Repelli non poteſt, niſi fallat Veritas, iſta petitio; fruſtrari nequit poſtulatio rei, cum tanto decreto promiſſæ: Petite, inquit Veritas incarnata, & accipietis: quærite & invenietis. Et alibi: Primum quærite regnum Dei & juſtitiam ejus. Iſta igitur petente ac ſolicite quæritante tam tempeſtivis in annis filium Dei, qui & ipſe eſt regnum Dei, qua lege fieri poterit, ut quod quærit non inveniat, aut non accipiat id quod petit? Sed & ſi modum per quem petit, attendas, clare videbitur, quod non poteſt quomodolibet ejus oratio retrocedere vacua, ſtante lege. Diſponit etenim ſe ad recipiendum quod petit, non tantum pro præſenti tempore, ſed etiam pro toto futuro removet obſtacula quæque; puritatis veſtem, illi placitam à quo petit, pro perpetuo induit: voto coram Deo ſolenni *h* ſe obligat & aſtringit, ut non poſſit nec mundus nec ſatanas diſpoſitionem hanc impedire. Quid ei deeſt de conditionibus illis, quas debet habere oratio quæ neceſſario exauditur? Pro ſe quidem petit, & ſalutiferum, imo ipſam ſalutem humiliter petit, necnon & fideliſſime inſtat: & pro perſeverantia unico actu repræſentanda, votum emittit perpetuum, per quod removet omne obſtaculum ſuæ petitionis. Numquid non, ô bone lector, ex his, ſi ſacras noſti litteras, potes concludere manifeſte, quod neceſſario, ſtante lege, oratio hæc debet à Domino exaudiri? Conclude igitur, conclude ſecurus, quod Sponſum æternum, ſicut petivit, accepit ab ejus dulciſſima Genitrice; & ipſa ei per votum perpetuæ virginitatis eſt copulata, eadem matre Domini mediante, quod infra, duce Domino, in ultimo iſtius primæ partis Capitulo, per clariſſimum ſignum probabitur aperte.

D

Matth. 7, 7 & 6, 33

h

E

F

carnes ſibi interdicit,

38 Nunc autem hoc ſacro voto peracto, noveris ſanctam puellam effici quotidie ſanctiorem: cœpitque Chriſti tiruncula jam bellare cum carne, quæ tamen adhuc rebellare non cœperat; auferreque propoſuit carnes carni, ſaltem quantum erat ſibi poſſibile. Unde quando dabantur ei carnes, ut frequentius, aut dabat germano Stephano ſupradicto, aut cattis paulatim projiciebat, ut nullus perpenderet. Diſciplinas, de quibus ſuperius dictum eſt, continuabat & augmentabat ſola, & etiam cum puellis. Verum cœpit, quod eſt dictu mirabile, in mente parvulæ quidam zelus animarum accendi, ardenterque diligebat ſingulariter Sanctos illos, qui laboraverunt pro animarum ſalute. Notum autem factum eſt ei, ipſo Domino revelante, beatiſſimum Patrem Dominicum pro zelo fidei & animarum ſalute Ordinem Fratrum Prædicatorum inſtituiſſe. Propter quod cœpit intantum revereri Ordinem illum, quod quando Fratres ejuſdem Ordinis, ipſa vidente, per viam coram domo ſua tranſibant, notabat loca ubi ponebant pedes; & poſtquam tranſiverant, oſculabatur

zelo ſalutis animarum ſuccenſa,

exemplo perfectæ orationis prabito,

A batur pedum ipſorum veſtigia humiliter & devote. Hinc crevit deſiderium maximum in mente ejus intrandi Ordinem illum, ut poſſet cum aliis Fratribus animarum ſaluti prodeſſe. Sed cum videret in hoc repugnantiam ſexus, cogitavit frequentius, ut ipſa mihi confeſſa eſt, beatam Euphroſynam, cujus nomen à caſu erat ei olim impoſitum, in hoc imitari: ut ſcilicet ſicut illa, fingens ſe maſculum, intravit monaſterium monachorum; ſic iſta remotas ad partes accedens, ubi eſſet incognita, fingendo ſe maſculum, Ordinem Prædicatorum intraret, ubi poſſet ſubvenire pereuntibus animabus. Sed omnipotens Deus, qui ad alium finem zelum illum infuderat menti ejus, & aliter volebat deſiderium ipſius implere, non permiſit ad opus cogitationem ejus deduci, nec executioni totaliter demandari, quamvis in mente ipſius diu ſteterit cogitatio illa.

ementito ſexu Ordinem S. Dominici ingredi ſtatuit.

ANNOTATA.

a Lapæ *cognomen fuiſſe* Piagentis, *ſcribunt recentiores Frigerius & auctor Vitæ B. Stephani Macconi.*

b Anno Domini MCCCXLVII, *ut ſcribit Fr. Thomas.*

c *Colitur* S. Euphroſyna *Alexandrina* XI *Februarii: cujus nomen Græce idem eſt quod Latinis* Lætitia, hilaritas: *quod licet ignoraverit auctor ipſaque Sancta: vix tamen dubito, quin primus hujus appellationis ipſi aptandæ auctor veram nominis ſignificationem cognoverit, aliiſque idem uſurpaturis indicarit.*

B

d Porta S. Anſani *Senis*, hodie S. Marci dicta, *inquit Frigerius.*

e Lyſa, *ab* Eliſabeth *truncatum nomen, Teutonibus* Lys.

f *Ita MS. Vltrajectinum & melius: alias legitur* ſervire.

g Senarii *numeri perfectio conſiſtit in eo quod bis ternarium, ter binarium complectatur, quale quid nulli alteri numerorum infra denarium conſiſtentium accidit.*

h Solenne *appellat votum, non quomodo paſſim dicuntur* ſolennia vota *Religionem profitentium, contractus quoſvis contrarios ne valide fiant impedientia: ſed quatenus ad totam vitam obligabat voventem.*

CAPUT II.

Mater modeſte correcta, aliquis ornatus muliebris admiſſus & per totam vitam deploratus, nuptiæ repudiatæ, capillitium reſectum, moleſtiæ idcirco toleratæ.

C

39 INter hæc creſcit corpore ſacra puella & ætate, ſed longe amplius mentaliter augmentabatur. Creſcit humilitas, augetur devotio, fides in ampliorem procedit lucem, ſpes quotidie fortius roboratur, caritas fervorem ſuum ſemper multiplicat, & ex omnibus his veneranda morum maturitas generatur in oculis omnium conſiderantium actus ejus. Stupent parentes, admirantur germani, ſtat attonita tota familia domus ejus, cernentes tantam ſcientiam in ætate tam parva, propter cujus rei delectationem, quemdam volo hic actum inſerere, quem mihi mater ejus ſeriosiſſime recitavit. Accidit tunc temporis poſt ejus ſeptennium & ante decennium, quod mater ejus volens facere unam Miſſam in honorem S. Antonii celebrari, Catherinam filiam ſuam vocaret, dicens: Vadas ad Eccleſiam parochialem, & roga Curatum noſtrum Presbyterum, quod celebret vel celebrari faciat unam Miſſam in honorem S. Antonii, & offeras tot candelas & tantam pecuniam ſuper altare. Quo audito, puella devota libenter exequens quæ cedebant in Dei honorem, libens ac celerrime eccleſiam adiit; Curatum acceſſit, juſſumque matris perfecit: ſed Miſſali delectata officio, in eccleſia uſque ad finem Miſſæ remanſit. Tandem divino officio toto expleto, rediit domum.

Ad curandã Miſſam amandata,

AUCT. RAI. MVNDO CONFESS.

40 Verum quia nimis juxta matris æſtimationem tardaverat (putabat namque ipſam mox, oblatione Sacerdotis facta, redire debere) dixit ei Lapa mater ejus, cum vidit eam, ut ipſam erubeſcere faceret de tarditate, juxta patriæ morem: Maledictæ ſint malæ linguæ, quæ dicebant quod tu amplius non redires: ſic enim eſt mos quorumdam vulgarium dicendi, præcipue illis qui nimis tardant. At puella ſapiens, audito verbo matris, pauliſper conticuit: & poſt parvum ſpatium ipſam ducens ſeorſum, cum omni maturitate hæc verba protulit, humiliter dicens: Domina mater, ſi quando ego deficio aut mandatum veſtrum excedo, flagellate me, ſicut vobis videtur, ut ſim cautior alia vice, quia dignum & juſtum eſt: ſed ſupplico, ut propter defectus meos non relaxetis linguam ad maledicendum alicui bono vel malo, quia non decet grandævitatem veſtram, & mihi eſt nimis magna afflictio cordis. Hæc dum mater audivit, ultra quam credi poſſet admirans, parvulam filiam ſe tam ſapienter inſtruentem advertens, jam non ultra habebat ſpiritum, videns tantam ſapientiam in tam exiguo & parvo ſubjecto; ſed nolens hoc ei oſtendere, petivit ab ea, Cur tantum ſtetiſti? At illa: E Audivi, inquit, Miſſam illam, de qua mihi mandaſtis: & ea dicta, reverſa ſum abſque mora; nec alicubi perſtiti dum redirem. Tunc mater amplius ædificata de filia, revertente domum Jacobo viro ſuo totum retulit, dicens: Sic & ſic locuta eſt puella filia tua. Ille autem gratias Deo agens, rem tacitus conſiderabat. Ex hoc uno, lector, potes perpendere, licet de minimis ſit, qualiter gratia Dei hac in ſacra virgine augmentata eſt ſemper uſque ad nubiles annos, de quibus loqui debet immediate ſequens Capitulum. Quamobrem huic Capitulo pono finem: ſed ſcias quod contenta in eo, habui ab ipſa ſacra virgine pro majori parte, & pro aliqua parte à matre ejus, & his qui tunc erant in domo illius, dum ipſa perageret ætatem illam.

& ob tarditẽ reditum verbo minus conſuo correpta,

prudenter & modeſte illud notat.

41 Poſt admirabilem & virtuoſum decurſum primorum annorum ejus, volens omnipotens Deus vitem, quam in vineis Engaddi recenter plantaverat, ad altiora erigere, ut cum cedris Libani ſe in altitudinem tolleret, ac botros Cypri mirabilius locis eminentibus germinaret; manu permiſſionis ſuæ ipſam parumper ſepelivit in terra, ut ſic firmans fortius radicem, ſublimius produceret ſuos palmites, & in perfectionis culmine fructus proprios faceret conſidere. F Sic & aqua cum ad alta trahitur, prius ad ima demergitur: ſic & univerſaliter omnis planta, quanto profundius radices immerſerit, tanto eminentius erigit ſuam ſummitatem. Nullum igitur mirum eſt, ſi quandoque omnium artifex Sapientia increata, permittit Sanctos ſuos in defectus aliquos cadere, ut fortius reſurgendo cautiuſque vivendo, avidius & ardentius apicem perfectionis conenter attingere, nec non de humani generis hoſtibus glorioſius triumphare. Hæc omnia pro tanto dixerim, quia poſtquam hæc virgo Deo dedicata nubiles annos attigerat, duodecimum videlicet annum ætatis ſuæ vel circa, juxta illius patriæ morem, in domo paterna recluſa eſt: non enim conſuetum ibidem, quod illius ætatis puellæ innuptæ, domum egrediantur. Tunc parentes & germani, propoſitum virginis ignorantes, cogitare cœperunt, qualiter ipſam nuptui traderent, & inveſtigare cui viro poſſent eam commodius copulare. Mater vero, quæ putabat ſe propter ſapientiam filiæ de aliquo magno genero gaviſuram, quamvis majorem obtinuerit quam æſtimare valeret, cœpit ſolicitare circa cultum corporis filiæ, ipſamque inſtruendo inducere, ut lavaret frequentius faciem,

CAP. IV.

Altius poſtmodum evehenda;

AUCTORE RAYMUNDO CONFESSARIO

faciem, crines ornaret pariter & componeret pilos, & quæcumque deturpantia collum & faciem amoveret, ceteraque ſolicita exerceret, quæ cultum muliebrem reſpiciunt; ut ſi venirent hi qui eam pro matrimonio peterent, ipſam cernerent pulchriorem. Illa vero, quæ alterius erat propoſiti ac etiam voti, quamvis pro parentum reverentia ſuum non exprimeret votum, hæc tamen facere recuſabat omnino: non enim hominibus, ſed Deo placere viribus omnibus ſatagebat.

perſuadetur corporis cultui aliquid indulgere

42 Quod cum mater diſplicenter aſpiceret, Bonaventuram filiam ſuam nuptam, de qua pluries ſuperius facta eſt mentio, advocavit, mandans ei quod ſororem ſuam omnino induceret, ut ornatu corporali juxta patriæ morem intenderet, ac faceret quod ſibi fuerat per eam perſuaſum: ſciebat enim quod Catherina Bonaventuram tenere nimis diligebat, faciliuſque per ipſam eam induceret ad hoc, ſicut poſtmodum rei probavit eventus. Permittente enim Deo, ut eſt dictum, & Bonaventura inducente per multiplicem viam ſororem ſuam verbo pariter & exemplo; conſenſit virgo dare corporis ornatui operam, quamvis votum de non accipiendo virum, firmiter retineret. Hoc peccatum tantis cum ſingultibus & lacrymis ipſa, dum confiteretur, recitando deflebat, quod putaſſes eam aliquod graviſſimum commiſiſſe. Et quia ſcio quod licet mihi, poſtquam evolavit ad cœlum, ea potiſſime quæ ad laudem ejus cedunt, quamvis tunc ſecreta fuerunt, revelare; diſputationem quæ circa hoc erat inter me & eam, inſerere hic decrevi. Pluries namque generaliter fuit mihi confeſſa, & quando ad hunc punctum veniebatur, ſemper cum ſingultibus & fletu ſe duriſſime accuſabat.

eumque admittit

B

de quo vehementiſſime ſemper dolet

43 Ego autem, quamvis bonarum ſcirem mentium eſſe, ibi culpam agnoſcere, ubi non eſt culpa; & ubi eſt parva, multo amplius aggravare: nihilominus tamen quia ipſa ſe ream accuſabat æternæ pœnæ propter prædictam culpam; coactus ſum ab ipſa petere, utrum ex hoc propoſuerit aut voluerit contra votum virginitatis ſuæ venire. Quæ reſpondit quod non, nec unquam hoc in cor ſuum aſcendit. Iterum petivi, utrum præter virginitatis propoſitum hoc fecerit ad complacendum alicui homini in ſpeciali, vel etiam in generali omnibus hominibus. Quæ reſpondit, nullam tantam pœnam ſibi fuiſſe, quanta ſit homines intueri, aut ab ipſis videri, vel ubi eſſent ſe inveniri. Unde quando diſcipuli patris in arte tincturæ, qui etiam cum ipſo habitabant, veniſſent ad locum ubi fuiſſet ipſa; mox ita celeriter fugiebat, ſicut ſi ſerpentes ſuperveniſſent, ita quod

C

omnes admirabantur: ad feneſtram autem vel ad domus oſtium, numquam, ut tranſeuntes reſpiceret, ſe ponebat. Tunc ego: Ex quo igitur capite actus illi, ornatui deſervientes, merebantur pœnam æternam; potiſſime cum ornatus iſte non fuerit exceſſivus? Reſpondebat, quod nimie exceſſive ſororem ſuam dilexerat, & videbatur ſibi quod plus quam Deum eam tunc dilexiſſet, de quo irremediabiliter flebat, & pœnitentiam duram agebat. Me autem replicare volente, quod quamvis aliquis exceſſus fuiſſet, tamen remota non tam mala, ſed etiam vana intentione de ſe, hoc non erat contra divinum præceptum; ipſa levavit oculos & vocem ad Deum, dicens: Ha! domine Deus meus, qualem Patrem ſpiritualem ego nunc habeo, qui excuſat peccata mea? Poſtea contra ſeipſam inſurgens, & ad me ſe vertens, dicebat: Et numquid Pater, debebat hæc miſerrima & viliſſima creatura, quæ tot à Creatore ſuo receperat gratias, abſque laboribus ſeu meritis quibuſcunque, occupare tempus ſuum in ornatu iſtius putredinis carneæ, ad inductionem cujuſcunque mortalis? Ego, inquiebat, non puto infernum ſufficientem ad puniendum me, ſi divina pietas mecum miſericorditer non egiſſet.

tamquam de graviſſimo ſcelere,

D

44 Tunc coactus ſum tacere. Sed finis diſputationis erat iſte, ut ſcilicet poſſem inveſtigare, ſi permanſerit anima illa ſemperabſq; macula peccati mortalis, ita quod integraliter ſervaſſet virginitatem mentis & corporis, non tantum à peccato mortalis laſciviæ, ſed à quolibet alio peccato conſummato. Ego enim de ea iſtud teſtimonium perhibeo, coram Deo & Eccleſia ejus ſancta, quod cum pluries audiverim confeſſionem ejus, imo ſæpiſſime & quandoque generalem, numquam inveni eam aliquid commiſiſſe contra divinum præceptum, niſi iſtud quod modo narro; fuerit illud, quod nullatenus credo, nec puto aliquem diſcretum hoc credere. Item dico, quod ego inveni eam ſemper à venialibus tam mundam, quod ut in pluribus vix perpendere poteram offenſam aliquam in confeſſionibus ſuis quotidianis: clarum eſt enim, non tantum Confeſſoribus ſuis, ſed omnibus qui cum ea converſabantur, quod nunquam vel rariſſime offendebat in verbo. Tempus totum totaliter occupavit aut in oratione & contemplatione, aut in proximorum ædificatione. Somnum in die naturali vix ad quartam partem horæ ſibi concedebat. Cibum dum ſuo modo ſumebat, ſi tamen cibus dici poterat, ſemper orabat & meditabatur, ruminando illa quæ à Domino mente perceperat. Scio & vere ſcio, & teſtificor coram tota Eccleſia Chriſti, quod major ei pœna erat, ſumere cibum illis quibus eam novi temporibus, quam ſit cuicumque famelico cibo privari; & majus tormentum inſtabat corpori ejus de cibi ſumptione, quam communiter febricitanti de febris invaſione. Et hæc erat una de cauſis, ut Deo dante infra patebit; quare accedebat ad cibum, ut ſcilicet ſeipſam affligeret, & corpuſculum tormentaret. Quibus igitur offenſis poterat mens illa occupari quæ ſemper occupabatur cum Deo? His tamen non obſtantibus, tam dure ſe accuſabat, & tam ingenioſe imponebat ſibi offenſas; quod ſi Confeſſor ejus converſationem neſciret, in eo putaſſet eam offendere, ubi non offendebat, imo ubi ſæpius merebatur. Hanc autem digreſſionem feci idcirco, lector cariſſime, ut dum offenſam unam hujus ſacræ virginis percipis, ſimul intelligas, quanta inde perfectio, mediante divina gratia, eſt ſecuta.

nullius unquam peccati mortalis rea

& cibi ſomnique parciſſima.

45 Verum redeundo ad hoc unde ſermo, Bonaventura frequentante ſuas inductiones, ſuadebat ut virgo ejuſdem operationes, culturæ ſcilicet muliebris, ageret: nec tamen propter hoc umquam fieri potuit, quod cor virginis in genere vel in ſpecie ferretur ad homines, vel etiam voluntarie hominibus corpus ſuum oſtenderet, licet orationis fervor & meditationis aſſiduitas tepeſcendo remitterentur. Verum non diu ferre valens omnipotens Dominus, ſponſam, quam elegerat ſibi, à ſe quomodolibet elongari; medium quod impediebat eam ab unione divina, ſubtraxit de medio. Nam dicta Bonaventura, hujus ſacræ virginis ſoror & inductrix ad vanitates, non longo poſt tempore veniens ad partum, in ipſo periclitata eſt & defuncta, quamvis ſatis juvenis eſſet ætate. Nota lector, quam diſplicibile ac odioſum eſt Deo de his, qui quærunt impedire ſeu retrahere illos, qui volunt ei ſervire. Hæc Bonaventura, ut dictum eſt ſupra, honeſta valde fuit in ſe, tam in moribus quam in verbis; ſed tamen quia illam, quæ deſiderabat ſervire Deo, ſatagebat trahere ad mundana, percuſſa eſt à Domino, & dura ſatis morte punita. Miſericorditer tamen actum eſt cum ea, quia prout fuit virgini poſt tempus aliquod revelatum, ad purgatorium tranſiens, licet graves ſuſtinuerit pœnas,

Qua levitatem illa ſuaſerat ſoror

E

F

citò mortuus.

A nas, ſororis tamen precibus evolavit ad cœlum, prout ab ipſa ſacra virgine in ſecreto accepi. Porro defuncta ſorore, cœpit ſacra virgo, clarius ſeculi vanitate percepta, ferventius & avidius ad æterni Sponſi reverti amplexus: ſeque ream clamitans & accuſans, cum Maria Magdalena proſtrata retro ſecus pedes Domini, lacrymas abundantius effundebat; ejuſque miſericordiam implorabat, abſque intermiſſione orans & cogitans pro peccato ſuo, ut mereretur audire cum Maria Magdalena, Dimittuntur tibi peccata tua. Et ſic cœpit ſingulariter ad Magdalenam affici, quia tunc temporis totis viribus conabatur ſe ei pro ſuorum obtinenda peccatorum indulgentia conformare. Hinc etiam creſcente devotione ad ipſam, poſtmodum eſt ſecutum, quod Sponſus animarum ſanctarum, ejuſque Genitrix glorioſa, ipſam Magdalenam dederunt huic virgini ſacræ in magiſtram & matrem, prout latius infra, concedente Domino, patefiet.

Ex hinc pœnitentiæ ſtudens Sanctam Magdalenam imitatur,

46 His taliter ſe habentibus, hoſtis antiquus dolens prædam, quam paulatim ad ſe niſus eſt trahere, de manibus ſuis ex toto ablatam pariter & ereptam; videnſque virginem velociſſime currere pro ſecuturo refugio ad tabernaculum miſericordiæ Sponſi ſui; cogitavit ipſam per domeſticos impedire, ne talibus poſſet vacare, ſatagens cum hoc eam per adverſitates & perſecutiones totaliter trahere ad mundana: poſuitque in mente parentum & germanorum, quod omnino eam nuptui traderent, ut poſſent ipſa mediante aliquam parentelam acquirere: inducebatque eos nimis, quod filiam unam perdiderant, & volebant ſic damnum defunctæ recuperare per vivam: ſicque modis omnibus conabantur, maxime poſt mortuam, ſponſum pro ſacra virgine invenire. Quod cum illa cœpiſſet advertere, & inſidias hoſtis antiqui, inſpirante Domino, attendiſſet; mox fortius & diligentius cœpit orationes continuare, meditationibus & pœnitentiis dare operam efficacem, cunctamque hominum converſationem fugere, & per manifeſta ſigna ſuis oſtendere, quod nullatenus intendebat tradi ſponſo corruptibili & mortali, ex quo tam gratioſe Regem ſeculorum immortalem ſponſum acceperat ſua in infantili ætate.

B

ſolicitata ad nuptias,

poſt auxilium celitus poſtulatum,

47 Hæc ſignis, nutibus, atque verbis ſacra virgine demonſtrante, & in hoc ſemper perſeverante, cogitaverunt parentes per aliquod medium flectere animum ejus ad ſibi conſentiendum. Unde accito quodam Fratre ordinis Prædicatorum, qui adhuc vivit, & eis nimis erat domeſticus & amicus, ipſum ſtrictiſſime rogaverunt, quod deberet ei perſuadere, ut aſſentiret voluntati eorum: quibus ille reſpondit, ſe juxta poſſe facturum. Sed veniens ad virginem, & inveniens eam firmiſſimam in ſancto propoſito, conſcientia ductus, conſilium ſanum ei ſuper hoc impendit, dicens: Ex quo diſpoſita es ad Domino ſerviendum omnino, & iſti de oppoſito te moleſtant, oſtendas eis propoſiti tui firmitatem: præſcindas crines capitis tui ex toto, & tunc iſti forte quieſcent. Quod illa recipiens ac ſi de cœlo audiſſet, mox arripiens forfices, capillos in quibus tam graviter putabat ſe peccaſſe, quoſque nimium odiebat, radicitus juxta caput lætanter abſcidit. Quo facto, caputergio caput operuit, cœpitque præter puellarum morem, ſed tamen ſecundum doctrinam Apoſtoli, capite velato incedere. Quod dum primo Lapa genitrix advertiſſet, & cauſam inconſueti velaminis ab ipſa inquireret, nec poſſet clarum habere reſponſum; eo quod nec mentiri virgo volens, nec pandere veritatem, potius muſſitabat quam reſpondebat; appropinquans filiæ, propriis manibus velamen arripuit, caputque detexit, & tonſum ex toto invenit. Tunc tacta dolore cordis, eo quod capilli eſſent pulcherri-

C

ſibi comam abſcindit:

1.Cor.11,6

mi, ejulans exclamavit, dicens: Ah filia, quid feciſti? At virgo, velato capite iterum, inde diſceſſit; ſed ad clamorem matris ejus, vir ejus & filii convenerunt: auditaque cauſa clamoris, vehementer contra virginem ſunt turbati.

AUCTORE RAYMUNDO CONFESSARIO

48 Ex qua turbatione bellum ſecundum, arctius primo, incipitur; ſed victoria virgini de cœlo porrigitur ita plena, quo quæ putabantur impedimenta, facta ſunt ad conjungendum ſe fortius Domino mirabiliter adjumenta. Illi ergo jam palam perſequuntur eam verbis & factis, convitiando ſcilicet & comminando, dicentes; Viliſſima mulier, credis evadere quia crines præſcidiſti, ne noſtram facias voluntatem? Crines, invita te, creſcent: & ſi cor tuum creparet, oportebit ut capias virum: nec unquam habebis quietem, quouſque aſſenſeris votis noſtris. Fecerunt ſuo modo edictum, ne Catharina aliquem ſecretum locum ad manendum haberet, ſed ſemper in ſervitiis domus occuparetur, ut & locus & tempus orandi, ſuoque Sponſo conjungendi ſe, ſibi totaliter auferrentur: & ut amplius ſe cerneret haberi contemptui, feriata coquinæ ancilla, Catharina virgo ad ſerviendum coquinæ ſqualloribus deputatur. Quotidie improperia, quotidie verbales injuriæ, quotidie multiplicabantur adverſum eam deſpectus, qui ſolent magis corda mulierum movere. Invenerant ſiquidem, ut percepi, tunc temporis parentes & germani juvenem quemdam, de cujus parentela multum contentabantur: & idcirco arctius ipſam modis omnibus impugnabant, ut eam flecterent ad conſenſum.

domeſticis ſervitiis addicitur:

E

49 Verum hoſtis antiquus, cujus malignis & inſidioſis operibus cuncta hæc agebantur, unde credidit virginem frangere, inde juvante Domino ipſam reddidit fortiorem. Nam in nullo mota ex omnibus his, cellam ſibi ſecretam fecit, Spiritu ſancto dictante, in propria mente; de qua ſtatuit, propter quodcumque negotium exterius, non exire. Sicque factum eſt, ut quæ prius dum exteriorem cellam habebat, quandoque ſtabat intus, quandoque vero extra gradiebatur; nunc facta cella interiori, quæ ſibi auferri non poſſet, numquam ipſa egrediebatur. Hæ ſunt cæleſtes victoriæ, quæ ei auferri non poſſent, ſatanam indubie concludentes: ipſa etenim veritate teſtante, regnum Dei intra nos eſt: & Propheta docente didicimus, quod omnis gloria filiæ Regis æterni ab intus eſt. Intra nos haud dubium eſt intellectus lucidus, voluntas libera, & memoria tenax: intra nos infunditur ſancti Spiritus unctio, quæ potentias prædictas perficiens, cuncta exterius adverſantia ſuperat & proſternit: intra nos, ſi boni æmulatores fuerimus, habitat hoſpes ille qui dixit: Confidite, ego vici mundum. In hoc hoſpite hæc ſacra virgo confiſa, cellam non manufactam ſibi fabricavit, ipſo adjuvante ab intra, propter quem cellam manufactam ab extra poſitam perdere non curavit. Recolo ego & nunc occurrit memoriæ, quod dum haberem occupationes exteriores aliquando exceſſivas, vel quod iter me facere oporteret, ſacra virgo me monebat ſæpius, dicens: Faciatis vobis cellam in mente, de qua numquam egrediamini: quod quamvis tunc ſuperficialiter intelligerem, tamen dum nunc ejus verba magis attente conſidero, cogor cum Joanne Euangeliſta exclamare: Hoc non cognoverunt diſcipuli ejus primum, ſe quando glorificatus eſt Jeſus, tunc recordati ſunt &c. Mirabiliter enim tam mihi quam ceteris qui fuerunt cum ea contingit, quod magis notanter facta & dicta ejus in præſentiarum percipimus, quam quando actualiter eramus cum ea.

F

inter quæ conjunctiſſima cum Deo

Joa.16,33

50 Porro redeuntes ad hoc unde ſermo, aliam imaginationem ei Spiritus ſanctus inſpiravit, per

AUCT. RAYMVNDO CONFESS.

quam omnes vicit injurias & contemptus ; ſicut ipſa mihi, ſecrete petenti, qualiter inter tot contemptus alacris permaneret, revelavit. Aiebat enim, firmiter ſe tunc imaginatam fuiſſe, quod pater ſuus repræſentaret Salvatorem noſtrum Dominum Jeſum Chriſtum ; mater vero ſua, glorioſiſſimam genitricem ipſius Mariam ; germani autem & ceteri de familia, ſanctos Apoſtolos & diſcipulos demonſtrarent : propter quam imaginationem tam lætanter & cum tanta diligentia omnibus ſerviebat, quod omnes admirabantur. Proveniebat autem ei alia de hac imaginatione utilitas, quia dum ſerviebat, ſemper meditabatur de Sponſo ſuo, cui ſe putabat ſervire : ſicque in coquina exiſtens, ſemper erat intra ſancta ſanctorum ; & ad menſam recumbentibus ſerviens, ſemper paſcebat animam ſuam præſentia Salvatoris. O altitudo divitiarum æterni conſilii, quam diverſis & mirabilibus viis liberas confidentes in te de manu omnis anguſtiæ, ipſoſque inter ſcyllam & charybdim perducis ad portum ſalutis æternæ.

cogitat ſe Chriſto, matri & diſcipulis miniſtrare:

cubiculo autem fratris pro cella utitur.

51 Dum igitur hæc aguntur, ſacra virgo bravium ſemper aſpiciens, ſibi à Spiritu ſancto in mente propoſitum, non modo patiens, ſed læta ſufferebat injurias, curſumque ſuum continue augmentabat, ut
B mentale gaudium adimpleret. Sane quia non licebat ei cameram pro ſe habere, ſed ibi oportebat manere ubi alii habitabant ; ſancta induſtria cameram elegit Stephani germani ſui, qui non habebat uxorem nec filios, ubi abſente illo poterat de die ſola habitare ; de nocte vero, illo dormiente, orare poterat juxta votum. Sicque vultum Sponſi ſui die noctuque quærens pariter & requirens, ad oſtium divini tabernaculi abſque intermiſſione pulſabat. Orabat autem Dominum indefeſſe, ut ſuæ dignaretur cuſtos eſſe virginitatis, cantans cum B. Cecilia verſum illum
Pſ. 118,80 Davidicum : Fiat Domine cor meum & corpus meum immaculatum : ſicque in ſilentio & in ſpe mirabiliter roborata, quanto pluribus perſecutionibus angebatur, tanto majoribus donis & gaudiis ab intra repleta dilatabatur ; ita ut germani ejus videntes conſtantiam, inter ſe dicerent, Victi ſumus. Pater vero ejus, qui erat innocentior ceteris, conſiderabat tacitus actus ejus, & quotidie amplius perpendebat ipſam ſpiritu Dei duci, & non juvenili levitate quacumque. Hæc autem quæ ſunt in hoc recitata capitulo, habui à Lapa matre, à Lyſa uxore ejus germani, ab aliis qui tunc erant in domo ſua ; necnon quædam quæ alii ſcire non potuerunt, ut dictum eſt, ipſa
C ſacra virgine didici revelante.

CAP. V. *orantis vertici candida columba imminet.*

52 Interea dum hæc agerentur, accidit quadam die, ancilla Chriſti orante ferventius in camera præfati ſui junioris germani, oſtio non firmato, quia omnis clauſura juſſu parentum ei fuerat interdicta, patrem ejus Jacobum ingredi cameram illam, ut quippiam forſitan abſente filio quæreret quo egebat. Qui cum poſt ingreſſum in cameram circumſpiceret, pro eo forte quod inquirebat, vidit filiam, magis Dei quam ſuam, in angulo quodam genibus flexis orantem, & columbam parvam nivei candoris ſuper verticem ejus quieſcentem : quæ columba, mox ad ingreſſum patris ejuſdem altius evolans, per feneſtram cameræ ejuſdem, ut ſibi videbatur, abſceſſit. Quo viſo, cum peteret à filia, quæ columba foret illa, quæ ſic abſceſſerat evolando ? Illa reſpondit, ſe nec columbam nec avem aliam in camera vidiſſe. Ex quo ille amplius fuit admiratus, & in corde ſuo conſervans, conferebat ſecum omnia verba hæc.

CAPUT III.

D

Promittitur Catharinæ habitus S. Dominici, indulgetur ei vitæ cælibis libertas, quam cum ſummo pœnitentiæ rigore inſtituit.

53 CEterum hoc tempore cœpit quoddam deſiderium in mente virginis ſanctæ quotidie magis ſucreſcere ; quod tamen fuerat, ut ſuperius dictum eſt, in ejus infantia inchoatum, & nunc propter tuitionem ſuæ virginitatis extitit renovatum ; accipiendi ſcilicet & induendi habitum Ordinis Fratrum Prædicatorum, cujus Beatiſſimus Dominicus fuit dux, inſtitutor & pater. Propter quod divinas aures die noctuque indeſinenter orando pulſabat, ut dignaretur Dominus adimplere deſiderium ſuum ; tum etiam, ſicut tactum eſt ſupra, grandi afficiebatur devotione ad dictum Sanctum, tanquam ad ſalutis animarum egregium & fructuoſiſſimum zelatorem. Quapropter ſuperexcellentiſſimus Dominus, cernens quod ſapienter & fortiter tiruncula ſua pugnaret in ſtadio, quantoque cum fervore ſibi complacere ſatageret ; voluntatis deſiderio ipſam nullatenus fraudari decrevit, eamque pro majori ejus ſecuritate, infraſcripta conſolatus eſt viſione. Videbatur ſiquidem
E ancillæ Chriſti in ſomnis, quod plures videret ſanctos Patres & Fundatores Ordinum diverſorum, inter quos erat Beatiſſimus Dominicus : quem optime cognoſcebat, quia gerebat in manibus ejus lilium candidiſſimum & pulcherrimum, quod, velut alter Moyſi rubus, patenter ardebat, & nequaquam comburebatur. Cumque omnes & ſinguli monerent eam, ut pro majori ſuo merito unam religionem ex illis eligeret, in qua gratiorem Domino impenderet famulatum ; illa verſus B. Dominicum ſuos dirigens greſſus & oculos, vidit ſanctum Patrem protinus ſibi occurrentem, & habentem altera in manu habitum Sororum, quæ dicuntur de pœnitentia B. Dominici, quarum in civitate Senenſi non parvus erat numerus & eſt. Qui ut appropinquavit ei, talibus eam verbis eſt conſolatus, dicens : Filia dulciſſima, forti animo eſto, nec verearis quodcumque impedimentum ; quia certiſſime iſto habitu, ſicut deſideras, induêris. Quod illa percipiens cum non parva lætitia, gaudioſis cum lacrymis gratias egit Altiſſimo, inclytoque athletæ Dominico, qui eam tam perfecte conſolabatur : ſicque lacrymis excitata eſt, & ſuis ſenſibus reſtituta.

Ad habitum ſororum de pœnitentia anhelans,

intelligit ex S. Dominico eum ſibi concedendum.

54 Hac igitur viſione conſolata ſimul & confirmata mens virginis, mox tantam à fiducia quam habebat in Domino ſumpſit audaciam, quod eodem die
F parentes congregans & germanos, ipſos taliter audacter eſt allocuta : Dudum per vos factus eſt ſermo tractatuſque habitus, ut dixiſtis, tradendi me nuptui homini corruptibili & mortali : ego autem, quamvis horrerem cordialiter talia, prout per plura ſigna clare potuiſtis perpendere ; propter reverentiam tamen, quam juſſu Dei debeo exhibere parentibus, non fui hucuſque clare locuta. Nunc autem, quia non eſt tempus amplius tacendi, nude ac clare detegam vobis cor meum & propoſitum, quod non de novo, ſed ab infantia mea concepi pariter & firmavi. Noveritis igitur, quod in ipſa infantia mea votum virginitatis emiſi, non infantiliter, ſed poſt deliberationem diutinam & ex magna cauſa, mundi Salvatori Domino meo Jeſu Chriſto, ejuſque glorioſiſſimæ Genitrici ; promiſique eis, nullum, præter ipſum Dominum, ſponſum me perpetuo accepturum. Nunc autem poſtquam ipſo Domino faciente, ad perfectiorem ætatem & cognitionem perveni ; ſcitote taliter hoc eſſe in mente mea firmatū, quod facilius poſſent ſaxa molliri, quam cor meum ab hoc ſancto propoſito revocari : quantoque plus circa hoc laboraretis, tanto tempus

Domeſticis aperit ſui propoſiti firmitatem,

quidvis patiendum tolerare potius quam nubere :

A tempus amplius perderetis. Propter quod conſulo vobis, quod omnes mearum nuptiarum tractatus præcidatis ex toto, quia in hoc nullo modo intendo facere velle veſtrum: obedire namque oportet me magis Deo quam hominibus. Porro ſi talem vultis me habere in domo veſtra, etiam ſicut ancillam veſtram, parata ſum vobis in his quæ ſcivero, ut potero, ſervire lætanter. Quod ſi propter hoc decreveritis me de domo veſtra ejiciendam, notum vobis ſit, quod in nullo cor meum à ſuo deviabit propoſito: Sponſum enim habeo tam divitem & potentem, quod non permittet me quocumque modo deficere, ſed indubitanter neceſſaria mihi miniſtrabit.

illis ad hæc denuntiationem attentis,

55 His dictis audientes cuncti, prorupere in lacrymas; abundantibuſque ſingultuoſis ſuſpiriis, nullum ei pro tunc potuit dari reſponſum. Conſiderabant enim ſanctum propoſitum virginis, cui contradicere non audebant: cernebantque puellam, hactenus taciturnam & verecundam, tam audacter & ordinate mentem ſuam per verba prudentiæ declarantem: inſuperque videbant aperte, ipſam potius diſpoſitam ad dimittendum paternam domum, quam ad votum quod fecerat infringendum; ſeque ob hoc de ſuis nuptiis reddidit deſperatos. Quapropter ex corde

B commotis flere magis libebat, quam aliquid reſpondere. Verum poſt moram aliquam ceſſantibus lacrymis, pater, qui eam tenere diligebat, & Deum etiam plus timebat, recordatus columbæ quam viderat, ac plurium aliorum actuum ejus, quos admirans notaverat; tale fertur ei reddidiſſe reſponſum: Abſit à nobis, dulciſſima filia, quod divinæ voluntati, à qua videmus propoſitum tuum ſanctum procedere, nos velimus opponere quoquo modo. Ex quo igitur longa experientia didicimus, & nunc manifeſte ſcimus, quod non juvenilis levitatis, ſed divinæ caritatis cauſa moveris ad hoc, fac votum libere tuum. Age ut libet, ac ut Spiritus ſanctus te docebit. Jam amplius non ſumus te à ſanctis operibus tuis retracturi, nec in minimo exercitium tuum virtuoſum impedituri; tamen intercedas pro nobis aſſidue, ut digni efficiamur promiſſionibus Sponſi tui, quem in tantæ ætatis teneritudine ipſius ex gratia elegiſti. Et vertens ſe ad uxorem & filios, inquit: Nemo filiæ meæ dulciſſimæ amplius ſit moleſtus; nullus audeat amodo ipſam quomodolibet impedire; permittite ipſam libere ſervire Sponſo ſuo, ac ipſum pro nobis orare indeſinenter. Non ſumus inventuri parentelam ſimilem iſti; nec conqueri habemus, ſi pro mortali homine, recipimus Deum & hominem immortalem. His peractis, quamvis cum gemitu aliorum, & potiſſime matris ſuæ, quæ ipſam carnaliter nimis diligebat; ſancta virgo exultans in Domino, gratias egit ſuo victorioſiſſimo Sponſo, qui eam perduxerat ad triumphum; parentibuſque ſuis regratiatur, quantum valet humilius; tota mente ſe diſponens ad utendum licentia utiliter jam conceſſa. Et hic terminus huic capitulo imponatur.

reſpondet pater,

& libertatem concedit vivendi ut vellet.

C

56 Sed noveris lector, quod de columba viſa per patrem ego ab eo non habui, quia jam migraverat, quando ego notitiam ſanctæ virginis primo merui; ſed habui à pluribus ejuſdem virginis cognatis, qui habitabant in domo ejus, & ab ipſo Jacobo percepe-runt, imo dicebant eum hoc ſæpius vidiſſe: ex quo habebat eam in reverentia magna, & nullo modo volebat quod turbaretur: ego autem moderatius ſum locutus, ut quantum mihi fas eſt, à dictis meis diſtantius removeam falſitatem. De viſione vero B. Dominici, ab ipſamet percepimus, Confeſſor ejus, qui me præceſſerat tempore, & ego. Sed de verbis, ultimo dictis parentibus & germanis, dum ego inveſtigarem ab ea, qualiter fecerat in perſecutionibus illis, ipſa mihi totum & ordinate diſſeruit & narravit.

AUCTORAY-MUNDO CONFESS. CAP. VI.

57 Accepta igitur diu peroptata tam larga Deo ſerviendi libertate, virgo tota Deo devota cœpit, non ſegniter, ſed omnem vitam ſuam in Dei ſervitium mirabiliter ordinare. Camerulam ab aliis ſeparatam petit & accipit, in qua tamquam in ſolitudine poſſit Deo vacare, ac corpus ſuum affligere juxta votum. Ubi quantæ pœnitentiæ rigiditate corpus ſuum afflixerit, quantaque amoris aviditate vultum Sponſi ſui quæ-ſierit, nulla lingua ſufficeret narrare. Verum quia in præſentiarum ſe offert ejus inauditæ auſteritatis materia, prætergreſſo ordine, operæ pretium puto, lector cariſſime, tibi eam ſub breviloquio enarrare: ut priuſquam ſanctæ vitæ ejus viridarium totum circumeundo perluſtres, aliquos de fructibus ejus primis & ultimis valeas prælibare: nec propter hoc dimittetur, quin in loco ſuo iterum tibi eorundem fructuum ſpecies præſentetur, cum ordo ipſe requiret, concedente Altiſſimo: ſed tantum hoc fit, ut ad conſiderandum fructus virtutum ejus, exercitatior reddaris & aptior. Noveris igitur, quod in hac cellula ſive camerula ſuſcitata ſunt ſanctorum Ægyptiorum Patrum antiquiſſima opera, & tanto mirabiliora, quanto in domo paterna abſque oris doctrina, exemplo vel inductione, ſunt facta. Incipiamus ergo ab abſtinentia eſcæ & potus.

Illa ſecretum domi cubiculum nacta,

E

58 Carnes ab infantia raro ſumebat, prout eſt tactum ſuperius: ſed nunc illas à ſe totaliter abdicavit, & intantum ſe habituavit in ipſarum privatione totali, quod prout mihi ſecrete confeſſa eſt, etiam ipſarum odorem ferre non poterat abſque corporis læſione. Porro, ne forſitan de hoc admireris, lector amabilis; ſcire te volo, quod dum ſemel ipſam nimium cernerem corpore debilem & quaſi deficientem, quia nihil ſumebat eorum ciborum aut potuum, qui habent debiles confortare; adinveni hunc modum, ut in aqua frigida quam ſumebat ſaccarum poneretur, ut vel ſic paululum refocillarentur ſpiritus ejus vitales. Quod poſtquam ipſa me narrante percepit, mox ad me converſa, reſpondit: Vos, ut video, vultis hanc modicam vitam, quæ remanſit, penitus ex toto extinguere. Cujus dicti cauſam dum peterem, ex ejus reſponſo perpendi, quod ita ſe aſſuefecerat, ut eſt hactenus dictum, ad amaros cibos & potus inſipidos, ut cuncta dulcia, nociva ſuo corpori eſſent reddita, propter diſpoſitionem quæ in habitum verſa erat. Sic igitur de carnibus fecerat, ut dictum eſt. Vinum autem ita lymphare cœpit tunc temporis, quando cellam accepit, quod ſapore ſimul perdito cum odore, colorem tantum rubedinis, ſicut ſunt vina illarum partium, reti-

F nebat. Quintodecimo vero ætatis ſuæ anno vinum ex toto dimiſit, & potu aquæ frigidæ ſemper poſtmodum utebatur. Coctum quodcumque, præter panem, à ſe paulatim quotidie auferebat, ac infra breve tempus ad eſum panis & crudarum herbarum ſeipſam coercendo reduxit. Tandem, ſi non fallor, ætatis ſuæ anno xx vel circiter, etiam ſe à panis eſu privavit, ſolarum crudarum herbarum uſu ſibi tantummodo derelicto.

omnē eſum carnium ſibi interdixit,

quindennis omne vinū,

vicennis etiam panē,

59 Poſtremo, non ex uſu, nec ex natura, (ſicut infra latius, Deo dante, dicetur) ſed ex divino miraculo ad tam altum ſtatum deducta eſt, quod licet corpuſculum iſtud infirmitatibus pluribus ſubjaceret, laboreſque importabiles alios ſuſtineret, conſumptio tamen humidi radicalis non habebat locum in eo, nec ſtomachus faciebat aut facere poterat digerendi officium, nec vires corporeæ propter privationem cibi aut potus debilitabantur in aliquo, ita ut (ſicut tunc frequenter dixi) tota ipſius vita eſſet miraculū. Nulla autem vi naturali potuiſſet, quod videbamus oculis noſtris, fieri: prout aliqui Phyſici, quos ad ipſam adduxi, mihi de plano confeſſi ſunt. Hæc tamen omnia clarius ac plenius infra, duce Domino, differentur. Sed hoc tibi pro concluſione abſtinentiæ, lector, ſit

AUCT. RAYMVNDO CONFESS.

dictum, quod tempore quo ejus converſationis merui eſſe teſtis, nullo cibo aut potu nutriente vivebat; nulla naturali virtute adjuta, dolores & labores aliis intolerabiles, læta ſemper facie ſuſtinebat.

& tandem ſine cibo ac potu victitat:

60 Nec volo putes ipſam quacumque induſtria naturali, exercitio ſive uſu, ad hunc ſtatum potuiſſe quomodolibet pervenire; nec etiam æſtimes talia ad conſequentiam deduci debere à quolibet: quia ſingulariſſima ſunt, & magis eveniunt ex plenitudine ſpiritus, quam ex quocumque exercitio ſeu conſuetudine abſtinendi. Noſti quod plenitudo ſpiritus redundat in corpus: dumque ille paſcitur, iſtud facilius ſuſtinet inediæ cruciatus. Quis de hoc Chriſticola poterit dubitare? Nonne ſancti Martyres, tam inediam quam cetera corporis tormenta, ſuper omnem naturalem virtutem lætantiſſime ſuſtinebant? Et unde hoc, niſi ex plenitudine ſpiritus patrabatur? Expertus ſum ego ipſe, & quemlibet æſtimo poſſe experiri hoc, homines eoſdem dum Deo vacant, agiliter jejunare: qui ſi poſt hoc in agibilibus occupentur, durum eſt eis nimis aut impoſſibile, jejunare ut prius. Et unde hoc, niſi quia plenitudo ſpiritus confortabat corpus *a* hypoſtatice ſibi unitum. Et quamvis ſupra naturam ſit donum, naturaliter tamen corpus ſpiritui, & ſpiritus corpori, ſibi adinvicem communicant bonum & malum. Non nego tamen, quoniam naturaliter quidam agilius jejunent quam alii, & è converſo: ſed ſimpliciter abſtinere per longum tempus in via, non video quod ſit poſſibile per naturam. Et hæc de abſtinentia ejus, pro nunc, epilogando ſint dicta. Verum ne putes, lector, hoc tantum modo carnem ſuam ſacram virginem afflixiſſe, attende quod ſequitur.

a

B

ligneo ſtratu utitur,

61 Lectum ſibi ſtravit de aſſeribus ſeu tabulis ligneis, abſque additione cujuſcunque rei alterius, in quo vel ſedens meditabatur, vel ſtabat in oratione proſtrata; & tempore ſuo, nullis detractis veſtibus, corpuſculum dormiens reclinabat. Veſtibus laneis utebatur intus & extra. Cilicio quandoque uſa eſt; ſed quia ſicut erat munda interius, ſic etiam exteriores immunditias fugiebat, in catenam quamdam cilicium commutavit. Habebat etenim catenam quamdam ferream, ſua latera ſine medio circumdantem ſive cingentem tam fortiter, quod fere intrinſeca carni, cutem reddiderat circumcirca exuſtam: prout referebant filiæ ejus ſpirituales & ſociæ, quæ pro tergendis ſudoribus exceſſivis, frequenter cogebantur creſcentibus languoribus ſibi pannos mutare. Qua ex cauſa circa finem ſui curſus creſcentibus languoribus, coëgi eam, obedientia mediante, catenam ipſam dimittere, quamvis hoc faceret valde invite. Inſuper vigilias in principio extendebat uſque ad horam matutinalem, prout infra latius, dante Deo, dicetur. Poſtmodum vero ſic paulatim datum eſt ei vincere ſomnum, quod intra duos dies vix dormiebat dimidiam horam; nec etiam huic ſomno conſentiebat, niſi quando ad hoc corporei languores cogebant. Dixitque mihi quandoque, quod in nullius belli victoria tantum laboraverat, quantum in bello ſomni, nec alicubi reperit tantam difficultatem.

pro cilicio catenam aſſumit:

C

amat colloquia de rebus divinis,

62 Porro tempore quo ipſam novi, omni dubio procul pulſo, ſi habuiſſet intelligentes & conferentes, centum diebus & totidem noctibus abſque cibo & potu ſtetiſſet ad loquendum de Deo; nec unquam laſſabatur in hoc, imo ſemper hilarior & recentior reddebatur. Revelavit mihi etiam ſæpius quod nullum tantum habebat refrigerium in hac vita, quantum cum intelligentibus loqui de Deo ſive conferre: quod & nos qui cum ea eramus, per experientiam videbamus. Aperte namque perpendebamus, quod quando habere poterat tempus loquendi de Deo, & differendi quæ ſuo latebant in corde; recentior, fortior & hilarior etiam corporaliter apparebat: cum vero hoc ei non licebat, debilis efficiebatur, & quaſi exanimis. Ad honorem domini Ieſu Chriſti, æterni Sponſi ejus, ac in ejus præconium meamque confuſionem, hoc refero. Frequenter ipſa mecum loquente de Deo, ac de ejus altiſſimis myſteriis profundius differente, ſermo protendebatur in longum: & ego qui longiſſime diſtabam à mente ejus, carniſque mole aggravabar, arripiebar à ſomno: illa vero, quæ dum ſic loquebatur, abſorbebatur tota in Deum, diu verba ſua continuabat, antequã de mea dormitione perpenderet: cum autem poſt moram me advertebat dormire, forti ſonitu excitabat me, dicens: Ut quid propter ſomnum perditis animæ veſtræ profectum? Numquid muro loquor verba Dei, an vobis?

D

ter quotidiè ferrea catena diu ſe cædit:

63 Præter omnia vero hæc, volens imitari ſanctum Patrem qui ſibi apparuerat, ſcilicet B. Dominicum, de una catena ferrea tres quotidie recipiebat diſciplinas: primam pro ſe, ſecundam pro vivis, tertiam pro defunctis. Sic enim legitur in legenda B. Dominici, quod inclytus Pater communiter ſic faciebat: quod & iſta imitata eſt longo tempore; ſed poſtquam fuit tot infirmitatibus aggravata, continuare non potuit. Verum dum ego ſecrete ab ipſa inquirerem, qualiter illam pœnitentiam faciebat; quamvis verecunde, confeſſa eſt tamen mihi, quod pro qualibet diſciplina unam horam cum dimidia occupabatur, nec unquam vel rariſſime accidebat, quin ſanguis ſcapularum uſque ad pedes flueret decurrendo. Perpendis lector, cujus perfectionis fuerat hæc anima, quæ ter in die corpus phlebotomabat, *b* ut ſanguinem pro ſanguine Salvatori redderet. Perpendis quantæ virtutis fuerit, hæc quæ præmiſſa ſunt agere intra paternos lares, nullo hic viventium hominum inſtruente, nullo ducente, nullo exemplum dante.

E

b

& hæc omnia ſine magiſtro in domo paterna,

64 Lege geſta Sanctorum, ſcrutare Patrum Ægyptiorum vitas, ipſarum ſanctarum Scripturarum indaginem non omittas, & vide ſi alicubi reperias ſimile. Paulum primum eremitam invenies ſolum in deſertis diu vixiſſe, ſed corvum cum hoc dimidium panis ei quotidie afferentem. Antonium famoſiſſimum legis mirabiles auſteritates exercuiſſe active & paſſive; ſed recolis ad diverſos anachoretas acceſſiſſe, ac à quolibet alicujus virtutis exemplum tamquam flores dicitur collegiſſe. Hilarionem licet puerum recitat B. Hieronymus prius adiiſſe Antonium, ab ipſo informatum deſerta petiiſſe, ibique fortiter dimicando viciſſe. Sed & Macarii duo, & Arſenius *c*, & ceteri (quos nimis longum eſſet ordinate nominare) omnes unum vel plures præceptores & doctores habuerunt, verbo & exemplo per viam Domini ducentes; & hoc ſemper in deſertis, vel in monaſteriis, peroptime regulatis & ordinatis: hanc autem veram filiam Abrahæ cernis, lector, non in monaſterio nec in deſerto, ſed in domo propria paterna, abſque cujuſpiam hominis viatoris exemplo ſive auxilio, & cum multorum domeſticorum impedimento, illum attigiſſe perfectionis gradum in abſtinentia, quem nullus illorum attingere potuit. Quid dicemus ad hæc? Adhuc oro pauliſper auſculta. Moyſen bis & Eliam ſemel quadragenarium perfeciſſe jejunium abſque cibo & potu, Scriptura ſacra commemorat; quod & Salvator ipſe complevit, Euangelio teſtante: ſed adhuc plurium annorum non habemus jejunium. Joannes baptiſta, quamvis deſerta, Deo ducente, petierit ibique habitaverit; mel tamen ſylveſtre & locuſtas ſive radices herbarum legitur comediſſe: ſimplex autem jejunium de ipſo non ſcribitur. Solam Magdalenam reperio (non in Scripturis ſacris, ſed in ejus hiſtoria & in *d* loci diſpoſitione, quæ apparet adhuc) triginta tribus annis in rupe poſitam hoc jejunium perfeciſſe. Propter quod exiſtimo, quod Dominus

c

F

abſtinentia majori quã Sancti reliqui,

d

ipſe

A ipſe, ac ejus Genitrix glorioſa, prout infra Domino donante patebit, Magdalenam huic virgini dederunt pro magiſtra & matre. Quid igitur nunc dicemus? Nihil eſt quod impediat, quin clare cernatur hanc ſingulariſſimam fuiſſe gratiam, donumque hactenus non quodammodo conceſſum, quam & quod hæc ſacra virgo poſſedit à Domino, ſicut infra explicabitur latius, ſi Dominus ipſe conceſſerit dono ſuo.

quod tamen citra comparationem dictum ſit.

65 Verum nolo putes, amantiſſime Lector, me per omnia ſupra dicta, hanc virginem in ſanctitate omnibus ſupraſcriptis Sanctis præponere voluiſſe, aut etiam inter Sanctos odioſas comparationes feciſſe. Non ita deſipio, Lector bone: nominavi enim inter ceteros Salvatorem, cui aliquem Sanctum comparare ſcio blaſphemiam eſſe; ceteros autem Sanctos, quorum nomina poſui, non idcirco adduxi, ut comparationem facerem, ſed ut poſſis perpendere; primo quanta ſit magnificentia Dei noſtri, qui ſua inexhauſibili largitate, nova quotidie dona invenire non ceſſat, quibus Sanctos ſuos perficit & decorat: ſecundo, ut hujus virginis excellentiam ſingularius adverteres, diligentiuſque notares: ſcis enim quod abſque aliorum injuria, de quolibet Sancto veridice e cantat Eccleſia: Non eſt inventus ſimilis illi: quod

B totum ex immenſa ſanctificantis eos potentia ſimul & liberalitate procedit, qui poteſt & vult quemlibet Sanctum ſuum ſingularis doni gloria decorare.

66 Sed ne à noſtro propoſito nimium divertamus, jam ex dictis poteſt unuſquiſque colligere, ad quantam tenuitatem devenit corpus illud deduci,

Hinc corpore mire extenuatur,

quod tot & tantis auſteritatibus domabatur aſſidue, continuiſque afflictionibus in ſpiritus ſervitutem redigebatur. Narravit enim quandoque mater ejus, quæ adhuc ſupereſt, quod antequam filia tantis pœnitentiis ſe incepiſſet affligere, tanti vigoris & fortitudinis erat in corpore, quod onus, jumenti ſeu aſini dorſo delatum ad oſtium domus ſuæ, ipſa ſine difficultate ſuper ſe levans, agiliter per duas ſcalas longas multorum graduum, uſque ad ſuperiora domus, propriis humeris deferebat. Eratque, ut refert, duplæ latitudinis & groſſitiei in omnibus membris corporis, quam eſſet cum viginti octo annorum erat. Nec mirum ſi erat taliter diminutum, imo mirum videtur & eſt, nec puto ſine miraculo fieri potuiſſe, quod non fuit ex toto conſumptum Porro tempore quo ipſam novi, quilibet perpendere poterat, quod exhauſti valde vigoris erat & tenuis: quia creſcente ſpiritu, carnem neceſſe eſt deficere, tamquam ſuperatam ab eo. Hoc tamen non obſtante ſemper alacriter

C laborabat, & potiſſime pro animarum ſalute, quamvis inceſſanter plures languores corporeos pateretur; ita ut alia Catharina videretur, quæ attenuato

f [corpore] *f* patiebatur, ſed ſpiritu laborabat; ille pinguis & fortis ab intra, carnem debilem ſuſtentabat ſimul & confortabat.

& ideo in ſuis pœnitentiis impeditur à matre,

67 Sane ad ordinem hiſtoriæ redeundo, unde prius ſermo exortus eſt, dum accepta cella & plena licentia vacandi Deo, ſancta virgo tam ferventer (ut eſt dictum) inciperet ad Sponſum aſcendere; non deſtitit, quamvis ſuperatus, ſerpens antiquus ipſam iterum moleſtare: acceſſitque ad Evæ filiam, Lapam ſcilicet virginis genitricem: & mediante amore carnali, quo corpus ejus plus quam ſpiritum diligebat, commovit eam ut filiæ pœnitentiam impediret. Cum enim ſentiebat eam ſe catena ferrea verberantem, levabat vocem planctus in altum, & ejulando dicebat: Filia, filia, ego te jam mortuam video, tu teipſam abſque dubitatione occides. Heu mihi! quis mihi filiam meam abſtulit? quis mihi procuravit hæc mala? Hæc & his ſimilia proſequens anus illa, ſuperaddebat clamoribus gemitus, adjungebat quodammodo furioſos actus, ſeipſam laniando, canoſque proprii capitis diſcerpendo, ſicut ſi eam jam defunctam cerneret in proſpectu. His autem clamoribus frequenter tota convicinia eſt commota, ita quod quaſi omnes concurrerent ad videndum, quid novi ſiniſtri aut infortunii Lapæ vetulæ contigiſſet. AUCT. RAY. MUNDO CONFESS.

68 Cum hoc etiam proſpiciens quod ſuper nudas tabulas dormiebat, ſecum violenter ipſam ad cameram ſuam trahebat, cogebatque ut ſecum in lecto dormiendo jaceret. At illa ſpiritu ſapientiæ non mediocriter illuſtrata, videns talia, flexis genibus coram *ſed fruſtra* matre, lenibus verbis ac humilibus ipſam placans, precabatur eam, ut omni fervore depoſito, æquanimis eſſe vellet, quia mandatis ejus obremperaret ad votum, ſecumque in lecto poneret ad jacendum. Cumque pro quietanda matre corpuſculum in extrema parte lecti reclinaret ad tempus, meditando tamen ſolicite; poſtquam mater dormierat, ſilenter ſurgebat, & redibat ad exercitium ſuum ſanctum; ſed nec hoc diu latere poterat matrem ejus, hoſte humani generis operante, qui felicibus actibus ejus invidebat. Illa vero tali eſt uſa prudentia: ne matrem amplius contriſtaret, ſumebat ſecrete ſecum poſtem vel duo ligna; & cum debebat in lecto dormire, clam ſub linteamine illum vel illa ponebat, ut decumbens, ſolitam ſentiret duritiam, & ſic ſuam ſanctam conſuetudinem non mutaret. Quod cum poſt *ac tandem ſibi permittitur.* E aliquos dies mater ejus etiam comperiſſet, In vanum, inquit, laboro, ut video; immutabilem te à propoſitis tuis cerno; melius mihi eſt conniventibus oculis pertranſire: dormi potius ubi ſoles. Sicque viſa conſtantia ipſius, permiſit eam in poſterum vivere juxta inſpirationem Omnipotentis. Et hic noſtrum capitulum terminetur. Ea vero quæ continentur in ipſo, ab ipſa ſacra virgine didici, de abſtinentiis ſcilicet, de aſperitatibus aliis, & ordine ipſarum. Quædam vero Lapa genitrix ejus me docuit, ac quædam matronæ quæ in domo ejus fuerant converſatæ. Sed quædam per memetipſum vidi & comperi, & potiſſime de ſingulari dono abſtinentiæ ejus.

ANNOTATA.

a *Vnio inter corpus & animam vocatur hypoſtatica, quia per hanc ex utraque una perſona, ſuppoſitum ſive hypoſtaſis (his enim vocibus ſcholæ utuntur) conſtitui cenſetur.*

b φλεβοτομεῖν *proprie eſt* ſecare venam: *ſed hic ſumitur in ſignificatione magis generali, de qualicumque ſanguinis miſſione. Huc ſpectat quod addit Fr. Thomas in Vita:* Vidi autem ego catenam unam & unam ejus diſciplinam, ſanguine madidam. F

c *Coluntur hi ſancti*, Paulus 15 *Ianuarii*, Antonius 17 *ejuſdem*, Hilarion 21 *Octobris*, Macarius Alexandrinus 2 *Ianuarii*, Ægyptius 15 *ejuſdem*, Arſenius 19 *Iulii.*

d *Intelligit eum locum qui in monte prope Maſſiliam vulgo* ſancta Balma *nuncupatur de quo deque S. Mariæ cultu ibidem & eaquæ circumfertur hiſtoria, agendum erit* 22 *Iulii.*

e *Hic verſus, acceptus ex libro Eccleſiaſtici* 44, 20, *recitatur pro ſecunda Antiphona in officio Confeſſoris Pontificis.*

f *Ita corrigendum judico: alias impreſſum erat:* quæ attenuata patiebatur, ſed ſpiritus laborabat. *Fr. Thomas addit tenuitatem corporis tantam fuiſſe*, ut in obitu repertum ſit, umbilicum ejus renibus adhærere.

AUCT. RAYMVNDO CONFESS.

CAPUT IV.

S. Catharina admittitur ad habitum Sororum de Pœnitentia: hujus inſtituti origo & progreſſus.

CAP. VII *Anhelans ad habitum S. Dominici*

69 SAncta igitur virgo, reſtituta poſt prædictam victoriam ſuis ſanctis exercitiis conſuetis, cœpit tanto ferventius agere, quanto videbat hoſtem humani generis ſe arctius & indeſinentius impugnare. Quotidie gemitus, quotidie lacrymæ; divinasque aures indeſinenter pulſabat, ut habitum diu deſideratum recipere mereretur, quem ſuperna pietate per almum patrem B Dominicum meminerat repromiſſum: nondum enim propoſitum virginitatis ſuæ putabat à domeſticorum moleſtiis fore ſecurum, donec præfatum ſanctum induiſſet habitum. Sciebat namque quod poſt ſumptionem dicti habitus, de contrahendo matrimonio cuncta ceſſaret moleſtia, & liberius permitteretur vacare ſervitio Sponſi ſui. Propter quod parentes precibus pulſabat, & cum Sororibus de pœnitentia B. Dominici, quæ vulgari ſermone Mantellatæ *a* vocantur in civitate prædicta, inſtabat, quatenus ipſam intra numerum earum vellent recipere, & habitum ſanctæ converſationis ſibi tradere dignarentur. Quod mater præcipue non uſquequaque libenter acceptans, quamvis ſibi negativam non daret, ſemper tamen cogitabat, quomodo poſſet eam à ſuis rigiditatibus revocare. Hac igitur cauſa propoſuit balnea naturalia viſitare, filiamque ſuam illuc ducere ſecum: tum etiam ut corporalibus ſolatiis pauliſper refocillatam, ab aſperitatibus ſuæ pœnitentiæ revocaret. Nec hoc puto factum abſque antiqui ſerpentis aſtutiis, qui ferventem ſponſam ab amplexu æterni Sponſi totis viribus abſtrahere ſatagebat, Lapamque illam ſimpliciſſimam malitias inſidioſe docebat.

B

a a matre divertere ipſamvolentem

ad balnea abducitur,

70 Verum quia contra Dominum conſilium valere non poteſt, illa Chriſti ſponſa, à dexteris & à ſiniſtris armis victricibus circumdata, omnes inſidias inimici in ſuam utilitatem & in illius perniciem convertebat. Invenit ſiquidem modum novum corpus proprium etiam inter delicias affligendi: nam ſimulans ſe velle balneare perfectius, ad canales conductus, unde aquæ ſulfureæ procedebant, ſe conferebat; & ferventes aquas ſuper nudam & teneram carnem ſufferens patienter, diu corpuſculum affligebat magis, quam catena ferrea verberabat. Occurrit nunc memoriæ, quod dum ſemel mater ejus mihi coram ea de dicto balneo verba moviſſet, ipſa ſilenter ea quæ ſupra nunc ſcripta ſunt, retulit: & addebat, quod ut hoc poſſet liberius agere, ſuggeſſerat matri, quod volebat ſe, poſtquam receſſerant omnes, balneare, ſicut & faciebat. Sciebat enim, quod matre præſente, hoc facere nullatenus potuiſſet. Cumque interrogaſſem eam, quomodo tantos potuiſſet ſuſtinere fervores abſque mortis periculo; in ſua columbina ſimplicitate reſpondit: Ego dum eram ibi, cogitabam aſſidue de pœnis inferni & purgatorii; orabamque Creatorem meum, quem tantum offenderam, quod dignaretur pœnas illas, quas me noveram meruiſſe, in iſtas, quas libenter ſuſtinebam, miſericorditer commutare. Dumque firmiter conſiderarem, hanc gratiam me ab ejus miſericordia percepturam; dulce mihi fiebat totum quod patiebar, nec in aliquo ab ipſo fervore lædebar, quamvis afflictionem ſentirem.

C

ubi etiam modum invenit cruciandi corporis.

b

71 His peractis rediere domum *b*, ſanctaq; virgo ad ſolitas pœnitentias ſe immediate reduxit: quod ut mater advertit, de ipſius mutatione de cetero deſperavit, quamvis ſe uſquequaque continere non potuiſſet, quin ſemper de ejus aſperitatibus murmuraret. At filia ſui ſancti deſiderii non oblita, genitricis murmurationes pertranſiens ſurda aure, ipſam quotidie moleſtabat, ut prædictas Sorores de pœnitentia B. Dominici adiret, eaſque induceret, ut habitum ſuum ſibi non negarent pro filia, quæ hoc tanto deſiderio poſtulabat. Quod illa, ejus importunitate victa, perfecit: ſed Sorores præfatæ ei primitus reſponderunt, ſuæ conſuetudinis non fuiſſe, virgines ſeu juvenilis ætatis induere habitu illo, ſed tantum viduas ætatis maturæ, ac etiam claræ famæ, quæ Dei ſe volunt ſervitio mancipare: cum enim Sorores illæ careant omni clauſura, quia quælibet ſtat in domo propria, neceſſe omnino eſt, quod quælibet ſciat ſe regere per ſeipſam. Hujus reſponſionis cauſam apertius & latius in capitulo immediate ſequenti, dante Domino, lector percipies. Sed nunc hiſtoriam proſequamur. Revertitur igitur Lapa mater ad virginem cum reſponſo, filiæ quidem non grato, ſed ſibi non multum ingrato. Virgo autem Chriſti, de ſua fiducia in nullo propter hoc mota, ſciens promiſſionem tam glorioſi Patris nullatenus poſſe deficere, omninoque adimpleri debere, iterum inſtat; perſuadens matri, quod propter hanc reſponſionem nequaquam deſiſteret à rogatu, quin potius opportune & importune apud dictas Sorores pro dicto habitu obtinendo inſtaret: quod & illa dum natæ precibus victa, perficeret, idem ſemper reportabat reſponſum.

D

habitum deinde per matrem petit.

repulſam ferens

E

72 Inter hæc contigit Chriſti virginem infirmari infirmitate quadam corporea, qua ſolent communiter juvenes, antequam ad ætatem maturam perveniant *c*, moleſtari: & forſitan exceſſivus calor, quem ſub ferventibus aquis ſuſtinuerat, fuit in cauſa; quamvis ego putem totum ex divina providentia non ſine myſterio proceſſiſſe. Repleta ſiquidem eſt tota corpuſculi ejus cutis quibuſdam puſtulis ſeu apoſtematibus parvulis, ut modo medicorum loquamur, ita ut figura ejus diſcerni non poſſet, & cum hoc febris non modica cauſaretur. Quod cernens Lapa mater (quæ quamvis omnes filios & filias diligeret tenere, hanc tamen, quam nutrierat proprio lacte, diligebat tenerius) cœpit vehementer affligi: nec erat unde poſſet cauſare, quod hoc ex abſtinentia proceſſiſſet, quia infirmitas illa magis ex ſuperfluitate, quam ex defectu procedere videbatur: faciebat etiam ad hoc, quod pueris & puellis eadem infirmitas eſt communis. Sicque afflicta mater, juxta filiæ lectulum ſedens, quaſi continue remedia, quæ poterat, adhibebat: & ipſam quibus ſciebat verbis conſolabatur. At illa, quæ dum infirmabatur, fortior erat in deſiderio mentis ſuæ, videns tempus arctandi matrem ad complementum ejus quod capiebat, ſapienter & dulciter reſpondebat: Si vultis, dulciſſima mater, ut bene valeam & conforter; faciatis quod deſiderium meum de habitu Sororum de pœnitentia B. Dominici compleatur: aloqui ſatis dubito, quin Deus & B. Dominicus, qui me vocant ad ſervitium ſuum ſanctum, faciant taliter, quod nec in illo, nec in alio habitu poteritis me plus habere.

in morbum incidit:

c

F

aſſeritque morituram ſe niſi voto potiatur.

73 Quod reſponſum audiens ſemel & ſæpius mater ejus, nimium territa & de morte filiæ pavida, Sorores ſæpe dictas feſtinanter adiit, ipſasque tam ferventer eſt allocuta, quod victæ precibus mutaverunt reſponſum, dicentes: Si non eſt nimis ſuo corpore ſpecioſa vel pulchra, propter ejus & veſtrum deſiderium tam accenſum, reciperemus eam. Si autem eſſet nimis pulchra, timemus (ut diximus) nobis de periculo ſcandali, propter malitiam hominum, quæ nunc regnat in mundo: quapropter in tali caſu nullo modo conſentiremus. Quibus mater: Venite & videte, ac vos ipſæ indicate hoc. Tunc duas vel quatuor ex ſe matronas, ceteris magis practicas & diſcretas, cum

ergo matre urgente

A cum Lapa miſerunt ad virginem decumbentem, quatenus corporis diſpoſitionem aſpicerent, & ipſius mentale deſiderium indagarent. Quæ venientes, quamvis ſanctæ virginis ſpecioſitatem videre non poſſent, tum quia naturaliter non inerat exceſſive, tum etiam quia infirmitas illa ita corpus ejus infecerat, quod vix poterat figura ejus diſcerni; verba tamen per quæ ſui deſiderii fervorem exprimebat, prudentiamque ac maturitatem puellæ percipientes & advertentes, ſtupere cœperunt pariter & gaudere; cognoveruntque puellam hanc corpore, mente jam canam, multas anus virtutibus præcedere coram Deo, Quapropter nimis ædificatæ ſimul & letificatæ, recedentes ab ea, & ad conſocias redeuntes, quæ viderant & audierant cum non parvo gaudio retulere.

probatur à Sororibus,

74 Quod illæ intelligentes, habito prius conſenſu Fratrum, ſimul congregatæ, ipſam in Sororem voto unanimi receperunt, matrique nuntiaverunt, quod quam cito virgo Chriſti curata eſſet ab illa infirmitate, duceret eam ad eccleſiam Fratrum Prædicatorum, ut præſentibus omnibus Fratribus
B & Sororibus, qui curam earum gerebant, habitum B. Dominici, diu ab ipſa deſideratum, ſuſciperet juxta morem. Quod cum foret per matrem virgini nuntiatum, mox cum lacrymis gaudioſis gratias retulit Sponſo ſuo, almoque Patri Dominico, qui promiſſionem ſuam ducebat actualiter ad perfectum. Tunc cœpit orare, non propter corpus, ſed propter mentis deſiderium adimplendum, ut infirmitas illa corporea cito terminaretur, ne votum ſuum tam diu delatum, propter eam amplius differretur. Et quæ prius gloriabatur in infirmitate proprii corporis, ipſamque amore Sponſi ſui libentiſſime ferebat; iam incipit attædiari de illa, precibuſque aſſiduis pulſabat aures Altiſſimi, quatenus abſque mora infirmitatem de ſuo corpore removeret, quæ perfectionem voti cordis ſui impediebat: quod & factum eſt. Intra paucos enim dies curata fuit: quia non erat fas ei aliquid denegari ab illo, cujus voluntati ſe ſummo cum ſtudio conformabat. Quidquid namque petebat & appetebat, totum dirigebat in illum, quem omnibus animæ ſuæ viribus diligebat, & ad cujus ſervitium ſe totam obtulerat, ac totaliter mancipaverat.

& ſanitati reddita

habituminaut album ac nigrum

75 Adveniente igitur ſanitate, licet mater adhuc quærere videretur dilationes, inſtantia tamen virginis & importunitate ipſam nimium moleſtante, ventum eſt ad diem & horam per divinam pro-
C videntiam deputatam, in quibus habitum diu deſideratum accepit, non cum parva lætitia cordis ſui. Venerunt ſiquidem ad eccleſiam ſupradictam mater & filia, & præſentibus ſimul cunctis Sororibus & gaudentibus, Frater ille, qui curam earum pro tunc habebat, ſacram virginem induit illud genus veſtimentorum, ad innocentiæ humilitatiſque indicium, quod Patres noſtri ferre ſanxerunt, albi ſcilicet & nigri coloris, ut albedo innocentiæ, nigredo vero reſponderet humilitati. Nec fuit (meo judicio) aptior habitus cujuſcumque religionis alterius, qui habitum interiorem virginis hujus ſanctæ proprius deſignaret. Ipſa enim totis conatibus proprium corpus mortificabat, exterius vitam veteris hominis cum mortifera ſuperbia extinguendo, quod per colorem nigrum optime deſignatur; virginitatiſque innocentiam non tantum corporis, ſed etiam animæ, ut ſupra dictum eſt, amplexata, ad Sponſum æternum, qui vera lux eſt, ut lucida fieret, totis viribus propinquabat: quod non minus apte per albedinem ſignabatur. Si autem vel totaliter niger vel totaliter albus foret habitus ejus, non poſſet per illum niſi alterum horum deſignari; quod ſi griſeum *d* vel cinereum colorem adhibuiſſes, mortificationem quidem poſſes repræſentare, ſed non luciditatem mentis & puritatem.

AUCT. RAYMUNDO CONFESS.

76 Perpendo inſuper, quod ſi Sorores illæ melius advertiſſent, numquam primũ reſponſum, denegando ei habitum, matri dediſſent. Ipſa enim magis proprie aptiuſque ac dignius habitum illum portabat, quam illæ quæ de virginitate non poterant gloriari. Non igitur fuit ſacræ virgini denegandus habitus, qui pro ſigno innocentiæ fuerat à ſanctis Patribus conſtitutus; cum ipſa polleret præ ceteris innocentia virginali, quæ procul dubio cuilibet caſtitati viduali præfertur. Audeo ergo dicere, quod nondum habitus ille illa in civitate ſuam perfectionem fuerat conſecutus, quouſque ſacra hæc virgo ipſum induit & portavit. Ipſa enim in loco illo prima virgo excellens fuit, quæ habitum hunc accepit: quam tamen poſtmodùm multæ virgines ſunt ſecutæ, ut de ipſa cantaretur verſus ille Davidicus, Adducentur Regi Pſ. 44, 15 virgines poſt eam &c. Qualiter autem hoc fuit, infra, Deo dante, latius dicetur. Sed nunc ponamus hic huic Capitulo finem, & ad indagandam radicem ac fundamentum hujus religioſi ſtatus, in quo divina providentia ſacram hanc virginem poſuit, procedamus; ne per ejus ignorantiam, opinio ſanctitatis ejus in cujuſcumque animo minuatur. Verum hæc quæ in hoc Capitulo continentur, tam ab ipſa virgine, quam à genitrice ejus Lapa percepi: quamvis de receptione habitus, notorium ſit apud omnes qui eam noverunt, nec probatione indigeat quoquo modo.

d Jua pœnitentiæ & virginitati aptiſſimum:

licet antea ſolùs viduis daretur.

E

CAP. VIII. *Harum origo fuit à S. Dominico*

77 Cunctis volentibus legere, præſens per Capitulum notum facio, prout legi pariter & audivi à fide dignis in diverſis Italiæ partibus, geſtaque beatiſſimi Patris noſtri teſtantur. Ipſe glorioſus fidei Catholicæ pugil ac Chriſti athleta B. Dominicus, ſicut ſacer lator boni ſtatus Eccleſiæ militantis, quamvis per ſe & ſuos Fratres, tam in Toloſa quam in Lombardia *e* hæreticos triumphaliter debellaſſet, ita ut ſicut tempore ſuæ *f* canonizationis coram ſummo Pontifice probatum *g* legitime fuit, centum millia *h* hæreticorum & ultra converſi fuerunt tantum in Lombardia, tam doctrina quam miraculis ejus; nihilominus tam valde infecerat mentes hominum dictorum hæreticorum venenoſa doctrina, quod fere omnia jura eccleſiarum erant per laicos occupata, qui poſſidebant ea tamquam jure hereditario, ſicut & proh dolor! hoc in multis ejuſdem Italiæ partibus actitatur. Ex hoc cogebantur Pontifices mendicare, nec ullam habebant potentiam, per quam poſſent errori reſiſtere; nec etiam clericos aut pauperes valebant, ſecundum officii ſui debitum, nutriendo juvare. Quod ſanctus Pater cernens, zelotypa mente, & ſuſtinere non valens, quam pro ſe ſuiſque ſequacibus eximiam elegerat, paupertatem, cœpit pro Eccleſiæ divitiis decertare. Advocans igitur aliquos laicos Deum timentes & ſibi notos, cœpit cum eis tractare de ordinanda quadam ſancta militia, quæ haberet jura Eccleſiarum recuperare, ſimul & defenſare, nec non & fideliter reſiſtere hæreticæ pravitati: quod & factum eſt. Nam illos quos voluntarios reperit, ſic induxit, quod juramentum præſtabant ei, cuncta ſe quæ dicta ſunt facere juxta vires, & propter hoc exponere tam perſonam quam illa quæ poſſidebant. Ut autẽ à conjugibus hoc opus ſanctum impediri non poſſet, faciebat etiam conjuges ſeu uxores eorum jurare, quod viros non impedirent, ſed juxta modum ſuum cooperarentur eis in omnibus poſſibilibus ſibi; promittebatque Sanctus utrique parti copulæ, ſervanti hoc, ſecure vitam æternam: vocavit autem eos Fratres de militia Jeſu Chriſti.

e
f
g
h

F

inſtituens Fratres ac Sororos de Militia

Verum

AUCTORE RAYMUNDO CONFESSARIO

Verum ut per aliquod ſaltem ſignum ſecernerentur à ceteris laicis, & aliquid ſupererogatorii operis adderent ſuper conſuetudinem aliorum; dedit colorem habitus proprii, ut ſcilicet tam viri quam mulieres, quacumque figura veſtium uterentur, album tamen ſemper portarent & nigrum, ita quod uterque color exterius appareret, ad innocentiæ & humilitatis indicium. Inſuper aſſignavit eis quemdam taxatum numerum Dominicæ orationis & ſalutationis Angelicæ *i*, quem pro qualibet Hora canonica quotidie deberent perficere orando, ut à divino Officio non vacarent.

poſtea de Pœnitentia S. Dominici appellatos

78 Hoc facto, poſtquam beatus Pater relicto carnis onere migravit ad cœlum, & crebreſcentibus ejus miraculis Sedes apoſtolica ipſum Sanctorum annotans catalogo, honorandum exhibuit univerſis; Fratres hi & Sorores, dictæ de militia Jeſu Chriſti, volentes Ordinatori ſuo jam glorioſo ſingularem reddere gratiam & honorem, decreverunt mutare nomen, & vocari Fratres de pœnitentia B. Dominici. Induxit etiam eos ſatis ad hoc, quod beatiſſimi Patris meritis atque miraculis, nec non & Fratrum ejus laborioſa doctrina, jam peſtis hæretica & pene defecerat; & neceſſaria non videbatur multum amplius pugna exterior, ſed reſtabat tantum, ut per pœnitentiam cum hoſte interiori pugnarent, propter
B quod nomen pœnitentiæ etiam ſingulariter elegerunt. Demum creſcente quotidie turma Prædicatorum fidelium, inter quos velut matutinum aſtrum reſplenduit martyr & virgo Petrus, qui occiſus plures hoſtium conculcavit quam vivens; deleta eſt quaſi totaliter turba vulpecularum, demoliri cupientium vineam Domini Sabaoth; redditaque fuit pax, faciente Domino, Eccleſiæ ſanctæ Dei: quamobrem cauſa illius militiæ ceſſavit ex toto, ac per conſequens & effectus. Verum decedentibus hujuſmodi ſtatus viris, feminæ remanentes, propter religioſam vitam quam cum viris tenuerant, amplius nubere non audebant; ſed ſtatum quem ſervaverant, continuabant uſque ad mortem. Hoc cernentes aliæ non hujuſmodi ſtatus viduæ, quæ decreverant viduitatem ſervare, cœperunt dictas Sorores de pœnitentia B. Dominici velle ſequi, & earum obſervantiam pro remedio ſuorum peccaminum imitari: unde

quod inſtitutum in feminis perſeverabat,

paulatim creſcentes in diverſis locis Italiæ, coëgerunt Fratres Prædicatores ibidem morantes, ad informandum eas de modo vivendi, quo à Beato Dominico fuerat inſtitutus. Quia vero modus ille ſtrictus non erat, quidam ſanctæ memoriæ Pater, qui totius ordinis curam gerebat, vocatus Frater Munio, *k* natione Hiſpanus, modum illum vivendi redegit in ſcriptis; quem hodie habent, & Regulam vocant;
C quamvis proprie Regula dici non debet, quia nec ille ſtatus proprie de ſe regularis dicitur, ex quo tria vota in qualibet religione principalia non includit.

79 Porro creſcentibus numero & merito prædictarum Sororum in diverſis locis Italiæ, felicis memoriæ Dominus Honorius Papa hujus nominis quartus, ſentiens odorem bonæ famæ ipſarum, conceſſit eis per Bullam *l*, quod tempore interdicti poſſent in eccleſia fratrum Prædicatorum audire divina. Item Dominus Papa Joannes XXII, poſtquam promulgaverat Clementinam *m* contra Beginas pariter & Begardos, declaravit per Bullam ſuam *n*, illam decretalem non debere intelligi de Sororibus dictis de pœnitentia Beati Dominici per Italiam conſtitutis, nec per ipſam ſtatui earum fuiſſe quomodolibet derogatum. Nunc igitur lector habes, quare in præſentiarum ſtatus in ſolis feminis reperitur; & quare Sorores illæ reſponderant prima vice, ſe non conſueviſſe recipere virgines, ſed tantummodo viduas ap-

k

l

m

n approbante ſede Apoſtolica.

probatas. Hæc autem quæ ſcripſi, in diverſis Italiæ D
partibus pro majori parte reperi ſcripta: quædam vero, licet pauca, percepi audiens & inquirens à fide dignis utriuſque ſexus antiquis Fratribus Prædicatoribus & Sororibus de pœnitentia B. Dominici. Sicque hoc Capitulum conſummetur, ut ad ea quæ noſtri ſunt propoſiti redeamus.

ANNOTATA.

a Mantellatæ *ſic dictæ à laneo pallio ſeu Mantello, quod erat inſigne pœnitentium ſub Regula alicujus Ordinis mendicantis, ejuſdem coloris quo utebantur ipſius Ordinis Religioſi profeſſi: ſimiliter viri ejuſdem inſtituti dicebantur* Mantellati.

b *Addit Fr. Thomas:* Cum vero rediret à balneis, fertur oculos corporeos numquam ſuſtuliſſe: ſed quaſi à ſenſibus abſtracta penitus, iter ipſum tranſegiſſe.

c Variolas *ſeu* morbillos *appellamus, Græci* ἀκμὰς *appellant, quod circa tempus τῆ ἀκμῆς id eſt florentis ætatis erumpant: apud nos pueritiæ quam adoleſcentiæ familiarior eſt hæc infirmitas, ideoque paſſim vocantes Teutonica lingua* Puſtulæ pueriles.

d Totus niger *erat Tertiariarum ſub inſtitutione Eremitarum S. Auguſtini,* albus *Camaldulenſium,* griſeus *Franciſcanarum.* E

e *Albigenſes intelligit, ad quos extirpandos in fines Toloſatium circa an.* 1204 *à Didaco Oxomenſi Epiſcopo adductus fuit* S. *Dominicus: qui deinde per ſe & ſuos maxime rem egit, Prædicatorum exinde nomen ſuo Ordini nactus. De his videplura ad* 5 *Martii, ubi egimus de B. Petro de Caſtro-novo, primo in hac cauſa Martyre ex Ordine Ciſtercienſi: nam hinc aſſumpti fuere primi tunc Pradicatores fidei contra hæreticos.*

f *Canonizatus eſt S. Dominicus anno* 1234 *ſub Gregorio* IX.

g *Proceſſus hic à Ioanne Flaminio inſeritur lib.* 3 *de Vita S. Dominici: ejus an alibi extet exemplum neſcimus; ſi extet, rogamus ut conferatur cum impreſſo; deque ea quæ inventa fuerit varietate edoceamur: veremur enim ne ſtylum mutarit Flaminius, aut forte etiam nonnulla truncarit.*

h *Hunc numerum exprimit Stephanus, Teſtis* VII, *ſed agens de iis* qui ambigebant utris, hæreticis an fidelibus, adhærerent, in fide *autem* Catholica confirmati ſunt.

i *An ſicuti Franciſcanis & Carmelitis litteras ignorantibus præſcriptum diximus* 8 *Martii, ubi de B. Alberto Legislatore Carmelitarum num.* 83? *Ita exiſtimo, potius quam ut hic intelligam Pſalterium B. Virginis per quindecim decades abſolvendum: hoc enim ſi iſtis Chriſti militibus præſcripſiſſet Sanctus, expreſſius & paucioribus verbis nominatum fuiſſet ab auctoribus Ordinis eidem aſſuetis.* F

k Fr. Munio, *poſtea Magiſter Generalis in ordine ſeptimus, creatus an.* 1285, *& poſt variam fortunam defunctus Romæ* 1299.

l *Circa an.* 1286, *ſolum enim biennio præfuit Honorius* IV. *Frequens autem eo tempore erat Interdicti uſus adverſus Principum & Magiſtratuum pervicaciam: hinc frequentia quoque pro innocentibus dabantur privilegia, quæ paulatim ad Regulares omnes extenſa ſunt, ut in ſuis privatim eccleſiis poſſent celebrare divina, modo id facerent clauſis oſtiis, nec alios quam ſimili privilegio gaudentes admitterent.*

m *De hac* Clementina *in Concilio Viennenſi promulgata an.* 1312, *deque* Begardorum *in Alemannia ortorum erroribus, pluribus agit Odericus Raynaldus in Annalibus ex Alvaro Pelagio Epiſcopo Silvenſi, qui contra eoſdem decertavit: nomen à Saxonico* Begghen *mendicare ſumptum videri, jam alibi monuimus.*

n *Hanc Bullam credibile eſt prorſus ſimilem fuiſſe, ac forte eodem tempore impetratam, cum ea quam exhibet Waddingus*

A *dingus in Regeſto poſt tom. 3 pro Fratribus & Sororibus tertii Ordinis, qui Continentes ſeu de Pœnitentia nuncupantur. Data eſt autem Avenione 7 Kal. Martii anno Pontificatus 3, qui fuit Chriſti 1319.*

o *Ambroſius Taegius (cujus MSS. volumina de Inſignibus Ordinis Prædicatorum, Mediolani in conventu S. Mariæ Gratiarum reperta, ſæpius hoc & præcedenti menſe laudavimus) libr. 3 diſtinct. 7 de ſtatu Fratrum & Sororum de Pœnitentia §. 17 hæc inter alia habet.* In civitate Senenſi fuit à longo tempore valde venerabile collegiũ Sororum iſtius ſtatus, in quo fuit quædam eximiæ ſanctitatis & perfectionis Soror nuncupata B. Catherina, alia ab ea quæ canonizata eſt: cujus corpus venerabile in eccleſia FF. Prædicatorum venerabiliter ſepultum jacet miraculis clarens.

In civitate Venetiarum, inter perſonas iſtius ſtatus & habitus ſpecialiter fuit quædam Soror Maria, vitæ continentis, quæ ſingulari ſanctitate refulſit, in tantum ut per Fr. Thomam Senenſem, de dictæ Sororis vitæ progreſſu & tranſitu quædam compendioſa compoſita ſit Legenda. In eadem quoque civitate fuit quædam Soror, nomine Minna de Berengho, miræ ſanctitatis & devotionis femina, cui Dominus multa admiranda revelare dignatus eſt.

B In Caſtro Tridinenſi claruit quædam devotiſſima, virgo quæ Soror Magdalena dicebatur, in vita & in morte miraculis clariſſima: cujus venerabile ſepulcrum ab incolis devote viſitatur.

Ibidem etiam nominantur aliæ, nobis ex Vitis earum, quas habemus & ſuis diebus dabimus, notiores: iſtas autem hic volui adducere, ut ſi qua alia ſuggerantur quæ certum mortis aut cultus diem nobis exprimant, cum ſufficienti publicæ venerationis teſtimonio ac vitæ Actis; ipſæ etiam habere locum in hoc opere poſſint. B. Mariæ Venetæ *Legendam petiimus Venetiis deſcribi: ſed non inveniebatur exemplar Latinum & originarium, reſponſum eſt autem cultum publicum aut nullum fuiſſe aut jam prorſus ceſſare. Nihilo plus de* B. Catharina *accepimus apud Prædicatores Senis.* Tridinum, *vulgo* Trino *Montis-ferrati oppidum eſt ſub Duce Sabaudiæ, unde tanto ſolicitius petimus de vita & miraculis* B. Magdalenæ *informari, quanto clarius publici cultus teſtimonium nobis præbet Taegius.*

CAPUT V.

Quomodo Catharina ſpirituum diſcretionem edocta à Chriſto, & auctor de veritate mirabilium ejus certior factus ſit.

C 80 Licet in ſumptione dicti habitus, ſancta virgo tria principalia religionis non emiſerit vota (quia, ut dictum eſt, hoc in ſe ſtatus ille non habet) nihilominus firmiter propoſuit in ſe ipſa, omnia illa vota ſervare perfecte. Et de caſtitate quidem nulla cunctatio eſt, quia jam erat emiſſum votum virginitatis: de obedientia vero propoſuit, non ſolum Fratri Magiſtro ſororum, qui fuiſſet pro tempore ac Prioriſſæ, verumetiam & Confeſſori ſuo in omnibus obedire: quod ita ſervavit ſemper uſque ad mortem, ut auderet dicere, dum tranſiret ex hoc mundo ad Patrem, Nunquam me recolo vel ſemel obedientiam præteriſſe. Verum quod ſanctitatis quidam æmuli detractores, mordaces pariter & mendaces, auſi ſunt quandoque ipſa vivente oppoſitum dicere; ut mendacium ipſorum in os mentientis reclúdatur, ſcire te volo, lector cariſſime, quod ſi hæc ſacra virgo nullam aliam afflictionem habuiſſet, dum ageret in humanis, niſi quam inferebant ſibi ejus indiſcretiſſimi præceptores, ipſa fuiſſet quodammodo Martyr ex patientia tanta. Nullo enim modo intelligentes, & frequentius non credentes donorum excellentiam ſibi conceſſam ex alto, per viam aliarum quæ communiter vivunt, ipſam ducere volebant omnino; nec dabant honorem præſentiæ majeſtatis, per iter admirabile conducentis; cum tamen de hoc manifeſta ſigna ſine intermiſſione viderent; ſimiles Phariſæis, qui ſigna videntes pariter & prodigia, de curatione quæ fiebat in ſabbatho murmurabant, dicentes; Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Ipſa vero in medio diſcordiæ hujuſmodi à Deo poſita, ſatagens, quantum ſibi licebat, hominibus obedire, nec tamen volens relinquere viam quam per ſe ipſum Dominus ei oſtendebat; tanta cruciabatur anguſtia, quod non faciliter lingua explicaretur vel calamo. Ah! Domine Deus meus, quoties dictum eſt de ipſa, In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia: id eſt, viſiones iſtæ non ſunt à Deo, ſed à diabolo: cum tamen clare viderent non modo miracula, ſed totam vitam ejus fore miraculum. Hæc in locis ſuis particulariter infra ponentur, & ideo me amplius hic non extendo.

Poſt ſumptum habitum obedientiam ſervat etiam Confeſſario

Auctore Raymundo Confeſſario

quantum cumque ab illo vexaretur.

81 Paupertatem autem ita perfecte ſervavit, quod exiſtens in domo paterna, quæ tunc temporis bonis temporalibus abundabat, per ſe & pro ſe nihil penitus capiebat, niſi quod pauperibus erogabat: ſuper quo largam licentiam habebat à patre. In tantum erat paupertatis amica, quod, ſicut ipſa mihi ſecrete confeſſa eſt, numquã potuit de domo conſolari, dum vidit eam de temporalibus abundantem. Orabatque indefeſſe Altiſſimum; ut ablatis divitiis ad paupertatem ſuos deducere dignaretur, dicens: Numquid Domine hoc eſt bonum illud, quod pro parentibus & fratribus meis quæro, & non potius bonum æternum? Scio in his bonis multa mixta mala, multa pericula eſſe; nec volo meos quomodolibet in eis implicari. Exaudivit autem Dominus vocem ejus, & deducti ſunt per mirabiles caſus, abſque culpa ipſorum, ad infimam paupertatem, prout conſtat & conſtitit cunctis cognoſcentibus eos. His ſic poſitis, pro fundamento profectus admirabilis mentis ſuæ, quo ultra ſupra dicta profecit, poſt deſiderati habitus ſumptionem; operæ pretium puto ut perfectionis ejus principia proſequamur.

& præ ſtudio paupertatis

E

orat ut eadem parentibus ſuis obveniat:

82 Completa promiſſione almi patris B. Dominici, cœpit fideliſſima filia, velut apis argumentoſa, undique mella colligere; ſcilicet occaſiones & cauſas ſe ipſam magis arctandi, ac Sponſum ſuum ſtrictius amplexandi: unde alloquens ſeipſam, dicebat: Ecce jam religionem intraſti, non oportet te amodo vivere ſicut hucuſque vixiſti. Secularis vita præteriit, nova venit religio: ſecundum cujus regulam te regulari neceſſarium eſt. Puritatem ſummam oportet induere, illaque undique circumdari, quod alba tunica ipſam ſignat. Deinde te mortuam mundo omnino eſſe debere, pallium nigrum patenter oſtendit. Vide igitur quid agis, quia per arctam viam, per quam pauci vadunt, te oportet tranſire. Propoſuit igitur pro puritate melius obſervanda, arctiſſimum tenere ſilentium, nec alicui loqui, niſi dum confiteretur peccata ſua. Unde, prout Confeſſor ejus, qui me in hoc præceſſit officio, & refert & in ſcriptis redegit, tribus annis continue ſilentium tenuit, quod nulli niſi Confeſſori, quando confitebatur tantum, penitus eſt locuta.

F

ſeque ad altiora erigens,

83 Intra clauſuram cellulæ habitabat continue, nec egrediebatur inde, niſi cum ad eccleſiam properabat. Pro cibo non oportebat ipſam egredi; quia tam tenuis erat, quod faciliter intra cellulam mandebatur; nec cocto aliquo utebatur, pane ſolo excepto, ut ſupra dictum eſt. Statuit inſuper in corde ſuo, numquam niſi cum lacrymis ad cibum accedere: unde ſemper immediate ante cibum, prius Deo lacrymas offerens, animam irrigabat, & ſic poſtea

vigorem ſilentii, jejunii & vigiliæ auget.

AUCT. RAYMUNDO CONFESS.

cibum ſumebat pro corpore ſuſtentando. Invenit iſta deſertum intra propriam domum, & ſolitudinem in medio populorum. Vigilias autem ejus, orationes, meditationes & lacrymas alias quis exprimere poterit aut narrare? Statutum ſibi fecerat, quod dum Fratres Prædicatores, quos germanos ſuos vocabat, dormirent, ipſa quotidie vigilaret. Cum autem Fratres pulſabant ad Matutinas, pulſato ſecundo ſigno, & non prius, ipſa Sponſo ſuo dicebat: Ecce Domine, germani mei & ſervi tui uſque nunc dormierunt, & ego pro ipſis feci cuſtodiam coram te, ut ſervares eos à malis & ab inſidiis inimici: nunc vero ipſi ſurrexerunt ad laudandum te, tu ſerva eos, & ego parumper quieſcam. Sicque ſuper aſſeres, habens lignum pro cervicali, corpuſculum reclinabat.

viam perfectionis

84 Cernens hæc omnia ſupergratiſſimus Sponſus ejus, qui procul dubio ei cuncta præſtabat, quaſi allectus ejus fervoribus, nolens dimittere ovem tam nobilem abſque paſtore vel duce, diſcipulamque tam diligentem & aptam abſque perfecto magiſtro, non hominem, non Angelum, ſed ſeipſum ſponſæ ſuæ dilectæ dedit in præceptorem. Sicut enim ipſa mihi revelavit ſecrete, mox ut ipſa ſe in cella recluſit, ei apparere Sponſus & Salvator ejus ſuperdilectus Dominus Jeſus Chriſtus dignatus eſt; ipſamque de omnibus, quæ animæ ſuæ forent utilia, plenarie informare. Unde in ſecreto confeſſionis, dum hæc mihi recitaret, me taliter eſt allocuta: Habeatis hoc pro concluſione veriſſima, Pater mi, quod nihil, quod pertinet ad viam ſalutis, docuit me unquam aliquis homo vel mulier; ſed præciſe ipſe Dominus & magiſter, Sponſus pretioſus & ſuperdulciſſimus animæ meæ, Dominus Jeſus Chriſtus; vel per ſuam inſpirationem, vel per claram apparitionem loquens mihi, ſicut ego modo loquor vobiſcum. Fatebaturque mihi, quod in principio hujus viſionis, quæ, ut in pluribus, fuit imaginaria, quandoque vero patuit etiam exterioribus ſenſibus corporis, ita ut vocem aure corporali perciperet; In principio, inquam, ipſa formidare cœpit, ne foret deceptio inimici, qui ſe frequenter transformat in Angelum lucis.

B

Prov. 28, 14

& diſcretionem ſpirituum a Chriſto datur;

85 Quod & ipſi Domino nullo modo diſplicuit, imo commendavit formidinem, dicens: Semper viator debet eſſe cum formidine, quia ſcriptum eſt: Beatus vir qui ſemper eſt pavidus. Sed vis inquit, ut doceã te, quatenus poſſis diſcernere viſiones meas à viſionibus inimici? Illaque inſtantiſſime hoc ſupplicante, reſpondit: Agile foret per inſpirationem animam tuã informare, quod ſtatim diſcerneret inter unam & aliam: ſed ut proſit tam aliis quam tibi, volo te verbo docere, quia doctores, quos ego docui, dicunt & verum eſt, quod viſio mea incipit cum terrore, ſed ſemper in proceſſu dat majorem ſecuritatem; incipit cum aliqua amaritudine, ſed ſemper magis dulceſcit: cujus oppoſitum habet pro ſua conditione viſio inimici: dãt enim in principio, ut videtur, aliqualem lætitiam, ſecuritatem ſive dulcedinem; ſed ſemper in proceſſu timor & amaritudo in mente videntis continue creſcunt. Hoc eſt veriſſimum, quia etiam viæ meæ à viis ejus eadem differentia differunt: via enim pœnitentiæ & mandatorum meorum, in principio apparet aſpera & difficilis; ſed & quanto plus proceditur in ea, tanto plus dulceſcit & magis eſt agilis: via autem vitiorum in principio apparet valde delectabilis, ſed ſemper in proceſſu amarior fit & damnoſior. Sed ego volo tibi dare unum aliud ſignum infallibilius & certius. Habeas pro certo, quod cum ego ſim veritas, ſemper ex viſionibus meis reſultat in anima major cognitio veritatis: & quia veritatis cognitio magis ei neceſſaria eſt circa me & circa ſe, ut ſcilicet cognoſcat me & cognoſcat ſe, de qua cognitione egreditur ſemper quod ſe contemnit & me honorat, quod eſt proprium officium humilitatis; neceſſariũ eſt quod ex viſionibus meis anima efficiatur magis humilis, magiſque ſeipſam ſeu vilitatem ſuam cognoſcens pariter & contemnens. Oppoſitum autem accidit de viſionibus inimici: cum enim ſit pater mendacii & rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, nec poſſit niſi quod habet dare, ſemper ex viſionibus ejus reſultat in anima quędã propria reputatio ſeu præſumptio de ſeipſa, quod eſt proprium officiũ ſuperbiæ, remanetq; turgida & vento inflata. Tu igitur in te ipſa ſemper examinando diligenter, perpendere poteris, unde proceſſit viſio, à veritate ſcilicet an à mẽdacio: quia veritas ſemper animã humilem, mendacium autem facit eam ſuperbàm. At illa, velut diſcipula, non ſegnis aut negligens, doctrinã ſalubrem mente recondidit, mihique ac aliis poſt tempora tradidit, prout infra, Deo dante, dicetur.

C

D

& crebras patitur viſiones atque extaſes,

86 Extunc igitur cœperunt viſiones cæli ac revelationes multiplicari, ſimulq; frequentari à Domino: & in tantũ, quod ſicut ſæpe de ipſa loquens pluribus retuli, vix duo poſſunt homines reperiri, qui tam aſſiduam converſationem haberent ad invicem, quã continuam habebat hæc ſacra virgo cum Sponſo ſuo, Salvatore q; omnium Domino Jeſu Chriſto. Sive enim oraret, ſive meditaretur, ſive legeret, ſive vigilaret, ſive dormiret: uno modo vèl alio, ut in pluribus, ejus viſione conſolabatur: imo aliquando dum loqueretur cũ aliis, aſtabat hæc ſacra viſio, & mente loquebatur cum ipſo, lingua vero corporea cũ hominibus. Sed non poterat hoc diu durare, quia tã vehementer tunc anima ejus trahebatur ad Sponſũ ſuũ, quod poſt parvam morulam, relicto uſu corporalium ſenſuum, in extaſi ponebatur. Hinc aurẽ cuncta proceſſerunt mirabilia, quę poſtmodum ſunt ſecuta, tam de inconſueta ab ceteris abſtinentia, quam de doctrina mirabili, quam etiam de miraculis patentibus, quæ omnipotens Deus ipſa vivente coram oculis noſtris oſtendit. Quapropter cum hic ſit fundamentum, radix & origo omnium ſanctorum operum ejus, totiuſque vitæ ſuæ mirabilis medium oſtenſivum; ne in hoc te vacillare contingat, lector cariſſime, neceſſitatum me video ad revelandum tibi ea, quæ meam cedunt in confuſionem non parvam. Ne contingat enim quemquam incredulum dicere; Hæc quæ ſcribis, ab ipſa tantummodo ſunt audita, nullus alius teſtis inducitur; ipſa de ſe teſtimonium perhibet, teſtimonium ejus forſitan verum non eſt; aut forte decepta, aut mentita: cogor de me ipſo ſcribere hic, quæ, ſi honor virginis hujus ſanctæ non urgeret, nullatenus eſſent per me in perpetuum recitanda. Verum malo confundi ego, quam honor ejus diminuatur in aliquo: elegi coram hominibus potius erubeſcere, quam ejus injuriis meam verecundiam cooperire.

E

F

quarum veritatem probaturus confeſſarius

87 Scire te igitur volo, lector dilecte, quod in principio, cum audito ejus præconio cœpi familiariter cum ea converſari, multifarie multiſque modis de incredulitate, Deo permittente pro meliori, tentatus fui. Quærebam enim per omnem modum & viam, quibus inveſtigare poſſem, ſi facta ejus erant à Domino, aut aliunde; ſi erant vera, aut ficta. Occurrebat enim, quod nunc tempus eſt illius tertiæ beſtiæ, pellis leopardinæ, per quam hypocritæ deſignantur; & quod diebus meis aliquas inveneram, & potiſſime in feminis, quæ agiliter vacillant in capite, agiliuſque ſeducuntur ab hoſte, ſicut patuit in prima omnium matre; pluraq; ſimilia tunc menti meæ porrigebantur, quæ ipſam fluctuare cogebant circa iſtam materiam. Dumque ſic in bivio quodammodo poſitus, ad neutram partem firmiter declinarem; nutanſque in mente anxie dirigi cuperem ab illo, qui nec falli poteſt nec fallere; ſubito menti occurrit, quod ſi poſſet mihi conſtare, quod precibus ejus obtinerem à Domino unam magnam & in-

A & inſolitam contritionem peccatorum meorum, ultra communem omnem conſuetudinem meam, hoc eſſet mihi perfectum ſignum, quod à Spiritu ſancto procederent omnia facta ejus: nullus enim poteſt hanc contritionem habere, niſi à Spiritu ſancto: & quamvis nemo ſciat, an gratia, odio vel amore ſit dignus, magnum tamen ſignum gratiæ Dei eſt, cordialis contritio peccatorum. Nec cogitationem hanc uſque ad linguam ſeu vocem duxi, ſed totaliter tacitus acceſſi ad eam, & petivi ab ea inſtanter, quod vellet pro me efficaciter Dominum deprecari, ut indulgere mihi dignaretur peccata mea. Quæ cum ex ſuæ plenitudine caritatis lætanter reſpondiſſet, quod libentiſſime faceret; replicavi ego, quod hoc deſiderium meum non quietaretur, niſi de hac indulgentia more curiæ Romanæ Bullam haberem. Qua ſubridente ac petente, qualem Bullam vellem de hoc habere; reſpondi me loco Bullæ pro ſigno petere, unam magnam & inſolitam contritionem peccatorum meorum. Quæ mox annuit, ſe hoc indubitanter facturam. Viſumque eſt mihi tunc, quod omnes cogitationes meas intellexiſſet, ſicque abſceſſi ab ea, hora diei, ſi non fallor, penultima.

actum contritionis ſibi petit,

B 88 In craſtinum contigit me quaſdam meas ſolitas infirmitates pati ſatis gravitèr: unde in lectum decidi, aſtante mihi quodam devotiſſimo & dilectiſſimo Deo & mihi ſocio, Fratre Ordinis mei Nicolao, qui erat Piſanus origine. Quod cum illa percepiſſet, quia pro tunc eramus quaſi viatores in quodam monaſterio Sororum ejuſdem Ordinis, nec multum ab habitatione noſtrâ ſua diſtabat; de lectulo, in quo febribus & aliis paſſionibus attrita jacebat, ſurrexit & dixit ſociæ: Vadamus ad videndum Fratrem Raymundum, quia patitur. Illa vero reſpondente, quod non multum erat neceſſe, ac etiamſi foret, ipſa plus gravabatur quam ego; ultra omnem morem conſuetum feſtinanter, ſocia comitante, venit ad me, dicens: Quid habetis vos? Qui dum videlicet vix præ debilitate potuiſſem prius ſocio aliquid dicere, conatum feci ad reſpondendum totum & dixi: Vt quid, domina, huc veniſtis? Peius eſt vobis quam mihi. Ipſa vero incipiente, juxta morem ſuum loqui de Deo & de ingratitudine noſtra, qui tantum benefactorem offendimus; quaſi confortatus ſimul & propter honeſtatem coactus, de lecto ſurrexi; non tamen memor in aliquo promiſſionis, quam in præcedenti veſpere fecerat mihi: & poſui me ad ſedendum in alio lectulo ibi propinquo.

quem illa impetrat ægrotanti,

C 89 Sed ipſa inceptum ſermonem continue proſequente, ſupervenit menti meæ, quædam inſolita conſideratio peccatorum meorum, tam clara, quod abſque velamine aliquo cernebam me ipſum in judicio juſti Iudicis poſitum, ac indubitantiſſime reum mortis, in ſimilitndinem eorum qui propter malefacta per judices hujus ſeculi quotidie condemnantur. Videbam etiam benignitatem ejuſdem Iudicis & clementiam, qui propriis demeritis me deputatum morti juſtiſſimæ, non ſolum liberabat à morte, ſed ſuis veſtibus induens nudum, ſuaque in domo cubans ac confovens, ac ſuo ſervitio deputans, mortem in vitam, timorem in ſpem, dolorem in gaudium, ignominiam in honorem, ſuæ infinitæ bonitatis ſola gratia convertebat. His conſiderationibus, imo ut magis proprie loquar, clariſſimis mentis viſionibus, ruptæ ſunt cataractæ duriſſimi cordis mei, & apparuerunt fontes aquarum, & revelata fuerunt fundamenta culparum mearum; in tantumque fletum & rugitum prorupi, quod verecunde dico, quod veriſimiliter timui, ne pectus & cor pariter finderentur. At illa prudentiſſi-

cum inſolita mentis illuminatione:

ma, quæ ad hunc finem tantum venerat, mox ut hæc vidit, conticuit, & permiſit me lacrymis ſatiari & ſingultibus. Poſt aliquam autem moram admiranti mihi de inſolita novitate, inter fletus occurrit petitio mea, quam præcedente die feceram, & promiſſio ejus; ſtatimque me ad ipſam convertens, dixi; Eſtne Bulla hæc, quam heri petivi? Illa reſpondit: Hæc eſt. Et mox ſurgens, ſi non fallor, manu tetigit humeros meos retro, dicens: Sitis memor donorum Dei; ſtatimque abſceſſit, & ego cum ſocio remanſi, ædificatus ſimiliter & lætificatus. Hæc coram Deo, quia non mentior. AUCT. RAYMUNDO CONFESS.

90 Alia vero vice, abſque quod peterem, aliud datum eſt mihi de ejus excellentia ſignum; quod propter honorem ejus cogor etiam propalare, licet rubori ruborem addere me cognoſcam. Accidit in monaſterio ſupradicto, quod ſemel ipſa pluribus gravata languoribus, in ſtratulo ſuo decumbens, & cupiens quædam ſibi à Domino revelata conferre mecum, ſecrete me accerſiri fecit. Qui cum ad eam veniſſem, aſtiti lectulo: & ipſa, quamvis febricitans, cœpit more ſuo de Deo ſermocinari, & recitare quæ illa die fuerant ſibi revelata. Ego autem audiens tam ingentia ſimiliter & aliis inſueta, immemor & ingratus primæ gratiæ jam receptæ, intra me cogitavi in quibuſdam; Putasne ſint omnia vera quæ dicit? Dumque ſic cogitarem, & in faciem loquentis intenderem; ſubito facies ejus transformata eſt in faciem viri barbari, qui me fixis oculis intuendo, nimium terruit: eratque facies oblonga, ætatis mediæ, non prolixam habens barbam coloris tritici, majeſtatemque præferens in aſpectu, ex qua ſe manifeſte Dominum oſtendebat: nec aliam pro tunc ibi faciem diſcernere poteram, præter illam. Cumque pavefactus & territus, erectis circa humeros manibus, exclamarem: O quis eſt, qui me reſpicit? Reſpondit virgo: Ille, qui eſt. Quo dicto, mox facies illa diſparuit, & faciem viginis, quam diſcernere prius non potui, clare vidi. Hic coram Deo loquor ſecurus, quia ipſe Deus & pater Domini noſtri Jeſu Chriſti ſcit, quia non mentior.

ideminpriorem diffidentiam relapſus,

E

terretur à Chriſto vultum B. Catharinæ in ſuum mutante:

91 Fateorque ad majorem confirmationem miraculi, quod (ut apparet clare) hoc à Domino factum eſt; poſt hanc ſenſibilem viſionem (abſque rubore dicere nequeo) mentalem illuminationem percepi ab intra, tantam & tam inſolitam, potiſſime circa materiam de qua tunc ipſa mihi loquebatur, quã taceo, quod quaſi expertus ſum id, quod Dominus, promittens Spiritum ſanctum, dixit diſcipulis: Et quæ ventura ſunt, annuntiabit vobis &c. Ecce ſtultus factus ſum, nec diffiteor, & increduli me ad hoc coëgerunt. Potius eligo ab hominibus fatuus reputari, quam quod hæc ſacræ virginis hujus teſtimonia occultentur. Quis enim ſcit ſi Dominus hæc tunc incredulo mihi oſtendere voluit, ut tempore ſuo teſtimonium ſanctitatis ejus ceteris revelarem, incredulorumque mentes iſtis teſtimoniis reformarem? Quid nunc dicis aut cogitas, incredule? Si Mariæ Magdalenæ vel ceteris diſcipulis, nimis cito (ut putat durities tua) credentibus, credere denegas; ſaltem Didymo Thomæ, ſtigmata palpanti, credere non recuſes. Si dedigneris credulos imitari, vel incredulis; tibi ſimilibus, non abneges ſociari. Ecce incredulum tibi offero, & plus quam incredulum, quia poſt ſignum quod ipſemet rogaverat jam receptum, adhuc in incredulitate perſeverabat. Venit Dominus, & faciem ſuam manifeſtans, exterioribus ſenſibus ſenſibiliter indicavit, experimentumque dedit notorium ejus qui loquebatur in illa. Sic (ut ita dixerim) videndum

ita confirmatus

Ioa. 16, 13

F

ex ſua ipſius incredulitate lectorẽ confirmat:

AUCT. RAYMUNDO CONFESS. se exhibuit Raymundo incredulo, sicut se palpandum præbuit olim Thomæ, qui Didymus dicebatur. Exclamavit autem post palpationem Didymus ille, Dominus meus, & Deus meus : mirumne tibi videtur, si post geminam visionem exclamat nunc incredulus iste, Domini mei & Dei mei verissima sponsa, veraque discipula ? Hæc idcirco, lector carissime, sint dicta, ut infra Deo dante audiens revelationes & visiones ejus, de quibus & pro quibus præter eam testis adduci non potest, non vacilles, neque despicias ; sed notanter & reverenter attendas sancta exempla, sacramque doctrinam, quæ & quam tibi Dominus, qui fecit, ostendit in vase naturaliter infirmo & fragili, ab ipso autem mirabiliter facto pretioso & forti. Ec hic finem huic capitulo imponamus, cujus continentiam, præter hæc quæ mihi contigerunt, ab ipsa sacra virgine sum edoctus, nisi quod de silentio habui ab illo quem superius allegavi.

CAPUT VI.

Doctrina de notitia sui ac Dei hausta à Christo, fiducia in Deum, judicium de amore Dei & odo sui.

B

CAP. X. *discit à Christo quid sit nosse se & nosse Deum :*

92 FUndamento igitur credulitatis, quantum concessit Dominus, superius posito, nunc ad ædificii spiritualis constructionem, si ipse qui Lapis est angularis præstiterit, procedamus. Et quia fideles animæ verbo Domini vivificantur & vivunt, à doctrina notabili, huic sacræ virgini per Conditorem omnium & suum Doctorem datâ, nostrum exordium capiamus. Narrabat siquidem hæc sacra virgo Confessoribus suis, inter quos immeritus ego fui, quod in principio visionum Dei, scilicet cum ipse Dominus Jesus Christus sibi apparere incepit, semel ipsa orante, apparuit sibi, & dixit : Scisne, filia, quæ tu es, & quis ego sum ? Si hæc duo noveris, beata eris. Tu enim es illa, quæ non es : ego autem sum ille, qui sum. Si hanc notitiam habueris in anima tua, numquam decipere te poterit inimicus, omnesque laqueos ejus evades : numquam consenties alicui rei contra mandata mea, omnemque gratiam, omnemque veritatem, omnemque claritatem absque difficultate acquires. O verbum abbreviatum & grande ! ô doctrina brevis, & quodammodo infinita ! ô immensa sapientia, syllabis admodum explicata brevibus ! Quis mihi det, ut te intelligere valeam ? quis mihi aperiet signacula tua ? quis me deducet, ut tuam abyssalem profunditatem intuear ? Esne tu forsitan illa longitudo simul & latitudo, sublimitas pariter & profundum, quas seu quæ cum omnibus Sanctis Ephesios comprehendere optabat Paulus Apostolus ? aut forte una cum Christi caritate, supereminens omni humanæ scientiæ ?

C

Eph. 3, 16

priorum notitia quanta via sit ostenditur

93 O carissime lector, fige pedem, non præteramus incomparabilem thesaurum hunc, quem in agro hujus sacræ virginis invenimus. Fodiamus ab intra solicite : quia signa quæ apparent, grandem nobis copiam divitiarum ostendunt. Inquit enim infallibilis veritas : Si hæc duo noveris, salva eris. Et iterum : Si hanc notitiam habueris in anima tua, numquam decipere te poterit inimicus tuus, & cetera quæ supra sunt posita. Bonum est, ut arbitror, hic esse : faciamus hic tria tabernacula, scilicet honori docentis Domini Jesu, per dictorum intelligentiam, unum ; amori & devotioni doctrinam recipientis Catharinæ virginis, per affectus reverentiam, unum ; & valori cujuslibet nostrum hic vitam invenientis, per memoriæ retinentiam, unum : sicque fodere valebimus spiritales divitias simul & possidere, ita ut non amplius erubescere mendicando cogamur. Tu es, inquit, illa quæ non es. Numquid non ita est ? De nihilo facta est quælibet creatura per Creatorem : quia creare, aliquid de nihilo facere diffinitur. Item semper ad nihilum tendit sibi relicta, in tantum quod si per instans Creator à conservatione cessaret, mox redigeretur in nihilum. Cum facit peccatum, quod nihil est, semper appropinquat ad nihilum : nec ex se præcise quidquam facere potest aut cogitare secundum Apostolum. Nec mirum, quia nec esse potest ex se, nec conservari adhuc in esse. Unde clamat idem Apostolus : Qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit, &c.

D

2 Cor. 3, 5

Gal. 6, 3

94 Vides ergo Lector, quod sit creatura quælibet nihilitatibus circumdata ? De nihilo siquidem facta, semperque de se ad nihilum tendens, per culpam se facit nihil, secundum Augustinum : nihilque facere potest per seipsam, ipsa Veritate incarnata testante, quæ ait : Sine me nihil potestis facere, nihilque cogitare, sicut jam dictum est. Igitur clare convincitur, quod non est : quis enim audeat asserere, illud esse quod nihil est ? Quot hinc conclusiones veridicæ eliciantur, ac perutiles ad omnia vitia excludenda, ipsi sancti Dei homines, qui Spiritu sancto docente hac sapientia sunt imbuti, optime cognoverunt. Quæ namque superbiæ inflatio ingredi poterit in animam illam, quæ novit se nihil esse ? Qualiter gloriabitur de quocumque opere facto, quæ novit illud non esse suum ? Quomodo reputabit se aliquid super alios esse, quæ ex profundo cordis reputat se non esse ? Quo pacto alios spernet, aut aliis invidebit, quæ seipsam spernit usque ad nihilum inclusive ? Unde poterit in exterioribus divitiis gloriari, quæ omnem propriam gloriam jam contempsit ? Dicit enim illud verbum Sapientiæ incarnatæ, quæ ait : Si ego quæro gloriam meam, gloria mea nihil est. Item, quomodo quæret exteriora dicere sua esse, quæ seipsam optime scit non esse suam, sed ejus qui fecit illam ? Per hanc considerationem demum quis faciet hanc animam carnalibus delectationibus deliciari, quæ usque ad non ens per hanc considerationem seipsam restringit quotidie ? Postremo quando poterit pigritari, quæ proprium esse, quod scit non esse suum, quærit ab illo mendicare ? Per hæc, licet nimis breviter dicta, potes lector perpendere, omnia vitia excludi per hanc propositionem brevissimam, Non es. Haud dubium hic superaddenda plurima forent, si non historiæ narratio, quam intendimus, impediret.

E

Ioa. 15, 5

Ioa. 8, 54

F

quantaitem posterioris

95 Verum secundam hujus supernotabilis doctrinæ partem omittere fas non est. Inquit enim Veritas ipsa : Ego sum, qui sum. Sed numquid hæc propositio nova est ? Nova pariter & antiqua. Hanc enim Moysi protulit de rubo ipse qui loquitur : hanc notantissime cuncti sacrarum Litterarum declaratores diligenter exposuerunt ; & veraciter docuerunt, illum tantummodo esse, cui essentialiter competit esse : nec est differentia inter essentiam ejus, & esse : nec ab alio quam à se habet esse ; ac à quo provenit & procedit omne esse aliud, hic solus potest proprie hanc propositionem proferre. Quia, ut verbis utar Apostoli ; Non est in eo, Est, & Non, sicut in creaturis : sed Est in eo tantummodo est. Propter quod ipse præfato Moysi mandat, ut dicat : Qui est, misit me. Nec mirum quia qui creationis propriam diffinitionem attente considerat, inde eliciet hanc sapientiam incunctanter. Si enim creare aliud non est, quam de nihilo aliquid

Ex. 3, 14

quid

A quid facere; patenter concluditur, quod quodlibet eſſe ab ipſo ſolo Creatore procedit, nec aliunde poteſt quomodolibet provenire, quia ipſe ſolus eſt fons omnis eſſe. Quo conceſſo, ſtatim deducitur, quod creatura nihil habet à ſe, totum vero habet à Creatore: Creator autem ipſe, à ſeipſo & non ab alio, totam imo infinitam habet eſſendi perfectionem: nunquam enim valeret de nihilo aliquid facere, niſi haberet infinitam entitatis virtutem in ſe. Totumque quod ſummus Monarcha pariter & Magiſter docere voluit ſuperius ſponſam ſuam, hoc eſt: Cognoſcas me de cordis tui profundo, tuum eſſe veraciter Creatorem, & ſic beata eris.

a 96 Simile legimus alteri Catharinæ *a* dixiſſe, cum eam in carcere poſitam, ſociatus Sanctis & Angelis plurimis, viſitavit. Inquit enim, Agnoſce, filia, Creatorem tuum. Hinc ſcilicet ex hac cognitione, omnis procedit perfectio virtualis, omnis bona ordinatio mentis creatæ. Quis enim niſi irrationalis vel amens, ei à quo cuncta ſe recognoſcit habere, non ſe ſponte ac lætanter ſubjiciat? Quis tam gratum tamque plenum benefactorem, omnia ſcilicet bona gratis dantem, toto corde totaque mente non diligat? Quis tantum dilectorem ac amatorem, qui nullis præcedentibus meritis, imo nihil movente ipſum niſi æterna bonitate præciſe, creaturas ſuas prius dilexit quam condiderat; non accendatur quotidie ad amandum? Quis poſt hæc non timeat, aut continuo non concutiatur timore ac tremore, tam ingentem & terrificum creatorem, tam potentem & mirificum donatorem, tam ardentem & gratificum amatorem offendere aut perdere quovis modo? Quis propter eum rurſus non cuncta etiam mala ſuſtineat, à quo tot bona recepit & recipit, ac recepturum ſine dubitatione confidit? Quis attædietur laboribus aut affligatur languoribus, ut tantæ tamque amabili placeat majeſtati? Quis ejus verba, quibus tam dignanter creaturas ſuas alloquitur, non reverenter ſuſcipiat, diligenter auſcultet, nec non & in theſauro memoriæ tenacis ſemper retineat? Quis ejus ſalutiferis mandatis non læto corde obediat juxta vires? Hæc omnia & ſingula de illa eliciuntur perfecta cognitione, qua dicitur: Cognoſce te illam eſſe, quæ non es; me autem illum, qui ſum. Sive cum aliis dicitur verbis: Agnoſce, filia, Creatorem tuum. Perpendis, lector, quale fundamentum poſuerit Dominus in principio, in arrham ſponſæ ſuæ. Numquid non tibi videtur ſufficiens, ad ſuſtinendum omnem ſtructuram cujuſcunque perfectionis ſpiritualis, ita quod nec ventis, nec tempeſtatibus quibuſcunque poſſit dejici nec moveri? Tibi, quantum conceſſit Dominus, ſuperius credulitatis poſui fundamentum: nunc autem cernis apertiſſime, quale fundamentum ſummus architectus poſuerit in mente ejus virginis, de qua eſt ſermo; ut duplici fundamento firmatus, nullatenus valeas vacillare. Sta igitur ſaltem in firma fidelitate ac ſtabili, & noli eſſe incredulus ſed fidelis.

B C

97 Ceterum præfatæ nimis notandæ doctrinæ aliam valde notabilem addidit Dominus: quæ, ſi non fallor, ex ipſa deducitur incluſive. Ait enim, dum alia vice ei apparuit: Filia, cogita de me: quod ſi feceris, ego cogitabo de te incunctanter. Videsne, lector, verbum Pſalmographi, cuilibet juſto exclamantis, Jacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem juſto? Qualiter autem virgo ſacra verbum hoc intellexerit, audiamus. Dum enim ſecrete mecum de hoc verbo conferret, dicebat ſibi Dominum tunc præcepiſſe, quod omnem aliam cogitationem de ſuo corde excluderet, ſuumque velle de ipſo tantummodo retineret, ne aut aliqua ſolicitudo de ſe ipſa, ſive quantum ad ſpiritualem ſalutem, ipſam à dicta cogitationis quiete aſſidua quomodolibet impediret. Addidit, Et ego cogitabo de te; ac ſi aperte dixiſſet, Nihil ſolicita ſis, filia, de tui hominis utriuſque ſalute; quia ego, qui ſcio & poſſum, volo de hoc cogitare ac providere ſolicite: tantum tu attendas ad cogitandum & meditandum de me, quia in hoc ſtat perfectio tua, & bonum finale tuum. Sed, ô increata Bonitas, quid tibi accreſcit, ſi virgo hæc ſponſa tua, vel quæcunque alia creatura, cogitet & meditetur de te? Numquid aliquid exaltationis inde tibi poteſt quomodolibet provenire? Cur igitur tanto cum affectu deſideras, ut cogitemus & meditemur de te; niſi quia bonitas es, & naturaliter ſemper induceris ad communicandum te nobis, & ad trahendum nos ſemper ad te?

AUCT. RAY. MVNDO CONFESS.

98 Porro ex hac doctrina hæc Dominica virgo ſolebat inferre, quod ex quo Deo dati ſumus, tam per ſacrum baptiſma quam per religionem clericalem ſeu monachalem, in nullo ſoliciti eſſe debemus de nobis, ſed tantummodo ſolicitari & cogitare, qualiter ipſi Domino, cui nos dedimus, placeamus. Et hoc non principaliter conſideratione præmii, ſed conſideratione unionis: quia glutino amoris ei unimur, tanto amplius, quanto magis ei placemus. Quia nec ipſum præmium eſt propter aliud principaliter appetendum, niſi quia perfecto modo unit nos noſtro infinite perfecto principio. Unde ſolebat nobis dicere, quando timebamus de periculo aliquo ego vel aliquis ex Fratribus meis, Quid, inquiebat, habetis facere vos de vobis? Permittatis divinam providentiam facere: ipſa, dum magis timetis, ſemper habet oculos ſuper vos, indeſinenterque providet veſtræ ſaluti. Tantam enim concepit de Sponſo ſuo fiduciam, poſtquam audivit ab ipſo, Ego cogitabo de te; tamque alte de divina providentia ſapiebat, quod ſatiari non poterat, die noctuque ad loquendum de ea: unde in libro quem fecit, per longum tractatum & per plura capitula *b* de ipſa differere non omiſit, ſicut ipſum legentibus clare patet.

E

quare fiduciam in Deo collocandam ſuadet,

b

99 Recolo ego, quod dum eſſemus in mari ſimul multi & multæ, noxque medium curſum jam peregiſſet vel circa, deficiente propitio vento, nauclerus cœpit non modicum dubitare: dicebat enim nos eſſe in loco ſatis periculoſo, ex eo, quia ſi ventus collateralis inſurgeret, neceſſario nos oportuiſſet ad valde remotas partes ſeu inſulas transfretare. Quod cum audiſſem, ipſam allocutus ſum, ejulans ſimul & dicens: O mater (ſic enim omnes eam vocabamus) videsne in quali periculo ſumus? Quæ mox mihi reſpondit; Quid habetis facere vos de vobis? Sicque impoſuit ſilentium meo clamori pariter & timori. Poſt paululum venit ventus oppoſitus, ex quo dictus nauclerus dicebat ſe coactum ad redeundum: quod cum ego virgini expreſſiſſem, Gyret, inquit, manum in nomine Domini, & vadat ſicut Dominus ventum dabit. Gyravit ille manum, & redibamus: ſed illa inclinante caput & Dominum exorante, nondum per baliſtæ jactum proceſſeramus retrocedentes, affuitque ventus propitius qui prius defecerat; & perveniimus, ducente Domino, expletarum Matutinarum hora lætantes ad portum, ad quem optabamus, cantantes alta voce, Te Deum laudamus. Hoc hic, non propter ordinem geſtæ rei, ſed propter concordantiam materiæ recitavi. Verum prout ſuperius tactum eſt, hanc ſecundam doctrinam, ſi non fallor, à prima conſequenter ſequi, cernit unuſquiſque intelligens. Si enim anima, ſe nihil à ſe totamque à Domino eſſe, cognoſcit; conſequens eſt, ut operationi non ſuæ, ſed Domini tantum, fidat. Propter quod ſolicitudinem ſuam totam ponit in Domino, & hoc eſt jactare cogitatum ſuum in Domino, juxta Pſalmiſtam, ut puto. Nec tamen ex hoc dimittit quin operetur quod poteſt: quia cum

F

ſicque navigantibus faventes ventos impetrat:

alias audit, Cogita de me, & cogitabo de te: Pſ. 54, 23

AUCT. RAYMVNDO CONFESS.

hæc confidentia ex amore procedat, amorque deſiderium amatæ rei neceſſario cauſet in mente amantis, quod abſque opere ei poſſibile eſſe non poteſt; ſequitur, quod quantum amat, tantum operatur: ſed nihilominus, non in ſuo, ut ſuo, ſed in Conditoris opere præciſe confidit: quod eam perfecte docet notitia ſuæ nullitatis, & perfectio veritatis conditoris ejuſdem.

quid ſenſerit de amore Dei,

100 Sane quia, inter cetera mirabilia virginis hujus almæ, doctrinam ejus reputo ſingulariter venerandam, omittere nequeo, quin doctrinis jam dictis ſuperaddam reliquas quas docuit: quæ tamen omnes, niſi nimium fallor, ex prima primo recitata procedunt. Conferebat namque ſæpius mecum hæc virgo ſancta de conditionibus animæ, ſuum Creatorem amantis, & dicebat, quod talis anima nec ſe nec aliquem videt nec diligit, nec ſui nec alicujus creaturæ penitus memoratur. Cujus dicti cum declarationem exquirerem, reſpondebat: Anima, inquiens, quæ nullitatem ſuam jam videt, & cognoſcit totum bonum ſuum eſſe in Creatore, cum omnibus ſuis potentiis ſe ac cunctas creaturas relinquit ex toto, & totam ſe in Creatorem ſuum immergit; ita quod omnes operationes ſuas dirigit principaliter, & ex toto
B in eum; nec extra eum, in quo inveniſſe ſe percipit omne bonum & omnem felicitatis perfectionem, vult egredi quoquo modo: & ex viſione dilectionis, quæ in ea quotidie augmentatur, ita transformatur quodammodo in Deum, quod nec cogitare, nec intelligere, nec amare, nec memorari poteſt, niſi Deum pariter & de Deo: creaturas autem alias & ſeipſam non videt, niſi tantum in Deo; nec memoratur de ſe vel de eis, niſi præciſe in Deo. Sicut ille qui mergit ſe totum in mare, & natat ſub aquis marinis, non videt nec tangit niſi præciſe aquas marinas, & quæ in aquis ſunt; extra aquas nihil videt, nihil tangit aut palpat: ſi autem ſpecies eorum quæ ſunt extra, reſultent in aqua, illas videre poteſt, ſed in aqua tantum, & prout in aqua ſunt; aliter non. Et hæc eſt, dicebat ipſa, ordinata & recta ſui & cunctarum creaturarum dilectio, in qua nuſquam erratur: quia divina regula neceſſario regulatur, nec per eam concupiſcitur aliquid extra Deum, ex quo in Deo ſemper exercetur & fit. Neſcio ſi explicavi perfecte ſententiam, quam ipſa me tunc docebat, quia ipſa hæc didi-
c cerat ſentiens, ſicut alius Dorotheus *c* à Dionyſio nominatus. Ego autem, proh dolor! talium inexpertus, non niſi deficienter poſſum hæc recitare: ſed tu
C percipe, lector, & recipe ſecundum gratiam tibi datam: ſcio tamen quod quanto eris Deo conjunctior, tanto intimius hanc ingentem doctrinam intelliges.

& de odio ſui,

101 Porro ex hac conjunctione doctrix hæc diſciplinæ Dei, unam aliam inferebat, quam non ceſſabat his quos in via Dei volebat inſtruere, quotidie replicare: quod videlicet talis anima, ſic, ut ſupra diximus, Deo conjuncta, quantum habet de amore Dei, tantum habet de odio ſancto partis propriæ ſenſitivæ, ſive propriæ ſenſualitatis. Quia enim ex amore Dei naturaliter procedit odium culpæ, quæ contra Deum committitur, videns anima fomitem ac originem omnis culpæ in parte ſenſitiva regnare, in ipſamque radices miſiſſe; magno, ſed ſancto, movetur odio contra eam; conaturque totis viribus non occidere ipſam, ſed fomitem illum radicatum in ea: quod inde fieri non poteſt abſque ſenſualitatis ipſius afflictione non parva nec brevi. Verum quia non poteſt fieri, quin ſemper remaneat aliqua radix ſal-
1 Joa. 1, 8 tem parvarum culparum, juxta illud Joannis, Si dixerimus quia peccatum non habemus, &c. incipit quamdam diſplicentiam habere de ſe ipſa, ex qua oritur odium ſanctum jam dictum, & contemptus ſui ipſius, quibus ſemper anima cuſtoditur ab inſidiis inimici ſimul & hominum. Nihil eſt enim quod tantum teneat animam ſecuram & fortem, quantum odium illud ſanctum, quod volebat exprimere Apoſtolus, cum dicebat: Cum infirmor, tunc fortior 2 Cor. 12, 10
D ſum. Et ô, inquiebat, æterna bonitas Dei, quid feciſti? Ex culpa procedit virtus, ex infirmitate oritur fortitudo, ex offenſa placatio, & ex diſplicentia gignitur complacentia. Hoc ſecundum odium, ô filii, ſemper habetote in vobis; quia reddet vos humiles, & de vobis ſemper humilia ſentientes: faciet vos ſemper in adverſitatibus patientes, in proſperitatibus temperatos, in omni morum honeſtate compoſitos, & Deo ſimul & hominibus dilectos & gratos. Et addebat: Væ, ac iterum væ animæ illi, in qua ſanctum odium iſtud non eſt: neceſſarium enim eſt, quod ubi non eſt hujuſmodi odium, ibi proprius amor regnet, qui eſt peccatorum omnium ſentina, omnis malæ cupiditatis radix & cauſa.

102 Hæc & ſimilia verba proferebat, ſuis quotidie ſanctum illud odium commendando, & amorem proprium deteſtando. Sed quandocumque advertebat defectus ſeu culpas in aliquo ex ſuis, aut in aliis quibuſcumque, mox ad compaſſionem mota, dicebat: Hoc facit amor ille proprius, fomentum ſuperbiæ ceterorumque vitiorum. O Deus meus, quoties
E & quoties mihi miſero replicavit: Ponite, inquit, conatum veſtrum ad eradicandum de corde veſtro hunc amorem proprium, & ad plantandum in eo odium illud ſanctum; quia infallibiliter hæc eſt via regia, per quam ad omnem perfectionem aſcenditur, & omnis defectus corrigitur. Ego autem fateor, quod nec tunc, nec nunc verborum ſanctorum ejus profunditatem, ſimul & utilitatem, ſcivi percipere, proh dolor! nec executioni mandare. Tibi autem, lector cariſſime, dico, quod ſi recolis duas illas civitates, quas in libro de civitate Dei Auguſtinus nominat, quarum unam conſtituit amor proprius, veniens uſque ad contemptum Dei; & alteram amor Dei, veniens uſque ad contemptum ſui: mox perpendis, qualis eſt hæc doctrina, ſi percepiſti ſenſum Apoſtoli, cum di- 2 Cor. 11, 30
cebat, quod virtus in infirmitate perficitur; prout ſonuerat ei de cœlo, dum pro remotione tentationis oraret: & cum iterum concludebat, Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Ibid. 12, 9
F Chriſti; & videbis doctrinalia fundamenta hujus mulieris ſanctæ ſimul & virginis, ſupra petram ſolidam veritatis, quæ eſt Chriſtus, qui & petra dicitur, eſſe fundata. Hæc autem pro nunc de ejus doctrina, ipſi à prima Veritate ac nobis ab ipſa tradita nuper, ſufficiant. Sicque huic finis imponatur Capitulo, cui non oportet teſtes ſubnectere, quia de ore ipſius cuncta quæ dicta ſunt, ipſe percepi. Sed ex his moneo unumquemque qui legit, ut conſideret quanti meriti hæc ſacra virgo fuerit apud Deum, & quam indubitanter ei ſit credendum in aliis, quæ tantam lucem induit veritatis.

ANNOTATA.

a S. Catharina *Virgo & Martyr, quæ colitur 25 Novembris: verba autem Chriſti hic indicata inveniuntur in cap. 19 Legendæ an. 1508 apud Argentinenſes impreſſæ, nec non in MSS. antiquis, in quorum aliquibus pro* Creatorem, *legitur* Amatorem, *in Impreſſa vero habetur* Auctorem. *Sed de hujus Legendæ incertitudine multa ſuo tempore diſcutienda ſuperſunt.*

b *In libro Dialogorum S. Catharinæ Tractatus quartus inſcribitur de Providentia Dei; & à cap.* 135 *ad* 146 *incluſive extenditur: & eadem materia Tractatu quinto continuatur.*

c *Imo* Hierotheus, *in libro de divinis Nominibus cap. 2 § 9 laudatus, tamquam* ὁ μόνον μαθὼν ἀλλὰ καὶ παθὼν τὰ θεῖα, divina non tantum diſcens, ſed & patiens *ſive, ut hic dicitur* ſentiens.

CAPUT

A

CAPUT VII.

Tentationes toleratæ ac ſuperatæ, doctrina de earum victoria, commercium cum Chriſto, B. Virgine, & Sanctis: deſponſatio cum Chriſto.

CAP. XI. 103 ERecta per Regem pacificum ad cuſtodiam Jeruſalem turri Libani contra Damaſcum, mox rex ſuperbiæ Babylonis & hoſtis pacis infremit, ſuumque contra eam movet exercitum, ac ipſam ſatagit demoliri. Quod prævidens ſimul & providens Rex ipſe, auctor pacis & conſervator, turrim ſuam circumdat mirabilibus & inexpugnabilibus munimentis, quibus cuncta hoſtium jacula non modo jaciantur incaſſum, ſed etiam modo mirabili retroverſa jacientes ſe jaculent & proſternant. Hæc pro tanto dixerim, quia perpendens ſerpens antiquus, quod hæc puella magnos virtutum perfectarum apices aſcendebat, timens, ſicut & accidit, quod non tantum ſibi, ſed multis aliis efficeretur cauſa ſalutis, ſicque ſanctam civitatem Eccleſiæ Catholicæ defenſaret tam meritis quam doctrinis; toto ſuæ malignitatis ſpiritu ſe convertit ad ipſam mille artibus ſeducendam. Sed magnæ miſericordiæ Dominus, qui ad ſponſæ ſuæ coronam augendam hoc permittebat, tam fortibus armis ſpiritualibus eam præmunivit, quod plus de bello lucrata eſt, quam de pace. Inſpiravit etenim menti ejus, ut à Domino virtutem fortitudinis peteret; quod & ſine intermiſſione multis diebus fecit: ac clementiſſimus inſpirator, volens poſt orationem diutinam fieri exauditor, tali eam informavit doctrina.

Munitur à Chriſto ad victoriam tentationū.

B

104 Filia, inquit, ſi vis virtutem fortitudinis acquirere, oportet quod me imiteris. Ego enim, licet poſſem virtute divina eriam annihilare omnes poteſtates aëreas, & viam tenere aliam vincendi eas; volens tamen per humanos actus meos vobis exemplum dare, non niſi per viam crucis ipſas volui vincere, ut vos factivo ſermone docerem. Quod ſi vultis fortes fieri ad vincendum omnem poteſtatem hoſtilem, crucem recipiatis pro refrigerio veſtro, ſicut ego feci, qui ſecundum Apoſtolum meum, propoſito mihi gaudio cucurri ad crucem, tam opprobrioſam & duram: ſcilicet ut pœnas & afflictiones eligatis, non modo patienter portare, ſed pro refrigerio amplexari. Et vere refrigeria ſunt: quia quanto plus patimini talia propter me, tanto plus efficimini mihi conformes: quod ſi mihi conformamini per paſſiones, neceſſario ſequitur, ſecundum doctrinam Apoſtoli mei, quod tam in gratia quam in gloria mihi conſimiles eſſe debeatis. Accipe igitur, filia, dulcia pro amaris, & amara pro dulcibus propter me; nec dubites quidquam poſtmodum, quia videlicet ad omnia fortis eris. Quod illa non aure ſurda percipiens, ex tunc fixit in mente ſua tam fortiter, in tribulationibus delectari, quod (prout ſemel mihi ſecrete confeſſa eſt) eam tantum in hac vita nulla res exterior refrigerabat, quantum tribulationes & paſſiones, ſine quibus impatientiſſime, ut fatebatur, ſtetiſſet in corpore: ſed propter has ſuſtinendas libenter portabat cæleſtis coronæ dilationem, quia ſciebat quod per illas ſemper corona ipſa creſcebat in cælis.

virtute patientiæ,

Heb 12, 2

2 Cor. 1, 7

C

105 Porro poſtquam Rex cæli & terræ turrim ſuam fortiſſimis doctrinis armaverat, viam permiſſive aperit hoſtibus, ut accedant & probent, ſi eam quomodolibet valeant expugnare. Accedunt illi per deteſtabiles turmas ſuas, & eam undique circumdare conantur; ut nemine ſuccurrente, ſuccidere poſſint ipſam undique à fundamento. Primoque inchoant à tentatione carnali, quam non tantum per cogitationes immittunt interius, non ſolum per illuſiones & phantaſias in ſomnis; ſed per apertas viſiones, quas, aſſumptis corporibus aëreis, ejus oculis & auribus ingerebant, modiſque ei multimodis miniſtrabant. Horror eſt prælia illa redicere: ſed victoriam audire puris mentibus nimis delectabile invenitur. At illa contra ſeipſam, id eſt, contra carnem ſuam & ſanguinem inſurgit fortiſſime, catena ferrea carnem macerando, & ſanguinem effundendo; longe amplius ſolito vigilias augmentando, ita ut pene ſomnus excluderetur ex toto. Sed nec hoſtes propter hæc ab inchoato bello deſiſtunt; corpora, ut dixi, aſſumunt aërea; phantaſticis etiam imaginibus multiplicatis, ſe in maxima multitudine ingerunt coram ejus aſpectu, quaſi compatientes & conſulentes, primo dicebant: Cur, miſella, te tantum affligis gratis? Quid tibi utilitatis affert tanta pœnæ afflictio? Putasne in his perſeverare te poſſe? Numquam poteris hoc continuare, niſi velis te ipſam occidere, aut homicida eſſe proprii corporis. Melius tibi eſt ut hanc ſtoliditatem dimittas, antequam ex toto deficias. Adhuc eſt tempus ut poſſis gaudere in mundo. Juvenis es, & agiliter recuperabit corpus vigorem ſuum. Vivas ſicut ceteræ mulieres, accipias virum, & procrea filios ad generis humani augmentum. Quod ſi deſideras Deo placere, numquid non etiam Sanctæ nupſerunt? Saram conſidera, Rebeccam, Liam pariter & Rachelem. Ut quid hanc ſingularem accepiſti vitam, in qua nullo modo valebis perſeverare?

AUCT. RAYMVNDO CONFESS.

E

106 Hæc & ſimilia illis dicentibus, ſacra virgo ſemper orans, & Sponſo ſuo ſe commendans, ponebat cuſtodiam ori ſuo, dum conſiſteret peccator adverſus eam: nec in aliquo reſpondebat, niſi cum de perſeverantia ipſam quodammodo inducebant, ut ex toto deficeret. Tunc autem dicebat: Ego confido in Domino noſtro Jeſu Chriſto, & non in me. Nec verbum aliquod ab ipſa potuerunt habere, ſed ſemper fixa erat in oratione. Dabatque nobis ſecum converſantibus hoc pro regula generali, quod cum tentationes inſurgerent, numquam poneremus nos ad diſputandum cum inimico: quia hoc eſt, inquiebat, quod ipſe quærit, ut veniamus ad verba cum eo: confidit enim de magna malitiæ ſuæ ſubtilitate, quod ſophiſticis rationibus ſuis non vincetur. Quare ſicut caſta mulier non debet loquenti adultero in aliquo reſpondere, ſed quantum poteſt, ab ipſo divertere: ſic anima, quæ caſto amore Chriſto conjungitur, numquam debet reſpondere inimico tentanti: ſed ad Sponſum ſuum per orationem recurrere, ac in ipſo totam fiduciam ſuam ponere cum omni mentis fidelitate: quia virtute fidei omnes ſuperantur tentationes. Sic igitur tunc hæc Domini ſponſa ſapienter adverſus Siſaram dimicabat, clavo ſcilicet fidelis orationis ejus tempora perforando. Quod ille advertens, dimiſſis perſuaſionibus, ad aliud genus prælii ſe convertit. Effigiabat ſiquidem imaginem mulierum & hominum, turpiſſime ſe invicem commiſcentium, actuſque fœdos & verba inhoneſtiſſima, tam viſui quam auditui ejus objicientium, ſicque turmis tam abominabilibus circa eam diſcurrentibus, ululatibus & clamoribus ipſam ad turpia invitabat.

ſuadet tentatis non diſputent cum dæmone,

F

107 O Deus meus! quanta fuit tunc mentis illius vexatio, cum ſcilicet id quod magis horrebat, cogebatur etiam clauſis oculis & auribus intueri pariter & audire? Addebaturque afflictæ menti afflictio alia; quia Sponſus, qui ſolebat eam ſæpius viſitare conſolationeſque plurimas miſericorditer dare, videbatur pro tunc elongatus, nec viſibiliter nec inviſibiliter ſuum (ut apparebat) auxilium porrigebat. Ex quo immergebatur haud dubium menti virginis non parva triſtitia, quamvis ſine intermiſſione caſtigationi carnis & orationi tota ſemper intenderet. Cogitavit namque, Spiritu Domini tunc docente, quamdam cautelam, quam poſtmodum me

quas ſuſtinet contra caſtitatem immiſſas:

nec remittendum aliquid de conſuetis exercitiis pietatis,

AUCTORE RAYMUNDO CONFESSARIO

me ac plures alios docuit, ad evitandum inſidias inimici. Frequenter enim (ut inquiebat) contingit animæ Deum amanti, quod fervor mentalis, vel ex divina providentia, vel ex aliquali culpa, vel ex hauſtis adinventionibus inimici, tepeſcit, & quandoque quaſi ad frigiditatem uſque deducitur: & quidam incauti, videntes ſe quaſi privatos ſolitis conſolationibus, dimittunt exercitia conſueta, orationis, meditationis, ſeu lectionis vel pœnitentiæ, in quo amplius ſe debilitant, & lætificant (ut ſic loqui liceat) inimicum; qui nihil aliud quærit, niſi quod tiro Chriſti deponat arma, cum quibus ipſum vincebat. Debet igitur cautus athleta Chriſti, quantumcumque videat ſeu ſentiat ſe (ut ſibi videtur) interius tepuiſſe, continuare ſemper ſua ſpiritalia exercitia conſueta, nec propter hoc dimittere nec diminuere, imo potius augmentare.

108 Hoc ergo tunc ſancta virgo, docente Domino, didicit & perfecit; ſeipſam cum odio ſancto, ſuperius deſcripto, taliter alloquendo: Numquid tu, viliſſima, conſolationibus aliquibus digna es? Non es memor peccatorum tuorum? Quam te reputas, ô infelix peccatrix? Nonne ſi tibi avertitur æterna damnatio, ſatis eſt tibi, etiamſi has pœnas & has tenebras ferre deberes toto tempore vitæ tuæ? Quid propter hoc pigritaris aut triſtaris? Si evadere potes æternas pœnas, cum Chriſto ſine dubio conſolaberis in æternum. Numquid propter has conſolationes elegiſti ſervire ei? an non ut æternaliter ipſo fruereris? Surge igitur, & à conſuetis in nullo deficias, quin potius ſuper omnem laudem ejus ſolitam ſemper adjicias aliquid augmentando. His humilitatis jaculis virgo ſacra penetrabat & confodiebat Regem ſuperbiſſimæ Babylonis, ac ſe ipſam ſermonibus ſapientiæ roborabat. Verum, prout ipſa mihi confeſſa eſt, tanta erat multitudo dæmonum, ut cernebat quaſi ad oculum, in camera ſua, tot incentiva cogitationum malarum; quod libenter eam fugiebat, ſaltem ad tempus. Unde amplius ſolito tunc in eccleſia morabatur, quamvis etiam illuc eam comitarentur moleſtiæ infernales: ſed tamen ibi cum ea mitius agebatur. Et ſi licuiſſet, imitando Hieronymum, per valles fugiſſet & colles, ut tam abominabilia dæmonum monſtra, monſtroſoſque actus vitare valeret. Semper namque quando revertebatur ad cellam, tantam reperiebat multitudinem dæmonum, dicentium verba, & facientium actus turpitudinis & luxuriæ; quod quaſi muſcæ importuniſſimæ ſe undique ingerebant. At illa mox ad orationem confugiens, tam diu clamabat ad Dominum, quouſque infernalis pauliſper mitigabatur moleſtia.

turpiſſimis dæmonum tentationibus vexata

109 Cumque mala hæc per plurimos duraſſent dies, ſemel dum eſſet ab eccleſia reverſa & in oratione proſtrata, apparuit quidam ſancti Spiritus radius, ſimul & aperuit mentem ejus, ut recordaretur, qualiter non multis ante diebus donum fortitudinis à Domino poſtulaſſet, & qualem doctrinam ſibi Dominus dederat pro dono fortitudinis obtinendo; moxque intelligendo myſterium harum tentationum, exhilarata interius, cœpit cogitando proponere firmiter, moleſtias illas lætanti animo ferre, quam diu ſponſo ſuo placuiſſet. Tunc unus ex illis dæmonibus, forte ſicut audacior ſic & pernicioſior ceteris, ſacram virginem alloquitur tali modo: Quid, inquit, miſera es factura? Totam vitam tuam in hac miſeria ſemper duces? Numquam deſiſtemus citra mortem à tua moleſtia, niſi conſentias nobis. Cui mox illa, doctrinæ ſibi datæ non immemor, cum omni ſecuritate reſpondit: Ego pœnas elegi pro refrigerio meo; nec difficile, imo delectabile mihi eſt, & has & alias pœnas pro Salvatoris nomine tolerare, quam diu ejus placuerit Majeſtati. Quo dicto, immediate totus ille dæmonum conventus confuſus abſceſſit, & quædam magna lux de ſupernis totam camerulam illuſtrans apparuit, ac in luce ipſe Dominus Jeſus Chriſtus cruci affixus, ſicut ſtabat, cum per proprium ſanguinem introivit in ſancta tabernacula cruentatus: vocavitque de cruce virginem ſacram, dicens: Filia mea Catharina, vides quanta ego ſim paſſus pro te? Non ſit ergo grave tibi ſuſtinere pro me.

à ſolamine è cruce Chriſto pacem recuperat;

110 Poſt hæc alia in figura virgini magis appropians, ut eam conſolaretur, alloquitur dulciter de triumpho certaminis jam obtento. At illa, imitando Antonium, inquit: Et ubi, Domine mi, fuiſti, dum cor meum tot turpitudinibus vexaretur? Cui Dominus: Ego fui in corde tuo. At illa: Salva ſit veritas ſemper tua, Domine, ac omnis reverentia tuæ Majeſtatis; qualiter poſſum credere quod tu inhabitares in meo tunc corde, quod non niſi ſpurciſſimis & turpiſſimis cogitationibus abundabat? Cui Dominus: Cauſabantne cogitationes ſive tentationes illæ in corde tuo lætitiam, an triſtitiam? delectationem, an mœrorem? Tunc illa: Summam triſtitiam atque mœrorem. Et Dominus: Quis ergo faciebat ut triſtareris, niſi ego qui latebam in medio cordis? Si enim ego non affuiſſem, cogitationes illæ penetraſſent in cor tuum, & fuiſſes delectata in eis. Sed præſentia mea diſplicentiam earum cauſabat in corde tuo: cumque velles eas, tamquam diſplicentes tibi, procul ejicere, nec poſſes ad votum, triſtabaris pariter & mœrebas. Sed hæc omnia ego agebam, qui cor tuum tunc defendebam ab hoſtibus totum, ab intra latens & permittens te deforis conturbari, quantum tuæ ſaluti expediebat: ſed completo tempore per me ad prælium deputato, miſi radios meos ad extra; & mox infernales tenebræ abſcedentes, fugerunt; quia non poſſunt ſtare cum luce. Quis enim te inſtruxit nunc ultimo, quod pœnæ illæ erant tibi ſalubres pro fortitudine acquirenda, & quod debebas eas libenter portare, quantum mihi placebat, niſi radius meus? Et quia obtuliſti te cordialiter ad ipſas pœnas portandum, mox fuerunt à te libere ſublatæ per meæ oſtenſionem præſentiæ, quia non in pœnis, ſed in voluntate ſuſtinentis pœnas fortiter, eſt delectatio mea.

diſcitque eum tunc maxime in ipſius corde fuiſſe.

111 Hujus autem rei gratia, ut perfectius & delectabilius percipias quæ dicuntur, exemplum ponam tibi in corpore meo. Quis enim putaſſet corpus meum, dum tam dure patiebatur & moriebatur in cruce, ac dum poſtea iacebat exanime, vitam habere ſemper in ſe latentem, & unione indiviſibili unitam? Certe nedum extranei ac perverſi, ſed nec ipſi Apoſtoli mei, qui tanto fuerant mecum tempore, hoc credere potuerunt: omnes perdiderunt fidem & ſpem. Et tamen, licet veriſſime hoc corpus meum non viveret vita, quam percipiebat ab anima propria; habebat tamen ſecum unitam vitam interminatam, qua omnia viventia vivunt: cujus virtute, tempore quo ab æterno fuit decretum, ſpiritus ei proprius fuit reunitus, cum longe majori vitæ ac virtutis collatione quam prius: quia cum immortalitatis, impaſſibilitatis & aliarum dotium dono, quibus prius donatum non fuerat. Latuit ergo, cum voluit vita, divina natura, corpori meo unita: & quando voluit, ſuam virtutem oſtendit. Nunc igitur, quia vos ad imaginem & ſimilitudinem meam creavi, & veſtram aſſumendo naturam ſimilis vobis factus ſum, ſemper vos aſſimilare mihi, quantum eſtis capaces, non deſino: & quod tunc geſtum eſt in corpore meo, in animabus etiam veſtris nunc, dum eſtis in via, ſatago renovare. Tu igitur, filia mea, quæ mea & non tua virtute tam fideliter decertaſti,

quomodo divinitas latebat in corpore per triduum ſepultura.

A decertasti, majorem inde à me gratiam meruisti: & ideo amodo frequentius & familiarius tibi memetipsum ostendam. Sicque finita est visio, sed ipsa mansit cum tanta suavitatis & dulcedinis plenitudine, quod ridiculum foret verbo vel calamo ipsam arbitrari perfecte posse describi. Singulariter autem remansit in corde ejus dulcedo mirabilis de verbo illo, quo Dominus vocavit eam filiam suam, dicens, Filia mea Catharina. Unde cum hæc Confessori suo retulit, rogabat eum, ut quando eam vocare vellet, ipsam taliter nominaret, ut semper illa dulcedo renovaretur in mente.

Sæpe invisitur, etiam à B. Virgine & Sanctis

112 Ex illa ergo hora cœpit supersacratissimus Sponsus cum eatam familiariter conversari, quod homini qui præcedentia ignoraret, aut incredibile aut ridiculum videretur. Verum, animæ gustanti quam super omnem existimationem humanam suavis sit Dominus & benignus, non modo possibile, sed etiam verisimile valde apparet & congruum. Apparebat igitur ei frequentissime Dominus, & diutius solito cum ea manebat, ducebatque secum aliquando suam gloriosissimam genitricem, aliquando beatum Dominicum, quandoque utrumque; item Mariam Magdalenam, Joannem Evangelistam, Paulum Apostolum, & aliquos alios conjunctim & divisim, prout sibi placebat. Sed ut in pluribus, ipse absque aliis veniebat, cum eaque confabulatur, sicut amicus cum domesticissimo amico: in tantum, quod (sicut ipsa mihi secrete, & verecunde confessa aliquoties est) frequenter Dominus & ipsa simul dicebant psalmos, ambulando per cameram suam, sicut solent duo religiosi vel clerici simul officium dicere. O stupor! ô admiratio, ô inaudita à seculis nostris familiaritatis ostensio! Et tamen incredibile, lector, esse non debet, si bene considerare volueris, quæ supra dicta sunt, & quæ infra dicentur: nec non & si abyssum divinæ bonitatis attente pensaveris. Cuilibet enim Sanctorum suorum confert aliquod singulare, quod præ aliis gaudeat se possidere; ut non tantum in omnibus, sed in singulis Sanctis appareat suæ supermaximæ magnificentiæ altitudo, dicente
Ps. 11, 9 Propheta: Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Secundum altitudinem propriam suam filios hominum multiplicat Dominus: quia sicut ad sensum apparet, quod quilibet homo ab omnibus aliis per aliquod singulare dissimilis est, sic quilibet Sanctorum abomnibus aliis per aliquam singularem gratiam separatur. Quapropter mirandum non est, si aliquid de aliquo dicitur, quod de
C aliis nequaquam inventum est.

113 Verum, quia mentio facta est hic de psalmodia, scire te, lector, volo, quod virgo hæc sacra litteras quidem sciebat, sed eas homine viatore docente nequaquam didicerat: & dico literas, non quod sciret loqui Latinum, sed scivit legere litteras & proferre. Narrabat etenim mihi de semetipsa, quod cum pro divinis laudibus & Horis canonicis depromendis, decreviſſet addiscere litteras; scripto sibi alphabeto, per quamdam suam sociam docebatur: sed cum per plures hebdomadas laborasset, & nullatenus illud posset addiscere; cogitavit gratiam adire cœlestem, pro perditione temporis evitanda. Unde quodam mane se coram Domino in oratione prosternens, ait sic: Domine, si placitum est tibi, ut sciam legere, ut psalmodiam & tuas laudes valeam decantare per Horas canonicas, tu me docere digneris, quod per memetipsam apprehendere nequeo: sin alias, fiat voluntas tua: quia in simplicitate mea libenter permaneo, & tempus à te mihi concessum, in aliis meditationibus tuis magis libenter expendo. Mira res, & divinæ virtutis manifestum indicium! Antequam de oratione surgeret, ita divinitus est edocta, quod postquam ab ipsa surrexit, omnem scivit litteram legere, tam velociter & expedite, sicut quicumque doctissimus. Quod ego ipse dum fui expertus, stupebam: potissime propter hoc, quod inveni, quia cum velocissime legeret, si jubebatur syllabicare, in nullo sciebat aliquid dicere: imo vix litteras *b* cognoscebat: quod æstimo pro *b* signo miraculi ordinatum à Domino tunc fuisse. Hoc facto, cœpit libros quærere divinum Officium continentes, & in ipsis legere psalmos, hymnos, & reliqua quæ pro canonicis Horis sunt deputata. Inter alia vero verba quæ tunc dicebat, signanter notavit & tenuit usque ad mortem verbum psalmi, per quod quælibet hora incipitur, scilicet: Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina: quod in vulgari reductum, frequentius repetebat. Demum crescente anima ejus in contemplationis perfectione, cessaverunt paulatim orationes vocales: & tandem propter frequentissimum raptum mentis, venit ad tantum, quod vix poterat orationem Dominicam vocaliter semel perficere, quin anima ejus ab exterioribus sensibus raperetur. Quod, concedente Domino, explanabitur infra perfectius. Sed nunc finem huic capitulo faciamus, ut in sequenti etiam huic primæ parti tenacius Domini suffragante gratia, imponatur. Quæ autem continentur in eo, habui tam ex dictis ejus, quæ suis Confessoriſſus secrete protulit, quam ex scriptis epistolis ejus. In quibus quandoque ad aliorum exemplum, de se sicut de alio recitando narrat quædam, quæ sibi in hujus vitæ stadio contigere.

AUCTORE RAYMUNDO CONFESSARIO

lectionem latinam Officii canonici divinitus discit

114 Crescente quotidie amplius sacræ virginis anima in sui gratia Conditoris, & in virtute plus volitante quam ambulante, succrevit in ejus mente desiderium quoddam sanctum, habendi scilicet & attingendi perfectum fidei gradum: quo mediante, Sponso suoimmutabiliter simul & inviolabili fidelitate subjecta, gratior redderetur. Cœpitque cum discipulis à Domino petere, ut sibi fidem dignaretur augere, & virtutis fidei largiretur perfectionem, quæ nulla posset vi adversantium concuti nec prosterni. Cui Dominus in sententia sic respondit: Desponsabo te mihi in fide. Cumque virgo sæpe ac diu orationem eamdem repeteret, & Dominus responsum semper idem reiteraret; accidit semel tempore quo quadragesimalia jejunia appropinquabant, & fideles cibariis carnium & de carnibus egredientium finem ponunt, & vanum festum quodammodo ventri celebrant; quod virgo sacra in suo recluſorio se F recolligens, vultumque Sponsi æterni orationibus & jejuniis quæritans, præfatam orationem cum ingenti fervore instantissime replicabat. Cui Dominus: Quia vanitates omnes propter me à te abjiciendo fugisti, & contemptis delectationibus carnis, in me solo tui cordis delectationem fixisti; hoc in tempore quo ceteri de domo tua in suis gaudent conviviis, & festivitates faciunt corporales; ego festum desponsationis animæ tuæ solenniter celebrare tecum decrevi: & sic, ut promisi, mihi te sponsare volo in fide.

CAP. XII

desponsatur Christo

115 Adhuc eo loquente, apparuerunt Virgo gloriosissima mater ejus, beatissimus Joannes Euangelista, gloriosus Apostolus Paulus, sanctissimusque Dominicus Pater suæ religionis, ac cum his omnibus David propheta, psalterium musicum habens in manu sua. Quo supersuavissime ac sonore pulsante, Virgo Dei genitrix, virginis dexteram sacratissima sua cœpit manu, digitosque illius extendens ad Filium, postulabat ut eam sibi desponsare dignaretur in fide. Quod Dei unigenitus gratissime annuens, annulum protulit aureum, habentem in circulo suo quatuor margaritas, ac adamantinam gemmam super-

accepto ab eo annulo

AUCT RAYMVNDO CONFESS. pulcherrimam, etiam ſua ſummitate incluſam. Quem digito annulari dexteræ virginis, dextera ſua ſuperſacra imponens; Ecce, inquit, deſponſo te mihi creatori & ſalvatori tuo in fide, quæ uſque quo in cælis tuas mecum nuptias perpetuas celebrabis, ſemper conſervabitur illibata. Age igitur, filia, viriliter amodo, abſque cunctatione quacumque, illa, quæ ordinante mea providentia, tuas deducentur ad manus: quia fortitudine fidei jam armata es, cunctos tibi adverſantes feliciter ſuperabis. His dictis, diſparuit viſio, ſed ſemper remanſit annulus ille in digito, non quidem ſecundum viſionem aliorum, ſed tantum ſecundum ipſius virginis viſionem. Confeſſa etenim, licet verecunde, mihi ſæpius eſt, quod ſemper annulum illum videbat in digito, nec unquam fuit tempus in quo non videret. c

c

116 Perpendisne, lector, ſi meminiſti alterius Catharinæ Martyris & Reginæ, poſt baptiſmum (ut legitur) à Domino deſponſatæ, quod nunc habes ſecundam feliciſſimam Catharinam, poſt tot carnis & hoſtis victorias, ab eodem Domino tam ſolenniter deſponſatam? Verum ſi annuli conditiones conſideras, videbis ſignum concordare ſignato vel ſignificato. Fidem firmam petebat illa: quid firmius adamante? omni reſiſtit duritiei, quodlibet durum domat & penetrat, ſolo hirci ſanguine frangitur: quia fidele cor omne adverſum vincit & ſuperat fortitudine ſua; ſed ex memoria ſanguinis Chriſti totaliter emollitur & frangitur. Quatuor etiam margaritæ, quatuor puritates deſignant in virgine, ſcilicet intentionis, cogitationis, locutionis & operationis: quæ omnia, tam per ea quæ jam dicta ſunt, quam per illa quæ concedente Domino infra dicentur, latius patefient. Ego autem puto, quod hæc deſponſatio divinæ gratiæ fuerit confirmatio; & ſignum confirmationis fuerit annulus ille, qui ſibi & non aliis idcirco patebat, ut inter fluctus ſeculi procurando multarum & diverſarum animarum ſalutem, de auxilio gratiæ divinæ confideret; nec metueret, dum alios de fluctibus eriperet, ſe quomodolibet per jacturam fluctuare. Hæc eſt enim ſecundum Doctorum ſanctorum ſententiam & doctrinam, una de principalibus cauſis, quare omnipotens Deus aliquibus viatoribus ex ſingulariſſimo privilegio revelat, ipſos ſibi fore gratos, & eſſe in ſtatu gratiæ ſuæ. Quia ſcilicet intendit eos mittere ad pugnandum cum hoc ſeculo nequam, pro ſui nominis honore & animarum ſalute; ſicut patuit in die Pentecoſtes de Apoſtolis; qui tot ſigna receptæ gratiæ receperunt; & de Paulo, cui dictum eſt, Sufficit tibi gratia mea: & ſigna quædam alia, humanitatis gratia, data ſunt Hæc autem virgo, quia ultra ceterarum mulierum conſuetudinem, mittenda erat ad publicum ad honorem Dei, & ſalutem multarum animarum procuratura (prout infra latius, concedente Domino, patebit) ſignum accepit confirmatæ gratiæ, ut audacius & virilius exequeretur, quæ ſibi divinitus ſunt commiſſa.

cujus proprietates ad virtutes ejus referuntur.

B

117 Sed ſingulariſſimum hoc fuit in ea, quia cum aliorum ſigna tranſitoria fuerint & ad tempus apparuerint, ipſius ſignum permanens fuit & ſtabile, ſemperque apparebat ei. Quod ideo exiſtimo à Domino factum eſſe, quia ſexus fragilior, novitas notabilior, & ſeculi hodierni ſtatus declivior, omnia videbantur executionem actus, ſibi divinitus commiſſi, impedire. Propter quod ſingularius & magis aſſidue fuit in ſancto opere confortanda. Poſtremo, noveris lector, hic finem primæ parti hujus Legendæ fore ponendum, ubi etiam finis eſt ejus ſilentii & clauſuræ; ut ſecunda pars recitanda, faciente Domino, habeat ea quæ ſacra virgo inter homines geſſit ad honorem Dei & animarum ſalutem, regnante ſemper in omnibus factis ſuis Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum patre almoque Spiritu vivit & regnat per omnia ſecula ſeculorum. Amen. D

ANNOTATA.

a *Hæc eadem narrat ipſa Catharina de ſe, velut tertia perſona, in epiſtola ad Sor. Bartholomæam de Secta, ſanctimonialem Piſis in monaſterio S. Stephani.*

b *Non legere tantum, ſed etiam ſcribere divinitus didicit ſancta Virgo: ſic enim concludit epiſtolam Fr. Raymundo ſcriptã de revelatione circa quatuor favores quos à Deo petierat.* Scripſi hanc epiſtolam æque ac aliam, quam tibi ex inſula Rupis miſi, propria manu . . . dedit enim mihi Dominus facilitatem ſcribendi, ut ab extaſi ad ſenſus rediens exonerare poſſim cor meum: & quemadmodum pædagogus diſcipulum inſtruens ei exhibet exemplar quod imitetur: ita & mihi earum quas tibi ſcribo rerum ſpecies ob oculos mentis poſuit.

c *Addit Frigerius ex antiquo Carthuſiæ Pontinianæ MS. quod in eodem digito qui ibidem inſigni lipſanothecæ incluſus aſſervatur, idem annulus fuerit conſpectus ab aliquibus devotis perſonis, licet paſim non ita ab aliis videretur.*

PARTIS SECVNDÆ

CAPUT I.

Vocatio ad vitam activam, officia humilitatis obita, raptus mentis, ignis innoxie toleratus.

118 VOx ſupercæleſtis Sponſi, ſibi ſponſam dilectam & placitam alloquentis in Canticis, & quæ dicit: Aperi mihi, ſoror mea, amica mea, immaculata mea; caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. Cui ſponſa reſpondet: Expoliavi me tunica mea, quomodo induar illa? lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos? Hæc idcirco adduxerim in hujus ſecundæ partis principio, quia cum huc uſque tractaverimus de viri Jacob & Rachelis amplexibus, Mariæque optimam partem fuerimus proſecuti; tempus eſt ut jam ad fœcunditatem ac frequens miniſterium Marthæ ordinarie procedamus: ſicque hanc Chriſti ſponſam, non tantum mentali facie ſponſam, ſed etiam in ſpiritali prole fœcundam fidelibus oſtendamus. Verum, quia cuilibet animæ guſtanti quam ſuavis eſt Dominus, difficile nimis eſt, à ſuavitatum ejus plenitudine ſeparari, aut quomodolibet elongari; fieri non poteſt, quin ſponſa, dum à Domino vocatur ad filios procreandos, vel eis neceſſaria miniſtrandum, pauliſper ſubmurmuret querulando, ſive querelæ cauſam proponat, quantum ſibi permittitur. Propter quod vox Sponſi ſuperius eſt adducta, qua ſponſam, in loco contemplationis temporalibus denudatam & à cunctis ſordibus lotam, ſuſcitat quieſcentem; ipſamque ut ei aperiat, non ſuum, ſed aliarum animarum oſtium, exhortatur. Suum quippe jam patens erat haud dubium; alias nec quieſcere valeret in Domino, nec ſponſa, loquendo proprie, dici poſſet. Illa vero, ex notitia vocis Paſtoris ſui & Sponſi, ab illo intelligens ſe vocatam, de quietis dulcedine ad labores, de ſilentii ſolitudine ad clamores, & de cubiculi ſecretis ad publicum, voce queruloſa reſpondit: Exſpoliavi me tunica omnis curæ temporalis jam hactenus; quomodo jam abjectam à me, iterum reſumam? Pedes affectionum mearum, quibus feror quocumque feror, lavi ab omni ſorde peccatorũ & vitiorum; quomodo terrenis pulveribus illos iterum inquinabo? Cant. 5, 2

Difficultas à vita contemplativa ad activam ſe transferendi.

C F

119 Porro hæc omnia reducendo ad noſtrum propoſitum, poſtquam Salvator omnium Deus Dominus Jeſus Chriſtus, hanc ſponſam ſuam ſuavitatibus dulcedinum ſuarum gratioſe repleverat, ipſam per diverſorum

ad hanc à Chriſto vocata Catharina.

A ſorum præliorum victorias exercitavit in ſpiritali militia, nec non & notabilibus informatam doctrinis, excellentibus donis dotaverat; nolens tantum lumen latere ſub modio, & civitatem ſupra montem poſitam decernens ceteris oſtentare, ut ipſa ſponſa cum uſuris talenta ſibi credita Domino reportaret; vocat eam & dicit, Aperi mihi, &c. ut ſupra. Aperi mihi, ſcilicet tuo miniſterio, animarum oſtia, per quæ ingredi poſſim ad eas. Aperi iter, per quod oves meæ ingredi poſſent & regredi, ac paſcua invenire. Aperi etiam mihi, id eſt, ad meum honorem, thecam theſauri ſupercæleſtis, tam doctrinarum quam gratiarum, ut fidelibus effundatur. Aperi mihi, soror mea, per naturæ conformitatem; amica mea, per intrinſecam caritatem; columba mea, per mentalem ſimplicitatem; immaculata mea, per utriuſque hominis puritatem. Ad hæc virgo iſta ſacra reſpondit ad litteram, prout in textu adducto ſubſequitur, & ſicut ſuperius eſt declaratum. Narravit etenim mihi ſecrete, quod quandoque, cum ad juſſum Domini de cella egredi cogeretur & cum aliis converſari, tantus dolor cordi ſuo ingerebatur, quod videbatur ſibi ſcindi aut frangi debere; nec citra ipſum Dominum aliquid eſſe dabile, quod ipſam ad hoc faciendum duxiſſet.

B 120 Igitur noſtram inchoatam hiſtoriam proſequendo, poſt deſponſationem ſuperius recitatam, cœpit Dominus paulatim ſponſam ſuam, modeſte tamen & cum menſura debita, trahere ad converſationem humanam, non auferendo ei tamen divinam, imo quantum ad menſuram perfectionis, potius accreſcendo, ſicut ipſo auxiliante patebit inferius. Et quandoque cum ei apparebat, cum ipſam de regno Dei docuiſſet, poſtquam oſtendiſſet ei quædam arcana ſua, poſtquam cum ipſa Pſalmodiam & Horas, (ut ſupra dictum eſt,) legiſſet ſeu recitaſſet; protinus ſubjungebat: Vadas, quia hora eſt prandii, & tui de domo jam volunt ire ad menſam: vadas, & ſis cum eis, & poſtmodum revertaris ad me. Quod audiens illa, in ſingultuoſos fletus prorumpendo, dicebat: Ut quid, ſuperdulciſſime Domine, me miſeram repellis à te? Si majeſtatem tuam offendi, ecce corpuſculum hoc puniatur coram pedibus tuis: ad quod & ego libenter juvabo. Non me dura hac permittas affici pœna, ut ſeparer qualitercunque ſeu quantulumcunque à te ſuperamantiſſimo Sponſo meo. Quid mihi & prandiis illis? Ego cibum habeo manducare, quem neſciunt ipſi ad quos me accedere jubes. Numquid in ſolo pane homo vitam percipiet? an non in verbo quod de ore tuo progreditur, vivificabitur anima cujuſlibet viatoris? Ego, ut tu melius noſti, omnem converſationem fugi, ut te invenire poſſem, Deum meum & Dominum meum: nunc autem ex quo miſericordia tua inveni te, & dignatione tua gratioſe poſſideo, indigniſſima licet; numquam debeo, incomparabili theſauro relicto, humanis ambagibus me iterum immiſcere, ut iterum accreſcant ignorantiæ meæ, paulatimque defluens efficiar reproba coram te. Abſit, Domine, abſit à tuæ infinitæ bonitatis perfectione immenſa, quod mihi vel alteri jubeat id, quo poſſit anima ſeparari ab ipſa.

quamvis a-gre avulſa à ſuavitate contemplationum,

C 121 Hæc & his ſimilia virgine ſingultibus plus quam voce exprimente, ac ſe ad pedes Domini volutante, reſpondit Dominus: Sine modo, dulciſſima filia; ſic enim te decet adimplere omnem juſtitiam; ut non tantum tibi, ſed etiam aliis per meam efficiaris gratiam fructuoſa. Non enim intendo te à me quomodolibet ſeparare; ſed mediante caritate proximi, te mihi unire fortius ſatago. Scis, duo mea eſſe præcepta dilectionis, ſcilicet mei & proximi: in quibus, me teſte, pendent Lex & Prophetæ. Volo te horum præceptorum juſtitiam adimplere, ut non uno, ſed duobus pedibus ambules, duabuſque alis

multumque deprecata,

Matt. 22, 40

voles ad cælum. Memor eſſe debes, quomodo ab infantia zelus ſalutis animarum, me ſeminante ſimul & irrigante, crevit in corde tuo, in tantum quod proponebas te fingere maſculum, & ignotis in partibus Ordinem Prædicatorum intrare, ut poſſis utilis animabus effici: & ex hoc, quem nunc habes, habitum tanto cum fervore deſideraſti, propter ſingularem amorem, quem ad ſervum meum fidelem Dominicum concepiſti, qui propter animarum zelum præcipue ſuum inſtituit Ordinem. Quid ergo miraris & doles, ſi te duco ad id, quod ab infantia concupiviſti? At illa, reſponſione Dominica pauliſper confortata, quaſi cum B. Maria reſpondit: Quomodo fiet iſtud? Cui Dominus: Prout mea bonitas diſponit & ordinabit. At illa ſicut bona diſcipula, imitatrix magiſtri, *paret tamen.* Non mea, inquit, Domine, voluntas fiat, ſed tua in omnibus; quia ego ſum tenebræ, & tu lux: ego non ſum, ſed tu es ille qui es: ego inſipientiſſima, & tu ſapientia Dei Patris. Sed obſecro Domine, ſi non nimis præſumo, quomodo fiet iſtud quod modo dixiſti, ſcilicet quod poſſum ego, miſella & omni ex parte fragilis, eſſe utilis animabus? Sexus enim contradicit, ut noſti, ex pluribus cauſis: tum quia contemptibilis eſt coram hominibus, tum etiam quia honeſtate cogente, non decet talem ſexum cum ſexu alio converſari. E

AUCT. RAYMUNDO CONFESS.

122 Cui Dominus quaſi cum Gabriele Archangelo reſpondit, quod impoſſibile apud Deum quodcumque verbum eſſe non poteſt. Inquit enim: Nonne ſum ille ego, qui humanum creavi genus, ſexumque utrumque formavi; ac gratiam ſpiritus mei, ubi volo, effundo? Non eſt apud me maſculus & femina, nec plebejus & nobilis; ſed cuncta æqualia ſunt coram me, quia cuncta æqualiter poſſum. Sic enim agile mihi eſt creare Angelum, ut formicam; & cælos omnes, ut unum vermiculum facere. Scriptum eſt de me, quod omnia quæcumque volui, feci: quia nullum intelligibile, apud me poteſt eſſe impoſſibile. Ut quid igitur cunctaris de modo? Putasne, quod invenire modum neſciam aut non valeam ad id quod diſpoſui facere ſeu decrevi? Verum quia ſcio quod non ex infidelitate, ſed ex humilitate ſic loqueris, volo te ſcire, quod iſto in tempore tantum abundavit ſuperbia, & potiſſime illorum, qui litteratos & ſapientes ſe reputant; quod juſtitia mea non poteſt amplius ſufferre, quin eos juſto judicio confundat. Sed quia miſericordia mea eſt ſuper omnia opera mea, primo dabo eis confuſionem ſalubrem & utilem, ſi voluerint ſe recognoſcendo humiliare; ſicut feci Judæis & gentibus, quando miſi eis idiotas, per me ſapientia divina repletos. Dabo, inquit, feminas, de ſui natura ignorantes & fragiles, ſed à me virtute & ſapientia divina dotatas, in confuſionem temeritatis eorum. Quod ſi per hoc recognoverint ſe ac humiliaverint, faciam miſericordiam meam pleniorem cum eis, id eſt, cum illis, qui doctrinam meam, per vaſa fragilia ſed electa delatam ad ipſos, cum reverentia qua decet, ſuſcipient & ſequentur, juxta gratiam ſibi datam. Si autem hanc medicinalem confuſionem deſpicient, eos qui tali modo recuſabunt confundi, ad tot alias confuſiones judicio meo juſto deducam, quod totus mundus contemnet & deſpiciet eos. Juſtiſſimum enim eſt & conſuetum judicium ſuperborum, ut qui per ventum ſuperbiæ ſe volunt erigere ſupra ſe, dejiciantur etiam infra ſe. Tu igitur abſque cunctatione obedias amodo, cum te ad publicum decrevero mittere: quia nec te, ubicumque fueris derelinquam, nec etiam propter hoc in futuro dimittam, quin te ſolito more viſitem, & dirigam te in omnibus quæ te oportuerit exercere. Quibus auditis, ſacra virgo, ſicut vera obedientiæ filia, inclinata cum reverentia coram Domino, cellam cum feſtinatione egreditur, & accedit

inſtruitur. que ulterius à cæleſti magiſtro, Pſ. 113, 2

F

AUCT. RAYMUNDO CONFESS. ad domeſticos ſuos, ibique cum aliis ponit ſe ad menſam, ut adimpleat mandatum Salvatoris.

123 Hic pauliſper fige pedem, lector cariſſime, quia quod in principio coram Deo promiſi, ſervare intendo. Dixi enim ſupra, ſi oblitus non es, quod nihil fictum, falſum, vel adinventum in hoc opere ſcriberem, niſi quod realiter ab ipſa vel ab aliis percepiſſem. Nunc igitur noveris, quod de quibuſdam materiis ipſa mecum ſæpe ac ſæpius eſt locuta, nec memorari poſſum formaliter de omnibus verbis ejus, tum propter negligentiam, & proh pudor! ignaviam meam; tum quia occupationes quæ mihi ſupervenerant, poſtquam eam non vidi, hæc & alia ſuſtulerunt de mente mea. Facit etiam ſatis ad hæc, ut puto, quia ætas corporis jam eſt in declinatione. Primum puto, quod ſeneſcit, ſecundum Senecam, memoria eſt. Verum cum talia mihi occurrunt, pono verba quæ veriſimilius mihi videntur fuiſſe dicta, juxta ea quæ recolo, & juxta conditionem materiæ de qua loquor: quamvis ad honorem Dei omnipotentis, & virginis hujus ſacræ ſponſæ ejus, meamque confuſionem, confitear quod dum ſcribo, ipſa faciente, multa & multa occurrant, de quibus prius nullatenus recordabar; ita ut frequenter mihi viſum fuerit, ipſam quodammodo eſſe præſentem, & quaſi mihi dictantem ea quæ ſcribo. Hæc igitur tibi, lector, ſit regula, quantum ad verba, non quantum ad geſta: quia inter illa nihil pono, quod non perfecte noverim & à certo, per teſtes vel per ſcripturam, aut etiam per memetipſum. Item etiam de multis verbis formaliter recolo, & potiſſime illorum, quæ pertinent ad doctrinam: ſed timor offendendi veritatem, facit hic interſeri quæ nunc legis.

proteſtatio ſcriptoris de fide ſua.

B

124 Nunc autem ad noſtram hiſtoriam redeundo: ſtat virgo cum aliis corpore, ſed mente tota cum Sponſo ſuo. Oneroſa ipſi erant cetera cuncta quæ videbat & audiebat, præter illum quem totis præcordiis diligebat: videbanturque ei, præ amoris magnitudine, horæ quibus ſtabat cum aliis nimis prolixæ, ac quodammodo converſæ in dies vel annos: quantoque citius poterat, revertebatur ad cellam ſuam, ut inveniret quem diligebat anima ſua: quem dum inveniebat, amplexabatur dulcius, avidiuſque tenebat, nec non etiam reverentius adorabat. Tunc cœpit in ea oriri deſiderium, quod dum vixit in corpore ſemper crevit, ſacræ ſcilicet Communionis ſumendæ; ut non tantum ſpiritus ejus Sponſo uniretur æterno, ſed & ſuper hoc corpus poſſet corpori ſociari. Sciebat enim, quod quamvis ſuperveneràbile Sacramentum Corporis Domini, ſpiritalem gratiam cauſet in anima, & ipſam ſuo uniat Salvatori; quod eſt principale intentum, quare ipſum Sacramentum eſt inſtitutum: tamen verum corpus ipſius, veraciter à ſumentis corpore ſumitur, & corpus corpori abſque cunctatione aliqua ſociatur, etſi non modo corporeo uſquequaque. Propter quod volens magis ac magis ſemper uniri amoris ſui objecto tam nobili, ſacram decrevit Communionem, quam valeret, ſæpiſſime frequentare. Verum quia de hac materia infra, Domino præſtante, fiendum eſt Capitulum, hic ſuper hoc me amplius non extendam. Porro Dominus de die in diem ipſam ad converſandum modeſte cum hominibus inducebat & educebat, ut fructum animarum ex ipſa tandem educeret quem volebat: ex quo factum eſt, quod virgo Domini, ne appareret in conſpectu domeſticorum otioſa, cœpit in ſervitiis domus quandoque ſe iterum occupare; ex quo ſecuta ſunt mirabilia plura & notanda, quæ in ſequenti Capitulo recitantur, huic primo finali poſito termino. Cujus quidem Capituli teſtis non adducitur alius, quia cuncta per ipſam ſacram virginem mihi reſerata fuere.

C

ipſa tempus vacuum cum Deo tranſigit,

communicat frequenter:

CAP. II.

125 Videns virgo Deo dedicata, Sponſi ſui voluntatem omnino eſſe, ut quandoque cum hominibus converſaretur; cogitavit taliter inter homines vivere, quod converſatio ſua non eſſet infructuoſa, ſed potius ſecum converſantibus eſſet exemplum virtuoſe vivendi. Unde primo actibus humilibus, deinde paulatim caritativis pro ædificandis proximis inſiſtebat; ſemper tamen devotæ orationis & continuæ non oblita, nec non & pœnitentia incomparabili comitata. Cœpit ergo actibus ſervilibus dare operam humiliter non modicam, & ancillarum officia lætanti animo exercere, tam in ſcopando quam in lavando utenſilia, quæ pertinent ad coquinam ſive ad menſam, quam etiam coquinæ vilioribus ſe actibus occupando. Hoc autem faciebat ſingularius, quando ancilla domus aliquod patiebatur infirmitatis corporeæ: duplicabatque tunc ſervitium conſuetum, quia ſerviebat ancillæ infirmæ in omnibus, & loco ejus ceteris de domo vices ancillaris ſervitii rependebat. At, quod mirum eſt dictu, nec propter hoc æterni Sponſi ſolatia relinquebat: tam enim videbatur quaſi naturaliter inclinata omni hora & tempore ad uniendum ſe mentaliter cum æterno Sponſo, quod propter quemcunque actum exteriorem ſive corpoream occupationem, nullo modo impediebatur ab ejus caſtis amplexibus. Sicut enim ignis naturaliter ſurſum tendit; ſic ſpiritus ejus igne divini amoris ignitus, quadam viſibili conſuetudine quodammodo naturata, ſemper tendebat ad ea quæ ſurſum ſunt, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens.

D

vilibus miniſteriis domus exercetur,

E

126 Propter quod ipſa frequenter & ſuperfrequenter exceſſum illum, qui dicitur extaſis, patiebatur in corpore, ſicut mille (ut ita dixerim) vicibus vidimus & experti ſumus ego & Fratres, qui ab ipſa eramus ſpiritualiter in Domino geniti verbo vitæ. Mox namque ut ſacri Sponſi memoria pauliſper recentificabatur in anima illa ſancta, à ſenſibus ſe corporis quantum poterat retrahebat, & extremitates corporis, ſcilicet manus & pedes, contrahebantur. Primo quidem in digitis, ſed tandem etiam in ſe ipſis; lociſque ubi applicabant ſe, tam rigide adhærebant, quod frangi ſeu comminui potuiſſent potius, quam inde quomodolibet amoveri. Oculi etiam claudebantur ex toto, & collum rigiditate tabefiebat, ita ut non parvum eſſet corporis ejus periculum, collum ei tangere illo tempore. Sæpe enim Lapa mater ejus, hujus extaſis ex toto ignara, videns eam ſic tabefactam & rigidam, collumque parumper inflexum, voluit collum ejus ad ſtatum conſuetum reducere; ſed acclamante ſocia, quæ noverat hoc, deſtitit. Poſtquam vero ſpiritus ad ſenſus corporis rediit, tantus colli dolor ſecutus eſt, ac ſi fuiſſet crebris ac magnis percuſſionibus collum alliſum. Dixitque mihi ſacra virgo, dum hæc coram ipſo recitarentur, quod ſi modicum plus mater ſua de violentia poſuiſſet tunc ad collum rectificandum, fuiſſet ex toto confractum. Talibus igitur mentis exceſſibus dum ſacra virgo frequenter raperetur in altum, ſicut altera Maria Magdalena, ſæpe corpus ejus cum ſpiritu elevabatur à terra, ut quanta eſſet virtus ſpiritum attrahens cerneretur: quod duce Domino, infra latius patefiet. Sed nunc ad miraculum, quod in principio hujus extaſis accidit, accedamus.

inter quas extaſes patitur,

toto corpore immobilis.

F

127 Contigit ſemel, dum ſacra virgo vilibus, ut dixi, ſervitiis propriæ domus intenderet, ipſam juxta prunas ſive carbones ſedere ignitos, carneſque in veru aſſandas vertere, juxta morem vilium ancillarum. Sed dum hæc forinſecus agerentur, mens ejus non minus igne ſancti Spiritus aſſabatur interius. Cogitans namque de illo quem diligebat anima ejus, ipſumque mentaliter alloquens, in extaſim facta eſt: propter quod ab actu exteriori totaliter deſtitit. Quod advertens

In his poſita,

A advertens uxor germani ſui, quæ Lyſa dicitur, & adhuc hæc teſtatur, ſciens modum virginis, cœpit ipſa vertere veru, & permiſit eam cæleſtis Sponſi frui amplexibus. Cumque coctis carnibus illis & facta cœna cunctorum domeſticorum; adhuc illa in extaſi permaneret; Lyſa præfata, perfectis cunctis quæ virgo ſacra facere ſolebat ſervitiis, ipſam permiſit ad libitum divinis potiri ſolatiis; & intrans interiora domus, marito & filiis ſervitia exhibuit conſueta. Quos dum ad ſtratus quietem ſerviens deduxiſſet, ipſaque proponeret vigilare, donec ſancta virgo rediſſet ad ſe, ut finem extaſis videret illius; poſt non parvam moram egreſſa, venit ad locum ubi ſacram virginem Domini raptam dimiſerat, & invenit corpuſculum ejus totaliter ſuper carbones igneos cecidiſſe. Erat enim in illa domo copia magna prunarum, ex eo quod pro decoquendis tincturis maximam lignorum copiam conſumebant. Quod videns, ejulans exclamavit: Heu! Catharina eſt tota combuſta. Accedenſque velociter proprius, & ipſam de igne trahens, invenit & corpus & indumenta in nullo penitus læſa fuiſſe ab igne, imo nec veſtigium nec odorem ignis apparere in eis. Et quod plus eſt, nec cineres applicati veſtibus apparebant, dum tamen diligenti computatione facta poſtea, pluribus horis in igne fuiſſe credatur. Perpendisne lector, quanta fuit virtus ignis interioris, latentis in anima virginis hujus ſacræ, cujus potentiâ vis naturalis exterioris ignis fuit ex toto ſublata? Nonne trium puerorum miraculum, tibi videtur quodammodo innovatum? Nec tantum ſemel hoc in ea ignis miraculum accidit, imo fuit ſæpius repetitum.

ſuper ardentes carbones jacet ſine noxa,

B

æreus velo ejus illapſus eo illæſo conſumitur,

128 Semel enim, dum in Eccleſia Fratrum Prædicatorum de Senis, caput juxta cujuſdam columnæ partem infimam reclinaſſet, in qua quidem columna erant quædam figuræ Sanctorum; una candela cerea, quæ ibi accenſa fuerat per quempiam in alicujus Sancti honorem, cecidit ſuper caput ipſius virginis orantis, ſic accenſa, priuſquam cera totaliter eſſet conſumpta. Mira res, & noſtris maxime ſtupenda temporibus! Candela ſuper velum capitis virginis cadens, lumen ſuum retinuit, quouſque fomentum ceræ fuit ex toto conſumptum; & in nullo caput aut velum læſit, nec quodcumq; in ſacro ejus velo veſtigium dereliquit. Cum autem cera fuit ex toto conſumpta, ita per ſe ipſum lumẽ extinctũ eſt, ac ſi ſuper ferrum vel durum lapidem cecidiſſet. Hujus rei teſtes fuerunt plures ſociæ ejus quæ viderunt, & mihi poſtea retulerunt: quarum una fuit præfata Lyſa, ſed alia vocabatur *a* Alexia, tertia vero vocabatur Franciſca: quarum prima vivit adhuc, reliquæ vero duæ poſt obitum magiſtræ ſuæ cito ſunt ſecutæ eam. Præter hæc ſæpius ac in diverſis mundi partibus accidit (& potiſſime quando ipſa, imo gratia Dei per eam, animarum fructum faciebat aliquẽ ſingularem) quod ſerpens antiquus contra ipſam nimium concitatus, permittente Domino, in præſentia plurium in Chriſto filiorum & filiarum ejus, eam totam jactabat in ignem. Cumque adſtantes, ejulantes & flentes, ipſam conarentur extrahere de igne, illa ſubridens vultu hilari, egrediebatur de igne, nullam habens in ſe aut in veſtibus propriis læſionem. Dicebatque ſuis, Nolite timere, quia Mala-taſcha eſt. Sic enim vocabat diabolum, quia malus ſaccus eſt animarum: in regione enim illa, Taſcha *b* parvus ſaccus vulgariter nominatur. Hoc quidam ex filiis ejus, qui vocatur Nerius *c* Landocci de Senis, mihi teſtificatus eſt, ſe duabus vicibus vidiſſe propriis oculis, ac cum pluribus aliis utriuſque ſexus interfuiſſe: & quia vitam cœlibem & quaſi anachoreticam ducit, & mihi notus diu fuit, fidem adhibeo indubiam dictis eius.

C *a*

à dæmone in ignem conjectus non uritur,

b

c

129 Hoc idem teſtatur quidam Gabriel de Pic-

colominibus de Senis, aſſerens ſe fuiſſe præſentem: & addit, dum ſemel coram lectulo ſacræ virginis decumbentis eſſet grande vas teſteum, plenum prunis ardentibus; taliter & tanta vi antiquus hoſtis ipſam impegit in ignem, quod capitis impetu percutiens ſuper prunas, vas in plura fruſtra confregit; nec tamen caput aut velum capitis ejus in aliquo fuit læſum ab igne vel ab impetuoſo caſu: imo ſubridens, pariter & deridens malignum perſecutorem virgo, ſeipſam abſque nocumento erexit, replicando ſæpius, Mala-taſcha. Similia leguntur in vitis patrum de *d* Euphraxia. Nec eſt mirum, ſi permittit Deus hoc de ſponſis ſuis, qui permiſit ſuper pinnaculum templi & ſuper montem excelſum per eumdem malignum deferri filium unicum cordis ſui. Tranſivi fateor, lector cariſſime, de primis quaſi ad ultima; ſed identitas materiæ me ad hoc coegit, & ne poſtmodum reiterare compellerer miracula, quæ Dominus per eam in ignis elemento patrarat, hanc feci transgreſſionem.

AUCT. RAT. MUNDO CONFESS.

idẽ ſæpius coram alijs.

d

130 Sed redeundo ad ordinem noſtræ hiſtoriæ, virgo ſacra, jam ſummo doctore docente imo etiam compellente, addiſcebat quotidie amplius, & in lectulo florido frui Sponſi cæleſtis amplexibus & ad convallem liliorum deſcendere, ut fœcundior redderetur, nec alterum pro altero dimittere aut diminuere; quod eſt ſummæ perfectionis, & plus quam perfectæ dilectionis in via. Verum quia omnium operum ejus dilectio erat radix & cauſa, opera caritatis proximi, cetera ejus cuncta opera excedebant. Hæc autem opera erant in duplici genere, ſicut & proximus duplicem ſubſtantiam habere dignoſcitur, ſpiritalem ſcilicet & corpoream. Sed quia de imperfectis ad perfecta aſcendere eſt ſecundum ordinem naturalis doctrinæ, idcirco prius dicemus de caritatis operibus ejus, quæ operata eſt erga corpora proximorum; ſecundo de his, quæ fecit pro animarum ſalute: ſi tamen iſtud ſecundum erit dicibile, quod non puto. Porro primum, propter excellentiam factorum oportet dividere in opera, quæ circa ægrotantium exercuit corpora, & ea quæ pro ſubveniendis fecit neceſſitatibus proximorum: quia notabiliſſima ſunt, & quodlibet tale opus ejus ſecum defert divinum miraculum venerandum. Primum igitur ſequens Capitulum, erit de miris quæ geſſit ſubveniendo neceſſitatibus egenorum: ſecundum vero de mirabili caritate, quam oſtendit erga corpora infirmorum. Et ſic finem huic impono Capitulo, cujus continentiæ teſtes, quia ſuperius etiam nominatim poſui, hic non putavi amplius repetendos.

F

excellit in operibus caritatis erga proximum.

ANNOTATA

a *Hanc* Alexiam *S. Catharina moriens, præfecit ſuo lecto Sororibus de pœnitentia: & infra ex Barduccio diſcemus, quomodo in ipſius ſinum reclinata extremum reſederit.*

b Taſcha *vox Teutonica, propriè ſignificat crumenam, Belgis* Teſche.

c Reynerius Landuccii de Paglia, *viventi Catharinæ ab Epiſtolis.*

d *Ita vulgo ſcribitur à Latinis, melius* Eupraxia *vel* Euphraſia. *Vitam illuſtravimus* 12 *Martii, ubi num.* 25 *legitur, coctionem ſerventis ollæ illæſa excepiſſe.*

AUCT RAYMVNDO CONFESS.

CAPUT II.

Valetudo divinitus reddita ad eleemoſynam pauperi clam ferendam, Chriſto mendicum ſimulanti propriæ veſtes datæ, ova divinitus illæſa, vinum miraculoſe auctum.

CAP. III

131 CErnens ulterius virgo Domino deſponſata, ſe Sponſo æterno tanto effici gratiorem, quanto proximis ſe clementiorem redderet; ad ſubveniendum proximis in eorum neceſſitatibus, largiter ex cordis profunditate ſe præparat & adimplet. Verum quia nihil tamquam ſuum in hoc ſeculo poſſidebat, ſicut vera religioſa, quæ tria principalia vota ſtatuerat obſervare, ut in prima parte dictum eſt; ne alienam rem invito Domino contraheret, patrem adit & ſupplicat, quod de ejus licentia & voluntate poſſit de his, quæ ei & ejus domui Dominus concedebat, pauperibus, juxta conſcientiam ſuam, eleemoſynam elargiri. Quod ille tanto conceſſit libentius, quanto tunc clarius cognoſcebat, filiam per viam Dei perfectiſſime ambulare. Conceſſit igitur, & non tantum per ſe in ſecreto, quinimo cunctis de domo ſua publicum dedit mandatum, dicens: Nemo dulciſſimam filiam meam impediat, cum vult eleemoſynam facere; quoniam ego do ei plenariam poteſtatem, etiam ſi dare velit quidquid habeo in hac domo. Qua licentia tam plenarie obtenta, cœpit virgo ſacra non tam dare, quam diſpergere bona patris. Attamen quia ſingulariter viguit dono diſcretionis, non quibuſcumque volentibus, ſed indigentibus quos noverat, etiamſi non peterent, large ſubveniebat. Inter hæc venit ad notitiam ejus, quaſdam familias eſſe indigentes non longe à convicinio ſuo, nec tamen domui ſuæ appropinquantes, quæ magnam ſuſtinebant penuriam, & erubeſcebant eleemoſynam petere. Quod illa non aure ſurda pertranſiens, imitata Beatiſſimum Nicolaum, ſummo diluculo portans frumentum, vinum & oleum, & cetera quæ habere poterat, per ſe ipſam ſolam ad oſtia domus ibat egenorum illorum; & Domino mirabiliter faciente, oſtia ipſa inveniebat aperta, ponebatque infra oſtia quidquid detulerat, retractoque ad ſe oſtio fugiebat.

Parentis bona deejus conſenſu pauperibus erogat:

B

ad eleemoſynam cuidamportandam tantiſper convaleſcit.

C

122 Accidit autem eam ſemel corpore infirmari, ita ut à planta pedis uſque ad verticem eſſet totaliter tumefacta, nec de lectulo ſurgere aut ſuper pedes ſtare valeret. Audivitque quamdam eſſe pauperculam viduam, in ſecundo convicinio domus ſuæ, cum filiis & filiabus eſuriem patientem non modicam & penuriam: quæ mox cordiali mota compaſſione, Sponſum ſequenti nocte ſuum oravit, ut ſibi tantam valetudinem ad tempus concedere dignaretur, quod poſſet illi pauperculæ ſubvenire. Statimque ſurgens ante diluculum, & domum circumiens, implevit ſaculum quem invenire poterat, tritico; flaſconem ſeu vas vitreum grande, vino; vaſculumque aliud, oleo; ac quæcumque reperit eſui deputata, & intra cellulam ſuam deportavit. Porro, quamvis quodlibet eorum per ſe potuiſſet deferre ad cellam ſuam, ſimul tamen collecta, per tantum itineris ſpatium, non videbatur ei poſſibile per eam portari ad domum viduæ ſupradictæ. Adaptans igitur nihilominus cuncta prædicta, ſuoque corpuſculo applicans, aliquid ſcilicet brachio dextro, aliquid ſiniſtro; quoddam humeris, quoddam aliud ligans ad proprium cingulum; ſub ſpe cæleſtis auxilii tentabat levare onus: & mox, faciente mirabiliter Domino, tam agiliter levat, ac ſi omnis ponderoſitas de rebus illis omnibus ſimpliciter eſſet abducta. Fatebatur enim, tam mihi quam ceteris Confeſſoribus ſuis, quod ratione ponderis, res illas ita ponderabat agiliter, ac ſi unam paleam detuliſſet: nec plus omnia ponderabant ei pro tunc, quam ſi paleam unam portaſſet: cum tamen diſcreto facto computo, centum libras vel circiter deberent naturaliter ponderare illa, quæ tunc portavit. Pulſata igitur ſummo diluculo campana diei, ante quam non licet cuiquam circuire, ſancta virgo, licet juvencula, quamvis toto corpore tumefacta, mox ſola propriam domum egreditur cum pia ſarcina ſua; & verſus domum pauperculæ ſic velociter properat, ac ſi nihil pateretur nihilque ſuper ſe ponderis bajularet.

D

grave pondus facile attollens,

133 Cum autem appropinquaret habitaculo inopis, cœperunt res illæ tam graviter ponderare, quod nullo modo videbatur poſſibile, ipſas eam deferre poſſe per unum paſſum. At illa perpendens ludum eſſe prædulciſſimi Sponſi ſui, clamavit ad Dominum cum fiducia, & onus levavit cum difficultate, ut amplius mereretur, & venit ad oſtium habitaculi illius egenæ. Reperienſque illud divino nutu ex ſuperiori parte apertum, intromiſſo brachio ex toto aperuit, & onus intra domum depoſuit. Quod deponendo tanto repletum eſt pondere, ut ſono ſuo pauperculam excitaret; ex quo ipſa conata eſt fugere: ſed ludente adhuc Sponſo cæleſti cum ea, non poterat. Nam virtus ei data cum de lectulo ſurrexit orans, ibi quaſi totaliter ablata eſt; remanſitque gravis, ut prius erat & debilis, nec poterat ſe movere. Quapropter mœrens pariter & ſubridens, ludentem Sponſum alloquitur, dicens: Cur me, Prædulciſſime, ſic ſeduxiſti? Numquid bonum tibi videtur, ſi me hic deluſeris, & confundas tenendo? Numquid fatuitates meas vis cunctis hic habitantibus, & poſt modicum hic tranſeuntibus propalare? An forſitan oblitus es miſericordiarum tuarum, quas indigniſſimæ ancillæ tuæ dignatus es demonſtrare? Redde mihi, obſecro, vires, ut redire poſſim ad propriam domum. Hoc cum diceret, ſemper conabatur abſcedere, dicens etiam corpori ſuo: Oportet quod vadas, etiam ſi mori deberes. Reptans igitur magis quam ambulans parumper ſeceſſit: ſed non adeo, quin egena illa ſurgeret, atque cognoſceret habitum ſuæ benefactricis, ex quo rurſus conjecturavit perſonam. Sponſus autem æternus, videns ſponſæ ſuæ cordialem afflictionem, & quodammodo ſuſtinere non valens; reſtituit ei virtutem quam ante tribuerat, ſed non ita perfecte. Quapropter cum difficultate venit ad domum, antequam illuceſceret dies clara, & decidit in lectum, ſicut prius, debilis. Sic enim ſe ejus corporales infirmitates habebant, non naturali ordine, ſed juxta quod mandabat Altiſſimus, prout infra, concedente Domino, patefiet. Habes igitur, lector, innovatum opus Beatiſſimi Nicolai, non ſemel ſed ſæpius, & cum gravi corporis infirmitate completum. Sed proſequamur ulterius, & quæramus an glorioſi Martini largitatem valeamus quomodolibet reperire.

clam deferre.

E

ubi viribus deſtituta,

neagnoſcatur abitura vires recuperat:

F

134 Semel exiſtente ipſa in eccleſia Fratrum Prædicatorum de Senis, venit quidam pauper ad eam, & petivit pro Dei amore ſuis neceſſitatibus ſubveniri. At illa nihil habens ibi quod pauperi poſſet dare, quia non conſueverat aurum vel argentum deferre; monebat pauperem, ut præſtolaretur quo uſque domum ipſa rediret, quia libenter ei & copioſe, de his quæ ibidem eſſent, eleemoſynam faceret. Sed pauper ille, qui, ut puto, alius fuit quam apparentia demonſtraret; Si habes, inquit, aliquid quod mihi des, hic illud peto, quia tantum expectare non poſſum. Illa vero nolens eum deſolatum dimittere, cogitavit anxia quid pauperi elargiri valeret, unde neceſſitati ejus ſubveniretur. Et cogitanti occurrit crux quædam argentea parvæ quantitatis, quæ juxta conſuetudinem ſolet

Chriſto formam mendici induto argenteam crucēdonat:

A ſolet inſeri filo inter nodulos illos, qui Pater Noſter vulgariter appellantur, eo quod ad ipſorum numerum oratio Dominica replicatur. Hoc igitur Pater noſter ſacra virgo habens in manibus, & ibidem crucem parvam argenteam, filum feſtina fregit, & eam pauperi cũ lætitia eſt largita. Qui cruce habita, totus jucundus abſceſſit, nec à quoquam alio eleemoſynam petiit, ac ſi tantum pro illa crucè habenda veniſſet. Nocte autem ſequente, orante juxta ſuam conſuetudinem virgine Domini, apparuit ei Salvator mundi, habens crucem illam in manibus, ornatam multis lapidibus pretioſis, & dixit: Agnoſcisne crucem iſtam, filia? Et illa: Optime agnoſco, ſed non fuit apud me ita pulcra. Et Dominus: Tu mihi hanc heſterna die dediſti cum caritatis & largitatis amore, qui amor deſignatur per hos lapides pretioſos. Et ego promitto tibi, quod in die judicii, coram univerſo Angelorum & hominum conventu, tibi eam talem, ut vides, ad tui culmen gaudii præſentabo; nec occultabo, nec occultari permittam opus miſericordiæ mihi per te impenſæ, in die qua Patri miſericordiam & judicium decantabo. His dictis, diſparuit, mentem relinquens virginis, gratiarum humiles actiones undique depromentem, nec non & valde accen-

B ſam ad ſimilia peragendum: quod & ſequentis rei probavit eventus.

135 Allectus namque Sponſus ſuperamabilis animarum, ſponſæ ſuæ caritativis & miſericordibus actibus, ipſam propter noſtrum exemplum tentat & provocat ad majora. Una ſiquidem die, hora Tertiarum jam in prædicta eccleſia decantata, poſtquam cuncti receſſerant, ipſa, quæ diutius orare conſueverat, ſola cum una ſocia remanente in eccleſia; & cum de capella Sororum, quæ in eminenti loco eſt, deſcendiſſet ut rediret domum; ecce apparuit ipſe Dominus ſponſæ ſuæ in forma juvenis denudati, & pauperis ac peregrini, qui ætatis triginta duorum vel trium annorum vel circiter apparebat, & petivit ut ſibi pro Deo ſuccurreret pro aliquo indumento. At illa, jam ad miſericordiæ opera ſolito plus accenſa; Expecta, inquit, cariſſime, paululum hic, donec de capella illa revertar, & ſtatim tribuam indumentum. Retrogreſſaque ad capellam unde deſcenderat, tunicam quam ſine manicis ſub exteriori tunica propter frigus interius deferebat, per pedes ſocia juvante depoſuit, caute pariter & honeſte, ac cum grandi lætitia pauperi tribuit. Qua recepta, repetit plus ille

C pauper, & ait: Eia oro Domina, ex quo mihi de indumento laneo providiſtis, ut de lineis tegumentis etiam mihi providere velitis. Quod illa libentiſſime annuens: Veni poſt me, inquit, cariſſime: quia quod petis, integraliter tibi dabo. Præcedit igitur ſponſa, & Sponſus ignotus ſubſequitur. Illaque paternam domum ſubintrans, accedit ad locum ubi panni linei patris & germanorum erant reconditi: acceptaque camiſia una & femoralibus, lætanter pauperi tribuit. Sed ille his habitis, adhuc non deſtitit à petendo: Sed obſecro, inquit, Domina, quid faciam de tunica iſta, quæ manicas ad brachia tegenda non habet? Date mihi aliquas manicas, ut recedam à vobis totus indutus. Quod illa percipiens, in nullo attædiata, ſed magis accenſa, domum circuivit, & diligenter quærit, ſi poſſit aliquas manicas invenire. Caſuque reperit tunicam ancillæ domus paternæ novam, quam necdum induerat, ad perticam pendentem; quam feſtine deponens, & manicas inde velociter feſtine diſſuendo auferens, gratioſe tribuit pauperi prælibato.

& alias propriam veſtem:

voleſtæ in ſpeciem mẽdicatione caritatem ejus fatiganti

136 Quo pacto adhuc inſtat ille qui tentabat hactenus Abraham, & ait illi: Ecce Domina, in-

duiſtis mè, de quo vobis gratias referat ille, pro cujus amore hæc feciſtis: ſed ego habeo adhuc ſocium unum, qui degit in hoſpitali, qui etiam multum indiget veſtibus, ſi velitis ei aliquam veſtem mittere, deferam ei ex parte veſtra libenter. At illa à fervore largitatis in nullo remiſſa, vel mota propter petitionum replicationem egeni illius, cogitavit intra ſe, unde poſſet habere veſtem ad induendum pauperem in hoſpitali degentem. Verum rememorans, quod omnes de domo præter patrem ægre ferebant eleemoſynas ſuas, & ea quæ habebant claudebant ſub clavibus, ne pauperibus daret; inſuper diſcrete conſiderans, quod ancillæ ſatis abſtulerat, nec erat ei totum auferendum, quoniam etiam inops erat; non poterat ejus conſideratio figi ſeu firmari in pectore virginis, in quo fuit facta diſputatio ferioſa, utrum unicum quod ſibi dimiſerat tunicæ indumentum deberet illi pauperi dare. Arguebat caritas ad partem affirmativam, ſed ad partem negativam ſe opponebat virginalis honeſtas. Quibus ſic concertantibus, vicit tandem caritas caritatem: caritas ſcilicet quæ reſpicit animas, caritatem quæ corporibus proximorum compatitur. Cogitavit enim quod ſi abſque veſte incederet, non parvum inde ſequeretur ſcandalum proximorum, quorum animæ plus erant diligendæ quam corpora: nec propter eleemoſynam corporalem erant ſcandalizandæ animæ quoquo modo. Unde pauperi ſic reſpondit: Vere, cariſſime, ſi liceret mihi abſque hac tunica remanere, libentiſſime traderem eam tibi: ſed quia non licet, nec aliunde poſſum nunc veſtem habere, rogo ut non hoc grave feras: ſuperlibenter enim tibi quæcumque petis tribuerem. At ille ſubridens: Bene, inquit, aſpicio libentiſſime mihi dares quæcumque poſſes: bene vale. Viditque quodammodo in receſſu ejus quædam ſigna, quod eſſet ille, qui tam frequenter & clare apparere ſibi ſolebat, ſecumque tam familiariter converſari: ex quo remanſit cor virginis ambiguum ſimul & ardens. Verum quoniam omni tali dono ſe indigniſſimam reputabat, reduxit ſe ad exercitia conſueta, in quibus occupabat quotidie tempus ſuum.

AUCT. RAT. MVNDO CONFESS.

ſatisfacere nequiens mire angitur,

E

137 Nocte autem ſequenti ſalvator mundi Dominus Jeſus Chriſtus ei oranti manifeſte in forma pauperis illius apparuit, habens tunicam illam ſibi per virginem datam in manu, ornatam margaritis & vernantibus ac coruſcantibus gemmis, & dixit: Agnoſcis ne, dilectiſſima filia, tunicam iſtam: Quæ cum dixiſſet ſe ipſam agnoſcere, ſed non taliter dediſſe eam ornatam, ſubintulit Dominus: Tu mihi tunicam hanc heri cum tanta liberalitate dediſti, meque nudum tam magna cum caritate veſtiſti, ut frigoris ignominiæ pœnas à me fugares: & ego nunc tibi veſtem, inviſibilem quidem hominibus, ſed tibi etiam ſenſibilem, de meo corpore ſacro dabo; qua uterque homo tuus ab omni nocivo frigore protegetur, quouſque cum gloria & honore coram Sanctis & Angelis ſuo tempore veſtietur. Moxque de vulnere & cicatrice proprii lateris, ſuis ſacratiſſimis manibus, traxit quamdem veſtem coloris ſanguinei, undique radios emittentem, ad menſuram virginalis corpuſculi, qua virginem eiſdem cum ſacris manibus induit dicens: Hanc veſtem tibi trado dum es in terris, cum ejus effectibus, in ſignum & arrham veſtimenti gloriæ, quo tempore ſuo veſtieris in cælis. Sicque diſparuit viſio. Hujus autem muneris adeo fuit efficax gratia, non modo in anima, ſed etiam in corpore virginis ſacræ, quod ex illa hora numquam plures tunicas hiemali tempore deferret quam æſtivo: ſed unica ſuper tunicellam interiorem tunica exteriori

vicißimve- ſtesnviſibili

F

ad omne frigus arcendum de- natur:

contenta

AUCTORE RAYMUNDO CONFESSARIO

contenta ſemper fuit: & omni tempore, numquam propter intemperiem hiemalem (quam, ut mihi faſſa eſt, nullatenus ſentiebat) ex tunc quamcunque ſibi ſuperaddidit veſtem, vel operimentum corporeum augmentavit: imo veſtem illam ſemper ſentiens ſuper ſe, in nullo ſe alia indigere tunica etiam ad ſenſum percipiebat.

in hoc prælata S. Martino

138 Perpendiſne lector, quantæ fuerit excellentiæ virgo iſta, quæ in occultis eleemoſynis Beatiſſimi ſequens Nicolai veſtigia, in propriarum veſtium dono glorioſo aſſimilata Martino, ſuorum operum approbationem non tantum per viſionem Salvatoris & acceptationem verbalem ejus percipere meruit; ſed rurſus æterni præmii promiſſionem ab infallibili accipere veritate, nec non & ſenſitivo ac perpetuo ſigno in ſeipſam ſentire continue, quam grata fuerint Donatori omnium dona ſua. Quid enim tibi videtur, cum dixit Dominus in die judicii ſe crucem illam argenteam oſtenſurum, & iterum hanc ſacram virginem in cælis indumento gloriæ veſtiturum, niſi ejus finalem non modo ſalutem, ſed excellentem gloriam patentiſſime revelaſſe, ac prædeſtinationem ipſius æternam abſque velamine reteraſſe? Quod de ſupra nominatis Sanctis nequaquam poteris reperire, quod
B ſcilicet dum eleemoſynas illas fecerũt notabiles, fuerit revelata eis præmiatio æternaliter ſecutura. Martinus (ait Dominus) adhuc catechumenus, hac veſte me contexit: ſed non addidit, Ego illi glorioſam veſtem dabo in cælis, quamvis ita finaliter ſit ſecutum: nec etiam tunc aliquod ſenſibile ſignum datum eſt ei de veſte gloriæ ſecuturæ, ſicut huic ſacræ virgini cernis fuiſſe factum. Nec parvipendas tales revelationes & talia ſigna, quia ſi ſecuritas de finali ſalute tantummodo, tantum gaudium, tantamque conſolationem cauſat in anima, quod nec lingua, nec calamo foret poſſibile declarari: quid ergo tunc facit ſecuritas de magna in cælis gloria obtinenda? Hinc poſtea procedit virtutum cunctarum augmentum, patientiæ ſcilicet, fortitudinis, temperantiæ, ſolicitudinis & diligentiæ in operibus ſanctitatis, fidei, ſpei, & caritatis, & univerſorum virtuoſorum habituum indeficiens incrementum; omniaque prius difficilia, facilia fiunt: nec non & omnia poteſt anima illa portare vel agere, propter eum qui electionem æternam ſibi de ſe factam notificat, indicibiliterque confortat. Habes igitur ex hoc in hac ſacra virgine ſingulare quoddam ex his, quæ ſuperius percepiſti; ſed æſtimoquod majora & magis ſingularia infra percipies. Nunc autem quod incepimus, proſequamur.

quod ſimul fuerit certificata de æterna ſalute.

C *ovis ad pauperem delatis*

139 Alia quoque vice virgo Deo accepta, igne compaſſionis indeſinenter ardens interius, ſenſit pauperem quemdam, qui volontarie ſe temporalibus privaverat propter Deum, penuriam eſibilium patiz quapropter quamdam burſam lineam, tunicæ ſuæ conſutam ab intra, quam propter caſus conſimiles deferebat, ovis gallinarum implevit, ut Chriſtum in ſuo paupere recrearet. Accedens igitur ad locum ubi pauper habitabat jam dictus, quamdam intravit eccleſiam: ubi mox ſpiritus ejus memorans quod domus orationis erat, cœpit ſurſum orando aſcendere ad eum, cui unitus ſemper manebat; & ſic corporeos relinquere ſenſus, modo quo ſupra in præcedenti Capitulo dictum eſt. Sicque facta in extaſi, corpus ad illam partem ſe reclinavit à caſu, ubi plena ovis burſa pendebat; totumque corporis pondus ſuper eamdem burſam reductum eſt, in tantum, quod annulus quidam cupreus & latus, quem ſolent ſartores dum ſuunt tenere in digito, qui & in eadem burſa ſimul cum ovis tunc erat, comminutus & fractus eſt in tres partes: ova vero, quæ caritas ibi recondiderat, cupri fortitudinem excedentia, in nullo fuerunt nec aliqua ex parte læſa, ſicut ſi non fuiſſent ibidem. Mirum dictu, ſed mirabilius factu nimis! Pluribus horis ſuſtinuerunt ova illa totum pondus virginalis corpuſculi, nec ipſorum tenuiſſimi cortices in aliquo ſunt confracti; & quod non potuit annulus cupreus ſuſtinere, ovorum teſta fragiliſſima ſuſtentavit. Nec fuit quomodocumque poſſibile, quod pondus virginei corporis totum ſuper annulum immineret, ſi quis quantitatem tam ovorum, quam incumbentis corporis, velit diligenter quantitati annuli comparare. Faciebat ergo quaſi continue caritas infuſa cordi virginis hujus ſacræ, non tantum auxilium proximo per opera pietatis, ſed etiam honorem Altiſſimo per miraculoſa opera deitatis. Quod ut apertius demonſtretur, unum intendo narrare mirabile, de quo tot teſtes fuerunt, quot in domo paterna utriuſque ſexus homines habitabant: qui, ut à multis fide dignis audivi, numerum circiter vigenarium faciebant.

innoxie incumbit fracto interim cupreo annulo illis adjuncto.

D

140 Narrant ſiquidem mihi Lapa mater ejus, Lyſa cognata, Frater Thomas primus Confeſſor ejus, & quam plures alii, qui converſabantur in domo tunc Iacobi, hujus ſacræ virginis genitoris, quod tempore quo ex ejuſdem Jacobi larga licentia ipſa largiſſime pauperibus eleemoſynas faciebat, contigit per familiam domus, ejuſmodi vegetis vinum potari, quod ex accidenti deterius factum erat. At virgo quæ panem & vinum, & cetera vitam corpoream ſuſtentantia, egenis non deteriora, ſed quantum poterat, meliora pro Dei honore dare ſolebat; hoc cernens, alterius vegetis vinum hauriens bonum, de quo nemo adhuc quidquam hauſerat, pauperibus quotidie propinabat. Veges autem ſeu vas hoc vini boni tot continebat in ſe metretas ſeu menſuras, quod ſecundum omnem æſtimationem & conſuetam, debebat ſufficere domus familiæ per quindecim dies, vel ſtricte diſpenſando, ad ſummum per viginti. Verum antequam de hoc vaſe propinaretur familiæ, virgo Domini per multos dies pauperibus in abundantia quotidie propinarat: quia de his quæ in domo erant, nihil poterat prohiberi. Tandem poſt dies non paucos, cœpit qui de cellario curam gerebat, eodem de vaſe familiæ ordinarie miniſtrare, nec propter hoc virgo deſtitit à conſueta largitione; imo tanto largius erogabat, quanto latentius, familia inde bibente, hoc abſque animadverſione domeſticorum ſe putabat facere. Tranſierunt non tantum quindecim dies vel viginti, potante familia idem vinum, ſed menſis integer & completus, & adhuc vas, de quo hauriebant non oſtendebat ſe plus ſolito diminutum. Mirantur germani virginis ceteraque familia, & cum patre conferunt, gratulantes quod
F vas illud tanto tempore familiam ſufficienter potaſſet, & adhuc ſe oſtendebat non parvo tempore duraturum. Addebaturque omnibus de ipſo vino potantibus admiratio gratulabunda, quia nullus eorum recordabatur ſe vinum tam bonum, & tam boni & grati ſaporis bibiſſe. Lætificabat igitur vinum hoc illorum hominum corda, non modo ſua mirabili quantitate, ſed etiam ſua delectabili qualitate.

vinum miraculoſe auget.

141 Porro illis neſcientibus unde hoc eveniret, virgo ſacra quæ noverat fontem boni, unde prodibat tantum miraculum, cœpit largiſſima manu & manifeſte pauperibus omnibus quos reperire poterat, de dicto vino miniſtrare. Sed nec ſic etiam vas illud minui poterat, nec ſapor vini quomodolibet mutari. Tranſivit ſic menſis ſecundus, advenitque tertius, & adhuc perſeveravit ut prius, ita ut jam appropinquarent vindemiæ, vaſaque novo vino replenda, inciperent præparari. Quamobrem optabant præpoſiti negotii domus, ut vas evacuaretur ex toto, novoque vino repleretur, quod jam ex torcularibus redundabat. Porro nec tunc ſe divina largitas

idemque miraculoſe minuit.

A gitas retrahebat. Præparantur igitur cetera vaſa, vino novo replentur, ſed adhuc torcularia vinum habent. Ex quo ille juvenis qui pro tunc præſidebat, mittit ut vas illud evacuaretur & præpararetur: ſed reſponſum accepit, quod veſpere præcedente immediate, magnus flaſco vini puri, & albi, & clari, de vaſe illo exhauriendo eſt extractus, nec videbatur ſolito amplius diminutum. Propter quod ille quaſi ſtomachans, replicavit: Exhaurite vinum totum quod ibi eſt, & ponite alicubi, vaſque aperite: diſponite pro novo vino recipiendo, quoniam amplius expectare non poſſumus. Mira nimium res, noſtriſque temporibus quodammodo inaudita! Vas de quo vinum clarum præcedenti die abundanter egreſſum fuerat, apertum totaliter eſt, nec inventum eſt in eo veſtigium vini, ac ſi per plures ante menſes nec gutta in eo vini aliqua remanſiſſet: itáque ac taliter deſiccatum ab omnibus viſum eſt, quod nulli dubium eſſe potuit, ex illo vaſe per longum ante tempus vinum hauriri non potuiſſe: de quo haud dubium ſtupor quemlibet cernentium non parvus arripuit. Cœperunt hic magis advertere augmentum miraculoſum
B quantitatis & qualitatis vini, quod tam diu duraverat hactenus, dum ſiccitatem vaſis in præſentiarum aſpiciunt propriis oculis tam patenter. Hoc miraculum patratum & divulgatum eſt Senis tunc temporis, cujus tot teſtes fuerunt, quot erant domus illius habitatores, quamvis ego nominaverim ſuperius aliquos & aliquas nominibus propriis, qui vel quæ mihi hoc retulerunt. Et ſic finem huic Capitulo dabo.

CAPUT III.

Lepra ex obſequio leproſæ præſtito contracta & depulſa, ægra per preces & obſequia Deo conciliata, donum noſcendi arcana conceſſum Catharinæ.

CAP. IV 142 ADmiranda menti hujus virginis inerat compaſſio egenorum, ſed longe mirabilior & excellentior pietas erga infirmantes detinebat cor ejus: propter quam inaudita quodammodo geſſit opera, quæ ignorantibus forſan incredibilia videbuntur: ſed nec propter hoc ſunt ſub ſilentio tranſeunda, imo potius pro majori omnipotentis Dei gloria integraliter recitanda. Fratris Thomæ prædicti, & Fratris Bartholomæi Dominici de Senis, nunc ſacræ Theologiæ Magiſtri, ac Prioris Provincialis Romanæ provinciæ, narratio & ſcriptura, (quibus adduntur quamplures matronæ, etiam præ
C ter Lapam & Lyſam ſuperius nominatas, quæ dignæ ſunt omni fide) mihi neceſſitatem imponunt, ut recitem quæ ſequuntur.

Inſerviens leproſæ

143 Fuit in civitate Senenſi quædam infirma & inops, Tecca nomine, quæ ob temporalium rerum carentiam coacta eſt hoſpitale aliquod petere, in quo infirmitatis ſuæ remedia invenire valeret, quæ per ſeipſam habere non poterat. Unde accidit in quodam eam hoſpitali admodum tenui receptari, in quo vix reperit ſuam neceſſitatem. Infirmitas vero ejus increvit in tantum, quod leproſa in toto corpore facta eſt; ex quo in majorem devenit miſeriam, quia propter infectionem vitandam, non erat qui vellet ei ſe conjungere miniſtrando: quin potius extra civitatem, ut moris eſt talium, eam emittere diſponebant. Hoc dum ſacra virgo ſenſiſſet, ad dictum hoſpitale, caritatis ardore plena, feſtinanter acceſſit; præfatamque leproſam domeſtice viſitans pariter & contrectans; non modo temporalium rerum auxilium, ſed etiam proprium miniſterium obtulit uſque in finem abſque defectu: ipſumque quod verbo dixerat; factis perfectiſſime implevit. Nam quolibet mane & quolibet veſpere, dictam infirmam perſonaliter viſitabat, nec non & per ſe ipſum cuncta victui ejus neceſſaria parabat & miniſtrabat. Sponſumque ſuum in leproſa illa intuens mentali oculo, cum omni ei diligentia & reverentia ſerviebat. *Auctore* RAYMUNDO CONFESSARIO

144 Quod quamvis magno virtutis culmine virginis ſacræ procederet, in ægrota tamen ipſa vitium ſuperbiæ & ingratitudinis generavit: ſic enim ſæpe contingit in his, quorum mentes humilitatis virtus non poſſidet, ut ſcilicet inde ſuperbiant, unde humi- *ingrata* liari amplius debuerunt; & unde gratias agere debuerant, ad irrogandas injurias provocentur. Sic ægrota præfata, ex humilitate ac caritate virginis hujus beatæ ad arrogantis indignationis vitium eſt deducta. Videns enim eam tam indeficienter ſervitio ſuo deditam, cœpit quaſi ex debito exigere, quod ex caritativa liberalitate fiebat: ſervitricemque ſuam verbis exaſperantibus objurgare, ac objurgationibus ſuis contumelias addere, cum non exhibebantur quæ cupiebat ad votum. Contingebat ſiquidem quandoque virginem Domini orationem ſuam de
E mane in eccleſia protrahere pauliſper amplius ſolito, ac per conſequens tardius ad ſervitium exhibendum venire: qua veniente, infirma illa impatiens, verbis eam iracundis aggrediebatur ſimul & deriſoriis, dicens: Bene veniat domina regina de Fontebrando (ſic enim vocatur regio, ubi domus paterna vir- *& contu.* ginis erat & eſt) O quam, inquiebat, glorioſa eſt *meliosa* hæc regina, quæ per totam diem ſtat in eccleſia Fratrum! Nunquid fuiſtis per totum mane cum Fratribus, Domina? non videmini poſſe ſaturari de Fratribus illis. His & ſimilibus verbis, quantum ex ipſa erat, provocabat ancillam Chriſti: ſed illa in nullo nec tenuiter mota, ſicut ſi genitrici propriæ reſpondiſſet, humiliter & dulciter conſolabatur eam, dicens: Dulciſſima mater, propter Deum nolite turbari: quamvis enim parum tardaverim, cito tamen perficiam totum quod expedit pro ſervitio veſtro. Feſtinanſque igne accenſo, ollamque ſuperponendo, cibum parabat pro ſua objurgatrice, ac ceteranecеſſaria mirâ ac celeri diligentia miniſtrabat, ita ut etiam ipſa impatiens miraretur.

145 Hoc diuturno duravit tempore, nec unquam potuit mens virginea tædio affici, nec à conſueti fervore ſervitii tepeſcere quoquo modo. Mirabantur plures, ſed Lapa genitrix ejus inde turbabatur, & clamabat, dicens: Filia mea, tu eris leproſa indubie. Nullo modo aſſentiam quod leproſæ illi ſer- F vias. At illa fiduciam ſuam totam habens in Domino, dulcibus verbis mitigabat matris furorem, & ut ſuam infectionem non pertimeſceret, admonebat: ſervitium autem illud, ſibi conceſſum à Domino, ſe non poſſe dimittere teſtabatur: ac ſic cuncta impedientia caritatis ſervitium ſubmovens, in opere ſancto incepto perſeverabat. Quod perpendens hoſtis antiquus, ad aliam ſe artem convertit; & permittente Domino, pro glorioſiori ſponſæ ſuæ triumpho, infectionem lepræ ad manus ſacræ virginis deducit. Cœpere namque manus ejus, quibus corpus con- *lepram contrahit:* trectabatur leproſæ, lepra infici manifeſte, ita ut cuicumque manus ſacræ virginis intuenti dubium non eſſet ipſam jam lepra infectam. Sed illa in nullo propter hoc à ſancto ſuo recedens propoſito, præeligebat potius totaliter leproſa effici, quam inchoatum dimittere officium caritatis: ſpernebat ſiquidem velut lutum proprium corpus, & quidquid illi contingeret non curabat, dummodo Sponſo ſuo æterno grato ſervitio deſerviret. Stat igitur hæc infectio non paucis diebus: ſed virgini ſacræ præ amoris cæleſtis magnitudine, pauciſſimi videbantur. Verum ille qui percutiendo ſanat, dejiciendo erigit, & diligen-

AUCT. RAYMVNDO CONFESS.

tibus ſe omnia cooperari facit in bonum, poſtquam complacenter aſpexit fortitudinem ſponſæ ſuæ, non diu paſſus eſt infectionem illam durare.

146 Advenit enim non diu poſt tempus conſummationis infirmæ illius, ac ſacra virgine aſtante, ac etiam efficaciſſime confortante, ex hac luce migravit. Quo facto, licet corpus ejus aſpectui eſſet horrendum, diligentiſſime lavit ipſa, veſtivit, in feretro decenter repoſuit, nec non & poſt celebratas exequias propriis manibus ſepelivit. Sepultura vero ejus expleta, mox de virginis manibus omnis infectio lepræ ita evanuit, ac ſi numquam fuiſſent infectæ: imo videbatur, quod manus ejus decore ſuo cuncta corporis ejus membra excederent, & quaſi ex lepra nitorem ſuſcepiſſent. Perpendisne, lector, in hoc uno ſacræ virginis opere omnium congregationem virtutum? Regina quidem virtutum caritas & forma earum movit eam ad hoc ſervitium peragendum pariter & complendū: caritatem autem humilitas ſociavit, quæ tam deſpectæ infirmæ ipſam ſubditam fecit ex integro: nec abfuit patientiæ virtus, qua cuncta ejus improperia lætantiſſime ſuſtinebat; corporiſque proprii morbum tam abominabilem, tam patientiſſime ferebat. Conjuncta eſt his haud dubium claræ fidei certitudo, qua non leproſam illam, ſed Sponſum ſuum, cui ſatagebat placere, ſemper intuebatur oculis fidei: & nihilominus ſpei fortitudo non deerat, qua facta eſt perſeverans uſque in finem. Harum virtutum ſacram congeriem, ſecutum eſt patens miraculum, ut ſcilicet lepram, quam in manibus ejus vivens leproſa injecerat, mortuâ ipſâ & ſepultâ, Chriſtus in inſtanti mundaret. Quid horum non mirabile intelligentibus veritatem? Magna ſunt hæc, ſed majora ſequuntur, ſi attente notaveris, lector bone.

à qua de mortuam ſepeliens liberatur.

B

147 In eadem civitate Senenſi ſæpius nominata, quædam fuit Soror de pœnitentia ſancti Dominici, tempore quo virgo Chriſti pauperum & infirmorum ſe mancipavit obſequiis propter Deum, quæ domui miſericordiæ obtulerat, juxta morem patriæ, ſe ac ſua, & Palmerina dicebatur. Hæc quamvis duplici ſe religionis nomine religaſſet, mirabili tamen ac horribili diaboli vinculo tenebatur. Tacito enim invidiæ ſimul & ſuperbiæ fomite conceperat odium cordiale erga & contra hanc ſacram virginem Chriſti ſponſam, quod non modo gravis ei erat ad videndum, ſed nec nomen ejus poterat abſque cordis turbatione audire. Detrahebat ei ſecrete ac publice quantum poterat, nec detractionibus ac maledictionibus ejus poterat ſatiari: omnia ſigna conſummati odii oſtendebat. Quod virgo cernens, diverſis modis humilitatis & manſuetudinis ejus conabatur placare iram: ſed illa omnes ejus humiliationes contempſit. Unde arctata eſt virgo Domini, ſanctâ fervoris ſui regulâ, ad ſponſum ſuum habere recurſum, & pro hoſte ſua ſingulares preces ad Deum emittere: quod faciens, carbones ignis ſuper caput ejus, ſecundum Apoſtolicam ſententiam, haud dubium ingerebat: orationes enim illæ, ſicut ignis evolans, aſcendebant ad Dominum, & miſericordiam & judicium poſtulabant. Quamvis enim ancilla Chriſti pro illa detractrice ſua ſolam miſericordiam peteret; quia tamen illi quem exorabat, miſericordia & judicium decantatur, abſque judicio miſericordia fieri non debebat.

injuſte ſibi ſuccenſentē placatura

C

Rom. 12, 20

148 Fecit ergo Dominus magnum judicium; ſed judicando, miſericordiam longe majorem exhibuit precibus ſponſæ ſuæ. Percuſſit enim prius Palmerinam prædictam in corpore, ut in anima ſanaretur. Sed quanta eſſet obſtinationis ejus durities, quantaque caritatis dulcedo, qua induerat ſponſam ſuam, mediante judicio illo declaravit: inſuper & animarum zelum augmentavit in virgine, per oſtenſionem inæſtimabilis pulchritudinis illius animæ, ſuis demeritis jam damnatæ, ſed meritis & precibus virginis miraculoſe ſalvatæ. Percuſſâ namque Palmerinâ infirmitate corporeâ, non ideo ſanatum eſt vulnus mentis; imo quodammodo aggravatum amplius; & odium, quod gratis contra ſacram virginem conceperat, plus oſtendit infirma quam ſana. Quod illa comperiens, ſtuduit humilitatis & manſuetudinis actibus ejus ſævitiam emollire. Præſentabat etenim frequenter ſe & humiliter coram illa, amoroſiſque verbis & actibus ſuam perſecutricem conſolari totis viribus nitebatur, ejuſque ſervitiis ſe mancipare omni modo quo poterat ſatagebat. Sed illa, ſaxo durior facta mentaliter, nec verbis nec ſignis caritativæ cedens dilectionis; nec obſequioſis actibus condeſcendens, corrupta mente omnes actus virginales horrebat, ipſamque virginem de domo ſua expelli etiam rabioſe jubebat. Quod cernens Iudex juſtiſſimus, adeo ſuper hoſtem caritatis manum ſuæ juſtitiæ aggravavit, quod repente viribus corporis quaſi totaliter enervatis, Sacramentiſque ſalutaribus non munita, ad mortem utriuſque hominis miſerabiliter propinquabat.

D

in morbo præſto eſt:

ſed nihil inde mitigatam,

149 Porro poſtquam hæc ad notitiam ſacræ virginis devenerunt, mox ſuo ſe in cubiculo clauſit, ſoliciteque ſui Sponſi cœpit aures orationibus frequentiſſimis pulſare, ne occaſione ſui anima illa periret. Inquiebat enim verbis mentalibus, ut ipſa mihi ſecrete confeſſa eſt: Numquid, Domine, miſella ego ideo nata ſum, ut occaſione mei animæ, ad imaginem tuam creatæ, debeant æternis incendiis deputari? An forſitan permittere vis, quod ſorori meæ, cui debui eſſe ſalutis perpetuæ inſtrumentum, ſim æternæ damnationis occaſio? Abſit à multitudine miſerationum tuarum hoc horrendum judicium: longe ſit ab æternis bonitatibus tuis permiſſio tam dolenda. Melius mihi forſitan fuiſſet non eſſe natam, quam quod per me animæ, tuo ſanguine redemptæ, quomodolibet damnarentur. O me miſeram! Sunt hæ promiſſiones, quas mihi tua largitate feciſti, cum me prædixiſti futuram ſaluti animarum proximorum, juxta meum deſiderium fructuoſam? Sunt ne hi fructus ſalutis, à te per me inſtrumentaliter producendi, ut ſoror mea æternaliter pereat propter me? Et mihi quidem nullum dubium eſt, quin peccata mea omnia hæc producant & faciant, nec merear alium fructum de meis operibus obtinere: ſed nec propter hoc deſiſtam à requirendo miſerationes tuas æternas, infinitamque bonitatem tuam non deſinam flagitare, donec mala quæ merui, convertantur in bonum, ac ſoror mea de morte perpetua liberetur. Hæc & his ſimilia dum virgo ſancta orando plus mente quam voce proferret; ut amplius accenderetur ad compatiendum illi animæ pereunti, oſtenſa eſt ei divinitus miſeria ſimul & periculum, quibus anima illa miſella detinebatur. Et cum Sponſi æterni reſponſio ei dabatur, quod ſua juſtitia ſuſtinere non poterat, quin tam obduratum & malitioſe conceptum odium puniretur: tunc virgo mente & corpore ſe in oratione proſtravit, dicens: Numquam ſum, Domine mi, de loco iſto, niſi mortua, receſſura, quouſque mihi pro ſorore mea miſericordiam facias, quam petivi. Punias ſuper me quodcumque peccatum ejus: quia ego, quæ ſum cauſa mali ejus, puniri debeo, & non ipſa. Et ſubjungebat: Per omnem bonitatem tuam & miſericordiam te obſecro, miſericordiſſime Domine, quod animam ſororis meæ non patiaris exire de corpore, quouſque gratiam tuam recipiat, ſimulque miſericordiam conſequatur.

E

fuſis precibus,

F

149 Quid plura? Tantæ fuit hæc oratio efficaciæ, quod anima illa egredi de corpore illo non poterat, cū tamen tribus diebus & totidem noctibus agonizaſſet.

Mirantu

A Mirantur ſimul & condolent cuncti, qui eam noverunt & aſpiciunt laborantem extremis tam diu: ſed virgo ſacra toto iſto tempore orationem ſuam continuabat: vicitque (ut ita dixerim) invincibilem, & omnipotentem ligavit per humilem lacrymam. Unde quaſi non valens amplius reſiſtere Dominus, luce ſua emiſſa de ſupernis, miſericorditer illuſtrat animam illam agonizantem, culpam ſuam agnoſcere facit, de ipſaque ei præſtat conteri ad ſalutem. Quod ut virgo ſacra ipſo revelante didicerat, mox ad domum ejus acceſſit: quam cum illa cerneret, ſignis quibus poterat, gaudium & reverentiam oſtendebat ei, quam prius horrebat, ſuamque culpam vocibus & nutibus accuſabat: ſicque perceptis Sacramentis, cum magna contritione cordis migravit à corpore. Poſt cujus tranſitum, ſponſæ ſuæ oſtendit animam illam Dominus ſalvatam, & in tanto decore, quod, ut ipſa mihi confeſſa eſt, nullis vocabulis poſſet exprimi illa pulchritudo; cum tamen nondum eſſet gloriâ beatæ viſionis induta; ſed tantum pulchritudinem, quam ex creatione baptiſmique gratia conſecuta fuerat, oſtendebat. Dicebatque Dominus: Ecce, dilectiſſima filia, per te recuperavi animam iſtam jam perditam. Et ſimul jungebat: Numquid non tibi videtur ſpecioſa & pul-

B chra? Quis non ſubiret omnem laborem pro lucrando creaturam tam decoram? Si ego qui ſum ſumma pulchritudo, à quo eſt omnis alia pulchritudo, ita amore captus fui de pulchritudine animarum, quod ad terras deſcendere & ſanguinem proprium effundere volui, ut ipſas redimerem; quanto magis vos debetis alter pro altero laborare, ut non perdatur creatura tam ſpecioſa? Propter hanc igitur cauſam tibi animam iſtam oſtendi, ut amplius accendaris ad ſalutem animarum omnium procurandam, alioſque ad idem in ducas juxta gratiam tibi datam.

150 At illa gratias agens Sponſo ſupercœleſti, humiliter ſupplicabat cum toto cordis affectu, ut dignaretur ſibi tantam gratiam facere, quod in poſterum ſemper viderer pulchritudinem animarum omnium cum ipſa converſantium, & ad ipſam venientium, ut ſic magis accenderetur ad procurandum ſalutem ipſarum. Quod Dominus annuens, inquit: Quia carne deſpecta, totaliter mihi, qui ſummus ſpiritus ſum, integraliter adhæſiſti, & pro ſalute animæ iſtius tam laborioſe & fructuoſe oraſti; ecce do animæ tuæ lumen,

C quo intueri poteris pulchritudinem & fœditatē animarum, ſe coram te preſentantium; ita ut ſenſus animę tuæ percepturi ſint amodo ita conditiones ſpirituum, ſicut ſenſus corporei conditiones percipiunt corporum; neque ſolum ſe tibi præſentantium, ſed etiā omnium, quorum ſalutem zelabis, & pro quibus ferventer orabis; poſito quod numquam ſenſibus corporeis tuis ſe præſentaverint vel præſentent. Hujus doni fuit adeo efficax & perſeverans gratia, quod ex illa hora omnium ad ſe venientium, plus animarum quam corporum, actus percipiebat & qualitates.

151 Unde cum ſemel ei referrem ſecrete, quod quidam murmurabant pro eo, quod videbant quā plures utriuſque ſexus coram ipſa genu flectentes, qui non prohibebantur ab ea, reſpondit: Novit Dominus quod ego de geſtibus corporis illorum ſeu illarum, qui circa me ſunt, parum vel nihil præcipio: Tantum enim occupor in conſideratione animarum ipſorum, quod de corporibus quodammodo nihil adverto. Tunc ego: Numquid ipſorum animas intueris? At illa: Pater, ſub confeſſione vobis revelo, quod poſtquam Salvator meus tantam mihi conceſſit gratiam, quod quamdam animam, jam propriis demeritis æternis incendiis deputatam, ad mearum precum inſtantiam de baratro æternæ damnationis eripuit, & ejus pulchritudinem poſtmodum mihi oſtendit; numquā vel valde raro coram me apparuit quiſpiam cujus ani-

Deo & ſibi conciliat morientem:

cujus anima pulchritudinem poſt mortem ſpectat:

exinde facultate percognoſcendi hominum animos data,

mæ conditiones non viderem. Et ſubjungebat: O Pater mi, ſi vidiſſetis pulcritudinem animæ rationabilis, non dubito, quin ſi eſſet poſſibile, centies ſubiretis mortem corpoream pro animæ unius ſalute: nihil eſt enim in hoc ſenſibili mundo, quod poſſet illi pulchritudini comparari. Quo audito, popoſci ab ea, ut mihi per ordinem hiſtoriam narraret: & tunc quidquid ſuperius ſcripſi, mihi ordinarie recitavit; quamvis peccatum quod contra ſe commiſerat ſoror illa, breviter & leniter enarravit: ſed ego poſtmodum gravitatem odioſi criminis ejus percepi à pluribus fide dignis Sororibus, quæ utramque noverunt. AUCT. RAY. MVNDO CONFESS.

152 Ceterum ad ampliorem confirmationem eorum quæ diximus, recolo me aliquoties fuiſſe interpretem inter felicis memoriæ Dominum Gregorium undecimum, ſummum Pontificem, & hanc ſacram virginem, de qua ſermo: ipſa enim non intelligebat Latinum ſermonem, & ſummus Pontifex non noverat Italicum idioma. Dumque me interpretante loquerentur ad invicem, ſacra virgo conqueſta eſt, quod in Romana curia, ubi deberet paradiſus eſſe cælicarum virtutum, inveniebat fœtorem infernalium vitiorum. Quæ dum Pontifex percepiſſet, quæſivit à me, quantum tempus eſſet quod ad curiam perveniſſet: & cum intellexiſſet quod eſſent admodum pauci dies, reſpondit: Quomodo infra paucos dies potuiſti curiæ Romanæ mores inveſtigare? Tunc illa, inclinationem corporis & abjectionem commutans in quamdam ſubito quodammodo majeſtatem, ut etiam corporeis oculis tunc percepi, & erigens in altū, in hæc verba prorupit: Ad honorem omnipotentis Dei audeo dicere, quod plus percepi fœtorem peccatorum qui in Romana curia committuntur, exiſtens in civitate mea unde ſum nata, quam percipiant ipſi qui ea commiſerunt & committunt quotidie. Ad hæc Pontifex ſubticuit: ſed ego ſtupefactus conferebam in corde meo, & ſignanter notabam, quanta cum autoritate proferebantur verba hæc corā tanto Pontifice.

eorum occulta peccata perſpicit

E

153 Item frequenter accidit tam mihi quam aliis, qui eam comitabantur itinerando per diverſas mundi partes, ubi nuſquam prius fueramus ipſa vel nos; quod veniebant perſonæ, penitus ignotæ tam nobis quam ei, decenter indutæ, quæ apparebant bonorum morum, ſed in rei veritate in peccatis erant pertinaciter fundatæ: quarum crimina ipſa mox percipiens, nec loqui eis, nec faciem vertere quodammodo poterat ad loquentes. Quod ſi omnino inſtabant, parumper clamoſe dicebat eis: Nos deberemus prius

F crimina noſtra corrigere, & de laqueo diaboli egredi; poſtmodum de Deo loqui. Hæc & ſimilia talibus inquiens, quam citiſſime poterat, liberabat ſe ab eis: noſque poſtmodum inveniebamus illas fœditatis crimine irretitas, in quibus impœnitenti corde perſeverabant. Invenimus ſemel quamdam mulierem, quæ, proh dolor! cujuſdam magni Prælati Eccleſiæ erat continua concubina. Hæc dum cum ea, præſente me, loqueretur, & apparentiam oſtenderet tam in actibus quam in veſtibus honeſtatis; numquam tamen faciem virginis ex oppoſito proſpicere potuit, quia ſemper averrebat vultum ab ea. Quod ego admirans, & diligenter inquirens de conditionibus ejus, reperi quod dictum eſt ſupra. Quod cum poſtmodum ei retuliſſē, ſecrete reſpondit mihi: Si vos ſenſiſſetis fœtorem, quem ego ſentiebam dum loqueretur mihi, evomuiſſetis. Hæc tibi, lector, idcirco appoſui, ut noſcas quantæ fuerint excellentiæ dona ſacræ huic virgini conceſſa ex alto. Nec mireris ſi talia narrando pauliſper divertitur, quia materia hoc exigit, ſicut cernis.

AUCT. RAYMUNDO CONFESS.

CAPUT IV.

Obſequium à Catharina impenſum cancro laboranti ſeque calumnia, ſpinea corona à Chriſto oblata, caput cæleſti luce irradiatum, potus ex latere Chriſti præbitus.

154 CEterum advertens humani generis inimicus ſanctam virginem ex ſervitio infirmorum magnum culmen acquirere meritorum, nec non & & ſpiritalem fructum non parvum producere proximorum, nova cogitavit arte ipſam inde retrahere. Sed mentita eſt iniquitas ſibi: quia unde machinatus eſt, ligni, plantati ſecus decurſus aquarum cœleſtium, fructum extinguere; inde amplius, incrementum dante Domino, dilatavit. Accidit namque illo in tempore, quamdam aliam Sororem de pœnitentia B. Dominici, quæ juxta morem patriæ vocabatur Andrea, per nomen maſculinum impoſitum feminæ, incurrere quamdam infirmitatem: habebat enim in pectore ulcus, juxta medicorum vocabulum, cancrizatum, quod carnem circa ſe corrodebat, & cancri more perambulans, pectus ejus quaſi totaliter corrumpebat: ex qua corruptione tantus fœtor etiam exhalabat, quod non licebat adſtanti alicui niſi clauſis ei naribus appropinquare: qua ex cauſa paucas vel nullas poterat reperire, quæ ſibi vellent aſſiſtere, vel etiam eam viſitare. Quod virgo Domini dum percepit, intellexit infirmam illam, derelictam pene ab omnibus, ſibi divinitus reſervatam: unde mox ad ipſam acceſſit, jucundaque facie ipſam confortans, proprium ei ſervitium uſque ad finem infirmitatis obtulit lætabunda: quod illa tanto gratius acceptavit, quanto amplius ſe privatam aliarum ſervitio ſentiebat.

cancro laboranti ſerviens

155 Servivit igitur virgo viduæ, antiquæ juvenculæ, & languens Salvatoris amore languidæ mulieri: nec quidquam omittit de fiendis pro ejus ſervitio, quantumcumque fœtor abominabilis augmentaretur. Stat aſſidue apertis naribus juxta illam, ulcus detegit, abſtergit, lavat, ac panniculis circumligat; nec quocumque ſigno vel nutu oſtendit horrorem, nec diuturnitate temporis vel ſervitii gravitate attædiatur: ſed cuncta lætanti animo & jucunda facie operatur, ita ut ipſamet patiens, ſtupens nimium, miraretur tantam in juvencula mentis conſtantiam, tantamque plenitudinem dilectionis & caritatis. Hæc dum cernit virtutum omnium & humani generis inimicus, ad conſuetas ſe fallendi artes convertit, ut odioſum ſibi caritatis actum annihilet juxta vires. Et primo ab ipſa ſacra virgine incipiens, quadam die, dum, detecto per ipſam languentis ulcere, fœtor nimius exhalaret, voluntatem ejus in Chriſto petra fundatam movere non valens, carnis ejus ſtomachum movit: unde cœpit ſtomachus ejus ex fœtore illo nimium turbari, & quaſi ad vomitum provocari. Quod ut Chriſti famula ſenſit, mox contra ſe ipſam in ſanctam exarſit iram, & propriam alloquens carnem, inquit: Numquid tu ſororem tuam, Salvatoris ſanguine redemptam, abominaris, quæ in eamdem & deteriorem infirmitatem poſſis incidere? Vivit Dominus: non tranſibis impunis. Statimque faciem ſuper infirmantis pectus inclinans, os & nares horrendo illi ulceri applicuit, ſicque diutius ſtetit, donec viſum eſt ei ſpiritum rebellantem nauſeam exſtinxiſſe, & carnem contradicentem ſpiritui contriviſſe. Hæc dum infirmans illa cernit, exclamat: Ceſſa, filia; ceſſa, cariſſima filia; noli te ipſam corrumpere fœtore hujus putredinis tam horrendæ. Virgo autem Domini, non niſi hoſte ſuperato, ſurrexit; qui victus ab ipſa diſceſſit ad tempus.

& ad nauſeam ſuperandam os ulceri ſuperponens

156 Sed videns quod contra eam non poterat prævalere; ad languidam illam tanto plus inſidiarum ſuarum machinamenta convertit, quanto mentem ejus magis reperit incautam & immunitam. Cœpit igitur tædium quoddam de virginis ſacræ ſervitio in mente ſæpe dictæ infirmæ ſator ipſe zizaniæ ſeminare, ac paulatim creſcente cordis malitia tædium in odium commutare. Verum quia clariſſime noverat, nullius præterquam ejus, ſe poſſe habere ſervitium neque aſtantiam cujuſcumque; odium quod mentale latebat, per modum ciuiuſdam inordinatæ zelotypiæ de foris oſtendebat. Et quia mos eſt odientium, de his quos odiunt, quodlibet malum agiliter credere; infirmæ anus infirmior mens ad hoc eſt per ſerpentem antiquum deducta, ut de immaculata virgine turpitudinis maculas inciperet ſuſpicari; ac quandocumque non erat ſecum, imaginari quod ad nefas aliquod perpetrandum iviſſet. Sic enim ſunt incautarum mentium caſus, ut videlicet primo de bonis proximorum actibus, de quibus lætari conſueverant, attædientur; deinde illos odiant, dehinc judicent malos eſſe actus & agentes; & juxta vaticinium Eſaiæ excæcata mente, malum dicant bonum, & bonum malum. Sed inter hæc perſiſtit, ut columna immobilis, virgo ſancta; & ſolum Sponſum ſuum habens præ oculis, cum conſueta ſemper lætitia perficit ſervitium inchoatum: ſerpentemque antiquum, à quo cernit iſta procedere, patientia forti armata, deridet: quantoque lætantius actum caritatis, quem ille odit, exequitur, tanto acrius provocat iram ejus. Unde mentem anilem cui jam præerat excæcans, ad tantam iracundiam excitavit, ut palam mundiſſimam virginem de turpitudine infamaret.

pro obſequio calumniam refert;

Iſa. 5, 20

157 Sonuit autem hæc vox inter Sorores adeo, ut aliquæ de antiquioribus quæ ceteris præerant, venirent ad ſæpe nominatam infirmam, ut explorarent rumoris, quem audierant, veritatem. Sed cum illa, juxta ſuggeſtionem hoſtis antiqui, ſaeram virginem turpiter & fallaciter infamaret, ipſam virginem ad ſe, nimis provocatæ, vocaverunt: cui cum multis ampulloſis & opprobrioſis verbis inſultare ac exprobrare cœperunt, & quærere qualiter ita ſe decipi permiſiſſet, quod ſuam perdidiſſet virginitatem. Quibus illa patienter ac modeſte reſpondit: Vere, dominæ & ſorores meæ, gratia Jeſu Chriſti ego ſum virgo. Nec quidquam adverſus aliquam contra ſe obloquentem aut mentientem proferens, pro ſua excuſatione ſæpius replicabat hoc idem: Vere ego ſum virgo: vere ego ſum virgo.

& quaſi parum caſta traducitur;

158 His ita geſtis, nequaquam conſuetum omittit ſervitium: & quamvis abſque gravi cordis dolore audire non potuerit tam turpem infamiam, infamatrici tamen ſuæ, ut prius, diligentiſſime deſervivit: & poſt hoc ad cameram ſuam rediens, ad conſuetum orationis refugium ſe contulit abſque mora, hæc vel ſimilia verba plus mentaliter quam vocaliter proferens: Omnipotentiſſime Domine ac peramantiſſime Sponſe mi, tu noſti teneram eſſe virginis cujuſlibet famam, & pudorem ſponſarum tuarum nimis periculoſe quamcumque recipere maculam: propter quod etiam voluiſti, tuam glorioſiſſimam genitricem ſponſum putativum habere. Tu etiam ſcis, quod hæc omnia confinxit pater mendacii, ut me retrahat à ſervitio, quod tuo amore incepi. Adjuva igitur me, Domine Deus meus, qui ſcis innocentiam meam; & non permittas ſerpentem antiquum, tua paſſione proſtratum, adverſum me prævalere. Hæc & his ſimilia dum flens uberrime Domino loqueretur orando, ſicut ipſa mihi ſecrete confeſſa eſt, apparuit ei

Deo in ſolatium duæ coronas offerente

Salvator

A Salvator mundi hujus, habens in dextera coronam auream, margaritis & pretioſis lapidibus adornatam, & in ſiniſtra ſpineum diadema, qui taliter allocutus eſt eam: Neceſſarium noveris, præcariſſima filia, te utraque harum diverſis vicibus vel temporibus coronari. Elige igitur quod plus vis, aut in hujus tuæ vitæ curſu ſerto ſpineo coronari, & aliam ſpecioſam coronam tibi ſervabo in vita durabili: aut nunc habere hanc pretioſam, & poſt tranſitum ſervabitur tibi hæc de ſpinis. Tunc illa: Ego, Domine, jam voluntatem meam denegavi à longo tempore, & ſolam tuam voluntatem elegi ſequi: quapropter non eſt meum quidquam eligere. Verumtamen quia vis ut reſpondeam, dico ergo, quod in hac vita eligo ſemper tuæ paſſioni beatiſſimæ conformari, & propter te pœnas pro refrigerio ſemper amplecti. Et his dictis, mox ſpineum diadema utraque manu de Salvatoris manibus ferventer arripuit, & capiti ſuo cum violentia tanta impoſuit, quod ſpinæ violenter caput undique perforabant; adeo ut poſt hanc viſionem dolorem capitis ex ſpinarum illarum punctura ſentiret, ut ipſa teſtata eſt oraculo vivæ vocis. Tunc Dominus inquit: In poteſtate mea ſunt omnia, & ſicut permiſi hoc ſcandalum evenire, ſic poſſum agillime illud extinguere. Tu igitur perſevera in ſervitio quod B cœpiſti, nec cedas diabolo, qui te vult impedire: ego autem dabo tibi plenam victoriam de maligno, ita ut quidquid machinatus eſt contra te, totum in caput ejus vertatur, ac in majorem gloriam tuam. Sicque ancilla Chriſti conſolata ac confirmata remanſit.

ſpineam eligens,

perſeverat in obſequio agrotæ,

159 Interim autem Lapa genitrix ejus, ſenſit rumorem qui de filia ſpargebatur inter Sorores ex ore infirmantis Andreæ. Qua ex re, licet de puritate filiæ certiſſima eſſet, tamen contra dictam Andream nimium conturbata, venit ad virginem, & turgido nimis animo cœpit cum clamore dicere: Numquid non toties tibi dixi, quod non amplius illi fœtenti vetulæ deſervires? Ecce nunc quale præmium tibi pro ſervitio tuo retribuit: infamavit enim te turpiter apud omnes Sorores tuas. Si amplius ei ſervieris, aut ad eam acceſſeris, nunquam vocabo te filiam meam. Et hoc totum arte inimici factum eſt, ut ſanctum illud impediretur ſervitium. At illa, matre audita, pauliſper conticuit: & tandem ad ipſam appropians, & coram ea genua flectens, humiliter inquit: Numquid, dulciſſima mater, propter ingratitudinem hominum dimittit Deus quotidie in peccatores exercere miſericordiam ſuam? Numquid & Salvator, cum C eſſet in cruce, propter improperia ſibi dicta dimiſit quin operaretur ſalutem mundi? Novit caritas veſtra, quod ſi ego infirmam illam dimitterem, nullus eſſet qui ei adſtaret, & ſic ex indigentia moreretur. Debemusne nos ejus mortis eſſe occaſio? Seducta eſt à diabolo; nunc forſitan illuminabitur à Domino & recognoſcet errorem ſuum. His & aliis verbis benedictionem impetravit maternam, & ad infirmam acceſſit, & ſic hilariter ei ſervivit, ac ſi numquam quidquam mali de ipſa dixiſſet. Stupet illa, nec veſtigium turbationis in ea perpendens, negare non poteſt ſe undique ſuperatam. Hinc cœpit intra ſeipſam compungi, & tanto amplius, quanto quotidie magis cernit perſeverantiam ejus.

nequidquã diſſuadente matre,

160 Porro interim Dominus miſertus vetulæ illi, & volens ſponſam ſuam clarificare, talem ei viſionem oſtendit. Videbatur ſiquidem decumbenti quadam die, dum ancilla Chriſti cameram ejus eſſet ingreſſa & lecto appropinquaret, quod circa ipſum lectum quædam lux diffunderetur ex alto, tantæ amœnitatis atque dulcedinis, quod omnium miſeriarum ſuarum eam faciebat penitus obliviſci. Cumque, cauſam tantæ novitatis ignorans totaliter, hinc inde reſpiceret, vidit vultum virginis ſervitricis ſuæ transfiguratum & transformatum in tantum, quod non Catharina filia Lapæ, ſed quædam majeſtas Angelica videbatur, luxque illa eam quaſi tegimen circumquaque operiebat. Quod ut aſpicit, amplius & per amplius in corde compungitur, ream ſe mentaliter clamitans, quod contra tam excellentem virginem laxaſſet linguam maledicam. Cumque viſio hæc, quæ corporalis fuit & oculis iſtius infirmæ oſtenſa, perſeveraſſet per morulam, tandem ſicut venerat ſic diſceſſit. Anus autem illa, poſt diſceſſum lucis, & conſolata remanſit & triſtis; illâ tamen triſtitiâ, quæ ſecundum Apoſto- 2 Cor. 7. 10 lum juſtitiam operatur: moxque cum ſingultuoſis ejulatibus veniam petit à virgine, ſe confitens nimis graviter deliquiſſe, ipſamque falſiſſime infamaſſe. Viſa eſt enim lux illa exterior, lucem ſecum inviſibilem attuliſſe, per quam infirma vetula omnem deceptionem ſibi factam à ſatana, recognovit. Porro virgo Domini ruit in amplexus ſuæ infamatricis, hoc audiens; ipſamque modis omnibus conſolatur, ſeque in nullo ab inchoato propoſito remotam eſſe teſtatur, nec in parvo aut in minimo fuiſſe offenſam, dicens: Novi, perdulciſſima mater, hoſtem humani generis omnia hæc ſcandala perpetraſſe, mentemque veſtram illuſione mirabili decepiſſe: unde non vobis, ſed ei habeo aliquid imputare: vobis vero habeo E gratias agere, quod pro conſervatione honeſtatis meæ, ſicut dilectrix optima, zelabatis. His & ſimilibus verbis ſua conſolata infamatrice, ſervitioque conſueto diligenter expleto, ne tempus ſibi laberetur in vanum, mox ad cellam revertitur propriam.

ab agra cæleſti luce circumfulgere viſa,

161 Sed illa recognoſcens culpam ſuam ex corde, pro his, coram quibuſcumque venientibus, cum lacrymis & ſingultibus exprimit, quantum erraverit, ſuadente ac ſeducente diabolo; reamque ſe clamitat: virginem autem, contra quam locuta eſt, profitetur altis vocibus non modo puram eſſe, ſed ſanctam, nec non & ſancto Spiritu plenam: aſſeritque hoc omnino ſibi conſtare. Cumque ſecretius & ſerioſius ex illis quædam peterent, qualiter ſibi conſtaret id, quod de ſanctitate virginis teſtabatur; fervide conſtanterque reſpondit, ſe numquam ſenſiſſe nec ſciviſſe, quid eſſet ſuavitas mentis, quidve conſolatio ſpiritualis, niſi quando vidit virginem eamdem coram ſe transformatam, ac luce ineffabili circumdatam. Porro illis petentibus, utrum corporalibus oculis hoc vidiſſet; reſpondit quod ſic: ſed nullis vocabulis ſe exprimere poſſe dicebat illius pulchritudinem lucis, ac ſuavitatem quam tunc ſenſit in anima. Hinc cœpit fama ſanctæ virginis inter homines clarificari & augmentari: F atque unde antiquus hoſtis eam credidit & conatus eſt denigrare, inde Spiritu ſancto cooperante, coactus eſt quodammodo exaltare. His igitur geſtis, ſancta virgo, ſicut nec adverſis frangi, ſic nec proſperis potuit elevari: proſequitur autem caritatis ſervitium indefeſſe, totumque cor apponit ad cognoſcendum ſe nihil eſſe. Ipſe qui ſolus eſt, decorat eam: ſed inſatiabilis hoſtis, qui vinci quidem poteſt, ſed non tamen occidi, iterum revertitur ad tentamenta priora, ut per motum ſtomachi pugilem triumphantem dejiciat.

teſtimonii innocentiæ accipit;

162 Quadam igitur die, dum ancilla Chriſti ulcus illud horrendum detexiſſet, ut ipſum lavando purgaret; mox tantus & tam horrendus fœtor exhalavit ex eo, non modo naturali defectu, ſed etiam hoſtis effectu; ut cuncta interiora virginis naturaliter ſint commota, & nimia nauſea in ejus ſtomacho generata. Quod virgo Domini tanto gravius mente tulit, quanto illis diebus per novas victorias Spiritus ſancti gratia novas virtutum perfectiones attigerat: unde adverſus proprium corpus per iracundiam ſanctam inſurgens, Vivit, inquit, Altiſſimus, Sponſus dulciſſimus animæ meæ, quia id quod

cujus pus & aquam, qua ulcus laverat, bibit:

AUCT. RAYMUNDO CONFESS.

AUCT RAYMVNDO CONFESS.

tantum abominaris, infra tua viſcera recondetur. Moxque illius fœdi vulneris loturam cum ſanie in ſcutellam recolligens, ac ſeorſum abiens, totum bibit. Quo facto, cuncta ceſſavit abominationis illius tentatio. Recolo quod, dum ipſa præſente mihi hæc hiſtoria perfunctorie narrata fuiſſet, ipſa mihi ſecrete ſubmiſſa voce ſubjunxit: Numquam, inquit, poſtquam nata ſum, cibum vel potum tam ſuavis & tam boni ſaporis aſſumpſi. Simile in ſcriptis Fratris Thomæ primi Confeſſoris reperi, de applicatione oris ad idem ulcus ſuperius recitata, quod videlicet ſuaviſſimum tunc odorem inde perceperit, & delectabilem valde, ut ipſa ei tunc ſecrete confeſſa eſt. Ignoro, lector, an cuncta quæ dicta ſunt, ponderes: ſed tamen hac narratione completa, quod Dominus docuerit, quam breviſſime potero, ego ipſe ſubjungam.

invisitur propterea à Christo,

163 His igitur victoriis, Chriſti ſponſæ, à Sponſo ſuo tam gratioſe conceſſis, poſt hanc ultimam ſequenti nocte apparuit ſacræ virgini oranti Salvator omnium Dominus Jeſus Chriſtus, oſtendens in corpore ſuo quinque illa vulnera ſacratiſſima, quæ quandoque pro ſalute noſtra pertulit crucifixus, & ait: Multa, dilectiſſima mea, propter me percurriſti certamina; & juvante me, cuncta hucuſque viciſti; ex
B quibus reddita es mihi plurimum gratioſa & accepta: ſed heri ſingulariter mihi nimis complacuiſti, cum non modo delectationibus ſpretis corporis, non ſolum abjectis opinionibus hominum, & hoſtis tentationibus ſuperatis, quinimo natura proprii corporis conculcata, ex caritatis meæ ardore ſumpſiſti potum abominabilem tam lætanter. Propter quod dico tibi, quod ſicut in hoc actu tuam exceſſiſti naturam; ſic ego dabo tibi potum, qui omnem excedit humanam naturam & conſuetudinem. Applicanſque dexteram ad collum virgineum, & ipſam ad lateris proprii vulnus approximans, Bibe, inquit, filia, de latere meo potum, quo anima tua tanta ſuavitate replebitur, quod etiam in corpus, quod propter me contempſiſti, mirabiliter redundabit. At illa cernens ſe poſitam

potum ei ex latere ſuo præbitur.

ad fiſtulam fontis vitæ, ſacratiſſimo vulneri os applicans corporis, ſed longe amplius os mentis, ineffabilem & inexplicabilem potum hauſit per non parvæ moræ ſpatium, tam avide quam abunde. Tandem innuente Domino, ab ipſo fonte ſejungitur, ſatiata ſimul & ſitibunda: nec ſatietas faſtidium, nec ſitis pœnam ejus generabat in mente. O ineffabilis miſericordiæ Domine, quam dulcis es diligentibus te,
C quamque ſuavis guſtantibus, ſed quid ore abunde potantibus? Potus enim & citius & facilius deglutitur, agiliuſque convertitur in ſubſtantiam ſe ſumentis. Puto Domine, nec me, nec ceteros inexpertos, plene poſſe de talibus judicare: ignota ſunt nobis, ſicut & cæco colores, aut ſurdo melodiæ ſonantes. Verumtamen ut non uſquequaque inveniamur ingrati, ingentes gratias, quas Sanctis tuis liberaliter concedis, pro modulo noſtro & conſideramus & admiramur, impareſque gratias majeſtati tuæ deferimus juxta vires.

164 Tu autem, lector, ne inadvertenter, obſecro, tranſeas actum tantæ tamque ſingularis virtutis hujus almæ virginis. Reſpice, oro, caritatis radicem, qua mota eſt ad tam abominabile, juxta ſenſum corporis, ſervitium aſſumendum. Intuere, rogo, fervorem caritatis ejuſdem, quo in ſervitio perſeveravit tamdiu, non obſtante etiam motu naturalis horroris. Cerne, ſupplico, incomparabilis conſtantiæ firmitatem, quæ nec frangi potuit infamatione tam turpi, nec quibuſcumque odioſis moribus infamatricis illius remitti. Vide tandem in Chriſto firmatam mentem, laudibus non extolli, ac etiam ſuper, non tamen præter carnem, ſed contra omnis carnis naturam, quod viſus horret, ventrem cogere ad ſumendum. Hæc tam grandia, non ſolum non omnium, ſed nec paucorum eſſe puto, potiſſime temporibus iſtis, in quibus forſitan ſunt phœnicibus rariores qui talia operantur. Verum notabiliſſimam concluſionem adverte, quia poſt potum illum aſſumptum de latere Salvatoris, tanta diffuſa fuit abundantia gratiæ in mente virginis hújus ſacræ, quod etiam corpus ſupereffluentiam ejus percipiens, numquam poſt illam horam cibum ſumpſit eo modo quo prius, nec ſumere potuit, ut infra latius & particularius differetur. Huic autem ſatis prolixo, ſed non minus notando Capitulo finem impono, prolixitate coactus. Cujus teſtes quia ſupra jam poſui, non expedit amplius replicare. Verumtamen tam pro præſenti quam pro futuro proteſtor, quod cuncta quæ ſcribo, aut mihi confeſſa eſt, aut in ſcriptis Fratris Thomæ reperi, primi Confeſſoris ſui, aut à Fratribus Ordinis mei, vel matronis fide dignis ſociabus ejus, quas ſuperius nominavi, & infra etiam cum neceſſe fuerit, nominabo, habui ea quæ ſcribo.

D

CAPUT V.

Uſus frequens Communionis, vita ſine alio cibo traducta, calumniæ propterea toleratæ.

CAP. V.

165 POſtquam Sponſus incomparabilis & æternus ſponſam ſuam dilectam in fornace multiplicis tribulationis probaverat, diverſiſque præliis eam antiquum hoſtem docuerat ſuperare; reſtabat ut jam triumphi præmium juxta ſuam munificentiam condonaret. Sed quia viatrices animæ per ipſam juvandæ, fructum ejus nondum, juxta decretum æternum ac promiſſum ipſius Sponſi, plene perceperant, neceſſe fuit pro divinæ providentiæ complemento, ut ad hoc ſponſa remaneret in terris, & nihilominus arrha æterni præmii ei donaretur. Quamobrem volens idem Sponſus & Dominus, in ſponſa ſimul & ancilla ſua, modum vitæ cæleſtis etiam in hac valle miſeriæ inchoare, & cum hoc ipſam terræ habitatoribus ſociare, tali eam revelatione inſtruxit. Nam dum ſemel intra camerulam ſuam oraret, apparuit ei humani generis Salvator & Dominus, qui novitatem quam in ea facturus erat, talibus ei verbis prædixit: Scito, inquit, prænoſcens, dulciſſima filia, quod pere-

Animatur à Chriſto ad excelſiora,

grinationis tuæ tempus futurum tam mirabilibus novis donis meis replebitur, ut ſtuporem & incredulitatem generet in cordibus ignorantium & carnalium
F hominum, & quam plures etiam te amantes dubitaturi ſint & putaturi fore deceptionem; quod accidet propter meam exceſſivam dilectionem. Ego enim tantam abundantiam gratiæ infundam in animam tuam, quod etiam in corpus ſupereffluendo mirabiliter redundabit, ex quo ipſum corpus tuum modum inconſuetum vivendi percipiet & habebit. Inſuper erga ſalutem proximorum tam vehementer accendetur cor tuum, quod proprii ſexus oblita, quaſi ex toto converſationem præteritam omnino immutabis, hominumque & feminarum conſortium, prout aſſoles, non vitabis: imo pro ſalute animarum ipſorum & ipſarum, te ipſam expones pro viribus ad omnes labores. Ex his ſcandalizabuntur quamplurimi, à quibus contradicetur, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Tu autem in nullo turberis aut timeas, quia ego ſemper tecum ero, & liberabo ſemper animam tuam à lingua doloſa, & à labiis loquentium mendacium. Exequaris ergo viriliter quæ unctio te docebit, quia multas animas per te de faucibus eripiam inferorum, & mea mediante gratia, ducam ad regna cælorum. His dictis, & ut mihi ſecrete confeſſa eſt, frequentius per Dominum repetitis, quantum ad illam partem potiſſime, in qua dicebat, Non timeas

neque

A neque turberis; ſacra virgo reſpondit: Dominus meus es tu, ego autem vilis ancilla tua: fiat voluntas tua ſemper: ſed memor eſto mei ſecundum magnam miſericordiam tuam, & adjuva me. Sicque diſparuit viſio. Ancilla vero Chriſti cogitabat & conferebat in corde ſuo, qualis futura eſſet iſta mutatio.

166 Porro tunc de die in diem cœpit creſcere in corde ipſius gratia Jeſu Chriſti, ſpirituſque Domini abundare in ea, ita ut ipſamet ſtuperet, & ſtupendo quaſi deficeret, ac caneret cum Propheta: Defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum: & iterum, Memor fui Dei, & delectata ſum, & exercitata ſum, & defecit ſpiritus meus. Languebat ſiquidem virgo Chriſti ejus amore, & languor ejus non habebat remedium, niſi fletum mentis & corporis: ſicque quotidie gemitus, quotidie lacrymæ; ſed nec ſic plene ſubveniebatur languori. Miſit igitur Dominus in mentem ejus, viſumque fuit bonum in conſpectu ejus, pergere frequenter ad altare Dei, & Chriſtum Dominum, in quem cor & caro ejus exultabant, in Sacramento de manu Sacerdotis, quantum valeret, ſæpius ſumere, ut eum quo adhuc ſatiari nequibat, ſicut optabat, in patria, ſaltem ſacramentaliter guſtaret in via. Verum, & hoc majoris amoris, & per conſequens amplioris languoris ſeminarium fuit: ſed tamen ſatisfaciebat ex virtute fidei melius caritatis fornaci, quæ in corde ipſius Spiritu ſancto ſufflante ſuccendebatur amplius quotidie ac continue. Hinc proceſſit & inolevit ei conſuetudo communicandi quaſi quotidie, quamvis ex infirmitate corporea & pro animarum ſalute procuranda, frequenter impediretur. Erat tantum deſiderium ſacræ Communionis frequentioris, quod niſi adimpleretur, dure corpus patiebatur, & quaſi deficiebat. Sicut enim corpus ejus participabat ſpiritus abundantiam, ſic de anguſtia expers eſſe non poterat quoquo modo. Sed hæc alias latius, dante Domino, differentur: nunc autem ad mirabilem modum vivendi ejus corporis redeamus.

Pſ. 72, 26
Pſ. 76, 4
amat frequentiorem communionem,

B

167 Igitur, ſicut in ſecreto ipſa mihi confeſſa eſt, & in ſcriptis reperi Confeſſoris me præcedentis, tanta in mentem ejus deſcendit copia gratiarum & conſolationum cæleſtium poſt viſionem prædictam, & potiſſime quando recipiebat ſacram Communionem; quod redundans in corpus per ſupereffluentiam quamdam, conſumptionem radicalis humidi adeo temperabat, ſtomachique naturam taliter immutabat, quod ſumptio corporalis cibi non modo neceſſaria non erat, ſed nec fieri poterat abſque corporali ejus tormento. Et ſi violenter fiebat, corpus patiebatur graviſſime; nec aliqua digeſtio ſequebatur: ſed oportebat quod totum quod ingreſſum fuerat, violenter etiam per eamdem viam regrederetur. Non eſt fas exprimere calamo, quantas & quam frequentes ſuſtinuerat pœnas propter cibi ſumptionem hæc ſacra virgo. In principio namque hujus conditionis, ita fuit hoc vivendi genus incredibile cunctis, etiam domeſticis ejus, atque ei magis per converſationem aſſiduis; quod ſingulariſiſſimum donum Dei, tentationem ſive deceptionem inimici vocabant. Incidit in hunc errorem cum ceteris & Confeſſor ejus ſuperius ſæpe nominatus, qui ex zelo quidem bono, ſed non ſecundum ſcientiam, ipſam dubitavit eſſe ſeductam ab hoſte, in Angelum lucis transfigurato; præcipiebatque ei ut cibum ſumeret omni die, nec crederet viſionibus ſuggerentibus ſibi oppoſitum. Cui cum illa diceret, experimentaliter ſe invenire, quod ſine ſumptione cibi ſanior eſſet & fortior; cum autem cibum ſumeret, infirma efficeretur & languida; ille nec per hoc motus, aſſidue repetebat ſuum mandatum ut ederet. Cui dum veræ obedientiæ filia obedire toto conaretur ex poſſe, in tantum devenit

C

qua ſola ſine alio cibo vitam ducens,

ſuſpecta eſt etiam Confeſſori ſuo de illuſione,

corporis languorem, ut pene mortem incurreret. Tunc accerſiens Confeſſorem ſuum præfatum, ait: Pater, ſi ego ex jejunio exceſſivo corporis mortem incurrerem, nonne vos prohiberetis me jejunare, ut mortem evaderem, ut non eſſem me; homicida? Reſpondit ille: Utique haud dubium. Tunc illa: Nonne gravius eſt ex comeſtione mortem incurrere, quam ex jejunio? Illoque affirmante, ſubintulit: Cum ergo videatis me propter comeſtionem deficere, quod experimento multiplici didiciſtis: cur non prohibetis comeſtionem, ſicut prohiberetis jejunium in hoc caſu? Huic rationi reſpondere non valens ille, ſignaque imminentis mortis clare proſpiciens, Fac, inquit, prout Spiritus ſanctus te docebit, quia grandia ſunt quæ cerno Deum in te operari. AUCT. RAYMUNDO CONFESS.

168 Nunc adverte, rogito, lector, ex quo ſe præbet occaſio, quia (ſicut ipſa in principio, cum converſationem ejus merui, mihi revelavit ſecrete, ac poſtmodum frequenter repetiit, cum materia requirebat) nec verbo, nec calamo ſufficienter poſſet exprimi, quanta ipſa paſſa fuit à domeſticis & familiaribus propriis, cum non intelligebant dona ſingulariſſima ei divinitus miniſtrata. Menſurabant autem facta & dicta ejus menſura, non qua Dominus ſingulariter effundebat in animam ſponſæ ſuæ, ſed menſura vel communi omnium, vel etiam propria: & in valle poſiti, montium metiebantur cacumina; id eſt, principia ignorantes artis, concluſiones ultimas deducebant: & præ fulgore lucis nimiæ quodammodo excæcati, de coloribus temere judicabant. Hinc irrationabiliter moti ſeu motæ, murmurabant de radiis ſtellæ hujus: docebant eam, quam docentem intelligere non valebant: & in tenebris poſiti ſeu poſitæ, redarguebant luminis claritatem. Mordebant in ſilentio, ſed non ideo minus detrahebant ſecrete proximæ ſuæ ſub zeli boni colore: movebant ad hæc Confeſſorem, & invitum licet, ad reprehenſionem virginis concitabant.

E

& multi contra eam murmurant,

169 Quantæ vel quot ei provenerint inde mentis anguſtiæ, nec facile dixerim, nec etiam longo ſermone agiliter recitarem. Cum enim tota eſſet obediens, ac in contemptu ſui fundata, nec excuſare ſe noverat, nec voluntati aut verbo Confeſſoris qualitercumque reſiſtere audebat. Quamobrem cum clariſſime ei conſtaret, voluntatem Altiſſimi eſſe ad oppoſitum judicii prædictorum, & ex ejuſdem Domini timore obedientiam relinquere aut proximum ſcandalizare omnino renueret, quid eligeret ignorabat. Anguſtiæ ei undique cauſabantur, ſolum orationis refugium ei refrigerium erat: fundebatque coram Domino lacrymas mœroris & ſpei, obſecrans humiliter & inſtanter, quatenus ipſe Dominus dignaretur contradictoribus ſuis ſuum volitum revelare, potiſſime autem ſuo Confeſſori, quem magis verebatur offendere. Non licebat ei verbum Apoſtolorum adducere, qui dicebant principibus Sacerdotum, Obedire oportet magis Deo quam hominibus: quia mox ei ex adverſo reſpondebatur, diabolum in Angelum lucis frequenter transfiguratum, & ideo non debere ipſam omni ſpiritui credere, nec etiam inniti prudentiæ ſuæ, ſed ſequi conſilia ſibi data. Exaudiebat autem, ut in pluribus, eam Dominus: & Confeſſoris ejus mentem ſæpius illuſtrabat, conſiliumque mutabat. Sed hoc non obſtante, nec ipſe nec ceteri utriuſque ſexus contra ipſam virginem murmurantes, ſpiritum diſcretionis induerant quoquo modo: ſi enim diligenter conſideraſſent & attendiſſent, quam frequenter & quam perfecte virgo hæc ſancta edocta fuerat à Domino de cunctis deceptionibus inimici, quam ſæpe cum hoſte ipſo aſſueta fuerat dimicare, quam complete, quamque innumeris quodammodo vicibus

F

Act. 5, 29

imperite & indiſcrete.

AUCTORE RAYMUNDO CONFESSARIO

vicibus de humani generis adverſario triumphaverat, & inſuper donum intellectus ei à Domino datum divinitus, in quo cum Apoſtolo clamitabat, Non enim ignoramus aſtutias ejus; ſuperpoſuiſſent utique digitum ori ſuo, & non præſumpſiſſent imperfecti diſcipuli ſuper perfectam magiſtram ſeipſos extollere, nec auſi fuiſſent minimi gurgites, amnem tam ingentem ſua exiguitate velle implere. Hæc & his ſimilia ſæpius contra murmuratores prædictos illo in tempore deſatravi; & hic, propter quoſdam qui hoc noverunt, non abſque myſterio annotavi.

2 Cor. 2, 11

170 Rediens autem ad hoc unde digreſſus eſt ſermo noſter, Noveris, lector bone, quod tunc quando hoc accidit, prima vice ſtetit hæc virgo ſpiritu Dei plena, à Quadrageſimali tempore (infra quod, hoc quod diximus, contigit) uſque ad feſtum Aſcenſionis Dominicæ, abſque quocumque cibo & potu corporeo, ſemper tamen alacris & jucunda. Nec mirum, quia fructus Spiritus eſt caritas, gaudium, pax, ſecundum B. Apoſtolum; & juxta primæ veritatis ſententiam; Non in ſolo pane vivit homo rationalis, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei: & rurſus ſcriptum eſt: Iuſtus ex fide vivit. In die autem. Aſcenſionis, ſicut Dominus ei prædixerat, & ipſa notum fecerat Confeſſori ſuo, comedere potuit, & de facto comedit materialem panem hunc, & pulmentum olerum, vel herbas crudas, aut quadrageſimalem cibum: quia fas non erat, delicatum cibum illud corpus ingredi via miraculoſa vel naturali. Poſt hæc autem rediit ad ſimplex jejunium inchoatum, & ſic paulatim per aliquas interpolationes ad continuatum jejunium, noſtris temporibus inauditum. Verum quia, jejunante corpore, ſpiritus ſæpius & copioſius manducabat; dum hæc, quæ retulimus, ſic ſe haberent, ſancta virgo ſacram Communionem quam frequentiſſime poterat cum fervore ſumebat: tantamque abundantiam gratiæ recipiebat in qualibet ſumptione, quod mortificatis quaſi omnibus ſenſibus corporis, ac naturalibus quodammodo motibus, ſancti Spiritus ſupernaturali virtute tantummodo uterque homo ejus vegetabatur: ex quo poteſt ſpiritalis homo concludere, quod tota vita ejus erat ſupra naturam, tota miraculum.

à quadrageſima uſque ad Aſcenſionem ab omni cibo abſtinet.

Gal. 5, 22

Matt 4, 4

Hebr. 10, 38

B

ac deinde continuo:

robuſta interim in laboribus tolerandis.

171 Vidi ego ipſe, non ſemel, ſed aliquoties, corpuſculum illud, quod nullo corporeo cibo, nullo præterquam aquæ frigidæ potu confortabatur, deduci uſque ad extremam debilitatem, ita ut ultimum exitum ſpiritus trementes putaremus adeſſe tam ego quam alii: & tamen nacta ſeu præſentata ei occaſione procurandi aliquem nominis divini honorem vel aliquam animarum ſalutem, intra breviſſimum ſpatium, abſque quocumque corporali remedio, recuperare non modo vitam, ſed vires: & vires, non communes tantum, ſed juxta conditionem ſuam robuſtas & fortes; ſurgere, ambulare, laborare abſque difficultate, etiam ultra ceteros ſanos ſe comitantes, omni laſſitudine procul pulſa. Et unde hoc obſecro, niſi ab illo Spiritu qui talibus operibus delectatur? & quod natura non poterat, ipſe miraculoſe ſupplebat; vegetabatque non modo animam, ſed & corpus? Porro illo in tempore, quo cœpit ſic abſque cibo corporeo vivere, petivit ab ea Confeſſor ejus ſupra ſæpe nominatus, utrum aliquando aliquem comedendi appetitum haberet. Cui reſpondit illa: Tanta eſt ſatietas, quam mihi confert Dominus in ſui Sacramenti venerabiliſſimi ſumptione, quod nullo modo poſſum appetere cibum aliquem corporalem. Illo autem replicante, utrum die qua non ſumebat Sacramentum aliqua ei eſuries perveniret, reſpondit: Quando Sacramentum ſumere non poſſum, ſola me ipſius præſentia & viſio ſatiat: imo, inquit, non tantum Sacramenti, ſed etiam Sacerdotis, quem ſcio ipſum tetigiſſe Sacramentum, præſentia adeo conſolatur, quod omnis cibi memoria recedit à me. Stabat igitur virgo Domini ſatura pariter & jejuna; foris vacua, intus plena; exterius arida, interius aquæ vivæ fluminibus humefacta; in omnibus tamen eventibus alacris & jucunda.

C

D

172 Sed antiquus ſerpens & tortuoſus, tantū Dei donum ferre non valens abſque veneno ſo furore invidiæ, cunctos quaſi, tam ſpiritales quam carnales, tam religioſos quam ſeculares, propter hoc jejunium commovit contra eam. Nec mireris, lector, de ſpiritalibus ſive religioſis: & crede mihi, quia in talibus, niſi proprius amor ſit ex toto extinctus, periculoſior ſæpe regnat invidia quam in ceteris; & potiſſime, cum vident aliquem facere quippiam, quod impoſſibile norunt ſibi. Scrutare Patrum famoſæ Thebaidis actus & geſta: Nonne uno ex Macariis *a* pergente illuc in habitu ſeculari ad monachorum multitudinem numeroſam, cui Pachomius præerat, & ab ipſo Pachomio poſt multam inſtantiam ad habitum illius religionis recepto, vita per monachos ejus mirabili & non imitabili pœnitentiæ auſteritate, quadam die omnes quaſi ſeditione commoti adverſus Pachomium, & congregati dixerunt; Aut tolle eum à nobis, aut ſcito omnes nos ex hoc monaſterio receſſuros hodie. Hæc tunc dixerunt illi, qui reputabantur viri perfecti: quid putas hodie de ſpiritalibus noſtris? Et ſi me non prohiberet verborum prolixitas, plura narrarem, quæ non niſi experimentaliter didici: hoc tamen dico ad propoſitum, quod omnes de præfato jejunio murmurabant contra hanc ſacram virginem: & quidam dicebant, nullum eſſe majorem Domino ſuo; & ſi Chriſtus Dominus manducavit & bibit, & hoc idem ejus Genitrix glorioſa, ſed & ipſi ſancti Apoſtoli, quibus à Domino dictum eſt; Edentes & bibentes quæ apud illos ſunt, eodem modo manducaverunt; quis ille qui poſſit eos excedere, imo nec adæquare? Alii dicebant, omnes Sanctos docuiſſe verbo pariter & exemplo, neminem ſingularem in modo vivendi debere eſſe, ſed communem modum ſequi in omnibus. Alii ſuſurrabant, extremitates vitioſas ſemper fuiſſe & eſſe, & per conſequens à Deum timentibus fugiendas. Alii, ut ſupra tactum eſt, volentes ſervare ſuam bonam intentionem, dicebant deceptionem hanc eſſe hoſtis antiqui: alii carnales & detractores notorii, dicebant eſſe hanc fictionem ad gloriam acquirendam, & quod non jejunabat, ſed latenter optime comedebat.

quam abſtinentiam fugillant aliqui.

a

E

F

Luc. 10, 7

173 His tam falſis quam ineptis judiciis, quæ convenientia nullatenus erant, ſi prout docuerit Dominus, juxta modulum meum non obviarem, reum coram prima Veritate me reputarem. Quapropter adverte obſecro, bone lector, quia ſi primi, qui Salvatorem & glorioſam ejus Genitricem adducunt cum ſanctis Apoſtolis, dicerent veritatem; ſequeretur optime, quod Joannes Baptiſta major ipſo Domino Chriſto fuiſſet. Ipſe namque Dominus ore proprio dixit, quod venit Joannes non manducans nec bibens, filius autem hominis virginalis venit manducans & bibens. Item etiam ſequeretur, quod Antonius, Macarii duo, Hilarion, Serapion, & innumeri quodammodo alii, qui longa & quaſi aſſidua exercebant ultra communem modum ipſorum Apoſtolorum jejunia, majores eſſent eiſdem ſanctis Apoſtolis. Quod ſi velint replicare murmuratores præfati, & Joannem in eremo, & Patres prænominatos in Ægypto, non ſimpliciter jejunaſſe, ſed aliquid aliquo tempore comediſſe: quid dicent de Maria Magdalena, quæ triginta tribus annis ſtetit in rupe abſque

ſatisfit 5 argumentibus ſic non vixiſſe Chriſtum & Apoſtolos.

Matt. 11, 18

A abſque cibo aliquo corporali, ut ejus hiſtoria clare docet, & locus ipſe ubi manſit, qui tunc inacceſſibilis erat, indicat manifeſte? Numquid & hæc fuit major virgine glorioſa, quæ nec in rupe ſtetit, nec tale jeju ium peregit? Quid etiam dicent de pluribus ſanct Patribus, quorum quam plures diverſa pertranſierunt tempora ſine corporeo cibo? ſed & de
b quodam ſingulariter legitur *b*, quod ſumpto dominico Sacramento, nullo alio cibo ſuſtentabatur. Diſcant, ſi non didicerunt, majoritatem ſive minoritatem ſanctitatis, non ſecundum jejunium menſurari vel judicari, ſed ſecundum caritatis menſuram: diſcant, neminem ſe facere judicem debere de his quæ ignorat: audiant ipſam incarnatam ſapientiam Dei Patris, de ipſis & ſimilibus eis dicentem: Cui aſſimilabo generationem iſtam? Puerorum ludo,
Luc.7,32 dicentium ad collegas ſuos: Cantavimus vobis & non ſaltaſtis, planximus vobis, & non lamentaſti: & ſubdit quod ſuperius tactum eſt, Venit Joannes Baptiſta non manducans & bibens, & dixerunt; Ecce homo vorax & potator vini, &c. Hæc ſola ſententia Salvatoris, ſufficit ad claudendum ora
B murmuratorum, de quibus prius ante omnes tactum eſt.

2 ſingularitatem ſuſpectam facientibus

174 Secundis autem, ſingularitates deteſtantibus, facile reſpondetur, quod licet homo ex ſe facere ſingularitates non debeat, factas tamen à Deo debet cum gratiarum actione recipere. Alias ſingularia Dei dona contemnerentur ex toto, ſic enim do-
Eccli.3,22 cet ſacra Scriptura, altiora ſupra ſe, juſto viro quærenda non eſſe: ſed immediate mox ſubdit; Plura ſupra ſenſum revelata ſunt tibi. Hoc eſt, per te ipſum nihil habes quærere ſupra te: quod ſi Deus ſupra te tibi aliquid revelaverit, illud cum gratiarum actione debes ſuſcipere. Cum igitur in caſu noſtro, prout eſt ſuperius declaratum, à Domino factum ſit iſtud ex ſingulari providentia ejus; quis poterit hic ſingularitatis regulam allegare? Hanc eamdem ſententiam, velatam tamen velo veræ humilitatis, reſpondendo adducebat ipſa ancilla Chriſti & virgo, cum petebatur ab ea, cur non ſicut alii cibum ſumeret corporalem. Dicebat enim: Deus propter peccata mea percuſſit me ſingulari quadam paſſione ſive infirmitate, per quam à cibi ſumptione ſum totaliter impedita: & ego libentiſſime vellem comedere, ſed non poſſum. Orate obſecro pro me, ut ipſe indulgeat mihi peccata mea, propter quæ patior omne malum. Ac ſi aperte diceret: Deus facit hoc & non ego: ſed ne ſpecies appareret jactantiæ, propter peccata ſua fatebatur hoc acciditſe: nec tamen hæc contra mentem propriam loquebatur, quia firmiter reputabat Deum in hanc
C hominum murmurationem eam permiſiſſe venire, ut ſua puniret peccata. Quidquid enim mali eveniebat, imputabat totum peccatis ſuis; quidquid boni, Deo: & hac ſemper veritatis regula utebatur in omnibus. Porro per hanc reſponſionem refutantur & tertii, qui extremitates dicunt eſſe vitandas: quia extremitas vitioſa eſſe non poteſt, quæ cauſatur à Deo, & ab homine vitari non poteſt: quod in caſu noſtro fuiſſe, ſatis ſupra oſtenſum eſt.

3 illuſioni id adſcribentibus.

175 Verum quarti, qui deceptionem inimici hanc eſſe dicebant; reſpondeant obſecro mihi; ſi huc uſque in omnibus deceptionibus inimici & tentationibus ſupraſcriptis triumphaverit perfecte, qualiter veriſimile eſt quod in hac fuerit ſic decepta? Sed eſto quod potuerit decipi, quis tenebat illud corpus in robore ſuo? Quod ſi totum hoc hoſti tribuere volunt, dicant, quis tenebat mentem ejus in tanta lætitia & pace, cum eſſet privata omni delectatione ſenſibili? Hic fructus Spiritus ſancti, diaGal. 5,22 boli eſſe non poteſt: ſcriptum eſt enim, quod fructus Spiritus ſit caritas, gaudium, pax. Non puto quod hæc omnia, veritate comite, poſſint attribuere inimico. Sed ſi velint omnino inficiari, quis nos ſecuros reddet, quod ipſi ſic loquentes, non ſint ab ipſo antiquo ſerpente ſeducti? Si enim ſecundum eos, virginem, per quam & à qua toties victus eſt, cujus corpus ſuper omnem naturalem virtutem vivit & vegetatur, cujus etiam mens ſpiritali & non carnali gaudio perſeveranter pacificatur, poteſt decipere inimicus ac ſeducere; quanto magis eos, quibus nihil ſupradictorum ad notitiam venit? Veri ſimilius eſt ipſos ab hoſte, dum hæc dicunt, eſſe ſeductos, quam illam de qua, quod eſſet ſeducta, non eſt viſum adhuc. Poſtremo notoriis illis infamatoribus, qui docuerunt linguam *4 detractoribus San-* ſuam loqui mendacia, melius ſilentio reſpondetur *ctæ* quam verbo: contemnendi ſunt à prudentibus & virtuoſis hominibus, & æſtimandi omni reſponſione indigni. Cui enim quantumcumque perfecto viro detrahere eodem modo non poſſent? Et ſi ſimiles eis, dominum & patrem Beelzebub vocaverunt mendaciter; quid mirum, ſi domeſticam ejus ſic infamant fallaciter? Quapropter ſilenter ſunt cogendi ut ſileant: & ſic, juxta quod conceſſit Dominus, reſponſum ſit detrahentibus modo ſingulari vivendi virginis hujus ſacræ. E

Propter illos tamen incipit aliquid guſtare

176 Verum ipſa ſpiritu diſcretionis plena, Sponſumque ſuum imitari per omnia cupiens, recordata eſt, quod ipſe Dominus & Magiſter, cum peteretur à Petro de didrachma cenſus pro eo, quamvis ad illud ſolvendum obligari non poſſet, oſtendiſſetque Petro id peti ab ipſo rationabiliter etiam ſecundum homines non debere, nihilominus mox ſubjunxit; Ut autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare & mitte hamum: & eum piſcem qui primo aſcenderit, tolle: & aperto ore ejus, invenies ſtaterem: illum ſumens, da illis pro me & pro te. Hæc conſiderans virgo ſacra, ut murmuratores, quantum in ſe foret, extingueret; deliberavit omni die ſemel cum ceteris ad menſam venire, omnique conatu ſaltem experiri, ſi cibum capere poſſet ſicut alii faciebant, adhoc ut neminem ſcandalizaret ex jejunio ſuo. Sane quamvis cibus quem ſic tentative ſumebat, eſſet non modo præter carnes, vinum, piſces, ova, & præter caſeum, ſed etiam præter panem: nihilominus tamen ſumptio, imo verius tentatio illa ſumendi cibum, in tantam convertebatur corporis ſui pœnam, quod unuſquiſque videns, quantumcunque crude- *licet id per* lis, ei fuiſſet ex corde compaſſus. Siquidem, prout *ſummos* ſuperius tactum eſt, nec ſtomachus ejus quidquam *cruciatus* digerere poterat, nec calor conſumebat humidum ra- *cogeretur* dicale: propter quod, quidquid ſtomachum illum *rejicere,* intrabat, totum regredi per eandem viam, per quam ingreſſum fuerat, oportebat; aliàs paſſiones acerbiſſimas generabat, & pene totius corporis inflaturas. Licet igitur ſancta virgo nihil herbarum vel eorum quæ terebat dentibus, deglutiret; totam enim groſſam ſubſtantiam expuebat: quia tamen fieri non poterat, quin de ſubtili ſubſtantia ſive ſucco aliquid ad ſtomachum ejus deſcenderet, ac inſuper aquam frigidam libentiſſime bibebat pro faucibus refrigerandis & guttere, cogebatur omni dievioléter emittere quod ſumpſiſſet, etiam intromittendo uſq; ad ſtomachum virgulam fœniculi vel alterius virgulti, cum maxima ſui pœna: nec alio modo poterat educere illud quod ſumpſerat, ut in pluribus. Hoc ergo modo vivendi uſa eſt uſque ad finem vitæ, propter murmuratores, & eos qui ſcandalizabantur de jejunio ejus. F

177 Ego autem cernens aliquando pœnam ejus, quam ſuſtinebat in emittendo quod ſumpſerat modo prædicto; compatiens ei, perſuadebam quod permitteret murmurare quoſcumque, nec tantam afflictio-

AUCT. RAYMVNDO CONFESS. nem ſubiret propter murmurationes eorum. Quæ ſubridens, læta reſpondit: Numquid non melius eſt mihi, Pater, quod in hoc tempore finito puniantur peccata mea, quam quod reſervaretur mihi punitio ſine fine? Murmurationes illorum admodum mihi ſunt utiles: quia propter eos ſolvo ego meo Creatori pœnam finitam, cum debeam infinitam. Numquid debeo fugere divinam juſtitiam? Abſit. Magna mihi gratia fit, dum de me fit juſtitia in hac vita. Quid ego ad talia reſponderem? Elegi ſilentium, quia non poteram digne vel apte loqui. Ipſa vero ex hac conſideratione actum illum pœnoſum vocabat juſtitiam, dicens ſociabus ſuis: Vadamus ad faciendam juſtitiam de hac miſerrima peccatrice. Talique modo de omnibus, tam inſidiis dæmonum quam perſecutionibus hominum, lucrabatur aliquem ſpecialem profectum, & ſic nos quotidie inſtruebat ut faceremus. Unde ſemel mecum conferens de donis Dei, dicebat: Si quis ſciret uti gratia Dei à Deo data, de omnibus quæ ſibi accidunt continue lucraretur. Et ſubdebat: Sic vellem quod vos faceretis, quandocumque aliquid vobis accidit novi, proſperum ſive adverſum, quod cogitaretis intra vos, & diceretis: De hoc ego volo aliquid lucrari. Vere ſi ſic faceretis, cito eſſetis divites. Heu me miſerum! qui nec iſta, nec alia notabilia verba ejus notavi. Tu autem, lector, non me in hac ſegnitie imiteris, ſed memor eſto illius verſus:

in pœnam, ut ait, delictorum ſuorum,

hunc ſi uctũ ab a'tenis murmurationibus capiens.

B Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Oro tamen ut te illuſtret, & me ſuo radio trahat auctor ipſe pietatis ad imitandum hanc virginem efficaciter & conſtanter: & cum hoc finis huic Capitulo imponatur, cujus per omnia teſtis eſt ipſa virgo, vel in dictis ſuis vel in patentibus actibus ſuis, una cum Confeſſore ſuo qui me præceſſit, prout ſuperius exſtitit allegatum.

ANNOTATA.

a *Eſt hic* S. Macarius Alexandrinus, *in cujus Vita 2 Ianuarii hæc narrantur num. 22.*

b *Ita legitur in Vitis Patrum per Ruffinum cap. 15 de quodam Ioanne, ad quem* die Dominica veniebat Presbyter, & offerebat pro eo ſacrificium, idque ei ſolum Sacramentum erat & victus.

CAPUT VI.

C

Cor cum corde Chriſti commutatum, mira circa ſumptionem Euchariſtiæ facta.

CAP. VI. 178 SIcut ſingularem modum vivendi conceſſerat Dominus ſponſæ ſuæ, quantum ad corpus illo in tempore; ſic profecto mentem ejus magnis & admirandis revelationum conſolationibus viſitabat: inde ſiquidem procedebat ſupernaturalis ille vigor corporeus, ex abundantia ſcilicet ſpiritualium gratiarum. Narrata igitur ſingularitate vitæ corporeæ, operæ pretium puto, ut ad recitandam ſupereffluentiam ipſius ſpiritus tranſeamus. Noveris igitur, lector, quod ex quo virgo Deo dicata potaverat de Salvatoris latere potum vitæ, tanta ſuperabundavit in ea gratiæ plenitudo, quod quaſi continue in actuali contemplatione occupabatur; & ſpiritus ejus tam fixe ſuo inhærebat & omnium Conditori, quod partem inferiorem & ſenſitivam, pro majori parte temporis, relinquebat abſque actibus ſenſitivis. Hæc, ut in prima parte tactum eſt, millies ſumus experti, nos, qui vidimus & manibus contrectavimus brachia ejus ita rigida una cum manibus ejus eſſe, quod frangi oſſa potius potuiſſent, quam de loco cui adhæſerant removeri, dum illi contemplationi actuali vacabat. Oculi clauſi erant ex toto, aures nullum quantumcumque magnum ſonum percipiebant, & omnes ſenſus corporei proprio actu pro tunc erant privati. Nec mirum cuiquam debet eſſe, ſi attendantur cum diligentia quæ ſequuntur. Cœpit enim Dominus ex tunc non tantum in locis ſecretis, ut prius conſueverat, ſed etiam in patentibus, palam & familiariter ſe oſtendere ſponſæ ſuæ, tam eunti quam ſtanti; tantumque ignem ſui amoris in ejus corde accendere, quod ipſamet, quæ divina hæc patiebatur, fatebatur ſuo Confeſſori, ſe plane ad exprimendum quod ſentiebat nulla vocabula invenire.

A ſenſibus abſtracta continuis contemplationibus vacat,

D

179 Porro cum ſemel ipſa oraſſet ferventius cum Propheta, Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis; ſingulariter deprecans, ut Dominus auferret ſibi cor proprium & propriam voluntatem; per ſeipſum tali eam conſolatus eſt viſione. Videbatur ſiquidem ei, quod Sponſus æternus ad eam ſolito more veniret, ejuſque latus ſiniſtrum aperiens, cor inde abſtraheret & diſcederet, ſicque ipſa ſine corde penitus remaneret. Quæ quidem viſio fuit adeo efficax, & ita ſenſui carnis concors, quod ipſa dum confitebatur, Confeſſori ſuo dicebat ſe cor non habere in corpore. Quod dictum dum ille derideret, & deridendo quodammodo increparet; illa repetens quod dixerat, confirmabat, dicens: Vere, Pater, quantum ſentire poſſum, ſecundum ſenſum corporeum mihi videor me omnino corde carere: dominus enim mihi apparuit, & aperiens mihi latus ſiniſtrum, abſtraxit cor & abſceſſit. Cumque ille aſſereret eſſe impoſſibile, ipſam vivere poſſe ſine corde; virgo Domini affirmabat, omne verbum non eſſe impoſſibile apud Deum, ſeque credere firmiter eſſe corde privatam: ac ſic pluribus diebus hoc idem repetens, ſe dixit vivere ſine corde.

Pſ. 50, 12.

Chriſtus cor ei proprium eximit,

E

180 Quadam autem die, dum eſſet in capella eccleſiæ Fratrum Prædicatorum de Senis, in qua ſolent congregari Sorores de pœnitentia B. Dominici ſupradictæ, & poſt omnes remanſiſſet orans; tandemque de ſomno ſuæ ſolitæ abſtractionis evigilans, ſurgeret ut domum rediret; ſubito circumfulſit eam lux de cælo, & in luce apparuit ei Dominus, habens in ſacris ſuis manibus cor quoddam humanum, rubicundum & lucidum. Cumque ad adventum auctoris & lucis tremebunda cecidiſſet in terram; appropians Dominus, latus ejus ſiniſtrum aperuit iterum; ipſumque cor, quod in manibus geſtabat, intromittens, inquit; Ecce, cariſſima filia, ſicut pridie tibi abſtuli cor tuum, ſic in præſentiarum trado tibi cor meum, quo ſemper vivas. Et his dictis, aperturam, quam in carne fecerat, clauſit & ſolidavit: remanſitque in ſignum miraculi loco illo cicatrix obducta, prout ejus ſociæ mihi & pluribus aliis frequenter ſe vidiſſe aſſeruerunt, & ipſa mihi ſerioſe percunctanti negare non valens, verum eſſe confitens, confirmavit. Et addidit, quod poſt illam horam numquam, ſicut ſolebat, dicere potuit: Domine, recommendo tibi cor meum.

ejuſque loco ſuũ tradit,

F

relicta cicatrice,

181 Hoc ergo corde non minus gratioſe quam mirabiliter acquiſito, ex ejus gratiæ abundantiâ laudabilia nimis opera procedebant exterius, & ſuperadmirabiles revelationes pullulabant interius. Numquam enim venit ad ſacrum altare, quin ſupra ſenſum ei plura oſtenderentur, & ſingulariter quando recipiebat ſacram Communionem. Frequenter namque videbat latentem in manibus Sacerdotis infantem, quandoque grandiuſculum puerum, aliquando fornacem ignis ardentis, quam, dum Sacra-

A *Chriſtum in Euchariſtia viſibilem ſæpe ſumens,*

Sacramentum ſumebat, Sacerdos ingredi videbatur: ſæpius ſentiebat tantum odorem & tam ſuavem, ſumendo ſupervenerabile Sacramentum, quod fere deficiebat in corpore. Semper autem videndo ſive ſumendo Sacramentum altaris, novum & indicibile gaudium generabatur in mente ipſius; ita ut ſæpius cor ejus præ gaudio ſaltaret in corpore, faciendo ſtrepitum ſonoroſum ſive ſonantem, quem clariſſime audiebant ſociæ circumſtantes: quæ aliquoties hoc expertæ, retulerunt Fratri Thomæ Confeſſori ejus: qui diligenti facta inquiſitione, poſtquam comperit ita eſſe, in ſcriptis redegit ad memoriam ſempiternam. Nec erat ſonus ille ſeu ſtrepitus ſimilis cuicumque ſono, qui ſolet intra viſcera hominis naturaliter evenire: imo ſua ſingularitate monſtrabat ſe aliquid extra naturam vel potius ſupra naturam prætendere de virtute Conditoris naturæ. Nec aliquid mirum erat, ſi cor ſupernaturaliter datum, ſupernaturaliter movebatur, quia etiam Propheta cantabat: Cor meum & caro mea exultaverunt, id eſt, extra ſaltaverunt, in Deum vivum. Ubi Deum ſingulariter nominat vivum ipſe Propheta: quia ſaltus ille ſeu motus ille cordis, à vita cauſatus, non ſicut vult naturalis regula, mortuum reddit hominem hoc

exiliente corde, *Pſ. 83, 3*

B patientem, ſed vivum.

182 Ceterum poſt dicti cordis miraculoſam mutationem, videbatur ei quodammodo quod non eſſet illa quæ fuerat. Unde dicebat Fratri Thomæ Confeſſori ſuo: Non videtis vos, Pater, quod non ſum illa quæ fui, ſed mutata ſum in aliam perſonam? Et addebat: O ſi ſciretis, Pater, quæ ſentio, credo firmiter, ſi quis ſciret ea quæ ego ab intra ſentio, non eſſet ita durus quin emolliretur; nec ita ſuperbus, quin humiliaretur: quia quidquid dico, totum eſt nihil reſpectu eorum quæ ſentio. Narrabat autem ut poterat, & dicebat; Tantum gaudium tantaque jubilatio poſſidet mentem meam, quod grandis eſt mihi admiratio, qualiter anima poteſt ſtare in corpore. Et addebat: Tantus eſt ardor qui eſt in anima mea, quod ignis iſte materialis exterior, mihi videtur reſpective potius refrigerans quam exurens, potius frigidus quam accenſus. Et ſubjungebat, Ex iſto ardore producitur in mente mea quædam renovatio puritatis, ſimul & humilitatis, in tantum quod apparet mihi, quod redierim ad ætatem quatuor vel quinque annorum. Hinc rurſus tantus proximi amor accenditur, quod pro quocumque proximo libentiſſime ſuſtinerem mortem corpoream, cum

mirabili amore æſtuat

C magna cordis lætitia & gaudenter. Hæc autem omnia ſub ſecreto ſoli Confeſſori narrabat, ceteris vero quantum poterat occultabat. Verum his & plurimis verbis aliis & ſignis demonſtrata eſt abundantia gratiæ, quam Dominus animæ ſanctæ virginis tunc ultra ſolitum infundebat: quæ ſi per ſingula tractare velimus, plures inde conficiendi ſunt libri. Sed de multis pauca decrevi colligere, quæ ſingularius teſtimonium ejus afferunt ſanctitati.

S. Magdalenam à Chriſto in matrem accipit,

183 Scire igitur te volo, præcariſſime lector, quod dum hæc gratiarum abundantia in mente virginis hujus ſacræ diffunderetur ex alto, multæ notabiles viſiones ei cælitus ſunt oſtenſæ, quarum aliquas non eſt fas mihi præterire. Et primo quidem ei Rex regum, cum Regina cæli ejus genitrice, ac Maria Magdalena ſemel apparuere, conſolantes & confortantes eam in ſancto propoſito. Tunc dixit ei Do-

a

minus: Quid vis *a* me velle? Cui illa plorans, humiliter reſpondebat cum Petro: Domine, tu ſcis quid volo, tu ſcis quia nec voluntatem habeo niſi tuam, nec cor habeo niſi tuum. Tunc venit ad memoriam ejus, quomodo Maria Magdalena ſe dederat totam Chriſto, quando flevit ad pedes ejus; & cœpit ſentire ſuavitatis & amoris dulcedinem, quam Maria Magdalena tunc ſenſit: qua de cauſa reſpiciebat in eam. Unde Dominus deſiderio ejus quaſi ſatisfaciens, intulit: Ecce, dulciſſima filia, pro ampliori tuo ſolatio, trado tibi Mariam Magdalenam in matrem, ad quam cum omni fiducia poſſis recurrere; ei ſpecialem tui curam committo. Quod virgo cum omni gratiarum actione acceptans, cum magna humilitate ac reverentia ipſi Mariæ Magdalenæ ſe devote recommendabat, ſupplicans humiliter ac inſtanter, quatenus diligentem curam de ipſius ſalute dignaretur habere, poſtquam per Dei filium fuerat ſibi recommendata: & ex illa hora virgo accepit Magdalenam in ſuam, ſemperque matrem ſuam ipſam vocabat. AUCT. RAYMVNDO CONFESS.

184 Quod tamen abſque myſterio, mea ſententia, factum non eſt. Sicut enim Maria Magdalena triginta tribus annis ſtetit in rupe abſque corporeo cibo, ſed in contemplatione aſſidua, quod tempus plenitudinem ætatis Salvatoris in ſe ipſo demonſtrat: ſic hæc virgo ſacra ab illo tempore quo hæc acciderunt, uſque ad triceſimum tertium annum ætatis, in quo ex hac luce migravit, tam ferventer contemplationi vacabat Altiſſimi, quod cibi corporalis auxilio non egens, mentem reficiebat abundantia gratiarum. Et ſicut illa rapiebatur in aëra ſepties in die ab Angelis, ubi audiebat arcana Dei: ſic iſta pro majori parte temporis, ex vi ſpiritus cæleſtia contemplantis, rapiebatur à corporeis ſenſibus, ac cum Angelicis ſpiritibus Dominum collaudabat, ita ut frequenter corpus in aëra levaretur; ſicut multi & multæ, conjunctim & diviſim, perhibent ſe oculata fide vidiſſe, de quibus latius infra dicetur. Inſuperque mirabilia Dei cernens in ipſo raptu, loquebatur quandoque ſubmiſſe miranda notabilia & nimis altas ſententias, de quibus quædam fuerunt ſcriptæ, prout infra loco ſuo patebit. *non ſine myſterio:*

E

185 Sed vidi eam ſemel ego raptam à ſenſibus, modo quo ſupra dictum eſt, audivique muſſitantem vocem ſubmiſſam. Cumque appropinquaſſem, diſcrevi verbum ejus formaliter & in Latino, videlicet: Vidi arcana Dei: & iterum atque iterum, Vidi arcana Dei; nec aliud quidquam ſubinferebat, ſed illud tantummodo repetebat. Cumque reddita fuiſſet poſt magnum ſpatium corporeis ſenſibus, non tamen ab iſto verbo ceſſabat, continue repetens idem verbum, Vidi arcana Dei. Tunc ego volens cauſam hujus tantæ repetitionis ejuſdem verbi ab ipſa inquirere, inquam: Cur obſecro, mater mea, tam aſſidue verbum hoc repetis, nec nobis (ut aſſoles) exponis quod dicis, nec aliud quidquam adjungis? At illa: Nequaquam eſt, inquit, poſſibile, me aliter aut aliud dicere. Cui ego: Et quæ tantæ novitatis eſt cauſa? Tu mihi, etiam non quærenti, multa conſueviſti de his quæ tibi oſtendit Dominus, declarare; cur ergo nunc non ſimili modo ad quæſita reſpondes? Tunc illa: Tantam, inquit, conſcientiam haberem, vobis illud quod vidi, defectivis iſtis vocabulis explanare, quantam quodammodo ipſum Dominum blaſphemare, vel verbis meis inhonorare: quia tanta eſt diſtantia inter id, quod intellectus à Deo raptus, illuſtratus & confortatus intelligit, & id quod verbis exprimi poteſt, quod quaſi contraria videntur: qua ex cauſa nullo pacto poſſem inclinari ad vobis aliquid differendum pro nunc de his quæ vidi, quia ineffabilia ſunt. Igitur congrue nimis omnipotentis Domini providentia hanc virginem Mariæ Magdalenæ deputavit in filiam, illamque dedit ipſi in matrem, ut ſcilicet jejunatrix jejunatrici, amatrix amatrici, contemplatrix contemplatrici convenientiſſime jungeretur. Verum ipſa virgo dum hæc recitabat, ſecrete ſuperaddebat, vel potius hoc tantum dicebat, quod peccatrix peccatrici olim *arcana Dei videt,*

F

AUCT. RAYMVNDO CONFESS. fuerat data in filiam, ut mater memor naturæ fragilis ac largitatis miſericordiæ ſibi factæ à filio Dei, compateretur filiæ fragili, eique largitatem miſericordiæ impetraret.

nequit ſuſpiria continere,

186 Narrat autem poſt hæc omnia Frater Thomas, primus Confeſſor ejus, in cujus ſcriptis reperi dictam viſionem de Magdalena, quod ſicut ipſa ſecrete confeſſa eſt, poſt præmiſſa ipſi videbatur, quod cor ejus in latus Salvatoris intraret, & unum cor efficeretur cum corde Chriſti. Tunc ſenſit animam ſuam totaliter quaſi liquefieri ex vehementia divini amoris: unde mentaliter exclamabat: Domine, vulneraſti cor meum: Domine, vulneraſti cor meum. Et hoc dicit dictus frater Thomas factum fuiſſe anno

b Domini MCCCLXX, in feſto Margaretæ Virginis *b* & Martyris. Eodem etiam anno in craſtino S. Laurentii, quia præfatus Confeſſor ejus, timens ne rugitus gemitus ejus Sacerdotes celebrantes moleſtaret, dixerat ei, ut quantum poterat, dum eſſet prope altare, gemitus prædictos compeſceret; ipſa, ſicut vera obediens, remote ab altari ſe poſuit, oravitque Dominum, ut Confeſſori ſuo lumen infunderet, quo videret, qualiter tales motus ſpiritus Dei compeſci [non] poſſent. Quod ut ipſemet Confeſſor

B ſcribendo teſtatur, tam perfecte ei oſtenſum eſt, quod amplius non eſt auſus ipſam de talibus admonere. Et licet hæc ipſe ſcribat breviter, ne commendare videatur ſeipſum: ego tamen puto quod didicerat experientia mediante, tales mentis fervores taliter ab intra retineri non poſſe.

potatur de latere Salvatoris, &

187 Verum redeundo ad ipſam, dum ſic à longe altaris, venerabilis Sacramenti ſumptionem ſumme ſitiens, mente fortiſſime, voce vero corporea plane, diceret, Ego vellem corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti; ipſe Salvator, ut ejus deſiderio ſatisfaceret, ei apparuit, juxta quod ſæpius conſueverat, applicavitque os virginis ad lateris proprii cicatricem; innuens ut ſe, quantum vellet, de corpore ſuo & ſanguine ſatiaret. Quod illa non ſegniter exequens, de ſacratiſſimi pectoris fonte diu potavit fluenta vitæ. Ex quo potu tanta cordi ejus infuſa eſt dulcedo, quod ex puro amore putavit vitam corpoream terminare. Cum autem Confeſſor ab ea peteret, quid haberet aut quid ſentiret, reſpondebat ſe non poſſe narrare vel dicere illa quæ ſentiebat.

c

C

ad Euchariſtiam ſumendam mirabiliter purificata,

188 Idem quaſi acciderat anno eodem, ante per menſem vel circa, ſcilicet in die B. Alexii. *c* Nam dum nocte præcedente oraret, orandoque accenderetur deſiderio ſacræ Communionis, revelatum eſt ei quod infallibiliter illo mane ſacram Communionem acciperet: denegabatur enim ipſi frequentius, propter indiſcretionem tam Fratrum quam Sororum, illam congregationem regentium illo in tempore. Hac igitur revelatione percepta, mox ſe contulit ad Dominum exorandum, ut animam ſuam dignaretur mundare ac totaliter præparare, ut poſſet digne ſumere tam venerabile Sacramentum. Tunc adhuc ea orante, & hoc inſtantius poſtulante, ſenſit ſuper animam ſuam cadere pluviam per modum fluminis abundantem, non aquæ, nec alterius cujuſcumque liquoris conſueti, ſed præciſe ſanguinis mixti cum igne: per quam quidem pluviam ſentiebat animam ſuam purificari tam vehementer, quod ſenſus ille ad corpus tranſfundebatur, ita ut etiam ejus corpus novam purificationem reciperet & ſentiret, licet non à corporeis ſordibus, ſed potius à fomitis corruptione. Poſt hæc adveniente mane, tantum aggravata eſt ejus corporalis infirmitas, quam illis patiebatur diebus, quod nulli urenti ratione fuiſſet poſſibile viſum, ipſam poſſe per unum paſſum quomodolibet ambulare. At illa in nullo hæſitans quin divinum promiſſum perficeretur, confidens in Domino, ſe

ſubito ex morbo recreatur,

cœpit erigere; & cunctis aſtantibus & admirantibus, verſus eccleſiam ambulare. D

& impaſſ. divinitus ad ſacrificandum Confeſſario,

189 Ad quam dum perveniſſet, & in capella quadam ſe poſuiſſet prope altare, occurrit ejus menti, quod ſecundum legem ſibi datam à prælatis, non poterat à quolibet celebrante Communionem accipere: quamobrem deſiderabat ut Confeſſor ejus ad dictum altare celebraturus accederet. Moxque oſtenſum eſt ei divinitus, ipſum juxta ſuum deſiderium adventurum: de quo non modicum fuit conſolata. Fatetur autem Confeſſor ejus, qui hæc in ſcriptis ſuis ponit, quod pro illo mane non diſpoſuerat nec propoſuerat celebrare, nec noverat ſanctam virginem adveniſſe. Subito autem cor ejus tetigit Dominus, & cœpit fervere deſiderio celebrandi: qui ſuo deſiderio mox ſatisfaciens, Domini nutu ad illud altare acceſſit, ubi ſancta virgo tunc erat, expectans promiſſionem cælitus ſibi factam, cum tamen non eſſet ſuæ conſuetudinis ad dictum altare accedere. Invento autem quod ibi aderat ſancta ejus filia, & Communionem petebat; perpendit Dei fuiſſe providentiam, & quod præter propoſitum celebraſſet, & quod ad inconſuetum altare neſciens acceſſiſſet. Ce- *illâ ſumit,* lebravit igitur, & in fine ſacram Communionem virgini obtulit. Illa vero ad altare accedens, facie rubricante pariter & micante, nec non & lacrymis & ſudoribus operta, ad Sacramentum ſe erigens, tanta cum devotione ipſum ſuſcepit, quod ſtuporem & devotionem nimiam Confeſſori præſtitit. *d* Quo fa- *d* cto ita fuit abſorpta in Deum, & ad interiora cellæ vinariæ Deitatis introducta, quod per totam diem illam, etiam poſtquam reſtituta eſt corporeis ſenſibus, nullum verbum poterat loqui alicui. E

190 Poſt illam autem diem petente Confeſſore quid ſibi acciderat, quod tam rubicundam eam videret dum caperet Sacramentum: Ego, inquit, Pater, cujus coloris eſſem, ignoro: ſed hoc noveritis, quod dum ego illud ineffabile Sacramentum de manibus veſtris ſuſcepi, nihil corporeum, nihil coloratum ſenſibus corporeis vidi. Verum illud quod vidi, taliter traxit me ad ſe, quod cetera cuncta quæ hic habentur, velut abominabilia ſtercora facta ſunt mihi; non modo temporales divitiæ vel delectationes corporeæ, ſed etiam quæcumque conſolationes ſeu complacentiæ, quamvis ſpirituales. Unde optabam *& ſuam voluntatem cum voluntate Dei commutat:* & orabam, omnibus talibus conſolationibus etiam ſpiritualibus privari, dummodo Deo meo poſſem complacere, ac finaliter ipſum poſſidere. Propter quod orabam Dominum, ut auferret mihi omnem voluntatem meam, & mihi tantum daret ſuam: quod & ejus fecit miſericordia. Nam reſpondendo dixit mihi: Ecce, dulciſſima filia, trado tibi voluntatem meam: qua ita firmata eris, quod de cetero quidquid acciderit, quomodocumque vel qualitercumque, tu in nullo moveberis ſeu mutaberis. Quod & rei probavit eventus: quia (prout experimentaliter didicimus cuncti qui ejus converſationem habuimus) ab eodem anno ſemper contentabatur de omnibus, nec motum turbationis habebat, quidquid quomodolibet accidiſſet. F

rurſumque applicatur lateri Chriſti.

191 Inſuper virgo, poſt prædicta Confeſſori ſuo loquens, addidit: Scitis pater, qualiter Dominus illa die fecit animæ meæ? ſicut mater facit filio ſuo parvulo, quem tenere diligit: oſtendit enim ei ubera, & permittit ſtare à remotis, ut ploret; dumque de fletu filii pauliſper riſit, amplexatur eum, & deoſculans præbet ei ubera lætanter & abundanter. Sic, inquiebat, fecit mihi Dominus. Illa enim die oſtendebat mihi latus ſuum ſacratiſſimum, ſed à remotis: egoque præ deſiderio ponendi os meum ad ſacrum vulnus, uberrime flebam. Ipſe vero poſtquam per aliquam moram riſit de fletu meo, ut videbatur,

tandem

A tandem accurrens, accepit animam meam inter brachia ſua, & ponebat os meum ad latus ſacratiſſimi vulneris ſui, ſive ad vulnus lateris: & tunc anima mea præ deſiderio magno intrabat tota in latus ejus, & ibi tantam inveniebat divinitatis notitiam & dulcedinẽ, quod ſi ſciretis, miraremini quod cor mihi non frangitur præ amoris magnitudine, ac ſtuperetis qualiter poſſum vivere in corpore, cum tanto exceſſu ardoris & caritatis. Hæc facta fuerunt in die S. Alexii ſupra nominato.

ANNOTATA.

a *Ita MSS. alias impreſſum legitur* te ultra me.

b *Colitur* S. Margareta 20 *Iulii.*

c *Id eſt* 11 *Auguſti, vel (ut ſcribit Fr. Thomas, hoc idem narrans pro tertio mirabili in hac materia)* die S. Tiburtii.

d *Colitur* S. Alexius 17 *Auguſti: addit autem idem Thomas, hanc rem quarto loco referens, tantam fuiſſe communicantis devotionem*, ut tam celebrantem cujus, *inquit*, ego fui miniſter illa die, quam memetipſum atque alios tunc adſtantes, valde ſtupentes & devotos
B effecerit.

CAPUT VII.

Stigmata vulnerum Chriſti impreſſa Catharinæ, ejuſque variæ extaſes.

192 SEd anno eodem, die XVIII menſis Auguſti, facta eſt ſuper eam manus Domini, dum ejuſdem diei mane ſacram Communionem ſumpſiſſet. *ſuſpenditur in aëre* Nam primo Sacerdote tenente Sacramentum in manu ſua, & jubente ut diceret, Domine non ſum digna ut intres in me; tunc ſumpto Sacramento, videbatur ei, quod ſicut piſcis intrat aquam, & aqua in ipſũ, ſic anima ſua intraret in Deum, & Deus in eam: & ſic ſenſit ſe totam tractam à Deo, vixque poterat redire ad cellulam ſuam, ubi ſuper ſtratulo ligneo ſuo, de quo ſupra mentio facta eſt, ſe ponens permanſit diu immobilis. Sed poſt longam moram elevatum eſt corpus ejus in aëra, ſtabatque ſuſpenſum abſq; corporeo fulcimento, ſicut tres infra ſcriptæ teſtes teſtificatæ ſunt ſe vidiſſe: tandem deſcendit ad lectum prædictũ, & cœpit loqui ſilenter verba vitæ, ſuper mel & favum dulcia pariter & profunda, quæ omnes ſocias audien
C tes commovebant ad fletum. Deinde oravit pro pluribus, & pro quibuſdam nominatim, ſingulariter pro Confeſſore, qui eadem hora eodemque momento erat in eccleſia Fratrum, nec cogitavit actu pro tunc de aliquo ad devotionem movente: imo, ut ipſe ſcribit, non erat pro illa hora diſpoſitus ad aliquam actualem devotionem. Subito autem illa orante, ipſoque hoc ignorante, facta eſt quædam mutatio mentis ejus in melius, & ſenſit devotionem mirabilem, ſibi hactenus inexpertam, ac novitatem non conſuetam in corde: de quo nimium admiratus, conſiderabat attente, unde proceſſiſſet hæc gratia illa *& ſalutem Confeſſarii ſui petenti* hora. Sed ipſo hæc cogitante, caſu venit ad eum quædam ex ſanctæ virginis ſociabus, & dixit: Certe pater, multum pro vobis oravit Catharina tali hora. Quo audito, ſtatim cognovit ad deſignationem horæ unde proceſſerat illa inuſitata mentis accenſio, quæ hora eadem acciderat.

193 Et interrogans amplius, audivit quod petitio virginis, tam pro eo quam pro aliis pro quibus tunc orabat, fuerat, ut Dominus promitteret ei, quod daret eis vitam æternam. Et ob hoc extenderat manum, dicens: Promittas mihi quod ita facies. Et dum ſic ſtaret cum manu extenta, magnum viſa eſt ſentire dolorem: ex quo vehementer ſuſpirans, ait: Chriſtus Dominus ſit laudatus, ſicut fuerat ei conſuetudo di- AUCT. RAY
cere in laboribus infirmitatum ſuarum. Quamobrem MUNDO
dem Confeſſor ad eam acceſſit, petivitque ab ea ſe- CONFESS.
riem factæ viſionis ſibi narrari. Quod illa obedientiâ *manus à Chriſtoclãvo perforatur* coacta perficiens, poſtquam ea quæ dicta ſunt ſupra, narraverat, addidit: Ego cum inſtanter peterem vitam æternam pro vobis, & pro aliis pro quibus orabam; ipſeque Dominus mihi promitteret hoc, non ex incredulitate, ſed pro memoriali magis notabili: Et quod inquam ſignum, Domine, das tu mihi quod hæc facis? Tunc ille inquit: Extende manum ad me. Quod cum feciſſem manu, protulit clavum unum, cujus cuſpidem vel acutiem in medio palmæ manus meæ oppoſuit, tamque fortiter manum clavo ſtrinxit, quod viſum eſt mihi manum meam eſſe perforatam ex toto: & tantum dolorem ſenſi, quantum ſi fuiſſet clavo ferreo per malleum perforata. Itaque gratia Domini mei Jeſu Chriſti, ego jam habeo ſtigmata ejus in manu dextera: quod licet aliis ſit inviſibile, mihi eſt tamen etiam ſenſibile & continue afflictivũ.

194 Sane pro continuatione hujus materiæ, lector bone, unum tibi narrare compellor, quod longo poſt hoc tempore accidit, me præſente pariter & cernente, in civitate Piſana. Dum enim ipſa illuc veniſſet, & quamplures cum ea, quorum ego extiti unus, ipſa E
hoſpitio eſt recepta in domum cujuſdam civis, qui habitabat juxta eccleſiam ſive capellam ſanctæ virginis Chriſtinæ. In hac eccleſia quadam die Dominica ad ejus inſtantiam celebravi, eamq; (ut dixerim communi modo loquendi) communicavi. Quo facto ipſa *& poſtea etiamquinqueſtigmata accipit.* juxta conſuetudinem ſuam diu ibidem remanſit abſque corporeorum ſenſuum uſu: quia ſpiritus eius Creatorem ſuum, ſummum ſcilicet ſpiritum, ſitiens, quantum poterat, ſe à corporeis ſenſibus elongabat. Nobis autem expectantibus reditum ejus ad ſenſus corporeos, ut quippiam ſpiritalis conſolationis reciperemus ab ea, ſicut conſueveramus quandoque; ſubito nobis cernentibus, corpuſculum ejus, quod proſtratum jacuerat, ſe pauliſper erexit, & ſuper genua ſtans, brachia extendit & manus, facie rutilante. Cumque ſic diu ſtaret totaliter rigidum & oculis clauſis, tandem ac ſi fuiſſet lætaliter vulneratum, nobis cernentibus cecidit quodammodo in inſtanti, & poſt parvam moram reducta eſt anima ejus ad ſenſus corporeos.

195 Poſt quod mox fecit me vocari, & ſecrete me alloquens, ait: Noveritis Pater, quod ſtigmata Domini Jeſu miſericordia ſua ego jam in corpore meo F
porto. Cumque reſpondiſſem, quod ad geſtus corporis ejus, dum eſſet in extaſi, perpendiſſem; petivi qualitet hoc à Domino factum fuiſſet. At illa reſpondens, Dominum, inquit, vidi cruci affixum, ſuper me magno cum lumine deſcendentem: propter quod ex impetu mentis, volentis ſuo creatori occurrere, corpuſculum coactum eſt ſe erigere. Tunc ex ſacratiſſimorum ejus vulnerum cicatricibus quinq; in me ra- *inviſibilia quidẽ* dios ſanguineos vidi deſcendere, qui ad manus & pedes & cor mei tendebant corpuſculi: quapropter advertens myſterium, continuo exclamavi: Ha, Domine Deus meus, non appareant obſecro cicatrices in corpore meo exterius. Tunc adhuc me loquente, antequam dicti radii perveniſſent ad me, colorem ſanguineum mutaverunt in ſplendidum; & in forma puræ lucis venerunt ad quinque loca corporis mei, manus ſcilicet, & pedes, & cor. Tunc ego: Igitur non pervenit aliquis radiorum ad latus dexterum? At illa: Non, inquit, ſed ad ſiniſtrum, directiſſime ſuper cor meum. Nam linea illa lucida procedens à latere ejus dextro, *ſed dolorem tamendantia.* non transverſaliter, ſed recto tramite me percuſſit. Et ego: Sentisne nunc in locis illis dolorem ſenſibilem? Illa vero poſt magnum ſuſpirium ait: Tantus eſt dolor quem ſenſibiliter patior in omnibus quinque locis,

AUCT. RAYMUNDO CONFESS.

sed ſpecialiter circa cor, quod niſi novum miraculum Dominus faciat, non videtur mihi vitam corpoream poſſibile ſtare poſſe cum tanto dolore, quin diebus brevibus finiatur.

196 Hæc ego notans & mecum non abſque mœſtitia conferens, attentus ſtabam, ſi viderem aliqua ſigna tanti doloris. Completis igitur omnibus quæ voluit mihi enarrare, de capella egreſſi ſumus, & ad hoſpitium ubi hoſpitabatur acceſſimus. Ubi cum eſſemus, mox ut ſacra virgo cameram, quam inhabitabat, intravit, ex defectu cordis ſyncopizabat. Quamobrem omnes vocati ſumus, & novitatem hanc intuentes, flebamus & timebamus ne nos deſereret, quam in Domino amabamus. Quamvis enim frequenter vidiſſemus eam ex tacito fervore raptam à ſenſibus, ſæpeque aſpexiſſemus ex abundantia ſpiritus multum debilitatam in corpore, numquam tamen ſyncopizantem tali modo hactenus intuiti fueramus. Verum poſt parvam moram rediit ad ſeipſam, & poſtquam omnes cibum ſumpſerant, iterum locuta eſt mihi, aſſerens ſe clare videre, quod niſi Dominus remedium novum apponeret, cito erat à corpore migratura.

ex quo tantum non mortua

B

197 Quod ego non ſegniter notans, ejus filios & filias congregavi, rogans & cum lacrymis ipſos adjurans, ut eamdem cuncti orationem unanimiter faceremus ad Dominum, quod matrem & magiſtram noſtram adhuc aliquo tempore concedere dignaretur, ne debiles & infirmi in his fluctibus ſeculi remaneremus orphani, nondum in ſanctis virtutibus confirmati ex alto. At illi & illæ uno animo & una voce ſe hoc facere promiſerunt, ſicque omnes ſimul ad eam acceſſimus, lugentes & flentes, ac dicentes: Scimus quidem, mater, Chriſtum te ſponſum tuum deſiderare: ſed ſalva ſunt præmia tua tibi: noſtri potius miſerere, quos deſeris adhuc nimis infirmos in mediis fluctibus. Novimus rurſus quod nihil tibi negaturus eſt Sponſus ille dulciſſimus, quem tanto cum affectu amas ardenter: ſupplicamus igitur ut ores eum, ut te nobis concedat ad tempus, ne fruſtra ſecuti fuerimus te, ſi tam cito recedas à nobis. Et quidem preces noſtræ, licet fiant per nos juxta modulum noſtrum, timemus tamen ne noſtris demeritis repellantur, quia, proh pudor! indigniſſimi ſumus. Tu quæ ferventius ſalutem noſtram deſideras, tu nobis impetra, quod poſſibilitas noſtra non obtinet, His & ſimilibus per nos lacrymoſe prolatis, illa reſpondit: Ego, inquit, jam diu propriæ voluntati renuntiavi, nec in his aut in aliis volo, niſi quod Dominus vult. Veſtram autem ſalutem licet totis præcordiis ſitiam, tamen ſcio quod ipſe qui eſt ſalus veſtra & mea, melius ſcit eam procurare quam creatura quæcumque: ejus igitur voluntas fiat in omnibus. Verum libenter orabo ut faciat quod melius eſt. Quo dicto remanſimus tremebundi, lugentes & flentes.

rogataque ut longiorem vitam petat

C

198 Sed non contempſit lacrymas noſtras Altiſſimus. Nam ſequenti ſabbato ipſa me accerſito, ait: Videtur mihi quod Dominus diſponit condeſcendere precibus veſtris, & ſpero quod cito habebitis intentum veſtrum. Dixit, & ſicut dixerat, facta ſunt. Nam ſequenti Dominico die ſacram Communionem recepit de manibus meis indignis: & ſicut in præcedenti Dominica fuerat corpus illud quaſi vredine percuſſum, dum ſpiritus erat in raptu; ſic illa die in raptu eodem videbatur veriſimiliter roborari. Tunc ſociabus ejus mirantibus quod nihil conſuetarum pœnarum in illo raptu corpus patiebatur, imo potius videbatur quodammodo confortari, ac ſi ſomno naturali dormiret, & roborari; ego reſpondi: Spero in Deo, quod ſicut die heſterna promiſit mihi ipſa, lacrymæ noſtræ vitam ejus corpoream petentes, jam coram Domino aſcenderunt; & quæ feſtinabat ad Sponſum ſuum, propter ſublevandam noſtram miſeriam retrocedit ad nos. Sicut locutus ſum, ita poſt parvum ſpatium vidimus manifeſte. Nam ſpiritu redeunte ad corporeos ſenſus, ita inexhauſti vigoris apparuit, quod nulli noſtrum dubium fuit, quin eſſemus integraliter exauditi. O ineffabilis miſericordiæ Pater! quid facturus es ſervis fidelibus & dilectis filiis tuis, quando ſic benigne condeſcendiſti afflictis offenſoribus tuis? Ego igitur hæc conſiderans, pro majori obtinenda certitudine, dixi ei: Numquid, mater, dolor ille vulnerum inflictorum in corpore tuo, amplius perſeverat? At illa: Exaudivit, inquit, Dominus orationes veſtras, licet cum meæ mentis afflictione; & vulnera illa non modo corpus non affligunt, ſed etiam roborant & confortant: & unde prius prodibat afflictio, inde nunc confortatio, etiam me ſentiente, procedit. Hæc tibi, lector, pro continuatione materiæ idcirco in præſentiarum narravi, ut noveris quantâ excellentiâ gratiarum dotata fuit anima hujus almæ virginis: ac ut diſcas, quod cum pro his quæ pertinent ad ſalutem animæ ſuæ, orent etiam peccatores; exaudiuntur ab illo, qui omnes homines ſalvos fieri, & omnium vult ſalutem.

eam impetrat

D

doloris ſenſus ſublato.

E

199 Verum ſi narrare voluerim omnes ſacræ virginis hujus mentales exceſſus, potius mihi tempus deficiet quam ſcribendi materia. Quapropter ad unam feſtino exceſſus hiſtoriam, quæ meo judicio, cetera cuncta, quæ circa hoc narrari queunt, excedit: & ſic, dante Domino, finem huic Capitulo imponemus. Enimvero plenos quaterniones per fratrem Thomam confeſſorem ejus, ſæpe ſuperius nominatum, ſcriptos invenio de excellentia viſionum ejus & revelationibus inauditis quodammodo: & nunc Salvator ipſe, ut videbatur, animam ejus infra proprium latus introducebat, ubi revelabat ei etiam uſque ad myſterium Trinitatis: nunc autem Genitrix glorioſa ipſam, ut apparebat, lacte ſuorum ſacratiſſimorum uberum ſatiabat, & ineffabili replebat dulcedine: nunc Maria Magdalena, cum ipſa familiariſſime converſans pariter & aſſidue, exceſſum mentis, quem in deſerto ſepties in die habuerat, ei communicabat. Et nunc hi tres nominati, ſimul cum ea domeſtice ambulantes & colloquentes, diverſa indicibilia menti ejus ſolatia conferebant: nec deerat apparitio & conſolatio ceterorum Sanctorum, potiſſime Pauli Apoſtoli, quem numquam abſque ſigno magnæ dulcedinis nominavit, Joannis Euangeliſtæ, quandoque B. Dominici, crebro ſancti Thomæ de Aquino, frequenter & in pluribus Agnetis virginis de monte-Politiano, cujus Legendam ipſe conſcripſi ante annos xxv, de qua revelatum eſt huic virgini, quod ſocia ejus eſſet in regno cœlorum, ſicut infra latius, dante Domino, diſſeretur: nec valeo conſcientia mordente, ad ultimæ hiſtoriæ narrationem tranſire, niſi prius præmittam pro utilitate legentium notabiliſſima puncta, quæ ei circa viſiones Pauli Apoſtoli acciderunt.

Variorum Sanctorum apparitionibus recreatur.

F

200 Contigit enim ſemel in feſto converſionis ejuſdem Apoſtoli, virginem hanc mente in tantum excedere; ſpiritumque ipſius tam vehementer trahi ad Superos, quod tribus diebus & tribus noctibus integraliter abſque uſu corporalium ſenſuum permanſit immobilis, ita ut adſtantes quidam eam putarent mortuam vel morituram in brevi: quidam autem magis intelligentes, æſtimarent eam cum Apoſtolo raptam uſque ad tertium cælum. Tandem finito tempore & ſancta illa extaſi terminata, ſpiritus allectus cæleſtibus quæ viderat, tam invite redibat ad vitam corpoream, quod ſtabat virgo quaſi continue dormiens, & in ſimilitudinem debacchati, qui non poteſt à ſomno evigilare, nec tamen perfecte dormit. Rebus autem ſic ſtantibus, Frater Thomas Confeſſor ejus, & quidam

raptum triduanum paſſa.

Frater

A Frater Donatus de Florentia, volentes ire ad viſitandum quemdam notabilem virum ordinis Eremitarum, habitantem in eremo, prius ad domum virginis acceſſerunt, ipſamque reperientes ſacra ſomnolentia plenam, ſpiritu Dei quodammodo madidam, ad excitandum eam dixerunt: Nos volumus ire ad talem virum habitantem in eremo, vis tu venire nobiſcum? At illa, ſicut & ſanctorum & ſervorum Dei dilectrix, quaſi ſomnians, reſpondit quod ſic. Sed mox ut protulit verbum, tantus remorſus conſcientiæ ei de mendacio eſt exortus, quod præ dolore eſt reſtituta ſenſibus corporeis, & toridem diebus & noctibus, quot in raptu ſteterat, inceſſabiliter flevit peccatum illud, dicens contra ſeipſam: O perverſiſſima & nequiſſima omnium mulierum, ſunt hæc illa quæ infinita bonitate ſua tibi iſtis diebus oſtendit Altiſſimus? Sunt hæ veritates quas didiciſti modo in cælis? Eſt hæc doctrina, quam tanta cum dignitate Spiritus ſanctus te docuit, ut ad terram rediens, mentireris? Et tamen bene ſciebas quod cum Fratribus illis ire nolebas: reſpondiſti tamen quod ſic, & mentita es Confeſſoribus tuis, & Patribus animæ tuæ. O nefas, ô iniquitas peſſima. In hoc igitur luctu perſeveravit tempore ſuprascripto, non manducans neque bibens, ſicut prius

B in extaſi eodem tempore & modo perduravit.

201 Perpendisne, lector, divinæ providentiæ ſupermirabiles vias, & modos ſuperlaudabiles? Nam ne magnitudo revelationum noviter habitarum, virginem iſtam extolleret, permiſit eam cadere in illud ſolatioſum mendacium, quia ibi nulla fallendi erat intentio, nec aliter intellexit audiens quam proferens verbum illud: & ſic per humiliationem illam, quaſi per quoddam electi vaſis operculum, id quod dederat, conſervavit: & corpus quod propter ſpiritus elevationem jam quaſi defecerat, quaſi per reditum illius refocillavit. Quamvis enim gaudium ſpiritus redundat in corpus propter hypoſtaticam unionem, nihilominus tamen nimia elevatio ſpiritus, quæ fit in viſione tertii cæli, id eſt, in viſione intellectuali, adeo vegetatione propria privat corpus, quod niſi Deus ſuccurrat novo miraculo, non diu poteſt ſtare corpus, quin diſſolvatur ex toto. Conſtat namq; quod actus intellectionis de ſe nullum corporeum requirit inſtrumentum, niſi ad objectum intelligibile præſentandum: quod ſi de ſpeciali gratia omnipotens Deus tale objectum ſupernaturaliter intellectui repræſentet, mox intellectus propriam in Chriſto perfectio-

C nem inveniens, illi etiam relicto corpore ſe conatur unire. Sed ſuperoptimus diſpenſator hinc intellectum à ſe creatum per ſui luminis revelationem trahit ad ſumma, illinc per alicujus ſtimuli præmiſſionem demergit ad ima, ut ſic tam notitiâ divinæ perfectionis, quam ſuæ defectionis, hinc inde tractus ad medium, inter utrumque volet tutiſſime; & ſic mare iſtud illæſus pertranſiens, ſoſpes ad æternæ vitæ littus & lætus perveniat. Hoc, ut arbitror, volebat Apo-

2Cor,12,7 ſtolus dicere cum ſcribebat Corinthiis: Ne magnitudo revelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, &c; & infra: Nam virtus in infirmitate perficitur, & reliqua. Ad noſtrum autem propoſitum redeuntes, noveris lector bone, quod ea quæ virgo hæc ſancta tunc viderat, nullatenus Confeſſori (ut erat ſolita) retulit: quia ut etiam mihi poſt ipſa tempora dixit, non quiverat vocabula invenire, quæ illa exprimere poſſent: nec fas eſt homini cuiquam locutione humana illa referre, ſicut Apoſtolus ipſe docet: ſed fervor cordis ejus, aſſiduitas orationis, efficacia ejus admonitionis, apertiſſime teſtabatur, ipſam arcana Dei vidiſſe, non communicabilia niſi videntibus.

202 Ceterum alio tempore, ut ipſa ſuo retulit Confeſſori, & ille redegit in ſcriptis, ipſe beatus Apoſtolus apparuerat, eamque monuerat, ut aſſidue abſque intermiſſione orationi vacaret. Quod illâ non ſegniter audiente & opere complente, contigit, quod in vigilia B. Dominici, dum eſſet in eccleſia & oraret, multa de B. Dominico & de aliis ſanctis filiis ejus, revelata ſunt ipſi; erantque revelationes ejus ſeu viſiones tam efficaces & fixæ, quod frequenter etiam dum eas recitaret Confeſſori ſuo, actualiter permanebant: quod puto fuiſſe ei ſignum datum divinitus, ut ſciret quod voluntatis erat divinæ, Confeſſori ſeu Confeſſoribus talia revelari ad aliorum utilitatem. Dum igitur dicta die modicum ante Veſperas revelationibus illis intenderet, caſu intravit eccleſiam quidam frater Bartholomæus Dominici de Senis, nunc ſacræ Theologiæ magiſter, & tunc ſocius Confeſſoris, de quo in omnibus ipſa, ſicut de Confeſſore ſuo, confidebat, & quem in Confeſſoris ſui abſentia eligebat in Confeſſorem. Hunc dum magis mente quam corpore ſenſiſſet appropinquare, ſurrexit mox: & obvians ei, dixit ſe velle cum eo quædam ſecreta conferre. Cumque pariter in eccleſia conſediſſent, & illa referret quæ ſibi tunc actualiter Dominus oſtendebat de B. Dominico, dicens: Ego clarius & perfectius nunc video B. Dominicum quam

E videam vos, & præſentior eſt ipſe mihi quã vos: recitaretque illius excellentiam ſingularem, prout infra dicetur; contigit germanum ejuſdem virginis ſacræ, qui etiam vocabatur Bartholomæus, illac tranſire, unde ad umbram ſeu ſtrepitum tranſeuntis, virgo pauliſper caput & oculos verſus tranſeuntem divertit, ita ut vix diſcerneret ſuum eſſe germanum, & abſq; quacumque mora ad ſtatum priſtinum eſt reverſa; ſed mox prorupit in tantum fletum mentis & corporis, quod ex toto conticuit.

203 Cumque præfatus Frater fletum diutius exſpectaſſet, & tandem rogaret ut proſequeretur quæ cœperat; illa ſingultibus & fletibus occupabatur, in tantum, quod nullum reſponſum ab ea poterat habere. Demum poſt longam moram talia vel ſimilia verba ſingultizans vix protulit: O me infelicem & miſeram, & quis faciet vindictam de iniquitatibus meis? Quis puniet peccatum tam grande? Illo autem petente, quod erat illud peccatum, & ſi erat de novo commiſſum; illa reſpondit: Et nonne vidiſtis hanc iniquiſſimam feminam, dum actualiter ei Deus oſtendebat magnalia ſua, caput & oculos divertentem, ac tranſeuntes reſpicientem? Tunc

F ille: Tu nec momentum, nec vix per inſtans oculos divertiſti, ita quod nec ego de hac diverſione adverti. Et illa: Si ſciretis qualem reprehenſionem fecit de hoc nunc mihi beata Virgo, vos etiam ploraretis peccatum iſtud. Nec locuta eſt amplius de materia viſionis; ſed flens ſtetit donec fecit confeſſionem ſacramentalem, flenſque receſſit ad camerulam domus paternæ, ubi (ut ipſa poſtmodum retulit Confeſſori) B. Paulus ei apparens, eam de perditione illius modiciſſimi temporis, quo caput diverterat, ita dure redarguit; quod affirmabat indubie, ſe malle coram omnibus hominibus in mundo, qui nunc ſunt, ignominioſe confundi, quam ſemel iterum erubeſcentiam illam pati, quam habuit dum eam Apoſtolus reprehendebat. Licet forſitan hæc viſio Pauli alio tempore fuerit, ut in quibuſdam ſcriptis reperi noviter. Quidquid tamen ſit de ordine temporis, iſtud conſtat eſſe veriſſimum, quod beatus Paulus eam de minimi temporis diverſione potius quam perditione, duriſſime reprehendit: de qua reprehenſione habuit confuſionem in mente ſua, quam diximus. Et dicebat poſtmodum Confeſſori: Cogitate quid faciet redargutio Chriſti in extremo judicio, quando unius Apoſtoli ſui reprehenſio, tantam

mihi

AUCT. RAY. MVNDO CONFESS.

exiguum defectum triduo acflet

in raptu S. Dominicum videns

alioq; oculos obiter declectens

reprehenditur à B. Virgine & S. Paulo

AUCTORE RAYMUNDO CONFESSARIO

mihi confusionem fecit. Dixit etiam, quod nisi fuisset visio cujusdam agni dulcissimi & splendidissimi, quem videbat continue dum Apostolus loqueretur sibi, defecisset cor ejus ex toto præ magnitudine confusionis illius. Quapropter tunc cautior & humilior facta, dona grandia sibi data perfecte servavit, & ad potiora ferventius & avidius anhelavit. Hæc duo puncta pro intermisso, tibi lector, in mensa hujus Capituli prius idcirco apposui, quia reputo ea pro addiscenda humilitate, notabilia nimis tam perfectis quam imperfectis.

204 Verum quia B. Dominico me, ut veritatem fatear, miraculose vocante, ejus Ordinem immeritus sum ingressus; ne ingratus inveniar tanto Patri, si ejus gloriam huic virgini revelatam, silendo pertranseam; visionem hujus virginis superius tactam, inferere hic decrevi. Narrat siquidem mihi supradictus Frater Bartholomæus, qui nunc actualiter mecum est, quod dicta die virgo sacra dum sibi loqueretur, asserebat actualiter se videre in imaginaria visione summum & æternum Patrem, de ore suo (ut videbatur) coæternum sibi Filium producentem, qui etiam cum assumpta natura humana ei demonstrabatur aperte. Quod dum attenderet, ex alia parte vidit beatissimum Patriarcham Dominicum ex

prærogativas & gloriam S. Dominici in extasi contemplatur

B ejusdem Patris produci pectore, luce ac splendoribus circumdatum: audivitque ex eodem ore prolatam vocem, quæ verba infrascripta formabat: Ego, dulcissima filia, istos duos filios genui: unum naturaliter generando, alium amabiliter & dulciter adoptando. Cumque illa nimium miraretur de tanta comparatione, & tam alta ipsius Sancti assimilatione, pro admiratione tollenda, taliter verba supradicta fuerunt exposita, per ipsum qui protulerat ea.

205 Sicut hic filius à me naturaliter & æternaliter genitus, assumpta natura humana, in omnibus fuit perfectissime obediens mihi usque ad mortem; sic filius adoptivus meus Dominicus, omnia quæ operatus est ab infantia sua usque ad terminum vitæ suæ, fuerunt regulata secundum obedientiam præceptorum meorum: nec unquam semel fuit transgressus quodcunque præceptum meum, quia virginitatem corporis & animæ illibatam servavit, & gratiam baptismi, quo spiritualiter renatus est, semper conservavit. Et sicut filius naturalis hic, tamquam Verbum æternum oneris mei, locutus est palam mundo, ea quæ imposita sunt ei per me, testimoniumque perhibuit veritati, prout ipse dixit Pilato: Sic filius meus adoptivus Dominicus, veritatem verborum meorum prædicavit palam mundo, tam inter

ejusque cum Christo similitudinem.

C hæreticos quam inter catholicos, & non solum per se ipsum, sed etiam per alios: nec tantum dum vixit, sed & per successores suos, per quos adhuc prædicat & prædicabit. Nam sicut filius meus naturalis misit discipulos suos, sic iste adoptivus misit Fratres suos: unde sicut filius meus naturalis est Verbum meum, sic iste adoptivus est præco & portitor Verbi mei: propter quod ex singulari dono datum est ei & Fratribus ejus intelligere veritatem verborum meorum, & ab ipsa non discedere. Item sicut filius meus naturalis, totam vitam & actus suos, tam doctrinales quam exemplares, ordinavit ad animarum salutem; sic filius meus adoptivus Dominicus, totum studium & conatum suum posuit semper ad liberandum animas tam de laqueo errorum quam de laqueo vitiorum: & ista fuit ejus principalis intentio, quare suum Ordinem inchoavit & irrigavit, pro zelo scilicet animarum. Propter quod dico tibi, quod ipse assimilatur filio meo naturali quodammodo in omnibus actis suis: & ideo tibi nunc ostenditur etiam similitudo corporis ejus, quod habuit multum de similitudine corporis mei sacratissimi filii naturalis & unigeniti. Hæc dum virgo recitaret dicto Fratri Bartholomæo, accidit casus supra diffusius recitatus. Sed nunc veniamus ad ultimam visionem, & finem huic Capitulo imponamus. D

CAPUT VIII.

Vita prolongata sensus dolorum Christi communicatus, mors pro tempore ex vehementia amoris obita, aliquis à sputo sanguinis liberatus.

206 SCire te volo, dilectissime lector, quod abundantia gratiarum simul & revelationum ac apertissimarum visionum, adeo animam hujus sacræ virginis tunc temporis adimplevit ac taliter, quod præ amoris magnitudine cœpit languere totaliter, & facta est languida. Qui languor in tantum excrevit, quod amplius de lecto non surgebat, nec erat ei alia passio, nisi præcise amoris æterni Sponsi, quem quasi amens assidue nominabat, dicens: Dulcissime ac amantissime juvenis, fili Dei. Quandoque addebat, Et Mariæ virginis. Sicque in his cogitationibus inter verba fulcita caritatis floribus, mabat insomnis, & cibo corporeo incibata. At Sponsus qui sanctum illum ignem immiserat, ut vehementer accenderetur, ei quasi assidue apparebat. Sed illa tota quasi flammis amoris accensa, dicebat ei: Cur amplius, superamantissime Domine mi, per istud vile corpusculum me permittis à tuis amplexibus impediri? Ego jam in hac ærumnosa vita, nulla penitus re delector, nihil nisi te quæro, nihil omnino diligo præter te: quia quidquid aliud diligo, præcise diligo propter te. Ut quid ergo propter unum corpus vilissimum privor tua fruitione? Ah clementissime dominorum, educ de carcere hoc animam meam, & libera me de corpore mortis hujus. His & similibus precibus, non sine singultuosis suspiriis, per ipsam expressis, Dominus respondebat: Ego, carissima filia, dum fui apud homines, non meam, sed patris voluntatem curavi perficere: & quamvis, sicut discipulis meis testatus sum, desiderio non parvo desiderarem illud ultimum pascha manducare cum eis, tamen patienter sustinui usque ad præfinitum tempus à Patre. Sic igitur, tu, quamvis summe desideres mecum perfecte uniri, usque tamen ad tempus à me determinatum oportet te patienter expectare.

ex pio amoris languore E

207 Tunc illa: Ex quo hoc placitum non est coram, te, fiat voluntas tua: verum unam, obsecro, petitiunculam meam exaudire digneris, utscilicet hoc in tempore, quo in carne me persistere decrevisti, concedas mihi passiones participare, quas tu pertulisti, usque ad passionem tuam ultimam inclusive: ut ex quo non valeo tibi adhuc in cælo uniri, saltem uniar in terris passionibus tuis. Quod Dominus annuit gratiose: & sicut dixit, ita procul dubio factum est. Nam extunc ita cœpit quotidie amplius experiri, tam in corde quam in corpore passiones Domini Salvatoris, quas olim experta fuerat, ut ipsa mihi secrete retulit. Quod ut clarius pateat, quod mihi circa hoc dicere consueverat, enarrabo. Docebat igitur frequenter me de passionibus Salvatoris, asserens firmiter ipsum ab instanti suæ conceptionis semper portasse crucem in mente, propter excessivum desiderium quod habebat de humana salute. Constat enim, inquiebat, quod mediator Dei & hominum homo Christus Jesus, à primo instanti suæ conceptionis, plenus extitit gratia, sapientia & caritate; nec oportuit quod ipse in talibus proficeret postmodum, qui ab initio perfectus erat. Cum igitur perfectissime diligeret Deum & proximum, videndo

sensum dolorum Christi impetrat: F

quos docet cœpisse ab ipsa conceptione

A videndo Deum privatum honore ſuo, & proximum privatum fine ſuo; ſumme cruciabatur, donec per paſſionem ſuam, & honorem obedientiæ Deo, & Luc.22,15 ſalutem reſtitueret proximo. Nec erat (dicebat ipſa) hujus deſiderii afflictio parva, ſicut illi qui hoc experiuntur, noverunt: imo erat maxima crux. Unde ipſe dicebat in cœna diſcipulis: Deſiderio deſideravi, &c. quod idcirco dixit, quoniam in illa cœna dedit eis arrham ſalutis, quam erat operaturus, antequam manducaret iterum cum eis.

208 Et adducebat ad hoc verba, quæ Salvator dixit orando, ſecundum unam expoſitionem, quam numquam recolo me legiſſe nec audiviſſe, niſi ab ea. Mar.11, 16 Dicebat enim, quod in illis verbis: Pater, transfer calicem hunc à me, &c. viri perfecti & fortes non *atque ut complerentur oraſſe in hortu Chriſtum,* debent intelligere, ſicut debiles timentes mortem, quod Salvator petierit paſſionem à ſe transferri vel amoveri: ſed, quia ſemper biberat à conceptione ſua, & tunc propter propinquitatem temporis cum anxietate bibebat calicem deſiderii ſalutis humanæ, petebat quod cito perficeretur illud, quod tanto tempore cum tanto deſiderio affectabat; ut ſic calix ille, potatus per eum tam diu, modo terminaretur: quod procul dubio non erat petere remotionem paſſionis & mortis, ſed potius acceleration em. Quod ſatis clare ipſe Dominus expreſſerat, cum dixit Judæ: Quod

B Ioa.13,27 facis, fac citius. Verum quamvis prædictus calix deſiderii eſſet ei graviſſimus ad potandum, tamen ſicut obedientiſſimus filius adjungebat; Verumtamen *ſic tamen ut eſſet paratus ferre dilationem,* non mea voluntas, ſed tua fiat: offerens ſe paratum ad ſuſtinendum dilationem deſiderii ſui, quantum placeret Patri: ita quod dum dicebat, Transfer calicem hunc, ſecundum hanc expoſitionem non intelligebatur de calice paſſionis futuræ, ſed de calice paſſionis præſentis & præteritæ.

209 Cum autem ego dicerem, quod communiter, per Doctores, exponentes hunc paſſum, dicitur, quod Salvator mundi hoc fecit tamquam verus homo, cujus ſenſualitas naturaliter timebat mortem; & tamquam caput omnium electorum, tam fragilium qua fortiũ, ut imbecilles non deſperarent, ſi ſentirent ſenſualitatem naturaliter mortem timere; ſicque omnibus daret exemplum. Illa reſpondit: Geſta Salvatoris noſtri ſunt ita pinguia, ſi attente conſiderentur, quod quilibet ſecundũ ſuam conſiderationem invenit in eis partem cibi ſui, ſecundũ quod expedit ſibi vel ſuæ ſaluti. Cum igitur debiles in oratione ipſius inveniant conſolationem ſuæ debilitatis, neceſſe videtur quod etiam fortes & perfecti poſſint in ea invenire ſui roboris confirmationem: quod non fieret niſi per expoſitionem jam dictam. Melius eſt ergo quod multipliciter exponatur, ut omnes participent, quam ſi tantũ uno modo exponeretur pro uno genere ſolum. Hæc audiens ſilui: quia quod replicare, habere non potui, admirans ſapientiam ejus & gratiam.

C 210 Aliam etiam eorumdem verborum expoſitionem inveni, legendo ſcripta Fratris Thomæ primi Confeſſoris ejus, quæ fecit de verbis & geſtis ejus. *ſeque pateretur non exaudiri pro omnibus.* Narrat ſiquidem quod ipſa in quadam abſtractione didicit, quod Salvator triſtitiam & ſudorem ſanguineum paſſus eſt, orationemque illam fecit propter illos, quos prævidebat fructum ſuæ paſſionis non debere participare: ſed quia diligebat juſtitiam, apoſuit conditionem; Verumtamen non mea, ſed tua voluntas fiat: Quam ſi non appoſuiſſet, dicebat ipſa, quod omnes ſalvati fuiſſent. Impoſſibile namque erat, oratione filii Dei fruſtrari ſuo effectu: quod bene concordat cũ verbo Apoſtoli ad Hebræos: Exauditus eſt, inquit, pro ſua reverentia. Quod exponunt Hebr. 5,7 *& dolores fuerint naturaliter intolerabiles:* Doctores communiter de oratione facta in horto.

211 Item dicebat mihi præter hoc & docebat, quod paſſiones, quas in corpore ſuſtinuit filius Dei & hominis pro noſtra ſalute, nullus hominum ferre poſſet, quin ſæpius, ſi eſſet poſſibile, moreretur. Nam ſicut amor, quem gerebat & gerit erga nos, inæſtimabilis eſt: ſic paſſio quæ ſolo amore jubente pariter & cogente portabatur ab eo, inæſtimabilis fuit: & non tantum quantum natura rerum & malitia inferentium potuit facere, ſed etiam multo plus. Quis enim crederet quod ſpinæ perforarent os capitis uſque ad cerebrum? Aut quod oſſa vivi hominis tracta diſjungerentur? Scriptum eſt quippe: Et dinumeraverunt omnia oſſa mea. Sed quia maximus erat amor, propter quem ſolum portabat hæc omnia, maximas etiam adinvenit pœnas, quibus ſe nobis perfectius demonſtraret. Hæc enim fuit una de principalibus cauſis illius paſſionis, demonſtratio ſcilicet perfectiſſimi amoris, quem habet ad nos, qui convenientiori modo non potuit demonſtrari. Etenim clavi non tenuerunt eum in cruce, ſed amor. Nec vires hominum vicerunt eum, ſed ſuus amor vicit. Quomodo autem viciſſent illum, ad cujus unicum verbum omnes ceciderunt in terram?

AUC. RAYMUNDO CONFESS.

212 Hæc & ſimilia per altiſſima & aptiſſima verba virgo prudentiſſima perorabat de paſſione Domini Salvatoris: addebatque fuiſſe ſe in proprio corpuſculo expertam aliquid de qualibet paſſione Domini; quoniam ipſam experiri totaliter, impoſſibile reputabat. Et adjungebat, quod major pœna quam Salvator fuit paſſus in cruce, fuit in pectore, propter diſiunctionem pectoralium oſſium. Ad cujus rei probationem ſive indicium, dicebat ceteros dolores in ſuo corpuſculo pertranſiſſe, illumque tantummodo remanſiſſe. Unde, quamvis quotidie pateretur dolores iliacos & dolores capitis inceſſanter, hunc tamen dolorem vehementiorem eſſe dicebat, quod propter propinquitatem cordis mihi non inveriſimile videbatur, tam de illa quam de ipſo Domino Salvatore. Cum enim oſſa illa videantur naturaliter *maxime circa pectus,* ordinata pro cordis & pulmonis protectione, non poteſt ipſorum diſſipatio fieri abſque cordis maxima paſſione: nec ceſſante miraculo, forſitan in alio poſſet talis violentia fieri abſque morte. Quidquid tamen ſit, ad materiam hujus virginis redeundo, poſtquam hæc paſſio in ejus corpore facta eſt, quæ pluribus diebus duravit, imminutæ ſunt haud dubium vires corporeæ, ipſeque amor cordis fuit multipliciter augmentatus. Experta namque fuerat experimento ſenſibili, quantum eam Salvator ſimul & humanum genus dilexerat, ſuſtinendo tam acerbiſſimam paſſionem: ex quo fiebat in corde ſuo tanta violentia caritativa & amoroſa, quod fas non erat cor illud in ſua integritate manere, quin ſcinderetur ex toto. Sic enim contingit cum vas aliquod continet liquorem magnæ virtutis ſive vigoris virtualiter excellentis, quod ex vi contenti frangitur continens; & virtus arctata, diſſipato arctante, diffunditur; quia non erat inter locum & locatum æqua proportio.

E *quos in ſe experta Catharina,*

F 213 Quid plura? quid amplius immorer? Tanta fuit vis amoris illius, quod cor virginis ſciſſum eſt à *diſrupto corde ad tempus moritur* ſummo uſque deorſum. Hoc eſt, ab una extremitate ad aliam; ſicque fractis venis vitalibus, expiravit ex vehementia divini amoris præciſe, nullaque alia naturali cauſa cogente. Miraris, lector? ſed noveris de hoc plures fuiſſe teſtes & eſſe, qui & quæ in ejus exſpiratione fuerunt præſentes, qui & quæ primo mihi retulerunt hoc, quorum nomina infra ponentur. Tunc ego adhuc hæſitans, ad eam acceſſi, diligenterque inveſtigavi quid ipſa de hoc ſentiret: ac ſupplicavi, ut ipſa mihi ſuper hoc plenarie diceret veritatem. Quæ prorumpens in ſingultuoſos fletus, diutius reſponſione diſtulit mihi dare; tandem poſt aliquantam moram inquit: Nunquid non, Pater, compateremini uni animæ, quæ fuiſſet liberata de carcere

AUCT RAY MUNDO CONFESS.

tenebroſo, & poſt viſam lucem gratiſſimam, iterum recluſa eſſet in tenebris conſuetis? Ego, inquam, miſera illa ſum, cui hoc contigit, Dei providentia ſic diſponente, propter demerita mea. His auditis avidior factus ſum ad indagandum rei tam mirabilis veridicam ſeriem, ipſa narrante: qua ex cauſa ſubintuli: Numquid, Mater, veraciter anima tua ſeparata fuit à corpore. At illa: Tantus fuit ignis divini amoris, & deſiderii uniendi me cum illo quem diligebam, quod ſi cor fuiſſet lapideum ſive ferreum, ſciſſum fuiſſet pariter & apertum. Nihil creatum, ut æſtimo, tantæ potuiſſet eſſe virtutis, quod cor meum integrum contra tantam vim amoris conſervaſſet. Unde teneatis pro certo, quod corpuſculi hujus cor à ſummo uſque deorſum ex pura violentia caritatis ſciſſum eſt, & totum apertum, ita ut videar mihi adhuc illius ſciſſuræ ſtigmata in ipſo corpore ſentire (ex quo poteſtis clare colligere, quod anima fuit totaliter à corpore ſeparata) vidique arcana Dei, quæ non licet loqui cuiquam viatori, quia nec memoria eſt tantæ virtutis, nec vocabula humana poſſunt ſufficere ad ſignificandum tam alta entia convenienter: quidquid enim dicerem, totum eſt lutum reſpectu auri. Hoc tamen mihi remanſit, quia ſemper cum audio de ipſa materia loqui, tam vehementer affligor, conſiderans quantum deſcenderim de illo nobiliſſimo ſtatu ad iſtum viliſſimum, quod non poſſim niſi lacrymis & ſingultibus dolorem meum exprimere.

ex vehementia amoris:

B

quod explicans Confeſſario

214 Hoc cum audiſſem, noſſe cupiens ordinem rei geſtæ particularius, inquam: Obſecro, Mater mea, ex quo alia ſecreta tua mihi revelas, ut iſtud non celes à me, ſed ordinem tam admirabilis rei geſtæ narrare digneris. Ego, inquit, diebus illis, poſt multas viſiones mentales & etiam corporales, poſt innumeras conſolationes mentis receptas à Domino, ejus puro amore cogente, in lectulum decidi languida; ubi non deſinebam orare ipſum, ut me traheret de corpore mortis hujus, ut perfectius poſſem ei uniri. Quod cum pro tunc obtinere non potuiſſem, obtinui tandem ut paſſiones ſuas, quantum mihi erat poſſibile, communicaret: & hæc narravit mihi circa paſſionem Salvatoris, quæ paulo ſuperius latius recitavi. Et poſtmodum addidit: Ex his experientiis paſſionis ejus perpendi lucidius & perfectius, quantum me dilexerat Factor meus: factaque ſum ex amoris augmento languidior, in tantum quod nihil penitus animus meus appeteret, niſi exire de corpore. Quid plura? Ipſo ignem, quem miſerat in cor meum, quotidie amplius accendente; carneum cor defecit, & fortis fuit illa dilectio ſicut mors: ſciſſoque corde ut dixi, anima mea fuit ab hac carne ſoluta: ſed ad tempus nimis, proh dolor! exiguum. Tunc ego: Quanto tempore, Mater, ſtetit abſque corpore anima tua? Et illa: Dicunt funeris mei obſervatrices, quatuor fuiſſe horarum ſpatium inter expirationem & reſurrectionem meam, vicinarumque magnam partem conveniſſe ad conſolandum matrem & ceteros attinentes: ſed anima mea putans ſe æternitatem fuiſſe ingreſſam, de tempore non cogitabat.

C

alterius vitæ præmia & pœnas interea ſpectaſſe ſe aſſerit,

215 Et ego: Quid infra illud ſpatium, Mater mea, vidiſti? Et cur reverſa eſt ad corpus anima tua? Obſecro ne abſcondas à me quidquam. At illa: Noveritis, Pater, quod quidquid in alio inviſibili nobis ſeculo eſt, totum vidit & intellexit anima mea, ſcilicet gloriam Sanctorum & pœnas peccatorum. Sed ut dixi, nec memoria nunc tenet, nec verba ſufficiunt ad totum exprimendum: ſed quantum eſt mihi poſſibile, dicam vobis. Pro certo igitur teneatis, quod anima mea vidit divinam eſſentiam: & hæc eſt cauſa, quare tam impatienter maneo in hoc ergaſtulo corporis: & niſi quia ligarent me amor ejus & amor proximi, propter quem ipſe me remiſit ad corpus, ego præ triſtitia deficerem. Summa vero conſolatio mihi eſt, quando patior aliquid mali: quia ſcio quod per illam paſſionem ego perfectiorem habebo Dei viſionem. Qua ex cauſa non ſolum mihi tribulationes non graves, ſed ſunt etiam delectabiles menti meæ, prout poteſtis perpendere quotidie vos & alii, qui converſamini mecum. Vidi etiam pœnas tam damnatorum quam illorum qui ſunt in purgatorio, quæ nullis vocabulis poſſunt dici perfecte. Et ſi miſerrimi homines viderent unam minimam illarum pœnarum, potius eligerent decem mortes corporeas, ſi eſſet poſſibile, quam illam minimam pœnam portare per diem. Singulariter autem vidi puniri eos, qui peccaverunt in matrimonio, non ſervando ipſum ſicut debebant, ſed quæſierunt delectationes concupiſcentiæ ſuæ. Me autem petente, cur illud peccatum, quod gravius ceteris non erat, tam graviter puniebatur: reſpondit, quia de illo non habuerunt tantam conſcientiam, conſequenter nec tantam contritionem, quantam habuerant de aliis: & etiam frequentius ac pluries offenderant in illo peccato, quam in aliis. Et ſubjunxit: Nimis periculoſa eſt illa culpa, quam committens non curat removere per pœnitentiam à ſe, quantumcunque ſit parva.

D

E

& vitæ reſtitutam ob ſalutem proximorum,

216 Poſt hæc incepta proſequens, inquit: Dum omnia hæc anima mea conſpiceret, æternus quem plene poſſidere credebã, Sponſus ait animæ meæ: Vides quanta gloria privantur, quantaque pœna puniuntur, qui me offendunt? Redeas igitur, & oſtende eis errorem eorum pariter & periculum atque damnum. Cumque reditum hunc anima mea nimis horreret, addidit Dominus: Multarum animarum ſalus requirit ut redeas, nec amplius modum vivendi tenebis, quem tenuiſti huc uſque, nec cellam pro habitaculo habebis de cetero; quin potius & urbem te propriam egredi oportebit pro animarũ ſalute. Ego autem ſemper tecum ero, & ducam & reducam: portabiſque nominis mei honorem & ſpiritalia documenta coram parvis & magnis, tam laicis quam clericis & religioſis: ego enim tibi dabo os & ſapientiam, cui nullus reſiſtere poterit. Adducam etiam te coram Pontificibus & Rectoribus Eccleſiarũ ac populi Chriſtiani, ut conſueto meo modo, per infirma fortiorum confundã ſuperbiam. Hæc & ſimilia dum ſpiritaliter ſive intellectualiter loqueretur animæ meæ, modo (quem ignoro) imperceptibili, ſe invenit ſubito reductam ad corpus. Quod cum ipſa anima mea primo perpenderet, dolore intolerabili ſauciata eſt adeo, ut tribus diebus & totidem noctibus in continuis & aſſiduis fuerim fletibus, nec eſt poſſibile ab eiſdem me fletibus abſtinere, quandocunque mihi hæc ad memoriã reducuntur. Nec eſt mirum, Pater; imo potius mirum eſt, quia cor meum iterum dolore non frangitur omni die, conſiderata excellentia tantæ gloriæ, quam tunc quidem poſſidebam, ſed nunc longe, proh dolor à me facta eſt. Totum autem mihi accidit propter proximorum ſalutem. Nullus igitur admiretur, ſi exceſſive diligo illos & illas, quos & quas commonefacere, ac à malis ad bonum convertere mihi conceſſit Altiſſimus, quia non parvo pretio emi ipſos: propter eos enim anathema facta ſum à Domino, & à gloria ejus ſuſpenſa per tempus mihi adhuc incertum. Propter quod, ſicut dicebat B. Paulus, ipſi ſunt gloria mea, & corona mea, & gaudium meum. Hoc, inquit, dico vobis ad removendum de corde veſtro paſſionẽ, quam quidã patiuntur, murmurantes quod ita domeſtica omnibus facta ſum.

F

quos ut caro emptos vehementiſſime diligit.

Phil. 4, 1

217 His auditis & intellectis juxta gratiam mihi datam, perpendi conferendo in corde meo, quod propter

A propter moderni temporis cæcitatem & incredulitatem hominum ſeipſos amantium, non eſſent hæc omnibus propalanda. Qua de cauſa prohibui Fratribus & Sororibus meis, quod ipſa vivente nullatenus talia divulgarent. Perpendi etiam aliquos, qui prius ejus monita ſequebantur, hoc audito abire retrorſum, quia non poterant capere verbum. Verum ex quo nunc in paradiſum, non reditura uſque ad generalem reſurrectionem, eſt jam rapta, & curſum hujus vitæ fragilis terminavit; neceſſitatum me putavi & puto ad hoc revelandum, ne divinæ pietatis donum, & tam ingens tamque apertum miraculum, mea ex negligentia occultetur. Porro ut cernas, lector, quam clare divina virtus ita fuiſſe oſtenderit, noveris quod appropinquante hora expirationis prædictæ, per adſtantes feminas ejus ſocias & in Domino filias, Confeſſor ejus Frater Thomas dictus de Fonte, ſæpe ſuperius nominatus, vocatus eſt ut migranti ſecundū morem adſtaret, & precibus migrantē animā Domino commendaret. Qui aſſumpto ſecum quodam Fratre, qui vocatur Frater Thomas Antonii, concitus venit, & dolenter adſtitit orans. Quod dum ſenſiſſet alter Frater, qui vocatur Frater Bartholomæus Montucii, aſſumpto ſecum Fratre Ioanne Converſo de Senis, qui nunc actualiter eſt in urbe, feſtine venit & ipſe. Hi quatuor Fratres, qui omnes ſuperſunt adhuc & vivunt, virgini ſacræ migranti nimium dolentes adſtabant.

mors prædicta teſtibus comprobatur,

B

218 Sed dum expiraſſet, dictus Frater Joannes Converſus, tanto eſt cordis dolore perculſus, quod ex violentia fletus & eiulatus, vena ſibi pectoris fracta eſt, & ex toto aperta; in tantum quod cogente tuſſi, ut talibus accidit, frequentes & magnos coagulati ſanguinis cumulos per proprium os emitteret, & ſuffocationē cordis aut incurabilis infirmitatis detrimentū veriſimiliter formidaret. Additur ergo dolor dolori adſtantium: & qui virginem deplorabant defunctam, Fratrem in brevi moriturum, coacti ſunt ſimul flere. Dum autē hæc agerentur, Frater Thomas Confeſſor virginis, magna cum fide dicto Fratri Ioanni dixit: Conſtat mihi hanc virginem magni eſſe meriti apud Deum: apponas igitur manus corporis ejus ſacri ſuper locum tuæ tam horribilis paſſionis, & indubitanter curaberis. Quod cum ille, cunctis qui adſtabant cernentibus, perfeciſſet; mox ita plene curatus eſt, ac ſi numquam illa paſſione fuiſſet gravatus. Hæc dictus Frater Ioannes adhuc cunctis audire volentibus recitat, & cum expedit etiam juramento confirmat. Ceterum præter Fratres ſuperius nominatos, expirationi prædictæ præſens fuit quædam ſocia ejus, ſimul etiam in Domino filia, quæ vocabatur Alexia; & ut firmiter puto, jam cum ea vivit in cœlis; parvo enim tempore poſt ejus tranſitum ſupervixit. Defunctam autem ipſam virginē pene omnes convicinæ viderunt, & magis utriuſque ſexus notorum caterva, quæ ut moris eſt, in tali caſu concurrerat: nec alicui ex ipſis poterat eſſe dubium, quin totaliter ex hac luce migraſſet. Porro ſuſpenſionis ſeu elevationis corporeæ, ſupra circa principium hujus Capituli recitatæ, teſtes fuerunt quædam Sorores de pœnitentia B. Dominici, nomine Catharina, filia quondam Thecci de Senis, quæ diu comes ejus individua fuit; &, niſi me fallat memoria, Lyſa cognata ejus, quæ adhuc ſupervivit, & Alexia ſuperius nominata.

quorum unus ad contactum defunctæ ſputo ſanguinis liberatur,

C

CAPUT IX.

Inſignia miſericordiæ ſpiritualis miracula proximis per S. Catharinam impenſa.

CAP. VII 219 INdubitatum apud te omnino, lector, eſſe cupio, quod ſi præciſe illa recitare velim mi-

racula, quæ per hanc ſacram virginem operatus eſt Dominus, poſtquam ejus notitiam merui, ex quibus majorem partem percepi propriis ſenſibus, non modo unum Capitulum, ſed per me plura conficienda forent volumina. Verum ut legentibus non inferam tædium, ad unius Capituli methodum, quantum valui, multa reduxi: ut ex his quæ videris, judices qualia ſint, quæ brevitatis cauſa nunc ſilendo pertranſeo. Porro quia quantum ſpiritus corpus, tantum miracula ſpiritualia illa, quæ circa corpus ſunt, antecedunt; ideo prius ea quæ circa liberationem animarum per ipſam operatus eſt Dominus, decrevi deſcribere, ac conſequenter ea quæ corporibus ſalubria fuerunt proximorum. In ſcribendo autem hæc, quamvis ordinem temporis, quantum mihi fas eſt, obſervem; omnino tamen obſervare non valeo, quia propter diſtinctionem jam dictam, miraculum per ipſam circa liberationem ſpiritus patratum noviſſimo tempore, me prius recitare oportet, quam corporale miraculum primis temporibus operatum, ut digniora minus digna præcedant ordine ſuo recto. Inſuper licet hunc ordinem ſervare intendam, in qualibet tamen diſtinctione, quantum ſcivero, temporis ordinem ſervare conabor. Sane iſtorum miraculorum, & potiſſime ſpiritualium, quædam fuerunt ita ignota hominibus & ſecreta, quod teſtem non habent alium, niſi ejus revelationem mihi vel alteri factam; quamvis non ſint abſque ſignis patentibus, quæ fidelibus & devotis ſatisfaciunt ad credendum.

AUCT. RAY MUNDO CONFESS.

Aggreditur auctor narrare miracula primum ſpiritualia;

E

220 Scire igitur te volo, peroptime lector, quod Iacobus hujus ſacræ virginis genitor naturalis, poſtquam, ut in prima parte tactum eſt, comperit filiam omnipotenti Domino cordialiter deſervire, ſemper eam reverenter & amoroſe tractavit; mandans aſſidue omnibus de familia, ne aliquis eſſet auſus Catharinæ virgini natæ ſuæ præſtare quodcumque impedimentum faciendi quæcumque vellet. Quamobrem caritas magis ac magis augebatur quotidie inter patrem & filiam, illaque ſalutem patris aſſidue Domino precibus commendabat, & ille de virtutibus filiæ in Domino exultabat, nec non & ſalutem ſe apud Deum conſecuturum meritis & orationibus ejus ſperabat. Inter hæc autem completi ſunt dies hujus tranſitoriæ vitæ Iacobi, deciditque in lectulum gravatus ægritudine corporali. Quod ut filia comperit mox ad conſuetum orationis recurrit confugium, Sponſumque ſuum pro ſalute patris oravit. Cui oranti reſponſum eſt, terminum vitæ corporeæ Iacobi adveniſſe, nec ei expedire quod amplius differretur. Tunc illa perſonaliter viſitans genitorem, & diſpoſitionem mentis ejus diligenter examinans, reperit animum ejus promptum ad tranſitum, nec hujus vitæ cupidine detineri: de quo immenſas gratias ſuo retulit Salvatori.

Iacobo patre ægrotante

F

& mori paratō,

221 Sed nec adhuc de hoc dono contenta, iterum totum collegit ſpiritum ad Dominum exorandum, ut ex quo genitori & nutritori ſuo tantam contulit gratiam, quod libenter abſque culpa ex hac vita migrabat; velut fons omnium gratiarum, aliam addere dignaretur, ut ſcilicet abſq; pœnis purgatorii ad gloriam evolaret. Cui reſponſum eſt, neceſſarium eſſe quod juſtitia ſaltem in aliquo ſervaretur: nec eſſe poſſibile, quod anima non perfecte purgata, ſplendorem tantæ gloriæ poſſideret. Quamvis enim genitor tuus, inquiebat Dominus, inter ceteros matrimonii ſtatum tenentes fuerit bonæ vitæ, pluraque fecerit mihi grata, & ſingulariter quæ operatus eſt erga te: fieri tamen non poteſt, ſalva juſtitia, quin anima ejus ſalva fiat per ignem, propter terrenæ converſationis pulverem habituatum & induratum in anima ejus. At illa: Superamantiſſime Domine, quo pacto po-

orat filia ut ſine purgatorio ad cœlū tranſeat,

AUCT. RAYMUNDO CONFESS.

tero ſuſtinere, quod anima illius, qui te concedente, me genuit, & tam diligenter nutrivit ac educavit, & tantas conſolationes mihi fecit in vita ſua, quomodolibet ignibus illis atrociſſimis affligatur? Ergo te per omnes bonitates tuas adjuro & obſecro, ut animam illam egredi de corpore non permittas, niſi uno modo vel alio ſit ita perfecte purgata, quod igne purgatorii nullo modo indigeat. Mira res! obediente Domino Deo quodammodo voci hominis atque voto, defecerunt ex toto vires corporeæ Jacobi, nec tamen anima corpus reliquit, quouſque fuit ſancta & pia diſceptatio terminata, quæ diu duravit, Domino allegante juſtitiam, & virgine flagitante gratiam. Tandem poſt multa virgo ſubjunxit: Si non poteſt hæc gratia fieri, niſi ſervetur aliqualis juſtitia, fiat tunc illa juſtitia ſuper me, quia pro genitore meo parata ſum omnem pœnam, quam tua decrevit bonitas, ſuſtinere. Quod Dominus annuens, inquit: Ecce ob amorem, quem in me totaliter poſuiſti, acceptavi tuam petitionem, & animam tui naturalis patris immunem reddam à pœnis ſimpliciter & ex toto. Sed tu pro ipſo pœnam, quam tibi dedero, quouſque vixeris, ſuſtinebis. Quod illa gaudenter ſuſcipiens, ait: Optimus, Domine, ſermo tuus: fiat ſicut imperaſti.

ſeque pro eo ſatisfacturã offert:

B

quare graviſſimis per totam vitam doloribus affligitur,

222 Poſt hæc ad patris lectulum, qui laborabat in extremis, acceſſit: & confortans eum, de perfecta ſalute pro parte Altiſſimi, mirabiliter ipſum lætificavit: nec inde abſceſſit, quouſque vidit ipſum ex toto migraſſe. Quid plura? Illius anima egrediente de corpore, in eodem inſtanti apprehenderunt virginem dolores iliaci, qui nunquam uſque ad terminum vitæ ejus diſceſſerunt; nec unquam fuit ſpatium aliquod temporis, in quo dolores illos aliqualiter non ſentiret; ſicut tam ipſa quam aſſiſtentes ei, mihi centies ſunt teſtatæ, ac manifeſta ſigna doloris mihi & ceteris ſecum converſantibus patentiſſime oſtendebat. Sed virtus patientiæ ejus, non æquabatur doloribus, ſicut infra, dante Domino, patefiet, imo ipſos incomparabiliter excedebat. Hæc autem omnia ſupra ſcripta mihi ſecrete retulit virgo ipſa, dum ego doloribus ejus ſupradictis compatiens, cauſam exquirerem tanti morbi. Sed hæc non debeo ſubticere,

latatur tamen in obitu patris.

quod illo expirante, virgo ſancta magnam modeſti riſus jucunditatem oſtendit, dicens: Benedictus Dominus, utinam eſſem ego ſicut vos: nec potuit, aliis flentibus, niſi lætitiam & jucunditatẽ oſtendere per

C

totum tempus quo fuerunt funeralia celebrata. Conſolabaturque matrem ac ceteros, ac ſi ad eam nihil de illo funere pertineret. Viderat enim, animam illam egredientem de tenebris corporalibus, mox æternam lucem ingredi abſque dilatione, ex quo indicibili gaudio repiebatur, potiſſime, quia non multo tempore ante, ipſa fuerat experta, quid eſſet ingredi lucem illam, prout in ſuperiori Capitulo eſt dictum. Dolores autem illos gaudenter accepit, quia noverat eos ſibi ad culmen gloriæ illius præfuturos.

cujus anima ei ſe conſpiciendam præbet.

223 Videſne, lector, divina providentia quam fuit ſapientiſſime hic operata? Poterat haud dubium animam illam multis modis purgare, & ad ingreſſum gloriæ habilem reddere, ſicut de facto fecit animam latronis ipſum confitentis in cruce: ſed noluit abſque pœna corporis virginis hoc petentis, non in malum, ſed in augmentum boni ſpiritalis ejuſdem virginis. Dignum quippe fuit, quod virgo quæ tanta caritate diligebat animam patris, de ipſa caritate aliquid lucraretur: & ſicut ipſa plus dilexit ſalutem animæ illius quam corporis, ſic & ipſa per pœnam corporis ſalutem animæ propriæ cumularet. Propter quod ipſa ſemper dolores illos vocabat dulces: nec abs re, ſciebat enim ex doloribus illis dulcedinem gratiæ hic merentis, & gloriæ in futurum præmiantis, ſibi ſemper augeri: unde non niſi dulces poterat nominare. Narravit mihi ſecrete ſancta hæc virgo, quod per longum tempus poſt obitum dicti Jacobi, ſpiritus ejus ſcilicet Jacobi, quaſi aſſidue ſe ſibi præſentabat, gratias agendo de gratia, quam ipſa mediante receperat, & multa ſibi ſecreta revelando, ac ſupra inſidiis inimici eã permonendo, nec non ipſam à malis omnibus cuſtodiendo.

D

224 Ceterũ audiſti hæc de anima juſti: attende nunc obſecro, quid acciderit de anima peccatoris. a Erat tunc temporis, ſcilicet anno Domini MCCCLXX, in civitate Senenſi civis quidam, vocatus Andreas Naddini, dives quidem tranſitoriis & extrinſecis rebus, ſed bonis permanentibus & intrinſecis ex toto privatus; nullo Dei timore vel amore fulcitus, omnium quaſi detinebatur vinculo peccatorum ac vitiorum: ludo etiam taxillorum totaliter deditus, Dei & ſanctorum erat blaſphemus aſſiduus, & deteſtabilis nimium. Hic anno jam dicto, qui ætatis ſuæ quadrageſimus erat, menſe Decembri, gravi corporis morbo arreptus, in lectum decidit; & deficiente medicorum auxilio, ad utriuſque hominis mortem, juxta cor ſuum impœnitens, propinquabat. Hoc ſentiens proprius ejus Sacerdos, acceſſit eum, monuitque ipſum, ut ante vitæ corporeæ terminum, pœnitentiam ageret de commiſſis, & domui ſuæ diſponeret juxta morem. At ille, qui nec eccleſiarum viſitator, nec ſacerdotum fuerat ullo tempore vitæ ſuæ devotus, & monentem & monita ex toto contempſit. Quod uxor ejus & conſanguinei attendentes, zelo ſalutis ejus moti, plures utriuſque ſexus religioſas perſonas & Deo devotas accerſierunt, ut obſtinatũ ejus animum immutarent. Sed ille nec minis æternorum incendiorum, nec blanditiis divinæ miſericordiæ, ad confitendum peccata ſua potuit quomodolibet flecti per quemcunque monentem: deſcendebatque ad inferos, nihil ſecum portans niſi peccata. Hoc iterum cum dolore proſpiciens ejus Sacerdos Curatus, timens de morte propinqua, matutinali hora iterum acceſſit ad eum, prima repetens monita, & plura ſubjungens. Verum miſellus ille ita ultimo ſicut primo, & loquentem & verba deſpexit. Quid plura? Impœnitentia finali detentus, peccatum in Spiritum ſanctum, quod in neutro ſeculo dimittitur, continue committebat, & ſic ad cruciatus interminabiles juſtiſſime deſcendebat.

à De peccatorum agrotantium

atque obſtinati

225 Fiunt hæc nota Fratri Thomæ virginis Confeſſori, ſæpe ſuperius nominato, qui damnationi hominis illius compatiens, feſtinus ad ipſius virginis domum acceſſit, intendens eam per viam tam obedientiæ quam caritatis arctare, ut orare non deſineret Dominum, quod infelici animæ illi dignaretur miſericorditer ſuccurrere, ne in æternum periret. Sed cum perveniſſet ad domum, invenit virginem abſtractam à ſenſibus, nec fuit fas ipſam à ſuis intimis contemplationibus pro tunc revocare. Quamobrem non valens eam alloqui, nec propter ſupervenientem noctem diutius expectare, cuidam ſociæ virginis, quæ Catharina etiam dicebatur & dicitur (adhuc enim vivit) ſtricte mandavit, quatenus cum virgo Domini ſenſus rediſſet ad proprios, ei flebilem caſum & intentionem ſuam plenius explicaret. Quod illa humiliter ſuſcipiens, promiſerat mandatum ſe impleturam apud virginem, ſicut & fecit. Virgine ſiquidem ſacra uſque ad quintam horam noctis in ſuis contemplationibus perdurante, mox cum rediit ad ſenſus corporeos exteriores, Catharina Catharinæ retulit quidquid ei Confeſſor mandaverat; & per ſanctam obedientiam ei impoſuit, ut animam illam omni cum inſtantia Domino commendaret. Quod illa percipiens, caritatis igne ac compaſſionis tota ſuccenſa, ad deprecandum Dominum ſtatim revertitur, & clamat validiſſimis mentis vocibus coram eo, dicens

periculo monita Catharina,

F

proxi-

A proximum ſuum, concivem & fratrem ſuum, redemptum quoque tanti ſanguinis pretio, nullatenus permittere ſe perire.

exorato multis precibus Chriſto,

226 Cui reſpondit Dominus, Iniquitates illius uſque ad cælum jam aſcendiſſe, ſicut blaſphemi horribilis. Non enim, inquiebat Dominus, tantum ore me blaſphemavit ac Sanctos meos, quinimo tabulam, ubi erat imago mea, matris meæ ſanctiſſimæ, ac aliorum Sanctorum meorum, projecit in ignem. Dignum eſt ergo quod æternis ignibus comburatur. Sine, cariſſima, eum, quia dignus eſt morte. At illa cum lacrymis ad pedes ſui Sponſi dulciſſimi provoluta, dicebat: Si tu, amantiſſime Domine, iniquitates noſtras volueris obſervare, quis ætetnam damnationem evadet? Numquid propter hoc in uterum Virginis deſcendiſti, mortiſque crudeliſſimæ ſupplicium pertuliſti, ut iniquitates noſtras obſervando punires, an potius ut deleres? Quid mihi narras peccata perditi hominis, qui cuncta crimina ſuper ſanctiſſimos humeros tuos portaſti? An forſitan veni diſputare tecum de illius juſtitia & non tuam miſericordiam petitura? Recordare, Domine, quid dixeris mihi, quando pro animarum ſalute me poſitam expreſſiſti. Ego refrigerium aliud hic non habeo,

B niſi videre proximos meos converti ad te: ac propter hoc tantum, abſentiam tui patienter ſuſtineo. Si mihi hoc gaudium non præſtiteris, quid ſum infelix factura? Non me repellas, clementiſſime Domine. Redde mihi fratrem meum, qui eſt in barathro cordis obſtinati abſorptus. Quid verba multiplicem? A quinta hora noctis uſque ad auroram ſtans inſomnis, & lacrymis plena, pro illius animæ ſalute cum Domino diſputavit; Domino allegante graviſſima & multa illius crimina, de quibus juſtitia petebat vindictam; & virgine adducente miſericordiam ejus, qua fuerat incarnatus & paſſus, nec non & promiſſionem ſibi factam per eum de multarum animarum ſalute. Vicit autem tandem miſericordia opera Domini, & juſtitiam fons miſericordiæ indeficiens. Et inquit virgini; Dulciſſima filia, ecce ſuſcepi faciem tuam, eumque pro quo tam ferventer poſtulas, mox convertam.

finalē ei pœnitentiam impetrat

227 Eadem hora Andreæ decumbenti apparuit Dominus, dicens: Cur, cariſſime, offenſas quas contra me feciſti, non vis confiteri? Confitearis omnino, quia paratus ſum liberaliter tibi remittere culpas tuas. Ad quam vocem obſtinatum cor mollificatum nimium eſt, adeo quod voce magna clamavit ad ſervientes ſibi: Mittite pro adducendo Sacerdote, quia

C volo confiteri peccata mea: nam video Jeſum Chriſtum Dominum & Salvatorem, qui monet me ut peccata mea confitear. Quod adſtantes lætanter percipientes, feſtine pro Sacerdote miſerunt. Quo veniente, peccator perfecte confeſſus eſt, & cum magno dolore cordis; teſtamentumque ſuum completiſſime ordinavit, ac cum magna contritione ſimul & devotione hac ex luce migravit ad Dominum. O ineffabilis miſericordiæ pater, quam immenſæ ſunt clementiæ tuæ, quam profundæ providentiæ tuæ, & nequaquam à nobis inveſtigabiles viæ tuæ! Permiſiſti hominem illum in peccatis ſuis indurari uſque ad ultimum, nec aliquam videbaris ejus curam habere: procurabas tamen continue, ut eum curares. Accedebant ſervi & ancillæ tuæ ad eum, nec quidquam ſalutis videbantur offerre: immiſiſti in cor Confeſſoris hujus virginis ſacræ ut eam arctaret; cor autem virgineum accendiſti, ut invincibilem te vincere conaretur humilibus lacrymis, ac omnipotentiam tuam ligare quodammodo videretur. Et quis illi hanc accenſi cordis præbuit audaciam, niſi tu? Quis ei compaſſionis fraternæ ignem miſit in mentem? Quis conferebat lacrymas illas, tuam clementiam inclinantes? Quis, inquam, alius quam tu? Erigebas ſponſam tuam ad te, ut ipſa inclinaret te ad ſe. Tua hæc ſunt, Jeſu Chriſte, opera, qui Sanctos tuos ita glorificas. Tu hanc virginem ſacram ſponſam, ut oſtenderes quanti meriti apud te eſſet, ignoti ei hominis, licet concivis & Chriſtiani, periculum oſtendiſti; cui nullo alio mediante ſuccurrere voluiſti, niſi quam prælegeras, ſponſa pro illo intercederet apud te. Quis ergo non debet tibi amoris glutino copulari? Vidiſti, lector, magnas miſericordias Dei noſtri in peccatore uno, merito hujus virginis liberato. Sed attende majores in duobus quodāmodo jam dānatis. AUC. RAYMUNDO CONFESS.

& Latrones duos impœnitentes inter ſupplicia conſpiciens,

228 Accidit in dicta civitate Senenſi illo in tempore, duos famoſos malefactores, per Præſidem juſtitiæ captos, propter maleficiorum ſuorum enormitatem, morti duriſſimæ deputari. Poſiti enim ſunt ſuper currus ligati ad palos, & carnifices forficibus ignitis ſive tenaculis corpora ipſorum, nunc in uno membro nunc in alio, aduſtionis violentia vulnerabant. Hi nec in carcere, nec poſtquam inde ſunt pro morte illa ſuſtinenda educti, potuerunt per quemquam induci ut pœnitentiam agerent de commiſſis, nec ad confitendum peccata ſacramentaliter cuiquam Sacerdoti: imo, dum ſecundum morem ducebantur per civitatem ad aliorum terrorem, non ſe commendabant orationibus fidelium, quin potius Deum & Sanctos apertis vocibus blaſphemabant: ſicque de temporalibus pœnis & igne, ad perpetuum E ignem ac interminabiles pœnas miſeri trahebantur. Porro æterna illa bonitas, quæ neminem vult perire, & quæ non punit bis in idipſum, per ſacrā virginem ſponſam ſuam ſibi dilectā cogitavit miſeras animas illas de inferni voragine liberare. Contigit enim, divina providentia diſpenſante, ſacram virginem illa die, pro ampliori ſua quiete, domum cujuſdam ſuæ filiæ in Domino ac ſociæ acceſſiſſe, quæ Alexia dicebatur, & nunc cum ea regnat in cœlis. Hujus domus erat ſita in una de viis civitatis ejuſdem, per quam hujuſmodi damnati homines pertranſire ſolebant. Cumque mane illo Alexia tumultuantium turbarum ſtrepitum ſentiret ab extra, mox ad feneſtrā accedens, & de ipſa ſuſpiciens, miſeros illos parumper procul eſt intuita in curribus venientes, qui modo ſupradicto à carnificibus urebantur. Feſtinaque acceſſit ad virginem, dicens: O mater mea, quanta compaſſio nunc ante oſtium domus noſtræ? Duo, inquit, viri damnati ad forfices, in curribus tranſducuntur.

F

pro eorum converſione orat,

229 Quo audito, ſacra virgo, non curioſitate, ſed compaſſione ducta, ad feneſtram prædictam acceſſit, viſiſque miſeris illis, in ictu quaſi oculi retroceſſit, & ad orationem confugit: vidit enim, ſicut mihi ſecrete confeſſa eſt, in circuitu cujuſlibet illorum ingentem malignorum ſpirituum turbationem, qui mentes eorum interius longe plus incendebant, quam carnifices carnem exterius. Quamobrem duplici compaſſione commota, ad orationis refugium feſtina recurrit, per quam Sponſi ſui pietatem non minus feſtinanter urgeret, ut pereuntibus illis ſuccurreret animabus. Ha, inquiebat, clementiſſime Domine, ut quid creaturam tuam, ad imaginem & ſimilitudinem tuam formatam, tuo quoque pretioſiſſimo ſanguine redemptam clementer, ita contemnis, ut ſupra tantā afflictionem corpoream, tam crudeliter tamq; damnabiliter à ſpiritibus vexentur immundis? Tu latronem illum qui tecum fuerat crucifixus, quāvis digna factis reciperet, tā abundanter illuminaſti, quod Apoſtolis dubitantibus, ipſe te clare confeſſus eſt in patibulo, & audire meruit vocē illā, Hodie mecum eris in paradiſo: & ut quod hoc, niſi ut ei ſimilibus ſpem veniæ largireris? Tu Petrum te negantem non deſpexiſti, ſed miſericorditer reſpexiſti: tu Mariam peccatricem non contempſiſti, ſed ipſam ad te traxiſti: tu nec publicanum

AUC. RAYMUNDO CONFESS. *eoſque in Spiritu comitatur,*

Matthæum, nec Cananæam, nec principem publicanorum Zacchæum à te repulisti, quin imo ad te vocasti. Per omnes igitur misericordias tuas te obsecro, ut animabus illis festine succurras. Quid amplius immorer? Traxit volentem trahi, & patentem misericordiæ fontem ad misellos illos mirabiliter declinavit: nam concessa est ei gratia, quod in spiritu iret cum eis, & sociavit eos continue usque ad portã civitatis, plorans semper pro eis & orans, ut emollirentur & converterentur corda ipsorum. Quod videntes dæmones, clare clamabant contra ipsam, dicẽtes: Nisi desistas, operabimur quod spiritus eorum & nos cum eis, vexando faciemus te dæmoniacam. Quibus illa: Quidquid Deus vult, hoc ego volo; non desistam propter hoc ab incepto.

& ab ipso Christo apparente animatos

230 Cum autem essent in porta civitatis, apparuit miselli Salvator supermisericors, totus vulneratus, sanguine undique fluente, ipsos ad conversionem invitans, veniamque promittens; sicque radius divinæ lucis intravit corda illorum, petiveruntque cum magna instantia Sacerdotem, & peccata sua cum contritione non modica sunt confessi. Post quod blasphemias mutaverunt in laudem, semetipsos etiam continue accusantes, & dignos se pœnis illis & majoribus proclamantes, lætantissimi processerunt ad mortem, ac si fuissent ad epulas invitati. Carnificibus autem ipsos urentibus, sicut solebant primitus blasphemare, ita nunc laudes ingeminant Salvatori, seq; per illas pœnas ad æternam gloriam clamitant fiducialiter perventuros, magnamque secum misericordiam fieri mediantibus pœnis illis. Hæc dum adstantes considerant, nimio arripiuntur stupore de tanta mutatione; ita ut etiam ipsi carnifices dulcescant in corde, nec audeant addere vulnera, videntes tantam devotionem. Nullus autem noverat unde mutatio hæc dexteræ Salvatoris excelsi provenerat, aut quis pro animabus illis tam induratis ad

pieque mortuos

Deum interces sisset. Verum Sacerdos quidam devotus, qui eos associabat, ut eos reduceret ab obstinatione tam dura hæc omnia postmodum juravit Fratri Thomæ Confessori virginis hujus sacræ, qui à dicta Alexia inquirens, invenit quod illa hora, qua virgo sacra suam terminavit orationem, & ad sensus reversa est, illi spiritum emiserunt. Quod & perfectius postea scivit ab ipsa virgine in secretis: quæ cuncta supra narrata recitavit ei per ordinẽ, sicut in scriptis fratris Thomæ inveni. Ubi ad hoc adjungitur, quod per aliquot dies post obitum dictorum malefactorum, audita est per socias virgo sacra dicere dũ

C

ex purgatorio liberat

oraret, Gratias tibi, Domine, quia liberasti eos de secundo carcere. Quod cum dictus frater Thomas percepisset, petivit ab ea, quid sibi hoc voluisset. Quæ respondit, illorum latronum animas jam esse in gloria paradisi. Quamvis enim ad purgatorium trãsiviss ent cum migraverunt, ipsa tunc tamen impetravit eorum ex toto liberationem.

miraculo pra mortuorum ſuſcitatione æſtimando.

231 Hæc forsitan, quoniam invisibiliter fiunt, tibi, lector, modica videntur: sed si Augustini & Gregorii scruteris sententias, invenies majus hoc fuisse miraculum, quam si post mortem hi fuissent resuscitati. Et ut verbo utar Gregorii, In resurrectione corporea fuisset caro resuscitata iterum moritura, in hac autem resuscitata est anima in æternum victura. Item, In resurrectione corporis nullum habet obstaculum divina potentia: in resurrectione vero animæ, propter legem liberi arbitrii datam, obstaculum quodammodo patitur, quoniam ille potest nolle converti: propter quod dicitur, quod conversio peccatoris etiam creationem mundi excedit in ostensione divinæ potentiæ. Prædicatur, nec immerito, de S. Martino, quod in virtute Trinitatis deificæ, meruit fieri trium mortuorum suscitator magnificus. Legitur etiam de S. Nicolao, quod tres innocentes morti addictos, mirabiliter liberavit, & hoc magno præconio. Quid ergo dicemus de novella nostra Catharina virgine, quæ duos nocentissimos viros, mortuos quidem in anima & æternæ morti addictos, quasi ex toto suis precibus, tam subito, tam mirabiliter suscitavit, & ab æternis incendiis liberavit: Nonne stante sententia supra dicta, quolibet prædictorum istud est majus & mirabilius? Mihi crede, lector, ego propriis oculis vidi plura mirabilia in diversis corporibus patrata per hanc sacram virginẽ, sed omnia nihil reputo respectu illius: nimis enim potenter hic egit Altissimi dignitas, nimis largiter myrrham suæ gratiæ distillavit, ut homines omni nequitiæ deditos, qui perseveraverunt & perseverabant in suis nequitiis usque in finem quodammodo inclusive, nullo amplius inducente nec sperante de salute ipsorum, sic ad se converterit gratiose *b*, sic emollierit, sic virtute constantiæ in pœnitendo restituerit finali & glorioſæ saluti,

D

b

ANNOTATA.

a *Thomas vocat* Andream de Bellantibus (*hoc scilicet familiæ cognomen fuerit*) Naddinus, *nomen Patris: narrat deinde reliqua hujus capitis sub compendio,*

b *Aliud huc ſpectans narrat Frigerius cap.* 11 *de nobili iuvene Peruſino Nicolao Tuldo, ad mortem damnato à Senenſibus, eo quod argueretur quædam publicum ſtatum concernentia incaute protuliſſe. Hic cum de injuſtitia ſententiæ quereretur, nullaque ratione poſſet induci, ut ſeſe ad mortem Chriſtiane obeundam diſponeret, viſitatus in carcere eſt à Catharina, eo ſucceſſu, quem juvat ex ipſiusmet verbis, ad Fr. Raymundum ſcriptis, intelligere.* Placuit divinæ voluntati, *inquit illa,* ut visitarem hominem quem novisti: ex quo tantam ille consolationem hausit, ut cõfessione peracta prompte se ad moriendum paraverit, expresseritque promissionem meam, quod in hora supplicii ipsi assisterem pro Dei amore. Solvi fidem: & primo mane, antequam cãpana pulsaretur, ad carcerem progressa; duxi eum ad Missam audiendam, & Eucharistico epulo reficiendum curavi. Tradiderat ipse se tota voluntate in Dei beneplacitum: timor tamen ei aliquis supererat, ne in ipso mortis articulo, deficeret constantia. Sed vanus hic timor fuit: nam immensa Dei bonitas in animo ejus producebat caritatem tam vehementem, tantumque desiderium subjiciendi sese divino nutui, ut judicia ejus jugi cogitatione revolveret, atque hoc unum obtestaretur, ut apud se manerem: Ita, inquiebat, quietus moriar. Applicabat caput pectori meo: ego autem interea maximum sentiebam gaudium, & odorẽ suavissimum sanguinis, qui meo sanguini misceri videbatur. Cumque internam formidinis luctam perspicerem, dicebam ei; Macte animis, frater, cito perveniemus ad nuptias Agni. Discedes hinc tinctus pretioso sanguine filii Dei, in nomine Jesu, quod cave ne ex mente tua deponas: ego vero expectabo te in loco supplicii. Scito igitur, Pater mi & fili carissime, quod eodem momento sublatæ fuerunt ab illo omnes species timoris: & vultus ejus, antea tristis, conversus sit in hilaritatem quamdam: qua & dicebat: Unde mihi hæc gratia, ut dulcedo animæ meæ præcedere velit meque expectare in loco illo sancto? Ecce quam illuminatus erat intellectus, qui supplicii locum, sanctum appellabat. Deinde addebat, gloriabundus atq; exultans: Ibo, ibo: longa est mora omnis, & anni mille esse videntur priusquam veniam ubi me præstolaris. Alia quoque plura simili affectus dulcedine eructabat, quantum à Deo quispiam optare tali in articulo posset. Contuli ergo me ad locum, ibiq; mansi jugiter coram Deipara Matre & B. Catharina Virgine ac Martyre pro eo orans. Priusquam autem ipse adveniret, inclinavi me & supra truncum extendi collum, eoque situ mansi orans aliquamdiu; ac velut alienata à sensibus, unam hanc gratiam

Epiſtola Sanctæ de converſione Nicolai Tuldi.

E

F

A tiam poſtulans à Beata Virgine, ut in ipſo exequendæ ſententiæ momento plenam ejus animæ divinitus illuminatæ pacem largiretur. Poſtquam vero ad ſenſus redii, ſenſi animam meam tanta dulcedine cumulatam, ut quamvis tota area plena eſſet innumerabili populo, neminem tamen omnino conſpicerem, adeo me affecerat ſuavis promiſſio gratiæ impetratæ quam poſtularam. Poſthæc comparuit in loco reus, mitis ut agnus, meque conſpecta ſuaviter renidens, oravit ut ſignum ſanctæ Crucis ſupra ſe formarem. Quo facto dixi: Feſtina ad nuptias, frater cariſſime & tu cito pervenies ad vitam æternam. Tunc ſingulari cũ manſuetudine inclinavit ſeſe, & ego collum ejus diſcooperui, meque ad ipſum inclinans ſuggeſſi memoriam ſanguinis Agni immaculati. Os ejus alia non proferebat verba, quam dulce Jeſu nomen & Catharinæ: inter quæ recepi manibus caput, cujus oculos bonitas divina claudebat, extremumq; hoc verbũ audiebatur, Placet. Eodem momento conſpexi ſacram Servatoris noſtri humanitatem, præ ſole fulgidam, interim dum ſanguinem fluentem colligo, inflammatum ab incenſo deſiderio, quod latebat in anima, & igne caritatis depurgatum. Hunc ubi collegi eodem modo quo ejus collegeram deſideria; anima
B ejus pervenit ad manus Salvatoris, qui eam collocavit intra plagam lateris, miſericordiæ plenam; ſatis declarans quod eum reciperet ex pura gratia abſque ullo priorum demeritorum reſpectu..... Anima mea pacem habuit, ſtatim atque ejus animam in pace collocatam vidi: & ſanguinis ſic fuſi odore perfuſa, permittere nolui ut quod ex ea veſti meæ adhæſerat ablueretur. *Hactenus ipſa Catharina: ſuccinctius eadem inſeruntur Vitæ à Fr. Thoma abbreviata apud Mombritium qui ſe præſente rem geſtam ait, noſque juvenis nomen docet; & addit quod* anima meritis & orationibus ejuſdem Virginis viſibiliter evolavit ad cælum. *Frigerius, citato neſcio quo Fr. Thoma, fortaßis Priori Virginis Confeſſario, dicit:* quod cum Nicolai caput manibus Virgo teneret, oculos quoque in cælum diu fixos tenuit, nec palpebris quidem tantillum connivens, cum admiratione magna circumſtantiũ; & tunc vidit Jeſum Chriſtum, qui (*ut ipſa explicat prolixioribus quam hic referre integre libuit verbis*) eamdem introducebat in regnum ſuum.

CAPVT X.

Aliæ ſingulares peccatorum converſiones.

C ALiud quoque ſingulare converſionis donum impetravit à Domino, pro quodam qui adhuc ſupereſt quod non puto ſilendum. Erat in civitate prædicta Senenſi quidam Franciſcus de Tholomeis, qui vivit adhuc: hic cum uxore ſua quæ Rabes dicebatur, plures utriuſque ſexus genuerat filios; quorum primogenitus Jacobus vocatus, nimis ſcelerate vivebat. Faſtu enim hujus ſeculi turgidus, & crudelitatis venæno repletus, jam duos propriis manibus occiderat homines adhuc juvenis, criminumq; ſuorum immanitate ab omnibus ipſum noſcentibus timebatur. Nulla ei cura erat de Deo, nullus timor: abſque fræno quocumq; ducebatur quotidie de malo in pejus, habebatque ſororem Ginocciam nomine, quæ totaliter huic ſeculo dedita, licet corpore virgo eſſet, magis ex erubeſcentia hominum quam ex Dei timore, omnium vanitatum opera exercebat, in corporis proprii cultu & ornatu nimis exceſſivo. Horũ genitrix Rabes prænominata, timore Dei compuncta, damnationem metuens filiorum, virginem ſacram adiit, & ſupplicavit, quatenus cum duabus filiabus ſuis, ſed ſingularius cum Ginoccia, dignaretur loqui parumper de pertinentibus ad ſalutem. Quod illa, omnium animarum zelatrix, annuit libentiſſi-

Duas puellas à vanitate ad religioſam vitam inducit,

me, diligentiſſimeque perfecit: nam orationibus & monitionibus ejus taliter formatus eſt Chriſtus in mente Ginocciæ, quod cunctis ſpretis vanitatibus ſeculi, capillis capitis in quibus gloriabatur ex toto præciſis, habituque Sororum de pœnitentia B. Dominici devotiſſime ſumpto, totum tempus quo ſupervixit, ſicut mihi patentiſſime conſtitit, in mediationibus & ſanctis orationibus occupavit, aſperrimas etiam pœnitentias faciendo; de quarum exceſſu ego quandoque ipſam redargui. Hanc ſecuta eſt Franciſca ejus ſoror germana in omnibus: habituque pœnitentiæ ſimul ſumpto, delectabile nimis erat videre, qualiter illæ duæ ſorores, quæ paulo prius tam ardenter vanitates hujus ſeculi diligebant, tam conſtanter tamque perfecte ipſum ſeculum cum proprio corpore contemnebant. AUCT. RAY MUNDO CONFESS.

233 Porro in eodem converſionis principio, Jacobus ſupradictus, qui pro tunc in civitate non erat, hæc audiens, furibundus ad civitatem revertebatur cum quodam ſuo germano minoris ætatis comminationes magnas eructans ex ſuperbiæ ſtomacho, detracturumque ſe habitum quem ſoror induerat, ac ipſam extra civitatem, ad locum ubi habitabat ipſe, ducturum ſe promittebat, ut neminem audire poſſet, quæ ad talia ipſam induceret. Cui reſpondit germanus puer, motus à cœlo empyreo: Vere, Jacobe, ſi tu veneris Senas, tu etiam converteris, & confiteberis peccata tua. Maledixit ille puero nimis atrociter, aſſerens ſe potius occiſurum has atque illos Fratres & Presbyteros, quam quod unquam vellet alicui confiteri. Replicabat puer prophetiam veridicam, illeque maledictiones & comminationes ingeminabat, ſicque pervenerunt ad civitatem. Intravitque Jacobus furiis invectus paternam domum, horribiliaque ſe facturum denuntiat, niſi ſoror habitum illum deponat, ac ſecum eat. Nec iſta ſanctam virginem latent. Rabes autem genitrix compeſcit filium, ut ſaltem ſequentem diem expectet. Mane igitur facto, mittit pro Fratre Thoma confeſſore virginis: qui aſſumpto Fratre Bartholomæo Dominici, quaſi nutu Dei acceſſit ad domũ ubi erat Jacobus, ipſumq; alloquitur: ſed nihil videtur poſſe proficere. Porro ſancta virgo, ſciens hæc omnia, nõ ab homine, ſed à Domino, illa hora pro converſione Jacobi inſtando orabat. Quid plura? Illa orante, tetigit Dominus cor Jacobi: & alloquente ipſum Fr. Bartholomæo ſupradicto, quẽ Frater Thomas nutu Dei (ut dixi) duxerat ſocium, quod Fratri Thomæ negaverat induratus, ex toto conceſſit. Nam non modo ſorori aſſenſit ut Domino ſerviret, ſed & ipſe humiliatus, cum non parvo
F cordis dolore peccata ſua confeſſus eſt: &, ut modo loquendi utar, ſacræ virgini uſitato, totũ virus quod in mente habuit, evomuit, etiam quædã peccata quæ numquam alicui voluerat confiteri: factuſque agnus de lupo, & catulus de leone, in brevi temporis ſpatio admirationem dat cunctis noſcentibus eum. Stupet Rabes genitrix ejus, congratulantur ſorores, Deumq; laudat tota familia: Fratres autem Bartholomæus & Thomas exultant in Domino, feſtinique properant, ut ſacræ virgini denuntient quod eſt geſtum. *& fratrem illorum*

ad confeſſionem,

134 Porro illa, quæ cuncta in ſpiritu viderat, & hanc à Domino gratiam impetraverat, adhuc erat in raptu, necdum ad ſenſus corporeos ex æterni Sponſi amplexibus reverſa. Mox autem ut reverſa eſt, antequam dicti Fratres intrarent camerulam, dixit ſociæ ſuæ: Laudes habemus referre Creatori, quia Jacobus de Tholomæis, qui catenis detinebatur diaboli, iſto mane liberatus eſt, & Fratri Bartholomæo confeſſus eſt omnia peccata ſua. Illis vero ingredientibus, & cum lætitia hoc idem narrantibus, reſpondit ſocia ejus: Modo dicebat ipſa mihi, quæ modo dicitis. At virgo Domini cum omni maturitate

quod factum illa abſens enuntiavit,

AUC. RAYMUNDO CONFESS.

turitate dixit ad eos: Laudes & gratias debemus, Patres mei, noſtro reddere Salvatori, qui numquam ſprevit orationes ſervorum ſuorum; & deſiderium, quod ipſemet inſpirat, adimpler. Putavit hoſtis antiquus auferre nobis oviculam noſtram, & Pater miſericordiarum abſtulit ei ſuam. Credidit retrahere à Chriſto Ginocciam, & perdidit Jacobum quem tenebat. Sic ſemper ei accidit, cum caput erigit contra electos Dei: non enim eſt poſſibile, de manu Jeſu Chriſti rapi oviculas quas elegit, prout ipſe in Euangelio dicit. Attende, lector, quod Ginoccia ſæpius nominata, cum aſperrima pœnitentia, orationibus & meditationibus intenta, perſeveravit in Dei ſervitio uſque ad mortem; & longam corporis infirmitatem patientiſſime & lætantiſſime ferens, cum indicibili gaudio migravit ad Dominum. In omnibus autem ſupradictis Franciſca ſoror ejus eſt eam ſecuta, quæ parvo poſt eam tempore ſupervixit: & inter dolores corporis ſemper ridens, cum jucundo riſu migravit à corpore. Rurſum Matthæus, primo nominatus, poſt Jacobum, ſeculum ex toto relinquens, Ordinem Prædicatorum intravit, ubi adhuc devote ac religioſe vivit. Jacobus vero ſæpius nominatus, licet in communi ſtatu matrimonii vivat, numquam tamen ad conſueta mala reverſus, pacificum & manſuetum ſe omnibus exhibet. Hæc autem omnia operatus eſt unus atque idem ſpiritus, per ſponſam ſuam Catharinam, dividens & præbens ſe ſingulis, pro quibus ipſa orabat.

Ioa 10,28

& ſubſecuta emendatorum conſtantia probavit

B

235 Ceterum ut magis hoc pateat, rem narro inimis mirabilem, cujus ſolus teſtis fui: ſed ecce coram Deo, quia non mentior, cujus tamen rei effectus publicus fuit. Erat quidam in civitate Senenſi prædicta vir admodū famoſus inter ſeculo dediros, carnis prudentia, quæ Deo nō ſubditur, plenus; vocatus Nānes ſive Vannes. Hic juxta patriæ illius abuſum, inimicitias ſeu guerras particulares tenebat ſeu exercebat cōtra diverſos, occulte ſemper illis parando inſidias, & fingens ſe longius ire. Verū quia in quibuſdā ex illis guerris intervenerant etiam homicidia, auctores criminum cuſtodiebant ſe diligenter ab iſto Nanne, plus quam ab aliis, quia noverant aſtutiam ejus. Frequenterq; mediatores poſuerant, ut inducerēt ipſum ad pacem; ſed ille in dolo ſemper cum omnibus reſpōdebat, ſe de illo negotio nō curare, nec per ipſum ſtare quin fieret pax; ipſe tamen ſolus pacē impediebat, ut vindictam poſſet facere ad votū. Hæc audiens virgo ſacra, ut tantū malum extingueret, cupiebat ei loqui: ſed ille ita eam fugiebat, ſicut ſolet ſerpens fugere incantantem. Tandem quidam ſanctus vir, ſcilicet Fr. Gulielmus de Anglia, ordinis Fratrum Eremitārum Sancti Auguſtini, taliter locutus eſt ei, quod promiſit ſibi, ſe venturum ad virginem, & ipſam auditurū: ſed noluit promittere, ſe quidquam de his quę moneret, facturum. Servavit igitur promiſſum, & venit ad virginis domum, hora qua ego illuc advenerā, ſed ipſam nequaquam inveneram: iverat enim ad procurandam quarumdam animarum ſalutem. Me autem expectante, affuit nuntius, qui diceret Nannem adeſſe, quærentem loqui virgini. Quod ego lætus percipiens, quia noveram deſideriū virginis circa hoc; concitus deſcendi ad eum, notificavi abſentiam ejus, & monui ut non tæderet ipſam expectare pauliſper: ſicq; introduxi eum in cellulam pœnitentiæ Ieſu Chriſti ancillæ, ut patientius expectaret. Ille vero poſt parvum temporis ſpatiū attædiatus, dixit: Ego promiſi Fratri Gulielmo quod huc venirē, & dominā hanc audirē ex quo abeſt, & in multis occupatus ſtare non poſſum, ſupplico ut excuſetis me ei, quoniam habeo quampluribus intendere.

C

alter inimicitias pertinaciter fovens,

tandemque perſuaſus ire ad Catharinam,

236 Videns hæc ego, & dolens de virginis abſentia, cœpi ei loqui de materia pacis jam dictæ. At ille inquit: Videte: vobis qui eſtis Sacerdos & religioſus, vel huic religioſę dominę de qua magnā famā ſanctitatis audivi, mentiri non debeo: veritatē dicā, ſed nihil intendo facere circa hæc de volito veſtro. Verū eſt quod ego ſum qui pacē illam & illā impedio, ſed ab aliis me occulto & ſi ego ſolus conſentirē, totū eſſet ſopitum. Sed ego nullo modo conſentire intendo, nec oportet mihi ſuper hoc prædicare, quia numquā conſentiā; ſufficiat vobis quod aperui nunc quod aliis occultavi, nō moleſtetis me amplius. Cumq; vellem replicare, illeq; recuſaret audire; diſponēte Domino, affuit virgo ſancta, rediens de ſimili opere. Quam cum vidiſſemus, ille contriſtatus eſt, ego lætatus: ipſa vero terrenum hominē cæleſti caritate ſalutans, cōſedit, & petivit de cauſa ſui advētus. Qui cuncta, quæ dixerat mihi ſingulariter, repetivit, & ultimā negativam. Virgo autem ſacra cœpit ei periculū ejus oſtendere, & undique ipſum urgere, pungendo pariter & ungēdo: ſed ille, more aſpidis ſurdæ, aures cordis claudebat ex toto. Quod cernens ſapiētiſſima virgo, cœpit intra ſemetipſam orare, divinumque auxiliū implorare. Hæc dum perpendiſſem, ad illum me verti: & ſperans de cælo ſuccurſum, poſui & tenui eum in verbis. Quid plura? poſt parvā morulā dixit: Jam nolo ita eſſe, ruſticus, ut omnia vobis negē, ego volo recedere. Ego habeo quatuor guerras: de una illa tali facite quidquid vultis. Quo dicto, ſurgebat ut recederet: Surgendo autē dixit; O Deus meus, quantā conſolationē ego in mente ſentio de verbo quod dixi pro pace! & ſubjunxit: Ha! Domine Deus, quæ virtus eſt quæ me trahit & tenet? nō poſſum abire nec aliquid denegare. O quis me arctat? o quis me tenet? Hæc dicens, prorupit in lacrymas. Victū me fateor inquit, nec reſpirare valeo. Et flexis genibus, flens dicebat: Faciam, virgo ſanctiſſima, quidquid jubetis, non modo de iſtis, ſed & de aliis quibuſcunque. Cerno quod diabolus me tenuit catenatum; volo facere quidquid conſulitis. Conſulite animæ meæ qualiter de manibus diaboli liberetur.

D

ſed proteſtans ſe ei non parituram,

E

237 Adhæc ſacra virgo, quæ orando intraverat jam in conſuetū mentis exceſſum, reducta eſt ad ſenſus exteriores, & gratias agens Domino: Modo, inquit, frater dilecte, perpendiſti de periculo tuo ex miſericordia Salvatoris? Locuta ſum tibi, & contempſiſti: locuta ſum Domino & nō ſprevit orationem meam. Pœnitentiam igitur age de peccatis tuis, ne repentina ſuper te veniat tribulatio. Quid amplius immorer? Cum magna cōtritione cōfeſſus eſt mihi cuncta peccata ſua: cū omnibus hoſtibus per manū virginis pacē fecit; & cū Altiſſimo, quē offenderat longis temporibus, ſe reconciliavit juxta conſilium meū. Sed poſt cōfeſſionem per paucos dies à civitatis Præſide capitur, arctæq; cuſtodiæ deputatur; inſonuitq; vox quod debebat decapitari. Quod ego percipiens, mœſtus acceſſi ad virginem: Ecce, inquam, dum hic diabolo deſervivit, nihil adverſi paſſus eſt: cum autem ad Dominum converſus eſt, fremit contra eum cælum & terra. Timeo, mater mea, quia novella eſt plantula, ne hac tempeſtate frangatur ex toto, & in deſperationem labatur. Ora, obſecro, pro eo ad Dominum, ut quem tuis orationibus liberaſti, eiſdem ipſum protegas ab adverſis. Tunc ipſa: Ut quid, inquit, ita triſtamini de eo, de quo potius deberetis exultare? Nunc certus factus eſtis quod avertit ei Dominus pœnam æternā, ex quo affligit eum pœna tēporali. Prius juxta Salvatoris ſententiam, mundus diligebat quod ſuum erat: cū autem de mundo egreſſus eſt, mundus incepit eum odire: prius Dominus ſervabat ei pœnam æternā, nunc æternam miſericorditer in temporalem commutavit. De deſperatione vero nō dubitetis, quoniam ille qui liberavit eum de inferno, eruet eum de præſenti periculo.

& confeſſione peracta,

F

varia incommoda temporalia patitur,

238 Et ſicut dixit, ita factū eſt: quia poſt nō multos dies liberatus eſt de carcere illo, quamvis in temporalibus

A ralibus ſuſtinuerit non parvam iacturam: de quo ſancta virgo gaudebat, dicens; Venenum, quo inficiebatur, abſtulit ei Dominus. Et tandem prementibus tribulationibus, & ipſius devotione creſcente, pallatium pulcherrimum quod habebat extra civitatem milliario ſecundo, ipſi ſacræ virgini donavit per publicum inſtrumentum, ut ibi conſtrueret monaſterium dominarum. Quod ipſa, de ſpeciali licentia atque auctoritate felicis recordationis Gregorii, hujus nominis Papæ undecimi, fundare cœpit & ædificare, impoſuitque ei nomen, Sancta Maria Regina Angelorum, me præſente cum filiis & filiabus ſuis. Commiſſarius autem præfati Pontificis ſummi, fuit Frater Joannes, Abbas monaſterii ſancti Anthimi, diœceſis (ut puto) Cluſinæ, Ordinis S. Gulielmi. Hanc dexteræ ſuæ mutationem fecit Altiſſimus, per hanc ſacram virginem, me teſte, qui per plures annos fui Confeſſor dicti Nannis, & ſcio quod pro majori parte vitam ſuam correxit, ſaltem pro illo tempore quo fui cum eo.

ac ſuam domum Virgini donat vertendam in monaſterium.

Super hæc autem, ſi velim converſiones omnium malorum, profectum & augmentum bonorum ſive bene diſpoſitorum, roborationem infirmorum, conſolationes deſolatorum ſive tribulatorum, admoniB tiones ſpiritualium periculorum, quas vel quæ per hanc venerabilem virginem & ſponſam ſuam mirabiliter operatus eſt Dominus, recitare, plures & grandes conficiendi ſunt libri. Quis enim narrare ſufficiat, quot ſceleratos de faucibus inferni ſubtraxerit? quot obſtinatos ad ſui cognitionem reduxerit? quot ſeculo deditos, ad ejus contemptum adduxerit? quot tentationibus diverſis tentatos, ſuis orationibus pariter & doctrinis de laqueo diaboli liberarit? quot rurſum de cælo vocatos, per viam virtutum direxerit? quot etiam in propoſito ſancto fundatos, ad ſervanda chariſmata meliora promoverit? quot iterum de peccatorum voragine liberatos, ac per viam veritatis ſuis laboribus & orationibus quaſi propriis humeris deportatos, ad æternæ vitæ finem uſque deduxerit? Ut enim verbis utar Hieronymi, Paulam ſanctiſſimam commendantis: Si omnia corporis mei membra verterentur in linguas, non ſufficerent enarrare fructum animarum, quem hæc planta virginea, per Patrem cæleſtem plantata, produxit. Vidi ego quandoque mille vel eo amplius utriuſque ſexus homines, ſimul de montanis & aliis regionibus comitatus Senenſis, ad eam videndam & audiendam, tuba vocante inviſibili, concurriſſe: C qui & quæ non modo ad verbum ejus, ſed ad ejus aſpectum, mox de ſuis compungebantur criminibus, flentes ac lugentes ſua peccata: currebant ad Confeſſores, quorum unus ego fui: & cum tanta contritione confitebantur, quod nulli poterat eſſe dubium, quin magna copia gratiæ in eorum cordibus eſſet ex alto diffuſa. Nec fuit ſemel tantum vel bis hoc, ſed frequenter valde.

Incredibilis numerus ſpiritualiter ab ea adjutorum.

& ad eam accurrentium

240 Propter quam cauſam felicis memoriæ Dominus Gregorius, ſupradictus Papa undecimus, tanto animarum fructu exhilaratus pariter & delectatus, mihi & duobus ſociis meis conceſſit per Apoſtolicas litteras, quatenus omnes venientes ad eam & confiteri volentes, poſſemus abſolvere tantum, quantum poterant prælati Dioeceſani. Porro novit illa veritas, quæ nec fallit nec fallitur, quod plures venerunt ad nos criminoſi, & gravibus vitiis onerati, qui vel numquam fuerant confeſſi, vel numquam debito modo Pœnitentiæ Sacramentum perceperant. Stabamus, tam ego quam ſocii, jejuni frequenter uſque ad veſperas, nec ſufficere poteramus audire confiteri volentes. Et ut meum fatear imperfectum, & virginis hujus ſacræ profectum, tanta erat preſſura volentium confiteri, quod pluries gravatus ſum & attædiatus præ laboribus exceſſivis. Ipſa vero ſine intermiſſione orabat, & ſicut victrix capta præda in Domino exultabat uberius, jubens ceteris filiis & filiabus, ut miniſtrarent nobis qui habebamus rete, quod ipſa miſerat in capturam. Non eſt fas exprimere calamo plenitudinem gaudii mentis ejus, ſed nec etiam ſigna lætitiæ ejus; quæ nos ita lætificabat interius, quod etiam memoriam cujuſcumque triſtitiæ perdebamus. Hæc de mirabilibus, quæ per hanc ſacram virginem fuit omnipotens Dominus operatus circa ſalutem animarum, ſint dicta; prolixa forſitan tædioſo lectori, ſed nimis breviter mihi & operibus patratis per eam, quorum plurima omittuntur. Nunc autem ad ea quæ patrata ſunt circa ſalutem corporum, tranſire decebat. Sed quia prolixe ſatis extendit ſe materia ſpiritalis, ne præſens capitulum nimis extendatur, finem accipiat in hoc puncto.

Auctoris RAYMUNDO CONFESSARIO

CAPUT XI.

Miracula juvandis corporibus impenſa

E

241 REm narro, dilectiſſime lector, noſtris ſtupendam temporibus, ſed tamen valde facilem illi apud quem nulla impoſſibilitas reperitur. Lapa ſiquidem, hujus ſacræ virginis genitrix, de qua ſuperius frequenter facta eſt mentio, licet (ſicut in principio dictum eſt) fuerit femina magnæ ſimplicitatis & innocentiæ, non fuit tamen illo tempore de inviſibilibus bonis multum vel affecta vel informata: quamobrem tranſitus ex hac vita ei erat nimis odibilis, prout res geſta, narranda inferius, demonſtrabit. Contigit enim eam poſt obitum viri gravari *Matrem ſuam aegrè tamem* languore corporeo, languorque de die in diem augeri videbatur: quod attendens virgo Deo dicata, ſuum ad conſuetum cucurrit orationis refugium, Dominumque interpellavit precibus aſſiduis, ut illi quæ ſe peperit & nutrivit, ſuccurrere cum ſalutis remedio dignaretur. Cui tandem cælitus eſt reſponſum, quod ſaluti ejus conſulebatur, ſi tempore illo de corpore migraret, antequam videret illa quæ ſuperventura erant adverſa. His auditis & intellectis, virgo Lapam adiit genitricem, ipſam dulcibus exhortationibus admonebat, ut ſi Dominus eam ad ſe vocare diſponeret, ejus voluntati ſe abſque triſtitia conformaret. Quod illa, viſibilium amore nimium implicata, horrens & fugiens, filiam precatur, ut pro ſalute corporea inſtaret ad Dominum, nec de F morte ſibi quomodolibet loqueretur.

& vitam licet gravem futuram præ ortantem,

Hæc dum Chriſti ſponſa cerneret & doleret, facta in agonia mentali, quodammodo ferventiſſime Dominum exorabat, ut non permitteret eam ex hac luce migrare, niſi prius animum ejus ſciret divinæ voluntati conformem. Obediente autem Deo, ut ita dixerim, virgineæ hujus hominis voci, ad tempus infirmitas Lapæ poterat aggravari, ſed mors nequaquam valebat appropinquare. Factaque eſt virgo Domini inter ipſum Dominum & genitricem propriam mediatrix, illum exorando, iſtam exhortando: apud illum orabat, ut Lapam invitam de hoc mundo non traheret: apud iſtam inſtabat, ut tractui Domini conſentiret. Verum quæ omnipotentem quodammodo orationibus ſuis alligavit, nequit infirmam mentem ſuis exhortationibus inclinare. Propter quod Dominus ſponſam ſuam taliter eſt allocutus: Dic genitrici tuæ, quod ipſa non vult modo exire de corpore: ſed tempus erit, in quo magnis deſideriis petet mortem, & eam non poterit invenire. Quod verbum ita verificatum eſt coram me & pluribus aliis conteſtibus meis, quod ejus veritas nulla potuit tergiverſatione celari. Contige-

AUCT. RAY MVNDO CONFESS.

runt etenim tot adverſitates uſque ad ultimam ſenectutem, tã de perſonis quam de rebus quas diligebat, quod ſolebat cunctis audientibus dicere: Numquid per transverſum poſuit animam meam Deus in corpore, ut inde non valeat egredi? Tot filii & filiæ, nepotes magni & parvi, ſunt jam defuncti; ego ſola mori non valeo, ut omnibus doloribus ſaucier & affligar?

ac denique mortuã ſine confeſſione,

243 Porro ut proſequamur quod cœpimus, inducrato corde Lapæ, ita ut nec confiteretur nec cogitaret animæ medicinis; voluit Dominus in ſponſa mitabilior apparere negando, quæ fuerant prius petendo conceſſa. Nam poſtquam diutius ad preces virginis mortem diſtulerat, ut oſtenderet quanti eſſet meriti apud ſe virgo ſacra, præmiſit Lapam inconfeſſam, mortem incurrere temporalem. Quod cum ſacra filia perpendiſſet, oculos ad cælum levans cum lachrymis, inquit: Ha! Domine Deus meus, ſuntne iſtæ promiſſiones tuæ, quas mihi feciſti, quod nullus de domo iſta periret? Sunt etiã hæc quæ mecum tua miſericordia ſtatuiſti, quod matrẽ meam invitã non traheres de mundo hoc? nunc autẽ cerno eam abſque Sacramẽtis Eccleſiæ deceſſiſſe. Per omnes miſericordias te obſecro, quod nõ patiaris me taliter defraudari: nec hinc quantulumcumq; diſcedam vivens, quouſq; matrem meã mihi reſtituas redivivam. His verbis & huic caſu præſentes fuerunt tres mulieres Senẽſes, quarum nomina inferius annotantur, quæ firmiter & clare viderunt ipſã Lapã ultimũ ſpuimũ emittentẽ, corpuſq; ipſius poſt hoc ab omni ſigno vitali extinctũ aſpexerunt & palpaverunt: ad aliaq; in talibus conſueta præceſſiſſet, niſi quia virginẽ orantem pręſtolabátur. Sicut enim Salvatore tangente loculũ, ſteterunt quæ funus ferebant: ſic hac orante virgine, adſtantes in nullo mutationẽ fecerũt, ejuſdẽ Salvatoris operãte virtute. Quid in longũ pertrahar? Amplius orabat virgo, & magnis mẽtis clamoribus cæli faſtigia penetrabat; præſentabaturq; in conſpectu Altiſſimi anxietas cordis ejus, ſimul cũ ferventibus & humilibus lacrymis, quæ deinde copioſe prodibãt: quamobrẽ non fuit poſſibile orationẽ illã vacuã remeare. Exaudivit igitur eã totius conſolationis & miſericordiæ Dominus, & præſentibus ac cernentibus teſtibus ſupradictis & inferius nominandis, cœpit corpus Lapæ ſubito & totaliter commoveri, reſumptoq; integraliter ſpiritu, opera vitalia libere exercere: vixitque ad annos octoginta novem, cum multis afflictionibus cordis, propter ingruentes neceſſitates & adverſitates, quas paſſa eſt, ut ipſi fuerat præ filiam, jubente Domino, prophetatum.

precibus ſuis ad vitam revocat Catharina,

244 Hujus autẽ miraculi teſtes fuerunt Catharina Getti, & Angelina Vannini, nunc Sorores de pœnitentia B. Dominici, nec nõ & Lyſa cognata virginis, Lapæ prędictę nurus, quæ ſuperſũt adhuc omnes Senis: iſtæ viderunt Lapã, poſt pluriũ dierũ gravẽ infirmitatẽ, expirantẽ, corpus ejus exanime, virginem orantem, cujus quædã verba etiã perceperunt & audierũt, quãdo ſcilicet dixit: Domine, iſtæ nõ ſunt promiſſiones quas feciſti mihi: & tandem, poſt non magnam moram, viderunt corpus exanime commoveri, & recipere vitam, & omnes vitales operationes poſtmodum exercere. De ſequenti autem tempore vitæ ejus mille vel eo amplius ſumus teſtes. Ex quibus omnibus potes perpendere, lector bone, quanti meriti apud omnipotentem Dominum fuerit hæc virgo ſacra, quæ genitoris animam de Purgatorii pœnis, genitricis vero corpus jam mortuum ad vitam naturalem tam miraculoſe reduxit. Verum ne hoc putes tantum circa ſalutem corpoream patratum fuiſſe per eam miraculũ, attende ad cetera quæ ſequuntur: & ut ampliorem præbeas fidem miraculo recitato, noveris verba Domini, dicta virgini, ab ipſa virgine me percepiſſe, dum ſecreta ejus ſecrete inquirerem; cetera vero reperiſſe in ſcriptis Fratris Thomæ primi confeſſoris, ſæpe ſuperius nominati: qui recitat hoc miraculum contigiſſe anno Domini MCCCLXX menſe Octobri, præſentibus teſtibus ſuperius nominatis. Præter hoc autem unum recitare intendo, quod prius ceteris quidem non contigit, ſed magis notum fuit mihi, in tantum, quod præter illum qui recepit miraculum, nullus melius me novit illud.

a Peſtilentia Senis graſſante

243 Accidit decimo ſeptimo *a* anno, vel circiter ante annum hunc nonagẽſimum, qui nunc currit, me obedientia, quam promiſi, jubente, in conventu Senenſi ordinis mei morari, Lectoriſque officium exercere. Cumque Deo ſervirem debiliter, contigit peſtem inguinariam, quæ tam crebro noſtris temporibus orbem univerſum vaſtavit, eamdem civitatem Senenſem graviter nimis opprimere, homineſque utriuſque ſexus & cujuſlibet ætatis, mortis jaculo vulnerari, adeo ut quoſdam infra diem naturalem, alios infra duos dies communiter aut infra tres, de ſanitate ad mortem, percuſſionis ſuæ veneno deduceret, non ſine cunctorum terrore pariter & tremore. Quamobrem animarum zelo, ſuper quem Ordo ipſe, quem ſum profeſſus, fundatus eſt; fui coactus etiam vitæ corporalis ſubire periculum, ut proximorum animas adjuvarem. Hac igitur de cauſa, dum per infirmantium domos die noctuque pergerem circumeundo, frequenter pro utriuſque hominis pauſa ſuſcipienda ad domum ſanctæ Mariæ de Miſericordia, in eadem civitate ſitam, conſueveram declinare; potiſſime quia ejuſdem domus Rector & Gubernator pro tunc erat quidam Matthæus, qui adhuc ſupereſt, homo nimis laudabilis vitæ & claræ famæ, nec non & ipſe ſacræ virgini ſpiritu caritatis adſtrictus; quem ob virtutes eidem ex alto conceſſas, nimis tenere diligebam, & diligo de præſenti. Hunc ſolebam ſemel in die, tam ex cauſa quam dixi, quam pro ſubveniendo pauperũm aliquorum inopiis, viſitare.

Confeſſarius Virginis ad ægros diſcurrens,

246 Quodam autem mane, dum poſt Miſſam conventus mei ad infirmos viſitandos fuiſſem egreſſus, tranſiens per dictam domũ Miſericordiæ, introgreſſus ſum, ut ſcirem qualiter habitantibus in tantæ peſtis intemperie ſucceſſiſſet. Sed ingrediens, inveni dictum Matthæum Rectorem, de ipſius domus eccleſia ad cameram, in qua ipſius erat manſio, manibus Fratrum & Clericorum eiuſdem domus quaſi mortuum deferri: colorem enim faciei conſuetum quaſi ex toto perdiderat, viribuſque corporis ac loquela uti non poterat, ita ut mihi percunctanti quid pateretur, nõ poſſet aliquid reſpondere. Tunc ego ad deferentes & comitantes *b* me vertens, attonitus petivi quid obfuiſſet aut obeſſet Matthæo meo. At illi: Hac, inquiunt, nocte, hora ſeptima, dum vigilaret ad quemdam infirmũ, peſtis inguinaria ipſum percuſſit in inguine, brevique ſpatio ad tantum defectum corporis eſt perductus. Quo audito, ipſos mœſtus ſum ſubſecutus uſque ad lectum: in quo dum reclinatus fuiſſet, reſumpto ſpiritu, me vocavit, & peccata ſua ſicut frequenter conſueverat, confeſſus eſt. Abſolutione autẽ paracta, petivi ab eo quid pateretur. In inguine, inquit, tã vehemẽti dolore affligior, quod quodammodo femoris diviſionem minatur; inſuper capitis tantam ſentio paſſionem, ut fere putem ipſum eſſe in quatuor partes diviſum. Poſt hæc verba tetigi venam pulſus, & manifeſte reperi eum acerrimis febribus laborantem. Quamobrem induxi adſtantes, ut ſignum vrinæ ejus medico, admodum excellenti eumque diligenti, qui magiſter Senſus dicebatur & dicitur, deferrent quantocius; quo ego poſt moram modicam ſum ſubſecutus. At medicus viſo ſigno, mox indicavit, morbum peſtilentialem amicum pati, & mortis vicinæ ſigna teſtatus eſt ſe manifeſte conjicere, mihiq; ait:

b invenit Rectorem domus Miſericordiæ agrum,

Ebulli-

B C D E F

A Ebullitionem ſanguinis in hepate, deſignat hæc aqua, communem inſtantis peſtilentiæ morbum: & ideo vehementer timeo, ne domus Miſericordiæ Rectore tam bono citius viduetur. Tunc ego: Numquid exiſtimatis poſſibile, per artem medicinæ ei aliquod remedium adhiberi? Et ille: Tentabimus hac ſequenti nocte, ſi poſſemus cum ſucco fiſtulæ caſſiæ ſanguinem illum purgare; ſed modica ſpes eſt mihi in remedio illo, quia morbus eſt nimis gravis.

& nullam in medico ſpem inveniens recurrit ad Sanctam;

247 His dictis per medicum abſceſſi triſtis, pergens verſus domum infirmi, ſemper tamen mentaliter invocando Dominum, ut tam exemplarem virum pro aliorum ſalute adhuc in hoc ſeculo dimittere dignaretur. Interim autem ſancta virgo, ſui Matthæi audiens paſſionem, quem ex ejus virtutibus tenerrime diligebat; mox fervore caritatis accenſa, quaſi contra morbum illum turbata, feſtine acceſſit ad ægrum. Et antequam appropinquaret ei, à longe cœpit clamare: Surgatis, Domine Matthæe, ſurgatis; quia non eſt tempus in lecto mollitiæ quieſcendi. Ad hanc virginis vocem, abſque temporis intervallo, in momento, febris & inguinis apoſtema penitus Matthæum dimiſerunt; omniſque dolor ita diſceſſit, ac ſi numquam talis eum paſſio moleſtaſſet: obedivitque natura divino imperio, ſibi per os virginis patefacto, & ad vocem ejus facta eſt ei integraliter tranquillitas corporalis; ita ut Matthæus ridens de accubitu ſurgeret, & virtutem Dei experiens habitare in virgine, diſcederet exultando. Quo facto, virgo favores declinando humanos, abceſſit: ſed ipſa domum egrediente, caſu ego mœſtus ingrediebar, ignorans quid actum eſſet, ac putans Matthæum præfatum peſtilentialibus febribus detineri. Viſaque virgine, cogente cordis dolore, furibunde quodammodo dixi: Numquid, Mater mea, permittes hunc hominem, tam nobis carum & utilem, modo mori? Illa vero, licet ſciret quid jam egiſſet, tamen ſicut vera humilis, modum loquendi quaſi abhorrens, ait: Qualia ſunt hæc verba quæ modo dicitis? Numquid pro Deo ego ſum, liberans mortalem à morte? Tunc ego furiis doloris accenſus, inquam: Dic hæc verba cuicumque volueris, mihi qui novi ſecreta tua, non dicas: novi quod quidquid à Domino cordialiter petieris, obtinebis. Tunc illa, inclinato capite, pauliſper ſubriſit: & tandem me vultu læto reſpiciens, inquit: Sitis bonæ mentis, quia iſta vice non morietur.

quæ interim occurrit & ſurgere ægrum jubēs ſanat,

diſſimulans apud Confeſſarium quid egerit.

B

C 248 Quo audito, triſtitiam mox depoſui: noveram enim virtutem ex alto ei conceſſam. Et ſic illa relicta, ingredior æquanimiter ad infirmum; quem reperi ſedentem in lecto, ac cum magno gaudio miraculum virginis recitantem. Cui cum dicerem, quod à ſancta virgine promiſſionem habebam, ipſum non debere de illa infirmitate diſcedere, ille reſpondit: An ignoratis, quid, me perſonaliter viſitans, egerit? Me autem reſpondente quod ignorabam, & quod nec ipſa mihi aliquid inde retulerat; ille ſoſpes & hilaris totaliter, ſurgens de lecto, recitavit mihi quæ ſuperius ſunt deſcripta. Quid plura? In maius augmentum miraculi, menſa paratur, & recubuimus, Matthæuſque nobiſcum recubuit; afferuntur cibaria non infirmantium, ſed ſanorum & fortium, legumina ſcilicet & crudum cepe cum eis. Manducat hic una nobiſcum, qui paulo ante nec delicatum cibum ſumere potuiſſet: ſtat lætus & ridens, qui eodem mane vix poterat verba proferre. Miramur cuncti pariter & gaudemus, Dominum collaudantes, qui per ſponſam ſuam tam mirabilem nobis conceſſerat gratiam; & in commendationem virginis, ad invicem ſtupidi loquebamur. Hujus autem miraculi

redit hic & ſanum invenit

& cum eo menſa accumbit.

conteſtis meus fuit Frater Nicolaus Andreæ de Senis, ordinis Fratrum Prædicatorum, qui adhuc ſupereſt, & mecum illo mane omnibus ſupradictis interfuit. Sed & omnes qui habitabant in domo illa, tam Clerici & Sacerdotes, quam alii circiter viginti & ultra, cuncta quæ nunc recitamus, ſenſibiliter perceperunt, & manifeſte viderunt. Sed obſecro, lector, adverte, ne infidelitas incircumciſorum corde & auribus te nunc fallat.

AUCT. RAYMUNDO CONFESS.

teſtes miraculi

249 Dicent forſitan hi quorum Deus corda non tetigit: Quid magni, ſi curatus eſt unus homo à morbo quantumcumque graviſſimo? Tota die naturaliter hoc contingit. Quibu econtra reſpondeo, quærendo: Quid mirum ſi curavit Dominus ſocrum Simonis, quæ magnis detinebatur febribus, Euangeliſta teſte? Tota naturaliter hæc contingunt, quod homines curantur à febribus quantumcumque graviſſimis, ut quid nobis Euangeliſta pro miraculo recitat? Sed attende, ô infidelis, qui nihil percipis ultra ſenſum: attende quid voluerit Euangeliſta denotare. Stans, inquit, ſuper eam, imperavit febri, & dimiſit eam: & continuo ſurgens, miniſtrabat illis. Hæc fuit nota miraculi, quod imperio Domini, abſque dilatione ac remedio naturali, febris abſceſſit: illaque tam dure febricitans & proſtrata, mox ſine alio confortante ſurrexit. Sic & in propoſito clare cernis, niſi obruaris cæcitate mentis: ſtetit hæc ſacra virgo, in cujus pectore Dominus habitabat; & ille Dominus, qui ſocrum Simonis tunc curavit, ſtetit non de propinquo, ſed à remotis; & imperavit febri ſimul & inguinariæ peſti; & abſque quocumque remedio corporali, ſine dilatione patientem dimiſere Matthæum. Qui mox ſurgens, nobiſcum legumina & cepe comedit illæſus, ac ſi numquam tali paſſione gravatus fuiſſet. Aperi ergo mentis oculos, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.

& ejus evidentia.

Luc. 4, 39

E

250 Porro ex quo de domo Miſericordiæ fecimus mentionem, unum mirabile, quod in ejuſdem convicinio contigit, licitum eſt recitare: quamquam per ſacram virginem prius patratum fuerit, quam præcedens immediate miraculum. Ego tamen tunc didici, cum in dicta domo Miſericordiæ converſabar cum Matthæo prædicto. Referebant etenim mihi, tam Frater Thomas ſuper ſæpiſſime nominatus, quam idem Matthæus, Rector dictæ domus Miſericordiæ, ac quaſi omnes qui facta ejuſdem virginis noverant, quod in ejus vicinio illo quædam habitabat mulier Deo devota, quæ, ſi memoria me non fallit, habitum gerebat Sororum de pœnitentia B. Dominici. Hæc auditis & forte viſis virtutibus virginis, ei domeſtica facta eſt, & libenter auſcultabat monita ejus, & attendebat exempla, nec non & devote ipſam venerabatur. Accidit autem ut quadam die, dum eadem mulier eſſet ſuper quoddam ſolarium domus ſuæ, ſubito ſolarium gravitate & mole ſuſtentati ponderis caderet; & dicta mulier cum ſolario ruens, graviſſimis alliſionibus & contuſionibus, tam carnis quam oſſium, læderetur; adeo ut vicinia concurrente, ad ipſam de ſub lignis & lapidibus extrahendum, mortua vel in brevi moritura indicaretur ab omnibus convicinis. Tandem juvante Deo, in lectulo adhuc vivens repoſita, reſumpto paulatim ſpiritu, cœpit dolorem alliſionum ſentire, magniſque vocibus & fletibus, ſuas aſtantibus miſerias indicare. Hinc advocantur medici, curaque poſſibilis adhibetur: ſed tamen illa ſe movere in lectulo nullatenus poterat per ſe ipſam, doloribuſque diver-

Mulier cum ruente ſolario lapſa & obtrita,

F

AUCT. RAY MUNDO CONFESS.

forum membrorum ſine intermiſſione cruciabatur.

contactu manus ſanitas ſanatur.

251 Quo audito, virgo Deo dedicata, ſorori ac domeſticæ compatiens ex corde, ipſam perſonaliter viſitavit, & ſanctis monitis eam ad patientiam hortabatur. Sed cum videret ejus exceſſivam afflictionem, loca doloris quaſi liniendo & palpando contigit: quod & infirma libenter acceptabat, ſciens non niſi bonum evenire poſſe de illo contactu. Mox autem ut manus virginea locum doloris cœpit contingere, dolor ex toto receſſit: quod infirma perpendens, rogavit eam ut alium locum doloris ſic etiam deliniret palpando. Quod virgo tanto libentius annuit, quanto eam amplius conſolari optabat: ſed cum factum eſſet, etiam inde remotus eſt dolor totaliter. Quid plura? Infirma petente, ſacraque virgine annuente, ac loca cuncta doloris manu virginea liniente, totus à corpore dolor abceſſit. Quo facto, illa quæ corporis membra, nec ipſum corpus poterat paulo ante per ſe ipſam movere, jam ſe vertit hinc inde, ſignaque ſanitatis recuperatæ manifeſte cunctis oſtendit. Siluit tamen uſque ad virginis ſanctæ diſceſſum, ne turbaret ejus humilitatem: ſed poſtea cunctis dixit, tam medicis quam vicinis: Catharina, filia dominæ Lapæ, ſuo me contactu curavit. Mirantur omnes, & laudes referunt Creatori, qui virtutem talem virgini Catharinæ conceſſerat gratioſe: notum enim erat eis clariſſime, quod ſanitas illa non niſi ex divina virtute poterat proceſſiſſe. Hoc miraculum relatu aliorum didici, quia prius factum eſt, quam ego ſanctæ virginis haberem notitiam, aut etiam moram contraherem in civitate Senarum. Nunc autem ad ea quæ ipſe percepi & vidi, pro Dei & virginis gloria tranſeamus.

B

Eremita quidam peſte afflatus, juxta illius prædictionem,

252 Durante peſte, de qua ſuperius fecimus mentionem, quidam Anachoreta, re Sanctus & nomine, qui longo tempore pauperem & laudabilem vitam duxerat in dicta civitate Senenſi, peſtilentiali jaculo eſt percuſſus. Quod virgo ſentiens, mox de cellula vel eremitorio, ubi extra civitatem habitabat, ad domum Miſericordiæ ſuperius nominatam fecit eum transferri: & perſonaliter cum ſociabus ſuis ipſum viſitans, ordinavit de cunctis neceſſariis ad curam infirmi. Et tandem appropians, ad aurem ipſius ſilenter dixit eidem: Ne timeas, quantumcumque te ſenſeris morbo gravari, quia iſta vice non morieris. Nobis autem qui eam rogabamus, ut pro ejus liberatione oraret, nihil voluit aperire: imo videbatur quodammodo de morte ejus nobiſcum dubitare: ex quo nos omnes amplius triſtabamur, qui ſimul cum dicto Sancto ex unione dilectionis patiebamur. Tandem morbo per ſingulas horas quodammodo augmentum capiente, de ſalute corporis cœpimus deſperare, & ad animæ ſalutem tantum attendere. Demum virtute corporea ex toto quaſi deficiente, ultimum tranſitum mœſti præſtolabamur. Virgo vero Domini veniens, etiam in hoc puncto ad aurem acceſſit infirmi, & dixit: Ne timeas, quia non morieris. Illeque quamvis ſenſibus videretur jam eſſe privatus, ipſam optime intellexit: pluſque verbis ejus credebat, quam morti, quam actualiter ſentiebat. Sicque opere factum eſt, ut verba virginis vincerent facta naturæ; & cunctis experientiis certior virtus divina, ſuper omnem hominum æſtimationem, corpus jam quaſi mortuum ſuſcitaret.

C

cum jam moriturus crederetur, convaleſcit.

253 Nobis autem expectantibus ultimum ſpiritus exitũ, & parantibus quæ ad funeralia neceſſaria erant, præteriit terminus, intra quem communiter moriebantur illi qui morbum illũ patiebantur, & pluribus diebus nos tenuit tranſitus ille. Sed ultimo adveniente virgine, & ad aurẽ infirmi dicente: Ego mando tibi in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, quod non tranſeas: mox ſpiritus rediit ad corpus, & vigore aſſumpto, ſurrexit Sanctus in lectulo, cibumque petiit. Sicque in parvo ſpatio temporis totaliter eſt curatus: vixitque poſtmodum multis annis, & præſens fuit, cum ipſa ſacra virgo migravit à corpore, anniſque pluribus poſtea ſupervixit. Hic re Sanctus & nomine, qui Frater Sanctus ab omnibus dicebatur, poſt dictam curationem narravit nobis verba, quæ ſacra virgo ſibi ad aurem dixerat, & qualiter ſenſerat virtutes ejus potentiæ, ſpiritum volentem egredi retinentes. Omnibuſque affirmabat, nullam naturalem cauſam ipſum tunc liberaſſe, ſed præciſe divinam potentiam: addebatque quod non reputabat minus miraculum, quam ſi mortuus ſurrexiſſet. Cui ſanctitas vitæ atque naturalis prudentia jubebant fidem in omnibus adhiberi: nam triginta ſex annis vel circiter, in dicta civitate Senarum vitam anachoreticam duxit ſine querela, cunctiſque ipſum agnoſcentibus erat in veneratione non parva, propter ejus virtutes.

A

ANNOTATA.

E

a *Ergo circa annum* 1374. *Fr. Thomas ſignanter notat annum* MCCCLXXII. *In impreſſo Colonienſi perperam legebatur*, Accidit autem anno primo ante hunc nonageſimum. *Evidens mendum correctum ex MS. Leodienſi. Eumdem annum* 1374 *dicta peſtilentiæ attribuit auctor Vitæ B. Stephani Macconi lib.* I *cap.* 4

b *Ibidem* Communicantes, *quod ſimiliter corrigendum fuit, ex eodem MS.*

CAPUT XII.

Alia ſanitatum à Catharina impetratarum exempla.

Confeſſarium, peſte infectus ſeptiviensem

254 CEterum qui de aliis recitavi, quæ in me ipſo ſunt per ſanctam virginem mirabiliter operata, non debeo ſub ſilentio præterire. Sicut autem ſupra narravi, adveniente peſtilentiali morbo in civitate prædicta, diſpoſui pro ſalute animarum periculo mortis corpus exponere, & nullum vitare infirmum: conſtat enim quod morbus ille contagioſus eſt, & aërem & homines inficit circumſtantes. Verum conſiderans, quod multo plus poteſt Chriſtus quam Galenus, & plus gratia quam natura; attendens etiam, quod ceteris fugientibus, animæ tranſeuntes abſque conſilio & auxilio remanebant; caritate qua teneor plus diligere animam proximi quam proprium corpus, ſacra etiam virgine ad hoc me inducente, omnino decrevi omnes quos poteram viſitare, confortare, ac informare: quod juxta gratiam mihi datam, Domino auxiliante, perfeci. Verum quia ſolus quaſi eram in civitate tam grandi, vix tempus aut cibi aut ſomni mihi relinquebatur, quo pauliſper reſpirare valerem, tot infirmantium nuntiis domum exire cogebar. Quadam autem nocte dum more ſolito quieviſſem, & pro laudibus Dei perficiendis vellem de lectulo ſurgere, ſenſi dolorem non parvum in inguine: manuque palpans, reperi apoſtematis inflaturam: ex quo non modicum territus, non ſum auſus ſurgere, ſed cœpi de hujus vitæ tranſitu cogitare. Optabam diem cito fieri, ut virginem ſacram poſſem adire, priuſquam amplius aggravarer. Inter hæc ſupervenit febris & dolor capitis, juxta morem illius morbi, egoque ſupra modum affligor, conor tamen laudes divinas perficere. Advenienteque die, accito ſocio, domum virginis adeo ſicut poſſum. Sed fruſtra protune: aberat enim, quia quemdam infirmum iverat viſitatum. Sed ego ipſam omnino determinans expectare, nec valens me ipſum quomodolibet ſuſtinere, coactus ſum in quodam ibi poſito

F

cadentique contactum.

A sito lectulo reclinare, rogans exiſtentes in domo, quod pro ipſa mittere non tardarent: quod & factum eſt.

255 Ipſa igitur veniente, meque ita gravatum inveniente, audito quod patiebar, mox coram lectulo fixit, genua: manuque ſua frontem meam cooperiens, cœpit modo conſueto ſibi orare mentaliter. *ſanat Virgo;* Orando autem à ſenſibus vidi raptam, juxta quod alias ſæpius videram. Expectabam aliquod ſingulare videre pro bono animæ & corporis mei. Igitur dum ſic ſtetiſſet quaſi per dimidiam horam vel circiter, ſenſi totaliter corpus meum commoveri per omnes partes: putavique quod vomitus me tunc invaderet, ſicut plures qui eodem morbo extincti fuerant, videram invaſiſſe: ſed ſic non accidit, imo viſum eſt mihi, quod de qualibet extremitate corporis, ad extra aliquid traheretur quodammodo violenter. Cœpique me melius ſentire, ac paulatim ſemper melius me habere. Quid plura? priuſquam ſacra virgo ad ſenſus rediret corporeos, ex toto fui curatus, debilitate tamen aliqua remanente, vel in ſignum morbi curati, vel propter debilitatem fidei meæ. Virgo autem Domini, poſtquam obtinuerat à Sponſo perfectam gratiam, ſciens me fore curatum, ad ſenſus corB poreos eſt reverſa: mandavitque cibum, infirmis dari ſolitum, pro me parari. Quo facto, & ſumpto de ſacris manibus ejus, juſſit ut pauliſper quieſcerem. Quod & ei obediens, feci. Surgens autem, adeo fortis fui, ac ſi nihil paſſus fuiſſem. Quod ipſa cernens, inquit: Vadatis ad laborandum pro ſalute animarum, gratiaſque referatis Altiſſimo, qui vos de præſenti periculo liberavit. Sicque acceſſi ad onera conſueta, magnificans Dominum, qui talem poteſtatem dedit huic homini virginali.

item ſocium ejus: 256 Porro ſimile miraculum operata eſt virgo ſancta, ejuſdem peſtilentiæ tempore, in Fratre Bartholomæo Dominici de Senis, tunc & nunc ſocio meo, qui Romanam provinciam actualiter nunc gubernat: ſed tanto majus, quanto idem Frater gravius & diutius fuerat iſto morbo peſtilentiali oppreſſus: quod propter brevitatem extenſe non recito, quia tendo ad alia clariora, & judicio meo majora, licet quamplura eadem brevitatis cauſa dimittam. Volo tamen te ſcire, lector dilecte, quod non tantum tempore peſtis virgo Domini has miraculoſas ſanitates efficiebat, & non ſolum in propria civitate Senarum, ſed etiam alibi & alio tempore; ſicut unum, quod in præſentiarum refero, tibi pro multoC rum exemplo ſatisfacere poterit, ſi advertis.

257 Contigit temporibus illis, poſt finem peſtis ſuperius recitatæ, quod plures utriuſque ſexus homines, tam religioſi quam alii, ſed ſpecialiter quædam moniales civitatis Piſanæ, audita virginis ſacræ fama laudabili, magno æſtuabant deſiderio ipſam videndi, & ipſius doctrinam, quæ dicebatur & erat mirabilis, audiendi. Et quia non licebat quampluribus ex deſiderantibus illis, nec fas erat, ad ipſam accedere, fecerunt ei tam per litteras quam per nuntios frequentius ſupplicari, quod Piſas accedere dignaretur; promittentes & ſcribentes, ut eam magis allicerent, quod magnus animarum fructus ibi per ejus præſentiam eſſet diſpoſitus fieri, & magnus inde ho*conſulto Deo Piſas profecta,* nor Domini ſequeretur. Virgo autem ſacra, licet ſemper vitaſſet circuitus, tot tamen & tam frequentibus pulſata precibus, coacta eſt ad Sponſum ſuum recurrere, & ab ipſo juxta conſuetudinem ſuam declarationem hujus dubii humiliter poſtulare. Domeſticorum enim ejus quidam conſulebant, & quidam omnino diſſuadebant. Factum eſt autem ut poſt plures dies, prout mihi retulit in ſecreto, Dominus ei more conſueto apparens, mandavit quod deſiderio ſervorum & ancillarum ſuarum, in dicta civitate habitantium, ſatisfacere non tardaret. Quod illa, ſicut vera obediens, mandatum cum humilitate ſuſcipiens, poſtquam mihi retulit, de licentia mea iter arripuit, & ad civitatem Piſanam acceſſit: quo ego cum aliquibus Fratribus Ordinis mei, pro Confeſſionum audientia ſum eam ſecutus: multi enim ex his *multos ad* qui ad eam veniebant, auditis ferventibus verbis ejus, *pœnitentiam induconterebantur ex corde: quos ipſa, ne per antiquum ceſt,* hoſtem raperentur de manu ſua, jubebat ad Confeſſorem abſque dilatione accedere, ſacramentalemque Confeſſionem perficere ſine mora. Et quia propter Confeſſorum abſentiam differebatur & impediebatur quandoque deſiderium ejus, libenter habebat juxta ſe aliquos Confeſſores, qui poſſent talibus de pœnitentiæ remedio providere. Propter quam etiam cauſam felicis memoriæ Dominus Gregorius Papa undecimus, mihi & duobus ſociis meis per Bullam ſuam conceſſit, quod auctoritatem Epiſcoporum ſive Diœceſanorum haberemus plenariam abſolvendi cunctos, qui per hujus ſacræ virginis miniſterium fuiſſent ad confitendum inducti.

258 Poſtquam igitur Piſas pervenimus, & ipſa *diuturna* fuiſſet recepta in domo cujuſdam civis, qui Gerardus *febri laboranteme,* de Bunecontibus dicitur; idem hoſpes ejus Gerardus quadam die ſecum adduxit quemdam juvenem, viginti annorum vel circiter, quem ſacræ virgini præſentavit, ſupplicans ut pro ejus ſalute vellet orare. Narrabat ſiquidem, per octodecim menſes quotidianas febres fuiſſe paſſum, ita quod numquam fuerat dies, in qua febres non habuiſſet: quæ quamvis tunc non adeſſent, ante tamen fuerant ita continuatæ, quod robuſtiſſimum prius juvenem, omni virtute fortitudinis jam privaverant, nec aliqua poterat medicina curari: quod & facies ejus, macilenta & pallida, notorie indicabat. At virgo, juveni jam ex corde compaſſa, mox eum interrogavit, quantum tempus erat quod peccata ſua per Confeſſionem ſacramentalem diluerat. Quo reſpondente, quod plures jam tranſierant anni, virgo ſubintulit: Ideo, inquit, hanc diſciplinam te ſuſtinere voluit Dominus, quia non purgaſti animam tuam per ſanctam Confeſſionem à tanto tempore. Unde igitur cito, fili cariſſime, ad Confeſſionem accede, & evomas putredinem peccatorum, quæ animam infecerunt & corpus. Quo *peracta confeſſione valetudine donat,* dicto, Fratrem Thomam primum Confeſſorem ſuum fecit ad ſe vocari, eique tradidit dictum infirmum, ut ejus audita confeſſione, eum abſolveret à peccatis. Quo peracto, cum ad eam rediſſet infirmus, manu poſita ſuper humeros ejus, inquit: Vade, F fili, cum pace Domini Jeſu Chriſti, quia nolo quod febres illas amplius patiaris. Dixit, & ſic factum eſt: ex illa enim hora nec febris venit ulterius, nec ejus veſtigium. Illius enim virtus latebat in virgine, qui dixit & facta ſunt, qui mandavit & cuncta protinus ſunt creata. Poſt plures autem dies infirmus ille jam curatus, ad virginem rediit, gratias agens, & coram omnibus nobis aſſeruit, ſe nihil moleſtum ex illa hora ſenſiſſe.

259 Hujus autem rei ego ipſe ſum teſtis, ita ut poſſem dicere cum Joanne: Qui vidit, teſtimonium Joa. 19, 35 perhibuit, &c. Conteſtes autem mei fuerunt, dictæ *Teſtes miraculi:* virginis hoſpes cum matre ſua, totaque familia domus ejus; præfatus Frater Thomas, tam virginis Confeſſor quam infirmi; Frater Bartholomæus Dominici, tunc & nunc ſocius meus; cunctæque mulieres, quæ cum ſacra virgine venerant de civitate Senarum. Sed & ipſe curatus, quaſi per totam civitatem Piſanam hoc miraculum divulgavit: imo poſt aliquos annos, dum per dictam civitatem Piſanam tranſitum facerem, venit ad me: quem, quia factus erat robuſtus & pinguis, vix recognovi: & coram pluribus qui mecum erant, iterum Deo & vir-

AUCT. RAYMUNDO CONFESS.

AUCT. RAYMVNDO CONFESS.

gini gratias agens, recitavit miraculum, ſicut ſuperius eſt narratum.

quamdam ab angina liberat,

260 Simile autem huic prius acciderat in civitate Senarum: ſed tanto mirabilius, quanto infirmitas periculoſior erat. Quædam namque Soror de pœnitentia B. Dominici, quæ dicebatur *a* Gemma, erat ſacræ virgini multum domeſtica. Hæc ſemel paſſa eſt in gutture illam infirmitatem, quam medici ſquinantiam vocant: quia autem in principio fluxus capitis deſcendentis ad guttur, adhibere neglexit remedia, infirmitas erat adeo augmentata, quod illa quæ primitus profuiſſent, jam non conferebant ad ſuſcipiendam ſalutem. Hinc partes illæ ſtrictæ gutturis, paulatim quotidie amplius ſtringebantur, ita quod ſuffocationem ultimam de proximo minarentur. Quod illa perpendens, ſe ipſam cum omni conatu violentavit, & acceſſit ad virginem, quæ non remote tunc temporis habitabat. Quam cum inveniſſet, modo quo poterat, inquit: Mater mea, ego morior niſi tu mihi auxilium præbeas. Tunc viſa gravedine morbi, ſorori compatiens, quæ vix reſpirare valebat, mox plena cum fiducia manum appoſuit gutturi: ſignoque Crucis edito ſuper illud, abſque dilatione quacumque totam illam paſſionem expulit & fugavit: ſicque quæ mœrens & tremens advenerat, gaudens reverſa eſt cum omnimoda ſoſpitate. Ne autem reperiretur ingrata, Fratrem Thomam adiit, miraculum recitavit ei, quod ille redegit in ſcriptis: de cujus ſcriptura ſumptum per me, in hac pagina breviter eſt deſcriptum.

B

teſtes prædictorum miraculorum,

261 Sed quia de ſignis patratis in corporibus familiarium & domeſticorum eſt tactum; occurrunt memoriæ quædam notabilia ſigna, quorum ipſe ſum teſtis, multoſque mecum conteſtes adhuc viventes habeo, prout infra dicetur. Tempore quo felicis memoriæ Dominus Gregorius Papa undecimus, de

b

Avenione *b* tranſivit ad Urbem, contigit ſacram virginem cum ſua comitiva, in qua ego eram, præcedendo dictum Pontificem, Januam pervenire; ibique moram trahens, donec præfatus ſummus Pontifex cum Romana curia veniret ad eamdem civitatem, diebus aliquibus requievit; ac inchoatum iter proſequens, inde Urbem verſus diſceſſit: quæ mora, unius menſis & ultra ſpatio tendebatur. Erant autem in ſocietate noſtra duo devotiſſimi juvenes, natione Senenſes, qui ſcriptores erant epiſtolarum hujus almæ virginis, qui adhuc religioſe ac virtuoſe vivunt in corpore. Horum alter vocatur Nerius Landoccii de

C

Pagliarenſibus, qui ſolitariam & quodammodo anachoreticam ducit vitam, ſpreto ſeculo & pompis ejus

c

in his duo ejus ſcriba,

omnibus. Alter *c* Stephanus Corradi de Maconibus, qui ex juſſu ejuſdem virginis ſibi facto, dum ipſa tranſiret ex hoc mundo ad Patrem, Ordinem Carthuſienſem ingreſſus eſt: in quo divina gratia ſe comitante, adeo jam profecit, quod in Italia magna pars illius Ordinis, ejus viſitationibus, monitis & exemplis regitur & gubernatur; Priorque factus eſt pluribus in monaſteriis ſucceſſive, nunc autem actualiter Prior eſt in conventu Mediolanenſi, prædicti Carthuſienſis Ordinis, virque non parvæ operationis & famæ habetur ab omnibus. Hi duo pariter teſtes ſunt & conteſtes, tam mei quam aliorum & aliarum, de omnibus vel de majori parte ſupraſcriptorum mirabilium, in hac tota ſecunda parte recitatorum. Sed tempore ſupra deſcripto, in dicta civitate Januæ, in perſona utriuſque ipſorum, memorabile ſignum operatus eſt Dominus per ſacram virginem ſponſam ſuam.

262 Contigit enim, dum eſſemus ibi, dictum Nerium infirmari infirmitate quadam horribili, qua non tantum ipſe, ſed nos omnes incredibiliter vexabamur: doloribus namque viſcerum cruciabatur die noctuque aſſidue, quibus cogentibus, voces cum ejulatibus jugiter emittebat, nec poterat in lectulo uno quieſcere; ſed manibus reptans & genibus, quia ſe nequibat erigere, totam cameram ubi plures erant lectuli, quaſi dolores fugiens, perquirebat; noſque ac ſe ipſum flebiliter moleſtabat. Fiunt hæc nota virgini, tam per me quam per alios: quæ quamvis compaſſionem oſtenderet, non tamen movebatur ad orandum more ſolito pro ſedatione paſſionis illius, nec fiduciam (ut aſſolebat) nobis dabat de liberatione infirmi: imo mihi impoſuit, ut medicos advocarem, & medicinalia remedia infirmo adhiberentur. Quod & diligentiſſime feci, duos advocans medicos, quibus obediebatur ad nutum: ſed in nullo infirmus eſt relevatus, imo potius aggravatus. Quod totum (ut arbitror) factum eſt, ut Dominus in ſponſa mirabilior appareret: nam procedentibus & nihil proficientibus medicis, mihi tamen dixerunt, quod nullam ſpem ulterius habebant de illius ægroti ſalute.

D

quorum unus ab intolerabili cruciatu,

263 Quod cum narraſſem Fratribus & ſociis exiſtentibus mecum in menſa, præfatus Stephanus ſurrexit à cœna in ſpiritu fervoris & amaritudinis animi, & ingreditur cubiculum virginis, ſeque ad pedes ejus proſternit cum lacrymis, petens humiliter & inſtanter, quod non permitteret confratrem & ſocium ſuum in via, quam propter Deum & caritatem ejus aſſumpſerat, corporea vita privari, cadaverque ejus in patria remanere peregrina. Cui benigna virgo compaſſa, materna caritate reſpondit: Ut quid, fili mi, turbaris & doles? Si Deus vult Ne-

intercedente apud ſanctam ſocio,

rium fratrem tuum de ſuis laboribus præmiare, non, inquit, debes dolere, ſed lætari. Ad quam ille: Dulciſſima mater, obſecro ut vocem meam audiatis, & eum juvetis, quia non dubito quin ſi velitis, poſſitis. At ipſa, maternum affectum continere non valens, ait: Hortabar ut conformitatem haberes cum divina voluntate: ſed ex quo te video taliter afflictum, cum eras ad Miſſam acceſſero pro Communione ſancta, reducas hoc ad memoriam meam, & tibi promitto quod precem hanc Domino porrigam: tu vero Deum orabis ut exaudiat me. Tunc Stephanus, hac promiſſione contentus & lætus, mane ſequenti tempeſtive coram ſacra virgine, cum iret ad Miſſam, humiliter genu flectens, ait: Oro, mater mea, ne ſim fraudatus deſiderio meo. Quæ tunc in eadem Miſſa communicavit; & poſt moram & ſuæ ſanctæ mentis exceſſum, juxta conſuetudinem, tandem ſenſibus corporalibus eſt reſtituta: & ſtatim dictum Stepha-

F

num, expectantem ibidem, ſubridens allocuta eſt, dicens: Gratiam habes, quam petis. Et ipſe: Numquid, mater mea, liberabitur Nerius? Et illa: Firmiter liberabitur, quia Dominus eum nobis reſtituit. Tunc ille gradu non lento acceſſit ad ægrotum, ipſum in Domino confortans. Et poſt paululum medici venientes, & ſigna ſua multipliciter conſiderantes; qui de ſalute cujus omnino deſperaverant, cœperunt inter ſe dicere, poſſibile fore quod adhuc ſanaretur. Ipſe vero juxta verbum virginis, ſucceſſive convaluit uſque ad ſanitatem perfectam.

per ejus preces liberatur,

264 His igitur ſic peractis, dictus Stephanus tam ex laboribus corporis, quam ex paſſionibus mentis, quas paſſus fuerat, dicto Nerio miniſtrando, febres non parvas cum vomitu & exceſſivo dolore capitis incurrit: quamobrem in lectum decidit: & quia dilectus nimium erat ab omnibus, omnes ei condolendo aſſiſtebamus. Quod dum ſacræ virgini notificatum eſt, nimis condoluit. Ad ipſum igitur perſonaliter acceſſit; petitoque de qualitate languoris, & ex tactu percepto, quod valde febres cruciabant eum, mox in fervore ſpiritus ait: Præcipio tibi in virtute ſanctæ obedientiæ, quod amplius

alter à febre.

iſtas

A istas febres non patiaris. Mira res! obedivit natura voci virginis, ac si de cælo ab omnium Conditore sonuisset. Namque absque naturali quocumque remedio, ipse tunc, antequam sacra virgo discederet ab ejusdem Stephani lectulo, pulsis febribus plene liberatus est: sanumque nostrum Stephanum sine dilatione recepimus cuncti gaudentes, Dominoque gratias referentes, qui hæc duo signa infra paucos dies per sponsam suam, nostris videntibus oculis, fuerat operatus.

265 Porro his duobus signis addo & tertium, cujus ego non sum testis de visu, quia ego non fui præsens, sed illa in qua miraculum factum est, adhuc extat & testificatur aperte, ipsaque indicante, didici quæ nunc scribo. Sed & aliæ quæ fuerunt tunc in societate virginis sanctæ, & supersunt adhuc, assertioni ejus attestantur absque scrupulo. Hæc est Soror de pœnitentia B. Dominici, natione Senensis, licet in urbe non habitet, vocaturque Joanna de Capite, quæ recitat quæ sequuntur. Tempore namque quo felicis memoriæ Dominus Gregorius XI, superius nominatus, habitabat in Urbe, de ipsius mandato sacra virgo accessit Florentiam, ut pacem inter Patrem Patrum, & rebelles tunc filios procuraret: quod & fecit, prout & in quodam distincto Capitulo plenius differetur. Draco autem infernalis, discordiarum nutritor & auctor, ac hostis cujuslibet unitatis, tot scandala suscitavit in civitate prædicta, etiam contra sponsam Jesu Christi, quæ laborabat pro pace, quod prolixum nimis esset hic illud inserere, nimisque diverteremus à proposito nostro: sed, concedente Domino, infra propter ejus detractores fiet (ut dictum est) unum Capitulum. Dum igitur sacra virgo esset de Apostolico mandato Florentiæ, pluraque ac gravia scandala contra eam suscitaret hostis antiquus; consultum fuit ei per fideles & devotos ejus, quod parumper secederet extra civitatem prædictam, locumque furori daret ad tempus. Ipsa vero, tamquam tota discreta & humilis, assensit illorum consilio: sed dixit, quod ex divino mandato de dictæ civitatis territorio non erat finaliter recessura, quousque pax & concordia inter summum Pontificem & illum populum esset ibidem præconizata: quod rei postmodum probavit eventus.

Florentia discessura Sancta, B

sociam itineris sanat à tumore pedis & febri: C

266 Parat igitur se, ut ad tempus discedat de civitate, ac ad quemdam locum ejusdem communitatis accedat: sed invenitur quod dicta Joanna infirmitate gravi laborabat: nam pes ejus ex causa moræ sibi erat inflatus ex toto, ac cum dolore pedis invaserat eam febris non modica: & sic dupliciter erat afflicta, ac ab itinerando totaliter impedita. Quod virgo dum percipit, nolens eam solam dimittere, ne mali aliquid pateretur ab impiis, ad consuetum recurrit orationis refugium, Sponsi sui auxilium invocans, ut illi casui providere misericorditer dignaretur. Nec passus est clementissimus Dominus sponsam suam illa diu perplexitate affligi. Nam ipsa orante, infirma illa cœpit suaviter dormire; ab ipsoque somno excitata, ita se reperit perfecte curatam, ac si numquam mali aliquid passa fuisset. Moxque surgens, se paravit ad iter, & eodem mane una cum virgine & aliis sociabus ambulavit agiliter, sicut unquam ambulasset suæ tempore juventutis. Quo stupentes ceteræ quæ ipsam viderant patientem, laudes referebant omnipotenti Deo una cum ipsa, qui per sponsam suam operaretur miranda in corporibus assistentibus sibi.

267 Huic autem signo aliud addo, quod per eam operatus est Dominus in quadam civitate comitatus Provinciæ, quæ vocatur *d* Tolonum, cum rediremus de Avenione, tempore quo dictus Gregorius Papa undecimus pergebat ad Urbem. Cum enim ad di-

d item Toloni, ctam civitatem Toloni perveniissemus cum ipsa, hospitiumque recepissemus, in quo ipsa more solito mox cubiculum est ingressa; nobis tacentibus, lapides (ut ita dixerim) clamaverunt quod virgo sancta ad civitatem pervenerat eamdem: cœperuntque primo mulieres, deinde viri ad dictum hospitium convenire, ac petere ubi esset illa sancta domina, quæ de Romana curia remeabat. Cumque hospite prodente nequiremus eam celare, oportuit quod saltem mulieres ingredi permitterentur ad eam. Quo facto, adductus est per quamdam mulierem quidam infantulus, adeo tumefactus & turgidus, in ventre potissime, quod monstrum quoddam videntibus apparebat. Rogabantque mulieres illæ virginem Domini, ut eumdem infantulum in ulnas suas recipere dignaretur. Illa vero, licet prius renueret fugiens humanum favorem, tandem tamen victa compassione, videns fidem illarum, assensit. Mox vero ut puerum assumpsit in manus virgineas, cœpit magnas de corpusculo suo ventositates emittere, & cunctis videntibus omnis illa tumefactio recessit, restitutusque est plenariæ sanitati. Hoc autem signum, licet me præsente factum non fuerit, seu me vidente; fama tamen adeo certa fuit & publica, quod Episcopus *e* civitatis ejusdem misit pro me; narransque prædictum miraculum, asseruit infantem illum esse nepotem Vicarii sui: & rogavit, quod facerem ut posset virgini sanctæ loqui: quod & factum est. Postremo vero multa quidem & alia signa fecit Dominus Jesus per sponsam suam in humanis corporibus, quæ non sunt in hoc libro conscripta: sed hæc pauca conscripta sunt, lector bone, ut ex eis ad credendum merito inducaris, quod in hac virgine habitabat Jesus, Dei & virginis filius, qui cuncta hæc opera principaliter faciebat. Porro licet liberatio eorum qui obsessi à malignis spiritibus detinentur, inter corporis curationes debeant computari; quia tamen nimis est præsens Capitulum protelatum, & hæc sancta virgo in hoc gratiam habuit specialem, hic huic Capitulo decrevi finem imponere, ac illa in sequenti Capitulo recitare.

AUCT. RAYMUNDO CONFESS.

infantem turgidum.

c

E

F

ANNOTATA.

a *Fr. Thomas pro* Gemma, *scribit* Germina.

b *Factum id anno* 1376.

c Stephani *hujus Vitam cum titulo* Beati *libris quinque complexus Bartholomæus Senensis, Carthusiæ Florentinæ monachus, vulgavit eam an.* 1626: *obiit autem ipse Stephanus an.* 1424 *die* 7 *Augusti, communi sepultura donatus in Carthusia Papiensi, cujus magnificentissimæ à Galeatio Vicecomite struendæ auctor & promotor præcipuus fuit: sed ibi nullus ejus est cultus. Senenses inter Patronos eum numerare dicuntur: quod ubi distinctius nobis constiterit, poterimus de eo agere mense jam dicto: interim hanc admonitionem præmittimus, ut probationes huic rei necessarias, si haberi possint, eliciamus; aliàs eumdem prætermissuri.*

d Telo, *vulgo* Toulon, *urbs maritima & amplo portu insignis.*

e *Sammarthani indicant ab anno* 1370 *ad* 1380 *Tolonensi civitati Episcopum præfuisse* Joannem III *Hispanum, cognomine Silvestrum, sub quo Prædicatoribus in ea urbe attributæ ab Joanna Regina sint ædes regiæ.*

CAPUT XIII.

Potestas à Catharina contra dæmones exercita.

268 NOn cessabat Sponsus æternus, ut ex supradictis potes perpendere, lector amabilis, virtutem, quam interius copiose concesserat sponsæ suæ, per actus exteriores ostendere visibiliter: quia nec abscondi potest ignis in sinu, nec arbor plantata secus decursus aquarum aliquando deficit, quia CAP. XI.

AUCTORE RAYMUNDO CONFESSARIO

quin fructum ſuum producat tempore ordinato. Virtus igitur Domini Jeſu, imo ipſe Dominus Jeſus latens in pectore virginis, diverſimode quotidie amplius pandebatur, non ſolum divinam gratiam de cælo pro omnibus impetrando peccatoribus, ut in ſeptimo dicebatur Capitulo; non modo terrena corpora infirma vel mortua reparando, prout octavum tibi demonſtravit Capitulum; ſed etiam infernalibus ſpiritibus imperando, ipſoſque de obſeſſis corporibus expellendo, ut ſic in nomine Domini Jeſu habitantis in ea, ſibi cæleſtia, terreſtria & infernalia flecterentur. Quod ut percipias certius, attende quod ſequitur.

Poteſtate in dæmones conceſſa

269 Fuit in civitate Senarum vir quidam, vocatus
a juxta patriæ nomen *a*, Ser-Michael Ser-Monaldi, arte notariorum ſeu ſcribarum peritus non mediocriter, quem ipſe centies vidi, de cujus ore cuncta percepi quæ ſcribo. Hic dum eſſet ætate grandævus, haberetque uxorem cum duabus filiabus, quas ex ea genuerat; decrevit ex conſenſu uxoris ſe Dei ſervitio mancipare, eaſque virgines filias Chriſto Domino
B dedicare. Quamobrem ad quoddam monaſterium virginum, ſub nomine B. Joannis Baptiſtæ fundatum, in dicta civitate ſitum, acceſſit; ſeque ac ſua devote obtulit Deo & B. Joanni, filiaſque virgines aliis ſociavit virginibus ibidem incluſis: & ipſe cum conjuge ab extra inhabitans, curam temporalium rerum ejuſdem monaſterii, amore Dei gerebat. Dum autem per aliquod tempus ibidem manſiſſet, accidit juſto Dei judicio, ſed occulto, quod una ex filiabus dicti Ser-Michaelis, quæ dicebatur Laurentia, ætatis octo annorum vel circa, arrepta eſt à dæmone & obſeſſa. Quam dum hoſtis antiquus frequenter ac dure vexaret, totum monaſterium virgineum horribiliter conturbabat. Factumque eſt ut Sorores, dictam puellam amplius inter ſe nolentes retinere, præfatum Ser-Michaelem cogerent ad eam de monaſterio educendam. Qua educta, inventum eſt quod malignus ille ſpiritus, puellæ vexator, per os ejus Latinis verbis congrue loquebatur; cum tamen puella omnem Latinitatem penitus ignoraret. Reſpondebat ad quæſtiones profundiſſimas & difficiles: peccata & ſecretas conditiones quamplurimum detegebat: multiſque aliis ſignis demonſtrabat apertius, ſe eſſe ſpiritum reprobum, qui permiſſione divina, ex cauſa tunc hominibus ignota, vexabat puellam innocentem.

Puella octennis oblata monaſterio

C 270 Triſtabantur igitur inde parentes ſimul & attinentes, remediaque undique laborando quærebant, ut ſpiritus ille nequam à puella vexata poſſet ejici. Propter quod ad diverſas Sanctorum reliquias adduxerunt, ut eorum meritis & virtute malignus ſpiritus fugaretur. Singulariter autem confidebant in reliquiis beati Fratris Ambroſii *b*, Ordinis Fratrum Prædicatorum, qui à centum annis & ultra, multis coruſcavit & coruſcat miraculis, ſingularemque virtutem habuit & habet in effugatione ſpirituum immundorum, ita ut ejus cappa ſive ſcapulare, quæ adhuc integraliter conſervatur, malignos ſpiritus de obſeſſis ſoleat corporibus effugare, ut ego ipſe aliquando teſtis fui de viſu. Quamobrem Laurentiam ad eccleſiam Prædicatorum ducentes, & ſuper ſepulcro dicti Fratris B. Ambroſii ponentes, prædictaſque ipſius veſtes puellæ applicantes, invocabant virtutem Altiſſimi, ut vexatæ innocentulæ ſubveniret. Verum pro tunc exauditi non ſunt, quia vere (ut arbitror) neque puella peccaverat, neque parentes, ut ſic vexaretur, quos novi fuiſſe laudabilis vitæ; ſed pro gloria ſanctæ virginis declaranda, ſi non fallor, Dominus hoc permiſit. Propter quod etiam Ambroſius, in termino beatitudinis poſitus, in hoc miraculo viatrici detulit Catharinæ, ut virtus ejus declararetur fidelibus, antequam etiam migraret de corpore. Quid plura? Suadetur parentibus à quibuſdam noſcentibus virginem, ut Laurentiam Catharinæ virgini debeant præſentare. Quod dum implere vellent cum affectu, & hoc virgo ſacra ſciret, nuntianti ſibi reſpondit: Ego, proh dolor! vexor nimis à ſpiritibus malignis quotidie, numquid modo indigeo ſpiritibus alienis? Et hoc dicto, quia per oſtium fugere non poterat, quin ab ingredientibus videretur: quoddam tectum aſcendit, clamque fugit de domo illa, ut non poſſet quomodolibet reperiri: illique pro tunc ſuo fuerunt intentu fruſtrati. Verumtamen quanto magis viderunt ejus humilitatem & humani favoris fugam, tanto magis conceperunt fiduciam de ſanctitatis ejus virtute, majorique fervore ipſius auxilium imploraverunt. D

ad Catharinæ ſubſtantiam fugientis

271 Non valentes autem ad ipſam accedere, quia cunctis ſociabus prohibuerat, ne aliqua ſibi de hac materia loqueretur; habuerunt recurſum ad Fratrem Thomam ejus Confeſſorem, ſæpiſſime ſuperius nominatum, cui noverant virginem in omnibus obedire: narranteſque ſuam miſeriam, ſupplicaverunt, ut per obedientiam eam cogeret ad ſubveniendum eorum calamitati. Ille vero cordialiter eis compatiens, & nihilominus ſciens ſe ſuper virtute miraculorum nullam poteſtatem habere, humilitatemque virginis non ignorans, talem adinvenit cautelam. Acceſſit quodam ſero ad domum virginis, abſente tunc ipſa caſualiter, puellamque dæmoniacam ſecum duxit uſque ad oratorium ejus: & tunc illi ſociæ, quæ in domo remanſerat, dixit: Dicas Catharinæ quando reverſa fuerit, quod ego per obedientiam ei mando, quod hanc puellam permittat iſta nocte hic hoſpitari, eamque ſecum retineat uſque mane: & hoc dicto diſceſſit, ibidem puella dimiſſa. Poſt parvam vero moram virgo reverſa, cum puellam in proprio cubiculo reperiſſet, ipſamque mox cognoviſſet plenam eſſe dæmonio, ſuſpicans illam eſſe quam fugiebat, dixit ad ſociam: Quis huc puellam hanc adduxit? Cui cum illa narraſſet Confeſſoris mandatum, videns ſe undique coarctatam, ad conſuetum recurrit orationis refugium, puellamque ſecum flexis genibus orare coegit: toramque noctem illam in pugna cum hoſte illo ac oratione vigil expendit. Quid plura? Priuſquam illuceſceret dies, dæmon ille, licet reluctaretur, virtute tamen divina coactus abſceſſit, puellaque ſine quacumque corporis læſione remanſit. Quod dum ſocia virginis, quæ dicebatur Alexia, percepiſſet; illuceſcente die indicavit Fratri Thomæ prædicto, puellam à vexatione diabolica eſſe liberatam. Qua ex cauſa ipſe cum patentibus Laurentiæ ad habitaculum virginis accedentes, puellamque ſimpliciter liberatam invenientes, parentes prædicti gratiarum actiones omnipotenti Deo & ipſi virgini lacrymabiliter reddiderunt. Quo facto, filiam ſecum ducere volebant ad propria: ſed virgo Domini, ſciens, Domino revelante quod futurum erat circa puellam, dixit ad eos: Sinite adhuc puellam diebus aliquot morari hic nobiſcum, qua ſic expedit ejus ſaluti: quod illi gratiſſime acceptantes, dimiſſa filia, cum non parvo gaudio receſſerunt. E

cameram inducitur,

272 Virgo autem ſacra, interim monita ſalutis dans eidem puellæ, ac ad frequenter & devote orandum inducens verbo pariter & exemplo, prohibuit ei, ne domum illam per aliquem modum egrederetur, quouſque parentibus advenientibus ex toto recederet. Quod illa perfecte ſervavit, ſeque melius diſpoſitam amplius quotidie demonſtrabat. Verum quia domus dicta non erat propria domus virginis, ſed erat domus Alexiæ ſupradictæ, quæ tamen non multum diſtabat ab ejus propria domo,

ibique pernoctans liberatur ad tempus, F

& invaſa à dæmone,

b fruſtraque ad corpus B. Ambroſii ducta,

contigit

A contigit diebus illis virginem Domini, una cum Alexia ad domum propriam ſe transferre, ibique manere per diem, Laurentia præfata cum quadam ſervitrice in Alexiæ domo relicta. Cumque poſt ſolis occaſum jam crepuſculum fieret, & nox inchoaretur; vocavit virgo ſancta feſtinanter ſociam ſuam Alexiam, jubetque ut recipiat pallium, quia vult una ſecum ad domum, ubi puella erat, accedere. Cui cum illa diceret, decens non eſſe tali hora mulieres per civitatem incedere, virgo reſpondit: Eamus, inquit, quoniam infernalis lupus oviculam noſtram, jam de ſuis faucibus liberatam, iterum eſt ingreſſus. Dixit, & feſtine domum egreditur, Alexia comitante. Cumque perveniſſet ad domum illam, invenerunt Laurentiam totaliter in facie immutatam, rubicundam ſcilicet & quodammodo furibundam. Tunc virgo: Ha! infernalis draco, qualiter, inquit, auſus es virgunculam innocentem ſecundo invadere? Confido in Domino Jeſu Chriſto, Salvatore & Sponſo meo, quod taliter expelleris iſta vice, quod amplius non redibis. Et his dictis, puellam ſecum traxit ad locum orationis: ibique non magna mora contracta, ipſam foris reduxit ſimpliciter liberatam, juſſitque ut ad quietis locum deduceretur. Mane autem facto, pro parentibus advocandis miſit, ac eis dixit: Ducite amodo filiam veſtram ſecure vobiſcum, quia nequaquam amplius patietur. Quod uſque ad hodiernum diem rei probavit eventus. Nam rediit tunc ad monaſterium ſuum, ubi uſque nunc in Dei ſervitio perſeverat illæſa, cum tamen tranſierint ſedecim anni & ultra.

rurſumque abſente Virgine invaſa

demum plene curatur:

B

273 Hæc omnia percepi à Fratre Thoma jam dicto, deinde ab Alexia ſupraſcripta, demum à dicto Ser-Michaele Notario patre dictæ puellæ, qui toto quo vixit tempore, ſanctam virginem ut Angelum Dei venerabatur, & dictum miraculum vix abſque lacrymis poterat recitare. Porro factus ex hoc magis avidus inveſtigandi modum miraculi plenius, ipſam ſacram virginem ſecrete interrogavi, potiſſime quia dæmon ille tantam videbatur accepiſſe licentiam, quod nec Reliquiarum virtuti, nec alicui exorciſmo cedere videbatur. Ipſa vero reſpondit, quod nimis durus fuerat ſpiritus ille nequam, ita ut uſque ad quartam noctis horam eam cum ipſo neceſſe fuerit decertare, ipſa ſcilicet ex parte Salvatoris jubente ut egrederetur, & illo proterviſſime renuente. Poſt longum tamen certamen, videns ſe cogi ad exitum ſpiritus ille nequam, dixit: Si ego hinc exibo, introibo in te. Cui mox virgo reſpondit: Si hoc decreverit Dominus, abſque cujus licentia nihil poſſe te facere novi, abſit à me quod ego prohibeam, vel à ſancta ſua voluntate diſcordem aut diſcrepem quoquomodo. Tunc ſuperbus ſpiritus, iaculo veræ humilitatis percuſſus, vires quas ſuper puellam aſſumpſerat, perdidit quaſi ex toto: ſed adhuc in gutture puellæ motus & tumefactiones cauſabat. Ipſa vero gutturi manu appropians, ſignumque ſanctæ Crucis imprimens cum plena fide, vexationem ejus ex toto fugavit. Habes igitur, lector, miraculum & modum miraculi, necnon & ipſius teſtes, qui videntes interfuerunt, & à quibus ego percepi.

ſed cū magno virginis labore.

C

274 Sed & aliud narrare intendo, per quod oſtenditur clarius, hanc almam virginem virtutem expellendi dæmones plenam à Domino percepiſſe: huic tamen ſigno ego non interfui, quoniam ipſa me tunc miſerat ad Chriſti Vicarium ſcilicet Dominum Gregorium Papam XI, pro quibuſdam ſanctæ Eccleſiæ negotiis: ſed Frater Sanctus anachoreta, de cujus miraculoſa curatione ſuperius facta eſt mentio; ſimiliter Alexia, in proximo nominata Capitulo; necnon & aliæ quæ tunc cum ea erant, infraſcripta me docuerunt. Narrant enim, quod dum ſacra virgo eſſet cum nobili ac venerabili muliere Domina Biancina *c*, relicta quondam Joannis Angelini de Salimbenis, in quodam caſtro, quod *d* Rocca vulgariter nuncupatur, ubi ego etiam cum ea fueram pluribus ſeptimanis: contigit quamdam mulierem ejuſdem caſtri, ab hoſte maligno invadi, ac nimis horrende vexari, ita ut toti caſtro nota fieret ejus vexatio. Hoc dum innotuiſſet Dominæ Biancinæ prædictæ, ſubditæ ſuæ compatiens, affectabat virginem deprecari, ut illius miſeriæ ſubveniret: ſed ſciens ejus humilitatem, & quantum affligebatur quando ei talia dicebantur; habito cum ſociabus ejus conſilio, fecit vexatam illam duci ad ſe in præſentia virginis, ut ſaltem viſa ejus miſeria, ad compaſſionem ejus animus inclinaretur, & ſic ad ejus liberationem induceretur. Acidit autem quod dum illa ſic duceretur, ſancta vigo in quadam pace fienda *inter duos guerrantes, tunc* actualiter occupabatur: volebatque ad quemdam alium locum non multum diſtantem accedere, in quo pax illa perfici debebat. Quæ cum vidiſſet dictam obſeſſam ſic duci, nec fugere poſſet ejus intuitum, mox ad dictam Dominam ſe vertens, mœrorem cordis oſtendens, inquit: Parcat vobis omnipotens Deus, Domina, quid eſt quod feciſtis? Numquid non ſcitis quod ego frequenter à dæmonibus vexor? ut quid alias vexatas adduci facitis coram me? Verumtamen ait, convertendo ſe ad dæmoniacam illam; Ne bonum hujus pacis impedias, inimice, caput deponas in gremio hujus, & expecta me donec rediero.

AUCT. RAY. MVNDO CONFESS.

c

d

Ad pacem aliquam componendā pergens

oblatum ſibi in energumena dæmonem

E

275 Ad hoc verbum ſtatim mulier illa vexata, caput abſque contradictione depoſuit in gremio fratris Sancti anachoretæ, cujus ſupra mentio facta eſt, qui tunc actualiter erat ibi præſens, & hoc mihi retulit, ut jam dixi, quem etiam vexatæ mulieri deſignaverat virgo ſancta. Tunc acceſſit virgo Domini ad opus pacis illius explendum. Interim autem clamabat dæmon per os vexatæ: Quare hic me detinetis? Permittatis me obſecro egredi, quia crucior nimis dure. Reſpondebant adſtantes: Quare non egrederis? Ecce oſtium eſt apertum. Quibus ille ſpiritus nequam reſpondebat: Non poſſum, quoniam illa maledicta hic me ligavit. Illis autem interrogantibus, quæ eſſet illa; nullo modo nominare eam volebat, quia forſitan non valebat; ſed dicebat; Illa inimica mea. Tunc dictus Frater Sanctus petebat: Eſtne magna inimica tua? Et ille: Major quam habeam jam in toto mundo. Tunc adſtantes hæc audientes, volentes ipſum à clamoribus compeſcere, dixerunt: Taceas, ecce Catharina venit jam. Ille autem prima vice reſpondit, Non venit adhuc, ſed eſt *e* in tali loco, propriiſſime deſignans ubi erat. Illis autem petentibus quid faceret ibi, reſpondit: Rem mihi ſumme diſplicentem, juxta conſuetudinem ſuam. Quo dicto, clamabat fortius: O quare hic detineor? Nec tamen movit caput mulieris de loco, ubi virgo Domini juſſerat illud ſtare. Tandem poſt aliquam moram dixit: Modo jam revertitur illa maledicta. Adſtantibuſque petentibus, Ubi eſt? reſpondit: Nunc non plus eſt in loco illo, ſed eſt in illo. Et poſt parum dixit: Nunc eſt in tali loco, & ſic ordinate media loca deſignabat. Ultimo dixit, nunc ingreditur oſtium domus hujus; quod realiter ſic eſt inventum. Ipſa vero cubiculum ingrediente, cœpit fortiter exclamare: Ha! quare me hic detinetis? Ad quem virgo: Surge, miſer, & egredere citius, dimittaſque hanc Domini Jeſu Chriſti creaturam, nec eam audeas amplius vexando affligere.

cogit tamiſper manere immotum dum redeat,

F

276 His dictis, malignus ille ſpiritus ceteras partes corporis ex toto relinquens, in gutture motus & tumefactiones faciebat horribiles. Virgo autem

& rediens eumdem expellit.

AUCT. RAYMVNDO CONFESS.

sacra gutturi apponens manum virgineam, signumque imprimens sanctæ Crucis, spiritum nequam totaliter expulit, & feminam illam ex toto sanavit, cernentibus omnibus qui adstabant. Verum quia remanserat afflicta & debilis ex præcedenti vexatione, ipsam per aliquam moram propriis brachiis & pectore sustentavit; & tandem mandavit, ut cibus aliqualis propinaretur, ut confortata rediret ad propria: quod & factum est. Illa vero sic curata, cum primo liberata esset, & post quietem aperuisset oculos, videns se inter tantam multitudinem in domo seu castro Dominæ suæ, petebat à suis qui aderant: Quis me huc adduxit, aut quando huc veni? Illis vero dicentibus, quod fuerat à maligno spiritum vexata, illa respondit: Nullam memoriam de hoc habeo, sed bene sentio me in toto corpore confractam, ac si quolibet in membro fuissem duro ligno percussa. Post hæc liberatrici suæ humiles gratias agens, proprio gressu remeavit ad propria, quæ ad aliena paulo ante tracta fuit. Hujus autem signi præter dictam Dominam Biancinam, quæ adhuc supersest, præfatum Fratrem Sanctum, Alexiam & Franciscam socias sanctæ virginis, necnon & Lysam cognatam virginis, quæ adhuc vivit & plus quam triginta utriusque sexus
B personæ fuerunt testes de visu, quorum nomina non accepi, & ideo hic non scribo. Plura quidem alia signa circa fugationes dæmonum fecit Dominus Jesus per hanc sacram virginem sponsam suam, quæ non sunt scripta in Capitulo isto: sed hæc scripta sunt, lector, ut possis perpendere, quantum donum recepit de cælo virgo, de qua est sermo, in effugandis spiritibus; tamquam illa quæ plenam victoriam contra ipsorum nequitias fortissime pugnando jam obtinuerat, Christi gratia comitante. Et sic hujus Capituli finis.

ANNOTATA.

a *Mirus est plurium diversissimorumque idiomatum consensus in usurpatione hujus particulæ honorabilis* Ser, *significantis* Dominum, *sub levi quadam varietate.* Sara, *Hebreis* Dominam *sonat, ut notum ex Scripturis*, Serapis *Ægyptiorum Deus, sic dictus quasi* Dominus Apis. *Arabes Ismaelitæ à pastoritiæ vitæ professione* Sarracenos *dici se voluerunt, quasi* Dominos ovium: *esto imperitius quidam à Sara Abrahæ uxore tractum nomen velint, cui ex oppositio & per contemptum* Agarenorum *appellationem objiciunt. Moschis, suus magnus Dux sive Dominus* Czar *dicitur. Teutones vero, cum quibus communes radices plurimas retinent Longobardi, idem* Ser *usurpant ut notum est Belgis, ex antiquæ nobilitatis nominibus* Ser-sanders, Ser-jacobs *&c. Franci* Sire *& cum addito* Messire: *hoc suis curionibus & Clericis, istud soli Regi nunc per excellentiam tribuentes. Occurrunt autem plurima passim hoc opere exempla Notariorum, particulam illam suis nominibus præfigentium.*

b B. *Ambrosii Sansedonii Vitam & miracula dedimus atque illustravimus* 20 *Martii: obiit autem anno* 1286, *uti nunc certius cognovimus & adhuc alias monuimus, non sequenti.*

c Biancina *seu* Blancina *diminutivum à* Blanca: *uti* Angelinus *ab* Angelus.

d *Senensis territorii tabula nusquam hoc nomen exhibet, nisi forte diminutive* la Rocchetta, *ad fluvium Albegnam* p. m. *circiter* 40 *Senis distans.*

e *Impressum addit* in Italia, *quod melius aberat à MS.*

CAPUT XIV. D

Quomodo dono prophetiæ ad proximi commodum usa sit Sancta.

278 INcredibile forsitan tibi videretur, lector, id quod in præsentiarum narrare intendo; sed illa novit veritas, quæ nec fallit nec fallitur, quod tam & taliter fuit mihi experimentaliter notum, ut posset apud me certius reperiri, quam de actibus humanis vel propriis. Erat siquidem in hac sacra virgine spiritus propheticus, tam perfectus & tam continuus, quod nihil poterat eam latere, ut videbatur, de pertinentibus ad eam, sive ad eos qui cum ea conversabantur, aut qui ad eam recurrebant pro salute animæ suæ. Nec erat nobis cum ea conversantibus possibile quidquam bonum vel malum alicujus ponderis agere in ejus absentia, quod ejus notitiam præteriret, sicut frequentissima, imo quasi continua nos experientia docuit. Et quod mirabilius est, cogitationes cordis nostri sæpe nobis ita perfecte dicebat, ac si per eam, non per nos, cogitatæ fuissent. Scio ego de me ipso, & ipsum fateor coram tota Christi Ecclesia militante, quod cum sæpius me reprehen- E
deret de quibusdam cogitationibus, quæ tunc actualiter mea versabantur in mente, egoque (quod non erubesco fateri pro gloria ejus declaranda) me vellem mendaciter excusare, ipsa mihi respondit: Quare mihi negatis illud, quod ego clarius video, quam vos ipse qui cogitatis? Ac post hoc saluberrimam addebat doctrinam circa eamdem materiam, quam exemplo suo etiam demonstrabat. Hoc (ut dixi) sæpius mihi contigit, illo teste, qui nihil ignorat: sed nunc magis ad particularia descendamus. Ut autem non sit ordo præposterus, à spiritualibus inchoëmus.

CAP. X.

Arcanorū perviden-dorum continuo dono utens,

ipsum Confessarium de cogitationibus suis sæpe redarguit,

279 Fuit in civitate Senarum Miles quidam, nobilis genere ac expertus in armis, qui Dominus Nicolaus de Sarracenis ab omnibus dicebatur. Hic post- *Militi obstinato,*
quam in diversis partibus arti armorum inserviendo, plurimum vitæ suæ tempus consumpserat, tandem lares ad proprios rediens, propriæ domus temporali utilitati vacabat: & convivans cum concivibus suis, putabat adhuc longo tempore se victurum. Porro æterna & omnipotens illa bonitas, quæ neminem vult perire, immisit in corda tam uxoris ejusdem Militis, quam aliquarum aliarum personarum & sanguine conjunctarum, quod eum inducerent ad con- F
fitendum peccata sua præterita, & pœnitentiam agendam de his quæ commiserat in guerris seu præliis, in quibus se tanto tempore occuparat. Ille autem, qui jam erat visibilibus istis totaliter immersus & alligatus, salutaria monita deridebat; & aure surda pertransiens, se ad bonum hortantes, propriam parvipendebat salutem. Sane tunc temporis sancta virgo florebat multis virtutibus in eadem civitate Senensi, sed singularius in peccatorum etiam obstinatorum conversione mirabili: experientiaque docebat quotidie, quod nullus, quantumcunque induratus, loquebatur cum ea, quin vel converteretur ex toto, quod in pluribus accidebat, vel saltem à multis consuetis peccatis in posterum abstineret. Hoc scien- *& frustra ad se invitato,*
tes illæ personæ, quæ dictum Militem de ejus salute monebant, & se nihil proficere, manifeste videbant; inducebant eum, quod saltem vellet semel loqui cum virgine Catharina. Quod ille plus despiciens, respondebat: Quid mihi & mulierculæ illi? quid boni posset mihi adferre in centum annis? Tunc uxor ejus, quæ sacræ virginis erat domestica, ipsam adiit, duritiam cordis mariti sui aperuit, eique supplicavit, ut pro ipso dignaretur Dominum exorare.

280 Quid

A 280 Quid plura? dum hæc agerentur, virgo ſancta militi quadam nocte in ſomnis apparuit, ipſumque monuit, ut ſi vellet æternam damnationem effugere, uxoris propriæ monitis aſſentiret. Qui evigilans, dixit uxori: Ego vere hac nocte in ſomnis vidi Catharinam illam, de qua mihi toties locuta fuiſti: pro certo ego volo ei loqui, & videre ſi eſt talis qualis mihi apparuit. Quo audito, bona conjunx exhilarata, virginem adiit, gratias retulit, & horam impetravit pro adventu & locutione mariti. Quid amplius immorer? Venit, locutus eſt, & ex toto converſus ad Dominum, promiſitque in proximo confiteri peccata ſua Fratri Thomæ Confeſſori virginis: quod & fecit juxta gratiam ſibi datam. Hoc autem facto, idem miles qui mihi jam notus erat, me reperit quodam mane redeuntem de civitate, ad conventumque properantem; & petivit à me, ubi poſſet tunc ſacram virginem reperire. Cui ego: In eccleſia noſtra puto quod ſit. At ille: Rogo, inquit, vos, ut me ducatis ad eam, & faciatis ut ei poſſim aliqua loqui, quæ neceſſaria mihi ſunt. Tunc ego libenter aſſentiens, ſimul cum ipſo eccleſiam ſum ingreſſus, vocavique ad me unam de ſociabus virginis, dicens ei, ut deſiderium dicti militis ipſi ſacræ virgini nuntiaret. Quo B facto, ipſa mox de loco ſurgens orationis, & militi obvians, ſuſcepit eum gratanter. Miles autem grandi ei exhibita reverentia, dixit: Domina, ego feci mandatum veſtrum: Confeſſus enim ſum Fratri Thomæ peccata mea, ſicut mandaſtis mihi; ipſe mihi tribuit pœnitentiam ſalutarem, quam intendo perficere juxta ejus intentionem. Cui virgo inquit: Optime feciſtis pro ſalute animæ veſtræ; ſed faciatis quod amodo cuncta opera *a* vetera excludantur à vobis, & ſitis miles in poſterum Domini Jeſu Chriſti, ſicut fuiſtis hujus ſeculi uſque nunc. Et addit: Numquid, Domine, dixiſtis omnia bene, quæ feciſtis? Illo reſpondente, quod omnia quæ memoriæ occurrerant, pro certo dixiſſet. Illa iterum replicavit: Videatis bene quod dixeritis omnia.

apparens in ſomno,

confeſſionē imperat,

a quæ ut ſit integra,

281 Cumque ille reſponderet, quod omnia de quibus fuerat recordatus, pro certo dixerat Confeſſori, licentians ſe ab eo, permiſit eum parumper diſcedere, & mox per unam de ſociabus ſuis fecit eum ad ſe vocari, & dixit ei: Videatis, obſecro, conſcientiam veſtram, ſi omiſiſtis aliquid de præteritis peccatis. Illo autem omnino affirmante ſe cuncta dixiſſe, traxit eum ſeorſum, & unum grave peccatum, quod dum eſſet in partibus Apuliæ ſecretiſſime C fecerat, ei ad memoriam revocavit. Quo audito, ſtupuit miles ipſe, veritatemque confitens, dixit ſe vere fuiſſe oblitum: Confeſſoremque petiit, & peccatum ſacramentaliter confeſſus eſt. Sed hoc viſo miraculo, tacere non potuit, quin cunctis audire volentibus nuntiaret, & quodammodo prædicaret, dicens quaſi cum muliere Samaritana: Venite, & videte virginem quæ dixit mihi, quæcumque in remotis partibus peccando commiſi: numquid ipſa eſt ſancta pariter & propheta? Eſt procul dubio, eſt, inquiebat. Nam peccatum quod ad memoriam mihi reduxit, illud nullus hominum unquam ſcivit, excepto me ſolo. Ex illa hora virgini adhæſit obediendo, ſicut ſolent diſcipuli ſuo adhærere magiſtro, prout ſum ego ipſe teſtis. Quantum autem ei neceſſaria fuerit illa converſio, mors oſtendit brevi poſt tempore ſubſecuta: nam eodem anno hujus temporalis vitæ curſum, infirmitate corporis ſuperveniente, finivit, in bona diſpoſitione migrans ad Dominum. Vides ergo, lector, primo apparitionis miraculum; vides propheticam revelationem peccati; vides & finalem ſalutem hominis, in peccatis hactenus indurati, per hanc ſacram virginem Dominum feciſſe ſimul & oſtendiſſe. Sed attende quod ſequitur, & propheticum ejus ſenſum ſimul cum miraculoſo experieris auxilio, per eam cælitus miniſtrato.

peccatum quod erat obliius indicat.

AUCT. RAY. MVNDO CONFESS.

282 Eram ante annorum multa curricula, & antequam virginis hujus meruiſſem habere familiarem notitiam, in caſtro quod Mons-Politianus dicitur, ubi præeram *b* monaſterio virginum ordinis mei curæ ſubjecto, ibique circa quatuor annorum ſpatium moram traxi. Cumque ibidem uno tantum Fratre Ordinis mei comitatus degerem, quia conventus Fratrum in eodem oppido ædificatus non eſt, libenter Fratres ad me venientes ex conventibus vicinis videbam, & potiſſime mihi familiariter notos. Quamobrem Frater Thomas Confeſſor virginis, ſæpiſſime ſuperius nominatus, una cum Fratre Georgio Naddi, nunc ſacræ Theologiæ Magiſtro, cogitaverunt ad me venire de conventu Senenſi, ut aliquid conſolationis ſpiritualis ad invicem percipere valeremus: & ut citius poſſent ad virginem redire, cujus curam dictus Frater Thomas habebat continuam, equos acceperunt mutuo à civibus ſibi notis. Cum igitur iter peragerent, & jam prope caſtrum dictum ad ſex milliaria perveniſſent, volentes tam ſe quam equos refocillare, parumper ibidem quieverunt, licet incaute: erant enim ibi quidam latrunculi, qui quamvis non E exercerent publicam & continuam prædam, quando tamen videbant aliquos incaute vel ſolitarios incedentes, libenter ipſos ad loca ſolitaria deducendo, quandoque privabant ſpoliis, & quandoque etiam vita corporea, ut eorum crimina per publicam juſtitiam reperiri non poſſent. Hi videntes dictos Fratres abſque ſocietate incedentes, dum eſſent in quadam taberna mox ipſorum decem vel duodecim numero diſceſſerunt, & Fratribus non perpendentibus per quædam ſibi nota devia, iter eorum dum quieſcerent prævenerunt, & in quodam obſcuro paſſu ipſos expectaverunt. Ad quem dum dicti Fratres veniſſent, ſubito aggreſſi ſunt eos cum gladiis & lanceis more ſuo terribili, ipſiſque de propriis equis tam velociter quam violenter depoſitis, ad loca nimis opaca, nemoribus obſita, expoliatos & quodammodo denudatos eos, crudeliter deducebant. Cumque inter ſe plura facerent ſecreta conſilia, clare perpenderunt dicti Fratres, quod ipſos volebant occidere, & corpora in locis illis occultiſſimis ſepelire, ne illud facinus ad publicum deveniret.

b

In mōtemā Politianum pergens Confeſſarius Sanctā cum ſocio,

incidit in latrones,

283 Hujus periculi manifeſta ſigna cum dictus Frater Thomas ſingulariter advertiſſet, nec preces ac ſupplicationes cum promiſſionibus, quod numquam aliquid dicerent, ſibi viderentur prodeſſe, quin quotidie ducerentur ad loca magis obſcura; deficiente humano ſubſidio, ad Dominum recurrit in mente. Quia vero ſciebat filiam & diſcipulam ſuam Deo nimis acceptam & gratam, ſic mentaliter eſt locutus: O dulciſſima filia Catharina, virgo Deo devota, ſuccurre nobis in hoc tam crudeli periculo. Vix hæc mentalia verba perfeceRat, & unus ex his latrunculis, qui ſibi erat propinquior, quem etiam æſtimabat ſibi deputatum ut eum occideret, mox hanc prorupit in vocem: Quare volumus iſtos bonos Fratres occidere, qui numquam nos offenderunt? Vere magnum peccatum eſt. Dimittamus eos ire in nomine Domini, quoniam ipſi ſunt boni viri, & nihil de hoc revelabunt. Ad hanc vocem omnes alii adeo fuerunt concordes, quod non modo vitam eis dimiſerunt illæſam, imo etiam pannos eis reſtituerunt ex toto, & poſtmodum etiam equos ac omnia quæ abſtulerant, excepta parva quadam pecuniæ quantitate; & ſic libere dimiſerunt eos. Qui venientes ad me illa die, cuncta quæ ſuperius ſcripta ſunt plenarie recitaverunt.

à quibus occidendus eamdem invocat, F

AUCT RAYMVNDO CONFESS.

284 Sed attende, lector, quod dicto Fratre Thoma revertente ad civitatem Senarum, invenit ſicut ponit in ſcriptis ſuis, & ego ab ipſius ore percepi, quod eadem hora, imo eodem quaſi inſtanti, quo ipſe mentaliter invocaverat auxilium, ipſa virgo dixit ſociæ ſuæ, quæ tunc erat ſecum: Pater meus vocat me, & ſcio quod magna neceſſitas arctat eum. Quod dicens, ſurrexit & ad locum orationis conſuetum acceſſit. Nec dubito quin etiam illa verba dicendo, mentaliter pro ejus auxilio oraret: ex cujus orationis virtute proceſſit mutatio cordium tam mirabilis latrunculorum illorum: nec ab oratione receſſit, quouſque quaſi plena reſtitutio rerum facta eſt Fratribus ſupradictis, & liberi receſſerunt. Perpendisne modo, lector, quam perfecte propheticum ſpiritum hujus virginis anima poſſidebat, quæ ſe invocatam à viginti quatuor milliaribus, etiam abſque verbo vocali, continuo ſenſit, & tam feſtinanter & tam perfecte ſuccurrit illi periculo? Vides etiam quod utile ſit talibus ſociari, qui perſpicitate dotati Angelica, quaſi proſpiciunt; & potentia divina muniti, malis omnibus obviantes, in neceſſitate ſuccurrunt? Ex his potes conjicere, quantum videat nunc & poſſit hæc ſacra virgo in cælis, quæ tantum vidit & potuit tunc in terris.

audit illa abſens,

& orando liberat periclitantes:

B

285 Præter jam dicta unum refero, cujus ego ipſe ſum teſtis, conteſtiſque meus fuit & eſt Frater Petrus de Velletro, Ordinis mei, qui nunc in Lateranenſi eccleſia Pœnitentiarii exercet officium: quod manifeſte cuilibet intelligenti oſtendit, hanc ſacram virginem mirabiliter claruiſſe prophetiæ ſpiritu. Tempore quo ex multorum Italicorum malitia omnes quaſi civitates & terræ, quas conſtat pleno jure ſpectare ad Romanam Eccleſiam, Romano tunc Pontifici Domino Gregorio XI rebellaverunt, quod fuit anno Domini MCCCLXXV; contigit virginem ſacram eſſe in civitate Piſana, ubi & ego tunc eram; &

c diebus illis, quibus ſupervenit novum de *c* rebellione civitatis Peruſiæ, habitare in quodam hoſpitali noviter inchoato apud quaſdam domunculas, quæ adhuc ſunt in platea ſita circa eccleſiam & conventum Piſanum Ordinis mei prædicti. Cum igitur novo percepto, ego nimis mente amaricarer, conſiderans nullum jam eſſe in Chriſtianis Dei timorem, nullamque reverentiam Eccleſiæ ſanctæ Dei, & per conſequens nullam curam de incidendo in excommunicationum ſententias, aut de rapiendo jura non modo aliena, ſed etiam ſponſæ Chriſti; tactus dolore

C cordis intrinſecus, mœſtus & mœrens, ad hoſpitale prædictum, ubi ſacra virgo ſtabat, acceſſi, dicto Fratre Petro de Velletro me ſociante, eique dictum novum cum lacrymis cordis & corporis nuntiavi. Quo ipſa percepto, primo una mecum ex corde condoluit & compaſſa eſt animarum perditioni, ac tanto ſcandalo Eccleſiæ Dei.

286 Sed videns me nimis lacrymis deditum, tandem ad refrænandum fletum meum ſubintulit: Non incipiatis fletum veſtrum tam cito: quia nimis habebitis flere. Iſtud enim quod nunc videtis, eſt lac & mel, reſpectu eorum quæ ſubſequentur. Quo ego audito, lacrymas non ex conſolatione, ſed ex majori dolore & admiratione continui, & ab ipſa petivi, dicens: Numquid poſſumus, mater mea, majora videre mala, quando videmus Chriſtianos erga ſanctam Eccleſiam omnem devotionem & reverentiam perdidiſſe, nec ſententias ejus in aliquo timere, ac ſi eam factis ex toto negarent in publico? Nihil reſtat amodo, niſi ut Chriſti fidem totaliter negent. Tunc illa: Pater, hoc modo faciunt laici: ſed cito videbitis quanto dererius erit illud quod facient clerici. Et ego plus admirans, inquam: O me miſerum! Numquid etiam clerici Romano Pontifici rebellabunt?

prædicit futurū ſchiſma,

At illa: Bene videbitis vos, quando ipſe voluerit ipſorum pravos mores corrigere: facient enim tunc ſcandalum univerſale toti Eccleſiæ ſanctæ Dei, quod tamquam hæretica peſtis ſcindet & tribulabit eam. Ad quod ego quaſi amens ex ſtupore jam facto, ſubjunxi: Et habebimus hæreſim, ô mater mea, & hæreticos novos? Et illa: Non erit proprie hæreſis, ſed erit quaſi hæreſis, & quædam diviſio Eccleſiæ ac totius Chriſtianitatis. Itaque paretis vos ad patientiam, quoniam oportet vos iſta videre.

D

287 Ad hoc ego conticui, & ſuſpenſus ad loquentem, perpendi quod diſpoſita erat ad plura dicenda: ſed ne meam anguſtiam augmentaret, ſe ipſam continuit. Fateor etiam quod tunc eam non intellexi, ob cauſam obſcuritatis intellectus mei, quia putabam hæc omnia debere contingere tempore prædicti ſummi Pontificis, Domini Gregorii XI, qui tunc erat. Sed cum illo defuncto, jam quaſi oblitus eſſem prophetiæ jam dictæ, Domino Urbano VI ſuccedente, cum vidi ſchiſma *d* præſens in *d* eccleſia inchoari, oculata fide percepi omnia quæ mihi prædixerat fore verificata: & me ipſum redarguens de modico intellectu, expectabam ejus præſentiam, ut poſſem iterum cum ipſa conferre. Quod & Dominus mihi conceſſit, quando ad mandatum E dicti Domini Urbani ſancta virgo venit ad Urbem, jam inchoato ſchiſmate. Tunc autem reduxi ei ad memoriam id, quod ante per aliquot annos mihi dixerat Piſis; cujus ipſa optime memor, adjunxit, Sicut dixi vobis quod illud erat lac & mel, ſic dico vobis, quod illud quod videtis ad præſens, eſt ludus puerorum reſpective ad ea quæ futura ſunt, & ſingulariter in *e* patria circumſtanti: denotans mihi pa- *e*
triam regni Siciliæ cum patria Romana, & regione circumadjacenti. Quod ſic poſtea rei probavit eventus. Invoco teſtem cælum & terram. Tunc enim adhuc vivebat Joanna *f* Regina: ſed quantæ poſtmo- *f*
dum tribulationes, tam ei quam regno & ejus *g* ſuceſſori, nec non & his qui de remotis partibus adve- *g*
nerunt, ſecutæ fuerint, quantæque deſtructiones terrarum, nullus qui patriam novit, ignorat. Ecce igitur perpendis, lector, ſi ex toto non deſipis, tantam fuiſſe in virgine ſacra ſpiritus prophetici abundantiam, quod quaſi nihil futurum latebat eam, quod eſſet aliquo modo notabile vel inſigne.

289 Sed ne dixeris tamquam alter Achab de Michea, quod non prophetavit nobis bonum, ſed ma- 3 Reg. 12, 8
lum: poſt amara quæ retuli, dulcia propinabo, ut de theſauro puriſſimo virginis proferam coram te nova F
& vetera. Noveris ergo, quod poſtquam in urbe mihi prædixerat illa quæ ultimo ſcripſi, ego curioſior factus, ulterius ipſa ſciendi, quæſivi ab ea, dicens: Obſecro, præcariſſima mater, quid poſt hæc mala in *& ſecutu-*
Eccleſia ſancta ſubſequetur? Et illa: His tribulatio- *ram con-*
nibus & anguſtiis finitis, modo inperceptibili ho- *cordiam.*
minibus, purgabit Deus Eccleſiam ſanctam ſuam, & ſuſcitabit ſpiritum electorum ſuorum, ſequeturque poſt hæc tanta reformatio Eccleſiæ ſanctæ Dei, & ſanctorum renovatio *h* Paſtorum, quod ex ſolo co- *h*
gitatu ſpiritus meus exultat in Domino: &, ſicut alias ſæpius vobis dixi, ſponſa quæ eſt nunc quaſi tota deformis ac pannoſa, erit tunc pulcherrima & prætioſis jocalibus ornata, & omnium virtutum diademate coronata: cunctique populi fideles gaudebunt ſe de tam ſanctis Paſtoribus decoratos: ac etiam infideles populi, bono Jeſu Chriſti tracti odore, ad ovile Catholicum revertentur, & convertentur ad verum paſtorem & Epiſcopum animarum ſuarum: agite igitur gratias Domino, quia poſt hanc tempeſtatem dabit Eccleſiæ ſuæ nimis grande ſerenū. Et his dictis conticuit: ego autem quia novi omnipotentem Deum proniorem eſſe ad impendendum nobis dulcia quam amara,

A amara, firmiſſime ſpero quod ſicut mala prædicta per hanc ſacram virginem evenerunt, ſic infallibiliter bona ſubſequentur. Ex quibus omnibus pateſiet cuncto populo Iſrael, à Dan uſque ad Barſabee, quod virgo Catharina Senenſis, verax fidelis Domini exiſtitit Prophetiſſa.

ANNOTATA.

a *Impreſſum erat perperam*, Veſtra.

b *De hoc monaſterio pluribus agitur in Vita Fundatricis, ſcilicet S. Agnetis de monte Politiano* 20 *Aprilis.*

c *Hujus rebellionis præcipui incentores fuere Florentini, qui Pontificum Vicarium Geraldum obſederant, profligato Gometio Albernotio, Spoleti & Aſculi pro Eccleſia Præfecto & copiarum duce apud Peruſinos.*

d *Anno* 1378 *Creatus Antipapa Robertus de Gebennis, ſub nomine Clementis* VII, *inchoavit Schiſma, quod integris ſeptuaginta annis duravit.*

e *Ita Leodienſe MS. male impreſſum erat*, prima.

f Joanna I, *Regina Siciliæ utriusq́*, *quæ propter pertinaciam in ſchiſmate regno privata, anno* 1382 *periit morte violenta.*

B g *Huic ſucceſſit* Carolus Dyrrachinus, *qui accepta ab Vrbano* VI *regnandi poteſtate contra ipſum male uſus, eumdem cepit & in cuſtodia habuit: unde iterum regno exutus excommunicatusq́, in Hungaria demum, ubi Rex fuerat renuntiatus, obiit an.* 1386, *ſtrangulatus in carcere.*

h *Impreſſum*, Et novorum Sanctorum reformatio Paſtorum: *videtur autem indicari univerſalis Eccleſiæ reformatio, ex Concilio Tridentino ſecuta, uno poſt ſchiſma ſcriptum ſeculo: quando etiam gentium converſio denuo cœpit audiri per S. Franciſcum Xaverium aliosq́ miſſionarios Societatis: ſed* grande *illud* Serenum, *quod mox promittitur, non tam de externa pace debet intelligi, quam de interna, hæreſeon damnationem & hæreticorum abſciſſionem ſecuta.*

CAPUT XV.

Spiritus Propheticus Catharinæ defenſus & aliis experimentis probatus.

C 290 VErum quia non ſufficit veritatem aſſerere, niſi contra & à ſuis calumniatoribus defendatur; operæ pretium puto, ut dum loquimur de ejus veridicis prophetiis, illorum refellamus ignorantiam venenoſam, qui non intelligentes propriã vocẽ, vera prophetica verba ejus audent detrahere, & contra ſanctitatem ejus calumnioſas fallacias invenire. Pro colore autẽ ſuæ mendacis detractionis aſſumunt communiter, quod ipſa prædixit ſanctum & univerſale paſſagium *a* fidelium ad partes ultramarinas cito futurum, & ſe cum ſuis ſequacibus illuc tranſiturã, cum tamen tranſacti ſint multi anni quod ex hac luce ipſa migravit, eamq; plures utriuſq; ſexus ex ſuis ſequacibus ſint (ut pie creditur) ad cœlorum regna ſecuti, qui procul dubio tranſitum illum non ſunt facturi: ex quo volunt concludere verba ejus non fore appretianda, tamquam prophetica; ſed potius, tamquam muliebria, contemnenda. Hinc quidam ex eis, ceteris nequiores, volunt arguere non ſolum verba, ſed etiam facta ejuſdem virginis ſacræ, parum eſſe appretianda, nec inter Sanctorum geſta quomodolibet computanda. Quamobrem coactus ſum contra eamdem enormẽ calumniam duellum aſſumere; primo falſitatem fundamenti talium detrahentium declarando; & tandem, prout ipſa mihi impetrabit à Domino, aliquid de prophetiarum intelligentia, juxta meũ modulum enodando, ut ſic dupliciter pateat verbum inquinatum & lingua mendacii.

a Paſſagium ſanctum, cujus cauſa quidam calumniantur prophetias Sanctæ,

291 Equidem fateor verum eſſe, quod hæc ſacra virgo ſemper deſideravit, ut fieret ſanctum paſſagium, & pro deſiderii ſui complemento multipliciter laboravit: iſtaque fuit cauſa principalis quodammodo, quare ad dictum dominum Gregorium XI uſque Avinionem acceſſit, ut ſcilicet eum induceret ad ſanctum paſſagium ordinandum: quod & fecit, me teſte; qui vidi & audivi, & præſens fui modis omnibus poſſibilibus ei. Recolo autem quod dum ipſa ſemel circa materiam hanc apud dictum Pontificem multum inſtaret, me præſente & audiente (quoniam interpres eram inter Pontificem, qui loquebatur Latine, & virginem quæ vulgari Tuſciæ idiomate utebatur) idem Pontifex ei reſpondit: Oporteret quod pacem primo inter Chriſtianos faceremus, & poſtmodum paſſagium ſanctum ordinaremus. Ad quod illa ſic replicavit: Nullam, Pater ſancte, ad pacificandum Chriſticolas viam meliorem invenire poteritis, quam ſanctum paſſagium ordinando. Omnes enim iſtę gentes armorum, quæ ſunt fomentum guerrarum inter fideles, libenter ibunt ad ſerviendum Deo de arte ſua. Pauci ſunt enim adeo pravi, qui non libenter ſerviant Deo de actu in quo delectantur; & qui per illum actum non libenter velint ſua peccata redimere: remoto autem fomento, removeri oportet & ignem. Et ſic, Pater ſancte, ſimul & ſemel facietis quam plura bona. Pacificabitis Chriſtianos volentes quieſcere: E gentes autem ipſas ſuis peccatis irretitas, quoniam eas perdendo lucrabimini. Et ſi faciant aliquam victoriam, procedetis ulterius cum aliis principibus Chriſtianitatis: ſi vero morientur ibi, lucratus eſtis animas illas quæ prius perditæ erant quodammodo. Tria itaque bona ſequentur ex hoc, pax ſcilicet Chriſtianorum, pœnitentia iſtorum armigerorum, & ſalus multorum Sarracenorum. Hæc in præſentiarum ideo recitavi, ut intelligas, pie lector, quanto zelo quantiſque laboribus hæc ſancta virgo ſanctum paſſagium fuerit proſecuta.

AUCT. RAYMUNDO CONFESS. *prædicatum ab ea fuit & ſuaſum.*

293 Hoc igitur ſic præmiſſo contra viros mendaces, numquam recolo me audiviſſe ab ea ſecrete vel publice, quod temporis determinationẽ in quocumq; futuro eventu ipſa prædiceret: imo in hoc ſingulariter ipſam reperi cautam, quod etiã quandoq; me petente ſuper quibuſdam dictis ejus de tempore, numquam potui determinatum tempus habere ab ea, ſed totum F divinæ providentiæ relinquebat. Verum eſt tamen, quod ipſa frequenter de ſancto paſſagio loquebatur, & ad illud, quoſcumq; poterat, animabat & confortabat: dicebatque ſe ſperare in Domino, quod oculo miſericordiæ reſpiceret populum ſuum, & multos per illam viam tam fideles quam infideles ſalvaret. Sed quod aſſereret tali tempore fieri debere paſſagium, aut quod diceret ſe cum ſuis omnino illuc iturum, nullus poteſt quomodolibet veridico ſermone affirmare: licet quidam videantur forte intellexiſſe ab ea, quod cito deberet hoc paſſagium ordinari, & alia quædam, quæ proceſſerunt ex defectu audientium, & non ex lingua dicentis: & quia jam tantum temporis tranſivit, nec aliquis ordo datur adhuc, quodammodo ſcandalizantur ex hoc. Nunc ergo ſublato fundamento falſitatis allatratuum ſeu allatrantium prædictorum, ſi advertiſti cuncta quæ ſuperius ſunt ſcripta, lector bone, clare cernis, hanc ſacram virginem cum Sponſo ſuo dicere verbum iſtud, quod recitat Matthæus Euangeliſta Salvatorem dixiſſe Joannis Baptiſtæ diſcipulis, dum præmiſſis miraculis, quæ illis cernentibus fecerat, tandem ſubdidit: Et beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me. Cur enim cum miraculis ſcandalum junxit, niſi quia conditio pravorum de bonitate Dei atque ejus miris operibus, pravitate propria cogente, ſolet ſcandalizari? Sic iſti non intelligentes, nec verba nec opera hujus almæ virginis, de qua nobis eſt ſermo, unde deberent ædificari, ſcandalizantur.

non prædictum pro tempore determinato:

fruſtra igitur in eo ſcandalizantur illi.

Matt. 11, 6

AUCT. RAYMVNDO CONFESS.

293 Sed eſto quod ipſa dixiſſet, cito debere fieri ſanctum paſſagium, numquid poſſunt ipſi veridice dicere, hoc eſſe falſum: cum Euangeliſta Joannes recitet Dominum dixiſſe ſibi in Apocalypſi: Ecce ego venio cito: quod à nonnullis intelligitur de ſecundo adventu: & tamen cum omni veritate hoc dixit. Audi obſecro Auguſtinum exponentem pſalmum illum: Noli æmulari in malignantibus. Quod tarde eſt (inquit) tibi, cito eſt Deo: junge te Deo, & cito etiam erit tibi. Et iterum alia ſcriptura prophetica dicit: Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Moram igitur poteſt facere Dominus, juxta capacitatis tuæ parvitatem, ſed tardare nullatenus poteſt. Attende rurſus cum quanto ſtudio promittebant Prophetæ Salvatoris adventum, celeritatem etiam nuntiando, ita ut diceret unus ex eis, videlicet Eſaias: Prope eſt ut veniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur: & tamen poſt hæc, annorum centenaria plura pertranſierunt, antequam videretur effectus. Ut quid igitur iſti murmurant contra virginem Catharinam de decem vel duodecim annis, cum videant prophetas tam veteris teſtamenti quam novi, per annorum centenaria tam alta myſteria prædixiſſe, ac nihilominus cito ventura ſcripſiſſe? Si hanc pro duodecim reputant falſam, illos pro annorum centenariis ut falſos judicent eſt neceſſe.

Apoc. 3, 11 *ſed neceſſe-num eſt à prophetia, ut diu differa-tur effectus prædictus*

Hab. 2, 3

Iſa 14, 11

B

294 Amplius autem, rogo, attende quid iſti dixiſſent, ſi hæc virgo nuntiaſſet uni Regi vel Pontifici, debilitatē corporis patienti, quod ex infirmitate illa deberet decedere, ſicut Eſaias regi Ezechiæ legitur nuntiaſſe, illeq; fuiſſet poſtmodum curatus. Item ſi nuntiaſſet alicui civitati, quod deberet univerſali clade ſubverti, ſicut Ionas legitur in Ninive prædicaſſe, nec poſtmodum hoc accidiſſet, ſicut illi non accidit? O quam patentes irriſorias detractiones retorſiſſent in eam! Et tamen illi ſancti Prophetæ in nullo fuerunt falſi, prædicendo prædicta; nec aliunde moti ſunt quā ab illa veritate, quæ nec falli poteſt. Qualiter autem hoc fieri poſſit, quod comite veritate aliquid prædicant futurum, quod non videtur poſtmodum evenire, ſacræ ſcientiæ doctores declarant; dicentes quod ad veritatem prophetiæ ſufficit, quod verbum prophetiæ concordat cum diſpoſitione cauſarum mediarum, quam Deus ipſe prophetæ revelat, & vult nuntiari per eum: ſicut in Ezechia Rege prædicto patuit manifeſte: qui abſque dubio mortali detinebatur infirmitate, omneſque naturales diſpoſitiones corporis ejus tendebant ad mortem, quamvis forte ipſe ſperaret per naturales medicinas curari. Hoc igitur nuntiavit ei propheta, quia videlicet nulla via per naturam poterat evadere mortem. Sed nec per hoc tollebatur, quin poſſet divina potentia ipſum miraculoſe curare, ſicut poſt ejus fletum & devotam orationem eſt factum. Verum ergo dixit Eſaias, quod ex cauſis naturaliter ordinatis, erat omnimode moriturus: nec contra hoc fuit, quod per aliam viam à morte liberaretur. Similiter Ionas propheta, qui dixit civitatem Ninivem ſubvertendam, & terminum præfixit quadraginta dierum; gravitatem peccatorum Ninivitarum per hanc prædicationem expreſſit, & quā ſententiam ſive judicium illis peccatis exigentibus meruerant, indicavit. Nec tamen per hoc ſpiritus ſanctus exprimere voluit, quod ſi peccata relinquerent idem judicium remaneret.

utq; prædi-ctio non ſit abſoluta

C

& effectus ſolum ſecu-turus ſpe-ctatis cauſis ordinariis,

294 Ex quibus potes perpendere luculenter, quod Prophetarum verba, & potiſſime horum, de quibus conſtat per alia opera ſancta, quod juncti ſunt Deo, cum magna reverentia ſuſcipienda ſunt ſemper, & cum diſcretione *b* intendenda: quod in noſtro propoſito arbitror neceſſarium fore. Quis enim ſcit ſi ſancta virgo ſanctum paſſagium prævidit futurum, licet poſt aliquos annos, & poſt ejus tranſitum ex hoc mundo; tamen mediantibus meritis & orationibus ſuis, quæ ſine dubio plus nunc vigent in cælis, quam tunc vigerent in terris? Quis iterum novit, ſi quamvis ipſa corporaliter non debeat eſſe præſens, ſpiritualiter autem à Deo ſit deputata, ut confortet & roboret tranſeuntes tempore ſuo? aut ut impetret refrigerium & ſolamen illis qui circa hoc laborant? Non ſunt hæc nova & inuſitata bonitati æternæ: quæ quamvis omnia per ſe ipſam poſſit, ut tamen ſe communicet creaturis quas elegit ſibi, per ipſarum miniſteria nos gubernat & regit, & per creata media ad interminatum nos finem perducit. Hæc contra detractores ſuperius nominatos tibi, lector, ad præſens ſufficiant; & ad cetera narranda de hac eadem materia, tranſeamus.

D

quomodopo-teſt paſſagiū prædictum fuiſſe.

295 Sicut ſuperius diximus, cum de miraculis ageretur, quantum dignitas ſpiritus tranſcendit corporis dignitatem; tantum miracula ſpiritui ſalutifera, ſigna quæ circa ſalutē corporis ſunt operata, tranſcendunt. Quapropter & in præſenti materia prophetiæ, illa magis notanda videntur, quæ ſalutem animarum concernunt: ideoque unum narro, quod ille cui & de quo facta eſt prophetia, quotidie prædicat cunctis hoc audire volentibus. Fuit in civitate Senarum, tempore quo virginis hujus almæ merui habere notitiā, juvenis quidā, nobilis genere, ſed morum honeſtate pro tunc ignobilis, qui Franciſcus de Malavoltis dicebatur & dicitur. Hic in juvenili ætate orbatus parentibus, ex nimia libertate vitia incurrit quamplurima ſatis enormia. Et licet, contracto matrimonio cum quadam juvencula, ſibi neceſſitas immineret ſe à conſuetis vanitatibus coërcendi, nihilominus pravam conſuetudinē ſuam relinquere neſciebat. Quod cernens quidam ejus conſocius, qui ſacram virginem ſequebatur, compaſſus animæ ejus, aliquando ipſum ad audienda monita virginis inducebat & adducebat: ex quo idem Franciſcus frequenter compungebatur, & conſueta vitia ad tempus aliquod ſuſpendebat, quamvis non ex toto relinqueret. Sæpius etenim vidi eum nobiſcum ingredientem & egredientem, & paſcua doctrinæ ſalutaris ac exempla ſalubria virginis hujus almæ invenientem, & ſaltem ad tempus in eis gaudentem: ſed poſt hæc redibat ad priſtinos malos mores, & taxillorum ludum, quo multum erat infectus.

E

cuidam li-centioris vitæ

296 Quamobrem ſacra virgo, quæ pro ipſius ſalute frequenter exoraverat Deum, tot ejus recidivas proſpiciens; una die in fervore ſpiritus dixit ei ſententiam infraſcriptam: Tu frequenter venis ad me, & poſtmodum more avis phreneticæ evolas ad diverſa vitia tua: ſed vade volando quocumq; volueris, quoniam una vice, Domino concedente, tale ponam ligamen in collo tuo, quod non poteris amplius evolare. Quod verbum ipſe Franciſcus notavit, & euncti qui aderant: ſed poſt verba ſacra virgo migravit à ſeculo, antequam veniret rei eventus: illeque redierat ad crimina ſua conſueta, & jam non habebat, ubi (ut videbatur) conſuetum remedium reperiret. Sed ſacra virgo plura & plus egit quando fuit in cælis, quam fecerat dum ipſum monebat in terris. Poſt tranſitum enim virginis, defuncta eſt uxor Franciſci ſimul & ſocrus, ac quidam alii, qui præſtabant impedimentum ejus ſaluti: ipſeque reductus perfecte ad cor, & relicto totaliter ſeculo, religionem Fratrum montis Oliveti, cum non parva devotione ingreſſus eſt: ubi per Dei gratiam & meritis hujus virginis perſeverat, recognoſcendo ſemper hoc mediantibus ejus orationibus obtinuiſſe, ac voce prophetica ſibi per eam prædictum fuiſſe, ſicut omnibus audire volentibus atteſtatur quotidie, & nuntiat viva voce; mihiq; quampluries, Deo & ſanctæ virgini agēdo gratias, recitavit.

converſionis prædictæ:

F

qui tandem Religionem ingreditur

297 Deniq; ut ſpiritualem materiam ſpirituali ſociemus, rem narro me præſente oſtenſam à Domino, quam

A quam (ut infra patebit) adhuc melius novit dominus Bartholomæus de Ravenna, tunc & nunc Prior insulæ Gorgonæ, prope portum Pisanum *c* ad xxx miliaria, Carthusiensis Ordinis, vir utique totius religionis & devotionis ac prudentiæ diu probatæ. Hic dum ex doctrina mirabili & factis admirandis sacræ virginis, ad ipsam nimis afficeretur, & in sancto proposito firmaretur, sæpius & pluries, & frequenter supplicavit, quod ad dictam insulam vellet semel accedere, ut liceret ei Fratres suos ad eam adducere pro sanctæ ædificationis verbo percipiendo, meque rogavit, quod hanc suam petitionem promovere apud eam pro posse curarem. Exaudivit autem sancta virgo petitionem ejus, & accessimus illuc fere viginti utriusq; sexus cum ea. Cumq; dictus Prior locasset, nocte qua pervenimus, sanctam virginem cum sociabus suis per milliare distanter à monasterio, nosq; secum in monasterio tenuisset; mane facto, volens desiderium suum perficere, cunctos Fratres duxit ad eam, rogans ædificationis verbum pro filiis. Illa vero, licet renueret prius & excusaret se, tum ratione defectus & ignorantiæ, tum etiam ratione sexus; addens quod potius eam decebat doctrinam servorum Dei audire, quam in eorum præsentia quidquam loqui: victa tamen instantissimis precibus Patris & filiorum, tandem aperuit os suum, & locuta est prout Spiritus sanctus dabat eloqui illi, tangens multiplices & diversas tentationes ac deceptiones, quas solitariis viris solet ingerere inimicus, & vias evadendi laqueos ejus, ac perveniendi ad perfectam victoriam, cum tanto ac tali ordine, quod stupor erat tam mihi quam ceteris audientibus. Completo vero ejus sermone, dictus Prior se vertit ad me, positus in admiratione non parva, dicens: Frater Raymunde carissime, noveritis quod omnium istorum confessiones ego solus audivi, juxta morem Ordinis nostri: & scio illa in quibus unusquisque illorum deficit, & in quo proficit. Et nunc dico vobis, quod si sancta virgo audivisset confessiones illas, quas ego audivi, non potuisset melius nec magis ad propositum cujuslibet ipsorum loqui, nec omittendo de his quibus indigent, nec divertendo ad illa quibus non indigent. Ex quo clare perpendo, quod ipsa est plena spiritu prophetiæ, & Spiritus sanctus loquitur in ea.

c *Rogata ad Carthusianos Gorgonenses verba facere*

tam apte eos instruit ac si confessiones singulorum audisset.

B

298 Postremo, post omnia supradicta scio & vere scio, quod circa personam meam, me licet ignorante, plura prædixit, quæ in præsentiarum manifeste cernuntur. De quibus me idcirco particulariter non extendo, quia tam lingua quam calamus, coram audientibus seu legentibus, nimis sordida apparerent: propter quod ceteris filiis & filiabus illa recitando relinquo, De quibusdam etiam qui sanctam Ecclesiam sunt persecuti, quasdam graves punitiones prædixit: quas propter malitias hominum modernorum subticeo, ne contra ejus glorioſam memoriam, venenum excitem detractorum. Unde finem huic Capitulo, ut ad alia procedere possim, impono.

multa etiam prædicit ipsi auctori.

C

ANNOTATA.

a Sanctum passagium, *Expeditio Occidentalium in terram-sanctam, de quo sæpe actum in hoc opere, potissimum 29 ad Vitam S. Petri Thomæ.*

b Intendere, *pro* intelligere, *communis Italorum atque Francorum idiotismus.*

c Portus Pisanus, *hodie à propinquiori sibi oppido dictus* Portus Liburni.

CAPUT XVI.

AUCT. RAYMUNDO CONFESS. CAP. XI

Panes & vinum divinitus multiplicati.

299 QUia juxta primam justitiæ regulam, obedientibus Deo perfecte necesse est ut cuncta obediant: decrevi, lector dilecte, hoc in Capitulo quædam inferere, quæ clare ostendent tibi, virginem hanc obedientissimam fuisse Creatori, ex quo creaturæ ei obediebant ad nutum. Tempore quo hæc virgo sacra Senis degebat, priusquam ego ejus notitiam meruissem, contigit quamdam juvenem viduam, nomine Alexiam, cum tanto fervore virgini sanctæ adhærere, quod absq; ipsa quodammodo vivere recusabat. Qua ex causa habitum quem virgo gestabat, devote suscepit; & propriam domũ relinquens, in convicinio ejusdẽ virginis domum conduxit, ut magis assidue frui posset conversatione sua. Quo facto virgo Domini cœpit ad fugiendum occupationes paternæ domus, frequenter in domo Alexiæ commorari per dies plures, quandoq; per septimanas & menses. Contigit autem quodam anno in civitate Senarum esse penuriam tritici, adeo ut triticum exiccatum, de terreis foveis & terreo fœtore infectum, à majori parte civium emeretur, quoniam aliud pro tunc nequibat triticum reperiri pro pretio quantocumque: undè & oportuit Alexiam de ipso tritico emere, ut saltem pane non privaretur ex toto. Verum quia tempus messium erat propinquum, antequam hydria farinæ illius infectæ deficeret, novum & purum triticum est allatum ad forum. Quod Alexia sentiens, modicum illud farinæ fœtentis disponebat projicere, & novi frumenti quod emerat, pane vesci. Sed quia tunc sancta virgo ejus habitabat in domo, cogitationem suam ei aperuit, dicens: Tam infectus & amarus panis, mater mea, ex hac farina conficitur, quod ex quo Dominus nobiscum fecit misericordiam suam, ego dispono projicere hoc modicum quod remansit. Cui virgo respondit: Numquid tu vis illud projicere, quod Deus produxit pro cibo humano? Et si tu non vis de pane illo comedere, saltem da pauperibus qui non habent. Illa vero replicante quod haberet conscientiam etiam pauperibus dare tam infectum panem & fœtidum, sed potius de pane boni tritici vellet eis largiter ministrare; virgo subintulit, Para, inquit, aquam, & fer farinam quam disponis projicere: quia volo de illa panes ego ipsa pro pauperibus Jesu Christi conficere. Dixit, & facta sunt omnia.

Intritici penuria

B

ex vitiosa & exigua farina

300 Intrivit siquidem virgo primo massam, & tandem panes de parva quantitate illius farinæ infectæ formavit tam celeriter & tam abundè, quod stupor invasit Alexiam & ejus ministram quæ hoc cernebant: non enim de quadrupla, nec forte de quintupla quantitate farinæ potuissent tot panes formari, quot virgo sacra virgineis manibus porrigebat Alexiæ, ut locaret in tabulis: nec aliquis fœtor sentiebatur in panibus illis, sicut in aliis qui primo fuerant ex eadem farina confecti. Quo facto, missi sunt ad clibanum panes facti per virginem, & reportati ad domum Alexiæ, ac de mandato virginis ponuntur in mensa: quos cum discumbentes gustassent, nullam penitus amaritudinem vel infectionem senserunt, imo numquam se tam sapidum panem comedisse fatentur. Fiunt hæc nota Fratri Thomæ, virginis Confessori; qui veniens cum aliquibus scientificis Fratribus & devotis, examinato negotio, stupent, videntes panes illos in quantitate tam augmentatos, & in qualitate tam mire melioratos. Sed ad hæc duo merita tertium additur, quia cum ex jussu virginis panes illi largissime ministrarentur pauperibus, & Fratribus copiosissime donarẽtur, nec alius panis comederetur in domo, semper tamen in arca ipsorum copia magna restabat. Quid plura?

conficit panes multos & sapidos,

F

qui rursum in arca multiplicantur

AUCTORE RAYMUNDO CONFESSARIO

plura? Tria ſigna non parva in una panum materia per ſponſam ſuam operatus eſt Dominus: nam primo infectionem & fœtorem ab illa farina removit, ſecundo maſſam ex eo compoſitam augmentavit, tertio in arca panes multiplicavit adeo, ut per ſeptimanas quamplures, modo quo dictum eſt ſuperius, diſtributi, vix poſſent à prædictis omnibus conſumi. Quod cernentes hi & hæ. um Deus corda tangebat, de illo pane pro reli .s conſervaverunt, ita ut adhuc alqui ſint vel aliquæ, habentes in præſentiarum de pane ipſo, cum tamen ſint viginti anni vel circiter, quod hoc miraculum eſt patratum.

& fatetur eos pinſenti ſibi B. Virginem adſtitiſſe.

301 Sed & ego, cum ipſa vivente in corpore hoc primitus percepiſſem, factus ſum curioſus & avidus ſciendi perfectius, qualiter hoc accidiſſet, ipſamque ſecrete interrogavi de modo & cauſa. Quæ ait: Zelus me apprehendit, ne datum à Domino deſpiceretur, & compaſſio pauperum etiam me urgebat; unde acceſſi cum fervore ad arcam farinæ, moxq; affuit domina mea Maria dulciſſima, pluribus Sanctis & Angelis ſociata, juſſitque ut quod propoſuerã, agerem: & tantæ fuit dignationis & pietatis, quod ſacratiſſimis manibus ſuis cœpit mecum panes illos componere, quarum manuum ſacrarum virtute *a* panelli multiplicabantur. Ipſa namque Domina mihi panes per ſe compoſitos dabat, & ego Alexiæ & famulæ porrigebam. Tunc aio: Nullum igitur, mater mea, mirum, ſi tantam dulcedinem panes iſti mihi & aliis propinabant edentibus, ex quo manus illæ tornatiles illius Reginæ ſuperſacræ compoſuerunt illos, in cujus ſacratiſſimi corporis arca, ſumma Trinitatis arte compoſitus (ut ita dixerim) eſt panis ille, qui de cœlo deſcendit, & vitam dat credentibus univerſis. Adverte igitur, lector, adhuc, & quanti meriti fuerit hæc virgo attende, cui aſſiſtere dignata eſt Regina cælorum, ut panes conficeret filiorum; dans perhoc intelligere nobis genitrix verbi Dei, quod per illam virginẽ nobis porrigere intendebat panem ſpiritalem verbi ſalutis, per quam nobis dederat panẽ corpoream tantæ virtutis. Unde & nos omnes tamquã ſpiritu Dei cogente, ipſam Matrem appellabamus: nec abs re: Veriſſime ſiquidem mater erat, que continue nos non abſque gemitibus & anxietatibus parturiebat ex utero ſuæ mentis, donec formaretur Chriſtus in nobis; & pane doctrinæ utilis & ſanæ nos aſſidue nutriebat.

a

B

302 Porro ex quo de panibus multiplicatis inchoatus eſt ſermo, pro continuatione materiæ, non ſervato temporis ordine, ad illa tranſibo, quæ in extremo vitæ ejus tempore ſunt patrata. Supervivunt adhuc ſiquidem duæ Sorores de pœnitentia B. Dominici, & ſunt præſentes in Urbe, quarum una vocatur Lyſa, quæ fuit uxor germani virginis ſacræ, & per conſequens ejus ſororina vel cognata, de qua ſæpius ſuperius facta eſt mentio: altera vero Joanna, cognomento de Capite, ambæ natione Senenſes; quæ ſimul fuerunt cum virgine, quando ipſa ex mandato felicis memoriæ Domini Urbani Papæ VI ad urbem præfatam venerat, ibique in regione *b* Columnæ reſidentiam faciebat, cum non parvo numero filiorum & filiarum, quos & quas in Chriſto genuerat, ac in ſanctis moribus nutriebat. Hi & hæ ſecutæ fuerant eam de partibus Tuſciæ quodammodo ipſa invita; aliquanti propter peregrinationem & Sanctorum viſitationem, aliquanti propter ſpiritales gratias impetrandas à ſummo Pontifice: ſed omnes, ut poſſent frui ejus converſationis dulcedine, quæ cunctos guſtantes mirabiliter delectabat. Addita eſt etiam ad hoc occaſio alia, quia videlicet ſummus Pontifex ad ejus inſtantiam fecerat aliquos ſervos Dei ad præfatam urbem vocari, quos omnes hoſpitalitatis amore, læto corde in loco habitationis ſuæ recipiebat. Et cum nihil terrenum poſſideret, nec aurum ac argentum

b Roma degens cum multo familiarium comitatu,

C

eſſet in zonis ejus, imo cum ſuis intrinſecis de mendicitate pura victum reciperet, nihilominus ita centum hoſpites ſicut unum ſuſcepiſſet; quoniam erat cor ejus fiduciam habens in Domino, nec dubitabat quin cunctis advenientibus divina largitas provideret. His de cauſis illo tempore minor numerus domus ejus erat ſedecim hominum & octo mulierum, qui augmentatus, aliquando excedebat in univerſo triceſimum, aliquando quadrageſimum attingebat, vel ſaltem appropinquabat *c*. Ordoque talis datus erat per virginem ipſam ſacram, quod quilibet ex dictis mulieribus, ſeptimana una paratricis & diſpenſatricis exequeretur officium, ut alii & aliæ poſſent vacare Deo & actionibus ſeu peregrinationibus, pro quibus ad ſanctam urbem perficiendis acceſſerant.

D

& mendicato vivẽs,

c

303 Sic igitur dum ageretur ſecundum hunc ordinem, contigit ſuprascriptam Joannam de Capite, miniſtrare in ordine vicis ſuæ. Quia vero panis, quem tota comedebat familia, non niſi de mendicitate quotidiana poterat provenire; ordinavetat ipſa virgo, quod quælibet diſpenſatrix ſua ſeptimana, cum panis deficeret, per diem ante deberet hoc virgini nuntiare, ut poſſet aliquas ex aliis mittere, vel ipſamet ire ad mendicandum. Hoc autem dicta Joanna, Deo volente, forte ſemel oblita eſt: & pane deficiente de veſpere, ante notum non fecerat virgini, nec procuraverat aliunde. Quamobrem ventum eſt ad horam prandii, & inventum quod tam parva quantitas panis erat in arca, quod vix quatuor ex illis hominibus ſuffeciſſet. Ex quo dicta Joanna culpam ſuæ negligentiæ recognoſcens, mox mœſta & verecunda virginem adiit, ſuamque culpam & panis carentiam indicavit. Cui virgo: Pareat tibi omnipotens Deus, Soror, cur nos ad hanc extremitatem duxiſti contra ordinem per me datum? Ecce quod familia noſtra eſuriens eſt, tarda eſt enim hora; ubi tam cito inveniemus panes ſufficientes? Cumque Joanna ſe ream clamaret, & dignam pœna, & ex oblivione peccaſſe; ait virgo: Dicas famulis Dei quod ad menſam accedant. Illa vero dicente, quod panis modicus erat valde, nec ſufficeret quod unuſquiſque modicum quid acciperet, reſpondit virgo: Dicas quod incipiant cum hoc modico, donec provideat eis Dominus: & hoc dicto, ad orationem acceſſit.

cum panis ſolum modicus ſupereſſet

E

304 Perfecit Joanna mandatum, & modicum panem diviſit inter tantos. Illique ſicut famelici, jejuniique quotidiani inedia macerati (nam ut in pluribus jejunium obſervabant) alimentum minus ſufficiens, ſumunt avidius, putantes prandium illud mox extenuari debere. Quid plura? Edentibus illis, panis ille modicus non poteſt deficere. Fiunt ex eo per quemlibet pulmentariæ offæ: Quilibet ſaturatur ad votum; panis tamen ſemper reſtat in menſa. Nec mirum, ille etenim hoc agebat, qui de quinque panibus quinque millia hominum ſatiavit. Mirantur cuncti, & quilibet tam de ſe quam de aliis vertitur in ſtuporem: & petitur quid agat virgo. Dictumque eſt eis quod orationi ferventer inſtaret. Tunc illi qui ſedecim erant, unanimiter concluſerunt, dicentes: Oratio illa præſtitit panem de cœlo: ecce namque nos omnes ſaturati ſumus, & panis qui appoſitus fuerat modicus, non eſt diminutus, ſed potius augmentatus. Finito ergo prandio, tantus panis remanſit in menſa, quod ſuffecit Sororibus cunctis, quæ tunc erant in domo, poſt illos prandentibus abundanter; nec non & juſſu virginis de eodem larga eſt eleemoſyna pauperibus erogata. Simile ſignum per omnia narrant Lyſa & Joanna præfata, quæ de his fuerunt & ſunt conteſtes, eodem anno accidiſſe, ac per eamdem virginem Dominum operatũ fuiſſe in domo eadem, quadam temporis Quadrageſimalis ſeptimana, in qua miniſtratrix erat quædam Franciſca, quondam Soror

de eo diviſo cunctos abunde reficit,

F

etiam alteram vice.

de

A de pœnitentia B. Dominici, quæ indiviſibiliter adhærebat virgini, & ut pie credo, nunc eſt cum ea in cælo.

305 Verum unum ſimiliter tacere non valeo, quod mihi contigit poſtquam ipſa tranſivit ad cælum, de quo tot habeo mecum conteſtes, quot erant tunc Fratres in conventu Senenſi. Eram in eodem conventu ferme ante annos hos quinque, balneis naturalibus ibi propinquis indigens, ſecundum medicorum conſilium, & ad inſtantiam filiorum & filiarum ejus hanc Legendam ſcribere cœperam. Recordatuſque ſum quod ſacrum caput ejus, quod fuerat tranſlatum ab Urbe illuc, hactenus per me juxta modulum meum ornatum, nondum erat in patulo, nec quacumque ſolemnitate receptum; cum tamen & ipſa funera mundanorũ hominum, quando transferuntur de loco ad locum, cum accenſis candelis & ſolennibus precibus ſoleant ut plurimum recipi, tam per populum quam per Clerum. Igitur cogitavi, & forte non totaliter à me ipſo, quod caput præfatum una die quaſi deforis veniens, reciperetur cum ſolennitate à Fratribus, divinas laudes communiter quidem cantantibus, quia particulares de ipſa non
B licet, quouſque ſit Sanctorum catalogo per Romanum Pontificem adſcripta: quod & factum eſt uno mane, cum lætitia tam Fratrum quam populi, & ſingulariter ſpiritalium filiorum & filiarum ejus. Hac de cauſa omnes peculiares filios ejus invitavi ad prandium, ordinans etiam quod conventui Fratrum foret pitantia ſingularis.

Poſt ſolenniter tranſlatum caput Beatæ,

306 Conſummato igitur Officio divino, cum jam hora eſſet accidendi ad menſam, Frater qui cellario præerat, Priorem adiit; & mœſtus conqueritur, quod in cellario non ſit panis, qui medietati Fratrum in prima menſa poſſit ſufficere, nedum qui poſſit dari forenſibus invitatis, qui erant circiter viginti. Quod Prior audiens, primo ipſemet voluit hoc videre: & comperto quod ſic eſſet, mox miſit eumdem Fratrem cum Fratre Thoma, primo virginis Confeſſore, ad quaſdam domus ſingularium Ordinis amicorum, ut ſufficientes inde panes deferrent: qui euntes, moram nimiam contrahebant. Qua ex cauſa Prior forenſibus, qui mecum erant, ſufficientes fecit panes portari, ut non expectarent diutius: ſicque pauciſſimi panes in cellario remanſerunt. Sed cum dicti Fratres per eum miſſi, adhuc moram facerent, juſſit Fratres ad menſam accedere, & cum illo modico pane incipere. Quid plura? ſive in cellario, ſive in menſa,
C ſive utrobique, fuerunt panes illi meritis ſacræ virginis divinitus augmentati, ita quod conventus totus de illis paucis panibus habuit abundanter, tam in prima menſa quam in ſecunda, & adhuc fuerant reliquiæ ad cellarium reportatæ, ubi affuerunt quinquaginta Fratres vel circiter; cum tamen non debuiſſent quinque Fratribus ſufficere competenter. Redeuntibus autem dictis Fratribus, & panes portantibus hora qua conventus comederat, dictum eſt eis quod reponerent eos pro alia vice, quia Dominus jam proviſerat ſervis ſuis abundanter. Cum igitur ego poſt prandium cum invitatis ſedens, ſermonem de ipſius virginis virtutibus prolixum haberem, nobis loquentibus, affuit Prior cum aliquibus Fratribus, & coram omnibus prędictum miraculum recitavit. Quod cum audiſſem, vertens me ad invitatos filios ejus, ſubintuli: Noluit nos in ſolennitate ſua ſacra virgo illo privari miraculo, quod ſibi dum vixit in corpore, familiarius fuit: frequenter enim dum fuit nobiſcum in vita, hoc miraculum repetivit. Et ideo volens oſtendere quod hodie acceptavit ſervitium noſtrum, & adhuc eſt nobiſcum, iterum miraculum replicavit: propter quod omnipotenti Deo & ei gratias referamus. Poſt hoc autem occurrit, forſitan inſpirante

deficiens in Fratrum cellario panis,

multiplicatur,

Deo, menti meæ, quod quia beatiſſimus Domini- AUC. RAY-
cus miraculum de panibus bis replicavit dum vive- MUNDO
ret, hæc virgo, ſicut peculiaris ejus filia & perfe- CONFESS.
cta, ſimilitudinem Patris in cunctis operibus demonſtrabat.

307 Præter hæc autem omnia ſupradicta, quamplurima mira per ſponſam ſuam eſt Dominus operatus in rebus inanimatis, nunc in floribus, quibus admodum delectabatur virgo ſancta & florida; nunc in utenſilibus domus deperditis vel deſtructis; nunc in his, nunc in aliis inſenſatis, quæ propter brevitatem omitto. Sed unum tacere, non valeo, quod non ſolus ego percepi, ſed viginti vel circiter utriuſque ſexus habeo mecum conteſtes de certa ſcientia, quamvis tota civitas Piſana perceperat famam ejus. Erat, ut ſupra Capitulo de prophetiæ ſpiritu tactum eſt, virgo ſacra in civitate Piſana, anno ſcilicet Domini MCCCLXXV: & cum primo ad dictam civitatem pervenit, hoſpitata eſt cum ſua comitiva in domo cujuſdam civis Piſani, qui Gerardus de B. *d* appellabatur. Ubi dum eſſent, quadam die ex ni- *d*
mio exceſſu mentis, corpuſculo ejus ſupervenere *ægrotanti*
debilitates, quæ quaſi uſque ad ultimum ſpiritum, *Catharinæ,*
ut nobis videbatur, deducebant eam. Propter quod E
ego timens ne nobis auferretur tam cito, cogitabam ſi eſſet aliquis modus nobis poſſibilis, per quem poſſemus corpus ejus aliqualiter refocillare vel confortare: carnes enim aut ova ſeu vinum ita horrebat, quod non erat ſperandum, quidquam horum ab ipſa ſumi debere: ſed electuaria confortativa multo minus ſumpſiſſet. Rogavi ergo eam, quod ſaltem in aqua frigida, quam ſumebat, permitteret aliquantulum de ſaccaro permiſceri. Quæ mox mihi reſpondit: Vos vultis illud modicum vitæ quod remanſit in hoc corpuſculo, ex toto extinguere: nam quæcumque dulcia, facta ſunt mihi mortifera.

308 Tunc dictus Gerardus & ego, cœpimus ſimul anxii cogitare, quod remedium contra illas debilitates invenire poſſemus. Occurrit mihi quod ſæpe videram, in talibus caſibus pulſus brachiorum & tempora infirmantium vino *e* vernaccino ab extra *e*
balneari ſive liniri, & debiles inde confortationem recipere. Dixique dicto Gerardo: Ex quo non poſſumus ab intra remedium ponere, ſaltem remedium per iſtum modum ponamus ab extra. Quod ille audiens, mox reſpondit: Habeo hic quemdam amicum vicinum domui meæ, qui ſolet habere vegeticulum unum de vino illo; ſtatim mittam ad eum, & ſcio quod mittet mihi libenter. Ac- F
ceſſitque nuntius, narravitque virginis debilitatem, ac ex parte Gerardi petivit amphoram ſibi *ex vacuo*
tradi de vino illo. Reſpondit vicinus ejus, cujus *vaſe vinum*
nomen non recolo: Vere, cariſſime, libenter tibi *promitur,*
darem pro amico meo etiam vegeticulum totum, ſed per tres menſes fuit vegeticulus totus vacuus ab omni vini liquore: nec eſt in domo etiam mea vini illius gutta, de quo non modicum doleo. Sed ut ſis amico meo teſtis de viſu, veni & vide. Duxitque ipſum etiam invitum ad cellam propriam vinariam, & ad vegeticulum ſupradictum, quem nuntius aperte perpendit per quædã exteriora ſigna diu ſtetiſſe intactum. Ille tamen, ut nuntium de illius vacuitate redderet certiorem, acceſſit ad vas: & de quodam foramine, quod erat circa ejuſdem vaſis medietatem, traxit fiſtulam illam ligneam, per quam ſolet hauriri vinum de vegete, ut clare videret nullum eſſe intus liquorem. Sed dum hoc feciſſet, mox vinum ſolenniſſimum vernaccinum abundanter egreditur, & terram proximam madidat abundanter. Stupetque ille, & ultra modum admirans, clauſo foramine, vocat omnes utriuſque ſexus de familia propria, ac dili-

AUCT. RAY NUNDO CONFESS.

genter examinat unumquemque, ſi quis in illo vaſe vinum novit poſitum fuiſſe. Jurant ſinguli ſe firmiter ſcire, quod vinum in illo vaſculo non fuerat à tribus menſibus citra, nec eſſe poſſibile quod abſque eorum omnium ſcitu aliquis liquor fuiſſet ibi infuſus.

quod metu publicandi magu miraculi,

309 Fiunt hæc nota convicinis, & quilibet attribuit divino miraculo. Nuntius autem ad nos lætus & ſtupens, vino plenan. amphorulam deferens, narravit omnia quæ geſta ſunt: ex quibus cuncti ſanctæ virginis filii exultant in Domino, gratiaſque referunt virginum Sponſo mirabilia facienti. Sed & civitatem totam hæc fama tantum implevit, quod paucis poſt diebus virgine convaleſcente, & accedente ad quemdam Patriarcham Apoſtolicum Nuntium, qui noviter ad eamdem civitatem advenerat, commota eſt univerſaliter, & cuncti etiam artifices propriis officiis relictis, currebant ad eam videndam, dicentes: Qualis eſt hæc, quæ vinum non bibens, vas vacuum miraculoſo vino potuit adimplere? Hoc ex concurſu virgo ſacra dolore cordis intrinſecus tacta, percepta cauſa concurſus illius, ſicut ipſa mihi poſtmodum fuit in ſecreto confeſſa, mœrens &
B lugens ad conſuetum acceſſit orationis refugium, dicens mentaliter pluſquam vocaliter hæc vel æquivalentia verba: Ut quid, Domine, me miſellam ancillam tuam, tanto cordis flagello affligere voluiſti, ut facta ſim opprobrium univerſis? Omnes alii ſervi tui poſſunt vivere inter homines, præter me. Quis petivit à clementia tua vinum? Ego inſpirante gratia tua corpus meum jam diu vino privavi: & nunc propter vinum, facta ſum omni populo in deriſum. Propter omnes miſericordias tuas pietatem tuam obſecro, ut vinum illud taliter evaneſcere facias, quod ceſſet hæc fama, quæ inter hos homines eſt divulgata. Quid plura? Exaudivit Dominus vo-

in faces iterum converti ipſa impetrat,

cem ejus, & quaſi contriſtationem ejus ſufferre non valens, primo miraculo ſecundum addidit, meo judicio non minus notabile, imo magis. Nam poſtquam vas vacuum, repletum pro magna ſui parte fuerat illo vino miraculoſo, multique cives de ipſo ex pura devotione bibiſſent, nec eſſet propter hoc vas diminutum: ſubito totum vinum convertitur in fæces: & quod erat prius dupliciter delectabile, fit poſtmodum impotabile, propter ſuam fæculentam groſſitiem. Sicque tam Domino illius cellæ vinariæ, quam venientibus ad bibendum, ſilentium
C imponitur: & quod prius prædicabant, erubeſcentes non audent amplius enarrare. Erubuimus & nos ſanctæ virginis filii, hoc audito, cum eis: ſed ipſa virgo tota jucunda & læta efficitur, gratias referens Sponſo ſuo, quod eam liberaverat à publicis laudibus hominum.

unde obtrectatoribus data occaſio cavillandi

310 Hic, lector, obſecro, fige pedem, & conſidera mirabilia facta Dei, quæ vir inſipiens non cognoſcit, & ſtultus intelligere numquam poteſt. Abſque prece hujus virginis, imo abſque ipſius notitia, patravit Dominus tam publicum & tam magnum miraculum; & tandem ad preces ejus, viſus eſt, id quod fecerat, deſtruxiſſe. Cur hoc? quis finis horum duorum contrariorum actuum? Numquid ut calumniatores tunc forſitan dixerunt, vel ſaltem muſſitaverunt, primum mirum proceſſit ex hoſtis illuſione, quod per corruptionem illius liquoris fuit poſtmodum demonſtratum? Sed etſi totum hoc verum eſſet, adhuc contra ſanctitatem virginis nihil concluderetur per calumniatores prædictos. Ipſa namque primum mirabile ſimpliciter ignoravit, & in ejus abſentia factum ſive patratum eſt: ſi ergo fuit ibi illuſio, non potuit hoc eſſe per culpam ejus, nec ex aliquo dicto vel facto ejus: & ſi Dominus poſtmodum hoc detexit ad preces ejus, manifeſtum ſignum fuit acceptationis & dilectionis divinæ, cum Deus non permiſit hoſtem illudere ſponſæ ſuæ. Quocumque igitur ſe vertat calumniator, ſanctitatem hujus virginis neceſſe eſt ut fateatur. Sed nos Phariſæorum calumnias, quibus manifeſtis Domini Jeſu Chriſti miraculis detrahebant, cordialiter fugientes, videamus ſi majorem gloriam Conditori noſtro poſſimus afferre, inveſtigando judicia & teſtimonia ejus, quæ ſunt plus quam profunda juxta modulum meum. Voluit ſiquidem, ſi non fallor, Altiſſimus, quantum ſponſam ſuam diligeret, demonſtrare, quando id quod pro ea non reperiebatur, ea etiam ignorante miraculoſe produxit, ita ut ipſa verbum Sponſi ſui dicere potuerit illi populo, cum hoc ſcivit: Non propter me vox hæc venit, ſed propter vos; id eſt, non mihi, ſed vobis per hoc ſignum notificare voluit Dominus quantum me diligat: nec ad hoc ſciendum indigeo ego quocumque miraculo; vobis autem expedivit hoc ſcire, ut ſalutem animarum veſtrarum, hoc ſigno viſo, quæratis ferventius. Sed quia dum ſum in hac vita, ſemper mihi timendum eſt, ne magnitudo donorum & revelationum ſive ſignorum extollat
E me, oravi Dominum meum, ut hanc oſtentationem auferret: nec contempſit Dominus preces meas, ſimul providens vobis & mihi: vobis in ſigno priori, mihi in poſteriori.

D

qui multipliciter redarguuntur.

Joa. 12, 30

311 Quod ſi quis omnino voluerit adſtruere, quod per ſecundum ſignum, primum fuerit annihilatum; dicat, unde illa materia liquoris quantumcunque fæculenti, in vas ex toto vacuum, vel cujus miniſterio venit. Scimus quod non poterat illud dici eſſe nihil, & omnino aliquid erat, ubi nihil liquoris fuerat prius. Quis hoc fecit, vel cujus opere factum eſt? Si omnipotentis Dei juſſu; habetur propoſitum laudis uberioris divinæ: ſin autem vertatur opus Dei ad Belial per ejus imitatores, cum duo fuerint ſigna, quorum unum fuerit abſque ſcitu ſacræ virginis factum, alterum vero ad preces ejus; de neutro poteſt eam calumniari detractor, quoniam in primo nihil egit, in ſecundo habuit quod optabat. Sed ego mihi ipſi noto, quod in primo Dominus oſtendit, quantum ſibi foret accepta: in ſecundo, quantum eſſet ſibi per profundam humilitatem ſubjecta: in primo dedit nobis materiam ipſam honorandi, in ſecundo ipſam imitandi: in primo deſignavit quanta fuerit gratia decorata, in ſecundo, quanta fuerit ſapientia informata: ubi enim humilitas, ibi ſapientia. Porro ſi beatus
F Gregorius virtutem patientiæ ſignis & miraculis reputat majorem, ut ipſe teſtatur in primo libro dialogi ſui; quis non videat, quod virtus humilitatis, ſine qua ſapientia eſſe non poteſt, quæ fuit cauſa ſecundi, præcedens ſignum incomparabiliter exceſſit? Sed animalis homo nullatenus poteſt hoc percipere: nec mirum, quia ſapientia carnis non eſt nec eſſe poteſt Deo ſubjecta, ſecundum beatum Apoſtolum. Sed ſi velimus reliqua ſigna quæ Dominus per ſponſam ſuam in rebus inanimatis oſtendit, ſingulatim aſſcribere, plures eſſent conficiendi libri. Unde brevitati propter tædium legentium annuentes, finem huic Capitulo imponamus.

cum ſaltem negari nequeat veritas ſecundi miraculi.

Rom. 8, 7

ANNOTATA.

a Panellus, *diminutivum à* panis.

b Regio columnæ, *ſic dicta à Columna Antonini Pii, inter Vrbis Regiones quarta.*

c *Addit Thomas*: Et ut experientia frequentiſſime docuit, quando plures erant nihil ibi omnino deficie-

A deficiebat, jam vero pauciores eſſent, nihil ſupererat: ex quo mirabantur omnes.

d *Impreſſum erat* G. de B. *& deinceps* G. *uno dumtaxat loco integre ſcribitur* Gerardus: *quod & alibi ſic integre ſcripſimus: cujus autem cognominis initiativa ſit littera* B. *non præſumimus ex conjectura definire.*

e Vernaccinum vinum, *vulgo* Vernaccia, *album & generoſum, à Petro Creſcentio lib.* 4 *de Agricultura cap.* 4 *comparatur Græco vino, eo quod utrumque in Italia optimum, ſed modicum, uva reddat. Eſt autem in Liguſtici littoris parte orientali oppidum* Vernazza: *an ab eo ſumptum nomen?*

CAPUT XVII.

Euchariſtia frequenter ſumpta, à Chriſto porrecta, & ultro delata: favores ad corpus S. Agnetis de Monte-Politiano accepti.

CAP. XII

ſacroſancta Euchariſtia crebro paſcitur,

312 NOvit Altiſſimus, lector bone, quod Legendæ huic libenter finem imponerem, potiſſime propter multas aliorum negotiorum occupationes, quæ me undique premunt: ſed tot mihi occurrunt, cum de factis hujus ſacræ virginis meditor, admiranda pariter & notanda, quod urgente conſcientia, cogor diætam diætis adjicere, ac prolixiorem quam intendo, reddere librum iſtum. Notum enim novi omnibus, qui de ipſa notitiam habuere, quam circa venerationem ſimul & devotionem venerabilis Corporis Domini fuit ſingulariter & excellenter affecta, ita ut propter ejuſdem Sacramenti frequentem ſumptionem, nomen inter vulgares exierit, quod virgo Catharina Sacramentum Euchariſtiæ ſumeret quotidie, de ipſoque abſque alio corporali cibo viveret incolumis. Et hi quidem, licet non uſquequaque veraciter, pie tamen, opinor, narrabant; dantes honorem Deo, qui ſemper in Sanctis ſuis apparet mirabilis. Verum quia non quotidie, ſed frequenter hoc Sacramentum cum magna cordis devotione ſumebat, quidam ſatrapæ, plus Philiſtinorum quam Chriſtianorum in hoc, murmurabant de hac ſumptione frequenti. Contra quos pro innocente illa aſſumpſi, nec potuerunt reſpondere rationibus adductis; quia confundebantur ſuper factis & dictis tam Sanctorum Patrum, quam eccleſiæ ſacroſanctæ.

313 Conſtat namque ſecundum doctrinam Dionyſii de eccleſiaſtica Hierarchia, quod in primitiva C eccleſia, quando fervor ſancti Spiritus abundabat, fideles utriuſque ſexus quotidie ſumebant illud ſupervenerabile Sacramentum. Quod & Lucas ſentire videtur in Actibus Apoſtolorum, cum de fractione panis facit pluries mentionem; & ſemel addit *a*, Cum gaudio: quod non, niſi de Sacramento intelligi digne poſſit. Sed & ipſa quarta petitio orationis dominicæ, ubi petitur panis quotidianus, de ipſo eodem venerabili Sacramento intellecta, non eſt quomodolibet repudianda, ſed potius cum devotione cordis amplectenda. Inſuper autem in ſignum hujus quotidianæ Communicationis fidelium, in Canone Miſſæ orationem pro communicantibus cum Sacerdote appoſuit ſacroſancta mater Eccleſia, nec ſine myſterio: Supplices, inquit, te rogamus omnipotens Deus, jube hæc perferri per manus ſancti Angeli, &c. Et ſubdit: Ut quotquot ex hac altaris participatione ſacroſanctum filii tui Corpus & Sanguinem ſumpſerimus, &c. Item ex quo Sanctorum Patrum habet doctrina, quod fidelis quiſque letali crimine non detentus, ſi devotionem habeat actualem, non ſolum licite ſed etiam meritorie ſumit hoc ſaluberrimum Sacramentum; quis audere debeat perſonam, catholice ac ſancte viventem, quomodolibet prohibere, ne meritum illud ſæpe ac frequenter acquirat? Non dubito quin injuria tali perſonæ fieret, & non parva, ſi ei petenti humiliter memoriam Dominicæ paſſionis & viaticum ſuæ peregrinationis, à quocumq; denegaretur; niſi forſitan contra ſupradicta omnia aſſereret quiſpiam, non eſſe licitum cuicumque fideli, quantumcumque perfecto ſive devoto, illud Sacramentum ſæpius ſumere; aut (ſicut dicunt quidam, propriam vocem ignorantes) niſi ſemel in anno: quod plus reputo ſacræ Scripturæ repugnantiam, quam rationabilem cauſam. AUCT. RAT MUNDO CONFESS.

cujus frequentior ſumptio laudabilis eſſe probatur, a

314 Porro ad hanc probandam ſtoliditatem, quidam ex ſatrapis ſupradictis, à devotione nudi, & à ſacrarum Scripturarum ſenſu penitus alieni, adducunt pro ſe illud beatiſſimi Auguſtini dictum, quo inquit: Quia omni die Sacramentum Euchariſtiæ ſumere non laudat, nec vituperat quoquomodo: quaſi dicat excellentiſſimus ille Doctor, quod ſumptio bona eſt, ſed taliter poſſet fieri, quod eſſet damnoſa: & ideo relinquit ipſe divino judicio, cui patent omnia, nec audet ſuper hoc certam proferre ſententiam. Quod ſi tam excellentiſſimus, imo Doctorum eximius, non affectat judicium in hoc quomodocumque proferre: qua fronte allegantes hic ejus verba, præſumant ipſi judicium ſupra hoc facere, videre non poſſum. Unde ad propoſitum iſtud occurrit mihi quædam reſponſio, quam ipſa virgo fecit ſemel cuidam Epiſcopo, me præſente, qui dictam auctoritatem Auguſtini allegaverat contra communicantes quotidie. Inquit enim virgo, Si B. Auguſtinus non vituperat, Domine, quare vos vultis vituperare? Dum allegatis eum, facitis contra eum. Poſt hæc autem omnia Doctor ſanctus & inclytus Thomas de Aquino, dum facit hic dubium, an videlicet expediat catholico Chriſtiano frequenter aut quotidie ſumere hoc Sacramentum; reſpondet, quod frequens hujus Sacramenti ſumptio devotionem ſumentis augmentat, ſed reverentiam quandoque diminuit. Unuſquiſque autem fidelis, ad tam venerabile Sacramentum devotionem & reverentiam debet habere: unde ſi ſentit ex frequenti ſumptione diminui reverentiam, debet aliquantulum abſtinere, ut cum majori reverentia ſuſcipiat ipſum. Si autem reverentiam non ſentit minui, ſed augeri; tunc debet ſecure ſumere: quia indubitanter magnam acquirit anima bene diſpoſita gratiam à ſumptione hujus mirabilis & excellentiſſimi Sacramenti. Hæc eſt intentio & ſententia S. Thomæ Doctoris, cujus doctrinam de cetero tenuit hæc ſacra virgo: quia frequenter ſumebat, & tamen aliquando abſtinebat, licet quaſi ſemper deſiderabat Sponſo ſuo, mediante illo Sacramento, conjungi; propter ardentiſſimam caritatem, qua trehebatur ad ipſum, quem viderat, quem amabat, in quem perfecte crediderat, quem totis præcordiis diligebat. ex SS. *Auguſtino & Thoma.* E F

Sacro ejulo privata ingentes dolores experitur.

315 In tantum quandoque hoc deſiderabat, quod ſi privabatur illa die ſacra Communione, corpuſculum illud plus patiebatur, quam ſi vehementi dolore vel febre fuiſſet pluribus diebus afflictum. Quod tamen totum procedebat ex paſſione mentali, qua paſſione ipſam longis temporibus ſæpiſſime afflixerunt quandoque indiſcreti Fratrum Prælati, quandoque Prioriſſæ Sororum, etiam quandoque hi vel hæ, qui magis domeſtice cum ea converſabantur. Et hæc fuit una de cauſis, quare ipſa majorem habuit conſolationem de ſervitio meo, quam de ſervitio me præcedentium: quia ſcilicet conabar juxta poſſe, non obſtantibus quibuſcumque impedimentis, volentium ipſam impedire circa ſacræ Euchariſtiæ ſumptionem, ut conſolationem ſuam haberet ad votum.

AUCT. RAYMUNDO CONFESS. Propter quod in conſuetudinem duxerat, quandocumque mens ejus accendebatur deſiderio ſacræ Communionis, & ego adeſſem, dicere: Pater ego eſurio; propter Deum detis cibum animæ meæ. Hinc etiam proceſſit, quod felicis memoriæ dominus Gregorius Papa XI pro ejus conſolatione conceſſit ei per Bullam, quod poſſet, qui ſe abſolveret & ſacram Hoſtiam miniſtraret, ſecum habere quotidie: etiam concedendo ei altare viaticum, ut poſſet ubique Miſſam audire, ac ſacram Communionẽ recipere, abſque licentia cujuſcumque.

316 His igitur taliter declaratis, unum narro mirabile, quod mihi ſoli oſtenſum eſt, non propter aliquid quod eſſet in me vel ex me: ſed quia locum tenebam Confeſſoris per ipſam electi, & miniſter eram, licet immeritus, ſæpe dicti venerabilis Sacramenti; voluit ut æſtimo, Dominus propter gloriam nominis ſui mihi oſtendere, quam grata ſibi foret hæc ſacra virgo. Nec talia, fateor, me deceret proferre aut ſcribere, ſi non eſſet honor Dei & virginis hujus ſacræ, quæ ſalva conſcientia omittere nequeo. Noveris igitur, lector, quem nunc potiſſime poſtulo eſſe pium interpretem, quod poſtquam cum hac ſacra virgine reverſi fueramus de Avinione, & pervenieramus ad civitatem Senarum, accidit eam & nos viſitare quoſdam ſervos Dei extra civitatem eamdem, ut ad invicem in Domino conſolaremur. Quo facto in
B die S. Marci Euangeliſtæ de mane reverſi ſumus ad civitatem: & cum perveniſſemus ad domum habitationis ejus, hora Tertiarum quaſi tranſacta, ipſa ſe vertens ad me, ait: O ſi ſciretis Pater quantum eſurio. Ego vero intelligens eam, dixi: Jam hora celebrandi quaſi tranſivit, & ego ſum ita feſſus quod ad celebrandum vix me poſſem diſponere. Quo audito, ipſa parumper conticuit: ſed poſt paululum deſiderium ſuum celare non valens, iterum dixit ſe nimium eſurire. Propter quod annui: & accedens ad capellam, quam intra domum propriam de licentia dicti ſummi Pontificis ordinaverat, purgata mente per ſacramentalem Confeſſionem, indui me veſtibus
quod valde eſurienti & radios è vultu vibranti mox danda Hoſtia, ſacris; & ipſa præſente, Miſſam de B. Marco celebravi. Cumque conſecraſſem Hoſtiam unam parvam pro ejus communione, ac poſtquam ego ſumpſeram Sacramentum, me verterem ad faciendum ei generalem Abſolutionem ſecundum morem, vidi faciem ejus ſicut faciem Angeli, emittentem radios &
C ſplendorem, habentemque figuram quodammodo aliam, ita ut in mente dicerem, iſta non eſt facies Catharinæ. Propter quod in mente tantum excepi hanc verborum ſententia: Vere, Domine, hæc eſt ſponſa tua, fidelis & grata. Et hæc cogitans, vertebam me ad altare, & eadem locutione mentali tantummodo dixi: Veni Domine ad ſponſam tuam.
ultro ex altari in patenã exſilit, Nec ſcio qualiter hæc cogitavi. Mox autem ut hanc cogitationem perfeci, ſacra Hoſtia priuſquam eam contingerem, per ſe ipſam ſe movit, & venit verſus me, ut clare vidi, per ſpatium latitudinis trium digitorum & plus, donec ſcilicet pervenit ad patinam, quam in manu tenebam. Ego autem tam ex prima claritate vultus, quam hoc ſigno ſecundo, adeo factus ſum ſtupidus, quod non recolo ſi ſacra Hoſtia per ſe ipſam aſcendit patinam, an ego poſuerim eam. Sed vere, quamvis aſſerere non audeam, ego credo quod aſcenderit per ſeipſam,

317 Deus & Pater Domini Jeſu Chriſti ſcit & eſt mihi teſtis, quod non mentior. Si quis autem his dictis fidem adhibere noluerit, propter defectus meos & propter vitam, proh dolor! non virtuoſam, quam videt in me; memor ſit, quod pietas Salvatoris ſalvat homines & jumenta; & non tantum majoribus, ſed etiam minoribus quandoque revelantur ſecreta Dei: & ulterius memor ſit illius ſententiæ veritatis, qua inquit: Non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam: ubi contemnentibus peccatores, veritas ipſa dicit: Euntes diſcite quid eſt, Miſericordiam volo, & non ſacrificium. His ergo excuſationibus, quæ peccatoribus omnibus competunt, me tantum excuſo. Parcant mihi Domini juſti & ſervi Dei, & ſcio quia parcent, quia miſericordes ſunt ſervi Dei: ſi qui autem alii judicant me, pro minimo mihi eſt, Domino meo ſto, & Domino meo cado. Ipſe qui novit ſeſſionem meam & reſurrectionem meam, ipſe quærat & judicet, quia Dominus eſt: ipſe novit quia veritatem dico. Nec volo credere me fuiſſe paſſum illuſionem hoſtis coram & in tam venerabili & terrifico Sacramento: imo ſcio & ſum certus, quod vidi ſacratiſſimam Hoſtiam abſque tactu ſeu motu cujuſcunque ſe moventem, & verſus me venientem, dum ſolo cogitatu dicerem: Veni, Domine, ad ſponſam tuam. Qui vult, credat, & Deum laudet: qui non vult, quandoque errorem ſuum videbit, non dubito. Nos autem ad alia tranſeamus. Et quoniam incepi ab his, quæ mihi ſolummodo nota fuerunt, addam ſigno ſupra recitato aliud, judicio meo, non minus notabile nec minus memoriæ commendandum. Propter quod ſi mihi credatur, vel ſaltem his qui mihi credent, demonſtrabitur manifeſte, quam placitum erat Domino Salvatori ardens deſiderium, quod menti hujus virginis inerat, ſumendi hoc venerabile Sacramentum. Fateor autem quod (ſi non male recolo) illud quod nunc ſecundo recito, prius fuit quam id quod primo eſt recitatum; nec in hoc eſt magna cura de tempore, dummodo recitetur veraciter, ſicut fuit.

318 Eram in civitate Senenſi, ex obedientia Ordinis mei poſitus vel aſſignatus pro Lectoriatus officio, tempore quo ſacræ virginis hujus notitiam recenter habueram; conabarque quantum potueram, ut ſupra dictum eſt, ipſam de Sacramenti hujus ſumptione, juxta meum poſſe conſolari. Propter quod, quando volebat ad Sacramentum accedere, confidentius ad me quam ad ceteros Fratres ordinis mei recurrebat. Accidit quodam mane, quod ipſa deſiderante ſumptionem venerabilis Sacramenti, dolores iliaci & aliæ conſuetæ paſſiones ejus corporeæ ipſam nimium opprimebant: ſed propter hoc non remittebatur deſiderium ejus, imo magis accendebatur: & confidens quod paſſiones illæ, facto alicujus temporis intervallo, remitterentur, miſit ad me de ſociabus ſuis unam, me hora Miſſæ ingrediente ad eccleſiam, & dixit mihi: Rogat vos Catharina, quod tardetis aliquantulum Miſſam veſtram, quoniam ipſa modo nimium patitur: & omnino vellet iſto mane ſumere Sacramentum. Quod ego libenter annuens, acceſſi ad chorum: & expleto toto conventuali Officio, adhuc expectabam. Virgo vero Domini, me penitus ignorante, circa horam Tertiarum ad eccleſiam venit, ut ſanctum ſuum deſiderium perficeret: ſed ſociæ ejus tarditatem horæ conſiderantes, & ſcientes quod quando communicabat, tribus vel quatuor horis vel amplius ſtabat in raptu, nec de loco illo poterat ſe movere, & ex hoc neceſſe erat ut tempore quo eccleſia de more claudebatur, ſtaret aperta (de quo quidam ignorantes Fratres pluries murmuraverunt & murmurabant) perſuadebant ei quod illo mane non communicaret, ne Fratres murmurantes ex hoc ſcandalizarentur. Quibus illa, ſicut tota humilis & diſcreta, contradicere non audens, aſſenſit: ſed propter deſiderium quod habebat, ad conſuetum recurrit orationis refugium: & proſternens ſe apud quoddam ſeſſorium, in extrema quaſi parte eccleſiæ poſitum, cœpit accenſo corde orare Sponſum, ut ſicut ipſe deſiderium illud infundendo gratioſe donaverat, ita perficeret per ſeipſum, ex quo

D Matt. 9, 13 *prout teſtatur auctor ipſe qui ei miniſtraturus illam erat.*

E *negatam communionem deſiderante S. Catharina,*

F

A quo non poterat ab hominibus hoc habere.

auctori, coram ea quæ adesse ignorabat sacrificanti,

319 Tunc omnipotens Deus, qui servorum suorum nunquam spernit desideria, sponsam suam non modo misericorditer, sed etiam mirabiliter exaudivit, infra scripto videlicet modo mirabili. Ego enim de his omnibus nihil penitus noveram, sed putabam virginem in domo habitationis propriæ adhuc esse; cum post deliberationem factam de non communicando, una ex sociabus ejus venit ad me, adhuc in ecclesia expectantem, & dixit: Catharina dicit quod celebretis quando placet vobis, quoniam ipsa non potest hodie communicare. Quo audito, ivi ad sacristiam: & indutus vestibus sacris, accessi ad quoddam altare circa caput illius ecclesiæ positum, quod (si non fallor) sub nomine B. Pauli Apostoli est appellatum: & incepi Missam, ut moris est. Ipsa vero distabat à me, quanta est illius ecclesiæ longitudo, licet ego penitus ignorarem ipsam in ecclesia tunc esse. Cum autem post consecrationem ac post orationem dominicam, vellem sacram Hostiam, ut ritus habet Ecclesiæ, primo in duas partes, deinde alteram in duas partes alias frangendo dividere; in prima fractura non duæ tantum partes, sed tres factæ sunt: duæ magnæ, & una parva, longitudinis (ut possum recolere) unius communis fabæ, sed non tantæ latitudinis. Tanta tamen erat illa portiuncula, quod nullum mihi dubium est, quin ibi esset verissimum Sacramentum. Hæc autem portiuncula saltavit, oculis meis videntibus, & diligenter attendentibus, ultra calicem super quo faciebam illam fracturam, ut moris est, & visa est mihi cadere super Corporale. Nam clare vidi eam non longe à calice declinantem ad partem inferiorem versus Corporale: sed in Corporali nunquam potui eam videre.

B

subducitur particula sacræ Hostiæ,

320 Putans autem quod ratione albedinis Corporalis non possem particulam albam discernere, perfeci sequentem fracturam. Et dicto, Agnus Dei, factaque sacrosancta comestione, cum habui dexteram expeditam, mox ipsam extendi ad locum Corporalis ultra calicem, ubi videram dictam particulam declinantem: sed tangendo digitis, & hinc inde per Corporale palpando, nihil ibi potui reperire. Unde tactus dolore cordis intrinsecus, perfeci cetera quæ perficienda erant: & sumpto Sacramento, iterum quæro, totum & ubique Corporale tangendo simul & palpando; sed nec sensu visus, nec sensu tactus possum aliquid invenire, licet diligenter & diu quæsierim. Ex quo amplius mœstus factus & dolens, quasi usque ad lacrymas, cogitavi propter adstantes seculares Missam perficere, ac illis abeuntibus cum omni diligentia iterum quærere particulam illam per omnes partes altaris. Quo facto, illisque recedentibus, quæsivi non modo Corporale, sed omnes partes altaris minutatim hinc inde: nec quidquam apparuit dictæ particulæ simile quovis modo. Et quoniam ex oppositio mei erat tabula magna cum imaginibus Sanctorum, non poteram suspicari quod sæpe dicta particula per illam viam potuisset altaris terminos transmeare, cum tamen ego vidissem eam clarissime, versus eamdem viam mihi oppositam, saltantem & declinantem. Ad majorem autem cautelam quæsivi partes collaterales, & adhuc descendi usque ad terram, hinc inde diligenter & caute quærendo: sed nihil inventum est. Quamobrem cogitavi totus anxius, quod de hac re consilium haberem cum Priore conventus illius, quem noveram litteratum & Deum timentem: cooperuique altare diligenter; & advocans sacristam, mandavi ei, quod ad illud altare neminem permitteret appropinquare, donec ego redirem. Sicque totaliter mœstus & anxius, redii ad sacristiam, &

& frustra requiritur:

C

depositi sacras vestes, intendens statim Priorem adire; & ejus adhærere consilio.

D

321 Sed mox vestibus depositis, affuit quidam, Prior B. Rignardi *b*. Iste Prior *c* B. Rignardi fuit Dominus, Christophorus, post Prior Carthusiæ *d*, (prout ipse narravit successori suo, Domino videlicet Stephano priori Carthusiensis ordinis) mihi notus, & amicitia non parva conjunctus, rogans me quod facerem eum loqui cum Catharina virgine. Cui cum dicerem quod aliquantulum expectaret donec expedirem aliquod negotium, quod habebam facere cum Priore, respondit: Dies est hodie solennis jejunii, & necessarium est mihi sine dilatione ad monasterium redire; & ut noscis, per tanta milliaria disto à civitate; propter Deum non retardetis, quoniam urgente conscientia cogor omnino loqui cum Catharina. Quibus auditis, dixi sacristæ: Non discedas ab hinc, custodiendo (ut dixi) altare istud, quousque redieros: & sic cum dicto Priore accessi ad domum habitationis virginis Catharinæ. Sed qui erant in domo, dixerunt ipsam jam dudum ivisse ad ecclesiam Fratrum, & ibidem adhuc permanere. Quo audito, miratus sum: & rediens cum ipso Priore ad dictam ecclesiam, inveni socias ejus in inferiori parte ipsius ecclesiæ. A quibus dum petissem de virgine, ubi esset; responsum accepi quod erat ibi appodiata genibus flexis super quoddam sessorium, & erat in raptu juxta consuetudinem suam. Ego autem qui semper pungebar in corde de casu qui mihi acciderat, rogavi eas quod omnem modum tenerent ad excitandam eam, quia festinantiam nimiam habebamus.

b
c
d

de quo tristem venientem ad se

E

322 Quod cum factum esset, & dictus Prior & ego cum sacra virgine sedissemus ad colloquendum: ego qui doloris aculeo interius urgebar, prius secrete in paucis verbis narravi virgini casum qui mihi acciderat, & dolorem quem patiebar. Quæ mox parumper subridens, respondit tamquam omnium conscia: Nonne vos quisivistis ubique? Me autem respondente, quod sic; subjunxit, Ut quid ergo tantam exinde concepistis tristitiam? Et his dictis, non potuit continere quin iterum aliqualiter subtideret. Quod ego non segniter notans, conticui donec Prior prædictus dixit quæ voluit, responsumque suum ab ipsa recepit, & abiit. Tunc ego lætificatus ex primo responso, ac suspicans id quod erat, dixi: Vere, mater, puto quod tu es illa quæ abstulisti particulam Hostiæ meæ. Et illa cum risu inquit: Non detis mihi, Pater, hanc culpam; sed scitote quod alius fuit, ego non fui. Tantum tamen dico vobis, quod particulam illam non invenietis. Tunc eam adstrinxi, ut aperiret mihi clare quidquid inde sciebat. Et illa: Pater, nullam tristitiam habeatis de particula illa: quoniam, ut verum vobis dicam, sicut Confessori & Patri spirituali, ipsa particula fuit ad me portata, & ego illam Iesu Christo ministrante sumpsi. Cum enim sociæ meæ nollent pro isto mane quod communicarem, propter murmurationes quorumdam; nolens eas contristare propter scandalum aliorum, recurri ad Sponsum meum benignissimum, & ipse personaliter mihi apparens particulam illam à vobis sublatam mihi misericorditer obtulit, & ego eam de ejus sacratissimis manibus accepi. Gaudete igitur in ipso, quia nihil mali vobis accidit, & mihi factum est hac die tantum donum, quod intendo per totum laudes & gratiarum actiones canere Salvatori. Quibus auditis, ita fuit tristitia mea conversa in gaudium, adeoque facta est secura mens mea ex verbis ejus, quod non poteram amplius dubitare.

solatur ipsa,

F

& fatetur eam de manu Christi sumpsisse,

323 Conferebam autem in corde meo atque di-

AUCT. RAYMUNDO CONFESS. *sic ut auctor non potuerit dubitare amplius.*

cebam : Nonne clare vidi particulam ſuper Corporale declinantem ? ſed tamen in Corporali numquam potui eam videre. Ibi nulla erat nec poterat eſſe ſpiratio venti, cum altare undique ſit concluſum, & nullus eſſet ventus tunc intus vel extra : qui tamen ſi fuiſſet, vidiſſem utique ad quam partem particula declinaſſet, cum attentos oculos haberem ad eam : nunc autem nullo parvo vel magno flante ſpiramine, declinantem eam vidi, & locum ad quem declinabat, diligenter attendi : ſed cum declinaret, ita ſublata eſt ab oculis meis, quod nec in illo, nec in alio loco ipſam unquam potui reperire, cum tribus vicibus ita diligenter quæſierim, quod debuiſſet etiam granum ſinapis inveniri. Notabam etiam qualiter me dicente virgini, quod in magna mentis amaritudine poſitus eram, nullâ (ut aſſolebat) compaſſionem oſtendit, imo ſubriſit. Et cum dicerem quod perdideram quamdam particulam Hoſtiæ conſecratæ, mox in nullo mota, eodem vultu ſubjunxit : Nonne vos diligenter quæſiſtis, & invenire non potuiſtis ? ut quid igitur inde habetis triſtitiam ? His & aliis indiciis quamplurimis atque ſignis ita fuit mea mens certificata, quod triſtitiam ſimul & quærendi ſolicitudinem deponere quodammodo ſum coactus. Hæc de his mirabilibus; quæ me conſcio Dominus eſt operatus circa venerabile Sacramentum meritis hujus ſacratæ virginis, hic ſcripſi, ne ingratitudinis aut negligentiæ redargutione juſta poſſem à Deo vel hominibus reprehendi : Nunc autem ad alia tranſeamus, quæ de hac eadem materia percepi ab aliis.

B

ſacra Hoſtia ad communicaturam ultro properat.

324 Retulerunt enim mihi quamplures utriuſque ſexus fide digni, qui aliquando Miſſæ interfuerant, quando ipſa ſumebat hoc Sacramentum: quod clare videbant ſacram Hoſtiam evolare de manibus Sacerdotis, & in os ejus volando intrare, etiam (ut dicebant) de manibus meis, quando ei conſecratam Hoſtiam porrigebam. Et ego quidem de hoc non clare perpendi, ſed bene ſemper ſentiebam ſtrepitum, quem faciebat Hoſtia ſacra quando in os ejus intrabat, ac ſi quaſi lapillus fuiſſet in os ejus à longe projectus violenter. Frater autem Bartholomæus Dominici, ſacræ paginæ Profeſſor, & nunc Prior provincialis Romanæ provinciæ Ordinis mei, etiam dicit, quod quando communicabat eam, ſentiebat duobus digitis, quibus hoſtiam ſacram tenebat, in os ejus volando intrare. Hæc autem ego aſſerere non audeo, nec negare: ſed devoti lectoris diſcretio judicet, quid credendum in talibus, conſideratis fundamentis gratiarum ſupra recitatarum. Porro plura ſunt ſuperius recitata, quæ replicare foret ſuperfluum, & ideo hujus Sacramenti mirabilibus finem hic faciamus *e*, & de miraculis circa Sanctorum reliquias contingentibus breviter diſſeremus, ut finem huic ſecundæ patri ponere valeamus.

C

e

Intelligens quod par eſſet futura S. Agnetis Politianenſi.

325 Revelatum eſt huic ſacræ virgini, prout ipſa tam mihi quam alteri Confeſſori ſuo ſecrete aperuit, quod in regno cælorum cum beata Sorore Agnete de Monte-Politiano, & in eodem gradu locari deberet, ipſamque habere conſociam beatitudinis ſempiternæ. Quamobrem deſiderabat viſitare ex corde ejus Reliquias, ut perpetui conſortii, quod in æterna vita ſecum habere debebat, arrhas initiales in hac vita reciperet. Sed ne ignorantia ſanctitatis dictæ ſanctæ virginis Agnetis te, lector, impediat ab intelligentia ſignorum inferius narrandorum; noſſe te volo, quod dum ex obedientia ſacri Ordinis mei apud monaſterium, in quo ſanctum corpus ejuſdem Agnetis virginis requieſcit, per tres annos & amplius poſitus eſſem pro Rectore; ex quibuſdam ſcripturis quas ibidem inveni, & ex relatione quatuor Sororum quæ fuerunt ejus diſcipulæ, & adhuc ſuperviuebant, Legendam ejus tempore juuentutis meæ ipſe compoſui, brevibuſque verbis pro tua informatione ſummam ſanctitatis & virtutum ejus hic inſerendo narrabo. Noveris igitur quod virgo illa, licet non ſit Catalogo Sanctorum aſſcripta, tanta tamen fuit gratia in benedictionibus à clementia divina prævenia, quod dum ex matris utero naſceretur, lumina clare viſa ſunt in habitaculo, ubi mater parturiens habitabat, à cunctis adſtantibus, quæ mirabiliter apparentia, & poſt ejus nativitatis perfectionem ceſſantia, illis qui aderant, oſtenderunt, quanti meriti apud Deum eſſe deberet puella, quæ tunc naſcebatur. Tandem in qualibet ſui ætate, virtutibus ſemper potioribus decorata ſimul & augmentata, duo virginum monaſteria condidit : in quorum ſecundo nunc requieſcit, ubi multis & magnis miraculis claruit adhuc vivens, quæ etiam poſt ejus obitum ſunt clarius & multiplicius demonſtrata.

D

cujus obitus variis fuit miraculis honoratus,

326 Inter alia autem ſigna, poſt obitum ejus patrata, fuit & eſt, quod ſacrum corpus ejus virgineum nuſquam fuit humatum, ſed adhuc integrum perſeverat, ac non ſine magno miraculo. Cum enim terrigenæ, propter miracula quibus in vita claruerat, vellent corpus ejus balſamo condire, ut integrum diutius ſervaretur; mox de manuum ejus & pedum extremitate cœpit liquor pretioſiſſimus exire guttatim, qui per Sorores collectus, adhuc in vaſe vitreo conſervatur, populoque monſtratur, habens balſami colorem; ſed puto quod majorem valorem : ut oſtenderet omnipotens Deus, quod ſacrum corpus ejus virgineum, quod de ſeipſo balſamum mirabiliter & ſupernaturaliter producebat, naturali balſamo non egebat. Inſuper in hora exitus ejus, qui fuit in noctis ſilentio, utriuſque ſexus infantes, parentum lectulis poſiti, clamabant : Nunc Soror Agnes egreſſa eſt de corpore, & eſt ſancta in cælis. Et mane facto, magna turba virguncularum infantium, ſolo Deo jubente, ſe congregavit, nullamque corruptam ſecum admittere volentes, procuratis candelis, proceſſionaliter cum eiſdem accenſis acceſſerunt ad monaſterium ejus, virgineam oblationem virgini offerentes. Multa quoque alia ſigna Dominus per virginem oſtendit ſanctam in conſpectu omnis populi terræ illius : propter quæ miro honore quolibet anno à cunctis terrigenis memoria ejus recolitur, & magnorum & multorum cereorum oblatione deuotiſſime celebratur.

E

F

ad corpus accedit, & pedem ultro ſublatum oſculatur:

327 Ad hujus igitur virgineum corpus intuendum ſimul & venerandum, virgo Catharina, cujus geſta in præſentiarum referimus, volens accedere; tamquam tota obedientiæ filia, prius tam mei quam alterius Confeſſoris petivit licentiam : & ipſa obtenta, ſecuti ſumus eam, ut cerneremus finem, & videremus ſi aliquod ſignum operaretur Altiſſimus, in conventione harum tam electarum virginum ſponſarum ſuarum, ſicut poſtmodum eſt ſecutum. Nam antequam nos Fratres Confeſſores ejus ſequentes perveniremus ad locum, hora qua virgo pervenit, mox clauſtrum monaſterii eſt ingreſſa, & ad corpus Agnetis virginis devote acceſſit, præſentibus Sororibus quaſi omnibus dicti monaſterii, ac Sororibus de pœnitentia B. Dominici comitantibus. Cumque flexis genibus ad pedes ſe poſuiſſet, & caput inciperet inclinare, ut devote illos oſcularetur; ſacrum illud corpus exanime deoſculandum pedem alterum, videntibns cunctis, levavit in altum, eique abſque inclinantis injuria porrexit. Quod illa perpendens, ex hoc magis humiliata, ſe amplius inclinavit, ſicque pes virginis Agnetis ad locum priſtinum paulatim reductus eſt.

A est. Ubi notanter adverto, quod Agnes virgo non absque mysterio alterum tantum pedem levavit propter incredulos. Si enim ambos levasset, credi potuisset in exanimi & rigido corpore, quod ex aliqua inclinatione casualiter facta in parte superiori ejusdem corporis, partes inferiores naturaliter seu accidentaliter per se levassent in altum. Nunc autem uno se tantum pede levante, manifeste monstratur, quod divina hæc egit virtus super omnem naturam, nec aliqua fictio potuit intervenire.

328 Sed non sine causa hæc interserere hic decrevi. Cum enim sequenti die pervenissemus ad locum, nos qui (ut dictum est) sequebamur, invenimus famam miraculi, quod Sponsus virginum, meritis utriusque virginis erat operatus. Sed cum hoc etiam reperimus quasdam Sorores monasterii, licet paucas, coram quibus miraculum fuerat patratum, opus Dei calumniantes more Pharisæorum, dicentium; In Beelzebub principe dæmoniorum &c. Quamobrem ego, qui potestatem à provinciali Priore illius provinciæ super illud monasterium acceperam, Sorores omnes juxta morem Ordinis in Capitulo congregavi, faciens diligenter inquisitionem de dicto miraculo sub præcepto sanctæ obedientiæ. Cumque omnes quæ affuerant, hoc clarissime faterentur; vocavi unam coram me de magis calumniantibus, petens ab ea si res ita se habuerat, sicut aliæ testificabantur. Quæ mox sponte confessa est coram omnibus, rem ita fuisse gestam, sicut illæ dicebant: sed volebat interpretari aliam fuisse intentionem beatæ virginis Agnetis in hoc miraculo, quam illam quam nos credebamus. Cui respondi: Carissima Soror, nos de intentione Agnetis à te non petimus quidquam; quia te novimus nec consiliariam, nec secretariam ejus: sed tantum petimus, si miraculosam illam pedis elevationem vidisti. Qua dicente, quod sic; de calumnia quam protulerat, pœnitentiam ei dedi, ad quam zelus Domini & aliarum exemplum expediens, me induxit: propter quod magis secure hoc scripsi.

attestantur. huic miraculo etiam detrahentes

B

329 Ceterum post aliquod temporis spatium, rediens eadem virgo Catharina iterum ad Agnetis beatæ monasterium, ut duas neptes suas, filias videlicet fratris sui uterini, eodem in monasterio collocaret ad serviendum Altissimo, iterum in visitatione corporis Agnetis virginis novum recepit miraculum, nullatenus silentio transeundum. Venit siquidem ad monasterium sæpe dictum, & sicut prima vice fecerat, mox ut monasterium est ingressa, ad visitandum corpus Agnetis virgineum properavit: quam secutæ sunt sociæ ejus, quæ cum ea venerant, & aliquæ ex Sororibus monasterii. Cum autem pervenit ad corpus, non ut prima vice ad pedes posuit se, sed ad caput tota gaudens accessit. Forsitan sicut tota humilis, volens elevationem pedis miraculosam vitare; vel forte memor extitit Magdalenæ, quæ prima vice ad pedes Domini effudit unguentum, secunda vero supra caput discumbentis ipsum effudit. Pervento autem ad caput, posuit genas suas super genarum Agnetis operimenta serica & aurea quæ sunt ibi, diuque sic stetit. Sed post aliquam moram, ad Lysam suam sociam & cognatam, quæ adhuc supererat, & mater erat puellarum quas duxerat, se vertens humiliter & gaudens, inquit: Cur non perpendis de dono quod nobis de cælo transmittitur? quare sic estis ingratæ? Ad quam vocem tam Lysa quam aliæ oculos levantes in altum, viderunt albissimum & minutissimum man, seu (ut clarius loquar) manna, more pluviæ ex alto descendere, corpusque Agnetis ac virginem Catharinam, necnon & cunctas adstantes suæ abundantiæ copia cooperire, ita ut Lysa prædicta manus impleverit

Alias manna cælesti operitur Catharina,

C

ejusmodi granis. Nec sine causa miraculum hoc ibi apparuit: fuerat enim Agneti virgini, dum ageret in humanis, illud usitatum signum de manna super eam pluente, potissime dum oraret; ita ut frequenter puellæ, quas Domino nutriebat, ignorantes mysterium, & videntes cum ab oratione surgeret ejus pallium dealbatum, voluerunt illud excutere: sed ab ipsa modeste prohibitæ, desistebant, prout in ejus Legenda recolo me scripsisse. Sciens igitur Agnes virgo virginem Catharinam sociam ei futuram in cælis, signo sibi consueto cœpit illam sibi sociare in terris pariter & honorare. Nec absque: nam illud manna puritatem & humilitatem, ex albedine & parvitate granorum, intelligentibus ostendebat: quæ duo in utraque illarum virginum singulariter refulsere, prout mihi potissime constat per utriusque Legendam, quam non ex meis meritis, sed pura Salvatoris misericordia scripsi, juxta gratiam mihi datam. AUCT. RAY MUNDO CONFESS.

330 Porro hujus miraculi testes fuerunt omnes sociæ ejus, quarum Lysa supervivit adhuc; & plures Sorores dicti monasterii, quæ omnes mihi & Fratribus qui mecum erant, testificatæ sunt sic fuisse; narrantes & asserentes se hoc vidisse; quarum multæ jam ex luce migraverunt, sed earum testimonium adhuc vivit, tam apud me, quam apud illos Fratres qui supersunt & tunc mecum fuerunt. Lysa vero de manna quod collegit, pluribus dedit pariter & ostendit. Multa quidem & alia ostendit Deus admiranda per sponsam suam, dum ageret in humanis, quæ non sunt scripta in libro hoc: hæc autem scripta sunt propter divini nominis honorem & gloriam ac animarum salutem, necnon ut non invenirer dono cælesti ingratus, aut talentum mihi traditum in sudario (quod absit) reposuisse, sed cum qualibuscumque gratis usuris, juxta modulum meum, omnipotenti Domino assignasse. Et sic huic secundæ parti finem impono, ut transeamus ad tertiam de transitu ejus, ac miraculis tunc patratis & post obitum ejus, ut per ternarium numerum æternæ Trinitati referantur laudes, & honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

coram pluribus testibus.

E

F

ANNOTATA.

a *Videtur indicari locus Act. 2, 46, ubi dicitur quod fideles*, quotidie perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione. *Sed an hic locus congrue accipitur de sumptione Eucharistiæ, quoad hanc ultimam partem?*

b *Parenthesis hæc deest in Ms. Leodiensi: & videtur ex margine irrepsisse in textum; an ab auctore ipso addita aut ab alio, ignoro.*

c De B. Rignardo, *cujus non tantum ecclesia, sed etiam ipsa appellatio hactenus nobis ignota fuit: libenter discemus locum ac diem cultus, & quidquid de ejus vita aut miraculis, scripto aut memoria est conservatum.*

d *In Vita B. Stephani Macconi lib. 2 cap. 12 narratur, quomodo, Mortuo Iamotto Priori generali, sub obedientia veri Pontificis, contra Schismaticum Priorem in magna Carthusia residentem electo, electus sit anno 1382 Christophorus Florentinus, Maggiensis Carthusiæ Prior, jussusque residentia suæ locum habere Carthusiam S. Ioannis, in Seisten vulgo nuncupatam, atque in Illyricis oris constructam, tamquam antiquissimam inter fideles domos post domum Carthusiæ majoris schismaticam, Deinde lib. 3 cap. 1 narratur electio ipsius Stephani in Præsidem generalem anno.* 1398

e *Alia addit Fr: Thomas in Vita sub his verbis.* Præterea non semel tantum, sed aliquoties atque diversimode, Virgo sacram sumpsit Eucharistiam à Jesu Christo: atque ipse Dominus, loco sacramentalis

AUC. RAYMUNDO CONFESS.

mentalis Communionis, Virginis os ad vulnus ſui ſacratiſſimi lateris applicabat. Quandoque etiam dum communicaretur Virgo, ſive paulo poſt, ſive dum intereſſet Miſſæ, videbat Angelos, habentes velum aureum & manibus tenentes [cereos]; & Hoſtiam, quæ quandoque transformabatur in pulcherrimum puerum: quandoque Angelos atque Sanctos, ſuper altare Domino benedicentes: aliquando tres facies, ex quibus una poſtmodum efficiebatur: nonnumquam altare totum ignitum: quandoque etiam Sacerdotem, & ipſum Jeſum Chriſtum, ſeque ipſam in igne eſſe: aliquando lucem ſuper altare, quæ totam eccleſiam illuſtrabat. Sæpe, Sacerdote dividente Hoſtiam, oſtendebatur ei, quomodo quælibet pars erat totum: & aliquando tota Trinitas ſub diverſis figuris ſive ſignis ei videbatur: quandoque Hoſtiam in Chriſtum, ſub diverſis ætatibus transformatam; nec non & Hoſtiam videbat, modo ignitam, modo ſanguinolentam, modo carneam. Aliquando videbat Virginem Dei Matrem: Hoſtiamque ſacratam ac non conſecratam mirabiliter agnoſcebat. *Hæc Thomas in eo Capitulo ubi*

B *agit de frequenti communionis ſumptione; in alio vero priori Capite, de mirabilibus exceſſibus mentis atque revelationibus, ſic loquitur* Circa venerabile Sacramentum corporis Jeſu Chriſti mirabiles, & ut ita dixerim innumeras habuit viſiones, atque ſenſa mirabilia, & admirandos effectus: præcipue autem cum illud ſacramentaliter acciperet aut accepiſſet aut accipere peroptaret (de quibus etiam infra dicitur) eſt autem in hoc loco de ſex aliqualiter explicandum. Primum eſt quomodo videbat Jeſum Chriſtum in Sacramento, modo ſub una ſpecie vel ætate, modo ſub alia. Secundum eſt qualiter ſumendo venerabile Sacramentum, odorem valde ſuavem & in mente gaudium indicibile ſentiebat, ut præ ejuſmodi gaudio cor ejus in corpore ſtrepitum ſonoroſum atque mirabilem faciens inſiliret. Tertium eſt, *quod* in die S. Tiburtii *contigit, & narratur à Raymundo num.* 186 & 187. Quartum eſt quod in die S. Alexii geſtum *refertur num.* 188 *& ſeqq.* Quintum eſt quod in die S. Agapiti, *id eſt* 18 *Auguſti*, dum Virgo communicando diceret Domine non ſum digna ut intres in corpus meum; audivit vocem ei dicentem. Et ego ſum dignus ut intres in me: & cum communicaſſet *ſecuta ſunt relata num.* 192 *&* 193. Sextum

C eſt pro continuatione materiæ, *& habetur num.* 194 *ac ſeqq.*

PARTIS TERTIÆ.

CAPUT I.

Cum Catharina Romam profectus Raymundus, indeque ablegatus, enumerat quos beatæ mortis teſtes habuit.

CAP. I

VOx eſt veteris Synagogæ, ſanctæ aſcenſum Eccleſiæ admirantis, ac animæ cujuſcumque Chriſto Domino deſponſatæ volatum, cum ſtupore non modico, quæ dicit: Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum? Cujus quidem vocis ſententia, ſi huic ultimo noſtro applicetur propoſito, videbitur manifeſte præmiſſarum duarum vocum duas præcedentes partes, antecedentium fructum; & finem perfectum, per hanc vocem tertiam demonſtrari ſeu etiam deſignari. Enimvero cujus finis bonus eſt ſecundum Prophetam, ipſum quoque haud dubie bonum eſt: & à fructibus bonis docet nos Dominus judicare de arbore bona. Inter fructus autem, ultimus tenere primatum dignoſcitur: quia quod ultimum eſt in opere, primum in intentione eſt agentis: finiſque eſt ille, qui movet agentem. Ex quibus omnibus apud intelligentem concluditur, quod hæc tertia pars, continens finem beatum & ultimum fructum bonum virginis hujus almæ, præcedentes partes roborat pariter & decorat. Eſt ſiquidem videre in hac virgine, per verba propoſita, virtutum omnium decorem & excellentiam ſingularem; dum tam admiranter, dicitur: Quæ eſt iſta? Eſt videre adhuc ipſam volatu avium leviorem per affluentiam ſpiritalem, dum ſubditur: Quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluens. Eſt cernere rurſum eidem unitum Dominum per fervorem & adhærentiam æternalem, cum ultimo ſubinfertur, Innixa ſuper dilectum ſuum.

D

331 Primum patet in prima parte, in qua ſingularibus, imo ſingulariſſimis gratiis oſtenditur à Domino fuiſſe præventa, tam in infantili ætate, quam etiam in adoleſcentiæ ſuæ principio, quam etiam deſponſatione miraculoſa, quæ in ultimo ejuſ- *& profectus* dem partis Capitulo continetur. Secundum in ſe- *patet ex 2.* cunda parte oſtenditur manifeſte, propter aſcenſum virtutum vel virtuoſorum actuum, quæ recitantur in ea. Ex quibus clare concluditur, ipſam in hac valle lacrymarum tales & tantas virtutum aſcenſiones, Dei gratia mediante, diſpoſuiſſe in corde ſuo, amore divino pleno, quod antequam perveniret ad terminum viæ, ſatagebat quantum poterat anima ejus, per frequentiſſimum actum quaſi ante tempus apprehendere bravium, & ſemper currens velociter, modis omnibus ad ſupernum præmium vehementiſſime anhelabat. Hoc enim ſum in ejus converſatione frequenter expertus, quod quandocumque liberabatur ab occupationibus neceſſariis vel utilibus animabus, mox quaſi curſu quodammodo (ut ita dixerim) naturali mens ejus rapiebatur ad ſumma: quod clariſſime indicabat, quam velociter anima ejus volabat ad alta continue. Nec mirum, quia motus ille cauſabatur ab igne qui ſemper agit, & ſemper ad ſuperiora movetur. Ab illo inquam igne, quem Salvator mundi venit mittere in terram, & voluit vehementer accendi. Quod luce clarius patuit, quando (ut diffuſe in ſexto ſecundæ partis Capitulo recitavi) ex divini amoris vehementia cor ejus ſciſſum à ſummo uſque deorſum, & anima ejus à corpore ſeparata fuit, quod nuſquam de alio vel alia recolo me legiſſe. Tertium autem ex utroque *ita in 3 ap-* prædictorum præcedens, in hac tertia parte aperte *parebit bo-* videbitur, quando recitabitur qualiter ipſa in termi- *nus finis* no viæ hujus, Sponſo ſuo in paſſionibus ſimilata, *ejus,* eique unita, & ſuper ipſum ſemper innixa, glorioſa cum victoria de hoc ſeculo nequam lætabunda cælos aſcendit. Quamvis enim viſa ſit oculis inſipientium mori, nec animalis homo ejus gloriam in præſentiarum percipiat, ipſa tamen in pace in idipſum requieſcens cum Sponſo, quem toto corde dilexit, ſignis & miraculis patenter oſtendit, quanta cum gloria fuerit in cælos recepta: quæ omnia particularius infra patebunt.

E

F

332 Noveris igitur, lector bone, quod cum *qua Floren-* hæc ſacra virgo, me teſte, de mandato felicis *tia domum* memoriæ Domini Gregorii hujus nominis Papæ *reverſa,* XI acceſſiſſet Florentiam (quæ pro tunc rebellis erat & contumax in conſpectu Eccleſiæ) pro pace tractanda inter Paſtorem & oves, ibique multas perſecutiones injuſtas fuiſſet paſſa, adeo ut cum evaginato gladio quidam ſatelles diaboli venerit furibundus ad occidendum eam, licet ſola Dei virtute prohibitus fuerit; tandem non obſtantibus minis aut perſecutionibus quibuſcumque, nullo modo voluit inde recedere, quouſque defuncto Gregorio, Urbanus VI ſucceſſor ejus, pacem fecit cum Florentinis prædictis. Præconizata igitur pace, ad proprios rediit lares, & circa compoſitionem cujuſdam

Sicut multis gratiis oſtenditur præventa Catharina in 1 *Parte,*

Cant. 8,5

A jusdam libri, quem superno Spiritu afflata dictavit in suo vulgari, diligentius intendebat. Rogaverat siquidem scriptores suos, qui epistolas, quas ad diversas partes mittebat, scribere consueverant, quod starent attenti & observarent omnia, prout supra diximus, quando juxta consuetudinem suam rapiebatur à sensibus corporeis; & tunc quod dictaret, scriberent diligenter. Quod illi solerter fecerunt, librumque compilaverunt plenum magnis & utilibus nimis sententiis, ei à Domino revelatis, & vocaliter ab ipsa dictatis in vulgari sermone. In quo dictamine hoc fuit singulare & admirandum, quod totum dictamen fuit ab ea prolatum tunc tantummodo, quando ex mentis excessu sensus ejus corporei actu proprio privabantur: quia nec oculi viderunt, nec aures audierunt, nec nares senserunt odorem, nec gustus saporem, nec etiam tactus ad objectum suum moveri poterat pro illa mensura temporis, pro qua erat in illo raptu. Et tamen Domino sic operante, virgo sacra in illa extasi posita, totum illum librum B dictavit; ut daretur nobis intelligi, quod liber ille non ex aliqua naturali virtute, sed à sola sancti Spiritus infusione processit. Nec dubito quin quilibet intelligens & legens, ac diligenter scrutans sententias libri illius, hanc eamdem sententiam proferet de ipso.

cœlestem doctrinam interextasses dictat

333 Sed dum hæc Senis agerentur per ipsam, præfatus Dominus Urbanus Papa VI, qui viderat eam in Avinione, dum esset Archiepiscopus *b* Acherontinus, & magnam devotionem in verbis & moribus ejus conceperat; mihi, quem noverat ejus esse Confessorem, mandavit quod ei scriberem, ut veniret ad urbem ejus Sanctitatem visitatura; quod & mox feci. Sed ipsa, tamquam tota plena discretione, infrascripto modo mihi respondit: Pater, plures ex nostris civibus & eorum uxoribus, & etiam ex Sororibus Ordinis mei, propter nimium ut eis videtur discursum, quem hucusque feci ambulando hinc, mihi scandalum non modicum sumpserunt, dicentes non decere religiosam virginem sic passim discurrere. Quamvis autem noverim me in illis discursibus non offendisse, quia ex obedientia Dei & Vicarii sui, ac pro salute animarum ivi quocumque ivi: ne tamen sim istis materia scandali ex voluntate mea, non propono nunc hinc me movere. Verum si Christi Vicarius vult omnino quod veniam, fiat voluntas sua, & non mea. Sed si ita est, faciatis taliter C quod appareat per scripturam voluntas ejus; ut hi qui scandalizantur, aperte videant quod non ex voluntate mea hoc iter assumo. Hac responsione percepta, summum Pontificem adii, & cuncta ad pedes ejus narravi. Mandat ille, quod præceptum sanctæ obedientiæ ei mittatur ut veniat, quod & per me factum est. Illoque præcepto percepto, sicut vera obedientiæ filia, festinavit & venit ad Urbem, cum comitiva utriusque sexus non pauca: sed & longe plures venissent, nisi quia ipsa prohibuit. Illi tamen qui venerant, in voluntaria paupertate divinæ se providentiæ commiserunt; eligentes magis cum sacra virgine peregrinari & mendicare, quam in domibus propriis abundando, tam suavi & virtuosa conversatione carere.

b Romam ab Vrbano Vi evocata,

Cardinales contra antipapam ejusque fautores & animat.

334 Summus autem Pontifex ea visa gavisus est, voluitque coram Cardinalibus, qui tunc aderant, quod verbum faceret exhortationis, potissime propter schisma, quod tunc incipiebat. Quod & perfecte fecit, animando unumquemque eorum ad fortem constantiam verbis & sententiis plurimis, ac ostendendo divinam providentiam semper adesse cuilibet, sed potissime cum sancta Ecclesia patitur: & concludendo, quod propter inchoatum schisma in nullo trepidare deberent, sed agere quæ Dei sunt, & nullum timere. Cumque sua verba complesset, Pontifex exhilaratus verba ejus reassumpsit, vertens se ad Cardinales, dicens: Ecce, Fratres, dum timidi sumus, quantum in conspectu Domini reprehensibiles reddimur: hæc muliercula nos confundit. Mulierculam autem voco, non in contemptum ejus sed in expressionem sexus feminei, naturaliter fragilis, & ad nostram instructionem. Ista siquidem naturaliter timere deberet, etiam quando nos essemus bene securi: & tamen ubi nos formidamus, ipsa stat absque timore, suisque persuasionibus nos confortat. Magna hinc nobis debet oriri confusio. Et subjunxit: Quid debet timere Vicarius Jesu Christi, etiam si totus mundus se contra eum opponeret? Potentior est mundo Christus omnipotens, nec est possibile quod derelinquat Ecclesiam suam sanctam. His & aliis sermonibus summus Pontifex se ac Fratres suos confortans, virginem sanctam commendavit in Domino, ac gratias quam plurimas spirituales ei pro se ac suis concessit.

Auctora RAYMUNDO confessario

E

335 Quo facto, post dies aliquos intravit in mente ejus, ut ad Joannam Reginam regni Siciliæ, quæ instigante diabolo tunc manifeste rebellabat Ecclesiæ, & schismati atque schismaticis totalem dabat favorem, sacram transmitteret virginem Catharinam, una cum quadam alia virgine, quæ Catharina etiam vocabatur, & fuit filia beatæ quondam Brigittæ de Suedia (quæ scilicet Brigitta fuit istis diebus per Bonifacium papam IX catalogo Sanctorum adscripta) ut videlicet ambæ, quæ notæ fuerant dictæ Reginæ, ipsam retraherent à tanto errore. Quod virgo dum sensit, nullatenus se ab obedientiæ jugo retraxit, imo spontaneam se obtulit ad eundum. Alia vero Catharina, videlicet de Suedia, nullo modo voluit illud iter assumere, in præsentiaque mea omnino negavit. Ego autem ut fatear imperfectionem meam, tamquam modice fidei, in hoc Pontificis propósito plurimum dubitavi: cogitavi namque quod sanctarum virginum fama est nimis tenera; & apparens macula, etiamsi non existat, eas nimis obumbrat. Illa vero ad quam virgines mittebantur, potuisset consilio satellitum sathanæ, quorum habebat copiam, ordinare, quod per sceleratos viros in via fieret sacris virginibus insultus, ut ad ipsam accedere non possent, & sic frustrati fuissemus fine intento, ipsæque virgines cum non parva infamia remansissent. Has cogitationes meas ipsi Pontifici reseravi: qui me audito, parumper deliberans intra se, subintulit: Tu bene dicis, melius est quod non vadant. Hæc omnia dum audiente sacra virgine, & decumbente in lectulo, recitassem; mox ipsa se vertens ad me, alta voce respondit: Si hæc cogitassent Agnes & Margarera, aliæque virgines sanctæ, numquam coronam acquisissent martyrii. Nunquid non habemus Sponsum, qui nos possit eripere de manibus impiorum, & inter fœdam hominum turbam nostram pudicitiam conservare? Vanæ sunt istæ cogitationes, & à defectu modicæ fidei procedentes, potius quam à vera prudentia. Tunc ego, licet in memetipso erubescerem de imperfectione mea, tamen gavisus sum de magna perfectione ejus, notans & conferens in corde meo firmitatem & stabilitatem fidei ejus. Verum quia Pontifex decreverat iter illud virgineum fieri non debere, non fui ausus amplius de materia illa loqui: sed hoc scripsi, ut lector quilibet valeat cernere, in quanto perfectionis apice pedem fixerat virgo sacra.

designata ab Vrbano VI ad Joannam Siciliæ Reginam à schismate avocandâ,

acceptat commissionem:

F

sed hac ex auctoris consilio revocata per Papam,

336 Ceterum his ita gestis, visum est bonum in conspectu summi Pontificis dicti, me ad partes Galliæ destinare, putans per nuntios *f* Carolum, qui tunc erat Rex Franciæ, posse ab errore schismatis, cujus auctor esse inceperat, revocare: sed frustra, quia

f

AUCT. RAYMUNDO CONFESS. *auctori in Galliam mittendo inculcat fidem erga eumdem*

cor Pharaonicum jam induerat cum duritie ſua. Ego autem percepta ejus intentione, cum ſacra virgine contuli: quæ licet diſplicenter præſentia mea careret, omnino tamen ſuaſit, ut mandatis & votis Pontificis obedirem. Et inter alia dixit mihi: Habeatis pro certo, Pater, hunc eſſe veriſſimum Vicarium Chriſti (quidquid dicant calumniatores ſchiſmatici) & ita volo quod exponatis vos pro hac veritate prædicanda & defendenda, ſicut exponere vos debetis pro veritate Catholicæ fidei. Quod verbum, licet prius hanc eamdem veritatem noviſſem, ita me firmavit in propoſito laborandi contra ſchiſmaticos impugnantes hanc veritatem, quod hucuſque non ceſſo labores aſſumere pro veri Pontificis defenſione, juxta modulum meum, & ſemper in anguſtiis & labyrinthis memoria hujus verbi me conſolatur. Feci igitur quod ipſa conſuluit, & collum ſubmiſi obedientiæ jugo. Sed ante diſceſſum per aliquot dies, ipſa prælcia futurorum, voluit mecum conferre de revelationibus & conſolationibus receptis à Domino, omnem quidem perſonã excludens, non quidẽ à loco, ſed à colloquio. Et poſtquam per plures horas ſic contuleramus, finito colloquio, ipſa inquit: Vadatis

B

modo ad Dẽum, quia credo quod amplius in hac vita non loquemur ad invicem, tanta mora ſicut & modo locuti ſumus. Quod & rei poſtmodum probavit eventus: quia me diſcedente, ipſa remanſit: & antequam redirem, ipſa tranſivit ad cælum; nec merui amplius frui ſacris colloquiis ejus, ſaltem ita moroſe. Propter quod, ut puto, volens mihi oſtendere ultimum vale, quando debui aſcendere galæam, ipſa perſonaliter venit uſque ad locum ubi erat galæa: & cum cœpimus navigare, genu flexit, & poſt orationem ſignum ſanctæ Crucis manu edidit lacrymando, ac ſi aperte dixiſſet: Tu, fili, ſecurus ibis, ſigno ſanctæ Crucis te protegente; ſed in hac vita matrem tuam amplius non videbis.

& abeunti ultimum benedicit,

337 Quæ omnia miro modo fuerunt completa. Nam cum multi eſſent piratæ in mari, ſecuri ab omnibus tranſivimus uſq, Piſas. Et cum perveniſſemus tute Ianuam, non obſtantibus multis & pluribus galæis ſchiſmaticorum, quæ tunc tranſibant verſus Avinionem; tandem ulterius tranſeuntes per terram, & venientes ad civitatem quæ Vintimilium *g* dicitur, ſi per modicum ſpatium proceſſiſſemus plus ultra, incidiſſemus in inſidias nobis præparatas à perfidis ſchiſmaticis, qui me potiſſime intendebant occidere. Sed volẽte Deo, nobis in dicta civitate contrahentibus morã per diem, quidam Frater Ordinis mei, de illis partibus oriundus, miſit mihi quamdam litterã, dicens: Nullo modo tranſeas Vintimiliũ, quia paratæ ſunt tibi inſidię: nec quiſquã, ſi capereris, liberare te poſſet à morte. Quo novo præcepto, retroceſſi de conſilio conſocii, mihi per Pontificem dati; & Ianuæ fixi pedẽ, miſiq; ad Pontificẽ, nuntians quæ contigerãt, poſtulãs quid me facturum eſſe juberet. At ille juſſit ut ibi morarer, & contra ſchiſmaticos Crucem prædicarem. Hac igitur occaſione dilatus eſt reditus meus, & interim ſacra virgo curſum vitæ hujus feliciter conſummavit, mirabili (ut infra patebit) martyrio laureata. Quamobrem de his quæ poſt hæc evenerunt, teſtimonium de viſu perhibere non poſſum: ſed illa quæ ſcribam, habui vel per epiſtolas ejus, quas mihi ſæpius tempore intermedio miſit, narrando quæ ſibi contigerant: vel habui à perſonis utriuſque ſexus, quæ fuerunt cum ea aſſidue uſque ad exitum ejus, & poſt exitum ejus viderunt ſigna magna, quæ per ſponſam ſuam oſtendit Altiſſimus; vel in ſcriptis reperi quorumdam filiorum ejus ſpiritualium intelligentium, qui quædam notabilia ſcripturæ commendaverunt in Latino & etiam in vulgari ſermone, ut omnibus eſſent nota.

g

C

mortua dum is in Liguria moraretur.

qui geſtorũ circa mortem teſtes habuit præter alias & alios,

338 Verum ne allegando teſtes in generali, lectorem videar ſubornare; ipſos & ipſas nominaliter hic exprimam, ut fides non mihi, ſed eis tamquam dignioribus adhibeatur: novi enim quod ipſi & ipſæ eam perfectius in ſacris actibus ſunt imitati, & ideo perfectius ejus actus intellexerunt. Nomina vero ſunt hæc, incipiendo à ſexu femineo, quia magis aſſidue erant cum ea. Alexia de Senis, Soror de pœnitentia B. Dominici, quæ erat, licet poſterior tempore in ejus diſciplinatu, prior tamen (mea ſententia) in virtutum perfectione. Hæc juventutis ſuæ tempore viro nobili & ſcientifico viduata, mox ſpretis oblectationibus carnis & mundi, ſanctæ virgini tam ferventer adhæſit, quod habitum ejus converſationis accipiens, numquam poterat ſeparari ab ea: unde diſtractis cunctis quæ prius poſſederat, & pauperibus juxta ejus conſilium erogatis; jejuniis, vigiliis & aliis aſperitatibus propriam carnem affligens, orationi & contemplationi, magiſtram ſuam imitando, vacabat aſſidue: in hiſque taliter perſeveravit & tam perfecte, quod (niſi nimium fallar) ipſa virgo ſacra in fine vitæ cuncta ſecreta revelans ei, voluit quod dictam Alexiam loco ſui haberent poſt tranſitum ejus, & eam imitarentur. Et hanc inveni viventem in Urbe, qnando primo reverſus ſum, & de multis me informavit; ſed parvo poſt tempore tranſivit ad cælum, ſequens illam quam dilexerat tanto cum fervore in Domino. Et hæc prima fuit informatrix eorum, quæ me abſente contigerunt.

D

Sor. Alexiam,

E

339 Secunda dicebatur Franciſca de Senis. Hæc mentem devotiſſimam habuit, Deo & ſanctæ huic virgini cordiali dilectione conjunctam. Quamobrem eadem Franciſca, mox viro defuncto, habitum quem ſacra virgo geſtabat aſſumens; tres filios qui de dicto viro ſuo ſibi remanſerant, ad ſervitium Dei in Ordinem Prædicatorum poſuit, quos omnes præmiſit ad cælum, me teſte, antequã moreretur: & tempore peſtilentiali laudabiliter omnes vitam finierunt, ut mihi conſtat: nec ſine miraculoſa operatione Altiſſimi, precibus hujus virginis impetrata, prout in Capitulo *h* de miraculis operatis circa ſalutem animarum, in ſecunda parte hujus operis memini me dixiſſe. Hæc etiam Franciſca poſt Alexiam modico tempore ſupervixit; ſed de multis me informavit una cum aliis. Tertia vero ſacræ virginis ſocia, adhuc ſupereſt, quæ Lyſa vocatur: cujus fama in urbe noſcitur, potiſſime à convicinis vici ubi moratur. Hanc idcirco non commendo, quia vivit, & quia etiam fuit uxor germani ejuſdem virginis: ex quo forſitan apud incredulos teſtimonium ejus redderetur ſuſpectum, licet noverim eam in omnibus ſemper eſſe veridicam.

Sor. Franciſcam

h

& Lyſam ſanctæ Franciſcæ ſoriam.

F

340 Ceterum viros reperi poſt obitum ejus quamplures, qui conſummationi ejus inter fuerunt: ſed quatuor tantum nomino in præſenti, quos novi omni virtute conſpicuos & decoros. Horum autem duo jam ſecuti ſunt eam ad cælum: duo vero adhuc ſuperſunt, quorum quemlibet particulariter nominabo & deſcribam, propter incredulos. Et primus quidem horum, certe Sanctus fuit re & nomine: unde & Frater Sanctus dicebatur à nobis. Hic *i* Teranenſis origine, deſerens parentes propter Deum & patriam, Senas devenit, ubi triginta annis vel eo amplius (ſi non fallor) anachoreticam vitam duxit, vivens ſine querela, cum conſilio ſemper Religioſorum litteratorum & devotorum. Hic in ſenectute ſua inveniens pretioſam hanc margaritam, virginem ſcilicet Catherinam, dimiſſa quiete cellæ ac priori modo vivendi, ut non tantum ſibi ſed & aliis utilis eſſet, ſecutus eſt eam, potiſſime propter ſigna & miracula, quæ tam in ſe quam in aliis videbat quotidie; aſſerens quod majorem quietem & mentis conſola-

Fr. Sanctum

i

A conſolationem necnon & profectum virtutum inveniebat, ſequendo eam & audiendo doctrinam ipſius, quam unquam reperiſſet in ſolitudine cellæ. Singulariter autem inveniebat profectum in patientia cum enim pateretur continue quamdam infirmitatẽ cordis nimium afflictivam, non modo patienter, ſed etiã lætanter eam à virgine ſacra didicerat tolerare: de quo Altiſſimo gratias referebat. Hic me de pluribus, quæ me abſente acciderant, informavit. Sed non poſt longo tempore, dum iterum me abſentaſſem, tranſivit poſt magiſtram ſuam ad cælum.

341 Secundus fuit quidam, juvenis ætate, moribus canus, Florentinus origine: ſed omnibus (meo judicio) virtutum floribus adornatus, *k* qui Barduccius dicebatur. Hic relictis parentibus ac germanis ac propria patria, ſacram virginem eſt ſecutus ad Urbem, & uſque ad tranſitum ejus permanſit: quem ipſa ſacra virgo poſtmodum, ut comperi, tenerius ceteris diligebat; & puto propter puritatem ejus, quam æſtimo eſſe virgineam: unde non mirum, ſi virgo virginem diligebat. Hinc tranſiens ex hoc mundo virgo ſancta, mandavit quod mihi adhæreret, ac juxta meam diſpoſitionem duceret vitam ſuam: quod B ideo puto eam mandaſſe, quia noverat ipſum parvo tempore in corpore moraturum. Mox enim poſt virginis obitum Barduccius infirmitatem incurrit, quam medici phthiſim appellant: & licet quandoque meliorationem videretur accipere, de illa tamen ultimo eſt extinctus. Timens enim ego ne aër Romanus ei noceret, miſi eum Senas, ubi poſt non longum tempus migravit ad Chriſtum. Teſtimonium autem perhibent qui migrationi ejus interfuerunt; quod dum eſſet in ultimo ſpiritu, in altum ſuſpiciens, jucunda facie cœpit ridere, & ſic cum riſu lætitiæ tradidit ſpiritum, ita ut etiam extincto corpore apparerent ſigna jucundi riſus poſtmodum. Quod æſtimo accidiſſe, quia illam quam in hac vita veri cordis caritate dilexerat, in tranſitu ſuo ſplendore amictam ſibi cernebat cum lætitia occurrentem. Hic etiam me de pluribus quæ in abſentia mea contigerant, informavit: cui omnimodam adhibui fidem, ſicut ſi ego ipſe vidiſſem, propter magnas virtutes, quas in eo fui expertus

342 Tertius horum fuit & eſt quidam juvenis Senenſis, dictus Stephanus de Maconibus, de quo ſuperius memoriam feci: quem idcirco diffuſe non laudo, quia adhuc eſt in via, in qua nemo tute laudatur. Sed ut ſaltem deſignẽ eum, hic fuit unus de ſcriptoribus virginis ſacræ, qui tam epiſtolas quas dictabat, quam librum quem compoſuit, pro parte conſcripſit: & in tantum ei adhæſit quod utroq; parente tribuſq; germanis relictis, una cum propria patria, virginem ſequebatur quocumq; iret. Hunc eadem virgo, dum eſſet in tranſitu, advocans ait: Fili, voluntas Dei eſt, quod relicto totaliter ſeculo religionem Carthuſienſem ingrediaris. Quod præceptum devotus filius devote aſſumens, executioni perfecte mandavit. Sed patentibus factis oſtenſum eſt, & quotidie oſtenditur amplius, præceptum illud de ore Altiſſimi proceſſiſſe: numquam enim me recolo in Ordine ullo vidiſſe vel audiviſſe tam celebrem profectum virtutum in uno ingrediente. Mox namque ut fecit profeſſionem, factus eſt *l* Prior: taliterque in illo Prioratu ſe habuit, quod poſtea non vacavit à Prioratu: & nunc actu eſt Prior in *m* Mediolano, & cum hoc Viſitator multorum conventuum Ordinis ſui, magnæque famæ ubique. Hic notavit & ſcripſit *n* quædam, quæ contigerunt in tranſitu ſanctæ virginis, meq; verbo plenarie informavit. Hic etiam totus quaſi Legendę hujus teſtis Ioa. 19, 35 eſt, ita ut dicere poſſim cum Euangeliſta Joanne: Ille ſcit quia vera dicit. Ille ſcilicet Stephanus Carthuſienſis ſcit, quia vera dicit Raimundus Ordinis Prædicatorum, qui licet immeritus & indignus, compoſuit hanc Legendam. AUCT. RAYMVNDO CONFESS. & 5 *cinerium Landocii*

343 Quartus & ultimus præmiſſorum virorum me informantium, fuit & eſt, Nerius ſeu Rainerius de Pagla de Senis, filius quondam Landocii. Hic poſt tranſitum ſanctæ virginis anachoreticam vitam duxit, ſicut in præſentiarum etiam ducit. Hic fuit una cum prædicto Stephano & Barduccio ſcriptoribus tam epiſtolarum quam libri ejus; ſed prior tempore ceteris ſecutus eſt ſponſam Chriſti, relicto patre qui tunc vivebat, & omnibus attinentibus ſuis: & quia diuturno tempore novit virtuoſos actus virginis almæ, idcirco ipſum invocavi & habeo in conteſtem hujus Legendæ una cum fratre Stephano ſupradicto Carthuſienſi. Hi pariter & hæ dicto & ſcripto informaverunt me de his quæ facta ſunt in abſentia mea, tam ante tranſitum quam in tranſitu huius ſacræ virginis, de qua ſermo. Unde data tibi fide, lector cariſſime, de dicendis, finem huic primo Capitulo imponamus.

k *Barduccium juvenem Florentinum,*

B. Stephanũ Macon.

ANNOTATA.

a *Pax inter Pontificẽ & Florentinos coaluit demũ an.* 1378.

b Urbanus VI, *ante Papatum Bartholomæus Prignanus,* E *Archiepiſcopus primum Acheruntinus in Lucania ab an.* 1363 *uſq; ad* 1377, *deinde Barenſis: diu verſatus Avenione in contubernio Petri Cardinalis Pampilonenſis Vice-Cancellarii.*

c B. Catharinæ Suecicæ *Vitam dedimus & illuſtravimus* 24 *Martii, ubi num.* 58 *oſtenditur illa Neapoli reverſa Romam, ibidem adfuiſſe moriente Gregorio* XI. *& electo Vrbano an.* 1378, *ut promoveret negotium canonizationis maternæ, cui totum quinquennium in Italia impendit.*

d *Canonizata eſt autem* S. Brigitta *an.* 1391 *Nonis Octobris, integro decennio poſt mortem filiæ Catharinæ: adeo ut hæc parentheſis poſſit ab ipſo auctore margini adſcripta fuiſſe, aut inter lineas poſita.*

e *Cauſa recuſandi eſſe potuit, quod cognito intimius Ioannæ animo fruſtra ſe ituram ſciret, & novi ſui Ordinis confirmationem potius urgendam putaret; in quo ſane non fruſtra laboravit, obtenta Bulla hoc ipſo anno Nonis Decembris.*

f Carolus V Rex Franciæ, *ab an.* 1364 *ad* 1380 *incluſive.*

g Vintimilium, *antiquis* Albintiminium, *urbs ora Liguſtica, inter Albingaunum & Nicæam.*

h *Eſt illud nobis Partis* 2 *Caput* 10, *ubi num.* 232 & 234 *narratur Franciſca iſtius converſio, & dicitur cũ riſu migraſſe ad Dominum: & hanc puto eſſe miraculoſam operationem, quæ hic attingitur. De ipſa vero peſte agitur cap. ſequ. à num.* 245.

i Interamnia, *urbs Aprutii vulgo* Teramo.

k *Hujus Barduccii Epiſtolam de morte S. Catharinæ, ex Italico Latinam, dabimus poſt Vitam.*

l B. Stephanus *primum fuit* Prior Carthuſiæ Pontinianæ: *in qua novitius fuerat. Diſtat illa, ut dicitur in Vita lib.* 2 *cap.* 2 *ab Vrbe Senenſi tria paſſuum millia.* F

m *Profectus eſt Mediolanum Stephanus in æſtate an.* 1389.

n *Scriptum ipſum Stephani, quo uſus Raymundus, nuſquam extat: ſed aliud per modum epiſtolæ dictatum anno* 1411, *quod ſubjungimus.*

CAPUT II.

Efficacia precum pro Eccleſia & Pontifice orantis Catharinæ: ingens deſiderium æternorum.

CAP. II

344 POſtquam ut ſupra retuli, à ſponſa Chriſti diſceſſi ex juſſione ſummi Pontificis, ea remanente in Urbe, plurima contigerunt narratione digna, quorum aliqua, licet pauca, ſuperius ſunt recitata. Sed nunc illa tantum, quantum conceſſerit Dominus, recitabimus, quæ oſtendunt fidelibus felicis finis lucidam ſanctitatem; &, quaſi quædam præludia, introitum ejus ad gloriam præceſſerunt. Noveris ergo, lector, quod ſancta virgo, videns in

AUCT. RAY. MUNDO CONFESS. *pro ſublatione ſchiſmatis orante Catharina*

in Eccleſia Dei, pro qua ſemper ardebat, tanta mala ſuccreſcere per illud nefandum ſchiſma, quod (ut ſuperius diximus, ipſa præviderat, cernenſque Vicarium Jeſu Chriſti undique vexationibus & perſecutionibus circumdatum; fiebant ei lacrymæ panes die ac nocte, nec ceſſabat clamare ad Dominum, ut pacem redderet Eccleſiæ ſuæ ſanctæ. Conſolatuſque eſt eam aliqualiter Dominus, quia per annum antequam ipſa migraret, eodem die quo ipſa revoluto anno poſtmodum obiit, dedit duplicem victoriam Eccleſiæ ſanctæ ſuæ ac ſummo Pontifici, tam de Caſtro ſcilicet ſancti Angeli, quod in urbe ſchiſmatici uſque in illam diem tenuerant *a* cum magno urbis diſturbio, quam de gentibus quibuſdam armigeris *b*, quæ pro ſchiſmaticis patriam totam vexabant, & tunc fuerunt debellatæ totaliter, captis principalibus & multis occiſis. Quo facto, Pontifex qui non poterat habitare apud eccleſiam Principis Apoſtolorum, ut ſolebat, propter caſtrum prædictum; de conſilio ſacræ virginis ad eamdem acceſſit eccleſiam pedes & abſque calceamentis: quem univerſus populus eſt ſecutus cum non parva devotione, gratias agentes Altiſſimo de his & aliis beneficiis ejus. Et ſic ſancta Eccleſia cum ſuo Pontifice cœpit aliqualiter reſpirare, virgoque ſacra ex his eſt pauliſper conſolata.

a

b *gemina victoria Pontifici conceditur.*

B

345 Sed renovati fuerunt mox ejus dolores, quia ſerpens antiquus quod non poterat per unam viam attentare, attentavit per aliam magis periculoſam & duram. Quod enim facere non poterat per extraneos & ſchiſmaticos, attentavit facere per intrinſecos & domeſticos fidei: nam cœpit ſeminare diſcordias inter populum Urbis & Pontificem, quæ creverunt tantum, quod aperte comminabatur populus intentare mortem Pontificis. Quod ſentiens virgo ſancta, nimis afflicta, ad conſuetum recurrit orationis refugium, aſſidue totis conatibus Sponſum ſuum exorans, ut nullo modo permitteret fieri tantum nefas. Quod dum ageret, ut ipſa mihi ſcripſit per quamdam ſuam epiſtolam, vidit in ſpiritu totam urbem plenam dæmonibus, qui undique populum incitabant ad parricidii ſcelus, & contra orantem virginem horribiles dabant clamores, dicentes: Maledicta, tu niteris nos impedire; ſed nos te horrenda morte infallibiliter occidemus. Quibus illa nihil reſpondens, prolixius ac ferventius orationi inſtabat; petens à Domino, ut pro nominis ſui honore ac pro remedio Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, quæ tunc tantis turbinibus quatiebatur, vellet dæmonum deſideria ex toto fruſtrare, & Vicarium ſuum illæſum ſervare, nec permitteret quod populus ille tantum peccatum & tam immane nefas committeret. Reſponſumque ſemel recepit à Domino: Sine hunc populum, qui quotidie nomen meum blaſphemat, cadere in hoc malum; ut poſtmodum propter hoc grande crimen vindicem & deleam eum, quia juſtitia mea exigit, ut amplius non ſuſtineam iniquitates ipſorum. At illa tunc magis orabat ferventer, his verbis in ſententia vel in ſenſu: Clementiſſime Domine, tu noſti qualiter ſponſa, quam proprio ſanguine redemiſti, per totum quaſi orbem, proh dolor! laniatur: noſti etiam quam paucos habeat adjutores & defenſores: nec latere poteſt, qualiter uſurpatores & hoſtes ejus deſiderent Vicarii tui mortem & ſcandalum. Si hoc malum eveniet, non tantum huic populo, ſed toti populo Chriſtiano & Eccleſiæ tuæ ſanctæ nocebit graviſſime. Tempera igitur iram animi tui, Domine, & noli deſpicere populum tuum, quem tam grandi pretio redemiſti.

C

Romanorum conſpiratio contra vitã Papæ,

quæ erat extremam perniciem populo allatura

346 In hac diſputatione, ſi non male recolo, plures occupavit dies ac noctes, cum magna corpuſculi ſui afflictione pariter & labore; illa ſemper orante, Dominoq; ſuam juſtitiam allegante: ac dæmonibus contra eam clamantibus, ut eſt ſcriptum; tantus fervor erat orantis, quod, ſicut ipſa tunc mihi ſcripſit, niſi Dominus (ut modo ejus loquar) circulaſſet fortitudine corpus ejus, ſicut veges ſolet circulis roborari & ſtringi, abſque dubio corpuſculum totaliter defeciſſet & concrepuiſſet. Sed finaliter in tam arduo bello, cum ejuſdem corpuſculi tormento mortali, vicit & obtinuit virgo. Nam domino (ut dictum eſt) ſuam juſtitiam allegante, reſpondit: Domine, ex quo aliter fieri non poteſt quin fiat juſtitia iſta, ſupplico non ſpernas preces ancillæ tuæ; ſed quicquid pœnalitatis debetur ſuper hunc populum, fiat ſupra corpus meũ: libentiſſime namque, pro tui nominis honore ac pro Eccleſia tua ſancta, bibam hunc calicem paſſionis & mortis; ſicut ſemper, teſte tua veritate, optavi, ex quo tuum amorem te donante concepi toto corde ac tota mente. Ad hanc vocem plus mentis quam corporis hujus virginis ſacræ, conticuit vox divina, quæ loquebatur in ejus mente. Datur per hoc intelligi, quod ita fieret ut petebat. Factumque eſt, quod ex illa hora ceſſavit primo paulatim *c* & tandẽ totaliter murmur in populo illo: ſed totam paſſionem virgo virtutibus plena portavit. Nam infernales illi ſerpentes, ſuper virginale corpuſculum licentia obtenta, ex divina permiſſione, tanta cum crudelitate ſuum oſtenderunt furorem, quod (ut retulerunt mihi præfati teſtes) non eſſet apud illos qui non viderunt credibile, id quod ipſi oculata fide viderunt.

D

ejuſdem inſtantia diſſipatur;

c

E

347 Tantis enim illud corpuſculum ultra ſolitum languoribus quotidie amplius angebatur, quod fere pellicula ſine medio oſſibus adhærente, non vivum, ſed jam à terra conſumptum potius apparebat: & cum hoc nihilominus ambulabat, orabat & laborabat, aſſidueque oculis videntium plus monſtrum repræſentabat, quam aliquid naturale. Creſcebant tormenta pœnarum in corpore illo continue, quibus conſumebatur ad ſenſum; nec ceſſabat tamen virgo ab oratione continua, imo ferventius ſolito & diutius orationi vacabat. Filii vero & filiæ, quos & quas in Chriſto genuerat, ſecumque tunc habebat, manifeſte videbant ſigna percuſſionum & verberum, ab hoſtibus infernalibus illatorum, nec poterant aliquod remedium adhibere: tum quia divinæ voluntati non poterant reſiſtentiam facere; tum etiam quia virgo ipſa, licet corpore deficeret, granditate tamen animi lætantiſſime currebat ad pœnas, quas utique (ut à prædictis teſtibus habui, & per litteras ejus mihi tranſmiſſas percepi) quanto magis orabat, tanto acrius ſuſtinebat. Nec deerant (ut ipſa mihi ſcripſit) voces terribiles inter ipſa tormenta, quibus eam dæmones ſingulariter affligebant, horribiliter exclamantes; Maledicta, quæ ſemper & ubique nos es hactenus perſecuta, venit nunc tempus, in quo ſumemus de te plenam vindictam. Tu nos hinc expellis; ſed nos te de hac vita corporea excludemus. His autem verbis ſociabant etiam verbera, de quibus jam ſupra dictum eſt.

ipſaque ideo dæmonum rabiem, ut petierat, in ſe ſuſcipit.

cum increbuit debilis corporis totius cruciatus

F

348 Taliq; modo à Dominica Sexageſimæ *d* uſq; ad penultimam diem Aprilis, in qua migravit, paſſa eſt ſacra virgo paſſiones uſque ad felicem ejus migrationem, per dies quaſi ſingulos capientibus incrementum. In quo tempore unum (ut ipſa mihi ſcripſit) mirabile contigit; quia cum prius conſueviſſet ipſa propter iliacas paſſiones & aliquas alias, quas ſemper eſt paſſa, uſque ad horam Tertiarum auditum Miſſæ ſuæ differre; illo tempore per Quadrageſimam continuavit, quod ſemper omni mane accedebat ad ſancti Petri principis Apoſtolorum eccleſiam, ibique Miſſa audita, prius diutius orabat, & tandem revertebatur ad domum in Veſperis, ubi non niſi in lectulo decumbens poterat inveniri. In quo quidem lectulo ſi quis eam intuebatur, juraſſet quod non poſſet ſe inde movere:

d

uſque ad obitum.

A movere: cum autem ſequens mane apparuiſſet, ſurgebat & ambulabat de loco, qui dicitur via Papæ [in
e qua domus habitationis ejus *e* erat, ſcilicet inter Minervam & Campum-Floris], uſque ad S. Petrum peditando velociter; quod iter quemlibet ſanum notabiliter fatigaret. Sub hoc autem eventu vocata de cælis, aliquibus diebus decubuit immobiliter. Et tandem die qua ſupradiximus, ſcilicet die viceſimanona menſis Aprilis, quæ fuit Dominica
f *f*, ſcilicet anno Domini MCCCLXXX, qua die celebrabatur feſtum B. Petri martyris Ordinis Prædicatorum, circa horam Tertiarum, migravit ad Chriſtum. Multaque notabilia illo in tempore geſta ſunt, quæ in ſequentibus Capitulis, quantum conceſſerit Dominus ejus meritis, breviter diſſeremus. Unde hic præſenti Capitulo finem ſimpliciter imponamus.

CAP. III. 349 Appropinquante igitur termino curſus vitæ corporeæ virginis hujus ſacræ, per diverſa ſigna oſtendebat Dominus gloriam, quam conſummatis laboribus & languoribus in brevi donaturus erat ſponſæ ſuæ in cælis, correſpondentem donis gratiæ, quibus dotaverat eam in terris. Inter alia vero ſigna, quibus perfectionem mentis ejus volentibus conſiderare oſtendit, fuit, quod deſiderium ejus quotidie
B accendebat amplius, ut cuperet diſſolvi & eſſe cum Chriſto; ut veritatem, quam de ipſo in via contemplabatur per ſpeculum, clare & aperte intueretur in patria. Quod quidem deſiderium tanto plus in corde ipſius creſcebat, quanto perfectius lux ſupernaturalis ejus in mente diffundebatur ex alto. Unde circa biennium ante tranſitum ejus, tanta claritas ei veritatis divinitus eſt aperta, quod coacta eſt ipſam per ſcripturam effundere, ac ſcriptores ſuos rogare, ſicut ſuperius tactum eſt, ut cum in extaſi poſitam eam ſentirent, ad ſcribendum eſſent parati quidquid ab ore ipſius audirent. Sicque in brevi tempore compoſitus eſt quidam liber, qui continet quemdam dialogum inter unam animam, quæ quatuor petitiones petebat à Domino; & ipſum Dominum reſpondentem, ac eam de multis utiliſſimis veritatibus informantem. In cujus quidem libri ultimo duo ponuntur, quæ judicavi fore perutile hic inſerere, tum propter utilitatem legentium, tum etiam cauſa oſtendendi deſiderium ſupraſcriptum fuiſſe perfecte in mente hujus virginis benedictæ. Nec ab re forſitan hic *g* hæc duo ponuntur, quia motus conditio naturalis eſt in fine intendi. Et in finem Dominum
g Joa. 13, 1 Jeſum dilexiſſe, Joannes Euangeliſta teſtatur; nec
C non & univerſi finem, primam veritatem eſſe, nullus ſacræ ſcientiæ ſciolus dubitat.

Quantum anhelavit ad cælum,

apparet ex libro Dialogorum,

cujus epilogus hic propoſitus,

350 Verum ne quiſquam putet, quod doctrinæ ſeu orationi, quam vel quas de dicto libro ſumendo huc tranſtuli, aliquid addam de meo; ipſam veritatem primam, de qua eſt ſermo, invoco teſtem & judicem, quod prædicta duo, ſicut ſtant in libro, quem ipſa dictavit, de vulgari tranſtuli in Latinum; nullam addendo ſententiam vel aliquid immutando; imo quantum ſcivi & potui, ſervavi ordinem verborum ejus; & conatus ſum, quantum Latina locutio patitur, transferre de verbo ad verbum: quamvis ſtrictiſſime loquendo, hoc fieri forſitan uſquequaque non poſſit, quin quandoque aliqua interjectio, copula, vel adverbium in Latino ponatur, quod poſitum non fuerat in vulgari: ſed hæc non habent ſenſum immutare, nec etiam augmentare, ſed potius locutionis per ordinem ornare ſenſum, ſeu ſententias apertius declarare. Duo vero hic inſerenda illa ſunt, videlicet primo quidam Epilogus dicti libri in fine poſitus, qui cuncta breviter recitat, quæ in eodem libro prolixe ſunt poſita. Secundum autem eſt quædam oratio, quam ipſa virgo fecit poſt omnia, per quã oſtenditur, quantum deſiderabat diſſolvi & eſſe cum Chriſto.

AUCT. RAYMVNDO CONFESS.

351 Recitat igitur virgo ſancta in fine libri ſæpius nominati, Dominum Deum, Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſic animam illam allocutum fuiſſe circa finem dialogi, poſtquam de obedientia perfectorum fuerat diu locutus, dicendo: Modo, dilectiſſima & cariſſima filia, ſatisfeci deſiderio tuo, à principio uſque ad ultimum finem, quem feci loquens de obedientia. Nam ſi bene recordaris, in principio tu petiviſti à me cum anxietate deſiderii, ſicut ego te feci petere, ut facerem creſcere ignem caritatis meæ in anima tua: tu, inquam, petiviſti quatuor petitiones: quarum una fuit pro te ipſa, cui ego ſatisfeci, illuminando te lumine veritatis meæ, & oſtendendo tibi modum, quod mediante lumine fidei, cum cognitione tui & mei, per modum quem tibi declaravi, tu veniebas ad notitiam veritatis. Secunda petitio, quam tu petiviſti, fuit, quod ego facerem miſericordiam mundo. Tertia petitio fuit pro corpore myſtico ſcilicet Eccleſiæ meæ, rogando me quod ego auferrem tenebram perſecutionis quam patitur, & petebas quod ego punirem iniquitates illorum ſuper te. Hinc ego oſtendi tibi, quod nulla pœna finita ſive data tempore finito, ex ſeipſa ſola poteſt ſatisfacere pro culpa commiſſa contra me, qui ſum bonum infinitum: ſed
E tamen ſatisfacit, ſi fuerit unita cum contritione cordis & deſiderio animæ: modum autem qualiter ſatisfacit, declaravi tibi. Adhuc etiam reſpondi tibi, quod ego volo facere miſericordiam mundo, oſtendendo tibi quod miſereri mihi proprium eſt. Unde propter inæſtimabilem miſericordiam & amorem quem gerebam ad hominem, miſi unigenitum Filium meum & Verbum; quod ſeu quem, ut tibi clarius demonſtrarem, aſſimilavi uni ponti, qui attingit à cælo uſque ad terram: & hoc propter unionem, quæ facta eſt in ipſo, inter naturam divinam & humanam.

tamquam totius libri recapitulatio,

declarat quomodo ejus 4 petitiones Deus Pater impleverit,

352 Item ut illuſtrarem te magis lumine veritatis meæ, oſtendi tibi qualiter ad iſtum pontem aſcendebatur per gradus tres, id eſt, cum tribus potentiis animæ. Item de iſto Verbo, ponte tibi oſtenſo, feci aliam figuram, figurando in corpore ejus dictos tres gradus, ſicut tu noſti. Primum in pedibus, ſecundum in latere ſeu coſta perforata, & tertium in ore: in quibus poſui tres ſtatus animæ, ſcilicet ſtatum imperfectum, ſtatum perfectum, & ſtatum perfectiſſimum, in quo attingit & pervenit ad excellentiam unitivi amoris; oſtendendo tibi in quolibet, quid eſt illud quod aufert imperfectionem, & per quam viam itur, & de occultis deceptionibus dæmonum, & de proprio amore ſpirituali, loquendo etiam tibi de repre-
F henſionibus in tribus iſtis ſtatibus, quas fecit clementia mea. Et primam reprehenſionem poſui, quam facit hominibus in vita, antequam de corpore tranſeant. Secundam in morte, quantum ad illos qui moriuntur in peccato mortali ſine ſpe, de quibus ego poſui tibi, quod ibant ſub ponte per viam diaboli, tibi narrando miſerias talium. Tertiam vero reprehenſionem faciet in generali judicio, & locutus ſum tibi aliquid de pœnis damnatorum, & de gloria beatorum, quando unuſquiſque receperit proprium corpus. Item promiſi tibi & iterum promitto, quod cum multa ſufferentia ſervorum meorum reformabo ſponſam meam, invitando vos ad ſuſtinendum, & conquerendo tecum de iniquitatibus malorum miniſtrorum, & oſtendendo tibi in quanta excellentia ego poſui eos; & reverentiam quam ego requiro & volo quod ſeculares laici exhibeant eis. Reſpondendo tibi etiam, quomodo propter ipſorum defectus non debet diminui reverentia erga eos, & quantum eſt diſplicibile & contrarium voluntati meæ. Et locutus ſum tibi de virtute illorum qui vivunt ſicut Angeli, tangendo ſimul cum hoc de excellentia Sacramenti altaris.

explicuerit tres animæ ſtatus,

AUCT. RAYMVNDO CONFESS.

353 Item quia loquendo de dictis tribus ſtatibus animæ, voluiſti ſcire de ſtatibus lacrymarum, & unde lacrymæ procedunt; narravi tibi, concordando ſtatus lacrymarum cum ſtatibus animæ: & dixi tibi, quod omnes lacrymæ exeunt de fonte cordis, & ordinate aſſignavi tibi cauſam hujus & quatuor ſtatuum lacrymarum; & de quinto ſtatu, qui generat mortem, etiam tunc dixi tibi. Reſpondi etiam quartæ petitioni tuæ, qua me rogaſti, quod providerem ſuper caſu quodam particulari qui contigerat: nam ego omnia iſta declaravi, & tibi diſſerui de providentia mea tam in genere quam in ſpecie, incipiendo à principio creationis uſque ad finem mundi; qualiter omnia feci & facio cum providentia ſumma & divina, dando & permittendo quidquid datur vobis, ſive tribulationes, ſive conſolationes ſpirituales atque temporales, omnia propter bonum veſtrum, ut ſanctificati ſitis in me, & veritas mea perficiatur in vobis. Veritas enim mea fuit & eſt iſta, quod ego creavi vos, ut haberetis vitam æternam: quam quidem veritatem vobis manifeſtavi cum ſanguine unigeniti Verbi & Filii mei. Item in ultimis ſatisfeci deſiderio tuo & promiſſioni, quam feci tibi, narrando ſcilicet tibi de perfectione obedientiæ, & de imperfectione inobedientiæ, & unde procedit, & quid eſt illud quod vobis aufert obedientiam. Nam poſui eam pro una clavi generali, & ſic eſt. Et dixi etiam de particulari, & de perfectis & imperfectis, tam intra religionem quam extra, de quolibet loquendo diſtincte. Et de pace quam dat obedientia, & de guerra quam facit inobedientia, & quantum inobediens decipit ſemetipſum; addendo & ponendo, quod propter inobedientiam Adæ mors venit in mundum.

& quinque ſtatus lacrymarum,

B

vimque obedientiæ in Chriſto aperuerit:

354 Modo ego Pater æternus, ſumma & æterna veritas, concludo tibi, quod per obedientiam unigeniti Filii & Verbi mei, vos habetis vitam: & ſicut omnes à primo veteri homine contraxiſtis mortem, ſic omnes qui volunt portare clavem obedientiæ, contraxiſtis vitam à novo homine Chriſto dulci Jeſu: de quo ego feci vobis pontem, poſtquam fracta fuit via cæli, ut poſſitis tranſire per iſtam dulcem viam & rectam, quæ eſt una & recta veritas lucida, cum clavi obedientiæ; & ſic tranſitis per tenebras hujus mundi abſque offenſa, & ultimo clavi Verbi mei aperitis cælum. Modo ergo invito te & alios ſervos meos ad fletum; quia cum fletu & cum humili & continua oratione, volo facere miſericordiam mundo. Curras mortua per hanc viam veritatis, &

C

non poſtea reprehenderis de motu lento; quia plus requiram à te nunc quam prius, ex quo manifeſtavi tibi meipſum in veritate mea. Et advertas ne egrediaris de cella cognitionis tui ipſius: ſed in ipſa expandas & conſerves theſaurum, quem dedi tibi. Qui quidem theſaurus eſt una doctrina veritatis, fundata ſupra firmam petram vivam, Chriſtum ſcilicet, dulcem Jeſum: quæ doctrina veſtita eſt luce, per quam diſcernuntur tenebræ. Iſtam ergo induaris in veritate, dilectiſſima filia. Tunc anima illa, poſtquam viderat oculo intellectus, & mediante lumine fidei ſanctiſſimæ cognoverat veritatem & excellentiam obedientiæ, audiviſſetque eam cum recto ſenſu, ac guſtaſſet eam cum affectu, & cum ineffabili deſiderio, ſpeculando ſe in divina majeſtate, gratias ei referebat, dicens:

cui viciſſim reſpondet Catharina agendo gratias,

355 Gratias tibi, Pater, quia non deſpexiſti me facturam tuam, nec avertiſti faciem tuam à me, nec deſideria mea deſpexiſti: tu enim lux, non attendiſti tenebras meas: tu vita, non attendiſti mortem meam: nec tu medice, contempſiſti gravem infirmitatem meam: tu puritas æterna, non contempſiſti me plenam luto & multis miſeriis: tu infinite, me finitam: tu ſapientia, me quæ ſum ſtultitia; propter iſta & infinita alia mala & defectus innumeros qui ſunt in me, non me ſpreviſti; nec me ſprevit ſapientia tua, bonitas tua, clementia tua, infinitum bonum tuum: imo in lumine tuo dediſti mihi lumen, in ſapientia tua cognovi veritatem, in clementia tua inveni cariratem tui & dilectionem proximi. Quis ergo te ad hoc coëgit? Non mea aliqua virtus, ſed ſola caritas tua. Hic igitur idem amor te cogat ad illuminandum oculum intellectus mei lumine fidei, ut intelligam & cognoſcam veritatem tuam mihi manifeſtatam. Da mihi, Domine, ut memoria mea ſit capax ad retinendum beneficia tua: voluntas ardeat igne caritatis tuæ, qui ignis faciat corpus meum effundere ſanguinem, datum amore ſanguinis, & clavi obedientiæ aperiam portam cæli. Iſtud idem peto à te pro qualibet rationali creatura, tam generaliter quam particulariter, & pro corpore myſtico Eccleſiæ tuæ ſanctæ. Ego confiteor & non nego, quod tu dilexiſti me priuſquam eſſem, & quod tu tam ineffabiliter diligis creaturam tuam, quod aſſimilaris quodammodo homini qui infatuatur ex nimio amore.

D

ad eum ſuſpirando,

356 O Trinitas æterna! O deitas, quæ per unionem naturæ divinæ feciſti tantum valere pretium ſanguinis unigeniti tui Filii! Tu Trinitas æterna, es unum mare profundum, in quo quanto plus quæro,

E

plus invenio; & quanto plus invenio, plus quæro te. Tu quodammodo inſatiabiliter ſatias: quia in abyſſo tua ita ſatias animam, quod ſemper remanet famelica; & eſuriens te, Trinitas æterna, deſiderat videre te lumen in lumine tuo. Sicut cervus deſiderat ad fontem aquæ vivæ, ſic deſiderat anima mea egredi de corpore tenebroſo iſto, & videre te in veritate ſicuti es. O quamdiu erit abſcondita facies tua ab oculis meis. O Trinitas æterna, ignis & caritatis abyſſus, diſſolve amodo nubem corporis mei. Nam cognitio quam dediſti mihi de te, in tua veritate arctat & cogit me deſiderare depoſitionem gravedinis hujus corporeæ, ac reddit avidam ad dandum hanc vitam pro laude & gloria nominis tui; quia guſtavi & vidi cum lumine intellectus in lumine tuo abyſſum tuam, Trinitas æterna, & pulchritudinem creaturæ tuæ: unde intuendo me ipſam in te, vidi me eſſe ad imaginem tuam factam, donante ſcilicet mihi te, Pater æterne, de potentia tua, & de ſapientia tua in intellectu, quæ ſapientia appropriata eſt unigenito Filio tuo. Spiritus autem ſanctus, qui à te procedit Patre & Filio tuo, dedit mihi voluntatem, per quam me fecit aptam ad amandum. Nam tu Trinitas æterna es factor, & ego factura tua. Unde cognovi te illuminante, in creatione, quam de me feciſti per ſanguinem unigeniti Filii, quod amore captus es de pulchritudine facturæ tuæ.

F

tamquam ad lumen animæ,

357 O abyſſus! ô deitas æterna! ô mare profundum! Et quid majus poteras mihi dare, quam te ipſum? Tu es ignis, qui ſemper ardes; conſumis, & non conſumeris: tu es qui conſumis calore tuo omnem proprium amorem animæ. Tu iterum es ignis, qui tollis omnem frigiditatem, & illuminas mentes lumine tuo, cum quo lumine feciſti me cognoſcere veritatem tuam. Tu es illud lumen ſuper omne lumen, quod cum tuo lumine das oculo intellectus: lumen ſupernaturale, in tanta abundantia & perfectione, quod etiam lumen fidei per ipſum magis clarificatur: in qua fide video animam meam habere vitam, & in iſto lumine recepit te lumen. Nam in lumine fidei acquiro ſapientiam, in ſapientia verbi Filii tui: in lumine fidei efficior fortis & conſtans, ac ſum perſeverans: in lumine fidei acquiro ſpem, quod non permittes me deficere in via: item iſtud lumen docet me viam per quam ambulem, & ſine iſto lumine ambularem in tenebris: & ideo petivi iſtud, Pater æterne, quod tu illuminares me lumine fidei ſanctiſſimæ. Vere iſtud lumen, eſt

unum

A unum mare, quod nutrit animam, donec tota ſit in te. O mare pacificum, Trinitas æterna! Hujus maris aqua non eſt turbida; & ideo non dat timorem, imo dat notitiam veritatis. Hæc aqua eſt diſtillata, & res occultas manifeſtat: unde ubi abundat abundantiſſimum lumen fidei tuæ, anima quaſi clarificatur de eo quod credit. Iſtud mare, ſecundum quod tu, Trinitas æterna, me facis cognoſcere, eſt unum ſpeculum; quod dum tenet manus amoris coram oculis animæ meæ, repreſentat me in te, quæ ſum creatura tua. In iſtius ſpeculi lumine repreſentaris mihi, & cognoſco te ſummum & infinitum bonum: bonum ſuper omne bonum, bonum felix, bonum incomprehenſibile, bonum ineſtimabile: pulchritudinem ſuper omnem pulchritudinem, ſapientiam, ſuper omnem ſapientiam: quia tu es ipſa ſapientia. Tu cibus Angelorum cum igne caritatis dediſti te hominibus: tu veſtimentum cooperiens meam nuditatem, paſcis nos famelicos dulcedine tua, quia dulcis es abſque ulla amaritudine.

& ſummum ejus bonum,

quod ſibi dari petit,

358 O Trinitas æterna, in lumine tuo quod dediſti mihi & accepi, mediante lumine fidei ſanctiſſimæ, te cognovi, declarantem per multas & admirabiles declarationes viam magnæ perfectionis; ut cum
B lumine tuo, non cum tenebris, ſerviam amodo tibi, & ſim ſpeculum bonæ & perfectæ vitæ, ac reſurgam de miſerabili vita mea, qua ſemper hucuſque in tenebris ſervivi tibi. Non enim cognovi veritatem tuam, & ideo non amavi eam: ſed quare te non cognovi? quia te non vidi: quare autem te non vidi cum lumine ſanctiſſimæ & glorioſæ fidei? quia nebula proprii amoris offuſcavit oculum intellectus mei. Sed tu, Trinitas æterna, lumine tuo diſſolviſti tenebras meas: & quis poterit attingere ad altitudinem tuam, & referre tibi gratias de tam immenſo dono, & de tam largis beneficiis, quæ dediſti mihi; & de doctrina veritatis, quam mihi nunc tradidiſti? quæ quidem doctrina eſt una gratia particularis, ultra generalem gratiam quam das aliis creaturis. Voluiſti enim condeſcendere neceſſitati meæ ac aliarum creaturarum, quæ in futurum tamquam in ſpeculo in ea inſpiciendo volent ſpeculari. Tu igitur, Domine, reſpondeas pro me tibi ipſi: tu qui dediſti, ſatisfacias & reſpondeas pro datis, infundendo videlicet in me unum lumen gratiæ, ut cum ipſo lumine gratias agam tibi. Veſti, veſti me, & fac ut induam te veritatem æternam, ut curram hanc vitam mortalem cum vera obedientia, & cum lumine ſanctiſſimæ fidei.

C 359 Hucuſque verba virginis ſacræ, quam potui propriiſſime, de dicto libro in Latinum tranſtuli, nihil ſententialiter mutando, verbaque virginis ſervando, quantum ſtylus latinitatis permiſit. Ex quibus, ſi lector, advertis, excellentiam venerari poteris virginis hujus ſacræ, non modo quo ad modum vivendi, ſed etiam (quod in ſexu femineo admirabile eſt nimis) quo ad veritatis doctrinam. Unde rurſus, quantum ad præſens propoſitum, concludere poteris, ſi attendiſti quæ ſuperius ſcripta ſunt, quod ardentiſſime deſiderabat diſſolvi & eſſe cum Chriſto: quia ſciebat & intelligebat, maxime illo tempore, quod eſſe cum Chriſto multo melius eſt, tamquam illud bonũ quod finis omnium bonorum & perfectio eſt; propter quod deſiderium hoc ſemper excrevit in ea, quouſque id quod deſiderabat, plene obtinuit; de ſponſaliciis quæ in adoleſcentia ſua cum Chriſto contraxerat, ſicut narrat ultimum Capitulum primæ partis, ad nuptialem ſpiritus unionem, relicto corpore, tranſeundo. Unde ad narrandum ipſum ejus tranſitum, ad aliud Capitulum tranſeamus.

& ardorem ſui amoris petendo declarat.

ANNOTATA.

a *Movit Præfectum Gallum eatenus pertinacem, conſpectus captivorum Gallorum à quibus ſuppetias ſperaverat, ut ſubito de deditione paciſceretur: de qua re videndus Odoricus Raynaldus ad annum* 1379 *num.* 25. AUCT. RAYNALDO CONFESS.

b *Horum præcipuum robur Britones ac Vaſcones fuere, ſpe prædæ militantes ſchiſmaticis; qui ad interneciones cæſi ab Alberico Barbiani Comite, erumpente contra ipſos, Marinum duodecimo ab urbe milliario obſidentes: qua victoria debellari potuiſſet, ſi Anagniam Comes contendiſſet ibique Clementem Antipapam occupaſſet cum ſuis, qui deinde per regnum Neapolitanum profugus oberravit.*

c *Refert Gobelinus, quod Romanos armatos ad palatium concurrentes apertis foribus excipiens Papa, Pontificalibus indutus, ita ſolo vultu ac voce perculerit, ut à vi abſtinuerint: ſed hæc ad annum* 1380 *ſpectant, ut patet ex ſequentibus.*

d *Anno* 1380 *Biſſextili, litteris Dominicalibus* A G, *Paſcha celebratum eſt* 25 *Martii; adeoque Dominica ſexageſimæ incidit in* 29 *Ianuarii. Dico & corrigo* Sexageſimæ, *licet hic & infra num. ultimo, expreſſe habeatur impreſſum* Septuageſimæ: *quia in eodem num. ult. ſolum numerantur ab hac Dominica uſque ad penultimam diem Aprilis* tredecim ſeptimanæ, *quæ alias fuiſſent numerandæ* quatuordecim: *& Barduccius, teſtis ultimæ vitæ ac mortis oculatus, expreſſe nominat* Dominicam Sexageſimæ.

e *Ab hac domo tranſlatum ad Minervam eſt cubiculum iſtud, in quo Sancta obiit, quodque nunc in ſacrario dictæ eccleſiæ religioſe honoratur.* E

f *Dominica ſcilicet ante feſtũ Aſcenſionis, ut ait Barduccius.*

g *Impreſſum erat*, Et finem Dominum Jeſum diligenter.

CAPUT III.

Suprema morientis monita, luctus cum dæmone, mors.

360 SIcut [indicavit] parvitati meæ fidelis relatio teſtium ſupra nominatorum & deſcriptorum, tam per ſcripturam, quam adhuc habeo apud me; quam verbali teſtimonio, quod hactenus reſervo mente; Beata virgo videns & intelligens, forſitan non abſque revelatione expreſſa, horam ſui exitus appropinquare; familiolam quæ fuerat eam ſecuta, filiorum ſcilicet & filiarum ſibi à Domino conceſſorum, ad ſe vocavit. Quibus in generali loquendo, longum & notabilem fecit ſermonem, exhortatorium ad profectum virtutum; in quo quædam notabilia expreſſit puncta, quæ ſcripta reperi per teſtes prædictos pariter & notata, nec dignum arbitror quod prætereantur à nobis. Et prima quidem & fundamentalis ejus doctrina fuit, quod accedens ad ſervitium Dei, ſi vult Deum veraciter poſſidere, neceſſe eſt quod de- F nudet cor ſuum omni amore ſenſibili, non tantum cujuſcumque perſonæ, ſed etiam cujuſcumque creaturæ, & ſimplici ac toto corde tendat in Deum creatorem. Nam, ut dicebat, cor non poteſt totaliter dari Deo, niſi ſit liberum ab omni alio amore, apertum & ſimplex abſque duplicitate, aſſerens ſe principaliter ad hoc perficiendum à ſua pueritia laboraſſe ac ſtuduiſſe. Item dixit ſe cognoviſſe, quod ad ſtatum talem, in quo anima totum cor ſuum dat Deo, abſque medio orationis non poterat ipſa venire perfecte: aſſerens quod oportet omnino quod oratio ſit in humilitate fundata, & quod non procedat ex aliqua confidentia cujuſcumque virtutis orantis, ſed ſemper cognoſcat ſe per ſe nihil eſſe: addens, quod magno ſtudio & ſolicitudine ipſa conata eſt ſemper ſe dare orationis exercitio, ut acquireret continuum ejus habitum, quia videbat quod ab ipſa oratione virtutes recipiunt incrementum & vigorem, & ſine ipſa virtutes debilitantur atque deficiunt. Unde inducebat eos & eas quibus loquebatur, quod ad perſeverantiam orationis omnino ſtuderent; diſtinguendo duplicem orationis modum, ſcilicet vocaliter & mentaliter: docendo eos quod ad orationem

CAP. IV.

Morti proxima ſuos hortatur,

ad perfectam ſui expoliationem,

orationis ſtudium,

AUCTORE RAYMUNDO CONFESSARIO

tionem vocalem attenderent horis determinatis, ad mentalem autem ſemper vel actu vel habitu.

361 Item dixit quod per lumen vivæ fidei, clare concepit & vidit in mente, quod quidquid accidebat ſibi vel aliis, totum procederet à Deo, non ex odio, ſed ex amore magno, quem habet ad creaturas ſuas. Et hinc acquiſivit & concepit unum amorem & unam promptitudinem obediendi, tam mandatis Dei quam Prælatorum ſuorum, ſemper reputando quod mandata eorum procederent à Deo, aut propter neceſſitatem ſalutis ſuæ, aut propter augmentum virtutum in anima ſua. Item dixit, quod ad acquirendum puritatem mentis, neceſſarium eſt quod homo ſe cuſtodiat ab omni judicio proximi, & ab omni vana locutione de factis proximi. Nam in quibuſcumque creaturis ſolam Dei voluntatem debemus reſpicere: Unde multum efficaciter dicebat eis, quod nullam creaturam pro quacumque cauſa deberent judicare, id eſt per modum judicii deſpicere vel condemnare, etiamſi viderent oculata fide ipſos facere peccatum: ſi quando ſic eis conſtaret de peccato cujuſcumque, deberent illi peccanti compati, & pro ipſo ad Dominum preces effundere, & non ipſum deſpicere aut judicando contemnere. Item dixit quod maximam ſpem & fiduciam ipſa poſuerat ſemper & habuerat in divina providentia, & ad hoc idem inducebat alios, narrans ſe inveniſſe ac per experientiam cognoviſſe, ipſam divinam providentiam nimis eſſe exceſſive grandem & extenſam; quod etiam ut dicebat, ipſi quandoque ſimul cum ea fuerant experti, quando mirabiliter in neceſſitatibus ſubveniebat eis Dominus: addens, quod ipſa divina providentia numquam deeſt ſperantibus in ea, & ſingulariter ſemper adeſſet eis.

promptam obedientiã,

fugam temerariorũ judiciorum

B

fiduciam in Deum,

362 Hæc & alia ſalubria perſuadens eis virgo ſacra, ſermonem ſuum concluſit cum Salvatoris præcepto, humiliter & inſtanter eos rogando, quod dilectionem haberent ad invicem; dicens cum dulci & ferventi modo loquendi ac ſæpius repetendo ſic: Diligite vos invicem, filii mei cariſſimi, diligite vos; quoniam in hoc potiſſime oſtenderent ſe fuiſſe & velle eſſe ſuos filios ſpirituales, ſi veram ad invicem haberent dilectionem; & ipſa ſe tunc reputaret & vellet oſtendere fore matrem. Imo dicebat, quod ipſi ſi mutuo ſe diligerent, eſſent ſua gloria & corona; & ipſa recipiendo eos in perpetuos filios, oraret Bonitatem divinam, quod abundantiam gratiæ, quam dignatus fuerat in animam ejus infundere, infunderet in animabus eorum. Item quadam auctoritate caritatis mandavit omnibus eis, quod ſemper eſſent deſideria eorum accenſa, & cum humili ac devota oratione illa coram Deo offerrent, pro reformatione ac bono ſtatu Eccleſiæ ſanctæ Dei, & pro Vicario Chriſti; aſſerendo de ſeipſa, quod ſemper, ſed ſingularius à ſeptem annis citra, portaverat hæc deſideria in corde; nec unquam prætermiſerat, ſaltem infra dictos ſeptem annos, quin ea offerret in conſpectu divinæ majeſtatis & bonitatis. Confeſſaque eſt de plano, ſe pro dicta gratia obtinenda, multas pœnas & infirmitates ſupra corpus ſuum portaſſe: ſed ſingulariter tempore illo, quo hæc loquebatur, dicebat ſe pro hac cauſa pœnas acerbiſſimas pati. Addens quod ſicut ſathan, accepta licentia à Deo, ſuper corpus Job poſuit infirmitates multas & pœnas; ſic videbatur à Domino accepiſſe licentiam tormentandi & vexandi corpus ejus multis ac diverſis tormentis, ita quod à planta pedis uſque ad verticem nulla ſanitas appareret in ea: quodlibet enim membrum ejus corpuſculi ſingulare per ſe patiebatur tormentum; quamvis aliqua membra pluribus ſimul tormentis affligerentur; ſicut clare cuncti videntes, etiam ipſa tacente, cernebant. Poſt hæc autem omnia dixit: Mihi, dilectiſſimi, clare videtur quod dilectiſſimus Sponſus meus omnino diſpoſuit & vult, quod in prædicto & ex prædicto ignito deſiderio & anxio, poſt iſtas pœnas quas mihi ſua bonitas conceſſit, anima mea educta de hoc carcere tenebroſo redeat ad ſuum principium.

mutuam dilectionem,

C

& zelum pro eccleſia:

D

363 Et narrant interſerendo in ſcriptis teſtes prædicti, quod eis videbantur illæ pœnales afflictiones ejus, horrendæ & importabiles cuicumque, non fulcito magna gratia Dei: & mirabantur qualiter ipſa poterat eas ita æquo animo ferre, abſque ſigno etiam cujuſcumque triſtitiæ. Quibus ſic mirantibus, & præ triſtitia gementibus, ipſa ſubintulit: Non debetis, filii cariſſimi, de meo tranſitu contriſtari: imo potius congaudete mecum, & congratulamini mihi, quia dimitto locum pœnarum, & vado ad requieſcendum in mari pacifico, Deo æterno. Vobis autem affirmative promitto, quod magis vobis utilis ero poſt tranſitum, quam unquam fuerim vel eſſe potuerim, dum fui vobiſcum in hac vita tenebroſa plena miſeriis. Verum hoc non obſtante, vitam & mortem & omnia pono in manibus Sponſi mei æterni; ut ſi videns me futuram utilem alicui creaturæ, velit me adhuc in laboribus manere & tormentis; parata ſum pro honore nominis ejus & pro ſalute proximi, centies in die, ſi poſſibile ſit, mortem & tormenta ſubire. Si vero placuerit ei quod modo tranſeam, tenete pro firmo, filii chariſſimi, quod ego vitam dedi pro ſancta Eccleſia, quod ad ſingulariſſimam gratiam reputo à Domino mihi fore conceſſum. Poſt hæc autem omnia vocans quemlibet & quamlibet particulariter ad ſe, unicuique ordinavit modum vivendi, quem tenere deberet poſt ejus tranſitum. Voluitque quod omnia mihi referrentur, & loco ejus haberent ad me recurſum, mittens quoſdam in religionem, quoſdam in anachoreticam vitam, quoſdam ad clericatum. Mulieribus vero, de pœnitentia B. Dominici maxime, præfecit Alexiam. Et ſic cuncta etiam in particulari diſpoſuit, juxta quod Spiritus ſanctus dictabat, quod rei poſtmodum probavit eventus, quia cuncta fuerunt ſalubria quæ mandavit.

deinde eos conſolata de ſuo tranſitu,

valedicit ſingulis:

364 Quo facto, petivit ab omnibus veniam, dicens: Licet, dilectiſſimi, ſemper ſitierim & deſideraverim veſtram ſalutem, quod negare non audeo; nihilominus tamen ſcio, quod erga vos in multis defeci: tum quia non fui vobis exemplum ſpiritualis lucis & virtutis ac bonorum operum, ſicut eſſe debuiſſem & potuiſſem, ſi fuiſſem vera ancilla ac ſponſa Jeſu Chriſti; tum etiam, quia erga veſtras neceſſitates corporeas non fui diligens & ſolicita, prout debui. Quamobrem ab omnibus & ſingulis vobis veniam peto & indulgentiam, humiliter & inſtanter unumquemque veſtrum hortans & orans, ut ſequamini uſque ad finem, virtutum viam & ſemitam: quia ſic faciendo, eritis, ut prius dixi, gaudium meum & corona mea. Et his dictis, finem fecit ſermoni ſuo. Deinde (licet omni die, ut mihi conſtat) advocato Confeſſore generaliter fuit confeſſa, & Sacramentum ſuperdulciſſimum ſacræ Euchariſtiæ humiliter petens, ac cetera Sacramenta, horis & modis debitis, ad votum cuncta obtinuit, ut optabat. Quo facto petivit indulgentiam plenariam ſibi dari, ſicut à duobus ſummis Pontificibus, Gregorio ſcilicet XI & Urbano VI jam pridem obtinuerat gratioſe. Quo facto cœpit agonizare, ac cum hoſte antiquo bellum ingredi ſpeciale, quod adſtantes perceperunt ad actus atque verba ejus: nam quandoque tacebat, quandoque reſpondebat, quandoque ridebat, quaſi deridens quæ audiebat, quandoque accendebatur.

& petita defectuum venia

E

F

extremis Sacramentis munitur:

365 Unum tamen notaverunt, quod mihi retulerunt,

A lerunt, & puto quod Dei voluntas fuit: nam dum parumper conticuiſſet, quaſi audiens aliqua contra ſe, læto vultu reſpondit: Vanam gloriam numquam, ſed veram gloriam & laudem Domini utique. Nec ſine cauſâ providentia divina hæc voluit ſciri: multi enim ſpirituales viri & etiam mulieres, propter affabilitatem caritatis ac exceſſus gratiarum ei divinitus conceſſarum, putabant eam laudes hominum quærere, vel ſaltem in eis aliqualiter delectari: propter hoc taliter inter homines converſari. Unde plures quandoque de ipſa loquentes, etiam mihi dixerunt: Ut quid iſta gyrovagando diſcurrit? Mulier eſt. Quare non manet in cella, ſi vult Deo ſervire? Quibus, ſi quis diligenter advertat, ſufficienter reſponſum eſt. Vanam gloriam (inquit) nunquam, ſed laudem & veram gloriam Dei utique. Ac ſi aperte diceret: Non propter vanam gloriam diſcurrebam, aut alia quæcumque opera faciebam: ſed propter laudem & gloriam nominis Salvatoris omnia operabar. Hoc etiam teſtimonium poſſum perhibere ſecurus, qui Confeſſionem ejus generalem & particularem pluſquam frequenter audivi, & omnes actus ejus diligenter conſideravi, quod omnia facta ejus ex ſpeciali mandato Dei & inſpiratione divina ſemper faciebat; & non modo de laude hominum, ſed nec de ipſis hominibus quomodolibet cogitabat, niſi quando orabat pro ipſorum ſalute, vel quando eamdem ſalutem ſuis laboribus procurabat. Non eſſet credibile apud hominem, qui non ejus mores expertus eſſet, quantum anima illa expers erat omnium paſſionum humanarum, aliis etiam virtuoſis communibus conſuetarum. Videbatur ſiquidem in ea completum illud dictum Apoſtolicum; Noſtra converſatio in cælis eſt. Nec per inſtans poterat à ſuo deſiderio elongari, nec à fervore caritatis quoquo modo remitti. Et ideo nec vanæ gloriæ vento, nec unquam irrationabili appetitui locus, in mente illa poterat reperiri.

cum dæmone luctatur

profeſſa ſe numquam quæſiſſe vanam gloriam:

B

Phil. 3, 20

366 Unde redeundo ad præmiſſa, unde diſceſſimus, poſt agonem diutinum & victoriam habitam, ad ſe reverſa, iterum fecit confeſſionem generalem, hoc eſt, illam quæ ſolet fieri publice; petens ad cautelam iterum abſolvi, iterata nque ſibi indulgentiam dari, ſequens (ut puto) doctrinam ſimul & exemplum Martini, Hieronymi & Auguſtini; qui verbis & factis fidelibus oſtenderunt, nullum Chriſtianum,

& petita iterum abſolutione,

C quantæcunque excellentiæ vel virtutis, ex hac vita migrare debere abſque pœnitentiali lamento, aut ſine cordiali pœnitentia de offenſis commiſſis. In cujus ſignum, Auguſtinus in ultima infirmitate, per quam migravit, ſeptem pœnitentiales Pſalmos ſibi ſcribi fecit, & ſuper parietem, ad quem de lectulo reſpiciebat, affigi: quos aſſidue legens, ubertim ac jugiter flebat. Hieronymus in extremis publice peccata ſeu defectus ſuos confitebatur: Martinus in eiſdem extremis poſitus, verbo & facto diſcipulos docuit, Chriſtianum, in cilicio & cinere, in ſignum humilis & cordialis pœnitentiæ, mori debere. Quos imitari geſtiens ſancta virgo, omnibus ſignis pœnitentiam cordialem oſtendit, & abſolutionem à peccatis & à pœnis pro eis debitis, humiliter ſemel ac iterum poſtulavit.

367 Quo facto, ut retulerunt mihi qui adſtantes fuerunt, viribus corporis cœpit repente deſtitui: ſed nec à ſacris monitis poterat ceſſare, quin ſemper filios admoneret, non modo præſentes, ſed etiam abſentes, quos in Chriſto genuerat. Nam in extremitate illa, mei (ut illi referunt) recordata, dicebat eis: Ad Fratrem Raimundum in veſtris dubiis & neceſſitatibus habetote recurſum; eique dicite, quod in nullo deficiat aut trepidet propter concurrentia quæcumque quæ viderit: quia ego ſecum ero, aſſidue ipſum à periculis liberando: & quando faciet quæ non debet, dabo ei diſciplinam, ut ſe corrigat & emendet. Hæc dicunt eam frequentius repetiſſe, ac cum iſtis verbis quaſi ad ultimum defectum ſpiritus eloquentiæ perveniſſe. Cumque horam exitus appropinquare videret, inquit: Domine, in manus tuas commendo ſpiritum meum: & hoc dicto, ſancta illa anima (ſicut diu deſideraverat) carne ſoluta eſt; & ſuo Sponſo quem tam ineffabiliter dilexerat, indiviſibili & perpetua unione eſt conjuncta, anno domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo, die viceſimo nono menſis Aprilis, quæ fuit Dominica dies circa horam Tertiarum. Qua hora mihi, exiſtenti pro tunc in civitate Ianuenſi, ſpiritus ejus quaſi locutus eſt omnia verba, quæ ſupra ſcripta ſunt, & ipſa mandaverat mihi debere referri; teſte illa Veritate, quæ nec fallit nec fallitur. Sed excæcatum cor meum, tunc non intellexit unde illa venirent verba, licet tam verba quam ſenſum perfecte perciperem.

AUCT. RAI. MUNDO CONFESS.

anno 1380 29 Aprilis pie moritur.

CAPUT IV.

Felix Catharinæ ad Superos tranſitus revelatus. Auctori & matronæ cuidam.

E

368 ERam in civitate Januenſi prædicta, officiū gerens Provincialatus Provinciæ illius, juxta morem Ordinis mei: & quia inſtabat tempus generalis Capituli, quod celebrari debebat Bononiæ, ubi eligendus erat novus Magiſter Generalis ejuſdem Ordinis, una cum quibuſdam aliis Fratribus & Magiſtris paraveramus nos ad receſſum, ſive ad iter ſumendum per mare uſque ad Piſas, ut tandem Deo duce, inde accederemus Bononiam, ſicut & fecimus. Cumque conduxiſſemus hac de cauſa quamdam naviculam, præſtolabamur tempus aptum ad navigandum, quod pro tunc nobis ad votum non arridebat. Quamobrem illo eodem mane quo virgo migravit, deſcenderam in eccleſiam propter feſtum B. Petri Martyris, quod illa die celebrabatur per Fratres; & licet indignus, legeram ſeu celebraveram unam Miſſam: quo facto, redibam ad dormitorium, ad parandam ſarcinulam ſecundum morem itinerantium. Tranſiens autem coram imagine virginis glorioſæ, juxta Fratrum conſuetudinem, ſalutationem Angelicam ſilenter dicebam: & caſu fixi pauliſper pedem. Moxque facta eſt una vox abſque ſonoritate aërea, exprimens verba non auri corporeæ, ſed mentali, cujus tamen verba melius percipiebam in mente, quam ſi ſono exterioris vocis mihi fuiſſent prolata. Nec ſcio aliter deſcribere vocem illam, ſi vox ſit dicenda, quæ ſono exteriori carebat. Quidquid tamen ſit, vox illa hæc mihi ſonabat verba vel exprimebat in mente: Nequaquam timueris: ego ſum hic pro te: ego ſum in cœlo pro te. Protegam & defendam: ſis ſecurus & nihil timeas, ego ſto hic pro te. His mente perceptis, fui (ut verum fatear) in agonia non parva, & cogitabam qualis eſſet conſolatio iſta ſeu ſecuritatis promiſſio.

Ipſa die Confeſſario abſenti audita vox interna.

F

opem promittentis,

369 Et quia pro tunc non niſi de Dei Genitrice Maria, quam ſalutabam, poteram ſuſpicari, quod me ſic alloqueretur; nihilominus penſata mea indignitate, hoc credere non audebam: ſed putabam quod adverſitas aliqua grandis mihi eſſet ſuperventura, propter quod orabam ut Mater miſericordiæ, juxta conſuetudinem ſuam, qua ſemper conſolatur afflictos, vellet me per hanc conſolatoriam promiſſionem reddere magis cautum, & magis paratum, ad patiendum æquanimiter quæcumque occurrerent. Suſpicabar etiam, quod (quia prædicaveram in dicta civitate Crucem contra ſchiſmaticos) poſſibile foret me in via maris

ſed ille cujus eſſet tunc non intellexit.

AUC. RAYMUNDO CONFESS.

aliquibus ſchiſmaticis obviare, qui forſitan aliquid mali mihi & meis inferrent. Sicque his cogitationibus fui abſtractus ab intelligendo myſterium, quod operabatur miſericordiſſimus Dominus per ſpiritum ſponſæ ſuæ, ad ſublevandum debilitatem puſillanimitatis meæ, quam bene noverat ipſa virgo, ſed longe melius Dominus Sponſus ejus: propter quod ego in horum recitatione, magis confuſionis quam vanitatis materiam habere me video. Et ideo ſecurus hæc ſcripſi, ne volendo confuſionem meam vitare, Sponſi & Sponſæ gloriam ſubticerem, quorum ſum beneficio tam benigniter confortatus. Ceterum ne credatur quod ſoli mihi abſenti fuerit ejus exitus patefactus, viſionem quamdam narrare conſtringor, quæ hora qua ſacra virgo migravit, fuit oſtenſa cuidam matronæ Romanæ (prout ipſamet quæ vidit ſerioſiſſime mihi recitavit, & cum non parva devotione) cujus relationi nec leviter nec ignoranter adhæſi; noveram enim ejus conſcientiam & vitam ferme per viginti annos vel circa, antequam hæc omnia fierent; ſicut illius quæ ſolita erat mihi confiteri peccata ſua, & de dubiis conſcientiæ ſuæ me ſemper conſulere: propterea ſecurus recito ea quæ ſcribo.

B

cuidam matrona Romana,

370 Erat igitur in alma urbe, tempore quo ſacra virgo migravit, quædam matrona, videlicet duorum filiorum mater, quæ Semia proprio nomine dicebatur; nec obſcuri multum generis, nec etiam valde clari; ſed inter communes cives urbis conſanguineorum copiâ ſociata. Hæc & ante mortem viri, & perfectius poſt, ſe diſpoſuit ad ſerviendum Altiſſimo, ac peregrinationibus ſeu viſitationibus eccleſiarum Urbis, & orationibus ſe quodammodo totaliter dedicavit, ſicque longo tempore perſeveravit: habebatque de more omni tempore de nocte conſurgere, tunc autem pauliſper caput declinabat in lectulo, brevi ſe reficiens ſomno, ut ad labores peregrinationis fortior redderetur. Accidit igitur, quod quando ſacra virgo (ut ſupra diximus) venit ad Urbem, iſta eadem quæ de virtutum ejus excellentia informata prius fuerat, tam à me quam ab aliis, ad ipſam mox acceſſit; cœpitque converſationis ejus dulcedinem deguſtare, ac mihi & aliis informatoribus ſuis dicere, quod nec medietatem perfectionum ejus ſibi retuleramus. Facta eſt ergo ei familiaris, & domum habitationis virginis frequentabat: ſed propter peregrinationes conſuetas, & quia oportebat eam quinque filiis deſervire, plures aliquando pertranſibant dies, quibus ſacram virginem non videbat, & ideo non putabat eam tam graviter infirmari.

ſibi familiari,

C

371 In nocte igitur præcedente mane illud, quo ſacra virgo migravit à corpore, Semia matrona ſuperius nominata, juxta morem ſuum ad orandum ſurrexit; & oratione completa, circa diluculum cogitavit, quod quia dies erat Dominica, oportebat eam cito conſurgere, tam quia volebat intereſſe officio Miſſæ ſolennis, tam etiam quia ſola exiſtens tunc in domo, erat neceſſe ut etiam curam haberet perſonaliter de coquina pro prandio filiorum. Unde reclinavit caput, cum intentione modicum dormiendi & cito ſurgendi. Quamobrem, ſicut ſolet naturaliter facere ſolicitudo mentalis, etiam dormiens ſolicitabatur de cito ſurgendo. Dumque quaſi ſibi ipſi loquens in ſomnis diceret; Oportet te cito ſurgere, ut prius pares coquinam, & poſtea vadas ad eccleſiam hora ſua: apparuit quidam pulcherrimus puer, ætatis octo vel decem annorum, ut videbatur, & dicebat ei: Nolo quod ita cito exciteris aut ſurgas, quouſque videris illud quod volo tibi oſtendere. Illa vero (licet in aſpectu pueri multum delectaretur) ſolicita tamen de Miſſa dicebat: Permitte me ſurgere, bone puer; quia non licet me hodie negligere Miſſam ſolennem. At puer; Nullo modo, inquit, volo quod ſurgas, niſi prius videris mirabilia, quæ volo tibi ex parte Dei oſtendere. Et trahens eam, ut ſibi videbatur, per pannos; ducebat eam ad quemdam locum latum & amplum, in quo apparebat eſſe forma cujuſdam oratorii ſeu eccleſiæ, in cujus quidem ſummitate loci tabernaculum quoddam erat argenteum, decorum quidem & clauſum. Et tunc puer ait: Expecta pauliſper, & videbis quid eſt in tabernaculo illo.

mane ſurgere volenti,

apparens Angelus expectare jubet,

D

372 Et ſtatim apparuit quidam alius puer ſimilis illi, qui deferebat quamdam ſcalam ad tabernaculum illud argenteum, quod in eminenti loco ſituatum erat: & ut videbatur, aſcendit per ſcalam, & aurea quadam clavi oſtium tabernaculi ejuſdem aperuit. Quo patefacto, mox apparuit matronæ videnti quædam puella, nimio decore pulcherrime ornata: erat enim in veſte fulgenti & candida, monilibuſque decorata: & in capite ejus tres erant coronæ multum apte compoſitæ ſeu conjunctæ, ita ut quælibet integraliter appareret. Inferior erat argentea, niveum candorem oſtendens: ſecunda erat argentea mixta cum auro, habens rubedinem, ſicut ſolent quandoque panni rubei deſuper filis aureis cooperiri: & tertia pure aurea erat, ſed intexta undique & ornata margaritis & lapidibus pretioſis *a*. Hanc cum vidiſſet devota illa matrona, cogitabat quænam eſſet hæc puella, tantis ornatibus decorata: & fixe reſpiciens in faciem ejus, clare diſcernit effigiem virginis Catharinæ de Senis: ſed quia noverat ipſam eſſe majoris ætatis quam illa viſio demonſtraret, ſuſpicabatur aliam eſſe. Puer autem qui ei primo apparuerat, petebat ab ea utrum illam cognoſceret, quam videbat. Cui reſpondebat videns: Facies quidem eſt facies Catharinæ de Senis, ſed ætas non correſpondet. Cumque ſic nutans diu in eamdem reſpiceret, illa quæ intra tabernaculum erat, ſubriſit, & dicebat illis duobus pueris: Videtis quod iſta me non cognoſcit? Poſt hæc venerunt alii quatuor pueri, ſimiles duobus prioribus, deferentes quoddam geſtatorium in ſimilitudine thalami, ornatum pretioſis pannis purpurei coloris: quod cum depoſuiſſent prope tabernaculum ſupradictum, aſcenderunt in altum agiliter; & ceperunt in manibus dictam coronatam puellam, volentes eam deponere in thalamo ſupradicto. Sed dum hoc fieret, dixit puello: Permittatis me prius ire ad iſtam quæ me nunc videt, & non cognoſcit: & hoc dicto, quaſi volans venit ad ſæpedictam matronam, & ait ei: Semia, non me cognoſcis? ego ſum Catherina de Senis, ſicut apparet in facie mea. Cui illa reſpondit: Es tu mater mea ſpiritualis Catherina? Et illa: Ego ſum; ſed nota illa bene quæ vidiſti, & quæ videbis.

& oſtendit puellam tribus coronis redimitam.

E

a

F

373 Quibus dictis, per dictos ſex pueros reducta eſt & locata in thalamo ſupradicto, ac ſubito levata in altum. Cumque Semia intueretur euntem illam, mox apparebat in cælo ſedes, & ſuper ſedem ſedens Rex gemmatus & coronatus, habens in dextera librum apertum. Pueri autem illi virginem cum thalamo elevabant uſque ad ſcabellum ſedis & pedes ſedentis; quo cum perveniſſent, depoſuerunt thalamum: moxque virgo ad pedes Regis procidens, adoravit. Quo facto, rex inquit: Bene venerit dilectiſſima ſponſa & filia mea Catharina. Juſſu autem Regis caput erexit, & legit in libro illo aperto, per ſpatium, in quo ſemel moroſe oratio Dominica poſſet dici; & tandem eodem juſſu erexit ſe ſtans circa ſedem, exſpectans Reginam, quæ maximam cohortem virginum ſecum ducebat, & veniebat (ut videbatur) ad Regem. Cumque appropinquaſſet Regina, virgo mox feſtina de gradu, in quo erat, deſcendit, & eam

ſeque dicentem Catharinam eſſe,

quam illa videt attolli ad Chriſtum,

A & eam flexis genibus adoravit: quam Domina cælorum obviis manibus ſuſcipiens: Bene, inquit, venerit dilectiſſima filia mea Catharina: & elevans eam, recepit eam ad oſculum pacis. Quo facto, poſtquam iterum adoravit Imperatricem cælorum, juſſu ejus acceſſit ad ceteras virgines, & quælibet eam cum magna hilaritate ad oſculum pacis recepit. Cum autem hæc fierent, Semia videns, fortiter exclamabat: O Domina noſtra, ô mater Domini noſtri Jeſu Chriſti, intercede pro nobis. Et iterum: O Beata Maria Magdalena, ô beata Catharina, ô beata Agnes, ô beata Margareta, orate pro nobis. Dicebat etenim mihi (ut aſſerebat) quod quamvis appareret ſibi, quod hæc in cælis fierent, tamen omnia particularia dicernebat, ſicut ſi fuiſſet ad pedes aliquorum graduum, & diſcreviſſet ea quæ fierent in ſummitate ipſorum. Et addebat quod optime cognovit & diſcrevit, non ſolum beatiſſimam Matrem Dei, ſed & cunctas alias, quamlibet per ſe. Et ideo vocabat nominatim quamlibet, quia quælibet gerebat ſignum martyrii ſui. Puta Catharina rotam, Margareta ſub pedibus habebat draconem, Agatha mamillas oſtendebat præciſas, & ſic de aliis. Poſtremo cunctis virginibus applaudentibus virgini Catharinæ, inter eas eſt collocata, & in gloria coronata, ut diximus.

ejusque matrem,

ab iisque & virginum choris excipi.

B 374 Et Semia matrona ſæpius nominata, excitata ſeu expergefacta fuit à ſomno; quæ aperiens oculos, vidit ſolem jam aſcendiſſe uſque ad horam Tertiarum vel circa: de quo admodum dolens, tam propter Miſſam quam propter filios, quorum cibus non erat paratus, cœpit cogitare quare ultra ſolitum ſibi hæc viſio fuiſſet oſtenſa. Non enim ſciebat nec credebat virginem ſacram obiiſſe, licet ſciret eam eſſe infirmam: tum quia pluribus ante diebus occupata in aliis non viſitaverat eam, tum etiam quia conſuetum erat virgini de graviſſimis etiam infirmitatibus liberari. Unde potius credebat virginem pro menſura illa temporis, qua ipſa viſionem habuerat, fuiſſe juxta conſuetudinem ſuam in raptu aliquo ſingulari, in quo magnas revelationes à Domino percepiſſet. Verum quia propter tarditatem horæ dubitabat ſe Miſſam pro illa die invenire poſſe, ſuſpicabatur illuſionem fuiſſe hoſtis antiqui, ut eam faceret Dominica die contra præceptum eccleſiæ Miſſa carere. Unde mox feſtinavit, & poſita olla ſuper ignem, cucurrit ad parochialem eccleſiam, dicens in corde ſuo: Si privata fuero Miſſa, ſignum mihi erit quod viſio hæc fuit ab hoſte antiquo: ſi vero Miſſam habuero, tunc dicam quod hæc fuit meritis matris meæ Catharinæ. Perveniens autem ad eccleſiam, reperit quod Offertorium poſt Euangelium cantabatur. Unde non parum triſtata, dixit: O me miſeram! adverſarius me decepit. Moxque reverſa eſt domum, ut habita cura pauliſper coquinæ, per alias quæreret eccleſias, ſi poſſet habere integram Miſſam.

Poſtea excitata & dubia de veritate viſionis,

C 375 Sed dum ageret quippiam operis in domo, audivit campanam pulſari ad Miſſam apud quoddam monaſterium virginum domui ſuæ vicinum: quæ lætificata, feſtinavit ad illam eccleſiam accedere, ac iſta de cauſa dimiſit caules, quos mundaverat & laverat, ſicut ſtabant: nec miſit eas in ollam, ut intendebat: clauſitque januam domus clavi, nullo ab intus dimiſſo. Cumque ad eccleſiam dicti monaſterii perveniſſet, invenit quod tunc Miſſæ officium inchoabatur: de quo gaviſa, dixit intra ſe: Non me decepit ſathanas, ſicut putabam. Verum de filiorum turbatione, qui erant provectæ ætatis, ſatis timebat: quia bene ſciebat quod cibus eorum non erat paratus; nec poterat per eam congrua hora parari: totum tamen comiſit Domino, ut poſſet de Miſſæ officio conſolari; orans nihilominus Salvatorem, quod ſi viſio illa fuiſſet ab ipſo, præſervaret eam à ſcandalo filiorum, quos propter eorum auſteritatem valde timebat: ſicque Miſſam ſolennem complete audivit. Qua completa, dum domum reverteretur, invenit filios in via, qui ei obviantes dixerunt: Mater, hora jam eſt tarda, faciatis quod poſſimus prandere. Quibus illa: Modicum, dilecti filii, expectate, quia in brevi totum perficietur. Cucurritque verſus domum, & inveniens eam clauſam ſicut dimiſerat, aperuit oſtium: & putans perficere quod ſibi reſtabat operis ſive laboris, reperit quod totum perfecte erat completum, caules ſcilicet cum carnibus, & omnia ita bene parata, quod ſtatim poterant ad menſam accedere. Stupet illa, & cognoſcit ſe à Domino mirabiliter exauditam: proponitque mox poſt prandium ad Catharinam, quam putabat adhuc in corpore viventem, accedere, eique cuncta narrare. Filios autem qui non longe diſtabant, ad prandium vocat cum non parva lætitia: & illis edentibus, ipſa ſemper cogitat de viſione tam grandi, duobus jam miraculis firmata. Sed & filii hæc omnia ignorantes, commendabant cibum ſolito meliorem: ipſa vero conferebat in corde ſuo cuncta quæ viderat & videbat: & ut mihi ſingulariter expreſſit, dicebat intra ſe: O mater mea dilecta! veniſti ad domum meam clauſis januis ad faciendum mihi coquinam. Nunc ſcio vere quia ſancta es, & vera ancilla Chriſti.

inventa (licet prater spem) missa,

& cibis quos dimiserat crudos divinitus coctis:

AUCT. RAY MUNDO CONFESS.

D E

376 Nec propter hæc omnia ſuſpicabatur eam migraſſe à corpore, imo filiis ſumpto cibo recedentibus, mox ad domum habitationis acceſſit virginis, & ſolito more pulſavit ad oſtium domus: ſed non fuit qui reſponderet. Vicinæ autem dixerunt ei, quod ad ſanctuaria viſitanda iverat, & nemo erat in domo; quod illa credidit, & abſceſſit. In rei autem veritate, omnes qui erant ab intra, flentes & lugentes ſpiritualem matrem, quæ ipſos in hoc ſeculo nequam reliquerat orphanos, mortem ejus occultabant ab aliis; tum ne fieret tumultus in domo aut congregatio popularis, tum etiam quia volebant conſilium habere cum diſcretis viris, qualiter ejus exequias celebrare deberent: aliquos autem, licet paucos, ab extra tranſmiſerant, qui clauſerant oſtium à parte exteriori, ac ſi nullus eſſet in domo; ut ſic abſque impedimento poſſent & ſuo ſatisfacere dolori per fletum, & quietius de fiendis deliberare. Fuit tamen ultimum & determinatum conſilium eorum, quod ſequenti mane corpus virgineum ad eccleſiam Prædicatorum, quæ ſancta Maria de Minerva vocatur à vulgo, deberet deferri: & ibidem, juxta quod concederet Dominus, exequiæ celebrari. Quid plura? ſatis ſuum obitum celaverunt per omnem modum, facta ſua ſecrete fecerunt; ſed non potuerunt tantum occultare, quin ipſos ſuus Sponſus ſciret magis manifeſtare. Mox enim ut corpus ejus ad eccleſiam eſt delatum, totus populus urbis novit, convenitque maxima multitudo ad eccleſiam ſupradictam, catervatimque ruebant populi ad ejus veſtes tangendas vel pedes; ita ut timerent filii ejus & filiæ una cum Fratribus, ne tam veſtes quam corpus ab irruentibus populis lacerarentur, & membratim diſcerperetur. Propter quod poſuerunt ſacrum corpus intra cancellos ferreos cujuſdam capellæ, quæ ſub B. Dominici nomine intra eamdem eccleſiam eſt dedicata. Quæ autem his patratis poſtmodum evenerunt, in ſequenti Capitulo declarabuntur.

ergo abit ad domum Sanctæ quam obiisse nescie bat,

domesticis rem celantibus,

& concursu populi ad corpus facto,

377 Sed dum hæc agerentur, Semia matrona ſæpius nominata caſualiter ſupervenit: videnſque popularem tumultum, petivit de cauſa congregationis tam grandis: & ſubito dictum eſt ei, quod Catharina de Senis migravit, & corpus ejus aderat in ipſa eccleſia, propter quod populi confluebant.

AUCT. RAY MUNDO CONFESS. Quo audito, mox ejulans acceſſit ad locum, ubi ſacrum corpus jacebat, & ſpiritalibus filiabus virginis circumſtantibus ejus feretrum, dixit: O crudeliſſimæ feminæ, cur celaſtis à me obitum dulciſſimæ matris meæ? quare me non advocaſtis ad tranſitum ejus? Cumque illæ ſe ſuper hoc excuſarent, illa petivit: Dicatis mihi quando migravit à corpore. Cui illæ dixerunt: Heri circa horam Tertiarum reddidit ſpiritum Creatori. Tunc Semia, exterminans unguibus propriam faciem, exclamavit: Ego vidi eam, ego vidi dilectiſſimam matrem egredientem de corpore; quam vidente me Angeli detulerunt in cœlum, tribus coronis pretioſiſſimis coronatam, veſtibus candidis & fulgentibus decoratam. Nunc ſcio quod miſit dominus Angelum ſuum, & oſtendit mihi exitum matris meæ, ſervavitque mihi Miſſam uſque ad horam tardam: ac quod amplius eſt, in miniſterio coquinæ miraculoſe me juvit. O mater! o mater! cur non intellexi dum eram in illa viſione, quod tranſieras ex hoc mundo? Quibus dictis, cuncta quæ viderat recitabat filiis & filiabus, qui & quæ circumſtabant, ſacrum corpus ejus ſervantes. Et hic finis ſit hujus Capituli.

intelligit quid acciderit,

& narrat quæ vidit.

B

ANNOTATA.

a *Triplicem aureolam interpretatus Confeſſarius Raymundus, poſt quandam de Beata Antiphonam, ejuſmodi Collectam deſcripſit, teſte Ioanne à S. Maria cap.* 29 Domine Jeſu Chriſte, fili Dei vivi, qui B. Catharinam ſponſam tuam triplici aureola dotare dignatus es, concede propitius, ut cujus in terris memoriam agimus, ejus interceſſionibus apud te in cælis adjuvemur. *Quæ de aureolis virginitatis, doctoratus & martyrii explicat dictus Ioannes: ego ex harum coronarum deſcriptione potius intellexerim præcipuæ caſtitatis, patientiæ & caritatis prærogativas.*

CAPUT V.

Miracula & ſanationes ægrorum ad corpus ante & poſt ſepulturam factæ.

CAP. V

Proſtante corpore in eccleſia ad Minervam,

C

378 COnſummato curſu peregrinationis virginis hujus ſacræ, non defuit virtus divina, quæ comes ejus ſemper fuerat in hac vita, quin ſanctitatis ejus meritum, etiam poſtquam conſecuta præmium fuerat, fidelibus declararet. Siquidem, prout tactum eſt ſuperius, nullo vocante ſeu procurante, imo pluribus (ut dictum eſt) quærentibus occultare, totus quaſi populus urbis Romanæ ad eccleſiam, ubi jacebat adhuc inhumatum ſacrum corpus ejus, concurrit; pedes ac manus ejus cum reverentia deoſculando, ſeque ejus orationibus commendando: tantuſque fuit tumultus populi concurrentis, quod oportuit (ſicut dixi) ſacrum corpus poni intra cancellos ferreos capellæ B. Dominici. Verum inter hæc cœpere plurimi, fiduciam de meritis ſanctitatis ejus habentes, infirmos & impotentes adducere, ſanitatemque illorum à Domino meritis hujus virginis poſtulare. Nec ſunt fraudati à deſiderio ſuo: propter quod neceſſitor illa, quæ in ſcriptis reperi, hic interſerere; ac quædam quæ mihi plenarie conſtant, etiam enarrare.

ſanantur, mulier habens aridum brachium,

379 Dum ſacrum corpus eſſet in eccleſia ſupradicta, quædam Soror Ordinis, qui dicitur tertius Ordo B. Franciſci, quæ vocatur Dominica, oriunda de Bergamo civitate Lombardiæ, habitatrix in urbe, quæ paſſa fuerat infirmitatem in brachio, tam diutinam & gravem, quod ſex menſibus ante obitum virginis ipſo non potuerat uti, quia invalidum erat & quodammodo arefactum; acceſſit ad eccleſiam prædictam; & non valens ad corpus appropinquare præ turba, porrexit quoddam velum ſuum, rogans ut illo virginis corpus tangeretur ſibique redderetur. Quo facto, ſuperpoſuit brachio, & mox abſque mora fuit plenarie liberata. Propter quod cœpit in medio totius populi illius exclamare & dicere: Ecce quod ſum liberata meritis hujus virginis ab infirmitate incurabili, ex qua brachium totum perdideram. Quo audito, major factus eſt tumultus in populo & cœperunt multi ſuos infirmos illuc adducere, ut ſaltem fimbriam veſtimentorum ejus poſſent contingere.

D

380 Inter alios adductus eſt quidam puerulus, ætatis quatuor annorum, qui contractionem nervorum colli ex quadam infirmitate incurrerat, ita caput ſuper humerum totaliter tenens declinatum, quod nullatenus ipſum valebat erigere. Hic cum deportatus eſt ad ſacrum corpus, mox ut manu virginea tactus in loco infirmo ac quodam velo ipſius virginis circumdatus eſt circa collum; cœpit meliorari, & infra ſpatium breve caput erexit, fuitque perfecte curatus. Hac de cauſa non fuit poſſibile per dies tres corpus ſacrum tradere ſepulturæ, ſcilicet propter ſigna & miracula quæ fiebant per eam. Tantaque populi congregatio dictis diebus tribus perſeveravit in eadem eccleſia, quod cum quidam Magiſter in ſacra Theologia vellet illi populo de laudibus ipſius virginis prædicare, ac iſta de cauſa aſcendiſſet ambonem; nullo modo potuit populi ſedare tumultum, nec per conſequens audientiam obtinere: propter quod, audientibus multis, hoc verbum dixit: Hæc ſancta virgo non indiget prædicationibus noſtris: ipſa enim ſeipſam ſufficienter prædicat & declarat. Et hoc dicto deſcendit, imperfecto, imo nec inchoato ſermone: miracula vero creſcebant & augmentabantur.

puer contractus,

ideoque per triduum differtur ſepultura.

E

381 Nam quidam Romanus, dictus Lucius Cannarolæ, quadam infirmitate gravatus, nulla eum medicina juvante, perdidit quaſi coxam cum tota tibia, ita ut etiam baculo ſuſtentante, vix ambulare valeret ad modicum ſpatium. Hic autem audita fama ſignorum, quæ per virginem Catharinam operabatur Altiſſimus, cum magno labore ad eccleſiam prædictam pervenit, & auxilio aliorum, ad locum ubi jacebat corpus virgineum, ductus eſt. Ibique cum magna devotione manum virginis ſuperpoſuit cruri & tibiæ ſuæ debilibus & infirmis: moxque cœpit ſentire juvamen & virtutem in membris illis: & antequam inde recederet, plene curatus eſt: cunctis qui aſtabant videntibus, & omnipotentem Deum benedicentibus, qui in Sanctis ſuis ſemper eſt mirabilis.

Curantur etiam, crure ac tibia dabilis,

F

382 Item quædam puella, nomine Ratozola, habens horrendam infirmitatem lepræ in facie, ita quod naſus & ſuperius labium oris horribili & fœtida lepra tegebatur, hac fama percepta, perrexit ad dictam eccleſiam. Cumque conaretur ad ſacrum corpus accedere, pluries à circumſtantibus eſt repulſa. Ipſa vero importune inſtando, tandem ingreſſa eſt: & tamquam gratiæ avida, quam ſumme optabat, non modo pedibus & manibus virginalis corporis, ſed & faciei ſuam applicuit infirmitatem. Quid plura? mox ſuæ lepræ ſenſit relevationem, & infra breve tempus fuit perfecte curata, ita ut nec veſtigium in facie remaneret.

leproſa,

383 Item quidam Romanus, nomine *b* Cyprius, ex uxore que dicebatur Lella, quamdam ſuſceperat filiam, quæ in puellari ætate infirmitatem, quæ dicitur phthiſis, *c* incurrerat, nulloque medicinali remedio liberari potuerat. Parentes autem, miraculorum per ſacram virginem patratorum fama percepta, ipſam eidem virgini devote recommendantes, fecerunt eam tangere velum ſeu Pater-noſter, quæ virginis corpus tetigerant. Mira res! cum de ſalute puellæ quodammodo deſperaſſent, cum tetigit res

b

phthiſica,

c

A

res prædictas, abſque intervallo quocumque ſimpliciter eſt curata, & ſanitati priſtinæ reſtituta.

uſu pedum deſtitutus,

384 Item dum ſacrum corpus inhumatum jaceret, quidam civis Urbis, vocatus Antonius Lelli Petri, exiſtens in eccleſia principis Apoſtolorum, audivit famam miraculorum, per hujus ſacræ virginis merita patratorum. Ipſe autem ex quodam exceſſivo labore infirmitatem quamdam incurrerat, ex qua factus erat quaſi impotens ad ambulandum, nec potuerant eum medici omnibus naturalibus medicinis, nedum curare, ſed nec mitigare infirmitatem prædictam. Quamobrem audita prædicta fama miraculorum, ſanctæ virgini ſe devote recommendavit; ac votum promiſſionis emiſit, ſi ejus meritis liberaretur. Mirares! mox voto emiſſo, fuit ab illo gravamine quod patiebatur, perfecte curatus; nec amplius ſenſit illas gravedines, & agiliter ac libere ambulavit ut prius, venitque ad ſuæ liberatricis reliquias: votum quod promiſerat reddidit, & omnibus audire volentibus, gratiam, quam receperat, intimavit.

arthritide laborans.

385 Item quædam devota matrona, quæ ſanctæ virgini fuerat valde domeſtica, imo ipſius domeſtica ſeu hoſpita, quia in propria domo cum tota ſocietate ſua ipſam receperat, & vocabatur Paula; tempore quo ſacra virgo migravit, per quatuor menſes graviter vexata extiterat doloribus iliacis ſive lateris & podagræ. Et quoniam illorum duorum dolorum remedia ſibi invicem adverſantur (quia unus requirit apertiva, alter oppilativa) dicta matrona nimium vexabatur, & quandoque uſque ad mortem deducebatur. Migrante autem ſacra virgine, petivit cum magna inſtantia, quod poſſet habere aliqua de his quæ ſacrum corpus ejus terigerant. Quod cum factum fuiſſet de ſero, ſequenti mane de lecto, de quo quatuor menſibus ſurgere nequibat, liberata ſurrexit; & ambulavit libere, ſicut priuſquam infirmitatem incurreret, ambulabat; ſicut ipſamet mihi recitavit, poſtquam veni ad Urbem. Hæc & quamplura alia ſigna, quæ negligentia ſcriptorum fuerunt omiſſa, operatus eſt omnipotens Dominus per ſponſam ſuam, antequam corpus ejus traderetur ſepulturæ: quæ, ut dictum eſt ſupra, per triduum propter concurſum populi eſt dilata.

B

pie poſt ſepulturam invocata, claudo graſſum reſtituit

C

386 Poſtquam vero reconditum eſt in ſepulcro, non deſtitit virtus divina ab operando infirmorum ſalutem, immo fuit quodammodo augmentata. Nam quidam Romanus, dictus Joannes Veri ſeu Neri, habebat quemdam filium parvulum, qui nullo modo poterat ſtare rectus in pedibus, nec perconſequens ambulare. Audiens autem famam miraculorum ſupra dictorum, votum emiſit Deo & ſacræ virgini Catherinæ pro liberatione filii ſupradicti. Quid plura? Ductus eſt puer ad ſepulcrum virginis, ſtatimque cum poſitus fuit ſuper illud, conſolidatæ ſunt plantæ ejus & tibiæ, & cœpit per ſe ſtare rectus & ambulare, acſi numquam fuiſſet paſſus.

dolorem oculorum adimit,

387 Item quidam Joannes de Tozo, habebat in oculis horrendam infirmitatem, in tantum quod de uno oculo vermes ſcaturiebant. Hic vovit B. Catherinæ virgini de Senis, & fuit mox pleniſſime liberatus: venienſque ad ejus ſepulcrum, narravit gratiam ſibi factam, & ſignum appoſuit ſuper ſepulcrum de cera, ut moris eſt. Item quædam peregrina Teutonica (cujus nomen neglexerunt ſcribere illi qui tunc adfuerunt & iſta ſcripſerunt) patiebatur in oculis tam graviter & tam diu, quod quaſi ex toto uſum videndi perdiderat, & de recuperatione quodammodo deſperabat. Hæc ſanctæ virgini devote ſe recommendans, votum emiſit, & in brevi viſum recepit abſque aliqua medicina. Unde veniens ad ejus ſepulcrum, clare videbat ſicut priuſquam pateretur.

AUCT. RAY MUNDO CONFESS.

viſum

388 Item quædam domina Romana, quæ vocatur Maria, incurrit quamdam infirmitatem capitis tam gravem, quod non obſtantibus multis & variis medicinis, quas fecerat, ex toto perdiderat unum oculum. Propter quod, tam ex triſtitia quam ex verecundia, nolebat egredi propriam domum, nec etiam coram hominibus apparere. Hæc percepta fama miraculorum virginis ſanctæ, ſe ei devote recommendavit, & votum vovit. Nocte autem ſequenti ſancta virgo apparuit in ſomnis ſervitrici dictæ dominæ, & dixit ei: Dic dominæ Mariæ, quod non faciat amplius medicinas, ſed omni mane vadat ad audiendum Officium divinum, & liberabitur. Quod dum ancilla dominæ ſuæ retuliſſet, acquievit, accedens ad Officium divinum: moxque dolor ceſſavit, & cœpit videre de oculo excæcato; ſicque perſeverando in audientia divini Officii, perfecte reſtituta eſt priſtinæ ſanitati & viſioni. Ubi, lector, obſecro nota, quid ſacra virgo hic fecerit. Imitata eſt enim in hoc opere Sponſum ſuum, vel ut magis proprie loquar, Sponſus ejus æternus ipſam ſibi in hoc opere ſimilavit: quia non ſuffecit ſibi curare corpus ſe invocantis, niſi etiam conferret animæ medicinam. Poterat ſiquidem iſti, ſicut & ceteris fecerat, poſt invocationem & votum, remedium cæcitati concedere: ſed cumulatius eam decrevit, quam peteret, exaudire: juxta conſuetudinem Salvatoris, qui corpus ſine anima non curabat: & illi qui pro cura corporis veniebat, prius peccata dimiſit, dicens, Confide fili, remittuntur tibi tibi peccata tua.

E

& deſperatam valetudinem reddit,

389 Item quidam juvenis, dictus Jacobus, filius cujuſdam Romani, qui vocabatur Petrus Nicolai, infirmitate quadam gravi fuit oppreſſus, & per plures menſes detentus, ſicque nullis remediis medicinæ juvantibus, ad extrema deductus eſt. Cumque ſpes nulla eſſet de vita, quædam devota mulier, quæ dicitur Cecchola Cartheria, devovit eum B. Catherinæ virgini: moxque reſumptis viribus, cœpit meliorari, & breviſſime liberatus eſt ab illa infirmitate. Item quædam mulier, vocata Cilia Petrucii de Urbe, infirmitate gravata, poſt medicorum remedia deducta eſt ad extremum, ita ut ipſi medici diffiderent de ipſius ſalute omnino, & ſecundum naturalem curſum eam judicaverunt indubitantiſſime morituram. Ipſa vero devote ſanctæ virgini Catherinæ de Senis ſe recommendans, mox ſenſit ſanitatis auxilium; & meliorationem recipiens illa hora, intra dies paucos integraliter fuit ſanitati priſtinæ reſtituta.

F

puerum in gravi lapſu

390 Item quædam domina nobilis & devota, quæ vocabatur Domina Joanna de Hilperinis, habuerat domeſticam notitiam ſanctæ virginis dum ageret in humanis: & ideo viſis miraculis ejus, majorem fidem concepit de ſanctitate ejus: ita ut ipſa, apud quoscumque infirmos ſe reperiret, ſemper eis perſuadebat, ut ſanctæ virgini Catherinæ de Senis ſe devote recommendarent: ex quo procuravit plures infirmos curari meritis ejuſdem virginis ſanctæ. Accidit autem ut ſemel unus ex filiis ejuſdem nobilis dominæ, puerilis ætatis, incaute incedens aut currens ſuper ſolarium domus ſuæ, deorſum verſus terram, nullo impediente, obſtaculo, præcipitantur caderet coram oculis propriæ genitricis: quæ hoc videns, exiſtimavit, ſicut veriſimile nimis erat, quod ex illo caſu puer mortem incurreret, vel ſaltem perpetuam debilitationem aliquorum membrorum. Unde fortiter exclamavit: S. Catherina de Senis, tibi recommendo filium meum. Mira res! quamvis eminentia loci & conditiones

AUCT. RAYMUNDO CONFESS.

tam pueri quam caſus, repentinam mortem cadentis naturaliter indicarent; tamen puer nec in magno nec in minimo læſus eſt, tamque incolumis fuit poſt caſum, quam ſoſpes erat antequam caderet. Quod cum inveniſſet præfata mater ejus, quæ feſtinantiſſime deſcendit ad eum, gratias omnipotenti Deo & Sponſæ ejus Catherinæ reddebat devotas & humiles, ac apud omnes ſanctitatem virginis Catherinæ de Senis prædicabat.

& mulierem à ſubmerſione ſervat,

391 Item quædam mulier, de ſervitiis aliorum vivens, & potiſſime de lotione pannorum, quæ vocabatur Bona Joannis. Dum ſemel ad ripam Tiberis pannos lavaret, contigit eam lavare quoddam coopertorium lecti, quod de lineo panno & bombyce conficitur, & vulgari vocabulo *e* cultra vocatur. Hanc igitur cultram dum incaute lavaret, & magnam ejus partem ſineret curſu fluminis duci, pars illa gravitate ſua traxit aliam, quæ ſub manibus ejus erat: & ſic tota cultra de ipſius manibus exiens, cœpit fluere cum currentibus aquis. Quod illa perpendens, & ſciens ſe non poſſe ſatis facere pro cultra, ſi perderetur, quia paupercula erat; voluit cultram recuperare: ſed dum ſe nimis ad eam retinendum extendit, ipſa etiam ab impetu aquarum eſt rapta longe à terra. Itaque omni humano ei deficiente auxilio, ſolum adiutorium ei reſtabat divinum: ad quod dum cogitaret recurrere, occurrit menti ejus fama ſignorum & miraculorum, illis diebus in urbe per ſanctam virginem patratorum. Unde ipſam invocans, dixit: O ſancta virgo Catherima de Senis, ſuccurre mihi in tanto periculo. Nec mora: ſtatim virginis auxilium affuit: nam mox ſenſit ſe ſuper aquas elevari, & perinde ac ſi aquæ illæ non currerent, per ſeipſam cum tota cultra divertit de recto curſu aquarum, & pervenit ad terram abſque quocumque humano auxilio. Quo facto, ipſamet ſtupens conſiderabat, nec poterat imaginari qualiter periculum illud evaſerat, niſi quod clare confitebatur ſanctam virginem mirabiliter ſibi adſtitiſſe, eamque ſuis meritis liberaſſe. His omnibus & quampluribus aliis ſignis per omnipotentem Deum oſtenſis pro teſtimonio ſanctæ virginis ſponſæ ſuæ, antequam ego veniſſem ad urbem, contigit me tandem venire cum importabili mihi onere, ſcilicet officii Magiſterii Ordinis Fratrum Prædicatorum: & tunc per Fratres meos ac Sorores, filios & filias ſanctæ virginis in Chriſto, cuncta ſupraſcripta mihi fuerunt relata. Sed unum ſignum miraculi accidit poſt meum adventum, cujus ego in parte ſum teſtis, quod non licet mihi quomodolibet ſubticere.

anginam d:pellit,

392 Eram ſiquidem in urbe, ac corpus ſacrum ejuſdem virginis tranſtuleram ea die, qua ipſa per plures annos prophetaverat, ut clarius infra patebit, & infirmitatis corporeæ cauſa indigui medico, qui & vicinus conventui Fratrum meorum, ac mihi domeſticus & amicus non modicum erat, vocaturque magiſter Jacobus de ſancta Maria Rotunda. Hic dum ſemel curæ medicinalis cauſa me viſitaſſet, narravit quod juvenis civis urbis, vocatus Nicolaus, ſive diminutivo nomine Cola, filius uxoris cujuſdam nominati civis ejuſdem urbis, qui dicebatur Cincius *f* Tancancini, & privignus ſeu filiaſter ejuſdem, graviſſime infirmabatur de morbo gutturis, qui dicitur ſquinantia per medicos, & quod ipſe nullam videbat curam poſſibilem per naturam: qua de cauſa deſperaverat ex toto de eo. Inſuper ſenſi ab aliis, quod dictus juvenis erat in mortis articulo, & expectabatur tranſitus ejus: verum Alexia, ſocia ſanctæ virginis, de qua pluries ſupra facta eſt mentio, hac fama percepta, conſiderans quod dictus Cincius cum tota domo ſua fuit ſanctæ virgini valde devotus & carus, feſtina perrexit ad dictum juvenem, jam in tranſitu poſitum, deferens ſecum dentem virginis, quem ſibi pro magno theſauro ſervaverat. Et inveniens eumdem juvenem jam pene deficientem præ clauſura gutturis, quod apoſtema paulatim claudebat, & ipſum per conſequens ſuffocabat; prædictum dentem appoſuit gutturi ejus: & mox, ac ſi lapis aliquis cecidiſſet, factus eſt ſonus grandis, & tractum eſt apoſtema. Cœpitque infirmus caput erigere, & per os ejus emittere putredinis magnam quantitatem: ſicque intra breviſſimum ſpatium plene curatus eſt, gratias agens Deo & ſanctæ virgini, cujus dentis virtute fuerat pro illa vice à mortis dentibus liberatus. Hoc ſignum admirandum cunctis, ſed potiſſime medicis, qui melius noverant viam naturæ & patientis diſpoſitionem ex toto mortalem, ipſe Nicolaus ſeu Cola omnibus publice narrabat: intantum quod ſemel, me verbum Dei populo prædicante, & recitante magnalia quæ per ſponſam ſuam fecerat Dominus, dum hoc ſignum enarraſſem populo, ipſe ſurrexit in medio populi, atque clara voce dixit: Domine, verum dicitis: ego ſum ille, cui hæc ſancta virgo fecit iſtud miraculum.

multa alia miracula facit,

393 His quoque ſignis & miraculis, quæ particulariter recitavimus hic, noveris, lector, alia multa adjuncta fuiſſe, quæ in ſcriptis non fuerunt redacta: ſed patuerunt per ſigna, id eſt, per imagines ceræ, quæ in maximo numero poſitæ ſunt ſuper ſepulcrum ejus, etiam tempore quo ibi perſonaliter eram præſens. Verum effrænata cupiditas, ne dicam malignitas quorumdam latrunculorum (neſcio ſi extraneorum, quibus ſemper urbs eſt repleta, an internorum) nequaquam permiſit imagines illas diu durare. Furtive namque cunctæ abſportatæ fuerunt paulatim per fures: qui proculdubio aut ſunt jam puniti, aut in poſterum punientur cito. Ego autem coram Deo & Angelis ejus ac etiam cunctis fidelibus meipſum accuſando confiteor, quod multi & multæ ad me venerunt, qui & quæ diverſas receperunt gratias admirandas meritis hujus virginis ſanctæ, quas mea negligentia pluſquam alicujus alterius ſepelivit: quia non fui ſolicitus ad redigendum eas in ſcriptis, licet ſemel Notarium quemdam ad hoc deputaverim, qui non fuit ſolicitus ad ſcribendum.

qua memoria exciderunt:

& varios captivos liberat.

394 Unum tamen quod recolo, meipſum pauliſper corrigendo, inſerere non omitto; videlicet quod tempore quo Regina quondam Joanna miſit contra urbem Rainoldum de Urſinis, cum magna comitiva gentium armorum, ut ſummum Pontificem Urbanum ſextum capi faceret vel expelli, aut (quod nequius erat) occidi; Romanis fortiter & prudenter ſe tenentibus cum Pontifice ſuo, contigit quam plures de Urbe, potiſſime de inferioribus, capi ab hoſtibus: quorum quidam ligabantur ad arbores, & ſic dimittebantur, ut crudelius morerentur; quidam vero ducebantur ad campum, & inſtrumentis ferreis captivabantur, ut ſe redimerent. Prout autem à quibuſdam ipſorum, qui liberati ſunt, habui; quotquot ſtatim virginem invocaverunt, mirabiliter ſunt à vinculis liberati, nullo ipſos juvante poſt Deum, & ſalvi venerunt ad Urbem. Unde retulit mihi unus ex eis, quod abſque quacumque mora, mox ut ipſam invocavit, reperit ſe vinculis liberatum, quibus ab hoſtibus ad quamdam arborem fuerat ligatus: revertenſque ad Urbem, ipſam virginem invocando, neminem reperit qui ei aliquod præſtaret impedimentum. Quod cum non parva devotione referens, rurſum addebat quod aliqui alii eamdem gratiam receperant meritis ſanctæ virginis Catherinæ. Sicut autem de

A de hoc genere ſignorum, ſic & de pluribus aliis me recolo percepiſſe à multis: ſed ſenescente memoria, non poſſum particulariter recordari de omnibus aliis. Oro autem lectorem, ut devota mente, non faſtidiendo propter hujus libri prolixitatem, nec propter ſtyli ruditatem, flores & fructus colligat ad ſui utilitatem, frigidos ſemper & indevotos ac malignos detractores vitando, ſicut venenum peſtiferum. Cæterum hic finem hujus operis facerem, niſi quia de patientia ejus, quam Eccleſia militans plus in ſanctis ſuis notat quam ſigna, juxta doctrinam B. Gregorii, qui virtutem patientiæ ſignis & miraculis reputavit majorem; unum intendo dictare Capitulum, ipſa impetrante, ac concedente Sponſo ejus æterno, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Ita Mss. Leodienſe & Vltraj. Etinum: in impreſſa & apud Mombritium* Rotozola *legitur.*

B b *Ita eadem Mss & Monbritius: impreſſum vero* Typreus.

c Tuſſim *appellat Mombritiana epitome.*

d *Ita Ms. Leodienſe: ſed impreſſum* Catherina.

e Cultra, *nunc* Coltre, *à Latino* Culcitra *contractum videtur, ſignificatione nonnihil diverſa; culcitra enim vulgari idiomate, proprie dicitur* Coltrice.

f *Ms. Leodienſe* Tintius Jancantini.

CAPUT VII.

Patientia Sanctæ in tolerandis impedimentis quæ ſibi in vita ſpirituali objiciebantur.

395 SEntentia eſt primæ Veritatis, quæ propter noſtram ſalutem carnem aſſumpſit, ut hi qui in corde puro & optimo verbum retinent, fructum afferant in patientia. Et ut paulo ſuperius tactum eſt, in libro Dialogorum dicit B. Gregorius: Ego virtutem patientiæ ſignis & miraculis puto majorem. Sed & Apoſtolus Jacobus in Canonica ſua dicit, Patientiam habere opus perfectum: non quod ipſa ſit ſumma ſeu Regina virtutum, ſed quia eſt comes individua illius virtutis, quæ teſte Apoſtolo, major aliis virtutibus, numquam evacuatur aut excidit. Hæc eſt caritas, ſine qua nihil prodeſt homini quæcumque alia virtus. De qua idem Apoſtolus, eam deſcribendo, inquit, quod patiens eſt & benigna, non æmulatur, non irritatur, nec quærit quæ ſua ſunt. Hac de cauſa ſacroſancta mater Eccleſia, cum vitam Sanctorum, in Beatorum catalogum ſcribendorum, examinat; non principaliter ſignorum operationem attendit, duplici de cauſa: prima, quia plures mali fecerunt & facient ſigna, quæ apparent miracula, licet non ſint, ſicut magi Pharaonis: ſimili modo magus & Antichriſtus cum ſuis faciet tempore ſuo: ſecunda, quia quandoque aliqui etiam virtute divina miracula fecerunt, qui finaliter fuerunt reprobati, ſicut Judas, & illi de quibus dicitur in Euangelio, quod in die judicii dicent Domino: Nonne in nomine tuo ſigna fecimus? Quibus ipſe reſpondebit: Recedite à me operarii iniquitatis. Per quod manifeſte datur intelligi, quod ſigna ſive miracula ſint juxta diſcretionem doctorum examinanda, quæ non poſſunt per ſeipſa certificare militantem Eccleſiam, quod perſona per quam ſunt facta ſit ad æternam beatitudinem acceptata ſive prædeſtinata, licet faciant magnam præſumptionem ſanctitatis, & potiſſime illa, quæ fiunt poſt tranſitum ex hac vita. Sed & iſta ex toto non certificant, quia etiamſi non eſſent Sancti, ad quorum ſepulcra fiunt miracula, poſſibile eſſet quod Deus miſericors reſponderet fidei eorum, qui credunt eos Sanctos; non propter illos, ſed propter gloriam nominis ſui, ne credentes in eum, ſuo deſiderio defraudarentur.

Luc. 8, 15

Jac. 1, 4

C

1 Cor. 13, 13

Eccleſia non tam miracula examinat,

AUC. RAY MUNDO CONFESS.

396 Unde ſacroſancta mater Eccleſia, quæ regitur à Spiritu ſancto, volens de merito Sanctorum certificari, quantum eſt poſſibile in hac vita; quærit de vita eorum, id eſt de his quæ in hac vita ſunt operati. Sic enim Sponſus ejus docuit eam, dicens; A fructibus eorum cognoſcetis eos, id eſt, ab operationibus: quia ſicut Salvator ibidem ſubdit, Non poteſt arbor mala fructus bonos facere, nec arbor bona etiam fructus malos. Hæc autem ſunt opera caritatis Dei & proximi, in quibus (teſte Salvatore) univerſa Lex & Prophetæ pendent. Sed quia hæc opera, ſicut ſunt Deo placita, ſic diabolo ſunt diſplicibilia; conatur idem diabolus per omnem modum poſſibilem illa impedire, tam per ſe quam per mundum, id eſt, per homines mundo deditos. Propter quod ſanctis viris, qui volunt in bono perſeverare, ſine quo non coronarentur, id eſt, ſi non perſeverarent; eſt ſemper neceſſaria patientia, per quam ſeipſos conſervant in bona dilectione Dei & proximi, non obſtantibus perſecutionibus quibuſcumque. Vnde dicebat Salvator diſcipulis: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Et Apoſtolus primam conditionem caritatis aſſignat, dicens: Caritas patiens eſt. Hac igitur de cauſa plus inquiritur, ut dictum eſt, in canonizatione Sanctorum, de operibus quam de ſignis: & inter opera plus quæritur de operibus patientiæ, quam de aliis, tamquam de his quæ maius teſtimonium perhibent caritatis & ſanctitatis.

quam Sanctitatem vitæ,

Matt. 7, 16

E

Luc. 21, 19

397 Hæc pro tanto dixerim: quia cum omnia quæ ſuperius ſcripta ſunt, ſint per me dictata & ſcripta, ut ſanctitas hujus virginis innoteſcat Eccleſiæ ſanctæ catholicæ ac Rectoribus ejus, operæ pretium putavi, propter caſus ſupradictos, unum Capitulum de patientia ejus dictare, ne aliquis de ipſius ſanctitate poſſit rationabiliter dubitare. Quia vero (ut infra, duce Domino, oſtendetur) tota vita ejus fuit patientiâ decorata, recitando actus ejus patientiæ, totam quaſi hanc Legendam epilogabo, quantum Dominus duxerit concedendum: potiſſime propter faſtidioſos lectores, quibus in materiis devotis videtur una hora tota die prolixior, in fabulis autem vel nugis, dies apparet brevior hora. Volentibus igitur de patientia hujus virginis breviter pertractare, ordinate nimis eſt procedendum, ut ordo ipſe, prolixitate ſeclusa, brevitatem adducat.

qua præcipue ex patientia definitur.

F

398 Porro virtutem patientiæ verſari circa ea quæ adverſantur homini, nullus, qui conditionem virtutum novit, ignorat: quod & ipſum nomen ejus deſignat, quod à patiendo ſe derivatum oſtendit. Homini enim adverſantia generali diviſione ſunt in duplici genere, juxta duplicem ſubſtantiam ejus; quædam enim adverſantur animæ, quædam corpori. In adverſis autem animæ nulla eſt patientia virtuoſa, imo ſemper eſt vitioſa: quam reprehendit per ironiam & figurativam locutionem beatus Apoſtolus, ad Corinthios ſcribens: Libenter ſuffertis inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes. Sed in adverſis corporis principaliter virtus patientiæ locum habet, intelligendo per corpus cuncta quæ ſenſibiliter patent homini viatori, ſive pertineant ad corporalia procuranda, ſive ad ſpiritualia promovenda, ut clarius patebit inferius. Verum bona quæ in hac vita poſſunt per homin-m poſſi-

2. Cor. 11, 16

verſante circa contraria triplici bonorum generi,

AUCTORE RAYMUNDO CONFESSARIO

possideri, trifarie secundum philosophos dividuntur, quædam enim sunt delectabilia, quædam utilia, quædam honesta: & in horum privatione pro semper vel ad tempus, virtus patientiæ locum habere dignoscitur. Bona delectabilia sunt, vita corporis, sanitas ejus, deliciæ tam ciborum quam vestium, & cetera quæ carnem delectant, inter quæ etiam venerea numerantur. Utilia vero sunt divitiæ, quæ multas in se materias comprehendunt, scilicet domorum, agrorum, pecuniarum, animalium, iocalium, & omnium ex his descendentium, consanguineorum & servitorum copia, & cuncta quæ adjuvant viventem in hac vita mortali. Honesta autem sunt bona, quæ reddunt hominem honorabilem in aliorum conspectu, sicut bonum nomen sive bona fama, honesta amicitia, laudabilia studia, & cuncta quæ adjuvant ad exercendum actus virtutum. Prædictorum autem quædam sunt omnino illicita, & illa sunt præcidenda ex toto: quædam sunt impeditiva de se perfecti status virtutum, & illa sunt cavenda & (quod melius est) contemnenda: quædam sunt licita, & quædam sunt necessaria vitæ humanæ: & horum privatio patienter est sustinenda, sicut magis particulariter hæc omnia infra patebunt, dum actus hujus sacræ virginis, juxta præscriptum ordinem, magis particulariter disseremus.

B

qua S. Catharina per totam vita insignis

398 Redeundo igitur ad propositum nostrum, quod est, epilogando, quæ dicta sunt de perfectione patientiæ hujus virginis, juxta quod concesserit Dominus, pertractare; noveris, lector bone, quod hæc sacra virgo, attendens quod patientia nihil prodesse posset, nisi prius amoveret à se illicita, & potissime veneris voluptates, antequam ad ætatem perveniret, in qua eas experiri valeret, ipsas à se tam potenter quam prudenter abscidit. Nec hoc factum est absque inspiratione divina & notabili visione, qua in sexto ætatis suæ anno corporalibus oculis suis vidit Dominum, in Pontificalibus vestibus sedentem, atque corona summi Pontificis decoratū, in pulcherrimo thalamo supra Fratrum Prædicatorū ecclesiam situatum; necnon & cum Petro & Paulo atque Euangelista Joanne associatum; qui clementibus oculis eam respiciens, regali dexteta benedixit, tamque perfecto sui amore animam ejus replevit, quod evacuatis puellaribus moribus, in illa ætatula, pœnitentiæ & orationi se dedit; & profecit in tantum, quod in sequenti anno, qui fuit suæ ætatis septimus, votum perpetuæ virginitatis emisit coram beata Virgine seu ejus imagine, præcedente prius deliberatione matura & oratione diutina, prout supra in secundo & tertio Capitulis primæ partis latius continetur.

illicitas voluptates abdicavit,

C

399 Verum quia noverat puella devota, quod ad statum virginalem servandum nimis utilis & forsitan necessaria erat parcitas victus, & abstinentia cibi & potus; hanc ab ætate tenera inchoavit, & in ætate perfecta non tantum laudabiliter sed nimis mirabiliter consummavit. Nam prout supra in dicto tertio Capitulo primæ partis est tactum, ac in sexto ejusdem partis Capitulo distentius recitatum est, ab infantia cœpit esu carnium, ut in pluribus, se privare. Deinde crescente parumper ætate, se carnibus privavit ex toto, bibens vinum ita lymphatum, quod vix saporem vini videbatur habere. In quintodecimo autem ætatis suæ anno, cœpit à vino totaliter abstinere carnem suam; cunctaque cibaria cujuscumque generis abdicans à seipsa, solum panis & crudarum herbarum sibi esum & usum retinuit. Demum in vicesimo anno ætatis, ejusdem etiam esu panis totaliter se privavit, de crudis tantum herbis proprium reficiens corpus: & sic perseveravit usque ad tempus illud, in quo novum & mirabilem modum vivendi ei concessit Deus omnipotens, scilicet absque cibo quocumque manendi: quod fuit, si non fallor, circa vicesimum quintum vel vicesimum sextum ætatis suæ annum, de quo latissime scriptum est in quinto Capitulo secundæ partis, ubi recitantur causa & modus cur & qualiter ad hunc statum pervenit, & murmurantibus ac contemnentibus modum illum vivendi, sufficienter (si non nimis decipior) respondetur.

carnibus, vino, & pane abstinuit.

D

400 Quamobrem visis puritatis & parcitatis præludiis, per quæ præciduntur carnis oblectamenta cuncta, tamquam illicita; nunc ad hujus sacræ virginis patientiam descendamus. Sed noveris, lector bone, quod pro magna parte ejus patientia circa privationem honestorum bonorum versata est, licet infirmitates corporis & mortis violentæ pericula passa sit: sed hæc erant ei ad gaudium, ut infra patebit, illa vero nimium affligebant ipsam. Quæ vero persona fuit ei domestica vel conjuncta, quæ ipsam non afflixerit illa privatione à sua infantia usque ad ejus transitum? Et prima fuit genitrix ejus, & ipsius germani; qui eam volentes tradere nuptui in principio suæ adolescentiæ, omni honesto bono (quantum in eis fuit) eam privaverunt, ita ut cellam habitationis ei auferrent, & ipsam coquinæ squalloribus deputarent, ut nec orare posset, nec meditari, nec aliquem actum virtutis contemplativæ seu speculativæ exercere. In qua persecutione quanta fuerit ejus patientia, & quam læta, in quarto Capitulo primæ partis hujus Legendæ plenius recitatur. Miro enim modo & mirabilibus viis ac virtuosis, stans immobilis in virginitatis proposito, corde ac vultu lætissimo serviebat: nec propter occupationem ministerii aut privationem cellæ, orationis instantiam relinquebat, nec (quod plus est) diminuebat, imo semper augebat, donec vicit simul persecutiones & persecutores, ut patet in dicto Capitulo. Sed post ista, cum austeritates tam disciplinarumquam nocturnarum vigiliarum & strati duritiem vellet impedire hostis antiquus, matrem ejus Lapam iterum contra eam concitavit, quasi usque ad rabiem inclusive. Ipsa vero patientia forti, ac miranda discretione munita, quod mirum est dictu, & matris furorem placavit, & suum rigorem constanter servavit, ut in sexto Capitulo primæ partis plenius continetur.

E

multa, toleravit pro servando castitatis proposito

& pro studio pœnitentiæ

401 Præter autem omnia hæc, quanta ei procuraverit inimicus homo impedimenta honesti boni, consistentis in continuæ orationis devotione, in sui corporis afflictione, in proximi subventione, non est facile recitare: sed ubi hæc in Legenda notata sunt, particulariter differam. Studuit igitur modis omnibus hostis antiquus sibi possibilibus, virginem sacram à sui æterni Sponsi amplexibus primo removere, deinde subtrahere, tandemque saltem impedire in parte ad tempus: sed illa removentem forti fervore prostravit, subtrahentem sapienti consilio vicit, impedientem constanti virtute confudit. Removere siquidem eam à sancto proposito conatus est hostis malignus, primo per sororem nuptam, quæ per vanam curiositatem capillorum & vestium, Domino pro meliori hoc permittente, ipsam attraxit, ut in quarto Capitulo primæ partis latius continetur. Secundo per germanos & matrem, quibus inerat voluntas ipsam maritandi, ut in eodem Capitulo plene narratur. Et tertio per seipsum, inferendo ei tentationum molestias, etiam usque ad illusiones visibiles procedendo, sicut in quadam scriptura noviter reperi, quæ per scriptores epistolarum ejus fuit notata, antequam habitum sanctæ conversationis acciperet, de cujus susceptione fit mentio in septimo Capitulo primæ partis.

F

atque orationis:

402 Nam ipsa aliquando orante coram imagine Christi

A Christi crucifixi, hostis antiquus se iniecit in medio, vestem panni serici habens in manu, & parans se ad induendum virginem illa veste: quæ licet ipsum deridendo contemneret, Crucisque signo se muniens, ad Crucifixum se verteret; ille tamen postquam disparuit, tantam ibi tentationem de vestium pompis reliquit, quod mens virginis fuit non modicum perturbata: sed mox recordata propositi virginalis, sic allocuta est Sponsum suum: Dulcissime Sponse mi, tu scis quod præter te nunquam sponsum quemquam appetii: tu mihi succurre, ut has vincam tentationes in nomine sancto tuo. Nec peto ut ipsas auferas à me, sed ut misericorditer victoriam de his mihi concedere digneris. Hoc sermone completo, apparuit ei Regina virginum Mater dei, quæ de latere Filii crucifixi pulcherrimam vestem trahere videbatur, quam ipsa etiam ornabat vernantibus & coruscantibus gemmis, & deinde virginem illa decora veste induit, dicens: Sciens scito, filia, quod vestes quæ de latere Filii mei procedunt, omnes alias vestes excedunt in pulchritudine & decore. Quo facto omnis abscessit tentatio, virgoque remansit non medioeriter consolata: sicque factum est, ut forti fervore virgo triplicem aciem vinceret, quarum quælibet nitebatur eam à sancto proposito removere.

diabolicas illusiones superavit,

B

prudens in omnibus,

403 Porro subtrahentem cohortem (ut dictum est) sapienti vicit consilio, dum primo matrem volentem ipsam ab asperitate vitæ retrahere, sapienter placavit, nihil quodammodo de sua pœnitentia minuendo, prout est superius repetitum. Secundo cum Confessorem proprium & consiliarios utriusque sexus, sumptionem cibi ex ignorantia sibi suadentes, sapientissime declinavit, ut in quinto Capitulo secundæ partis est dictum. Et tertio, tam Superiores quam alios prohibentes eam ad quædam loca ire, quo ipsam divina revelatio jubebat accedere, aut facere facta quæ Dominus ipsam mandabat implere, non minus sapienter quam mirabiliter mitigando, & divinam obedientiam semper perfecte implendo. In quo quanta patientia sua usa fuerit, nec calamus nec lingua sufficerent explicare. Novi ego circa talia tantas & toties virgini sacræ illatas injurias, etiam ab his qui magis eam consolari deberent, quod sufficientem me non reputo ad narrandum, nec licentiatum ad explicandum: sed non minus novi, omnia hæc ipsam cum forti patientia & sapienti consilio superasse.

C

maxime erga Superiores imperitos,

404 Ceterum videns serpens antiquus, quod nec removere, nec subtrahere eam posset à sancto proposito; conatus est saltem ad tempus ei dare impedimentum, tam per se quam per diversas personas, de quibus particularius infra differetur. Et primo per matrem, quæ duxit eam ad balneum, ut saltem eam ad tempus retraheret à disciplinis, & à ceteris austeritatibus: sed ipsa magis austeram scivit ibi invenire pœnitentiam quam in propria cellula, sustinendo videlicet aquas ferventiores patienter & diu, prout in septimo Capitulo primæ partis plenius scripsi: quod tamen (ut ibi dixi) mihi non videtur esse potuisse absque miraculo, quod videlicet caro ejus absque mortali vel saltem notabili adustione transierit. Secundo per indiscretos Prælatos & Prælatas seu Prioriſſas ignorantissimas, à quibus sæpissime impediebatur; tam circa confessionem quam libentissime frequentabat; quam circa orationem, quam ardentissime cupiebat; quam etiam circa diversos actus suæ frequentissimæ orationis: quos quia sicut animales non intelligebant, condemnabant lucem existentes in tenebris; & habitantes in vallis profunditate, montium cacumina metiri volebant, prout in quinto Capitulo secundæ partis me recolo latius scripsisse. Verum ut melius pateat ejus patientiæ magnitudo, hic decrevi aliqua particulariter ponere, quæ ibi recitata non sunt. Licet enim absque aliquorum religiosorum rubore non valeant recitari, melius tamen est quod publicentur, quam quod dona Spiritus Sancti, concessa huic sacræ virgini, occultentur. Nam hinc poterit lector intelligere timorem pariter & amorem: timorem, audiendo culpas offendentium; & amorem, cernendo patientis virtutem; ut ex uno recedat à malo, ex alio accedat ad operandum bonum in patienta forti.

Auctore RAYMUNDO CONFESSARIO

405 Noveris igitur, lector bone, quod antequam hujus sacræ virginis meruissem habere notitiam, vix poterat unum actum devotionis exercere in publico, quin pateretur calumnias, impedimenta, & persecutiones, ab his potissime, qui magis debuissent ei favere, ac etiam ad actus eosdem continue promovere. Nec mireris: quia (sicut dixi superius in quinto Capitulo secundæ partis) nisi spirituales personæ perfecte proprium amorem extinxerint, acriorem incurrunt invidiæ foveam, quam quicumque carnales: sicut exemplum posui ibidem de Pachomii monachis, qui propter abstinentiam Macarii, quam imitari non poterant, dicebant se de monasterio recessuros, nisi expelleretur Macarius. Sic profecto accidit & in proposito nostro: cum enim Sorores de pœnitentia B. Dominici cernerent, Catharinam puellam cunctas Sorores in austeritate vitæ, morum maturitate, ac orationis & contemplationis devotione præcedere; mox in quasdam ex eis ingressus est serpens antiquus, sator invidiæ, cœperuntque Pharisæorum more, actibus ejus detrahere, tam publice quam occulte, ipsamque corrigendam esse, tam inter se quam apud Prælatos Ordinis frontose denuntiare. Si quæ vero forent, quæ magnam excellentiam prætendebant, imo clarius ostendebant, non valentes negare quod omnibus erat notum, Pharisæis se sociantes & Scribis, in Beelzebub principe dæmoniorum eam signa facere asserebant. Hæ mulieres, tamquam Evæ filiæ, ita infecerunt & ad suum errorem traxerunt Adam, id est, Ordinis Prædicatorum quosdam Rectores & Patres, quod quandoque conversatione, quandoque sacra Communione, quandoque etiam Confessione seu Confessore ipsam fecerunt privari: quod illa patientissime ac sine murmure supportabat & sustinebat, ac si non esset illa cui fiebant tales injuriæ: nec quisquam potuit eam de talibus querulantem aut murmurantem audire unquam: imo putabat cuncta illa fieri sancta intentione, ac pro animæ suæ salute: reputabatque se amplius obligatam ad orandum pro eis, & non tamquam pro persecutoribus, sed tamquam benefactoribus singularibus & dilectis.

E

de ipsa sinistre judicantes,

F

Sacramenta subtrahentes,

406 Præter hæc autem si permittebatur Communionem accipere, volebant quod cito de oratione surgeret & recederet de ecclesia: quod ei impossibile reddebatur omnino. Tanto namque fervore sacram sumebat Communionem, quod spiritus ejus rapiebatur à sensibus, nec corpus illud aliquid actualiter sentiebat, sicque stabat per plures horas, prout supra in secundo & ultimo secundæ partis Capitulo latius est narratum. Illi vero qui per prædictas Sorores erant seducti, adeo contra ipsam fuerunt quandoque accensi, quod illam in ea extasi positam capientes, violenterque levantes, sic insensibilem & rigidam extra portam ecclesiæ projecerunt, tamquam quoddam abortivum; ubi sub fervore solis sociæ ejus hora meridionali eam custodiebant, non sine lacrymis, quousque rediret ad sensus corporeos. Quidam etiam (ut relatum est mihi) pedibus eam percusserunt, animo irato, dum esset in illo raptu: nec usquam est auditum verbum de ore ipsius, quod

& in extasim rapta multimodis molestos.

AUCT. RAYMVNDO CONFESS.

de omnibus his vel de aliquo talium ſe diceret eſſe gravatam: imo nec de illa materia unquam faciebat ſermonem, niſi forſitan excuſando illos qui fecerant, cum ſuæ vel ſui obloquebantur de eis.

407 Verum quanto ipſa magis injuriis illatis patientiam ſervabat perfecte, tanto amplius Sponſus ejus, judex juſtiſſimus, contra injuriantes iraſcebatur, ipſoſque durius puniebat. Nam prout tam à Confeſſore, qui me præceſſit, quam à pluribus aliis fide dignis percepi, cum primo ejus merui notitiam; quædam Domina eam ſemel ſic in extaſi poſitam, indignans pede percuſſit: ſed cum reverſa eſſet ad propriam domum, ſubito mortali dolore correpta, abſque ſuccurſu Sacramentorum eccleſiæ, infra breviſſimam moram expiravit. Quidam autem alius miſellus, cui melius extitiſſet ſi natus ex utero non fuiſſet, qui etiam dictum actum pedis fecit, & inſuper ipſam ſemel extra portam eccleſiæ poſuit injurioſe ac violenter, tam dure fuit punitus, quod vix audeo recitare. Hic infelix, quem optime novi, in tantum proceſſit ad actum odioſum contra virginem ſacram, quod (ut mihi fuit à fide dignis relatum) præter actus ſupraſcriptos, ſemel ipſam deliberavit occidere: nec defuit quidquam, niſi quia eam, ubi credidit, B non invenit. Ipſa tamen hæc omnia ignorabat, ſed Sponſus ejus, qui nihil ignorat, hæc omnia vindicabat. Nam ille poſt non multos dies ad alium locum acceſſit, in quo nulla præcedente ſeu operante infirmitate corporea, factus eſt phreneticus ſeu maniacus, ne dixerim, dæmoniacus. Clamabat die noctuque, Juvate me propter Deum, quia ecce officialis vult me capere & decapitare. His auditis, illi qui aderant ei in domo, confortantes eum ne timeret, verbis & factis perpenderunt, quod non erat capax cujuſcumque remedii, ſed ex toto amens fuerat effectus. Unde cœperunt eum diligenter cuſtodire, potiſſime quia verbis & ſignis oſtendebat ſe ipſum velle occidere. Quid plura? Dum poſt aliquot dies videretur reverſus in ſe, nec cuſtodia fieret ſicut prius, clam de nocte diſceſſit extra oppidum illud, & tamquam alter Judas, inter fruteta ſeipſum ſuſpendit, vel ut magis proprie loquar, ſe ſuffocavit: non enim in loco alto ligavit funem, quo ſe occidit; ſed ad ſtipitem cujuſdam arboris, & ipſe ſedens in terra, cum altero ejuſdem funis capite proprio collo colligato, ſeipſum pura violentia ſuffocavit; ut mihi retulit ille, qui eum ſic ſuffocatum invenit, & cadaver ejus ad terram illam reduxit, licet in ſacro loco ſepultus non fuerit, C nec quacumque ſolennitate, ſed in ſterquilinio humatus ſecrete fuerit, ut decebat. Ex his omnibus poteſt lector perpendere, quanta fuit in hac virgine patientiæ virtus, & quam grata fuerint opera ejus Altiſſimo, qui tam dure vindicabat injurias ejus.

ex his duo miſeri pereunt:

CAPUT VII.

Patientia in obſequiis ægrotantium, in injuriis, in doloribus & vexationibus dæmonum.

Famæ dē. na ſuſtinēs patienter,

408 PRæter hæc autem, quia inter bona honeſta, fama bona & amicitia virtuoſa non immerito numerantur, hic neceſſitor ſuperaddere quædam graviſſima, quæ paſſa eſt circa duo prædicta: & cum hoc incomparabilem patientiam ejus, quæ forſitan dicenda eſt potius fortitudo & ſupereminens caritas quam patientia, ſicut in quarto Capitulo ſecundæ partis eſt recitatum ad plenum. Fatentur ſiquidem omnes ſacri Doctores, teneram eſſe virgineam famam, & puellarem pudorem nimis delicatum: propter quod nihil in eis durius quam infamiæ macula, nihil aſperius quam impoſitio corruptelæ. Hac ex cauſa, inter ceteras, voluit Dominus Reginam virginum matrem ſuam, ſponſum putativum habere. D Hinc etiam in cruce poſitus, eamdem matrem virginem virgini commendavit Joanni. Suſtinere igitur hanc infamiam patienter, plus oſtendit virtutem patientiæ in virgine, quæcumque ſit illa, quam quodcumque tormentum corporis violenter illatum. Quamobrem tria quæ continentur in prædicto ſecundæ partis Capitulo quarto, quæ hanc tangunt materiam, hic epilogando repeto: quorum primum eſt mirabile, ſecundum mirabilius, & tertium nimis exceſſive mirandum.

calumnioſa & leproſa infervit conſtanter,

409 Et primo quidem ibidem ſcribitur, quod dum quædam mulier Cecca nomine, in quodam hoſpitali jaceret infirma, & facta eſſet leproſa, careretque non tantum rebus neceſſariis, ſed etiam miniſtrante, quia nullus volebat ei miniſtrare propter lepræ infectionem; ſancta virgo hæc ſentiens, illuc lætanter acceſſit, ſeque ei obtulit perſonaliter miniſtraturam & ſervituram, ac de cunctis neceſſariis proviſuram: & quod verbo dixit, facto perfecte implevit. Quod dum fieret, infirma de beneficio recepto ſuperbiens, benefactricem ſuam verbis injurioſis & quodammodo infamatoriis objurgabat, & ſæpiſſime provocabat: ſed illa, armata patientiâ forti, in nullo eſt mota. Deinde cum ex contrectatione leproſæ, manus virginis læpra eſſent infectæ, perſeverans conſtanter in ſancto ſervitio, præeligebat lepram incurrere, quam objurgatricis ſuæ ſervitium relinquere: nec dimiſit eam, quouſque ipſam propriis manibus ſepelivit, & tunc miraculoſe de manibus virgineis lepra diſceſſit. Et omnia hæc caritas, quæ patiens eſt & benigna, docuit eam pati & vincere. E

alteriſimiliter injuriosa

410 Secundo ibi adducitur quædam Palmerina, ejuſdem habitus religionis cum ea, quæ odio peſſimo & indurato virginem perſequens & infamans, ad infirmitatem corporis primo, deinde ad utriuſque hominis mortem ſuis demeritis eſt deducta: nec evaſiſſet damnationem æternam, niſi eam orationes illius quam odiebat, potentiſſime adjuviſſent. Miro etenim modo in hoc caſu operatus eſt Dominus, ut ſimul & cor peccatricis per gratiæ ſuæ privationem induraretur, & cor virginis Catharinæ per caritatis ſuæ infuſionem accenderetur: quantoque illa magis indurabatur, tanto magis iſta accendebatur. Vicit tamen in fine ſanctæ caritatis perfectio, & mollificata eſt duræ caritatis defectio. Vicit Catharina virgo, ferventer & perſeveranter orando, quidquid ſerpens antiquus operatus fuerat Palmerinam indurando: tantaque gratia fuit in corde diffuſa & F labiis Catharinæ, quod quodammodo damnatam animam ſalvavit Palmerinæ: ſed & Salvatori tantum placuit ſervitium Catharinæ, quod expreſſe dixit precibus ejus ſalvatam animam Palmerinæ. Et hoc totum perfecit perfecta patientia, quam caritas formabat in mente Catharinæ, prout in dicto quarto Capitulo ſecundæ partis plenius continetur.

æternam ſalutem impetrat:

411 Porro licet in primo duorum actuum ſupraſcriptorum hæc ſacra virgo patiens admodum oſtendatur, in ſecundo autem ſimul patiens & mirabilis videatur, in tertio tamen qui ſequitur, pluſquam patiens & ſupermirabilis demonſtratur. Fuit ſiquidem, ut in dicti Capituli parte ultima ſcribitur, in civitate Senenſi anus quædam ejuſdem religioſi ſtatus cum virgine ſacra, quæ juxta illius patriæ morem, maſculino nomine mutato in femininum, vocabatur Andrea. Hæc cancri morbum patiebatur in pectore, adeo corroſivum & infectivum, quod præ fœtore quem emittebat, nullus niſi clauſis naribus ei poterat appropinquare: qua ex cauſa, miniſtrante ſeu ſerviente quaſi carebat ex toto. Quo percepto per virginem, non diſtulit ſe propter Chriſtum Andreæ ſervitio

tertia cancroſa vitæ horrore miniſtrans.

A ſervitio mancipare, nec prohibebat eam fœtor ſeu quæcumque infectio, quin apertis naribus, læto corde ſimul & vultu, ulceroſæ illi appropinquaret, eique diligentiſſime miniſtraret, vulnuſque detegeret, ſaniem abſtergeret & lavaret, ac omni moroſitate circumligaret, abſque quocumque faſtidio: &, ſi naturaliter nauſea inſurgebat, tamquam perfecta propriæ carnis caſtigatrix, faciem ſupra vulnus ponebat, & tam diu ſuſtinebat horrendum illum fœtorem, donec pene proprium corpus deficiebat.

ab ea tamquam non caſta traducitur,

412 Ingreſſus eſt autem ſatanas in Andream, ſicut prius in Palmerinam intraverat, & paulatim contra ſibi ſervientem virginem ſuſpicando & murmurando ad tantam deducta eſt dementiam, quod falſo turpiter ſacram virginem infamavit, etiam apud Sorores ejuſdem religionis, dicens quod per carnalem corruptelam virginitatem perdiderat virgo pura. Illa vero perceptis his rumoribus, licet ex intimis cordis affligeretur pluſquam poſſet etiam credi, facta tamen ſuæ innocentiæ apud Sorores excuſatione veridica, Sponſoque ſuo per lacrymoſam orationem in auxilium invocato, in nullo infirmæ ſuæ neglexit ſervitium, imo diligentius quam prius ei miniſtrans & aſtans, forti patientia vicit malitiam ejus. Cujus

B quidem patientiæ meritis, in ſanctitatis ejus teſtimonium, dicta infamatrix vidit eam coram ſe transfiguratam, & magnæ lucis radiis circumdatam, faciemque ejus in vultum Angeli transformatam patenter aſpexit, inconſuetamque mentis conſolationem percipiens, ut ipſa poſtmodum teſtabatur, per grande donum Dei ſuam recognovit iniquitatem.

ſed innocẽs miraculo comproba-ta,

Unde veniam ab ipſa petens cum lacrymis, cunctas apud quas eam infamaverat advocavit, & ream ac maledictam ſeipſam clamitans, quæ viderat cum lacrymoſis clamoribus recitavit: ac illa, quæ prius falſo dixerat, revocavit; aſſerens Catherinam non modo puram eſſe virginem, ſed magno ſanctitatis culmine apud Deum florere: hocque ſibi conſtare omni dubio procul pulſo. Sicque ubi putavit ſatanas famam virginis maculare, ibi ſuis invitis dentibus augmentavit: quod totum operatus eſt Dominus, virtute patientiæ mediante. Hinc enim cœpit fama virginis creſcere amplius, quouſque pervenit ad Apoſtolicum thronum, duorum ſcilicet ſummorum Pontificum & quam plurium Cardinalium.

413 Verum hac in hiſtoria unum fuit additamentum nullatenus omittendum: accidit namque poſt

C omnia hæc, quod virgine diligentiſſime miniſtrante Andreæ illi quæ cancrum patiebatur, forte hoſte humani generis ſemel operante, dum vulnus illius fœtidum detexiſſet, ſtomachus ejus mirabiliter eſt commotus, cum abominatione non parva. De quo ipſa contra proprium corpus iraſcens, Vivit inquit, Dominus Sponſus meus, propter cujus amorem huic Sorori meæ deſervio, quod illud quod tu abomina-

ſaniem & aquam, qua ulcus lavaverat, bibit,

ris, intra viſcera tua claudetur. Et hæc dicens, vulnus lavit, loturamque cum fœdiſſima ſanie in quadam ſcutella collegit, & bibit. Quo facto ſequenti nocte ei apparuit Dominus, dicens eam per illum actum exceſſiſſe cuncta quæ hactenus fuerat operata: & addidit, Quia tibi tantam violentiam feciſti, & amore mei tam abominabilem potum ſumpſiſti, dabo tibi potum mirabilem, quo mirabilis apud omnes homines efficieris. Et hæc dicens, ut ei videbatur, os ejus applicabat ad proprium latus, inquiens: Bibe, filia mea, de latere meo abunde potum, mirabilem ſimul & delectabilem, quo non tantum anima tua, ſed & corpus tuum ſatiabitur, quod propter me contempſiſti. Ex illa autem hora cœpit ſtomachus ejus non amplius appetere cibum naturalem, nec ipſum poſſe digerere: quod nec mirum: pro-

pinquante enim fonte vitæ, potum vitalem hauſerat abundanter; illaque ſatietate repleta, nullius alterius cibi egebat auxilio. Hinc venit & proceſſit illud jejunium ejus mirabile, de quo in quinto Capitulo ſecundæ partis latiſſime ſcribitur, & ſuperius etiam tangitur ſub brevitate verborum. Sed hæc omnia de virtute patientiæ procedebant; quia caritas quæ diffuſa erat in corde virginis, ſuſceperat verbum vitæ in terra bona & optima, fructumque afferebat in patientia: triceſimum quidem in ipſo ſigno Ceccæ ſeu Franciſcæ leproſæ; ſexageſimum autem in ſecundo, quod fecit Dominus circa Palmerinam per virginem Catherinam; & centeſimum in tertio, quod ultimo ſcriptum eſt de Andrea, imo ſi fas eſt dicere, pluſquam centeſimum.

AUCT. RAYMUNDO CONFESS. *ideo ex latere Chriſti potata.*

414 His igitur recitatis notabilibus ſignis, quæ in ejus Legenda per me ſunt deſcripta latius: utile reputo, ut ad quædam in præſentiarum nos extendamus, quæ in dicta Legenda fuerunt obmiſſa. Mirum eſt enim dictu, ſed magis mirabile fuit facto: vix namque fuit aliquis vel aliqua ex his, qui ejus monita & exempla notando cum ea converſabantur, qui vel quæ non fecerit ei injuriam uno vel alio modo, aut non notabiliter contriſtaverit eam: quia ſic operabatur ſatanas, ipſam etiam per ejus viſcera perſequendo. Sed ipſa (licet in talibus plus longe pateretur, quam injuriis extraneorum, ut mihi confeſſa eſt) tam forti & cauta patientia cuncta vincebat, quod (ſicut tunc recolo me pluries dixiſſe, ac nunc coram tota Eccleſia Dei confiteor) plus me illa ædificavit patientia, quam quæcumque videram & audiveram de moribus & actibus ejus, ſive eſſent ſigna, ſive quæcumque alia, quantumcumque magna. Erat columna immobilis, pondere ſancti Spiritus fixa in caritate tam grandi, quod nullis perſecutionum tempeſtatibus poterat etiam vultus ejus in diverſa mutari. Nec mirum, fundata enim erat ſupra firmam petram: & juxta dictum Sapientis, fundamenta æterna

E *Multa etiã à familiaribus patiens,*

ſupra petram ſolidam, & mandata Dei in corde mulieris ſanctæ. Adeo namque anima ejus ſe ſummæ petræ Chriſto conjunxerat ſuper fundamenta æterna, quod ſancta mulier Dei mandata in corde immobiliter retinebat. Eccli. 26, 24

415 Scivi enim ego unum ex noſtris quandoque ita fuiſſe ſeductum à ſatana, quod ſæpe magna improperia & turpiſſimas injurias ei dicebat, etiam in præſentia ſociarum ejus. Illa vero in tantum patiens erat, quod nullum verbum aut ſignum perturbationis aut contriſtationis erga illum quomodolibet

F oſtendebat; imo ſociabus audientibus diſtrictiſſime injungebat, quod in nullo turbarent illum aut contriſtarent, prohibens quod nihil nobis revelarent de his quæ audierant verbo vel ſigno. Ille autem ex ejus patientia factus deterior, uſque ad rapinam pecuniarum quæ virgini eleemoſynaliter dabantur proceſſit: nec illa in aliquo mota eſt à caritate priori, nec permiſit quod aliquis ex nobis, quibus hæc rapina conſtabat, propter hoc moveretur ad verbum vel ad factum cujuſcumque querelæ: ſed in ſilentio & in ſpe fortitudo ejus ſemper manebat, ſicque cuncta vincebat, ac nos eodem modo vincere verbo & exemplo docebat. *diſſimulat unius pro. terviam & rapinam,*

416 Præter omnia vero iſta, ſi patientiam ejus quam in infirmitatibus corporis habuit & oſtendit, rimari velimus, deficiet forſitan nedum calamus, ſed intellectus. Patiebatur ſiquidem aſſidue, immo continue, dolores iliacos, (ſicut in ſexto Capitulo ſecundæ partis circa principium clarius eſt recitatum, ubi ponitur etiam cauſa illius infirmitatis, quæ fuit liberatio animæ Jacobi patris ſui de purgatorii pœnis) ac cum hoc dolorem capitis quaſi continuum: & ſuper hæc ſingularem & continuum dolorem *continuos corpori dolores ſuſfert.*

AUCT. RAYMUNDO CONFESS.

habebat in pectore, ut ipſa mihi confeſſa eſt, dicens quod ex illo die, quo Salvator eam fecit pœnas ſuæ ſacratiſſimæ paſſionis guſtare, ſicut in ſexto Capitulo ſecundæ partis ſuperius eſt deſcriptum, remanſit ſibi dolor ille pectoris, quem aſſerebat excedere ceteros dolores ſuos corporeos. Item cum iſtis doloribus omnibus tam acerbis, frequentiſſime, ut in pluribus, patiebatur febres. Nec propter cuncta hæc unquam audita ſeu viſa eſt querulari, aut triſtem vultum etiam ad horam oſtendere; imo vultu lætiſſimo cunctos ad ſe venientes recipiebat & conſolabatur: & ſi non ſuffeciſſent conſolationes verbales, opuſque foret ipſam aliquos labores aſſumere pro animarum ſalute, omnes prædictæ infirmitates eam non poterant prohibere, quin de lectulo ſurgeret & laboraret, ac ſi numquam fuiſſet aliquid horum paſſa, prout in dicto ſeptimo Capitulo ſecundæ partis eſt tractatum.

& crebras dæmonum vexationes,

417 Ceterum quid paſſa ſit à dæmonibus, non agiliter poteſt referri. Tactum eſt enim & recitatum in ſecundo Capitulo ſecundæ partis, qualiter pluries ab eis fuit in ignem projecta, licet non in aliquo læſa, juxta fide dignorum teſtium aſſertionem, qui fuere præſentes. Sed ego vidi & interfui, dum de
B itinere rediremus ad civitatem Senenſem, & jam eſſemus propinqui civitati, ipſaque ſuper aſellum ſederet, quod impetuoſo ictu projecta eſt de animali ubi ſedebat, & cum capite deorſum pendente, non ad parvam proſtrata eſt profunditatem: quod ego cernens, cum beatam Virginem invocaſſem, mox vidi eam in terra ridentem ac lætam, dicentemque quod Mala-taſcha, id eſt dæmon, hoc fecerit. Cum autem repoſita eſſet ſuper idem animal, vix proceſſeramus ad jactum baliſtæ, & idem malignus ſpiritus ipſam cum animali projecit in lutum; fuitque talis caſus, quod animal ſuper eam jacebat. Tunc ipſa ſubridens, ait: Iſte aſellus calefacit mihi latus ubi patior dolores iliacos: ſicque deridebat hoſtem, nihil patiens mali. Nos autem cum vix eripuiſſemus eam de luto, ubi ſub animal: jacebat, noluimus quod amplius aſcenderet animal: & quia propinqui eramus civitati, duximus eam peditem in medio duorum ex nobis. Sed nec ſic deſtitit hoſtis antiquus quin eam traheret modo hinc modo inde; ita quod niſi tenuiſſemus eam, cecidiſſet indubitanter in terram. Ipſa vero ridens & læta facie, hoſtem deridendo deſpiciebat & ſubſannabat. Verum hanc illuſionem ſecutus eſt magnus animarum fructus, de quo in dicto Capitulo ſeptimo fit mentio, quem prævidens ſerpens
C antiquus, dolorem quem inde habebat, per dictas moleſtias exprimebat.

maxime circa finem vitæ.

418 Hæ igitur & aliæ dæmonum moleſtiæ, ſicut patientem eam teſtantur, dum currebat in via vitæ præſentis; ſic martyrem ipſam, ſi non nimium fallor, reddiderunt & oſtenderunt; dum caritate operante, ipſam coëgerunt ejuſdem vitæ curſum cum pœnis incredibilibus terminare, ſicut in ſecundo tertiæ partis Capitulo latius eſt & plenius enarratum. Et adverte, lector, quod beatiſſimus Antonius, ſitiens martyrium & petens illud à Domino, tali exauditus eſt modo, quod fuit duriſſime à dæmonibus verberatus, ſed non fuit ex hoc corporea vita privatus. Hæc autem ſacra virgo, & verberata frequenter & flagellata, tandem in ultimis ex eorum flagellis fuit hac vita privata: quod apud intelligentes demonſtrationem inſolubilem, de ſanctitate ejus, concludit verum teſtimonium: tamen tam propter fortitudinis ejus oſtenſionem, quam propter linguarum detrahentium reprehenſionem, unum hic cogor apponere, quod eam demonſtrat ſimilem Sponſo ſuo, ſaltem quantum ad initium paſſionis. Et quia mihi notæ ſunt quædam illius paſſionis cauſæ, quæ aliis ſunt ignotæ, neceſſitatus ſum in fine hujus ultimi Capituli D hanc narrationem annectere, ad incarnatæ veritatis & Catherinæ virginis ſponſæ ejus gloriam & honorem: quidquid hi, qui docuerunt linguas ſuas loqui mendacium, detrahendo loquantur.

CAPUT VIII.

Labores pro pace eccleſiaſtica componenda ſuſcepti.

419 SIcut in decimo ſecundæ partis Capitulo, ubi de ſpiritu prophetiæ hujus virginis agitur, eſt recitatum; anno Domini MCCCLXXV, civitas Florentina, quæ ſolebat inter peculiares filias ſanctæ Romanæ Eccleſiæ computari multiplici ratione, cooperante ſatore zizaniæ, humani generis inimico, ſive ex culpa Officialium Eccleſiæ, ſive forſitan ex ſuperbia ipſorum Florentinorum, aut ex utriuſque partis defectu, ſe cum ejuſdem Eccleſiæ hoſtibus colligavit, & ad deſtructionem totius temporalis potentiæ ipſius Eccleſiæ dedit cum dictis hoſtibus operam efficacem. Qua ex cauſa Romanus Pontifex, qui dominabatur in Italia ſexaginta civitatibus Epiſcopalibus, & decem millibus terris muratis (ut erat fama) quaſi totum perdidit, ita quod paucæ vel nullæ terræ E remanerent ſub dominio ejus. Dum autem hæc fierent, felicis memoriæ Gregorius Papa, hujus nominis undecimus, contra dictos Florentinos fecit proceſſus terribiles, ita ut per totum fere mundum capterentur, ac bonis omnibus ſpoliarentur per dominos & rectores terrarum, ubi ſuas exercebant mercationes. Hac igitur pœna cogente, arctati ſunt ad procurandum habere cum ſummo Pontifice pacem, per medias perſonas, quas noverant ipſi ſummo Pontifici gratas. Fuit autem eis notificatum, quod ſancta virgo propter famam ſanctitatis ſuæ, in conſpectu ſummi Pontificis admodum erat grata. Hac de cauſa prius ordinaverunt, quod ego ad dictum ſummum Pontificem accederem ex parte ipſius virginis Catherinæ, ut ejus iracundiam declinarem, & deinde fecerunt eam venire uſque prope Florentiam. Et egreſſi Priores civitatis ad eam, rogaverunt ab ipſa, magnis precibus poſtulantes, quod perſonaliter accederet Avinionem ad ſæpe dictum Pontificem, ut tractaret pacem inter ipſum & eos. Illa vero *Avenionē deſtinata,* tota plena dilectione Dei & proximi, ac zelans pro bono Eccleſiæ, iter aſſumpſit, & venit Avinionem *a*, ubi me reperit: fuique interpres inter *a* ſummum Pontificem & virginem ipſam, illo Latina verba loquente, iſta vero in lingua Tuſciæ ſua F verba vulgariter depromente. Teſtiſque ſum coram Deo & hominibus, quod benignus ille Pontifex, me audiente & interpretante, poſuit pacem in manibus virginis, dicens: Ut clare videas quod ego volo pacem, ego pono eam ſimpliciter in manibus tuis, tamen habeas tibi recommiſſum honorem Eccleſiæ.

A Florentinis cum Pontifice diſcordibus,

fruſtrà pro pace laborat:

420 Verum quidam viri, qui regebant tunc civitatem prædictam, licet verbo ſe dicerent petere pacem, intrinſecus tamen pleni omni dolo, non intendebant ad pacem; quouſque tandem ad tantam paupertatem duxiſſent Eccleſiam, quod nullam haberet temporalem potentiam, ne poſſet de ipſis vindictam ſumere quoquo modo: ſicut poſtmodum mihi conſtitit ex ipſorum relatione vel aliquorum ex ipſis, qui poſt tempus propalaverunt ea quæ tunc omnino celabant. Agebant enim ſicut veri, ne dixerim, perfecti hypocritæ: nam populo dicebant, quod ipſi quærebant, quantum poterant, pacem habere cum ſummo Pontifice ſeu Eccleſia Dei; ex alia autem parte ſemper pacem impediebant: quod manifeſte patuit in deceptione, quam huic

A hûic ſacræ virgini tunc fecerunt. Nam quando ipſam virginem rogaverunt, quod iter & laborem tantum aſſumeret; promiſerunt ei quod nuntios ſeu oratores ſuos poſt eam tranſmitterent, quibus expreſſum darent mandatum, quod alte vel baſſe nihil agerent, niſi prout & quantum ipſa dictaret & diceret eis. *ipſis fidem fallentibus:* Sed mentita eſt iniquitas eorum non virgini ſacræ, ſed ſibi: miſerunt etenim valde tarde oratores poſt eam, ex quorum tarditate ſummus Pontifex interim dicebat, quando ſacram virginem videbat: Crede mihi, Catherina, ipſi deceperunt & decipient te: ipſi non mittent; & ſi mittant, talis erit miſſio, quod nihil valebit. Quamobrem, poſtquam dicti nuntii pervenerunt Avinionem, virgo ſacra me præſente ipſos accerſivit *b*, dixitque eis ea, quæ ſibi promiſerant Priores & Rectores civitatis, quæ ipſos mittebat; ac narravit qualiter ſummus Pontifex poſuerat pacem in manibus ejus, & quod ex eis concludebatur, quod ipſi poterant habere bonam pacem ſi volebant. Illi vero, tamquam aſpis ſurda, obturantes aures ſuas à ſono pacifico; reſponderunt quod nullum mandatum habuerant de conferendo cum ipſa, nec de faciendo ea quæ ipſa diceret eis. Ex quo perpendens eorum verſutias venenoſas, faſſa eſt ſummum Pontificem fuiſſe prophetam: ſed nec propter hoc deſtitit ipſum rogare judicem, ut non crudeliter, ſed miſericorditer cum eis procederet, plus patrem quam judicem ſe oſtendendo. *c*

b

B

c

In eumdem finem Raymundo Romam ablegato 420 Demum quia Vicarius Jeſu Chriſti deliberavit tunc, ipſa eum inducente, venire ad propriam Sedē Romanam, ſicut & fecit; reverſi ſumus omnes ad partes Italiæ: ac completis quibuſdam negotiis in Tuſcia, quæ concernebant animarum ſalutem, virgo poſt aliquod tempus me Romam ad ſæpe dictum Pontificem miſit, cum quibuſdam bonis, ſi fuiſſent intellecti, tractatibus, pro Eccleſia ſancta Dei. Verum dum eſſem ibidem, coactus ſum per Ordinem meum ſubire onus Prioratus conventus Romani, quem alias gubernaveram, tempore quo felicis memoriæ Dominus Urbanus quintus erat in Urbe, propter quod ad virginem redire non potui. Prius autem quam ad Urbem venirem, contuleram cum quodam cive Florentino, fideli Deo ac ſanctæ Eccleſiæ, qui vocabatur Nicolaus Soderini, & erat ſanctæ virgini valde devotus, ſuper negotiis civitatis Florentiæ, & potiſſime ſuper malitia ſupra ſcripta, qua prætendebant ſe velle pacem cum ſancta Eccleſia, quam tantum offenderant, & nihilominus pacem fugiebant. C De qua malitia cum ego conquererer, ille vir bonus, prudens & laudabilis famæ, reſpondit: Habeatis pro certo, quod populus Florentinus univerſaliter & omnes probi viri civitatis ejuſdem vellent pacem: ſed quidam maligni & pauci, qui peccatis noſtris exigentibus hodie civitatem noſtram gubernant, ſunt qui pacem impediunt. Tunc ego: Huic malo nō poſſet apponi remedium? At ille: Poſſet utique, ſi aliqui ex bonis civibus, ferventer apprehenderent negotium Dei, & cum Officialibus ſeu Capitaneis partis Guelfæ facerent illos paucos privari officiis, tamquam hoſtes boni communis: & non eſſent iſti privandi; ultra numerum quaternarium vel ſenarium. Hoc ego cum audiſſem, tenui apud me: ſed cum ad Vicarium Chriſti veni, miſſus à virgine, ei retuli quidquid à viro illo audieram. Ipſe autem, qui mihi hæc dixerat in civitate Senenſi, reverſus eſt Florentiam: & ego, ut dixi, veni ad Urbem.

quamvis conſtaret non ſerio agi;

Florentiam tamen miſſa Catharina, de pace tractatura, 421 Ibi cum pluribus menſibus laboraſſem in regimine Prioratus ac in verbi Dei prædicatione, quadam Dominica de mane nuntius quidam venit ad me ex parte ſummi Pontificis, mandans quod eſſem cum Sanctitate ſua in prandio. Cui mandato cum obediſſem, facto prandio, ſummus Pontifex accerſito me, ait: Mihi ſcriptum eſt, quod ſi Catharina de Senis ibit Florentiam, ego habebo pacem. Tunc ego; Nedum Catharina, ſed omnes quotquot ſumus, parati ſumus pro obedientia Sanctitatis veſtræ, uſque ad martyrium ire. Ipſe vero ait: Nolo quod tu vadas, quia ipſi male te tractarent: ſed ei, tum quia mulier eſt, tum etiam quia reverentiam habent ad eam, credo quod nihil mali facient: tu vero conſpicias, quæ Bullæ ſint neceſſariæ ad hoc factum, & porta mihi cras de mane in ſcriptis in memoriali, ut cito expediatur negotium. Quod & feci, & tuli: confectisque litteris, miſi virgini ſanctæ; quæ, ſicut veræ obedientiæ filia, abſque omni tarditate iter aſſumpſit; Florentiamque perveniens, ibi à viris Deo & ſanctæ Eccleſiæ fidelibus cum non parva veneratione ſuſcepta eſt: & prædicto Nicolao Soderini operante, locuta eſt cum quibuſdam probis civibus, perſuadendo eis quod nullo modo ſtarent in diſſenſione ſeu guerra cum ſummo Paſtore animarum ſuarum, ſed quam citiſſime poſſent, reconciliarentur Vicario Jeſu Chriſti. AUCT. RAYMUNDO CONFESS.

perſuadet eam melioribus: 422 Item eodem viro faciente, locuta eſt cum officialibus partis Guelfæ, quibus dixit inter cetera, quod ſi qui eſſent illi qui præſtarent impedimentum paci & concordiæ inter patrem & filios, illi eſſent digni privari omni officio: quia non vocandi erant Rectores, ſed boni communis & civitatis ejuſdem deſtructores; nec debebant habere conſcientiam liberandi civitatem ſuam à tanto malo, per privationem paucorum civium: addens, quod hæc pax non ſolum expediret corporibus & bonis temporalibus, ſed quod plus erat & eſt neceſſaria animarum ſaluti, quam habere nullatenus poterant abſque hac pace. Conſtabat namque, quod ipſi operam dederant efficacem notorie ad ſpoliandum Eccleſiam Romanam bonis ſuis, & ad eam pleno jure ſpectantibus: unde ſi etiam fuiſſet privata perſona, ipſi coram Deo & quocumque juſto judice tenebantur ad reſtitutionem bonorum, quæ abſtulerant, aut auferri per alios fecerant. Quod ſi per pacem poterant habere hujus debiti remiſſionem, ſequebatur utilitas & ipſorum corporibus & animabus. His & aliis rationibus & perſuaſionibus, tam dicti officiales quam multi boni cives, inducti ſunt ad ſuadendum Rectoribus ſive Prioribus, quod omnino facerent & peterent pacem, non verbo tantum, ſed & facto. E

F 423 Quia vero quidam huic bono ſe manifeſte oppoſuerunt, & potiſſime quidam qui hactenus deputati erant ad faciendum guerram contra Eccleſiam, qui erant octo numero: dicti officiales Guelfæ partis unum ex illis octo, & aliquos alios, paucos tamen, ſicut poterant officiis privaverunt. Quo facto, mox accenſus eſt duplex ignis, unus ex parte illorum qui ſic erant privati, & alius ex quorumdam malevolorum parte, qui accenſi ſunt ad faciendum privari quoſdam ſibi odioſos, ut vindictam facerent contra omne Dei mandatum de quibuſdam propriis injuriis. Et iſte ſecundus ignis plus nocuit quam primus, & multos contra ſacram virginem concitavit: nam tantus factus eſt numerus privatorum, quod tota civitas quaſi de hoc clamabat. Sed ſacra virgo nec fecit hoc, nec voluit facere: immo ſumme doluit, quin præcepit, & ſtatim dixit pluribus, & fecit dici aliis, quod peſſime faciebant ad tot & tantos extendere manus: nec debebant illud quod fuerat factum, ad finem pacis habendæ, ad intrinſecam guerram per odia ſua deducere tam inique. Illis autem poſt malitiam ſuam euntibus & augmentantibus mala ſua, hi qui præfecti fuerant guerrarum directioni, gentes armorum congregantes, & pauperiorem populum concitantes contra dictarum privationum actores, civitate

interim concitato ab adverſariis tumultu

AUCT. RAYMUNDO CONFESS.

in disturbio posuerunt. Sicque per seditionem & incursum gentium inferiorum, sive populi pauperioris & infimi, illos qui dictarum privationum fuerant autores, expulerunt de civitate, & spoliaverunt bonis, comburentes domus ipsorum, & quosdam (ut percepi) gladiis peremerunt.

424 In hoc autem turbine qui per homines irrationabiles excercebatur, plures innocentes sunt passi: & omnes quodammodo pacem optantes, coacti sunt exulare. Inter quos sacra virgo, quæ causa pacis tantummodo venerat, & consilium dederat in principio, ut dictum est, quod quidam pauci pacis impeditores privarentur, fuit principaliter inter iniquos homines computata, taliterque descripta, quod publice illi de inerudita plebe clamabant; Capiamus & comburamus illam nequissimam mulierem, aut ipsam gladiis trucidemus. Hac fama percepta, hi quorum domus inhabitabat cum suis, licentiaverunt eam & suos, dicentes quod nolebant quod propter eam domus illæ comburentur. Ipsa vero conscia sibi de innocentia, pro Ecclesiæ sanctæ causa libenter patiens, in nullo mota est à consueta constantia: immo subridēs, & suos confortans, imitando Sponsum suum, accessit ad locum ubi erat hortus: ibique post aliqualem suorum exhortationem, orationi se dedit.

ad necem quæritur

B

425 Denique cum sic oraret in horto cum Christo, advenerunt cum gladiis & fustibus tumultuantes satellites satanæ, clamantes & dicentes: Ubi est illa mala mulier? Ubi est? Quod illa percipiens, ac si ad delectabile convivium quæreretur, mox ad martyrium, quod diu desideraverat, se paravit. Occurrensque uni, qui cum evaginato gladio fortius ceteris clamabat, Ubi est Catharina? læta facie genu flexit, & dixit: Ego sum Catharina: fac quodcumque permiserit Dominus super me; sed ex parte Omnipotentis tibi præcipio, quod nullum ex meis lædas. Quibus verbis prolatis ita consternatus est ille nequam, & taliter perdidit vires, quod nec percutere poterat, nec corā præsentia ejus stare audebat. Et quia tam ferociter ac solicite eam quæsierat, postquam invenerat, expellebat eam à se dicens: Recede à me. Illa vero martyrium sitiens, respondebat Ego bene hic sto, quo debeo modo ire? Parata sum pro Christo & Ecclesia ejus pati: hoc est enim quod diu desideravi, & votis omnibus exquisivi. Numquid modo fugere debeo, cum reperi quod optabam? Hostiam me viventem offero Sponso meo æterno. Si tu assignatus es, ut sis immolator, age securus, ego hinc nullatenus fugiam, tamen nullis ex meis inferas læsionem. Quid plura? non permisit illum Deus ultra seu amplius sævire in virginem, sed cum omnibus sociis confusus abscessit. Quo facto, cum spiritales filii & filiæ eam circumdarent cum aliquali congratulatione, quia evaserat manus impiorum; illa non parvam ostendit mœstitiam, dicens cum fletu: O me miseram! putabam quod Dominus omnipotens hodie compleret gloriam meam, ut sicut sua misericordia concedere dignatus est mihi rosam albam virginitatis, sic rosam rubeam martyrii concedere dignaretur: & ecce, proh dolor! invenio me meo desiderio frustratam, quod totum factum est propter innumera pacta mea, quæ justo judicio Dei tanto privaverunt me bono. Oquā beata fuisset anima mea, si vidisset sanguinem meum effundi pro illius amore, qui me sanguine suo redemit!

quam! consternato divinius per cussore evadens

C

martyrio se frustratam dolet:

426 Verum licet furor ille pro tunc cessasset, non tunc remansérat virgo sacra secura ex toto cum sua societate: immo tantus inerat tremor omnibus incolis civitatis illius, quod sicut fuit tempore Martyrum, non fuit qui vellet eam in domo sua recipere. Propter quod dicebant ei filii & filiæ ejus spiritales, quod rediret ad civitatem Senensem: quibus illa respondit, se nō posse à territorio illo recedere, quousq, pax esset præconizata inter patrem & filios, sicque dixit se habere à Domino in mandatis. Quod illi percipientes, & ei contradicere non audentes, invenerunt hominem bonum & timentem Deum, qui nihil metuens susceptit eam in domo; occulte tamen, propter furorem populi & hominum iniquorum. Post dies aliquos cedentes furori, extra civitatem, sed non extra territorium ejus, ad quemdam locum solitarium, ubi anachoretæ habitare solebant, mater virgo & spiritales filii & filiæ accesserunt.

D

neq; prius redire Senas persuadetur

427 Tandem divina providentia terminato furore, omnibusq; tumultuantibus illis per justitiam punitis, ac hinc inde dispersis, virgo rediit Florentiam: ubi primo secrete, propter regnantes qui videbantur eam habere exosam, tandē publice habitavit, quousq; Domino Gregorio XI defuncto, & Domino Urbano VI electo, pax inter ipsum & dictos Florentinos fuit tractata, consummata, & ex toto firmata, necnon & in civitate supra dicta præconizata. Quo facto, virgo Domini filiis & filiabus in Christo dixit: A modo possumus de civitate ista recedere, quia gratia Christi feci obedientiam ejus ac Vicarii sui: & quos juveni rebellantes Ecclesiæ, dimitto pacificos, & reconciliatos matri tam piæ. Redeamus ergo ad civitatem Senensem, unde huc venimus; quod & factum est: sicque evasit manus hominum impiorum in nomine Domini, pacemq; obtinuit juxta votum: & hoc non ab homine neq; per homines, sed Jesu Christo tantummodo faciente invisibiliter per Angelos pacis illud, quod operantibus angelis satanæ homines nequam impedire volebant. In quo quilibet ratione utens, videre potest apertius & patientiam excellentem, quæ usque ad mortem quodammodo inclusive se extendebat; & sapientiam dirigentem, quæ ipsam docuit quid ageret in anfractibus & angustiis illis. Et ultra hæc constantiam indeficientem, qua perseveravit semper ad ostiū pulsans Regis pacifici, donec tam Ecclesiæ quam illi civitati obtinuit pacem ad votum. Unde non modo patientiæ virtus, sed caritatis & perseverantiæ constantiæ splendores relucent in opere superius recitato, si non fueris segnis, lector bone.

quam pacem commposuerit

E

428 His autem visis, ad ultimam patientiam descendamus, qua diram & duram mortem sustinens, inter Christum & Ecclesiam sanctam suam, non solum merita Martyrum adæquavit, sed quosdam ex sanctis Martyribus (si non fallor nimium) superavit. Illi namque sunt passi ab hominibus, qui quandoque temperantur, placantur, & fatigantur: ista vero à dæmonibus, qui numquam tepescunt aut remittuntur in sua crudelitate, crudeliterque agendo numquam deficiunt. Illorum aliqui, brevi cursu & morte minus gravi consummaverunt martyrium: hæc autē tredecim septimanis, à Dominica Sexagesimæ usque ad penultimam diē Aprilis, incredibiliter tormentata, per singulos dies augmentum capientibus pœnis ejus, cū animi lætitia totū patientissime pertulit, semper gratias agens; vitamq; corpoream libens exhibuit, ut Christū populo suo placaret, ac sanctam Ecclesiam præservaret à scandalo: unde nec caula nec pœna ei defuit perfecti martyrii, sicut in secundo tertiæ partis Capitulo latius est descriptum, ac in tertio ac quarto Capitulis sequentibus repetitū. Ex quo manifeste concluditur, quod non modo auream per martyrii desiderium, sed etiam aureolam per actualem martyrii passionem est consecuta in cælis Qua ex re deducitur ulterius apud intelligentem, quod in ejus canonizatione securius & brevius est procedendum, sicut in canonizatione Martyrum fieri per Ecclesiam consuevit: in talibus enim, in quibus martyrii fortitudo reperitur, de patientia non est dubitandum, immo nec etiā disputandum. Testes autē qui in primo tertiæ partis Capitulo sunt descripti, testificantur aperte illa quæ in secundo ejusdem

ac demum durissimo Martyrio 13 septimanarum

F

vere Martyribus æqualis meritur.

A ejuſdem partis Capitulo & in ſubſequentibus ſunt ſuperius recitata. Ex quibus ultimo colligitur, hanc ſacram virginem & martyrem, eſſe Sanctorum catalogo annotandam per militantem Eccleſiam: quod æterna Bonitas mihi & ceteris filiis & filiabus ipſius dignetur concedere, quæ una in trinitate, ac trina in unitate vivit & regnat, in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *In Vita B. Stephani Macconi dicitur B. Catharina appuliſſe Avenionem 18 Iunii 1376.*

b *Quomodo ergo ibidem dicit Stephanus, quod Virgo in congreſſum oratorum Florentinorum numquam venire potuit? Credo quod id intelligi debeat, non de ipſis primum appulſis, ſed poſtquam in curia auditi, à Pontificio anathemate ad tribunal divinum auſi ſunt provocare, negantes tantæ reipublicæ negotium uni femellæ prudenter committi.*

c *Virginis oratio ad Papam ſatis pathetice exponitur ipſius Stephani prædicti verbis in Vita ejus; cum enim à Pontifice jam Romæ agente rogata eſſet Catharina Florentiam ſe conferre, negavit illa tunc quidem, ipſum tamen Stephanum pro ſe miſit, qui exponeret Florentinis quid pro ipſis Avenione egiſſet Catharina, & quam propenſum reddidiſſet Pontificem ad pacem eis concedendam. Neq; id fruſtra omnino fuit: impetravit enim à Senatu, ut ſcriberet litteras, quibus rogaretur Pontifex, abſoluto mandato adigere Catharinam ad veniendum Florentiam pacemq; tractandam.*

B

EPISTOLA BARDVCCII
de morte S. Catharinæ Senenſis.

Ex editione Veneta an. MDCVII *Latine reddita.*

ſcribit Sor. Catharinæ.

1 *Hujus Barduccii laudes explicatas jam vidimus à Raymundo de Capua num. 341 · reſtat ut, quoniam rerum in morte geſtarum fideliſſimum teſtē ipſum ſe habuiſſe dicit idem Raymundus, ejus de hoc argumento accuratiſſimam Epiſtolam quæ in ſua originali Italica lingua ante libros Dialogorum Sanctæ Venetiis impreſſa fuit, Latine redditam exhibeamus. Scripta eſt autem epiſtola, ut præfert titulus* (*ex quo etiam ſcimus*, Barduccium Petri de Canigariis *appellatum*) ad Sororem Catharinam Petri-Boni, in monaſterio S. Petri ad Monticellos prope Florentiam: *ſic autem incipit.* In nomine Jeſu Chriſti.

à qua conſolatorias acceperat:

2 Cariſſima Mater in Chriſto Jeſu, & Soror in ſancta memoria noſtræ benedictæ Matris Catharinæ, ego miſer & iniquus peccator Barduccius me commendo veſtris orationibus, tamquam puer imbecillis, orphanus derelictus per mortem tam præſtantis Matris. Accepi epiſtolam tuam, eamque legi perlubenter, ac prælegi hiſce meis afflictis Matribus, quæ pro affectu tantæ veſtræ erga ſe caritatis ac tenerrimi amoris gratias tibi agunt maximas. Multum quoque ſe eædem commendant veſtris orationibus, ſupplicantque ut ipſas commendetis Priori & Sororibus omnibus, quatenus efficiantur promptæ ad omne divinum beneplacitum circa ipſas & circa vos. Quia vero, tamquam dilecta & fidelis filia, deſideras cognoſcere finem communis noſtræ Matris, cogor deſiderio tuo facere ſatis: & quamvis ad ejuſmodi narrationem pertexendam parum idoneum eſſe me video, ſcribam tamen quod noſtri infirmi oculi viderunt, & rudes animi ſenſus potuerunt comprehendere.

C

cupienti diſcere finē Sanctæ

ſcribit quod initio anni omnem cibum averſari cœpit,

3 Hæc igitur benedicta Virgo & mater millenarum animarum, circa feſtum Circumciſionis cœpit magnas novitates pati tam in anima quam in corpore; adeo ut mutare coacta fuerit totum modum vivendi: quia actus ille quo ſolebat corpori per cibum ſuſtentando ſervire, in tantum horrorem ipſi verſus eſt, ut ad eum non niſi cum maxima difficultate ſe poſſet adducere: cumque id faciebat nihil prorſus deglutiebat de ſubſtantia cibi, ſed ipſum volvebat per os, ac denique expuebat. Sed nec unicam quidem aquæ guttulam trajicere poterat ad refrigerium: unde ei naſcebatur vehementiſſima & moleſtiſſima ſitis, & gutturis inflammatio tanta, ut ignem ſpirare videretur. Nihilominus perſiſtebat in bona ſatis valetudine corporis, alacris & vegeta ut ſolebat. In hunc modum attigimus Dominicam Sexageſimæ: quando ſub veſperā tempore orationis acceſſit ſymptoma tā difficile ut ab eo deinceps die numquam fuerit ſana. Poſtea ſub noctem diei Lunæ ſequentis, cum ego epiſtolam *a* quamdam ſcripſiſſem, habuit paroxyſmum alterum, adeo terribilem ut eam velut mortuam omnes plangeremus: itáq; manſit longo temporis ſpatio, ut nullū vitæ ſignum in ea deprehenderetur. Poſt ſimile temporis ſpatium ſurrexit in pedes, nec videbatur ipſa eſſe quæ ſic jacuerat.

AUCT BARDUCCIO

& in Sexageſimamortales duos paroxyſmos paſſa,

a

ſtudium orationis intendit,

4 Ab illa hora & deinceps cœperunt quotidie in illius corpore novi cruciatus & crudelia tormenta. Cumq; jam Quadrageſima adveniſſet, cœpit ipſa ſua illa infirmitate non obſtante, tanto ſtudio ſe dare orationi, ut miraculi inſtar nobis eſſet, propter frequentiā humilium ſuſpiriorum & amarorum gemituum quos ab intimo trahebat pectore. Credo autē ſcire te, quod ejus orationes erant tam intenſæ, ut tenerū illud corpuſculum magis attenuaret una hora orationi impenſa, quam accideret cuivis alteri duos continuos dies in oratione perſiſtenti. Itaq; omni die mane poſt Communionem tollebatur de terra in eo ſtatu, ut quicumq; vidiſſet eam, mortuam judicaſſet, & ſic ad lectulum deferebatur. Inde poſt unius alteriuſve horæ ſpatium aſſurgebat iterum, ibamuſq; ad S. Petrum, ſpatio magni milliaris; ubi ſe dabat orationi, in eaq; perſiſtebat uſque ad Veſperas; ac deniq; domum revertebatur adeo fatigata, ut mortuæ ſpeciem præ ſe ferret.

E

unde pro mortua referebatur.

à 3 Domin. Quadr. lecto affixa.

5 Hæc ejus fuerunt exercitia uſq; ad Dominicam tertiam Quadrageſimæ, quando tandem ſuccubuit victa innumerabilibus cruciatibus, in exhauſto corpuſculo quotidie creſcentibus; nec non immenſis doloribus animi, quos hauriebat ex conſideratione peccatorum, quæ contra Deum committi videbat, & periculorum, quibus quotidie gravioribus ſciebat Eccleſiam ſanctam involvi: propter quæ vehementer conſternabatur fatigabaturque interius exteriusq;. Iacuit itaq; in hujuſmodi ſtatu hebdomadis octo, ita ut numquam *b* poſſet levare cervicem, plena intolerabilibus tormentis, à planta pedis uſque ad verticem capitis; adeo ut pluries diceret; Hæ quidem pœnæ corporales ſunt, ſed minime naturales; videtur enim quod Deus licentiā dederit dæmonibus ad corpus hoc excruciandum, prout ipſis placuerit. Et vero apparebat ſatis id ita eſſe: patiebatur enim pœnas maximas & inauditas: inter quas exercitam patientiam ſi verbis coner explicare, videor mihi injuriam facturus argumento inexplicabili. Id tantum dicam, quod quoties novus aliquis cruciatus ipſi adveniebat, cor oculosque alacriter erigebat ad Deum, dicebatque, Gratiæ tibi ſint, Sponſe æterne, quod tot tantaſque gratias quotidie facias de novo mihi miſerabili tuæque indigniſſimæ famulæ.

b

inter maximos cruciatus,

F

jacuit uſq; ad Domin. ante Aſcenſionem.

6 Taliter porro conſumebatur corpus illud uſq; ad Dominicam ante Aſcenſionem: tunc autem eo reductum erat, ut videretur eſſe quale pingi ſolet mortuorum: quod tamen nolim intelligi de vultu, ſemper Angelico & devotionem ſpirante; ſed de reliquo trunco ac membris, in quibus aliud videre non erat quam oſſa ſubtili pelle cooperta: remanſeratque à cingulo deorſum diſſoluta, neque vel minimum ipſa ſe poterat in alterutrum latus commovere. Cum ergo advenit nox Dominicam jam dictam præcedens, horis plusquam duabus ante auroram maxima ei ſupervenit mutatio; credebaturque

AUCT. BARDUCCIO. que fini ſuo appropinquare. Tunc convocata eſt omnis familia ad ipſam: quæ ſingulari cum humilitate & devotione ſignificavit nutu prope adſtantibus, quod cuperet accipere ſanctam abſolutionem à culpa & à pœna: quod & factum eſt. Tum porro reducta paulatim eo eſt, ut nullus omnino illius motus perciperetur alius, quam continuum mœſtumque ac debile ſuſpirium. Quapropter conſultiſſimum viſum eſt eidem conferre extremam Unctionem: quam ei mox impertiit noſter Abbas *e* S. Anthimi, interim dum illa quaſi ſenſus omnis expers jaceret.

quando inuncta ad mortem eſt;

7 Poſt dictam Unctionem commutari tota cœpit; variaque ſigna vultu ac brachiis dare, quaſi monſtrando ſe graviſſimos dæmonum aſſultus pati *d*: & in hac difficili lucta perſtitit per unam & dimidiam horam: quo temporis ſpatio, media ex parte ſilenter tranſacto, incepit dicere, Peccavi, Domine, miſerere mei: & hoc, ut credo, plus quam ſexagies iteravit, vicibus ſingulis attollens brachium dexterum, eoque dimiſſo lectum percutiens. Tum mutato ſermone totidem aliis vicibus dixit, ſed abſque iſta brachii jactatione, Sancte Deus, miſerere mei. Denique aliis aliiſque formulis loquendi humilibus atque devotis exprimens diverſos virtutum actus, reliquum prædicti temporis ſpatium abſolvit poſt quod tota ſubito eſt commutata in vultu; qui ex obſcuro apparuit Angelicus, & oculi lacrymabundi caligantesque ſerenati prorſus atq; exhilarati videbantur, ut dubitare non poſſet, quin veluti à profundo quodam erepta pelago, reſtitueretur ſibi: quæ res valde mitigavit dolorem noſtrum, filiorum ac filiarum ipſius, cum ea quam cogitare potes affliction circumſtantium.

d *& poſt difficilem cum dæmone luctam,*

8 Iacebat illa in ſinu Matris Alexiæ: tunc autem conata eſt elevare ſe; modiceque adjuta, ſedit erecta, atque ad Matrem Alexiam reclinata. Poſuimus ergo ei ante oculos devotam quamdam *e* tabellam, ubi ſunt multæ Sanctorum reliquiæ & figuræ quædam: ipſa vero oculos fixit in imaginem crucis ibidem inſertam, cœpitque eam adorare, profundiſſimos quoſdam ſuos de bonitate Dei ſenſus verbis explicans; interque orandum fatebatur, ſe ream in conſpectu ejus omnium ſuorum peccatorum in genere. Sigillatim autem dicebat, Mea culpa, Trinitas æterna, quod te miſerabiliter offenderim multiplici mea negligentia, ignorantia, & ingratitudine, ac inobedientia, pluribuſque defectibus aliis. Miſeram me! quæ non obſervavi præcepta tua, tam in genere omnibus, quam in particulari mihi facta à tua bonitate. O me miſeram! Et hoc dicens percutiebat pectus, dicendo ſuam culpam, addebatque: Non obſervavi præceptum tuum, quo mandaſti ut quærerem ſemper, tibi honorem, proximo laborem impendere: econtra fugi laborem, cum eo maxime opus erat. Numquid non præcepiſti mihi, Deus meus, ut omnem mei ipſius curam deponens, unice ſpectarem gloriam & laudem tui nominis in ſalute animarum; & hoc ſolo cibo de menſa ſanctiſſimæ crucis accepto delectarer? Ego vero quæſivi conſolationem propriam. Tu ſemper invitabas me, ut tibi uni adſtringerer per dulcia, amoroſa ac ferventia deſideria, cum lacrymis & humilibus ac continuis precibus, pro ſalute totius mundi hujus, & pro reformatione Eccleſiæ ſanctæ, promittens quod, illis mediantibus, mundo miſericordiam, & ſponſæ tuæ novum decorem largireris: ego vero miſera non ſum obſecuta deſiderio tuo, ſed obdormivi in lectulo negligentiæ.

e *in lectore. ſedens humillime confitetur culpas*

& negligentias ſuas:

9 O me infelicem! Tu conſtituiſti me in regimine animarum aſſignando mihi tam multos dilectos filios, ut amarem eos amore ſingulari & dirigerem ad te per viam vitæ: ego vero non fui ipſis niſi ſpeculum infirmitatis humanæ, neque ſatis ſolicitam curam ipſorum egi, neque eis ſuccurri per continuam & humilem deprecationem ante conſpectum tuum, neque ſufficienter exhibui eis bonæ vitæ exempla, aut utilis doctrinæ monita. O me miſeram! quam exigua cum reverentia excepi innumerabilia dona & gratias tot dulcium tormentorum & cruciatuum, quos tibi placuit huic fragili corpuſculo accumulare: neque eos ſuſtinui cum tam inflammato deſiderio atque ardenti amore, quam fuit is cum quo eos mihi immiſiſti. Hei mihi! Amor meus, tu propter nimiam bonitatem tuam me tibi elegiſti in ſponſam, jam inde ab initio pueritiæ meæ; ego vero non ſatis fidelis, ſed infidelis tibi fui, eo quod memoriam non tenuerim plenam uno te tuiſque altiſſimis beneficiis, intellectũ non fixerim in iis dumtaxat recogitandis, voluntatem non diſpoſuerim ad amandum te immediate ex totis viribus.

abſolutionem cum Indulgentia petit,

10 De his & talibus accuſabat ſe columba illa puriſſima, magis, ut credo, ad exemplum noſtrum, quam ex neceſſitate propria: deinde ad Sacerdotem ſe convertens, dixit: Abſolve me, propter amorem Chriſti crucifixi, de his omnibus peccatis quæ in conſpectu Dei ſum confeſſa, deque omnibus aliis quorum non recordor. Quo facto petiit iterum abſolutionem à culpa & pœna, dicens id ſibi conceſſum à Gregorio Papa & Papa Urbano. Hoc autem dicebat, quaſi eſuriens Chriſti Sanguinem. Factum eſt ergo ut petebat: & ipſa, fixos ſemper oculos in Crucifixo tenens, cœpit eum de novo adorare devotiſſime, & profundiſſima quædam eloqui, quæ propter peccata mea non fui dignus intelligere; itemque propter dolorem quo ipſe gravabar, & propter anguſtiam qua pectus ejus arctabatur, ita ut difficulter vocem proferret, quam alternis captabamus adſtantes lateri, & nunc bina nunc ſingula verba excipientes aure ad os admota. Sub hæc convertit ſe ad aliquos filiorum, qui præſentes non fuerant cuidam memorabili ſermoni, quem multos ante dies habuerat ad univerſam familiam, oſtendendo nobis viam ſalutis & perfectionis; & unicuique noſtrum ſigillatim præcipiendo quid poſt obitum ſuum vellet nos facere: quemadmodum etiam nunc fecit erga illos, petens ab omnibus humillime veniam de exigua ſolicitudine, quam ſibi videbatur habuiſſe pro noſtra ſalute. Tum Lucio, & alteri cuidam, ac denique mihi miſero dixit aliqua; & mox ad orandum ſe retulit.

extrema mandata quibuſdam relinquit,

poſcit benedictionem à matre,

11 O ſi vidiſſes cum quanta humilitate & reverentia petebat ac recipiebat pluries benedictionem à ſua dolentiſſima matre: de qua hoc ſolũ dicere poſſum, quod fuerit ipſi dulcis amaritudo. Quam plenum tenerrimi affectus ſpectaculum erat! videre matrem quæ ſe commendabat ſuæ benedictæ filiæ, petebatque ut unam potiſſimum gratiam ſibi à Deo impetraret, ne in hoc ſcilicet tam triſti caſu ab ipſa offenderetur. Hæc tamen omnia nihil diſtrahebant ſanctam Virginem à ſuæ orationis fervore: & fini ſuo appropinquans ſpecialiter, orabat pro Eccleſia Catholica, pro qua dicebat ſe vitã dare. Orabat etiam pro Papa Urbano ſexto, quem efficaciter confitebatur eſſe verum Pontificem, & filios ſuos exhortabatur ut ne dubitarent pro ea veritate vitam ponere. Tum maximo cum fervore oravit pro omnibus ſuis dilectis filiis ac filiabus, quos ſibi ſingulariter diligendos Dominus commendaverat; utebatur autem multis verbis ex iis quibus uſus eſt Salvator noſter, quando diſcipulos ſuos commendavit Patri; tantoque cum affectu orabat, ut non ſolum corda noſtra ſed ipſæ petræ findi potuerint audiendo. Denique ſignum Crucis formans nobis omnibus benedixit, & ſic ad ultimũ deſideratiſſimumque vitæ terminum acceſſit continua in oratione perſeverans, & dicens, Tu Domine vocas me, & ego venio

pro Eccleſia, papa & domeſticis orat;

ac denique expirat.

ad

A ad te: venio autem non per merita mea, ſed per tuam unius miſericordiam: quam miſericordiam peto à te in virtute ſanguinis: ac dein pluries exclamavit, Sanguis, ſanguis. Denique Salvatoris exemplo dixit, Pater, in manus tuas commendo animam & ſpiritum meum: atque ita ſuaviter, facie prorſus angelica renidens, inclinato capito emiſit ſpiritum.

12 Tranſitus ejus accidit die Dominica ſub horam ſextam: tenuimus autem ipſam inſepultam uſque in diem Martis & horam Completorii, abſque ullo humano fœtore; itaque corpus illud, purum integrum ac ſuaveolens conſervarunt: imo brachia, collum & crura haud aliter flectebantur quã ſi viva fuiſſet. Fuit autem toto illo triduo, magno cum populo accurrentis ſtrepitu viſitatum corpus; felicemque ſe æſtimabat quiſquis ipſum potuerat vel contingere. Multa autem tunc Deus miracula & ſigna operatus eſt, quæ feſtinus prætereo. Sepulcrum vero viſitatur devote à fidelibus, æque ac aliorum ſanctorũ corporum, quæ Romæ ſunt: multaſque gratias facit Deus in nomine hujus ſuæ benedictæ ſponſæ: neque dubito quin adhuc multa & grandia audituri ſimus. Aliud non addo. Commenda me Priori & Sororibus omnibus: quia modo quam maxime indigeo ſubſidio orationum. Deus vos conſervet, & creſcere faciat in ſua gratia.

ipſa Dominica circa ſextam,

& miracula multa facit.

B

ANNOTATA.

a *Hæc forſitan una earum fuit, de quibus fit mentio infra in Analectis ex Fr. Thoma num.* 1.

b *Excipe Dominicam Paſchatis, qua ex obedientia ſurrexit, & tamquã ſana communicavit, ut infra habetur ex oculato teſte in iiſdem Analectis num* 3, *neque dubites utrum hic debeat pro* octo *legi* decem, *quia apparet ex ſequentibus, movendæ cervicis facultatem virgini reſtitutam fuiſſe ante mortem: ipſamque ea uſam etiam ultimo vitæ die.*

c Abbatiæ S. Anthimi, *veriſimiliter inter Senas & Aretium ſitæ, mentionem fecimus* 25 *Apr. agentes de B. Philippino num.* 1. *Fuit autem Ordinis Vallumbroſani, & ad hunc Abbatem videntur eſſe Epiſtola* 67 *&* 68.

d Quod, *inquit Fr. Thomas*, adſtantes, ejus actus verbaque attendentes, aperte cognoverunt, tum tacendo, cum faciem oculoſque commutaret; tum reſpondendo, cum audenter diceret: Vanam gloriam, non: ſed veram gloriam in Jeſu Chriſto.

e *Hanc tabellam ſervari inter Reliquias apud Dominicanos ſupra Minervam ſcribit Octavius Pancirolius.*

C

EPISTOLA DOMNI STEPHANI
de geſtis & virtutibus S. Catharinæ
Ex Ms. Rubeæ-Vallis prope Bruxellas.

CAPUT I.

Qua occaſione auctor in notitiam & familiaritatem Sanctæ admiſſus ſit atque ab ea moriente ad Ordinem Carthuſienſem directus.

a

Rogatus ſcribere quæ norat de Beata,

REverendo, religioſo, ſibique peramabili, corde ſincero Fratri, Thomæ *a* Antonii de Senis, Ordinis Prædicatorum in Conventu Sanctorum Joannis & Pauli Venetiis immoranti, Fr. Stephanus de Senis, Prior, licet indignus, domus S. Mariæ de Gratia, Carthuſienſis Ordinis prope Papiam; ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Litteras veſtras, affectuoſe recepi & attente perlegi, per quas me valde requiritis atque rogatis, ut veridicam informationem veſtræ caritati dirigere debeam, etiam in publica forma, de geſtis, moribus, virtutibus atque doctrinis famoſæ ſanctitatis Virginis B. Catharinæ de Senis, cujus converſationem aliquando merui, dum ageret in humanis, ut aſſeritis; & præſertim occaſione cujuſdam querelæ, factæ Venetiis in Epiſcopali palatio *b*, circa celebrationem feſti ſive commemoratione ejuſdem Virginis: quia multi credere nolunt veras eſſe virtutes, quæ de ipſa veridice prædicantur.

AUCTORE STEPHANO EX MS.

b

2 Verum, ut aperte fatear, facies ipſius Virginis, cum omni genere ſuo, mihi & omni generi meo penitus ignota fuit, licet in eadem civitate Senarum oriundi fuerimus, uſque ad annum Dom. MCCCLXXVI vel circa. Nec etiam illo tempore, velut immerſus in fluctibus vitæ præſentis, ejus notitiam habere exoptabam; niſi quod æterna bonitas, quæ neminem vult perire, per hanc Virginem animam meam de faucibus inferni liberare diſpoſuit. Accidit igitur illo tempore, ſine culpa noſtra, incurrere nos in quandam guerram cum valde potentioribus *c* nobis; in qua tamen plurimi magni cives cum aliquamdiu fuiſſent occupati atque fatigati, nullam omnino ſpem alicujus bonæ voluntatis vel pacis ab illis adverſariis noſtris habere potuerunt.

uſque ad an. 1376 ſibi ignota,

narrat quod inimicitiæ cujuſdam cauſa,

c

3 Tunc Virgo præfata florebat quaſi per univerſam Tuſciam, & magnis virtutum præconiis à quamplurimis extollebatur, & opera valde miranda referebant: unde mihi ſuggeſtum *d* extitit, quia ſi rogarem illam de tali negotio, ſine dubio pacem haberemus, quia multa ſimilia fecerat. Quare conſilium habui cum quodam viro *e* nobili, qui longo tempore portaverat odium, & poſtea pacem fecerat, ejuſque ſacræ Virginis converſationem habebat; qui ſicut motivum meum audivit, illico reſpondit: Indubitatum habeas, quia nullam in iſta civitate perſonam invenies, quæ ſit ipſa aptior pro tali pace: ſubjungens, Ultra non differas, & ego te ſociabo. Viſitavimus igitur eam, quæ me recepit, non ut verecunda virgo, ſicut exiſtimabam; ſed affectuoſiſſima caritate, veluti ſi germanum, à remotis partibus redeuntem, gratioſe ſuſcepiſſet: de quo fui miratus, & attendebam efficaciam Sanctorum verborum, quibus me non tantum induxit, verum etiam compulit ad Confeſſionẽ & ad virtuoſe vivendum. Dixi: Digitus Dei eſt hic. Et audita cauſa meæ viſitationis, abſolute reſpondit. Vade, fili cariſſime, confidens in Domino, quia libentiſſime laborabo, donec habebis optimam pacem, & hujuſmodi pondus omnino ſuper caput iſtud habere me ſinas; & ita rei poſtea probavit eventus: quia miraculoſe poſtmodum, ipſa mediante, pacem habuimus etiam contra voluntatem adverſariorum noſtrorum, *f* & hoc omitto cauſa brevitatis.

d

e

perſuaſus accedere,

benigneque receptus & ad confeſſionem indictus,

f

4 Interim ego ſolicitare deſiderans hujuſmodi pacem, viſitavi pluries eam: & quotidie, propter efficaciſſima verba ſua & exempla perfectiſſima, ſentiebam interiorem hominem in melius, conſcientia compellente, reformari. Me rogavit interim ut aliquas Epiſtolas, quas ore virgineo mirabili modo dictabat, ego ſcriberem. Et utique valde libenter acceptavi, quotidie ſentiens in me, per novum fervorem ad cæleſtia, cor accendi, vilipendendo ſeculũ, & omnia ſua, cum tanta diſplicentia vitæ priſtinæ, ut vix me tolerare valerem: & talem ac tantam perſenſi in me mutationem, ut etiam ab extra temperare non poſſem; ita ut fere tota civitas illa miraretur. Et quanto plus attendebam vitam, exempla, mores, & verba præfatæ ſanctæ Virginis, tanto magis augmentum in me percipiebam divini amoris atque ſeculi contemptus. *h*

frequentius cœperit cum ea agere,

ejuſque nonnullas epiſtolas ſcribere,

mireque ad pietatem accendi,

h

5 Poſt modicum vero temporis prædicta ſanctiſſima Virgo mihi dixit in ſecreto: Noveris, dilectiſſime fili, quo cito implebitur majus deſiderium quod habes-

AUCTORE STEPHANO habes. Quo percepto fui ſtupefactus aliqualiter, quia neſciebam invenire, quid in mundo vellem habere, imo potius omnia ſua recuſabam. Ideo dixi, *& ſicut optaverat,* O cariſſima Mater, obſecro, quod eſt majus deſiderium quod habeam. Et ipſa; Quæras, inquit, in corde tuo. Ad quam ego: Vere, mater amantiſſima, neſcio in me majus deſiderium invenire, quam eſſe jugiter juxta vos. Et illa ſubito reſpondit: Et hoc erit. Ego vero neſciebam intelligere modum, *in ipſius Avenionem euntis ſocietatem receptus,* qualiter honeſte ſive commode poſſet ita fieri, propter difficiles conditiones & utriuſque ſtatum. Ille vero cui nihil eſt impoſſibile, per modum admirabilem ordinavit ipſam ad Avenionem, videlicet ad Dominum Gregorium Papam Undecimum, dirigere greſſus: & ita, licet indignus, acceptatus fui comes tam ſanctæ ſocietatis; parvi pendens atque derelinquens utrumque parentem, germanos, ſororem, & alios conſanguineos; me beatum eſſe reputans pro virginea præſentia.

deinde Romæ atque Florentiæ ipſi adhærens, 6 Poſt hæc ipſe ſummus Pontifex venit ad urbem Romam, ipſa ſanctiſſima Virgine ſolummodo i confortante eum ex divino præcepto, prout apertiſſime mihi conſtat: & pro factis Eccleſiæ miſit eam Florentiam, quæ tempore tali rebellis erat Eccleſiæ; ubi multa mirabilia Deus operatus eſt per eam, ut aliqualiter in Legenda ſua panditur: & ibi ſecum adhuc eſſe merui. Tandem adhuc fui ſecum in Roma k, ubi poſt multos, &, ut ita dixerim, intolerabiles labores, infatigabiliter ad honorem Dei portatos & hilariſſime toleratos, feliciſſimo curſu diem clauſit extremum, in præſentia mea: quam etiam propriis manibus ad Minervam, videlicet Prædicatorum eccleſiam, detuli tumulandam; immo verius in capſa cypreſſina & honorabili tumulo conſervandam.

ab eaque juſſus ſit fieri Carthuſiæ, 7 Dum vero laboraret in extremis, ordinavit cum aliquibus quid agere deberent poſt ejus tranſitum. Poſtea ejus faciem ad me vertens, ait, etiam protendendo digitum, Tibi autem in virtute ſanctæ obedientiæ præcipio ex parte Dei, ut omnino vadas ad Ordinem Carthuſienſem, quoniam ad illum Ordinem ipſe te vocavit & elegit. Et videndo nos juxta ſe plorantes, ait, Cariſſimi filii, nullo modo plorare debetis, immo potius in Domino lætari & agere feſtivum diem, quia carcerem iſtum egredior hodie, vadens ad amantiſſimum Sponſum animæ meæ: vobis autem indubitantiſſime promitto, quia magis incomparabiliter vos juvabo poſtea, quam unquam juvare potui, dum fui ſic incarcerata. Et ut ore promiſit & verbo, ſic opere perfectiſſime complevit, & implere quotidie non ceſſat.

& ſicut ſuis promiſerat illa, 8 Et ut hoc aliquali pateat exemplo, proferam unum ad honorem Dei & ipſius Virginis; quamvis ad verecundiam meam accedat: quia, quando mihi præcepit, ex obedientia Dei, ut irem ad Ordinem Carthuſienſem, ego non optabam illum vel alium etiam Ordinem ingredi: ſed ex quo migravit ad æthereas manſiones, in corde meo tale deſiderium juſſa perficiendi ſuccenſum extitit, ut ſi totus mundus mihi contradicere voluiſſet, ego nullatenus acquieſcere potuiſſem, ut experientia docuit. Ubi *mortua efficaciſſimam opem expertus.* quantum vel quid operata jam fuerit & etiam operetur cum filio ſuo, licet inutili & indigno, non eſt hujus temporis narrare. Hoc autem intactum omnino præterire non patiar, quod poſt Deum atque Beatiſſimam Virginem Mariam, ego magis obligatum me exiſtimo præfatæ ſanctæ Virgini Catharinæ quam alicui creaturæ mundi: & ſi quid boni foret in me, totum attribuo illi poſt Deum.

ANNOTATA.

a *Sixtus Senenſis laudat hunc* Thomam Antonii de Senis *ut virum, religionis præſtantia, morum gravitate, & doctrina non vulgari excultum, qui Vitam Sanctæ à Raymundo compilatæ in compendium redegerit, addito aliquo ſupplemento, qualis ſcilicet extat apud Mombritium: item* librum de atteſtatione ſanctitatis & miraculis ipſius, *in ordine ad canonizationem, quem optamus nanciſci æque ac Vitam B. Mariæ Venetæ ab eodem conſcriptam. Idem epiſtolas Sanctæ in unum volumen collegit: & Vitam B. Dominici compoſuiſſe dicitur, quam nondum vidimus obiit autem an.* 1430.

b *Hac occaſione compoſitum à dicto Thomæ putamus librum præfatum ſive proceſſum, qui ibidem adhuc extare dicitur.*

c *Hos Stephani adverſarios, fuiſſe ex* Tholomæa & Renaldina gente primarios, *ſcribitur in ejus Vita lib.* 1 *cap.* 4.

d *Auctor & promotrix hujus conſilii præcipua* Joanna Bandinella, Stephani Senatoris filia, *ſpectatæ virtutis matrona & Stephani noſtri mater.*

e Petrus Bellantus, *ante biennium inimicis ſuis reconciliatus, ut ſcribitur in Vita.*

f *Res ibidem hoc modo narratur cap.* 6. Dixerat Virgo Seraphica diem, qua in D. Chriſtophori ad Tholomæam plateam convenire adverſarii dicebantur. Sed cum paulo interjecto tempore inter ſe fremerent, ut gens à nobilitate & potentia ſuperba admodum & inſolens, magiſque eorum animus in priori ſententia obfirmatus perſtaret in dies, neque de ea ulla ratione dejici poſſet; prorſus obnuebant, & Virginis ceterorumque de Macona Domo de induſtria vitabant congreſſum. Quod ubi Virgo animadvertit; Me, inquit audire nolunt; Deo, velint, nolint, dicto audientes erunt: iiſque probatis recta ad D. Chriſtophori contendit, quo ex condicto Stephano, cum Conrado patre ceteriſque ſibi cognatione proximis, jam convenerat. Ea in æde Seraphica virgo ante aram maximam, in preces effuſa, procubuit. Rem dictu miram! Ea orante atque extra ſe vi precum rapta, adverſariorum primi quique, aliis aliorum adventum ignorantibus, ſed Deo cogente quem ardentibus precibus urgebat Catharina, in templo brevi adeſſe conſpiciuntur. Qui ut primum oculos in Virginem orantem conjiciunt, contemplanturque (ut poſtea faſſi ſunt) ex ejus vultu quoſdam divinæ lucis emicare radios; religione maxime perurgente, iras deponere apud ſe ſtatuunt; ſic ut Virgini ad ſe reverſæ obviam proceſſerint, & ante eam acclinantes, in ejus poteſtate omnem de pace ineunda controverſiam cum altera partium, optima inter ſe inita conſpiratione, tradunt, omnibus qui aderant rem oppido mirantibus. *Mox autem in mutuos amplexus pars utraque, data petitaque vicißim venia, ex Catharinæ præſcripto ruiſſe dicitur.*

g *Quidam etiam* Catherinatum *per contemptum per plateas clamabant.*

h *Uſque adeo* ut non ſolum deſpicato abjectoque corporis cultu, verum etiam dictis factiſque cujuſdam exploratæ ſubmiſſionis, ad veterem luxum faſtumque expiandum, ſe dejiceret.

i *Pius* 2 *in ea oratione, quam ad populum in ſolenni canonizatione habuit, rem totam hoc modo declaravit*: Audite Romani, audite omnes, res memorandas atque recenti dignas hiſtoria. Annis quatuor & ſeptuaginta Romana Curia trans Alpes peregrinata fuerat; Apoſtolica Sedes, per multas deducta manus, tandem ad Gregorium

A rium XI, Sanctitatis opinione celebrem, pervenerat. Is cum Episcopum quemdam redargueret, quod procul ab Ecclesia & sponsa sua vitam ageret; hoc responsum habuit: Cur tu, Pater sancte, qui me arguis, apud Ecclesiam tuam non trahis moram, sed multo quam ego meam, tu tuam sponsam, à te procul absentem, contemnis? Tactus hoc responso veluti monitu divino Pontifex, penitiorem palatii partem ingressus solus, Deo vovit, quamprimum posset, Romam petere: nec hoc mortali cuipiam revelavit. Sed cum pararet ad recessum operas, & Rex Franciæ multique Galliarum Principes ejus propositum impedire, nunc precibus, nunc minis adniterentur; dubius quid ageret, Virginem hanc ad se accersitâ consuluit, an Romam accedere deberet. Cui Virgo; quid me, inquit, Pontifex vilem femellam interrogat? tute scis quid Deo promiseris: servato quæ vovisti. Attonitus his dictis Præsul, omni hæsitatione rejecta, itineri se commisit, & navigio in Italiam vectus Romam petiit.

k *In magno enim Noscomio Senensi, cui se cum patre addixerat Stephanus, coram Deiparæ imagine noctu oranti allapsa vox dicitur, Romam properare jubens, quoniam inflaret caræ matris discessus.*

B

CAPUT II.

Extases Catharinæ: potestas in pellendis morbis exercita.

Stephanus tamquam secretorum Beatæ præ ceteris cõscius,

9 PEr suprascripta comprehendi potest, aliquibus annis habuisse me super quamplurimos etiam familiarissimam conversationem ejus, litteras atque secreta sua & partem libri sui scribendo, & ab ore Virgineo percipiendo: quia supra merita me nimis affectuose materna caritate dilexit, ita ut multi filiorum ejus ægre portarent, & quamdam æmulationem haberent. Ego autem attente cum diligentia magna considerabam verba, mores, & actus ejus in omnibus & per singula. Et paucis volendo multa concludere, super conscientia mea coram Deo & universa Ecclesia militante, veridice sibi præbeo testimonium istud, quia licet ego me peccatorem intelligebam, tamen habui elapsis jam annis sexaginta a & ultra conversationem multorum & valde famosorum servorum Dei, & numquam vidi vel etiam audivi à multis elapsis temporibus aliquem Dei servum, qui esset in omni virtute in tam perfectissimo atque supremo gradu; quare merito reputabatur ab omnibus virtutum simulacrum, & speculum servorum Dei lucidissimum.

testatur singularem ejus sanctimoniã,

a

C

& quod umanissima colloquiorum spiritualium,

10 Non habeo memoriæ, tanto tempore conversando secum, umquam ab ore suo Virgineo verbum aliquod otiosum audivisse: sed verba nostra numquam sic erant inepte prolata, quin ipsa statim ad aliquem profectum spiritualem adduceret. Semper & infatigabili corde loquebatur de Deo vel ad ipsum inducentibus. Nunquam puto dormivisset, vel comedisset, si auditores jugiter habuisset, ut experiebamur in ipsa quotidie: siquando vero compellebatur audire facta seculi vel ad salutem inutilia, subito rapiebatur in extasim; & corpus ibi remanebat absque sensu quocumque, velut in oratione consistens. Illo modo rapiebatur quotidie, ut ipsi vidimus, non dico centum vel mille vicibus; immo valde pluries membra sua rigida remanebant & inflexibilia, ita ut prius ossa frangi potuissent, quam membra flecti valuissent. Et pro veritate istius passus apertissime demonstranda, ne forte quis existimare vellet ipsam ita simulatorie fecisse; unum volo narrare, gestum in præsentia nostra.

soleret rapi in extases tam abstractivas,

11 Quando fuimus in Avenione, Papa Gregorius antedictus assignari nobis fecit unam pulchram domum cum ornatissima capella; & soror ipsius Domini *b* Papæ, tamquam devotissima Domina, postquam aliquando locuta fuit cum suprascripta virgine, magnam affectionem atque devotionem concepit ad eam, & inter cetera dixit in secreto Magistro Raymundo Confessori suo, quod valde peroptabat adesse quando sacra Virgo communicaret. Qui promisit ei, quod die Dominica futura sibi notificaret. Qua die veniente, hora Tertiarũ Virgo sancta capellam intravit, absque sotularibus tantummodo cum pedulibus, & more suo rapta fuit in extasim, communicare desiderans & expectans. Vocavit ergo me Magister Raymundus, & ait: Vade ad tale palatium, ubi moratur veneranda soror Papæ, dicesque sibi quia Catharina communicabit isto mane. Quæ Domina Missam audiebat; & sicut intravi quamdam aulam valde magnam, ipsa me consideravit: & quia agnovit esse de familia Catharinæ, subito personaliter ad me venit, & ait; Fili, quid quæris tu? Cui respondi, quæ mihi fuerunt injuncta. Ipsa vero subito festinavit, & venit ad domum nostram cum honorabili societate sexus utriusque. Inter alios autem adduxit uxorem *c* nepotis Papæ, qui vocabatur Dominus Raymundus de Turena, & hæc juvencula erat, vanitate plena, nihil habens de Deo. Soror Papæ valde devote se habuit; illa vero misera, sicut æstimo, cogitavit quod Virgo simularet: ideo post Missam ostendit ex devotione faciem suam superponere pedibus Virginis, & eam pluribus vicibus in pedibus acerrime acu perforavit: ipsa vero stetit immobilis, quemadmodum ita stetisset etiamsi pedes abscidisset. Postquam autem omnes abscesserant, & Virgo redit ad sensus corporeos; valde cœpit dolere pedem, ita quod vix ambulare poterat. At illæ sociæ suæ considerantes ubi dolebat, viderunt emortuum sanguinem ex punctûris: & intellexerunt aperte malitiam & infidelitatem illius miseræ. De multis exemplis ad propositum hoc unum existimo posse sufficere fideli viro.

AUCTORE STEPHANO

b

ut post Communionem coram Sorore Pontificis,

que adesse petierat,

E

c

acu punctã in pede nihil senserit,

nisi postquam raptus ille cessavit:

12 Circa quem extaticum statum ejus unum valde mirabile non est omittendum, sed cum debita veneratione recolendum: quia præcipue quando in quibusdam arduis ejus anima ferventius in oratione semetipsam exercitabat, & cum impetu majori satagebat ascendere, gravedinem quoque corporis à terra sublevabat: unde multotiens à quampluribus in oratione visa fuit à terrâ suspensa & elevata, quorum ego sum unus, de quo vehementer admirabar; qualiter autem ita fieri posset, aperte scribitur in libro, quem ipsa Virgo sacra composuit, quem ego pro parte scripsi, dum illum ore Virgineo valde mirabili modo dictabat. Super qua materia valde notandum est, quod divina Majestas isti fidelissimæ sponsæ suæ tantam auctoritatem atque familiaritatem secum exhibuerat, ut frequenter in oratione sua confidentissime loqueretur, dicendo. Ego volo sic: Et quando tali modo Sponso suo loquebatur, videbatur esse necessarium, quod ilico suum effectum haberet: ut in multis possemus verissimum exhibere testimonium.

& sæpe corpus de terra sublevaretur.

F

efficacissima utens oratione:

13 Sed hoc unum, quod in me percepi, tacere non potero. Cum de Avenione rediremus, fuimus in civitate Januæ, per mensem & ultra, in domo cujusdam nobilis & venerandæ Dominæ, quæ vocabatur Domina Orietta Scotta, ubi fere tota societas nostra fuit infirmata: sed illa Domina solicitam de omnibus curam agebat, adducendo quotidie duos medicos valentes viros, cum quibus habui laborem valde magnum, volendo satisfacere singulis infirmis; donec ab omnibus de domo quasi mihi prædiceretur, quod etiam infirmaretur,

ita ipsum Stephanum Avenione,

AUCT. STEPHANO. EX MS.

ter,& infra paucos dies ita ſubſecutum eſt. In lectum quoque decidi multum acutiſſima febri correptus, cum exceſſivo dolore capitis & laborioſo vomitu. Cumque ſacra Virgo percepiſſet,ad me perſonaliter acceſſit, una cum Confeſſoribus atque ſociabus ejus, & à me petivit, in quo eram ita gravatus. Ego vero lætatus ex ejus gratiſſima præſentia, ſolatioſe reſpondi: Aliqui dicunt mihi, quod ego patior neſcio quid. Tunc ipſa caritate maternâ mota, mihi frontem virginea manu tetigit, & caput ſuum aliqualiter agitans, ait: Audiatis iſtum filium, qui dicit, aliqui mihi dicunt, quod ego patior, ignoro quid; cum ipſe patiatur acutiſſimam febrem. Et adjecit: Ego non permittam te agere, prout faciunt infirmi ceteri, ſed in virtute ſanctæ obedientiæ tibi præcipio, ut ulterius hanc ægritudinem non patiaris; nam omnino volo te eſſe ſanum, ac ut alios adjuves uti ſolebas: & his dictis, juxta morem ſuum, incepit loqui de Deo. Mirabile dictu, ſed valde mirabilius in facto! Ipſo tunc, adhuc ea loquente, fui pleniſſime liberatus; & interrumpendo verba ſua, me liberatum eſſe clamavi, cunctis qui aderant admirantibus; & annis multis poſtea cum perfecta ſanitate perſeveravi.

acutiſſima febre laborantem,

ſurgere juſſit & ſanavit,

B

14 Simili modo præfata Virgo, videlicet ex præcepto poteſtativo, Venerabilem virum Domnum *d* Joannem, monachum profeſſum & habitantem in cellis Vallisumbroſæ, liberavit: qui ſicut mihi firmiter aſſeruit, hora tali laborabat in extremis in Abbatia Paſſignani *e* prope Senas. Præceptum autem ab ore Virginis audivi, quod in abſentia dicti Domni Joannis factum extitit, videlicet in præſentia duorum diſcipulorum ejuſdem, quos ipſi Virgini direxerat, præcipiens illi per eos, ne amplius infirmaretur, ſed indilate veniret ad eam: & abſque mora ſic opere complevit. Super quo facto, admiratione multa digno, ipſe poſtea pulcherrimam epiſtolam *f* luculento ſtylo dictavit,ad memoriam tanti miraculi, quam epiſtolam in cella noſtra devote conſervavi. Tum adhuc plenius viva voce mihi ſuperſcripta ſerioſe narravit, voce publica Virginem extollendo, & ad ejus devotionem omnes audientes imitando, quæ de pœna mortis extraxerat eum, potius præcipiendo quam orando: multumq; admirans laudabat Altiſſimum,qui tantam atque talem auctoritatem iſti ſponſæ ſuæ conceſſerat.

d

item eremitam Vallumbroſanum.

e

f

C

ANNOTATA.

a *Agebat Stephanus, tum hæc ſcriberet anno* 1411, *ætatis annum* 64; *natus, uti dicitur in Vita an.* 1347.

b Gregorius XI, *antea Petrus Rogerius de Bello-forti dictus, filius Guilielmi Rogerii* I, *Comitis de Beaufort, quatuor ſorores habuiſſe dicitur apud Chriſtophorum Juſtellum in Hiſtoria Genealogica familiæ Tureniæ: quarum primogenita* Eliſa, *hoc tempore bis vidua & prole carens, credi poteſt fratri adhæſiſſe potius quam aliæ, quæ, ſi vivebant, conjugio aut liberis obſtrictæ erant. Eidem conjecturæ favet quod hæc anno* 1402 *heredem inſtituerit* Raymundum Comitem de Beaufort & Turene, *ſuum & Pontificis nepotem primogenitum, ex primogenito Fratre Guilielmo Rogerio* II, *qui Guilielmus Rogerius Vicecomitatum Tureniæ, emptum an.* 1350 *ab uxoris ſuæ ſorore, Cecilia Comingiæ, avitis titulis adjunxit: & adhuc vivens an.* 1375 *tranſtulit in prædictum Raymundum, in favorem matrimonii ab eo contrahendi.*

c Maria, *filia Joannis* I *Comitis Arverniæ & Bononiæ, atque Joannæ Claromontanæ: quæ ſuæ temeritatis hanc pœnam tuliſſe videtur, quod filiam unam tunc habens, nullos deinde liberos marito dederit, in quibus familiæ ſucceſſio perſeveraret.*

d *De hoc* Joanne *ejusque vita egimus* 10 *Martii, poſtquam explicuimus Vitam B. Andreæ de Strumis, eo quod ab aliquibus cum titulo Beati dicto Andreæ jungatur.*

D

e Paſſinianenſis Abbatia, *medio inter Florentiam & Senas itinere, utrimque diſtat paſſuum millibus circiter quindecim.*

f *Utinam ea epiſtola adhuc uſpiam extet, cum reliquis ejusdem ſancti eremitæ ſcriptis, quæ hoc primum ſeculo perierunt; in quibus etiam alia reperiretur ſcripta ad Barduccium Florentinum, alterum B. Catharinæ ſcribam, de ipſius mortua gloria ſibi Joanni revelata, uti dictum ſupra num.* 21.

CAPUT III.

Efficacia ſermonum Catharinæ & mirabilis abſtinentia.

15 ET quamvis univerſa vita ſupraſcriptæ Virginis, tam ſecundum hominem interiorem quam exteriorem, extiterit, ut ita dixerim, inaudita & valde miraculoſa: tamen aliqui ſervi Dei magis excellentes altius unum in ea conſiderabant, in homine viatore valde ſtupendum & inſolitum; quia quidquid ageret,diceret, vel audiret, inſeparabiliter ſua ſancta mens in Deo ſemper erat immerſa, ſibique actualiter unita. Et quoniam ex abundantia cordis os loquitur, numquam niſi de Deo loquebatur, vel ad Deum inducentibus. Semper & ubiq; Deum quærebat, & inveniebat, & poſſidebat per actualem affectum & amoris unionem. Recolo quod quando videbat in prato flores, cum ſancta lætitia nos invitabat, dicens: Nonne videtis, quod omnia Deum honorant & clamant? Iſti rubei flores rubicundas Jeſu Chriſti plagas aperte nobis intimant. Quando videbat multitudinem formicarum, dicebat: Ita ſunt egreſſæ de ſancta mente Dei, ſicut & ego, qui tantum laboravit ad creandum Angelos, quantum iſtas & arborum flores. Et in effectu,ſemper omnes & in omnibus eramus in ſua præſentia conſolati,&tantum ædificati, quod ut ita dixerim, abſque corporali cibo ſtetiſſemus jugiter ad audiendum eam,quantumcumque fuiſſemus aliunde tribulati vel infirmitate gravati. Etiam ſuſpendendi vel decollandi (quos accerſita quandoque viſitabat in carcere) videbantur'oblivioni tradere pro tali tempore pœnas & afflictiones ſuas, undecumque venirent.

Deo inceſſanter unita,

E

de eo continuo loquebatur,

cum magno ſolatio audientium:

16 In ejus aſpectu mirabili modo videbantur tentationes diabolicæ omnino ceſſare, velut quando ſol in virtute ſua lucet, tenebræ non apparent. Recolo me multotiens ad eam iviſſe cum propoſito narrandi plura de ſtatu meo, & poſtea ſibi dicebam, quod oblivioni tradideram: unde ſolebam ab ea petere qualiter mihi eſſet: quæ procul dubio melius exponebat & in neceſſitatibus occurrebat, quam ipſe ſciviſſem exponere ſive poſtulare. Et ne quis admiretur de tali modo loquendi, noverunt omnes,quod iſta ſaeratiſſima Virgo quaſi cognoſcebat animarum diſpoſitionem, velut nos agnoſcimus diſpoſitionem facierum, prout experientia multotiens apertiſſime demonſtravit *a*: unde non poteramus eam quoquo modo latere, ſed nobis noſtra ſecreta pandebat. Quare ſibi quandoque dixi: Vere, Mater, majus periculum eſt, eſſe juxta vos, quam ambulare per mare; pro eo quod ita videtis omnia noſtra. Et illa mihi ſubintulit in ſecreto: Noveris, cariſſime fili, quod in mentibus,eorum præcipue ſuper quos amplius invigilare ſtudeo, nulla macula ſive nubes alicujus defectus ita ſubito cadit, quin illam ſubito videam, Domino demonſtrante.

F

efficax ad ſedendas tentationes,

arcana cordium penetrabat,

a

17 Et ad majorem expreſſionem iſtius veritatis, apertiſſime mihi conſtat, quod propter efficaciſſimas exhortationes ejus ipſa confiteri fecit, etiam in præſentia mea,utriuſq; ſexus multa millia hominũ, quia nullus

ad confeſſionem inducebat plurimos,

A nullus omnino poterat ei reſiſtere; unde propter tantũ fructum animarũ, quem ipſa faciebat in hujuſmodi, Papa Gregorius undecimus ei gratioſe conceſſit jugiter habere ſecum tres Confeſſores cum auctoritate valde magna. Quandoque tamen occurrebant ei peccatores aliqui, à diabolo tam tenaciter alligati, quod omnino reſiſtebant ei dicentes: Vere, Domina, ſi diceretis mihi, quod Romam irem vel ad S. Jacobum, infallibiliter implerem; ſuper hoc autem articulo confeſſionis, obſecro, parcatis mihi quia non poſſum. Tandem, quando per alium modum prævalere ipſa non poterat, in ſecreto dicebat ei: Si dixero tibi cauſam ob quam tu renuis confiteri, numquid poſtea confiteberis? Ille vero tamquam attonitus atque præventus ita facere promittebat, & ipſa: Dilectiſſime frater, oculos hominum aliquando latere poſſumus, oculos vero Dei numquam; ideo tale peccatum, quod in tali tempore & in tali loco feciſti, eſt illud, unde diabolus tali modo mentem tuam confudit, quod te confiteri non permiſit. At ille videns, ſe ita deprehenſum, ad pedes ejus humillime ſe proſternebat, cum abundantia lacrymarum veniam expoſcens, & indilate confitebatur. Apertiſſime mihi conſtat, quod pluries & cum pluribus hoc actum eſt: quorum unus, per totam Italiam valde famoſus & magni ſtatus, mihi dixit: Solus Deus & ego ſciebamus iſtud, quod iſta Virgo mihi dixit: unde procul dubio video, quod ipſa major eſt in conſpectu Dei, quam credatur. Per hunc ergo modum Virgo prudentiſſima peccatorum animas de manu diaboli liberabat. Et iſta pro præſenti de miraculoſa vita ſua ſecundum hominem interiorem dicta ſufficiant, licet ampliſſima ſit hujuſmodi materia,

etiam obduratiſſimos,

ad pœnitentiam, ſua ei peccata detegendo;

B

18 Secundum exteriorem hominem adhuc erat vita ipſius miraculoſa: quia, ſicut habetur in Legenda ſua, multo tempore ſuſtentabatur aliquando virgineum corpuſculum abſque cibo quocumque materiali, etiam abſtinendo à gutta aquæ: quod impoſſibile judicarem, niſi vidiſſem oculis meis in Roma; quandoque ſumendo tantummodo Venerabile Sacramentum Communionis. Tamen ejus modus vivendi, quem tempore multo ſervavit & ego pluribus annis vidi, eſt iſte: carnes, vinum, confectiones & ova multum abhorrebat: illæ ſociæ ſuæ præparabant ei herbas crudas communiter, quas inſalatium vocamus, quando poterant habere, & aliquando ferculum olerum cum oleo. De anguilla comedebat ſolummodo caput & caudam; caſeum vero non comedebat, niſi quando bene putridus erat, & ſimiliter uvas & hujuſmodi. Neque tamen iſta comedebat, ſed aliquando cum pane, aliquando ſine pane dentibus conterebat, ingerendo ſuccum, & omnem bolum quoad materiam groſſam exſpuendo, & aquam puram frequentiſſime bibendo, imo ſorbillando. Et quaſi tanto tempore differebat ita facere, quanto ſociæ comedendo ſtabant in menſa; poſtea ſurgebat dicens, Vadamus ad juſtitiam iſtius miſeræ peccatricis. Et cum virgulto fœniculi vel altero, quem ad ſtomachum immittebat, violenter per eamdem viam illum ſuccum & aquam potatam ad extra revocabat: & aliquando tantam violentiam in hoc actu ſuſtentabat, quod ex ore ſanguinis rivus exibat.

quandoque ſola Euchariſtia victitat,

alias parciſſimo vilique utens edulio

C

quo tamen, utpote violente reddendo,

19 Confunditur igitur hinc opinio quorumdam incredulorum, qui falſiſſime detrahebant ei, dicentes, Quamvis ipſa non comedat aperte cum aliis; ipſa poſtea comedit in ſecreto. Simpliciſſima veritas eſt iſta, quam apertiſſime multi vidimus longo tempore, quod dum in ſtomacho ſuo erat aliqua ſubſtantia cujuſcumque ſucci vel aquæ, ſive rei alterius, etiam ad inſtar unius avellanæ, corpus ejus efficiebatur infirmum & inutile totaliter. Aliquando veniebant ad eam aliqui magni viri, tempore quo debuiſſet agere juſtitiam illam, ut utar vocabulo ſuo, & ſic, ut eis illico ſatisfaceret, oportebat eam differre talem actum: ſed ipſa ſubito ſyncopizabat & efficiebatur veluti mortua, donec illam evacuationem opere perfeciſſet. Hæc autem vidimus, ut ita dixerim, infinitis vicibus.

AUCT. STEPHANO. EX MS.

non juvabatur ſed infirmabatur:

20 Quod ego diligenter attendens, valde confidenter aliquando dixi ſibi: Mater amantiſſima, confidero quod refrigerium ejus quod ſumitis, ita modico tempore tenetis in ſtomacho, quod natura nullum vel modicum ſubſidium inde poteſt habere: præcipue quia ſtatim revocatis cum tanta difficultate, amaritudine, & pœna; quare melius appareret quod abſtineretis à tali ſumptione. Quæ tamquam diſcretiſſima mihi reſpondit: Dilectiſſime fili, plures habeo reſpectus in iſta ſumptione: unus eſt, quia rogavi Deum, in præſenti vita me puniret pro peccato gulæ; itaque libenter accepto diſciplinam iſtam, à Deo mihi conceſſam. Deinde quia conor ſatisfacere quampluribus, qui videntur in me ſcandalizari, quando non comedebam; dicebant enim quia diabolus me decipiebat: itaque comedo ſicuti mihi conceditur. Alius etiam poteſt eſſe bonus reſpectus, quia per iſtam corporalem pœnam mens aliqualiter ad corporales potentias revertitur: alias, quia ſic eſt mens abſorpta, corpus forſitan inſenſibile remaneret. His auditis tacui, non habens ad ei replicandum.

nihil prorſus ſumptura

niſi diſcretio id ſuaſiſſet.

E

F

ANNOTATA.

a *Huc ſpectat quod ex aliqua inedita Stephani Vita ſic narrat Frigerius: lib. 3 cap. 1.* Frequentabat Stephanus, exemplum patris ſui ſequens, nobilem Cõfraternitatem ſanctiſſimæ Virginis, quæ in cryptis quibuſdam Hoſpitalis Senenſis aſſueverat convenire, ibique exercebatur in operibus pietatis. Quadam nihilominus vice ab aliquibus ſuſcitatus, in eodem loco cum ipſis conſpiravit contra Magiſtratum: quod cognoſcens in ſpiritu Catharina, in hæc verba prorupit, Ah! fili mi Stephane, quid machinaris in corde tuo? quid agis? ſiccine domum Dei vertis in conventiculum proditionis. Audiebant hæc & mirabantur ſociæ, neque dubitabant quin aliquod grande ſecretum continerent eæ voces. Poſt paucos dies deinde adfuit Stephanus, Virginem, ut ſolebat viſitaturus: ſed priuſquam verbum proloqueretur, occupavit eum Virgo, & dixit. Itane, Stephane, teipſum precipitas in perniciem corporis animæque? quam ſtulta ſunt illa quæ agitaſti conſilia! Revertere, obſecro, revertere ad cor, ab eoque ejice conſpirationis venenum. Erras, ſi exiſtimas domum Dei impune fieri receptaculum conjuratorum adverſus rempublicam. Ut igitur culpam commiſſam eluas: vade & ipſo in loco extunde tot guttas ſanguinis teipſum flagellando, quot ibi verba perverſa protuliſti. Ita detectum ſe videns Stephanus, abiit, & quod juſſus erat humiliter implevit. *Vita ipſius Stephani lib. 5 cap. 2 addit Virginem pariter prædixiſſe, quod illud Reginæ cæli domicilium, propter inſanam civium ambitionem, occludendum eſſet recti ſtudioſis, nec niſi cum magno tumultu aperiendum: & reipſa anno* 1390 *cautum edicto fuiſſe, nequis pietatis exercendæ aut alio quocumque prætextu, illuc intraret conventum facturus.*

CAPUT IV.

Scientia rerum Spiritualium infusa, explorata & probata à summis Theologis, liberalitas in pauperes.

Datam Catharinæ divinitus ſcientiam

21 PRæter hæc autem habebat iſta ſacratiſſima Virgo tantam ſapientiam, animæ ſuæ divinitus infuſam, quod omnes audientes eam in ſtuporem vertebantur. Omnem ſacram Paginam ita lucidiſſime declarabat & interpretabatur, ut omnes, quantumcumque docti ſive magiſtri, velut attoniti mirarentur: & quod etiam apparebat valde mirabile, humana ſcientia in ejus conſpectu ita deficiebat, quemadmodum nix vel glacies in aſpectu ſolis ardentiſſimi liquefieri ſolet. Pluries fecit efficaciſſimos & admirando ſtylo ſermones, in præſentia Domini Gregorii Papæ XI, & poſtea Domini Urbani Papæ VI, atque Dominorum Cardinalium, dicentium unanimiter admiratione multa ſuſpenſi, Numquam ſic locutus eſt homo: &, Abſque dubio iſta non eſt mulier quæ loquitur, imo Spiritus ſanctus, ut apertiſſime comprobatur.

admirantur Cardinales & Pontifices:

22 Et quia materia ſe præbet, ad propoſitum unum volo ſuccincte recitare cui fui præſens in Avenione. Cum Papa Gregorius undecimus iſti ſanctæ Virgini multam audientiam exhiberet, atque in reverentia haberet eam; tres magni Prælati (videant ipſi quo ſpiritu) ſuper ipſa fuerunt ei locuti, dicentes Pater beatiſſime; Nunquid iſta Catherina de Senis eſt tantæ ſanctitatis quantæ dicitur? Qui reſpondit: Vere credimus eam eſſe ſanctam Virginem. Et ipſi: Viſitabimus eam, ſi veſtræ Sanctitati placet. Qui ait: Credimus quia eritis ædificati. Venerunt ergo ad domum noſtram ſtatim poſt Nonam in æſtate. Pulſantibus illis, ego cucurri ad eos, qui dixerunt: Dicas Catherinæ, quod ei loqui volumus. Quo percepto deſcendit ſacra Virgo ad eos, una cum Magiſtro Joanne *a* Confeſſore ſuo & quibuſdam aliis religioſis, & in apto loco fecerunt eam in medio ſedere.

B

hanc exploraturi Prælati tres,

23 Exordium autem ipſorum à magna ſuperbia incepit, ipſam irritando mordacibus verbis, inter cetera dicentes: Ex parte Domini noſtri Papæ venimus, & audire cupimus, utrum Florentini te mittant, uti fama pervolat: & ſi verum eſt, numquid non habent aliquem valentem virum, quem pro tanto negotio mittere valeant ad talem Dominum: ſi vero te non tranſmiſerunt, valde miramur, cum tu ſis vilis muliercula, quia præſumis de tanta materia loqui cum Domino noſtro Papa. Sed ipſa velut immobilis columna perſeverabat, humiles & efficaciſſimas exhibendo reſponſiones, ita ut illi valde mirarentur. Et cum de tali materia pleniſſime ſatisfeciſſet eis, propoſuerunt ei valde magnas & quamplurimas quæſtiones, præcipue de iſtis abſtractionibus ejus, & modo ſingulariſſimo vivendi: & cum Apoſtolus dicat, quod angelus ſathanæ ſe transfigurat in angelum lucis, ad quid ipſa cognoſcit, utrum ne à diabolo ſit illuſa: & alia multa dixerunt atque propoſuerunt, & in effectu diſputatio protracta eſt uſque ad noctem. Aliquando Magiſter Joannes pro ea reſpondere volebat; & licet eſſet in ſacra Theologia Magiſter, illi tamen ita erant valentiſſimi, quod in paucis verbis confundebant eum, dicentes, Vos erubeſcere deberetis in conſpectu noſtro talia proferre, permittatis eam reſpondere, quia valde magis ſatisfacit nobis quam vos.

eam contumelioſius interrogant,

C

& humilibus reſponſis

ſolidumque doctrina comprobata,

24 Inter illos tres erat unus Archiepiſcopus Ordinis Minorum, qui Phariſaico ſupercilio procedens, ut apparebat, verba Virginis aliquando non videbatur acceptare. Alii duo tandem inſurrexerunt contra eum dicentes: Quid ultra quæritis ab iſta Virgine! ſine dubio materias iſtas explanavit apertius atque plenius, quam unquam invenerimus ab ullo Doctore, & multo plura ſigna, eaque veriſſima luculenter nobis expreſſit: & ita ſchiſma fuit inter eos. Poſtremo receſſerunt omnes, ædificati pariter & conſolati, referentes Domino Papæ, quod numquam invenerunt animam tam humilem & ita illuminatam. Qui tamen Papa, quando percepit eos ita Virginem irritaſſe, diſplicentiam habuit, & apud eam efficaciter ſe excuſavit; afferens, ultra voluntatem ſuam eos ita feciſſe; ſubdens, Si ulterius venerint ad te, facias eis oſtium in ſuis pectoribus occludi. Die vero ſequenti Magiſter Franciſcus noſter de Senis, qui tunc erat medicus Papæ, dixit mihi; Cognoſcis tu Prælatos illos, qui venerunt heri ad domum veſtram? Cui reſpondi, quod non. Tunc ille: Noveris, quod ſi ſcientia illorum trium poneretur in una lance, ac in alia poneretur ſcientia omnium qui ſunt in Curia Romana, ſcientia illorum trium valde præponderaret: & ſcio tibi dicere, quod ſi non inveniſſent iſtam Virginem Catharinam habere ſolidum fundamentum, ipſa numquam feciſſet ita peſſimum iter: deinde valde commendavit eam affectuoſiſſimis verbis, quæ cauſa brevitatis omitto.

laudant apud Pontificem,

D

erant ipſi præcipui Theologi totius curiæ,

E

25 Poſtremo, quis enarrare ſufficiat intrinſecas virtutes hujus almæ Virginis, cum illarum actuali experimento? ſicut humilitatem ſuam profundiſſimam, patientiam invictiſſimam; ita quod numquam viſa fuerit in facie vel ſemel alterata, vel quod unum verbum cum impatientia vel iracundia protulerit, quod eſt utique magnæ perfectionis indicium. Quis ejus ardentiſſimam caritatem exprimere poſſit? qua non ſolummodo bona temporalia, cum eſſet in domo paterna, ſed & in honorem Dei & conſolationem proximorum ſemetipſam infatigabiliter exhibebat. Unde multa miracula Deus oſtendit, quandoque multiplicando panem in capſa, vel augmentando vinum in vegete. Quandoque tribuebat pauperi tunicam propriam: poſtea Salvator monſtravit ei in *b* dorſo ſuo, lucidiſſimis gemmis ornatam, prout actus iſte figuratus eſt Romæ juxta ſepulcrum ejus. Alia vice cum Confeſſoribus atque ſociabus ſuis ibat ad quemdam locum, & habuit obvium quemdam pauperem, ut apparuit, valde procacem, qui petivit eleemoſynam ab ea: ipſa vero reſpondit, Vere, cariſſime frater, ego nullam habeo pecuniam. Et ille: Vos poteſtis mihi dare mantellum, quem habetis. Et ipſa, Verum eſt, ait, & illico ſibi dedit. Confeſſores vero ſequentes eam, vix eum cum magno pretio potuerunt ab illo paupere redimere: quæ cum argueretur ab eis, quare ſine ſui Ordinis habitu decreverat incedere, reſpondit: Ego volo potius inveniri ſine habitu, quam ſine caritate. Qui neſcierunt ei reſpondere, perfectionem ejus admirantes.

humilitate patientia,

& caritate erga proximum excellit,

panem & vinum miraculo auget

b

pauperibus proprias veſtes largitur

F

26 Nunc vero quadam indiſpoſitione corporali ſuadente, imo verius compellente, ſimul cum occurrentibus occupationibus (quoniam ex hac ampliſſima materia multi libri confici poſſent) volens verbis meis incompoſitis imponere finem, exhortor in Domino devotos homines, qui delectantur audire virtutes reales, mirabiles, ſaluberrimas & exemplares iſtius almæ Virginis, &, ut ita dixerim, inauditam familiaritatem, quam etiam, dum eſſet in mortali corpore jugiter habebat cum Domino noſtro Jeſu Chriſto, atque Beatiſsima Virgine Maria, ſimiliter cum Sanctis aliis, non dormiendo vel ſomniando, imo corporaliter vigilando; legant Vitam atque Legendam ipſius Virginis, editam & ordinatam

Vita ejus ſcripta à Raymundo Confeſſario

tam à Reverendiſſimo patre Magiſtro Raymundo de Capua, ſacræ Paginæ Profeſſore, qui longo tempore Confeſſor ejus extitit,& poſt ejus felicem obitum fuit factus Generalis Magiſter ſui Ordinis, videlicet Prædicatorum;ubi multa utilia ſimul & pulcherrima reperient. Et quamvis aliqui faſtidioſi lectores, ab omni fructu devotionis alieni, dicant, quod valde prolixe ſcripſit; hoc apertiſſime noverint univerſi, quod in comparatione geſtorum ipſe nimis abbreviavit vitam illius,ibidem qualicumque modo deſcriptam; & ea quæ ſcripſit indubitanter exiſtimo quod Spiritu ſancto dictante ſcripſerit.

non debet nimis proli xa eſtimari

27 Hoc verbum hic appoſui confidenter, quia longam converſationem, licet immeritus, habui ſecum:& non ignoro commendabilem vitam ejus, atque dotes odoriferas, videlicet virginitatis, nobilitatis etiam corporeæ, ſcientiæ magnæ, ac aliarum virtutum, quibus à Domino Deo noſtro fuerat inſignitus. Hoc unum in finem tacere non potero, quia, ſicut optime novi, beatiſſimæ Virgini Mariæ devotiſſimus extitit; ut etiam apparet omnibus, illum pulcherrimum atque devotum Tractatum *c*, quem ipſe ſuper Magnificat edidit, attente legentibus. Et quia, ſicut ego pie credo, jam ad vitam æternam *d* tranſivit, unum hactenus ſecretum in præſenti propalabo, & apud me certum habeo,quia per annos plurimos, antequam ipſe cognoſceret almam Virginem ſupraſcriptam, vel è converſo, Beatiſſima Virgo Maria, corporaliter apparens ipſi ſacratiſſimæ Virgini Catharinæ, promiſit ei dare unum fideliſſimum devotum ſuum in Patrem & Confeſſorem, qui daret ei valde majorem conſolationem, quam hactenus habuerat à ceteris ſuis Confeſſoribus, ut poſtea rei probavit eventus.

eſtque fide- digniſſima propter auctoris virtutes

c

d

& qui ab ipſa B. V. M. datus eſt Sanctæ in Confeſſariũ

28 Hæc ergo pauca nunc occurrunt, in teſtimonium vitæ ſanctæ Catharinæ de Senis, veſtræ Caritati tranſmittenda, ut à me cum inſtantia poſtulaſtis: quæ ſimplici ſtylo deſcripſi, &, licet ægritudine corporali gravatus ac in quampluribus occupatus, corde ſimpliciore dictavi. Et quoniam in litteris veſtris attendi unum vocabulum, videlicet,quod veridicam informationem Caritati veſtræ dirigerem, hoc intactum omnino præterire non patiar. Abſit ab æſtimatione cujuſcumque, præcipue ſapientis; abſit etiam à ſinceritate, ſerenitate, atque puritate meæ conſcientiæ,ut ego ſcienter & contra conſcientiam aliquid alienum à ſimplici veritate permiſcere vellem in quibuſcumque ſermonibus meis: quia novi quod os quod mentitur occidit animam;neque Deus indiget habere mendacia noſtra, neque fienda ſunt aliqua mala ut inde proveniant bona. Certiſſimum igitur habeatis, quod meram veritatem protuli, ſupraſcripta narrando; vel veritatem aſſerere putavi: pro qua non tantum juramentum juxta petitionem veſtram expono, ſed & paratum offero me, ſub quacumque forma fuerit expediens, efficaciſſime jurare. Immo quod plus eſt, ut ita dixerim, pro tali veritate confirmanda, & ad honorem Dei & ad ædificationem, conſolationem,atque ſalutem proximorum, ſum paratus etiam in ignem ponere manus: ut novit ille apertiſſime qui nihil ignorat, cui eſt laus & gloria per infinita ſecula *e*.

Atteſtatio ipſius Stephani

C

de veritate hic Scriptorum.

e

29 Datum in domo noſtra ſupraſcripta XXVI Octobris, anno Domini MCCCCXI; ſub manu duorum tabellionum, ac in præſentia multorum teſtium, appenſo grandi ſigillo conventus noſtri in teſtimonium veritatis, ut ſatisfaciam petitioni veſtræ.

ANNOTATA.

a *Cum hujus* Joannis *nuſquam meminerit Raymundus in Vita, credimus eum obiiſſe ante ipſam Sanctam.*

b In dorſo habere, *idiotiſmus Italicus, pro eo quod Latini dicerent* indutus eſſe, *vulgariter* à doſſo: *quomodo etiam Teutones dicunt* doſſen *induere*, gedoſt *indutus* in den dos *in habitu.*

c *Laudatur hic* Tractatus Raymundi in Magnificat *à Sixto Senenſi in Bibliotheca, ubi & alia quædam illius indicantur: ſed ubinam inveniatur Ms exemplar necdum comperimus.*

d *Obiit* Raymundus Generalis *Norimbergæ in Germania an.* 1399.

e *Sequentem clauſulam invenimus diverſa ac multo recentiori manu adſcriptam noſtro ecgrapho; neſcimus ex quo Ms aut impreſſo exemplari, fidelem tamen eſſe non dubitamus: quia anno* 1410 *Stephanus, abdicato Ordinis Generalatu, ad quem aſſumptus fuerat ab Italis vero Pontifici obedientibus contra Schiſmaticum Generalem in majori Carthuſia reſidentem, factus denuo Prior Pontinianæ Carthuſiæ prope Senas, in qua habitum ſumpſerat; paulo poſt, videlicet anno hic notato* 1411 *menſe Martio tranſlatus fuit ad regimen prædictæ domus* S. *Mariæ juxta Papiam; in eoque munere uſque ad annum* 1420 *perſeveravit, & obiit an.* 1424, 7 *Auguſti*, Maria mater Gratiæ,ac Catharinæ nomen ingeminans; *ut dicitur in Vita,in dicta Papienſi Carthuſia honorifice ſepultus.*

ANALECTA DE S. CATHARINA

CAPVT I.

Ex Vita per Fr. Thomam collecta,

apud Ioninum Mombritium. a

1 ERga ſanctam Eccleſiam ejuſque Paſtorem tanto ſuccendebatur zelo, & continuis orationum exercitiis gemitibus inenarrabilibus detinebatur, ut neque cibum nec etiam aquæ guttam vel ad refrigerium ſumeret: tale in gutture patiebatur incendium, ut per os ignem quodammodo ſpirare videretur. Eo tamen tempore duas Epiſtolas Confeſſori ſuo ſcripſit, in illis inter cetera notificando non ſolum de præmiſſis, verum etiam de quibuſdam aliis exceſſibus, valde notabilibus qui ſibi tunc occurrerunt: quorum unus de dolore cordis & illius ſuper Eccleſiam diſtillatione ſive compreſſione inſcribitur: atque de litteris ab ea Papæ directis; etiam de quibuſdam promiſſionibus & verbis eo modo, quibus uſus eſt Jeſus Chriſtus tranſiturus ex hoc mundo ad Patrem, & B. Dominicus in ſuo tranſitu. Interſerit inſuper ibidem ſalubres admonitiones & ſingulariter ad prædictum Magiſtrum Raymundum pertinentes. Ibi notificabat obedientiam, à Domino ſibi commiſſam, ut ſingulo die & mane, audita Miſſa ſumptaque Communione, ſemper iret uſque ad S. Petrum: & hoc uſque ad Dominicam tertiam Quadrageſimæ præciſe,pro eo quod ex tunc omnino decubuit, uſque ad diem obitus ejus.

Extremum decumbens dictat, Epiſtolas duas

F

2 De quo tranſitu ſuo oſtenſum fuerat ei, cum eſſet in ipſa S. Petri eccleſia: quomodo videlicet Eccleſiæ navicula, ſuper ejus humeros poſita, fortiter opprimebat eam, adeo ut moriendo in terram obruta caderet. Et ita poſt ipſam diem Dominicam hebdomades *b* octo præterierunt, in quibus virgo decubuit, antequam ex hac vita abiret, tota pœnis

antea in viſu præmonita quod pro eccleſia mori deberet: b

EX VARIIS pœnis atque doloribus affecta, non utique naturalibus, imo verius infernalibus & inauditis. Quæ tamen omnia læto animo perferebat, ac si non esset ipsa quæ talia tolerabat. Mirabantur omnes eam videntes & audientes: & revera velle ejus patientiam exprimere, potius est eam offuscare. Numquam ex ore virgineo murmur vel otiosum aliquid audiebatur: laudes tantum Altissimi resonabant atque gratiarum Actiones; & si ultra quam exprimi possit corpore affligeretur, facies tamen illius, Angelica & devota semper apparebat..... c

c

d *& in die Paschæ ad communionem mirabiliter relevata.*

3 Scribit Magister *d* Bartholomæus, quod, dum Virgo hæc ad mortem infirmaretur, contigit ipsum, quadam urgente occasione, Romam accedere, ubi Virginem invenit valde debilitatam & veluti mortuam jacentem: ex quo valde contristatus, obstupuit. Adveniente vero die Dominicæ Resurrectionis, cum ipse Magister non absque difficultate Confessionem ejus audisset; & pro pœnitentia imposuisset ei Dominum orare, ut mane illo cum ejus familia solito more pascere & communicare valeret, oratione facta & à Domino exaudita, ipsamet, omnibus stupentibus, surrexit à lectulo, & cancellatis manibus flexisque
B genibus ante altare stans, eam juxta votum communicavit; & post abstractionem assuetam, sensibus deinde restituta; stetit quasi immobilis, uti prius; & alienis manibus adducta ad lectulum fuit. Post multa, refert Virginem ei persuasisse reditum, quia sic oportebat. Ipse vero respondit, quia, nisi à Domino convalescentiam impetraret, nullatenus vellet eam in tali statu dimittere. Cum ita Virgo promisisset & opere perfecisset, exhilaratus ille ei valefecit, ab eaque discessit. Non multo post ei notificatum fuit, post ejus discessum ad pristinum debilitatem atque gravedinem eam rediisse. *e*

e

f *mortua conspicitur in gloria.*

4 Ipsa die [*qua obiit Virgo*] ... .. *f* Thomas Petra, Urbani VI Protonotarius, hujusque Virginis devotus, cum nocturna officia persolvisset, dieque Dominicæ diluculo ut quiesceret se reclinasset; elevatus atque raptus, vidit in aperto & sereniſſimo cælo maximam spirituum beatorum multitudinem, magnam solennitatem celebrantium diversis organorum generibus. Et cum interro-
C gasset quid sibi hæc vellent; respondsum est ei, animam Catharinæ Senensis afferri ante divinæ Majestatis conspectum. Et quoniam optabat illam videre, ostensa ei fuit, velut in quodam circulo sive throno solari, undique radios emittente, ac se taliter habens, quemadmodum Reginam cælorum, quando in cælum assumpta fuit, depingi videmus. Et cum in ipsum illa respiceret atque hilariter subrideret, Thomas fuit excitatus: indeque habuisse consolationem admirabilem atque præcipuam gratiam, testatus est *g* ..... Tandem
g vero honorabilibus exequiis, Virginis corpus marmoreo sepulcro reconditum est. Alia sunt innumerabilia pene signa & miracula, quæ ad honorandam hanc Virginem ostendit Dominus: ea autem eo consilio omittenda duxi, quod fere sit impossibile, etiam pro viribus nitenti, omnia immensa illius merita recognoscere, quæ in æthereo thalamo illi suo Sponso jam sociata est, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat per omnia secula seculorum.

ANNOTATA.

D

a *Sequuntur hæc post narrata in Vita per Raymundus cruciatus, à dæmonibus Virgini illatos, usque ad num.* 348.

b *S, uti supra dictum & ut testantur omnes, decumbere cœpit Dominica 3 Quadragesimæ, quæ isto anno cadebat in 18 Februarii; non solum octo, sed decem hebdomadæ fluxerunt usque ad obitum, sive usque ad 29 Aprilis, ut hebdomadas supputanti patebit: occasionem errandi accepit Thomas ex verbis Barduccii num.* 5 *male intellectis.*

c *Sequitur ex Raymundo desiderium Virginis ad Christi conspectum anhelantis, & ante mortem suos omnes exhortantis sermo.*

d *Videtur hic esse* Bartholomæus Dominici Senensis ex Ordine Prædicatorum, *concionator insignis: ad quem extant plures S. Catharinæ epistolæ, quique dicitur à Sixto Senensi in Bibliotheca edidisse librum de initio Status Fratrum & Sororum de pœnitentia S. Dominici, & Coronensis Episcopus factus claruisse anno* 1402.

e *Sequitur compendiosa narratio mortis, ex epistola Barduccii verbotenus accepta, ideoque hic non repetenda.*

f *Hic interponebantur apparitiones factæ Fr. Raymundo, & Semie Romanæ.*

g *Sequuntur miracula post mortem patrata, quæ vide apud Raymundum.*

E

CAPUT II.

Ex Vita B. Stephani Macconi, *auctore Bartholomæo Senensi.*

5 JAm vero Seraphicæ Virgini Senensi, vitæ munere castissime perfunctæ, inque feretro adhuc jacenti, Stephanus omnia venerationis officia, ac postrema pietatis obsequia præstitit; quæ feminæ, cælestibus condecoratæ bonis, jure optimo exhibenda putavit. Is enim venerabile ejus cadaver suis humeris, ad Dominicanorum ædem super Minervam, extulit: is ad pretiosam ejusdem corporis glebam, per triduum ad confluentium populorum conspectum propositam, custodiendam excubias egit: simulque intenta animi cura ac studio, quæ ad sanctitatem ejus declarandam Deus edidit prodigia, litteris consignavit: is denique suis manibus sacrum illum thesaurum arcæ inclusit; cui pia figens oscula uberrimis etiam lacrymis rigavit. Quem extremo quidem in beatam Matrem pietatis officio intentum, subiit, ad interiorem ejus excolendam memoriam, suique solatium animi studiosius retinendum, reliquiarum quidpiam ex aliqua ejus corporis parte abscindere. Atqui dum nimis religiosus animi pendet, utrum unum ex digitis alterius vel præcipuæ manus ipsemet secet, an capillorum aliquid tondeat reverenter; in mentem illi venit satius fore tantisper expectandum, dum per æternæ mentis decretum, sacro eodem corpore in cineres redacto, ejus exuviæ alio (ut ea, obscuro licet effatu, divinitus Raymundo ante prædixerat futurum) brevi transferrentur.

Stephanus funeri assistens,

& debahenda ejus Reliquia solicitus,

F

6 Ergo à pio officio Stephanum recedere meditantem, ac motu etiam tum corporis & animi varium, rursus acris suo potiendi desiderio incessit cupiditas; indignumque prosus ratus est eximia sua erga beatam Matrem religione, ut ab optato pignore vacuus inde recederet. Ancipiti ergo cura ardentius agitatus, rem ipsam religiosis cum feminis, virginis olim sodalibus, conferre statuit: quibus annuentibus, ac reserato sarcophago, suum Stephanus explevit flagrantissimis animum votis. Siquidem ne fœda aliqua obtrunca-

dentem excipit,

A obtruncatione ſacrum deturparetur corpus, dentium unum è defunctæ Virginis ore ipſemet pius excuſſit, graviſſimo Præſidi brevi ornamento præſidioque futurum: quoniam non ita multis inde elapſis annis, efficaci obtentum prece, Angelus Corrarius Venetus, Conſtantinopolitanus tunc Patriarcha, atque conſequenti deinde tempore Romanus Pontifex [Gregorius XII] creatus, tamquam pretioſum lapillum, atque adeo ſacrum veluti pignus, ad illuſtrem eximiamque cujuſdam pietatis & obſervantiæ ſignificationem erga Virginem Seraphicam, venerabundus geſtabat, ſuſpenſum e collo, aurea conditum bulla.

qui deinde Gregorio XII *ceſſit.*

Ipſe ſcribit quæ norat.

7 Neque hiſce tamen contentus fuit Stephanus noſter; ſed ad alias quoque, quas olim uſui Virginis fuiſſe cognorat, reculas ac pietatis inſtrumenta colligenda adjecit animum .... Eumdem deinde convertit ad ſtylum: & quæcumque ſuiſmet ipſe oculis hauſit manibuſque tractavit ſub mortis ejus tempus, non modo Raymundum Patrem, tum Genuæ degentem; verum etiam Sodales Deiparæ Senenſes, alioſque viros egregie pios Virginisque ſtudioſos fuſe per litteras docuit. Anni deinde abiere

B pauci, cum Senas veniens Raymundus, Ordinis Prædicatorum Generalis Magiſter, ad deſcribendam S. Catharinæ Vitam applicuit animum, ipſaque in Urbe Senenſi exorſus opus, cunctis memoriæ ipſius Virginis devotis optatiſſimum, adjutorio Stephani imprimis eſt uſus. Hæc porro cogitantem Raymundum ſubiit cogitatio de ſacro ejuſdem Virginis cranio (quod paulo ante à reliqua corporis parte ſeparari, & Roma Senas Procerum rogatu transferri curaverat) reverenter excipiendo; quatenus ei intra patriam ſedem privatim tribuerentur honores, tamquam inter Cælites certo receptæ, donec ſolennes per totam Dei Eccleſiam decernerentur.

& Raymũdum Vitæ ſcriptorem juvat.

cui de capitis tranſlatione celebranda deliberanti

8 In hanc itaque deliberationem ingreſſus Generalis Dominicanorum Magiſter; ut ſuis aliorumque piis votis, ac totius ſimul civitatis reſponderet optatis, omnem operam ponere ſtatuit. Sed antequam quod agitabat animo reipſa perficeret; in conſilium adhibere decrevit, non modo Dominicanos ſuos tunc ſodales (in quibus Thomas à Fonte erat, qui ad muſtos annos Virginis confeſſiones exceperat jam inde ab ejus pueritia) verum etiam

C quos ipſa beata Virgo, vitam dum viveret mortalem, in Chriſto genuerat filios, Senis per eos dies hærentes. Quamobrem ad ſe vocatis primum viris egregiis, Mattheo Cennis Fatii, Equite atque tum Domus hoſpitalis, cui à Miſericordia nomen erat, Rectore; Rainerio Pagliariſio, Eremitam agenti; Nerio Landuccio, atque Chriſtophoro Gavi, aliiſque ad viginti, memoriæ Virginis nominiſque ſtudioſis; cum iis de ea re ſerio graviterque deliberari eſt cœptum; qui inter alia, Stephanum è Pontiniana Carthuſia (quo inconſulto nihil aggredi decernique par erat) ſibi accerſendum putarunt, iisdemque Mattheo & Chriſtophoro, ut id facerent, demandarunt.

idem Stephanus ultro ſe ſiſtit

9 Hæc dum apud Raymundum ſub veſperam agitantur, Stephanus inſequenti luce, ſuo in cœnobio, divino actus ſpiritu, Domino Jacobo ait, Para te, ut Senas adeamus quamprimum: ad Divi enim Dominici advocari me ſentio. Nec mora, ſacris operati, pedibus de more capeſſunt iter. Ad Campum regium, prope ſacram Dominicanorum ædem, ut perveniunt, eoſdem viros offendunt, Matthæum nimirum ac Chriſtophorum. Quibus eminus, ut Stephanus eos vidit, Siſtite, ait, gradum. Scio vos in mandatis habere à Raimundo Patre, ut accerſar, quo præſens adſim piæ Matri jam decretis honoribus. Recte cogitaſtis: opus Dei iſtuc eſt. Nonne verum dico? Cui cum procul dubio id verum eſſe, ſtupore attoniti reſpondiſſent, apud animum ſuum reputantes, quonam id pacto perſpicuum exploratumque Stephano eſſet, cum neque litteris neque nuntiis Raymundum conſilium ſuum ei aperuiſſe certo conſtaret; in eam tandem mentem, re optime explorata, veniunt, id totum divinitus Stephanum perſenſiſſe.

Ex VARIIS

divinitus monitus:

10 In unum igitur convenientes, Raymundum adeunt: qui ubi Stephanum eſt intuitus, illicoque perſenſit quæ præſenſerat, divino afflante Numine, iiſdem & ipſe verbis uſus, cæleſti eodem agitatus Spiritu atque Stephanus, exclamavit: Bono eſtote animo, fratres mei, opus Dei eſt quod aggredimur in præſentia. Quidnam ampliùs quærimus? Faceſſant verba, & rem perficere ne differamus. Per Stephanum itaque ab Epiſcopo civitatis obtenta facultate publicam imperandi ſupplicationem; quo majori cum dignitate ac ſplendore ſacrum pignus per urbem circum ferretur, res in poſterum diem eſt dilata. Qui ut illuxit, ſummi Ma-

eaque decreta.

E giſtratus imperio juſtitium in tota urbe ſevere ſancitum eſt; atque dein, magna cum populi celebritate, ſupplicationis pompa, à porta Vallis-Montoni, quam novam vulgo noſtri appellant, ad ſacram Prædicatorum ædem, religioſo inſtructo agmine, ducta eſt quam celeberrima. Res omnino viſenda fuit, eoque magis quod inuſitata omnium gratulatione ac plauſu celebrata. Antecedebant primo Laicorum ſodalitates, deinde ſacrorum hominum familiæ Chriſto præconia concinentium, tertio Clerus cum ardentibus facibus cereiſque, tum qui ſupererant beatæ Virgini ſanguine proximi ac ſpirituales ejus alumni.

pompam inſtruit.

in qua & mater Lapa octogenaria procedebat:

11 In his pulcherrimum, quacumque pium incedebat agmen, ſpectaculum præbuit vetula Lapa, beatæ Virginis parens, per id tempus octogenariâ major: quæ ſecundum feretrum omnium ora in ſe convertebat, omniumque de ſe excitabat ſermones. Alii namque, O te beatam! aiebant, quæ ipſis oculis adhuc tam glorioſum de filia cernere meruiſti triumphum. Alii vero, Æmulari tuam felicitatem licet, ô fortunata anicula, quæ poſtquam mundo viginti quinque liberos peperiſti ex unico conjuge Jacobo, una ex iis Catharina divinis aucta muneribus, ſpem fiduciamque concipias videndi tuos tot labores atque ærumnas, Beatorum gloria affatim compenſatas: nefas eſt enim credere, ut quæ tot tantiſque fuerat cauſa ſalutis æternæ, nunc tibi ſuis meritis præclaris viam non muniat in cælum ad eamdem felicitatem comparandam. Nec vana, ut docuerunt extrema, vulgus tunc canebat: quia nonagenariæ proxima, id eſt annos octoginta novem nata, vitæ ſuæ munere adeo pie perfuncta eſt, ut ex illius exceſſu exputare æquum fuerit, eam, ad beatæ filiæ perfruendum amplexibus, in cæleſtium patriam evolaſſe.

F

Caput apud Prædicatores deponitur.

12 Porro inclytum geſtamen, ſerica ad auguſtiorem ſpeciem ac pompam veſte conſtratum, ſub umbella pio Dominicanorum Patrum miniſterio ferebatur: poſtremo vero flos nobilitatis ſubſequebatur. Qui autem pretioſum ſacræ Virginis theſaurum venerabundi excepere ad Prædicatorum ædis valvas, fuerunt primores Patrum cœnobii, atque ubi hujuſmodi pompa nobiliorem hanc ſacri corporis partem in auguſtiſſimum templum invexerunt, tanti repente concurſus facti ſunt, ut ad ſacrum feretrum ſua quiſque corpora preceſque ſternerent, lacrymis præ

EXVARIIS præ ſpirituali gaudio dulcedineque perfuſi; ut ruens quam tumultuoſiſſime turba vix ægre ſubmota ſit. Mox inde Miſſarum ſolenniis feſto modulatoque cantu rite peractis, deque Virginis laudibus habita concione, ad ſua quiſque remearunt. *Hæc ad annum Chriſti* MCCCLXXXV *refert auctor Vitæ, diem & menſem celebratæ tranſlationis nemo indicat. Una cum Capite delatus etiam Roma fuerat digitus Sanctæ annularis memorabili deſponſationis arrha quondam à Chriſto decoratus, uti recitatum in Vita num.* 115. *Hic nunc in Pontiana prope Senas Carthuſia aſſervatur, relictus ibidem à Domno Stephano, cui is primum obtigit; quique eum & pro certiſſimo phylacterio ſecum habuit aliquamdiu.*

digitus Stephano obvenit,

13 *Contigit autem circa annum* MCCCII *ipſum permoleſtam incurrere oculorum ægritudinem:* Cujus vi morbi, *inquit auctor Vitæ lib.* 3 *cap.* 5, eo devenit ut ſcriptioni operam dare ultro nequiret, & acrioribus vexatus doloribus tantum non viſum amitteret, remediis quibuscumque nequidquam tentatis. Ergo quid illi faciendum in omni omnium rerum deſperatione? id unum certe, ſcilicet ad opem ejus ut confugeret, quam numquam ſibi duris exagitato defuiſſe jam toties fuerat expertus. Nec incaſſum hanc ſibi divinitus injectam mentem complexus eſt. In intimum enim quodam die abditus conclave, ex argenteo loculo annularem lævæ digitum Seraphicæ Virginis (qui ut ſupra diximus, inter ſacra alia ejuſdem Virginis advectus Ipſaña penes virum beatum erat) venerabundus exeruit: eoque in manus ſumpto in genua procubuit, & mente atq; oculis ad aſtra ſublatis, ſuam cæleſtem Divam hunc in modum compellat: Eia, mater, cujus gratia in novam vitam myſtico partu renatus ſum; ne patiaris, obſecro te, permoleſtis hiſce me vexari doloribus, dum cara luce pene deſtitutus, neq; ea quæ ad gloriam tui cæleſtis Sponſi mente revolvo, nec quæ ſuſcepta adminiſtrandi provincia exigit exequi queo. Non recuſo cæcitatem, nec quidquid adverſi per ea viſum fuerit æterno Patri mihi inferre: ſed ſi optare licet quibus experiar non injucundum tibi eſſe meum obſequium, tuum ſæpius expertum auxilium nunc certius imploro, quando indignus tua ſancta membra tangere mereo. Tum ſupplicatione completa ad læſos ſtatim oculos ſacrum illud pignus fiducia plenus admovet. Nec ſpes preceſque incaſſum cecidere: extemplo enim, rem miram! dolor omnis diſcutitur, oculi ex toto ſanantur, amiſſam pene lucem recuperat: &, quod ingenti gaudio divina cumulavit munera, in aures ejus jucunda vox divinitus influit, quæ illum ne metuat hortatur, pollicita in cælis illi patrocinium, ut olim habuit in terris tutelam.

qui eo expoſito

amiſſum pene viſum recipit;

B

C

Sanctam invocans

14 Inter hæc Albertus Auſtriæ Dux, incomparabili flagrans cupiditate cognoſcendi quæ cum ingenti totius fere orbis Chriſtiani admiratione dudum Deus patrarat per Seraphicam virginem Catharinam, Stephani operam atque induſtriam, in ſua tunc ditione commorantis requiſivit, quē ex ejuſdem palæſtra egregium athletam prodiiſſe, fama gliſcente compererat. Stephanus itaque tanti Principis, de Carthuſiana familia optime meriti, religioni cupide ſerviturus, rerum ejuſdem Virginis mirabilium deſcribendarum deſumpſit curam, nullo uſus librario, nulliusque alterius adhibita opera, ut in hoc munere obeundo ſuæ erga beatam Matrem pietatis partes exacte impleret. Sed Alberti tantumne? imo vero etiam Sigiſmundi Pannoniæ, Henrici Angliæ, atque Alfonſi Tarraconenſis Regum pio ſingularique ſtudio in idipſum obtemperandum fuit; quibus eadem illuſtria Catharinæ facinora, modo Italice, modo Latine, caſta fide conſcripta Princeps Auſtriacus transmitti juſſit.

illius vitam propria manu deſcribit Latine & Italice.

15 Nec irriti Stephano exantlati labores: tantos quippe motus adeoque vivos religionis ac divini amoris, adverſum beatam hanc Virginem, in horum Regum pectore excitarunt ardores; ut idem Dux Auſtriæ, una cum Hungariæ Rege Sigiſmundo, non dubitarint, Stephano in conſilium adhibito, oratores ſuos ad ſummum Pontificem decernere, eumdem rogatum, ut ex Apoſtolico Senatus-conſulto inclytam hanc heroinam ſanctitatis ergo in Cælites referret. Quorum legatio Principum, tametſi magnum per ſe pondus haberet, placuit tamen Stephano eam, graviſſimorum duorum noſtri inſtituti Priorum comitatu, hoc eodem anno Septembri menſe ineunte, ad Urbem uſque ſubſequi; accurate etiam perſcriptis litteris, non ad optimum ſolum virum Thomam Firmanum, Generalem Dominicanæ familiæ Magiſtrum, ut una cum Bartholomæo Dominici ac Thoma Naccio, Senenſibus, ejusdemque familiæ Sodalibus, univerſi ejus Ordinis nomine, tam glorioſum inceptum in Romana aula piis ſtudiis urgerent; verum etiam ad ampliſſimos Cardinales, Coſinatum, Melioratum atque Corarium, quo ſua auctoritate & gratia apud ſummum Pontificem Bonifacium, hanc tam divini operis cauſam promoverent; neceſſaria maxime Auſtriaco eodem Duce in ejuſmodi cerimoniam ultro impendia ſubeunte. Sed quo minus Pontifex, per ſe egregie animatus, ad publicos beatæ Virgini in Dei Eccleſia decernendos honores exorantium Principum reſponderet optatis; dirum ſchiſma fuit impedimento.

D

pro Duce Auſtriæ & Rege Hungariæ

qui pro illius canonizatione potenter intercedunt apud Innocentium 7.

E

16 *Subinde defuncto Innocentio* VII, *in ejus locum ſuffectus eſt ſupra laudatus Gregorius* XII *anno* MCCCCVI *pridie Kalendas Decembris: qui cum nono poſt menſe Senas commigraſſet, ibidem de reſtituenda Eccleſiæ pace per liberam Pontificatus abdicationem acturus, ſicuti in ſua electione promiſerat;* Primores civitatis aliique complures ſpectata religione viri Pontificem adierunt, rogatum, ut poſtquam probe noverant, perſpectam ſuæ Beatitudini olim fuiſſe eximiam Virginis Catharinæ Senenſis ſanctitatem, animum, pro ſua in Dei Eccleſiam pietate intendere dignaretur, ad eam inter ſanctos Cælites deſcribendam: non defuturos enim, qua in patria Sede, qua alibi, ſpectatæ virtutis atque auctoritatis viros, qui illuſtria Catharinæ facinora miraculaque, ſedulo conquiſita, præter ea quæ extant adhuc litterarum conſignata monumentis, in publicas quam primum tabulas, adactis jurejurando teſtibus, referenda quam diligentiſſime curarent: ut, ſi ei videretur, tantam ſanctitatem meritis condecoraret honoribus; & tot miraculis inclytam, omnibus venerandam colendamque rite decerneret. Cumque ad hæc Pontifex per ſe optime propenſum eſſe reſpondiſſet, cum propter caſtiſſimæ Virginis merita, tum etiam propter ipſius civitatis poſtulata, quæ de Romana Sede optime mereri quotidie magis pergebat, fide, officio; opus eſſe tamen adjecit, ut pacatiori animo ad tam præclarum cœptum auguſtamque cerimoniam tranſigendam accederet.

cui ſuccedens Gregorius XII

& pro eadem cauſa Senis interpellatus.

F

17 At enim diuturnam Pontifex moram certo conſilio Senis trahebat, ut præſtantiſſimos quosque doctrina Senenſes externosque alios viros in conſilium adhiberet de Pontificio munere abdicando; ideoque ſponte ſua totum id negotium, de Virgine inter Sanctos adſcribenda, per ſe premere atque urgere cœpit. Quippe cum de præclara ejus ſanctimonia à graviſſimis primum viris, Joanne Dominici, Epidauri tunc Archiepiſcopo moxq; Purpura donato, Thomaque Gloria-pennæ, Apoſtolico Protonotario; deinde à Paulo Pauli, magni noſcomii

dum agit de abdicando ſponte Papatu.

A comii Senenſis Rectore ; atque poſtremo à Chriſtophoro Gani ſermo coram eodem Pontifice haberetur ; valdeque Pontifex averet intelligere quæ *& cauſa inſtituitur,* divinitus afflata prædixerat, quæque ſcriptis mandaverat Virgo de ſchiſmate ; atque mox omnia comperiſſet, eodem Epidaurienſi Archiepiſcopo demonſtrante, cum temporum iniquitate optime congruere ; protinus in eam ſententiam venit Pater Beatiſſimus, ut pronuntiaret divinam hanc feminam dignam eſſe, quæ ab omnibus in militanti Eccleſia pie religioſeque coleretur ; quam pro certo putabat Sanctam eſſe in triumphanti divinum ante conſpectum. Sed ad hæc inchoanda, adjecit Pontifex, oportet præſentem nobis eſſe Generalem Priorem Carthuſiæ, cujus ſuperioribus *jubet advocari Stephanum.* annis litteras in idipſum accepimus, quemque novimus percarum olim fuiſſe ejuſdem Virginis alumnum : hujus enim rei procurationem & cauſam unus ille ſuſtinere poterit, ſcilicet ut cum venerabilibus S. R. E. Cardinalibus ſtrenue negotium agat. Nos vero quia hominem & videre & alloqui cupimus, Apoſtolicis litteris evocandum cenſemus Interea temporis diſponantur oportet, quæ ad hæc rite exordienda ſunt opportuna, ut in B Senatu pro rei dignitate in tempore dividantur. Litterarum igitur, quas ad Stephanum Pontifex dedit, exemplum fuit ejuſmodi.

per litteras ad eum ſcriptas. 18 Gregorius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, dilecto filio Stephano de Senis, Priori Generali Carthuſienſis Ordinis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Attendentes civitatem Senarum, in qua nunc commoramur, & devotionis affectum & conſtantiam, quam erga Sanctam Romanam Sedem exhibet, libenter preces admiſimus quas honeſti aliquot cives & nobiles viri nobis porrexerunt ; humiliter poſtulantes totius civitatis nomine, ut de benignitate Apoſtolica concederemus facultatem tractandi, & in Conſiſtorio Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium promovendi canonizationem beatæ quondam Virginis Catharinæ, ex hac civitate oriundæ, in cujus te diſciplina novimus in Domino olim educatum : & libentiori animo cupimus, quantum cum Domino poterimus, huic populo in tam laudabili petitione gratificari, tum ad divinam gloriam in Sanctis ejus amplificandam, tum etiam quia in minoribus conſtituti, ejuſdem Virginis ſanctam converſationem à ſummis Pontificibus prædeceſſoribus noC ſtris, Gregorio XI & Urbano VI probari percepimus, nosque pariter ejus notitiam habemus. Sed tali opere inchoando & proſequendo ſolito Eccleſiæ ritu, te duximus inter alios nobis adeſſe, qui inſtar multorum huic tam ſancto negotio prodeſſe poteris. Nos ergo motu proprio, & nonnullorum etiam civium permoti precibus, tibi mandamus, ut quam primum ad nos te conferas, noſque convenias ubicumque fuerimus. Te enim, fili, videre & alloqui cupimus, quem plurimum in Domino amamus, cum tota familia Carthuſiana tuo regimini commiſſa, tamquam tutrice & non oppugnatrice hujus Apoſtolicæ Sedis. Vale & veni. Datum Senis VII Idus Ianuarii Pontificatus noſtri anno ſecundo.

qui an venerit non ſatis certum eſt. 19 *Hæc quidem tunc ſtatuta bene ; ſed Gregorii animo, paulatim à conſiliis abdicandi Pontificatus alienato, omnia in ventos abiere, & Carthuſiani Patres ſuper Pontificio mandato deliberantes quid eſſet ſuo Generali agendum, decreverunt quidem eumdem ipſi eſſe, ſi conjecerit ſe congreſſum illum cum Sedis Apoſtolicæ gratia vitare non poſſe ; ſin autem, ſuæ diſcretioni remiſerunt iret an maneret.* His ita conſtitutis, *inquit auctor Vitæ lib.* 3 *cap.* 8 Stephanus in magna expectatione erat, ut videret quis in ea rerum eccleſiaſticarum confuſione exitus futurus eſſet. Quamquam auctorem habeo certum ac gravem, Thomam Naccium è Dominicana familia, hujus temporis æqualem, ſingularique cum Stephano conſuetudine devinctum ; qui aſſeverare non dubitat, beatum virum noſtrum, eumdem Pontificem, ut ejus mandata curaret, conveniſſe : quod ubi factum fuiſſet, non reperio : ni potius dixerim, Pontificem Stephano obviam quodammodo proceſſiſſe, cum de Concilio Piſano diſturbando cogitans, Concilium & ipſe intra Carnicam, Julium, Auſtriæ urbem, vocaſſet, quo ille Luca diſcedens, Senis Ariminoque præteriens, acceſſit. At ut ut eſt, vereor antiquitatem, nec ut illi detraham temere adduci ſolco

20 *Porro* recordatus *Stephanus, uti proſequitur Vita lib.* 5 *cap.* 2, *Seraphica virgine Catharina adjutrice,* præſentiſſima ſe evaſiſſe vitæ pericula, & eadem opitulante ab illius è terris abitu magnis perfunctum moleſtiis in republica ſui Ordinis adminiſtranda, verſantem inter Germanos vel maxime ; quoties ſermo incideret de ea loquendi, divinam hanc Virginem, modo Matrem ſuam appellare, modo Divam, modo Patronam ac E tutelarem in terris ſimul cælisque vocare. Enimvero jurati teſtes affirmare non dubitarunt, Thomas ſcilicet Epiſcopus Emonenſis, è nobili Paruta gente Dominicanus ; atque Angelus Salvettus è Franciſcana familia, vir optimus & Stephani amantiſſimus ; ſe quandoque in congreſſum colloquiumque veniſſe cum Stephano, præclara narrante de hac Virgine, cum miro teneriorique pietatis ſenſu ac ſpiritus ardore, ut præ divini æſtus dulcedine totus colliqueſceret ad ejus recordationem ; & in dulciſſimas lacrymas abiens, monſtrabat anguſtum ſibi eſſe pectus, nec animum capere poſſe, quæ de ejus eximia raraque ſanctitate ſentiret ; adeo ut per illius erga ſe patrocinium apud Deum, quin potius per indubia ejus promiſſa cæleſtem æternitatem conſecuturum ſperaret .....

fuit certe erga S. Catharinam ſenerrime affectus,

21 Fuit etiam Stephano in more poſitum, *ſolitusquotannis de ea in Scenam dare* quotannis in luce deceſſus virginei anniverſaria, cum Senis in patrio ſolo, tum Venetiis aliisque frequentibus oppidis, drama publice in Scenam producere, cujus argumentum eſſet pie ac venuſte agere præclarum aliquod Seraphicæ Virginis facinus, divino annuente numine ab eo in terris verſante factum. Quæ pia quidem ſimulamina, propter apparatus ſplendorem & actionis elegantiam, plurimum valebant ad illius ſanctitatis nomen longe lateque propagandum, aut in fidelium qui aderant mentibus confirmandum, quandoque vero ad ea ſpectanda confluere ſolita agmina populorum, litterarum monumentis eſt traditum. Quæ cuncta minime dubiam æternæ mentis ſignificationem habere Stephanus interpretatus, magis indies confirmari ſeſe in ejus *& reliquias honorandas proponere,* venerationis ſtudio, ſuamque pietatem erga Virginem ſentiebat augeri. Atque eo fiebat, ut quidquid ſuis in theſauris vir pius habebat de ejus Reliquiis, ſumma reverentia proſequeretur, aliisque inflammata voluntate venerandum proponeret ; imitatus magnæ auctoritatis ſacratos Proceres, qui qua Romæ, qua Venetiis, qua pariter Senis ſacra Virginis lipſana in loco publico exponebant, ad populorum pectora in ejus præcipuam venerationem permovenda.

CAPUT III.

De Reliquiis S. Catharinæ locis variis.

22 *IN hanc materiam ultro nos adducunt præmissa ultimo verba ex Vita B. Stephani. Et quidem de Capite, quomodo illud Senas allatum receptumque fuerit, initio vidimus : videamus nunc etiam quo in honore ipsum usque in hunc diem ibidem habeatur. Docebunt id nos ipsi Conventus Senensis Patres, qui hac de re interrogati per epistolam sic responderunt initio Iunii anno* MDCLXXIII. Caput glorioſæ Matris S. Catharinæ de Senis, in hac noſtra eccleſia, ſervatur ſupra altare ornatiſſimi ſacelli, ſub ejus nomine dedicati, intra parietem, qui ſacriſtiam ab eccleſia dirimens cavatur in loculum, crate ferrea utrimque munitum; ſic ut priori reſerata per duas claves (quarum altera penes Senatum, altera penes Conventum eſt) conſpici poſſit argentea ſtatua pectoralis, ſacrum pignus continens, quod extra ſtata tempora paucis viſendum conceditur; per alterã excipiatur à Religioſis, publicæ veneration exponendum, quod fit in die ipſius Sanctæ feſto.

Caput deuotiſſime collocatum Senis,

B

23 Tum ſcilicet per urbem circumfertur venerabile Caput: cumque proceſſionis pompa pervenit ad Curiam, obviam eidem procedit Senatus, cum multo tibiarum, tubarum, tympanorum ſono; deducitque ad eccleſiam S. Dominici, tranſitu facto per domum Sanctæ natalem: quo dum infertur Caput Divæ, feſtis martariolorum exploſionibus tota late vicinia ſubſultat. Pompa autem quæ longo ordine facum prælatarum inſtruitur, intra eccleſiam recepta, poſt factam à Senatu eodem oblationem votivæ ceræ magni ponderis; nobilis aliquis adoleſcens, ad id muneris Senatorum ſuffragatione delectus, de laudibus Sanctæ orationem recitat lingua vulgari. Deinde canitur Miſſa cum ſolenniſſimo apparatu & exquiſito muſicorum concentu: ſub qua per Confratres Sodalitatis, ſub ipſius Sanctæ patrocinio collectæ, aliqui ex iis, quos propter civilia crimina vinctos carcer publicus habuerat, ab eoque collatis Fratrum eleemoſynis redemptos ſolvi permiſerat Magiſtratus, ſiſtuntur ad aram facienti Sacerdoti cum ramis olivarum. Eodem die accedunt ad templum ſingula opificum collegia, cum oblationibus votivæ ceræ: & uſque ad veſperum adorabundo populo proſtat ſpectabile Caput: ac denique ante noctem recluditur in locum ſuum, coram uno ex Confaloneriis.

Proceſſionaliter circumfertur die feſto,

C

24 Dominica infra octavam, eodem rurſus ritu atque ordine & promitur & circumducitur & in templum à Magiſtratu refertur Caput prædictum. Hujus vero diei pompam feſtiviorem reddunt puellæ pauperes, albas veſtes indutæ, quas ſingulas procedentes hinc inde ſtipant nobiliſſimæ matronæ Senenſes, uniuscujusque latus tegente ephebo tædifero; ipſasque inducunt ad eccleſiam, ubi ſua cuique dos traditur in manus, ex liberali Confratrum prædictorum munificentia. Aliàs toto anno non eximitur Reliquia è loco ſuo, nec etiam in ipſomet loco publice ſpectabilis revelatur niſi in Feria quinta ante Dominicã ſexageſimæ, quando feſtivitate annua recolitur memoria memorabilis illius raptus, in quo ipſam Virginem ſibi deſponſare dignatus eſt Chriſtus, quod feſtum Deſponſationis appellant. Notandum eſt autem os Capitis totum purum eſſe, nulla prorſus carne aut pelle eidem adhærente; menſura parvum, unde cognoſcitur exigua corporis virginei ſtatura; & colore nonnihil obſcuro atque ad nigredinem vergente. *Idem intellige de aliis Sacrorum oſſium partibus, quacumque uſpiam religioſe monſtrantur. Ex his eſt coſtarum una, quam ſervari apud Prædicatores Coloniæ auctor eſt Ægidius Gelenius lib. 3 de Coloniæ Agrippinenſis magnitudine Syntagm. 41 § 43; & aliud juſtæ quantitatis os, in Aquacurtenſi Regularium Canonicorum cœnobio, haud procul à Bapalma Arteſiæ oppido, ut ſcribit Arnoldus Rayßius in Hierogazophylacio Belgico pag. 55. Ferdinandus quoque Vghellus tomo 7 Italiæ ſacræ, deſcribens Salernitanam S. Apoſtoli Bartholomæi Baſilicam, inter ſacra illius vaſa enumerat,* tabernaculum cryſtallinum, *in quo* digitus S. Catharinæ Senenſis.

& Dominica infra Octavam.

D

alia alibi oſſicula,

25 *Quidquid porro horum aut aliorum alibi exiſtentium oßiculorum uſpiam viſitur, id exemptum è ſacro loculo fuit, partim quando Raymundus Generalis, quarto poſt mortem Sanctæ anno, ipſum ab humo extulit altius, indeque aſſumpſit caput Senas ferendum, & digitum Stephano prælaudato tradendum; partim altero fere poſt mortem evoluto ſeculo, quando* me Priore exiſtente in conventu ſupra Minervam (*inquit S. Antoninus, poſtea Florentinus Archiepiſcopus, Hiſtoriarum parte 3 tit. 23*) tranſlatum eſt corpus dictæ Virginis circa annum MCCCCLXXX in eadem eccleſia ad locum eminentiorem, in capella juxta minorem capellam exiſtente, & collocatum in ſepulcro marmoreo: quod *videlicet* corpus incineratum erat, oſſibus remanentibus. *Quorum rurſum aliqua veroſimile eſt exſepta fuiſſe hoc vel jam currenti vel ultimum lapſo ſeculo: conſtat enim, licet nulla ſcripta memoria extet de anno, cauſa & auctoribus ultimæ tranſlationis: corpus ab eminentiori illo loco depoſitum non ita pridem, haud quidem excelſius, ſed multo religioſius ornatiusque collocatum fuiſſe intra ornatißimam arcam, quæ hodieque conſpicitur, ſed non reſeratur, ſub altari magnifici ſacelli, quod ad familiam Capranicam pertinens proximum eſt altari majori ad cornu epiſtolæ.*

acceptain tranſlatione an. 1384

F

aut alia an. 1480

tertiave hoc ſeculo.

26 *Ceterum, ante omnes iſtas elevationes tranſlationeſque, & veroſimiliter ante primam corporis ſepulturam; certe antequam ab eo ſecundum ordinarias leges humanitatis diſſolutæ carnes abirent in cineres, debuit fuiſſe reſciſſa manus, quæ Romæ ad S. Sixti apud Dominicanos in declivio collis Quirinalis ſervatur; & pes qui dicitur Venetiis haberi in monaſterio SS. Ioannis & Pauli, apud ejuſdem inſtituti Virgines. Nam Petrus Poßinus, noßtræ Societatis Hiſtoriographus, intelligens plenorem de manu prædicta notitiam à nobis deſiderari, locum adiit circa diem* XX *Iunii anni* MDCLXXIII; *& quod oculis ſuis vidit, ipſe per hæc verba ſignificavit.* Oravi adm. Rev. Patrem Confeſſarium cœnobii, ut ſacrum illud lipſanum mihi venerandum exhibere ne gravaretur: quo prompte illud ac perhumaniter gratificante, vidi & per otium obſervavi lævam Sanctæ manum, adhuc plane integram vſque ad carpum, cum carne ſicca & pelle; rugoſa illa quidem & ſubatra, ceterum nihilo fere minus apte coherente ac compacta quam ſi eſſet corporis recens mortui. Incluſa eſt thecæ magnæ argenteæ ac perornatæ, clariſſime apparens trans pellucidiſſimam cryſtallum. *Paulus Frigerius, lib. 3 vitæ cap. 6, addit,* in eadem, ſæpius à ſe viſa, diſtincte obſervatam notam impreſſi divinitus vulneris: *qualem etiam in eo qui Venetiis eſt pede conſpici affirmat Gregorius Lombardellus, in defenſione ſtigmatum S. Catharinæ, vulgata Senis anno* MDCI; *idque ait conſtare per authentica inſtrumenta, jam inde ab anno* MDXCVII.

In exequiis vero reciſſa ſiniſtra manus & pes, perſeverant in carne;

27 *An tales notæ opus ſint divinæ virtutis, vel operationis humanæ merito dubitaverit æquus rerum æſtimator. Conſtat enim ex num.* 195 *Vitæ, ſacra illa ſtigmata quæ divinitus impreſſa Catharinæ fuerunt, ipſamet ita Sponſum rogante fuiſſe inviſibilia. Aſt, inquit prædictus Lombardelli,* extat Epiſtola Fr. Antonii de Elcis, qui Conventui Romano ad Minervam Prior præſidebat cum exequiæ

an cum ſtigmata viſibilibus?

A quiæ Virginis celebrarentur, ſcripta ad Fr. Raymundum abſentem, qua ſignificat ea quæ Virgine inter homines agente latuerant vulnera, apparuiſſe conſpicua in corpore demortuæ, non tantum ſibi, ſed omnibus quotquot ad ſacri depoſiti conſpectum venerationemque acceſſere propius. *Fateor ita dici: ſed cum conſidero Vitæ auctorem Raymundum, licet omiſerit multa notatu digniſſima; ea tamen quæ attigit ita plene tradidiſſe & adſcriptis ad ſingula teſtibus confirmaſſe; difficulter perſuadeor vel iſtic ubi de vulneribus Chriſti cum Virgine communicatis egit; vel ubi mirabilia gloriam defunctæ atteſtantia retulit, novi hujus miraculi, factam viventi gratiam evidentiſſime comprobantis, non facturum fuiſſe mentionem, ſi revera talis epiſtola ſcripta ad eum fuiſſet. De quo eo etiam majori jure dubitatur, quod nullum hujus prodigii extet indicium in Epiſtolis Barduccii Stephaniique. Nec denique ex eo quod tale quid apparuerit in corpore, per illam brevem moram temporis qua ſupra terram ſpectabile proſtitit, continuo abſque alia diſtinctiori atteſtatione fit veroſimile, voluiſſe Deum ut illæ in manibus ac pedibus notæ perpetuis ſeculis cernerentur.*

nam de inviſibilium veritate dubium eſſe non poteſt.

B 28 *Manet nihilominus indubitabile, quod ex ipſiuſmet Virginis confeſſione habuit ſcripſitque Raymundus.* Idque ut oculis etiam repræſentaretur, *inquit Vrbanus VIII in novis Breviarii Romani Lectionibus*, radios in imaginibus ad dicta quinque loca pertingentes pia fidelium cura pictis coloribus expreſſit. *Sed Franciſcani veriti ne ſanguineo colore expreſſa ſtigmata paulatim perſuaderent imperito vulgo corporea vere fuiſſe vulnera, atque ita ſingulari Patriarchæ ſui prærogativæ diſcederet aliquid, egerunt apud Sixtum IV ſui Ordinis Pontificem, ut abolerentur omnes eæ imagines, in quibus Sancta, Chriſti vulneribus inſignita, depingebatur, Bulla deſuper edita anno* MCCCCLXXII. *Sed ea juſſa mitigavit poſtea Clemens VIII anno* MDXCIX, *poſt maturum rei examen coram ſacra rituum Congregationi inſtitutum, & parti utrique ſic litigantium quaſi alterutrius Ordinis tota æſtimatio ab intellectu & expreſſione gratiæ Virgini factæ penderet, indixit ſilentium; Vrbanus autem litigio finem impoſuit, quando præcitata verba inſeri juſſit Breviario, tanta circumſpectione & moderatione in iis uſus, ut nullum erroris periculum poſſet à pingendis deinceps imaginibus exiſtere, & ſua Virgini atque Raymundo iſta narrantibus fides maneret inconcuſſa. Quanto ea res totius Senenſis civitatis applauſu excepta ſit, & quam celebri atque magnifico apparatu celebrata menſe Majo, die* VIII *eademque Dominica, prolixe deſcripſit Franciſcus Bon-inſignius Senenſis in tractatu Italico, quem decimo demum poſt anno vulgavit ſub hoc titulo,* Triumphus Stigmatum S. Catharinæ Senenſis.

cubiculum in quo obiit Romæ,

C 29 *Nos Septembri anni* MDCLXI *exeunte, priuſquam Roma diſcederemus, in æde Dominicanorum ſupra Minervam ſacrum illius corpus venerati, etiam ad ſacriſtiam introducti fuimus, ut ibidem oraremus in cellâ, in qua beatum ſuum ſpiritum efflavit Sancta: quam cellam Nicolaus Rodulphius Generalis ex proximo vico illuc curarat tranſportari, auſpiciis quidem Franciſci Cardinalis Barberini, molimine vero maximo nec minori impendio illam componendo in formam ſacelli, addendoque ſcalas, portam, feneſtras extrinſecus marmoreas; totum autem opus gypſeo fornice eleganti contegendo. Die poſtmodum* VIII *Octobris, urbem Senenſem ingreſſis prima fere cura fuit adire tinctorum vicum, & ædes luſtrare, quas ſua nativitate & habitatione ſanctificaverat Virgo, in varios uſus ſacros converſas. Ibi primum oſtenditur illius camerula, priſtinam retinens ſimplicitatem, &, niſi quod altare adſit, ſacrorum ſtigmatum impreſſionem commemorans, omni ornatu deſtituta: quæ ſupra eam habitatio fuit, per ſcalas valde concinnas adeunda, tota veſtitur picturis venuſtiſſimis, inter auratos limbos decore compoſitis, Sanctæque vitam per partes referentibus. Ab hoc ſacello per atrium penſile & cinctum columnis tectum ſuſtinentibus, tranſibatur ad ſacellum alterum, quod ſibi Confraternitas dictæ Virginis novum magnifice fabricavit, cum tribus altaribus, in quorum majori idem ille Crucifixus proſtat, ante quem oranti Divæ facta eſt gratia ſtigmatum prædictorum.*

demus paterna Senis converſa in oratorium.

CAPUT IV.

Bulla Canonizationis à Pio II edita.

Iuxta impreſſionem Venetam anni 1553.

Creaturis omnibus Deum pro ſua natura laudantibus,

30 PIus Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Miſericordias Domini, quas indies largius experimur, non ſatis explicare poteſt lingua mortalis. Vincunt humana eloquia divina beneficia. Nec homini datum eſt Creatorem ſuum abunde collaudare, nec ſi omnes artus converterentur in linguas [explicare] quomodo ex nihilo creati, de non eſſe producti ſumus in eſſe: nec vel lapides, vel plantæ, vel animalia bruta; ſed rationis participes, divinorumque capaces effecti ſumus; ac non ſolum Angelis, ſed ipſi quodammodo inviſibili & excelſo Deo ſimiles, gloria & honore coronati, ſuper omnia opera ejus imperio potiti. Verum ſi noſipſos rebus ceteris comparamus, nulla creatura magis ingrata reperta eſt, quam homo: ſi Luciferi & ſociorum ejus ſuperbiam præterimus, ſolus inter creata, rebellis Deo & ingratiſſimus, homo eſt. Reliqua omnia divinam pietatem in ſuo eſſe collaudant, nec ejus unquam præceptis adverſantur; naturæ legibus parent, & ea peragunt ad quæ producta ſunt. Terra aratrum partitur, & ſuſcipiens ſemina, tamquam ſub uſuris multiplicata reddit: & imperio Dei obediens, culta atque inculta, humano generi conſulit. Saxa in ædificiorum uſum recepta, præſto adſunt, nec ſciſſa vel excocta reſiſtunt. Fructificant arbores in agro virentes; & poſtea quam aruerunt, aut ignem nutriunt, aut ædes tectaque ſuſtinent. Quanta herbarum, ſive in foliis, ſive in radicibus, ſive in floribus, ſive in ſeminibus, ſive in ſuccis ineſt utilitas? quanta in fluminibus commoditas? quanta in lacubus ac maribus, quæ dum navigia ſubeunt inter remotiſſimas gentes commercia præſtant? Quid animalia cetera, ſive aquatica, ſive terreſtria? In omnibus laudatur Deus, dum naturæ juſſa capeſſunt. Elementa & ſidera faciunt imperata: ſol peragit curſum ſuum, nec præſcriptas zodiaci metus excedit; nec alieno lucens lumine, ſuo muneri luna deeſt; nec errantes errant ſtellæ, certum ſemper & ſtatutum iter agentes. Omnia in cælo & in terra laudant Deum, & in officio manentia benedicunt ei, nec legi reſiſtunt impoſitæ: gravia deorſum cadunt: levia ſurſum feruntur: cuncta gratitudinem oſtendunt Deo, atque parent naturæ.

E

F

ſolus homo ingratus & inobediens Deo,

31 Solus homo ingratus, inobediens ac rebellis inter creata repertus eſt, perverſi Angeli ruinam imitatus. Ille in cælo ſuperbiens, Creatorique ſimilis eſſe cupiens, in abyſſum præcipitatus, meditati ſceleris pœnas dedit. Homo de limo factus & in terra poſitus, ſuæ imbecillitatis immemor, & ipſe quoque alta cupere cœpit, qui de ligno veſcens prohibito, per boni & mali cognitionem, æqualitatem cum diis optavit: propter quod de paradiſo deliciarum ejectus, in multas ærumnas datus eſt; & portâ regni cælorum clausâ, mors introivit in orbem terrarum, quæ nulli hominum parceret. Quantum filii Adæ ante diluvium aberraverint, & quam procul à divina voluntate receſſerint, ſecuta ultio patefecit: quæ omnem carnem aquarum inundatione delevit, ea excepta, quæ cum pio Noë in arcâ ſalvata eſt. Ceterum neque in filiis ejus nequitia ac perfidia defuit: malignati & ipſi ſunt, & in omne prolapſi nefas.

caſtigationibus ipſis nequaquam correctus

BULLA PII II.

Turris Babel in contumeliam Domini cœpta eſt, & ibi labium univerſæ terræ diviſum. Ab his bella introducta ſunt, rapinæ, tumultus, incendia, cædes, adulteria, ſtupra, perjuria, & idolorum cultus, & quidquid malorum libido aut ſuperbia gignit. Pauciſſimi uſque ad Abraham reperti ſunt divinæ legis amatores: ille vero unicum certumque pietatis exemplum, adeo voluntati Dei ſeſe ſubmiſit, ut proprium filium immolare non dubitaret. Propter quod in ſemine ejus benedictæ ſunt omnes gentes: ex cujus liberis non ſolum Prophetæ orti ſunt, divinæ legis prædicatores; ſed ipſe quoque Salvator Chriſtus ſecundum carnem naſci dignatus eſt, qui pro ſalute humani generis, cum in forma Dei eſſet æqualis Patri, exinanivit ſemetipſum, formam ſervi accipiens, & homo factus, tædia carnis ſubiit, tormenta & cruciatus pertulit. Et extremam mortem, non ſecundum naturam, ſed violentam, ſed ignominioſam, ſed acerbiſſimam, & vix homini tolerabilem, in ligno crucis ſuſtinuit; in quo moriens, mortem noſtram deſtruxit, & vitam reparavit; deſpoliavit inferos, abduxit ſanctos Patres, & victor mortis ac diaboli triumphator, cælum jam longo tempore clauſum aperiens, aſcendit ad Patrem, nobiſque viam oſtendit per quam ſequi eum poſſemus, Euangelica lege tradita, & baptiſmo ceteriſque ſacramentis apertis, per quæ lapſi repararemur & ſalvaremur.

B

in plurima peccata labitur,

32 Nec tamen tot tantiſque allecta beneficiis, noſtra protervitas ac malignitas conquievit, nec gratum exhibuit animum, nec vitia deſeruit homo: ſed quo majori præventi ſumus munere gratiarum, eo magis ingrati reperimur, & ad illicita procliviores. Nam quomodo ſublimem diligimus aut honoramus Deum? quomodo ejus mandata ſervamus? Quis ſacroſancto Euangelio paret? Quæ reverentia legum? quis canonum metus? Quæ ſubjectio erga ſuperiores? quæ caritas erga inferiores? Quis æquitatis? quis juſtitiæ cultus? Quæ religio? qui mores hominum ſunt? qui dicunt in cordibus ſuis, Non eſt Deus. Alii impia efferunt dogmata, & blaſphemias in Deum cudunt: alii voluptatum ſervi, nil aliud cogitant, niſi quomodo libidines ſuas expleant: alii opibus inhiant alienis, alii humanum ſanguinem ſitiunt. Rara innocentia eſt, eaque parum tuta. Neque propinquitatis jura proſunt, neque ſcriptæ ſanctæque moribus leges. Viribus & fraudibus cuncta obediunt, ita ut neque abs re princeps mundi hujus appelletur diabolus, quando pars orbis major ejus arbitrio ducitur. Nam quantum eſt quod pſeudoprophetæ Mahumetis inſania poſſidet? Orientis præcipuam portionem, & Africæ maxima regna; & in Hiſpania *a* Granatenſes, & in Græcia multæ provinciæ ſub Mahumete Chriſtum blaſphemant. Nec parva eſt Judæorum natio, per orbem terrarum late diſperſa, ſancti Euangelii & Chriſtianæ legis inimica: nec deſunt in Septentrione atque in Oriente cultores idolorum. In angulum Europæ Chriſtianitas redacta eſt. Nam quamvis per Aſiam ac Libyam Chriſtiani non pauci diſperſi eſſe ferantur, non tamen illorum ſincera eſt fides, qui procul ab Apoſtolica Sede inter infideles habitantes, & cum hæreticis communicantes, improba quædam ſapiunt, & multis erroribus ſcatent. Nec Chriſtiani qui ſunt in Europa, tam re quam nomine Chriſtiani exiſtunt. Adumbrata quidem & ficta eſt multorum religio, ſicut opera ipſa manifeſtant: nam quotus eſt qui digna Chriſtiano faciat opera? A fructibus eorum cognoſcetis eos, inquit in Euangelio Dominus: ſi vivimus, ut Chriſtus jubet, Chriſtiani ſumus. Joannes Apoſtolus ejus filios eſſe homines aſſerit, cujus opera faciunt. Si Dei mandata ſervamus, Dei proculdubio filii ſumus: ſin diaboli, ad eum pertinemus, dicente Domino, Vos ex patre diabolo eſtis. Dura ſententia, & tamen vera: illius quiſque filius eſt, & ad eum pertinet, cujus mandata ſectatur. Quantum autem ingrati Chriſtiani à divinis præceptionibus procul abierint, & quantum diabolicis ſuggeſtionibus adhæſerint, per ſeſe quiſque intelligit. Interroget quiſque conſcientiam ſuam, & retroactam ante oculos mentis vitam collocet: & quantum ab officio veri Chriſtiani receſſerit, palam cognoſcet. Quæ cum ita ſint, maxima eſt ſummi Dei benignitas & incredibilis miſericordia, quæ nos tolerat & vivere ſinit, expectans ut aliquando converſi redeamus in viam.

D

per totum fere mundum:

C

a

Matth. 7, 16
Ioan. 1, 3, 10
Ioan. 8, 44

33 Sed inventi ſunt in omni ætate nonnulli Deo placentes, viri ſancti, qui viventes in carne, deſideria carnis vicerunt, & cæleſtem in terra vitam egerunt: quorum meritis & interceſſione ſuſtentata eſt mundi machina, & comminatus ignis retentus, & ira Dei ultioque ſuſpenſa. Nec dubitamus, quin hodie quoque aliqui ſint accepti Deo, quorum preces cæleſtem nobis Regem placatum benignumque reddant. Inter alios autem qui Deo placuerunt & divinam nobis clementiam placaverunt, urbs Senæ inter Etruſcos nobilis, ætate noſtra Bernardinum aluit, qui nobili loco natus, in adoleſcentiæ flore mundo renuntiavit: & ingreſſus B. Franciſci religionem, cum Fratres ſui Ordinis procul abiiſſe ab inſtitutis & regula Patris reperiſſet, eos acriter correxit: & cum eos omnes in viam reducere non poſſet, ſequeſtratis pluribus, quibus regulam reſervare placuit, cum his cœnobia frequentavit, quam multa de novo *b* conſtruxit, & ſanctiſſimis inſtitutis reformavit. Circuivit Italiam prædicando, vitia fulminavit, virtutes erexit. Mira ejus abſtinentia fuit, mira integritas, moderata gravitas, eloquii multa ſuavitas, multa doctrina. Et quoniam verus erat paupertatis cultor, hoſtis pecuniæ, & omnium deliciarum inimicus; ſemper in ejus vultu ingens alacritas emicuit, & in mente ſumma quies: ut qui ſola innocentia gaudebat, nullius ſibi conſcius criminis. Scandalis quampluribus in Italia obviavit, & multa miracula perpetravit, propter quæ adhuc vivens Sanctus habebatur, & miro plebium colebatur honore, nuſquam ſine populi frequentia & ſingulari reverentia receptus. Qui cum apud Aquilam, Marſorum urbem, hujus vitæ curſum peregiſſet, à Nicolao quinto prædeceſſore noſtro, ipſo Jubilei *c* anno, cum Chriſtianus orbis ad purgandas vitiorum ſordes frequens urbem inviſeret, inter ſanctos Chriſti Confeſſores relatus eſt.

semper tamen aliqui fuere Sancti,

uti nuper Bernardinus Senēſis.

b

c

E

F

34 Fuerat & in ætate ſuperiori, parentum noſtrorum memoria, in eadem urbe & in ſexu femineo virgo Catharina, non minoris meriti, nec minus accepta Deo: cujus preces in conſpectu præcelſæ divinitatis, humano generi admodum ſalutares & olim fuiſſe, & nunc eſſe, & in poſterum fore, non dubitamus. Nam ſicut peccata malorum hominum ac blaſphemiæ iram Dei ſuper nos provocant, ita & Sanctorum opera rogaminaque avertunt. Verum Catharina, quamvis Angelicam vitam in terris egerit, & ante annos octoginta decedens ad cælum migraverit, multiſque ſignis & glorioſis miraculis claruerit, non tamen adhuc inter ſanctas Chriſti Virgines à militante Eccleſia recepta erat: neque enim Romani Pontifices, qui ante nos fuerunt, id decreverant. Voluerat Urbanus ſextus hunc ei honorem impertiri, & poſt eum Innocentius *d* ſeptimus, ac deinde Gregorius *e* duodecimus, qui hujus Virginis & ſanctæ converſationis ejus, præcipuam habuere notitiam. Sed vexati perturbatione ſchiſmatis, quod eorum tempore viguit, & multis bellorum turbinibus ac moleſtiis agitati, divino (ut diximus) conſilio

& Catharina,

d

e

cujus canonizatio prius tractari cœpta,

A consilio id omiserunt, ne sæviente divisionis procella, quod sanctum una obedientia decrevisset, prophanum altera censuisset. Dilata est res usque ad tempora nostra, nobisque hujus sacerrimæ Virginis canonizatio reservata, tamquam conterraneæ nostræ atque *f* concivis: ut Senensis virginis sanctitas, decreto Senensis hominis, in Romana Sede sedentis, prodiret in lucem. In qua re, non imus inficias, affectum nos aliquem sanctum & pium traxisse: quis est enim qui suæ urbis præconia, suæ patriæ laudes, sui generis virtutes, non libenter vulgari procuret, cum id possit rite & honeste facere? Excellentia facta, & illustres virtute homines, & in omni genere & in omni parte orbis, nemo est qui non cupidum præconizandi affectum habere videatur: libentius tamen & majori cum jucunditate, sua in patria & in sua gente. Et si nos quidem B. Catharinæ sublimes dotes, nobile ingenium, divinam mentem, sacratissimam voluntatem in omni natione quam lætissimi vidissemus, lætiores tamen in urbe Senensi, quæ nos genuit. Siquidem meritorum ejus longe magis & magis peculiariter esse confidimus participes, quam si Virgo hæc aut in Africa, aut in Scythia, aut in India nata fuisset: neque enim fieri potest, quin Sanctorum propinquitas aliquid habeat prærogativæ.

f

sed varie impedita, donec ipse Papa Senensis,

B

35 Nihil tamen ob hanc causam plus minusve dicere licet, quam verum est: nec propter cognationem, aut patriæ caritatem, inter Sanctos quisquam sine meritis, sine solito examine, sine consuetis solennitatibus, referendus est. Quapropter, etsi jucunde audivimus B. Catharinam Senensem esse, cujus canonizatio petebatur: non tamen in ejus canonizatione quidquam omisimus ex his, quæ tanta in solennitate requiruntur. Aderant multæ preces, non modo Senensis populi, verumetiam aliorum: nam & carissimus in Christo filius, Fridericus Romanorum Imperator Augustus, simulque dilectus filius nobilis vir Paschalis Venetiarum Dux, nobis supplicavit, ne hanc Virginem suo in terris honore privatam ulterius esse sineremus, in quam multorum populorum devotio esset incensa, & multa de ipsa miracula vulgarentur. Mantuam vero petentes, cum inter eundum apud Senenses aliquandiu *g* supersedissemus; & ibi in Consistorio publico ingentia ejus merita & miraculosa signa nobis essent exposita, vehementesque preces porrectæ, ut Sanctorum Christi honores illi decerneremus; haudquaquam statim annuimus: sed pro veteri consuetudine tribus ex Fratribus nostris sanctæ Ecclesiæ Romanæ Cardinalibus, uni Episcopo, alteri Presbyteri, reliquo Diacono, vivæ vocis oraculo commisimus, ut debitis habitis processibus de vita & moribus ipsius Catharinæ, deque miraculis ejus, sive in vita sive post mortem patratis, & de reliquis ad canonizationem necessariis, diligenter inquirerent; nobisque in secreto Consistorio, ut moris est, fidelem relationem facerent. Commissarii per annum & ultra, donec ex Mantua Romam *h* redissemus, rem discutientes, inventis processibus antiquis, apud Venetos & alibi habitis, examinatisque de novo testibus, & summa cum diligentia cunctis ponderatis, cum seorsum inter Cardinales tantum, omnium quæ invenerant veracem nobis relationem feciissent; ac dein per Advocatum ea quæ nobis exposuerant, in publico Consistorio denuo recitari curassent; postremo convocatis in aula nostra Romæ universis, qui secum erant, in curia Ecclesiarum Præsulibus, assistentibus nobis Cardinalibus, iterum Commissarii præfati, per organum venerabilis Fratris nostri Guilielmi Episcopi Portuensis, natione Gallici, qui primus eorum erat, rursus cuncta quæ

communis patriæ amore,

& Principum intercessionibus,

g

C

causaque examinata meritis hue adductus est:

h

invenerant, & rite probata videbantur, coram explicaverunt. Ex quorum relatione, quæ amplissima & ornatissima fuit, hæc summatim accepimus, quæ vera, comperta, cognita & explorata sunt. BULLA PII II.

36 Virgo Catharina, ex civitate Senensi oriunda, mediocribus orta parentibus, prius Deo sese dedicavit, quam Deum posset per ætatem cognoscere. Sex annos nata, ut Domino serviret, eremum concupivit: & urbe egressa, in caverna, loco solitario, delituit, quamvis jubente spiritu, paululum demorata, domum redierit. Angelicam salutationem edocta, quoties paternæ domus scalam ascendit, toties per singulos gradus, flexo geniculo, beatissimam Virginem matrem Domini salutavit. Et anno currente ætatis suæ septimo, virginitatem suam consecravit Christo: quem sua in majestate sedentem mirabili visione contemplata est, & arcana cælestis aulæ vidit, quæ non potest effari lingua mortalis. Mundanas delicias à se omnes abdicavit. Orationi totam se dedit, corpusculum suum vigiliis, jejuniis, ac verberibus afflixit. Coæquales puellas, ut idem facerent, & docuit, & persuasit. Pubes effecta, scissis crinibus, mortale conjugium recusavit. Convitia & maledicta hominum sprevit. Beati Dominici habitum, quem feminæ gestant de pœnitentia nuncupatæ, extorsit, protinusque impetravit. Ancillare officium in paterna domo exercuit, nihil magis cupiens, quam vilis apud homines & abjecta videri. Pauperibus Christi (nam id pater ei indulserat) larga manu subvenit. Ægrotantibus summa diligentia ministravit. Diabolicas tentationes & assiduas malignantium spirituum pugnas, patientiæ clypeo & fidei galea, superavit. Incarceratos & oppressos, quibus valuit modis, consolata est. Nullum ab ea verbum non religiosum, non sanctum excidit. Omnis sermo ejus, de moribus fuit, de religione, de pietate, de contemptu mundi, de amore Dei & proximi, de cælesti patria. Nemo ad eam accessit, qui non doctior meliorque abierit. Doctrina ejus infusa, non acquisita, fuit. Prius magistra visa est, quam discipula: quippe quæ sacrarum litterarum professoribus, ipsisque magnarum Ecclesiarum Episcopis, difficillimas de Divinitate quæstiones proponentibus, prudentissime respondit, & adeo satisfecit, ut tamquam agnos mansuefactos remiserit, quos tamquam lupos ac leones feroces acceperat: quorum nonnulli, divinam in virgine sapientiam admirati, distributis mox inter Christi pauperes, quas possidebant, substantiis, accepta Domini cruce, vitam deinde Evangelicam egerunt.

cujus magnâ à pueritia sanctitatem,

E

exemplari vitam,

F

37 Summa hujus Virginis abstinentia fuit, & admirabilis vitæ austeritas: nam cum vini & carnium usum prorsus abjeciisset, nec pulmentariis ullis uteretur, ad extremum eo deducta est, ut nec legumina ederet, nec pane vesceretur, nisi cælesti, quem verus Christianus in Sacramento sumit altaris. Inventa est aliquando à die Cinerum usque ad Ascensionem Domini jejunium perduxisse, sola Eucharistiæ communione contenta. Per annos circiter octo minimo herbarum succo, eoque parum retento, & Communione sacra sustentata est. Ad cibum quasi ad supplicium pergebat. Ad Communionem altaris, quæ illi fere quotidiana fuit, quasi ad cælestes nuptias invitata esset, summa cum alacritate proficiscebatur. Cilicio sub veste utebatur, quo carnem macerabat. Nullæ illi plumæ, nulla pulmentaria erant. Lectum sibi ex tabulis confecerat: atque in eo jacens, brevissimum somnum accipiebat: raro enim ultra duas horas interdiu noctuque dormiebat: reliquum omne tempus, vigilando, orando, prædicando, opera misericordiæ agendo, contrivit. Spissis cordulis carnem suam maceravit: dolore capitis pene

mirabilem abstinentiam,

pœnitentiæ rigorem,

BULLA PII II.

pene aſſiduo torquebatur: æſtuabat febribus: nec aliorum diverſorum morborum cruciatu carebat. Luctabatur quam frequentiſſime cum dæmonibus, multiſque illorum moleſtiis vexabatur: ſed aiebat cum Apoſtolo: Cum infirmor, tunc fortior ſum: nec enim in tantis laboribus deficiebat, nec caritatis opera negligebat. Aſſiſtebat miſeris, indigna ferentibus. Arguebat peccatores, & blandiſſimis verbis ad pœnitentiam revocabat. Præcepta ſalutis omnibus læta dabat. Quid ſectandum, quid fugiendum eſſet, alacri vultu oſtendebat. Diſſidentes ſummo ſtudio componebat. Multa extinxit odia, & mortales ſedavit inimicitias. Pro pace Florentinorum, qui cum Eccleſia diſſidebant interdicto ſuppoſiti Eccleſiaſtico, Appeninum & Alpes tranſire, atque uſque in Avenionem ad Gregorium undecimum Pontificem maximum anteceſſorem noſtrum proficiſci non dubitavit: cui votum ſuum, de petenda urbe Roma, in occulto factum, & ſibi ſoli ac Deo notum, ſeſe divinitus cognoviſſe monſtravit. Fuit enim in ea ſpiritus prophetiæ, & multa prædixit antequam fierent, & occultiſſima revelavit. Rapiebatur ſæpe à ſpiritu, & in aëre ſuſpenſa, divinis contemplationibus paſcebatur, adeo extra ſe acta, ut expuncta percuſſaque nihil omnino ſentiret: idque frequenter ei contingebat, cum diviniſſima reficeretur Euchariſtia.

2 Cor. 12, 10.

animarum cælum,

B

curationum gratiam,

38 Magnum & ſanctum erat in plebibus Catharinæ nomen, & undique ad eam ægroti, & malignis vexati ſpiritibus, deducebantur, & multi curabantur. Languoribus & febribus in Chriſti nomine imperabat, & dæmones cogebat ab obſeſſis abire corporibus: propter quas res, duobus Romanis Pontificibus Gregorio undecimo, cujus paulo ante meminimus, & Urbano ſexto acceptiſſima fuit, adeo ut legationibus eorum fungeretur, multiſque & magnis ſpiritualibus gratiis ab eis donaretur. Eadem cum vitæ agonem jam peregiſſet, anno ætatis ſuæ tertio circiter ac trigeſimo, in urbe Roma diem ſuum clauſit. De cujus animæ in cœlum aſſumptione & glorioſa receptione, ſtupendæ ac mirabiles revelationes factæ reperiuntur apud eas perſonas, quæ Virginem dilexerunt: maxime vero apud ejus Confeſſorem Raymundum Capuanenſem, ſacræ Theologiæ Magiſtrum, qui poſtea generalis totius ordinis Prædicatorum Pater, Magiſter, & Rector effectus eſt. Is namque cum Ianuæ ageret, ea nocte qua Virgo migravit, hora matutina intra dormitorium apud imaginem matris Domini, eam contemplatus eſt miro ſplendore fulgentem, & verba ad ſe conſolatoria dicentem. Corpus ejus aliquamdiu ſervatum, denique in Eccleſia Fratrum Prædicatorum, quæ de Minerva dicitur, Romæ conditum eſt, non ſine magna populi devotione ac reverentia: cujus tactu plerique ægroti ſalutem conſecuti ſunt à Deo, ut nonnullis ſaluti fuerit ea tetigiſſe, quæ ſacrata Virginis membra tetigere. Poſtea quoque Virgo ipſa, jam cælo recepta, vota ſupplicantium benigne audivit, & ut à Sponſo & Domino Chriſto ſuo Salvatore exaudirentur, curavit: multi enim ex diverſis ægritudinibus curati ſunt, qui audita beatæ Catharinæ glorioſiſſima fama, ejus patrocinium ſupplices petivere. Propterea Venetiis, ubi numquam Virgo ipſa fuerat, & multis in locis nomen ejus cum veneratione receptum eſt, & vota ei plurima fiunt.

ſecuta mortem miracula conſiderans,

C

39 Hæc & alia quamplurima cum venerabilis Frater noſter Epiſcopus Portuenſis in conventu Cardinalium & Præſulum expoſuiſſet, & liquido probata eſſe affirmaſſet; rogati ſingulatim tum omnes Cardinales, cum Præſules qui plurimi affuerunt, ſententiam dicere; totis ſuffragiis, beata Virgo digna cælo & aſtris declamanda viſa eſt; nec quiſquam fuit, qui non magnopere canonizationem ejus faciendam probaverit. Quibus ad longum auditis, juſſimus in baſilica beati Petri Apoſtolorum Principis ſuggeſtum magnum & ornatum apparari, ſuper quo hodie adſtante populo & clero, ſermone *i* de vita & miraculis hujus Virginis per nos habito, Miſſarum ſolennibus celebratis, & conſuetis ceremoniis rite peractis, ad canonizationem hujus Virginis, ſub his verbis duximus procedendum: Ad honorem omnipotentis & æterni Dei, Patris & Filii & Spiritus ſancti, ad exaltationem fidei Catholicæ, & Chriſtianæ religionis augmentum; auctoritate Domini noſtri Jeſu Chriſti, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ac noſtra, Catharinam Senenſem, illuſtris & indelebilis memoriæ Virginem, cujus corpus in eccleſia Prædicatorum quæ Minerva dicitur Romæ jacet, in cæleſti Ieruſalem, inter beatarum Virginum choros, quando id ejus virtus divina ſuffragante gratia meruit, jam pridem fuiſſe receptam, & æternæ gloriæ corona donatam, de Fratrum noſtrorum conſilio declaramus: eamque tamquam Sanctam publice privatimque colendam eſſe decernimus & diffinimus, atque in Sanctarum catalogo Virginum, quas Romana veneratur Eccleſia, redigi & adſcribi mandamus: ſtatuentes feſtum ejus ſingulis annis, prima menſis Maii Dominica die, ab univerſali Eccleſia celebrandum eſſe, & omnes illi honores præſtandos, qui ceteris Sanctis Virginibus convenire noſcuntur. Et inſuper ſepulcrum ejus in ipſo feſto viſitantibus, ſeptem annos & totidem quadragenas, de injunctis eis pœnitentiis, in formæ Eccleſiæ conſueta, miſericorditer in perpetuum relaxamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginarum noſtrarum declarationis, conſtitutionis, mandati, ſtatuti & relaxationis ordinationem infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo, tertio Calendas Julii, Pontificatus noſtri anno tertio.

ex Cardinalium ſententia

D

ipſam jubet ut Sanctam

E

coli Dom. 1. Maji

F

ANNOTATA.

a Granatæ regnum *non ante an.* 1492 *ſubactum eſt à Chriſtianis, de qua victoria actum in Supplemento Hiſtoriæ ad Acta S. Franciſci Paulani* 2 *Apr. num.* 49.

b *Male impreſſum erat*, correxit.

c *Id eſt, anno* 1450. *Colitur autem* S. *Bernardinus Senenſis* 20 *Maii, quando ejus Vitam illuſtrabimus.*

d Innocentius 7 *creatus Pontifex an.* 1404, *obiit* 1406.

e *Impreſſum erat* Gregorius undecimus: *perperam: hic enim in Vita Sanctæ nominatiſſimus duos prælaudatos anteceſſit, & ut dictum eſt obiit an.* 1378, *biennio priuſquam moreretur Sancta.*

f Pius 2, *ante Pontificatum* Æneas Silvius Piccolomineus, *nota inter Senenſes familia.*

g *Roma egreſſus eſt Pontifex* 22 *Ianuarii an.* 1459 *& Senis manſit uſque ad finem Aprilis: nam adhuc* 10 *Kal. Maji ſignavit ibidem Senis Bullam, qua eam eccleſiam ad Archiepiſcopatum evexit, attribuens ei Suffraganeas, à Romana & Piſana eccleſiis abjunctas.*

h *Scilicet poſt Menſem Majum anni* 1460: *nam in reditu rurſum Senis ſubſtitit, tribus minimum menſibus, ut declarant Brevia ibidem ab eo expedita.*

i *Sermo hic extat in quodam noſtro elegantiſſimo Ms. membranaceo continente plures hujus Pontificis orationes, ſignato* H. 11. *itemque in monaſterio* S. *Martini Tornaci an.* 1475 *tranſcriptus manu Domni Matth... Grenet, Prioris. unde exemplar tranſumptum ad nos an.* 1671 *miſit*

A *miſit Fr. Ioſeph Ignatius à S. Antonio Carmelita Diſcalceatus hoc principio.* Catharinam Senenſem in Catalogum hodie ſanctarum Chriſti Virginum relaturi, dignum exiſtimamus, venerabiles fratres ac filii dilectiſſimi, quid ſibi velit Sanctitatis vocabulum, cur Sanctorum canonizatio ſit introducta, & an Virgo ipſa hujus honoris digna ſit, paucis aperire. *Quo facto ſic concluait:* Gaudeamus, fratres, & gloriemur, patriæ noſtræ ſecundum carnem tantum ſplendorem eſſe conceſſum, ut noſtra ætate cives duo Senenſes in cæleſti Jeruſalem adſcriberentur. Rara laus & noſtris inaudita temporibus. Bernardinum nobili loco apud Senenſes natum, Nicolaus V prædeceſſor noſter Pontifex maximus, in Catalogo Sanctorum Chriſti Confeſſorum annumeravit: cujus excellentes virtutes & admiranda opera, non ſolum audiviſtis ab aliis, ſed ipſi vidiſtis: quia noſtro ſub ævo clarens, doctrina ſua mundum implevit. Catharinam ejuſdem urbis alumnam, ipſi modo inter acceptas Deo virgines & cælo donatas relaturi ſumus: cujus, ante annos octoginta defunctæ, tanta & tam illuſtris fama eſt, ac ſi heri & nudiustertius deceſſiſſet: neque enim ingentia facta facile obſcurantur. Loquuntur Catharinam, ejuſque ſigna & prodigia mirantur & celebrant, non Senenſes modo, apud quos nata & adulta eſt; aut Romani, apud quos obiit: ſed Florentini, Piſani, Lucenſes, Genuenſes, atque ipſi trans Alpes Avenionenſes, inter quos aliquamdiu ſumma cum laude verſata eſt. Veneti quoque huic Virgini teſtimonium perhibent, miro ſuarum virtutum odore afflati. Ad Germanos inſuper & Hungaros fragrantia ſanctitatis ejus pervenit: ſiquidem Rex Hungariæ, Dux Auſtriæ, & Paſſavienſis Epiſcopus canonizationem ipſius à noſtris prædeceſſoribus per nuntios & epiſtolas petierunt: idemque pari modo à nobis efflagitavit, cariſſimus in Chriſto filius Fredericus Romanorum Imperator Auguſtus. Non eſt igitur, venerabiles fratres, cur dubitemus hanc prudentiſſimam Virginem apud militantem Eccleſiam ſua dignitate ornare, quæ jam pridem coronata eſt apud triumphantem. Conveniunt omnia quæ tanto in opere deſiderari ſolent. Adeſt vita puriſſima, nullius culpæ conſcia: adeſt flagrantiſſima caritas, adeſt ſignorum & miraculorum ſupra naturam virtus, ſicut perpulchre recitat Advocatus; adſunt Principum preces & rogamina populorum: adhibita eſt omnis ſolennitas quæ in tanto negotio requiritur. Audacter igitur canonizationem ejus abſolvere poſſumus. Sed nihil eſt quod ſine divina gratia rite perfici queat. homines ſumus: labi, errare, ac decipi poſſumus: ſolus Deus eſt qui falli non poteſt. Quapropter oratos vos omnes qui adeſtis facimus, ut una nobiſcum Spiritus ſancti miſericordiam & aſſiſtentiam imploretis, ne nos in hoc negotio ſinat aberrare: ſed ea nobis inſpiret, quæ ſuæ ſint voluntati conſona, & fidelium utilitati cedant. Amen.

S. Catharinæ encomium à Pio 2.

Principes canonizationem ſolicitantes.

B

C

MIRACVLVM

Ex Ms. Codice Vltrajectino.

40 ANno Domini MCCCCLXXXV, cum feſtivitas B. Catharinæ de Senis celebraretur circa Kalendas Maji apud Buſcum-ducis, in monaſterio recenter reformato Ordinis Fratrum Prædicatorum; extitit illic quidam juvenis Diaconus, intraneus natione, qui deſcendens de camera hoſpitum in cellarium, tentavit pede utrum oſtium cellarii erat clauſum: ſed apertum illud reperiens, decidit per plurimos gradus uſque ad pavimentum ipſius cellarii. Unde factum eſt ut coſtis contritis & latere conquaſſato deſperaretur de vita. Denique poſt hæc deportatus ad domum infirmorum, illic multo tempore jacuit impotens & ægrotus: ſed poſtmodum baculis ſe ſuaque imbecillia membra ſuſtentans, ad eccleſiam multis videntibus venit, & ante altare S. Catharinæ de Senis, ſeſe illi devovens, ut ſibi ſuccurrere dignaretur exoravit. Et ecce improviſo una crucka, qua ſuſtentabatur, miraculoſe ei ablata eſt. Idcirco altera ſe ſuſtentans, pedem unum ſupra terram poſuit; ac non multo poſt ſine ullo ſuſtentaculo firmiter inceſſit, eis qui noverant admirantibus: inſuper eodem die Diaconi officium in Miſſa conventuali exercuit. Quod ut audivit mater ejus & vidit, præ gaudio & admiratione in extaſin cecidit: ſtatimque te Deum laudamus cum organis cantatur, campanæ pulſantur, & in ſolenni prædicatione tam & recens & evidens miraculum publicatur.

Iuvenis Frater ex gravi per ſcalas lapſu fulcris gradiens,

D

ante aram Sanctæ ſubito ſanatur.

MIRACVLVM,

A Nicolao Burgenſio, cui contigit, deſcriptum.

E

Ex editione Veneta anni MDI.

41 *NIcolaus Burgenſius, Eques & Senator Senenſis, eximius non minus Sanctæ concivis ſuæ quam Patriæ communis amator, ſi non eodem menſe, anno certe eodem, qui fuit* XV *ſeculi ultimus, affectus ſui erga utramque argumentum præbuit memoria dignum. Nam conſcriptam à ſe, eleganti ſatis ſtylo nec valde prolixo, S. Catharinæ Vitam, pridie Idus Iulias dedicavit Illuſtriſſimo Venetiarum Duci Auguſtino Barbadico, erga Sanctam precipue devoto: idemque, ut in præfixo ante opus epigrammate legitur,*

Poſt ſcript. tam Sanctæ vitam,

——— amatam
Sic patriam coluit præpoſuitque ſibi; *pro patria moriens,*
Corpus ut innocuum, trepidis pro civibus, unus
Hoſtibus obtulerit vulneribuſque libens.

Quapropter

Mortuus & fama veteres ſuperare Quirites
Creditur, & meritis vincere Cecropidas.

42 *Idem denique,* dum vulneribus confoſſus truncata manu expiraret, *tale epigramma dictavit, extremum ingenii ſui & amoris ad ultimum ſpiritum Patriæ Sanctaque ſervati monumentum, cum ipſa manu Romam mittendum, dictoque operi præfixum his verbis.*

F

Cui refero acceptam moriens, Catharina, ſalutem;
En tibi truncatam do, bona Virgo, manum.
Dum potuit calamum duxit tibi: vixque peregit,
Rerum vana ſequens, quod pia vovit, opus.
Te penes hic optat nondum bene mortua condi;
Unde precor Senam reſpice, Diva, tuam.

amputatam manum mittit ad tumulum Catharinæ,

Scripſerat, *uti teſtatur Poſſevinus in Apparatu,* Vitam B. Franciſci, quam Paulus Florentinius Theologus Ordinis Servorum dicavit Pio II Pontifici Maximo, *atque adeo annos circiter triginta priuſquam moreretur: hanc vero S. Catharinæ, non rerum ab aliis præteritarum novitate ornavit, ſed eloquentiæ ſibi familiaris candore, pro ratione ſeculi ſui minime contemnendo: poſt narratam tamen ſepulturam, ſic ait* Miracula ſeparatim enarrare ſuperſedeo, ne longior ſim; Unum autem longe maximum non præteribo, quod ad me attinet Nicolaum Burgenſium Senenſem, qui hanc Catharinæ Vitam ſtylo dedi.

qua ſcripſerat factum in ſe miraculum;

43 Rediens rure, febrim nactus ſum, qua ita afflictabar, ut non minus animam ægram traherem quam corpus: itaque ad paucos dies redactus fui, ut de ſumma valetudinis meæ peſſime ſperarent; nam nec cibi nec potiones ullæ juvamenti aliquid afferebant. Dicam id quod veriſſimum eſt: prævaricator ille inviſibilis inſigniter me fatigavit: quod

quando ex febri ad mortem ager,

A modo verbis, modo geſtibus præferebam: quapropter proximi amicique cariores ita me affectum cernere præ mœrore non poterant. Perfugium igitur habuerunt ad B. Catharinæ cilicium, quod uſque hodie Senæ, in æde ſancti Spiritus, accuratiſſime ſervatur. Ubi vero cilicium illud perlatum eſt; ſimul ac ſuper me indignum poſitum fuit, experrectus ſum, qui ad tempus immobilis & exanimis viſus fueram. Junctis ego tum manibus indulgentiſſimo Deo dignas gratias egi, qui me per Catharinæ preces in diſcrimine corporis & animæ liberaſſet. Ex illo commodior indies ſemper fui, donec ex toto convaluerim. Quod cum ita ſe habeat, quidquid ſum, ſecundum divinam majeſtatem, debere me fateor cæliti Catharinæ Senenſi, ad quam mortales omnes vehementer hortor ut refugiant, cum aliqua neceſſitate premuntur: numquam enim incaſſum rogat omnipotentem Dominum, cui ipſa, degens in contagione corporis, ſtudioſiſſime ſervivit. Sed de hac tanta Catharinæ gratia apud Deum, dum eſſem Romæ Senenſis orator apud Pontificem, feci ad Romanos Epigramma, quod in capella parietis affixum eſt, in capella S. Dominici ſeu Minervæ, Catharinæ addicta, ubi ſacratum ipſius corpus in ſublimi marmoreo monumento ſervatur; in quo quidem epigrammate duo hi verſus inſunt,

impoſito ſibi, ſancta cilicio convaluit.

beneficium voti vo epigrammate teſtatus.

B

Non habet à Chriſto Virgo Catharina repulſam,
Credite, pro miſeris munera ſi qua petit.

Hoc autem ipſum ubique locorum noſtris quoque temporibus videre eſt, novis gliſcentibus quotidie ſignis.

44 *Ita ille, Senis, ut videtur, ſcribens; ubi mox inimicorum exceptus gladiis, non ita ab iis conciſus eſt, quin potuerit ad mortem pie obeundam parare animum: quod alterum maximumque S. Catharinæ beneficium fuiſſe exiſtimo, per vulnerum corporeorum cruciatus expiato properantis mercedem reddere piæ ſcriptionis. Viventene eo an mortuo perlata ea Vita Venetias ſit, non habeo unde deſiniam; hoc certum eſt, mandatam mox fuiſſe præio, ſic enim ad calcem libelli legitur*: Impreſſum Venetiis per Joannem Fridino, alias Thacuinum, anno MDI die XXVI Aprilis. *Impreſſionis auctorem exiſtimo fuiſſe Ducem ipſum Auguſtinum Barbadicum: qui eodem deinde anno, ſui Principatus decimo quinto è vivis abiit, ne prægreſſo ad S. Catharinam amico diu ſe ſuperſtitem quereretur, ſed ad præmiorum conſortium recipiendum cito tranſiret.*

Vita mox impreſſa Venetiis eſt,

C

45 *Porro occaſione Vitæ, à Nicolao Burgenſio ſcriptæ, notanda venit eorum vanitas, qui veluti non ſatis nobilem Catharinam ſua feciſſet ſanctitas, licet ipſa edita eſſet parentibus genere plebeis, arte tinctoribus; nobilitatem illi terrenam ex male fundatis conjecturis conciliare voluerunt, nec dubitarunt eam aſſerere in lectionibus ex indulto Vrbani Papæ VIII in Romanum Breviarium transferendis. Sed nobiliſſima Burgheſiorum familia, non quaſi Sanctam dedignata concivem; verum ut abhorrens originis plebeæ notam, in totius orbis Chriſtiani conſpectu majoribus ſuis afflictam, querelas Romam detulit ad ſacram Rituum Congregationem. Quare* diligenti ſuper hoc habita perquiſitione, reque pluries mature diſcuſſa, cum interventu Promotoris fidei ac eorum Conſultorum voto, qui de adhibitis in noviſſima Breviarii reformatione ſupererant; eadem ſacra Congregatio, referente Eminentiſſimo & Reverendiſſimo D. Cardinale Cajetano, ad hoc ſpecialiter deputato, unanimi voto cenſuit (ſi Sanctiſſimo videretur) prædictas Lectiones reformandas eſſe, caſſando illa verba, Ex Beninceſia una cum Burgheſia familia ex eodem ſtipite proveniente; prout mandavit caſſari, & non niſi deletis dictis verbis in jam impreſſis Lectionibus legi ac retineri; prohibendo pariter ne in poſterum ullo modo dicta verba apponantur, quotieſcumque hujuſmodi Lectiones imprimi contigerit. Sanctiſſimus autem annuit die XXVIII Septembris MDCXLI: *& ſic evanuit male fundata opinio, quam ante id tempus ſcriptores aliqui ſuis in libris propagarant; ſuſtinentes, Burgheſiorum gentem in Benincaſas, Ghezzos, & Rononos diviſam fuiſſe; eoque adducentes epitaphium Senis in eccleſia S. Dominici legendum:* Hic jacet Franciſcus Beninceſa de Borghenſibus, Doctor egregius, orate pro eo: *quem Franciſcum ajebant fuiſſe Catharinæ nepotem ex fratre: quod ſi verum fuiſſet non exiſtimo ſic obliterandam memoriam conſanguinitatis iſtiusmodi, ut Nicolaus prælaudatus eam diſſimulare aut voluiſſet aut potuiſſet. Pro ſolutione autem difficultatis obſervatò* Beninceſa *ita fuiſſe cognomen plebeæ, ex qua Catharina, familiæ; ut ipſum in Etruria ac Senis eſſet multis, etiam nobilibus, prænomen proprium; & ſic à quodam* Beninceſa de Borghenſibus, *à quo Franciſcus iſte deſcenderit, dici cœperint illius poſteri; ſicut alii à* Ghezzo & Renono Burgheſiis, *diverſorum ex eodem ſtipite ramorum capitibus, diſtinctivam appellationem retinuerunt.*

affinitas ſanctæ cum Burgeſiis.

D

jubetur expungi è Breviario,

E

DE B. LVDOVICO PVERO RAVENSPVRGI IN SVEVIA A IVDÆIS OCCISO.

D. P.

ANNO M CCCCXXIX

Acta unde accepta?

Barbara Iudæorum adverſus Chriſtianos feritatis exempla, multa dedit hic menſis diebus variis; nec tamen eorum colligendorum finem licet facere, niſi cum ipſo illius fine. Adhuc enim retinet nos B. Ludovicus, anno MCCCCXXIX *Ravenſpurgi in Suevia crudeliter interemptus, hoc ultimo Aprilis: cujus paſſionem eamque ſubſecutam venerationem ſacri corporis, nobis in ſua Helvetia ſancta proponit Henricus Murerus Carthuſienſis, uſus, ut præfatur antiquis duabus Chronicis, quarum altera Oeningenſis ad Rhenum monaſterii fuit, alteram communicavit Nicolaus Walſer, Ravenſpurgenſis Parochus idemque Capituli Canonicalis Decanus. Eam hiſtoriam quia ex ipſis fontibus accipere non licet, Latinam hic dabimus, ut Germanice legitur apud auctorem præfatum, unum præmonendo, videlicet* Ravenſpurgum *Imperiale oppidum eſſe, ſex ſeptemve horis à Brigantino lacu, amœna in valle ſitũ, ſub ditione Auſtriacorum, & religionis cultu pro parte majori Catholico, quem conſervant vetuſtiorum ac recentiorũ Ordinum cœnobia varia, intra ac circa mœnia conſtituta. Abhinc inervallo trium circiter horarum abeſt* Haſlach *oppidulum, juxta quod ſilva & in hac ſacellum fuit hujus Beati, de quo pluribus infra.*

2 Ravenſpurgi *ergo* apud civem Chriſtianum, juxta quorumdam Iudęorum ædes, habitabat Ludovicus puer, von Bruck ſive à Ponte cognominatus, natione Helvetus, ſimulq; & menſa illius utebatur & litteris diſcendis vacabat. Contraxerat ille cum vicinis Iudæis familiaritatem nonnullam, & eorum frequentans ædes crebra præſtabat officioſus obſequia. Accidit porro anno MCCCCXXIX, inter Paſchæ ac Pentecoſtes feſta, Ravenſpurgenſes Judæos convivium celebrare numeroſum, ad quod etiam ex vicinis urbibus Conſtantia, Uberlinga, aliiſque invitati plures convenere. Hac occaſione deeſſe vicinis noluit Ludovicus, ſed iiſdem ad coquinæ miniſterium veruque vertendũ operam obtulit. Id dum agit, conjecerunt in eum

ſcholas frequentans puer cum vicinis Iudæis obſequioſus inſervit,

A eum oculos Judæi duo, Aaron & Anſelmus fratres: qui cognoſcentes Chriſtianum eſſe puerum, & iſtic loci peregrinum, magna fundendi ſanguinis ſiti incenſi, arripuerunt innocentem; aſſumptoque in ſceleris ſocietatem affine ſuo Moyſe, tamdiu cruciarunt, donec animam inter tormenta efflaret. Addiderunt etiam ad reliquam immanitatem, ut amputatis virilibus turpiter abuterentur, ex inſatiabili odio Chriſtiani generis. Poſtquam furori ſacrilego ſic litavere, veſtibus ſuis induunt cadaver, conjectumq; intra ſaccum prima die Maji deferunt uſque ad turrim Raveſpurgenſem; ubi repertum aurigam, Nicolaum Knoll nomine, mercede conducunt, ut ſaccum iſtum ſurſum avehat in ſilvam Haſzlachenſem; ubi eum exſpectaturus eſſet ipſorum aliquis, & ulteriora mandata indicaturus.

fœde mutilatur:

3 Abiit cum commendata innocentis corporis ſarcina auriga, partim lucri cupidine, partim nimia ſimplicitate perſuaſus; pervenienſque in præfatam ſilvam, invenit circa abietem proceram Judæos multos, qui aperto continuo ſacco extraxerunt inde occiſum puerum. Exhorruit ad ejuſmodi ſpectaculum auriga; & Quæ vos, inquit, malum! cauſa impulit, ut mihi innocentem iſtum devehendum commendaretis? Aſt illi monere ut taceat, niſi perire malit: nihil enim ipſi aut ſibi metuendum eſſe, ſi rem fideli ſilentio tegat; ſin minus, comminantur accuſare ipſum ut participem cædis. Hac oratione & decem florenorũ pretio placatus fungus, ſuis ipſe manibus deponit de carro cadaver quod vexerat, & ſubtus proceram illam abietem deponit: illi vero, trajecto per ramos ipſius abietis fune, collum illaqueant, illaqueatumq; attollunt, quaſi voluntario ſeſe ſuſpendio enecaſſet: alteram etiam manum adducunt ad inguina, inſerentes eidem cultrum, tamquam ſpontaneæ mutilationis inſtrumentum: atque ita ad ſua quique ſe recepere, rati arcanum manſurum quod egerant.

occiſus ſuſpenditur in ſilva:

B

4 Verum noluit Deus occultum facinus impunitumque dimittere: fecitque pluribus noctibus conſequenter, ex præfata ſilva, ab ipſaque unde innocens pendebat abiete, clariſſimam quamdam faculam velut ſtellam radiare uſque Ravenſpurgum, prout honorati quidam cives jurejurando teſtati ſunt obſervaviſſe ſe, quamvis ignorarent quid eo indicio ſignaretur. Interim pueri aliquot in eamdem ſilvam abeunt avium nidos ſpoliaturi; & condiſcipulum ex abiete

C pendentem agnoſcunt; neque dubitantes quin ipſe ſe iſtic ſuſpendiſſet, toto Ravenſpurgenſi oppido rem divulgant. Fit ingens populi concurſus ad locum; ubi pendulum attentius conſiderantes viri prudentiores, tot modis ſignisque agnovere aliena manu illatam prius mortem & ſuſpendium fraudulenter ſimulatum; ut omnes rei circumſtantias, cum inculpata eatenus Ludovici vita conferentes, nihil dubitarent, quin eſſet à ſuiſmet occiſoribus iſtic appenſus, & nocturnis ſplendoribus declaratus innocens. Ergo, ex deliberatione & mandato civilis atque eccleſiaſtici Magiſtratus, deponitur ab infelici arbore corpus, ſub eaque ſepelitur, uſque dum plenius cognoſceretur rei geſtæ ſeries. Nec mora cadit in Judæos Ravenſpurgenſes ſuſpicio, eo quod egredientem ingredientemque ad illos multi vidiſſe meminiſſent: adeo autem invaluit murmur in populo, ut male ſibi metuere incipiens præmemoratus auriga, Ravenſpurgo Uberlingam, ipſi lacui adſitum oppidũ, commigrare ſtatuerit. Eo diſceſſu non ſopitis ſed auctis ſuſurris, accuſatus tandem Nicolaus apud Senatum Uberlingenſem, captuſque, & totum ordinem rei peractæ confeſſus, nominavit quotquot noverat interfuiſſe Judæos: & quamvis excuſandum ſe crederet, damnatus ad rotam eſt. Judæi vero, Aaron, Anſelmus & Moyſes cum aliis capti Ra-

cæleſti lumine illuſtratus,

ibidem ſepelitur.

tunitii reis

venſpurgi ſunt; reliqui Uberlingæ, Lindaviæ, & Conſtantiæ, unde ad feſtum convenerant, ſimiliter deprehenſi & igne conſumpti, per ſententiam periere anno MCCCCXXX. EX GERM. MURERI.

5 Ex hinc divulgata quaqua verſum fama, incrementum ſæpe iteratum ſumpſit à luminoſa ſtella, prout antea ſic & poſtea ſuper locum ſepulturæ lucente: quapropter extructum ibidem eſt ſacellum lapideum, ad Dei honorem factique iſtius memoriam, quod ad Abietem vulgus nominandum inſtituit. Magno dein accolarum ac peregrinorum concurſu celebratus eſt locus per annos centum, quemadmodum Chronica Ravenſpurgenſis teſtatur, tria nominatim miracula referens ex multis, quæ ibi contigiſſe dicit. Joannes Grabman Raveſpurgenſis, cujus proſapia etiamnum perſeverat, difficili laborans hernia, per eamdem in vitæ diſcrimen adductus fuerat plus vice ſimplici: ſed vovens quod ad Abietem iturus eſſet, ſancti juvenis interceſſione recepit corporis integritatem. Brigantiæ lapſus in aquam puer, indeque poſt horam extractus mortuus, ſimili ſuorum pro ipſo voto rediit ad vitam meritis B. Ludovici. Michael Biegh, ex oppido Eſchach, uno Germanico milliari diſtante, tantos patiebatur dolores in digitis unius ſuæ manus, ut extendere eos regereque non poſſet: vovit igitur piam peregrinationem ad Abietem, cum oblatione manus ferreæ: quo completo, ſalvus domum rediit, cœpitque manu ſua ad laborandum uti.

& crebreſcentibus miraculis facellum erigitur.

B

6 Stetit autem prænominatum ſacellum totis centum annis: his vero elapſis, cum ſartis tectis ſervandis nemo ſatis attenderet, & invaleſcens Lutherana hæreſis extingueret avitæ pietatis fervorem, paulatim corruit; adeo ut illius nihil ſuperſit amplius quam parietinæ quædam. Aſt oſſa ſancti adoleſcentis tranſlata ſunt in ſacellum S. Viti, ſupra montem qui oppido Ravenſpurgenſi ad Auſtrum imminet: ubi etiã nunc honoranda conſpiciuntur. In curia vero ipſa ſervantur monſtranturque ipſius pileus, toga, cingulum, atque ex cingulo dependentes tabellæ ſcriptoriæ cera illitæ, cum quibus à Judæis captus atque occiſus eſt. Præterea peregrinantibus ad Abietem ſolebant diſtribui peractæ devotionis ſigna, qualia apud Einzidlenſes, aliiſque locis votiva peregrinatione frequentatis, diſtribuuntur. *Hactenus Murerus, abſque ulla determinatione ætatis, quam ultrà quartum decimum annum progreſſam facile crediderim: plura vel de præſenti cultu vel ex genuinis Chronicarum fontibus ſi Raveſpurgenſes ſuggerant, erit iis locus in Supplemento hujus menſis.*

eo poſtea collapſo corpus tranſfertur Raveſpurgum.

B

7 *Hæc in Suevia acta ſunt ſeculo* XV: *Suevia vero proximus Palatinatus, qui ſuperior dicitur & ad Bavarorum Ducum jura nunc ſpectat, ad æque funeſtam tragœdiam, in corpore Michaelis necdum quadrimi actitatam, eo magis ingemuit anno* MDXL, *quanto minus licuit aut ulciſci ſcelus aut Chriſti Martyrem debito cultu proſequi, ſub Othone Henrico Palatino Lutherano, cui præ Judæis viles erant Chriſtiani Catholici. Rei geſtæ ſeriem plenius deſcriptam videre qui volet, legat Tomum tertium Bavariæ ſanctæ à pag.* 76; *quin & occiſi fœdeque excarnificati pueri effigiem contempletur, expreſſam ad vivum pag. ultima Bavariæ piæ. Operum iſtorum auctor Matthæus Raderus, Dominica Paſſionis, quæ tunc in* XIV *Martii cadebat, interceptum furtim puerum aſſerit. Quem cum in iis ubi detineri ferebatur ædibus quæri non pateretur Dynaſta impius, credibile eſt ſceleri deſtinato moram aliquantam indulſiſſe barbaros, uſque dum vel ſuum vel noſtrum Paſcha adeſſet; atque adeo finem Martii menſis carnificina iſta, quæ toto duravit triduo, fuiſſe occupatum. Nec certe minus temporis intervallum requirunt, quæ ante repertum corpus geſta deſcribuntur à pueri parente, lapidem omnem movente quo filium recuperaret. Itaque ad Supplementum Martii differimus pleniorem de hoc puero relationem, ab noſtri*

Anno 1540 excarnificatus in Palatinatu Michael,

differtur ad ſupplementum Martii.

A *apud Eyſtadienſes collegii Patribus interim edocendi, cum quo honore ex veteri eccleſiam in novam, quæ poſt editionem prælaudati operis magnificentius exurrexit, tranſlatum ſit corpus, & quo in pretio ac veneratione nunc habeatur.*

donec habeantur ſcripta teſtium oculatorum.

8 *Speramus etiam inventuros nos interim Ioannis Eckii, Doctoris ob crebras cum Luthero ac Lutheranis pugnas atque victorias celeberrimi librum, quem contra Iudæorum Patronum, prænominatum credo Othonem Henricum, ſcripſit inſcripſitque Chriſtophoro Madrucio Epiſcopo Tridentino. Doctor enim ille tunc Ingolſtadii in propinquo degebat, & altero poſt cædem Michaelis anno Eyſtadium venit, totamque lanienam cognovit à medicis, qui Epiſcopi juſſu corpus inſpexerant. Ex eodem libro varias alias hujuſmodi crudelitates diſcemus, quas intactas maluimus hoc menſe dimittere; nominatim de pueris Ratiſponenſibus ſex vel octo, quorum ſimili feritate immolatorum Reliquiæ anno* MCCCCLXXXVI *extractæ in lucem ſunt; atque de aliis duobus, Savonæ in Liguria anno* MDLXII, *& Anconæ in Piceno poſt quadriennium interfectis. Sed & neceſſarium nobis eſt Germanicum poëma, quo eamdem tragœdiam publicavit Hilbrandus Thiermarius, Epiſcopi Eyſtadienſis tunc Cancellarius: cui hoc divinitus obtigit muneris, ut lingua, quam Palatinus Iudæorum Patronus excindi fecerat, ob injuriam eo carmine ſibi ut interpretabatur illatam, denuo excreſceret, & ad annos totos viginti poſtea expeditam loquendi facultatem præberet. Hæc autem omnia & quidquid aliud huc facere poteſt, ubi à nobis deſiderari Eyſtadienſes ſciverint, quin prompte quærenda nobiſque ſubmittenda ſint, nihil ambigimus.* D

DE B. MICHAELE DE BARGA

ORDINIS MINORVM OBSERVANTIVM

D. P.

PROPE LVCAM IN HETRVRIA.

E

AN. MCCCC LXXIX

VA Lucenſis Reipublicæ Magnique Ducatus Florentini limites ſeſe invicem quibuſdam veluti nexibus utrimque procurrentes complectuntur & implicant, ad Serchii fluminis orientalem ripam Barga *viſitur, honeſtum oppidum, Lucenſis olim, nunc Florentinæ ditionis: circa quod Fratres Minores habuere conventum S. Bernardini dictum, cujus & plurium illo tractu aliorum fundamina referuntur ad Fr. Herculanum de Plagali, inſignem regularis obſervantiæ zelatorem promotoremque, ſub majori altari conventus Caſtri-novi in Cafarniana reverenter depoſitum, & die* XXVIII *Maji (ſi Arturo credimus) inter Beatos connumerandum. Datum conventui initium creditur haud diu poſt annum* MCCCCXLIII: *annis autem circiter undeviginti poſt primam fundationem elapſis, anno ſcilicet Chriſtianæ Æræ* MCCCCLXXI *die* IV *Decembris, tranſlatus eſt idem Conventus ad alium ſalubrioris auræ locum, cui S. Mariæ gratiarum nomen inditum, ibique adhuc perſeverat.*

Conventus Bargenſis,

an. 1471 ad oppidum tranſlatus,

habet ſub altari corpus Beati,

2 *Habet eccleſia altaria plura: quorum unum Nativitati Virgineæ conſecratum, ſub ſe habet intra urnam eleganter inauratam, cujuſdam B. Michaelis corpus cum tali epigraphe,*

Oſſa ſuis meritis multum veneranda, Beati,
Arcula, quam cernis, hæc, Michaelis habet:
C Quæ populi pietas rapta tellure retexit,
Auro Niclaus condidit Angelius.

illudque bis in anno oſtentat;

Angeliorum namque Piſanorum familia jus ſibi vendicat patronatus in dictum altare, ſub quo depoſita arca, bis in anno ſupra ipſum exponitur, non ſine magna populi concurrentis devotione, videlicet ultimo die feſto tam Paſchatis quam Pentecoſtes, Religioſis Antiphonam de uno Confeſſore, Aſſimulabo eum viro ſapienti, *cantantibus, ac deinde accedere & ſuis cum roſariis tangere volentes ordinate admittentibus. Eadem familia ex ſacro iſto depoſito obtinuit brachium, in cathedrali Piſana cum ceteris Reliquiis decentius habendum, uti conſtat ex epiſtola anno* MDCLXIII, XXIII *Martii ad loci Guardianum data ab adm.* R. P. *Provinciali Ioanne Baptiſta de Burgo ad collinam, in Conventus archivio aſſervata. Hactenus loci Guardianus, per Franciſcum Mariam Florentinium rogatus ſuggerere quidquid de hoc ſui monaſterii Beato noſſet.*

brachium Piſis ſervatur.

3 *Quibus virtutibus venerationem ejuſmodi commeritus ſit Michael ita deſcribit Waddingus, citatis in margine Mariani ſui chronicis, quæ utinam aliquando lucem publicam videant.* Anno MCCCCLXXIX, die ultimo Aprilis, Fr. Michael de Barca, in cœnobio S. Mariæ gratiarum, in vico Barcæ Carfananiæ, pie diem obiit extremum. Ad religionem admiſit Fr. Herculanus de Piagale, vir ſanctiſſimus, & optimis moribus inſtruxit. In ſimplicitate cordis & puritate vitæ omnibus gratus, inſtitutum quod ſuſcepit perfecte obſervavit. In ſuos qualeſcumque defectus vel negligentias leviuſculas ſevere animadvertebat, aliorum erratis tenere compaſſus. In oratione aſſiduus & in prædicatione indefeſſus, incredibili æſtuabat zelo animarum, eorum præſertim qui vel ob pauperiem vel ob locorum incommoditatem ab aliis negligebantur. Excurrebat in agros, pagos & ſilvas: quos reperiebat agricolas vel paſtores interrogabat, quantum temporis effluxiſſet, quo conſcientiæ labes per ſacram Confeſſionem non expiaſſent; piiſque exhortationibus ad pœnitentiam allectorum confeſſiones excipiebat. Dum paſtores fidei rudimenta docebat, ſeque accuſantes audiebat, ut commodius & tranquillius facerent, ſocium pecorum & armentorum cuſtodem adhibebat. Diebus feſtivis, ubi judicabat deeſſe Sacerdotes, qui Miſſæ offerrent ſacrificium, celebrare ſolebat in oratoriis lociſque honeſtis, advocans ex montibus & ſilvis montanos & ruſticos, alioquin propter locorum diſtantiam Miſſam non audituros.

Animarum zelator magnus,

Vitæ compendium ex Waddingo,

aſſiſtit peſti infectis;

4 Sæviente peſte, infectos viſitabat, Sacramentis recreabat, & morientes ſepeliebat. Inter vicos Calligani & Bargæ caupo Florentinus, defunctis contagione filiis univerſaque familia, advocari curavit Michaelem, ut uxori, ſeptimo jam menſe prægnanti & lue periclitanti, ſub mortem opitularetur. Confeſſionem excepit, ad pie Chriſtianeque moriendum ſalutaribus monitis excitavit, abortum patientem quibus potuit modis confortavit, infantulum baptizavit, pauloque poſt morientem inter brachia genitricis jam defunctæ ſepelivit. Tempore bacchanalium per domos & plateas diſcurrens, puellas à choreis inſaniſque ludis revocabat; quoſque comperiebat per ludicra & lubrica eos dies exigere, ad ſobrietatem & ſeveritatem retrahebat. Dum hæc inſanientium ſpectacula & noxiæ geſticulationes exercerentur Calignani, tabulatum conſcendens, tanto fervore, contra pernicioſam hanc conſuetudinem certamque modeſtiæ peſtem, prædicavit; ut eo anno multiſque ſubſequentibus, miſſam fecerint notiſſimam iſtam bonorum morum corruptelam.

F

bacchanalia licentiam coërcet.

irriſorem ſuum miraculo confundit,

5 Raro miraculo oſtendit Deus, ejus doctrinam ſibi fuiſſe gratiſſimam, honoremque voluiſſe illæſum. Dum in villa Baſilicæ magno hominum plauſu & concurſu prædicaret, petulantiſſimus juvenis, irriſu-

A irriſurus ejus conciones, morum è regione eccleſiæ poſitam conſcendit, prodeuntemque è templo Concionatorem vocibus inconditis geſtibuſque ridiculis excepit, & puerulos ut ſe prædicantem atque æmulatorie geſtientem aſpicerent convocavit. Res mira! virentibus foliis arbor opaca, ſtatim radicitus arefacta, toto ſuo ſpoliata eſt ornatu; & decidentibus comis tota deformis, dum adhuc juvenis inſideret, apparuit. Hoc prodigio confirmatam voluit Deus ejus doctrinam, ne contemneretur, ceſſaretque tantum animarum lucrum, quantum ille ubique reportabat. Crudeles inimicitias, odia aſpera, ſævaſque hoſtilitates multis in locis extinxit; laſcivos juvenes vanaſque puellas ad ſaniorem ſenſum, pleroſque ad clauſtra reduxit: corruptos mores correxit, pravas conſuetudines per univerſum agrum Lucenſem & Carfananiæ diſtrictum ablegavit.

occultas cogitationes penetrat,

6 Prophetiæ ſpiritu clarus futuros eventus certo prædixit, multorumque vidit intimos cogitatus. Antonio de Partiano, agri Lucenſis viro ſibi familiari in itinere præeunti, & de promovendo ad Clericatum filio profunde cogitanti, alte inclamavit: Inanem, Antoni, abige cogitatum: ex tuis filiis nullus, quem proponis, ſtatum aſſumet. Patefactam à longe ſequenti ſecretam cogitationem admiratus, Dei famulum verum dixiſſe ex eventis probavit. Eidem Antonio ſibi Bargæ reatus confitenti, in

B memoriam reduxit negligentiam & irreverentiam, in audienda re ſacra illa die in itinere commiſſam. Catharinam in vico Burgi, puellam Deo devotam, extremo morbo laborantem, nullique reatus confiteri volentem donec adveniret Michael, parentes increpabant, dicentes, mortis ſubeſſe periculum, & Michaelem per multa diſtare milliaria, apud cœnobium S. Ludovici oppidi Piſciani. Ille admonitus celeriter accurrit, languentem Sacramentis munivit, defunctam ſuis manibus ſepelivit; ſuis prædicationibus converſæ & ad virtutis apicem aſpiranti, vitæque ſanctimoniâ commendatiſſimæ, cuncta hæc officia ſedulo impendens.

moribundum vivificat,

7 In vico Partiani, dum prædictum amicum Antonium inviſeret, triſtem & flentem invenit propter filii mortem vicinam: ut bono eſſet animo hortatus, dixit: Filius tuus vivet, atque hac ipſa hora à morbo liberatus eſt. Adhuc hæſitantem manu duxit, ut filium perſpiceret incolumem; dum ſcalas aſcendunt, venit juvenculus in occurſum, matre omnibuſque domeſticis ad miraculi magnitudinem

C obſtupentibus. Attamen tantæ virtutis viro non defuerunt æmuli, qui per invidiam & infamiam frequenter exercerent. Omnia tulit æquanimiter, honoris & famæ curam Deo relinquens; per quem factum eſt, ut ipſi calumniatores obiecta probra diluerint. Tandem annis & meritis plenus, octogenarius in Domino, præmiſſis ſacris Eccleſiæ ritibus, obdormivit. Nondum conſtructa eccleſia humi ſepultus, plurimis cœpit clarere miraculis: quibus allecti, etiam è longinquo, plurimi accedebant, ſepulcrum veneraturi. Ea tamen aviditate terram reportabant, ut ſæpe aliam oportuerit injicere. Conſtructo demum templo, corpus ad altare quoddam præcipuum honorifice tranſlatum eſt, ubi aſſiduis claret miraculis.

pie mortuus miraculis claret.

8 *Similia fere habet Marcus Vliſipponenſis, parte 3 lib. 6 cap. 35, citans etiam ipſe in margine Marianum.* *Et ſane apparet ex eodem utrumque hauſiſſe fonte, neutrum Mariani verba ſolicite adnumeraſſe, dum nuſquam contrarii, & tamen in nonnullis diverſi inveniuntur, uno quædam expreſſius dicente quam dixit alius & è converſo, nihil autem in ſubſtantia mutante, Waddingo autem plura ſancti viri geſta attingente quam fecit Marcus. Eadem, ſed multo ſtrictius, ex eodem fortaſſis Mariano, leguntur apud Gonzagam in ſupranominati Conventus deſcriptione, qui eſt* XIX *provinciæ Tuſciæ: addit autem ille, quod vir beatus in prædicta peſte* ſeptingenta & ultra defunctorum corpora, ſe tantum ſocio juvante, ſepelierit, *quodque* deficiente cymba, rapidiſſimum fluvium ſtrato ſub pedibus mantello, una cum ſocio feliciter trajecerit. *Mirabile eſt autem quomodo Gonzagæ inciderit pro* Michaele *ſcribere* Ludovicum, *dum ſit illius exorditur elogium* ſub ipſo altari Nativitati glorioſæ Virginis ſacro, Beati Patris Ludovici de Barga .... venerandi cineres reconditi ſunt. *Sed multo mirabilius eſt quod Waddinghus, in manibus habens Mariani à Gonzaga æquæ citati ſcripta, & in his nihil de Ludovico quoniam reperiens, ceteraque fere omnia quæ laudat Gonzaga ipſa eſſe videns quæ paulo ante fuſius ex Mariano dederat; noluerit animadvertere, à Gonzaga exerrante calamo potius quam mente fluxiſſe nomen Ludovici; ſed voluerit numerum Beatorum augere, relatis ad annum* 1475 *Gonzagæ verbis, quaſi de alio quam Michaele, qui circa iſtud tempus Bargæ floruerit & Ludovicus dictus ſit, loqui intendiſſet.*

EX MS. *Omnia hæc ex Ms. Mariani ſunt,*

etiam apud Gonzagam,

licet hic pro Michaele ſcripſerit Ludovicum

E

cujus nulla Barga notitia,

9 *Bargenſes Patres, quibus Ludovici nomen ignotum eatenus fuerat, dubitantes, num forte ſub alio æque Virginis altari, à ſuccurſu appellationem ſortito, aliquod eſſet alicujus Beati corpus, cujus & B. Michaelis memoria eſſet confuſa; ſcrutati illud diligenter ſunt: ſed nihil ejuſmodi reperere, ac ne alibi quidem ullum invenerunt cujuſquam Ludovici veſtigium, qui ſua aliquando ſanctitate Conventum iſtum illuſtraſſet. Noſtro autem nomine ſuper hac ambiguitate conſulti, cœperunt ſuſpicari forſitan in veteri S. Bernardini eccleſia, priuſquam locus dimitteretur, ſepultum eſſe iſtius nominis aliquem. Sed omnes iſtæ ſuſpiciones facile evaneſcunt, attenta eorum quæ ſub diverſis nominibus dicuntur omnimoda identitate. Ridiculus autem hoc loco eſt Arturus, qui contra ſeculi iſtius uſum binominem Beatum fingens, ſcripſit* B. Ludovici-Michaelis à Barga: *ſi* Michaelem Ludovici *vel* Ludovicum Michaelis, *dixiſſet, poterat filii nomini paternum nomen additum intelligi, pro iſtius ævi receptiſſima conſuetudine; non tamen abſque vetuſtioris auctoris exemplo potuit id nunc recenter affirmari, ſolum ad excuſandam diverſitatem, in leviculo calami lapſu fundatam.*

F

miracula nuſquam extant deſcripta.

10 *Franciſcus Maria Florentinius, vir eruditiſſimus, cujus hoſpitio aliquando familiariter uſi, nunc autem vita functi gratam ſervamus memoriam, quam per ſe non potuerat inquiſitionem de B. Michaele, alteri viro amico & erudito committens, ab eodem inde reverſo & ipſa loci Mss monumenta accurate ſcrutato, aliud nihil accepit præter ea quæ circa præſentem corporis cultum initio notavimus, & quod* circa ſepulcrum adhuc ſunt plures tabellæ votivæ appenſæ: ſed præcipua ejus, ſcilicet *jam vita functi*, miracula à nemine deſcripta *fuiſſe. Et hoc quidem ultimum neque novum neque inſolens eſt humanæ ſoeordiæ vel ingratitudinis argumentum: at non extitiſſe aliquando uberiorem Vitæ ſanctæ hiſtoriam, cum proximis ab obitu miraculis deſcriptam, unde quæ ſibi viſum fuerit exſcripſerit Marianus, quæque incerto aliquo caſu perierit, difficulter admodum inducor ut credam. Vtinam ea ſolæ & ultimæ eſſet talium ſcriptorum jactura.*

APPENDIX

SIVE ADDENDA ET EMENDANDA

AD IX ULTIMOS DIES APRILIS

AD DIEM XXII.

Pag. 1 col. 2. S. Chryſotebus, *lege*, S. Chryſotelus.

DE S. SOTERE PAPA.

Pag. 6 num. 6 adde. *Ex eodem cœmeterio Minutius de Minutiis, Archiepiſcopus Iaderenſis & Præpoſitus Oetingenus, accepit una cum pluribus variorum Sanctorum Reliquiis (novem circiter unciarum oſſiculum cum particula cranii) atque in Bavariam attulit anno* MDXC, *prout infra dicetur, ubi de S. Cajo Papa; ex cujus corpore notabiles admodum partes eodem indidem idem Prælatus advexit; quibus noſtræ Monachienſis eccleſiæ theſaurus poſtea auctus fuit. Ibidem num. 7 lin. ult.* inter utriuſque medio, *lege*, inter utrumque medio.

B

DE S. CAIO PAPA.

Pag. 16 num. 14 lin. 19, tranſpone verba & lege: *In Martyrologio S. Hieronymi iterum iſta leguntur:* Romæ *&c.*

Pag. 17 col. 1 lin. 10 poſt hæc verba, *quidam etiam Romæ & Bononiæ paſſi ſunt.* adde ſequentia.

Minutio de Minutiis Archiep. Iaderenſi

17 *Quod autem anno* MDCXXII *repertum diximus ſepulcrum, id non tunc primum reſeratum fuit; ſed multo antea. Nam in ſacrario noſtræ Monachienſis eccleſiæ habentur ex corpore S. Caji os unum integrum, & dens, & caput, pridem extracta, & anno* MDXC *Romæ cum tabulis legitimis donata* Minutio de Minutiis Forojulienſi, Archiepiſcopo Iaderenſi, Præpoſito Oetingano, Innocentio IX & Clementi VIII Pontificibus Maximis à Secretis, Sereniſſimo Guilielmo Bavariæ utriuſque Duci à conſiliis, viro nobilitate & doctrina eximio, prudentia & rerum uſu incomparabili (*ut habet Epitaphium tumulo inciſum, in ſacello Divi Andreæ templi noſtri Monachienſis*) *cui*, poſt multos pro Republica Chriſtiana exantlatos labores, vi morbi extincto, hunc quietis locum dedit idem Dux Bavariæ bene merito, anno Salutis MDCIV, cum vixiſſet annos LV. *Tumulatus eſt autem* VIII *Idus Martias: qui quod apud nos tumularetur, ut habetur in annuis dicti Collegii litteris*, datum *eſt* Sereniſſimis Principibus templi Fundatoribus, Minutiique etiam in Societatem meritis, quæ quoad ille vixit & multa & magna fuerunt: ipſe enim ſolus, ſua auctoritate & in nos præclara propenſione & inexpugnabili conſtantia animi, obtinuit, ut monaſterium Eberſpergenſe in fundationem Collegii tandem tribueretur, deficientibus fere omnibus qui cauſæ noſtræ patrocinari videbantur.

C

Collegii Monachienſis benefactori,

18 *Præclaras Sanctorum Reliquias vir iſte laudatiſſimus, tum ab Vrbe tum aliunde, detulit in Bavariam; quas inter etiam fuerunt de corpore S. Caji partes prænominatæ, adeo ut operæ pretium ſit Romanum inſtrumentum hic attexere, prout illud ex Archivo collegii tranſcriptum accepimus, cura R. P. Chriſtophori Schorrer, noſtræ Societatis antehac pro Germania Aſſiſtente & Monachienſis Collegii aliquoties Rectore, operis noſtri promovendi ſtudioſiſſimo.* In nomine Sanctiſſimæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii & Spiritus ſancti. Amen. Cum ſit quod Sanctorum reliquias, quorum animas non dubitamus in cælo cum Chriſto regnare, univerſi Chriſti fideles pio affectu venerari debemus in terris; ut Dei venerantes amicos, nos divinis beneplacitis complaceamus; & eorum qui corpora, propter divini nominis exaltationem & fidei Chriſti defenſionem, diverſis tormentorum generibus patienter ad ſupplicia tradiderunt, patrocinia nobis mendicantes, quod noſtris meritis non valemus, apud Deum eorum meritis & interceſſionibus obtinere mereamur. Hine eſt quod anno à Nativitate Domini MDXC, Indictione III, die vero XVI menſis Aprilis, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Sixti divina providentia Papæ quinti anno V, in mei publici Notarii teſtiumque infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia, perſonaliter conſtitutus Reverendus Dominus Jacobus Cathaneus Clericus Venetus, Capellanus Reverendiſſimi Domini Minutii de Minutiis, Protonotarii Apoſtolici & Præpoſiti Oetingenſis, nec non Sereniſſimi Principis Guillelmi utriuſque Bavariæ Ducis primarii Conſiliarii, [dixit quod] infra & juxta eccleſiam S. Sebaſtiani ad Catacumbas, extra muros urbis Romæ ſitam in via Appia .... eſt cœmeterium S. Calixti Papæ & Martyris terræ ſuppoſitum.. in quo his diebus multa ſepulcra ſanctorum Martyrum cum nominibus, partim lapidi inſculptis, partim rubrica quadam durabili extrinſecus vel intrinſecus delineatis.

Romæ an. 1590. 16 Aprilis,

coram Notario & teſtibus, ex cœmeterio S. Calixti

E

19 Et præſente in eadem eccleſia R. P Fr. Nicolao de Aſſiſio, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ejuſdem eccleſiæ S. Sebaſtiani Priore; cui idem D. Jacobus, ad inſtantiam præfati Reverendiſſimi D. Minutii præſentavit quaſdam litteras Apoſtolicas, in forma Brevis ſub annulo Piſcatoris expeditas, & præfato D. Minutio ab eodem Domino noſtro Papa conceſſas, ſub datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die V Decembris MDLXXXVIII Pontificatus ſui anno IV. Quarum quidem litterarum Apoſtolicarum vigore d. Fr. Nicolaus Prior, cotta & ſtola indutus ac luminaribus cereis accenſis, una cū d. D. Jacobo Cathaneo & me Notario ac teſtibus infraſcriptis, intravit d. cœmeterium, non una vice, ſed pluribus, præſente etiam aliquoties ipſo Reverendiſſ. D. Minutio, & ſepulcra ipſa & nomina inſculpta vel inſcripta diligenter pioque ſtudio inſpiciente. Et idem Fr. Nicolaus Prior, à ſepulcris propriis reverenter & devote extraxit oſſa & Reliquias ſanctorum Martyrum, quorum nomina ſunt infraſcripta. Videlicet primo caput S. ANICETI Papæ & Martyris. item de reliquiis S. SOTERIS Papæ & Martyris, S. HYGINI Papæ & Martyris, & S. EVSEBII Papæ & Martyris, S. EVTYCHIANI Papæ & Martyris, S. DIONYSII Papæ & Martyris, S. LEONIS Papæ & Martyris, S. LUCII Papæ & Martyris. Item integrum fere corpus S. CAII Papæ & Martyris. item de Reliquiis S. SATURNINI, S. VALERIANI, S. EPIMACHI, S. CYRIACI, S. ALMACHII, S. ZOTICI, S. POLYCARPI, S. VALERII, S. CYPRIANI, S. VALENTINIANI, S. APRONIANI, S. FELICIS Presbyteri, S. JACOBI, S. CLEMENTIS, S. JANUARII, S. VITALIS, S. ALEXANDRI, S. SILVANI, S. PHILIPPI, S. CORNELII, S. THEOPHILI, de capite S. ANTONII, de capite S. JUVINIANI, S. MARTINIANI, S. THEODORI Martyrum. item integra corpora SS. CYRI & JOANNIS Martyrum. item de capite

F

per Priorem eccleſiæ S. Sebaſtiani,

dantur plurium Sanctorum & S. Caji inſignes reliquiæ,

A pite S. CANDIDÆ Virginis.item de reliquiis SS. FELICITATIS & RESTITUTÆ Virginum Martyrum, S. DAFROSÆ uxoris S. Fabiani Martyris, SS. SECUNDÆ, RUFINÆ, ANASTASIÆ, JUSTINÆ, TECLÆ, & VICTORIÆ Virginum & Martyrum.

deferendæ in Bavariam ad Ducem;

20 Et illas Reliquias ſic extractas d. Fr. Nicolaus Prior in continenti eidem D. Jacobo, nomine quo ſupra, tradidit. Qui quidem D. Jacobus Reliquias hujuſmodi reverenter ac devote ad ſe recipiens, eas ſecum detulit, ad effectum illas nomine præfati Sereniſſimi Ducis Bavariæ conſignandi d. Reverendiſſ. D. Minutio; animo tamen & intentione eas deferendi ad partes Germaniæ, & præfato Sereniſſimo D. Duci tradendi & conſignandi, & illas per d. Sereniſſ. D. Ducem in loco ſeu locis ſibi bene viſis collocandi, reponendi, & venerandi; ut ipſi Chriſti fideles exinde divinæ gratiæ aptiores reddantur, ſuamque augeant devotionem. Quod D. N. Jeſus Chriſtus, qui candor eſt lucis æternæ, eorumdem ſanctorum Martyrum precibus & interceſſionibus concedere dignetur,atque vota fidelium dirigat, atque ad gratiam exauditionis perducat. Super quibus & ſingulis præmiſſis, præfatus D. Jacobus Cathaneus ſibi, nomine quo ſupra, à me Notario publico infraſcripto unum vel plura publicum ſeu publica inſtrumentū & inſtrumenta fieri poſtulavit. Acta fuerunt hæc in d. Cœmeterio S. Calixti ſub anno, indictione, die, menſe, pontificatu quibus ſupra, præſentibus ibidem diſcretis viris DD. Mag. Pelegrino del Baſſo Mutinenſi,& Mag. Marco de Pellin dal Poggiol comitatus Mutinenſis, teſtibus ad promiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

B

✠ Et ego Sebaſtianus Martre, Clericus conjugatus Tarraconenſis diœceſis, publicus auctoritate Apoſtolica Notarius &c.

quarum multæ obtigerunt in templo ſoc. I. Monachii, & in his S. Caji;

21 *Ex his porro reliquiis, ipſius Sereniſſimi Ducis dono, noſtro S. Michaelis templo obtigerunt, præter ſupra nominatas S. Caji Papæ reliquias,* Caput S. Aniceti Papæ integrū: *item* SS. Hygini, Aproniani, Zotici, Valeriani, Theclæ, Cypriani & Juſtinæ *ejuſmodi partes, quæ viſæ ſunt ſufficere, Officio ſub ritu ſemiduplicis peragendo, iis quibus in Martyrologio commemorantur diebus* IV *Ianuarii,* II, XI & XIII *Februarii,* XIV *Aprilis,* XXVIII *Septembris &* XI *Octobris: de Sanctis autem* Saturnino X *Maji,* Candida XX *Septembris,&* Januario XXV *Octobris, propterea quod quæ habentur oſſa ſint majora ut poſſint pars inſignis dici, feſtum agitur ſub ritu duplici, uti etiam de SS.* Cyro & Ioanne XXXI *Ianuarii. Cæterorum in Romano Inſtrumento nominatorum Reliquiæ quales ſint,*

C

quo devenerint, quo ritu colantur, optamus diſcere; quamvis non exiſtimemus ſingulas præciſe eorum eſſe, quorum nomina inveniuntur inſcripta ad certos dies Martyrologii,

cum corporibus SS. Cyri & Ioannis.

ideoque reliquiæ tamquam eorumdem eſſent in altari exponantur. Hoc autem dubium multo magis nos urgeret circa eos Pontifices, quos alibi quam in S. Calixti cœmeterio ſepultos eſſe conſtat; multoque maxime circa corpora SS. Cyri & Ioannis, quæ ex Ægypto Romam tranſlata, ibi aliquando proprium templum habuere, juxta Tiberim è regione baſilicæ S. Pauli, cujus mentio eſt in Vita S. Gregorii Papæ lib. 4. cap. 91, niſi occurreret, ad præcipuas illas baſilicas ex variis Romanæ urbis locis ac templis, occaſionibus variis, convecta eſſe plurima illuſtrium Sanctorum pignora: potiſſimum ex iis quæ temporum lapſu aut bellorum injuria perierunt, prout iſti SS. Ioannis & Cyri templo, antea S. *Praxedis dicto, accidit; unde neceſſe fuit ipſorum corporibus aliam inveniri ſedem; & (ſiquidem ad S. Pauli eadem ea inferre fortaſſe nō licebat aut libebat) proprior alia nulla aderat quam S. Sebaſtiani Baſilica, propter cœmeterii ampliſſimi ac nominatiſſimi cōmoditatem maxime opportuna.*

22 *Tamajus Salazar &c uti pag.* 17

Pag 24 *num.* 9 *lin.* 9 & pro Deo & quæ Dei ſunt colere, *lege,* ea quæ Dei ſunt.

Pag. 28 *num,* 33 *lin.* 3 Et vide, ait, Martyr, *lege,* Et vide, ait Martyri. D

Pag. 32 *num.* 6 Adde: *Nam quod in Ms. Florario Sanctorum ad* XIX *Martii notetur memoria* S. Leontii Epiſcopi Senonenſis, *non alia occaſione factum putamus, quam quod in faſtis variis ſimul commemorentur Apollonius & Leontius, ſicuti etiam hic fit, idque de Senonenſi gratis intellexerit Florarii auctor.*

Pag. 58 *Annot.* b *lin. ult. ſic lege* Ducem exercitus inſtituit Phocas: *& in Annot.* c *dele nomen* Phocas, *non ſuo loco poſitum.*

DE S. SENORINA VIRG.

Pag. 76 *poſt donationem Sancii Regis* hæc adde.

Rodericus da Cunha Archiepiſcopus Bracharenſis, poſtquam tomo I *hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bracharenſium cap.* 116, *totam S. Senorinæ vitam, qualis hic poſita, Luſitanice dediſſet, & ſimul hanc Sancii Regis donationem Latine, cœptam à Sancto prædicto narrationem ſic proſequitur.* Etiam Alfonſus filius, accepti beneficii numquam immemor, Privilegium ſcripſit in Guimaranes, Era MCCLVIII, qua dictam eccleſiam, ab omni exemptam ſervitio, recipit in clientelam ſuam. Hujus vero filius Alfonſus III duo alia ſignavit Privilegia, in favorem ejuſdem Eccleſiæ. Denique Petrus, Rex Portugalliæ & Algarbiæ, ad honorem Dei ac Matris ejus, Sanctæ item Senorinæ donatione irrevocabili jus patronatus in eccleſiam S. Mariæ de ſaltu diœceſis Bragenſis, ea conditione ut Abbas pro tempore teneatur ſemper alere Capellanum, qui quotidie canat Miſſam ad altare, quod in eadem eccleſia de Baſto extruxit D. Agnes de Caſtro, iſtic ubi eſt corpus S. Gervaſii: inſuper puerum dicto Capellano miniſtraturum, in his quæ officii ſui erunt, & curaturum, ut foveantur continuo tres lampades, ardentes in eadem eccleſia die ac nocte, una ante Crucifixum, altera ante locum in quo jacet corpus S. Senorinæ, tertia in capella ante ſepulcrum S. Gervaſii. Datum Valenciæ de Ripa-Minii XV Septembris, Era MCCCXCVIII. *Ita Rodericus ex Antonii Brandani tranſlatione vernacula, præ qua maluiſſemus originalem textum Latinum legere. Tamajus Salazar* SS. Godinam & Gervaſium *commemorat die* I *Octobris, ſecutus Martyrologium Luſitanicum P. Ioannis Lupi, quod hactenus neſcimus cujus ætatis vel auctoritatis ſit: &* S. Godinam *quidem ait eſſe ſepultam intra majus altare;* S. Gervaſium *vero communi traditione haberi fratrem* S. *Senorinæ; nec plus de iis ſciri.*

aliâ Alfonſi filii,

& Alfonſi 3 *ex quo conſtat etiam de cultu S. Gervaſii.*

E

I Octobris.

F

Pag. 86 *col.* 2 *lin.* 5 *à fine.* eum cum viſione tantes, *lege,* notantes.

DE B. FRANCISCO FABRIANENSI

Pag. 89 *ad Commentarium prævium hæc addantur:*

4 *Non fuit omnino vana ſpes quam prædictæ litteræ Lauretanæ fecerunt: nam interpoſita tandem ipſius Generalis auctoritate, ſine cujus licentia negabat Guardianus licere ſibi cuiquam committere illud ſcriptum, impetratus eſt tandem toties petitus codex, charactere tam difficili exaratus, & cum abbreviationibus tam frequentibus exoticiſque, ut nullus Fabriani vel Laureti inventus ſit qui poſſet velletque legere; ſeque coactum invenerit prælaudatus P. Chriſtophorus Grinus, ſua manu deſcribere quidquid legere potuit, & tranſcribi debere indicavit; faſſus ingenue, ſe quoque, licet pro honore Sanctorum zeloſiſſimum, tædio tamen tam moleſti laboris fuiſſe affectum, ideoque non tantum omiſiſſe ſententias Scripturarum, importune identidem accumulatas; ſed etiam partem aliquam miraculorum; quod exiſtimaret ea quæ bona fide deſcripſit, ſatis fore ad auctoritatem conciliandam iis quæ apud Waddingum ſtylo cultiori leguntur.*

Impetratur tandem Vita B. Franciſci.

§ Titulus

scripta per ejus nepotem,

5 *Titulus libri hic erat.* Incipit Vita B. Patris Fr. Franciſci de Fabriano, collecta per Venerandum P. Fr. Dominicum Bonaventuram Feſſis de Fabriano, ejuſdem beati P. Fr. Franciſci nepotem, filium ſororis ſuæ, Johanna nomine; ricopiata vero & noviter exarata per me Fr. Dominicum Johannis Mariani de Fabriano, ſacrarum litterarum prædicatorem & indignum Bachalarium, die XXIII menſis Junii, anni Domini MDXLVII. Adſit ergo propoſito Virgo Maria meo. *In fine libri hæc leguntur:* Expliciunt miracula beati P. Fr. Franciſci de Fabriano, die XV Julii, in feſto videlicet Sanctorum Martyrum Quirici & Julittæ MDXLVII ricopiata de tranſſumpto meo minori, extracto de originali Venerandi P. Fr. Dominici, nepotis beati P. Franciſci de Fabriano, ſicut patet ibi fol. 17. *adeo ut ſcriptioni iſti impenſi fuerint dies omnino viginti tres: quod licet in pluribus ſeculi XV & XVI ſcripturis ſolicite notatum inveniatur, ſcire tamen in præſenti argumento haud magni refert. Pluris æſtimarem ſcire, an illud poſterioris ſcriptoris tranſumptum minus, ex quo ſcriptus eſt codex qui ſolus nunc ſupereſt, dicatur minus quoad formam foliorum, reſpectu ejus formæ qua deſcriptum habetur noviſſimum ecgraphum; an vero quoad ipſum argumentum, reſpectu originalis à ſancti viri nepote compilati, adeo ut nunc ſolum habeatur illius compendium: & hoc videtur inſinuari num.* 20, *ubi ſcriptor agens de tranſlatione corporis, manifeſte ſuis verbis addit*, quod diffuſius patet in alio libro majori, ac etiam in alio memoriali meo minori. *Hæc ſane phraſis haud obſcure indicaret epitomen, ex majori primi auctoris libri acceptam; niſi hic haberetur generalis Prologus ad miracula, non tantum hujus, ſed plurium ſimul Beatorum Seraphici Ordinis, cum brevi de vita cujuſque ſynopſi, in unum librum colligenda: ſic ut tota collectio, unde prima pars tranſcripta hic eſt, fortaſſe majorem iſtum librum conſtituat. Quem librum vel ideo magis optaremus extare, ut qualia nunc ex eo gaudemus cognoſcere de B. Franciſco, talia de aliis quoque proferre in lucem liceret. Interim certum videtur, aliqua ſaltem miracula in majori libro diffuſius ſcripta fuiſſe, ſicut ab ipſis Notariis primo forſitan deſcripta fuere.*

transcripta an. 1547.

eſtque potius dicenda collectio miraculorum;

6 *Ut ut ſit, hiſtoria Vitæ admodum acciſa, hiulca, & divulſa hic eſt, dum primo veluti ſummaria illius chronotaxis proponitur; deinde poſt miracula, quæ viventis mortuiſque patravit, per modum concluſionis additur aliquid de virtutibus Beati. Quæ conjunctim Capite* I *proponere duxi conſultius. Lacunas, à P. Grino inter tranſcribendum relictas, opus fuit hinc inde ſupplere, verbis quæ [ ] incluſa videbis. Quoniam autem ſecundus ſcriptor vel abbreviator nonnullis locis ad confirmationem addit teſtimonium ſuum, verba ejus à primi auctoris verbis diſtinguenda monebit aſteriſcus *, talibus verbis præpoſitus. Quod ſi poſt hac aliquis prædictum librum in manus accipiens, feliciori ſit in explicando tam implicatam ſcripturam, & accuratius ecgraphum mittere voluerit; merebitur gratiam apud poſteros, totius anni expletis menſibus Supplementum operis generale curaturos: in quo non tantum dabuntur argumenta prorſus nova plurima; ſed etiam nonnulla, quæ minus ſinistra nunc habuimus, ex integro retractabantur.*

qua hic dantur ut haberi potuit ex Ms. difficillimo.

meminit ejus Scevolinus in Hiſt Fabrianenſi.

7 *Lucas Waddingus, ex quo Vitam & Miracula Sancti ſuperius collecta dedimus, cum nihil adhuc haberemus vetuſtius, ad annum* 1322 *num.* 12 *allegat Dominicum Scevolinum in Hiſtoria Fabrianenſi, multa cum laude agentem de B. Franciſco: ſed eam hiſtoriam necdum vidimus; accepimus autem jam olim à Guardiano Conventus Fabrianenſis Epitomen Italicam, qualem ante multos annos, antiquo iſti & vix cuiquam legibili libro, de quo ſupra, ad marginem junxit quidam iſtius conventus Religioſus, conſulturus poſterorum ignorantiæ; & ex hac nonnulla annotavimus ad Vitam ex Waddingo ſumptam num.* 17. *In ipſo porro Fabrianenſi codice, recentiori & elegantiori manu adſcribuntur oda tres, Sapphico mètro non invenuſte conceptæ, una cum Epigrammate in imaginem, ac duplici Hymno pro utriſque Veſperis, quem omiſſis ceteris dabimus poſt Acta; non quod exiſtimemus ejus uſum aliquem fuiſſe in Officio eccleſiaſtico; ſed quia ideo compoſitus eſt, ut privatæ tantiſper ſerviens pietati, poſtmodum (ſi Apoſtolicæ Sedi videatur ſolenniorem cultum Franciſco indulgere, quem tot ejus miracula & conſtans Fabrianenſium devotio aliquando forſitan impetrabunt) publice quoque uſurpetur.*

D

extant etiam hymni de Beato compoſiti,

8 *Quam magnificum ei extructum fuerit anno poſt obitum decimo ſeptimo mauſoleum, deſcribit Waddingus in Vita ſuperius edita num.* 25, *idemque attingetur infra. Poſt annos deinde triginta novem, cum nova Fratrum ædes dedicaretur, ſolennioris religionis pars præcipua fuiſſe videtur tranſlatio nova ſacri corporis cum ſuo illo mauſoleo: ſiquidem tunc conceſſæ fuerunt indulgentiæ, quarum inſtrumentum ad tumulum Beati appendi voluerunt, teſte Waddingo num.* 29, *conſequenter proſequente, qua publice privatimque devotione, tunc adhuc cum ſcribebat ipſe, honeſtaretur anniverſarius illius dies. Denique anno* MDCXIV *curavit Ordinis Generalis, ut ſacri corporis theſaurus ſub triplici clave ſervaretur, civeſque decernerent ut novum magnificumque ſacellum eidem magnificentius habendo fabricaretur. Et fabricatum illud quidem nunc abſolutumque habetur, millenorum aliquot aureorum impendio: in illud tamen ut inferri permitteret pretioſum depoſitum, Iacobus Cardinalis Franſonus, Camerinenſis Epiſcopus, ad cujus diœceſim Fabrianum pertinet, non potuit perſuaderi; veluti ſi tentaretur aliquid Vrbanianis conſtitutionibus adverſum; quas tamen ipſe Pontifex declaravit noluiſſe extendi ad eos, quorum cultus ab immemorabili tempore viguiſſet, centum annis antiquior. Rigorem forſitan iſtum mitigabunt Præſules Camerinenſes, cum ſupra deducta & inferius deducenda diſtinctius cognoverint. Interim prudenter faciunt Camerinenſes Fratres, quod tantiſper contenti lampade jugiter ante ſepulcrum ardente, & quidem S. Michaelis imagine ſupra ſepulcrum appenſa, ut huic potius quam Beato ſuo videatur lucere; præferant pertinaci religioni ac forſan offenſionem importunam paritura, obſequium devota obedientia, molliora Superiorum judicia præſtolantes.*

Corporis tranſlatio triplex,

E

& pretioſum ſacellum ei nunc extructum.

ACTA

ex MSS. Fr. Dominici Bonaventuræ Nepotis ipſius Beati collecta,

juxta exemplar Fabrianenſe anni 1547.

F

CAPUT I.

Synopſis vitæ & virtutum B. Franciſci & parentum ejus.

Proponit auctor colligere miracula quorum dã Beatorum in Marchia.

1 VEnerabiles olim Patres, qui Sanctorum vitas pietatis Annalibus commendaverunt, fructum utilitatis plurimum unitati fidelium attulerunt. Primum quidem, ut artifex & virtutum operator Altiſſimus in Sanctis ſuis Majeſtuoſe prædicetur; alterum autem ut fides tenera parvulorum, infirmioris ætatis pericula deſueſcat [formidare], adhibitoque è Vitis [talibus] perfectionis ſpeculo, cibi ſolidioris edulio roboretur: poſtremum vero, ut hæreticæ pervicaciam pravitatis, quæ veritatis agnitæ radios livoris nubilo nititur adumbrare, Patrum præcedentium vita laudabili & ſeniorum prodigiis, ſpretis erroribus, reſipiſcat. Ea propter & ego, tametſi inutilis ſervus Chriſti, ad divinæ Majeſtatis gloriam & laudem

A laudem edidi miracula & maxima virtutum opera, quæ per Sanctos ſuos, quoſdam videlicet Ordinis noſtri Fratrum Minorum Fratres, in diverſis mundi partibus exhibere dignata eſt omnipotentia Conditoris; ut patet exempli gratia in provincia Marchiæ terra Fabriani, in qua Conventus *a* ejuſdem Ordinis Minorum eſt. Libet inſuper in initio cujuſlibet propoſiti operis, pauca quædam de vita illorum & moribus, modo præfatiunculæ ſummatim prælibando, perſtringere *b*; quatenus declaratum perfectionis ſpecimen ſuos æmulatores exemplo virtutis invitet, & fidei ſignorum, quæ nequaquam fidelibus ſed incredulis data noſcuntur, probata vitæ ſanctitas ſuffragetur. Et maxime hic modo ad præſens, vitam laudabilem & magnificam devoti Fratris Franciſci de Fabriano Ordinis Minorum, compilative & valde ſuccincto ſermone, aliis elucidabo.

a *tum ſynopſi de eorum ſanctitate*

b

imprimis B. Franciſci, ex piiſſimis parentibus nati

2 Et primo [claruit] in genitoribus ſuis, ſcilicet Magiſtro Compagno medico, & Domina Margarita ejus conjuge. Erat enim ejus pater tantæ perfectionis, quod de nocte ſurgebat ad Matutinum, & ipſas Horas cum Canonicis perſolvebat ſolicite. Ceteras autem ejus virtutes modo ad præſens taceo: quia bonus lector in minimis maximam comprehendit concluſionem. Si autem Margaritæ ejus matris excellentiam ſanctitatis, ego Fr. Dominicus Bonaventura Feſſis de Fabriano, ejuſdem beati P. Fr. Franciſci nepos, ſcribere vellem; non poſſem, niſi tantum ex auditu filii, ſcilicet B. Franciſci, & etiam aliorum multorum, qui de ejus laudabili vita multum ipſam commendabant. Sed in *c* concluſione ſcribo illa quæ predictus Pater B. Franciſcus omnibus narrabat; & ego ut parvulus eis faciens collationem audiebam.

B

c

& audita caliſto voce vocati ad Ordinem;

3 Dicebat enim ille, quod meritis matris & inſtantia ejus orationis, ſedens in domo paterna in cella ſua, quando ſtudebat ſcientiæ philoſophorum, vocatus fuit à Deo ter viva voce dicente, Franciſce, vade ad Fr. Gratiam Ordinis Minorum, & adimpleas ejus mandatum. Quam vocem audiens, [inquiebat ille], territus ſum valde, quia vocem audiebam, & neminem videbam, utpote ſolus. Et ſic territus audivi ſecundam vocem, itidem dicentem: & hanc audiens conturbata ſunt viſcera mea, præ nimia admiratione. Et cum cogitare cœpiſſem, quid hic modus ſignificare vellet; audivi tertio eamdem vocem mihi replicantem. Quam primum autem tertiam vocem audivi, in mente mea ſtatim decrevi mandatum adimplere: & ivi ad Venerandum Patrem Fr. Gratiam, qui gratioſe recepit me in Seraphica religione, die penultima menſis Septembris, in feſto videlicet Dedicationis Baſilicæ S. Michaelis Archangeli, anni Domini MCCLXVI. Quando venit ad Ordinem præfatus P. Fr. Franciſcus habebat annos ætatis ſedecim, & migravit ad Dominum die XXII Aprilis MCCCXXII. Vixit in ordine, ut videtur per præmiſſa, annos quinquaginta quinque, menſes ſex, quinque dies. * In præſenti anno, in quo ſumus, videlicet MDXLVII, ſunt anni CCXXV tranſacti quod beatus Pater migravit ad gloriam: in qua ſuis precibus & meritis mereamur etiam nos pietate Altiſſimi recipi. Amen.

C

an. 1266

idque juxta prædictionē Fr. Angelii

4 * Nota quomodo beatus P. Fr. Franciſcus Magiſtri Compagni de Fabriano, venit ad Ordinem. Nam primo prædictum fuit D. Margaritæ matri ſuæ per unum de ſociis Seraphici Patris Franciſci. Secundo fuit vocatus per Angelum, ſicut in Vita ſua antè notata diffuſius patet. Quæ & habentur in libello, manu Beati P. Fr. Franciſci propria exarato: quæ de verbo ad verbum per ordinem notabo.

Ut legi & vidi in inſtrumento dotali matris meæ, anno Domini MCCL fuit ipſa tradita nuptui patri meo, & anno ſequenti II die Septembris in feſto S. Antonini Martyris, ego fui natus, ut ipſa mihi dixit; & in anno Domini MCCLXVI, virtute & efficacia orationis dictæ matris meæ, à Deo inſpiratus vocatus receſſi à mundo, & veni ad Ordinem Seraphici Patris die penultima menſis Septembris in feſto S. Michaelis; ut eidem matri meæ dixerat Fr. Angelus, unus de ſociis S. Franciſci, quando in puerili ætate mea vadens ipſa Aſſiſium, propter votum quod de me fecerat, me apportari fecit: dixerat enim ei dictus Frater, de me inter alia loquenti ſecum, Iſte puer erit ex noſtris. Et hujus rei cauſâ ex tunc ipſa ſemper voluit, quod eſſem Frater in Ordine S. Franciſci, & quod non remanerem in mundo. AUCT. ISE. POTE EX MS.

prout ipſe Franciſcus ſcriptum reliquit

Hæc omnia ſupraſcripta de manu beati P. Fr. Franciſci ſcripta inveni, per quod apparet quod prænuntiatum fuit matri, quod debeat eſſe Frater Minor: item quod fuit vocatus per Angelum tribus vicibus, ut Ordinem intraret, de quo vide ſupra in Legenda ſua.

5 *Hactenus verba auctoris tum primi, tum poſterioris notata* **, *poſt quæ* incipiunt miracula ſancti Fr. Franciſci de Fabriano, tam in vita quam in ejus migratione & ſucceſſive poſt ejus tranſitum ad vitam perpetuam: *quibus tantiſper prætermiſſis, hic ſubſequenter referam quæ de virtutibus ejus poſtea habentur. Nam ubi* expliciunt miracula B. P. Fr. Franciſci de Fabriano, *ibi* & incipit præfatio *d* de Vita ejus *hoc modo*. Vere ergo dicere poterat B. P. Fr. Franciſcus quod Propheta David, Oculi mei ſemper ad Dominum quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos. Si reſpicio tempus ejus juventutis, acutiſſimus fuit ad ſcientias naturales, bonus Grammaticus, bonus Logicus & Philoſophus. Si ad ſacram Theologiam, in brevi *e* Cathedraticus fuit. Texuiralis autem ſacræ Paginæ optimus fuit: quapropter in prædicatione Fabriani & per totam Cuſtodiam Anconæ & ubi cumque, officialis gratiſſimus extitit, non tantum ſecularibus ſed etiam Fratribus. Audi mirum ad corroborationem dictorum. Electus fuit in Capitulo Viſitator, propter ejus redolentiam utriuſque vitæ: ipſe autem volens ſeipſum viſitare, in contemplatione dilecti, videlicet Chriſti [impoſitam] viſitationem [hominum] omnino renuit, certe Præſidentes, conſiderantes ejus ſanctum propoſitum, gaudenter acceptaverunt. E

d *vir multis ſcientiis excultus,* Pſ. 24, 15

e

humilis, F

6 Si autem contemplor eum ad Chriſti veſtigia requirenda; fuit pauperrimus, nihil ſibi de patrimonio poſt mortem patris reſervans: ſed diſperſit & dedit pauperibus: quod patet in libris emptis pro pauperibus Fratribus, quorum huc uſque *f* pars major eſt in ſacrario. Etiam evidenter lucidum eſt ad alios pauperes, non tantum in iſtis ſed & aliis eleemoſynis ſibi collatis. Omni die faciebat coquinam pro pauperibus ſecularibus, ex ſui procuratione & etiam adminiſtratione, ex pio animo quem habebat ad ipſos. Secundo Chriſti veſtigia requiſivit, ad exemplum Pauli dicens, Caſtigo corpus meum & in ſervitutem redigo; primo jejuniis: ego enim numquam vidi eum unquam bis comedentem in die: ſemper jejunabat, & male comedebat, & nihil curabat: & quando non parabatur aliquid per aliquem Fratrem ex devotione, ipſe ſibi nihil parabat; ſed accipiebat de coquina quod parabatur iis temporibus pro pauperibus ex ſui procuratione: comedebat pro majori tempore panem mollificatum in aqua frigida cum gratiarum actione: & mirum, cum ipſo pane mollificato

amator paupertatis,

f

addictus jejuniis,

AUCTORE NEPOTE EX MS.

cato [adibat] coquinam, & comedebat exemplo Seraphici Patris noſtri Franciſci, qui ponebat cinerem.

& tam ſeverus in caſtigando corpore,

7 Tertio Chriſti veſtigia eſt ſecutus, ſeipſum diſciplinando in fervore ſpiritus, cupiens carnem ſuam ſpiritui ſubmittere, ut diceret cum Apoſtolo, Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Chriſtus. Exempli gratia recitando breviter in iſta ſcriptura. Fr. Nicolaus de *g* Roccha-contrada, audiens & etiam videns ſanctitatem nominati Sancti, per dies plurimos decrevit in ſeipſo omnino videre quod non videbatur per Fratres; ſcilicet ejus diſciplinam ſerotinam: quia Sanctus cuſtodiebat ſe ab adſpectu Fratrum, cupiens ſcilicet mercedem ſuam recipere à ſummo datore, non ab extrinſeco homine. Quid plura? Notavit ſibi tempus & horam: vidit & audivit Sanctum ſeipſum diſciplinantem valde crudeliter: & talis flagellatio fuit ita longa, quod ejus finem fuit impoſſibile ſibi expectare: itaque ivit ad quietem ſuam, repletus multa conſolatione.

g

ut curioſus explorator teſtatus eſt,

& patuit dum corpus poſt mortem condiretur balſamo.

8 Probatio hujus dicti. Viſis plurimis ſignis & miraculis admirandis, de ejus ſanctitate in vita & morte; determinatum fuit inter Fratres, una cum plurimis nobilibus ſecularibus, quod propter ejus ſanctitatem corpus ejus aromatibus condiretur, & per Dei gratiam factum eſt cum omni ſolennitate utriuſque ſexus. Et ut expeditius & ſolennius fieret, adfuerunt quatuor medici & approbati viri *h* .... qui eorum experientiam oſtenderunt, nolentes eum condire aromatibus ſine eorum maxima ſpirituali præparatione. Et vide mirabile. Ut expeditius fieret, Communitas Fabrianenſis, immediate ſine querela, imo cum maximo gaudio, dederunt Fratribus quadringentas libras bonæ monetæ pro balſamo & aliis aromatibus; & ita factum eſt cum maximo gaudio. Erat autem corium ejus ſpatularum, propter multas & horribiles diſciplinas, ita groſſum & calloſum, quod pilo *i* ſive raſorio vix penetrari poſſet, ut teſtati ſunt qui viderunt, & etiam palpaverunt.

B

h

i

ANNOTATA.

a *Gonzaga in Provincia Marchiæ* 34 *Conventum facit* S. Mariæ de Valle-Saxea Fabriani, *quem ait eſſe ad quartum à Fabriano lapidem: neque de ejus intra urbem tranſlatione verbum ullum addit, atque ita etiam obliviſcitur B. Franciſci, qui novum conventum, non veterem illum, illuſtravit hodieque illuſtrat. Waddinghus ad an.* 1263 ædem de Cautia *appellat, docetque in Capitulo provinciali iſtic celebrato,* actum *tunc eſſe* de mutanda ſede propter bellorum incurſus, datumque eſſe in ipſo oppido locum juxta portam Cavaram, in quo ædificatum eſt habitaculum ſub anno 1267. *Rurſus autem anno* 1282 *tranſlatus eſt conventus* ad locum commodiorem juxta forum & palatium publicum, *ut ſcribit Waddingus ad annum iſtum num.*24: *quo ſpectat Annotatio* k *pag.*90, *ubi lin.* 2 *pro* 1207, *lege*, 1267.

C

b *Ex hoc prologo ſatis apparet præcipuum auctoris propoſitum non fuiſſe ſcribere Vitam B. Franciſci & aliorum, ſed miracula; ideoque ſuſpecta nemini eſſe debet brevitas primæ partis, quaſi ſecundus ſcriptor eam valde mutilaverit: qui profecto conſultius feciſſet, ſi hunc tractatum intitulaſſet* Miracula B. Franciſci de Fabriano; *ſic enim non dediſſet cauſam requirendi hoc loco plenam vitæ hiſtoriam, eaque non inventa ſuſpicandi, quod multa prætermiſerit.*

c In concluſione, *id eſt, ſummatim, breviter.*

d *Forte in originali ſcriptum* poſtfatio, *nam æque* poſt *ac* præ *per unam eademque litteram* p, *ſed diverſa virgula notatam, ſcribuntur: & vox hæc procul dubio ſcripta fuit abbreviate.*

e *Ecgraphum noſtrum* carus; *ſed apparet omnino ſupplendum fuiſſe aliquid, & notum eſt Magiſtros in Theologia* Cathedraticos *dici.*

D

f *Hic quoque addebatur*, ſcilicet 1547, *& forte tota hæc obſervatio tranſcriptoris eſt.*

g Roccam-contratæ *appellat Gonzaga* opulentiſſimum oppidum, *in finibus Ducatus Vrbinatis* 14 p.m. *Fabriano procul, ubi tandem initio ſeculi* 16 *ſub Pio III conventum habere cœperunt Franciſcani.*

h Inter alios vocati ſunt Mag. Mercatus &c. *ita ecgraphum noſtrum: quem defectum ſupplebit Annotatio* f *ad cap.* 2 *ex Waddingo.*

i Raſorium *vulgo eſſe quod Latine* novacula *dicitur, notum eſt: in eadem ſignificatione uſurpari* pilum, *alibi hactenus non legi; & forte chirurgi eo appellant inſtrumentum aliud, quo punctim non cæſim cutis penetratur,* lanceola *ſeu* lancetta *vulgo dictum.*

CAPUT II.

Miracula per B. Franciſcum dum viveret patrata.

Inter multa ejus miracula,

9 ANno ergo MCCCXXII migravit de hac vita ad Deum, die XXIV Aprilis, per cujus merita ſummus artifex & altitudo divitiarum Deus, infraſcripta miracula & multa alia, quorum Deus ſcit numerum, operatus eſt in vita & in morte, ut Fabrianenſium plebs & vicinorum omnium, qui eum agnoverunt, teſtati ſunt, & manu *a* publica exarata fuerunt. Adſit ergo principio Virgo Maria meo.

E

a

moribundæ mulieri loquela ad confitendū,

10 Servo Dei adhuc vivente, mulier quædam quæ Nata vocabatur, quamdam linguæ infirmitatem incurrerat, quod per dies octo totaliter ſteterat muta. Cujus vicini cum viderunt ipſam in tanto periculo poſitam, miſerunt pro viro Dei præfato, ut d. mulieris [æternæ] provideret ſaluti. Ipſe vero, ſicuti homo caritatis plenus, qui ſuper omnia, divino honore præmiſſo, animarum ſalutem [quærebat]; ſtatim vocatus acceſſit. Quem d. infirma cum videret, devote & reverenter flexis genibus oſculata eſt manus; & nullo interpoſito ſpatio, linguæ ejus ſolutum eſt vinculum integre, ſumens Pœnitentiæ ſacramentum. Cui vir Dei, qui laudes humanas non tantum non quærebat, ſed & [fugiebat]; præcepit, ut dum viveret nulli viventi factum ſibi miraculum indicaret. Poſtquam vero præd. Chriſti ſervus Franciſcus obiit, & ejus ſanctitas in tuto jam poſita [legitime] probatis prodigiis [manifeſtari] cœpit, dictam mulierem propria conſcientia cœpit perurgere, ut conceſſum ei beneficium non taceret; ſed potius, ad Dei & ſervi ſui gloriam, coram idoneis teſtibus, cum ſacramenti firmitate, Fratribus & populo indicaret: quod & fecit, pulſatis campanis, ſolicite & devote.

& ſanitas redditur:

F

curantur, puer à ſcrophulis,

11 Mita, filia Gallioli Benveniſti, dixit & juravit, quod vivente Fr. Franciſco, in quo ipſa habebat magnam devotionem & ei conſueverat confiteri, quidam puer filius d. D. Mitæ habebat *b* grandulas in gula: & dum ex devotione duceret d. puerum ad d. Fr. Franciſcum; ipſe Fr. Franciſcus benedixit d. puerum ad matris preces, & fecit ei ſignum Crucis, & tetigit cum manu d. grandulas. Ad cujus tactum d. infirmitas ex tunc cœpit minui, [ita quod] infra tres dies tunc ſequentes perfecte & integre fuit totaliter liberatus, abſque alio medicamine. Clara Franciſci juravit & dixit, quod vidit d. puerum habere d. infirmitatem: & quod vidit eum totaliter liberatum; & ſecundum dictum matris pueri, propter tactum & manum S. Franciſci.

b

12 Omnis ſapiens ſapientum verba conſiderat in vivendo, ut ſcilicet ejus vita pretioſa Deo & hominibus ſit grata: quia, ut ſapiens Salomon ait, Melior eſt bona fama quam unguenta pretioſa: quod [patuit] experimentaliter in venerabili Fr. Franciſco. Unde Coradutius Conradi de Fabriano, nobili genere, habens

Eccl. 7, 2

habens ſuum filium Georgium non ſanum, forte trium annorum, quem intime diligebat; ipſe una cum uxore ſua, motus compaſſione paterna, pro mundo non bonum & pro ſeipſo inutilem intuens, quod in infirmitate rupturam incurrerat; miſit eum cum matre præd. ac Fr. Franciſcum, qui tunc in maxima ſanctitate erat & fama bona vivebat, quæ ei nota erat; ut amore Altiſſimi eum videret & tangeret; ſperans per ejus merita filio conſequi ſanitatem perfectam. Ipſe autem, compaſſivus in animo & benignus in verbo, lævans mentem ad Dominum & oculos ad cælum, cœpit devote orare, ut ſcivit. Et completa oratione eum benedixit & tetigit: quem qui omnia novit & poteſt, per merita Sancti præd. perfecte liberavit. Mater autem ducta conſcientiâ, poſt annos decem & ſeptem ad laudem Sancti manifeſtavit, & Deum in ſuo ſervo glorificavit, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

& alius herniosus,

13 Domina Factamare, uxor olim D. Canſedonii D. Phidiſmundi de Fabriano, confitetur publice, ſcilicet quod exiſtens infirma ad mortem, imo poſſet dici quod erat mortua ſecundum judicium medicorum, id eſt Magiſtri Ugutionis de Peruſio, Mag. Joannis de Eugubio, & Mag. Thomæ Nigri de Fabriano. Et ideo propter periculum mortis, quod ipſam mortuam reputabant ſecundum ſcientiam Medicorum, dimiſerunt ejus curam & immediate reverſi ſunt ad ſuas civitates. Hæc autem d. infirma audiens, immediate miſit pro Fr. Franciſco Mag. Compagni de Fabriano, ut ſine mora ad eam veniret, credens in animo ſuo meritis ejus omnino liberari. Veniens nuntius ad Fratrem jam petitum, antequam nuntius ei aliquid diceret, ait nuntio (hic noto ſpiritum prophetiæ) Scio ad quid veniſti: dicas infirmæ, quod non dubitet, quod non morietur de iſta infirmitate, & quod ego veniam immediate. Quid multum? ut compaſſivus viſitavit infirmam, quæ apoſtemam in capite habebat, cum dolore maximo & etiam cum inflatione capitis & maxime faciei, quæ erat ita inflata quod oculi non poterant bene intueri. Exiſtens autem ante infirmam, eam confortavit ut non timeret, ſed confideret in Domino, cui nihil eſt impoſſibile. Et adjecit in præſentia omnium adſtantium, quod immediate erit liberata. Vide mirabile prodigium. Tetigit ſibi caput cum ambabus manibus per modum ſigni Crucis, & faciens Crucem immediate crepuit apoſtema, quam ipſa per ejus os totam evomuit cum maximo fœtore & abominatione omnium ibi adſtantium. Concludit d. Domina, quod poſt talem curationem ſemper fuit magis ſana. Te Deum laudamus in tam miranda curatione.

mulier ex letali apoſtemate à medicis deposita,

14 Multum valet deprecatio juſti aſſidua. Jacobi v. *c* Hoc patet valde exemplariter in deprecatione S. Franciſci de Fabriano: qui cum haberet cujuſdam viri filium, Thomaſuccium nomine, de infirmitate fracturæ ſive crepaturæ percuſſum; ejus pater certificatus de vita & ſanctitate S. Franciſci de Fabriano, nominatum filium genitricemque ejus ad eum transmiſit, ut eum Sanctus tangeret & benediceret, & Deum ſummum medicum pro illo invocaret, ut ad priſtinam ſanitatem reduceretur. Conſiderans nominatus Sanctus fidem illorum, Deum humiliter rogavit, & etiam puerum benedixit ac tetigit, ſignans ipſum cruce Crucifixi. Quid mirum? Deus deprecationem Sancti intelligens, humilitatem & fidem deprecantium reſpiciens, eum in ictu oculi liberavit. Hæc omnia ego Fr. Dominicus de Fabriano, præfati Patris nepos, à prænotato juvene audivi, & matrem ejus multoties in præſentia multorum auſcultavi, confirmans donum Dei, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

c item puer hernioſus,

15 Virtus Dei eſt in ſalutem credentium, Apoſtolus ad Romanos 1. Refert nobilis Domina Salvitia, uxor D. Coraducii Coradii de Fabriano, quod ipſa habebat filiam, nomine Oradiam, valde puellam, ſcilicet forte ſex menſium ætatis, ante migrationem S. Franciſci de Fabriano ad Deum: quæ puella tunc in cunabulis habebat caput valde & ſemper tremebundum: & quod majus erat, non poterat liberari per aliquod remedium medicorum, cum multa fuerint adhibita, & incaſſum ſemper laboraverint. Videntes autem parentes, quod remedium temporale non inveniebatur, tulerunt eam ad S. Franciſcum de Fabriano, qui tunc in carne vivebat, ut pro ea ad Deum intercederet, ut à tali calamitate liberaretur. Facta oratione à Sancto cum ſigno Crucis, perfectam ſanitatem à Domino recepit, ut patet uſque in hodiernum diem per triginta annos: quæ vere fuit pulchra, cum facie decora.

AUCTORE NEPOTE EX MS.

& puella capite tremula,

16 Dulce lumen & delectabile oculis videre ſolem. Eccleſiaſtæ xi. Sanctus Fr. Franciſcus de Fabriano in ultima infirmitate, propter ejus ſanctitatem multi Fabrianenſes eum viſitarunt, ut ad Deum pro eis intercederet: inter quos venit ad eum Anſelmus Mutos nomine, & Matheus Salibene de Fabriano. Quos videns Thomaſucius, filius Coraducii Coradii, ipſos ut ſuos conſanguineos, ut juvenis valde, aſſociavit. Facta autem viſitatione Sancti ſupradicti, intravit Thomaſuccius juvenis valde, & Sanctum tetigit: ipſumque inſtanter rogavit ut ad Deum pro ipſo intercederet, ut eum de ſua infirmitate liberaret, quam infirmitatem nulli hominum unquam manifeſtaverat propter verecundiam. Inclinatus Sanctus ad preces infirmantis, tetigit eum cum ſigno Crucis. Quid plura? Immediate perfecte liberatus eſt, & Deo & Sancto præfato gratias multas reddidit.

juvenis ab occulto morbo:

17 Nuta, uxor olim Marchuccii de Fabriano, ut non ingrata eſſet apud Deum & S. Franciſcum de Fabriano, & etiam tale & tantum beneficium non ſit abſconditum apud homines; confiteor cum conſcientia pacificata in Chriſto, quod ego Nuta accepi in virum meum Marchuccium ſupranominatum [per conſenſum mutuum] conſcientiis pacificatis, ut eſſe debet in vero matrimonio, *d* ſine aliqua ſolennitate ab Eccleſia: & fui ſecum ut uxor diu, ita quod ipſe me gravidavit. Quod videns nominatus ſponſus meus, valde doluit, præmeditans & determinans accipere aliam uxorem, & me deſolatam relinquere. Ego autem intuens ejus nequitiam, habui recurſum ad S. Fr. Franciſcum de Fabriano, tamquam ad Patrem ſpiritualem, qui tunc erat Fabriani, [interrogans] quid ego miſera deberem facere; cogitans in corde meo; ſi fecero filiam, & non filium, expeditum erit, quia nolet me videre, & etiam filiam non nutrire in neceſſariis. Hæc autem omnia ut cogitavi, Sancto ſupradicto manifeſtavi cum dolore cordis. Audiens Sanctus verba mulieris, & meditans afflictionem animæ ejus, totus compaſſivus extitit, & futura gaudia & conſolationes ejus prædixit; & quod non dubitaret, ſed haberet fiduciam in Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui eſt conſolatio afflictorum; & crederet firmiter, quod creatura quæ erat in ventre ejus eſſet puer, & non femina *e* ... & ultimo concluſit, quod nato ejus filio, ſuus vir eſſet ei valde gratioſus, & etiam quod non acciperet aliam uxorem, ſed ipſa erit uxor & domina. Quid plura? Peperit filium maſculum: gratioſius ei afficitur vir ejus: & omnia quæ Sanctus prophetavit, Deus perfecte implevit.

mulieri à viro deſerenda.

18 Pſalmiſta nobis ait, Laudate Dominum in Sanctis ejus. Divitia Mãc de Villa *f* Moſcani comitatus Fabriani, mota conſcientiâ dixit: quod ipſa erat graviter

Pſ. 150, 1

AUCTORE NEPOTE EX MS.

graviter infirma cum inflatione & dolore valido : & erat tanta infirmitas, quod ipſamet neſcit perfecte explicare. Et ideo anhelans ad perfectam liberationem miſit pro S. Franciſco de Fabriano, qui tunc vivebat in carne. Qui, ut compaſſivus Religioſus [venit ad me; afflavitque mihi] fragrantiam & redolentiam indicibilem : ex cujus odore tota fui refecta. Cui confeſſa fui omnia peccata mea, & poſt meam abſolutionem tetigit me ac benedixit : ex cujus tactu & benedictione accepta, confiteor me fuiſſe liberatam à tali inflatione & ab omni alia infirmitate, meritis S. Franciſci de Fabriano.

alia ſanatur à moleſto tumore,

19 Si mortiferum quid biberint non eis nocebit. Marci XVI. Hujus verbi fidem firmavit, approbatus in Catholida fide, fundatus in ſanctitate & ſuæ Religionis exemplaritate S. Fr. Franciſcus de Fabriano Ordinis Minorum in ſua vita *g* ... ut patet per videntem barbitonſorem Angelum de Fabriano, qui tunc erat barbitonſor Fratrum : qui manifeſte & publice multoties hoc miraculum & prodigium admirandum, coram multis & multis multipliciter prædicavit, magnificans Deum in ſuo Sancto nominato : cujus tenor breviter talis eſt, ut ait Magnificus Maninus Andriucci Vanni de Fabriano, qui erat tunc

g Ipſe Franciſcus hauſto in Miſſa ſcorpione,

B puerulus, & modo in perfecta ætate; & ductus conſcientia mihi Dominico de Fabriano nepoti B. Fr. Franciſci, dixit, quod ipſe fuit à B. Franciſco acerſitus pro barbitonſore, & in præſentia ſua minutus eſt : & aſſeruit, quod ſemel hic devotus Frater & Sanctus Dei Miſſam ſanctam celebrabat : & conſecrato Sacrificio peractiſque omnibus quæ pertinent ad Sacrificium, volens ſumere Chriſti ſanguinem &

jubet ſibi venam aperiri,

accipiens calicem & intus reſpiciens, vidit in calice ſcorpionem horribilem & vivum, cujus ordinem intrantis penitus ignorabat. Ipſe vero ex caſu ſtupefactus in mente, ſed roboratus in fide, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti totum ſumpſit, ſicuti erat in calice, Sanguinem & ſcorpionem. Completa autem Miſſa miſit pro barbitonſore, ſcilicet ſupranominato Angelo, ut pro remedio [veneni] ei phlebotomaret. Veniens autem barbitonſor & faciens quod petebat. Et ecce, quod orat Eccleſia, Auxilium meum à Domino qui fecit cælum & ter-

& ſcorpionẽ emittit.

ram. Mirabile quid. Cum ſanguine ſimul exivit ſcorpio vivus, & ei nihil penitus mali faciens. Cujus [miraculi] laus ſit Deo Patri in ſanctitate S. Franciſci.

C ANNOTATA.

a *Facile in ſequentibus apparebit, auctorem ipſa notarialium inſtrumentorum verba ſæpius invariata tranſcripſiſſe, propter notabilem ſtyli à prioribus differentis varietatem.*

b Grandulæ, *ſive* Glandulæ, *alias* Scrofulæ.

c *Hujuſmodi Scripturas ante ſingula miracula præpoſuiſſe videtur auctor, quas inutile duxit* P. *Grinus ſcrupuloſe deſcribere omnes : & hoc abſque detrimento factum eſſe docebunt ſequentia.*

d *Matrimonio ſcilicet clandeſtino : quod poſtea ut non illicitum tantum, ſed invalidum quoque eſſet, prudenter ſanxit Tridentina Synodus.*

e *Additur in MS. non ſine aliqua confuſione* : & etiam ei prædixit quod eſſet homo valde gratioſus.

f Moſcanum *tertio milliario à Fabriano verſus Boream.*

g *MS.* in vita ſua & etiam in ſua ... cognoſcimus veritatem ut patet.

CAPUT III. D

Miracula B. Franciſci poſt mortem & tranſlationem.

20 SEquentia miracula fuerunt divina gratia mediante celebrata, ſive patrata à S. Franciſco de Fabriano, poſt ejus mortem, qui obiit die XXII Aprilis MCCCXXII. Qui poſtquam receſſit è vita, fuit per aliquot dies, antequam ſepeliretur ac condiretur, poſitus in Choro, ut multitudo devotorum ejus poſſet eum intueri & palpare. Deinde ſepultus fuit in quadam *a* feneſtra *b* tribunæ altaris majoris, quæ illo tunc ſeparata fuit ab altari majori; in qua cum eſſemus pueri accendebamus luminaria pro elevatione Corporis Chriſti. In qua feneſtra Beati corpus requievit per ſpatium ſeptemdecim annorum, antequam tranſlataretur ad tumbam, ubi ad præſens requieſcit : quæ principiata fuit anno Domini MCCCXXXVI, XXIX Maji : quod diffuſius patet in alio libro majori, ac etiam in alio memoriali meo minori.

Corpus mortui anno 1322 ſpectandum exponitur,

a b

conditum juxta altare transfertur an 1336,

21 Mirabilia & ſigna magna apud me fecit excelſus Deus. Danielis IV. Cujus veritatem intueri poſſumus reſpectu Creatoris ad creaturam, ſequentem veſtigia ejus : quod patet veraciter in B. Franciſco de Fabriano, cujus veſtigia ſecutus eſt pes ejus in vita ejus. Audi quid mirum. Poſitum corpus, ut conſuetudo eſt Fratrum, poſt mortem in eccleſia, rumor ejus ſanctitatis inſonuit in terra Fabriani. In mane autem ſequenti populorum concurſus, propter ejus ſanctitatem, factus eſt magnus utriuſque ſexus, ad ipſum intuendum, palpandum & oſculandum. Quid mirum. Volens Deus oſtendere ejus prodigia in ſuo ſervo cariſſimo Franciſco prædicto, ſicut in vita ejus multipliciter oſtenderat, ut patet ex præmiſſis; adeſt mulier Deo devota & ſancti Fr. Franciſci; & accipiens ſigna Pater-noſter, id eſt Coronam Beatæ Virginis, poſuit eam in manu Sancti ex devotione quam habebat & maxime ad Sanctum; putans, ut moris eſt mulierum, ſuam Coronam ſive ſigna Dominicæ orationis & coronæ Virginis ex tactu Sancti facere ſancta. Quid mirabile Deus operatur in Sanctis ſuis, volens nos [invitare] ad ejus vitæ ſanctitatem [conſiderandam]. Immediate, ipſa ignorante, aperuit Sanctus manum ſuam & accepit illam Coronam ſive ſigna. Sanctus autem, ut vivus corporaliter, manu ſua ſtrinxit prædictam Coronam fortiter. Prædicta autem mulier, completa devotione ſua, volens redire ad propria, non poterat, quia cordula Coronæ ex una parte erat ligata in *c* gonna ejus, ut moris eſt mulierum, & altera erat in manu Sancti ſtricta, ita quod ſine fractura rehabere non poterat. Habita reverentia ad Sanctum & completa oratione ac redire nequiens, propter ſuperius enarrata, ex admiratione timoreque clamare cœpit. Ex cujus clamore factus eſt concurſus magnus in [eccleſia] adſtantium ex prodigii admiratione. Quid plura? Examinatur miraculum per vocem dictæ mulieris, quod ex maxima devotione, quam habebat ad Sanctum, ſic fecerat. Audi [iterum] miraculum. Sanctus Fr. Franciſcus, quando placuit Deo qui mirabilis eſt in Sanctis ſuis, reaperuit manum ſuam & conſolavit eam, ei reddens quod petebat.

coronam precatoriam ejus manui inſerit,

F

c

nec ſine miraculo recipit.

22 Cum omnis populus Fabriani pergeret ad eccleſiam Fratrum, ob devotionem quam habebat ad Fr. Franciſcum dum viveret, tunc vero defunctum, cujus corpus erat in eccleſia; adfuit inter alios quidam nomine Auguſtinus Ægidii de quarterio S. Venantii, qui brachiorum alterum habuerat per magnum tempus penitus motu privatum. Accedens autem devote ad virum ſanctum, oſculatus fuit manum

Sanantur brachium emortuum.

A manum ejus, cum qua brachium illud infirmum tetigit: ad cujus tactum mox omni dolore fugato, motum cum integra ſanitate recepit. Ad domum vero cum gaudio rediens, uxori ſuæ Neſæ nomine factum miraculum indicavit. Quæ audiens ſupra modum gaudere cœpit de ſoſpitate viri, etiam ipſa ſperans à S. Franciſco, pro ſeipſa quæ infirmata graviter erat beneficium recipere.

mulier clinica, 23 Neſe, uxor Auguſtini Ægidii ſuperius enarrati, de quarterio S. Venantii dixit & affirmavit ſuo juramento, quod jam ſunt duo anni & ultra, quod ipſa fuit graviter infirma, ita quod non poterat ſurgere aliquando, nec pedeſtris ambulare, nec crura extendere; & quod dum B. Franciſcus migraſſet, vovit ſe ei, quod ſi eam liberaret faceret ei quamdam imaginem & offerret ei, & tempore ſuæ mortis ad eccleſiam ſuam eligeret ſepulturam. Et voto emiſſo fecit ſe portari in *d* ſomaro ad ipſam eccleſiam. Et propter multitudinem adſtantium ſive beneficia expectantium [ſolum] manum ejus tetigit. Et cum videret ibi præ nimia multitudine gentium cum devotione debita manere non poſſe, ad propria reportari popoſcit; fiduciam habens in Domino & Fr Franciſco, quod in quocumq; loco, ille qui ubiq; eſt præſens ſanare eam poterat. Contemplare Dei mirabilia. Poſt reverſionem die quadam, illi diei qua venerat ſatis propinqua, cum ſola eſſet in domo, ſitire cœpit: ex qua anxietate ſtatim ſurrexit, & ex tunc ſemper libera ambulavit.

d

B

aliaturpiter inflata, 24 Mita Vannis Conradi de Maſaccio, audiens famam ſanctitatis S. Franciſci, qui illis temporibus migraverat ad Chriſtum, patiens tantam inflationem quam inglandulam vocant, venit devote ad corpus Sancti ut melius potuit, & devotam precationem obtulit, ut ſummum medicum Chriſtum pro ea exoraret, ut dicta horribili ægritudine eam liberaret. Et emiſſo voto, Chriſtus, per merita nominati Sancti, intra tres dies perfecte eam curavit.

manus pueri bullienti lixivio adusta, 25 Clarella Ceccoli de Aſſiſio, habitatrix terræ Fabriani, valde paupercula, dixit & juravit in præſentia multorum, in eccleſia Fratrum ubi corpus Sancti jacebat, quod quidam ejus filius nomine Cannutius, non unius anni, miſit manum in quodam caldario aquæ ferventis bullientis, ſive lixiviæ ut clarius dicam, qua, ut paupercula ſuos & alios pannos lavabat. Quod ſubito videns, vovit eum B. Franciſco, offerens ſe facturam in eccleſia unum brachium ceræ: & tunc accepto puero poſuit eum in lecto. Qui ſoporatus fuit & dormivit per aliquod ſpatium valde quiete: & poſt ſomnum immediate inventus eſt ſanus & liber ab omni coctura, & ſine aliqua cicatrice: & quod vovit, implevit.

C

puellæ faciei apoſtemate turgida, 26 Domina Dica, uxor Palamideſſæ Commercati, juravit & dixit, quod Indigena filia ejus infans, habebat in facie & oculo ejus apoſtemam & tumefactionem magnam, ita quod erat quid horribile ad intuendum. Proſpiciens mater magnalia Dei, quæ illis diebus propter merita S. Franciſci quotidie magnificabantur; & videns concurſum populorum, cum aliis ad corpus Sancti venit, portans ſecum puellam: & cum affectu maternali viro ſancto ſuam filiam devote, ut ſcivit, commendavit; promittens ſi ſoſpitatem perfectam filia recuperaret, ad ejus honorem & gloriam imaginem ſibi offerret; & etiam duobus annis ſequentibus, quolibet anni unam cuppam grani. Poſt quod dicta puella die ſequenti fuit totaliter liberata, & [miraculum] publico inſtrumento cum ſolennitate divulgatum.

27 Lætitia Petri de Cerreto confeſſa eſt, cum publico inſtrumento & ſolennitate, quod pro tem-

e pore .... in auricula portavit *e* Stecconem cum maxima pœna & dolore: & quod uſq; ad iſtud tempus aliquo remedio & medicamine non potuit libe- AUCI NE- rari. Sed conſiderans quod ſummus medicus ſcilicet POTE EX Deus omnia poſſet, & audiens quod ſervus Dei Fran- MS. ciſcus ad ipſum jam aſcenderat, ut prodigia multa per eum oſtenſa manifeſtabant; ad eum, ut ceteri infirmi, cucurrit, & ſe ei cum devotione magna commendavit. Mirabile dictu! poſt parvum ſpatium perfecte liberata fuit, ponens ſe ad dormiendum ſuper lectum: & ſurgens à ſomno, invenit lignum, quod in auricula erat, ſuper cervical: de quo gratia ſit omnipotenti Deo.

aurus ob infixam ſeſtucam in cerebello,

28 Cæcilia Beldomandi Venturæ, de Frontone comitatus Callii, dixit & juravit quod ipſa graviter patiebatur in brachio & *f* ſpalla dextera, ita quod [ejus uſum] quaſi amiſerat: quod ſi ei tangebatur, non ſentiebat, nec ipſum poterat elevare, nec libere movere, nec cum manu dextera comedere: & quod hoc habuit à menſe Januarii citra. Et cum audivit demigrationem d. S. Franciſci, cum voto & devotione venit ad corpus ſuum: & antequam inde diſcederet, à Deo ejus preces erant exauditæ: ita quod ad ejus propria cum bona ſanitate & magna alacritate rediit, & deinceps ſemper libera fuit.

f

paralyſis brachii dexteri.

E

oculus fere extinctus, 29 Marcutius, filius Guilielmi de Æſio, habebat maximam & periculoſam infirmitatem in oculo, quæ à medicis judicata fuit quod eſſet fumus *g* cataracti, à qua non credebant quod poſſet ſanari medicinaliter. Ipſe autem videns ſe ſic perditum, quia parum vel nihil videbat, & ſemper dubitabat non periclitari; derelictus à corporalibus medicis, ut ſapiens, ad ſpiritualem totaliter ſe convertit; clamans & invocans, ut ſcivit, B. Franciſcum, qui illis diebus ad Chriſtum aſcenderat; ut ſi eum à tali infirmitate liberaret, ſibi imaginem capitis faceret, & ejus eccleſiam ligatis manibus viſitaret. Facto voto, & ſtans domi per aliquot dies, lumen & ſanitatem perfectam ut prius recepit, & votum implevit.

g

tumidum pueruli guttur, 30 Joannes Coradutii Rainaldi Severini, quarterii S. Venantii, oſtendens quemdam ejus filium parvum nomine Franciſcum: dixit quod quando natus fuit, jam ſunt forte quindecim dies d. puer habebat gulam groſſam. Et dum eum ſic videret forte per octo dies, & non liberari, dolens de filii ægritudine, recurrit ad S. Franciſcum; ut ſi eum liberaret à tam horribili ægritudine, offerret in ejus eccleſia, ad ejus memoriam & laudem, imaginem gulæ ex cera. Mirabilis Deus in Sanctis ſuis! Intra tres dies poſt votum fuit totaliter liberatus, ex cujus devotione impoſterum vocavit eum Franciſcum. *h*

F

tredecim plagis letaliter jaucius, 31 Milutius Guilielmutii de Aſſiſio ... dixit & juravit, quod de menſe Maji, in confinibus territorii Aſſiſii & Noceræ, inſultaverunt d. Guilielmum & ejus ſocios cum armis & lanceis muniti: & fugientibus ſociis ſolus inter eos remanſit: qui percuſſerunt eum tredecim percuſſionibus cum maxima ſanguinis effuſione. Et dum continuo eſſent in actu percutiendi, vulnerandi, & occidendi eum; ipſe recordatus eſt de migratione, quæ dicebatur de Fr. Franciſco, Sancto de Fabriano. Et immediate ſe recommendavit & vovit ſe ſibi, quod ſi eum liberaret à morte, veniret nudis pedibus ad ejus eccleſiam, & deferret imaginem ceræ. Mirabile quid! Facto voto omnes famuli communiter & ſubito deſtiterunt à dictis percuſſionibus, & eum tenuerunt per unam noctem, curantes eum à cicatrice & percuſſuris, ut melius potuerunt: deinde liberum dimiſerunt eum. Qui veniens Fabrianum, votum perfecte, ut voverat, adimplevit, & percuſſuras ibi exiſtentibus oculata fide oſtendit.

32 Padoveſe, uxor Pomi, de quarterio S. Venantii, dixit & juravit, quod Philipputia, filia

AUCTORE NEPOTE EX MS.

Bonaventuræ Pomi, puella ibidem exiſtens, fuit per tempus quinque annorum proxime elapſorum infirma, ita quod non poterat aliquando ſe ſuſcitare vel ſubſiſtere pedibus, ſed ſemper jacebat vel ſedebat. Migrato B. Franciſco, & auditis ſignis & fama ſanctitatis ejus ubique diſperſa, ipſa Padoveſe vovit d. puellam nominato B. Franciſco, & nocte proxime præterita ex devotione tenuit eam in eccleſia. Facto die volens redire domum, puella libera & ſine aliquo manuali adjutorio ſe rexit pedibus per ſe, & ambulavit ad domum propriam: & de hoc multi vicini teſtimonium reddiderunt.

puella ſeptennio infirma,

oculus laus ſuo,

33 Quædam mulier vocata Florutia, de comitatu Fabriani, filium habuit cui nomen Joannes, qui oculorum unum per annum & dimidium non poterat aperire. Quæ cum miraculorum famam audivit, devote prædictum puerum famulo Dei Franciſco commendavit & vovit. Mirabile dictu! Mox oculum aperuit & viſum recepit: & deinceps cum ipſo, probatione per Fratres coram populo facta, ſicut cum alio ſano, videndi uſum recepit. Mulier quædam, Joanna nomine, de caſtro Ceſſeti comitatus Fabrianenſis, aurem dextram tempore unius anni & ultra auditu privatam habuerat: ſpem vero habens in Domino, per merita ſervi ſui Franciſci prædicti, corpus viſitavit, votũ fecit, & ſtatim ſanata fuit.

aures obturata,

B

tumidum gutur,

34 Poſtquam vir Dei, ſuperna favente virtute, patentibus cœpit coruſcare miraculis; quædam mulier nomine Maſſia acceſſit, quæ gulam habebat ita groſſam ſive tumefactam quod propriis oculis eam cernebat; & quando ipſam tempore aliquo aſcendere contigiſſet, cum ſonitu & difficultate maxima anhelitum attrahebat. Sperans quoque ipſa Dei beneficio non privari, famulo Dei, voto præmiſſo, ſe fideliter commendavit: quo facto, continuo eſt ab utraque infirmitate dimiſſa.

mulier ob non exauditum votum incredula de Sancto,

35 Benedicta, uxor olim Mag. Joannis Gutii Bonajornatæ de Fabriano, retulit iſtud miraculum, dicens, quod eodem anno quo S. Franciſcus migravit, vir ſuus erat & longo tempore fuerat graviter infirmus: qui audiens miracula, quæ Deus operabatur per merita d. Sancti, dixit uxori ſuæ, Vade ad locum Fratrum, & procura habere de tunica S. Franciſci, quæ forte proderit mihi. Ipſa vero venit ad locum, & portavit viro de tunica S. Franciſci. Qui ambo devote ſe commendaverunt S. Franciſco, non tamen exauditi fuerunt. Quapropter d. Domina Benedicta, cogitans quod aliis faciebat miracula & non viro, cum tamen devotiſſime ſe recommendaſſent eidem; cœpit aliqualiter turbari contra Sanctum, & tepeſcere in ejus amore, & in corde ſuo detrahebat Sancto, dicens, Si Sanctus eſſet, nobis feciſſet gratiam, poſtquam ita devote vir meus & ego recommendavimus nos ſibi. Poſt hæc vir præfatus mortuus eſt. Revoluto anno obitus d. Sancti, d. Domina, quæ erat vicina Fratrum, venit ad eccleſiam Fratrum propter ſolennitatem Sancti: & ſtans in eccleſia cum populo ad ſepulcrum Sancti, non accedebat, quia ipſum Sanctum non reputabat: dolebat tamen de iſta ſua incredulitate. Quapropter rogavit Sanctum quod aliquod ſignum oſtenderet ſibi in ſuo corpore, ut devotionem poſſet habere in eo: ad ſepulcrum tamen non acceſſit, ſed rediit domum ſuam. Eodem vero die poſt comeſtionem incepit filare, & dum faceret tale opus ſubito cecidit & perdidit loquelam & viſum, & in facie & manibus tota effecta eſt nigra, ut ſibi dixerunt qui adſtabant. Et timens mori & recogitans incredulitatem ſuam contra Sanctum, oppoſitum in omnibus fecit, ſe illi in corde ſuo recommendans, quia loqui non poterat. Vide mirabilia Dei. Immediate reſtituta eſt priſtinæ ſanitati: quam paſſionem numquam prius incurrerat, nec poſtea incurrit: & tunc videns ſe liberatam propter merita Sancti, emiſit votum, quod numquam in die feſti Sancti prædicti aliquod opus ſervile faceret: & ex tunc magnam devotionem habuit in Sancto.

C

ejus potentiam in ſeipſa experitur.

D

duæ energumenæ liberantur.

36 Joanna de Chiozzano comitatus Nucerii, poſſeſſa fuit à quinque malignis ſpiritibus ſeptem annis; & vere à ſpiritibus reprobatis, qui noctu diuque ipſam turpiter & ſine pace utriuſque hominis vexabant. Quæ audiens rumores ſanctitatis S. Franciſci, cum adhuc exiſteret corpus ejus adſtantibus viſibile & palpabile, venit ad eum cum magna devotione, & ſeipſam Sancto multis precibus recommendavit. Quam Deus, ex ſancto ejus preces intuens, totaliter & perfecte ab immundis ſpiritibus liberavit; ut ipſa in præſentia totius populi, ibi adſtantis & concurrentis, quia pulſatis campanis miracula Sancti divulgabantur, per manum tabellionis confeſſa fuit, & eſt publicatum anno Domini MCCCXXII die *i* XXII Aprilis. Mirabile quid. Exiſtens ibi in eccleſia alia etiam à ſpiritibus vexata de nocte (quia de nocte, propter multitudinem ſignorum, ſtabant matres & feminæ ſicut in die, maxima multitudine) clamavit & dixit: *k* Tibi dico dæmoni, qui habitas in corpore iſtius mulieris, quod propter merita illius Sancti, hac nocte quando pulſabitur Matutinum, inde exeas & illam amplius vexare non præſumas. Quid plura? Pulſato ſigno ad Matutinum, iſta cœpit fortiter clamare, & valde fortiter moleſtari: & in iſta moleſtia expuebat ſputum nigerrimum & carbones, recte indicans quod erat, quia nemo dat quod non habet: & hoc fecit per magnum ſpatium. Sed Chriſtus, qui poſt tempeſtatem tranquillum facit, iſti compatiens perfectam liberationem conceſſit. Quæ mulier non ingrata exiſtens, per annos ſeptemdecim adhuc perſeverat ejus corpus ſæpe ſæpius viſitare, portans ei oleum ad ejus illuminationem & laudem.

i

k

E

in tranſlatione anno 1339 fiunt miracula.

37 Sequens miraculum B.P. Franciſcus de Fabriano fecit in Tranſlatione ſui corporis, quod tranſlatum fuit à capella majori ad tumbam ubi nunc requieſcit, XVII anno revoluto poſt ejus obitum, videlicet anno Domini MCCCXXXIX die vero XXII menſis Aprilis. *Hic, quod dolemus, tranſcribentem vicit tædium moleſtiſſimi characteris, ut reliqua quædam miracula prætermitteret, præter unicum quod ipſum iiſdem verbis habetur num.* 30 *cum hac concluſione,* Hæc perfecta curatio fuit die XXIII Maji MCCCXXXIX. *Tum de virtutibus B. Franciſci ea poſuit P. Grinus, quæ ſupra dedimus cap.* I. *ac rurſum pauca quædam & ſerie nequaquam continuata adſcripſit: quæ mihi videntur excerpta ex adjunctis à ſecundo ſcriptore, hoc qui ſequitur modo.*

F

ad tumulum ſanatus Frater paralyticus,

38 Ductus conſcientia Fr. Jacobus de .... caſtro Fabriani, & ne redargueretur à Deo ut ingratus de tãto beneficio, accepto meritis S. Franciſci de Fabriano, anno Domini MCCCLVII ſub juramento dixit de ſeipſo. Stans ego fortis & robuſtus agricultor, ſed modo in caſu iſto novitius coquinarius Fabriani, ſubito perdidi omnes ſenſus valentes, & factus ſum velut animal brutum, ſecundum relatum Fratrum aſſiſtentium, nil memorans iſtius vitæ, & nihil ſumens comeſtibile: in tertio autem die confortatus ſum, me ipſo Deo inſpirante, meditans ſanctitatem B.P. Fr. Franciſci de Fabriano: & ivi ſolus ad eccleſiam, & ſteti ibi ubi corpus Sancti eſt aromatibus conditum, cum devotione, ut ipſe ad Deum intercederet, ut ſuis meritis à tali crudeli infirmitate liberarer, ſibi vovens caput ceræ. Ecce Deus rectiſſimus. Per ſpatium unius horæ liberatus ſum totaliter, & cibum ſumpſi, & fortificatus fui ita mente & corpore, quod ſequenti die paravi coquinam pro omnibus Fratribus. Deo gratias & Sancto. Amen. *l*

39 Hoc idem dicendum puto de quodam homine, qui cum corpus B. Franciſci aſpiceret, irridendo dixit,

Magnus

A magnus comeſtor fabæ iſte eſſe debebat. Quo dicto ſtatim os ejus verſum eſt retro ſcapulas. Aſſiſtentes vero hoc magnum cernentes, linguis variis dicebant diverſiſſimeque judicabant, ac omnes mirari cœperunt, ſerpentemque *m* venenoſum de ore peccatoris conabantur extrahere, dicentes ei ut Deo omnipotenti ac B. Franciſco veniam poſtularet. Quo peracto, os ejus rediit prope locum ſuum, ita quod ab aliis agnoſcebatur peccator.

Item contractus ob blaſphemiã in Beatum.

m

Hirundines in dictum ſilentium ſervant.

Unum ponam miraculum, quod annuatim per experientiam videtur, quod ego etiam ipſe ſæpius audivi ac hoc publice prædicanti interfui. Quod cum quadam vico B. Franciſcus oraret, & præ multitudine hirundinarum ac earum cantu & garrulatu orare nequiret; juſſit eis beatus Pater in virtute ſanctæ obedientiæ ut à conventu iſto S. Franciſci de Fabriano diſcederent, ut devotius orationi vacare valeret. Quæ omnes ſtatim abierunt, & deincèps numquam in aliquo loco conventus nidos conſtruxerunt, ut manifeſte lucideque ab omnibus hic habitantibus cernitur. Cujus rei ego ipſe ſæpiſſime miratus valde [ſum novitatem], & hoc uſque in hodiernum diem, videlicet anni 1547, perdurat. *n*

n

ANNOTATA.

B a Feneſtram *appellat, quod vulgo paſſim* Nicia *ſpatium ſcilicet intra parietem excavatum, reponendis ſtatuis aut aliis quibuscumq; rebus.*

b Tribuna, *ut ſæpe alibi dictum, ſpatium in hemicyclum poſt altare circumſcriptum notat: infra num.* 37 *appellatur* capella major: *quia ejuſmodi conchæ paſſim vocantur etiam capellæ.*

c Gonna, *ejusq; diminitivum* Gonnella, *ut dictum* 9 *Martii ad Acta S. Franciſcæ Romanæ num.* 120, *togam quidem muliebrem ut plurimum ſignificat, eſt tamen ubi & pro virili ſumitur: nam Spicilegii Acheriani tom.* 10 *invenies pag.* 393 *Goffridum Comitem Andegavenſem, ab uſitato ſibi togæ colore, dictum* Goffridum Griſagonellam.

d Somarus *ſeu* Sommarius, *in genere quidem ſignificat quodvis ſarcinarium animal, à* Soma *ſarcina, ut dictum alias: per Marchiam tamen Anconitanam, ubi abundant præſtantes aſini, hi ſoli eo nomine intelliguntur.*

e Steccone, *quamvis formam habeat nominis augmentativi à* Stecca, Stecco (*quod Teutonibus* Stek, ſtok, *baculus, paxillus*) *hic tamen dimunitivi nominis potius locum tenet, pro ſpina ſeu feſtuca acceptum.*

f Spalla, *id eſt, humerus, Hiſpanis* Spalda, *Francis* Eſpaule.

g Nubeculam *interpretatus Waddingus: alias* cataractæ *dicuntur etiam ſquammæ pupillam obtenebrantes*, panos *Latini vocant.*

C h *Hoc miraculum, ut indico num.* 37, *factum eſt poſt corporis tranſlationem an.* 1339, 23 *Maji, cum cetera immediate poſt mortem ſecuta eſſe appareat.*

i *Videtur error obrepſiſſe, & ſaltem* XXIII *vel* XXIV *legi debere.*

k *Suſpicor deeſſe aliquid: nec enim hic exprimitur cujus hæc ſint verba: puto quod alicujus ex Fratribus, corpus cuſtodientibus.*

l *ſaltem hinc ſub novo titulo deſcripta miracula conjicere poſſis: cum in ecgrapho noſtro cœperint ſcribi* ſequentia miracula; *& deinde ſpatium relinquatur vacuum.*

m *Neſcio quid hic deſit, cum ſerpentis antea nulla appareat facta mentio.*

n *Addit, qui deſcripſit, concluſionem,* Expliciunt *&c, ſed,* poſt multa; *ut indicet multa à ſe prætermitti, quæ ſuppleri optarem per alium quemvis: nam P. Grinus, immediate poſtquã hæc ſcripſerat, Romam migravit, & hæc forte cauſa feſtinandi fuit, ac minus integre totum hoc opuſculum tranſcribendi.*

HYMNVS AD I VESPERAS.

Æternis rutilat clarus honoribus
Franciſcus, Superum gaudia poſſidens:
Dulci Fabrianum carmine perſona,
Da nato nova munera.
Franciſci peragens hic iter arduum,
Longo pauperiem tempore pertulit:
Labentis fugiens commoda ſeculi
Hoſtes edomuit feros.
Crudeli Dominum morte recogitans
Extinctum, jugibus lumina lacrymis
Irrorat, memori pectore gratias
Æterno referens Patri.
O quot de ſtygiis faucibus eripit,
Dum ſacrata jacit ſemina gentibus;
Divinoque animas nectare nutriens,
Ad cæli bona pertrahit.
Te nunc, ô Patriæ præſidium tuæ,
Deflexo petimus poplite ſupplices;
Nos defende tuo numine ab hoſtibus,
Et tecum fer ad æthera. Amen.

AUCT. NE POTE EX- M.S.

HYMNVS AD II VESPERAS.

Franciſce cultor ſiderum, felix perenni gloria,
Tuam benignus patriam hic Fabrianum reſpice.
Tuas cohors mortalium laudes celebrans inclytas,
Dũ vota ſupplex porrigit, quæ deprecatur exhibe.
Ope Dei miracula patraſti in orbe plurima;
Majora nunc ex æthere noſtris diebus efficis. E
Patrem ſecutus optimum, terrena teque deſerens,
Geſtis & ore devios Chriſti ad ovile pertrahis.
Tuo precamur numine nobis ades; periculis
In tot labantes erigẽs, æterna duc ad gaudia. Amen.

Pag. 94 *Annot.* e adde. *Item Næniam in obitu S. Bonaventuræ, quæ in Ms. Fabrianenſi extat, & nobis inde tranſcripta fuit, pro die* 14 *Iulii.*

AD DIEM XXIII.

Pag. 96 *ubi de* Arnulpho Patr. Hieroſol. *de quo agitur in uno ex tractatibus ad hunc menſem præliminaribus*, dele & ſubſtitue, *de quo agetur ante tomum primum Maji.*

Pag. 131 *in titulo, De Reliquis* lege *De Reliquiis.*

Pag. 140 *n.* 29 *lin.* 8 paſcimus & nobis, *lege*, poſcimus.

Pag. 154 *num.* 88, *lin.* 14 quæ illud obtegebatur, *lege*, quæ illud obtegat, *vel*, qua illud obtegebatur.

Pag. 161 *num.* 124 Aërias males *lege* Aërias moles.

DE S. PUSINNA VIRG.

Pag. 165 *num.* 4 *lin.* 7 poſt *fundatum eſt*, adde. *Tranſlationis hujus memoria invenitur in Additionibus ad Vſuardi Martyrologium, notata à Carthuſianis Colonienſibus anno* 1521, *pro die* XXIV *Ianuarii hoc modo:* In Hervordia Tranſlatio beatæ Puſinnæ Virginis. *Eadem verba in Martyrologium ſuum Germanicum poſtea tranſcripſit Henricus Caniſius.* F

DE S. IBARO EPISC.

Pag. 174 *num.* 4 adde, *Ceterum S. Ibarum, de quo hactenus, judicamus nunc, diverſiſſimum eſſe ab eo cuius in Vita S. Filani* IX *Ianuarii mentionem invenimus, ut qui Sanctum iſtum baptizarit: cum tota Hibernici maris longitudine ab invicem diſtent Albanenſis Scotia, ad quam ſpectat S. Filanus; & Beg-eninenſis inſula, in ſinu Wexfordico ſita, quam S. Ibarus plerumq; incoluit; quod volumus die* XXII *Martii notari, ubi Filani baptizator Ibarus, à Cameravio iſti die adſcriptus, refertur inter Prætermiſſos.*

DE S. ADALBERTO EP. M.

Pag. 175 *poſt num.* 7 *adde.*

Eſt in ſinibus vallis Comaclienſis p. m. 12 *à Ravenna* vicus *communiter* S. Alberti *dictus: quo nomine hunc S. Adalbertum intelligi aſſerit Hieronymus Fabri in Memoriis ſacris Ravennæ pag.* 71, *neq; dubitat quin is locus ſit* Pereũ, *inſula celebris anachoreſi S. Romualdi multorumq; Sanctorũ monachorum,*

eccleſia in diœc. Ravennate

chorum, ubi credit ab Ottbone III *monaſterium erectum dotatumque anno* MI, *quando is poſtremum in Italiam tranſiit: quod monaſterium poſtea ad Canonicos Regulares tranſlatum, tandem ad conditionem Prioratus ſecularis reciderit; ubi novam eccleſiam (cum veteris nec rudera quidem eſſent ſuper) ædificari à fundamentis curarit anno* MDCXVII *Petrus Cardinalis Aldobrandinus, in qua S. Adalberti Patroni feſtum quotannis hoc* XXII *Aprilis recolatur. Non dubito quin vera ſint omnia quæ de loci iſtius fortuna referri ab Hieronymo dixi, deque S. Adalberti ibidem patrocinio, quod etiam Gabriel Pennottus in Hiſtoria Canon. Regul. lib.* 2 *cap.* 54 *n.* 2 *confirmat: ſed vellem certius confirmari, quod loci auctor fuerit Otto* III, *quod ad præſens argumentum ſatis eſſet: quod ait ibi eſſe ipſum S. Romualdi Pereum, convenit cum diſtantia loci in Vita Sancti num.* 31 *indicati: ſed eſtne inſula locus ille? Id viderint Ravennates: qui quanto melius probaverint ibi tunc habitaſſe S. Romualdum, tanto credibilius facient quod ejus obſervantiſſimus Imperator, viſitationis ergo tranſire illac voluerit; juſſeritque S. Adelberto, cui pariter devotiſſimus erat, locum dedicari. Bartholomæus Fiſen lib.* 7 *Hiſt. Leodien.* § 15 *cenſet Ottbonis exemplo fama vulgato motum Epiſcopum Norgerum fuiſſe, quia,* proxime ſacrum ſuum ad S. Joannis in inſula feceſſum, invictiſſimo Martyri Adalberto ædem curialem poſuit

B *Leodii: & alibi eccleſiæ hujuſmodi plures fortaſſe poſſent adnumerari.*

Pag. 177 *poſt num.* 17 adde *Multis de S. Adalberto agit in ſuo ſepticorni Phoſphoro quo ſanctæ Metropolitanæ Divi Viti eccleſiæ majeſtatem & gloriam illuſtravit Thomas Ioannes Peſſina à Czechorod, ejuſdem eccleſiæ Decanus; & Radio ejus* 4 *Diarium texens eorum Sanctorum quorum ibidem honorantur reliquiæ; docet quod preter S. Adalberti corpus in ea* habentur etiam infula illius Pontificalis; caſula punicei coloris auro intexta, quam perhibent

Reliquiæ aliæ ab Ottone III Imperatore ei dono datam; annulus inauratus; cruculæ duæ, argentea una aurea, altera cum Sanctorum reliquiis; chirotheca una Pontificalis; & pecten eburneus.

Pag. 184 *lineam* 13 *ſic lege & corrige*, ut ſe ſceleris auctore [credito] magnum aliquid fieret; ut ſcilicet.

Pag. 185 *num.* 25 *lin.* 22. Erant enim multæ nationes, *lege*, Errant.

Pag. 202 *poſt hiſtoriam Tranſlationis ex Coſma Pragenſi adde.*

C 10 *Supra laudatus Thomas Ioannes Peſina Decanus, in ſui Phoſphori Radio* 6 *ex Ms. Catalogo Epiſcoporum Pragenſium uſque ad Ioannem ejus nominis* III, *cujus auctorem ipſe putat fuiſſe Vitum Decanum, ſuis tamen non catalogi verbis narrat, quibus S. Adalberti ſepulcrum mirabilibus illuſtraverit Deus, in hunc modum.* Anno MCXXIX Divina Majeſtas ſingularem benigniſſimi ſui numinis, in

ſepulcrum cœleſti lumine illuſtratur, Cathedrali D. Viti eccleſia, virtutem oſtendit. Nam pridie feſtivitatis S. Adalberti, noctu, poſt decantatas à Canonicis matutinas laudes, circa quartam fortaſſis vigiliam, ingens lux in eodem templo, præſertim in poſteriore parte templi, in cujus medio S. Adalberti ſepulcrum viſitur, effulſit, uſque adeo ut omnia circumcirca miro ſplendore illuſtrans noctem vertere in diem videretur. Ardere omnia cuſtodes templi primo intuitu putabant: poſtquam vero animos recollegiſſent modicum, videbant nubem lucidam ſupra ejuſdem D. Adalberti ſepulcrum inſtar columnæ ſtantem, quæ paulo poſt diffuſa, totum ſepulcrum ſeu quodam velamine operuit: ex quo tantus horror ipſos invaſit, ut ne loco quidem moveri auderent: mira interim ſuavitate odoris tenebantur, quæ ad diluculum uſque, etiam ubi lux tranſiſſet, perduravit. Movit hæc res dum innotuiſſet Meynhardum tum temporis Epiſcopum: qui ſine mora ſe-

& ab Epiſcopo Meynardo ornatur. pulcrum ejuſdem ſancti Martyris ſummo ſtudio ornandum ſuſcepit: illudque incredibilis pulchritudinis tegumento, quod auro, argento, unionibus, & gemmis variis confectum erat, decorari fecit. Ornatus ille tribus millibus ſexagenarum Pragenſis monetæ ac ſeptuaginta, quæ ſeptem millia florenorum ſupra centum ſexaginta tres faciunt, æſtimatus fuit: abſolutus *autem, ut in Bohemiæ Chronicis addit Hageccius,* menſe Octobri. D

II *Idem Hageccius ad annum* MCXIII *meminit exuſti funditus templi, cum magna auri, argenti ac Reliquiarum jactura: ſed prædictus Decanus cœptum proſequens argumentum, de S. Adalberti ſepulcro ita ſcribit.* Hoc ſepulcrum magis demum inclaruit, dum anno MCXLII, flagrante *atque anno* Wladiſlaum Bohemiæ Ducem inter & Cunradum 1143 *ab* Moraviæ Marchionem civili bello, templum à Mora- *incendio* vis, arcem fruſtra obſidione prementibus, igneis ſa- *ſervatur* gittis petitum & incenſum totum quantum conflagraſſet; à voracitate flammarum, quæ neque ſaxis pepercerunt, ſed incredibili rapacitate in cumulum omnia redegerunt, intactum inviolatumque permanſit: quod idem etiam Deo protegente, Divorum Viti & Wenceſlai ſepulcris accidit. *Vtinam ſimiliter collecta deſcriptaque haberentur miracula alia, quæ ad idem ſepulcrum plurima patrata non dubitamus: ſed iſto aut aliis poſtea caſibus, credibile eſt, eorum ſiquæ fuerunt pertiſſe documenta: quod ſi ſuperſunt aliqua, optamus ipſa nobis communicari, pro faciendo à poſteris Supplemento hujus ipſius menſis.* E

DE S. GERARDO EP. TVLL.

Pag. 206 *poſt num.* 6 *adde. Diarium Reliquiarum Pragenſium ſæpe nominatum ad diem* XXI *Decembris, occaſione S. Thomæ Apoſtoli, notat* in Rubrica Breviarii Pragenſis *Reliquiæ Pragam allatæ anno* 1212 ad VI Idus Februarii ſic legi, Tertio die poſt Epiphaniam allatio Reliquiarum SS. Apoſtolorum Thomæ, Jacobi Thadæi & Mauritii Martyris; nec non Erhardi Epiſcopi quæ allatæ ſunt ad eccleſiam Pragenſem. *Allatas autem eſſe docet auctor Diarii in ſuo Phoſphoro pag.* 431 *anno* MCCXII, *& quidem* de Teutonia, *uti anonymus ejuſdem fere temporis ſcriptor, quem auctor exiſtimat fuiſſe Fridericum de Hradek Canonicum Pragenſem; ideoque de S. Gerardo Tullenſi Epiſcopo (quamvis* Erhardi *ſcribatur) maluit locum iſtum intelligere, quam de S. Eberhardo Epiſcopo Saliſburgenſi, qui die* XXII *Iunii colitur. Certius eſt quod in ſyllabo ſeu Inventario Reliquiarum, quem anno* MCCLXVIII *confecerunt Decanus & Canonici ad id deputati, & brachiū an.* 1357 *ſub* Rubrica de manibus Sanctorum, *notetur inter alia nomen* S. Gerhardi Ep. Tulli: *& in diario indicatur* brachium, quod Carolus donaverat eccleſiæ Pragenſi anno MCCCLVII, *cujus donationis tabulas, haud dubie diſtinctius aliquid edocturas, gaudebimus accipere pro aliis tunc pariter allatis Reliquiis plenius cognoſcendis.*

DE S. GEORGIO EP. SVELL.

Poſtquam excuſa jam eſſent, quæ de hoc ſancto Epiſcopo habentur pag. 214 *& ſeqq. venit in manus noſtras liber auctore Fr. Dima Serpi impreſſus Romæ anno* 1609 *cui titulus* F Apodixis ſanctitatis S. Georgii Suellenſis Epiſcopi ad S. D. N. Paulum V. *Qui cum multa contineat, cultum antiquum atque recentem iſtius Sancti magnopere illuſtrantia, addatur poſt Annotata ad Vitam pag.* 218 *hac Appendix.*

APPENDIX.

De cultu S. Georgii in Sardinia.

Ex libro Fr. Dimæ Serpi.

1 R Everendiſſimus Dominus Alphonſus Laſſo *S. Georgii domus natalis Cagliari.* Sedeño, Epiſcopus Majoricenſis, quondam Archiepiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Calaritanæ, tribus circiter annis antequam in Majoricā transferretur ... emit ſeptingentis libris monetæ hujus regni profanam domum, in qua ſecularis vir cum uxore, liberis & reliqua familia habitabat, in una ex urbis appendicibus quæ dicitur Eſtampaig; in eaque erexit eccleſiam una cum turri, campana, altari & reliquis quæ requirebantur, in honorem Sancti cujuſdam Epiſcopi Sardi

Epiſcopatus

A Episcopatus de Suelli qui appellatur Georgius. *Hæc autem fecit* attentis, *tum iis quæ de vita atque miraculis ejus in Legenda habebantur, tum antiquo ejusdem per Sardiniam cultu, tum* quod prædicta domus priscis temporibus; fuerat ecclesia prout indicabant signa aliqua & vestigia, quæ in parietibus & pavimento domus illius apparebant, quæ juxta traditionem putabatur domus, in qua Sanctus infans Georgius natus fuerat, à quo vicus ille nomen accepit, siquidem hodierno die S. Georgii vicus appellatur. Dictus autem Reverendissimus Dominus Episcopus Lasso decrevit & jussit, ut dicta domus deputaretur & dicaretur in templum sancti hujus Prælati Sardi, statuens super altari, ejusdem effigiem, diademate & reliquis Sanctorum Pontificum & Confessorum insignibus adornatam; celebrans natalem illius, qui est vigesimus tertius mensis Aprilis officio duplici (rejecto in alium diem festo S. Georgii Martyris, quod in eumdem diem incidit) spectante universo clero & populo: qui, eo ordine quo in publicis supplicationibus assolet, à cathedrali ecclesia ad recens erectam perrexit: quæ tubis ac tibiis nec non canticis musicis personabat, percrepante campana ad majorem festi solennitatem: quod deinde singulis annis eadem ratione, etiam habita ad populum concione, celebratum est.

quæ olim pro ecclesia fuit,

sacris usibus redditur cum instauratione festi;

B

2 *Hactenus verba cujusdam memorialis, ad S. D. Paulum Papam V transmissi, & denuo præsentati Archiepiscopo Calaritano, per quemdam Ioannem ecclesiæ Calaritanæ Canonicum; eo fine ut persuadeat, prædicta omnia Alphonsi Archiepiscopi acta esse abolenda, tamquam ecclesiasticis decretis de cultu Sanctorum contraria; eo quod Georgius iste eo decesserit tempore, quo Sanctorum canonizatio solennis cœperat à Romanis Pontificibus fieri: quorum tamen nullus probari possit id fecisse in gratiam istius Episcopi Sardi, in cujus etiam Vita nonnulla legantur non facile recipienda. Ad postremum quod attinet, etiamsi verum esse concederetur, nullius profecto efficaciæ est adversus legitimum probatumque cultum; nisi ipsum quoque Magnū hujus diei Georgium, velis ab aris templisque exclusum. Primum refutatione non indiget: nam* auctoritate S. Bernardi, in caput Pronuntiandum relata, *inquit Dimas,* Episcopus cum suis Clericis, quantum ad suam diœcesim, potest Sanctum canonizare. *Quamvis autem, ut scribit Bellarminus de beatificatione & canonizatione Sanctorum cap.* 8 Alexander tertius & postea Innocentius tertius, videntes abusus qui oriebantur circa cultum Sanctorum, prohibuerunt ne deinceps aliquis pro Sancto coli inciperet sine Romani Pontificis approbatione: *hæc tamen decreta S. Georgium non attingunt, mortuum & coli cœptum annis* XLVII *prius quam in Concilio Lugdunensi anno* MCLXIV *primum sic statueret Alexander. Quid quod neque postea usque adeo rigide servatum decretum illud sit, donec illud renovaret Innocentius post annos* XL; *& neque tunc putaverint Episcopi sublatam sibi facultatem, circa inferioris ordinis cultum, quem Beatorum dicimus, permittendum, modo ab Officio & Missa abstineretur: & hoc usque ad tempus Concilii Tridentini valuit; cujus decretis insistens Vrbanus* VIII, *vetuit absque speciali Sedis Apostolicæ licentia deinceps aliquid novi induci, & abrogari præcepit quidquid citra eam fuerat recentius introductum; sed ita ut expresse declaret, nihil se per hoc derogatum iis velle,* qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel per immemorabilem temporis cursum, & cum scientia ac tolerantia præfatæ Sedis vel Ordinarii celebrantur; *insuper declarans,* longissimum tempus illiusve immemorabilem cursum esse TEMPUS centum annorum metas excedens. *Cum igitur in Suellensi diœcesi* ecclesias sibi dicatas haberet *S. Georgius; &* in Calaritana metropoli, ab immemorabili hominum memoria, mitra hujus Sancti inter venerandas reliquias veneraretur; *merito* sapientissimus & doctissimus Dominus Archiepiscopus Don Antonius Castilegius, qui ipsi interfuit Concilio Tridentino, post reditum in suum thronum, semper mitram istam, tamquam Sancti reliquiam, veneratus est; & ecclesiam hujus Sancti, in Cathedrali Suellensi constructam, altare imaginemque ejus, Officium & Missam, sicuti solita erant celebrari & coli, approbavit & esse approbanda censuit, *(ut ait Dimas in Apodixi ad dubium* 5.) *merito etiam Archiepiscopus Sedeño ea sibi licere credidit, quæ supra indicatur egisse.*

id perperam factum arguit aliquis,

sed respondetur sufficere quod ab immorabili habuerit cultum ut Sanctus.

C

D

3 *Ceterum tam constitutio prior Vrbani edita anno* MDCXXV, *quam ejus confirmatio ac declaratio facta* MDCXXXIV, *cum longo intervallo secutæ sint controversiam à Calaritano Canonico motam, fuisset ille excusandus, si rebus necdum ita clare definitis, censuisset dumtaxat, supplicandum Pontifici, ut Alphonsi acta cognosceret approbaretque. Sed quia longius eum provexit indiscretus zelus, & usque ad insignem ipsius Sancti totiusque Ecclesiæ Calaritanæ injuriam, merito ea universa commota est; formatoque Processu de veteri ac legitimo S. Georgii cultu, sacram Congregationem edocuit, nihil non rite ac jure factum ab Alphonso fuisse, circa eum, pro cujus Sanctitate ac cultu plurium seculorum imperturbata consuetudo & immemorabilis temporis possessio stabat, iis omnibus probata indiciis, quibus ea pro quocumque certissimo Sancto probari potest. Operæ pretium erit ipsius Archiepiscopi D. Francisci de Isquivel, confectum Processum Romam destinantis, epistolam ex Hispanico Latinam facere, quæ talis est, directa ad Cardinalem Pinellum, Præsidem sacræ Congregationis Rituum.*

prout demonstravit proxime sequens Archiepiscopus,

E

4 Vix aliud æque mihi fuit acceptum, in hac mei indigni ad hunc sanctam Calaritanam Sedem promotione, per Apostolicæ Sedis gratiam & Regiæ Majestatis nominationem facta, quam quod in toto hoc Sardiniæ regno, ac potissimum in hac Calaritana civitate, tot invenirem Sanctos, in iisque aliquos etiam antecessores meos, tum in hoc Archiepiscopatu meo tum in vicinis Episcopatibus. Speravi enim quod divina benignitas, per eorum intercessionem conciliata, largiretur mihi lumen necessarium, ut commissum mihi gregem recte gubernem, ipsorumque vestigiis pro virili insistam. Eorum unus est S. Georgius, origine Calaritanus, Episcopus autem Suellensis civitatis, quæ nunc huic Archiepiscopatui adjuncta est. Memoriam ipsius susceperunt illustrandam, primum Franciscus del Val, deinde Alphonsus Lassus Sedeño decessores mei immediati: quorum posterior videns domum Sancti natalē, in qua olim & Missæ dicebantur, & pulsabatur campana, & defuncti sepeliebantur, conversam esse in habitationem profanam hominum conjugatorum; haud parvos sumptus fecit pro ea emenda atque in formam oratorii concinnanda; ut rursum sicut antea, majorique cum affluxu, gratulatione, atque devotione civium, ibidem Missæ sacrificium celebraretur: Jurati autem hujus civitatis perpetuam eleemosynam Capitulo hujus Sanctæ ecclesiæ constituerunt, ut quotannis illuc duceret supplicantium pompam, Missamque solenniter cantandam & sermonem habendum curaret.

qui Congregationi Rituum de ea scribens,

F

5 Hanc ego religionem cum magno animi mei solatio dum porro augere ac provehere meditor, ad honorem Sancti istius decessoris mei, cujus cathedralē, in qua sepultus creditur, imaginibus ejus multipliciter ornatā visitavi, non absq; fructu spiritualis dulcedinis; passus est Deus, ut ex hujus meæ ecclesiæ Canonicis unus quidā meis se consiliis opponeret, contraq; vitam & sanctimoniam ipsius S. Georgii scriptitaret aliquid. Itaque officii mei esse credidi, fulcire veritatem vitæ ac miraculorum ejus, quantum patietur longinquitas temporis, ab annis circiter quingentis repetendi; & fortuna loci, in quo propter crebras dominiorum vicissitudines difficulter inveniuntur paucæ veterum scripturarum reliquiæ.

mittit processum suæ auctoritate conditum,

A Nihilominus per Officium, quod de iſto Sancto olim in diœceſi Suellenſi recitabatur, cujus fragmenta nonnulla, ante annos trecentos nonaginta manu exarata in membranis, ſub annuli mei fide hic adjungo; item per eccleſias ipſius Sancti, ejuſque in illis imagines; per traditionem quoque de ſepultura & miraculis ejus, perque antiquas membranas complures in hujus Archiepiſcopatus archivis repertas, quarum carie & vetuſtate corroſarum tranſumpta ſubmitto, ſecurus de evidenti juſtitia cauſæ redditus; ut alios quoque ſecuros de eadem facerem, volui ut P. Ludovicus Manſonius, Vice-præpoſitus Domus profeſſæ Societatis Jeſu in hac alma civitate & Viſitator Collegiorum dictæ Societatis in hoc regno, ſingula originaliter recognoſceret; quatenus vir tam gravis tantiſq; ornatus virtutis ac doctrinæ dotibus, quantas apud nos probavit; fideli apud vos relatu teſtari poſſit, quam accurate conveniant cum originalibus, quæ vobis deſtinamus exempla. Nihil autem dubito, quin eis lectis, viſiſque depoſitionibus teſtium adjunctis, & cognito numero eccleſiarum dicto Sancto dicatarum atque imaginum ejus; nec non intellecta veneratione, in qua mitram ejus Epiſcopalem ſemper habuit mea hæc Cathedralis eccleſia; nihil inquam dubito, quin propter iſta omnia Sanctitas ſua & ſacra iſta Congregatio, decretura ſit, ut cultus & honor præfati Sancti non tantum continuetur, ſed etiam augeatur. Ideoque prædicta omnia documenta mitto Doctori Salvatori Iſquierdo, ut meo ſupplicans nomine negotium hoc totum exponat Illuſtriſſimæ Dominationi Tuæ atque iſti ſacræ Congregationi.

cum exemplis veteri Mſs.

B

6 Atque hic in verbo Epiſcopi juro teſtorque; quod cum primum objectæ mihi ſunt difficultates, à Canonico motæ; ego qui recens adveneram, nec magnam de rebus ipſius Sancti notitiam habebam, vacillare cœperim aliquantum in fide circa prædictũ Sanctum. Verum placuit Deo, ut illa ipſa nocte tam vehemens me invaderet febris, quam unquam paſſus ſim in vita, aut poſſim verbis exaggerare: quæ cum duraſſet horis aliquot, nullumque ei mitigandæ remedium humanum invenirem; ſuſpicatus ſum id mihi accidere propter formidinem circa Sanctum conceptam. Itaque mutata mente confirmavi propoſitum circa ea quæ cœperam ad honorem Sancti: & mox dolore omni ac tormento liberatum me ſenſi: ac mane ſurrexi tam ſanus atque incolumis, veluti ſi incommodum nullum ſuſtinuiſſem ea nocte. *Si foret ad manum Proceſſus ipſe, id quod ſimili in caſu fecimus aliquoties, hic etiam faceremus: facient id poſteri cum Calaritani curarint tranſcriptum exemplar mittendum Antverpiam: interim ex prænemorato libro excerpimus ea quæ auctor ex Proceſſu habere teſtatur.*

motus miraculo etiam in ſe facto.

C

Suelli eſt eccleſia, effigies, cœmeterium S. Georgii,

7 *Ac primum de eccleſiis pag. 205 & ſeqq. ſic loquitur auctor.* Eſt inprimis eccleſia S. Georgii Epiſcopi, à die mortis illius, ab Epiſcopo, populo & clero in ipſa civitate Suellenſi, juxta Cathedralem eccleſiam conſtructa, in qua ejus venerabile corpus ſepultum fuit. Ad hanc autem proceſſiones omni die Dominica accedunt, indeque implorato Sancti hujus auxilio, cum Antiphona, Verſu & Oratione diſcedunt populi, prædictis ſcilicet Antiphona, verſu & oratione Confeſſoris Pontificis, ſcilicet Georgii decantati, apud Deum interceſſionem implorantes. Ad hanc eccleſiam, in qua ejus eſt antiquiſſima effigies; etiã proceſſiones publicæ, non ſolum quæ ab eccleſia Cathedrali procedunt, verum etiam quæ indies à multis populis circumcirca degentibus ducuntur, accedunt; & implorato ſancti Epiſcopi Georgii ibi ſepulti auxilio, Miſſæque Sacrificio in ejus honorem oblato, petitionis eorum mirabiliter accipiunt complementum. Hæc omnia in Proceſſu ad ſacram Rituum Congregationem tranſmiſſo, à folio 1 uſque ad 9, & à fol. 43 uſque ad 45, probatiſſimis apparent teſtimoniis conſcripta. Eſt etiam cœmeterium juxta hanc eccleſiam, in quo Chriſtianorum corpora conduntur, appellaturque cœmeterium S. Georgii Epiſcopi Suellenſis, uti apparet etiam in Proceſſu à folio 1 uſque ad 12.

D

8 Eſt etiam eccleſia parochialis in vicinatu Donigallæ, oppidi de Lotzorai, diœceſis prædictæ Suellenſis, ab immemorabili hominum memoria ædificata, in quo oppido Sanctus iſte mortuum ſuſcitavit: in cujus altari præcipuo ſanctus iſte Epiſcopus, ut Patronus præcipuus, depictus apparet, amictu Pontificio indutus, cum mitra, baculo, pluviali, chirothecis & ceteris Confeſſoris Pontificis inſignibus. Et hæc à folio 53 ad 60 probata conſpiciuntur. Eſt tertio eccleſia parochialis oppidi de Urſule, ſub titulo & invocatione ſancti Epiſcopi Georgii Suellenſis, conſtructa ab immemorabili hominum memoria; in cujus altari præcipuo eſt ipſe Sanctus, ut Patronus eccleſiæ depictus: in hoc enim oppido cæcum à nativitate illuminavit ſigno Crucis: eſtque hoc miraculum in ipſo altari ab immemorabili hominum memoria exaratum; uti latius probatum à folio 59 uſq; ad 63 apparet. Eſt quarto eccleſia parochialis oppidi Tortueſii in eadem diœceſi Suellenſi, ſub titulo S. Andreæ Apoſtoli condita, in cujus altari præcipuo eſt effigies antiquiſſima S. Georgii Epiſcopi Suellenſis, inſignibus Confeſſoris Pontificis depicta, in cujus tunicellæ fimbria eſt talis antiquiſſimus titulus deſcriptus, SANT GEORGI BISBE DE SVELLI, ut in Proceſſu à folio 50 & deinceps comprobatur.

qui etiam ut Patronus eccleſiam habet Lotzorai,

Vrſule,

imago in altari Tortueſii,

E

9 Eſt quinto in eadem diœceſi Suellenſi, eccleſia parochialis oppidi Giraſulenſis, Sanctiſſimæ Dei Genitrici conſecrata ab immemorabili hominum memoria: in cujus præcipuo altari eſt S. Georgius in tribus locis depictus. Primo in loco eſt Epiſcopus Pontificio habitu amictus, & in ora veſtimenti illius titulus talis, vetuſtate pene corroſus, qui ſic habet. SANTV GIORGI PISCOPV DE SVELLI. In ſecundo eſt eodem Pontificio habitu indutus, & coram eo menſa ferculis plena ciborum, genuflexis Torgotorio & Siniſpella, Comitibus & Dominis civitatis Suellenſis; & undequaque ſcarabeis advenientibus, & tam ſuper fercula quam ſuper Torgotorii caput volitantibus; quos ipſe Sanctus ſigno Crucis ablegavit, ipſoſque Comites à miſerabili calamitate liberavit; propter quæ dictam civitatem & villam Symieri, perpetua pace poſſidendas, ſancto Epiſcopo Georgio donarunt, & uſque hodie Epiſcopi Suellenſes earum poſſeſſione gaudent. Eſt tertio in eodem altari idem ſanctus Epiſcopus Georgius, Pontificio habitu depictus, homoque cæcus à nativitate coram eo genuflexus, cui ipſe digitos imponens ſuper oculos viſum reſtituit. Hæc omnia à folio 50 uſque ad 54 probata apparent. Eſt ſexto eccleſia ruralis ad radices montis illius, quem oratione & ſigno Crucis in duas diviſit partes, ut facilior à ſua Cathedrali Suellenſi ad Barbariam de Seuli pateret aditus, in quo prius mortis periculo multi ac expoliatione bonorum laborabant; quæ S. Georgii Epiſcopi nomen ſemper habuit & habet, propter miraculum prædictum ibi perpetratum. Eſtque ibidem fons, S. Georgii Epiſcopi Suellenſis oratione exortus, ut in Proceſſu à folio 50 uſque ad 53 videre licet: & in memoriã tanti miraculi, eccleſia iſta ibi in ejus Sancti laudem conſtructa ab Epiſcopo, clero & populo illius ætatis fuit: appellaturque mons ille in duas partes diviſus, uſque in hodiernum diem à Sardis, ſa Scala de ſantu Giorgi Piſcubu de Suelli, ut eodem folio probatur.

& Giraſula cum expreſſione miraculorum,

F

item in monte per Sanctum diviſo eccleſia & fons ejus.

10 *Quæ cum ita ſint, mirum eſt quæ rerum ignorantia laborans Canonicus potuerit ſcribere*, præter eccleſiam, recens extructam in honorem hujus ſancti Epiſcopi Sardi,

A

ac denique una ipſi & Georgio M. communis,

Sardi, in quodam civitatis Calaritanæ ſuburbio (*quæ tamen non tam extructa recens, quam reſtaurata dici debet, ex ipſius met verbis prius allegatis*) nullam aliam reperiri in tota inſula Sardinia; cum tamen S. Georgio Martyri frequentiſſimæ ſint dicatæ eccleſiæ, ut ex earum Picturis apparet. *Econtra vero aſſerit Dimas*, in tota diœceſi Suellenſi nullam eccleſiam reperiri S. Georgio Martyri dicatam, excepta una Villapucenſi, ubi uterque Georgius Patroni ſunt & tutelares eccleſiæ, amboque in altari depicti, uti habetur à folio 1 uſque ad 9. *Quod ad imagines attinet, legebatur apud Dimam in hiſtoria, & nos ex eo notarimus litteras, quia* XXIII *Aprilis, quo obiit Sanctus Epiſcopus, S. Georgio Martyri ſacer eſt; factum eſſe pictorum ignorantia, ut in omnibus eccleſiis, ipſi ſancto Epiſcopo ſacris, pictus ſit equeſter. Verum huic objectioni reſpondens Dimas, excuſat incuria typothetarum factum, ut pro* en algunas, *legatur*, en todas: *non enim aliud à ſe ſcribi potuiſſe, cui de tot imaginibus conſtabat; ſeque id ſolum voluiſſe, quod ex proceſſu patet*, ignorantia pictorum & ſimplicitate oppidanorum in aliquibus eccleſiis Sardiniæ, uti in eccleſia oppidi de Perſigas, *de qua nominatim in Hiſtoria egerat*, & in iis quæ ſunt in oppido & terminis villæ Ocierii, loco S. Georgii Epiſcopi eſſe Martyrem depictum.

cum quo alicubi confuſus inveniatur.

B

ejuſdem Miſſa & officium proprium.

13 *Solius Martyris Georgii cultum antehac Sardis notum fuiſſe, dixerat Canonicus apparere etiam* ex Miſſa & Officio, quod de uno Martyre recitatur. *Sed contra aſſumit Dimas*, quod ſtatim poſt mortem Sancti ab Epiſcopo Clero & populo non ſolum eccleſias per totam diœceſim ſub ejus invocatione erigendas fore ſtatutum eſt, verum & Officium proprium in ejus Sancti laudem compoſitum, & per totam diœceſim cantandum præceptum eſt. *Ipſius deinde antiqui Officii partem, Antiphonas ſcilicet & Hymnum pro Veſperis exhibet Dimas. Hymni primam ultimamque ſtrophem cum adjunctis hic habe.*

Ave præſul Suellenſis, Deum ſemper diligens,
Habens linguam boni enſis, viam Dei edocens,
Propter quod & cum immenſis regnum Dei poſſides.
Laus, virtus, & honor Deo ſit Patri ingenito,
Flamini, & Nazareno Patris unigenito;
Qui dat pacem cum tropheo Georgio inclyto.
V. Gaude Præſul bone, cum ſummo Rege,
R. Et preces interpone pro tuo Grege.

C

AD. MAGNIFICAT. Hodie Georgius, Pontifex Suellenſis, Confeſſor egregius lætatur in excelſis, & ibi ſuperius verum Deum exaltat, & corde interius Dominum magnificat. ORATIO. Deus, qui B. Georgium, Confeſſorem tuum atque Pontificem noſtrũ, in tantis miraculis clarere feciſti; da nobis quæſumus, ut meritis tanti Patroni, & Præſulis ſubſidiis adjuvemur.

nunc omnia de communi Conf. Pontif. ſunt,

12 *Hæc olim: at poſt Concilium Tridentinum, tam in Miſſa quam Officio omnia fieri* de communi unius Confeſſoris Pontificis *affirmat Dimas. Sed agnoſcit Pag.* 31 *quod* feſtum ſancti hujus Epiſcopi Georgii, non die vigeſima tertia, ſed die vigeſima quarta celebrari conſueſcit; *fiat, inquit* omnis Clerus & populus atteſtari poſſunt. *Scilicet ex quo immutatum Officium eſt, immutatus etiam dies fuit: alias* elapſis temporibus feſtum hoc celebrari ſolitum erat die vigeſima tertia, in qua ejuſdem nominis Martyr Sanctus incidebat, rejiciebaturque in alium diem: *quod ſalva ejus qui mutavit pace, mutatum dolet Dimas, nec fieri debuiſſe oſtendit exemplo SS. Vincentii Valentini & Vincentii Ebredunenſis,* IX *Kalendis Februarii concurrentium: quorum prior licet à tota colatur Eccleſia, Ebreduni tamen poſtponitur alteri & ſolum poſtridie celebratur. Vt ut ſit, quam antea falſo ſcripſerat Canonicus Alphonſum Archiepiſcopũ*

& quidem 24 Apr.

inſtituiſſe, ut S. Georgii Epiſcopi natalis dies XXIII *Aprilis coleretur, rejecto in alium diem feſto S. Georgii Martyris: tam inconſulte hic allegat Miſſam & Officium de Martyre die* XXIII *recitari ſolitum, cum ſequenti mox die fiat de Confeſſore Pontifice: & ſic uterque ſuum habeat diem, etſi hunc alio quam olim ordine. Addit Dimas quod S. Georgii nomen* inter Confeſſores Pontifices in Litaniis *collocetur; item ex Proceſſu folio* 85, quod ea ætate qua Sanctus Epiſcopus Georgius miraculis florebat, ita reveritum erat ejus nomen, quod lex fuerit condita à Gubernatore, in populo diœceſis Suellenſis, quod deinceps in judicio illi qui erant juramento compreſſi, jurarent per S. Georgium Epiſcopum Suellenſem: quod ad noſtra uſque tempora obſervari dignoſcitur.

D

mos jurandi per ejus nomen.

℣. 13 *His omnibus ſic propoſitis per juratos teſtes probatis, Romæque expenſis, effectum eſt, ut, quemadmodum pag.* 179 *aſſerit Dimas, Paulus Papa* V eccleſiam recens erectam ceteraſque etiam parochiales, ſub titulo S. Georgii Suellenſis Epiſcopi ædificatas, imaginem ejuſdem cum inſignibus ſancti Confeſſoris ornatam, Officiũ & Miſſam celebrari ſolita, diem ſolennem in ejus ſolennitate populo conſuetam indici, in ſuo primo eſſe conſervari voluerit & ut populus hujus Sancti devotione permotus, beneficia ſpiritualia à Deo per illius interceſſionem promereri valeat, in ejuſdem feſtivitate in eccleſia recens Calari erecta omnibus Chriſti fidelibus indulgentiam ac plenariam ſuorũ peccatorum remiſſionem conceſſit: ſub data Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XVIII Feb. MDCVI, Pontificatus ſui anno primo. *Ita Dimas, rem nobis gratiorem facturus, ſi Breve allegatum ipſis Pontificis verbis integrum exhibuiſſet. Videri ſi forte poteſt minus neceſſario zelo ſuſcepiſſe exagitandum adverſarium; qui ſuam ipſe deſerens cauſam profugerat in Hiſpaniam, ejuſq; obtinendæ ſpe omni penitus jam exciderat per ejuſmodi decretum Apoſtolicæ Sedis; non tamen levẽ gratiam apud poſteros meruit, quod tamquam ferro procuſſus ſilex in iſta concertatione ſcintillas emiſerit, quibus lumen accenderetur antiquo S. Georgii Suellenſis cultui illuſtrando, per tot argumenta, quæ alias etiamnunc ignorarentur, ſaltem extra Sardiniam.*

Quæ omnia provat Paulus V anno 1606.

E

Nec refert ſi forte in aliquo diſplicent Legendæ vetus.

14 *Multus præterea eſt idem Dimas in ſolvendis dubiis, quæ circa S. Georgii Legendam, prout ea apud ipſum legitur, Ioannes Canonicus moverat; quæ Legenda, quatenus à Paulo accepta eſt, non indiget defenſione tam operoſa; nec ſi fides ejus vacillet in aliquo, propterea minus certa eſt Sanctitas ejus, de quo agitur. Sane quod Angelus dicitur prædixiſſe de puero, in utero matris ſanctificandum; id haud facile intellexero de juſtificatione à culpa originali, ſed de præelectione ad gradum Epiſcopalem; ſicuti ſimili pene phraſi necdum natus Ieremias ſanctificatus dicitur, & Paulus ex utero matris ſegregatum ſe profitetur, ſcilicet hic ad Apoſtoli, iſte ad Prophetæ munus exercendum. Similiter quod ætatis anno vigeſimo ſecundo ordinatus Epiſcopus legatur, id ſi nequeat excuſari exemplis, quæ fateor mihi ſuſpecta eſſe pleraque; poteſt refundi in alicujus tranſcribentis vel errorem, ſi pro* trigeſimo *legit* vigeſimo; *vel temeritatem, ſi levi hac mutatione cenſuit mirabiliorem ſe facturum ejus Sanctitatem, quem ætate tam immatura volebat credi maturum Epiſcopatui. Miracula porro quæ narrantur in Vita, uti non carent exemplis certiſſimis, ita nec debent cenſeri carere veriſimilitudine aut temere in ſuſpicionem vocari; cum auctoris tam vetuſti, & qui ſaltem ante tria vel quatuor ſecula vixerit; cum primum compoſitum Officium eſt, auctoritate fulciantur. Operæ pretium tamen erit pro eorumdem confirmatione illuſtratione que à Dima accipere puncta quædam Annotatis ad vitam apponenda.*

F

Fontes ejuſdem alii.

Pag. 217 *ad Annot.* g *adde. In Apodixi autem & ſolutione ad dubium* 3, *nominat Dimas præter hunc fontem,* Secundum in loco qui dicitur Montidolla, tertium

A in valle oppidi S. Pantaleonis, qui omnes uſque hodie manant dicunturque fontes S. Georgii: *haud dubium quin ob aliquam ejus ibi ut Sancti mentionem.*

Pag. 218 *Ad Annot.* s *ſubjunge:*

diremptio miraculoſa terminorum an. 1567 *confirmata.*

Idem Dimas in Apodixi ad dubium 3 In proceſſu, *inquit* per Notarium Apoſtolicum confecto fol. 36 conſtat hoc idem diſſidium ſuper terminis oppidanorum villarum de Suelli & Siſini ortum fuiſſe anno Domini MDLXVII inter eoſdem incolas: pro quorum conventione deputati fuerunt judices Illuſtriſſimus Comes de Sedulo D. Hieronymus Torroſau, & Illuſtris D. Tiberius Sanna, una cum Vicario generali Calaritano D. Nicolao Canellas, qui Epiſcopus fuit Boſanenſis, & Auguſtino Sabater Notario Apoſtolico, & Franciſco Martis Beneficiato Promotore fiſcali menſæ Archiepiſcopalis: qui ad locum properantes, advocatis Senioribus populi utriuſque, datoque illis juramento, petierunt ut eis oſtenderent fines præſcriptionis antiquæ terminorum. Et omnes unanimiter duxerunt eos ad locum, ubi eſt arbor ſimilis ceraſo, quæ numquam fructum fecit, & dixerunt: Hæc eſt præfixio terminorum utriuſque oppidorum Suelli & Siſini. Et percunctati, à quo, quando, & quomodo facta fuerit præfixio illa, reſponderunt. Hæc quæſtio, nunc

B inter nos exorta, jam tempore S. Georgii Epiſcopi Suellenſis, quingentis retro annis, diſcuſſa multis cædibus fuit inter nos: ſed, ut patres noſtri narraverunt nobis, & patres eorum à progenitoribus acceperunt, venit ſanctus Epiſcopus Georgius, & fixo baculo quo ſuſtentabatur in terra, dixit eis: Pax vobis filii, ecce præfixio terminorum veſtrorum, oro ne ſit jurgium inter vos: & ſtatim baculus ille crevit in arborem, quam nunc videtis. Quibus auditis prædicti Domini dixerunt eis: Eſtote igitur contenti, cariſſimi, hac præfixione facta à S. Georgio, quam nos mutare non audebimus; cum arbor ipſa poſita in ſignum adhuc extet. Sicque pacifice conſentientes omnes, habitaque reverentia tanto Sancto ac Præſuli mirifico diſceſſerunt.

Poſt Annotat. x *ſimiliter ad necte ſequentia. Idem Dimas in Apodixi pag.* 200 *de eadem domo ſic diſtinctius loquitur:* Heredes ipſam cuidam ſeculari viro vendiderunt, qui totam reædificavit denuo, habitabatque pacifice. Quadam ergo adveniente die nuptiæ factæ ſunt, in eaque populus & maxime mulierum multitudo advenit. Cunctis ergo ſaltantibus, hora pomeridiana ſecunda, trabes omnes, quæ prius longiſſimæ erant, à pariete exilientes ita abbreviatæ ſunt, ut totum ædificium cum omni populo ad terram uſque deveniret. Grande ſane miraculum, quod ruente domo ſimul cum populo, ſedibus, lectis, arcis, ceteriſque utenſilibus ac ſupellectili, nemo mortis periculo laboraſſet; clamantibus cunctis, S. Georgi ora pro nobis. Cucurrit civitas tota ad tam grande miraculum: quo ſane dabatur intelligi, quod ſanctus Epiſcopus Georgius nolebat domum illam, in qua ipſe natus fuerat, pollui ac in ſeculares uſus deſervire. *Cum autem juſſu Archiepiſcopi Franciſci du Val locus, ut dictum, viſitaretur à prænominatis Dominis, non ſolum* reperti ſunt locus ipſe in quo campana pendebat, parietes depicti ſicut in pleriſque eccleſiis videre licet, fores etiam templi adhuc exiſtētes: *ſed, inſuper,* aſſumto ligone eductiſque quibuſdam terræ cophinis, apparuerunt oſſa mortuorum ibi ſepultorum: quo ſane teſtimonio, non opinio, ſed veritas; non ſolum traditio, ſed evidentia eſt, fuiſſe templum vetuſtate temporum dirutum, & incuria hominum in ſeculares uſus converſum.

Invocatio ſancti illaſos ſervat ſubruinadomus,

C

DE B. ÆGIDIO.

Quid ſit Exeunte menſe

Pag. 244 *in fine dele totam Annotationem* c *& ejus loco hanc ſubſtitue.*

c Nona exeunte Aprilis, *eodem modo hic ſumitur: atque ſi ex veteri Romanorum uſu dicas* IX kal. Maji *r* D *adeo ut hic præciſe intelligatur* XXIII *Aprilis, qua corpus in templo primum expoſitum ſtetit. De hoc retrogrado dies menſium numerandi modo, incipiendo poſt diem* XVI; *ita ut dies* XVII *Aprilis v. g. dicatur* XV *menſis exeuntis; eatenus vero numerentur dies menſis intrantis, uſque ad* XVI *inclusive; agit Archangelus Gianius Servita, in Centuria* I *Annalium ſui Ordinis fol.* 51, *ante Proceſſum Miraculorum B. Philippi Benitii, quæ ſtatim poſt ejus obitū Tuderti anno* MCCLXXXV, *à die* XXII *Auguſti ſecuta & deſcripta ſunt, adnotata ubique etiam Feria, quo fit ut cum, dicto* die Mercurii decimo exeunte menſe Auguſti, *&* die Jovis nono exeunte Auguſto, *factum aliquod miraculum dicitur, & ſic deinceps, dubitari nequeat, quin dies* X *exeuntis menſis, ſit dies* XXIII; *& dies* IX *ejuſdem exeuntis, ſit dies à principio numerandus* XXIV, *ſumendo quod eo anno fuerit littera Dominicalis* A. *Sed addendum, quod Gianius non obſervavit, Tudertinos communem vulgaris Æræ annum præverti ſſe menſibus novem, ita ut Auguſtus anni* MCCLXXXIV *illis adſcriberetur anno* MCCLXXXV; *aliter enim fuiſſet littera Dominicalis* G, *dieſque* X *&* IX *Auguſti exeuntis, non in feriam* IV *&* V, *ſed in fenam* V *&* VI *incidiſſent. Non etiam obſervavit Gianius, Notariorum ſtylum eo tempore non fuiſſe uniformem: quoſdam enim ſimpliciter notaſſe diem menſis, eo quo nunc ſupputamus modo ab initio ad finem: quoſdam diviſiſſe bifariam, ſic ut dictum eſt, quoſdā denique etiam addidiſſe τὸ* intrantis, *cum de poſtremis menſis* E *diebus agebāt, ut indicarent dies ſe numerare ab initio menſis: & ſic die* 20 *Martii, inter Inſtrumenta circa Miracula B. Ambroſii Senenſis, Inſtrumentum* 3 *& Inſtrumentum* 9, *notantur* die decima nona intrante menſe Aprilis, *&* die XXVI menſis Maji intrantis.

Pag. 245 *Annot.* d *expunge ejuſque loco hanc ſubſtitue ad initium num.* 106.

d Die quinta exeunte menſe Aprilis, *id eſt* V kalendas Maji *ſeu* XXVII *Aprilis, quando adhuc ſupra terram expoſitum fuiſſe corpus, colligas ex conditione voti mox ſequentis de viſitando corpore,* ubicumque tumulatum requieſceret: *infra vero cum mulier contracta, audita migratione S. Ægidii, tumulum viſitaſſe dicitur* die decimo exeunte menſe Aprilis, *accipienda eſt improprie vox* tumulus, *ut intelligatur ipſum funus ſeu feretrum corporis adhuc ſupra terram ſtantis, niſi aliquem in numero errorem malis admittere.*

AD DIEM XXIV.

DE S. CORONA V. M.

Pag. 265 *num.* 3. *lin.* 4 *Finit Eternacenſi,* lege, *Finit Epternacenſe.* deinde ad finem adde. *Diarium Metro-* *Reliquiæ an* *politanæ Pragenſis, inter Reliquias iſtius Eccleſiæ, hoc die* *Pragæ?* *indicat* S. Coronæ Virginis fruſtum notabile, per Ca- F rolum ex Italia allatum an MCCCLV. *Sed non video quo fundamento præſumatur, ipſum eſſe hujus Alexandrinæ Martyris.*

DE S. GREGORIO ILLIBERIT.

Pag. 270 *poſt num.* 1 adde.

Martyrologium Carmelitanum Ms. Coloniæ, die XXV *Martii ponit* in civitate Heliberi B. Gregorii Præſulis. *memoria* *quod Martyrologium, oſtenſum eſt ad* VIII *Aprilis, ubi de* 25 *Martii.* *S. Alberto num.* 95, *convenire cum Trecenſis Eccleſiæ Martyrologio veteri, adeo ut ab ejus originali tranſſumptum videatur: itaque ſuſpicionem nobis ingenerat, pluribus Gallicanarum eccleſiarum Martyrologiis commune fuiſſe, ut memoriam hujus S. Gregorii tali die ac menſe facerent, exemplo veroſimiliter ab Hiſpanis ſumpto, licet nunc ignoretur qua ratione fundato.*

Pag. 272 *col.* 2 *lin.* 8 *& inveniet,* lege, *& inveniet Argaiz.*

Pag. 298 *col.* 2 *Annot.* m. *ab anno* 662 *ad* 670, lege, *ab anno* 656 *ad* 670.

DE

A

DE S. EGBERTO PRESB.

memoria 5 Ian & 25 Martii.

Pag. 313 *num.* 2 *lin.* 9 poſt *Bucelinus*, hæc adde. *In quodam Benedictini Ordinis Kalendario, MS. ponitur, neſcio ex qua cauſa, ad* V *Ianuarii*, S. Egbertus Abbas, Præceptor S. Willibrordi: *qui S. Willibrordus, quoniam Apoſtolicam vitam egit & clauſit in noſtra inferiori Germania, fortaſſe occaſionem dedit Galeſinio, ſed ad* XXV *Martii, ut ſcriberet*, S. Egbertus Presbyter Confeſſor in Germania, *prout utroque die dictum interpretatur miſſos eſt.*

AD DIEM XXV.

DE S. MARCO EVANGEL.

Pag. 346 *num.* 9 *lin.* 13 *poſt* & ſolennitate, *adde.*

prout ipſe ſcribit anno 1354.

Quanto Imperator hic flagrarit ſtudio ad ſacras Reliquias colligendas, ut ea de cauſa itinera ſatis longa ſuſpiceret, tranſeundo de civitate in civitatem & de monaſterio in monaſterium, non eſt neceſſe diſcamus relatu alieno: ipſe ſibi locupletiſſimus teſtis eſt in litteris, anno ſupra memorato MCCCLIV *die* IV *Ianuarii, ſub aurea Bulla datis & manu ipſius propria ſubſcriptis: quarum fidele ecgraphum legere eſt in Phosphoro ſepticorni ſeu gloria & majeſtate Metropolitanæ Pragenſis Radio* 4, *ubi nominatim loca ſingula reliquiaſque eo itinere acquiſitas exponit, atque inter alia quomodo à monaſterio S. Galli rediens*; Deinde, *inquit*, in monaſterio majoris Augiæ, quod ab Auguſta potentia nomen accepit, *tales ſumus reliquias aſſecuti*: videlicet mediam partem cujuſdam Crucis concavæ .... item partem corporis B. Marci Euangeliſtæ *Qualis autem ea?* Magna, *inquit auctor Phosphori in Diario*: & caput ipſum cum mandibula & uno dente: *de quibus intelligendum quod Inventarium theſauri, anno* MCCCLXVIII *die* XXVIII *Auguſti confectum, notat, ſub* Rubrica de Capitibus Sanctorum, *ubi ſeptimo loco, nominatur* caput S. Marci Euangeliſtæ, cum infula gemmis & perlis ornata. *Reliqua ſacri corporis oſſa, quæ quidem in Caroli venerunt poteſtatem, recondita ſervantur in ciſtula plumbea, uti prælaudatus auctor ipſe nobis per epiſtolam, anno ſuperiori datam aſſeruit, quod cum nuper ipſam ciſtulam inſpiceret, intus invenerit hanc in parvula membrana inſcriptionem.* Anno Domini MCCCLXXXXVI, die XIII menſis Maji, Reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus D. Wolfrancus Archiepiſcopus Pragenſis, Apoſtolicæ Sedis Legatus tertius, in præſentia D. Bohuſlai Decani, D. Hermanni, D. Wenceſlai Præpoſiti Meſnicenſis, D. Wenceſlai Radecz Canonicorum dictæ eccleſiæ Pragenſis, conſpexit Reliquias de corpore B. Marci Euangeliſtæ. *Optandum autem fuerat, ut vel tunc vel nunc expreſſiſſet aliquis quot & qualia oſſa conſpexerit. In Diario porro conſequenter ſic legitur*: Idem Carolus &c, *expunctis tribus lineis hæc verba præcedentibus, jamque diſtinctius hic poſitis.*

ex hu caput inſigniter ornatum,

alia oſſa in capſa plumbea.

B

C

Pag. 353 *ante Hiſtoriam Tranſlationis ponatur hujuſmodi præfatiuncula.*

Bernardus Iuſtinianus, Leonardi oratoris filius, Laurentii Protopatriarchæ nepos, legatione patriæ apud Sixtum quartum Pontificem functus circa annum MCCCCLXXV, *præter* hiſtoriam de origine urbis Venetiarum ac rerum à Venetis geſtarum *uſque ad annum* DCCCXXVII, (*quam videre nobis necdum contigit, Geſnerus autem ait Italice redditam & typis datam eſſe anno* MDXLV) *etiam Latine compoſuit, & eidem ſuæ hiſtoriæ ſubjunxit opuſculum tripartitum de Vita & martyrio S. Marci, de corporis tranſlatione Venetias, deque ejuſdem miraculoſa apparitione: quod opuſculum ipſo hujus ſeculi initio Italicum fecit vulgavitque D. Ioannes Stringa, S. Marci Canonicus. Id nunc primum in manus noſtras venit, dignumque videtur unde ſequentes hiſtorias partim illuſtremus, partim augeamus.*

Pag. 355 *ad Annot.* c *adde, Bernardus* Participatum *vocat; & addit familiam hodie* Badoeram *dici.*

D

Ibid. ad Annotat. d, *vulgo* Malamoco.

Ibid. ad Annot. g *Bernardus ait eſſe qui* S. Claudianum *nominent: hoc autem nomine illuſtris eſt Martyr Dioſpoli in Ægypto, per ignem coronatus* XXIV *Februarii: at* XXV *relatus in Latinis faſtis: idemque à nonnullis etiam* Claudius *appellatur.*

Ibid. ad Annotat. i *adde: & forte magis integre exprimitur à Bernardo, qui* Strivali *dictas has inſulas ſcribit.*

Pag. 356 *ad Annot.* n. *Bernardus vero ait, ſanctum corpus ex cœnaculo delatum eſſe ad vicinam S. Theodori eccleſiam, non eam in qua tunc cum ſcribebat ipſe ſanctæ Inquiſitionis Officium congregabatur; ſed veterem, quæ erat ipſo loco ubi nunc eſt S. Marci baſilica. Ibidem dicitur Iuſtinianus, poſt Tranſlationem anno* 828 *factam, biennio ſuperfuiſſe in vivis.*

Ibid. ante hiſtoriam apparitionis & miraculorum ex Petro Calo ponatus hæc Præfatio.

Baſilica S. Marci incenſa cum palatio

1 *Quam eadem Dux Ioannes ex Iuſtiniani fratris teſtamento, ſub invocatione novi Patroni ac Protectoris Marci, inſtaurarat dedicaratque, ipſo Sancti corpore intra arcam æneam, in una pilarum ejus marmoreis cruſtis conveſtitarum ſic abdito, ut ſolus Princeps urbis ac Primicerius eccleſiæ locum deinceps noſſet; ea integra perſtitit uſque ad tempora Petri Candiani, ex familia quæ nunc Sanuta appellatur aſſumpti; quo, ſicut à S. Petro Damiano in Vita S. Romualdi num.* 9 *ad* VII *Februarii dicitur, populari ſeditione ſublato è vivis; in ejus locum ſubſtitutus eſt Petrus Vrſeolus, cujus poſtea Sancti Vitam dabimus in Supplemento Ianuarii ad diem* XI. *Hic* Eccleſiam B. Marci & Palatium *illo populari furore incenſa*, reparavit .... tabulam mirificam, auro & argento conſtructam, & Conſtantinopoli fabricatam, altari B. Marci fieri conſtituit: hoſpitale etiam apud eccleſiam conſtitui miſericorditer ordinavit.

E

à Petro Vrſeolo reſtaurari cœpta

circà anno 976,

2 *Eccleſiæ iſtius longe magnificentiſſimæ, forma, partes, ornatum, accuratiſſime deſcribit Bernardus Iuſtinianus lib.* 2 *de Tranſlatione S. Marci à cap.* 9 *uſque ad finem libri; aitque ab anno* DCCCCLXXVI, *circa quem iniit* Petrus *Principatum, per annos* XCV, *videlicet ad Principatum Dominici Contareni, laboratum in opere fuiſſe: cujus finiti memoria, coronidi lapideæ veſtibuli ipſius inſcripta, legatur his verſibus, annum* MLXXI *ſignantibus,*

Anno milleno tranſacto biſque trigeno
Deſuper undecimo fuit facta .... primo.

Sed mutilus apud Stringam eſt verſus, neque ſatis apparet qua voce addita reſtituendus in integrum ſit. Vix tamen dubito quin chronologia ibi ſignata, ſpectat ad ſolam Baſilicæ, diu ante conſecratæ, frontem, portam, ſeu veſtibulum: adeo ut ipſe Petrus Vrſeolus jure laudari potuerit, de reſtaurato S. Marci templo, etſi nonnulla ejus exteriores partes, vel etiam interiora ornamenta diu poſtea fuerint abſoluta vel etiam primum cœpta.

F

in hac anno 1094, 25 Iunii

3 *Interim fluxu temporis morteque ſublatis omnibus, penes quos erat notitia loci ſacrum pignus continentis, Vitalis Falerius Dux cum Senatu angi ſuper ea re cœpit; iisque inſtantibus an.* MXCIV *menſe Iunio indictum eſt triduanum jejunium, & die dicti menſis* XXV *ſolennis proceſſio ad S. Marci eccleſiam inſtituta. Vbi dum ab univerſo Clero ac Populo Veneto ferventes ad Deum fiunt orationes, ut latentis theſauri locum ipſis aliquo pateſacere dignaretur indicio; finditus ſeſe ultro, quæ pilam è majoribus unam veſtiebant, marmoribus (hæc autem pila erat ex vetere S. Theodori æde reſidua, eo præciſe loco ubi nunc altari S. Iacobi habetur) paulatim prodiit per ſeſe arca; nulloque manum admovente aperta, ſuaviſſimum tota eccleſia diffudit odorem, & ſanctum corpus conſpiciendum exhibuit. Tanti miraculi memoria ut eſſet poſteritati*

A *supplicanti populo sese extra ostendit arca cum mira suaveolentia*

unde festo illi cognomen factũ, ut aliaaliis.

omni venerabilis, institutum est festum Apparitionis S. Marci, latissime ac festivissime quotannis die prædicta agendum; in cujus profesto, qui dies nativitati S. Ioannis Bapt. sacer est, grandis aquæ rosaceæ situla benedictione speciali consecratur; eodemque die, qui ex tali causa S. Marci de aqua rosata nuncupatur, dum ad primas Vesperas Canticum Virginis à choro canitur, in omnem populum devote spargitur, ad repræsentandam eam suaveolentiam quæ ipso apparitionis festo cunctos attigit. Similiter & cetera ejusdem Sancti Euangelistæ festa suum quæque cognomen habent: & quemadmodum dies XXV *Aprilis dicitur S. Marci majoris; sic* VIII *Octobris, quando recolitur Basilicæ ipsius dedicatio, nuncupatur S. Marci zizolarum, quod tunc maturus sit fructus iste quem Zizipha appellat Plinius, medium quid inter olivas & corna, atque ex flavo rubescens in humili spinosoque frutice; & ultimus Ianuarii, Translatione sancti corporis memorabilis, vocatur S. Marci de Mezenis, id est, porcinorum corporum medietatibus, quales ad usum nauticum integræ saliri solent, & sacris ossibus occultandis servierunt.*

4 *Ecce autem dum lætis plausibus & gratiarum actionibus de tam mirabili apparitione ecclesia personat, brachium extra arcam protensum apparuit: quod inspicientes curiosius,*

B *tum Sancto manumporrigente extra arcam,*

qui propius aderant, notaverunt digitum manus unum, annulo etiamnum inhærente ornatum. Aderat inter alios vir quidam nobilissimus, Dominicus Dolfinus, ex ea familia cui nunc agnomen della Cá additur. Hic ut erat Sancto devotissimus, desiderium concepit istius annuli obtinendi. Itaque post fusas pro ejusmodi dono preces, tentare cœpit an eum sibi Sanctus dimitteret: sed frustra, retrahente Sancto quod extenderat brachium. Tunc communi omnium voluntate instauratur oratio, interim dum suo quisque ordine Dux, Episcopus, aliique Primores manum admovent annulo detrahendo. Quibus cum par successus adfuisset; rursum Dominicus, flagrantiori quam antea studio, accessit ad arcam; dignusque est habitus, cui extenso iterum brachio, manum annulo nudandam præberet Sanctus. Hæc cum narrasset Iustinianus, allegat quoddam Scholæ S. Marci cataſtichon, in quo asseritur is, qui annulum accepit, fuisse Episcopus Castellanus (ita tum dici inceperant, qui antea Olivolenses, ac postea Veneti) ex familia de Cá-Dolfino: quemadmodum & in ipsa illius Scholæ aula pictum cernitur: sed utrumque evidentis erroris arguit, propterea quod Episcopus tunc fuerit, non Dominicus, sed Henricus: ex familia autem Cá-Dolfinia ante annum MCCCXXXVI *nullus ad eam dignitatem ascenderit. Quid si Dominicus fuerit ecclesiæ S.*

C *Marci Primicerius, aut aliter Episcopo dignitate proximus?*

sumptus ab ea est annulus:

5 *Vt ut sit, mansit annulus per hereditariam successionem in prædicta Cá-Dolfinorum familia, usque dum ejus possessor Laurentius quidam ipsum liberali dono obtulit Scholæ S. Marci: à qua postea, in festo Apparitionis prædictæ, solitus fuit annue deferri in processione. Sed & hoc finem habuit anno* MDLXXV, *quando sacrilegus quidam ipsum & alias nonnullas reliquias furatus est. Furatus est autem eum non impune: nam dum liquefactum eum refundit in virgulam, sane exiguam (nec enim ducati unius valorem excedebat auri quantitas) filiolus astistens, in ipsa fornace cecidit combustusq; est; nihil proficiente patris ad parvulum eruendum conatu. Ipsa vero virgula, aurifici vendita & in loculos dimissa, sic disparuit, ut (quemadmodum referunt qui adhuc viventes meminerunt, inquit Iustinianus aut ejus interpres Stringa) nulla diligentia adhibita potuerit reperiri. Denique fur ipse, antequam supplicio merito afficeretur, confessus est, quod simul etiam abstulisset Dominicam spinam, ibidem conservatam, sed non potuisset Scholæ exitum diu circumerrando reperire, nisi prius sacram spinam suo reposuisset loco.*

& an. 1575 furto sublatus.

alius annulus an. 1340 acceptus

6 *In thesauro S. Marci habetur & ostenditur alius annulus, quem ipse Sanctus anno* MCCCXL *dimisit in manu cujusdam Senis piscatoris, ut testimonio esset quomodo una cum Sanctis Nicolao & Georgio Venetam urbem servasset ab exitio, uti inter Analecta de S. Georgio* XXIII *Aprilis num.* 78 *fusius relatum est. Quæ omnia majorem merentur fidem quam quod lib.* I *cap.* 5 *narrat Iustinianus de Angelo, qui apparuerit S. Marco, de mandato S. Petri ab Aquileia Romam venienti, & noctem agenti in insula Rivo-alto dicta (quæ Venecticarum una est, primaq; profugorum ab Attilæ metu Patavinarum Sedes, urbi Venetæ dedit initium) ipsique futuram postmodum loci amplitudinem, ac destinatam in eo ipsius corpori quietem prædixerit: hoc enim, auctore nec certo nec antiquo satis, ut credi mereatur acceptum putamus. Vtilius operam ponit Iustinianus, cum reliquo libro* 3 *id agit, ut extra omnem controversiam ponat veritatem Translationis hactenus memoratæ, & præsentiam corporis in æde S. Marci, etsi passim locus ignoretur: cujus rei argumenta præcipua, cum pateant ex dictis, non sunt hic operosius iteranda.*

D

7 *Non tamen est omittenda, quam hactenus non attigimus, Chronica antiquissima, in ecclesia S. Nicolai inventa lectaque à Iustiniano, & ab Abbate Zenone composita: in qua cum apparitio sancti Corporis, sic ut prædictum, narrata fuisset; subjungit, ipsum processionaliter translatum esse ab ea ex qua prodierat pila ad mediam ecclesiam; vulgatumque in populo quod illud ibi ad communem consolationem relinqueretur usque in diem* VIII *Octobris, dedicatæ basilicæ anniversarium. Interim plurima esse facta miracula, quorum aliqua ex Petri Calo MS. collectione dabimus, curatumque secretissime, ut ab altari, in quo stabat Corpus, in alium locum transferretur, soli Duci, Primicerio & Procuratori S. Marci notum, ea ratione, ut moriente uno ex tribus, alii duo superstites ad demortui successorem transferant notitiam. Ita Abbas prædictus; cujus assertioni adstipulatur antiquissima intra basilicam pictura, totam hanc repræsentans historiam, cum tali epigraphe.*

Miracula post apparitionem corporis multa.

E

ipsum clam transfertur & conditur

Per triduum plebs jejunat Dominumq; precatur:
Petra patet, & Sanctũ mox colligunt & collocant.

Accedit his alia pictura pervetus, sed loco fere inconspicuo, haud procul à priori, sub uno fornicum, in qua exprimitur forma majoris altaris, cum tribus figuris, Ducali una, Ealerium repræsentante; duabus Episcopaliter mithratis, quarum una ad caput, altera ad pedes tenent integrum sancti Euangelistæ corpus, intraque altare collocant, inspectante Duce, cum hac epigraphe, Collocatio Sancti Marci. *Vnde verosimilis fit eorum opinio, qui existimant non alibi quam sub majori ara absconditum haberi thesaurum istum: ad quam etiam aram, ex antiquissimo usu, ipso Apparitionis festo, interim dum supplicantium pompa procedit, perseverant circumvoluti designati ex Scholis, ex Ordinibus religiosis, atque ex Clero; quod in aliis ipsius Sancti festivitatibus fieri non consuevit.*

verosimiliter sub altari majori

F

8 *Denique allegantur testimonia omni exceptione majora, primo Ducis Danduli, relatum supra num.* 4 *secundo Antonii Venerii Ducis, qui anno* X *sui principatus, post obitum Danduli* XXXVII, *Christi vero Nativitatem* MCCCXCI, *die* XXVI *Octobris, per Cancellarium Reipublicæ Petrum Quaranta juramentum excepit Francisci Bembi, tunc Primicerii lecti, postea vero Episcopi Castellani, de servando secreto sibi commisso, postquam ei Dux ipse revelaverat locum depositi corporis: tertio S. Laurentii Iustiniani Protopatriarchæ Veneti, qui postquam S. Nicolai ossa, de loco in quo latebant, extulisset circa annum* MCCCCLIV; *egit cum Duce Foscaro persuasitque, ut decerneret etiam S. Marci corpus populo revelandum: quod tamen factum non fuit, Patriarcha citius ex vita sublato, quam compositis bellis opportunum esset rem talem tentari. Denique ipse Bernardus Iustinianus profitetur, quod in patrui sui prænominati palatio sæpius viderit legeritque libellum membraneũ, perquam vetustum ac tritum, in quo nominantur Sanctorũ corpora Venetiis asservata: & ubi de templo ac corpore*

consciorum testimonia de existentia corporis in ecclesia.

S. Marci

A *S. Marci agebatur, etiam addebantur indicia ipſius in quo requieſcit loci, quæ tamen non judicet revelanda. Quibus*

adeo ut Augiæ videantur fuiſſe Reliquiæ, non Euangeliſtæ, ſed alterius S. Marci;

prolixe deductis, tranſit ad refutandos Conſtantienſes, à quibus audierat, quod in Augienſi de quo ſupra monaſterio haberetur pars corporis S. Marci Euangeliſtæ: oſtendens nullum eſſe imaginabilem caſum, quo Venetiis ablata pars illa fuerit ex corpore, quod ſupponit integrum Alexandria advectum. Quod ſane veroſimile facit hiſtoria Tranſlationis: ideoque propendeo, ut ſuſpicer Augienſes Reliquias, ex quibus pars tam notabilis tranſlata eſt Pragam, eſſe alicujus alterius S. Marci; ac forte ejus qui cognomento Ioannes & conſobrinus S. Barnabæ, laudatur in Actis Apoſtolorum, colituruque à Latinis XXVII, *& dicitur fuiſſe Epiſcopus Bibli in Phœnicia.*

Pag. 357 *expuncta Annot.* k *ponatur hæc alia.*

miracula in Legenda aurea.

k *Eadem omnia miracula, cum brevi relatione Apparitionis, refert Iacobus de Voragine in ſua Legenda aurea, poſt hiſtoriam Paßionis & Tranſlationis S. Marci: ſed phraſi aliquantum diverſa. Iacobum vero tranſcripſit compilator ſupra citati Breviarii Carmelitani, ut neceſſarium non ſit ex hoc aliquam Appendicem texere: ſed & notationes ad contextum Petri Calo, melius ex Iacobi contextu ſumentur: qui ultimo relatum favorem adſcribit anno* 1241, *& finit his verbis*, Evigilans autem prædictus Frater,

B pro Priore domus, à quo ego iſta audivi, continuo miſit: & omnia quæ viderat ſibi recitans, cum multo gaudio in Domino feliciter obdormivit. *Ex quibus naſcitur haud vana ſuſpicio, quod tota Petri Calo narratio ſumpta ſit ex Iacobi Legenda. Vtinam porro Bernardus Iuſtinianus quartum de miraculis S. Marci librum, quem tribus aliis aliquando à ſe addendum promittit in fine Capitis* 6, *ſcripſiſſet atque vulgaſſet, ex infinitis maximiſque quæ ſe profitetur potuiſſe adducere. Pro omnibus nunc ſit quod idem narrat de Ludovico* XI *Franciæ Rege, coævo ſuo, quod per votum S. Marco factum, ab longa difficilique liberatus infirmitate, trecenta ſcuta miſerit Venetias; quibus comparatus eſt pannus aureus, pro duplici altaris ornamento, cui inſignia regia cum multo gemmarum ſplendore inſerta viſuntur.*

Pag. 365 *num.* 1 *lin.* 9 lege, *Interfuit anno* CCCLIX *Synodo Arimenſi, cujus Acta exponit Sulpicius Severus.*

Pag. 389 *num.* 33 *lin.* 8 *lege*, perenni debere gloria coronari.

Pag. 405 *num.* 8 *lin.* 23 *& deinceps, pro* Orica *ſcribendum* Orcia: *ita Wuddinghi errorem corrigendum monuit, P. Sebaſtianus Conti, in Senenſi noſtro Collegio habitans.*

C

AD DIEM XXVI.

Pag. 408 *inter Prætermiſſos col.* 1 *circa finem adde.* Adalbero I, Metenſis Epiſcopus (*cujus inſignem ſanctitatem ſic commendant ſcriptores, ut nullam alicujus ſacri cultus memoriam faciant*) *hoc die obiit, ſicut inter Prætermiſſos ad* XXIV *Februarii diximus, expectantes ſi quid Metis nuntiaretur propter quod fuſius ejus Acta oporteret deduci: ſed nihil hactenus allatum eſt, unde vel nunc vel in Februario coli ut Sanctum appareret.*

DE S. MARCELLINO PONTIFICE.

Pag. 414 *poſt hujus ſancti Pontificis Acta, duobus Capitibus deducta, addatur eodem ſpectans hoc, quod in proxima columna ſequitur, Caput tertium.*

CAPUT III.

Objecta contra lapſum & pœnitentiam S. Marcellini & contra Pontificatum S. Felicis II rejiciuntur.

12 *SCivimus varia à nonnullis objici, circa lapſum & pœnitentiam S. Marcellini, de quibus etiam Romæ nobiſcum actum eſt. Quapropter relictis opinionibus recentiorum in contrarium obortis, voluimus ſolum deducere hanc ſententiam, prout in Catalogo Summorum Pontificum habebatur, & hactenus in tractatibus de Summis Pontificibus & Breviariis Romanæ Eccleſiæ deſcripta ac conſervata fuit. Verum quia poſt S. Marcellini Acta excuſa, reperi tomum quintum de Synodorum Decretis & Canonibus à Chriſtiano Lupo editum, in eoque aſſeri,* lapſum S. Marcellini eſſe calumnioſum Donatiſtarum figmentum, & novellam fabulam, idque conſtantiſſime doceri à S. Auguſtino, *Viſa eſt aſſertio, adeo confidenter propoſita, nequaquam ſilentio prætereunda. Quippe non tam S. Marcellinum crimine eximit illa, quod ſuo ſanguine ſatis eluit; quam prædictorum omnium monumentorum fidem evertit, & ſocordiæ maximæ arguit duodecim integra poſt Auguſtinum ſecula, quibus tot viri eruditi, volvendis Sanctorum Patrum & Auguſtini in primis ſcriptis vitam omnem impenderunt, & tamen nihil tale in eo obſervarunt, unde admonerentur ex Romanæ Eccleſiæ hiſtoriis aut ſaltem ex illius Breviario removendum eſſe tam calumnioſum figmentum. Paravit editioni publicæ aliquot tractatus de Summis Pontificibus & Conciliis D. Emanuel à Schelſtrate, ſacræ Theologiæ Doctor, ſicut etiam eſt dictus Chriſtianus Lupus. In iſtis nonnulla ab hoc ſcripta, rejicit ille, & quæ de S. Marcellini lapſu ac pœnitentia ab Eccleſia Romana hactenus ſunt tradita, late defendit. Itaque ut aliquod publicandi brevi operis ſpecimen hic præcipiat lector curioſus, ipſis ejus verbis uti libet, ut intelligatur quam parum fundate nobis objiciatur S. Auguſtini doctrina.*

S. Marcellini lapſus perpetuam dicitur figmentum Donatiſtarum.

E

13 Cauſa Cæciliani contra Donatum, *inquit Emanuel*, commiſſa erat ab Imperatore Conſtantino, Melchiadis Papæ aliorumque Epiſcoporum judicio; in quo cauſa cecidit Donatus, Epiſcopatum retinente Cæciliano. Hinc tot jurgia & tumultus Donatiſtarum: qui, ſicut ante judicium omni modo conati fuerant effugere tribunal Pontificis, timentes de malo, ut eventus docuit, iniquitatis ſuæ ſucceſſu; ita poſt judicium, totis veribus conati ſunt labefactare latam à Melchiade ſententiam: ſed in vanum F & fruſtra. Nam Melchiadis judicium confirmatum fuit in primo Arelatenſi Concilio, per Imperatorem Conſtantinum hanc ob rem convocato. Hanc indubitatam ſententiam contra Donatum, Magnus Eccleſiæ Doctor Auguſtinus ſæpius aſſumpſit adverſus Donati reliquias: cujus argumentum ut elideret Petilianus Donatiſta, objecit ſancto Doctori, Melchiadem fuiſſe unum ex S. Marcellini Papæ Clericis, & cum eodem idolis thurificaſſe, ac conſequenter non fuiſſe idoneum in cauſa Judicem. Huic ſe opponit S. Auguſtinus in libro de Unico baptiſmate cap. 16 *cujus iſta ſunt verba.* Quid jam opus eſt ut Epiſcoporum Romanæ Eccleſiæ, quos incredibilibus calumniis infectatus eſt, objecta ab eo crimina diluamus. Marcellinus, & Presbyteri ejus Melchiades & Marcellus & Silveſter, traditionis Codicum divinorum & thurificationis ab eo crimine arguuntur. Sed numquid ideo convincuntur, aut convicti aliqua documentorum firmitate monſtrantur? Ipſe ſceleratos & ſacrilegos fuiſſe dicit, ego innocentes fuiſſe reſpondeo. Quid laborem probare defenſionem meam, cum ille nec tenuiter probare conatus ſit accuſationem ſuam? *Hæc ibi.* Petiliano criminationem ſuam minime probanti, lapſum dictorum qua-

Objecerunt illi quod S. Melchiades dein Papa una lapſus ſit,

hoc autem ſolum negat S. Auguſtinus:

A tuor negavit Auguſtinus, *pro ratione ulterius addens:* Si eſt ulla humanitas in rebus humanis, puto nos juſtius poſſe reprehendi, ſi ignotos homines, quos criminantur inimici, nec eorum crimen ulla teſtificatione demonſtrant, nocentes potius quam innocentes crediderimus. *Hæc Auguſtinus, qui* lapſum dictorum virorum ſolum ideo negat, quia ſibi erat ignotus, & à Petiliano minime probatus. Ex eo porro quod D. Auguſtinus illum ut ſibi ignotum negaverit, quale argumentum deſumi poteſt ad firmiter dicendum, Marcellini lapſum, tamquam calumnioſum Donatiſtarum figmentum, rejectum fuiſſe ab Auguſtino? Certe ex argumento negativo id convincere non poteſt Chriſtianus Lupus; niſi etiam velimus dicere, quod Concilium Sardicenſe non extiterit, ex eo, quod D. Auguſtinus illud numquam agnoverit.

14 Sed dices D. Auguſtinum probaſſe contra Petilianum, lapſum Melchiadis fuiſſe confictum *ob hæc ejus verba.* Huc accedit, quia Melchiade tunc Epiſcopo Romanæ Eccleſiæ præſidente, ex præcepto Conſtantini Imperatoris, ad quem totam illam cauſam accuſatores Epiſcopi Carthaginenſis Eccleſiæ Cæciliani per Anulinum Proconſulem detulerunt, idem Cæcilianus innocens pronuntiatus eſt. B De quo judicio cum majores iſtorum importuniſſima pervicacia memorato Imperatori conquererentur, quod non plene nec recte fuerit examinatum atque depromptum, nihil de Melchiadis traditione vel thurificatione dixerunt; ad cujus audientiam nec venire utique debuerunt, hoc potius aut ſuggerentes Imperatori aut ut ſuggereretur inſtantes, quod apud traditorem Codicum divinorum aut idolorum ſacrificiis inquinatum, cauſam ſuam agere non deberent. Cum ergo hoc nec ante ſuggeſſerint, nec poſteaquam contra eos pro Cæciliano judicatum eſt, ſaltem victi & irati objiciendum putarint; quid nunc inanes tam ſero connectunt calumnias, quaſi & innocentia Cæciliani, Melchiadis Judicis decoloratione fuſcetur, & ipſa Romana Eccleſia?

& probat S. Melchiadis innocentiam ex ſilentio aliorum:

15 *Ita eſt, hæc ſcripſit Auguſtinus, ſatis apta ad oſtendendum, Melchiadis lapſum gratis fingi: ſed contra Lupum recte aſſumit Emanuel, nihil iſta facere ad probandum quod lapſus Marcellini pariter fuerit confictus.* Enimvero Marcellinus non fuerat Judex in cauſa Donatiſtarum, ſicut Melchiades: cujus præcipue unius auctoritatem elidere conabantur Donatiſtæ. Dicebat Petilianus, C Conſtantinenſis Donatiſtarum Epiſcopus, Marcellinum in Diocletiani perſecutione tradidiſſe & thurificaſſe; & ſimile quid, quia non inveniebat in Melchiade, confingebat: quod ut melius crederetur, tamquam unum ex Marcellini Presbyteris eidem adjunctum obtruſit. At fallere non potuit ſubtile Auguſtini ingenium: nam ſtatim Melchiadem non thurificaſſe idolis collegit, ex ſilentio omnium præcedentium Donatiſtarum: qui pro effugiendo ejus judicio illud certo certius allegaſſent: unde fraude Petiliani detecta, confictionem erubuit Donatiſta; non autē ſolicitus fuit Auguſtinus lapſum Marcellini excuſare, quem ſine lapſu Melchiadis nihil ſibi noverat poſſe nocere. *Huic Emanuelis reſponſioni puto acquieſcere lectorem poſſe: cetera, quæ item ex Auguſtino objiciuntur, minoris momenti ſunt omnia. Quin imo ex modo procedendi Donatiſtarum & Auguſtini reſponſo ad Melchiadis defenſionem reſtricto, haud obſcure colligitur Marcellini lapſum pro veritate intellectum Roma ab Donatiſtis in Africa, iiſdem dediſſe occaſionem calumniandi etiam Melchiadem, veluti lapſus illius conſortem; ut ſolent omnes fere fabulæ calumnioſæ originem ex aliquo vero facto habere. Denique non concipio, quomodo alicui poſſit veroſimile videri, quod fabulam adeo calumnioſam & Romanæ Sedi injurioſam, à Donatiſtis confictam in Africa, ut præſumit Lupus, cuique in ipſa Africa fidem adhibere noluerit Auguſtinus propter idonei teſtimonii defectum; Romani ſcriptores, Romæ, ubi cuncta poterant & debebant haberi certius explorata, citra ullam diſcuſſionem receperint, eamque ad Chronica ſua & Pontificum hiſtoriam attexuerint: & quidem abſque mentione Melchiadis & ſociorum, in quos præcipue hæc fuiſſent excogitata.* D

de Marcellino tacet.

16 *Idem Doctor Lupus parte 5, ad Dictatum S. Gregorii VII Papæ ejuſque Canonem XXVI, plane negat S. Felicem II poſſe inter Pontifices numerari, & pag. 796 ait,* certum eſſe, Felicem non fuiſſe legitimum Pontificem. Liberium enim nec à Deo nec ab homine fuiſſe degradatum. *Sed contra,* Congregati Sacerdotes, & cum conſilio eorum Liberius, ordinaverunt in locum ejus Felicem Presbyterum Epiſcopum: *uti antiquus Catalogus Pontificum habet, & cum illo conſenſus Eccleſiæ ſemper continuatus, & in Inſcriptione ſarcophagi etiam hiſce verbis repertus:* Hic jacet corpus S. Felicis Papæ & Martyris, qui Conſtantium hæreticum damnavit. *Aſſertionis ſuæ fundamentum indicat Lupus dum pag. 794 iſta ſcribit:* Rem omnem inſigniter exponunt Fauſtinus & Marcellinus Romanæ Eccleſiæ Presbyteri, in Præfatione Precum, quas exhibuerunt Theodoſio Imperatori. *Sed quam* inſignes *fuerint, fatetur* ſe ſcire *Lupus, cum ait pag. ſequenti,* memoratos Presbyteros fuiſſe ſchiſmaticos & plura mentiri. *Vnde ergo ſcit illos iſta de S. Felice non mentiri? Certe de* S. Damaſo inſigniter mentiuntur; *qui iſto libello precum aliud non intendunt, quam ut S. Damaſus de Sede Pontificia dejiciatur. An ideo Damaſus inter Pontifices non debet numerari? Quod Onuphrius allegat in ſuis ad Platinam notis ſcriptum, in monaſterio ſanctæ Crucis de Avellana Eugubii repertum, eſt ex Marcellino, Theodorcto, & potiſſimum ex mendaciſſimo libello precum deſumptum, uti verba ex hoc libello apud Lupum pag. 795, & ab Onuphrio citata conferenti conſtabit. Hic iſta habet.* Antequam Liberius ex urbe diſcederet, Clerus omnis Romanus ſanctiſſimo interpoſito jurejurando ipſi pollicitus eſt, ſe nullum alium Pontificem unquam illo vivente ſuſcepturum. *In libello ita legitur.* Eo die quo Liberius ad exilium proficiſcebatur, Clerus omnis ... ſub juramento firmaverunt ſe vivente Liberio Pontificem alterum nullatenus habiturum. *Dein ab Onuphrio iſta citantur:* Eo relegato ſtatim Felix, Archidiaconus ejus, contra juramenti fidem Epiſcopus ordinatus in ſchiſmate, Romanum invaſit Sacerdotium: quod univerſus populus Romanus ægre ferens, ſe ab ejus ſeparavit communione. *Quæ in mendaciſſimo Libello precum ita erant indicata:* Sed Clerus contra fas, quod minime decebat, cum ſummo perjurii ſcelere, Felicem Archidiaconum ordinatum in locum Liberii ſuſceperunt. Quod factum univerſo populo diſplicuit, & ſe ab ejus proceſſione ſuſpendit. *Ecce ut eadem, res eodem utrobique modo & ſolum mutata phraſi, narratur.* F

S. Felix II verus Papa ab Eccleſia habitus eſt:

contra quē audiendi non ſunt mendaces ſchiſmatici Fauſtinus & Marcellinus.

17 *Reditus Liberii ita indicatur in dicto Libello:* Poſt annos duos venit Romam Conſtantius, pro Liberio rogatur à populo, qui mox annuens ait: Habetis Liberium, qui qualis à vobis profectus eſt, melior revertetur. Hoc autem de conſenſu ejus, quo manus perfidiæ dederat, indicabat. Tertio anno redit Liberius, cui obvians cum gaudio populus Romanus exivit. Felix notatus à Senatu vel populo, de Urbe propellitur. *Hæc ita contractius leguntur apud Onuphrium.* Biennio poſt, Conſtantio Romam veniente, populus Romanus pro Liberii reditu ſupplicavit. Cui annuens, Liberium ad Urbem revocavit, Felice à populo & Senatu notato & Urbe pulſo. *Hæc Onuphrius, ex vetuſtiſſimo, ut ait, Regiſtro monaſterii ſanctæ Crucis de Avellana; quam monaſterii iſtius nomenclationem aſſumptam ob ſextæ feriæ jejunium tempore B. Petri*

eoſque ſecutus Onuphrius Panvinius.

aut qui ex illorum libello ſua tranſcripſerunt,

A *Petri Damiani ibidem cœptum diximus ad hujus Acta num.* 1 *die* XXIII *Februarii, quo is mortuus eſt anno* MLXXII. *An hanc ætatem obtineat hoc ſcriptum non ſatis liquet: plura enim habet recentioris ſcripturæ indicia. Saltem Octingenti tunc elapſi erant anni ab obitu Felicis & Liberii, adeoque ſcriptum illud Avellanenſe, reſpectu rei tanto vetuſtioris, non debuit vetuſtiſſimum vocari: nec meretur in comparationem venire cum Catalogo noſtro, cujus auctor non integris ducentis annis poſt rem geſtam ſcripſit, & credi poteſt ea quæ narrat hauſiſſe ex teſtimoniis coævorum orthodoxorum, multo majori fide dignorum, quam ſint Presbyteri duo Schiſmatici Fauſtinus & Marcellinus, præſumendi adulteraſſe veritatem rei geſtæ, in perniciem Damaſi, quem ſubverſum volebant.*

Neque plus hic efficiunt SS. Athanaſii & Hieronymi verba,

19 *Aſt, inquies, ſi ſuſpecti Fauſtinus ac Marcellinus ſunt non merentur in ſuſpicionem vocari SS. Athanaſius atque Hieronymus, qui illorum dictis conſentanea videntur tradidiſſe. Athanaſii in Epiſtola ad Solitariam vitam agentes pag.* 666 *editionis Commelinianæ, hæc ſunt verba:* Epicteto neophyto homine, juvene feroce & audace, utens Conſtantius Imperator, incredibile facinus deſignavit, & quod vere referat imaginem Antichriſti; ut qui in locum Eccleſiæ palatium ſuum ſuccedere voluerit, & pro populis tres eunuchos adeſſe juſſerit, treſque item immorigeros exploratores (non enim aliquis Epiſcopos dixerit) adjunxerit, ut ipſi Epiſcopum in palatio conſtituerent Felicem quendam, ipſis dignum. Populi vero omnes, cognita hæreticorum pravitate, non modo non acquieverunt cum illis in eccleſias ingredi, ſed etiam procul ab ipſis receſſerunt. *Hieronymus in Chronico ad annum Conſtantii* XII, *qui fuit Chriſti* CCCLII, *ita ſcribit:* Romanæ Eccleſiæ XXXIV ordinatur Liberius: quo in exilium ob fidem truſo, omnes Clerici juraverunt ut nullum alium ſuſciperent. Verum cum Felix ab Arrianis fuiſſet in Sacerdotium ſubſtitutus, plurimi pejeraverunt, & poſt annum cum Felice ejectis ſunt; quia Liberius, tædio victus exilii & in hæretica pravitate ſubſcribens, Romam quaſi victor intraverat. *Hic ego Baronianum iſtud libenter uſurparem,* in rebus Romanæ eccleſiæ majorem eſſe adhibendam fidem ejus alumnis quam exteris. *In iſta rerum confuſione quid mirum ſi perturbata rerum Romæ geſtarum notitia in Ægyptum pervenerit ad Athanaſium? Hieronymus vero Chronicum iſtud ſuum in Oriente conſcripſit, ex monumentis ibidem repertis, iiſque circa Romanos Pontifices nihilo forte accuratioribus quam fuerat Euſebius cujus Chronicon Latine reddiderat, quod hoc ſuo ſcripto proſequebatur certe unum ſolum annum tribuit Felici, poſt quem Liberius regreſſus ſit; cum Athanaſius in præcitata Epiſtola hunc dicat poſt biennium in exilio actum ſubſcripſiſſe.*

C

imo nec obſtant quidem, commode intellecta.

20 *Demus tamen Felicem revera ab Arrianis electum, ſive quod Liberio eum adverſari crederent, ideoque ſuarum eſſe partium, ſive quod ſperarent tanto obſtrictum beneficio ad eaſdem facile adducendum, aut ſaltem acturum diſſimulantius: numquid non in eo decepti fuerunt Arriani, quemadmodum ex poſt geſtis ac morte pro fide obita clare patuit? Quomodo decepti iidem fuerint in SS. Meletio atque Cyrillo, hoc pro Hieroſolymitana, iſto pro Antiochena Sede per Arrianorum factionem electis, & quos ſauturos ſibi ſperaverant acerrimos paſſi adverſarios, vidimus* XII *Februarii &* XVIII *Martii. Quidni idem ipſis hic contigerit? & Felix, factam de ſe ab Arrianis electionem inanem eſſe ac nullam intelligens, cum Romano Clero & Liberio jam ejecto clam egerit, excuſans diſſimulationem ſuam, eosque certos faciens de ſua vere orthodoxa fide, quam contra quoſvis ipſosque promotores ſuos paratus eſſet palam tueri: eaque re permotus Liberius, auctor fuerit Presbyteris, juramenti quo ſeſe obſtrinxerant religione ſolutis, ut in ſuum ultro abdicantis locum Felicem aſſumerent? Ita non ſolum orthodoxus, ſed etiam verus ac ſolus Pontifex Felix fuerit: quomodo autem hic rurſum Liberio reliquerit Pontificatum Romanum, habent cum Philoſtorgio Theodoretus, Sozomenus, aliique. Porro his poſitis, Liberio verißime ſucceßit Damaſus, ſicut idem Liberius ante ſucceſſerat Iulio. Quod autem inter Liberii initia ac finem medius Felicis Pontificatus non agnoſcatur à Grecis & Afris, Optato Milevitano & S. Auguſtino, id non magi movere nos contra Felicem debet, quam contra Cletum, ſimiliter ab iisdem præteritum aut non diſtinctum ab Anacleto. Plenius hæc tractanda erunt ad* IV *Kalendas Auguſti, quo S. Felix* II *colitur Officio eccleſiaſtico in Romana Eccleſia. Interim videri poſſunt quæ ſcripſerunt poſt Baronium & Bellarminum in defenſionem Felicis Gretſerus lib.* 4 *cap.* 9, *Cardinalis Perron in ſuo ad Regem Britanniæ reſponſo, Iacobus Gothofredus in Chronologia Codicis Theodoſiani, & in Notis ad lib.* 16 *& legem* 14, *& iſti viſo à nobis edito Catalogo animoſius defendiſſent Eccleſiæ Catholicæ ſenſum, & Pontifices Romanos evidentius liberaſſent ab omni ſuſpicione culpæ in materia fidei, dicendo Liberiū, quando Arianis conſenſit non fuiſſe Pontificem: quem etiam verosimile eſt non niſi pœnitentem ab orthodoxis eſſe receptum, quandoquidem etiam inter Sanctos numeretur ab aliquibus.*

D

Pag. 426 *ante Commentariū de S. Trudperto ponæ ſequentia.*

DE S. PETRO EP. MART.

BRACARÆ IN LUSITANIA.

SEC. V. E

Cultus 26 Apr. & 17 Octobris.

Caſu quodam accidit, Lector benevole, ut hic Commentariolus, ipſo impreſſionis faciendæ tempore, ſuo loco non inveniretur, ad alium diem tranſpoſitus. Eum igitur hic damus, qui niſi in ſyllabo Sanctorum hujus diei fuiſſet indicatus, potuerat ad menſem Octobrem transferri: etenim geminum S. Petrus, Braccaræ in Luſitania, anniverſarium cultum obtinet; alterum menſe Aprili, die XXVI *qui agoni conſecratus; alterum menſe Octobri, die* XVII, *qui tranſlationi ſacer eſt. Nomen inſcriptum legitur Kalendario Breviarii Benedictini regni Luſitaniæ, quod impreſſum eſt Conimbricæ anno* MDCVII, *in quo hac oratione commemoratio de eo fit:* Preces populi tui quæſumus Domine clementer exaudi, ut B. Petri Martyris tui atque Pontificis meritis adjuvemur, cujus paſſione lætamur. *Agunt etiam de eo Breviaria Tudenſe, Toletanum, Braccarenſe, Eborenſe, tam antiqua quam recentiora. Martyrologio Romano inſcribitur his verbis:* Bracaræ in Luſitania S. Petri Martyris, primi ejuſdem civitatis Epiſcopi.

Mentio in Breviariis & Martyrologiis.

Acta à quibus ſcripta & qua fide.

2 *Acta, ſeu potius paſſionem, plerique Hiſpani ſcriptores pertractant, citati à Georgio Cardoſo in Hagiologio Luſitano tom.* 2, *ad hunc diem. Quidam eorum ſuis illa commentis adſpergunt. faciles nimium in fide habenda Chronicis Dextro, Maximoque & Adverſariis Iuliano ſuppoſitis, veluti ſi ea antiquitatis veritatisque certiſſima monumenta forent. Dicunt ergo, quod S. Petrus, origine Iudæus, Malachias ſenior primum vel Samuel junior dictus, fuerit filius Prophetæ Uriæ, de quo Hieremias cap.* 26 *agit: quod ſub Nabuchodonoſore Babyloniorum Rege, quando is Iudaicam gentem ab expugnata Hieroſolyma captivam alio deducebat, à Nabuzardane militiæ præfecto cum popularibus ſuis in Hiſpaniam ſit advectus: quod à S. Iacobo Hiſpaniæ Apoſtolo ſit revocatus ad vitam, quam annis ante adventum ejus ferme ſexcentis finierat: & quædam alia his ſimilia. Quibus ſtabiliendis fragmentum quoddam operum S. Athanaſii, primi Cæſarauguſtæ Epiſcopi & S. Petro coævi afferunt: quod apud Prudentium de Sandoval, Epiſcopum Tudenſem, in libello de Antiquitatibus iſtius Eccleſiæ, & apud Ludovicum da Cunha Epiſcopum Portuenſem in Catalogo Epiſcoporum Portuenſium ſic legitur, ut tota fides refundatur in Hieronymum Romam, primum aut præcipuum figulum Dextrinorum figmentorum; uti convincunt indicia poſt mortem inventa inter ipſius met ſchedas. Interim eadem quæ hoc fragmento continentur, ajunt etiam narrari in ipſius S. Petri Vita, ante annos* MCCCCXI *à B. Caledonio Epiſcopo Braccarenſi ſcripta, quemadmodum dicunt aſſeri in quadam Epiſtola Hugonis Epiſcopi Portugallenſis, circa annum* MCXXXVII *defuncti. Sed non terremur inanibus larvis, quales ſunt* Athanaſius Cæſaraugustanus *iſte, & hic* Caledonius Bracarenſis, *quinumquā probabuntur fuiſſe in rerum natura: & ſi talia poſt recuperatam à Saracenis Luſitaniā ſcripſiſſet Hugo, quod non credimus, aliud nō putaremus ſequi, quā fabulā eſſe ex aliquisunā*

F

3 *Iſtis*

A

creditur à S. Iacobo institutus Episcopus

3 *Istis ergo, ut quæ nec refelli quidem operosius mereantur, procul habitis, accipe verba Eborensis Breviarii, anno* 1548 *Olisippone impressi, quæ sunt hujusmodi.* B. Jacobus Apostolus, filius Zebedæi, plures in Hispania adhuc vivens discipulos habuit, sicut ait Callistus Papa in ejus translatione; etsi duodecim peculiares domesticosque elegerit. Beatus igitur Petrus ipsius Apostoli discipulus extitit, & ab eo, ob sanctitatem & rei bene gerendæ sapientiam, Braccarensis Ecclesiæ Episcopus est ordinatus. Itaque B. Petrus Christi Euangelium Braccaris prædicans, cælestem doctrinam miraculis approbabat: nam Regis ejus patriæ gentilis filiam, invocato Christi nomine, à lepra mundavit; eamque cum matre Regina sacro Baptismat s fonte purificavit, & utrique munditiam carnis servare persuasit. Quod audiens Rex gentilis, ingratus de tanto Dei beneficio, sanctum virum interfici præcepit. Ille vero, non quod mortem timeret, sed quia sic ovibus expediebat, juxta Domini præceptum persecutionem declinans, urbem deseruit: sed ab apparitoribus, qui eum sequebantur, in oppido Ratensi comprehensus, ante ipsum altare in ecclesia, pro Christi nomine Christi hostia factus, gladiis confossus est. Ejus corpus ibi relictum fideles, qui eo loci & pauci numero erant, & tyrannorum metu latitabant, neque tollere neque sepelire sunt ausi. At vero quidam, Felix nomine, qui ob persecutorum vitandam sævitiam in culmine excelsi montis Oceanũ respiciente solitariam vitam ducebat, clara die lumina à sancto corpore usque ad cælum tendentia vidit. Qua insolita visione permotus, ad locum, qui extra oppidum erat, devenit; & inventum corpus sancti Martyris, non quo debuit, sed quo potuit, honore sepelivit, conscio & socio nepote quodam suo, qui etiam solitariam vitam agebat. Crescente inde fidelium numero & infidelium metu sublato, fabricata est grandis basilica in honorem ejus: & sanctum ipsius corpus decentius tumulatum. Ad cujus sepulcrum, etiam temporibus nostris, innumera fiunt miracula, Christi virtute & sancti Pontificis meritis.

quia baptizarit filiam Reguli à lepra mandatam

Martyr vbiisse.

B

sepultotemplum ædificatur,

videtur vixisse seculo 5 ani 6.

4 *Breviario consentiunt, quæ de S. Petro Ambrosius Morales lib. 9. Chronici Hispanici cap. 8 narrat, nihil suprædictorum figmentorum afferens; & Vitæ Sanctorum, à Iacobo de Rosario Lusitanice anno* MDLXXXV *scriptæ. Quidquid sit de advẽtu S. Iacobi in Hispanias (quem nõ modo nolumus in dubium vocare, sed etiam initio hujus mensis, invento tempore quo venisse & prædicasse potuerit, conamur facere verosimilem) credibilior opinio est, nullos ab eo fuisse ordinatos Episcopos, sed cum hoc titulo primum directos esse à S. Petro ejus q̃z successoribus: nec ulla est ratio, cur hac in parte habeatur eximius S. Petrus Bracarensis, quamvis constaret Apostolorum fuisse discipulum. Verũ nec hoc constat; & longe juniorem esse persuadet ipsum* Petri *nomen, quod Apostolorum Principi à Christo datum, & eatenus Iudæis atq; Gentilibus incognitũ, cœpisse usurpari à fidelibus primo seculo, nullius, ut putamus alterius exemplo probabitur: mortũ quoque tunc nondum erat aut baptizandis Christianis aut Episcopis ordinandis, mutari nomina, ut fingi possit hic, de quo agimus, priori nomine abjecto, Petrus vocari voluisse. Quid igitur? Primus Bracarensis Episcopus, cujus certa invenitur notitia, fuit Lucretius, qui sub Suevorum Rege Ariamiro, anno ejus* III, *Æra* DXCVII, *sive Christi* DLX *præsedit Concilio Bracarensi* I. *Anni tunc effluxerant* XX *quod regnare cœperat Theodemirus, sub quo Suevi ad fidem conversi sunt: ante cujus initia si statuamus mortem illatam S. Petro, ab aliquo infideli dynasta intra an.* CCCCVIII, *quo Hispanias barbari occuparunt, &* DLVII, *qui fuit Theodemiri primus; vix dubito quin ea conjectura propius ventura sit ad veritatem, quam alia quacumq; ratio, antiquiorem Petrum faciens. An autem satis certo tribuatur eidem Episcopi titulus, nolo controvertere: detur hoc sane Bracarensium credulitati, qui eum sic colunt; & hodierno Martyrologio, cui sic est inscriptus.*

C

5 *Porro prælaudatus Iacobus de Rosario annectit Vitæ à se conscriptæ sequentia S. Petri miracula.* Sacerdos fuit, Petrus nomine, viribus ægritudine admodũ debilitatis prorsus deficiens; cui ad Sancti merita confugienti, salus cõtinuo reddita est. In grati vero animi perpetuum testimoniũ, quotidie in sancti Martyris æde, præter complures alias in ejus honorẽ fusas preces, ad aram fecit. Mulier ex loco maritimo, Faom dicto, duorũ annorũ cæcitate afflicta, cum ad Martyris sepulcrum in genũa ac preces se dedisset, ejus intercessione facultatẽ videndi recepit: alia vero usu vocis destituta potestatẽ loquendi. Ibidem etiã Petrus quidã à dæmone multũ vexatus, multis corã adstantibus liberatus, fuit. *Hæc ille, quibus addit Rodericus de Cunha parte* I *hist. Bracar. c.* 18, *quod* puer paralyticus, cui os distortũ versus auẽ erat, mox ut ante sacras reliquias fuit positus, sanitatem adeptus integrã, & quasi nihil unquã mali passus domũ rediit. *Omnia hæc recentioris ævi esse credimus, & forte ex ipso loco magis explicite & magis authentice possent haberi, si quis in Lusitania esset qui talia nobis curaret mittere: sed hoc hactenus optare magis quam consequi licuit.*

D

& miracula post mortem claruit.

6 *Corpus an.* MDLII *ab Archiepiscopo Braccarensi Balthasare Limpo, ex Ratensi oppido, Braccaram translatũ fuit, cujus rei gestæ series ex Tamayo hujusmodi est,* Sedes Metropolitica Braccarensis, erecta fuit per B. Petrũ, ejus celeberrimæ urbis (quæ tunc Galleciæ caput erat & Convẽtus juridicus) Apostolũ, Patrẽ & Pastorẽ; qui primus ibidẽ Euangelii semina jecit, quibus plurimos ex gentilium erroribus ad Christi jugũ attraxit, qua de causa à paganis tentus tandẽ apud Ratensẽ vicum martyrio coronatus fuit, ejusq; sacra lipsana ibidẽ cõdita jacuere abscondita, donec Imperatorũ furor Romanorũ cessavit. Eo pacato, Christiani illa honorifico loco reponẽtes, ipsa per aliquot secula in oppido Ratensi fuerunt devotissime venerati. At evenière an. Domini MDLII, cũ Ecclesiã illã apostolicã regeret D. Balthasar Limpo, Braccarensis Antistes; post plures rerũ heroice gestarũ vicissitudines, quibus Sedẽ suã & totũ Portugallię regnum illustraverat; valde in corde dolens, quod sacra S. Petri hujusmodi pignora extra suã urbẽ & ecclesiã in vico humili permanerẽt: rẽ cum Capitulo ecclesiæ secreto conferens, Reliquiarũ translationem brevi exsequendam decrevit. Hinc cum tempus advenit, constructa capsula sericis rubris paramentis amicta, ad Ratense oppidum nocte devenit; & collectis sacris exuviis, eas in theca recondidit, & eadem nocte admirabili silentio cum ipsis in Braccarã repedavit. Cum itaq; in hanc fuerat expeditionẽ profectus venerabilis Antistes, commiserat Decano & Capitulo Braccarensi, ut interim ecclesiam Maximini, quæ S. Petro Apostolo dicata est, ornamentis festivalibus præparatam haberent: & audito Antistitis signo protinus omnes campanæ urbis metropoliticæ conjunctim sonitum jubilationis emitterent.

corpus ex oppido Ratensi

E

F

7 Ergo ad prædictam ædem S. Petri vici Maximini, adhuc noctu, cum Reliquiis Archipræsul accedens, signo dato, generali sonitu urbis totius cymbala noctis silentium intercepere; ita ut in corãbus plurium rem ignorantium metus; in ceteris, successum scientium, lætitia mixtim exoriretur. Posthæc cognita Archiepiscopi cura & diligentia, turmatim urbs tota, in ecclesiam Maximini dilapsa, Reliquias sui primi Pastoris & Episcopi venerata est. Hinc Præsul cum Decano & Capitulo suo solennissimam processionem, cum omnibus lætitiæ manifestationibus, tripudiis & jubilationibus decrevit; quæ ex cathedrali basilica prosiliẽs reciperet sacra pignora, quę supra feretrũ deauratũ quatuor ecclesiẽ ipsius Dignitates ad humeros ferebant. Hoc dispositio & clangentibus tubis, campanisq; strepitu inceſſabili resonãtibus, processio ad Braccarẽsẽ ecclesiã reversa fuit, sacraq; lipsana in altari sũptuosissimo, ad hoc mirabiliter extructo, in medio majoris

Braccaram translatum anno 1552.

capellæ

A capellæ repoſita, per novemdium, fuere ab univerſis regionis illius oppidis viſitata. Quo tempore actum tuit de loco, quo deinceps collocanda forent. Et licet variæ fuiſſent Capitularium ſententiæ, illa obtinuit, quam Archiepiſcopus cogitavit: ſcilicet capellam S. Petri Apoſtoli, quæ ad latus Euangelii majoris aræ conſpiciebatur, expeditiorem eſſe ad opus illud explendum.

8 His diſpoſitis marmoreum ſarcophagum, aureis floribus & cruſtis mirifice elaboratum, confici jubens, capellam ſummopere lucidam reddidit. In cujus angulo ſacrarium extruxit; & aram, qua ſarcophagus reponeretur: & in eo ſacras reliquias, ſic magnifice erexit & elevavit, ut omnibus lætitiam & pietatem afferret. In umbilico marmorei tumuli, Portugallenſi idiomate, epitaphium incidi curavit: quod Latine factum ſic ſonat: Hic jacet corpus S. Petri Martyris, S. Jacobi Apoſtoli diſcipuli, ex eccleſia Ratenſi tranſlatum per D. Balthaſarem Limpo, Archiepiſcopum Braccarenſem, ad hoc ſepulcrum; quod fecit Divo, ad majorem venerationem; eo quod fuerit primus iſtius eccleſiæ Præſul.

B Die XVII Octobris anno MDLII. Poſt hæc Archiepiſcopus diſpoſuit, ut pars ejus cranii reponeretur in lipſanotheca argentea, & in ſacrario ipſius eccleſiæ cuſtodiretur; ut neceſſitatibus ſupervenientibus inſerviret. Denique idem Archiepiſcopus quinque Capellanos conſtituit, qui quotidie in eadem capella divinum Officium exſolvere tenentur & Sacrum facere; cujus miniſterio ex Apoſtolica conceſſione purgatorii animæ à pœnis exſolvantur: qua de cauſa innumeri diœceſis Sacerdotes illic Miſſas votivas quotidie celebrant, ad gloriam Dei omnipotentis.

quinque quotidie Sacra ad ejus aram fieri ſolita

Ratenſe oppidum ubi?

9 *Hactenus Tamajus, fere ex Rodorico da Cunha prænominato: qui quidem Rodericus de ipſo Ratenſi oppido ait, primum ibi eccleſiam, deinde etiam monaſterium Ordinis Benedictini fuiſſe: ſed an eorum hodie quidquam extet non exprimit, totus intentus, ut (quoniam Pſeudo-dexter in Chronico ad an.* 67 Ratem oppidum *ponit* in regione Ophirina, à nepotibus Ophir illic appulſis nomen obtinente) *oſtendat vera eam ibi fuiſſe; quippe qua commodum ſatis portum habeat, hodie juxta locum* Faom *dictum, inter Eſporendam & Villam-comitis, unde haud procul occiſus ſit S. Petrus: ex quo ſequeretur, Ratenſe oppidum quatuor dumtaxat aut quinque leucis diſtare Bracarâ, eundo verſus mare. Idem Rodericus, in Hiſtoria Epiſcoporum Portuenſium, inducit ignotum hactenus omnibus concilium quoddam Bracarenſe, tamquam celebratum anno* CCCCXXI, *cui ſubſcripſerint Epiſcopi decem, & quidem earum ſedium nonnulli, quas jam tunc notas fuiſſe negare merito poſſis, quod earum in Conciliis Bracarenſibus notis nulla inveniatur mentio. Huic Concilio quartus interfuiſſet* Arisbertus *Epiſcopus Portuenſis, & quidem in cauſa Reliquiarum atq; imaginum; variaſque ſcripſiſſet Epiſtolas, in eodem Ms. relatas, quas ipſe Latine ac Luſitanice exhibet. Earum eſt una* ad Pamerium Epiſcopum, *qua cum narraſſet, quomodo Attaces, Luſitaniæ Rex Arianus, ducta Cindaſunda Hermenerici Regis Suevorum filia Chriſtiana, factus ſit mitior erga orthodoxos; addit quod Regina, pro marito adverſum Gothos ſe parante ſolicita,* eleemoſynas faceret Epiſcopis exulantibus, & devotionem magnum haberet in Deum & in B. Petrum Ratiſtenſem.

Vti concilium Bracarenſe anni 421

C

& Epiſtola Arisberti Portuenſis

10 *Egimus* XV *Martii de S. Matrona Luſitana Virgine, & oſtendimus num* 15 *& ſeqq. in diviſione Hiſpaniarum à Barbaris facta, Alanis quidem ceſſiſſe Luſitaniam anno Chriſti* CCCCXIII; *ſed nuſquam invenimus eorum Reges vocatos* Reges Luſitaniæ, *vel* Luſitanam gentem *dici Alanos, ut facit hæc epiſtola. Deinde ex S. Iſidoro conſtat, quod Wallia Gothorum Rex, anno Chriſti* CCCCXVI Alanos, qui Wandalis & Suevis potentabãtur, adeo cecidit, ut extincto Atace Rege ipſorum, pauci qui ſuperfuerunt, oblito regni nomine, Wandalorum in Galicia ſe regimini ſubiugarent. *Hermericus vero Suevorum Rex (ſic enim appellandus eſt non Hermenericus) nuſquam legitur fuiſſe Catholicus: filius autem ejus Rechila, anno Chriſti* CCCCXLVIII ſub cultu, ut fertur, gentilitatis vitam finivit, *cui ſucceſſit filius Recciarius, primus quem ſciamus ex Suevis Rex Catholicus. Quæ omnia attente conſiderata, ſi non ſatis manifeſte arguunt talium epiſtolarum impoſturam, conſideretur turris, quam juxta dictæ Epiſtolæ auctorem, in ſignum finitæ diſcordiæ, fecit Attaces* pingi cum puella; *& juxta* Draconem viridem Leonemque rufum, ſua & ſoceri inſignia componi. *Norunt eruditi, cujus ætatis ſit inſignium hic nominatorum origo: nec plus requirent, ut omnes hujuſmodi epiſtolas cum ſuo Arisberto pro fabulis habeant, non minus quam ea ſcripta quæ ſub Athanaſii Cæſar-auguſtani, æque gratis conficti, nomine circumferuntur: proindeque non magni facient memoriam B. Petri Ratiſtenſis inter iſtà reperiri, forſan pro tempore eo quo necdum mortuus Petrus erat. Sed & Bracarenſe illud, Concilium, quod prius fuerit celebratum quam Suevorum natio ab Arriana hæreſi ad Orthodoxos accederet, figmentis merito adnumerabitur.*

figmenta eſſe probantur

D

ita de S Petro nihil nobis probani.

Pag. 452 *num.* 19 *lin.* 14 *lege* pro hujuſmodi negotio venire; *& particulam* pro, *non ſuo loco poſitam, in margine expunge.*

E

AD DIEM XXVII.

Pag. 475 *inter Prætermiſſos adde.*

B. Illuminata } *Ordinis S. Auguſtini diſcipulæ B. Cla-*
B. Claretta } *ra de Monte Falco, apud Iacobillum de Sanctis & Beatis Vmbriæ, referuntur, ut amba hoc die mortuæ,* Illuminata *anno* MCCCXX, Claretta *quatuor aut quinque annis citius. Vtriuſque notitia petenda eſſet ex Vita Magiſtræ, atque ex Proceſſu de eadem formato, qui in monaſterio ejus dicitur ſervari manuſcriptus: cujus exemplar vehementer optamus nobis tranſmitti, ut ipſius & diſcipularum præclaras virtutes & inſignia miracula poſſimus more noſtro ex tantæ auctoritatis monumentis deducere ad diem* XVII Auguſti.

Pag. 492 *num.* 6 *lin.* 4. *anno* CCCI, lege, *anno* CCCC.

Pag. 522 *num.* 81 *lin.* 17 vidit eam grollantem capite, *lege*, Crollantem: *& in Annotatis litt. a ſubſtitue obſervationem hujuſmodi*, Crollare *Italis dicitur movere, concutere; dicitur autem ſignanter de capite, &* crollo *motum perturbatum notat: apud Teutones* krol, *cincinnum, criſpum;* krollen *criſpare, ſignificat.*

Pag. 503 *in Margine* pro *contenta*, lege *intenta.*

Pag. 504 *num.* 22 *lin. antepen.* canto cum pudore, *lege*, cauto.

F

Pag. 512 *Annot.* b adde. *Guilielmus Epiſcopus Taurinenſis, in Actis SS Solutoris, Adjutoris & Octavii Martyrum, de S. Iuliana Matrona ait, quod duorum ex eis inventa corpora* in quodam labello *condiderit; uti dictum* 13 *Februarii in commentario de ipſa num.* 7. Labellum *autem eſſet diminutivum à voce* labrum: *quod ſane magnam habet veriſimilitudinem.*

Pag. 531 *col.* 1 *lin.* 8 *ſic lege*, relicta quondam Viti Coce, Doctoris in chirurgia & nunc uxor Joannis Donati.

Pag. 535 *num.* 28 *lin.* 10 *ſic lege*, ut arcam & ferratum oſtium clauſi, ſenſi primo unum, deinde alterum brachium.

AD DIEM XXVIII.

Pag. 567 *in titulo* 2 *lin. ult.* THARSI IN PHOENICIA, *lege*, IN CILICIA.

Pag. 574 *Annot.* c adde.

Græce Χολοτυφλήσαντε, *quod quomodo ad expalmationem pertineat, non aſſequimur; ſed nec quomodo Græcum ſit: itaque correximus & imprimi juſſimus* Χολοτυφλώσαντε, *quaſi ſignificaret obvelata facie videndi poteſtatem auferre, à* Χόλος *tenebræ & τυφλόω excæco: emendationem meliorem ſi quis novit, libenter docebor.*

Pag.

A

DE S. THEODORA.

Pag. 573 *col.* 1 *poſt num.* 7 *adde.*

alicubi videtur confuſa cum S. Antonina.

8 *Menæa Græca ad* XII *Ianuarii memoriã habẽt* S. Theodoræ in Alexandria & S. Alexandri Martyris prope Sanctos Apoſtolos, *quod erat unum ex celebrioribus urbis templis: nec dubium eſt quin in vicina ædicula aliquæ dictorum Sanctorum reliquiæ fuerint; ſed bene, utrum iſti Theodora & Alexander ullam inter ſe connexionem habeant, aut non aliqua facta ſit nominum perturbatio propter hiſtoriæ ſimilitudinem. Etenim ſicut nunc cum* Theodora *recolitur* Didymus; *ita* III *Maji ſimul recoluntur* Antonina *&* Alexander; *de quibus Græci* X *Iunii, quorum corpora Conſtantinopoli habebantur in quadam* æde, Maximini *dicta, quæ utrum vicina fuerit Baſilicæ Sanctorum Apoſtolorum, necdum comperimus.*

Pag. 598 *in margine ad num.* 30 *& puer moritur*, lege, *pie.*

Pag. 597 *Annot.* l, *lin* 5 *ut intelligatur dies* 28, *lege*, 29.

AD DIEM XXIX.

Pag. 613 *num.* 3 *poſt medium & hæc verba, Maurolycus & alii*, adde.

B *Beda ſuppoſititius & Galeſinius ſupra relata verba, paſſim à ceteris poſita hoc die, ponunt* XXX *die Martii, fortaſſis per errorem à* III kalendas Maji.

Pag. 625 *Annot.* n *lin.* 5 videns re ſuperiorem in tribunali, *lege*, videns ſe.

Pag. 647 *num.* 50 *lin.* 22 cui de Romanis finibus divina miſſa gratia, *lege*, miſſo.

DE S. ROBERTO MOLISM.

Pag. 668 *poſt num.* 23 Adde.

In Mss. Additionibus quorumdam Carthuſianorum Bruxellenſium ad Vſuardum XXI Martii, S. Roberti Abbatis Tranſlatio *notatur: qui ſi hic Moliſmenſis eſt, ſuſpicari licebit alicujus poſterioris Tranſlationis, ante unum forſitan ſeculum aut paulo amplius factæ, hanc eſſe memoriam.*

Pag. 679 *num.* 5 *lin.* 10 *unde verint*, lege, *venerint.*

Pag. 701 *addendæ litteræ indices Annotationum poſt num.* 45 b, *poſt num.* 46 c

AD DIEM XXX.

C *Pag.* 721 *in Catalogo Sanctorum, adde loco penultimo* B. Ludovicus puer, Ravenſpurgi in Suevia à Iudæis occiſus.

Pag. 727 *in Prologo lin.* 36 Huſitius, *lege*, Euſitius.

DE SANCTIS MARTYRIBUS NUMIDIS.

Pag. 745 *in titulo lin.* 3. Tertulla & Antonia Virginum, *lege*, Virginibus.

Pag. 746 *num.* 5 *ſub finem ſic lege & adde.*

At Ferrarius in Catalogo generali ad dictum diem X *Maii refert* SS. Secundianum & Agapitum, *arbitratus eſſe* SS. Secundinum & Agapium *hic relatos, &* Eugubii iſto die celebrari illorum tranſlationem ſive inventionem. *Iacobillus indicata pag.* 4 *aſſerit, horum* corpora è Numidia Eugubium tranſlata, atque extra urbem fuiſſe depoſita in quadam ad illorum honorem conſtructa eccleſia ac modo aſſervari in eccleſia S. Secundi Canonicorum Regularium S. Salvatoris. *De S. Secundo agemus ad Kalendas Iunii: cujus itidem ibidem corpus eſt & horum trium feſtum celebratur dicto* X *Maii ſub ritu ſemiduplici in toto ordine dictorum Canonicorum Regularium S. Salvatoris.* D

Pag. 749 *Annot.* h *lin. ult. & latum efficiens*, lege, *lacum.*

Pag. 764 *col.* 2 *duæ primæ lineæ poſt factam correctionem neſcio qua occaſione inter ſe converſæ à typotheta ſunt, quas reſtitues, faciendo primam quæ ſecunda nunc eſt.*

Pag. 765 *col.* 2 *circa finem ſemel delenda eſt linea per ſimilem incuriam bis poſita.* Miſſum eſt itaque ad provinciam Eſyriæ veteris impe-

Pag. 779 *num.* 6 *lin.* 5 *ſic interpunges*, prius clam communicato quam palam prodito, ſtrepituque deſpecto turbæ furentis.

Ibid. num. 9 *lin.* 9, *Hiſtoriæ Francorum credere etiam poſſumus*, ſic interpunge, *Hiſtoria Francorum. Credere etiam poſſumus,*

Pag. 790 *col.* 2 *lin.* 16 *tanto legatiorum ſtrepitu*, lege, *legationum.*

Pag. 791 *col.* 2 *lin.* 18 *quam* ex probatiſſimis auctoribus *profitetur*, adde, *acceptam.* E

Pag. 796 *col.* 1 *in marg.* a *per loci minas*, lege, *ruinas.*

Pag. 802 *in titulo appendicis, ex Annalibus Suecicis*, lege, *Suevicis.*

Pag. 803 *num.* 5 *lin.* 15 per Sacerdotes celecta, *lege*, collecta.

Pag. 823 in marg. *Galterius & Hugo*, lege, *& Odo.* ibidem in textu poſt hæc verba, *Idem Hugo S. Adjutoris Vitam ſcripſiſſe fertur*, adde: *ſed veroſimilius eſt auctorem coævum nequaquam fuiſſe. Scriptor Gallicus Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Rotomagenſium, edita an.* 1667 *alium tribus ſeculis poſteriorem deſignat, Hugonem d'Orge anno* MCCCCXXX *ex Catalaunenſi Cathedra ad hanc metropolitanam tranſlatum; citatque Ms. quoddam* D. Bigotii, *in quo id expreſſe aſſeratur.*

Pag. 825 *col.* 2 *lin.* 2 *deſcrip eſſe ait*, lege, *deſcripta.*

Pag. 854 *col.* 1, *in marg.* c *Angelo comparanda abſtinentia*, lege, *ob abſtinentiam.*

Pag. 860 *col.* 1 *lin.* 1 ſoli civitati, *lege*, toti civitati.

Ibid. lin. 3 quam à pluribus religioſis, *lege*, quædam à pl.

Pag. 872 *Annot.* i, *expunge ibi dicta & hæc ſubſtitue.* F

i *Cum S. Dominicus fuerit inventor auctorque ejus precationis, quæ ad* Roſarii *grana decurritur per decades quindecim ſalutationum Angelicarum interpoſita decies quinies oratione Dominica; quæ &* Pſalterium *dicitur, eo quod* 150 *Pſalmorum Davidicorum numerum referat, eorumque vice ſubſtituatur; vix poſſum dubitare, quin eum orandi modum ipſe præſcripſerit ſuæ illi Militiæ. Mirum eſt tamen Raymundum tanta circumlocutione verborum id deſignare, nec ſimul exprimere* Roſarii *nomen, ſi id fuerit vulgo uſitatum: ne quidem infra num.* 134 *ubi precatoriorum globulorum ſertum ſolum vocatur* Pater-noſter, *& nominis ipſius ratio additur. an forte* Roſarii *nomen necdum notum erat, licet res ipſa jam eſſet notiſſima?*

Pag. 870 *& deinceps uſque ad pag.* 880 *in ſuperiori titulo vocatur* PARS II, *quæ uſque ad pag.* 880 *adhuc vocanda erat* PARS I.

MARTYRION

ΤΗΣ ΑΓ. ΦΕΡΒΟΥΣ ΠΑΡΘΕΝΟΥ,

ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΔΕΛΦΗΣ ΑΥΤΗΣ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΑΙΔΙΣΚΗΣ ΑΥΤΗΣ.

ex MS. Bibliothecæ Vaticanæ num. 1660.

Pherbutha cum sorore & ancilla comprehenditur,

Ἐπὶ τῷ καιρῷ τῶν διωγμῶν ἠμῶν ἠδύνησεν ἄρνω ἡ Βασίλισσα· ἐπειδὴ δὲ πλήρης ἦν ἡ καρδία αὐτῆς πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, τὰς ἐχθροὺς τῷ σαυρῷ, ἡδέως δὲ αὐτῶν ἤκουεν ἕκασα, λέγουσιν αὐτῇ προσελθόντες, Διὰ τὸ Σωαρεῖδαι τὸν Ἐπίσκοπον Συμεῶνα, τὸν ἐπίκλην Ἰσγναφᾶον, αἱ ἀδελφαὶ αὐτῶ ἐποίησάν, σοι φάρμακα, ἵνα ἀπεθάνῃς. Ὡς δὲ ἔφθασεν τὸ ῥῆμα
a εἰς τὸν Βασιλέα, παραχρῆμα a καθεσάθη ἡ ἁγία Φερβῦς, Σὺν τῇ ἀδελφῇ καὶ παιδίσκῃ αὐτῆς. Ἦν δὲ ἡ Φερβῦς ἀσκημόνη, ἀλλὰ καὶ ἀμφότεραι πολιτείαν ἐκέκτηντο καλλίστην ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, κατεπήχθησαν δὲ ἐν τῷ παλατίῳ ἐρωτιδικῶν. Ἐξῆλθεν δὲ κατὰ
B κέλευσιν τοῦ Βασιλέως Μάντης, ὁ ὢν Ἀρχιερεὺς τῶν Μάγων, καὶ δύο μετ' αὐτοῦ Ἄρχοντες, ἐπὶ τὸ ἀκοῦσαι αὐτῶν. Ὡς δὲ παρέστην ἔμπροσθεν αὐτῶν ἡ ἁγία
b Φερβῦς μετὰ τῶν Σωαὐτῇ b δύο, εἶδον τὸ κάλλος αὐτῆς (ἦν γὰρ ἀληθῶς ἡ Ἁγία καὶ τῷ εἴδει ὡραία σφόδρα) καὶ παραχρῆμα ἐνεθυμήθησαν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν ἕκαστος ἐπιθυμίαν πονηρὰν, κρύφα νεῖς ἀπ' ἀλλήλων τὸ τοιοῦτον· εἶπον δὲ αὐτᾷς, Ἵνα τί ἐποίησαλε φάρμακα τῇ Βασιλίσσῃ καὶ Δεσποίνῃ πάσης τῆς οἰκουμένης, διὸ ἔνοχοι θανάτου ἐστέ. Ἀποκριθεῖσα δὲ ἡ ἁγία Φερβῦς, εἶπεν πρὸς αὐτούς· Διατὶ ἐπήγαγεν ἡμῖν ἀφορμὴν τοιαύτην ὁ Σατανᾶς, ἥτις ἀπέχει πολὺ τῆς ἀληθείας; καὶ ἵνα τί ἀδίκως Συκοφαντῆσαι ἡμᾶς βούλεσθε; εἰ γὰρ τὸ αἷμα ἡμῶν διψᾶτε, τίς ἐστιν ὁ κωλύων ὑμᾶς τοῦ ποιεῖν αὐτό; καὶ εἰ ποθεῖτε τὸν Σφαγὴν ἡμῶν, ἰδοὺ καθεκάστην ἡμέραν τὰς χεῖρας ὑμῶν μολύνετε εἰς αὐτόν· ἡμεῖς δὲ διὰ τὸν Θεὸν ἡμῶν Χριστιανοὶ ἀποθανούμεθα, μὴ ἀρνησάμενοι αὐτὸν, ὅτι αὐτός ἐστιν ἡ ζωὴ ἡμῶν, καθὼς γέγραπται ἡμῖν, Ἕνα Θεὸν προσκυνεῖν, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύειν, ὕτως γὰρ καὶ ποιοῦμεν· ἀλλὰ καὶ ἐν ἑτέρῳ γέγραπται, Γόης διὰ χειρὸς τοῦ λαοῦ ἀποθνησκέτω. Πῶς οὖν ἡμεῖς φάρμακα ἐποιήσαμεν; χεῖρον γὰρ τὸ εἰς Θεὸν ἡμῶν ἀρνήσεώς ἐστι τοῦτο, καὶ γὰρ καὶ περὶ ἑκατέρων ὁμοίως θάνατος τοῖς ἐνόχοις ἠπείλητο.

calumniam refellit,

& fidem Christi profitetur;

C

2 Ἦκουον δὲ αὐτῆς ἡδέως ἐπὶ τοσοῦτον ἀμφότεροι, καὶ ἀπὸ τῆς ἐκτάσεως τοῦ τε κάλλους καὶ τῆς σοφίας αὐτῆς ὥστε λαλῆσαι ἡδυνάτο, ἀλλ' ἕκαστος αὐτῶν ἐλογίσετο ἐν ἑαυτῷ λέγων, Ἐγὼ παρακαλῶ τὸν Βασιλέα, καὶ ῥυσάμενος αὐτὰς ἐθανάτου, λήψομαι ταύτην ἐμαυτῷ εἰς γυναῖκα. Μόλις δὲ ὀψὲ γοῦν ὅλε ὁ Μαύπας ἔφη πρὸς αὐτόν, Εἰ καθὼς λέγεις ὄντως ἔξεστιν ὑμῖν φάρμακον ποιῆσαι, ἵνα μή τις παραβάτης εὑρεθείη· ἀλλά γε ὑμεῖς διὰ τὸν ἴδιον ἀδελφὸν ὑμῶν θάνατον ὑπεραλγοῦσα πεποιήκατε. Καὶ πρὸς ταῦτα ἡ ἁγία Φερβῦς εἶπεν. Τί γὰρ κακὸν ἔπαθεν ὁ ἀδελφός μου, ἵνα δι' αὐτὸν ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος τοῦ ζωοῦ ἡμῶν ἀπολέσωμεν; εἰ γὰρ καὶ ὑμεῖς διὰ τοῦ ὑμῶν πονηρίαν καὶ τὸν ζῆλον ἀπεκτείνατε αὐτόν, ἀλλ' ἐκεῖνος ζῇ καὶ ἀγαλλεῖται εἰς τοῦ ἐπουράνιον βασιλείαν, ἥτις βασιλεία τοῦ ὑμῶν βασιλείαν καὶ ἐξουσίαν καταργεῖ. Καὶ ταῦτα αὐτῆς εἰπούσης, ἐκέλευσεν αὐτὰς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἀχθῶναι καὶ φυλάττεσθαι.

addit se ob S. Simionis fratris sui necem non dolere.

3 Γενομένης δὲ πρωΐας, ἔπεμψεν ὁ Μαύπας πρὸς αὐτὸν λαθραίως, καὶ εἶπεν αὐτῇ, Δέλεις παρακαλέσω τὸν Βασιλέα, καὶ ῥύσομαί σε ἐκ θανάτου, καὶ γένῃ μοι εἰς γυναῖκα; Ἡ δὲ ἀθλοφόρος ἀκούσασα τὰ ῥήματα ταῦτα, ἐξέστη καὶ ἐφοβήθη Σφόδρα· εἶπεν δὲ πρὸς αὐτὸν, Φράζον τὸ στόμα σου, κύων ἀκάθαρτε, ἐχθρὲ τοῦ Θεοῦ καὶ πάσης ἀληθείας, καὶ μηκέτι προσθῇς τοῦ λαλῆσαι τὸ ἀκάθαρτον ῥῆμα τοῦτο εἰς τὰς ἐμὰς ἀκοάς· ὑπὲρ γὰρ εἰσέρχεται ταῦτα εἰς τὸν ἐμὸν διάνοιαν, μὴ γένοιτο, ἐπειδὴ ἅπαξ ἠρμώσθην τῷ δεσ-
ait se Christo, sto despontam πότῃ Χριστῷ, καὶ τὸν παρθενίαν μου αὐτῷ φυλάττω, *sam* τοῦ τε πίστιν καὶ τὸν ἀλήθειαν αὐτῷ διατηρῆσαι *sam* Σπουδάζω· δοκεῖ δὲ ὄντως ὁ μόνος ἀναμάρτητος
E ῥύσασθαί με ἐκ τῶν ἀκαθάρτων ὑμῶν χειρῶν καὶ λογισμῶν ῥυπαρῶν, ὧν ἐλογίσασθε κατ' ἐμοῦ. Οὐ μόνοι φοβοῦμαι ἀποθανεῖν, ὑπὸ δὲ τοῦ Σφαγοῦ δειλιῶ· ἡ γὰρ ὁδός, εἰς ὃν θέλετέ με πέμψαι, αὕτη ἀπάγει με πρὸς τὸν ἀδελφόν μου καὶ Ἐπίσκοπον ἀγαπητὸν Συμεῶνα, ἵνα ἐκεῖ παρακληθῶ ἀπὸ τῶν θλίψεών μου καὶ στεναγμῶν, *& paratam pro eo mori,* ὧν οἶδεν ἡ ψυχή μου μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ δύο Ἄρχοντες ἔπεμψαν πρὸς τοῦτο τὸ αὐτὸ τοῦτο δηλοῦντες, καὶ ὡσαύτως πάλιν μετὰ θυμοῦ καὶ ὀργῆς ἀποκριθεῖσα καὶ τούτοις, ἀπεκρούσατο αὐτούς.

ut liberetur ad nuptias solicitata,

4 Ἰδόντες οὖν ἀμφότεροι ὅτι ἐνικήθησαν, καὶ ἡ ἐπιθυμία αὐτῶν ἐματαιώθη, ἐποίησαν Συμβούλιον οἱ τρεῖς, καὶ ἐλάλησαν ὁμοῦ καλαμαρτυρήσαντες αὐτῶν ἀδίκως, καὶ εἶπον πρὸς τὸν Βασιλέα ὕτως, γοήτριαν *ipsa & sotia recusantes sacrificare* εἶναι. Ὁ δὲ Βασιλεὺς ἀκούσας, ἐκέλευσεν ἵνα ἐὰν *lem adorare* προσκυνήσωσι τῷ ἡλίῳ, μὴ ἀποθάνωσιν. Ὡς δὲ *re,* ἐπηγγέλθη αὐταῖς κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ Βασιλέως προσκυνῆσαι τῷ ἡλίῳ, ἀπεκρίθησαν αἱ Ἁγίαι, καὶ εἶπεν· Ἡμεῖς Θεὸν τὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς προσκυνοῦμεν, καὶ τοῦ αὐτοῦ τιμῶ τῷ κλίσματι αὐτοῦ τῷ
F ἡλίῳ δὲ προσφέρομεν, ἀλλ' οὐδὲ ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ τοῦ ἀπειλοῦ ὑμῶν χωρισθῶμεν δυνάμεθα. Ὡς οὖν εἶπον ταῦτα, ὁμοθυμαδὸν οἱ Μάγοι ἐβόησαν φωνῇ μεγάλῃ λέγοντες, Ἀπολέσθωσαν αὗται ἐκ τοῦ ὑπὸ οὐρανὸν, αὗται γὰρ ἐποίησαν τῇ Βασιλίδι φάρμακα, ὥστε ἀσθενῆσαν αὐτοῦ ἀποθανεῖν. Καὶ παραχρῆμα *morti adjudicantur* ἐδόθη κατ' αὐτῶν ἀπόφασις τοιαύτη, ἵνα οἵῳ ἂν βούλονται θανάτῳ οἱ Μάγοι ἀποθανεῖν αὐτάς· ἔλεγον γὰρ οἱ ἀνόσιοι καὶ μιαροὶ, ὅτι ἐὰν μὴ κοπῇ τὰ Σώματα αὐτῶν εἰς δύο, καὶ παρέλθῃ ἡ Βασίλισσα διὰ μέσου αὐτῶν, θεραπευθῶμεν οὐ δυνάται. Ὡς δὲ ἐξέβαλον αὐτὰς ἵνα ἀποκλείνωσιν, πάλιν ὁ Μαύπας ἀπαγορεύων αὐτῶν ἔπεμψεν πρὸς τοῦ Ἁγίαν λέγων, Ἐὰν θέλῃς μου ἀκοῦσαι, ὅτε σὺ ἀποθνήσκεις, ὅτε αἱ νεανίδες. Ἡ δὲ Ἁγία, μετὰ φωνῆς μεγάλης ὑβρίσασα αὐτὸν, εἶπεν· Κύων ἀκάθαρτε, τίνος ἕνεκεν τοιαῦτα φθέγγῃ, ἃ μὴ ἀνέχομαι ἀκοῦσαι; ἐγὼ γὰρ τελείως εὔχομαι ἀποθανεῖν, ἵνα ζήσω εἰς τὸν αἰῶνα· ὃ μὴ χαυνώσω ἐμαυτὸν εἰς τοῦ ζωοῦ τοῦ προσκαίρου τούτου, ἵνα μὴ ἀποθάνω θάνατον τὸν αἰώνιον.

EX MS. VATICANO

secantur in duas partes,

5 Ἐξαγαγοῦντες οὖν αὐτὰς πρὸ τῆς πόλεως, μιᾷ ἑκάστῃ αὐτῶν προσέπηξαν δύο πάλους, εἰς μὲν τὸν ἕνα τὸν τράχηλον δήσαντες, εἰς δὲ τὸν ἕτερον τοὺς πόδας, καὶ διαλείναντες αὐτὰς εἰς αὐτοὺς ἑκάστην, κατενέγκαντες πρίονα τεκτονικὸν, ἔπρισαν αὐτὰς εἰς μέρη δύο· καὶ πήξαντες ξύλα μεγάλα, τρία μὲν τῆς ὁδοῦ ἐντεῦθεν, καὶ τρία ἐντεῦθεν, ἐκρέμασαν ἐπ' αὐτῶν τὰ ἅγια Σώματα. Ὦ τοῦ φρικτοῦ καὶ φοβεροῦ θεάματος! πλήρη δακρύων γὰρ καὶ κατανύξεως, ἐκπλήξεώς τε καὶ στεναγμῶν τὰ γεγονότα. Εἴ τις οὐκ ἔχει δάκρυα κατανύξεως, ἐλθέτω καὶ κλαυσάτω, βρέχων τὸ Σῶμα δάκρυσιν. Ἰδοὺ γὰρ Σώματα τερπνὰ καὶ ἅγια, θρίαμβος ἐγένοντο κατὰ τὴν ὁδὸν, ἐφ' ἃ ἐφυλάχθησαν ἐν Σεμνότητι καὶ παρθενίᾳ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον τῆς ζωῆς αὐτῶν· ἡ ἐλευθερία ἐδόθη εἰς ὀνειδισμὸν· τῶν τε πραότητα καὶ δικαιοσύνην ἐν ἰδίῳ θαλάμῳ ἀσκησασῶν, ἰδοὺ, ἡ δόξα πρόκειται εἰς ὕβριν. Ὦ πόσον μακροθυμεῖ ἡ δικαιοκρισία! ἀλλ' ὅτ' ἂν ἀναστῇ τοῦ ἐκζητῆσαι, οὐκέτι Συγχωρεῖ ἢ οἰκτείρει. Ὦ πόσα τολμᾶ ἡ ὑπερηφανία! ἀλλ' ὅταν πέσῃ, οὐκ ἔχει θεραπείαν ἢ ὑπόστασιν. Ὄντως τὰ ξύλα ταῦτα τῶν Ἁγίων, καρποὶ δικαιοσύνης εἰσὶν· καὶ ὄντως οὗτοι λύκοι τῆς Ἀραβίας, ἄσπλαγχνοι καὶ αἱμωπόται, οἱ πρίσαντές φημι καὶ κρεμάσαντες. Ἐνταῦθα κατανοήσας ὁ μακάριος Προφήτης εἶπεν, Ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς, ἐν τῷ ὀργισθῆναι τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, ζῶντας εἰς ἅδην κατήγαγεν ἡμᾶς. Ἄρα ἐχάρει τις ἐπὶ τῷ φοβερῷ τούτῳ ἔργῳ, ἢ ἡδέως ἔσχεν τις τὸ φρικτὸν τοῦτο θέαμα; Ἄρα ἐνέβλεψέν τις, κἂν προσεῖδεν αὐτοῖς, ἀδακρυτί; Ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι· εἰ δὲ καὶ ἄρα τολμήσας τις προσέσχεν ἐπὶ τῷ τοιούτῳ, τῆς ἡμετέρας οὐκ ἔστι φύσεως, ἀλλ' οὐ δὲ τὸ γένος αὐτοῦ ἐκ τοῦ Ἀδάμ.

B

D

6 Ἤνεγκαν δὲ τὴν ἀθλίαν Βασιλίδα τῇ ὁδῷ ἐκείνῃ, καὶ παρῆλθεν διὰ τῶν ἁγνῶν Σωμάτων, καὶ πᾶσα παρεμβολὴ ὀπίσω αὐτῆς προκένσον c γὰρ εἶχεν ὁ Βασιλεὺς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Ἐτελειώθη ἡ ἁγία Φερβοῦς, Σὺν τῇ ἀδελφῇ καὶ τῇ παιδίσκῃ αὐτῆς, τῇ πέμπτῃ τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

per easque traducitur Regina.

c

a *MS. Vaticani ecgraphum* κατεσθέτη,

b *Altera duarum, quæ in titulo* ancilla *dicitur, censenda est potius in obsequio & famulatu Sororis fuisse, ut pote viduæ, quam Pherbuthæ sanctimonialis.*

c *Non recte vertit alius:* Illa enim die Imperator Censum recipiebat. *Nos quid* Πρόκενσος *sit jam explicuimus ad Acta S. Eutychii 6 Apr. itaq; sic verte* Processionem enim eadem die ducebat Imperator.

E

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΜΑΡΤΥΡΩΝ

ΑΚΕΨΙΜΑ, ΙΩΣΗΦ, ΚΑΙ ΑΕΙΘΑΛΑ.

Ex MS. Medicæo Regis Christianissimi.

CAP. I.

Sub Sapore Rege Persarum S. Acepsimas Episcopus omni virtute præditus,

a

C

Ἐλύτα κατὰ Χριστιανῶν Σαβώριος ὁ Περσῶν Βασιλεὺς, τοῖς Μάγοις τε, μέρος οὖσι Περσῶν, τὸν κατ' αὐτῶν ἐπέτρεπε διωγμόν. Οἳ καὶ ἰταμώτερον, ἅτε ζηλωταὶ τῶν πατρίων ἐθῶν, τοῖς διωκομένοις ἐπιτιθέμενοι, πυρί τε καὶ ἡλίῳ τὸ σέβας νέμειν ἐξεβιάζοντο· Οὗ δὴ χάριν καὶ Ἀκεψιμᾶς ὁ μακάριος ὑπ' αὐτῶν Συλλαμβάνεται, ὃς ἐκ πατρίδος μὲν ὥρμητο Ναησσῶν a, ὑπὸ τὰ Περσῶν ὅρια αὐτὴ τυγχάνει κειμένη, Ἐπισκοπικῷ δὲ τετίμητο ἀξιώματι, γηραιὸς τὴν φρόνησιν, πρᾷος, ἀόργητος, ἐγκρατείᾳ συζῶν, τοῖς δεομένοις τῶν ὄντων μεταδιδοὺς, προσευχῆς ἐπιμελόμενος, χαρίεις τὸ εἶδος, χαρίεις τε ῥοστὴν ψυχὴν, καὶ τὸ ἐκτὸς ἤθει τὴν ἐντὸς κατάστασιν τοῖς ὁρῶσι διασημαίνων, ἔργῳ τε καὶ λόγῳ τὴν εὐσέβειαν καταγγέλλων, διδάσκαλος Χριστιανοῖς καὶ βίου καὶ δογμάτων ὀρθῶν γενόμενος· ἐξ οὗ καὶ τὴν τῶν ἐναντίων παράταξιν, ἅτε πρὸς ἰσχυρότατον ἀνταγωνιστὴν, εἰς ἑαυτὸν ὅλην ἐξεκαλέσατο· περὶ ὃν δὴ καὶ πρὸ τοῦ συλληφθῆναι, τοιοῦτόν τι προφητικῶς γίνεται.

Martyr futurus à puero prædictus,

2 Παῖς τις κατέψα τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, τῶν διοχλουσῶν φθειρῶν ἐκκαθαίρων· ταύτην οὖν ἀσπασάμενος, Μακαρία, εἶπεν, ἡ φαλάκρα αὐτὴ, (ἐψίλοτο γὰρ) ἥ τις ἄρα διὰ Χριστὸν μαρτυρήσει. Ὁ δὲ ἥσθη τῷ ῥήματι, καὶ τὸ παιδίον παραυτίκα ἀντισπασάμενος, Γένοιτό μοι, τέκνον, ἔφη, κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Ἐπεὶ δέ τις συνήθης καὶ φίλος τῷ μακαρίῳ Ἀκεψιμᾶ, λεγομένων τούτων παρὴν (Ἐπίσκοπος δὲ καὶ οὗτος τῆς ἐνγειτόνων πόλεως ἦν) ἤρετο τὸ παιδίον ὑπομειδιῶν· Εἶπέ μοι, τέκνον, εἰπὼν, Εἴ τι δὲ περὶ ἡμῶν ἔγνωκας. Ὁ δέ γε θεοφορούμενος παῖς, Καὶ σοῖ, ἔφη, πρὸς τὴν πόλιν ἐπανιόντι τὴν σὴν, οὐκ ἐξέσται ταύτην ἰδεῖν, ἀλλὰ κατὰ τὴν κώμην Ἀθραδαρὰν καταλύσεις τὸν βίον· ἃ δὴ καὶ ἀμφοτέροις κατὰ τὴν τοῦ παιδὸς ἐξέβαινε πρόῤῥησιν.

captus, in urbe Arbelorum, corā Principe Magorum profitetur fidem:

F

3 Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρὸ τοῦ τὸν μάρτυρα Συλληφθῆναι· ἐπεὶ δὲ καὶ ἐάλων καὶ διὰ τῆς ἑαυτοῦ οἰκείας ἤγετο, τῶν συνήθων τις, πλησίον γενόμενος, Διάταξαί τι περὶ τοῦ οἴκου σου, πρὸς τὸ οὓς αὐτῷ ἔφη, Ὁ δὲ, Αὐτὴ ἡ οἰκεία, τῇ χειρὶ δείξας, οὐκέτι οἰκεία μου· ἐγὼ γὰρ ἤδη πρὸς τὴν ἄνω ὅσον οὔπω καὶ μετοικίζομαι. Ἐν τῇ πόλει δὲ Ἀρβὴλ γεγονὼς, καὶ τῷ τῶν Μάγων Ἀρχηγῷ παραστὰς (ὄνομα αὐτῷ Ἄδραχος γὰρ ἦν) εἰ Χριστιανὸς εἴη, ἐπηρώτατο. Ὡς δὲ μεγάλῃ τῇ φωνῇ τοῦτο εἶναι διωμολόγησεν· Οὐκ οὖν ἀληθῆ, ἔφη, τὰ περὶ σοῦ φημιζόμενα, ὡς Βασιλικῶν τε εἴης προστάξεων καταφρονῶν, καὶ ὡς ἕνα κηρύττεις Θεὸν ἀπεναντίας τῷ Βασιλικῷ δόγματι; Τὸ δὲ μακάριον ἐκεῖνο γῆρας, οὐδὲν ὑποδειλιάσαν· Πάντα ὅσα, φησὶν, τοιαῦτα περὶ ἡμῶν ἀκήκοας, ἀληθῆ τυγχάνουσιν ὄντα· ἕνα γὰρ κηρύσσω Θεὸν κατὰ τὰς παρ' ἡμῖν θείας γραφὰς, καὶ τοῖς πρὸς ἐμὲ φοιτῶσι τούτου πρεσβευτὰς εἶναι τοῦ δόγματος ὑποτίθημι. Καὶ ὁ Μάγος· Φρονήσει σε διαφέρειν τῶν πολλῶν ἀκηκόαμεν, ἥ τις τῷ μακρῷ χρόνῳ καὶ τῇ πείρᾳ δοκιμωτέρα καθίσταται· νῦν δὲ οὐχ οὕτως ὥσπερ ἠκούσαμεν καὶ ὁρᾷν παρέστι· διάκεισαι γὰρ παιδὸς ἀφραίνοντος κατὰ τὸ οὐδὲν ἄμεινον· ἐπεί που τοῦτο συνέσεως δοκεῖς ἢ καλῶς ἐχούσης φρενὸς τὸ βασιλικῶν δογμάτων καταφρονεῖν, καὶ μὴ προσκυνεῖν ἐθέλειν τῷ τε ἡλίῳ καὶ τῷ πυρὶ, οἷς δῆτα καὶ Βασιλεὺς αὐτὸς προσκυνεῖ; Ὁ τοῦ Χριστοῦ Ἀρχιερεὺς ἀπεκρίνατο, Πολλά μοι δοκεῖ ἡ τῶν Περσῶν ἀνοηταίνειν ἀρχὴ, ὅτι τοῦ κτίσαντος ἀφεμένη λατρεύειν ἔγνω τοῖς κτίσμασιν· τίς γὰρ εὐφρονῶν τὸ τοῦ Θεοῦ σέβας τοῖς ὑπὸ Θεοῦ περιθῆναι πεποιημένοις ἀνέξοιτο, ὥσπερ ὑμεῖς ποιεῖτε, ἀνόσια δρῶντες, καὶ αὐτός γε οὗτος ὁ ὑμέτερος Βασιλεύς.

irridet cultum solis & ignis:

4 Ὁ

EX MS. VATICAN.

A 4 Ὁ δὲ, Ἀνόσια δρᾷν ἡμᾶς λέγειν τολμᾷς, ἔφη, τηλικούτῳ προσκυνοῦντας σοιχείῳ καὶ ζωογόνῳ ἡλίῳ λατρεύοντας; ἀνόσιε τάληδὲς σὺ, καὶ λῆρε, καὶ ματαίᾳ προσάτα θρησκεύματος. Ἀλλ' εἰ μὴ τῷ δ Βασιλέως ἔξεις προστάγματι, καὶ προσκυνήσεις οἷς ἄρα καὶ αὐτὸς προσκυνεῖ, οὔτε τὸ γῆράς σε παιδεῖν ἐξαρήσεται, ἅδ' ὃν λατρεύεις ἑαυρωμένος Θεός. Εἶτα ὁ θεῖος πρεσβύτης, Ἐμφραγείη σ' ἔφη, τὸ μιαρὸν στόμα, καλάστατε, ἔφη, εἰ ἐμὲ δοκεῖς ταῖς ἀπειλαῖς σου μεταπείθειν, ὥστε πατρῴου δόγματος ἀποστῆναι, ὃ παιδόθεν μεμαθηκὼς καὶ εἰς τὸ τὸ πολιὰν ἔζωσα· εἰ δὲ ἄτε τὸ γῆρας ἐξαρήσεται, ὡς σὺ ἔφης, ἅδ' ὃν σέβω Θεὸς τῶν ὑμετέρων χειρῶν, ἃ παρὰ τοῦτο τὸ χεῖρον ἐγὼ τὸ κρεῖττον ἀλλαλάξομαι. Τί γάρ μοι καὶ τοῦς ὀλίγους τοῦ ζῆν ἡμέρους· ἐπεὶ μετ' ὀλίγον τὸ κοινὸν τοῦτο τῆς φύσεως χρέος, καὶ ὑμῶν ἄνευ, ἀπαλλαγήσεται. Οὐ προσκυνήσω ἡλίῳ, ἃ λατρεύσω πυρί· ἃδεὶς μοι καταγελάσεται τῆς πολιᾶς, ἃδεὶς ἐγκαλέσει μοι τὸ φιλόζωον, βραχείας ζωῆς ἀγαθῶν τοσούτων ἀποδομένῳ μακαριότητα.

constans in fide non terretur minis:

S. Ioseph docet inanes divitias & vanam esse gloriam mundi:

B 5 Θυμῷ ἐπὶ τούτοις ὁ μιαρὸς ὑποπίμπλαται, καὶ μάστιξι τὸ ἱερὸν γῆρας εὐθὺς καλαμικίζειν, ὕτω βαρέως, ὥστε τῷ αἵματι μὴ ἅπαν περιλιμναθῆναι τὸ ἔδαφος, μὴ καλαλειφθῆναι δ μηδένα τόπον τοῦ σώματος ἀπάθη. Βραχὺ δὲ τῆς πληγῶν ἀνεθέντα, κελεύει πάλιν δυσὶ περιδεθέντα ἁλύσεσι τῷ βήματι παρασταθῆναι. Καὶ, Πῶ ὁ Θεός σου ὃν σέβῃ, Ἀκεψιμᾶ, ἔλεγεν· ἐλθέτω, καὶ τῆς ἐμῆς χειρῶν ἐξελέσθω σε. Ὁ ἐμὸς, ἔφη, Θεὸς, μιαρώτατε, τὸν οὐρανὸν πληρῶν καὶ τὴν γῆν, δυνατός ἐστι καὶ τῆς σῶν χειρῶν ἐξελέσθαι με· σὺ δὲ γῆ καὶ σποδὸς ὢν, κατὰ τίνος ἆρα καὶ τολμᾷς ὑπερφανεύεσθαι; οὗ ὑποκάτω σρωθήσεται σὴψις, ᾧ ἡ ζωὴ βαρυτέρα θανάτου τὸν ζῶντα μὴ ἐγνωκότι Θεὸν· διὰ τοῦτο ὥσπερ ἀνθρώπου τοῦ ἀργοῦ ὕτω ξηρανθήσῃ, καὶ τὴν ζωὴν οἰκτρῶς καταστρέψας πυρὶ ἀσβέστῳ παραδοθήσῃ, ἵν' ὅπερ νῦν προσκυνεῖς, τούτῳ ἐκεῖ κολαζόμενος, ἔργῳ μάθῃς, ὅτι πῦρ ἔστιν Θεὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ ἕτερον εἰδέναι δημιουργὸν, ὃς καὶ πάντων ἐστὶ τῶν ὁρωμένων Θεός. Τούτοις θυμῷ πλέονι δ Μάγος διακαυθέντος, βαρυτέραν τὸν Ἅγιον περιεδέσμησεν ἁλύσεις, καὶ ἐσωτέρα τέως φυλακὴ ὑπεδέχετο.

instruit Magum de igne infernali;

carceri includitur:

CAP. II.

C 6 Τῇ δ' ἐξῆς καὶ ὁ τιμιώτατος Πρεσβύτερος Ἰωσὴφ, ἀπὸ κώμης Βηθλαβυβᾶ καλουμένης ὁρμώμενος, ὃ δ' γράφων καλῶς ἑρμηνεύεται, γραμὸς καὶ αὐτὸς καὶ τῶν Δαβιδικῶν ὄντος ὄρων, ἑβδομηκοντούτης ὑπάρχων· ἐπρεπέ δέ τις τῷ γήρᾳ καὶ χάρις, ὡραιότης τε τιμία πολιὰν ἐπὶ μᾶλλον ἐφαίδρυνε· ᾧ ζῆλος ἔπνευε ἡ ψυχὴ, καὶ δ' Χριστιανῶν ἐκτόπως προῄσθετο δόγματος, σωφροσύνης τε ἀκριβοῦς εἶχε. Πρὸς τούτῳ καὶ ὁ σεβασμιώτατος Διάκονος Ἀιθαλᾶς συλλαμβάνεται (κώμης τοῦτον ἐθρέψατο Βηθροαδαρᾶ) ἀνὴρ τῷτε πνεύματι ζέων καὶ τῇ δ' Χριστοῦ ἀγάπῃ σφοδρῶς ἐκπυρούμενος, ἐλεεινὸν ᾗ αὐτῷ τὸ ἦθος καὶ παῤῥησίας μεστὸν, τὸν Ἡλίου δ' μεγάλου τρόπον, τῷ ἐλευθερίῳ οἶμαι τοῦ βίου, καὶ τῇ τῆς ψυχῆς ἐπόμενον καθαρότητι· ἐπλώθη δέ τις αὐτῷ καὶ σεμνότης, ἐκ πάνυ περιποιοῦσα τῷ ἀνδρὶ τὸ ἀξιέσμιον. Ἐπεὶ δ' ἄμφω παρέσκησαν τῷ δικάζοντι, βλοσυρῷ ὄμματι πρὸς αὐτοὺς ἀποβλέψας· Ὦ δυσθανατώτατον, ἔφη, γένος, ἵνα τί τοὺς ἀνθρώπους ἀφελεσέρους ὑπιόντες, καὶ τοῖς ὑμῶν διδάγμασι καταγοητεύοντες, τὴν τῶν Χριστιανῶν ὑπάγεσθε θρησκείαν; Ὁ μακάριος ἔφησεν Ἰωσήφ· Ἡμεῖς ὅτε γοητεύειν, ὅτε ἀπατᾶν μεμαθήκαμεν· ἀληθοῦς δὲ καὶ βεβαίου προϊσάμενοι δόγματος, τοὺς πλανωμένους περὶ τὸ σέβας χειραγωγοῦμεν πρὸς τὴν ἀληθειαν, Θεὸν ἕνα διδάσκοντες προσκυνεῖν, δεσπότην μετὰ τῶν ἄλλων ἡλίου τε καὶ πυρός.

Comprehenduntur S. Ioseph Presbyter & Aithala Diaconus,

7 Καὶ ὁ Μάγος ἔφη· Ποῖον ᾗ δόγμα ἀληθείας ἐχόμενόν ἐστιν, ὅπερ ὁ πάσης γῆς βασιλεύων, αὐτός τε καὶ μεγιστάνες αὐτοῦ, προσβεύουσιν, ἢ ὅπερ εὐτελεῖς καὶ ἠμελημένοι; καθ' ὑμᾶς τοὺς παλαιομένους, κηρύττουσιν; Εὐτελεῖς μὲν ἡμεῖς, ὁ δ' Χριστοῦ Ἱερεὺς ἀπεκρίνατο, τοῦτο τῆς ἐνολῆς Χριστοῦ κελευούσης· ἐπεὶ οὐκ ἐν πλούτῳ καὶ ὑπερηφανίᾳ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς ἡμῖν ὁδὸν ἀνθρώπου καταυθυνθῆναι. Διὰ τοῦτο καὶ πολλάκις γοῦν ἐκόντες ἑαυτοὺς ταπεινοῦμεν, τὰ ὄντα πένητι προϊέμενοι, πλοῦτον ἀνείλαβεῖν ἀμείνονα ἐκδεχόμενοι καὶ δόξαν τοῦ μὴ δεπόλε διαπίπτουσαν· σὺ δὲ, ὁ ἐπὶ πλούτῳ προσκαίρῳ καὶ μαλακῇ δόξῃ τὰ μεγάλα φυσῶν, ὡς καινὸς παρελεύσῃ, καὶ ὡς χοῦς ὑποπνευμάτου ἐκφυσηθήσῃ· ὁ Μάγος, Ὑμεῖς, εἶπεν, ὄκνῳ δυσθύμοι περιέρχεσθε τὰς οἰκίας, πρόσωπά τινες ἄθλιοι, καὶ χερσὶ προσέχοντες ἀλλοτρίαις· ἐφ' ᾧ δὲ ἐχρῆν ἐπαισχύνεσθαι, τοῦτο μᾶλλον ὑμεῖς ἐγκαυχᾶσθε· ἐγὼ δὲ πλοῦτον πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπέρατός τε δεινῶς καὶ ἀξιοσπούδαστον, οὗ τίς ὑμῖν πεισεύσειε μὴ ἐρᾶν; Ὁ μακάριος, Ἐπειδὴ, φησὶν, ἀργίαν ἡμῖν ὠνείδισας, καὶ προσάτας ἐκάλεσας, ἐροῦ μάνθανε παρὰ τῶν ἐδότων, ὡς εἴγε πλοῦτον ἀθροῖσαι διὰ σπουδῆς ἡμῖν γέγονε, τοσοῦτον ἂν τῶν ἡμετέρων ἀπωνάμεθα χειρῶν, ὅσον δὲ σοὶ σχεδὸν πρόσεισιν, ἀπὸ τῶν πενήτων αὐτὸν ἐρανιζομένῳ, πόνους τε ἀλλοτρίους καταμωμένῳ. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἰδίαις χερσὶ πονούμενοι, πορισμοῦ δικαίου κοινωνοῦμεν τοῖς δεομένοις· ὑμεῖς δ' πλεονεξίᾳ προσκείμενοι, ἃ μόνον οἶδε ὅτι οὖν αὐτοὶ ἐργάζεσθε, ἀλλὰ προσαφερεῖσθε καὶ τὰ ἀλλότρια. Ὅτι δ' ἡμᾶς πλοῦτος ἔφης ἐρᾶν· τί τὸ πρὸς ὃ ἐκείνῳ καλανοήσαντες ἀγαθὸν προσδέχεσθαι ἂν αὐτῷ εἴχομεν; οὐχὶ δραπέτης ἐσὶ καὶ κομιδῇ ἄπιστος; οὐχὶ τούτῳ μοι πρόσεσι νοῦν, αὔριον δ' πρὸς ἄλλον μεταφοιτᾷ, τὸν πρῶτον δεσπότην ὥσπερ ἐξαρνησάμενος; οὐχὶ φθόνον πολλοῦ ἀνάπτει καὶ δ' κεκίνηκεν; ὃ πόνων οὕτως καὶ πολέμων δημιουργὸς ἄνισος; οὐχὶ λησῶν καὶ κλεπτῶν ἐφέλκεται φθαλμούς; Εἰ δ' τοῦ ἐκ τούτου φῆς ἡδονοῦ ἢ μεγάλου δόξαν λογίζῃ, τί τῶν ὀνείρων αὐτὴ διαφέρει καὶ τῶν σκιῶν; ὀλίγον εὐφρανεῖ, εἶτ' ἐσπέρας καλαλαβούσης ἀπέσβη, καὶ πρὸς τὸ μὴ ὂν ὤχετο· εἰ δὲ καὶ μικρόν τι τῷ παρόντι βίῳ συμπαραμένοι, ἀλλ' ὁ θάνατος ἤδη καταλαβὼν καὶ αὐτοῦ ἔχει σωπιῶσαν, πικρὰ δὲ κολάσεις τὸν σπλαθῦα τῆς ἡδονῆς ἐφέλκεται δίκης.

S. Ioseph docet inanes divitias & vanam esse gloriam mundi:

F 8 Οὕτω λεγομένων ἐγκόψας ὁ Μάγος· Ἐάσας τοὺς μακροὺς λήρους, φησὶ, τῷ μεγίστῳ Θεῷ ἡλίῳ καὶ τῷ φανωλάτῳ πυρὶ τοῦ προσκυνήσιν, ὡς δέμις, ἀπόδος. Πρὸς ταῦτα, Μὴ πλανῶ, εἶπεν ὁ προσκυνητὴς τοῦ Χριστοῦ, μηδὲ τούτου σοι δεάσασθαι πόλε τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς, καλαλιπόντα με τὸν ποιητοῦ ἡλίου καὶ τοῦ πυρὸς τοῖς ἐκείνου ποιήμασι προσκυνήσαι, τοῖς τε λόγοις καὶ τῇ ἐμαυτοῦ διδαχῇ ἀπεναντίας ὕτω γινόμενον. Ὁ δὲ τοῦ τοῦ ὠμότητα Μάγος, ἐπεὶ τούτων ἤκουσε τῶν ῥημάτων, διακαυθεὶς τῷ θυμῷ, κελεύει παραχρῆμα διαλαθέντα ῥάβδοις ῥοιῶν, δαμινοῖς ὄζοις ἠκανθωμένοις, αὐτὸν μαστίζεσθαι. Ὡς δ' τὰς ἱερὰς ἐκείνας σάρκας οἱ τῆς ἀπωλείας υἱοὶ καλέξαινον, Εὐχαριστῶ σοι, εἶπεν ὁ ἀθλητὴς, εἰς οὐρανὸν ἀνατείνας τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὅτι με τῷ ἐμῷ καληξίωσας αἵματι βαπτισθέντα τὸν τῆς ἁμαρτίας ῥύπον καθαρῶς ἀπολούσασθαι. Οἱ δ' δήμιοι, ἐφ' οἷς εἶρηκεν ὀργῆς μᾶλλον ἐπ' αὐτῷ πληρωθέντες, οὕτω καλέκοψαν τοῖς πληγαῖς, ὡς ἐκκοπῶσαι τούτῳ καὶ τὸν φωνόν. Εἶτα δυσὶ περιβαλόντες ἁλύσεσι, τῷ δεσμωτηρίῳ ἐγκατακλείουσι, καλὸν αὐτῷ καὶ ἄκοντες παραμύθιον τὸν θεῖον carceri δεδωκότες Ἀκεψιμᾶν, ἐκεῖ γὰρ ἔτυχε προκαλακλεισθείς.

negat cultum solis & ignis:

crudelissime flagellatur:

includitur carceri

EX M.S. VATICANO

S. Aithalas constans in abnegando 'tu solis,

9 Πρὸς δὲ τὸν τιμιώτατον ἀποβλέψας Ἀειθαλᾶν ὁ τὴν ψυχὴν ἀμέλικτος δικαστὴς, Σὺ τί λέγεις; ἔφη· πληροῖς τὸ τοῦ Βασιλέως πρόσταγμα καὶ προσκυνεῖς τῷ μεγίστῳ ἡλίῳ, ἀπογεύῃ τε αἵματος, καὶ γυναικὶ ὁμιλεῖς, καὶ λύῃ τῶν ἐπηρτημένων σοι ἀναγκῶν; ἢ καὶ αὐτὸς ἀπιθεῖς τοῖς ἄλλοις ὁμοίως. Ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς Ἀειθαλᾶς, τὸ τῆς εὐσεβείας ὄντως ἀειθαλὲς φυτὸν καὶ ὀρέανιον· Ἔργον τοῦτο, ἔφη, τῆς σῆς ἀκαθάρτου καὶ κυνώδους ὀρέξεος, τὸ αἱμάτων ἀπογεύεσθαι καὶ ἀντὶ Θεοῦ τὰ τοῦ Θεοῦ σέβεσθαι· ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο χαλεπῶς οὕτω τυφλώττειν καὶ τοὺς τοῦ σώματος καὶ τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς, ὡς ὁρῶντι τόνδε τὸν ἥλιον μέχρις αὐτοῦ στῆναι, καὶ Θεὸν ἁπλῶς ἡγήσασθαι τὸ φαινόμενον, καὶ μὴ προσωτέρα χορίσαι διανόιας ὀφθαλμῷ τρανωτέρῳ, καὶ Θεὸν μὲν τὸ κινοῦν, κτίσμα δὲ λογίσασθαι τὸ κινούμενον. Εἰ δέ μοι, οὕτω κρίσεως ἔχοντι, καὶ πληγὰς καὶ θάνατον ἀπειλεῖς, οὐ παρὰ τοῦτό με πείσεις τὸ σὸν δόγμα μεταμαθεῖν, καὶ τὴν εὐσέβειαν ἀπαρνήσασθαι.

etiam paratus mori

10 Ὀργισθεὶς ἐπὶ τούτοις ὁ δυσσεβὴς, Ἀλλ' οὐδεὶς ἀνθρώπων εὐφρονῶν, ἔφη, θάνατον ἂν πρὸ τῆς ζωῆς ἕλοιτο, καὶ ταῦτα ματαίας χάριν καὶ οὐ λελογισμένης ἐνστάσεως· ὅθεν οὐ δὲ πιστευτέον σοι, λέγοντι προθύμως ἔχειν ὑπὲρ τοῦ δόγματός σου καὶ τῆς θρησκείας ἀποθανεῖν. Ὁ Ἅγιος ἀπεκρίνατο· Οἱ καθ' ὑμᾶς, ἐπὶ κεναῖς αἰωρούμενοι ταῖς ἐλπίσι, καὶ μή τινα προσδοκίαν μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἔχοντες ἀτελευτήτου ζωῆς, εἰκότως ἂν καὶ φιλοζωεῖν οὕτω καὶ φιλοσωματεῖν νομίζοιντο· οἷς δὲ ἀληθεῖς ἐλπίδες καὶ βέβαιοι τὴν ψυχὴν ἐπιτρέφουσιν, (ὡς αὐτή τε ἀθάνατος εἴη, καὶ τῷ ἰδίῳ πάλιν σώματι συνελθοῦσα, μετὰ τὴν τοῦ θανάτου διάλυσιν, αἰωνίου μέλλοι ζωῆς κοινωνεῖν) τούτοις ἄρα καὶ ἡ παροῦσα ζωὴ χρῆμα μικρὸν καὶ εὐκαταφρόνητον, καὶ ὁ θάνατος ἥκιστα φοβερός. Ἀψευδὴς γὰρ ὁ ἡμέτερος Θεὸς καὶ διδάσκαλος, Μὴ φοβηθῆτε, λέγων, ἀπὸ τῶν ἀποκτενόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν ἀποκτεῖναι μὴ δυναμένων.

B

ob æternam retributionem:

supplicium immane subit:

11 Τότε κελεύει ὁ θηριώδης ἐκεῖνος τὰς μὲν χεῖρας αὐτοῦ ταῖς ἰγνύαις προσδεθῆναι, ξύλον δὲ μακρὸν μέσον ἀμφωτέρωθεν διελαθῆναι, ἓξ δὲ ἄνδρας ἐξεκατέρων ἄκρων τοῦ ξύλου ἐπιβεβηκότας ἀτέχνως ἰσχυροὺς ἐρρωμένους πιέζειν τοῖς ἐπιτηδέσι ἅλμασιν τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο σῶμα, καὶ τὰ ὀστᾶ συνθλῶντας καὶ διαλύοντας· ἐπὶ τούτοις καὶ ῥάβδοις ῥοιῶν ἀνηλεῶς αὐτὸν τύπτεσθαι. Ὁ δὲ ἀδάμας ἀθλητὴς ἐκεῖνος καὶ τὸ φρόνημα ὑπ' οὐδενὸς ταπεινούμενος, ὥσπερ ἀπόνος καὶ ἀναλγήτως πρὸς βασάνου τοιαύτην ὑπερβολὴν διακείμενος, εὐγενές τι καὶ μεγαλόφρον πρὸς τὸν δικαστὴν ἀποβλέψας, Ὡς ἔοικεν ἡδονήν σόι τινα τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα διασπαρασόμενα ἐμποιεῖ, τὸν κυνῶν ἢ κοράκων τρόπον· ἐμπίπλασθαι τούτων ἐφιεμένων· γνῶθι τοιγαροῦν σαφῶς, ὡς οὐδείς μοι λόγος τῶν παρὰ σοῦ τούτων ἐπαγομένων βασάνων· ἢ τοίνυν καινοτέρας ἐπινόει, ἢ ταύτας ἴσθι τὸ μηδέν μοι λογιζομένας.

C

animo immoto & generoso:

12 Ὁ δὲ Μάγος αὐτίκα πρὸς τοὺς δημίους ἐπιστραφείς, Ἵνα τί πρὸς ἔλεον, ἔφη, μαστίζετε τὸν ἀνόσιον; ὁρᾶτε γὰρ ὅπως, φειδοῦς ἀξιούμενος, πρὸς τὰς καθ' ἡμῶν ὕβρεις κατὰ πολλὴν χωρεῖ τὴν ἐλευθερίαν. Οἱ δὲ, ὥσπέρ τινι κέντρῳ τῷ λόγῳ διανασάντες, οὕτως ἐπέθεντο κραταιῶς, ὡς ἐκ τῆς τῶν ἐπιβεβηκότων τῷ ξύλῳ βαρύτητος, καὶ τῆς τῶν τινώντων σφοδρότητος, τῆς ὠμότητός τε τῶν βασταζόντων, τέλεον παρεθῆναι μὲν αὐτῷ τὰς ἁρμονίας τοῦ σώματος, συνθλασθῆναι δὲ τὰ ὀστᾶ καὶ τὰς σαρκὰς καταξανθῆναι. Διαβαστάσαντες οὖν αὐτὸν, ἐπεὶ μὴ χρῆσθαι τοῖς ποσὶν ἠδύνατο, ὥσπέρ τι φορτίον τῇ φυλακῇ προσρίπτουσιν, ἔνθα δὴ καὶ ἡ τῶν Ἁγίων δυὰς κατακλειστὸς ἦν.

ossibus confractis & carnibus discerptis

conjicitur in carcerē.

D

13 Πέντε διῆλθον ἡμέραι, καὶ τούτους τοῦ δεσμωτηρίου ἐξαγαγόντες εἰς τόπον, ὃς ἐκαλεῖτο παράδεισος, ἄγουσιν, οὗ δὴ καὶ πλησίον ναὸς ἐτύγχανεν ὢν τοῦ παρ' αὐτῶν σεβομένου πυρός. Ἐν ᾧ προκαθήσας ὁ μιαρὸς, Εἴπατέ μοι τὸ τάχος, πρὸς τοὺς Ἁγίους φησὶν, ἔτι τῷ αὐτῷ τῆς ἀνοίας ἐπιμένετε λογισμῷ; ἢ τι κρεῖττον ὑμῖν μεταβεβούλευται καὶ σωτήριον. Οἱ Ἅγιοι, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος, εὐθὺς ἀπεκρίναντο· Γνωστὸν ἔστω σοι δικαστὰ, ὅτι ὃν ἐξ ἀρχῆς λογισμὸν ἔχομεν, τοῦτον καὶ εἰς ἔτι στοιχοῦντες ἐσμὲν, καὶ μέχρι τέλους τὸν αὐτὸν ἕξομεν, οὐκ ἀπειλαῖς, οὐ βασάνοις, οὐ δωρεαῖς, οὐδενὶ ἄλλῳ τὸ παράπαν μετατιθέμενοι· ἀλλ' ἕνα Θεὸν προσκυνοῦμεν, καὶ αὐτὸν μόνον Κύριον εἶναι τῶν ὄντων ἐγνώκαμεν. Τούτων ἀκούσας ὁ Μάγος, βασάνου πάλιν ἑτέραν ἐπενόει καινοτομίαν, καὶ κελεύει σχοινίοις αὐτοὺς διά τε τῶν μασχαλῶν καὶ τῆς ὀσφύος καὶ τῶν κνημῶν περιζῶσαι, καθ' ἕκαστον δὲ ζωστῆρα ξύλον ἐμβάλλεσθαι καὶ περιδανεῖσθαι· οὗ γενομένου, θέαμα χαλεπὸν ἦν, καὶ ὀφθαλμοῖς ἡμέροις δακρύων ἄξιον. Τὰ μὲν γὰρ ξύλα περιειλεῖτο, αἱ σχοινίαι δὲ συνεστρέφοντο, κἀντεῦθεν σάρκες τε ἐπιέζοντο καὶ ὀστᾶ συνετρίβοντο, καὶ ἡ συντριβὴ μάλα δεινὴ· καὶ γὰρ καὶ τοῖς πόρρω διεστηκόσι ψόφος οἷος ἐκ τῶν ὀστῶν ἠκούετο· ἦν δὲ τὸ τῇ βασάνῳ ἐπιλεγόμενον, Τῷ θελήματι τοῦ Βασιλέως μὴ ἀντιτάσσεσθε· εἶτα τὸ πρὸς τῶν Ἁγίων ἀντιφθεγγόμενον, Οἱ τῷ τοῦ Βασιλέως ὑμῶν θελήματι καθυπήκοντες, τῷ τοῦ Θεοῦ θελήματι ἀντιλέγουσι. Τρίτῃ μὲν ὥρᾳ ἦν ὅτε ἡ βάσανος ἤρχετο· μέχρι δὲ καὶ ἕκτης, οὕτω πασχόντων τῶν ἀθλητῶν, παρετείνετο,

CAP. III.

Educti in templum Ignis,

in fide constantes,

E

novis exquisitis cruciatibus torquentur:

14 Ἀπαγορεύσας οὖν μᾶλλον ὁ δικαστὴς, εἰς τὸ δεσμοτήριον αὐτοὺς πάλιν ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι, διὸ δὴ καὶ ἀπήχθησαν, οὐ ποσὶν οἰκείοις, ἀλλ' ὑφ' ἑτέρων διαβασταζόμενοι b, ἐπὶ τῷ παντάπασιν νενεκρῶσθαι αὐτούς. Παρήγγελεν δὲ τοῖς φυλάσσουσιν, ὡς εἰ φωραθείη τις, τροφῆς αὐτοῖς κοινωνῶν ἢ ποτοῦ ἢ ἐνδύματος, ἐσχάταις ὑποβάλλεσθαι τιμωρίαις. Εἰς ταύτην οὖν τὴν εἱρκτὴν οἱ τοῦ Χριστοῦ στρατιῶται πᾶσαν θλίψιν, πᾶσαν κάκωσιν δι' αὐτὸν ὑπομένοντες, ἐπὶ τρισὶ χρόνοις ἐγκεκλεισμένοι διέμειναν, οὐδεμίαν ἢ τοῦ λιμοῦ λύσιν, ἢ τῶν ἐν τῇ φυλακῇ κακῶν παραμυθίαν εὑρίσκοντες, εἰ μή τινες τῶν συνδεσμωτῶν κατοικτείραντες, βραχύ τι τροφῆς κατὰ τὸ λεληθὸς αὐτοῖς c παρεσχήκασιν· οἱ γὰρ τῇ εἱρκτῇ προσκαθήμενοι φύλακες, ἠλέουν μὲν αὐτοὺς τῶν συμφορῶν καὶ τοῦ γήρους, οὐδὲν δὲ τῶν εἰς θεραπείαν δρᾶσαι διὰ τὸν τοῦ δικαστοῦ φόβον δυνάμενοι, συνῆλγον αὐτοῖς μόνον, καὶ τὸ τῆς συμπαθείας προσέφερον δάκρυον.

b

in carcere triennio inedia affliguntur:

F

c

15 Εἶτα μετὰ τὴν πικρὰν ἐκείνην καὶ πολυχρόνιον κάκωσιν, Σαβωρίου κατὰ τὸν αὐθότι τόπον γενομένου (Βιθμαδὰ οὗτος ἐλέγετο) ἐξάγει τῆς φυλακῆς ὁ κολάζειν αὐτοὺς πιστευθεὶς· εἶπες ἂν ἰδῶν, ἐκείνους ἐοικέναι σκιᾷ, οὕτως ἦσαν ὑπὸ τῆς μακρᾶς κακοπαθείας ἐκτετηκότες. Εἶτα τῷ τοῦ Ἀρδασαβὼρ παρίστησι βήματι· Ἄρχων δὲ οὕτως πάντων τῶν ἐν Περσίδι Μάγων ἐτύγχανεν ὤν. Καὶ ὃς εὐθὺς πρὸς αὐτοὺς, Τί δὲ Χριστιανοί ἐστε. Καὶ οἱ Ἅγιοι, Ναὶ, εἶπον, Χριστιανοὶ, καὶ τῷ μόνῳ ζῶντι Θεῷ προσκυνοῦντες καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύοντες. Καὶ ὁ τύραννος, Ὁρᾶς, εἶπεν, ὅπως αἱ ἐπενεχθεῖσαι βάσανοι πολλὴν ὑμῖν τὴν ταλαιπορίαν ἐμπεποιήκασιν; ἐπὶ πλέον δὲ καὶ ἡ χρονία κάκωσίς

umbræ similes sistuntur ad tribunal:

A terrentur gravioribus cruciatibus:

σίς τε ϗ κάθειρξις; αὐτὴ γὰρ τάς τε μορφὰς ὑμῖν ἠλλοίωσε, ϗ δεινῶ ὕτω τῶ Σωτῆρι ἐνεργάσατο· δι' ὃ ϗ Συμβουλεύσαιμι ἂν ὑμῖν, πειθόμενά μοι, τὰ λυσιτελοῦντα εἰσηγουμένῳ, ϗ φείσασθαι ἑαυτῶν, ἡλίῳ τε τῷ φαεινῷ προσκωμῆσαι· εἰ δὲ μή, τὸ λοιπόμενόν ἐστι θανάτῳ ὑμᾶς ὑπαχθῆναι χαλεπωτάτῳ.

S. Acepsimas contemnit quæ ultra tormenta & minas,

16 Ὁ ἅγιος Ἀκεψιμᾶς ἀπεκρίνατο· Οὐ μεδιέλαθεν ὡς ὑπερβάλλουσά σι σπουδὴ περὶ τὸ πάτριον δόγμα, ϗ τοῦτο προθέσις, εἴπερ ἄρα ϗ δυνατόν ἦν ἢ πειθοῖ σι κατορθωθῆναι, τὸ πᾶν τὰς πρὸς τὸν αὐτὸν ἐλκύσαι θρησκείαν· τοῦτο δὲ περὶ ἡμῶν δὲ εἰς νοῦν ἀναβήτω σε, ὡς ἢ τιμωρείας, ἢ ἀπειλᾶς, ἢ κακῶν ἄλλας ὑποφορᾶς μεταπείσεις ἡμᾶς ἀποστῆναι ὧν ἅπαξ βεβαιωθέντος ἡμῖν δόγματος ϗ τ ὁμολογίας· ἑτοίμως γὰρ σωιεχόμεθα πάντα παθεῖν μᾶλλον, ἢ τ πρὸς Χριστὸν ἀποστῆναι πίστεως. Οὐκ ἀγνοῶ, ἔφη ὁ τύραννος, ὡς παρ' ὑμῖν τοῖς Χριστιανοῖς εἰς ἀνάπαυσιν εἶναι τὸ θανάτου νομιζόμενον, σπουδὴ πᾶσα πρὸς τοῦτο διὰ τὴν τῶν ἐλπιζομένων ἀπόλαυσιν· ἀλλ' οὐκ ἔξεσαι ὑμῖν εἰς τάχος τὸ ποθούμενον μεταλαχεῖν· πρότερον γὰρ ὑμῶν καταβραχὺ τὰς σάρκας ἐκδαπανήσας, ὕτω σικρὸν ὑμῖν τὸ τέλος τ ζωῆς ἐπιθήσω. Καὶ ὁ Ἅγιος, Ἤδη παρ' ἡμῶν ϗ πρότερον ἤκουσας, ϗ νῦ μάνθανε περὶ τούτου βεβαίως, ὡς ὅτε τῶν σῶν βασάνων, ὅτε τῶν ἀπειλῶν λόγος ἡμῖν τὸ παράπαν οὐδὲ ὁτυχών. Ὁ γὰρ σὺν τοῖς προλαβοῦσι δεινοῖς χεῖρα βοηθὸν παρασχόμενος, αὐτὸς ϗ νῦν ἐπικουρῶν ἔσαι, ϗ ἀπόνως φέρειν παρασκευάζων τὰ ἐπαγόμενα. Καὶ εἰ βούλει πεῖραν λαβεῖν τ σὺν τῷ βαθεῖ γήρᾳ καρτερίας ἡμῶν, οὐδὲν τὸ κωλύον· ἔσει γὰρ ἐπὶ ματαίῳ πονούμενος ϗ ἀνονήτοις ἐπιχειρῶν.

etiam objectis flagellis:

17 Θυμοῦ πλησθεὶς σὺν τούτοις ὁ δικαστὴς, μάστιγας κελεύει βύρσης ὠμῆς ἐνεχθῆναι, τεθνώσας τε κατὰ πρόσωπον, εἶτα πρὸς τοὺς Ἁγίους· Αὐτὸν ὄμνυμι τὸν μέγαν, ἔφη, Θεὸν, ϗ τὴν εὐκλεᾶ τύχην Σαβωρίου, εἰ μὴ τῷ αὐτῷ πειθῆτε προσάγματι, τούτοις ὑμῶν ἀναλώσω τὰς σάρκας, οὐδένα οἶκτον ποιούμενος· εἰ δ' ϗ τάχιον ὑμῖν γένηται μαστιζομένοις ἀποθανεῖν, ἀλλ' ἐγὼ ϗ ὕτως αἰκίσομαι τοὺς νεκρούς, ϗ κατὰ μέλος διατεμῶ ὀρνέοις τε ϗ κυσὶν ἐπιρρίψω. Ὁ Ἅγιος εἶπεν Ἀκεψιμᾶς· Εἰς κλίσμα ὁμοίως d ὄντι, ϗ d Θεὸν ἀλλὰ ϗ τύχην ἀνθρώπου, δέδοικα μήπως οὐ μελήσει περὶ τοῦ ὅρκου, οὐδὲ ἀπαράβατα φυλαχθήσεται ὠμοσμένα· εἰ δὲ ἀσφαλὲς ἔχεις ταῦτα ϗ βεβαίως, ἰδού σαι τὰ ἡμῶν Σώματα, χρῶ κατὰ γνώμην, μηδένα οἶκτον ἡμῶν, ὡς ἔφης, μηδὲ φειδὼ ποιούμενος.

crudelissime cæsus

18 Οὕτως εἰπόντας ὁ μιαρὸς δικαστὴς κελεύει τὰς χεῖρας διαταθέντας, κατά τε νώτων ϗ στέρνων, ἰσχυρῶς τύπτεσθαι. Εἰς τοῦτο δὲ προῆλθον ὠμότητος οἱ μαστίζοντες, ὡς ὀδοῦσαι μηδ' ὅλως, ἕως αἱ σάρκες ἀποσπώμεναι τῶν ὀστέων, εἰς γῆν τῷ αἵματι συγκατέρρεον· ὁ δὲ κήρυξ ἐβόα· Πείθεσθε τῷ τοῦ Βασιλέως θελήματι ϗ ζῆτε· Τῷ δὲ τοῦ Θεοῦ Ἀρχιερεῖ ἕως μὲν ἰσχὺς ἦν, ἀντέβοα, Ἐγὼ τοῦ ἐμοῦ Θεοῦ θέλημα μᾶλλον αὐτῷ δυναμούμενος τελειώσω, τοῦ δὲ Βασιλέως ὑμῶν οὐδὲ ἄχρις ὡσὶ παραδέχομαι. Ἐπεὶ δὲ τά τε τ φωνῆς αὐτῷ διεκόπητο, ϗ τὰ τ δυνάμεως ἤδη καταβραχὺ διελύελο, ὁ θάνατός τε ὅσον ὕπω παρῆν, τὸ ὄμμα ὑψοῦ διάρας, ϗ τῶν εἰς Θεὸν ὁμολογίαν διὰ τ πρὸς αὐτὸν ἀνανεύσεως ἀπαράτρεπτον σώζειν βεβαιωσάμενος, σὺν αὐτῇ τῇ τοῦ δεινῶν καρτερίᾳ τῶν ἀήττητον ἐκείνων ψυχῶν τῷ ἀγωνοθέτῃ Θεῷ παρέθετο.

sanctè moritur:

19 Ἔτι δὲ θυμοῦ πνέοντες οἱ πικροὶ κολασταὶ, ϗ νεκρὸν ἤδη τὸ σῶμα νόμῳ τῶν κοράκων ἠκίζοντο· εἶτα ἀθήσαντες ἐπὶ κεφαλὴν, ϗ κατὰ τὴν πλατείαν ὥς τι τῶν βεβήλων οἱ μιαροὶ ῥίψαντες, φυλακὰς ἐφισῶσι τοῦ μηδὲ ταφῆς ὑπὸ τῶν φιλοχρίστων ἀξιωθῆναι· δαιμόνων ἰσχυρότατον δέος ἐκλιπεῖν φιλονικοῦντες οἱ ἐκείνων ὅλως θεραπευταὶ προθυμότατοι. Τρισὶ δὲ ὕστερον ἡμέραις τῶν φυλάκων ἀσχολουμένων, ἐπὶ τ δυατρὸς δ' τῶν Ἀρμενίων φημὶ Βασιλέως, ἥτις εἰς εἰρήνην ὄμικρον τῷ τ Περσίδος τότε βασιλεύοντι παρεσχέθη, παρὰ Χριστιανῶν κλέπτεται· δυσαυρὸς ὅλως ὐδὲ πώποτε δαπανώμενος.

S. Ioseph in fide persistens

CAP. IV.

20 Οὕτως οὖν τοῦ μακαρίου Ἀκεψιμᾶ, δεκάτῳ ἄγοντος τοῦ Ὀκτωβρίου, τρόπον ὃν εἴρηται, τὸ πέρας τ ζωῆς δεξαμένου, ὁ ἱερώτατος Ἰωσὴφ μεθ' αὐτὸν εἰσήγετο· ᾧ προσχὼν ὁ βέβηλος δικαστὴς, Ἑώρακας, ἔφη, τὸν ἑταῖρον τὸν σὸν, ὅπῳ πικρῷ τέλει ἐκ ζωῆς ἀπηλλάγη; ϗ σὺ τοίνυν εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς λόγοις πειθῆς, ταῖς ὁμοίαις ὑποβληθεὶς κολάσεσι τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ θάνατον ὑποστήσει. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ θεῖος Ἱερεὺς, Ὃ ϗ πρότερον, ἔφη, τῷ πρὸ σοῦ κρῖναι λαχόντι τὰ ἡμέτερα, εἴρηκα, τοῦτο ϗ πρὸς σὲ νῦν ἐρῶ, ὡς ὕποτε κτίσμα προλιμήσομαι τοῦ δημιουργοῦ, ὐδὲ προσκυνήσω κλίσει παρὰ τὸν κλίσαντα, ἕως δὴ τοῦ ἐμοῦ κύριός εἰμι λογισμοῦ. E

dire flagellatur:

21 Πολλὴ πρὸς ταῦτα ὁ Ἄρχων τῇ λύσσῃ καταληφθεὶς, ἐκέλευσε ϗ αὐτὸν ὁμοίως τῷ προλαβόντι διαταθέντα, ταῖς βοείαις μαστίζεσθαι. Ὁ δὲ, Εἷς ἐστι Θεὸς, ἀνεβόα, ϗ πλὴν αὐτοῦ ὐδαμῶς ἕτερος, ᾧ ϗ τὸν λογικὸν λατρείαν προσάγομεν, ᾧ ϗ ζῶμεν ϗ κινούμεθα ϗ ἐσμὲν, βραχέα τῶν βασιλικῶν φροντιζόντες προσαγμάτων. Ὡς δ' ἐπὶ πολλαῖς ταῖς ὥραις τυπτόμενος σχεδὸν ἤδη ϗ νενέκρωτο, νομίσαντες αὐτὸν τεθνάναι, ἐπὶ τ ἀγορᾶς ἄραντες ἔρριψαν· εἶτα μαθόντες ἔτι λείψανόν τι πνεύματος αὐτῷ παραμένειν, ἐπὶ τῶν εἱρκτῶν καθαιρεθῆναι.

ut mortuus projicitur,

carceri includitur,

22 Μετὰ δὲ τοῦτον, τρίτος Ἀειθαλᾶς ὁ Φρὸς εἰσήγετο, πρὸς ὃν ὁ δικάζων, Ζωῆς, ἔφη, ϗ θανάτου προκειμένων σὺν ὀφθαλμοῖς σου, δόξης τε ϗ ἀτιμίας, μὴ τὸ χεῖρον ἕλῃ τὸ κρεῖττον καταλιπών, μηδὲ τῶν αὐτῶν βαδίσῃ τοῖς προλαβοῦσιν, οἳ τ ἑαυτῶν ἀφροσύνης ἄξιον ἀπωλέγκαλο ϗ τὸ τέλος· σὺ δὲ ἀλλὰ τῇ ἐμῇ πειθόμενος Συμβουλῇ, τιμῶν τε μεγίσων ἀξιωθήσῃ ϗ βασιλικῶν οἷον ἐπιτεύξῃ τῶν δωρεῶν, εἰ δὲ οὔ· μυρίων Σεαυτῷ γενόμενος τιμωριῶν αἴτιος, εἶτα ϗ τῷ ποθεινῷ πᾶσι φωτὸς βιαιότατα στερηθήσῃ. Ὁ δὲ γε θεῖος Ἀειθαλᾶς, ἀσχυμάμων ἂν ἔφη τὸν ὐρανὸν ϗ τὴν γῆν, εἰ τῶν ἐμῶν ἑταίρων, ϗ γῆρα τρυχομένων, ϗ ἡλικίᾳ προβεβηκότων, ἔπειτα καρτερώτατα δικηγορισμένων, αὐτὸς φιλοζωῶν ϗ ὑποπτήσσων τὸν βασάνων ὀφθείλων, τὴν ἡλικίαν ἔχων ἀκμαιοτέραν· ὐ μὰ τὸν ἐμῶν Χριστὸν θάνατον, ὐ φιλοψυχήσω, ὐ προδώσω τῶν δοκούντων ἀγαθῶν, ὐ τῶν χαλεπῶν τὴν εὐσέβειαν. Θυμὸς τὸ ἐπὶ τούτοις πωλοῦς τοῦ Ἀρχοντος, μαστίγων δὲ ἐπιφοραὶ κατὰ τοῦ Ἁγίου. Ὁ δὲ ῥυπαρὸν αὐτὸν ἀπεκάλει κυνὸς ϗ ἀγεννῆ· ϗ Ὥσπερ ὁ νοῦς ὁ σὸς, ἔλεγε, Καθαρός τε ϗ ἀσενὴς, ὕτω δὴ ϗ αἱ βάσανοι, μορμολύκεια ψυχῶν ἀθλίων οὖσαι ϗ ταπεινῶν, ἀλλ' οὐκ ἀνδρῶν γενναίων ϗ Χριστοῦ πόθῳ τὰς ψυχὰς ἐκπεπυρωμένων.

S. Aithalas inter blanditias & minas constans,

flagellis caditur:

23 Ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τούτοις ὁ φρενόληπτος δικαστὴς· Τί τοῦτο, πρὸς τοὺς Σωεδριάζοντας ἔφη; πῶς οἱ λεγόμενοι οὗτοι Χριστιανοὶ τ παρούσης καταφρονοῦσι ζωῆς, ἐκτόπως ὕτω διψῶσι τὸν θάνατον; Οἱ δὲ, Ὅτε πολλοπαραδότοις, ἔφησαν, προσέχοντες διδαχαῖς, ἄλλον εἶναι κόσμον πιστεύουσι, τοῦ παρόντος κατα-

EX MS. VATICANO, *corpus triduo custoditum,*

furripitur à Christianis.

EX MS. VATICAN. *& misere dilaceratus*

πολὺ βελτίω τε καὶ θαυμασιώτερον, οὗ χάριν καὶ τῆς παρούσης ὑπερορῶσι ζωῆς. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐλέγετο, τῇ τε τῆς ὥρας παρατάσει, καὶ ταῖς τῶν αἰκιζόντων αὐτὸν σφοδροτάταις ἐπιφοραῖς, αἱ μὲν τοῦ πολυάθλου Σώματος ἁρμονίαι διελύοντο, αἱ Σάρκες δὲ ξεόμεναι αὐτῷ αἵματι κατὰ γῆς Συνέῤῥεον. Ἐπιβραχὺ δὲ τοῦτον ἀνεθῆναι κελεύσας, ὥσπερ ἔλεον αὐτοῦ λαβὼν ὁ δικάζων, Ἀλλ' εἰ βουληθείης, ἔφη, τῷ βασιλικῷ πιστῆναι προστάγματι, εἰσὶ παρ' ἡμῖν ἰατροὶ οἵ σου τὸ τάχος ἰάσονται τὰς πληγάς. Πρὸς ὃν εὐθὺς ὁ Μακάριος, Εἰ λόγῳ μόνῳ τὰς ἐμὰς εἶχες ἰᾶσθαι πληγὰς, ὦ τραυματία σὺ καὶ φρένας καὶ τὴν ψυχὴν, οὐδ' οὕτως ἂν σοι προσέσχον, ἐφ' οἷς ἀνόητα παραινεῖς. Πειράζων εἴρηκά, φησιν ὁ δικάζων· ἐπεὶ καὶ θελήσαντί σοι τάχα τῷ τοῦ Βασιλέως εἶξαι προστάγματι, οὐδὲν ἦν παρὰ τοῦτο πλέον, τῶν πληγῶν ἤδη τὸν θάνατόν σοι μνηστευομένων· ὅθεν ἐγώ γε Χριστιανοῖς πᾶσιν ὑπόδειγμα γενέσθαι σε παρασκευάσω, τοῦ μὴ ἀδεῶς οὕτω ταῖς κατὰ τῶν Ἀρχόντων ὕβρεσι χρῆσθαι. Ἀλλ' εἰ καὶ ἐν ἄλλοις, φησὶ ὁ ἱερώτατος Μάρτυς, ἀλλόκοτα πολλάκις εἴρηκας καὶ ψευδῆ, νῦν καὶ μὴ βουλόμενος τὰ ἀληθῆ ἔλεξας, καὶ ὃ πάντως οὐκ εἰς μακρὰν ἀποβήσεται· ὑπόδειγμα γάρ με τῷ ὄντι ἀγαθὸν καὶ τοῖς ἔπειτα θήσεις καρτερίας καὶ γενναιότητος· οἳ, καθάπερ εἰς ἀρχύτυπόν τι τὴν ἡμετέραν ἀφορῶντες ὑπομονὴν, ῥᾳδίως σοῦ τε καὶ τῶν ὁμοίως ἐχόντων τὰς βασάνους οἴσουσιν.

spernit blanditias:

B

24 Ἔκπληξις ἐπὶ τοῖς ῥηθεῖσι κατέσχε τὸν δικαστὴν· καὶ δή τινα τῶν παρ' αὐτῷ μέγα δυναμένων προσκαλεσάμενος, ὃς Ἀδεσχέγαρ f μὲν ἐλέγετο, ἐκ πόλεως δὲ ὥρμητο Ἀρβὴλ καλουμένης, Τούτους παραλαβὼν, ἔφη, πρὸς τὴν σὴν ἀπάγαγε πόλιν, Χριστιανῶν χερσὶ καταλευθησομένους· τοῦτο γάρ μοι τὸ δραστήριον τὸ σὸν καταπράξασθαι βούλομαι· δι' ἣν αἰτίαν, οὐδὲ τὸν διὰ ξίφους αὐτοῖς ἐπενεγκεῖν ἠθέλησα θάνατον. Παραυτίκα γοῦν ἀχθοφόροις ζώοις ὥσπερ τινα τῶν ἀψύχων ἐπιφορτίσας αὐτοὺς καὶ περιδεσμήσας, τὴν ἐπὶ τὴν πατρίδα ἐκεῖνοι ἐστέλλοντο, ἐπεὶ μὴ δυνατῶς εἶχον ἐγκαθῆσθαι τοῖς ζώοις, ἐσχάτην ὑποστάντες τῶν μελῶν g πάρεσιν· ὅθεν ἐῤῥίπτοντο κατὰ γῆς, ἐν οἷς ἔδει καταλύειν αὐτοὺς, οἷά τινα νεκρὰ Σώματα· καὶ δὴ τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἀχθέντας Ἀρβὴλ, δεσμωτήριόν τι δέχεται τούτους ζοφῶδες καὶ ἀλαμπὲς, ἐν ᾧ σήψεως τῶν σαρκῶν ἀπὸ τῶν πληγῶν αὐτοῖς ἐπιγενομένης, ἰχώρ τε πολὺς ἀπέῤῥει, καὶ ὀδύναι τῶν Ἁγίων δρυμυτάται καθικνοῦντο· καὶ μάλιστα τῷ μὴ ἐφεῖσθαί τινι τῶν Χριστιανῶν πρὸς αὐτοὺς εἰσελθεῖν, καὶ μικρᾶς γοῦν τινος ἐπιμελείας αὐτοὺς ἀξιῶσαι.

Abducti ambo in urbem Arbel. f

g

carceri includuntur:

C

25 Γυνὴ δέ τις εὐσεβὴς καὶ φοβουμένη τὸν Κύριον, ἐν τοῖς ὁρίοις τῆς αὐτῆς πόλεως παροικοῦσα, ἀωρὶ τῶν νυκτῶν ἀφίκετο πρὸς τὸ δεσμοτήριον, καὶ χρήμασιν ἱκανῶς τοὺς φύλακας θεραπεύσασα, κατεπράξατο ἑαυτῇ τὸ τοὺς Ἁγίους οὕτω λεληθότως ἀναλαβεῖν, καὶ πρὸς τὸν ἑαυτῆς οἶκον, οὐ μακρὰν ὄντα, χερσὶ τῶν ἑαυτῆς θεραπόντων διαβασταζομένους ἀγαγεῖν· εἶτα προθεῖσα h τούτοις, οὐδὲ φθέγξασθαι δυναμένους ἐκμάσσει μὲν αὐτοῖς τὸν ἰχῶρα, ἠπίοις δέ τισι φαρμάκοις παρεμυθεῖται τὰς ἀλγιδόνας, ὀθονίοις περιδεσμοῖ καθαροῖς, μύροις χρίει πολυτέλεσι, καὶ οὕτω διὰ πάντων τὸ θεραπευτικόν τε καὶ φιλόχριστον ἐπιδείκνυται, καταφιλοῦσα μὲν τὰ μαρτυρικὰ μέλη, καὶ τούτοις ἐπιδακρύσασα, ἰχῶρι τῷ ἐξ αὐτῶν ἀποστάζοντι ἑαυτὴν ὑπαλείφουσα.

nocte in domo piæ mulieris foventur:

h

26 Ὀψὲ δὲ καὶ μόλις ἀνενεγκὼν ὁ μακάριος Ἰωσὴφ, Τὸ μὲν περὶ ἡμᾶς σου Συμπαθὲς καὶ φιλότιμον, ὦ ἱερώτατον ἔφη γυναῖον, ἀποδεκτὸν καὶ Θεῷ καὶ τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ ἄθλουσιν ἡμῖν· τὸ δὲ οὕτως ἡμᾶς δακρύειν ἀμέτρως, πόῤῥω τῆς ἀψευδοῦς τῶν Χριστιανῶν ἐλπίδος, καὶ τῆς ἡμῶν πίστεως. Πρὸς ὃν ἡ Σεμνοτάτη γυναικῶν, Ἐμοὶ μὲν χαρᾶς ἡ ψυχὴ πληροῦται, λογιζομένη ὅπως τοσαύτην ὑμῖν ὁ Χριστὸς ἐνέθηκε τὴν ἀνδρίαν, ὥστε πρὸς τηλικαύτην ὀδυνῶν δριμύτητα διακαρτερῆσαι· ἥσθην δ' ἂν ἐπιπλέον, καὶ εἰ τῷ μαρτυρίῳ τελειωθέντας εἶδον ὑμᾶς· τὸ δὲ δακρύειν φύσεως ἀνθρωπίνης ἴδιον, οἶκτον ἐπὶ τῷ Συγγενεῖ λαμβανούσης. Ἀλλὰ μὴ λυπεῖσθαί σε, ὁ θεῖος Ἰωσὴφ ἀπεκρίνατο, μηδὲ δακρύειν ἡμῶν ἕνεκεν χρὴ, ἐπισταμένην πάντως, ὡς αἱ διὰ Χριστὸν θλίψεις αἰωνίου πρόξενοι εὐφροσύνης καὶ βασιλείας οὐρανῶν καθίστανται. Ἤδη δὲ τῆς ἡμέρας ὑπαυγαζούσης τῇ εἱρκτῇ πάλιν κατὰ τὸ λεληθὸς ἀποδίδονται.

D

& mutuo colloquio recreati,

CAP. V. *post sex menses sistuntur coram Iudice:*

27 Ἐξ δὲ διεληλυθότων μηνῶν, παραλύεται μὲν τῆς ἀρχῆς ὁ τοὺς Ἁγίους ἐπὶ τῷ καταλευσθῆναι παραλαβὼν, ἕτερος δὲ τοῦτον δεινότερος διαδέχεται, τούνομα Ναζερώθ, ᾧ καὶ πρόσταγμα βασιλικὸν ἦν, ὥστε Συλληφθέντας Χριστιανοὺς χερσὶ Χριστιανῶν λίθοις βαλλομένους ἀναιρεῖσθαι. Ἐπιστάντι γοῦν τῇ πόλει· καὶ τὸν τοῦ πυρὸς ναὸν εἰσελθόντι, οἱ τοῦ πυρὸς λατρευταὶ· Εἰσί τινες, εἶπον, ἐνταῦθα Χριστιανοὶ, Συχνὸν ἤδη χρόνον ἐν ἀσφαλεῖ φρουρᾷ κατακεκλεισμένοι, οἳ καὶ πρότερον, ὡς ἡμῖν ἐγνώσθη, αἰκισμοῖς Σφόδρα χαλεπῶς ὑποβληθέντες, τῆς ἰδίας οὐκ ἐπείσθησαν ἔξαρνοι γενέσθαι θρησκείας. Τούτων αὐτὸς ἀκούσας, παραχρῆμα τοὺς Ἁγίους τῷ βήματι παραστῆναι κελεύει, καί φησι πρὸς αὐτοὺς, Τοῦ Βασιλέως Σαβωρίου πόλεις μὲν ὀχυρὰς καταστρεψαμένου, ἔθνη τε πλεῖστα καταδουλωσαμένου δυσκαταγώνιστα, πῶς ὑμεῖς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ χεῖρα τελοῦντες, τὴν αὐτοῦ δὲ καρπούμενοι γῆν, ὥσπερ ἀποσταταί τινες πολλὴν αὐτοῦ κατέγνωται τῶν προσταγμάτων ὀλιγωρίαν.

E

28 Πρὸς ταῦτα ὁ θαυμαστὸς Ἰωσὴφ, Εἰ τυραννίδα τινὰ καὶ ἀποστασίαν, ἔφη, κατὰ τοῦ Βασιλέως ὑμῶν κεκινήκαμεν, ἔδει πάντως αὐτὸν ἐπαγόμενον ἡμῖν ἐπιθέσθαι, ἢ γοῦν ἕτερον καθ' ἡμῶν ἐκπέμψαι, τὸν καὶ χεῖρα γενναῖον, καὶ πεῖραν ἱκανὸν, καὶ στρατηγεῖν δεξιώτατον· ἀλλὰ τοσοῦτον ἡμεῖς ἀπέχομεν τοιούτοις ἐπιχειρεῖν, ὥστε οὐκ ἄλλον, ἀλλά σε καθ' ἡμῶν ἐκπέμψαι, γυναιξὶ μᾶλλον θαλαμευομέναις ἢ ἀνδράσι διαμάχεσθαι μεμελετηκότα· ἡμεῖς γὰρ ὡς πρόβατα ἑαυτοὺς ἐπὶ σφαγὴν ἐκδεδώκαμεν, ὡς ἂν ὑποτάσσεσθαι πάσαις ἐξουσίαις κεκελευσμένοι.

S. Ioseph amœne respondet.

F

29 Ὁ Ἄρχων εἶπεν, Ὡς ἔοικεν τὸν ἐμὸν ἀνερεθίζων θυμὸν, ἐπὶ τὸ τάχιόν σε τοῦ ζῆν ἀπαλλάξαι, ταῖς ὕβρεσι ταύταις καθ' ἡμῶν κέχρησαι· ἀλλ' οὐκ ἐπιτεύξει τοῦ ποθουμένου· χρόνῳ γὰρ καὶ τιμῇ παραδώσω σε, καὶ πολλαῖς βασάνοις κατολίγον ἐξαναλώσω. Κελεύει τοίνυν σχοινίοις ἄκρων ἐκδεθέντα ποδῶν κατὰ κεφαλῆς κρεμασθῆναι, βοείαις δὲ ξηραῖς τὰς πληγὰς ἐπιξέεσθαι. Οὕτως οὖν αἱ φλέβες, τῷ βιαίῳ τῶν αἰκισμῶν ἀναστομωθεῖσαι, ὡς ἐκ πηγῆς παρεῖχον τὰ αἵματα καταῤῥεῖν· τὸ δὲ περιεστὸς πλῆθος, τὴν τοῦ δικαστοῦ μεμφόμενον ἀγριότητα πρὸς οἶκτον ἐκινοῦντο καὶ δάκρυα, τὸν ἱερὸν πρεσβύτην τῆς ὑπομονῆς ἐκπληθόμενοι.

suspensus nervis boum cæditur:

30 Τινὲς δὲ τῶν περιεστώτων Μάγων, ἐν ἀποῤῥήτῳ προσιόντες τῷ Μάρτυρι, Εἴσελθε μεθ' ἡμῶν, ἔλεγον, εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ναὸν ἐγκρυφεῖ i, εἴγε καὶ τὴν τῶν πολλῶν ὄψιν αἰσχύνῃ, καὶ θύσας ἀπαλλάγηθι τῶν κολάσεων. Ὁ δὲ Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ εἶπεν

Magorum fallaciam spernit:

i

A Εἶπεν λαμπρὰ τῇ φωνῇ ἀπόκρινε οἱ τὴν ἀνομίαν ἐργαζόμενοι, ὅτι Κύριος τὴν δεήσεώς μου ἐισήκουσεν. Εἶτα τριῶν ἤδη διελθουσῶν ἡμερῶν, κελεύει ἀνεθέντα τοῖς πληγῶν αὐτῷ παρασκεῦαι. Καὶ τί φησιν πείθει τῷ τοῦ Βασιλέως προσάγματι, καὶ τὸ ζῆν τοῦ ἀποθανεῖν ἀπαλλάττειν, ἢ ὑ; Ὁ Ἅγιος ἀπεκρίνατο, Μὴ γένοιτό μοι ποτε τοιαύτης ἐπιθυμῆσαι ζωῆς, ἐν ᾗ ἴδοι με ὁ ἥλιος αὐτῷ μᾶλλον ἢ τῷ ποιητῇ αὐτοῦ τὴν προσκύνησιν ἀπονέμοντα. Τί δὲ καὶ προτιμητέον θῇ, εἶπεν, ὁ θάνατος τὴς ζωῆς; Ὁ Ἅγιος ἔφη, Ναὶ· ὁ γὰρ θάνατος οὗτος πρόξενός μοι ζωῆς γίνεται αἰωνίου, ἀγαθῶν τε πολλῶν ἡμῖν καθίσταται αἴτιος, ἃ οὔτε ὀφθαλμοῖς ὁρᾶται θεατὰ, οὔτε μὴν καταληπτὰ διανοίᾳ. Πρὸς ταῦτα ὁ ἥρων ἐκεῖνος καὶ χλευαστὴς οἷάπερ ἄγγελῶν τῷ Μάρτυρι τὴν ἀπωλίας, Μεγαλας ὄν ἡμῖν, ἔφη, τὰς χάριτας ὀφείλεις ὁμολογῆν, εἴ σοι τηλικούτων ἀγαθῶν πρόξενοι καθεστήκαμεν, πάντως δὴ καὶ ἡμᾶς κοινωνοὺς αὐτῶν γενέσθαι σοι παρασκευάσεις, ἅτε δὴ καὶ συνεργοὺς σοι γενομένους πρὸς τὴν κλῆσιν τὴν ἐκείνης μακαριότητος. Ὁ δὲ Ἅγιος, Μὴ ἀρωνεύου, εἶπε, τὰ πρὸς ἡμᾶς δικασὰ, ἡμεῖς μὲν γὰρ καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾶν, καὶ τοὺς μισοῦντας καλῶς ποιεῖν παρὰ τὴν θείας ἐντολῆς πεπαιδεύμεθα· πλὴν ἀλλ' ἕως ἐν τῷ παρόντι βίῳ ζῶντες ἐσμὲν ἀμέλει καὶ εὐχόμεθα, τὴν πλάνης ὑμᾶς ἀποσάντας μεταμαθεῖν τὴν εὐσέβειαν, ὡς ἂν ἔτι καὶ ὑμῖν μερὶς καὶ κλῆρος ἐν τοῖς ἁγίοις τοῦ Θεοῦ ἀγαθοῖς· ἐν δὲ τῷ μέλλοντι οὐκ ἡμῖν δέδοται κολάσεως ἐξαιρεῖσθαι ἢ τὰ ἀγαθὰ δίδοναι, τοῦτο γὰρ τῷ Θεῷ κεῖται μόνῳ, τῷ καὶ ἐξουσίαν ἔχοντι κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς.

& de altera vita instruit:

& pro eorum conversione orat:

B

31 Ὁ Ἄρχων ἔφη, τὰς τοιαύτας ἐρεσχελίας ἐν τῷ παρόντι καταλιπὼν, καὶ τὰ ὀνειροπολούμενά σοι ταυτὶ ἀγαθὰ, τῷ βασιλικῷ προσάγματι πείθηται, ἐπεὶ τηλικαύτας ὑποβαλῶ σε τιμωρίας, ὡς διὰ σὲ καὶ τοὺς ἄλλους πειθοῦσθαι Χρισιανοὺς, τὴν ἐν χερσὶ τὰ ἐν ἐλπίσι μηδαμῶς ἀνταλλάττεσθαι. Ὁ Ἅγιος, Τοῦτο γάρ μοι ἔρεσις, εἶπε, καθάπερ δὴ καὶ αὐτὸς ἔγνωκας, τὸ διὰ τάχους πρὸς τὰς αἰωνίους παραπεμφθῆναι μονὰς, κἂν ἄλλας ὑπομυρίας ἐπαγάγῃς μοι τιμωρίας, κἂν μετὰ σὲ ἕτερος, τετελειωμένος ἐν τῇ Χρισοῦ χάριτι εὑρεθήσομαι· ἔχω γὰρ τὸν ἐνισχύοντά με Θεὸν, δι' ὃν καὶ ταῦτα ὑπομένειν προῄρημαι· Χρισιανοῖς δὲ ἡ προτροπὴ πρὸς ἄρνησιν εὐσεβείας, ὡς σὺ ἔφης, διὰ τὴν σῶν ἔσομαι βασάνων, ἀλλὰ παράκλησις μᾶλλον εἰς θεοσέβειαν· αὐτοὶ γάρ με καθορῶντες ἐν γήρᾳ τοιούτῳ τὰς σὰς παρὰ φαῦλον ποιούμενον τιμωρίας, ὑπόδειγμα καλὸν ἕξουσι γενναιότητος, καὶ τὴν μιμήσεως οὐκ ἀπολεφθήσονται. Τούτων ἀκούσας ὁ Ἄρχων· καὶ τὸ τοῦ μακαρίου γέροντος ἀκατάπληκτον ἐκπλαγεὶς, ὑπό τινων διαβασαχθέντα κελεύει, ἐπεὶ μὴ βαδίζειν ἠδύνατο, τῷ δεσμωτηρίῳ πάλιν καταχλεισθῆναι.

non terretur novis minis:

futurus exemplar Christianis:

C

carceri includitur.

32 Εἶτα πρὸς τὸν μακάριον ἀποβλέψας Ἀειθαλᾶν, Καὶ σύ φησιν τὴν αὐτῆς ἔχῃ παραπληξίας, καὶ τὸ τοῦ μεγίστου φωσῆρος διαπτύεις προσκύνησιν; Ὁ δὲ ἀληθείας κήρυξ ἀποκρίνεται, Ζῇ Κύριος Ἰησοῦς Χρισὸς, ὁ τοῦ ζῶντος Θεοῦ υἱὸς, εἰς ὃν ἐκ νεότητος ἤλπισα, ὡς ἀμετάθετον ἔχω τὸν λογισμὸν, καὶ οὐδεὶς μεταπείσει με τὸ τοῦ Θεοῦ τιμιὸν τοῖς αὐτοῦ κτίσμασιν ἀπονεῖμαι. Ἐπεὶ τούτων ὁ ἀλαζὼν ἐκεῖνος καὶ βάρβαρος ἤκουσεν, ἐκδεθῆναι τοὺς ἀσφαλῶς κελεύει τὸν Ἅγιον, τῷ ξύλῳ τε προσαναρτᾶσθαι, καὶ ταῖς βοείαις μασίζεσθαι. Ὁ δὲ μεγάλῃ τῇ φωνῇ Χρισιανὸν ἑαυτὸν ἀνεκήρυττεν· ἀπειρήκει μασίζων ὁ ἀσεβὴς μᾶλλον, ἢ Ἅγιος ὑφειμένον τι φθέγγεται, καὶ τὸ ὑπὲρ Χρισοῦ καρτερίας ἀνάξιον.

S. Aithalas suspensus flagellatur.

33 Κελεύει τοιγαροῦν τὸ ξύλον κατενεχθῆναι, καί τινα Μανιχαῖον ἐπ' ἀτόποις τισὶν ἁλόντα εἰς τὸ μέσον ἀχθῆναι, Καὶ ἴδε, φησὶ τῷ Μάρτυρι, τὴν οἰκείαν αὐτὸν θρησκείαν περιφανῶς ἐξομνύμενον. Αἰκίζεσθαι οὖν ἐπίτρεψας τὸν Μανιχαῖον ἠνάγκαζε πρὸς τὴν ἄρνησιν· ὁ δ' ἀντείχετο μὴν τὰ πρῶτα, καὶ πρὸς τὰς πληγὰς ἐώκει διαγωνίζεσθαι· ἐπεὶ δὲ βιαιότερον οἱ μασίζοντες ἐπετίθεντο, καὶ ἰσχυρῶς αὐτὸν καθίκοντο αἱ πληγαὶ, ἡττηθεὶς τῶν πόνων, ἔξαρνος εὐθὺς γίνεται, καὶ ἀνάθεμα Μάνεντι καὶ τοῖς αὐτοῦ δόγμασιν ἐξεβόα· καὶ δὴ καὶ προσάγουσιν αὐτῷ μήρυκα, προσάσοντες ἀνελεῖν· ὁ δὲ ἀπέκτεινεν παραχρῆμα λαβών. Ἐφ' ᾧ διαχυθεὶς ὁ Ἅγιος, καὶ οἷον ἐπιγελάσας τῷ γενομένῳ, Τεταλαιπώρηκεν, ἔφη, ὁ τοῦ Μάνεντος λατρευτὴς, καὶ φόνον ἐάλωκε, τὸν ἑαυτοῦ Θεὸν ἀνελὼν· ἐγὼ δὲ μακάριον ἐμαυτὸν ἡγοῦμαι, κατὰ Παῦλον, ὅτι Χρισοῦ διώκομεν περιφανῶς κραταιούμενος, τῷ εἰπόντι, Ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον, ἀήττητόν μου τὸ φρόνημα Σωτηρῶν.

PER METAPHR. EX MS. R. FR. Manichæo deficiente ridet:

iterum flagellatus ut mortuus projicitur:

E

34 Θυμοῦ πληρωθεὶς ἐπὶ τούτῳ ὁ παράφορος δικασὴς, ῥάβδοις ῥοῶν ἐξηκανθωμένοις τύπτειν προσάττει τὸν Ἅγιον. Οὕτω δὲ καλεργάσαντο αὐτὸν αἱ πληγαὶ, ὡς καὶ ἄφονον σχεδὸν γενέσθαι, καὶ μηδὲ τοῦ βαστάζειν ἐπιμελουμένους θεῖναι· ὅθεν καὶ ὡς ἤδη τεθνηκότα Σύραγξες, ἔξω ῥίπτουσιν. Εἴς δέ τις τῶν Μάγων, τὸ καρτερικὸν ἐκεῖνο Σῶμα γυμνωθὲν θεασάμενος, καί τι φιλάνθρωπον πάθος πρὸς τὴν φύσιν, ῥάκει τοῦτο περικαλύπτει· οἱ δὲ τῆς αὐτῆς ἐκείνῳ θρησκείας, τὸ γενόμενον θεασάμενοι, διαβάλλουσιν αὐτὸν πρὸς τὸν Ἄρχοντα καὶ παραχρῆμα πικρᾶς αἰκίζεσθαι μάστιξι, καὶ μιμητὸν τοῦτον τῆς Συμπαθείας δέχεσθαι. Τὸν μὲν τοι μακάριον Ἀειθαλᾶν, ἐμπνέοντα ἔτι, τῷ δεσμωτηρίῳ παραδίδοσι.

iterum flagellatus ut mortuus projicitur:

carceri includitur.

CAP. VI.

k

A nova Præside ambo examinati

35 Μαθὼν δέ τινα ὁ δικασὴς Ἄρχοντα τῶν μεγίστων, Σαβώριον τύνομα, τῇ αὐτοῦ κώμῃ ἐπιδεδημηκέναι, (Μακελλαρία αὐτὴ ἐλέγετο k φερωνύμως) τούτῳ τὸν τῶν Μαρτύρων ἐξέτασιν ἐπιτρέπει. Ὁ δὲ τοῖς προλαβοῦσιν ὁμοίως ἔχων ἀσεβείας καὶ ἀγριότητος, ἀποβλέψας πρὸς τοὺς Ἁγίους, Καὶ τὴν πολιὰν ὑμῶν, εἶπεν, αἰδεσθέντος καὶ τὰ ταλαιπωρίας οἰκτείρων ὑμᾶς, παραινῶ προσκυνῆσαι ἡλίῳ, καὶ τὸ ἐκ τῶν θυσιῶν αἷμα ἀπογεύσασθαι, ἵνα πικρὸν θανάτου ῥυέντες τὴν γλυκεῖαν πᾶσι ζωὴν κερδήσητε. Οἱ Ἅγιοι, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος πρὸς αὐτὸν, Τοῖς Σαρκοβόροις, εἶπον, ἔθισαι κυσὶν αἷματος ἀπογεύεσθαι σὺ ἀνθρώποις, οἳ δὲ μᾶλλον ἐκφορεῖσθαι τοιούτων προσήκει, κωφοὺς ἔχοντι λύσαι, καὶ δυσποιητικοῦ καθυλακιοῦντι καὶ ἀγριαίνοντι.

F

generoſe reſpondent.

36 Ὡς δὲ καὶ μασίζεσθαι τοὺς Ἁγίους ἐκέλευεν, ἔλεον δῆθεν αὐτῶν οἱ περιεστηκότες λαμβάνοντες, Ἐψήματος, ἔλεγον, ἀντὶ αἵματος κατὰ τὸ λανθάνον ἀπογευσάμενοι, Σώθητε, καὶ τῶν ἐπηρτημένων ἀπαλλάγητε τιμωριῶν. Οἱ δὲ, Μὴ γένοιτο ἡμῖν, ἀπεκρίναντο, μή τε σχήματι μή τε ἄλλως τὸ καθαρὸν ἐπιλυγάσαι τὸ ἡμῶν πίσεως, καὶ τὸ πολυχρόνιον τοῦτο καταισχύναι γῆρας. Ὁ δὲ ποικίλος Ἄρχων ἐκεῖνος καὶ κομιδῇ πονηρός, Ἀλλ' εἰ κρέας ὑμῖν, ἔφη, καθαρὸν ἀνέχεται, ὧδε τοῦτο ἂν ἀπογεύσοισθε; Οἱ Ἅγιοι εἶπον, Ἐξ ἀκαθάρτου τί καθαρόν; καὶ ἐκ χειρῶν σῶν τῶν μεμολυσμένων τί ποτε ἂν ἀμόλυντον ἦ; Πασῶν τοίνυν τῶν τοιούτων σου μηχανῶν ἀφέμενος, ταχεῖαν τὴν καθ' ἡμῶν ἀπόφασιν ἐπενεγκεῖν προθυμήθητι· ἐκεῖ γὰρ κοσμίας, εἰς ἀέρα δέρων, καὶ πάντων ἀμαθῶς τὸν ἀδάμαντα.

flagellis caduntur:

37 Κοινῇ

PER METAPHR. EX MS. R. FR.

S. Ioseph in quæstionem vocatus, conspuit in vultum Præsidis:

37 Κοινῇ τοιγαροῦν μετὰ τῶν Συνεδρευόντων διασκεψάμενοί τε καὶ ψηφισάμενοι χερσὶ Χριστιανῶν τοὺς Ἁγίους κατελευσθῆναι, πλῆθος Χριστιανῶν Συναθροίζουσι, μεθ' ὧν καὶ τὴν θαυμασίαν Συνέλαβον Ἰσδανδούλ· καὶ δηθὰ τὸν μακάριον Ἰωσὴφ πάλιν διαβαστάσαντες, εἰς τὸ κριτήριον παριστῶσι. Νεύει οὖν τῷ Ἡγεμόνι ὁ Ἅγιος πρὸς αὐτὸν ἐγγίσαι, ὥς τι τῶν ἀποῤῥήτων ἀκουσόμενον. Τοῦ δὲ εὐθέως παραγενομένου καὶ πλησιάσαντος, σιέλου τὸ στόμα πληρώσας ὁ Μάρτυς, τοῦ μιαροῦ ἐκείνου καταπτύει προσόπου, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἐπειπὼν, ἀναιδέστατε, ἀγρίως οὕτως καὶ δυσμενῶς κατὰ τῆς κοινῆς ταύτης νεανιευόμενος φύσεως, καὶ Σῶμα ἤδη νενεκρομένον αὖθις εἰς ἐξέτασιν ἄγων; Ὁ δὲ παρὰ τῶν Συνεδρευόντων πολλὰ τῆς περιττῆς ταύτης ὠμότητος κατονειδισθεὶς, καὶ γέλωτα οὐδὲ ὅσον εἰπεῖν ὀφλήσας, πρὸς τὴν ἰδίαν πάλιν καθέδραν ὑποστρέφει, κατησχυμμένος.

ad lumbos usq; fossæ impositus,

B

lapidibus, (negante id facere S. Isdandul)

38 Τὸν δὲ Ἅγιον ποῤῥωτέρω πῶν διαστήσαντες, καὶ ὀπίσω τῶν χεῖρε δεσμήσαντες, βόθρον αὐτῷ διορύσσουσι, καὶ καθέντες μέχρις ὀσφύος αὐτὸν χωννύουσιν· εἶτα τοὺς Συλληφθέντας περιστᾶσι Χριστιανοὺς, καὶ παίοντες βάλλειν τὸν ἀοίδιμον λίθοις διεκελεύοντο, μεθ' ὧν καὶ τὴν ἱερὰν Ἰσδανδοὺλ τὰ ὅμοια ποιεῖν ἐπείγοντο. Ἐκείνη, Ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, ἔφη, οὐδὲν ἤκουσαι τοιοῦτον, ὥστε γυναῖκα κατ' ἀνδρῶν ὁσίων χεῖρα ἐκτείνειν καταναγκάζεσθαι, ὥσπερ νῦν ὑμεῖς ποιεῖτε, ἀποσχόμενοι μὲν τοῦ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἀγωνίζεσθαι, καθ' ἡμῶν δὲ αἴροντες ὅπλα, καὶ τὴν πατρίδα, εἰρήνην ἄγουσαν, αἱμάτων καὶ Σφαγῶν ἐμπιπλῶντες. Οἱ δὲ ὀβελίσκον μακρῷ καλάμῳ παραδεσμήσαντες κεντεῖν αὐτῷ τὸν Ἅγιον παρεκελεύοντο· κἀκείνη, Μὴ γένοιτό μοι, ἔφη, δρᾶσαι τοιοῦτον, ὡς ἐγώ γε ἡδέως ἂν πρότερον τῇ ἐμῇ καρδίᾳ τοῦτο ἐγκαταπῆξαι, ἢ πρὸς βραχὺ τοῦ Ἁγίου δι' αὐτοῦ ψαύσω Σώματος. Οὕτως ἡ μὲν, ἀνδρικὴν ἐπιδειξαμένη τὴν ἔνστασιν, κρεῖττον τῆς ἐπινοίας ὤφθη τῶν μιαιφόνων. Τὸν δὲ Ἅγιον τοσαύταις νιφάσι λίθων Συνέχωσαν, ὡς μόνην κεφαλὴν ὁρᾶν λοιποῦ Σώματος τῇ Σωρείᾳ τῶν λίθων συγκεχωσμένου· ἢν δή τις τῶν ἀσεβῶν Ἀρχόντων ἔτι κινουμένην ἑωρακὼς· ἑνὶ τῶν δημίων κελεύει, χειροπλήθη λίθον λαβόντι ἄνοθεν ἐπαφεῖναι· οὗ δὴ γενομένου, καὶ τῷ τοῦ λίθου βάρει τέλεον αὐτῆς Συντριβείσης, τὴν τιμίαν ψυχὴν ὁ Μακάριος τῷ Χριστῷ παρατίθησι.

vbrutus è vita abit:

C

subsecuta ultione in corporis custodes:

39 Φυλάκων τοίνυν ἐπιστασίαις τὸ πολύτιμον ἐκεῖνο Σῶμα, καθάπερ θησαυρός τις, Συνετηρεῖτο. Τριῶν δὲ διελθουσῶν ἡμερῶν, καὶ τῆς τετάρτης ἤδη ἐπικαταλαβούσης, σεισμὸς μέγας οἷος καὶ φοβερὸς γίνεται, εἰθ' οὕτως ἀστραπῶν ὑποφαινομένων. Βροντῶν δὲ μεγίστων ἐπικαταῤῥηγνυμένων αὐταῖς, πῦρ οὐρανόθεν κατενεχθὲν, ἀποτεφροῖ μὲν τοὺς φύλακας, τὴν Σωρὸν δὲ τῶν λίθων οἷά τινα χοῦν ἐκφορεῖ, τὴν ἐπὶ τῷ Μάρτυρι τιμὴν τοῦ Θεοῦ φανερὰν πᾶσι καθιστῶντος· τὸ Σῶμα δὲ ἀφανὲς γίνεται, εἴτε τοῦ Θεοῦ τοῦτο οἷς οἶδε τρόποις μεταθῆναι οἰκονομήσαντος, εἴ τε ἀνθρωπίνων ἀνελομένων χειρῶν.

D

S. Aithalas lapidatus obit:

40 Ἀειθαλᾶν δὲ τὸν τιμιώτατον, εἰς κόμην Πατριὰς καλουμένην ἀπαγαγόντες, Χριστιανῶν χερσὶ καὶ αὐτὸν καταλευσθῆναι παρασκευάζουσιν. Οὗ τὸ Σῶμα μοναχόι τινες τῶν ἐκεῖ κατοικούντων, νυκτὸς ἐπελθόντες καὶ διαλαθόντες τοὺς φύλακας, ὑφαιροῦσι, κλέμμα ὄντως ἐπαινετὸν ἐργασάμενοι, καὶ πρᾶγμα οὐ Σκότους ἀλλὰ φωτὸς ἄξιον· εἶτα καὶ τὰ νενομισμένα δράσαντες ἐπ' αὐτῷ, ἐν τόπῳ τινὶ τῶν ἐπισήμων κατατιθοῦσιν. Ἔνθα δὲ τὸν Ἅγιον ἀναιρεθῆναι Συνέβη, θαυματουργεῖ Θεὸς ἄξιόν τι, καὶ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, καὶ τῆς τοῦ Μάρτυρος δόξης· φυτὸν γάρ τι μυῤῥίνη φυεῖσα, νοσημάτων γίνεται παντοίων ἀπαλλαγή. Ἐπὶ πέντε τοιγαροῦν χρόνοις, τῶν θαυμάτων οὕτω διὰ τοῦδε τοῦ φυτοῦ τελουμένων, οἱ τὰ ἑλλήνων θρησκεύοντες, φθόνῳ βαλλόμενοι τὴν ψυχὴν, καὶ τὰ παράδοξα δὴ ταῦτα ἐπ' ἐλέγχῳ τῆς αὐτῶν θρησκείας οὐ φέροντες καθορᾷν, αὐταῖς ῥίζαις ἐκτέμνουσί τε τὸ φυτὸν, καὶ πυρὶ νέμουσι· πολλοὶ δὲ τὸν τὴν ψυχὴν ἐκκεκαθαρμένων ἐφ' ἱκανὸν χρόνον φῶτα περὶ τὸν δὲ τὸν χῶρον ἑώρων, καὶ δυνάμεις θείας ἀνιούσας, ὥσπερ καὶ κατιούσας, καὶ δόξαν ἀναπεμπούσας τῷ τοὺς Ἁγίους αὐτοῦ δοξάζοντι. Ἐτελειώθη δὲ ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς Ἀειθαλᾶς κατὰ τὸν Ἰούνιον μῆνα, τὴν ἴσην πρὸ αὐτοῦ τελειωθεῖσι Μάρτυσιν ἔνστασίν τε καὶ καρτερίαν ἄχρι θανάτου ἐπιδειξάμενος, βοηθείᾳ καὶ χάριτι Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ᾧ πρέπει δόξα καὶ τιμὴ, Σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

claret miraculis.

E

a *Hervetus* ex patria Naesson, *rectius* Naessorum.

b *Ecgraphum nostrum* ὑφ' ἑτέρων αὐτοὶ διαβασταζόμενοι τῷ παντάπασιν νενεκρῶσθαι *quod visum est correctione egere: sensus autem hic erit* ut omnino enecarentur *ipsi scilicet Martyres, quod interpres, æque imperfectum ecgraphum nactus, de pedibus eorum ex tortura præmortuis intellexit.*

c *Scriptum erat* ὤρεξαν *quod nihil significabat hoc loco.*

d *Ita rectius & conformiter ad verba à jurante prolata: à quibus deflexit interpres scribendo* Cum per rem creatam & non per Deum juraveris, *irridet enim Martyr quod* per Deum *id est divinitatem,* Saporis, *quæ nulla sit, jurans possit impune fallere.*

F

e *Rursum interpretem hallucinatum sic corrige:* Ad nihilum redigere cupientes corpus, imprimis formidabile dæmonibus, quorum erant studiosissimi cultores: *nam* δέος ἐκτρίψαι *non est* formidinem incutere, *sed eam* amoliri.

f *Ecgraphum nostrum male disjunxerat à* Ἄδεσχε γὰρ· *& simile quid invenit interpres, nomen syllaba ultima truncum adhibens.*

g *Forte legendum* παράλυσιν.

h *Melius sic Latine vertes*, Insuper officia officiis addens.

i Ἐγκρυφεῖ clam, secreto *necdum alibi legi.*

k *Alluditur ad Latinam vocem* Macellum, *qua etiam Græcos sub Imperatoribus Romanis usos apparet ex Pauli 1 ad Corinthios 10.*

MARTY-

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΟΥ

ΜΕΓΑΛΟΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΓΕΩΡΓΙΟΥ.

Ex Bibliotheca Medicæa Florentiæ Plut. 10. Cod. 31 fol. 165.

1 Διοκλητιανὸς ὁ Ῥωμαίων Αὐτοκράτωρ, ἀναξίως τῶν Σκήπτρων ἐπιλαβόμενος, καὶ πρῶτος τῶν Σὺν αὐτῷ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀντιλαμβάνων ἀρχῆς (τρεῖς δὲ ἦσαν οὗτοι) Σεβαστὸς ἀναγορευθεὶς Καίσαρ, καὶ πάντα κατὰ νοῦν αὐτῷ προχωρήσαντα βλέπων, τά τε κατὰ τοὺς ἐναντίους καὶ τὰ κατὰ τοὺς ὑπηκόους, πολὺν ἐποιεῖτο λόγον, ὥστε αὐτῷ ἐδόκει, καὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον εὐνοίας· εὐσέβειαν γὰρ ἄκραν καὶ τέλος παντὸς ἀγαθοῦ τὴν περὶ τοὺς νομιζομένους παρ' αὐτοῦ θεοὺς θεραπείαν ὠνόμαζεν· ὅθεν καὶ Συνεχεῖς αὐτοῖς καὶ πολυτελεῖς θυσίας προσέφερεν a . . . . Καί ποτε αὐτῷ χρομένῳ περί τινος τῶν αὐτῷ διοικούντων, φασὶ, τὸν βίον, ἐξ ἄντρου τινὸς καὶ Σκοπίου μυχοῦ τοιαῦτα χρῆσαι, ὡς ἄρα οἱ ἐπὶ γῆς δίκαιοι ἐμπόδιον εἶναι τοῦ ἀληθεύειν αὐτὸν, καὶ δι' ἐκείνους ψευδεῖς τῶν τριπόδων τὰς μανίας ποιεῖσθαι· καθήμενος τὴν ψυχὴν καὶ τῇ πλάνῃ ὁ δήλαιος, περὶ πολλοῦ ἐποεῖτο μαθεῖν, τίνες ἂν εἶεν ἐν τῇ γῇ δίκαιοι. Καί τις τῶν περὶ αὐτὸν θυηπόλων ἀποκριθεὶς, Χριστιανοὶ, Βασιλεῦ, ἔφη, τυγχάνουσιν. Ὁ δὲ τὴν ἀπόκρισιν ταύτην ὥς τι καταπιῶν δέλεαρ, κατὰ τῶν εὐσεβούντων ἐμαίνετο· καὶ τέως τοῦ κατὰ Χριστιανῶν διωγμοῦ ἠρεμίαν ἐπέχοντος, αὐτὸς πάλιν τὸν πόλεμον δεινῶς ἀνεῤῥίπισεν. Αὐτοίκα γοῦν τὰ κατὰ τῶν ἀδικημάτων ξίφη κατὰ τῶν ἀνεπιλήπτων ἐξετείνετο, καὶ διατάγματα κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν ἐξεπέμπετο μιαιφονίας ἀνάπλεα. Ἦν τοίνυν ἰδεῖν τότε τὰ δεσμωτήρια, μοιχῶν μὲν καὶ φονέων καὶ ἀῤῥητοποιῶν ἐκκενούμενα b . . . . ἦν ἰδεῖν τὰ μὲν πρότερα κολαστηρίων εἴδη ὡς μετριώτερά πως ἀποῤῥηπτούμενα, ἄλλα δὲ προσεπινοούμενα χαλεπώτερα, καθ' ἑκάστην δὲ τὰ πλήθη τῶν Χριστιανῶν πανταχοῦ τημωρουμένων.

Diocletianus dæmonum cultor præcipuus

B

a

sævit in Christianos,

b

C

2 Ἐπεὶ δὲ καὶ ἀναφοραὶ πρὸς τὸν τύραννον ἧκον, ἄλλαι ἄλλα διαγορεύουσιν, τὰ πλείω δὲ κατὰ Χριστιανῶν καὶ μάλιστα παρὰ τῶν τῆς Ἀνατολῆς Ἀρχόντων, ὡς παρ' οὐδὲν τὸ διάταγμα τίθενται ὅσοι Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς ὀνομάζουσιν, πέρα δὲ ἀριθμοῦ τύγχανουσιν οὗτοι· ἢ τοίνυν τοὺς τοσούτους, διὰ τὸ πλῆθος ἰέναι ἐπὶ τοῦ οἰκείου θρισκεύματος, ἢ ὡς πρὸς πόλεμον πρὸς αὐτοὺς παρατάττεσθαι, μηδεμίαν παρ' αὐτῶν μεταβολὴν προσδοκοῦντας, ἢ ἑτέραν ἀπόκρισιν. Ὃς τούτων πάντων κατήκοος γέγονεν, τοῦ θυμοῦ μὲν ταμιευσάμενος τὸ ἀπάνθρωπον, τῆς δὲ πραότητος ὑποκρινόμενος τὸ φιλάνθρωπον, πρὸς ἑαυτὸν πάντας τοὺς ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ προσεκαλέσατο Ἄρχοντας καὶ μάλιστα τοὺς τῆς Ἀνατολῆς πάσης ἐπιτροπεύοντας. Ὡς δὲ πάντες ἐν ὀλίγῳ Συνήχθησαν, ἐκκλησίαν ὁ Βασιλεὺς ἐγείρας, καὶ τὴν κατὰ Χριστιανῶν ἀπογυμνώσας τότε μανίαν, ἑκάστῳ γνώμην εἰσενεγκεῖν περὶ τῶν δεδογμένων ἐκέλευσεν. Ἄλλων οὖν ἄλλα λεγόντων, αὐτὸς τελευταῖον ἐξέμεσε τὸν ἰὸν, μηδὲν ἄλλο τιμιώτερον τῆς εἰς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας εἶναι ἀποφηνάμενος. Συνθεμένης δὲ τῆς βουλῆς, αὐτὸς ἀνθυπήνεγκε πάλιν, Εἰ ταύτην μετ' εὐνοίας κατορθωθῆναι βούλεσθε, τὴν ἐμὴν περὶ πολλοῦ φιλίαν ποιούμενοι, τὴν τῶν Χριστιανῶν θρισκείαν ἐκ πάσης τῆς ἐμῆς Βασιλείας ἐξελθεῖν πάντως Σπουδάσατε, κατὰ πάντα καὶ τοῦ ἡμετέρου κράτους Συμπράττοντες. Καὶ πάντων ὡς εἰπεῖν Συναιρούντων καὶ ἀποδεχομένων, ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ αὐτῷ Διοκλητιανῷ καὶ εἰς δευτέραν ἐκκλησίαν καὶ τρίτην περὶ τούτου Συνιδεῖν.

Senatu approbante.

E

3 Παρῆν δὲ τηνικαῦτα καὶ τῷ στρατοπέδῳ καὶ ὁ θαυμάσιος ὁ τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης Γεώργιος, τῆς μὲν τῶν Καππαδοκῶν χώρας ὁρμώμενος, γένους οὐκ ἀσήμου, Χριστιανῶν γονέων υἱὸς καὶ παιδόθεν τὴν εὐσέβειαν ἐκμαθών. Οὗτος οὔπω τῆς ἥβης ἀρξάμενος, ὀρφανὸς ἀπὸ πατρὸς ἐγεγόνει, ἐν τοῖς τῆς εὐσεβείας ἀγῶσι τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος. Ἀπάρας δὲ τῆς Καππαδοκίας Σὺν τῇ μητρὶ, πρὸς τὴν Παλαιστίνην μετοίκησεν, ἐκεῖθεν αὐτῷ τῆς μητρὸς τυγχανούσης, ὅθεν αὐτῷ κτήματα πολλὰ καὶ κληρονομία μεγίστη προσῆν. Διὰ τὴν τοιαύτην τοίνυν εὐγένειαν, ἐπεὶ καὶ ὥρας ἔλαχε Σώματος καὶ ἡλικίας στρατιώταις πρεπούσης, Τριβοῦνος ἐχρημάτισεν ἐπισημωτάτου νουμέρου. Ἐπιδειξαμένου δὲ αὐτοῦ τὴν ἑαυτοῦ ἀνδρείαν ἐν τούτῳ τῷ ἀξιώματι κατὰ τοὺς πολεμικοὺς ἀγῶνας, καὶ στρατιώτην ἀληθῆ ἑαυτὸν ἀποδείξας, Κόμης ἀπεδείχθη παρ' αὐτοῦ Διοκλητιανοῦ πρὸ τοῦ διωγμοῦ, ἀγνοίᾳ τοῦ χριστιανισμοῦ. Τελευτησάσης δὲ αὐτοῦ τῆς μητρὸς παρὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, τῶν καταλειφθέντων χρημάτων αὐτὸς τὰ πλεῖστα λαβὼν, πρὸς τὸν Βασιλέα Σὺν πᾶσιν ἀνέδραμε, μείζονος ἀρχῆς ἐφιέμενος. Ὁ εἰκοστὸς αὐτῷ χρόνος τῆς ἡλικίας τότε Συνεπεραίνετο. Ὡς οὖν τὴν τοσαύτην κατὰ Χριστιανῶν μανίαν ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας ἑώρακεν, τῆς τε βουλῆς τὴν γνώμην ἀμετάτρεπτον ἔγνωκεν· καθ' ἑαυτὸν ὡς ἐνῆν βουλευσάμενος, καὶ ὡς ἐπιτήδιον πρὸς Σωτηρίαν τὸν τοιοῦτον κρίνας καιρὸν, ἅπαντα προσόντα αὐτῷ χρήματα ταχέως διένειμε πένησι, τούς τε Συνόντας αὐτῷ τῶν παίδων ἐλευθερίᾳ τιμήσας, καὶ περὶ τῶν ἀπόντων τὰ δοκοῦντα διαταξάμενος, τῇ c τρίτῃ τῆς

S. Georgius Tribunus militum & Comes

F

omnia sua pauperibus distribuit.

c

βουλῆς

EX MS. FLORENT.

βουλῆς ἡμέρᾳ, καθ' ἣν ἥτε γνώμη κηροῦσθαι ἐδόκει, καὶ αἱ τιμωρῶν Ἀρχόντων προσβολαὶ καὶ ἀντιμετάστασις ἐγίνετο· αὐτὸς πᾶσαν ἀνθρωπίνην δειλίαν ἀποστεισάμενος, καὶ μόνον τὸν θεῖον φόβον ἐνστερνησάμενος, μέσος ἔστη τοῦ Συνεδρείου, φαιδρῷ τῷ προσώπῳ καὶ γαυρῷ τῷ φρονήματι, καὶ τοιαῦτα πρὸς αὐτῇ διεξίε· Μέχρι τίνος, ὦ Βασιλεῦ καὶ Βουλὴ καὶ δῆμος, εὐνομεῖν ἠθισμένοι, τὴν κατὰ Χριστιανῶν μανίαν αὐξήσετε, καὶ νόμους κατ' αὐτῶν παρανόμους κηρώσετε, καὶ μηδὲν ἀδικοῦντας ἀνθρώπους τιμωρήσετε, καὶ πρὸς οἷς αὐτοὶ ἀγνοεῖτε τὸ ἀληθὲς τοῦ Σεβάσματος τοὺς εὐσεβεῖν διδαχθέντας, ἀσεβεῖν ἀναγκάζετε; οὐκ εἰσι ταῦτα τὰ εἴδωλα θεοὶ, οὐκ εἰσι, μὴ πλανᾶσθε, ψευδόμενοι. Ὁ Χριστός ἐστι μόνος Θεὸς, καὶ αὐτὸς μόνος κύριος εἰς δόξαν τοῦ θείου γεννήτορος, δι' αὐτοῦ τὰ πάντα γεγένηται, καὶ ἐν πνεύματι αὐτοῦ τὰ πάντα Συνέστηκεν· ἢ τοίνυν καὶ αὐτοὶ μεταμάθετε τὴν εὐσέβειαν, ἢ τοῖς εὐσεβοῦσιν ἐμπόδιον ἐξ ἀνόιας μὴ γίνεσθε.

perorat pro Christianis,

B

5 Ἐνηχηθέντες τοιγαροῦν τῶν τοιούτων ῥημάτων, καὶ τῇ ἀπροσδοκήτῳ ταύτῃ παῤῥησίᾳ τοῦ ἀνδρὸς καταπλαγέντες, τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν Βασιλέα πάντες ἐπέστρεψαν, ἀκουόμενοι τί ἂν αὐτῷ ἐκεῖνος ἀνθυπέγκει πρὸς ταῦτα. Ὁ δὲ Βασιλεὺς, ὥσπερ ἐβροντηθεὶς τὴν ἀκοὴν, καὶ τοῦ θυμοῦ ῥύμην ἐν ἑαυτῷ περιστρέφων, νεύει τινὶ τῶν Συγκαθεζομένων, φίλῳ αὐτοῦ ὄντι τὰ μάλιστα, ὑπα-

eorum fidem confitetur,

d

τεύοντι τότε, d Μαγνεντίῳ τοὔνομα, πρὸς τὸν εἰπόντα ποιήσασθαι τὴν ἀπόκρισιν. Ὁ δὲ, τοῦτον ἐγγύθεν προσκαλεσάμενος, εἶπεν· Τί σοι τοῦ τοιούτου θράσους καὶ τῆς πολλῆς παῤῥησίας γέγονεν αἴτιος; Ὁ δέ φησι, Ἡ ἀλήθεια. Καὶ ὁ Ὕπατος, Καὶ τίς ἐστιν ἀλήθεια; Ὁ δὲ Γεώργιος ἀπεκρίνατο· Αὐτὸς ὁ Χριστὸς, ὁ παρ' ὑμῶν διωκόμενος. Μαγνέντιος εἶπεν· Οὐκ οὖν Χριστιανὸς εἶ καὶ αὐτός; Ὁ δὲ εἶπεν· Δοῦλός εἰμι τοῦ Χριστοῦ μου, διὸ καὶ ἐπ' αὐτῷ θαῤῥήσας, μέσος ἡμῶν αὐτόκλητος ἔστηκα μαρτυρίσων τὴν ἀλήθειαν. Ἐπὶ τούτοις τοῦ δήμου θορυβηθέντος, καὶ ἄλλων ἄλλα λεγόντων ἄσημός τις ἐξηκούετο θροῦς, οἷα φιλεῖ πολλάκις ἐν τούτῳ πλήθει γίνεσθαι.

C

6 Τότε ὁ Διοκλητιανὸς διὰ τῶν κηρύκων Σιωπὴν ἐγκελευσάμενος, ἀτενήσας τῷ Ἁγίῳ καὶ ἐπιγνοὺς, τάδε πρὸς αὐτὸν ἔλεξε· Καὶ πάλαι σου θαυμάσας τὴν εὐγένειαν, καὶ τὴν ἡλικίαν ἀξίαν κρίνας τιμῆς, τὴν τυχὴν πρὸς μείζονα ἤμειψα, καὶ νῦν τὴν οὐκ ἐπὶ Συμφέροντι τῷ σῷ προσγενομένην παῤῥησίαν ἀποστρεφόμενος, διὰ τὸ πρός σε φίλτρον καὶ προσοῦσάν σοι φρόνησιν καὶ ἀνδρείαν, ὡς πατὴρ Συμβουλεύω τὰ δέοντα, μὴ καταλιπεῖν ὑποτιθέμενος τὸ τῆς στρατείας ἐπίδοξον, καὶ τιμωρίαις τοιαύτην ἡλικίαν ἐκδοῦναι δι' ἀπείθειαν· ἀλλὰ τοῖς θεοῖς ἐπιθύσαντα, τὴν μείζονα παρ' ἡμῶν τύχην ἐπιζητεῖν, ἀμειβόμενός σε ταύτης τῆς εὐσεβείας. Ὁ δὲ ἅγιος Γεώργιος ἀπεκρίνατο· Εἴθε μᾶλλον αὐτὸς, Βασιλεῦ, δι' ἐμοῦ τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἐπιγνοὺς, τὴν παρ' αὐτοῦ ζητουμένην ἂν αἱρέσεως θυσίαν προσηνέγκας, καὶ αὐτὸς κρείττονός σε καὶ ἀκηράτου Βασιλείας ἠξίωσεν ἄν· ἣν γὰρ περίκησε νῦν, πολὺ τὸ ἐπίκηρον ἔχουσα, τάχυ διαπίπτει καὶ ἀποῤῥεῖ· διὸ καὶ τὰ παρ' αὐτῆς προτεινόμενα, οὐδαμῶς τὸ στάσιμον ἔχοντα, οὐδὲν τοὺς δεχομένους ὀνίνησιν· οὐδὲν τούτων τὴν ἐμὴν

Diocletiano blandienti

generose respondet,

πρὸς Θεὸν εὐσέβειαν χαυνῶσαι δυνήσεται, καὶ οὐδεμία τιμωριῶν ἐπίνοια τὸν ἐκείνου φόβον ἀπωσαμένη, δειλίαν ἐμβαλεῖ τῇ ψυχῇ μου, τὸν λογισμὸν κατασείσασα. Ταῦτα τοῦ Ἁγίου διεξιόντος, ὁ Βασιλεὺς ὅλος τῷ θυμῷ κάτοχος γεγονὼς, ἔτι τοῦ λόγου ἐν τῷ στόματι τοῦ Ἁγίου ὑπάρχοντος, κελεύει τοῖς δορυφόροις, κοντοῖς τοῦτον τοῦ Συνεδρείου ἀπελάσαντας τῇ φρουρᾷ παραπέμψαι. Κατὰ τάχους δὲ τούτου γενομένου, εἷς μὲν τοῦ Σώματος ἁψάμενος κοντὸς, μολύβδου δίκην ὀπίσω ἀπέστραπται, τὸ δὲ στόμα τοῦ Μάρτυρος διεπληροῦτο αἰνέσεως.

D

7 Ἀγαγόντες δὲ αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ ὅλον ἐπ' ἐδάφους ἁπλώσαντες, τοὺς μὲν πόδας αὐτοῦ ἠσφαλήσαντο ἐν τῷ ξύλῳ, κατὰ δὲ τοῦ στήθους αὐτοῦ λίθον ἐπέθηκαν μέγαν, ἀμφότερα τοῦ τυράννου προστάξαντος· καὶ οὕτως διακαρτερήσας μεχρὶ τῆς ἐπιούσης ἡμέρας, τῆς πρὸς Θεὸν εὐχαριστίας οὐδ' ὅλως ἀπέληγεν. Ὡς δὲ ἡ ἑξῆς ἡμέρα ὑπέφαινεν, ὁ Βασιλεὺς αὖθις εἰς ἐρώτησιν προκαλεῖται τὸν Ἅγιον, καὶ κατάκοπον αὐτὸν ἐκ τοῦ βάρους τοῦ λίθου ἰδὼν, ἐπυνθάνετο λέγων· Ἆρα, Γεώργιε, μετάμελός τις ὑπεισῆλθε τοῦ θράσους ἐκείνου, ἢ ἔτι ἐμμένει τῇ τοιαύτῃ ἐνστάσει; Ὁ δὲ Ἅγιος ἠρέμα πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο· Ἆρά με, Βασιλεῦ, εἰς τοσοῦτον ἀνανδρείας ἐλθεῖν ὑπενόησας, ὡς ἐν μικρᾷ τιμωρίᾳ, μᾶλλον δὲ παιδιᾷ τοιαύτῃ, τὴν πίστιν προδοῦναι, καὶ τὴν εὐσέβειαν ἀπαρνήσασθαι; Πρότερος αὐτὸς ἀποκάμοις κολάζων, ἢ ἐγὼ κολαζόμενος. Διοκλητιανὸς εἶπεν· Ἐγώ σε παιδίαις παραδώσω, αἳ ταχέως σε τοῦ ζῆν ἀπαλλάξουσιν. Καὶ κελεύει ἐνεχθῆναι τροχὸν παμμεγέθη, πάντωθεν ξίφεσιν εἱρμωσμένον, κἀκεῖ τὸν Ἅγιον προσδεθῆναι, καὶ τοῖς ἐγκατασκευασμένοις ξίφεσιν κατατέμνεσθαι πιεζόμενον. Ἦν δὲ ὁ τροχὸς ἐν μετεώρῳ κρεμμάμενος, κάτωθεν ἔχων εἱρμωσμένας Σανίδας, ἐν αἷς δίκην μαχαιρῶν ὀβελίσκοι ὑπῆρχον ἐμπεπαρμένοι πυκρότατοι, οἱ μὲν τὰς ὀξίας εὐθεῖς ἔχοντες, οἱ δὲ τῇ ἀνακλάσει ἀγκίστροις προσεοικότες, ἕτεροι δὲ Σκυτοτομικαῖς Σμίλαις παρόμοιοι. Τῆς οὖν περιφερείας τοῦ τροχοῦ ταῖς Σανίσι προσεγγιζούσης, καὶ τοῦ Ἁγίου ἐκεῖσε, καθάπερ ἀρνίον, προσδεδεμένου, καὶ τῇ Σφοδρότητι τῶν δεσμῶν ταῖς Σαρξὶν ἐναποκρυβέντων, ἡνίκα κυλιώμενος ὁ τροχὸς διὰ τῶν Σιδήρων τὸν Ἅγιον παρέρχεσθαι κατηνάγκασεν, ὑπὸ τῆς ἐκείνων ὀξύτητος τὸ Σῶμα ἐναπολαμβανόμενον κατετέμνετο, καὶ δίκην Σκορπίου Συστρεφόμενον Συνετρίβετο. Ὁ δὲ Ἅγιος τῇ τοιαύτῃ τιμωρίᾳ γενναίως ἐγκαρτερῶν, πρῶτα μὲν μεγάλῃ προσηύχετο τῇ φωνῇ, μετὰ δὲ ταῦτα κατὰ νοῦν εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ, οὐδὲ στεναγμὸν ἀνέπεμπέ τινα, ἀλλ' ὡς ὑπνῶν ἐφ' ἱκανὴν ὥραν διέκειτο.

in carcerem conjectus dire affligitur,

E

per rotam laceratus

F

8 Νομίσας οὖν ὁ Διοκλητιανὸς τοῦτον ἀποθανεῖν, καὶ ὥσπερ ἐφισθεὶς καὶ τοὺς οἰκείους ἐφευμήσας θεοὺς, Ποῦ δέ ἐστιν ὁ Θεός σου, Γεώργιε, ἔφησεν, ὅτι σε ταύτης τῆς παγίδος οὐκ ἐρύσατο. Καὶ κελεύσας τοίνυν ὡς νεκρὸν τοῦτον τοῦ ὀργάνου ἀπολυθῆναι, αὐτὸς πρὸς θυσίαν ἐτρέπετο τοῦ Ἀπόλλωνος. Παραυτίκα τοίνυν γνώφου πολλοῦ γενομένου καὶ βροντῆς καταῤῥαγείσης μεγίστης, φωνὴ Συγκατηνέχθη ἄνωθεν, παρὰ πολλῶν ἀκουσθεῖσα καὶ λέγουσα· Μὴ φοβοῦ, Γεώργιε, μετά σου γάρ εἰμι. Μετὰ μικρὸν δὲ καὶ ὅσον οὔπου γενομένης ἐθρίας, ὡράθη τῷ τροχῷ παριστάμενος

divinitus sanatur.

A μενος λευκοφόρος ἀνὴρ, ἐξαστράπτων τὴν ὄψιν, καὶ τὴν χεῖρα ἐπιβάλλων τῷ Μάρτυρι, καὶ τοῦτον κατασπαζόμενος καὶ χαίρειν αὐτὸν προσφωνῶν. Οὐδεὶς δὲ ἐτόλμα τὸ παράπαν προσεγγίσαι αὐτῷ, οὔτε τῶν φυλασσόντων, οὔτε μὴν τῶν ἐπὶ τὸ λύσαι τοῦτον τοῦ ὀργάνου ἀποσταλμένων, ἕως οὗ ὁ φαινόμενος ἀφανεὶς ἐγένετο. Εἶτα ὡράθη λυόμενος ὁ Ἅγιος τοῦ μαγγάνου, καὶ παρὰ πᾶσαν προσδοκίαν ὅλος ὑγιὴς ἱστάμενος ἐδόξασε τὸν Θεὸν, καὶ ἐπεκαλεῖτο τὸν Κύριον. Ταῦτα ἰδόντες οἱ στρατιῶται καὶ ἀπορίᾳ πολλῇ συσχεθέντες, ἐνεφάνησεν περὶ τούτου τῷ Βασιλεῖ, ἔτι ἐν τῷ ἱερῷ τὴν θυσίαν ἐπιτελοῦντι, παραστήσαντες καὶ τὸν Ἅγιον. Ἰδὼν δὲ τοῦτον ὁ Βασιλεὺς, τὰ πρῶτα μὲν ἠπίστει τῷ θαύματι, οὐκ ἐκεῖνον εἶναι λέγων, ὅμοιον δὲ τούτου τινὰ ἢ μᾶλλον εἴδωλον αὐτοῦ πρὸς χλεύην τῶν ὁρώντων. Περιεργότερον δὲ τοῦτον κατανοοῦντες οἱ περὶ τὸν Βασιλέα, τοῦτον ἐπέγνωσαν, κἀκεῖνον ἀνέπειθον διαπρυσίως· καὶ τοῦ Μάρτυρος βοῶντος, Ἐγώ εἰμι Γεώργιος, ἐννεοὶ πάντες ἐγένοντο. Δύο δὲ τῶν παρατυχόντων ἀξιώματι τετιμημένοι στρατηλατῶν, ὧν ὁ μὲν Ἀνατόλιος ἐκαλεῖτο, ὁ ἕτερος δὲ Πρωτολέων, προκατηχημένοι τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, τὸ ξένον τότε τοῦ θαύματος ὁρῶντες, τελείαν δὲ πίστιν ἐδείξαντο, καὶ ἀνέκραξαν λέγοντες, Εἷς ἐστι Θεὸς μέγας καὶ ἀληθὴς τῶν Χριστιανῶν. Παρευθὺ δὲ τούτους ὁ Βασιλεὺς ἔξω τῆς πόλεως ἀπενεχθῆναι κελεύει, μηδεμίαν ἐρώτησιν δεξαμένους, καὶ τούτους ἐκεῖσε καταπονῆσαι τοῖς ξίφεσιν. Πολλοὶ δὲ καὶ ἕτεροι ἐπὶ Κύριον ἐπέστρεψαν, ἐνεαυτοῖς δὲ κατεῖχον τὴν πίστιν, μὴ τολμῶντες παῤῥησιάσασθαι· ἐν οἷς ἦν καὶ ἡ Βασίλισσα Ἀλεξάνδρα· ἣν καὶ βουλομένην παῤῥησιάσασθαι ὁ Ὕπατος ἐπισχὼν, πρὶν ἢ γνῶναι τὸν Βασιλέα περὶ αὐτῆς, εἰς τὸν ἑαυτῆς οἶκον ἐξέπεμψε.

Imperatori sistitur:

duo Duces Christum confitentur.

B

CAP. II.

10 Δυσθυμῶν δὲ ὁ Διοκλητιανὸς καὶ μηδὲν κατὰ λόγον πρᾶξαι δυνάμενος, κελεύει τὸν Ἅγιον, παραχρῆμα εἰς λάκκον ἀσβέστου προσβάτως σβεσθείσης ἐμβληθέντα, φυλάττεσθαι μέχρι τρίτης ἡμέρας, πρὸς τὸ μηδαμῶθεν ἐπινοηθῆναι βοήθειαν. Ἁρπάσαντες οὖν αὐτὸν, δέσμιον ἦγον. Ὁ δὲ Ἅγιος πρὸς τοιαύτην ἀπαγόμενος τιμωρίαν, μεγάλῃ τῇ φωνῇ προσηύχετο οὕτως, Ὦ Σωτὴρ τῶν θλιβομένων, ἡ καταφυγὴ τῶν διωκομένων, ἡ ἐλπὶς τῶν ἀπελπισμένων, Κύριε ὁ Θεός μου, ἐπάκουσον τῆς προσευχῆς τοῦ δούλου σου, καὶ ἐπίβλεψε ἐπ' ἐμὲ καὶ ἐλέησόν με, καὶ ῥῦσον τῆς παρούσης ἐπηρίας τοῦ ἀντικειμένου· παράσχου μοι, Δέσποτα, τὴν εἰς σε ὁμολογίαν μέχρι τέλους ἀπαράτρωτον διατηρῆσαι· μὴ παραδός με ταῖς ἀνομίαις μου, Κύριε, μήποτε εἴπωσιν ἐχθροί μου, Ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτοῦ. Δεῖξον τὴν δυναστείαν σου, καὶ δόξασόν σου τὸ ὄνομα ἐν ἐμοὶ τῷ ἀχρείῳ, καὶ ἐξαπόστειλόν σου τὸν Ἄγγελον τῆς ἐμῆς ἀναξιότητος φύλακα, ὁ τὴν ἐν Βαβυλῶνι κάμινον μεταβαλὼν εἰς δρόσον, καὶ τοὺς ἁγίους σου παῖδας διασώσας ἀβλαβεῖς, ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα αὐτοῦ κατασφραγισάμενος, εἰσῆλθεν ἐν τῷ λάκκῳ, χαίρων καὶ ὑμνῶν τὸν Θεόν.

In calcis foveam demersus S. Georgius

C

11 Καὶ οἱ μὲν ἀποσταλέντες, πάντα τὰ διαταχθέντα ποιήσαντες, ὑπέστρεψαν· ἀρξαμένης δὲ τῆς ἡμέρας, Διοκλητιανός τινας τῶν στρατιωτῶν προσκαλεσάμενος, εἶπεν αὐτοῖς, Τοῦ κακοδαίμονος ἐκείνου Γεωργίου, ἐν τῆς ἀσβέστου λάκκον ἐῤῥιμμένου δι' οἰκείαν δυστρόπειαν καὶ ἀπείθειαν, οὐδὲ μνημόσυνον καταλειπεῖν βούλομαι τοῖς ἐκείνου συμμύσαις, ἵνα μὴ τιμώμενος παρ' αὐτοῖς καὶ εἰς ἔρωτα δοξομανίας ἐρηθεύσας καὶ ἄλλους, αἴτιος ἀπωλείας αὐτοῖς γένηται· βούλομαι τοίνυν πορευθέντας ὑμᾶς, εἴ τι ἄρα ὑπολέλυπται τῶν δυσίνων ἐκείνου ὀστῶν, καὶ αὐτὰ κατακρύψαντες ἀφανισμῷ τελείῳ παραδοῦναι. Τοιαύτας ἐντολὰς οἱ στρατιῶται δεξάμενοι, ὡς εἶχον τάχος ἐπορεύθησαν· συνῆλθε δὲ αὐτοῖς πλῆθος πολὺ τοῦ λαοῦ, ἰδεῖν τὸ γεγενημένον καὶ τὸ γενησόμενον. Ἀνακαθαρθείσης οὖν τῆς ἀσβέστου, ὡράθη ἔνδον ὁ Ἅγιος ὡς ἀπό τινος εὐωχίας ἐν φαιδρῷ τῷ σχήματι ἱστάμενος, τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείνων, καὶ τῷ Θεῷ εὐχαριστῶν ἐπὶ πάσαις αὐτοῦ ταῖς εὐεργεσίαις. Ἐξελθόντος δὲ αὐτοῦ, καὶ μηδεμίαν ἐκ τῆς τοιαύτης ἐπηρίας βλάβην περιφέροντος, ἐξέστησαν πάντες ἐπὶ τῇ παραδόξῳ ταύτῃ θέᾳ, καὶ ὁμοθυμαδὸν τὸν Θεὸν Γεωργίου μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀνευφήμουν καὶ μέγαν ἔλεγον.

inde illæsus educitur:

EX MS. FLORENT.

12 Ἐν τούτοις τῶν στρατιωτῶν ἀσχολομένων, καὶ τὴν ὥραν τριβόντων, ἀνέβη φάσις τῷ Διοκλητιανῷ περὶ τούτου. Ὁ δὲ παραχρῆμα τὸν Ἅγιον μεταπεμψάμενος, καὶ ὥσπερ ἐξεστακὼς, λέγει πρὸς αὐτόν· Πόθεν σοι ταῦτα, Γεώργιε, καὶ ὅπως τεχνάζεται παράσου; δήλωσον δὴ· οἶμαι γὰρ ἐγὼ, ὅτι πρὸς ἐπίδειξιν τῆς τοσαύτης μαγίας τὸ σέβας ὑπεκρίθης τοῦ ἐσταυρομένου, ἵνα πάντας καταπλήξας ταῖς γοηθείαις, μέγαν σεαυτὸν διὰ πάντων ἀποδείξῃς, καὶ τὸν σὸν Θεὸν, ὅστις ποτέ ἐστιν, κηρύξῃς πάντων θεῶν ὑπερφέροντα. Ὁ ἅγιος Γεώργιος ἀπεκρίνατο· Ἐγὼ μὲν, ὁ Βασιλεῦ, ᾠόμην μήδε στόμα διάραι δύνασθαι ὑμᾶς, τοιοῦτον ἀθετοῦντας δεσπότην, ὅστις πρὸς τὸ ἐν μηδενὶ ἀδυνατεῖν, καὶ ἐκ τοιλικούτων ἀναγκῶν ῥύεται τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτόν· ἐπεὶ δὲ εἰς τοσοῦτον πλάνης βυθὸν παρὰ τοῦ ἀντικειμένου διαβόλου ὀλισθήσατε, ὥστε καὶ κατ' ὀφθαλμοῖς ὑμῶν τελούμενα διαπιστεῖν θαύματα καὶ γοητείας ἀποκαλεῖν, θρηνῶμεν ὑμᾶς τῆς τυφλώσεως, καὶ ἀθλίους ἡγοῦμαι, οὐκ ἀξιῶ δὲ ἀποκρίσεως οὕτω πεπυρωμένους. Διοκλητιανὸς εἶπεν· Ἄρτι γνώσομαι, εἰ κατ' ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ἐνεργεῖς τὰ παράδοξα, ἢ δὲ μὴ ἀξίους κρίνῃς ἡμᾶς ἀποκρίσεως· ἀλλ' ἕξεις καὶ μὴ βουλόμενος κἂν θεραπεύοντας. Τότε κελεύει κρηπίδας σιδηρᾶς ἐνεχθῆναι, ἥλους ἐχούσας μακρὰς, καὶ ταύτας ἔμπροσθεν πυρωθείσας, ὑποδεθῆναι αὐτοῦ ἀμφοτέρους τοὺς πόδας, καὶ τυπτόμενον αὐτὸν ἕλκεσθαι μέχρι τοῦ δεσμοτηρίου· καὶ χλευάζων ἔλεγεν. Ὡς ταχὺς εἶ δρομεύς. Ὁ δὲ Μάρτυς, οὕτω χαλεπῶς πιεζόμενος, τυπτόμενός τε καὶ δεινῶς συρόμενος ἐν ἑαυτῷ κατεπῇδε, Τρέχε, Γεώργιε, ἵνα καταλάβῃς· οὕτω γὰρ τρέχεις ὡς οὐκ ἀδήλως. Εἶτα τὸν ἑαυτοῦ Θεὸν ἐπικαλούμενος ἔλεγεν· Ἐπίβλεψε ἐξ οὐρανοῦ, Κύριε, καὶ ἴδε τὸν κόπον μου καὶ ἄκουσόν μου τοῦ πεπεδημένου δούλου σου· ὅτι ἐπλήθυνθησαν οἱ ἐχθροί μου, καὶ μίσος ἄδικον ἐμίσησάν με διὰ τὸ ὄνομά σου· ἀλλ' αὐτὸς ἴασόν με, Δέσποτα, ὅτι ἐταράχθησαν τὰ ὀστᾶ μου, καὶ παράσχου μοι τὴν ὑπομονὴν μέχρι τέλους, ὁ μόνος ἐλεήμων Θεὸς, ὅπως μὴ εἴπῃ ὁ ἐχθρός μου, ἴσχυσα πρὸς αὐτόν.

Imperatori insultat:

ignitas crepidas indutus,

E

F

13 Ταῦτα μέχρι δεσμωτηρίου εὐξάμενος ἐβλήθη ἐν αὐτῷ, κατάκοπος ὑπὸ τῶν πληγῶν ἐκ τῶν ἐν αὐταῖς κρηπίσιν ἥλων γενόμενος· εὐχαριστήσας δὲ τῷ Θεῷ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ἐπιούσης νυκτὸς, τῇ ἑξῆς προκληθεὶς ἔστη ἐνώπιον τοῦ Βασιλέως, ἔξω που προκαθίσαντος παρὰ τὸ δημόσιον θέατρον, καὶ περὶ αὐτὸν

EX MS. FLORENT.

commode incedit.

αὐτὸν δὲ ἦν καὶ πᾶσα ἡ Σύγκλητος. Καὶ θεασάμενος τοῦτον ὁ Βασιλεὺς ἐρθῶς βαδίζοντα, ὡς μηδὲν ἐκ τῆς τῶν κρηπίδων ἀνάγκης παρεμποδίζεσθαι, σὺν ἐκπλήξει πολλῇ φησι πρὸς αὐτόν. Τί ἐστι Γεώργιε, ἆρα σοι πρὸς ἡδονὴν καὶ χάριν αἱ κρηπίδες ἐπινενόηνται; Ὁ ἅγιος Γεώργιος εἶπεν· Σφόδρα γε, Βασιλεῦ. Διοκλητιανὸς εἶπεν, Τὸ θράσος ἀποθέμενος ὑπήκοον ἀνάλαβε λογισμὸν, καὶ ταῖς μαγίαις σου χαίρειν εἰπὼν, καὶ προσελθὼν θύσαι θεοῖς· ἐπεὶ πολλῶν ἄλλων πειρηθήσῃ βασάνων καὶ τῆς γλυκείας ταύτης ζωῆς τελευταῖον ἀποραγήσῃ. Ὁ ἅγιος Γεώργιος εἶπεν· Ὡς λίαν ἀνόητοι ἐοίκατε, τὰς τοῦ Θεοῦ μου δυνάμεις γοητείας καλονομάζοντες, καὶ τὰς αὐτοῦ ἀντιλήψεις μαγείαις παραβάλλοντες, καὶ παίγνια τῶν παρ' ὑμῶν σεβομένων δαιμόνων ἀνεπαισχύντως δεικνύμενοι. Αὐστηρᾷ δὲ τῇ φωνῇ καὶ βλοσυρῷ τῷ ὄμματι ὁ Διοκλητιανὸς ἐπισχὼν τὸν λόγον τοῦ Μάρτυρος, ἐκελεύει τοῖς περιστῶσι τύπτειν αὐτοῦ τὸ σόμα, Διδαχθήτω οὕτως, εἰπὼν, Βασιλεῖς μὴ ὑβρίζειν. Εἶτα προσέταξεν τοῦτον ἀφειδῶς τοῖς βουνεύροις μαστίζεσθαι, μέχρις ὅτου αἱ σάρκες αὐτοῦ σὺν τῷ αἵματι τῇ γῇ ἐκολλήθησαν.

in os caeditur, vapulat nervis.

B 14 Οὕτως δὲ τοῦ ἁγίου Μάρτυρος ἀπηνῶς τυφθέντος, καὶ τὴν τοῦ προσώπου φαιδρότητα μηδαμῶς ἐναλλάσαντος, ὁ Βασιλεὺς θαυμάζων, πρὸς τοὺς ἔγγιστα ἔλεγεν· Ὄντως ἂν ἐγὼ οὐκ ἀνδρείας καὶ καρτερίας εἴποιμι, ἀλλά τι καὶ μαγικῆς ἐπιστήμης μετέχει Γεώργιος. Καὶ ὁ Μαγνέντιός φησι πρὸς αὐτόν, Ἔστιν ἐνταῦθα Βασιλεῦ τις ἀνὴρ μαγικῆς ἐμπειρότατος, εἰ τοῦτον κελεύεις κληθῆναι, ταχὺ ἂν ἡτηθεὶς Γεώργιος τοῖς σοῖς ὑποκύψει θελήμασιν. Ἐξ αὐτῆς ὁ μάγος κληθεὶς ἔστη ἐνώπιον τοῦ Βασιλέως, καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Διοκλητιανός, Οἷάπερ ὁ καλάδικος οὗτος εἰργάσατο, οἱ παρόντες πάντες ἴασιν, ὅπως ταῦτα δὲ καλεπράξατο τῶν καθ' ἡμᾶς ἐστι μόνον εἰδέναι, ἢ τοίνυν ταῖς αὐτοῦ γοητείαις πειθήνιον τοῦτον ἀπέργασαι, ἢ μαγικοῖς αὐτὸν φαρμάκοις θάττον τοῦ ζῆν ἀπάλλαξον, ὅπως ταῖς ἰδίαις κακοτεχνίαις ἁλοὺς, τὸν ὀφειλόμενον ἐπόψηται θάνατον· τοῦτο γὰρ καὶ βουλόμενος ζῆν αὐτὸν ἴασα μέχρι τοῦ νῦν. Τοῦ δὲ Ἀθανασίου (τοῦτο γὰρ ὄνομα τῷ μάγῳ) πάντα εἰς τὴν ἐξῆς ποιήσειν ὑποσχομένου, ὁ Βασιλεὺς φυλάττεσθαι τὸν Ἅγιον μέχρι τῆς αὔριον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κελεύσας, ἀνέβη τοῦ βήματος. Ὁ δὲ Ἅγιος πάλιν ἐν

commissus cum mago Athanasio

C φρουρᾷ εἰσελθὼν, ἐπεκαλεῖτο τὸν Θεὸν λέγων, Θαυμαστωθήτω δὴ, Κύριε, τὸ ἔλεός σου ἐπ' ἐμὲ, καὶ κατεύθυνόν μου τὰ διαβήματα πρὸς τὴν σὴν πίστιν, ἵνα διὰ πάντων δοξάσηταί σου τὸ ὄνομα.

15 Καὶ τῇ ἐξῆς, ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ τοῦ βήματος ἀρθέντος, προκαθίσας ὁ Διοκλητιανὸς, ἐκέλευσεν κληθῆναι τὸν μάγον. Ὁ δὲ παρεγένετο πρὸς αὐτὸν μετὰ σοβαροῦ τοῦ φρονήματος, καὶ φάρμακά τινα ὑποδείξας ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν ἐν ὀστρακίνοις ἐγγείοις, φησὶ πρὸς τὸν Βασιλέα· Ἐνεδειχθήτω τοίνυν, Βασιλεῦ, ὁ κατάδικος· καὶ ὄψει πάντως τῇ τῶν θεῶν συνεργείᾳ τῶν ἐμῶν φαρμάκων τὴν δύναμιν· εἰ μὲν γὰρ τοῦτον ἔκφρονα θέλεις γενέσθαι, πρὸς πᾶν ὅτι κελεύεις ὑπήκοον, τούτῳ δὴ χρῆσαι τῷ φαρμάκῳ, καὶ ἅμα ἐπιδείκνυε τὸ ἓν τῶν φαρμάκων ἀγγεῖον· εἰ δὲ αὖ γε παρὰ τὸ σὸν βῆμα τὸν τούτου μόρον ὑπόψεσθαι βούλει πικρότατον, τούτου καταπραχθήσῃ, μικρὸν θάτερον ὑποδεικνὺς τῶν ἀγγείων. Κελεύει οὖν ὁ Βασιλεὺς παραυτίκα τὸν Ἅγιον ἐνεχθῆναι· καὶ παραστάντος αὐτοῦ φησιν ὁ Διοκλητιανός, Ἄρτι σου, Γεώργιε, πάντως αἱ μαγίαι διαλυθήσονται· καὶ κελεύει βία ἅψασθαι αὐτὸν τοῦ κατασκευασθέντος φαρμάκου. Ὁ δὲ ἀνενδιάστως ἁψάμενος, οὐδεμίαν ἐκ τούτου βλαβὴν ὑπέστη, ἀλλ' ὡς μηδενὸς γεγονότος καινοῦ, χαίρων ἵστατο τῆς τῶν δαιμόνων πλάνης καταγελῶν. Ἐμμαινόμενος δὲ ὁ Βασιλεὺς, ἐπιδοῦναι αὐτῷ καὶ τὸ ἕτερον φάρμακον προσέταξεν, καὶ καταναγκάσαι αὐτὸν πιεῖν τοῖς περὶ αὐτὸν ἐπέτρεψεν. Ὁ δὲ ἅγιος Γεώργιος, ἐνδοὺς τῇ βίᾳ καὶ γευσάμενος, ὡσαύτως ἀσινὴς ἐφυλάχθη τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ καὶ χάριτι. Ἀπηνεώθη δὲ ὅτε Βασιλεὺς καὶ πᾶσα ἡ Σύγκλητος, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Ἀθανάσιος, τὸ γενόμενον θεασάμενοι. Μεθ' ἱκανῆς δὲ ὥρας διάστημα εἶπεν ὁ Βασιλεὺς πρὸς τὸν Μάρτυρα, Μέχρι τίνος ἡμᾶς ἐξιστᾷς, ὦ Γεώργιε, τοῖς παρά σου γενομένοις; ἕως ποτὲ μὴ τὴν ἀλήθειαν ἐξαγγέλῃς ἡμῖν, ὅπως τε τῶν ἐπαγομένων σοι βασάνων κατεφρόνησας, καὶ τῶν ἐν χερσὶ φαρμάκων τὴν βλαβὴν ἐξέφυγες; μὴ δὴ κρύψῃς ἀφ' ἡμῶν τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ φράσον ἡμῖν, ἀνεξικάκως ἀκούειν σου μέλλουσιν.

oblata ab eo veneficia innoxie bibit,

D

16 Τότε ὁ μακάριος Γεώργιος ἀπελογεῖτο, Μὴ δὴ, Βασιλεῦ, ἀνθρωπίνης ἐπινοίας δοκεῖς ἡμᾶς σώζεσθαι, ἀλλὰ τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐπικλήσει καὶ τῇ τούτου δυνάμει, ἐφ' ᾗ καὶ θαρρούντες, οὐδένα τῶν ἀλγεινῶν ποιούμεθα λόγον, κατὰ τὴν αὐτοῦ θείαν μυσταγωγίαν. Διοκλητιανὸς εἶπεν· Καὶ τίς ἡ τοῦ Χριστοῦ σου μυσταγωγία; Ὁ ἅγιος Γεώργιος εἶπεν. Προειδὼς τὴν ὑμετέραν πρὸς τὸ χεῖρον ἐντρέχειαν, καὶ τοὺς οἰκείους παραθαρρύνων, ἐδίδαξε, Μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὰ σώματα καὶ περισσότερόν τι μὴ ἐχόντων ποιῆσαι· θρὶξ γάρ, φησιν, ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐ μὴ ἀπόληται, κἂν τε θανάσιμόν τι πιήτε οὐ μὴ βλάψει ὑμᾶς. Ἀμέλει, Βασιλεῦ, ἄκουσον, αὕτη ἐστὶν ἡ ἀψευδὴς ἐκείνου ἐπαγγελία, ὡς ἐν κεφαλαίῳ δηλῶσα, ὅτι ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει. Διοκλητιανὸς εἶπεν· Τί δὲ ὑμεῖς φατε εἶναι τὰ ἔργα αὐτοῦ; Ὁ ἅγιος Γεώργιος εἶπεν, Τυφλῶν ὀμματώσεις, λεπρῶν ἐκκαθάρσεις, χωλῶν ἀναρθώσεις, κωφῶν ἐνωτίσεις, πνευμάτων διώξεις, νεκρῶν ἐγέρσεις, καὶ τὰ ταύτοις παρόμοια. Καὶ ὁ Βασιλεὺς, πρὸς τὸν Ἀθανάσιον ἐπιστραφεὶς, ἔφη, Αὐτὸς τί λέγεις παρὰ ταῦτα, Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν, Θαυμάζω πῶς τῆς ἡμερότητός σου καταψευδόμενος οὗτος, λανθάνειν τὸ κράτος σου οἴεται· πολλῶν γὰρ καθ' ἑκάστην εὐεργεσιῶν παρὰ τῶν ἀθανάτων θεῶν ἀμοιρούντες ἡμεῖς, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν δι' αὐτῶν ἀπολαβόντες, νεκρῶν οὐδέποτε καὶ τήμερον ἀνάστασιν ἑωράκαμεν· οὗτος δὲ, ἐπ' ἀνθρώπῳ θνητῷ πεποιθὼς καὶ ἐσταυρομένῳ προσανέχων Θεῷ, τὸ μέγιστον αὐτῷ ἀνειδῶς τῶν σημείων προσεμαρτύρησεν. Ἀλλ' ἐπεὶ, Βασιλεῦ, ἔμπροσθεν ἡμῶν πάντων καθομολόγησε τὸν αὐτοῦ Θεὸν τοιαῦτα κατεργάσασθαι, καὶ ἐπαγγελίαν ἐξ αὐτοῦ ἀψευδῆ τοὺς εἰς αὐτὸν ἠλπικότες πάντα ὅσα ἂν ἐκεῖνος ἐποίησεν καὶ τούτους ποιήσειν, αὐτὸς ἐπί σου ἐγερεῖ νεκρὸν, καὶ τότε ὑμεῖς ὡς μεγάλα δυναμένῳ τῷ αὐτοῦ Θεῷ ὑποκύψομεν. Ἰδοὺ τοίνυν νεκρὸς ἐν τῇ κατέναντι λάρνακι πρὸ ὀλίγου τέθαπται, παρ' ἐμοὺ γινωσκόμενος· εἴπερ ἐν τούτῳ Γεώργιος τῇ κελεύσει σου τὴν τοῦ σημείου ἐνδείξηται δύναμιν, ὄντως νενίκηκεν.

& Christi potentiam praedicat:

E

F

ad mortuum suscitandum provocatus,

17 Ἀγασθεὶς οὖν ὁ Βασιλεὺς τοῦ μάγου τὴν ὑποθήκην, ἐπένευσε τοῦτο γενέσθαι. Ἦν δὲ λάρναξ μεγάλη, ἄντικρις κειμένη τοῦ βήματος, καὶ ὡς ἥμισυ σταδίου μῆκος ἀπέχουσα. Τότε ὁ Μαγγέντιος, τῷ Βασιλεῖ συγκαθήμενος, τῶν περικειμένων κλοιῶν ᾐτήσατο λυθῆναι τὸν Ἅγιον, καὶ πρὸς αὐτὸν εἶπεν, Νῦν δεῖξον τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ σου τερατούργημα, καὶ

πάντας

A πάντας ἡμᾶς αὐτῷ προσάξεις διὰ τῆς πίστεως. Ὁ ἅγιος Γεώργιος εἶπεν, Ὁ ἐμὸς, Ὕπατε, Θεὸς ἐκ μὴ ὄντων τὰ πάντα παραγαγὼν, οὐ δὲ τὸν νεκρὸν ἀδυνατεῖ δι' ἐμοῦ ἀναστῆσαι, ἀλλὰ τὰ τῶν φρενῶν ὑμῶν αἰσθητήρια ἡ πλάνη μετασκευάσασα κατανοεῖν οὐκ ἐᾷ τὴν ἀλήθειαν· ὅμως, διὰ τὸν περιεστῶτα δῆμον, τὴν πειρασικὴν ὑμῶν αἴτησιν ταύτην δι' ἐμοῦ ὁ Θεὸς ἐνεργήσει· ἵνα μὴ δὲ καὶ τοῦτο τῇ μαγίᾳ ἐπιγράψητε, ἰδοὺ πάντων ἡμῶν κατενώπιον ὁ γόης, ὃν παραστήσατε, μήτε μαγίᾳ τινὶ μήτε τῶν θεῶν ἡμῶν ἰσχύι τινὶ τὸ Σημεῖον τοῦτο δύνασθαι γενέσθαι ἀψευδῶς ὡμολόγησεν· ἐπόψεσι τοιγαροῦν τῶν περιεστώτων πάντων, καὶ ἐν τοῖς ὠσὶν αὐτῶν τὸν ἐμὸν ἐπικαλοῦμαι Θεόν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, θεὶς τὰ γόνατα αὐτοῦ, ἐπὶ πολὺ μετὰ δακρύων ἐδέετο τοῦ Θεοῦ· καὶ ἀναστὰς, μεγάλῃ τῇ φωνῇ πάλιν προσηύξατο οὕτως· Ὁ Θεὸς ὁ πρὸ τῶν αἰώνων, ὁ Θεὸς τοῦ ἐλέως, ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ καὶ παντοδύναμος, ὁ μὴ καταισχύνων τὰς ἐλπίδας τῶν εἴς σε πεποιθότων, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ἐπάκουσόν μου τοῦ ταπεινοῦ δούλου σου ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ, ὁ ἐπακούσας τῶν ἁγίων σου Ἀποστόλων ἐν παντὶ τρόπῳ καὶ πᾶσι τέρασι καὶ Σημείοις· καὶ δὸς τῇ γενεᾷ τῇ πονηρᾷ ταύτῃ τὸ παρ' αὐτῆς ἐπιζητηθὲν Σημεῖον, καὶ ἀνάστησον τὸν ἐν τῇ κατὰ πρόσωπον ἡμῶν λάρνακι νεκρὸν, εἰς αἰσχύνην ἀθετούντων σε, εἰς δόξαν Σὴν καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ναὶ Δέσποτα, δεῖξον τοῖς περιστῶσιν, ὅτι σὺ εἶ κύριος ἔνδοξος ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ αὐτοῦ τὸ Ἀμὴν εἰπόντος, ἦχος ἐγένετο μέγας, ὥστε πάντας ἐκπλαγῆναι· καὶ τῆς σοροῦ ἀποκαλυφθείσης, καὶ χαμαὶ τοῦ καλύμματος πεσόντος, ἀναστὰς ὁ νεκρὸς ἐνώπιον πάντων, ἔξωθεν ἔστη τῆς λάρνακος.

non detrectat, sed Deo fretus,

B *fusis precibus rem peragit.*

18 Εὐθέως οὖν ταραχῆς ἐν τῷ δήμῳ γενομένης, καὶ πολλῶν κρατούντων, καὶ τὸν Χριστὸν ὡς μέγας εἴη Θεὸς εὐφημούντων, ὁ Βασιλεὺς καὶ οἱ Συγκαθήμενοι θαμβηθέντες, πρῶτα μὲν τῆς μαγείας ἔτι ἔχεσθαι τὸν Γεώργιον ἔλεγον, καὶ πνεῦμα ἀνεναγκεῖν εἰς ἀπάτην τῶν ὁρώντων· ὡς δὲ τὸν νεκρὸν ἐγερθέντα ἀληθῶς ἄνθρωπον κατενόουν, Χριστὸν ἐπικαλούμενον καὶ τῷ Ἁγίῳ προσδραμέντα, καὶ αὐτοῖς Συνιστάμενον, ἐν ἀμηχανίᾳ πολλῇ γενόμενοι ἔμειναν ἐννεόι. Ἀθανάσιος δὲ δραμὼν ἔπεσεν παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἁγίου, τὸν Χριστὸν ἐπιβοῶν Θεὸν παντοδύναμον, καὶ τὸν Μάρτυρα παρακαλῶν ὑπὲρ αὐτοῦ Συγγνώμην τῶν ἐν ἀγνοίᾳ πλημμεληθέντων αἰτήσασθαι. Μετὰ δὲ διάστημα ὥρας ἱκανῆς, ὁ Διοκλητιανὸς τῷ δήμῳ σιωπὴν ἐγκαλεσάμενος, ἀπεφθέγξατο οὕτως· Ὁρᾶτε τὴν πλάνην, ὦ ἄνδρες, βλέπετε τὴν κακίαν τῶν ἀπατεώνων τούτων· ὁ δὲ γὰρ κάκιστος Ἀθανάσιος, τῷ ὁμοτρόπῳ καὶ ὁμοτέχνῳ αὐτοῦ χαριζόμενος, οὐ φάρμακα αὐτῷ, ὁποῖα ἡμῖν ὑπέσχετο, προσεκόμησεν, ἀλλὰ μᾶλλον μαγιῶν ἐνεργέστερα πρὸς ἐξαπάτην ἡμῶν· διὸ δὴ καὶ Γεώργιος, πρὸς τὸ παρ' αὐτοῦ μὴ βλαβῆναι, καὶ ἀναιδέστερος γέγονε, νεκρὸν ἀνιστάναι ὑπισχνούμενος, ὃν αὐτοὶ κατόχῳ τινὶ νοήματι πρὸς κακουργίαν τῆς αὐτῶν ἐπενοήσαντο Σκέψεως.

quo viso convertitur magus,

C

19 Ταῦτα εἰπὼν ὁ τύραννος, παραχρῆμα κελεύει, τὸν μὲν Ἀθανάσιον ἅμα τῷ ἐκ νεκρῶν ἀναζήσαντι, δίχα πάσης ἐξαιτάσεως ἢ ἐπερωτήσεως τὸ διὰ ξίφους παραδοῦναι θανάτῳ, ὡς λαμπρᾷ τῇ φωνῇ τὸν Χριστὸν μόνον κηρύττοντας· τὸν δὲ ἅγιον Μάρτυρα Γεώργιον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κλειστὸν ἐν τοῖς δέσμοις μένειν, μέχρις ἂν τῶν δημοσίων πραγμάτων σχολὴν ἀγαγὼν τὰ κατ' αὐτὸν ἐπισκέπτηται· καὶ ταῦτα διαταξάμενος ἀπείη πρὸς τὰ βασίλεια. Ὁ δὲ ἅγιος Γεώργιος εἰσελθὼν ἐν τῇ φυλακῇ ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι, καὶ ηὐχαρίστησε τῷ Θεῷ, λέγων· Δόξα σοι, Δέσποτα Κύριε, ὁ μὴ καταισχύνων τοὺς ἐλπίσαντας ἐπί σοι, εὐχαριστῶ σοι ἐν οἷς ἐν παντὶ Συμπαρίστασαί μοι τῷ ταλαιπόρῳ, ἐφ' οἷς εὐεργετεῖς καθ' ἑκάστην, καὶ ἐφ' οἷς ἀντιλαμβάνεις τῆς ἐμῆς ἀναξιότητος· ἀλλ' ἀξίωσόν με ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, ταχέως ὀφθῆναι τῇ δόξῃ σου, τελείως καταισχύναντα τὸν διάβολον.

& capite plectitur cum eo qui resurrexerat.

EX MS. FLORENT.

20 Ὑπάρχοντος δὲ αὐτοῦ ἐν τῇ φρουρᾷ, ὅσοι τὴν Χριστοῦ πίστιν ἐδέξαντο διὰ τῶν ἐπιτελεσθέντων θαυμάτων, ἐρχόμενοι πρὸς αὐτὸν, καὶ τοῖς φυλάσσουσι παρέσχοντες χρήματα, προσέπιπτόν τε αὐτῷ καὶ κατηχούντο παρ' αὐτοῦ· ἐξ ὧν καὶ πολλοὶ ἀσθενοῦντες, τῇ τοῦ Χριστοῦ σφραγίδι καὶ ἐπικλείσει, δι' αὐτοῦ θεραπίας ἐτύγχανον· ἐν οἷς καί τις ἀνὴρ, Γλυκέριος τοὔνομα, ἰδιώτης τὴν τέχνην, ὃς ἀροτριῶν, οἷα πολλάκις Συμβαίνει, παρολισθήσαντος αὐτῷ τοῦ ἑνὸς τῶν βοῶν, καὶ κατερραγέντος, καὶ μετὰ μικρὸν ἀποψύξαντος, ὥστε περὶ τοῦ Ἁγίου παρά τινων προκαθήχητο, δραμῶν ἐν τῇ φυλακῇ, τὴν τοῦ βοὸς ἀπώλειαν ἀποδύρετο. Ἠρέμα δὲ αὐτῷ προσμειδιάσας ὁ Ἅγιος, εἶπεν, Ἄπελθε, ἀδελφὲ, χαίρων· ὁ γὰρ Χριστός μου τὸν βοῦν σου ἐζώωσεν. Ἐκεῖνος δὲ πιστεύσας τῷ λόγῳ καὶ δραμὼν, εὗρε καθὼς εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἅγιος· παρευθὺ δὲ μηδὲ μικρὸν ἀναμείνας ὁ ἀνὴρ, ἀνέστρεψε, καὶ πρὸς τὸν Μάρτυρα ἔτρεχε, καὶ διὰ τῆς πόλεως κράζων μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Μέγας ἐστὶν ἀληθῶς ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν. Συλλαβόμενοι τοίνυν αὐτὸν στρατιῶταί τινες, αὐτοῦ που παρατυχόντες, διὰ τῶν Σωματοφυλάκων τῷ Βασιλεῖ περὶ τούτου ἀνήνεγκαν· καὶ θυμοῦ πληροθεὶς, καὶ μητε θεάσασθαι αὐτὸν μήτε ἐρωτήσεως ἀξιώσας, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως τῷ ξίφει ἀποτμηθῆναι. Ὁ οὖν Γλυκέριος χαίρων, καὶ ὥσπερ ἐπί τινα εὐωχίαν καλούμενος, προέτρεχε τῶν ἀγόντων αὐτῷ στρατιωτῶν, καὶ μεγάλῃ φωνῇ ἐπεκαλεῖτο τὸν Κύριον, δεόμενος τὸ μαρτύριον αὐτῷ λογισθῆναι εἰς βάπτισμα, καὶ οὕτως ἐτελειώθη. Τότε τινὲς τῆς Συγκλήτου ἐνεφάνησαν τῷ Βασιλεῖ κατὰ τοῦ ἁγίου Γεωργίου, ὅτι καθεζόμενος ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, φησὶν, ἀνασίει τὸν δῆμον, καὶ πολλοὺς ἀφιστᾷ τῶν θεῶν μαγειῶν ἐπιδείξεσι, καὶ τῷ ἐσταυρωμένῳ προσάγει· ἢ τοίνυν ἐρωτιθεὶς, εὐγνωμονῶν ἀπολυθήτω e . . . .

CAP. III.

Curato post alios ægros

E *moribunde Glycerii boue,*

denuo accusatur Sanctus:

F e

21 Ὁ δὲ, Συμβούλῳ τῷ Μαγνεντίῳ περὶ τούτου χρησάμενος, ἐκέλευσεν εἰς τὴν αὔριον παρὰ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν τὸ βῆμα αὐτοῦ εὐτρεπισθῆναι, πρὸς τὴν τοῦ Ἁγίου δημοσίαν ἐρώτησιν. Τῇ δὲ νυκτὶ ἐκείνῃ, προσευχόμενος ὁ Μάρτυς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ καὶ μικρὸν ἀφυπνώσας, ὁρᾷ κατ' ὄναρ τὸν Κύριον, ὑποστηρίζοντα αὐτὸν τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ καὶ κατασπαζόμενον, εἶτα στέφανον ἐπιτεθέντα τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ καὶ λέγοντα, Μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ θάρσῃ· ἰδοὺ γὰρ Σὺν ἐμοὶ βασιλεύειν ἠξίωσας· μὴ οὖν ἔτι μελλήσεις, ἀλλὰ ταχέως πρός με παραγενόμενος τῶν ἡτοιμασμένων ἀπόλαβε. Ἔξυπνος δὲ γενόμενος καὶ εὐθυμώτερος, εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ, τὸν δεσμοφύλακα προσκαλεσάμενος, παρακαλεῖ αὐτὸν λέγον· Μίαν ταύτην χάριν αἰτῶ παρά σου, ἀδελφὲ, Συγχωρῆσαι τῷ ἐξ ἔθους μοι διακονοῦντι οἰκέτῃ τὴν εἴσοδον κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν, ἔχω γάρ τι πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν. Ἐπινεύσαντος δὲ τοῦ δεσμοφύλακος εἰσῆλθεν ὁ οἰκέτης, ἔξω τῆς φυλακῆς παραμένων, ὅστις καὶ τὰ ὑπὸ τὸν Ἅγιον ὑπομνήματα Σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ Συνέταξεν· καὶ τὸν αὐτοῦ δεσπότην ἐν τοῖς δεσμοῖς προσκυνήσας, ἐπὶ τοῦ

qui confirmatus à Christo,

rebus suis disponit,

EX MS. FLORENT.

τȣ̃ ἐδάφȣς ἔκειτο κλαίων. Ἀναςήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ἅγιος δεδακρυμένον, εὐθυμῶς παρεκελεύσατο, ἐξήγγειλέ τε τὸ ὅραμα εἰπὼν, Ὅτι ταχέως με, τέκνον, ὁ Κύριός μȣ προσκέκληται· μετὰ γοῦν τὴν ἐμὴν ἔξοδον, τὸ ταλαίπορόν μȣ τȣ̃το Σῶμα λαβὼν μετὰ τ̃ ἐμῆς διατάξεως, ἣν πρὸ τ̃ κατασχέσεώς μȣ πεποίηκα, τȣ̃ Κυρίȣ κατευοδοῦντός σε, πρὸς τὸν τ̃ παροικίας ἡμῶν οἶκον, τὸν κατὰ Παλαιςίνην ἀπότρεχε, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα πληρώσας, ἔχȣ τȣ̃ θείȣ φόβȣ, τ̃ εἰς Κύριον μὴ ἀφιςάμενος πίςεως.

22 Τούτȣ δὲ Συνθεμένȣ μετὰ πολλῆς οἰμωγῆς, τῇ τȣ̃ Θεȣ̃ Συνεργείᾳ, εἰς πάντα Σπȣδάζειν, ἀπέλυσεν αὐτὸν ὁ Ἅγιος ἀσπασάμενος· καὶ τῇ ἐπαύριον προσκαθίσας ὁ Διοκλητιανὸς ἐπὶ τȣ̃ εὐτρεπισθέντος αὐτῷ βήματος, ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι, προσεκαλέσατο τὸν Μάρτυρα· καὶ τὸν θυμὸν ἐπισχῶν ἤρξατο μετὰ πάσης πραότητος πρὸς αὐτὸν ȣ̓τωσὶ λέγειν, Οὐ δοκεῖ σοι, Γεώργιε, φιλανθρωπίας μεγίςης καὶ ςοργῆς εἶναι πλείονος τὴν περί σε τοσαύτην ἡμῶν ἀνοχήν; μαρτυρȣ̃σι γάρ μοι ἅπαντες οἱ θεοὶ, ὅτι πάνυ σȣ τ̃ νεότητος κήδομαι, διά τε τὴν ἐπανθȣ̃σάν σοι ὡραιότητα καὶ τὸ τ̃ φρονήσεως μέτριον καὶ τὸ τ̃ ἀνδρείας καρτερικώτατον, καὶ ἐβȣλόμην σε μεταγνόντα Σὺν ἐμοὶ ἔχειν τὴν οἴκησιν, καὶ μεθ' ἡμᾶς τῇ τιμῇ δευτερεύειν διὰ τὸ φίλτρον· εἶπε οὖν ἡμῖν πρὸς ταῦτα καὶ αὐτὸς τὰ δοκοῦντά σοι. Ὁ Ἅγιος Γεώργιος ἀπεκρίνατο, Ἔδει μὲν, ὦ Βασιλεῦ, τὴν περὶ ἡμᾶς σȣ ταύτην διάθεσιν πρότερον ἐξειπόντα, καὶ μὴ τοσαῦτα καθ' ἡμῶν ἐξ ὀργῆς πονηρεύεσθαι. Καὶ ὁ Βασιλεὺς μεθ' ἡδονῆς ἁρπάσας τὸν λόγον, εὐθὺς ἀνθυπήνεγκεν· Εἴγε θελήσειας ὡς πατρί μοι ςοργὴν ἐπιγράψασθαι, χάρισαί μοι πάντως τὴν ὕβριν, καὶ ὑπὲρ πᾶν ἐκείνων ἐγώ σοι ἀπολογήσομαι. Ὁ Ἅγιος Γεώργιος εἶπεν, Εἰ κελεύεις λοιπὸν, Βασιλεῦ, εἰσέλθωμεν τȣ̃ ἱερȣ̃, τοὺς παρ' ὑμῶν προσκυνȣμένȣς θεοὺς ἐποψόμενοι. Παραυτίκα τοίνυν ἀναςὰς ὁ Βασιλεὺς, μετὰ πλείςης ὅσης χαρᾶς, τὴν εἰς τὸ ἱερὸν εἴσοδον τῇ τε Συγκλήτῳ καὶ τῷ δήμῳ παντὶ διὰ τῶν κηρύκων παρεκελεύσατο· ἅμα δὲ ἐπευφήμει τὸν Βασιλέα ὁ δῆμος, τοῖς τε θεοῖς αὐτῶν τὴν νίκην ἐπέγραφον, καὶ τὴν πρὸς τὸ ἱερὸν εἴσοδον ἐποιοῦντο. Ὅτε δὲ πάντες εἰσῆλθον, σιγῆς πολλῆς γενομένης καὶ τ̃ θυσίας εὐτρεπισθείσης, ἀπέβλεπον ἅπαντες εἰς τὸν Μάρτυρα, προσδοκοῦντες, ὅσον ȣ̓πω τὴν θυσίαν μέλλειν αὐτὸν προσάγειν. Ὁ δὲ προσχῶν τῷ ἀγάλματι τȣ̃ Ἀπόλλωνος, ἐξέτεινε τὴν χεῖρα καὶ ἐπηρώτα λέγων, Ἆρά σοι παρ' ἐμȣ̃ θυσίαν ὡς Θεὸς θέλει προσδέξασθαι; καὶ ἅμα τῇ χειρὶ τὸ τȣ̃ ςαυρȣ̃ Σημεῖον ὑπέγραφε. Τὸ δὲ ἐνοικοῦν δαιμόνιον τῷ ἀγάλματι, φωνὴν τοιαύτην ἀφίησιν, Οὐκ εἰμὶ Θεὸς, οὐκ εἰμὶ, ἀλλ' ȣ̓δέ τις τῶν μετ' ἐμȣ̃· εἷς ἐςὶ μόνος Θεὸς, ὃν κηρύσσεις· ἡμεῖς δὲ τῶν αὐτῷ λειτȣργούντων ἀγγέλων ἀποςάται γενόμενοι, τοὺς ἀνθρώπȣς φθόνῳ πολλῷ φαινακίζομεν. Καὶ ὁ Ἅγιος ἀπεκρίθη, Πῶς ἔτι μένειν ἐνταῦθα θρασύνεσθε, ἐμȣ̃ τȣ̃ θεράποντος τȣ̃ ὄντος Θεȣ̃ ἐνταῦθα παρόντος· καὶ τȣ́τȣ λεχθέντος, ἦχός τις καὶ θρȣ̃ς ἐκ τῶν ἀγαλμάτων θρήνῳ προσεοικὼς ἐξεπέμπετο· τὰ δὲ ἄρδην πάντα πεσόντα, εἰς γῆν Συνετρίβησαν. Συςραφέντες δὲ τȣ̃ δήμȣ τινὲς, ὥσπερ ἐνθȣσιῶντες μετὰ τῶν ἱερέων, Συνήρπασαν τὸν Ἅγιον, καὶ δεσμὰ περιθέντες, ἔκραζον λέγοντες· Αἶρε τὸν μάγον τοῦτον, Βασιλεῦ, αἶρε, πρὸ τȣ̃ τὸν βίον ἡμῶν ἀβίωτον καταςῆναι.

& blanditiis solicitatus

B

illudit Imperatori,

C

cum insigni dæmonis confusione.

23 Τῆς τοιαύτης οὖν βοῆς γενομένης, καὶ τ̃ φήμης ἐν ὀλίγῳ κατὰ τὴν πόλιν διαθεȣ́σης, ἡ Βασιλὶς Ἀλεξάνδρα, μικέτι ςέργȣσα τὴν εἰς Χριςὸν πίςιν παρ' ἑαυτῇ κρυφαίως κατέχειν, μετὰ δρομȣ̃ πολλȣ̃ παρεγένετο ἔνθα τὴν δήμȣ Σύγχεσιν ἔβλεπε· καὶ τὸν Ἅγιον μακρόθεν ἰδȣ̃σα κατεχόμενον, καὶ προσελθεῖν διὰ τὸν ὄχλον μὴ δυναμένη, ἔκραξε λέγȣσα, Ὁ Θεὸς Γεοργίȣ βοήθει μοι, ὅτι σὺ μόνος Θεὸς παντοδύναμος. Καταςορεσθείσης δὲ τȣ̃ πλήθȣς ταραχῆς, ἑλκυσθῆναι τὸν Ἅγιον πρὸς ἑαυτὸν ὁ Διοκλητιανὸς ἐκέλευσεν, καὶ ὥσπερ ἐμμαινόμενός φησι πρὸς αὐτόν. Τοιαύται σȣ, μιαρωτάτη κεφαλὴ, τ̃ ἐμῆς εὐμενείας αἱ ἀμοιβαί; ȣ̓τω θύειν τοῖς θεοῖς ἐνοήθης. Ὁ Ἅγιος Γεώργιος εἶπεν, Οὕτω θύειν ἀληθῶς, ἀνόητε Βασιλεῦ, μεμάθηκα, καὶ οὕτω τοὺς σοὺς θεοὺς θεραπεύειν διέγνωκα. Αἰσχύνθητι οὖν τοιȣ́τοις θεοῖς τὴν ἑαυτȣ̃ Σωτηρίαν ἐπιγραφόμενος, οἳ ȣ̓τε ἑαυτοῖς βοηθῆσαι δύνανται, ȣ̓τε μὴν παρȣσίαν Χριςȣ̃ δȣ́λων ὑπομένȣσιν ὑποςῆναι. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐλέγετο τȣ̃ Ἁγίȣ, ἰδȣ̀ καὶ ἡ Βασιλὶς Ἀλεξάνδρα προσελθȣ̃σα, τῶν προτέρων εἴχετο λόγων κατὰ πρόσωπον τȣ̃ Βασιλέως. Ἔτι δὲ τοῖς ποσὶν τȣ̃ Ἁγίȣ προσέπιπτε καὶ τὴν τυράννȣ διέπτυσεν ἡλιθιότητα, δυσφημȣ̃σα τȣ̀ς θεȣ̀ς, καὶ καταρȣμένη τοῖς σεβομένοις αὐτοῖς. Ὁ δὲ Βασιλεὺς πρὸς αὐτὴν εἶπεν· Τί σοι γένονεν, Ἀλεξάνδρα, ὅτι τῷ μάγῳ τούτῳ προσεκολλήθης καὶ γόητι, καὶ τῶν θεῶν ἀπέςης Σὺν ἀναιδείᾳ; Ἡ δὲ μεθ' ὕβρεως ἀπωσαμένη, ἀποκρίσεως αὐτῷ ȣ̓δεμίας ἠξίωσεν.

D

Alexandrâ Imp. palam suam fidem testante;

quibus commotior Diocletianus,

E

24 Ἀκȣ́ων δὲ τῶν ῥημάτων τούτων ὁ Διοκλητιανὸς, πλέον ἐξέζεσε τῷ θυμῷ· διὸ καὶ ȣ̓δεμίαν ἐρώτησιν τῷ Ἁγίῳ προσήγαγεν, ἀλλ' ὡς ὑπ' αὐτȣ̃ ἐμπεχθεὶς τῇ ἐλπίδι τ̃ θυσίας, καὶ τὴν τῶν θειῶν αὐτȣ̃ καταςροφὴν παρὰ τȣ̃ Ἁγίȣ γενομένην ἰδὼν, ἔτι τε καὶ τ̃ Βασιλίσσης τὴν μεταβολὴν θεώμενος, καὶ πλέον διὰ ταύτην οἰδαίνων τῷ θυμῷ, ἐξήνεγκεν κατὰ τȣ̃ ἁγίȣ Μάρτυρος καὶ τ̃ εὐγενεςάτης Βασιλίδος τοιαύτην ἀπόφασιν, Τὸν κάκιςον Γεώργιον, Γαλιλαῖον ἑαυτὸν εἶναι ὁμολογήσαντα καὶ πάμπολλα τȣ́ς θεȣ̀ς καὶ ἡμᾶς βλασφημήσαντα, τελευταῖον δὲ καὶ κατὰ τῶν θεῶν μαγείᾳ χρησάμενον, κελεύω ξίφει ἀποτμηθῆναι, Σὺν Ἀλεξάνδρᾳ τῇ Βασιλίσσῃ, παραφθαρήσῃ ταῖς μαγίαις αὐτȣ̃, καὶ τῇ ὁμίᾳ ἀνοίᾳ καὶ αὐτὴν εἰς τοὺς θεοὺς βλασφημȣ̃σαν. Λαβόντες τοίνυν οἱ ἐπὶ τȣ̃το τεταγμένοι παραχρῆμα τὸν Ἅγιον δεδεμένον, ἐξήγαγον ἔξω τ̃ πόλεως, ἕλκοντες Σὺν αὐτῷ καὶ τὴν γενναιοτάτην Βασίλισσαν. Ἡ δὲ προθύμως ἀπαγωμένη κατὰ διάνοιαν προσηύχετο τὰ χείλη κινȣ̃σα, καὶ εἰς ȣ̓ρανὸν πικνότερον ἀτενίζȣσα, καὶ ἐπεὶ ἔν τινι τόπῳ ἐγένετο, ὡς ὀλιγοθυμȣ̃σα, καθεσθῆξαι ᾐτήσατο· ἔνδον τῶν δὲ τῶν ἑλκόντων ἐπὶ σχήματος καθίσασα, καὶ τὴν κεφαλὴν κλίνασα, τῷ Κυρίῳ τὸ πνεῦμα παρέθετο. Δοξάσας δὲ τὸν Θεὸν ἐπὶ τῷ γεγονότι ὁ τȣ̃ Χριςȣ̃ Μάρτυς Γεώργιος, καὶ εὐχαριςήσας αὐτῷ, μετὰ πολλῆς εὐθυμίας ἐπορεύετο, εὐχόμενος καὶ τὸν αὐτȣ̃ δρόμον τελειωθῆναι καλῶς.

sententiam fert in ipsam & Georgium:

F

illa placide expirat.

25 Καὶ ὡς ἤγγισεν τῷ ὁριςέντι τόπῳ, ἐπάρας τὴν φωνὴν αὐτȣ̃ ἤυξατο ȣ̓τως, Εὐλογητὸς Κύριε ὁ Θεός μȣ, ὅτι οὐκ ἔδωκάς με εἰς θήραν τοῖς ὀδȣ̃σιν τῶν ζητούντων με, καὶ οὐκ εὔφρανας τοὺς ἐχθρȣ́ς μȣ ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐῤῥύσω τὴν ψυχήν μȣ ὡς ςρȣθίον ἐκ τ̃ παγίδος τῶν θηρευόντων· καὶ νῦν ἐπάκȣσόν μȣ Δέσποτα, καὶ παράςηθι τῷ σῷ δȣ́λῳ ἐν τῇ τελευτείᾳ μȣ ταύτῃ ὥρᾳ, καὶ ῥῦσαι τὴν ψυχήν μȣ τ̃ πονηρίας τȣ̃ ἐναερίȣ ἄρχοντος καὶ τῶν πνευμάτων αὐτȣ̃, καὶ μὴ ςήσεις τὰς εἰς ἐμὲ ἁμαρτίας τοῖς ἐν ἀγνοίᾳ πράξα-

Georgius capite plectitur.

A πράξασιν, ἀλλὰ παράσχου μοι ἐν αὐτοῖς τὴν σὴν ἐπίγνωσιν, καὶ τὴν σὴν ἀγάπην, ἵνα καὶ αὐτοὶ σχῶσιν μέρος ἐν τῇ βασιλείᾳ σου μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν σου· Πρόσδεξαι κἀμοῦ τὴν ψυχὴν μετὰ τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαριστησάντων, ἀμνημονήσας πάντων τῶν ἐν ἀγνοίᾳ καὶ γνώσει πλημμεληθέντων μοι. Μνήσθητι, Δέσποτα, τῶν ἐπικαλουμένων τὸ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου, ὅτι εὐλογητὸς εἶ καὶ δεδοξασμένος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Ταῦτα προσευξάμενος, καὶ μετὰ χαρᾶς τὸν αὐχένα προτείνας, ἀπετμήθη τῷ ξίφει τὴν μακαρίαν αὐτοῦ κεφαλὴν, κατὰ τὴν εἰκοστὴν τρίτην τοῦ παρὰ ῥωμαίοις Ἀπριλλίου καλουμένου μηνὸς, τὴν καλὴν ὁμολογίαν πληρώσας, τὸν δρόμον τελέσας, τὴν πίστιν ἀπαρασάλευτον τηρήσας, διὸ καὶ τὸν στέφανον τῆς δικαιοσύνης ἀποκείμενον ἔχει.

26 Ταῦτα τῶν μεγίστων ἄθλων τοῦ μεγάλου ἀριστέως τὰ τρόπαια, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ὦ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. EX MS. FLORENT.

a *Deest aliquid, quod ex MS. Veneto sic Latine expressit Zinus:* imprimisque Apollinem, ut rerum futurarum peritissimum, venerabatur.

b *Rursum his desunt pauca, sic Latine reddita;* eorum autem qui Christum Deum ac Salvatorem fatentur plenos.

c *Ecgraphum nostrum* τῇ πρῴτῃ, *quod corrigendum ex MS. Veneto docuit Zini interpretatio.*

d *Ita plerumq; ab aliis vocatur, etiam à Zino, qui in MS. Florentino* Μαγρέντος *aut* Μανγρέντιος.

e *Adde ex MS. Veneto, juxta versionem Zini,* aut in eadem persistens insania tollatur de medio.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΕΝΔΟΞΟΥ ΜΕΓΑΛΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΚΑΙ ΤΡΟΠΑΙΟΦΟΡΟΥ

ΓΕΩΡΓΙΟΥ.

a

Auctore Simeone Metaphraste. a

Ex Bibliothecæ Vaticanæ Codice 1079 pag. 146.

Diocletiano & Maximiano Impp.

ΑΡτι τοῦ τῆς εἰδωλομανίας νέφους τὴν οἰκουμένην διαλαβόντος, καὶ μικροῦ πάντων ὅλῳ ποδὶ χωρούντων πρὸς τὴν ἀσέβειαν, Διοκλητιανοῦ τότε καὶ Μαξιμιανοῦ τὴν βασίλειον ἰθυνόντων ἀρχὴν, οἳ τῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος τὰ ἑλλήνων διαπρεσβευόντων δεισιδαιμονέστατοί τε ἦσαν καὶ δραστικώτατοι. Οὗτοι ἐπὶ μέγα τὴν ἀθεΐαν αὐξῆσαι μέγα τῷ ὄντι καὶ σπουδαιότατον εἶναι τιθέμενοι, πάντας τοὺς ἐν τέλει συγκαλεσάμενοι καὶ κοινῇ διασκεψάμενοι περὶ τούτου, ἐπὶ κἀκείνους ἑώρων τὴν ἴσην αὐτοῖς ὁδεύοντας καὶ ὀρθοποδοῦντας πρὸς τὴν ἀσέβειαν, ἔργῳ βεβαιῶσαι τὰ δόξαντα σπουδὴν ἐποιοῦντο· καὶ διὰ ταῦτα γράμματα καὶ προθέματα πολλῷ τῷ τάχει διὰ πάσης ἐφόιτα τῆς οἰκουμένης, τοὺς μὲν νομιζομένους θεοὺς, τὰ χειροποίητά φημι ξόανα καὶ βδελύγματα, θυσίαις ἁπάσαις τιμᾶν (Καὶ γὰρ ἐδόκει τοῖς ἀνοήτοις, Βασιλεῦσιν μὲν δι' αὐτῶν τὸ κράτος, ἀνθρώποις δὲ πᾶσιν τὴν σωτηρίαν βραβεύεσθαι) πάντας δὲ τοὺς ὁμολογοῦντας εἶναι Χριστιανοὺς, μετὰ τὴν εἰς τὸ βῆμα παράστασιν, ἀπώμοτον τὴν ὁμολογίαν ταύτην οὐ ποιουμένους, συχναῖς ὑποβάλλεσθαι τιμωρίαις, εἶτα καὶ θανάτου ψῆφον τῆς εὐσεβείας παρίζεσθαι τὴν ἀντίδοσιν.

C *pro idololatria satagentibus contra Christianos,*

2 Τότε δὴ καὶ ὁ θαυμαστὸς στρατιώτης μέγας Γεώργιος, τὸ τοῦ Χριστοῦ τῷ ὄντι γεώργιον, ἀστέρα τινὰ τῶν διαφάνων εἰκονίζων, ἐν σκότει τῆς ἀσεβείας ἐδείκνυτο. Τούτῳ πατρὶς μὲν ἡ Καππαδοκῶν, πατέρες δὲ τῶν ἐπιφανῶν, τροφὸς ἡ Παλαιστίνη, τὸ σέβας ἐκ προγόνων αὐτοῦ εὐσεβέστατος ἦν καὶ ἄτεχνος, τὴν μὲν ἡλικίαν νεάζων, τὴν δὲ φρόνησιν πολιὸς, εὐθὺς τὴν καρδίαν, ζήλου πνέων κατὰ τῆς ἀσεβείας. Καλῶς οὖν ἐκπονηθεὶς τὰ πολέμια, Κόμης τοῦ νουμέρῳ b τῶν Ἀνικιώρων ἐπιφανεῖ προχείριζεται· ἡνίκα δὴ καὶ τὸν Βασιλέα [ἔδει] τὸν κατὰ Περσῶν c ὑπελθεῖν πόλεμον, αὐτὸν ἐκεῖνον ὁ καιρὸς παρεκάλει, ἐφ' ᾧ καὶ ἄθλους οὔτι μικροὺς ἀγωνίζεται, καὶ θαυμαστὴν ἔχων ἐν πολέμοις εὐτολμίαν γνωρίζεται.

prodiit S. Georgius,

b

c *insignis miles*

3 Ἐπεὶ δὲ καὶ μείζονος ἦν τιμῆς ὀρεγόμενος, εὗρεν οὐχ ἧς ὠρέγετο, ἀλλ' ἧς ὑπῆρχεν ἐκεῖνος ἄξιος, τῆς θείας οὕτω προνοίας οἰκονομησαμένης. Λαβὼν γὰρ τὰ ἐκ πατέρων αὐτῷ περιελθόντα χρήματα, καὶ πρὸς τοὺς τότε βασιλεύοντας ἀφικόμενος, πάσχει τι τῷ Σαοὺλ παραπλήσιον. Ὁ μὲν γὰρ ὄνους ἀναζητῶν βασιλείαν ἐκτήσατο, ὁ δὲ κοσμικῆς δόξης ἐπιθυμῶν οὐρανῶν ἔτυχε βασιλείας. Καὶ ὅπως ἐγγὺς ἡ δήλωσις. Καταλαβὼν γὰρ ὥσπερ εἴρηται καὶ ἰδὼν τὸν Θεὸν ὑβριζόμενον, δαίμονας δὲ τιμωμένους, ζήλῳ θεοσεβείας διακαυθεὶς τὴν ψυχὴν, εἰς νοῦν τε τὰ τοῦ Δαβὶδ βαλλόμενος, ὅτε μὲν τῇ θέᾳ τῶν ἀσυνετούντων ἐκτήκεσθαι λέγοντος, ὅτε τὰ ὅμοια πάσχειν, διὰ τὴν περὶ τοὺς θείους λόγους τῶν ἐχθραινόντων ὀλιγορίαν, ἔπειτα καὶ τῶν δεσποτικῶν ῥημάτων εἰς καιρὸν διαμνημονεύσας, ἃ καθαρῶς ἐπαγγέλλεται, τοῖς ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων ὁμολογοῦσιν αὐτὸν, ἀντιδιδόναι φιλοτίμως τὴν ἔμπροσθεν τοῦ τεκόντος ὁμολογίαν· ἔσπευσεν ὡς τάχος ἁρπᾶσαι τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ χρέος ἑαυτῷ δεσποτικὸν προσμνηστεύσασθαι.

qui augendæ dignitatis spe Curiam adiens,

Divino ibi zelo succenditur

Ps. 118, 158

Ps. 138, 21

F

Matt. 10, 2

4 Πλὴν ἀλλὰ καὶ τὴν στενὴν εἰσελεύσεσθαι πύλην προελομένῳ, ἵνα μηδὲν ὁ τῶν χρημάτων ὄγκος αὐτῷ ἐμποδήσειεν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ὡς βοηθῷ τῷ πλούτῳ πρὸς τὰ καλὰ χρήσαιτο, πενήτων αὐτὸν χερσὶ διανέμει. d Πρὸς δὲ καὶ τὴν πανοπλίαν, ἣν Παῦλος ἐν πνεύματι τοὺς πιστοὺς ὁπλίζει περιβαλλόμενος, καὶ τὴν μὲν ὀσφὺν ἐν ἀληθείᾳ περιζωσάμενος, ἐνδυσάμενος δὲ καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης θώρακα, περιθέμενός τε καὶ τὴν περικαιφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, καὶ τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης ὑποδυσάμενος, ἔπειτα καὶ τὸν τῆς πίστεως θυραιὸν, καὶ τὴν τοῦ πνεύματος ἀναλαβὼν μάχαιραν, ἥ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ, καὶ ὡς οἷόν τε ἦν ἀσφαλῶς καθόλου περιφραξάμενος, πρὸς τὸν κατὰ τῆς ἀσεβείας ἐχώρει πόλεμον.

& opibus in pauperes distributis,

d

Eph. 6.

armatus fide

5 Εὑρὼν δὲ τοὺς, ἐπ' ὀνόματι τοῦ βασιλεύειν καὶ ἄρχειν, αὐτοὺς μᾶλλον ὑπὸ τῆς ἀσεβείας κραταιότερον ἀρχο-

PER METAPHR. EX MS. VATICANO

ἀρχομένους, πλήθη τε βασανιστηρίων οὐ κατὰ τῶν πονηρευομένων (ὥσπερ ἦν θέμις) καὶ ἀδικούντων, ἀλλὰ κατὰ τῶν εὐσεβούντων μᾶλλον προκείμενα, αὐτούς τε δημηγορούντας οὐδὲν θεοσεβὲς, οὐδὲν δίκαιον, ἀλλ' ὅσα πρὸς ἀσέβειαν ἀλείφει καὶ τὴν τῶν δαιμόνων λατρείαν (τί γὰρ ἕτερον ἡ τῶν ψευδωνύμων θεῶν προσκύνησις;) οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ προσαπειλοῦντας, εἰ μόνον ὀνομάσειέ τις τὸν Χριστὸν, ἔξω παντὸς ἐλέους, τοῖς προκειμένοις, κατὰ κηρυττόμενον e, ἐναποθανεῖν· ζήλου πλησθεὶς τὴν ψυχὴν, καὶ τρυφὰς μᾶλλον οὐ πληγὰς εἶναι τὰ ἀπειλούμενα διὰ Χριστὸν λογισάμενος, εὔτολμόν τε καὶ λεοντῶδες δεικνὺς ὅρμημα, διακόψας τὸ πλῆθος, καὶ παρελθὼν εἰς μέσους, Χριστιανὸν ἑαυτὸν ἀνεκήρυξεν καὶ Χριστοῦ δοῦλον ὑπάρχειν.

in ipso fervore persecutionis,

e

palam se profitetur Christianum,

6 Τὴν παῤῥησίαν ταύτην καὶ τὸ θάρσος καὶ τὴν τόλμαν τοῦ Μάρτυρος οὐχ ἁπλῶς εἶδε τὸ τῶν ἀσεβῶν πλῆθος, ἀλλὰ καὶ ἰσχυρῶς κατεπλάγησαν. Ὁ μὲν τοι γεννάδας θαῤῥαλεώτερον ἔτι μᾶλλον, Θεὸν μὲν ἀληθινὸν τὸν Χριστὸν ὡμολόγει, τὰ δέ γε τιμώμενα παρ' αὐτῶν εἴδωλα καὶ τοὺς ὀνόματα μόνον θεοὺς διέπτυέ τε καὶ ἐμυκτήριζε, καὶ τοῖς πολλοῖς ὑπόθεσιν ἐποιεῖτο Σποδροῦ γέλωτος. Πλὴν ἀλλὰ τοῖς τυράννοις ταῦτα ἀκούουσι παντοδαπὴς ἦν ἡ γνώμη· ποτὲ μὲν γὰρ τὸν ἄνδρα τῆς παῤῥησίας ἐθαύμαζον, ποτὲ δὲ ἠπείλουν, ποτὲ δὲ καὶ θωπείαις ὑπήϊσαν, ὥστε κατὰ τὸν θεῖον Δαυὶδ τοὺς ἐκείνων λόγους, τοῦτο μὲν βολίσιν ἐοικέναι, τοῦτο δὲ ὑπὲρ ἔλαιον ἁπαλοὺς δείκνυσθαι· τήν τε γὰρ νεότητα καὶ τὸ κάλλος ἐλέους παντὸς ἄξιον καὶ φειδοῦς ἔκριναν, τὴν ζωὴν προτιμοτέραν Σαφῶς ὑπετίθουν, τιμὰς ὑπηγγέλλοντο, πλούτου καὶ τρυφῆς ὑπεμίμνησκον. Ὡς δὲ πρὸς τὰ φιλάνθρωπα ταῦτα καὶ μαλακὰ μηδὲν ἐπικλινόμενον ἑώρων, μεταβάλοντες βασάνους ἠπείλουν, ὥσπερ τὴν ὄψιν φοβερὰς, πρὸς δὲ καὶ τὴν ἐν πικρῷ θανάτῳ τοῦ βίου καταστροφήν.

B

idola ridet,

Ps. 54, 22

blanditiis ac minis frustra tentatur.

7 Ἐπεὶ δὲ πρὸς πάντα ἑώρων εὐπαγῆ καὶ ἀκλόνητον, μιμούμενόν τε τὴν οἰκείαν ἀτέχνως τοῦ φρονίμου, ἣ οὐκ ἀνέμοις Σαλεύεται, οὐ ποταμοῖς παρασύρεται, οὐ βροχαῖς κατακλύζεται, καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου λέοντα ξυρᾷν ἐώκουν, ἢ πρὸς κολωνὸν κηρύττεσθαι, οἱ δὲ καὶ πεῖραν ἐπήγαγον, καὶ θράττειν ὤοντο, καὶ μορμολύττεσθαι τὸν ἀπτόητον, ξύλῳ τοίνυν αἰωρηθέντος, κοντῷ τὴν γαστέρα διακρούειν ἐκέλευον. Καὶ οἱ μὲν ἔργου ἥπτοντο· ὁ δὲ ὥσπερ ἐνευφραινόμενος ταῖς πληγαῖς, ἀφεὶς τοὺς φαίοντας, πρὸς Θεὸν μᾶλλον ἐκίνει τοὺς λόγους, καὶ δῆλος ἦν ὁμολογῶν αὐτῷ χάριτας τῆς κολάσεως, Εὐχαριστῶ σοι, Δέσποτα καὶ Θεέ, λέγων, ὅτι μὲ τῶν Σῶν ἀγαθῶν ἄξιον γενέσθαι παρασκευάζεις. Οὕτως ἔλεγεν, καὶ ὁ κοντὸς εὐθὺς μολίβδου δίκην ἐστρέφετο, τῷ μὴ πεισθέντι τοῖς παρανομοῦσιν αὐτὸς ὑπείκων ῥᾳδίως καὶ οἷον εὐπειθὴς γινόμενος, τοῖς μέντοι βλάπτειν τὸν Ἅγιον βουλομένοις οὐδαμῶς χρήσιμος.

contus in eum intortus reflectitur:

C

ipse carcere, vinculis,

8 Ἀλλὰ γὰρ οἱ ἐχθραίνοντες, οὕτω πρὸς πλείονα θυμὸν ἐξαφθέντες (ἡττᾶσθαι γὰρ τὸ μὴ δυνατοὺς εἶναι τιμωρεῖσθαι Σαφῶς ἔκρινον) πρὸς βαρυτέρας ἔβλεψαν τιμωρίας· καὶ τὸ μὲν νῦν ἔχον ἡ φυλακὴ τὸν Ἅγιον παρελάμβανεν, ἕως αὐτοῖς ἡ περὶ τοῦ πῶς δεῖ τιμωρήσασθαι Σκέψις γένοιτο· ἵνα δὲ μὴ δὲ οὕτως ἄνετον ἔχει τὸ Σῶμα ψυχὴ, κατακριθεὶς τὴν εἱρκτὴν, ἀλλὰ καὶ πέδαις μὲν τοὺς αὐτοῦ πόδας δεσμοῦσιν, ὕπτιον δὲ διατείναντες καὶ βαρεῖ λίθῳ τὰ στέρνα καταβαρύνουσιν. Ὁ δὲ καὶ οὕτως ηὐχαρίστει τῷ Θεῷ πάλιν, καὶ τὸν εἰς τιμωρίαν ἐπιτιθέντα λίθον αὐτῷ, εἰς στηριγμὸν καρδίας ηὔχετο γενέσθαι, πάγιόν τε καὶ ἀμετάθετον ἐμπεδῶσαι αὐτῷ τὴν ὁμολογίαν.

& grandi lapide gravatur:

D

9 Ἔπειτα εἰς τὴν ἐπιοῦσαν καὶ περὶ τῆς βαρυτέρας Σκέπτεται βασάνου Διοκλητιανὸς ὁ δεινός· ἡ δὲ ὄργανόν τι τιμωρητικὸν ἦν, ἄξιον μὲν τῆς ἐκείνου πικρᾶς ψυχῆς καὶ δαιμονιώδους, ἰδεῖν δὲ φρικωδέστατον, καὶ ὑποστῆναι παντάπασιν ἀλγεινότατον. Τροχός τις ἥρμοστο παμμεγέθης, μαχαίραις ὀξυτάταις καταπαγεὶς, ὃς μεθόδῳ τινὶ κομψοτέρᾳ κινούμενός τε καὶ περιδινούμενος, τὸν αὐτῷ προσδεθῆναι κατακριθέντα, ἔξαιμον εὐθὺς ἐδείκνυ καὶ κατάκοπον ταῖς μαχαίραις. Ἐπ' αὐτῷ τοίνυν ὁ Ἅγιος γυμνὸς ὅλος περιταθεὶς καὶ δεθεὶς, εὐχῇ καὶ πίστει τῇ πρὸς Χριστὸν ἐπιῤῥώσας αὐτοῦ τὴν καρδίαν, εἶτα καὶ εὔελπις ὢν, ὅτι μειζόνων τιμωριῶν μείζους ἂν πάντως ἀντιλάβοι καὶ τοὺς μισθοὺς, εἴπερ ἄξιος πιστεύειν ὁ Παῦλος, κατὰ τὸν ἴδιον κόπον εἰπὼν ἕκαστον καὶ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεσθαι, γενναίως εἶχε καὶ καρτερῶς, ἄνω τε καὶ κάτω στρεφόμενος καὶ περιειλούμενος, καὶ ταῖς μαχαίραις δεινῶς κατακρευργούμενος, ὀνειδισμός τε καὶ χλευασμὸς, τὸ τοῦ θείου φάναι Δαυὶδ, τοῖς κύκλῳ γενόμενος, οἳ πρὸς τὸ παρὸν μόνον βλέποντες, Ποῦ δὲ νῦν ἔφασκον ὁ Θεὸς Γεοργίου, καὶ διὰ τί μὴ ἔλθοι τῶν ἡμετέρων χειρῶν αὐτὸν ῥυσόμενος· ὡς καὶ ταῦτα Συνᾴδειν τὰ τοῦ Δαυὶδ, Ἐν τῷ καταθλᾶσθαι τὰ ὀστά μου λέγοντος, ὠνείδιζόν με οἱ ἐχθροί μου, ἐν τῷ λέγειν αὐτούς μοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν, Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου· Οἳ ἀσύνετοι ὄντες οὐμενοῦν Συνιδεῖν οὐκ εἶχον, τοῖς οὕτω διὰ τὸ φοβεῖσθαι τὸν Κύριον δεινῶς πάσχουσιν, οἷα Σολομὼν ὁ σοφὸς προλέγει, Τότε φάσκων ἴασις ἔσται τῷ Σώματί σου, καὶ ἐπιμέλεια τοῖς ὀστέοις σου· τοιγαροῦν καὶ γέγονεν αὐτῷ ἴασις, καὶ κομιδὴ θαυμαστὴ, καὶ ὅπως ἄκουε.

rota alligatus,

1 Cor. 3, 8

in eaq; dire concisus,

Ps. 43, 14

E

Ps. 41, 11

Prov. 3, 8

10 Οἱ μὲν κολάζοντες μετὰ τὸ διαθῆναι ταύτῃ τὸν Ἅγιον ἀνεχώρουν, τῆς γαστρὸς αὐτοὺς εἰς τὴν Συνήθη καλούσης λειτουργίαν, ἐκείνους φαμὲν, οἵ τινες διετέλουν ἐν βρώσει ἄρτου τὸν τοῦ Χριστοῦ λαὸν κατεσθίοντες· ὁ δὲ Ἅγιος, οὕτω προσαχθὲν, ἔμεινεν ὥσπερ εἶχε τῷ τροχῷ δέσμιος. Ἀλλὰ προσεκτέον ὡς οἷόν τε φιληκόως, ἐνταῦθα γὰρ καὶ ἡ θαυμασία τοῦ ἀγαθοῦ ἐπίσκεψις. Οὐ πολὺς μετὰ τὸν δεσμὸν παρῆλθε καιρὸς, καὶ ἦχος μὲν οὐρανόθεν ἠχεῖται φαιδρὸς, φωνὴ δὲ ἐκεῖθεν οἷα θεοπρεπὴς ἐξακούεται, πρὸς ὄνομα καλοῦσα τὸν ἀθλητὴν· ἔπειτα καὶ ἄγγελος Θεοῦ παραστὰς, λύει μὲν τῶν δεσμῶν ἐκείνων μάλα ῥᾳδίως, θεραπεύει δὲ τὰς πληγὰς ὥσπερ οὐ δὲ γενομένας πρότερον, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὡς φίλον ἤδη καὶ Συμπολίτην προσαγορεύει τὰ φιλικώτατα. Πληροῦται γὰρ κἀνταῦθα τὸ ὑπὸ τοῦ θείου Δαυὶδ προηγορευμένον, ὅτι παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς.

& pro mortuo relictus,

F

solvitur ac sanatur ab Angelo.

Psal. 33, 8

11 Εἶτα τὸν Ἅγιον ἐνησθῆναί τε τοῖς γινομένοις καὶ δοξᾶσαι τὸν Κύριον, Ὑψώσω σὲ λέγοντα ὁ Θεός μου, ὁ Βασιλεύς μου, καὶ εὐλογήσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα· αἰνέσω τὸν Θεόν μου διὰ παντὸς, τὸν Θεὸν τὸν εὐφραίνοντα τὴν νεότητά μου. Εἶτα φανερὸν ἑαυτὸν τῷ Βασιλεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις ποιῶν ὁ Ἅγιος, μέσος αὐτῶν γίνεται, θυσίας τοῖς ἐπίσης αὐτοῖς ἀναισθήτοις προσαγόντων θεοῖς, φωνῇ τε λαμπροτέρᾳ, Ἐπίγνωθι, Βασιλεῦ, ἔφη, τίς μὲν ἐγὼ, ὃν ὑμεῖς εἰς ἀπώλειαν ἐκδεδώκατε, τίς δὲ ἐκεῖνος, ὁ τῆς πικρᾶς ὑμῶν ἀπαλλάξας με τιμωρίας· ἐπίγνωτε τοῦτον, καὶ Θεὸν ἀληθινὸν εἶναι πιστεύσατε, παυσάμενοι προσέχειν θεοῖς, οἵ τινες οὐ μόνον ἑτέροις, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοῖς ἀδύνατοι βοηθεῖν. Ἤκουσε ταῦτα ὁ Βασιλεὺς, καὶ τὴν

seq; Imperatori sacrificanti sistens,

ὄψιν

A ὄψιν προσβαλὼν τῷ Μάρτυρι, τίς τε εἴη διεπυνθάνετο, καὶ περὶ τὴν θέαν ἀμφαγνοεῖν ἐώκει· πῶς γὰρ καὶ εἰκὸς ἦν πιστεύειν ὅτι καὶ ζῶν διαρκέσει Γεώργιος; μὴ ὅτι καὶ τὰ ἐν τῷ τροχῷ δεσμὰ διακόψας, καὶ τὰς ἀνηκέστους πληγὰς ἐξυγιωθεὶς, ἀπαθὴς τὸ παράπαν ὁρᾶσθαι, καὶ μὴ δὲ ἴχνος τι κολάσεως ἐπισημαίνειν τῷ Σώματι;

multos ad fidem convertit,

12 Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος πάλιν ἑαυτὸν ἐδείκνυ, καὶ τοῖς μὴ πάνυ πεπηρῶσθαι καὶ ὀφθαλμοὺς καὶ νοῦν βουλομένοις ἐπίδηλος ἦν, καὶ αὐτὸς εἶναι Γεώργιος, αὐτὸς ὁ τῆς ἀληθείας Μάρτυς ἀκριβῶς ἐπιστεύετο· πολλοῖς αἴτιος Σωτηρίας ἐγίνετο, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως πρόξενος ἀληθὴς· καὶ πρώτοις γε τῶν ἄλλων, τοῖς καὶ πρώτοις τὴν ἐπιφάνειαν, Ἀνατολίῳ φημὶ καὶ Πρωτολέοντι τοῖς στρατηλάταις· οἳ καὶ φανερῶς ἕνα Θεὸν ἀληθινὸν εἶναι τῶν Χριστιανῶν ἀνακράξαντες, ἐν τόποις ἐρήμοις κατακοπῆναι μετὰ τῶν ἄλλων τῶν Συμπιστευσάντων αὐτοῖς κατεκρίθησαν, καὶ τοῦτο μισθὸν εἶχον τῆς εὐσεβείας, τὸ ἐκεῖνα παθεῖν, ἃ πολλῷ μᾶλλον τοὺς τὴν κρίσιν ἐξενεγκόντας ἦν ἄξιον. Ἀπαγόμενοι δὲ εἰς τὸν τῆς τελειώσεως τόπον, πάντες ὡς ἐκ μιᾶς καὶ γλώττης καὶ γνώμης, Κύριε, ἔκραζον, Ἰησοῦ Χριστὲ, πρόσδεξαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐν εἰρήνῃ· καὶ τὴν βραχεῖαν ὁμολογίαν ταύτην τῆς εἰς σὲ πίστεως, εἰς δικαιοσύνην λογισάμενος καὶ ἀπολύτρωσιν τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν, ὑπὸ τὴν Σὴν ἡμᾶς ἀδιάδοχον κατάστησον βασιλείαν· οὕτως εἰπόντας, τὸ τῆς μαρτυρίας ἐκδέχεται τέλος. Εὑρέθη καὶ ἡ Βασιλὶς Ἀλεξάνδρα, τὴν ἀγαθὴν γῆν μιμησαμένη, καὶ Σπέρματα λαβοῦσα καὶ ἀφορμὰς τὰ κατὰ τὸν θεῖον Γεώργιον, εὔσταχυν ἐγεώργη τὴν εἰς τὸν Χριστὸν πίστιν· αὕτη τὸ νῦν ἔχον μικρὸν παῤῥησιασαμένη τὴν εὐσέβειαν, καὶ Χριστιανὴν ἑαυτὴν ἀνομολογήσασα, ἔμενεν οὕτω παρ' ἑαυτῇ τρέφουσα τοὺς εὐσεβεῖς λογισμούς.

qui cum Anatoleo & Protoleonte capite plectuntur

B

credit etiam Alexandra Imperatrix.

13 Τὸν μὲν τοι Βασιλέα κατὰ τοῦ Μάρτυρος θυμὸς ὑποθήξας ἄγαν θερμὸς, χαλεπῇ πάλιν αὐτὸν ἤπειγε παραδοῦναι κολάσει. Τιτάνῳ γοῦν, ὃν Σύνηθες καλεῖν ἄσβεστον, ἄρτι σβεσθέντι, ἢ τόγε ἀληθέστερον εἰπεῖν ἀναφθέντι, Συγχωσθῆναι κελεύει· φύλακάς τε διὰ παντὸς παρεδρεύειν, ὡς μηδὲν ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι φιλάνθρωπον, μὴ δὲ κακουργηθῆναί τι πρὸς τῶν οἰκείων μηδοτιοῦν. Εἶχε μὲν οὕτω τὸ κελευσθὲν· ἡμερῶν δὲ τριῶν διαγενομένων, ὁ Βασιλεὺς, ὅσον ἐπὶ τῷ πράγματι κρίνων, θανεῖν τε αὐτὸν ᾤετο, καὶ εἰς τέλος ὑποστῆναι διαφθορὰν, ταύτῃ τοι καὶ στρατιώτας ἐπέταττεν ἀπελθεῖν, καὶ ἀνελομένους σπουδῇ τὰ ὀστᾶ ἀφανίζειν, βασκαίνειν Χριστιανοῖς ἄντικρυς τῆς ἐξ αὐτῶν μεγαλοδωρίας· εἴδει γὰρ ὅσου τιμᾶται ταῦτα τοῖς εὐσέβειαν τιμᾶν ἑλομένοις. Ὡς οὖν περιεῖλον τὴν ὑποκειμένην ἄσβεστον, ὁ δὲ, ὢ τοῦ καινοῦ θαύματος! οὐ ζῶν εὕρηται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπαθὴς τὸ παράπαν, ὥσπερ οὐδενὶ τῶν λυποῦντων ὡμιληκὼς, ἀλλὰ ῥόδοις μᾶλλον ἢ ἄνθεσι Σκεπασθεὶς τοῖς ἀπαλωτάτοις.

S. Georgius calci infossus

C

inde post triduum salvus educitur:

f

14 Τοῦτο τὸ μέγα καὶ οὐδὲ μακρὰν ἀπιστὰν f τοῖς ἀπείροις φημὶ τῶν Χριστοῦ θαυμασίων, πάντες ὅσοι παρόντες ἔτυχον θεασάμενοι (καὶ γὰρ πολλοὶ Συνῆλθον κατὰ θέαν τοῦ Μάρτυρος) Μέγας ὁ τῶν Χριστιανῶν Θεὸς ἀνεβόησαν· τοῦτο καὶ τὴν βασιλίδα Ἀλεξάνδραν παῤῥησιάσασθαι, καὶ τὴν ἴσην ἀφεῖναι φωνὴν παρεσκεύασε· τοῦτο καὶ τοὺς ἀποσταλέντας ἐπὶ τὴν Συλλογὴν τῶν ὀστῶν στρατιώτας, πιστεῦσαι πεποίηκεν. Ὡς δὲ καὶ πρὸς τὸν Βασιλέα ἤδη διεβιβάσθη, ἔκπληξις αὐτὸν εἷλε, καὶ ὑπὸ δέους ἐβάλλετο, ἀμέλει καὶ παραστάντα ἠρώτα, Τίς ὁ τῆς ζωῆς σοι, λέγων, καταστὰς αἴτιος; Καὶ ὃς, Ἐὰν ἀκούσαντες, ἔφη, μὴ πιστεύσητε, τίς ἄρα χρεία ῥημάτων κενῶν; Πλὴν ἀλλὰ δῆλόν σοι Βασιλεῦ ἔστω, ὅτι Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, αὐτὸς καὶ ἐμὲ καὶ πάντας τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας πτέρυξί τε ἀοράτοις ἐπισκιάζει, καὶ παντὸς οὐτινοσοῦν βλαβεροῦ ῥύεται.

ac rursum multi convertuntur.

PER METAPHR. EX MS. VATICAN.

ipse denuo Christum confessus,

15 Οὐκ ἤνεγκεν ἡ βέβηλος ἀκοὴ ῥήματα ψεύδους ἐλεύθερα καὶ μοχθηρίας, ἀλλὰ κακῶς αὐτὸν πάλιν τῆς ἀληθείας ἀμείβεται· καὶ ὑποδήμασι Σιδηροῖς, ὧν ἧλοι ὀξεῖς προέπιπτον, πυρωθεῖσιν ὑποδεθέντα ἐλαυνεσθαι κελεύει· ὁ δὲ τρέχειν ἀδυνάτως ἔχων, ὥσπερ ἑαυτῷ τόλμαν ἐμβάλλων, καὶ ὑπὲρ ἄνω καὶ ἀνθρωπίνων ὅρων τρέχειν ἐγκελευόμενος, Τρέχε, Γεωργιε, ἔλεγε, τρέχε τὸν τῆς ἀθλήσεως εὐπροθύμως δρόμον. Εἶτα καὶ βοήθειαν αἰτήσας παρὰ Χριστοῦ Σὺν δάκρυσι, καὶ τὴν εἰς τέλος ὑπομονὴν, Ἵνα μὴ εἴπῃ, λέγων, ὁ ἐχθρὸς, Ἴσχυσα πρὸς αὐτὸν, ταχείας εὐθὺς τυγχάνει παρακλήσεως, καὶ τὸ τῆς θείας φάναι γραφῆς, πρώϊμον αὐτῷ τὸ φῶς ἐῤῥάγη, καὶ ταχὺ ἀνέτειλε τὰ ἰάματα· παραχρῆμα γὰρ φωνῆς ἄνωθεν ἀκούσας ἠχηθείσης, προθυμίας τε πίμπλαται, καὶ ὑγιὴς ὅλος γίνεται. Ἐπεὶ δὲ καὶ πλειόνων ἐδεῖτο στεφάνων, διὰ λογισμῶν εὐστάθειαν καὶ ψυχῆς μέγεθος, ἡ φιλόδωρός τε Χριστοῦ δεξιὰ πρὸς παροχὴν μειζόνων ἀμοιβῶν ηὐτρεπίζετο, καὶ τὸ δεσμωτήριον αὖθις αὐτὸν ὑπεδέχετο.

crepidis ignitis calceatur:

Is. 58, 8

E

iterumque sanatus

16 Εἶτα τὴν ἐπιοῦσαν πάλιν εἰς ἐρώτησιν παραχθέντι, Μέχρι τίνος, ὁ Βασιλεὺς ἔφη, τοῖς ἡμετέροις ἀπειθήσεις προστάγμασι, παρ' οὐδὲν ἕτερον, ὅτι μὴ μόνον αὐθάδιαν, καὶ τὸ τὰς ἑαυτοῦ προλήψεις ἐκδικεῖν οὐκ ἐπιστημόνως, μᾶλλον δὲ γοητείαις ἀλύειν ἀπειροκάλως, αἷς ὅλως καὶ τεθάῤῥηκας ἐξαπατᾶν τὸν λαόν; Πρὸς ταῦτα ὁ Μάρτυς, γενναῖόν τι καὶ ἀνδρῶδες πρός τε τὸν Βασιλέα καὶ τοὺς Συμπαρόντας περιβλεψάμενος, Ἐγὼ, ἔφη, ὁ παρ' ὑμῶν εἰς θάνατον ἐκδοθεὶς, καὶ θάνατον οὕτω χαλεπόν τε καὶ ἄφυκτον, αὐτὸς ἐγὼ νῦν μέσος ὑμῶν ἕστηκα, Μάρτυς ἀπαράγραπτος τῆς τοῦ Χριστοῦ μου δυνάμεως· τάς τε ἤδη μοι ἐπενεχθείσας βασάνους ἐν οὐδενὶ θέμενος, καὶ νῦν ἕτοιμος πρὸς πᾶν ἄλλο τὸ παρ' ὑμῶν ἐπαγόμενον ὑποπτῆξαι μηδὲν· ὑμῖν δὲ πῶς ἔχει τὰ τῶν ἐλπίδων, οἱ ματαίοις εἰδώλοις προσκείμενοι; οὐδὲν ὀκνεῖτε καὶ ἑτέροις ἔτι ἀπολείας ὑπόθεσις γίνεσθαι, ἐφ' οἷς αἰσχύνεσθαι δεῖ μᾶλλον θεοὺς ὀνομάζοντας, ἀνθρώπους ἐν μέθαις, καὶ ἀσελγείαις, καὶ φόνοις ἐξετασθέντας, καὶ τὸν μὲν βραχὺν τοῦτον βίον ἐπὶ τοιούτοις ζήσαντας, νυνὶ δὲ αἰωνίῳ πυρὶ δι' αἰῶνος τιμωρουμένους, ὃ καὶ τοὺς Σεβομένους αὐτοὺς ἅπαντας περιμένει.

& interrogatus

F

Deorum irridet vanitatem:

17 Θυμὸς πάλιν ἐπὶ τούτοις εἶχε τὸν τύραννον· καὶ πάλιν ὁ καλὸς Γεώργιος ἐμαστίζετο, καὶ νεύροις βοείοις ἀνηλεῶς ἐκόπτετο· ὁ δὲ ἐπ' αὐτοῖς οὕτω γενναῖος διέκειτο, ὡς ἐπ' αὐτῷ πεπληρῶσθαι τὸ τοῦ θείου Δαυΐδ, Συνήχθησαν ἐπ' ἐμὲ μάστιγες, καὶ οὐκ ἔγνων. Ἐπὶ πολὺ τοίνυν οὕτω μαστιζομένου, καὶ Σφόδρα γενναίως πρὸς τὰς πληγὰς ἔχοντος, ὥστε τοὺς παίοντας μᾶλλον ἀποκαμεῖν ἢ ἐκεῖνον, καὶ μέχρι βλέμματος ἐνδόσιμόν τι καὶ μαλακὸν ὑποφῆναι· προσχὼν ὁ τύραννος οἷα καὶ αὐτὸς ἐπίσης ἀποκαμὼν, καὶ τῆς τοῦ Μάρτυρος ἡττᾶσθαι καρτερίας ὑποδεικνύμενος, Ἕως τίνος, ἔφη, τὴν ματαίαν ταύτην δημοσιεύων φιλοτιμίαν, πολλῶν Σεαυτὸν οὐκ ἀγαθῶν μόνον ἀποστερεῖς, ἀλλὰ καὶ κακῶν ποιεῖς πρόξενον, ἡμῖν μὴ πείθεσθαι βουλόμενος;

& crudeliter flagellatus

Psal. 34, 15

constantiam retinet:

PER METAPHR. EX MS. VATICAN.

Τούτων ὁ θεῖος ἀκούσας Γεώργιος, Εἴθε μᾶλλον εἶπεν, ὦ Βασιλεῦ, ὑμεῖς ἐπείσθητέ μοι, καὶ σὺν ἡμῖν τὸν μόνον προσεκυνεῖτε Θεὸν, ὃς καὶ αὐτὸς ζωή ἐστιν ἄντικρυς, καὶ ζωὴν παρέχειν δυνάμενος. Τί γὰρ ἂν καὶ περὶ τῶν ζώντων τοὺς νεκροὺς ἐκζητήσητε; Ἡσαΐας ὁ θεῖος πρὸς ὑμᾶς βοᾷ, νεκροὺς ἐκεῖνος ταυτὶ τὰ παρ' ὑμῶν τιμώμενα γνησίως καλῶν.

Is. 8, 19.

18 Τότε Μαγνέντιος, ὁ καὶ δευτέρων τιμῶν τῶν μετὰ Διοκλητιανὸν ἀξιούμενος, πρὸς οὓς τῷ Βασιλεῖ κοινολογισάμενος, καὶ ἀνεθῆναι τῶν πληγῶν αἰτήσας τὸν Μάρτυρα, ἐγγυτάτω τε αὐτοῦ παραστησάμενος, Ἀλλὰ δὴ πάντως, ἔφη, Γεώργιε, εἰ βούλει τῷ σῷ ὑμᾶς πιστεῦσαι Θεῷ, ἔργον τι πρὸς πίστιν ἀχέγγυον g ἐπιδείξασθαι, καὶ ἕνα τῆς ἐκ γειτόνων κειμένης Θρόνου τῶν νεκρῶν ἀναστῆσαι, οὗπερ γενομένου, οὐ δυσκόλως ἡμεῖς πρὸς τὴν σὴν θρησκείαν μεταταξόμεθα. Τοιαῦτα μὲν ὁ Μαγνέντιος, ἐργῶδές τι καὶ δυσάνυστον ἢ καὶ μᾶλλον ἀδύνατον τὸ παράπαν οἰόμενος τῷ Μάρτυρι προτείνειν εἰς πεῖραν, ἵν' ἐντεῦθεν ἑλὼν, οὐκ ἀλόγως τὰ τῆς ἡμετέρας διακωμῳδήσῃ πίστεως (ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ, ὡς Παῦλός φησιν ὁ θεῖος, μωρία τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστί) τὸ δὲ οὕτω Γεωργίῳ ῥᾴδιον ἦν, ὥσπερ εἰ πτῆναι τῷ ἀετῷ τις ἐκέλευεν, ἢ νήξασθαι τῷ δελφῖνι, εἰ βούλει δὲ, ὥσπερ εἰ καθεύδοντά τινα ἐκείνῳ ἐπέταττεν ἀνιστᾶν· ἤδει γὰρ ὅτι τῷ βουλήματι μόνῳ τὸ σύμπαν ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντι, οὐδὲν ἂν ἐμποδίσειε καὶ νεκροῖς ὀστέοις ἐμπνεῦσαι ζωήν.

Provocatus ad mortuum suscitandum

g

B

19 Εἰς γόνυ τοιγαροῦν κλιθεὶς, καὶ Θεῷ δοὺς τὴν εὐλαβῆ προσκύνησιν, ἔπειτα καὶ διαναστὰς, καὶ ὀφθαλμοὺς, μετὰ τῶν αἰσθητῶν φημι καὶ τοὺς νοεροὺς, εἰς ὕψος ἐπάρας, κἀκείνου δεηθεὶς ὃν τοῖς οἰκείοις ἐδόξασε μέλεσιν, καὶ οὗ τὴν ἄψευστον ἤδει ἐπαγγελίαν, ὅτι δοξάσει δὴ καὶ αὐτὸς θεοπρεπῶς τοὺς δοξάζοντας, ἕνα τῶν κειμένων νεκρῶν εὐθὺς ἀνίστησιν· ὡς πολλοὺς μὲν τῶν θεασαμένων τοῦ τε πλήθους καὶ τοῦ στρατοῦ πιστεῦσαι, τὸν δὲ Βασιλέα θαυμάσαι μὲν καὶ αὐτὸν, γοήτα δὲ κατὰ τὸ φανερὸν ἐπικαλέσαι τὸν Ἅγιον, καὶ εἰς φάντασμα θεῖναι τὸ γεγονός· Δι' ἣν αἰτίαν καὶ Ἀθανάσιόν h τινα εἰς μέσον παραχθῆναι κελεύει, δόξαν ὅτι πλείστην ἐκ γοητείας ἑαυτῷ περιτιθέμενον, ἀνατρέπειν οὕτω ταῖς αὐτοῦ φαντασίαις πειρώμενον τὴν ἀλήθειαν· ὃς οὐδὲν ἧττον εὐχερῶς ὑπὸ τοῦ Μάρτυρος διελέχθη, ἢ οἱ τῷ Μωϋσεῖ πρότερον ἀντιθαυματουργεῖν νομιζόμενοι. Ταύτητοι καὶ πολλοὶ τῶν ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς οὗτος, ὁ τὴν γοητείαν πολὺς Ἀθανάσιος, τῆς εἰδώλων πλάνης ἑτοιμότατα καταγνόντες, τῷ φέγγει τῆς εὐσεβείας θερμῶς προσέδραμον· οἳ, καὶ προσταγὲν οὕτω παρὰ τοῦ τυράννου, τὴν διὰ ξίφους δέχονται τελευτὴν σὺν τῷ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντι, πρότερον τὴν ἐν Χριστῷ σφραγίδα παρὰ τοῦ Ἁγίου δεξάμενοι.

hoc facit invocato Deo,

h

& Athanasium magum convertit

C

ac præmittit ad martyrium.

20 Οἱ δὲ τῶν εἰδώλων θεραπευταὶ ἀσάλευτοι μᾶλλον ἦσαν καὶ αὐτοὶ διαφερόντως εἰς κακίαν· δέον γὰρ τοῦ θαύματος γενομένου μεταμαθεῖν τὴν εὐσέβειαν· δέον, τίς ὁ ποιῶν ταῦτα, μαθεῖν. Οἱ δὲ οὐ γνῶναι μᾶλλον οὐδαμῶς ἔσπευσαν, ἀλλὰ καὶ τὸν τῆς ἀληθείας προσκυνητὴν κακῶς ἠμείβοντο, καὶ τῇ εἱρκτῇ πάλιν οἱ θεομισεῖς ἐνέκλειον. Πλὴν ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὴν ἑπομένην αὐτῷ χάριν οὐμενοῦν συγκατέκλειον· τὸ γὰρ πλῆθος τῶν πιστευσάντων ἐκεῖ συνιὸν, καὶ τοὺς φυλάττοντας εὖ ὑπερχόμενον, ὤνιόν τε καὶ χρημάτων ποιούμενοι τὴν τοῦ Μάρτυρος ὄψιν, πολυτίμων αὐτοὶ χαρίτων ἀτεχνῶς ἀπέλαβον· ὅσοι γὰρ ἦσαν ὁμιλοῦντες νόσοις, οὗτοι παρὰ τῶν προσηκόντων εἰς τὴν εἱρκτὴν ἤγοντο, καὶ ἧς ἐδέοντο ὑγείας οὐ διημάρτανον. Μεθ' ὧν καὶ Γλυκέριός τις πένης καὶ ἄγροικος, ἄρτι τοῦ βοὸς αὐτῷ περὶ τὴν ἄρωσιν πεσόντος, προελθὼν ἐκεῖνος τῷ Μάρτυρι, καὶ δάκρυα δοὺς, ἅπερ εἶχε καὶ οἷς τὸν Ἅγιον μᾶλλον καμφθήσεσθαι ἤλπισεν, εἶτα καὶ περὶ τὴν εὐσέβειαν οὐ πένης ἀναφανεὶς, ἀλλὰ ψυχὴν ἔχων εὔγειον καὶ σπέρματα δέξασθαι τῆς εὐσεβείας ἐπιτηδείαν (εἴρηκε γὰρ πιστεύειν δυνάσθαι ταῦτα τὸν Χριστὸν ποιεῖν, καὶ αὐτὸν εἶναι μόνον ἀληθῆ Θεόν) οὕτως ἐκεῖνος ἔχων, ἤκουε παρὰ τοῦ Ἁγίου, Εἰ πιστεύεις, ἀπελθὼν εὑρήσεις ζῶντα τὸν βοῦν.

Reclusus carcere

D

infirmos curat,

& lapsum Glycerii bovem:

21 Ἐπεὶ οὖν καὶ ἀπελθὼν οὕτως εὗρε, τὸ τῶν Ἰουδαίων μισήσας i, Σαμαρείτης ἐν τούτῳ γίνεται, καὶ πρὸς τὸν θεραπευτὴν ἐπανέρχεται· καὶ τοὺς μὲν πόδας ἡ πορεία εἶχε, τὰ χείλη δὲ ἡ εὐχαριστία, καὶ ἡ τῆς ὑγιοῦς πίστεως ἀνακήρυξις. Διὰ ταῦτα γοῦν οὐ δὲ ἀφίεται, ὡς τὸ πρότερον τὴν πενίαν συνοικον ἔχειν, ἀλλὰ πλοῦτος αὐτῷ δίδοται πολύς τε καὶ ἄσυλος· καὶ γὰρ οὐκέτι πλέθρων ὀλίγων γῆς κύριος ἦν, ἀλλ' ὅλον κληρονομεῖ τὸν παράδεισον· καὶ ὅπως, ὥρα μαθεῖν. Ἐπανελθόντι τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ Μάρτυρος, ἐντυχόντες οἱ τῆς ἀσεβείας ὑπουργοὶ δρασικώτατοι, καὶ μαθόντες ὅπως τὰ Χριστιανῶν ἐπρέσβευέ τε καὶ διαῤῥήτην ἐκήρυττε, συλλαβόντες ἄγουσι πρὸς τὸν Βασιλέα· καὶ ὃς, οὐ δὲ τῆς συνήθους ἐρωτήσεως ἀξιώσας, οὐ δὲ τὴν αἰτίαν ἀναγνοὺς τῆς μεταβολῆς, ἕτοιμος ἦν περὶ τὴν τῶν ἀκουσθέντων τομὴν καὶ ἀπότομος· ξίφει γὰρ ἐκέλευε παραχρῆμα κατακοπῆναι. Καὶ οὕτως τελειοῦται, τῆς μὲν πενίας ζήλου μηδενὸς ἄξιος ὤν, τοῦ δὲ τέλους ἀξιοζήλωτος, Μάρτυς γεγονὼς σχέδιος, καὶ τῷ οἰκείῳ αἵματι βαπτισθείς.

i

qui dum gratias agens & Christum confitens

E

recurrit ad carcerem, comprehensus etiam ipse obit Martyr.

22 Μαθὼν δὲ ὁ Βασιλεὺς, ὡς πολύ τι πλῆθος ἐν τῇ φυλακῇ τῷ Μάρτυρι προσιὸν ὅσαι ὧραι τῇ εὐσεβείᾳ προστίθενται, οὐκ ἀνεκτῶς ἔσχεν· ἀλλὰ τὸν Ἅγιον μετακαλεσάμενος, ὀργίλως μὲν ἔτι καὶ αὐστηρῶς; οὐδαμῶς· ἀλλὰ τῆς λεοντῆς μὴ ἐξικνουμένης, καὶ τὴν ἁλωπεκὴν προσετίθει, καὶ τὸ πικρὸν καὶ ἀπότομον ὑπὸ προσχήματι καλύψας φιλανθρωπίας, πρᾴως πάλιν ὑπέρχεται καὶ ἡπίως· Νὴ τοὺς θεοὺς, εἰρηκὼς, εἴ μου ἀκούσης, Γεώργιε, καὶ προσελθὼν θύσεις, ἀγαθῶν ἀγαθὰ εὑρήσεις, καὶ χρημάτων μὲν κύριος ἔσῃ συχνῶν, πρῶτον δέ σου μεθ' ἡμᾶς ἕτερον εἰς τιμὴν οὐχ ἕξεις· Κήδομαι γάρ σου καὶ τῆς εὐγενοῦς ὥρας, καὶ τῆς νεότητος οἶκτον ἔχω πολὺν, καὶ βούλομαί σε ζῆν μᾶλλον ἢ θανάτῳ διαφθαρῆναι πικρῷ. Οὕτως εἶπεν ὁ Βασιλεὺς, Μαγνεντίῳ τῷ φίλῳ πεισθεὶς, εἰρηκότι τὴν ἐσχάτην ταύτην πρὸς τὸν Ἅγιον ὁμιλίαν, ὡς οἷόν τε θεραπευτικὴν ποιήσασθαι. Ὁ δὲ Μάρτυς εὐπρόσωπον ὥσπερ τὴν ἀπολογίαν ἐντεῦθεν εὑρὼν, Εἰ πρώτον, ἔφη, ταῦτα ἔλεγες, εἶχον ἂν καὶ χώραν οἱ λόγοι· νῦν δὲ μετὰ τοσαύτας αἰκίας, εἴπερ δὴ καὶ πεισθείημεν, τί ἂν ποιῶν ἀντιμετρήσεις τὰ λυπηρά; Τοῦτο ἐκεῖνος ὡς ἕρμαιόν τι σὺν ἡδονῇ μάλιστα διαρπάσας, ἅ τε δὴ καὶ ἐλπίδα τινὰ τοῦ πεισθήσεσθαι ὑποφαίνων, Ὡς πατρὶ, ἔφη, τέκνον φιλούμενον, θαῦτά μοι ἄφες, καὶ προσελθὼν θυσίαν προσένεγκε τοῖς θεοῖς· οὕτω γὰρ ἐκείνους τε εὐμενεῖς ἕξεις, καὶ σεαυτῷ τὰ κάλλιστα προξενήσεις. Καὶ ὁ Μάρτυς, Εἰ τοῦτό σοι, ἔφην, κατὰ γνώμην, ὦ Βασιλεῦ, ὥρα πρὸς θεοὺς ἀπιέναι.

S. Georgius blanditiis tentatus

F

simulat se iis flecti

& ad Deos duci petit.

Ὡς

A *qui magno cum plausu ductus ante Apollinem*

23 Ὡς οὖν ταῦτα ὁ Διοκλητιανὸς ἤκουσε, προσάγμαλα εὐθὺς παῤῥησίᾳ διέθει εἰς τὸ ἱερὸν ἅπαντας αὐτῷ Σωσίνᾳ, ὅσοι τε τῆς ἐν τέλει καὶ ὅσοι τῶν δήμου καὶ τῆς στρατιωτῆς ἦσαν, ὑπολαμπρον ἐκφωνοῦντι τῷ κήρυκι, ὅτι Γεώργιος, ὁ ἐν Γαλιλαίοις περίβλεπτος, Ἀπόλλωνι προσέρχεται θύσων. Παραχρῆμα γοῦν πάντες ἔλλωνες χρότοις καὶ παιᾶσιν εὐφραινόμενοι, Βασιλέα τε καὶ τὸν ἐκείνου θεὸν Ἀπόλλωνα νικητὴν μυθήσουσι. Ἐπεὶ δὲ τοῦ ἱεροῦ ἐντὸς ἦσαν, Σωσῖνος γενομένης, προσχὼν ὁ Ἀ-

& demone coacto fateri se Deum non esse

γιος τῷ ἀγάλματι, ὃ τοῦ Ἀπόλλωνος ἦν, καὶ πρὸς αὐτὸ βλέψας, Σὺ εἶ Θεός; ἔφη, καὶ σὲ δεῖ προσκυνεῖν ἀνθρώπους; Τὸ δὲ ἐνοικοῦν αὐτίκα πονηρὸν πνεῦμα, ὥσπερ τῷ τοῦ Ἁγίου φόβῳ καταπεπληγὲς γενόμενον, καί τοι φιλεψευδὲς ὄν, ἄκον ἐκήρυττεν τὴν ἀλήθειαν· Οὐκ ἐμὲ ἐγὼ Θεὸς λέγων, ὥσπερ οἱ δὲ οἱ Σωσῖ ἐμοὶ τὸν ναὸν οἰκοῦντες, ἀλλ' εἷς ἀληθὴς ὁ Χριστός. Εἶτα ὁ Μάρτυς, Καὶ εἰ μὴ ἐστὶ θεοί, ἔφη, τί πάθοντες, ἀνθρώπους ἐξαπατᾶτε ὡς θεοῖς προσέχειν ὑμῖν; πῶς δὲ καὶ ὑπομεῖναι ὅλως ὑμᾶς πεπαῤῥήκατε, ἐμοῦ σπλαγχνα παρόντος τοῦ δούλου Χριστοῦ; Οὕτως ἐπόντος τοῦ Μάρτυρος, καὶ ὥσπερ τι ἄμαχον ὅπλον τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον αὐτοῖς ἐπισείσαντος, τάραχος εὐθὺς ἠκούετο, καὶ βοὴ καὶ θρῴων ἐκ τοῦ ἱεροῦ, δραπετευόντων τῶν δαιμονίων· αὐτά τε τὰ εἴδωλα ὥσπερ ὑπό τινος κραταιᾶς

eum ex simulacro pellit,

B

& idola comminuit

χειρὸς κατασπώμενα, ἕτερον τῷ ἑτέρῳ συγκατέπιπτον ἐφέρετο, καὶ εἰς χοῦν ἐλεπτύνετο.

24 Τί τὸ ἐπὶ τούτοις; Ἀθυμία μὲν τὸν Βασιλέα καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν εἶχε πολλή· εὐφροσύνη δὲ τοὺς πιστοὺς ἄῤῥητος, καὶ μᾶλλον ἐβεβαιοῦτο πρὸς τὴν ἀλήθειαν· καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ἡ Βασιλὶς Ἀλεξάνδρα, ἡ καὶ μείζονος παῤῥησίας ἔνθεν ὑποπλησθεῖσα, πολλῷ τῷ κατὰ τῶν εἰδώλων ἐνελύφαγέλωτι. Ὀργὴ τοίνυν ὁ Βασιλεὺς κατάσχεθος γεγονὼς· ἄλλως τε δὲ καὶ τὰ τῶν πιστῶν πλήθη ὁρῶν,

Tyrannoq; indignanti

ἔτι μᾶλλον πρὸς θεοσέβειαν ὑπερριζόμενα· τὸ μὲν ἐπίχρισον ἐκεῖνο χρηστὸν ἀποδύεται, αὐτὸν δὲ φανερῶς ἐκεῖνον τὸν Διοκλητιανὸν ὑποδείκνυσι. Καὶ δριμύ τι καὶ μανικὸν ἐμβλέψας τῷ Μάρτυρι, Τοιαύτας, ἔφη, θυσίας, ὦ κακῶς ἀπολούμενε, τοὺς Σωτῆρας ἐπαγγέλλῃ τιμήσαι θεούς; τοιαύταις χάρισι δεξιώσασθαι; Ἀλλ' οὔμενουν σὺ ἐπὶ πολὺ χαίρήσεις, οὐ δὲ τῶν ἀηττήτων καταμωκήσῃ θεῶν· οὐχ οὕτω τοῖς φαντάσμασι, οὐχ οὕτω τῇς γοητείας ἰσχύσεις. Πρὸς ὃν ὁ Μάρτυς, μελὶ πολλοῦ τοῦ εὐκόσμου καὶ Σωστοῦ, Ἐγὼ, εἶπεν, ὦ

C

generose insultat.

Βασιλεῦ, παρ' οὐδὲν ἁλίσκομαι ψεῦδος εἰπών, ἀλλ' ὅπερ μοι προὔθεσις ἐξ ἀρχῆς, τοῦτο καὶ εἰς δεῦρο φιλάξειν ἔσπευσα, τὸ δέ ἐστι τὸ τῷ ἐμῷ μόνον λατρεύειν Θεῷ, καὶ αὐτῷ ζῶσαν ἁγίαν τε καὶ εὐάρεστον (ὡς Παῦλος ὁ θεῖός φησι) προσφέρειν θυσίαν. Τί δὲ, οὐχὶ καὶ αὐτὰ βοᾷ τὰ πράγματα, ὅτι τὰ παρ' ὑμῶν προσκυνούμενα πλάνη καὶ ψεῦδός ἐστι, καὶ ὀνόματα μόνον πραγμάτων ἔρημα;

25 Ἀπεῖπε τοῖς ὅλοις ὁ τύραννος, καὶ περιττὸν εἶναι καὶ ἀνόητον ἡγησάμενος, τὸ ἐπὶ τοσαύτῃ προῒόν πολλοῖς καὶ χαλεπαῖς τιμωρίαις ἔτι καὶ ἑτέρας ὑπονοεῖν (κινδυνεύσει γὰρ ἄντικρυς αὐτὸς μᾶλλον αἰσχύνην ὄφλειν, καὶ οὐδὲν ἀνύειν τῶν κολάσεων γινομένων· ὁ Μάρτυς δὲ λαμπρότερος ὑποδείκνυσθαι) δίδωσι τῷ κατ' αὐτὸν ψῆφον ἐρήκως ὅτως· Γεώργιος, ὁ τὰ μαλακίας μὲν τῶν Χριστιανῶν δόξης ἔκλυτος ἐρασθείς, τῶν Σωτήρων δὲ θεῶν καταφρο-

Fertur in ipsum & Alexandrum nortis sententia

νητὴς, καὶ μήτε δεινῶν ἐπαγωγαῖς μήτε ἀγαθῶν ἐπαγγελίαις μεληδέσθαι πεισθείς, ἀλλὰ καὶ τῷ Βασιλίδα μᾶλλον Ἀλεξάνδραν παραχρυσάμενος, τὸν διὰ ξίφους Σωτῆρα θάνατον ὑποσήτω. Τοιαύτης δοθείσης τὰ ἀποφάσεως, οἱ πρὸς ταῦτα διακονῶν ὑπολεταγμένοι, παραλαβόντες αὐτὸν, ἔξω τῆς πόλεως, πρὸς τὸν τῆς τελειώσεως τόπον, ἐχώρουν. Ἀλλ' ἡ Βασιλὶς Ἀλεξάνδρα, τὰ ὁδῷ μὲν ἐχομένη, θεῷ δὲ μνήμιον κατὰ καιρὸν ποιουμένη, καὶ ὅλην αὐτὴν εἰς εὐχὴν τρέψασα (ὡς ἥτε τῶν χειλέων αὐτῆς κίνησις ἐδήλου καὶ ἡ τῶν ὀφθαλμῶν εἰς ὑρανὸν ἔπαρσις) πρὸ τοῦ τὸν τόπον καταλαβεῖν, ὕτω πάνυ καινῶς ἀποῤῥήτως οὗ τὰ κρίματα ἄβυσσος πολλὴ, ἐπικαταλιθεῖσα τῇ γῇ, τὴν ἁγίαν αὐτῆς ἀφῆκε ψυχήν.

ad quam illa egrediens expirat in oratione:

26 Ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς Γεώργιος, ἤδη πρὸς τῷ τόπῳ γενόμενος, μικρὸν ἀνεβλύσας τοὺς δημίους ἠξίου, τὴν τελευταίαν δὴ ταύτην χάριν παρ' ἐχθρῶν αἰτησάμενος· καὶ ταύτης τυχὼν, εἰς εὐχὴν τε ἑαυτὸν Σωτῆρος, καὶ τὸ ὄμμα διάρας εἰς ὑρανὸν, Κύριε ὁ Θεός μου, ἐκ βάθους ἀνέκραξεν τῆς καρδίας, ἐφ' ὃν ἐπερρίφην ἐκ μήτρας, ἐφ' ὃν ἠλπισα, ἐφ' ᾧ καὶ θαῤῥήσας εἰς τὸν ἀγῶνα τοῦτον

Georgius post fusas Deo preces,

E

ἀπεδυσάμην, ἡ γλυκεία ἐλπὶς, ἡ ἀψευδὴς ἐπαγγελία, ὁ τῶν ἱερῶν ψυχῶν ἔρως ἀπαθὴς, οὗ καὶ τῇ ἑτοιμασίᾳ τῶν καρδιῶν ἡμῶν προσέχει τὸ οὖς, ὃς καὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων αἰτήσεων τὴν ἐπιθυμίαν παρέχεις τῶν καρδιῶν· αὐτός με ἐνίσχυσον μέχρι τέλους τὸν ἀγῶνα τοῦτον, ὃν ὑπὲρ τῆς σῆς ὑπῆλθον ὁμολογίας, διενεγκεῖν, καὶ προσδεξαί μου τὴν ψυχὴν, καὶ ἀνωλίραν αὐτῷ τῶν πονηρῶν τε καὶ ἀερίων φυλάξας πνευμάτων, τοῖς ἀπ' αἰῶνος εὐαρεστήσασι σωτηρίαν. Ἄρες δὲ τῷ λαῷ τούτῳ, Δέσποτα, ὅσα κατ' ἄγνοιαν εἰς ἐμὲ διεπράξαντο, καὶ ἀξίους αὐτοὺς τῆς ἐπιγνώσεώς σου τῆς ἀληθοῦς παρασκεύασον, ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

PER METAPHR. EX MS. VATICANO

27 Εἶτα μελὰ τὴν εὐχὴν εἰς γόνυ κλιθεὶς, καὶ τὸν αὐχένα διαλείνας, τὸ ξίφος ἅμα καὶ τὸ σέφος εἰσδέχετο, τὸ μὲν ἀπὸ τῶν μισοῶντων τὴν ἀλήθειαν, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ τοὺς ἀθλητὰς στεφανοῦντος τῆς εὐσεβείας, ᾧ καὶ τὴν ἱερὰν αὐτοῦ ψυχὴν παρελίδει, τρίτῃ ἐπὶ εἰκάδι τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς ἄγοντος, τὸν δρόμον τελέσας, τὴν πίστιν τηρήσας, ἀρι-

capite plectitur.

F

στεὺς ὄντως γενναῖος ἀναφανείς, λαμπρότερόν τε καὶ τὰ πάνυ ἢ καὶ τῶν πολεμίων ἀνασήσας τὸ τρόπαιον· διὰ τοῦτο καὶ στέφανον εἴληφε, ἀφθαρτόν τινα καὶ δεξιᾶς φθαρτῆς προλαινόμενον, ἀλλ' ἄφθαρτον ἐξ ἀφθάρτου, ἧς ὁ στεφανούσης μόνον ἀλλὰ καὶ συμμαχούσης ἐπειράθη τὸ πρότερον, καὶ τῶν ἀγώνων αὐτῷ συνεφαπτομένης· Χριστοῦ γάρ ἐστιν ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα, Σωτῆρι τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

a *Ita judicavit Allatius in Diatriba de Simeonum scriptis pag.* 125; *in earum Vitarum catalogo quæ proprio Metaphrastæ stylo signantur: quare gratum Philellini lectori futurum credidi: si hanc talis viri paraphrasim quæ publicam hactenus lucem non vidit, hic saltem Græce exhiberem: neq; visum est Latine reddi debere, quod sola styli cultioris diversitas, absq; ulla historiæ mutatione, discernit à priori relatione.*

b Νέμεα *pluraliter* cohortes, *quam vocem in ipso Iulio Cæsare restituisse gloriatur Meursius in Græco-Barbaris, certe à Latinis ad Græcos transiit, distinguebantur autem* Numeri *suis singuli cognomentis, quale hic est cognomē* Aniciorū *seu* Invictorum: *verumne, an ornatus causa hic assumptum, non dijudico.*

A c *Anno 301 missus contra Persas fuit Galerius Maximianus, eo successu, quem ad annum Diocletiani 17 Theophanes describit.*

d *Expungo hæc pauca* ταύτην τε τὸ θεῖον οἰκειωσάμενος, *quia non video quomodo huc pertineant.*

e *Ecgraphum nostrum* κατακρυπτόμενον, *quod sensum nullum faciebat.*

f *Idem* ἀπιστίας, *quod corrigo.*

g *An* ἀνέγγυον, *ut significet* fide dignum, *quomodo* ἀνεγγυάω *significat* fide jubeo? *sed* ἀνέγγυος *ex usu auctorum probatorum contrarium videtur significare, idemq; quod* spurius, illegitimus, incertus, *ut docent communiter Lexicographi.* D

h *Acta omnia alia prius adducunt Athanasium quam agant de mortuo suscitato.*

i *Alluditur ad istud Euangelii ubi ex decem leprosis mundatis, quorum novem supponuntur fuisse Iudæi, Samaritanus solus rediit, ad beneficium à Salvatore receptum agnoscendum.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΝΔΡΕΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΡΗΤΗΣ ΤΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΜΕΓΑΛΟΜΑΡΤΥΡΑ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

ΓΕΩΡΓΙΟΝ.

a *Ex MS. Codice Bibliothecæ Vaticanæ 1079 pag. 179.* [a]

Solis astrũ splendidissimum B

Ἥλιος μὲν ἑκάστης ἀνίσχων ἡμέρας, καὶ τὴν ἐνοῦσαν τοῖς διαφανέσι τῶν Σωμάτων ἀχλὺν ἀνακαθαιρόμενος, ταῖς τε οἰκείαις μαρμαρυγαῖς φρυκτωρῶν τὴν Σύμπασαν, θυμηδίας ὡς πλείστης τοὺς ἅπαντας ἀναπίπλησιν, καὶ τῷ ἰδίῳ μεγέθει καὶ κάλλει τὸ μεγαλεῖον πᾶσιν ἀνακηρύττει τοῦ κτίσαντος, τήν τε τῶν ὁμοδούλων διάνοιαν ἐπὶ τὸν ἴδιον κτίστην μεταβιβάζει, καὶ καθορᾷν ἐκδίδωσι τὸν τῇ φύσει ἀόρατον· ἀλλ' ὁμίχλῃ παλείᾳ ἐνίοτε περικαλυπτόμενος, ἢ χειμῶνι λαύρῳ πεδούμενος, χηρεύοντας ἔδειξε τῆς εὐφροσύνης τοὺς προσανέχοντας, καὶ πρὸς τὴν ἐναντίαν διάθεσιν μετεκόμισεν, ἵνα τὸ φαιδρόν τε τούτου καὶ χάριεν ὑπὸ μικροῦ στοιχείου Συλώμενον βλέποντες ἄνθρωποι, τῆς δούλης φύσεως εἶναι τοῦτον καὶ γεννητῆς διαγινώσκειεν. Ἄθλα δὲ Μαρτύρων εἰς μέσον προκείμενοι b [ἐγκωμιάζοντες], φιλοθείας μὲν ἀνάπτουσι πυρσὸν, ἔρωτι πυρπολούμενον θείῳ· τὸν νοητὸν δὲ ἥλιον τῷ ὑπερφυεῖ τῶν δρωμένων ὑποδεικνύντες, ἐπιλήσμονας γενέσθαι τοὺς θεατὰς παρασκευάζουσι φύσεως καὶ πρὸς αὐτὸν ὁλικῶς ἀνατείνασθαι· οὐ χειμῶνι τῶν ἀλγεινῶν καλυπτόμενοι, οὐχ ὁμίχλῃ τῶν δυσχερῶν πιεζόμενοι· ὥσπερ δὲ ὕλῃ τούτοις μᾶλλον πιμπράμενοι, περιφανεστέραν τε τὴν αὐγὴν ἀπεργάζονται, καὶ τὸ Σαθρὸν καὶ ἀσθενὲς ῥωννύντες τῶν φιλοθέων παρακαλοῦσι πρὸς μετουσίαν· ἐπὶ τοσοῦτον τῆς ἡλιακῆς λαμπηδόνος τὴν τῶν μαρτύρων αἴγλην ὑπερεξαίροντες, ὁπόσον τὰ ὑπερφυᾶ τῶν προῤῥηθέντων, Σιωπωμένων τῶν κατὰ φύσιν, ὑπερανίστανται.

aliquando intercipitur nebulis: b *ast martyrum agones æque prosunt semper* C

2 Τούτων εἷς καὶ ὁ ἐμὸς ὑπῆρξε Γεώργιος, μᾶλλον δὲ μακρῷ τῷ μέσῳ γενναιότητι γνώμης τοὺς πλείστους παρέδραμεν. Τοῦτον νόμοις ἐγκωμίων ὑποβάλλειν γλιχόμενος, ἀτονίᾳ μὲν δυνάμεως καὶ ἀσθενείᾳ λόγων πεδούμενος, τῆς ὁρμῆς ἀνακόπτομαι· φίλτρῳ δὲ τῷ ἐκείνου ἐκτόπως κρατούμενος τῆς παρούσης ἀσθενείας, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐπιλανθάνομαι· καὶ τὴν ἐμαυτοῦ μὲν ἰσχὺν τεκμαιρόμενος, οὐκ ἐπαρκεῖν πρὸς τὴν ἐγχείρησιν οἴομαι, τὴν ἐκείνου δὲ χάριν καὶ ταπεινοῖς ἐπιμετρουμένην ἀναλογιζόμενος, θαῤῥαλεώτερον ἐφάπτομαι τῆς προθέσεως, Συλλήπτορα τοῦτον ἐπελπίζων ἐμαυτοῦ κατακτήσασθαι. Ἐντεῦθεν οἱ λόγοι παρὰ φύσιν βακχεύοντες, πηδῶσιν ἀτάκτως, καθάπερ τὰ σμικρὰ τῶν θρεμμάτων ἱππηλάτου χωρίου λαβόμενα, καὶ τῶν οὐρανίων ψαύειν κατατολμῶσιν ἀψίδων, τὴν ἑαυτῶν φύσιν ὥσπερ ἠγνωηκότες, καὶ τῶν ὑπερφυῶν ἐκείνου καλῶν ὑποφῆναι πᾶσι τὴν λαμπρότητα κατεπείγονται. Καὶ Συγνώμη μὲν τούτοις, τῷ πόθῳ πεπεδημένοις τῆς μαρτυρικῆς ἡπιότητος· ἐγὼ δὲ πᾶσι τούτοις ῥωννύμενος, ἀπροφασίστως ἑαυτὸν τοῖς ἐγκωμίοις ἐπαφῆκα τοῦ Μάρτυρος, μικρῷ Σκάφει τῶν ἐκείνου ἄθλων τὸ πέλαγος διαπλεῦσαι προθυμούμενος.

In his precipuus Georgius *quem laudare aggreditur auctor ipso Sancto fretus.* E

3 Ἄλλοις μὲν οὖν ὑπόθεσις ἀπορίας ὁ περὶ τῆς ἀρχῆς καθίσταται λόγος, καὶ τὴν ἄγνοιαν σχηματιζόμενοι, κόσμον ἐκ ταύτης τῇ ὑποθέσει πορίζονται, εὐπορίας ἀφορμὴν τὴν ἀπορίαν ποιούμενοι· ἐγὼ δὲ τοῦτο τὰ νῦν ἐπαφεὶς, ἣν καὶ φύσις καὶ τέχνη πρεσβεύει τῶν ἄλλων ἀρχὴν, τὴν πατρίδα, κρηπίδα τοῦ λόγου ποιήσομαι. Ὑπῆρχε τοίνυν τούτῳ πατρὶς, τὸ μὲν ἀληθές, ἡ νοητὴ Σιὼν καὶ οὐράνιος, τὸ τῶν θεσπεσίων Προφητῶν καὶ Ἀποστόλων ποθητὸν ἐνδιαίτημα, τὸ πάντων Μαρτύρων ἀβλαβὲς καταγώγιον, ἧς πολυοῦχος καὶ κτίστης Θεὸς, ἀῤῥήτῳ μουσουργίᾳ ταύτην καταγλαΐσας, ἧς τὰς ἐμφάσεις ἐν ἑαυτῷ διὰ παντὸς περιφέρων, ὑπερεώρα τῶν ταπεινῶν καὶ χαμαὶ ἐρχομένων, καὶ πρὸς αὐτὴν κατεπείγετο. Εἰ δὲ τὴν ἐπὶ γῆς πατρίδα ζητεῖς, οὐδ' ἐν ταύτῃ παραχωροῦντα τοῖς ἄλλοις τῶν πρωτείων εὑρήσεις. Ἤνεγκε γὰρ τὸν τρισόλβιον Μάρτυρα πατρὶς· ἀλλὰ τί μοι μνεία πατρίδος; ἔνθα πατρὶς καὶ κόσμος ὅλως ἐν μηδενὸς μέρει τούτῳ λελόγισται. Ἤνεγκε δ' οὖν ὅμως ἡ τῶν ἀληθῶς μεγεθύμων Καππαδοκῶν χώρα, ἢ πολλοῖς τῶν ἐνοικούντων καλοῖς πλείονας παρατρέχουσα, εὐσεβείᾳ τοὺς πάντας παρέδραμεν· ζήλῳ γὰρ θείῳ ἀεὶ πυρακτούμενοι, εὐσεβείας καθυγηταὶ τοῖς ἄλλοις καθίστανται· κἂν Μάρτυρας ἀληθείας ἐπιζητείης, τῶν ἄλλων ἀνωκισμένους, εὐμοιροῦσαν εὑρήσεις καὶ πᾶσαν ἐκνικῶσαν πολλῷ τῷ μέσῳ τὰς τῶν ἄλλων πατρίδας. Αὕτη καὶ βασιλείας c ποτὲ περιεστέφετο διαδήματι, καὶ ταύτην ἡ τύχη Συλήσασα, τὴν ἀνδρείαν ᾐδέσθη, καὶ τὴν λοιπὴν ἀρετὴν τῶν οἰκητόρων ἐθαύμασεν. Ἠπειρώτης ἡ χώρα, καὶ θαλαττίων ἀνωκισμένη κακῶν, ἀρίστης φιλοσοφίας ἐνδιαίτημα τοῖς ἐνοικοῦσι καθίσταται. Καὶ τί δεῖ λέγειν τὸ ποῖον ταύτης καὶ εὔσταχυ, καὶ πρὸς καρπῶν φορὰν ἐπιτήδειον; Εἰ δὲ μηδὲν ἐνυπῆρχε τούτων αὐτῇ, ἀλλ' ἐν πᾶσι πάντων ἡττᾶτο, δεικνύτω μόνον τὸν καλλίνικον Μάρτυρα, καὶ νενίκηκε.

Patriam is veram habuit cælestem Sion, *in terris autẽ Cappadociam* F *claram pietate indigenarum,* c *& aliis multis dotibus illustrem.*

4 Πατέρες δὲ οἱ πᾶσι κοσμηθέντες ἀρχῆθεν καλοῖς, καὶ εὐσεβείᾳ μεγίστῃ περιλαμπόμενοι, πᾶσι μὲν Σωμα-

A *Ipse à Christianis parentibus genitus,* d

Σωματικοῖς καλοῖς εὐθυμούμενοι, τὴν δὲ Χριστοῦ προσηγορίαν τῶν πάντων ἀλλαττόμενοι. Γίνεται δὴ τούτοις τῆς εὐσεβείας μισθὸς, τὸ μέγα καὶ καρποφόρον τοῦ κτίστου d Γεώργιον, ἀστέρι ὁπωρινῷ ἐναλίγγιος, τὰς τῆς χάριτος παιδόθεν ἀποστίλβων μαρμαρυγὰς, καὶ πᾶσιν ἀρχῆθεν τὰ ταύτης καθυποφαίνων γνωρίσματα, καὶ τιθηνεῖται, καὶ πλάττεται τὴν ἀρίστην πλάσιν καὶ καθαρωτάτην, καὶ τῆς ἑλληνικῆς, ἐξώδους, καὶ ῥυπαρᾶς πιότητος ἀμιγῆ καὶ ἀμέτοχον· οὐ μυελοῖς λεόντων ὑποτρεφόμενος, e ἀγρίαν καὶ νόθον τροφὴν καὶ ξένην τῆς φύσεως, οὐδὲ τῶν Χείρωνος νώτων δεόμενος, ἵν' ὁμοῦ ἵππῳ καὶ διδασκάλῳ χρώμενος ἐκτοξεύειν μανθάνοι λαγωοὺς, καὶ δορκάδας θυρᾶν παρασκευάζοιτο, οὐδ' ὅσα ἄλλα τοὺς ἑαυτῶν διασσώτας ἑλλήνων ἐκδιδάσκουσι παῖδες, τῷ Σαθρῷ θεμελίῳ τῶν δογμάτων τοιαύτας ἐποικοδομοῦντες λογοποιΐας· ἀλλὰ μαστοῖς μητρὸς θεοσεβοῦς τρεφόμενος, καὶ τῷ θείῳ στοιχειούμενος φόβῳ, παρὰ τὰς θείας ἐξόδους πεφυτευμένος τῶν ναμάτων τοῦ Πνεύματος, διὰ παντὸς ἐπαίνετο, καὶ πρὸς τὴν κατὰ Χριστὸν ἡλικίαν ἐπηύξετο.

e *& melius quam Achilles educatus non ad venatum.*

sed ad pietatem,

B 5 Ἐντεῦθεν τῶν ἀρετῶν ὁ κατάλογος· ἐρυθριῶσαι μόνην καταλιπεῖν τὴν εὐσέβειαν, τὴν βελτίστην ἤριζον ἔριν, ἀλλήλοις προφθάσαι ποιούμεναι ἅμιλλαν, καὶ τὴν ἐκείνου θείαν ὑποδῦναι ψυχὴν· καὶ ἑτέραι θατέρας ἀπολειφθῆναι μὴ ἀνεχόμεναι, ὁμοῦ τὴν ἐπιδημίαν ἐποιοῦντο, καλλίστης ὁδηγοῦ τῆς φρονήσεως εὐμοιρήσασαι, καὶ λαμπροτέραν ταύτην ἐποίουν τῇ παρουσίᾳ, τῇ ἐκείνων ἐπιδημίᾳ εἰωθυῖαν ἐπιλαμπρύνεσθαι· καὶ τὴν μνήμην μετ' ἤχου τῶν ἀντιθέτων κακῶν διόλεσκον, Συνυπάρχειν τούτοις ἀδυνατοῦσαι· καὶ φρυκτωροῦσαι τὴν οἰκείαν εὐπρέπειαν, ἐκδηλότερον πᾶσι τοῖς ἀγνοοῦσι καθίστων, καθάπερ λαμπὰς τὰ ἀφανῆ τῶν Σωμάτων ἐφαπτομένη· καὶ πάντων ἐν στόμασιν ἦν, ὥσπερ Σάλπιγγι τῷ μεγαλείῳ τῶν ἀρετῶν ἀνακηρυττόμενος. Τὸ δὲ τῆς ἀνδρείας περιφανὲς, ἀπαυγάζον τηλαυγέστερον, Ῥωμαϊκοῖς καταλόγοις ἐναρίθμιον ἐποίει, καὶ Βασιλέως δορυφόροις Συνέταττεν, καὶ πεῖραν τῆς οἰκείας παρέχουσα γενναιότητος, τῶν ὁμοίων ἄρχειν ἐδίδου, καὶ πᾶσι πολεμίοις ὑπῆρχεν ἀνανταγώνιστος, ὁ τῆς Χριστοῦ βασιλείας ἀῤῥαγὴς δορυφόρος καὶ πρόμαχος, κἂν τοῖς αἰσθητοῖς πολεμίοις ἐγγυμναζόμενος, πρὸς τὴν τῶν νοητῶν κατασροφὴν ηὐτρεπίζετο.

cui accedebat omnis virtutum comitatus, cum prudentia,

& fortitudine.

C 6 Διοκλητιανὸς μὲν οὖν τῆς Ῥωμαϊκῆς Βασιλείας ἐχειρίζετο τὸ πηδάλιον, Συνεργὸν τῶν ὅλων κεκτημένος Μαγνέντιον, παρὰ Θεοῦ μὲν τῆς τοσαύτης ἡγεμονίας τὸ μέγεθος κληρωσάμενος (δι' αὐτοῦ γὰρ βασιλεῖς βασιλεύουσιν, καὶ δυνάσται κρατοῦσι γῆς) τὴν τούτου δὲ δόξαν εἰδώλοις νέμων καὶ δαίμοσι, Σκοτεινὸς τοῖς τρόποις, Σκοτεινότερος τὴν διάνοιαν, φιλοδαίμων ἐκτόπως, καὶ μισάνθρωπος, καὶ θηριωδίᾳ παρατρέχων τοὺς ἅπαντας, πονηρίᾳ μὲν τὴν θυριωδίαν ὑπερβαλλόμενος, καὶ ἀμφοτέρων γονὴν τὴν τῶν κολαστικῶν ὀργάνων ἐπίνοιαν ἐνδεικνύμενος. Πατέρες μὲν οὖν καὶ αὐτῶν κατολιγοροῦντες τῶν νόμων τῆς φύσεως, προδόται παίδων καθίστανται, τὴν μιαιφόνον ἐκείνου δεδιττόμενοι γνώμην· παῖδες δὲ πατέρων πολιὰς ἀνηλεῶς διασύροντες, πρὸ Σφαγὴν εἷλκον καὶ μάστιγας, παιδοτροφίας τὴν τοσαύτην ἀπήνειαν ἀλλαττόμενοι, τὴν βασιλέως ὀῤῥωδοῦντες ἀπανθρωπίαν· φίλοι φίλους προεδίδοσαν, προθνήσκειν ἀλλήλων εἰωθότες τὸ πρότερον, ταῖς ἀπειλαῖς ἐκδειματούμενοι· οὐδὲν ἦν ἀδελφοῖς ἡ σχέσις, οὐ δούλοις εὐγνώμοσιν ἡ πρὸς δεσπότας αἰδὼς, ἀλλὰ Σύγχυσις κατεῖχε τὴν Σύμπασαν, τοῦ Αἰγυπτίων Σκότους χαλεπωτέρα.

Diocletiano tyrannidem exercente,

PER AND. CRETENS. EX MS.

7 Πολλοὶ μὲν οὖν τῶν τῆς ἀληθείας ἐραστῶν τὸ ἑαυτῶν φῶς οἱονεί τινι μοδίῳ περικαλύψαντες, λήθῃ τὴν Σωτηρίαν ἐπορίζοντο, οὐδ' ἀντιβλέψαι τῇ ποικιλίᾳ δυνάμενοι τῶν κολάσεων· πολλοὶ δὲ τοῖς αἱμοβόροις τούτοις θηρσὶ θήρα γενόμενοι, οἱ μὲν αὐτίκα καὶ πρὸ τῆς πείρας τῆς ἀπιστίας ἐναυάγουν τοῖς κύμασιν, αὐταῖς ἐλπίσι τῷ βυθῷ τῆς ἀπάτης παραπεμπόμενοι· οἱ δὲ τῆς πείρας ἐπιβάντες, προδόται τῆς εὐσεβείας ἐγίνοντο, τῷ δρυμεῖ τῶν κολάσεων τὴν προθυμίαν ἐκκλύσαντες. Ἕτεροι περὶ τὰ μέσα τῶν ἄθλων τὴν ναυαγίαν ὑπέμενον, καὶ τῶν βασάνων πεῖραν λαβόντες, καὶ τῆς καλλίστης μαρτυρίας ἐκπεπτωκότες· ἄλλοι πρὸς τὸ τέρμα τῶν ἄθλων ἤδη προσορμιζόμενοι, μεγάλῳ τινὶ μηχανήματι ἀποκρουσθέντες τῆς προθέσεως, ἐλεεινὸν θέαμα τοῖς ὁρῶσι προὐτίθεντο, μετὰ τὴν πεῖραν τῶν ἀμυθήτων ἐκείνων καὶ πικρῶν βασάνων πρὸς ἧτταν ὑποκατακλινόμενοι.

multisq; à fide deficientibus aut vacillantibus

8 Ἀλλ' οὐκ ἀπέτρεπε ταῦτα γνώμην φιλοθέου νεανίου καὶ Σώφρονος, παιδόθεν τὰ θεῖα μελετήσαντος λόγια, καὶ τῶν καιρῶν ἐκεῖθεν ἐκδιδαχθέντος τὴν δυσχέρειαν· ἀλλὰ θρηνῶν τῶν πιπτόντων τὴν ἀτονίαν, ἐπιπλέον πρὸς τὴν πάλην ἠρέθιστο, τὴν δειλίαν ἐκείνων οἰκείᾳ γενναιότητι πρὸς εὐτολμίαν μετακαλέσασθαι προμηθούμενος. Πολλῷ δὲ τῷ βιωτικῷ πλούτῳ περιῤῥεόμενος, ὡς ἂν μὴ πρὸς γῆν τούτῳ καθέλκηται πρὸς οὐρανὸν ἐπειγόμενος, ἅπαντα τοῦτον διανείμας τοῖς πένησι, γυμνὸς ἁπάντων ἐχώρει πρὸς τὴν παράταξιν, μόνην τὴν πρὸς Θεὸν ἐλπίδα καὶ πίστιν καὶ ἀγάπην ἀνθ' ὅπλων θωρακισάμενος, οὐ τὸν θυμὸν ὀῤῥωδήσας τοῦ κακομηχάνου Βασιλέως καὶ κακοδαίμονος, οὐ τὴν πληθὺν ἐρυθριάσας τῶν ἀσεβῶν, ἀλλ' ὡς δαιμόνων θεραπευτὰς ἀντ' οὐδενὸς λογισάμενος· οὐ τῇ μονώσει πρὸς δειλίαν ὑποκλινόμενος, οὐκ ὀδόντας ἀράσσων, οὐ χρόαν ἀμείβων τῇ προσδοκίᾳ τῶν κολάσεων, ἀλλ' ἵστατο ὥσπερ τι τεῖχος Σιδήρεον πρὸς πᾶσαν ἐμβολὴν πνευμάτων ἀτίνακτον· Εὑρέθην τοῖς ἐμὲ, λέγων, μὴ ζητοῦσιν, ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν· καὶ τὸ τίμιον ὄνομα τοῦ Χριστοῦ καὶ Σεβάσμιον τοῖς πᾶσι διήγγειλεν, δοῦλος εἶναι Χριστοῦ μεγάλῃ κηρύττων φωνῇ τε καὶ παῤῥησίᾳ. Ὦ μακάριον στόμα, τὸν οἰκεῖον ἀνακηρύξαν δεσπότην τρανῶς, καὶ μὴ πτῆξαν τὸ τῶν ἀσυνετούντων Συνέδριον! Ὦ μακάριον στόμα Σάλπιγγος ἠχῆσαν μεγαλοφωνώτερον, καὶ τὸ νωθρὸν τῶν οἰκείων καὶ ἀσθενὲς διεγείραντος πρὸς δόξαν τοῦ κτίσαντος! Ἀγαλλίαμα φαιδρὸν τῶν οὐρανίων δυνάμεων, ἀγγελία Σκυθρωπὴ τῶν μισανθρώπων πνευμάτων, τῶν πεπτωκότων ἀνάστασις, τῶν δειλίᾳ κατεχομένων πρὸς θάρσος ἐπάνοδος.

Georgius lapsis compatiens, E

distributis in pauperes facultatibus,

intrepide

& palam Christum confitetur:

F

9 Ἔπληξις ἐντεῦθεν Συνεῖχε τὸν τύραννον· καὶ ὅλος μὲν ἦν τοῦ θυμοῦ, τῇ Συνήθει κρατούμενος ἀπανθρωπίᾳ· τὸ εὐσαθὲς δὲ τοῦ ἀθλητοῦ καὶ καρτερὸν ἐννοούμενος, καὶ μή τινας πρὸς ζῆλον ἐκκαλέσηται δεδιὼς, καὶ τῶν δειλίᾳ Συνεχομένων ἐναῤῥώσῃ τὸ πρόθυμον, θωπείᾳ τὸ βράζον τῆς ὀργῆς κερασάμενος, Νεανία, ἔλεγεν, τίνι πεποιθὼς τῆς ἡμῶν μεγαλοπρεποῦς καταπεφρόνηκας δυναστείας; Πῶς δὲ τῆς ἡμῶν περὶ σὲ κηδεμονίας ὑπεριδὼν, εἰς τοὐναντίον ταύτην περιαγαγεῖν ἐφιλονείκησας, τὴν τῶν μεγίστων θεῶν εὔνοιαν τῆς τοῦ ἐσταυρωμένου δόξης ἀνταλλαξάμενος· καὶ πάντων μὲν κατολιγωρήσας θεῶν, οὐ δὲ τὸν μέγιστον τοῦτον ἐρυθρίασας Ἀπόλλωνα; Νεωτέρων μὲν ἀνδρῶν μετεωρίζεσθαι φρένας καὶ μὴ πῆξιν βάσι-

Tyrannus blande conaturillum

PER AND. CRETENS. EX MS.

μεν ἔχειν, Σοφῶν ἐκδιδάσκουσι λόγοι· αὐτὸς δὲ ἀντίφρων τοῖς πᾶσι μέχρι καὶ νῦν γνωριζόμενος, πῶς πρὸς τὴν ἐκείνων ἐξεκυλίσθης ἄνοιαν, καὶ φρενῶν ἐδείχθης ἀγαθῶν ἔρημος; Τὸ τῶν τιμῶν ἐλλειπὲς, ὡς ἔοικε, καὶ μὴ προσῆκον τῇ σῇ γενναιότητι λογιζόμενος, πρὸς τὴν τοιαύτην ὑπήχθης ἀπόνοιαν· ἀλλὰ δοῦναι καὶ πλείω τῆς σῆς ἐφέσεως ἕτοιμος, εἰ Σόφρονι λογισμῷ χρησάμενος καὶ τῆς μαλαίας ταύτης ἀπαναστὰς ἐνστάσεως, τῆς τῶν κρειττόνων γένῃ θεραπείας καὶ σχέσεως. Οἴκτειρον Σῶμα, παντοδαπαῖς βασάνοις πολιορκιθησόμενον, εἰ μὴ μερίδος χρηματίσης ἐραστὴς τῆς κρείττονος. Οἴκτειρον κάλλος, μὴ τῆς σῆς ἔριδος γένηται παρανάλωμα. Οἴκτειρον νεότητος ἄνθος, πολλοῖς ἐπανθοῦν προτερήμασι, μὴ κακῶς ἀπανθήσῃ ταῖς ἀλγηδόσι βαλλόμενον. Οἱ γὰρ δέον κολάζειν, πείθειν ἐπιχειροῦντες, ἀποτυγχάνοντες τῆς προθέσεως, ἀμείλικτοι γίνονται μᾶλλον καὶ δυσέριδες, ὑπὸ τῆς τῶν ἀπειθούντων φιλονικίας πρὸς μείζονα τὴν ὀργὴν ἐξαπτόμενοι.

a constantia mentis abducere.

Ast is generose refutat

B

10 Τοιούτοις μὲν ἐχρῆτο τοῖς λόγοις ὁ τύραννος, τὸ γενναῖον τοῦ Μάρτυρος, ὡς ὤετο, ὑποκλίνειν· ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης ἀνίκητος, λήμματος πλησθεὶς οὐρανίου, θωπείαν τε καὶ δέος ὡσαύτως ἐκμυκτηρίσας, τοιοῖς δε λόγοις ἠμείβετο τὸν δικάζοντα· Πέποιθα μὲν, Βασιλεῦ, τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων Χριστῷ, καὶ τούτῳ τὴν ἐλπίδα τῆς ἐμῆς παιδόθεν ἀναθέμενος Σωτηρίας, ὑπερῆρα πάντων τῶν δυσχερῶν τῇ ἐκείνου τειχιζόμενος ἐπικουρίᾳ· φρενῶν δὲ ἀεὶ ἀγαθῶν ὑπάρχων, ὡς εἴρηκας, κατεκόσμησα ταύτας τὰ νῦν ὁμολογίᾳ τοῦ κτίσαντος, καὶ πολλῷ βελτίους ἀπέφηνα. Αἱ δὲ σαὶ τιμαὶ, λαμπραὶ μὲν, καὶ κόσμον οὐ μικρὸν ἐπάγουσαι τοῖς μετέχουσι· πῶς γὰρ οὔ; ἀλλ' ἡνίκα με μειζόνων ἀφέλκουσι, καὶ τοῦ δεσπότου ζημιοῦσι τῆς κτίσεως, τούτου δὲ ἀφιστῶσαι, καὶ τῆς αὐτοῦ ὡραιότητος καὶ βασιλείας μακρὰν ἀπωκίζουσαι, κοπρίων ὑπάρχουσιν ἀτιμοτέραι. Εἰ δὲ κολάσεις προτείνων καὶ μάστιγας, καὶ τὰ ποικίλα τῶν κολαστηρίων ὄργανα ἐκδειματοῦν ἐθέλεις, καθάπερ τὰ ἀγενῆ τῶν μειρακίων οἱ παιδευταὶ λώρους ἐπανατεινόμενοι· ἴσθι μὲ μείζονι πανοπλίᾳ τῇ τοῦ ἐμοῦ δεσπότου παναλκεῖ φραττόμενον δεξιᾷ, καὶ τῶν σῶν ὑπερφρονοῦντα κολαστηρίων. Εἰ γὰρ τῆς σῆς πολλάκις προασπίζων ἡγεμονίας ἀμελλητὶ τοῖς πολεμίοις ἐμαυτὸν ἐπαφῆκα, οὐ δὲ μίαν φροντίδα τοῦ ἐμοῦ ποιούμενος Σώματος· πῶς ἂν ὑπὲρ τοῦ βασιλέως πάντων Χριστοῦ τὸν ἀγῶνα ποιούμενος, οὐ πάντων τῶν τοῦ βίου καλῶν καὶ τῶν ἀλγεινῶν ὑπερφρονήσω τοῦ Σώματος, ἵνα τῶν τούτου καταπολαύσω καλῶν, καὶ τῆς ἀδιαδόχου ἐπιτύχοιμι βασιλείας;

promissa

& minas,

C

11 Πῶς δὲ τὴν θείαν προσηγορίαν τοῖς ματαίοις ξοάνοις ἐπιφημίζειν οὐ κατενάρκησας, ἃ τέκτων τοῖς ὄρεσιν ἀργοτέρῳ προσβαίνων ποδὶ, καί τι τῶν ὑψηλοτάτων δένδρων ἀποτεμὼν, μέρει μέν τινι τούτου πυρὰν ἀνάψας τὸ ἐπικείμενον ψύχος παρεμυθήσατο, μέρει δὲ ἄλλῳ τὴν τῆς γαστρὸς ἀνεπλήρωσεν ἔνδειαν, καὶ τῷ λοιπῷ τὴν ἀνθρώπου τυχὸν ἐγκολάψας εἰκόνα, θεὸν ἀφρόνως προσηγόρευσεν. Στῆσον αὐτὰ, Βασιλεῦ, καὶ οὐ κινηθήσονται· προσφώνησον αὐτοῖς, καὶ οὐκ εἰσακούσονται· τίμησον αὐτὰ, ἢ τῶν ἐναντίων ἀξίωσον, καὶ οὐκ αἰσθηθήσονται. Εἰ δὲ βούλει ἐξαναλῶσαί με τούτους, συγχώρησον, καὶ οὐδὲ ἀγανακτοῦντας ὄψει τούτους, οὐ γὰρ πεφύκασιν. Ὁρᾷς εἰς ὅσην φρενῶν ἀληθῶς περιπίπτουσιν ἐρημίαν οἱ τὸ θεῖον σέβας τούτοις προνέμοντες; Τούτοις ἐμβροντηθεὶς ὁ τρισάθλιος, δέον θαυμᾶσαι τὴν τῶν λόγων ἀλήθειαν, ὅλως τοῦ θυμοῦ γενόμενος, ἐπὶ ἔργα τρέπεται. Ἀλλὰ γὰρ ναρκῶσιν οἱ λόγοι, καὶ πρὸς δειλίαν ἐκ πολλοῦ τοῦ θράσους συστέλλονται τοῖς ὑπερφυέσι τῶν πραγμάτων ἐπιβατεύοντες, καὶ χεῖρα τούτοις ὀρέξαι τὸν ἀθλητὴν ἱκετεύουσιν.

& idololatriæ dementiam redarguit.

Hinc venitur ad supplicia:

D

12 Πολλοῖς πολιορκουμένην τὴν φύσιν κακοῖς ἐνορῶν ὁ Θεὸς, φυσικὴν κεκτημένος τὴν ἀγαθότητα, ἠλέησε ταύτην, ἧς ὑπῆρχε πατήρ. Καὶ πρῶτα μὲν, ἵνα τὰ νόμου καὶ προφητῶν ἐάσω, τὸ τῆς θείας οἰκονομίας ἐπιτεχνᾶται μυστήριον, αὔτανδρον βυθίζων τῶν δαιμόνων τὴν φάλαγγα, καὶ τῆς ἀπάτης τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἀνακαλούμενος. Ἔπειτα τοὺς θείους ὑπηρέτας, κήρυκας τῆς ἑαυτοῦ ἐπαποστέλλει τῷ κόσμῳ μεγαλειότητος, τὴν τούτου θειότητα διατρανοῦντας τοῖς πέρασιν. Ἐπεὶ δέ τι τὴν φύσιν τῷ κρείττονι μέρει χωλεύουσαν ἑώρα, τοὺς θείους ἐπανατείνεται Μάρτυρας, τῆς τε ἐκείνων ἀρετῆς ἀκριβῆ εἰκονίσματα, καὶ τῷ ὑπερφυεῖ τῆς καρτερίας εἰς εὐπρεπῆ τοὺς πολλοὺς καὶ δικαίαν ἐπανάγοντας ἔννοιαν, ὅτι οὐκ ἂν ἐπήρκεσε Σῶμα μυρίοις πολιορκούμενον μηχανήμασι περιγενέσθαι τῶν δυσχερῶν, εἰ μή τις θεία χάρις καὶ πρόνοια τοῖς τοιούτοις ἐδωρεῖτο τὸ ὑπερφυὲς νικητήριον, καὶ τῆς ἀσθενείς καταγινώσκοντες τῶν τε διωκτῶν καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς τιμωμένων δαιμόνων, τῷ παρ' αὐτῶν κηρυττομένῳ προσήεσαν. Ἀντεφιλονίκει δὲ τούτοις ὁ τῆς κακίας Σφιστὴς τῷ πολυμηχάνῳ τῶν κολάσεων ἐκνικῆσαι τῶν ἀθλούντων τὸ πρόθυμον, καὶ τὸ κατὰ πάντων ἀναδήσασθαι κράτος· ἠλέγχετο δὲ ἄρα κενὰ φρυαττόμενος, καὶ ἀσθενείᾳ Σαρκὸς ὑπερφυῶς ἐκνικώμενος. Μή τις οὖν ἀμφιβολίας περιπιπτέτω παθήμασι, τὸ παράδοξον ἐνορῶν τοῦ μαρτυρικοῦ ἀγωνίσματος· ἀλλὰ τὴν θείαν λογιζόμενος χάριν, εὐλαβείσθω τούτων τὸ πρόθυμον.

quia humanæ infirmitatis misertus Deus

martyrum exemplis confirmari eam voluit

E

ut ostendat gratiæ suæ potentiam.

13 Ἀλλὰ τὴν ἐν λόγοις παράταξιν τοῦ ἀθλητοῦ θεασάμενοι, τοὺς ἐν βασάνοις ἀγῶνας κατίδωμεν. Ξύλον μετέωρον εἶχε τὸν Μάρτυρα προστάξει τοῦ βασιλεύοντος, καὶ δόρυ κατὰ τῶν ἐγκάτων ἐφέρετο, σκοπὸν ἐχόντων τῶν μιαιφόνων κενῶσαι ταῦτα τῇ γῇ, καὶ γέλωτα προθῆναι τοῖς φιλοδαίμοσιν· ἀλλ' ἠδεῖτο καὶ δόρυ τῆς εὐσεβείας τὸν κήρυκα, καὶ κηροῦ δίκην τοῦ Σώματος ἀπεπέμπετο, καὶ φύσις ἀψύχων ἐκκαλεῖν ἐβιάζετο, τῶν λόγῳ τετιμημένων καθηγοροῦσα τὴν ἄνοιαν. Πόδας τοὺς τὸ μέγα τῆς μαρτυρίας διανύσαντας στάδιον, ξύλον εἶχε τεινομένους παννύχιον· καὶ πέτρα μεγίστη, δεσμοῖς ἀχθεῖσα καὶ μηχανήμασι, καρδίᾳ καὶ στήθει προσεπέκειτο, καὶ τὰ στερεὰ διαθλῶσα τοῦ Σώματος ὑπερφυᾶ τὴν ἀλγηδόνα καὶ πικρὰν ἐναπέτεκεν.

in catasta suspensus

conto feritur;

in nervum conjectus, gravatur petra;

F

14 Ἀλλὰ τῇ πέτρᾳ Χριστῷ τὰ τῆς διανοίας ἐρείσας κινήματα, ἀνώτερος ἦν τῶν ἀλγεινῶν τοῦ τῶν Σώματος· καὶ τὴν πικρὰν ταύτην τιμωρίαν καὶ ὑπερόριον ἑτέρα μεθ' ἡμέραν διεδέχετο, μακρῷ τῷ μέσῳ τὴν πρὸ ταύτης ἐκνικῶσα τῇ δριμύτητι, καὶ τῷ πολυειδεῖ τοῦ τεχνάσματος· τῆς γὰρ κακίας ὁ εὑρετὴς τὰ τοιαῦτα τεχνώμενος, τοῖς οἰκείοις ἐχορήγει θεράπουσι. Τροχὸς ἦν παμμεγέθης, πιαστηρίοις τισὶ καὶ ξιφιδίοις καθηλωμένος πάντοθεν, πολυμήχανον κατασκευὴν ἔχων καὶ δυσθεώρητον. Τούτῳ βληθῆναι προστάττει τὸν καλλίνικον Μάρτυρα· καὶ πιεσθεὶς τῷ μηχανήματι, τῆς ἁρμονίας ἁπάσης λυομένης τοῦ Σώματος, πολυσχεδῶς ἐμερίζετο, καὶ νεκρὸς ἄπνους τοῖς πᾶσιν ἐδείκνυτο. Οἱ δὲ τῆς ἀσεβείας ὑπασπισταὶ, τὸ κατὰ Χριστοῦ καὶ τοῦ οἰκείου θεράποντος στήσαντες, ὡς ὤοντο, τρόπαιον, τοὺς οἰκείους θεοὺς ὡς ἀνικήτους ἐγέραιρον, καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐπανήεσαν, τὸ ἐπινίκιον ἑορτάσοντες. Ἀλλ' οὐδὲ

rotæ alligatus,

fœdeq; ceratus,

Χριστὸς

A *deponitur integer:*

Χριστὸς τοῦ οἰκείου ἠμέλει θεράποντος· κινήσει δὲ γῆς καὶ οὐρανίῳ ἠχῇ τιμήσας τὸ πρότερον, φόβῳ τῶν φυλάκων ἀπαναστάντων, ἐπιστασίᾳ Ἀγγέλου κλείζει τὸ δεύτερον, καὶ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει ἀπήμαντον πᾶσιν καθυποδείξας καὶ ἄρτιον, τῆς οἰκείας μεγαλειότητος ἀπλανῆ πᾶσι καθίστησι κήρυκα· καὶ τῷ Διοκλητιανῷ παραστὰς, τῆς μεγαλουργοῦ δυναστείας ἐπεδείκνυ τὸν αἴτιον, καὶ αὐτοῖς κατήγγειλε πράγμασιν.

inter quæ torquente se Diocletiano,

15 Ἀλλ' οὐκ ἀνῆλκε τοῦτον τῆς πωρώσεως, ἅπαξ δουλωθέντα τοῖς δαίμοσιν, ἐθελοκάκῳ τε γνώμῃ τοῖς χειρίστοις ὑποκλινόμενον· τῷ θηράτρῳ δὲ τῆς εὐσεβείας τοὺς αὐτοῦ στρατηλάτας πανοικὶ χειρωσάμενος, ἀμώμητα θύματα τῷ Χριστῷ προσεκόμισεν, αἵμασι τοῖς οἰκείοις ὁλοκαυτώμενα. Οὐ δὲ ἡ τούτου Συνεύνος καὶ Βασιλὶς Ἀλεξάνδρα τῶν τῆς εὐσεβείας ἐξώκιστο περιβόλων, τοῖς παραδόξοις ἀγομένη τοῦ Μάρτυρος· τὴν Χριστοῦ δὲ ὁμολογίαν τῷ στόματι περιφέρουσα, τοῖς ἐλέγχοις ἐτίτρωσκε τῶν ἀσεβούντων τὸ μάταιον. Καθάπερ δέ τις Ὀλυμπιονίκης ἀθλητὴς, πολλοὺς τῶν ἀντιπάλων ἐν Ὀλυμπίᾳ καταβαλὼν, τὴν τῶν μειζόνων προσκαθήμενος ἐκδέχεται πάλην· οὕτω τούτοις ὁ γενναῖος ἀντιταξάμενος ἀθλητὴς, τὴν τῶν χειρίστων ἐξεδέχετο πεῖραν.

uxor ejus Alexandra Christum fatetur:

B

Georgius triduo sub calce detentus

16 Λάκκῳ γοῦν Συγκλείσαντες τὸν ἀοίδιμον, ἀσβέστου νεωστὶ σβεννυμένης μεστοῦ, τρεῖς ἐπαφῆκαν ἡμέρας· ἔπειτα δεδιότες μή τίς τι τῶν ὀστῶν ἀναλάβῃ (ἦσαν γὰρ ἦσαν τοῖς πολλοῖς ἐρίτιμα, τὴν Χριστοῦ ἀποπνέοντα εὐωδίαν) καὶ βλάβους τοῖς πολλοῖς κατασταίη παραίτιος, ἐπὶ τὴν τούτων ἐπαπέστειλαν Συλλογήν. Οἱ δὲ τὴν ἄσβεστον ἄραντες, λώβης ἀπάσης ἀμέτοχον τὸν θεῖον καταλαμβάνουσι Μάρτυρα. Ὁ γὰρ τοῖς τρισὶν νεανίαις εἰς δρόσον δι' Ἀγγέλου μεταποιήσας τὴν κάμινον, οὗτος καὶ τότε δι' Ἀγγέλου τὸν οἰκεῖον ἀθλητὴν ἀναψύχων, ἠμαύρου τῆς ἀσβέστου τὴν κατὰ φύσιν ἐνέργειαν, παράδοξον αὐτῷ τὴν ἀναπνοὴν ἐκ τῶν ἀῤῥήτων θησαυρῶν χαρισάμενος· καὶ ὄχλος παμπλήθης, τὸ φρικτὸν ἐκμανθάνων τοῦ θαύματος, τὴν βαθείαν καταλιπόντες Σκοτόμαιναν, τῇ φωταυγίᾳ τῆς Χριστοῦ προσίεσαν χάριτος. Οὐ δὲ Ἀλεξάνδρα τῶν πολλῶν ὑστέρει τῇ προθυμίᾳ· θερμοτέρῳ δὲ κινουμένη τῷ ζήλῳ, τὸν Γεωργίου Θεὸν μόνον εἶναι Κύριον τοῦ παντὸς διετείνετο.

illæsus educitur:

multis cum Alexandra Christum laudantibus:

17 Δαίμονες δὲ τῷ προφανεῖ τῆς ἥττης ἐγκαλυπτόμενοι, τὸν ἑαυτῶν ὀλοφύροντο πάνδημον ὄλεθρον, καὶ τὴν ἧτταν ἀναμαχέσασθαι πεῖραν ποιούμενοι, πρὸς ὁμοίαν αἰκίαν τὸν ὑπηρέτην ἐκίνουν. Ὑποδήματα γοῦν Σιδήρεα, ὀρθοῖς διαπερονηθέντα τοῖς ἥλοις ἐπὶ πολὺ πυρακτώσαντας, ὑποδῆσαι λαβίσι προστάττει τὸν Μάρτυρα, καὶ τρέχειν ἐπαναγκάζειν. Ἀλλ' ἀτονώτερα πάντα τοῦ θείου φίλτρου δεικνύμενα, τῆς γενναίας ψυχῆς ἐπικρατεῖν οὐκ ἐξίσχυεν. Τοῖς παμποθήτοις γὰρ κάλλεσι τοῦ πρώτου τῶν ὀρεκτῶν ἐπαπολαύων ἀεὶ, τῆς δριμυτάτης ἐκείνης ὑπερεώρα φλογώσεως. Καὶ τί δεῖ τὰ λοιπὰ λέγειν; Σημεῖον ἀπήτουν, τοὺς παλαιοὺς ἐκείνους ζηλοῦντες ἀγνώμονας· οἳ τὰ ῥεῖθρα τῆς χάριτος ἀφρόνως τοῖς πᾶσι παρὰ Χριστοῦ καθορῶντες χεόμενα, Τί Σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν; ἔλεγον. Ὁ δὲ τὸν οἰκεῖον δυσωπήσας δεσπότην, νεκρὸν πολυχρόνιον παρίστα πᾶσιν ἔμπνουν καὶ ἔμψυχον, τῆς τῶν εἰδώλων ἀσθενείας καὶ τῆς τῶν προσκυνούντων ἀνοίας κατηγορὸν ἀπαράγραπτον.

crepidis ignitis ocreatus currere cogitur.

& mortuum suscitat.

reductus in carcerem multos convertit:

18 Οἱ δὲ τῷ ζόφῳ κεκρατημένοι τῆς ἀθεότητος, πρὸς πᾶσαν θείαν ἀναισθητοῦντες ἐνέργειαν, τοῖς ἐναντίοις τὸν ἀθλητὴν ἠμείβοντο, καὶ πρὸς φρουρὰν παρέπεμπον πρὸς πᾶσαν πάλην ἀποναρκήσαντες. Ἔνθα ταμεῖον τοῖς πᾶσι θαυμάτων Χριστὸς ἐπρυτάνευε μὴ κενούμενον· ἕλληνες μὲν γὰρ, πολυχρονίῳ κατεχόμενοι πλάνῃ, τοῖς τοῦ πνεύματος νάμασιν ἐκ τοῦ μαρτυρικοῦ προϊοῦσι στόματος ἀρδευόμενοι, τὸν ἐπικείμενον τῆς δυσσεβείας ἀνακαθαιρόμενοι βόρβορον, καθαροὶ τῷ καθαρῷ προσηρμόττοντο· ἄλλοι τοὺς φωταγωγοὺς ἐπιζητοῦντες τοῦ Σώματος, καὶ τὰ τοῦ νοὸς ὄμματα φωτιζώμενοι, τῶν ἐπιζητουμένων ἀμοιρήσαντες, τὸν κοινὸν δοξολογοῦντες δεσπότην ἀπέτρεχον. Ἦν δέ τις ἀγρότης Γλυκέριος, τὸν οἰκεῖον βοῦν θανόντα ζητῶν, ὃς πίστει τὴν ἀνάστασιν πρῶτος δεξάμενος, Συναναστάντα τοῦτον ἐγνώρισεν· καὶ πρὸς τούτοις μαρτυρίᾳ Χριστοῦ κοσμηθεὶς, πρὸς αὐτὸν ἐξεδήμησεν.

PER AND. CRETENS. EX MS.

in iisque Glycerium.

19 Ἀλλ' οὐκ ἤνεγκε ὁ Διοκλητιανὸς τοὺς τῆς ἀπάτης ὑπασπιστὰς Χριστοῦ δορυφόρους ὁρᾶν, κολαστηρίοις δὲ μεταπείθειν οὐχ οἷός τε ὢν τὸν ἀήττητον, τῇ καρτερίᾳ g αὐτοῦ θωπείας ἐλέπολιν ἀντανίστησιν. Ἐπειδὴ δὲ λόγοις ὁ γενναῖος, καὶ τῇ τῶν ὑπερφυῶν καρτερίᾳ κολαστηρίων τὰ τῶν ἀθέων ἐκσφενδονήσας σεβάσματα, οὐδέ που καὶ νῦν πράγμασιν αὐτοῖς διεχρήσατο, καὶ κατηγόρους αὐτοὺς αὐτῶν καθυπέδειξεν· ἐνδίδωσι δῆθεν τῷ μηχανήματι, καὶ πρὸς τὴν προκειμένην αὐτῷ βουλὴν παρεσκευάζετο. Εὐθέως μὲν οὖν κήρυκες ἀνὰ πάσας τὰς λεωφόρους ἐπήρχοντο τὰ εὐαγγέλια τῆς νίκης ἅπασιν εὐαγγελιζόμενοι, καὶ τοὺς οἰκείους δαίμονας ὡς ἀνικήτους ἐγέραιρον· ἀμύθητος δὲ ὄχλος πανταχόθεν Συνέῤῥεεν, ἐπιδεῖν τὸ καινὸν τοῦ πράγματος ὀρεγόμενοι, καὶ Βασιλεὺς ὑπερηφάνῳ βαίνων ποδὶ, τοῖς εἰδώλοις προσήρχετο, λάφυρον ὥσπερ τὸν θεῖον Συνεπαγόμενος Μάρτυρα.

g *blandienti Imperatori simulans morem se gesturum*

E

20 Ἐγέλα δὲ ἄρα Θεὸς, τῆς εὐηθείας ἐκμυκτηρίζων τοὺς ἄφρονας, καὶ τῆς ἀρίστης χλεύης τὸν στεφανίτην ἀγαζόμενος· καὶ δὴ κατεναντιστὰς τοῦ ἀγάλματος, ᾧ προσηγορίαν Ἀπόλλων ἐπεφημίζετο, μεγάλῃ τῇ φωνῇ προσεφθέγγετο· Θεὸς εἶ σὺ, καὶ τῆς μεγίστης ἐκείνης κληρουχίας τετύχηκας, Ἀπόλλων; Ὁ δὲ· Πόθεν ἢ πῶς πρὸς τὴν ὑπερφυᾶ ταύτην ἀνήχθημεν εὔκλειαν; ἡμεῖς πλάνητες καθεστήκαμεν δαίμονες, ἀνοίᾳ φρενῶν ὑπερηφάνῳ τε λογισμῷ τοῦτο κερδάνοντες. Διὰ τί γοῦν, φησιν ὁ Τρισόλβιος, πρὸς τὴν τοσαύτην τοὺς ἀνθρώπους καταφέρετε πλάνησιν; Ὁ δὲ, Ἀρχῆθεν τὴν πρὸς αὐτοὺς εἰληφότες δυσμένειαν, μέχρι παντὸς τὸ πρὸς αὐτοὺς ἄχθος διαφυλάττειν κεκρίκαμεν, μάλιστα πρὸς τὴν αὐτὴν αὐτοὺς ἐπαναγομένους ὁρῶντες τῶν ἀγαθῶν ἀκρώρειαν, ἐξ ἧς πεπτώκαμεν, ἀλαζονίαν τὴν ἐσχάτην νοσήσαντες· καὶ μικρὰ δὲ πρὸς ἡμᾶς πρὸς τὴν ἀπάτην ἀγόμενοι ἐθελοκάκῳ γνώμῃ πρὸς τὰ κακὰ καθέλκονται, τῷ λείῳ τῆς ἡδονῆς ὑποσυρόμενοι.

ad Apollinis simulacrum ducitur:

cogit fateri se esse dæmonem deceptorem,

F

21 Εἰ οὖν, φησιν, θεοὶ οὐκ ἐστὲ, ὁ ἀοίδιμος, καθὼς καὶ ἄκοντες ἀπεφήνασθε, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀρχηγοὶ τῆς ἐσχάτης κακίας καθίστασθε, τὸν ἐν ἐμοὶ τῶν ἁπάντων πεφρικότες Κύριον κἀμὲ τὸν αὐτοῦ θεράποντα, κἂν μὴ βούλησθε, πρὸς λεπτοτάτην ὑπάχθητε κόνιν, τῆς τε τῶν Σεβομένων ἀνοίας δηλοῦντες τὸ μάταιον, καὶ τῆς ἑαυτῶν ἀσθενείας διασαφοῦντες τὸ βέβαιον. Ταῦτα λέγων, τῷ Σημείῳ τοῦ νικοποιοῦ ὅπλου κατ' αὐτῶν ἐσφράγιζε τὰ λεγόμενα, καὶ θᾶττον ἢ λόγος ἐπικολούθει τὰ πράγματα, ἔλεγχος ἀκριβὴς τῶν εἰδωλομανούντων γινόμενα. Τὴν γὰρ ἐκ μαρτυρικοῦ στόματος προϊοῦσαν ἀστραπὴν οὐκ ἐνεγκόντες οἱ δαίμονες, ἐπλήρουν τὸ κελευόμενον. Καὶ Βασιλεὺς, αὐτοῖς ὄμμασιν ἐπιδὼν τῆς εὐσεβείας τὸ τρόπαιον, ὅλος δαιμόνων γινόμενος θήραμα, τὴν τῶν βελτίστων μοίραν

& in pulverem redigit.

morti addicitur cum Alexandra:

PER AND. CRETENS. EX MS.

μοίραν τὴν χειρίστην ἠλάττετο, καὶ ψήφῳ θανατηφόρῳ τὸν Μάρτυρα καθυπέβαλεν. Ὁ δὲ τὸ πάλαι ποθούμενον δεξάμενος Σύνθημα, τὴν μακαρίαν Ἀλεξάνδραν Συνοδοιπόρον λαβὼν, πρὸς τὸν ὁρισθέντα τόπον ἀγαλλομένῳ ποδὶ διεβίβαζεν.

qua præmortua

22 Ἀλεξάνδρα μὲν οὖν πρὸς τὸν οἰκεῖον Δεσπότην τὸ τῆς διανοίας ὄμμα μετεωρίσασα, ψιθύροις τοῦτον ἀνύμνει τοῖς χείλεσι, καὶ πέτρα τινὶ ἑαυτὴν ἐγκαθήσασα, τὴν τρισολβίαν ἀφῆκε ψυχήν. Ὁ δὲ χεῖρας ὁσίας ἀναπετάσας τῷ κτίσαντι, καὶ στεναγμῷ καρδίας τὸ πάθος ἐπιδειξάμενος, τοιοῖσδε λόγοις ἐπηύχετο· Δέσποτα τῶν ὅλων βασιλεὺς καὶ κηδεμὼν, ὁ τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ καὶ τῷ ζωοποιῷ καὶ παντουργῷ Πνεύματι Συναΐδιος, ὁ τὴν ἐθελούσιον ἐκείνην καὶ θαυμαστὴν ὑπελθὼν κένωσιν, καὶ τὴν φύσιν ἀναμορφώσας ῥυπωθεῖσαν ἀπάτῃ τοῦ ὄφεως, καὶ τὰς ἐξουσίας τοῦ ἀνθρωποκτόνου θριαμβεύσας δαίμονος τοῖς σοῖς τιμίοις καὶ παθοκτόνοις παθήμασιν, ὁ καὶ ὑμῖν χαρισάμενος τὸ μέγα τοῦτο τῆς μαρτυρίας διανύσαι στάδιον, καὶ μιμητὰς τῶν Σῶν ἁγίων παθημάτων ἀπεργασάμενος· Συγχώρησον τοῖς ἔθνεσιν, ἃ ἐξ ἀγνοίας καὶ ἀβουλίας καθ' ἡμῶν εἰργάσαντο· καὶ τῆς βαθείας νυκτὸς τῆς δαιμονικῆς ἀπάτης ἀνακαλεσάμενος, φώτισον αὐτῶν τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια, καὶ σὲ τὸν μόνον ἐπιγνῶναι Θεὸν καταξίωσον. Δώρισαι δὲ κἀμοὶ τῷ σῷ δούλῳ τὴν τοῦ ἀέρος διάβασιν ἀκλυδόνιστον, ἡ ἐλπὶς τῶν σῶν δούλων καὶ κραταιὰ βοήθεια.

ipse orationem fundit ad Deum,

B

& capite plectitur, ac cælis infertur,

23 Ταῦτα εἰπὼν καὶ πολλὰ τούτοις κατάλληλα, τὴν ἐρίτιμον κάραν τῷ ξίφει τμηθεὶς, πρὸς οὐρανοὺς ἀνελήλυθεν, χοροῖς Ἀγγέλων καὶ Μαρτύρων παραπεμπόμενος. Ἥδιστον τοῦτον κατεῖχον θαῦμα τῶν Ἀγγέλων αἱ φάλαγγες, καὶ ἐκπλήξει μεγίστῃ Συνείχοντο, πῶς μετὰ Σώματος τὸν ἐκείνων ἐξεικονίσαι πρὸς Θεὸν ἐξίσχυσεν ἔρωτα· μέγιστον τέρας οἱ τῶν Μαρτύρων ἔβλεπον δῆμοι, καὶ τὸ παράδοξον ἐκπληττόμενοι τῆς ἀθλήσεως, τῷ κατὰ τῶν παλαμναίων τροπέῳ εὐθύμως ἐπανηγύριζον· κάκιστον τοῦτον ὁ τῶν δαιμόνων ἐσμὸς ἐγνώρισε μώλωπα, καὶ τὸν οἰκεῖον ὁλοφυρόμενοι πάνδημον ὄλεθρον, τῆς ἀνυπερβλήτου καρτερίας τὸν ἀθλητὴν ἐξεπλήττοντο· ὁ Πρωπάτωρ δι' ἰδίου υἱέος τὸ οἰκεῖον ἐπανορθώσας ὀλίσθημα, καὶ τὴν ἰδίαν ἀναμαχεσάμενος ἧτταν, γηραιῷ ποδὶ τῶν ἀντιπάλων τὴν ἧτταν ἐπορχούμενος ἐγεγήθει.

admirantibus Angelorum & Martyrum choris,

C

comparandus Moysi,

24 Τίς οὖν τούτῳ τῶν μεγίστων ἐλθὼν εἰς παράθεσιν, οὐ ποθήσει τοῖς δευτέροις ἐγκαλλωπίζεσθαι. Μωϋσῆς ἐκεῖνος, τοῦ περιουσίου ἔθνους δημαγωγὸς, θεοπτίᾳ τετιμημένος, καὶ τῶν ἄλλων στόματι θείῳ τὸ πρωτεῖον κληρωσάμενος, θεηλάτοις μάστιξι παιδεύσας τὴν Αἴγυπτον, καὶ τὸ μέγα στοιχεῖον καινοτομήσας τῷ θαύματι, ἀβρόχῳ ποδὶ τὸν Ἰσραὴλ τῇ ἐρυθρᾷ διεβίβασεν· ἀλλ', ἵνα τί μοι λέγω δυσχερὲς, αἰδεῖτ' ἀνδρὸς· λύπῃ Συσχεθεὶς ὁμαίμονος, διπλόῃ λογισμῶν περιπαρεὶς, ἀμφιβολίας περιπεπτώκει παθήματι· ὁ δὲ πᾶσαν τὴν κτίσιν πολεμίαν εὑρὼν, ὑπερφυέσι τε δυσχερέσιν ἀντιταξάμενος, τοῖς τέρασιν οὐ λειπόμενος, ἀνώτερος πάσης διπλόης λογισμῶν ἀνεφαίνετο, καὶ τοὺς δαιμόνων θεραπευτὰς Θεοῦ ἐδείκνυεν ἐραστάς. Ἀβραὰμ ὁ πρωπάτωρ, τὸ τοῦ γένους καλλώπισμα, φωνῇ Θεοῦ καὶ ὑποσχέσει μειζόνων τῆς Χαλδαίων γῆς μεταναστὰς, μεθίστατο πρὸς τὴν Χανανίτιδα, καὶ φίλτρῳ Θεοῦ κοσμηθεὶς ὑπερεώρα τῆς φύσεως, τέκνου Σφαγεὺς τῇ προαιρέσει γενόμενος· ἀλλ' ἦν ὅτε τούτου χηρεύων, ἐδείκνυτο Χαλδαϊκοῖς ὑποφερόμενος ἤθεσιν· ὁ δὲ πᾶσι καλοῖς ἐκ βρέφους κοσμούμενος, τῷ φίλτρῳ νικῶν καρτερίᾳ τῶν δυσχερῶν καὶ ὁδηγίᾳ τῶν ἄλλων, μακρῷ τῷ μέσῳ παρέδραμε τὸν προπάτορα.

Abrahamo

D

tribus pueris,

25 Νεανίαι τρεῖς, ἐν μέσῳ φλογὸς τὸν παγκόσμιον αἶνον τῷ κτίστῃ προσάσαντες, παραδόξως ἀπήμαντοι διεδείχθησαν· ἀλλὰ τῶν ἄλλων Σιωπωμένων τῷ χρόνῳ λειπόμενοι, τὴν ἧτταν ἀπάζονται.

Iobo,

Ἰὼβ, τοῖς πάθεσι διαβόητος, καὶ μαρτυρίᾳ Θεοῦ τὸ ἐν πᾶσιν ἀμώμητον κληρωσάμενος· ἀλλὰ κἂν τούτοις ὑποχωρεῖ τῷ Μάρτυρι καὶ τοῖς δευτέροις ἐγκαλλωπίζεται. Καὶ τί μοι δεῖ τούτοις ἐγκαταλέγειν, ὃς καὶ τοὺς τῆς χάριτος, εἰ Συγκρίσεως ὑπέπιπτον νόμοις, ὑπερβάλλετο; Τοῖς μὲν γὰρ τοῖς παραδόξοις τέρασι καὶ ὁδηγίᾳ τῶν πλανωμένων ἐξισούμενος, καρτερίᾳ τῶν ἄθλων πολλῷ τῷ μέσῳ διήνεγκεν· ἄλλοις τούτοις ἀμιλλώμενος, τοῖς προῤῥηθεῖσι παρέδραμεν· εἰ δὲ βούλει, πάντας μὲν καρτερίᾳ τῶν ἄθλων, πλείστους δὲ ταῖς παραδόξοις θεοσημείαις, καὶ τῇ τῶν πλανωμένων ὁδηγίᾳ παραδραμὼν, ἀπονητὶ τὴν κατὰ πάντων ἐκληρώσατο νίκην.

imo comparatione omni superior.

26 Ποίοις οὖν ἐπαίνοις, κἂν εἰ δέκα στομάτων καὶ γλωσσῶν εὐμοιρήσαιμεν, τὴν ὑπέρτιμον τούτου καὶ νικηφόρον στέψομεν κορυφήν; Ποίοις δὲ λόγοις τὸ ὑπερφυὲς τῆς καρτερίας δοξάσωμεν; Ὦ πέτρα τῆς Ἐκκλησίας ἀῤῥαγὴς καὶ θεμέλιος, ἐφ' ἣν οἱ χείμαῤῥοι πάντες τῆς ἀσεβείας Συῤῥεύσαντες, μετακινῆσαι τῆς ἀσφαλοῦς οὐκ ἐξίσχυσαν ἕδρας! Ὦ τεῖχος τῆς ἀληθείας καρτερὸν καὶ στερέμνιον, ὃ πᾶσαι τῆς τυραννίδος αἱ ἐλεπόλεις προσπελάσασαι καταβαλεῖν οὐκ ἐπήρκεσαν! Ὦ πόλις Θεοῦ, περὶ ἧς τὰ δεδοξασμένα ἐλαλήθη καὶ ἐξαίσια, εἰς ἣν πάντα τὰ τῆς Βαβυλωνίας ἐπιχυθέντα στρατόπεδα πολιορκῆσαι, οὐκ ἔσχον δυνάμεως! Ὦ τοῦ τῆς Ἐκκλησίας στερεώματος ὑπερφαὴς ἥλιος, πρὸς ὃν οἱ χειμῶνες τῆς ἀσεβείας καὶ λαίλαπες ἀναίδην ἐπικωμάσαντες, κατακαλῦψαι οὐκ ἠδυνήθησαν! Ὦ κρήνη, τὰ ῥεῖθρα τῆς χάριτος δαψιλῶς ἀποῤῥέουσα, ἣν τῷ δίψει τῆς ἀθεότητος ξηραινόμενοι διαρκῶς ἀπαντλήσαντες, ἐλαττουμένην οὐ παρέδειξαν! Ὦ Χριστοῦ γεώργιον, πᾶσι καλοῖς εὐθυνούμενον, ὃ ταῖς οἰκείαις ἀποθήκαις ὁ τῶν ψυχῶν Γεωργὸς ἀσπαστῶς ἐναπέθηκεν! Ὦ χῶρα Χριστοῦ, πίων καὶ εὔκαρπος, τῇ τῶν βασάνων δικέλλῃ τὰ τῆς ψυχῆς ὁλικῶς ἀποτριψαμένη ζιζάνια, καὶ ὡραία φανεῖσα τῷ κτίσαντι! Ὦ στάχυς πολύφορος, τῷ Βασιλεῖ τῶν ὅλων παρασκευάζων ἄρτον πολύτιμον, δι' οὗ πάντες οἱ τῆς εὐσεβείας ἐρασταὶ στηριζόμενοι, τὸν καρποδότην ἀνυμνοῦμεν Κύριον! Ὦ βότρυς Χριστοῦ εὐθαλέστατος, κρατῆρα πᾶσι κιρνῶν εὐφροσύνης, καὶ μέθην μεθύσκων Σωτήριον! Ὦ πέλεκυς ἐκκοπτικὸς, τὰ τῶν ἀθέων ἐκτεμὼν μηχανήματα, καὶ καθελὼν εἰς ἅπαν τῆς ἀσεβείας τὸ ἀλλόφυλον φρόνημα!

E

Excurrit in ejus encomia auctor titulos coacervans,

F

& festum ejus cum paschali tempore concurrens,

27 Ὦ φωστὴρ τοῖς ἐν βυθῷ τῆς πλάνης ναυτιλλομένοις, χεῖρα ὀρέξας Σωτήριον, καὶ πρὸς λιμένα κατευθύνας τὸν ἄκλυστον! ὃς καὶ τὴν σὴν πανήγυριν πᾶσι κοσμήσας καλοῖς, ἔνθεν μὲν τῇ τοῦ θείου Πάσχα ἑορτῇ καταλάμπεσθαι δέδωκας, καθ' ἣν Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν τὸ καθ' ἡμῶν ἐκπολιορκήσας τοῦ ἅδου βασίλειον, καθεῖλε θανάτῳ τὸν θάνατον, καὶ γυμνοὺς τῶν οἰκητόρων ἀπέδειξεν. Ἐκεῖθεν δὲ τῇ θείᾳ Χριστοῦ ἀναλήψει φρυκτωρεῖσθαι παρέσχου, ὅτι Χριστὸς τὴν ἀπαρχὴν τῆς ἡμῶν φύσεως εἰς οὐρανοὺς ἀνάγων τῷ Πατρὶ Συνεκάθισεν, καὶ βασιλεύειν ὑπερφυῶς τῶν ἁπάντων πεποίηκε. Νῦν ἀλλήλοις Σπένδεται πάντα, καὶ γῆ μὲν οὐρανίοις παραδόξως Συνάπτεται, τῆς ἀσεβείας ἄρδην ἀποιχομένης· θάλαττα δὲ τὸ Σφοδρὸν τοῦ κύματος ἐκχαλάσασα, πραείαις αὔραις τὴν

communi omnis creaturæ plausu celebrari gaudet;

A τὴν γείτονα χέρσον ἀσπάζεται, καὶ γαλήναία πορφυροῦσα τὴν ὅπη βούλεταί τις ἀποδημίαν χαρίζεται· καὶ πλωτῆρες, ὑπὲρ καπνοῦ κρεμάσαντες πρότερον τὸ πηδάλιον, νῦν αἴρουσι, καὶ τὴν ὀθόνην τοῖς ἰστίοις ἐπικρεμάσαντες, ἰδίαις αὔραις τὰ μεγάλα διαπεραιοῦνται πελάγη· καὶ δελφὶν, ὡς ἥδιστον ἀναφυσῶν καὶ ἀναπεμπόμενος, οὐ τὴν τυχοῦσαν ἡδονὴν τοῖς ὁρῶσι χαρίζεται. Νῦν ἀὴρ, τὸ φαιδρὸν τῶν πνευμάτων καὶ τὴν ἀχλὴν ἀποτιναξάμενος, σταθερῶς πᾶσιν ὁρᾶται καὶ προσηνὴς καὶ ἐπέραστος, τῇ πανηγύρει δορυφορούμενος· Νῦν ἥλιος, διὰ σοῦ τὴν ἄτιμον καὶ συγερὰν τιμὴν ἀποσκευασάμενος, αἰθριάζει λαμπρότερον, καὶ τὰς οἰκείας μαρμαρυγὰς φαιδροτέρας παρίστησιν· καὶ πᾶσα κτίσις, τὸ ζοφερὸν τῆς πλάνης ἀπεκδυσαμένη ἱμάτιον, καὶ ὥσπερ χιτῶνα λευκὸν τὸ τῆς ἀμωμήτου καὶ καθαρᾶς πίστεως ἐπενδυσαμένη λαμπρὸν, Σωτῆρα κηρύττει καὶ εὐεργέτην ἐπίσταται.

& Sanctum invocat.

28 Ἡμεῖς δὲ, λόγοις ἀδυνατοῦντες ὑμνῆσαι τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἄθλησιν, ὁμολογίᾳ τῆς ἥττης τὸν στεφανίτην καταγεραίρομεν· καὶ Σὺν πόθῳ τὸν σὸν κατ' ἐχθρὸν παιανίζοντες θρίαμβον, τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν διὰ σοῦ τυχεῖν ἱκετεύομεν, χάριτι καὶ φι-

B λανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, Σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ καὶ παντουργῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

PER AND. CRETENS. EX MS.

a *Quod in Commentario prævio ante Acta num. 9. hoc loco dare proposueram S. Georgii encomium, à S. Andrea Cretensi compositum, quia non tantum Latine extat apud Lipomanum & Surium, sed etiam Græce in operibus sancti istius Patris à Combefisio editis, omittendum duxi, postquam accepi aliud ejusdem auctoris de eodem Sancto hactenus ineditum, quod posteri nostri, si visum fuerit, Latinum facere poterunt in supplemento hujus mensis: nam Græcus textus Græce peritis sufficiet; & in substantia nihil novi adfertur; eoque solum hæc omnia serviunt, ut constet & antiquiores Græcos & recentiores usq; ad seculum 13 aut nescivisse aut contempsisse fabulas, S. Georgio imperite affictas.*

b *Deesse hoc aut simile verbum apparet ex sensu.*

c *Cappadocum Regum, qui Romanis auxilio venerint contra Aristonicum, regnum vindicare conantem, meminit Strabo lib. 13.*

d Γεώργιον *Græcis* seges, *sive, agriculturæ fructus dicitur: & cum allusione ad nomen pro ipso Martyre hic usurpatur.*

e Achillem *indicat, quem à Chirone centauro sub antro Thessalico sic educatum narrant Poëtæ.*

f *Ecgraphum nostrum absq; ullo sensu hic habebat,* Μνημὴν... κακῶν διώλεσκον συνυπάρχειν ταύταις ἀδυνατοῦσας. E

g *Ibidem erat* τὴν καρτερίαν αὐτῷ.

ΤΟΥ ΣΟΦΟΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΟΥ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΚΥΡΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΠΡΙΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΟΜΑΡΤΥΡΑ

ΚΑΙ ΤΡΟΠΑΙΟΦΟΡΟΝ

ΓΕΩΡΓΙΟΝ.

Ex MS. Codice Bibliothecæ Vaticanæ.

PROLOGUS

Excusat argumenti dignitatem

C Ἔθος τοῦτο τῶν λόγοις ἀγωνιζομένων σχεδὸν ἑκάστῳ, τοὺς καθ' ἑαυτῶν ἀγῶνας μεγάλους οἴεσθαι ἀξιοῦν, καὶ λαμπροὺς καὶ δυσχερεῖς ἀνύσαι, συγγνώμην ἑαυτῷ τῆς ἥττης ἢ τὸν τοῦ καλορθῶσαι ἔπαινον ἐντεῦθεν κατασκευαζομένῳ. Ἀλλ' εἰς Γεώργιον ἐμοῦ τὸ μέγα τῶν ἀθλητῶν ὄνομα βλέποντος τῷ λόγῳ, καὶ τοσοῦτον ὑποθέσεως μέγεθος τὴν αὐτοῦ εὐφημίαν ἄρασθαι πειρωμένου, οὐκ οἶδα τίς ἂν γένοιτο δικαιότερος, περὶ ἄλλης ὑποθέσεως καθιστάμενος τὴν σπουδὴν, καὶ προκαταγγεῖλαι μέγαν εἶναι τὸν ἀγῶνα, καὶ δεῖσαι προσελθεῖν, ἢ καὶ συγγώμην αἰτήσασθαι. Ἔγω γ' οὖν τοσοῦτον ἔχω τὸ χαλεπὸν ἐν τούτῳ κατανοήσας, ὥστε μοι δοκῶ μόνον ἁψαμένῳ, παραπλήσιόν τι πεπονθέναι, τοῖς ἐξ ἀπειρίας ἐπιθυμοῦσι μὲν ἐπιβαίνειν θαλάσσης, ἐπιβεβηκόσι δὲ ὅμως εἰς τοὐναντίον τὰ τῆς ἐπιθυμίας χωρεῖ, δυσχέρειαν πελάγους καταμαθοῦσι, καὶ σάλον καὶ κλύδωνα καὶ ὅσα πολὺ μᾶλλον εὔχεσθαι καταναγκάζει τὴν ἐκεῖθεν ἀπαλλαγὴν· ὅθεν καὶ ἀπέστην ἂν αὐτίκα, εἰ μή μέ τις ἀνάγκη ἐκ προηγησαμένης εὐχῆς κατασχοῦσα ἦ, μή ποτε τὸν λόγον ἐξυφᾶναι τῷ Μάρτυρι βιαίως ἐνταῦθα Συνήλασεν.

& suam tenuitatem

Sperato Sancti auxilio subnixam.

2 Ἀλλ' ἐπειδή μοι ἀνάδυσις οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἀποφυγὴ τοῖς ἐμαυτοῦ περιειλημμένῳ δεσμοῖς, ἐπιβοῶμαι κατὰ τῶν ἀποριῶν τὴν μαρτυρικὴν χάριν, καὶ διὰ τὸ Σύνηθες ἐπὶ τῆς ἐπικλήσεως καὶ τὴν ἀεὶ Συναίσθησιν τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας, μάλιστα δὲ καὶ τὸ οἰκεῖον τῆς ὑποθέσεως, ὅτι δῶρον αὐτῷ τὸν λόγον προσάγομεν. Εἰ γὰρ καὶ ὁπωσονοῦν ἐπιπνεύσειε ταύτης ἐμοὶ, ἣν πλουτήσας ἐκεῖνος παρὰ Θεοῦ χάριν, ἐκαρτέρει μὲν πάσχων ἃ μὴ πέφυκε στέγειν ἡ φύσις, εἰργάζετο δὲ δρῶν ὅσα μὴ οἶδεν ἡ φύσις· οὐκ ἐνδοιάσω περὶ τοῦ ἐγχειρήματος, εἰ εἰς τέλος ἀφίξομαι, οὐδὲ τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα προήσομαι. Ἀλλ' ἀρκτέον ἤδη τοῦ λόγου τῇ ἐκείνου ἐπικουρίᾳ θαρσήσαντας. F

CAP. I.

Quamvis non sit opus S. Georgium laudare à patria,

3 Εἰ μὲν οὖν ἐξῆν μοι ἥπερ ἐγὼ βούλομαι διαθέσθαι τὸν λόγον, ἀλλὰ μὴ, πρὸς τὸν κεκρατηκότα παρὰ τοῖς πολλοῖς νόμον, οὔτε πατρίδος μνημονεύσας ὡς ἔχει κάλλους τε καὶ μεγέθους, οὔτε τινὸς ἄλλου τῶν ἔξωθεν· ἐκείνοις ἂν ἐπέβαλλον εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ἃ πρὸς τὴν εὐφημίαν ἄντικρυς φέρει. Καὶ γάρ μοι πάνυ τι σμικρολογουμένων ἔργον εἶναι δοκεῖ, ἔχοντας ἐγκωμίων τὰς πάντων μεγίστας ὑποθέσεις, διεξιέναι ζητεῖν, κἀκ τῶν ἐλαχίστων τὴν εὐφημίαν ἐργάζεσθαι, ὥσπερ οὐκ ἂν δυνατῶς ἐχούσης ἄνευ τούτων συστῆναι, ἢ ἐχούσης μὲν, οὐ τελείως δὲ, δεούσης γὰρ, τῆς μὲν παρὰ Θεῷ δόξης τῷ Μάρτυρι, τῆς δὲ παρ' ἀνθρώποις. Εἰ μὲν ὁποίαν δή τινα τούτων ἐμέλλομεν μείζονα ποιεῖν ἐκ τοῦ πλείονα εἰπεῖν, ἄτοποι παντελῶς ἦμεν, μὴ πάντα προσθέντες εἰς μέσον, καὶ πάντα ζητήσαντες· ἐπεὶ δ' ἡ μὲν, λογισμοῖς ἡμετέροις οὐκ ὑποπίπτουσα, οὐδ' ἂν ἐξ ἡμῶν ὁτωδήποτε τρόπῳ πρόσθεσιν δέχοιτο· ἡ δὲ προκατειλημμένη ταῖς ἁπάντων οὖσα ψυχαῖς, οὐδ' ἄν τινος ἐξηγητοῦ δέοιτο, ὥστε παραδεχθῆναι (Οὔτε γὰρ ἡλιακοῦ φωτὸς, ὡς εἴη φώτων ἁπάντων λαμπρότατον,

PER GREG CYPRIUM EX MS.

ἔξωθεν διδάσκαλον ἀναμένομεν ἄνθρωποι· οὔτ' αὖ περὶ τῆς τοῦδε λαμπρότητος, ὡς εἴη λόγον ὑπερβάλλουσα καὶ διάνοιαν, ζητήσει τις ἑτέρωθεν διδαχθῆναι) τί λοιπὸν ἐκ τῆς περιεργίας τὸ κέρδος, ὥστε παρέλιπον ἂν ἅπερ ἔφην δεόντως, εἴπερ μὴ ἀκοαῖς ὁ λόγος ἀλλοτρίαις ἐδούλευεν;

4 Εἰ πατρίδα τέως εἰσάγειν τοῦ τοσούτου βουλόμενος, τὸν οὐρανὸν εἰσήγαγον ἄν, τὴν ἀνώλεθρον καὶ εὐδαίμονα κατοικίαν, τὴν τῶν Ἀγγέλων πατρίδα· οὐ δὴ γὰρ ἄλλην εἰκὸς ἐπιφημίζειν αὐτῷ, ἐκεῖσε μεταθεμένῳ καθαρῶς τὸ πολίτευμα, καὶ μὴ δὴ βραχύ τι παρ' Ἀγγέλους ἡλαττωμένῳ. Ἐπεὶ δὴ πάντες σχεδὸν καὶ τὴν κάτω παροικίαν ἐπιζητοῦσι, καὶ τὸν λόγον ἐντεῦθεν ὡρμημένον οὕτως ὁδῷ χωρεῖν ἀξιοῦσιν ἐπὶ τὰ πρόσω· ἔστι τοίνυν καὶ αὕτη, οὐ ῥᾳδίως ἑτέρᾳ τῆς ἐπιφανείας παραχωροῦσα, οὐδ' οἷα καὶ παραδραμεῖν αὐτήν τινα μὴ σφόδρα θαυμάζοντα. Τῆς γὰρ Καππαδοκῶν χώρας, ἣ τὸν τοσοῦτον ἐξήνεγκεν, ἐπαινέσοι μὲν ἄν τις, καὶ τοῦτο δικαίως, ὅτι θέσεως λαχοῦσα εὐκαίρου, καὶ τὰς τῶν ὁρώντων ὑπερβολὰς διαφεύγουσα, ἔῤῥωτο πρὸς ἁπάσας γονὰς ἃ κάλλιστα γῆς ἐστι γεννήματα, καὶ ἄφθονα πάντα προΐσχει ὁπόσα πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον τελεῖ. Ἐπαινέσοι δ' οὐχ ἧττον, ὅτι καὶ οἰκήτορας ἐφάνη πλουτήσασα τὸ ἀνέκαθεν Ἕλληνας, γένος ἀφωσιωμένον τῇ τῶν λόγων φύσει, καὶ διὰ τὴν ἐν τούτοις καὶ μετὰ τούτων κίνησιν καὶ ζωήν, τὴν μητέρα φύσιν τὰ εἰκότα τετιμηκὸς τῷ τοῦ ὄρους ἐπιβεβαιῶσαι αὐτῇ. Οὐ μὴν δὴ τοσοῦτον ἀξίως, ὅσον εἰ καὶ εὐσεβείας ἔδαφος λέγοιτο, πάντων αὐτῇ τῶν ἄλλων ἐπισημότατον, καὶ τελεῖν μὲν αὐτῇ, συνήθη τὴν τῶν Μαρτύρων τῆς ἀληθείας φορὰν, συνήθη δὴ καὶ τὴν τῶν διδασκάλων. Ἐν γὰρ τοῖς ἄνω καιροῖς τῶν διωγμῶν ἀκμαζόντων, οὔκουν ἄλλη τις πλείους ἢ λαμπροτέρους ἀγωνιστὰς κατὰ τῆς πλάνης προβάλλετο· κἀν τοῖς μετὰ ταῦτα δὴ χρόνοις τοῦ τῶν αἱρέσεων κλύδωνος ἐπιόντος, καὶ πᾶσαν ἄρδην Ἐκκλησίαν ἀπειλοῦντος ἐντὸς καταλήψεσθαι, μόνη τῶν ἄλλων καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων τοὺς κοινοὺς ἀνιστῶσα προβόλους, ἐν αὐτοῖς τὴν τῆς οἰκουμένης ἐπίκλυσιν περιέθρανε. Καὶ λαμπρὰ μὲν αὐτῆς ταῦτα καὶ ἐπιεικῶς ἔχει κοσμεῖν· πῶς γὰρ οὔ; ἀλλὰ τόγε κεφάλαιον τῶν ἐπαίνων, καὶ ὁ σύμπας τῆς φιλοτιμίας κόσμος, ὁ νῦν ἐστιν εὐφημούμενος.

illustrem tamen habuit,

Cappadociam scilicet;

B

5 Πατέρων μὲν γενόμενος, καὶ ἀποχρῆναι αὐτοῖς εἰς φιλοτιμίαν ἤγημαι, ὅτι τοῦδε πατέρες ἦσαν. Νυνὶ δέ ἐστι προσθῆναι, ὅτι καὶ εὐγενεῖς τὴν κάτω γέννησιν εὐγενέστεροι δὴ τὴν εὐσέβειαν, πλούσιοι τὴν ῥέουσαν κτίσιν πλουσιώτεροι δὴ τὴν μένουσαν, διὰ τοῦ τὰ παρόντα σκορπίζειν καλῶς τὰ μέλλοντα κατακτώμενοι· πατὴρ μὲν, γέρας τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας εὑράμενος τὸ τὸν βίον σφαγίσαι τέλει μαρτυρικῷ· μήτηρ δὴ τῶν ἴσων τῷ ἀνδρὶ στεφάνων ἐπιτυχοῦσα, εἰ καὶ ἀναίμακτος ἦν στεφανίτις, τὴν αὐτὴν μὲν προθυμίαν τῷ ἀνδρὶ ἔχουσα, ἀποτυχοῦσα δὴ ὅμως τῆς ἀθλήσεως, τῆς τοῦ θήλεως ἀσθενείας φεισαμένων τῶν διωκτῶν· ἀμφότεροι καὶ παραδείγμαματα προδείξαντες τῷ παιδὶ, καὶ σπέρματα παρασχόντες, εὐσεβείας, φιλοπτωχίας, τῆς μέχρι αἵματος πρὸς τὴν εἰδολολατρείαν ἀντικαταστάσεως· ἃ δὴ παρειληφὼς αὐτὸς, ὥσπερ ἄλλον τινὰ κλῆρον πατρῷον, καὶ καλῶς τῇ γεωργίᾳ τοῦ Πνεύματος προσεξεργασάμενος, οὐχ ὅσον μόνον εἰς ἑκατὸν ἐξ ἑνὸς προβῆναι καὶ πληθυνθῆναι πεποίηκεν, ἀλλά τινα λόγον ἐπιδόσεως ἀνυπέρβλητον δέξασθαι. Πάντα γὰρ, ὅς τις ἄριστος τῶν καθ' ἑαυτὸν οἰκονόμος, μετατίθεται πρὸς οὐρανὸν ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα καὶ μετασκευάζεται, οὐδ' αὐτοῦ φεισάμενος σώματος, μὴ καὶ τοῦτο καρποφορῆσαι Θεῷ· καὶ ὁ τρόπος, οἷος; Οὐ γὰρ μόνον δι' ἁγνείας καὶ καθαρότητος, ἀλλὰ καὶ δι' αἵματος, καὶ οὐκ ἄνευ τῶν μεγίστων κινδύνων.

patrem Martyrem

C

& matrem æque piam:

à quibus ad virtutem educatus,

D

6 Ἐστρατεύετο μὲν οὖν ἤδη τῷ κάτω Βασιλεῖ καὶ ἐδορυφόρει, νεανίας μέγας ἰδεῖν καὶ καλὸς, φοβερὸς συμπλακῆναι, γενναῖος, ἀκαταγώνιστος, καὶ ταῦτα πρὸς τοὺς ὁρωμένους ἐχθροὺς· δαίμοσι δὴ, ὥσπερ δρᾷν εἰς αὐτοὺς πεφυκὼς καὶ πάθος ἐκεῖθεν οὐ προσιέμενος, ἔτι μᾶλλον ἐμβριθὴς καὶ ἄμαχος καὶ ἀπρόσητος. Ἀλλὰ μετατάττεται, καὶ τὴν στρατείαν, ἀντὶ Καίσαρος, ποιεῖται Χριστοῦ· ὢν μὲν δὴ καὶ πρῶτον Χριστοῦ, ἀλλὰ νῦν τελεώτερον, ὅτι οὐδὲν ἐδίδου κόσμῳ οὐδὲ τῷ κοσμοκράτορι, ἀλλὰ πάντα φέρων προσανετίθει Θεῷ, ὅτε οὐ κρύπτων διετέλει τὸν Χριστιανισμὸν οὐ δὴ τρόπον τινὰ σοφιζόμενος, ἀλλὰ δημοσιεύων καὶ παῤῥησιαζόμενος. Καὶ τὰ μὲν δὴ προοίμια τῆς παῤῥησίας αὐτῷ. Ὁρῶν τὸν διωγμὸν ὥσπερ καταιγίδα σφοδρῶς φερόμενον, καὶ πάντας πλὴν ὀλίγων καταλαμβάνοντα καὶ τῶν διωκόντων ποιοῦντα, τήν τε εὐσέβειαν τυραννουμένην καὶ τοὺς διώκτας φιλονεικοῦντας, ὥσπερ τῶν σωμάτων οὕτω δὴ κρατεῖν καὶ ψυχῶν, αἷς Θεὸς αὐτονομίαν γνώμης παρέσχετο, θυμοῦ δικαίου καὶ ζήλου πληροῦται· καὶ πάντα μεγαλοψύχως ἑαυτοῦ, κατάπερ καὶ οἱ πυγμὴν ἢ παγκράτιον ἀγωνιζόμενοι, ἀποῤῥίψας, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν διὰ τῶν πενήτων εἰς οὐρανοὺς παραπέμψας, μόνον ἑαυτῷ καταλείπει τὸ σῶμα, ᾧ διενεγκεῖν τὸν πόλεμον ἔμελλεν.

primum miles

postea omnibus se expolians,

& zelo religionis æstuans,

E

7 Εἶθ' ὡς ἂν ἑαυτῷ μεγαλοπρεπέστερον τὸ θέατρον γένηται, καὶ μᾶλλον περιφανὴς ὁ ἀγὼν, ἡμέραν ἐπιτηρήσας ἐν ᾗ δημοτελῶς ἑορτάζειν ἔδει, ἔδει δὴ καὶ Διοκλητιανὸν αὐτὸν παρῆναι τοῖς πλήθεσι συνεορτάζοντα, ὥσπερ λέων πάντα προδεικνύμενος σοβαρὰ, εἶδος, φρόνημα, βάδισμα, πύρ τε πνέων, καὶ βλοσυρότερον περιβλέπων, εἴσεισιν, ἀπτοήτῳ γνώμῃ, λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, ἀνακηρύττων Χριστὸν, μυκτηρίζων τοὺς δαίμονας. Ὦ ψυχῆς ἐκείνης ζήλῳ Θεοῦ κατεσθιομένης! ὦ Θεοῦ ἔρωτος, οὕτω φλέγοντος καὶ οὕτω κινοῦντος τοὺς ἐραστάς. Τίς ποτε τοσοῦτον ἐξετάκη βλέπων ἀσυνετοῦντας; τίς τοιοῦτον φρόνημα κατὰ καιρὸν ἐπεδείξατο; τίς κατὰ λόγον ἠνδραγαθήσατο; Οὐδὲν αὐτοῦ τότε τὸν τόνον ἐχάλασεν οὐ τὴν προθυμίαν ἤμβλυνεν, οὐκ ἀπειλαὶ φρικώδεις αἱ κατὰ τὸ εὐσεβεῖν ἠρημένων ἐφέροντο, οὐκ εἴδη κολαστηρίων ἐν ὀφθαλμοῖς παντοῖα προκείμενα, οὐ μνήμη βασάνων αἱ τοῖς προειληφόσι τῶν ἁγίων ἐπήχθησαν καὶ αὐτὸν διαδέχεσθαι ἔμελλον, οὐ τὰ ἐκείνων παθήματα, οὐχ οἱ θάνατοι δι' ὧν τῶν παρόντων βιαίως ἐξέστησαν· πάντων δὴ ὑπεραινωστήσας τὴν γνώμην, ὥστις τῶν ἔξω σώματος, ἀνδρικώτατα ἐπαποδύεται κατὰ τῆς τῶν δαιμόνων τιμῆς. Τοῦτο τὸ φρόνημα δαίμονες ἔφριξαν καὶ πάντες οἱ δαιμόνων θεραπευταὶ· τοῦτο οἱ ἐν οὐρανοῖς ᾐδέσθησαν Ἄγγελοι, καὶ ἄνωθεν θεαταὶ τοῦ ἀγῶνος προκύπτοντες ἐμακάρισαν· τοῦτο καὶ Διοκλητιανὸς αἰσχυνθεὶς, καὶ καταφρόνησιν ἑαυτοῦ τὴν παῤῥησίαν ὑπειληφὼς, ἀθυμίας ἐμπίπλαται καὶ θυμοῦ.

palam se tyranno obtulit,

nihil reformidavit,

F

8 Τὰ δὲ ἐντεῦθεν, μείζονός τινος ἔδει δυνάμεως ἢ ἀνθρωπίνης, ὥστε διὰ τέλους ἀξίως ἰσχύσαι διεξιέναι τὴν ἄθλησιν. Πῶς ἄν τις ἱκανῶς ἐξείποι τῷ λόγῳ ἢ τῶν κολαζόντων τὴν ἀγριότητα, ἢ ἐκείνου τὴν καρτερίαν, μεθ' ἧς ἔῤῥωτο κατὰ τῶν κινδύνων, καὶ ἀντεῖχεν ὑπὲρ τὰ μέτρα τῆς φύσεως; Τὸν μὲν δὴ μακάριον Ἰὼβ, γενναιότατον ἀνθρώπων καὶ καρτερικώτατον, ἀναγρά-

& majorem quam Iob patientiam probavit:

A ἀναγράφουσιν· ἀλλ' ὁ πειρασμὸς, πρὸς ὃν ἐπάλαιεν, ἀκούσιος ἦν (ἐξαιτεῖται γὰρ καὶ παραδίδοται) ὁ δὲ φέρων, ἑαυτὸν παρέδωκεν ταῖς βασανισταῖς, μὴ ζητοῦσι μηδὲ ἐπερωτῶσιν εὑρισκόμενος καὶ ἐμφανιζόμενος· εἴς τε τὸν ἔσχατον ἐκείνου τῶν ἄθλων, τὴν πληγὴν οὐ κατὰ μικρὸν προῆλθε, τὴν καρτερίαν οἷον ἐν τοῖς ἐλάττοσι προπαιδευόμενος, ἀλλ' ὡς εἴ τις γενναιότατος ὁμοῦ καὶ ἐμπειρότατος ὁπλιτῶν τοῖς μεγίστοις κινδύνοις ἐκ προοιμίων ἐνήλατο, ὅ, τε πειράζων ἐνταῦθα, εἰ καὶ ἄνθρωπος ἦν, καὶ τῆς καθ' ὑμᾶς φύσεως.

a 9 a ..... ἀλλὰ λεγεῶνα πνευμάτων εἶχεν ἔνδοθεν διερεθιζόντων, ὑφ' ὧν δὴ τότε πληγέντων πρὸς τὴν παῤῥησίαν τοῦ Μάρτυρος, μανικώτερον ὑπεκινεῖτο, καὶ ἀναρτᾶσθαι, καὶ δεινὰ πάντα πάσχειν διεκελεύετο, καὶ πάντα εἶχεν εὐθὺς ὡς διεκελεύετο, ἀνηρτᾶτο πάντων ὁρώντων, ᾐκίζετο, ἐξέετο, καὶ τελευταῖον κόντῳ κατὰ τῆς γαστρὸς ἐτιτρώσκετο· τοῦτο μὲν ἵνα καὶ ὀδύναι γένοιντο, τοῦτο δὲ ἵνα καὶ θάνατος ἐπιγένοιτο· οὐ γὰρ ἐσκόπουν αὐτὸν μετελθεῖν βραχεῖαν ἔχοντι τὴν ὀδύνην θανάτῳ. Πλὴν οὔτε ἐκεῖνα, ὡς ἄρα καὶ σφοδρότητος εἶχε, λυπεῖν εἶχεν, ἀνείργοντος τοῦ Θεοῦ· καὶ ὁ κόντος παντάπασιν ἠπράκτει, ὥσπερ ἐκ στεῤῥοτέρας τινὸς φύσεως σιδηρᾶς ἢ ἀδαμαντίνης ἀντωθούμενός τε καὶ ἀποκρουόμενος, τάχα καὶ τὸ μαρτυρικὸν εὐλαβούμενος Σῶμα, τάχα καὶ τοῦ τυράννου τῆς ἀναισθησίας κατηγορῶν· εἴπερ ὁ μὲν, σίδηρος ὤν, ἀπέσχετο, ὁ δὲ, λογικὴν ψυχὴν ἔχων, οὐκ ἔμελλε δυσωπεῖσθαι· ὥσπερ ἄρα οὐδὲ ἐδυσωπεῖτο οὐ δὲ ἀνεκόπτετο τῆς ἐπὶ τὸ κολάζειν ὁρμῆς, τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ βαρὺς ἔτι μᾶλλον ἦν καὶ σφοδρὸς ἐπὶ τούτῳ, οἱονεὶ μείζονος κακίας εἰς ἀφορμὴν τοῦ θαύματος αὐτῷ γεγονότος (Τῶν γὰρ ἀνιάτως ἐχόντων αὕτη δή που φύσις εἰς βλάβην μετατρέπειν οἰκείαν, ἐκ τῆς ἐνούσης κακοηθείας, ὅπερ ἄν τις καὶ προσενέγκῃ σωτηρίας φάρμακον) διὰ τοῦτο καὶ ἕτοιμος ἦν αὐτίκα τότε, χαλεπωτέραις ταῖς τιμωρίαις ἐκτρίβειν αὐτὸν· ὥστε καὶ, ὅτι μὴ σέλας ἦν, ἄδειαν παρέχων ἐκείνῳ κατὰ τοῦ μαρτυρικοῦ νώτου τεκταίνειν.

multipliciter tortus,

B *sed post tormenta semper integer;*

10 Ἀλλ' εἶργε τῆς ἐπιχειρήσεως νὺξ ἐπελθοῦσα. Δεινότατα ἔφερε· βάσανον ἑαυτῷ τὴν βαρυτάτην οἰόμενος, τὸ καὶ μετρίας ἀνακωχῆς ἐκεῖνον τυχεῖν. Οὐ μὴν δὲ καὶ παντάπασιν ὑπὸ προθυμίας ἠμέλει διὰ τὴν ὥραν, οὐδὲ ἀνεβάλλετο τὰς κολάσεις, ὅτι μὴ δὲ τῆς θηριώδους ἦν ἐκείνου ψυχῆς εἴκειν εἰδέναι τοιούτῳ καιρῷ· ἀλλά τινι φρουρᾷ, καὶ αὐτῇ δυσχερεστάτῃ τῶν ἁπασῶν, ὅσω καὶ δυσώδης ἦν καὶ ζοφώδης καὶ σκιᾷ θανάτου παρείκαστο, δοθῆναι κελεύει. Καὶ ἦν τοῦτό γε παρὰ χρῆμα τοῦτον ἔχον τὸν τρόπον, εἰ μή τι δεύτερον καὶ τρίτον ἐξῆς ἐπετίθει, ὥσπερ ἀναβαθμοὺς κακῶν τιθέμενος· ἦν ἂν τὸ μέχρι τούτου διανυκτερεύειν, ὡς ἐν παραβολῇ κακῶν φᾶναι, μετρία φιλανθρωπία. Νυνὶ δὲ καὶ ξύλον πιεστήριον, αὐτοῦ κατασφαλίζον, τοὺς πόδας συνέθλιβε· καὶ λίθος μέγας, ὃν οὐκ ἂν χεῖρες, εἰ μὴ καὶ μηχανήματα προσείη κινήσαιεν, ὑπτίου προσανακλιθέντος κατὰ τῶν στέρνων ἐτίθετο, βάρους ὑπερβολῇ συνθλῶν ἅπαν τὸ ὑποκείμενον, καὶ συντριβὴν ὁμοῦ καὶ ῥῆξιν ὑποστῆναι καταναγκάζων· κἂν ἐκεῖνος, ὥσπερ τὴν ψυχὴν οὐ δέξασθαί τι τῶν ἀσεβῶν προσταγμάτων, οὕτω δὴ καὶ τὸ Σῶμα ἀνένδοτος ἦν, τὸ μὴ δὲ ὅλως εἴκειν βίᾳ ἐκεῖθεν ἀναδεξάμενον. Ἐν γὰρ τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσιν, ἡ τῶν Σωμάτων ῥώμη σαφῶς ἀρτᾶσθαι δοκεῖ τῆς γενναιότητος τῆς ψυχῆς· ὡς ἐκείνη πρὸς ἔνστασιν προθυμίας ἔχει, καὶ τάδε πρὸς τὸ πάσχοντα φέρειν ἰσχυρῶς· μᾶλλον δὲ, ἵνα βέλτιον διέλω, ψυχῆς μὲν σθένος ἐν τοῖς τοιούτοις ἐμπνεῖ Θεὸς, Σώματι δὲ ψυχὴ, καὶ ἀμφοτέροις Θεὸς, παρ' οὗ δὴ καὶ τότε ῥωννύμενος καὶ τόνδε τὸν κίνδυνον ὑπερέσχε.

per noctem carceri inclusus

C *ligno arctatur & saxo gravatur.*

PER GREG CYPRIUM EX MS.

11 Τὰ μὲν οὖν τῆς νυκτὸς ἐκείνης αὐτῷ τοιαῦτα, κατ' οὐδὲν οἶμαι τῶν ἡμερινῶν ἀνεκτότερα, ἃ δὲ εὐθὺς ἦν ἡμέρας ἐπιλαβούσης, ἐπειδήπερ ὡς ἐν θαλάσσῃ, τρικυμία κακῶν ὑπῆρχεν· καὶ τὸ μὲν αὐτὸν εἶχε κῦμα, τὸ δὲ κατελάμβανε, τὸ δὲ ἔμελλεν, ὡς παρὰ πολὺ τῶν προειληφότων, ποικιλίᾳ τε καὶ δυνάμει τοῦ κακῶσαι δεινότερα· ὥστ' ἔμοι γε, καὶ εὐχῆς ἔργον ἂν εἴη, κἂν μετρίως διελθεῖν δυνηθῆναι τῷ λόγῳ. Ἐξήγετο μὲν τῆς φρουρᾶς, μηδὲ ὅλως ζῆν ἐλπιζόμενος· ἀλλ' ἐπειδὴ παρα δόξαν ἔζη, καὶ ἀπαθὴς κακῶν ἑωρᾶτο, ὅσα μὲν οὖν ὁ τύραννος ἠθύμει καὶ διεπρίετο, μηδενὶ τρόπῳ περιγενέσθαι δυνάμενος, λόγους τε αὖ πρὸς ἐκεῖνον οὓς διείλεκται, τοῦτο μὲν ἀπειλῶν, τοῦτο δὲ θωπείας καὶ ἀνελευθερίας πεῖραν εἰσάγων, λέγειν ἐῶ· Ἀλλ' ὡς ἀπεκρούσθη καὶ γέλωτα ὄφλειν ἐδόκει, πάσης εἰς γῆν αὐτοῦ πεσούσης τῆς ἐπινοίας, τότε, ὡς ἐπὶ πύργον ἀῤῥαγῆ τε καὶ ἄσειστον, τὸ μέγα τοῦτο καὶ πρόσφατον ἵστησι τοῦ διαβόλου μηχάνημα, τὸν τροχόν. Ὁ δὲ ἦν (λεκτέον γὰρ εἰς ἔνδειξιν τῆς βασάνου, κἂν οὐχ οἷός τέ ἐστιν εὐκόλως ῥηθῆναι) ἐκ ξύλων μὲν κατεσκεύαστο, μετρίως μὲν τὰ νῶτα τῆς περιφερείας εὐρὺς, εὐρύτατος δὲ τοῖς ἀπὸ τοῦ κέντρου διαστήμασι, κνήμαις τὲ τέσσαρσι καὶ κανόσι τὰ ἔνδον διειλημμένος, ἀπ' ἄκρου τε εἰς ἄκρον ἀπαντῶσι, καὶ ἀλλήλους εἰς ὀρθὰς παρ' ἑκάτερα τοῦ μέσου τέμνουσιν· ἄξων δὲ αὐτοῦ διὰ τούτων ἐληλαμένος, ἐφ' ἑκάτερα προεβέβλητο, ἔχων τὸν σύμπαντα κύκλον, οὐ περὶ αὐτὸν στρεφόμενον, ἀλλὰ συὺ αὐτῷ· σκέλη δὲ δύο ἔνθα καὶ ἔνθα τεκτόνων μηχαναῖς ἀνεστηκότα, ἐξ ἄκρων ἀνεῖχε τὸν ἄξονα, καὶ τῷ μετέωρον τοῦτον τὸν τρόπον ἐργάζεσθαι, ὡς ὀξύτατα παρεῖχε τῷ τροχῷ περιφέρεσθαι. Ὁ μὲν οὕτως εἶχε· σανίδες δὲ κάτωθεν ὑπεστρώννυντο, ἀκριβῆ μὲν τὴν πρὸς ἀλλήλας ἁρμογὴν ἔχουσαι, ὡς καὶ μίαν ἁπάσας τῇ συνεχείᾳ δοκεῖν, ἰσχυρὰν δὲ καὶ τὴν ἐπ' ἐδάφους προσήλωσιν, ὅπως ἀκίνητα παντάπασιν ἔχοιειν, βίᾳ τε γόμφων ἐνισχημένα καὶ ἐπιστήμῃ δημιουργῶν. Ἐπὶ δὲ τούτων ἐπίγνυντο μὲν ὀξεῖς ὀβελίσκοι, ἐπίγνυντο δὲ καὶ κοπίδες καὶ μαχαιραι, καὶ πάντα εἴδη ξιφῶν ἁπάντων, τετραμμένας ἐχόντων πρὸς τὴν τροχοῦ περιφέρειαν τὰς ἀκλὰς, ὧν καὶ παραψαύειν μὲν εἶχεν, οὐ μὴ δὲ καὶ ἀκριβῶς ψαύειν κυκλούμενος, μή τινος ἔξωθεν προσδεθέντος.

CAP. II.

Eductus è carcere,

damnatur ad rotæ supplicium

E

omnium immanissimum:

F

12 Τὸ μὲν δὴ μηχάνημα τοιοῦτον, φοβερὸν μὲν τοῖς ἀκούουσι, τοῖς ὁρῶσι δὲ πολὺ φοβερώτερον, τὸ δὲ καὶ εἰς πεῖραν ἥκειν, τί χρὴ καὶ λέγειν, Ἐμοὶ δοκεῖ καὶ πολλοὺς ἂν τῶν παρόντων ἀποθανεῖν ἐκ μόνου τοῦ τυχεῖν τηλικούτους θεωμένους ἀγῶνας· ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐκεῖνος, ὁ πολὺς τὴν καρτερίαν καὶ ἀδαμάντινος, ἐπὶ ταῦτα χωρῶν διετίθετο τὴν ψυχὴν· ἀλλ' ὅλος ὅλου τοῦ θείου ἐμφορηθεὶς ἔρωτος, ἔνθους τε γεγονὼς καὶ μετέωρος, νοῦν τε καὶ ψυχὴν καὶ διάνοιαν τοῦ μακαρίου κάλλους ἐξάψας, εἴη δὲ εἰπεῖν καὶ τὰς αἰσθήσεις αὐτὰς, σημείῳ τε σταυροῦ φραξάμενος, καὶ δι' εὐχῆς πάντων ἀκουόντων τὴν ἄμαχον Χριστοῦ ἐπικεκλημένος ἰσχὺν, μετὰ Δαυΐδ τε κατὰ καιρὸν ᾄδων, Οὐ φοβηθήσομαι κακὰ, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ κἂν ἐν μέσῳ θανάτου πορεύσωμαι· ἐχώρει φαιδρὸς φαιδρῶς ἐπὶ τὸ μηχάνημα, ὡς εἰς θεωρίαν ἐκείνου ἀλλ' οὐ πεῖραν ἰέμενος, μόνος ἴσως Ἡλίας οὕτως ἡδέως τοῦ πυρίνου ἐπέβαινεν αἵρματος· κἂν ὁ μὲν εἰς οὐρανὸν τὴν ἄνοδον ἐποεῖτο, ὁ δὲ τὴν πορείαν ἀποθανούμενος. Ἐντεῦθεν ἐπιγυμνοῦται, ἐπικυρτοῦται τῷ τροχῷ, λεπτοῖς ἅμα καὶ ἰσχυροῖς τοῖς ἱμᾶσι στρεβλοῦται. Ἐντεῦθεν

ad quam hilariter veniens

PER GREG CYPRIUM EX MS. *& in ea toto corpore proscissus,*

(ὦ τίς ἀκούσας ἀπαθῶς ἀκούσεται; ποῖος ἀδακρυτὶ ταῦτα παρέλθοι;) φέρεται κατὰ τῶν ξιφῶν, ὀξύτερον τοῦ τροχοῦ ποιουμένου τὸν δῖνον, καὶ χερσὶ διερεθιζόντων δημίων, καὶ μηχαναῖς κατατεινόντων. Ἐνταῦθα ἦν, καὶ πάντα ἐνείργει ξίφη, καὶ πάντα ἀνερρήγνυτο μέλη, καὶ κρουνοὶ αἵματος ἔρρεον, καὶ πάντα ἐδεύετο, τροχὸς, ἔδαφος, ἀὴρ, σάρκες τε καὶ νεῦρα καὶ ὀστᾶ, ἐπίσης πάντα τῇ βίᾳ καὶ σπαρατιόμενα καὶ ξαινόμενα.

13 Καὶ τὰ μὲν ὡς εἰς ἀέρα ἐφέρετο· ὁ δ' οὕτως ἱερείου δίκην κατατεμνόμενος καὶ σπενδόμενος, οὐκ ἠφίει φωνὴν, οὐ στεναγμὸν ἀνέπεμπεν, οὐχ ἕτερον οὐδὲν ἐδείκνυ τῶν ὀδύνην ὑποσημαινόντων ψυχῆς, οὐ γὰρ ἐώκει πάσχοντι, οὐ δὲ σιδήρῳ μᾶλλον τὴν διαρτίαν λυομένῳ τοῦ σώματος, ἢ βαθυτάτῳ ὕπνῳ κατεχομένῳ. Πλὴν ἀλλ' ἐκ τούτου δόξας ἀποθανεῖν, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅσον τῆς ἀσεβείας σπουδασταῖς εὐφρανθῆναι παρέσχε, πανήγυριν ἀτεχνῶς τὸν ἐκείνου θάνατον ἡγουμένοις. Ὅμως ἡ τότε τελετὴ καλῶς τοῖς λογισομένοις τεκμήρασθαι, ἔσπευδον πρὸς Βασιλέα πολλοὶ, ὥσπερ τινες ἄγγελοι τῶν κρειττόνων ἐσόμενοι, ἄλλος ἄλλον προφθάνοντες, Νενικήκαμεν λέγοντες, περιγεγενήμεθα, κατείργασται, τέθνηκεν, ἀξίαν τῆς κατὰ τῶν κρειττόνων παροινίας ἔχει τὴν ἀμοιβήν. Ὁ δὲ, ὅσω καὶ διαφερόντως τῶν ἄλλων τῶν μαρτυρικῶν αἱμάτων ἐδίψα, καὶ μᾶλλον τηνικαῦτα τῶν ἄλλων ἔγεμεν ἡδονῆς, ἔχαιρε, διανίστατο, ἑαυτὸν ὑπ' εὐφροσύνης κατέχειν οὐκ εἶχεν· τοῖς τε πλήθεσιν, ὡς ἐπὶ παραδόξῳ τινὶ καὶ ἀπίστῳ τῇ νίκῃ, ἑορτὰς παρήγγειλε καὶ θυσίας, καὶ αὐτός γε ὁμοίως ἐποίει· ἐπὶ βωμοὺς ἐβάδιζε καὶ ἱερὰ, ἐπινικίους τελέσων τοῖς δαίμοσιν· οὕτω παντάπασιν ἄτοπος ἐκεῖνος ἐπὶ τοιούτοις ἡδόμενος, κἂν οὐκ ἔμελλε χαιρήσειν ἐπὶ πολὺ, οὐδὲ τῆς ἀλόγου ταύτης τελετῆς ἀπολαύσειν, τοῦ μὴ καταισχυνθῆναι προφητικῶς εἰπεῖν, καὶ ἀπωσθῆναι ἐκ τῶν θυσιαστηρίων αὐτοῦ.

cum mortuus putaretur,

B

14 Καὶ γὰρ ἐν τούτοις ὄντος, θαυματουργεῖ καὶ πάλιν Χριστὸς ἐνταῦθα τὰ τοῦ σαυροῦ, καὶ πάντα ἦν ὁμοῦ τὰ φρικώδη τότε, ἐκ νεφῶν καταιγίδες, ζόφωσις ἀέρος, νυκτερινὸν σκότος ἐν μεσημβρίᾳ, κλόνος γῆς, μυκήματα οὐρανοῦ, βολίδες ἀστραπῶν, τὰ τῶν Αἰγυπτιακῶν πληγῶν πολλῷ φοβερώτερα· οὐκ ἀκολουθίᾳ φύσεως τότε συμβάντα, οὐδ' ἔκ τινος συντυχίας καὶ ταυτομάτου (ἧπερ ἴσως ἔδοξε τοῖς ἀθέοις τυφλώττουσι τὴν διάνοιαν) Θεοῦ δὲ προστάγματι συνδεδραμηκότα, δοξάζοντος τὸν οἰκεῖον θεράποντα, ὃς καὶ Μωϋσὴν ἐν Ἀσσυρίοις, καὶ ἄλλον ἀλλαχοῦ κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀνεξιχνίαστον βούλησιν· ὃς καὶ τότε φύλακας μὲν καὶ ὅσος ἄλλος ὅμιλος ἦν τοῖς δαίμοσι διασκεδάσας, Ἀγγέλῳ φωτὸς παρεμυθεῖτο τὸν ἀθλητὴν, ὁμοῦ μὲν ἀνεὶς τῶν δεσμῶν, ὁμοῦ δὲ εἰς ὁλοκληρίαν αὖθις συσφίγγων καὶ θεραπεύων τὰ τραύματα, ὁμοῦ δὲ καὶ τῷ τυράννῳ εἰς ἔκπληξιν καὶ μαρτύριον ἐμφανισθῆναι προστάττων, δύναμιν καὶ βοήθειαν νῦν τε καὶ εἰς τὸ ἑξῆς ἐγγυώμενος.

post cælitus emissam tempestatem,

sanatis vulneribus

C

15 Καὶ ἦν τοῦτό γε βαρεῖά τις ἐκείνῳ καὶ ἀφόρητος ἀκοὴ, καὶ τῇ προτέρᾳ φήμῃ ἀντίρροπος· τοῦτο τὰς ἡδονὰς ἐκλύει, τὰς ἑορτὰς καταργεῖ, καὶ τὰ ἐπινίκια καὶ χαριστήρια περιτρέπει θύματα· τοῦτο καὶ ἄπιστον εἰκότως ἐδόκει διὰ τὸ μέγεθος. Καὶ γὰρ ὄντως ἦν δυσπαράδεκτον, εἰ μετ' ἐκείνην τὴν διάλυσιν ἔτι μετὰ τῶν ζώντων περινοστεῖ. Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς ἤδη παρῆν, καὶ ὁρώμενος, ἐρωτώμενος, ἐπαφόμενος, Γεώργιος ἦν πανταχοῦ, κἂν ταῖς αἰσθήσεσι κἂν ταῖς ἀποκρίσεσι· τότε καὶ τὸ θαῦμα πιστεύεται, καὶ πολλοὶ πρὸς Χριστὸν μετατίθενται· οἱ μὲν μετὰ τοῦ λανθάνειν ἐθέλειν καὶ μόνῃ πιστεύειν καρδίᾳ, οἱ δὲ καὶ τοῦ στόματι ὁμολογεῖν καὶ αὐτίκα παρρησιάζεσθαι, οἱ καὶ τῷ διὰ ξίφους τιμῶνται θανάτῳ, μισθὸν τοῦτο τῆς εἰς πρῶτον ὁμολογίας εὑράμενοι. Οὐ δὲ Ἀλεξάνδρα τότε ἡ Βασιλὶς, οὐδ' αὐτὴ τῷ παραδόξῳ τῆς θέας ἀνάλωτος ἔμεινεν· ἅπτεται δὲ κἀκείνης τὸ θαῦμα, καὶ πεῖσαν τὴν εἰς εἴδωλα καὶ δαίμονας ἀτιμᾶσαι πίστιν, πρὸς Χριστὸν μετεβίβασε.

D

sequente plurium conversione

16 Μόνου τοῦ πάλαι Φαραὼ ἴσως ἦν καὶ Διοκλητιανοῦ τῆς πονηροτάτης ψυχῆς τὸ πρὸς τοσοῦτον σκληρύνεσθαι· τοῦ δὲ καὶ μᾶλλον, ὅσον ἐκεῖνος μὲν καὶ ἀνωμολόγει τὴν μαστίζουσαν δύναμιν, καὶ ἐπέστρεφε, καὶ ὤρθριζε, καὶ ἀνεῖναι τὰς πληγὰς ἠντιβόλει Θεὸν, καὶ ἐπὶ τέλους λιθοκάρδιος ἔμεινεν· ὁ δὲ οὐ δὲ ἐπεστρέφετο, οὐδ' ἠσθάνετο τὴν ἀρχὴν, ἀλλά τινα περὶ τὸ κολάζειν, οἷον ἄλογον ἐναψάμενος δύναμιν, ἣν δὴ καὶ τὴν πυρὸς φύσιν ἔχειν ἴσμεν περὶ τὸ καίειν καὶ περὶ τὸ ψύχειν τὸ κρύσταλλον, οὔτ' ἀνεκόπτετο κἂν ἐπὶ ποσὸν ὑπὸ μηδενὸς, καὶ προσετίθει τῇ ἑαυτοῦ κακίᾳ, ἀεὶ πρὸς βασάνους ὁρῶν, καὶ καινότερα ἐπινοῶν κολαστήρια, καὶ μέντοι προσεξευρίσκων, ἐπειδὴ καὶ σφὸς ἦν τοῦ κακοποιῆσαι, τὸ δὲ καλὸν ποιῆσαι οὐκ ἔγνωκεν. Ὅμως μηδέν τοι τότε πεπονηκότι, μὴ δὲ περιειργασμένῳ, αὐτόματός τις ἀναφαίνεται τιμωρία· ἡ δὲ καὶ βαρυτάτη τῶν ἁπασῶν ἐτύγχανεν, οὖσα οὐδ' ἄν τις, καὶ σφόδρα φιλοπονήσας οὕτως ἐποίησε χαλεπὴν, καὶ οὐκ οἶδ' εἴ τις ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος τοσοῦτον ὑπέμεινεν, οὐ γὰρ ἀκοῇ παρειλήφαμεν. Ἱερεμίας γὰρ ἐν λάκκῳ ἐρρίφη, ἀλλὰ βορβόρου· καὶ Δανιὴλ ἐν λάκκῳ, ἀλλὰ λεόντων· ἐν λάκκῳ μὲν οὗτος, ἀλλὰ πυρός. Ἐτύγχανε μὲν γὰρ πλήρης ἀσβέστου, ἣν ἄρτι τότε διαλελοιπὼς καίειν τὸ πῦρ, πῦρ ἀφῆκεν ἄλλο, τοσούτῳ φλογὸς ἐνεργέστερον ζώων κατεργάσασθαι σώματα, ὅσω γε δήπου καὶ μεθ' ὑλικῆς παχύτητος ἦν καὶ στερρότητι παραμέμικτο· τὰ γὰρ τοιαῦτα καὶ καυστικώτερα λόγος ἡμῖν καὶ πεῖρα παρέστησε, μὴ δὲ ἱπτάμενον τὸ πῦρ ἔχοντα, μὴ δ' ἐν παρόδῳ καῖον, μένον δὲ τρόπον τινὰ, καὶ τοῖς ἐγγίζουσι προσφυόμενον. Κατὰ τοίνυν τούτου μιμούμενος Ναβουχοδονόσωρ τὸν Βαβυλώνιον, καθ' ἣν ἐκεῖνος τοῖς περὶ Ἀζαρίαν, μὴ τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα λατρεύειν ἀνεχομένοις, ἐξέκαυσε κάμινον, προστάττει τόνδε ῥιφῆναι, ὅτι ζῶντι κατ' ἐκείνους προσανεῖχε Θεῷ, καὶ κωφοῖς καὶ ἀναισθήτοις οὐ προσεῖχεν ἀγάλμασιν.

Deinde ab obstinatissimo tyranno

E

jussus vivæ calci immergi,

F

17 Καὶ τὰ ἑξῆς, φθέγγεται μὲν τὰ τοῦ Δαυὶδ πρὸς Θεὸν, Μὴ μακρύνῃς τοὺς οἰκτιρμούς σου λέγων, ὅτι περιέσχον με κακὰ, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· φθέγγεται δὲ καὶ τὰ τῶν παίδων ἐπὶ τῆς ὁμοίας φλογός, Ἐν ψυχῇ συντετριμένῃ καὶ πνεύματι ταπεινώσεως μὴ παραδόης ἡμᾶς εἰς τέλος, καὶ ἐξελοῦ ἡμᾶς κατὰ τὰ θαυμάσιά σου. Ἐπιτυγχάνει δὲ τῆς εὐχῆς, καὶ τῆς προσδοκίας οὐ καταισχύνεται· καὶ σώζεται μὲν συὺ τῷ Ἰωνᾷ, σώζεται δὲ μετὰ Ἱερεμίου καὶ Δανιὴλ, ὑφ' ἧς ἀσινεῖς ἐκεῖνοι δυνάμεως ἐν γαστρὶ κήτους, καὶ βορβόρου λάκκῳ, καὶ λεόντων φυλάττονται, καὶ αὐτὸς φυλαττόμενος. Ὦ πόσα Θεὸς λόγοις ἀρρήτοις οἰκονομίας καινοτομεῖ, καὶ δοξάζων τοὺς ἑαυτοῦ καὶ τοὺς ἀπίστους ἢ ἐντρέπων ἢ πρὸς ἑαυτὸν ἐκκαλούμενος! Ὦ πόσα μετατρέπει καὶ μετασκευάζει, σωτηρίαν ἐν ἀνθρώποις οἰκονομῶν! Πῦρ σβέννυσιν ἵστησιν ὕδατος ῥῦσιν, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν πυρὸς ἐνέργειαν εἰς τὴν τῶν ὑδάτων μεθίστησι, καὶ δύναμιν αὖ ὑδάτων εἰς τὴν τοῦ πυρὸς μεταμείβει, ὁπλοποιεῖ εἰς ἄμυναν ἐχθρῶν τὴν κτίσιν, ἀλλὰ καὶ μεταστοιχειοῖ, δεῖσαν τοὺς οἰκείους θαυμαστῶσαι θεράποντας· ὁ δὲ καὶ νῦν ποιεῖ.

eamdem intrepidus subit,

18 Ἤδη

A *& inde post triduum sanus educitur.*

18 Ἤδη μὲν γὰρ ὁ λάκκος ἐκλείπει, ἔνδοθεν ἔχων τὸν ἀθλητὴν, καὶ ἐσφραγίζεις, καὶ ὁ κατ' αὐτὸν δρόμος τέλος ἔχειν ὑπελαμβάνετο· καὶ τί γὰρ ἄλλο, τοῖς γε φύσεως ἀκολουθίαν μελοῦσι, θεοῦ δὲ μὴ λογιζομένοις ἰσχύν; Τρίτη λοιπὸν παρῆν ἡμέρα, καὶ ἦσαν οἱ τολμηταὶ τὸν τύραννον ἐκφορήσαντες ἀφανίζειν, καὶ εἴ τι τῶν ὀστῶν περιλείποι. Μή τισι καὶ τοῦτο, φησὶν, ὀπίσω εἰς ζῆλον εἴη τοῦ θεοῦ ἀθλεῖν. Παρῆσαν οἱ ἐπὶ τούτῳ, παρῆν καὶ ὄμιλος ἄλλος, ἐξεφόρουν, ἐξεκάθαιρον, ἔχοντες ἐν νῷ πᾶξαι καὶ τὸ λειπόμενον· καὶ τἀνικαῦτα τὸ μέγα θαῦμα καλάδηλον γίνεται. Ὀρθὸς ἵστατο, ἄνω βλέπων, ὡς ἐν εὐχομένου σχήματι, ἀσινὴς, τότε μᾶλλον ἢ πρότερον ἐξαστράπτων, κρείττονός τινος φύσεως ὄντα ἀνθρωπίνης ἄγαλμα, ὥσπερ εἰς τοῦτ' ἀναχωνεύσας, ἀλλ' οὐκ ἀφανίσας τὸ πυρὸς δεδεγμένον. Ἐπὶ γοῦν τοῦτο, τόσαι παρὰ τοῦ δήμου βοαὶ, θεὸν ἀνευφημούντων καὶ μέγαν καὶ μόνον ἀποκαλούντων τὸν Γεωργίου Χριστόν! τόσαι διὰ ταῦτα τῷ τυράννῳ πληγαί; ἃ λέγω τὰς μελὰ ταῦτα διαδεξαμένας, ἀλλ' ἐν τῷ παρόντι διὰ τὸν ἧττον ἰσχύοντα· τόσαι δυσθυμίαι καὶ κακώσεις ψυχῆς, ἑνὸς ἀνδρὸς τοσαῦτα φιλονεικοῦντι περιγενέσθαι, καὶ τοσαῦτα ἀπολυγχάνοντι;

B

CAP. III.

Inops consilii Dioletianus,

19 Δεινὸν μὲν γὰρ ἦν αὐτῷ, ἐπειδὴ καὶ ἀσωμήθης, τὸ μὴ πεῖσαι δυνηθῆναι, μὴ ὃ τὸ ἐκείνου γνώμης κρατῆσαι· δεινότερον δὲ, τὸ μὴ δὲ θανατῶσαι ἰσχύσαι, καὶ ταῦτα ἐν χερσὶν ἔχοντα, καὶ τῶν μεγίστων καθεκάστου ἐπὶ πολὺ ποιοῦντα κινδύνων. Ἀλλ' ὁπλοίκα καὶ τοὺς ἰδίους ἐλλιμένας πρὸς Χριστὸν μεταθεμένους ἑώρα, τί λέγεις; ἢ θανάτου τοῦτο πικρότερον ἀνδρὶ, τοσοῦτον πρὸς ζῆλον εἰδωλολατρίας ἐκκαομένῳ; Ἀγγέλλετο μηδὲν αὐτῷ μηδὲ ταύτῃ ἀνῦσαι τοῦ βάσανον, ἐκεῖνον περιεῖναι ὥσπερ χρυσὸν ἐκ πυρὸς, φαιδρότερον ἑαυτοῦ καὶ καλλίω γεγενημένον· τὰ πλήθη δὲ πατρίδα δόξης καλεύεσθαι· καὶ καθὲν τούτων, ὥσπερ οἱ βραντῆς ἤχῳ πληθόμενοι, ἐξίστατο καὶ εἶχε σιγῇ, καὶ ἀναφέρων οὐκ ἀπέστρεφε τὸν θυμὸν αὐτοῦ, ἀλλ' ὑφηλοῦ εἶχεν ἔτι τοῦ χεῖρα, καὶ πρὸς τιμωρίας ἐφώπλιζε. Καὶ μὴν τοι πάλαι ἑαυτῷ παρασήσας ἐκεῖνον, ἐβούλετο μὴν τοι εἰπεῖν, μὴ ἔχων δὲ ὅμως ὅθεν εὐλόγως, παντὸς αὐτὸν ὁπλελοιπότος δικαίου. Πρῶτα μὲν πρὸς ἐρωτήσεις, μηδὲν τὸ παράπαν προσηκούσας, ἐτρέπετο· Καὶ πῶς, φησι, τὰς τοιαύτας καὶ τηλικαύτας μαγγανείας ἔχεις μεμαθηκὼς, ἃς καὶ χρώμενος ἐκδιδράσκεις μὲν βασάνους ὁπόσας θεσμοὶ καὶ ἡμεῖς ὑπαγόμεθα, ἐξισᾶς δὲ καὶ τοὺς ἀφελεστέρους τοὺς δὲ καὶ παράγεις, Χριστόν τινα μόνον καταγγέλλων θεὸν, ἐπίκρυφιν Σαφῶς γοητείας τὸ πρόσφατον τοῦτο καὶ ἄπιθες εὑράμενος κήρυγμα. Εἰδ' ὡς ὑδὲν ἐκεῖνος, πρὸς ὃν ὑδὲ τὰ πράγματα διδάσκειν εἶχεν, ἠξίου δοῦναι ἀπόκρισιν αὐτόν· ἀπειλεῖ δ' ἑαυτῷ λήψεσθαι πεῖραν, εἰ μὴ μαγγανείαν ταύτα καὶ τερατείαν, ἔφη, ταῦτα· καὶ βάσανον βασάνῳ παραζευγνύει, καὶ Σιμωνιανὸν προσφέρει, τὸ κατὰ μίαν ὡς ἀνόητον ἀποδοκιμάσας. Ἀνῆπτε πῦρ, καὶ κρηπῖδας Σιδηρᾶς προσέφερε τῷ πυρί, τούτων ὡς ὁπομήκεις καὶ ὀξεῖς διήλαυνεν ἧλους, καὶ ταύταις παγίσιν ἤδη Σωσελεσθείσαις θανάτου προσῆγε τὸν Μάρτυρα. Καὶ ὃς πρὸς ταῦτα δὴ βλέπων, μὴ πεφρικὼς ὅ νῦν ἡμᾶς κἀκ μόνης πάσχομεν ἀκοῆς, καίπερ τοσοῦτον ἀφεστηκότες τοῦ πείρας, μὴ καταπλαγεὶς, μὴ τοῦ παῤῥησίας ἑαυτῷ μὴ τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑπὲρ εὐσεβείας μεμψάμενος λογισμῶν· ἀλλὰ παντὸς μᾶλλον προθύμου, ὡς εἶχεν ἐναρμοσάμενος, τυπτόμενος, ὠθιζόμενος, ἑλκόμενος, καταλαμβάνει τὸ δεσμωτήριον, ὃ δὴ τοῦ πρὸς Θεὸν ἐν πᾶσι τούτοις ὁπλελησμένου εὐχῆς. Ἐν γὰρ μόνῳ δὴ τούτῳ τῷ βλέπειν δηλαδὴ πρὸς μόνον ἀκίνητον, τῶν ἀπὸ τῶν ἀλγηδόνων ἕκαστον καὶ παρατροπὴν τοῦ φύσεως ἴσην, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀτάκτως Σαλευομένου, καὶ μὴ εἶναι κινδυνεύσαν ἐπανήγε. Τοῦτο Σαφῶς ἐνδεικνύμενος, ὅτι κἂν ὁ τύραννος, κἂν πάντες ἄνθρωποι περιγενέσθαι φιλονεικῶσιν, ἀπέραντα πονοῦντες ἀπελεχθήσονται, ῥᾳδίως γε βουλομένης τοῦ ἐκεῖθεν δυνάμεως.

PER GREG CYPRIUM EX MS.

iisq; indutum & illasum,

20 Τὰ μὲν δὴ καὶ τὸν Μάρτυρα ἕως εἶχε· δεινὰ μὲν τὰ τῶν βασάνων, καὶ πέρα δεινῶν, τίς γὰρ οὐκ ἂν εἴποι, καὶ ἀκοαῖς ἀφόρητα; μείζονα δὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου τὰ τῶν ἀντιλήψεων, ὡς μὴ δὲ κακώσεως ἴχνος μέλα τοῦ ἐπίσκεψιν μόνον· ἐπειδὴ εἰ μὴ μέγα ἐμοὶ καὶ ὕτω παρεξελάζειν, ἰσχύσει μόν τοι κακία, καὶ πάνυ πολὺ εἰς τὸ ἑαυτῆς· πῶς δὲ ὅμως τοσοῦτον, ὅσον ἀγαθωσύνης Θεός; Διοκλητιανὸς δὲ ὁ μέχρι τούτων ἔσχε, ὁδοῦ σπλαῦτα τὰς τιμωρίας ὡρίσατο, ἐπειδὴ καὶ πάντα μελήσει βασάνων εἴδη· ἀλλ' ὥσπερ οἱ σφᾶραν περιλῤῥέχοντες, ἀεὶ τοῦ περιφορὰν πληροῦντες τοῦ αὐτοῦ ποιοῦνται ἀρχὸν, ὕτω πως καὶ αὐτὸς, ὡς ὑδὲν ἦν αὐτῷ τι πλέον γεγενημένῳ, οὐκ ἀπέρρηκε κολάζων· ἀρξάμενος ἧ καὶ αὖθις ἐκ τῆς ἀρχαίας ἴης, ἀνομίᾳ προσοιθεὶς ἀνομίαν, καὶ ἅμασι μίσγων ἅμαλα. Ὡς γὰρ ἑνὸς τούτου μείζου τε καὶ ἀναγκαιοτάτου πάντων ἀγώνων τυγχάνοντος, τῶν ἄλλων ἑαυτὸν ἀποσήσας, καίτοι πολλῶν Σφοδρῶς ὀπτικειμένων καὶ πρὸς ἑαυτὰ μεθελκόντων, ὑ δημοσίας κτίσεων διοικήσεις, ὑ πολιτικὰς διορθώσεις, ὑ πολέμους εὖ διατιθέμενος, πρὸς μόνον τόνδε Σωιήθροισεν ἑαυτὸν, πάντα χαμὸν ἀναῦθα καταναλίσκων καὶ πᾶσαν ἐπίνοιαν.

rursum flagellari & torqueri.

21 Τοῦτο δ' ἦν ὅλον θεωρῆσαι τὸ Σωεχὲς ὁμοῦ καὶ ὀπλεταμένου τοῦ περὶ ταῦτα Σπουδῆς· ἡμέραν γὰρ ἐκείνῳ ὕτω παρέπεμψεν εἰς τὸ δεσμωτήριον, τῇ δὲ ὑπαγομένῃ, νυκτὸς ὡς ἔοικεν ἀνομίαν ἐπὶ τοῦ κοίτης αὐτοῦ διαλογισάμενος, εὐθὺς ὡς ἡμέρα διεφαίνετο, δημοσίᾳ παρεκαθεδεῖς, πολλοῖς ὁμοῦ τοῖς περιεστῶσιν ἐπὶ καλαλήψει τῶν συλλυγχανόντων καὶ δορυφορούμενος καὶ περιβλεπόμενος, παρεῖναι κελεύει. Ὁ δὲ παρὼν, ἀμφότερα ὡς ἐῤῥωμένου ποιούμενος, καὶ σάσιν ὁπλοίκα δεήσοι, καὶ κίνησιν ὅποι παρήκοι, μηδὲν Σωόλως ἐκ τῶν κρηπίδων ἀνάγκης παρεμποδιζόμενος, πρᾶγμα τοῦτο παρὰ πᾶσαν τότε προσδοκίαν φανέν· τίς γὰρ ἂν ὠήθη, ὁπόταν εἰ καὶ μὴ τέλεον ἀπέλιπε τὸν ζωὸν, ἀλλ' οὖν ὕτως ἑαυτῷ πολε χρήσασθαι δυνηθῆναι; Νυνὶ δὲ ἐκέχρητο, ὀπτικυρίᾳ Θεοῦ, πληγὼ πάντως προσῤῥίβοντος Διοκλητιανῷ, καὶ ὧν ἐπλούτεγκε μείζονα. Ἀλλ' ἐπειδή γε παρὼν, Ἆρα τί σοι, φησὶν, ἡδονὸν τινα καὶ χάριν ἐσχήκασιν αἱ κρηπῖδες; ἢ τί φῄς; καὶ τὸν .... b πῶς γὰρ ἂν ἡδονὸν, ὦ Βασιλεῦ φάναι, μεθ' ὧν ἐγὼ τοῦ πρὸς Θεὸν ἐσελλόμην;

C D E F b

cum iisdem crepidis ad tribunal adductus Georgius,

& contumaciæ atq; magicæ accusatus;

22 Τὸ δὲ δὴ θράσος, αἵ τε μαγγανεῖαι, τί φησι βύλονται; ἢ ὑ ταῖς μὲν χάρειν ἐρεῖς, τὸ δὲ καταβαλεῖς, ὀφὲ δὴ μαθὼν, ὅση μὲν ὄνησις Σωφροσύνης, ὅση δὲ θρασύτητος βλάβη; Καὶ ποῖον εἰπεῖν τὸ θράσος καλεῖς, ἢ τοῦ παῤῥησίαν; Ἴσως τῆς ἀληθείας; Τοῦ δὲ, ὑδεὶς ὕτως ὀνομάσας ἔχει ποτὲ, ὅτι μὴ διχαοσυνῶν, καὶ ἀνδρείαν, καὶ ὅτι κάλλιστον ἐν ἀρετῆς· τὸ γὰρ μὴ καθάπαξ ἀληθείας ἀφανιζομένης ἀνέχεσθαι ψεῦδος εἰς μέσον ἰέναι, παντὸς μάλιστα ἀρετὴ ἐστί, ὑδέποτε Γεώργιον τὸ ἑαυτοῦ μέρος καταβαλεῖν, ὑ δὲ τῇ πρὸς ταύτῃ ὀλιγωρίᾳ τὸν νομοθέτην τούτης ὑβρίζειν Θεὸν· δεῖ γὰρ, μᾶλλον δὲ πᾶσα ἀνάγκη,

constantiam in fide negat esse contumaciam

PER GRECYPRIUM EX MS.

θεῷ πειθαρχεῖν ἢ ἀνθρώποις. Ἀλλ' ἐπειδή γε ὁ τὸ δεύτερον μαγγανείας ἐμνήσθης, ἡ μὲν δὴ παροιμία ὁ νηπίοις καὶ ἀλιεῦσιν ἐκ πρώτης πληγῆς δίδωσιν οὖν· σὺ δ' ὡς ὤοιε καὶ μετὰ τίνων τάττειν ἑξῆς σαυτὸν, μετὰ μυρίαν πεῖραν τοῖς αὐτοῖς περιπίπτων προσκώμμασιν. Ἀκόων μὲν γὰρ λόγος περὶ ἀληθείας, ἔλεγχον τὸν διὰ τῶν πραγμάτων ὀπτζητεῖς· τοῦτον δ' ἤδη λαμβάνων, ὡς ἐπὶ μόνης διδασκάλης τὰς λόγους μεταπηδᾷς. Τίς λοιπὸν βοηθήσῃ τῇ Σωτειβῇ σοι; τίς σοι τῶν τοσαύτων φιλονεικίαν ἀποκρύψηται λόγον; Χρισὸν μὲν δή, Βασιλεῦ, τί λέγω Χρισὸν; Χρισῷ κλῆσιν, ὑ φέρουσι δαίμονες, δεδίασι δ' καὶ τρέμουσι, καὶ μόνον ἀκούσαντες ὡσεὶ καπνὸς ἐκλείπουσιν· ἃ δ' γοήτων ἐσὶν ἔργα δαιμόνων εἰσὶν ἀπάται, ὅσα δ' περὶ ἡμᾶς ἔγνως Συμβάντα Χρισὸς εἰργάσατο· τί τοίνυν αὐτῷ καὶ δαίμοσιν ἢ γόησι καὶ ἡμῖν; Πῶς ὑ θεομαχούτων ἀτεχνῶς ὄντι καὶ παρὰ παόντων ἀνθρώπων, ἐκείνοις ἀναισχύτως ὀπιφημίζειν τὸν καταργοῦσαν αὐτοὺς δύναμιν;

Ad confundendum Georgium adductus magus,

sed illius omni potentiæ,

B

23 Εἰδ' ὅτι σοι μεγάλα ταῦτα, διὰ τοῦ τόπου, καὶ δυσπαράδεκτα, εἴπερ ἐμμένεις ἔτι τῇ ἀπιστίᾳ, ἐν τῇ τοῦ κολάζειν γνώμῃ προσανέχεις καὶ τιμωρεῖν, καὶ μείζω τούτων ὄψει. Τί γὰρ ἀδύνατον τῷ τὰ μὴ ὄντα καλοῦντι; τί δὲ καὶ ἡμεῖς δειλιάσωμεν αὐτῷ δουλεύοντες; Τραύματα; Θανάτου; Ἀλλ' ἰᾶται πολλῇ τῇ περιουσίᾳ, ἀλλ' ἀνάγει μὲν ἐξ ἅδου, καὶ ζωὴν ἀμώνιον δίδωσιν. Εἶτα καὶ ποῖον ἡμῖν ἄφελος θάνατον, μὴ παραχωρουῦτος ἐκείνου; καὶ διὰ τίνος γινόμενος, ὑ σὺ προσφέρεις πολλάκις; Οὐ ξεσμοὺς ὑπεμείναμεν; ὑ βάρη λίθου; ὑ τροχόν; ὑ ξίφη; ὑ πῦρ; καὶ γὰρ ταῦτα πάντα θάνατοι. Ἀλλὰ διὰ Χρισὸν καὶ ἀπεκρυσάμεθα, καὶ νενικήκαμεν· ὥτω διὰ πάντων ἀσφαλὲς ἡμῖν τὸ σέβας, καὶ βεβαία ἡ ἐλπὶς ἀποδέδεικται. Ἀλλ' οὐκ ἀπόχρη θι ταῦτα· βραχὺς ὁ λόγος. Προσάγαγε τῷ πυρὶ τὸν χρυσὸν, καὶ ἴδοις πάλιν χρυσὸν· προσάγαγε καὶ αὖθις καὶ πολλάκις ἡμᾶς ταῖς βασάνοις, καὶ ἴδοις πάλιν τὰ Χρισιανῶν ὁπόσον γοητειῶν καὶ δαιμονίων ἔργων διώκισαι.

os contunditur

24 Ταῦτα ὁ μὲν ἔγνεκεν· ὁ δὲ, ἐπειδὴ κατὰ τὸ γεγραμμένον ἀλήθεια οὐκ ἦν ἐν αὐτῷ καὶ ἐπίγνωσιν ἀπώσατο, ὥτε τῷ ἰσχυῷ τῶν λόγων ὑφίσαται, ὑ δὲ ὀφθαλμὸς ἀδενὴς ἡλιακῶν ἀκτίνων ὀπτβολεῖ· καὶ πολὺ πλέον ἐκκαεὶς τῷ καρδίαν, διανίσαται πρὸς ὀργάς. Καὶ πρῶτα μὲν ὡς ἂν μὴ τὰς κολάσεις ἀναιτίως ὑπομένειν δοκοίη, θρασυτομίας ἔγκλημα ἦν αὐτῷ, ὥτω τὸ μὴ θωπευτικῶς τῷ ἀληθείαν Συσκιάζειν καλοῦντι αὐτῷ. Εἶτα, ἐτύπτετο κατὰ τὸ σόματος· ἔτα ἀνηρῆτο, ἐπὶ τὰ προοίμια τῶν κολάσεων ἀνελκυθὼς· ἔτα ἠκίζετο καὶ βοιωτεύοις ἐξαίνετο. Ἔρρεον δ' αἵματα καλὰ γῆς, καὶ σάρκες Σῳ τύτοις ἐφέροντο, καὶ τὸ δὴ χαριέσατον, ὡς ἂν τοῖς τοιύτοις, ὁ μὲν ἔπασχεν, ὁ δὲ ἐδυσφόρει, ἀνάλγητον ἐκεῖνον καλανοῶν· ὁ μὲν Σεμνὸς ἦν, φαιδρὸς καὶ ἡδὺς, τὰ τῶν εὐχαρίσων ὡς ἐπὶ μεγίσαις εὐεργεσίαις πρὸς Θεὸν καὶ λέγων καὶ δεικνύμενος· ὁ δὲ σκυθρωπὸς καὶ καλώδιος, ὥσπερ ἐκεῖθεν εἰς αὐτὸν τῶν τραυμάτων διαβαινόντων, καὶ τὸ τῶν μαινομένων πάθος αὐτῷ χαλεπώτερον περιέσατο. Οἱ μὲν γὰρ ἑαυτῶν ἀπόμενοι, ἑτέρους καλεδίειν νομίζουσιν· ὁ δὲ Σαφῶς ἀλλοτρίας κατεργαζόμενος Σάρκας, ἑαυτὸν δεινὰ πάσχοντος ἠδάνελο· ὥσε καὶ ἀμηχανῶν ἐκ τύτου καὶ ἐξαπορούμενος τὸ τῶν κωμῶν ἔπασχεν, ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμελον ἀνέστρεφε, καὶ γοητείαν πάλιν ὠνόμαζε τὸ πρᾶγμα, ὅκοιων ψυχῆς γενναιότητα, ὑ δὲ καρτερίαν, ὑ δὲ θείας ἔργον δυνάμεως, καὶ πάλιν εἰς μαγικὴν κακοτεχνίαν διέβαλλε.

25 Καὶ σὺκ ἂν ἐπαύσαλο ταῦτα κεκραγώς τε καὶ διατεινόμενος, εἰ μὴ μελαχληθεὶς ἄνθρωπος μαγικῶν εἰς ἄκρον ἐξήσκημένος, λῆρον ταῦτα βοῶντα καὶ Συκοφάντην ἀπήλεγχεν, σὺκ ἐπὶ τύτῳ κληθεὶς ὑ δὲ παραγενόμενος· ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ Βαλαὰμ τρόπον τινὰ κάντα ἐπεφύκει Σωέβαινε, μελεπέμφθη ὁ ἄρα τῷ τῶν Μωαβιτῶν Βασιλεῖ καλαρασόμενος τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ· ὁ Σπεύδων ἦν ἐπὶ τύτῳ, ἀλλ' ἄν τις ἀνικρύψασα δυνάμις, ἀντὶ καταρωμένου εὐλογοῦντα ἐδείκνυεν. Ὡς ὁ καὶ γόης ἦκων μάγος ἐλέγχων Γεώργιον, καὶ καθαρήσων δῆθεν τὰς μαγγανείας, παντοίαν τε φέρων ἐπὶ τῷδε Σπυδὴν, ὅμως τἀναντίον ἐποίει, ἄνθρωπον αὐτὸν ἀπεδείκνυ θεία Σαφῶς χειρὶ κυβερνώμενον, παρὰ τοσύτον ὑ δίκαιον γοητείας ἔγκλημα φέρεσθαι, παρ' ὅσον καὶ τῶν τῷ Σκότει προσόντων αἰτιαμάτων σὺκ ἂν δικαίως κληρονομήσῃ τὸ φῶς· ἐδείκνυ δὲ, ὑ λόγοις ἀντίκρυς ταῦτα βοῶν (ἃ καὶ τύτο τῷ μὲν ταῦτα Σωέβαινεν) ἔργοις δὲ, ὃ καὶ τῶν λόγων πολὺ ἰσχυρότερον.

D

CAP. IV.

Ad confundendum Georgium adductus magus,

26 Ἤδη μὲν γὰρ ἦκεν οὕτος, καὶ ἀγώνισμα μὲν αὐτῷ προείλετο, πεῖσαι τὸν Μάρτυρα δωρηδῶναι ἢ ἀποκλεῖναι· πεῖσαι μὲν θεοῖς τῶν Ἑλλήνων αντὶ Χρισῷ προσελθεῖν, ἀποκλεῖναι δὲ μὴ πείσανλα, ὡς ἂν μὴ καὶ τοῖς ἄλλοις τὸ κατ' αὐτὸν βλασφημίας, φησὶ, καὶ ἀπειθείας παράδειγμα γένοιτο. Ἅθλων δὲ τούτων τελεσμένων, δωρεαὶ κατηγγέλλοντο, καὶ χάριτες, καὶ τιμαὶ, καὶ ὅσα πρὸς Βασιλέως διδόμενα ψευδῶς μαχαίρᾳ τοὺς δεχομένους ποεῖ· ἃ δεῖ καὶ ὑποσὰς δράσειν ἐκεῖνος, καὶ ὡς εἴ τι ἕτερον ῥαδίως, αὐτὸς μὲν ὀπτζητήσεις δειλητηρίων καὶ Σκευασίας ἐτρέπελο, εἰς νέωτα τὸν τέχνης ἔλεγχον δώσειν ἐπαγγειλάμενος, ὁ δ' ἀνεχώρει, διελύετο δ' ὁ Σύλλογος, τὸν δ' καὶ πάλιν εἶχεν τὸ δεσμωτήριον. Ἀλλ' ἦκεν ἡ προθεσμία, καὶ πάντες αὐτίκα παρῆσαν· παρῆν ὁ φαρμακὸς ἐπὶ δυσὶ σωμάτων εἴδεσι γαυριῶν, ὡς τὸ πᾶν εὐθὺς τότε τῷ ἀγῶνος περιγραφόμενος· παρῆν ὁ Μάρτυς, ἀποδανούμενος κατ' αὐτοὺς εἰπεῖν· Διοκλητιανὸς εὔελπις διὰ ταῦτα παρῆν, καὶ ὁ δῆμος, μεμέωροι πάντες τῶν τῷδε ὁμοίαν ἕξει ἀπεκδεχόμενοι τελευτήν. Ἔνθεν τοι, τὸ μὲν αὐτῷ προσήγετο φάρμακον ἦν δ' ἵνα πιὼν, ἐκφρων γενόμενος, ἑαυτὸν ὀπτρέψῃ ἄγειν τε καὶ φέρειν, ὅποι τίς βύλεται· τὸ δ', Σκεῦος ὑπάρχον θανάτου, δευτέρα πύσις ἐταμιεύετο. Ἀλλ' ὥτε ἐκεῖνο ἐξίσα ποδὴν, καὶ τὸ θανάσιμον μέχρι πιεῖν θανάσιμον ἦν, ἐπεὶ δ' ἐπέπολο, ἐψεύσατο τῶν προσηγορίαν, ὧδὲν μᾶλλον εἰς ἐκεῖνον ἢ τοὺς μὴ πιόντας συργικός· ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, ἀμφότερα ἐκάσιν καὶ ἀφωνίαν εἰργάσατο, σὺκ εἰς τοὺς προσηκαμένους καὶ γευσαμένους, τοὺς δ' προσενεγκόνλας καὶ γεύσασθαι πείσανλας. Ἐξίσαλο μὲν γὰρ παραχρῆμα ὃς ἐσκεύασε μάγος, καὶ σύνεδος ἦν· ἐξίσαλο Διοκλητιανὸς καὶ διεπορεῖτο· ὑ δ' ὁ δῆμος ἄρα καὶ οἱ παρόντες τ Συγκλήτου βυλῆς ἐκτὸς ἦσαν θαύματος καὶ ἐκπλήξεως.

E

duplici venefício frustra applicito,

F

27 Τοῦτο μὲν οὖν ὥτως εἶχε· καὶ τὸ μέχρι τύτου, ὀξὺς ἦν ὁ Διοκλητιανὸς τῷ διὰ τῶν βασάνων κατ' ἐκεῖνα χωρῶν· τὰς γὰρ ἁπάσας αὐτῷ κολάσεις λύσης ὑπερβολὴ, ὥς τινα μίαν ὑπλώεγκε, μὴ δ' ὧδε ἀναπνεῦσαι τῇ Σωεχείᾳ· ἐπεὶ δ' τὰς ἑαυτοῦ ῥομφαίας εἰς τέλος ἐκλελοιπάς ἑώρα, τά τε βέλη Σωτελεσμένα, καί τι γενόμενον αὐτῷ πλέον ὑδὲν, ἢ ὅσον πρὸς ἀνδριάνλα ἢ σκιὰν τῷ ἐκείνου καθησαμένῳ τῷ μάχλῳ, ὥσπερ ἐκείνῳ ἀπαγορεύσας, ἄλλῳ τρέπελαι· καὶ ὑ δ' νεῷ ἀποθέμενος τὸ θηριῶδες τοῦ τρόπου καὶ μανικὸν, πανύργως δέ πως αὐτὸ καὶ κακοήθως Συσείλας. Διελὼν γὰρ παρ' ἑαυτῷ, ὡς εἰ μελά

Diocletianum à tormentis ad blanditias versum,

C

A μετά τινός τις τοῖς γενναιοτέροις προσφέροιτο χαλεπότητος, τοῦτ' αὐτοῖς αὐθάδειαν ἀπεργάζεσθαι, εἴκειν βίᾳ μεγαλοφυΐᾳ ψυχῆς μὴ καταδεχομένοις· ἂν δ' ἄρα τινὶ πρᾳότητι καὶ ἐπιεικείᾳ τοὺς λόγους κεράννυσι τέγγοντας ἤδη, τότε καὶ ὑπείκουσι (καὶ γὰρ καὶ Σίδηρος ἐλαίῳ, τρόπον τινὰ ὁ Σκληρότατος τῷ μαλθακωτάτῳ, λεαίνεται) τί ποιεῖ; Ἀναλαμβάνει τι προσωπεῖον ἐπιεικείας, καὶ πρὸς τὸ μειλίχιον καὶ προσηνὲς ἐκ τοῦ ἄγαν αὐστηροῦ μεθαρμόζεται. Ταύτητοι καὶ ἡμερώτερον τοῦ Συνήθους ἐμβλέψας ἐκείνῳ, καθυφείς τε καὶ τὴν ἀγριότητα τῆς φωνῆς, Σύ φησιν, ἄνθρωπε, ἀπορίαις Συμπλέκων ἀπορίας, εἰς ἀμηχανίας ἡμας τὰς ἐσχάτας ἐμβάλλεις· ἀλλὰ μέχρι τίνος ἔσται ταῦτα; καὶ πότε παύσεται; ἢ διὰ παντὸς κάμνειν ἡμᾶς δεῖ, πράγματα ἐξ ἀγνοίας ἔχοντας, καὶ σὶ ἑτέρωθεν προξενοῦντας; Δίδαξον τίς ἡ Συνοῦσα σοι δύναμις, δι' ἧς ἔχεις τοὺς τοσούτους καὶ τηλικούτους κινδύνους ἐκπεφευγὼς, δίδαξον νῦν γοῦν, εἰ καὶ μὴ πρότερον· καὶ ἀπάλλαξον μὲν ἐκ τοῦ [θάμβους] εὐθέως ἡμᾶς, ἀπάλλαξον δὲ καὶ Σαυτὸν θορύβου καὶ ταραχῆς. Ἢ τάχα πρὸς ὀργὴν οἴει ἀκουσομένους ἡμᾶς, καί σοι δυσχερανοῦντας τὴν ἀλήθειαν διεξιόντι; Τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔσται, μὴ τοῦτο νομίσης· ἀλλ' ἀνεξικάκως μὲν ὡς ἔνι μάλιστα καὶ ἱλαρῶς ἀκουσόμεθα· χαριούμεθα δέ σοι καὶ τὰ εἰκότα, μόλις ἡμᾶς τῆς μακρᾶς ποτε ἀπαγαγόντι περιπλανήσεως.

& ad interrogationes similes prioribus.

B

28 Ταῦτα δὲ ἄλλως ἐφθέγγετο, οὐκ ἀλήθειαν ἐρευνόμενος· πάλαι γὰρ αὐτῷ δῆλον ἦν, μυριάκις πρὸς τοῦ Μάρτυρος εἰρημένον, ὡς ἡ Χριστοῦ δύναμις Συνοῦσα τοῖς Θεὸν ὁμολογοῦσιν αὐτὸν, τοῦτο μὲν ἰσχυροὺς κατὰ παντὸς κινδύνου ποιεῖται, τοῦτο δὲ καὶ Σημείων αὐτουργοὺς καὶ παντοίων θαυμάτων πρὸς τὴν τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας ἀπόδειξιν. Ἀλλ' ἦν πρόφασις τοῦτο καὶ κολακεία, ἢ ὁδὸς εἰπεῖν οἰκειότερον κατὰ τῆς ἐκείνου γνώμης, εἴ πως ἠδυνθεὶς λόγοις, ταύτῃ παρασυρείη ἱλαρῶς αὐτῷ προσενεχθέντα ἀνθιλαρῆναι φιλοτιμήσασθαι· ὅμως ἐλάνθανεν ἑαυτὸν ἀπατῶν, λόγοις, οἷς ἀνθράποδα κηλοῦνται, τῷ μεγάλῳ τῆς ἀληθείας προσφέρων ἀγωνιστῇ· πῶς γὰρ ἔδει τὴν ἐκείνου σοφίαν ἡττηθῆναι τοιούτου; πῶς δὲ τὸν τοσοῦτον ὑπὲρ εὐσεβείας ζῆλον ἄλλο τι παραχωρῆσαι, ἢ ὅσα ὑπὲρ εὐσεβείας ἔχεται, καὶ διανοηθῆναι καὶ φθέγξασθαι; τὸν δ' ὑπὲρ Χριστοῦ τοῦ μόνου καλοῦ οὕτως ἐκείνου φλέγοντα τὴν ψυχὴν ἔρωτα, πῶς ἦν εἰκὸς ἑτέρου τινὸς ἐπιθυμίᾳ τῶν κάτω δοῦναι παρείσδυσιν. Οὔτε γάρ ποτε ζῶα τὴν πυρὸς χῶραν παρ' ἑαυτοῖς τρέφειν οἷόν τε, ἤ τι ἕτερον δέχεσθαι τῶν κάτω τε καὶ γηΐνων· οὔτε τὴν ἐκείνου ψυχὴν, πρυτανεῖον θείου γεγενημένην πυρὸς, λογισμόν τινα προΐεσθαι, βλέπειν ὅτῳ δήποτε τρόπῳ εἰσηγούμενον πρὸς τὴν ὕλην. Δῆλον δὲ τοῦτο, οἷς τε εἰργάζετο, οἷς τε ἐκαρτέρει, καὶ οἷς τό τε πρὸς τὸν τύραννον ἔλεγεν.

Georgius ad omnia invictus

C

29 Ἦ που σύ φησι, Βασιλεῦ, καινότερα τῶν πρότριτα καὶ χθὲς εἰρημένων ἀκούσεσθαι προσδοκῶν, τὴν αὐτὴν ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν προτείνεις ἐρώτησιν; Οὐ μὴν καὶ ἀκούσῃ, εἴπερ εἷς ἐστιν ὁ τῆς ἀληθείας ὁ λόγος καὶ ἁπλοῦς καὶ Σύντομος καὶ Σαφὴς, εἴπερ καὶ ἡμεῖς τοῦ παντὸς τιμᾷν ἴσμεν ἀλήθειαν καὶ οὐ παρὰ μέλος φθεγγόμεθα, οὐδὲ νῦν μὲν ταῦτα τοῖς πυνθανομένοις φαμὲν, τῷ μεθαρμόζεσθαι πρὸς ἐκείνους τὰ ὄντα παραχαράττοντες. Εἰ δ' ὅτι αὐτὸς ἐρωτᾷς, τί τοῦτο διοίσει τοῖς μίαν αὐτὴν τὸν ἀεὶ πρεσβεύουσι χρόνον, καὶ κοινὴν εἰδόσι πρὸς ἅπαντας, ὥστε πείθειν μεταβάλλειν αὐτὴν; Οὐδὲν πάντως, οὔκουν, οὐ δὲ μεταβαλλοῦμεν. Ἀλλ' εἴπερ ὄντως τῆς ἀληθείας λέγεις ἐρᾷν, ἰδού σοι παρ' ἡμῶν ἀληθείας ῥήματα, καὶ πάλιν σοι καὶ πολλάκις τὸν αὐτὸν λόγον ἐροῦμεν· Χριστὸς ἡμᾶς ἐνισχύει, Χριστὸς ἡμᾶς ῥύεται, Χριστὸς δι' ἡμῶν Σημεῖα ἐργάζεται. Εἰ δέ τινα πίστιν ἐκ τῶν ἔργων ζητεῖς, ἤδη μὲν καὶ πρότερον εἴληφας, οὐμὴν ἀλλὰ καὶ αὖθις λαβεῖν ἔξεστιν· οἱ δὲ γὰρ αὐτοὶ ἡμεῖς ἕτοιμοί σοι πάντα παθεῖν· καὶ πάλιν ἐπὶ ἔργα χώρει, καὶ χρῶ ταῖς χερσὶ, καὶ φείδου μηδὲν, ἵνα καὶ πάλιν γνῶς, ὅτι μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, διασκεδάζων τὴν καθ' ἡμῶν ὑμετέραν βουλήν.

simili responso confutat:

PER GREG CYPRIUM EX MS.

& offerens virtutem Christi probare miraculis,

30 Ταῦτα δὲ εἰρηκότος αὐτοῦ, οὐκ ἦν ἐκεῖνος σοφὸς ὥστε Συνιέναι, οὐ δὲ ἐκζητῶν τὸν Θεὸν, ἄνθρωπος ἦν ἀπολωλεκὼς βουλὴν, ἐπιστήμην Θεοῦ οὔτε ἔχων οὔτε δεχόμενος. Διὰ τοῦτο καὶ μιμεῖται τοὺς πάλαι Ἰουδαίων παῖδας· ἔβλεπον μὲν γὰρ ἐκεῖνοι παρ' ἑαυτοῖς, ἤκουον παρ' ἑτέροις Χριστὸν θαύματα ἐκτελοῦντα, Σημεῖα, δυνάμεις· καὶ ὡς μηδὲν εἰδόντες, μηδ' ἀκηκοότες, τὰ αὐτὰ ζητοῦντες προσήρχοντο. Ἐμβρόντητοι, ἄρτι βλέπετε, χθὲς ἑωράκατε, πρὸ τῆς χθὲς καὶ ἐπέκεινα ὡσαύτως ἴδετε, εἶτα εἰς τὰς αὐτὰς ἀποτελευτῶντες ἀπορίας ἥκετε; Τούτους δὴ μιμούμενος καὶ αὐτὸς, ἀπόδειξιν τῆς Χριστοῦ δυνάμεως πολλάκις λαβὼν, καὶ πάλιν ζητεῖ· ζητεῖ μὲν οὖν, οὐχ ὅπως εἰληφὼς καλευθύνοι τὴν καρδίαν ἑαυτοῦ, καὶ πιστὸς γένηται (ἦ γὰρ πάλαι λαβὼν ἐγεγόνει; ἦ γὰρ πάλαι καλεύθυνε;) ἐκπειράζων δὲ μόνον αἰτεῖ, ὅτι καὶ κατ' ἐκείνους γενεά τις ἦν Σκολιὰ καὶ παραπικραίνουσα, πνεῦμα πορευόμενον καὶ οὐκ ἐπιστρέφον.

ab incredulo tyranno

E

31 Ἔνθεν τοι καὶ παριδὼν μὲν τ' ἄλλα ὁπόσα θαυμάτων εἴδη, ἀναδραμὼν δὲ πρὸς αὐτὸ τὸ μέγιστον τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν, τοῦτ' αὐτὸ οὔκουν ἕτερον ἐνεργηθῆναι κελεύει, ὡς τὴν παλινζωΐαν, κἂν ἐφ' ἑνί τινι τῶν πάλαι τεθνηκότων ἴδη τετελεσμένην, ἀποχρῶν ἡγεῖσθαι μαρτύριον τῆς ἐπὶ πᾶσι δυνάμεως Χριστοῦ καὶ θεότητος· ἀγνοῶν ὡς οὐ λυσιτελῶς ἑαυτῷ τὴν πεῖραν ταύτην μετέρχεται, αὐτίκα τοῦ θαύματος καὶ τελεσθησομένου καὶ πάσης αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἀθυμίας πληρώσοντος. Ὁ γὰρ ἐκεῖνα τὰ πρώην τερατουργήσας περὶ τὸν Μάρτυρα, οὐ δὲ περὶ τοῦτο πάντως ἀδύνατος ἔσται· κἂν οὐχ οὕτως ἐλογίζετο Διοκλητιανὸς, οὐδὲ ἑαυτὸν ἔπειθε, τῷ ἀδυνάτῳ τοῦ ἐπιτάγματος πεποιθώς. Ὅθεν καὶ λάρνακα ἐπεδείκνυ, καὶ πολυετῆ νεκρὸν κατήγγειλεν ἐν αὐτῇ, καὶ ἀνεγείρειν κελεύει. Ἴθι, λέγων, ζῶντα τόνδε, κινούμενον, αἰσθανόμενον, τ' ἄλλα δείκνυε πράττοντα καθ' ἡμᾶς, καὶ ἄπιθι πείσας ἡμᾶς, μηδὲν σοι τοῦ λοιποῦ περὶ τῶν ἄλλων ἔχοντας ἀμφιβάλλειν, τοῦ μείζονος ἤδη γεγενημένου· ἢ τίς ἂν ἔτι περιεργάζεσθαι βούλοιτο καὶ πολυπραγμονεῖν, τοσοῦτον ἔχων ἐξ ἐναντίας ἱστάμενον ἔλεγχον; Οὕτως ἔλεγε· τὰ δ' ἐντεῦθεν τίς ἂν ἀξίως ἐρεῖ; μᾶλλον δὲ τίς εἰκότως θαυμάσεται· οὐ δὲ γὰρ τοῦτο ῥᾴδιον, τῆς διανοίας μὴ χωρούσης τὸ τοῦ πράγματος μέγεθος.

jubetur mortuum suscitare:

F

32 Εἶθεν εἰς οὐρανοὺς σὺν τοῖς νοεροῖς ὀφθαλμοῖς ἀνέτεινε τοὺς τοῦ Σώματος, καὶ ὁμοῦ μὲν εἰς ἐπήκοον τὰ τοῦ Θεοῦ μεγαλεῖα ἐκθειάσας τε καὶ ὑμνήσας, ὁμοῦ δὲ καὶ τῶν αὐτοῦ τεραστίων αὐτὸν ἀναμνήσας, καὶ μάλιστα τοῦ κατὰ θανάτου τροπαίου καὶ τῆς ἐκεῖθεν τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως, δεῖται καὶ τοῦ προκειμένου τοῦδε τὴν τελείωσιν ἐπινεῦσαι· καὶ γὰρ εἶχε θαῤῥεῖν τὰ τοιαῦτα τῶν αἰτημάτων καὶ λαμβάνειν ἐλπίζειν· τοῦτο μὲν ὅτι καὶ πίστιν εἶχεν, ὄρη μεθισταμένην ἰσχύουσαν· τοῦτο δὲ κἀκ τῶν ὑπὲρ ἐκείνου κινδύνων καὶ τῆς ἀψευδοῦς ὑποσχέσεως, πάντα τοῖς οἰκείοις βεβαίως ἐπαγγελλομένης, ὅσα ἂν αἰτήσησθε, λήψεσθε. Καὶ δὴ, τῆς ἱκεσίας

quo facto

οὕτως

PER GREG CYPRIUM EX MS.

ὕτως καθαρῶς περιεχούσης, ἐπινεύει Θεὸς· καὶ ῥήγνυταί τις ἄνωθεν ἦχος μέγας, οἷον οὐκ ἂν ῥᾳδίως προσίοιτο ἀκοὴ, καὶ πάντας ἐξέπληξε τῷ στερρῷ τῆς ἠχοῦς· καί τις ἀόρατος ἐπὶ τούτῳ δύναμις αἴρει τὸ κάλυμμα τῆς Σροῦ, καὶ ἐπὶ τούτῳ τοῖς ξηροῖς ὀστέοις δίδοται πνεῦμα ζωῆς. Ἐπὶ δὲ τούτῳ, ταχὺς ἀνίσταται ὁ νεκρὸς· καὶ ἐπὶ τούτῳ, βοὴ παντὸς ἦν τοῦ δήμου, μεγαλυνόντων, εὐφημούντων, δοξαζόντων, Χριστὸν ἀληθινὸν Θεὸν ὁμολογούντων· ἐξῆρχε τῆς ὁμολογίας ταύτης ὁ ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, ἐκήρυττε πάντων ἀκουόντων, τὰ τῶν Ἀποστόλων ἐφθέγγετο, καὶ νῦν μὲν προτρέπων εἰς Χριστὸν, νῦν δὲ τῶν εἰδώλων ἀπάγων, αὐτὸν ἠξίου δέχεσθαι Μάρτυρα δι' ἀποθέσεως τοῦ Σωματικοῦ ζόφου, ὅσον ἐν Χριστῷ τὸ κέρδος καταμαθόντα, ὅσος ἐν δεισιδαιμονίᾳ ὁ κίνδυνος, πυρὸς ἀτελευτήτου, καὶ Σκότους καὶ Σκώληκος, καὶ παντὸς εἴδους κακοῦ διαδέχεσθαι μέλλοντος τοὺς προσανέχοντας δαίμοσι.

& qui resurrexerat Christum confitente,

plurimi convertuntur,

33 Τοῦτο τὸ θαῦμα ἀκοαῖς μὲν ἀπίστων οἶδ' ὅτι δυσπαράδεκτον, οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς τῶν καλῶν ἀξιόπιστον· εὐσεβέσι δὲ καὶ λίαν ὁμολογούμενον. Εἰ γὰρ ἀψευδὴς Χριστὸς, ὁ ἐπαγγειλάμενος, καὶ ὧν αὐτὸς Σημείων ἐργάζεται μείζονα ποιήσειν τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, Χριστὸς δὲ μυρίων αὐτουργὸς τοιούτων· τίς ἄρα ποτὲ τῶν τῆς ποίμνης Χριστοῦ ἀμφιβαλεῖ περὶ τούτου, ἀκούων μὲν Ἠλίαν καὶ Ἐλισσαῖον τὸ πρότερον, ἀκούων δὲ καὶ τοὺς Χριστοῦ μαθητὰς ὕστερον τοιαῦτα ἐνηργηκότας; Τοῦτο καὶ αὐτοὶ δήπουθεν ἕλληνες, πολλὰ περὶ τῶν Σφετέρων δαιμόνων τε καὶ θεῶν ὡς δύνανται ληροῦντες, ὅμως κρεῖττον ὁμολογοῦσι τῆς ἐκείνων δυνάμεως· τοῦτο καὶ τοῖς πλήθεσιν ἰσχυρότερον πάντων τῶν ἄλλων δόξαν, καὶ ἰσχυρότερον ἁψάμενον, ὀξύτερον τοὺς πλείστους μεθείλκυσεν εἰς Χριστὸν, κατὰ δήμους πεῖσαν αὐτῷ προσιέναι, καὶ οὐ κατ' ἀριθμόν τινα γνώριμον, οἷς δὴ παρὰ χρῆμα καὶ τῶν μεγάλων τῆς ὁμολογίας ταύτης μισθῶν ἀρραβῶνες ἐφοίτων. Τίς γὰρ ἂν ἀριθμοίει τὰ ἐπὶ τούτοις θαύματα, ὅσων τε νοσημάτων χρονίων λύσις ὑπῆρχεν, ὅσων τε χειρῶν παρειμένων ἰσχὺς καὶ κατὰ φύσιν ἐνέργεια; ὡς βλέποντες ἦσαν τυφλοὶ, ἐκ τοῦ βλέπειν πρὸς τὸν νοητὸν ὀφθαλμόν; ὡς χωλοὶ τοὺς πόδας ἐρρώνυντο; ὡς πᾶν εἶδος νοσήματος ἐδραπετεύετο; κἂν τὴν τῶν δαιμόνων εἴπῃς ἐπήρειαν, οὐδ' αὐτὴ τότε τοῦ μὴ ἐκ ποδὼν γενέσθαι ὑπέμεινεν, εἰ μόνον τις τῇ πίστει προσήρχετο.

B

sequentibus eorum fidem miraculis,

C

34 Ἀλλὰ τὸ Γλυκερίου πῶς ἄν τις παρέλθῃ θαῦμα; Γεωργὸς ἦν οὗτος, καὶ περὶ γῆν τὸν ἀεὶ χρόνον ἔχων, καί γε ἀροτριῶν ἐν βοῦσι· καὶ ὁ θατέρου τῶν βοῶν ὑπὸ ζυγὸν ὠλισθηκότος καὶ τεθνηκότος, οὐκ ἀθέατος ὢν τῶν τότε θαυμάτων, ἧκε δρομαῖος, ἐξαγγέλλει τὸ πάθος, καὶ ἀναβιῶναι τὸ κτῆνος αἰτεῖ. Τυχὼν οὖν ὡς ᾔτησε, καὶ πολὺς ὢν τὴν εὐγνωμοσύνην, ὡς καὶ πάντα λόγον αὐτῷ, ἰδία, δημοσία, ἄνω, κάτω, Χριστὸν εὐφημούμενον ἔχειν καὶ τὰ Χριστοῦ θαύματα, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀφαιρεῖται, οὕτω τοῦ τυράννου προστάξαντος, καὶ Μάρτυς πρὸς Χριστὸν παραγίνεται. Δεύτερος τούτῳ προστίθεται ὁ ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, ὁρώμενος ὁμοῦ καὶ φθεγγόμενος, διδάσκαλος εὐσεβείας γενόμενος. Καὶ τρίτος τὴν αὐτὴν ἄπεισι τοῦ μαρτυρίου ὁδὸν, ὁ χθὲς καὶ πρότιστα μάγος, νυνὶ δὲ κήρυξ Χριστοῦ, αὐτομολήσας τῇ πίστει, καὶ τὴν τῶν δαιμόνων ὡς ἀπολλύουσαν ἀτιμάσας θρησκείαν. Καὶ ἃ μὲν οὖν γέγονε, οὗ περὶ τὸν νεκρὸν τεραστίου προβεβηκότος, τὰ μὲν εἴρηται, τὰ δὲ παρῆκεν ὁ λόγος, τὸ μῆκος ὑφορώμενος· ἃ δὲ ἦν μετὰ ταῦτα καὶ ἀναγκαῖον εἰπεῖν.

inter quos Glycerius, una cum mago & suscitato Martyr effectus.

D

CAP. V.

35 Ὁρῶν ὁ Διοκλητιανὸς τὸν Χριστιανισμὸν εἰς πυρσὸν ἀναφθέντα ἤδη, ὡς ἐκ Σπινθῆρος τοῦ Μάρτυρος ἀρξάμενον, καὶ πολλῶν μὲν ἐπιλαβόμενον, πολλῶν δὲ μέλλοντα, κἂν μή τις φθάσῃ κατασχὼν· ταχέως ἂν ἐπελθεῖν κἀκεῖνα, καὶ δυσχερέστατον ἔσεσθαι τοῖς ἀπείργειν βουλομένοις· τοῦτο δὴ ὁρῶν, τὸ μὲν ἐκποδὼν ποιῆσαι εἴπερ τι ἕτερον, προθύμως ἦν, ὑπόπτευε δὲ ὅμως τὴν διαμαρτίαν καὶ κατορρώδει, δειλὸς πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν ἐκ πρώτης πείρας γενόμενος· τὸ δ' αὖ ἄνετον ἐάσας περινοστεῖν, οὔτ' ἔφερε (πῶς γὰρ; Διοκλητιανός γε ὢν, καὶ ζημίαν ἑαυτῷ ἄλλως ἔσεσθαι καταφρονουμένων εἰδόλων) διὰ τοῦτό γε δή που καὶ μέσην βαδίσας, δεσμωτηρίῳ καθείργνυσι· τάτε θαύματα ἐπισχεῖν ἐκ τούτου διανοούμενος, μηδενὸς θαρσήσοντος προσιέναι δεσμώτῃ, καὶ τοῦ μετακλίνειν τὰ πλήθη πρὸς εὐσέβειαν ἀποπαῦσαι. Καὶ τὸ μὲν ἴσχυσε δράσαι (παρέδωκε γὰρ δεσμωτηρίῳ) οὗ δὲ χάριν τοῦτ' ἔδρασε, τελέσαι οὐκ ἴσχυσε· καὶ γὰρ ὅτε λόγος τοῦ Θεοῦ, ὥς φησι Παῦλος, οὐκ ἐδέδετο, ἔτι δὲ πολὺ μᾶλλον ἐλευθέρως τότε τά τε θαύματα ἠκολούθει, πολλῶν προσιέναι τολμώντων, καὶ τῶν πιστῶν καδεκάστην ὑπῆρχεν ἐπίδοσις.

In carcerem retrusus S. Georgius,

E

36 Ἔνθα δὴ λέγεται, ἀληθῶς δὲ λέγεται, παρὰ Χριστοῦ τὸν Μάρτυρα τὸ Σώθημα λαβεῖν τῆς πρὸς αὐτὸν ἀναλύσεως· λαβεῖν δὲ ὧδε, αὐτὸν αὐτῷ Χριστὸν καθ' ὕπνους ἐμφανισθῆναι, πολλά τε εἰπεῖν, ἐξ ὧν χαρᾶς τῆς μεγίστης καὶ θάρσους πληρῶσαι, καὶ δὴ καὶ τὴν ἐκδημίαν Σημήνασθαι, στεφάνοις τε αὐτοῖς λαμπροτάτοις ἀμήχανον ἔχουσι τὸ κάλλος τὴν μαρτυρικὴν κεφαλὴν καταστέψαι, Σύμβολον τοῦτο τῆς μετὰ ταῦτα διαδεξομένης λαμπρότητος· καὶ μέν τοι συζήσειν αὐτῷ καὶ Συμβασιλεύσειν ἐπαγγείλασθαι, ἐπειδὴ καὶ αὐτοῦ ἕνεκεν ἐθανατοῦτο ὅλην τὴν ἡμέραν, καὶ ὡς πρόβατον Σφαγῆς ἐλογίζετο. Οὕτω ταῦτα λέγεται· Διοκλητιανὸς δὲ ἦ βεβούληται περὶ τὸν Μάρτυρα, τοὐναντίον προβαίνειν ἀκούσας, οὐκ ἐπὶ πολὺ τῇ τοῦ δεσμώτην αὐτὸν ἔχειν ἐνέμεινε γνώμῃ· ἀλλά τινος ἐπὶ βήματος καθίσας, ἄλλον τε δῆμον Συγκλήτου βουλῆς καθίσας, ἄλλον τε δῆμον ἑαυτῷ περιστήσας, εἰσκαλεῖται πρὸς ἑαυτόν.

visitatur à Christo,

37 Καὶ πάλιν ὑπόκρισις ἐνταῦθα, καὶ ἡμερότητος καὶ ἐπιεικείας προσποίησις, καὶ πάλιν δουλοπρεπῶς ἐπὶ τὰ δράματα μεταβαίνει, καὶ τὴν Σκηνὴν (οὐ γὰρ εἶχεν ἄλλως) προσενεχθῆναι, πάντα τιμωριῶν διεληλυθὼς εἴδη, καὶ διὰ πάντων ἀποκρουσθεὶς, ὥσπερ ἀθανάτῳ τινὶ προσφερόμενος, μεταβαίνει μέν τοι γελοίως, εἴπερ ταύτῃ τοι τῶν ἁπάντων ἀνύσσειν ᾤετο· ᾧ γὰρ ὡς πρὸς ἄνδρα μετὰ πάσης προσιὼν τῆς ἰσχύος τοσοῦτον ἡττᾶτο, πῶς ἄρα οἷά τινι μειρακίῳ μαλακῶς προσερχόμενος, ἑλεῖν ποτε εἶχεν; Ὅμως Σκοπεῖ τε τὴν πονηρίαν, μεθ' ὅσης καὶ οἵας τῆς τέχνης εἰσέρχεται. Πρῶτον μὲν ἐπαίνους κατέλεγεν ἐκείνου, οἷς μάλιστα ἀνθρώπων θηρεύονται γνῶμαι· τίς ἂν διεξήει ὅσους; Εὐγένειαν ἐπῄνει, Σώματος εὐφυΐαν καὶ κάλλος, ῥώμην καὶ ἀνδρείαν ἐθαύμαζε, καὶ Σύνεσιν πρὸς τούτοις, καὶ φρονήματος σταθηρότητα. Οὐδ' ἂν φησί τις καὶ ἐν ἐσχάτῃ πολιᾷ τοιαύτην εὑρήσει, μήτοι γ' ἐν οὕτως ἀπαλῷ τῷ Σώματι, καὶ νέᾳ τῇ ἡλικίᾳ. Δεύτερον ἑαυτοῦ ψόγον ἐποιεῖτο, μὴ φειδὼ λαβόντος, μὴ οἰκτειρήσαντος, μὴ ἡμέρως ἢ ὅλως ἀνθρωπίνως χρησαμένου αὐτῷ, ἀλλά τινος θηρίου τρόπον αὐστηρῶς καὶ ἀγρίως. Ἐπὶ τούτοις ἠντιβόλει, καὶ Συγγνώμην πάντων ᾔτει, ὡς παῖδα πατήρ. Καί γε ὡς ἡμεῖς ἐγνωκὼς εἶναι, τί χρὴ καὶ λέγειν ὅσα σοι ἄλλα προσέσται; ἀλλ' ἐν

deinde blandienti iterum Diocletiano

F

ὑπ

A ἡ ὃ μοίρα τῷ Βασιλεῖ τῷδε γενήσῃ, καὶ τιμῆς ἀπολαύων τῆς μεθ' ἡμᾶς οὐδενὶ πλὴν ἡμῶν καταλείψεις ὑπερβολήν· τὸ δὲ τοσούτου τυχεῖν, οἶδας καὶ αὐτὸς, ὡς εὔδαιμον παρ' ἀνθρώποις καὶ μακάριον εἶναι νομίζεται.

obsequi simulans

38 Ταῦτ' ἔλεγε, καὶ ταῦτα παγίδες ἦσαν, καθ' οὗ μὲν ἐπινενόηται οὐδαμῶς, κατ' αὐτοῦ δὲ ὃς ἐπενόησεν· ἁλίσκεται γὰρ ἐν τούτοις, ὡς ἐν ἰδίοις πτεροῖς, ὥς φησιν ἡ παροιμία· καὶ Σφὸς ὢν τοῦ κακουργῆσαι, ἀντισοφίζεται· καὶ ὅ φησιν ὁ Ψαλμῳδὸς, ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ (τοσοῦτον γὰρ μεθαρμοστέον, τῶν δὲ βουλευμάτων) ἁμαρτωλὸς ὢν Συλλαμβάνεται. Πῶς δὲ τοῦτο; Ἁρπάζει τοὺς λόγους ὁ Μάρτυς, καί τινα καινοτέραν ἐντεῦθεν ὁδὸν κατὰ δαιμόνων μελετήσας τραπῆναι, καὶ τελευταῖον δὴ τοῦτο περιφανέστατον τρόπαιον στῆσαι, προσποιεῖται τοῖς λεγομένοις προσχεῖν, πᾶσαν ἔνστασιν ἀποθέμενος· καὶ τοσοῦτον, ὡς καὶ βούλεσθαι παραχρῆμα κοινῇ μετ' αὐτοῦ βαδίζειν εἰς ἱερὰ, καὶ τὴν πρὸς θεοὺς ἐπισπεύδειν πορείαν. Καὶ τοῦτο μὲν ἴσως ἔχει τινὰ δόλον καὶ μηχανὴν, ἀλλ' οὐκ ἀπείρηται μετὰ στρεβλοῦ διαστρέφειν, οὐ δὲ πρὸς τὸν πλαγίως ἐρχόμενον μὴ πλαγίως ἀντεπιέναι. Καὶ ταῦτα περὶ τοιούτων· καὶ γὰρ ἅπας τρόπος, ὅπερ ἄν τις κακίαν

B ἐκφύγῃ, εὐθύτητος τρόπος ἐκεῖνος, καὶ πᾶσαν ἣν ἄν τις μετίη κατὰ δαιμόνων ἐπίνοιαν, ἀρετῆς ὁδὸς αὕτη, ἀναμφηρίστως φέρουσα πρὸς Θεόν.

ducitur cum magno plausu ad idola

39 Καὶ τὰς μὲν ἐπὶ τούτῳ Διοκλητιανοῦ καὶ τῶν εἰδωλολατρῶν ἡδονὰς, καὶ κρότους, καὶ εὐφημίας, καὶ δημοσία κηρύγματα, πάντας ἐπὶ τὴν τότε Συγκαλοῦντα θυσίαν, τί τίς ἂν λέγοι; Ἀλλ' ὡς πλήρης ἦν ἡ πανήγυρις καὶ προὔκειτο θύειν, τότε Μάρτυρι πάντες ἐνητένιζον θυσομένῳ· ἐνταῦθα δὴ, ὥσπερ ἀναῤῥιφέντος κύβου δευτέρου, πάντα ὡς ἐν ὀστράκου περιτροπῇ τὸ τῆς παροιμίας γίνεται· καὶ καταλύονται μὲν εὐφροσύναι πᾶσαι, καταλύονται δὲ ἑορταὶ, καὶ πένθος τὴν χαρὰν διαδέχεται, ὡς καὶ δόξαι τὴν πρότερον ἡδονὴν ὀνείρατος εἶναι Σαφῶς ἡδονήν. Οὐκ ἔφερεν τὴν Μάρτυρος παρουσίαν τὰ ἀγάλματα, οὐχ ὑπέμεινεν ἐγγὺς ἰόντα, τὸ τῆς Σκιᾶς ἔπαθε προσιόντος ἡλίου. Ἠρώτα, εἰ θεοί εἰσι· καὶ σχήματι ἀνένευον καὶ φωνῇ, ὅτι, Οὐκ ἐσμὲν, ἔλεγον. Θύειν προσεποιεῖτο, καὶ οὐκ ἐδέχοντο, ἀλλὰ στένοντα καὶ τρέμοντα ὑπεχώρουν καὶ ὑπεστέλλοντο. Καὶ ταῦτα μὲν πρὶν ἢ αὐτοῖς ἐμβριμήσασθαι· ἐπεὶ δὲ καὶ ἐνεβριμᾶτο, οὐκ ἔτι ὑπόστασις αὐτῶν, ἀλλά τις θροῦς διηγείρετο, καὶ ἦχος θρηνώδης

quæ fassa se non esse Deos,

C οἰμοζόντων θεῶν, καὶ ὥσπερ ἐν νυκτομαχίᾳ, ἢ δια-

d πληκτισμῷ μεθυόντων, d Συνέπτυσσον ἀλλήλοις καὶ προσήρασσον, ἀγάλμασιν ἀγάλματα, καὶ θεοὶ θεοῖς, χρύσεοι χαλκείοις, καὶ λιθίνοις ἀμφότεροι, καὶ τούτοις οἱ ἐξ ἀργύρου καὶ ξύλων, καὶ Συγκατεφέροντο καὶ Συνετρίβοντο, καὶ ἦν ὁμοῦ πάντα χρήματα θεῶν καὶ θραύσματα ἀναπεφυρμένα, ὤμῳ ξυλίνῳ χαλκῆς δεξιᾶς ὡς ἔτυχε προσπηγνυμένης, καὶ χρυσῇ κεφαλῇ λιθίνων ἐπικειμένων Σκελῶν· τάχα δὲ, ὡς ἐν τοιαύτῃ Συγχύσει θείων με-

inter se collisa confringuntur:

e λῶν, e τῶν τοῦ Ἄρεω καὶ τοῦ Ἡφαίστου παρειμένων τινὶ τοῦ Διὸς, ὡς εἶναι βάσιν τῶν πεπηρωμένων κνημῶν τὴν τὸν ὅλον ὄλυμπον παρὰ ποιηταῖς Συστρέφουσαν κεφαλήν. Οὕτω τότε παρὰ μέλος ἐκρότουν θεοί, πικρὸν τοῦτο θέαμα τοῖς εἰδωλολάτραις γινόμενοι· οὕτω καὶ ὁ χορὸς ἐκεῖνος εἰς πένθος μετεστράφη, ἀχρειωθέντων τῶν Σεβασμάτων αὐτοῖς.

furentibus ad spectaculum gentilibus,

40 Ἔνθα τοι καὶ Σαφῶς διαδείκνυται, ὡς δυσαπάλλακτόν τι πρᾶγμα πονηρία καὶ δυσαπόνιπτον, ἅπαξ εἰσοικισθεῖσα καὶ κατασχοῦσα ψυχὴν, ὡς οὐκ ἔτ' ἂν εἴη τότε ψυχὴ ἑαυτῆς, τὰς ἡνίας προδοῦσα τῶν λογισμῶν, καὶ γενομένη κακίας ἀνδράποδον. Ἡ πῶς εἰς Χριστὸν οὐ μετετέθησαν ἕλληνες, αὐτίκα τότε ἐνταυτῷ καὶ τὸ περιὸν αὐτοῦ τῆς δυνάμεως, καὶ τὸ τῆς δαιμονικῆς ὑπερβάλλον ἀσθενείας καταμαθόντες; Πῶς οὐκ ἐπίστευσαν; Ἢ τόγε φαυλότατον, καὶ ὅπερ κἂν ἄλογος φύσις ἴσχυσε καταπρᾶξαι; Πῶς οὐκ ἀσθένειαν τῶν νεκρῶν εἰδώλων κατέγνωσαν, καὶ καταγνόντες ἀπέσχοντο; Μὴ γὰρ ἀναισθήτως εἶχον; οὐ δὲ ἐλογίζοντο; οὐ δὲ γνῶσιν τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς δρωμένων ἐλάμβανον; Ἀλλ' ὅπερ ἔφην, τοῦ κακοῦ παρ' αὐτῶν τὴν Σφῶν ἐπιτραπέντος κυρείαν, οὐ δὲ ἡ τ' ἀγαθοῦ γνῶσις εἶχεν ὀνῖναι, τοσοῦτον καταδεδουλωμένους τῷ χείρονι. Δέον καὶ γὰρ τότε Συνιέντας τῆς ἀσθενείας καταγνῶναι τῆς πλάνης· οἱ δὲ τοὐναντίον ἅπαν ποιοῦσι, ζηλοτυποῦσιν ὑπὲρ αὐτῶν κειμένων, καὶ πρὸς ἄμυναν διεγείρονται· ὥσθ' οἱ μὲν ἔτυπτον ἀπολαμβανόμενοι, οἱ δὲ εἷλκον, οἱ δὲ ἀλλήλους διεκελεύοντο· ἦσαν δὲ οἱ καὶ τοῖς ὀδοῦσι ἕτοιμοι διασπαράττειν· ἦσαν, καὶ οὐκ ἂν ἀπέσχοντο, εἰ μὴ πρόσταγμα τοῦ τυράννου φθάσαν, ἐκείνων μὲν τὴν ὁρμὴν ἔστησεν, αὐτὸν δὲ ἐκείνῳ παρέστησεν, οὐ φεισαμένῳ πάσχοντος, ἀλλ' ἐπὶ μείζοσι τιμωρίαις καὶ θανάτου χαλεπωτέραις.

& Sancto mortem machinantibus:

E 41 Καὶ τάχ' ἂν ἀγῶνες ἦσαν καὶ αὖθις, καὶ ἄθλων δευτέρα περίοδος, εἰ μὴ Θεὸς ἐπέσχε, πρὸς ἑαυτὸν μετακεκλημένος τὸν ἀθλητήν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν, μικρὸν ὕστερον· τὸ δὲ νῦν εἶναι, πρῶτα μὲν ἔσκωπτεν εἰς ἀγνωμοσύνην ἐκεῖνον ὁ τύραννος, ἐμπαιγμῷ καὶ γέλωτι τὴν πρὸς αὐτὸν εὐμένειαν ἀμειψάμενον· εἶτα ἀνόσιον ἐκάλει, πάντολμον, οὐδὲν ὅτι μὴ τῶν ὕβρεων προὔφερε κατ' αὐτοῦ. Ὡς δὲ πάντα λοιδορούμενος ἐνεφορήθη, καὶ ὁ Μάρτυς τὴν τῶν εἰδώλων ἀσθένειαν ἀντωνείδησε, καὶ τὴν ἄρνησιν τοῦ μὴ εἶναι θεοὺς, καὶ τὸ μὴ ὑπομεῖναι παρόντα, καὶ τὸν θρῆνον, καὶ τὴν πτῶσιν, καὶ τὴν Συντριβὴν, καὶ τελευταῖον τὴν πώρωσιν αὐτῆς τῆς ψυχῆς, δι' ἧς καὶ λίθων ἀναισθητότερος καὶ ξύλων διαμεμένηκε, κἂν ταῖς ἔξωθεν αἰσθήσεσιν ἐνεργῇ. Τότε δὴ Σφοδρότατα τοῖς ἐλέγχοις μωλωπισθέντι, θυμὸς δρακόντων ἀνήπτετο, καὶ θυμὸς ἀσπίδων ἀνίατος, καὶ Σύμβολα τῆς τοσαύτης καρδίας ἐκκαύσεως· ἥτε ὅρασις ὡσεὶ λαμπάδες πυρὸς (τοῦτο δὴ τὸ τοῦ θείου Ναοῦμ) καὶ ὡς ἀστραπαὶ διατρέχουσαι, ἥτε φωνὴ θηρίων ἀγριωτέρα ὑπάρχουσα, δι' ἧς δημίους παρεῖναι, στρέβλας παρεῖναι, χεῖρας Σιδηρὰς, κρηπίδας Σιδηρὰς, πῦρ, ξίφος, τροχὸν, πάντα βασάνων εἴδη ἐνεκελεύετο.

objurgatur ut ingratus,

sed frustra,

F 42 Ἃ δὴ καὶ εἰς μέσον ἰόντα, καὶ αὖθις διὰ τοῦ μαρτυρικοῦ χρωτὸς ἐξετάζεσθαι μέλλοντα, περιτρέπει Θεὸς, καὶ ἄπρακτα δείκνυσι· περιτρέπει δὲ, οὐκ ἀωρίᾳ τὸν τύραννον πλήξας, οὐ δὲ κεραυνῷ βαλὼν ἄνωθεν, ὧν πάλαι τυχεῖν ἄξιος ἦν, ἀλλ' εἰς ἐπίγνωσιν ἑαυτοῦ διὰ τοῦ Μάρτυρος τὴν ἐκείνου προσκεκλημένος γυναῖκα, καὶ τὰς ἐκείνου πάσας ἐπ' αὐτὴν τρέψας φροντίδας. Ὃν γὰρ τρόπον πολλαχόθεν τις βαλλόμενος, ἀεὶ πρὸς τοὺς βάλλοντας μετάγει τὰς χεῖρας· οὕτω κἀκεῖνος, ἑτέρωθεν τότε νύξαντος τοῦ Θεοῦ, ὅλος εὐθὺς ἐκεῖσε μετέστη, καὶ ὅλος ἐγένετο τοῦ τὴν γυναῖκα ἑαυτῷ ἀνασώσασθαι. Καὶ πολλὴ μὲν ὑπῆρχε αὐτῷ πρὸς τοῦτο Σπουδὴ, πάντα ποιοῦντι καὶ λέγοντι· πλὴν οὐδ' ὑπαγαγέσθαι ἠδύνατο, καὶ ἅπαν ὃ προσῆγε πειθοῦς φάρμακον, ἐμπόδιον ἦν εἰς πειθὼ, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, ἐφόδιον εἰς Χριστὸν, πάντων αὐτῇ καὶ τῶν ἐναντίων εἰς εὐσέβειαν συνεργούντων, ὃ καὶ Παῦλός φησιν περὶ τῶν ἐργαζομένων τὸ ἀγαθὸν· ὥστε κἀντεῦθεν ἀποκρουσθεὶς, καὶ Συλλογισάμενος ὑπὲρ ὅσων ὤφλε τῷ Μάρτυρι αἰσχύνην καὶ γέλωτα, τοῦτο

itaq; cum etiam Imperatrix Christo accessisset,

PER GREG CYPRIUM EX MS.

PER GREG CYPRIUM EX MS.

capitis supplicio punitur Georgius,

το μὲν διὰ παντὸς τοῦ ἀγῶνος ἥττων φανεὶς, τοῦτο δὲ ἐμπαιχθεὶς, τοῦτο δὲ καὶ πολλοὺς τῶν οἰκείων καὶ αὐτήν γε τὴν γυναῖκα ἀφαιρεθεὶς· μὴ ἐρωτήσεως τοῦ λοιποῦ, μὴ ῥήματος ἀξιώσας (ἐπειδὴ καὶ τὸ δεσποτικὸν ἅμα περὶ τῆς ἐκδημίας συνήλαυνε πρόσταγμα) ἔγνω, τ' ἄλλα παριδὼν, τὴν τελευταίαν ἀπόφασιν ἐξενεγκεῖν κατ' αὐτοῦ· ἡ δὲ ἦν ἀφαιρεθῆναι τὴν κεφαλήν. Καὶ ταύτην ἐξήνεγκεν, οὐ μᾶλλον αὐτὸν ἐξιστῶν τῶν παρόντων, ἢ ἑαυτὸν πραγμάτων ἀπαλλάττων, καὶ ἄλγους καὶ ὀδύνης ψυχῆς, ἃ προσῆν αὐτῷ ἐκ τοῦ μὴ κρείττονι φανῆναι δύνασθαι· καὶ ταῦτα, πάντας σχεδὸν ἀνθρώπους ἔχοντι ὥσπερ ἀπὸ νεύματος ὑπηρετοῦντας αὐτῷ.

& ad Christum ascendit,

45 Καὶ γίνεται δὴ τοῦτον τὸν τρόπον τὸ πέρας τῶν ἀγώνων τῷ Μάρτυρι· καὶ οὕτως ἀγωνισάμενος, καὶ οὕτω θέατρον καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις γενόμενος, οὕτω πρὸς Χριστὸν τὸν μέγαν ἀγωνοθέτην καὶ στεφωδότην ἀνέρχεται, οὗ καὶ τὰ στίγματα βαστάζων καὶ προδεικνὺς, σύμφυτος τοῦ πάθους γνωρίζεται καὶ συγκληρονόμος τῆς δόξης ἀναγορεύεται. Τούτου τὴν καρτερίαν ἔφριξαν δαίμονες, ἡττήθησαν, ἠσχύνθησαν, ὑπεχώρησαν· ὥστε

B

dæmonum terror,

μέμφεσθαι ἑαυτοῖς, ὅτι τῷ ἀηττήτῳ προσέβαλλον τὴν ἀρχὴν, μέμφεσθαι δὲ καὶ Διοκλητιανῷ, ὅτι ὄργανον αὐτοῖς γενόμενος ἐπ' αὐτὸν, ὄργανον μᾶλλον, τοῖς χρησαμένοις ὑπὲρ ὧν οὐκ ἐσπούδαζεν, ἥττης καὶ ἀδοξίας ἐγένετο, καὶ τοσούτῳ γε πλέον, ὅσω καὶ πλέον καθυπουργῆσαι ἐφιλονείκισε. Τούτου τὴν ὑπομονὴν ἐξεπλάγησαν Ἄγγελοι, εἰ ἐν σώματι ὢν ἄνθρωπος, εἰ συν-

stupor Angelorum,

δεδεμένος ἔτι τῇ ὕλῃ, εἰ τὸ βάρος οὐκ ἀποθέμενος, οὐκ ἐνάρκησε πρὸς τὰς βασάνους, οὐκ ἐδειλίασεν, οὐκ ἐνέδωκε ταῖς ὀδύναις, οὐκ ἔπαθε τὸ τῆς ὕλης, οὐκ ἠλλοιώθη, οὐ μετεβάλλετο, οὐκ ἐπ' ἀμφότερα εἶδεν, οὐ πρὸς τὸν χοῦν ἐκινήθη ὁ ἐκ χοὸς, οὐ τὴν οἰκείαν ἐξήτησε χώραν· ἀλλ' ὅλος ἦν πρὸς τὰ ἐκείνων βλέπων, καὶ ἰσωθῆναι φιλονικῶν, ἐκβιάζων ὥσπερ τὴν φύσιν, καὶ τὸ κρᾶμα ἀρνούμενος.

& Beatorum Abraham, Iob,

44 Τοῦτον καὶ χορὸς Ἁγίων ἐθαύμασε, καὶ μέσον περιλαβόντες, τὸ ὑστέρημα ἕκαστος ἑαυτοῦ ἐν ἑνὶ τούτῳ πεπληρωμένον κατανοοῦντες, ᾐδέσθησαν καὶ ἐμακάρισαν. Εἶδεν Ἀβραὰμ ἐν τούτῳ καὶ τὴν οἰκείαν πίστιν, δι' ἧς ἐδικαιώθη, καὶ τὸ φιλόθεον. Εἶδεν Ἰὼβ καὶ τὴν

C

πληγὴν, καὶ τὴν καρτερίαν, καὶ ἀμφότεροι τὴν φιλοπτωχείαν· εἶδον δὲ καὶ τῶν οἰκείων ἐπέκεινα τὸν ὑπὲρ

Moysis,

Χριστοῦ θάνατον. Κατενόησε Μωϋσῆς ἀγάπην περὶ τοὺς ὁμοφύλους ἐν τούτῳ, ἀλλ' ἧς αὐτὸς ἔσχηκεν ὑψυλοτέραν καὶ θειοτέραν μακρῷ· ὑπὲρ γὰρ ψυχῶν ἐπυροῦτο τυραννουμένων ὁ Μάρτυς, οὐ σωμάτων πηλῷ καὶ πλινθίᾳ ταλαιπωρούντων· σημείοις τε, οὐ τὴν Αἴγυπτον, ἀλλὰ καρδίας ἀθέων ἐμάστιξε, καὶ Φαραὼ τὸν νοητὸν μετὰ τῆς ὑπ' αὐτὸν δυνάμεως, οὐκ ἐν ὕδασι θαλάσσης, ἐν αἵμασι δὲ τοῖς ἑαυτοῦ κατεπόντισε· πόνους τε καὶ μάχας ἄλλας, οὐ πρὸς τοὺς κρατοῦντας τῆς κάτω γῆς, καὶ περὶ μικρᾶς ἐνεδείξατο, ἵνα κατακληρονομηθῇ ὁ ἐκ σαρκὸς Ἰσραὴλ, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν οὐρανίων, καὶ πρὸς τὰς ἀρχὰς τοῦ σκότους, πρὸς τὰς

Eliæ.

ἐξουσίας καὶ τὸν κοσμοκράτορα; Ἡλίας ἔγνωκε μὲν ζηλωτὴν, καὶ τόνδε ὡς ἑαυτὸν καὶ ἀνομίαν ἐλέγχοντα· ὃ δὲ ἐπέκεινα ἐθεᾶτο ἐν τούτῳ, οὐκ εἶχεν ἐν αὐτῷ κατιδεῖν· οὐ γὰρ ἔφευγεν ἀπὸ προσώπου τῶν διωκόντων ὁ Μάρτυς, οὐδὲ ἐρημίᾳ γενόμενος καὶ καλυψάμενος, ἡσυχῇ τὴν ἀσέβειαν ἐθρήνει τοῦ Ἰσραὴλ· ἀλλ' εἰς μέσους ὠθῶν ἑαυτὸν τοὺς κινδύνους, τὰ ἐπιόντα ὑφίστατο, κατὰ τὴν προθυμίαν τοῦ πνεύματος, καὶ τὴν ὁρμὴν δεικνύων τοῦ σώματος. Οἱ περὶ Ἀζαρίαν καὶ Δανιὴλ, τὴν, ἐν λάκκῳ κάθειρξιν καὶ τὴν περισχοῦσαν αὐτοῖς φλόγα μόνον ἑαυτοῖς συνειδότες, τ' ἄλλα μόνῳ προσεμαρτύρουν αὐτῷ. Τί χρὴ τοὺς καθ' ἕκαστα λέγειν: Ἀλλ' οἱ Χριστοῦ μαθηταὶ, οἱ τὴν οἰκουμένην τῷ Εὐαγγελίῳ περιλαβόντες, τοῦτον τὸν μέγα τῆς ἑαυτῶν ὁμολογίας θρέμμα ἰδόντες, οὕτως ἐναντίον βασιλέων καὶ τυράννων, καὶ ἐπὶ θεάτρου μεγίστου καὶ μυριάδων ἀνθρώπων τὸ Χριστοῦ βαστάζοντα ὄνομα, οὕτω μετὰ παῤῥησίας κηρύττοντα (καὶ μεθ' οἵου πρὸς τὸν κηρυττόμενον ἔρωτος; ὡς μήτ' ἐνεστῶτα, μήτε μέλλοντα τῆς διακονίας, ἢ τῆς ἀγάπης χωρίζειν) παθόντα τε διὰ ταῦτα μόνον αὐτὸν, ὁπόσα ἑαυτοῖς ὁμοῦ παθοῦσι συνείδεσαν, ἠγάλλοντο, καὶ ὡς ἐπὶ μεγίστῃ καρποφορίᾳ προσθήκην, ὡσανεὶ καὶ τῶν στεφάνων καὶ τῆς μακαρίας εὐφροσύνης ἐδέχοντο, ἰδίαν ἑαυτῶν εὐδοκίμησιν τὴν τοῦ μαθητοῦ ποιούμενοι.

D

trium puerorum, Danielis,

& Apostolorum:

45 Οὕτως ἐκεῖνος καὶ μετὰ τοιούτων τῶν γνωρισμάτων τῆς μακαρίας ἐπιφαίνει λήξεως, μετὰ Ἀποστόλων, μετὰ Δικαίων καὶ Προφητῶν, τοῦ τῶν Μαρτύρων ἐξάρχων χοροῦ, καὶ δι' εἴδους τοῦ πρώτου κάλλους, οὐκ ἐν ἐσώπτρῳ οὐδὲ ἐν αἰνίγμασιν ἐμφορούμενος, οὕτω συνάγεται ἐναντίον Κυρίου. Συμπληροῦτο γὰρ Ἡσαΐας τὴν εὐφημίαν, Καὶ καθαρίζεται ἀπὸ τῆς πληγῆς, καὶ ζῇ καὶ ἐλεεῖται, καὶ δοξάζεται εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ἐπέκεινα, Καὶ γίνεται αὐτῷ Κύριος φῶς αἰώνιον, ἀναπληρῶν τὰς ἡμέρας τοῦ πένθους αὐτοῦ. Διὰ ταῦτα καὶ ἄνω μὲν εὑρίσκεται, τὰ πρὸς τὸν Θεὸν ἡμῶν μεσίτης καὶ διαλλακτὴς· κάτω δὲ καὶ τῆς παῤῥησίας, καὶ τῆς ὑπὲρ ἡμῶν ἱκεσίας, ἐναργῆ παρέχεται τὰ γνωρίσματα. Τίνι γὰρ οὐ συναντιλαμβάνεται ἀρετὴν μετιόντι, καὶ τοὺς πόνους οὐ συνεπικουφίζει; Τίνι κινδυνεύοντι μόνον ἐπικληθεὶς, οὐ παρίσταται βοηθὸς; Ποίων ἐξ ἀναγκῶν οὐ ῥύεται, τίνων ἐκπεριστάσεων; ἰατρὸς ἐν νόσοις, ἐν θαλάσσῃ κυβερνίτης, πρόμαχος ἐν πολέμοις, ἐν συμφοραῖς παρακλήτωρ· ἑνὶ λόγῳ, κοινὸς παρὰ Θεοῦ τὸν ἅπαντα χρόνον ἥκων εὐεργέτης τῷ βίῳ, κοινὴν εἰς ἡμᾶς ἀεὶ καὶ τὴν κηδεμονίαν ἐνδείκνυται. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ τῆς Γραφῆς πάρεστιν ὁρᾷν σαφῶς ἐπ' αὐτὸν ἐκπληρούμενον, Βασιλεῖς ὁρῶντες αὐτὸν, καὶ ἐν εἰκόνι τοσοῦτον προσθετέον, ἀνίστανται, ἅτε τὰ μέγιστα ἑαυτοῖς παρ' αὐτοῦ συνειδότες βοηθουμένοις· Ἄρχοντες προσκυνοῦσιν αὐτὸν· ἔθνη ἃ οὐκ εἴδεισαν αὐτὸν ἐπικαλοῦνται, καὶ λαοὶ οἳ οὐκ ἐπίστανται ἐπ' αὐτὸν καταφεύγουσιν, ἕνεκεν τῆς δόξης, ἧς αὐτὸν ὁ πάντων Δεσπότης ἐδόξασεν, ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

nunc gloriosus in cælis,

E

est communis omniũ advocatus.

F

a *Hanc periodum recognoscens, existimo plus aliquid deesse quam nomen Diocletiani, quod interpretando addidimus: videtur enim institui comparatio inter unum illum dæmonem, qui Iobum exercuit; & multos illos, qui Diocletianum adversus Georgium stimulabant.*

b *Exciderunt hoc loco verba aliqua, ad complendum sensum necessaria: quod ut intelligeretur, dispunximus quæ erant in ecgrapho nostro male conjuncta.*

c *Mallem legere διαλέγων.*

d *Ecgraphum nostrum συνέπτιτον.*

e *Perturbatio haud minor vocum quam rei, quæ describitur in eodem ecgrapho, hæc est, τῶν Ἀρεῶν τοῦ Ἡφαίστου καὶ παρειμένων τῇ τοῦ Διὸς, quod modica mutatione correximus.*

ΔΙΗΓΗΣΙΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ ΘΑΥΜΑΤΟΣ,
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΑΙ ΠΑΝΕΝΔΟΞΟΥ ΜΕΓΑΛΟΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΓΕΩΡΓΙΟΥ.

ΤΟΥ ΠΑΡ' ΑΥΤΟΥ ΓΕΓΟΝΟΤΟΣ ΕΙΣ ΑΙΧΜΑΛΩΤΙΣΘΕΝΤΑ ΠΑΙΔΑ
ΚΑΙ ΠΑΡ' ΕΛΠΙΔΑ ΣΩΘΕΝΤΑ.

Ex MS. Bibliothecæ Vaticanæ, collato cum alio Ambrosianæ.

a *Prologus auctoris*

Οἱ τῶν αὐτῶν a δωρεῶν ἀξιωθέντες ὑπο-
ποιοῦντες, τὰς τῶν Ἁγίων μνήμας τε καὶ
πανηγύρεις ἀδιστάκτῳ πίστει καὶ σοργῇ ἑορ-
τάζειν μὴ ἐκκακήσωμεν· ὅτι οἱ ὑφ' ἡμῶν εὐφημούμενοι
καὶ δοξαζόμενοι καὶ μνημονευόμενοι Ἅγιοι, ὑπισχέ-
νονται καὶ προνοοῦνται, καὶ ἀντιληπτικῶς περιέπουσιν, καθοδηγοῦντες ἡμᾶς πρὸς κρείττονα καὶ Σω-
τηρίας ἐχόμενα. Πρόκειται τοιγαροῦν ἡμῖν Σήμερον
ἡ παγκόσμιος καὶ Σεβασμία ταύτη μνήμη τοῦ πανεν-
δόξου μάρτυρος Γεωργίου, ἱερὰ, πανδαισία, καὶ
τρυφὴ ἀδαπάνητος, τρέφουσα τὰς ψυχάς τε καὶ καρ-
δίας τῶν πίστει καὶ πόθῳ μελεχόντων τὴν πνευματικὴν
ταύτης ἀπολαύσεως, μονονυχὶ τοῦ τὴν ἀθλήσεως
αὐτοῦ καὶ ἀνδρείας καρτερίας τε καὶ γενναιότητος μαρ-
τυρίαν ἀνακηρύττουσα, ἀλλὰ καὶ τῶν παραδόξων θαυ-
μάτων ἐνέργειαν τῶν παρ' αὐτοῦ γινομένων ἡμῖν
ὑπεμφαίνουσα, καὶ μάλιστα τὸ ἐπὶ τὴν ἡμετέραν γενεᾶς
γεγονὸς θαῦμα, ἐξαίσιόν τε καὶ παραδοξότατον.
Πρόσεχε πᾶς οὖν μετ' ἀκριβείας τοῖς λεγομένοις πα-
ρακαλῶ, ὅπως καὶ τοῦ παντοδυνάμου καὶ φιλαν-
θρώπου Θεοῦ εὐσπλαγχνίαν ὑπερθαυμάσητε, καὶ τοῦ
τοῦ ἁγίου Μάρτυρος κηδεμονίαν καὶ προσασίαν καὶ
θαυμαλοποιΐαν ὑπερδοξάσητε, καὶ μεγίστων ὠφέλειαν
τῆς ὑμετέρας ψυχῆς καρπώσησθε.

cujus ætate res accidit.

19 Εἰδέναι τοίνυν ὑμᾶς βούλομαι, ὦ φιλόχριστον
ἄθροισμα, ἱερὸν ἀκροατήριον, ὅτι οἱ τῶν Πα-
φλαγόνων χώρας οἰκήτορες μεγίστων πίστιν καὶ πόθον
διάπυρον εἰς τὸν πανένδοξον καὶ Μεγαλομάρτυρα Γεώρ-
γιον κέκτηνται, ὥστε τούτῳ ἱεροὺς καὶ Σεβασμίους ναοὺς
καὶ δεδομῆσθαι καὶ Σέβεσθαι, καὶ σχολάζειν ἐκ πόθου αὐ-
τοῖς ὑπισχνεῖσθαι, καὶ τὰς τούτου ἑορτάς τε καὶ πανη-
γύρεις πίστεως καὶ ἁγίως ἐκτελεῖν προτεθύμηνται, καὶ
μάλιστα οἱ ἐν τῇ περιχώρῳ τῆς Ἀμαστρίδος τυγχά-
νοντες, ὡς παρακαλιὼν ὁ λόγος δηλώσειεν. Ἐν οἷς
ἐν τόπῳ τινὶ λεγομένῳ τῷ Πολαμῷ, ἤτοι τῷ οἰκιακῷ,
ναὸς αὐτοῦ ἵδρυται περικαλλὴς καὶ Σεβάσμιος, ἐν ᾧ
πάντες οἱ μετὰ πίστεως προσερχόντες, τὰς αἰτήσεις
ἑτοίμως λαμβάνουσιν. Ἄνθρωπος δέ τις ἦν ὀνόματι
Λέων, εὐσεβὴς καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν· καὶ ἐν αὐ-
ταρκείᾳ πλούτου διαβιῶν, ἔσχεν γυναῖκα Σεμνοπρε-
πεστάτην, ὀνόματι Θεοφανὼ, ὁμοιότροπον τῆς αὐτοῦ
ἀγαθῆς προαιρέσεως. Οἵτινες πίστιν ἀδίστακτον καὶ
πόθον διάπυρον εἰς τὸν ἅγιον Μεγαλομάρτυρα κεκτη-
μένοι, καὶ ἐν τῷ πανσέπτῳ αὐτοῦ ναῷ ἀεννάως σχο-
λάζοντες, καὶ τοῦ τούτου μνήμιον ἐτησίως καὶ φιλο-
φρόνως ἐκτελοῦντες, πάντων τῶν προσόντων αὐτοῖς
φύλακα καὶ κηδεμόνα καὶ προνοητὴν τὸν Ἅγιον ὑπο-
λαμβάνοντες. Ἦν δὲ καὶ ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς καταλό-
γοις τελαγμένος ὁ ἀνὴρ, ὅστις τοῦ τῆς στρατείας ὑπη-
ρεσίαν ἀπαραιτήτως ὑπηρετῶν διετέλει· τίκτεται δὲ
αὐτοῖς παιδίον ἄρρεν, ὅπερ μετὰ πίστεως εἰλικρινοῦς
ἐν τῷ τοῦ ἁγίου Μεγαλομάρτυρος πανσέπτῳ ναῷ
τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι ἀναγεννήσαντες, καὶ τῷ τοῦ
Μάρτυρος πόθῳ θελγόμενοι, Γεώργιον αὐτὸν ἐπωνό-
μασαν. Ἀπογαλακτισθέντος δὲ τοῦ παιδὸς Γεωργίου,
εἰς τοὺς πανιέρων γραμμάτων μάθησιν αὐτὸν ἐκδεδώ-
κασιν, τῷ ἐκεῖσε Ἱερεῖ καὶ c Προσμοναρίῳ τοῦ πανσέ-
πτου ναοῦ τοῦ Μάρτυρος, ἐκπαιδεύοντες αὐτὸν, κα-
τὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ἐν παιδίᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου.
Οὕτινα ὥσπερ χλάδον νεοθαλῆ ἀνατρέφοντες, καὶ τῇ
τούτου εὐπρεπείᾳ καὶ Σωφροσύνῃ καὶ εὐταξίᾳ τερπόμενοι,
ἱκέτευον τὸν Ἅγιον, Σωφρονίζειν καὶ σηρίζειν καὶ ὁδηγεῖν
αὐτὸν πρὸς τὰ κρείττονα καὶ Σωτήρια. Ὁ δὲ παῖς, τοῦ
Ἁγίου προσβείαις ῥωννύμενος, εὐφυὴς καὶ εὐμαθέστα-
τος καὶ δεξιᾶς φύσεως ὑπάρχων, οὐ μόνον εἰς τοὺς
τῶν γραμμάτων μάθησιν ἐσχόλαζεν, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς
τεταγμέναις προσευχαῖς, ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινάς,
ἀόκνως καὶ Σπουδαίως ἐκαρτέρουν, πᾶσιν ἐπέρας
καὶ ποθεινότατος γέγονεν.

Templum S. Georgii juxta Amastrim: C

buic devoti conjuges

20 Τούτων οὕτως ἐχόντων, γέγονεν ἡ τῶν δυτι-
κῶν ἐθνῶν πρὸς ἡμᾶς Χριστιανοὺς Σφοδροτάτη ἐπανά-
στασις, λέγω δὴ Βουλγάρων, καὶ Οὐγγρῶν, d καὶ Σκύθων,
καὶ Μήδων, καὶ Τούρκων, ὥστε μονονυχὶ τὰ πλησιάζοντα
αὐτοῖς μέρη καταλυμήνασθαι, ἀλλὰ καὶ τοῦ βασι-
λεύουσαν θεοπύργωτον ἡμῶν πόλιν πορθῆσαι ἐβουλεύον-
το, εἰ μὴ ἡ τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ φιλανθρωπία
καὶ πρόνοια φρύδας αὐτῶν τὰς βουλὰς ἀπετέλεσεν. Οἱ
δὲ τὰ Ῥωμαίων Σκῆπτρα κατέχοντες, προσάπτουσα
πανταχοῦ τοὺς ὑπ' αὐτῶν γενομένους καὶ στρατευομένους,
τοῦ ὑπερωαχθῆναι πρὸς ἄμυναν τῶν προλεχθέντων
ἐθνῶν, Λέοντος τοῦ Φωκᾶ τοῦ νικαύτα στρατοπεδαρ-
χοῦντος Ῥωμαϊκοῖς στρατεύμασι. Τούτου οὖν τοῦ
ἀπαραιτήτου καὶ ἐπαχθοῦς προσάγματος καλεπείγον-
τος, ὁ προειρημένος στρατηλάτης Λέων, εἰς χεῖρας
ἐληλακὼς, οὐκ οἷός τε ἦν τοῦ τῆς στρατείας ὑπηρεσίαν
καὶ ὁδοιπορίαν τελέσαι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἄκων τὸν ἑαυ-
τοῦ μονογενῆ υἱὸν Γεώργιον, κομιδῇ νέον ὄντα καὶ τοῦ
τῶν μεραχίων ἡλικίαν ἀρξάμενον, ἀντ' ἐκείνου εἰς
τοῦ τῆς στρατείας ὑπηρεσίαν, ἐκπέμψαι ἐβουλεύσατο.
Οὕτινα λαβὼν Σὺν τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ, εἰς τὸν τοῦ
ἁγίου Μάρτυρος ναὸν ἀπῆεσαν, τοιαύτας ἱκετηρίους καὶ
θρηνώδεις φωνὰς πρὸς τὸν Μάρτυρα λέγοντες· Σοὶ,
Ἅγιε τοῦ Θεοῦ, τὸν μονογενῆ καὶ φίταλτον ἡμῶν υἱὸν
παραλιθέμεθα, ὃν καὶ τῷ σῷ πόθῳ θελγόμενοι Γεώρ-
γιον ὠνομάσαμεν· σὺ αὐτὸν διαλήρησον, σὺ αὐτὸν
καλευόδωσον, καὶ σεσωσμένον τοῦτον καὶ ἀσινῆ καὶ ἀλώ-
βητον μετὰ Σωτηρίας πάλιν ἡμῖν ἀποκαλάσησον,
ὅπως ἐπὶ πλεῖον τῶν πρὸς σὲ πίστιν καὶ εὐχαριστίαν
προσεπιλείνωμεν, ὡς κατὰ πάντα σὲ ἔχοντες προνοη-
τὴν καὶ ὑπέρμαχον.

emittendum contra Bulgaros F

Sancto commendant.

21 Ταῦτα καὶ πλείονα τούτων γοερῶς καὶ ὀδυνηρῶς
ἱκετεύσαντες καὶ ἐπευξάμενοι, ἀπέστειλαν τὸν ἑαυτῶν
υἱὸν Γεώργιον μετὰ τῶν λοιπῶν στρατιωτῶν· θρηνοῦν-
τές τε καὶ ὀδυρόμενοι ὑ διέλειπον ἀδιαλείπτως ὑπὲρ

EX MS. VATICAN.

αὐτοῦ νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν τὸν Ἅγιον παρακαλοῦντες καὶ ἐκβιαζόμενοι, τοῦ Συνοδεῦσαι καὶ ἐνισχῦσαι καὶ τὰ τῆς Σωτηρίας αὐτοῦ προνοήσασθαι, καὶ Σεσωσμένον καὶ ὑγιῆ τοῦτον ἀπολαβεῖν. Συνηθροίσθησαν δὲ ἀπὸ πάσης ἐπαρχίας καὶ χώρας, τῆς ὑπὸ τῆς Ῥωμαϊκῆς στρατοπεδαρχίας τεταγμένης, πλήθη λαῶν ἄπειρα, καὶ κατήντησαν ἐν τοῖς μέρεσι τῶν προλεχθέντων ὀλεθρίων ἐθνῶν, ἐν τόπῳ ἀνεπιτηδείῳ παρὰ θάλασσαν. Οὕστινας οἱ πολέμιοι ἐχθροὶ ἐν ὅπλοις ἐξαίφνης ἐπαναστάντες, κατέπληξαν καὶ ἐξηφάνησαν. Ἀλλ' οἴμοι! πῶς ἀδακρυτὶ παρέλθω τὴν γοερὰν ταύτην θρηνῳδίαν, τῆς γεγονυίας εἰς ἡμᾶς ἐγκαταλείψεως τοῦ παντοδυνάμου καὶ ἐλεήμονος Θεοῦ; διὰ τὰς ἀμυθήτους ἁμαρτίας ἡμῶν, διότι ἐγκατελείπομεν τὸν νόμον αὐτοῦ, καὶ τοῖς κρίμασιν αὐτοῦ οὐκ ἐπορεύθημεν, οὐδὲ τὰ προστάγματα αὐτοῦ ἐτηρήσαμεν. Οἴμοι! πῶς κατεκυριεύθημεν καὶ κατεστρώθημεν ὑπὸ τῶν ἀλλοτρίων καὶ παρανόμων ἐχθρῶν, οἱ τῷ βαπτίσματι τῷ ἁγίῳ ἐσφραγισμένοι; δῆλον ὅτι βεβηλώσαντες τὰ δικαιώματα αὐτοῦ, τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ οὐκ ἐφυλάξαμεν, καὶ διὰ τοῦτο ἐπεσκέψατο ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας ἡμῶν, καὶ ἐν μάστιγξιν τὰς ἀδικίας ἡμῶν. Οἴμοι! πῶς κατεπόθημεν ὑπὸ τῶν παλαμναίων καὶ ἀσπόνδων ἐθνῶν, οἱ τῷ τροπαιοφόρῳ καὶ νικοποιῷ ὅπλῳ τοῦ τιμίου σταυροῦ τετειχισμένοι καὶ περιπεφραγμένοι; εὔδηλον ὅτι οὐκ ἐφυλάξαμεν τὴν διαθήκην τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ οὐκ ἠβουλήθημεν e πορεῦσαι, ἀλλ' ἐπελαθόμεθα τῶν θαυμασίων αὐτοῦ καὶ τῶν εὐεργεσιῶν αὐτοῦ ὧν ἔδειξεν ἡμῖν· διὰ τοῦτο ἀπέστρεψεν τὴν βοήθειαν τῆς ῥομφαίας ἡμῶν, καὶ οὐκ ἀντελάβετο ἡμᾶς ἐν τῷ πολέμῳ, ὥστε καὶ ἐφ' ἡμᾶς πεπληρῶσθαι τὸ προφητικὸν ῥητὸν τὸ φάσκον· Ἔθεντο τὰ θνησιμαῖα τῶν δούλων σου βρώματα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, τὰς Σάρκας τῶν ὁσίων σου τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, ἐξέχεαν τὸ αἷμα αὐτῶν ὡσεὶ ὕδωρ κύκλῳ Ἱερουσαλήμ, καὶ οὐκ ἦν ὁ θάπτων, καὶ τὰ ἑξῆς.

Commisso prælio

B *fit strages Romanorum:*

e

22 Ἀλλὰ παρακαλῶ, κλίνατε τὰς ἀκοὰς ὑμῶν ἀδελφοὶ, καὶ εὐηκόως τοῖς λεγομένοις προσέχετε, καὶ θρῆνον μετ' εὐχαριστίας καὶ κατανύξεως Συμπαθῶς καὶ φιλοστόργως ἀναλάβετε. Τοίνυν, διὰ τὰ πλήθη τῶν ἀνομιῶν καὶ ἀδικιῶν ἡμῶν, τοῖς ἀνεφίκτοις καὶ ἀνεξιχνιάστοις κρίμασι τοῦ Θεοῦ, οἷς μόνος αὐτὸς ἐπίσταται ὁ πλάσας καὶ διεξάγων ἡμᾶς ὡς ἂν βούληται, Συνέβη τὴν τῶν Χριστιανῶν Σύμπτωσιν ἐκεῖσε γενέσθαι· καὶ οἱ μὲν ὑπὸ ξιφῶν ἀνῃρέθησαν, οἱ δὲ ἐν τῇ θαλάσσῃ κατεποντίσθησαν, ἕτεροι δὲ ἐν πνηγμονῇ καὶ καταπατήσει ἵππων καὶ Συμπτώματι βιαίῳ τεθνήκασιν, καὶ ἄλλοι ἄλλως πολυτρόποις θανάτου εἴδεσιν ἐτελεύτησαν· ἄλλοι δὲ αἰχμάλωτοι λειφθέντες, καὶ εἰς φυλακὰς ζοφώδεις καὶ δεσμωτήρια βληθέντες, καὶ λιμῷ καὶ δίψει καὶ κακουχίαις πιεζόμενοι, καὶ τιμωρούμενοι, κακινκάκως τὸ ζῆν ἀπέῤῥηψαν· οἱ δὲ καὶ εἰς πικρὰς δουλίας κατεμερίσθησαν· μόλις ἐκ τῶν πολλῶν ὀλίγοι διαδράντες καὶ φυγάδες γενόμενοι.. Ὁ δὲ παῖς Γεώργιος, τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ καὶ τῇ τοῦ Μάρτυρος προμηθείᾳ καὶ ταῖς τῶν γονέων εὐχαῖς φυλαττόμενος, Σῶος καὶ ἀβλαβὴς διετηρήθη, μήτε πληγὴν ὑπὸ ξίφους δεξάμενος, μήτε Σύμπτωσίν τινα πεπονθὼς, μήτε τινὰ ἀλγηδόνα θανατηφόρον ὑποστὰς, ἀλλ' ἦν κρατηθεὶς παρά τινος ἐθνάρχου· ὅν τινα εὐειδέστατον θεασάμενος, ἄνευ δεσμῶν καὶ μαστιγώσεως, εἰς δουλείαν αὐτοῦ καὶ ὑπερησίαν εἶναι προσέταξεν, ἀπαχθέντα ἐν τῷ ἔθνει αὐτοῦ. Ὁ δὲ παῖς ἦν εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Μεγαλομάρτυρι ὑπὲρ τῆς τοιαύτης αὐτοῦ Σωτηρίας, ἀόκνως καὶ φιλοπόνως ἐκτελῶν τὴν ὑπηρεσίαν αὐτοῦ, Σπεύδων εὐαρέστως τῷ δεσπότῃ αὐτοῦ φανῆναι.

multisq; cæsis,

C

aliis captis,

abducitur etiam adolescens præter spem servatus.

D

23 Οἱ δὲ τούτου γονεῖς, τοῦ χρόνου παροχηκότος, καὶ τοῦτον μὴ ἀπολαβόντες, ἤρξαντο τοῖς φυσικοῖς Σπλάγχνοις ἀναπληροῦσθαι καὶ καταφλέγεσθαι, καὶ λίαν ὀδυνηρῶς καὶ θρηνιτικῶς ἐποδύρεσθαι. Καὶ ὁ μὲν πατὴρ τοιαύταις φωναῖς ἐκέχρητο· Οἴμοι! οἴμοι! μονογενὴ καὶ παμφίλτατε. Οἴμοι ἀναψυχὴ τοῦ γήρους μου! Διατὶ γὰρ ἐγὼ ὁ γεγηρακὼς καὶ ἀδύνατος, μὴ κατὰ τὸ Σύνηθες ἐπορεύθην εἰς τὴν τῆς στρατείας ὑπηρεσίαν, καὶ παρανάλωμα τοῖς ὑπεναντίοις γέγονα· καὶ Σὺ κατελείφθης ὡς νεόφυτος κλάδος ἐν τῷ οἴκῳ μου, εἰς τὴν τῆς μητρός σου παραμυθίαν καὶ ἀνάπαυσιν, καὶ εὐκληρίαν τοῦ γένους μου; Οἴμοι! τί πράξω; τί ἐννοήσω; τίνα παρηγορίαν τοῦ γήρους μου λήψομαι; τίνα τῆς οὐσίας μου κληρονόμον καταλείπω; τίς με ἀδυνατοῦντα καὶ γεγηρακότα θεραπεύσει, καὶ θανόντα ταφῇ παραδώσει, καὶ τὰ μνημόσυνά μου τελέσει; Οἴμοι τῷ ταλαιπόρῳ! πῶς κατέλθη τὸ γῆρας μου μετὰ λύπης εἰς ἅδην; Ἡ δὲ μήτηρ ἔτι γοερότερον θρηνοῦσα ἀπεφθέγγετο, Οἴμοι, τέκνον γλυκύτατον! Οἴμοι παραμυθία τῆς ἐμῆς ψυχῆς! Οἴμοι φῶς τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν! Ἄρα πῶς σε θρηνήσω, ἢ ποίῳ τρόπῳ τὴν στέρησίν σου ἀποκλαύσομαι; Ἄρα ὑπὸ ξίφων ἀνῃρέθης, ἢ ὑπὸ ἵππων κατεπατήθης; ἄρα ἐν τῇ θαλάσσῃ κατεποντίσθης, ἢ ὑπὸ τῶν Συμπτωμάτων κατεχώσθης; ἄρα εἰς φυλακὰς καὶ δεσμωτήρια κατεκλείσθης, ἢ λιμῷ καὶ δίψει ἐκτηκόμενος ἀνῃρέθης; ἄρα μετὰ τῶν ζώντων σε λογισώμεθα, ἢ μετὰ τῶν τεθνηκότων σε μνημονεύσωμεν; Τίς δώσει μοι πτέρυγας περιστερᾶς καὶ πετασθήσομαι, ἵνα ἐλθοῦσα ἐν τοῖς αὐτόθι ἐρευνήσω ἐν τοῖς Συμπτώμασι τῶν τεθνηκότων, καὶ κἂν βραχύ τι ἐκ τῶν Σῶν φιλτάτων μελῶν ἢ ὀστέων ἰσχύσω ἀναλαβεῖν, καὶ Συγκομήσω τοῦ Συνταφῆναι μετ' εμοῦ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐξόδου μου. Εἰ γὰρ ἐνταῦθα τέθνηκας, ὦ τέκνον, ἀνεκτοτέραν ἂν τὴν ὀδύνην εἶχον εἰσδέξασθαι, ταῖς οἰκείαις χερσίν σε ἐνταφιάσασα καὶ ταφῇ παραδοῦσα, καὶ πρὸς μικρὰν παραμυθίαν τῷ τάφῳ σου παρακαθημένη καὶ κλαίουσα. Ἄρα, τέκνον, τίς σε ἐνταφιάσει καὶ ταφῇ παπέμψει; ἀλλ', ὡς ἔοικεν, τὰ ἐμοὶ πεποθημένα σου μέλη ὑπὸ ὀρνέων ἢ αἱμωβόρον θηρίων κατεβρώθησαν. Ταῦτα καὶ τὰ τούτων πλείωνα θρηνωδοῦσα ἡ μήτηρ ὀδυνηρῶς ἀπεφθέγγετο, οἷα εἰκῶς φιλότεκνος μήτηρ, ἐπὶ στερήσει καὶ χωρισμῷ μονογενοῦς καὶ φιλτάτου υἱοῦ, ἐν θλίψει ἀποφύρεσθαι.

Amissum lugent, pater,

E *ac mater,*

F

24 Ἀμφότεροι δὲ, ὅτε πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ, οὐ κατοῖκον καὶ μόνον ταῦτα θρηνητικῶς ἐβόουν· ἀλλὰ καὶ τὸν τοῦ Μάρτυρος ναὸν Σπουδῇ καταλαβόντες, γοερότερον καὶ δριμύτερον ἀνεκόμιζον, λέγοντες· Ἐπὶ τοιαύταις ἐλπίσιν, Ἅγιε τοῦ Θεοῦ, τὸν φίλτατον υἱόν σοι παρεθέμεθα, ἵνα ὀρνέων καὶ θηρίων κατάβρωμα γένηται; Τοιαύτας ἀμοιβὰς ἡμῖν ἀνταπέδωκας, ἀντὶ εὐχῶν καὶ ἱκεσιῶν ὧν περὶ αὐτὸν καθεκάστην πρὸς σὲ ἐποιούμεθα; Κἂν γὰρ τὸ ἡμῶν γῆρας οὐκ ᾠκτείρησας, τὴν ἐκείνου νεότητα διατὶ μὴ ἐλέησας; μὴ γὰρ ἐν τῷ πανσέπτῳ σου ναῷ τούτῳ τὸ ἅγιον βάπτισμα λαβεῖν τοῦτον οὐ προσηνέγκαμεν; οὐ τῷ Σῷ τιμίῳ ὀνόματι τοῦτον ἐπωνομάσαμεν; οὐ καθεκάστην παρ' αὐτοῦ τὰς δεήσεις προσηγάγομεν; Διατὶ τὴν ἡμῶν ἐλεεινότητα ὑπερίδες, Μεγαλομάρτυς Γεώργιε; Μάλιστα δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, ὁρῶσα τοὺς ὁμηλίκους τοῦ υἱοῦ αὐτῆς παῖδας,

& filium reposcunt à S. Georgio:

A παῖδας, εἰσιόντας καὶ ἐξιόντας ἐν τῷ τοῦ ἁγίου πανσέπτῳ ναῷ, καὶ ψάλλοντας καὶ ἀναγινώσκοντας, σφοδρότερον ἐπωδύρετο, λέγουσα· Μὴ γὰρ, Ἅγιε τοῦ Θεοῦ, μόνος ὁ ἐμὸς υἱὸς τὴν γῆν ἐβάρει πατεῖν ἐν αὐτῇ, ἢ μόνη ἐγὼ ἐν μητράσιν εὑρέθη πολυαμάρτητος, ἵνα μὴ τὸν ἐμὸν υἱὸν ἀβλαβῆ καὶ σεσωσμένον διαφυλάξεις; Εἰ γὰρ εἶχον καὶ ἕτερον τέκνον, ἴσως ἂν μικρὰν παραμυθίαν, εἰς τοῦτο ἀφορῶσα, λαβεῖν ἠδυνήθην. Πρὸς τίνα ἀποβλέψωμαι; τίνα παρηγορίαν τοῦ πόνου εὑρήσω; Συμπονήσατέ μοι φίλοι, συγκλαύσατέ μοι συγγενεῖς, γείτονες οἱ προσήκοντες δότε μοι μικρὰν παραμυθίαν τῆς κατεχούσης με θλίψεως. Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια οἱ γονεῖς πρὸς ἑαυτοὺς καὶ πρὸς τὸν Ἅγιον ἀπωλοφυρόμενοι καὶ λέγοντες, οὐ μόνον τοὺς γνωστοὺς καὶ φίλους καὶ γείτονας εἰς θρῆνον ἐκίνουν, ἀλλὰ σχεδὸν εἰπεῖν καὶ τοὺς λίθους συγκλαίειν αὐτοῖς.

ipse quoque se ei commendat.

25 Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ παῖς Γεώργιος, ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ καὶ δουλείᾳ ὑπάρχων, τὰ ὅμοια τούτοις ἢ καὶ πλείονα εἰλικρινῶς μεθ' ὑμωγῆς πρὸς τὸν Μάρτυρα ἀπεφθέγγετο. Οὔ σοι, Ἅγιε τοῦ Θεοῦ, οἱ ἐμοὶ γονεῖς μὲ παρέθεντο, καὶ ἐν τῷ σῷ πανσέπτῳ ναῷ τὸ ἅγιον βάπτισμα ἔλαβον, καὶ τὴν κλῆσιν τοῦ ὀνόματός σου ἐπικέκλημαι, καὶ τὴν τῶν ἱερῶν γραμμάτων μάθησιν πεποίημαι; Καὶ ἵνα τί τὴν τῶν ἐμῶν γονέων δέησιν καὶ ἱκεσίαν παρίδες, καὶ κατεδέξω εἰς δουλείαν με ἀπαχθῆναι, καὶ πολλὰ ἐπ' ἀλλοδαπου καὶ ἀλόγου χώρας, τοῦ ἀσπόνδου καὶ ἀπηνεστάτου ἔθνους τούτου [πάσχειν], μήτε τὰ τῶν γονέων μου δάκρυα οἰκτείρας, μήτε τὴν ἐμὴν νεότητα ἐλεήσας; Ἀλλ' ὅμως, μὴ δὲ ἀπὸ τοῦ νῦν ἐνταῦθα ἐγκαταλείπῃς με· ἀλλὰ παράσχου μοι δύναμιν τοῦ εὐάρεστον φανῆναι τοῖς δεσπόταις μου, καὶ τὴν τούτων θηριώδη γνώμην εἰς ἡμερότητα μεταποίησον, καὶ τοὺς ἐμοὺς γονεῖς ὡς συμπαθεῖς παραμύθησαι. Τούτων δὲ οὕτως τελουμένων, παρῆν καὶ ἡ ἐτήσιος μνήμη τοῦ Μάρτυρος, ἧνπερ ὠήθησαν ἐκ πίστεως καὶ πόθου ἐπιτελεῖν, καὶ ὅσον ἡ μνήμη τοῦ Ἁγίου ἤγγιζεν, σφοδρότερον οἱ τοῦ παιδὸς γονεῖς τὸν θρῆνον ἐπέτεινον· ὅμως ταύτην φιλοφρόνως ἐκτελέσαι κατὰ τὸ σύνηθες ἔσπευδον. Καὶ δὴ, τῆς μνήμης φθασάσης, μετὰ τὴν τοῦ Λυχνικοῦ ψαλμῳδίαν, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς ἐγχωρίοις τράπεζαν παρατιθέναι τοῖς προσήκουσιν, καὶ τοῦτο καὶ αὐτοὶ πεποιηκότες ἐν ἀφθονίᾳ ἀγαθῶν, πάντας τοὺς φίλους καὶ συγγενεῖς καὶ πένητας σὺν τοῖς παρατυχοῦσιν ἐν τῇ τραπέζῃ προετρέψαντο. Τούτων δὲ ἐν τῇ τραπέζῃ καθεσθέντων, οὐδὲν ἕτερον ἢ περὶ τοῦ παιδὸς ἐφθέγγοντο· οἱ μὲν γονεῖς θρηνοῦντες καὶ λέγοντες, ὅτι ἐν τῇ παρελθούσῃ μνήμῃ τοῦ ἁγίου Μάρτυρος, καὶ ὁ ἡμῶν φίλτατος υἱὸς Γεώργιος ἐνταῦθα παρῆν, ἐξυπηρετῶν τοῖς φίλοις καὶ συνευχόμενος. Ταῦτα παρὰ τῶν γονέων ἀκούοντες, οἱ συγγενεῖς συνέκλαιον, οἱ φίλοι παρεμυθοῦντο, καὶ πάντες ἐν ἀθυμίᾳ καὶ θλίψει ἐτύγχανον, τὴν τοῦ παιδὸς στέρησιν ἐννοούμενοι καὶ συμπάσχοντες.

Illis vertente anno votivas epulas celebrantibus,

C

26 Ἦν δὲ καὶ ὁ παῖς Γεώργιος ἐγνωκὼς ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ, κατ' ἐκείνην τὴν ἑσπέραν, τὴν τοῦ Ἁγίου μνήμην εἶναι· καὶ ἐν τῇ μαγειρικῇ καμίνῳ ὤν, καὶ τὴν τοῦ θερμοῦ ὑπηρεσίαν κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ ἐκτελῶν, ἵστατο κατηφὴς καὶ σύνδακρυς, ἐνθυμούμενος κατὰ διάνοιαν, ὅτι ἐν τῷ οἴκῳ μου κατὰ τὴν τοῦ Ἁγίου μνήμην ἐπιτελεῖν ὠήθησα, καὶ οἱ παρατυγχάνοντες φίλοι καὶ γείτονες ἐπὶ τραπέζης κεκαθηκέναι· κἀγὼ ὁ ἐλεεινὸς καὶ αἰχμάλωτος ἐν ταῖς παρελθούσαις μνήμαις τοῦ Μάρτυρος συμπαρήμην ἑορτάζων καὶ εὐφραινόμενος· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ αὐτοῦ τοῖς ἀθροιζομένοις συνέψαλλον καὶ συναμιλλόμενος· νυνὶ δὲ ἐπ' ἀλλοδαπῆς χώρας αἰχμάλωτος καὶ δοῦλος γεγένημαι. Μὴ γὰρ ἐγὼ, Ἅγιε τοῦ Θεοῦ, μόνος ἀνάξιος εὑρέθην τοῦ εἰσιέναι εἰς τὸν ναόν σου; Ἄρα οἱ ἐμοὶ γονεῖς τὴν μνήμην σου ἐκτελοῦντες, καὶ μὴ ὁρῶντές με, πῶς οὐχὶ τὴν στέρησίν μου θρηνήσουσιν; ἄρα ἡ πολύθλιβός μου μήτηρ, θεωροῦσα τοὺς συγγενεῖς καὶ γνωστοὺς καὶ φίλους ἐν τῇ μνήμῃ σου ἐπισυναγομένους, ἐμὲ δὲ μὴ βλέπουσα ἢ φωνῆς μου ἀκούσασα, πῶς οὐχὶ, ὡς δάμαλις μυκωμένη ἐπὶ χωρισμῷ τῆς ἑαυτῆς μόσχου καὶ γοερὸν θρηνῳδοῦσα, ὀξυδερκὲς περιβλεπομένη ὧδε κἀκεῖσε, πότε θεάσεταί με, ἢ φωνῆς μου ἀκούσει. Ἄρα τοὺς ὁμηλικάς μου παῖδας καὶ συμμαθητὰς ὁρῶσα ἐν τῷ ναῷ σου ψάλλοντας καὶ συναμιλλωμένους, καὶ ἐμὲ μὴ βλέπουσα, πῶς οὐχὶ τὴν καρδίαν σπαραττομένη, καὶ τοῖς τῶν σπλάγχνων κέντροις νυττομένη, ὀδυνηρὰν πληγὴν ὑποδέξεται. Τίς τοὺς τοῦ ἐμοῦ πατρὸς στεναγμοὺς ὑπενέγκοιτο; τίς τῆς ἐμῆς μητρὸς τὰ δάκρυα παύσει; ἐγὼ δὲ ποίους ὕμνους ἐν τῇ μνήμῃ σου προσαγάγω; ποίους ψαλμοὺς μελωδήσω; εἰ μὴ δάκρυα ἀνενέργητα, καὶ στεναγμοὺς ἀλαλήτους ἐκ κατωδύνου καρδίας φλογοειδῶς ἀναπεμπομένους. Σῶζον πάτερ, σῶζον μῆτερ, σώζεσθε πάντες φίλοι καὶ γνωστοὶ καὶ συγγενεῖς, καὶ μέμνησθέ μου τοῦ αἰχμαλώτου, κἄντε ζῶντι ὑπερευχόμενοι, κἄντε τεθνηκότι θρηνητικῶς μνημονεύοντες. Σῶζον καὶ σύ, τιμιώτατε Ἱερεὺς καὶ Προσμονάριε τοῦ πανσέπτου σου ναοῦ, ὁ παιδαγωγήσας καὶ διδάξας με τὴν τῶν ἱερῶν γραμμάτων μάθησιν, καὶ μέμνησό μου ἐν ταῖς πρὸς Θεὸν εὐχαῖς σου. Σώζεσθε καὶ ὑμεῖς οἱ ὁμήλικές μου παῖδες, οἱ συμμαθηταὶ, καὶ συμψάλλοντες, καὶ συναμιλλόμενοί μοι καὶ συνευχόμενοι, καὶ ἐν τῇ τοῦ Ἁγίου μνήμῃ μή μου ἐπιλάθησθε, τὸν ἐπὶ ξένης ξένον καὶ αἰχμάλωτον καὶ δοῦλον ὑπάρχοντα.

earum recordatus captivus

EX MS. VATICAN.

E

27 Ταῦτα νῦν ἐννοῶν ἐν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις, καὶ δάκρυα ποταμηδὸν ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ καταῤῥέων, ἡσυχὴ καὶ ἡμέρα μὴ τολμῶν γοερώτερον ὀλοφύρεσθαι. Ἀλλ' ἄρτι μοι ἐξιόντι τὰ περὶ τοῦ παραδόξου θαύματος τὰς ἀκοὰς ὑφαπλώσατε. Παραυτὰ οὖν προστάττουσιν αὐτῷ οἱ σύνδουλοι αὐτοῦ, τὸ τοῦ θερμοῦ ἀγγεῖον ἄραι ἐκ τῆς μαγειρικῆς καμίνου, καὶ πρὸς τὸν κύριον αὐτοῦ ἀνελθεῖν. Ὁ δὲ τὰ δάκρυα ἀπὸ τῶν παρειῶν αὐτοῦ ἀποσμήξας, καὶ ἀναλαβὼν τὸ τοῦ θερμοῦ ἀγγεῖον, ὅπερ εἴωθεν ἡ ἐπιχώριος διάλεκτος Κουκούμιον καλεῖν, σπουδαῖος ὥρμησεν πορευθῆναι ἐν τῇ τραπέζῃ πρὸς τὸν κύριον αὐτοῦ· καὶ ἀναλαβὼν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὸ κουκούμιον τοῦ θερμοῦ κρατοῦντα, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ μετάρσιον, ἐν τῷ αὐτοῦ οἴκῳ, ἐν τῇ τραπέζῃ, ἔνθα οἱ κεκλημένοι φίλοι ἐκάθηντο, τοῦτον εἰς μέσον ἔστησεν ὁ Ἅγιος, κατέχοντα ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὸ κουκούμιον σὺν τοῦ θερμοῦ βράζοντος, ὡς ἐκ τῆς καμίνου εὐθέως ἁρπαγέν. Ὅπερ ἐξαίφνης θεασάμενοι οἵ τε γονεῖς καὶ πάντες οἱ παρατυχόντες, βουλγαρικὴν στολὴν ἠμφιεσμένον, καὶ τὸ κουκούμιον βράζον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ κρατοῦντα, ἐξίσταντο, καὶ φωναῖς μεγίσταις ἐκέχρηντο. Καὶ οἱ μὲν γονεῖς αὐτοῦ, ἐκ τῆς ὑπερβαλλούσης αὐτοῦ ἀδοκήτου χαρᾶς, πρινεῖς εἰς γῆν κατέπεσον ἄφωνοι· οἱ δὲ λοιποὶ, τοῦτον περιπλακέντες καὶ καταφιλοῦντες, ἤρξαντο ἐρωτᾶν αὐτὸν περὶ τῆς ἐπανόδου αὐτοῦ. Ὁ δὲ παῖς, γνωρίσας τὸν ἑαυτοῦ οἶκον, καὶ τοὺς γονεῖς, καὶ τοὺς παρατυγχάνοντας,

& sorbitiunculam hero prandenti laturus,

F

subito transfertur & redditur suis

EX MS. VATICANO

ἐν ἀπορίᾳ καὶ ἀμηχανίᾳ καὶ ἐκπλήξει μεγίστῃ γέγονεν· διηγεῖτο δὲ τὰ περὶ ἑαυτοῦ λέγων.

S. Georgii beneficio

28 Ὅτι ἐγώ τι πλέον διηγήσασθαι οὐκ οἶδα· ἐν οἶδα, ὅτι ταύτῃ τῇ στιγμῇ, καὶ τῇ ῥοπῇ, καὶ τῇ ὥρᾳ, ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ καὶ τῇ δουλείᾳ εἰς Βουλγαρίαν ἤμην· καὶ ὅπερ ὁρᾶτε κουκούμιον ἐκ τῆς μαγειρικῆς καμίνου ἥρπασα βράζον, θέλων ἀνελθεῖν πρὸς τὸν κύριόν μου ἐν τῇ ἀνόδῳ τῆς κλίμακος· καὶ ἐλθὼν, εὗρόν τινα ἔφιππον ὁπλοφόρον, ἐν σχήματι στρατηλάτου, ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου αὐγοειδέστερον διαλάμποντα, ὅστις ἀθρόως ἁρπάσας με καὶ ἀναλαβὼν, ὡς τάχος ἀστραπῆς διήρχετο, μή τε κόπον μή τε κίνησιν αἰσθανομένου μου, πλὴν εἰ μή γε ἐν θαλάσσῃ προσεπιβάντες, ἐκ τῆς τοῦ ἵππου ποδῶν, ὥσπερ ἔξαλμα ὕδατος ταραττομένου, ψόφον τινὰ ἐκλυπούμενον ἀκήκοα. Καὶ αὖθις ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ ἐν τῇ γῇ εὑρεθέντες, ἐν φωτὶ καὶ λαμπρότητι διϊπτάμενοι, ἀκόπως καὶ ἀμωγητὶ, μὴ ἐγνωκότος μου, ποῦ εἰμι, ἢ ποῦ πορεύομαι, ἐξαίφνης παραδόξως καὶ ἀπροσδοκήτως, μετάρσιον ἐνταῦθα, ὡς ὁρᾶτε, ἀθρόως με ἵστησιν εἰς μέσον ὑμῶν, ἐν τῇ χειρί μου τὸ κουκούμιον τοῦτο κατέχοντα. Ταῦτα παρὰ τοῦ παιδὸς ἀκούσαντες, καὶ ἐν ἐκπλήξει γενόμενοι, δρομαῖοι ἐξῆλθον τοῦ οἴκου, τὸν διασώσαντα εὑρεῖν βουλόμενοι, καὶ τοῦτον ταῖς πρεπούσαις τιμαῖς ἀμείψασθαι· μηδένα δὲ εὑρόντες ἢ κατασχόντες, πρὸς τὸν παῖδα παλινδρόμῳ ἤεσαν, τὸ παράδοξον τοῦ θαύματος σφοδρῶς ἐκπληττόμενοι, μάλιστα ὁρῶντες τὸ κουκούμιον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ βράζον καὶ ἀνακοχλάζον, ὡς ἀρτίως ἐκ τῆς καμίνου ἁρπαγέν. Ἀνανήψαντες δὲ καὶ οἱ γονεῖς αὐτοῦ ἐκ τῆς λειποθυμίας, περιεπλάκησαν ἐν τῷ τραχήλῳ τοῦ τέκνου αὐτῶν, κατασπαζόμενοι καὶ κλαίοντες, καὶ κατανοοῦντες αὐτὸν διηπόρουν· Ἄρα ὁ υἱὸς ἡμῶν ἐστιν οὗτος; ἄρα ἀληθές ἐστι τοῦτο, ὅτι τὸ τέκνον ἡμῶν ὁρῶμεν; Τί μὲν οὐ λέγοντες, τί δὲ οὐ πράττοντες, ἄξια τῆς εὐχαριστίας τῆς γενομένης εἰς αὐτοὺς θαυματοποιΐας καὶ κηδεμονίας καὶ θερμῆς ἀντιλήψεως τοῦ ἁγίου Μεγαλομάρτυρος Γεωργίου. Μεταστρέψαντες δὲ τὴν λύπην εἰς χαρὰν μεγίστην πάντες, καὶ δοξάζοντες τὸν Θεὸν τὸν ποιοῦντα παράδοξα θαύματα, εὐχαριστοῦντες καὶ τῷ ἁγίῳ Μεγαλομάρτυρι, ὅθεν ἐκ τοῦ βράζοντος θερμοῦ, τοῦ ἀποκομισθέντος ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας, εἰς τὴν τοῦ Ἁγίου πρεσβείαν πιεῖν προστάττουσιν.

cum eodem quod manu ferebat cucumio;

B

ex quo mirabiliter multiplicato

29 Θαῦμα δὲ ἐπὶ θαύματος προσθήκην ἀκούσατε. Τὸ γὰρ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας λειφθὲν κουκούμιον, οὐ πάνυ μεγίστον ἦν, ἀλλὰ καὶ λίαν μικρότατον· οἱ δὲ ἐν τῇ τοῦ Ἁγίου μνήμῃ συναθροισθέντες, πλεῖστοι τὸν ἀριθμὸν ὑπῆρχον. Οὐ μόνον δὲ τοὺς ἐν τῇ τραπέζῃ καθημένους πιεῖν ἐπήρκεσεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς παρισταμένους, καὶ τοὺς ἐξυπηρετοῦντας, καὶ τοὺς ἐν τῷ οἴκῳ, καὶ πάντας τοὺς παρατυγχάνοντας καὶ ἐπισυναχθέντας· μήτε ἐλάττωσιν τοῦ θερμοῦ, μήτε ψυχρότητα ἐκ τοῦ τοσούτου διαστήματος εἰσδεξαμένου, ἀλλ' ἦν ἀνακοχλάζον καὶ βράζον, ὡς ὑπὸ λαυροτάτου πυρὸς ἐκφυσόμενον. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ Προφήτου Ἡλιοῦ, τῆς φιλοξένου καὶ φιλοπτωχοτάτης χήρας ἡ τοῦ ἀλεύρου δρὰξ καὶ ὁ καμψάκης τοῦ ἐλαίου οὐκ ἠλαττονήθη· οὕτως οὐ δὲ ἡ ἐν τῷ σμικροτάτῳ κουκουμίῳ τοῦ θερμοῦ μετάδοσις ἔλλειψίν τινα εἰσεδέξατο, ἀλλ' ἐπήρκεσε πᾶσιν ἀφθόνως μεταδιδόμενον. Καὶ ὥσπερ g ἡ ἐπὶ τῆς σχιδάκων τοῦ ὕδατος ἐπίκλυσις τὸ παρὰ φύσιν ἀναφθὲν πῦρ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Προφήτου Ἡλιοῦ οὐ κατέσβεσεν, ἀλλὰ μειζόνως ἀνήπτετο· οὕτως καὶ ἡ τοῦ θείου πυρὸς ἐνέργεια διὰ τῆς τοῦ Μάρτυρος θερμοτάτης πρεσβείας τε καὶ δυνάμεως, τὸ τοῦ θερμοῦ ἀγγεῖον προσεπανῆπτεν καὶ διεπύρωσεν. Ὦ καινοῦ καὶ παραδόξου θαύματος! ὦ ἐξαισίου πράγματος! Τίς ἀκούων ταῦτα οὐκ ἐκπλαγίει, καὶ δοξάζει τὸν ἐν τοῖς Ἁγίοις δοξαζόμενον Κύριον;

C

cum plurimi bibissent, g

D

30 Πιόντες οὖν εἰς τὴν τοῦ Ἁγίου πρεσβείαν καὶ κορεσθέντες ἅπαντες, ἐπὶ πλεῖον εὐφράνθησαν, δοξάζοντες καὶ εὐχαριστοῦντες Χριστὸν τὸν Θεόν. Καὶ λαβόντες τὸν παῖδα, ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ τοῦ Μάρτυρος ἀπήεσαν, χαίροντες ὁμοῦ καὶ κλαίοντες, καὶ τοῖς τῆς χαρμοσύνης δάκρυσι τὸ ἔδαφος καταβρέχοντες· οἶδεν γὰρ ὡς τὸ τῆς λύπης ἐπείσακτον, οὕτω καὶ τὸ τῆς χαρᾶς ἀπροσδόκητον, τοῖς τῆς ἐπιτυχίας ἐνηδύνεσθαι δάκρυσιν. Τοιαύτας οὖν φωνὰς εὐχαριστηρίους πρὸς τὸν Ἅγιον βοῶντες καὶ λέγοντες· Εὐχαριστοῦμεν, Ἅγιε τοῦ Θεοῦ, τὴν σὴν θερμοτάτην πρεσβείαν καὶ ἀντίληψιν, ὅτι οὐ παρεῖδες τὴν δέησιν ἡμῶν οὐ δὲ τὰ δάκρυα, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐγγύην ἐπλήρωσας, καὶ τὸν υἱὸν ἡμῶν ὑγιῆ καὶ σεσωσμένον ἡμῖν μετὰ σωτηρίας ἀπέδωκας. Ἀλλὰ σύγγνωθι ἡμῖν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις κακοῖς καὶ ὀνειδιστικοῖς λόγοις, οἷς πρὸς σὲ πεποιήκαμεν, ὡς κατὰ παῖδα ὑπάρχων εὐμενὴς καὶ εὐσυμπάθητος· πόνῳ γὰρ καρδίας ἀλγοῦντες, καὶ τοῖς φυσικοῖς σπλάγχνοις νυττόμενοι, ἄκοντες τὰ μὴ δέοντα ἐφθεγγόμεθα. Τοιαύταις οὖν καὶ πλείοσιν εὐχαριστίαις τὸν Ἅγιον ἱκετεύοντες, τὴν νύκτα πᾶσαν ἄϋπνοι διατελέσαντες, καὶ τὴν μὲν ἑορτὴν καὶ μνήμην αὐτοῦ φαιδρότερον καὶ εὐχαριστήριον ἐκτελέσαντες, δεδώκασιν τὸ κουκούμιον ἐκεῖνο, τὸ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἀποκομισθὲν, ἐν τῷ τοῦ Ἁγίου ναῷ, τοῦ εἶναι εἰς ὑπηρεσίαν τῆς ἑνώσεως τοῦ ἀχράντου σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐν τῷ ἱερατίῳ, εἰς πίστωσιν καὶ μαρτυρίαν τῶν ὁρώντων τε καὶ ἀκουόντων τὰ περὶ τοῦ παραδόξου θαύματος h. Ὁ δὲ διασωθεὶς παραδόξως Γεώργιος, τότε μὲν κομιδῇ μειράκιον ἦν, νῦν δὲ εἰς γῆρας ἐληλακὼς διηγεῖται αὐτὸς καθεξῆς τὴν γεναμένην εἰς αὐτὸν παράδοξον θαυματοποιΐαν καὶ σωτηρίαν τοῦ ἁγίου Μεγαλομάρτυρος Γεωργίου, μηδενὸς ἄλλου εἰς μαρτυρίαν ἐπιδεόμενος.

ipsum vasculum Sancto consecratur,

ad perpetuam rei memoriam:

E

h

cujus etiam testis adolescens vivebat

31 Τοῦτο τὸ παράδοξον θαῦμα ἀκουστὸν γέγονεν ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ ἐκείνῃ· οἵτινες ἐρχόμενοι, καὶ παρὰ τοῦ διασωθέντος Γεωργίου τὸ παράδοξον τοῦ θαύματος μανθάνοντες, καὶ τὸ κουκούμιον ἐν τῷ τοῦ ἁγίου Μάρτυρος ναῷ ὁρῶντες, ἐπὶ πλεῖον ἐθαύμαζον ἅπαντες, δοξάζοντες τὸν Θεὸν, καὶ εὐχαριστοῦντες τὸν ποιοῦντα τὸ θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτόν. Ὄντως θαυμαστὸς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς Ἁγίοις αὐτοῦ, καθὼς ὁ Προφήτης Δαυὶδ ἐμελῴδησεν, ἀληθῶς τοὺς Ἁγίους τοὺς ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ ἐθαυμάστωσεν ὁ Κύριος· ἐφαρμόσειεν δὲ καὶ τὸ τοῦ Ἀποστόλου ῥητὸν τὸ φάσκον, Τοῖς ἀγαπῶσιν τὸν Θεὸν, πάντα συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθόν. Εὖγε τοῦ μεγίστου θαύματος! εὖγε καὶ τῆς τῶν γονέων πίστεως! ὑπέρευγε καὶ τῆς τοῦ Μάρτυρος κηδεμονίας, εὐσπλαγχνίας, καὶ ἀντιλήψεως. Τί τοῦ κατὰ τὸν Ἀμβακοὺμ θαύματος ἀδοξότερον; Ἐκεῖνος γὰρ ἁρπαγεὶς ὑπὸ Ἀγγέλου ἐκ τῆς Μηδικῆς i χώρας, τὸ ἄριστον εἰς Βαβυλῶνα τῷ Δανιὴλ ἐν τῷ λάκκῳ τῶν λέοντων ἀθρόως εἰσεκόμισε, καὶ αὖθις ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι αὐτὸν ἀπεκατέστησεν· k ὁ δέ γε Τροπαιοφόρος Μάρτυς τοῦ Χριστοῦ, καὶ στεφανίτης, καὶ ὁπλοφόρος, καὶ καλλίνικος ἀθλοφόρος Γεώργιος, ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας καὶ δουλείας τὸν παῖδα ἁρπάσας καὶ λυτρωσάμενος, καὶ τῆς ἐθνικῆς καὶ βαρβαρικῆς θηριωδίας ἐλευθερώσας, μετάρσιον παρ' ἐλπίδα, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ, τοῖς ἰδίοις γονεῦσιν πενθοῦσιν καὶ κλαίουσιν, ἀσινῆ, σεσωσμένον, καὶ ἀλώβητον, παραδόξως διέσωσε, καὶ ὑγιῆ μετὰ σωτηρίας ἀπεκατέστησεν,

cum hac tota regione vulgarentur,

F

similia iis quæ de Abacuc leguntur

i

k

A *& in Actis SS. Guriæ & Sociorum.*

τέςησεν, τὸ τοῦ θερμοῦ ἀγγεῖον βράζον ἐπικομιζόμενον, εἰς ἔκπληξιν ἄγοντα τοὺς ὁρῶντας καὶ ἀκούοντας. Ἀλλ' ὥσπερ πάλαι οἱ τοῦ Σωτῆρος Ὁμολογηταὶ Γουρίας, Σαμωνᾶς τε καὶ Ἄβιβος, τὴν ἐν τῇ Γοτθίᾳ ἀπαχθεῖσαν κόρην καὶ ζώταφον γεγονυῖαν, ἐκ τοῦ τάφου ἁρπάσαντες ἐν τῷ πανσέπτῳ αὐτῶν ναῷ προσηνέγκαν, καὶ ταύτην τῇ ἰδίᾳ μητρὶ Σεσωσμένην παρέδωκαν· * οὕτως καὶ ὁ θερμότατος πρέσβις καὶ ἀντιλήπτωρ καὶ προςάτης Γεώργιος, τῇ πίςει τῶν γονέων καὶ ἱκεσίᾳ καμπτόμενος, τὸν αἰχμαλωτισθέντα παῖδα, καὶ ἐκ τῆς τοῦ πολέμου Συμπτώσεως ἄπληγον καὶ ἀλώβητον διετήρησεν, καὶ ἐκ τῆς ἐθνικῆς δουλείας ἐλευθερώσας, παραδόξως διέσωσεν.

Auctor S. Georgii patrocinium

32 Ἀλλ' ὦ Μάρτυς παγκόσμιε καὶ παμπόθητε, τὸ ἐρασμιώτατον καὶ Σεβασμιώτατον καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα, τὸ Θεοῦ γεώργιον καὶ ζωηφόρον βλάςημα, καὶ εὐθαλὲς καὶ καρποφόρον φυτὸν τῆς ἀθλήσεως, τὸ διατρέφον τὰς εὐχὰς καὶ καρδίας τῶν πίςει προσκαλωμένων σε· ὦ μαρτύρων ἀγλάϊσμα, καὶ ἀθλοφόρων καύχημα, καὶ τῶν πιςῶν διάσωσμα· ὁ πανταχοῦ προϊςάμενος, καὶ δεινῶν ἐξαιρούμενος, καὶ φρουρῶν καὶ φυλάττων, καὶ περιέπων καὶ Σκέπων τοὺς μετὰ πίςεως ἀδιςάκτου

B προσκαλουμένους σε, καὶ πόθῳ ἐξαιτουμένους τῆς σῆς θερμοτάτης πρεσβείας καὶ ἀντιλήψεως· πρόφθασον καὶ ἡμῖν, τοῖς πίςει καὶ πόθῳ ἐπικαλουμένοις σε, καὶ τὴν φαιδρὰν καὶ ἁγίαν σου μνήμην πανηγυρίζουσι, λυτρούμενος ἡμᾶς ἐκ τῆς τῶν ὁρωμένων καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν ἐπιβουλῆς ἐνέδρας τε καὶ κακώσεως. Σὲ γὰρ πᾶς πιςὸς ἐπικέκληται, καὶ πᾶν ςόμα σε δοξάζει, καὶ πᾶσα γλῶσσα ὑμνεῖ, καὶ τὸ πάνσεπτον καὶ θεῖον καὶ πεποθημένον σου ὄνομα ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ ᾄδεται καὶ προσκυνεῖται καὶ μεμακάρισται· σὲ πάντες Χριςιανοὶ, μετὰ Θεὸν καὶ τὴν πανάχραντον αὐτοῦ Μητέρα καὶ Δέσποιναν ἡμῶν, ἀδιαλείπτως ἐπικαλοῦνται, καὶ βοηθὸν καὶ προςάτην ἑτοιμότατον καὶ ἀντιλήπτορα καὶ ὑπέρμαχον καὶ πρεσβευτὴν ἀκαταίσχυντον κέκτηνται. Σὺ οὖν πανένδοξε καὶ ὑπέρλαμπρε καὶ ςεφηφόρε Γεώργιε, ὡς παῤῥησίαν εὐπρόσδεκτον πρὸς τὸν ἀθλοθέτην καὶ ςεφοδότην καὶ δεσπότην καὶ Κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν κεκτημένος,

& aliorum Martyrum

Συγκίνησον εἰς πρεσβείαν ὑπὲρ ἡμῶν τῶν δεομένων σου, καὶ τοὺς σοὺς Συναθλητὰς καὶ Συμμάρτυρας, καὶ τῶν Χριςιανῶν προςάτας καὶ ἀντιλήπτορας, τὸν Πρωτομάρτυρα καὶ ἀμνησίκακον Στέφανον, τὸν ἐνδοξότατον καὶ παμμέγιςον Θεόδωρον, τὸν καρτερικώτατον καὶ περι-

C φανέςατον Εὐςάθιον, τὸν γενναιότατον καὶ περιβόητον Προκόπιον, τὸν πανεύφημον καὶ παντεξάκουςον Δημήτριον, τὸν Σοφώτατον καὶ φαεινότατον Εὐςράτιον, τὸν πολύαθλον καὶ ἀνδρειότατον Παντελεήμονα, τὸν ςεῤῥότατον καὶ ἰαματοφόρον Μερκούριον, τὸν περίφημον καὶ ὑπέρλαμπρον Ἀρτέμιον, τὸν πανσεβάσμιον καὶ πανπόθητον Μηνᾶν, τὸν ὡραιότατον καὶ περικαλλέςατον Θαλέλαιον, τὴν τετραδεκάριθμον καὶ ςεφηφόρον χορείαν τῶν ἀηττήτων τεσσαράκοντα Μαρτύρων, τοὺς Συμπαθεςάτους ὁμολογητὰς τοῦ Χριςοῦ καὶ Μάρτυρας

atque Sanctorum suffragia implorat.

Γουρίαν Σαμωνᾶν τε καὶ Ἄβιβον, καὶ πάντας καθεξῆς τοὺς ἀθλητὰς καὶ τροπαιοφόρους ὁπλήτας καὶ μάρτυρας, ἱκετεύοντας καὶ δυσωποῦντας Σὺν Σοι τὸν ςεφοδότην καὶ ἀθλοθέτην καὶ νικοποιὸν Χριςὸν, τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ πᾶσιν ἡμῖν τὰ πρὸς Σωτηρίαν πρεσβεύοντες· τοῖς νοσοῦσιν ἴασιν, καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις ἀνάῤῥυσιν, τοῖς ἐν θλίψει παραμυθίαν, τοῖς ἐν ἀνάγκαις βοήθειαν, τοῖς ἐν δεσμοῖς ἄνεσιν, τοῖς ἐν συκοφαντείαις λύτρωσιν, τοῖς ἐν κινδύνοις ἀντίληψιν, τοῖς ἐν πολλαῖς ἁμαρτίαις καὶ ἀνομίαις πεφορτισμένοις τῶν πλημμελημάτων Συγχώρησιν, ἐπισκεπτόμενοι, φρουροῦντες, φυλάττοντες, ὁδηγοῦντες πρὸς Σωτηρίαν καὶ Συντήρησιν τῶν ἐντολῶν καὶ δικαιωμάτων Χριςοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ταῦτα οὖν καὶ ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ καὶ ἀνάξιοι Συνεγραψάμεθα,

I ἅπερ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ἑωράκαμεν, καὶ τοῖς ὠσὶν ἡμῶν ἠκούσαμεν, εἰς δόξαν Θεοῦ καὶ αἶνον, ἵνα μὴ χρονίᾳ παραδρομῇ λήθης βύθοις καὶ ἀγνωσίας ἐπικαλυφθείη τὸ παράδοξον τοῦ θαύματος, τοῦ διὰ τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου γεγονὸς, ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς· ἀλλὰ καὶ ταῖς μετέπειτα γενεαῖς κηρυχθείη· καὶ πάντες, οἵ τε ἀναγινώσκοντες καὶ οἱ ἀκούοντες, δοξάζουσι καὶ εὐλογοῦσι Χριςὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν, τὸν ποιοῦντα τὸ θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ δοξάζοντα τοὺς δοξάζοντας αὐτὸν· Ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα καὶ εὐχαριςία, καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

EX MS. VATICANO

a *MS. Ambros. pro τῶν αὐτῶν habet τοῦ Θεοῦ.*

b *Abhinc usq; ad locum sub finem uumeri 26 signandum * deficit jam dictum MS. Porro numeri hic signandi iidem erunt qui in Latino Analectorum commentario notantur, quo facilius inde huc recurrere lector possit.* E

c Προσμονάριος *Latinis istius ævi,* Mansionarius.

d Bulgari & Hungri, *gentes Europæa ad Danubium, à quibus præcipue bellum gestum: quidni tamen iis jungi potuerint per Bosphorum Cymmerium* Scythæ & Turcæ, *ad Mæotidem paludem habitantes; vel potius iisdem confœderati per Boreales limites irrupisse in Imperium, ac similiter Medi ab Oriente carpsisse limites eadem occasione? nam ex tam dissitis gentibus unum conflatum æquis partibus exercitum, qui Constantinopolim occupare tentaverit, vix est credibile; auxiliares aliquas Asiaticarum gentium turmas Bulgaris adjunctas fuisse, non est impossibile.*

e *Forte melius* πορεύεσθαι.

f *Hic desinit defectus MS. Ambrosiani.*

g *Idem MS. à Vaticano quandoque phrasi varians, sensu numquam (quapropter singula notare omittimus) hunc sensum sic effert,* καὶ ὥσπερ ἡ ἐπειοχεία τοῦ ὕδατος τὴν παρὰ φύσιν ἀναφθεῖσαν φλόγα τῇ ἐπικλήσει τοῦ αὐτοῦ Προφήτου Ἡλίου οὐ κατεσβέσθη.

h *Abhinc iterum usque ad numeri sequentis initium deficit nos MS. Ambrosianum.*

i *Imo* Ἰουδαϊκῆς, *in Ambrosiano sensus imperfectus neutrum habet.*

k *Ibidem desiderantur sequentia usque ad* *

l *Ibidem, omisso oculorum testimonio, sola aurium fides allegatur: sic tamen ut appareat sensum esse mutilum, & priorem istam partem aut aliquid simile deficere.* F

ΕΤΕΡΟΝ ΘΑΥΜΑ a

a

Ex MS. Bibliothecæ Ambrosianæ f N. 158.

I Ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις τοῦ μεγάλου καὶ εὐσεβεςάτου Βασιλέως ἡμῶν Θεοδοσίου, ἦν τις ἄνθρωπος ἐν Καππαδόκοις ὀνόματι Θεόπιςος, ἡ δὲ Σύμβιος αὐτοῦ ὀνόματι Εὐσέβεια· ἦσαν γὰρ ἀμφότεροι εὐσεβεῖς καὶ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, τέκνον δὲ αὐτοῖς οὐκ ὑπῆρχεν. Τῷ οὖν ἔτει ἑβδόμῳ ἀπὸ τῆς παρθενίας b τῆς αὐτοῦ συζύγου, ἐξῆλθεν ὁ Θεόπιςος τῇ εἰκοςῇ τοῦ Μαΐου μηνὸς πρὸς τὴν χώραν αὐτοῦ, τοῦ ἀρωτρεῖν μετὰ τοῦ δούλου αὐτοῦ. Τῇ δὲ ὥρᾳ τοῦ ἀρίςου ἀφείλοντο τὰ ζεύγη τῶν βοῶν εἰς τὸ ἑλκυσθῆναι χόρτον· οἱ δὲ πεσόντες ἀφύπνωσαν. Ἑλκυσθέντων δὲ τῶν βοῶν χόρτον, παρῆλθεν ἐκεῖσε πρὸς τὰς ἐρήμους καὶ ἀφανεῖς ἐγένοντο. Ἔξυπνος δὲ γενόμενος ὁ Θεόπιςος, λέγει πρὸς τὸν δοῦλον αὐτοῦ, Τί γέγονεν τὰ ζεύγη τῶν βοῶν ἡμῶν; Ὁ δὲ λέγει· Σῇ ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ γινώσκω· μετὰ σοῦ γὰρ ἐφύπνωσα.

Theopistus agricola Cappadox.

b

Ὁ δὲ

EX MS. AMBROS.

2 Ὁ δὲ ἐγερθεὶς καὶ γυρεύσας ἕως ἑσπέρας οὐχ εὗρεν αὐτά. Εἰσελθόντων δὲ εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, λέγει τῇ Συμβίῳ αὐτοῦ· Γύναι, c ἐχαύσαμεν τὰ ζεύγη τῶν βοῶν. Ἡ δὲ λέγει, Πῶς ἐχαύσατε ταῦτα; Ὁ δὲ λέγει· Ἀπελύσαμεν αὐτὰ πρὸς τὸ ἑλκιδιῶναι χόρτον, ἡμεῖς δὲ ἀφυπνώσαμεν, καὶ ἐξυπνοι γενόμενοι οὐδὲν εὑρομεν. Ἡ δὲ λέγει, Οὐκ ἐγυρεύσατε ὡς ἔδει. Ὁ δὲ λέγει· Πίσευσόν μοι πάντα ἐγυρεύσαμεν, ἀλλ' οὐδὲν εὑρομεν. Οἱ δὲ ἀτενίσαντες εἰς τὸν οὐρανόν, εἶπον· Εὐχαριστοῦμέν σε, Κύριε, εἰ μὴ ἡμέτερα εἰσὶν ὑμέτερα, καὶ γενήσονται· εἰ δὲ μή, γένοιτο, Κύριε, τὸ ἔλεός σου. Τῇ δὲ ἐπαύριον λέγει ὁ Θεόπιστος πρὸς τὸν ὄχλον αὐτοῦ· Λάβε ἄρτον, καὶ ἔξελθε πάλιν εἰς ἀναζήτησιν τῶν βοῶν ἡμῶν. Ἐξῆλθεν οὖν, καὶ δι' ὅλης τῆς ἑβδομάδος γυρεύων, οὐδὲν εὗρεν αὐτά, καὶ ἀπέστρεψεν κενός.

& de invocando S. Georgio monitus,

3 Οἱ δὲ γείτονες αὐτοῦ ἤρξαντο μεμψιμοιρίζεσθαι, καὶ κατεγέλουν αὐτοῦ, λέγοντες· Οὐ πρέπει σοι οἰκοδεσπότην εἶναι, ἐπειδὴ ἔχασας τὰ ζεύγη τῶν βοῶν σου. Ὁ δὲ ἀκούσας ταῦτα ὑπεμειδίασεν. Οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ· Οὐκ ἐπεκαλέσω Ἁγίους τινάς, ἵνα ὑποσκέψωσί σοι, καὶ εὑρῃς τὰ ζῶά σου; Ὁ δὲ ἔφη, Ἀπαντας ἐπεκαλεσάμεν, ἀλλ' οὐδὲν εὑρομεν. Λέγέ τις νεάνισκος, Ἐπικαλέσω τὸν Ἅγιον Γεώργιον, τὸν ἐν Καππαδόκοις, ἐπειδὴ πάνυ θερμῶς ὑπάρχει, καὶ διὰ μικρᾶς σκεύους ἐλαίου ἐρύσαιτο τὸν ἄνθρωπον d ἀπὸ Συρίας· ὁμοίως καὶ σὺ ποίησον, καὶ εὑρήσεις τὰ ζῶά σου. Ὁ δὲ Θεόπιστος μειδῶν αὐτῷ, ἔφη· Τάχα καλῶ αὐτόν. Ὁ δὲ νεάνισκος λέγει, Ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς ὑποκαλέσω αὐτόν. Λέγει ὁ Θεόπιστος, Ζῇ ὁ Θεὸς, ὅτι ἐὰν εὕρω τὰ ζῶά μου, σφάξω τὸ ἓν ἐξ αὐτῶν, καὶ καλέσω αὐτὸν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἀπέθανεν e πῶς μέλλει τρυφᾶν; εἶπον φανερῶς, Ἐλθῃ.

par eorum jocosè voyet.

B

d

c

4 Ὁ δὲ φιλάνθρωπος Θεὸς, ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, βουλόμενος δεῖξαι τὰ θαύματα τῶν Ἁγίων αὐτοῦ, εἰς τὸ καταπαῦσαι τὰς κακόφρονας αἱρετικὰς, κατὰ τὴν τοῦ Ἁγίου θερμὴν ἀντίληψιν· τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ φάνεται ὁ Ἅγιος, λέγων αὐτῷ καθ' ὕπνους· Ὕπαγε κατὰ τὴν ὁδὸν, καὶ εὑρήσεις τὰ ζῶά σου· καὶ ὃ ἐπαγγείλω μοι τάχειον ποίησον, καὶ κάλεσόν με, κἀγὼ ἔλθω. Ὁ δὲ ἐξυπνος, λέγει πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, Τὰ δὲ καὶ τάδε εἶδον. Ἡ δὲ εἶπεν· Πορεύου, καὶ ἴδε εἴ τι ἀποκαλύψει ἡμῖν ὁ Ἅγιος. Ὁ δὲ ἀπελθὼν εὗρε τὰ ζεύγη τῶν βοῶν αὐτοῦ ἑλκόντων χόρτον· καὶ περιχαρὴς γενόμενος ηὐχαρίστησεν τὸν Θεὸν καὶ τὸν ἅγιον Μεγαλομάρτυρα Γεώργιον, καὶ ἤγαγεν αὐτὰ εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Καὶ λέγει ἡ γυνὴ αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν, θέλων αὐτὸν δοκιμᾶσαι· Τάχα οὐκ ἀπῆλθες ἐν τῇ ὁδῷ ἐκείνῃ; Ὁ δὲ ἔφη, Πολλάκις, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐκεῖ ὥδευσα, ἀλλ' οὐδὲν εὗρον· μὴ γὰρ μῆκός ἐστιν. Ἡ δὲ λέγει, Εὐχαριστήσωμεν τὸν Κύριον καὶ τὸν ἅγιον Γεώργιον, καὶ ὃ ἐπαγγείλω πλήρωσον.

C

hœdum offert;

5 Ὁ δὲ ἔφη· Σφάξωμεν ἔριφον, ὅπως ἐκτελέσωμεν τῷ Ἁγίῳ τὸ μνημόσυνον. Καὶ τοῦτο ποιήσαντες ἐξετέλεσαν, νομίσαντες ἀρέσειν τὸν Ἅγιον. Τῇ δὲ νυκτὶ ἐκείνῃ φανεῖσα αὐτῷ ὁ Ἅγιος λέγων· Θεόπιστε, εἰς τὸν ἔριφον τοῦτον ἔμελες τοῦ καλεῖν με; αὐτάρκως μοι ὁ ἔριφος οὗτος; ὃ ἐπαγγείλω ταχέως πλήρωσον, καὶ Σφάξον τὰ δυὸ ζεύγη τῶν βοῶν, κἀγὼ ἔρχομαι· εἰ δὲ μή, μελανοῆσαι ἔχεις. Ὁ δὲ ἐξυπνος γενόμενος, καὶ εἰς ἀθυμίαν ἐλθὼν, λέγει πρὸς τὸν Σύμβιον αὐτοῦ, Τάδε εἶδον. Λέγει· Σφάξωμεν ἓν πρόβατον καὶ ἄρνιον, καὶ πάντως δέχεται αὐτὰ ὁ Ἅγιος. Καὶ οὕτως ποιήσαντες ἐξετέλεσαν τὸν Ἁγίου μνήμιον. Πάλιν φαίνεται

tum jussus utrumque par offerre, ovem & agnum exhibet frustra.

αὐτῷ ὁ Ἅγιος τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ καὶ λέγει· Θεόπιστε. Ὁ δὲ Θεόπιστος, Ἰδού, ἐγὼ Κύριε. Λέγει αὐτῷ εἰς τὸ ἓν πρόβατον καὶ ἄρνιον ἔμελλες τοῦ καλέσαι με; οὐκ οἶδας ὅτι Κόμης f εἰμί; Σὺ ἀφ' ἑαυτοῦ εἶπας, Σφάξω τὸ ἓν ζῶον καὶ καλέσω σε· καὶ τοῦτο οὐκ ἐποίησας, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀνέχομαί σου, ἐὰν μὴ σφάξῃς τὰ δύο ζεύγη τῶν βοῶν σου καὶ ὅσα πρόβατα ἔχεις καὶ βόας, οὐκ ἔρχομαι εἰς τὸν οἰκόν σου ἀρίστησαι· ἀλλ' ἀπόμαγμα πῦρ παρὰ Κυρίου, καὶ σὲ καὶ τὸν οἶκόν σου πυρίκαυστον ποιήσω.

D

f

jubetur insuper oves omnes offerre:

6 Ὁ δὲ ἐξυπνος γενόμενος, καὶ φόβῳ συσχεθεὶς, μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Οἴμοι, οἴμοι! ἔφη, Τί ποιήσω; τίς ἐστιν ὁ καθύπνους φαντασμός μοι καὶ ῥυπαρὸν ῥήμασιν ἐπαπειλῶν μοι! Μὴ φάντασμά ἐστιν καὶ χλευάζει με, ὅπως τῷ ὑπαρξίν μου εἰς ἓν ἀπολέσω, καὶ ἔσωμαι πένης καὶ ἐγὼ καὶ ἡ ὁμόζυγός μου; Μὴ καὶ ὅτι εἰσὶν τοῦ Ἁγίου τὰ ῥήματα, ὅτι λέγει μοι, Σφάξον τὰ πάντα σου κἀγὼ εἰσέλθω τοῦ ἀρίστησαι; Πῶς οὐδέχεται νεκρὸς τροφάν; Οὐ ποιήσω αὐτῷ, ὅπως ἐξαλείψω τὸ μνημόσυνόν μου. Εἶδε μὴ εὗρον αὐτά! Ἡ δὲ καλὴ ἐκείνη γυνὴ, παρεκάλει αὐτὸν λέγουσα, Ὁ Θεὸς συγχωρήσει σοι, ὅτι εἶπας τὸν Ἅγιον φάντασμα ὑπάρχειν. Ἀδυατεῖ ὁ Ἅγιος τοῦ ὑποσκέψαι ἡμᾶς; τάχα εἰ μέλλει πιστεῦσαι ἡμᾶς, ὡς καὶ ἄλλους πολλοὺς ἐπίστευσεν. Ὁ δὲ ἱλαρωθεὶς τῇ καρδίᾳ ἐσιώπησεν. Καὶ λέγει πάλιν ἡ Κύρα Εὐσέβεια· Κύριέ μου, εἰ τάχα οὐχ εὑρομεν αὐτὰ, τάχα γέγονεν χωρὶς χειμέριος, καὶ τὰ εἴκοσι πρόβατα καὶ οἱ δέκα χοῖροι παρῆλθον, καὶ τάχα ἀπὸ θηρίων οὐκ ἔχομεν αὐτά.

E

jubetur insuper oves omnes offerre:

7 Ὁ δὲ οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλ' ἔμενεν, μήτε φάγων μήτε πίων, ἐκ τῆς ἐπελθούσης αὐτῷ λυπῆς. Ὁ δὲ Ἅγιος φάνεται αὐτῷ ἔτι τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ, ἐφ' ἵππου λευκοῦ καθεζόμενος, βαστάζων καὶ τὸν τίμιον σταυρὸν, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἄνθρωπε, δαιμόνιον ἔχεις καὶ φάντασμά με ὑπολαμβάνεις. Ὑποδείκνυ δὲ αὐτῷ καὶ τὸν τίμιον σταυρὸν, λέγων· Οὐκ ἔστιν ἡ δυνάμις τοῦ Θεοῦ αὕτη; Λέγω σοι, μὰ τὴν δυνάμιν ταύτην, ἐὰν μὴ ποιήσεις τὸ θέλημά μου, πῦρ ἀπόμαγμα παρὰ Κυρίου, καὶ σὲ καὶ πάντα σου ἐφ' ἓν ἀπολέσω. Ὑπεδείκνυεν δὲ αὐτῷ πολλὰς τιμωρίας, ἐπαπειλῶν αὐτὸν, καὶ λέγων, Κάλεσόν μοι πόλυς πλυσίους καὶ πένητας πρὸς ὑπερησίαν τῆς τραπέζης σου. Ἐξυπνος δὲ γενόμενος, καὶ φόβῳ πόλλῳ συνεχόμενος, λέγει μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Ποιῶ ὡς κελεύεις, Κύριέ μου· καὶ ἡ ὕπαρξίς μου σόι ἐστι, κἀγὼ καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ οἴκῳ μου.

F

jubet omnia sua animalia mactari.

8 Ὁ δὲ διατάξας τοῖς πᾶσι καὶ τοῖς συγγενεῦσιν αὐτοῦ, ἔλεγεν, Τέμνεται πάντα τὰ κλήνη μου, ὅτι τάδε καὶ τάδε εἶδον ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. Οἱ δὲ καθ' ἑαυτοὺς ἔλεγον. Τάχα ἐμωράνθη καὶ θέλει ἀπολέσαι τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ. Ὅμως δὴ οὖν ἔτεμνον τὰ πρόβατα καὶ τοὺς χοίρους καὶ τὰ ζεύγη τῶν βοῶν· ἠγόρασαν δὲ καὶ οἶνον καὶ ἄρτον, πρὸς ὑπηρεσίαν τῆς τραπέζης αὐτῶν, καὶ ἐκάλεσεν πρὸς ἑκατὸν κώμης τῶν ἑβδομήκοντα, ἐκάλεσαν δὲ καὶ Ἱερεῖς ἐκλελεσμένους ἀπὸ ἑσπέρας ἕως πρωΐ τοὺς τοῦ Ἁγίου κανόνας. Οἱ δὲ λειτουργήσαντες εἰς πλείους ναοὺς τοῦ Ἁγίου, ἐλθόντες πρὸς ἀρίστευσαν, καὶ ποιήσαντες τὴν εὐχαριστίαν, ἐκαθέζησαν, ἐκδεχόμενοι τὴν τοῦ Ἁγίου ἐπίσκεψιν.

9 Καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ κρότος ἐγένετο μέγας, καὶ εὐθέως ἔφθασαν τριάκοντα g καβαλάριοι, καὶ λέγουσιν, Ὁ Κόμης ἡμῶν ἔρχεται. Ἦδη αὐτῶν λαλούντων, ἔφθασαν ἕτεροι πλείονες τῶν τριάκοντα, κράζοντες τῷ οἰκοκύρει, Ὁ Κόμης ἡμῶν ἔρχεται, ἐξέλθετε εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ. Οἱ δὲ ἐξῆλθον. Καὶ θεασάμενος αὐτοὺς [ὁ Θεόπιστος,] λέγει πρὸς αὐτοὺς, Τίς ἐστιν οὗτος;

g

Parato convivio supervenit Sanctus.

A οὗτος; Οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ· Νέος Κόμης ἐστὶ, καλούμενος Γεώργιος, ἔσιν ὃ τῷ γένει Καππάδωξ, καὶ ἐρχεῖαι τῦ ἀρισῆσαι ὧδε. Λέγει αὐτοῖς ὁ Θεόπιστος. Ὁ Κόμης τοιαύτην παῤῥησίαν ἔχει; Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο, Ὅτι ὁ Βασιλεὺς, ὡς χρήσιμον αὐτῦ δῶ-

h λον, ἵ μόνον τὴν h Κομμενσιαρίαν αὐτῷ ἐχαρίσαλο, ἀλλὰ καὶ πάνλα ἐπισκεπῆν αὐτῷ δέδωκε. Ὁ δὲ ἐκπλαγεὶς τῷ πλήθει, λέγει αὐτῷ· Τάχα ἔτε οἶνον ἔχω, ἔτε ἄρλον, ἵνα χορτάσωσιν οὗτοι. Καὶ εὐθέως φαίνεται αὐτὸς ἐφ' ἵππυ λευκῦ καθεζόμενος, καὶ δύο νεάνισκοι ὡραῖοι ἐχράτυν αὐτῦ ἔνθε καὶ ἔνθε· καὶ ἕτερος νεάνισκος ἔμπροσθεν αὐτῦ λέγων, Ὁ Κόμης ἤδη ἔρχεται. Ὁ δὲ Ἅγιος λέγει, Χαῖρε, Θεόπισε καὶ πάνλες οἱ μετὰ σῦ.

i Καὶ αὐτοὶ προσκυνήσαντες εἶπον, Καλῶς ἦλθεν ὁ αὐθέντης ἡμῶν, ὁ ἅγιος Κόμης. Καὶ λέγει ὁ Ἅγιος· Θεόπισε, ἔμαθον ὅτι τὸν Ἅγιον Γεώργιον ἤμελλον καλεῖν, καὶ ἀντ' ἐκείνυ k ἦλθον ἐγὼ· διὰ ὅτι καὶ ἐγὼ Γεώρ-

panemq; & vinum abundare facit: γιος καλῦμαι Καππάδωξ· ἀλλὰ μὴ λυπῦ, ἵ μὴ ἀπολέσεις τὸν μίδον συ. Τότε μικρὸν ἱλαρωθεὶς ὁ Θεόπιστος, λέγει· Οὐχὶ, Κύριε. Καὶ λέγει ὁ Ἅγιος· Κέλευσον πάνλας καθιδῶναι ἐπὶ τ τραπέζης συ. Ὁ δὲ Θεόπιστος, Ὡς κελεύεις. Καὶ ἐκάθισαν οἱ φίλοι τε καὶ Συγ-

B γενεῖς. Καὶ οὗτος, Οἱ δύο νεάνισκοι ὑφίλυσιν ἐξυπηρετεῖν τῇ τραπέζῃ συ.

10 Ὁ δὲ Θεόπιστος λέγει τοῖς νεανίσκοις, Ἴδετε

l τὰ σκεύη ὅ οἶνυ, καὶ ὅταν πληρωθῶσιν. l Οἱ δὲ λα-

m βόντες λαγῶια μικρὰ, m ἐκέρνυν· καὶ ὅσον ἐκέρνυν τοσῦτον ἐπληθύνετο ὁ οἶνος, καὶ τὰ σκεύη ἐπληροῦντο·

n καὶ ὁ ἄρτος ἐπληθῶτο· καὶ n εὐφράνθησαν πάντες καὶ ἐκορέσθησαν. Ὁ δὲ Ἅγιος λέγει τῷ Θεοπίστῳ Τὰ μὲν χρέατα πάντα ἐσίετε, τὰ δὲ ὀσέα φυλάτιετε

reservataq; ossa coram se ponens, πρὸς μαρτύριον τῦ ἁγίυ μεγαλομάρτυρος Γεωργίυ, καὶ μηδεὶς ἐξ ὑμῶν ῥύψῃ ἓν ἀπὸ τῶν σεάτων, καὶ δεινῶς τιμωρήσω αὐτόν. Ὁ δὲ Θεόπιστος, ψιθυρήσας πρὸς τὸν Σύμβιον αὐτῦ, λέγει· Οὐκ εἶπόν σοι, ὅτι τὸν ὕπαρξιν ἡμῶν φάγωσιν. Ἡ δὲ λέγει, Σιώπα, ὐδὲν κακὸν ἐποίησεν ὁ Ἅγιος οὗτος. Ὅδεν δὲ ηὐφράνθησαν πάντες, λέγει αὐτοῖς ὁ Ἅγιος· Ψάλλετε τὸ Κοντάκιον

o τῦ Ἁγίυ. Οἱ δὲ ἔψαλλον, Γεωργηθεὶς ὑπὸ Θεῦ, καὶ τὸ λοιπόν. Τότε ἤρξαντο προσβεύειν εἰς τὸ ὄνομα τῦ

p Ἁγίυ καὶ τ Θεοτόκυ, καὶ εἰπόντες τὸ, p Παναγία Θεό-

q τοκε βοήθησον, q ἐξηλεύθασι πάντες.

11 Ὁ δὲ Ἅγιος ἐπέβη ἐπὶ τῦ ἵππυ αὐτῦ, καὶ ἐκέ-

C λευσεν πάντας ὁδοιπορεῖν, πλὴν γε τῶν δύο νεανίσκων ὧς ἐκρατήσας μεθ' ἑαυτῦ λέγει, Φέρελά μοι τὰ ὀσᾶ ὧδε. Οἱ δὲ πρὸς ἑαυτοὺς ἔλεγον· Τάχα ἐμεθύδη καὶ οὐκ οἶδεν τί ποιεῖ. Ὁ δὲ Θεόπιστος λέγει, Τάχα

r ἦχθησαν χωμάσασθαί μοι κἂν ἐν ἀνομία. Ὁ δὲ

boves suos Theoctisto restituit, φέρων τὰ ὀσᾶ, ἔῤῥιψεν ἔμπροσθεν αὐτῦ, καὶ λατενίσας τὸ ὄμμα εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ εἶπεν· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, εἰς σὲ ἐὰν ἤθελησα ὁ δῦλός συ, ἐλθέτω ἡ εὐλογία συ ἐπὶ τὸν δῦλόν συ Θεόπιστον, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῦ· καὶ ὡς ἐπλήθυνας τὰς ἀστέρας τῦ οὐρανοῦ καὶ τὴν ἄμμον τὴν ἀπέρατον τῆς θαλάσσης, πλήθυνον τὰ ἀγαθά συ ἐπὶ τὸν δῦλόν συ. Καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἀνεζωώθησαν οἱ βόες αὐτῦ, μείζονες καὶ ἰσχυρότεροι τῶν πρωτέρων αὐτῦ, ὧν ἔθυσεν τῷ Ἁγίῳ. Καὶ ἰδὼν ὁ Θεόπιστος τὸ παράδοξον τῦτο θαῦμα, ἅμα καὶ ἡ πιστὴ καὶ φιλόθεος αὐτῦ Σύζυγος, εἰς ἔκσασιν μεγάλην εἰσῆλθον· καὶ ὁ Ἅγιος εὐθὺς ἀφανὴς ἐγένετο.

qui mirabiliter ditatus 12 Τότε ἡ καλὴ καὶ εὐάριτος συζυγία ηὐχαρίστησαν τῷ μεγαλδώρῳ Θεῷ, καὶ τῷ πανδόξῳ αὐτῦ δύλῳ τῷ Μεγαλομάρτυρι Γεωργίῳ, τοιαῦτα δωρησομένῳ αὐτοῖς. Ἤρξαντο γοῦν καὶ ἐπληθύοντο καὶ πάντα τὰ κτήνη αὐτῶν καὶ ὅλος ὁ βίος αὐτῶν ὑπὲρ μέτρον.

Ἀκυσὸν δὲ ἐγένετο τὸ θαῦμα τῦτο, ὥσε ἀκυδῶναι EX MS. καὶ πρὸς τὸν εὐσεβέσατον Βασιλέα Θεοδόσιον· καὶ αὐτὸς AMBROS. ἐδόξασε τὸν Θεὸν καὶ τὸν Μεγαλομάρτυρα Γεώργιον. Ὁ δὲ Θεόπιστος, ἐμεγαλυύθη ὁ βίος αὐτῦ, καὶ ἐξακυσὸς γέγονεν, ὡς εἶναι τὰ κτήνη αὐτῦ χιλιάδες ἑπτὰ, σίτυ δὲ καὶ οἴνυ οὐκ ἦν ἀριθμός. Ἐποίησεν δὲ καὶ θυγατέρας ἑπτὰ καὶ υἱὸς τρεῖς· ἀνέγειρεν δὲ καὶ ναὸν *& liberis auctus ecclesiam Sancto ædificat.* περικαλῆ εἰς ὄνομα τῦ ἁγίυ Γεωργίυ. Ἔζησεν δὲ ἀπὸ τ τοιαύτης θαυματυργίας ὁ Θεόπιστος ἔτη κβ', καὶ ἀπεκείρατο τὸν κεφαλὸν, καὶ ἐκοιμήθη ἐν εἰρλνη, καὶ ἀπελέθη ἐν τῷ ναῷ τῦ ἁγίυ Μεγαλομάρτυρος Γεωργίυ, ὃν ἀνήγειρεν αὐτὸς· καὶ μεθ' ἡμέρας ζ' ἐκοιμήθη καὶ ἡ ὁμόζυγος αὐτῦ· Τῷ δὲ Θεῷ ἡμῶν πρέπει δόξα, τιμὴ καὶ προσκυύνησις, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νυὶ καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμλύ.

a *Epitomen Latinam dedi in Analectis Georgianis n.41 id sufficere ratus, quia ejus in qua hoc miraculum continebatur collectionis auctoritati multum derogabat figmentum debellati draconis, secundo loco propositum inter præcedentem & hanc narrationem. Præterea res ipsa, quamvis sub Theodosio Imperatore gesta diceretur, stylo tamen multum recentiori descripta, non erat extra suspicionem fictionis.* E *Quia tamen fieri potest ut aliquando ex aliquo melioris notæ codice confirmetur res eadem, ideo ipsam hic Græce damus, Lectoris prudentiæ relinquentes, ut dispiciat quatenus credere eam conveniat. Nihil certe invenio quod manifestam arguat fictionem.*

b *Ita visum est restaurare sensum, qui in MS. sic legebatur* ἔχεν δὲ ἔτη ἕπλα ἀπὸ τ παρθενίας αὐτῆς, καὶ τέκνον αὐτῇ ὐχ ὑπολιπόν. Ἐξῆλθεν δν ὁ Θεόπιστος.

c Χαύω perdo, *nusquam alibi reperi. Simonis Portii Latino-Græco-barbarum dictionarium, jussu Richelii Cardinalis compositum & Parisiis editum anno 1635,* Χάνω *inter Roman. id est Constantinopolitana idiotica sub eadem significatione habet.*

d *De hoc miraculo alibi non memini me legisse: sed infinita sunt quæ partim non fuerunt scripto tradita, partim ad nostras manus non pervenere, ut alibi insinuavimus.*

e *Hic elucet boni alias viri incredulitas circa Sanctum jam mortuum, quæ ad aliorum confirmationem & ipsiusmet correctionem meruerit sic ut sequitur exerceri & expiari.*

f *Posterioris ævi Acta Comitis titulo S. Georgium augent; & juxta hæc hominem alloqui Sanctus supponitur, seq; aptare genio rusticani hominis.* F

g Καβαλάριος eques, *vox Italica à Latino* caballus: *unde discas hæc esse scripta Constantinopoli medio plane & deteriori ævo.*

h Κομβλαρία *dici videtur Præfectura super* Κομβλαρισίους, Commentarienses, *ita dictos à publicis edictis quæ* Κομένλα *etiam dicuntur publicisque actis describendis: ad quam etiam significationem pertinet titulus* Comitis, *etsi primum usurpatus videatur ex eo quod Prætoribus aut Proconsulibus socius ad jusdicendum adderetur, in quo mirabilis apparet linguarum vulgarium permixtio & nexus: nam quos Græci Latino appellant vocabulo* Comites, *eos Teutones à* γράφω *scribo putautur* Gravios *dixisse; & siquidem essent limitum custodiæ præfecti,* Mark-gravios.

i Αὐθέντης *Budæus notat sequiori sæculo idem valuisse quod* πρωτάτης, patronus; *& plane in ea significatione hic sumitur, qua eum cui supremum in nos nostraq; jus deferimus* Patronum *vulgariter appellamus.*

k *Videtur infirmitati fidei ejus se aptare Sanctus, qua Theopistus negaverat mortuum Sanctum non adfuturum convivio, donec post miraculum suscitatorum animalium ipsam se esse probaret. Quomodo Dominus ipse euntibus in Emaus alium se exhibuit.*

A

l *In MS. redundabant hæc, non ſatis commodum ſenſum nobis facientia,* ἢ ἀσανηχθὴ ἢ ὅπιθ ... *imo nec intelligibilia vel per conjecturam.*

m Κέρνον crater *apud Pollucem, Athenæum & alios: hinc factum videtur* κερνόω infundo, *ſeu craterem impleo: ſed forte legendum eſt* ἐκιρνῶν miſcebant ἀ κιρνάω miſceo, *paſſim nota vox.*

n *Hic rurſum expunxi non intellectum* ἢ ἐπερεύσευσεν.

o Κοντάκιον, *multiplici ſignificatione dici, docet erudite Isaacus Habertus in Pontificali eccleſiæ Græcæ ad partem 6 Liturgiæ ordinariæ obſervat. 2, & in Officio quidem divino ait eſſe* genus modulatum cantici, ceteris brevius ac ſimplicius, *quale ſingulis diebus feſtis proprium eſt, & mox exempli cauſa hoc ipſum Megalomartyris Contacium totum exhibet, uti eſt in Menæis ad 23 Aprilis ante Lectiones.* Γεωργηθεὶς ὑπὸ Θεοῦ, ἀνεδείχθης τῆς εὐσεβίας γεωργὸς πιμιώταλος· τῶν ἀρετῶν τὰ δραγμαῖα ζυλλέξας ἑαυτῷ· ζπείρας γὰρ ἐν δάκρυσιν, εὐφροσύνῃ θερίζεις, ἀθλήσας δὲ δι' αἵματος τὸν Χριστὸν ἐκομίσω, ἢ ταῖς πρεσβείαις, Ἅγιε, ταῖς σαῖς πᾶσι παρέχων πλουσμάτων ζυγχώρησιν. *Poſtea agit de eorumdem Contaciorum primo auctore Romano Diacono, divinitus ad illa pangenda inſtructo ſub annum Chriſti* 500.

p *Initium id eſt unius ex Theotociis ſive ſtrophis poſt ſingulas canonum ſacrarum odas in Deiparæ honorem addi ſolitis: quod cum hoc die non inveniatur in Menæis, videtur ad alium quemdam Canonem vulgo notiſſimum, licet ibi non expreſſum, pertinere.*

q *MS.* ἠσέρθησαν, *quod non intelligentes mutavimus, correctio autem potius per* ἐξέρχομαι egredior, *quam* εἰσέρχομαι ingredior *facta eſt: quia id videbatur ſenſus exigere, licet alterum fuiſſet magis congruum MS. ubi pro* ει *ſæpiſſime invenitur expreſſum* η

r *Ibidem ſic habebatur* Τάχα ἠλχθησαί με ἢ θέλων κωμήσαθαί μοι.

B

ΛΟΓΟΣ ΙΣΤΟΡΙΚΟΣ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΔΕΚΑΠΟΛΙΤΟΥ,

E

ΠΑΝΥ ΩΦΕΛΙΜΟΣ ΚΑΙ ΓΛΥΚΥΤΑΤΟΣ ΚΑΤΑ ΠΟΛΛΑ,

ΠΕΡΙ ΟΠΤΑΣΙΑΣ ΗΝ ΤΙΣ ΣΑΡΡΑΚΗΝΟΣ ΠΟΤΕ ΙΔΩΝ

[ΕΝ ΤΩ ΠΑΝΣΕΠΤΩ ΝΑΩ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΕΓΕΛΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΓΕΩΡΓΙΟΥ]

ΕΠΙΣΤΕΥΣΕ, ΜΑΡΤΥΡΗΣΑΣ ΔΙΑ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥΝ ΧΡΙΣΤΟΝ.

a *Ex Græco-Latina editione Fr. Iſidori & MS. noſtro.* a

S. Georgii templum

Στρατηγὸς Νικόλαος, ὁ λεγόμενος Ἰγλᾶς, διηγήσατό μοι, ὅτι ἐν τῇ ἰδίᾳ πόλει, ᾗ καλοῦσιν οἱ Σαρρακηνοὶ τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ Ἄμπελον, ἀπέσαλεν ὁ Ἀμερυμνῆς Συρίας τὸν ἴδιον ἀνεψιὸν, πρὸς τὸ διοικῆσαι δηλείας τινὰς εἰς τὸ ἐρημικὸν κάστρον. Ἐστὶ δὲ ἐκεῖ ναὸς μέγας, ἢ ἀρχαῖος ἢ θαυμαστὸς τοῦ ἁγίου ἢ πανενδόξου Μάρτυρος Γεωργίου. Καὶ ὅταν δὲ εἶδεν ὁ Σαρρακηνὸς τὸν ναὸν ἐκ μακρόθεν, ἐκέλευσε τοὺς ἑαυτοῦ δούλους κομίσαι τὰ ἑαυτοῦ πράγματα ἐν τῷ ναῷ, ἔπειτα ἢ τὰς καμήλους τὸν ἀριθμὸν δεκαδύο· ὅπως ἄνωθεν ἐδιάσας βλέποι.

C

44 Οἱ δὲ Ἱερεῖς τοῦ σεβασμίου ἐκείνου ναοῦ τοῦτον δεόμενοι λέγοντες, Κύριε, τοιαῦτα μὴ ποιήσῃς· ὅτι ναὸς Θεοῦ ὑπάρχει· ἢ μὴ καταφρονήσῃς αὐτὸν, ὅτε τὰς καμήλους κελεύσῃς βαλεῖν ἐν τῷ ἱερῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ Θεοῦ· Ὁ δὲ Σαρρακηνὸς, ὡς ἀπλοῦς ἢ ἄγνωμος, οὐκ ἠθέλησεν ἀκοῦσαι τὰς δεήσεις τῶν Πρεσβυτέρων· ἀλλὰ εἶπε Ἀρράβων φωνῇ τοῖς θεράπουσιν αὐτοῦ· Οὐ ποιεῖτε τὸ κελευσθὲν ὑμῖν; Καὶ παρευθὺς οἱ ἑαυτοῦ δοῦλοι ἐποίησαν ὡς αὐτὸς ἐκέλευσεν· ἢ ἄφνω ἰδοὺ, Θεοῦ προσάξει, αἱ κάμηλοι εἰσελθοῦσαι ἐν τῷ ναῷ πεσοῦσαι πᾶσαν διεφθόρησαν. Ὡς δὲ ἰδὼν ὁ Σαρρακηνὸς τὸ παράδοξον θαῦμα, ἐξέστη, ἢ ἐκέλευσε τοῖς θεράποντας αὐτοῦ, ἵνα ἐκβάλωσι ἢ ῥίψωσι μακρόθεν τοῦ ναοῦ πεφορευμένας καμήλους, ἢ ὕτως ἐποίησαν. Καὶ ἐπεὶ ἐορτὴ ἦν ἐκείνη τῇ ἡμέρᾳ, ἢ ἐγγίσασα ἡ ὥρα τῆς θείας λειτουργίας, ἢ ὁ Ἱερεὺς μέλλων ἄρξασθαι τῆς θείας προσκομιδῆς, ζφοβήθη τὸν Σαρρακηνὸν, ὡς ἄψῃ b ἀνόπιον αὐτοῦ τοῦ ἀναμάκλου θυσίαν. Καὶ ἕτερός τις Ἱερεὺς, ὁ τούτου ζυγκοινωνὸς, ἔφη τῷ μέλλοντι ἱερουργῆσαι· Μὴ φοβοῦ· οἶδα οἷ-

inductis jumentis violans Saracenus,

ipſumque iis mortuis ingreſſus,

b

das τὸ παράδοξον θαῦμα; τί δειλιᾷς; Ὁ οὖν ἐρημικὸς Ἱερεὺς ἀφόβως ἤρξατο τῆς ἁγίας προσκομιδῆς.

45 Ὡς δὲ εἶδε ταῦτα ὁ Σαρρακηνὸς προσεδόκει ἰδεῖν τί μέλλων ποιῆσαι ὁ Ἱερεύς. Ἀρξαμένου οὖν τοῦ Ἱερέως τῆς θείας προσκομιδῆς, ἢ λαβόντος c τὸν ἄρτον ποιῆσαι τὴν ἀναίμακτον θυσίαν· ὁ Σαρρακηνὸς εἶδε τὸν Ἱερέα, ὅτι παιδίον d ἔλαβε ταῖς χερσὶ, ἢ ἔσφαξεν αὐτὸ κιρνῶν τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐν τῷ ποτηρίῳ, ἢ τὸ Σῶμα αὐτοῦ κλῶν, θεὶς ἐν τῷ δίσκῳ. Ὁ δὲ Σαρρακηνὸς ταῦτα πάντα ἰδὼν ἐξέστη θυμῷ πολλῷ, ἢ ὀργῆς ἐπλήσθητο κατὰ Ἱερέως, βουλόμενος ἀποκτεῖναι αὐτόν. Ὡς δὲ ἤγγικεν ἡ ὥρα τῆς ἁγίας εἰσόδου, ὁ Σαρρακηνὸς εἶδεν αὖθις τρανοτέρως, τὸ παιδίον ἐν τῷ δίσκῳ μεμελισμένον εἰς τέσσαρα, ἢ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐν τῷ ποτηρίῳ, ἢ πάλιν μετὰ ὀργῆς ἐξέστη. Καὶ ὡς ἤγγικε τὸ τέλος τῆς θείας λειτουργίας, καί τινες τῶν Χριστιανῶν ἐβούλοντο μεταλαβεῖν τὰ θεῖα Μυστήρια, ἢ εἰπόντος τοῦ Ἱερέως τὸ, Μετὰ φόβου Θεοῦ ἢ πίστεως προσέλθετε· ἢ πάντες οἱ Χριστιανοὶ ἔκλιναν τὰς χάρας παντελῶς, καί τινες ἐξ αὐτῶν προσῆλθον μεταλαβεῖν τὰ θεῖα Μυστήρια. Καὶ πάλιν εἶδε ὁ Σαρρακηνὸς ἐκ τρίτου τὸν Ἱερέα μεταδιδόναι ἐκ τοῦ Σώματός τε ἢ αἵματος τοῦ παιδίου μετὰ τῆς λαβίδος τοῖς μεταλαμβάνουσιν. Ἐπεὶ δὲ οἱ μετανοοῦντες Χριστιανοὶ μετέλαβον τὰ θεῖα Μυστήρια, ἢ ὁ Σαρρακηνὸς εἶδεν, ὅτι μετέλαβον ἐκ τοῦ Σώματος ἢ αἵματος τοῦ παιδίου, θυμοῦ ἢ ὀργῆς ἐπλήσθητο κατὰ πάντων.

c

d

dum ſacrificium peragitur,

F

videt infantili ſpecie Chriſtum fidelibus dividi,

46 Μετὰ οὖν τὴν Συμπλήρωσιν τῆς θείας λειτουργίας μετέδωκε τὸ ἀντίδωρον ὁ Ἱερεὺς πᾶσι τοῖς Χριστιανοῖς. Ἐξενεδύθη δὲ πᾶσαν τὴν ἱερατικὴν στολὴν, ἢ

A καὶ ἐκ δὲ τοῦ e καλλισευσῶν τὸ ἄρτυ δέδωκε καὶ τῷ Σαρρακλωῷ. Ὁ δὲ ἔφη τῇ Ἀββάβων φωνῇ· Τί ὅτι τοῦτο; Ὁ δὲ Ἱερεὺς ἔφη· Κύριε, ἐκ τοῦ ἄρτυ ὃν ἐλειτυργήσαμεν. Ὁ δὲ Σαρρακλωὸς ἔφη μετὰ ὀργῆς, Ἐκ τούτων ἐλειτύργησας, κύων μιαρὲ, ἀκάθαρτε, καὶ φονεύ; οὐκ ἔδόν σε, ἐγὼ, ὅτι παιδίον ἔλαβες καὶ ἔσφαξας, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκέρασας ἐν τῷ ποτηρίῳ, καὶ τὸ Σῶμα αὐτοῦ κόψας, μέλη καὶ μέλη ἔθηκας ἐν τῷ δίσκῳ; Οὐκ ἔδον ταῦτα πάντα, μιαρὲ καὶ φονεύ; οὐκ ἔδόν σε ἐσθίοντα καὶ πινόντα ἐκ τοῦ Σώματος καὶ αἵματος τοῦ παιδίου; καὶ μελέδω ἔτι καὶ τοῖς παρεσκόσιν ὀξ ἐκείνυ; καὶ νῦ ἔχυσι χρεῶν ἡμαγμένων ἐν τοῖς στόμασι αὐτῶν. Ὁ δὲ Ἱερεὺς τοῦτο ἀκούσας ἐξέστη λέγων· Κύριε, ἐγὼ ἁμαρτολὸς τυγχάνω, καὶ ὐ δυάμαι ἰδεῖν τοιοῦτο μυστήριον. Ἐπεὶ δὲ ἡ σὴ χυριότης τοιοῦτο μυστήριον ἔβλεψε, πιστεύω τῷ Θεῷ, ὅτι μέγας ἄνθρωπος εἶ σύ. Ὁ δὲ Σαρρακλωὸς φήσας· Οὐκ ἴστι τοῦτο καθῶς ἐθεασάμην; Καὶ ὁ Ἱερεύς· Ναὶ κύριέ μυ, ὕτως ἔχει. Ἀλλ' ἐγὼ ἐπεὶ ἁμαρτολὸς τυγχάνω, τοιοῦτο μυστήριον ὐ μὴ δυάμαι βλέπειν, εἰ μὴ ἄρτον καὶ οἶνον· καὶ τόνδε τὸν ἄρτον καὶ οἶνον πιστεύομεν, καὶ τηροῦμεν, καὶ θυσιάζομεν εἰς τύπον τοῦ Σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οἱ γὰρ μεγάλοι καὶ θαυμασοὶ Πατέρες, οἱ τ' Ἐκκλησίας φωστῆρες καὶ διδάσκαλοι, οἷς ἦν ὁ θεσπέσιος μέγας Βασίλειος, καὶ ὁ ἀοίδιμος Χρυσόστομος, καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος, τοῦτο τὸ φοβερὸν καὶ φριχλὸν μυστήριον οὐκ ἔβλεπον· ἐγὼ ἦ πῶς δυάμαι βλέπειν;

deinde mysterii veritatem edoctus,

in fide Christiana instruitur,

47 Ὁ δὲ Σαρρακλωὸς ἀκούσας τοῦτο, ἐξέστη, καὶ ἐκέλευσε τοὺς δούλυς αὐτοῦ, καὶ πάντας τοὺς ἐν τῷ ναῷ παρεσκότας φυγεῖν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ· καὶ ἔλαβε τὸν Ἱερέα παρὰ τὼ χεῖρα, καὶ εἶπεν· Ὡς θεωρῶ καὶ πληροφορῦμαι, μεγάλη ἐσὶν ἡ πίσις τῶν Χριστιανῶν· ἀλλ' εἴ ἐσί σοι θέλημα, βάπτισόν με, Πάτερ. Ὁ δὲ Ἱερεὺς λέγει τῷ Σαρρακλωῷ· Κύριε, ἡμεῖς πιστεύομεν καὶ ὁμολογοῦμεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν ἐλθόντα εἰς τὸν κόσμον διὰ τὴν ἡμῶν Σωτηρίαν. Ἡμεῖς δὲ πιστεύομεν τὴν ἁγίαν Τριάδα, καὶ ὁμοούσιον καὶ ἀδιαίρετον, Πατέρα, Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὴν μίαν θεότητα. Πιστεύομεν δὲ Μαρίαν τὴν ἀφθαρθένον, τὴν μητέρα τοῦ φωτὸς, τὴν τέξασαν τὸν καρπὸν τῆς ζωῆς τὸν προαιωνίυν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὴν ἀρὸ τόκυ παρθένον, καὶ ἐν τόκῳ παρθένον, καὶ μετὰ τόκον παρθένον. Πιστεύομεν δὲ καὶ πάντας τοὺς ἁγίυς Ἀποστόλυς, καὶ Προφήτας, Μάρτυρας, Ὁσίυς καὶ Δικαίυς, ὡς θεράποντας Θεοῦ. Λοιπὸν, κύριέ μυ, ὐ γινόσκεις, ὅτι μείζων πάντων ἐσὶν ἡ πίσις τῶν ὀρθοδόξων Χριστιανῶν; Ὁ δὲ Σαρρακλωὸς πάλιν ἔφη, δέομαί συ, Πάτερ, βάπτισόν με. Ὁ δὲ Ἱερεὺς λέγω· Μὴ γένοιτο· ἐγὼ ὐ δυάμαι ποιῆσαι τοιοῦτον ἔργον, καὶ ἂν ἐγὼ τοῦτο ποιήσω, καὶ ὁ σὸς ἀνεψιὸς ὁ Ἀμερυμνῆς μάθῃ αὐτὸ τὸ ἔργον, ἀποκλεισθῶ ἐμὲ καὶ διαφθερῶ καὶ τὸν ναόν. Ἀλλ ἐσί σοι θέλημα βαπτισθῆναι, πορεύυ πρὸς τὸν ἐκεῖσε τόπον ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ· κἀκεῖ ἔστιν ὁ Ἀρχιερεὺς, αὐτός σε βαπτίσει. Ὁ δὲ Σαρρακλωὸς ἐποίησε μελάνοιαν τῷ Πρεσβυτέρῳ, καὶ ἐπορεύθη ἔξωθεν τοῦ ναοῦ· μετὰ δὲ ὥραν μίαν τῆς νυκτὸς, πάλιν ἦλθε πρὸς τὸν Ἱερέα, καὶ ἐξεδύθη τὰ τῆς βασιλείας χρύσεα ἱμάτια, καὶ ἐνεδύθη τινὰ πενηχρὸν Σάκκον τρίχινον, καὶ διὰ νυκτὸς φυγὼν καὶ ἄδηλος ἐγένετο. Καὶ πορευόμενος ἐν τὸ τοῦ Σινᾶ ὄρος, κἀκεῖσε ἔλαβε τὸ ἅγιον βάπτισμα ἐκ τοῦ Ἀρχιερέως· ἔμαθε δὲ καὶ τὸ ψαλτήριον, καὶ ἐσηχολόγει αὐτὸ καθ' ἑκάστην.

& baptizandus in Sina mittitur.

48 Μετὰ δὲ ἔτη τρία ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, εἶπε τῷ Ἀρχιερεῖ· Συγχώρησόν μοι, δέσποτα, πῶς μέλλω ποιῆσαι ἰδεῖν τὸν Χριστόν; Ὁ δὲ Ἀρχιερεὺς εἶπε, προσεύχου μετὰ πίστεως ὀρθῆς, καὶ ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν μέλλει σε θεάσαι τὸν Χριστὸν ὡς ποθεῖς. Καὶ πάλιν ὅπλε Σαρρακλωὸς ἔφη· Δέσποτα, Συγχώρησόν μοι, ὅπως πορευθῶ πρὸς τὸν Ἱερέα τὸν διδάξαντά με, ὅταν οἶδα τὸν φρικλὸν ὀπασίαν ἐν τῷ ναῷ τοῦ πανενδύξυ Μάρτυρος Γεωργίυ. Ὁ δὲ Ἀρχιερεὺς ἔφη· Παρεύυ εἰς εἰρήνην. Καὶ ὕτως ἐπορεύθη πρὸς τὸν Ἱερέα, καὶ ἐποίησεν αὐτῷ μελάνοιαν, καὶ προσεκυνήσεν αὐτῷ, καὶ εἶπε τῷ Ἱερεῖ· Γινώσκῃς, Πάτερ, τίς εἰμι ἐγώ; Ὁ δὲ Ἱερεὺς· Ἄνθρωπον, ὃν ὐδέποτε ἔδον πῶς γινώσκω; Ἀλλὰ πάλιν ὅποτε Σαρρακλωὸς· Οὐκ εἰμι ἐγὼ ὁ ἀνεψιὸς τοῦ Ἀμερυμνῆ, καὶ ὅταν τὰς καμήλυς ἔβαλον ἐν τῷ ναῷ πᾶσαι διεφονήθησαν, καὶ ἐν τῇ θεία λειτυργία ἦν τὸ φρικλὸ ὀπασίαν θεασάμην; ὁ δὲ Ἱερεὺς τοῦτον ἰδὼν ἐξέστη καὶ ἐδόξασε τὸν Θεόν; ἰδὼν τόν ποτε Ἀραβικὸν λύκον τοῦ Χριστοῦ πρόβατον γεγενημένον πραότατον, καὶ προσεκυνήσεν αὐτὸν μετὰ πόθυ, καὶ προσεκάλεσεν αὐτὸν ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ τοῦ ἐδεῖν ἄρτον. Καὶ ὅ ποτε Σαρρακλωὸς ἔφη, Συγχώρησόν μοι, δέσποτα Πάτερ· ἐγὼ γὰρ βυλομαι, καὶ ποθῶ ἰδεῖν τὸν Χριστὸν, πῶς γὰρ ποιήσω; Ὁ δὲ Ἱερεὺς λέγει, Ἐὰν σὺ βύλει ἰδεῖν τὸν Χριστὸν, πορεύυ πρὸς τὸν σὸν ἀνεψιὸν, καὶ κήρυξον τὸν Χριστὸν, καὶ βλασφήμησον καὶ ἀναθεμάτισον τὸν πίστιν τῶν Σαρρακλωῶν, καὶ τὸν Μαομέθ τὸν ψευδοπροφήτην αὐτῶν, καὶ κήρυξον ὀρθῶς τὸν ἀληθινὸν πίστιν τῶν Χριστιανῶν ἄνευ φόβυ, καὶ ἐκεῖ μέλλεις ἰδεῖν τὸν Χριστόν.

PER GRECOS DECAPOLEX MSS.

Inderemissus ad Sacerdotem, à quo erat instructus,

cum spe iterum videndi Christum,

E

jubetur praedicare Sarracenis.

49 Ὁ δὲ ποτε Σαρρακλωὸς ἐπορεύθη μετὰ πόθυ, καὶ διὰ νυκτὸς ἔκοπε τὸν θύραν τοῦ Σαρρακλωῦ Σφοδρῶς. Οἱ δὲ φύλακες τῆς πύλης καὶ τοῦ οἴκυ τοῦ Ἀμερυμνῆ ἔφησαν, Τίς ἔστιν ὁ κράζων καὶ ὁ τύπτων τὸν θύραν; Ὁ δὲ εἶπεν, Ἐγώ εἰμι ὁ ἀνεψιὸς τοῦ Ἀμερυμνῆ, ὃ ποτε φυγὼν καὶ ἄδηλος ἐγενόμην, νῦ βύλομαι θεάσαι τὸν ἐμὸν ἀνεψιὸν, καὶ εἰπεῖν τι αὐτῷ. Οἱ δὲ φύλακες τῆς πύλης ἐκείνης εἶπον παρευθὺς τῷ Σαρρακλωῷ, Κύριε, ὁ σὸς ἀνεψιὸς, ὃ ποτε φυγὼν καὶ ἄδηλος ἐγένετο. Ὁ δὲ Ἀμερυμνῆς σενάξας λέγων, Πῦ ἔστιν; Οἱ δὲ εἶπον, Παρὰ τὴν θύραν τοῦ παλατίυ. Ὁ δὲ ἐκέλευσεν τοὺς δούλυς αὐτοῦ μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων ἀπαντῆσαι αὐτόν. Καὶ πάντες ἐποίησαν καθὰ τὸ προσταγμα Βασιλέως Ἀμερυμνῆ, καὶ ἔλαβον παρὰ τὼ χεῖρα τὸν μοναχὸν τόν ποτε Σαρρακλωὸν, καὶ προσέφερον αὐτὸν τῷ Ἀμερυμνῆ τῷ αὐτοῦ ἀνεψιῷ. Ὁ δὲ Ἀμερυμνῆς τοῦτον ἰδὼν, ὑφράνθη λίαν, καὶ μετὰ δακρύων ἠσπάσατο αὐτὸν, καὶ λέγει, Τί ὅτι τοῦτο; πῶς κατῴκεις ἕως τοῦ νῦν; Οὐκ ἦ σὺ ὁ ἐμὸς ἀνεψιός; Ὁ δὲ μοναχὸς εἶπεν· Οὐ γινώσκεις ἐμὲ τὸν σὸν ἀνεψιόν; νῦν γὰρ Χριστιανὸς γέγονα καὶ μοναχὸς ὡς βλέπεις, χάριτι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστυ, καὶ ἐπὶ ἐρήμων τόπων ἐκατῴκουν, ἵνα κληρονομήσω βασιλείαν ὐρανῶν, ὡς ἐλπίζω εἰς τὸν ἄφατον εὐσπλαγνίαν τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, μέλλων κληρονομῆσαι τὴν ἐκείνυ βασιλείαν· τί h δηλοῖς καὶ σὺ Ἀμερυμνῆ; λάβε τὸ ἅγιον βάπτισμα τῶν ὀρθοδόξων Χριστιανῶν, ἵνα ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσῃς ὡς κἀγὼ ἐλπίζω. Ὁ δὲ Ἀμερυμνῆς γελάσας καὶ τὴν χάραν νευσάξας ἔφη· Τί φλυαρεῖς ταλαίπωρε; τί φλυαρῇς; καὶ τί σοι γέγονεν, Οὐαί σοι! οὐαί σοι, ἐλεήνε! Πῶς ἐγκαλέλιπες τὸν σὸν θεῖον, καὶ τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας, καὶ ὡς εἷς τῶν πενήτων περιάγεις, σὺ δεδυμένος τὰ δυσώδη τρίχινα; Καὶ ὁ μοναχὸς ἀντέφη λέγων· Θεοῦ χάριτι, ὅσα δὲ εἶχον ὅτε ἦμεν Σαρρακλωὸς νόμ-

ab eo irridetur.

PER GREG DECAPOL. EX MSS.

νόμος καὶ κλῆρος τοῦ διαβόλου ἐτύγχανε, τὰ δὲ θεωρεῖς ἐνδεδυμένον με, δόξα ἐστὶ καὶ καύχημα, καὶ ἀῤῥαβὼν τῆς μελλούσης καὶ αἰωνίου ζωῆς· ἐγὼ δὲ ἀναθηματίζω τὴν τῶν Σαῤῥακηνῶν θρησκείαν, καὶ τὸν ψευδοπροφήτην αὐτῶν.

50 Ὁ δὲ Ἀμερουμνῆς ἔφη, Ἐκβάλετε αὐτὸν, ὅτι οὐκ οἶδε τί φλυαρεῖ. Καὶ ἐκβαλόντες αὐτὸν, ἔθηκαν ἔν τινι μέρει τοῦ παλατίου, καὶ ἔδοσαν αὐτῷ βρῶσιν καὶ πόσιν, καὶ ἐποίησεν ἡμέρας τρεῖς· αὐτὸς δὲ οὐκ ἔφαγεν οὔτε ἔπιεν, ἀλλ' ὀρθῶς καὶ πιστῶς προσηύχετε τῷ Θεῷ, καὶ γόνυ κλίνας λέγει· Ἐπὶ σοὶ Κύριε ἤλπισα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα, μὴ δὲ καταγελασάτωσάν με οἱ ἐχθροί μου· καὶ πάλιν λέγει, Ἐλέησόν με ὁ Θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου, ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου· καὶ πάλιν, Φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, Κύριος ὁ Θεὸς, μήποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον, μήποτε εἴπῃ ὁ ἐχθρός μου, ἴσχυσα πρὸς αὐτόν· στήριξον τὴν καρδίαν μου, Κύριε, ἵνα πολεμήσω τὸν αἰσθητὸν πλάνον τὸν Σαῤῥακηνὸν, ἵνα μή με καταπατήσῃ ὁ πονηρὸς διάβολος, καὶ δειλιάσω τὸν θάνατον διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον. Καὶ ποιήσας τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ, λέγει· Κύριε φωτισμός μου, καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου, ἀπὸ τίνος δειλιάσω; Καὶ πάλιν φωνήσας κατὰ τοῦ Ἀμερουμνοῦς, Λάβε τὸ ἅγιον βάπτισμα, ἵνα κερδήσῃς τὴν ἄμετρον βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Καὶ πάλιν ὁ Ἀμερουμνῆς ἐκέλευσεν αὖθις ἐλθεῖν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ ἡτοίμασεν ἱμάτια πάνυ ὡραῖα ὑπὲρ τούτου. Καὶ φήσας ὁ Ἀμερουμνῆς· Εὐφραίνου ταλαίπωρε, εὐφραίνου, καὶ ἀγάλλου τῇ σῇ βασιλείᾳ, καὶ μὴ καταφρονήσῃς τὸν σὸν βίον, καὶ τὴν σὴν νεότητα τὴν πάνυ ὡραίαν, καὶ ὁδεύῃς ὡς πενηχρὸς πένης ἀφρόνως. Οὐαί σοι ταλαίπωρε, τί νοεῖς; Ὁ δὲ μοναχὸς γελάσας ἔφη τῷ Ἀμερουμνῇ, Μὴ θρήνει τί νοῷ· νοῷ γὰρ πῶς μέλλω πληρῶσαι τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ μου, καὶ τοῦ ἀποστείλαντός με πατρὸς τοῦ Ἱερέως ἐκείνου, τοῦ καὶ διδάξαντός με· τὰ δὲ ἱμάτια ἃ ἡτοίμασας περὶ ἐμοῦ πώλησον, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἐγκατάλειψον καὶ σὺ τὰ πρόσκαιρα σκῆπτρα τῆς βασιλείας, ἵνα λάβῃς σκῆπτρα τῆς αἰωνίου ζωῆς· καὶ μὴ ἔλπιζε ἐπὶ τὰ παρόντα, ἀλλ' ἐπὶ τὰ μέλλοντα, καὶ μὴ πίστευε ἐπὶ τὸν ψευδοπροφήτην Μαωμὲθ τὸν μιαρὸν, τὸν ἐβδελυγμένον, τὸν υἱὸν τῆς κολάσεως, ἀλλὰ πίστευσον εἰς τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Ναζαρηνὸν, τὸν ἐσταυρωμένον. Πίστευσον Τριάδα ὁμοούσιον τὴν μίαν Θεότητα, Πατέρα, Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Τριάδα ὁμοούσιον καὶ ἀχώριστον. Ὁ δὲ Ἀμερουμνῆς πάλιν γελάσας, ἔφη τοῖς μεγιστᾶσι τοῖς ἐν τῷ παλατίῳ συναθροισθεῖσιν. Οὗτος ἄφρων ἐστὶ, τί ποιήσωμεν αὐτῷ; ἐκβάλετε αὐτὸν ἔξω, καὶ διώξατε αὐτόν.

petit à Deo perseverantiam,

B

frustra tentatur blandimentis,

ipsique Amerumni fidem Christi suadet;

C

51 Οἱ δὲ παρακαθεζόμενοι τῷ Βασιλεῖ εἶπον Οὗτος ἠβουλήθη μιᾶναι καὶ διαφθεῖραι τὴν τῶν Σαῤῥακηνῶν θρησκείαν· οὐκ ἀκούεις πῶς βλασφημεῖ καὶ ἀναθεματίζει τὸν μέγαν προφήτην ἡμῶν; Ὁ δὲ μοναχὸς, καί ποτε Σαῤῥακηνὸς, ἐκραύγαζε μεγάλως Ἄχθομαι περί σου Ἀμερουμνῆ μᾶλλον, οὐ γὰρ βούλει σωθῆναι ταλαίπωρε· πίστευσον εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἐσταυρωμένον, καὶ ἀναθεμάτισον τὴν τῶν Σαῤῥακηνῶν θρησκείαν, καὶ τὸν ψευδοπροφήτην αὐτῶν ὡς κἀγώ. Ὁ δὲ Σαῤῥακηνὸς Ἀμερουμνῆς ἔφη, Ἐκβάλετε αὐτὸν ἔξω, ὡς ἐγὼ κελεύω, ὅτι ἄφρων ἐστὶ, καὶ οὐκ εἶδε τί λέγει. Οἱ δὲ συγκαθεζόμενοι αὐτῷ εἶπον, λοιπὸν τὴν τῶν Σαῤῥακηνῶν θρησκείαν ἀναθεματίσαντα, καὶ εἰς τὸν μέγαν προφήτην βλασφημοῦντα, καὶ λέγεις, Οὐκ οἶδε τί φλυαρεῖ· ἐὰν δὲ οὐκ ἀποκτείνῃς αὐτὸν, πορευόμεθα καὶ ἡμεῖς Χριστιανοὶ γενέσθαι. Ὁ δὲ Ἀμερουμνῆς λέγει· Ἐγὼ οὐ δύναμαι ἀποκτεῖναι αὐτὸν, ὅτι ἐμὸς ἀνεψιός ἐστι, καὶ ἄχθομαι αὐτόν· ἀλλὰ λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ ποιήσατε ὡς βούλεσθε. Οἱ δὲ ἔλαβον τὸν μοναχὸν μετὰ πλείστης ὀργῆς, καὶ σύραντες αὐτὸν ἔξωθεν τοῦ παλατίου, καὶ πολλαῖς βασάνοις τοῦτον παρέδωκαν, ἵνα ἐπιστρέψαι πρὸς τὴν πρώτην θρησκείαν τῶν Σαῤῥακηνῶν· ὁ δὲ μὴ θέλων, ἐδίδασκε πάντας ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζαραίου, ἵνα πιστεύωσι καὶ σωθῆναι. Οἱ δὲ Σαῤῥακηνοὶ ἔσυραν αὐτὸν ἔξωθεν τοῦ ἄστεος, κἀκεῖ ἐλιθοβόλισαν αὐτὸν τὸν ὁσιώτατον μοναχὸν, ὀνόματι Παχούμιον. Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ, ἀστὴρ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς ἔκειτο ἐπάνω τοῦ ὁσιωτάτου Μάρτυρος· καὶ πάντες ἔβλεπον αὐτὸν ἐφ' ἡμέρας τεσσαράκοντα, καὶ πολλοὶ ἐξ αὐτῶν ἐπίστευσαν, τοῦ δὲ ὁσιωτάτου Μάρτυρος πρεσβείαις, καὶ τῆς πανάγνου Θεουμήτορος Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου, καὶ πάντων τῶν Ἁγίων.... i ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν ἡμῶν. Ἀμήν.

& contemnitur;

D

atque à Saracenis ad necem petitus

lapidibus obruitur.

E

i

a *Habemus ecgraphum, nescio an ex Bavarico an ex Parisiensi aliquo codice, utrimque enim sua accepit Rosweydus, inter cujus collectanea ipsum reperimus, absque indicio loci unde acceptum sit: magis suspicor quod ex Bavarico.* F. *Isidorus profitetur quod ipse suum ecgraphum acceperit ex antiquo MS. in Bibliotheca Card. Bessarionis Venetiis reperto, cum præfixo* Εὐλόγησον Πάτερ, *quod in sacris chori lectionibus usurpatum ipsis etiam scriptis adhæsit, ex eoq; sermonis hujus, ut publice legi soliti dignitatem jubet æstimari, quod & nos alibi fecimus potissimum 29 Martii ad Acta S. Marci Atheniensis, quæ alias non fuissemus ausi publicare. Numeros Commentarii nostri Latini hic etiam retinebimus.*

b *Chrysostomus Hom. 4 in Mattheum.* Non in publicis locis atque communibus, non in ipsius ecclesiæ congregationibus, facile reperies per quod inter fidelem infidelemque distinguas: solo enim hoc celebrandi mysterii tempore dignosci potest, cum videlicet alios excludi videris, alios intus teneri. *Nam & Catechumeni dimittebantur.*

c Προσκομιδὴ *pars ea est Missæ quam Latine vocamus Offertorium.*

d *Necdum quidem peracta consecratio erat, sed quid futurum esset videtur Deus ostendere voluisse isti Saraceno; qui postea consecratione scilicet peracta* τρανωτέρως clarius distinctiusque *idem vidisse dicitur.*

e *MS.* καλλιστευούσων *quod recte correxit Isidorus subintelligendo* μερίδων particularum. *Addit suspicatum se aliquando, legendum fuisse* κατειληλημάτων, reliquiarum, *quod idem suspicatus ecgraphi nostri auctor in margine posuit,* forte κατειλημμάτων.

f *Species enim Sacramentales typus seu figura sunt ejus, quod revera continent, Corporis ac sanguinis Dominici.*

g *Ita etiam MS. nostrum. Isidorus in MS. Veneto corruptum aliquid fuisse queritur, quod ad hunc modum ipse correxerit.*

h *Isidorus suspicatur forte legendum,* Τί δειλειᾷς, quid times: *librarius nostrer,* Τί μέλλεις, quid hæres?

i *Notavi puncta, quia puto excidisse quidpiam: nisi malis dicere ex vulgari precandi formula subintelligi,* poscimus juvari, *aut simile quidpiam.*

F

ETEPON

ΕΤΕΡΟΝ ΘΑΥΜΑ ΤΟΥ ΑΓ. ΜΕΓΑΛΟΜ. ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΙΚΟΝΟΣ ΑΥΤΟΥ.

Ex MS. Florentino Bibliothecæ Laurentianæ Pluteo x *Codice* xxxi *folio* 187.

Saracenus sagittam in Sancti imaginem jaculatus,

52 Ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἁγίου Μεγαλομάρτυρος Γεωργίου, καὶ ἄλλα παράδοξα θαύματα ἐγένοντο πολλὰ, ἐξ ὧν καὶ τοῦτο. Τελουῦντος γὰρ Ἱερέως τὴν θείαν λειτουργίαν, εἰσῆλθέν τις τῶν περιφανῶν Σαρακινῶν ἐν τῷ αὐτοῦ ἁγίῳ ναῷ, σὺν ἑτέροις Σαρακινοῖς, καὶ ὁρᾷ τὴν εἰκόνα τοῦ Ἁγίου Μάρτυρος Γεωργίου ἐν σανίδι γεγραμμένην. Καὶ ὡς ἦν ὁ Πρεσβύτερος κεκυφὼς, ποιῶν τὰς μυστικὰς εὐχὰς, λέγει τοῖς ἑτέροις αὐτοῦ Σαρακινοῖς τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ· Βλέπε τὸν ἔξοχον αὐτὸν, πῶς δεέται καὶ παρακαλεῖ τὴν σανίδα τὴν γεγραμμένην· ἀπελθόντες ἀγάγετέ μοι τόξον καὶ βέλη. Ἀπελθόντων δὲ αὐτῶν καὶ ἀγαγόντων, τείνας τὸ
B τόξον, ἀπέλυσε βέλος κατὰ τῆς ἁγίας εἰκόνος. Τὸ δὲ βέλος τῇ τοῦ ἁγίου Μάρτυρος δυνάμει εἰς ὕψος ἀρθὲν, ἔπεσεν καὶ ἔπληξεν τὴν χεῖρα αὐτοῦ.

eaque in ipsum retorta læsus,

53 Καὶ εὐθὺς ὀδυνόμενος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἁγίου ναοῦ καὶ ἐπορεύθη εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ· ἡ δὲ χεὶρ αὐτοῦ οἰδήσασα, παρεῖχεν αὐτῷ ὀδύνην ἀκατάπαυστον. Εἶχε δὲ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ θεραπενίδας Χριστιανὰς, καὶ ταύτας προσκαλεσάμενος ἔφη· Ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ λεγομένου Γεωργίου ἀπῆλθον καὶ εἶδον εἰκόνα γεγραμμένην· βέλος οὖν ἐπαφιέντος μου κατ' αὐτῆς, στραφὲν ἔπληξε τὴν χεῖρά μου, καὶ ἰδοὺ, ὡς ὁρᾶτε, ἀποθνήσκω ἐκ τοῦ ἀφορήτου πόνου. Αἱ δὲ εἶπον· Καὶ καλὸν
a a ἐβοὺ ποιῆσαι, ὅτι τοξεῦσαι ἠθέλησας τὴν τοῦ ἁγίου Μάρτυρος εἰκόνα; Ὁ δὲ Σαρακηνὸς ἔφη· Καὶ τί δύναμιν εἶχε ἐκείνη ἡ εἰκὼν οὕτως με ποιῆσαι; Αἱ δέ· Ἡμεῖς ἀγραμματαὶ οὖσαι τί λέγειν σοι οὐκ ἔχομεν· εἰ δὲ κελεύεις ταῦτα πυνθάνεσθαι, ἀπόστειλον καὶ κάλεσον τὸν Πρεσβύτερον τοῦ ἁγίου ναοῦ, κἀκεῖνος περὶ ὧν ἐπερωτᾷς ἐρεῖ σοι. Ὁ δὲ βάρβαρος ταῦτα ἀκούσας, ἀποστείλας ἐκάλεσε τὸν Πρεσβύτερον, καὶ ἐλθόντος
b αὐτοῦ ἠρώτα λέγων· Τί ἦν b εἰκὼν ἡ ἐν τῇ σανίδι γεγραμμένη, καὶ ἡ σανὶς ἣν παρεκάλεις ἢ τίνος; παραδειγμάτισόν με. Ὁ δὲ Πρεσβύτερος ἀπεκρίνα-
C το· Ἐγὼ τὸν Θεὸν, τὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ πάντων ὁρατῶν καὶ ἀοράτων δημιουργὸν, παρεκάλουν, οὐχὶ δὲ σανίδα, ὡς σὺ ἔφης· ἡ δὲ ἐν τῇ σανίδι γεγραμμένη εἰκὼν, τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Γεωργίου ἐστίν. Ὁ δὲ βάρβαρος· Καὶ τίς ἦν ὁ Γεώργιος ἐκεῖνος, ὅτι τοιαῦτα ἐνεργεῖ διὰ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ, μὴ Θεὸς ὤν;

& qua ratione imagines colantur edoctus

54 Ὁ δὲ πρεσβύτερος λέγει· Ὁ ἅγιος Μάρτυς Γεώργιος οὐκ ἔστιν Θεὸς, ἀλλὰ δοῦλος Θεοῦ καὶ τοῦ προσκυνητοῦ αὐτοῦ υἱοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἄνθρωπος δὲ ἦν ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν, καὶ ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν Ἑλλήνων πολλὰς τιμωρίας ὑπήνεγκεν, ἀναγκαζόμενος ὑπ' αὐτῶν ἀρνήσασθαι τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὁ δὲ ταύτας γενναίως ὑπομείνας καὶ τελειωθεὶς ἐν καλῇ ὁμολογίᾳ εἴληφε χάριν παρὰ τοῦ τῶν ἁπάντων Θεοῦ ποιεῖν σημεῖα καὶ τέρατα, καὶ ἡμεῖς ἐξ ἀγάπης αὐτοῦ ἀνιστοροῦμεν τὴν ἁγίαν αὐτοῦ εἰκόνα, καὶ ὡς αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ἀοίδημον ὁρῶντες ἐν τῇ εἰκόνι ἀσπασώμεθα καὶ προσκυνοῦμεν, ὃν τρόπον καὶ σὺ, ἐὰν ἴδῃς τῶν τελευτησάντων ἰδίων σου πατρὸς ἢ μητρὸς ἢ ἀδελφοῦ ἱμάτιον ἢ σκέπασμα, ἢ ἄλλων τι τῶν αὐτοῦ ἀμφίων, καταφιλεῖς καὶ δακρύεις καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπιτίθεις, ὡς αὐτὸν τὸν ποθούμενον βλέπων· οὕτως καὶ ἡμεῖς τοῦ ποθουμένου Ἁγίου τὴν εἰκόνα ἀνιστοροῦντες, ὡς αὐτὸν ἐκεῖνον βλέποντες ἀσπαζόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν. Ἀνιστεροῦμεν οὖν τὰς τῶν Ἁγίων εἰκόνας, καὶ ἐν σανίσι καὶ ἐν τύχοις καὶ ἐν ὀθονίοις, καὶ ταύτας κατασπαζόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν, οὐκ ὡς θεοὺς (μὴ γένοιτο) ἀλλ' ὡς θεραπόντων τοῦ Θεοῦ ἐκτυπώματα· καὶ οἱ Ἅγιοι διὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων αὐτῶν θαυματουργοῦσι, καὶ ποιοῦσι σημεῖα καὶ τέρατα, ὡς καὶ ἐπί σοι συνέβη παραδειγματισθέντι, τολμήσαντι ἐπαφιέναι βέλος κατὰ τῆς τοῦ ἁγίου Μάρτυρος εἰκόνος.

eam ad se inferri & lampadem accendi jubet,

55 Ταῦτα ἀκούσας ὁ Σαρακηνὸς ἔφη· Τί οὖν ποιήσω; Τὴν χεῖρά μου ταύτην βλέπεις πῶς ὡς ἀσκὸς ἐγένετο, πεπληρωμένη ἰχῶχρος, καὶ ἐκ τῆς ἀφορήτου ὀδύνης ἐγγύς εἰμι τοῦ ἀποθανεῖν. Ὁ δὲ Πρεσβύτερος ἔφη· Εἰ κελεύεις ἐνενεγκεῖν τὴν εἰκόνα τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Γεωργίου ἐνθάδε, καὶ τεθήτω ὕπερθεν τῆς σῆς στρομνῆς, ὑφαφθήτω δὲ καὶ κανδήλα c ἔμπροσθεν αὐτῆς δι'
c ὅλης νυκτὸς· προΐας δὲ γενομένης ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑφαφθείσης κανδήλης ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας εἰκόνος τοῦ ἁγίου Μάρτυρος, ἀλειψάμενος τὴν σὴν χεῖρα εὑρήσεις τὴν ἴασιν. Ὡς δὲ ἤκουσεν ταῦτα ὁ βάρβαρος, ὑπὸ τῶν ἀλγηδόνων συνεχόμενος, παρεκάλει δεόμενος ἐνεχθῆναι τὴν ἁγίαν εἰκόνα. Ταύτης δὲ ἐνεχθείσης καὶ ὑφάφθεισης τῆς κανδήλης, d ἀψάμενος ἐκ τοῦ ἐλαίου αὐτῆς, εὐθὺς καὶ παραχρῆμα ὑγιὴς ἐγένετο. Ἐκπλαγεὶς δὲ καὶ θαυμάσας ἐπὶ τῷ παραδόξῳ θαύματι, εἶπεν πρὸς τὸν Πρεσβύτερον· Ἔχετε εἰς τὴν ἡμετέραν γραφὴν περὶ τούτου τοῦ Ἁγίου τινὰ ὑπομνήματα; Ὁ δὲ Πρεσβύτερος, Ἔχομεν. Ὁ δὲ παρεκάλει ἐνέγκαι αὐτὰ καὶ ἀναγνῶναι. Τοῦ δὲ Ἱερέως ἐνέγκαντος τὸ τοῦ Ἁγίου Μαρτύριον, καὶ τοῦ βαρβάρου ἐν ταῖς χερσὶν κατέχοντος τὴν ἁγίαν εἰκόνα, καὶ πρὸς ταύτην ἀτενῶς βλέποντος, καὶ ἀκούοντος τοῦ Πρεσβυτέρου ἀναγιγνόσκοντος, ἔλεγε πρὸς τὴν ἁγίαν εἰκόνα· Σὺ νεώτερος καὶ φρόνημος· ἐγὼ δὲ γέρων καὶ σαλὸς, καλὸν καὶ ἐγὼ ἵνα γένωμαι φρόνημος. Ταῦτα ἔλεγεν ἕως οὗ τὸ Μαρτύριον ἀναγινώσκειν ὁ Πρεσβύτερος οὐκ ἐπάυετο.

unde sumpro dein oleo sanatur.

acceptosque baptismo Martyr obit.

Μετὰ δὲ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ Μαρτυρίου, πεσὼν εἰς τοὺς πόδας τοῦ Πρεσβυτέρου, παρεκάλει τυχεῖν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Ὁ δὲ οὐ συνετίθετο, δεδιὼς μὴ φανερωθῇ καὶ κινδυνεύσῃ. Ὁ δὲ ἐπώμνυτο τῇ ἐκκλησίᾳ, F καὶ ἐβαπτίσθη· καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον παῤῥησίᾳ ἀνὰ μέσον πάντων τῶν Σαρακηνῶν ἐκηρύσθη τὸν Χριστὸν Θεὸν ἀληθηνὸν, καὶ τὴν τῶν Σαρακηνῶν θρεισκείαν ἠναθεμάτηζεν. Οἱ δὲ Σαρακηνοὶ ἀκούοντες αὐτὸν ταῦτα φθεγγόμενον, δραμόντες ἐπ' αὐτὸν ὡς θῆρες ἄγριοι κατέκοψαν αὐτὸν· καὶ οὕτως ἐτελαιώθη ἐν καλῇ ὁμολογίᾳ, διὰ τῆς τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Γεωργίου πρεσβείας.

a Εβοὺ, *per conjecturam reddidi*, putas: *quasi per idiotismum vulgarem sic dicatur pro* ἐβούλευσας. *Meliorem conjecturam si quis habeat, sequar.*

b *Ecgraphum nostrum* Τί ἦν εἰκόνι . . . καὶ ἡ σανὶς . . . εἴ τις, *quæ visa sunt correctione egere.*

c *Merito Vossius in Græco barbaris Suidam ineptiæ arguit, qui censet quod* Κανδήλα *dicatur* ἀπὸ τοῦ καεῖν δήλα, *vox enim Latina est; & hic pro lampade sumitur non pro cereo.*

d *Melius forte* ἀλείψομενος.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΚΟΥ
ΤΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΟΥ.

Ex Codice MS. 866 Bibliothecæ Vaticanæ.

Dispersis per orbem Apostolis,

Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ προαιώνιος τοῦ Πατρὸς λόγος, ὁ δι' ἡμᾶς γενάμενος ἄνθρωπος μετὰ τοῦ εἶναι Θεὸς, ἐπιδημῆσαι καταξιώσας, καὶ πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων οἰκονομήσας καλῶς, ἐνετείλατο τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις, μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, λέγων, Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίσαντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἄλλοις μὲν οὖν ἄλλαι πόλεις τε

a καὶ χῶραι ἐκληρώθησαν, a διαμερυσαμένων κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων τὴν ἅπασαν οἰκουμένην· ἔλαχεν δὲ τὸν ἁγιώτατον Μάρκον ἐν τῇ κατ'

B Αἴγυπτον χώρᾳ εὐαγγελίσασθαι τὸ Χριστοῦ κήρυγμα, ὅθεν καὶ Εὐαγγελιστὴν αὐτὸν ἐθέσπησαν οἱ μακάριοι κανόνες τῆς ἁγίας καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας. Αὐτὸς γὰρ πρῶτος ἐν ὅλῃ τῇ κατ' Αἴγυπτον χώρᾳ, Λυβίῃ τε καὶ Μάρμαρικῇ, Ἀμμωνιακῇ τε καὶ Πενταπόλει ἐκήρυξεν τὸ εὐαγγέλιον τῆς τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιδημίας. Ἦν γὰρ πᾶσα ἡ γῆ αὕτη ἀπερίτμητοι καὶ εἰδωλολάτραι, μεστοὶ πάσης ἀκαθαρσίας καὶ πηκτῶν σεβασμάτων, καὶ κατὰ πόλεις τε καὶ ἐπαρχίας, κατὰ τὰ ἄμφωδα, οἴκους καὶ τεμένη, εἰδώλοις κατεσκεύαζον τελέτας τε καὶ γοητείας, καὶ πᾶσα δύναμις δαιμωνιώδης ἐγρηγόρει τε καὶ ἦν παρ' αὐτοῖς, ἃς ἐπιδημήσας ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, κατέλυσεν καὶ ἀπόλεσεν.

S. Marcus in Ægyptum ejusque viciniam missus

plurimos convertit Cyrenæ:

2 Τοῦ οὖν θεσπεσίου Εὐαγγελιστοῦ Μάρκου ἐν Κυρήνῃ τῆς Πενταπόλεως καταντήσαντος (ἦν γὰρ τὸ γένος ἐκ τῆς αὐτῆς χώρας ὁρμώμενος) καὶ λαλήσαντος αὐτοῦ καταρχὰς τὸν λόγον τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ποιήσαντος εἰς αὐτοὺς παράδοξα θαύματα (ἀσθενοῦντας γὰρ ἐθεράπευσεν, λεπροὺς ἐκαθάρησεν, καὶ πνεύματα χαλεπὰ ἐξέβαλεν τῷ πνεύματι τῆς χάριτος αὐτοῦ) πολλοὶ ἐπίστευσαν δι' αὐτοῦ εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν

C Χριστὸν· καὶ τὰ εἴδωλα ἑαυτῶν χαμαὶ ῥίψαντες καὶ πορθήσαντες ἑαυτῶν τὰ ἄλση, ἐφωτίσθησαν βαπτισθέντες εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

tum divino monitu Alexandriã navigat,

3 Ἐκεῖθεν οὖν ἀπεκαλύφθη αὐτῷ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς τὴν Φαρίτην Ἀλεξάνδρειαν ἀπελθεῖν, καὶ τὸ καλὸν σπέρμα τοῦ λόγου κατασπεῖραι. Ὁ δὲ μακάριος Εὐαγγελιστὴς Μάρκος, ὡς γενναῖος ἀθλητὴς, ἐπὶ τὸ σκάμμα προθύμως ἐβάδιζεν· καὶ ἀσπασάμενος τοὺς ἀδελφοὺς εἶπεν, ὁ Κύριός μου ἐλάλησεν ἐν ὁράματι πρὸς μὲ, ὅπως πορευθῶ εἰς τὴν Ἀλεξανδρέων πόλιν. Οἱ δὲ ἀδελφοὶ προέπεμπον αὐτὸν, ἕως τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον· καὶ γευσάμενοι ψωμὸν ἄρτου, ἀπέπεμπον λέγοντες· Ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εὐοδόσει τὴν ὁδόν σου. Ὁ δὲ μακάριος Μάρκος τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ εἰς Ἀλεξάνδρειαν παρεγένετο, καὶ τοῦ πλοίου ἀποβὰς ἦλθεν εἴς τινα τόπον καλούμενον Βεννίδιον· τὴν πύλην δὲ εἰσελθὼν τῆς πόλεως, εὐθὺς τὸ ὑπόδημα αὐτοῦ διερράγη. Ὁ δὲ μακάριος Ἀπόστολος, παλαιοράφον θεασάμενος, αὐτὸ τὸ ὑπόδημα δέδωκεν διορθώσασθαι. Ῥάπτων δὲ ὁ ὑποδηματοράφος, ἔπληξεν ἑαυτοῦ τὴν ἀριστερὰν χεῖρα σφόδρα, καὶ φησὶν, Εἷς Θεός. Ὁ δὲ μακάριος Μάρκος ἀκούσας τὸ, Εἷς Θεός, ἔφη ἐν ἑαυτῷ, Εὐώδοσεν Κύριος τὴν ὁδόν μου· καὶ πτύσας χαμαὶ ἐποίησεν πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος, καὶ ἐπέχρησεν τὴν χεῖρα τοῦ ἀνδρὸς, ἐπὶ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ εὐθέως ἰάθη ἡ χεὶρ τοῦ ἀνθρώπου, Ὁ δὲ παλαιοράφος, ἱστορήσας τὴν δύναμιν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τὴν ἐνέργειαν τοῦ λόγου, καὶ τὸ ἀσκητικὸν, εἶπεν αὐτῷ· Δέομαί σου, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, δεῦρο κατάλυσον σήμερον εἰς τὸν οἶκον τοῦ παιδός σου, καὶ φαγόμεθα ὁμοῦ ψωμὸν ἄρτου, ὅτι ἐποίησας ἔλεος μετ' ἐμοῦ σήμερον. Ὁ δὲ μακάριος Μάρκος περιχαρὴς γενόμενος εἶπεν, Ὁ Κύριος δώσει σοι ἀπ' οὐρανοῦ ἄρτον ζωῆς. Ὁ δὲ ἄνθρωπος παρεβιάσατο τὸν Ἀπόστολον, καὶ εἰσένεγκεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ χαίρων.

quo appulsus sanat læsam Aniani Sutoris manum,

E

eumque instruit,

4 Εἰσελθὼν δὲ ὁ μακάριος Μάρκος εἶπεν, Εὐλογία Κυρίου ὧδε, εὐξώμεθα ἀδελφοί. Καὶ ηὔξαντο ἅμα. Ὡς δὲ ἠγαθύνθησαν, εἶπεν ὁ ἄνθρωπος· Πάτερ, παρακαλῶ σε, εἰπέ μοι, τίς εἶ, καὶ πόθεν ὁ λόγος οὗτος δυνατὸς ἐν σοί; Εἶπεν δὲ ὁ μακάριος Μάρκος, Ἐγὼ δοῦλός εἰμι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Εἶπεν δὲ ὁ ἄνθρωπος, Ἐβουλόμην αὐτὸν ἰδεῖν. Εἶπεν δὲ ὁ ἅγιος Μάρκος, Ἐγώ σοι αὐτὸν δεικνύω. Καὶ ἤρξατο ὁ ἅγιος Μάρκος εὐαγγελίζεσθαι αὐτῷ τὸν Χριστὸν, ἀποδεικνὺς αὐτῷ ὅτι ἡ σοφία τοῦ κόσμου, μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστιν. Ἐπίστευσεν δὲ ὁ ἄνθρωπος τῷ Θεῷ, διὰ τῶν ὑπὸ Μάρκου λεγομένων καὶ γινομένων σημείων καὶ τεράτων, καὶ ἐφωτίσθη αὐτὸς καὶ ὅλος ὁ οἶκος αὐτοῦ, καὶ πολὺ πλῆθος τοῦ τόπου ἐκείνου. Τὸ δὲ ὄνομα τοῦ ἀνδρὸς, Ἀνιανός.

& cum aliis multis baptizat,

F

constituta ibidem ecclesia:

5 Ὡς ὄχλος ἐγένετο τῶν πιστευόντων ἐπὶ τὸν Κύριον, ἤκουσαν οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως, ὅτι Γαληλαῖός τις παρεγένετο ἐνταῦθα, καὶ ἀνατρέπει τὰς τῶν θεῶν θυσίας, καὶ ἐκώλυσεν αὐτῶν τὰς θρησκείας· καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, καὶ ἔθηκαν αὐτῷ παγίδα καὶ ἔνεδρα. Ἐπιγνοὺς δὲ ὁ μακάριος Μάρκος τὰς βουλὰς αὐτῶν, χειροτονήσας Ἐπίσκοπον Ἀνιανὸν, καὶ Πρεσβυτέρους τρεῖς, Μιλίοον, Σαβῖνον, καὶ Κερδῶνα, καὶ Διακόνους ἑπτὰ, καὶ ἄλλους ἕνδεκα εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν ὑπηρεσίαν, ἔφυγεν, καὶ πάλιν ἀπῆλθεν εἰς τὴν Πεντάπολιν. Καὶ ποιήσας ἐκεῖσε ἔτη δύο, καὶ θεμελιώσας τοὺς ἐκεῖ ἀδελφοὺς, καὶ χειροτονήσας κἀκεῖσε Ἐπισκόπους καὶ Κληρικοὺς κατὰ χώραν, ἦλθεν πάλιν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ εὗρεν τοὺς ἀδελφοὺς πληθυνθέντας ἐν χάριτι καὶ πίστει Θεοῦ, καὶ ἐκκλησίαν θεμελιώσαντας ἑαυτοῖς ἐν τοῖς καλουμένοις Βουκόλου, ἐν τοῖς παρὰ θαλασσίοις ὑπὸ κάτω κριμνῶν· καὶ ἐχάρη πάνυ ὁ δίκαιος, καὶ θεὶς τὰ γόνατα, ἐδόξασεν τὸν Θεόν.

in Pentapolim redit,

rursumq; Alexandriã

6 Ὡς δὲ ἐπληροῦτο χρόνος ἱκανὸς, οἱ μὲν Χριστιανοὶ ἐπληθύνοντο, καὶ κατεγέλων τῶν εἰδώλων, καὶ ἐξεμυκτήριζον τοὺς ἕλληνας. Ἔμαθον δὲ αὐτὸν οἱ ἕλληνες παραγενόμενον, καὶ ἐπλήσθησαν ζήλου διὰ τὸ ἀκούειν αὐτοὺς τὰς θαυματουργίας ἃς ἐποίει· ἀσθενοῦντας

ubi miraculis clarescens,

A νοωῦτας γὰρ ἐθεράπευεν, λεπροὺς ἐκαθάρησεν, κωφοῖς εὐαγγελίζετο, καὶ τυφλοῖς πολλοῖς τὸ βλέπειν ἐχαρίζετο· καὶ ἐζήτουν αὐτὸν πιάσαι, καὶ οὐχ εὕρισκον αὐτὸν, κατέβρυχον δὲ τοὺς ὁδίτας, καὶ ἐν ταῖς θεαῖς καὶ ἐν ταῖς κωμασίαις τῶν εἰδώλων κατέκραζον αὐτοῦ, λέγοντες, Πολλὰ βίαν τῷ μάγῳ.

& missam celebrans comprehenditur:

7 Ἐγένετο δὲ, τῇ μακαρίας ἑορτῆς τοῦ ἁγίου Πάσχα καταλαβεῖν τὴν ἁγίαν Κυριακὴν, ἐν ᾗ ἦν καὶ αὐτῶν Σαραπιακὴ κωμασία, b καὶ πολλοὶ ἐξ αὐτῶν ἀποταξάμενοι ἦσαν τῇ τῶν εἰδώλων πλάνῃ, καὶ προσεδέντες τῇ ὀρθῇ διδασκαλίᾳ. Ὡς οὖν ζητοῦντες αὐτὸν οὐχ εὗρον εὐχωρίαν τοιαύτην λαβόντες, καί τινας ἀπὸ τῆς ἀργίας ἐγκαθέτους πέμψαντες, κατέλαβον αὐτὸν τὰς ἁγίας εὐχὰς τῆς ἁγίας Ἀναφορᾶς ποιούμενον· καὶ λαβόντες αὐτὸν, ἔβαλον σχοινίον εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἕσυρον αὐτὸν, λέγοντες· Σύρωμεν τὸν βούβαλον c ἐν τοῖς βυκόλοις. Ὁ δὲ ἅγιος Μάρκος Συρώμενος, εὐχαριστίας ἀνέπεμπεν τῷ δεσπότῃ Χριστῷ λέγων· Εὐχαριστῶ σοι κύριέ μου Ἰησοῦ Χριστὲ, ὅτι κατηξιώθην ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός σου ταῦτα παθεῖν· καὶ ἦσαν αἱ σάρκες αὐτοῦ πίπτουσαι ἐπὶ τὸν γῶν, καὶ αἱ πέτραι ἐφοινίσσοντο ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτοῦ· ἐσπέρας δὲ γενομένης, ἔβαλον αὐτὸν εἰς φυλακὴν, ἕως σκέψωνται ποίῳ θανάτῳ αὐτὸν ὀλέσωσιν.

Confortatur ab Angelo

8 Τῆς δὲ νυκτὸς μεσούσης, καὶ τῶν θυρῶν κλεισμένων, καὶ τῶν φυλάκων κοιμωμένων πρὸ τῶν θυρῶν, ἰδοὺ σεισμὸς ἐγένετο μέγας· Ἄγγελος γὰρ Κυρίου, καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, ἥψατο αὐτοῦ λέγων· Δόξα τοῦ Θεοῦ Μάρκε, ἰδοὺ τὸ ὄνομά σου ἐγγέγραπται ἐν βίβλῳ ζωῆς ἐπουρανίου, καὶ τὸ μνημόσυνόν σου οὐκ ἀπαλειφθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· Ἄγγελοι τὸ πνεῦμά σου φυλάττουσιν, καὶ τὰ λείψανά σου εἰς γῆν οὐκ ἀπολοῦνται. Ταύτην τὴν ὀπασίαν θεασάμενος ὁ μακάριος Μάρκος, τὰς χεῖρας αὐτοῦ τανύσας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν, Εὐχαριστῶ σοι, κύριέ μου Ἰησοῦ Χριστὲ, ὅτι οὐκ ἐγκατέλειπάς με, ἀλλὰ συγκαλήρίθμησάς με μετὰ τῶν Ἁγίων σου. Δέομαί σου, κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, πρόσδεξαι ἐν εἰρήνῃ τὴν ψυχήν μου, καὶ μή με ἀποδοκιμάσῃς ἀπὸ τῆς χάριτός σου. Καὶ ταῦτα αὐτοῦ εἰπόντος, ὁ Κύριος Ἰησοῦς παρεγένετο πρὸς αὐτὸν, οἵῳ σχήματι ἦν μετὰ τῶν μαθητῶν, καὶ οἵᾳ μορφῇ ἦν πρὸ τοῦ παθεῖν αὐτὸν, καὶ λέγει αὐτῷ· Εἰρήνη σοι, ἡμέτερε, Μάρκε, Εὐαγγελίστα. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ μακάριος Μάρκος, εἶπεν· Δόξα σοι, κύριέ μου Ἰησοῦ Χριστέ.

ac postera die tradit spiritum.

9 Πρωΐας δὲ γενομένης, ἦλθεν πάλιν τὸ πλῆθος τῆς πόλεως, καὶ ἐξενέγκαντες αὐτὸν ἐκ τῆς φυλακῆς, ἔβαλον πάλιν τὸ σχοινίον εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἕσυρον αὐτὸν λέγοντες, Σύρατε τὸν βύβαλον ἐν τοῖς βουκόλου. Ὁ δὲ μακάριος Μάρκος Συρώμενος, εὐχαριστίας μᾶλλον ἀνέπεμπεν τῷ παντοκράτορι Θεῷ, καὶ τῷ κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, λέγων, Εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου. Καὶ τοῦτο εἰπὼν ὁ μακάριος Μάρκος ἀφῆκεν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. EX MS. VATICANO

10 Τὸ δὲ πλῆθος τῶν δυσεβῶν ἑλλήνων πῦρ ἀνάψαντες εἰς τοὺς καλυμμένους Ἀγγέλους, ἐκαυσαν τοῦ δικαίου τὸ λείψανον. Τότε πρωΐα τοῦ κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατέβη λαῖλαψ τις μεγάλη ἀνέμου καὶ ζάλη, καὶ ὁ ἥλιος Σωτείελεν τὰς ἀκτῖνας, καὶ ἐγένετο βροντῶν ἦχος πολὺς, καὶ ὑετὸς ἕως ἑσπέρας, ὥστε καὶ οἰκήματα πολλὰ καταπίπτειν, καὶ πολλοὺς τεθνᾶναι, καὶ φοβηθέντες ἔασαν τὸ λείψανον τοῦ Ἁγίου καὶ ἔφυγον· ἕτεροι δὲ διαχλευάζοντες ἔλεγον, ὡς ὅτι ὁ Σαράπις ἡμῶν τὸν ἐπισκοπὸν τοῦ ἀνδρὸς ἐποίησατο σήμερον, διὰ τὴν γενεθλίαν. Τότε ἐλθόντες ἄνδρες εὐλαβεῖς Σωτείειαν τὰ λείψανα τοῦ Δικαίου, καὶ ᾠκοδόμησαν ὅπου ἦσαν τὰς εὐχὰς αὐτοῦ ἐπιτελοῦντες.

Corpus ne comburatur prohibet tempestas:

defertur in oratorium,

11 Ἦν δὲ τῇ ἰδέᾳ ὁ μακάριος Μάρκος, μακρόρυγχος, Σωφρὼς, εὐόμματος, ἀναφάλαντος, Σιτόχρους, δασυπόγων, ὀξὺς, εὐεκλινὴς, μεσήλιξ, πολιὸς, τὴν σχέσιν ἀσκητικὸς, πεπληρωμένος χάριτος Θεοῦ. Καὶ προσευχὰς ποιήσαντες, ἐκήδευσάν τε αὐτὸν καθὼς ἔθος τῇ πόλει, καὶ ἀπέθεντο ἐν τόπῳ λελατομημένῳ, ἐν δόξῃ τελοῦντες αὐτοῦ τὰς μνήμας, μετὰ Σωφροσύνης καὶ προσευχῆς, ὡς πρῶτον κημήλιον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κεκτημένοι, καὶ εἰς τὸ ἀνατολικὸν μέρος ἀπέθεντο. E

& sepelitur,

12 Ἐκοιμήθη οὖν ὁ μακάριος Εὐαγγελιστὴς Μάρκος, πρῶτος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πρὸς Λίγυπτον μαρτυρήσας ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μηνὶ Φαρμουθὶ, κατὰ δὲ Ῥωμαίους μηνὶ Ἀπριλλίῳ ε κε· ἐπὶ βασιλείας Γαΐου Τιβερίου Καίσαρος, καθ' ἡμᾶς δὲ τοὺς Χριστιανοὺς βασιλεύοντος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

recolendus 25 Aprilis.

a *Hic incipiunt MSS. Latina.* F

b *Perturbatus in MS. erat sensus hoc modo,* ὡς ἦν πολλοὶ ἐξ αὐτῶν ζητοῦντες οὐχ εὗρον; *quæ per transpositionem verborum corrigenda credidi.*

c *MSS Latina non satis videntur assequi verum hujus lectionis sensum, qui rectius sic expressus fuisset,* Raptemus bubalum in locis buculi: *in ipsis enim comprehensus, non ad ipsa, sed in ipsis raptatus est.*

d *Hæc parenthesis de forma corporis interrumpit sensum, & alicunde videtur in textum irrepsisse, margini fortassis primum adscripta.*

e *Vel hic præter mentem auctoris additus est dies numerus, vel supra ad nomen mensis Ægyptii omissus; neque enim pariter progrediuntur hi menses: sed qui Romanis est 25 Aprilis, Ægyptiis numeraretur Pharmuthii 30.*

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΔΙΑΚΟΝΟΥ ΚΑΙ ΧΑΡΤΟΦΥΛΑΚΟΣ

ΕΓΚΩΜΙΟΝ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΑΠΟΣΤΟΛΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΗΝ

ΜΑΡΚΟΝ.

Ex MS. Codice Bibliothecæ Vaticanæ.

Argumentum laudationis S. Marci,

Πάλιν Ἀποστολικὴ κατασράπη πανήγυρις, καὶ πάλιν ἐγὼ τοῖς θιασώτοις Χωσπαγάλλομαι· πάλιν μαθητοῦ μνήμη λαμπρὰ φρυκλωρεῖ, καὶ τῷ γλώσσαν χορεύειν τοῖς ἐφυμνίοις προτίθημι, καὶ καταρτίζειν παραθήγω τὴν εὐφημίαν, ἁμυδρὰ μὴ φθεγγομένων (ᾠδινὸς γὰρ εὐτρόφων αὐτῇ μίτεσι λόγων, ὑ τᾶις μελᾶ κάλλυς ἁρμονίαις εὐδοκιμεῖ· πλὴν ἀ καὶ τούτοις ὠχύρωτο, σὺκ ἀποχρῶσα καθεωρᾶτο πρὸς ἔπαινον) τοῖς Β Μάρκυ δὲ μεγαλείοις Σκηρῶσαν, καὶ τῶν ἐκείνυ καλῶν ὡς οἷόν τε τὴν περιουσίαν ἀποθαυμάζυσαν. Μάρκυ Β Πέτρυ γόνος, Β τῶν ὑρανῶν κλειδοῦχυ Συγχορευτής, Β τῶν ἀπορρήτων εὐαγγελιςὴς τε καὶ κήρυκ Θ, Β τὴν Αἰγύπτυ φωταγωγὸς, καὶ τῷ ἐκείνης θρόνῳ πρώτως ἐγκαθίσαντ Θ· ἃ δὴ γὰρ ἃ δὴ τούτου μικρὸν ἀς ἀφορμὴν εὐδοξίας, ἐργωδέστερον γὰρ ἐξηκανθωμένων γεωργῶν ἄρυραν, ἢ τὴν κεκαθαρμένην ἀς φιλοπονίαν ἐπάγεσθαι. Οὗτ Θ γὰρ ἡμᾶς Σήμερον ὑποδέδεκται, οὗτ Θ ἡμῖν ὡς ὄφελα τὰ οἰκεῖα προβάλλεται προλερήματα· Σωανέσπασε γὰρ τῷ γλυκεῖ ἅπαρι φαιδρόλερον τὴν ὥραν ἀπόλελουπεν ἡ ἑόρτι Θ τύτυ ἡμέρα, καὶ ὡς φωλοφανὴς ἥλι Θ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς κατελάμπρυνε· σωήθροισε πάντας, Β Μάρκυ καθωραϊζομένη τοῖς κατορθώμασιν, ὡς νιῷ ἡ γῆ σολιζομένη τοῖς ἄνθεσι, καὶ ὡς ἐκ Σωθήματ Θ Σωαυλίαν πισῶν τὸν Ἀπόσολον μακαρίζυσιν. Ἐθνῶν Συσήματα τὸν μυσαγωγὸν ἀνυμνεῖ, ὡς ὑποχαρῆα μεγαλωύσι Χρισοῦ, καὶ ὡς μάρτυρα τ αὐτοῦ παρυσίας καταγεραίρει· ἐπᾶν δὲ μᾶλλον κόσμ Θ τὰ τοσαῦτα τούτυ ἀποδικάζει καὶ χροτεῖ ἀγαθυργήματα· σύμπας γὰρ τ ἐκείνυ διδασκαλίας ἀπώνατο.

Argumentum laudationis S. Marci,

offertur in ejus verno festo.

qui fuit unus ex 70,

2 Ἀλλ᾽ ὁ λόγ Θ, ὁ γλῶσσα τοῦτον ὡς προσῆκεν ἐπαινεῖν ἐξαρκεῖ. Τί γὰρ πρῶτον, τί δ᾽ ὑσάτιον ἀνυμνήσκειεν; αἵ τε γὰρ προσηγορίαι πολυειδεῖς, καὶ οἱ ἀγῶνες κατάπλκιοι. Τεθέαται γὰρ ὃν ὀφθαλμὸς ὁρᾷν ὁ δεδυώνηται, τῷ ἡμέρῳ φαινόμενον προκαλύμματι, καὶ τῷ ὑπεγκαμμένῳ κατέλιπεν· κέκληται δώα φωνῇ, καὶ ἀγχισέων ἀπεώσατο φίλτρον· παρ᾽ ὧδὲν αὐτῷ Β γένυς τὰ τίμια, ὄναρ τούτῳ ῥοώδης περιουσία, μόνον ἔσεργεν τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν, μόνῳ εὐδαιμονίαν ἠγεῖτο ἃ ἐπηγγέλλετο, καὶ τῷ μαθητεύειν ἧπερ ἐτέταχλο. Τῷ Ἀποσολικῷ γὰρ Συλλόγῳ τῶν ἑβδομήκοντα Σωηρίθμηται, ὥσπερ φέγγ Θ λαμπρὸν διαφανίσιν ἄσροις παρὰ Β κεκλημέν Θ κατειλιγμένον, ᾧ τ κάτω Σκιώδης τε καὶ τέρψεως ᾠδὴν παρισώμενον.

Petri filius spiritualis,

3 Ὅνπερ Β Πέτρυ ὁ Μάρκ Θ υἱὸς, ὄντως τ ἐκείνυ γνώμης ἐφάμιλλ Θ· ἀνιδίδωσι γὰρ ἡ φύσις τὰ οἰκεῖα τῷ γένει, καὶ τὰ ἐκάσυ πλεονεκτήματα κοινὰ τίθεται· δηλοῖ γὰρ ἡ πειθὼ, δηλοῖ ἡ πρὸς τὸν πλάσαντα ἀκολύθησις, καὶ τ᾽ ἄλλα μᾶλλ καλῶν ἀδελφὰ καὶ ὁμότροπα τ θερμότητ Θ· κατὰ γὰρ τὸν προφήτων Ἀμὼς, ἐκ προσώπυ Β θεαρχικῦ πνεύματ Θ προαγγέλοντα, Ἰδοὺ ἐγὼ σειῶν βρονῶ, καὶ κλίζων πνεῦμα, καὶ ἀναγγέλων εἰς ὑρανὺς τὸν Χρισὸν αὐτοῦ· ἐξ ἄκρων μέχρι τῶν τ γῆς ἡίπ σερμάτων, Θεὸν τὸν δημιυργὸν εὐαγγελιζόμεν Θ, καὶ τὰ ποικίλα γεωργῶν καλορθώματα· κατεφώτησε γὰρ τῷ ὑφηλίων, τῷ τ πλάνης κατίφλεξεν ἀθεότητα, ἀπέσμηξε τοὺς ἐρριπωμένους ἀδωλικοῖς ἅμασι, καὶ καθηγνισμένους Θε῵ τῷ βαπίσμ῵, ἵνα μὴ πλέω φαίην παρέσησεν. Εἶχε γὰρ τῷ γλώσσαν ἀντ᾽ ἀσπίδ Θ καὶ δόρατ Θ, καὶ τὸ κήρυγμα διεδείκνυ πᾶσι βεβαιότερον, καὶ τά πλήθη πρὸς τὴν ἀληθῆ ζωὴν προενόμευεν.

Italiæ Apostolus

fidei praedicator,

4 Ἔνθεν γὰρ ἔβρυεν ἡ τῶν θαυμάτων πλημμύρα, ἐκᾶθεν οἱ ὄχλοι πρὸς τὴν θεογνωσίαν μέλωχέλεύοντο· ὁ τὰς βάσεις πεπληρωμένος, ἀπλίπυς ἀναφανείς, ἦν τοῖς εὐθρομῶσι διδάσκαλ Θ· ἀόμματ Θ τοῖς κόραις, ὀξυδορκῶν, ἄλυς πρὸς τὸ φῶς ἐχπαγόγει τ ἔκ-γνώσεως· ἡ ἀφὴ τὸν Β θερμὸν πλεονεξίαν πρὸς τὰς Σωήθεις Σπονδὰς μέλερώμιζε, καὶ τὸ πῦρ τῶν ἀδωλικῶν θυσιῶν ἀπεβάλλετο· οἱ τ πλάνης φυτυργοὶ δαίμονες ἐτροφοπῶτο, καὶ ἡ ἀληθὴς ἤκμαζε θεοσέβεια. Ὑπέρλαμπρά Θυ, Μάρκε, τὰ ἔργα, παράδοξα καὶ τὰ τρόπαια· τούτοις γὰρ ἐζώχησας τοὺς στρατηγοῦντας, ὁ ἰδιώτης· τούτοις ἐπολιόρκησας τὸν πλάνην ὁ μονοχίτων, τούτοις μέλα Β Πέτρυ ὁ Β Πέτρυ ὑὸς τὸ Ἰταλῶν ἐχειρώσω γέν Θ, ἐξ ἑώας μὲν ἀφορμήσας, πρὸς δυόμενον ἢ καταπὰς ἥλιον, καὶ τὸν λόγον πανταχῆ κατευρυώνων, ἢ ἐκεῖν Θ τῷ ἀκλῖνα τοῖς πέρασιν, ὑ μεθόδοις κεχρημέν Θ Σοφισικᾶις, ὑ κεκομψευμένως μέλαχειρήσασιν, ἀλλ᾽ ἁπλῷ λόγῳ καὶ ἀληθείᾳ μόνῃ, ᾗ πάντων τὸ κράτ Θ ἀνίλαγώνισον ἀποφέρεται.

miraculorum effector.

5 Ὅτι γὰρ εὐέμπωτ Θ ἅπας λόγ Θ, ἐ μὴ τἀληθῆ πρεσβεύει καὶ διαγγέλλει, γνοίης κἀνῦθεν· Πυθαγόρας μὲν γὰρ, τῷ ψευδῆ δόξαν κρατυύων, καὶ πολλὰ λεσχηνεύων, πάλαι Ἰταλὺς ὑ δεδυώνηται· δηλόκριτ Θ, αὐτό γε τοῦτο Συμπράπων, Ἀβδηρίτ῵ ὑδένα κατήκοον ἔσχεν· Ὀρφεὺς, τῷ μύθῳ πάντως θηρία κατακηλῶν, τὺς δμοχώρυς σὐκ ἔπεισε Θράκας. Καίτοιγε πολλῷ ῥέοντες λόγῳ, καὶ Θρία κενῇ βρενθυόμενοι μεθῆς πάντως διώλοντο, καὶ σιγῆς βυθοῖς Συγκατέδυσαν (τοιοῦτον γὰρ ἡ ψευδὴς δόξα καὶ ἀδρανὴς) Μάρκ Θ δὲ τὰς ἀκόμπυς Β Πνεύματ Θ ἐκλιθεὶς διδαχὰς, καὶ τοὺς Σαυλίυς εὐπειθεῖς μελεπλάσατο. Ἄνωθεν γὰρ ἐκραλιώθελο, καὶ ἡ ἀκραιφνὴς πίσις πολλῶν ἄδυ κρατυολέρα· καὶ οὗτ Θ ἀοίδιμ Θ, ὡς ἀληθείας κῆρυξ, μέχρι δεῦρο σωαποδέδεικλαι. Ἔδει γὰρ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς οἰκονομίαν εἰς πέρας σωληριῶδες χωρῆν, καὶ τῷ τύτυ μνήμην ἀθάνατον τῷ βίῳ μετ᾽ ἐγκωμίων σωδιασώζεσθαι· δι᾽ αὐτοῦ γὰρ κεκήρυκλαι τῇ κλίσῃ Θεὸς, δι᾽ αὐτοῦ τοῖς πεπλανημένοις ἡ ἐπιστροφὴ πεπραγμάτευται, καὶ ἡ πρὸς τὸν πλάστην ὁδηγία διῳκονόμηται.

ad persuasionem efficax,

6 Ἐπὰ

A *Euangelii scriptor.*

6 Ἐπεὶ οὖν εὐσπλάγχνου Θεοῦ παρουσίαν εὔσπλαγχνον ἀνεκήρυξεν, καὶ γλώσσῃ θεολόγῳ ἄλλους τε πλείους καὶ Ἰταλιώτας πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν εἵλκυσε, κατασκευάζει τούτοις ὡς ἀρχιτέκτων σφὸς τὴν τοῦ Εὐαγγελίου πυξίδα, καὶ ταύτῃ νέους ἐγκολάπτει θεσμοὺς, οὓς ἡ τοῦ Ἱερεμίου προηνίξατο πρόῤῥησις φάσκουσα, Καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα διαθήκην καινὴν, διδοὺς νόμους μου εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν, ὡς ἂν μὴ λόγοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ εὐαγγελικῇ συγγραφῇ, καὶ τοῖς ὕστερον τὴν τοῦ λόγου διατρανοῖ ἐνανθρώπησιν, τὰς θεοσημείας ὑπ' ὄψιν τιθεὶς, τὰ ὑπὲρ ἡμῶν πάθη, τὴν ἐκ τοῦ μνήματος ἔγερσιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς, ὅθεν κατελήλυθεν, ἔπαρσιν. Μέγα σου τὸ ἔργον, ὦ Μάρκε, καὶ ἀξιόθεον! κοσμοφελὴς ἡ ἐργασία καὶ διαβόητος! Ἡ σὴ γὰρ φωνὴ ὑπὲρ ἦχον βροντῆς· τὸ τοῦ εὐαγγελίου σου φῶς ὑπὲρ ἡλίου βολὰς· αὗται μὲν γὰρ καὶ νέφει καλύπτονται, καὶ μίκρῳ τινὶ τῷ ἐπιπροσθοῦντι σκιάζονται· ἡ εὐαγγελικὴ δὲ φωταύγεια καὶ τὴν σὴν ἐκκαλύπτει τῆς ψυχῆς ὡραιότητα. Οὐ γὰρ ἂν ἐπὶ τοῦτο προβέβλητο εἰ μὴ καὶ

B ἡ ἔνδον ἀπήστραπτεν ἀρετὴ, καὶ ἀεὶ καταλάμπει, καὶ δαδουχεῖ τοὺς ἐγγὺς, ἀνακαλεῖται τοὺς πόῤῥω, καὶ τῷ τε ἀνεπιτηδεύτῳ κάλλει καθωραϊζομένη, καὶ τῇ ἐπιτόμῳ σφίᾳ λαμπρυνομένη, ταῖς ἁπάντων ἀκοαῖς ὑφηγεῖται τοῦ Θεοῦ τὰ παράδοξα.

idololatriæ debellator,

7 Οὕτως ἤνθησε τὰ τῆς πίστεως, οὕτως ἐξενίκησεν ἡ ἀλήθεια, οὕτω Τριὰς ἐν Μονάδι, καὶ ἐν Μονάδι Τριὰς προσκυνεῖται καὶ καταγγέλλεται· οὕτω παρὰ πάσης τῆς κτίσεως ὁ ἄναρχος Πατὴρ, καὶ Υἱὸς ὁ συνάναρχος, σὺν τῷ ὁμουσίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι θεολογεῖταί τε καὶ σεβάζεται, ὁ ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν εἷς Θεὸς, ἡ ἐνιαία καὶ θεία φύσις, ἡ μιὰ παντουργὸς καὶ ἀπερινόητος δύναμις· ἡ πλάνη γὰρ ἀπελήλαται, τὸ πολύθεον φροῦδον γέγονε σέβασμα, οἱ τριχθὰ πάντα τῷ μύθῳ ἑαυτοῖς, φεῦ τῆς ἀνοίας! τὰ μὴ οἰκεῖα δασάμενοι, μετ' ἤχους ἀπώλοντο, οἱ ἀνθρωπόλεται κατήργηνται δαίμονες· οὐ γὰρ ἤνεγκαν Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα καθορᾷν, ᾐσχύνθησαν δι' ἀνθρωπείου σώματος καταπαλαισθέντες· οὐ γὰρ ἂν ᾠήθησαν ἥττημα τὴν τοῦ κρείττονος νίκην· Καὶ νῦν

C ἡ τοῦ Θεοῦ αἴνεσις ἐπὶ πάντα τῆς γῆς προφητικῶς διηχεῖται τὰ πέρατα.

qui ab Occidente missus Orienti,

8 Ἐπέστρεψε μὲν οὖν εἰς Χριστὸν ὁ Ἀπόστολος Ἑσπέρια, μυσταγωγήσας τὴν φιλάνθρωπον συγκατάβασιν, διδάξας Θεὸν μόνον σέβειν καὶ προσκυνεῖν. Καὶ τῶν πολλῶν ἐκείνων ἱδρώτων οὐ μὲν οὖν ἔληξεν, οὐκ ἐνάρκησε τῆς ἀποστολῆς ἕλκων τὸ ἄροτρον· διέθεε δὲ καὶ τὴν Λίβυσσαν γῆν, ἐκεῖθεν πρὸς ἀνίσχουσαν μεταφοιτήσας αὐγὴν, καὶ διασπείρων κἀν ταύτῃ τοῦ εὐαγγελίου τὰ σπέρματα, τὸν κηρυττόμενον ἐπιγνῶναι Θεὸν ἔπεισεν. Ἔτι τε καὶ ταῖς ἄλλαις ἐπ' Αἰγύπτου πολυανδρουμέναις πόλεσι τὰ οὐρανόπλοκα δίκτυα ὑφαπλῶν, ἐσαγήνευσε πάσας λόγοις καὶ θαύμασιν· ἐξωστράκισε δαιμονιώδη σεβάσματα, καὶ ὡς λίθος ἅγιος, ἤ φησιν ἡ προφητεία, κατέστρεψε τοὺς τῆς πλάνης βωμοὺς, καὶ τὰ ἐν τούτοις καθηδάφισε τῆς ματαιότητος ξόανα· οὐ σαλπίγγων φθόγγους ἠχῶν, οὐ τείχη κατασείων Ἱεριχουντία, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἀνθρωποκτόνου λόγοις ἀναμοχλεύων ἀπάτην, ἥτις ἐκείνων δυσμαχωτέρα, καὶ ναοὺς ἀντεγείρων τῷ πάντων ἐξουσιάζοντι· ἐν οἷς καὶ τὰς ζοφώδεις καταλευκαίνων τῶν αὐτόσε ψυχὰς, κατήλλαξε Θεῷ, καὶ προσῳκειώσατο τῷ βαπτίσματι.

Libyæ

& Ægypto

EX MS. VATICANO

magister veritatis,

9 Οὗτος γὰρ τῆς Αἰγυπτιακῆς λήξεως θείῳ Πνεύματι κατεξαίρετον ἀφωρίσθη διδάσκαλος, οὗτος ταύτης ἐν πρώτοις Ἀρχιερεὺς καὶ Ποιμὴν ὑπὸ τοῦ μεγάλου Πέτρου προβέβληται, πόνοις φαιδρύνων ἀποστολικοῖς τὸ ἐγχείρημα, καὶ ποικίλοις καμάτοις κατακοσμῶν τὸ λειτούργημα· οὐ τρυφαῖς χρώμενος, οὐ ῥαστώνῃ προσετηκὼς· πειρασμοῖς δὲ πρὸς μειζόνων καὶ πρὸς ἐλαχίστων περιστοιχιζόμενος, καὶ μυρίαις δεινῶν νιφάσιν, ἵνα τὸν ὄγκον ἐκεῖνον συνέλω κατὰ Παῦλον περιαντλούμενος. Ὦ μαθητοῦ θεοφάντορος, τὴν γῆν ἐκπερινοστήσαντος ἅπασαν! ὦ σώματος, μὴ τοῖς τοσούτοις ἔργοις ἀπαγορεύσαντος! ὦ κηρύγματος, ἀειθαλῆ τὴν ἰσχὺν ἀποσώζοντος καὶ ἀθάνατον! θεῖα γὰρ ἔργα καὶ ἐκ Θεοῦ μαρασμὸν οὐ προσίεται. Ἐντεῦθεν ἐπάξιον τὴν Δαυϊτικὴν ῥῆσιν, τὸ μεγαλοπρεπὲς τῶν δημιουργημάτων θαυμάζουσαν, καὶ πρὸς τὸν θεόπτην Μάρκον μεθαρμόζοντας προσειπεῖν, Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτοῦ, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἡ τῶν ῥημάτων ὠφέλεια. Αὕτη γάρ σοι, θεόσοφε, ἡ φωνὴ πρόσφορος, αὕτη μόνη ὑπὲρ πᾶσαν ῥητορείαν ἁρμόδιος· ἐμφανίζει γὰρ τὸν δρόμον, τοὺς ἀγῶνας, τὰς ἀλγηδόνας, τὰ δυσχερῆ, καὶ τὸν ἀμαράντινον

E

στέφανον, ὃν οὐ χρυσίον καταρτίζει τὸ ἐξ Οὐφεὶρ, οὐ λίθοι καὶ μαργαρίται καταποικίλουσιν Ἰνδικοὶ, ὃν δὲ ὁ ἀθάνατος ἀγωνοθέτης φιλοτεχνεῖ, καὶ ᾧ τοὺς οἰκείους θεραπευτῆρας ἀμείβεται.

per omnia sua membra mundo utilis,

10 Σοῦ γὰρ οἱ πόδες ὡραῖοι, κατὰ τὴν προφητικὴν προαγόρευσιν, τὸν τῆς γῆς διανύσαντες κύκλον· σοῦ ἡ γλῶσσα ὡραία, εὐηγγελίσατο γὰρ εἰρήνην τὴν πάντα νοῦν ὑπερέχουσαν· σοῦ αἱ χεῖρες ὡραῖαι, τῷ καλάμῳ τοῦ Εὐαγγελίου ὑπηρετήσασαι. Ἀλλὰ τί ταῦτα μόνα τὰ ἱερώτατα μέλη φημί; Ὅλος καμάτοις ἀποστολικοῖς καθηγίασαι, ὅλος μαρτυρικοῖς κεκαλλώπισαι στίγμασιν, ἵνα καὶ μαρτυρικῶν ἐπάθλων καὶ βραβείων ἐπαύρηται· Ὁ γὰρ θύτης γέγονε καὶ θύμα διὰ Χριστὸν, καὶ ὁ ποιμὴν τὰ τοῖς θρέμμασι παραμαρτοῦντα συνανεδέξατο· ὡς πρόβατον γὰρ καὶ οὗτος, μετὰ τῆς ἄλλης ἀποστολικῆς ὁμηγύρεως, ἐν μέσῳ λύκων ἀπέσταλται, καὶ θυσία ζῶσα Θεῷ προσενήνεκται. Ἐδεσμήθη γὰρ πρὸς ἀνόμων χειρῶν, πολλοὺς ἐξαρπάσας τοῦ διαβολικοῦ φάρυγγος· περιήχθη δεσμώτης, προπεπηλάκισαι, δεδυσφήμηται, καὶ ἔφερε πρᾴως τε καὶ ἀνεπαχθῶς, τὸν Δεσπότην ἀπομιμούμενος· ἐφοινίχθη τοῖς τῆς σαρκὸς αἵμασιν, ὁ τὴν γῆν ἐκείνην τῶν δαιμονικῶν ἀποκαθάρας ῥυπίδων (ταῦτα γὰρ τῶν ἀγνωμονεστέρων ἡ ἀλογία, τοῖς τῶν ἀγαθῶν ἀντεπιφέρει προξένοις) καὶ τέλος, παντοδαπαῖς κακώσεσι δεδοκιμασμένος, οἷα χρυσὸς πρὸς τὸ ἄδυτον φῶς ἐξανέπτη, τῶν ποικίλων ἄθλων πολυειδῆ καὶ τὰ ἀριστεῖα δρεψόμενος.

F *& Christi martyr gloriosus,*

ad cælos evectus est.

11 Τοιοῦτος ὁ δρόμος τοῦ Ἀποστόλου, τοιαῦτα τοῦ Εὐαγγελιστοῦ τὰ ἐπίχειρα, θαύματος ἔμπλεα, καὶ τῶν

EX MS. VATICAN.

τῶν ἄνω κρότων ἐπάξια. Καὶ πῶς οὐ τὸ ὑπερφέρον ὁ μέγας Μάρκος κατὰ πάντων ἀποκεκλέρωται; τί γὰρ Ἀποστόλου γένοιτ' ἂν ὑψηλότερον; τί δὲ ὑπογραφέως Χριστοῦ τιμιώτερον; μαρτυρικῆς δὲ δόξης τί παρισούμενον; Ὁπότε δὲ καὶ ἱεραρχικὴ Συμπάρεστιν ἐπωμὶς, ἀθλητικοῖς κλεϊζομένη παλαίσμασι, τί ἄλλο γε εἰς εὔκλειαν ὑπολέλειπται; τί δ' ἕτερον; ὅτι μὴ ἀγγελικαὶ φάλαγγες, καὶ ἀνάκτορα θεῖα, οἷς μετὰ τῶν ἄλλων ἐγκρίτων ὑπηρετῶν Θεοῦ Συναγελάζεταί τε καὶ Συναγάλλεται, τὸ τοῦ διδασκάλου Συνεφορῶν πρόσωπον, καὶ τοῖς κάλλεσι τῆς θεαρχικῆς μοναρχίας λαμπαδουχούμενος· ᾧ γὰρ ἡ πρὸς Θεὸν δόξα αὐτοῖς μέλεσι διεσπούδασται, τούτῳ ἡ οὐρανία τε καὶ ἀπέραντος Συνεφέπεται.

12 Ἀλλ' οὐ δὲ τῶν κάτω εὐφημιῶν ἀμοιρεῖ, κἂν μὴ τούτων προσδέοιτο. Ἤδη γὰρ καὶ ἡ Ἀλεξάνδρου, μᾶλλον δὲ ἡ Αἴγυπτος πᾶσα, πρωτόθρονον τὸν Μάρκον λαχοῦσα, καὶ Νεῖλον μυστικὸν εὑραμένη, τὰς νοητὰς αὐτῶν ἀρούρας κατάρδοντα, καθὰ τὰς Σιτοφόρους ὁ ἀσθητὸς, ὡς Ἀπόστολον, ὡς Εὐαγγελιστὴν, ὡς Μάρτυρα μεγαλύνει, καὶ τοὺς ὕμνους αὐτῷ καταλλήλως ταῖς προσηγορίαις Συναπηχεῖ. Ὁρᾷ τουτονὶ τῇ θήκῃ, εἰ καὶ τοῖς ἄνω περιπωλεῖ, καὶ γάννυται πλουτοῦσα τὸν τῆς κόνεως θησαυρὸν· προσφωνεῖ τούτῳ τὰ ἐπιτάφια ἄσματα, καὶ ὡς ζῶντι προσδιαλέγεται, ὡς Συνόντι τῷ πνεύματι προσλαλεῖ, καὶ τῶν ἐκεῖθεν χαρίτων κατατρυφᾷ· ᾧ δ' ἔπη τὰς προσφόρους τῷ Ἀποστόλῳ δωροφοροῦσα τιμὰς, τὰς μείζους χάριτας ἀντιδέχεται.

atque laudatur in terris

B

13 Πειρασμῶν γὰρ ἐπιπνέουσιν αὖραι, καὶ τὸν τάφον κυκλοῦσιν οἱ ἀστικοὶ, καὶ τῶν δεινῶν ἀπολύονται. Ἀπειλεῖ τούτοις βάρβαρος ὀφρὺς τὰ ἀνήκεστα, οἱ δὲ πρὸς τὸν Ποιμενάρχην ἱκέται Συῤῥέουσιν· ἐσμὸς παθῶν ἐνοχλεῖ, καὶ παρὰ τοῦτον ὡς ἰατρεῖον τὰς θεραπείας βλύζον καταφυγγάνουσι· μᾶλλον δὲ ἡ Σύμπασα διδάσκαλον καὶ ἐπίκουρον ἐπιγραφομένη τὸν Μάρκον, τὴν αὐτοῦ προκαλεῖται ἐν τοῖς Συμπίπτουσιν ἀρωγὴν, καὶ ταῖς ἐτησίαις ἑορταῖς ὡς χρέα τοὺς ἐπαίνους καρποφοροῦσα, κομπάζει κροτοῦσα, καὶ χορεύει πανηγυρίζουσα· τό τε θεῖον αὐτοῦ Εὐαγγέλιον περιπτυσσομένη, ὡς πλάκας θεοχαράκτους ἐναγκαλίζεται, ἢ κρεῖττον εἰπεῖν, ὡς αὐτό γε Χριστοῦ στόμα Σεβάζεται, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰ θεόφθογγα οἴεται ἀκοντίζεσθαι ῥήματα.

D

invocatur in necessitate,

14 Ὃν καὶ ἡμῖν ὦ Μύστα καὶ Εὐαγγελιστὰ ἵλεων μὴ ἀποκάμοις τιθέμενος, τὰ κυκῶντα λυπηρὰ ἐπελάφρυνε, τὰ ἐν βίῳ δυσαχθῆ κατευμάριζε, ῥῆξον τὸ τῶν ἐγκλημάτων χειρόγραφον, δίδου λύσιν τῶν ἐπταισμένων· τοιαύτην πρὸς τῆς δεσποτικῆς γλώσσης εἴληφας ἐξουσίαν· εἰ δεσμήσεις, ἄῤῥηκτον τὸ δεσμούμενον· εἰ πρὸς Συμπάθειαν νεύσειας, ὁ δεσμὸς εὐαφάνιστος. Μὴ παρόψει ταῖς Σειραῖς ἡμᾶς τῶν ἁμαρτιῶν ἐσφιγμένους, ἀλλ' ἐπιτίμησον τοῖς δεσμοῖς, καὶ ῥαγήσονται· δεῖξον τὰς ἐκκλησίας εἰρηνευούσας, ἃς τῷ θεμελίῳ τῶν σῶν ἐκρηπίδωσας λόγων, ὑπὲρ ὧν ἡ τοῦ δεσποτικοῦ ῥύσις αἵματος· καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἡμᾶς μετασχεῖν ἀγαθῶν παρασκεύασον, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Epilogus.

E

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΜΑΣΕΙΑΣ.

Auctore Ioanne, Presbytero Nicomediensi, teste oculato.

C

Ex MS. Codice, olim Cryptæ-ferratæ, nunc Bibliothecæ Vaticanæ.

F

Occiso Maxentio tyranno

Ἐγένετο μετὰ τὸ πατάξαι Κύριον τὸν τῆς Ῥωμαίων ἄθεον, καὶ δυσμενέστατον τῆς εἰς αὐτὸν μεγίστης τε καὶ ἀληθοῦς ὁμολογίας, Βασιλέα Μαξέντιον, ἀπὸ προσώπου Κωνσταντίνου τοῦ εὐσεβοῦς καὶ Χριστιανικωτάτου Βασιλέως, ὡς τὸν πάλαι ἐκεῖνον Φαραὼ ποταμιαίοις ῥεύμασι βυθίσαντα, καὶ δοῦναι τὴν Ῥώμην εἰς χεῖρας αὐτοῦ, Συνεωρακέναι τὸν γαληνιώτατον τὰ πάντα τοῖς Χριστιανοῖς Βασιλέα, ὡς τάχιστα Λικίνιον, τὸν πρὸς ἀδελφὴν αὐτοῦ γαμβρὸν, κατὰ Μαξιμίνου ἐξαποστεῖλαι, πρὸς καθαίρεσιν τοῦ ἐπ' ἀνατολῆς βασιλεύειν μὲν λελογχότος, κατὰ τοῦ μόνου δὲ Θεοῦ λαλήσαντος ἀδικίαν, ἀπεινῶς τε τυραννήσαντος τὸ τῶν εἰς αὐτὸν εὐσεβούντων γένος, ὡς οὔ τις ἄλλος τῶν προγενεστέρων.

2 Ὃς τῇ πάντοκρατορικῇ τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ χειρὶ τὸ τηνικαῦτα ὢν πιστὸς, τὴν κατὰ Μαξιμίνου ἤρατο νίκην, ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἕω γενόμενος βασιλείοις. Ἦττον γὰρ φροντίσας τοῦ πολέμου ὁ ἀλητήριος, τῆς μὲν Λικινίου ἐπικρατεστέρας φυγὰς γίνεται χειρὸς, ἀλλ' οὐ πάντη ἔλαθεν τὴν Συλλήβδην πάντα ἀπρὶξ ἔχουσαν τοῦ Θεοῦ παλάμην, ὑφ' ἧς ἀξίας τῶν παγκάκων καὶ ἀθεμήτων αὐτοῦ πράξεων τὰς εὐθύνας εἰσπράττεται, οἴκοι μὲν κρυπταζόμενος. Ἀθρόω γὰρ καθ' ὅλου τοῦ Σώματος πάθει πληγεὶς καὶ ἀθεραπεύτῳ, ἀλγηδῶσι δειναῖς, Σφοδραῖς τε περιοδύναις στενούμενος, καταπίπτει πρινὴς εἰς τοὔδαφος, τὰς Σάρκας ἀοράτῳ εκτηκμένος πυρὶ, ἁπάντων διαῤῥυέντων τῶν μελῶν, μόνοις δὲ τοῖς ὀστῶν ὀργάνοις τῆς ψυχῆς Συγκροτουμένης, ἐξαιμάτων τῆς οἰκείας θέσεως ἀρξαμένων ἀποῤῥήγνυσθαι. Οὐ δ' οὕτως δὲ ἡ μυριοτάλαινα [αὐτοῦ ψυχὴ] ὑφίετο ἀποστῆναι τοῦ ἐναγοῦς καὶ κατεσκελετευμένου αὐτῆς Σκήνους, πρινὴ ἀνθομολογήσασθαι τῷ Κυρίῳ, καὶ λιπαρῶς τὴν εἰς αὐτὸν ἐξαγορεῦσαι γενομένην ἀσέβειάν τε καὶ τυραννίδα κατὰ τῶν αὐτοῦ θεραπόντων. Τοιούτῳ ὁ δείλαιος αἰσχίστῳ τέλει καταστρέφει τὸν βίον.

& Maximino divinitus punito,

3 Μετὰ

A *Licinius imperat in Oriente*

3 Μελὰ οὖν τὼ τοιαύτω δικάμαν ὑπόθεσιν Ὃ Μαξιμίνου, ϗ θελατον ὀργίω ϗ ωοινικῶ, Λικίνι☉ κατὰ ωάσης τῆς ἑώας ἀφ' ἑαυτοῦ γενόμεν☉, ἦλθεν μελὰ μεγάλης φαντασίας εἰς τὼ καθ' ἡμᾶς Νικομήδειαν, ἅμα τῇ Συμβίῳ αὐτοῦ, οἰκοίσων ἐν τοῖς βασιλείοις, ϗ ἠθιώων τὼ ἐω' Ἀνατολῆς βασιλείαν. Καὶ δὴ τὰ ωρῶτα αὐτῶ, *principio pacificus,* βαθεία τις εἰρώνη ἐξαπιωέως ἀνὰ ωᾶσαν τὼ καθ' ἡμᾶς οἰκουμθίω, ἐκ Φροδρῶν τῶ τ εἰδωλομανίας ἀναρριπισθέντων χειμόνων τε ϗ ωολέμων, κατεβραβέυθη. Οὐκ ἐπὶ ωολὺ δὲ ἦν τῷ μισοκάλῳ δαίμονι ἡ τῶ εὐσεβοιώτων φορητὴ εὐφροσώνη· καθάωερ οὐ δὴ αὐτῷ τούτῳ ωαίδευμα, ἡ τῶ ωρολαβόντων τυράννων καταρροφὴ, ωρὸς τὼ τῶ χρειτόνων ἐμμονίω τε καὶ βεβαίωσιν. Ὅτε γὰρ αὐτῷ ῥᾴσα ωροέβη τὰ κατ' ἐξουσίαν ωαραδοκούμθνα, ἔδειξεν οὐκ εἰς μακρὰν ὁποῖός τις ἦν, ὅτι καθ' ὑωόκρισιν, καὶ τῷ μεγίσῳ Βασιλεῖ τῷ τ ωίσεως Ϛωιῶ ωροκαλύμματι, τὰ ἀρτίως αὐτὰ τελεθέντα διασκοπούμθν☉, ἐναγείαν ὅλ☉ ϗ ἀθέμιτ☉ κατηρτισμθύ☉ εἰς τὸ τοῦ διαβόλου θέλημα, τῶ εἰς τὸν μόνον ἀληθινὸν ϗ τοῦ ωαντὸς κλίσιν Θεὸν ἀθετήσας ὁμολογίαν (μεθ' ἃς ἐξέθετο τῷ θεοφιλεσάτῳ Βασιλεῖ Κωνσανλίνῳ ἐξομοσίας, μὴ ὠό ωοτε τραπιῶαι τ τῶ Χρισιανῶν ἀλλ' ὑπερμαχήσειν τ ωίσεως) εἰς οὐδὲν ταῦτα θέμθν☉, τοῖς *deinde palam idololatra & totus lascivus* τῶ Ἑλλήνων Σεβάσμασιν ἑκδοτον ἑαυτὸν ὁπιμελῶς κατεσήσατο, διαπύρῳ ζήλῳ ωροσανέχειν τοῖς βδελύγμασιν, ἑκάσοτε θυσιάζων ἐν τοῖς εἰδώλοις, ἁρπάζων τε ωρὸς βίας τῶ Συγκλητικῶν γνωρίμων εἰ ωρὸυπον τὼ ἀσχήμονα κατεργαζομθύ☉ ωρᾶξιν, ὑ μητέρων ἀλλ' ὑδὲ θυγατέρων ωρὸς τὼ ἀκόλασον φειδόμθν☉ Σωουσίαν, ἄλλως τε κατὰ ωᾶν ἔθν☉, μυρίας ὁπιτηδεύων οὐκ ἐπείχετο Συμφοράς.

4 Ταῦτα οὖν βλέπουσά τε ϗ ἀκούσα ἡ τῶ *Christianos ex aula pellit,* μεγάλου Κωνσανίνω Σύγγον☉, οὐχ οἷά τε οὖσα φέρειν, γράμματα ἐν μυσηρίῳ τῷ εὐσεβεῖ καὶ Θεοῦ φίλῳ διαπέμπεται, τὰ τολμώμενα ὑπὸ Λικινίου ἀπαγγέλουσα. Οὗτ☉ γὰρ ὁ δεισιδαίμων καὶ θεομίσητ☉ ωάντα Χρισιανὸν τῆς οἰκείας ἐξήλασεν ωόῤῥω· ἔνθεν δεικνὺς ἑαυτὸν ἐναργῆ γυμνὸν τῆς τοῦ Χρισοῦ θεολάτης Σκέπης. Ὁ ωλωίκα γοῦν ἀπαρεμποδίσως αὐτῷ τοιαῦτα ἐτελεῖτο ἐωὶ ωολύπου, μιὰ a κόρη τῶ ωερὶ τῆς βασιλίδ☉ τὼ θεραπείαν θερμῶς διακειμθύων, γένους Χρισιανῶν, κατ' αὐτὸν δὲ τὸν τρόπον Σωφροσώνη κομοῦσα, ϗ τὼ ωρὸς Λικίνιον μίξιν μυσαπομθύη, ϗ ἅμα δεδιῶσα οἷα τὼ τῆς δεσποίνης ἐκ ζηλοτυπίας κάκωσιν, θαῤῥεῖ, τῇ Βασιλίδι τὰ τῶ ἀποῤῥήτου εἰποῦσα, Τάδε μοι ωοιήσας ὁ Βασιλεὺς βεβούλευται· Βενίγνι☉ γὰρ, ὁ ἐωὶ τοῦ κοιτῶ☉ αὐτοῦ, ὡς μέγα μοί τι θέλων δωρήσασθαι, τοῦτο τεθάῤῥηκεν. Ὄρκῳ σε οὖν τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ ϗ τῆς γῆς, ὃν φοβῇ αὐτὴ ϗ ὁ δεσπότης Κωνσανῖν☉, μὴ ἐᾶσαι τὼ ωαρθενίαν μου ἀθεμιτογαμίᾳ *Σεμνθύναι* με.

5 Ταύτῃ μαθοῦσα, ϗ ἥδισα τῆς ωαιδὸς τὼ εὐγνώμονα ωροσηκαμθύη τάξιν, χρυσπάζει μὲν αὐτὼ τὰ ωρῶτα, φήσασα ωαραπλῆξία Συλληφθῆσαν τεθνήξεσθαι· χαλεπὸν δὲ μετέπειτα λαβοῦσα εὐχαλεπον, χρυσίον ϗ ἀργύριον ωολιὼ, καὶ κόσμον βασιλικὸν, καὶ ωᾶσαν ἀποσκευὼ δίδωσιν αὐτῇ καὶ ωαῖδας, καὶ ἀπέσειλεν κατὰ τὸ κλῆμα τῆς Ἀρμθνίας ωορευθῶσα, ωαραγγείλασα τοῖς ἀνθρώποις αὐτῆς μηδαμῶς τινι δῆλα γίνεσθαι, τίς ἡ πόθεν ἡ πᾶς, ἄχρις ἂν ὁ Κύρι☉ ὁπισκέψηται. Οἱ δὲ ἀνδρικοῖς αὐτὼ ἀμφιάσμασιν κοσμήσαντες, ϗ τῇ Βασιλίδι ωερὶ φυλακῆς αὐτῆς ϗ εὐγνωμοσώνης ωισὸν ωαραθέμθνοι λόγον, ἐξῆλθον, επὶ τὰ ωροσαχθέντα αὐτοῖς ἐρωτῶσι λέγοντες. . . . b Κρείτονι ϗ Θεῦ οἰκονομία ωοιθμθνοι, καταλαμβάνουσι τὸ τ Ἀμασέων ἄσυ, μητρόπολις δὴ αὕτη τ Ποντικῆς ἐπαρχίας. Ἡ ἦν Γλαφυρὰ (τυτὶ γὰρ ὄνομα τῇ νεανίδι) ἐρασμιώτατα ἔσχεν, ἀναθεμθύη ὀχυρωτάτω τὼ ωόλιν, μεγίσω τε ϗ ωερικαλλῇ, Συμβουλεύεται τοῖς ωασὶν αὐτῆς, εἰ ἄρα εὕροιεν γέν☉ Χρισιανῶν, καλαμεῖναι ἐν αὐτῇ.

6 Ἀχθόμας δέ τις νεανίας, ωροσηκόν τινι τῶ τ ωόλεως ωρωτευόντων, τὄνομα Κόϊντ☉, ὅτι Χρισιανόι εισι ϗ ζητοῦσιν ὁμοπίσους, ἀνάγ☉ αὐτῷ. Ὅσις μηδὲν μελήσας, Ϛωιυγχάνει αὐτοῖς, ωαρακαλῶν γενέσθαι ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, ϗ εἰ ἀρεσὸν φανείη καταμεῖναι ἐν αὐτῇ, λέγων, Κἀγὼ Χρισιανός εἰμι, ϗ ὅτι Χρισιανὸν Ἐπίσκοπον ἔχομθν ἐνταῦθα, ἰσαπόσολον ἄνδρα. Καὶ πειθαρχήσαντες αὐτῷ ϗ λαβόντες μέρ☉ τ οἰκίας αὐτοῦ, κατέμειναν ωαρὰ τῷ ωεριφανεσάτῳ Κοΐντῳ, Ϛωιυχόντες ϗ τῷ Ἐπισκόπῳ. Βασιλεὺς δὲ αὐτῷ ἦν ὄνομα, λόγ☉ ϗ ωάσης ἀρετῆς ϗ Ϛωέσεως ωνευματικῆς ἀνάπλεως. Ἐρωθθνοις δὲ, τίς ϗ πόθεν ἡ Γλαφυρὰ, διηγήσατο αὐτοῖς, γένυς μὲν εἶναι Ἰταλῶν, Χρισιανὴ δὲ ἐκ γονέων ωισῶν, ϗ τ Βασιλίδ☉ ϗ ἀδελφῆς τοῦ Σεβασοῦ Κωνσανλίνου, Λικινίου δὲ τοῦ Αὐτοκράτορ☉ γνωσικὸς θεράωαινα, ἐξῆς τε ωάνλα ὅτου χάριν Ϛωεῖβη γενέσθαι ωρὸς αὐτούς. Οἱ δὲ ωαρήγγειλαν, μήδε αὐτοῖς ἡ τῶ ωροσηκόντων τινὰ, εἰς Ϛωιυχίαν τινῶν γενέσθαι, μή ωως διαβληθῇ ἐν τῷ Ἡγεμόνι, ϗ Συμφορᾶς τι γένηται αὐτοῖς ωαράτιον. Ἔφη τοίνω ὁ μακάρι☉ Ἐπίσκοπ☉ Βασιλεὺς ὑπὲρ τ δόξης εἶναι τοῦ Θεοῦ τὼ ωρόφασιν ταύτην.

7 Ἐν αὐταῖς δὲ ταῖς ἡμέραις χιλίων ἦν ναὸν εἰς Ἐκκλησίαν, μέχρι γὰρ τοῦδε οὐκ ἦν ἔνδον τοῦ ἀσε☉ ἁγίασμα Χρισιανοῖς. Ἡ γοῦν Σεμνὴ ωαρθέν☉ Γλαφύρα ωολιὼ χρυσίον ϗ ἀργύριον εἰς τὼ τοῦ ναοῦ κατασκευὼ ωαρέσχελο, ἅπασαν σχεδὸν αὐτῆς τὼ ωεριουσίαν ὁπχορηγήσασα, ωρὸς ὁτιοῦν ἐβούλετο διοικεῖν ὁ μακάρι☉ Βασιλεὺς· καὶ γράφει τῇ δεσποίνῃ αὐτῆς, ὅποι ϗ ωαρ' ὃ διάγειν ἤλατο, ϗ ωερὶ τοῦ ἱεροῦ κλίσματ☉, αἰτουμθύη χρημάτων ἐπίδοσιν, εἰς ἀναπλήρωσιν τοῦ κλιζομθύου Χρισιανοῖς ἁγιάσματ☉. Τοῦτο ωροθυμώτατα ἡ τοῦ μεγάλου Κωνσαντίνου Σύγγον☉ ωέπραχεν, ἀποσείλασα πλῆθος χρήματα ϗ δωρεὰς αὐτῇ ωολλὰς· γράφει δ ϗ τῷ Ἐπισκόπῳ, ωαρατιθεμθύη αὐτῷ.

8 Μελὰ δέ τινα χρόνον, ἐκ Σκαμολέρου δαίμον☉, τὼ γλαφύρας φασὶν ὁπισολὼ ὁ Βενίγνι☉ εὑρὼν, ϗ ἀναγνούς, ϗ μαθὼν ὅτι ζῇ, ϗ ωαρὰ τίνι ἐστὶν, Βασιλεῖ Λικινίῳ κατάδηλον ωοιεῖ· ὃς ὑπερζέσας τῷ θυμῷ, ἐκ αὐτῆς ὥρας ἐκπέμπει τῷ Ἡγεμόνι τ ἐπαρχίας κελεύσιν, ὥσε τὸν λεγόμθνον Βασιλέα, ϗ τὼ οἰκέτων ritur. Γλαφύραν, σεσιδηρομθύους αὐτῷ ἀναπεμφθῶναι. Πρινὴ γοῦν τὸ Βασιλέως καταφοιῆσαι γράμμα ωρὸς τὸν Ἡγεμόνα, τῇ ωρομυθίᾳ τοῦ χρείτον☉, ἡ Γλαφύρα τῶ ἀνθρωπίνων μελέτη ωραγμάτων. Ὁ δ' Ἡγεμὼν λυμεὼν ϗ ἀπάνθρωπ☉ τὼ [ψυχὼ], Λικινίῳ δεξάμθν☉ ωρόσαγμα, τὸν μὲν ὁσιώτατον Ἐπίσκοπον Βασιλέα Συλλαβόμθν☉, ϗ σιδηρᾶς ωέδας ἀσφαλισάμθν☉, ἀπέσειλεν· ωερὶ δὲ τ Γλαφύρας ἔγραψεν ὅτι τέθνηκεν. Σωήποιλο δὲ τῷ μακαρίῳ Ἐπισκόπῳ Βασιλεῖ δύο Κληρικοὶ, τέκνομα Παρθέν☉ ϗ Θεότιμ☉ Διάκονοι, πλῆξα θλιβέντες κατὰ τὼ λεοφόρον ὑπὸ

Basileus abductus & carceri inclusus

B *deinde palam idololatra & totus lascivus*

C *& insidiatur pudicitiæ S. Glaphyræ.*

a *Hæc à Constantia Regina adjuta,*

E *& suadetur à Basileo clam manere.*

F *juvat in extruenda ecclesia.*

divertit apud Quintum Christianum:

& ad Licinium reducenda molitur.

EX MS. VATICAN. *cum suis Amasiam fugit:*

b

EX MS. VATICAN.

τῶν ἀθέων στρατιωτῶν καὶ δημίων. Κατειληφότες δὲ τὸν Νικομηδέων βασιλίδα πόλιν, ὁ μὲν τοῦ Θεοῦ δοῦλος Βασιλεὺς ἐν τῇ εἱρκτῇ ἀπελέθη, ὁ δὲ Παρθένιος καὶ Θεότιμος ἐν c μητάτῳ τινὶ Ἐλπιδιφόρου, Χρισιανῷ τε καὶ φιλοξένου ὄντος, πλησιάτατα τῆς εἱρκτῆς κειμένῳ, κατὰ φιλοστοργίαν καὶ συμπάθειαν αὐτοῦ ξενοδοχοῦντα.

c

9 Ὁ τοίνυν πιστὸς Ἐλπιδιφόρος, ἅπαντα γνοὺς τὰ περὶ τοῦ ἀνδρὸς, γνώριμον ἔχων τὸν d καπικλάριον, χρυσίῳ αὐτὸν θεραπεύσας, ἀκολούτως συλλυγχάνειν ἑαυτόν τε καὶ τοὺς Διακόνους, καὶ ὃς ἂν ἠβούλετο ἐποιεῖτο τῷ μεγάλῳ Ἀρχιερεῖ τοῦ Θεοῦ συνεύχεσθαί τε καὶ συνψάλλειν, μάλιστα δὲ τὰς νυξίν. Τῇ οὖν τρίτῃ ἡμέρᾳ, καθ' ὃν ἐμελλεν παρίστασθαι τῷ τυράννῳ, περὶ τὸν μεσονυκτικὸν καιρὸν καλέσας τὸν δεσμοφύλακα, ἐπεζήτησεν τοὺς Διακόνους αὐτοῦ, καὶ τὸν θαυμάσιον Ἐλπιδιφόρον. Ἐπεὶ οὖν παρεκέκλητο ὁ καπικλάριος, θᾶττον αὐτοὺς ἐσεκαλέσατο. Ὁ δὲ τῷ ὡς εἰώθει αὐτῷ ψαλμῳδίαν ἐποιεῖτο, ἀρξάμενος ἔνθεν μιᾶς τοῦ ψαλμοῦ δεκάδος, Μνήσθητι Κύριε τοῦ Δαυὶδ, καὶ πάσης τῆς πραότητος αὐτοῦ, εἶτα, τοῦ πρόσω γενόμενος τοῦ ψαλμοῦ, τριπλασιάσας τόνδε τὸν σίχον, καὶ τείνας τὰς χεῖρας, ἔφη Σὺ δάκρυσι γενόμενος, Καὶ κατασκιώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης, καὶ ἡ χεῖρ σου ὁδηγήσει με, καὶ καθέξει με ἡ δεξιά σου Κύριε. Οἱ οὖν Διάκονοι, διὰ τὸ σιώσαν εἶναι ἐν τῇ εὐχῇ, ἐσφάλθαι αὐτὸν ὑπενόουν· αὐτὸς δὲ ἐπίσατο ὅπερ ἔλεγεν, ὡς τὸ πέρας ἔδειξεν τοῦ ἐπ' αὐτῷ πεπαλωθέντων.

accerſenſq; Diaconos ſuos cum eorum hoſpite Elpidiphoro,

B

10 Εἶτα, πληρώσας τὸν ὑμνῳδίαν καὶ τὸν εὐχὴν, ἡμέρας λοιπὸν ἀνυσχύσης, διασέλλεται τοῖς Διακόνοις λέγων, Ἀδελφοὶ, πειρασμοί εἰσιν, ὑπὸ μὲν τοῦ διαβόλου κινηθέντες, ἐξ ἀνθρώπων δὲ ἐπαγόμενοι ἡμῖν, μὴ ῥαθυμήσητε, μὴ δὲ τῇ μελλήσῃ καταπέσητε θλίψει, ἀλλ' ὑπομείνατε, ἑδραῖοι μένοντες ἐν τῇ πίσει, καὶ μὴ μεταχινούμενοι, ἵνα δόκιμοι καὶ ἀκατάσχιστοι ὀφθείητε ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου, ἀκρύπνως καὶ ἀκλινῶς τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα ἔχοντες πρὸς αὐτὸν, τὸν δωσάμενον σώζειν ἡμᾶς ἐκ θανάτου, καὶ στέφοντα τὸ πένθος εἰς χαρὰν, καὶ τὸν θλῖψιν εἰς εὐφροσύνην, καὶ τὸ δάκρυον εἰς γέλωτα, καὶ τὸν κόπον εἰς ἀνάπαυσιν· ἅπαντα τὰ τοῦ βίου τερπνὰ καὶ τὸν ᾅδησιν ὑποσαίνοντα, σκύβαλα διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν Ἰησοῦν Χριστὸν λογιζόμενοι, ἵνα συγκληρονόμοι σωθῶσι τοῖς Ἁγίοις αὐτοῦ εἰς αἰῶνα γένοισθε, τῆς βασιλείας αὐτοῦ καταλῃφόντες· γνῶτε γὰρ, ὦ τέκνα μου, ὡς ταυτῇ τῇ νυκτὶ ὁ Κύριός μου καὶ Θεὸς παρώφθη μοι, ὁποῖον ἔσαι τὸ πέρας μου τῆς πρὸς αὐτὸν ἀναλύσεως δηλώσας, καὶ ὅσα ἐπὶ τὸν δοῦλον αὐτοῦ μεγαλεῖα ποιήσει. Ὑμεῖς οὖν εὐθυμεῖτε, καὶ ἐν Χριστῷ ὑποσρέφοντες σηρίζατε τοὺς Ἀδελφούς, Εὐτύχιον δὲ τὸν Καλλισράτου λήψεσθε μετ' ἐμὲ Ἐπίσκοπον, ὅτως γάρ μοι ὁ Κύριος ἐφανέρωσεν· ἀλλὰ καὶ τὸ εὐτελές μου Σῶμα παρέξει διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἀποδοθῆναι ὑμῖν.

hortatur ad conſtantiam,

11 Καὶ δὴ τῶν Κληρικῶν αὐτοῦ πικρῶς ἀποκλαιομένων, τῇ σιωπῇ αὐτοῦ χρησάμενος διδασκαλίᾳ, παραινέσας, ἀναχωρεῖν παρεκάλεσεν, εἰς χεῖρας τοῦ Ἐλπιδιφόρου αὐτοὺς παραθέμενος, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Σὺ, ἀδελφὲ, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐξελέχθης τὸν δῆ ἀγάπης λήψεσθαι μισθὸν, συγκακοπάθησον αὐτοῖς, καὶ μὴ ἐάσῃς αὐτοὺς, ὅπῃ δ' ἂν σε ὁ Κύριος εἰς διακονίαν προσκαλέσηται. Καὶ ἅμα τῷ ἀπολύσαι αὐτοὺς, ὁ Βασιλεὺς ἐκέλευσεν αὐτὸν προσαχθῆναι αὐτῷ, καὶ τὰ μὲν πρῶτα Γλαφυρᾶς ἕνεκεν τοῦ ἐγκλήσιν ἐποιεῖτο, ἅτε αὐτοῦ ὑποδεδεγμένου καὶ μὴ ἀναγγείλαντος. Τοῦ δὲ προσφορον τὴν ἀπολογίαν ποιησαμένου, κελεύει αὐτὸν τῶν ὄψεων αὐτοῦ μελαιθῆναι, καὶ διὰ τοῦ Ὑπάρχου τῆς πόλεως, λέγει αὐτῷ, Ὅτι κἀκεῖνός σοι συγχωρήσαιμι τὸ πᾶσμα, καὶ τιμὰς παρέξω μείζονας, εἰ πειθῆς καὶ τοῖς θεοῖς μου θύσῃς, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῶν ἐναῦθα σὲ ἀρχιερέα ποιοῦμαι. Ὁ δὲ μακάριος τοῦ Θεοῦ θεράπων Βασιλεὺς, τῷ Ὑπάρχῳ λέγει, Τάδε ἐρεῖς τῷ Βασιλεῖ, Οὐ τοσοῦτον παρέξεις, κἂν πᾶσάν σου τὴν βασιλείαν ἔλοιο δοῦναι, ὅσον σπουδαίως ἔχεις ἀφελέσθαι, καὶ Θεοῦ τοῦ ζῶντος χωρῆσαι, καὶ ψυχοφθόροις δαίμοσι παροσοικειῶσαι, ἀτελευτήτου βασιλείας καὶ ἀθανάτου δόξης ἀλλοτριῶσαι, καὶ πρόσκαιρον τιμὴν περιβάλειν, ἧς τὸ κάλλος ἀσχημοσύνη καὶ τὸ περιφανὲς ἀχρεῖα· ἀλλ' εἰ καλῆς βάλῃς συμβουλῆς ἀκοῦσαι, πείθηταί μοι, καὶ ὅθεν ἐξῆλθες ἀνάσρεψον, καὶ ὃν ἀθετήσας ἐξύβρισας, τούτῳ πρόσπεσαι· ἀγαθὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἄλλος οὐκ ἔστιν πάρεξ αὐτοῦ δίκαιος, καὶ ὅσιος, καὶ Σωτήρ. Μετανόησον οὖν, καὶ τῶν ματαίων ἀπόστηθι, ὅπως μὴ κατὰ τὴν ἀφροσύνην σου ἐπέλθωσίν σοι κακὰ παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ, ὃν ἀπηρνήσω εἰπὼν, Οὐκ ἔστιν Θεός.

frustra ſollicitatur,

D

12 Ταῦτα ὁ Ὕπαρχος εὐθὺς ἀπαγγέλλει τῷ Βασιλεῖ, καὶ φησὶν, Καὶ αὖθις παρανέσαμεν αὐτῷ, ἴσως ἀναγκασθῆναι θέλει, εἰ δὲ μὴ πείθοιτο, ἐξ αὐτῆς καρατομήσας αὐτὸν, ῥίψον εἰς θάλασσαν, καὶ ἴδωμεν εἰ ὁ Γαλιλαῖος σώσει αὐτόν. Ἐλθὼν δὲ πάλιν ὁ Ὕπαρχος, πρὸς αὐτὸν, ἔφη, Μέσον εἶ, ἄνθρωπε, ζωῆς καὶ θανάτου, δυοῖν θάτερον βούλευσαι, ἢ πείθηταί μοι καὶ τὸν Βασιλέα θεράπευσον, προσερχόμενος καὶ δύων οἷς αὐτὸς σέβῃ θεοῖς· ἢ σαυτὸν γνῶθι τῷ ξίφει καὶ τῇ θαλάσσῃ προσομιλήσαντα. Ὁ δὲ Ἅγιος μετὰ χαρᾶς ἔφη, Ἐγὼ τὸν ἀθάνατον Θεόν μου καὶ Βασιλέα θεραπεῦσαι σπουδάζω, καὶ τῶν εἰδώλων αὐτοῦ ἀχθῆσαι· οὗτοι γάρ, οὓς καλεῖτε θεοὺς, δαιμόνιά εἰσιν, μεθ' ὧν οἱ πιστεύοντες αὐτοῖς, ὑπὸ τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου Θεοῦ μου, τοῦ κατὰ πάντων ἔχοντος τὸ κράτος, κατὰ τὸν τῆς διαγνώσεως αὐτοῦ καιρὸν, ὃν ὑπερ ὥρισατο, ἐκπεμφθήσονται εἰς τὸ πῦρ τῆς γεέννης τὸ ἄσβεσον, εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ὅπου ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Ὃ οὖν θέλεις πράξαι ἐπ' *pro Chriſto quidvis* ἐμοὶ, θᾶττον γὰρ ἀπολυθῆναι, καὶ εἰς θάλασσαν ὡς *ferre paratus:* ἔφης ῥιφῆναι ἕτοιμός εἰμι, ἀλλὰ καὶ μυρίας ὑποίσω βασάνους ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ μου· ἕως γὰρ ἂν πνοὴ ἐν ῥισίν μου περίεσιν, καὶ μὴ τὸν πλάσαντα καὶ Θεόν μου ἀρνήσομαι, καὶ τῷ παμφάγῳ πυρὶ ὑπεύθυνος γένομαι.

E

minas mortis contemnit,

13 Ἐπὶ τούτοις ἰδὼν τὸ ἀμελέθετον τοῦ ἀνδρὸς ὁ Ὕπαρχος, μείριος μασίξας αὐτὸν, ἐκέλευσεν ἀποτμηθῆναι, καὶ θαλάσσῃ παραπεμφθῆναι· τυτονὶ γὰρ τὸν τρόπον, πλείσους μὲν ὅσους τῶν πισῶν, καὶ μάλα τοὺς τοῦ τοῦ Κυρίου προεσῶτας ποιμνίων, χρεμργῶν, ἰχθύσιν ἐρρίπτετο βόρβορον. Ὁ γοῦν μεγαλοπρεπέσατος καὶ ἱερώτατος τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς Βασιλεὺς, τὰς αἰκίας εὐχαρίσως δεχόμενος, ἔφασκεν, Οὐ θλῖψις, ἢ σενοχωρία, ἢ πλεῖσοι κίνδυνοι, ἢ μάχαιρα, καὶ πῦρ, καὶ θάνατος, χωρήσαί με τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀγάπης δυνήσεται· δυνατὸς γάρ ἐστιν πάντων με ῥύσασθαι. Καὶ ἀπαγόμενος ἔψαλλεν, Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ πρόσχες· ὁ ὁδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσὴφ, ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, ἐμφάνηθι ἐναντίον Ἐφραὶμ καὶ Βενιαμὶν καὶ Μανασσῆ· ἔξεγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. Ταῦτα δὲ αὐτῷ ἦν ἆρα εὐχλικώτατα, καὶ αἰνιγματώδη εἰς ὕστερον Ἐλπιδιφόρῳ καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἀπολελύμενα. Ὁ γοῦν Ἐλπιδιφόρος ἠκολούθη ἅμα τοῖς Διακόνοις καὶ τισε

poſt flagra damnatus ad mare,

A τισι Χριστιανοῖς αὐτῷ, ἐπηγομένῳ σφοδρῶς ὑπὸ τῶν δημίων, καὶ κατειληφόσι τὸν ἐν ᾧ προὔκειτο αὐτὸν τόπῳ τελειωθῆναι. Προσλαβόμενος δὲ τοὺς δημίους ὁ Ἐλπιδιφόρος, δίδωσιν ὀλιγοστὰ ἀργύρια, παρακαλῶν ἐνδοῦναι τοῖς οἰκείοις αὐτὸν προσομιλήσαντα ἅπερ ἂν αὐτῷ δοκοῖεν. Τῶν δὲ ἀσμενέστατα παρησαμένων, ὁ Χριστοφόρος ἀθλητὴς τοῦ Χριστοῦ καὶ Ἐπίσκοπος Βασιλεὺς παρὰ τὴν τῆς θαλάσσης ἀκτὴν κεκλικὼς τὰ γόνατα, καὶ προτεινάμενος τὰς χεῖρας, θεολογικαῖς τε καὶ προσευκτικαῖς φωναῖς χρησάμενος, ἔφη πῶς ὧδε;

& in littore consistens,

14 Ὁ τὰς νοερὰς καὶ ἀσωμάτους ὑποστησάμενος δυνάμεις, καὶ τὸν οὐρανὸν ἐκτείνας ὡσεὶ δέρριν, τὴν γε γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων θεμελιώσας, καὶ κτίσας τὴν θάλασσάν τε καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα, Κύριε ὁ Θεός μου, ὁ παντὴ καὶ πανταχοῦ καὶ ἐν πᾶσιν ἀεὶ παρὼν, καὶ ποιῶν τὸ θέλημα τῶν φοβουμένων σε, καὶ φυλασσόντων τὰς ἐντολάς σου· εἰσάκουσόν μου τῆς δεήσεως, καὶ τὸ πιστόν σου ποίμνιον φύλαξον, οὗπερ προστῆναί με τὸν ἀχρεῖόν σου ἠξίωσας δοῦλον, ἀπὸ πάσης ῥυόμενος ἑλληνικῆς ματαιοσύνης καὶ ἐπηρείας, ἀπὸ πάσης μεγαλορήμονος καὶ βλασφήμου αἱρετικῶν γλώσσης, λαλούσης κατὰ σοῦ βλασφημίας. Ἀφάνισον, παντοδύναμε, τὴν εἰδωλομανίαν, κατάργησον τὴν σατανικὴν ἐνέργειαν· αὔξησον δὲ τὰ τῆς Ἐκκλησίας μου πλήθη, πᾶσαν τὴν πόλιν καὶ τὴν περιοίκιδα αὐτῆς, ἕνα κατασκευάζων λαὸν ὁμόφρονα, σύμψυχον περὶ τὴν εἰς σὲ τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, ὀρθὴν ὁμολογίαν, ζηλωτὴν ἔργων ἀγαθῶν καί σοι ἀρεσκόντων, ὅπως ὑπὸ πάντων δοξάζηται τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ τὸ Ἀμὴν ἀναπέμψας, τὸν Ἐλπιδιφόρον καὶ τοὺς Διακόνους ἀσπασάμενος, κατ' ἐκεῖνον τὸν μέγιστον Παῦλον τοὺς Ἐφεσίων πάλαι πρεσβυτέρους, ἐν ἁγίῳ φιλήματι, ἔφη, Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἔδωκεν ἡμᾶς εἰς θήραν τοῖς ὀδοῦσι τῶν ἀοράτων ἡμῶν ἐχθρῶν, ἀλλὰ τὴν παγίδα αὐτῶν συνέτριψεν, καὶ ἡμᾶς ἐρρύσατο, βοήθειαν παρασχὼν ἐκ θλίψεως, μὴ συγχωρήσας παρ' ὃ ἠδυνάμεθα πειρασθῆναι ἡμᾶς. Τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τέκνα μου, οὓς ἐγέννησα ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, ἀσπάσασθε. Ἡ χάρις τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ἡμῶν, ἀμὴν· καὶ λέγει τῷ σπεκουλάτορι, πλήρωσον τὸ προσταχθέν σοι, ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει· καὶ συγκλίνας τὰ γόνατα, καὶ προτεινάμενος τὸν αὐχένα, χαίρων καὶ ἀγαλλόμενος, μιᾷ πληγῇ τὸν καλὸν ἐξετέλεσεν ἀγῶνα ἀνδρειώτατα.

orat Deum pro fideli populo

B

amplectitur Elpidiphorum & Diaconos

& Martyr obit.

C

15 Παρακαλεῖ γοῦν ὁ Ἐλπιδιφόρος, χρυσίον διδοὺς τοῖς δημίοις, μὴ τῷ βυθῷ καταχῶσαι, αὐτῷ δὲ παρέξειν πρὸς ταφὴν τὸ σῶμα· οἱ δὲ οὐκ ἤλαντο, φήσαντες, μή ποτε φωραθεῖεν τοῦτο πράξαντες, καὶ τὰς σφῶν κεφαλὰς καταδικάζονται τῷ Βασιλεῖ. Αὖθις τί περὶ τῆς τιμίας αἰτουμένῳ κεφαλῆς, οὐ παρεῖκαν· ἀλλὰ ἀγγαρεύσαντες ἁλιευτῶν σκάφην, καὶ τὸ σῶμα σὺν τῇ κεφαλῇ βαλόμενοι, ἐπὶ πολὺ διαστάντες ἔρριψαν εἰς πέλαγος, ἑτέρωθι τὴν κεφαλὴν, ἑτέρωθι δὲ τὸ σῶμα, βλεπόντων ἡμῶν, καὶ οἰμογαῖς συγχεομένων. Ὁ δὲ πιστώτατος τῷ Χριστῷ Ἐλπιδιφόρος, παραλαβὼν τοὺς Διακόνους οἴκαδε, ἀνεκτήσατο παραμυθησάμενος.

corpus & caput mari merguntur:

16 Ἐκείνῃ δὲ τῇ νυκτὶ θειοτάτη τις αὐτῷ γίνεται Ἀγγέλου ἐπιστασία, τρὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ οὕτω πῶς ἐγκελευομένου, Ὁ Ἐπίσκοπος Βασιλεὺς εἰς Σινώπην παραγίνεται, κἀκεῖσε ὑμᾶς περιμένει· ἐγερθεὶς οὖν, λάβε τοὺς Διακόνους αὐτοῦ, καὶ ἐμβὰς εἰς πλοῖον, ἐλθὲ πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ τὸ τριχῆ e κατὰ ταὐτὸν διαναστὰς καὶ διαλογιζόμενος πρόσταξιν, διηγήσατο τοῖς Κληρικοῖς, ἐρώμενος, εἰ τὰ ἀληθῆ Σινώπη τόπος αὐτοῖς ἢ χώρα πού ποτε ἤκουσαι. Καὶ ὁ Παρθένιος, πόλιν ἔφη ὑπάρχειν, καθ' ἣν καὶ ὁ τοῦ Χριστοῦ Ἀπόστολος γεγένηται Ἀνδρέας f, πλὴν ὅτι κἀγὼ ᾤμην ὀρέγειν καθ' ὕπαρ τῷ Μεγάλῳ τὴν χεῖρά μου καὶ εἰσπορεύεσθαι ἐν τῷ κυριακῷ, λέγοντί μοι τοῦτο τὸ ῥῆμα, ὡς ὁρᾷς οὕτως ἔσται σοι. Λαβὼν οὖν ὁ Ἐλπιδιφόρος χρυσίον καὶ ἐπισιτισμὸν, καὶ τὴν γε μείζονα ἁπάντων πίστιν συνέμπορον καὶ ξεναγὸν προστησάμενος, εὑρὼν Ἀμάσηνον πλοῖον, ἐνέβη ἅμα τοῖς Διακόνοις αὐτοῦ, καὶ ἀποπλέουσιν, εἰς Σινώπην πόλιν παραθαλασίαν διαπορευόμενοι, καὶ προσευχόμενοι ἀποκαλυφθῆναι αὐτοῖς περὶ τῶν ἐν ἀρχῇ προστεταγμένων αὖθις σαφέστερον.

ad quæ requirenda admonitu Angeli

e

EX MS. VATICAN.

f *Elpidiphorus cum Diaconis navigat Sinopen:*

17 Ἐν γοῦν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ὁ κατ' ἀρχὰς τῷ Ἐλπιδιφόρῳ φανεὶς, ἐπιστὰς αὐτῷ, ἔφη, Ἐπὶ τὸν δεξιὸν τῆς πόλεως κόλπον χαλάσατε ἀμφίβληστρον g, καὶ ὃν ἐφίεσθε εὑρήσητε μαργαρίτην. Καὶ ἐξαίφνης ὑπεδείκνυεν αὐτῷ τόν τε τόπον, καί τινα τεκμήρια, καὶ οἶκον διάφωτον, τόν τε Ἅγιον καθήμενον ἐν αὐτῷ μετὰ πλήθους στρατιωτῶν, καὶ φησὶν, Ἰδοὺ ὁρᾷς αὐτὸν, πρωΐας ἐλθὼν, λάβε αὐτόν. Χαίρων οὖν ἀποσκεδασάμενος τὸν ὕπνον, καὶ τοῖς ἅμα αὐτῷ τάδε ἑωρακέναι ἀναγγείλας, καὶ ὀρθρίσαντες, ἦλθον κατὰ τὴν ὀπτασίαν, εὑρόντες τὰ σημεῖα καὶ τὸν τοπον. Καὶ ἰδοὺ κάραβος h ἁλιευτῶν καταρτιζόντων τὰ δίκτυα αὐτῶν, οὓς ὁ θαυμάσιος Ἐλπιδιφόρος προσκαλεσάμενος ἔφη, Τί θέλετε δώσωμεν καὶ βάλετε ἡμῖν i χρίππον; Οἱ δὲ προθυμώτατα συνῆλθον αὐτοῖς, καὶ ἐμβάντες εἰς τὸν κάραβον, λαχμῷ πρὸς ἑαυτοὺς τὴν βολὴν κληροῦνται. Καὶ δὴ πίπτει ὁ κλῆρος ἐπὶ τὸν Θεότιμον, καὶ χαλῶντες ἐν ὀνόματι αὐτοῦ τὰ δίκτυα, εἶτα ἀνασυρθέντα εἶχον οὐδὲν ἐζωγρημένον. Αὖθις κληροῦται πρὸς Ἐλπιδιφόρον ὁ Παρθένιος, καὶ γίνεται ἡ δευτέρα ἐπὶ τὸν Παρθένιον τῶν σαγίνων βολὴ, καὶ οὐ δὲ οὕτως ἦν αὐτοῖς τι εἰς ἄγραν. Ἔφη δὲ ὁ Ἐλπιδιφόρος, Ἐγὼ οὐκ ἐπὶ τῷ ἐμῷ, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τοῦ Θεοῦ μου ὀνόματι τὰς σαγίνας ἐπιτρέπω ῥίψαι ὑμᾶς εἰς θάλασσαν, πιστεύω γὰρ ἐν αὐτῷ τοῦ σκοπουμένου μοι τυχεῖν.

g *novoq; loci indicio accepto,*

E

h

i

& reti in nomen Dei jacto

18 Οὕτως οὖν γενομένου, ἀρρήτῳ τινὶ συμπλοκῇ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδόξου Ἐπισκόπου καὶ Μάρτυρος Βασιλέως ταῖς σαγίναις ἐνσπαργανοῦται. Αἰσθόμενοι τοιγαροῦν ἐν τῷ ἀνέλκεσθαι τὰς σαγίνας ἔχειν πλειόνα φόρτον, προσμειδιοῦντες οἱ ἁλιεῖς ἔλεγον, εὐτυχέστατον εἶναι τὸν τούτου Θεόν. Ὡς δὲ ἐπὶ φωτὸς γέγονε τὰ δίκτυα, καὶ ἄνθρωπον ἑωρον θαλασσοκτόνητον, μεταβαλλόμενοι τῆς τύχης κατεμέμφοντο. Ὁ δὲ Ἐλπιδιφόρος, θεασάμενος καὶ ἐπιγνοῦς τὸν ἅγιον ἄνδρα, πολύδακρυς γενόμενος, καὶ οἰμώζων οὐκ ἐκαρτέρει. Καὶ ὁ Παρθένιος, ἐπισχὼν αὐτὸν εἰς τὸ οὓς αὐτοῦ, ἔφη, Μὴ δῶμεν αὐτοῖς ὑπόνοιαν, ἀλλ' ὡς τὴν φύσιν κοινὴν οὖσαν οἰκτείροντες εἴπωμεν, Δότε ἡμῖν γῇ αὐτὸν παραδοῦναι· ἐβουλεύοντο γὰρ αὖθις αὐτὸν ῥίπτειν εἰς τὸ πέλαγος. Λέγουσιν γοῦν τοῖς ἁλιευταῖς, κεκοπιάκατε, ἀδελφοὶ, λαβόντες τὸ δεδογμένον k· δότε ἡμῖν ἀντὶ ἰχθύων ἀναβάντα, προσθεῖναι ἡμᾶς καλῶς αὐτῷ καὶ τὰ πρὸς ταφὴν, ὅπως τῇ γῇ τὸ συγγενὲς προσοικειωθῇ. Οἱ δὲ οὐδὲν λήψεσθαι ἠνέσχοντο. Καὶ ὁ Ἐλπιδιφόρος, Ὑμεῖς, ἔφη, τὸν κόπον καὶ τὴν σύνταξιν πεπληρώκατε· δίκαιον οὖν ἐστιν λαβεῖν ὑμᾶς τὸν μισθὸν· καὶ οὐ συνεχώρησεν, μέχρις ἂν ἐδέξαντο τὸ ὁρισθέν.

corpus S. Basilei extrahunt.

F

k

19 Ἐλάσαντες οὖν ἐπί τινα τῆς θαλάσσης ὄχθην, λαβόντες τὸ σῶμα, καὶ ἀποθέμενοι, ἀπέλυσαν τοὺς

EX MS. VATICANO *eiq; mirantur unitum esse caput*

ἁλιεῖς, πρὸς ἑσπέρας ἤδη ὄσης οἴκαδε βαδίζειν· αὐτοὶ δὲ ἤρξαντο περιπτύσσεσθαι τὸ τίμιον τοῦ ἁγίου Σκήνος, μετὰ δακρύων καὶ οἰμωγῆς, ἅμα δὲ χαρᾶς ἔμπλεοι ἐπὶ τῷ γεγονότι τυγχάνοντες. Καὶ γὰρ ἦν παράδοξον, καὶ ὄντως τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἐξαίσιον ἔργον, ὅπως τὸ τηνικαῦτα ἡ κεφαλὴ χωρὶς τοῦ Σώματος, καὶ αὖ πάλιν τὸ Σῶμα ταύτης, ἀμφότερα δὲ ἔρριπτο, ἐμβλεπόντων ἡμῶν, εἰς βυθὸν· συνημμένη δὲ ἀνεδύη τῷ σώματι, τὸ τεκμήριον κυκλόθεν τῆς διὰ τοῦ ξίφους τομῆς τοῦ τραχήλου φέρων τὸ σῶμα, ἀδιάζευκτον δὲ τῆς ἱερᾶς κεφαλῆς ὑπάρχων, οὐδεμίαν οὐδαμῶς βλάβην ἢ ὄγκον τῷ χρόνῳ καὶ τοῖς ὕδασιν, ὡς πάντα πέφυκεν, φέρον, δυσωδίας τε πάσης ἀπέχον, εὐωδίας τε μᾶλλον ἀντελαμβάνον· πάντη γὰρ πάντη φθορᾶς καὶ τῶν ὡσαῦτά τις ἀπήλλακτο· οὐ κεφαλῆς καὶ τῶν βλεφάρων, καὶ τῶν ἄρτι πολιῶν ἀποῤῥυησῶν τριχῶν, ἀλλ' ὡς εἰώθιπερ καθεύδειν ζῶν ἔτι ἐν κόσμῳ, οὕτως ἦν προκείμενος, μύρων τε πολλῶν ἀποδιδοὺς εὐοσμίαν. Καὶ γὰρ οὔπω τὸν ἑβδομήκοντα ὑπῆρχεν ἐνιαυτὸν ὁ θεσπέσιος οὗτος ἀνήρ. Ἀλλα μηδεὶς ταῦθ' οὕτως ἀπιστεῖτο ἔχειν, ὡς θείας ἀρίστην ὑπερβαίνοντα δυνάμεως τάξιν, τὰ κατὰ τὸ

ac suavem odorem spirare utrūq; nihil læsum.

B Ἐρυθραῖον πέλαγος καὶ τὸν Ἰορδάνην ἐπὶ Μωϋσέως καὶ τοῦ Ἰησοῦ, Ἡλιοῦ τε καὶ Ἐλισσαίου βλέπων τῷ Θεῷ τελεσθέντα· καὶ μετέπειτα, ὅσα ἐπὶ τὸν θεοφόρον Ἰωνᾶν, καὶ τοὺς κατὰ τὴν Βαβυλωνίαν ἀνδρισαμένους κάμινον, μέχρι τριχῶν καὶ περιβολαίων, ὀσμῆς πυρὸς καὶ πάσης φθορᾶς οὐ κυριευθέντων, τῇ δυνάμει τοῦ ταῦτα πάντα ποιοῦντος, καὶ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ὁπόταν ἐθέλει μετασκευάζοντος παράδοξον πράξιν· ὁ αὐτὸς γὰρ Θεὸς τὸ τηνικάδε καὶ νῦν ὁ ἐνεργὼν τὰ πάντα ἐν τοῖς ἀξίοις αὐτοῦ, καὶ μετὰ πότμον.

ipsumque deferunt Amaseam.

20 Ἀρκίως τοιγαροῦν ἐπιδακρύσαντες, τοῦ καιροῦ ἤδη τῆς ἡμέρας ἐπήγοντος, δρομαῖος γίνεται ἐν τῇ πόλει ὁ Ἐλπιδιφόρος, καὶ ὠνησάμενος ὀθόνην, κατασπαργανώσας τὸ σῶμα, ἑσπέρας οὔσης βαθείας, εἴς τινος δόμον Χριστιανοῦ τῶν εὐπολιτῶν, ἔνθα ἤδη καταχθέντες ἦσαν ἀποθέμενοι, τὴν πρέπουσαν σὺν τοῖς ἐκεῖσε ἐποιήσαντο κηδείαν. Θᾶττόν τε κατασκευασάμενος θήκην ἐκ σανίδων, καὶ ζευκτὸν μισθωσάμενος, ἐμβαλών τε τὸ σῶμα, εἴη σὺν τοῖς Διακόνοις ἐπὶ τὴν Σφῶν αὐτῶν ὁ Ἐλπιδιφόρος πόλιν Ἀμασείαν, ἐν ὅλαις πέντε ἡμέραις, νυκτὶ βαθείᾳ εἰς τὸν νεόκτιστον αὐτοῦ ἀποθέμενοι ναόν. Συναχθέντες δὲ ὑπὸ τὸν ὄρθρον πανδημεὶ τὸ τῶν πιστῶν πλῆθος, ἐν μυστηρίῳ διὰ τὸν τοῦ Ἡγεμόνος φόβον, μὴ μαθόντα κακουργῆσαι αὐτοῖς, ἔσπευσαν ταφῇ παραδοῦναι τὸ σῶμα τοῦ Ὁσίου. Πλὴν οἷα ἦν ὡς εἰκός τινας ἢ ἀπιστεῖν, ἢ θεάσθαι ἐφιεμένους, ἀνειλήσαντες

C *& inter suorum lacrymas sepeliunt.*

l [τὸ σκέπασμα] ἴδον τὸν πάσης ἀρετῆς καὶ ἐγκρατείας χαρακτῆρα (m πλήρεις εὐωδίας ξένης καὶ τῇ αἰσθήσει πανηδίστου ἔμπλεοι γενόμενοι) καὶ ἅπαν τὸ σῶμα τὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος γενόμενον ναόν. Ἐπιθεωρήσαντες δὲ πρὸς τὴν σφαγὴν, καὶ τὸ παράδοξον θαῦμα ἐκπληττόμενοι, δακρύοντες καὶ ὀδυνόμενοι ἐπὶ τὸν πνευματικὸν πατέρα καὶ διδάσκαλον, δόξας τε ἀναπέμψαντες τῷ παραδοξοποιῷ Θεῷ, μετὰ ψαλμῶν καὶ λαμπάδων, καὶ πλήθους ἀρομάτων, πρὸ τῆς ὑπ' αὐτοῦ σὺν δυνάμει Θεοῦ πιχθήσης ἐκκλησίας, κατὰ τὸ ἀνατολικὸν μέρος, ἔνθα λέγεται καὶ λοιπῶν ἁγίων Μαρτύρων πολλὰ κατακεῖσθαι Σώματα, κατέθεντο· εἰς ἔτι καὶ νῦν Ἐπίσκοπον καὶ ποιμένα καὶ φύλακα ἄγρυπνον ἔχοντες τῆς ἑαυτῶν ποίμνης, καὶ μετὰ τέλος, τῶν βαρυτάτων καὶ ἀραβικῶν λύκων νοητῶν καὶ τῶν ἄλλων θηρίων διώκτην, ἑλλήνων φημὶ καὶ αἱρετικῶν.

21 Μετὰ γοῦν τοῦ Ἁγίου τὴν ἐπίσημον Σφαγὴν, ὁ Βασιλεὺς Κωνσταντῖνος μαθὼν, ἀπό τε τῶν τῆς ἀδελφῆς γραμμάτων, καὶ πλειόνων τῶν ὑπὸ Λικινίου κακουργηθέντων Συγκλητικῶν, προσπελασάντων δὲ αὐτῷ οἷα Σωτῆρι καὶ τῶν δεινῶν διορθοτῇ, κινεῖ ἀπὸ Ῥώμης, μετ' ὀργῆς μεγίστης, μᾶλλον δὲ βουλῆς θειοτάτης, σὺν Κρίσπῳ υἱῷ αὐτοῦ, ἀγάθῳ κατὰ πάντα Βασιλεῖ, ὁμοίῳ τῷ γεννήσαντι· καὶ ἔρχεται ἐπ' Ἀνατολῆς, συλλαβόμενος τὸν δείλαιον Λικίνιον, παραταξάμενον πρὸς πόλεμον, οὗπερ τὸ στρατιωτικὸν ἄρδην προσπελάζει τῷ γενναιωτάτῳ καὶ καλλινίκῳ Βασιλεῖ· καὶ σχεδὸν μέχρι θανάτου παιδεύσας αὐτὸν, ἄνευ βασιλικῆς καὶ τῆς οἰασοῦν ἀρχικῆς ἐξουσίας, εἰς n Γαλλίας αὐτὸν ἀποστέλλει κατοικεῖν. Διὰ γὰρ τὸ εἶναι αὐτὸν γαμβρὸν, οὐκ ἐθανάτωσεν αὐτὸν, τῶν μυρίων θανάτων ὑπαίτιον, εἰπὼν αὐτῷ ἐπὶ πάσης τῆς Συγκλήτου, Κλαῦσον καὶ μετανόησον ἐφ' οἷς ἐτόλμησας, καὶ ἀγαθὰ ἐργαζόμενος, μὴ ἐνδόσῃς ποτὲ· ἴσως ὁ Θεὸς ἵλεώς σοι καὶ εὐμενὴς τῷ ἀνεσμενεῖ καὶ ἐπιβούλῳ γένηται, καὶ φύγῃς τῆς αἰωνίου κολάσεως τὴν ἀπόφασιν. Ὅμως ἰσχυρῶς αὐτὸν ἡ θεία δίκη μετῆλθεν, εἰς ἥνπερ ἀπέσταλται χώραν, τῶν χαλεπῶν αὐτοῦ δεξαμένου ἑλκομάτων ἐπάξιον φάρμακον, τὴν ἴσην πληγὴν Μαξιμίνου καὶ πικρὸν ἀνοιμώξας, καὶ τὴν εἰς τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν ἀθέτησιν ὁμολογήσας, τοῦ τῇδε βίου ἀπερράγη.

D *Licinius à Constantino victus misere perit.*

n

E

22 Τότε, κατὰ πάντων αὐτοῦ ἀνίκητον κράτος, τοῦ μεγάλου καὶ ὄντος τῷ Χριστῷ ἐκλεκτοῦ Βασιλέως Κωνσταντίνου τοὺς μερισμοὺς, οὓς ἐποιήσατο πρῶτος ἐν τοῖς Ῥωμαίων Βασιλεῦσιν Διοκλητιανὸς, εἰς τὸ ἀρχαῖον αὖθις ἀποκαταστήσοντος, καὶ θείοις νόμοις καὶ διατάγμασιν· κατὰ πᾶν ἔθνος τὸν ἑλληνισμόν τε καὶ τυραννίδα εἰς φροῦδον ἀφανίσαντος, τῶν τὲ Χριστιανῶν αὔξεσθαι, καὶ ὑψοῦσθαι ἐν πάσῃ παῤῥησίᾳ τὴν ὀρθοτάτην καὶ ἀληθῆ ὁμολογίαν, ἅπαντα τὰ τοῖς ναοῖς τῶν εἰδώλων προσήκοντα, εἴ τε χρήματα καὶ ὅσα ἐν προσόδοις, ταῖς τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίαις ἀπονέμεσθαι θεσπίσαντος, τὴν ἐξ αὐτοῦ δεδομένην αὐτῷ βασιλείαν, τὴν τοῦ Βύζαντος ἐπὶ τῷ οἰκείῳ ὀνόματι κτίζοντος πόλιν, ἰθύνει ο αὐτὸς ὁ ἐπὶ πάντων Βασιλεὺς καὶ Θεός. Ἐτελειώθη δὲ ὁ μακάριος, καὶ ἐν Ἱερεῦσιν πιστὸς, καὶ μέγας ἐν τοῖς λαμπροτάτοις Μάρτυσι, Βασιλεὺς, μηνὶ Μαρτίῳ, εἰκάδι ὀγδόῃ· ἐτάφη δὲ ἐν τῇ τῆς ἱερᾶς αὐτοῦ ποίμνης πόλει μηνὶ Ἀπριλλίῳ εἰκάδι ἕκτῃ, βασιλεύοντος Κωνσταντίνου, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

& fides Christiana floret.

o *dies Martyrii 28 Martii, sepulturæ 26 Aprilis.*

F

23 Ὅτε ἐπλήρωσεν τὴν τοιαύτην ἐν Χριστῷ διακονίαν ὁ ἀξιέραστος Ἐλπιδιφόρος, καὶ γέγονε πρός με, τὸν ἐν Χριστοῦ Ἱερεῦσιν ἐλάχιστον Ἰωάννην, ἐν Νικομηδείᾳ, ἅπαντα κατὰ λογάδην τῶν πραχθέντων αὐτῷ ἐξέθετό μοι ὑπὸ μάρτυρι Θεῷ τὰ προλεχθέντα, οὗ χάριν πρὸς τὴν τῶν ἐντυγχανόντων καὶ βουλομένων ἀκούειν οἰκοδομεῖν τε καὶ ὠφέλειαν, τάδε ἐσπουδάσθη μοι γραφῇ καταλελυπέναι, ὅσαπερ ἑώρακα, ἤκουσά τε καὶ ἐδιδάχθην. Καὶ αὐτὸς γὰρ ἠξίωμαι δι' Ἐλπιδιφόρου τοῦ ἀγαπητοῦ, τῆς τοῦ μακαρίου πνευματικῆς ἐντεύξεως, ὁπηνίκα ἦν ἐνφρούριος, παρ' οὗ καὶ μέγιστα ὠφέλημαι. Τῆς γὰρ Ἀρίανης p τὸ τηνικάδε ἐν τοῖς πιστοῖς διαφιλονικουμένης διαιρέσεως, ἅτε ἀπαθῆ καὶ ἀληθῶς διδάσκαλον μέγιστον ἱκετευτικῶς ἠρωτώμην, Εἰ εὖ καὶ καλῶς δοκοῖέν τισι λέγειν, συναΐδιον καὶ συνάναρχον τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ τὸν Υἱὸν, καὶ οὐχὶ βλασφημίας ὑπέχουσι λόγον, ὁμοούσιον αὐτὸν τιθέντες τῷ Θεῷ, καὶ δύο ἰσχυριζόμενοι q ἄναρχα καὶ ἰσότιμα·

Ioannes Vitæ scriptor

p *ab ipso Sancto circa Christi divinitatem instructus*

q

βοᾶ

A βοᾶ γὰρ πῶ αὐτὸς· Ὁ πατὴρ μείζων μύ ἐστιν, καὶ Πορεύομαι πρὸς τὸν Θεόν μυ. Ὅς μοί φησιν· Εἰ ὀρθώτατα ἀναγινώσκειν ἐθέλοις τοὺς θείυς χρησμοὺς, προσπαθείας ἐκτὸς καὶ ἀντιπαθείας, ἐπέκεινα γινόμενος, εὕροις ἂν ὀρθώτατα τὰς ὕτως ὁμολογοῦντας γεραίρειν τὸ θεῖον, Ἰωάννυ διαῤῥήδην βοῶντος, Ἐν ἀρχῇ γάρ φησιν, ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· Παύλυ δὲ μαρτυρομένυ, Χριστὸν εἶναι, Θεῦ δύναμιν, καὶ Θεῦ σοφίαν, εἰκόνα τε καὶ χαρακτῆρα τῦ Θεῦ τῦ ἀοράτυ, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, καὶ ταύτης δημιυργὸν· ἐν αὐτῷ γὰρ ἐκτίσθη τὰ πάντα, εἴ τε ὁρατὰ εἴ τε ἀόρατα, καὶ πάντα δι' αὐτῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτῦ ἐγένετο ὐδὲν, ὃ γέγονεν. Εἰ δὲ ἐν αὐτῷ τὰ πάντα καὶ δι' αὐτῦ ἔκτισται καὶ συνέστηκεν, δῆλον ὅτι καὶ ὁ χρόνος καὶ οἱ αἰῶνες.

& quod vere filius sit coëternus Patri,

24 Εἰ δέ τις εἰς τόσον ἐλάσας μανίας ἕλοιτο λέγειν πώποτε, τὸν Πατέρα καὶ Θεὸν ἀδύναμον, ἢ ἄσοφον, καὶ Λόγυ ἄμοιρον, ἐχέτω τὰς περὶ τῦ Ὑιῦ τοιαύτας ὑπονοίας, πάθος καὶ κατὰ μικρὸν προσθήκην καὶ αὔξησιν προσδεχομένυ· αὐτῦ δὴ τῦ ὅπερ οἴεται θείυ ὄντος τὸ πᾶν εἰς ἀρχὴν κατασύρων· ἡ γὰρ κατὰ μικρὸν αὔξησις καὶ προσθήκη ἀρχὴν ἔχει πυ πάντως ἔνχρονον. Οὔ μοι δοκεῖ τῶν εὖ φρονούντων τυτὶ ὑπολαμβάνειν τινὰ, ὐ δὲ μάλα προσομολογεῖν τῇ ἀληθείᾳ, ἄναρχον τὸν Πατέρα, συνάναρχον δὲ τὸν Ὑιὸν αὐτῷ τῷ Θεῷ· ὐ γὰρ ἐν χρόνῳ Πατὴρ, ἀλλ' ὑπὲρ χρόνον. Εἰ δὲ οὐκ ἐν χρόνῳ, ἀλλ' ὑπὲρ χρόνον· ὑπὲρ τῦτον δῆλον ὅτι καὶ ὁ Ὑιὸς, ὡς ἀεὶ ὄντος τῦ Θεῦ καὶ Πατρὸς, συναΐδιος καὶ αὐτὸς, ὁ ὑπὲρ ἔννοιαν θεοπρεπῶς γεννηθεὶς Ὑιὸς ἐξ αὐτῦ. Ὁπόταν γὰρ ὁμολογοῖτο ὡς ἀεὶ ἄναρχος, ἀεὶ σοφὸς καὶ δυνατὸς, ἀεὶ Λόγος καὶ Λόγυ γεννήτωρ, ὐ λυομένυ ὡς τῦ καθ' ἡμᾶς εἰς ἀέρα, ἀλλ' ἐνυποστάτυ καὶ ὄντως ἀλύτυ, ἀεὶ τὴν ἐξ αὐτῦ τῦ ἀνάρχυ ἔχων ὑπεράρχιον, καὶ κατ' ὐσίαν αὐτῦ τῦ γεννήτορος Θεῦ ἀρχήν· Ὅτι γὰρ ὁ ὁμούσιος αὐτῷ ὁ Λόγος ἤγουν, ὁ Ὑιὸς, Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμὲν, καὶ, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακεν τὸν Πατέρα. Ταυτὶ δὲ τὰ ῥήματα ἑτέρως νοεῖσθαι ὐχ οἴεται, ἐπὶ τῶν ὄντων δὲ μᾶλλον ὁμούσιον ἁρμόσειεν. Ταυτὸν δὴ οὖν ἡγῦμαι, καὶ τὸ, Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τῦ Πατρὸς, καὶ εἰς τὸ ὄνομα τῦ Ὑιῦ, καὶ εἰς τὸ ὄνομα τῦ ἁγίυ Πνεύματος, ἓν ὑπέδειξεν ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱῦ καὶ ἁγίυ Πνεύματος· τί δὴ τῦτο; Τὸ τῆς ὐσίας ταὐτὸν καὶ βυλήσεως, βασιλείας τε καὶ ἐξυσίας καὶ δυνάμεως διδάξας, τήν τε ἑτερότητα ἤγουν ἰδιότητα τῶν ἐν αὐτῇ ὑποστάσεων θεωρυμένων.

alias absurda plurima consequi.

B

atque eumdem Patri consubstantialem esse,

prout ipsemet de se docuit;

C

25 Τὸ δὲ εἰρηκέναι. Ὁ Πατὴρ μυ μείζων μύ ἐστιν, καὶ Πορεύομαι πρὸς τὸν Θεόν μυ, ὡς τὸ πινεῖν καὶ διψεῖν, κόπον τε καὶ ὕπνον, καὶ τὰ ἄλλα, ἀγωνίαν, λύπην, ἀδημονίαν, πάθος καὶ θάνατον τῇ τῦ Ὑιῦ τῦ Θεῦ αὐτῦ δὴ τῦ μονογενὺς Λόγυ καθ' ἡμᾶς οἰκονομίᾳ προσῆκεν εὐσεβοῦντας προσνέμειν· ἐπεὶ μορφὴν ἀνθρώπυ κατεκύσιον κένωσιν λαβὼν, πλούσιος ὢν, καθώς φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ἐπτόχευσεν δι' ἡμᾶς, ἵνα ἡμεῖς τῇ ἐκείνυ πτωχείᾳ πλυτίσωμεν· ὅμοιος γὰρ ἡμῖν γέγονεν κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας. Τὰς γοῦν τοιαύτας πτωχικὰς φωνὰς καὶ παθητικὰς χρὴ ἐπ' αὐτῷ καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος, λογίζεσθαι· τὰς δὲ αὖ πάλιν μεγίστας καὶ θεοπρεπεῖς, καθὸ Λόγος ἦν ἐν ἀρχῇ Θεῦ καὶ Θεὸς, καὶ ὢν ἓν σὺν τῷ Πατρὶ, ἐκ τῶν θεοσημείων τε ὁρώμενον τῷ γεννήτορι ὅμοιον, τῷ ἀθολότῳ θεάσασθαι αὐτὸν βυλομένῳ ψυχῆς ὄμματι.

ubi autem se minorem visus fateri, humanitatis assumptæ respectu id dixit.

26 Ἐν τούτοις ἀπονάμενος, αὐτῦ καὶ βεβηκότος, ἐπὶ τὸν ἀσάλευτον τῆς ὀρθωτάτης καὶ εἰλικρινῦς πίστεως λίθον στηριχθεὶς τὴν ψυχὴν, τὴν ἡ ἀνεμόλιόν τε καὶ παραχαράξιμον διδαχὴν βδελυξάμενος, τῶν ἀλλοτριοῦν ἐπιχειρούντων τῆς τῦ Πατρὸς ὐσίας τὸν Ὑιὸν, σφᾶς δὲ αὐτὺς μᾶλλον τῆς αὐτῦ τῦ μονογενῦς προμυθείας· τοῖς λογάσι τῶν ὀρθῶς πιστευόντων συγκατέλεξα ἐμαυτὸν, εἰς Πατέρα καὶ Ὑιὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὴν ὁμούσιον Τριάδα δοξάσας καὶ δοξάζων, νῦν καὶ εἰς τὺς αἰῶνας. Ἀμήν· [Οὕτως] ἐπληρώθη τὸ μαρτύριον τῦ ἁγίυ Βασιλέως, Ἐπισκόπυ γενομένυ πόλεως Ἀμασείας, οὗ τινος ἡ μνήμη κηρύσσεται μηνὶ Ἀπριλλίῳ εἰκάδι ἕκτῃ. Ὁρκῶ σε δὲ τὸν ἀναγινώσκοντα καὶ γράφειν ἐθέλοντα, κατὰ τῦ πανδεφορυ καὶ παντοκράτορος Θεῦ, τῆς ὑφηγήσεως μή τε ὑφερεῖσθαί τι μὴ δὲ αὖ προσθῆναι, διὰ τὰς τῶν φαύλων καὶ δυσμενῶν αἱρετικῶν παρατροπάς.

EX MS. VATICAN.

atque ita se credere protestatur auctor

petens ut nihil hic mutetur.

a *Ita corrigo: in MS. erat* μιᾶς κόρης . . . σωφροσύνῃ κωμόσης γνῦσα.

b *Deest aliquid ecgrapho nostro, quod Sirletus Latine expressit,* quærentibus quisnam ille esset, Tribunum quemdam esse respondebant.

E

c Μητάτον *alias* Μιτάτον & Μετάτον, Hospitium: *quam vocem a castris ad urbem translatam credo: est autem proprie hospitium, ex publico præbitum.*

d Καπλικάριος, custos carceris, *in Menæis usurpatur, ubi de S. Glaphyra & de S. Acacio.*

e *In MS. est* Τῦδε τὴν τριχὴ, *quod corrigendum putavi.*

f Ad quam etiam Apostolus Christi Andreas profectus est. *Sirletus hæc omisit: Est autem Sinope urbs Paphlagoniæ ad Pontum sub Metropoli Amasæa: quomodo autem ad utramque urbem accesserit Apostolus, dicetur ad Acta miraculorum ejus 30 Novembris.*

g Ἀμφίβληστρον, *ab eo quod circumquaq; comprehendat dici, merito censent Lexicographi, & interim* verriculum *interpretantur. Ego ex ipsa etymologia* rete jaculum *potius intellexero, quod in orbem cadit & quidquid deprehenderit attrahit, alio prorsus modo quam* verriculum: *hic autem vox Græca videtur generice sumi pro quocumque reti.*

h Κάραβος *proprie est* locusta *sive* araneus marinus, *unde* κάραβιον, *utiq; ab eo quod instar* Carabi *inter littoraria vada se contineat. Belgice* Crab *piscem illum dicimus, & piscatoriam scapham eadem ex causa* crab-schuyt: *in quo mirus apparet gentium tam dissitarum consensus.*

i *Alias* Γρῖφον, Γρῖφος, υ, & Γρίπος, έος. *Risum merebor, si aut retia hæc aut* griphes *prædatorias aves à Teutonico* gripen, *id est* cōprehendere, *nomen dicerē accipisse, quamvis ejusmodi aves nos quoque in isto sensu dicamus* Grîp-vogels; *à casu potius dixerim factū, ut Teutonica & Græca lingua in his aliisq; plurimis conveniant. Sed quid Græcis facias, qui ab* ἀγρεύω venor, piscor, capio, *aut à* γράω *comedo, absumo etymologiam sumunt? Numquid hoc magis absonum, quam si quis sibi persuadeat, ab Iapheto prognatarum gentium linguas omnes à primo suo ortu multam inter se vocum & significationum affinitatem habuisse, quæ etiamnum in pluribus deprehendatur? Id certe mallem cogitare, quam à migrationibus gentium gratuito confictis, vel ab una alterave Græcorum colonia causam istius convenientiæ petere, cum Lazio. Centena hujusmodi vocabula & exempla possem colligere, tum in Græca tum in Latina lingua: diversa tamen ratione. De Latina enim sentio, inter matrices primas numerari non debere, sed, ut in confinio Græcorum, Vmbrorum atq; Tuscorum diutissime hæsit priusquam cum Romano imperio propagaretur, ita ex tribus illarum gentium linguis coaluisse. Vmbros autem æque ac reliquos Cisalpinos Gallos sola dialecto à Transalpinis, hos autem à Teutonibus antiquis rursum dialecto fere sola discrepasse, haud vane præsumpseris, forte nec difficulter probaveris. Rursum alii ad Hebraicas radices confugiunt, quasi ad communem ante diluvium linguam ac*

F

ceterarum

A *ceterarum fontem ; quos nihilo magis probare poſſum, ex ipſa Hiſtoria ſacra perſuaſus , hanc non modo non fuiſſe primam & diviſione Babylonica antiquiorem, ſed nec è primis poſt diviſionem matricibus unam ; verum ex Aſſyria Syriacaq́, affinibus inter ſe linguis natam primum in familia Abrahami, ex Aſſyria in Syriam tranſgreſſi , deinde multa Ægyptiacorum vocabulorum farragine coinquinatam , prius quam ea ad Sacros libros adhiberetur à Moyſe.*

k *Forte legendum* λαβόνλες τὸ μὴ δεδογμένον accipientes aliud quam expectaſtis. *Sirletus videtur legiſſe* τὸ δεδωμένων, *& ex ſua conjectura addidiſſe* ϖᾶσι τοῖς Θεοῖς.

l *Ita invenit, vel deficiens autographum ſupplevit Sirletus, ex cujus verſione hanc vocem aſcivimus , deficientem in ecgrapho noſtro.*

m *MS.* ϖολήθως εὐωδίας ξένης τε : *idem* τε *rurſus abundans paulo inferius poſt* ζφαγλῶ *juvandi ſenſus cauſa ſimiliter expunxi.*

n *Ecgraphum* εἰς Γαλίας.

o *Cohærent hæc cum verbis in principio hujus numeri poſitis hoc modo.* Τότε *vel potius,* Ἐκ τότε, καὶ ϖάνλων αὐτῶν ἀνίκητον κράτ῾ος . . . Θῶκει αὐτὸς ὁ ἐπὶ ϖάντων Βασιλεὺς καὶ Θεός. Et tunc ſecundum ſuam omnibus invictam potentiam . . . rexit is qui ſuper omnes eſt Rex & Deus. *Cetera de Conſtantino intermedia habent ſe per modum parentheſis , uti ex ipſa conſtructione apparet: ad quam Sirletus non ſatis advertit animum, ultima verba, addito relativo* quam , *aptans civitati Conſtantinopoli , prima ad Conſtantinum;& cetera longe aliter interpungens.*

p *Excidit interpreti* Arianæ ſectæ *nomen, hoc loco reponendum.*

q Ἀναρχα, ſine principio, *non eſſentiæ (nemo enim dubitavit quin Filius procederet à Patre) ſed exiſtentiæ. Scholæ noſtræ nunc formidarent* δύο ἄναρχα *dicere (ne ipſa divina natura, eſſentia, & ſubſtantia in iis , tamquam duabus rebus diverſis multiplicationem ſubire videretur) ſed* δύο ἄναρχοι , *ut cum ſolius multiplicatione Perſonæ* duo æterni, *non* duo æterna *ſignificentur.*

r *Merito dubites an non præter, imo contra mentem auctoris hic repetatur tertio* τὸ ὄνομα : *& Sirletus in ſua Latina verſione ſatis habuit ſemel poſuiſſe.*

f *Mallem legere* ἀνεμόδιον , *quia* ἀνεμόλιον *nuſquam reperi : ſed neque id quod ſequitur* ϖαχαράξιμον *à verbo* ϖαχαράτ῾ω, adulterando imitor, *derivatum.*

B ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΑ E

ΒΑΣΙΛΕΑ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΑΜΑΣΕΙΑΣ.

Ex MS. Romano Eminentiſſimi Cardinalis Sforzæ.

Præ victoria terrenorum Regum

Διὰ τὸ ἐπίγειον κράτ῾ος λαχόνλες , καὶ τῶν βασιλικῶν ἰδίων τε καὶ Σκήπτρων ἐπειλημμένοι, εἴς τινα ϖόλιν ἐξωθεν ἀσελαωόνλες, καὶ μάλισα νικητικὸν καλάγοντες θρίαμβον , τῇ ἐπιβάσει φαιδρύνσι καὶ κοσμῦσι τὴν ϖόλιν , καὶ λαμπρολέραν ἀποφαίνσι. Καὶ οἱ μὲν ἐπὶ γῆς Βασιλεῖς τοιαῦτα ταῖς ὑπὸ χεῖρα ϖόλεσι χαρίζονλαι · τί δὲ ἂν εἴποις ϖερὶ τῶν ἐν Θεῷ βασιλευσάνλων , καὶ βασιλείαν ἀσάλευον ϖαραλαβόνλων , οἷ᾽ ὁ καλλίνικ῾ος καὶ μέγας Ἱεράρχης Βασιλεύς ; ὑ μείζονα, ὑ θειότερα τῇ ϖόλει ἐδωρήσατο , ἢς ϖρῶτον ἐπέβη νικήσας τὰς ἀρχὰς , καὶ ἐξυσίας τῦ Σκότυς, καὶ τὸν ἀρχαίαχον καλαβαλὼν καὶ καλαπατήσας τύραννον , ἔτι τῷ νικητικῷ καλασαζόμν῾ος αἵματι καὶ ϖεφοινιγμένῳ᾽ τῷ λύθρῳ , ὃ τοὺς κοινοὺς ἀλάσορας καλακοντίζων ἀνεμάξατο, καὶ ἐπέβη τὰ ὑπὲρ τὴν φύσιν τερατυργήσας, καὶ οἷα ὕ ϖοτέ τις τερατυργησάμν῾ος φάνελαι ; Πάνλως δήϖυ τῦτο ὁμολογύμνον, ὅτι μείζονα τῶν ὀπιγείων Βασιλέων ὁ Θεοφόρ῾ος Βασιλεὺς , τῇ Σινωπέων a ὀπιβὰς ἐδωρήσαλο , ὅτε ϖ θαλάσσης μεῖα τὸν μαρτυρικὸν ἆθλον ϖαραδόξως ἀπέβη, καὶ τῷ ταύτης λιμῆνι ϖροσώρμισεν.

major est triumphus S. Baſilei,

C

ſanguine effuſo,

& miraculis patratis.

a

2 Ἀλλ᾽ ἐν ταῦθα τῦ λόγυ γενόμν῾ος , καλῶς ἔχειν ὠήθλν μικρὸν ἐπανακάμψαι , καὶ εἰς ἀρχὴν εὔλογον καταϛῆσαι τὸν λόγον. Μεῖα τὴν εἰς ὐρανὺς τῦ Κυρίυ Σωτῆρ῾ος ἀνάληψιν , καὶ τὴν ἐκ δεξιῶν τῦ Πατρὸς καθέδραν, ἐν ᾧδει ϖυρίνων γλωσσῶν ϖλ ὐρανῶν κατελθὼν ὁ Παράκλητ῾ος , τὺς θείυς Ἀποσόλυς ὡς Βασιλεῖς ϖ γῆς κατασήσας , ἄλλον ἀλλαχῦ ϖαρέπεμψε. Καὶ τῦτο ὁ θεῖ῾ος Δαυὶδ ϖάλαι ϖροφητεύων ϖροανεφώνει , Ἐν τῷ διαζέλειν τὸν Ἐπυράνιον Βασιλεῖς ἐπ᾽ αὐτῆς , χιονωθήσονται ἐν Σελμών · Ἐπυράνιον , τὸ ἅγιον Πνεῦμα καλῶν · Σελμὼν, τὴν Ἱερυσαλὴμ ὀνομάζων · χιονωθήσονται δὲ ὡς χιὼν , καὶ ὡς ἥλι῾ος ἀναλάμψυσιν, οἱ ὡς Βασιλεῖς τότε ϖροβλὴθλες Ἀπόσολοι. Τύτων ὕτως ὑπὸ τῦ ἁγιυ Πνεύμαι῾ος ϖροχειριδένων, τὺς ἐκ ϖερίομῆς ἔλαχε Πέτρ῾ος, τὺς ἐν ἀκροβυσίᾳ Παῦλ῾ος, καὶ ἄλλ῾ος ἄλλο ἔθν῾ος τε καὶ μέρ῾ος ϖ οἰκυμένης. Καὶ ϖεὶ ὁ Εὔξειν῾ος ϖόλι῾ος , καὶ ϖ χώρα ἧς ὀπλαύει, τῷ κλίματι τῶν Ἱεροσολύμων ϖροσεγγίζει, καὶ , μέγα εἰς b ἐπίδειξιν, οἱ ἐκ τῦ Πόνυ τε , καὶ Καππαδόκαι, οἱ ἐν τῇ ὀπροθλήσει τῦ Παρακλήτυ τὴν Πενηκοϛὴν ϖαραλυχύνλες Ἱεροσολύμοις , ὑ ϖόῤῥω τῶν ἀκλίνων τῦ Πέτρυ ϖ Ποντικὴ Ἀμάσεια καθειϛήκει · ἅ τε ϖόλις ἀρχαιόλατη καὶ ἐπίσημ῾ος, καὶ ϖολλὺς μέλυσα ϖροσφέρειν καρπὺς τῷ γεωργῷ τῦ κόσμυ Χριϛῷ. Ἔλαμπον οὖν αἱ ἀκλῖνες τῦ Πέτρυ τὴν Ἀμάσειαν καὶ c ϖρότερον , ϖεριφανέϛερον δὲ ὅτε εἰς Ἰταλίαν ἤλαυνε καὶ Ῥώμλυ. Τὴν γὰρ ϖορείαν ὡς ἔοικεν δι᾽ αὐτῆς ἐποιῆτο , καὶ τόπ῾ος ἐν Ἀμασείᾳ μέχρι νυῦ Ἀποσόλων καθέδρα καλῆται · ὡς τῦ Κορυφαίυ τῶν Ἀποσόλων τῆ Ἀμασείᾳ ὀπιχωριάσαν῾ος , καὶ τὸν τόπον ἁγιάσαν῾ος , καὶ ἐν αὐτῇ ϖρῶτον διδάξαν῾ός τε καὶ φωλίσαν῾ος. Εἶτα ὑποχωρῶν, ὡς ὁ λόγ῾ος κατέχει, Νικήτιόν τινα , Ἀγγελικὸν τὸν τρόπον καὶ τὸν βίον , εἰς Ἐπίσκοπον κατέϛησε.

Cum Apoſtoli in Pentecoſte Spiritum ſanctum acciperent,

incolæ Ponti & Cappadociæ audiverunt eos loquentes :

B

S. Petrus docuit Amaſeæ,

c

F

3 Τῶν διὰ μέσυ δὲ ὁ χρόν῾ος τὸν ὀπασίαν ἡμαύρωσε , διὰ τὸ τὸν ϖλάνον νεωλερίζειν , καὶ ἐξοισρεῖν τὺς ταύτῃ βακχεύονλας , καὶ τοῖς ϛ εὐσεβείας λυμαίνεθαι Cπέρμασι. Χρόνοις δ᾽ ὕϛερον Cυχνοῖς, Φάδιμ῾ος Ἀμασείας ἐγχειρίζεται τὺς οἴακας , χαρίσμασιν Ἀποσολικοῖς καὶ ἀρεταῖς ἁπάσαις κομῶν. Καὶ ὑ δὲ χάριτ῾ος ϖροφητικῆς ἀμοιρῶν , ὃς δὴ ὀπνοίας τῦ Πνεύματ῾ος καὶ ὀφθαλμῷ ϖρογνώσεως τὸ μέλλον ϖροορῶν, καὶ Γρηγόριον τὸν ἐν θαυματυργίαις ϖεριβόητον Νεοκαισαρείας Ἀρχιερέα ϖρῶτον ϖροβάλλεται , ἕως τότε κλύδωνι χειμῶν῾ος ἑλληνικῦ ϛ ϖόλεως ἐκείνης χειμαζομένης · ϖολλὰς δ᾽ καὶ ἄλλας ϖλησιοχώρυς καὶ ἄλλοθι μακρὰν ϖῦ ἀϖοκισμένας ϖό-

Pſ.67,15.

Ibidem Phadimus Epiſcopus

ordinavit S. Gregorium Thaumaturgum & alios Epiſcopos.

λεως,

A λεις, ὁ ἀποστολικὸς οὗτος Φαίδιμος κατεκόσμησεν Ἐπισκόπων ἁγίων χειροτονίαις, καὶ οὐ μικρὰ τῷ κηρύγματι τῶν Ἀποστόλων συνεβάλλετο.

Ne in Ethnicorum persecutione fides periret,

3 Εἶτα τῆς ἀσεβείας κρατυνθείσης καὶ τῆς εἰδωλαμανίας ἐκβακχευσάσης, ἀγρίων διωκτῶν τῆς βασιλείας ἐπιλαβομένων καὶ περὶ τὴν τῶν ξοάνων θρησκείαν κορυβαντιώντων, ἀγεώργητος ἡ χώρα τῆς Ποντικῆς μοίρας καὶ τῆς Ἀμασείας ἔμεινεν. Ἀλλ' ὁ οὐράνιος γεωργὸς ἄξιον ἐυπροσωποῦντα ἑαυτῷ γεωργὸν ἐξεῦρεν ἐν ἐπιστήμῃ θεϊκῇ, δυνάμενον κεχερσωμένας ψυχὰς ἐκκαθαίρειν, καὶ τὸν οὐράνιον σπόρον σπείρειν, καὶ γεωργεῖν ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν. Τίς δὲ οὗτος καὶ ποῖος; Ὁ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος τὸ ἔργον πιστούμενος, ὁ περιώνυμος Βασιλεὺς, ὁ ἐν Ἱεράρχαις καὶ Ἀθληταῖς περιβόητος, ἐν Ἀμασείᾳ γεννηθείς τε καὶ τραφεὶς, καὶ ταύτην μαιεύτριαν λαχὼν καὶ τιθηνὸν, καὶ ὕστερον ποιμαντικῶς κοσμήσας, καὶ νέον ἀποφήνας παράδεισον ταῖς ἀρδείαις τοῦ πνεύματος, καὶ θειοτέραις διδασκαλίαις τε καὶ νουθεσίαις, καὶ τοῖς μαρτυρικοῖς ἀγωνίσμασί τε καὶ καλλωπίσμασιν. Ἥκει δὲ ἡμῖν ἀπ' αὐτῷ τὸ κεφάλαιον καὶ τὴν κορωνίδα τῶν ἀγαθῶν ὁ λόγος.

S. Basileus Episcopus ordinatus, Amaseæ natus,

B Οὗτος γὰρ ὁ θεῖος ἀθλοφόρος καὶ ποιμὴν, ἐπεὶ τὰ πηδάλια τῆς Ἀμασείας οὐρανίῳ ψήφῳ μεταχειρίζεται, καὶ τῶν ἐώων μερῶν τὴν κυβέρνησιν· εὐθὺς, οἷα ἀλώπεκες καὶ θῶες καὶ κνώδαλα πληθύνοντα ἐν τόπῳ τινὶ, γενναίου ποθὲν λέοντος ἀθρόον ἐπιφανέντος, καὶ λεοντίῳ τῷ βρυχήματι περιβομβήσαντος τὸν τόπον καὶ δονήσαντος, εἰς φωλεοὺς καὶ χηραμοὺς καταδύονται· οὕτω καὶ οἱ θῆρες οἱ νοητοὶ καὶ δολεραὶ δαιμόνων ἀλώπεκες, εἰς ὄρη καὶ ἐρημίας καὶ τόπους ἀνύδρους θείας ἐπιῤῥοῆς ἐχώρουν, τοῦ ἱεροῦ Βασιλέως τὸ γενναῖον μὴ φέροντες φρόνημα, καὶ τὸ ἀνδρεῖον τῆς ψυχῆς παράστημα, καὶ τὰ νεανικὰ ἐγχειρήματά τε καὶ προτερήματα. Θείῳ γὰρ καὶ βασιλικῷ ὁρμήματί τε καὶ φρονήματι ἤλαυνε πανταχοῦ, τοὺς οἰκείους στηρίζων, τοὺς πλανωμένους ἐπιστρέφων, καταστρέφων τῆς πλάνης τὰ ὀχυρώματα· καὶ νῦν μὲν ὡς ὑπόπτερος εἰς Ἄγκυραν, νῦν δὲ εἰς Νεοκαισάρειαν τρέχων, καὶ ἱερὰς συνόδους συγκροτῶν εἰς καθαίρεσιν τῆς εἰδωλομανίας καὶ τοῦ θείου κηρύγματος σύστασιν, τοῖς ἀγωνιζομένοις μαρτυρικῶς συνήργει, διδάσκων, νουθετῶν, ὑπαλείφων, καὶ πρὸς τοὺς ἀγῶνας παραθαῤῥύνων.

sua doctrina Orientales regiones illustrat

& instar leonis dispergit male operantes:

docet Ancyræ & Neocæsareæ.

C

Post persecutionem Diocletiani & Maximiani

5 Τότε γὰρ τὰ σκεύη τοῦ διαβόλου, Διοκλητιανὸς ὁ ἀλάστωρ, Μαξιμιανός τε καὶ Μαξιμῖνος, τὰ τῶν Χριστιανῶν πλήθη κατεκρεούργουν, μὴ πρὸς τὸ σέβας τῶν ξοάνων ὑπαγόμενα, καὶ τοῖς μιάσμασιν αὐτῶν κατασυρόμενα. Οὕτω τοίνυν τοῦ ἀριστέως ἀγωνιζομένου, τῆς πλάνης μειουμένης, τῆς εὐσεβείας πληθυνούσης, ὁ ἀρχαίκακος καὶ ἀποστάτης δράκων οὐκ ἤνεγκεν, ἀλλὰ πάντα ἐκύκα καὶ ἔστρεφεν ἐκ τοῦ μέσου ποιῆσαι τὸν Ἱεράρχην Βασιλέα, ἵνα πάλιν θερμότερον ἅψηται τῶν αὐτοῦ κακοτέχνων ἐνεργημάτων. Εὗρεν οὖν ὄργανον τῆς ἑαυτοῦ κακομηχανίας ἄξιον· Λικίννιος δὲ οὗτος, ὁ λύκος καὶ τὴν κλῆσιν καὶ τὴν μιαιφόνον ὁρμὴν· ὃς Χριστιανὸς εἶναι ὑποκρινόμενος, ἐπιγαμβρεύει εἰς ἀδελφὴν τῷ σεβαστῷ καὶ μεγάλῳ Βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, καὶ τῆς βασιλείας συμμέτοχος γίνεται. Ἔτι γὰρ ἐν τῇ Ῥώμῃ τοῦ Σεβαστοῦ Κωνσταντίνου διατρίβοντος, τῶν πρώην τυραννούντων σβεσθέντων· ἐπεὶ δὲ εἷς τούτων ὁ Μαξιμῖνος ὑπελείφθη, καὶ ἐν Νικομηδείᾳ βασιλεύων Χριστιανοὺς ὡσεὶ χόρτον ἐξεθέριζε· θείῳ ζήλῳ ὁ θεῖος Κωνσταντῖνος κινηθεὶς, Λικίννιον ἐκπέμπει κατ' αὐτοῦ, πολλὰ δὲ ὅρκων φρικτῶν καὶ συνθηκῶν ἀσφαλισάμενος, τοῦ μὴ ἐκτραπῆναι τῆς τῶν Χριστιανῶν ἀμώμου πίστεως.

Licinius simulate Christianus,

EX MS. CARDIN. SFORZÆ.

adeptus imperium in Oriente ad vomitum redit

6 Ἀλλ' ἔλαθεν, Αἰθίοπα σμήχων, καὶ παρδάλει κελεύων ἀποθέσθαι τὸ κατάστικτον. Ἐπεὶ γὰρ ἔτι ὁ ταλαίπωρος, τῇ συμμαχίᾳ τοῦ Χριστοῦ φραττόμενος, κατηγωνήσατο τὸν Μαξιμῖνον, καὶ ἐν Νικομηδείᾳ κατεσκήνωσε, καὶ τῆς Ἀνατολῆς κατεκράτησε, οὐκ ἤνεγκε τὴν εὐημερίαν, οὐ δὲ τῷ βοηθήσαντι Θεῷ τῆς συμμαχίας χάριν ἔσχεν· ἀλλ' ὡσεὶ ὗς εἰς βόρβορον ἐξεκυλίσθη, καὶ εἰς εἰδωλικὸν κρημνὸν κατεκρημνήσθη, καὶ εἰς βυθὸν παντοίων ῥυπασμάτων καὶ μολισμάτων κατέβη. Τότε ὁ ἀλάστωρ καὶ δεισιδαίμων τοῖς τοῦ διαβόλου ὅλος θελήμασιν ἐζωγρημένος, καὶ ἀγόμενος ἧπερ ὁ ἐν αὐτῷ ἐνεργῶν ἐβούλετο, σφοδρότερον ἐκίνει τὸν διωγμὸν, καὶ τὸ τῆς ἀσεβείας πῦρ ἐπὶ πᾶσαν ἠφίει τὴν ὑπ' αὐτῷ ἀρχὴν, καὶ τὸ ὑπήκοον ἀπανθρώπως ἐλυμαίνετο. Καὶ ὅσα κατὰ Χριστιανῶν ἐπονηρεύσατο, καὶ ὅσους Μάρτυρας ἁγίους εἰργάσατο, ἱστορίαι πᾶσαι καὶ βίβλοι φέρουσι. Σὺν τούτοις καὶ Βασιλέα τὸν θεῖον Ἱεράρχην χειροῦται, ὡς εἰς τὸ τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ ὡς ᾤετο ὠθῆσαι βάραθρον· ἀλλὰ τοῦ ἐγχειρήματος ἐψεύσθη, καὶ τῆς ἐλπίδος ἑαυτοῦ διήμαρτε. Τὰ τῆς ἀθλήσεως δὲ τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

& Christianos persequitur, atq; in his Basileum

E

propter S. Glaphyram:

7 Τῇ Λικιννίου γαμετῇ Κωνσταντίᾳ θεράπαινα ὑπῆρχε Γλαφύρα, ὡραία μὲν τῷ κάλλει τοῦ σώματος, ὡραιοτέρα δὲ τῇ εὐσεβείᾳ καὶ τῇ καταστάσει τῇ ψυχικῇ. Ταύτης ἔρωτι ἐάλω Λικίννιος, καὶ τὰ τῆς ἐπιθυμίας γνωρίζει τινὶ τῶν ἐπὶ τοῦ βασιλείου κοιτῶνος. Ὁ δὲ, ὥς τι μέγα τῇ Γλαφύρᾳ χαριζόμενος, θαῤῥεῖ τὸ μυστήριον. Ἡ δὲ ὡς ἰὸν ὄφεως τὴν μίξιν Λικιννίου μυσαττομένη, τὸ μὲν τὴν ἑαυτῆς παρθενίαν Θεῷ ὑποσχομένη καὶ ἑαυτὴν ἁγνὴν παραστῆσα, τὸ δὲ ὑποπτεύουσα τὴν κυρίαν ἵνα μὴ κέντρῳ ζηλοτυπίας νυττομένη διάθηται αὐτὴν κακῶς, ἐκφέρει πρὸς αὐτὴν τὸ ἀπόῤῥητον. Ἡ δὲ τὸ εὔγνωμον ἀποδεξαμένη τῆς κόρης, τέχνῃ μεθοδεύει τὴν ἐπιχείρησιν· πλάττεται γὰρ ὡς ἐπιληψείᾳ σφοδρᾷ ληφθεῖσα ἡ Γλαφύρα, ἐξαίφνης θνήσκει· ἐν ἀποῤῥήτοις δὲ χρήμασιν αὐτὴν πολλοῖς δωρησαμένη καὶ πράγμασι, καὶ τοῖς ἀπὸ Νικομηδείας ἀδόλως καὶ πιστῶς διακομίσουσιν, ὅπουπερ ἂν βούληται ἀπελθεῖν, πρὸς τὰ ἐῶα μέρη ἐκπέμπει. Ἡ Γλαφύρα δὲ καὶ αὐτὴ συνυποκρινομένη τὸ δρᾶμα, ἀνδρεῖον ἀμφιέννυται σχῆμα, καὶ ὡς νεανίας σφριγῶν, καὶ ἑαυτὴν τριβουῶν φημίζων, μετὰ τῶν συν αὐτῇ τὴν ἐπ' ἀνατολὰς σπουδαίως τε καὶ ἐναγωνίως διῄει, καὶ τῇ Ἀμασείᾳ ἐπιδημεῖ.

quæ turpiter à Licinio amata

Constantia Regina adjuvante, fugerat Amaseam:

F

ubi hospitio Quintii usa,

8 Ἐνταῦθα τῆς σπουδῆς καὶ τῆς ἀγωνίας ἵσταται· καὶ ἀναθεωροῦσα τοῦ τόπου τὴν θέσιν, ἀρέσκεται, ὡς συμβαίνουσαν τῷ ἤθει αὐτῆς, καὶ ἐπιτηδείαν πρὸς τὸ κρυβῆναι καὶ λαθεῖν, ὡς ᾤετο. Εὑροῦσα δὲ καὶ πιστοὺς, ὧν πρῶτος καὶ ἐπίδοξος ὑπῆρχε Κόϊντος, κατάγεται παρ' αὐτῷ· καὶ δι' αὐτοῦ εἰς ὄψιν ἄγεται τῷ ἰσαποστόλῳ καὶ θείῳ Ἱεράρχῃ Βασιλεῖ, ἵνα παρ' αὐτοῦ ἐπὶ πλεῖον πρὸς τὴν ὁδὸν τῆς βασιλείας χειραγωγηθῇ. Ὁ δὲ θεῖος Βασιλεὺς ἰδὼν καὶ νουθετήσας αὐτὴν, καὶ πρὸς τὴν πίστιν καὶ τοῦ Θεοῦ τὸν φόβον στηρίξας, σκεῦος ἐκ λογῆς εἰργάσατο. Ἐπεὶ δὲ τοῦ τῆς ἀσεβείας ζόφου κατακρατοῦντος, ναὸς ἐν τῇ Ἀμασείᾳ εὐκτήριος οὐ προϋπῆρ-

& confortata à S. Basileo.

EX MS. CARDIN. SEORZÆ.

προϋπῆρχεν· αὐτὸς δὲ ὁ Ἅγιος, ἀδείας λαβόμενος, κτίζειν ἐπεβάλετο ἱερόν· χειρὶ καὶ προαιρέσει ἀφοιδεῖ ἡ Γλαφύρα ἐκένου τὰ προσόντα αὐτῇ εἰς τὴν τοῦ ναοῦ ἀνέγερσιν, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τῇ κυρίᾳ ἑαυτῆς ἐπιστολιμαίοις μηνύει γράμμασι, τὰ καθ' αὐτὴν δειλοῦσα, ὡς ἐν τῇ Ἀμασείᾳ ξεναγηθεῖσα διατρίβει, ἐν ᾗ Ἱεραρχεῖ ἰσαπόστολος ἀνὴρ, Βασιλεὺς ὄνομα, καὶ ἀξιοῦσα πέμψαι χρήματα εἰς τελείωσιν καὶ κόσμον τοῦ ἱεροῦ.

eum juverat in construendo templo.

9 Ταῦτα ἐκ κακούργου σκέψεως τῷ Λικιννίῳ ἐγχειρίζεται τὰ γράμματα· καὶ μαθὼν ὡς ζῇ ἡ Γλαφύρα, καὶ ἐν τῇ Ἀμασείᾳ διατρίβει, ὥσπερ μύωπι διὰ τῶν ὤτων τυπεὶς, καὶ τὴν καρδίαν καιρίως πληγεὶς, εὐθὺς ὅλος ζέει θυμῷ καὶ ἔρωτι· καὶ ὡς πτηνοὺς ἀγγέλους πέμπει, τοὺς ἀναρπάσοντας αὐτήν τε τὴν Γλαφύραν, καὶ ἀλύσει δέσμιον τὸν Βασιλέα, καὶ θᾶττον πρὸς αὐτὸν ἀποκομίσοντας· ἐπειδὴ καὶ πρώην ὁ διώκτης παρεκνίζετο, πολλαχόθεν ἀκούων, ὅτι ὡς λύχνος φαίνει τοῖς Χριστιανοῖς ὁ Ἅγιος, καὶ τὰ τῆς πίστεως αὐτῶν αὐξάνει, τὴν δὲ θρησκείαν τῶν ἑλλήνων ἀμαυροῖ. Ἦλθον οὖν οἱ πεμφθέντες, καὶ τὴν Γλαφύραν μὲν οὐχ εὗρον, ἤδη γὰρ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε, τῶν θηρατῶν d ῥυσθεῖσα τοῦ Λικιννίου· τῷ δὲ ἁγίῳ Ἱεράρχῃ Βασιλεῖ περιθέντες ἁλύσεις, ὡς ἱερεῖον εἷλκον εἰς σφαγὴν· εἴποντο δὲ, ὡς ἀρνία ποιμένι, δύο Κληρικοὶ Διάκονοι, Θεότιμος ὀνόματι καὶ Παρθένιος. Ἐπεὶ δὲ εἰς Νικομήδειαν σπουδῇ παρεγένοντο, ἐκεῖσε γὰρ διῆγε Λικίννιος, φυλακῇ κατάκλειστος ὁ Μάρτυς γίνεται, τοὺς Κληρικοὺς δὲ ξεναγεῖ Ἐλπιδιφόρος ὁ Κληρικὸς e, Νικομηδεὺς δὲ οὗτος, πιστότατος αὐτοῦ, πανπλησίον τῆς φρουρᾶς οἰκῶν, διὸ καὶ συνήθεις εἶχε τοὺς δεσμοφύλακας· συνηθεστέρους δὲ καὶ εὐνουστέρους δώροις ἀπεργασάμενος, κρύφα ἐθεώρει τὸν Ἅγιον, καὶ τὰ πρὸς χρείαν διηκόνει, καὶ τῆς αὐτοῦ εὐλογίας ἀπέλαυε.

qua prodita mortuaque,

B d

S. Basileus Nicomediam ducitur,

ab Elpidiphoro juvatur

10 Μικρὸν τὸ ἐμμέσῳ, καὶ πρὶν εἰς ὄψιν ἐλθεῖν τοῦ Λικιννίου, ἀωρίᾳ τῶν νυκτῶν, θεοφανείας ἀξιοῦται ὁ Μάρτυς, καὶ θείας ἐπακούει φωνῆς· ὡς ἅμα διαυγάσαι ἥλιον, f παρίσταται τῷ Λικιννίῳ, καὶ κατὰ τῆς δεισιδαίμονος πλάνης ἀριστεύσας, ξίφει τελειοῦται, καὶ βυθῷ θαλάττης προσομελεῖ, καὶ τοῖς ποθοῦσιν ἀσινὴς ἀποδίδοται, καὶ τῆς Ἐπισκοπῆς τὸν θρόνον διαδέχεται g ὁ τοῦ Καλλιστράτου Εὐτύχιος. Ταύτης οὖν τῆς θεοφανείας ἀξιωθεὶς, τοὺς Διακόνους εἰσκαλεῖ, καὶ τὸν ξενοδόχον Ἐλπιδιφόρον· οἳ καὶ παρῆσαν αὐτίκα, προωδοποίει γὰρ αὐτοῖς τὰ τοῦ Ἐλπιδιφόρου h δώρατα, οἷς τὸ τῶν φυλάκων ἀπηνὲς κατεμαλάσσετο. Ἐπεὶ δὲ ἔνδον τῆς φυλακῆς ἦσαν, τῶν ἐν μεσονυκτίῳ ὕμνων ἄρχεται ὁ θεῖος ἄνθρωπος· εἶτα τῆς ὑμνῳδίας προϊούσης, ὡς ἐν ἐκστάσει συνοῦσι καὶ περίδακρυς, εἰς ὕψος τὰς χεῖρας ἐκτείνων, τρὶς ἀνεφθέγξατο· Κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάττης, καὶ ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με, καὶ καθέξει με ἡ δεξιά σου, Κύριε. Τούτων λεγομένων, οἱ Κληρικοὶ καὶ ὁ Ἐλπιδιφόρος ἐξεπλήττοντο, καὶ προεώρων i ἤδη τὸ μέλλον, καὶ τὴν τοῦ διδασκάλου δι' ἀθλήσεως τελείωσιν.

& quæ sibi eventura sint per visum edoctus,

f

C g

vocat ad se Elpidiphorum & Diaconos,

h

Ps. 138, 9

i

11 Ἐπεὶ δὲ τέλος εἶχε τὰ τῆς εὐχῆς, παραινέσεις ὕφαινεν ὁ θεῖος ἄνθρωπος, Μὴ ξενισθῆτε, λέγων, τέκνα, ἐφ' οἷς ὁ Κύριος κρίμασιν ἀῤῥήτοις οἰκονομεῖ τὰ ἡμέτερα, μὴ δὲ πρὸς τὸ συμβαῖνόν μοι καταπέσητε. Ἐμὲ γὰρ ὁ Δεσπότης πρὸς ἑαυτὸν δι' ἀθλήσεως καλεῖ, καὶ μετὰ τέλος θάλασσα ὑποδέξεται τὸ σκηνός μου· ὑμεῖς δὲ συνέμπορον τὴν πίστιν λαβόντες καὶ τὰς ἡμετέρας εὐχὰς, καὶ πρὸς τὴν πατρίδα ἐπανακάμψαντες, στηρίξατε τοὺς ἀδελφοὺς, ἵνα μὴ δυσσεβείας ἐπιπνεύσας ἄνεμος, πολλὰ γὰρ τοῦ πειράζοντος τὰ πνεύματα, k διαδολίσῃ τινὰς καὶ παρασαλεύσῃ τῆς πίστεως καὶ τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου. Ἀποδοθήσεται δὲ ὑμῖν καὶ τὸ ἀθλοφορικὸν σκηνός μου σῶον, ὁλόκληρον· καὶ τὴν ἐπισκοπὴν διαδέξεται ὁ τοῦ Καλλιστράτου Εὐτύχιος· ταῦτα γάρ μοι φανερῶς ἀπεκάλυψεν ὁ Κύριος. Τῶν δὲ θρήνοις κοπτομένων καὶ οἰμωγαῖς, κἂν τούτοις τριβομένου τοῦ καιροῦ καὶ τῆς ἡμέρας ἐπιλαβομένης, πρὸς τῶν δημίων ἀναρπάζεται ὁ Ἅγιος, καὶ τῷ τοῦ Λικιννίου παρίσταται βήματι.

D k

12 Προσεσχηκὼς δὲ αὐτῷ ὁ τύραννος, καὶ τῆς σεμνότητος καταπλαγεὶς καὶ οἷον δυσωπηθεὶς, οὐκ ἀπηνεῖ τῇ φωνῇ, τῆς Γλαφύρας ἕνεκεν ἐπαιτιᾶται, καὶ ὀνειδίζει τὴν ὑποδοχὴν, καὶ τὸ μὴ αὐτίκα καταμηνύσαι. Πρὸς ἃ εὔστοχον τοῦ Ἁγίου ποιησαμένου τὴν ἀπόκρισιν, ἐπεὶ πολὺς τὰ θεῖα καὶ σφὸς, ὡς ἐξαποῤῥηθεὶς ὁ Λικίννιος, ἔξω μεταστῆναι τὸν ἀθλητὴν κελεύει· καὶ διὰ τοῦ Ἐπάρχου τῆς πόλεως αὐτῷ δηλοῖ, Ὅτι σε καὶ τῆς δὲ τῆς αἰτίας ἀφίημι, καὶ ἀμνηστίαν πᾶσαν παρέχω, ἐν τάξει δέ σε ποιοῦμαι πατρὸς, καὶ τῶν θεῶν ἀρχιερέα καθίστημι, καὶ μυρίαις ὅσαις εὐεργεσίαις καὶ πλούτῳ ἀφθόνῳ δωροῦμαι, εἰ πεισθῆναι θελήσειας, καὶ σεβασθῆναι τοὺς θεοὺς, οὓς ἐγώ τε σέβομαι, καὶ πᾶν τὸ ὑπήκοον· εἰ δέ γε ἀπειθῆσαι βουληθῇς σαυτὸν αἰτίασαι, καταστρέφων τὸν βίον πικρῷ θανάτῳ.

sistitur ante Licinium:

E

ab eoq; ad defectionem promissis ac minis solicitatus,

13 Πρὸς ταῦτα ὁ Μάρτυς ἀκαταπλήκτῳ καὶ βασιλικῷ τῷ φρονήματι ἀντέφησε· Θαυμάζω τῆς διακρίσεως ὑμᾶς καὶ συνέσεως, πῶς εἰς τοσαύτην ἀτοπίαν λογισμῶν ἐξεκυλίσθητε, θεοὺς νομίζοντες τοὺς τὰ ἄτιμα τῆς αἰσχύνης ἔργα, ὡς οὐ δὲ λόγῳ παραστῆσαί ἐστιν, ἀθέως διαπραξαμένους, καὶ ἐπ' αὐτοῖς σεμνυνόμενοι, καὶ τὸ ὄνομα τὸ θεῖον περιάπτοντες, καὶ προσκυνοῦντες, καὶ λατρεύοντες, ὧν καὶ τὸ ἁπλῶς μεμνῆσθαι ἐναγὲς καὶ ἀνόσιον. Εἰ δὲ ἐθελοκακοῦντες ὑμεῖς παρατρέχετε, καὶ συσκιάζετε, καὶ τοὺς ἀνοήτους ἐξαπατᾶτε· ἀλλ' ἀπαιτοῦντος τοῦτο τοῦ καιροῦ, ἄκουε τῶν τε ἄλλων ποιητῶν, καὶ τοῦ πρώτου θεοκήρυκος καὶ θεολόγου ὑμῶν Ἡσιόδου, οἷα περὶ τῶν πρώτων καὶ κορυφαίων θεῶν ἐν τῇ Θεογονίᾳ διεξέρχεται· ὡς ὁ μὲν Κρόνος, ἐπειδὴ τάχιστα ἐξέτεμε τὸν πατέρα τὸν Οὐρανὸν, ἐβασίλευσέ τε ἐν αὐτῷ καὶ τὰ τέκνα κατήσθιεν· ὁ δὲ Ζεὺς, κλαπεὶς ὑπὸ τῆς μητρὸς Ρέας, ὑποβαλλομένης τὸν λίθον, εἰς τὴν Κρήτην ἐκτεθεὶς, ὑπ' αἰγὸς ἀνετράφη· εἶτα ἐξελάσας τὸν πατέρα, καὶ εἰς τὸ δεσμοτήριον καταβαλὼν, αὐτὸς ἔσχε τὴν ἀρχὴν· ἔγημε δὲ πολλὰς μὲν καὶ ἄλλας, ἐσχάτην δὲ Ἥραν τὴν ἀδελφήν· ἐρωτικὸς δὲ ὢν, ὢ καταπτύστου ἀθέου θεότητος! ῥᾳδίως ἐνέπλησε παίδων τὸν οὐρανὸν, τοὺς μὲν ἐξ ὁμοτίμων ποιησάμενος, τινὰς δὲ καὶ νόθους ἐκ τοῦ θνητοῦ καὶ ἐπιγείου γένους, ἄρτι μὲν ὁ γεννάδας γινόμενος χρυσίον, ἄρτι δὲ ταῦρος, ἢ κύκνος, ἢ ἀετὸς, καὶ ὅλως ποικιλώτερος αὐτοῦ Πρωτέως. Τοιοῦτος ὁ ὕπατος θεῶν καὶ ἄριστος, ὁ τὰ μεγάλα βροντῶν τε καὶ ἀστράπτων Ζεὺς, οὗ τάφος ἐξάγιστος ἐν Κρήτῃ δείκνυται, ἀπανθρώπως ἐκεῖ τυραννίσαντος.

increpat insaniam idololatrarum,

F

qui tam multa deorum probra legant

13 Τί δὲ ἂν εἴποις περὶ Ποσειδῶνος, πλινθεύοντος παρὰ

A *& singulos vitiosissimos fateantur,*

παρὰ Λαομέδοντι ἐν τῇ Φρυγίᾳ, καὶ ἀνθρακέως κατηθαλωμένου καὶ γελοίως καταχωλεύοντος Ἡφαίστου, καὶ ἀπερισκέπτου μοιχοῦ τοῦ Ἄρεος, καὶ τοῦ τῆς ἀπωλείας υἱοῦ Ἀπόλλωνος, Ἑρμοῦ τε κλεπτιστάτου, καὶ Διονύσου θηλυδρίου, καὶ Ἡρακλέος τριεσπέρου, οὗ τὰ τῆς θεώσεως Σύμβολα αἱ πεντήκοντα Θεστίου θυγατέρες, καὶ τὸ τῆς Οἴτης ὄρος, ἔνθα τὸν βίον δυστυχῶς πυρπολούμενος κατέστρεψε, διαχειρισάμενος τὰ τέκνα πρότερον; Ταῦτα ὀλίγα ἐκ πολλῶν, περὶ τῶν ἀῤῥένων θεῶν ταῦτα τῶν παρ' ὑμῖν σοφῶν τὰ κομπάσματα. Τὸ δὲ καὶ τὸ ὑπερφυὲς καὶ φρικτὸν καὶ ὑπερκόσμιον ὄνομα καὶ Σέβας τὸ τῆς θεότητος, εἰς ἐμπαθῆ κατάγειν θηλύτητα, καὶ θηλείας Σέβεσθαι θεὰς, οἷον Ρέαν τε καὶ Ἥραν τὰς ἐναγεῖς, καὶ τὴν ξενοκτόνον Ἄρτεμιν, καὶ Ἀφροδίτην τὴν μοιχάδα, καὶ μυρίων ἄλλον ἐσμὸν Μαινάδων, πῶς οὐκ ἐσχάτης ἀνοίας, καὶ δεινῆς μανίας τε καὶ ἀθείας;

coli tamen eosdem velint, B

14 Ἆρ' οὖν τούτοις ὡς θεοῖς λατρεύσομεν, καὶ τὰ πρὸς Σωτηρίαν αἰτησόμεθα, καὶ Σωφροσύνης ἀρχηγοὺς καὶ διδασκάλους δεξιοὺς καὶ ψυχῶν Σωτῆρας ἐπιγραψόμεθα, ὡς τὰ πάντα εὐτάκτως καὶ Σωτηρίως διακυβερνῶντας, τοὺς μυρίων στάσεων καὶ πολέμων καὶ κλόνων πάντα πληρώσαντας, ἀθέως πρὸς ἀλλήλους στασιάζοντας; Ἆρα τούτοις ἡμᾶς ὁ Βασιλεὺς κελεύει προσελθεῖν, καὶ ὡς θεοὺς θρησκεύειν καὶ θυσίαις γεραίρειν, καὶ ἱεροφαντικοῖς ὀργίοις θεραπεύειν; Ἄπαγε· μὴ δὲ ὠτίου ἀκοῇ ἀκούσαιμι τὰ ἀνόσια ταῦτα Σεβάσματα· τὸν γὰρ τούτοις ἡδόμενον, τοὺς Σεβαζομένους ὡς κρείττονας ἀνάγκη ζηλοῦν, καὶ τὰς πράξεις αὐτῶν τὰς ἐναγεῖς, καὶ ἐν γεέννῃ Σὺν αὐτοῖς κολάζεσθαι. Ἐγὼ ὑμᾶς τε καὶ αὐτὸν Βασιλέα οἰκτείρω, τούτοις ἐκτραχηλισθέντα τε καὶ δουλωθέντα, καὶ ὀρκωμοσίας φρικτὰς καὶ Συνθήκας ἀθετήσαντα, ἃς πρὸς Κωνσταντῖνον τὸν Σεβαστὸν ἔθετο, καὶ ἀρνησάμενον μὲν ζῶντα καὶ ἀΐδιον καὶ ἄφθαρτον Θεὸν, τὸν καὶ τὴν βασιλείαν δεδωκότα, καὶ προδήλως κατὰ Μαξιμίνου συμπολεμήσαντα, καὶ νίκην παρασχόμενον λαμπρὰν, εὐθὺς δὲ ὑπαχθέντα καὶ ἀνδραποδισθέντα οἷς προέφην προσοχθίσμασι καὶ ψευδωνύμοις κιβδήλοις θεοῖς· οὓς εἰ ἀνανήψας ἀρνήσαιτο, καὶ προσέλθοι τῷ ὄντως Θεῷ, οὐκ ἀπώσεται αὐτὸν ὁ εὔσπλαγχνος, ὑπὲρ οὗ αἱ παρ' ὑμῶν καὶ ἐπαπειλούμεναι τιμωρίαι χαρά μοι καὶ τρυφαὶ λογίζονται, καὶ αὐτὸς ὁ παρ' ὑμῖν φρικτὸς νομιζόμενος θάνατος, ὅτι με ταχέως τῶν μοχθηρῶν ἀπολύσει τοῦ βίου, καὶ πρὸς τὸν ποθούμενόν μοι Κύριον Χριστὸν παραπέμψει, ὃν ἐκ Σπαργάνων μητρικῶν ἠγάπησα· τὰς παρ' ὑμῶν προτεινομένας τιμὰς καὶ δαψιλεῖς δωρεὰς, ὡς Σκύβαλα καὶ εἴ τι τούτων ἀτιμώτερον, ἡγούμενος. Ταῦτα ἀπαγγείλας τῷ Βασιλεῖ, πεῖσον, μηδὲν ἕτερον ἐλπίζειν παρ' ἐμοῦ ἀκοῦσαι, ἤ τι τῶν παρ' αὐτοῦ προσταττομένων διαπράξασθαι, λοιπὸν τὸ δοκοῦν αὐτῷ ποιείτω τάχιον.

commiseratione digni uti & ipse Licinius.

C *cujus minas flocci pendens Sanctus*

morti adjudicatur nisi obediat;

15 Τούτοις καταβροντιθεὶς ὁ Ἔπαρχος, καὶ μὴ δὲ διᾶραι στόμα δυνάμενος, μετὰ πολλοῦ τοῦ θάμβους εἰσελθὼν, ἐκφράζει τῷ Λικιννίῳ, καὶ ὅτι τείχει ἀδαμαντίνῳ προσεβάλλομεν, θᾶττον μᾶλλον πείσει, ἤπερ πεισθήσεται, οὕτω πολὺς πνέει ταῖς ἀντιθέσεσιν. Ὁ δὲ καταπλαγεὶς καὶ αὐτὸς, καὶ τὴν τοῦ Μάρτυρος δεδοικὼς παῤῥησίαν, ἵνα μὴ δημοσία ταῦτα λέγων, καὶ ἐκπομπεύων τὰ τῶν βεβήλων θεῶν βδελυκτὰ Σεβάσματα, πολλοὺς τῆς τῶν ἑλλήνων θρησκείας ἀποσπάσῃ, ταχὺν ἐπινοῖ τὸν θάνατον. Ὅμως μέντοι, φησὶ τῷ Ἐπάρχῳ, πάλιν πεῖραν παντοίας ἐπάγαγε θωπείας, καὶ πάλιν ἐπὶ πλεῖον δοκίμασον, μή ποτε πλειόνων δωρεῶν ἐφιέμενος, ἀναγκασθῆναι τῷ δοκεῖν ἐθέλει· εἰ δὲ δι' ὅλου μένει ἀπειθῶν, ξίφει αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν τὴν ἀμείλικτον ἀπότεμε, καὶ ἐν θαλάσσῃ ῥίψον ἀτίμως, ἰδία τοῦ δυστήνου Σώματος, ἵνα μηδὲ ταφῆς τῆς νενομισμένης ἐπιμοιράσηται, καὶ ἵνα μὴ ἀσμένως Χριστιανοὶ ἐπιλαβόμενοι, μεγάλῳ σεβασμῷ ἐπιτιμήσωσι.

EX MS. CARDIN. SFORZÆ.

16 Ταῦτα καὶ θωπευτικῶς καὶ ἀπειλητικῶς τοῦ Ἐπάρχου εἰπόντος, πάλιν ὁ αὐτὸς, μᾶλλον δὲ θερμότερος ὁ Ἅγιος 1 ἦν, καὶ πρὸς τὸ μαρτύριον Σφύζων. Διὸ μηδὲν ἀνύων ὁ Ἔπαρχος, κατὰ νώτου μαστίξας αὐτὸν, εὐθὺς τὴν τοῦ θανάτου ἀπόφασιν ἐκφέρει. Ὁ δὲ πρὸς τὸν τόπον τῆς τελειώσεως γεγηθὼς ἄπεισι, ὡς ἐκ δεσμοτηρίου τοῦ παρόντος βίου ἀποδιδράσκων, καὶ τῷ καιρῷ προσφόρους ψαλμοὺς ἐπῇδε, καὶ εὐχαρίστως ὕμνει τὸν Θεὸν, τὸν οὕτω Συμφερόντως τὰ κατ' αὐτὸν οἰκοδομήσαντα. Εἶτα στὰς εἰς προσευχὴν, ἐπηύξατο πολλὰ τῷ ποιμνίῳ, οἷα φιλόστοργος πατὴρ καὶ εἴπέρ τις ἄλλος φιλοτεκνότατος· ἔχει δὲ τὰ τῆς εὐχῆς οὕτως. Κύριε ὁ Θεός μου, ὁ λόγῳ τὰ Σύμπαντα δημιουργήσας, τάτε ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, καὶ τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεώς σου σοφῶς διακρατῶν καὶ Σωτηρίως διακυβερνῶν, ἐπάκουσόν μου τῆς δεήσεως, καὶ τὸ πιστόν σου ποίμνιον, οὗπέρ με τὸν ἀνάξιον ποιμένα κατέστησας, καὶ πᾶσαν τὴν περίχωρον ῥῦσαι πάσης εἰδωλικῆς ματαιότητος, αἱρετικῆς γλωσσαλγίας, δαιμονικῆς μεθοδείας, πάσης ἐπηρείας, πάσης κακώσεως, πάσης θεηλάτου ὀργῆς καὶ μάστιγος, καὶ κατάστησον λαὸν εὐαρεστοῦντά σοι, ἵνα ἐν αὐτοῖς δοξάζηταί σου τὸ πανάγιον ὄνομα, ὅτι πρέπει σοι δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν. Εἶτα φιλήματι ἁγίῳ ἀσπασάμενος τοὺς Κληρικοὺς καὶ τὸν Ἐλπιδιφόρον, ἐπιχαρίτος τῷ δημίῳ ἔφη, Ποίησον, ἑταῖρε, τὸ προσταχθέν σοι. Καὶ οὕτω χαίρων ἐκτμηθεὶς, ἐξεδήμησε πρὸς τὸν Κύριον.

1 *ad quam ille latus egreditur,*

E *factaque oratione*

capite minuitur:

17 Εἶτα τὸ καλλίνικον Σῶμα ἀτίμως ἐν θαλάσσῃ ἀποῤῥίπτεται, ἰδία καὶ μακρὰν τῆς κεφαλῆς, ὡς ὁ διώκτης προηγόρευσεν, ἵνα καὶ θάλασσα καὶ ὑδάτων φύσις ἁγιασθῇ, προμιανθεῖσα ἐναγέσιν αἵμασιν. Ἐπὶ τούτοις οἱ Κληρικοὶ καὶ ὁ Ἐλπιδιφόρος ἐλεεινῶς ὠλοφύροντο, ὅτι μηδὲ θάψαι κατηξιώθησαν, μηδὲ τὴν θεολόγον λαβεῖν κάραν, ἵνα λείψανον Σωτήριον ἔχωσι, καὶ πάντων Συμβαινόντων δυσχερῶν, ἀλεξίκακόν τε καὶ ἀποτρόπαιον, καὶ μέγα ἡ πατρὶς φυλακτήριον. Ἀλλ' οὐκ ἀφῆκεν αὐτοὺς ἀπαραμυθήτους ὁ Κύριος· εὐθὺς γὰρ κατ' αὐτὴν τὴν ἐχομένην νύκτα, τρισσῶς ἐπιφανεὶς θεῖος Ἄγγελος τῷ πιστοτάτῳ Ἐλπιδιφόρῳ ἀπεθέσπισεν, Ὁ Ἐπίσκοπος καὶ Μάρτυς Βασιλεὺς εἰς Σινώπην παραγίνεται, κἀκεῖσε ὑμᾶς περιμένει. Ὁ δὲ τοῖς Κληρικοῖς μετὰ θάμβους τὴν ὀπτασίαν ἐξηγήσατο· οἳ καὶ ἀκούσαντες ἀνέπνευσαν, καὶ τῆς πολλῆς ἀθυμίας ἀπηλλάγησαν, ἐπεὶ καὶ ὁ Παρθένιος τὰ παραπλήσια καθ' ὕπαρ εἶδεν. Οἷς ἀδιστάκτως θαῤῥήσαντες ὡς θείοις χρησμοῖς, πλοίῳ ἐπιβάντες Ἀμισηνῷ, εἰς Σινώπην παραγένοντο, καὶ ἐκτενέστερον τὸν Θεὸν ἐδυσώπουν, δεῖξαι τὸ αὐτοῖς καταθύμιον, καὶ διαφωτίσαι τὸ καλλιέρημα, καὶ τῆς εὐχῆς οὐ διήμαρτον.

quod seorsim à corpore mari mergitur:

F

quod requirere jussus ab Angelo Elpidiphorus,

Sinopem navigat,

18 Ὁ πρώην γὰρ φανεὶς τῷ Ἐλπιδιφόρῳ τηλαυγέστερον πάλιν ἐφάνη, καὶ τὸν τόπον ὑπέδειξε πρὸς τῷ ἀκρωτηρίῳ τῆς Σινώπης, ἔνθα ὑποβρυχιος ἦν ὡς μαρ-

EX MS. CARDIN. SFORZÆ.

μαργαρίτης ἔντιμος ὁ ἔντιμος Μάρτυς, καὶ πίστεως χαλάσαντες δίκτυα ἐκ τῶν βυθῶν ἀνιμήσαντο καὶ ἀνείλκυσαν τὸν Ἅγιον, ἄρτιον, ὁλόκληρον, ἀσινῆ, Ὦ τοῦ ἐξεσίου τερατουργήματος! ὡς ἐξ ἔθους ὑπνοῦντα, καὶ χάριτος θείας πεπληρωμένον, τὴν ἱερὰν κεφαλὴν ἔχοντα τῷ καλλινίκῳ ἡρμοσμένην σώματι, ὡς σπαρτίῳ κοκκίνῳ διαφαινομένης τῆς ἐκτομῆς· εὐωδία δὲ ἄφατος τὰ πάντα ἐπλήρου, πολὺ εὐωδεστέρα μύρων πολυτίμων καὶ ἀρωμάτων, καὶ πάντων ἄλλων εὐωδῶν ὅσα χώρα Ἰνδικὴ καὶ ἡ εὐδαίμων Ἀραβία φέρει· καὶ ταῦτα ἐν ὅλαις εἴκοσι καὶ πέντε ἡμέραις τοῦ ἀθλοφορικοῦ σώματος θαλάσσῃ, καὶ φθορᾷ, καὶ θηρσὶν ἐναλίοις προσομιλοῦντος· ἀλλ' αἰδοῦνται στοιχεῖα, καὶ θάλασσα, καὶ θῆρες Θεοῦ θεραπευτὰς ἀληθεῖς, καὶ τὰ ὑπὲρ φύσιν ὑπηρετοῦσι. Λαβόντες δὲ σκῆνος τὸ πάντιμον, οἵ τε ἱεροὶ μαθηταὶ καὶ ὁ φιλομάρτυς Ἐλπιδιφόρος σὺν εὐθυμίᾳ πολλῇ, καὶ χαρμονῇ, καὶ φιλοτίμως κηδεύσαντες, καὶ ξυλίνῃ ἐνθέμενοι λάρνακι, τῇ πατρίδι καὶ ποίμνῃ ἀποκομίζουσι, καὶ ἐν τῷ πρώην παρ' αὐτοῦ νευργηθέντι ναῷ ὑπὸ γῆν κατατιθέασιν, ὡς θησαυρὸν ἀναφαίρετον καὶ τιμίων λίθων διαφανέστερον.

& illæsum invenit corporique conjunctum,

post 25 dies à morte,

B

19 Τοιοῦτος ὁ βίος, ὁ λόγος, οἱ ἀγῶνες, οἱ ἄθλοι, τὸ μακάριον τέλος τοῦ θείου Βασιλέως· οὕτω γῆ, καὶ θάλασσα, ἡ τοῦ Εὐξίνου τε καὶ προποντὶς, δι' αὐτοῦ ἡγιάσθη, καὶ δύο πόλεις τὸν ἁγιασμὸν διαφερόντως ἐμερήσαντο, ἥτε Σινωπέων μετὰ τὸν ἐξαίσιον καὶ φρικώδη ἀνάπλουν εἰσδεξαμένη τὸν καλλίνικον, καὶ [ἡ Ἀμασηνῶν], ὡς βασίλειον ἀλουργίδα καὶ κόσμον περιθεμένη, καὶ τῇ ἀμάχῳ τούτου προστασίᾳ τειχιζομένη, καὶ θρεψαμένη, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ποιμανθεῖσα, καὶ τῆς ποιμαντικῆς ἀπολαύσασα, καὶ τὸ θεῖον σκῆνος ἐγκολπουμένη, καὶ πλουτοῦσα τοῦτον τὸν πάμμεγαν Ἀρχιερέα, τὸν πολυοῦχον, τὸν ἄγρυπνον φύλακα, τὸν τῆς ἐώας λήξεως νοητὸν φωστῆρα, τὸν πολὺ πλέον τοῦ αἰσθητοῦ φωστῆρος ψυχὰς διαυγάζοντα καὶ καταλάμποντα. Τοῦ μὲν γὰρ καὶ νὺξ καὶ βραχύ τι νέφος τὸ φῶς ἐπισκιάζει καὶ ἀμαυροῖ· τοῦ δὲ ἄσβεστοι καὶ ἀειλαμπεῖς αἱ ἀκτῖνες καὶ αἱ μαρμαριγαὶ ἀνέσπεροι.

Amaseæ sepelitur,

20 Ξενιζέσθω δὲ μηδεὶς πρὸς τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ τῷ Ἱερομάρτυρι συνενεχθέντα· συγκρίσει γὰρ δημιουργίας οὐρανοῦ καὶ ἡλίου, σελήνης τε καὶ ἄστρων, καὶ γῆς καὶ θαλάττης, καὶ μεγέθους ἀπλώτων πελάγων, καὶ τῆς τῶν ὁρωμένων διακοσμήσεως, τὰ περὶ τὸν Ἅγιον ὑποβαλλόμενα θαύματα, παιδιὰ λογίζονται τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ, ἄγοντος τὰ πάντα μόνῳ τῷ βούλεσθαι, καὶ πρὸς τὸ βουλόμενον ἡνιοχοῦντος· ᾧ νῦν παριστάμενος ἐν τοῖς ὑψίστοις ὁ οὐράνιος ὄντως καὶ θεοφόρος οὗτος Ἱερεὺς, ἐπὶ τοῦ νοεροῦ θυσιαστηρίου ἀναφέρει θυσίαν Ἀγγέλοις σύστοιχον, πρὸς ἣν ἅπασαν εἶχεν ἀεὶ τὴν ἔφεσιν. Ἀλλ' ὦ ἱερὰ κεφαλὴ, Ἱερομαρτύρων τὸ σεμνολόγημα, τοὺς τὴν πάντιμόν σου πανήγυριν ἐπιτελοῦντας, καὶ τὴν ἄθλησίν σου ἀνακηρύττοντας, ἣν τῇ σεπτῇ ἀναστάσει συνεδόξασεν ὁ ὕψιστος, ἵλεως ἐποπτεύεις, ἱλεούμενος αὐτοῖς τὸν Κύριον, τὸν δοξάσαντά σε, καὶ στέφει οὐρανίῳ καταστέψαντα· ᾧ τιμὴ καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ad Dei gloriam

& sui gregis solatium.

D

a *Ad verbum melius ita vertes.* Omnino ergo fatendum est, quod majora quam possent terreni Reges, divinus Basileus largitus sit Sinopensium urbi, quando post martyrii sui agonem pelagus mirabiliter trajiciens, ad ipsius portum appulit. *Atque hinc conjectare possis non ad Amasenos sed Sinopenses, hanc orationem habitam & in eadem urbe celebrem quoque Basilei cultum, forte & templum fuisse.*

b Etiam (quod multum ad laudem facit) Ponti accolæ & Cappadoces. *Exciderat vertenti parenthesis ista: in alio MS. verosimiliter Vaticano, cum quo D. Ioannes Portius hæc à se transcripta contulit, pro ἐπίδειξιν (ut ipse notavit in margine) legebatur ἀπόδειξιν: aliaque similia plura, partim hic dissimulanda quia momenti levioris, partim infra judicanda.*

E

c *Ex ipsa scilicet Hierosolyma.*

d *Alias, & forte melius τῶν θηράτρων,* laqueis.

e *Alias ὁ καλὸς* egregius: *quod magis placet: quia in Actis non dicitur fuisse* Clericus.

f *Hæc omnia debent intelligi ut in futuro prolata, licet per per tempus præsens exprimantur.*

g *Ita alterum MS. pro quo in Sforziano est ἀνάγεται, quod minus placet.*

h *Perperam in Strozziano quidem MS. δώματα, in alio δόγματα irrepserat, quod correxi.*

i *Ast in Actis dicuntur, non extellexisse quo ea spectarent, ac credidisse, quod fallente memoria neq; sequentem versum referente; in eodem hoc versu ter repetendo hæsitaret.*

k *Ita suppleo & corrigo, pro eo quod scriptum erat διαδονήσῃ.*

l *Alias ὁ ἀθλητής.*

C

F

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΑΝΘΙΜΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑΣ, ΠΑΘΟΝΤΟΣ ΥΠΟ ΜΑΞΙΜΙΑΝΟΥ.

Ex MS. Medicæo Regis Christianissimi.

Nicomediæ natus,

Τίς οὐκ οἶδε τὴν Νικομήδους, ὅπως μὲν θέσεώς τε καὶ μεγέθους, ὅπως δὲ λαμπρότητος καὶ ὡρῶν ἔχει, καὶ ὡς τῆς Βιθυνῶν πάσης πόλεων ἀκρόπολίς ἐστιν αὕτη; Ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχουσα, καὶ εἰς τοῦτο καλοῦ προελθοῦσα, τῷ οἰκείῳ βλαστῷ μᾶλλον ἢ πᾶσι τούτοις σεμνύνεται. Ταύτης γὰρ ὁ θαυμαστὸς Ἄνθιμος, κατὰ τοὺς εὐγενεῖς κλάδους, ἀνεδόθη καὶ ἤνθησε, καὶ καλοὺς προσήνεγκε τοὺς καρπούς. Ἄρτι μὲν γὰρ τὴν τῶν νηπίων ἡλικίαν ὑπερανέβη, καὶ χρηστῶν αὐτῷ πᾶσα χάρις ἠθῶν ἐπήνθει· μειράκιόν τε ἤδη ἐγεγόνει, καὶ πολλῇ τῇ σωνέσει κατήρτυτο· ἐπειδὴ δὲ καὶ εἰς ἄνδρας ἐγράφετο, τὰ ἐν ἀνδράσι τε ἀγαθὰ ἐκαρποῦτο, καὶ γαστρὸς ἦρχε, καὶ σαρκὸς ἐκράτει, τὴν κοσμικήν τε ταύτην διέπτυε φαντασίαν, καὶ καιρὸς ἅπας αὐτῷ προσευχῆς ἦν ἀσχολία καὶ τῶν θείων μελέτη· τὴν μέν τοι τῶν ἀρετῶν μητέρα τὴν ἀγάπην φιλοπόνως ἤσκει, καὶ τὸ ἀδιάχυτον δὲ παρ' ὅλον τὸν βίον καὶ μεμεριμνημένον μεθ' ὑπερβολῆς τούτῳ κατώρθωτο· καὶ τοσαύτῃ πάντοθεν ταπεινοφροσύνῃ κεκόσμητο, ὡς ἱκανὸν εἶναι καὶ μόνον ὁρώμενον πολλὰς τῶν φιλαρέτων κατανύξαι ψυχὰς, καὶ εἰς ἀρετῆς ἐπίδοσιν ἀγαγεῖν.

& ad omnem morum honestatem formatus

2 Ἐπειδὴ τοίνυν οὕτω βιοῦντα, καὶ πολυφωνοτάτην τὴν ἰδίαν ἀρετὴν ἔχοντα κήρυκα, οὐ κρύπτεσθαι οὐδὲ λανθάνειν ἐξῆν, ἐπὶ τὸν ὑψηλὸν τῆς Ἱερωσύνης βαθμὸν ἀνάγεται, καὶ αἰνεῖ ἐν Πρεσβυτέρων καθέδρᾳ τὸν Κύριον·

gradatim promovetur ad Sacerdotium,

οὐκ

A οὐκ ἀθρόον ἐνταῦθα ἐλθὼν, οὐδὲ προοίμιον τοῦ βίου τὴν Ἱερωσύνην πεποιημένος, ἀλλὰ πολλοῖς πρότερον καὶ ἄλλοις ἐνδιαπρέψας βαθμοῖς, ἀντιμετρήσας δὲ αὐτοῖς ἀξίως τὴν ἀρετὴν, καὶ ὑπὸ πάντων τούτων μαρτυρηθεὶς, ὅτι καὶ τῶν ὑπὲρ αὐτοὺς ἐστιν ἄξιος. Οὕτω τοῦ μεγάλου τῆς Ἱερωσύνης ἀξιώματος ἐπιβαίνει, οὐ διώξας τὴν τιμὴν, οὐδὲ ἁρπάσας, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνης μᾶλλον καταληφθεὶς, κἂν εἰ καὶ Σφόδρα πόῤῥω ἑαυτὸν ἐποίει τῷ μεγέθει τοῦ ταπεινώσεως.

demum Episcopus consecratur

3 Εἶτα οἴχετο μὲν ἐξ ἀνθρώπων ὁ τῆς Νικομηδέων τηνικαῦτα Ἐπίσκοπος, ἐχήρευε δὲ Ποιμένος ἡ Ἐκκλησία, καὶ τὴν ἐρημίαν ἐλεεινῶς ἐπένθει, καὶ τὴν Συμφορὰν ἀνωδύρετο. Νικομηδέων τοίνυν οἱ πρόκριτοι, καὶ μάλιστα τῆς Ἐκκλησίας ὅσοι τρόφιμοι ἦν, τὸ συγνὸν ἐκεῖνο καὶ πικρὸν τῆς ἐρημίας πάθος οὐ φέροντες, ψηφίζονται κοινῇ πάντες ἐν ἑαυτοῖς, Ἀνθίμου τὰ τῆς Ἐπισκοπῆς ἐγχειρίσαι· καὶ τὴν ἐκκλησίαν καταλαβόντες, μάρτυρά τε τῆς αὐτῶν ψήφου τὸ θεῖον ἐκάλουν, καὶ ἐδέοντο καλῶς ἐκκαλυφθῆναι τούτοις, εἰ τῷ Θεῷ τὰ τῆς αὐτῶν γνώμης ἀποδεκτὰ εἴη, καὶ εἰ τὴν ἄνωθεν ἔχοιεν ψῆφον, ἐπιμαρτυροῦσαν καὶ αὐτὴν καὶ Συμφθεγγομένην τῷ πράγματι. Καὶ ἰδοὺ φῶς μέγα καὶ θαυμαστὸν περιήστραψε, καὶ φωνή τις ἄνωθεν τῷ Ἀνθίμῳ θεία προσεμαρτύρει, καὶ τὴν ψῆφον ἐπικύρου καὶ εἰς πέρας ἀγαγεῖν προετρέπετο. Ὁ μὲν οὖν ἐπὶ τῶν οἰάκων τῆς Ἐκκλησίας κατέζεται, καὶ τὸν ἄξιον ὁ θρόνος ἐπιλαμβάνει, καὶ τὸν οἰκεῖον ἀναιρεῖται κόσμον ἡ Ἐκκλησία, καὶ τὴν κατήφειαν ἀποτίθεται· τοιούτου κατὰ Παῦλον ἀνεπιλήπτου φάναι, καὶ οὕτω σφοῦ καὶ μεγάλου τυχοῦσα τοῦ ἐπιστάτου.

B *Deo electionem probante:*

gregem suum ad martyrium corroborat,

4 Ὁ δὲ, κατὰ τοὺς ἀγαθοὺς κυβερνήτας, πρὸς τοῦτο μόνον ὅλῳ τῷ ὀφθαλμῷ ἑώρα καὶ παρεσκεύαστο, ὅπως τε τὸν χαλεπὸν τῆς ἀσεβείας κοιμίσειε κλύδωνα, καὶ ὅπως τὰς τῶν Συμπλεόντων ψυχὰς εἰς τὸν λιμένα τοῦ Θεοῦ καθωρμίσειεν. Οἶδεν Ἴνδης ταῦτα καὶ Δόμνα, Ἴνδης ἐκεῖνος, ἀνὴρ θαυμαστόστε καὶ ἀξιέπαινος, αὐτὸν μὲν Βασιλέα καὶ πάντα τοῦ κόσμου καταλιπὼν, τῇ εὐσεβείᾳ δὲ μετὰ τῆς Δόμνης προστεθεὶς, καὶ τὸν κοινὸν ἄμφω Βασιλέα πλουτήσαντες. Οὐδὲ Γλυκέριος καὶ Θεόφιλος τῆς τοῦ ἀνδρὸς περὶ τὴν εὐσέβειαν Σπουδῆς ἄγευστοι, ἱκανὸν τούτου τεκμήριον τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον παρασχόμενοι· οὐδὲ πληθὺς ἄλλη δισμυρίων, διὰ πυρὸς αὐτῷ καὶ οὗτοι τελειωθέντες· ὅσοι τε περὶ Μαρδόνιον καὶ Μυγδόνιον, Πέτρον τε καὶ τὸν καρτερικώτατον Ζήνωνα, τὸν ἴσον καὶ αὐτοὶ πρὸς Χριστὸν ἐπιδειξάμενοι πόθον, ἐπεὶ μηδὲ τῆς ἴσης ἐκείνης ἠνέσχοντο μαρτυρίας ἀπολειφθῆναι.

C

ac tandem ad Maximianum delatus

5 Τοσαύτη μὲν δὴ τότε πολλοῖς τῆς εὐσεβείας ἐπίδοσις ὑπὸ τοῦ θαυμαστοῦ Ἀνθίμου ἐγένετο· ἄφνω δέ τις χειμὼν ἐγείρεται χαλεπώτατος, καὶ Σφοδροτέρα καταιγὶς ἐμπεσοῦσα Χριστιανοὺς κατέδυε πάντας· ἦν μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς Μαξιμιανὸς, διωγμὸς δὲ ὁ βαρύτατος ἐπὶ μέγα τε ἤρετο καὶ κατὰ τῆς ἁπάσης ἐχώρει· καὶ οἱ μὲν ἠρεύνωντο Χριστιανῶν, οἱ δὲ ἔφυγον, οἱ δὲ ἀνῃροῦντο. Τὸ μέν τοι τῆς εὐσεβείας ἄνθος τὸν Ἄνθιμον, δῆλον ἡ ἀρετὴ κἀνταῦθα ποιεῖ, καὶ μηνύσεται τοῖς τῶν Χριστιανῶν ἐρευνῶσι καὶ οὗτος, ὁ νῦν μὲν ἐν Ἱερεῦσι μέγας, μικρὸν δὲ ὕστερον κἂν τοῖς Μάρτυσιν. Ὁ μὲν γὰρ παρά τινι διέτριβε κώμῃ, Σπείρων τε τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ τὸ τάλαντον τῆς πίστεως πολλοπλασιάζων· πέμπει δὲ εἰς εἴκοσιν ἱππέας ὁ Μαξιμιανὸς, ὥστε Συλλαβεῖν τοῦτον καὶ παρ' αὐτὸν ἀγαγεῖν.

missis ad seducendum viris 20,

6 Οἱ ἐν τῇ Σεμάνῃ παραγεγονότες, τοῦτο γὰρ ὄνομα τῇ κώμῃ, ἐντυγχάνουσι τῷ Ἀνθίμῳ, καὶ μὴ Συμβαλλόντες, ὡς οὗτος ἐκεῖνος ὁ ζητούμενος εἴη, αὐτὸν Ἄνθιμον ἐρώτων περὶ Ἀνθίμου, καὶ ὅστις οὗτος ὑπάρχοι, καὶ οὔπω διατρίβοι τῆς κώμης. Ὁ δὲ τέως μὲν ἐπὶ ξενίαν τούτους παραλαβὼν, καὶ δεῖπνον αὐτοῖς παραθεὶς ἄρτον τε καὶ κυάμους, καὶ ὡς εἶχε χειρὸς καὶ δυνάμεως ἑστιάσας, εἶτα ἑαυτὸν εἶναι τὸν Ἄνθιμον ἀπαγγέλλει. Ὅπερ ἐκεῖνοι ἀκούσαντες ὀλίγου δεῖν ἐπεπήγεσαν, καὶ οὐδὲ ἀντιβλέπειν ὅλως εἰς τὴν ἐκείνου πολιὰν ἴσχυον, ἀναλλογιζόμενοι τὴν τράπεζαν καὶ τὸ δεῖπνον καὶ τὴν ξενίαν, ἐνθυμούμενοι δὲ πάλιν ὅτου τε εἵνεκα καὶ ἐφ' ὅτῳ μέλλοιεν αὐτὸν παρὰ Μαξιμιανὸν ἀγαγεῖν, δῆλον πάντως ὡς ἐπὶ κακοῖς ἐσχάτοις καὶ ὁμολογουμένῃ τιμωρίᾳ, ὃ δὴ καὶ μᾶλλον ἐλύπει τε αὐτῶν τὰς ψυχὰς καὶ πρὸς τὸν Ἄνθιμον αἰδοῦς ἐνεπίπλα· ταύτη τοι καὶ μηνυτὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀψευδῆ τὸ ἐκείνου ἔχοντες στόμα, καὶ ὡς αὐτὸς Ἄνθιμος εἴη παρὰ τῆς αὐτοῦ γλώττης μανθάνοντες· ὅμως ἠφίεσάν τε αὐτὸν ἑκόντες καὶ ὑποχωρεῖν προετρέποντο, ᾔδεισαν γὰρ ὡς οὐδὲν χρηστὸν τῆς παρὰ Μαξιμιανὸν ἀφίξεως ἀπολαύσοι· Ἡμῖν ἀπόχρη, ἔφησαν, εἰς ἀπολογίαν, τὸ πολλὰ μὲν τὸν Ἄνθιμον ἀνὰ τὴν Νικομηδέων πᾶσαν ζητῆσαι, ὅμως μὴ δυνηθῆναι αὐτὸν ἀνευρεῖν.

EX MS. REG. FR.

post præbitum prandium ultro se aperit,

7 Ἀλλ' ἡ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ μελέτη, ὁ ἱερὸς Ἄνθιμος, λαλεῖν ἀλήθειαν ἐν καρδίᾳ πάντας προτρεπόμενος καὶ διδάσκων, ἐκείνους μηδὲ ἐν μόνοις τοῖς χείλεσι ψεύσασθαι δι' αὐτὸν ἀνέχομενος, ἄλλως τε καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον διψῶν, Συναπῆρέ τε αὐτοῖς ἐκεῖθεν καὶ ὁδοῦ εἴχετο. Πολλὰ δὲ τούτοις πρὸς τὴν εὐσέβειαν παραινέσας, καὶ περὶ τῶν μελλόντων διεξελθὼν, καὶ πὰν εἴ τι Σκληρὸν ἀπὸ τῆς ἀσεβείας αὐτοῖς καὶ ἀντίτυπον ἐνυπῆρχε λεάνας τε αὐτὸ καὶ διομαλίσας, καὶ καθαρὰν αὐτοῖς τὴν τῆς ψυχῆς ἄρουραν καὶ εἰς εὐσεβείας Σπόρον ἐπιτηδείαν παρασκευάσας, τὰς θείας προκαταβάλλει εὐχὰς· εἶτα καὶ ποταμὸν ἐν τῇ παρόδῳ καταλαβὼν, τούτους βαπτίζει καὶ τῆς προκειμένης ἔχεται πάλιν πορείας, ἕως ἐπὶ τὴν πόλιν ἀφίκετο, καὶ τὸ τυραννικὸν εἴσεισι βῆμα, ὀπίσω μὲν τῷ χεῖρε δεδεμένος (οὕτω γὰρ διὰ τὴν εὐσέβειαν, ὡς κακοῦργον, ἐμφανισθῆναι ἔδει τῷ Βασιλεῖ) εἰς οὐρανοὺς δὲ τὴν διάνοιαν ἀνατείνων, ὅθεν καὶ ἥξειν αὐτῷ τὴν βοήθειαν ἤλπιζεν.

E *ne sui causa mentiantur prohibet,*

conversosq; ad fidem baptizat.

8 Ὁ Βασιλεὺς τοίνυν τὸ τῆς πείρας πικρὸν καὶ ἀπὸ ψιλῆς τῆς θέας Ἀνθίμῳ βουλόμενος ἐπιδεῖξαι, ὅπως αὐτῷ καὶ μαλακωτέρων τὴν πρώτην προσενεχθείη, τὰ κολαστήρια πρότερον ὑπ' ὄψιν ὄργανα δημόσια προτίθησι, καὶ αὐτὸν εἰσκαλέσας, Σὺ εἶ, φησὶν, ὁ ὀπίσω τοῦ λεγομένου Χριστοῦ πλανώμενος Ἄνθιμος, καὶ τὸν πόλυ ἀφελῆ καὶ εὔκολον ἄνθρωπον τῇ ἴσῃ περὶ αὐτὸν ἀπαγόμενος ἀπάτῃ καὶ μυρίαν ὕβριν τῶν ἡμετέρων θεῶν καταχέων; Ὁ δὲ ἐπίσης τά τε προκειμένα ὄργανα καὶ τοὺς τοῦ τυράννου λόγους γελάσας, Οὐ δὲ ἀποκρινάμην ἄν σοι, φησὶ, πρὸς ταῦτα, ἴσθι ὦ Βασιλεῦ, εἰ μή με ὁ ἱερὸς καὶ θεῖος διδάσκαλος ἔπειθε Παῦλος, ἑτοίμους ἡμᾶς εἶναι διδάσκων παντὶ τῷ αἰτοῦντι λόγον διδόναι· ἐπηγγείλατο γὰρ ἡμῖν ὁ Θεὸς καὶ στόμα καὶ σοφίαν, ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντιστῆναι πάντες οἱ ἀντικείμενοι ἡμῖν. Ὡς ἔγωγε πολλήν σου καὶ πρότερον παχύτητα ἤδη καταγινώσκων τῆς περὶ τὰ εἴδωλα πλάνης, τοὺς ὑμετέρους ὡς ἔφης θεοὺς, νῦν πλείονά σου καὶ φανερὰν τὴν ἀμαθίαν ὁρῶ, ὅτι καὶ αὐτὸν Συλῆσαι ὅλως ἐμὲ ἤλπισας, καὶ τοῦ τῶν ἁπάντων ἀποστῆσαι δημιουργοῦ, τοῦ καί σε τὸ ἀχάριστον πλάσμα τῇ ἑαυτοῦ εἰκόνι τετιμηκότος. Ἵνα τί γάρ με καὶ δεσμώτην τῷ βήματι παρέστησας καὶ τὰ τῶν βασάνων ὑπ' ὄψιν προτέθεικας ὄργανα, ἢ δῆλον ὡς καταπλήξων τούτοις, καὶ ἢ πείσων πάντως ἢ βιασόμενος; Ἄλλοις δεῖ τισι ταῦτα τῶν ἀγεννεστέρων προσφέρειν, οἷς ὁ βίος τε ὁ παρὼν ἡδονὴ,

tormentorum instrumenta coram posita contemnit,

F

professus martyrium sibi esse in votis:

EX MS. RÉG. FR.

καὶ τὸ στερηθῆναι τούτου τιμωριῶν ἡ μεγίστη. Ὡς ἐμὲ καὶ τὸ πήλινον τοῦτο σῶμα δεσμοτηρίου συνέχει παντὸς χαλεπώτερον, ὅτι μου τὴν ψυχὴν οὐκ ἐᾷ πρὸς τὸν ἐρώμενον διαβῆναι. Ἀπειλαὶ δὲ καὶ τιμωρίαι καὶ βάσανοι, τίνος οὐ ποθεινότεραί μοι διατριβῆς, κατὰ πόδας ἐπακολουθέντα τὸν θάνατον ἔχουσαι, ὅστις με τῶν τῆς σαρκὸς δεσμῶν ἀπολύσας πέμψει πρὸς τὰ ποθούμενα;

cervicem lapidibus cæditur,

8 Ταῦτα οὖν μεγάλου τὴν Ἀρχιεροσύνην καὶ μείζονος τὴν ἄθλησιν Ἄνθιμου διεξελθόντος, ὁ Βασιλεὺς, Μάκρα ταῦτά, φησι, φλυαρία· ὄψει δὲ μετὰ ταῦτα· πρὸς δὲ ἑαυτὸν ἀποψιθυρίσας, κελεύει λίθοις αὐτοῦ τὸν τένοντα τύπτεσθαι. Ὁ δὲ ὥσπερ ἀπαρχὴν ἤδη τῶν διὰ Χριστὸν ἄθλων πεποιήμενος, καὶ τὴν τῶν στεφάνων λαμβάνων ὑπόθεσιν, πρᾴως τε τὰς παρούσας πληγὰς ἐδέχετο, καὶ ἐπιπονωτέρας ἐζήτει, λαμπροτέρων τυχεῖν καὶ τῶν ἐπάθλων ἐπιθυμῶν· καὶ τοῦτο μὲν ἐπιχλευάζων καὶ ὡσανεὶ τὸν τύραννον διαπαίζων, τοῦτο δὲ τῇ τῆς μανίας φλογὶ σφόδρα κατακαίων αὐτοῦ τὴν ψυχήν· καὶ ὥσπερ εἰς ἀλγεινοτέρας πολλῷ καὶ μείζονας κολάσεις διερεθίζων, Θεοὶ ἐπέφερεν, οἱ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν. Ὅπερ μέσης αὐτῆς Μαξιμιανοῦ καθικνούμενος τῆς καρδίας, περόναις σιδήρου πεπυρακτομέναις τοὺς τοῦ Μάρτυρος διέπειρεν ἀστραγάλους. Τῷ δὲ σφόδρα τε καθ' ἡδονὴν ἡ βάσανος ἦν, οἷα δὴ τυγχάνοντι ὧν ἐπεθύμει διὰ Χριστὸν, καὶ μικροῦ χάριν εἴδει Μαξιμιανῷ τῶν κολάσεων, οὕτως Ἄνθιμος τῷ Χριστῷ ἐδίψα χαρίζεσθαι.

B *ignito ferro calcaneos trajicitur,*

super testarum fragmina reclinatus fustigatur,

9 Μαξιμιανὸς τοίνυν κατὰ πολλὴν ἄδειαν ἐνεξουσιάζων ταῖς τιμωρίαις καὶ τὸ τοῦ Μάρτυρος γενναῖον τῷ αὐστήρῳ τῶν κολάσεων νικῆσαι φιλονικῶν, ὄστρακον προστάττει τῷ ἐδάφει διαστρωθῆναι, εἶτα γυμνὸν αὐτῷ ἐπιταθέντα ῥάβδοις σφοδρότερον τύπτεσθαι· ὡς ἂν διπλῇ τὰ τῆς ὀδύνης αὐτῷ ἐπὶ τὴν ψυχὴν καταῤῥέοι, ταῖς ἐκ τῶν ῥάβδων τε πληγαῖς ἄνωθεν, καὶ τῇ κάτωθεν τῶν ὀστράκων ἀντιτυπίᾳ. Ὁ δὲ μὴ δὲ ἐνταῦθα τὴν νίκην ἀπογνοὺς, ταυτὶ ἐπῇδε τὰ ῥήματα· Εὐχαριστῶ σε, Δέσποτα καὶ Βασιλεῦ τῶν αἰώνων, ὅτι περιέζωσάς με δύναμιν ἐξ ὕψους, καὶ τοὺς ἐχθρούς μου ἔδωκάς μοι νῶτον, καὶ τοὺς μισοῦντάς με ἐξωλόθρευσας, καὶ συνεπόδισας τοὺς ἐπαναστάμενους ἐπὶ ἐμὲ ὑποκάτω μου. Ἀλλ' ἐφ' ἕτερα καὶ πάλιν ὁ Μαξιμιανὸς ἐχώρει, καὶ χαλκᾶς περικνημίδας ἐκπυρωθείσας, ὑποδεθῆναι προστάττει τῷ Μάρτυρι. Ὅπερ οὖν ὡς ἐκέλευσε γεγονὸς, καὶ τῶν μακαρίων ἐκείνων ποδῶν τὸ σφοδρότατον δὴ τοῦτο καὶ εἰς ὀδύνης λόγον ἀφορητότατον τὰς πεπυρωμένας κνημῖδας ἁρμωσαμένων, θεία τις ἄνωθεν τῷ γενναίῳ χάρις ἐφίπταται, καὶ φωνῆς ἐκεῖθεν ἐπὶ μᾶλλον αὐτὸν ἐνισχυούσης ἀκούει, καὶ τὴν νίκην παρεγγυώσης, καὶ τὰ ἔπαθλα ἐπισχνουμένης, καὶ ὅσον οὐδέπω χεῖρα ὀρεγούσης στεφανηφόρον. Καὶ ἡ φωνὴ πρὸς τὸ εὐθυμώτερον αὐτοῦ τὴν ψυχὴν μεταβάλλει, καὶ φαιδροτέραν διατίθησι τοῦ προσώπου τὴν ὥραν, καί τι καὶ μειδίαμα χάριεν τοῖς χείλεσιν ἐμφανίζει, τὴν ἔνδον τῆς καρδίας γαλήνην ἀποσημαίνων.

C *ocreis æneis ignitis induitur,*

tyranno insultans

10 Ταῦτα οὖν ὁρῶν ὁ Μαξιμιανὸς ἐξεπλήττετο μὲν, ὥσπερ εἰκός· τί γὰρ οὐκ ἔμελλε; διέτυρε ὅμως τὸ πρᾶγμα, καὶ γοητείαν ἐκάλει, καὶ τὴν αἰτίαν ἀνεπυνθάνετο. Ὁ δὲ Δίκαιος, Χρῆστά μοι, ἔφη προοίμια τὰ πάροντα, ὦ Βασιλεῦ, καὶ ἀψευδὴς τῶν μελλόντων ἐπαγγελία· διελέγξω γάρ σε μάτην ἀναφυσώμενον οὐκ εἰς μακρὰν, καὶ θεοὺς οὓς ὀνομάζεις ἀσθενεστέρους πολλῷ δυνάμεως ἀνθρωπίνης καὶ αὐτοὺς ἐπιδείξω, ὡς μεταμελῆσαί σοι τῆς πρὸς ἐμὲ πείρας, καὶ ὅλως ὅτι μὴ θάττον ἡμῶν ἀπηλλάγης ζημίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν κρῖναι. Τούτοις ὀξὺ κινηθεὶς Μαξιμιανὸς, κελεύει ἐπὶ τρόχου τὸν Μάρτυρα διαδεθέντα, συστρέφεσθαι μὲν συνεχῶς τῷ τρόχῳ, λαμπάσι δὲ πυρὸς τὰς σάρκας αὐτοῦ καταδαπανᾶσθαι καὶ διατήκεσθαι. Μαξιμιανῷ μὲν οὖν ἔργον ἡ πρόσταξις ἦν, καὶ διὰ χειρὸς ἔχοντες οἱ δήμιοι τὰς λαμπάδας προσήεσαν κατὰ τοῦ τρόχου τεταμένῳ τῷ Μάρτυρι, πῦρ πνέοντες, πῦρ ὁρῶντες, πῦρ φέροντες, πολλῷ τὰς ψυχὰς ἐπ' αὐτὸν τοῦ ἐν χερσὶ πυρὸς θερμότερον ζέοντες, μονονοὺ φλόγα τὸν ἀθλητὴν ποιῆσαι οἰόμενοι. Ὡς δὲ ἤδη τοῦ τρόχου πλήσιον ἦλθον, ὢ θαυμαστῆς σου περὶ τὸν ἄνδρα Χριστὲ δυνάμεως! ἔστη μὲν ἐκεῖνος εὐθὺς τῆς κινήσεως, οἱ δὲ κατὰ γῆς πίπτουσι, καὶ ὑποῤῥέουσι τῶν χειρῶν αἱ λαμπάδες, αἱ δὲ χεῖρες ἀμελοῦσιν αὐτῶν, καὶ ἔρημαι ἤδη ἀφεῖνται, ὥσπερ ὕπνου τινὸς αὐτὰς καταῤῥαθυμοῦντος.

D *alligatur rotæ lampadibus adurendus:*

sed his extinctis illa immobili permanente,

11 Ἐπὶ τούτοις ὀργὴ λαμβάνει τὸν Βασιλέα, καὶ κακῶς ἔλεγε τοὺς δημίους, ὀλιγωρίαν τε αὐτοῖς τῶν προστάξεων ἐνεκάλει καὶ ἀμέλειαν τῶν ἐν χερσὶ φροντίδων. Καὶ πῶς εἰς τοῦτο τόλμης, ἔλεγεν, ὑμεῖς ἤλθετε, ὅτι καὶ ὄκνος εἷλεν ὑμᾶς, καὶ τοῦτον τοῦ ἡμετέρου προστάγματος ἔθεσθε προτιμότερον, ὡς ἡμετελῆ μὲν τὰ ἐπιταχθέντα καταλιπεῖν, κατακλιθῆναι δὲ τῷ ἐδάφει, ἵνα καὶ ἑαυτοῖς τι χαρίσησθε, καὶ πεπονηκότας ἐκ τοῦ κόπου διαναπαύσητε. Ὁρᾷς ὡς οὐ δὲ ἀναλαβεῖν ἑαυτοὺς δύνανται, οὐ δὲ χρήσασθαι ταῖς χερσὶν εἰς δέον; ἀγνοῶν ὁ μάταιος ὅτι θεία δύναμις ἔσβεσεν αὐτῶν τὴν ἴσχυν, ἀλλ' οὐχὶ ὄκνος. Οἱ δὲ, Οὐ ταῦτα, ὦ Βασιλεῦ, ἀπεκρίναντο, οὐδὲ βραδεῖς περὶ τὰς σὰς προστάξεις ἡμεῖς (μὴ οὕτω μανείημεν) οὐδὲ ὄκνῳ εἴξαμεν, οὐ δὲ ἀπὸ πολλοῦ κόπου ἔκαμον αἱ χεῖρες ἡμῶν· ἀλλὰ φοβερά τις ὄψις οὕτω διέθηκεν, ἡμᾶς τῇ γῇ προσκαταβαλλοῦσα, καὶ περιείμεθα τὰς δεξιὰς, καὶ ἐκμελίμεθα ἤδη καὶ τὸ ὅλον ἄτονοι καθεστήκαμεν· τρεῖς γὰρ ἄνδρες, λευκοὶ μὲν τὴν θέαν, λευκοὶ δὲ τὴν ἀναβολὴν, φοβεροὶ τὸ εἶδος, ἐπιφανέντες ἡμῖν, πικρόν τε εἰς ἡμᾶς καὶ ἄγριον εἶδον, καὶ τὸ ἐπὶ χειρῶν πῦρ καθ' ἡμῶν εὐθὺς ἀπὸ τῶν λαμπάδων ἔπνει, ἔπειτα καλέσαντες ἀποστῆναι Ἀνθίμου, θεράποντα δὲ τοῦ Θεοῦ τοῦτον ἐκάλουν, καταβάλλουσιν ἡμᾶς καὶ οὕτως ὡς ὁρᾷς διατίθεισιν.

E *& lictoribus humo stratis*

ad trium Angelorum conspectum,

12 Οὗτοι μὲν οὖν ἀλλήλοις διελέγοντο ταῦτα· ἐν ὅσῳ δὲ ὁ τρόχος τῆς περιφορᾶς ἠρέμει, καὶ οὐ δὲ τὸ παράπαν εἶχε κινήματος, ἐν τούτῳ θερμοτέραν ὁ Μάρτυς προσέφερε τὴν εὐχαριστίαν, καὶ πλείονος ἐκεῖθεν ἀπέλαυε τῆς χρηστότητος. Μαξιμιανὸς τοίνυν τῆς τῶν δημίων ἀφελείας, ἀλλ' οὐ τῆς μαρτυρικῆς ἐκείνης πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίας δεῖξαι τὸ πρᾶγμα ἐθέλων, κατήγαγεν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ τρόχου, καὶ τὸν διὰ ξίφους, εἴγε μὴ θύσειε, θάνατον αὐτῷ διηπείλει. Ὁ δὲ μείζονος τὴν ἀπειλὴν εὐχαριστίας ὑπόθεσιν ἐποιεῖτο καὶ τὸν χόρον καταλαβεῖν τῶν δισμυρίων Μαρτύρων ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐδέετο, ὡς ἐξεῖναι καὶ αὐτῷ σεμνύνεσθαι καὶ λέγειν, Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἅ μοι ἔδωκε ὁ Θεός. Καὶ ὃς ἐπειδὴ μᾶλλον αὐτῷ κατ' εὐχὴν τὸ τέλος ἑώρα, Οἶδά, φησιν, ὑμῶν τῶν Χριστιανῶν τὸ λίαν δοξομανὲς καὶ φιλότιμον, ὅπως τυχεῖν ὁποίου δήποτε ὀνόματος διὰ τὸ παράβολον τοῦ τολμήματος ὀρεγόμενοι, τὸ κακῶν ἔσχατον ἁπάντων αἱρεῖσθαι τὸν βιαῖον θάνατον· ἀλλ' οὐ χαιρήσεις, φησὶ, τούτου γε ἕνεκεν· ἀλλ' ἐγώ σε πολλαῖς πρότερον περιβαλὼν τιμωρίαις οὕτω τοῦ παρόντος στερήσω φωτὸς, τὸν μὴ τοσαύτης ἡδονῆς τηλικούτου χρήματος ἄξιον. Καὶ ὁ Μάρτυς, Οὐ δὲ γὰρ ἂν ἄλλως, φησὶ, λαμπρότερά μοι πολλῷ παρασκευάσῃς τὰ ἔπαθλα.

F *accepta sententia gladii,*

13 Τί

A

conjicitur in carcerem

13 Τί τὸ μετὰ ταῦτα; Σίδηρος αὐτὸν καὶ ἁλύσεις δεσμοῦσι, καὶ πρὸς τὸ τῶν κακούργων ἄγεται δεσμοτήριον· ἀλλὰ τὰ συνήθει καὶ πάλιν ἐκείνῳ πρὸς τὸν Θεὸν ἡ γλῶττα ὑπῆδε, καὶ τὰς ἁλύσεις ὁμοῦ καὶ τὰ δεσμὰ διαλύεται, οὐδὲ αὐτοὺς τοὺς ἄγοντας αὐτὸν δημίους ἀμετόχους ἀφεῖσα τοῦ θαύματος, ἀλλὰ πρηνεῖς εἶχε τούτους ἡ γῆ, τῷ παραδόξῳ τῆς θέας καταπλαγέντας. Θεία γάρ τις ἄνωθεν χάρις τὸν Μάρτυρα περιπτᾶσα, φῶς τε αὐτῷ λαμπρότατον, οἷον ἐπαφῆκε καὶ τοὺς παραλαβόντας αὐτὸν δημίους, μετὰ τῶν σιδηρῶν ἐκείνων δεσμῶν ὧν περιέκειτο, ἀθρόον δίδωσι τῷ ἐδάφει, μὴ δὲ ὅσον καταμῦσαι φασὶν ἐνεγκόντας. Ὁ Μάρτυς τοίνυν αὐτοὺς ἀναστήσας, ἔχεσθαι τῆς ὁδοῦ ἐπιτρέπει, καὶ τὸ δεσμοτήριον καταλαβόντες, ὁ μὲν ὥσπερ εἰς εὐωχίαν εἴσεισι χαίρων, καὶ τοῖς ἐκεῖσε τὸν τῆς πίστεως ἄρτον προθεὶς καὶ τούτους δεξιωσάμενος τὰ μεγάλα, καὶ τὴν εὐσέβειαν αὐτοῖς προσειπὼν, ὅλως τῷ Χριστῷ οἰκειοῦται καὶ ὑποθετεῖ διὰ τοῦ βαπτίσματος.

divinis signis animatur,

oblatum deorum Sacerdotiū respuit,

B

14 Μαξιμιανὸς δὲ τοῦτο παρὰ τῶν ὑπὸ χεῖρα μαθὼν, καὶ δείσας μὴ πολλοῖς καὶ ἄλλοις αὐτὸν ζημιώσῃ, παρίστησι πάλιν, καὶ ἐπὶ τὸ θῦσαι παρακαλεῖ τοῖς ἐκείνου θεοῖς, ἔνθέν τοι καὶ ἄθλον τοῦ πράγματος τὴν ἱερωσύνην αὐτῷ ὑπισχνεῖτο. Ὁ δὲ μετὰ παῤῥησίας, Ἀλλ' Ἱερεὺς ἔγωγε καὶ πρὸ τῶν σῶν λόγων ἔφη, καὶ Ἱερεὺς τοῦ πρώτου καὶ καλοῦ Ποιμένος καὶ Ἀρχιερέως Χριστοῦ, ὃς οὐ τῆς ἐμῆς μόνου μεταλαμβάνει Σαρκὸς καὶ μέχρις ἐμοῦ κάτεισι δι' ἐμὲ, καὶ ταῦτα Θεὸς ὢν, ἄυλός τε καὶ ἀπερίληπτος, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τέθυκεν ὑπὲρ τῶν προβάτων, καὶ σταυροῦ γεύεται καὶ θανάτου, καὶ τριήμερος ἀνίσταται, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἔνεισι πάλιν, συναναφέρων με τὸν ἐκεῖθεν διὰ τὴν παρακοὴν πεπτωκότα τούτου Ἱερεὺς ἐγὼ, καὶ τούτῳ προσαγαγεῖν ἐμαυτὸν θυσίαν προῄρημαι· τὰ δὲ ὑμέτερα καὶ τῶν ὑμετέρων, ὡς φατὲ θεῶν, νυκτὸς ἄξια καὶ γωνίας, θρηνούμενα διὰ τὴν ἀπώλειαν καὶ τὴν συμφορὰν μᾶλλον ἢ λοιδορούμενα.

EX MS. REG. FR.

tandem capite plexus

15 Τούτοις ὑπερζέσας τὸν θυμὸν Μαξιμιανὸς, κελεύει τὸν γενναῖον Ἄνθιμον τὴν ἐπὶ θάνατον ἄγεσθαι. Ἄγεται τοίνυν ὁ ἀθλητὴς, ἐνακμάζουσαν αὐτῷ τῇ τῶν μελλόντων ἐπαγγελίᾳ ἔχων τὴν ἡδονὴν· καὶ τὸν τύπον καταλαβὼν, ἐν ᾧ διὰ τὸν θάνατον πρὸς τὴν ζωὴν ἔμελλε διαμῆναι, καὶ καιρὸν εἰς προσευχὴν αἰτήσας καὶ λαβὼν, καὶ τὰ τελευταῖα προσευξάμενος καὶ διαλεχθεὶς τῷ Θεῷ, τὴν μακαρίαν ἐκείνην κεφαλὴν ἀφαιρεῖται, τρίτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός. Ἑσπέρας δέ τινες παραγενόμενοι τῶν πιστῶν, καὶ τὸ ἐκείνου σῶμα τὸ τίμιον ἀνελόμενοι, καὶ ὁσίως καὶ λαμπρῶς περιστείλαντες, παρ' αὐτὸν τὸν τῆς τελειώσεως τόπον διαπρεπῶς ἄγαν κατατιθέασι, δοξάζοντες Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὴν μίαν θεότητά τε καὶ βασιλείαν, ᾗ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

honorifice sepelitur.

E

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ
ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΘΕΟΔΩΡΑΣ ΚΑΙ ΔΙΔΥΜΟΥ.

Ex MS. Codice 1660 Bibliothecæ Vaticanæ.

Ad judicem vocata

C

Ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ, ἡγεμονεύοντος τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως Εὐστρατίου, δόγμα ἐξετέθη κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἢ θύειν τοῖς θεοῖς, ἢ τιμωρεῖσθαι. Προκαθίσας δὲ ὁ Ἄρχων ἐπὶ τοῦ βήματος ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως, εἶπεν πρὸς τὴν τάξιν· Τὴν πρώην συλληφθεῖσαν, καὶ ἐν φυλακῇ ἐναποτεθεῖσαν, κάλει Θεοδώραν τὴν ἀείπαιδα. Ἡ τάξις εἶπεν, Ἔστηκεν Θεοδώρα. Ὁ δικαστὴς πρὸς αὐτὴν εἶπεν, Ποίας τύχης τυγχάνεις; Θεοδώρα εἶπεν, Χριστιανή εἰμι. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Ἐλευθέρα, ἢ δούλη; Θεοδώρα εἶπεν· Ἤδη σοι εἶπον ὅτι Χριστιανή εἰμι· Χριστὸς γὰρ παρὼν ἠλευθέρωσέν με ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας· ἐπὶ δὲ τοῦ κόσμου τούτου τοῦ ματαίου, εὐγενῶν γονέων θυγάτηρ εἰμί. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Κάλει τὸν Λογιστὴν τῆς πόλεως. Ἡ τάξις εἶπεν· Ἔστηκεν ὁ Λογιστής. Ὁ δικαστὴς εἶπεν, Εἰπέ μου Λούκιε, τί οἶδας Θεοδώραν τὴν ἀείπαιδα; Λούκιος ἔφη, Δικαστὰ, μὰ τὴν σὴν ὑγείαν καὶ λαμπρότητα, εὐγενεστάτη ἐστὶν καὶ ἀξιόλογος, καὶ πρώτου γένους. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Θεοδώρα, ὡς εὐγενὴς οὖσα διατὶ παρῃτήσω τοῦ γαμηθῆναι; Θεοδώρα εἶπεν· Διὰ τὸν Χριστὸν· παρὼν γὰρ ἐν σώματι ἐν τῷ κόσμῳ, ἐκ τῆς ἀεὶ παρθένου καὶ θεοτόκου γεννηθεὶς, ἀπέστησεν ἡμᾶς ἀπὸ τῆς φθορᾶς, καὶ ζωὴν ἡμῖν αἰώνιον ἐπηγγείλατο, ὅθεν πιστεύω ἐμμένουσα αὐτοῦ τῇ πίστει ἄχραντος διαμεῖναι.

constanter profitetur fidem

& virginitatis propositum,

stuprum minanti

2 Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Ἐκέλευσαν οἱ αὐτοκράτορες Βασιλεῖς, ὑμᾶς τὰς ἀεὶ παρθένους, ἢ θύειν τοῖς θεοῖς, ἢ εἰς ὕβριν παραδίδοσθαι. Θεοδώρα εἶπεν· Νομίζω μὴ ἀγνοεῖν σε, ὅτι ὁ Θεὸς προαιρέσεών ἐστιν, τὴν γὰρ προαίρεσίν μου τὴν σώφρονα οἶδεν ὁ Θεὸς· εἰ δὲ ἀναγκάζεις με τοῦτο ποιῆσαι καὶ ἐκπορνευθῆναι, οὐκ ἔστιν τοῦτο πορνεία, ἀλλὰ βία. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Ἐγὼ γνούς σε ἐλευθέραν καὶ φειδόμενός σου, παραινῶ σοι μὴ φιλονικῆσαι· οὐδὲν γὰρ ὠφελεῖς, μὰ τοὺς γὰρ θεοὺς ἅπαντας· οἱ βασιλεῖς τὴν ἀπόφασιν ταύτην δέδωκαν. Θεοδώρα εἶπεν· Καὶ πρὸ τούτου εἶπόν σοι, ὅτι ὁ Θεὸς προαιρέσεων τυγχάνει· προγνώστης γὰρ ὢν, οἶδεν τὰς διανοίας ἡμῶν, ὅθεν καὶ ἀναγκαζομένη τοῦτο ποιεῖν, οὐχ ἡγοῦμαι πορνείαν· εἰ γὰρ καὶ τὴν κεφαλήν μου θελήσῃς ἐκκόψαι, ἢ χεῖρα, ἢ πόδα, ἢ ὅλον τὸ σῶμα καταλύσαι, τοῦτο βίας σοι συνεργούσης ποιεῖς· ὅθεν καὶ τὸ ἐκπορνευθῆναί με, ὡς σὺ λέγεις, οὐ τῆς ἐμῆς προαιρέσεώς ἐστιν, ἀλλὰ τῆς σῆς βίας· τὸ γὰρ θέλειν ἐμμένειν τῷ Θεῷ, καὶ τῇ ἐπαγγελείᾳ τῆς ἁγνείας ὅσον ἐπὶ τὴν ἐμὴν προαίρεσίν ἐστιν, αὐτῷ δὲ ἀνάκειται ἡ παρθενία μου, αὐτὸς ὁμολογουμένως δεσπότης ἐστὶν, καὶ ὡς θέλει σώζει αὐτοῦ τὸ δῶρον τὸ τῆς παρθενίας μου.

F

respondet vim sibi pro coronâ fore:

3 Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Μὴ θελήσῃς τὸ σεμνόν σου ἐνυβρίσαι, καὶ ἐν ὀνείδει εἶναι τὸν αἰῶνα ὅλον· ὡς γὰρ ἐμαρτύρησέν σοι ὁ Λογιστὴς τῆς πόλεως, εὐγενὴς εἶ καὶ ἀξιόλογος καὶ πρώτου γένους. Θεοδώρα εἶπεν, Ὁμολογείσθω πρῶτον Χριστὸς ὁ Θεὸς, ὁ πᾶσαν εὐγένειαν καὶ τιμὴν διδοὺς, καὶ αὐτὸς οἶδεν τὴν περιστερὰν αὐτοῦ σώαν διατηρῆσαι. Ὁ δικαστὴς εἶπεν, Τί πλανᾶσαι, Θεῷ σταυρωθέντι πιστεύουσα; μὴ δύναταί σε παραδοθεῖσαν

sperare tamen quod ab ea sit servanda à Christo

ΕΧ MS. VATICAN.

θῆσαν εἰς τὸ πορνεῖον ἄσπιλον διατηρῆσαι, μάλισα ἐκ τοιούτων ἀνθρώπων μαινομένων εἰς γυναῖκας. Θεοδώρα εἶπεν, Πιστεύω τῷ Χριστῷ, τῷ σταυρωθέντι ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ὅτι ῥύσεταί με ἐκ τῶν ἀνόμων ἀνδρῶν, καὶ ἄχραντόν με διαφυλάξει ἐμμένουσαν αὐτοῦ τῇ πίστει καὶ μὴ ἀργυμένην αὐτόν.

4 Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Ἀνέχομαί σου φλυαρούσης, βασάνοις δέ σε ὕπω ὑπέβαλον· ἐὰν δὲ ὑπομείνῃς φιλονικοῦσα, πέρνισάς σε ὡς παιδίσκην, τὸ πρόσαγμα τῶν δεσποτῶν ἡμῶν τῶν Βασιλέων ποιήσω εἰς ἐπίδειξιν τῶν λοιπῶν γυναικῶν. Θεοδώρα εἶπεν· Ἑτοίμως ἔχω τὸ σῶμά μου παρασχεῖν σοι, οὗ ἔχεις ἐξουσίαν, τὴν γὰρ ψυχήν μου μόνος ὁ Θεὸς ἐξουσιάσει. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Σκληρότυφλωσατε αὐτὴν εὐτόνως, καὶ εἴπατε αὐτῇ, Μὴ μωρίαν χρῶ, ἀλλ' ἧξον καὶ θῦσον τοῖς θεοῖς. Θεοδώρα εἶπεν· Μὰ τὸν Κύριον, ᾧ θύω, ᾧ δὲ προσκυνῶ δαίμοσιν, τὸν Θεὸν ἔχουσα βοηθόν. Ὁ δικαστὴς εἶπεν, Ἄφρων τί ἀναγκάζεις με ὕβριν σοι ποιῆσαι, γυναικὶ ἀξιολόγῳ· ἄκουσόν μου, ἵνα μὴ ἐμπέσῃς εἰς τοσοῦτον ὄχλον ἐκδεχομένων τὴν κατὰ σοῦ ἀπόφασιν. Θεοδώρα εἶπεν, Οὐκ εἰμὶ ἄφρων, τὸν Θεὸν ὁμολογοῦσα, καὶ αὐτὸν βοηθὸν ἔχουσα· ὦ γὰρ νομίζεις ὕβριν πεποιηκέναι μοι, τιμὴν καὶ δόξαν παρέχει μοι εἰς αἰῶνας αἰώνων.

5 Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Οὐκ ἔτι σε ἀνέχομαι λοιπόν, ἀλλὰ ποιῶ τὸ πρόσαγμα τῶν Βασιλέων· νομίσας γάρ σε πείθεσθαι, ἀνηχόμην σου ἐπὶ πολύ· ἐὰν δὲ ἔλαττον φρονήσῃς τοῦ προσάγματος φειδόμενός σου, εὑρίσκομαι καταφρονῶν τῶν Βασιλέων. Θεοδώρα εἶπεν· Ὥσπερ σὺ δέδοικας τοὺς Βασιλεῖς, καὶ Χριστὸς ποιῆσαι τὸ κελευσθέν σοι ὑπ' αὐτῶν, ὕτως κἀγὼ Χριστὸν μὴ ἀρνήσασθαί μου τὸν Θεόν, φοβοῦμαι γὰρ κἀγὼ καταφρονῆσαι τοῦ ἀληθινοῦ Βασιλέως. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Φιλονικοῦσα παρακούεις τοῦ προσάγματος τῶν αἰωνίων Βασιλέων, κἀμοῦ καταφρονεῖς ὡς ἀνάνδρου· ἀναδίδωμί σοι τρεῖς ἡμέρας, καὶ, μὰ τοὺς θεοὺς ἅπαντας, ὅτι ἐὰν μὴ πείσῃς ἑαυτὴν, καὶ θύσῃς, εἰς τὸ πορνεῖόν σε δίδωμι, ἵνα πᾶσαι αἱ γυναῖκες ὁρῶσάν σε παιδευθῶσιν διὰ τῆς ὕβρεως. Θεοδώρα εἶπεν· Καὶ νῦν ὁ αὐτός ἐστι Θεὸς καὶ πάντοτε, ὁ μὴ συγχωρῶν μοι καταλειπεῖν αὐτὸν, ὅθεν ἑτοίμως ἔχω παρέχειν σοι τὸ σῶμα, ἐμοὶ γὰρ καὶ αἱ τρεῖς ἡμέραι παρελήλυθασιν, ὃ βούλει, ποίει· ἀξιῶ δὲ τηρηθῆναί με ἄχραντον ἕως τῆς ἀποφάσεως ἧς μέλλεις διδόναι.

C Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Θεοδώραν ὑπὸ ἀσφαλῆ φρουρᾷ ἔχετε ἕως ἡμερῶν τριῶν, μή ποτε μεταμεληθεῖσα ἑαυτὴν πείσῃ ἀποστῆναι τῆς τοιαύτης φιλονικίας· κελεύω δὲ μὴ συγχωρεῖσθαι τοῖς θέλουσιν εἰσέρχεσθαι πρὸς αὐτὴν, καὶ σωθῆναι αὐτῇ, διὰ τὸ εὐγενῆ εἶναι αὐτήν.

6 Καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας καθίσας ὁ Ἄρχων εἶπεν· Κάλει Θεοδώραν. Ἡ τάξις εἶπεν· Ἔσηκεν, Κύριε. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Εἰ συνεβουλεύσω καὶ ἔπεισας ἑαυτὴν, θῦσον καὶ ἀπαλλάγηθι, νομίζω γὰρ ἐκ τοῦ ὑπομεῖναί σε αὐτῇ τῇ προαιρέσει μὴ εἶναί σε σώφρονα. Θεοδώρα εἶπεν· Καὶ ἤδη σοι εἶπον, καὶ νῦν εἶπον ταῦτα ὁ παραιτοῦμαι, ὅτι ἡ ἐπαγγελία τῆς Σωφροσύνης διὰ Χριστὸν τὸν Κύριον τὸν κήρυκα τῆς ἀφθαρσίας, καὶ ἡ ὁμολογία μου διὰ αὐτόν ἐστιν τὸν Θεόν· Ὁμολογοῦμαι οὖν Κύριον ὁ Θεὸς δι' ἐμοῦ, καὶ αὐτὸς οἶδεν πῶς διαφυλάξῃ αὐτοῦ τὴν ἀμνάδα. Ὁ δικαστὴς εἶπεν, Μὰ τοὺς θεούς, ἀδιόρθωτόν σου τὸ πρόσαγμα τῶν δεσποτῶν, μή ποτε παρακούσας κινδυνεύσω, τοῦτο ποιῶ εἰς σε, ἐπειδὴ ἑαυτὴν μᾶλλον ἕλῃ δοθῆναι εἰς τὸ πορνεῖον, ἢ θύειν τοῖς θεοῖς· ἴδωμεν εἰ διατηρήσει σε ὁ Χριστός σου, διὰ τὴν φιλονικίαν σου ἐπέμεινες αὐτῇ. Καὶ εἶπεν ὁ δικαστὴς πρὸς τὴν τάξιν, Δοθήτω εἰς τὸ πορνεῖον. Θεοδώρα εἶπεν· Ὁ Θεός, ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης, ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, ὁ παρεσώς μοι μέχρι σήμερον, καὶ ἄχραντόν με διατηρήσας διὰ τὴν σὴν ἐπαγγελίαν, αὐτὸς καὶ εἰς τὸ ἑξῆς με διαφύλαξον ἐκ τῶν βεβήλων καὶ ἀνόμων χειρῶν, τῶν ἑτοίμως ἐχόντων τὴν σάρκα σου συνθρίσαι.

7 Καὶ ταῦτα εἰποῦσα ἡ σάρξ τοῦ Θεοῦ, ἀνήχθη εἰς τὸ πορνεῖον, καὶ εἰσιοῦσα πάλιν ἀνέτεινεν τὰς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ εἶπεν· Ὁ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βοήθησόν μοι, καὶ ἐξελοῦ ἐκ τῶν κυνῶν τούτων, ὁ βοηθήσας Πέτρῳ ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ ἐξαγαγὼν αὐτὸν ἀνύβριστον ἐκ αὐτῆς, ἐξάγαγέ με ἀνύβριστον ἐνταῦθεν, ἵνα πάντες ἴδωσιν καὶ γνῶσιν ὅτι ἐγὼ δούλη σού εἰμι. Οἱ δὲ ὄχλοι περιεβλέποντο ὡς λύκοι ἀμνάδα, συζητοῦντες, τίς πρῶτος εἰσέλθῃ πρὸς αὐτὴν, καὶ ὡς κύνες θήραν εὑρόντες, ὡς ἱέρακες περιστερὰν, ὕτως ἐπήγοντο πρὸς αὐτήν. Ὁ δὲ Χριστὸς οὐ τότε ἤγειρεν, ἀλλὰ προετοιμάσας τινὰς τῶν ὁμοφύλων ἀδελφῶν, ἐξαπέστειλεν πρὸς αὐτήν. Καὶ γάρ τις τῶν εὐλαβεστάτων ἀδελφῶν, εἰδὼς καλῶς πραγματεύεσθαι τὰ τοῦ Κυρίου, καὶ γινώσκων πῶς δεῖ πλουτεῖν κατὰ Θεὸν, πλεονέκτης ὑπάρχων ἀνθρωπος καὶ ἄρπαξ τῶν καλῶν, διπλοῦν μαρτύριον ἑαυτῷ προξενήσας, καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εὐκαίρως ἁρπάσας, ἐνδυσάμενος στρατιώτου σχῆμα, ἐπεισῆλθε πρῶτος πρὸς αὐτήν, ὡς εἷς τῶν ἀναδόχων. Ἡ δὲ ἁγία Θεοδώρα ἰδοῦσα τὸ ξένον σχῆμα αὐτοῦ ἐξενίζετο· ἦν γὰρ τὰ προκείμενα ὕβρεως μεσά· ὅθεν διαπορουμένη περιείη εἰς τὰς γωνίας, διαλογιζομένη, εἰ ἄρα ἐγκαταλέλειπτο ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ.

8 Ὁ δὲ ἅγιος Δίδυμος, ὡς γνήσιος ἀδελφὸς ἤρξατο λέγειν πρὸς αὐτήν, Οὐκ εἰμὶ ὃ ὁρᾷς· ἔξωθεν γὰρ λύκος φαίνομαι, ἔσωθεν πρόβατόν εἰμι πραῦον· μὴ βλέπε μου τὰ ἔξωθεν ἱμάτια, ἀλλὰ τὸν ἔνδοθεν προθυμίαν· ἀδελφός εἰμι σου ἀμοιρίῳ σχήματι, θρὸς εἰμι κατὰ τοῦ διαβόλου, φέρων τὰ ἱμάτια τῶν ἐκείνου ὑπηρετῶν, ἵνα λάθω εἰσερχόμενος· ὑπὸ γὰρ ἄλλων κατασκοπούμενος πάρειμι, σώζων τοῦ Δεσπότου μου τὸ χειμήλιον, τὸν τοῦ Θεοῦ περισεράν. Ἀλλὰ δεῦρο, ἀλλάξωμεν τὸ ἔνθυμα, σοὶ δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸν νίκων, ἐμὲ δὲ σέφει ὁ ἅγιος καὶ ἄμωμος Ἀμνὸς, ὁ αἴρων τὰ ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Ἐξελθέ σου πρὸς τὸν Δεσπότην, ἐγὼ μένω διὰ τὸν Δεσπότην· αὐτά μου ταῦτα ἱμάτια, ἃ ἐφορέθης, ἔνδυσαι· γενοῦ ἀντὶ ἐμοῦ κατὰ τὸν Ἀποστολικὸν λόγον, γίνεσθε ὡς ἐγὼ, ὅτι κἀγὼ ὡς ὑμεῖς. Ὁ μὲν ταῦτα εἶπεν, ἡ δὲ προθύμως ἐπείθετο· ἔγνω γὰρ ὅτι ὁ ἀποστείλας εἰς λάκκον λεόντων τὸν Ἀμβακοὺμ πρὸς τὸ μεταδοῦναι τροφῆς τῷ Συμπροφήτῃ Δανιὴλ ὁ καὶ τοὺς λέοντας φιμώσας Θεὸς, καὶ νῦν ἀπέστειλεν στρατιώτου, ἵνα ἐν τῷ σχήματι αὐτοῦ κρυπτομένη διασωθῇ.

9 Καὶ ἡ μὲν παρθένος, λαβοῦσα τοῦ στρατιώτου τὸ σχῆμα, κνημίδες ἐσκέπασεν ἑαυτὴν ὡς εἰώθασιν στρατιῶται, καὶ τὰ λοιπὰ δὲ πάντα ἀμφιασαμένη, ἐπέθηκεν τῇ κεφαλῇ περικεφαλαίαν, καὶ λαβοῦσα τὰ ὅπλα αὐτοῦ, καθ' ὥσπερ ὁ ἐπισὰς πρὸς αὐτὴν ἐνετείλατο, ὕτως τῷ ὁμοίῳ σχήματι ἐξῆλθεν· παρήγγειλεν δὲ αὐτῇ μηδενὶ ἐμβλέψαι διὰ τὸν τόλμαν τῶν λυκῶν, καὶ μηδενὶ φθέγξασθαι, ἀλλ' εὐθεῖαν πορείαν ἐπὶ τὸν πύλην καὶ ὁδὸν Ἰησοῦν ποιήσασθαι. Καὶ ἡ μὲν ἐξελθοῦσα, ὡς περισερὰ τὰ πτερὰ πρὸς οὐρανὸν κινήσασα ἐκ σώματος ἱεράκων, ἢ ἐκ σώματος λεόντων ὡς ἀμνὰς ἀπέφυγεν· ὁ δὲ ἀδελφὸς ἐκαθέζετο, ἀμεριμνίαν ἔχων περὶ

damnatur ad lupanar.

itaque contemnit lupanar comminantem.

quo inducta orat Deum ut se servet,

post eam ingrediens S. Didymus habitu militari

eamdem suo aspectu conturbatam

solatur,

mutataque veste

emittit

inducias tridui oblatas recusat.

Iisdem transactis

iterum sistitur Iudici

suamque fiduciam in Christum collocans

A περὶ τ ἀδελφῆς, τὸ πνευματικὸν ἄρισον περιμνύων· περιζοσάμνυ δὲ τὸ ἐπίβλημα τ κεφαλῆς, ἐκαθέζετο· ἦν δὲ ἐσεφανομνύ , ὡς νικήσας τὸν ἀγτίπαλον.

10 Ὡς δὲ προείη ὁ χρόν , καί τις τ δαμονιόνλων τ ἀκολασίας δῦλ ὢν ἀναδὴς, ἐτόλμησεν εἰσελθεῖν εἰς τὸ ἀμνάδα, καὶ εὗρεν ἄνδρα ἀντὶ παρθένυ, ἐκπλαγεὶς δὲ, εἶπεν πρὸς αὐτὸν, Ἆρα καὶ παρθένυς εἰς ἄνδρας μεταβάλλει ὁ Ἰησῦς. Ὁ εἰσελθὼν στρατιώτης προ ἐμοῦ ἐξῆλθεν· τίς οὖν ἐστιν ὁ καθεζόμνυ ; ποῦ δὲ ἡ ἐγκλειθεῖσα παρθέν ; ἤκυον ὅτι μετέβαλέν ποτε ὕδωρ εἰς οἶνον ὁ Ἰησῦς, νυῖ δὲ τὸ μεῖζον ὁρῶ, εἰς ἄνδρα μεταβαλὴν τὸ παρθένον, φοβοῦμαι μὴ κἀμὲ μεταβαλὴ εἰς γυναῖκα. Ὁ δὲ τὸ ἀδελφὸ εὐκαίρως κλέψας, οὐκ ἔκρυψεν ἑαυτοῦ τὸ δράμα, ἀλλὰ μεγάλῃ τῇ φωνῇ εἶπεν· Οὐκ ὠφέλησέν με ὁ Δεσπότης, ἀλλ ἔστρεψεν κἀμὲ κἀκεῖνο· ἵν εἶχετε οὐκ ἔχετε, καὶ ὃν οὐκ εἴχετε ἐλάβετε· ἡ παρθέν παρθέν , ὁ δὲ στρατιώτης ἀθλητὴς Χριστοῦ Ἰησοῦ.

11 Καὶ ἐξελθὼν ὁ ἐπεισελθὼν, ἐμυήσεν τὸ γεγενημνον. Ὅθεν ἀκύσας ὁ Ἄρχων, ἐκέλευσεν αὐτὸν παραστῶαι τῷ βήματι. Καὶ εἰσελθόντ αὐτ, ἠρώτα αὐτὸν ὁ δικαστὴς, Τίς λέγ ; Ὁ δὲ ἔφη, Δίδυμ . Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Τίς σοι ὑπέβαλεν τοῦτο ποιῆσαι, καὶ καταφρονῆσά μ ; Δίδυμ εἶπεν· Ὁ Θεὸς ἐξαπέστειλεν ἵνα τοῦτο ποιήσω. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Ὁμολόγησον προ βασάνων, ποῦ ἐστιν ἡ Θεοδῶρα ἡ ἀειπάρθεν ; Δίδυμ εἶπεν· Μὰ τὸν Χριστόν, τὸν υἱὸν τ Θεοῦ, οὐκ οἶδα ποῦ ἔστιν· οἶδα δὲ καὶ πίστιμα, ὅτι δῦλη τοῦ Θεοῦ οὖσα, καὶ ὁμολογήσασα τὸν Θεὸν ἱκανῶς, ἄχραντ διέμεινεν, καὶ ὁ Θεὸς αὐτὴν διεφύλαξεν Ζῶαν καὶ ἀμείαυλον· ὅθεν τὸ γεγενημνον οὐκ ἐμαυτῷ ὑπογράφω, ἀλλὰ τῷ Θεῷ, κατὰ γὰρ τὴν πίστιν αὐτῆς, ἐποίησεν αὐτὴ ὁ Θεὸς, ὡς καὶ αὐτὸς οἶδας ἐὰν θέλῃς ὁμολογῆσαι. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Δίδυμε, ποίας τύχης τυγχάνεις. Δίδυμ εἶπεν· Χριστιανὸς ἐλευθερωθεὶς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Βασανίσατε αὐτὸν διαπαντὸς διὰ τὴν προπέτειαν αὐτοῦ. Δίδυμ εἶπεν· Ἀξίως σωτόμως ποιεῖ τὸ κελευσθὲν ὑπὸ τῶν Βασιλέων σου. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Μὰ τοὺς θεούς, ἀπόκειντάί σοι διπλᾶ βασανιστήρια, ἐὰν μὴ θύσῃς τοῖς θεοῖς, ἵνα καὶ ἡ προτέρα σου τόλμα συγχωρηθῇ.

12 Δίδυμ εἶπεν· Ἐγὼ καὶ δι αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὑπέδειξά σοι, ὅτι τοῦ Θεοῦ εἰμι ἀθλητής, διὰ γὰρ τὸ τέλ τὸ ἀποκείμνόν μοι ἐπεχείρησα τοῦτο ποιῆσαι, ἵνα καὶ ἡ παρθένυ παρθέν εἶ, κἀγὼ τὴν ὁμολογίαν τὴν πρὸς τ Θεὸν ἐκδηλον ποιήσω· ἐμμνῶν γὰρ τῇ πίστει τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐπαισχύνομαι τῶν βασάνων· ὅθεν τὸ παρισάμνόν σοι θᾶττον πόρισον· ἃ θύω γὰρ δαίμοσιν· ἐὰν γὰρ καὶ πυρί με θελήσῃς παραδῶῦαι, δυνατός ἐστιν ὁ Θεὸς ῥύσασθαί με. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Διὰ τὴν τόλμαν σου τὴν τοσαύτην τὴν κεφαλήν σου ἀποτμηθήσῃ· καὶ διὰ τὸ παρακοῦσαί σε τῶν δεσποτῶν ἡμῶν καὶ Βασιλέων, τὸ λείψανόν σου πυρὶ παραδοθήσεται. Δίδυμ εἶπεν· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ τὴν ἐπίνοιάν μου μὴ παραδιδὼν, ὁ καὶ τὴν θέλησίν σου Θεοδῶραν Ζῶαν διατηρήσας, καὶ ἐμὲ διὰ δύο τιμωριῶν σέψας. Καὶ λαβὼν τὴν ἀπόφασιν, ἀπεκεφαλίσθη, εἶθ ὕστος τὸ Σῶμα αὐτοῦ πυρὶ παρεδόθη. Ἐμαρτύρησεν δὲ ὁ ἅγι Δίδυμ νόννας ἀπριλλίας, τουτέστιν ἀπριλλίῳ ε, βασιλεύοντ τῶν τοῖς ὑρανοῖς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα Σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νυῖ καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ipse vero pro ea manens — *& tormenta contemnens* — *hilariter excipit mortis sententiam.* — *atque ad judicem adductus* — *frustraque de Theodora interrogatus*

EX MS. VATICAN.

MARTYRION TOU AGIOU IEROMARTYROS

ΠΑΤΡΙΚΙΟΥ,

EPISKOPOU PROUSHS.

Ex MS. Bibliothecæ Laurentianæ Florentiæ, Pluteo 14 Cod. 14.

C *Iulium Proconsulem,*

ΕΝ τῇς ἡμέραις ἐκείναις, ἡγεμονεόντ Ἰουλίου τοῦ Ἀνθυπάτου, καὶ νοσοῦντ τὸν τῶν εἰδώλων μανίαν, ἐλθὼν οὗτ ἐν τοῖς θερμοῖς, ἔθυσεν τῷ Ἀσκληπιῷ καὶ τῇ Ὑγείᾳ· καὶ περφθεὶς ἐν ταῖς πηγαῖς τῶν ζεμάτων, ἐκέλευσεν τεθῆναι αὐτῷ θρόνον· καὶ καθίζοντ αὐτοῦ ἐκέλευσεν ἀχθοῦαι τὸν ὅσιον Πατρίκιον. Ἀχθέντ δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βήματ , εἶπεν πρὸς αὐτὸν Ἰούλι ὁ Ὑπατικός· Ἴδε τὴν ἐνέργειαν τῶν θεῶν σὺ, ὁ τὸν Χριστὸν ὀνομαζόμν , ὁ τῇ ματαίᾳ μυθολογίᾳ προσεπηκώς. Ἴδε τὴν προνοιαν τῶν θεῶν, καὶ τὴν δεδωρημνην σοι εὐεργεσίαν. Ἴδε τὴν τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀσκληπίου χάριν καὶ δυνάμιν, καὶ προσκυνήσον αὐτῷ, ἵνα καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῶν αἰσχισμῶν ἀπαλλαγῇς, καὶ ἐν εὐσεθίᾳ διαξῇς τὸν λοιπὸν, καὶ ἀδεῶς τὴν ἑαυτοῦ οἰκήσῃς πατρίδα.

Deos suos ob thermarum virtutem laudantem

2 Πατρίκι Ἐπίσκοπ εἶπεν· Ὦ πόσα ἐν ὀλίγοις ἐφθέγξω κακὰ, καὶ μυρίων θανάτων ἐν βραχεῖ λόγῳ ἀνόμβρισας πηγῶ. Ἰούλι Ὑπατικὸς εἶπεν Τί γὰρ κακὸν ἐλάλησα, ἄθλιε, ὅτι ὕτως σωφελοῦμαι ; Πατρίκι εἶπεν· Λαμπρότατε Ὑπατικὲ, εἰ μακροθύμως καὶ νυνεχῶς ἀκοῦσαι θέλεις, διδάσκω σε περὶ τῶν πηγῶν τοῦ ζέματος τούτου. Ὁ Ὑπατικὸς εἶπεν· Τίνα τεκομψευμνον μῦθον μαθὼν εἰπεῖν θέλεις, ὅμως εἰπὲ, ἵνα γνῶ τί λέγεις· Πατρίκι εἶπεν· Οὐχ ὕτως. Ὁ Ὑπατικὸς εἶπεν· Ἀλλὰ πῶς; Ἐπαγγέλῃ ἄλλῳ τινὰ διήγησιν περὶ τῶν θερμῶν τούτων ; Πατρίκι εἶπεν· Χριστιανός εἰμι, καὶ γνῶσις θεῶν μυστηρίων ἐν παντὶ ἀνθρώπῳ, τῷ τὸν Θεὸν γνωρίζοντι τὸν ἀληθινόν, ὅτι· διὸ κἀγὼ, ἁμαρτωλὸς καὶ δῦλ τοῦ Χριστοῦ, τὴν ἀλήθειαν ὑπὲρ τούτων οἶδα.

redarguit,

deque earum origine

3 Ὁ Ὑπατικὸς εἶπεν· Τῶν ἀρχαίων φιλοσόφων πλέων τις εὐαγγέλῃ εἶναι. Πατρίκι εἶπεν· Ἡ Σοφία τοῦ κόσμου τούτου, μωρία παρὰ τῷ θεῷ ἐστιν· γέγραπται γάρ· Ὁ δραστόμν τοὺς Σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν. Καὶ πάλιν, εὐχαριστῶν τῷ ἑαυτοῦ πατρὶ ὁ Χριστὸς λέγει· Εὐχαριστῶ σοι, πάτερ, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ Σοφῶν καὶ Συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις· ναὶ, ὁ πατὴρ, ὅτι ὕτως ἐγένετο

veram rationem se redditurum promittit.

EX MS. LORENT.

νετο εὐδοκία ἔμπροσέν σου· καὶ πάλιν ὁ Ἀπόστολος, Οὐκ ἔγνωσαν τὴν ἀλήθειαν, εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. Ὁ Ὑπατικὸς εἶπεν· Μεγάλα τινὰ κομβολογεῖς· πλὴν ἀκούσομεν τὶ εὐαγγέλλῃ διδάσκειν ἡμᾶς. Εἶπε τοιγαροῦν, πόθεν τὸ ζέμα τοῦτο; τίνος οὖν ἐνεργείᾳ ἐκπυρούμενον τὸ ὕδωρ οὕτω βράζει; Ἐγὼ γάρ φημι, τοῦτο αὐτόματον εἶναι τῇ τῶν θεῶν προνοίᾳ δεδωρημένον εἰς ὑγείαν τοῖς ἀνθρώποις.

explicat quomodo universi conditor,

4 Πατρίκιος εἶπεν· Κέλευσον Ὑπατικὲ τὰ παραπετάσματα ἐπαρθῆναι, ἵνα πάντες ἀκούσωσιν. Κελεύσαντος δὲ τοῦ Ὑπατικοῦ, ἐπήρθη τὰ παραπέτασμαλα, καὶ οἱ ὄχλοι ἐπλήρωσαν τὸν τόπον. Τότε Πατρίκιος, μεγάλῃ τῇ φωνῇ χρησάμενος, εἶπεν· Ὁ Θεὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὁ αἰώνιος, ὁ τῇ ἀγαθότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ποιήσας διὰ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ, ὁ κτίσας πῦρ καὶ ὕδωρ ἐξ ἀφανῶν καὶ οὐκ οὐσῶν οὐσιῶν, ἐκ μὲν τοῦ πυρὸς φῶς καὶ ἥλιον καὶ τοὺς λοιποὺς φοστῆρας κατασκευάσας, λόγῳ προσετάξεν αὐτοὺς ἡμέραν καὶ νύκτα δαδουχεῖν (τοσαύτη γὰρ αὐτοῦ ἡ δύναμις ὅσον καὶ τὸ θέλημα) ἐκ δὲ τῶν ὑδάτων τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ Συμπήξας, καὶ γῆν ἐπάνω τῶν ὑδάτων ἐδράσας, ἐποίησεν τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα προγνωστικῇ καὶ προνοητικῇ ἐνεργείᾳ, ἵνα ὁ μέλλων παρ' αὐτοῦ διαπλάττεσθαι ἄνθρωπος, μηδενὸς τῶν Συμφερόντων εἰς χρῆσιν ὑστερῆται. Καὶ προγινώσκων πάλιν ὅτι πανοργίσουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν ἑαυτῶν δεσπότην Θεὸν καὶ ποιητὴν, καὶ ὅτι ἀφέντες τὸν ἀληθῶς ὄντα Θεὸν, τοῖς μὴ οὖσι δουλεύσουσι θεοῖς, εὐτρέπισεν ἑτέρους δύο τόπους, καὶ τὸν μὲν ἁπάντων τῶν ἀνεικάστων ἀγαθῶν ἔμπλεων, ἐν φωτὶ ἀϊδίῳ καταλάμπεσθαι ἐποίησεν, τὸν δὲ ἕτερον Σκότους καὶ κολάσεως αἰωνίου πυρός· ἵνα οἱ μὲν εὐαρηστήσαντες αὐτῷ, τὸν τῶν ἀγαθῶν μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἀπολαβόντες, τόπον ἐν φωτὶ διάγειν μέλλουσιν· οἱ δὲ παροργίσαντες αὐτὸν, τὸν ἐν Σκότει παντοίων κολαστηρίων μετάσχοιεν.

B

cælum piis, impiis infernum condiderit,

5 Διαχωρίσας δὲ τὸ πῦρ καὶ τὸ ὕδωρ, ὥσπερ τὸ φῶς καὶ τὸ Σκότος, ταῦτα κατεκερμάτισεν κατὰ πάσης αὐτοῦ τῆς κτίσεως· καί ἐστι πῦρ καὶ ὕδωρ ὑπεράνω τοῦ στερεώματος τοῦ οὐρανοῦ, καί ἐστι πῦρ καὶ ὕδωρ ὑποκάτω τῆς γῆς· τὸ μὲν γὰρ ἐπάνω τῆς γῆς ὕδωρ Συνήχθη εἰς Συναγωγὴν μίαν, ἐξ οὗπερ ὠνομάσθησαν θάλασσαι· τὸ δὲ ὑποκάτω τῆς γῆς ἔμεινεν, λέγω δὴ τὸ τῶν ἀβύσσων, ἐξ οὗ ὥσπερ Σίφωνες ἀναπέμπονται ἐπὶ γῆς πρὸς ζωὴν ἡμετέραν· ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ τὰ ζέματα ἀναπέμπονται· καὶ τὰ μὲν πορρότερῳ τοῦ κατὰ πυρὸς ἀπέχοντα, διὰ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ περὶ ἡμᾶς πρόνοιαν, ψυχρότερα ἀναδίδονται· τὰ δὲ πλησίον τοῦ πυρὸς, ἐκεῖθεν ἐκπυρούμενα ἀφορήτως, ζέοντα ἀναδίδονται· εἰσὶ δὲ ἔν τισι τόποις καὶ χλεαρὰ, ὡς οὐκ ὀλίγον ἀλλὰ πολὺ ἀπέχοντα τούτου τοῦ πυρός. Τὸ δὲ ὑποκάτω πῦρ κολαστήριόν ἐστι ψυχῶν ἀσεβῶν, ὥσπερ καὶ τὸ καλώτατον ὕδωρ ψυχρότατον, ὃ καὶ εἰς βόλους κρυστάλλου πεπηγὸς, ὁ καὶ τάρταρος ἀναγορεύεται· ἐν ᾧ καὶ ὑμέτεροι θεοὶ καὶ οἱ θεραπεύοντες αὐτοὺς τιμωροῦνται, οὐ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων τιμωρηθήσονται· ὡς καί τις τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἴρηκεν. Οὖρα τὰ γῆς b καὶ πόντοιο οὐδὲν ἢ τὰ ἔσχατα πέρατα γῆς καὶ θαλάσσης· c ἐνῆ Ἰάπετός τε Κρόνος τε ἥμενοι (ἀντὶ τοῦ ἔνθα Ἰάπετός τε Κρόνος τε καθήμενοι· εἰσὶ δὲ ὀνόματα θεῶν) οὔτε αὐγῆσιν ὑπερίνης ἠελίω τέρπονται οὐδὲ τοῖς ἀνέμοις· βαθὺς δὲ τάρταρος περὶ αὐτὸν τόσον ἔνερθεν, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης d· πείσθητι δὲ καὶ τοῦ ἐν Σικελίᾳ καιομένου πυρός. Ὁ Ὑπατικὸς εἶπεν· Ὁ Χριστὸς οὖν ἐποίησεν αὐτὰ καὶ οὐχ οἱ θεοί; Πατρίκιος εἶπεν· Ὁ Χριστὸς ἐποίησεν αὐτὰ καθὼς γέγραπται· Ὅτι πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· οἱ γὰρ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνιά εἰσι· ὁ δὲ Κύριος τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησεν. Ὁ Ὑπατικὸς εἶπεν· Πάλιν οὖν καὶ τοὺς οὐρανοὺς ὁ Χριστὸς ἐποίησεν. Πατρίκιος εἶπεν· Καὶ καθὼς γέγραπται· Ὅτι ὄψομαι τοὺς οὐρανοὺς ἔργα τῶν δακτύλων σου, σελήνην καὶ ἀστέρας ἃ Σὺ ἐθεμελίωσας.

C

& subterranea aquarum ac ignium rereptacula.

b

c

D

d

6 Ὁ Ὑπατικὸς λέγει· Εἰ βάλω σε ἐν τῷ ζέματι τούτῳ οὐ καίῃ ἐπειδὴ ἐκεῖνον λέγεις εἶναι τοῦ ποιήσαντος αὐτὰ καὶ ἐξουθενεῖς τοὺς θεούς; Πατρίκιος εἶπεν· Τοὺς μὴ ὄντας θεοὺς οὐκ ἐξουθενῶ. Τὸ γὰρ μὴ ὂν οὐδεὶς ψέγει· ἐξουσίαν δὲ ἔχει ὁ Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς θεὸς τοῦ Σῶσαί με, θέλων γὰρ δύναται· ἐὰν δὲ βουληθῇ τὴν ἀνάλυσίν μου διὰ τῶν ζεμάτων τούτων γενέσθαι αὐτὸς τὴν ἐξουσίαν ἔχει, καὶ οἶδεν τὰ περὶ ἐμοῦ τοῦ ἀναξίου δούλου αὐτοῦ. Γίνωσκε δὲ Ὑπατικὲ, ὅτι θρὶξ χεφαλῆς παντὸς ἀνθρώπου οὐ μὴ ἀπολῆται ἄνευ τῆς αὐτοῦ θελήσεως, ἀλλ' οὔτε ὄρνεον ἐμπεσεῖται εἰς παγίδα ἄνευ τῆς αὐτοῦ βουλῆς· πληροφορήσθω οὖν πᾶσα ψυχὴ ὅτι ἡ μαρτυρία αὕτη ἀληθής ἐστιν· οἱ δὲ κατά σε λίθοις προσκυνοῦντες τοῖς ψευδωνύμως λεγομένοις θεοῖς· ζοφώδει ταρτάρῳ παραδιδόμενοι κολάζονται.

mortem in ipsis thermis minanti se paratum offert:

E

7 Ὁ δὲ Ἰούλιος ἀκούσας ταῦτα Σφοδρὰ θυμοθεὶς ἐκέλευσεν βληθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ἀναβλύζοντι ζέματι. Ὁ δὲ ὅσιος Πατρίκιος ἀποδυόμενος προσηύξατο λέγων· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, βοήθει μοι τῷ σῷ δούλῳ. Ἀκοντισθέντος δὲ αὐτοῦ, σταγόνες ἀπεραντίσαν ἐκ τοῦ ζέματος καὶ ἔφλεξαν ἀνιάτως τοὺς περιόντας αὐτῷ στρατιώτας. Ὁ δὲ ὅσιος Πατρίκιος εἰσελθὼν ἐν τῷ ζέματι, ὡς εἰς * νεροφόρον ἐνήχετο, ὥρας δὲ πολλῆς διελθούσης, καὶ μηδὲν αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ ζέματος καταβλαβέντος· θεασάμενος ὁ Ἡγεμὼν τὸ γέγονὸς, ὀργισθεὶς ἐπέτρεψεν τοῖς στρατιώταις ἀνηνεγκεῖν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ζέματος, καὶ ὑπομεῖναι τὴν διὰ τοῦ ξίφους ἀναίρεσιν. Ὁ δὲ ἅγιος Πατρίκιος ἐκτείνας τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν προσηύξατο λέγων· Ὁ Θεὸς, ὁ παμβασιλεὺς, ὁ τῇ ἰδίᾳ δυνάμει Συνέχων τὴν ὁρατὴν κτίσιν καὶ ἀόρατον, ὁ ἀκουστὴς τῶν ἐπικαλουμένων σε ἐν ἀληθείᾳ, ὁ ποήσας τὰ ζέματα ταῦτα, πρὸς Σωτηρίαν μὲν τῶν δικαίων, πρὸς τιμωρίαν δὲ τῶν ἀδίκων, παράστηθί μοι ἐν τῇ τελειότητι τῆς ἐν σοι πίστεως, καὶ ἀξίωσόν με τοῦ βραβείου τῆς ἄνω κλήσεως. Καὶ πληρώσαντος αὐτοῦ τὸ Ἀμήν, μετὰ τὴν εὐχὴν κλίνας γόνην, τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. Οἱ δὲ παρόντες Χριστιανοὶ λαβόντες τὸ λείψανον τοῦ Ὁσίου καὶ κηδεύσαντες καλέθεντο ἐν τῷ εὐρίππῳ τῷ δημοσίῳ. Ἐτελεώθη δὲ ὁ ἅγιος Πατρίκιος μηνὶ Μαΐῳ ἐννεακαιδεκάτῃ, χάριτι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Κριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

*lego ναρο vel νηροφόρος humidum locum

indeque incolumis eductus capite plectitur.

F

a Κομβολογέω *compositum à* Κόμβος nodus & λόγος sermo.

b *MS.* οὔατα *id est* aures: *quas hic metaphorice pro finibus accipi (sicuti apud Pindarum sæpe dicitur* umbilicus terræ *insula* Delos, *pro medio) conarer credere; nisi sucurreret correctio, quam adhibui:* οὖρα *namque dici fines sive*

sive terminos spatii alicujus, testis est mihi Eustathius in lib. 10 Iliados ad hunc versum, Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ ἀπεην ὅσσον τ' ἐπίηρα πέλονται ἡμόνων, *sic inquiens,* εἰσὶ δὲ ἔρα ἡ προπαροξυτόνως ἐπίηρα τὰ ὁρμήματα, ὡς ἀπὸ τοῦ ὀρέγειν *à* procurrendo *seu* prosiliendo *dicta.*

c *Non vacat Poëtas omnes Græcos scrutari ad hunc versum inveniendum: qui forte cum aliis multis Pindari aut Alcæi periit, & habent hi quandoque non absimilia metra. Porro non videtur esse unius Poëtæ locus, sed hemistichia collecta ex variis, nec forte verbotenus omnia.*

d *Hoc ultimum in Hesiodi Theogonia versu* 720 *sic legitur & porro explicatur*

Τόσσον ἔνερθ' ὑπὸ γῆς, ὅσσον οὐρανὸς ἐς' ἀπὸ γαίης.
Ἶσον γὰρ τ' ἀπὸ γῆς ἐς τάρταρον ἠερόεντα.
Ἐννέα γὰρ νύκτας τε καὶ ἤματα χάλκεος ἄκμων,
Οὐρανόθεν καταιὼν δεκάτῃ εἰς γαῖαν ἵκοιτο
Ἐννέα δ' αὖ νύκτας τε καὶ ἤματα χάλκεος ἄκμων,
Ἐκ γαίης κατιὼν, δεκάτῃ ἐς τάρταρον ἵκοι.

Agitur de Titanibus præcipitatis in Tartarũ, dicunturq; aepressi
Tantum infra sub terrã, quantum cælũ distat à terra:
Par enim est spatium à terra in tartarum caliginosum.
Novem enim noctes ac dies, ænea incus
Ex cælo descendens, decimo die ad terram venit:
Novem rursus dies & noctes ænea incus
Ex terra descendens, decimo die ad tartarum venit.

INDEX HISTORICVS
IN VITAS SANCTORVM
TOMI III APRILIS.

CONtinet hic Index propria fere nomina hominum aut populorum, *non tamen* Sanctorum, *quorum in hoc Tomo memoriæ aut res gestæ ex professo illustrantur, de quibus peculiaris index confectus sub initium Tomi proponitur. Nota* † *præposita aliquibus, indicat* Sancti *aut* Beati *titulum illis tribui.*

A

A*Bbo Ep. Autißodori 9 sec.* 379 e
Abdicus Ab. Hispanus 10 sec. 588 c
† *Ablebertus Ep. Cameracensis 7 sec.* 72 c d
Abrahamus Woyva Ep. Vilnæ 17 sec. 18 a
† *Acacius inter SS. Auxiliatores* 149 c
† *Acca Ep. Hagulstadensis 7 sec.* 306 e 309 e
Accardus Ep. Cabilonen. 11 sec. 659 e
Accursius 2 Generalis Ord. Humiliatorum 468 f
Adalbero 1 Ep. Metensis 10 sec. 818 d 820 b
Adalbertus Archiep. Magdeburg. 10 sec. 179 c
Adalbertus ex Præmonstrat. Archiep. Salisburgi 96 a
Adalgagus Ep. Bremensis 611 d
Adela uxor Balduini Pii Com. Flandriæ 459 b e
† *Adelardus Ab. Corbejæ* 171 a
† *Adelbertus M. in Hollandia* 758 b
Adelhelmus Ep. Sagiensis, auctor Vitæ S. Opportunæ 61 c
Ademarus Patriarcha Antiochenus 12 sec. 153 a
Adenulphus Archiep. Capuanus, scriptor Vitæ S. Marci Ep. Atinensis 350 b c
Ado Ab. Molismensis 668 d f 669 a
Adrianus 1 Papa 792 a 793 d 795 b
Adulfus sive Anulfus Comes, pater S. Senorinæ 10 sec. 76 c
Ædulfus R. Merciorum 8 sec. 310 a
† *Ægidius inter SS. Auxiliatores* 149 c
Ægidius Patriarcha Gradensis 13 sec. 134 a
Æmilianus Ep. Germiorum 6 sec. 54 b
† *Aidanus Ep. Lindisfarnensis 7 sec.* 296 c d 315 c
† *Aigulphi monasterium* 663 c 670 d
† *Agathoclia M Syracusis* 360 a
† *Agatho Papa, celebrat Concil. Romæ* 302 d 309 b c
Agilbertus Gallus Ep. in Anglia degit 296 b d f 297
† *Agnetis V. M. brachium Cluniaci* 638 a
† *Agnes de Monte-Politiano* 902 f 934 c d e f 935 a b c
Agnes Bulgarina, mater B. Aldobrandescæ 468 c
Agatho Presb. Agilberti Ep. 7 sec. 296 d
† *Agricola Bononienses* 321 a
† *Agricola Ep. Cabilonen.* 778 b 779 d
† *Agrippinus Ep. Neapolit.* 770 c
Alahis Longobardus, Dux Brixiensis 6 sec. 278 b c d e
† *Albericus Ab. Cistercii* 663 e 664 b d 665 c 666 f 671 e f 672 c
Albertinus percussor S. Petri Mart. 681 c *Ordinem Prædic. ingressus sancte obit* 682 a b
Albertus Ep. Forolivii 13 sec. 11 f
Albertus Ab. Riponen. in Anglia 627 e f
Albertus Valerius Ep. Famagustanus Veronæ 17 sec. 831 c f
Albertus Dux Austriæ 14 sec. 970 c
† *Albinus Ep. Andegaven.* 456 e
Albinus Alcuinus, scriptor Vitæ S. Richarii 441 b
Aldgislus, pater Radbodi R. Frisiæ 7 sec. 301 e
† *Alexandri Reliquiæ Tridenti* 773 d
† *Alexandri & Chrysanthi Reliquiæ Autißiodori* 378 f
Alexander 11 Papa 3 b
Alexander Guidiccionius Ep. Lucæ 16 sec. 499 a
† *Alexandra M. uxor Diocletiani Imp.* 122 c d 131 a
† *Alexius, homilia à S. Adalberto Ep. honoratus* 178 e *ejus ecclesia* 182 f
Alexia, socia S. Catharinæ Senen. 885 b f 907 c 921 c
Alfonsus 6 R. Hispan. addictus S. Hugoni Cluniac. 631 e f 632 a b 656 b
Alfridus R. Nordhumbriæ 7 sec. 296 a c d 297
Alfridus junior R. Nordhumbriæ 7 sec. 307 a e
Almun Camun Aben Amer R. Hispalensis 11 sec. 728 e
Alphonsus Ep. Turiason. 12 sec. 591 b
† *Alpinus Ep. Catalaunen. 5 sec.* 165 c 167 b
† *Alpinus Ep. Catalaunen* 773 f 774 a c d
Altfridus Ep. Monasterienſis 2 e
† *Altmannus Ep. Tridentinus 12 sec.* 772 f 773
Alwina Abb. Berkingen. 6 sec. 781 f
† *Ama sive Amata, soror S. Hoyldis* 774 c 775 d
Amalharius Archiep. Treviren. 8 sec. 805 a c
† *Ambrosio carus S. Severus Ep. Neapol.* 767 b
† *Amandi in Aquitania corpus inventum* 639 c 640 c
Amandus Breytklee mon. Campeduni 9 sec. 793 a b
† *Ambrosius Senen. Ord. Prædicat.* 920 c
Ambrosius Taegius, scriptor Ord. Prædicat. 686 d e

Americanes apud Saracenos quis 146 a
Amiantus Ep. Cinnæ in Galatia 6 ſec. 46 c
Anaſtaſius Imp. defenſor Henotici 367 370 871 e
Andegarius 1 Ab. Campedunenſis 8 ſec. 792 d 794 a
† *Andreæ Apoſt. templum Hagustaldi in Anglia* 300
† *Andreas Cretenſis, ſcriptor Vitæ S Georgii* 102 c f
Andreas R. *Hungariæ* 638 b
Andreas diſcip. S. Theodori Siceotæ 43 b
Andreas ſocius S. Danielis Anachor. M. 4 ſec. 268 c 289 c
Angelelmus Ep. Autiſſiodori 9 ſec. 378 c
Angelina Vannina, Soror de Pœnitentia 914 c
Angelrannus Ab. Centulen. ſcriptor Vitæ S. Richarii carmine 441 c d 459 f
Angelorum templum Peſſinunte in Galatia 52 f
Angelus è ſociis S. Franciſci 985 d
† *Angilbertus Ab. Centulæ* 442 e
Annas R. *apud Anglos 6 ſec.* 780 b
† *Anno Archiep. Colonien. 11 ſec.* 80 f 81 a b c
† *Anſcrida V. Nonantula* 546 d
† *Anſelmus Ep. Archiep. Cantuar.* 639 a 653 e 656 c
Anſo Ab. Lobienſis ſcriptor Vitæ S. Vulfmari & S. Ermini 374 f
† *Anthilia V. Aretii culta* 766 c
† *Antiochus M. frater S. Platonis M.* 57 f
† *Antiochus eremita in Galatia 6 ſec.* 47 f 48
Antiochus Honofrius Decanus Auximi 88 f
Antonia de Orleans, reformatrix Ord. Benedictini 3 d
Antonius Archiep. Dyrachienſis 13 ſec. 134 a
† *Antonius de Padua* 404 c
Antonius Cavalcanti, Maritus B. Helenæ Vtinenſis 256 d
Antonius de Elcis Prior Ord. Prædic. Romæ 971 d
Antonius Venerius, Dux Venetiarum 14 ſec. 998 f
† *Aper Ep. Remen.* 757 c 758 c
† *Aper Ep. Tullenſis* 108 e 760 d
† *Apollinaris M. Remis* 20 a e
Aponoculus Ep. Trevir. an alius à S. Apruncule 30 d e
† *Apronia ſoror S. Apri Ep. Tullen.* 108 f
† *Apronianus* M. 413 b *ejus Reliquiæ Monachii* 983 b
Araldus Ep. Catnoten. 11 ſec. 630 a b
Ardingus Ep. Florentinus 13 ſec. 684 c
Armericus Ep. Pariſien. 14 ſec. 72 b
Aremburgis, mater S. Hugonis Ab. Cluniac. 635 a 636 d 649 a 654 a
Arnoldus Comes de Huin & Gelein 136 c d
Arnulphus, Comes Flandriæ, Bononiam ac Pontivum obtinet 10 ſec. 457 b e f
Arſinus diſcip. S. Theodori Siceotæ 40 annis in columna ſtetit 42 f 43 a b
† *Artemius M.* 416 f
Aſnarus Ep. Calagurritanus 13 ſec. 588 b
† *Athanaſius magus conſligit cum S. Georgio M. & convertitur* 118 119
Auberti Hiſpalenſis liber confictus 271 e d e f
Audebertus Ep. Agennen. 12 ſec. 330 d
Auguſtalis Ep. Galliæ non Hiſpaniæ 5 ſec. 271 c
† *Auguſtinus Novellus* 834 d 835 e
† *Auguſtinus Apoſt. Angliæ* 781 c
Auguſtinus Ep. Salubrienſis 14 ſec. 406 d
Aurelius Verus Imp. etiam Severus dictus 6 a
Aurelius an filius SS. Vitalis & Valeriæ 563 e
Aurelius Ep. Cartaginen. initio 5 ſec. 492
† *Auſtremonius Ep. Arvern.* 651 d
† *Auſtriclinianus in Aquitania* 480 b 461 e
† *Auſtrulphus Ab. Fontanellenſis 8 ſec.* 114 c
Aymardus Ab. Cluniac. 10 ſec. 628 e
Aymericus v *Ab. Caſæ-Dei. Ep. Claromont.* 331

B

Abo Habſpurgicus, Comes Alſatiæ 7 ſec. 431 f 434 e
Bajamontes Vicecomes, Ab. Ciſterc. 13 ſec. 387 e
† *Baldericus Preſb. Remis 7 ſec.* 283 c
Baldricus Laudunenſis Ep. 12 ſec. 343 c
Balduinus Com. Boloniæ dein R. Hieroſolymis 140 c
Balduinus Pius Com. Flandriæ 11 ſec. 459 b e
Balthaſar Mannus Ep. Lucen. 15 ſec. 498 c
Balto Ab. VVeſſebrunen. in Bavaria 12 ſec. 546 e
Baptiſta Mantuanus Carmelita 105 a
† *Barbara inter SS. Auxiliatores* 149 c
Barduccius Florentinus 14 ſec. 939 a, *ſcriptor epiſtolæ de morte S. Catharinæ Senenſis*
Barduccius Senenſis, aſſiſtens S. Catharinæ Senenſis 852 b c
Bartholomæus Dominicus de Senis Ord. Prædicat. 14 ſec. 889 c 917 b f
Bartholomæus Dominici Ord. Præd. 14 ſec. 968 a d 970 d
Bartholomæus Mantuani Ord. Prædic. 14 ſec. 907 a
Bartholomæus de Tolomeis, ſcriptor Vitæ B. Lucheſii 595 c 597 d
† *Baſilanus Ab. CP.* 369 f
† *Batildis Regina, ignara vadis S. Dalfini Annemundi.* 295 c f
Baudonerus Sacerdos Carnotenſis 273 e 274 e
Begardi & Beginæ aberrantes 14 ſec. 872 c f
† *Benedictus 11 Papa* 261 a
Benedictus VII Papa 809 e 810 d 819 c
Benedictus XII Papa 343 d
† *Benedictus inviſitur Floriaci à S. Adalberto Ep.* 194 b
† *Benedictus de Pontio Ep. Portuenſis* 722 b
† *Benedictus Biſcopius* 294 f
Benedictus Ep. Aſculanus 14 ſec. 94 a
† *Benevenutus in Apulia* 528 a
Bernardus Ep. Matiſconen. circa 1100 an. 667 d
Berengarius XIII Magiſter Ord. Prædicatorum 686 b 704 d 707 a
Berengarii hæreſis oppugnata à B. Wolphelmo 79 f 80
† *Bernardinus Senen.* 974 a
† *Bernardus de Tironio* 662 c 824 a c d e 826 b
Bernardus Cardin. Legatus ad Mediolanen. 14 ſec. 384 a
Bernardus Ab. S. Maximini 11 ſec. 78 d
Bernardus Ab. de Taronia in Luſitania Ord. Ciſterc. 546 f
Bernardus de Quintavalle 1 ſocius S. Franciſci 222 c
Bernardus Iuſtinianus ſcriptor Vitæ & Tranſlationum S. Marci 15 ſec. 997 c d 998 f
† *Berno 1 Ab. Cluniacenſis* 662 c
Bernuinus nepos ex ſorore S. VVulfridi 306 a
† *Berta uxor S. Gundeberti* 622
Bertha ſeu Bertrada uxor Pippini Regis 790 e f
Bertha ſanctimonialis ſoror B. VVolphelmi ſcripſit Vitam B. Aleidis 11 ſec. 84 d
Bertherus Dux Campaniæ 7 ſec. 302 b
Bertholdus Ep. Argentinen. 13 ſec. 437 e
Bertramus Reoldi ſcriptor Vitæ S. Francæ 379 f
Bertrandus ſcriptor miraculorum S. Roberti Abbatis Caſæ-Dei 317 b 376 b
BertWaldus aut ByrtWaldus R. *Merciorum 7 ſec.* 305 a
Bindus Bellanti maritus B. Aldobrandeſcæ 468 d
† *Birgitta Suecia* 937 e
† *Birſtanus Ep. VVintonienſis quo die colendus* 4 d
BirthWaldus Archiep. Cantuar. 7 & 8 ſec. 307 e 309 f
Blaſius eremita Senis 477 b
Blatta ſoror S. Theodori Siceotæ an. ætat. 12 monacha 38 d
Boamundus Princ. Antiochiam oppugnat 152 e
† *Bobini reliquiæ Trecis* 29 e
† *Boiſilus Præpoſitus Mailroſen. in Scotia* 314 d
Boleſlaus Dux Poloniæ redimit corpus S. Adalberti 175 a c
Boleſlaus II Pius Dux Bohemiæ 181 f 185 f 195 a 198 b
† *Bonaventuræ colloquium cum B. Ægidio* 236 f
† *Bonifacius Romanus M. Tarſi* 183 d
† *Bonifacius Archiep. Mogunt.* 805 d
Bonifacius Arinenſis Ep. 3 ſec. 343 a
Bonifacius Archidiac. Conſiliarius Papæ 7 ſec. 295 309 c
Boniſima mater S. Zitæ V. 499 f
† *Bonoſius Ep. Treviren.* 30 b
Bonoſus Proconſul in Oriente ſub Phocæ 60 b

Bonus Tribunus Venetiis 9 sec. 353 d
Boso Comes in Belgio 10 sec. 821 a 822 f
Botwinus Ab. Riponen. in Anglia. 627 e f
Brecislaus Dux Poloniæ 11 sec. 202 d
† *Bruno Archiep. Colonien. 10 sec.* 207 c d e 208 f
Burchardus nobilis à B. Volphelmo instructus 85 a

C

Cadelfini familia Veneta 998 b
† *Cæcilia cur pingatur cum organo* 106 c
Cæsar Arenius Ep. Bitecti 16 sec. 532 b
Cæsar Ferierus Ep. Eporediæ 16 sec. 499 a
† *Caidocus Presb. Centulæ* 443 b
Calixtus 11 Papa canonizat S. Hugonem Cluniacensem 659 a
† *Callinicus M. Gangris* 372 a b
† *Candidæ M. Reliquiæ Monachii* 983 b
Carentia sanctimonialis socia S. Francæ 386 c d e f 387 d 388 f
† *Carolus Magnus Imp.* 792 a 793 e 794 804 d e f 805
Carolus filius Caroli Magni 794 c
Carolus Rex Franciæ 14 sec. 937 f 939 e
Carolus 4 Imp. Euangelium S. Marci accipit 345 f
Carolus Dyrrachinus R. Siciliæ 925 b
Carolus à Basilica Petri Ep. Novarien. 16 sec. 763 b 764 a
† *Castulus M. Romæ an. 286* 14 d *cultus Campedun;* 793 c
Cathari hæretici 12 & 13 sec. 679 680 e
† *Catharina Virgo & Martyr* 877 a 882 a 910 f *inter SS. Auxiliatores* 149 c
† *Catharina Suecica* 937 e 939 e
Catharina junior Senis Soror de Pœnitentia 873 a
Catharina filia Tocci, socia S. Catharinæ Senen. 907 c
Catharina Getti Soror de pœnitentia 914 c
† *Ceadda Archiep. Eboracen.* 297 c 298 e 299 a 314 b
† *Ceddi frater S. Ceaddæ 7 sec.* 314 b
Cerdo Episc. Alexandr. sub Trajano 249 c
Cerebrunus Archiep. Toleti 12 sec. 588 a
† *Cevilo Ab. Amarbati, an Ep. Verdensis* 803 c 804 c
Charinus percussor S. Petri Mart. 681 c f
† *Christophorus inter SS. Auxiliatores* 149 c *monasterium in Galatia* 38 e 43 a 57 a
Christophorus Maurus Dux Venetiarum 15 sec. 133 b
Christophorus Prior Carthusiæ 14 sec. 933 d 935 f
Christophorus Grinus Soc. Iesu 17 sec. 983 f
† *Chrodegangus Ep. Meten. 7 sec.* 792 b c
† *Chrysanthi & Alexandri Reliquiæ Autissiodori* 378 f
† *Chrothildis Regina ædificat monasterium S. Georgii* 111 d
† *Claudiæ M. corpus Alexandriæ 9 sec.* 354 d
† *Claudius à S. Cajo Papa instructus & baptizatus* 15
Clemens Alexandrinus scriptor 347 d
† *Colmanus Ep. Lindisfarnen. 7 sec.* 296 d 313 d
† *Columba Abbas in insula Hy.* 313 c 314 e
† *Comitius Mart. sub Claudio Imp.* 722 a
Compagnus Medicus pater B. Francisci Fabrianensis. 958 a b
Conradus Ep. Vltrajectinus 475 a
Conradus monachus Browiller auctor Vitæ B. Volphelmi Abbatis 76 f 77 a
Constantia Regina uxor Licinii Imp. 418 d
† *Constantinus M. cum dracone depictus* 105 e f *ecclesiam S. Georgio construit* 109 d e f
Cornelius Dux Lugduni sub Caracalla 99 100
Cortillus Ep. Verdensis in Saxonia inferiore 549 e
† *Cosmas & Damianus sanant S. Theodorum Siceotam* 41 c
Cosmas pater S. Theodori Siceotæ 34 a
† *Crescentianus M.* 413 b
Crescentius Arelatensis 4 sec. 268 a b
† *Crispini & Crispiniani ecclesia Osnabrugi* 605 e
Cunibertus Rex Longobard. condit monasterium S. Georgii 112 b
† *Cypriani & Iustinæ Reliq. Monachii* 983 b
† *Cyri & Ioannis Reliquiæ Monachii* 983 b c
† *Cyriacus Diac. M.* 413 a c 414 b *inter SS. Auxiliatores.* 149 c
Cyriacus Patriarcha CP. 49 f 51 e 586
† *Cyrilla Virgo filia Decii Imp.* 381 d
Cyrillus Ep. Nicomediæ sub finem 3 sec. 486

D

Dagobertus, prandet cum S. Richario, & monita accipit 445 a b c
Dagobertus Rex Austras. occisus 302
Dalfinus alias Annemundus Archiep. Lugdunen. 296 a c e 296 d
Dalmatius pater S. Hugonis Ab Cluniac. 635 a 636 c 649 a 654 a
Dandulus Dux Venetiarum 14 sec. 998 f
† *Demetrius protector Christianorum in bello* 152 e 153 a
Demetrius Ep. Alexandr. 349 d
Deodatus Ep. Tullen. in Concilio Rom. 302 b 303 b
Deodericus Ep. Metensis 10 sec. 818 b c d
Desiderata conjux Carolo Magni repudiata 790 b c f
Desiderius R. Longobardorum 790 f 791 a b
Desiderius Ab. Casin. amicus S. Hugonis Ab. Cluniac 629 f
† *Deusdedit Archiep. Cantuarien. 7 sec.* 297 b 298 a
Deusdedit Ep. Torcellen. 7 sec. 489 c e
Dicolus Scotus monachus in Sussexia 7 sec. 305 c
Diocletiani persecutio Senatu probante 117 d e f
† *Dioclia M. Pompeiopoli in Cilicia* 4, 4 e
Diogenes an filius SS. Vitalis & Valeriæ 563 e
† *Dionysius inter SS. Auxiliatores* 149 e
Dionysius Ep. an Lucensis 477 a
Dionysius Ep. Alexandr. 349 d
† *Dius fundator Monasterii CP.* 369 f
Dithmarus Ep. Pragen. 180 c
Dodo Ab. S. Sabini in Aquitania 9 sec. 480 e
† *Dominicus* 866 d e 870 871 881 f 903 d 904 a b
Dominicus Bonaventura Fessi, nepos B. Francisci Fabrianensis, ejusque Vitæ scriptor 984 a 985 b
Dominicus Ioannis Mariani de Fabriano 16 sec. 984 a
† *Dometius M. sub Iuliano apostata* 153
Domitius Dux Mauritii Imp. 56 d
† *Domna & Inda* 484 b 486 b e
† *Donatianus Ep. Remensis* 757 c 758 a
† *Donatus Ep. Aretinus 4 sec.* 764 c
Donatus Ep. Senis consecrat Ecclesiam 5 sec. 477 c
Drogo Mat. sonen. 11 sec. 659 e 660 a d
Duumchadus Ab. Hyensis 8 sec. 315 c
Durannus Archiep. Tolosan. 11 sec. 629 c 656 d 650 d 651 c f
Durantes Ab. 2 Casæ-Dei Ep. Claromont 12 sec. 331 c d e
Dyscolius Ep. Remen. 757 e 758 c

E

Eaba uxor Edilwalli R. Sussexiæ 7 sec. 305 c
Eadmerus monachus Cantuar. Scriptor Vitæ S. Wilfridi, Archiep. Cantuar. 293
Eanfleda nupta Oswio Regi Nordhumbriæ 294 e f
† *Eata Abb. Melrosen in Scotia* 314 d
Eberhardus Ab. S. Trudperti 12 sec. 435 c
Ebroinus pater Eilberti Comitis 9 sec. 816 f 822 e
† *Ebulfi ecclesia Moretonii* 334 a 340 f
† *Edelhun Socius S. Egberti Presb.* 313 e f
Edilwallus R. Australium Saxonum 7 sec. 305 c
† *Edmundus R. Oriental. Anglorum M.* 293 f 294 b
Edowardus 3 R. Angliæ institutor Ordinis Garteriani sive Periscelidis 158 f
Edwinus R. Nordumbriæ 7 sec. 294 b
Egbertus R. Cantii 7 sec. 298 a
Egbertus Archiep. Eboracen. 627 b

† *Egbertus Ep. Trevirenſis* 261 e
Egbertus Comes Saxoniæ 9 ſec. 171 b 172 f
Egfridus R. Nordhumbriæ 7 ſec. 299 f 302 a
Eilbertus Comes S. Forannanum excipit 809 d 810 d f 815 c f 817 a 818 a b 819 c 820 d e f 821
Ekhardus, Marchio Miſniæ & Turingiæ. 116 a
Eleuſius Georgius Hegumenus Scriptor Vitæ S. Theodori Siceotæ 32 e 33 c
Elfuinus frater Regum Nordhumbriæ 7 ſec. 301 d
† *Elias Ep. Hieroſolymis* 370 a
Elias Generalis Minorum 239 b
† *Eliſius M. ſub Iuliano Apoſtata* 108 f
† *Eliſabethæ monaſt. Virginum in Italia* 399 f
Elizabeth mater B. Helenæ Vtinenſis 256 e
Elizachar Ab. Centulæ & Gemmetici 448 449 f *alii ejuſdem nominis* 449 f 450 a
† *Eloquii corpus tranſlatum* 809 f 810 e 820 e
Elpidephorus Chriſtianus Nicomediæ ſub Licinio 419 a 420 c d
Elpidia avia S. Theodori Siceotæ 38 e 40 a
Elpidius diſcip. S. Theodori Siceotæ 43 c
Emehardus Ep. Herbipolen: 11 ſec. 85 a 86
Engelmodus Ep. Sueſtionen. 9 ſec. 463 b 464 a
† *Epaphras Ep. Paphi 1 ſec.* 613 e
† *Eraſmus inter SS. Auxiliatores* 149 c
Ercombertus Rex Cantii 7 ſec. 294 f
Erganbaldus Ab. Monaſterii S. Trudperti ſcripſit hujus Vitam 9 ſec. 425 d
Erlulfus Ep. Verdenſis 10 ſec. 804 c
Ermegardis mater S. Roberti Ab. Moliſmen. 669 c
Ermenburgis Regina Nordhumbriæ 7 ſec. 301 a b
† *Erminoldus Ab. à S. Georgio in Fame adiutus* 149
Erneſtus Dux Sueviæ 9 ſec. 793 a b
† *Etelburga Abb. cherteſeyæ* 780 e d 781 b c e
Ethelredæ V. Regina Nordhumbriæ 7 ſec. 300 d f
† *Ethelredus aliis Aitredus R. Merciorum 7 ſec.* 301 c 307 a 309 f
Ethelredus R. Occident. Saxonum, an Sanctus 95 f 96 a
Euagrius diſcip. S. Theodori Siceotæ 43 b
† *Euenici templum in Galatia* 40 e 41 f
Everhardus 4 Ab. Browiller. 11 ſec. 77 a
Eugenius Preſb. Catalaunenſis 5 ſec. 166 c e
Evo 1 Ab. Browiller. 11 ſec. 79 c
Euphemius Ep. CP. 4 ſec. 369 c
Euphratas Præfectus Ancyræ 55 d
† *Eupraxia* 885 d f
† *Eureti M. cultus Iopoli in Galatia* 35 f
† *Euſebius Ep. Vercellenſis 4 ſec.* 270 c
† *Euſicius Preſb. Biturigibus* 547 f
† *Euſtachius M.* 141 b f *Auxiliator* 149 e
Euſtella à S. Eutropio Ep. Santonenſi converſa 735 d
Euſtratius Præſes Alexandriæ ſub Diocletiano 574 e
† *Eutychianus Papa 3 ſec.* 13 *b*
Eutychius Ep. Amaſeæ 4 ſec. 419 c
Ezelo mon. Cluniac. ſcriptor Vitæ S. Hugonis 633 e 634 c f 655 e

F

Fabricius Caraffa Ep. Betuntinus 17 ſec. 533 a
† *Fauſtinus & Iovita MM.* 279 c
Fauſtinus Diac. aut Preſb. Luceferianus 270 b
Fauſtinus mendax hæreticus 4 ſec. 999 a f
Faytinellus Notarius Lucæ 14 ſec. 497 a b c
† *Felix 2 Papa verus* 1000 1001.
† *Felix Ep. M. Cartaginæ* 474 f
Felix Briemius mon. Campeduni 9 ſec. 793 a
† *Ferreolus & Ferrutius MM.* 98 e
† *Fides Virg. & Mart. eccleſia Placentiæ* 399 c f
† *Finanus Ep. Lindisfarnen. 7 ſec.* 313 d
Fingenus R. Momoniæ 7 ſec. 582 d
† *Flavianus Ep. Antiochiæ* 370 d e 371 f 372 e f 373 a b
† *Florentinus Regis Scotiæ filius colitur in diœceſi Tullenſi* 474 b
Florentius de Montmorency Soc. Ieſu. 18 b d
† *Fortunatus Ep. Neapolit.* 770 a
Franciſca ſocia S. Catharinæ Senen. 885 c 938 e
Franciſcus Bembus Ep. Caſtellanus Venetiis 14 ſec. 998 f
Franciſcus Gonzaga Ep. Mantuanus 17 ſec. 722 e
† *Franciſcus Senenſis Ord. Servorum B. M.* 838 f
Franciſcus Caſtilionenſis ſcriptor Vitæ S. Petri Mar. 686 b
Franciſcus Maria Florentinius ſcriptor, an. 1673 mortuus 497 f
Francula Soror SS. Puſinnæ & Lutrudis 166 d
Fredeleidus al. Fredelandus & Ferdinandus R. Hiſpan. 11 ſec. 637 c 638 c d
Fridericus Imp. 15 ſec. 975 b
Fredericus 3 Imp. erigit Ordinem S. Georgii 155 d e f 156
† *Frichorius Preſb. Centulæ* 443 b
† *Frigidianus Ep. Lucæ* 561 a
Frumoldus frater B. Wolphelmi 11 ſec. 84 d e f
Fulcherius Ab. Centulen. 10 ſec. 457 b
Fulcuinus pius Clericus Moris, 10 ſec. 212 f
† *Fulcus Ep. Placentinus Ital. 18 ſec.* 387 e 389 c
Fulgentius Ep. Atinenſis in Campania 1 ſec. 548 c
Furſæus Ep. Hibernus 6 ſec. 581 f

G

† *Gabinius M. frater S. Caii Papæ* 14 e f 15
Galduinus Ab. Centulen 12 ſec. 459 f
† *Gallus Arvernorum Ep.* 30 b
Galterius Archiep. Rotomag. 12 ſec. 823 b
Galterus Ep. Cabilonen. 12 ſec. 667 d e 670 d 672 c
† *Gangulphus ſeu Gendulphus M.* 108 e
Gaſpar Nemius Ep. Antverpiæ, Archiep. Cameraci 17 c 18
† *Gaudentius Ep. Ariminen.* 755 b 756 f
† *Gaudentius Ep. Brixien* 619 a *Corpus tranſlatum* 495
Gaudentius frater S. Adalberti Ep. Pragen. 177 b 186 f 196 f 197 b 202 c 204 c d e
Gaufredus Archiep. Lugdun. 11 ſec. 69 e 660 d
Gaufridus ſeu Godefridus Ep. Burdegal. 10 & 11 ſec. 64 b d
Gaufridus Com. Andegaven. 12 ſec. 634 d f
Gaufridus de Wanchonio Dominus de Thalaberg in Xantonibus 738 e
Gaufridus de Meduana Ep. Andegav. 640 d
Gauſoeranus Ab. Athanacen. circa an. 1100 667 d
† *Gauzelinus Ep. Tullen. 10 ſec.* 207 c
† *Gelaſius Papa de Apocryphis Actis* 100 c
Gelaſius Papa 12 ſec. Cluniaci obit 658 e f
† *Gemelli M. templum Siceone in Galatiâ* 35 c
Gemma Soror de Pœnitentia 14 ſec. 918 a
† *Geminianus Ep. Mutinen.* 755 b 756 f
† *Georgius M. apparet matri S. Theodori Siceotæ* 34 b *& aviæ* 40 a *ejus templum Siceone* 34 e f 45 b *ab eo Theodorus æger ſanatur* 36 c
† *Georgii reliquias impetrat S. Theodorus Siceota* 52 f
Georgius Arianus hoſtis S. Athanaſii 112 e f 113 a b
Georgii Ep. Peſſinunti in Galatia 6 ſec. 52 f
Georgius Cappadox à Phoca Imp. occiſus 57 d e
Gerardus de Venna ſcriptor Vitæ S. Roberti Ab. Caſæ-Dei 316 c 329 b
Geraldus diſc. S. Hugonis Ab. Cluniac. 629 b
Geridus Arabum tyrannus Iconomachus 495 f
Gerberga Regina uxor Ludovici Tranſmarini 206 a
Gerbodo Preſb. Inſulenſis brachium S. Georgii habuit 11 ſec. 134 f 135
† *Germanus Ep. Pariſiis* 111 c
† *Germanus Ep. Autiſſiodoren.* 776 a b c
† *Gervaſius & Protaſius filii SS. Vitalis & Valeriæ* 563 564 565
† *Gervaſii M. Cultus in Luſitania* 983 c
Gilo Cluniacen. ſcriptor Vitæ S. Hugonis Ab. 633 e 634 c 655 e

† *Ge-*

† Giráldus Aurelian. Comes 317 f
Giraldus pater S. Roberti Ab. Caſæ-Dei 317 f
Giſlemarus Vir illuſtris ſub Dagoberto 445 d
† Glaphyra ancilla uxoris Licinii Imperatoris Chriſtiana 416 b 417 418 a
† Glodeſindis 818 d 819 c corpus tranſlatum 820 b
† Glycerius Mart. 21 Decembris 484 b 486 d
† Glycerius Ep. Mediolan. 173 d e
Glycerius vir ſanctus Trapezæ in Galatia 6 ſec. 36 a
† Godefridus Ep. Ambianen. 658 d
Godefridus Comes de Hain & Gelein 13 b c d
† Godigrandus Ep. Sagien. 8 ſec. 62 f 64 65 66 a
Goderannus Ep. Xantonen. 11 ſec. 629 c 657 a
Godeſcalcus Ab. VValciodoren. 11 ſec. 808 a
Godina Abbatiſſa Portugalliæ 74 e
† Gordiani & Epimachi corpora Campidonæ 792 d 793 c 794 a 795 c
Gothefridus Dux Alamannorum 7 ſec. 791 b d
Gratia Ordinis Minorum 13 ſec. 985 b c
† Gratus Ep. Cabilonen. 779 e
† Gratus Diac. Forolivienſis 756 b 757 a
Gregoria mater S. Ioannis Hegum. Catharorum 476 c
† Gregorius VII Papa 81 c diſc. S. Hugonis Ab. Cluniac. 629 d e videt Chriſtum aſſiſtere S. Hugoni Cluniac. 649 e 656 a
Gregorius IX Papa agit cum B. Ægidio minorita 225 d e monita ab eo accipit 227 a mittit Inquiſitores 680 d
Gregorius XI Papa 891 d e 913 c 917 d 918 b 919 a 921 c 924 b d 936 f 963 c 964 c
Gregorius XII Papa 970 e f 971
† Gregorius Thaumaturgus Ep. Neocæſarea 417 b
† Gregorius Decapolita ſcriptor 144 a
Gregorius Cyprius, Patriarcha CP. ſcriptor Vitæ S. Georgii 123
Grimerius Ep. Placentinus 13 ſec. 387 b
Grodobertus Præſes Oximenſis occidit S. Godegrandum Ep. Sagienſem 62 63
Guaramundus Dux Normannorum 9 ſec. 457 a
Guarinus Ep. Ebroicenſis 825 d
Guido qui & Guilielmus Dux Aquitaniæ 11 ſec. 652 e
Guido Ep. Lucenſis 12 ſec. 478 e 479 f
Guidotus Sacchella conſpirat in necem S. Petri Mart. 681 a 698 b
Guigo Com. Albionen. 11 ſec. 653 b
Guilielmus I R. Angliæ Conqueſtor 66 : d
Guilielmus junior R. Angliæ an. 1100 occiſus 639 a 640 b 660 f 661
Guilielmus Ep. Senonen. 12 ſec. 72 b f
Guilielmus Princeps Vernonii 11 ſec. 823 a
Guilielmus Langſtrobin Anglus Eques Hieroſol. 498 c
Guillericus Ab. Ternodoren. circa 1100 an. 670 d
Guita mater S. Antonii Preſb. Lucenſis 476 c
† Gurias, Samonas, Abibus Mart. 140 f 141 b

H

Hatledaldus, in Palatio Pippini Herſtallii 374 d
Haimericus Ab. Aquicinctinus 11 ſec. 136 b
Hariulfus auctor Chronici Centulenſis 441 c
† Harruch. Ab. Amarbarci, an Ep. Verdenſis? 804 a b c
Hartmannus Ab. Tuitienſis 11 ſec. 182 d
Hebrethmus mon. Cluniacen. ſcriptor tranſlationis & miraculorum S. Indaletii 727 a d
Heddius Stephanus ſcriptor Vitæ S. VVilfridi I Archiep. 293
† Helena Trecenſis 773 c
Helinandus Ep. Verdenſis 9 ſec. 804 c
† Heliodorus Altinen. Ep. 489 a c f 490
† Henricus Imperator 81 c
Henricus II Imp. 636 d e obſervat S. Hugonem Cluniac. 630 c d 653 a 655 f
Henricus III Imp. addictus S. Hugoni Ab. Cluniac. 630 d 631 a b 655 f
Henricus IV Imp. 12 ſec. 658 f
Henricus Contarenus Ep. Caſtellanus Venetiis 11 ſec. 352 f 998 b
Henricus Ep. Auguſtanus 17 ſec. 831 e 832 d
Henricus Ab. S. Trudperti 13 ſec. 435 a
Henricus Ab. VValciodoren. 12 ſec 808 a
Henricus Ab. S. Pantaleonis 11 ſec. 78 f
Henricus Albigenſis hæreſeos auctor 680 a
Heraclas Ep. Alexandrinus 349 d
Herbertus Magiſter B. Alcuini 291 e f
Herbertus monachus à Danis occiſus 291 b
Herculanus Ep. Brixienſis 6 ſec. 278 f
Herculanus de Plagali Ord. Minorum 15 ſec. 980 c
† Heribertus Archiep. Colonien. 78 a b 85 e
Hericus Ab. Centulenſis 9 ſec. 447 c
Herigerus Ab. Lobienſis 11 ſec. 462 f 464 a
Herinſindis uxor Eilberti Comitis 813 f 817 a b
Herimannus Archiep. Colonien. 11 ſec. 87 c
Herimannus Ab. S. Pantaleonis Coloniæ 77 a 78 f 87 c
† Hermagoras Ep. Aquileien. 1 ſec. 377 c
Hermannus Marchio, Monachus Cluniaci 343 b
Hermannus Crombach Soc. Ieſu 77 a
Hermon, alias Herminon Ep. Hieroſol. 4 ſec. 546 c
Hucbaldus Ab. in prov. Lindiſi 7 ſec. 314 b
Hezelinus Ep. Sarnen. ſeu Scardenſis 11 ſec. 86 b
Hieronymus Mercurialis Scriptor 753 d
Hilarion mon. Venetus ſcriptor 15 ſec. 104 b c 132 c
† Hilarius Ep. Pictavien. 758 e 762 c d e f
Hilboldus Atrebatenſis ex primis Ciſtercienſibus 672 c
† Hilda Abb. Streneſhala 7 ſec. 296 d
Hildebertus Ep. Cenoman. ſcriptor Vitæ S. Hugonis Abb. Cluniac. 633 e 634
Hildebrandus Ep. Sagienſis, dein Pariſien. 69 d 70 e 71 a
† Hildelitha Abb. Barkinghen. in Anglia 781 f 782 c
Hildephonſus R. Legionis 11 ſec. 637 c 638 d
Hildolphus Archiep. Coloniën. 11 ſec. 81 b d 82 d
Hilduinus Ab. S. Dionyſii 9 ſec. 171 c d
† Hippolyti M. corpus in monaſt. S. Dionyſii 333 e
Hoillus Ep. Cenoman. 11 ſec. 640 d
Honorius 3 Papa Sanctis adſcribit Robertum Ab. Moliſmenſem 678. d
Honorius 4 Papa 872 c f
† Honorius Archiep. Cantuarien. 294 f
Hout-appeliæ Virgines Antverpiæ 17 f
† Hubertus Ep. Leodien. 377 c d
Hubertus Ep. Nepeſinus in Etruria 3 b
Hugo Archiep. Rotomagen. 12 ſec. 823 b 824 c
Hugo Archiep. Veſontionen. 11 ſec. 635 f 636 d 659 e
Hugo Archiep. Lugdunen. 11 ſec. 632 e 665 a b 666 c 667 a b
Hugo Ep. Autiſſiodor. 11 ſec. 635 c
Hugo Ep. Auguſtodun. 11 ſec. 659 d
Hugo Capetus Dux repetit corpora SS. VValarici & Richarii, hoc defert humeris: fit Rex 457 f 458 459 460 a b
Hugo Dux Burgund. 11 ſec. 629 c d 632 c 646 a
Hugo Ab. S. Trudperti 12 ſec 435 e
Hugo Mon. Cluniac. ſcriptor Vitæ S. Hugonis Ab. 634 a 658 c 659 d
Hugo de Lacerta Ord. Grandimontenſis 475 b
Humbertus Archiep. Lugdun. depoſitus 660 d
Humiliatorum Ordo 466
Hunaldus Ab. Moyſiacen. 11 ſec. 651 c
Hungari inſtructi à S. Adalberto Ep. Pragenſi 192 d
Havetbertus Ab. VVirenſis in Anglia 291 c d
† Hygini M. Reliquiæ Monachii 983 b

I

† Iacobum in Galicia viſitat B. Ægidius minorita 221 c
† Iacobus interciſus M. 263 a
Iacobus de Sienno Archiep. Gneſnen. 177 e
Iacobus de Voragine Auctor legendæ aureæ 104 f
Iacobus Bagna Generalis Min. Convent. 94 b
Iacobus Benencaſa pater S. Catharinæ Senenſis 859 c d e f 907 e f
Iacopus Ep. Aretinus 14 ſec. 406 d

† Ianuarii Ep. corpus Neapoli 769 b f 770 a
Iarentio Ab. Divionen. circa 1100 an. 667 d
Imma mater S. Gerardi Ep. Tullen. 206 f
Imma mater B. Hildegardis uxoris Caroli Magni 791 d
Ingelardus Ab. Centulen. 10 sec. 458 b
Ingeramnus socer Ludovici Pii Imp. 8 sec. 794 c
† Innocentius 1 Papa 492 f
Innocentius 4 Papa mittit Inquisitores 680 c d f promovet Ordinem Servorum B. Mariæ 683 e f 684 Sanctis adscribit Petrum Martyrem 700 f 701 702 festum & Officium præscribit 703
Ioanna 1 Regina Siciliæ 14 sec. 925 a 937 e 950 f
Ioanna soror B. Francisci Fabrianensis 984 a
† Ioannes Evangelista 881 b f
Ioannes 6 Papa 7 sec. 300 a 309 b
Ioannes 8 Papa canonizat Episcopos Cabilonen. 778 a 779
Ioannes 22 Papa 872 e f
Ioannes Cantacuzenus Imp. à S. Georgio protectus 151 f
Ioannes Hierosolymorum Ep. à S. Augustino laudatus 492 a
Ioannes Hierosolymitanus Patriarcha 6 sec. 43 f 45 b
Ioannes Pseudo-Patriarcha CP. 9 sec. 496 d
Ioannes Archiep. Arelaten. 97 e
Ioannes Pechamus Archiep. Cantuariæ 13 sec. 260 d
† Ioannes Beverlacen. Archiep. Eborac. 626 c
† Ioannes passus Nicomediæ sub Diocletiano 107 d e f
Ioan. Bapt. Astaldus Ep. Trojanus in Italia 17 sec. 464 c
Ioannes Baptista Tolomæus Ordinis Prædicatorum 14. sec. habetur Beatus 472 d
Ioannes 4 Ep. Constantiæ in Germania. 7 sec 426 b d
Ioannes Offedanus Ep. Nicopolitanus 14 sec. 94 a
Ioannes de Castro arcuato Ep. Parmæ 13 sec. 384 a
† Ioannes Præfectus monast. Siceone in Galatia 7 sec. 58 c
Ioannes Abbas Augiensis & S. Galli Episcopus Constantiensis 7 sec. 792 a
Ioannes Berrerius Ab. institutor Congregationis Fuliensis Ord. Cistercien. 546 f
Ioannes Hypodiaconus CP. 6 sec. 51 e f
Ioannes à Corduba à Saracenis occisus, an Sanctis adscriptus 806 d e
Ioannes Zawaski Palatinus Poloniæ 17 sec. 18 c
Ioannes Presbyter Amasenus scribit Vitam S. Basilei Ep. ab eo in fide instructus 421 f 422 a b d
Ioannes Arca scriptor de Sanctis Sardiniæ 214 a
Ioannes Garzon scriptor Vitæ S. Petri Mart. 686 c
Ioannes ex primis Cisterciensibus 665 c 672 c
† Ioannes a Baculo 88 f
Ioannes Teutonicus Magister Ord. Prædicat. 703 f 704 b
Ioannes Stringa Canonicus S. Marci scriptor 16 sec. 997 c
Ioannes monachus Vallumbros. 14 sec. 964 b d
Ioannes Conversus de Senis Ord. Prædic. 14 sec. 907 b
Ioannes Lombardus pater S. Zitæ V. 499 f
Ioannottus Prior generalis Carthusiæ 935 f
Ioceramnus Ep. Lingonen. 12 sec. 671 e
† Iphigenia V. 381 d
† Irenæus Ep. Lugdunen. 98 a b f
Irenæus magus Africanus Remis 761 c d
Irmingarda uxor Ludovici Pii 795 a d
Isaaci Pontani Calvinistæ blasphemia in S. Georgium 112 e
Isembardus Ep. Aurelianen. 11 sec. 630 b
Isembertus Ab. Lemovic. 12 sec. 480 f
Isengerus Ep. Verdensis 9 sec. 804 c
† Iulianus Brivatensis M. 318 a f 321 a
Iulianus Ep. Halicarnasi 6 sec. 370 e
Iulius Proconsul Bithyniæ 576, 577
Iustinianus Patriciatus Dux Venetiarum 9 sec. 353 c
Iustinianus Imp. templa S. Georgio & aliis extruxit 109 c d

L

Lætaldus ex primis Cistercienſibus 665 c
† Lambertus Ep. Trajecten. 212 b
† Landoaldi corpus translatum 377 f
† Lanfrancus Archiepisc. Cantuar. elevat corpus S. Wilfridi, 911 f 312. a
Lanfrancus Prior de Ponte Ordinis Cistercienſis 14 sec. 380 b 381 e
Lantelmus Archiep. Ebredunen. 326 b 329 a
Lanthildis Abb. in dioec. Sagiensi 474 e
Lapa mater S. Catharinæ Senensis 859 c d 860 a b 861 888 d 889 c e 893 b d 913 e f 914 a b
† Laurentius Iustinianus 998 f
† Lazarus Ep. Mediolan. 173 d e
† Legontius Ep. Treviren. 30 b
Leo 3 Papa 795 b
† Leo 9 Papa Remis Synodum habet 652 f 656 b
Leo Ep. Atinen. in Campania 11 sec. 549 a 550 b 560 d
Leo de Perego Ep. Mediolan. 13 sec. 700 b 704 a
† Leo Ep. Montis-feretrii. 755 b 756 f
Leo Isauricus Imp. iconomachus 496 a
Leo Phocas Dux exercitus contra Bulgaros 10 sec. 137 b
† Leodegarius à S. Memmio conversus 261 d
Leodegarius Archiep. Vienn. 11 sec. 328 d
Leofricus Ep. Exoniensis 408 d
† Leontius Dux exercitus M. 153 e f
Libera soror SS. Pusinnæ & Lutrudis 166 d
† Liberius Papa 261 a Papatum relinquit & resumit 1000 1001
Licinius Imp. curat occidi S. Basileum Ep. 416 b 418 a b misere perit 421 d e
Lucifer pater S. Georgii Saldi Ep. 215 a c
Lucina matrona sepelit Martyres. 414 b
Ludovicus Pius Imp. 788 c 794 corpus translatum Compedonam 789 c d e f inventum 797 c
Ludovicus Balbus R. Galliæ pius erga S. Opportunam 70 e 71 a
Ludovicus Senior R. Germaniæ pius erga S. Opportunam 69 d
Ludovicus VII Iunior, pius erga S. Opportunam 71 e
Ludovicus XI R. Galliæ pius erga S. Deodatum Ab. 273 b
Ludgerus Ep. Vltrajectinus 95 f
Ludovicus Ab. Centulen. 9 sec. 452 c 454 e
Ludovicus Regiensis Cappucinus in Calabria 546 f
† Lugidius Cluainfertensis 580 b
Luidfridus Habspurgicus Comes 434 b f
Luidfridus Ab. S. Martini 722 d
Lullus Archiep. Moguntinus 8 sec. 805 a
Lupus Ep. Cabilonen. 779 e
Lupus Ab. Ferrarien. in Gallia 9 sec. 463 b
Lutrudis mater SS. Pusinnæ, Lutrudis & Hoyldis 166 b
† Lutrudis V. soror S. Pusinnæ 165 c 166 d 169 d e f 170 773 f
† Luttridis V. Essendiæ 96 e
Lysa cognata S. Catharinæ Senensis 861 f 885 b 888 d 889 c 907 e 914 c 935 c 938 e

M

Madelgarius Ep. Laudunensis 6. sec. 37 c
Magdalena Tridini Soror de Pœnitentia 873 b
Magenhildis Soror SS. Pusinnæ & Lutrudis 166 d
† Magnus inter SS. Auxiliatores 149 c
Mahalta Comitissa Barcinon. 10 sec. 266 b
† Majolus Ab. Cluniaci 109 a 628 c
† Mamilianus M. 478 a 479 f
† Manehildis V. Trecis 774 c
Manfredus Clironus conspirat in necem S. Petri Mart. 681 a 698 a b
Manichæi novi 12 & 13 sec. in Italia 679 a b c
† Mansuetus Ep. Tullen. 108 f
Morbodus Archidiac. Andegaven. Ep. Redonen. scriptor Vitæ S. Roberti Ab. Casæ Dei 317 a b c
† Marcella vidua Romana 491 b c
Marcellinus mendax hæreticus 999 e f

† Mar-

† *Marcellus Papa, alius à S.Marcellino* 412 a b c d *hujus Acta illi tributa* 412 f 413 a b c. *Tempus Sedis* 414 d e *An inter utrumque Sedes cessarit 4 annis* 414 f *non est lapsus cum S.Marcellino* 999 f
† *Marcellus Diensis* 321 a
† *Marcus Ioannes consobrinus S. Barnabæ* 331 b c d e 999 a
† *Mardonius & Mygdonius MM.* 486 d
Mares Ep. Dolichæ in Euphratesia 4 sec. 343 b
† *Margarita M. cum dracone picta* 106 d *inter SS. Auxiliatores* 149 c
Margarita mater B.Francisci Fabrianensis 985 a
Margarita V. Ord. Carthusiensis 722 d
Margarita Ord. Cisterc. soror S.Zitæ V. 499 f
† *Maria Magdalena in Balma* 868 f 869 f 881 b 896 f 899 c d e 902 e *sacellum & miracula in Normannia* 823 e 824 a b c d e f 825 b c
Maria, ante Mlada filia Boleslai Pii R. Bohemiæ 96 b
Maria filia Ioannis Comitis Arverniæ 14 sec. 964 c
Maria mater S.Theodori Siceotæ 34 a
Maria Veneta Soror de Pœnitentia 873 a
Marianus Scotus, an Sanctus? 611 e
† *Martialis Apostolus Aquitaniæ* 480 481 *ecclesia Lemovicis* 651 c
† *Martinus Ep. Turonen.* 888 a b
Martinus Archiep. Gnesnen. 11 sec. 177 d
Martinus Ep. Constantiæ in Germania 7 sec. 426 e e
† *Martyrum 20 millia 25 Dec.* 486 d
† *Martyrii Reliquiæ Tridenti* 773 e
† *Maternus Ep. Mediolanen.* 758 f
Mathildis Scota, Regina Angl. uxor Henrici primi 12 sec. 722
† *Matrona CP.* 369 f
Mattheus Vicecomes Mediolani 14 sec. 383 f
Matthæus Rector Misericordiæ Senis 14 sec. 924 e f 919
† *Mauritius protector Christianorum in bello* 152 e
Mauritio Imp. prædictum Imperiū à Theodoro Siceota 44 c *cum eo Imperator agit* 49 f *obitus ejus prædictus* 56 c
Mauritius Ep. Londinen. 11 sec. 783 e
Mauritius Ep. Parisien. 12 sec. 72 b f
† *Maurontus à S.Richario servatur* 444 f *filiarum præfectus sub Dagoberto* 445 d
† *Maurus invisitur in Gallia à S.Adalberto Ep.* 194 b
† *Maximus à S. Cajo Papa instructus & baptizatus* 15 e f 16 a b
Maximus Ep. Alexandr. 349 d
Maximus Ep. Atinonsis 4 sec. 260 c 548 e
Maximus Præses Campaniæ pro Nerone & Domitiano 555 f
Maximilianus 1 Imp. pius erga S. Georgium 157 c d
Meginhardus Ab. Germaniæ 11 sec. 79 f
† *Melchiades Papa non est lapsus cum S. Marcellino* 999 e 1000 a b c
Melias aut Melianus tres Episcopi Alexandrini 1 sec. 348 c 349 b d
† *Mellitus Ep. in Anglia* 781 c
† *Menas M. cultus CP.* 493 c
† *Mercurius M.* 141 b f 153 f
† *Michael Ang. apparens sanat S. Wilfridum* 309 d *monasterium ei in Tirascia fundatum* 813 f
Michaël Ep. Abrincen. 11 sec. 334 b
Michaël Messerottus Ep. Bitecti 17 sec. 528 c
Michaël Ep. Turiason. 12 sec. 591 b c
Miceslaus Dux Poloniæ 10 sec. 175 a
Minna de Berengho Soror de Pœnitentia 873 a
† *Mirocles Ep. Mediolanensis* 723 e
† *Mochemoci ætas correcta* 582 b 583 d
† *Mocius seu Mucius M. CP.* 493 c
Morandus Ab. S.Georgii Majoris Venetiis 13 sec. 134 b
† *Morandus disc. S.Hugonis Ab. Cluniac.* 629 b
Munio Generalis Prædicatorum 13 sec. 872 b f

N

† *Nathanael Apostolus* 4 a
Nerius Landoccius ab epistolis S. Catharinæ Senensis 885 c f 918 c e f 939 d
† *Nicasius Ep. Remen.* 757 c 758 d
† *Nicolaus Ep. Miren.* 796 e 886 f 888 f
Nicolaus Ep. Caprulanus 13 sec. 134 b
Nicolaus Burgensius scriptor Vitæ B.Peregrini Servitæ 836 837 a & *S.Catharinæ Senensis* 854 c
Nicolaus Tuldus à S.Catharina Senen. conversus 910 e f 911 a b
Nicolaus Lancicius Soc. Iesu 17 b 18 b
Nigrannus pater S. Gerardi Ep. Tullen. 206 f
Nicetius Ep. Amaseæ à S.Petro constitutus 417 a
† *Nicetius Ep. Treviren.* 30 b
Nicon Diac. scriptor de rebus S.Richarii 441 f 442 a b
† *Nilus Ab. Cryptæ-Ferratæ* 182 d 196 f
† *Nivardus Ep. Remensis. 7 sec.* 620 c 621 623 b c 624
Norigandus Ep. Æduen. circa 1100 an. 667 d
† *Nortilas Ab. Amarbaci an Ep. Verdensis?* 803 c 804 c
† *Numatius Ep. Arvern. 5 sec.* 494 b d
Nutius Ep. Camerinas 14 sec. 94 a

O

Occialdus Abbas Centulensis 7 sec. 445 d f 446 d
† *Odæ viduæ corpus translatum* 377 e
† *Odilo Ab. Cluniac.* 628 c 635 649 b c 654 b
† *Odo Archiep. Cantuar. transfert corpus S.Wilfridi* 311 d e *scriptor Vitæ ejus* 294 a
Odo Archiep. Rotomagen. 13 sec. 823 b
Odo Ep. Ostien. dein Papa 660 b
Odo Dux Burgundiæ 11 sec. 665 d e 666 c d
† *Odo Ab. Cluniac.* 628 c
Odo ex primis Cistercien sibus 665 c
Odolricus Ep. Brixien. 11 sec. 653 a f
Offa R.Orientalium Anglorum 780 a 781 b
Optimus Consularis sub Decio in Asia 732 f
Origenistarum hæresis in Vrbem illata 491 b & *condemnata* 491 c d e 492 a
Osdrida Regina uxor Ethelredi R.Merciorum 306 b
Osius Ep. Cordubensis 4 sec. 270 e f 271 a b
Osredus R. Nordhumbriæ 8 sec. 310 a
† *Oswaldus R. Nordhumbriæ 7 sec.* 294 b 296 a
† *Oswaldi capella in monast. S. Trudperti* 436 f
Oswenda sanctimonialis soror B.Wolphelmi 11 sec. 84 d
Oswius R.Nordhumbriæ 7 sec. 296 a c e
Othbertus Com.Habspurgi fundator mon.S.Trudperti 424 f 427 f 428 429 432 d e f 433 e
Otto 1 Imp. confirmat donata Campoduno 793 b & *Waliodorum monast.* 816 e
Otto 2 Imp. investit Episcopos 180 e 189 c *infelix ideo in bello* 189 d e *tumba Romæ* 109 c
Otto 3 Imp. pius erga S.Adalbertum Ep. Pragen. 175 b c d 178 a 184 a *Romæ coronatur* 193 e 194 b
Ottricus Archiep. Magdeburg. 10 sec. 180 c

P

† *Pachomius* 896 d e
Paganellus Ep. Lucæ 13 sec. 497 d
† *Pantaleon M.* 141 b f *Auxiliator* 149 c *corpus Col.* 77
† *Papias & Maurus MM.* 413 q
† *Paphnutius Ægyptius M.* 547 e
Parthenius Diac. Amaseæ 419 a 420 d
Paschalis Papa 12 sec. 658 e
Paschalis Venetiarum Dux 975 b
Patareni iidem qui Cathari hæretici 679 b f 680 c
† *Patto Ab. Amarbaci an Ep. Verdensis?* 804 a b c
† *Paulinus Ep. Nolanus* 492 d
† *Paulinus 1 Ep. Lucensis* 478 a b

Paulinus Conſularis Ravennæ 1 aut 2 ſec. 564 b
† *Paulus Apoſt.* 881 b f 903 e f
† *Paulus ſecundus Ep. Brixien.* 619 f
Paulus III Papa inſtituit Ord. Equitum S. Georgii 159 e
Paulus Archiep. Ancyræ 6 ſec. 45 a
Paulus Frigerius ex Congregatione Oratorii ſcriptor Vitæ S. Catharinæ Senenſis 852 d
Petilianus hæreticus Donatiſta 999 f 1000 a
Pelagius Braccarenſis Ep. 12 ſec. 76 a
† *Peregrinus eremita Camaldul.* 472 e
Peregrinus Dandis de Forolivio Prior Servorũ 17 ſec. 840 b
S. Petrus Atini convertit S. Marcum Iudæum & conſtituit ibidem Epiſcopum 544
Petrus 2 Aragoniæ R. inſtitutor Ordinis Equitum S. Georgii de Alfama 159 e
† *Petrus M. Nicomediæ* 486 d
† *Petrus Armengol. Ord S. Mariæ de Mercede* 475 e
† *Petri de Camerata ſanctitas & veneratio* 835 e f
† *Petrus Damianus Cluniaci fuit* 661 d e f
† *Petrus Vrſolus* 997 a
Petrus Aureolus Archiep. Aquenſis 475 c
Petrus Archiep. Neapolit. ſcriptor 13 ſec. 103 f 104 a
Petrus Ab. Forolivii 13 ſec. 751 f
Petrus Ab. S. Illidii 12 ſec. 332 a
Petrus Ab. Trenorcien. circa 1100 an. 667 d
Petrus Quaranta Cancellarius Venetiarum 14 ſec. 998 f
Petrus ex primis Ciſtercienſibus 665 c
Petrus Camerarius Papæ circa 1100 an. 667 d
Petrus Catham ſecundus ſocius S. Franciſci 222 c
Petrus Tudebodus ſcriptor in Terra-ſancta 152 f
Petrus Maria Campi ſcriptor 379 f
Petrus Poſſinus S. I. interpres hiſtoriæ miraculoſæ S. Georgii 136
Petrus Franciſcus Ponzius pater B. Aldobrandeſcæ 468 b
Petrus de Velletro Ord. Prædicat. 14 ſec. 924 b
Petrus de Bruiz hæreticus 12 ſec. 679 f
Phœdimus Ep. Amaſeæ 3 ſec. 417 b
† *Phaletri Acta mendis referta* 273 c d
† *Philaſtrius Ep. Brixienſis 6 ſec.* 276 b
Philippus I R. Fran. addictus S. Hugoni Cluniac. 631 b c d
† *Philippus Ord. Servorum B. M.* 838 f
Philumenus Presb. in Galatia 6 ſec. 38 f 39 c 41 f 46 f
Phocas Imp. à S. Theodoro Siceota ſanatur 58 e
Pippinus Brevis quo anno creatus Rex 377 a d
Pippinus filius Caroli Magni R. Italiæ 795 e
Pius 2 Papa Sanctis adſcribit S. Catharinam Senen. 973; 976 f *ordinat ejus officium* 851 b c *ejus anima viſa in cælum deferri* 472 b 473 d
† *Plato M. Ancyræ, templum Anaſtaſiopoli* 45 d 47 b *Cadoſiæ* 53 a
† *Polycarpus Presb. M. cum S. Sebaſtiano* 13 f 14
† *Polyeuctus miles M. in Armenia* 12 c e
† *Pompoſius Ep. Neapolitanus* 723 a
Pontius Ep. Bellicen. circa 1100 an. 667 d
Pontius Ab. Cluniacen. 12 ſec. 633 d 634 b e 658 e
Pontius Ab. Caſæ-Dei dein Ep. Anicienſis 232 b c d
† *Privatus Mimatenſis* 321 a 333 e
Probus Præſes in Pannonia ſub Diocletiano 566 567
Procopius Diac. ſcriptor Vitæ S. Marci 345 a
Projectus pater S. Marcellini Papæ 413 c
† *Potiti M. Monaſterium Neapoli* 769 c 770 b

Q

† *Quintini Eccleſia Parmæ* 382 f
Quintius Chriſtianus Amaſeæ 4 ſec. 418 e

R

† *Ragenfredis filia B. Adelberti Comitis* 72 a
† *Ragenfredis Abbatiſſa Dononii in Hannonia* 624 a
Ragnerius Zacconus Inquiſitor Ordinis Prædicatorum 679 a 680 d f
Raimundus Comes Lemovicen. 9 ſec. 480 d
Raimundus à S. Ægidio Com. Toloſanus 12 ſec. 330 b c
Raimoldus de Veſinis 14 ſec. 950 f
Raingardis mater S. Roberti Ab. Caſæ-Dei 317 f
† *Rampertus Ep. Brixien. 9 ſec.* 279 f
Rampertus Habſpurgi Comes 9 ſec. 433 f 434 e
† *Raphael Archangelus* 3 a
Raymundus Berengarius 2 Com. Barcinon. 10 ſec. 266 e
† *Raymundus Placentinus in Italia* 379 c
Raymundus de Vinea Ord. Prædicat. Generalis & Confeſſarius S. Catharinæ Senenſis, hujus Vitam ſcribit 851 c e f 853 a 967 d
Raymundus de Turena nepos Gregorii XI Papæ 963 e
Raynaldus Belnenſis Vice-Comes 11 ſec. 666 b
Raynaldus Ab. Vezeliacen. ſcriptor Vitæ S. Hugonis Abbatis Cluniac. patrui 633 f 648 e f
† *Regina uxor B. Adelberti Comitis Auſtrobandiæ* 72 a e f
† *Remigii corpus tranſlatum* 656 b
Renco Ep. Claromont. 11 ſec. 321 e
† *Reolus Ep. Remenſis 7 ſec.* 620 e 623 b c 624 a
Reparatus diſcip. S. Theodori Siceotæ 43 c
† *Reſtitutæ Eccleſiæ Neapoli* 769 f
Richardus Londinenſis Ep. 784 b
Richarius Ab. Lobienſis 611 d
Richarius Senonienſis in Voſago monaſterio ſcriptor 13 ſec. 682 d
Richezæ Regina 11 ſec. 80 f 81 a
† *Rictrudis inviſitur à S. Richario* 444 c
† *Rignardus 733, eccleſia* 935 f
Ripuarii Franci 9 d
Robertus de Gebennis Antipapa 925 a
Robertus Archiep. Gneſnenſis 10 ſec. 174 f
Robertus Ep. Lingonen. circa 1100 an. 667 b c
Robertus Ep. Silvanect. 10 ſec. 71 c
Rotbertus Dux Burgundiæ 11 ſec. 659 d e
Robertus Iunior Comes Flandriæ defert brachium S. Georgii ex Oriente 134 f 135 f 136 a *dictus à Turcis Georgii filius* 153 c
Robertus Comes Moretonii 11 ſec, 334 a
Robertus mon. Walciodoren. 12 ſec. ſcriptor Vitæ S. Forannani 807 c e 808 d
Robertus de Brugis Ab. Dunenſis 612 a
Roclenus Ep. Cabilonen. 11 ſec. 660 a e
Rodulfus Ep. Roſſenſis 12 ſec. 653 e
Radulphus Presb. mon. Affligemii 722 c
Romanus Lecapenus Imp. CP. 344 f
† *Rortilas Ab. Amarbacii an Ep. Verdenſis* 803 c 804 c
Roſemunda mater S. Adjutoris 823 f 825 a
† *Rudeſindus Ep. Dumienſis 10 ſec.* 75 f 76 a d
Ruffinus ob tranſlationem Origenis refellitur 491 e
† *Rufini & Valerii Mart. Vita ſcripta à S. Paſchaſio Ratberto* 464 a
† *Ruſillus Ep. Populonienſis* 752 e f 753 a 755 b
Rumoldus pater B. Wolphelmi 11 ſec. 77 c
Ruſticus Tribunus Torcelli 9 ſec. 353 d

S

Salatinus Ab. S. Georgii Majoris Venetiis 13 ſec. 134 b
Salomon Ep. Atinen in Campania 2 ſec. 548 d
Sanctius R. Navarræ 11 ſec. 588 d
Sanctius 2 R. Aragonenſium 12 ſec. 726 b
Sanctius I Rex Luſitaniæ 76 b d e
Sanctius Prior Pinnatenſis in Hiſpania 12 ſec. 726 b 730 f
† *Sara Virgo & Martyr in Syria* 260 c
† *Saturius Eremita in Hiſpania* 547 e *corpus in eccleſia Sorienſi* 594 a
† *Saturnini M. Reliquiæ Monachii* 983 b
† *Sebaſtianus M. Romæ* 13 e f

Segninus Archiep. Colonien. 11 sec. 82 e
Semia matrona, S. Catharinæ Senen. familiaris 946 947
† *Septem Dormientes Turonibus* 336 e
† *Serena uxor Dioclet iani* 16 d
† *Serenus Hasteriæ sepultus* 820 b
Sergius Patriarcha CP. 7 sec. 59 c M. notabilia 60 a
Sergius patricius Mauritii Imp. 56 d
Sergius Diaconus CP. 6 sec. 51 e f
Severa gens Consularis 767 a
Severus Ep. Pragensis 11 sec. 201 e
Severus Ep. Moguntinus 6 sec. 111 e
Sifridus scriptor Vitæ S. Trudperti 16 sec. 425 c
Sigebertus R. an pater aut consanguineus S. Bovæ 283
Sigismundus R. Hungariæ 970 c d
Sigismundus R. Poloniæ pius erga S. Adalbertum 177 d
Sigmarus Comes Partensis pater SS. Pusinnæ Lutrudis & Hoyldis 166 a 774 b
Signedus Ab. Riponen. in Anglia 627 e f
Sigebardus mon. Centulensis 7 sec. 446 e
Siguinus 3 Ab. Casæ-Dei 12 sec. 331 f 332 a b
Sitta, an Sancta Lusitana? 498 e f
† *Silvester Papa non est lapsus cum S. Marcellino* 999 f
Silvester 2 Papa 176 b
† *Silvester Ep. Cabilonen.* 779 c
Silvester Ienantius Abbas Generalis Silvestrinorum 88 f
† *Silvia Virg. Corpus Brixiæ translatum* 495
† *Simpliciani Ep. Mediolan. ecclesiæ* 700 b
Simon Romanus scriptor Vitæ B. Helenæ Vtinen. 247
Simbaldus de Fliſco Cardin. dein Papa 683 e
† *Sisinnius Diac. M. 413 a Reliquiæ Tridenti* 773 d
† *Sixti monasterium & Ordo* 708 c d
† *Sixtus & Sinicius Epp. Remenses* 757 b c
Slavnick pater S. Adalberti Ep. 179 a 187 f 198 f
† *Solennis Ep. Carnotensis* 275 b
† *Sophiæ Ecclesia Pessununti in Galatia* 52 f
† *Sosthenes Ep. Colophonis 1 sec.* 613 d
† *Spteris V. M. cœmeterium* 6 c
Stephanus 111 Papa 8 sec. 790 c 791 b
Stephanus x Papa 637 a 638 b 6 9 f 656 a
† *Stephanus R. Hungariæ baptizatur à S. Adalberto Ep.* 193
Stephanus R. Poloniæ pius erga S. Adalbertum 178 a
Stephanus Rex Angliæ 12 sec. 785 f
Stephanus Ep. Antiochiæ 5 sec. 362 b 363 e
Stephanus Archiep. Cantuarien. 546 e
Stephanus Ep. Redonen. 12 sec. scriptor Vitæ S. Guilielmi Firmati 334 b d
† *Stephanus Ab. Cisterc ii* 664 b d 665 c 671 e
Stephanus in Galatia 6 sec. magnæ abstinentiæ vir 24 c d
Stephanus 6 Ab. Casæ-Dei 12 sec. 332 e
Stephanus Prior Carthusianus, an Beatus? Ejus Vita scripta 918 c e f 919 e f 933 d 935 f 939 b f
Stephanus discip. S. Theodori Siceotæ 43 d
Stephanus Senensis amanuensis S. Catharinæ Senensis, dein Prior Carthusianus 852 a b 961 c 970 971
Stephanus Confalonerius conspirat in necem S. Petri Martyris 681 a 698 a b
Stephanus Macconus 968 e
Strzieziſlava mater S. Adalberti Ep. 187 198 f
† *Susanna V. M. neptis S. Caji Papæ* 14 e f 15 16 c
Symmachus Consul 767 c
† *Symphorianus Æduensis* 321 a
† *Syri monast. Placentiæ* 385 a 387 e

T

Tarasia filia Veremundi R. Castellæ 343 d
Taurus Arimini præfectus 4 sec. 755 b 756 e
† *Thalelæus Martyr* 141 b
† *Thason Martyr* 413 a
† *Thebæi Milites MM. à Papa confortati* 412 e f
† *Thecla V. M. sanguis in Terra sancta* 154 a *Reliquiæ Monachii* 983
Tegentus 2 Ab. Brow iller 11 sec. 76 f
Theobaldus Ep. Parisiis 12 sec. 72 a
Theodaldus Ep. Placentinus 12 sec. 387 a
Theodoricus pater S. Roberti Ab. Molismen. 669 c
† *Theodorus Archiep. Cantuarien. 7 sec.* 298 e f 301 b 302 306 e f 307
Theodoricus 2 Ab. Walciodoren. 12 sec. 807 d e f
† *Theodorus miles M. cum dracone depictus* 105 e f 106 b
protector in bello 141 b 153 a
† *Theodorus Ep. Cantuarien.* 781 e
Theodorus Ep. Constantiæ in Germania 7 sec. 426 b d
Theodorus Dux Regius CP. 7 sec. 58 b c
Theodorus Tzutheus Procurator Heliopolis in Galatia 6 sec. 46 b
Theodorus pater S. Ioannis Hegum. Catharorum 496 c
Theodorus in monte Diaconis monachus 6 sec. 43 d
Theogerus Ep. Metensis 2 f
Theodosius Magnus Imp. an à S. Donato Ep. baptizatus? 764 f, *an evocavit hunc ad filiam à dæmone liberandam?* 765 b 766 a b
Theodosius Ep. Anastasiopolis in Galatia 6 sec. 34 b
† *Theonas Ep. Alexandr. 3 sec.* 349 e
Theophania Imp. mater Ottonis 111 175 f 182 b
† *Theophila Martyr* 486 d
Theophilus Beaqui Ab, S. Georgii majoris Venetiis sec 15 a b
Theotimus Diac. S. Basilii Ep. Amaseæ 419 a
Thetbaldus Com. Franc. addictus Hugoni Cluniac. 632 b
† *Thomas Patriarcha CP. 7 sec.* 58 59
† *Thomas de Aquino* 902 f *versus de S. Petro Martyre* 684 d e
Thomas Ep. Emonen. Ord. Prædic. 991 d
Thomas de Lentino scriptor Vitæ S. Petri Mart. 686 a
Thomas Firmanus Generalis Ord. Prædic. 14 sec. 9 o d
Thomas Antonii de Senis Prior Ordinis Prædicat. 14 sec. 852 a c 907 a 961 c
Thomas Dominicus Confessarius S. Catharinæ Senen. 851 e 888 d 889 b 894 d 895 b 902 f 907 a b 917 e f 929 b
Thomas Naccius Ord. Prædic. 14 sec. 970 d 971 d
† *Thraso M. à S. Cajo Papa baptizatus* 16 b
† *Tiburtius M. cum S. Sebastiano* 13 f 14
Tilbertus Ab. sepultus apud Riponenses in Anglia 627 e
† *Timothei & Apollinaris ecclesia Remis dotata* 620 f 625
Timotheus intrusus Ep. CP. 6 sec. 371 c e
† *Titianus Ep. Brixien. 5 sec.* 619 b
Timotheus Ep. Anastasiopoli in Galatia 6 sec. 44 f
† *Torpes M.* 476 b c 478 b c
Tranquillus an Episcopus Gallia? 778 a 779 f
Tranquillus an Ep. Cabilonensis? 723 e
Tuda Ep. Lindisfarnen. 7 sec. 313 d
Tutelo monachus Sangallensis 474 c

V

† *Vdalricus Ep. Augustanus 9 sec.* 793 b
Vdalricus disc. S. Hugonis Ab. Clun. 629 b c 646
† *Valentinus & socii MM. culti in Helvetia* 474 e
† *Valentinus Ep. Placentinus 13 sec.* 390 c 392 a
Valentinus pater B. Helenæ Vtinensis 256 c
† *Valeriani M. Reliquiæ Monachii* 982 b
† *Venantii ecclesia collegiata Turonibus* 335 a
† *Venerius Ep. Mediolan.* 173 b d e 492 b c
Veranus an Ep. Cabilonensis? 723 e
Veranus Ep. Cavellicen. non Cabilon. 778 a 779 f
† *Vibicius Ep. Treviren.* 30 b
Vice-Dominus de Nobilibus Ep. Placentinus 13 sec. 382 c
† *Victor M. Massiliensis eques cum dracone* 106 d *vici duo in Arvernia* 321 b
Victor Capellus Dux Classis Venetæ 15 sec. 132 c
† *Victoria V. M. 23 Decembris* 389 f
† *Vigilius Ep. Trident.* 772 e 773 a d
Vindricus Ab. S. Apri scriptor Vitæ S. Gerardi Episcopus Tullensis 206 c

† *Vitalis & Agricolæ reliquiæ an in Gallias delatæ* 494 b d
† *Vitus inter SS. Auxiliatores* 149 c *corpus in Corbejenſi monaſterio* 171 d
Viventia mater S. Georgii Sardi Ep. 215 a c
† *Vivianus Ep. Xantonen.* 639 b 340 c
Vrbanus II *Papa diſc. S. Hugonis Ab. Cluniac.* 629 d
Vrbanus VI *Papa* 924 d 936 f 937 a d 950 f
Vrbanus VIII *novum Officium præſcribit de S. Catharina Senenſi* 831 c
† *Veſicinus Medicus M. Ravennæ* 564 c d
Vrſus Ep. Olivolenſis 9 ſec. 356 a
† *Viventius Ep. Remenſis* 758 a
Vulferus ſeu Wlfarius R. Merciorum 7 ſec. 297 f 299 a

W

Wala Ab. Corbejæ frater S. Adelardi 171 a
Waldgarius ſeu Walcherus Epiſcopus Verdenſis 10 ſec. 804 c
Walfridus Mengrius Mareſcallus Franciæ 97 e
Walkelmus Ep. Wintonien. 11 ſec. 784 b
† *Wandelinus Ab. in Trevirenſi ditione* 261 e
Warinus Ab. Corbejæ novæ 9 ſec. 171 b
† *Wenceſlaus Dux Bohemiæ honoratus à S. Adalberto* 180 f 199 b
† *Wenefrida Anglæ* 620 b d
Wernherus I Ab. S. Trudperti 13 ſec. 440 e
Wiboldus Ab. Stabulen. 12 ſec. 807 c d f
Wido Archiep. Viennen. 12 ſec. 659 a
Wido ex Com. Matiſconenſi monachus 11 ſec. 632 c d
Wigbertus Ep. Verdenſis 804 c
Wildenus Ab. an Rinonen. in Anglia? 627 e
Willebaldus Archiep. Colonien. 8 ſec. 805 a b
† *Willehadus Ep. Bremenſis 8 ſec.* 805 d
Willelmus R. Alamanniæ 155 a
Willigiſus Archiepiſcopus Moguntinus 10 ſec. 182 f 183 e 184 f 185 a
Winfridus Ep. Litefelden. in Merciis 7 ſec. 301 f
Witbertus ſocius S. Egberti in Friſiam profectus 314 f
Woythiech in Confirmatione dictus Adalbertus Epiſcopus Pragenſis 179 a

X Y Z

Ximenus pater S. Prudentii Ep. Turiaſon. 592 c
Ymma ſoror SS Puſinnæ & Lutrudis 166 d
† *Zeno M. Nicomediæ 22 Decembris* 486 d
Zenonis Imp. Henoticon 369 b
Zoilus Ep. Amorii 6 ſec. 154 b
† *Zotici M. Reliquiæ Monachii* 983 b

INDEX TOPOGRAPHICVS

A

ÆGina inſula Peloponneſi, *caput S. Georgii* 132 c 133
Ægyptus *SS. Victor, Maximus, Marcianus, Paulus, Germanus & alii 6 Mart.* 487
Africa, *SS. Catulinus, Saturninus, Chorus, & alii* XVII *MM.* 464 *SS. Fauſtinus, Victurinus, & alii* XXI *MM.* 265 *SS. Iulius, Victurinus, Siricus, & alii* XX *cum ſocio MM.* 415 *S. Gratus & alii duo Mart.* 616
Agennum ur. Aquitaniæ 741 d *S. Phœbadius Ep.* 365
Aiovia Caſtellum *SS. Carpus, Maurus, Caſtus Diac. Huſandus & Prianus mart.* 487
Alemanica vulgo *Alemeniſches* in Normannia 65 f 72
Alexandria *SS. Corona V. Victor & ſocii* XXII *& alii* XXIV *Mart.* 265 *S. Leonides pater Origenis M.* 10 *S. Marcus Euangeliſta* 344 *S. Anianus Ep.* 358 *S. Victurinus M.* 567 *SS. Didymus & Theodora Mart.* 572 *SS. Germanus Presb. Proſdocus Diac. & Valentinus Mart.* 615 *SS. SS. Pudentius & alii* IV *& duo* 617 *Dorotheus Presb. & alii* XXXIX, *inter quos Secundinus & Paſtor Epp.* 744
Alfama arx Hiſpaniæ. *Ordo equitum S. Georgii* 159 e
Almeria urbs Hiſpaniæ 724 d 727 b c
Altinum in Tarviſino territ. *S. Liberalis* 439
Altiſſalia an in Morinis, an in Tranſiſalania 622 b c
Amanthea urbs Calabriæ 771 d
Amaſea urbs Cappadociæ, *Baſileus Ep. M.* 416
Amaſtris urbs Paphlagoniæ. *Eccleſia S. Georgii* 136 f
Amorium urbs Phrygiæ 53 e
Anaſtaſiopolis, urbs Galatiæ. *Theodorus Siceota Epiſcopus* 32 33 f
Ancla de Gociano opp. Sardiniæ, *Eccleſia S. Georgii Epiſcopi* 214 c
Ancyra, Metropolis Galatiæ 1 32 b 42 b
Angeliacum *S. Ioannis monaſt.* 639 d 640 c
Anglia. *Ordo Periſcelidis* ſeu *Garterianus* 158 d *ſpecialis cultus S. Georgii ut Protectoris* 158 d 160 161 162
Anglonenſis diſtrictus Sardiniæ 214 b
Anicium, Podium B. Mariæ 331 b
Antiochia *SS. Philo & Agathopus Diaconi* 359 *S. Stephanus Ep. M.* 362 *SS. Euthymia, Leonides, Vindeus, Marius Mart.* 415 *patria SS. Guillelmi patris & Peregrini filii, Patronorum Foggiæ* 465 c *SS. Timia, Maurus, Attas Diac. Gennoſa & Sodalis Mart.* 488 *Antiochia ope S. Georgii expugnata* 152 e
Antverpia *corpus S. Honofriæ V. M. Romanæ* 17
Aphrodiſia urbs Thraciæ, & Cariæ. *SS. Rodicianus & alii* XII, *& anonymi* XII 751
Aphuſia inſ. *S. Ioannes Hegum. Catharorum exul.* 496 e
Aquicinctum, monaſt. Belgii *brachium S. Georgii* 134 135
Aquileia *S. Marcus Euang. Apoſtolus* 345 d 346 b c
Aquiſgranum *Templum & Reliquiæ S. Adalberti Epiſcopi* 178 a b
Aquitania *S. Alpinianus Presb.* 480
Arbela in Perſide, *SS. Ioſephus & Æthalas Mart.* 26 27
Ardmacha urbs Hiberniæ *An S. Forannanus Ep.* 810 b
Arelate. *Reliquiæ SS. Felicis Presb. Fortunati & Achillei Diac. Mart.* 97 d e *martyrium Danielis Anachoretæ* 268 269
Atgantanium op. Galliæ. *Corpus S. Manſueti Martyris* 363 365 a
Argubium monaſt. prope Centulam 441 b
Armenia *S. Nearchus M.* 12
Arvernia, *patria S. Roberti Ab. Caſæ-Dei* 317 f
Aſculum urbs Italiæ. *Corpus S. Sabæ M.* 262 e f
Aſia *S. Maximus Martyr* 732
Aſſiſium *patria B. Ægidii ſocii S. Franciſci* 218
Atinum vrbs Campaniæ. *S. Marcus Ep. & duo Presb. Mart.* 548 *S. Carus Ep. M.* 615
Avenio *S. Catharina Senen. evocata à Gregorio* XI 956 e f 962 a 963 c f
Avennacum monaſterio in Campania. *S. Gundebertus Martyr* 620
Auguſta Vindelicorum. *Patria S. Gualfardi* 828 d *Reliquiæ* 831
Auguſtodunum. *patria S. Hugonis Abbatis Cluniacenſis* 635 a
Aunay ſive Ounay in Aquitania 739 a 740 a
Aurum monaſt. Galliæ prope Moliſmum 671 c
Auſtrobandia ditio Belgii. *B. Adelbertus Comes* 73
Autiſſiodorum *S. Heribaldus Ep.* 378
Axiopolis, urbs Myſiæ inferioris *S. Cyrillus M.* 315

B

BAjocaſſina urbs Normanniæ 341 c
Barga prope Lucam. *B. Michael Ordinis Minorum.* 980
Barala in Gallo-Belgica. *Templum S. Georgii* 111 d
Barcino *Altare & cultus B. Peregrini Servitæ* 837 d 848
Barrum op. ad Sequanam 672 a d
Baſtum monaſt. Portugalliæ *S. Senorina Abbatiſſa* 74
Baza ſeu Baſtitana urbs Hiſpaniæ 728 f
Beatia *hodie Baeza* urbs Hiſpaniæ 728 e f
Begeri inſula Hiberniæ. *Eccleſia S. Ibari* 175 c f
Benerkis in Toloſana diœc. *Corpus S. Phœbadii Ep. Agennenſis* 366 d
Berkinga monaſt. Angliæ. *Erconwaldus fundator.* 780 b 781 d
Berlaſina, *locus cædis S. Petri Mart. ejus Eccleſia* 684 e 698 c 700 a
Bernavilla in Normannia ad mare 341 b
Berziacum Prioratus in agro Matiſcon. 642 d
Bethlabuba in Perſide, *Patria S. Ioſephi M.* 24 a
Bethnoadara in Perſide, *patria S. Aithalæ M.* 24 b
Biterræ urbs Galliæ. *An recte adſcripti SS. Afrodiſius, Caſilippus, Agapius, Euſebius Mart.* 568
Blauburnum monaſt. Sueviæ 788 f
Bleſo ſeu Bleſium urbs Galliæ *S. Deodatus Ab.* 273
Bliterium caſtrum Galliæ 657 e 658 d
Bocileis, Buſſily monaſt. Tiraſciæ fundatum 816 a
Bononia *S. Tertullianus Ep.* 494 *S. Petrus M. à S. Dominico ad Ordinem admiſſus* 678 f 688 e f
Borbonium prope Cluniacum 640 e 642 b
Boſanham ſeu Boſeham in Anglia 306 c
Boviniacum op. Belgii 813 a
Bracara in Luſitania. *Corpus S. Marci cognati S. Barnabæ* 551 b c *S. Petrus Ep. M.* 1001
Brauwiller monaſt. prope Colon. *B. Wolphelmus Ab.* 76
Briſacum opp. Briſgoviæ ad Rhenum 435 e
Briſgoja *S. Trudpertus eremita M.* 724
Brivas ſeu Brivata opp. Arverniæ 318 a f
Brixia *S. Theoplilus Ep.* 49, *Paulus I Ep.* 618
Bructeri ſeu Boruchtuarii populi German 314 c 315
Bruchſalæ in Germ. *SS. Abrunculus & Bonoſus* 20 f
Burdegala, *Caput S. Eutropii Ep. Santonen.* 374 a

C

CAbilo urbs Galliæ. *SS Ioannes, Deſiderius & Flavius Epp. & Deſideratus Preſb.* 778 *monaſterium S. Marcelli* 639 e 640 d
Cadomum monaſt. Normanniæ 312 a
Cadomum urbs Normanniæ 341 d
Cadoſia & Cadorum urbs Phrygiæ 53 a
Cæſena urbs Italiæ *digitus S. Petri Mart.* 685 c
Calvus-mons *Chaumont* in Arvernia 322 b d
Camaldulum: *Petrus Teutonicus eremita* 472
Cameracum urbs Belgii. *Reliquiæ S. Georgii* 113
Campania Remenſis & Catalaunenſis 303 b
Campedona in Suevia. *B. Hildegardis Regina* 788 *ejus fundatio & reſtauratio* 792 795
Campercorrentum, Coriſopitum 742 a c
Cananeotarum civitas in Armenia 12 f
Cantuaria, *S. Mellitus Archiep.* 280 *corpus S. Welfridi Archiep.* 311 e f
Cappadocia, *patria S. Georgii M.* 123 d e
Capparæ opp. Hiſpaniæ. *An recte adſcripti SS. Caſilippus, Aphrodiſius, Agapius, Euſebius Mart.* 569
Caralis. *Domus natalis S. Georgii Ep. Suellen.* 993
Caſa-Dei monaſt. Arverniæ. *S. Robertus Ab.* 316
Caſinum. *S. Adalbertus Ep. degit* 182 b c
Caſtrum-arcuatum op. Italiæ 398 f 399 c
Caſtrum S. Joannis in Italia 397 f 398 d
Caſtrum Saracenum in Gallia. *S. Alpiniani corpus* 480 f
Caſtrum-Unardum in Italia 397 f 398 d
Catharorum monaſt. *S. Ioannes Hegumen. Conf.* 495
Cella S. Mariæ de Caritate 639 c 640 c
Cellenſe monaſt Trecis 663 b 669 d 670 d c
Centula monaſt. Galli *Reliquiæ S. Georgii* 113 b c *S. Richarius Ab.* 44 e
Chalcedon urbs Bithyniæ. *An S. Tychicus Ep.* 613 e
Cherteſeye monaſt Angliæ *S. Erconwaldus fundator* 780 b 781 d 782 c
Choziba laura in Galatia 38 c 39 d
Cibalis urbs Pannoniæ *SS. Euſebius Ep. Pollio & Tiballus* 565
Ciceſtra urbs Angliæ 305 e 306 c
Cirtha & Lambeſa in Numidia. *Agapius & Secundinus Epp. & alii X XIII.* Item *mulier cum 2 geminis & alii plurimi* 745
Clara-vallis monaſt. prope Placentiam Ord. Ciſterc. 382 b
Cluniacum *S. Hugo Ab.* 628
Colonia. *Reliquiæ S. Catharinæ S. nen.* 972 d *patria S. Gerardi Ep. Tullenſis* 206 f *hæreſis Catharorum.* 679 c de
Colanum eremitorium Galliæ 663 d 70 e
Colophon urbs Joniæ. *A. S. Tychicus Ep.* 613 d
Columbarium in Etruria. *B. Philippus Ord. Minorum mortuus* 404 406 c
Comaclum urbs Ital. ad Padi oſtia 355 f
Comum. *S. Petrus Mart. educatus* 678 c *Digitus & ſacellum ejus.* 685 b
Conchate opp. Galatiæ 38 f
Conſtantinopolis *variæ eccleſiæ S. Georgii* 112 c d
Ordo equitum S. Georgii inſtitutus 159 f 160 a *Eccleſia & corpus S. Marci Euang.* 344 f *Corpus S. Aniani* 358 *Reliquiæ S. Stephani Ep. Antiocheni* 363 f
S. Macedonius Ep. 369
S. Eulogius Xenodochus 493
Corbeia monaſt. Galliæ *S. Paſchaſius Ratbertus Abbas* 492
Corcyra in Jonio mari *SS. Zenon, Euſebius, Neon, Vitalius Mart.* 561
SS. Saturninus & alii VI ex latronibus Martyres 613 *S. Corcyræ V.* 614
Corduba *SS. Amator Preſb. Petrus & Ludovicus Mart.* 806
Cordula urbs Perſidis *SS. Parmenius, Helymas & Chryſotelus Preſb. Lucas & Mucius Diac. MM.* 11
Corſinium urbs Ital. *S. Pamphilus Ep.* 583
Cremona *S. Petrus M. Inquiſitoris munus exercet* 680 d
Criſpeium Valeſii opp. 640 f 642 b
Cruachadia in Hiberniæ. *S. Machalleus Ep.* 366.
Cyrene urbs Pentapolis prope Ægyptum. *S. Marcus* 347 f
Cyzicum urbs Helleſponti *SS. Theognides, Rufus & alii VII Mart.* 617

D

DEnia ſen Dianium urbs Hiſpaniæ 731 b
Dioſpolis urbs Palæſtinæ. *S. Georgius Megalomartyr* 100 147 b
Donofrontium op. Normanniæ 340 d
Dononium Abbatia Belgii. *B. Adelbertus Comes* 73 a *B. Ava V.* 628
Dordonium, *Dourdin* in Britannia Armorica 336 f
Dorylæum opp. Phrygiæ 58 c 60 a
Druynorum monaſterium in Galatia 46 a
Dure opp. Sardiniæ. *Eccleſia S. Georgii Ep.* 214 e

E

EBora urbs Luſitaniæ *Caput S. Lucii* 4 f
Eboracum urbs Angliæ. *S. Wilfridus I. Archiep.* 292

S. VVilfridus 2 Archiep. 626
Egmonda in Hollandia. *Corpus S. Materniani Ep. Remenſis.* 758 b
Elia urbs Angliæ. *Reliquiæ & oratorium S. Zitæ* 498
Eniſtratum in Galatia 38 f
Eugubium. *Reliquiæ SS. Mariani & Iacobi, item Secundini & Agapiti MM.* 746 d
Eurœa urbs Epiri. *S. Donatus Ep.* 764

F

FAbrianum opp. Piceni *B. Franciſcus Ord. Minorum* 88 *Degit B Ægidius Minorita* 223 b
Fauces op. Sueviæ. 799 f
Ferraria. *An caput S. Georgii* 110 a. *ejus antiqua veneratio* 111 a
Firmum opp. Piceni *S. Sophia V M.* 733
Flix olim Ibera urbs Hiſpaniæ 781 c
Florentia. *S. Petrus Mart. Inquiſitor degit* 680 b *S. Catharina Senen pacem componit* 919 b 936 b f 956 957 958
Floriacum, *Accedit S. Adalbertus ut honoret S. Benedictum.* 185 d 194
Florinæ op. Belgii 816 b 817 c 821 a b c
Foggia in Apulia *SS. Guillelmus pater & Peregrinus filius Patroni* 464
Foreſte monaſt. prope Centulam. 441 b 446 a
Forolivium urbs Italiæ. *S. Mercurialis Ep.* 751 *B. Peregrinus Laticus Ord. Servorum B. Mariæ* 836
Friburgum opp. Briſgoyæ 37 c e
Friſiæ. *S Egbertus habitus Apoſtolus* 313 a 314 c
Fundi urbs Campaniæ *Patria S. Soteris Papæ* 6 a

G

GAlilæa, *patria S. Marci Ep. Atinenſis* 553 c
Gallia *hæreſi Catharorum & Albigenſium infecta* 679 f
Gangræ *S. Macedonius Ep. CP. mortuus & ſepultus* 372 a b
Gedanum *S. Adalbertus convertit multos* 186 b
Genua *Ordo equitum S. Georgii* 159 e *templum S. Zitæ Virginis* 498 b
Germia urbs Aſiæ 52 d
Gerunda urbs Cataloniæ. *S. Daniel anachor. M.* 226
Gladbacum monaſt. in agro Iuliac. *B. VVolphelmus Ab.* 79 a e
Gneſna urbs Poloniæ. *Corpus S. Adalberti Ep. Pragen.* 175 a 177 d ibi *Miſſam celebravit ante Martyrium* 195 e
Gordiana regio Aſiæ 42 c
Gornacus fluvius Galliæ. 658 c 659 b
Goronnium op. in Cenomanicis 340 d
Gorzia monaſt. prope Metas 809 f
Gratianopolis urbs Galatiæ 42 b

H

HAbſpurg Comitatus 7 ſec. 427 f & ſeqq
Haſteria Abbatia Belgii 818 d 820 a b
Helia regiuncula Hiberniæ 579 a 580 d 581 582
Heliopolis urbs Galatiæ primæ 40 b
Helmwaldeshuiſen monaſt. Weſtphaliæ. *Reliquiæ SS. Modoaldi, Auctoris, Aprunculi & Bonoſt. Epp. Trevirenſium.* 30 f
Henniacum in Belgio prope Duacum. *S. Proba V. M & Germana V.* 577
Heraclea urbs ad Pontum Euxinum 42 d
Hervordia op. Saxoniæ inferioris. *S. Puſinna V.* 165 *An fuerit corpus S. Probæ V. M.* 578 d
Heule Baronatus prope Cortracum in Flandria *Cultus S. Eutropii Ep. Santonenſis* 735 f 736 a
Hibernia. *S. Egbertus Preſb. vixit* 313 a
Hieroſolyma, *cœnobium S. Georgii* 152 a *ejus ope expugnata* 154
Hiſpellum in Umbria *S. Fidelis* 374
Humacus in Iſtria. 355 c f
Humolarium monaſt. in Veromanduis 816 a 817 c
Hy inſula Scotorum. *S. Egbertus Preſb.* 313

I

IAnua pro Genua 918 b c
Iccium monaſt. Galliæ 273 c 274 d
Iconium *Victoria ope S. Georgii obtenta* 154 a
Ilerda *vulgo Lerida* urbs Hiſpaniæ 781 c
Illiberis urbs Hiſpaniæ. *S. Gregorius Ep.* 269
Illicum opp. Hiſpaniæ *An paſſa S. Corona V.* 265 e
Ingelhemium op. Germaniæ. *Ludovicus Pius obit* 797 e
Imlacenſis Epiſcopatus in Hibernia 718 d
Inſulæ urbs Flandriæ. *Reliquiæ S. Vitalis M.* 564 a
Iopolis opp. Galatiæ. *Cultus S Eureti M.* 35 f
Iulinum urbs Pomeraniæ. *Templum S. Adalberti Epiſcopi* 178 c

L

LAmbeſa urbs Ep. Numidiæ. *Martyres multi.* 745
Laodicea urbs Syriæ *S. Lucius Ep I ſec.* 4
Laonienſis diœceſis in Hibernia 718 c
Lareſſa opp. Hiſpaniæ. *An paſſi SS. Euſebius, Neon alique?* 263 c
Laucillum op. Cenomanenſis agri 335 d
Laudunum *S. Proba V. M.* 577 e f
Laudunenſis ager. *Patria S. Ermini Ab & Ep.* 375 e
Laus Pompeia urbs Ital. *S. Daniel M* 17
Leſina urbs Apuliæ *SS. Alexander, Firmianus, Primianus, Tellurius Mart.* 575
Libicium Bohemiæ, *Eccleſia à S. Adalberto dedicata* 198 f
Limericum urbs Epiſc. Hiberniæ 716 f
Lindeſeia provincia Angliæ 781 c 782 b
Lindisfarna inſula. *S. Wilfridus monachus* 294 e
Lobium monaſt. Belgii. *S. Erminus Ab. & Ep.* 374
Londinum *S. Mellitus Ep.* 280 *S. Erconwaldus Ep.* 780
Luca *S. Antonius Preſb. Eremita* 476 *S. Zita V.* 497
Lugdunum *SS. Epipodius Alexander &* 34 *MM.* 7 *S. Ruſticus Ep.* 366
Luſiacum opp. agri Nivernen. 328 d
Luſignanum opp. Ital. 394 a e
Luſitania *Corpus S. Caji M.* 17 d
Lydda urbs Palæſtinæ *S. Georgius Magalo-Martyr* 100
Lydia prov. Aſiæ. *S. Zeno Ep. Geneſius & alii VI Martyres.* 486

M

MÆon pagus Etruriæ. *S. Anſelmus Maonenſis* 316
Magdeburgi *ſtuduit S Adalbertus Ep. Pragen* 178 f
Malleacum monaſt. in Pictavio 646 b
Mamelianum op. Italiæ 394 b e
Mantileium in Normannia. S. *Guilielmus Firmatus.* 334 a 336 f 339 c f
Marcilliacum in Gallia 785 d 786 b
Marciniacum monaſt. Virg. prope Ligerim *à S. Hugone Ab. Cluniac. fundatum* 632 633 637 f 654
Maſama in Galatia 40 e
Mauſiacum Ab. Galliæ 643 b
Mazanea opp. Galatiæ 40 d
Mediolanum. S. *Marolus Ep.* 173 *S. Valeria uxor S. Vitalis M.* 562. *hæreſis Catharorum invecta* 679 c e
S. Petrus Mart. Inquiſitor 680 b c
Medus-

Meduana opp. Cenomanniæ 340 d
Melitena vel Melitina urbs Armeniæ. *Corpus S. Polyeucti M.* 12 f *S. Hermes miles, Eppeus Presb. Hilpidius & Hermogenes Mart.* 487
Melodunum urbs Galliæ. *Actum de Episcopatu erigendo* 31 c d *S. Wilfridus ægrotat* 309 d
Mengen ad Danubium 44 f
Metamaucum Venetiis c 353 d 625 c
Methon urbs Peloponnesi 626 a e
Metis *S. Gramatius Ep.* 369
Milstadium. *Sedes Generalis Ordinis S. Georgii* 155 d
Mitilene urbs Lesbi. *Ecclesia S. Georgii* 142 e
Mnozenia in Galatia 40 e
Moguntia. *Ecclesia S. Georgii constructa.* 6 sec. 111 e
Mogus flu. aliis Moenus 440 f
Molismum monast. Galliæ *S. Robertus* 1 *Ab.* 663 e f
Mona inf. Hiberniæ. *S. Machaldus Ep.* 367
Monachium. *Reliquiæ S. Caii Papæ* 982 b *S. Soteri Papæ* 982 a *& aliorum Sanctorum* 982 983
Monasteriolum vicus duplex Arverniæ 326 b
Monciacum novum & vetus prope Parisios 71 b
Monciacum in ditione Ludovici R. Germaniæ 9 sec. *Corpus S. Opportunæ eo delatum* 69 d 70 b 71 a
Mons-Alcinus in Etruria. *B. Philippus Ordinis Minorum* 404
Mons-Beliar. opp. Alsatiæ 437 d
Mons Guasconis, Mons Gausonii, *Mon gagon.* 322 a d
Mons-Laturcus monast. Cisterc. *An ibi corpus S. Prudentii. Ep. Turiason.* 587 f 588 c d e f
Mons-Lanæ monast. Cisterc. Placentiæ 387 d
Mons-Martyrum Prope Parisios. 363 c f
Mons-Pessulanus 436 e 437 d
Mons-S. Sabini. *Patronus S. Vitalis M.* 563 e
Mons-Segredi. *patria S. Zitæ V. Lucensis* 499 e
Monticianum in Hetruria. *B. Antonius Ordinis Eremit. S. Augustini* 832
Morimundus Coronatus monast. Ord. Cister. in ditione Mediolanensi 383 f
Moritonium op. Normanniæ. *S. Guilielmus Firmatus* 334 340 e
Muratum opp. Arverniæ 328 a
Murcia urbs Hisp. 727 b
Murianum ad Venetias. *Corpus S. Donati Ep.* 766 f

N

Naësson in Persida, *patria S. Acepsimæ Ep. M.* 23 c
Nagera op. Hispan. *An ibi corpus S. Prudentii Ep. Turiasonensis* 587 f 588 a b
Neapolis. *Antiqua veneratio S. Georgii.* 110 c *Corpora SS. Alexandri, Firmiani, Primiani & Tellurii Martyr. Translata.* 575 e f *S. Severus Ep.* 767
Neapolis urbs Cypri. *An S. Tychicus Ep.* 613 a
Neustria pro Normannia sumpta 8 sec. 64 b
Nicomedia *S. Georgius passus* 106 f 107 *SS. Eusebius, Neon, Leontius, Longinus & 4 Socii MM.* 263 *Basileus Ep. Amaseæ ibi Martyr.* 416 *S. Anthymus Ep. M. cum suo grege* 483 *Gemelina, Lætissima & alii* XI *Mart.* 488 *SS. Prudentius Martialis & alii* VIII *Mart.* 616
Nongentum opp. Pertici agri 646 d
Novaria urbs Italiæ. *S. Laurentius Presb. M.* 763
Novelaria op. Ital. *Corpus S. Caii Papæ anno* 1622 *delatum* 16 f
Numidia *SS. Manilius, Donatus alii* 4 *&* 72 *Lucianus & 270 Mart.* 571
Nurimberga. *Ostensio Reliquiarum* 723 d
Nussio seu Novesium opp. ditionis Colonien. 82 a

O

Olivola pars urbis Venetæ 355 d f
Ossier opp. Sardiniæ. *Ecclesia S. Georgii Episcopi* 214 c
Osnabrugum urbs Westphaliæ. *Reliquiæ S. Leontii M.* 264 d
Oximum opp. Normanniæ 64 b

P

Paninorum opp. in Galatia 38 e
Panormus *An ecclesia antiqua S. Georgii* 110 b *Templum S. Zitæ V.* 498 c
Papia. *Congressus SS. Adalberti & Gerardi Epp. & Majoli Abbatis.* 209
Parisii *Reliquiæ & ecclesia S. Opportunæ Abb.* 62 b *brachium* 72 b *An Reliquiæ S. Georgii? altare à S. Germano consecratum.* 111 b c *Monasterium à S. Chrotilde conditum* 111 d
Passiniacum Abbatia Italiæ 964 d
Paredum monast. Galliæ 652 c 659 f
Paterniacum monast. Galliæ 635 e
Pausio vicus Campaniæ in Gallia *S. Pusinna sepulta* 170 e
Pentapolis in Ægypto *S Marcus* 348 c
Perfigas op. Sardiniæ. *Ecclesia S. Georgii Ep.* 214 b
Permetania opp. Galatiæ 55 b
Persis. *Acepsimas & alii* XIV *Episcopi*, III *Presbyt.* 11 *Diacon.* 250 *Clerici, Turbula V. alii* 26000, *& innumerabiles MM. sub Sapore* 19
Perusium. *Obitus & sepultura B. Ægidii Minoritæ* 218 219 f *SS. Valentinus, Marcianus, & alii* VIII *Martyres.* 616
Pertensis Pagus Galliæ apud Catalaunenses. *patria S. Pusinnæ* 166 a
Pessinus seu Pesinuntium Metrop. Galatiæ 32 b 92 d
Petrocorii. *Corpus S. Phœbadii Ep. Aginnensis* 366 d
Pinarolium in Pedemontio. *SS. Mauritius, Georgius & Tiberius Martyres Thebæi* 266
Pinnatense monast. Hisp. *Corpus S. Indaletii Ep.* 724 f
Pisa. *S. Catharina Senen. patrat miracula* 617 c d *Reliq. B. Michaelis Bargensis* 981 c
Placentia urbs Italiæ. *S. Franca Abb. Ord. Cister.* 379 *Capitium & articulus digiti S. Petri Mart.* 684 f
Podium-Bonitii in Hetruria. *B. Luchesius* 3 *Ordinis S. Francisci* 594
Polunniacum in Velaunis 331 c
Polymartium op. Etruriæ, *S. Anselmus Mœonensis* 316
Pontes opp. Aquitaniæ 738 e 739 f
Pontivum mon. Galliæ. *Patria S. Richarii* 449 b
Portus-Ballii in Normannia. *Reliquiæ & Ecclesia S. Georgii* 113 a b
Praga. *S. Adalbertus Ep. M. in Prussia* 174 *Pars Euangelii manu S. Marci scripti* 345, e f *an etiam pars corporis* 346 b c *Reliquiæ S. Petri Mart.* 685 f *S. Gerardi Ep. Tullen.* 992 e *S. Coronæ V.* 996 f
Prociniacum in Aquitania 737 b 738 a
Privasacum op. Rutenensis ditionis 331 b
Prusa urbs Bithyniæ *SS. Patricius Ep. Acacius, Menander & Polyænus Presb. Martyres* 576
Prussia. *S. Adalbertus Ep. Pragen. obit Martyr.* 174 186

Q

Quinceium monast. Cistercience in Gallia 673 f 674 e
Quintawic portus. nunc Estaples 450 a

R

Rama seu Ramula in Phœnicia *Ecclesia antiquæ S. Georgii*, à Latinis restaurata 108 f 109
Ramel castrum Syriæ, *ecclesia S. Georgii* 142 c
Rapallum in ora Genuensi 387 d
Ratense op. *S. Petrus Ep. Bracaren. M.* 1002 d 1003 d
Ravenna *S. Vitalis M.* 562 *S. Liberius Ep.* 614

Reate urbs Italiæ. *Degit ibi B. Ægidius Minorita* 223 e
Remi. *SS. Bova Abb. & Doda Sanctimon. VV.* 283 *S. Maternianus E.* 757
Rippon monaſt. Angliæ *fundatum à S. Wilfrido* 296 b 297 f 299 a 308 b 311 a d
Roſiacum monaſt. Galliæ *S. Alpiniani corpus* 480 e
Roma *S. Soter Papa* 5 *S. Cajus Papa* 13 *S. Leo Magnus* 14 *S. Cletus Papa* 409. *S Marcellinus Papa, Claudius, Quirinus, Antonius MM.* 412 *Primitius & Aurelius MM.* 415 *SS. Nabor, Silvius, Vitalis, Felix, Nonna MM.* 165 *SS. Sabas Gothus & 70 milites MM.* 261 *S. Quirinus Ep. M.* 750 *Corpus S. Catharinæ Senen.* 972 979 *Caput S. Georgii M.* 109 f 110 a *S. Adalbertus Ep. Pragenſis monachum ibi agit* 183 f 184 *brachium. in eccl. S. Bartholomæi* 173 e *titulus Cardinalitius S. Vitalis M. aſſumptus* 563 f
Roſcrea urbs Hiberniæ *S. Cronanus Ab.* 579
Roya in Picardia. *Eccleſia collegiata S. Georgii* 149 f 150
Rubum vulgo Revo in antiqua Calabria. *Patronus S. Cletus Papa.* 411 d

S

SAgium urbs Galliæ *S. Opportuna Abbatiſſa* 61
Salernum. *Digitus S. Catharinæ Senen.* 972 d
Samos inſula. *S. Leo Ep.* 625
Santonæ urbs Aquitaniæ *S. Eutropius Ep. M.* 733
Sandicus portus Cantii 297 f
Sardes urbs Aſiæ *S. Clemens Ep. 1 ſec.* 4
Sardinia in 4 partes diviſa 215 c
Sargnejum in Normannia 336 f
Scarde ſeu Scardona urbs Epiſc. Dalmatiæ 68 e
Schiros inſula Archipelagi. *S. Georgius miraculis clarus* 148
Scotia pro Hibernia ſumpta. *patria S. Forannani* 808 f 810 b 817 f
Scudri opp. Aſiæ 60 a
Senæ urbs Italiæ *B. Abla ſive Aldobrandeſca vidua 3 Ordinis Humiliatorum* 466 *patria B. Antonii Auguſtiniani* 832 f *S. Catharinæ Senenſis* 851 859 c *caput ejus.* 972 a
Senones urbs Galliæ *S. Leo Epiſcopus.* 31 *Reliquiæ S. Georgii* 116 e *S. Arthemius Ep.* 578
Siberis fluvius Galatiæ 40 e 42 f
Siceon opp. Galatiæ. *S. Theodorus Siceota.* 33 f
Sigebergum monaſt. in diœceſi Colonien. B. *Wolphelmus Ab.* 79 c
Silvanectum urbs Gall. *corpus S. Opportunæ delatũ* 71 d
Sina mons, Sedes Epiſcopalis 144 f
Sithiuenſe S. Bertini monaſt. 651 d
Smyrna urbs Aſiæ. *S. Apelles Ep. 1 ſec.* 4 *Eccleſia S. Georgii nunc in honore* 148 a b
Soleſienſe monaſt. *S. Wilfridus ædificat* 305 c
Sozopolis urbs Phrygiæ 53 a aliæ variæ 54 c
Sprengerſzebach monaſt. Germ. *Reliquiæ S. Apruncu-li.* 30 b
Stallingeton caſtrum Angliæ 781 c
Stetinum urbs Pomeraniæ. *Templum S. Adalberti Epiſcopi.* 178 d
Strigonium urbs Hungariæ. *Templum S. Adalberti Epiſcopi* 178 a
Suellum urbs Sardiniæ *S. Georgius Ep.* 214 *Eccleſiaſt, effigies, cœmeterum S. Georgii Ep.* 994 c
Sulmo urbs Ital. *S. Pamphilus Ep.* 583
Sultzberg. op. Alſatiæ 440 e
Sutria urbs Italiæ 653 a f
Syracuſa urbs Siciliæ. *SS. Euodius, Hermogenes & Calliſta eorum ſoror MM.* 359 *S. Robertus Ab.* 378 *Preſb. Agapius Euſebius Mart.* 567
Tereſium opp. Arverniæ *Thiers* 326 a
Thalaborgh in Xantonibus 738 e 740 c
Theodonis-villa ad Moſellam. *B. Hildegardis Regina obit* 788 f
Toletum *Reliquiæ S. Soteris Papæ* 6 f
Tolonum ſeu Telo urbs maritima Provinciæ 919 c f
Toloſa *Reliquiæ S. Georgii* 157 a
Tornodorum monaſt. Galliæ 663 c 670 b c *S. Michomeres* 775
Tortoſa olim Dertuſa urbs Hiſpaniæ 781 c
Trajectum ad Moſam *Reliquiæ S. Georgii* 136 c d
Trajectum ad Moſam *S. Quirillus Ep.* 777
Trapezæ in Galatia 36 a
Trecæ, urbs Galliæ *S. Exuperantia V.* 423 *S. Melanius Epiſcopus* 29
Treviri *S. Abrunculus ſive Aprunculus Ep.* 30
Tridentum *S. Maxentia mater S. Vigilii Ep.* 772
Trzemeſno monaſt. Poloniæ. *Corpus S. Adalberti Ep. Pragen.* 175 *a*
Tuitium monaſt. è regione Coloniæ. 82 d 85 e
Tullum urbs ad moſellam. *S. Gerardus Ep.* 206
Turiaſo urbs Aragoniæ. *S. Prudentius Ep.* 587
Turonia. *in viſitur S. Martinus à ſancto Adalberto* 185 d 194 a
Turones, *patria S. Guilielmi Firmati* 334
Tymber op. Nordhumbriæ. *S. Wilfridus incarceratus* 304 c

V

VAlentia urbs Hiſpaniæ ſub Mauris 11 ſec. 781 b
Valentia urbs Galliæ. *SS. Felix Presb. Fortunatus & Achilleus Diac. MM.* 97
Vallis-coloris monaſterium Galliæ 664 a
Valva urbs Epiſc. Italiæ 583, 584
Vapingum urbs Epiſc. Galliæ 642 f
Uccionenſis Abbatia S. Criſpini 642 c
Vecta-inſula *à S. Wilfrido converſa* 350 f
Vegia inſ. maris Jonii 626 c
Velanenſis ditio Arverniæ 326 a
Venetiæ *Caput S. Georgii M.* 132, *item brachium* 133 *corpus S. Leonis Ep. ex inſula Samo* 625
Verda in Saxonia inferiore S. *Guibertus Ep.* 802
Vernonium oppidum Normanniæ *Patria S. Adjutoris.* 823 a d e f
Verona *S. Lucidius Ep.* 423 *patria S. Petri Martyris* 678 c 688 c *ejus digitus* 685 c *S. Gualfardus Solitarius* 817
Vitrejum in Britannia Armorica 336 f
Vetronium opp. Umbriæ 245 b
Vianum opp. Italiæ apud Placentinos 245 a
Vienna urbs Galliæ *S. Iulianus Ep.* 29 *S. Clarentius Epiſcopus.* 373
Vindocinum urbs Galliæ. *Reliquiæ S. Eutropii Ep.* 376 a
Vintimilium op. Liguriæ 938 b
Urcitana urbs Epiſc. Hiſpaniæ *S. Indaletius Epiſcopus* 723 724 d
Utinum urbs Fori-Julii. *B. Helena vidua Ordinis S. Auguſtini.* 247

W

WAlciodorum Monaſt. Belgii. *S. Forannanus Abbas* 807
Wallia *S. Senanus Conf.* 620
Wendling opp. Sueviæ 440 f

Z

ZAcynthus inſula Jonii maris 626 a a
Zelandia. *patria Petri Teutonici eremitæ Camaldulenſis* 472 b 473 b

T

TArſis urbs Ciliciæ *SS. Caſtor & Stephanus MM.* 482 *SS. Afrodiſius Malina & alii* 170 *Carilippus*

INDEX ONOMASTICVS

A

ABiaticus, *nepos* 398 a
Abiida, *fornix ſupra concham* 6 d
Acciactus, *debilis* 5 15 b
Acciſa, *tributum* 738 b
Accollare, *adjungere* 523 d
Acuties, *acumen* 901 d
Adminiculatio, *auxilium* 807 d 815 b 808 f
Adventatus, *appulſus* 812 e
Advincta, *intortitium, cereus* 523 a
Advocatia, *patronatus* 819 b
Agiliter, *facile* 956 a
Agillime, *facillime* 893 b
Agna, *caſta* 573 d
Agonotheta, *pugil* 821 d
Agricultor, *agricola* 231 a
Agripennum, Arpentum Fr. Erpan *jugerum* 72 a b.
Albor, *albedo* 606 f
Aldermannus, *ſenator* 780 f
Almitas, *ſanctitas* 479 b
Alte vel baſſe *magni aut parvi momenti* 957 a
Altividus, *prudens* 599 f
Amaritas, *amaritudo* 741 e
Ambulatio, *ambo, ſuggeſtum,* 201 f
Amphorula, *parva amphora* 930 a
Annatus, *ſenior* 288 a
Annotinum Paſcha, *Sabbatum in Albis* 700 b
Anteritas priorum, *Majores* 78 a
Anticulæ, *fulcra* 455 c
Aorafia, *cæcitas* 435 f
Appendiciæ, appendicium *jura fundo adnexa* 80 f 89 a e 739 d
Appodiare, *acclinare, niti* 933 e 526 a
Apoſtema, *a. feminine* 987 b 989 c
Appretiare, *æſtimare.* 925 c
Archiſterium, *monaſterium* 565 d
Architectari, *moliri* 24 d
Ariſta piſcis, *ſpina* 459 c
Arteticus, *arthriticus* 392 f
Aſcyſterium, *monaſterium* 723 c
Aſſociare, *comitari* 987 e
Aſpredo, *aſperitas* 771 c
Aſſides, *aſſeres* 390 a
Aſtantia, *auxilium* 892 d
Auctorizare, *legitime confirmare* 80 f 815 b 819 b f
Avoculatio, *cæcitas* 520 a
Avoculatus, *cæcatus* 520 b
Avoculus, *cæcus* 510 e 511 f
Aurigare currum, *gubernare* 78 f
Azzurinus, *ceruleus* 618 c

B

BBactitor *malleator* 514 c
Bachania, *furor, rabies* 115 f
Bajardi equus *in fabulis notus.* 233 b
Baldechinum, *umbella* 495 b
Balneare, *humectare* 929 e
Balneaticum, *balnei pretium* 768 c
Bandum, *ſententia exilii* 834 a
Bannus *diſtrictus, territorium* 821 a
Barbitonſor, *tonſor* 688 b
Bathinodium *tributum pro nuptiis ſolvendum ſervis glebæ* 821 b
Batillus, *lingua campanæ* 331 a
Batrachus, *rana* 216 c
Battentes, *flagellantes ſe* 835 b
Beccarius, *macellarius* Fr. Bouchier 609 b
Beneficatus, *beneficio affectus* 224 c
Binda, *faſcia* 518 f
Biretum, *pileus* 608 b
Bladum, *frumentum* 598 c
Blava, *ardeſia* 393 d
Blava, *meßu, frumentum* 384 d 518 f
Bojæ, *manicæ* 390 f
Boſcus, *ſilva* 631 c
Brancha, *pes ferinus cum unguibus* 523 c 525 e
Brandonum, *fax cerea* 396 f
Bricia, *mica* 385 b
Brunus, *fuſcus* 716 e
Burgenſis, *civis* 329 f
Buſtare, *ſepelire* 78

C

CAballarium feretrum, *lectica* 782 d 780 e
Calcineus murus, *lateritius* 480 f
Calcitroſus equus, *recalcitrans* 228 d
Calculeus, *calculoſus* 341 b
Caldarium, *vas æneum* 989 b
Calderario, *faber ahenorum* 393 d
Cambire, *commutare* 588 e
Cambitio, *commutatio* 666 c
Camiſia, *induſium, tunica lineâ* 250 c 882 c
Campanal, *campanile* 460 e
Campanea, *planities camporum* 389 e
Campellus, *campus paluſtris* 71 f
Cancellare, *expungere, abolere* 523 a
Cancrizari, *gangrena inſici* 892 a
Candellum, *candela* 524 f
Cannicanna, *an* caricaria ? 223 c
Cantinaria, *Cellarii præfecta* 385 d
Capicerius, *primus inter Canonicos* 72 b
Capere, *decernere* 618 b e
Cappanna, *tugurium* 524 f
Captivare, *captivum tenere* 297 d
Cardetum, *ubi cardui creſcunt* 357 b
Careſtia, *caritas annonæ* 596 b
Carpentarius, *faber lignarius* 740 e
Carruca oſſea, *ludicri puerilis genus* 608 f
Caſatus, *incola* 150 d
Caſſa, *capia* 507 f
Caſſare, *abolere* 523 a
Caſſari, *fruſtrari* 329 a
Catalepticus, *epilepticus* 785 f
Cataracti fumus, *morbus in oculo* 989 e
Cathedraticus, *lector Theologiæ* 985 e
Catta, *felis* 862 f
Cavallerus, 728 e
Cavalarius, *eques* Καβαλλάριος 160 b
Cavalcata, *pompa equeſtris* 532 f
Cavilla, *clavus ligneus* 739 a
Cavriola, *caminus* 392 d
Cavilla, *malleolus pedis* 716 a
Cautum, *ſeptum, macerid* 76 e
Caza, *capſa* 384 d 393 d
Celere, *celeriter* 448 d
Cendatum, *byſſus ſubtilis* 396 d
Ceraptata, *candelabra* 558 e
Certitudinaliter, *certò* 227 f 737 c
Cerurſicus, *chirurgus* 606 e 609 c
Chloroſaura, *venenatus ſerpens* 52 c d
Chronica paſſio, *per intervalla recurrens* 324 c
Cincinnium pilus, *crinis* 234 c
Cincta, *cingulum* 516 a
Cionco, cioncare, *truncus, truncare, alias ebrius, inebriare* 337 c

Clamare, *appellare accersire* 596 e
Clinare, *inclinare* 510 d
Cocina, *coquina*: cocinarius, *coquus* 223 f
Coëssentia, *præsentia* 565 b
Cognata, *uxor fratris* 928 c
Collateratus, *lateri junctus* 637 c
Colococcon, *an magnum granum?* 48 e
Comitatenses, *rustici* 245 b
Comitiva, *comitatus* 929 b
Commune, *respublica* 523 d
Compatriota, *ejusdem patriæ* 828 f
Compilative, *succincte* 985 a
Confalonerius, *vexillifer* 972, c
Confratissa, *soror* 710 c
Conjecturare, *conjectura assequi* 886 e
Consecretalis, *secretorum particeps* 210 f
Consolare, *consolari* 988 f
Conspectare, *conspicere* 75 e
Contastatus, *impeditus* 246 a
Contentari, *complacere sibi* 865 e
Contracta, contrata, *vicus* 224 f 510 c d 596 a 829 e
Contumeliare, *contumelia afficere* 573 c f
Conventiale scriptum, *instrumentum portionis* 620 f
Convicinium, *vicinia* 915 e 886 b
Coopertura, *operculum* 738 c
Coppolino, *pileolus* 531 c
Cornuzula, *insectum noctu lucens* 391 b
Costa, *latus* 394 b
Cotta, *vestis linea sacra, superpelliceum* 841 a 982 e
Coxia, *coxa, crus* 526 a
Credentia, *fides, opinio* 523 a
Crementum, *incrementum* 281 e
Crepatura, *hernia* 987 c
Croca, crocia, croccia, *fulcrum axillare* 384 c 391 a 454 b 512
Crollare capite, *caput agitare* 522 c
Cucumium, *lanx profundior* 139 d 141 f
Cullea, *scrotum* 510 f
Cultra, *culcitra stragulum* 950 a
Cuppa, *vas* 989 c
Curialiter, *urbane* 504 f
Curticula, *prædiolum* 72 a

D

Dæmoniosus, *energumenus* 586 d
Deædificare, *scandalizare* 230 c
Debacchatus, *ebrius* 902 f
Debriare, *implere* 80 a
Decurare, *nimis curare* 338 a
Defectus, *deformatus, collapsus* 6 d
Defensare, *defendere* 99 f
Demutatio, *translatio* 311 d
Denariata, *merx, Franc.* denrée 230 e
Dentata, *morsus* 525 b
Depecuniare, *spoliare pecuniis* 438 c
Deramare arborem, *excutere ejus fructus* 393 c
Derobare, *spoliare* 391 b 397 e
Detentare, *reservare* 604 a
Deteriorari, *deterior fieri* 212 a
Detumulatio, *exhumatio* 811 a
Devotare, *consecrare* 340 e
Devotare, *voto fraudare* 437 a
Devotare, *devovere* 742 a
Dextrarius, *sessorius equus* 692 b
Didascalus, *magister* 786 e 812 c 814 e
Disfugium, *fuga* 75 c
Dignative, *dignanter* 234 a
Diminuculum, *diminutio* 786 f
Disciplinabilis, *rationabilis* 499 b
Discordiosus, *contentiosus* 507 f
Distanter, *procul* 927 a
Districtualis, *incola districtus* 847 f
Disturbium, *perturbatio* 75 b 940 a
Dogmatizare, *docere* 302 d
Dominicatura, *dominium* 666 c
Dominicatum beneficium, *dominium* 821 a
Dubietas, *ambiguitas* 553 b
Ducamen, ducatus, *ductus* 811 d 815 b

E

Eclipticus, *defectu osus* 799 b
Egestas, *infirmitas* 455 b
Eliberare, *liberare* 574 a
Emutire, *edicere, proloqui* 775 f
Enormitare, *normam excedere* 819 b
Endica, *cumulus frumenti* 598 c
Entheca, *capsa* 312 f
Entoma, *insectum* 75 e
Epilogare, *compendio narrare* 868 b 951 e
Equitaturæ, *jumenta* 742 f
Esibilis, *cibus* 888 c
Essendo, *existendo* 509 d
Exemplaritas 988 a
Exenia, exenium, *munus* 451 e 457 b
Effigiatio, *figmentum* 99 c
Exceptare, *excipere* 398 c
Excolata, *apoſema* 245 f
Exfructare, *totos fructus percipere* 230 a
Exiliare, *in exilium mittere* 84 f 312 f
Expalmare, *palmis cedere* 573 d
Explantatus, *evulsus* 340 c
Expropriare, *spoliare* 235 c

F

Facta, *res, negotia* 502 a
Factivus, *practicus* 879 b
Fabella, *sermo* 179 f
Fallum, *error, delictum* 519 a
Famellus, *servulus* 771 f 772 d
Fanones, *seu* flanones, *vexilla* 452 c
Feodum, feodalis *fundus, clientelaris* 816 f
Ferventia, *devotio* 841 c
Fervorosus, *fervens* 240 b
Festinantia, *festinatio* 356 f
Festivare, *festum agere* 785 c
Fiancum, *latus* 515 b
Filare, *nere* 705 b 990 c
Fiendus, *faciendus* 884 c 892 b 921 d
Firmaculum, *clavus, fibula* 673 c
Firmare, *claudere* 502 d 738 d
Firmare se, *subsistere* 689 b
Flasco, *phiala ligneа, amphorа* 448 b 886 c
Formula, *imago* 143 c
Fossatum, *fossa* 356 f
Freda, *lotus in ecclesia* 378 f
Frigoriticus, *febricitans* 112 a
Frontose, *arroganter* 953 e
Frustites, *penuarii præfectus* 224 a
Furnarius, *pistor* 390 f
Fustis, *arbor, truncus* 447 d
Fusum, *ferrum teres* 391 e

G

Gabella, *tributum* 738 b
Galæa, *triremis* 938 b
Gamba, *crus* 524 c
Gangulæ, *scrofula* 516 f 609 a
Garrire, *clamare* 397 a
Garrulatus, *garritus* 991 a
Garterium, *fascia cruralis, perisceli* 159 a
Garrettum, *poples* 325 a
Grancia, *prædium* 383 f
Goja, *regio pascuosa* 801 e
Gonna, gonella, *toga muliebris* 988 f 991 b

Granditas, *magnitudo* 507 d 940 e
Grandiolus, *glandula* 398 c
Grandula, *ſcrofula* 986 f
Gravare, *ſculpere* 76 b
Gravidare, *imprægnare* 987 e
Gridare, *eiulare* 524 f
Gronna, *locus paluſtris* 579 b
Groſſus, *grandis, tumidus* 716 e 989 f 990 b
Guerra, *bellum* 393 e 390 e 504 a 597 a 607 b 738 e 961 d
Guerra, *inimicitia* 912 b 922 f 957 d
Guerrantes, *inimici* 921 d
Guſtanter, *gratanter* 111 b
Gutta caduca, *epilepſia* 509 c
Guttæ, *arthritis* 526 e
Gyrovagari, *diſcurrere* 592 d 945 a

H

HErpicare, *poſt ſe trahere* 519 c
Hirundinæ, *hirundines* 991 a
Homulus, *homuncio* 143 b
Honor, *fem. fundus poſſeſſio* 728 e
Hortolitium, *agellus* hortalitium 599 e 604 a
Hoſpitaria, *cubiculum hoſpitum* 507 f
Hymnizare, *canere* 202 a

I

INdiſgregabilis, *individuus* 565 e
Imbutamentum, *diſciplina doctrina* 8 8 d
Imponere litaniam, *inchoare* 558 c
Incanonizatus, *in canonem relatus* 204 e
Incautela, *imprudentia* 689 c
Incautus, *periculoſus* 437 [illegible] c
Incordatus, *ſui oblitus Ital.* ſcordato 596 d
Indilate, *ſine mora* 964 b
Infamatorius, *calumnioſus* 954 d
Inglandula, *inflatio gutturis* 989 b
Ingombratus, *obſeſſus* 514 b
Ingroſſari, *tumeſcere* 740 e
Innumeroſus, *innumerabilis* 105 b
Inſalatium, *herbæ crudæ ſale conditæ* 965 b
Inſaniri, *inſano more vexari* 573 c
Inſpectare, *conſiderare* 75 d
Inſultare aliquem, *invadere* 989 f
In tanto, *interim* 507 f 596 e
Integraliter, *integre* 902 f
Intendere, *audire* 926 c
Interpolanter, *vicibus inter polatis* 246 b
Intitulari, *nominari* 234 a
Invaſatus, *obſeſſus à dæmone* 517 f
Iocale, *monile* 256 f 924 f
Ioculator, *mimus, biſtrio.* 228 e 741

L

LAboratus, *miniſterium ſervile* 525 b
Laborerium, laboritium *opus manuum* 221 b 222 b
Lar, *focus* 759 d
Laſſare, *relinquere* 384 c 393 e 391 a 390 f
Latibuloſus, *obſcurus* 679 d
Lavandaria, *lotrix* 526 b
Lavellus, *ſarcophagus* 510 c
Lavellum, *lavacrum* 756 b
Lautitius cibus, *cupediæ* 257 a
Legimen, *electio* 759 f
Lenziolo, *pannus lineus, Lodex* 525 a
Licentiare, *dimittere* 227 a
Licentiari, *permitti* 953 b
Licii arbor, *an ilex?* 242 a
Lira, *libra* 90 a
Lixiva, *lixivium* 98 b
Lucanum, *aurora* 586 a
Lucarius, *ſilvæ cuſtos* 67 d
Luminaria, *cura luminarium* 521 e

M

MAccones, *vermes fabarum* 518 f
Mangiarinum, *cibi genus* 395 b
Mallandrinus, *ſceleſtus* 382 e 397 e
Malinquinari, *triſtem eſſe* 520 f
Manſionarius, *ædituus* 324 e
Manſum, manſus, *prædium* 448 a 816 f
Manſum *habitatio* 453 d
Mantellatæ, *tertiariæ Ordinum religioſorum* 870 b
Mareſcum, *paludoſus locus & paſcuus* 71 f
Martellus, *malleolus* 233 f
Maſſarius, a, *Villicus, a* 394 a
Maſſiola, Maſſia, *bacillus* 524 e 526 a
Mattula, *floreæ* 449 c
Mattus, *ſtultus* 221 c
Mauptes *Pontifex Magorum apud Perſas* 22 a
Mechanicus *magus an artifex?* 639 d *vel laicus aut illiteratus?* 640 c
Medicinaliter, *per medicinas* 989 e
Menſe intrante & exeunte *quomodo dicatur* 996 d e
Mentio, *tumba, monumentum* 812 c
Mercatum, *forum* 692 b
Meremium, *materia lignea* 781 e
Meteoricæ preces, *attentæ* 75 a
Miligriſius, *denarius* 143 a
Miniſterialis, *miniſter* 821 b
Minutor, *phlebotomus, venæ ſector* 796 d
Mirificentius, *mirabilius* 737 a
Mœſtitudo, *mœror* 775 d
Monachare, *monachum facere* 728 e
Monſtrantia, *theca reliquiarum* 400 a
Montanea, *montes* 153 a
Moroſitas, *longanimitas* 955 a
Morſellus, *buccella* 702 b 704 f
Morſi, *momordi* 525 a
Mozzetta, *epomis Epiſcopalis* 683 b
Murator, *faber cæmentarius* 245 c
Muſivum, *teſſellatum opus* 6 d 769 b

N

NAnna, *avia* 530 d
Natta, *callus* 687 e 891 b
Naturatus, *natura proclivis* 884 e
Natus, *nativitas* 215 a
Navilium, *navigium* 393 b
Neblia, *nebula* 515 d
Neceſſitare, *cogere* 870 e 907 a
Nepos, *neptis* 244 a
Nexare, *ligare* 304 d
Nigromanticus, *magus* 693 e
Nominaliter, *nominatim* 938 d
Novellare in agro, *paſtinare* 646 e
Nugalis, *nugax* 655 e
Nuncupamen, *nomen* 449 e
Nutrimen, *educatio* 274 d

O

OBitus, *mortuus* 900 c
Obſequela, *obſervantia* 75 b
Obſtinaciter, *obſtinate* 784 f
Ocularius, *oculare* 217 a
Odire, *odio habere* 83 e
Offertio, *oblatio* 769 b
Oletanus, Olitanus, *antiquus* 6 d 111 a
Orama, *viſio* 1775 b
Ordinamentum, *ordinatio, ſtatutum* 225 f 393 e
Oriflanna, Auriflamba, *vexillum regium* 452 c
Oſcheum, *ſcrotum* 700 e

P

PAnellus, *parvus panis* 928 a
Panigarola, *insectum noctu lucens* 391 b
Panunculæ, *seu venenosæ lacertæ*, morbus 453 f
Papas, *nutricius* 192 a 195 b
Pappas, *patruus* 176 e
Paradisus, *templi propylæum* 449 e
Partus, *vulva* 244 d
Parvipendulus, *irrisorius* 8.6 e
Parvissimus, *minimus* 62 a 63 f
Passagium, *expeditio transmarina* 925 c
Passus, *locus scripturæ* 905 b
Pater-noster, *precatorium sertum* 988 e
Patriota, *indigena* 324 e 817 f
Pavo, *vehiculum* 414 b
Pausa, *quies* 914 e
Pecium, *pars* 518 f
Peditare, *pedibus gradi* 940 e
Pedules, *socci* 963 d
Pellifex, pelliparius, *pellio, coriarius* 230 c 785 a
Pensitatio, *meditatio* 75 c
Perventus, *qui pervenit* 607 d
Petia, *particula panni* 603 b 605 e
Petrosillum, *petroselinum* 388 f
Pettum, *crepitus ventris* 511 a
Pharus, *turris littoralis* 114 c
Philosophellus, *parvus Philosophus* 431 e
Phlebotomare, *sanguinem educere* 868 e 988 b
Pica, *ordo divinorum officiorum* 162 e
Piccatus, *fixus* 772 a
Pictacium, *scheda* 110 a
Pilum, *lanceola chirurgica* 986 d
Pilum, *arca* 244 a
Pinna, penna, *rupes* 728 d
Pinzochera, *Tertiaria* 248 a
Pistieus, *fidelis* 68 b
Pitancia, *portio seu dimensum* 693 b 929 b
Pittaciolum, *chartula* 287 a
Pizzicarius, *pinguiarius* 598 c
Plana vox, *submissa* 900 b
Plane, *tractim*, piano *Ital.* 225 b 233 f
Plane, *simpliciter* 501 e
Plangor, *planctus* 299 c
Pleberium, *parochia* 525 f
Pluriora, *plura* 742 e
Pneuma, *spiritus* 83 c
Policus, *cœlestis* 286 d
Pollucibiliter, *insigniter* 564 d
Pontificatio, *præsulatus* 760 c
Popularitas, *populatio* 453 a
Porea, *areola* 596 d
Postema æ, *apostema*, *atis* 606 e
Postfatio, *epilogus* 986 e
Potestativus, *efficax, ex potestate* 552 c 964 b
Potestas, *prædium* 453 e
Præconabilis, *laudabilis* 806 e
Præconari, *protestari* 815 f
Præconizare, *promulgare* 919 c 936 f
Præconizare, *laudare publice* 975 a
Præliminium, *proœmium* 772 a
Præmentionatus, *præfatus* 528 d
Præsentialiter, *cito* 212 e
Præsidatus, *officium Præsidis* 555 f
Primiscrinius, *Secretarius Imper.* 14 b
Primitialis, *principalis* 181 e
Primule, *primum* 147 d
Principiare, *incipere* 988 d
Privus, *privatus*, *carens* 246 b
Probamentum, *experimentum* 324 a
Procerus, *Magnas* 375
Prodimentum, *proditio* 603 d
Prognosticari, *destinare* 509 a
Prudentialis, *prudens* 75 c
Puteum, *puteus* 605 f

Q

QUamdiu, *donec* 52
Quareria, *latomia* 71 d
Quarterium, *vicus* 988 f
Quarrerola, *quadrans sextarii* 523 d
Querulare, ri, *conqueri* 694 f 882 f 956 a
Quittare, *absolvere* 157 e
Quietio, *quies* 811 a

R

RAbdus, *virga* 756 b
Rasorium, *novacula* 986 b
Recalcire, *sarrire* 523 b
Recapitulare, *reprehendere* 784 d
Reclusium, *cella Recluſi* 775 f
Recompensa, *compensatio* 816 c
Referendare, *referre in Acta* 570 f
Regere, *sustentare* 223 c
Regimonium, *præfectura* 628 a
Registrare, *describere* 844 c
Regratiari, *gratias agere* 716 a 867 c
Rehabere, *recipere* 988 e
Remandare, *renuntiare* 392 d
Reparaculum, *umbraculum* 247 b
Repatriare, *redire in patriam* 188 e
Repausare, *quiescere* 796 f
Repedare, *redire* 560 a 785 f
Repulsatus, *repulsus* 384 f
Repurgium. *repurgatio* 153 b
Requestus, *postulatio*, *petitio* 774 e
Resegale, *basilicum venenum* 396 f
Restruere, *readificare* 213 d
Rheuma, *fluvius* 16 b
Ricopiare, *transcribere* 984 a
Ricotta, *cremor lactis coctus* 539 d
Riforma, *reformatio* 528 c
Rimendator, *sartor* 516 e
Rissare, *erigere* 513 d 518 a
Rizius, *echinus seu calix castaneæ* 382 d 393 c
Robaria, *furtum* 391 c
Roscidulus, *roscidus* 87 d
Rotum, *novale* 425 c
Rubricare, *rubere* 900 e
Ruginosus, *ferruginosus* 224 a
Runcinus, *equus* 438 d

S

SAgmarius, *equus sarcinarius* 565 c
Salma, *sarcina* 600 d
Salmarius, *equus*, *mulus*, 739 b
Sarcinatus, *gravatus* 212 d
Sartorium, *sarculus* 523 b
Sbadagium, *oscilli genus* 391 e
Scabinus, *senator* 821 b
Scalare, *scala* 525 b
Scalciatus, *excalceatus* 511 b
Scalia, *tegula* 384 d 393 d
Sçarletum, *purpura* 234 c
Scatula, *pyxis* 831 d
Scaturicare, *scaturire* 663 a
Sciancatus, *claudus* 510 e
Sedales ecclesiæ, *quæ?* 512 c
Senior, *dominus*, *maritus* 191 c 565 b
Ser, *honoris particula nominibus prapositæ* 922 b c

Serio-

Seriosissime, *valde serio* 946 a
Sermunculus, *parvus sermo* 143 c
Servimen, *famulatus* 212 d
Sessorium, *locus sessionis* 932 f
Sextarius, *mensura frumentaria* 697 a
Signettum, *sigillum* 848 b
Similago, *panis ex similagine* 210 a
Singulare, *sequestrare* 110 c
Singultizare, *singultire* 903 e
Singultuosus, *cum singultu* 905 f
Solatiare, *solatium, auxilium præbere* 208 c
Solatiose, *jucunde, jocose* 964 a
Solennizare, *colere* 472 b
Sollectio, *syncope, deliquium* 526 e
Somarus, Sommarius, *equus clitellarius* 636 b 989 a
Somnesco, *dormito* 602 a
Sonorosus, *sonorus* 899 a
Sororina, *uxor fratris* 928 c
Sotularis, *calceus* 253 d 740 e 963 d
Spaleria, *peripetasmata* 495 b
Spatula, Spalla, *humerus* 737 e 986 b 989 d
Sphongatum, *placenta* 142 f
Spissus, *frequens* 188 a
Squinanzia, *angina* 384 f 398 b 918 a 950 c
Staminea, *tela linea* 603 a
Starius, Starium, *sextarius* 500 e 524 f
Stecco, *paxillus ligneus* 989 c
Strata, *platea* 709 c 692 f
Stroppone, Stroncone, *arbor trunca* 539 d
Subpedire, *sustentare* 332 f
Subsellium, *mula sessoria* 644 b
Succiduus, *successivus* 9 f
Sudaria, *ephippium* 340 d
Sulcellus, *parvus sulcus* 428 f
Sustentare, *tollerare* 965 c
Syllabicare, *syllabas colligere* 881
Syncopizare, *deliquium pati* 902 a 965 d

T

TAlia, *tributum* 737 d 738 b
Taliare, *scindere* 389 a
Talliator, *sartor* 526 c
Tartavellare, *in serum vigilare* 327 a
Teges, *tectum, tugurium* 641 c
Tascha, *sacculus, crumena* 885 c
Tenacula, *forceps* 909 d
Tenta, *umbella* 495 d
Terrisonus, *terribilis* 320 f
Terzana, *tertiana febris* 536 d
Testudo, *testa, lagena* 193 b
Thecella, *parva theca* 429 e
Thomatizare, *incredulus esse* 432 b
Thoracida, *imago ad pectus usque ducta* 147 d
Timidus, *formidabilis* 244 a
Tirare, *trahere* 523 c
Titulatio, *scriptio* 329 a
Tormentare, *cruciare* 864 e 944 c
Tornale opus, *torno factum* 450 f
Torneamenta, *nundinæ* 669 e
Trahere, *exire, pergere* 525 f
Trasinare, *raptare* 523 e
Transiatare, *transferre* 988 d
Travagliatus, *afflictus* 515 d
Travoltus, *transversus* 513 f
Trebbiare, *triturare* 525 b
Tribuna altaris, *concha templi* 988 d
Tridecimus, *decimus tertius* 340 f
Tristis, *malus* 505 c
Tulipantus, *pileus Turcicus* 153 c

V

VAcantia Imperialis 106 a
Vallatus, *depressus in modum vallis* 390 a
Vayroræ, *variolæ* 384 e 395 f
Veges, *dolium* 231 c 237 f 385 d 888 e 966 e
Vegeticulus, *doliolum* 929 e
Venter, *fœtus* 244 c
Verbosare, *multum garrire* 573 c
Vezzolus, *artemisia* 385 c
Viaria, *jus venandi* 71 e 72 a
Viagium, *iter* 526 b
Villagium, *villa* 801 e
Vinagium, *potio ex vino* 719 b 775 c
Vinaticum, *vinum benedictum* 448 d
Vinculatus, *vinctus* 589 d
Violentare, *cogere* 918 a
Virosus, *virulentus* 99 e
Vituperate, *probrose* 234 b

Z

ZEtarius, *Prefectus Triclinii* 14 b
Zizza, *mamilla* 539 d

ONOMASTICON GRÆCOBARBARVM.

Ἀμφίβλησεον, *rete jaculum* LIIII d
Αὐθέντης, *patronus* XLI a
Ἀχέγγυος, *certus irrefragabilis* XVIII a
Ῥίπτωος, *jactus retis* LIIII e
Διαδολίζω, *decipio* LVIII d
Ἐγκρυφεῖ, *latenter* VI f
Ἔχαυσα, *perdidi, amisi* XL a
Θαλασσοκλόνητος, *mari mersus* LIIII f
Καβαλάριος, *eques* XL f
Κακινκάκως, *misere* XXXVI c
Καυδήλα, *lampas* XLV
Καπικλάριος, *custos carceris* LII a
Κάραβος, *scapha* LIII e
Κατοῖκον, *domi, privatim* XXXVI f
Κερνόω, *misceo* XLI b
Κόμης, *Comes* IX c XV c
Κομμεντασία, *Prefectura commentariensis* XLI a
Κεκέμιον, *scutella* XXXVIII
Λαγήνιον, *lagenula* XLI b
Μήλατον, *diversorium* LII a
Νέμερα, *legiones* IX c XV c XIX f
Παλάτιον, *palatium* XLIII e
Προκενσος, *processio* II d
Προσμονάριος, *Mansionarius, adituus* XXV d
Σπεκκλάτωρ, *speculator* LIII b
Τριβοῦνος, *Tribunus* IX c
Φαινακίζω, *decipio* XIV c

INDEX MORALIS.

A

ABbas *in prælatura omnibus virtutibus fulget S. Hugo Cluniac.* 635 f 636 Abbatias XII *Prioratus* LXXV *ſub ſe habuit* 638 f 651 a b *vide* Ordin.

Abortum *ſæpe patiens curatur meritis B. Ægidii Minorita* 244 b c d

Abſens *novit S. Erminus victoriam Vinciacenſen Caroli Martelli, obitum Radbodi R. Friſonum, mortuum monachum ſuum Elnone, ejuſque curat exequias celebrari* 376 a d *S. Hugo Ab Cluniac. peccata aliorum* 639 d e 651 e 655 a 660 a

Abſtinentia *ſumma & auſteritas, Abbatiſſæ S. Opportunæ* 63 e f *longa variaque B. Luchefii* 602 f *S. Francæ à cibo delicatiore miraculo comprobata* 388 f 389 a Abſtinet *à carnibus & lacticiniis, panem cineribus, potum felle miſcet B. Helena Vtinen.* d e *à coctis cibis & vino S. Zita* 501 e *ab eſu carnium puella S. Catharina Senen.* 867 e 873 f *ab omni vino quindennis, & à pane vicennis* 867 f, 952 c *demum ab omni cibo & potu* 868 a

Adulteræ *infans patrem ſuam prodit, juſſu S. Pamphili Ep. Sulmonenſis* 584 d 585 e *ad ſe confugientem in monaſterio recipit, paratus pro illa mori, S. Adalbertus Epiſc.* 184 a 192 c

Ædificia *ampla improbat in ſuo Ordine B. Ægidius Minorita* 237 d 239 b

per Aërem *ad eumdem defertur B. Philippus Minorita* 405 c

Ægra x *annis lecto affixa ſanatur attactu manus B. Franciſci Fabrian. mortui* 92 d *alia incurabilis apparente S. Franca* 402 c d Ægris *in noſocomio deſervit B. Luchefius* 598 f *longe diſitos quærit, & medicamentis fovet* 600 d e

Amentes *furioſi ſanantur ope S. Francæ* 391 d *ad reliquias S. Helenæ* 439 d *ad ſepulcrum S. Roberti Ab. Moliſmen.* 675 f 677 b c e *meritis S. Petri Martyris* 716 b *& S. Eutropii* 741 c f 742 a

Amiſſum *monile reperitur invocato S. Roberto Ab. Moliſmen.* 673 b c

Amor *Dei & odium ſui æſtimantur à S. Catharina Senenſi* 878 *eodem illa mirabiliter æſtuat, Chriſtum in Euchariſtia viſibilem ſumens* 899 a b *ex eoque languens ad cælum anhelat* 904 d e *diſrupto corde ad tempus moritur,* 905 f 906 a b, 907 a b *vitæ reſtituta ob ſalutem proximorum* 906 e

Ancilla *S. Zita laboris amans* 497 499 f *promptitudine ſingularis* 500 c *mire officioſa erga omnes* 505 f

Angelus *indicat naſciturum S. Georgium Sardum Epiſc.* 215 d *Præcedit S. Opportunam ad monaſterium* 63 d *è carcere ad ſtatuas deorum confringendas educit SS. Felicem, Fortunatum, Achilleum* 99 f *apparens ægrum ſanat S. Wilfridum* 309 d *offert clavos Ieſu Crucifixi contemplationi B. Aldobrandeſcæ* 469 f *oſtendit Animam S. Catharinæ Senen. tribus coronis redimitam attolli ad Chriſtum & Deiparam & à Sanctis excipi* 946 c d e f 947 *confortat S. Marcum in carcere* 348 e *ducit ad corpus S. Baſilei è mari extrahendum* 420 d e f Angelum *ſuum* cuſtodem *videt, & ejus tutela evitat ictum fulminis, S. Hugo Ab. Cluniac.* 642 d e f Angelo *ob abſtinentiam, caritatem erga Deum & homines, & cæleſtem ſapientiam comparatur S. Catharina Senenſis* 854 c d e *eadem videt* Angelos *habentes velum aureum & manibus tenentes cereos in Miſſa* 936 a *iidem videntur animam S. Gerardi Ep. Tullen. deducere ad cælum* 213 a *& cantu ſuo monent reſtaurandum ſacellum S. Adjutoris* 826 d e f

Angina *periculoſa diſſipatur ope S. Francæ* 398 b *applicata veſte S. Petri Martyris* 696 e *invocatis SS. Adjutore, Magdalena & Roſimunda* 825 e *ſigno Crucis per S. Catharinam Senen.* 918 a b 950 c d

Anima *S. Hugonis Ab. Cluniac. conſpecta ad cælum ab Sanctis deduci* 647 f 648 a b 657 e *ejus gloria abſenti indicatur* 660 c *Pii II Papæ deferri viſa Petro Teutonico* 472 b *ut* Anima patris ſui *ſine purgatorio ad cælum abeat, pro eo ſe ſatisfacturam offert, & graviſſimis doloribus affligitur, eamque tandem liberatam conſpiciit. Catharina Senenſis* 807 e f 808 a b c *Pro eadem cauſa pœnitentiam agit loricam indutus S. Hugo Abbas Cluniac.* 649 c 654 c Animæ *ſuæ decorem videt extatice B. Ægidius Minorita* 241 e *& magni facit ei collatos favores* 242 b *alterius poſt mortem pulchritudinem ſpectat S. Catharina Senen.* 891 a Animam *S. Petri Martyris videns cælo receptam literatur ab inveterato morbo* 699 c Animarum *ſalutem, quod eas Chriſtus tam caro emerit vehementer diligit Catharina Senen.* 506 e f *ideoque pro ea ſe æternis pœnis offerebat* 856 c d e *& amabat Ordinem Prædicatorum* 862 f

Animalia *fera manſuera reddit ſigno Crucis S. Theodorus Siceota* 52 c *canibaros extinguit* 56 a

Annona *amiſſa reſtituitur ope S. Zitæ* 524 f

Annulus *è manu S. Marci ultro porrecta Venetiis abſtractus* 998 b *furto ſublatus, & in virgam quæ evanuit, liquefactus; fure ſupplicio affecto, & filiolo extincto* 998 c *Annulus alius à S. Marco piſcatori traditus* 998 d

Apoſtemata *fœda curantur à B. Franciſco Fabrian.* 90 f 92 e 93 d 987 b 989 c *ope S. Petri Martyris* 707 b c *S. Hoyldis V.* 775 a *B. Peregrini Servitæ* 850 c d

Aqua *medicinalis fluit de oſſibus S. Francæ* 394 f 395 a *hac epota os inhærens gutturi ejicitur, & viſus reſtituitur* 395 b c 396 d e f Aqua *in vinum converſa pro S. Gerardo Ep. Tullen.* 209 b *ſigno Crucis per B. Aldobrandeſcam* 469 e *oblata pauperi per S. Zitam* 500 b Aquâ benedictâ *ſanat leproſum filium Mauritii Imp.* 52 b *cæcum* 50 a *& paſſim omnes ægros & obſeſſos S. Theodorus Siceota, item hortum à locuſtis liberat* 52 e *faciem diſtortam reſtituit* 53 e *& cancroſum ſanat* 54 d *& à peſte homines ac pecora liberat* 42 f *eadem ſanat uxorem cuſtodis S. Wilfridus in carcere detentus* 304 b Aquâ *epotâ, qua lotum corpus S. Marci Atinen. lethalis morbus pellitur* 558 c Aquâ, *cum Reliquiis S. Petri Martyris ſacrata, pelluntur varii morbi* 717 a b c *partus facilis redditur* 717 d *vas ligneum ab igne illæſum ſervatur* 717 e *in* Aquâ *gelida, pedibus glacie conſtrictis, diu conſiſtit orans S. Theodorus Siceota* 26 d *& in calidam lapſum, & manum aduſtam ſanat* 54 e f

Aquila *cuſtodit corpus S. Adalberti Ep.* 187 e

Arborem *fagum, oratione S. Richarii celebrem, excidens, lethali morbo punitur* 447 d e *Tibia vi ventorum ſecta in integrum reſtituitur eo invocato* 448 a b

Arcana *cordium penetrat S Catharina Senen.* 964 f

Arthritis *ſublata meritis ejuſdem* 949 a b *& ope S. Francæ apparentis* 392 f

Aſylum *S. Mercurialis violantes milites puniuntur* 753 e

Auris *ob infixam feſtucam incurabilis ſanatur, invocato B. Franciſco Fabrianen.* 989 d *item obturata* 909 a

de Avaritia *& rerum terrenarum nimia cura reſecanda, dicta B. Ægidii Minoritæ.* 230 c d

B

BAcchanalium *licentiam coërcet B Michaël Bargenſis* 980 f

Baptizat *S. Claudium & familiam eiſque tradit ſacram Euchariſtiam S. Cajus Papa* 15 e Baptizatum *S. Maximum linit Chriſmatis Sacramento* 16 b *in* Baptiſmalis *fontis conſecratione cereus aquæ illapſus nõ extinguitur* 760 e

Beſtiæ *maximæ urſa & lupus manſuete accedunt ad S. Theodorum Siceotam* 39 e
Biblia *quotannis curat legi, & Euangelia quater B. Wolphelmus* 83 a b
Blaſphemi *in S. Opportunam fractis cervicibus expirant* 71 e *in S. Robertum Ab. Moliſmen. ſubito occiſi* 677 e f *in S. Petrum Martyrem unus tantum non ſuffocatur* 704 f *alius fit mutus* 705 a *aliis portentoſus ſanguis fluit per digitos* 705 b *Martyrem negans occiditur* 705 d *Sanctum negans ab equo proteritur* 705 e Blaſphemus *in S. Mercurialem punitur fractis ſub equo cruribus* 753 f *ad tumulum ejus ſanatur* 754 a *in S. Erconwaldum gravi morbo correptus extinguitur* 784 f
Brachium *S. Georgii ablaturus, punitur cæcitate, & idem neglectum habens morte* 135 b c d Brachium *infantis immiſſum aquæ bullienti curatur ope B. Franciſci Fabrian.* 92 e *item alterius male affectum* 92 f *reſcindendum ope S. Francæ* 392 c d e *aridum ſuperpoſito velo quo tactum fuerat corpus S. Catharinæ Senen.* 948 c d *emortuum appoſita manu B. Franciſci Fabrianen. mortui* 989 a
Butyrum *& farinam multiplicat S. Cronanus* 582 b

C.

Cæci *illuminantur abſterſis oculis aqua lotionis manuum in Miſſa B. VVolphelmi* 85 c d *ad Reliquias S. Indaletii* 731 d e *invocato S. Eutropio* 742 e f 743 a *ab apparente S. Hugone Ab. Cluniac.* 648 b *invocata S. Catharina Senenſi* 970 a b *aqua benedicta à S. Theodoro Siceota* 50 a *idem* Cæcum *jubet abire, prædicens tunc ſanandum, alias cæcum manſurum* 57 a b Cæci *illuminantur ope S. Opportunæ* 69 d 70 e *eidem injurius fit cæcus, pœnitens ſanatur* 70 b c *Alii Vium recipiunt aqua fluente ex oſſibus S. Francæ* 395 c 396 e f 397 b f 398 a b *ope S. Antonii Lucenſis* 479 b c *& B. Lucheſii* 606 e f *Sedecim ope S. Zitæ* 508 d 510 d 511 f 512 d e f 513 a b d 514 a b f 517 e 518 d f 519 f 520 a b 521 c 522 c 526 a b c *alii ope S. Trudperti* 439 a *S. Richarii* 449 e 451 d e f 454 a *S. Roberti Ab. Caſa-Dei* 323 e f 324 f 325 f *S. Francæ* 391 a b c d 394 a 395 f 396 a *ad ſepulturam S. Roberti Ab. Moliſmen.* 674 f 675 a 677 a d *ope S. Erconwaldi* 786 c *B. Hildegardis Reginæ* 798 *S. Adjutoris* 824 e *S. Gualfardi* 829 b c f *B. Peregrini Latioſi* 839 a 843 b 847 f 848 a
ad Cælum *anhelat S. Catharina Senen.* 941, 942, 943
in Calcis *vivæ foveam demerſus, illæſus educitur S. Georgius M.* 119 d e 126 a b c
Per Calceum *S. Epipodii febris curatur* 10 b Calceis *ferreis ardentibus indutus commode incedit S. Georgius M.* 120 a 126 e f 127
Calculo *laborantes ſanantur ope B. Ægidii Minoritæ* 247 a *S. Guilielmi Firmati* 341 b *voto facto S. Petro Martyri* 708 b
Calicem *argenteum è meretricio confectum agnoſcit & remittit S. Theodorus Siceota* 41 f 42 a
Calumniam *de veneno Reginæ Perſarum parato paſſa S. Pherbute M.* 22 a Calumnianti *leproſæ conſtanter inſervit, alteri æternam ſalutem impetrat & tertiæ cancroſæ miniſtrat S. Catharina Senen.* 954
Cancro *exeſum crus B. Peregrini Servitæ deprecantis Crucifixum ſanatur* 838 c d 842 f *Eodem laborantem ſanat inſufflando & aqua benedicta S. Theodorus Siceota* 54 d *alii ſanantur ope S. Marci* 56 b *S. Francæ* 403 a *aqua ex ablutione S. Hugonis Ab. Cluniac. accepta* 641 d *applicita terra Martyris ſanguine tincta* 669 e 702 c Cancroſo *Ulceri ad nauſeam ſuperandam os ſuperponit* 892 c *& eodem pus & aquam qua ulnus laverat bibit* 893 f 955 c *dein potum ex latere Chriſti accipit* 894
Canis *morſu læſus ſanatur ope S. Trudperti, ſed votum tranſgreſſus è vulnere obit* 437 a b *alius ope S. Zitæ* 524 b *alii ſtola & benedictione S. Forannani* 809 f 810 a *an potius S. Huberti?* 810 f
Canonicus *intelligens divitias à ſe collectas à diabolo eſſe: eas dat pauperibus & in eremum ſecedit S. Guilielmus Firmatus* 335 b c d
Canonizatur *S. Petrus Martyr ſequenti poſt martyrium anno 7007017 02, additur feſtum & Officium Eccleſiaſticum* 703. *S. Catharina Senenſis canonizatur à Pio II*
Captivus *emendationem pollicens liberatur a B. Franciſco Fabrianen.* 93 f *alius à S. Marco in forma leonis apparente* 356 f *puer* Captivus *è Bulgaria à ſervitute per S. Georgium in ictu oculi cum cucumio in manu transfertur in Paphlagoniam ab* 136 *ad* 141. *alius è Saracenica.* 142 e Captivus *apparente S. Roberto Ab. Caſæ-Dei invocato è carcere liberatur* 330 e *& invocato S. Guilielmo Firmato Balduinus Comes Bolonia, dein R. Hieroſolymit.* 340 f 341 a *Alii ſolutis vinculis liberi abeunt invocata S. Franca* 390 e *S. Richario* 444 a 446 e 452 a b 459 c 461 b *à S. Erconwaldo* 785 a Captivum *æneæ arcæ Babylone incluſum Santonis in templo ſuo ſiſtit liberum S. Eutropius invocatus* 378 b c d *alios ſolutis vinculis & oſtio aperto liberat è carcere* 738 e f *alios duos oculis privandos, compedibus conſtrictos, reddit parentibus* 739 a b *alios quinque diſſoluta arca & confractis compedibus, inſpectantibus cuſtodibus, egredi facit* 379 b c d e Captivus *& reus capitis ſolutis vinculis portiſq; apertis libertati & patriæ reſtituitur invocato B. Antonio Auguſtiniano* 833 e f 834 a *variis invocato S. Catharina Senen.* 450 f *B. Iacobo Bitecten.* 539 b *& B. Lucheſio* 596 f 597 a 601 a b 607 b c d
Caput *ante pectus in manibus induat in picturis & ſtatuis Martyrem capite plexum* 106 c Capitis *dolor pellitur invocato S. Marco Atinenſi* 559 f *percuſſo ſepulcro S. Forannani* 812 c d e *ope B. Peregrini Latioſi* 843 f *S. Honorii Ep Brixienſis* 280 e *à B. Franciſco Fabrianen.* 491 b 987 d Capiti *inhærens cuſpis ſagittæ cum periculo mortis, S. Severo Ep. Neapol. apparente, elabitur* 770 e f 771 a b c Capite plexi *SS. Parmenius, Elimas & Chryſotelus Presb. Lucas & Mucius Diac.* 12 d *S. Sabas Gothus & LXX milites* 262. *Item SS. Euſebius, Neon, Leontius, Longinus & alii* 4 264 a *S. Daniel eremita* 269 a *Ss. Evodius, Hermogenes fratres, & Calliſta Soror* 360 a *S. Nice* 361 b *Publius miles* 361 f *Anachoreta VIII.* 374 b *S. Baſileus dein in mare projectus* 420 b c d *S. Anthimus Ep.* 482 f *S. Didymus poſtea combuſtus* 574 e *S. Patricius Ep. Pruſenſis* 577 d *SS. Theognides, Rufus & alii VII Cyzici* 617 b *SS. Iacobus Diac. & Marianus Lector & alii plurimi* 748 f 749 a
Capite *clavis confixo plectitur S. Marcus Atinenſis* 556 f *eodem ſecuri contuſo obit Martyr S. Eutropius Ep. Santonenſis* 735 e
Carceribus *& ſuppliciis gravibus tortus S. Guilielmus Firmatus, incarceratos poſtea invocatus liberat.* 336 c d
Caritate Dei *& proximi excellit S. Zita, zeloque alienæ ſalutis æſtuat* 506 c d Caritatem *mutuam moriens ſuis commendat S. Robertus Ab. Caſæ Dei* 328 b
Carnem *in monaſterio comedi à fabris prohibet & novit illatam S. Theodorus Siceota* 46 e f *eam ſibi interdicit S. Catharina Senenſis puella* 862 f 867 e
Carthuſianus *fieri à S. Catharina Senen. juſſus Stephanus ejus familiaris* 961 962
Caſte *educatur S. Catharina Senen. cum ſuis à patre oſore obſcœnitatis* 859 e f Caſtitatis *in ſe aluſque ſervandæ cupidiſſimus S. Gerardus Ep. Tullen.* 208 d *ad eamdem à S. Caio Papa patruo confortata, S. Sulanna negat oſculum cujuſcumque viri* 15 a b c *lac impudicæ nutricis abhorret infans S. Robertus Ab. Caſæ-Dei* 317 f *& adoleſcens cor caſtum ſervat* 328 b *ne à meretrice ſubmiſſa, ſuperaretur, brachium aduric S. Guilielmus Firmatus* 335 e f *S. Pherbute deſponſata Chriſto mori mavult quam nubere* 22 c
Catena *ferrea pro cilicio utitur & ea ter ſe quotidie cædit S. Catharina Senen.* 868 b d

Cereus *ultro accenditur orante S. Zita* 504 a *ſupra Campanile ardens & lucens inter nives, indicat ſanctitatem Petri Mart.* 695 d *illapſus velo S. Catharinæ Senen. eo illæſo conſumitur* 885 b Cerei *inconſumpti ardent ad corpus B. Antonii Auguſtiniani* 833 d *cum* Cereis *à monachis excipitur S. Theodorus Siceota* 46 b

Cervam *ſiſtit & lacte ejus levat ſociorum ſitim S. Pamphilus Sulmon.* 585 e

Chriſmate *ſacro leproſum mundat S. Maternianus* 760 f

Chriſtus *Apocalypticus Angelus diligit genus humanum, dilectus à fidelibus, inprimis à S. Catharina Senenſi* 823, 854 a Chriſtus natus, Chriſtus mortuus, Chriſtus reſurrexit, *inſcribitur tribus hoſtiis ſub nomine B. Peregrini Servitæ benedictis iiſque pelluntur febres* 848 f *parturientes juvantur* 849 a *A* Chriſto *apparente confortantur S. Marcus in carcere* 348 e *& S. Georgius* 121 f 129 f Chriſtus *ſæpius apparuit B. Ægidio Minoritæ* 234 a 241 e f *in ejuſque rei memoriam eccleſia conditur* 242 a *Idem exhibetur ſub elevatione Miſſæ; & alias ſæpe cum Deipara & aliis Sanctis apparet B. Helenæ Vtinenſi* 253 e f *ejuſdem pectus viſibiliter intrat* 254 a c *apparens S. Baſileo Ep. Amaſeæ in carcere, omnia ei futura indicat & facienda præſcribit* 419 c *ex imagine Crucis conſolatur S. Petrum Martyrẽ* 689 d 893 d *ex* Chriſti *diſcipulis* LXX *SS. Apelles, Lucius, Clemens* 4 Chriſti paſſionis *meditationi inhæret magna conſtantia & reverentia S. Zitæ* 503 c d *laudes cantat feriis ſextis B. Helenæ Vtinen.* 251 a Chriſti *dolorum ſenſum à conceptione cœptum, impetrat S. Catharinæ Senen.* 904 e f *& quem habuit in horto intolerabilem in ſe experta maxime circa pectus* 905, *& diſrupto corde ad tempus moritur* 905 f 907 a *Eidem* Chriſto *formam mendici induto argenteam crucem donat Catharina Senen.* 886 f 887 *alias veſtem propriam, quam ab eo apparente recipit ad frigus arcendum, & ſimul de æterna ſalute ſit certa* 887, 888 *de ejus latere potatur* 900 b *rurſum lateri applicatur* 900 f Chriſtum *ſponſum eligit S. Bova regia ſtirpe prognata* 285 *& ſpretis nuptiis S. Doda* 286 d *eum inter pauperes excepiſſe traditur S. Gerardus Ep. Tullen.* 210 b *A* Chriſto *ſe ſpectabilem præbente benedicitur puella S. Catharina Senen.* 860 e f *viam perfectivam & diſcretionem ſpirituum docetur* 874 a b *item quid ſit noſſe ſe & noſſe Deum* 876 b c *ad vitam activam vocata, quamvis ægre avulſa à ſuavitate contemplationis, paret & inſtruitur* 882, 883 *munitur contra tentationes virtute patientiæ* 879 *& turpiſſimis tentationibus vexata à* Chriſto *è cruce ſolante pacẽ impetrat* 880 *ab eo appellatur Filia mea Catharina* 881 a *& ſæpe inviſitur una cum Deipara & Sanctis* 881 a b *deſponſatur accepto annulo* 881 f 882 a b *ad excelſiora animatur* 894 e Chriſtianos *Iudæis vendi vetat S. Adelbertus Ep.* 181 e

Cibo *cælitus ſubmiſſo in carcere refocillatur S. Marcus Atinenſis* 556 b Ciborum *reliquiis è menſa S. Hugonis Ab. Cluniac. guſtatis varii ſanantur* 640 a

Clauda *caſtitatem ſanatur vovens meritis SS. Erconwaldi & Etelburgæ* 782 a Claudi *ſanantur ope S. Opportunæ* 70 d *meritis B. Franciſci Fabrian.* 93 b *oratione S. Theodori Siceotæ* 46 c *ope S. Marci* 357 a *S. Francæ* 391 a *S. Trudperti* 437 e *voto facto S. Catharinæ Senen.* 494 b c *ope S. Antonii Lucenſis* 470 d *S. Alpiniani* 481 c f *S. Zitæ* 510 e *B. Lucheſii* 597 a

Clavos *Ieſu crucifixi ab Angelo oblatos contemplata, unius ſimilitudinem in ligno exprimit B. Aldobrandeſca* 469 f

Clinici *ſanantur invocato B. Franciſco Fabrianen.* 989 a *S. Trudperto* 438 a b

Colloquia *qualia exigat B. Ægidius Minorita* 232 f *ædificatoria inculcat ſuis S. Bova Abbatiſſa* 285 f *in iis excellit S. Doda* 287 a *iiſdem trahit vel invitos ad pœnitentiam S. Catharina Senenſis* 855 a *ipſaq; valde amat* 868 c 963 e 964 e Colloquia *virorum etiam ſanctorum junioribus monialibus interdicit S. Bova* 288 a

Columba *candida imminet vertici orantis S. Catharinæ Senen.* 866 c Columbas *S Eutropio offerre optantibus illæ ultro ſe offerunt & ad ſepulcrum manent* 743 b c

In Columna *ſtetit annos* 40 *Arſinus, diſcipulus S. Theodori Siceotæ* 43 c Columna *ignea apparet in nativitate S. Wilfridi* 294 b

Conciones *utiles habet, etiamſi carnalibus hominibus contrarias, S. Adalbertus Ep.* 181 d Concionatores *quales exigat B. Ægidius Minorita* 232 a Concionator *per Lombardiam & Italiam celebri fama, diligenti ſtudio, & maximo concurſu, ac fiducia in Deum S. Petrus Martyr* 689 f 690 a b c

ad Confeſſionem *plurimos & obduratiſſimos inducit S. Catharina Senen.* 964 f 965 a *eis peccata revelat* 963 a Confeſſionis *horror tollitur invocato S. Adjutore* 826 c *ad* Confitendum *peccata moribunda datur loquela & ſanitas à B. Franciſco Fabrianen.* 986 e

Confirmationis *Sacramentũ Chriſmatis unctione confert S. Wilfridus* 299 b *in* Confirmatione *appellatur Adalbertus Ep. Prag. Martyr, ante Woythiech dictus* 179 c 188 b

Conjuges *Martyres SS. Vitalis & Valeria, & eorum filii Gervaſius & Protaſius Martyres* 562 563 565 b B. *Lucheſius & Buanodonna habitũ 3 Ordinis ſumunt* 596 *Sancti Gundebertus & Berta* 621 623 *ille cum hujus aſſenſu abit ad convertendos infideles* 623 d e Conjugalis *fides ſtabilitur à B. Franciſco Fabrianenſi* 987 e f

Conſtantia *inter tormenta SS. Acepſinæ, Ioſeph & Æthalæ* 23, 24, 25, 26, 27, 28. *Similis SS. Felicis, Fortunati, Achillei* 100. a *item S. Maximi M.* 732 f 733 a *ad* Conſtantiam *S. Vrſicinum fluctuantem adhortatus S. Vitalis, poſt ipſum Martyr obit* 564

Contracti *ſanantur ope B. Wolphelmi* 88 a d *S. Opportunæ* 68 c *attactu manus B. Franciſci Fabrian. mortui* 92 d Contractus Royæ in Picardia *in templo S. Georgii* 150 151 a *ope B. Ægidii Minoritæ* 243 f 244 d 245 d 246 a b *S. Roberti Ab. Caſæ-Dei* 324 e 325 e *S. Francæ* 390 f 397 a *S. Richarii* 446 d 448 e f 449 a b c d 452 b 453 f 454 b 455 b c d e f 456 a b *S. Zitæ* 508 d 510 c d f 512 a 513 c e f 514 a c f 515 a b 516 a b c e f 517 a 518 a b c 519 c d 520 f 521 a b c 522 d d 523 c 524 d 526 d *S. Roberti Ab. Moliſmen.* 677 b d *S. Petri Martyris* 696 f 715 a *S. Eutropii* 742 d *S. Severi Ep. Neapolit.* 771 d *B. Hildegardis Reginæ* 800 b d *S. Adjutoris* 825 b *S. Gualfardi* 829 f *B. Antonii Auguſtiniani* 834 b *S. Catharinæ Senen.* 948 d *B. Franciſci Fabrianen.* 991 a

Contritionis *actum impetrat Confeſſario ægro S. Catharina Senen.* 875

Continentiam *primis conjugii diebus marito perſuadet B. Aldobrandeſca* 468 d

Convertit *miſſos ad ſe cupiendum, S. Anthimus Ep.* 484 c d *item alios ſecum captivos* 485 f 5 *millia hominum Atinæ S. Marcus ibi Epiſcopus* 555 e *peccatorem obſtinatum S. Catharina Senen.* 908 d e f 909 a b c, *duos latrones* 909 d e f 910 a b *alium viſitans in carcere* 910 e f 911 a b *duas puellas à vanitate ad religioſam vitam* 911 c d, *& fratrem illarum ad confeſſionem* 911 d e f 912 a *alium à pertinacibus inimicitiis* 912 913 a, *alios plures* 913 b c 917 c d Convertitur *hæreticus videns in igne illæſam veſtem S. Petri Martyris* 704 f *& ejuſdem percuſſor Alberinus, Ordinem Prædic. ingreſſus ſancte vivit* 681 f 682 a b *in* Converſionem *Friſonum abiturus S. Egbertus cælitusq; impeditus cooperatur in miſſione S. Willibrordi & aliorum* 314 315 a Convivio *excipit miſſos ad ſe capiendum eiſq; ſe prodit, S. Anthimus Ep.* 484 c d

Cor *S. Catharinæ Senen. cum corde Chriſti commutatur relicta cicatrice* 898 d e f *idem exilitin ſumptione Euchariſtiæ* 899 a Cordis *ſolicitudo & vigilantia quam neceſſaria, docet B. Ægidius Minorita* 229 f 230 a b Cordis *oppreſſio curata ope S. Petri Martyris* 707 f

Coronam *ſpineam præ aurea & margaritis ornata eligit & capiti ſuo imprimit S. Catharina Senen.* 892 f 893 a Coronis *tribus redimita anima ejus* 946 d *Quænam iſta corona* 948 b

Corpus *S. Marci ne comburatur, exorta tempeſtas impedi*

impedit 348 f *S. Zitæ incorruptum perſeverat* 508 b *S. Iacobi Bitecten. poſt* 20 *annos* 531 f 532 533 *S. Pamphili Sulmon.* 100 *annis* 584 e *idem immobile factum extructo ibi templo honoratur* 587 d Corpori *S. Hugonis Ab. Cluniac. ungendo balſamum divinitus augetur* 647 d *pro B. Franciſci Fabrianen. ad eumdem uſum collatæ à civibus* 400 *libra bonæ monetæ* 986 b 988 d Corpus *S. Marci clam Venetiis transfertur & reconditur, an ſub majori altari?* 998 e Corpus *fune adſtrictam frigore & laboribus affligit S. Zita* 502 a *varia ejuſdem caſtigatione utitur B Lucheſius* 603 a *ex indeque calloſa fit cutis B. Franciſci Fabrianen.* 986 a b

Coquus *B. Iacobus Bitecten. Ord. Minorum* 545 a *in* coquina *reparanda auxilium præſtat* 536 c *ejuſdem ſqualloribus deputata inhæret exercitiis orationis S. Catharina Senen.* 952 d e

Coxendicis *dolor ſublatus invocato B. Peregrino Servita.* 845 c

Crines *ex aridis oſſibus S. Authimi creſcunt.* 483 d

Crus *periculoſe infectum ſanatur implorato B. Peregrino Servita* 844 e *ejuſdem debilitas appoſita manu S. Catharinæ Senen. mortuæ* 948 e *tumor ope S. Hugonis Ab. Cluniac.* 641 e 652 b

Crucifixi *imago in veneratione eſt Forolivii* 842 f 843 a

Crux *in trunco fagi inventa & ablata, eodē miraculo* 447 f Crucis *particulam, in Mœnum dilapſam, rediens recipit S. Gerardus Ep. Tullen.* 210 c d *ea incendium extinguit S. Petrus Mart.* 683 d Crucem *è templo S. Trudperti in pignus ſui litri ablaturus, redditur immobilis* 438 c d *ad* Crucem *caput elevat moriens, & iterum in feretro locata B. Helena Vtinen.* 255 d 257 c Cruces *in ſupplicatione publica præferri ſolitæ in Galatia per ſe moventur* 58 a *quod in cladis futuræ argumentum accipit S. Theodorus Siceota* 58 e f *Idem* Crucis ſigno *expellit & recludit dæmones* 42 b c d *fluvium compeſcit* f *& grandinem* 44 a 60 b *animalia fera reddit manſueta* 52 c *Eodem ſigno ſanat gangrænam B. Ægidius Minorita* 243 c *fontem elicit S. Guilielmus Firmatus* 326 f *aquam in vinum vertit B. Aldobrandeſca* 469 e *tempeſtatem ſedat S. Hugo Ab. Cluniacen.* 641 f *magiam diſſoluit S. Maternianus* 762 a *aquas fontis infecti potabiles facit S. Donatus Ep.* 765 *multos infirmos ſanat B. Aldobrandeſca* 471 a b *fructus multiplicat B. Lucheſius* 596 d *cæcum illuminat S. Georgius Sardus Ep.* 216 b *& montem invium ſcindit* 206 c *eodem ſe munit mortuus & in ſepulcro depoſitus S. Macedonius Ep.* 372 a b Cruce *ſignatum panem offerens S. Adalbertus ſanat mulierem quæ 7 annis non comederat panem* 183 b Crucem *Chriſti amplexa, cenſetur Martyr voluntate S. Opportuna* 63 a *in* Crucis *modum expandit moriens manus ultro ſolutas S. Adalbertus Ep. Martyr* 198 a *In* Cruce *Martyr obit Lugduni S. Alexander* 9 f

D.

Dæmon *horribili ſpecie apparet & vexat B. Ægidium Minoritam* 242 c d *B. Helenam Vtinenſem ſpectris terret, crudeliter verberat, tibiam frangit, impellit ad vitam ſibi adimendam &c.* 252 253 a 257 e *in clauſtro Caſæ-Dei repertus, ſigno Crucis fugatur* 332 *concionem turbare fruſtra nititur* 692 *præſtigiis quemdam avertit à fide quem S. Petrus M. reducit.* 694 Dæmonem *ad tempus cohibet deinde expellit S. Theodorus Siceota* 40 d 42 b c d *conſtrictum detinet duplici catena amoris Dei & zeli animarum S. Catharina Senen.* 857 a *eum ſæpe expellit* 857 b c *ac ſigillatim à puella ad ſuam cameram ducta* 920 921 a b c *item ab alio* 921 d e f 922 a Dæmones *è latibulo egreſſos cogit redire S. Theodorus Siceota* 54 f 55 56 a *eos ædes infeſtantes pellit* 58 d *locum jam pridem infeſtantes pellit S. Cronanus* 381 c d *à* Dæmone *vulneratur, & terræ affligitur S. Franca pernoctans in eccleſia* 386 e *filiuſtiones multas ſuſtinet ſed vincit ſigno Crucis & converſione ad Crucifixum S. Catharina Senen.* 953 a *ad præcipitium incitatus S. Theodorus Siceota, à S. Georgio protegitur* 25 c d *invaditur Regina Nordhumbriæ ob exilium, carceres & injurias illatas S. Wilfrido, à quo liberato ſanatur* 300 f 301 a b 303 d e f 304 *affligitur & tentatur ad luxuriam & ſuperbiam B. Ægidius* 226 b c *à* Dæmone *correptus ſacrificulus, qui ſuaſerat mortem S. Vitalis, aquis ſe extinguit* 564 f 565 a *à* Dæmone *obſeſſum flagellat & liberat S. Theodorus Siceota* 26 f 27 a *filiam Theodoſii Imp. S. Donatus Ep. Epiri* 765 b f 756 a b Dæmone *viſibiliter pulſo pax inter Ducem Burgundiæ & Epiſcopum Æduenſem conciliatur* 659 e Dæmoniaci *liberati à S. Roberto Caſæ Dei.* 320 f 321 a b 322 b 324 b c 325 a b c 511 *ope S. Zitæ* 508 d 514 b 515 d 516 d 517 f 518 d 519 e 520 d e 521 a b 522 b 523 a 525 f *ope S. Marci Atinenſis* 559 e *S. Pamphili Sulmon.* 584 d 585 a *B. Hadegardis Reginæ* 796 b c 799 f 800 a *S. Forannani* 811 c d e *S. Adjutoris* 814 c 825 b *S. Gualfardi* 830 a b d e *B. Peregrini Latiozi* 839 b *vide* Energumeni.

Defectum *exiguum triduo deflet* S. Catharina *Senen.* 903 a e f. *Pro* Defuncta *matre orat & integra hebdomadè jejunat S. Theodorus Siceota* 40 b Defuncto *monacho apparenti & ob duos ſolidos ſine facultate donatos alteri abſolutionem petenti eam poſt preces & Miſſas factas impertit S. Hugo Cluniac.* 650 b 654 f 656 e f *vide* Mortui.

Degradari *ſe non patitur oſtendens labores* 40 *annorum, S. Wilfridus Archiep.* 308 b c *& ad Sedem Apoſtolicam appellat.* 308 d

Dentium *dolor curatur invocato S. Forannano* 813 b c d

Depoſitum *à Medicis ſanat S. Zita Lucenſis apparens in Gallia* 508 e f *item S. Iacobus Bitect.* 542 a *vide* Moribundi.

Detrahens *miraculis B. Franciſci Fabrian. punitur gravi morbo, pœnitens ſanatur* 93 a b *uti etiam* Detrahens *B. Antonio Auguſtiniano,* 854 b c *vide* Injurius.

Deum *amare æque poteſt idiota ac litteratus* 236 f Deorum *ſolis & ignis cultum irridet S. Acepſimas* 23 e *negat S. Ioſeph Perſa* 24 e *& S. Æthalas.* 24 f

de Dei Dilectione *& gaudio de bono proximi, dicta B. Ægidii Minoritæ.* 227 f 228 a

Diſcretione *magna in omni genere virtutum utitur B. Wolphelmus.* 84 b

Docta *divinitus in dandis monitis apparet S. Zita* 505 f

Dominica *die laboranti viſus aſſiſtere diabolus* 327 f *alia nens punitur* 330 d *vide* Feſta.

Dormit *humi aut in cilicio S. Adalbertus Ep. Pragen.* 181 a

Draco *pictus ſub pedibus Conſtantini Magni item ſub SS. Theodoro & Georgio notat devictam idololatriam* 105 e f 106 Draconem *interemiſſe dicitur S. Donatus Ep. Epiri.* 765 a d e

E.

Eccleſiæ *janua ultro aperitur viſitanti ſepulcrum S. Guilielmi Firmati* 341 b Eccleſias 50 *ad ſervitium Dei reparat S. Robertus Ab. Caſæ-Dei* 322 a Eccleſiam *S. Georgii Smyrnæ volens in Meſquitam convertere Turca morte punitur, alius viſione abſterretur* 148 a b *alius ob defenſum ejus honorem ſanatur in ejuſdem eccleſia dormiens* 148 c d *pro ejuſdem* Eccleſia *erigenda, columna in navim non recepta, digito S. Georgii inſcripta miraculoſe transfertur* 142 c d Eccleſiam *S. Opportunæ minatus deſtruere, eodem die vulneratus obit* 70 a *In* Eccleſiarum *reſtauratione munificus S. Gerardus Ep. Tullen.* 208 e 211 e 213 d e f Eccleſiaſtica *bona in 4 partes diſtribuit S. Adalbertus Ep. Pragen.* 181 a 189 f Eccleſiaſtica *jura & poſſeſſiones protegens tertio in exilium pellitur S. Wilfridus* 307 c d *in* Eccleſiaſtico *officio aſſiduus & devotus S. Gerardus Ep. Tullen.* 208 b *illud curat per Græcos & Scotos à ſe collectos more patrio peragi.* 211 c

Eleemoſynariam *domum conſtruit, deditus operibus miſericordiæ S. Robertus Ab. Caſæ Dei* 318 b *cibo omni in* eleemoſynā *dato accipit abundanter panem & vinum* 320 c d

327 c *ad* Elcemoſynam *pauperi clam ferendam valetudo divinitus redditur* S. *Catharinæ Senen.* 886 c *Vide* Pauperes

Energumena *uncta in fronte manibus & auribus, liberatur à S. Theodoro Siceota* 45 c d *alia in aërem etiam elata in nomine Ieſu Chriſti liberatur* 47 a *alii plures* 50 51 53 b 57 b 59 f Energumeni *liberantur à B. Franciſco Fabrianen.* 91 d 92 d *& ad ejus corpus* 990 d e *à S. Georgio Sardo Ep.* 216 a *à B. Ægidio Minorita* 244 b *à S. Alpiniano* 481 c f *meritis S. Roberti Ab. Moliſmen.* 675 e f *S. Petri Martyris* 717 f 718 b *S. Eutropii* 741 a b *S. Trudperti* 439 *Vide* Dæmones.

Epilepſia *curatur ope B. Ægidii Minoritæ* 245 c *B. Helenæ Vtinenſis* c d 257 e *S. Zitæ* 109 c Epilepticus *petens S. Forannani meritis ſalvari aut mori, ſubito extinguitur* 822 *alius ſanatur ope S. Gualfardi* 830 b *& S. Petri Martyris* 716 c d

Epiſcopus *Apoſtolicus Cantuarienſem Eccleſiam adminiſtrat S. Wilfridus* 298 c *In* Epiſcopum *Tulli, aſſumitur invitus S. Gerardus Recluſius* 207 e f *luce cæleſti indicatur S. Maternianus, & per eamdem à fuga retractus conſecratur* 769 f 756 a b c *quod* Epiſcopis *facile ſit geſtare pedum, ſed difficile rationes reddere Iudici ſupremo docet S. Adalbertus* 193 c Epiſcopatum *relinquit ob moleſtias S. Theodorus Siceota* 48 Epiſcopalibus *virtutibus excellit S. Gerardus Ep. Tullen. exemplum ſuis, moderatus in veſtitu & victu, in communi officio aſſiduus & devotus, caſtitatis ſervandæ cupidiſſimus, in eccleſiarū reſtauratione munificus, in perquirendis Sanctorum Reliquiis ſedulus* 208 *pauperibus largus* 209 e 210 b *in plebis ſuæ oppreſſores ſeverus* 211 f 212 a Epiſcopatus 8 *in Saxonia inferiore inſtituit Carolus Magnus* 802 c 804 d e

Equus *inclinato capite veneratur Reliquias S. Richarii* 457 c *furto abactus invocato S. Eutropio redditur* 743 e f *conculcatos ab* equo *ſervat illæſos S. Petrus Martyr* 692 e

Eremum *petens cæleſtem vitā agit S. Richarius* 445 c d Eremitarum *ſanctorum octo lapides pretioſi enumerantur à B. Ægidio Minorita* 235 b

Euangelium *à S. Marco potius Latine ſcriptum* 345 e f Euangelii *librum in aquam lapſum ſervat illæſum S. Cronanus* 582 e

Euchariſtia *amiſſa in digitis ſimplicis fratris invenitur* 332 e *cum aranea in calice lapſa innoxie ſumitur* 332 e *ea prolata evaneſcunt præſtigiæ diabolicæ, Matrem Chriſti repreſentantes coram Petro Mart.* 794 b c *Eamdē accipiens mutus ſanatur* 45 d *poſt eam ſumptam ad balnea currentes reprehendit S. Theodorus Siceota* 59 d *negat ipſam in idololatriam relapſis S. Mellitus* 281 e *in eamdem blaſphemus fœda morte mulctatur* 755 a b c d *ejuſdem veritatem contra Berengarium aſſerit B. Wolphelmus* 80 b Euchariſtia *quandoque ſola victitat S. Catharina Senen.* 965 b *Calumnias ideo paſſa* 896 897 *robuſta interim in laboribus tolerandis* 896 b Euchariſtiam *ſumit frequenter* 884 c 931 *viſibilem ſæpe Chriſtum ſub ea habet* 899 a b *ea privata ingentes dolores ſentit* 931 f *ipſam ſumere appetens, potatur de latere Salvatorit* 900 b *ad eam ſumendam pluvia ſanguinea & ignita ſe purificari ſentit* 900 c *ipſam deſideranti, & radios è vultu vibranti Hoſtia mox danda ex altari in patenam exilit* 932 b c d *alias particula majoris Hoſtiæ de ſacrificio ſublata ad eam à Chriſto defertur* 933 935 *aut ad communicaturam ultro properat* 934 b

Excommunicationem *contemnens fit mutus & ſurdus, à S. Materno ſanatur* 761 a b Excommunicat *plebis ſuæ oppreſſores S. Gerardus Ep. Tullen.* 211 f 212

Exemplo *ſancti trahunt alios ad cælum* 426 f

Exequiis *fratrum in Bohemia intereſt* S. *Adalbertus Ep. coram Summo Pontifice celebrans Romæ* 199 c d 201 b

Cum Exercitu, *candidatorum militum viſus* S. *Georgius juvare Chriſtianos in Terra-ſancta* 152 e f 153 *eorum Dux in expugnanda Hieroſolyma* 154 *& ad Iconium* 154 d e

Exilium *ſæpe paſſi Sancti Angli Mellitus, Iuſtus, Ælphegus, Wilfridus* 293 f *hunc ejicientes, quaſi ejus potentia eſſet periculoſa, puniuntur* 303 a *ipſe à Dagoberto quem exulem juverat viciſſim exul benigne excipitur* 302 a

In Extaſi *cæleſtem doctrinam dictat* S. *Catharina Senen.* 937 c *eam ſæpe patitur inter orandum B. Luchеſius* 601 602 *& coram Gregorio IX Papa B. Ægidius Minorita* 225 d e Elevatur *a terra in oratione* S. *Catharina Senen.* 861 e 963 e *item gradus aſcendendo* 861 c *& in urbem regrediens* 861 f *ſic Elevata impetrat ſalutem Confeſſarii* 901 b c *Eadem crebras Extaſes & viſiones habet* 874 d e f 963 c *& toto corpore immobilis* 884 e f *& ſuper ardentes carbones jacet innoxia* 885 a *etiam acu puncta nil ſentit* 965 c *in iis arcana Dei videt* 899 e f *nequit ſuſpiria continere* 900 a *potatur de Latere Salvatoris* 900 b

F

FAcies *tumore fœda ſanatur ope* S. *Roberti Ab. Caſæ-Dei* 325 a

Fauces *obſtructæ curantur invocato S. Gualfardo* 830 a

Febris *curatur per calceum* S. *Epipodii* 10 *& poſt peractam confeſſionem à* S. *Catharina Senen.* 915 e *item alteri* 918 f 920 b 964 a *invocato B. Peregrino Servita* 848 f 849 f S. *Erconwaldo* 787 a b S. *Gualfardo* 829 d *B. Iacobo Bitectenſi* 535 c f 536 d 538 d 539 a e 540 c d 583 S. *Trudperto* 440 a S. *Roberto Ab Caſæ-Dei* 323 a *B. Ægidio Minorita* 244 e S. *Petro Martyre* 707 c 708 c 712 e f a 713 a

Feminarū *cōſortia & colloquia vitat B. Luchеſius* 603 c d

Femoris *dolor aufertur ope S. Francæ* 394 a

Ferrum *candens illæſa manu tractatur in teſtimonium ſanctitatis Petri Martyris* 718 e

Feſtum S. *Eutropii violantes puniuntur alius cæcitate, alius ingroſſatione, eoque invocato ſanantur* 740 b c e f Feſtum *S. Richarii obſtinate violans morte punitur* 453 a *alia punita ſanatur* 454 f *gentilis irridens morbo punitur, pœnitens ſanatur* 456 c d Feſtum *S. Erconwaldi impediens pictor, ab ipſo apparente flagellatur* 784 d *Illud profanans ſubito moritur* 875 c *in* Feſto S. *Trudperti operans amittit oculū* 437 b *In* Feſto S. *Petri Martyris arbor cæſa ſanguinem fundit* 704 d *contra* Feſtum *murmurans ab ipſo Sancto corripitur* 705 f

Fidei *Catholicæ myſteria & ritus indicantur & ſtabiliuntur in Vita S. Theodori Siceotæ, à diſcipulo ſcripta in Galatia uti erāt ibi* 6 *& 7 ſec.* 33 b *& paſſim tota vita. Zelo* Fidei *Chriſtianæ lacerat edicta Diocletiani S. Georgius* 107. *publice ſe ei offert paratus ad omnia tormenta* 124 *de* Fide *æſtimanda ex affectu ad cæleſtia, dicta B. Ægidii Minoritæ* 227 e Fide, ſpe & Caritate *excellit* S. *Catharina Senenſis* 856 b

Fiduciā *in Deo collocandā ſuadet S. Catharina Sen.* 877 e

Filia *S. Cercyra V juſſu patris ſagittis transfixa* 614 b

Fiſtula *pollicis cum periculo abſciſionis curata, invocato S. Petro Martyre* 708 e

Flagellātur *dire S. Ioſeph Perſa* 24 e 26 d 28 d *S. Æithalas* 25 a 26 e 28 a b d *iterum Acepſimas ad mortem uſque* 23 f 26 b *S. Baſileus Ep. Amaſeæ dein capite plexus* 419 f *Nervis immaniter cæſi, manent illæſi, SS. Felix, Fortunatus, Achilleus* 99 e

Flores, *à B. Peregrino Servita apparente allatos, manu tenens non ſentit dolorem ſectionis* 850 e f

Fluvium *compeſcit cruce defixa & mitē oratione reddit S. Theodorus Siceota* 42 f 44 b *alius in partes diviſus, in trāſlatione corporis B. Philippi Minoritæ* 405 d *& S. Ercōwaldi* 78 f

Fontem *precibus elicit S. Memmon* 578 e *ſigno Crucis & baculo monti impoſito S. Guillelmus Firmatus* 336 b *alium aqua ex Iordane in Armoricam delata* 336 f *ter percuſſa terra S. Georgius Sardus Ep.* 216 a d 217 f Fons *impetratur invocato S. Richario* 448 b *& ad corpus S. Pamphili Sulmon.* 584 e Fontem *S. Trudperti conſpurcans, egeſtis inteſtinis moritur* 437 b c Fontis *infecti aquas ſigno Crucis potabiles facit S. Donatus Ep* 765

Fratres *Martyres S. Cajus Papa & S. Gabinius,* 14 f Fratres v *S. Adalberti Ep. Pragenſis in altari reconditi, ut SS. Martyres.* 178 e 194 d e f Fratres & Soror *B. Euodius, Hermogenes & Calliſta Martyres* 360 *SS. Ercōwaldus Ep. Londinen. & Ethelburga Ab. Berkingen.* 780 b 781

Fulmina

Fulmina *crebra à cœnobio arcet S. Hugo Ab. Cluniac.* 652 e 655 b

Fur *ſolitus bona eccleſiæ S. Richarii diripere, ab hoc apparente reprehenditur; iterum furatus, alapa caſtigatur* 453 c d *alius cæcitate punitur* 459 b *Equos ex monaſterio S. Trudperti abducens, ſuccuſſione equi colliſus expirat* 436 b c *alius bona monaſterii auferens, percuſſus mandata reſtit utione moritur: illum frater negligens ſurditate punitur* 436 c d e *cæcitatem ſimulans feſto S. Trudperti deprehenditur* 439 e *alius ſimulans ſimplicitatem auxilio ejuſdem fugatur & poſtea ſuſpenditur* 439 f

G

GAngrænam *ſigno Crucis ſanat B. Ægidius Minorita* 243 c *vide* Cancer

Gibboſa *ſanatur apparente S. Petro Martyre* 713 f

Gloriam *vanam ſe numquam quæſiſſe profitetur in morte S. Catharina Senen.* 945 a *cum ea quomodo pugnandum, docet B. Ægidius Minorita* 230 f 235 d

Gladio *obtruncantur SS. Felix, Fortunatus, Achilleus* 100 d *S. Athanaſius è mago converſus* 121. *S. Georgius* 122 e 131 b *S. Maximus apud Græcos, omine ſumpto ex ſyllabo ξι, prima in ξίφος gladio, media in μά-ξι-μος.* 733 e *vide* Capite plexi

Gonagra *curata ope S. Petri Martyris* 708 c

Grando *arcetur patrocinio B. Antonii Auguſtin.* 836 b d

de Gratia *Dei & hujus ineffabilitate, dicta B. Ægidii Minoritæ* 227 c d 236 a b e 240 b

de Gratitudine *erga Deum, dicta ejuſdem* 228 a

Gutturis *ſtruma curata ope S. Petri Martyris* 707 d *meritis B. Franciſci Fabriani* 92 f *item exulceratio* 93 e *& tumor ejuſdem ope* 989 e 990 b *ac S. Zitæ* 516 f Gutturi *inhærens os ejicitur, epotâ aquâ fluente ex oſſibus S. Francæ.* 395 b 396 d

H

HÆreſis *Origeniſtarum damnata à S. Anaſtaſio I Papa* 491 *Berengarii oppugnata à B. Wolphelmo* 79 f 80 *in* Hæreſin *lapſus Clericus à dæmone corripitur, S. Trudperti imperio, poſt eam detectam liberatur* 438 e f 439 a Hæretico *morbum ſimulanti febrim immittit, & converſum ſanat S. Petrus Mart.* 692 a *Alios ex garrulis mutos facit* 692 b 696 d *Alios præferens vexillum Crucis Florentia pellit* 693 a *alium immiſſa in agrum fertilitate convertit* 693 d *idem natus* Hæreticis *parentibus, felici præſagio Symbolum fidei tuetur* 688 c d e *magnò poſtea zelo contra hæreſes flagrans,* 689 f

Haſtis *multis vulneratus, orans pro occiſoribus, obit S. Adalbertus Epiſc.* 187 a 197 f

Hernia *ſublata ope B. Franciſci Fabrianenſis* 91 a 93 b 987 a c *S. Zitæ* 510 f *B. Iacobi Bitecten.* 540 f *S. Petri Martyris* 669 f

ob Hilaritatem *infantilem Euphroſyna dicitur S. Catharina Senen.* 860 c

Hirundinibus *ſilentium indicit B. Franciſcus Fabr.* 91 b

Homicidam *fratris ſui ad azylum & habitum admittit S. Hugo Ab. Cluniac.* 643 e 653 c 655 c *Pro* interfectore *patris ſui pœnitentiam agit* 643 f

Hoſpitum *exceptor S. Eulogius Xenodochus* 493 *in* Hoſpitali *Hieroſolymis miniſtrat S. Peregrinus* 465 e *Senis B. Aldobrandeſca* 470 c

Humeri *os diſtortum ſanatur ope S. Petri Martyr.* 708 a

Præ Humilitate *omnibus ſe ſubjicit, & mala hominibus inflicta ſuis peccatis adſcribit S. Catharina Senenſis* 855 e f *eamdem exercet celando dotes ſuas & gratias S. Zitæ* 504 f *in omnibus ſe ſubjiciendo, etiam joco abutentibus ejus promptitudine* 505 b *variis indiciis eam prodit* 506 a *item B. Luchefius* 604 c d e *& S. Petrus Martyr* 689 d *S. Adalbertus Epiſc.* 183 a b 191 e *S. Theodorus Siceota Epiſc. & hoſpes* 46 b *In quibus ea ſita ſit docet B. Ægidius Minorita* 228 b c

Hydropyci *curati ope S. Roberti Ab. Caſæ Dei* 322 a *S. Petri Martyris* 707 c 913 b c d e *ope S. Eutropii* 740 f *B. Hildegardis Reginæ* 800 c *B. Peregrini Latiozi* 844 d *S. Richarii* 454 d

I

IDola *inter ſe colliſa confringuntur præſente* S. *Georgio* 130 d Idololatria *devicta repræſentatur cum dracone ſub Conſtantino Mag. & ſub* SS. *Theodoro & Georgio* 105 e f 106. Idolothytis *veſci renuens verberibus necatur S. Valeria* 565 c

Jejunans *nihil guſtat* 40 *diebus S. Eliſabetha Græca* 272 b *Inedia triennali affliguntur SS. Acepſimas, Ioſeph & Æithalas* 25 d

Jeſu *aſpectu & alloquio dignata B. Aldobrandeſca* 69 c *videt myſteria nativitatis & paſſionis* 470 a. *Sanguine lateris reficitur* 470 a Jeſum *ſibi aſſeſſorem habere à Gregorio VII Papa conſpicitur S. Hugo Ab. Cluniac* 640 e 654 d 656 a *cum fratribus in choro pſallentem videt S. Hugo* 650 a 654 e 657 b c *à* Jeſu *evocata moritur S. Doda* 290 e *vide* Chriſtus

Igne *vitam finit S. Nearchus* 12 f *& S. Pollio* 567 a Igne *exuſti in mare merguntur SS. Pomodianus, Rodocianus & alii* 24. 750 d *in* Ignem *conjiciendus & dolio incluſus pauper ob debita ſervatur implorato S. Eutropio Ep. & ſceleris auctor morbis afflictus ejuſdem meritis ſanatur* 737 d e f *in* Ignem *à dæmone conjecta non aduritur S. Catharina Senen* 885 c d *ſuper ardentes carbones jacet ſine noxa* 885 a Ignis *Græcus ab hoſtibus in obſeſſos dimiſſus in obſidentes rejicitur invocato S. Adjutore* 824 f

Iliorũ *dolor vehemens tollitur invocato S. Gualfardo* 830 b

Imago *S. Trudperti ab voti reo portari nequit niſi eo ſoluto* 439 b c Imaginem *S. Georgii dejicere conatus & lancea ejus in oculum lapſa eodem privatus, poſtea miſere perit* 148 a. *Alius poſt ſpoliatam ejus ſtatuam* 148 d e *In eam ſagittam jaculatus Saracenus, ipſa retorta ſagitta læditur, convertitur & Martyr obit* 146 e f 147 a b *alius eamdem lancea penetrans, ideoque abſorbendus à terra, columnæ quam apprehenderat inhæret, pœnitens dimittitur, remanentibus in ipſa digitorum veſtigiis* 147 c d *ob* Imaginum cultum *nervis cæſus carcere & exilio multatus obit S. Ioannes Hegumenus monaſt. Catharorum* 496 d e

Incantationis *remedium obtinetur ad aram S. Francæ* 394 b

Incredulus *de corpore S. Marci, à dæmone arripitur, credens liberatur* 355 b

Incendium *à templo Londinenſi arcet S. Erconwaldus ſupra illud cum vexillo apparens* 784 d *in eo illæſum ſepulcrum S. Erconwaldi* 783 a b *ut reſtinguatur S. Gerardum Ep. Tullen. monet S. Manſuetus.* 210 d e Incendium *extinguitur à S. Mellito,* 282 c *& S. Wilfrido* 311 b *per reliquias S. Petri Martyris* 718 f *& S. Francæ* 397 d *in* Incendio *infans illæſus invocato B. Luchefio* 605 e *& S. Roberto Moliſmenſi* 674 c

Injurias *quaſcumque condonat S. Zita* 505 e Injurii, *ſublatis bonis S. Richarii, morte puniti* 459 c d *Cluniaci vexator tantum non incendio abſumitur* 643 d Injurioſæ *ſibi ægræ miniſtrat S. Catharina Senen. & nihil obſequio mitigatam, fuſis precibus, Deo & ſibi ante mortem conciliat* 890 891 a

Inquiſitor *fidei S. Petrus Mart.* 680 b 695 e f *Patronus* inquiſitionis *in Hiſpania* 685 e

Inviſibilis *evadit Abbas S. Trudperti, inſidiis petitus* 431 e

ob Jocos *nimios pœna poſt mortem illata* 640 a b 655 a 656 e

Iracundia *quomodo exercenda inter injurias docet B. Ægidius Minorita* 229 c d

Irridentes *Abbatem S. Trudperti, hoc invocato, montis parte obruuntur* 435 c d

Iſciatica *ſanatur ope B. Luchefii* 609 a

ad Judicium *Dei S. Macedonius Epiſc. CP. provocat in ſomnis Anaſtaſium Imp. qui & fulmine perit* 372

Jurandi *mos apud Sardos pes nomen S. Georgii Epiſc. Suellen.* 995 d

L

LAbore *manuum victitat, imo operam monaſterio cuidam locat B. Ægidius Minorita* 221 e f 223 c f

Lacte *carens juvatur ab eodem* 247 d

Læſus *ferro in viſceribus hærente, hoc ad ſepulcrum S.*

Eutropii extracto, ſanatur 743
Lampas *ad altare S. Francæ ultro accenditur* 395 e *& ad ſepulcrum S. Petri Martyris* 699 c
Lapidibus *obruti moriuntur* SS. *Ioſeph Perſa & Æthalas* 28 f 29 a *Saracenus ad fidem converſus* 145, 146 a S. *Maximus in Aſia* 733 d
Lapſi *ex alto illæſi ope S. Richarii* 459 c 460 c e *B. Lucheſii* 605 f 607 e *B. Peregrini Servitæ* 846 e f *S. Catharinæ Sen.* 494 f *Ex* Lapſu *contrita per eamdem ſanatur* 916 a *alius totus ruptus per B. Peregrinum* 839 c *& per S. Hugonem Ab. Cluniac.* 641 f 652 c
A Laſcivo *iuvene ſe expeditura, faciem ejus unguibus notat S. Zita* 504 e
E Latronibus *Martyres SS. Saturninus, Iniſcholus, Fauſtinus, Ianuarius, Marſalius, Euphraſius & Mammius, pice, ſulphure & cera decocti* 613 f 614 a Latrones *occiſo S. S. Trudperto fugere nequeunt: horum alter ſemet occidit, alter ſuſpenditur* 432 e f 433 a
Laurea *triplex, doctoratus, virginitatis & martyrii S. Petri Mart.* 687 b
Lectionem *quam ignorabat puer, fugiens ad ſepulcrum S. Erconwaldi, perfecte ſcivit* 786 e f Lectioni *piorũ librorum & Scripturæ intentus S. Petrus Mart.* 689 e
Lectum *ſibi ex nudis aſſeribus ſternit S. Catharina Senenſis* 868 b
Lepra *curatur ejuſdem mortua attactu* 948 f, *guſtato cibo S. Roberti Ab. Caſæ-Dei* 327 a *lotione in fonte S. Trudperti* 439 c *in* Leproſos *& elephantiacos miſericors S. Richarius* 443 f *eoſdem mundat S. Cronanus* 580 f *S. Theodorus Siceota* 39 f S. *Hugo Ab. Cluniac.* 641 b c 650 c 654 f Leproſæ *ingrata & contumelioſa injerviens lepram contrahit, à qua demortuam ſepeliens liberatur S. Catharina Senen.* 889, 890 a
Lethargus *curatus meritis S. Petri Martyris* 716 e
Librorum *copiam colligit, pecunia à patre legata, B. Franciſcus de Fabriano* 89 e 90 b
Linguâ *præciſâ invocat* S. *Polychronium* S. *Parmenius* 11 a *eadem alteri reſtituitur invocato* S. *Adjutore* 825 f
Liquor *ſalutaris emanat ex ſarcophago S. Zitæ* 508 b
Lilia *candida ultro naſcuntur in loco ſepulturæ B. Antonii Auguſtiniani* 834 f
Litaniis *recitatis à ſubmerſione liberatur cum ſuis B. VVolphelmus* 85 e f
Locuſtas *precibus fugat* S. *Memnon.* 578 e *aqua benedicta* S. *Theodorus Siceota* 52 e
Luce *cæleſti illuſtratur in carcere* S. *VVilfridus* 304 a *item ſepultura ejus* 311 b *&* B. *Ægidius Minorita* 242 b *eadem circumfulgere* S. *Catharina Sen. videtur ab ægra, quæ ejus caſtitatem traduxerat & teſtimonium innocentiæ accipit* 892 e 893 c d e Lux *inſolita cum crucibus ſupra funus* S. *Roberti Ab. Moliſmenſis refulget* 672 f 673 a *item* S. *Materniano nato* 759 c *qui eadem ſupra cubiculum ſplendente Epiſcopus eligitur* 759 f 756 a b Lumen *ad ſepulcrum negligenter cuſtodiens, monetur à* S. *Millito apparente* 282 e
E Lupanari *intacta evadit* S. *Theodora, veſte cum* S. *Didymo mutata* 573, 574
Lupi *graſſantes arcentur ope* S. *Marci Atinenſis* 561 a *à* Lupo *raptus puer ſervatur invocato* S. *Roberto Ab. Moliſmen.* 674 a b *& ab eo vulnerati ope S. Zitæ* 523 b 525 b e
Luſor *qui ſe dæmonibus voverat eorum poteſtati eximitur invocato* S. *Petro Martyre* 718 a b

M

MAgiam *ſigno Crucis diſſolvit* S. *Maternianus* 762 a
Magorum *Perſicorum fallaciam ſpernit* S. *Ioſeph Perſa* 27 e Magus *poſt diſputationem cum* S. *Georgio M. converſus obit Martyr, Athanaſius dictus* 120, 121, 129 d
Mamilla *tumefacta curatur ad aram* S. *Francæ* 395 d e *exulcerata ope B. Iacobi Bitect.* 538 f 540 b
Manna *cæleſti operitur* S. *Catharina Senen.* 935 b c d
Manſuete *reſpondet convitiantibus* S. *Zitæ* 505 d
Manum *extra arcam ultro porrigit Venetiis* S. *Marcus* 998 a Manus S. *Catharinæ Senen. clavo à Chriſto perforatur* 901 d Manus, *qua decerat infanti nato, impetratur meritis* S. *Petri Martyris* 711 b *Bullienti lixivio aduſta ſanatur miraculo B. Franciſci Fabrianen.* 989 b *Arida à* S. *Alpiniano* 481 b *&* S. *Erconwaldo* 785 d 787 e *& epota aqua, qua abluta Reliquiæ* S. *Marci Atinen.* 559 d *præſcendenda ope B. Lucheſii* 608 f *item inciſa* 609 b Manum *læſam* S. *Aniani ſanat* S. *Marcus* 348 a *aliam vulneratam* 356 e Manus *contractæ, curantur pallio altaris* S. *Francæ involuta* 396 a *incancerata invocato B. Peregrino Servita* 851 a b
Maria *Deipara (cui conſecratur Ciſtercienſe monaſterium & Ordo* 666 d 671 f) S. *Robertum necdum natum in ſponſum ſe elegiſſe indicat matri* 669 c d *apparens promovet pietatem* S. *Hugonis Ab. Cluniac.* 646 c d *ſanat veneno petitum* S. *Theodorum Siceotam* 48 e S. *Petro Mart. commendat Ordinem Servorum* 684 b c *eumdem contra hæreticos animat* 695 a B. *Peregrinum monet Ordinem Servorum ingredi* 837 *peregrinatam* S. *Zitam ultro apertis portis urbis domum reducit* 502 b c d *Confeſſarium dat* S. *Catharinæ Senen. Raymundum dein Vitæ ſcriptorem* 966 f 977 a b *ea apparente expirat* S. *Opportuna* 67 c *&* S. *Robertus Caſæ Dei* 307 d 318 c *ab eadem viſus inducit in cælum* 323 a b c 328 e *ejus conſpectu fruitur* B. *Aldobrandeſca* 470 d *Eamdem virginem fuiſſe ante, in, & poſt partum docet* B. *Ægidius Minorita, triplici percuſſione terræ tria lilia exiſtere faciens* 139 c d *ſalutationem Angelicam recitare ſolita infantula* S. *Catharina Senen.* 860 d *ſub ejus patrocinio virginitatem vovet* 862 a b *Roſarium ſibi applicitum ſtringit mortuus B. Franciſcu. Fabrian.* 92 c *In* S. Mariæ *templo Amorii oleum manat, eoque ſanatur* S. *Theodorus Siceota* 54 a *ejuſdem altari impoſitus æger* S. *Adelbertus puer convaleſcit* 179 b 188 a *ejus nomen in aliis veneratur* S. *Zita* 505 d *ejus ope ſanatur, adjectis ſibi* 4 *Vitæ annis,* S. *VVilfridus* 309 d e 310 b *& crus pridem reſectum recuperatur* 332 f 333 f
Martyrum *nominatorum ſedecim millia præter alios innumerabiles in Perſide ſub Sapore Rege* 1921 e *Item Epiſcopi* 24, *Clerici* 250 *ibidem.* Martyr *habetur* S. *Trudpertus, occiſus quia vitiis non conſentiebat* 430, 431, 432 *talis cenſetur* S. *Opportuna crucem Chriſti amplexa* 63 a *ad* Martyrium *per viſionem vocatus* S. *Adelbertus Ep.* 183 d 194 c *& ut talis innoteſcit Romæ &* S. *Nilo* 196 e f 247 b *ad idem præſcitum anhelat* S. *Petrus Martyr* 696 a 697 a *ob* Martyrium *S. Simeonis fratris non dolet S. Pherbute & ipſa ad id parata* 22 b c *eodem ſe fruſtratum dolet ad necem quæſita S. Catharina Senen.* 958 *Acta* Martyrum *ſcribenda ad poſterorum incitamentum* 86 *eadem petentibus* Martyribus *ſcripta* 746 d
Mater *applaudit filio S. Mariano, poſt alia tormenta capite plexo* 749 b Matrem *ſuam minus congrua correptione uſam modeſte corrigit S. Catharina Senen.* 863 d e *&* Matrem *à Chriſto accipit S. Mariam Magdalenam* 899 c d
Medicinæ *peritus S. Guilielmus Firmatus,* 335 a
Membrorum *uſus variis conceſſus meritis S. Petri Martyris* 715
Mendicitas *& prodigalitas arcetur patrocinio B. Antonii Auguſtiniani* 836 a
Menſe exeunte *&* intrante *quomodo intelligendum* 996 d
Meretrix *ſemel iterumque contrahitur & ſanatur ope S. Richarii* 448 e f
Milites XXX *MM. cum Duce S. Saba Gotho* 261 *Mauritius, Georgius, Tiberius Martyres Thebæi* 266 S. *Publius M.* 361 Militem *febri ſimul & à conſuetudine prædandi liberat S. Hugo Ab. Cluniac.* 640 f 652 d *ad* Militiam *educari S. Theodorum Siceotam prohibet* S. *Georgius matri apparens* 34 b
Miniſteriis *vilibus domi exercetur S. Catharina Senen.* 881 d

Miſſam

Miſſam *celebrans S. Marcus comprehenditur* 348 e *facie illuſtratur S. Theodorus Siceota* 94 b *ſub ea Saracenus videns Chriſtum infantili ſpecie dividi, arguit Sacerdotem non inſtructum ſit Chriſtianus ac Martyr* 144, 145 *ad verba* Surſum corda *videt S. Vvilfridus procul abiens interitum Egfridi Regis, eadem hora à Pictis occiſi.* 506 d e *ſcorpionem in Calycem lapſum hauſit, & aperta vena virum eduxit B. Franciſcus Fabrianen.* 81 c d *in calice apparens puer ſpecies indicat ſanctitatem S. Hugonis tum nati, poſt Ab. Cluniac.* 63 a 649 a *ad* Requieſcat in pace *auditæ voces reſpondentium Amen, ſive Angelorum, ſive animarum* 89 f Miſſa *de S. Roberto Ab. Caſæ-Dei cantatâ piſcis ab aquila aſſertur* 329 c *ablutione B. Wolphelmi celebrantis admota oculis, cæca illuminatur* 85 c d *Græcorum ſacrificalia inſtrumenta & veſtes enumerantur* 146 b c

Monachos *ſub ſe habet trecentos S. Robertus Ab. Caſa-Dei* 322 a *idem partim Baſiliani, partim Benedictini in eodem monaſterio Romæ* 192 e Monaſteria *varia conſtruit S. Wilfridus* 298 b 299 a 305 e Monaſterio *egredi ob incendium recuſantibus ſanctimonialibus, illud ab ulteriore incendio mirabiliter ſervatur* 632 e f

Montem *invium ſcindit ſigno Crucis S. Georgius Sellen. Ep.* 216 c

Miraculorum *ceſſatio petitur ad corpus S. Roberti Ab. Caſæ-Dei, ob impeditam multitudine accurrentiũ quietem monachorum & valvæ templi non aperiuntur* 329 d e

Moribundi *ſanantur ope B. Iacobi Bitecten.* 535 c d 536 a 538 f 540 f 541 a f *B. Ægidii Minoritæ* 246 d e f *meritis B. Franciſci Fabrian.* 97 c Moribundus *oratione S. Theodori Siceotæ* 47 b c *& B. Helenæ Vtinenſis* 254 f *devotione erga B. Peregrinum Servitam* 847 c d *invocato S. Severo Ep. Neapolit.* 767 e *S. Wilfrido* 300 c *S. Francæ* 401 c d 403 e *conſperſi terra martyrii S. Petri Martyris* 669 e Moribundus *S. Marco devotus, ab hoc viſitur & lætus moritur* 317 c *Occidendus ab inimicis & graviter læſus liberatur implorata ope B. Franciſci Fabrianen.* 93 e Moribundo *Stephano 9 Papâ dæmonem arcet S. Hugo Ab. Cluniac.* 649 f 654 d 656 a Moribunda *S. Catharina Senen. hortatur ſuos ad ſui expoliationem, ſtudium orationis, obedientiam, fugam temerarii judicii, fiduciam in Deum, mutuam dilectionem & zelum pro eccleſia* 943, e f 944 a b c, *conſolata ſuos de ſuo tranſitu, valedixit ſingulis, petita veſtituum venia, extremis Sacramentis munita pie moritur* 949 d e f 945 960 S. *Opportuna Abbatiſſa petit veniam peccatorum à ſanctimonialibus, inculcat memoriam noviſſimorum, fidem, ſpem caritatem, & ſacro viatico munitur* 66 67 *dæmonem apparentem ſiſtit & abigit, apparente S. Maria expirat* 67 a c Mortis *periculo plures liberati invocato S. Petro Martyre* 695 c 712 b c d *ad* Mortem *varia corporis afflictione ſe parat S. Hugo Cluniac.* 646 d *eam ſibi inſtare diſcit ex revelatione agricolæ facta* 646 e f *eamdem præſagit à viſione, ipſoque die anni ſequentis obit B. Wolphelmus* 86 e f *de hora à Deo monetur S. Robertus Ab. Moliſmen.* 672 e Moritur *lætus monachus, accepta optione vivendi aut moriendi* 33 b Mortua *ad tempus diſrupto corde ex vehementia amoris* S. Catharina Senen. 905 d e f 906 a *alterius vitæ præmia & pœnas ſpectat.* 906 c *poſtea in gloria conſpicitur* 968 b c Mortui xiii *ſuſcitati invocato S. Petro Martyre, infans natus mortuus, puella ſubmerſa, puer ſuffocatus* 708 e f *mulier quæ ſe ſuſpenderat, puer quinquennis, alius ab equo protritus, item miles & puer & alius à febri defuncti* 709. *item puer, & vir alius & infantes duo, quorum alter mortuus natus* 70. Mortuam *ſine confeſſione matrem ſuam reſuſcitat* S. Catharina Senen. 913 e f 914 a b Puerum *in Confirmandorum turba ſuffocatum* S. *Wilfridus* 299 b c d *Alios ſuſcitant*, S. *Georgius Sardus Ep.* 216 b *B. Ægidius Minorita* 243 f 244 a S. *Georgius M.* 120 f 121 a 129 a b S. *Alpinianus* 481 b *Alii ſuſcitantur ope* S. *Opportunæ* 71 f S. *Petri Martyris* 569. d 702 e S. *Zitæ* 508 e S. *Cronani* 582 b c *B. Lucheſii* 605 a Mortuum *ſimulatum offerens* S. *Patricio reſuſcitandum & vere mortuum reperiens, convertitur* S. *Machaldus Ep. Monæ* 367 c d e Mortuus S. *Michomeres, dum animæ ſuæ ſtatum proderet*, à S. *Germano Ep. Antiſſiodoren. reſuſcitatur* 776 b Mortuum *ut creditorem mendacem convincat, ſuſcitat* S. *Donatus Ep.* 765 c 766 d e *item* S. *Severus Eo. Neapolit.* 768 769 a Mors S. *Zitæ proditur ſtella per diem lucente, & Deo per pueros loquente* 507 c d e Mortui B. *Antonii Auguſtiniani corpus ſudore madeſit* 833 d B. *Wolphelmi facies roſeo colore perfunditur* 87 d *pro* Mortuo S. *Gerardo Ep. Tullenſi eadem hora curat vrari Cluniaci* S. *Majolus Ab.* 213 b Mortui *exequias celebrante* S. *Gerardo Ep. Tullen. lumen in pluvioſa tempeſtate non extinguitur* 211 d *pro deceſſore Epiſcopo orans* S. *Gerardus Ep. Tullen. diſcit in gloria eſſe æqualem* S. *Apollinari M.* 210 f 211 a *à* Morte *per uxorem inferenda, obrigeſcente ejus manu, devotus* S. *Eutropio liberatur* 740 c d

Mortificare *carnem, & ſenſus affectus docet B. Ægidius Minorita* 237 e f 238 a c

Mutus *ſubito factus ad triduum vidit* S. *Francam in gloria cum* SS. *Virginibus*, 380 f 381 a b c Mutus 10 *annis loquelam recipit inſerto oris ejus digito* S. *Petri Mart.* 690 f *alius ſigno Crucis* 695 b *alia ut confiteatur peccata* 690 f Muti *ſanantur à* S. *Hugone Ab. Cluniac.* 641 c *B. Franciſco Fabrianen.* 90 e *in os inſufflantes* S. *Theodoro Siceota* 46 c *item ſigno Crucis* 540 *& data Euchariſtia* 45 d 46 e *ope S. Zitæ* 508 d 510 d 511 a b c e 513 c 515 a c 517 d S. *Cronani* 582 e *B. Lucheſii* 600 e f *B. Hildegardis Reginæ* 799 a *S. Ruharii* 456 a *S. Roberti Ab. Moliſmen.* 677 b Muti & Surdi *ſanati à S. Roberto Ab. Caſæ-Dei* 327 e *& ope S. Georgii Roya in Picardia* 151 a

N

Naſcitur *ridens B. Franciſcus Fabrianen.* 89 c *apparente ſupra domum columna ignea S. Wilfridus* 294 b Naufragio *liberantur deferentes corpus S. Marci ipſo apparente* 355 a *alii ejus ope* 356 c 357 b *invocato S. Forannano* 813 f *S. Adiutore* 824 b *à S. Hugone Ab. Cluniac. adhuc vivo* 643 a

Nephritis *curatur à S. Roberto Ab. Caſæ-Dei* 323 a

Noſcendi *animos hominum faculcate donatur S. Catharina Senen.* 891 b c Noſſe ſe *&* noſſe Deum, *eadem diſcit à Chriſto* 876 877

Nubes *contra æſtum ſolis ad confuſionem hæreticorum induxit ſigno Crucis S. Petrus Martyr* 696 c *aliàs nimium æſtuans* 707 e f

Nuptias *oblatas repudians ſibi comam abſcindit* S. *Catharina Senen.* 865 b c 866 f *deſperatas reconciliat B. Iacobus Bitecten.* 531 b

O

Obedientia *excellit B. Ægidius Minorita* 226 b *ejus dicta de ea* 233 d 237 c *ipſam ſervat ſuis Confeſſariis, etiam ab iis vexata S. Catharina Senen.* 873 c d

Oculus *fere extinctus ſanatur invocato, B. Franciſco Fabrianen.* 989 e *item* oculus *clauſus* 990 *amiſſus per S. Catharinam Senen.* 949 d oculi *dantur infanti abſque illis nato per invocationem S. Potti Mart.* 711 b oculi *variorum graviter læſi ſanantur ope S. Francæ* 393 c d e *& B. Franciſci Fabrianen.* 93 e *item ſquammis obducti* 92 f oculi *uſu privata B. Aldobrandeſca eumdem recipit tempore ſacrificii* 469 d oculorum *dolor ope S. Trudperti ſæpius curatur* 437 c *voto facto S. Catharinæ Senen.* 494 oculos *minatus effodere* S. *Hugoni Ab. Cluniac. iiſdem privatur* 643 b *vide* Cæcus.

Odor *ſuaviſſimus & cadaveris nitor indicant cæleſtem gloriam* S. *Balderici* 289 a b *item* S. *Baſilii Ep. mari merſi* 421 b *&* S. *Enconvaldi* 781 e

Officii *Canonici lectionem Latinam divinitus diſcit* S. *Catharina Senen* 881 c

Oleo *lucernæ, in templo S. Georgii ardentis, ſanat ferventi aquæ illapſum* S. *Theodorus Siceota.* 54 e *ſimili*

ſimili Oleo *lampadis ſanatur Saracenus læſus & Martyr obit* 147 a b Oleo *innatantia reperiuntur oſſa S. Francæ, miraculis clara* 390 c d *ipſum multiplicatur, ad uſus S. Petri Mart.* 691 c

Oratio *quomodo devote peragenda docet B. Ægidius Minorita* 231, 232, 238 a *ejus fructus* 156 *etiam in ariditate* 233 f 238 d Orationi *& lectioni piæ impendit 9 horas frequentiſſima in templo B. Helena Vtin.* 250 e f 257 b *eidem coram altari incumbit, pernoctans in eccleſia S. Franca* 388 b c d *ad* Orationem *à S. Georgio excitatur S. Theodorus Siceota* 34 f 35 a *eadem ſiſtit fugitivum ſervum cum furto* 40 b c *& ſaxum ingens movet* 44 d *victoriam de Pictis & Merciis obtinet S. Wilfridus* 299 f *In* Oratione *extaſim patitur & cæleſti luce circumdatur S. Zita* 503 a b *vulneratus haſtis pluribus obit S. Adalbertus Ep.* 187 a

Ordinis S. Benedicti Abbates *B. Wolphelmus* 76 *SS. Deodatus Bleſis* 273 *Robertus Caſæ-Dei* 316 *Robertus Syracuſis* 378 *Richarius Centulæ* 441 *Paſchaſius Ratbertus Corbeiæ* 462. *Epiſcopi & Abbates S. Erminus Lobiis* 374 *S. Erconwaldus in Anglia* 780. *Ex Abbate Epiſcopus S. Mellitus in Anglia* 280. *Ex Epiſcopo Abbas S. Forannanus* 807 Monachus *S. Adelbertus Ep. Pragenſis* 182 *S. Adjutor in Normannia* 838. Abbatiſſæ *SS. Opportuna in Normania* 61 *Senorina in Portugalia* 741. *Bova Remis* 283 *Sanctimonialis S Doda Renis* 283 Ordinis Cluniacenſis *S. Hugo Ab.* 628 Ordinis Camaldulen. *Petrus Teutonicus* 472 Ordinis Ciſtercienſis *S. Robertus Fundator & Ab. Moliſmen.* 662 *Encomia de viris illuſtribus* 663 a *Abbatiſſa S. Franca Placentiæ* 379 *Cœnobia virorum & feminarum* 662 f Abbas *in Hibernia S. Cronanus* 579 Archimandrita *cœnobiorum in Galatia S. Theodorus Siceota* 32 Hegumeni *SS. Ioannes monaſterii Catharorum* 495 *S. Memnon Thaumaturgus* 578

Ordinis Prædicatorum *SS. Petrus Martyr* 678 *Catharina Senen.* 851 Ordinis Minorum *BB. Franciſcus Fabriani* 88 *Ægidius ſocius S. Franciſci Peruſii* 218 *Philippus ſen. Philippinus Montalcini* 404 *Iacobus de Bitectis* 527 *Lucheſius in Hetruria* 594 *& Michael de Barga* 980 Ordinis Eremitarum *S. Auguſtini B. Antonius Monticiani in Hetruria* 832. *B. Helena vidua Vtini* 247 Ord. Servorum B. Mariæ *B. Peregrinus Latiozus Forolivii* 836

Virgines *SS. Puſinna in Saxonia* 165 *Eliſabetha Thaumaturga apud Græcos* 272 *Exuperantia* 423 *Zita Lucæ* 497 *Proba Martyr & Germana prope Duacum* 577 *Cercyra Mart. Corcyræ* 614 *Ava in Hannonia* 628 *Hoyldis Trecis* 773

Eremitæ *SS. Daniel Mart. Gerundæ* 266 *Guilielmus Firmatus in Normannia* 334 *Octo Martyres apud Græcos* 374 *Trudpertus in Briſgoia* 424 *Antonius Presb. Lucæ* 476 *Gualfardus Veronæ* 827

Ordo militaris *S. Georgii in Auſtria contra Turcas* 155, 156, 157 *& Periſcelidis Anglicanæ* 158, 159 *equitum S. Georgii ſub Petro II Aragoniæ Rege* 159 d *& apud Genuenſes ad littora maris Adriatici tuenda* 159 e Ordinis *S. Dominici Fratres ac Sorores de militia dein de Pœnitentia* 871 e f 872 a *inſtitutum in feminis perſeverabat approbante Sede Apoſtolica* 872 b c *talem habitum induit* S. Catharina Senen. 871 a b c *ante à ſolis viduis aſſumptum* 872 d Ordinem S. Dominici *mentito ſexu ingredi ſtatuit* S. Catharina Senen. *zelo ſalutis animarum ſuccenſa* 862 f 863 a Ordinis *Servorum B Mariæ Inſtitutum ex mandato Innocentii IV Papæ examinat & probat cæleſti viſione edoctus* S. Petrus Mart. 683 e f 684 a b c

Ornatum *muliebrem admiſſum tota vitæ deplorat S. Catharina Senen.* 864, 865 a Ova *divinitus illæſa ſervantur ipsâ illis incumbente* 888 c

P

PAnes *ab œconomo non datos egenis ex juſſu ſuo, jubet in aquam projici, & alios panes ex inſperato pro refectione ſuorum recipit* S. Robertus Moliſmen. 676 a b Pane *& aqua & braſſicis ſale conditis victitat* S. Adjutor 824 b Panem *ſibi interdicit vicennis* S. Catharina Senen. 867 f Panes *divinitus in furno præparatos invenit* S. Zita *orationi vacans* 503 c *multos & ſapidos ex vitioſa & exigua farina conficit eoſque multiplicat in arca* S. Catharina Senen. 927 d e f 928 a b *pane modico diviſo eadem multos reficit* 928 c d e f *eumdem poſt obitum ipſa multiplicat* 929 a b c

ad Papam *& Apoſtolicam Sedem appellat, pellendus ab Epiſcopatu* S. Wilfridus 301 b c 308 b c d

Paralyſis *ſublata ope* S. Opportunæ 68 d B. Wolphelmi 87 e B. Franciſci Fabrian. 91 a 989 d 990 f S. Georgii Sard. Ep. 217 a B. Helenæ Vtinenſis 755 f veſte S. Wilfridi 311 a *invocato* S. Marco 356 c d Roberto Ab. Caſæ-Dei 322 b S. Franca 397 a 403 b c S. Richario 448 c d 451 b 454 d Paralyticos *benedictione ſua, alios oleo inunctos ſanat* S. Theodorus Siceota 50 a c d 53 a f *Crucis ſigno* 54 c d *Alii curantur ad Sepulcrum* S. Roberti Ab. Moliſmen. 675 c d e *ope* B. Hildegardis Reginæ 797 f 799 c d 800 e S. Adjutoris 825 b *ad feretrum* S. Gualſardi 829 e *ejus ope* 830 a *&* B Peregrini Latiozi 849 c *terra*, S. Petri Martyris *ſanguine perfuſa* 669 f *eo invocato* 714 b d Paralyticum *ſanat* S. Hugo Ab. Cluniac. dicens. Petrus Apoſt. dixit paralytico: Sanet te Dominus Jeſus Chriſtus 641 a b 650 c d Paralyſi *punitus ob curioſitatem in elevatione* S. Trudperti, *confitens reatum ſanatur* 434 d

De Paſchate *rite celebrando Synodus in Anglia habita* 296, 297 *ad quod Hyenſes monachos inducit* S. Egbertus 315 b

Pater & filius SS. Hubertus *&* Florebertus Epp. Leodienſis 377 c SS. Guilielmus *&* Peregrinus Patroni Foggienſes 465

Patronos *inter præcipuos Imperii* CP. S. Georgius 152 b *contra infideles adjutor* 152 c d e

Patiens *in contumeliis, carceribus, exilio* S. Wilfridus, *ſanat Reginam, cauſam totius mali, à dæmone obſeſſam* 300 f 301, 303, 304, *excuſat Theodorum Arch. Cantuar. id permittentē* 306 e f *injurias & adverſa tolerat* Lucheſius 604 f *inter maximos dolores & dæmonis afflictiones ſuaviſſime cantat* B. Helena Vtinenſis 253 a b Patientia *per totam vitam inſignis in abdicandis voluptatibus, in abſtinentia carnis, vini & panis* S. Catharinæ Senen. 952 b c, *item pro ſervanda caſtitate, ſtudio pœnitentiæ & orationis* 952 d e f, *item in illuſionibus diabolicis ſuperandis, & in ferendis prudenter Superioribus, ſiniſtrè judicantibus, Sacramenta ſubtrahentibus & moleſtis in ejus extaſi* 953 *item in obſequiis ægrotantium* 954 *in injuriis & corporis doloribus* 955 e f *in vexationibus dæmonum maxime circa finem vitæ* 956 a b c

Pluvia *conceditur ope* S. Francæ 404 d *&* B. Philippi Minoritæ 405 d *impetratur ope* S. Marci Atinenſis 559 c d 561 a S. Indaletii 725 c S. Hoyldis 774 e B. Iacobi Bitect. 534 a S. Pamphili Sulmon. 584 f S. Donati Ep. 765 c *Idem ſub ea non madefit* 765 d *uti nec portantes funus* B. Lucheſii 605 c Pluvia *nimia in triduo feſti* S. Richarii *ceſſat* 461

Prædicit *Imperium Mauritio* S. Theodorus Siceota 44 c *item ejus cædem poſt lucernam quarto extinctam* 56 b c *& futura alia variis*, 36 d e 57 *à Pippinum Brevem recens natum fore Regem* S. Erminus 376 d *Mortem Guilielmi II Regis Angliæ* S. Hugo Ab. Cluniac. 639 a b *Epiſcopatum Hoëllo* 639 f, *alteri pœnam poſt mortem ob jocos* 640, 651 f 655 a 656 d *filium naſciturum & monachum futurum* 658 d *martyrium ſuum & canonizationem* S. Petrus Mart. 696 a b

Præſentiam S. Hugonis Abb. Cluniac. *evitans, morbo mulctatur* 643 b 654 e

ad Preces *ejuſdem, inimicus inexorabilis; carcere & delirio mulctatur* 643 c d *vide* Oratio

Presbyter *anno ætatis* 18 *ab Epiſcopo ad id divinitus moto ordinatur* S. Theod. Siceota 27 d

Prolem ſterili impetrat Zenis utriuſque conjugis benedictis idem S. Theodorus 51 e *eamdem obtinent alii invocato* S. Roberto Caſæ-Dei 330 c *&* B. Iacobo Bitect. 535 d 543 f *vide* Sterilis.

Prophetæ 4 *Majores ſymbolicis figuris à S. Severo Ep. Neapol. expreſſi* 769 b Prophetiæ *dono redarguit de cogitationibus Confeſſarium S. Catharinæ Senen.* 922 d e *miſi*

liti in ſomno apparens imperat Confeſſionem, & peccatum indicat 922 923 a b c *alias in periculo occiſionis abſens oratione liberat* 923 d e f 924 a b *prædicit ſchiſma futurum, & ſecuturam concordiam* 924 c d e f *quomodo prædixerit paſſagium ſanctum* 925 926, *prædicit converſionem cuidam licentioris vitæ.* 926 e f

Protector, *defenſor & Advocatus Angliæ S. Georgius* 160 e

Pſalterium *memoriæ tradit S. Theodorus Siceota* 25 f *& S. Adalbertus puer.* 179 c

Puerperæ *adjutæ invocato B. Iacobo Bitecten.* 538 c 539 f 540 e *B. Lucheſio* 608 b c *S. Petro Mart.* 710 f 711

ex Purgatorio *Animas multas à morte educit B. Ægidius Minorita* 242 e f *liberat patrem ſuum S. Catharina Senen.* 907 f 908 c *item duos latrones.* 910 c

Puteum *inveniri facit baculo terram percutiens B. Ægidius Minorita.* 239 f

Q.

IN Quadrageſima *ſolo pane & lacte tenui quotidie veſcitur S. Egbertus* 314 a *in eâdem pauca panis fruſtula cũ aquâ ſub veſperam ſumentẽ Stephanũ imitatur S. Theodorus Siceotæ octennis.* 34 c d *per eam totam nihil aut parum comedit S. Petrus Mart.* 689 a *à* Quadrageſima *uſque ad Aſcenſionem Chriſti ab omni cibo abſtinet, ac deinde continuo S. Catharina Senen.* 896 a b

R.

RAnas *oratione pellit* S. *Senorina* 75 e *obmuteſcere fecit S. Georgius Suellen. Ep.* 216 c

Raptum *triduanum patitur S. Catharina Senen.* 902 f *vide* Extaſis.

Regula *S. Benedicti deliberanti S. Roberto Ab. Caſæ Dei divinitus offertur.* 326 e f

Regulæ *Benedictinæ diſciplina reformata à S. Roberto Ab. Moliſmenſi* 664 e f 665

in Reliquiis *Sanctorum conquirendis ſedulus Carolus 4 Imp.* 997 a *& S. Gerardus Ep. Tullen.* 208 e *qui & miraculoſe impetrat de ſaxo, quo lapidatus S. Stephanus* 213 e Reliquias *S. Marci Atinen. ablaturus divinitus ſiſtitur* 558 d *S. Marci Evang. arca ultro ſupplicanti populo oſtenditur cum ſuaveolenta* 998 a Reliquiarum *Vrſulinarum cultu omiſſo, ipſæ non amplius inveniuntur* 440 c d f *è* Reliquiis *B. Iacobi Bitecti digitus ablatus tempeſtate compellente reſtituitur* 437 f *item alia* Reliquia 542 f 543 *Ex* Reliquiis *S. Petri Martyris fluente ſanguine confirmatur dubius in fide* 719 a b Reliquias *in altari deeſſe novit in ſpiritu B Wolphelmus* 86 a b *dentem S. Catharinæ Senen. magni æſtimat Gregorius* 12 *Papa* 969 a *Caput S. Georgii ex Ægina inſula ablatum, divinitus relatum, defendit illam à Turcarum invaſione.* 133 c d

Renum *dolor curatur ope B. Iacobi Bitecten.* 544 b

Rota *laceratus, divinitus ſanatur S. Georgius M.* 118 e f 125

in Ruina *domus illæſi invocato S. Georgio Ep Suellen.* 996 b

S.

SAgittis *transfixa S. Cercyra V. juſſu patris ſui* 614 d Sancti xv *Auxiliatores, ſub hoc titulo invocati* 249 a b c Sancti *utriuſque Teſtamenti ad exemplum hominum à Deo dati* 33 c d e Sanctos *invocans æger S. Gerardus Ep. Tullen. vidit ſibi opitulantes* 211 a b c *virtutes imitatione exprimit S. Catharina Senen.* 856 e f *& geſta divinitus diſcit* 861 a Sanctitas *vitæ ex patientia definitur* 951 d e f

Sanguis *fluit è corpore B. Lucheſii mortui* 596 f 605 d *ab eodẽ ſanatur* Sanguinis *profluvio laborans item à S. Theodoro Siceota* 52 a *& B. Iacobo Bitecten.* 536 a 538 b 540 c Sanguinis *vomitus curatus meritis S. Petri Martyris* 716 e *ad contactum S. Catharinæ Senen.* 907 b

Sapientia *cæleſtis elucet in Epiſtolis, libro Dialogorum & colloquiis S. Catharinæ Senenſis* 854 a b c 855 a *eam ex Pontificis voluntate explorant varii* 966

Scabioſus *puer à nativitate mundatur invocato S. Petro Martyre* 71 b

Pro Schiſmatis *ſublatione orante S. Catharina Senen. victoria conceditur Pontifici, & contra hunc inita conſpiratio diſſipatur* 940 *de* Scientia *utili & inutili dicta B. Ægidii Minoritæ* 232 d

A Scorpione *læſum, Crucis ſigno ſanat S. Petrus Martyr* 691 f

Scribit *Vitas Sanctorum S. Paſchaſius Ratbertus* 463 e f 464 b d

Scrofulas *ſanat B. Franciſcus Fabrianen.* 91 a 986 f

Seges *in relatione corporis S. Richarii attrita fœcundam meſſem profert* 458 f 460 c

Sellariorum *patronus Veronæ S. Gualfardus* 827 f *ipſe* Sellarius *profeſſione* 828 e

Senex *de rigore vitæ & abſtinentia nihil remittit S. Hugo Ab. Cluniac.* 644 e f *ſuos adhortari non deſinit* 646 b *benedictionem iis impertit* 647 *& pedes lavat* 647 a

Senſu *omni deſtitutus, per ſocium commendatus S. Erconwaldo, reſtituitur ſibi* 785 f 786 a

Sermones *vanos & detractiones vitat B. Lucheſius* 603 e f

Serpentem *aqua benedicta ex muliere pellit S. Hugo Ab. Cluniac.* 659 f *à* Serpente *morſus ſanatur ope S. Zitæ* 525 a *S. Pamphili Sulmon.* 584 f

Serra *ſectæ in duas partes S. Pherbute, ejuſque ſoror & ancilla* 22 e

Servitiis *domeſticis addicta, manet conjunctiſſima cum Deo S. Catharina Senen.* 865 d e *cogitat ſe Chriſto, Deiparæ, diſcipulis miniſtrare* 866 a

Siccitas *in Bohemia, abſente S. Adalberto Ep. ejus reditu ſublata* 199 f 200

Silentium *perpetuum ſanctiſſime ſervat, ſemper fere ſolitaria, B. Helena Vtinenſis* 251 e f 257 c *illud hirundinibus indicit B. Franciſcus Fabrianen.* 991 a *à completorio uſque ad Primam ſequentis diei ſervat ipſum S. Adalbertus Ep.* 181 b

A Solis *radio pendent chirotheca S. Roberti Ab. Caſæ-Dei* 227 f

In Solitudine *naſcitur & poſtea Sacerdos adſcitis 2 ſociis in eremo degit S. Robertus, dein fundat Caſam-Dei* 317 f 319

Sorores *tres ſanctæ Puſinna, Hoyldis, Lutrudis* 163 c *aliæ quatuor ipſarum ſorores* 164 d

De Spe *ſalutis non abjicienda, dicta B. Ægidii Monoritæ* 227 f

In Spelunca *biennio latitat, & inde educitur pene mortuus S. Theodorus Siceota* 27 b c

Spina *piſcis gutturi inhærens eximitur ope S. Richarii* 459 c 460 d

Spiritus *ſanctus viſus ſuperimminere capiti S. Hugonis Ab. Cluniac.* 659 f *eum in columbæ ſpecie accipit B. Helena Vtinenſis* 254 e *In* Spirituali *conſolatione humilis, totus ſpiritui excolendo intendit B. Ægidius Minorita* 225 *Fervor & hilaritas in eo elucent* 225 e

Stellâ *in uterum matris gravidæ deſcendere viſâ indicatur S. Theodorus Siceota fore magnus apud Deum & homines* 34 a Stella *per diem lucet in morte S. Zitæ* 507 d

Sterili, *à marito male habitæ, prolem precibus impetrat B. Helena Vtinenſis* 254 f 257 e *aliis* S. *Perus Martyr,* 711 e f 712 a *& S. Adjutor* 826 a *Vide* Proles

Stigmata *quinque vulnerum Chriſti inviſibilia ſed dolorẽ dantia accipit S. Catharina Senen.* 901 e f

Strumæ *ſanantur ope B. Lucheſii* 609 a *& B. Peregrini Servitæ* 844 f

A Submerſione *invocatâ S. Opportunâ eripitur S. Adalhelmus Ep. Sagienſis* 68 b Submerſum *in vivis ſervat S. Cronanus* 580 e Submergendus *liberatus invocata S. Franca* 393 a b *& alii tres ope S. Eutropii* 736 737 a b c. *item invocata S. Catharina Sen.* 950 a b Submerſi *quatuor reviviſcũt invocata B. Hildegarde Regina* 800 f 801 a b 802 b d

Superiores *de S. Catharina Senen. ſiniſtre judicantes, Sacramenta ſubtrahentes & inter extaſes moleſti, miſere pereunt* 953 954 a

Surdi *ſanati ope S. Zitæ* 508 d 515 c e f S. *Cronani* 581 a *B. Hildegardis Reginæ* 798 f
Suſpenſus *ungulis Laceratur* S. *Epipodius* 9 c *& Alexander in Cruce obit* 9 f *in eculeo* S. *Parmenius & ſocii* 12 b d *nervis cæditur* S. *Ioſeph Perſa* 27 e S. *Æthalas* 28 a *ad extremitates pollicum, additis ad pedes ponderibus* S. *Marianus* 747 d Suſpenſum *innocentem ſuſtinet & præciſo fune liberat* S. *Zita* 509 e f
Symbolum *fidei recitans occiditur* S. *Petrus Martyr* 698 e

T

TAuros *feroces reddit cicures* S. *Maternianus* 761 e f *iterumque feroces ut magum vincat* 762 a b
Tempeſtatis *& piratarum periculum evitatur apparente B. Wolphelmo* 87 f *eamdem ſedant, ſigno Crucis S. Hugo Ab. Cluniac.* 641 f *crucibus conſtitutus S. Theodorus Siceota* 44 b 60 b *injecto mari pallio S. Liberalis* 490 b f *invocatus S. Adjutor* 824 f 825 c *&* S. *Richarius* 459 *in* Tempeſtate *ſervati navigantes ope S. Zitæ* 526 f *B. Luchesii* 607 e f *S. Petri Martyris* 719 *&* S. *Memnonis* 578 e *protectæ Venetia ope SS. Marci, Georgii & Nicolai,* 151 d e *contra* Tempeſtates *rami conſecrantur in feſto S. Petri Martyris* 684 f
In Templo *S. Marci Atinenſis deſtructo jumenta collocata pereunt* 557 d e Templum *S. Eutropii citharœdus profanans punitur morbo & morte* 741 e f *vide* Eccleſia
Tempus *vacuum impendit cum Deo S. Catharina Senenſis* 884 b
De Tentatione *etiam contra caſtitatem immiſſa ad victoriam obtinendam virtute patientiæ munitur à Chriſto S. Catharina Senen.* 879 a b c d 880 Tentato *non diſputandum cum dæmone, neque aliquid de piis exercitiis remittendum* 879 e f Tentatis *etiam Sacerdoti in ſomno apparens ſuccurrit B. Ægidius Minorita* 225 f 226 a *docet quomodo contra* tentationes *etiam vanæ gloriæ pugnandum* 230 d e f
Terra *& lapidibus in ſcrobe obrutus S. Vitalis* M. 564 f Terræ *motu concuſſum cubiculum in morte S. Severi Ep. Neapol.* 769 e
Thermarum *virtutem, non diis, ſed Conditori univerſi adſcribendam docet S. Patricius Ep. Pruſenſis* 576 *iis immerſus, evadit incolumis* 577
Tibia *confracta curatur ope B. Iacobi Bitecten.* 535 b *male affecta, ope B. Antonii Anguſtiniani* 834 b *B. Peregrini Latiosi* 843 a 849 b *item ſub curru contrita* 849 f
De Timore *Dei per quem excluditur ſuperbia, dicta B. Ægidii Minorita* 228 d e Timore *concutitur in martyrio S. Adalbertus Ep.* 197 c d
Tinctor *pannorum pater S. Catharina Senenſis, vir manſuetus, & obſcœnitatis oſor* 859 d e f
Trabem *pro ædificio longiorem faciunt SS. Erconwaldus & Ethelburga* 781 e
Tractus *per terram obit S. Lolion Martyr* 488
Transfertur *divina virtute ad eccleſiam procul ſitam S. Zitæ* 502 e f
Tribunus *militum & Comes S. Georgius M.* 118 a
Tumorem *pedis precibus ſanat S. Catharina Senenſis* 919 b Tumor *noxius curatur opes Zitæ* 524 a

V

VEnenum *periculoſe ſerpens curatur ope B. Iacobi Bitecten.* 534 e f *in cibo ſumptum innoxium reddit S. Theodorus Siceota* 57 c d *idem* Veneficum, *fruſtra per dæmones &* venena *inſidiatum, convertit* 40 f 41 a b Veneficia *à mago oblata intrepide bibit S. Georgius M.* 120 d 128 a
Ventos *faventes navigantibus impetrat S. Catharina Senen.* 877 f 878 f
Verberatur *colapho, fuſtibus, flagris* S. *Marcus Atinenſis* 556 a c d Verberibus *necatur S. Valeria* 565 c
Veſte *unica ſolum induta omni tempore S. Eliſabetha Græca* 272 b Veſtem *pauperi datam à Chriſto recipit, eaque tempeſtatem maris ſedat S. Liberalis* 490 e f Veſtem *in lupanari cum S. Theodora mutat S. Didymus, & Martyr obit* 574 *in* Veſte S *Roberti Ab. Caſæ-Dei mortuus, viſus apud ipſum in cælo* 329 f 330 a Veſtium *ornatum abhorret S. Zita* 501 f
Viatico *ſacro & extrema Unctione munitus obit S. Gerardus Ep. Tullen.* 212 f *vide* Euchariſtia
Vidua *B. Helena Vtinenſis Chriſtum ſponſum eligit* 249 *dehunc imitans in pœnitentia, oratione & piis operibus vitam peragit* 250 251 256 e f 257
Vinculis *ultro ſolutis conſtringi nequit S. Wilfridus captivus* 304 d
Vinum *ad coquenda legumina deſtinatum orante S. Franca deficit, aſt emendatione promiſſa reſtauratur* 385 d e *turbidum corrigitur infuſa aqua ſtillante ex ejus oſſibus* 403 d *illud ſibi interdicit quindennis S. Catharina Senen.* 867 *ipſum eidē miraculoſe augetur* 888 e f *& promitur ægrotanti ex vacuo vaſe* 929 d e f *quod metu publicandi miraculi ipſa impetrat in faces converti* 930 a b Vino *hauſta ex vinea S. Richarii ſanatur paralytica* 448 c d
Virgo *corpore & mente abſque ullo majoris criminis contagio, S. Petrus Mart.* 689 b 701 d *cum Sanctis Virginibus apparentibus locutus perperam accuſatur & alio ablegatur* 685 c Virginitatis *ſervandæ cupida, à S. Alpino velata S. Puſinna, omni genere virtutum excellit* 167 168 169 *eodem propoſito S. Ethelredam Reginam confirmat S. Wilfridus* 300 d *eamdem aſperitate vitæ & cuſtodia ſenſuum tuetur S. Zita* 504 c d *etiam in ſenectute* 507 a *ſtuprum & lupanar minantes ſpernit S. Theodora* 573 574, *eamdem vovet ſub patrocinio Mariæ Deiparæ S. Catharina Senenſis ſeptennis* 862 a b
Viſitantes *ſeſe S. Ludovicus Rex & B. Ægidius abſque verbis ſua ſenſa communicant* 239 e
Viſione *cæleſti in carcere recreantur SS. Marianus Lect. Iacobus Diac. & Æmilianus miles* 737 e f 748 a b c e
Vitam *longiorem rogatu aliorum ſibi petit S. Catharina Senenſis* 902 b c d Vitæ *activæ & contemplativæ perfectio è dictis B. Ægidii Minoritæ* 235 e f Vita *monaſtica quam tuta* 238 e Vita *impiorum quaſi pecudum eſt* 9 b Vitæ *Sanctorum utiliter ſcriptæ* 77 c 499 b c *eas ſcripturus ſtudeat claritati, brevitati, & veritati* 317 c d e
Miracula *S. Opportunæ ex voto obligatus ſcribere, eaque negligens, Normannis venditus exulat S. Adalhelmus Ep. Sagienſis* 68 a b
Voluntatem *ſuam cum Dei voluntate commutat S. Catharina Senen.* 900 e
Ex Voto *puerili oblatam S. Georgio placentam, abſumentes, nequeunt recedere niſi quatuor nummis oblatis* 142 f 143 a Voto *continentiæ facto liberatur energumena, eodem violato rurſus obſidetur* 69 a b Vovens *equum S. Georgio, ſi ſalvus è bello redeat, pro equo offerens ad 60 ſolidos, nequit abire donec ipſum equum offerat* 143 Voto *facto S. Petro Martyri proles impetratur* 705 f *eoque retractato moritur* 706 a *ſimili ex cauſa alius moritur* 706 e *at matre pro eo pœnitentiā agente reviviſcit* 706 b c, *item tertius è voto impetratus eo retractato variis morbis affligitur* 706
Vulnus *ſanatur pane benedicto à S. Hugone Ab. Cluniac.* 642 b 652 b c *ope B. Iacobi Bitecten.* 539 c S. *Antonii Lucen.* 478 f 479 a *B. Antonii Anguſtiniani* 833 e *B. Peregrini Servita* 850 a 845 f Vulneribus XIII *ſaucias ſanatur invocato B. Franciſco Fabrianen.* 989 f
Uxor *cæca, cum licentia mariti habitu monaſtico ſumpto, illuminatur ope S. Richarii* 451

FINIS.